
CORPUS
JURIS
CIVILIS,
CUM
D. GOTHOFREDI,
ET
ALIORUM NOTIS
Postrema editio omnibus prioribus
auctior & emendatior.
Sumptibus Societatis.
C. van Dalen sculp.

CORPUS JURIS CIVILIS,

PANDECTIS

Ad Florentinum archetypum expreſſis,

INSTITUTIONIBUS, CODICE ET NOVELLIS,

Addito textu Græco, ut & in Digeſtis & Codice, Legibus & Conſtitutionibus Græcis, cum optimis quibuſque Editionibus collatis.

Cum notis integris, repetitæ quintum prælectionis,

DIONYSII GOTHOFREDI, JC.

PRÆTER

JUSTINIANI EDICTA, LEONIS & ALIORUM IMPERATORUM NOVELLAS, Ac Canones Apoſtolorum, Græcè & Latinè, Feudorum Libros, Leges XII. Tabul. & alios ad jus pertinentes Tractatus, Faſtos Conſulares, Indiceſque Titulorum ac Legum: & quæcunque in ultimis Pariſienſi vel Lugdunenſi editionibus continentur,

Huic editioni novè acceſſerunt

Pauli receptæ Sententiæ cum ſelectis notis J. CUJACII

Et ſparſim ad univerſum Corpus

ANTONII ANSELMO, A.F.A.N. JC. ANTVVERP.

Obſervationes ſingulares, Remiſſiones & Notæ Juris Civilis, Canonici, & Noviſſimi ac in Praxi recepti differentiam continentes;

Denique,

Lectiones variæ & Notæ ſelectæ Auguſtini, Bellonii, Goveani, Cujacii, Duareni, Ruſſardi, Hottomanni, Contii, Roberti, Rævardi, Charondæ, Grotii, Salmaſii & aliorum.

Opera & Studio

SIMONIS VAN LEEUWEN, JC. LUGD. BAT.



AMSTELODAMI,
Apud JOANNEM BLAEU. LUDOVICUM, & DANIELEM ELZEVIRIOS.
LUGD. BATAVORUM,
Apud FRANCISCUM HACKIUM. MDCLXIII.

Cum Privilegio S. C. Majeſtatis.

Summa PRIVILEGII.

LEOPOLDUS, *Divina favente Clementia, Electus Romanorum,* IMPERATOR, *ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, &c.* REX; *Archidux Auſtriæ; Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergæ; Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium Univerſis. Quod cum Nobis fideles dilecti* JOANNES BLAEU, LUDOVICUS, & DANIEL ELSEVIRII, ac FRANCISCUS HACKIUS, *Bibliopolæ Amſtelodamenſes & Leidenſes humillime expoſuerint, ſe Conſtituiſſe* CORPORIS JURIS CIVILIS, *Editionem tam in Octavo ſine, quam in Folio cum integris* DIONYSII GOTHOFREDI *Notis & Commentariis, adjectis Noviter Variorum lectionibus, & ſelectis* Contii, Ruſſardi, Duareni, Charundæ, Hottomanni, Cujacii, Pacii, Rævardi, Goveani, Auguſtini, Roberti, Bellonii, Grotii, Salmaſii, *nec non aliorum Notis, partim ſeorſim editis, partim ex ſuis operibus hinc inde collectis. Quibus Noviſſime accedunt Obſervationes ſingulares, Notæ & Remiſſiones ad alia Doctorum, tam veterum quam neotericorum loca, non tantum ſingulares & novas legum & caſuum Interpretationes, ſed & Differentias Juris Canonici, & legum in Praxi receptarum notitiam continentes, ex Autographo* ANTONII ANSELMO, JC. *Antwerpienſis collectæ, Opera & Studio* SIMONIS VAN LEEUWEN, *pro communi Omnium ſcientiarum Cultorum uſu, novo typo in publicum edere, &c. Mandamus omnibus & ſingulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis, aliiſque rem & negociationem litterariam quovis modo exercentibus, diſtricte, atque ſub pœna decem Marcarum auri, amiſſioniſque exemplarium ſerio inhibentes, ne quiſquam eorum, præfatum Corpus Juris Civilis ſine, ſive cum Notis, ut ſupra expreſſum, proximo decennio, à prima editionis die numerando intra Sacri Imperii Regnorumque ac Provinciarum noſtrarum hereditariarum, eodem, aut alio, typo, integre aut pro parte recudere, invehere, & clam, vel palam vendere atque diſtrahere præſumat, quatenus ſupra comminatam pœnam decem marcarum auri ex ſemiſſe Cameræ noſtræ Imperiali, ex altero vero ſemiſſe parti læſæ irremiſſibiliter pendendam incurrere, & omnibus exemplaribus ubicunque locorum repertis, quorum ſibi vel propria authoritate vel magiſtratus, ubi eadem reperta fuerint, auxilio vendicandorum ſupra nominatis conſortibus, eorumque heredibus, vigore præſentium facultatem & poteſtatem noſtram Cæſaream concedimus, privari noluerint. Dummodo, &c. Quæ dabantur in civitate noſtra Viennæ die ſexta Menſis Februarii Anno Domini* MDCLXII. *Regnorum noſtrorum Romani quarto, Hungarici ſeptimo, Bohemici vero ſexto. Subſignatum:* LEOPOLDUS. *In ſpatio confirmatum magno S.C. Majeſtatis Sigillo. Cui à dextra adſcriptum Ut.* WILDERICUS BARS DE WALDERDUFFUE: *à Siniſtra: Ad* Mandatum Sacræ Cæſ. Majeſtatis proprium J. WALDERODE.

Peractum Kalend. Septemb. cIↃ IↃ C LXIII.

ILLUSTRISSIMIS

AC

PRÆPOTENTIBUS

D. D. HOLLANDIÆ, VVESTFRISIÆQUE ORDINIBUS

SIMON VAN LEEUWEN, JC.

S. D.

QUUM operæ Typographicæ prope finem veniſſent, ut deliberandum eſſet, quibus hoc JURIS ROMANI CORPUS dedicaretur, & ea animi ſententia eſſet, privatis hominibus illud dedicari non oportere, ſed quibus ſumma eſt rerum Poteſtas, quorum duntaxat eſt Jura condere; nullus dubitavi, quin ad Vos, ILLUSTRISSIMI PROCERES, qui mihi talia cogitanti primi occurriſtis, hoc opus mitterem, Vobiſque dedicarem. Veſtra ſiquidem Poteſtas, ex quo tandem tempore nullius amplius dominationi fuit obnoxia, tanta eſt in hac Republica, quanta quorumlibet Regum, Principum, Principaliumve Virorum, qui ſupremam in privatos exercent poteſtatem, aut olim fuit Principum Romanorum. Deinde me movebat officii, quod Vobis debebatur, memoria: ſivè me ipſum, cujus *Operâ & ſtudio*, ſive Typographos, quorum *ſumptibus* melius ornatiuſque idem *Juris Corpus* prodit, conſiderarem, quod ad unum omnes cives Batavi, hoc eſt, veſtri ſimus: ut hæc prima *Juris Romani Corporis* Editio, quæ in veſtrâ Republica adornatur, non alios, quam Vos, id eſt, naturales potius quam extraneos, & adoptivos

patronos haberet. Quamobrem etiam mihi perſuadeo, gratiorem vobis Ejuſdem hanc oblationem fore, utpote quæ prima ſit, & à me Cive Veſtro profecta. Præterquam quod variis etiam nominibus, ſi ipſius Juris rationem ſpectetis, eandem oblationem gratiſſimam fore vobis confido. Nam origo ejuſdem Juris potiſſimum ab Athenienſi Republica eſt, à qua Romana id accepit, quæ ambæ & mater & nutrix, eo tempore liberrimæ, & ejuſdem conditionis, cujus hæc veſtra eſt, fuerunt: quamquam Illa Veſtræ ſimilior, quæ iiſdem maxime, quibus Veſtra, honeſtis artibus, veluti mercaturâ, non, ſicuti Romana, rapinis & ſpoliis vicinarum gentium incrementum acceperit. Verum ab hac eo honore macti Majores olim noſtri, ut *Fratres & Amici* appellarentur, cum Illa autem nihil unquam commercii habuerunt. Sed vereor ne Vos, & Veſtræ Reipublicæ, & aliarum periculis eruditi, ſpecioſa Servitii nomina rideatis: quod omne ſervitium hujuſmodi licet nominibus decoretur, non tamen tollatur, nec vera Libertas obſcurioribus nominibus adimatur: Illoſque ſtultos, & libertate indignos, ejuſve prodigos exiſtimetis, quibus qualecunque *ſervitium ſpecie libertatis imponat.* Siquidem iidem Majores noſtri, libertatis alioquin tenaciſſimi, ſecum reputantes, *non poſſe ab una Natione totius Orbis ſervitium depelli*, ne internecione perirent, *Romani Imperii pars facti*, honorificam ſervierunt ſervitutem, *ut nec tributis contempti, nec publicanis attriti, exempti oneribus & collationibus, in uſum tantum præliorum ſepoſiti; velut tela & arma bellis reſervarentur.* Adeo ut illius Fraternitatis & Amicitiæ recordatio, minus gratum fortaſſe vobis idem Jus cum ſuis Authoribus efficeret; niſi placeret æquitatis & utilitatis publicæ cauſa, quibus in primis Jus Romanum commendatur: & multo magis ſi cogitetis, quæ in eo eſt æquitatis & utilitatis publicæ præſtantia, eam ſtante Republica maxime accepiſſe: nam ea occupatâ Principibus utiliter ſervire Prudentes didicerant. Placebit quoque hoc nomine, quod quaſi Jus veſtrum à veſtris Civibus adornatum Vobis offeratur: quum illud Jus etiam Veſtrum ſit, veſtrorum Civium uſu, eique Veſtro tacito, & in quibuſdam cauſis etiam manifeſto conſenſu accedente, receptum: nam aliter non magis hoc Jure, quam Alamannorum, Francorum, Saxonum, Gothorum, Vandalorum, aliarumque Priſcarum gentium Jure teneremur. Quapropter & ea ſpe inducor, certoque ſcio fore, ut Vos Imperatorum, Principumve inviſa in liberâ Republicâ nomina, quæ creberrima in eodem Jure occurrunt, nequaquam ſint offenſura: utpote quorum juſſis nullum deberemus

obſe-

obſequium, niſi Veſtra auctoritate confirmarentur. Denique ea, tamque late patens veſtræ Reipublicæ fama eſt, & celebritas, ut ipſa Romana non inferior, ſed melioribus artibus etiam ſuperior ſit: ut nulla ratione huic Juris Corpori dignitatis quicquam detrahatur, quod Veſtro potius auſpicio, quam alterius ſummæ Poteſtatis extraneę Terrarum Orbi verſandum tradatur: quod neque Poteſtate, neque fama cuiquam cedatis, ſed quam plurimi Vobis Dominantes, omnes autem Reſpublicæ Veſtræ cedant. Harum enim quaſi proprium eſt, Jura condere non jubentibus, ſed parentibus magis utilia: quod multitudo jubentium privatum difficulter commodum à publico ſeparet, iiſdemque ſinguli parere debeant, ſi cæteros velint. Placebit igitur hæc Editio quoque cum per ſe, cæteris omnibus elegantior & emendatior, tum Patriæ cauſa, in qua legum tantum ſervi ſumus, ut liberi ſimus: & ſic quodammodo nunc hoc Jus ab eâ profectum non minoris æſtimabitur, quam ſi ab Athenienſi aut Romanâ Republicâ nunc primum proficiſceretur. Valete Viri ILLUSTRISSIMI & PRAEPOTENTES, ac Bataviæ reſtitutam libertatem vivi prudenter ſervate, morienteſque illibatam Poſteris tradite: ut Veſtram prudentiam, & ingenuum Libertatis ſtudium, quæ Batavos decent, *æternitati & famæ rerum tradant, dum alios velut inglorios & ignobiles oblivio obruat:* & ut æterna Poſteritas miretur, Batavos, qui ſervitutem ferre tandem non potuerunt, libertatem diutius ferre potuiſſe. Iterum valete. Dat. Lugduni Batavor. Kalend. Septembribus ↀIↃ IↃ C LXIII.

TYPO-

TYPOGRAPHI
AD
LECTOREM.

Iam ante viginti, & quod excedit, annos, inter præstantiores nostri temporis in Hollandia Typographos, aliquoties actum fuit, de nova Juris Corporis Gothofrediani *editione facienda, quæ reliquis omnibus editionibus, & præsertim recentioribus, emendatior, typisque elegantior & nostris & exteris placere posset. Verum ad unum omnes, summus labor, summaque, ejus, qui in ea perficienda requirebatur, adhibenda vigilia, huc usque detinuit. Quo tandem tempore nullo labore, nulliſque sumptibus (qui eo majores faciendi erant, quo præstantior reliquis omnibus editio conficeretur) deterriti convenimus, ut Juris Civilis Corpus, unum in folio cum integris D. Gothofredi & aliorum notis, alterum in octavo sine notis à nobis prælo subjiceretur. In majoris formæ editione conficienda, atque adeo perficienda & adornanda, summam & Nos adhibuimus curam & diligentiam; & illi qui boni publici studio suam Nobis in hoc negotio fidelem operam non denegaverunt. Universi juris textum, D. Simon Leeuwius JC., qui hujus operis curam Nobis rogantibus, susceperat, diligenter legit, ac relegit; & cum Pandectis Florentinis, ac melioris notæ Juris Corporibus ex Haloandri, Duareni & Russardi, Hottomanni, Contii, Charundæ, & Schrimgeri, recensione excusis contulit, adhibitis deinde Variis Gothofrediani Corporis editionibus, quæ maxime usui fuere in legum allegationibus à D. Gothofredo, Juris textui in margine appositis, emendandis ac restituendis. Quas sive Scribarum, quibus in notis adscribendis uti consueverat, sive Typographorum incuria, dum novissimas eorum quisque, quæ minus anterioribus erant correctæ, sequeretur editiones; mirum in modum, non centenis sed millenis in locis corruptas deprehendit. Sic ut necesse fuerit easdem allegationes omnes & singulas (quas ob famam & merita Dionysii Gothofredi, doctissimi viri, integras retinuimus) investigare atque expendere. Quo quidem in labore, longo sane ac difficili, duo jurisperiti operam tam felicem præstiterunt, ut quicquid in iis usquam occurreret errorum, summa fide ac diligentia observaverint. Quos omnes idem Leewius, ex aliis Gothofrediani Corporis editionibus recognovit, & libris, titulis, numerisque, si qui falsi essent, expunctis, veros substituit; &, si allegata loca nusquam reperirentur, alia quoque, quæ sententiæ Gothofredi convenire videbantur, apposuit. Quæ præterea huic editioni Ejusdem opera & studio accessere, partim ex præliminari titulo, & partim, si hanc cum prioribus editionibus conferas, cognosces. Quare à prolixiori commendatione abstinemus, ne vel præfando nobis fidem detrahamus: verbis enim opus non est, ubi rerum testimonia adsunt. Interim spondere audemus in correctione Typographica nihil, quod ad summam perfectionem pertineret, esse prætermissum, nullaque vel in juris textu, vel in legum allegationibus supereſſe menda, aut si quæ forte humanam effugerint industriam, tam pauca fore, ut optimo jure gloriari nihilominus possimus, nunquam antea emendatius Juris Corpus in lucem prodiisse. Cujus perfectionis & emendationis Typographicæ laude, ne quenquam ingrati defraudemus, maxima, quod ad Institutionum & Pandectarum libros attinet, debetur Conrado Goedenhusio J. U. D. & in Codice, Novellis, cæterisque, quæ eas sequuntur juris opuscula, celeberrimo Cornelio Schrevelio Med. Doct. & Gymnasii Lugdunensis Rectori. Quorum ille Amstelodami, hic Lugduni Batavorum hujus emendationis curam gessit; meritus uterque, ut tu nobiscum honorifica recordatione tantum laudis utrique tribuas, quanti tua interest ab erroribus Typographicis purgatam Juris Corporis editionem habere, atque eadem uti. Quod si hæc non ingrata fuisse nobis probaveris, majora aliquando exspecta: & vicissim ab omnibus eruditis exspectamus, eosque rogamus atque obtestamur, ut, si quid habeant, quo nova editio reddi posset commendatior & fructuosior, id nobis impertire & communicare dignentur, ad nominis, quod non silebimus, æternitatem, & utilitatem publicam.* Vale.

NOTI-

NOTITIA JURIS
ANTE ET POST
JUSTINIANUM RELIQUIARUM,

Partim à JACOBO GOTHOFREDO, D.F. partim à JOSEPHO MARIA SUARESIO Vaſionenſi Epiſcopo conſcripta.

Pro-Juſtinianei veteris Juris reliquiæ.

LEGES REGIÆ.

I. LEgum REGIARUM (qui primus fundus Juriſprudentiæ Romanæ eſt) fragmenta primo loco occurrunt, quæ à Sexto Papirio olim unum in corpus collecta fuerunt: ad quæ poſtea Granium Flaccum JC. librum Commentarium ſcripſiſſe Paulus noſter author eſt, *in l. 144. ff. de V.S. Granius* inquit, *Flaccus in libro de Iure Papiriano*: quem ipſum Granium Flaccum Licinianum allegant Feſtus, Arnobius: quin & Macrobius *lib. 3. Saturn. cap. 11.* locum integrum ex hoc Jure Papiriano apponit. Verum utrumque opus cum ipſis legibus intercidit. Superſunt tamen ipſarum legum fragmenta nonnulla, quæ Antonius Auguſtinus, Contius, Balduinus, Fulvius Urſinus Romæ in 4. A.D. 1583. Pandulphus, Pratcius, Fr. Modius, Manutius, Lipſius collegerunt, partim ipſiſmet Legum Regiarum verbis conſignatis: potiſſimam vero partem earum tantum ſententia expreſſa. Sed magna Balduini confidentia fuit, qui auſus eſt aſſerere, octodecim Romuli Leges ſeſe habere ex columna quadam antea Romæ in Capitolio erecta. Illud obſervandum, non niſi trium Regum leges occurrere, nempe *Romuli*, *Numæ & Servii Tullii*: (cujus 50. leges fuiſſe de contractibus & delictis συναλλαγικῶν καὶ περὶ τὰ ἀδικήματων. Dionyſius Halicarnaſſeus diſerte ſcribit *lib.* 4.) nullas Tulli Hoſtilii, Anci Martii, aut Priſci Tarquinii, ac multo minus Tarquinii Superbi, qui Tullianas aboleverat.

Fragmenta quæ ſuperſunt.

XII. TAB. LEGES.

II. Leges XII. TABULARUM, (qui ſecundus fundus & corpus Juriſprudentiæ Romanæ eſt) proxime ſequuntur. Ad has ſane veteres ſubinde JC. interpretationes ſeu Commentarios & explanationes ſcripſerant: in his Sext. Ælius, L. Acilius, Lælius, Valerius Meſſala, Q. Antiſtius Labeo, poſtremus omnium ſub Marco Imp. *Gajus*. In ipſarum legum fragmentis eruendis ut aliquam multi alii poſt alios: (etiam Cujacius *libris Obſervationum*) ita in colligendis quamplurimi operam navarunt, puta Aymarius, Rivallius, Oldendorpius (& ex eo Forſterus) Anton. Auguſtinus, Romæ in 4. 1583. Balduinus Contius, Hotomannus, Rævardus, Calcagninus, Criſpinus, Pighius, Marcilius, Franciſcus Pithœus, Dionyſius Gothofred. p. m. p. m. Juſtus Lipſius, aliique, in diſponendis varium ſinguli quique ferme ordinem ſectati. Jam aliquot anni abeunt, cum ipſe varios errores ab aliis hac parte admiſſos obſervabam, ob aliquammulta omiſſa, alia interpolata, aliena etiam in hunc cenſum conjecta, puta Legis actiones nonnullas & elicita per interpretationem ex ea, atque id genus alia. Ordinem ut quiſque ex arbitrio commentus eſt, ita ad verum proprius acceſſit Franc. Pithœus. At genuinum duobus ſubſidiis reſtituiſſe mihi videor: Primum expreſſis Veterum quorundam in id authoritatibus, tum & ſex Gaji librorum ad XII. Tabulas ordine inſpecto, quorum ſingulis duæ Tabulæ explicatæ fuerant.

Jacobus Gothofredus *XII. Tab. Fragmenta, quæ ſuperſunt ordini ſuo reſtituta, una cum ejus hiſtoria, probationibus notis & Gloſſario edidit. Genev. 1653.*

Legum pop. Rom. Catalogus.

III. LEGES ſubinde pro uſu populi Rom. latas, OMNES quantum in ſe collegerunt, earumque catalogos confecerunt, Ant. Auguſtinus, Zaſius, Manutius, Hotomannus, Charundas.

JC. Veteres & Novi qui ad ſingulares pop. Roman. leges ſcripſere.

IV. SINGULARES ex iis quaſdam leges earumque capita peculiari ſtudio collegerunt, & ſingularibus commentariis illuſtrarunt nonnulli, tum Veteres JC. (quorum Index Pandectis Florentinis præmittitur, & in materias digeſtus à Joanne Fichardo) tum & novi. *Ad legem Vellejam* ſcripſit Antonius Auguſtinus: ad *leg. Iuliam Majeſtatis*, Contius: ad *leg. Iuliam de Adulteriis*, Briſſonius: capitibus ejus XXIX. editis *Legis Voconiæ*, *Falcidiæ*, *Iuliæ*, *Papiæ Poppeæ*, *Rhodiæ*, *Aquiliæ* capita collegit, iiſque lucem intulit Balduinus, Baſileæ in 8. A. D. 1559. Et nos aliquando legem Papiam ejuſque capita diſtinximus, ſuoque ordini reſtituere inſtituimus. Nonnullarum præterea legum obſcuriorum memoriam excitarunt aliquammulti: velut legis Gliciæ Cujacius 14. *obſ.* 14. legis Lætoriæ, Idem 19. *obſ.* 33. Legis Cinciæ Ranchinus 2. *variar.* 7. & Burgius lib. 1. *Electorum cap.* 18.

Jacobi Gothofredi legis Jul. & Papiæ Fragmenta ſuo ordini reſtituta.

Senatuſconſulta.

V. SENATUSCONSULTA, de Jure videlicet privato à Tiberii Principatu ad Marci Imp. tempora collegit Anton. Auguſtinus Romæ in 4. A.D. 1583. *Orationes Principum* nonnullas (quas SCta ſequebantur) ſingularibus commentariis illuſtravit Scipio Gentilis, puta *Orationem Marci de tranſactione ſuper alimentis*, Hanoviæ in 8. A.D. Item *Orationem Antonini Caracallæ de donationibus inter virum & uxorem*, in 4. Hanoviæ, A.D. 1604.

EDICTUM PERPETUUM.

VI. EDICTUM PERPETUUM, quod Hadriani Imp. auctoritate à Salvio Juliano JC. conditum, atque in titulos digeſtum (quodque tertium Juriſprudentiæ Rom. fundum & *Corpus* vocare licet, & vel potiſſimum deinceps) libris Manualium Eguinarius Baro colligere cœperat; verum probabili minus inſtituto, utpote qui ſciens ea ſæpius Edicta confingat, quæ nunquam fuerunt, ſed quæ ſunt ex Juriſconſultorum placitis, moribus Romanorum, antiquis legibus, vel etiam novis Principum conſtitutionibus. Atquin multum intereſt, hæc non turbide miſceri, ſed probe diſtingui. Quare ſecuta induſtria Guilielmi Ranchini, qui A.D. 1597. Pariſiis in 8. Edictum Perpetuum ejuſque reliquias anxie collegit, alienis reſecatis, caſdemque collectas concinnavit; ita quidem ut ipſa Edicti verba uncialibus literis & majuſculis excudi recte voluerit, cætera minutioribus. In hoc tantum ſubſedit ejus induſtria, quod non ad genuinum, verum ad Juſtinianeum ordinem capita Edicti diſpoſuerit: Verum quod ſibi tum defuiſſe etiam ultro Ranchinus faſſus eſt, novæ alicujus operæ materia aliquando ea nobis futura, genuino videlicet ordine Edicti Perpetui inſtaurato ſeu reſtituto, quem e Veterum Juriſconſultorum Commentariis ad Edictum (puta Juliani, Ulpiani, Pauli, Gaii, & cæteris) eruere proclive erit.

Juriſconſultorum Veterum ad Jus Pro-Juſtinianeum reliquiæ.

JC. Veteres ex quorum libris Pandectæ conſcriptæ.

I. JURISCONSULTORUM OMNIUM Veterum libros, è quorum ſcriptis Pandectæ concinnatæ ſunt, & ſic in lacinias mire per Pandectas diſtractos, & particulas exinde errabundas, in unum velut corpus rurſum compegere, ſed per indicem tantum, ope inſcriptionum ſingulorum capitum, peculiaribus *Indicibus* Jacobus Labittus, Ant. Auguſtinus: Quo, ceu maximo Juris arcano relata in unum quaſi locum omnia capita ejuſdem inſcriptionis, Auctoris, & libri, ſingulorum librorum cognitionem, conjectionem & argumentum Lectoribus exhibent; tum etiam in iis cujuſque capitis quaſi quædam antecedentia & conſequentia, & ſic cauſæ quodammodo legum ipſarum cernuntur. Denique vel hac ratione quadamtenus Juriſconſultorum Veterum libri, qui alioquin intercíderunt, reſtituuntur. Unum tantum hoc ſupereſt hodie præſtandum, ut capita ipſa non per Indicem & numeros tantum (quod à Labitto & Auguſtinio factum,) ſed κατὰ πλάτος & verbotenus Lectorum oculis ſubjiciantur, & ex collatione ſingulorum capitum ſingulis libris argumenta præſcribantur: Qua ratione & longioris inquiſitionis labore Lector deinceps levabitur, & Judicium breviſſime inſtruetur.

Huc referenda eſt eorum quoque induſtria, qui ſingulares è ſuperioribus Juriſconſultos, vel libros ſingularibus commentariis illuſtrarunt: ut Ant. Auguſtinus *Modeſtini librum de excuſationibus*; Cujacius *Africanum*, *Papinianum* integrum, *Pauli ad Edictum* libros, *Quæſtiones*, *Reſponſa*; *Iuliani Digeſta* & libros ex *Minicio Natali*. item *ad Vrſeii Ferocis librum de ambiguitatibus*, *ad Reſponſa Scævolæ*, *Ulpiani*, *Marcelli*, *Neratii*, *Modeſtini Reſponſa* ejuſdemque *libros differentiarum*; Balduinus *Scævolam* ſeu *Mutianam Iuriſprudentiam*, Jacobus Lectius *Macrum* & *Modeſtinum*: aliique alia.

Veterum JC. Fragmenta.

Et veterum tamen adhuc Juriſconſultorum fragmenta ipſa extra Pandectas nonnulla ad nos pervenerunt, quorum pretium injuria & fatum cæterorum incendit. Quæ veterum Prudentum fragmenta uno volumine comprehendi utiliſſimum fuerit: quod & *Petrus Pithœus* ex parte jam præſtitit, & plenius adhuc præſtare inſtituerat una cum Notis.

GAJI INSTITUTIONUM LIBRI.

II. GAJI igitur primum fragmenta hodie nonnulla ſuperſunt, ſed Gothorum ſeu Aniani manu deformata, & quidem è quatuor Commentariorum ſeu Inſtitutionum ejus libris: Quatuor enim ſcripſiſſe eum docet Index Pandectarum Florentinarum, & præjudicium inſuper Inſtitutionum Juſtinianearum, quæ Gajanarum exemplo compoſitæ ſunt. Et ſane titulum IX. & initium X. ex libro tertio deſumpta eſſe oſtendit *lex 2. ff. de oblig. & act.* Quare deinceps titulus ita mutetur, *Gaii Inſtitutionum libri quatuor*, vel potius, *Excerpta è Gaii libris quatuor*, pariter ut Ulpiani fragmenta, Paulique Sententiæ, de quibus mox, non niſi excerpta ſunt. Obſervandum enim eſt, cum per Gallias & ſub Regibus Viſigothorum nominatim, vetus Juriſprudentia Rom. una cum Codice Theodoſiano obtineret, Alaricum Regem Gothorum per Anianum in ſuorum temporum uſum nonnulla ex Codice Theodoſiano, Gregoriano, Hermogeniano, ex Ulpiano, Gajo, Pauli ſententiis excerpi voluiſſe: Eaque omnia in unum Corpus redacta, quod inſequuti deinceps, *Corporis Theodoſiani*, vel etiam *Legis Romanæ* appellatione allegare ſoliti. Hæc Gaii fragmenta edidit in Germania Sichardus, & Almaricus Bouchardus in Gallia, Lovanii quoque edita in 12. 1570. Eadem Hieronymus Alcander Junior edidit cum commentario Venetiis in 4 apud Franc. de Franciſc. Ciotti A. 1600. Et alia tamen adhuc fragmenta Gaii Inſtitutionum colligi poſſunt tum ex Pandectis ipſis, tum ex Auctore Collationis legum Moſaicarum, Boëtio, Priſciano *ſub fin. lib. 6.* & Dionede *lib. 1.* Quæ in unum colligi è re fuerit.

CODEX THEODOSIANUS.

ULPIANI FRAGMENTA.

III. ULPIANI quoque fragmenta ſeu tituli XXIX. ex corpore Ulpiani ab eadem Aniani manu ſuperſunt, quæ Johannes Sichardus, mox Emarus Ranconnetus & Joh. Tilius Lutetiæ A.D. 1549. ediderunt, & à Cujacio Commentariis illuſtrata, qui poſtea quoque in meliorem Codicem, & authenticum exemplar incidit Jacobi Tilii; vide eum *lib. 17. obſ.* 28. in quibus veteris Juris ſtricturæ quamplurimæ ſuperſunt. Quæritur autem, ex quonam Ulpiani libro Tituli illi ſint; Neque enim ex Inſtitutionum libris deſumpti ſunt, ut arguunt eorum librorum fragmenta, quæ per Pandectas ſunt ſparſa. Vero ſimile omnino, ſumptos è libro ſeu corpore Regularum (& ita Cujacius quoque prodidit 13. *obſ.* 16. 17. *obſ.* 128. 19. *obſ.* 3. itemque Pet. Pithœus) ut docet *lex 17. ff. de teſtibus*: quæ totidem verbis repetita extat *tit. 10. fragm.*

fragm. Ulpiani §. 5. ex quo Ulpiani libro Regularum nonnullos alios locos suppeditat Collatio legum Mosaicarum (de quo vide Petrum Pithœum *ad tit.* 2. *Collationis*, *pag.* 133.) itemque Boëtius *ad Topica Ciceronis*.

Anonymi JC. veteris Fragmentum.

IV. ANONYMI quoque cujusdam JC. veteris fragmentum supereſt, unicum, & pluribus tamen ſententiis conſtans: quod quidam Ulpiani ex libro ejus Regg. vel etiam Gaji eſſe volunt, cujus argumentum eſt, de *Iuris ſpeciebus & manumiſſionibus*, deſumptum ex Doſitheï Græculi Magiſtri Homiliis, & Græcæ linguæ exercitationibus ſeu Grammatica. Id olim quidem de Latino in Græcum tranſlatum, verum quale hodie extat, de Græco in Latinum transfuſum, Claudius Puteanus Senator Pariſienſis primus eruit, Cujacio communicavit (ut teſtis ipſe 17. *obſ.* 20.) edidit tandem Pet. Pithœus, *ſub finem collationis legum Moſaicarum* A. D. 1572. in 4. Lutetiæ.

Jul. Pauli Recept. Sentent. libri V.

V. PAULI Sententiarum receptarum libri quinque, id eſt, generaliorum & forenſium axiomatum ſeu aphoriſmorum, vel potius excerpta ex iis, ab eadem illa quam dixi, Alarici ſeu Aniani manu ad nos quoque pervenerunt: *Sententiarum* inquam *receptarum libri*, quos ad *Filium* conſcripſit, ex quibus alioquin quædam in ſuas Pandectas Juſtinianus, quædam, uti dixi, Alaricus ſeu Anianus in ſuum illum Romanarum Legum Codicem & Breviarium retulit, interpretationibus etiam aliquammultis ſubditis. Et hæc excerpta una cum reliquis Codicis Theodoſiani fragmentis, Ulpiani & Gaii, Codicis Hermogeniani & Gregoriani, in Germania primus in lucem revocavit Joh. Sichardus ſub Ferdinando I. Imp. Baſileæ: in Gallia Almaricus Bouchardus, una cum Gajo ad Antonium Pratenſem Galliarum Cancellarium; poſtea ab Emaro Ranconnetto Tilio, accepta Jacobus Cujacius A. D. 1557. omnia illa pleniora & emendatiora protulit (niſi quod Aniani interpretationes rejecit) Notiſque primus illuſtravit. Sed & alias ſententias poſtea ex Codice quodam Veſuntino idem Cujacius *libro obſerv.* 21. extulit. Ad ultimum Conradus Rittershuſius (quod etiam Cujacius aliquando in animum induxerat ſuum) A. D. 1594. Norimbergæ in 8. omnes ad unam ſententias Pauli, ex illis inquam, excerptis Anianeis, fragmentis per Pandectas ſparſis, Codice Veſuntino, Auctore Collationis Legum Moſaicarum, Papiani Reſponſis, veteri conſultatione (de quibus vide Cujacium 7. *obſ.* 26.) in unum corpus retulit, ſeu uno libello comprehendit, & Indicem addidit, Interpretationes Aniani reſtituit: Minus veritus, quod Cujacius fecerat, libros qui in Indice Florentino *Sententiarum ſive Factorum* inſcribuntur, eoſdemque cum libris *Sententiarum* facere. Similis huic editio, ejuſdemque inſtituti prodiit ſive Avarici ſive Aureliæ in 12 A.D. 1599. ordo tantum alius ſubinde, & Index alius. Uſus harum Pauli Sententiarum potiſſimus in eo, quod præter ea quæ cum Jure Juſtinianeo conveniunt, quamplurima iis continentur ex jure veteri ante Juſtinianum recepto, à Juſtiniano vel ante ipſum abrogato, quæ mirum quantum lucis innumeris Juris Juſtinianei locis adferrunt, ut ſunt, quæ ſcribit *de Adſertoribus*, *de lege Fuſia Caninia*, *de Senatuſconſulto Claudiano*, *de Cognitoribus*, *de Crucis ſupplicio*, *dotalis prædii alienatione*, de fidejuſſore liberato per electionem rei, *de fiducia*, *furti actionibus quatuor*, *interdictorum uti poſſidetis & utrubi differentia*, de Regulis nonnullis *circa inſtitutiones & legata*, *legatorum generibus quatuor*, *libertorum differentiis*, *Mancipationibus*, *Pegaſiano Senatuſconſulto*, *plus petitionibus*, *ſucceſſionibus ab inteſtato*, *viceſima hereditatum*.

Uſus.

Modeſtini Regularum Fragmentum.

VI. MODESTINI quoque Regularum fragmentum unicum, ex libro ejus 3. (vel potius 9) *ſub titulo de bonis libertorum & de Teſtamentis*, ſumptum ſupereſt, ab eodem P. Pithœo editum *ſub finem Collationis legum Moſaicarum*.

Stemma graduum agnationis.

VII. STEMMA quoque, ſeu vetus graduum adgnationis deſcriptio Juriſconſulti cujuſdam, Codici Theodoſiano præfixa ab Emaro Ranconnetto accepta, *quemadmodum* videlicet *lege hereditates redeant*, inſerta eſt circa A. D. 1560. à Cujacio 5. *obſer. ult.* quem vide. Inſeruit & Inſtitutionibus ſuis Antonius Contius alterius generis pervetuſtum Stemma, ex antiquis Græcis manuſcriptis, ex libro 4. Sententiarum Julii Pauli, *tit. de gradibus*. Edidit & Charondas, ex MS. Dionyſiano Inſtitutionum aliam deſcriptionem ſeu formam graduum ad Juſtiniani veterumque Juriſconſultorum ſententiam.

Conſultatio de Pactis.

VIII CONSULTATIONEM quoque veteris Juriſconſulti mediæ ætatis *de Pactis*, cujus nomen incompertum, ab Antonio Oſſello acceptam edidit Cujacius, de qua vide ipſum 7. *obſ.* 26. ubi videre eſt veterum Juriſconſultorum religionem & formam: Nempe ibi ipſa legum capita & Auctorum verba, quibus ſuam ſuffulcit ſententiam auctor ille, verbotenus proponit; una cum inſcriptionibus & ſubſcriptionibus ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano (tantâ diligentiâ, ut etiam variis ex Codicibus varias repræſentet) Theodoſiano, Sententiis Pauli, libris & titulis adnotatis. In cujus facti cauſam inquirit Cujacius, *præfatione ad Conſultationes ſuas*: vide & quæ P. Pithœus notat, *Notis ad Collationem Legum Moſaic.*

Legum Rhodiarum hiſtoria.

IX. NARRATIO quoque Hiſtorico-Juridica *de Legum Rhodiarum* apud Romanos confirmatione (ab Impp. videlicet Tiberio Veſpaſiano, Trajano, Adriano, Antonino, Pertinace, Severo) procul dubio ſub ipſomet Severo Imp. confecta, quæ præfixa eſt Legibus Nauticis, huc pertinent: quam Simo Schardius edidit A. D. 1561. Baſileæ in 8. una cum Legibus Nauticis Georgicis, & Militaribus Juſtiniani II. de quo vide quæ idem Schardius ſcribit *in adnotationibus p.* 271. 272. Poſtea à Leunclavio vel Marquardo Frehero ex Fr. Pithœi exemplari edita accuratius, in libro cui titulum fecit *Ius Græco-Romanum* A. 1596. tom. 2. p. 265. In ea Narratione Hiſtorico-Juridica inteXtum eſt illud ipſum caput, quod ex L. Rhodia retulerat Voluſius Mæcianus, & extat in *l. ἀξίωσις π. ad L. Rhod. de jactu.* quam nos peculiari hypomnemate illuſtravimus.

Legum Moſaicarum collatio.

X. COLLATIO legum Moſaicarum & Romanarum (ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, Gaji, Modeſtini, aliorumque veterum Juris Auctorum *libris*, item ex Codd. Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano deſumpta, & in tit XVI. diſtributa) Tilio jam antea viſa, a P. Pithœo Juriſconſulto ex Mandubiorum Bibliotheca edita, & Notis luculentis illuſtrata A. D. 1572. Lutetiæ, in 4. ad nos pervenit. Quem librum eodem anno 1572. L. Charondas manuſcriptum ſe habere ex Bibliotheca Dionyſiana profeſſus eſt *in dedicatione Corporis ſui ad e Auguſtum Senatum Pariſienſem*. Hujus collationis ſeu pariationis Auctor *Licinius Rufinus* à Tilio primum, mox & à Cujacio dicitur; verum ex conjectura, an ex veteris libri fide, haud ſatis compertum. Sane non poteſt eſſe *Licinius Rufinus* ille, qui Pauli coæraneus fuit: Veriſſimum enim eſt, hanc Collationem editam poſt Codicem Theodoſianum, ſeu poſt A.D. 438. quandoquidem ex eo Codice quandam conſtitutionem laudat *de impudicis*, & quidem (quod obſervandum) pleniorem, quam eo Codice quem hodie habemus, extat, ac proinde ex integro non decurtato Codice Theodoſiano. Ex præfatione ſane tituli VI. & VII. colligere licet, profeſſione Juriſconſultum non fuiſſe. Tandem de hoc Auctore vide quæ Pithœus *initio Notarum*, quæ Marqu. Ferherus *ſingulari capite* 1. *parerg.* 9. Utilitas hujus libri triplex, 1. quod perſpicue repræſentat, quid Tribonianus, quid quantum Collegæ in excerpendis, diſcerpendis veterum Juriſconſultorum ſcriptis ſibi indulſerint. 2. Quod quamplurima priſci Juris fragmenta, tum ex Veteribus Juriſconſultis, tum ex tribus conſtitutionum Codd. contineat, quæ alibi nuſpiam, vel non ita plene, occurrunt. Tandem oſtendit, quomodo in titulos veterum Juriſconſultorum libri diviſi fuerint: ſpectandus eam in rem cumprimis *Tit.* XV.

Papiani liber Reſponſorum.

XI. PAPIANI liber Reſponſorum Titulis XL. conſtans, in hunc cenſum referendus eſt, ubi ex *lege Romana* (ut ipſemet loquitur) id eſt, ex tribus Codd. Gaji Regulis, Pauli Sententiis quamplurima referuntur, itemque ex corpore Novellarum Theodoſii, Valentiniani, Majoriani, Leonis & Severi: Pithœus Theodoricianum ſeu Gotho-Romanum putavit. Sane liquidum, fuiſſe ex aliqua earum nationum, quæ ſub Regibus conſtitutæ Gallis jam inſederant, cum & *Nationem ſuam* & *Dominum Regem* memoret *titul.* 3. & 7. Ego crediderim *Burgundionem* fuiſſe. Nam ſi quis Legem Gundebaldicam conferat, eundem ordinem pene deprehendet, ac pene pariare videbit. Hujus porro inſtitutum fuit, infelicibus Romanorum reliquiis *legem Romanam* proponere: Germanicæ quippe nationes, cum Romanas provincias, & Galliarum nominatim, poteſtati ſuæ ſubjeciſſent, hanc erga devictos humanitatem exercuêre, ut liberum cuique relinquerent, qua lege, ac nominatim Romana, vivere vellent, de quo vide Leges Burgundionum *tit.* 60. §. 1. Salicas *tit.* 43. §. 1. Longobard. *tit.* 57. & veteres *Formularum Auctores*. In hunc ergo finem Corpus quoddam Juris ex *Lege Romana* apud Gothos Arianus, apud Burgundiones Papianus confecêre.

Nota Juridicæ.

XII. NOTAS JURIDICAS huc quoque referri oportet, uſurpatas in monumentis publicis Juriſque Civilis libris, in legib. plebiſcitis, actionibus, edicto purpureo, quæ non ad libros Juſtinianeos pertinent, verum ad veteres Leges, Plebiſcita, actiones, Edicta perpetua, Juris civilis libros veteres, Leges denique Romanas & Codicem Theodoſianum. In quibus videlicet Notæ antiqui Juris, ſeu ſigna, à Juſtiniano abolita, explicantur; cujuſmodi complures libellos, & in his M. Valerii Probi Grammatici vetuſtiſſimi (cujus apud Suetonium, Gellium & Macrobium mentio fit, quique ſub Auguſto fuit) item Magnonis ſub Carolo M. Petri Diaconi ſub Conrado I. Imp. & incerti Auctoris vetuſtiſſimi, poſt varias aliorum Editiones in unum tandem corpus coëgit vir doctiſſimus Frideric. Lindenbrogius cum Notis nonnullis, editione Lugduno-Batava in 8. A. D. 1549. Solius Probi libellum, ex MSS. auctiorem longe edidit notiſque illuſtravit Henricus Erneſtus, Soræ in 4. A. D. 1647. Ubi tamen moneo, ibi non merum Probum extare, ſed multa ibi addita alia & poſteriore longe manu. His addere licet INNOCENTIUM, ex cujus libro de literis Notis juris, Agrimenſorii videlicet, nonnulla hodie extant: quem *Innocentium* Ammianus Marcellinus ſub Conſtantio Imp. fuiſſe memorat: idemque ille videtur, de quo Eunapius agit: cujus edendi conſilium Sichardus jam olim ceperat: tandem è Bibliotheca Palatina à Salmaſio erutum edidit Nicol. Rigaltius inter Auctores Finium regundorum, Lutetiæ in 4. A. D. 1614.

Innocentius de literis Notisque juris.

Voluſius Mæcianus de Aſſe.

XIII. VOLUSIUM MÆCIANUM *de aſſe ejuſque diſtributione* (& in heredum inſtitutionibus, & in aliis multis, ut ipſemet loquitur, neceſſaria) neque ab hoc cenſu alienum putare debemus, quem Sichardus edidit primus A. D. 1528. Liber hic quippe (judicio Cujacii ad *l.* 21. §. 2. *π. de annuis legatis*.) Juris ſtudioſis prius addiſcendus eſt quam Inſtitutiones: quod temere accedant ad Juris diſciplinam, quibus non bene nota eſt diſtributio aſſis.

XIV. FINIUM REGUNDORUM Auctores Auguſtos nonnullos neque hinc abeſſe velim; in quibus Siculus Flaccus, (qui ſub Domitiano vel Trajano ſcripſit) Julius Frontinus, libro de agrorum qualitatibus & controverſiis eorum, itemque Aggeni Urbici Commentarius in eundem Frontini librum. Quos Turnebus primum, accuratius poſtea Nicol. Rigaltius edidit & Notis luculentis illuſtravit Pariſiis in 4. A. D. 1614.

Notitia Dignitatum Orientis & Occidentis.

XV. NOTITIA Dignitatum omnium in partibus Orientis & Occidentis, ſub Theodoſio Jun. conſcripta, circa A. D. 426. (quam & ideo Alciatus *Breviarium Theodoſii Iun.* appellavit) unde maximum Juri noſtro lumen accedit, ad Dignitatum ſeu Magiſtratuum & officialium Notitiam, de quibus agitur primo libro Codicis, & poſterioribus tribus: item ad Notitiam Juris fiſcalis & patrimonialis. Eam Alciatus excerptam primus edidit; ſecutus Rhenanus, qui totam edidit Baſileæ in fol. Tandem à Guidone Pancirolo ex collatione duorum MSS. reſtituta plenius, Notiſque illuſtrata. Audio & Lutetiæ in illuſtri illa Regiaque Typographia nuper editam.

Hactenus Leges publicæ, veterumque Juriſconſultorum reliquiæ, aliaque monumenta ad Jus antiquum pro-Juſtinianeum ſpectantia.

Imperato-

Imperatoriarum Constitutionum Pro-Justinianearum reliquiæ.

IMPERATORIA. Constitutiones ante Justiniani tempora sequuntur.

Hadriani brevia.

I. HADRIANI primum Imp. Sententiæ & Epistolæ (hoc est, brevia ejus Rescripta) ex lib. 2. Dosithei Magistri, quæ veteri Glossario inserta, primum ab Henrico Stephano edita fuerunt, deinde ex Bibliotheca Sancti Galli apud Helvetios plenius visa à Cujacio 21. *obs.* 5. Sed tandem publice restituta Notisque illustrata à Goldasto Genevæ in octavo.

Gordiani Constit. de Nupt.

II. GORDIANI constitutio unica de *nuptiis* contra mandata contractis & dote caduca, a P. Pithœo accepta, edita a Cujacio 1 *obs.* 11.

CODEX GREGORIANUS & HERMOGENIANUS.

III. IV. CODICIS GREGORIANI & HERMOGENIANI quoque reliquiæ quædam hodie supersunt, à manu, ut dixi, Aniani seu Gothorum: Quinimo & B. Augustinus *lib. 2. ad Pollentium cap.* 8. cujusdam Constitutionis ex Cod. Gregoriano meminit: Addi possunt & eæ, quæ exinde citantur ab Auctore Collationis Legum Mosaicarum, & Consultationis veteris Auctore. Quinimò & quæ à Papiano libro Responsorum. Quorumnam autem Impp. Constitutiones his Codd. comprehensæ fuerint, ostensum jam alibi.

CODEX THEODOSIANUS.

V. CODEX THEODOSIANUS quoque supereſt, per gradus quosdam necdum plane tamen, restitutus: Primum enim a Joanne Sichardo Breviarium Codicis Theodos. quale ab Aniani manu profectum, editum fuit, ante hos 100. & quod excurrit annos Basileæ, A. D. 1528. Postea Joan. Tilius libros octo posteriores integros, non jam ab Aniano decurtatos extulit, & postremo tamen libro adhuc mutilo, Parisiis in 8. A. D. 1549. Eum secutus Cujacius librum sextum, septimum, & octavum integros eruit, una cum supplemento libri postremi à Stephano Charpino acceptos, Lutetiæ in fol. A. D. 1566. Constitutiones de Senatusconsulto Claudiano lib. 6. contulit Cujacianæ Editioni P. Pithœus. Supersunt itaque adhuc eruendi quinque priores, & initium libri sexti, quorum Breviarium tantùm ab Aniani manu habemus, quæ frustra hactenus à me quæsita sunt.

NOVELLÆ CONSTITUTIONES, *Theodosii & aliorum.*

VI. NOVELLÆ Constitutiones, post Codicem Theodosianum promulgatæ, tum ab ipsomet Theodosio Jun. tum & à Valentiniano, aliquot primùm ex Aniani Breviario à Sichardo editæ, postea XXX. Novellis auctiores à P. Pithœo è patris Bibliotheca A. D. 1571. Marciani quoque & Majoriani, itemque Severi Novellæ ex eodem Breviario à Sichardo editæ. Majoriani Novellas Cujacianæ Editioni Antonius Oisellus contulit: sed unâ auctiores Pithœus reddidit: à quo etiam tres Anthemii Constitutiones primum erutæ, sic ut in universum XXXIV. Novellas Pithœus dederit.

Notitia Basilicorum, sive post-Justinianeæ Jurisprudentiæ reliquiæ.

Josephi Mariæ Zaccheſi notitia Basilicorum ad Urbanum VIII.

LIBRI Βασιλικῶν in sex τάξεις, seu volumina distincti sunt, indeque dicti ἑξάβιβλα, & in libros sexaginta subdivisi, indeque ἑξηκοντάβιβλα nuncupati.

Basilii Basilica.

Imperator Basilius Macedo primus illis manum admovit, ut Cedrenus asserit: ideoque Leo Sophus eidem Basilio patri suo libros hosce tribuit. Novella LXXI. teste Cujacio cap. 31. lib. 17. observat. Juris & plerique Basilium Βασιλικῶν auctorem esse crediderunt, in quibus fuit & Franciscus Balduinus. Ipse Basilius in præfatione ἐπαναγωγῆς, cujus initium τὸ ἀξίωμα, narrat ut τὰ ἐν πλάτει κείμενα πόνῳ, seu Διατάξεις Βασιλικὰς in libros quadraginta (tribuit sexaginta Cujacius) digesserit, tum ex illis repurgatis Epitomen in titulos quadraginta distributam expresserit, sive πρόχειρον. Item in procœmio ἐκλογῆς incipiente, ὁ διατάττων, remittit studiosos ad ἀνακάθαρσιν ἐν πλάτεσι quam confecerat.

Prochirum Basilii.

Etenim Basilius idem Macedo cum filiis suis Leone & Constantino, sive Alexandro πρόχειρον edidit τῶν νόμων, quod titulis quadraginta, seu sexaginta constabat, & extabat modo sub Leonis Imperatoris: modo Leonis & Alexandri, sive Constantini; modo Basilii, Leonis, & Constantini nominibus, & diversis præfationibus in Bibliotheca Palatina, ut adnotavit Marquardus Freherus in Chronologia Juris. at nunc reperitur in Vaticana in Codice Palatino signato numero 223. cui titulus est

ἐπαναγωγῆς nomine.

ἐπαναγωγὴ ἐν νόμοις ἐν σοὶ θεῷ ἐμφανεστέροις ὑπὸ Βασιλείου, καὶ Λέοντος, καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν Βασιλέων, cujus præfatio incipit, τὸ ἀξίωμα, & in quo tituli quadraginta continentur. Eodem in Codice aliud est inscriptum,

ἐκλογῆς.

ἐκλογὴ τῶν νόμων καὶ ἐπιδιόρθωσις ἐκτεθεῖσα ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἔτους ϛτμϛ'. hoc est 6347. à Christo nato 838. τῷ μηνὶ Μαρτίῳ ινδ. θ'. præfixis nominibus Leonis & Constantini, cujus procœmium inchoatur à voce ὁ διατάττων, est vero simillimum illi, quod editum fuit a Leunclavio Tomo II. Juris Græco-Romani ex membranis Sambuci cum præfatione deprompta è Codice Bibliothecæ Palatinæ Septemviralis; isto (ut opinor) in quo cum sint quadraginta duo tituli, tamen in edito viginti octo tantum leguntur. Præterea in Vaticanæ Codice notato numero 856. videre est, ἐκλογὴν cum eadem epigraphe, nisi quod Basilii quoque nomen inscriptum est, sed titulos quadraginta complectitur, & alia est præfatio cujus exordium τὰ μέγαν, quæque præponitur exemplaribus ἐν ἐγχειριδίοις, sive πρόχειρα, (quæ sunt in forma Enchiridii, & circumferuntur sub nominibus Leonis, & Constantini) Vaticano notato numero 857. & Palatino notato num. 196. quorum primus titulus est περὶ νόμων, sicut in Codice Palatino notato num. 223. at in Vaticano notato num. 856. ἐκλογῆς prior titulus est, περὶ σωφανίστων μνησείας.

ἐγχειριδίων.

Atque hoc Basilii πρόχειρον illud est quod dicitur Harmenopuli, cum tamen Harmenopulus ipse in præfatione Hexabibli diserte profiteatur illius auctores τοὺς περὶ Βασίλειον, Κωνσταντῖνον, Λέοντα, & illud titulos tantum quadraginta continere, ut adnotavit Cujacius. Harmenopuli verò prochirum longe plures: ex illo namque decerpsit Harmenopulus, maximamque partem redegit in suum, aliaque ex Romano, & Cosma magistro sub junxit ut idem fatetur.

Prochirum Harmenopuli.

Harmenopuli prochirum conscriptum fuit anno à Christo nato 1143. evulgatum Græce Parisiis anno 1540. ab Adamo Suallenbergo, Latine a Bernardo Rey 1547. & 1549. rursus Latine à Mercero Lugduni 1556. denum Græce Latineque simul à Dionysio Gothofredo. extat manuscriptum in Vaticana 848. 849. 850. 851. & Palat. 256. 369.

Prochirum Michaël Attaliotæ.

Ante Harmenopulum anno θεοσεβείας 1071. seu 1077. Michaël Attalota Judex, & ἀνθύπατος scripsit prochirum, quod πόνημα, seu πραγματικὴ nominatur, quodque Leunclavius edidit Græce & Latinè Tomo 2. Juris Græco-Romani, cum jam indicasset lib. 2. Notatorum in paratitla; extat exaratum calamo in Vaticanæ codicibus 640. & 856.

Michaël Psellus.

Eodem fere tempore Michaël Psellus politicis versibus legum synopsin contexuit. habetur illa in Bibliothecis Vaticana codice 845. & Palatina Cod. 316. & Constantinopolitana, in Laurentiana Florentinarum nobilissima se vidisse testatur Antonius Augustinus, qui eam non magnifacit libro 4. emendationum cap. 3.

Josephi Tenedii κεφάλαια Βασιλικῶν.

Laudat idem Augustinus in Notis ad Novellas κεφάλαια Βασιλικῶν καὶ στοιχεῖον Josephi Tenedii, & Indicem Βασιλικῶν καὶ στοιχεῖον, cujus ea esse suspicere exemplaria, quæ servantur in Vatican. Codicib. 852. 854. & Palatin. Cod. 222. præcipue in Codice inscripto Τιπούκειος νόμος. & Ulpianus quidem Tyrius alius à Jurisconsulto, si Casauboni sententiam cap. 2. animadvers. in Athenæum sequamur, vel ipsemet Jurisconsultus, si Cujacio fidem adhibeamus c. 39. lib. 24. observationum Jur. ab Athenæo in libris dipnosophistarum non tantum ὀνοματοθήρης, sed etiam κειμένικος vocatus fuit, quod in epulis nihil gustaret cibi, quin prius rogasset εἰ κεῖται, seu οὐ κεῖται, sive ὅπου κεῖται, ejus appellatio. Nunc Indicem vulgo dici jus Alphabeticum notat ipse Antonius Augustinus in sua Bibliotheca Codicib. 181. 182. 187. Carolus Labbæus νόμιμον καὶ στοιχεῖον vocat, & glossas post illud inventas publicavit. Cujacius ἐκλογὴν, καὶ Σωσίφου τοῦ Βασιλικῶν ξ'. βιβλίων σὺν προχειροπαΐδι καὶ στοιχεῖον sibi dono datam à Jacobo Cambrayo, qui retulerat illam e legatione Constantinopolitana, testatur in præfatione ad titulum π'. de excusat. Tutorum.

Typus, νόμιμον καὶ στοιχεῖον, Jus Alphabeticum.

Antiochi Balsamonis Prochirum.

Antiochi Balsamonis prochirum simile prochiro Michaelis Attaliotæ, & illi quod Basilio, Leoni, & Constantino tribuitur, recensetur in sua Bibliotheca idem Antonius Augustinus Codice 188. videturque cum Pselli opere confundere in voce παράδεικτης, de propriis nominibus Pandectarum.

Leonis Basilica.

Leo Philosophus Basilio patri succedens inchoatum ab eodem Basilio Διατάξεων Βασιλικῶν volumen (Basilicum vocant Græci) perfecit, uti Cedrenus asserit, operaque Sabbatii Protospatharii (uti Matthæus Blastares tradit, ex coque Antonius Augustinus in Bibliotheca, libro de prop. nomin. π'. & in σχολιογράφοις ad Novellas) promulgavit. hac Leonis καθάρσει Photius in procanone videtur usus Gothofredo, anno à Virginis partu circiter 886. à Leone concinnatos fuisse Βασιλικὰ libros Michaël Psellus, Michaël Attaliota, Harmenopulus, Balsamon, Blastares, & Cujacius summo consensu testantur.

Epitome Jurii.

Edidit idem Leo Juris Epitomas, opus meris definitionibus & regulis constans, & satis elegans, quod erat in Palatina Bibliotheca, ut Freherus testatur. præter ἐξηκοντάβιβλον, seu Βασιλικὰ νόμιμα confecisse Leonem Prochirum, ut instar Institutionum foret, Antonius Augustinus in Notis ad Novellas prodit, aliquod ex his, quæ ipsi & Basilio Patri simul, vel Constantino filio promiscuè adscribuntur, illud fore verisimile est, forte Λέοντος ἐκλογὴν quæ reperitur in Bibliotheca Regia Parisiensi, quamque laudat Labbæus, qui ex eadem erutas glossas emisit in lucem. Codici Vaticano 852. in quo κεφάλαιον, præfixa legitur Imperatoris Leonis Epistola incipiens, Ἰωσηπιανῷ, diversa à Novella prima Leonis ad Stylianum.

Prochirum.

Constantini Porphyr. Basilica.

Subsequutus Leonem Constantinus ejus filius cognomento Porphyrogeneta revocavit has Βασιλικὰς sub incudem, & novam ἀνακάθαρσιν, seu repetitam prælectionem emisit in lucem, ut cum in unum corpus quinquaginta trium locorum communium Historicos omnes colligi jussisset, non minus de Jurisprudentia, quàm de historia, quæ conjungendæ sunt, (ut toto libello docet Franciscus Balduinus) bene mereretur, ut observavit Casaubonus in præf. ad Polybium. Unde Βασιλικῶν auctor assertus fuit à Luitprando, atque à Gentiano Herveto. hanc ἀνακάθαρσιν passim laudat Theodorus Balsamon.

Versa.

Isti demum veri sunt Βασιλικῶν libri, qui à Constantino Porphyrogeneta ultima manu imposita fuerunt editi.

Prochirum Constantini.

Ad eos ipse Constantinus, Prochirum, five introductionem componi curavit, aut potius prochira, quæ Basilius, & Leo composuerant, recenseri, unde illius quoque nomen tot prochirorum exemplaribus inscriptum est, quæ à studiosis & Cautidicis Orientalibus variè interpolata & concisa pro libito, & ad ipsorum usum, præpostereque descripta tam dissimilia, tamque perturbato ordine nunc reperiuntur.

Synopsis Basilicarum.

Βασιλικῶν ἐκλογὴν, sive synopsin Joan. Sambucus vir Pannonius Tarenti apud Calabros reperit, & cum versione Latina Leunclavius ipsam edidit Basileæ 1575. de illa fusè Cujacius lib. 18. cap 37. & 38. observat. Juris, ubi laudat etiam μικρὸν καὶ στοιχεῖον incerti auctoris, de quo cùm non liqueat, ampliandum censeo.

μικρὸν καὶ στοιχεῖον.

Libri è quibus compilata Basilica.

Jam verò est operæpretium recensere constitutiones Imperatorum, & Responsa Jurisconsultorum, è quibus Βασιλικῶν συμπόσιον compilarunt suprascripti tres Augusti.

In primis è Justiniani Codice, Digestis, Institutionibus, & Novellis collecti sunt Βασιλικῶν libri, ut vel ex epigraphis Prochirorum patet, atque ex præfatione Leonis in ἐκλογὴν Βασιλικῶν Codice Vaticano 852. quæ est κεφάλαιον, & ex synopsi Michaëlis Pselli Codice Vaticano 845.

Institutiones Imp. Justiniani.

Quod attinet ad libros IV. Institutionum quidam tradunt eas ævo ipso, atque jussu Justiniani à Theophilo antecessore Constantinopolitano, & viro Illustri uno è tribus viris, quibus illas concinnandi provincia demandata fuerat, in Græcum versas fuisse. Sic Antonius Augustinus censet, & Viglius in ea se fuisse sententia quondam scribit, sed addit, postmodum se vertisse stylum, quia Theophilus id in præfatione non tacuisset, ipsumque Theophilum ætati Justiniani fuisse proximum putat, sicut & Franciscus Broeus in Chronologia juris. Illas indicavit primum Angelus Politianus in miscellaneis, edidit postea Viglius Græce Parisiis anno 1534. cum exscripsisset nactus exemplar à Cardinali Bembo è Veneta Bibliotheca Marciana, cui Bessarion Cardinalis reliquerat, & dein aliud à Joanne Baptista Egnatio: idemque supplevit primum titulum de Justitia, & Jure, qui deerat. Easdem Jacobus Curtius Brugensis cum interpretatione Latina rursus evulgavit anno 1545. mox Ludovicus Miræus Lugduni 1580. deinde Dionysius Gothofredus, postremo Carolus Annibal Fabrotus Antecessor Aquensis emendatiores Græce & Latine edidit Parisiis anno 1637. exstant manuscriptæ in Vaticana, & Palatino Codice 195.

Digesta seu Pandectæ.

Digesta quoque comprehensa libris quinquaginta, Græcè redita sunt à Thalelæo ætate Justiniani, & conversa κατὰ πόδα, ut vult Balduinus in præfatione Scholiorum ad Novellas, Holoander in procœmio ad Novellas asserit hæc se legisse. Accedunt huic sententiæ Suallembergus in prologo ad Harmenopulum, & Cujacius cap. 31. lib. 17. & cap. 10. lib. 6. observationum Juris, qui Thalelæum νομικῆς ὀφθαλμὸν dictum adnotat cap. 33. lib. 13. Erat iste Thalelæus antecessor & vir Illustris, atque unus è Collectoribus Pandectarum, seu Digestorum, ejusque meminit Justinianus in præfatione Codicis, & constitutione, omnem, ut Antonius Augustinus observat in notis ad librum de propriis nominibus Pandectarum, ubi asserit sicut & Cujacius, ex hac interpretatione Thalelæi multa in Basilicis superesse. at Matthæus Blastares relatus ab Antonio Augustino ad Novellas in τοῦ λεξεμβεργίου, Stephanum εἰς πλάτ@ interpretatum esse Digesta, Cyrillum κατ' ἐπιτομὴν. Dorotheum usum in eorum versione μέσῃ πάσῃ tradit Thalelæum Rutilium, alii Thallelæum vocant.

Codex.

Codex in libros duodecim divisus, in Græcum translatus etiam fuit, atque hujusmodi Codicem Græcum visum fuisse in Insula Creta Suallembergus loco laudato, & Balduinus in prolegomenis affirmant reperiri. Freherus refert, ejus interpretem exstitisse illum, qui Κωδικάτα nomine laudatur in Basilicis opinor. scribit tamen Matthæus Blastares Thalelæum Anticensorem τὸν Κώδικος εἰς πλάτ@ expolvisse, Theodorum Hermopoliten σωτελεμβρίου, ἐπὶ δὲ σεπτεμβρίου Anatolium, at Isidorum contractius Thalelæo, aliis vero duobus latius. Theodori argumenta brevia in Codicem laudari in Basilicis Cujacius prodit, illumque passim laudat, sicut & Antonius Augustinus, Gothofredus. & exstat ejusdem Codicis versio Gallica sub Lothario facta, ut testis est Freherus, eaque se Cujacius usum esse profitetur in cap. pastoralis ext. de caut. possess. & propriet. & alibi exstat quoque Turcica, cujus in paratitlorum prologo meminit αὐτόπλης Leunclavius.

Novellæ.

Novellæ, seu Νεαραὶ centum sexaginta octo à Triboniano compositæ, ut Harmenopulus, Attaliota, Blastares, & Cujacius testantur; à variis ut Balduinus e stylo conjicit, maluntque Gisanius in Oeconomia Juris, & Broeus post Alciatum, atque collectæ, seu potius in unum volumen conjectæ, haud diu post obitum Justiniani à quopiam collectore ignoto; privatum hominem, qui non semper ordinem temporum secutus sit, Gisanius in vita Justiniani autumat: nam licet Agathias meminerit libri Novellarum tanquam operis quod proprium sit Justiniani, tamen id intelligendum est quo ad rem, atque materiam, non quo ad συναγωγὴν, ut explicat Alciatus: Justinianus quippe vivus Pandectas, seu Digesta, & Codicem, atque Institutiones edi tantùm curavit. Opus igitur postumum sunt Novellæ, quæ Græce conscriptæ fuerunt, præter paucas è stylo dignosci solitas, ut auctor est Balduinus, cui succinit Antonius Contius in præfatione ad Novellas. Græce quoque conceptæ fuere constitutiones, quæ post editum primum Codicem latæ, & insertæ fuerunt Codici repetitæ prælectionis, periisseque videbantur librariorum culpa, qui avorum nostrorum memoria Græcas literas penitus ignorabant, ut Leunclavius scribit, in libro Notatorum, sed earum quamplurimas Contius & Cujacius restituerunt; unde Latinis elaborandum fuit ut eas in linguam suam converterent. Itaque statim post Justinianum Novellas in Epitomen redactas, Latinitate donavit Julianus Patricius, & Exconsul atque antecessor Constantinopolitanus, alius ab eo, cui Priscianus libros suos nuncupat, (eumdem putat Hub. Goltzius in præfatione ad Novellarum editionem Brugensi 1565. & ejus esse tria epigrammata, quæ leguntur, in Anthologia Græca.) Sed iisdem, aut proximis temporibus, ut existimant Antonius Augustinus, & Cujacius qui commendat ipsum cap. 40. lib. 8 observationum Juris. plura de illo Alciatus cap. 46. lib. 2. Parergῶν Juris. Hæc Epitome Novellarum ab Ambrosio Calmadunensi Mantuæ reperta sub titulo Joannis Consulis de variis quæstionibus, ut ipse Ambrosius testatur in Epistolis quæ manuscriptæ visuntur in Vaticanæ Codice 1793. & refert Augustinus Monachus Calmadulensis in vita ejusdem Ambrosii; edita fuit cum legibus Longobardorum à Nicolao Boerio, tum anno 1560. à Ludovico Miræo Lugduni, mox Brugis anno 1565. cum Miræus accepisset ab Æmaro Ranconeto duo exemplaria, & unum à Russardo Cujacii opera, dein ab Antonio Augustino Parisiis 1567. & à Petro Pithœo Basileæ 1576.

à Juliano in Epitomen contracta.

Ab anonymo translata in Latinum.

Alius sed anonymus transtulit etiam Νεαρὰς, seu Novellas, (falsò Monachum Irnerius arbitratus est, jureque confutatur ab Azone,) & hujus est ea translatio, quæ vulgo nunc habetur; & dicta fuit authentica, quia κατὰ πόδα, uberius, pinguius, & ad verbum translatæ secundum illam Novellæ, unde ipsis Authenticorum nomen inhæret, ut adnotarunt Alciatus cap. 46. lib. 2. Parerg. Jur. & Contius. Fuerunt qui Bulgaro Pisano Jurisconsulto & Poetæ Græce docto illam tribuerent, cum titulum de excusat. Tutor. seu Modestini librum Latinum fecerit, aut saltem ejus ætate factam dicerent, ut Alciatus & Covarruvias. sed Cujacius cap. 36. l. 3. observat. Jur. & in præfatione ad Novellas tradit hunc interpretem longe antiquiorem Bulgaro commonstratum iri ab Antonio Contio, qui præstitit illud egregie adnotans sanctum Gregorium Pontificem Maximum in locis apud Gratianum, & Raymundum relatis, & sanctum Isidorum in libro Canonum ejusdem Interpretis verba recitare; unde cum scriptores isti Justiniani sæculo proximi fuerint, illum Justiniani tempore, vel non multo post edidisse versionem suam recte suspicatur etiam Balduinus in præfatione Scholiorum ad Novellas. Hæc vero translatio in libros, Constitutiones, & Capita, divisa erat, uti colligitur e Gratiano C. illicita 23. quæst. 3. Tituli nunc præfixi Novellis non auctoritate Justiniani fuerunt conficti, unde alii tribuunt illos Juliano, alii vetusto Interpreti, alii Haloandro, Scrimgero, Basilicis, alii Cujacii indici, uti notat ipse Cujacius ad Novellas.

Interpres iste vetus quisquis fuerit, Barbarus à plerisque vocatus, utriusque linguæ imperitus à Viglio, indoctissimus à Leunclavio, nihilominus à Cujacio commendatus, viguit olim profecto, & in Scholis regnavit; Odo qui vixit anno salutis 839. apud Joannem Italum in Odonis vita in Bibliothec Cluniac. patrem suum Abbonem ait memoriter Novellam retinuisse, unde si quando lis inter parentes fuisset exorta, tanta in eum Censuræ quoquo modo excreverat veritas, ut undique ad eum omnes confluerent. Novellarum S. Bernardus meminit in libris ad Eugenium Papam. Meminit & Concilium Parisiense S. Ludovico regnante habitum, relatumque in Pannormia Ivonis. Ex interpretis hujus translatione decerpsit, quas in uit Codici, Novellarum portiunculas Irnerius, seu quis alius auctoritate Friderici primi Imperatoris (ut quidam ajunt) id peregit Balduino teste loco laudato. Nec Græcæ Novellæ visæ fuerunt donec eas Gregorius Haloander edidit primum Norimbergæ 1531. cum sua versione, tum Parisiis 1542. nactus Joannis Baptistæ Egnatii ope copiam exemplaris, quod Ludovicus Bolognius, seu Bononiensis e Marciana Bibliotheca describendum curaverat, & Florentiæ in Laurentiana publice asservabatur. At quia in illo desiderabantur aliquæ Græcæ Constitutiones, supplevit Hervagius & H. Scrimgerus illas e libro Cardinalis Bessarionis Bibliothecæ Venetæ relicto, ut narrat Antonius Augustinus cap. 8. lib. 2. Emendatas edidit illas rursus Scrimgerus cum Edictis, &c. è Bibliotheca Fuggeri Basileæ 1558. Antonius Augustinus Parisiis 1567. prodierunt & Florentiæ Torrentini, &c.

Edicta Justiniani & aliorum Imperatorum.

Conflati quoque sunt libri Βασιλικῶν è Justiniani edictis, quæ supersunt tredecim, e Justini junioris, Tiberii, Zenonis & aliorum Imperatorum, atque ipsius Basilii Macedonis Novellis, quarum exstant pleræque Græce Latineque a Scrimgero, Cujacio, Gothofredo, Leunclavio in Juris Græco-Romani Tomis, Enimundo Bonefidio in libris Juris Orientalis editæ, & e Constitutionibus Βασιλικαῖς, ἐπαρχικαῖς, Ρωμαϊκαῖς, de quibus Cujacius fuse cap. 10. lib. 6. observ. Juris. Insuper e centum viginti Novellis (quas evulgavit Græce H. Scrimgerus è Bibliotheca Fuggeri Basileæ 1558. Latine conversas a se H. Agylæus 1550.) Leonis Imperatoris, quæ manuscriptæ exstant in Vaticanæ Codice 221. Palatino, qualque nunquam usu receptas Cujacius asserit cap. 31. lib 17. observationum Juris, & ex illius Enchiridio, ut liquet ad calcem libri 60. Βασιλικῶν.

Constitutiones ἐπαρχικαὶ, Ρωμαϊκαὶ,

Enchiridion. Paratitla, gloſſæ, παράπομπαι, &c.

Ad hæc e Paratitlis, ac glossis, ὠφέλειαι, ἀναπομπαῖς, seu interpretationibus κατὰ πόδα ἢ κατὰ λέξιν, sive ecphrasi, metaphrasi, paraphrasi, ἑρμήνειαι speciatim sumpta, quas varii Jurisconsulti conscribebant, ac ῥοπαῖς, seu ἀγωγαῖς, ἢ περὶ τῶν νόμων Ροδίων, Γεωργικῶν, de pœnis militaribus, &c. ex Rufi libris. Erant tunc præ manibus Jurisconsultorum illa paratitla, quorum libros tres edidit Leunclavius Latinos à se factos, quosque è libris Harmenopuli & Attaliotæ, atque è Basilicis excerptos putabat Broeus. In Vaticanæ Codice 856. & Palatino 226. exstant Græce simillima paratitla.

Eustathii de temporum intervallis liber.

Erat Eustathii Antecessoris liber, qui forte manuscriptus in Vaticanæ Codice 852. legitur sub titulo περὶ τῶν χρόνων διαφημάτων, de temporum intervallis, quemque Latine jam editum Græce publicavit Cujacius. Athanasii Scholastici de criminibus qui fuit in Bibliotheca Antonii Augustini Codice 188. cujusque aliqua ἐκ τῶν Διγέστων, καὶ δ' θ'. βιβλίῳ Κώδικος leguntur in Vaticanæ Codice 226. Palatino.

Athanasii Scholastici de criminibus.

Joannis Cubidii, seu Convidii παιδάριον.

Ἰωάννου Κυβιδίου παιδάριον. ex quo nonnulla eodem sunt in Codice, quique Antonio Augustino Joannes Convidius Anticensor, habebat enim Antonius Augustinus in Bibliotheca sua istius Joannis nonnulla, & ex paratitlis etiam Codonis descripta e libro Cretensi, Codicibus 183. 184.

Paratitla Codonis.

Variæ συναγωγαὶ legum in Codice, inque Digestis collocatarum, cujusmodi extant in Vaticanæ Codice 226. Palatino, & in Antonii Augustini Bibliotheca numerabantur Codice 55.

Συναγωγαὶ legum.

Sancti Patres, & Canones Conciliorum, qui laudantur titulo 39. lib. 60. Βασιλικῶν, &c. Nec dubito quin tunc supererent Ulpiani fragmenta, seu tituli 29. ex Ulpiani corpore deprompti, editique nunc Tolosæ ab Anno 1552. Institutiones Caji, Theodosianus Codex, reliquiæ Gregoriani, & Hermogeniani, Pauli receptarum sententiarum libri, Mæciani de asse, Urbici de limitibus, Frontini de aquæductibus, quorum auctorum collectionem cum interpretationibus debemus Goiarico viro illustri Comiti, & Aniano viro spectabili factam anno secundo supra vicesimum Alarici Regis, editionem Sichardo, qui Basileæ publici juris fecit anno 1528. Licinii Rufini Collatio legum Romanarum cum legibus Dei, inventa, & edita à P. Pithœo. Cujac. cap. 10. lib. 13. observ. Juris de ea fuse Papiani, qui perperam confunditur à quibusdam cum Papiniano, nam vixit ævo Theodorici Regis Ostrogothorum in Italia, uti præfatur Cujacius, Responsa, quæ Cujacius ipse vulgavit cum Codice Theodosiano.

Sancti patres Conciliorum Canones.

Ulpiani, Caji, Pauli, Mæciani, Urbici, Frontini, fragmenta, Codex Theodosianus cum reliquiis Hermogeniani, & Gregoriani. Licinii Rufini collatio, &c. Papiani Responsa.

Libri Βασιλικῶν indicati à Vigilio.

Βασιλικῶν libros indicavit primus Vigilius, qui in præfatione ad institutiones Theophili. Percurri (inquit) aliquando voluminis, quod Βασιλικὸν inscribitur, bonam partem, quæ libros quinque continebat, & titulos ex Pandectis, Codice, atque Novellis plus minus 90. Inter hos primus titulus est de excusat. Tutorum.

Edidit

Edidit Latine Gentianus Hervetus Lutetiæ 1557. Tomos duos quos ab Antonio Augustino Romæ acceperat, & Francisco Duareno communicarat, quibusque libri 45. de successionibus ab intestato, 46. de statu hominum, & rerum divisione, 47. de Donationibus, 48. de manumissionibus simul compacti, & seorsim ab his, simul tamen 28. 29. 30. de dotibus & nuptiis, quamvis mutili continentur, illi vero recusi sunt Hanoviæ 1590.

Tituli à Cujacio.

Cujacius Latine 60. librum de Judiciis commisit prælo. hic 60. Hanoviæ quoque lucem vidit anno 1596. Ipsum autem relatum è Constantinopolitana legatione Jacobus Cambrayus dono dederat Jacobo Cujacio, qui profitetur id beneficium in præfatione commentarii ad tit. π π'. de excusat. Tutor. & cap. 40. l. 16. observationum Juris. Promiserat Cujacius 38. 39. 40. 41. & 42. libros, quos beneficio Vigilii sibi commendatos (cum Vigilius Hoppero dedisset, Hopperus rogatu Gisanii misisset utendos Cujacio) tunc in manibus fuisse testatur, refertque Gisanius in vita Justiniani; quin & 28. 29. & à 45. ad 49. emendatiores. Sed Cujacium mors prævenit, ejusque præclaros conatus interrupit: emisit igitur ex autographo Cujacii Carolus Labbæus libros 38. & 39. in lucem Parisiis 1609. ut e 60. libris editos utcumque habeamus Latine decem, nempe septem Herveti. munere vero Cujacii tres. Gisanius addit se accepisse Cujacium totum corpus Βασιλικῶν nactum esse cum scholiis Græcorum Interpretum. Broeus in Chronologia Juris famam esse scribit libros Basilici reliquos penes Cujacium fuisse, illoque demortuo pervenisse ad Petrum Fabrum Saniorianum Præsidem Tholosanum, cujus heredes Thesaurum illum custodiunt, ut didici ex litteris Illustrissimi Archiepiscopi Tolosani. nec ipse Cujacius diffitetur in supradicta præfatione ad tit. π π'. de excusat. Tutor. In præfatione autem lib. 60. ait, se Leonis ἐξηκοντάβιβλον omnem pene evolvisse, cujus postremum librum emitteret.

Duo à Labbæo ex autographo Cujacii.

Reliqui penes Cujacium, tum penes Petrum Fabrum Saniorianum.

Antonius Augustinus inter libros Græcos M. SS. Bibliothecæ suæ publice notum voluit se Βασιλικῶν habere libros duos, VII, acephalum, & VIII. integrum Codicibus 177. & 178. item alios duos imperfectos 28. & 29. Codice 179. item quatuor alios 45. 46. 47. 48. Codice 180. cum Scholiis incerti, & Theodori, Thalelæi, Dorothei, Cyrilli, & alterius anonymi interpretationibus. Insuper Βασιλικῶν sexaginta librorum Decadem primam à Theodoro Hermopolita Scholiis illustratam, atque Indicem titulorum omnium Βασιλικῶν, cujusmodi habeo domi, & procœmium quoque.

Antiqui fuere fines Antonium Augustinum.

Jurisconsulti qui in libros Βασιλικῶν scripserunt.

In hosce Βασιλικῶν libros scripsere commentarios, glossas, σχόλια, & σχολαί, ἐξηγήσεις, quæ interlineares, ἔξωθεν quæ marginales, unde dignosci possunt Βασιλικά, plerique Jurisconsulti, è quibus Cujacius recenset Stephanum, Nicæum, Thalelæum, Isidorum, Eustathium, Eudoxium, Calocyrum, Sextum, Callistratum, Leonem, Phocam, Modestinum, Domninum, Gobidam, Chumnum Joannem, Hagiotheodoretum, Doxapatrum, Gregorium, Garidam, Bestem, Baphium, & Theophilum. addit Freherus Patzum, Theophilitzem, Phobenum, Theodorum Hermopolitem, Demetrium Chartophylacem, quos (inquit) enumeratos sufficit, quia certo sciri nequit, quibus annis vixerunt singuli.

Anonymum præterea Cujacius vult esse incertum interpretem. Basilicum contextum ipsum Βασιλικῶν. Enantiophanem coacervationem pugnantium inter se, & ἀντινομιῶν, cujus forsitan auctor Photius, qui fatetur in Nomocanone se librum scripsisse περὶ ἐναντιοφανῶν, quem imitati sunt Gilbertus Regius editis libris duobus ἐναντιοφανῶν Antverpiæ 1564. & Julius Pacius Centuriis septem Lugduni 1606. & Hanoviæ 1605. quamvis Βασιλικῶν Conditores hisce nominibus utantur quasi propriis, sicut & Indicis qui Cujacio videtur πλάτων & νόμων late diffusum à Dorotheo, & Cyrilli concinnatum, quamvis usitatior sit Dorotheus, ut animadvertit Cujacius cap. 39. libri 24. observat. Juris. exstabat hoc πλάτων ævo Theodori Balsamonis: namque is illud contulit cum recentioribus interpretibus Græcis.

Anonymus, Enantiophanes. Basilicus, Index.

Dionysius Gothofredus in præfatione ad libros Βασιλικῶν Herveti, & Cujacii ex titulo 48. libri 60. & ex Græcis ad l. 5. de plagiariis, Interpretes fuisse tres putat, Indicem religiosum in vertendis Latinis vocibus, Basilicum largiorem, Baphium Constantino Porphyrogeneræ alterum Tribonianum, multaque adjungentem.

Baphius.

Laudatur & παλαιὸς, aliis παλαιὸν, quem Interpretem antiquum Digestorum, Codicis, Institutionum ætate Justiniani vixisse, ejusque permissu vertisse κῦ πόδα libros supra scriptos Gothofredus censet, adjiciens illum subsequutos Cyrillum in Digestis, in Codice Theodorum. Cujacius mavult alios τὸ κῦ πόδα, alios τὸ παλαιὸν condidisse vestigiis Latini textus inhærentes. huic παλαιῷ τῷ πλάτωνι νόμων adscribit Gothofredus. Rursus notat Cujacius Græcis non fuisse satis habere contextum Digestorum, & Codicis Græcum compendiosiorem, qui Βασιλικῶν nomen obtineret, item alium auctoris incerti, & Cyrilli in Digesta, Theodorique in Codicem brevia argumenta, nisi fuissent aliis cumulati. in Basilicis quoque laudari observat Nomophylacem quemdam, & Romani πτωχεῖον, vulgo Praxin, & Κωδικοστλὼ, de quo superius.

Nomophylax, Romani πτωχεῖα, Κωδικοστλὼς.

Ut sententiam meam ingenue promam, quosnam designent Innominatus, seu Anonymus, Enantiophanes, & Basilicus, recte indicavit Cujacius, etsi Basilici Sophistæ Suidas meminerit; in Baphii, & Indicis expositione ab eo æque, ac à Gothofredo dissentio, nam Indicem opinor fuisse Elenchum rerum ac vocum, quæ continentur in Basilicis, cujus fragmentum puto esse glossas, quas Carolus Labbæus edidit Paris. 1606. & plura exempla extant in Bibliotheca Antonii Augustini, Regis Christianissimi, & Vaticana.

Baphium expono Jurisconsultum illum, qui rubricas explanavit, seu titulos illustravit Notis: nam ex veteri more Jurisconsulti suorum librorum titulos minio pingebant. Unde Masurii rubrica, & rubræ majorum leges à Poetis decantantur. hos Jurisconsultos imitati quoque sunt Græci cum ἀφῷ κινναβάρεως scriberent, & Imperatores cum subscriptione ἐρυθρογράφῳ uterentur.

Baphius.

Παλαιὸς antiquus mihi quoque videtur Interpres, nempe Stephanus Pandectarum, & Thalelæus Codicis ex Blastare, κῦ πόδα interpres verbis inhærens, & in ea veluti jurans.

παλαιὸς. κῦ πόδα.

Thalelæus cum ævo Justiniani floruerit, ut superius dictum est, falso inter Jurisconsultos qui scripserunt in Βασιλικοῖς accensetur, sicut & Stephanus, Isidorus, Theodorus, Theophilus, Phocas, cum Stephanus jussu Justiniani Græcis Digestis insudarit, Theodorus, & Isidorus duo e XVII. viris qui Latinis Digestis consuendis præfuerant, & Codici præterea Græco, Theophilus Græcis Institutionibus, Phocas unus è X. viris, qui laborarunt in Codice Latino, extiterint. Notissimum est Callistratum, & Modestinum antiquiores ipso Justiniano fuisse. Itaque nisi quis ostendat alios ab his esse, sed cognomines, illi potius erunt collocandi inter Jurisconsultos, quorum è Commentariis Βασιλικὰ fuerunt compilatæ.

Falsò Thalelæus, Stephanus, Isidorus, Theodorus, Phocas, Theophilus.

Falsò, Callistratus Modestinus.

Scholiastæ vero Βασιλικῶν nuncupabantur Nicæus, Eustathius (nisi forsan is de quo superius) Eudoxius, Calocyrus Dux, seu Proconsul, Sextus, Leo Domninus, Gobidas seu Cubidius, nisi forsan is de quo supra, Chumnus, seu Domnus, Joannes forte priscus Novellarum glossator, qui editus fuit ex Bibliotheca Conradi Rittershusii Francofurti 1615.

Vere Eustathius, Eudoxius, Calocyrus Dux, seu Proconsul, Sextus, Leo Domninus, Gobidas, seu Cubidius, Chumnus, seu Domnus, Joannes.

Hagiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Garidas, Bestes, Theophilitzes, Patzus, Phobenus, Demetrius Chartophylax.

Interim ampliandum donec illæ nobiles Orientis exuviæ, & hic pretiosus non auri Tholosani, sed obryzi, & puri ac puti Juris Thesaurus vere Basilicus eductus è privatis carceribus, quibus detinentur Βασιλικὰ liberalitate Urbani Octavi, (qui summus Ecclesiæ, Justitiæque sacerdos, & legum parens) ad fontem, & arcem Juris, Romam scilicet devehatur; ut in Ῥώμῃ νέᾳ nata Basilica in πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ foveantur, & Bibliothecæ Vaticanæ, cui merito præest Illustrissimus Cardinalis Franciscus Barberinus non minùs in Jurisprudentiam, poëtimque propensus, quam fuit ante tria sæcula Franciscus Barberinus in utraque disciplina feliciter versatus, & ad quam visendam velut ad matrem, atque ad miraculum Bibliothecarum tantus fit toto terrarum ex orbe concursus, Βασιλικῶν textus Jurisconsultorum & litteratorum omnium maximo cum applausu publice spectandus, & evolvendus inferatur.

Hagiotheodoretus, Doxapater, Gregorius, Garidas, Bestes, Theophilitzes, Patzus, Phobenus, Demetrius Chartophylax.

Hi libri Βασιλικῶν à Rege Christianissimo coempti, nunc ex ejus Bibliotheca editi sunt.

INDEX
OMNIUM TITULORUM
IN HOC UNIVERSO
JURIS CORPORE
COMPREHENSORUM.

NOTÆ LIBRORUM.

I. *Inſtitutiones.*
D. *Digeſta ſeu Pandectæ.*
C. *Codex.*
N. *Novellæ.*
E. *Edicta Juſtiniani Imperatoris.*
N.I. *Novellæ Juſtini.*
C.T. *Conſtitutiones Tiberii.*
C.I.I. *Conſtitutiones Juſtiniani, Juſtini, &c.*
L. *Leonis Novellæ.*
C.I. *Conſtitutiones Imperiales.*
F. *Feudorum Conſuetudines.*
Ex. *Extravagantes.*

A.

De Abigeis, D.47.*tit.*14.C.9.*tit.*37.
Abolitionibus, C.9.*t.*42.
Abrogatio legis, quæ hominem liberum ſe vendere permittit, L.59.
Legis quæ ſenatui prætores, decurionibus vero præfectos conſtituere concedebat, L.47.
Legum quarundam de curiis & decurionibus latarum, L.46.
Acceptilationibus, D.46.*t.*4. C.8.*t.*44.
Accuſationibus & inſcriptionibus, D.48.*tit.*2. C.9.2.
Acquirenda. *Vide*, Ad.
Actionibus, I.4.*tit.*6.
Empti & venditi, D.19.*tit.*1.C.4.*tit.*49.
Rerum amotarum, D.25.*tit.*2.
& Obligationibus, D.44.*t.*7.
Actore à tutore ſeu curatore dando, C.5.*t.*61.
Ademptione legatorum, & tranſlatione eorum, I.2.*t.*21.
Libertatis, D.40.*t.*6.
Ad exhibendum, D.10.*t.*4. C.3.*t.*42.
Adimend. vel transferend. legat. vel fideicommiſſ. D.34.4.
Ad legem Aquiliam, I.4.*t.*3. D.9.*t.*2.
Ad L. Corneliam, de falſis, D.48.*t.*10.C.9.*t.*22. ſicariis, D.48.*t.*8. C.9.*t.*16.
Ad L. Falcidiam, I.2.*t.*22. D.35.*t.*2.C.6.*t.*49
Ad L. Flaviam de plagiariis, D.48.*t.*15.
Ad L. Juliam, de adulteriis & ſtupro, D.48.*t.*5.C.9.*t.*9. Ambitu, D.48.*t.*14. C.9.*t.*26. Annona, D.48.*t.*12. Majeſtatis, D.48.*t.*4. C.9.*t.*8. Peculatus, & de ſacrilegiis & reſiduis, D.48.*t.*13. Repetundarum, D.48.*t.*11. C.9.*t.*27. de Vi privata, D.48.*t.*7. C.9.*t.*12. Publica, D.48.*t.*6. C.9.*t.*12.
Ad L. Pompeiam de parricidiis, D.48.*t.*9.
Ad L. Rhodiam de jactu, D.14.*t.*2.
Ad L. Vicelliam, C.9.*t.*21.
Adjutoribus quæſtoris, N.35.
Adminiſtrantibus officia in ſacris appellationibus, N.3.*t.*7. Conſt.20.
Adminiſtratione: & periculo tutorum, D.26.*t.*7.
Rerum, ad civitatem pertinentium, D.50.*t.*8.
Publicarum, C.11.*t.*30.
Tutor. vel curator. & de pecunia pupill. fœner vel depon., C.5. F.37.
Adminiſtratoribus, N.93.
Ad municipalem & de incolis, D.50.*t.*1.
Adoptionibus, I.1.*t.*11. D.1.*t.*7. C.8.*t.*48. & emancipationibus, D.1.*t.*7.
Adquirenda: vel amittenda hereditate, D.29.*t.*2. C.6.*t.*31.
vel omittenda poſſeſſione, D.41.*t.*2.
vel retinenda poſſeſſione, C.7.*t.*32.
Adquirendo rerum dominio, D.41.*t.*1.
Adquiſitione per adrogationem, I.3.*t.*11.
Ad ſenatuſconſultum: Macedonianum, D.14.*t.*6. C.4.*t.*28.
Orfitianum, I.3.*t.*4. C.6.*t.*56.
Syllanianum, D.29.*t.*5. C.6.35.
Tertyllianum, I.3.*t.*3. D.38.*t.*17.C.6.55.
Trebellianum, D.36.*t.*1. C.6.*t.*49.
Turpullianum, D.48.*t.*16.C.9.*t.*45.
Velleianum, D.16.*t.*1. C.4.*t.*29.
Adſertione tollenda, C.7.*t.*17.
Adſeſſoribus & domeſticis & cancellariis judicum, C.1.*t.*51.
Adſignandis libertis, D.38.*t.*4.
Adſignatione libertorum, I.3.*t.*9.
Adulteris manifeſto deprehenſis, L.32.
Advocatis diverſorum: Judicum, C.2.*t.*8. Judiciorum, C.2.*t.*7.
Piſci, C.2.*t.*9.
Ædificiis privatis, C.8.*t.*10.
Ædilitiis actionibus, C.4.*t.*58.
Ædilitio edicto, & redhibitoria, D.21.*t.*1.
Æqualitate dotis, & propter nuptias donationis, & augmento dotis, &c. N.7.
Æſtimatoria actione, D.19.3.
Ætate ineuntium officia, C.L. Alex.com.I.
Agentibus in rebus, C.12.*t.*20.
Agnoſcendis & aſſendis liberis, vel parentibus, D.25.*t.*3.
Agricolis: cenſitis, & colonis, C.11.*t.*47.
& Mancipiis dominicis: vel fiſcalibus, reip. vel privatæ, C.11.*t.*67.
Albo ſcribendo, D.50.*t.*3.
Aleæ luſu, & aleatoribus, D.11.*t.*5.C.3.*t.*43
Alendis liberis ac parentibus, C.5.*t.*25.
Alexandriæ primatibus, C.11.*t.*28.
Alienatione: & emphyteuſi, & locatione, & hypothecis, & aliis diverſis contractibus, &c. N.120.
Feudi, F.1.C.13.4.C.73.paterni, F.2.*t.*39.
Judicii mutandi cauſa facta, D.4.*t.*7. C.2.*t.*55.
Alimentis: & cibariis legatis, D.34.*t.*1.
Pupillo præſtandis, C.5.*t.*50.
Allelengio communis cenſus perſitorum, C.I. Baſ. Porphyr.2.
Allodiis, F.2.*t.*54.
Alluvionibus, & paludibus, & paſcuis ad alium ſtatum tranſlatis, C.7.*t.*41.
An: Apud judicem, vel curiam, &c. F.2.*t.*46.
Agnatus vel filius, &c. F.2.*t.*45.
Ille qui interfecit fiat, &c. F.2.*t.*37.
Maritus ſuccedat uxori, &c. F.1.*t.*15.
Mutus vel alias imperfect. F.2.*t.*36.
Annali exceptione Italici contractus tollenda, & de diverſis temporibus & exceptionibus, & præſcriptionibus, & interruptionibus earum, C.7.*t.*40.
Annonis, civilibus, C.11.*t.*24. & capitatione adminiſtrantium, & eorum aſſeſſorum, aliorumve publicas ſolicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquas conſecuti ſunt dignitates, C.1.*t.*52.
& tributis, C.10.*t.*16.
Annuis legatis & fideicommiſſis, D.33.*t.*1.
An: per alium cauſæ appellationis reddi poſſint, D.49.*t.*9.
Præſcriptione feudum adquiratur, F.4.*t.*87.
Removendi erunt teſtes qui, &c. F.2.*t.*19
Servus pro ſuo facto manumiſſus teneatur, C.4.*t.*14.
Apochis publicis, & de deſcriptionibus curialibus, & de diſtributionibus civilibus, C.10.*t.*22.
Apoſtatis, C.1.*t.*7.
Apparitoribus: Comitis orientis, C.12.*t.*57
Magiſtrorum militum & privilegiis eorum, C.12.*t.*55.
Præfecti annonæ, C.12.*t.*59.
Præfectorum prætorio, & eorum privilegiis, C.12.*t.*53.
Præfecti urbis, C.12.*t.*54.
Præſidum, E.10.
Proconſulis & legati, C.12.*t.*56.
Appellationibus: Ad quemnam remittantur, ſi res ob quam appellatio inſtituitur, non ſupra auri libras decem valeat, N.23.
Et intra quæ tempora debeat app. N.23.
Et conſultationibus, C.7.*t.*62.
Recipiendis, D.49.*t.*5.
Et relationibus, D.49.*t.*1.
Siciliæ, N.75.
Ut ſi mota apud appellationis judicem, &c. N.93.
Apud: Eum à quo appelletur, aliam cauſam agere compellendum, D.49.*t.*12.
Quem vel quos erit, F.1.*t.*18.
Quos oporteat cauſam dicere, monachos & aſcetrias, N.79.
Aquæ ductu, C.11.*t.*42.
Aqua: Pluvia arcenda, vel aqua & aquæ pluviæ, D.39.*t.*3.
Quotidiana & æſtiva, D.43.*t.*20.
A quibus: Appellare non licet, D.49.*t.*2.
Obſignari teſtamento oporteat, L.44.
A quo appellet quis, D.49.*t.*3.
Arbitrium tutelæ, C.5.*t.*51.
De Arbitris, D.4.*t.*8. C.2.*t.*56.
Arboribus cædendis, D.43.*t.*27.
Arborum furtim cæſarum, D.47.*t.*7.
Argenti pretio quod theſauris infertur, C.10.76.
Argentariorum contractibus, N.136.E.9.
Armeniis, N.10.
Armeniorum ſucceſſione, E.3.
Armis, N.85.
Adſcriptitiis Colonis, C.I.I.2.
Athletis, C.10.*t.*53.
Attiliano tutore, & eo qui ex L. Iulia, & Tit. dabatur, I.1.*t.*20.
Auro, Coronario, C.10.*t.*74.
& argento legato, D.34.*t.*2.
Auri publici perſecutoribus, C.10.*t.*72.
Authoritate: Tutorum vel curatorum, I.1.*t.*21.
Et conſenſu tutorum & curatorum, D.26.*t.*8.
Præſtanda, C.5.*t.*59.
Avulſa terræ cruſta, L.95.

B.

Beneficio fratris, & qualiter frater in beneficium fratris ſuccedat, F.1.*t.*2.
Bona: Authoritate judicis poſſidendis, D.42.*t.*5.
Poſſidendis ſeu venundandis, & de ſeparationibus bonorum, C.7.*t.*72.
Damnatorum, D.48.*t.*20.
Eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverunt, D.48.*t.*21. C.9.*t.*50.
Libertorum, D.38.*t.*2.
& jure patronatus, C.6.*t.*4.
Maternis, & materni generis, C.6.*t.*59.
Proſcriptorum ſeu damnatorum, C.9.*t.*49.
Quæ liberis in poteſtate conſtitutis, ex matrimonio vel alias adquiruntur, & eorum adminiſtratione, C.6.*t.*60.
Vacantibus & incorporatione, C.10.*t.*10.
Bonorum poſſeſſione, D.37.*t.*1. C.6.*t.*9.
Contra tabulas, D.37.*t.*4.
Liberti, quæ patronis liberiſque eorum datur, C.6.*t.*13.
Quam prætor liberis pollicetur, C.6.*t.*12
Furioſo infanti, &c. competente, D.37.*t.*3.
ſecundum Tabulas, D.37.*t.*11.C.6.*t.*11.
ex Teſtamento mil. D.37.*t.*13.

C.

Cadaveribus punitorum, D.48.*t.*24.
Caducis tollendis, C.6.*t.*50.
Cæcos ſecreto teſtamentum facere poſſe, L.69.
Calumniatoribus, D.3.*t.*6.C.9.*t.*46.
Canone frumentario urbis Romæ, C.11.*t.*22.
& largitionalium titulorum, C.10.*t.*23.
Canonico & conſuetudinibus quæ dantur pro ordinatione, C.I. Iſaaci Com.
Capiendis & diſtrahendis pignoribus tributorum cauſa, C.10.*t.*21.
Capitaneo qui curiam, &c. F.2.*t.*51.
Capitatione civium cenſibus evimenda, C.11.*t.*48.
Capitis deminutione, ſeu capite minutis, I.1.*t.*16.D.4.*t.*5.
Capitulis Corradi, F.2.*t.*40.
Captivis, & poſtliminio reverſis, D.49.*t.*15
Carboniano edicto, D.37.*t.*10.C.6.*t.*17.
Caſtrenſianis & miniſterianis, C.12.*t.*26.
Caſtrenſi peculio, D.49.*t.*17.
omnium palatinorum, C.12.*t.*31.
militum & præfectianorum, C.12.*t.*37.
Caſus quibus fœmina in, &c. F.4.*t.*104.
Celebribus quibuſdam in eccleſia vitis, feſti dies conſtituuntur, L.88.
Cenſibus, D.50.*t.*15.
& cenſitoribus, & peræquatoribus, & inſpectoribus, C.11.*t.*57.
Certi condictione, D.12.*t.*1.
Ceſſione bonorum, D.42.*t.*3.C.7.*t.*71.
Chartophylace, C.I.1. Alexii Com.
Citatione abſentium, C.I.12. Manuel. Com.
Claſſicis, C.11.*t.*12.
Clericatu feudum amitti, F.4.*t.*109.
Clerico qui inveſtituram facit, F.2.*t.*35.
Cloacis, D.43.*t.*23.
Codicillis, I.2.*t.*25.C.6.*t.*36.
Cohortalibus principibus, Corniculariis, ac primipilaribus, C.12.*t.*58.
Collatione: Æris, C.10.*t.*29.
Bonorum, D.37.*t.*6.
Donatorum vel revelatorum aut tranſlatorum ſeu adæratorum, C.10.*t.*28.
Dotis, D.37.*t.*7.
Feudorum fiſcalium vel rei privatæ vel dominicæ vel civitatis vel templi, C.11.*t.*37.
Feudorum patrimonialium vel emphyteuticanorum, C.11.*t.*64.
Collationibus, C.6.*t.*20.
Collatoribus & aliis capitulis, N.128.
Collegiis illicitis, D.47.*t.*22.
Collegiatis, & Chartopratis, & numulariis C.11.*t.*17.
Colluſione detegenda, D.40.*t.*16.C.7.*t.*20.
Colonis: Illyricanis, C.11.*t.*52.
Paleſtinis, C.11.*t.*50.
Thracenſibus, C.11.*t.*51.
Comitibus: Conſiſtorianis, C.12.*t.*10.
& Archiatris ſacri palatii, C.12.*t.*13.
& Tribunis ſcholarum, C.12.*t.*11.
Qui provincias regunt, C.12.*t.*14. Rei militaris, C.12.*t.*12.
Commeatu, C.12.*t.*43.
Commerciis & mercatoribus, C.4.*t.*63.
Comminationes, epiſtolas, programmata, ſubſcriptiones, authoritatem rei judicatæ non habere, C.7.*t.*57.
Commodati vel contra, D.13.*t.*6.
Commodato, C.4.*t.*23.
Communia: de Legatis & Fideicommiſſis, & de remiſſione tollenda, C.6.*t.*43.
de Manumiſſionibus, C.7.*t.*15.
Prædiorum tam urbanorum quam ruſticorum, D.8.*t.*5.
de Succeſſionibus, C.6.*t.*58.
de Uſucapionibus, C.7.*t.*30.
Utriuſque Judicii tam familiæ herciſcundæ quam communi dividundo, C.3.*t.*38.
Communi dividundo, D.10.*t.*3.C.3.*t.*37.
Communi ſervo manumiſſo, C.7.*t.*7.
Communium rerum alienatione, C.4.*t.*52.
Compenſationibus, D.16.*t.*2.C.4.*t.*31.
Concubinis, D.25.*t.*7.C.5.*t.*26.
Conceſſionibus, D.47.*t.*13.
Condictione: Cauſa data cauſa non ſecuta, D.12.*t.*4.
Ex lege, & ſine cauſa vel injuſta cauſa, D.13.*t.*2.C.4.*t.*9.
Ex cauſa Furtiva, D.13.*t.*1.C.4.*t.*8. Indebiti, D.12.*t.*6. C.4.*t.*5.
Ob cauſam datorum, C.4.*t.*6.
Obturpem cauſam, D.12.*t.*5. C.4.*t.*7.
Ob turpem vel injuſtam cauſam, N.12.*t.*7
Sine cauſa, D.12.*t.*7.
Triticariam, D.13.*t.*3.
Conditionem feudum tacite ſequi. F.4.*t.*89
Conditione feudi non impleta, F.4.*t.*75.
Conditionibus & Demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamentis ſcribuntur, D.35.*t.*1.
inſertis tam in legatis, quam fideicommiſſis & libertatibus, C.6.*t.*46.
Inſtitutionum, D.28.*t.*7.
Conditis in publicis horreis, C.10.*t.*26.
Conductoribus & procuratoribus, ſive exactoribus prædiorum fiſcalium & domus Auguſtæ, C.11.*t.*71.
Confeſſis, D.42.*t.*2. C.7.*t.*59.
Confirmando tutore, C.5.*t.*29.
vel curatore, D.26.*t.*3.
Conjungendis cum emancipato liberis ejus, D.37.*t.*8.
Connubio Perſarum cum Romanis, C.I.3. Theoph.
Conſanguineis, & uterinis fratribus, N.84.
Conſortibus ejuſdem litis, C.3.*t.*40.
Conſtituta pecunia, D.13.*t.*5. C.4.*t.*18.
Conſtitutio: Contradi de beneficiis, F.5.*t.*1.
Feudalis Domini, L.1. F.1.*t.*19.
Friderici de feudis non, &c. F.5.*t.*7.
de incendiariis, F.5.*t.*10.
de jure fiſci, F.5.*t.*8.
de jure θεσπισεως, F.5.*t.*13.14.
de pace componenda, F.5.*t.*11.
de pace conſtantiæ, F.5.*t.*12.
de pace tenenda, F.5.*t.*9.

Constitutio Henr. de cautis amitt. F.5.t.1.
ut ingratitudo, &c. F.5.t.4.
de vasallo, &c. F.5.t.3.
Justini Imperatoris de filiis liberarum in Africum ductis, C.1.3.
Lotharii de investitura non, &c. F.5.t.6.
de feudis non, &c. F.5.t.5.
Ad bonum quaestorem exercitus ordinat appellationes 2 quinque provinciis Caria & Cypro, &c. N.[illegible]
Quæ dignitatibus & episcopatu filium liberat patria potestate, N.81.
Constitutionibus principum, D.1.t.3.C.14.
Constitutionem quæ ex adscriptitia & libera natos liberos vult, non iis qui antè &c. N.54.
Consuetudine recti Feudi, F.2.t.53.
Consulibus, N.105.
& non spargendis ab iis pecuniis, & de præfectis & magistratibus militum & patriciis, C.12.t.3.
Contentione inter Dominum & fidelem, de investitura feudi, F.1.t.10.
Dominum & vasallum de investitura feudi, F.1.t.23.
Me & Dominum, F.1.t.12.
Contractibus judicum, vel eorum qui sunt circa eos, & inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore, proprias ædificent sine sanctione pragmatica, C.1.t.53.
Contrahenda: & Committenda stipulatione, C.8.t.38.
Emptione & venditione, D.18.t.1.C.4.t.38.
Contraria & utili actione tutelæ, D.27.t.4.
Contrario judicio tutelæ, C.5.t.58.
Controversia feudi: Apud pares terminanda, F.2.t.16.
Inter dominum & emptorem feudi, t.41
Episcopum & vasallum, t.10. masculum & fœminam de beneficio, t.41.
Vasallum & alium de beneficio, t.43.
Conveniendis fisci debitoribus, C.10.t.2.
Conventione inter dominum & fidelem, de investitura feudi, F.1.t.10.
Crimine: Expilatæ hereditatis, D.47.t.19. C.9.t.32.
Peculatus, C.9.t.28.
Sacrilegii, t.29.
Stellionatus, D.47.t.20.C.9.t.34.
Cupressis ex luco Daphnes Perseidos per Ægyptum non excidendis vel vendendis, C.11.t.77.
Curatores: Bonis dando, D.42.t.8.
Furiosi & prodigi, C.5.t.70.
Curatoribus, I.1.t.23.
Furioso vel aliis personis, extra minores dandis, D.27.t.10. C.5.t.70.
Curialibus urbis Romæ, C.11.t.13.
Curiosis & stationariis, C.12.t.23.
Cursu publico, & Angariis & parangariis, C.12.t.51.
Custodia: Reorum, C.9.t.4.
& Exhibitione reorum, D.48.t.3.
Culpam unius ex coheredibus, F.4.t.78.

D.

DAmno infecto, & de suggrundis & protectis, D.39.t.2.
Debita impensa in exequiis defunctorum, N.59.
Debitorem venditionem pignoris impedire non posse, C.8.t.29.
Debitoribus civitatum, C.11.t.32.
Decanis, C.12.t.27.
Decisione Sisinii de nuptiis duorum fratrum, cum duabus consobrinis, C.1.4. Manuelis Comm.
Decretis: Ab ordine faciendis, D.50.t.9.
Decurionum super immunitate quibusdam concedenda, C.10.t.46.
Decurialibus urbis Romæ, C.11.t.13.
Decurionibus, & filiis eorum, D.50.t.2. N.38. Et qui decuriones habeantur, & de quibus modis à Fortuna curiæ liberentur, C.10.t.31.
Dedititia libertate tollenda, C.7.t.5.
Defensoribus civitatum, C.1.t.55. N.15.
Delatoribus, C.10.t.11.
Depositi vel contra, D.16.t.3. C.4.t.34.
Depositione Anthimi, & Severi & Petri, &c. N.42.
Depositio & denuntiationibus inquilinorum, & de suspendenda administratione panum, N.88.
Descriptione quatuor præsidum Armeniæ, N.31.
Desertoribus & occultatoribus eorum, C.12.t.46.
Dignitatibus, C.12.t.1.
Dilationibus, C.3.t.11.
Discussoribus, C.10.t.30.
Distractione pignorum, C.8.t.28.
Vel hypothecarum, D.20.t.5.
Diversis Officiis & apparitoribus judicum, & approbatoriis eorum, C.12.t.60.
Prædiis urbanis & rusticis templorum, & civitatum, & omni reditu civili, C.11.t.69.
Regulis juris antiqui, D.50.t.17.
Rescriptis & pragmaticis sanctionibus, C.1.t.23.
Et temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum, D.44.t.3.
Dividenda tutela, & pro qua parte quisque tutor conveniatur, C.5.t.52.
Divinis domibus, C.1.1.
Divisione: Et qualitate rerum, D.1.t.8.
Stipulationum, I.3.t.19.
Divortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant, C.5.t.24.
Divortiis & repudiis, D.24.t.2.
Doctoribus, C.1.t.6. Alexii Comm.
Doli mali & metus exceptione, D.44.t.4.
Dolo malo, D.4.t.3. C.2.t.21.
Domesticis & protectoribus, C.12.t.17.
Donationibus: I.2.t.7. D.39.t.5. C.8.t.54.
Ante nuptias vel propter nuptias & sponsalitias, C.5.t.3.
Causa mortis, D.39.t.6. C.8.t.57.
Et captionibus, D.39.t.6.
Inter virum & uxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione, D.24.t.1. C.5.t.16.
A Curialibus factis sive ab intestato, vel testamento eorum successoribus, N.101.
Quæ sub modo, vel conditione vel ex certo tempore conficiuntur, C.8.t.55.
Dotis: Collatione, D.37.t.7.
Promissione & nuda pollicitatione, C.5.t.11.
Dote cauta non numerata, C.5.t.15.
Prælegata vel relegata, D.33.t.4.
Duabus filiquis præstandis provinciarum administratoribus, C.1.3. Leonis Ikonomachi.
Duobus: Fratribus à capitaneo investitis, F.2.t.18.
Reis stipulandi & promittendi, I.3.t.17. D.45.t.2. C.8.t.30.

E.

EA quæ raptori suo nubit, N.150.
Ecclesiam fidelitatem non facere, F.4.t.101.
Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione, & solutione, N.36.
Ecclesiasticorum alea ludentium pœna, L.87.
Ecclesiasticis titulis & privilegiis aliisque capitulis, N.131.
Ecclesius constitutis in Africa, N.37.
Edendo, D.2.t.13. C.2.t.1.
Edictum: De his qui luxuriantur contra naturam, N.141.
Pientissimi Domini nostri Justiniani de formula artificum, N.122.
Pientissimi domini nostri Justiniani, E.6.
Scriptum in omni terra pissi. Archiepiscopis, E.1.
Edicto D. Hadriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur, C.6.t.33.
Effractoribus & expilatoribus, D.47.t.18.
Electis ad Orientales ecclesias, C.1.7. Alexii Com.
Emancipatione & dotis restitutione, L.25.
Emancipationibus liberorum, C.8.t.49.
Emendatione: Codicis Justiniani, & secunda ejus editione, C.1.t.3. Propinquorum, C.9.t.15.
Servorum, C.9.t.14.
Emptione & Venditione, I.3.t.24.
Eo: Cui libertatis causa bona addicuntur, I.3.t.12.
Per quem factum erit, quo minus quis in judicio sistat, D.2.t.12.
Qui ad primam denunciationem, judicio se non sistat, L.108.
Qui finem fecit adgnato de feudo paterno, F.2.t.49.
Qui pro tutore vel curatore negotia gessit, D.27.t.5. C.5.t.45.
Qui sibi vel heredibus suis masculis & fœminis investituram recepit, F.2.t.17
Qui vitam monasticam deserit, qui præsidum cohortibus adscribi solet, L.8.
Quod certo loco dari oportet, D.13.t.4.
Quod interest, C.7.t.47.
Quod metus causa gestum erit, D.4.t.2.
Episcopum, vel abbatem, vel abbatissam, vel dominum plebis feudum dare non posse, F.1.t.6.
Episcopali audientia, & de diversis capitulis, quæ ad jus, curamque & reverentiam pertinent pontificialem, C.1.t.4.
Episcopis & clericis, & orphanotrophis, & xenodochis, & ptochotrophis, & asceteriis, & monachis, & de privilegiis eorum, & de castrensi peculio, & de redimendis captivis, & de nuptiis clericorum vetitis, seu permissis, C.1.t.3.
Episcopatibus detentis à laicis, C.1.1. incerti Imper.
Equestri dignitate, C.12.t.32.
Erigendis episcopatibus in metropoles, C.1.8. Alexii Comm.
Erogatione militaris annonæ, C.12.t.38.
Error Advocatorum, vel libellos seu preces concipientium, C.2.t.10.
Calculi, C.2.t.5.
Etiam: ob chirographariam pecuniam pignus teneri, C.8.t.27.
Per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse, C.2.t.39.
Evictionibus, C.8.t.45.
& duplæ stipulationibus, D.21.t.2.
Eum qui appellaverit in provincia defendi, D.49.t.1.
Eunuchi, C.6.t.22.
Exactoribus tributorum, C.10.t.19.
Exceptione rei Judicatæ, D.44.t.2.
Venditæ & traditæ, D.21.t.3.
Exceptionibus, I.4.t.13.
& præscriptionibus, C.8.t.36.
& prajudiciis, D.44.t.1.
Executoribus & exactoribus, C.12.t.61.
Excoctione & translatione militaris annonæ, C.12.t.39.
Excusationibus Artificum, C.10.t.64.
Munerum, t.47.
Tutorum vel curatorum, I.1.t.25.
Tutorum & curatorum, & temporibus eorum, C.5.t.62.
Tutorum & temporibus eorum, D.27.t.1
Veteranorum, C.5.t.65.
Ex Delicto vasalli feudum ad dominum redire, F.2.t.18.
Ex delictis defunctorum in quantum heredes conveniantur, C.4.t.17.
Executione rei judicatæ, C.7.t.53.
Executoribus: Et de iis qui conveniuntur, & reconveniuntur, N.96.
Et exactoribus, C.12.t.61.
Testamentorum, C.1.1. Manuel.Comm.
Exemplum: Sacræ formæ de appellationibus, N.126.
Sacræ pragmaticæ formæ de usuris, N.160.
Exercitoria actione, D.14.t.1.
Exheredatione liberorum, I.2.t.13.
Exhibendis & introducendis, & ut iis qui conveniuntur post xx. diem præserventur judicibus, & de iis qui juratoriam cautionem exponunt, & ante litis contestationem absentes fiunt, & de hypothecis quæ appellantur ex casu, & quæ personæ & quando hoc jus habent, & de indotatis uxoribus, ut habeant quartam partem in substantia viri, & ipse vir in substantia uxoris quando inops est, cui relinquitur, N.53.
Transmittendis reis, C.9.t.3.
Expensis ludorum publicorum, C.11.t.14.
Expilatæ hereditatis, D.47.t.19.
Expulsione monachorum, C.1.2. Theoph.
Ex quibus causis: Infamia irrogatur, C.2.t.12.
Majores xxv. annis in integrum restituantur, D.4.t.6. C.2.t.54.
Extraordinariis: Cognitionibus, & si judex litem suam fecisse dicetur, D.50.t.13.
Criminibus, D.47.t.11.

F.

FAbicensibus, C.11.t.9.
Factum fratris, fratri in feudo paterno non nocere, F.4.t.93.
Falsa: Causa adjecta legato vel fideicommisso, C.6.t.44.
Moneta, C.9.t.24.
Falsariorum pœna, L.77.
Familiæ herciscundæ, D.10.t.2.C.3.t.36.
Famosis libellis, C.9.t.36.
Feriis, C.3.t.12. C.1.2. Manuel.Comm.1.
& Dilationibus, & diversis temporibus earum, quibus causis feriæ non impediuntur, D.2.t.12.
Feudi cognitione, F.2.t.1.
Feudo: Dato in vicem legis commissoriæ, &c. F.1.t.27.
Fœminæ, F.2.t.30.
Guardiæ & Gastaldiæ, F.1.t.2. F.4.t.94.
Ligio. F.4.t.99.
Marchiæ, vel ducatus, vel comitatus F.1.t.14.
Non habente propriam feudi naturam, F.2.t.38.
Sine culpa non amittendo, F.1.t.21.
Feudis: Datis minimis valvasoribus, quibus quid juris sit, F.1.t.16.
Habitationum, F.4.t.105.
Impropriis, quæ auferuntur dantis arbitrio, F.4.t.81.
Scutiferorum, F.4.t.74.
Fide, C.1.1. Heraclii: & Jure hastæ fiscalis, & de Addict. C.10.t.3.
Fideicommissaria hereditatis petitione, D.5.t.6.
Fideicommissariis: Hereditatibus, & ad senatusconsultum Trebellianum, I.2. t.23. Libertatibus, D.40.t.5. C.7.t.4.
Fideicommissis, C.6.t.42.
Fide instrumentorum & amissione eorum, D.22.t.4.
& apochis & antapochis faciendis, & de iis quæ sine scriptura fieri possunt, C.4.t.21.
& Jure hastæ fiscalis, & de Additionibus, C.10.t.3.
Fidejussoribus, I.3.t.21.
Et mandatoribus, D.46.t.1. C.8.t.41.
Et solutionibus, D.46.t.4.
Et nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum, D.27.t.7.
Minorum, C.2.t.24.
Tutorum vel curatorum, C.5.t.57.
Fidelitate, F.4.t.76.
Fiduciaria tutela, I.1.t.19.
Filio familias minore, C.2.t.23.
Filios tantum fecundi matrimonii matri in feudum succedere, F.4.t.103.
Filiis: Antedotalia instrumenta natis, N.19.
Familias, & quemadmodum pro iis pater teneatur, C.10.t.60.
Natis ex matrimonio, ad morganaticam contracto, F.2.t.29.
Officialium militarium qui in bello moriuntur, C.12.t.48.
Finium regundorum, D.10.t.1. C.3.t.39.
Fiscalibus usuris, C.10.t.8.
Fluminibus, & nequid in flumine ripave ejus fiat, D.43.t.12.
Fonte, D.43.t.22.
Forma: Fidelitatis, F.2.t.6.
Pragmatica de argentariariorum contractibus, E.7.
Præfectorum prima περὶ ἐπιδόσεων de Adjectionibus, N.166.
Secunda de hominibus qui eidem domino subjecta prædia possident, N.168.
De possessione, &c. N.167.
Formulis & impetrationibus actionum sublatis, C.2.t.58.
Foro Clericorum, & de judice per rescriptum prohibito causam ad se transmissam disceptare, C.1.10. Alex. Com.
Competenti episcoporum & clericorum, & monachorum, C.1.3. Heraclii.
Judæorum, C.1.14. Manuelis Comm.
Fratrem: Fratri in feudo novo non succedere, F.4.t.90.
In feudo filii non succedere, t.84.
Fratribus de novo beneficio investitis, F.2.t.12.
Fructibus: Feudi, F.4.t.86.
& Litium expensis, C.7.t.51.
Frumento: Alexandrino, C.11.t.27.
Urbis Constantinopolitanæ, t.23.
Fugitivis, D.11.t.4.
Colonis patrimonialibus saltuensibus, & emphyteuticis, C.11.t.63.
Fundo: Dotali, D.23.t.5. C.5.23.
Instructo vel instrumento legato, D.33.t.7.
Fundis: Limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis limitaneis & castellorum, C.11.t.59.
Patrimonialibus, & saltuensibus, & emphyteuticis, & eorum conductoribus, C.11.t.61.
Rei privatæ, & Saltibus divinæ domus, C.11.t.65.
& saltibus rei dominicæ, C.11.t.66.
Furibus balneariis, D.47.t.17.
Furtis, D.47.t.2.
& Servo corrupto, C.6.t.2.
Furti adversus nautas, caupones, stabularios, D.47.t.5.

G.

GEnerali abolitione, C.9.t.43.
Generalis de prospectu in mare, &c. N.165.
Gladiatoribus, C.11.t.43.
Glaude legenda, D.43.t.28.
Gradibus: & adfinibus, D.38.t.10.
Cognationum, I.3.t.6.
Grassatoribus, L.70.
Grege dominico, C.11.t.75.

H.

HÆc constitutio: Innovat constitutionem, quæ præscriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat, N.11.
Interpretatur priorem constitutionem de his qui ingrediuntur monasterium, N.76.
Hebreis & Montanis, C.1.1. Leon. Ikonomachi.
Heredibus: N.164. C.T.2.
Ab intestato venientibus, & de agnatorum jure sublato, N.118.
& Falcidia, N.1.
Instituendis, I.2.t.14. D.28.t.5. C.6.t.24.
& quæ personæ institui non possunt, C.6.t.24.
Tutorum vel curatorum, C.5.t.54.
Hereditariis actionibus, C.4.t.16.
Hereditate vel actione vendita, D.18.t.4. C.4.t.39.
Hereditatibus: Decurionum, C.6.t.61.
Quæ ab intestato deferuntur, I.3.t.1.
De Hereditatis petitione, D.5.t.3.
Heredum qualitate & differentia, I.2. t.12.
Hereticis & Manichæis & Samaritis, C.1.t.5.

INDEX OMNIUM TITULORUM.

Helleſponto, E.12.
Hic finitur lex, deinde conſuetudines regni incipiunt, F.2. t.28.
His: Quæ ex publica collatione illata ſunt non uſurpandis, C.10. t.73.
Quæ in teſtamento delentur, D.28.t.4.
Quæ pœnæ nomine in teſtamento vel codicillis ſcribuntur vel relinquuntur, D.34.t.6. C.6.t.41.
Quæ pro non ſcriptis habentur, D.34.t.8
Quæ ſub modo legata, vel fideicommiſſa relinquuntur, C.6.t.45.
Quæ vi metuſve cauſa geſta ſunt, C.2.t.20
Quæ ut indignis auferuntur, D.34.t.9.
Qui accuſare non poſſunt, C.9.t.1.
Qui ad eccleſiam confugiunt, vel ibi exclamant, & nequis ab eccleſia extrahatur, C.1.t.12.
Qui ad ſtatuas confugiunt, C.1.t.25.
Qui à non domino manumiſſi ſunt, C.7. t.10.
Qui ante apertas tabulas hereditatem tranſmittunt, C.6.t.51.
Qui à principe vacationem acceperunt, C.10.t.44.
Qui dejecerunt vel effuderunt, D.9.t.3.
Qui eunuchos faciunt, N.142.
Qui ex officio quod adminiſtrarunt conveniuntur, C.11.t.38.
Qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt, C.10. t.6.
Qui feudum dare poſſunt, F.1.t.1.
Qui in Eccleſiis manumittuntur, C.1.t.13
Qui in exilium dati vel ab ordine moti ſunt, C.10.t.59.
Qui ingrediuntur ad appellationem & quando per ſcripturam manus propriæ fiat collatio literarum, & de jurejurando dilationis, & ut conjungatur jurejurando calumniæ, N.49.
Qui in Oſtroena illicitas contrahunt nuptias, N.54. N.13.
Qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, C.8.t.19.
Qui latrones, vel aliis criminibus reos occultaverint, C.9.t.39.
Qui mutuum dant agricolis, N.33.
Qui non impletis ſtipendiis, ſacramento ſoluti ſunt, C.10. t.54.
Qui notantur infamia, D.3.t.2. C.2.t.12.
Qui numero liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt, C.10.t.51.
Qui parentes vel liberos occiderunt, C.9. t.17.
Qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in litem prætendunt, C.2.t.15.
Qui propter metum judicis non appellaverunt, C.7.t.67.
Qui ſe deferunt, C.10. t.13.
Qui ſibi adſcribunt in teſtamento, C.9. t.23.
Qui ſponte publica munera ſubeunt, C.10.t.43.
Qui ſunt ſui vel alieni juris, I.1.t.8. D.1. t.6.
Qui veniam ætatis impetraverunt, C.2. t.45.
Quibus ut indignis hereditates auferuntur, & ad ſenatuſconſultum Silanianum, D.34.9. C.6.t.35.
Homicidis voluntariis, C.I. 8. Manuelis Commeni.
Honoratorum vehiculis, C.11.t.19.
Hortulanis Conſtantinopolitanæ civitatis, N.64.

I.

Is: Per quos agere poſſumus, I.4.t.10.
Qui ad hoſtes tranſeunt, & ſua ſponte revertuntur, L.67.
Qui maritis prædiis ad conſtituendas remoras piſcatorias ſocietatem ineunt, L.103.
Qui monaſterium imperfectum relinquunt, L.14.
Qui in locis arabilibus aut vineis ædificaturi ſunt, L.71.
Imaginibus, C.I.1. Theophil.
Immenſis donationibus in filios factis, N.92.
Immobilibus: Magnæ eccleſiæ, C.I.10.
Manuelis Com. omnium quæ ubique ſunt eccleſiarum ad poſſeſſionem immobilium, C.I.11. Manuelis Com.
Immunitate nemini concedenda, C.10.t.25
Impenſis in rebus dotalibus factis, D.25.t.1
Imperatorem feudum amittere, vel alium pro ſe fidelem dare, F.4.t.100.
Imponenda lucrativa deſcriptione, C. 10. t.35.
Impuberum & aliis ſubſtitutionibus, C.6. t.26.
Incantatorum pœna, L.65.
Incendio, ruinæ, naufragio, rate nave expugnata, D.47.t.9.
Incertis perſonis, C.6.t.48.
Inceſtis & inutilibus nuptiis, C.5.t.5.
Nefariis nuptiis, N.12.
incos & ubi quis domicilium habere videtur, & de his qui ſtudiorum cauſa in alia civitate degunt, C.10.t.39.
Indicta viduitate, & lege Julia Miſcella tollenda, C.6.t.40.
Indictionibus, C.10. t.17.
In diem addictione, D.18. t.2.
Indotatis mulieribus, quantum maritis mortuis ex ipſorum bonis lucrentur, L.106.
Indulgentia: illicite contractarum nuptiarum, N.139.
Reliquorum publicorum, N.148.
Tributariorum reliquorum. N.I.1.
Infamibus, C.10.t.57.
Infantibus: Expoſitis, C.8.t.52. N.153.
Liberis & ſervis, & de iis qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt, C.8. t.52.
Infirmandis pœnis cœlibatus, & orbitatis, & decimariis ſublatis, C.8.t.58.
Ingenuis, I.1.t.4.
Manumiſſis, C.7.t.13.
Ingratis liberis, C.8. t.50.
In integrum reſtitutione, D.4.t.1.
Minorum xxv. annis, C.2.t.22.
Poſtulata ne quid novi fiat, C.2. t.50.
Injuriis, L.4.t.4. C.9.t.35.
Et famoſis libellis, D.47.t.10.
Injuſto, rupto & irrito facto teſtamento, D.28.t.3.
In jus vocando, D.2.t.4. C.2.t.2.
In jus vocati ut eant aut ſatisfdent, D.2.t.6.
In litem, Dando tutore vel curatore. C.5. t.44.
Jurando, D.12.t.3. C.3.t.53.
In medio litis non fieri ſacras formas, aut ſacras juſſiones, ſed ſecundum antiquas leges generales lites decidi, N.113.
Inofficioſo teſtamento, I.2.t.18. D.5.t.2. C.3.t.28.
Inofficioſis: Donationibus, C.3.t.29.
Dotibus, t.30.
In quibus Caſibus tutorem vel curatorem habenti, tutor vel curator dari poteſt, C.5.t.36.
Cauſis, ceſſat longi temporis præſcriptio, C.7.t.34.
Coloni cenſiti dominos accuſare poſſint, C.11.t.49.
Feudum amittatur, F.2.t.23.
In integrum reſtitutio neceſſaria non eſt, C.2.t.41.
Militantes fori præſcriptione uti non poſſunt, C.3.t.25.
Pignus tacite contrahitur, C.8. t.15.
Pignus vel hypotheca tacite contrahatur, D.20. t.2.
In rem verſo, D.15. t.3.
Inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu, D.25. t.4.
Inſtitoria, Actione, D.14.t.3.
Et exercitoria actione, C.4.t.25.
Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione facti, C.6. t.25.
Inſtructo vel inſtrumento legato, D.33.t.7.
Inſtrumentorum cautela, & fide, & primum de depoſito & mutuo, & aliis documentis private quidem ſcriptis, habentibus tamen teſtes, de inſtrumentis publice confectis, & de collationibus manus propriæ ſcripturæ, & de expoſitis inſtrumentis ab illiteratis, aut paucas literas ſcientibus, & de non ſcriptis contractibus, & de contractibus uſque ad unam libram auri, & de contractibus qui in agris firmis, & ut in documentis & contractibus futuris locum habeat, N.73.
Interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem ſeu curatorem filioſque eorum, C.5.t.6.
Interdictis, I.4.t.15. C.8.t.2.
Collegiis hæreticorum, N.132.
Et relegatis & deportatis, D.48.t.22.
Seu extraordinariis actionibus, quæ pro eis competunt, D.43.t.1.
Interpretatio conſtitutionis, quomodo quæ duplum excedunt uſuræ, non præbeantur, N.138.
Interrogationibus in Jure faciendis, & de interrogatoriis actionibus ſublatis, D.11.t.1.
Invento theſauro, cujus eſſe debeat, L.51.
Inveſtitura: Alieni beneficii, F.4. t.96.
De re aliena facta, F.2.t.8. facta marito, vel utrique conjugi, F.4.t.85.
In maritum facta, F.2. t.15.
Veteris & novi beneficii, F.4.t.91.
Quæ Titius accepit à Sempronio, F.2. t.13.
Inutilibus ſtipulationibus, I.3.t.20. C.8. t.39.
Irenarchis, C.10.t.75.
Itinere actuque privato, D.43.t.19.
Judæis, & cœlicolis, C.1.t.9.
Judicatum ſolvi, D.46. t.7.
Judicibus, C.I.1. Leonis & Alexand.
Et foris quibuſdam, & de pauperibus litres habentibus, C.I.1. Baſilii.
Et ut nullatenus, cum jurejurando eligatur aliquis judex quod permaneat ei: & ut appellationes accipiant modis omnibus judices: & ut in media lite factæ formæ quomodo oporteat decidi, ſi cognitionem non attendant judices, N.82.
Judicio finium regundorum, D.10.t.1.
Judiciis, C.3.t.1.
& ubi quiſque agere, vel convenire debeat, D.5.t.1.
Jure: Aurcorum anulorum, D.40.t.10.
& de natalibus reſtituendis, C.6.t.8.
Codicillorum, D.29. t.7.
Deliberandi, D.28.t.8. & de adeunda vel adquirenda hereditate, C.6.t.30.
Dominii impetrandi, C.8. t.34.
Dotium, D.23.t.3. C.5.t.12.
Emphyteutico, C.4.t.66.
Fiſci, D.49.t.14. C.10.t.1.
Immunitatis, D.50.t.6.
Jurando à moriente præſtito, propter menſuram ſuæ ſubſtantiæ, N.48.
Jurando propter calumniam dando, C.2. t.59.
Jurejurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali, D.12.t.2.
Jure liberorum, C.8.t.59.
Naturali gentium, & civili, I.1.t.2.
Patronatus, D.37. t.14.
Perſonarũ, I.1.t.3. Reipublicæ, C.11.t.29
Juriſdictione omnium judicum, D.2.t.1.
Et de foro competente, C.3. t.13.
Juris & facti ignorantia, D.22.t.6. C.1.t.18
Jusjurandum quod præſtatur ab his, qui adminiſtrationes accipiunt, Novell.8.
Juſtinianeo Codice confirmando, C.1.t.17
Juſtitia & Jure, I.1.t.1. D.1.t.1.
Juſto errore excuſari vaſallum, & c. F.4.t.92.

L.

Laici, qui inteſtati moriuntur abſque liberis, C.I. 2. Conſtantini Porphyrogennitæ.
Latina libertate tollenda, & per certos modos in civitatem Romanam transfuſa, C.7.t.6.
Legationibus, D.50.t.7. C.10.t.63.
Legatis, I.2.t.2. C.6.t.37.
Et fideicommiſſis primo, D.30.t.1. Secundo, D.31.t.1. Tertio, D.32.t.1.
Præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, D.37. t.5.
Legis, quæ de conſulatu agit, abrogatio, L.94
Lege Aquilia, I.4.t.3. D.9.t.2. C.3.t.35.
Commiſſoria, D.18.t.3.
Conradi, F.2.t.34.
Falcidia, I.2. t.22.
Fuſia Caninia tollenda, I.1.t.7. C.7.t.3.
Rhodia de jactu, D.14. t.2.
Legibus: Et conſtitutionibus principum, & edictis, C.1.t.14.
Senatuſconſultis, & longa conſuetudine, D.1. t.3.
Legitima: Adgnatorum ſucceſſione, I.3.t.2. & tutela, I.1. t.15.
Parentum tutela, I.1.t.18.
Patronorum tutela, I.1.t.17.
Tutela, C.5.t.30.
Legitimis: Heredibus, C.6.t.57.
Tutoribus, D.26.t.4. C.5.t.30.
Lenonibus, N.14.
Lex de Alexandrinis & Ægyptiacis provinciis, E.13.
Libellis dimiſſoriis, qui apoſtoli dicuntur, D.40.t.6.
Liberali cauſa, D.40.t.12. C.7.t.16.
Liberatione legata, D.33. t.3.
Liberis: Adgnoſcendis & alendis à parentibus, vel à patronis, libertis, D.25.t.4.
Et poſthumis heredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis, D.28.t.2.
Exhibendis, ſeu deducendis, D.43.t.29.
& de homine libero exhibendo, C.8.t.8.
Præteritis vel exheredatis, C.6. t.28.
Libero homine exhibendo, D.43.t.29.
Libertinis, I.1.t.5. C.10.t.56.
Libertis: Et eorum liberis, C.6.t.7.
Municipum, & aliarum univerſitatum, D.38.t.3.
Literarum obligationibus, I.3.t.22.
Litigioſis, D.44.t.6. C.8.t.37.
& decima parte litis, ab actore cautela præſtanda, N.112.
Litis teſtatione, C.3.t.9.
Littorum & itinerum cuſtodia, C.12.t.45.
Locatione: Et conductione, I.3.t.25.
Prædiorum civilium, vel fiſcalium, ſive templorum, ſive rei privatæ vel dominicæ, C.11.t.70.
Locati conducti, D.19.t.2.
Locato conducto, C.4.t.65.
Loco publico fruendo, D.43.t.9.
Locis & itineribus publicis, D.43.t.7.
Longi temporis præſcriptione quæ pro libertate, non adverſus libertatem opponitur, C.7.t.22.
Lucris advocatorum, & conciſſione officiorum, ſeu apparitorum, C.12.t.62.
Luitione pignoris, C.8.t.31.

M.

Magiſtratu Phœniciæ Libanicæ, E.4.
Magiſtratibus: Conveniendis, C.5. t.75.
Vel eorum heredibus, D.27.t.8.
Municipalibus, C.1.t.56.
Non vendendis, C.I.1. Zoæ.
Magiſtris ſacrorum ſcriniorum, C.12.t.9.
Majuma, C.11.t.45.
Maleficiis & mathematicis & cæteris ſimilibus, C.9. t.18.
Mancipiis & colonis patrimonialium & ſaltuenſium, & emphyteuticorum fundorum, C.11. t.62.
Mandati vel contra, D.17.t.1. C.4.t.35.
Mandato, I.3.t.27.
Mandatis principum, C.1.t.15. N.17.
Manumiſſionibus, D.40.t.1.
Quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur, t.3.
Manumiſſis teſtamento, D.40.t.4.
Vindicta, t.2.
Mendicantibus validis, C.11.t.25.
Menſoribus, C.12.t.28.
Menſura ordinandorum clericorum, N.16.
Metallariis, metallis, & procuratoribus metallorum, C.11.t.6.
Metatis & epidemeticis, C.12. t.41.
Metropolitanis revocantibus ad ſe pertinere epiſcopatus, in metropolis aut archiepiſcopatus honoratas, C. I. 1. Iſaaci Angeli.
Metropoli Beryto, C.11.t.21.
Migrando, D.43.t.32.
Militari: Teſtamento, I.2.t.11. D.29.t.1.
Veſte, C.12. t.30.
Milite vaſallo qui contumax eſt, F.2.t.22.
Militia inopum, de chartiatico, & fumario, & naucleris, & inventione theſauri, & aliis quibuſdam, C.I.1. Nicephori.
Minoribus xxv. annis, D.4.t.4.
Modo multarum quæ à judicibus infliguntur, C.1. I.53.
Moderatore: Arabiæ, N.102. Helenoponti, N.28.
Monachis, N.5.
Monopoliis, & conventu negotiatorum illicito, vel artificum ergo laborum, nec non balneatorum prohibitis, & pactionibus illicitis, C.4.t.59.
Mortis cauſa Donationibus, & capionibus, D.39.t.6. C.8.t.58. Curialium, N.87.
Mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando, D.11.t.8.
Muliere, quæ vivo marito alios de matrimonio compellat, L.30.
Muliere raptum paſſa, Nov.143.
Mulieribus: Quæ ſe propriis ſervis junxerunt, C.9. t.11.
In quo loco munera ſexui congruentia vel honores adgnoſcunt, C.11.t.62.
Muneribus: Et honoribus, D.50.t.4.
Non continuandis inter patrem & filium, & de intervallis, C.10.t.40.
Patrimoniorum, C.10.t.41.
Municipibus & originariis, C.10.t.38.
Murilegulis, & gynæciariis, & procuratoribus gynæcii, & de monetariis, & de baſtagiariis, C.11.t.7.
Mutatione nominis, C.9. t.25.

N.

Natalibus reſtituendis, D.40.t.11.
Natura Feudi, F.1.t.7.
Succeſſionis feudi, F.2.t.50.
Naturalibus liberis & matribus eorum, & ex quibus cauſis juſti efficiantur, C.5.t.27
Naufragiis, C.11.t.5.
Navibus non excuſandis, C.11.t.3.
Navicularii ſeu naucleris publicas ſpecies tranſportantibus, & de tollenda luſtralis auri collatione, C.11.t.1.
Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant, D.4.t.9.
Nautico fœnore, D.22.t.2. C.4.t.33.
Nauticis uſuris, N.110.
Nautis Tyberinis, C.11.t.26.
Ne Amplius ſenatuſconſulta fiant, L.78.
Ante legitimum matrimonii tempus futuris conjugibus benedicatur, L.4.
Neceſſariis ſervis heredibus inſtituendis, vel ſubſtituendis, C.6.t.27.
Ne: Captivorum uxoribus aliis nubere liceat, L.33.
Clericus denuo profanus fiat, L.7.
Chriſtianum mancipium hæreticus vel paganus vel Judæus habeat, poſſideat, vel circuncidat, C.1.t.10.
Decurio aut cohortalis producatur in jus, ſiſtaturve judicio citra juſſionem principis, quæ inſinuetur præfectis, N.151.
De novo conſtituatur monaſterium, aut venerabilis alia domus, C.1.t.5.
De ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur, D.40.t.15. C.7.t.21.
Eccleſiæ prædiis locupleterentur, & ne ſine ſententia principis epiſcopus creetur, C.I.4. Nicephori Phocæ.

INDEX OMNIUM TITULORUM.

Ne ex auro & pretiosis lapillis quidquam confici in universum netas sit, L.8.
Ex linguine cibus conficiatur, L.9.
Judices vel mandatores dotium dentur, C.5.t.25.
Filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel servus pro domino conveniatur, C.4. t.13.
Filii naturales cum adoptivis matrimonium contrahant, L.2.
Fiscus, rem quam vendidit, evincat, C.10. 65.
Fiscus vel respublica procurationem alicui patrocinii causâ in lite præstet, C.2.t.18.
Negotiatores ne militent, C.12.t.35.
Negotiis gestis, C.2.t.19.
Seu repetitorum gestorum, D.3.t.5.
Ne: intra septimum ætatis annum sponsalia ineantur, neque ante decimum quintum maribus, aut decimum tertium fœminis, matrimonium contaretur, L.10.
Judæi, Samaritani, & hæretici per causam religionis, & cultus sui, curiali fortuna liberentur, N.45.
Liceat in una eademque causa tertio provocare, vel post duas sententias judicum, quas definitio præfectorum roboraverit, eas retractare, C.7.t.
Liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre, C.2.t.14.
Matrimonia citra sacram benedictionem confirmentur, L.89.
Nemini licere signum Salvatoris Christi, humi vel in silice, vel in marmore, aut sculpere, aut pingere, C.1.t.8.
Ne: Monasteriorum prædia describantur, C.1.t. Alexii Comm.
Morientium episcoporum bona diripiantur ab exactoribus, C.1.7. Manuelis Comm.
Mulieres contractibus testimonium præbeant, L.18.
Operæ à collatorib. exigantur, C.10.t.24
Præsides in fiscalibus causis fidem publicam dent, E.2.
Pro dote mulieri bona quondam mariti addicantur, id est, in solidum dentur, C.5.t.22.
Neque virum quod ex dote, neque mulierem ex sponsalitia largitate lucrum proprium habere, sed servare dominium filiis suis, vel si ad secundas nuptias non veniant, usu solo in lucro consistente, & ut repudio transigentes nuptias lucrantes, aut dotem, aut ante nuptias donationem, & ipsis similiter dominium servent filiis: usum habente persona cogenda filios alere, si vero bona gratia solvantur nuptiæ & videantur occasione damni detineri quædã & hac arte perimenda quædetinentur, & filiis serventur, N.98
Ne: præsides in provinciis suis domestica sponsalia contrahant, L.23.
Quibus postquam monasticæ vitæ institutum subierint, facultates suppetunt in universum, hi de illis testari prohibeantur: sed, si quo tempore monasterium adierint, in id quippiam contulerint, in illorum potestate sit, ut quemadmodum velint de iis quæ sibi postmodum pararunt, in plenum assem etiam testamentum condant: si vero nihil ab initio intulerint, tum ut de besse statuendi facultatem habeant, monasterium autem alteram partem sive trientem accipiat, L.45.
Quid in flumine publico ripave ejus fiat quo aliter aqua fluat atque priore ætate fluxit, D.43.t.12.
Quid in loco publico vel itinere fiat, D.43.t.8.
Quid in loco sacro fiat, D.43.t.6.
Quid oneri publico imponatur, C.11.t.4
Quis cogatur bonis cedere, N.135.
Quis eum, qui in jus vocatus est vi eximat, D.2.t.7.
Quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat, C.3.t.5.
Quis liber invitus actum reipub. gerere cogatur, C.11.t.36.
Quis mutuum dans agricolæ, terram ejus teneat, &c. N.32.
Quis quod agricolæ mutuam pecuniam dedit, illius terram detineat, &c. N.34.
Rei dominicæ, vel templorum vendicatio, longi temporis exceptione summoveatur, C.7.t.38.
Rei militaris comitibus, vel tribunis, lavacra præstentur, C.1.t.47. Rusticani ad ullum obsequium vocentur, C.11. t.54.
Sacræ formæ quæ de causis procedunt publicis, aliter robur accipiant, quam gloriosissimis prætoriorum præfectis insinuatæ sint, &c. N.152.
Sanctum baptisma reciperetur, C.1.t.6.
Servi ad dicendum testimonium admittantur, L.19.
Sine jussu principis, certis judiciis liceat consistere, C.9.t.48.
Tutor vel curator vectigal conducat, C.5.t.4.
Vis fiat ei qui in possessionem missus est, D.43.t.4.
Uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conveniatur, C.4. t.10.
Nihil novari appellatione interposita, D.49. t.7.
Nili aggeribus non rumpendis, C.9.t.38.
Non alienandis vel permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus, sed sufficere generales hypothecas, N.7.
Non amittere feudum cum quis, &c. F.3.t.97
Non cogi vasallum, pro uno feudo duas fidelitates facere, F.3.t.10.2.
Non eligendo secundo nubentes mulieres, & de alienatione & lucro antenuptialis donationis, & de successionibus earum filiis suis, &c. N.2.
Non licere habitatoribus metrocomiæ, loca sua ad extraneum transferre, C.11.t.55.
Non numerata pecunia, C.4.t.30.
Notis: Feudorum, F.2.t.58.
Numerorum, C.12. Basilii.
Nova Constitutio Frederici Imp. de statutis & consuetudinibus contra ecclesiæ libertatem editis tollendis, C.6.t.2.
Nova forma fidelitatis, F.2.t.7
Novationibus & delegationibus, D.46.t.2. C.8.t.42.
Novella secunda constitutio, de voluntariis homicidiis, susceptis quidem eos, præter vim prioris per commiseronem, damnans autem perpetuo exilio & bonorum spoliatione, C.1.1. Constantini Porphyrogennetæ.
Novi operis nunciatione, D.39.t.1.C.8.t.11
Maritimi aspectus, N.63.
Novo Codice faciendo, C.1.t.1.
Noxalibus actionibus, I.4.t.8. D.9.t.4.C.3. t.31.
Nudo jure Quiritum tollendo, C.7.t.25.
Nulli licere in frænis & equestribus sellis, & in baltheis margaritas & smaragdos, & hyacinthos aptare, & de artificibus palatinis, C.11.t.11.
Nullum credentem agricolæ, tenere illius terram, & quantam debeat usuram dare, N.32.t.3.
Numerarius, actuariis, & chartulariis, & adjutoribus, sive scrimariis, & exceptoribus sedis Ecclesiæ, cæterorumque judicum tam militarium, quam civilium, C.12.t.62.
Nundinis, D.50.t.11. Et mercatoribus, C.4.t.60.
Nuptiis, I.1.t.10. C.5.t.4. N.22.
Amitæ fratris filiæ, cum filio fratris, & patruo, C.1. Alexii Comm.
Cum duabus sobrinis, C.1.5. Manuelis Com.
Septimi gradus, C.1.2. Isaici Ang.

O.

Oblatione votorum, C.12.t.49.
Et aliis ecclesiasticis juribus, C. 1.9. Alexii Com.
Obligationibus, I.3.t.14.
Et actionibus, D.44.t.7. C.4.t.10.
Ex consensu, I.3.t.23.
Quæ ex delicto nascuntur, I.4.t.1.
Quæ quasi ex contractu nascuntur, I.3. t.28.
Quæ quasi ex delicto nascuntur, I.3.t.5.
Obsequiis: A liberis & libertis præstandis, D.37.t.15.
Patrono præstandis, C.6.t.6.
Officinatum magnæ ecclesiæ usu, L.12.
Officinis sive tabernis Constantinopolitanæ urbis &, N.43.
Officio: Adsessorum, D.1.t.22.
Civilium judicum, C.1.t.46.
Comitis Orientis, C.1.t.36.
Comitis rerum privatarum, C.1.t.33.
Comitis sacrarum largitionum, C.1.t.32
Comitis sacri palatii, C.1.t.34.
Comitis sacri patrimonii, C.1.t.39.
Consulis, D.1.t.10.
Diversorum judicum, C.1.t.48.
Ejus cui mandata est jurisdictio, D.1.t.21
Ejus qui vicem alicujus judicis, vel præsidis obtinet, C.1.t.50.
Judicis, I.4.t.17.
Juridici Alexandriæ, D.1.t.20. C.1.t.57.
Magistri militum, C.1.t.29.
Magistri officiorum, C.1.t.31.
Militarium judicum, C.1.t.46.
Præfecti augustalis, D.1.t.17. C.1.t.41.
Præfecti prætorio, D.1.t.11. C.1.t.26.
P.P. Africæ & de omni ejus diœcesis statu, C.1.t.27.
P.P. Orientis & Illyrici, C.1.t.26.
Præfecti vigilum, D.1.t.15. C.1.t.43.
Præfecti urbi, D.1.t.12. D.1.t.28.
Præsidis, D.1.t.18.
Prætorum, D.1.t.14. C.1.t.39.
Proconsulis & legati D.1.t.16. D.1.t.38
Procuratoris Cæsaris, & Rationalis, D.1.t.19.
Quæstoris, D.1.t.13. C.1.t.33.
Rectoris provinciæ, D.1.t.44. C.1.t.40.
Vicarii, C.1.t.38.
Omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur, C.11.t.58.
Operibus publicis, D.50.t.10. C.8.t.12.
Operis novi nunciatione, D.39.t.1. C.8. t.11.
Operis: Libertorum, D.38.t.1.C.6.t.3.
Servorum, D.7.t.7.
Optione legata, D.33.t.5.
Ordinatione episcoporum & clericorum, N.127.
Ordine: Cognitionum, C.7.t.19.
Judiciorum, C.3.t.8.
Senatorum, & consultationibus, N.62.
Origine juris, & omnium magistratuum, & de successione juris prudentium, D.1.t.2.
Oris maritimis, L.56.

P.

Pace Constantiæ, E.3.
Tenenda, & ejus violatoribus, F.2. t.27.
Tenenda inter subditos, & juramento firmanda, & vindicanda & de pœna judicibus apposita, quicam vindicare & justitiam facere neglexerint, F.2.t.53.
Pacto paterno ex æquo heredem futurum filium, L.19.
Pactis, D.2.t.14.C.2.t.3.
Conventis tam super dote, quam super donatione, propter nuptias, & paraphernis, C.5.t.14.
Dotalibus, D.23.t.4.
Inter emptorem & venditorem compositis, C.4.t.54.
Pignorum, & commissoria lege, in pignoribus rescindenda, C.8.t.35.
Pagans, & sacrificiis, & templis eorum, C.1.t.11.
Palatiis, & domibus dominicis, C.11.t.76.
Palatinis sacrarum largitionum, & rerum privatarum, C.12.t.24.
Partu pignoris, & omni causa, C.8.t.25.
Pascuis publicis, & privatis, C.11.t.66.
Patria potestate, I.1.t.9. C.8.t.47.
Patribus, qui filios suos distraxerunt, C.4. t.43.
Patrimoniis templorum urbis Romæ, & de capitatione infantium, C.12. Leonis Ikon.
Peculio, D.15.t.1.
Ejus qui libertatem meruit, C.7.t.23.
Legato, D.33.t.8.
Pecunia constituta, 13.5.
Pedaneis judicibus, C.3.t.3.
Penu legata, D.33.t.9.
Perfectissimatus dignitate, C.12.t.33.
Periculo: Forum qui pro magistratibus intervenerunt, C.11.t.34.
Et commodo rei venditæ, D.18.t.6.C.4 t.48.
Nominatorum, C.11.t.33.
Successorum parentis, C.10.t.61.
Tutorum & curatorum, C.5.t.38.
Perpetuis: Emphyteusibus, L.13.
Et temporalibus actionibus, & quæ ad heredes, & in hered. transeunt, I.4.t.12
Per: Quas personas nobis adquiritur, I.2. t.9. C.4.t.27.
Quas personas nobis adquiritur obligatio, I.3.t.29.
Quos fiat investitura, & per quos recipiatur, F.2.t.3.
Petitione hereditatis, D.5.t.3.C.3.t.31.
Petitionibus bonorum sublatis Constitutio Gregoriana, C.10.t.12.
Pignoratitia actione, vel contra, D.13.t.7. C.4.t.24.
Pignori dato feudo, quid juris sit, F.1.t.11.
Pignoribus & hypothecis, D.20.t.1.C.8. t.14.
Pistoribus, C.11.t.15.
Plus: Petitionibus, C.3.t.10.
Valere quod agitur, quam quod simulate concipitur, C.4.t.22.
Pœna: Ejus qui rem aliquam publicam vendiderit, L.62.
Ejus qui aliquem dedita opera excæcavit, L.92.
Eorum qui naufragium suppresserint, L. 64.
Episcoporum, Sacerdotum, & clericorum, qui se advocationibus, sponsionibus, redempturis, aliisve similibus dederint, L.86.
Eunuchorum, si uxores ducant, L.98.
Falsariorum, L.77.
Falsum testimonium dicentium sacerdotum, L.76.
Illorum qui res veritas ad hostes transferunt, L.63.
Incantatorum, L.65.
Judicis qui male judicavit, vel eum qui judicem vel adversarium corrumpere curavit, C.7.t.49.
Sacerdotis, diaconi, aut hypodiaconi si post adsumptum ordinem mulier in matrimonium jungatur, L.79.
Temere litigantium, L.4.t.16.
Pœnis, D.48.t.19. C.9.t.47.
Pœnis fiscalibus creditores præferri, C.10. t.7.
Pollicitationibus, D.50.t.12.
Polygamis, C.1.2. Constantini Porphyrogennetæ.
Ponderatoribus, & auri illatione, C.10. t.71.
Pontici tractus vicario, F.8.
Popularibus actionibus, D.47.t.23.
Portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, D.48.t.20.
Possessione ecclesiarum & venerabilium domorum, C.1.1. Basilii Porphyrogennetæ.
Possessoria hereditatis petitione, C.3.t.3.
Postlimimo reversis, & de redemptis ab hostibus, C.8.t.51.
Postulando, D.3.t.1. C.2.t.6.
Posthumis heredibus instituendis vel exheredandis, vel præteritis, C.6.t.29.
Potioribus ad munera nominandis, C.10. t.65.
Præbendo salario, C.10.t.36.
Prædiorum adquisitione, C.1.1. Romani Sen.
Prædiis, Decurionum sine decreto non alienandis, C.10.t.33.
Et aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, sive obligandis, C.5.t.71.
Et omnibus rebus naviculariorum, C.11.t.2.
Maritimis ad remoras piscatorias constituendas seorsim non sufficientibus, & ut invitus etiam ad societatem adigatur, L.102.
Potentiorum, C.1.3. Basilii Porphyr.
Tamiacis & de iis, qui ex colonis dominicis, aliisque liberæ conditionis procreantur. C.11.t.68.
Præfecto pœnam adultero non irrogante, C.1.1. Leonis Armenii.
Præfectis prætorio, sive urbi, & magistris militum in dignitatibus exæquandis, C.12.t.4.
Prælatione, C.1.3.
Romani Sen. C.1.3.
Nicephori Phoc. In antichresi, C.1.1. Michael.
Præpositis: Agentium in rebus, C.12.t.21.
Laborum, C.12.t.18.
Sacri cubiculi, & de omnibus cubicularis & privilegus eorum, C.12.t.5.
Præscriptione: Longi temporis, x. vel xx. annor. C.7.t.33.
Triginta vel xl. annor. C.7.t.39.
Quadraginta annor. C.1.4. Bas. Porphyr.
Præscriptis verbis, & in factum actionibus, D.19.t.5.
Prætore: Lycaoniæ, N.25.
Paphlagoniæ, N.29.
Pisidiæ, N.24.
Siciliæ, N.10.4.
Thraciæ, N.26.
Prætoribus: Populi, N.13.
Et honore prætoris, & collatione, & gleba, & folli, & septem solidorum functione sublata, C.12.t.2.
Prætorio pignore, & ut etiam in actionibus debitorum missio prætorii pignoris procedat, C.8.t.22.
Et velamine capitis, & de publicis curatoribus, C.1.1. Michaelis.
Prætoriis stipulationibus, D.46.t.5.
Prævaricatoribus, D.47.t.15.
Pragmatica sanctio Justiniani Imperatoris, complectens varia capita, C.1.1.
Precario, D.43.t.26.
Et Salviano interdicto, C.8.t.9.
Precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat, & ubi, C.1.t.19.
Primatu & appellatione, & commemoratione Papæ Romæ, C.1. Michaelis Poleol.
Primicerio & secundario & notatiis, C.12. t.7.
Primipili, C.12.t.63.
Principibus agentium in rebus, C.12.t.22.
Privatis carceribus inhibendis, C.9.t.5.
Delictis, D.47.t.1.
Privilegio: Dotis, C.7.t.74.
Fisci, C.7.t.73.
Privilegiis Archiepiscopi primæ Justinianæ, &c. N.11.
Corporatorum urbis Romæ, C.11.t.14.
Creditorum, D.42.t.6.
Domus augustæ vel rei privatæ, vel quarum collationum excusationem habent, C.11.t.74.

INDEX OMNIUM TITULORUM.

Privilegiis dotis, hæreticis mulieribus non præſtandis, N.109.
Eorum, qui in ſacro palatio militant, C.12.t.29.
Scholarum, C.12.t.30.
Veteranorum, D.49.t.18.
Urbis Conſtantinopolitanæ, C.11.t.20.
Prius poſſeſſionem reſtituendam eſſe quam de principali cauſa agatur, F.4.t.82.
Probatione inveſtituræ, F.4.t.88.
Probationibus, C.4.t.19.
Et præſumptionibus, D.22.t.3.
Proconſule: Capadociæ, N.30.
Paleſtinæ, N.163.
Procuratoribus, C.2.t.13.
Et defenſoribus, D.3.t.3.
Pro: derelicto, D.41.t.7.
Donato, t.6.
Dote, t.9.
Emptore, t.4.
Profeſſoribus & medicis, C.10.t.52.
Qui in urbeConſtantinopolitana docentes, ex lege Comitivam habere meruerunt, C.12.t.15.
Pro herede, vel poſſeſſore, D.41.t.5.
Prohibita: Feudi alienatione, per Friderici-cum, F.2.t.55.
Lotarium, t.52.
Sequeſtratione pecuniæ, C.4.t.4.
Pro legato, D.41.t.8.
Prole partienda inter ruſticos, N.156.
Pro quibus cauſis ſervi pro præmio libertatem accipiunt, C.7.t.13.
Pro: Socio, D.17.t.2. C.4.t.37.
Soluto, D.41.t.4.
Suo, D.41.t.10. C.4.t.11.
Provinciarum præſidibus, N.161. C.T.3.
Proxeneticis, D.50.t.14.
Proximis ſacrorum ſcriniorum, cæteriſque qui in ſacris ſcriniis militant, C.12.t.9.
Publicæ lætitiæ, vel conſulum nunciatores, conſtitutionum & aliarum ſacrarum vel judicialium literarum, ex deſcriptione, vel ab invitis, ne quid accipiant immodicum, C.12.t.64.
Publicanis vectigalibus & commiſſis, D.39.t.4.
Publiciana in rem actione, D.6.t.2.
Publicis judiciis, I.4.t.18. D.48.t.1.
Puerperis, L.17.
Pupillari ſubſtitutione, I.2.t.16.

Q.

Quadriennii præſcriptione, C.7.t.37.
Quadrimenſtruis brevibus, C.1.t.42.
Quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi, F.2.t.24.
In fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur, D.42.t.8.
Res exportari non debent, C.4.t.41.
Res vendi non poſſunt, & qui vendere vel mercari vetantur, C.4.t.40.
Res pignori obligari poſſunt vel non, & qualiter pignus contrahatur vel non, C.8.t.17.
Res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt, D.20.t.3. C.8.t.17.
Res venire non poſſunt, & qui vendere vel emere, vetantur, C.4.t.40.
Sententiæ ſine appellatione reſcindantur, D.49.t.8.
Sint regaliæ, F.2.t.56.
Sit longa conſuetudo, C.8.t.53.
Quæſtionibus, D.48.t.18. C.9.t.41.
Quæſtore, N.80.
Quæſtoribus & magiſtris officiorum, & comitibus ſacrarum largitionum, & rei privatæ, C.12.t.6.
Et præfectis inſularum, N.41.
Qualiter Dominus proprietate feudi privetur, F.2.t.47.
Jurare debeat vaſallus domino fidelitatem, F.2.t.5.
Olim poterat feudum alienari, F.2.t.9.
Quando actio de peculio annalis eſt, D.15.t.2.
Appellandum ſit, & intra quæ tempora, D.49.t.4.
Civilis actio præjudicet, & an utraque ab eadem exerceri poſſit, C.9.t.31.
Decreto opus non eſt, C.5.t.72.
Dies legati vel fideicommiſſi cedat, D.36.t.2. C.6.t.52.
Dies uſusfructus legati cedat, D.7.t.3.
Et quibus quarta pars, ex bonis decurionum debetur, & de modo diſtributionis eorum, C.10.t.34.
Ex facto tutoris vel curatoris minores agere vel conveniri poſſunt, D.26.t.9. C.5.t.39
Fiſcus vel privatus, debitoris ſui debitores convenire poſſit, vel debeat, C.4.t.15.
Imperator inter pupillos, & viduas vel miſerabiles perſonas cognoſcit, & ne exhibeantur, C.3.t.14.
Libellus principi datus litis conteſtationem faciat, C.1.t.20.
Liceat ab emptione diſcedere, C.4.t.45.
Liceat unicuique ſine judice ſe vendicare, ob publicam devotionem, C.3.t.27.
Mulier officio tutelæ fungi poteſt, C.5.t.35.
Non petentium partes petentibus adcreſcant, C.6.t.10.
Provocare non eſt neceſſe, C.7.t.64.
Tutores vel curatores eſſe deſinunt, C.5.t.60.
Quantum in piſcatibus, remoræ piſcatoriæ inter ſe diſtare debeant, L.57.
Qua pœna caſtratores adfici debeant, L.60.
Quarum rerum actio non datur, & de exceptione jurisjurandi, D.44.t.5.
Quemadmodum: Civilia munera inducuntur, C.10.t.42.
Feudum ad filium pertineat, F.1.t.24.
Servitutes amittantur, D.8.t.6.
Teſtamenta aperiantur, deſcribantur, & inſpiciantur, D.29.t.3. C.6.t.32.
Qui Accuſare non poſſunt, C.9.t.1.
Admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus, C.6.t.9.
Ætate ſe excuſant, C.5.t.68.
Ætate vel profeſſione ſe excuſant, C.10.t.49.
Bonis cedere poſſunt, C.7.t.71.
Quibus ad conductionem prædiorum fiſcalium accedere non licet, C.11.t.72.
Ad, libertatem proclamare non licet, D.40.t.13.
& de rebus eorum qui ad libertatem non prohibentur, C.7.t.18.
Alienare licet vel non, I.2.t.8.
Ex cauſis in poſſeſſionem eatur, D.42.t.4
Ex cauſis majores in integrum reſtituantur, C.2.t.54.
Ex cauſis, manumittere non licet, I.1.t.6
Ex cauſis ſervi pro præmio libertatem accipiunt, D.40.t.13. C.7.t.13.
Modis, feudum amittatur, F.1.t.5.17.
Modis, feudum conſtitui poteſt, F.1.t.26.
Modis, jus patriæ poteſtatis ſolvitur, I.1.t.12.
Modis, naturales efficiuntur ſui, & de eorum ex teſtamento, ſive ab inteſtato ſucceſſione, N.89.
Modis, naturales filii efficiuntur legitimi & ſui, ſupra illos modos qui ſuperioribus conſtitutionibus continentur, N.74.
Modis pignus vel hypotheca ſolvitur, D.20.t.6.
Modis, re contrahitur obligatio, I.3.t.15
Modis teſtamenta infirmentur, I.2.t.17.
Modis, tollitur obligatio, I.3.t.30.
Modis, tutela finitur, I.1.t.22.
Modis, uſusfructus vel uſus amittatur, D.7.t.4.
De quibus muneribus vel præſtationibus nemini liceat ſe excuſare, C.10.t.48.
Rebus ad eundem judicem eatur, D.11.t.2.
Quibus muneribus excuſantur hi, qui poſt impletam militiam, vel advocationem per provincias, ſuis commodis vacantes commorantur, & de privilegiis eorum, & de conductoribus vectigalium fiſci, C.10.t.55.
Non competit bonorum poſſeſſio, D.38.t.13.
Non eſt permiſſum facere teſtamentum, I.2.t.12.
Non objicitur longi temporis præſcriptio, C.7.t.35.
Res judicata non nocet, C.7.t.56.
Qui dare tutores vel curatores, & qui dari poſſunt vel non, C.5.t.34.
Quid Juris ſi poſt alienationem feudi vaſallus recuperet, F.2.t.44.
Præcedere debeat an inveſtitura, an fidelitas, F.2.t.4.
Sit inveſtitura, F.2.t.2.
Qui: Et adverſus quos in integrum reſtitui non poſſunt, C.2.t.42.
Et à quibus manumiſſi liberi non fiant, & ad L. Æliam Sentiam, D.40.t.9.
Feudum dare poſſunt, & qui non, & qualiter adquiratur & retineatur, F.1.t.1.
Legitimam perſonam ſtandi in judiciis habeant vel non, C.3.t.6.
Manumittere non poſſunt & ne in fraudem creditorum manumittantur, C.7.t.11.
Militare poſſunt vel non poſſunt, & de ſervis ad militiæ dignitatem adſpitantibus & ut nemo duplici militia vel dignitate ſimul utatur, C.12.t.34.
Morbo ſe excuſant, C.5.t.67. C.10.t.50.
Non poſſunt ad libertatem pervenire, C.7.t.12.
Numero liberorum ſe excuſant, C.5.t.66. C.10.t.66.
Numero tutelarum ſe excuſant, C.5.t.69
Petant tutores vel curatores & ubi petantur, D.26.t.6. C.5.t.31.
Potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, & de iis qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, D.20.t.4. C.8.t.18.
Pro ſua juriſdictione, judices dare, darive poſſunt, C.3.t.4.
Satiſdare cogantur, vel jurato promittant, vel promiſſioni ſuæ committantur, D.2.t.8.
Quis: Dicatur Dux, Marchio, Comes vel Capitaneus, vel Valvaſor, F.2.t.10.
Et a quo appellatur, D.49.t.3.
Quis ordo in bonorum poſſeſſione ſervetur, D.38.t.15.
Qui: Sine manumiſſione ad libertatem perveniant, D.40.t.8.
Sint rebelles, E.2.t.2.
Qui ſucceſſores feudū dare teneantur, F.1.3
Succeſſores teneantur, F.1.t.9.
Teſtamenta facere poſſunt vel non poſſunt, D.28.t.1. C.6.t.22.
Teſtamento tutores dari poſſunt, I.1.t.14.
Teſtes neceſſarii ſint ad novam inveſtituram præbendam, F.2.t.32.
Quod ante ineundum ſacerdotium matrimonium contrahi debeat, L.3.
Cujuſque univerſitatis nomine vel contra eam agatur, D.3.t.4.
Cum eo qui in aliena poteſtate negotium geſtum eſſe dicetur, I.4.t.7. D.14.t.5. C.4.t.26.
Vel de periculo ſive quod juſſu aut de in rem verſo, C.4.t.26.
Falſo tutore authore geſtum eſſe dicetur, D.27.t.6.
Juſſu, D.15.t.4.
Quod legatorum, D.43.t.3.
Quod metus cauſa, D.4.t.2.
Quiſque juris in alium ſtatuit, uti ipſe eodem jure utatur, D.2.t.2.
Vi aut clam, D.43.t.24.
Quo: Modo, & quando judex ſententiam proferre debeat præſentibus partibus, vel una parte abſente, C.7.t.43.
Modo, in læſæ majeſtatis crimine procedatur, E.1.
Modo, oporteat epiſcopos & cæteros clericos ad ordinationes produci. & de expenſis eccleſiarum, N.6.
Modo, oporteat milites tranſitum in civitatibus facere, & de introitu, N.43.
Modo, oporteat monachos vivere, N.133
Quiſque ordine conveniatur, C.11.t.35
Quorum Appellationes non recipiuntur, C.7.t.65.
Bonorum, C.43.t.2. C.8.t.2.
Legatorum, D.43.t.3. C.8.t.3.
Quo: tempore miles inveſtituram petere debeat, F.1.t.22.
Tempore & à Quibus rerum ſuarum adminiſtratio adultis concedi debeat, L.28.
Quot teſtes ſint neceſſarii, ad probandam feudi ingratitudinem, F.2.57.

R.

Raptis mulieribus quæ raptoribus nubunt, N.143.
Raptoris virginis, eorumque qui in raptum adfuerunt pœna, L.35.
Raptu: Equi, C.1.4. Theophili.
Virginum ſeu viduarum, nec non ſanctimonialium, C.9.t.13.
Ratiociniis operum publicorum, & de partibus civitatum, C.8.t.13.
Rebellibus & ſeditioſis anathemate feriendis, C.1.1. Conſtantini Porphyrog.
Rebus: Alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione vel hypotheca, C.4.t.51.
Authoritate jud. poſſid. D.42.t.5.
Corporalibus & incorporalibus, I.2.t.2.
Creditis & jurejurando, C.4.t.2.
Creditis & ſi certum petatur, & de certi condictione, D.12.t.1.
Dubiis, D.34.t.5.
Eorum qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis, D.27.t.9.
Receptatoribus, D.47.t.16.
Receptis arbitris, C.2.t.56.
& qui arbitrium recipiunt, ut ſententiam dicant, D.4.t.8.
Reditu magnæ eccleſiæ, & de allelengio, C.1. Romani Argyti.
Referendariis ſacri palatii, N.10.
Regula Catoniana, D.34.t.7.
Regulis Juris, D.50.t.17.
Reis poſtulatis, C.10.t.58.
Re judicata, C.7.t.52.
& de effectu ſententiarum & de interlocutionibus judicum, D.42.t.1.
Rei: Vindicatione, D.6.t.1. C.3.t.32.
Uxoriæ actione in exſtipulatu actione transfuſa, & de natura dotibus præſtita, C.5.t.13.
Reis promittendi, N.99.
Relationibus, C.7.t.61.
Relevationibus tributorum publicorum, N.163. C.1.5.
Religioſis: Et ſumptibus funerum: & de aleæ, & de aleatoribus, C.3.t.44.
Et ut funus ducere liceat, D.11.t.7.
Reliquiis & interceſſionibus ſanctorum, C.1.1. Conſtantini Cabel.
Reliquis publicis non exigendis, & de diſcuſſione diverſarum actionū, N.147
Rem: Alienam gerentibus non interdici rerum ſuarum adminiſtrationem, C.3.t.53.
Pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore, D.46.t.6.
Ratam haberi, & de rati habitione, D.46.t.8
Re militari, D.49.t.16. C.12.t.36.
Remiſſione pignoris, C.8.t.26.
Remiſſionibus, D.43.t.25.
Replicationibus, I.4.t.14.
Repudianda: Bonorum poſſeſſione, C.6.t.19.
Et abſtinenda hereditate, C.6.t.31.
Repudiis, & judicio de moribus ſublato, C.5.t.17.
Reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum reſtitutionis, C.2.t.48.
Requirendis reis, C.9.t.40.
Vel abſentibus damnandis, D.48.t.17.
Rerum: Amotarum, D.25.t.2. C.5.t.21.
Diviſione, & adquirendo ipſarum dominio, I.2.t.1.
& qualitate, D.1.t.8.
Permutatione, D.19.t.4.
& præſcriptis verbis, C.4.t.64.
Reſcindenda venditione, D.18.t.5. C.4.t.44. C.1.2. Romani Senioris.
& quando liceat ab emptione deſcedere, D.18.t.5.
Res inter alios acta, vel judicata, aliis non nocet, C.7.t.60.
Reſtitutione in integrum, D.4.t.1.
Fideicommiſſi, & nomine familiæ, quod uſque ad quartum gradum locum habet, & quod familiæ nomine nurus etiam continetur, N.159.
Militum, & eorum qui reipub. cauſa abſunt, C.2.t.51.
Reſtitutionibus, N.108.
& ea quæ parit xj. menſe poſt mortem viri, N.39.
Revelatione fiſcalium, C.1.2. Nicephori Botoniatæ.
Revocandis: donationibus, C.8.t.56.
Iis quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, C.7.t.75.
Ripa munienda, D.43.t.15.
Ritu nuptiarum, D.23.t.2.
Rivis, D.43.t.20.

S.

Sacra forma tranſmiſſa Dominico glorioſiſſ. præfecto de diverſis capitulis, N.162.
Sacroſanctis eccleſiis, & de rebus & de privilegiis earum, C.1.t.2.
Sacrum pragmaticum Tiberii Auguſti, de confirmatione conſtitutionum Juſtini, C.1.4.
Salgamo hoſpitibus non præſtando, C.12.t.41.
Salviano interdicto, D.43.t.32.
Samaritanis, N.1.5.
Samaritis, N.129. 144.
Sanctiſſimis epiſcopis: & Deo amabilibus & reverendiſſimis clericis, & monachis, N.123.
Satiſdando, C.2.t.57.
Satiſdatione tutorū & curatorum, I.1.t.24.
Satiſdationibus, I.4.t.11.
Scenicas non ſolum ſi fidejuſſores præſtent, ſed etiam ſi jusjurandum dent, ſine periculo diſcedere, N.51.
Secundis nuptiis, C.5.t.9.
Seditioſis & iis qui plebem audent contra rempub. colligere, C.9.t.30.
Senatoribus, D.1.t.9.
Senatuſconſulto: Claudiano, C.7.t.24.
Macedoniano, D.14.t.6.
Orphitiano, I.3.t.4.
Syllaniano & Claudiano, & quorum teſtamenta non aperiantur, D.29.t.5.
Tertylliano, I.3.t.3. D.38.t.17. C.6.t.55
Velleſano, D.16.t.1. C.4.t.29.
Senatuſconſultis, C.1.t.16.
Sententia quæ ſine certa quantitate proferatur, C.7.t.46.
Sententiam: paſſis & reſtitutis, D.48.t.23. C.9.t.51.
Reſcindi non poſſe, C.7.t.50.
Sententiis: Adverſus fiſcum latis retractandis, C.10.t.9.
Et interlocutionibus omnium judicum, C.7.t.45.
Ex periculo recitandis, C.7.t.44.
Judicum, C.1.6. Manuelis Commeni.
Præfector. Prætorio, C.7.t.42.
Quæ pro eo quod intereſt proferuntur, C.7.t.47.
Separationibus, D.42.t.6.
Sepulchro violato, D.47.t.12. C.9.t.19. L.96.
Servili cognatione, I.3.t.7.
Servis: Conjugibus ſi alter illorum libertate tenetur, L.101.
Exportandis, vel ſi mancipium ita venierit, ut manumittatur vel contra, D.18.t.7.

Servis fugitivis, D.11. t.4.
& libertis mancipiisque civitatum, artificibus, & ad diversa opera deputatis, & ad rem privatam vel domesticam pertinentibus, C.6. t.1.
Qui liberis in matrimonium conjunguntur, L.100.
Reipubl. manumittendis, C.7. t.9.
Servitute legata, D.33. t.3.
Servitutibus, D.8. t.1.
Et aqua, C.3. t.34.
Rusticorum prædiorum, I.2. t.3. D.8. t.3
Urbanorum prædiorum, D.8. t.2.
Servo corrupto, D.11. t.3.
Pignori dato, C.7. t.8.
Qui ignorante domino clericus factus est, L.9.
Qui inscio domino monachisinum suscepit, L.10.
Qui ignorante domino episcopus factus est, L.11.
Servos post delatam successionem manumissos, in feudum non succedere, F.4. t.106.
Si adversus Creditorem, C.2. t.38.
Præscriptio opponitur, C.7. t.36.
Delictum suum, restitutio postuletur, C.2. t.35.
Donationem, C.2. t.30.
Dotem restitutio postuletur, C.2. t.34.
Fiscum restitutio postuletur, C.2. t.37.
Libertatem, C.2. t.31.
Rem judicatam restitutio postuletur, C.2. t.27.
Solutionem à tutore vel se factam, C.2. t.33.
Transactionem, vel divisionem in integrum minor restitui velit, C.2. t.32.
Venditionem, C.2. t.28.
Pignorum, C.2. t.2.
Usucapionem restitutio postuletur, C.2. t.30.
Si: Ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur, D.6. t.3.
Aliena res pignori data sit, C.8. t.16.
A non competente judice judicatum esse dicatur, C.7. t.48.
Antiquior creditor pignus vendiderit, C.8. t.20.
Certum petatur, C.4. t.2.
Communis res pignori data sit, C.8. t.21.
Contra jus vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid postulatum, vel impetratum, C.1. t.22.
Contra matris voluntatem tutor datus sit, C.5. t.37.
Cui plus quam per legem Falcidiam licuerit legatum esse dicetur, D.35. t.3.
Curialis relicta civitate rus habitare maluerit, C.10. t.37.
De feudo defuncti contentio sit, inter dominum & adgnatos vasalli, F.2. t.26.
De feudo vasallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere voluerit, F.2. t.25.
De investitura controversia fuerit, F.1. t.4.
De investitura inter dominum & vasallum lis oriatur, F.1. t.26.
De momentanea possessione fuerit appellatum, C.7. t.69.
Dos constante matrimonio soluta fuerit, C.5. t.9.
Ex falsis instrumentis, vel testimoniis judicatum erit, C.7. t.58.
Ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur, D.2. t.9.
Ex pluribus tutoribus, vel curatoribus omnes, vel unus agere, pro minore vel conveniri possint, D.5. t.40.
Familia furtum fecisse dicatur, D.47. t.6
In causa judicati pignus captum sit, C.8. t. 25.
In communi eademque causa in integrum restitutio postuletur, C.2. t.26.
In fraudem patroni à libertis alienatio facta sit, C.6. t.5.
Synodica subnotatione, patriarchæ Lucæ, de nuptiis septimi gradus cognationis, C.1.3. Manuelis Com.
Si is qui testamento liber, &c. D.47. t.4.
Silentiariis & decurionibus eorum, C.12. t.16.
Si: Liberalitatis imperialis socius, sine herede decesserit, C.10. t.14.
Libertus ingenuus esse dicatur, D.47. t.14.
Magistratus aliquis res fiscales furatus esse deprehensus sit, L.105.
Major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit, C.5. t.74.
Major factus ratum habuerit, C.2. t.46.
Mancipium ita fuerit alienatum, ut manumittatur, vel contra, C.4. t.57.
Mancipium ita venierit, ne prostituatur, C.4. t.56.
Mater indemnitatem promiserit, C.5. t.46.
Mensor falsum modum dixerit, D.11. t.6
Minor ab hereditate se abstineat, C.2. t.30.
Minor se majorem dixerit, vel major probatus fuerit, C.2. t.43.
Mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur, D.25. t.6.
Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse, C.4. t.47.
Singulis rebus per fideicommissum relictis, I.2. t.24.
Si: Nuptiæ ex rescripto petantur, D.5. t.8.
Omissa sit causa testamenti, C.6. t.39.
Pars hereditatis petatur, D.5. t.4.
Pendente appellatione, mors intervenerit, D.49. t.13. C.7. t.66.
Per vim, vel alio modo absentis possessio turbata sit, C.8. t.8.
Pignoris conventionem numeratio pecuniæ secuta non sit, C.8. t.33.
Pignus pignori datum sit, C.8. t.24.
Plures sint domini vel vasalli, F.4. t.77.
Plures una sententia condemnati sunt, C.7. t.55.
Post creationem quis decesserit, C.10. t.68.
Propter inimicitias creatio facta sit, C.10. t.66.
Propter publicas pensationes venditio fuerit celebrata, C.4. t.46.
Quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, ad suppositam jurisdictionem adspirare nuptias, C.5. t.4.
Quadrupes pauperiem fecisse dicatur, I.4. t.9. D.9. t.1.
Quid in fraudem patroni, D.38. t.5.
Quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit, D.29. t.6. C.6. t.34.
Quis alteri vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit, C.4. t.50.
Quis à parente manumissus fuerit, D.37. t. 12.
Quis cautioni in judicio sistendi causa factæ non obtemperaverit, D.2. t.11.
Quis eam cujus tutor fuerit corruperit, C.9. t.10.
Quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparaverit, C.5. t.37.
Quis Imperatori maledixerit, C.9. t.7.
Quis in jus vocatus non ierit, sive per eum caverit per quem ex edicto non debuit, D.2. t.5.
Quis jus dicenti non obtemperaverit, D.2. t.3.
Quis omissa causa testamenti ab intestato vel alio modo possideat hereditatem, D.29. t.4.
Quis testamento liber esse jussus fuerit, & post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dolo malo dicatur, D.47. t.4.
Rector provinciæ, vel ad eum pertinentes sponsalitias dederint arrhas, C.5. t.2
Reus vel accusator mortuus fuerit, C.9. t.6.
Sæpius in integrum restitutio postuletur, C.2. t.44.
Secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquit, C.5. t.10.
Servitus vendicetur, D.8. t.5.
Servus aut libertus ad decurionatum adspiraverit, C.10. t.32.
Servus exportandus veniat, C.4. t.55.
Servus extero se emi mandaverit, C.4. t.36.
Tabulæ testamenti extabunt, D.37. t.2.
Tabulæ nullæ extabunt, D.38. t.6.
Tutor contra matris voluntatem datus sit, C.5. t.47.
Tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit, C.5. t.63.
Tutor vel curator intervenerit, C.2. t.25.
Tutor vel curator non gesserit, C.5. t.55.
Tutor vel curator reipubl. causa abfuerit, C.5. t.64.
Tutor vel curator vel magistratus creatus appellaverit, D.49. t.10.
Vasallus de feudo ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit, F.2. t.25.
Vasallus feudo privetur, cui deferatur, F.2. t.31.
Vendito pignore agatur, C.8. t.30.
Ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur, D.25. t.6.
Unus ex fratribus dederit suam partem fratri, F.4. t.83.
Unus ex pluribus appellaverit, C.7. t.68.
Unus ex pluribus heredibus creditoris vel debitoris partem sui debiti solverit vel acceperit, C.8. t.32.
Usus fructus petatur, vel ad alium pertinere negetur, D.7. t.6.
Ut omissam hereditatem, vel bonorum possessionem, vel aliud adquirat, C.2. t.40.
Societate, I.3. t.26.
Solutione: Matrimonii ob furorem conjugis, C.1.1. Nicephori Botoniatæ. Sponsalium, C.1.3. Alexii Commeni.
Solutionibus & liberationibus, D.46. t.3. C.8. t.43.
Debitor civitatis, C.11. t.30.
Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur, D.24. t.3. C.5. t.18.
Spectaculis, & scenicis, & scenonibus, C.11. t.40.
Sponsalibus, D.23. t.1. C.5. t.1. Alexii Commeni.
Et arrhis sponsalitiis, & proxeneticis, C.5. t.1.
Sportulis, & sumptibus in diversis judiciis faciendis, & de executoribus litium, C.3. t.2.
Statu hominum, D.1. t.5.
Statuis & imaginibus, C.1. t.24.
Statu liberis, D.40. t.7.
Stellionatus, D.47. t.20.
Stipulatione servorum, I.3. t.18. D.45. t.3.
Stratoribus, C.12. t.25.
Studiis liberalibus urbis Romæ & Constantinopolitanæ, C.11. t.18.
Suariis & susceptoribus vini & cæteris corporatis, C.11. t.16.
Subnotatio inclyti Imperatoris Isaaci Angeli de tondendis uxoribus Pontificum, C.1.3. d. Imper.
Successione: Cognatorum, I.3. t.5.
Feudi, F.1. t.8.
Fratrum: vel gradibus succedentium in feudo, F.2. t.11.
Libertorum, I.3. t.8.
Successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusc. Claudiano, I.3. t.13.
Successoribus eorum qui in Africa degunt, N.36.
Successorio edicto, D.38. t.9. C.6. t.16.
Suffragio, C.4. t.3.
Suis & legitimis: Heredibus. D.38. t.15.
Liberis & ex filia nepotibus ab intestato venientibus, C.6. t.54.
Summa trinitare, & fide catholica, ut nemo publice de ea contendere audeat, C.1. t.1.
Sumptus injuncti muneris, ad omnes collegas pertinere, C.11. t.37.
Sumptuum recuperatione, C.10. t.67.
Suppellectile legata, D.33. t.10.
Superexactionibus, C.10. t.20.
Superficiebus, D.43. t.18.
Superindicto, C.10. t.18.
Susceptoribus præpositis & arcariis, C.10. t.70.
Suspectis tutoribus & curatoribus, I.1. t.26. D.26. t.10. C.5. t.43.

T.

Tabellionibus, & ut protocolla dimittant in chartis, N.44.
Tabulariis, scribis, logographis & censualibus, C.10. t.69.
Tabulis exhibendis, D.43. t.5. C.8. t.7.
Tempore non solutæ pecuniæ super dote, N.100.
Temporibus: Et reparationibus appellationum seu consultationum, C.7. t.63.
In integrum restitutionis, tam minorum & aliarum personarum, quæ restitui possunt, quam etiam heredum eorum, C.2. t.53.
Termino moto, D.37. t.21.
Testamenta ita: Manumissione, C.7. t.2.
Tutela, D.26. t.2. C.5. t.28.
Testamento: Militari, I.2. t.11. D.29. t.1.
Militis, C.6. t.21.
Resignato, L.82.
Testamentis: Et quemadmodum testamenta ordinentur, C.6. t.23.
Et qui testamenta facere possunt: & quemadmodum testamenta fiant, D.28. t.1.
Imperfectis à parentibus in filios factis, & de divisione rerum à filiis coram parente & de ejus facultatibus facta, & subscripta, N.107.
Ordinandis, I.2. t.10.
Testibus, D.22. t.5. C.4. t.20. N.90.
Tetartero, quod est numismatis genus, C.1.1.2. Nicephori Phocæ.
Thesauris, C.10. t.15.
Tigno injuncto, D.47. t.3.
Tonsura, Capillorum, C.1.4. Theoph.
Mulierum, degere volentium in monasterio post trimestre facta, C.1.13. Manuelis Com.
Tractatoriis & stativis, C.12. t.52.
Transactionibus, D.2. t.15. C.2. t.4.
Tributoria actione, D.14. t.4.
Tributorum exactores, si plusquam debeant exegerint, qua pœna afficiendi sint, L.61.
Triente & semisse, & successionibus filiorū, & nepotum naturalium, & collationibus vel distributionibus, &c. N.18.
Tritico, vino, & oleo legato, D.33. t.6.
Tutelis, I.1. t.13. D.26. t.1.
& rationibus distrahendis, & utili curationis causa actione, D.27. t.3
Tutore: Et curatore qui non satis dedit, C.5. t.42.
Qui pupillam suam viriat, I.54.
Tutoribus vel curatoribus: Datis ab his qui jus dandi habent, & qui & in quibus causis specialiter dari possint, D.26. t.5.
Illustrissimarum & clarissimarum personarum, C.5. t.33.
Tyronibus, C.12. t.44.

V.

Vacatione: Et excusatione munerum, D.50. t.5.
Muneris publici, C.10. t.45.
Variis & extraordinariis cognitionibus, & si judex litem suam fecisse dicatur, D.50. t.13.
Vasallo: Decrepitæ ætatis, & qui feudum refutavit, ut filii investirentur, I.2. t.14
Milite qui arma bellica deposuit, F.2. t.21
Qui contra Constitutionem Lotharii regis beneficium alienavit, F.2. t.38.
Vasallum feudum posse in alium artiori lege transferre, F.3. t.108.
Vasis sacris & rebus ecclesiasticis, C.1.3. Nicephori.
Ubi: Causa fiscalis, vel divinæ domus hominumque ejus agatur, C.3. t.26.
Causa status agi debeat, C.3. t.22.
Conveniatur, qui certo loco dare promisit, C.3. t.18.
De criminibus agi oporter, C.3. t.15.
De hereditate agitur, vel ubi heredes scripti, in possessionem mitti postulare debeant, C.3. t.25.
De possessione agi oportet, C.3. t.16.
De ratiociniis tam publicis quam privatis agi oportet, C.3. t.21.
Et apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda, C.2. t.47.
Fideicommissum peti oportet, C.3. t.17.
In rem actio exerceri debeat, C.3. t.19.
Petantur tutores & curatores, C.5. t.32.
Pupilli educari debeant, C.5. t.49.
Pupillus educari vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis, D.27. t.2.
Quis de curiali vel cohortali, aliave conditione conveniatur, C.3. t.23.
Senatores vel clarissimi civiliter vel criminaliter conveniantur, C.3. t.24.
Vectigalia nova instituì non posse, C.4. t.62.
Vectigalibus & commissis, C.4. t.61.
Venatione feratum, C.11. t.44.
Vendendis rebus civitatis, C.11. t.31.
Venditione rerum fiscalium cum privatis communium, C.10. t.4.
Ventre: In possessionem mittendo, & curatore ejus, D.37. t.9.
Inspiciendo custodiendoque partu, D.25. t.4.
Verborum: Et rerum significatione, D.50. t.16. N.50. L.16. C.6. t.38.
Obligationibus, I.3. t.16. D.45. t.1.
Vetibus: C.11. Joannis Duc.
Oloberis & auratis & intinctione sacri muricis, C.11. t.8.
Veteranis, D.49. t.18. C.12. t.47.
Veteranorum & militum successione, D.38. t.12.
Veteri jure enucleando, & de authoritate juris prudentum, qui in Digestis referuntur, C.1. t.17.
Veteris numismatis potestate, C.11. t.10.
Via publica, & itinere publico reficiendo, D.43. t.10.
Vi bonorum raptorum, I.4. t.2. D.47. t.8.
Et vi armata, D.43. t.16.
Vicariis, Nov.134.
Vindicta libertate, & apud consilium manumissione, C.7. t.1.
Vino, tritico, oleo legato, D.33. t.6.
Unde: Cognati, D.38. t.8.
Legitimi, D.38. t.7. C.6. t.15.
Liberi, D.38. t.6. C.6. t.14.
Vi, C.8. t.4.
Vir & uxor, D.38. t.11. C.6. t.18.
Usucapione: Pro donato, C.7. t.27.
Pro dote, C.7. t.28.
Pro Emptore, vel transactione, t.26.
Pro herede, t.29.
Transformanda, & sublata differentia rerum mancipi & nec mancipi, t.31.
Usucapionibus: Et longi temporis præscriptionibus, I.2. t.6.
Seu usurpationibus, D.41. t.3.
Usu: Et habitatione, I.2. t.5. D.7. t.8.
Et usufructu, & reditu, & habitatione, & Operis per legatum vel fideicommissum relictis, D.33. t.2.
Ususfructu, I.2. t.4.
Adcrescendo, D.7. t.2.
Earum rerum quæ usu consumuntur, vel minuuntur, D.7. t.5.
Et habitatione, & ministerio servorum, C.3. t.33.
Et quemadmodum quis utatur fruatur, D.7. t.1.
Usu Mediolanensium, secundum quosdam, F.1. t.18.
Usura, C.12. Nicephori.
Usuris, C.4. t.32.

INDEX OMNIUM TITULORUM.

Usuris & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus, & mora, D.22. t.1.
Et fructibus legatorum, & fideicommissorum, C.6. t.47.
Fiscalibus, C.10. t.8.
Nauticis, N.106.
Pupillaribus, C.5. t.56.
Rei judicatæ, C.7. t.54.
Supra duplum computandis, N.138.
Usufructuarius quemadmodum caveat, D.7. t.9.
Ut, Ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt, omnimodo super pecuniariis causis, &c. N.71.
Actiones ab heredibus, & contra heredes incipiant, C.4. t.11.
Actor ante litis contestationem porrecto libello judici fidem suam probet, L.107.
Ad trientes usuras pecunia licite mutuetur, L.83.
Ancillarum partus apud alium editus, ipsius dominum sequatur, L.29.
Armorum usus inscio principe interdictus sit, C.11. t.46.
Captivi filius heres sit, L.36.
Captivi testamenti factionem habeant, L.49.
Causæ post pubertatem adsit tutor, C.5. t.48.
Clerici apud proprios episcopos primum conveniantur, & post hoc apud civiles judices, N.83.
Clerici qui recedunt aliis pro eis subrogatis, præbeant emolumenta: recedentes autem, &c. N.57.
Concubinam habere non liceat, L.91.
Consensu matrimonium solvi possit, N.140. N.142.
Constitutio sacratiss. Imperatoris de successionibus nuptialium lucrorum, quæ apædiæ, &c. N.68.
Cuique tam intra civitates quam extra mortuos sepelire liceat, L.53.
Cum de appellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat judicari quæ tempore latæ sententiæ obtinebant: non, &c. N.115.
De cætero commutationes ecclesiasticarum rerum, non fictæ fiant, &c. N.55.
De cætero nullam licentiam habeat Dux aut Biocolita Lydiæ, &c. N.145.
Decennis puer in monachorum numerum adsumatur, L.6.
Defuncti seu funera eorum non injurientur à creditoribus, & ut consiliarii, &c. N.60.
Dei amantissimi episcopi cum provinciarum indigenis, &c. N.142. N.149.
Deliberandi jus etiam ad impuberes transmittatur, N.158.
Determinatus sit numerus clericorum, &c. N.11.
Differentes judices audire interpellationum interrogationes cogantur, &c. N.86.
Dignitatum ordo conservetur, C.12. t.8.
Divinæ jussiones subscriptionem habeant, gloriosiss. quæstoris, N.114.
Dominicis diebus omnes ab operibus vacent, L.54.
Domini testamento manumissus, &c. L.37.
Donationes quæ in literas relatæ non sunt, ad 500. usq; aureos valeat, L.50.
Dotis promissio, ex paternis aut maternis bonis facta præstetur, L.21.
Ea quæ vocantur insinuativa super clericis in majore quidem ecclesia dentur, &c. N.56.
Ecclesia Romana centum annorum gaudeat præscriptione, N.40.
Ecclesia sancta resurrectionis alienare possit ædificia, &c. N.40.
Ecclesiarum & monasteriorum quæ sunt ad urbem immobilia, intacta sint à manu fisci, C.1.9. Manuelis Com.
Eunuchi adoptare possunt, L.26.
Exactione instantis dotis primæ, & secundæ, viro ad secunda vota migranti præponatur uxor una, vel ex priore matrimonio filii, N.91.
Ex legibus senatusveconsultis bonorum possessio defertur, D.38. t.15.
Factæ novæ constitution. post insinuationem, Nov.66.
Fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum, ascendentibus etiam extantibus, & ut mulieres non insinuata antenuptiali donatione, non lædantur, &c. N.127.
Hi qui obligatas se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis, &c. N.71.
Immobilia antenuptialis donationis, neque hypothecæ dentur, neque omnino alienentur, &c. N.61.
Imperatoris servi de rebus suis, quomodo velint, statuere possint, L.38.
In civitatibus quinque, in itineribus vero & agris tres testes ad testamentorum fidem sufficiant, L.41.
In contestatione litis & magistratuum initio juretur, L.97.
In flumine publico navigare liceat, D.43. t.12.
In possessione legatorum, seu fideicommissorum servandorum causa esse liceat, D.36. t.4.
In possessionem legatorum seu fideicommissorum servandorum causa mittantur, & quando satisdari debeat, C.6. t.53.
In privatis domibus sacra ministeria non fiant, N.58.
In sponsalibus constituta pœna exigatur, L.18.
Intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, C.9. t.44.
Uti possidetis, D.43. t.17. C.8. t.6.
Ut, Judæi secundum Christianismi ritus vivant, L.55.
Judices non expectent sacras jussiones, sed quæ videntur eis decernant, N.125
Judices sine quoquo suffragio fiant, N.8.
Legatorum seu fideicommissorum nomine caveatur, D.36. t.3.
Liberti de cætero aureo non indigeant annulo, ut pristinis restituantur natalibus, &c. N.78.
Liceat matri & Aviæ, & aliis parentibus, post legitimam partem liberis derelictam quomodo voluerint, &c. N.117.
Liceat Hebræis secundum formam hic traditam sacras scripturas Latine vel Græce, &c. N.146.
Lite pendente vel post provocationem, aut definitivam sententiam nulli liceat Imperatori supplicare, C.1. t.21.
Litigantes jurent in exordio litis, &c. N.124.
Matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint, N.155.
Monachus de adquisitis testari possit, L.5
Monachi & clerici tutores esse possint, sed, &c. L.68.
Mulier quæ matrimonium non iterat, unius liberorum portionem proprietatis jure capiat, similiter & pater, L.22.
Mulier soluto matrimonio dotem suam, propterque nuptias donationem & reliquâ omnem mariti substantiam in commentarium conscribat, &c. N.110
Negotiari, ædificare muneraque accipere, urbis magistratibus liceat, L.83.
Ne maritus quemadmodum uxor, illa præmoriente præter donationem propter nuptias quidquam capiat, L.20.
Nemini liceat in emptione specierum se excusare, & de munere Sitocomiæ, C.10. t.27.
Nemini liceat sine judicis authoritate, signa rebus imponere alienis, C.2. t.17
Nemo ad suum patrimonium suscipiat rusticos vel vicos eorum, C.11. t.53.
Nemo cum mulieribus in ecclesiarum cœnaculis habitet, L.73.
Nemo invitus agere, vel accusare cogatur, C.3. t.7.
Nemo Privatus titulos prædiis suis vel alienis imponat vel vela regia suspendat, C.2. t.16.
Ut neque miles, neque fœderatus observetur domui privatæ, aut possessioni alicujus, N.136.
Ut Non fiant pignoratores pro aliis personis, & ut principum donationes non egent, &c. N.52.
Non liberentur curiali fortuna Judæi, nec Samaritani, aut hæretici occasione eorum religionis, &c. N.45.
Non luxurientur homines contra naturam, neque jurent per capillos Dei, &c. N.77.
Non modo universalis ecclesiæ sacerdotes, verum etiam qui ad quamcunque sacram ædem pertinent, &c. L.4.
Nulli judicum liceat habere loci servatorem, nisi certis ex causis divina concesserit jussio, N.134.
Nulli patriæ suæ administratio, C.1. t.41
Nullus ex vicaneis pro alienis vicinorum debitis teneatur, C.11. t.56.
Nullus fabricet oratorii domos, præter voluntatem episcopi, ut deputet, &c. N.67.
Nullus mutuans agricolæ teneat ejus terram, N.32.
Omnes judices tam civiles quam militares post administrationem depositam per 50. dies in civitatibus vel certis locis permaneant, C.1. t.49.
Obediant judicibus provinciarum & in criminalibus & in pecuniariis causis, &c. N.69.
Ordinariæ præfecturæ urbanæ & prætorianæ duæ, & præfecturæ quæ in cingulo, &c. N.70.
Pacta etiam non constituta pœna valeant, L.72.
Pariter omnibus adoptare liceat, L.27.
Particulares usurarum solutiones in duplum computentur, N.121.
Pater qui nuptias non iterat, unius liberorum portionem capiant, L.85.
Per scribendi ignaros etiam testamenta confirmentur, L.73.
Ponderatores & monetarii apud Ægyptios, &c. E.11.
Præponatur nomen imperatoris documentis, & ut Latinis literis apertius tempora inscribantur, N.47.
Prodigus quæ ex rebus ipsius sint facere possit, L.39.
Purpuræ segmenta & particulæ in publicis mercimoniis sint, L.80.
Quæ circa Viminacium sunt ecclesiæ sub proprio archiepiscopo sint, &c. N.2. ante titulum 6.
Quæ desunt advocatis partium judex suppleat, C.2. t.11.
Quæ mulier mariti odio abortat, repudiari ab illo possit, L.31.
Quemadmodum in aliis structuris lege cautum est, ita etiam subdialium ambulacrorum structuræ, quæ solaria appellantur decem pedibus à vicinorum ædificiis distent, L.113.
Qui alioqui principe sacerdotio dignus est, si legitimi illi liberi sint, non impediatur illud consequi, L.2.
Qui cætera secundum sacros divinosque canones episcopali dignitate dignus esse probatur si liberi, &c. L.2.
Qui jusjurandum defert, prior de Calumnia juret, L.99.
Qui obligatas se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis ad eorum gubernationem penitus non accedant, &c. N.72.
Qui rejicere venerandum monasticæ vitæ habitum in animum induxerit, ac pro, &c. L.8.
Qui sacerdotes creandi sunt secundum ecclesiæ ritus, ea lege creentur, &c. L.3
Qui tertium matrimonium contrahunt, sacri canonis pœna obnoxii sint, L.90
Qui viginti annorum est, hypodiaconus creari possit, L.75.
Qui viginti annos habet hypodiaconus creari possit, L.16.
Ratio vasalli priusquam domini discutiatur, F.4. t.79.
Restitutiones fideicommissi usque ad unum gradum consistant, N.159.
Ut Rusticani ad nullum obsequium devocentur, C.11. t.54.
Salutarem baptismum in quocunque sacro oratorio peragi liceat, L.15.
Sententiam judices in literis referant, &c. L.45.
Si maritus per matrimonii tempus in furorem incidat, intra quinquennium matrimonium solvi nequeat, L.112.
Sine prohibitione matres debitrices, & creditrices tutelam gerant minorum, &c. N.94.
Si uxor mente capiatur, idque neque dolo mariti, neque ipso conscio aliorum maleficio fiat, &c. L.111.
Sponsalitia largitas specialis sit contractus, & de diversis capitulis, N.119.
Sufficiens numerus testium testamentum ratum faciat, tametsi, &c. L.42.
Tam veterum principum, quam recentiorum numismata modo justi ponderis probæq; materiæ sint valeant, L.52
Terrulæ vel domus vel vinea sanctiss. ecclesiæ Mysiæ, in redemptionem captivorum, &c. N.65.
Vasalli, sumptibus domini servitia præstent, F.4. t.107.
Utrubi, D.43. t.31.
Vulgari: Et pupillari substitutione, D.28. t.6
Substitutione, L.2. t.15.
Uxoribus militum, & eorum qui reipub. causa absunt, C.2. t.52.

D. JUSTI-

D. JUSTINIANI
SACRATISSIMI PRINCIPIS
INSTITUTIONUM
JURIS
LIBRI QUATUOR.

COMPOSITI
PER TRIBONIANUM VIR.
MAGN. ET EXQUÆSTOREM SACR. PALAT.

NEC NON
THEOPHILUM ET DOROTHEUM
V. V. ILLUSTRES ET ANTECESSORES.

INSTITUTIONUM RUBRICARUM, SEU TITULORUM INDEX.

LIBER I.

JUS.

DE juſtitia, & jure. I
De jure naturali, gentium, & civili. II

PERSONÆ.

De jure perſonarum. III
De ingenuis. IV
De libertinis. V
Qui & quibus ex cauſis manumittere non poſſunt. VI
De lege Fuffia (*aliàs* Fuſia) Caninia tollenda. VII
De iis, qui ſui vel alieni juris ſunt. VIII
De patria poteſtate. IX
De nuptiis. X
De adoptionibus. XI
Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur. XII
De tutelis. XIII
Qui teſtamento tutores dari poſſunt. XIV
De legitima agnatorum tutela. XV
De capitis deminutione. XVI
De legitima patronorum tutela. XVII
De legitima parentum tutela. XVIII
De fiduciaria tutela. XIX
De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Julia, & Titia dabatur. XX
De auctoritate tutorum. XXI
Quibus modis tutela finitur. XXII
De Curatoribus. XXIII
De ſatiſdatione tutorum, vel curatorum. XXIV
De excuſationibus tutorum, vel curatorum. XXV
De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus. XXVI

LIBER II.

RES.

DE rerum diviſione, & adquirendo ipſarum dominio. I
De rebus corporalibus, & incorporalibus. II
De ſervitutibus prædiorum ruſticorum, & urbanorum. III
De uſufructu. IV
De uſu & habitatione. V
De uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. VI
De donationibus. VII
Quibus alienare licet, vel non. VIII
Per quas perſonas cuique adquiritur. IX
De teſtamentis ordinandis. X
De militari teſtamento. XI
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. XII
De exheredatione liberorum. XIII
De heredibus inſtituendis. XIV
De vulgari ſubſtitutione. XV
De pupillari ſubſtitutione. XVI
Quibus modis teſtamenta infirmentur. XVII
De inofficioſo teſtamento. XVIII
De heredum qualitate & differentia. XIX
De legatis. XX
De ademptione legatorum. XXI
De lege Falcidia. XXII
De fideicommiſſariis hereditatibus, & ad Senatuſconſultum Trebellianum. XXIII
De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis. XXIV
De codicillis. XXV

LIBER III.

DE hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. I
De legitima adgnatorum ſucceſſione. II
De ſenatuſconſulto Tertulliano. III
De ſenatuſconſulto Orfitiano. IV
De ſucceſſione cognatorum. V
De gradibus cognatorum. VI
De ſervili cognatione. VII
De ſucceſſione libertorum. VIII
De adſignatione libertorum. IX
De bonorum poſſeſſionibus. X
De adquiſitione per adrogationem. XI
De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. XII
De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatuſconſulto Claudiano. XIII

OBLIGATIONES.

De obligationibus. XIV
Quibus modis re contrahitur obligatio. XV
De verborum obligationibus. XVI
De duobus reis ſtipulandi & promittendi. XVII
De ſtipulatione ſervorum. XVIII
De diviſione ſtipulationum. XIX
De inutilibus ſtipulationibus. XX
De fidejuſſoribus. XXI
De literarum obligationibus. XXII
De obligationibus ex conſenſu. XXIII
De emptione & venditione. XXIV
De locatione & conductione. XXV
De ſocietate. XXVI
De mandato. XXVII
De obligationibus, quæ quaſi ex contractu naſcuntur. XXVIII
Per quas perſonas nobis obligatio adquiritur. XXIX
Quibus modis tollitur obligatio. XXX

LIBER IV.

DE obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. I
De vi bonorum raptorum. II
De lege Aquilia. III
De injuriis. IV
De obligationibus, quæ quaſi ex delicto naſcuntur. V

ACTIONES, EXCEPTIONES, REPLICATIONES, INTERDICTA, OFFICIUM JUDICIS, PUBLICA JUDICIA.

De actionibus. VI
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur. VII
De noxalibus actionibus. VIII
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. IX
De iis, per quos agere poſſumus. X
De ſatiſdationibus. XI
De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes, & in heredes tranſeunt. XII
De exceptionibus. XIII
De replicationibus. XIV
De interdictis. XV
De pœna temerè litigantium. XVI
De officio judicis. XVII
De publicis judiciis. XVIII

INSTI-

INSTITUTIONUM,

SEU

ELEMENTORUM D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

PROOEMIUM [1].

De usu armorum, & legum. 1. *De bello & legibus Justiniani.* 2. *De Compositione Codicis & Pandectarum.* 3. *De tempore, auctoribus, fine & utilitate compositionis Institutionum.* 4. *Divisio Institutionum.* 5. *Quid in Institutionibus contineatur.* 6. *Ex quibus libris compositæ sint Institutiones, earumque recognitio & confirmatio.* 7. *Adhortatio ad studium juris.*

[2 IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.]

Imperator Cæsar, Flavius, JUSTINIANUS, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, ac triumphator, semper Augustus, cupidæ legum juventuti [S. D.]

IMPERATORIAM majestatem non solùm armis [4] decoratam [5], sed [6] etiam legibus oportet esse armatam [7]: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, rectè possit gubernari: & princeps Romanus non solùm in hostilibus præliis victor existat, sed etiam per legitimos tramites [8] calumniantium [9] iniquitates expellat [10]: & fiat [11] tam juris religiosissimus [12], quàm victis hostibus triumphator [magnificus].

§. 1. Quorum utramque viam cum summis vigiliis, summaque providentia, annuente Deo, perfecimus. † Et bellicos quidem sudores nostros Barbaricæ gentes sub jugâ nostra redactæ cognoscunt: & tam Africa, quàm aliæ innumeræ provinciæ, post [13] tanta temporum spatia, nostris victoriis à cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostróque additæ imperio, protestantur. † Omnes verò populi legibus tam à nobis promulgatis, quàm compositis, reguntur. §. 2. Et cùm sacratissimas [14] Constitutiones, antea confusas, in luculentam ereximus consonantiam: tunc nostram extendimus curam ad immensa [15] veteris prudentiæ volumina: & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, cœlesti favore jam adimplevimus. §. 3. Cúmque hoc Deo propitio peráctum est: Triboniano viro magnifico, Magistro [16], & Exquæstore sacri palatii nostri, [& Exconsule [17]], necnon Theophilo, & Dorotheo viris illustribus, Antecessoribus [18] (quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras jussiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus specialiter, ut ipsi nostra auctoritate, nostrisque suasionibus Institutiones componerent: ut liceat vobis prima legum [19] cunabula [20] non ab [21] antiquis fabulis [22] discere, sed ab imperiali splendore appetere: & tam aures, quàm animi vestri, nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis [23] rerum obtinet argumentis, accipiant: & quod priore tempore [24] vix post quadriennium [prioribus] contingebat [ut tunc Constitutiones imperatorias legerent], hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantâque [25] reperti felicitate, ut & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat.

§. 4. Igitur post libros [26] quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum (in quibus omne jus antiquum collectum [27] est, quod per eundem virum excelsum, Tribonianum, necnon cæteros viros illustres, & facundissimos confecimus) in quatuor libros easdem Institutiones partiri jussimus, ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa. §. 5. In quibus breviter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod [28] postea desuetudine inumbratum, imperiali remedio illuminatum est. §. 6. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex commentariis Caii nostri, tam Institutionum, quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis, compositas, cùm tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognovimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus [29].

§. 7. Summa [30] itaque ope, & alacri studio has leges nostras accipite: & vosmetipsos sic eruditos ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublic. in partibus ejus vobis credendis gubernari. D. CP. XI. Kal. Decembr. D. JUSTINIANO P. P. A. III. CONS. 533.

1 Ἡ διάταξις τῶν βασιλικῶν τὸ ἰνστίτουτα. constitutio Institutiones confirmans, *Theoph.*

2 Perpetuo hic notandum; quod in textu hîc [ ] notis inclusum est, additum esse ultra quàm in pandectis Florentinus, aut aliis manuscriptis legebatur.

3 Deest hæc inscriptio apud *Theoph.* Quamvis exstet in pandect. Florent. & omnib. manuscript. Vide *Cujacium lib. 14. observat. 24.* S. I.. Invocatio nominis divini non est de substantia Instrumenti, nisi consuetudine aliter sit receptum. Idem est de signo Crucis: est enim levis solennitas, cujus omissio non vitiat actum. *arg. l. 1 § fin. ff. de contr. instiviend.* Bart. *ad l. 2. §. prim. ff. de stipulat.* Alciat *lib. 9. parerg. cap. 6.* Idem *ad rubric. de nov. oper. nunciat.* Schneidwin. *hic, num.* 1. Covarr. *pract. quæst. 20. num.* 1. Non obst. *l. 22. §. 2. C. de Jure delib. Novell.* 90. Quia ibi sic moris fuisse, constat apud Constantinopolitanos. Vasq. *De Success. lib. 1. §. 9. n. 12. circa fin.* Anf. 4 Χαιμὲς est. Nam armis decor, legibus arma hîc tribuuntur. 5 Adde *Novell. 24. c. 3. & Aristotelem 2 Politic. l. 3. & 5. & lib. 7. c. 9.* 6 Legibus non minùs, quam armis respublica defenditur. *l. 14. C. de advoc. diversi. jud.* 7 Tacitus *de claris oratorib.* Quid tutius est, quam exercere artem, quâ semper armatus præsidium amicis, opem alienis feras? Sic Cicero *pro domo*, magistratus Deorum religione armari scribit. Jure etiam nostro, Advocati patrocinio suo velut armis Rempublicam defendunt. *l. 14. C. de advocat. diversi. jud.* iidem militare & quasi castrense peculium habere dicuntur. 8 *Trames* Glossis, vel tramis, *dicõ.* 9 Calumniantur, qui scientes volentes delinquunt. *l. 19. ff. ad exhibend.* qui leges ipsas calumniosè interpretantur. *l. 5. C. de legib.* 10 Docendo, *l. 8. l. 9. C. de legib.* & puniendo, *l. 13. ff. de pœnis.* 11 *Expellens: fiat, Vet.* 12 *l. fin. in fin. ff. de legat. 2.* 13 Africa post 95 annos. *l. 1. C. de off. præf. præt. Afric. Procop.* Italia post 60. *Goth.* Hotoman. hic. Disf. Mynsinger. qui numerat annos 150. *Anf.* 14 Priorem Codicem, qui hodie non extat, intelligit. *Goth.* qui ex tribus libris constabat, puta *C. Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano*, quem postea vocavit *C. Justinianeum*, edit. Ann. 529. Imp. sui 2. Anf. 15 2000 librorum; 3000000 versuum, vide *Const. ad magnum Senatum.* 16 Alibi dicitur magister officiorum. *l. 2. ff. de vet. jur. enucl. Russard.* 17 Abest ab omnibus, & *Theophi.* tametsi exstet *l. 2. ff. de vet. jure enucl.* 18 *Antecessores* Græcis προηγούμενοι. Quæ vox Tertullianо doctoris ac magistri loco est: hic præcessorem significat. Huc referri possunt variæ Jurisprudentum appellationes. Interdum enim Jurisprudentes, Conditores juris, Legumlatores, Jurisconsulti, νομοθέται, & Juris studiosi dicuntur. *Goth.* Al. Antesessoribus. An sit legendum *Assessoribus*, vide Cujac. 12. *observ. 40.* Alciat. 3. *disp. 12.* Anf. 19 *Cunabula juris* appellat Institutiones; haud nove. Sextum enim Ælium legimus librum Tripartitæ juris composuisse, quo veluti cunabula Juris continebantur. *l. 2. §. 38. ff. de origine juris.* Theophilus cunabula juris vertit, τὰ πρῶτα τῶν νόμων πρόσωπα. Imperator *in l. un. C. de nudo jure Quiritum*, cunabula juris appellat, & primam legum audientiam. 20 Alibi totius legitimæ scientiæ prima elementa. *§. 4 infrà cod.* alibi leges. *§ ultim. infrà cod.* alibi institutiones. *§. 3. infrà cod. Theoph.* Ἐνεκάτω ἤτοι εἰσαγωγὰς τῶν νόμων vocat. 21 *V. l. unic. C. de nudo jure Quiritum.* & quæ scripsi ad Theophilum *hoc loco.* 22 Jure ab usu rejecto. *Theoph.* Intelligit Institut. Caii & Ulpiani, in quibus multa antiqua & obsoleta explicantur. *Hot.* hic. Aliter explicat Ræv. *Conjectan. lib. 3. cap. 2.* Anf. 23 Quod in usu versatur. *Theoph.* 24 Vide Constit. *ad antecess.* 25 Al. repleti. 26 Confectos nondum tamen editos. Anf. 27 Πανδέκτας enim dicuntur, *ἐν τῷ τὰ πάντα εἰς ἓν κεφάλαιον ἀνενεχθῆναι* quod omne jus in unum velut corpus collectum contineant. 28 Huc referri potest titulus *de lege Fusia Caninia tollenda ff. & tit. de success. sublatis ff. eod.* Anf. 29 Ann. 534. 30 Ita Crassus, *lib. 1. de orat.* Pergite, ut facitis adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento esse possitis.

LIBER PRIMUS.

TIT. I.

DE JUSTITIA ET JURE.

Definitio Justitiæ. 1. *Jurisprudentiæ.* 2. *Methodus juris tradendi.* 3. *Principia, & Præcepta.* 4. *Objecta.*

JUSTITIA, est [1] constans & perpetua [2] voluntas jus suum cuique [3] tribuendi [4]. §. 1. Jutisprudentia, est divinarum atque [5] humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia. §. 2. His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere jura populi Romani: ita videntur posse tradi commodissimè, si primò levi ac simplici [6] via [7], post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione singula tradantur. alioqui, si statim ab initio rudem adhuc & infirmum [8] animum studiosi, multitudine ac varietate rerum oneraverimus: duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) seriùs ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, sine magno labore [9], & sine ulla diffidentia, maturiùs perduci potuisset. §. 3. Juris præcepta sunt hæc: honestè vivere, alterum [10] non lædere, suum [11] cuique tribuere. §. 4. Hujus studii [12] duæ sunt [13] positiones, publicum [14] & privatum. Publicum [15] jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum, quod ad singulorum utilitatem. Dicendum est igitur de jure privato, quod [16] tripartitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

1 Ut in se est; nam ut in homine, consideratur justitia non nisi cum quodam temperamento. vide *l. 18. §. 1. ff. de ædil. edicto.* 2 Βέλησις *Theoph.* τῆς *Arist.* 3 Deo, *l. 2. ff. eod.* proximo, *l. 31. D. depositi. l. 14. D. de cond. indeb.* Imò & sibi. *l. 3. ff. de bon. ver. qui mortem sibi conscîverunt.* 4 Duplici id Justitia perficitur: vel commutativa, vel distributiva: prior *in* contractibus; altera in pœnis & præmiis & honoribus versatur. 5 Jus enim aliud divinum, aliud humanum: utrumque Pontificibus olim commissum. *l. 2. §. deinde. ff. de orig. jur.* 6 *Simplex via* non est indiligens aut incuriosa; sed quæ ad hæc juris elementa adcommodata est, & discreta plane ab operosiore illa, qua non tyrones, sed milites ipsi juris exercentur. Huic n. ἀκριβεστέρᾳ τρίβῳ Justinianus opponit ἀκριβεστάτην καὶ πλατεῖαν ἐξήγησιν. 7 Τέτοιον dixit Theophilus: qui nihil aliud quam μεθόδῳ. de quâ plenius aliquando dicemus. 8 Al. *Infirmum & adhuc rudem.* 9 Al. *labore vitio.* 10 *V. l. 1. §. merito. ff. ne quid in loco.* 11 *V. l. 31. §. 3. ff. depositi.* Goth. vide Cujac. *lib. 26. observ. 40. & 5. feud. 14.* 12 Tertium tamen objectum, nempe jus sacrum addit Ausonius *Eidyl. 15.* 13 Θέσεις *Theoph.* objecta, ὑπόθεσις, *Cont.* & malè. 14 Τὸ ἐνὶ καλεῖ ἄγαθον. *Arist. 1. Ethic. 2. in fin.* Goth. 15 Τὸ πᾶσι ἢ ὅλοις ἀγαθὸν. *Aristoteles illo loco* τὸ κοινῇ συμφέρον. 3 *Politic. 8.* 16 Τριμερὲς *Theoph.* & quibusdam manuscript. *tripartitè collectum.*

TIT. II.

DE JURE NATURALI, GENTIUM, ET CIVILI.

De jure naturali. 1. *Distinctio juris gentium & civilis, à definitione & etymologia.* 2. *Ab appellatione & effectibus.* 3. *Divisio juris in scriptum, & non scriptum. subdivisio juris scripti.* 4. *De lege & plebiscito.* 5. *De Senatusconsulto.* 6. *De constitutionibus.* 7. *De jure honorario.* 8. *De responsis prudentum.* 9. *De jure non scripto.* 10. *Ratio dictæ divisionis in jus scriptum, & non scriptum.* 11. *Alia juris divisio in immutabile & mutabile.* 12. *De objectis juris.*

JUS naturale est, quod [1] natura omnia animalia docuit: nam jus istud non humani generis proprium est, sed omnium [2] animalium, [quæ in cælo [3], quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc descendit maris atque fœminæ conjunctio [4], quam nos matrimonium [5] appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc [6] educatio: videmus etenim, cætera quoque animalia istius juris peritia [7] censeri. §. 1. Jus autem civile [8] à jure gentium distinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis: quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes [9] peræquè custoditur, vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

§. 2. Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium: nam si quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit: sic enim & jus, quo Romanus populus utitur, jus civile Romanorum appellamus; vel jus Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim [à Romulo [10],] Expositio infantium est igitur contra naturam, Hot. hic. *l. 4. ff. de agnosc. lib.* 7 Ἐν τοῖς τιμίοις τῶν νόμων ἀναγεγραμμένα. *Theoph.* Pro *pereita*, mavult Cujac. *perita.* 8 In quibusdam est: *Jus gentium ita dividitur, Cont.* 9 Exempla: pœnæ in delictis, fides in contractibus, honor erga superiores. *Theoph.*

1 Τὸ κατὰ πάντων ζώων ἐπικρατοῦν. *Theoph.* 2 Saltem inclinatione. idque citra jus & injuriam, *l. 1. D. si quadrupes.* 3 i. aëre. unde ἐπιρρὼς dicuntur *Theo.* Lucretius: Cœli, quod dicitur aër. 13. *Ifid.* 4. Cicer. 3. de natura deor. apud Nonium *cap.* 4. Uti crassò cœlo atque concreto. 4 Al. *conjugatio.* 5 Hinc collige, concubinatum de Jure Civili esse prohibitum. vid. *not. in cap. unic. l. 2. feud. tit. 29.* Anf. 6 *V. Tit. C. de alendis liberis ac parentibus.* Goth. 7 Ἐν τοῖς τιμίοις τῶν νόμων ἀναγεγραμμένα. *Theoph.* Prò *peritia*, mavult Cujac. *peritæ.* 8 In quibus-

10 Desunt in omnibus & Theoph. Recte, quia rationem reddere voluit, non cur Romani appellarentur, sed *Quirites*. quam lectionem sequitur *Cont.*

11 Id est Romulo, qui se Marte progenitum jactabat: Mars autem *Gradivus* appellatur. Theoph. & Dionys. ex Varrone lib. 2. Livius a *Cures* Sabinorum urbe dictos mavult. *Cont.*

12 Sic urbs absolute, pro Roma. *l. 1. ff. de offic. præf. urbi.*

13 Ita Cicero in Topicis. vide *l. 16. §. 8. ff. de pœnis.*

14 §. 2. *Instit. de jure person. & §. 2. Inst. de libertin.* Anf.

15 i. exceptis legitimis. *l. 6. ff. de pact. Goth.* Ita explicatur *l. 5. ff. de just. & jure.* Pac.

16 Ita *l. 6. ff. de just. & jure.* tametsi in omnibus legitur: *ex non scripto.* ut & infra §. 9. *Pac.*

17 *Plato 8. de Rep.*

18 In omnib. & Th. & *l. 7. ff. cod. plebiscita, Senatusconsulta.*

19 Sic & hodie statuta condita à populo, seu consilio aliquo populum repræsentante, re ipsa jus civile sunt & pro lege servantur. Vivius *de just.* 221. Anf.

20 *V. Festum in* scita plebis.

21 hic creditum à mutuo differt, ut species à genere, *l. 2. §. 3. ff. de reb. cr.*

22 Melius dixisset, quo para à toto: plebes enim pars populi est, non species.

23 *V. l. 238. D. de verb. sign.*

24 Post Horatium 2. *Gell. 25. & 26. Plin.* 10. Vid. etiam Augustin. *lib. 3. De Civit. Dei. cap. 17.* Liv. 3. Epitome Flori *lib. 11.*

25 *V. l. 1. §. 7. C. de veter. jur. enucl.*

26 De Principe sic loquitur Theoph. Οἱ μόνον τῆς ἡμετέρας περιουσίας ἀλλὰ καὶ τῶν σωμάτων ἐφ' ἡμῖν κύριοι. non solum nostrorum bonorum, sed & nostrorum corporum dominus est. 27 *V. §. 4. & §. 6. ver. sed si recusabat. J. ad Tre. & l. 1. §. 2. ff. cod. in enim*, id est, *in se.* Duaren. *lib. 1. disput. cap. 19.* Reciprocum pro demonstrativo. Ut in *l. 41. ff. ex quib. caus. major. §. ult. inst. de empt. vend. l. 2. §. solet. de hered. vel act. vend.* Th. hic. Sed probabilior interpretatio est: si accipiamus *in eum*, id, est ut populus nullam habeat in eum potestatem quam ante eam legem habebat. *Charond.* 28 *V. l. 28. D. de legat. 2.* & ibi Notat. 29 *l. 2. C. de legib.* Quando privilegia personam egrediantur, vide Zas. *Resp. lib. 2. cap. 4.* Anf. 30 *V. l. 52. §. 6. ff. de obligat.* 31 Quorum extant elegantes formulæ *l. 12. ff. de servit. urb. l. 29. D. qui Testam.* 32 *v. l. 4. §. 14. in fin D. de doli mali & metus except.* Goth. Ad hunc §. vid. Marium Salomonium, *pag. 55. vers. 56.* Anton. Merend. *contr. lib. 2. c. 4.* Anf. 33 Al. *Jura condere.* 34 Al. *ex non scripto.* 35 ὡς ἰδιωτὴς ἢ ἀγραφῶν νόμων. Th. 36 Rectè hæc particula addita est, nam & scriptæ quædam leges Lacedæmoniis fuere. *Plutarchus in Lycurgo, Pausanias, Xenophon, Justinus:* ut & Athenientibus, jus non scriptum *Hermogenes, 3. περὶ ὑφέσεως. c. περὶ ἐπιεικείας.* Vixerunt verò Lycii solis moribus, ut refert Heraclides libro de Politijs: quod etiam de Scythis videtur referre Justinus *lib. 2.* 37 Al. *Gentium.* Theoph. Haloand. 2 Russard. *cont.* Ut & sanguinis, *v. l. 8. ff. de reg. jur. Livius* 31: Naturæ, quæ semper durat, hostes sunt, at homines mutantur & intereunt. Sic Dionys. matri iniqua petenti respondit, jus civitatis mutare eum quidem posse, naturæ non posse. *Plut. in apoph.* Jus naturæ immutabile esse, tradit quoque Aristoteles, 5 *Ethic. & lib. 1 Rhetor. ad Theodectem.* Cicer. *lib. 2. de inventione.* Horat. 1. *epi.* 10. Senec. 2. *de ira*, 20. *in fine.* Atqui illo loco Aristoteli jus naturæ quoddam mutabile est! Sic fanè, si non naturam, sed homines ipsos spectes, ut illo loco explicat Eustathius. Idem Acron monet ad illum versum Horatii, *Mobilibusque decor naturis dandus & annis.* 38 Ut Spartanorum ξενηλασία ab ara misericordiæ Athenien sium, ut vectigalia frumentaria Alexandriæ, solo fertili ab immunitate Attica, solo sterili. *Th.* 39 Jus civile mutabile esse testatur Q. Rhemnius Fannius libro de ponderib. & mensuris: cuncta non fœdere certo Naturæ, sed lege valent. Adde *quæ navrat L. Valerius apud Livium* 34. *Aristot. 2 Politic. 69. Plaut. in Trinummo.* 40 Ex *l. 1. ff. de Statu hom.* Haloander & Theoph. transferunt hunc §. ad tit. seq. 41 Atqui rei appellatione omnia continentur. *l. 23. ff. de Verb. Signif.* Dic quod hic in augustiori significatu sumatur pro eo quod in judicio petimus, quæ sunt res nostræ, vel nobis debitæ. §. 1. *Instit. De Act. l. 25. ff. de oblig. & Act.* Anf.

lo 10,] Quirites, à Quirino 11 appellantur. Sed quotiens non addimus nomen cujus sit civitatis, nostrum jus significamus 12: sicuti cùm Poëtam dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græcos egregius 13 Homerus, apud nos Virgilius. † Jus autem gentium omni humano generi commune est. nam usu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanæ [jura] quædam sibi constituerunt: Bella etenim orta sunt, & captivitates sequutæ, & servitutes, quæ sunt naturali juri contrariæ 14. Jure enim naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur. Et ex hoc jure gentium omnes 15 pene contractus introducti sunt, ut emptio [&] venditio, locatio [&] conductio, societas, depositum, mutuum, & alii innumerabiles. §. 3. Constat autem jus nostrum quo utimur, aut scripto, aut sine scripto 16: ut apud Græcos τῶν νόμων 17 οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, id est, legum aliæ [sunt] scriptæ, aliæ non scriptæ. Scriptum autem jus est lex, plebiscitum, Senatusconsultum 18, Principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. §. 4. Lex est, quod pop. Romanus Senatorio magistratu interrogante (veluti Consule) constituebat 19. † Plebiscitum 20 est, quod plebs plebeio magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituebat. Plebs autem à populo eo differt 21, quo species 22 à genere: nam appellatione populi, universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus: plebis 23 autem appellatione sine patriciis & senatoribus cæteri cives significantur. Sed & plebiscita, lege Hortensia 24 lata, non minus valere, quam leges cœperunt. §. 5. Senatusconsultum est, quod Senatus jubet, atque constituit. Nam cum auctus esset pop. Romanus in eum modum, ut difficile esset in unum cum convocari legis sanciendæ causa: æquum visum est, Senatum vice populi consuli. §. 6. Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege 25 Regia, quæ de ejus imperio lata est, populus 26 ei & 27 in eum omne imperium suum & potestatem concedat. Quodcumque ergo Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem esse constat. hæc sunt, quæ Constitutiones appellantur. Plane ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum 28 trahuntur: [quoniam non hoc Princeps vult.] Nam quod alicui ob meritum indulsit, vel si quam pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit, personam non 29 transgreditur. Aliæ autem, quum generales sint, omnes proculdubio tenent.

§. 7. Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium 30 solemus appellare: quod qui honores gerunt, i. e. Magistratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibusdam causis, quod & ipsum juris honorarii portio est. §. 8. Responsa 31 prudentium sunt sententiæ 32 & opiniones eorum, quibus permissum erat de jure respondere 33. Nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qui jura publice interpretarentur, quibus à Cæsare jus respondendi datum est, qui Jurisconsulti appellabantur: quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responsis eorum non liceret, ut est constitutum.

§. 9. Sine scripto 34 jus venit, quod usus approbavit: nam diuturni mores consensu utentium comprobati, legem 35 imitantur.

§. 10. Et non ineleganter in duas species jus civile distributum esse videtur: nam origo ejus ab institutis duarum civitatum, Athenarum sc. & Lacedæmoniorum, fluxisse videtur: In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis 36 ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandarent: Athenienses vero ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent.

§. 11. Sed naturalia 37 quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque observantur, divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent: ea vero, quæ ipsa sibi quæque civitas constituit, sæpe 38 mutari solent 39, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata. §. 12. Omne autem jus 40 quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res 41, vel ad actiones. Et prius de personis videamus: nam parum est jus nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur.

§. 4. Servi autem 9 aut nascuntur, aut fiunt: nascuntur ex ancillis nostris: fiunt aut jure gentium, id est, ex captivitate; aut jure 10 civili, cum liber homo major xx annis ad 11 pretium participandum 12 sese venundari passus est 13. §. 5. In servorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multæ: aut enim sunt ingenui, aut libertini.

9 *Cic. ser l. 5. ff. De stat. hom.*

10 Senatusc. Claudiano. *l. 3. ff. quibus ad liber.*

11 *v. l. 6. §. ult. ff. de cond. furt.* itaque *de lo*

momento, *arg. l. 77. ff. de adq. hered.* 12 Id abrogatum constit. Leonis 59. libertatis amittendæ modi. §. 1. *Instit. de capit. diminut l. 4. ff. de Re Milit.* Anf.

13 Plures fiunt

TIT. IV.
DE INGENUIS.

Definitio ingenui. 1. De servitute & manumissione facti.

INgenuus est is, qui statim 1 ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & si quis ex matre nascitur libera, patre vero servo, ingenuus nihilominus nascitur: quemadmodum qui ex matre libera 2 & incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario 3, si libera 4 conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit, eum qui nascitur, liberum nasci: quia non debet 5 calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta peperierit: liberum, an servum pariat? Et Marcianus probat, liberum nasci: sufficit enim ei, qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, [ut liber nascatur:] Quod & verum est.

§. 1. Cum 6 autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in servitute 7 fuisse, & postea manumissum esse: sæpissime enim constitutum est: natalibus 8 non officere manumissionem.

1 *v. l. 8. C. eo. l. 7.*

2 *l. 3. C. subl. matr.*

3 Contra in §. *pen. Inst. quib. mod. jus pat. pot. solv.* Ubi tempus conceptionis & intermedium considerat. Anf.

4 *v. l. 4. C. de postu.*

5 Imo nocet, §. 28. *Instit. de legat.* Anf.

6 *Paul. 5 sent. 1. §. 2.*

7 Aliud est servum esse, quam in servitute esse, quod

potest dici servus putativus vel injustus. *Vult.* hic. Anf. 8 τῇ γενέσει, *Th.* Natales, status, quem quisque fortitur nascendo.

TIT. V.
DE LIBERTINIS.

Definitio & origo libertinorum, & manumissionis. 1. Quibus modis. 2. Ubi & quando manumitti potest. 3. De libertinorum differentia sublata.

LIbertini sunt, qui ex 1 justa servitute manumissi sunt. Manumissio autem est de manu 2 datio. nam quamdiu aliquis in servitute est, manui & potestati suppositus est: manumissus, liberatur potestate 3. Quæ res à jure gentium originem sumpsit: utpote cum jure naturali 4 omnes liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita. Sed postquàm jure gentium servitus invasit, sequutum est beneficium manumissionis. & cum uno communi nomine omnes homines appellarentur 5, jure gentium tria [hominum] genera esse cœperunt: liberi, & his contrarium servi, & tertium genus libertini, qui desierant esse servi. * §. 1. Multis autem modis manumissio procedit: aut enim 6 ex sacris constitutionibus in sacrosanctis 7 Ecclesiis, aut vindicta manumittitur 8, aut inter amicos, aut per epistolam 9, aut per testamentum 10, aut per aliam quamlibet 11 ultimam voluntatem. Sed & 12 aliis 13 multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris constitutionibus introducti sunt. §. 2. Servi [vero] à dominis 14 semper manumitti solent: adeo, ut vel in 15 transitu manumittantur, veluti cum prætor, aut præses, aut proconsul 16 in balneum, vel in theatrum eant. §. 3. Libertinorum autem status tripertitus 17 antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant cives 18 Romani: modo minorem, & Latini 19 ex lege Junia 20 Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia 21 Sentia dediticii 22. Sed quoniam dediticiorum quidem 23 pessima 24 conditio jam ex multis temporibus in desuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus 25 constitutionibus hoc emendavit, & in pristinum statum reduxit: quia & à primis urbis Romæ cunabulis una atque simplex libertas competebat, id est, eadem, quam habebat manumissor; nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dediticios 26 quidem per constitutionem 27 nostram expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones: per quas, suggerente nobis Triboniano viro excelso quæstore [nostro], antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Junianos, & omnem quæ circa eos fuerat 28 observantiam 29, alia constitutione 30 per ejusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec domini 31 manumittentis, nec in manumissionis modo discrimine habito, (sicut jam antea observabatur) civitate Romana decoravimus: multis modis additis, per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

1 Non iusta est, quoties quis ignarus hæc conditionis servit. *Th. l. 5. ff. de statu.*

2 *v. Nov. 81. in pr.*

3 Al. *à domini potestate.*

4 *v. l. 32. ff. de re jud.*

5 in Dionys. & al. est, *appellaremur.*

6 Haloander expunxit, *cum*, sed male.

7 In locum census. *v. l. 1. & 2. C. de his qui in eccl. manumitt.* Goth. De quo manumissionis modo vide Cujac. *Ab.* 17. observ. 20.

8 Vindicta manumittebantur apud magistratum, velut Prætorem, Consulem, Proconsulem. *Ulp. 1. §. 7.*

9 Quoties absenti epistola missa, jubebat eum dominus ut liberum vivere. *Theoph. Inc.*

10 *Ulp. 1. §. 9.* §. 10.

11 legatum fidei commissum, *v. l. 25. ff. de manumiss.*

12 Censi quoque manumittebantur qui lustrali censu Romæ jussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur, *Ulp. 1. §. 8. Th. h. t.*

13 *v. l. 4. C. de prop. sac. cub*

14 *Semper*, id est, quovis tempore, &

loco, *l. 7. l. 8. ff. deman. vin.* omni die. vid. *l. fin. C. de feriis.* 15 Procedente magistratu, citra tribunal. *Th. l. 7. ff. de manu. vind.* 16 *l. 7. ff. de man. vind.* 17 Libertinorum alii cives, alii Latini, alii Dediticii. 1. *Cai. 1. §. 1.* 18 *Cives* fiebant, qui vindicta, censu; aut testamento manumittebantur, *Ulp. 1. §. 6.* vel (ut Caii epitome 1. *Tit. 1. §. 2.* continet) qui aut testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumittebantur. Hi testamenta facere, & ex testamento succedere poterant. *Cajus ibid. §. 5.* 19 *Latini* fiebant, si aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittebantur. *Cajus illo loco. §. 3.* Hi neque testamentum facere, neque ex testamento succedere poterant: secunda tamen manumissione cives fieri poterant. *Cai. §. 5.* 20 *Nov. 78. Ulp. 1. §. 10.* 21 Non Augusti, ut velle videtur Suetonius, *Britan. 1 fulcit. 9.* 22 *Dediticii* fiebant, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publicè pro criminibus cæsi, aut in quorum facie, vel corpore quæcumque indicia igne, vel ferro fic erant impressa, ut deleri non possent. 1. *Cajus 1. §. 4.* qui pœnæ causa vincti à domino, quibus vestigia feripta, qui propter noxam fortè, nocentesque inventi, quive traditi erant, ut ferro, aut cum bestiis depugnarent, vel in custodiam conjecti fuissent, *Ulpianus 1. §. 11. adde l. 43. ff. de fideicom. libert. Paul. 4. sent. 12. §. 4. 5. 6. 7. 8.* 23 *De conditione dedititiorum v. l. un. C. de dedit. lib. toll.* 24 Hi neque testamentum facere, neque ex testamento capere, neque cives fieri poterant. *Cajus §. 5. ibid.* 25 *l. un. C. de dedit. l. unic. C. de Lat. libert.* 26 Dediticios exemplo peregrinorum vectigalium, qui rebelles victi à Romanis turpiter se dediderant, nominatos refert Theophilus *hoc tit.* 27 *Leg. unic. C. de dedit. libertate tollenda.* ubi plura dixi de dedititiis, *adde l. 7. §. 7. ff. de dolo.* 28 de qua *v. l. unic. §. fancimus. C. de Latina libertate.* 29 De *Junianorum* statu, & quemadmodum libert vivebant, servi moriebantur, & illis succedebant patronorum liberi, & de lege Junia, Senatusc. Largiano, & edicto D. Trajani circa Junianos, v. Theophilum J. *tetul. de successione libertorum.* 30 *Unic. C. de Latina libertate tollenda.* 31 *Ire sub hastam* Vit. aliàs obstat §. 4. J. *tit. prox.* Theod. illi sententiam juvat Anton. Augustin. qui existimat *domini* positum, pro *dominis*, ut sæpe in iis gentivis alterum *i* omittitur. *Russard.* Idem probat *Cuj. Fior. Sparf.* hic; quod olim alii plene esse dominii servorum, alii eos tantum in bonis habuerint. S. L.

1 i. statu & conditione. 1. D. v.

2 Sunt & statuliberi, *ff. de statuliberis* sunt & alia personarum genera hodie in usu. de quibus dixi plenius mejs in Paudectis Practicis civilib. *l. 1. tit. de stat. hominum.*

3 5. *Feudorum* 1. 4.

4 Potentioris, & quidem si libertatis actum spectes, non si jus. *l. 22. ff. de adq. post.*

5 *l. 64. ff. de cond. indeb. Nov. 74. c. 1. Nov* 89. *c. 1.* 6 Alii, *vendere jubent.* 7 *l. 239. §. 1. ff. de verb. signif.* 8 Imò sæpe occidere solebant, vel ipsos hostium duces & Imperatores. *Cic. 5. Verrina fin de supplicis.* Qui triumphant, inquit, diutius vivos hostium duces servant, ut sic per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriæ P. Romanus percipere possit: tamen eum de Jovo in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem jubent: idemque dies & victorib. imperii, & victis vitæ finem facit. *Hæc Cicero.* Quid, quod jus vitæ & necis in servos dominis competit? de quo, ut satis comperto, plura nunc non dicenda.

Tit. VI.

QUIBUS[1] EX CAUSIS MANUMITTERE NON LICET.

Primus caput legis a Elia Sentia, Regula de manumittente In fraudem creditorum. 1. Excepto de servo instituto cum libertate. 2. Vel sine libertate. 3. Quid sit in fraudem Creditorum manumittere. 4. Alterum caput legis Elia Sentia, de minore viginti annis. 5. Quæ sint justa causa manumittendi. 6. De causa semel probata. 7. Abrogatio.

NOn tamen cuicunque volenti manumittere licet. Nam is, qui in [2] fraudem creditorum manumittit, nihil agit: quia [3] lex Ælia Sentia impedit libertatem. §. 1. Licet [4] autem domino, qui solvendo non est, | in testamento | servum suum cum libertate heredem [5] instituere, ut liber fiat, hereique ei [6] solus & necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testamento heres extiterit: aut quia nemo heres scriptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia provisum est: & recte. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus [7] alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi [8] nomine venderent, ne injuria [9] defuncti afficiatur.

§. 2. Idemque juris est, & si sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra constitutio non solum in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile [10], cum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore [11]. §. 3. In fraudem [12] autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, solvendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur (nisi [13] animum quoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri libertatem, quamvis bona [ejus] creditoribus non sufficiant: sæpe [14] enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatem, cum utroque modo fraudantur creditores, id est, & consilio [15] manumittentis, & ipsa re, eo quod ejus bona non sunt suffectura creditoribus. §. 4. Eadem [16] lege Ælia Sentia domino [17] minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium, justa [18] causa manumissionis adprobata, fuerint manumissi.

§. 5. Justæ [19] autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sorores ve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collactaneum manumittat: aut servum, procuratoris habendi gratia: aut ancillam [20] matrimonii [habendi] causa: dum tamen intra sex menses in uxorem ducatur: nisi justa causa impediat, & [servus,] qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis [21] manumittatur.

§. 6. Semel [22] autem causa adprobata, sive vera [23] sit, sive falsa, non retractetur [24]. §. 7. Cum ergo certus [25] modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus esset: eveniebat, ut qui quatuordecim annos expleverat, licet testamentum facere [26], & in eo sibi heredem instituere, legatáque relinquere posset: tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem servo dare non posset. Quod non erat ferendum. nam cui totorum suorum bonorum in testamento dispositio data erat [27]: quare non [28] similiter ei, quemadmodum alias res, ita de servis suis in ultima voluntate disponere [29], quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis possit præstare? Sed cum libertas [30] inæstimabilis [31] res sit, & propter hoc ante XX ætatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat [32]. ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus [33], nisi decimum septimum annum impleverit, & decimum octavum attigerit. Quum enim antiquitas hujusmodi ætati, & pro aliis postulare [34] concesserit: cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam servis suis possint pervenire?

1 XL. D. XLIX. & VII. C. XII.
2 *L.10. l.15. §.6. ff. qui & à quibus.*
3 Non tam auctoritas disputandi, quam rationum momenta inspicienda. *Cic. de nat.* Argumentandi hos genios ductum ex lege.
4 *Ulp. l. 5. §. 14.*
5 *l.6. C. de necessar. serv.*
6 Ex lege Ælia, quæ παρὰ τὸν τοῦ κληρονόμου ἀναγκαῖον, *Theophilus, Th. l.42. ff. de her. inst.*
7 Injuriæ *ut Jovi* inopiæque species est, heredem non habere, *l.26. ff. de fidej.*
8 Cui, licet ignominioso, jucunda est libertas. *Theoph.*
9 Ejus cineribus, & ossibus inurenda. *Th.* olim juris, *cons. l.28. ff. de reb. auct.* hodie facti, *l. 12. ff. ex quib. caus. in poss.*
10 Verisimilitudo in argumentis attenditur.
11 *l.5. §. cum igitur. C. de Necessar. serv.* text. *in §. 1. inslit. qui test. tut. dar. poss. l.32. §.2. ff. de test. tut.* Anf.
12 *Caius 1. §.6. Ulpian. 1. §. 15.*
13 *V. l.23. ff. qui, & à quibus.*
14 Imo quilibet præsumitur rerum suarum justum scire pretium, *l. 13. C. de rescind. vend.*
15 *l.1. C. qui manum. non poss.* Anf.
16 *Ulp. 1. §. 13.*
17 *V. Nov. 119. c.2. l.9. §. 2. ff. de aut. tutorum.*
18 *V. l. 1. ff. de man. vind.*
19 *V. l.11. & seqq. D. de manu. vind. l. Caius 1. §. 8.*
20 *V. l.21. D. qui & à quib.*
21 Major 17 annis procurator esse potest, *hic.* Nec distinguit text. an ad lites an ad negotia constitutus sit. At jure canonico distinguitur inter negotia & judicia, ut ad illa possit deputari procurator major 17 annis, ad hæc non possit. *cap. qui generaliter. §. §. ult. de procurator. in 6.* Anf.
22 *l.9. §.1. ff. de man vind.*
23 i. e. justa, idonea, sufficiens.
24 Vide *l. 17. C. de testib.* Anf. Imo retractatur *l.26. §.8. D. de fidejcom. lib. v.* quæ ibidem diximus. Goth. 25 *Ulp. 1. §. 24. 1. Caius 2. titul. de numero servorum testam. manumittendorum.* 26 *l.5. ff. qui testam. fac. poss.* Anf. 27 Al. hunc locum ita legunt: *Quod non erat ferendum: si is cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo libertatem dare non permittebatur*, in omn. & Theoph. 28 In al. *quare nos.* 29 Imo quibuslam tantum. *l.5. C. de fid. lib.* 30 *l. 106. l.176. ff. de reg. jur. l.7. C. De Relig. & sumpt. fun.* 31 Imo libertas est æstimabilis, potest enim liber homo vendi. *l.70. D. de contrab. emp.* & æstimari, *l. ult. D. de his, qui effuderunt.* 32 Al. *prohibebat.* 33 Hodie potest, qua ætate testari ei permittitur, *Nov. 119. c.2.* 34 *l. 1. §. 2. D. de post.*

Tit. VII.

DE LEGE[1] FUSIA CANINIA TOLLENDA.

LEge Fusia Caninia certus[2] modus constitutus erat in servis testamento manumittendis: quam, quasi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam esse censuimus: quum satis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus[3] autem hujusmodi licentiam adimere.

1 VII. C. VII. Furia. *Ulp. 1. cap.* Φουσία Καννινία. *Th.* Fusia *Contio.* In Pand. Flor. ad *l.37. ff. de Condit. & Demonstrat. & l.215. ff. de Verb. Signif.* legitur *Fusia* sive *Fussia.* S. L.
2 *De quo v. Ulp. 1. Inst. & Cai. 1. Inst. 2.4. Paul. sen. 14. §. ultimo. & l. 1. si Judei. C. Th. de Jud.* 3 Vid. Nicol. Everhard. *à contract. ad ult. volunt. loco* 36. quod quidem procedit, quando ratio est similis in utroque, *l. fin. C. de legat.* Seeus, quando est dissimilis. *l. 37. ff. de legat. 1.* Anf.

Tit. VIII.

DE[1] HIS, QUI SUI, VEL ALIENI JURIS SUNT.

Personarum divisio posterior. De Jure gentium & Civium Romanorum in servos.

SEquitur de jure personarum alia divisio. Nam quædam personæ sui juris sunt, quædam alieno juri[2] subjectæ. Rursus earum, quæ alieno juri subjectæ sunt, aliæ sunt in potestate parentum, aliæ in potestate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno juri subjectæ sunt. nam si cognoverimus, quæ istæ personæ sunt: simul 3 intelligemus quæ sui juris sunt. ac prius inspiciamus de his, quæ in 4 potestate dominorum sunt. §. 1. In potestate itaque dominorum sunt servi, quæ quidem potestas, juris gentium est. nam apud 5 omnes pæne gentes animadvertere possumus, dominis in servos 6 vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcumque per servum adquiritur, id 7 domino adquiri.

1 *Ulp. 4. 1. D. 1.*
2 Hujusmodi subjectio ὑπεξουσιότης *Theoph.*
3 *V. l.7. C. de religiosis.*
4 Quæ ἄκρα ἐξουσία. *Theoph.*
5 *Gen. 16. Exod. 21.*
6 *l. 1. §. 1. ff. eo.*
7 Cur ita? *v. l.1. §. 5. in fi. ff. de adquir. possess.*

§. 2. Sed [8] hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet sine [9] causa legibus cognita, in servos suos | supra modum | sævire. Nam ex constitutione divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam si alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum ejusdem principis constitutione coercetur: nam | Antoninus | consultus a quibusdam præsidibus provinciarum de his servis, qui ad ædem sacram, vel ad statuam principum confugiunt [10], præcepit, ut si [11] intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis [12] conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur. & recte: expedit [13] enim reipublicæ, ne sua re quis male utatur [14]. Cujus rescripti ad Ælium Martianum emissi verba sunt hæc: *Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi* [15]: *sed dominorum* [16] *interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoque* [17] *cognosce de querelis eorum, qui ex familia Jovis Sabini ad statuam confugerunt, & si vel duriùs habitos, quàm æquum est, vel insames* [18] *injuria affectos esse cognoveris: venire jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Quod si mea constitutioni fraudem fecerit, sciat hoc me admissum severius executurum.*

8 *l.1. §. 2. ff. h. t. & l.1. §. 2. D. de jur. 9 V. l. 96. ff. de verb. oblig.*
10 *l.1 §.27 ff. de quæst.* adde *l. ult. ff. si quis à parent. manumiss.* De jure Canonico dominus tenetur de servi impunitate cavere, priusquam ex ecclesia extrahi possit. *cap. 6. extr. de immunitat. Eccles.* Anf.
11 *V. l.11. §. servo. ff. de jurej.*
12 Ne, si servo quadantenus conditiones domino in eat imponere, servus nunquam distrahatur. *Theoph.*
13 V. Gud. Pap. quæst. 91. 14 Imo licet alicui re sua abuti. *l.25. §.* 11. ubi Goth. *ff. de petit. hered.* Anf. 15 *Lib. fend. tit. 14.* imo dicit tum, *l. 32. §. 1. ff. qui & à quib. manumiss.* Anf. 16 Quippe vel ausugere, vel se ipsos interficere possunt. *Th.* & sæpius læsa patientia fit furor. 17 Nec enim servis temere credendum; nam servus naturâ domini hostis est. *Th.* Totidem hostes, quot servi, *Senec. 6 epist. 47. Hist. 1. Poli. 9.* Pers. Quot servi, tot hostes. 18 *V. l.32. C. de episc. aud.*

Tit. IX.

DE PATRIA POTESTATE.

Summa tituli. 1. Definitio nupt.

IN potestate nostra sunt liberi[1] nostri, quos ex[2] justis nuptiis procreavimus. §. 1. Nuptiæ autem, sive matrimonium, est viri & mulieris[3] conjunctio, individuam[4] vitæ consuetudinem continens. §. 2. Jus autem potestatis, quod in liberos habemus, proprium[5] est[6] civium Romanorum: nulli[7] enim alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. §. 3. Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, tua est potestate est. Item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, id est, nepos tuus & neptis[8], æque in tua sunt potestate[9], & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum[10].

1 Quibus βασιλικὰς, ὑπηκόους, non δεσποτικὰς imperamus.
2 Secus in injustis. *§. pen. Inst. pr.*
3 *V. l.1. ff. de ritu nupt.*
4 Secus in concubina. adde *27. q.2. c. beatus, & seqq.*
5 Inde a Romuli temporibus. *Halic.* 2. *Plut. in Num.* & peregrini privantur, *§. cum autem. infrà, de adoption.* 6 *l.3. ff. de his qui sui vel alien. jur.* S. L. Proprium hoc, secundo modo proprium est: convenit enim soli speciei, non tamen omnibus. Goth. 7 Imo Judæi. *Gen. 38.24. & 42.37. Job. 1. Num. 11.12.15.* & omnes ex jure divino eam potestatem habere videntur, *l.10. §.1. C. de adop.* Vide *not. ad dd. 3. ff. de his qui sui vel alien. jur.* & plura ibi de patria potestate, & an omnibus communis sit, an propria Romanorum. 8 Sed quum hodie patria potestas matrimonio solvatur, nepos ex filio nat is in avi sui potestate non est. *Groeneweg. hic, & ibi DD.* S. L. 9 Quia in avi familia nascuntur. Anf. 10 Vid. omnino Hottomann. hic, & *pr. Inst. de nupt.* filia enim non patri, sed marito filium parit. *l. familiæ. 195. ff. de V. Sign.* Anf.

Tit. X.

DE NUPTIIS.[1]

Qui possint nuptias contrahere. 1. Qua uxores duci possint vel non. De parentibus & lib. 2. De transversalibus. De fratre & sorore. 3. De fratris vel sororis filia vel nepte. 4. De consobrino. 5. De amita, matertera, amita magna, matertera magna. 6. De affinibus. De privigna vel nuru. 7. De socru vel noverca. 8. De compriviguo. 9. De quasi privigna, quasi nuru, quasi noverca. 10. De servili cognatione. 11. De reliquis prohibitionibus. 12. De pœnis injustarum nuptiarum. 13. De legitimatione.

JUstas autem nuptias inter[2] se cives Romani contrahunt; qui secundum præcepta legum coëunt, masculi quidem puberes[3], fœminæ autem[4] viripotentes, five patresfamiliarum sint, five filiifamiliarum: dum tamen si filiifamiliarum sint[5], consensum[6] habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & [7] civilis & [8] naturalis ratio suadet: in tantum, ut jussus parentis præcedere debeat[9]. Unde quæsitum est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius uxorem ducere possit. cumque super filio variabatur, nostra processit[10] decisio, qua permissum est ad exemplum filiæ furiosi, filium quoque [furiosi] posse & sine patris interventu[11] matrimonium sibi copulare, secundum datum ex nostra constitutione modum. §. 1. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam à quarundam nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & usque in [12] infinitum. Et si tales personæ inter se coierint: nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeò vera sunt, ut quamvis per [13] adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio jungi: in tantum, ut etiam dissoluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis esse cœperit, non [14] poteris uxorem ducere, quamvis eam [15] emancipaveris. §. 2. Inter eas quoque personas, quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta. Sanè enim inter [16] fratrem sororemque nuptiæ prohibitæ sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex altero [17] eorum. Sed si qua [18] per adoptionem soror tibi esse cœperit: quamdiu [19] quidem constat adoptio, sane inter te & eam nuptiæ consistere non possunt: cùm verò per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam uxorem ducere [20]. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis [21] generum adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare: & si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare. §. 3. Fratris verò vel [22] sororis filiam uxorem ducere non licet: sed nec neptem fratris vel sororis quis ducere potest, quamvis quarto gradu sint: cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque ejus neptem permittitur. Ejus verò mulieris, quam pater tuus adoptavit [23], filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali, neque civili jure tibi conjungitur.

§. 4. Duorum autem fratrum vel sororum [24] liberi, vel fratris & sororis, conjungi [25] possunt [26]. §. 5. Item amitam [27], licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec matrateram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi uxorem ducere.

§. 6. Adfinitatis quoque veneratione à quarundam nuptiis abstine-

1 XXIII D. III. C. IV. *Nov.* XXII. 2 *Ulp. 5. §. 1.* 3 I. e, duodecim aut quatuordecim annorum. *pr. inst. Quib. mod. tut. vel cur. circa fin. l. fin. C. quand. tut. vel cur. esse desin.* Anf. 4 *V. l.10. vers. sed enim. D. de condit. & demonst.* 5 Vel tacitum. *v. l.5. de sponsa.* 6 In contrahendo, & redintegrando matrimonio. *v. l. 18. D. de ritu.* 7 Quiritum propria potestas. *Hotom. illustr. 9.* 8 Pietas parentibus debita. *Con. 1. lect. 4.* ita ut orta a natura filiifamilias incrementum verò a jure civili, Hot. h. t. 9 Concordat Canon. *V. tit. 4. 6. Sess. 24. Trid.* 1540. Vide Peck. *de Testam. conjug. lib. 1. cap 5.* Joan. a Sande *lib. 2. tit. 1. defin. 2.* Vinn. hic. S. L. 10 *l. 25. C. eo.* 11 Curatore tamen furiosi, & judicis interventu. *l. 25. C. de nupt.* 12 *V. l. 53. D. de rit. n.* Goth. etiani inter cognatos. *l. 56. C. eod.* Anf. 13 *V. l.55 ff. de ritu. l.14. §. 1. D. eo.* 14 Quamvis emancipatione cessent reliqua adoptionum jura. *v. l. penult. §. fin autem. C. de adopt.* 15 Propter honestatem in nuptiis requisitam *l.4. C. eo.* Vid. tamen *l.55. C. de nupt.* Anf. 16 *V. l.17 C. eo.* 17 Alii, *vice ab alterutro.* 18 *V. l. 17. in pr. ff. de ritu.* 19 Secus ea dissoluta. *v. l. 35. §.1. D. de verb. oblig.* 20 *l.9. §. fin. ff. de lib. & posthum.* Anf. 21 *l.67. §.2. D. eo.* 22 & noverca filium. *Theophil.* 23 Ut & sororem patris adoptivi. *l.12. in fi. ff. de ritu.* 24 i. consobrini. *v. l.19. C. eo.* 25 Οὐ δύνανται, non possunt. *Th. v. Con. 2. Lect. 1.* & *1. Cai. 4. Tacit. 12.* 26 *V. l.3. ff. de ritu.* Jure Candnico non possunt. *cap. non debet. D. consanguin. & affi.* S. L. 27 *l.17. §.2. D. de ritu.*

1 Quod ad eosdem affinitatis gradus, in cognatione prohibitos, extendi, nec tantum in linea recta, sed & in transversali obtinere, communis est doctrina, per *l. 5 pen. & ult. C. de incest. nupt.* facit *Levit. cap.* 18. v. 16. Vide Carpzov. *defin. Consist. lib. 2. tit. 6. defin.* 92. S. L.

2 *l. 17. C. eod.* Imo licet, *Exod. 6. v. 19.*

3 Etiamsi maritum ejus emancipavero. *l. 14. D. de ritu.*

4 *l. 1. l. 18. in pr. C. de adult.*

5 Etiam apud gentes. 1 *Cor. 5. l. 4. §. hos itaque D. de gradib.*

6 Etiam in pœnalibus. §. 6. *infr. de pub. jud.*

7 *l. 34. §. inter compriv. D. de rit.*

8 *l. 12. §. si uxor. ff. de ritu. l. 134. ff. de Verb. Oblig.*

9 Imo nurus est. *l. 6. l. 8. D. de grad. l. 4 ff. de part. l.*

10 *l. 42. ff. h. t.* Anf.

11 Hic omisit prohibitionem nuptiarum in affinitate collaterali. *v. l. 5. C. de incest. nupt.*

12 *V. l. 14. §. 2. D. de ritu nupt.*

13 Puta cognationes in servitute quæsitas. Hæc enim verba significare videntur ante manumissionem impedimento non esse. *l. ult. §. 5. ff. de gradib.* Sed quum natura refragetur ut pater filiam &c. uxorem ducat. *l. 12. ff. h. t.* Videtur quoque regulam *l. 42. eod.* hic esse servandam, si sint in servitute. *Anf.* 14 Præsertim *d. l. 14.* 15 *V. l. 6. in pr. C. de incest.* 16 *l. 52. D. de ritu nuptiarum.* 17 Nuptiæ magis ad solennitatem quam ad conjugium ipsum pertinent. Vide *cap. nec illud. 30. 4. 5. Et tit. ff. De Ritu*, id est, *Solennitate Nuptiarum.* Anf. 18 Videtur abrogari sententia, quæ apud Paulum extat *2 sent. 19. §. 2.* ubi dicitur, eos, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonium jure non contrahere, & contractum tamen non dissolvi. Contemplationem enim publicæ utilitatis (hoc est, nuptiarum) privatorum commodis præferri. *adde 30. 4. 5. c. nec illud. c. si quis.* 19 *l. 1. ff. unde vir, & uxor.* 20 *l. 23. D. de statu hom.* 21 *V. Nov. 89. c. 2.* 22 *V. Nov. 12. c. 4. Nov. 74. Nov. 89. c. 8.* adde & eum; qui legitimatur principis rescripto. *Nov. 89. c. 9.* 23 Imo & sine dotalibus instrumentis consistunt hæ nuptiæ. vide quæ notavi *ad l. 4. §. 4. Cod. de advoc. diversi. jud.*

Tit. XI.

DE [1] ADOPTIONIBUS.

1 I. D. VII. VIII. C. XLVIII.

Scopus & nexus. 2. *Divisio adoptionis.* 2. *Qui possunt adoptare filiumfamilias vel non.* 3. *De Impuberibus.* 4. *De ætate adoptantis & adoptati.* 5. *De adoptione in locum nepotis, vel neptis, vel deinceps.* 6. *De adoptione filii alieni in locum nepotis, vel neptis in locum filii.* 7. *De adoptione in locum nepotis, & de nepote in adoptionem dando.* 8. *Qui dari possunt in adoptionem.* 9. *De his qui generare non possunt.* 10. *De fœminis.* 11. *De liberis adrogati.* 12. *De servo adoptato vel filio nominato a domino.*

NOn solùm autem naturales liberi, secundùm ea, quæ diximus, in potestate nostra sunt: verùm etiam [2] ii, quos adoptamus. §. 1. Adoptio autem duobus [3] modis fit, aut principali rescripto, aut imperio magistratus. Imperatoris auctoritate adoptare quis potest eos eásve, qui quæve sui juris sunt. quæ species adoptionis dicitur [4] adrogatio. Imperio magistratus adoptamus eos eásve, qui quæve in potestate parentum sunt: five primum gradum liberorum obtineant: qualis est filius, filia: five inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

§. 2. Sed hodie ex nostra [5] constitutione, cum filiusfamilias à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datur, jura patris [6] naturalis minimè dissolvuntur [7], nec quicquam ad patrem adoptivum transit, nec in potestate ejus est: licèt ab intestato jura successionis ei à nobis tributa sint. Si verò pater naturalis non extraneo, sed avo filii sui materno, vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, etiam avo vel proavo simili modo paterno vel materno filium suum dederit in adoptionem: in hoc casu, quia concurrunt in unam personam & naturalia, & adoptionis jura: manet stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum [8]: ut & in familia, & in potestate hujusmodi patris adoptivi fit. §. 3. Cùm autem impubes per principale rescriptum [9] adrogatur, causa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur causa adrogationis an honesta sit, expediátque pupillo. Et cum quibusdam conditionibus adrogatio fit, id est, ut caveat adrogator [10] personæ publicæ [11], si intra pubertatem pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si adoptio facta non esset, ad successionem ejus venturi essent. Item non aliter emancipare eum potest adrogator, nisi causa cognita dignus emancipatione fuerit, & tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater [12] eum exheredaverit, vel vivus sine justa causa emancipaverit: jubetur [13] quartam partem ei bonorum suorum [14] relinquere, videlicet præter bona, quæ ad patrem adoptivum transtulit, & quorum commodum ei postea acquisivit. §. 4. Minorem natu, majorem [15] non posse adoptare placet. adoptio enim naturam imitatur: & pro [16] monstro est, ut major sit filius, quàm pater. Debèt itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena [17] pubertate, id est, decem & octo annis præcedere. §. 5. Licet [18] autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamvis [19] filium quis non habeat. §. 6. Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filii. §. 7. Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio, quem habet jam adoptatum: vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo [20] casu & filius consentire debet, ne ei invito suus heres adgnascatur. Sed ex contrario, si avus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire [21]. §. 8. In plurimis autem causis adsimilatur [22] is, qui adoptatus vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio [23] natus est: & ideo si quis per Imperatorem, vel apud prætorem, vel præsidem provinciæ non extraneum adoptaverit [24], potest eundem in adoptionem alii dare.

§. 9. Sed [25] & illud utriusque adoptionis commune est, quod & ii, qui generare non possunt (quales sunt spadones [26]) adoptare possunt: [castrati [27] autem non possunt]. §. 10. Fœminæ [28] quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent: sed ex indulgentia [29] principis ad solatium liberorum amissorum adoptare possunt. §. 11. Illud proprium est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculum fit, quod is qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate tanquam nepotes. Sic [30] etenim divus Augustus non antè Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptasset: ut protinus adoptione facta, inciperet Germanicus Augusti nepos esse. §. 12. Apud [31] Catonem bene scriptum refert antiquitas, servos, si à domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Unde & nos eruditi, in nostra [32] constitutione etiam eum servum, quem dominus actis intervenientibus filium suum nominaverat [33], liberum esse constituimus: licet hoc ad jus filii accipiendum non sufficiat [34].

2 *Adde l. 13. & l. 14. C. de probat.*

3 Adde tertium ex testamento. 7. *Valer. 9. Dion. 55.*

4 Cujus solennitates notavi *l. pen. in fi. C. eod.*

5 *l. 10. C. eo.*

6 Alii legunt: *jura potestatis patris.* quod confirmat *Tb.*

7 Propter incommodum, quod est in §. 14. *Inst. De hered. quæ ab intest. defer. transit. De excusat. tut.* Anf.

8 Al. *constrictum:* ita in lib. Dionys. *Charond.*

9 D. Pii. *Ulp. tit. 8. §. 2 tit. eo.* olim nisi *Vopiscus*, id est, is, cui prima vestis, seu lanugo erat, adrogari non poterat. *5. Gell. 19. v. Forner. 1. Jelf. c. 19.*

10 Ταξιαρχίαι, *Theoph.*

11 Id est, magistratui. §. 5. *Inst. De Attil. tut.* Anf.

12 Scilicet adrogator. *Anf.*

13 Quæ D. Pii appellatur. *Ulp. l. 1. §. 21. ff. de collat.*

14 Scil. omnium bonorum. *Asin. ff. si quid in fraud. patron. l. 2. C. de adopt.* Anf.

15 *l. 15. l. 16. l. 40. ff. eod.* Rationem hujus arg. vid. apud. Raiual. Corf. *Indagat. jur. l. 2. c. 15.* Anf.

16 Filius patre major ætate fingi non potest.

17 *Plena pubertas* octodecim annis finitur. 18 *l. 43. ff. eo.* 19 *l. 37. D. eo.* 20 *l. 6. l. 11 ff. eod.*

21 Quia nepos ex filio in avi sui potestate est. §. 3. *Inst. de pat. pot.* Anf.

22 Similitudo adoptati filii, & ex legitimis nuptiis suscepti.

23 §. 4. *Inst. de exhered. lib. & ibi not.* Anf.

24 *l. 8. C. eo.*

25 *l. 2. §. 1. ff. eo.*

26 *V.* hic Theophil. *de spadonibus.*

27 Qui nec pro conjugibus, nec parentes ulla ipse esse possunt, *l. 39. ff. de jure dot. l. 6. ff. de lib. & posth.* Id abrogatur Justin. *Nov. 26. Goth.* An Hermaphroditus possit, vid. *l. 10. ff. de pact. pot.* Anf.

28 *l. 5. C. eod.*

29 *V. v. Leonis 27.* hinc indulgentia.

30 *Suet. in Tiber. Tacit. 12.* 31 De quo *l. 4. §. Cato. ff. de verbor. obligat. que. C. de Lat. libert.* 32 *l. unica. §. simili.* 33 Nominare servum filium, & eum adoptare, quæ apud Græcos ἀπὸ τραπέζης dicitur. vide quæ scripsi ad *Novell. 89. c. 11. in fin.* Goth. confer *Nov. 117. cap. 2. l. 1. §. 3. ff. de quæst.* Anf. 34 Adoptionem servorum interdictum est. *l. 15. §. fin. ff. de Adopt.* Anf.

Tit. XII.

QUIBUS [1] MODIS [2] JUS PATRIÆ POTESTATIS SOLVITUR [3].

1 *Paul. 2. sent. 25. tit. Quemadmodum filii jus juris efficiuntur.*

2 Certis modis patria potestas hic dissolvi dicitur: sane Nuptiis non dissolvitur. *l. 1. §. ad Tert. l. 7. C. de nuptiis. l. 5. C. de condit. insertis l. 12. C. de coll.* ut nec militia, *l. 7. C. de patria potestate. l. 3. C. de castrens. pecul.*

3 Vide *Nov. 81. VIII. C. XLIX.*

4 Contrariorum eadem est ratio.

5 *l. 15. ff. quando dies legati. l. 239. ff. de verb. signif. Ulp.* 10. §. 2.

6 *l. 5. ff. de his, qui sunt sui.*

7 *V. l. 56. §. 2. ff. de jure dotium.*

8 *l. 41. ff. de adopt.*

9 *l. 1. C. de ber. inst.*

10 Quæ de toto, eadem & de parte intelligenda sunt, *l. 76. ff. de rei vind.*

11 *l. 63. in fi. ff. pro socio.*

12 *l. 17. ff. de pœn.*

13 *Toto tit. ff. & C. de sent. pass.*

14 Hodie banniti dicuntur. *Contin.* olim aqua & igni interdicti. 10. *Ulp. l. 2. ff. de pœn.*

15 *l. 4. l. 7. ff. de interdictis, & relegat.*

16 Quando Lex, vide §. 1. *Inst. de cap. diminut.* Anf.

17 *l. 29. ff. de pœn.*

18 Hodie homo servus pœnæ. *v. Novell. 22. c. 8.*

19 His hodie comparari possunt, qui ad remos, & opus publicum damnantur.

20 *l. 3. §. pen. ff. de fugar.*

21 *Nov. 81.* Idem in servo per *Nov. supr. de servitin.*

22 *l. 2. ff. de adopt.*

23 Non gradu, (Consulatus enim major est,) sed duratione, qua perpetua. *Contin.* vide *l. ult. C. de Cass. Goth.* vid. Ravard. *conjectan. l. 3. cap. 7.* Anf.

24 10. *Ulpian. 4.*

25 Ut ita captivitas non tam tollat, quàm suspendat potestatem, *l. penult. de fris & leg.* Jus illud suspensum, primum caput legis Corneliæ est.

26 Quid sit, vid. *l. 19. ff. de captiv. & postlim.* Anf.

27 Jus illud fictitium alterum, est caput legis Corneliæ.

28 Trymon postliminii. vid. Cicero-nem *in Topicis in locum.*

dem in potestate retinere, nepotem verò vel neptem manumittere, vel omnes sui juris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta esse intelligantur. §. 8. Sed & si pater filium, quem in potestate habet, avo vel proavo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit: id est, si hoc ipsum actis [1] intervenientibus apud competentem judicem manifestaverit, præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo [præsente,] qui adoptat: solvitur quidem jus potestatis patris naturalis: transit [2] autem in hujusmodi parentem adoptivum, in cujus persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus [3]. §. 9. Illud autem scire oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaveris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru [4] tua: nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit: patris sui emancipati, vel avi adoptivi potestati subjicitur. §. 10. Et quidem neque naturales liberi [5] neque adoptivi ullo penè [6] modo possunt cogere parentes, de potestate sua eos dimittere.

1 *l. ult. C. de adopt. l. 11. ff. De fide instrum.* Anf.
2 *l. pen. in pri. ver. si vero. C. de adop.*
3 *§. 2. Inst. de Adopt.* Anf.
4 Vid. *supra De in vit. & l. fin. ff. De acq. rer. domin.* Ubi tempus conceptionis non consideratur Anf.
5 Vide *l. 4. C. de emancip.*
6 Vide *l. 6. C. de Spectat. l. 11.* adde *l. 16. in fi. ff. de curatore furios. &c.* Goth. Vide etiam *l. 32. ff. de adopt. l. 12. Cod. De Episcop. aud. & 3. §. si quis minor. ff. de minor. l. 5. ff. si quis à par. man. l. 92. ff. de cond. & demonstrat.* Anf.

Tit. XIII.

DE TUTELIS [1].

1 xxvi. D. i.

De personis tutelæ. 1. Definitio tutelæ. 2. Definitio & Etymologia tutoris. 3. Quibus testamento tutor datur. De liberis in potestate. 4. De posthumis. 5. De emancipatis.

TRanseamus nunc ad aliam divisionem personarum. Nam ex his personis, quæ in potestate non sunt, quædam vel in tutela sunt, vel in curatione, quædam neutro jure tenentur. Videamus ergo de his, quæ in tutela vel in curatione sunt. Ita enim intelligemus cæteras personas, quæ neutro jure tenentur. Ac prius dispiciamus de his, quæ in tutela sunt. §. 1. Est autem tutela (ut Servius definivit) vis ac [2] potestas in capite [3] libero ad tuendum [4] eum, qui propter ætatem se defendere nequit, jure civili data ac permissa [5]. §. 2. Tutores autem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tuitores atque defensores: sicut æditui [6] dicuntur, qui ædes tuentur. §. 3. Permissum [7] est itaque parentibus, liberis impuberibus, quos in [8] potestate habent, testamento tutores [9] dare. Et hoc in filios filiasque procedit omnimodo. nepotibus verò neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri. Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit, nepotes [ex] eo non poterunt ex testamento tuo tutores habere, quamvis in potestate tua fuerint: scilicet quia mortuo te, in potestatem patris sui recasuri sunt. §. 4. Cum autem in compluribus aliis causis posthumi [10] pro jam natis habeantur, & in hac causa placuit non minus posthumis [11], quam jam natis testamento tutores dari posse: si modo in ea causa sint, ut si vivis parentibus nascerentur, sui [heredes,] & in potestate eorum fierent. §. 5. Sed & si emancipato filio tutor a patre [12] datus fuerit testamento, confirmandus est ex sententia præsidis omni modo, id est, sine [13] inquisitione.

2 *Potestas est*, jus quoddam. *Theoph.*
3 id est, homine. *Dig. 11. & 5. Cod. 19.*
4 Vide *l. 1. §. ult. & rem pupill.*
5 Hæc definitio non competit tutelæ dativæ. non enim est ex jure civili, id est, ex l. 12 tabul. *l. fin. ff De bon. damnator.* sed ex l. Atilia. *Anf.*
6 *l. 77. §. 2. ff. de leg. 2.*
7 *l. 1. ff. de test. tut. la.*
8 *l. 3. §. 1. in f. de rer. jur.*
9 An & substituere? vide *l. pen. ff. de test. tut. l. 120. ff. de verb. sign.*
10 *l. 231. ff. de verb. signif.*
11 *l. 1. §. 1. ff. de test. tutela.* 13 secus si à matre. *l. 2. ff. de confir. tut.* 14 *l. 6. ff. de confir. tut.* Formam inquisitionis vide *l. 17. in fin.*

Tit. XIV.

QUI TESTAMENTO TUTORES DARI POSSUNT [1].

1 xxvi. D. ii. v. Cod. xxviii.

Qui tutores dari possunt. De patre vel filiofam. 1. De Servo. 2. De furioso vel minore viginti quinque annis. 3. Quibus modo. 4. Et cui dantur tutores. 5. De filiorum, filiarum, liberorum, nepotum appellatione.

DAri autem tutor potest testamento non solum paterfamilias, sed [2] etiam filiusfamilias. §. 1. Sed & servus proprius testamento [3] cum libertate recte tutor dari potest. Sed sciendum est, eum & sine libertate tutorem datum, tacite [4] libertatem directam [5] accepisse videri, & per hoc tacite tutorem esse. Plane si per [6] errorem, quasi liber, tutor datus sit, aliud dicendum est. Servus autem alienus pure inutiliter [7] testamento datur tutor: sed [8] ita, CUM LIBER ERIT, utiliter datur: proprius autem servus inutiliter [9] eo modo tutor datur. §. 2. Furiosus vel minor viginti quinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cum [10] compos mentis, aut major [11] viginti quinque annis fuerit factus. §. 3. Ad certum tempus [12] vel ex certo tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis institutionem [13] posse [14] dari tutorem, non dubitatur. §. 4. Certæ autem [15] rei vel causæ tutor dari non potest: quia personæ, non causæ, vel rei [tutor] datur.

§. 5. Si quis filiabus suis vel filiis tutores [16] dederit, etiam [17] posthumæ [vel posthumo] dedisse videtur: quia filii vel filiæ appellatione [18] & posthumus & posthuma continentur: Quod si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsis tutores dati sint [19]? Dicendum est, ut & ipsis quoque dati videantur: si modo liberos dixerit. Cæterum si filios: non [20] continebuntur: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur. Plane si posteris [21] dederit, tam filii posthumi, quam cæteri liberi continebuntur [22].

2 *l. 67. §. 2. ff. de r. in nup.* an & quatenus pro gestione ejus teneatur, vid. *l. 7. ff. de tut.* Anf.
3 Aliud in codicillis, & alia ultima voluntate: & ita cessat antinomia. *l. 9. C. de fideicommiss. libert.*
4 Vide *l. 5. C. de necessariis.* imo non tacite. vide *l. 28. §. 1. D. eod.*
5 Non, ut olim, fideicommissariam. vide *l. 9. in fi. C. de fid. lib. l. 10. in fin ff. eod.* Goth. Concordit *l. 32. §. 2. ff. de test. tut.* Vide Dorell. 3. *comm. 5.* Ant. Fab. 6. *conject. 16.* Anf.
6 Vide *l. 21. ff. de test. tut.*
7 Non inutiliter. *l. 10. §. 4. D. eod.*
8 *l. 10. §. 4. eod.* 9 Cur ita? vide *l. 22. ff. de cond. inst.* 10 *l. 32. in fin. D. eo. l. 12. D. de excusat. tut.* 11 *l. 34. in fin. D. eod.* 12 *l. 11. D. de Tutel.* Goth. §. 2. & §. 5. *Inst. quib. mod. tutel. finit.* Anf. 13 Mox tamen facienda. *l. 9. D. eod.* 14 §. 1. *Inst. de Atiliano tut. l. 8. §. 1. §. 2. ff. qui testam.* Imo non potest. *l. 16. §. 1. ff. de tutelis. l. 77. ff. de reg. jur.* Solve, potest à testatore; à magistratu non potest. Id autem ex ipsis titulorum inscriptionibus, hoc scilicet titulo, & *de tutelis*, evincitur. adde *l. 16 ff. de in diem addict.* 15 *l. 12. 13. 14. ff. eo. l. 164 ff.* de V. Sign. *Anf.* 16 Filiorum recte nemmit propter *l. 45. ff. de leg. 1. & l. 81. de leg. 3.* Anf. 17 *l. 5. 6. 16. ff. eod.* 18 vide *l. 164. D. de verb. sig.* 19 Vid. *l. 84. ff. de Verb. Sign.* 20 Adde *l. 220. ff. de verb. sign. l. 16.* 21 Postumis. 22 Regulariter: secus *in l. 2. in fin ff. de jure omnia.*

Tit. XV.

DE LEGITIMA ADGNATORUM TUTELA [1].

1 xxvi. D. iv. v. Cod. xxx.

Summa. 1. Qui sunt agnati. 2. Quo dicatur intestatus. 3. Quibus modis adgnatio, & cognatio finitur.

QUibus autem testamento tutor datus non est: his ex lege duodecim tabularum adgnati sunt tutores, [2] qui vocantur legitimi [3]. §. 1. Sunt [4] autem adgnati [cognati] per virilis sexus cognationem conjuncti, quasi [5] a patre cognati: veluti frater [ex] eodem patre natus, fratris filius neposve ex eo: item patruus, & patrui filius nepósve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione junguntur, adgnati non sunt: sed alias naturali jure cognati. Itaque amitæ tuæ filius non est tibi adgnatus, sed cognatus: & invicem tu illi eodem jure conjungeris: quia qui [ex ea] nascuntur, patris [6], non matris familiam sequuntur.

§. 2. Quod autem [lex duodecim tabularum] ab intestato vocat ad tutelam adgnatos: non [7] hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed [8] si quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit. 9. §. 3. Sed adgnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque [10] perimitur: nam adgnatio juris [civilis] nomen est: cognationis verò jus non omnibus modis commutatur: quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia verò non [11] utique.

6 *l. 196. in fin ff. de verb. sig.*
7 *l. 6. ff. eod.*
8 *l. 6. ff. de legat. int.*
9 Hic §. *ult.* titulo sequenti commodiss. inseri potest. *Hot.*
10 Propter §. 11 *Inst. de successione cognat.* Anf.
11 *v. l. 8 ff. de capit. dimin.* Goth. *Utique*, id est, *omnimodo.* Charond.

Tit. XVI.

DE [1] CAPITIS DEMINUTIONE.

1 iv. D. v.

Definitio & divisio. 1. De maxima. 2. De media. 3. De minima. 4. De manumissione. 5. De mutatione dignitatis. 6. Interpretatio §. ult. sup. tit. proximo. 7. Ad quos agnatos tutela pertineat.

EST autem capitis deminutio, status mutatio [2]. Eaque tribus modis accidit [3]. Nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant), aut minima.

§. 1. Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & civitatem [4] & libertatem amittit. quod accidit in his, qui servi [4] pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ: vel libertis, ut ingratis erga [5] patronos condemnatis: [vel his,] qui se ad pretium participandum [6] venundari passi sunt. §. 2. Minor, sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur, libertas verò retinetur [7]. quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit. vel ei, qui in insulam deportatus est. §. 3. Minima capitis deminutio est, cum civitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur. quod accidit in his, qui cum sui juris fuerunt, cœperunt alieno juri subjecti esse. vel contra [veluti si filiusfamilias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus [8].] §. 4. Servus autem manumissus, capite non minuitur: quia nullum caput [9] habuit. §. 5. Quibus autem dignitas magis, quàm status permutatur, capite non minuuntur. & ideo à senatu motos capite non minui [10] constat.

§. 6. Quod autem dictum est, manere cognationis jus etiam post capitis deminutionem: hoc ita est, si minima capitis deminutio interveniat. manet enim cognatio. nam si maxima capitis deminutio interveniat: jus quoque cognationis perit, utputa servitute alicujus cognati: & [11] ne quidem si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur. §. 7. Quum autem ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet; sed ad eos tantum, qui [12] proximiores gradu sunt: vel si plures ejusdem gradus sunt, ad [13] omnes [pertinet: veluti si plures fratres sunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.]

2 In al. est *status prioris mutatio*, in al. *status permutatio.*
3 Et definitur, libertate, civitate, familia.
4 Hodie id abrogatum. *Nov. 22. c. 2.*
5 *v. l. 2. C. de lib.*
6 Hodie id abrogatum per *Novell. Leon. 59.*
7 Imo non retinetur, sed amittitur. *l. 5. ff. de extraord. l. 1. ff. ad Tertul.* vide Duarenum 1. *disp. 10.*
8 In al. est *capitis deminutio.*
9 Juris, non corporis. *Vesf. l. 3. in fi. ff. eod.*
10 *l. 3. ff. de senator.*
11 *l. 7. ff. unde cognati.*
12 *Nov. 118. c. 5.*
13 *l. 9. ff. de legit. tut.*

Tit. XVII.

DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

EX eadem lege duodecim tabularum libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim [in] ea lege de hac tutela caveatur: sed quia perinde accepta est per interpretationem [1], ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditates libertorum libertarumque, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere; crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos, quos ad hereditatem [lex] vocat, eosdem & tutores esse jusserit: quia plerunque ubi [2] successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus plerunque: quia si à fœmin. [impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem vocatur, quum alius sit [3] tutor.

1 *l. 6. in fin. ff. de verb. sign.*
2 *l. 65. in fin. ff. pro socio.*
3 *Vide ff. de tutelis. Nov. 118. c. 5.*

Tit. XVIII.

DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.

EXemplo [1] patronorum recepta est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipaverit: legitimus eorum tutor erit.

1 *l. 1. l. 1. §. 1. & 2. ff. si quis à parente. l. 5. C. de dolo.* huc pertinet *l. 3. §. ult. ff. de legitim. tutor.*

Tit. XIX.

DE FIDUCIARIA [1] TUTELA.

EST & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. nam [2] si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps, impuberem manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo [3] defuncto, si liberi [ejus] virilis sexus existant, fiduciarii [4] tutores [5] vel fratris vel sororis [6] efficiuntur. Atqui [7] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideóque nec in tutelam. Libertus autem si servus manisset, utique eodem jure apud liberos domini post mortem ejus futurus esset.

§. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis, [8] quod nostra constitutio in omnibus tutelis & curationibus observari generaliter præcepit.

1 *Fiduciaria* tutela, quæ ἐπιτροπὴ ἐκ συμπτώματος dicitur Theophilo *&c.* Goth. Vid. Donel. 3. *Comment. 6. circa med.* sic dicta, propter fiduciam diligentiæ & fidei fraternæ. *l. 31. §. pen. ff. de Negot. gest.* Anf.
2 Legitimus est tutor liberis emancipatis pater: quoniam manumissor liberi capitis, exemplo ejus, qui ex vera servitute manumisit, hoc est, patroni manumissoris, ad tutelam emancipati vocatur. *Theoph.* 3 Frater fratris à patre emancipati impuberis, patre mortuo, non legitimus sed fiduciarius est tutor. 4 *l. 4. ff. de legit. tut.* 5 In al. est, *tutores filiorum filiorum* quam lectionem communiter probant. *S. L.* 6 Al. *sororis & cæterorum.* 7 Objectio: Patronorum liberi, libertinorum impuberum patroni legitimi sunt tutores: Igitur fratres à patre emancipatorum impuberum fratrum legitimi tutores dicendi, non fiduciarii. 8 *Nov. 118. c. 5.*

Tit. XX.

DE ATILIANO TUTORE [1], ET EO QUI EX LEGE JULIA ET TITIA DABATUR.

1 xxvi. D. v. v. C xxxiv. xxxvi.

Jus antiquum, si nullus sit tutor. 1. Si spes sit futuri tutoris testamentarii. 2. Si tutor ab hostibus captus sit. 3. Quando & cur desierint ex dictis legibus tutores dari. 4. Jus novum. 5. Jus novissimum. 6. Ratio tutelæ. 7. De tutelæ ratione reddenda.

SI [2] cui nullus omnino tutor fuerat: ei dabatur in urbe quidem à prætore urbano, & majore [3] parte tribunorum plebis tutor ex lege [4] Atilia: in provinciis verò à præsidibus provinciarum [5] ex lege Julia & Titia. §. 1. Sed & si in testamento tutor sub condi-

2 Vide *Legem 27. ff. de testamentaria tutela*, vide *Ulpianum*, titulo 11. §. 18.
3 i. Lex, *Cujacius.*

4 à L. Atilio Tribuno plebis, anno urbis 443. *Goth.* Sensus est: Non jure magistratus, sed speciali legis concessione. *Anf.*

conditione, aut ex die certo datus fuerat: quamdiu [1] conditio aut dies pendebat, ex eiſdem legibus tutor dari poterat [2]. Item ſi pure datus fuerat: quandiu ex teſtamento nemo heres exiſtebat, tamdiu ex eiſdem legibus tutor petendus erat: qui definebat eſſe tutor, ſi conditio extiterat, aut dies venerat, aut heres extiterat.

§. 2. Ab [3] hoſtibus quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui definebat eſſe tutor, ſi is, qui captus erat, in civitatem reverſus fuerat. nam reverſus recipiebat tutelam jure [4] poſtliminii.

§. 3. Sed ex his legibus tutores pupillis deſierunt dari, poſteaquam primò conſules [5] pupillis utriuſque ſexus tutores ex inquiſitione [6] dare cœperunt, deinde prætores ex conſtitutionibus. Nam ſupradictis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda, rem ſalvam pupillis fore: neque de compellendis tutoribus ad tutelæ adminiſtrationem, quidquam cavebatur. §. 4. Sed hoc jure utimur, ut [7] Romæ quidem præfectus urbi, vel prætor ſecundum [8] ſuam juriſdictionem: in provinciis autem præſides [9] ex inquiſitione tutores crearent, vel magiſtratus juſſu [10] præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates. §. 5. Nos autem per conſtitutionem [11] noſtram hujuſmodi difficultates hominum reſecantes, nec exſpectata juſſione præſidum, diſpoſuimus: ſi facultates pupilli vel adulti uſque ad quingentos ſolidos valeant, defenſores [12] civitatum una cum ejuſdem civitatis religioſiſſimo antiſtite, vel alias publicas perſonas, id eſt, magiſtratus, vel juridicum Alexandrinæ [13] civitatis, tutores vel curatores creare: legitima cautela [14] ſecundum ejuſdem conſtitutionis normam præſtanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt. §. 6. Impuberes autem in tutela eſſe, naturali [15] juri conveniens eſt: ut is, qui perfectæ ætatis non ſit, alterius tutela regatur. §. 7. Quum ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant: poſt pubertatem tutelæ judicio [16] rationem reddunt.

1 l. 11. ff. de teſtam. tut.
2 Quidam Curatorem pendente tutela dari putant. Vid. Treutl. De tutel. tit. 2. lit. b. Anſ.
3 l. 15. ff. de tut.
4 l. 8. ff. de tut. & rat.
5 Facit l. 11. §. 1. ff. de confirmando tutore.
6 Al. jurisdictione. Charond. ex Tb.
7 l. pen. §. Roma. ff. de exc. tut. Nov. 118. c. 5.
8 Adde l. ult. ff. de juriſd.
9 l. 1. infr. de tutor. dat. ab his.
10 Juſſus non pro delegatione, ſed evocatione & monitione capitur. l. 1. §. 6. ff. de magiſtr. conv. l. 46. §. 6. ff. de Adminiſtr. tutor. Anſ.
11 l. 30. C. de Epiſc. aud.
12 Donationes. l. 19. ff. de tutorii us datis. Goth. Veram ſolidi æſtimationem vide ff. de donat. §. 2. in not.
13 l. 2. ff. de officio jurid. 14 l. 23. ff. de magiſtratibus conveniendis. 15 l. 1. ff. de minor. 16 l. 1. §. 3. ff. de tut. & ration.

Tit. XXI.

DE AUCTORITATE [1] TUTORUM.

1 xxvi. D. viii. v. C. 41x.

In quibus cauſis ſit neceſſaria. 2. *Quomodo interponi debeat.* 3. *Quo caſu interponi non poſſit.*

AUctoritas autem tutoris in quibuſdam cauſis neceſſaria pupillis eſt, in quibuſdam non eſt neceſſaria. ut ecce, ſi quid dari ſibi ſtipulentur [2]: non eſt neceſſaria tutoris auctoritas. quod ſi aliis promittant pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas. Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter, quam [cum] tutoris auctoritate [3]. unde in his cauſis, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, ut in emptionibus, venditionibus [4], locationibus, conductionibus, mandatis, depoſitis: ſi tutoris auctoritas non interveniat: ipſi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur: at invicem pupilli non obligantur.

§. 1. Neque tamen [5] hereditatem adire, neque bonorum poſſeſſionem [6] petere, neque hereditatem ex fideicommiſſo [7] ſuſcipere aliter poſſunt, niſi tutoris auctoritate (quamvis [illis] lucroſa [8] ſit) ne [9] ullum damnum habeant. §. 2. Tutor autem ſtatim in ipſo negotio [10] præſens debet auctor fieri, ſi hoc pupillo prodeſſe exiſtimaverit, poſt tempus verò, vel per epiſtolam interpoſita auctoritas, nihil agit [11]. §. 3. Si inter tutorem pupillumque judicium agendum ſit; quia ipſe tutor in [12] rem ſuam auctor eſſe non poteſt: non prætorius tutor (ut olim) conſtituitur, ſed curator [13] in locum ejus datur: quo [curatore] interveniente, judicium peragitur, & eo peracto, curator eſſe deſinit.

2 Vide l. 1. C. cod. 3 l. 28. in pr. ff. de pactis. 4 l. 5. §. 1. ff. eod. 5 Vide l. 9. §. 3 ff. eod. 6 l. 11. ff. eod. 7 l. 9. §. 4. ff. eod. 8 Propter l. 189. ff. de R. J. & l. 9. ff. de acq. hered. Anſ. 9 Quæri poteſt, quemadmodum quis damnum habere poſſit, lucroſam hereditatem adeundo? Fruſtra Accurſius hoc loco laborat: legendum eſt ex Theophilo, *nec ullum damnum habeat*, & ita Caius in l. 9. ff. eod. unde hic locus deſumptus eſt. 10 l. 9. §. pen. eod. 11 Vide Notata ad l. 9. §. pen. ff. eod. 12 Vide l. 1. ff. eod. 13 Vide l. 1. C. de in litem dando tut.

Tit. XXII.

QUIBUS [1] MODIS TUTELA FINITUR.

1 v. C. lx.

De pubertate. 1. *De capitis deminutione.* 2. *De eventu conditionis.* 3. *De morte.* 4. *De capitis deminutione.* 5. *De tempore.* 6. *De remotione & excuſatione.*

PUpilli pupillæque, cùm puberes eſſe cœperint, [à] tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolùm ex annis, ſed etiam [2] ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant [3]. Noſtra autem majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum [exiſtimans,] bene putavit: quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt; inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo [noſtra 4] ſancta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimumquartum annum completum illico initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam, [in] ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecim annos completos viripotentes eſſe credantur. §. 1. Item finitur tutela, ſi [5] adrogati ſint adhuc impuberes, vel [6] deportati: item ſi in ſervitutem pupillus redigatur, vel [ſi] ab hoſtibus captus fuerit. §. 2. Sed & ſi uſque ad certam conditionem [7] datus ſit [tutor] teſtamento: æque evenit, ut deſinat eſſe tutor exiſtente conditione.

§. 3. Simili modo finitur tutela morte [8] vel pupillorum, vel tutorum. §. 4. Sed & capitis deminutione tutoris, per quam libertas vel civitas amittitur, omnis tutela perit. Minima autem capitis deminutione [9] tutoris, veluti ſi ſe in adoptionem dederit, legitima tantùm [10] tutela perit, cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licèt minima ſit, omnes tutelas tollit. §. 5. Præterea qui ad certum tempus teſtamento dantur tutores, [11] finito eo, deponunt tutelam. §. 6. Deſinunt etiam tutores eſſe, qui vel removentur à tutela ob id quòd [12] ſuſpecti viſi ſunt: vel qui ex juſta cauſa ſeſe excuſant, & onus adminiſtrandæ tutelæ deponunt, ſecundum ea quæ inferius proponemus.

2 Al. *ex habitu. dine.* Vide l. 32. ff. de minor. l. 3. C. ſi minor ſe majorem. 3 Al. *ſolebant.* 4 l. ult. C. cod. 5 l. 5. in fin. C. de auctor. præſtand. 6 l. 14. ff. de tutel. 7 Vide l. 14. §. 3. in fin. ff. de tutelis. 8 Vide l. 4. ff. de leg. tut. vide Sebaſtianum Medicem tractatu, *Mors omnia ſolvit.* Ratio eſt, quia ſublato jure ſucceſſionis, ſolvitur quoque tutela. arg. verſ. *quia plerumque. Inſt. de legit. patr. tutel.* Anſ. 9 Vide l. 7. in pr. D. de capit. min. 10 Abrogatum *Novell.* 118. c. 4. Anſ. adde *Vinn. ad §. ult. Inſt. de legit. agnator. ſucc.* S. L. 11 l. 14. §. 3. D. de tutel. §. 3. ſupr. qui teſtam. tut. dant. 12 l. 14. §. 4. D. de tutelis.

Tit. XXIII.

DE [1] CURATORIBUS [2].

1 xxvii. D. x. v. C. xx.

De adultis. 3. *De furioſis prodigis.* 4. *Mente captus, ſurdus, perpetuo morbo laborantibus.* 5. *De pupillo.*

MAſculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, uſque ad viceſimumquintum annum [3] completum curatores accipiunt: quia [4] licèt puberes ſint, adhuc tamen ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſint. §. 1. Dantur autem curatores ab [5] eiſdem magiſtratibus, à quibus & tutores. Sed curator teſtamento non [6] datur: datus tamen confirmatur [7] decreto prætoris vel præſidis. §. 2. Item inviti [8] adoleſcentes, curatores non accipiunt, præterquam in litem [9]. curator enim & ad certam cauſam dari poteſt. §. 3. Furioſi quoque & prodigi, licet [10] majores vigintiquinque annis ſint: tamen in curatione ſunt agnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed ſolent Romæ præfectus urbi vel prætores, & in provinciis præſides ex inquiſitione [11] eis curatores dare. §. 4. Sed & mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia [12] rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt) curatores dandi ſunt. §. 5. Inrerdum autem & pupilli curatores accipiunt: utputa, ſi legitimus tutor [13] non ſit idoneus: quoniam habenti [14] tutorem, tutor dari non poteſt. Item ſi teſtamento datus tutor, vel a prætore, aut præſide, idoneus non ſit ad adminiſtrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminiſtret, ſolet ei curator adjungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, ſed [15] ad tempus à tutela excuſantur, ſolent curatores dari. §. 6. Quod ſi tutor adverſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minus negotia pupilli adminiſtrare poſſit: & pupillus vel abſit, vel infans ſit, quem velit actorem, [16] periculo ipſius tutoris prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto conſtituet [17].

5 D. quibus l. 3. D. de tut. & rat. 6 Vide l. 1. in fin. l. 2. §. 1. D. de confirm. tut. 7 Vide l. 1. in fi. D. de confirm. tut. l. 6. C. de negotiis. l. 7. C. de teſtam. tut. 8 Imò inviti arg. l. 7. §. 2. de minor. l. 2. §. 4. D. qui petant tutores. l. 3. §. 2. D. de tut. Goth. Quod & mores ubique probant *Vinn. Haro, Vinc.* & *Groot mercat. hic.* S. L. 9 Ut ſolutionem. l. 7. §. 2. D. de minoribus. 10 l. 16. D. de curatore furioſi, &c. 11 Vide l. 27. D. 1. & 5. C. 70. 12 l. 2. ff. eod. 13 l. 13. D. de tut. 14 Vide l. 27. D. de teſtam. tut. & ibi Not. 15 Ut §. 7. J. de excuſ. l. 10. §. qui primipilum. D. de excuſ. de adm. tut. 17 Datum etiam matri. l. 8. ff. de curat. furioſi ventri & bonis. titul. de curatore bonis dando.

Tit. XXIV.

DE [1] SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.

1 v. C. xlii.

Qui ſatisdare coguntur. 1. *Quatenus ſatisdatio in iis, qui ſatisdare non coguntur, locum habeat.* 2. *Qui teneantur ex adminiſtratione tutelæ, vel curationis.* 3. *Si tutor vel curator cavere nolit.* 4. *Qui dicta actione non tenentur.*

NE tamen pupillorum pupillarumve, & eorum qui quæve in curatione ſunt, negotia à curatoribus, tutoribuſque conſumantur, vel deminuantur: curet prætor, ut & tutores, & curatores eo nomine [2] ſatisdent. Sed hoc non eſt perpetuum. nam tutores teſtamento dati [3] ſatisdare non coguntur: quia fides eorum & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt. item ex inquiſitione tutores vel curatores dati, ſatisdatione non [4] oneruntur: quia idonei electi ſunt. §. 1. Sed ſi ex teſtamento vel inquiſitione duo pluresve dati fuerint: poteſt [5] unus offerre ſatisdationem [6] de indemnitate pupilli vel adoleſcentis, & contutori ſuo vel concuratori præferri, ut ſolus adminiſtret: vel [7] ut contutor [aut concurator] ſatis offerens præponatur ei, ut & ipſe ſolus adminiſtret. Itaque per ſe non poteſt petere ſatisdationem à contutore ſuo vel concuratore: ſed offerre debet, ut electionem det concuratori [8] vel contutori ſuo, utrum velit, ſatis accipere, an ſatisdare. Quod ſi nemo eorum ſatis offerat: ſi quidem adſcriptum fuerit à teſtatore, quis [9] gerat: [10] ille gerere debet. Quod ſi non fuerit adſcriptum: quem [11] major pars elegerit, ipſe gerere debet, ut edicto prætoris cavetur. Sin autem ipſi tutores diſſenſerint circa eligendum eum, vel eos qui gerere debent: prætor partes [12] ſuas interponere debet. Idem & in pluribus ex inquiſitione datis comprobandum eſt: id eſt, ut major pars eligere poſſit, per quam adminiſtratio fiat.

§. 2. Sciendum autem eſt, non ſolum tutores vel curatores pupillis, vel adultis, cæteriſque perſonis ex adminiſtratione rerum teneri: ſed etiam [13] in eos, qui ſatisdationem accipiunt, ſubſidiariam actionem eſſe: quæ ultimum eis præſidium poſſit adferre. Subſidiaria autem actio in eos datur, qui aut omnino à tutoribus vel curatoribus ſatisdari non curaverunt [14], aut non idoneè paſſi ſunt cavere. Quæ quidem tam ex prudentium reſponſis, quàm ex conſtitutionibus imperialibus etiam [15] in heredes eorum extenditur. §. 3. Quibus conſtitutionibus & illud exprimitur, ut niſi caveant tutores & curatores [16], pignoribus captis coërceantur.

§. 4. Neque autem [17] præfectus urbi, neque prætor, neque præſes provinciæ, neque quiſquam alius, cui tutores dandi jus eſt, hac actione tenebitur: ſed hi tantummodo, qui ſatisdationem exigere ſolent.

2 l. 1. D. qui ſatisdare l. 7. D. rem pupilli. Goth. Inquiritur de dativis ſine inquiſitione *in fin. h. t.* l. 4. C. in quib. cauſ. in integr. l. 3. C. de poſtlim. reverſ. l. 27. verſ. item ut. C. de Epiſcop. and. l. fin. §. 6. verſ. ſin autem. C. de Curat. fur. Anſ. 3 Vide l. 17. de teſt. tut. 4 Vide l. 8. ff. de cur. fur. 5 Vide l. 17. in pr. ff. de teſtam. tut. 6 Al. offerre ſatis. Ut in §. ult. Inſtit. & l. 5. ff. de ſuſpect. tutor. & paſſim. Ruſſard. & Duaren. 7 l. 38. §. 20. ff. de verb. obl. 8 Velut reo. l. 10. in fin. ff. de jure dotium. 9 Vide l. 14. §. 1. ff. de ſolutionib. 10 Vide l. 3. §. 1. ff. de adm. tut. 11 l. 14. §. 1. ff. de ſalution. l. 3. §. 5 ff. judicatum ſolvi. 12 Ut l. 17. in fin. ff. de teſt. tut. adde l. 5. §. 3. de ventre inſpic. l. 3. §. 5. ff. judicatum ſolvi. 13 Vide l. 1. ff. de magiſtratib. con. & ibi notat. 14 l. 1. §. 11. ff. de magiſt. conveniendis. 15 Vide l. 2. C. de magiſt. conven. 16 l. 3. in prin. C. de ſuſpect. l. 4. §. 2. ff. de dam. l. 9. in fin. ff. ad l. Jul. pec. 17 l. 1. §. 1. D. de magiſtr. conven.

Tit. XXV.

DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM [1] VEL CURATORUM.

1 xxvii. D. i. & v. C. lxii. ad lxx.

De polypædia. 1. *De adminiſtratione rei fiſcalis.* 2. *De abſentia reip. cauſa.* 3. *De poteſtate.* 4. *De lite.* 5. *De tribus oneribus tutelæ vel curæ.* 6. *De paupertate.* 7. *De adverſa valetudine.* 8. *De literarum imperitia.* 9. *De ætate propter inimicitias: & de tutore qui teſtatori conſenſit.* 10. *De ignorantia teſtatoris.* 11. *De inimicitiis.* 12. *De ſtatus controverſiam paſſo.* 13. *De ætate.* 14. *De militia.* 15. *De grammatico, rhetoribus & medicis.* 16. *De tempore & modo proponendæ excuſationes.* 17. *De excuſatione pro parte patrimonii.* 18. *De excuſationibus proprias curatorum. De tutela geſtione.* 19. *De nuptiis.* 20. *De falſis allegationibus.*

EXcuſantur autem tutores & curatores variis ex cauſis [2]: plerunque tamen [3] propter liberos, ſive in poteſtate ſint, ſive emancipati. Si enim tres liberos ſuperſtites Romæ quis habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque: à tutela vel cura poteſt excuſari, exemplo cæterorum munerum. nam & tutelam & curam placuit publicum [4] munus eſſe. Sed adoptivi liberi non proſunt. in adoptionem autem dati, naturali patri proſunt. Item nepotes ex filio proſunt ut in locum patris ſui ſuccedant: ex filia non proſunt. Filii autem ſuperſtites tantùm ad tutelæ vel curæ muneris excuſationem proſunt: defuncti autem non proſunt. Sed ſi [5] in bello amiſſi ſunt: quæritum eſt, an proſint? Et conſtat eos [6] ſolos prodeſſe, qui in acie amittuntur: hi enim qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere [7] intelliguntur.

§. 1. Item divus Marcus in Semeſtribus [8] reſcripſit, eum [9] qui res fiſci adminiſtrat, à tutela vel cura, quamdiu adminiſtrat, excuſari

2 Excuſationes tutorum hodie arbitrariæ ſunt, & magiſtratus prudentiæ committuntur. S. L. 3 Vide l. 1. C. qui num. lib. Adde l. 7. §. 3. ff. de bon. damnatorum. Anſ. 4 Imò reipublicæ munus non eſt l. 6. §. tutelæ ff. eod. 5 l. 18. ff. eod. vide l. ult. de vacat. munerum. 6 Vide l. ult. in pr. D. de vacat. muner. 7 Et omnium beatiſſimi. Cicero *in ſomnio: & Tuſculan.* 1. Herodotus, l. 1. *ubi de Tello loquitur. Ammian. lib.* 23. 31. honore digni, ut alimenta liberis eorum conſtituenda ſint ex publico. *Solon apud Laërt.* Athenis publicè ſepulti & quotannis laudati. *Plato in Menexe. Epitaphium Demoſthenis. Pericles apud Thucydid.* 2. *Plut. in Hocrate. Polyb.* 6. *Cic. de oratore.* Quinimo & matronæ poſt mortem decreto ſenatus laudatæ, quæ aurum in belli uſum contuliſſent. *Livius* 5. Hujuſmodi mora dulcis, decora ac præclara. *Horat.* 3. *carm. Cic. Tuſcul.* 1. *Valer. Max.* Porrò quæ & quibus ex cauſis patriæ nos & noſtra debeamus, oſtendit Theon ſophiſtes & Hierocles in exemplis Ἀπομνημάτων. Goth. In tantum ut filius mortui præferatur in ſucceſſione majoratus ſuo patruo. Georg. Cabed. *deciſ.* 147. *Valaſc. conſ.* 148. *num.* 37. quem vide, & adde Georg. Acac. *de privileg. milit. lib.* 2. *cap.* 3. Anſ. 8 Semeſtria quæ dicantur, dixi ad Theophilum *hoc loco.* 9 Vide l. 19. C. eod.

cessari posse. §. 2. Item qui [1] reipublicæ causa absunt, à tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint tutores vel curatores [dati], deinde reipublicæ causa abesse cœperint, a tutela vel cura excusantur, quatenus reipublicæ causa absunt: & interea curator [2] loco eorum datus: qui si reverti fuerint, recipiunt onus tutelæ. nam nec anni [3] habent 4 vacationem, ut Papinianus libro quinto Responsorum scripsit. nam hoc spatium habent ad novas tutelas vocari. §. 3. Et qui [4] potestatem aliquam habent, te excusare possunt, ut divus Marcus rescripsit: sed suscepram tutelam deserere non possunt. §. 4. Item propter [6] litem, quam cum pupillo vel adulto tutor vel curator habet, excusari non potest: nisi forte de omnibus bonis, vel hereditate 7 controversia sit. §. 5. Item [8] tria onera tutelæ non adfectata, [9] vel curæ, præstant vacationem, quandiu administrantur: ut tamen plurium pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una computetur.

§. 6. Sed [10] & propter paupertatem excusationem tribui, tam divi fratres, quam per se divus Marcus rescripsit, si quis imparem se oneri injuncto possit docere. §. 7. Item propter [11] adversam valetudinem, propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, excusatio locum habet. §. 8. Similiter eos qui literas [12] nescunt, esse excusandos, divus Pius rescripsit: quamvis [13] & imperiti literarum possint ad administrationem negotiorum sufficere. §. 9. Item si propter [14] inimicitias aliquem testamento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat ei excusationem: sicut per contrarium non excusantur, qui se tutelam administraturos patri pupillorum [15] promiserant. §. 10. Non esse autem admittendam excusationem ejus, qui hoc solo utitur, quod [16] ignotus patri pupillorum sit, divi fratres rescripserunt. §. 11. Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales [17] fuerunt, nec reconciliatio intervenit, a tutela vel cura solent excusare. §. 12. Item is, qui statu controversiam [18] à pupillorum patre passus est, excusatur à tutela. §. 13. Item major [19] septuaginta annis a tutela & cura se potest excusare. minores autem vigintiquinque annis, olim quidem excusabantur: nostra [20] autem constitutione prohibentur ad tutelam vel curam adspirare: adeo, ut nec excusatione opus sit. Qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad legitimam tutelam vocetur, nec adultus: quum sit molestum, eos [21] qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere nosceruntur, & ab aliis regantur, aliorum tutelam vel curam subire. §. 14. Idem & [22] in milite observandum est, ut nec volens ad tutelæ onus admittatur. §. 15. Item Romæ [23] grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria sua has artes exercent, & intra numerum sunt, à tutela & cura habent vacationem. §. 16. Qui autem vult se excusare, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non probaverit, aliis [24] uti intra tempora [constituta], non prohibetur. Qui autem excusare se volunt, non [25] appellant: sed intra quinquaginta [26] dies continuos [27], ex quo cognoverint se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent, cujuscunque generis [28] sint, id est, qualitercunque dati fuerint tutores: si [29] intra centesimum [30] lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores dati sunt. Si vero ultra centesimum lapidem habitant, dinumeratione facta viginti millium diurnorum, & amplius triginta dierum: qui tamen (ut Scævola dicebat) sic debent computari, ne minus sint, quam quinquaginta dies. §. 17. Datus autem tutor, ad [31] universum patrimonium datus esse creditur.

§. 18. Qui tutelam alicujus gessit [32], invitus curator ejusdem fieri non compellitur: in tantum, ut licet paterfamilias, qui testamento tutorem dedit, adjecerit, se eundem curatorem dare, tamen invitum eum curam suscipere non cogendum, divi Severus [33] & Antoninus rescripserunt. §. 19. Idem rescripserunt, maritum

[1] C. 5. & 6. [2] Arg. l. 11. §. 2. ff. [3] Imo tutor. l. 12. C. de tut. [4] §. 2. [6] ff. de tutor. l. 9. ff. de tut. & cur. [8] De quo l. 10. §. 1. & 2. ff. [9] Habent. l. 10. C. eod. & §. 1. D. eod. [10] Id est, impetrant. l. 11. C. eod. [11] Arg. l. fin. l. 3. ff. De off. [12] Secus in minoribus magistratibus l. 17. §. ult. ff. eod. [13] Al. nec plurima pars. Cujac. Ruff. [14] Vide l. 1. C. 69. & l. 2. §. ult. l. 3. §. 4. 5. 6. ff. eod. Goth. Item una, si sit tam magna, ut pro pluribus sedat. l. 31. §. 4. ff. h. t. Anf. [15] Vide l. 21. §. 6. ff. de tutor. dativ. De affectandi verbo dixi ad l. 8. in fin. ff. ad l. Aqu. [16] l. 7. ff. eod. [17] Vide lib. 5. C. 67. [18] Pingere sc. l. 6. in fin. ff. eodem. Cur autem? vide l. 8. D. h. adm. tut. [19] Hic non confirmat præcedentia, sed restringit: & idem est ac si dixisset, Nisi; quomodo significationem ejus particulæ non uno in loco inveni, ut in l. 7. §. sequit. ff. ad exhib. l. 2. §. si certum pet. ff. de pract. l. 17. c. §. 6. ff. de Verb. oblig. Anf. [20] Vide 10. C. 66. [21] Adde l. 29. ff. de test. tut. [22] Ignotus ita potest heres instituí l. 11. C. de hered. inst. Ignotus potestne esse tutor? vide Nov. 90. c. 1. [23] l. 6. § 17. ff. eod. [24] Adde d. l. 6. §. pen. [25] Vide 5. C. 68. [26] l. fin. C. de leg. tut. [27] Nov. 118. c. 5. [28] l. 4. C. qui vel ex tut. l. 8. 9. 10. Ff. 1. [29] l. 6. §. 1. ff. eod. [30] Dixi ad l. 21. §. 3. ff. de excusat. tut. [31] l. 21 §. 2. ff. eod. [32] l. 20. C. eod. [33] hoc rescriptum hodie non extat. Goth. simile tamen est Diocl. & Max. in l. curator. C. eod. Ruff. [34] uxori suæ curatorem datum, excusare se posse [35], licet se imiteat. §. 20. Si quis autem falsis [36] allegationibus excusationem tutelæ mentiri, non est liberatus onere tutelæ.

Aut tutores. adde 17. Gell. 6. [35] l. 2. C. qui dar. tut. vel cur. Anf. [36] Vide lib. 5. C. 63.

Tit. XXVI.

DE SUSPECTIS [1] TUTORIBUS, VEL CURATORIBUS.

[1] xxvi. D. x. & 4. C. xliii.

Unde suspecti crimen desciscat. 1. Qui de hoc crimine cognoscunt. 2. Quæ suspecti fieri possunt. 3. Qui possint suspectos postulare. 5. Quid dicatur suspectus. 6. De effectu remotionis. 7. De effectu accusationis. 8. de morte accusati. 9. Si tutor copiam sui non faciat. 10. Si neget alimenta decerni posse. Si tutelam redemerit. 11. De liberto fraudulenter administrante. 12. Si suspectus satis offerat. 13. Quo dicatur suspectus.

SCiendum est, suspecti crimen ex [2] lege duodecim tabularum descendere. §. 1. Datum [3] est autem jus removendi tutores suspectos Romæ prætori, & in provinciis præsidibus earum, & legato 4 proconsulis. §. 2. Ostendimus 5 qui possint de suspecto cognoscere: nunc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti, sive sint 6 testamentari, sive non sint, sed alterius generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid, si patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus 7 famæ patroni parcendum esse, licet ut suspectus remotus fuerit. §. 3. Consequens [8] est, ut videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est, quasi [9] publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus patere [10]. Quinimo & mulieres [admittuntur ex rescripto divorum Severi & Antonini:] sed ex solæ, quæ pietatis necessitudine [11] ductæ, ad hoc procedunt: ut puta mater, nutrix quoque, & avia, potest & soror. sed & si qua alia mulier fuerit, quam prætor propensa [12] pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam, non sustinere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem. §. 4. Impuberes [13] non possunt tutores suos suspectos postulare. puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere: & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. §. 5. Suspectus autem est, qui [14] non ex fide tutelam gerit, licet [15] solvendo sit, ut Julianus quoque scripsit. Sed & ante [16] quam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Julianus scripsit: & secundum eum constitutum est. §. 6. Suspectus autem remotus, si quidem [17] ob dolum, famosus est: si ob culpam, non æque [18].

§. 7. Si quis autem suspectus postulatur; quoad cognitio finiatur [19], interdicitur ei administratio, ut Papiniano visum est.

§. 8. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit: posteaquam tutor vel curator [20] decesserit, extinguitur suspecti cognitio. §. 9. Si quis tutor copiam sui non faciat; ut alimenta pupillo decernantur, cavetur epistola divorum Severi & Antonini, ut in [21] possessionem bonorum ejus pupillus mittatur: & quæ mora deteriora futura sunt, dato curatore distrahi jubentur. Ergo ut suspectus removeri poterit, qui [22] non præstat alimenta. §. 10. Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni: si hoc per mendacium dicat: remittendum eum esse ad præfectum urbi puniendum placuit: sicut ille remittitur, qui data [23] pecunia ministerium tutelæ [24] adquisierit, vel redemerit. §. 11. Libertus [25] quoque si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus. §. 12. Noviſſime autem sciendum est, eos, qui fraudulenter tutelam administrant, etiam si satis offerant, removendos esse à tutela: quia [26] satisdatio tutoris propositum malevolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat. §. 13. Suspectum etiam [27] eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimverò tutor vel curator, quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, removendus non est quasi [28] suspectus.

[2] l. 1. §. 2. D. eod. Cic. 3. offic. [3] d. l. 1. §. 3. [4] d. l. 1. §. 4. [5] d. l. 1. §. 5. [6] Vide l. 4. C. eod. [7] l. 11. ff. de def. [8] l. 1. §. 6. D. eod. [9] l. 1. §. 6. D. eod. l. 6. C. eod. l. 1. §. fusp. ff. de Test. D. ad Turpil. [10] l. 1. §. 6. ff. & l. 6. C. h. t. Anf. [11] Adde l. 5. §. 2. ff. quibus ex causis in possessionem l. 1. §. 7. ff. de suspect. [12] In Florentin. est perpensa. [13] l. 6. in fin. C. eod. l. 7. ff. eod. [14] l. 3. §. 5. ff. eod. [15] Arg. l. 5. in pr. ff. eo. licet etiam latisfecerit. l. 5. l. 6. ff. eod. [16] l. 3. §. 5. vers. quod si quid admisit. ff. eod. [17] Vid. Inst. C. eod. [18] Vid. l. 3 §. ult. l. 4. ff. eod. Alii & Th. nequaquam. al. non adeo non similiter. C. aut. legit, nullo modo. Charond. [19] Vide l. 7. C. eod. l. 14. §. 2. in fin. ff. de fol. [20] Vel esse desierit. l. pen. ff. eod. [21] l. 7. § 2. D. eod. [22] l. 3. §. tutor. ff. eo. [23] l. 3. §. 15. D. eo. l. 1. §. fiscus. ff. de offic. præf. urb. [24] Cujac. legit, manifestus tutelam. [25] l. 2. ff. eod. [26] Vid. l. 5. 6. ff. eo. [27] Al. enim. Cusi. [28] l. 17. §. 4. ff. de adopt. Goth. Ergo boni mores præferuntur divitiis. Adde l. 21. §. 5. ff. de tut. & cur. dat. l. 7. §. 4. ff. de Admin. Lauterb. tr. de Arm. & Leg. num. 88. Anf.

INSTITUTIONUM, SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

LIBER SECUNDUS.

Tit. I.

DE [1] RERUM DIVISIONE, [ET [2] ADQUIRENDO IPSARUM [3] DOMINIO.]

[1] i. D. viii. [2] xli. D. i. [3] Vide Ulp. tit. de dominiis & adquisitionibus rerum 19. ubi varias species adquirendi dominii refert ex antiquo & veteri Romanorum jure. Adde Caium l. 2. tit. de reb. i.

Continuatio, duplex rerum divisio. 1. De aëre, aqua profluente, mari, littore & ædificiis in littore positis. 2. De fluminibus & portubus. 3. Definitio littoris. 4. De usu & proprietate riparum. 5. Littorum. 6. De rebus universitatis. 7. De Nullius. 8. Sacris. 9. Religiosis. 10. Sanctis. 11. Et Singulorum. 12. De occupatione ferarum. 13. De vulneratione. 14. De apibus. 15. De pavonibus & columbis, & cæteris animalibus mansuefactis. 16. De gallinis, & anseribus. 17. De captis ab hostibus. 18. De inventis in littore. 19. De fetis animalium. 20 De his quæ ad flumen vel mare pertinent. De alluvione. 21. De vi fluminis. 22. De insulis. 23. De alveo. 24. De inundatione. 25. De specificatione. 26. De accessione. 27. De confusione. 28. De commixtione. 29. De his quæ solo cedunt. De ædificatione in suo solo, ex aliena materia. 30. Vel in alieno solo, ex sua materia. 31. De plantatione. 32. De satione. 33. De his quæ quasi solo cedunt. De scriptura. 34. De pictura. 35. De fructuum perceptione. 39. De thesauro. 40. De traditione. 44. De quasi traditione. De traditione præcedente ex alia causa. 45. De traditione Clavium. 46. De missilibus. 47. De habitis pro derelicto. 48. De jactu in mare levandæ navis causa. De his quæ de rheda currente cadunt.

SUperiore libro de jure personarum exposuimus: modo videamus de rebus: quæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium [4] nostrum habentur. Quædam [5] enim naturali jure communia sunt omnium, quædam publica, quædam universitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, quæ ex variis causis cuique adquiruntur, sicut ex subjectis apparebit.

§. 1. Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc: aër [6], aqua profluens, & mare [7], & per hoc littora maris [8]. Nemo [9] igitur ad littus maris accedere prohibetur [10]: dum tamen à villis, & monumentis, & ædificiis [11] abstineat. quia non sunt juris gentium, sicut est mare. §. 2. Flumina autem omnia [12], & portus publica [13] sunt. ideoque jus piscandi [14] omnibus commune est in portu fluminibusque. §. 3. Est autem littus [15] maris, quatenus hybernus [16] fluctus maximus excurrit. §. 4. Riparum quoque usus [17] publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. itaque [18] naves ad eas appellere, funes arboribus ibi natis religare, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut per ipsum flumen navigare. sed proprietas earum illorum est [19], quorum prædiis hærent. qua de causa arbores quoque in iisdem natæ, eorundem sunt. §. 5. Littorum quoque usus publicus est, & [20] juris gentium, sicut & ipsius maris. & ob id cuilibet liberum est casam [21] ibi ponere, in quam se recipiat: sicut retia siccare, & ex [22] mari deducere. Proprietas autem eorum potest intelligi nullius esse: sed ejusdem juris esse, cujus & mare, & quæ subjacet mari terra vel arena. §. 6. Universitatis sunt, non singulorum, quæ in civitatibus sunt theatra, stadia, & si qua alia sunt [23] communia civitatum.

§. 7. Nullius [24] autem sunt res sacræ, & religiosæ, & sanctæ. quod enim divini juris est, id [25] nullius in bonis est. §. 8. Sacræ res sunt, quæ rite per pontifices Deo consecratæ sunt [26]: veluti ædes sacræ, & donaria, quæ rite ad ministerium Dei dedicata sunt: quæ etiam per nostram [27] constitutionem alienari & obligari prohibuimus: excepta [28] causa redemptionis captivorum. Si quis autem auctoritate sua quasi sacrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum. Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædificatæ, etiam diruto [29] ædificio sacer adhuc [30] manet, ut & Papinian. scripsit.

§. 9. Religiosum [31] locum unusquisque sua voluntate facit, dum mor-

[4] Ἀναγκαίως ἡ περιουσίαν vertit Th. Datu tertiam ex l. 1. ff. De Ulpp. legat. sed loquitur de servitute constituta per l. 4. ff. De Usufruct. Anf. [5] l. 2. D. eod. [6] ὡς τὸ ἀέρα τὸ ἔνυδρον Theoph. [7] l. 13. in fin. D. de injur. [8] Tanquam accessorium. l. 2. ff. h. t. Anf. [9] l. 4. D. eod. [10] Al. addunt & piscandi causa. [11] Imò ædificare potest. l. 1. §. antep. ff. de novi oper. l. 14. l. 50. ff. de adq. rer. dom. [12] In aliis, flumina pene omnia. [13] l. 4. l. 5 ff. eo l. 3. ff. de flumin. [14] Vide l. 1. §. ff. quis. ff. ne quid in loco pub. [15] l. 96. l. 102. D. de verb. sign. [16] 2. Harmenopulus 2. [17] Vide l. 30. §. 1. ff. de adq. rer. [18] Vide l. un. §. 1. ff. ut in flumine. [19] l. 1. §. 6. ff. ne quid in flum. publ. Anf. [20] l. 4. D. ne quid in loco publ. [21] l. 5. l. 6. D. eod. l. 14. D. de adq. rer. dom. Quid casa, vide l. fin. D. de usufruct. [22] l. 5. D. eod. [23] Vide l. 122 in pr. ff. de legat. 1. [24] adde omnia Theoph. sunt autem hujusmodi vel destinatione, vel natura, vel eventu, vel tempore, vel facto. Mynsin. [25] Vide l. 83. §. sacram. ff. de verb. obl. l. 182. D. de reg. jur. [26] His etiam continentur res sanctæ. l. 2. ff. Ne quid in loc. sac. Anf. [27] l. 21. C. de sac. ec. [28] l. 21. C. de sacrosc. eccl. [29] l. 73. ff. de cont. empt. [30] Nisi sit hostium. l. 136. D. de relig. [31] Imò sacrum facit: & quidem ex lege 12 Tab. unde mortuos *sacros* appellat Plutarchus in Numa. Plin. lib. 2. inde etiam factum, ut in sepulchris thesauri conderentur. Plaut. Pseud. Apul. Metamorph 4. Ex sepulchris autem templa sumpsisse refert Eusseb. Lact. Clemens Alexand. l. 9. Præparatici. Plura de sepulturis v. in titulo de religiosis, ubi dixi.

mortuum [1] infert in locum [2] suum. [In communem autem locum purum invito [3] socio inferre non licet.] in commune verò sepulchrum etiam invitis cæteris [4] licet [inferre.] Item si alienus usus-fructus est, proprietarium placet, nisi consentiente usufructuario, locum religiosum non facere. In alienum locum consentiente [5] domino licet inferre: & licet postea ratum [non] habuerit [6], quam illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit. §. 10. Sanctæ quoque res, veluti muri & [7] portæ [civitatis,] quodammodo divini juris sunt: & ideo nullius in bonis sunt. Ideo [8] autem muros sanctos dicimus, quia pœna capitis constituta est in eos [9] qui aliquid in muros deliquerint. Ideò [10] & legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos, [11] qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus. §. 11. Singulorum autem hominum multis [12] modis [13] res fiunt. quarundam enim rerum dominium nanciscimur jure naturali, quod (sicut diximus) appellatur jus gentium: quarundam [vero] jure civili [14]. Commodius est itaque à vetustiore jure [15] incipere: palam est autem vetustius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit. Civilia autem jura tunc esse cœperunt, cum & civitates condi, & magistratus creari, & leges scribi cœperunt. §. 12. Feræ igitur bestiæ, & volucres, & pisces, & [omnia] animalia, quæ mari, cœlo [16] & terra nascuntur: simulatque ab aliquo capta fuerint, jure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim [17] antè nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. nec interest [18], feras bestias & volucres, utrum in suo fundo quis capiat, an [19] in alieno. Planè qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, potest [20] à domino, si is prævideri, prohiberi, ne ingrediatur. Quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur, donec [21] tua custodia coërcetur. Cum verò tuam evaserit custodiam, & in libertatem naturalem sese receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, ut difficilis sit ejus [22] persequutio. §. 13. Illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intelligatur? [Et] quibusdam placuit, statim esse tuam: & eousque tuam videri, donec eam persequaris. quod si desieris persequi: desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii verò putaverunt, non aliter tuum esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant, ut eam non [23] capias.

§. 14. Apium quoque fera natura est. Itaque [apes,] quæ in arbore tua consederint, antequam à te alveo [24] includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. ideoque si alius eas incluserit: is earum dominus erit. Favos quoque, si quos effecerint, eximere quilibet potest. Plane integra re, si [25] prævideris ingredientem fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur. Examen quoque, quod ex alveo tuo evolaverit, eousque intelligitur esse tuum [26], donec in conspectu tuo est, nec difficilis persequutio ejus est, alioquin occupantis fit. §. 15. Pavonum [27] quoque & columbarum fera [28] natura est: nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine evolare & revolare solent. nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. †. Cervos quoque quidam ita mansuetos habent, ut in sylvam ire, & redire soleant: quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. †. In iis autem animalibus quæ ex consuetudine abire & redire [29] solent, talis regula comprobata est, ut eousque tua esse intelligantur, donec animum [30] revertendi habeant: nam si revertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantium. Revertendi autem animum videntur desinere habere tum, cum revertendi consuetudinem [31] desieruerint. §. 16. Gallinarum [32] autem & anserum non est fera natura. idque ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus: item alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve evolaverint: licèt conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui tuæve esse intelliguntur: & qui lucrandi animo [33] ea animalia detinet, furtum [34] committere [35] intelligitur.

§. 17. Item ea [36], quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra fiunt: adeò quidem, ut & liberi homines in servitutem nostram [37] deducantur. qui tamen, si evaserint nostram potestatem & ad suos reversi fuerint: pristinum statum [38] recipiunt.

§. 18. Item lapilli, & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inveniuntur [39], jure naturali statim inventoris fiunt. §. 19. Item ea, quæ ex animalibus dominio tuo subjectis nata sunt, eodem jure tibi adquiruntur. §. 20. Præterea quod per [40] alluvionem agro tuo flumen adjecit, jure gentium tibi adquiritur. Est autem alluvio incrementum latens. Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento [41] adjiciatur. §. 21. Quòd si vis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & vicini prædio attulerit, palam est eam tuam permanere. Planè si longiore tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque, quas secum traxit, in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo adquisitæ [42] esse. §. 22. Insula, quæ in mari nata est, (quod raro [43] accidit) occupantis fit. nullius enim esse creditur. At insula in flumine nata (quod frequenter accidit) siquidem mediam partem fluminis tenet, communis [44] est eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo [sc.] latitudinis cujusque fundi, quæ prope ripam sit. Quòd si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident. Quod si aliqua parte divisum sit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam insulæ redegerit, ejusdem permanet is ager, cujus & fuerat. §. 23. Quod si naturali alveo in universum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam ejus prædia possident: pro modo scl. latitudinis cujusque agri, quæ prope ripam sit: novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus & ipsum flumen est, id est, [45] publicus. Quòd si post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen, rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus prædia possident. §. 24. Alia sane causa est, si cujus totus ager inundatus fuerit: neque enim [46] inundatio fundi speciem commutat: & ob id, si recesserit aqua, palam est eum fundum ejus manere, cujus & fuit. §. 25. Quum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo, quæri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit: utrum is, qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? ut ecce, si quis ex alienis uvis, aut olivis, aut spicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulsum [47] miscuerit: vel ex medicamentis alienis emplastrum aut collyrium compositerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis [48] navem, vel armarium, vel subsellia fabricaverit. Et post multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media [49] sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit [50]: ut ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci. vinum autem, vel oleum, aut frumentum, ad uvas, vel olivas, vel spicas reverti non potest. at ne mulsum quidem ad vinum & mel resolvi potest. Quod si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis: veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum non est, hoc casu eum esse dominum qui fecerit: cùm non solùm operam suam dederit, sed & partem ejusdem materiæ præstiterit.

§. 26. Si [tamen] alienam purpuram vestimento suo quis intexuerit: licet pretiosior sit purpura, tamen accessionis [51] vice cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, adversus eum, qui subripuit, habet furti actionem, & condictionem: sive ipse sit, qui vestimentum fecit, sive alius: nam extinctæ [52] res, licèt vindicari non possint, condici [53] tamen à furibus, & quibusque [54] aliis possessoribus possunt. §. 27. Si duorum materiæ [55] voluntate dominorum confusæ sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est: veluti si qui vina sua confuderint, aut massas argenti vel auri conflaverint [56]. Sed & si diversæ materiæ sint, & ob id propria species facta sit: forte ex vino & melle mulsum, aut ex auro & argento electrum [57], idem juris est: [58] nam & hoc casu communem [59] esse speciem non dubitatur. Quod si fortuitu, & non voluntate dominorum, confusæ fuerint, vel ejusdem generis materiæ, vel diversæ: idem juris esse placuit. §. 28. Quod si frumentum Titii frumento tuo mistum fuerit: si quidem ex voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id est, singula grana, quæ cujusque propria fuerunt, ex consensu vestro communicata sunt. Quòd si casu id mistum fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua voluntate, non videtur [60] commune esse: quia singula corpora in sua substantia durant. Sed nec magis istis casibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur esse communis, si pecora [61] Titii tuis pecoribus mista fuerint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur: in rem [62] quidem actio pro modo frumenti cujusque competit: arbitrio autem judicis [63] continetur, ut ipse æstimet, quale cujusque frumentum fuerit. §. 29. Cùm in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii: quia omne, [64] quod solo inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse: sed tantisper neque vindicare eam potest [65], neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem [66] duodecim tabularum, qua cavetur, NE QUIS TIGNUM ALIENUM ÆDIBUS SUIS JUNCTUM, EXIMERE COGATUR, sed duplum pro eo præstet per actionem, quæ vocatur de tigno juncto. Appellatione [67] autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quòd si aliqua ex causa dirutum [68] sit ædificium, poterit materiæ dominus, si non fuerit duplum jam consequutus, tunc eam vindicare, & ad exhibendum de ea re agere. §. 30. Ex diverso, si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificaverit, illius fit domus, cujus & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem ejus amittit [69]: quia voluntate ejus intelligitur esse alienata, utique si non ignorabat se in alieno solo ædificare. & ideo licèt diruta sit domus, materiam tamen vindicare non [70] potest. Certè illud constat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum: posse eum per [71] exceptionem doli mali repelli [72]: utique si bonæ fidei [73] possessor fuerit, qui ædificavit. Nam scienti alienum solum esse, potest objici culpa, quòd ædificaverit temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse [74]. §. 31. Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii planta erit: si modò utroque casu radices egerit. ante enim quàm radices egerit, ejus permanet, cujus fuerat. Adeò autem ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas ejus commutatur: ut si vicini arbor ita terram Titii presserit, ut in ejus fundum radices egerit: Titii effici arborem dicamus: ratio enim [75] non permittit, ut alterius arbor esse intelligatur, quàm eujus

---

1 Non ad tempus *l.4. ff. de rel. & sumpt. fun.* Ans.
2 Id est, non alienum. *l.1.§.2. ff. de relig.*
3 *l. 2. C. de relig.*
4 Quoniam sepulchro ad hoc usimur. *l.2.§.2. l.6. in pr. ff. de relig.*
5 Quia alias tollere mortuum debet, aut loci pretium præstare. *l.7. ff De religios.* Ans.
6 Ita omnes manuscript. & *Haloander.* Sed Paud. Florent. in *l.6.§.4. ff. eod.* unde hæc desumpta sunt, hic negativam non admittunt. Quæ lectio magis probatur; ut sit sensus, ratihabitionem æquari mandato. *l. 152. ff. de Reg. Jur. l. ult. C. ad SC. Macedon. l. 12. in fin. ff. de Solut. Antun. Cont. Russard. Charond. & Pac.* Vid. *Ant. Augustin. Emendat. lib. 1. c.2.* S. L.
7 Imò portæ non sunt sanctæ. vide *Plutar. in Romanis quæst. & in Romulo.* Quin in *l. sanctum. 8. l. sacra. 9. l. ult. ff. de rer. divis.* portarum non fit mentio, tametsi in *l.2. ff. nequid in loco sacro.* Pandectæ Florentinæ portas faciunt sanctas: ubi tamen vulgata editio sacras facit.
8 Aliam rationem v. hic apud Theoph.
9 *V. l.2. ff. ne quid in loco sacro. l. 3.§. 1. ff. de re milit.*
10 Adde Festum in *verb. sanctum.*
11 *l.41 ff. de pœn.*
12 Octodecim *Hesp.* quas ad tres referre soleo. *L.G.*
13 Id est multis ex causis, & titulis, seu formis justificandi dominii. *Mynsing.*
14 Κ'κριβῶς ἡ πολιτικὸν λέγω, τουτέστι τῶν ῥωμαίων. *Th.*
15 Quod antiquius est, præferatur. fac. *l. Semper ff. de fur. Immun.* Ans.
16 Id est aëre.
17 *l.3. ff. de adq. rer. dom.*
18 Al. Nec interest, quoad feras; ut in *l.3. §.1. ff. de acq. rer. dom.* unde hæc desumpta sunt. *S. L.*
19 Hinc venationis, aucupii, & piscationis jus ad jus gentium referri colligitur.
20 *V. l. 16. ff. de servit. rustic.*
21 *V.l.3. in fi. ff. de adq. rer. dom.*
22 *l.5. in pr. l.44. ff. de adq. rer. dom.*
23 Atque ita conatus ab actu perfecto distinguitur, & aliud perfectio, quam ipsa occupatio erit.
24 Σύμβιος, id est, receptaculo & vase apum, Græci κυψέλλην vocant. *Th.* vid. *l.26. ff. de furt.* Ans.
25 *V. l.13. in fin. ff. de injuriis.*
26 Quia licet evolaverit, tamen *l. 8. §. 1. ff. famil. ercisc.* Ans. 27 *V. l. 37. ff. de furt.* 28 Imò pavonum fera non est natura: nam Varro 3 *de re rust. 5.* rem tanquam mirum refert, pavonum greges agrestes esse in Samo, & Planasia insula; & Q. Curtius refert, fuisse juxta flumen Hydratem nemus agreste pavonum: unde colligas, pavones natura feros non esse, quòd quidam agrestes dicantur. Nam & ita argumentatur Justinianus §. 16. *J. eod.* gallinas esse mansuetas, ex quo sunt aliæ feræ: & Sigebertus Gemblacensis, anno 1086, scribit, domesticas aves, pavones & anseres è domibus evolantes, feros evasisse. 29 *l. 8. §. 1. ff. famil. ercisc.* 30 Λογισμὸν *Th.* Et qui eas dum pastum volant, occidunt, furti tenentur. *l.37 ff. de furt l.8.§.1. ff. famil. ercisc. fund.* Ans. 31 Ut ita ex consuetudine intermissionis, non redeundi, judex id arbitretur. 32 Rerum vilissimarum apud veteres, quæstiones quoque in jure admissæ, puta de ave, pisce, gallina, glande, & quinque pedibus, & similibus. *l. 5. C. fisium reg.* adde *N. 69. §. 1.* ubi *gallinæ* fit mentio. Ex rebus tamen minimis non est captanda litigandi occasio. *N. 73 c. 8. in fin.* 33 Veluti propter pennas vel ova. *Ans.* 34 Utcumque res minimi momenti sit, *l.1. §. illud. ff. de conjung. cum emancip. l.22. in fin. pr. ff. de dam. inf.* 35 Atqui de dolo actio ob rem modicam non datur, *l.9. 10.11. ff. de dolo.* 36 Mobilia sc. *l.10. §. 1. ff. de captiv. & postlim.* Ans. Vid. Buf. *ad l. 5. ff. de acq. rer. dom.* Grot. *De Jure Belli lib. 3. cap. 9. num. 13.* Ant. Merend. *lib. 2. controvers. cap. 22.* Imo nec mobilia omnia; sed ea tantum quæ quis in dimicatione singulari, & liberis excursionibus capit: quæ in actu bellico & ministerio publico capiunt milites, fisco & toti Reipub. cedunt. *arg. l. pen. ff. ad leg. Jul. pecul.* quorum quædam tantum inter eos, qui in comitatu & periculo fuerunt, pro præmio distribuuntur; nisi iis, ut tanto alacriores reddantur, omnis præda fuerit promissa, ut quandoque accidit. Vide Eguinar. Baro. & Vinn. hic. Georg. Tholosan. *Syntagm. lib. 10. cap. 415.* Grot. *de jure belli lib. 3. cap. 6. num. 12. & seqq.* S. L. 37 Hoc inter Christianos fieri negat Alciatus, *l.118 ff. de verb. signif.* 38 Alii libertatem. 39 Et apprehenduntur, *l. 1. §. 1. ff. de acq. poss.* alias nudus conspectus nihil facit. Ambar in littore maris inventum, Regis est. Georg. De Cabedo. *part. 2. decis. 48.* Ans. 40 *V. l. 1. C. de alluv.* 41 Momentum hic sumitur pro atomo. *l. placet. ff. de acq. hered.* alias pro hora, *l.3. ff. de minorib. l. In Usucapionib. ff. De Usucap.* Ans. 42 Adde *l. 9. §. 1. & 2. ff. de damno.* 43 *V. l. 64. ff. de reg. jur.* 44 Imò est publica, *l. pen. in fin. ff. de adq. rer.*

45 §. Cur ita? *collige ex l. 30. §. 3. ff. de adq. rer. l. 30. §. 3. ff. de adq. possess.*
46 *l. 23 l. 24 ff. quib. mod. usufruct. amitt.*
47 Οἴνόμελι; de quo *l.9. ff. de tritic.*
48 *l. 61. ff. de rei vindic.*
49 V. Edict. Just. 7. *c. 2. §. 1.* Quibusdam *media* sententia hic videtur, quæ gravioribus & melioribus rationibus nititur. Sic inter diversas sententias, media sententia dicitur. *Liv. 26. 31. 36. Dio.* 13. Huc referendum, quod apud Livium est *l. 26.* Media similia veri esse.
50 Suo nomine s. *l.7. §. cum quis. ff. de adq. rer.* & bona fide: alioquin nostrum erit, quod ex re nostra conflat. *l.49. §. 1. ff. de rei vind. l.12. §. 13. ff. ad exhib.* Goth. Ratio est, quia quod factum est, antea nullius erat. *d. l.7. §. cum quib. ff. de acq. rer. dom.* Ans.
51 *l.19. §. permeniamus. ff. de auro. l.25. §. 5. ff. de Ædil. Vind.* Ans.
52 Mutatione formæ. *v. l. 13. §. 1. ff. de verb. sign.*
53 *l. pen. ff. de cond. triticaria. l.1. §. 34. ff. de rei v. & rei armat. l.11 §. ult J. 32. ff. De reb. cred.*
54 *Ant. Cont.* legit, *quibusdam*, quem sequitur *Pacius* in Analysi. Sed a vulgata lectione, quæ etiam *Theophili* est, non recedendum probat *Arn. Vinn.* hic. S. L.
55 *V. l.5. in pr. ff. de rei vind.*
56 Si separari non possint. *l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* Ans.
57 *Electrum* aurum est, in quo quinta est argenti portio, 33. *Plin.* 4. vel tres auri, una argenti; 16. *Isid.* 23.
58 Hotomannus 4. *obs. 21.* legit non idem Juris, quo nihil ab hujus loci sententia alienius est. Id & superiora, sequentiaque satis indicant, cum primis vox *commune esse*, & *sed & si.* Goth. Cujus lectionis error ex eo esse videtur, quod apud *Theoph.* legatur ἀ τὸ κοινὸ γενόμενα, id est, non idem erit. Ubi tamen librariorum incuria T omissum communiter putant, & rectius legendum, τῆτο αὐτό. Sic ut non Theophili, sed librarii lapsus sit. *Cont.* quem sequuntur *Russard. Char.* & *Pac.* hic. *S. L.* 59 Non pro dimidia parte, proportione arithmetica: sed pro rata ejus, quod quisque contulit; proportione geometrica. *Wesenb.* 60 Imo est *l. 78. ff. de Solut.* Sed hoc in creditore cui suum debitum solvitur. *Ans.* 61 *V. l.30. in fi. ff. de usucap.* 62 *l.23. in pr. ff. de rei vind.* 63 *V. §. 2. J. de off. ju.* 64 Immobile, *l. 7. §. cum in suo. ff. de adqu. rer.* secus in mobili. *l. 60. d. t.* 65 *l. 23. §. pen. ff. de rei vind.* 66 *l.3. ff. de tigno.* 67 *v. l. 7. in prin. ff. ad exhib.* 68 *V. l. 2. C. de rei vind.* 69 *l. 7. §. pen. ff. de adq. rer. dom.* vide quæ notavi ad *l. 38. ff. de pet. her.* Sed quamvis ædificium fundo cedat, fundi tamen dominus condemnari solet ut eum duntaxat recipiat, reddito sumptu quo pretiosior factus est, aut super fundo atque ædificio pensio imponatur ex meliorationis æstimatione, si maluerit. Bugnon. *de legib. abrogat. l.1. Sat.* 202. Ans. Adde *Groenewg.* hic, & ibi *DD.* eoque jure utimur in prædiis locatis, ut ædificium à conductore prædii impositum finita locatione, refusto tantum justæ æstimationis pretio, domino locatori cedat. *S. L.* 70 Maximè, si domandi animo ædificaverit, *l. 2. in fin. C. de rei vind.* 71 *V. l.14. ff. de except. doli.* 72 Arg. *l.14. ff. de condict. indeb.* Ans. 73 Quod malæ fidei possessor non possit impensas imputare, ex stricto & summo jure est: secus erit, si jus benignum inspiciamus. *l.38. ff. de petit. hered.* Ans. 74 Omnes tamen expensas non amittit. *v. l 37. ff. de rei vind.* In institutionibus regulæ juris proponuntur, quæ omnes sunt ex summo jure, ut & rudimenta: in Digestis verò juris incrementa, & ad æquitatem res exactæ diligentius. Hic ergo foedus aliud æquitas. Cujacius 8. *ad Afric.* & lutio decimi *observationum.* 75 Quæ jus soli dicitur, *l.25. ff. de usufruct.*

1 Et eo alatur, *l. 9. §. ff. arb. fur.*

2 *V. l. 48. ff. de rei vind.*

3 *l. 23. § sed & Ad. ff. de rei vind.*

4 Rei vindicatione, aut ad exhibendum, *l. 3. § pen. ff. ad exhib.*

5 *V. l. 52. ff. de legat. 1.*

6 Quid, si in marmore? si folæ literæ, cedunt marmori; si forma hominis insculpta, marmor cedit formæ.

7 Caius *l. 9. §. 2. ff. de adq. rer. dom.*

8 Paulo *in d. l. 23. §. 2. ff. de rei vind.* & Caio junori. *2. Inst. 1.*

9 Et ita abrogantur dd. ll.

10 An quia tabula reduci ad pristinam formam potest, charta nequaquam, ut Rayneris putat? An quia tota charta non occupatur sicut tabula, ut Jac. Raven. & Bart.? An quia olim scripturæ vilior charta, ut Accurs.? An quia in scriptura pretium non spectatur, quod difficulter à charta segregari potest, ut Alberic.us? An quia qualitas paulo pretiosior non cedit substantiæ, ut Jo. Plat.? An potius, quòd qualitas multo pretiosior superat substantiam, ut censet Angelus?

11 Hic non Judæus, ut censet Jo. Faber: sed Græcus, ex Coo insula: unde *Cous* Ovid. 4 *de Ponto.*

12 Hic Ephesius fuit. de quo v. Plin. *35. c. 10.*

13 Plerunque enim pluris est cultus, atque forma manu addita, quam ipsa natura: vide quæ scripsi ad *l. 13. §. 1. ff. de verb. sign.*

14 *l. 38. ff. de pet. hered.*

15 Bonæ fidei duas causas observa, Errorem, & justum titulum. *Hinc.*

16 Cui cedant fructus, *v. l. 22. C. de rei vind.* Quid? fructus cedunt-ne hic ad modum tantum, & finem culturæ? vide quæ notavi ad *l. 48. ff. de aq. rer. dom.*

17 Ab initio, non ex post facto, *l. 25. in fin. ff. de usuris.*

18 *V. l. 8. ff. de annuis. l. 61. §. 8. in fin. ff. de furt.*

19 Num per omnia, & cur? *v. l. 10. C. locati.* Theoph. hic putat τὸ fere παρέλκειν falsò: Nec enim eadem omnino ratio coloni & usufructuarii.

20 *l. 28. ff. de usur.*

21 *l. 14. §. 15. ff. de furt.*

22 Vide *l. 27. ff. de petit. hered. l. 48. §. 5. ff. de furt.*

23 *l. 68. ff. de usufr.*

24 Non vento everfarum, *l. 65. ff. de usufr.*

25 *l. 7. in fin. l. 18. de usufr.*

26 Sine magica arte, *l. unic. C. De Thesauris.* Anf. vide Grot. *de jure belli. 2. 8. num. 7.* Christin. *Vol. 5. dec. 16. 17.* Eguinar. Bar. *hic.* & Tholosan. *Syntagm. 3. 11. num. 6. Arnold. Vinn. & Groenewey.* hic. Schultz ibid. & Carpsov. *defin. forens. part. 2. Constit. 53. defin. 4. 5.* S. L.

27 Quæ & Dei beneficium, *l. unic. C. de thesaurus.* 28 Vide *l. 3. §. pen. ff. de jure fisci. Cap. unic. Quæ sint Regal.*

29 Ac si quis, *Forner. 2. select. 26.* 30 Nov. Leonis 51. *Anf.* 31 Vide *l. 20. C. de rei.*

32 Vide *l. 5. ff. pro derelicto.* 33 *l. un. C. de usucap. transformanda.* 34 *l. 5. §. 18. ff. de tributor.* 35 *l. 19. l. 53. ff. de cont. empt.* 36 Vide *l. 7. ff. de flip. præt.* 37 *l. 58. l. 59. ff. de procur.*

38 Atqui non pactis, sed traditionibus dominium transferri, dicitur, *l. 20. C. de pactis.* 39 Vide *l. 62. in pr. ff. de evictionibus.* 40 *l. 1. §. pen. ff. de adq. possess.* 41 Vide *Nov. 105. c. 2. §. 1.* 42 *l. 1. l. 2. C. de Consulib.* 43 Al. quid eorum, & rectius Russard. Charond. Pac. S. I.. vide *l. 8. ff. de contrab. empt.* Goth. 44 *Vid. l. 2. in fin. ff. pro derelicto.* Anf. 45 *V. l. 5. ff. pro derel.* 46 *Vid. l. 7. ff. pro derelict.* Anf.

cujus in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, [1] communis fit.

§. 32. Qua ratione autem plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt, eadem ratione instrumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Caveram sicut is, qui in alieno solo ædificavit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali secundum ea, quæ diximus: ita ejusdem [2] exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa [bona fide] consevit. §. 33. Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis membranisve cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ in ædificantur, aut inseruntur. Ideoque si in chartis membranisve tuis carmen, vel historiam, vel orationem Titius scripserit: hujus corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas [4] tuos libros tuasve [5] membranas, nec impensas scripturæ solvere paratus sis: poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si earum chartarum membranarumve possessionem bona fide nactus est. §. 34. Si quis in aliena tabula [6] pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere: aliis [8] videtur, picturam, qualiscunque sit, tabulæ cedere: sed nobis videtur melius [9] esse, tabulam picturæ cedere [10]. Ridiculum est enim picturam Apellis [11], vel Parrhasii [12], in accessionem [13] vilissimæ tabulæ cedere. Unde si à domino tabulæ imaginem possidente, is, qui pinxit, eam petat, nec solvat pretium tabulæ, poterit per exceptionem doli mali submoveri. At si is qui pinxit, [eam] possideat, consequens est, ut utilis actio domino tabulæ adversus eum detur: quo casu si non solvat impensam picturæ, poterit per exceptionem doli mali repelli, utique [14] si bona fide possessor fuerit ille, qui picturam imposuit. Illud enim palam est, quod sive is, qui pinxit, subripuit tabulas, sive alius: competit domino tabularum furti actio.

§. 35. Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit [15], bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet justa causa æque bona fide acceperit: naturali ratione placuit fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura & cura [16]. Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumptis agere non potest. Is vero qui alienum fundum sciens [17] possederit, non idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus, licet consumpti sint, cogitur restituere. §. 36. Is vero ad quem ususfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam [18] si ipse eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, decesserit, ad hæredes ejus non pertinent, sed domino proprietatis adquiruntur. Eadem fere [19] & de colono dicuntur. §. 37. In pecudum [20] fructu etiam fœtus est, sicuti lac, pilus, & lana. itaque agni, hœdi, & vituli, & equuli [21] & suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt. Partus verò ancillæ in fructu non [22] est, itaque ad dominum proprietatis pertinet. absurdum enim videbatur [23], hominem in fructu esse: cum omnes fructus rerum natura gratiâ hominis comparaverit. §. 38. Sed si gregis usumfructum quis habeat, in locum demortuorum capitum ex fœtu fructuarius submittere debet (ut & Juliano visum est): & in vinearum demortuarum [24] vel arborum locum, alias [25] debet substituere. recte enim colere, & quasi bonus paterfamilias uti debet. §. 39. Thesauros, quos quis in loco suo [26] invenerit, divus Hadrianus, naturalem æquitatem [27] secutus, ei concessit, qui [eos] invenerit. Idemque statuit, si quis in sacro, [28] aut religioso loco fortuito casu invenerit [29]. At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuitu invenerit: dimidium domino soli concessit, & dimidium inventori. Et convenienter, si quis in Cæsaris loco [30] invenerit, dimidium inventoris, & dimidium esse Cæsaris statuit. Cui conveniens est [ut] si quis in fiscali loco, vel publico, vel [civitatis] invenerit, dimidium ipsius esse [debeat] & dimidium fisci, vel civitatis. §. 40. Per traditionem [31] quoque jure naturali res nobis adquiruntur: nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem [32] domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, & ideo cujuscumque generis sit corporalis res, tradi potest, & à domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia, quæ in provinciis sunt, inter quæ, nec non & Italica prædia, ex nostra constitutione [33] nulla est differentia. sed siquidem ex causa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur. §. 41. Venditæ verò res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quam [34] si is venditori pretium solverit, vel [35] alio modo ei satisfecerit: veluti expromissore aut pignore [36] dato. Quod quanquam cavetur ex lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur & jure gentium, id est jure naturali, id effici. sed si is, qui vendidit, fidem emptoris sequutus fuerit, dicendum est, statim rem emptoris fieri. §. 42. Nihil autem interest, utrum ipse dominus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus alius, [cui ejus rei possessio permissa sit.] §. 43. Qua ratione, si cui [37] libera universorum negotiorum administratio permissa fuerit à domino, isque ex his negotiis rem vendiderit, & tradiderit: faciet eam accipientis. §. 44. Interdum etiam sine traditione [38] nuda voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rem, quam tibi aliquis commodaverit, aut locaverit, aut apud te deposuerit: [postea aut vendiderit [39] tibi] aut donaverit, [aut dotis nomine dederit]. Quamvis enim ex ea causa tibi eam non tradiderit: eo tamen ipso, quod patitur tuam esse, statim tibi adquiritur proprietas, perinde ac si eo nomine tibi tradita fuisset. §. 45. Item si quis merces in horreo depositas vendiderit, simul atque [40] claves horrei tradiderit emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem. §. 46. Hoc amplius, interdum & in incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, prætores & consules, cum missilia [41] jactant in [42] vulgus, ignorant [43] quod eorum quisque sit excepturus: & tamen quia volunt quod quisque acceperit, ejus esse, statim eum dominum efficiunt.

§. 47. Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit, ut id [in numero] rerum suarum esse nolit: ideoque statim dominus ejus esse desinit [44]. §. 48. Alia sanè causa est earum rerum, quæ in tempestate [45] levandæ navis [46] causâ ejiciuntur. hæ enim dominorum permanent [47]; quia palam est eas non [48] eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo [49] magis cum ipsa navi maris periculum effugiat. Qua de causa, si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit. Nec longe videntur discedere ab his quæ de rheda [50] currente non intelligentibus dominis [51] cadunt.

47 Ut & alia bona naufraga, *l. 1. C. Naufrag. l. ult. ff. de incend. ruin. & naufrag. Auth. Navigia. C. De furt.* Vide Argentr. *ad consuetud. Brit. 376. glossi. 1. num. 45.* Rebuff. *ad Constit. Reg. proum. glossi. 5. n. 74.* Selden. *Mare clausi. lib. 1. cap 7.* Grot. *De jure belli 2. 7. num. 1.* Gail. 1. 18. *num. 6.* Constit. Criminal. Carol. V. *art. 218.* S. L.

48 Imo eo animo. *l. 43. §. 11. ff. de furt.* 49 *l. 2. in fin. l. 8. ff. ad l. Rhodiam. l. 9. §. alia. ff. hoc tit. d. l. 21 §. 1 ff. de adqu. poss.* 50 *l. 3. ff. de incend.* 51 & jacent, *l. 43. §. qui alienum. ff. de furt.*

Tit. II.

DE REBUS CORPORALIBUS, ET INCORPORALIBUS.

QUÆDAM præterea res corporales sunt, quædam incorporales. §. 1. Corporales hæ sunt, quæ tangi possunt: veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. §. 2. Incorporales autem sunt, quæ tangi [1] non possunt: qualia sunt ea, quæ in jure [2] consistunt: sicut hereditas [3], ususfructus, usus [& obligationes quoquomodo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale est: veluti fundus, homo, pecunia. nam ipsum jus hereditatis, & ipsum jus utendi fruendi, & ipsum jus obligationis incorporale est.

§. 3. Eodem numero sunt jura prædiorum urbanorum, & rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur.

1 An tradi possint, vide quæ notavi ad *l. 43. §. 1. ff. de adqu. rer. dom.*

2 Hujus distinctionis beneficio una res, & eadem corpore, uni: juris verò interventu, alteri utilis esse potest. *de quo vide Oldend. Classe 3. actione 6. in pr.*

3 *l. 119. l. 178. §. 1. ff. de verb. signif. Ulp. 19 §. 15.*

Tit. III.

DE SERVITUTIBUS [1] PRÆDIORUM.

1 VIII. D. I. III. C. XXXIV.

De servitutibus rusticis. 1. De servitutibus urbanis. 2. De reliquis servitutibus rusticis. 3. Qui servitutem debere vel acquirere possint. 4. Quibus modis servitus constituitur.

RUSTICORUM [2] prædiorum jura sunt hæc: iter, actus, via, aquæ ductus. Iter est jus eundi ambulandi [3] hominis [4], non etiam jumentum [5] agendi [vel vehiculum.] Actus [6] est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, [eoque uti potest] etiam sine jumento. Via est jus eundi [7] & agendi & ambulandi: nam & iter & actum via [8] in se continet. Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum. §. 1. Prædiorum urbanorum servitutes sunt hæ, quæ ædificiis inhærent [9]: ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam [10] ædificia omnia, urbana prædia appellamus, etsi in villa ædificata sint. Item urbanorum prædiorum servitutes sunt, ut vicinus onera vicini sustineat: ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere: ut stillicidium vel flumen recipiat quis in ædes suas, vel in aream, vel in cloacam [11]: ne altius quis tollat ædes suas [12], ne luminibus vicini officiat. §. 2. Inter rusticorum prædiorum servitutes quidam computari recte putant aquæ haustum [13], pecoris ad aquam adpulsum [14], jus pascendi [15], calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. §. 3. Ideo autem hæ servitutes prædiorum appellantur, quoniam [16] sine prædiis constitui non possunt. nemo enim potest servitutem adquirere urbani vel rustici prædii [17], nisi qui habet prædium. §. 4. Si quis velit vicino aliquod jus constituere, pactionibus atque stipulationibus [18] id efficere debet. Potest [19] etiam testamento quis heredem suum damnare ne altius tollat ædes suas: ne luminibus ædium vicini officiat: vel ut patiatur eum tignum in parietem suum immittere, stillicidiumve adversus eum habere: vel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamve ex eo ducere.

2 Quomodo ab *urbano* differat *rusticum*, vide *l. 16. C. de pactis & alia.*

3 Et equitandi, *l. 12. ff. de serv. rusticor. prad.*

4 *l. 1. l. 7 l. 8. ff. de serv. rust.*

5 Vide *l. 157 in fi ff. de verb. sign.*

6 Quid sit, *vid. l. 38. §. 4. 5. ff. de ædilit.* Anf.

7 Donell. 11. *Comm. 6.* legit, *rebundi.* Anf.

8 Quomodo differant actus & via, vid *d. l. 7 ff. de Servit. rustic. prad.* Anf.

9 *l. 1 ff. com prad.*

10 *l. 198. ff. de verb. signif.*

11 Vel non recipiat, & ne quis altius, &c. *Joann. Rober. 2. recept. lect. 23.*

12 Alias sine servitute utrumq; licet, *l. 8. l. 9. C. De Servit. & Aq.*

13 In fluvio ejus qui confinem fundum habet. *Anf.* 14 Omnes quadrupedes continet, *l. 2. in fin. ff. ad leg. Aquil.* Anf. 15 Hodie ubique licet pecus pascere prope viam. *l. unic. §. fin. ff. de pace tenend.* Anf. Nisi ubi hoc expresse est prohibitum, ut passim apud nos. S. L. 16 *l. 1. ff. commun. prad.* Goth. Obj. *l. 22. §. 1. ff. de Serv. Urban. prad. l. 10. ff. de Servit. prad. Rustic. l. 25. §. 10. ff. famil. erciscund. l. 46. §. si per. ff. de evict.* Resp. Bronchorst. *centur. 1. affert. 96.* Anf. 17 In aliis & Theoph. *Nec quisquam debet nisi qui habet.* S. L. 18 Et consuetudine, seu loci statuto, *l. 1. §. ult. ff. de aqua pluvia:* & ducapione, *l. 10. ff. si serv. vind.* quod olim non erat, *l. 4. in fin. ff. de usucap.* 19 *l. 16. ff. comm. prad.*

Tit. IV.

DE USUFRUCTU [1].

1 D. VII. I. C. III. XXXIII.

Definitio. 1. Quibus modis; 2. Et quibus in rebus constituitur. 3. Quibus modis finitur. 4. Si finitus sit.

USUSFRUCTUS est jus [2] alienis rebus utendi fruendi salva rerum substantia. Est autem jus in [3] corpore: quo sublato [4], & ipsum tolli necesse est. §. 1. Ususfructus à proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit: ut ecce, si quis usumfructum alicui legaverit; nam heres nudam habet proprietatem, legatarius verò usumfructum: & contra, si fundum legaverit deducto [5] usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres verò [6] usumfructum: item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine [7] testamento [verò] si quis velit usumfructum alii constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne [8] tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu: placuit certis modis extingui usumfructum, & ad proprietatem reverti. §. 2. Constituitur autem usufructus non tantùm in fundo & ædibus, verùm etiam in servis, & jumentis, & ceteris [9] rebus: [exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur;] nam hæ res neque naturali ratione, neque civili recipiunt usumfructum; quo [in] numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta [10]; quibus proxima est pecunia numerata, namque ipso usu assidua permutatione [11] quodammodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus [12] censuit, posse etiam earum rerum usumfructum constitui: ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur [13]. Itaque si pecuniæ ususfructus legatus sit, ita datur legatario, ut ejus fiat, & legatarius satisdet heredi de [14] tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minuetur. Cæterè quoque res ita traduntur legatario, ut ejus fiant: sed æstimatis his, satisdatur [15], ut si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint [æstimatæ.] Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum (nec enim poterat); sed per cautionem [16] quasi [17] usumfructum constituit.

§. 3.

2 *l. 5. in pr. D. ff. usufr. pet.*

3 Corpori inhærens, & rei, *l. 5. §. 2. D. quibus mod. usus-fruct.*

4 *§. 3. Inst. h. t. & in fine.* Anf.

5 *l. 14. C. de usufr.*

6 Qui formalis ab interpretibus dicitur. sui enim ipsius forma est, non alterius accessio.

7 *l. 3. D. de usufr. & quemadmodum quis utatur fruatur.*

8 *d. l. 3. §. 2.*

9 Mobilibus, *l. 93. D. de verb. sig. d. l. 41. D. de usufr.*

10 Vestimentorum videtur esse verus ususfructus, quia perpetuo durant, *l. 25. ff. de peculi.* Tessaur. *decis.* 8. Ubi vide, quomodo legato usufructu, heredi caveatur, & alia quædam ad hanc materiam. *Anf.*

11 Permutatio eum pecunia signata esse potest, ut hic, *l. ult. D. de cond. causa data. l. 8. §. si cui. 24. ff. de transf. l. 26. D. de jure dotium. l. 21. D. de pact. dotal. 31. Plin. 8.* sic olim emptio sine nummo fuit. 12 *l. 24. D. de usufr. legato.* 13 *V. l. 7. D. de usufr. earum.* 14 Ejusdem qualitatis, *d. l. 7.* 15 Datis fidejussoribus, *l. 1. D. qui satisdare.* 16 Ad quam implicatis in rebus recurritur, *l. 5. 57. D. Soluto matrim.* 17 *V. l. 2. in fi. D. de usufr. ear rer.*

§. 3. Finitur [1] autem usufructus morte [2] usufructuarii, & duabus [3] capitis diminutionibus, maxima & media, & non [4] utendo per modum & tempus [5]: quæ omnia nostra [6] statuit constitutio. Item finitur usufructus, si domino proprietatis ab usufructuario cedatur: (nam cedendo extraneo nihil [7] agitur) vel ex contrario, si usufructuarius proprietatem rei adquisierit: quæ res [8] consolidatio appellatur. §. Eo amplius constat, si [9] ædes incendio consumptæ fuerint, vel etiam terræmotu, vel vitio suo corruerint: extingui usumfructum [10], & ne aream [11] quidem usumfructum deberi.

§. 4. Cum [12] autem finitus fuerit totus usufructus: revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.

1 Usufructus quinque modis amittitur, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in jure cessione, dominii comparatione. *Paul.3. sent.6. §.28.in fin.* finitur & apud eundem authorem, §. 33. tempore, quoties ad certum tempus datus est, puta ad tempus biennii aut triennii. 2 *l.3. in fi. D. quib. mod. usufr. amitt. Paul. ibid. & §.33.* 3 Deportatione, pœna metalli, adrogatione, adoptione. *Paul. 3. sent. 6. §. 29.* 4 *l. 16. C. de usufr. l. 13. C. de servitutib.* Non utendo autem usufructus amittebatur jure antiquo, si possessione fundi biennio fructuarius non utebatur: rei mobilis, anno. *Paul. ibid. §.30.* 5 *l.10 ff. Quemadmod. servit. amitt. Anf.* 6 *l.16. C. de usufr. l. ult. C. de serv.* 7 *l. 66. D. de jure dotium.* Imo aliquid agitur. potest enim fructus cedi, *l.63. D. de usufr. l. 11. §. 2. D. de pign.* 8 Σύμβασις *v. l.3. D. de usufr. acerfe.* 9 *l. 5. §. 2. D. quib. mod. usufr. amitt.* Rei mutatione amittitur usus fructus, rei incendio aut ruina, etiamsi postea restituatur. *Paul. 3. sent. 6. §. 31.* 10 Quia est jus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, *pr. h.t.* Confer §. 17. *Inst. de legat.* Anf. 11 Quæ est locus sine ædificio. *l. 211. D. de verb. signif.* 12 Usufructus amissus ad proprietatem recurrit. *Paul. 3. sent. 6. §. 28.*

Tit. V.

DE USU, ET [1] HABITATIONE.

1 vii. D. viii. iii. C. xxxiii.

Communia de usufructu, & usu. 1. Quid interfit inter usumfructum & usum fundi. 2. Vel ædium. 3. Vel servi vel jumenti. 4. Vel pecorum. 5. De habitatione. 6. Transito.

2 *l. 1. D. eod.*

Iisdem [2] illis modis, quibus usufructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdemque illis modis finitur, quibus & usufructus desinit. §. 1. Minus autem juris est in usu, quam in usufructu. nam is, qui fundi nudum habet usum, nihil ulterius habere intelligitur, quam ut oleribus, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis ad usum cotidianum uratur [3]: in eoque fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit [4], neque iis, per quos opera rustica fiunt, impedimento: nec ulli alii jus, quod habet, aut locare, aut vendere, aut gratis [5] concedere potest, [quum [6] is qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere.] §. 2. Item is, qui ædium usum habet, hactenus jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabitet, nec hoc jus ad alium transferri potest, & vix receptum esse videtur, ut hospitem ei recipere liceat: & cum uxore, liberisque suis, item libertis, nec non personis aliis liberis, quibus non minus, quam servis utitur, habitandi jus habeat. Et convenienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, cum marito ei habitare [7] liceat. §. 3. Item is, ad quem servi usus pertinet, ipse tantum opera atque ministerio ejus uti potest: ad alium vero nullo modo jus suum transferre ei concessum est. Idem scilicet juris est & in jumento. §. 4. Sed & si pecorum, vel ovium usus legatus sit: neque lacte, neque agnis, neque lana uterur usuarius: quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest. §. 5. Sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur [8], neque usufructus, sed quasi [9] proprium aliquod jus: quanquam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra [10] decisione promulgata permissimus non solum in ea degere, sed etiam aliis [11] locare. §. 6. Hæc de servitutibus, & usufructu, & usu, & habitatione dixisse sufficiat. De hereditatibus autem & obligationibus, suis locis proponemus. Exposuimus summatim, quibus modis jure gentium res adquiruntur: modo videamus, quibus modis legitimo & civili jure adquiruntur.

3 Sed & horto, aqua, foliis, oleo, frumento, frugibus, ad victum libi, fusque, id est, convivis & hospitibus, etiam in oppido. *l.12. §.4. D. eo.* 4 *l. 11. D. eod.* 5 *d. l. 11. in fin. l. 8. D. eod.* 6 *V. l. 67. D. de usufruct.*

7 Quia viri & uxoris una domus est. *l.1. §. si vir. D. ad Syl.* vide *l. 4. §. 7. D. hoc tit.*

8 Quia usus in jure, habitatio in facto consistit. *l. pen. ff. de cap. deminut.* Usus commodari non potest, habitatio potest, *l. 1. ff. commod.* Usus non utendo amittitur, habitatio secus. *l.10. ff. de usu & habit.* Ubi dicit Ulpian. Effectu tamen eadem esse. *Anf.* 9 Imo idem jus, *l. 32. ff. de usufruct.* 10 *l. 13. C. eod.* vide *Hotom. 3. obs. 23.* 11 In eo differt igitur ab usu. *l. 8. in pr. ff. hoc tit.*

Tit. VI.

DE USUCAPIONIBUS [1], ET [2] LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.

1 xli. D. iii. vii. C. xxxi. xxxiii. Et Paul. 5 Sent. 2.

Summa. 1. Quæ usucapi possunt, vel non. De his quæ sunt extra commercium, & de servo fugitivo. 2. De rebus furtivis, & vi possessis. 3. De vitio purgato. 4. De re fiscali. De bonis vacantibus. 5. Regula generalis. 6. De errore falsæ causæ. 7. De accessione possessionis. 9. De hu qui a fisco, aut ab Imperatoris Augustæve domo aliquid acceperunt.

Jure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo, qui dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, aliave quavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis erat, anno ubique uno: si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet: ne [3] rerum dominia in incerto essent. Et quum hoc placitum erat, putantibus antiquoribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora: nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur. & ideo constitutionem [4] super hoc promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles, per triennium: immobiles verò per longi temporis possessionem, (id est inter [5] præsentes decennio, inter absentes viginti annis) usucapiantur: & his modis non solum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum, justa causa possessionis præcedente, adquirantur.

§. 1. Sed aliquando etiam si maxime quis bona fide rem possederit: non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti si quis liberum [6] hominem, vel rem sacram [7], vel religiosam, vel servum [8] fugitivum possideat. §. 2. Furtivæ quoque res, & quæ vi [9] possessæ sunt, nec si prædicto longo tempore bona [10] fide possessæ fuerint, usucapi possunt: nam furtivarum rerum lex duodecim tabularum, & lex [11] Atilia [12] inhibent usucapionem: vi possessarum, lex Julia & Plautia [13]. §. 3. Quod autem dictum est, furtivarum & vi possessarum rerum usucapionem per leges prohibitam esse: non eo pertinet, ut ne ipse fur, quive per vim possidet, usucapere possit; (nam his alia ratione usucapio non competit, quia scilicet mala fide possident;) sed ne ullus alius, quamvis ab [14] eis bona fide emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapiendi jus habeat [15]. Unde in rebus mobilibus non facile procedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio competat. Nam qui [sciens] [16] alienam rem vendiderit, vel ex alia causa tradiderit, furtum ejus committit.

§. 4. Sed tamen id aliquando aliter se habet: nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit: quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est: quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: quum utique heres [17], qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum non committat. §. 5. Item si is, ad quem ancillæ usufructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committit. furtum enim sine affectu furandi [18] non [19] committitur. §. 6. Aliis quoque modis accidere potest, ut quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem transferat, & efficiat, ut à possessore usucapiatur. §. 7. Quod autem ad eas res, quæ solo continentur, expedit [20], jus ita procedit, ut si quis loci vacantis [21] possessionem propter absentiam aut negligentiam domini, aut quia sine successore decesserit, sine vi nanciscatur: quamvis ipse mala fide possideat (quia [22] intelligit se alienum fundum occupasse): tamen [23] si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa possessione res adquiri: quia neque furtivum, neque vi possessum acceperit. Abolita est enim quorundam [24] veterum sententia, existimantium etiam fundi locive furtum fieri & eorum utilitati, qui res soli possidunt, principalibus constitutionibus [25] prospicitur, ne cui longa & indubitata possessio debeat auferri. §. 8. Aliquando etiam furtiva, vel vi possessa res usucapi potest. veluti si [26] in domini potestatem reversa fuerit. tunc enim vitio rei purgato, procedit ejus usucapio. §. 9. Res fisci nostri usucapi non potest [27]. Sed Papinianus scripsit [28] bonis vacantibus fisco nondum nunciatis bonæ fidei emptorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse, & ita divus Pius, & divi Severus & Antoninus rescripserunt.

§. 10. Novissime sciendum est, rem talem esse debere, ut in se non habeat vitium [29], ut à bonæ fidei emptore usucapi possit, vel qui ex alia justa causa possidet. §. 11. Error autem falsæ causæ usucapionem [30] non parit: veluti si quis cum non emerit, emisse se existimans, possideat: vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat. §. 12. Diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & heredi [31] & bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium [32] alienum esse. quod si ille initium justum non habuit: heredi & bonorum possessori licet [33] ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio [34] similiter & in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur. §. 13. Inter [35] venditorem quoque & emptorem conjungi tempora, divi Severus & Antoninus rescripserunt. §. 14. Edicto divi Marci cavetur, eum qui à fisco rem alienam emit, si post venditionem quinquennium præterierit, posse dominum [36] rei exceptione repellere. Constitutio autem divæ memoriæ Zenonis [37] bene prospexit iis, qui à fisco per venditionem, aut donationem, vel alium titulum accipiunt aliquid: ut ipsi quidem securi [38] statim fiant, & victores existant, sive experiantur, sive conveniantur. Adversus autem sacratissimum ærarium usque ad quadriennium liceat iis intendere, qui pro dominio vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putaverint sibi quasdam competere actiones. Nostra [39] autem divina constituto, quam nuper promulgavimus, etiam de iis, qui à nostra vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ, Zenonianæ constitutionis continentur.

16 Vide *l. 6. C. de furt.* 17 *l. 36. D. eod.* 18 Vide *l. 37. ff. eod.* 19 Imò committitur. *l. 77. de furt.* 20 *l. expeditum* ita Cujacius. 21 *l. 37. ff. eod.* 22 *l. ult. C. unde vi.* 23 *l. 38. ff. eod.* 24 Sabini, *apud Gel. 11. c. 18.* vide *l. 38. ff. eod.* 25 *d. l. ult. in fin.* 26 *l. 4. §. 6. D. eod.* 27 Vide *l. 2. C. com. de Usucap.* 28 Et Modestinus, *l. 18. ff. eod.* 29 Vide *l. 11. C. de adq. poss.* 30 Vide *l. 1. in prin. D. pro donat.* Goth. Nisi sit probabilis ignorantia. *l. 11. ff. pro emptore.* Anf. 31 Vide *l. 14. §. 1. ff. de diversis & temp. præscript.* 32 Pertinet enim ad nimobilia. *v. l. 4. D. de div. & temp. præscript.* 33 *l. 4. §. hæres. ff. eo.* 34 *l. un. C. de usuc. transf.* 35 *l. 2 §. 20. ff. pro empt.* 36 Non minorem certo casu. *l. ult. C. si adversus fiscum.* 37 *l. 2. C. de quadr. præsc.* 38 *l. 19. Ecl. 8. c. 74. l. 2. C. de commun. ver. alien.* 39 *l. 3. d. t. C. De quadr. præscript.* adde *l. 5. C. de regit. mil.*

Tit. VII.

DE [1] DONATIONIBUS.

1 xxxix. D. v. vi. iii. C. xxix. v. C. iii. viii. C. liv. lv. lvi. lvii. lviii.

De donatione. 1. mortis causa. 2. vel simplici inter vivos. 3. vel propter nuptias. 4. De jure accrescendi.

Est & aliud genus adquisitionis [2], donatio. Donationum autem duo sunt genera: mortis causa & non mortis causa.

§. 1. Mortis [3] causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cum quis ita donat, ut si quid humanitus [4] ei contigisset, haberet is, qui accepit. sin autem supervixisset: is, qui donavit, reciperet, vel [5] si eum donationis pœnituisset: aut prior decesserit is, cui donatum fit. Hæ mortis causa donationes ad [6] exemplum legatorum redactæ sunt per omnia: nam cum prudentibus ambiguum fuerat, utrum donationis an legati instar eam obtinere oporteret, & utriusque causæ quædam habebat insignia, & alii ad aliud genus eam retrahebant: à nobis constitutum est [7], ut per omnia fere [8] legatis connumeretur, & sic procedat, quemadmodum nostra constitutio eam formavit. Et in summa, mortis causa donatio est, cum [9] magis se quis velit habere quam eum, cui donat: magisque eum, cui donat, quam heredem suum. sic & apud Homerum [10] Telemachus donat Piræo.

Πείραι', ἐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τά δ' ἔρχα,
Εἴκεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρη πειρήναντες πατρώια πάντα δάσσηται,
Αὐτὸν ἐγοντά σε βούλομ', ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶν ἄλλων.
Εἰ δ' ἐγὼ τοὺ τοῖσι φόνον ἠδὲ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν ταῦτ' ὀδύσσεται χαίρων.

id est:

Piræe, incertus quoniam rerum exitus harum est,
Si tacita incautum stolidi me fortè necare
Morte proci poterunt, & opes vexare paternas:
Hæc ego te malo, quàm illorum quempiam habere.
Sin ego eos justa meritos affecero clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia lætus.

§. 2. Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ulla mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus [11]: quæ non omnino [12] comparantur legatis. quæ si fuerint perfectæ, temerè [13] revocari non possunt. Perficiuntur autem, cùm donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis nostra Constitutio [14] eas etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: ut [15] etiamsi non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari [16] eas actis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum, constitutio [17] nostra eam quantitatem usque [18] ad quingentos solidos

2 Civile, respectu suæ formæ. *Mynf.* 3 Mortis causa donat, qui cum ad bellum proficiscitur, & cum navigaturus est, donat, ea conditione, ut si reversus fuerit, sibi restituatur; si perierit, penes eum remaneat, cui donavit. *Paul. 3. sent. 7. §. 1. Idem, 2 sent. 23. §. 1.* Mortis causa donatio est, quæ imperdente metu mortis fit, aut valetudinis, peregrinationis, navigationis, vel belli, Goth. Vide *l. 2. De mort. caus. donat.* Ubi triplicem statuit mortis causa donationem. *Anf.* 4 Hoc verbo mors intelligitur, *l. 5. in pr. D. depositi. l. 30. §. ult. ff. de admin. vel tutor. f. legat. l. 162. ff. De Verb. Signific.* 5 Donatio mortis causa, cessante valetudine & secuta sanitate pœnitentiaque, revocatur. Morte enim tantummodo comparatur. *Paul. 3 sent. 7. §. 2.* 6 *l. 15. in fin. ff. de mortis causa donat.* 7 Vid. *l. ult. in fin. C. de mortis causa.* 8 Differunt in multis. Vid. *Tornam.* hic. 9 *l. 1. ff. de mortis causa.* 10 *Od. 17. in princ.* 11 Et directas, *l. 25. C. eod.* 12 Omnino non comparantur. *Cont.* neque natura & propriis, neque forma & effectu. *Wesenb.* 13 Nam ex justis causis possunt. *l. 9. C. de mortis causa.* 14 *l. 35. in princ. C. eod.* 15 *Nov. 162. c. 1.* 16 Quis possit vel debeat facere insinuationem, donans vel donatarius, dicunt Sarmient. *Select. lib. 6. cap. 17.* Anf 17 *l. 34. l. 36. in fin. C. eod.* 18 Vide Nov. Leonis 162.

dos [19] ampliavit [20], quam stare etiam sine insinuatione statuit: sed & quasdam [21] donationes invenit, quæ penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem.

† Alia insuper multa ad ulteriorem earum donationum inventionem: quæ omnia ex nostris [22] constitutionibus quas super his exposuimus, colligenda sunt. Sciendum tamen, quod etsi plenissimæ sint donationes, si tamen ingrati [23] existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam præstitimus certis ex causis [24] eas revocare: ne illis, qui suas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur injuriam vel jacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos.

§. 3 Est & aliud genus inter vivos donationis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem à junioribus divis Principibus [25] introductum est, quod ante nuptias vocabatur: & tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium esset insecutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem D. Justinus [26] pater noster, cum augeri dotes & post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret, & ante nuptias augeri donationem, & [27] constante matrimonio, sua constitutione permisit: sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes constituimus [28], ut tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter [29] nuptias vocentur: & dotibus in hoc exæquentur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt, ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur, & constituantur. §. 4. Erat olim alius modus civilis adquisitionis per jus adcrescendi [30], quod est tale: Si communem servum habens aliquis cum Titio, solus libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testamento, eo casu pars ejus amittebatur [31], & socio [32] adcrescebat. Sed cum pessimum fuerat exemplo, & libertate servum defraudari, & ex ea humanioribus quidem dominis damnum inferri, sævioribus autem domunis lucrum accedere, hoc quasi invidia plenum, pro remedio per nostram [33] constitutionem mederi necessarium duximus: Et invenimus viam, per quam & manumissor, & socius ejus, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruantur, libertate cum effectu procedente, (cujus favore antiquos legumlatores multa etiam contra [34] communes regulas statuisse manifestum est,) & eo, qui eam libertatem imposuit, suæ libertatis stabilitate gaudente: & socio indemni conservato, pretiumque [35] servi secundum [36] partem dominii, quod nos definivimus, accipiente. eorumque sex in unciam accepto ferri voluit. *l. 13. Cod. Theodos. De Susceptor.* facilis erit computatio quid valeat ære nostro aureus Romanus. Qui si Justinianeum spectemus, non erit Aureus Anglicus, ut Bodin. *lib. 3. cap. 6. de Republ.* æstimat. Neque Hungaricus, ut vulgo est receptum, sed coincideret cum æstimatione duorum Franciæ Scutatorum, sive Coronatorum, ut recte notat Grot. *flor. Sparf.* hic. & post Mornac. Groeneweg. *ad l. 5. Cod. De Susceptor.* Sed quum ejusmodi nummus nusquam in specie exstet, & ipso Jure Romano ex currentibus nummis aureis, pro temporum ratione subinde auctis, & diminutis, fuerit æstimatus, tandem pro eo, ut communiori & receptiori nummorum aureorum specie, ducatum aureum, sive Hungaricum supponi receptum est, quorum quingenti secundum valorem modernum efficiunt mille Thaleros Imperiales sive bis mille & quingentos florenos Carolinos. Ut in Frisia judicatum. Joann. à Sand. *lib. 5. tit. 1. defin. 3.* & in Germania receptum testatur Carpzov. *Responsa Jur. Elect. tit. 7. Resp. 56. S. L.* 20 Cum id pus tantum in causis esset. *l. 34. §. aliter. C. eod.* 21 De quibus vide *d. l. 36. §. 1. Nov. 52. c. 2. l. 34. C. eo.* 22 *l. 33. 34. 35. 36. C. eod.* 23 Ingratitudinis causa revocatur donatio. 24 Quinque sc. *l. ult. C. de revoc. don.* 25 Aurel. Diocl. Max. *Ferreto.* Constantinus & sequentes, *Contio.* 26 *l. 19. C. de don. ante nupt.* 27 Hæc particula Cujacio abundat. 28 *l. 20. C. de don. ante. Nov. 97. c. 1. cap 2. & Nov. 119.* 29 Rectius *propter dotem* vocasset, quomodo & à Græcis ἕνεκα προικὸς dicitur. 30 *Ulp. tit. 1. Paul. 4. §. 12. §. 1.* 31 Et ita abrogatur sententia, quæ extat apud Ulpianum, *tit. 1. §. 18. & Paul. 4. sent. 12. §. 1.* 32 *Paul. 3. sent. 6. §. 4.* 33 *l. 1. C. de communi servo.* 34 *l. 24. §. si quis servo. ff. de fid. lib.* 35 Quod 20 solidorum fuisse videtur. *l. ult. Cod. de com. ser. man.* 36 Adde *l. 16. D. ad Syllan.*

Tit. VIII.

QUIBUS ALIENARE LICET, VEL NON.

Summa tituli. de Marito. 1. De Creditore. 2. De Pupillo.

ACcidit aliquando, ut qui dominus sit, alienare non possit: & contra, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. † Nam dotale prædium maritus [1] invita muliere per Legem Juliam [2] prohibetur alienare [3], quamvis ipsius sit, dotis causa ei datum: quod nos, Legem Juliam corrigentes, in meliorem statum deduximus. Cum enim Lex in solis tantummodo rebus locum habeat, quæ Italicæ fuerant: & alienationes inhibebat, quæ invita muliere fiebant, hypothecas autem earum rerum, etiam volente ea: utrique remedium imposuimus, ut etiam in eas res 4, quæ in provinciali solo positæ sunt, interdicta sit alienatio [5] vel obligatio: ut neutrum eorum neque consentientibus [6] mulieribus procedat, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum convertatur. §. 1. Contra autem creditor pignus ex pactione, quamvis [7] ejus ea res non sit, alienare [8] potest. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod voluntate debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab initio contractus pactus est, ut [9] liceret creditori pignus vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne creditores jus suum persequi impedirentur, neque debitores temere suarum rerum dominium amittere viderentur: nostra [10] constitutione consultum est, & certus modus impositus, per quem pignorum distractio possit procedere: cujus tenore utrique parti, creditorum & debitorum satis abunde provisum est.

§. 2. Nunc admonendi sumus, neque pupillum, neque pupillam rem ullam sine tutoris auctoritate alienare posse [11]. Ideoque si mutuam [12] pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahit obligationem: quia pecuniam non facit [13] accipientis: ideoque vindicari nummi possunt, sicubi exstant. Sed si nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici [14] possunt; si mala fide, ad exhibendum de his agi potest. At ex contrario, omnes res pupilli, & pupillæ sine tutoris auctoritate recte dari [15] possunt [16]. Ideoque si debitor pupillo solvat [17], necessaria est debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam evidentissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Cæsarienses advocatos [18] ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, Quæstoris sacri palatii nostri, promulgavimus: qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius judicialis sententia sine omni damno celebrata, hoc permittat [19]: quo subsequuto, si & judex pronunciaverit, & debitor solverit, sequatur hujusmodi solutionem plenissima securitas. Sin autem aliter quam disposuimus, solutio facta fuerit; pecuniam autem salvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior [20] sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat: per exceptionem [21] doli mali potest submoveri. Quod si male consumpserit, aut furto, [aut vi] amiserit: nihil prodesit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus condemnabitur: quia temere sine tutoris auctoritate, & non secundum nostram dispositionem solverit. Sed ex diverso, pupilli vel pupillæ solvere sine tutoris auctoritate non possunt: quia id, quod solvunt, non fit [22] accipientis: cum scil. nullius rei alienatio eis sine tutoris auctoritate concessa sit.

1 § Et sponsus *l. 2. ff. de fundo dotali.* Goth. Confer *tit. De fundo Dotal.* ubi Wesenb. *Anf.*
2 De qua *l. un. §. pen. C. de rei uxor.*
3 His addit Ant. Cont. *(Obligare vero, ne illa quidem volente)* ut plena fiat l. Juliæ recitatio; quod tamen ad hunc locum non pertinet. Ut rectius notat *Ant. Russard.* hic *S. L.*
4 Inæstimatas, fecus est in æstimatis, vide *l. ult. in pr. ff. de pact. dot. l. unic. §. pen. ver. licet. C. de rei uxor.* & mobilibus. vide *Nov. 61. in fin.*
5 *l. 1. C. de fundo dot.* Goth. *Nov. 61. cap. 1.* Nisi post biennium consenserit. *d. Novell. c. 1. §. 1. & 3. Anf.*
6 Aliud esse traditur si juraverint. *cap. 28. ext. de jurejur. c. 2. de jurejur. In 6.* aliud etiam si secundum consensum præstiterint. vide *Nov. 61.*
7 Vide *l. 9. C. de pignorat. act. l. si convenerit. 4. in fin. ff. de pign. act.*
8 Vide *l. 46. ff. de adq. rer.*
9 Hæc conventio in pignoribus usitata. *l. 4. C. de pignorat.* 10 Vide *l. ult. C. de jure dominii.*
11 *l. 5. §. 1. l. 9. §. 1. ff. de auth. tutor.* Nec jurare, *l. 17. §. 1. ff. de jurejur.* 12 Adde *l. 9. in pr. ff. de author. tut.* 13 *l. 14. in fin. ff. de solut.* 14 *l. 19. §. 1. ff. de reb. creditis.* 15 Immo non possunt, *l. 15. ff. de solut.* 16 Non tamen obligatur: atque ita recte hic adjicitur particula, *Itaque.* 17 *l. 15. D. de solutionibus.* 18 Et Joannem PP. *l. 25. C. de admin. tut.*
19 Interdum sine decreto potest, *l. 27. C. de admin. tut.*
20 *l. 4. §. 4. ff de tut. except.*
21 *l. 15. D. de sol.*
22 *l. 14. in fin. ff. de solut.*

Tit. IX.

PER QUAS PERSONAS CUIQUE ADQUIRITUR.

l. iv. C. xxvii.

Summa. 1. De liberis in potestate. 2. De emancipatione liberorum. 3. De servis nostris. 4. De fructuario & bona fide possessis. 5. De reliquis personis. 6. Transitio.

ADquiritur [1] vobis non solum per vosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habetis: [item per servos, in quibus usumfructum habetis:] item per homines liberos, & per servos alienos quos bona [2] fide possidetis, de quibus singulis diligentius dispiciamus. §. 1. Igitur liberi [4] vestri utriusque sexus, quos in potestate habetis, olim [5] quidem, quicquid ad eos pervenerat (exceptis videlicet castrensibus peculiis) hoc parentibus suis adquirebant sine ulla distinctione: & hoc ita parentum fiebat, ut etiam esset eis licentia, quod per unum vel unam eorum adquisitum esset, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocumque modo voluerant, applicare. Quod nobis inhumanum visum est: & generali constitutione [6] emissa, & liberis pepercimus & patribus [7] honorem debitum reservavimus. Sancitum etenim a nobis est, ut si quid ex [8] re patris ei obveniat, hoc secundum antiquam observationem totum parenti adquiratur. Quæ enim invidia est, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reverti? Quod [9] autem ex alia causa sibi filiusfamilias adquisivit; hujus usumfructum patri quidem adquirat, dominium autem apud eum remaneat: ne quod ei suis laboribus vel prospera fortuna accesserit, hoc in alium perveniens, luctuosum ei procedat. §. 2. Hoc quoque a nobis dispositum est & in ea specie, ubi parens emancipando (liberos suos) ex rebus, quæ [10] adquisitionem effugiebant, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus [11] constitutionibus habebat, quasi [12] pro [13] pretio quodammodo emancipationis: & inhumanum quiddam accidebat, ut filius rerum suarum ex hac emancipatione dominio pro parte [tertia] defraudaretur: & quod honoris ei ex emancipatione additum erat, quod sui juris effectus esset, hoc per rerum diminutionem decresceret. Ideoque statuimus [14], ut parens pro tertia parte dominii, quam retinere poterat, dimidiam non dominii rerum, sed ususfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filium remanebunt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia dimidia potitutus. §. 3. Item [15] vobis adquiritur [16], quod servi vestri ex traditione nanciscuntur: sive quid stipulentur, sive ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa [17] adquirant. Hoc enim obsis ignorantibus & invitis [18] obvenit. Ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere [19] potest. Sed si heres institutus sit, non alias nisi [20] vestro jussu hereditatem adire potest. Et si vobis jubentibus adierit: vobis hereditas adquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. Et convenienter scilicet vobis legatum per eos adquiritur. † Non [21] solum autem proprietas per eos quos in potestate habetis, vobis adquiritur, sed etiam possessio. Cujuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. Unde etiam per eos usucapio, vel longi temporis possessio vobis accidit.

§. 4. De [22] iis autem servis in quibus tantummodo usumfructum habetis, ita placuit, ut quicquid ex re vestra, vel ex operis suis adquirant [23], id vobis adjiciatur: quod vero extra eas causas consequuti sunt, id ad dominum proprietatis pertineat. Itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit: non usufructuario, sed [24] domino proprietatis adquiritur. † Idem [25] placet & de eo qui à vobis bona fide possidetur, sive is liber sit, sive alienus servus. Quod enim placuit de usufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas causas adquiritur: id vel ad ipsum pertinet, si liber est: vel ad dominum, si servus est. † Sed [26] bonæ fidei possessor cum usuceperit servum (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest. Fructuarius vero usucapere [27] non potest: primum quia non possidet, sed haber jus utendi fruendi: deinde, quia scit servum alienum esse. Non solum [28] autem proprietas per eos servos, in quibus usumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis servit, vobis adquiritur: sed etiam [29] possessio. Loquimur autem in utriusque persona secundum distinctionem, quam proxime exposuimus: id est, si quam possessionem ex re vestra, vel ex suis operis adepti fuerint. §. 5. Ex his itaque apparet, per [30] liberos homines, quos neque vestro juri subjectos habetis, neque bona fide possidetis: item per alienos servos, in quibus neque usumfructum habetis, neque [31] possessionem justam: nulla ex causa vobis adquiri posse. Et hoc est, quod dicitur, per extraneam personam [32] nihil adquiri posse: excepto eo, quod per liberam personam, veluti [33] per procuratorem, placet, non solum scientibus, sed & [34] ignorantibus vobis adquiri possessionem, secundum divi Severi [35] constitutionem: & per [36] hanc possessionem etiam dominium, si dominus fuerit, qui tradidit: vel usucapionem, aut longi temporis præscriptionem, si dominus non sit.

§. 6. Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulæ res vobis adquirantur: nam legatorum jus, quo & ipsæ singulæ res vobis adquiruntur: item fideicommissorum, ubi singulæ res vobis relinquuntur: opportunius inferiore loco [37] referemus.

† Videamus itaque nunc, quibus modis per universitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo heredes facti sitis, sive cujus bonorum possessionem petieritis, vel si quem adrogaveritis, vel si cujus bona

2 Dominium aut possessio sc. §. 5. *in fin. Inst. De Tutor.* Eam de obligatione acquirenda agitur *Inst. Per quas person. nob. oblig.*
3 *l. 10 ff. de adqu. rer. & 2. Caius 1.*
4 *§. 9. in pr. 4. 9. l. 1. C. de rei vind.*
5 *adde 2. Gai. 1. §. 9. in pr.*
6 Nam postea Constantinus excepit bona materna; *l. 1. C. de bonis mater.* Arcadius bona materni generis, *l. 2. d. tit.* Theodosius ex matrimonio obvenientia, *l. 1.* Leo ex sponsalibus, *l. 5. in fin.* Justinianus omnia adventitia. *l. 6. C. de bonis quæ liber.*
7 Et sic utrique parti consulit, ut in simili fecit *§. fin. De donat. in fin. & in §. 2. h. t.* Anf.
8 *d. l. 6.*
9 Peculium id profectitium.
10 Peculium id adventitium.
11 Ut bona materna & lucra nuptialia.
12 Id est, lege Constantiniana. *l. 6. §. 3. C. de bonis quæ liberis.*
13 Nec enim æstimari potest emancipatio: unde hic quasi pretium, non autem simpliciter pretium dicitur. *l. 6. §. 3. C. de bonis quæ lib.*
14 Vel præmio; *l. 3. C. de bon. mater.*
15 *d. l. 6. §. 3.*
16 *l. 10. §. 1. ff. de adq. rer. dom.*
17 Jure civili. Nam hoc titulo agitur de causis adquirendi jure civili. *l. 6. §. 2. in fin. ff. De Usufr.*
18 *l. 86. §. 2. ff. de leg. 1. & l. 32. D. de adq. rer. in fin.*
19 *d. l. 32. in pr.* & vetantibus, *l. 62. ff. de verb. obl.*
20 *l. 79. ff. de adq. hered.* ne quidem peculium, cum illud pendeat ex nutu domini.
21 *l. 6. ff. de adq. ber.*
22 *l. 10. §. 2. ff. de adq. rer. dom.*
23 *l. 10. §. 2. l. 19. ff. de adq. rer. dominii. & 2. Caius 1. §. ult. vers. Hi vero servi.*
24 *l. 21. D. de usufr. & l. 49. D. de adqu. possess. l. 10. §. 3. in fin. ff. De acquir. rer. dom.*
25 *l. 10. §. 4. l. 19. D. de acqu. rer.*
26 *d. l. 10. in fi. D. de adq. rer dom.*
27 *d. l. 10 in fi. l. 8. C. de usufr.*
28 *d. l. 10. §. 2.*
29 *l. 1. C. eod. l. 10. §. 2. D. de adq rer. dom.*
30 *Paul. §. sent. 2. §. 2.*
31 Imo potest *l. 14. in fin. D. de* possessionem, utilitatis causa receptum est. 34 *l. 47. D. de usuc.* 35 *l. 1. C. de adqu. poss.* 36 Dominium seu usucapiendi conditio per possessionem adquiritur. *l. 1. l. per procuratorem. 8. C. de acquis. poss. l. 1. C. per quas personas.* 37 *tit. §. 20. 21. 22. 23. 24.*

bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint; ejus res omnes ad vos transeunt. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quarum duplex conditio est: nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est ut de his dispiciamus, quæ ex testamento vobis obveniunt, qua in re necessarium est, initium de ordinandis Testamentis exponere.

Tit. X.

DE [1] TESTAMENTIS ORDINANDIS [2].

TEstamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit [3]. §. 1. Sed ut nihil antiquitatis [4] penitus ignoretur, sciendum est, olim quidem duo [5] genera testamentorum in usu fuisse: quorum altero in pace & otio utebantur; quod calatis [6] comitiis appellabant; altero, cum in prælium exirent esset, quod procinctum dicebatur [7]. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs [8] & libram: scilicet quod per emancipationem [9], id est [10], imaginariam [11] quandam venditionem agebatur, quinque testibus & libripende [12] civibus Romanis puberibus præsentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamentorum ex veteribus temporibus in desuetudinem abierunt: quod vero per æs & libram fiebat, licet diutius permanserit, attamen partim [13] & hoc in usu esse desiit. §. 2. Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad jus civile referebantur: postea vero ex Edicto Prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Jure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur; sed septem testium [14] signa sufficiebant, cum jure civili signa testium non essent necessaria. §. 3. Sed cum paulatim tam ex usu hominum, quam ex constitutionum emendationibus cœpit in unam consonantiam jus civile & prætorium jungi, constitutum est [15], ut uno eodemque tempore, (quod jus civile quodammodo exigebat) septem testibus [16] adhibitis, & subscriptione testium (quod ex constitutionibus inventum est, & ex edicto Prætoris) signacula testamentis imponerentur: Ita, ut hoc jus tripertitum esse videatur: & testes [17] quidem & eorum præsentia, uno [18] contextu testamenti celebrandi [19] gratia, à jure civili descendant: subscriptiones [20] autem testatoris & testium, ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem, & testium numerus ex Edicto Prætoris. §. 4. Sed his omnibus à nostra constitutione [21] propter testamentorum synceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, ut per manus testatoris vel testium [22] nomen heredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant. §. 5. Possunt autem omnes testes & uno annulo [23] signare testamentum: quid enim si septem annuli una sculptura fuerint, secundum quod Papiniano visum est? Sed & alieno [24] quoque annulo licet signare [testamentum 25].

§. 6. Testes autem adhiberi possunt ii, cum quibus testamenti factio [26] est. Sed neque mulier [27], neque impubes, neque servus [28], neque furiosus, neque mutus, neque surdus, neque is cui bonis interdictum est, neque ii, quos leges jubent improbos intestabilesque esse, possunt in numerum testium adhiberi [29].

§. 7. Sed cum aliquis ex testibus testamenti quidem faciendi tempore liber existimabatur, postea autem servus apparuit, tam divus Hadrianus Catoni [30], quam postea divi Severus & Antoninus [31] rescripserunt, subvenire se ex sua liberalitate [32] testamento: ut sic habeatur [firmum], ac si ut oportebat factum esset: cum eo tempore [33] quo testamentum signaretur, omnium consensu [34] hic testis liberi loco fuerit: neque quisquam esset, qui status ei quæstionem moveret. §. 8. Pater, necnon is qui in potestate ejus est, item duo fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, utique testes in uno testamento fieri possunt [35]: quia nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio [36] adhiberi. §. 9. In testibus autem non debet esse is qui in potestate testatoris est.

† Sed si filiusfamilias de castrensi peculio post missionem faciat testamentum: nec pater ejus recte adhibetur testis, nec is, qui in potestate ejusdem patris est: reprobatum est enim in ea re [37] domesticum testimonium. §. 10. Sed neque heres scriptus, [38] neque is, qui in potestate ejus est, neque pater ejus, qui eum habet in potestate, neque fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt; quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie [39] inter testatorem & heredem agi. † Licet autem totum jus tale conturbatum fuerat: & veteres quidem familiæ emptorem, & eos qui per potestatem ei conjuncti fuerant, à testamentariis testimoniis repellebant; heredi [autem], & iis qui per potestatem ei conjuncti fuerant, concedebant testimonia in testamentis præstare; licet ii, qui id permittebant, hoc jure minime abuti eos debere suadebant: tamen nos eandem observationem corrigentes, & quod ab illis suasum est, in legis necessitatem transferentes, ad imitationem pristini familiæ emptoris, merito nec heredi (qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet), neque aliis personis, quæ ei (ut dictum est) conjunctæ sunt, licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia præstare. ideoque nec ejusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus. §. 11. Legatariis autem & fideicommissariis, quia non juris [40] successores sunt, & aliis personis eis conjunctis testimonium non denegamus [41]: imo in quadam nostra constitutione [42] & hoc specialiter eis concessimus [43]. Et multo magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, hujusmodi licentiam damus. §. 12. Nihil autem interest, testamentum in tabulis [44], an in chartis, membranive, vel in alia materia fiat. §. 13. Sed [45] & unum testamentum pluribus codicibus [46] conficere quis potest, secundum obtinentem tamen observationem omnibus factis: quod interdum etiam necessarium est, veluti si quis navigaturus & secum ferre, & [domi] relinquere judiciorum suorum contestationem velit, vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent. §. 14. Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis conficiuntur [sufficiunt]: si quis autem sine [47] scriptis voluerit ordinare jure civili testamentum, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum jure civili, firmumque constitutum.

1 *V. Valeriunt.*
2 XXVIII. D. 1. VI. C. XXIII.
3 Et hic alludit ne quidam, 6. *Gell.* 12. quam Grammatici παρονομασίαν Rhetores παρήχησιν appellant, in quo sola nominum conformitas spectatur, quæ non ad vocis originem, sed ad sonum similitudinem refertur, Quintiliano teste *lib.* 9. *c.* 3. Hoc autem melior est allusio, quo propius veritatem rei notat. Nam in testamentis mens potissimum spectatur & dominatur. Proinde Valla frustra ridet Jurisconsultum: quasi mens nihilo plus operetur in testamento, quam in calceamento, vestimento, & similibus. Porro testamenti definitio est *in l.* 1. *D. eod.*
4 De qua v. Theophilum *hic* ad quem dixi.
5 Imo tria. *Inst. eod. vers. accessit. Ulp.* 20. §. 1. Fuit & quartum genus, prætorium; sed & quintum, civili jure. *Goth.* Vide *Vacon.* 1. *Declar.* 16. *per tot.* Aug. Gell. *l.* 15. *cap.* 27. & Arnold. Vinn hic. *S. L.*
6 Id est, in concione populi per cornicinem convocati, 15. *Gell.* 27.
7 Et in procinctu *Gell. d. loco. Ulp. tit.* 20. *dixi ad Theoph. hic & l.* 43. *D. de militari test. & ad Festum in procinctum classim.*
8 Quod & *raudus* dicebatur, quo emptor libram feriebat. *de quo Scripti ad leges XII. tab. lib.* 2. *tit.* 13. §. 3.
9 Vel mancipationem: quæ species erat alienationis, dixi ad *l.* 77. *D. de reg. jur. Ulp.* 19. §. 3. & *l. ult. C. de adopt.*
10 *V. l. ult. C. de adopt. l.* 36. 38. *D. de contr. empt.* §. 6. *Instit. quib. mod. jus patr. potestatis: Ulp.* 19. §. 3.
11 *De qua Scripti ad l.* 6. *C. de emancip. & Ulp.* 19. §. 3.
12 *Libripens* erat is qui stateram tenebat. Idem antestatus dicebatur. 1. *Caius* 6. §. 4. Porro libræ adhibendæ solennitas ex eo profecta, quod veteres infectum argentum solebant appendere, non numerare. Nam P. Romanus argento signato non usus est ante Pyrrhum regem devictum, *v. Plin.* 3. Inde libralis (unde libella) & dupondius appellatur assis. Inde quoque impensæ & expensæ, dependere in rationibus, libripendia & libripendes. Eadem pendendi consuetudine utebantur in rerum mancipi venditionibus: cujus rei vestigia ad sua usque tempora mansisse in æde Saturni, refert Varro 4. *de lingua. sub fin.* in qua trutina propter pensationem posita extabat. 13 Manent enim testes ficta emptione sublata. *Vigl.* 14 De quib. *l.* 12. *C. eod.* 15 Formam scripti Testamenti observa. 16 Jure Canonico, coram parocho & duobus testibus. *cap.* 10. *Extr. De Testam.* Quod mores ubique fere ad Notarium sive actuarium publicum & duos testes masculos, majores & fide dignos, extendunt. vide Groeneweg. hic. *S. L.* 17 *l.* 14. *D. de reb dub.* iique septem, *ut hic*: pauciores *ex Novell.* 41. *Leonis. & c.* 10. & 11. *extr. eod.* 18 *l.* 21. *in fi. D. eod.* 19 Ad hoc rogati *d. l.* 21. §. *pen.* 20 *V. Nov. Leon.* 42. 21 *l.* 29. *in pr. C. eod.* 22 Hodie cujusliber. *Nov.* 119. *c.* 9. 23 Non alio signo. *Ulp. in l.* 22. §. *signum. ff. eod.* à quo dissentit Accurs. Bart. Fab. & alii. 24 Alienus est etiam qui ab ipso testatore testi datur. *l.* 22. §. 2. *ff. eod.* 25 Modo subscriptione alienum constet. *Spec.* §. *videndum. tit. de probat.* 26 Active, vel passive *Theo.*
27 *l.* 20. §. 6. *& seq. ff. eod.* 28 Et peregrinus: arcentur enim à solennibus. aliud ergo erit in Testamento non solenni, militari, ad pias causas, inter liberos, *Novell.* 107. donatione causa mortis, & Codicillis. *Vigl.* 29 *l.* 26. *ff. eod.* dixi *ad leges XII tab. tit. de test.* 30 *l.* 21. *C. eod.* 31 Quorum rescriptum non exstat. 32 De jure itaque testamentum est injustum, *l.* 1. *C. De Testam.* sed benignitate Imperatorum confirmatum, nec ex hoc §. recte colligitur communem errorem jus facere. De quo vide Morla, Emp. Jur. *p. v. tit.* 2. *quæst.* 26. Zichard. *ad l.* 1. *C. De Test. num.* §. 6. Non enim error, sed Imperium potestasque Cæsarum hoc jus peperit, quum alioqui testamentum injustum esset. *Anst.* 33 *l.* 22. §. 1. *ff. & d. l.* 1. *C. eod.* eo exemplo dici potest, morte testis tabulas testamenti non decidere. *v. l.* 4. *C. quemad. testamenta aper.* 34 Huc quidam referunt casum testis impuberis, qui testamenti faciendi tempore pubes habebatur, postea impubes fuisse compertus est; quasi communis error & testamentorum favor etiam hoc vitium suppleat: eoque adducunt text. *l. Barbarius Philippus. ff. De officio prætor.* Quod, quum hodie testamentorum solennitas ad ordinariam facti (duorum sc. testium) probationem sit redacta, cui, ut de eo constet, nihil amplius demi potest, & impuberem ipsius naturæ & judicii defectus a dicendo testimonio repellat, ad exemplum trahi minime potest. *S. L.* 35 *l.* 22. *in pr. ff. eod.* 36 Secus in suo, *l.* 10. *ff. de testib.* 37 Et aliis. *l.* 2. *C. de testib.* 38 *l.* 20. *eod.* 39 Et olim. *l.* 20. *in pr. ff. eod. Ulp.* 20. §. 3. sed innuit hodie abolitum testamentum per æs & libram: in quo, quia negotium peragebatur inter testatorem & emptorem, heres testis esse poterat. *Ulp.* 20.

40 Universi, sed particularis tantum. Non sunt etiam principaliter successores, sed ex consequentia & per aliud tantum, id est, per heredem. Merede quoque nonnulla legatarii fuerunt provocandi, ne alioquin passim tabulæ testibus destituerentur *Vigl in l.* 14. *ff. de reb. dub.*
41 Loquitur de testamento scripto. § 5. 10. & 14. *h. t.* Aust. Etiam in Nuncupativo.

Vigl. Moribus tamen indistincte eorundem testimonia reprobari recte notat *Groeneweg.* hic. *S. L.*
42 Quæ fuit in priori C. 43 Confirmata *l.* 20. *in pr. ff. eod. l.* 22. *C. eod.* forte ob interpretum calumnias idem sæpius inculcari oportuit. *Vigl.* 44 *V. l.* 15. *in fi. C. eod.* an & notis? *v. Nov.* 107. *c.* 1.
45 *l.* 24. *ff. eod.* 46 *l.* 47. *ff. de leg.* 2. 47 Per nuncupationem: de quo *v. l.* 21. §. *per nuncupationem. C. de test.*

Tit. XI.

DE [1] MILITARI TESTAMENTO.

1 XIX. D. I VI. C. XXI.

SUpra-dicta diligens observatio in ordinandis testamentis, militibus propter nimiam imperitiam [2] eorum, constitutionibus [principalibus 3] remissa est. Nam quamvis ii neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem observaverint; recte [4] nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito nostra [5] constitutio introduxit. Quoquo [6] enim modo voluntas ejus suprema inveniatur, sive scripta sive sine scriptura; valet testamentum ex voluntate ejus. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel suis ædibus [7] degunt, minime ad vindicandum tale privilegium adjuvantur: sed testari quidem, etsi filii familiarum sint, propter militiam conceduntur: jure tamen communi eadem observatione & eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum proxime expositimus. §. 1. Plane de testamentis militum divus Trajanus Catilio [8] Severo ita rescripsit: Id privilegium quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intelligi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse; quod & sine scriptura, & à non militantibus quoque fieri potest. Si ergo miles, de cujus bonis apud te quæritur, convocatis ad hoc [9] hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita loquutus est, ut declararet, quem vellet sibi heredem esse, & cui libertatem tribueret; potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas ejus rata habenda est. Cæterum si (ut plerumque sermonibus fieri solet) dixit alicui, ego te heredem facio, aut bona mea tibi relinquo; non oportet hoc pro testamento observari. Nec [10] ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus id privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter post mortem alicujus militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona cui visum sit, & per hoc vera judicia subverterentur. §. 2. Quinimo & mutus & surdus [11] miles testamentum facere potest [12]. §. 3. Sed hactenus hoc illis à principalibus constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missionem vero veterani, vel extra castra [alii] si faciant adhuc militantes testamentum; communi omnium civium Romanorum jure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum non communi jure, sed quomodo voluerint, post missionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit: conditio autem heredi adscripta, post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere, quasi militis. §. 4. Sed & si quis ante [13] militiam non jure fecit testamentum, & miles factus & in expeditione degens resignavit illud, & quædam adjecit, sive detraxit; vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex nova militis voluntate. §. 5. Denique & si in [14] adrogationem datus fuerit miles, vel filiusfamilias emancipatus est, testamentum ejus quasi ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri. §. 6. Sciendum tamen est, quod cum ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores [15] leges, quam principales constitutiones [16] quibusdam [17] quasi castrensia dederant peculia, & horum quibusdam permissum fuerat, etiam in potestate degentibus testari: nostra [id] constitutio [18] latius extendens, permiserit omnibus in hujusmodi peculiis testari quidem, sed jure communi [19]. Cujus constitutionis tenore perspecto licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatum jus pertinent, ignorare.

2 *Tacit. in Agricola.*
3 Julii, Titi, Domitiani, Nervæ, Trajani, *l* 1 *ff eod*
4 Rite *Cujac.*
5 *l. pen. C. eod.*
6 *V. l.* 1. *in pr. ff. eod.*
7 Sedibus, vel fedes. *v. l.* 18. *C. de Episc. aud.*
8 *l.* 24 *ff. eod.*
9 Duobus saltem. *l.* 12. *ff. de test. junct l.* 1. § 2. *ff. eod.* An hoc necessitatis est? negat contra communem Viglius, nisi constet militem convocatos hominibus testari voluisse, *ut hic*: alioquin sufficere, si testetur vel uno teste præsente. *Vt. hic in pr.*
10 *l.* 24. *in fi. ff. eod.*
11 Simul: non autem natura, ut Accurs. putat (ob id enim dimittebatur, *l.* 4. *ff. eo t.* ut sacramenti præstandi, imperii, classici audiendi, atque perendæ factionis testamenti a principe incapax:) sed ex accidenti, & quidem scribendi ignarus.
12 Nuru vel filiis militis testari ex hac constitutione potest: reliqui non milites hoc beneficium specialiter à Principe tenentur petere. *l.* 7. *D. qui test.*
13 *l.* 9 *in fin. l.* 25. §. 1. *D. eod.*
14 *V. l.* 22 *D eod.*
15 *V. l.* 1. §. 6. *D.*
16 *d. l. ult. C. de inoff. test.*
17 *De quib. v. l. ult. C. de inoffic. Testam.*
18 Intelligit eos qui non sunt in expeditione sed in hybernis vel aliis locis. §. 1. 2. 3. 4. *h. t.* si enim sunt in expeditionibus, possunt testari quomodo velint. *l.* 1. *in fin. ff. h. t.* Aust.

Tit. XII.

QUIBUS [1] NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

1 XXVIII. D. I. VI. C. XXII.

NOn tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim ii, qui [2] alieno juri subjecti sunt, testamenti faciendi jus non habent: adeo quidem, ut quamvis parentes eis permiserint, nihilo magis jure testari possint [3]: exceptis iis, quos antea enumeravimus, & præcipue militibus, qui in potestate parentum sunt; quibus de eo quod in castris adquisierunt, permissum est ex constitutionibus [4] principum testamentum facere. Quod quidem jus ab initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate D. Augusti, quam Nervæ, necnon optimi Imperatoris Trajani: postea vero subscriptione D. Hadriani, etiam dimissis à militia, id est, veteranis concessum est. Itaque siquidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt: si vero intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus, ad parentes eorum jure communi [5] pertinebit. Ex hoc intelligere possumus: quod in castris adquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere [6], vel aliter inquietare, neque patre mortuo

2 *l.* 6. *l.* 16. *D. eod. l.* 3. *C. eod.*
3 Cur magis donare possint? 25. *D. de mortis causa.* An quod testamentum magis solenne, ac publici juris est, & ideo ex alieno arbitrio pendere non debet? An quod filiifamilias nullam hereditatem nullumve familiam habent, quam transferant? aut potius quod hereditatem pacto transferri sit ius civile, donare patris jussu non æque?
4 Filiusfamilias jure civili nulla de re testari potest, sed constitutionibus. *v. l.* 2. *ff. de castrensi.* hodie jure successionis, *Nov.* 118. *c.* 2.
5 Olim quam pec. filium *l.* 6. *ff. de castrensi.*
6 *C. ne filius pro patre.*

3 *V. l. 1. §. hoc ex verbis, ff. de vulg. leg.*

† Et tamen suæ potestatis [1] etiam ad testamentum, quod de aliis rebus quam de castrensibus vel quasi [2] castrensibus approbatum [3] valebit. §. 4. *Inst. De milit. testam. l. 20. §. 11. ff. h. t.* Add. 4 Testamentum facere in potestate non possunt, neque [5] pupilli non [6] *l. 5. ff. eod.* quod olim rem illum pupillis Tribunis instituit, *vide de regul. milit.* & pupillis cælibatum prohibentibus, *leges Decemvir. & Nerv.*

10 *V. l. 5. ff. eod.*

11 Impuberes autem hic esse desinunt masculi post completum 14, fœminæ post 12 annum completum. *l. 5. ff. eod.* ubi dixi.

12 *V. l. 16. ff. eod.* 2 *Caius* 2. §. 4. *Paul* 3. *sent.* 2. §. 1.

Goth. Qui hic tempus testamenti factionis, non mortis testatoris, inspicitur. *l. 18. ff. De testam.* contra quam in §. 4. *Instit. De hered. qual. & differ.* Anf. 13 *V. quæ scripsi ad l. 1. §. 10. ff. si quadrupes.*

14 In testamento Tuditani in foro Centumviri, magis quid scriptum esset, quam quis scripsisset, spectarunt. *Q. Valer.* 8. 15 *V. l. 15. ff. eod.* 16 Interdictionis formam *v. apud Paul. 3. sent.* 4. §. 7. 17 Hoc jus quodammodo mutatum est constitutione *Leon.* 39. 18 *l. 6. §. 1. l. 7. ff. eod.* 19 *l.* 10. *C. eod.* 20 Ut olim. 3 *Paul.* 4. §. 4. *v. qua not. ad Nov. Leon.* 69. 21 Potest autem: & accire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes. *Paul. illo loco.* 22 *l. 8. C. eod.* 23 Obsidis, vel captivi, non legati. *l. 8. l. 11. l. 13. §. 1. ff. eod. Paul. 3. sent.* 4. §. 8. 24 Valet ex *Novis Leon.* 40.

TIT. XIII.

DE EXHEREDATIONE [1] LIBERORUM.

1 XVIII. D. II. VI. C. XXVIII. XXIX. *Et quæ causis. Nov* 15. *cap.* 2. 2 *Gai* 2.

2 Quamvis ex minima parte.

3 Ea exheredatio differt ab abdicatione. *l. 6. C. de pat. potest.*

4 Etiam quoad legata & fideicommissa, & reliqua omnia. *l. 1. ff. De inoff. test. l. 5. l. 30. ff. de lib. & posthum. l. 30. §. 1. ff. De inoff. test. l. ult. in fin. C. de lib. præter.* Sed matris præterito pro exheredatione est, quæ non nisi per inofficiosi querelam rescinditur, manentibus legatis, & reliquis præter institutionem articulis. *§. ult. Inst. h. t. l. 1. ff. De legat. præstand. contra tabulas. post. pertin. Nov.* 115. *cap.* 3.

S. L. Atqui suas præterire itus petens eorum possessionem [4] contra tabula illud refundit? Non respondit: vel ideo, quod qui non petit, tacite parentis testamentum probat: & de parente modestius sentit, quam si ejus testamentum nullum affirmaret. *Bart. Vid.* Goth.

5 *V. l. 29. & 201. ff. de reg. juris.*

6 *l. 2. D. de liberis & posthumis.* vel aliter, *vel l. 24. D. de manum. testam.*

7 Hodie liberi non possunt exheredari sine causa, quæ in posthumis illis esse potest. *exc. Novis.* 118. *cap.* 1.

8 Alioqui testamentum nullum est ipso jure, non ex *regula* & bono, *l. 17. ff. de injusto.* v. quæ scripsi ad *l. ult. C. de bon. possess. cont. tab.* 9 *l. 3. §. 6 ff. de injusto. Cic. pro Cæcina* 10 Non nominatim *& singulos. Theoph.* Velut si quibusdam institutis ita subjungat testator, *ceteri exheredes sunto. l. 25. in pr. ff. de lib. & posthum.* 11 *l. 13. ff. de injusto.* 12 Hic §. ita accipiendus est: Lege 12 tab. posthumi alieni heredes instituti non poterant; Præteritis ergo filiis erumpebant ipso jure testamenta avi. Quod ne fieret, dedit Prætor posthumis bonorum possessionem ventris, & secundum tabulas. Ne eo nomine Prætor semper esset adeundus, Gallus Aquilius vel lege, vel interpretatione induxit, nepotem post mortem avi ex filio præmortuo nasciturum instituendum: postea Julius Velleius, ut idem esset si vivo avo nascerentur, constituit, eumque legem Scævol. postea interpretatus est. *l. 29. ff. de lib. & posth.* 13. In nepotibus exheredandis alia sunt jura civilia, alia prætoria. *v. l. ult. C. de impub. & aliis.*

tuo cum si uxibus commune [7] esse: sed scilicet proprium ejus esse, qui id in castris adquisierit, quamquam jure civili omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac servorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex sacris constitutionibus & præcipue nostris propter diversas causas non adquiruntur. Præterea si quis filiusfamilias testamentum fecerit, inutile est, licet suæ potestatis [8] factus decesserit. § 1. Præterea [9] testamentum facere non possunt [10] impuberes [11]: quia nullum eorum animi judicium est. † Item furiosi [12]: quia mente carent. Nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes: aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit. Furiosi autem, si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermissus [13] est, jure testati esse videntur [14]: certe eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente: Nam neque testamentum recte factum, neque ullum aliud negotium recte gestum, postea furor interveniens perimit. §. 2. Item prodigus [15], cui bonorum suorum administratio interdicta [16] est, testamentum facere non potest [17]: sed id, quod ante fecerit, quam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est. §. 3. Item surdus [18] & mutus non semper testamentum facere possunt. Utique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tarde exaudit: nam mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. Sæpe enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt. Unde nostra [19] constitutio etiam his subvenit, ut certis casibus & modis secundum normam ejus possint testari, aliaque facere, quæ eis permissa sunt. Sed si quis post testamentum factum, adversa valetudine, aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit; ratum nihilominus manet ejus testamentum. §. 4. Cæcus autem non [20] potest [21] facere testamentum, nisi per observationem quam lex [22] D. Justini patris nostri introduxit. §. 5. Ejus, qui apud hostes est [23], testamentum, quod ibi fecit, non [24] valet, quamvis redierit: sed quod dum in civitate fuerat, fecit: sive redierit, valet jure postliminii: sive illic decesserit, valet ex lege Cornelia.

7 *V. l. 1. §. hoc ex verbis, ff. de milit. test.*

8 *l. 1. §. 1. ff. de his qui sui vel alieni juris.*

9 *l. 1. §. 1. ff. de his qui sui vel alieni juris.*

10 Non nominatim *& singulos. Theoph.* Velut si quibusdam institutis ita subjungat testator, *ceteri exheredes sunto. l. 25. in pr. ff. de lib. & posthum.*

11 *l. 13. ff. de injusto.*

12 Hic §. ita accipiendus est: Lege 12 tab. posthumi alieni heredes instituti non poterant; Præteritis ergo filiis erumpebant ipso jure testamenta avi. Quod ne fieret, dedit Prætor posthumis bonorum possessionem ventris, & secundum tabulas. Ne eo nomine Prætor semper esset adeundus, Gallus Aquilius vel lege, vel interpretatione induxit, nepotem post mortem avi ex filio præmortuo nasciturum instituendum: postea Julius Velleius, ut idem esset si vivo avo nascerentur, constituit, eumque legem Scævol. postea interpretatus est. *l. 29. ff. de lib. & posth.*

13 *V. l. 15. ff. eod.*

14 *l. 15. l. 16. l. 45. ff. De Adopt. l. 13. C. De patriis l. 1. ff. De bonorum poss. contra tab. §. 8. Inst. De Adopt.* Quod verum est, si pater adoptivus decedat antequam filium emancipet; aliquin juvilis adoptionis actus a contraria emancipatione solvitur. *l. 14 ff. De Adopt.* Anf.

15 *l. 1. C. de lib prat.*

16 Et extraneo in adoptionem adscito. *l. 10. cons. omnia igitur. C. de Adopt.* Anf.

17 *l. pen. C. de adopt.*

18 *l. 9. cum seq. C. de testam. milit.*

19 Ut nec liberi, parentes. *l. 17. C. de inoff.*

20 Ut ita *l. 4. C. de lib. prat.* ad paterna tantum testamenta pertineat.

21 Inofficiosi querela *l. 13. C. De inoffic. testam.* Anf.

[1] XXVIII. D. V. VI. C. XXIV. & seqq.

2 Id est, qui & qualiter heredes fieri possint.

3 *l. 3. l. 31. ff. eod. l. 1. pen. C. de necessar.*

† Nec [2] ea [3] ita de filiabus & aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus antiquitas fuerat observatum: sed si non fuerant scripti heredes scriptæve, vel exheredati exheredatæve: testamentum quidem non infirmabatur, jus tamen adcrescendi eis ad certam portionem præstabatur: sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter cæteros hoc facere.

§. 1. Nominatim autem quis exheredari videtur, sive ita exheredetur, TITIUS FILIUS MEUS EXHERES ESTO: sive ita, FILIUS MEUS EXHERES ESTO; non adjecto proprio nomine, scilicet, si alius filius non exstet [4]. † Posthumi quoque liberi, vel heredes instituti debent, vel [5] exheredari [6]. Et in eo par omnium conditio est, quod & filio posthumo, & quolibet ex cæteris liberis, sive fœminini sexus sive masculini, præterito, valet quidem testamentum, sed postea adgnatione [7] posthumi sive posthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoque si mulier, ex qua posthumus aut posthuma sperabatur, abortum fecerit: nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ, vel nominatim, vel inter [8] cæteros exheredari solebant: dum tamen, si inter cæteros exheredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur prætéritæ esse per oblivionem. Masculos vero posthumos, id est, filios & deinceps, placuit non aliter recte exheredari, nisi nominatim exheredarentur: hoc sc. modo, QUICUNQUE MIHI FILIUS GENITUS FUERIT, EXHERES ESTO. §. 2. Posthumorum [9] autem loco sunt & hi, qui in sui heredis locum succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes: ut ecce, si quis filium, & ex eo nepotem neptemve in potestate habeat, quia filius gradu præcedit, is solus jura sui heredis habet, quamvis nepos quoque & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius ejus vivo eo moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate ejus: incipit nepos neptisve in ejus locum succedere: & eo modo jura suorum heredum quasi adgnatione nanciscitur. Ne ergo eo modo rumpatur ejus testamentum: sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non jure faciat testamentum: ita & nepotem neptemve ex filio necesse est ei vel heredem instituere, vel exheredare: ne forte eo vivo, filio mortuo succedendo in locum ejus nepos neptisve quasi agnatione rumpat testamentum. Idque lege Julia Velleia [10] provisum est, in qua similiis exheredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur. §. 3. Emancipatos liberos jure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est: quia non sunt sui heredes. Sed Prætor omnes, tam fœminini sexus, quam masculini, si heredes non instituantur, exheredari jubet: virilis sexus nominatim, fœminini [11] vero inter cæteros: quia si neque heredes instituti fuerint, neque ita (ut diximus) exheredati, permittit eis Prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem. §. 4. Adoptivi liberi, quandiu sunt in potestate patris adoptivi, ejusdem juris habentur, cujus sunt justis nuptiis quæsiti [12]: itaque heredes instituendi, vel exheredandi sunt, secundum ea, quæ de naturalibus expositimus. Emancipati vero a patre adoptivo, neque jure civili, neque [eo] jure quod ad edictum Prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverso (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem sunt in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur: ut eos neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit. Cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si a naturali patre emancipati fuissent. §. 5. Sed hæc quidem vetustas introduxerat. Nostra [13] vero constitutio inter masculos & fœminas in hoc jure nihil interesse existimans: quia utraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua [12 tabularum] omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, quod & Prætores postea sequuti esse videntur: ideo simplex ac simile jus, & in filiis, & in filiabus & in cæteris descendentibus per virilem sexum personis, non solum jam natis, sed etiam posthumis introduxit: ut omnes sive sui, sive emancipati [14] sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur: & eundem habeant effectum circa testamenta parentum suorum infirmanda, & hereditatem auferendam, quem filii sui vel emancipati habent, sive jam nati sint, sive adhuc in utero constituti, postea nati sint. Circa adoptivos autem [filios] certam induximus divisionem, quæ in nostra constitutione [15] quam super adoptivis tulimus, continetur. §. 6. Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat, & liberos suos jam natos, vel posthumos nominatim non exheredaverit, sed [silentio] præterierit, non ignorans, an habeat liberos: silentium ejus pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus [16] Principum cautum est. §. 7. Mater, vel avus maternus, necesse non habent liberos suos aut heredes instituere, aut exheredare [17]: sed possunt eos silentio omittere [18]. Nam silentium matris, aut avi materni, & cæterorum per matrem ascendentium, tantum facit, quantum exheredatio patris. Neque enim matri filium filiamve, neque avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est: sive de jure civili quæramus, sive de edicto Prætoris, quo [Prætor] præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem promittit: sed aliud eis adminiculum [19] servatur: quod paulo post vobis manifestum fiet.

2 *Gai* 2. §. 4. *Paul* 3. *sent.* 2. §. 1.

4 Etiam quoad legata & fideicommissa, & reliqua omnia. *l. 1. ff. De inoff. test. l. 5. l. 30. ff. de lib. & posthum. l. 30. §. 1. ff. De inoff. test. l. ult. in fin. C. de lib. præter.* Sed matris præterito pro exheredatione est, quæ non nisi per inofficiosi querelam rescinditur, manentibus legatis, & reliquis præter institutionem articulis. *§. ult. Inst. h. t. l. 1. ff. De legat. præstand. contra tabulas. post. pertin. Nov.* 115. *cap.* 3.

S. L. Atqui suas præterire itus petens eorum possessionem [4] contra tabula illud refundit? Non respondit: vel ideo, quod qui non petit, tacite parentis testamentum probat: & de parente modestius sentit, quam si ejus testamentum nullum affirmaret. *Bart. Vid.* Goth.

5 *V. l. 29. & 201. ff. de reg. juris.*

6 *l. 2. D. de liberis & posthumis.* vel aliter, *vel l. 24. D. de manum. testam.*

7 Hodie liberi non possunt exheredari sine causa, quæ in posthumis illis esse potest. *exc. Novis.* 118. *cap.* 1.

8 Alioqui testamentum nullum est ipso jure, non ex *regula* & bono, *l. 17. ff. de injusto.* v. quæ scripsi ad *l. ult. C. de bon. possess. cont. tab.* 9 *l. 3. §. 6 ff. de injusto. Cic. pro Cæcina* 10 Non nominatim *& singulos. Theoph.* Velut si quibusdam institutis ita subjungat testator, *ceteri exheredes sunto. l. 25. in pr. ff. de lib. & posthum.* 11 *l. 13. ff. de injusto.* 12 Hic §. ita accipiendus est: Lege 12 tab. posthumi alieni heredes instituti non poterant; Præteritis ergo filiis erumpebant ipso jure testamenta avi. Quod ne fieret, dedit Prætor posthumis bonorum possessionem ventris, & secundum tabulas. Ne eo nomine Prætor semper esset adeundus, Gallus Aquilius vel lege, vel interpretatione induxit, nepotem post mortem avi ex filio præmortuo nasciturum instituendum: postea Julius Velleius, ut idem esset si vivo avo nascerentur, constituit, eumque legem Scævol. postea interpretatus est. *l. 29. ff. de lib. & posth.* 13. In nepotibus exheredandis alia sunt jura civilia, alia prætoria. *v. l. ult. C. de impub. & aliis.*

TIT. XIV.

DE HEREDIBUS [1] INSTITUENDIS [2].

1 XXVIII. D. V. VI. C. XXIV. & seqq.

2 Id est, qui & qualiter heredes fieri possint.

HEredes instituere permissum est tam liberos homines, quam servos [3]: & tam proprios, quam alienos. Proprios autem olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quam cum libertate recte instituere licebat: hodie vero etiam sine libertate, ex nostra [4] constitutione heredes eos instituere permissum est. Quod non per innovationem induximus, sed quoniam æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Masurium Sabinum, quam ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem servus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem testator habet, alio usumfructum habente. † Est tamen casus, in quo nec cum libertate utiliter servus à domina heres instituitur, ut constitutione divorum Severi & Antonini cavetur, cujus verba hæc sunt: Scivum adulterio maculatum [5] non jure testamento manumissum ante sententiam [6] ab ea muliere videri, quæ rea fuerat ejusdem criminis postulata, rationis est [7]. Quare sequitur, ut in eundem à domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur [8]. † Alienus servus etiam is intelligitur, in quo usumfructum testator habet. §. 1. Servus autem à domino suo heres institutus, si quidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber hereſque ei necessarius. Si vero à vivo testatore manumissus fuerit; suo arbitrio adire hereditatem potest; quia non sit heres necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequatur. Quod si alienatus fuerit; jussu novi domini adire hereditatem debet, & ea ratione per eum dominus fit heres: nam ipse alienatus, neque liber, neque heres esse potest, etiamsi cum libertate heres institutus fuerit: destitisse enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienavit [9]. Alienus quoque servus heres institutus, si in eadem causa duraverit, jussu [10] ejus domini adire hereditatem debet. Si vero alienatus fuerit ab eo, aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam adeat; debet [11] jussu novi domini adire. At si manumissus est vivo testatore, vel mortuo antequam adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem. §. 2. Servus etiam alienus post domini mortem recte heres instituitur: quia & cum hereditariis servis est testamenti factio. Nondum [12] enim adita hereditas personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti [13]: cum etiam ejus, qui in [14] utero est, servus recte heres instituatur. §. 3. Servus [autem [15]] plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres, unicuique dominorum, cujus jussu adierit, pro portione domiſtii adquirit hereditatem. §. 4. Et unum hominem, & plures usque in [16] infinitum, quot quis heredes velit, facere licet. §. 5. Hereditas [17] plerunque dividitur in duodecim uncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem, utpura hæc: [18] sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx. Non autem utique [semper] duodecim uncias esse oportet. nam tot unciæ assem efficiunt, quot testator [19] voluerit: & si unum tantum quis ex semisse (verbi gratia) heredem scripserit, totus as in semisse erit. Neque enim idem [20], ex parte testatus & ex parte intestatus decedere potest: nisi sit [21] miles, cujus sola voluntas in testando spectatur. Et è contrario potest quis in quotcunque voluerit plurimas uncias suam hereditatem dividere [22]. §. 6. Si plures instituantur heredes: ita demum in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus heredes esse: satis enim constat, nullis partibus nominatis ex æquis partibus eos heredes esse [23]. Partibus autem in quorundam personis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit: si quidem aliqua pars assi deerit: ex [24] ea parte heres fit. Et si plures sine parte

3 *l. 3. l. 31. ff. eod. l. 1. pen. C. de necessar.*

4 *l. ult. C. de impub. & aliis.*

5 Vocem Græcam *μοιχεία*. sed alibi accusatum. *l. 48. §. 2. ff. eod.* Goth. Vid. *l. 12. §. 1. ff. Qui & à quib. manum.* Et sic detrahitur alicui jus quæsitum. *§. fin. Inst. De his qui sunt sui vel alien. jur.* Anf.

6 Id est, cognitionem finitam, *l. 12. §. pen. ff. qui & à quibus.*

7 An aliud sit absolutus sit? hoc putat Viglius *ex l. 77. §. 4. ff. de leg. 2.*

8 Pœna capitalis in utrumque constituta est hodie. *l. unic. C. de mulier. quæ sit prop. fero. jurg.*

9 *Novell. 162. cap. 1. §. 12. Inst. De legat.* Anf.

10 Ne onerosa hereditati invitum dominum obliget. *Vig.*

11 *l. 62. in fi. ff. de adq. her.*

12 *V. l. 31. in fi. ff. eod.*

13 Id enim utilius est: quid enim si non posset futurus heres institui? *Vigl.*

14 *l. 64. ff. eod.*

15 *l. 79. ff. de adq. her.*

16 Modo non vageatur voluntas sub incerta dimensione. *v. l. 1. §. si autem. D. ad Treb.* & præsertim *§. incertus. Inst. de leg.*

17 *V. l. 13. §. 1. & l. 50. in fi. D. eod.*

18 Hæc sescunx. alii uncia. Goth. De hisce Veterum computandi formulis vide Anton. Augustin. *lib. 2. Emendat. cap.* 8. & Duaren. *l. 2. disput.* 26. Sed præterea hereditas in partes naturales dividitur; veluti in duas dimidias, tres tertias, & quatuor quartas, & sex sextas. *l. 2. §. 7. ff. De collat. §. 7. Instit. h. t. l. 76. ff. De acq. vel amitt. hered.* Quod & moribus fere convenit, quibus rarior in testamentis assis aut unciarum distributio. *S. L.* 19 *V. l. 2. §. 2. D. de bon. poss. secun. tab. l. 12. §. 1. D. eod.* Adde *l. 17. & l. 58 §. 1. ff. eod.* 20 Paganus, *l. 7 D. de reg. jur.* Goth. Hodie quilibet paganus pro parte testatus & pro parte intestatus decedit, adeoque si quis ex certa re instituatur, nullo dato coheredе, tota hereditas ei acrescit Groeneweg. Tit. & ibi alleg. *S. L.* 21 *l. 6. in pr. ff. De test. milit.* Imo alius quam miles, *l. 15. D. de inoff. test.* 22 *Vid. l. 17. ff. eod.* 23 *V. l. 9. §. Verid. D. eod.* & gravatos, *l. 124. D. de leg. 1.* 24 *l. 17. in fr. D. eod.*

te scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt [24]. Si vero totus as completus sit: ii, qui nominatim expressas partes habent, in dimidiam partem vocantur: & ille, vel illi omnes in alteram dimidiam [25]. Nec interest [26], primus, an medius, an novissimus sive parte heres scriptus sit: ea enim pars data intelligitur [27], quæ vacat. §. 7. Videamus, si pars aliqua vacet, nec tamen quisquam sine parte sit heres institutus, quid juris sit: veluti si tres ex quartis partibus heredes scripti sunt. Et constat, vacantem partem singulis tacite pro hereditaria parte accedere [28], & perinde haberi, ac si ex tertiis partibus heredes scripti essent. Et ex diverso, si plures heredes scripti in portionibus sint, tacite [29] singulis decrescere [30]: ut si (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes scripti sint, perinde habeantur, ac si unusquisque ex quarta parte heres scriptus fuisset [31]. §. 8. Et si plures unciæ, quam duodecim distributæ sint: is, qui sine parte institutus est, quod dupondio deest, habebit. Idemque erit [32], si dupondius expletus sit. Quæ omnes partes ad assem postea revocantur, quamvis sint plurium unciarum.

§. 9. Heres & pure & sub [33] conditione institui potest: ex certo tempore, aut ad certum tempus non potest [34]: veluti, POST QUINQUENNIUM QUAM MORIAR: vel EX CALENDIS ILLIS, vel USQUE AD CALENDAS ILLAS HERES ESTO. Denique diem adjectum haberi pro supervacuo [35] placet: & perinde esse, ac si pure heres institutus esset. §. 10. Impossibilis [36] conditio in institutionibus & legatis, nec non in fideicommissis & libertatibus pro non scripta habetur [37]. §. 11. Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt, si quidem conjunctim, ut puta SI ILLUD, ET ILLUD FACTUM FUERIT, omnibus parendum est; si separatim, veluti SI ILLUD AUT ILLUD FACTUM ERIT, cuilibet [38] [conditioni] obtemperare satis est. §. 12. Ii, quos nunquam [39] testator vidit, heredes institui possunt: veluti si fratris filios peregrinantes [40], ignorans qui essent, heredes instituerit: ignorantia enim testantis inutilem institutionem non facit.

[24] Æqualiter.

[25] Videtur enim testator ad dupondium descendisse. *d.l.* 17. §. 3. *ff. eod.*

[26] *V. l.* 20. *D. eod.*

[27] *l.* 78. §. 2. *D. eod.*

[28] *l.* 13. §. 2. *D. eod.*

[29] *d. l.* 12. §. 3.

[30] *l.* 13. §. 4. *D. eod.*

[31] Nisi expleto asse testator ipse scripserit: *ex reliqua parte Seius heres esto.* tunc enim nihil capiet, quia nihil superest. *l.* 17. §. 3. *ff. h. t.* Anf.

[32] *V. l.* 17. *in fi. D. eod.*

[33] *Tot. tit. de cond. inst.*

[34] Sed vitio temporis sublato, manet institutio. *l.* 34. *D. eod.*

[35] Ut utile per inutile non vitiatur.

[36] *Paul. sent.* 4. §. 19.

[37] Id est, non vitiat sed vitiatur, quia non præsumitur testator intestatus decedere voluisse. aliud in stipulatione & contractibus. *v. l.* 31. *de obl. &* §. 10. *Instit. de inut. stipul.*

[38] Id est, alterutri. *v. l.* 13 *D. de reb. dub.*

[39] *l.* 11. *C. eod.* 40 Sic vertit Theoph. οὓς οὐκ ἴσμεν ἀδελφὰς ἢ τέκνα ξένης, ἀκόντως ἐπιδεικνύμενον αὐτός. aliud in peregrinis. *l.* 1. *C. eod.*

Tit. XV.

DE VULGARI [1] SUBSTITUTIONE.

POtest autem quis in testamento suo plures [2] gradus heredum facere: ut puta: SI ILLE HERES NON ERIT, ILLE HERES ESTO: & deinceps, in quantum velit testator, substituere potest; ut novissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem instituere [possit.] §. 1. Et plures in unius locum possunt substitui, vel unus in plurium, vel singuli in singulorum, vel invicem ipsi, qui heredes instituti sunt.

§. 2. Et si [3] ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituerit, & nullam mentionem in substitutione partium habuerit: eas videtur [4] in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit. (& ita D. Pius rescripsit.) §. 3. Sed [5] si instituto heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit; divi Severus & Antoninus sine distinctione [6] rescripserunt, ad utramque partem substitutum admitti. §. 4. Si [7] servum alienum quis patremfamilias arbitratus, heredem scripserit; & si heres non esset, Mævium [8] ei substituerit; isque servus jussu domini adierit hereditatem: [Mævius] substitutus, in partem admittitur. Illa enim verba, SI HERES NON ERIT, in eo quidem, quem alieno juri subjectum esse testator scit, sic accipiuntur, Si neque ipse heres erit, neque alium heredem effecerit: in eo vero, quem patremfamilias esse arbitratur, illud significant, Si hereditatem sibi, vel ei, cujus juri postea subjectus esse cœperit, non adquisierit [9]. Idque Tiberius [10] Cæsar in persona Parthenii [11] servi sui constituit.

[1] XXVIII. D. VI. VI. C. XXV. XXVI. Vulgaris substitutio dicitur ἐπὶ τοῖς πασὶν ἁπλῶς τόπο μὲν ἐξωτικοῖς, τόπο δὲ παιδοῖς. *Theoph. J. tit. prox.* vel quod à quocunque, de quocunque, in quemcunque casum concipi possit, nihil speciale habens. *Bart. 2. l.* 36. *D. eod. in pr.*

[2] *l.* 24. *ff. eod.*

[3] Præsumptionis hoc genus observa.

[4] *l.* 27. *ff. eod.*

[5] Hujus distinctionis mentio sit in *l.* 41. *ff. h. t.* Anf.

[6] *l.* 40. *ff. de hered. inst.*

[7] Mævium coheredem, *Cantiuncula hic.*

[8] *l.* 40 *ff. de heredib. instituend.*

[9] Ad Tit. Vespas. *Alc. 2. disjunct. 2.* adde *Sueton. Dionem, Martialem.*

[10] Hujus meminit Martialis variis locis.

Tit. XVI.

DE PUPILLARI [1] SUBSTITUTIONE.

LIberis suis impuberibus [2] quos in potestate quis habet [3], non solum ita, ut supra diximus, substituere potest, id est, ut si heredes ei non exstiterint, alius sit ei heres; sed eo amplius, ut si heredes ei exstiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis heres: veluti si quis dicat hoc [4] modo, TITIUS FILIUS MEUS HERES MIHI ESTO. ET, SI FILIUS MEUS HERES MIHI NON ERIT [5]: SIVE HERES ERIT, ET PRIUS MORIATUR QUAM IN SUAM [6] TUTELAM VENERIT: TUNC SEIUS HERES ESTO: quo casu, siquidem non exstiterit heres filius; tunc substitutus patri fit heres, si vero exstiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio fit heres substitutus: nam moribus [7] institutum est, ut quum ejus ætatis filii sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant. §. 1. Qua ratione excitati etiam constitutionem [8] posuimus in nostro Codice, qua prospectum est, ut si qui mente captos [9] habeant filios, vel nepotes, vel pronepotes, cujuscunque sexus vel gradus, liceat eis, & si puberes sint, ad exemplum pupillaris substitutionis, certas personas substituere [10]: sin autem resipuerint, eandem substitutionem infirmari; & hoc ad exemplum pupillaris substitutionis, quæ, postquam pupillus adolevit, infirmatur. §. 2. Igitur in pupillari substitutione secundum præfatum modum ordinata, duo [11] quodammodo sunt testamenta: alterum patris, alterum filii, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certe unum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hereditatum. §. 3. Sin [12] autem quis ita formidolosus sit, ut timeat, ne filius suus pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum accepit, post obitum ejus periculo insidiarum subjaceat: vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus [ordinare] debet, illam autem substitutionem, per quam, si heres exstiterit pupillus; & intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur, separatim in inferioribus partibus [13] subscribere debet, eamque partem proprio lino [14], propriaque cera consignare: & in priore parte testamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio adhuc impubere aperiantur [15]. Illud palam est, non ideo minus valere substitutionem impuberis filii, quod in eisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituisset: quamvis pupillo hoc periculosum sit. §. 4. Non solum autem heredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, ut si heredes eis exstiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis heres is, quem ipsi voluerint: sed etiam exheredatis [16]. Itaque eo casu, si quid [exheredato] pupillo ex hereditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquisitum fuerit: id [17] omne ad substitutum pertinebit.

†. Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel heredum institutorum, vel exheredatorum, eadem etiam de postumis [18] intelligimus. §. 5. Liberis autem suis testamentum nemo facere potest, nisi & [19] sibi faciat: nam pupillare testamentum, pars [20] & sequela est paterni testamenti; adeo ut si patris testamentum non valeat, nec filii quidem valebit.

§. 6. Vel [21] singulis liberis, vel ei, qui eorum novissimus impubes morietur, substitui potest: singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit; novissimo, si jus legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri velit. §. 7. Substituitur autem impuberi aut nominatim, veluti TITIUS: aut generaliter, ut [22], QUISQUIS HERES MIHI ERIT. Quibus verbis vocantur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi, qui & scripti sunt heredes, & exstiterunt, & pro qua parte heredes facti sunt [23]. §. 8. Masculo igitur usque ad quatuordecim [24] annos substitui potest: fœminæ usque ad duodecim annos: & si hoc tempus excesserint, substitutio evanescit [25]. §. 9. Extraneo [26] vero, vel filio puberi heredi instituto, ita [27] substituere nemo [28] potest, ut si heres exstiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget, alii hereditatem ejus, vel totam, vel pro parte restituere; quod jus quale sit, suo loco [29] trademus.

[1] Quæ sit liberis à patre, cujusque vis confertur in id tempus, quo pupilli futuri sunt, id est, post mortem patris. XXVIII. D. VI. & VI. C. XXVI.

[2] Id est, si intra pubertatem decesserint. *l.* 7. *C. De Impub. & al. substit.*

[3] His verbis excluduntur emancipati, spurii, & naturales (nisi sub conditione legitimationis), & matres. *Vigl.*

[4] Adde *aliam formulam ex a Cai.* 4. §. 3.

[5] Hanc formam substituendi, Βαλγαροπυλλαρίαν vocat Theophilus.

[6] Id est, si moriatur durante tutela. *l.* 9. §. 1. *ff. de admin. tut.* atque ita impubes.

[7] *l.* 2. *ff. eod.* nam vulgaris est ex *lege* 12 *tab. l.* 162. *ff. de verb. sign.*

[8] *l.* 9. *C. eod.*

[9] ἤγουν παραφρονοῦντας. Theoph.

[10] Exemplaris hæc substitutio est, de qua, hic & duobus locis in jure. *l. ex facto* 43 *ff. de vulgari. l.* 9. *C. de impub.*

[11] Principale & pupillare scilicet, *dixi ad l. pen. ff. test. quemad.* & tamen unum. *l.* 20. *ff. eod.*

[12] 2 *Caius* 4. §. 3.

[13] Id est, ima cera, *Sueton. in Julio c.* 15. in extrema pagina, 2 *Caius* 4. §. 3.

[14] *V. Pauli. 5. sent.* 25. §. 5.

[15] Sed cum pubes obierit. Talis est cautio *in l. ult. ff. ad Treb.*

[16] *l.* 1. §. 1 *ff eod. Ulp.* 21. §. 6. *Theoph. hic.*

[17] Imo id solum quod a testatore profectum est. *l.* 41. § *pen. ff. de milit. test.*

[18] *l.* 2. §. 4. *in fin. ff. eod.*

[19] *l.* 1. *in fin.* & *l.* 2. §. *primo ff. eod.* non tamen conversa scriptura nocebit: si modo substitutioni conjunctim hæreat institutio: quippe inter conjunctas *duntaxat* pene nihil præcedere vel sequi videtur. *Vigl.*

[20] *l.* 38. *in fi. ff. eod. l. pen. testam. quem. aper.*

[21] *l.* 37. *ff. eod.*

[22] *l.* 3. *l.* 5. 8. §. 1. *l.* 10. *in pr. ff. eod.*

[23] *l.* 24. *ff. eod.*

[24] *V. l.* 7. *ff. eod.*

[25] Non potest enim liberam testandi facultatem filio eripere. *tot. tit. C. Si quis alig. test. prob.* ac ne princeps quidem id facere potest. *l.* 43. *ff. h. t.* Anf.

[26] Extraneus non erit, si eum adoptet. *l.* 2. *ff. eod.*

[27] Id est, post pubertatem.

[28] Nisi miles. *l.* 15. *ff. eod.*

[29] *l.* 41. §. 2. *ff. h. t.* Anf.

Tit. XVII.

QUIBUS [1] MODIS TESTAMENTA IN FIRMENTUR.

[1] XXVIII. D. III.

TEstamentum jure [2] factum usque eo valet, donec rumpatur, irritumve fiat. §. 1. Rumpitur autem testamentum, cum in eodem statu manente testatore, ipsius testamenti jus vitiatur. Si quis enim post factum testamentum [3] adoptaverit sibi filium per Imperatorem, eum, qui est sui juris; aut per Prætorem secundum nostram constitutionem, eum, qui in potestate parentis fuerit: testamentum ejus rumpitur, quasi agnatione sui heredis.

§. 2. Posteriore quoque testamento quod [4] jure perfectum est, superius [5] rumpitur [6]; nec interest, exstiterit aliquis heres ex eo, an non: hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Idcoque si quis aut noluerit heres esse; aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam hereditatem adiret, decesserit; aut conditione, sub qua heres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamilias intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valet, ruptum à posteriore: & posterius æque nullas habet vires, cum ex eo nemo heres exstiterit. §. 3. Sed & si [7] quis priore testamento jure perfecto, posterius æque jure fecerit: etiamsi ex certis [8] rebus in eo heredem instituerit, superius tamen testamentum sublatum esse, divi Severus & Antoninus rescripserunt: cujus constitutionis verba [& hic] inseri jussimus, quum aliud quoque præterea in ea constitutione expressum sit. Imperatores Severus & Antoninus Cocceio Campano: Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, perinde jure valere [9], ac si rerum mentio facta non esset: sed & teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia [10], hereditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi verba, quibus ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et ruptum quidem testamentum hoc modo efficitur. §. 4. Alio autem modo testamenta jure facta infirmantur: veluti cum is, qui fecit testamentum, capite [11] deminutus sit; quod quibus modis accidat, primo libro retulimus. §. 5. Hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur: quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant; & ea, quæ statim ab initio non jure fiant, irrita sint: sed & ea, quæ jure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sane commodius erat, singulas causas singulis appellationibus distingui [12]: ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri. §. 6. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt: nam si septem testium signis signata sunt, potest scriptus heres [13] secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere; si modo defunctus & civis Romanus & suæ potestatis mortis tempore fuerit. Nam si ideo irritum factum sit testamentum, quia civitatem, vel etiam libertatem testator amisit; aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptivi patris potestate sit: non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere [14]. §. 7. Ex eo autem solo non [15] potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere: usque adeo, ut & si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut mortalitate præventus, aut quia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit, divi Pertinacis Oratione [16] cautum sit, ne alias tabulæ priores jure factæ, irritæ fiant, nisi sequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint: nam imperfectum [17] testamentum sine dubio nullum est. §. 8. Eadem Oratione expressit, non admissurum se hereditatem ejus, qui litis [18] causa Principem reliquerit heredem: neque tabulas non legitime factas, in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat, probaturum: neque ex nuda voce heredis nomen admissurum: neque ex ulla scriptura, cui juris auctoritas desit, aliquid adepturum. Secundum hoc divi Severus & Antoninus sæpissime rescripserunt. Licet enim (inquiunt) legibus soluti simus, attamen [19] legibus vivimus.

[2] Id est, rite. *l.* 6. *in pr. ff. ad leg. Corn. de falf.*

[3] *l.* 8. *D. eod.*

[4] Non alias. §. *pen. Inft. eod.* Goth. Vid. *l.* 2. *De injuft. rupt.* Quando testamentum posterius, etiam imperfectum, tollat prius, *l.* 31. §. 3. *C. De Teftam. & ibi* Sichard. *Anf.*

[5] Cur ita? *v. l.* 1. §. 1. *ff. fecund. tab.*

[6] Ipso jure: ut superflua sit Notariorum cautio, qui prioris testamenti revocationem secundo ingerunt. *Vigl.* hic num. 1. & 2. *Goth.* Sichard. *l.* 21. §. 3. *Verf. Unde fi quis C. De Teftam.* Anf.

[7] *l.* 29. *D. ad Treb.*

[8] In quibus testatorem tantum derogasse priori testamento, quis arbitrari posset. *Vigl.*

[9] *l.* 1. §. 4. *l.* 10. *D. de her. inft.*

[10] Lex Falcidia ad fideicommissa ex Pegasiano: ad donationes causa mortis, ex const. D. Severi: ad Codicillos, & intestati causam, ex constit. Antonini producitur. *Cujac.*

[11] *l.* 6. §. *irritum D. eod.*

[12] *Vid.* §. 29. *Inftit. De leg.* Anf.

[13] *l.* 12 *D. eod.*

[14] Quæ negatur ei, qui jus testandi non habet. *l.* 1. §. 8. *D. fecund. tab.*

[15] Imo posse videtur. *l.* 29. *D. de teftam.*

[16] Hujus orationis meminit Capitolinus in Pertinace.

[17] Imperfectus actus nihil operatur. Imperfecta jure pro nullis habentur. *l.* 6. *De his qui fatisf. cog.*

[18] *l. ult. D. qui teftam. l.* 91. *D. de her. inft.*

[19] *l.* 3. *C. de teftam.*

Tit. XVIII.

DE [1] INOFFICIOSO TESTAMENTO.

QUia plerumque parentes sine causa [2] liberos suos exheredant, vel omittunt: inductum est, ut de inofficioso testamento agere possint liberi, qui queruntur, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos; hoc [3] colore, quasi non sanæ mentis fuerint, cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, non quasi vere furiosus sit, sed recte quidem fecerit testamentum, non autem ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit [4], nullum testamentum est. §. 1. Non autem liberis tantum permissum est

[1] V. D. II. III. C. XXVIII.

[2] Id est, ex injusta, cui non assentiendum. *l.* 4. *D. eod.*

[3] *l.* 2. *D. eod.* quia nulla impugnandi ejus testimenti causa commodior: cessat enim injuriarum post mortem.

[4] *l.* 16. *in fi. D. qui teftam. fac.*

est testamentum parentum inofficiosum accusare: verum etiam liberorum parentibus [1]. Soror autem & frater [6] turpibus personis scriptis heredibus ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere. §. 2. Tam autem naturales [8] liberi, quam secundum nostræ constitutionis [9] divisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere possunt, si [10] nullo alio jure ad defuncti bona venire possint. Nam qui ad hereditatem totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Posthumi quoque, qui nullo allo jure venire possunt, de inofficioso agere [11] possunt.

§. 3. Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à testatoribus testamento relictum est, quod nostra [12] constitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin vero quantacunque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente, id, quod eis deest, usque ad quartam legitimæ partis [13] repleatur [14]: licet non fuerit adjectum, boni viri [15] arbitrati debere eam compleri [16]. §. 4. Si tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatum acceperit, cum nihil erat ipsi tutori relictum à patre suo: nihilominus poterit nomine suo de inofficioso patris testamento agere [17]. §. 5. Sed si a contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse [tutor], quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non [18] amittit. §. 6. Igitur quartam [19] quis debet habere, ut de inofficioso agere non possit: sive jure hereditario, sive [20] jure legati, vel fideicommissi, vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter vivos: in iis tantummodo casibus, quorum mentionem facit nostra constitutio: vel aliis modis, qui [in nostris] constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est: ut sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit, ut ea pro rata eis distribuatur [21].

1 *l. 1. l. 15 ff. eod.*

6 Utrinque conjunctus, non uterinus, *l. 17. C. eod.*

7 *l. 21. C. eod.*

8 Legitimi tamen v. quæ not. *ad Novell. 89. c. ult.*

9 *l. pen. C. de adopt.*

10 Est enim subsidiaria. *l. 4. §. fin. C. de lib. præt.*

11 Postumi præteriti agnatione rumpunt testamentum, ex hereditari non possunt, cum nulla sit in eis ingratitudinis suspicio. v. §. 1. *Inst. de exher. lib.*

12 *l. 30. C. eod.*

13 Singulis sua portio in quarante vel triente vel semisse legitimæ partis relinquenda est.

14 Condictione ex *l. 30. & l. 36. C. eod.* quæ vulgo actio ad supplementum legitimæ vocatur.

15 Quod olim adjici, vel intelligi necessarium erat, *l. 36. in pr. C. eod.* 16 Nec enim prohiberi aut gravari potest. *l. 35. 36. C. eod.* 17 *V. l. 22. ff. de lib. quibus ut indign. v. l. 30. ff. eod.* 18 *d. l. 22. ff. de lib. quib. ut indignis.* 19 Quæ hodie ut aucta sit, v. *Nov. 18. c. 1. 22. c. 48. 39. c. 1.* 20 Hodie jure institutionis quarta relinquenda est. *Novell. 115. c. 3. in pr. & §. 1.* 21 Addendum hanc condictionem ad supplementum non quinquennio instar querelæ sed 30 annis præscribi. *Jos. l. 24 C. eod. Dec. conf. 303. Vid. Mynsi. contra Bar.* addendum etiam quoad institutionem heredis: filio injuste præterito vel exheredato irritum esse testamentum, legata vero & cætera firma manere. *Auth. Ex causa. C. de liber. præt. Nov. 115. c. 3. §. si autem. §. si vero.*

Tit. XIX.

DE HEREDUM QUALITATE, ET DIFFERENTIA.

Divisio heredum. 1. De heredibus necessariis. 2. De suis heredibus. 3. De extraneis. Qui sunt heredes extranei. 4. De testamenti factione. 5. De jure deliberandi, & beneficio inventarii. 6. De acquirenda vel amittenda hereditate.

HEredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui & necessarii, aut extranei. §. 1. Necessarius heres est servus heres institutus. Ideoque sic appellatur, quia sive velit [1], sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius heres fit. Unde qui facultates suas suspectas habent, solent servum suum primo, aut secundo, aut etiam ulteriore gradu heredem instituere; ut si creditoribus satis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipsius testatoris à creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos dividantur. Fro hoc tamen incommodo illud ei commodum præstatur, ut ea, quæ post mortem patroni sui sibi adquisierit, ipsi reserventur. Et quamvis bona defuncti non sufficiant creditoribus: [iterum] tamen ex ea causa res ejus, quas sibi adquisierit, non veneunt. §. 2. Sui [2] autem & necessarii heredes sunt, veluti filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate [3] morientis modo fuerint. Sed ut nepos neptisve sui heredes sint, non sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse: sed opus est, ut pater ejus vivo patre suo decesserit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris potestate: tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, & vivo quoque patre quodammodo [4] domini existimantur. Unde etiam si quis intestatus moriatur, prima [5] causa est in successione liberorum [6]. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omnino, sive [7] velint, sive nolint, tam ab intestato, quam ex testamento [ex lege duodecim tab.] heredes fiunt: sed his Prætor [8] permittit [9] volentibus abstinere hereditate, ut potius parentis, quam ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur. §. 3. Cæteri, qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei [10] heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes à nobis instituti, extranei heredes nobis videntur. Qua de causa, & qui heredes à matre instituuntur, eodem numero sunt: quia fœminæ in potestate liberos non habent [11]. Servus quoque heres à domino institutus, & post testamentum factum ab eo manumissus, eodem numero habetur. §. 4. In extraneis heredibus illud observatur [12], ut sit cum eis testamenti factio, sive heredes ipsi instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt: & id duobus [13] temporibus inspicitur; testamenti quidem [facti] tempore, ut constiterit institutio; mortis vero testatoris, ut effectum habeat. Hoc amplius, & cum adit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres institutus sit: nam jus heredis eo [14] maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris non [15] nocet heredi: quia (ut diximus) tria tempora inspici debent. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest: sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alii adquirere, licet non possit facere testamentum [16]. Et ideo furiosus & mutus [17], & posthumus [18], & infans & filiusfamilias, & servus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi vel alii acquirere possunt.

§. 5. Extraneis [19] autem heredibus deliberandi potestas est [20] de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed sive is, cui abstinendi potestas est, immiscuerit [21] se bonis hereditatis; sive extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: postea relinquendæ hereditatis facultatem non [22] habet, nisi minor [23] sit viginti quinque annis. Nam hujus ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus casibus decepti, ita & si temere damnosam hereditatem susceperint, Prætor succurrit. §. 6. Sciendum est tamen; D. Hadrianum etiam majori viginti quinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem D. Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit [24]: divus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit. Sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis imperio nostro hoc beneficium præstitit: & constitutionem [25] tam æquissimam, quam nobilissimam scripsit: cujus tenorem si observaverint homines, licet eis adire hereditatem, & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: ut ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omissa observatione nostræ constitutionis, & deliberandum existimaverint, & sese veteri gravamini additionis supponere maluerint. §. 7. Item extraneus heres testamento institutus, aut ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus, potest aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate suscipiendæ hereditatis heres fieri. † Pro herede autem gerere quis videtur [26], si rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo locandove, & quoquo modo voluntatem suam declaret vel re, vel verbo de adeunda hereditate dummodo sciat eum is, cujus in bonis pro herede gerit, testatum intestatumve obisse [27], & se ei heredem esse. Pro [28] herede enim gerere, est pro domino gerere: veteres enim heredes pro dominis appellabant. † Sicut autem nuda voluntate extraneus heres fit: ita contraria [29] destinatione statim ab hereditate repellitur [30]. Eum [31], qui surdus vel mutus natus, vel postea factus est, nihil prohibet pro herede gerere, & adquirere sibi hereditatem: si tamen intelligit, quod agit [32].

11 Immiscere se hereditati sui & necessarii dicuntur: quemadmodum extranei adire. *l. 3. §. seq. l. 7. § non solum. ff. de minor. l. 14. § plerique. ff. de relig. l. 1. §. qui sunt. ff. si quis omissa. l. 57. ff. de adq. hered. l. 5. in fin. ff. quod cum eo. l. 6. § sed & ff. ad Treb. l. pen. ff. de sepul. l. 8. l. 10. C. de jure delib. l. 1. C. si minor se ab hered.* Ideoque immiscere, & abstinere sepatantur. *l. 7. § restituitur. ff. de minor. l. 6. § si filius. ff. de bon. libert.* Porro quod ad jus se immiscendi attinet, notandum est, non semper esse perpetuum, ut Jason putat, sed tamen perpetuum dici (ut annis triginta finiatur, *Tit. Inst. de perpetuis & temporalib. act. & l. ult. C. de præscr. 30 annor.* & ita intelligenda est Glossa in l. un. C. quando non petentium. v. Tiraquum superiore loco. Balbum 4. de præs. 4. 9. 19. 22 *Paul. 3. sent. 4. §. ult. l. 3. §. 2. ff. de lib. & posthum.* 23 Cui impuberi, abstentionis: puberi vero, restitutionis in integrum beneficium datur, v. *l. ult. C. de repud. her.* 24 Ex generali clausula, Si qua mihi justa causa, *l. 1. ff. ex quib. caus. major.* 25 *V. l. fin. C. de jure delib.* quæ de inventario conficiendo & ejus utilitate tractat, & quæ ibidem notavi. 26 *l. 20. in princ. ff. de adq. hered. v. l. 1 C. de repudiand.* 27 *V. l. 1. ff. pro her.* 28 *V. l. 20. ff. de adqu. hered.* 29 *V. l. 6. in princ. ff. ad Treb. l. 12. ff. de adq. hered.* 30 Omnino si extraneus: secus si suus. *l. ult. C. de repud.* 31 *V. l. §. D. de adq. hered.* 32 Secundum distinctionem §. 3. *Instit. Quib. non est permissum facere testam.*

1 *l. 12. ff. qui testam.* quod in aliis non est, *l. 16. C. de jur. delib. l. 85. ff. de acq. her.*

2 *l. 1. §. suos. ff. de suis.*

3 *l. 12. in fin. ff. qui testam.*

4 *l. 11. ff. de liber. & posth. vel 16. §. 5. ff. de adq. her.* Hereditas (ut recte scribit Cassiodorus *in Psal. 2. 15. 77.*) ab hero dicta, id est, a domino, quod eam jure legitimo dominus possideat. Nec quis interea miretur, quod quæ in heres syllaba producitur, in hero corripiatur, v. *Gell. 12. c. 3. adde Cuj. 5. obs. 10. in fin.*

5 *V. l. 1. §. 1. & 5. ff. si tabulæ testam. nulla extabunt. ubi dixi.*

6 §. 1. *J. de, hered. quæ ab intest. l. 1. in pr. ff. si tabulæ testa.*

7 *V. l. 12. ff. qui test.*

8 Jus abstinendi, legibus 12 tabb. introductum non fuisse, hinc colligitur, quia jure 12 Tabb. liberi erant necessarii. Eo. sed jure prætorio, *ut hic.* quod & confirmatum est jure civili Digestorum. *l. 12. ff. de vulgari.* & novissimo *C. & Nov. l. ult. C. de jure delib.* & ita communiter tenetur, licet alii *in l. unica C. quando non petentium partes.* putent, jus abstinendi juris esse civilis præfiscæ, v. *Pyrrhum disputationum 10. sub finem Commentarii consuet. Aurelianens.*

9 *l. 57. in pr. ff. de acq. her.* 10 *l. 12. ff. qui testa.* 11 Et per consequens nec suos, *l. 4. §. 2. ff. de bon. poss. contra tab.* 12 *l. 49. ff. de hered. instit.* 13 *d. l. 49. §. 1. ff. de hered. inst.* 14 *l. 62. in princ. ff. de hered. inst. l. 52. ff. de leg. 2.* 15 *l. 6. §. solemus. ff. de hered. inst.* 16 Ut sit duplex testamenti factio, una ejus faciendi: altera ex eo capiendi. *l. 16. ff. qui test.* 17 *l. 1. §. 2. de hered. inst.* 18 *l. 4. ff. de liberis.* 19 Et suis, *Cautuncula.* Goth. *l. 7. ff. & l. ult. §. 2. 12. 13. C. de jure delib.* Anf. 20 Deliberandi potestas data à Prætore: olim pro arbitrio. *l. 1. ff. de jur. delib.* hodie intra certum tempus. *l. ult. §. sed quia. C. de jur. delib.*

Tit. XX.

DE LEGATIS.

1 xxx. D. xxxi. xxxii. vi. C. xxxvi.

Continuatio. 1. Definitio. 2. De antiquis generibus legatorum sublatis. 3 Collato legatorum & fideicommissorum. 4. De re legata, de re testatori, heredi, aliena, cujus non est commercium. 5. De re pignerata. 6. De re aliena post testamentum à legatario acquisita. 7. De his, quæ non sunt in rerum natura. 8. De eadem re duobus legata. 9. Si legatarius proprietatem fundi alieni sibi legati emerit & usufructum ad eum pervenerit. 10. De re legatarii. 11. Si quis rem suam quasi non legaverit. 12. De alienatione vel oppignoratione rei legatæ. 13. De libertate legata. 14. De debito legato creditori. 15. De dote uxori legata. 16. De interitu & mutatione rei legatæ. 17. De interitu quarumdam ex pluribus legatis. 18. De grege. 19. De ædibus. 20. De peculio. 21. De rebus corporalibus, & incorporalibus. 22. De legato generali. 23. De optione legata. 24. Quibus legari potest. 25. Jus antiquum de persona incerta. 26. & de postumo alieno. 27. Jus novum de persona incerta, & postumo alieno. 28. De postumo alieno herede instituto. 29. De errore in nomine legatarii. 30. De falsa demonstratione 31. De falsa causa. 32. De servo heredis. 33. De domino heredis. 34. De modo & ratione legandi. De ordine Scripturæ. 35. De legato post mortem heredis, vel legatarii. 36. Si pœnæ nomine relinquatur, admatur, vel transferatur.

POst hæc videamus de legatis, quæ pars juris extra propositam quidem materiam videtur: (nam loquimur de iis juris figuris [2], quibus per universitatem [3] res nobis adquiruntur) sed cum omnino de testamentis, & de heredibus qui in testamento instituuntur, loquturi simus: non sine causa sequenti loco potest hæc juris materia tractari. §. 1. Legatum itaque est [4] donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda. §. 2. Sed olim quidem erant legatorum genera quatuor [5]: per vindicationem [6], per damnationem [7], sinendi [8] modo, per præceptionem [9]: & certa quædam verba cuique generi legatorum adfignata erant, per quæ singula genera legatorum significabantur. Sed ex constitutionibus divorum Principum [10] solennitas hujusmodi verborum penitus sublata est. Nostra autem constitutio, quam cum magna fecimus lucubratione, defunctorum voluntates validiores esse cupientes, & non verbis, sed voluntatibus eorum faventes: disposuit, ut omnibus legatis una sit natura, & quibuscunque [11] verbis aliquid relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales [12], sed etiam per in rem, & per hypothecariam [13]. Cujus constitutionis perpensum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est. §. 3. Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavimus. Cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem; fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus, omnia legata fideicommissis exæquare [14], ut nulla sit inter ea differentia; sed quod deest legatis, hoc repleatur ex natura fideicommissorum; & si quid amplius est in legatis, per hoc crescat fideicommissorum natura. Sed ne, in primis legum cunabulis permistim de his exponendo, studiosis adolescentibus quandam introducamus difficultatem: operæpretium esse duximus, interim separatim prius de legatis, & postea de fideicommissis tractare, ut natura utriusque juris cognita facile possint permistionem eorum eruditi subtilioribus auribus accipere. §. 4. Non solum autem [15] testatoris vel heredis [16] res, sed etiam aliena [17] legari potest: ita, ut heres cogatur redimere eam, & præstare: vel si eam [18] non potest redimere, æstimationem ejus dare. Sed si talis sit res, cujus commercium non est, [vel adipisci non potest:] nec æstimatio ejus debetur: veluti si campum [19] Martium, vel basi-

2 Causis, speciebus, formis & modis. *l. 31. in pr. D. de mortis causa.*

3 *V. l. 37. D. de adqu. her.*

4 *l. 36. D. de leg. 2. adde l. 116. in pr. D. de l. 1. & Ulp. tit. 24. §. 1.*

5 Vid. Ant. Fabr. 6. *Conj. 5.* qui duo tantum legatorum genera fuisse putat: damnationis & vindicationis. cætera autem differentias potius quam distincta genera. Arum. *Exerc. Justin. 9. th. 2.* Anf.

6 *Paul. 3. sent. 6. §. 7.* Per vindicationem ita legatur: Do, lego, sumito sive habeto. *Ulp. 24. §. 3.* ubi §. 7. vide quæ res per vindicationem legari poterant. ibidem quoque §. 12. differentiam facit res per vindicationem distinctim, an conjunctim legetur.

7 *V. Paul ibi. §. 6.* Per damnationem his verbis legatur; Heres meus damnas esto dare. dato, facito. Heredem meum dare jubeo. *Ulp. 24. §. 4.* ubi §. 8. & 9. v. res, quæ legari poterant per damnationem

1 ibidem quoque §. 13. differentiam facit, res per damnationem legetur pluribus conjunctim, an disjunctim. 8 *Paul. ibi. §. 11.* Sinendi modo ita legatur: heres meus damnas esto sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibique habere. *Ulp. 24. §. 5.* ubi §. 10. refert quæ poterant legari sinendi modo. 9 Per præceptionem ita legabatur: Lucius Titius illam rem præcipito. *Ulp. 24. §. 6.* ubi §. 11. recenset quæ res legari poterant per præceptionem. 10 Constantini, Constantis, Constantii, *l. 21. C. eod.* 11 *l. 2. C. comm. de legat.* 12 *l. 1. C. comm. de legat.* 13 Duæ priores simul non possunt proponi. *l. 1. C. de furt.* sed altera alteram elidit. *l. 76. §. pen. ff. de legat. 2.* 14 *l. 1. de leg. 1.* 15 §. 11. *Instit. eod. l. 67. §. si rem. De leg. 2.* 16 *V. l. 25. C. de fideic.* 17 *V. l. 10. C. de legat.* 18 *V. l. 30. §. fin. de leg. 3.* Goth. Quia dominus forte aut omnino nolit, aut immodico pretio vendere velit. *l. 14. §. ult. ff. eod.* Anf.

19 *l. 39. §. fin. de leg. 1.*

basilicas, vel templa, vel quæ publico [20] usui destinata sunt, legaverit: nam nullius momenti [tale] legatum est. † Quod autem diximus, alienam rem posse legari: ita intelligendum est [21], si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat [22]. Forsitan enim, si scivisset alienam rem esse, non legasset. & ita D. Pius rescripsit. Et verius [23] est, ipsum qui agit, id est, legatarium probare oportere, sciisse alienam rem legare defunctum; non heredem probare oportere, ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, [24] qui agit. §. 5. Sed & si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres [eam] [25] luere [26]. Et [in] hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena: ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse. & ita D. Severus & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet heres eam luere. §. 6. Si res aliena legata fuerit, & ejus rei vivo testatore legatarius dominus factus fuerit: siquidem ex causa emptionis [27], ex testamento actione pretium consequi potest. Si vero ex causa lucrativa [28], veluti ex donatione, vel ex alia simili causa, agere non potest. nam traditum est, duas lucrativas causas in eundem [29] hominem, & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur, interest [30], utrum rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit: nam si rem habet, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa [31]; si æstimationem, agere potest. §. 7. Ea quoque res, quæ in rerum natura non est, si modo futura [32] est [33], recte legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit. §. 8. Si eadem res duobus legata sit, sive conjunctim, sive disjunctim: si simbo perveniant ad legatum, scinditur [34] inter eos legatum: si alter deficiat (quia aut præverit legatum, aut vivo testatore decesserit, vel alio quoquo modo defecerit [35]) totum ad collegatarium pertinet. Conjunctim autem legatur, veluti si quis dicat, TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO, LEGO [36]: disjunctim ita, TITIO HOMINEM STICHUM DO, LEGO: SEIO HOMINEM STICHUM DO, LEGO. Sed & si expresserit eundem hominem Stichum, æque disjunctim legatum intelligitur. §. 9. Si cui fundus alienus legatus sit, & [37] emerit proprietatem deducto usufructu, & usufructus ad eum pervenerit, & postea ex testamento agat: recte eum agere, & fundum petere, Julianus ait: quia usufructus in petitione, servitutis locum obtinet [38]. Sed officio judicis continetur, ut deducto usufructu, jubeat æstimationem præstari [39]. §. 10. Sed si rem legatarii quis ei legaverit, inutile est legatum [40]: quia quod proprium est ipsius, amplius ejus fieri non potest: & licet alienaverit eam, non debetur [41] nec ipsa res, nec æstimatio ejus. §. 11. Si quis rem suam quasi alienam legaverit, valet legatum: nam plus [42] valet quod in veritate [43] est, quam quod in opinione [44]. Sed & si legatarii esse [45] putavit, valere constat: quia exitum voluntas defuncti habere potest. §. 12. Si rem suam legaverit testator, postea quæ eam alienaverit [46]: Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idemque divi Severus & Antoninus rescripserunt. † Idem rescripserunt [47] eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri: & ideo legatarium cum herede [ejus] agere posse, ut prædia à creditore luantur. † Si vero quis partem rei legatæ alienaverit, pars, quæ non est alienata, omnino debetur: pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit [48]. §. 13. Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est: neque ab ipso debitore, neque ab herede ejus potest heres petere, neque ab alio, qui heredis loco sit. Sed & potest à debitore conveniri, ut liberet eum. Potest etiam quis vel [50] ad tempus jubere, ne heres petat. §. 14. Ex contrario, si debitor creditori suo quod debet, legaverit: inutile est legatum, si [51] nihil plus est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius per legatum habet. Quod si in diem, [52] vel sub conditione debitum ei pure legaverit: utile [53] est legatum, propter repræsentationem [54]: Quod si [55] vivo testatore dies venerit, vel conditio extiterit: Papinianus scripsit, utile esse nihilominus legatum, quia semel constitit. quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium [56], extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenerit, à qua incipere non potest.

§. 15. Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum: quia plenius [57] est legatum, quam de dote actio. Sed si [58] quam non accepit dotem legaverit: divi Severus & Antoninus rescripserunt, siquidem simpliciter legaverit [59], inutile esse legatum: si verò certa pecunia, vel certum corpus, aut [60] instrumenta dotis in prælegando demonstrata sunt, valere legatum. §. 16. Si res legata sine [61] facto heredis perierit [62], legatario decedit. Et si servus alienus legatus sine facto heredis [63] manumissus fuerit: non tenetur heres. Si vero heredis servus legatus sit [64], & ipse eum manumiserit: teneri ipsum Julianus scripsit: nec interest, sciverit [65], an ignoraverit à se eum legatum esse. Sed & si alii donaverit servum, & is, cui donatus est, eum manumiserit: tenetur heres, quamvis ignoraverit, à se eum legatum esse. §. 17. Si quis ancillas [66] cum suis natis legaverit, etiamsi ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. † Idem est, & si ordinarii servi [67] cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii legato cedunt. † Sed si servus fuerit cum peculio legatus: mortuo servo, vel manumisso, vel alienato, peculii legatum extinguitur [68]. † Idem est, si fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur [69]. §. 18. Si grex legatus fuerit, & postea [70] ad unam ovem pervenerit: quod superfuerit, vindicari potest. Grege autem legato, etiam [71] eas oves, quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur, legato cedere, Julianus ait. Est autem gregis unum [72] corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est, ex cohærentibus lapidibus. §. 19. Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ [73] post testamentum factum adjecta sunt, legato [dicimus] cedere. §. 20. Si peculium legatum fuerit: sine dubio quicquid peculio accedit, vel decedit vivo testatore, legatarii lucro vel damno est [74]. Quod si post mortem testatoris ante aditam hereditatem [aliquid] servus adquisierit: Julianus ait [75], si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem adquisitum est, legatario cedere: quia hujusmodi legati dies ab adita hereditate cedit: sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. † Peculium autem, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur [76]. quamvis si vivus manumiserit, sufficit, si non adimatur: & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. † Idem rescripserunt, peculio legato, non videri id relictum [77], ut petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit [78]. † Idem rescripserunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse jussus est, & ex eo reliqua inferre. §. 21. Tam [79] autem corporales [80] res legari possunt, quam incorporales: & ideo quod defuncto debetur, potest alicui legari [81], ut actiones suas heres legatario præstet: nisi exegerit [82] vivus testator pecuniam. nam hoc casu legatum extinguitur. † Sed [83] & tale legatum valet, DAMNAS ESTO HERES MEUS DOMUM ILLIUS RELICERE [84]: vel ILLUM ÆRE ALIENO LIBERARE. §. 22. Si generaliter servus vel res alia legetur: electio legatarii est [85], nisi aliud testator dixerit. §. 23. Optionis legatum, [id est], ubi testator ex servis suis, vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat olim in se conditionem: & ideo, nisi ipse legatarius vivus optasset, ad heredem legatum non transmittebat [86]: sed ex constitutione [87] nostra: & hoc in meliorem statum reformatum est: & data est [88] licentia heredi legatarii optare [servum], licet vivus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est: sive plures legatarii extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: sive unius legatarii plures heredes [sint], & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente: ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant) fortunam [89] esse hujus optionis judicem, & sorte [90] hoc esse dirimendum, ut ad quem sors pervenerit, illius sententia in optione præcellat. §. 24. Legari autem illis solum potest, cum quibus [91] testamenti factio est. §. 25. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim [92] relinqui concessum erat. Nam nec miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut D. Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat: veluti si quis ita dicat: QUICUNQUE [93] FILIO MEO FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM DEDERIT, SI HERES MEUS ILLUM FUNDUM DATO. Illud quoque quod iis relinquebatur, QUI POST TESTAMENTUM SCRIPTUM PRIMI CONSULES DESIGNATI ESSENT [94], æque incertæ personæ legari videbatur: & denique multæ aliæ hujusmodi species sunt [95]. Libertas [96] quoque incertæ personæ non videbatur posse dari: quia placebat nominatim [97] servos liberari. Sub certa vero demonstratione, [98] id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur: veluti, EX COGNATIS MEIS, QUI NUNC SUNT, SI [99] QUIS FILIAM MEAM UXOREM DUXERIT, SI HERES MEUS ILLAM REM DATO. Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta [100], repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat. §. 26. Posthumo quoque alieno inutiliter [1] [antea] legabatur. Est autem alienus posthumus, qui natus inter suos, heres testatori futurus non est. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus avo.

§. 27. Sed nec hujusmodi species penitus est sine justa emendatione relicta: quum in nostro Codice [2] constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis: quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus [3] dari debet: quia certo judicio debet quis pro tutela suæ posteritati cavere. §. 28. Posthumus autem [4] alienus heres institui & ante poterat [5], & nunc potest: nisi in utero ejus sit, quæ jure nostro uxor esse non potest. §. 29. Si quidem [6] in nomine, cognomine, prænomine, [agnomine] legatarii testator erraverit: cum de persona constat, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus servatur: & recte. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt: qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. §. 30. Huic proxima est illa juris regula, falsa [7] demonstratione legatum non perimi: veluti si quis ita legaverit, STICHUM SERVUM MEUM VERNAM DO, LEGO: licet enim non verna, sed emptus sit: si tamen de servo constat, utile est legatum. Et convenienter, si ita demonstraverit, STICHUM SERVUM, QUEM A SEIO EMI, sitque ab alio emptus: utile est legatum, si de servo constat. §. 31. Longe magis legato falsa [8] causa [adjecta] non nocet: veluti cum quis ita dixerit, TITIO, QUIA ME ABSENTE NEGOTIA MEA CURAVIT, STICHUM DO, LEGO. vel ita: TITIO, QUIA PATROCINIO EJUS CAPITALI CRIMINE LIBERATUS SUM, STICHUM DO, LEGO. Licet enim neque negotia testatoris unquam gesserit Titius, neque patrocinio ejus liberatus sit, legatum tamen valet. Sed si [9] conditionaliter enunciata fuerit causa, aliud juris est, veluti hoc modo: TITIO, SI NEGOTIA MEA CURAVERIT, FUNDUM MEUM DO, LEGO. §. 32. An [10] servo heredis recte legemus, quæritur: & constat, pure inutiliter legari, nec quicquam proficere, si vivo testatore de potestate heredis exierit: quia quod [11] inutile foret legatum, si statim post factum testamentum decessisset testator, hoc non debet ideo valere, quia diutius testator vixerit. Sub [12] conditione vero recte legatur [servo,] ut requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in potestate heredis non sit. §. 33. Ex diverso, herede instituto servo, quin domino recte etiam sine conditione legetur, non dubitatur [13]. Nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator: non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intelligitur: cum hereditas à legato separata sit: & possit per eum servum alius heres effici. Si prius, quam jussu domini adeat, in alterius potestatem translatus sit: vel manumissus ipse heres efficitur: quibus casibus utile est legatum. Quod si in eadem causa permanserit, & jussu legatarii adierit: evanescit legatum. §. 34. Ante [14] heredis institutionem inutiliter ante legabatur: scil. [15] quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt,

20 *V. l. 34. §. 1. de contr. empt.*
21 *V. l. 10. C. eod.*
22 Fallit in conjugatis, *l. 10. C. de legat.* & in uxore, *d. l. 10. l. 38. §. 1. ff. de Donat. inter vir. & uxor.* ubi licet fuerit defunctus, rem esse alienam, valet legatum. *Anf.*
23 *l. 21. ff. de probat.*
24 *l. 4. C. de evident.*
25 *V. l. 8. C. de fidei.* Adde *l. 57. ff. de legat. 1.*
26 *Paul. 3. sent. §. 8.*
27 Id est, ex causa non lucrativa, *l. 108. §. 4. de leg. 1.* Goth. Idem est si cui res propria legata sit sub conditione, qua existente legatarius eam habere desierat. *l. 31. ff. de V. O.* Anf.
28 *V. l. 21. §. 1. de leg. 3.*
29 *l. 34. §. 1. de leg. 1. l. 17. l. 19. in fin. de oblig.*
30 *V. l. 48. in fin. ff. de furtis.*
31 Nec enim potest amplius nostrum fieri, quod jam nostrum est. *§. 14. Instit. de act. l. 7. l. 10. ff. de hereditat. vendita.*
32 Futura recte legamus. *l. 24. ff. de leg. 1.*
33 Certò, *Paul. 3. sent. 6. §. 13.*
34 *V. l. 85. de leg. 1.* Goth. Et quidem ex æquis partibus. *§. 6. Inst. de hered. instit.* Anf.
35 *l. 1. §. pen. de usufr. ad. rel.*
36 *V. l. 142. de verb. sign.*
37 *l. 82. §. 2. ff. de leg. 1.*
38 Id est, qui hic petitur usufructus, est formalis, non causalis: etiam legati tempore à proprietatis causa separatus erat.
39 Ejus, quod legatario abest: abest autem solius proprietatis pretium. *d. l. 82. §. 2. de leg. 1.*
40 *V. l. 13. C. eod. l. 1. de Reg. Caton. l. 29. ff. de R. J.*
41 Imò debetur *l. 1. in fin. de Reg. Cato.*
42 Imò plus non valet, *v. l. 15. ff. de adq. hered.*
43 *V. l. 9. §. 4 ff. de jurit & facti ignor.*
44 Imò aliud, *l. 15. de adq. her.*
45 Al. rem testator putavit.
46 Puta necessitate, *l. 11. §. 12. ff. de leg. 3.* nam si voluntarie alienavit perimit legatum. Gothofr. ibid. Confer *§. 1. Inst. de hered. instit. Novell. 162. §. 1.* Anf. Idem, si pignori, vel fiduciæ dederit. Ex eo enim voluntatem mutasse non præsumitur. *Paul. sent. 6. §. 16. l. 3. C. de legatis.* Goth.
47 *l. 3. C. eod.*
48 Confer *l. 43. ff. de fid. libert.* Anf.
49 Pacto, vel accepilatione, vel redditione instrumenti, reus multò magis exceptione tutus erit, *l. 3. §. 1. ff. de lib. leg.*
50 *l. 8. §. 1. ff. de lib. leg.* 51 *V. l. 28. in fin. l. 29. ff. de leg. 1.* 52 *V. l. 13, 14. de lib. leg.*
53 Imò inutile, *l. 82. ff. de leg. 2. l. 5. D. ad l. Falc. ubi dixi.* 54 Id est, quia debitor vult de præsenti solvi. 55 *l. 5. in fin. ff. ad l. Fal. l.* 56 Pauli, *l. 82. de legat. 2. & l. 140. §. 2. de verb. oblig.* Marcelli, *l. 98. de verb. oblig.* 57 *l. 1. §. 2. de dote præleg.* Goth. Actione dotis non plus quam maritus facere potest exigitur, ne alias egeat. *l. 18. ff. solut. matrimon.* at legatum hoc fola lege Falcidia minuitur. *l. 2. ff. de dote præleg. 2.* dos soluto matrimonio annua, bima, trima die debetur, legatum statim ab adita hereditate. vid. *l. unic. §. 7. vers. exactio. C. de Rei Uxor. act.* Anf. 58 *V. l. 21. in fin. ff. de verb. oblig.* 59 Potest enim vel minimus nummus dos esse, *l. 69. §. 4. de jure dot.* Goth. Simpliciter, id est, non expressu quantitate. *Anf.* 60 *l. 3. C. de falsa causa.* Goth. Quia tunc non tam dotem, quam pecuniam legavit. *l. 6. ff. de dote prælegati.* Anf. 61 *V. l. 26. §. 1. de l. 1.* 62 Legato fataliter sine culpa heredis interempto, legatarii damnum est. *Paul. 3. sent. 6. §. 9.* 63 *l. 35. de leg. 1.* 64 *l. 112. §. 1. de leg. 1.*
65 *V. l. 91. §. 2. ff. de verb. oblig.* 66 *V. l. 62. de leg. 1.* 67 *l. 4. de pecul. leg.* 68 *l. 1. d. pecul. leg.* Goth. Confer *§. 3. Instit. de usufr. arg. l. cum principalis. 4. de Reg. Jur.* Anf.
69 *l. 1. l. 5. de instructo.* Imò non extinguitur, id est, *l. 5. ff. de instrumento.* 70 *l. 22. de leg. 1.*
71 *l. 22. de leg. 1.* 72 *l. 30. de usufr.* 73 *l. 41. §. pen. l. 44. §. si area. de leg. 1.*
74 Ut ita augeatur & minuatur *l. 65. in princ. de leg. 2.*
75 Tempus, quo dies legati cedit, spectari. si extraneo, mortis tempus, *l. 8. in pr. de pec. leg.*
76 *V. l. un. C. de peculio ejus, qui liberi. meruit.*
77 *V. l. 6. §. pen. de pec. leg.*
78 Atque ita videtur abrogari *l. 23. §. 1. de pec. leg.*
79 *Paul. 3. sent. 6. §. 11.*
80 *V. l. 41. in pr. de leg. 1.*
81 *l. 39. §. 3. de leg. 1.*
82 *l. 75. §. 2. de leg. 1. §. 12. h. t.*
83 *Paul. 3. sent. 6. §. 10.*
84 *V. l. 108. §. de leg. 1. l. 49. in fin. de leg. 2.*
85 *V. l. 2. §. 1. de opt. l. 25. §. 17. ff. familiæ.* Goth. *l. 108. §. 2. ff. de leg. 1.* ubi rationem vide. Adde quod favere ultimarum voluntatum inductum videatur. *arg. l. 12. ff. de R. J.* Testator enim ad legatarium verba dirigens, hanc electionem illi dare videtur. Secus in contractibus, ubi in obligatione generali, debitoris electio est. *l. plerumque. in fin. ff. de jure dot.* Anf.
86 Hinc apparet, à Triboniano detractam negationem, *l. 19. de opt.*
87 *V. l. 2. quando dies.*
88 *l. ult. C. com. de leg.*
89 Id est, fortem.
90 *d. l. ult. in pr.* Theophilus hic κλῆρος ἤτοι λαχμὸς, id est, sorte & micatione. Est enim Glossis λαχμὸς micatio: ut hunc locum referas ad digitorum micationem.
91 *l. 101. in fin. de leg. 1.*
92 *Ulp. tit. 24. §. incerta. Paul. 3. sent. 6. §. legat. 13. l. 69. §. 4. ff. de jure dot.* hodie aliud est, *l. 1. C. de incertis personis.*
93 Aliud est in legato pauperum, *v. l. 24. C. de episc.*
94 Al. erunt.
95 Incertus dicitur, quem ignoramus, *l. 39. in fin. de verb. sign.*
96 Libertas nominatim testamento relinquenda, dixi *ad Ulp. t. §. ult.*
97 *l. 24. ff. de manum. test.*
98 Hæc duo verba, *id est*, desunt apud Theoph.
99 Adde casum, *l. 3. de reb. dub.*
100 Utque debita naturaliter, *v. l. 9. C. ad l. Falc.*
1 Imò utiliter, *l. pen. ff. eod.*
2 Id est, veteri: consentaneum est, ea Constitutione fuisse inductum, ut & incertæ personæ & alieno posthumo legari possit. *Goth.* Hic Codex hodie non exstat. *Wesenb. Mynsing. & al.* hic. Codex enim qui Institutionum tempore extabat, jussit Justinianus abolitus est, & novus compositus: ut constat. *tit. C. de emendat. C. incipit:* Cordi nobis est. Donell. *l. 5. ff. de reb. dub.* Cujac. *tr. 2. ad African. l. 108. §. hujusmodi. ff. de legat. 1.* Anf.
3 *l. 20. l. 30. de test. tut.* 4 Non alienus, *Alc. 1. par. 9.* reprehensus à Rob. *1. recepta 1.*
5 Jure Prætorio, non civili, *Cujac.* 6 *V. l. 4. C. de testam.* 7 *V. l. 33. de cond. & dem.*
8 *V. l. 72. §. falsam. de cond. & dem.* 9 *V. l. 17. §. pen. de cond. & dem.* 10 *l. 20. ff. ad leg. Falc.* 11 *l. 1. de regul. Caton.* 12 *l. 86. de cond. & demon.* 13 Adde *l. 25. de leg. 1.*
14 *Paul. 3. sent. 6. §. 2.* 15 *leg. 1. in fin. de vulg. & l. ult. de jure cod.*

puint, & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat [16]. Sed quia inicivile esse putavimus [17] scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) spirni autem testatoris voluntatem: per nostram constitutionem [18] & hoc vitium emendavimus: ut liceat & ante heredis institutionem, & inter [19] medias heredum institutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus usus favorabilior est. §. 35. Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur [20]: veluti si quis ita dicat, CUM HERES MEUS MORTUUS FUERIT, DO, LEGO. Item: PRIDIE [21] QUAM HERES AUT LEGATARIUS MORIETUR. Sed simili modo & hoc correximus [22], firmitatem hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum, quam fideicommissorum inveniatur. §. 36. Pœnæ quoque nomine inutiliter [antea] legabatur [23], & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur [24], quod coercendi heredis causa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti si quis ita scripserit: HERES MEUS SI FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM TITIO COLLOCAVERIT, DATO DECEM AUREOS SEIO: aut si ita scripserit, HERES MEUS SI SERVUM STICHUM ALIENAVERIT: vel ex diverso, SI NON COLLOCAVERIT, DATO DECEM AUREOS SEIO: aut si ita scripserit, HERES MEUS SI SERVUM STICHUM ALIENAVERIT: vel ex diverso, SI NON ALIENAVERIT, TITIO DECEM AUREOS DATO. Et in tantum hæc regula observabatur, ut quam [25] plurimis principalibus constitutionibus significaretur, nec Principem agnoscere, quod ei pœnæ nomine legatum sit: nec ex militis quidem testamento talia legata valebant, quamvis aliæ militum voluntates in ordinandis testamentis valde observabantur: quinetiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat: eo amplius nec heredem pœnæ nomine adjici posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat, TITIUS HERES ESTO. SI TITIUS FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM SEIO COLLOCAVERIT, SEIUS QUOQUE HERES ESTO. Nihil enim interest, qua ratione Titius coerceretur, utrum legati datione, an coheredis adjectione. Sed hujusmodi scrupulositas nobis non placuit: & generaliter ea quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata: nihil distare à cæteris legatis constituimus [26], vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, aut alias probrosa [27]. Hujusmodi enim testamentorum dispositiones valere, secta meorum temporum non patitur.

16 Inst. 2. §. 20. 17 l. 5 d. Just. Autochir. 18 l. 24 C. de testamentis. 19 Et ita abrogatur quod apud Ulp. 22. 2 20 Id est, ne ab herede heredis legari videatur. Ulp. 24. §. post mortem. Paul 3. sent. 6. §. 6. Post mortem. 21 Paul 3 sent. 6. §. 6. 22 l. 11. C. de contr. stip. l. un. C. ut act. ab hered. 23 Ulp. tit. 24. §. pœnæ causa. 17. hic enim libertas alterius videbatur minui. arg. l. 71. §. 2. de cond. & dem. sed & legata heredis odio dari, animine consentaneum, sed nec ab eo pendere. Teoph. Vide Vigl. §. impossibilia. Inst. de hered. Instit. n. 3. Anf. 24 Hujus legati exstat exemplum apud Horat. 2. serm. 3. 25 Quæ non exstant. 26 Vide l. un. C. de his, quæ pœnæ. 27 Quale est in virgine, ne nubat, & in vidua, ne unquam nubat. Vid. Auth. Cui relictum. Auth. De indicta viduit.

Tit. XXI.

DE ADEMPTIONE [1] LEGATORUM [2].

De ademptione. 1. *De translatione.*

ADemptio legatorum (sive [3] eodem testamento adimantur, sive [4] codicillis) firma est: sed & sive contrariis verbis [5] fiat ademptio; veluti si quis ita quid legaverit, DO, LEGO, ita adimatur, NON DO, NON LEGO: sive non contrariis, sed [6] aliis quibuscunque verbis. §. 1. Transferri [7] quoque legatum ab alio ad alium potest: veluti si quis ita dixerit: HOMINEM STICHUM, QUEM TITIO LEGAVI, SEIO DO, LEGO: sive in eodem testamento sive in codicillis hoc fecerit: quo casu simul [&] Titio adimi videtur, & Seio dari.

1 Adde, & translatione legatorum. Agitur enim hoc titulo de utrisque, hoc est, ademptione & translatione. §. 1. J. eod. & ita quoque apud authorem Eclogæ titulus conceptus est 64. tit. 17. 2 XXXIV. D. IV. 3 Ulp. 24. §. 29. 4 l. 1. §. 1. ff. eod. 5 Et nuda voluntate, l. 3. in fin. ff. eod. 6 Olim eodem modo adimenda erant legata, illo loco. 7 l. 5. ff. eod.

Tit. XXII.

DE LEGE [1] FALCIDIA.

Scopus & nexus, ratio ejus legis. 1. *De pluribus heredibus.* 2. *Quo tempore spectatur quantitas patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur.* 3. *Quæ detrahuntur ante Falcidiam.*

SUpereſt, ut de lege Falcidia [2] diſpiciamus, qua modus noviſſime legatis impoſitus eſt. Cum enim olim lege [3] duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, ut liceret vel totum patrimonium legatis erogare (quippe [cum] ea lege ita cautum eſſet: UTI QUISQUE [4] LEGASSET SUÆ REI, ITA JUS ESTO) viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gratia proviſum eſt, ob id quod plerumque intestati moriebantur, recuſantibus ſcriptis heredibus pro nullo aut minimo [5] lucro hereditates adire. Et cum ſuper hoc tam lex Furia [6], quam lex Voconia [7] latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur, noviſſime [8] lata eſt lex Falcidia, qua caveturr, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum: id eſt, ut ſive unus heres inſtitutus ſit, ſive plures, apud eum eoſve pars [9] quarta remaneat. §. 1. Et cum quæſitum eſſet: duobus heredibus inſtitutis (veluti Titio & Seio) ſi Titii pars aut tota exhauſta ſit legatis, quæ nominatim ab eo data ſunt, aut ſupra modum onerata; à Seio vero aut nulla relicta ſint legata, aut quæ partem ejus dumtaxat in partem dimidiam minuant: an, quia is quartam partem totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta ſunt, retinere liceat, ut quartam partem ſuæ partis ſalvam habeat? Placuit, poſſe retinere: etenim [10] in ſingulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda eſt.

§. 2. Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis [11] tempore ſpectatur [12]. Itaque (verbi gratia) ſi is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habeat, centum aureos legaverit: nihil legatariis prodeſt [13], ſi ante aditam hereditatem per ſervos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum acceſſerit hereditati, ut centum [aureis] legatorum nomine erogatis, heres quartam partem hereditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diverſo, ſi ſeptuagintaquinque legaverit, & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona (incendiis forte [14], aut naufragiis, aut morte ſervorum) ut non amplius, quam ſeptuagintaquinque [aureorum ſubſtantia,] vel etiam minus relinquatur, ſolida legata debentur [15]. Nec ea res damnoſa eſt heredi, cui liberum eſt non adire hereditatem: quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto teſtamento nihil conſequantur, cum herede in portione paciſci. §. 3. Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante [16] deducitur [17] æs alienum [18], item funeris [19] impenſa, & [20] pretia [21] ſervorum manumiſſorum, tunc demum in reliquo ita ratio habetur [22], ut ex eo quarta pars apud heredem remaneat [23], ttes vero partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata ſing. portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi fingamus, quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe; quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus; octava debet detrahi. Quod ſi [24] quingentos legaverit; initio quinta, deinde quarta detrahi debet [25]. Ante enim detrahendum eſt, quod extra bonorum quantitatem eſt, deinde quod ex bonis [26] apud heredem remanere oportet.

1 XXXV. D. II. VI. C. IX. *Ulpian.* 24. §. 32. *Paul.* 3. *ſent.* 8. & *Caius* 6. 2 Lata à Falcidio Trib. pleb. ſub Auguſto adhuc Triumviro. *App. Dion, Euſeb.* 3 Lex XII Tabularum liberrima erat legandi facultas. Poſt lege Furia cautum fuit, ut ne quis plus 100 aureis legaret. Dein lege Voconia, ut ne plus legatario relinqueretur, quam heredi. Poſtremò lege Falcidia conſtitutum, ut ne legatario ultra novem uncias relinqui poſſet. *Theoph. hic.* 4 Uti quiſque paterfamilias, *Cornificius. 7 Leg. 120. de verb. ſign.* 5 Minimum ſeu exiguum lucrum pro nihilo eſt. Minima enim non curat prætor. *l.* 4. *ff. de reſtit. in integr. & ibi notat.* Verum ad quantam ſummam, menſuram, valorem, aut numerum exiguitatis æſtimatio redigenda ſit, ut nihilo æquiparetur, aut ejus non admodum ratio habeatur! Veritas eſt, modicam rem pro quæſtionis cujuſque ratione & circumſtantiis, arbitrio judicis æſtimandam eſſe. Gloſſ. & Bart. *In l. omnino. verb. modicas. de impenſ. in res dotal.* Pin. *l.* 1. *part.* 2. *num.* 72. *C. de bon. matern.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſ.* 145. Anſ. 6 *Ulpian. tit.* 1. §. 6. *tit.* 28. §. 7. 7 *Cicer. Verr.* 3. 8 Anno urb. 714. Calvino & Pollione Coss. 9 *V. l.* 73. *in fin. eod.* 10 *l.* 77. *ff. eod.* 11 *l.* 56. *in princ. l.* 73. *in princ. ff. eod.* 12 Præterquam in conditionali & rei alienæ legato. *Minſ.* 13 Niſi teſtator juſſerit fructus in ſalcidiam imputari, vel niſi fructus ſiti vel maturi erant mortis tempore. *Schneidw.* 14 Res perit domino, *l.* 9. *C. de pignoratitia.* 15 Niſi ſpecialis, id eſt, ſpecies legata fuerint.

16 In hereditate defuncti nihil eſſe dicitur, niſi deducto ære alieno & funeris impenſa. 17 Creditore præferitur legatario, *l. 6. C. eod. l.* 29. §. 1. *de verb. ſign.* 18 Creditores præferuntur omnibus legatariis defuncti. 19 *l. pen. de relig.* doti uxoris præferenda. *Bart. l.* 1, ſolligunt. Falcidiam non detrahi ex pius legatis. 22 Quoties & modo quartæ retinenda quarta ſit; propter periculum plus petendi, officio judicis omnibus æſtimatis, quarta faciendæ eſt, quæ apud heredem remaneat: aut certe exigenda eſt cautio a legatario, ut quod plus dodrante percepit, reſtituatur. *Paul* 3. *ſent.* 8. §. 2. 23 Et legata ad pias cauſas. *Novell.* 131. *c.* 12. 24 Legata, quæ excedunt ſummam bonorum, non ſunt nulla, ſed pro rata minuuntur. 25 Falcidia tamen non detrahitur ex legato ad pias cauſas, ut ſic ex dotis prælegato: & rurſus ex legato vetito alienari a legatario ejuſve ſucceſſoribus: ſi miles teſtatus ſi teſtator prohibuit detrahi: ſi heres defuncto id pollicitus: ſi ſciens integra legata ſolvit: ſi inventario non confecto hereditatem adit. 26 Etiam ex fideicommiſſo particulari, *l.* 2. legato principis, *l.* 4 donatione cauſa mortis, *l.* 5. inter vir. & uxor. *l.* 12. mortis captione, *l. pen. C. eod.*

Tit. XXIII.

DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBUS, [ET AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.]

Continuatio. 1. *Origo fideicommiſſorum.* 2. *De fideicommiſſo hereditis ſcripti.* 3. *De effectu reſtitutionis.* 4. *De SC. Trebelliano.* 5. *De SC. Pegaſiano.* 6. *Quibus caſibus locus eſt SC. Trebelliano, vel Pegaſiano.* 7. *Pegaſiani in Trebellianum transfuſio.* 8. *In quibus heredibus, & in quibus fideicommiſſarius ſupradicta locum habeant.* 10. *De fideicommiſſo heredis ab inteſtato.* 11. *De fideicommiſſo relicto a fideicommiſſario.* 12. *De probatione fideicommiſſi.*

1 XXXVI. D. VI. VI. C. XLVIII. Ad intellectum hujus Rubr. vide *Bellon. ſi prius lib.* 2. *cap.* 19. Anſ.

NUnc tranſeamus ad fideicommiſſa: ſed prius eſt, ut de hereditatibus fideicommiſſariis videamus. §. 1. Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis [2] temporibus infirma fuiſſe: quia nemo invitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus [3] enim non poterant hereditatem, vel legata relinquere [4], ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant [hereditatem.] Et ideo fideicommiſſa appellata ſunt, quia nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Poſtea divus Auguſtus primus, ſemel iterumque gratia perſonarum motus, vel quia per ipſius ſalutem rogatus quis diceretur, aut ob inſignem quorundam perfidiam, juſſit Conſulibus auctoritatem ſuam interponere. Quod quia juſtum videbatur, & populare erat: paulatim converſum eſt in aſſiduam juriſdictionem: tantuſque eorum favor factus eſt, ut paulatim etiam [5] Prætor proprius crearetur, qui de fideicommiſſis jus diceret, quem fideicommiſſarium appellabant. §. 2. In primis igitur ſciendum eſt, opus eſſe, ut aliquis recto jure teſtamento heres inſtituatur; ejuſque fidei committatur, ut eam hereditatem alii reſtituat [6]: alioqui inutile eſt teſtamentum, in quo nemo heres inſtituitur [7]. Cum igitur aliquis ſcripſerit, LUCIUS TITIUS HERES ESTO: poteſt adjicere, ROGO TE LUCI TITI, UT, CUM PRIMUM POTERIS HEREDITATEM MEAM ADIRE, EAM CAIO SEIO REDDAS, RESTITUAS. † Poteſt autem quiſque & de [8] parte reſtituenda heredem rogare. † Et liberum eſt, vel pure [9] vel ſub [10] conditione relinquere fideicommiſſum, vel ex certo die [11]. §. 3. Reſtituta autem hereditate, is quidem, qui reſtituit, nihilominus heres permanet [12]: is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habetur [13]. §. 4. Et Neronis quidem temporibus, Trebellio Maximo & Annæo Seneca Conſulibus [14], SC. factum eſt [15]: quo cautum eſt, ut ſi hereditas ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes actiones, quæ jure civili heredi, & in heredem competerent, ei & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hereditas [16]. Poſt quod SC. Prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recepit hereditatem, quaſi heredi, & in heredem dare cœpit. §. 5. Sed quia heredes ſcripti, cum aut totam hereditatem, aut pene totam plerumque reſtituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa: poſtea Veſpaſiani Auguſti temporibus, Pegaſo & Puſione Conſulibus [17], Senatus cenſuit: ut ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere concederetur. Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. † Poſt quod SC. ipſe heres onera hereditaria ſuſtinebat: Ille autem, qui ex fideicommiſſo recipiebat partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id [18] eſt ejus legatarii, cui pars bonorum legabatur: quæ ſpecies legati, partitio [19] vocabatur: quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Unde quæ ſolebant ſtipulationes inter [20] heredem & partiarium legatarium interponi [21], eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hereditatem, & heredem, id eſt [22], ut lucrum & damnum hereditarium pro [23] rata parte inter eos commune eſſet. §. 6. Ergo ſi quidem non plus, quam dodrantem hereditatis ſcriptus heres rogatus ſit reſtituere: tunc ex Trebelliano SC. reſtituebatur hereditas, & in utrumque actiones hereditariæ pro rata parte dabantur: in heredem quidem jure civili; in eum vero, qui recipiebat hereditatem, ex SC. Trebelliano tanquam in heredem. At ſi plus, quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem reſtituere rogatus eſſet: locus erat Pegaſiano SC. & heres, qui ſemel adierat hereditatem (ſi modo [24] ſua voluntate adierat) ſive retinuerat quartam partem, ſive retinere noluerat: ipſe univerſa onera hereditaria ſuſtinebat. Sed quarta quidem retenta, quaſi partis & [25] pro parte ſtipulationes interponebantur, tanquam inter partiarium legatarium & heredem: ſi vero totam hereditatem reſtituerat, emptæ & venditæ hereditatis ſtipulationes interponebantur. Sed ſi recuſabat ſcriptus heres adire hereditatem ob id, quod diceret eam ſibi ſuſpectam eſſe, quaſi damnoſam: cavebatur Pegaſiano SC. ut deſiderante eo, cui reſtituere rogatus eſſet, juſſu Prætoris adiret [26], & reſtitueret hereditatem, perindeque ei & in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac juris eſt ex Trebelliano SC. quo caſu nullis ſtipulationibus eſt opus: quia ſimul & huic, qui reſtituit, ſecuritas

2 Id eſt, *vide* Auguſtum, *v.* 25. 3 Per fideicommiſſa legib. illudebant, *Hieronymus ad Nepotianum.* 4 Puta incapacibus. 5 *V. l.* 2. §. *capr. de orig. jur.* 6 Secus, ſi tantum codicillos facere voluit teſtator, §. 10. J. *eod.* 7 Vide *l.* 14. *C. de teſtam.* 8 *V. l.* 16. §. 4. *cod.* 9 *l.* 19. *ff. ad Treb.* 10 *l.* 13. *ff. ad Treb.* 11 Heres autem ex certo die inſtitui non poteſt. §. 9. *Inſtit. de hered. inſtit.* Anſ. 12 Cur ita? *vid. l.* 88. *in fin. ff. de hered. inſtit.* 13 Si quidem univerſale ſit fideicommiſſum, rogatuſque heres totum aſſem reſtituere, heredis locum obtinebit; ſin particulare, legatarii. *Anſ.* 14 Suffectis ex Kal. Julii anno urbis 814. Nec enim Seneca ordinarius conſul, *Auſonius in Panegyr.* 15 *l.* 1. *ff. eod.* 16 Ne reſtituenti fides ſua damnoſa fieret. *Paul. 4. ſent.* 2. 17 Quos ſuffectos eſſe conſtat, cùm non reperiantur in faſtis. 18 Partiarius legatarius dicebatur is, cui pars bonorum legabatur. 19 *V. Ulp.* 2. 5. §. 15. de partitionis legato, vide *l.* 164. §. 1. *de V. S.* 20 *V. Ulp. illo loco.* 21 Alioquin is, qui heres non eſt mero jure, ad onera hereditatis non tenebatur. 22 Partis & pro parte ſtipulationes hæ dicebantur, quæ de lucro & damno communicando ſolebant interponi inter heredem & legatarium, *Ulp. illo loco.* quod poſtea extenſum eſt ad heredes & fideicommiſſarios, *ut hic. Paul. 4. ſent.* 3. §. 1. id ita exprimit: Inter heredem, inquit, & fideicommiſſarium, cui ex Pegaſiano hereditas reſtituitur, partis & pro parte ſtipulatio interponitur: ut heredi inſtituto pro quarta actiones, pro cæteris vero portionibus fideicommiſſario competerant. 23 *Paul. 4. c.* 3. §. 1. *l.* 2. *C. eod.* 24 Id eſt, ſponte, *l.* 45. *ff. eod.* 25 Id eſt, quæ de damno & lucro communicando interponebantur. 26 *l.* 4. *in princ. ff. eod. l.* 17. *ſi quis omiſſa.*

tas datur, & actiones hereditariæ ei & [27] in eum transferuntur, qui recepit hereditatem, utroque SC. in hac specie concurrente.

§. 7. Sed quia stipulationes ex SC. Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdam casibus captiosas [28] eas homo excelsi ingenii Papinianus appellat, & nobis in legibus magis simplicitas [29], quam difficultas placet: ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quam differentiis utriusque SC. placuit exploso SC. Pegasiano, quod postea supervenit, omnem auctoritatem Trebelliano SC. præstare, ut ex eo fideicommissariæ hereditates restituantur: sive habeat heres ex voluntate testatoris quartam [30], sive plus, sive minus, sive nihil penitus: ut tunc quando vel nihil, vel minus quarta apud eum remanet, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex nostra auctoritate retinere, vel repetere solutum [31], quasi ex Trebelliano SC. pro rata portione actionibus, tam in heredem, quam in fideicommissarium competentibus [32]: si vero totam hereditatem sponte restituerit, omnes hereditariæ actiones fideicommissario, & adversus eum competant. Sed etiam id, quod præcipuum Pegasiani SC. fuerat, ut quando recusaret heres scriptus sibi datam hereditatem adire, necessitas [33] ei imponeretur, totam hereditatem volenti fideicommissario restituere, & omnes ad eum & contra eum transferre actiones: & hoc transposuimus ad SC. Trebellianum, ut ex hoc solo necessitas heredi imponatur, si ipso nolente adire, fideicommissarius [34] desideret restitui sibi hereditatem, nullo nec damno nec commodo apud heredem remanente. §. 8. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus, aut totam [35] hereditatem, aut pro parte restituere rogatur: an ex parte heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem observari præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.

§. 9. Si quis una [36] aliqua re deducta, sive præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus sit restituere hereditatem: simili modo ex Trebelliano SC. restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta, rogatus esset reliquam hereditatem restituere [37], sed illud [38] interest, quod altero casu, id est, cum deducta sive præcepta aliqua re restituitur hereditas, in solidum ex eo SC. actiones transferuntur; & res, quæ remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei adquisita: altero vero casu, id est, cum quarta parte retenta rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit, scinduntur [39] actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quinetiam licet una re aliqua deducta, aut præcepta, restituere aliquis hereditatem rogatus sit, in qua maxima pars hereditatis contineatur: æque in solidum transferuntur actiones: & secum deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem sc. intervenient, & si duabus pluribusve deductis præceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed & si certa summa deducta præceptave, quæ quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere: idem juris est. Quæ [autem] diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est. §. 10. Præterea intestatus [40] quoque moriturus, potest rogare eum, ad quem bona sua, vel legitimo jure vel honorario, pertinere intelligit: ut hereditatem suam totam, partemve ejus, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam) alicui restituat: cum alioqui legata, nisi ex testamento, non valeant. §. 11. Eum quoque cui aliquid restituitur, potest rogare, ut id rursum alii aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat. §. 12. Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pendent & tam nomen, quam substantiam acceperunt: ideo D. Augustus ad necessitatem juris ea retraxit. Nuper & nos eundem Principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus [41] Ex quæstore sacri palatii suggessit, constitutionem [42] fecimus: per quam disposuimus, si testator fidei heredis sui commisit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum restituat, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus esse noscitur) possit res manifestari, sed vel pauciores quam quinque, vel nemo penitus testis intervenerit: [43] tunc sive pater heredis, sive alius quicunque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit: si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsequutam, si fideicommissarius jusjurandum ei detulerit [44], cum prius ipse de calumnia juraverit: necesse eum habere vel jusjurandum subire, quod nihil tale à testatore audiverit, vel recusantem ad fideicommissi vel universalis, vel specialis solutionem coarctari, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem observari censuimus, & si à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quod si is à quo relictum dicitur, [postquam negaverit,] confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omnino solvere cogendus est.

[27] *l.* 17. §. *qui ex Tr. ad Treb.*

[28] Creditoribus fc. Id heredi præfertim, qui post stipulationes interpositas inter eum & fideicommissarium à creditoribus & legatariis conveniebatur. *l.* 2. *l. debitor. Cod. de pactis. l.* 2. *Cod. de hereditate vendita*, adde *Nov.* 1. *c.* 1. & 39. *in pr.*

[29] §. 3. *J. de legit. adgnat. successi.*

[30] Variæ sunt quartæ: ut legitima; Falcidiana, Trebellianica; filii arrogati concubinæ (de qua *Novell.* 74. *c.* 5.) Uxoris pauperis, in bonis mariti locupletis. *Nov.* 117. *cap.* 5.

[31] Ignorantia facti. *l.* 68. *in fin. ff. eod. l.* 9. *C. ad l. Falcid.* Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, repetere eam non potest. Nec enim indebitum solvisse videtur, qui plenam fidem defuncto præstare maluit. *Paul.* 4. *sent.* 3. § *ult.*

[32] Post hereditatem restitutam retenta quarta, nondum ære alieno soluto.

[33] *l.* 11. §. 3. *ff. de leg.* 3.

[34] Capax fideicommissi & quidem universalis, qui cavet heredi de sarciendo ei damno aditæ hereditatis.

[35] *Ulp.* 25. §. 11.

[36] *V. l.* 13. *l.* 14. *ff. s. quis omissa.*

[37] *V. l.* 30. § *multum interest. ff. eod.*

[38] *l.* 3. *Cod. de sent. passis. l. pen. Cod. de heredib. inst. l. si legatur.* 30. §. *multum.* 3. *ff. ad Treb.*

[39] Interdum tamen in solum fideicommissarium datur actio. *l.* 13. §. *idem erit. De pet. her.*

[40] Etiam ab intestato fideicommissa relinqui possunt. *l.* 1. §. *hoc autem. l.* 78. *in pr. ff. eod. l.* 3. *C. eod. Ulp.* 25. §. 4. *l.* 13. *D. de inoffic. l.* 114. §. 2. *de leg. I.* 89. §. *Lucius. de leg.* 2. *l.* 4. *C. de codicill.* §. 1. *in pr. J. de codicillis.*

[41] Al. Excelsus.

[42] *l. ult. C. de fideicomm.*

[43] His verbis omnibus ultimarum voluntatum juribus derogare videtur, quæ requirunt quam minimum quinque testes. *l. ult. C. de codicill.*

[44] Jusjurandum qui defert, prius jurare debet de calumnia. *l.* 34. § 4. *de jurejur.*

Tit. XXIV.

DE SINGULIS REBUS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.

Summa. 1. *quæ relinqui possunt.* 2. *De libertate.* 3. *De verbis fideicommissorum.*

POTEST tamen quis etiam singulas res per fideicommissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, [&] pecuniam numeratam; & vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium [1], quamvis à legatario legari non possit [2]. §. 1. Potest autem non [3] solum proprias res testator per fideicommissum relinquere † sed & heredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cujuslibet alterius. Itaque & legatarius [4] & fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, ut eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, sive ipsius, sive aliena sit. † Hoc solum observandum est, ne plus quisquam roget tur alicui restituere [5], quam ipse ex testamento ceperit: nam quod amplius est, inutiliter relinquitur. † Cum [6] autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei [7] qui rogatus est, aut ipsam redimere & præstare, aut æstimationem [8] ejus solvere.

§. 2. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest: ut heres eum rogetur manumittere [9], vel legatarius, vel fideicommissarius. Nec [10] interest, utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaque & alienus servus redimi & manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si modo [11] nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertatem, perceperit: non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quoad possit, tempore procedente, ubicunque occasio servi redimendi fuerit, præstari libertas. Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed [12] ejus qui manumittit. At is qui directo ex testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit; qui etiam Orcinus [13] appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam qui [14] utroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directo autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servum manumitti rogat, sed [15] velut ex suo testamento libertatem ei competere vult. §. 3. Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habentur: PETO, ROGO, VOLO, MANDO, FIDEI TUÆ COMMITTO [16]: quæ perinde singula firma sunt, atque si omnia in unum congesta essent.

[1] *l.* 5. §. 1. *de leg.* 3.

[2] Jure veteri: hodie secus, *v. l.* 2. *in fin. C. com. d. l.*

[3] Tam res testatoris quam alienas per fideicommissum relinquere posse nos *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 7. Alienas, id est, ipsius heredis, legatarii extranei. 2 *Cai.* 8. § 5.

[4] *l.* 50. *ff. de leg.* 2.

[5] Vide *l.* 1 § *si res, qui. ff. ad Treb.*

[6] 2 *Cassr.* 7. § 7. Res nostræ per fideicommissum relictæ, statim alienæ, æstimatæ aut redemptæ præstantur. *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 7.

[7] Hoc est, ei vel legatario. *Cassr. d.* §. 7.

[8] Id est, pretium ejusdem rei, quantum æstimata fuerit. *d.* § 7.

[9] Vide *l.* 12. §. 1. *ff. de fideic. liber.*

[10] Vide *l.* 16. *ff. de fideic. liber.*

[11] Vide *l.* 5. § 4. *ff. de his quæ ut indig.*

[12] Manumissus ex fideicommisso, fit libertus manumittentis. *Ulp.* 2. §. 8. [13] Id est, orci seu defuncti, 1 *Gel.* 24. Χαρωνιανος. *Theoph. Ulp. illo loco.* [14] *l.* 35. *de manu. testam.* [15] *l.* 19. *de manu testam.* [16] *l.* 2. *C. comm. de legat. Ulp.* 24. §. 2. adde Deprecor, Injungo. *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 6. Opto des, Credo te daturum, *l.* 115. *D. de leg.* 1. Cupio des. *d. l.* 115. *d.* §. 6. Desidero uti des. §. 6. *l.* 118. *D. de legat.* 1. Uxoro uti des. Volo hereditatem meam Titii esse. Scio hereditatem meam restituturum te Titio, *l. & eo modo.* 118. *D. de leg.* 1. An Relinquo? negat Paul. illo loco, quod tamen non videtur, ex *l.* 78. *ad SC. Treb.* Quid Jubeo? videtur directum. *l.* 2. *C. comm. de leg.* sed verius est precarium esse. *l.* 28. §. *pen. D. de liber. legat.* Quid Commendo? non est precarium, *Paul. illo loco: l.* 11. §. 2. *D. de leg.* 2. *l.* 12. *C. de fideic. libert.*

Tit. XXV.

DE CODICILLIS.

Origo. 1. *efficiens.* 2. *materna.* 3. *numerus & solennitas.*

ANTE Augusti tempora constat Codicillorum [1] jus in usu non fuisse; sed primus Lucius Lentulus (ex cujus persona etiam fideicommissa [esse] cœperunt) Codicillos introduxit. Nam cum decederet, in Africa scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid. Et cum D. Augustus voluntatem ejus impleisset: deinceps reliqui ejus auctoritatem sequuti, fideicommissa præstabant: & filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans à juris ratione Codicillorum usus esset: & Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum & necessarium [3] hoc civibus esse, propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent, ubi si quis testamentum facere non posset, tamen Codicillos posset. Post quæ tempora, cum & Labeo Codicillos fecisset: jam nemini dubium erat, quin Codicilli jure optimo admitterentur. §. 1. Non tantum autem testamento facto potest quis Codicillos facere [4], sed [&] intestatus quis decedens fideicommittere Codicillis potest. Sed cum ante testamentum factum Codicilli facti erant, Papinianus ait, non aliter vires habere, quam si speciali postea voluntate confirmentur. Sed Divi Severus & Antoninus rescripserunt: ex iis Codicillis [5], qui testamentum præcedunt, posse fideicommissum peti: si appareat, eum qui testamentum fecit, à voluntate quam in Codicillis expresserat, non recessisse [6]. §. 2. Codicillis autem hereditas neque dari, neque adimi potest: ne confundatur jus testamentorum & Codicillorum: & ideo nec exheredatio scribi. Directo [7] autem hereditas Codicillis neque dari, neque adimi potest: nam per fideicommissum hereditas Codicillis jure relinquitur. Nec conditionem heredi instituto Codicillis adjicere, neque substituere [8] directo [quis] potest. §. 3. Codicillos autem etiam plures [9] quis facere potest, & nullam [10] solennitatem ordinationis desiderant.

[1] xxix. D. vii. vi. C. xxxvi.

[2] Codicilli ex tabulis cerâ illitis fiebant, breviores codicibus: unde sinu gestari poterant. Testamenta vero tabulis grandioribus scribebantur.

[3] Propter civium Romanorum (qui in Testamentis testes requiruntur) penuriam.

[4] *l.* 8. *I.* 16. *D. cod. l.* 4. *C. cod.*

[5] De quo *l.* 22. §. 6. *de falsis.*

[6] Vide *l.* 5. *D. eod.*

[7] *l. pen.* §. *ult. de cond. instit.*

[8] *l.* 6. §. 1. *D. cod.*

[9] Etiam diversos: secus si sint contrarii, tunc enim prius, per posterius rumpitur. *l.* 3. *ff. De Codicill.* Anf.

[10] Differunt in eo Codicilli à Testamentis: tanquam non solenne a solenni. *Goth.* Et quod Codicillis hereditas adimi non possit, nec dari. §. 2. *Instit. h. t.* Anf. *Nullam solennitatem*, talem scilicet, qualis in testamento requiritur, non absolute, sed comparative. *S. L.* Subsignatio sc. testatoris non requiritur, *l.* 6. §. 1. *ff. h. t.* & sufficit testes etiam non rogatos adesse. *l. fin. in fin. Cod. eod.* Qui tamen uno tempore adesse debent & subscribere. *d. l. fin. in fin.* Anf.

INSTITUTIONUM, SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS,

LIBER TERTIUS.

Tit. I.

DE HEREDITATIBUS[1] QUÆ AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Definitio intestati. 1. primus ordo succedentium ab intestato. 2. qui sint sui heredes. 3. Quomodo sui heredes fiant. 4. De filio, post mortem patris ab hostibus reverso. 5. De memoria patris damnata ob crimen perduellionis. 6. De divisione hereditatis inter suos heredes. 7. Quo tempore sui ac spectentur. 8. De nato post mortem avi, vel adoptato a filio emancipato. 9. De liberis emancipatis. 10. Si emancipatus se dederit in adoptionem. 11. Collatio filiorum naturalium & adoptivorum. 12. De bonorum possessione contra tabulas. 13. Unde cognati. 14. Emendatio juris antiqui de adoptivis. 15 & deficientibus ex jure nostro.

INTESTATUS decedit[2], qui aut omnino testamentum non fecit: aut non jure fecit: aut id quod fecerat, ruptum[3] irritumve[4] factum est: aut si ex eo nemo heres extiterit[5]. §. 1. Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum, primum ad suos heredes pertinent[6]. §. 2. Sui autem heredes existimantur (ut supra diximus) qui in potestate morientis fuerint; veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato prognatus, prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem [nuptiis vel] matrimoniis non sunt progeniti, Curiis[7] tamen Civitatum dati secundum Divalium constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem, [heredum] suorum jura nanciscuntur: necnon eos, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones[8]: per quas jussimus, [ut] si quis mulierem in suo contubernio[9] copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere conjugium, & ex ea liberos sustulerit; postea vero affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit, non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, justos & in potestate patris esse; sed[10] etiam anteriores, quæ & iis qui postea nati sunt, occasionem legitimi nominis præstiterunt. Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si[11] præcedens persona desierit in potestate parentis esse: sive morte id acciderit: sive alia ratione, velut emancipatione[12]. Nam si per id tempus, quo quis moritur, filius in potestate ejus sit, nepos ex eo suus heres esse non potest[13]. Idque & in ceteris deinceps liberorum personis dictum [esse] intelligimus. Posthumi[14] quoque, qui si vivo parente nati essent, in potestate [ejus] futuri forent, sui heredes sunt.

§. 3. Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes; & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus[15] ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim morte parentis quasi[16] continuatur dominium: & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis; cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas; nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso jure[17]. §. 4. Interdum autem, licet in potestate[18] [parentis] mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti [si] ab hostibus quis reversus fuerit post mortem patris [sui:] jus enim postliminii hoc facit. §. 5. Per contrarium [autem hoc] evenit, ut licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit: suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedat[19]; sed potest dici ipso[quidem]jure suum heredem esse, sed desinere. §. 6. Cum filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem [avi] vocantur: nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptesve in patris sui locum succedere[20]. Pari ratione & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur[21]. Et quia placuit nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere: conveniens esse visum est, non in capita[22], sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptesve existant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia. §. 7. Cum autem quæritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore quærendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse; quod accidit, & [23] destituto testamento. Hac ratione [24], si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit; nepos avo suus heres existet: quia, quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos[25]. & hoc certum est. §. 8. Et licet post mortem avi natus sit: tamen[26] avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si & conceptus & natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres avo non existet: quia nullo jure cognationis patrem sui patris attigit. Sed nec[27] ille est inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad hereditatem) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus. §. 9. Emancipati autem liberi, jure civili nihil juris habent, (neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque ullo alio jure per legem 12 tabul. vocantur: sed[28] Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem Unde liberi: perinde ac si in potestate patentis tempore mortis fuissent: sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato uno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit, sane quidem is, qui in potestate fuit, solus jure civili heres est, & solus suus heres: sed cum emancipatus beneficio[29] Prætoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat. §. 10. At hi[30], qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi: si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati[31] ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilomagis liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptivi[32], ad quos bona naturalis patris pertineant, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos. §. 11. Minus ergo juris habent adoptivi [filii] quam naturales: namque naturales emancipati, beneficio[33] Prætoris gradum liberorum retinent[34], licet jure civili perdant; adoptivi vero emancipati, & jure civili perdunt gradum liberorum, & a Prætore non admittuntur; & recte. Naturalia[35] enim jura civilis ratio perimere non potest: nec, quia desinunt sui heredes esse, possunt desinere filii filiæve, aut nepotes neptesve esse: adoptivi vero emancipati, extraneorum loco incipiunt esse; quia jus nomenque filii filiæve, quod per adoptionem consequuti sunt, alia civili ratione[36], id est, emancipatione perdunt.

§. 12. Eadem hæc observantur, & in ea bonorum possessione, quam[37] contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus[38], quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona ejus [non] admittit, quia desinunt [in] numero liberorum [ejus] esse[39]. §. 13. Admonendi tamen sumus, eos qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte Editti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur[40], alia tamen parte vocari, sc. qua cognati defuncti vocantur[41]. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque adgnatus quidem ullus interveniat[42]. Ante enim Prætor liberos vocat, tam suos heredes, quam emancipatos; deinde legitimos heredes, deinde proximos cognatos. §. 14. Sed ea omnia antiquitati [quidem] placuerunt: aliquam autem emendationem a nostra constitutione[43] acceperunt, quam super iis personis composuimus, quæ à patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii & naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut[44] possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque jure civili, neque prætorio, ex hereditate ejus aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione adgnita, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptivo imponatur, vel heredem eum instituere, vel exheredatum eum facere, ut pote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano Senatusconsulto ex[45] tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in ejusmodi casu, neque quarta ei servatur, neque ulla actio ad ejus persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Utroque enim jure tam naturali, quam legitimo in hanc personam concurrente, pristina jura tali adoptioni servamus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit adrogandum: quæ specialiter & singulatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi. §. 15. Item vetustas[46] ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui [quæve] ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & jure[47] adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus[48] nati sunt, & pronepotes ex neptibus cognatorum loco connumerans, post adgnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ vel proaviæ, sive paternæ, sive maternæ successionem. Divi autem Principes[49] non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis & pronepotis nomen commune sit utriusque, tam qui ex masculis, quam qui ex fœminis descendunt: ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris juris suffragiis muniuntur: portionem nepotum vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulo minuendam esse existimaverunt: ut minus tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando fœmina mortua sit, cujus de hereditate agitur: iisque (licet soli sint) adeuntibus adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex[50] duodecim tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes in locum patris sui[51] ad successionem avi sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ vel aviæ, eos cum jam designata partis tertiæ diminutione vocat. §. 16. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cujusdam constitutionis auctoritate,

---

1 TYTAVIET. DVARENVS. COVV. Nov. 118 & 2. Cum 8. Up. 26. Lanl. 4. Jont 8.

2 Quatuor modis, ut hic.

3 Agnatione postumi, & altero testamento, §. 1 2. 3 *T. quibus modis test. infirm.*

4 Capitis diminutione. §. 4. 15. *T. quibus modis test. infirm.* querela inofficiosi probata. *Anth. ex causa. C. de lib. præter.*

5 Sed & qui tutores non dedit, *l. 6. ff. de legitimis tutoribus.*

6 Æqualiter, ut succedant in capita, si eodem gradu sunt. §. 3. *in fin. T. de success. libert. & l. de adsignat. libert. in princ.* adde *l. 3. l. 5. C. de naturalibus liberis, & tit. de decurionibus.*

7 Vide §. *ult. T. de nupt.*

8 *l. 10. l. 11. C. de natur. liber.*

9 Vide *l. 1. C. de incestis.*

10 Legitimatio interdum ad anteriores liberos retrotrahitur. *l. 57. in fin. D. de rit. nupt.*

11 Vide *l. 5. in f. D. si tabulæ.*

12 Vide *T. quib. mod. jus patr.*

13 Adde §. 7. *in fin. T. eod.*

14 Vide *l. 3. §. ult. jun. D. eod.*

15 *l. 24. in princ. de ritu & act.*

16 Vide *l. 11. ff. de lib. & posth. l. 8. Cod. de jur. delib.*

17 Secus in hereditate extranei. *l. 9. §. 3. ff. de auth. tutor. §. 1. Inst. eod.* secus in possessione, *l. 11. l. 13 §. 1. de adq. poss.* præsertim feudali. *Zas. consil 20. num. 8. 9. 13.*

18 In solidum in eo crimine. §. *ult. ad l. Jul. majest. l. 5. C. ad l. Jul. majest.* in aliis prodimidia, jure veteri, *l. ult. C. de bon. proscr.* jure novo, in nulla. *Norell. 17. cap. 12.*

19 *l. 31. l. 34. D. de relig.*

20 Vide *l. 2. 3. C. eod.*

21 Hinc colligunt, jus repræsentationis in linea recta non habere locum in infinitum, sed tantum ad pronepotes, per *h. §. & l 23. §. 1. de bon. lib.* Sed contra vide Arum. *exerc. Justin. 11. th. 5.* ex *l. 7. §. 2. Si Tab. test. ext.* ibi: *liberos.* ergo & eos qui sunt post nepotes, *l. 220 ff. de Verb. Signif.* Item ex *l. unic. C. de his qui ante apert. tab.* Ubi pronepos transmittit hereditatem a suo proavo relictam in liberos suos: Ergo multo magis eum repræsentabunt: quum repræsentatio facilius inducatur, quam transmissio. *l. 3. C. de suis & legitim.* vide Forster. *de success. lib. 4. c. 20.* Treutl. *de hered. ab intest. th. 1. litt. h.* Anf.

22 §. *ult. T. eod. Nov. 118. cap. 1. in fin.* adde *l. 2. §. 7. D. de exceus. tut.* 23 *l. ult. in fin. de cond. insit.* 24 *l. 1. §. sciendum. D. eod.* 25 Al. *Nepos sine heres esse.* S. L. 26 *l. 6. l. 7. D. eod.*

27 *l. 25. de adopt.* 28 Quis enim patiatur jura filii naturalis, nexu divino copulata, ludibrio ilectandere? *l. 10. in princ. C. de adopt.* adde § 11. *T. eod.* vide *l. 15. §. cum igit. post. versum. C. de hæred.*

29 *l. 3. C. de cond. indeb.*

30 *l. 4. unde lib.*

31 *l. pen. §. 2. C. de adopt.*

32 Et arbitrio alieno, huc facit *l. 32. l. 70. de her. instit.*

33 *l. 3. C. de legit. her.*

34 *Novell. 118. cap. 1. in fin.*

35 §. *ult. T. de lecit. agn. l. 8. de reg. jur.*

36 Id est, alio civili actu, *l. 77. de reg. jur.*

37 *l. 1. §. 1. de bon. poss. contra tab.*

38 *l. pen. in pr.* ibi, *si enim post patris obitum. C. de adopt.*

39 Ut autem quis admitti possit, ex liberis esse oportet. *l. 1. §. 3. §. & sui. l. 3. §. 2. de bonor. poss. contra tab.*

40 *leg. 4. unde liberi.*

41 *l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati.*

42 *l. 1. D. quis ordo in bon. poss.*

43 *l. pen. C. de adopt.*

44 §. 2. *T. de adopt.*

45 Vide *l. ult. in fin. C. de decur.*

46 Et jus divinum, *Num. 25.* hoc tamen jus succedendi Justinianus barbarum vocat. *Nov. 21. in princ.*

47 Al. *Juris agnatorum.* S. L.

48 Quæ familiæ fiæ & caput & finis sunt. *l. 195 in fin. de verb. sign.*

49 Valent. Theod. Arcad. *l. 9. C. eod.*

50 *l. 17. C. de collat.* Anf.

51 *l. 3. C. eod.*

tate: memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra [52] autem constitutione promulgata, toti juri ejus derogatum est: & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps superstitibus, adgnatos nihilum partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, ut quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas statuit [53], non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes & alias deinceps personas: ut utraque progenies, matris vel patris, aviæ vel avi portionem sine ulla diminutione consequatur: ut si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

[51] *l. ult. C. eod.*

[53] Vide §. 6. *J. eod.*

TIT. II.

DE LEGITIMA [1] ADGNATORUM [2] SUCCESSIONE.

Secundus ordo hæredum legitimorum. 1. De agnatis naturalibus. 2. De adoptivis. 3. De masculis & fœmina. 4. De filiis sororum. 5. De proximis vel remotis. 6. quo tempore proximitas spectatur. 7. De successoris Edicto. 8. De legitima parentum successione.

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor, vel Constitutiones vocant, existat, qui successionem quomodo amplectatur: tunc ex Lege [3] 12 tab. ad [4] adgnatum proximum pertinet hereditas. §. 1. Sunt autem [5] adgnati [6] (ut primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi à patre cognati: itaque [ex] eodem patre nati fratres, adgnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur [7]: nec refert, ita an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt [8], qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis pervenire poterimus. † Ii [9] etiam, qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur. † Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiores [10] gradu sunt, cum certum esse cœperit aliquem intestatum decessisse. §. 2. Per adoptionem [11] quoque adgnationis jus constitit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptavit. Nec dubium est, quin improprie consanguinei appellentur. Item si quis ex cæteris adgnatis [suis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem: adgnatus inter suos [12] heredes esse non dubitatur. §. 3. Cæterum inter masculos quidem adgnationis jure hereditas etiamsi longissimo gradu [13] sint, ultro citroque capitur. † Quod ad fœminas vero attinet, ita placebat, ut ipsæ [14] consanguinitatis jure, tantum capiant hereditatem, si sorores sint: ulterius non capiant. Masculi autem ad earum hereditates, etiamsi longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita jura constitui, ut plerunque hereditates ad masculos confluerent. † Sed quia sane iniquum erat, in universum eas quasi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum possessionem admittit, ea parte, qua [15] proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita sc. admittuntur, si neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. † Et hæc quidem Lex duodecim tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem [16] legibus amicam amplexa, simili [17] modo omnes adgnatos, sive masculos, sive fœminas [18], cujuscunque gradus, ad [19] similitudinem suorum invicem ad successionem vocabat. Media autem jurisprudentia [20], quæ erat quidem Lege duodecim tabularum junior, imperiali autem dispositione anterior: subtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas à successione adgnatorum repellebat: omni alia successione incognita, donec Prætores paulatim asperitatem juris civilis corrigentes, sive quod deerat implentes, humano proposito, alium ordinem suis Edictis addiderunt: & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ UNDE COGNATI appellatur. † Nos vero Legem duodecim tab. sequentes, & ejus vestigia in hac parte conservantes: laudamus quidem Prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum [hujus] causæ mederi invenimus. Quare etenim uno eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in masculis, quam in fœminis æqua lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus; nisi soli sorori ad agnatorum successionem patebat aditus. Ideo [nos] in plenum omnia reducentes, & ad jus duodecim tab. eandem dispositionem exæquantes, nostra constitutione [21] sancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes, sive masculini generis, sive [22] fœminini sint, simili modo ad jura successionis legitimæ ab intestato vocari secundum [23] sui gradus prærogativam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis jura, sicut germanæ, non habent. §. 4. Hoc etiam addendum nostræ constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam successionem: ut non solum fratris filius & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patris sui vocentur: sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi [24] sui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est sui fratris filiis, avunculus autem sororis suæ soboli: simili modo ab utroque latere succedant, tanquam si omnes ex masculis descendentes, legitimo [25] jure veniant, sc. ubi frater & soror superstites non sunt. His etenim personis præcedentibus & successionem admittentibus: cæteri gradus remanent penitus semoti [26], videlicet hereditate non in stirpes, sed in capita dividenda. §. 5. Si plures sint gradus adgnatorum: aperte Lex 12 tab. [27] PROXIMUM vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis singulari numero usa Lex [duodecim tabular.] PROXIMUM vocet, tamen dubium non est, quin si plures sint ejusdem gradus, omnes [28] admittantur [29]. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium est, quin licet unus sit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas.

§. 6. Proximus autem, (siquidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est [30], cujus de hereditate quæritur [31]. † Quod si facto testamento quisquam decesserit: per hoc tempus requiritur, quo certum esse cœperit, nullum ex testamento heredem extiturum; tunc enim proprie quisque intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, ut proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus. §. 7. Placebat [32] autem, in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse: id est, ut quamvis proximus, qui secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit: nihilo magis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote adgnationis jure eis recluso. Sed nos nihil perfectissimo juri deesse cupientes, nostra constitutione [33], quam de jure patronatus, humanitate suggerente protulimus, [sancimus] successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis [33] denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis à Prætore apertum est, hoc adgnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente sequens succedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. 8. Ad legitimam successionem nihilominus vocatur [34] etiam parens, qui contracta [35] fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat: quod ex nostra constitutione [36] omnino induci tur, ut emancipationes liberorum semper videantur quasi contracta fiducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.

[1] XXXVIII. D. XVI. VI. C. LVII. *Novell.* 118. *cap.* 3. *Ulp. tit.* 27.

[2] Hodie adgnati non differunt jure à cognatis, vide Nov. 118. c. 4. *& quæ ibidem note.*

[3] Quam vide *apud Ulp. tit.* 25. §. 1.

[4] *l.* 1. 2. *D. eod.*

[5] Vide *l.* 5. *D. unde legit.*

[6] Agnatis cognati continentur. Patruus & agnatus est & cognatus: Avunculus, cognatus tantummodo. *Paul. 4. sent.* 8. §. 1.

[7] Vide *l.* 1. §. *pen. D. eod.*

[8] *l. ult.* §. *quarto gradu. de gradibus.*

[9] *l. ult. D. unde legitimi. l.* 1. §. 10. *in fin. D. de suis & legitimis.*

[10] *l.* 2 §. 2. 4. *D. eod.*

[11] *l.* 2. §. 3 *D. eod.*

[12] Hottomann. & Pac. leg. *Inter suos* deleta voce, *heredes*. Al. *inter suos* S. L.

[13] Futa decimo. §. *fin. infra de succeff. cognat.* an & ultra decimum? negat ibidem Mnas. ait itaque agnatis præferri vel virum vel uxorem vel Ecclesiam vel fiscum: ab eo tamen dissentit *Wesembecius.*

[14] Fœminæ ad hereditatem legitimam ultra consanguineam vel ultra consanguineorum gradum ad successiones: item ad legitimam hereditatem non admittebantur, jure civili Voconiana rogatione. *Paul. 4 sent.* 1. §. 3. *Ulp.* 26. §. 6.

[15] *De qua* §. *prox. tit. in princ. & J. in pr. de servili cognat. l.* 3. *l.* 4. *ff. unde cognati.*

[16] §. 7. *J. de fideicomm. hereditat.*

[17] *Paul. 4. sent.* 8. §. 5. *Novell.* 118.

[18] *Ulp.* 26. §. 1.

[19] Hoc falsum esse videtur. *J. de SC. Tertull.*

[20] Intelligit legem Voconiam (de qua *Paul. d. loco. & Ulp. tit.* 26. §. 6.) per quam fœminæ, ultra consanguineorum gradum, ab hereditatibus legitimis arcebantur.

[21] *l. pen. & ult. C. de legit. hered.*

[22] *Novell.* 21. *in princ.* 118. c. 4.

[23] Ut priore loco consanguinei, id est, fratres & sorores ex eodem patre: post reliqui, adgnati proximi, & ex iis descendentes etiam fœminæ, servato semper gradu suo.

[24] Patrui sui, *l. pen. in fin. C. de leg. her.*

[25] Et succedant inter se in capita. *J. eod. & l. pen. Z. s. f.* 1. *respons. 7. Minf.* 3. *obs.* 94. idem Carolus V statuit. Caius 2. *Instit.* 8.

[26] Hodie non sunt semoti ob introductum jus repræsentationis. *Novell.* 127. quo liberi defuncti fratris cum *verb. sign.*

[28] Sic *gignari* in numero continetur pluralis. *l.* 17. §. 1. *de leg.* 1.

[29] Non in stirpes, sed in capita, *l.* 2. §. 2 *ff. de jure.*

[30] Defuncto proximus quis censetur ab intestato mortis tempore: ex testamento, eo defuncto, vide *l.* 2. §. 6. *ff. eod.*

[31] In hereditate legitima olim ita erat succesfio. Nam fratre decedente antequam adiret, aut repudiaret hereditatem, fratris filius admitti non poterat: quia omnis successio proximiori deferebatur. *Paul. 4. sent.* 8. §. 4.

[32] Quæ non extat.

[33] Proximis *scil.* adgnatis: siquidem olim proximo moriente aut spernente ante aditam hereditatem, sequentes non admittebantur. *l.* 2. *in pr. ff. eod.*

[34] *Novell.* 118. *cap.* 2. [35] *Catus* 6. & ita pater heres erat filii emancipati ex contracta fiducia. Arqui patri adquiri hereditatem non posse, dicitur *l.* 4. *C. de inutilib. stipul. l.* 6. *ff. de verb. oblig. l.* 34. *C. de transact. l.* 15. *C. de pact.* [36] *l. ult. C. de emancip.*

TIT. III.

DE SENATUSCONSULTO TERTULLIANO [1].

De lege XII *Tabb. & jure Prætorio. 1. De constitutione Divi Claudii. 2. Ad SC. Tertull. de jure liberorum. 3. Qui præferuntur matri vel cum ea admittuntur. 4. Jus novum. De jure liberorum sublato. 5. Quibus mater præponitur, & quibusnam admittitur. 6. De tutore liberis petendo. 7. De vulgo quæsitis.*

EX duodecim tabularum ita stricto jure utebatur, & præponebat masculorum progeniem: & eos qui per fœminini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo [2] expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret: nisi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem bonorum possessione, UNDE COGNATI, accommodata, vocabant. §. 1. Sed hæ juris angustiæ postea emendatæ sunt. Et primùs quidem Divus Claudius [3] matri ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem. §. 2. Postea autem SC. Tertulliano, quod D. Hadriani [4] temporibus factum est, pleniſſime de tristi [5] successione matri [6], non etiam aviæ, deferenda cautum est: ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit [7]: ut scil. cum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat [hereditatem] cujus juri subjecta est. §. 3. Præferuntur [8] autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, sive primi gradus, sive ulteriores. Sed & filiæ suæ mortuæ filius, vel filia præponitur ex constitutionibus matri defunctæ, id est, aviæ suæ. Pater vero utriusque, non etiam avus & proavus matri [9] anteponitur [10], scil. cum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii quam filiæ excludebat [11] matrem [12]: soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed si fuerant frater & soror consanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat: communis autem erat hereditas ex æquis partibus [13] fratribus & sororibus.

§. 4. Sed nos constitutione, quam in Codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus: respicientes ad [14] naturam, & puerperium [15], & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in ejus admitti detrimentum: si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito [16] de fraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus jus legitimum plenum matribus (sive ingenuis sive libertinis), & si non ter enixæ fuerint vel quater, sed eum tantum vel eam qui quæve morte intercepti sunt, ut sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem. §. 5. Sed cum antea constitutiones [17] jura legitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis visum [18] est recta & simplici via matrem omnibus personis legitimis [19] anteponi, & sine ulla diminutione filiorum suorum successionem accipere: excepta fratris & sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis jura habentes: ut quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres, & sorores, sive legitimi sint, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus: ita tamen, ut si quidem solæ sorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ superstint [20]: dimidiam quidem mater [21], alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant. Si vero matre superstite & fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, sive legitimis, sive sola cognationis jura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur ejus hereditas. §. 6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere: sciturisi eis, quod si tutores [22] liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati, intra annum petere neglexerint; ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur. §. 7. Licet autem vulgo quæsitus [23] sit filius filiave: potest tamen ad bona ejus mater ex Tertulliano Senatusconsulto admitti.

[1] XXXVIII. D. XVII. VI. C. LVI. *Ulp. tit.* 26. §. *ult. Paul. 4. sent.* 9. Tertulliano Senatusconsulto cavetur; quemadmodum liberis matres succedant.

[2] Imo idem in masculis & fœminis eadem lex statuebat, *l.* 14. *in pr. C. de legitimis.*

[3] *Suet. in Claudio, c.* 19.

[4] Id est, D. Pii (eam enim appellationem fortitus est adoptionis jure) Tertullo & Sacerdote Coss. *Cujac.*

[5] Vide *l. ult. C. de suis & legitim.*

[6] Hodie etiam avia succedet suo gradu. *Novell.* 118. *c.* 2. *in princ.*

[7] Vide *l.* 12. *in pr. C. de collat.*

[8] Vide *l.* 2. §. *liberi. D. eod.*

[9] *l.* 2. *C. eod. l.* 2. §. *objicitur. D. eod.*

[10] Hodie non anteponitur pater matri, *l. ult.* §. *pen. C. eod.*

[11] *l.* 4. *C. eod.*

[12] Hodie frater defuncti, ejus matrem non excludit.

[13] *l. ult. C. de jure liberorum.*

[14] Liberorum successiones matribus delatæ quatuor potissimum de causis.

[15] Vide *l. ult. C. qui. bonis.*

[16] *l.* 2. *C. de jure liberorum.*

[17] Constantini, *l.* 1. *l.* 2. *C. Theod. de legit. hered.*

[18] *l. ult. C. eod.*

[19] Id est, agnatis. *J. de legit. agnator.*

[20] *l. ult. in fin. C. eod.*

[21] Hodie mater cum fratribus & sororibus defuncti succedit in virilem portionem, *Novell.* 22. *cap.* 47. *in fin.* Vide *Novell.* 118. *cap.* 2.

[22] Vide *l.* 2. §. 1. *ff. qui petant tut.*

[23] *l.* 1. *in pr. ff. unde cogn.*

Tit. IV.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO [1].

Origo & summa Senatusconsulti. 1. De nepote & nepte. 2. De capitis deminutione. 3. De vulgo quæsito. 4. De jure accrescendi inter legitimos heredes.

PEr contrarium autem liberi [2] ad bona matrum intestatarum admittuntur ex Senatusconsulto Orphitiano [3], quod Orphitio & Rufo Consulibus effectum est divi Marci temporibus: & data est tam filio, quam filiæ legitima hereditas, etiamsi [4] alieno juri subjecti sint: & præferuntur consanguineis & agnatis defunctæ matris. §. 1. Sed cum ex hoc SC. nepotes [& neptes] ad aviæ successionem legitimo jure non vocarentur, postea hoc constitutionibus principalibus [5] emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque & nepotes & neptes vocentur.

§. 2. Sciendum autem est, hujusmodi successiones, quæ ex Tertulliano & Orphitiano Senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novæ hereditates legitimæ capitis [6] deminutione non percunt, sed illæ solæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur. §. 3. Novissime sciendum est, etiam illos liberos qui vulgo quæsiti sunt [7], ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti. §. 4. Si [8] ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa impediti fuerint, quominus adeant: reliquis, qui adierint, adcrescit illorum portio: & licet ante decesserint, ad heredes tamen eorum pertinet.

1 xxxviii. D. xxii. vi. C. xvii. Ulp. tit. 26. § 7. Paul. 4. tit. 10.

2 Adi in pr. ff. eod. l. 1. C. eod.

3 Non ex lege xii Tabb. quia fœminæ suos heredes non habent. Ulp. tit 26. § 7.

4 l. 9. D. eod.

5 Theodosii & Arcadii, l. 4. C. Theodos. de legitimis heredibus.

6 l. 1. §. capitis. D. eod.

7 Paul. Sent. 10. §. 1. l. 1. §. 2. D. eod.

8 l. 9. D. de suis.

Tit. V.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

Tertius ordo succedentium ab intestato. 1. Qui vocantur in hoc ordine. De agnatu capite minutis. 2. De conjunctis per fœminas. 3. De liberis datis in adoptionem. 4. De vulgo quæsitis. 5. Ex quo gradu agnati, vel cognati succedunt.

POst suos heredes, eosque quos inter suos heredes Prætor & constitutiones vocant, & post legitimos (quo numero sunt adgnati, & hi, quos in locum agnatorum tam supradicta Senatusconsulta, quam nostra erexit [1] constitutio) proximos cognatos Prætor vocat. §. 1. Qua parte naturalis cognatio spectatur: nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, sed à Prætore tertio ordine vocantur: exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis (non etiam liberis eorum) quos lex Anastasiana [2] cum fratribus integri [3] juris constitutis, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem sive sororis: non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Aliis vero agnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & proculdubio cognatis. §. 2. Eos etiam qui per fœminini sexus personas ex transverso cognatione junguntur: tertio gradu proximitatis nomine Prætor ad successionem vocat. §. 3. Liberi quoque [4], qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu [5] vocantur. §. 4. Vulgo quæsitos [6], nullos habere adgnatos, manifestum est: cum adgnatio a patre sit, cognatio à matre: hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis [7] jus species est adgnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus [istis ex] ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur. §. 5. Hoc loco & illud necessario admonendi sumus: adgnationis quidem jure [8] admitti aliquem ad hereditatem [9], etsi decimo [10] gradu sit: sive de lege duodecim tabularum quæramus, sive de edicto, quo Prætor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. † Proximitatis [11] vero nomine iis solis Prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad [12] sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo sobrino sobrinaque nati natæve.

1 l. pen. C. de legit. hered.

2 Ejus fit mentio l. 4. C. de legit. tut. l. ult. C. de leg. hered.

3 Id est, capitis diminutionem vivo parente non passis.

4 l. 1. §. cognationem. D. unde cognati.

5 Scilicet cognatorum. l. 1. §. 3. ff. Unde cognat. Aust.

6 l. 4. D. unde cognati. l. 4. §. sciendum. ff. de gradib.

7 Consanguinitatis jus species adgnationis, nihil aliud est quam fraternitas, distincta autem a cognatione naturali, vide Cujac. 11. obser. 26. & quæ scripsi ad l. 1. D. de tut. Aut. & in notis ad Accursium ad d. l. 1.

8 Forte quia adgnati, quia familiam conservabat, digniores erant cognatis. Anf.

9 Ut & ad feudum, 2. feud. 50. gis octavo, l. 9. ff. unde cognati. Goth. Sumitur hic numerus certus pro incerto, eo quod admodum rarus fit gradus decimus; hinc communis pragmaticorum error, qui hunc locum strictius & secundum litteram exclusive intelligendo, putarunt fiscum propter decimi gradus defectum, tanquam in bona vacantia, ad successionem admitti. Qui eo solo casu succedit, quo (sublata agnationis & cognationis differentia) nemo, vel remotissimus superstit, text. est in l. un. C. Unde vir & uxor. junct. §. 3. Instit. de legit. agnat. succ. § ult. Instit. de servil. cognat. & l. 2. §. 1. ff. de suis & legitimis. Junct. Novell. 118. cap. 3. in fin. Vide Arn. Vinn. hic. Quod & mores ubique probant. Vide Eguin. Baron. hic Choppin. De domin. Franc. lib. 1. tit. 13. num. 7. in fin. Carpzov. Jurisp. Forens. part. 3. constit. 18. defin. 31. Gudelin. de Jure Novissim. lib. 1. cap. 15. vers. sciendum. Zyp. Not. jur. Belg. rubr. Unde liberi. contra Grot. Introd. Jurispr. Batav. lib. 1. cap. 30. & eum ex putativa juris recepti relatione secutos Vinn. & Groeneweg. hic. S. L.

10 Qui longissimus dicitur. v. §. 3. in pr. ff. de legit. agn. succeff. multo magis rarus fit gradus decimus; hinc communis pragmaticorum error, qui hunc locum strictius & secundum litteram exclusive intelligendo, putarunt fiscum propter decimi gradus defectum, tanquam in bona vacantia, ad successionem admitti. Qui eo solo casu succedit, quo (sublata agnationis & cognationis differentia) nemo, vel remotissimus superstit, text. est in l. un. C. Unde vir & uxor. junct. §. 3. Instit. de legit. agnat. succ. § ult. Instit. de servil. cognat. & l. 2. §. 1. ff. de suis & legitimis. Junct. Novell. 118. cap. 3. in fin. Vide Arn. Vinn. hic. Quod & mores ubique probant. Vide Eguin. Baron. hic Choppin. De domin. Franc. lib. 1. tit. 13. num. 7. in fin. Carpzov. Jurisp. Forens. part. 3. constit. 18. defin. 31. Gudelin. de Jure Novissim. lib. 1. cap. 15. vers. sciendum. Zyp. Not. jur. Belg. rubr. Unde liberi. contra Grot. Introd. Jurispr. Batav. lib. 1. cap. 30. & eum ex putativa juris recepti relatione secutos Vinn. & Groeneweg. hic. S. L.

11 Id est, ut cognatus, nemo admittebatur decimo gradu, Theoph. hic.

12 Hodie jus cognatorum agnationis juri exæquatum est, atque ita cognati eodem gradu succedunt. Novell. 118.

Tit. VI.

DE GRADIBUS COGNATORUM [1].

Continuatio, divisio cognationis. 1. Gradus primus. 2. Secundus. 3. Tertius. 4. Quartus. 5. Quintus. 6. Sextus. 7. Septimus, & reliqui. 8. De gradibus agnationis. 9. De graduum descriptione.

HOc loco necessarium [2] est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi sumus, cognationem [3] aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio est parentum: inferior liberorum: ex transverso fratrum sororumve, & eorum, qui quæve ex his generantur, & convenienter patrui, amitæ, avunculi, materteræ. Et superior quidem & inferior cognatio, à primo gradu incipit: at ea, quæ ex transverso numeratur, à secundo. §. 1. Primo gradu est supra pater, mater: infra filius, filia [4]. §. 2. Secundo [gradu] supra avus, avia: infra nepos, neptis: ex transverso frater, soror [5]. §. 3. Tertio [gradu] supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex transverso fratris sororisque filius, filia, & convenienter patruus, amita, avunculus & matertera [6]. Patruus est frater patris, qui Græce πατράδελφος appellatur; Avunculus est frater matris, qui Græce μητράδελφος dicitur: uterque promiscue θεῖος appellatur. Amita est patris soror, [quæ Græce πατραδελφὴ appellatur] Matertera vero matris soror, [quæ Græce μητραδελφὴ dicitur]: & utraque promiscue θεία appellatur. §. 4. Quarto [7] gradu supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris sororisque nepos, neptisve, & convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror. item avunculus magnus, & matertera magna, id est, aviæ frater & soror: consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consorinos: eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles appellati. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos proprie dici [putant]. Amitæ tuæ filii consobrinum te appellant, tu illos amitinos. §. 5. Quinto [8] gradu supra adavus, adavia: infra adnepos, adneptis: ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis, & convenienter, propatruus, proamita, id est, proavi frater & soror, [& proavunculus & promatertera, id est, proaviæ frater & soror]. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius, filia: propius sobrino, propius sobrina. Hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius filia. §. 6. Sexto [9] gradu supra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis, & convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater & soror: abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater & soror. [item propatrui, proamitæ, proavunculi, promateteræ filius, filia. item propius sobrino sobrinave, filius, filia:] item sobrini, sobrinæ, id est, qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur [10].

§. 7. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generatâ persona gradum adjicit [11], ut longe facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. §. 8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur. §. 9. Sed cum [12] magis [13] veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigatur [14]: ideo necessarium duximus post narrationem graduum, eos etiam præsenti libro inscribi, quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

1 xxviii. D. x. Paul. 4. sent. 11.

2 Id est, utile propter matrimonia, hereditates, tutelas, testimonia, bonorum possessiones. l. 10. in pr. D. eod.

3 l. 1. D. eod.

4 Et ita quatuor personæ. l. 10. §. 12. D. eod.

5 Hæ personæ dupliciter intelligendæ, ut sint duodecim. d. l. 10. §. 13.

6 Paul. in d. l. 10. §. 14. enumerat 32 personas.

7 Idem d. l. 10. Paulus §. 15. enumerat 80 personas.

8 Idem Paulus in §. 16. enumerat 184 personas.

9 Idem scil. tradit, hoc gradu contineri 448 personas in d. l. 10. §. 17.

10 Idem Paulus notat in septimo gradu contineri 1024 personas, d. l. 10. §. 18. quæ omnes simul conjunctæ efficiunt 1784 personas. Ultra septimum gradum cognatorum nomina non reperiuntur, & vix ultra septimum graduri cognatorum vita subsistit, l. 4. in pr. D. eod. In hoc gradu continetur sobrini & sobrinæ natus. l. 1. §. 3. D. unde cognat.

11 Si quidem est, quam generatio, ut quavis quæstione proposita, quot inter utramque personam generationes extiterint, totidem gradus sint constituendi. 12 Horat. In arte: Segnius irritant animos demissa per aurem, Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ Ipse sibi tradit spectator. & apud Herodotum 1. & Lucianum libello de saltatione: Aures hominibus pollicentur minus quam oculi: sic Plautus Truculento, Plus est oculatus testis unus, quam auriti decem. & Horatius, Certior aure est oculus. Inde à quibusdam receptum, ut testi de auditu non credatur. Demosthen. orat. πρὸς ἐυβουλίδην. Et est aliorsum acutissimus sensus, & qui ad stellas usque protenditur, cum nullus sensus id, quod 1000 pedibus distet, sentire possit. Varro 2. de lingua. Huc addendum, oculis portam corneam (ut qui dissectores sint in sensibus & frigori non obnoxii) ori eburneam à poëtis attribui: ut indicarent, vera nos oculis haurire; falsa, loqui posse. Servius 6 Æneid. Cicero de Natura. 13 Imo minus in disciplinis: plus enim ibi in auribus, quam oculis situm. Lucian. 3. Instit. 14 ἕως μὲν αὐτὸν, inquit Arist. lib. περὶ ψυχῆς· ὅταν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς· visus per se est, auditus per accidens.

Tit. VII.

DE SERVILI COGNATIONE.

De servili cognatione. 1. Collatio ordinum & graduum.

ILlud certum est, ad serviles cognationes illam partem Edicti, qua [1] proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur [2]. Sed nostra [3] constitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum & undique confusum fuerat), & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio liberum, vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere: vel contra serva mulier ex libero, vel servo habuerit liberos cujuscunque sexus: & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint: ut hi omnes ad successionem patris vel matris veniant [4], patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes: sive soli inveniantur, qui in servitute nati, & postea manumissi sunt: sive una cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: sive ex eodem patre, sive ex eadem matre, sive ex aliis [5] nuptiis ad similitudinem eorum, qui ex justis nuptiis procreati sunt [6]. §. 1. Repetitis itaque omnibus, quæ jam tradidimus, apparet non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eoque amplius, ne cum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorem esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum, & eorum, quos inter suos heredes enumeravimus: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorem esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (ut supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex fœmineo sexu propagatus est. Amotis quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocari diximus: adgnatus, qui integrum jus habet adgnationis, etiamsi longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præfertur. Totiens igitur dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quotiens neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis [jure], aliquis præferri debeat, secundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore, emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

1 De qua vide §. 3. de legit. agnat. succ.

2 Servilis tamen cognatio impedimento nuptiis esse dicitur, §. 10 ff. de nupt. adde l. 1. §. 2. ff. unde cognati. l. ult. §. non pertinet. ff. de gradib.

3 Quæ non extat: extant tamen fragmenta in l. 4. C. de lon. libert.

4 Et ita recipiant cognationem: abrogata l. 7 §. unde cognati. l. 6. C. de suis, & legit.

5 Sive ex aliis, qualicunque copulatione, nati sint ad similitudinem, &c. Cujac. Hotom.

6 Jure civili servi non dicuntur contrahere matrimonium, sed contubernium. l. 3. C. de incestis. jure Pontificio secus. c. 1. de conjug. servor. 5.

Tit. VIII.

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM [1].

Qui succedunt ex xii Tabb. 1. Jure prætorio. 2. Ex lege Papia. 3. Ex constitutione Justiniani. 4. Quibus libertinus succeditur.

NUnc de libertorum bonis videamus. Olim [2] itaque licebat liberto patronum suum impune testamento præterire: nam ita demum Lex xii Tabularum ad hereditatem libertæ vocabat patronum [3], si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et siquidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela: si vero adoptivus filius fuisset, æque iniquum erat, nihil juris patrono superesse. §. 1. Qua de causa postea Prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est: sive enim faciebat

1 Id est, ut patroni succedant libertis. Huc refer xxxviii. D. ii. vi. Cod. iv. Ulp. 27. 29.

2 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos quorum liberti fuit, veluti patronum, patronam, liberosve patroni. Ulp. 27. § 1

3 Vide l. 1. 17. ff. de bon. libert.

faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem 4 dimidiam bonorum suorum relinqueret; & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio: sive intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorum possessio.

† Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum 5 naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto [Prætorio] petierant: nam exheredati nullo modo repellebant patronum. §. 2. Postea [vero] lege 6 Papia adaucta sunt jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, UT EX BONIS EJUS QUI SESTERTIUM CENTUM MILLIUM PATRIMONIUM 7 RELIQUERAT, ET PAUCIORES, QUAM TRES LIBEROS HABEBAT, SIVE IS TESTAMENTO FACTO, SIVE INTESTATUS MORTUUS ERAT, VIRILIS PARS PATRONO DEBERETUR. Itaque cum unum [quidem] filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus 8 decessisset: cum [vero] duos duave heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellebatur patronus.

§. 3. Sed nostra 9 constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definit, ut siquidem libertus vel liberta minores centenariis 10 sint, id est, minus 11 centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretari sumus, ut pro 12 mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto: tunc patronatus jus (quod erat ex lege XII Tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures cujuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus: si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, (cum nullos liberos haberent, vel habentes, eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta), tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam (ut antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequantur; vel quod decst, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redunder: multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus, ut tam patroni patronæque, quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est: & si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem, & in capita 13 non in stirpes dividatur successio: eodem modo & in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. Pene enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus 14 fecimus. §. 4. Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt: cum nec sint alii liberti, simul & Dediticiis 15 Latinis sublatis; cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licet ut liberi vitam suam peragebant 16, attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi servorum ita bona eorum jure quodammodo peculii ex lege 17 Junia [Norbana] manumissores detinebant. Postea vero SC. Largiano 18 cautum fuerat, UT LIBERI MANUMISSORIS NON NOMINATIM EXHEREDATI FACTI, EXTRANEIS HEREDIBUS EORUM IN BONIS LATINORUM PRÆPONERENTUR. Quibus etiam supervenit divi 19 Trajani Edictum, quod eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio Principis festinarat, faciebat quidem vivum civem Romanum, Latinum vero morientem. Sed nostra constitutione propter hujusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Juniam, & SC. Largianum 20, & Edictum divi Trajani in perpetuum deleri censuimus: ut omnes liberti civitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdam adjectionibus 21 ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

4 *l. 1. in fin. D. de bonis libert.*

5 *l. 3. in princ. ff. de suis.*

6 De qua *Ulp. 29. §. 3. 5. 6. l. 1. §. pen. si cui plus quam.*

7 Sic pauperiores dicuntur qui minus 50 aureorum in bonis habent. *l. 10. de accus.* Aut.

8 Testatus decessisse. Cujac. *hic & 3. obs. 13. Contra*, Græca Theophili paraphrasis consentit ibi ἐὰν διαθήκην) reprehensus a Roberto, 2 *recept. lect.* 24.

9 Quæ non extat, vide tamen ejus fragmentum *in l. 4. C. de bonis libertorum. Cuj. 20. obs.* 34.

10 *l. 16. D. de jur. patr. l. 26. D. de bon. libert.*

11 Minus mille aureis. *Hotom.*

12 Pro centum sestertiis. *Hotom.* movetur Hotomannus, quod Suetonius in Othone, unius aurei mentionem faciat, & eundem aureum Tacitus (idem commemorans) centensis sestertiis exæquet. Contius vero hic notat recte solidum æstimari mille sestertiis, quia in *l. 49. soluto matrimonio.* decem solidi paulo post vocantur decem millia: utut sit, pauperes vocantur, qui minus quam 50 habeant. *l. 10. de accus.* non igitur male locupletiores liberti hic dicentur qui centum millium sestertium, id est, centum aureos patrimonium reliquerint. Erat autem hæc summa pœna popularis actionis. *l. 35 in fin. de Silan.* & ambitus, *l. un. §. 1. & ult. ff. ad l. Juliam de ambitu.* Cæterum de aurei æstimatione vide Cujacium 19. *obs.* 1.

13 Libertorum hereditas in capita non in stirpes dividitur: & ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt. *Paul. 3 sent. 2. §. 3.*

14 Et aliis, puta matrimoniis. *Novell. 78. c. 3.*

15 *C. de Latina & dediticia libertate.*

16 *V. ad hunc locum Timotheum 3. ad Ecclesiam.*

17 *V. S. tit. de libert. §. 7.*

18 *Nov. 78.*

19 *l. un. C. de latina libertate.*

20 *d. Nov. 78.*

21 Id est, modis, *Accessitur:* Alciatus vero hanc vocem ad familiarum adjectiones refert: sed Cujacius ad modos manumittendi per Epistolam, & inter amicos, quibus olim tantum latini, hodie cives fiunt manumissi, 18. *obs.* 21. qua de re dicemus plenius ad *l. un. C. de latina libertate.*

dixi ad Theoph. hoc loco. Ulp. 27. §. 4.

TIT. IX.

DE ADSIGNATIONE 1 LIBERTORUM.

1 XXXVIII. D. IV.

IN summa (quod ad bona libertorum [attinet]) admonendi sumus, censuisse Senatum 2, ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt 3, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, uni ex liberis adsignare 4 libertum, ut post mortem ejus solus 5 is patronus habeatur, cui adsignatus est; & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla adsignatione interveniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum jus recipiant, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis. §. 1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, & non tantum filio, nepotive, sed etiam filiæ neptive adsignare permittitur. §. 2. Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis quos in potestate habet, adsignare libertum libertamve liceat. Unde quærebatur, si eum cui adsignavit, postea emancipaverit: num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere 6, quod & Juliano & aliis plerisque visum est. §. 3. Nec 7 interest, [an] testamento quis adsignet, an sine testamento: sed etiam quibuscunque verbis patronis hoc permittitur facere, ex SC. quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio 8 Rufo & Asterio Scapula consulibus.

2 De quo *l. 1. ff. eod.*

3 *§. 3. in fin. S. tit. prox.*

4 *l. 107. ff. de verb. sign.*

5 *l. 30. in fin. ff. qui & à quibus.*

6 Imo non evanescit, sed tenet. *l. 19. ff. eod.*

7 *l. 1. §. 3. l. 13. ff. eod.*

8 Velleio Rufo & Hosterio Scapula Coss.

TIT. X.

DE BONORUM 1 POSSESSIONIBUS 2.

Ratio & effectus. 1. *De speciebus ordinariis jus vetus.* 2. *Jus novum.* 3. *Species extraordinaria.* 4. *De petenda bonorum possessione. De tempore.* 5. *De jure accrescendi & successorio edicto.* 6. *Explicatio dicti temporis.* 7. *Quomodo peti debet.*

JUs bonorum possessionis introductum est à Prætore emendandi veteris juris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus jus eo modo Prætor emendavit, sicut supra dictum est: sed in eorum quoque qui testamento facto decesserint. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus: quamvis hereditatem jure civili adire non poterat, cum institutio non valebat: honorario tamen jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum à Prætore adjuvabatur. Sed & is à nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi & jure civili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia [Prætor] pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas jure civili. §. 2. Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt 3; nam Prætor heredem facere non potest 4, per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per S. C. & Constitutiones principales: sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis 5 finibus constitutum per Legem XII Tabularum jus percipiendarum hereditatum, Prætor ex bono & æquo 6 dilatavit. §. 3. Sunt autem 7 bonorum possessiones ex testamento quidem hæ. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturque contra tabulas. Secunda, quam omnibus jure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur secundum tabulas. Et cum de testatis 8 prius loquutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur unde liberi. Secundo legitimis heredibus. Tertio, decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæ: Pater, mater, avus, avia tam paterni, quam materni; item filius filia, nepos neptis, tam ex filio, quam ex filia; frater, sororve, consanguinei vel uterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, tanquam ex familia. Sexto, patrono patronæque liberisque eorum & parentibus. Septimo, viro & uxori. Octavo, cognatis manumissoris. §. 4. Sed eas quidem Prætoria introduxit jurisdictio: à nobis tamen 9 nihil incuriosum intermissum est, sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem & secundum tabulas bonorum possessiones admisimus, utpote necessarias constitutas: necnon ab intestato unde liberi & unde legitimi bonorum possessiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, unde decem personæ: eam pio proposito, & compendioso sermone supervacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori: nostra constitutio 10, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoribus contracta fiducia manumissionem facere dedit: ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, & supervacua fiat supradicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessione, in gradum ejus sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, tanquam ex familia, & octavo, unde patroni patronæque & parentes eorum: utramque per constitutionem nostram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus 11, quas usque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus (ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia), sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus possunt sua jura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta. Aliam vero bonorum possessionem, quæ unde vir & uxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore servavimus & altiore loco, id est, sexto eam posuimus: decima quoque bonorum possessione, quæ erat, unde cognati manumissoris, propter causas enumeratas merito sublata: ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo vigore pollentes. † Septima 12 eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Novissime enim promittitur Edicto iis etiam bonorum possessio, quibus ut detur 13 Lege, vel SC. vel Constitutione comprehensum est: quam neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis, quæ ex testamento sunt, Prætor stabili jure connumeravit: sed quasi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exegerit) accommodavit, scil. iis, qui ex legibus, SC. Constitutionibusve Principum, ex novo jure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt. † Cum igitur plures species successionum Prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset: & in unaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne 14 actiones creditorum differrentur, sed haberent, quos convenirent, & ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bonorum possessioni 15 certum tempus præfinivit. Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, quam adoptivis in petenda bonorum possessione anni 16 spatium, cæteris [autem adgnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. §. 5. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit: ejusdem gradus personis adcrescit 17: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit 18, non quo usque tempus bonorum possessioni præfinitum excesserit, expectatur 19: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur. §. 6. In petenda autem bonorum possessione dies utiles 20 singuli considerantur.

§. 7. Sed bene 21 anteriores 22 Principes & huic causæ providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet 23: sed quocunque modo admittentis eam 24 judicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit: plenum habeat earum beneficium.

1 XXXVII. *D. I. Ulp. 28.* Bonorum possessio hic non significat mutuam rei possessionem a domino abstractam: sed ipsam quasi rerum dominium, quod successione Prætoria per universitatem adjicitur, ex quo oritur bonorum possessoria hereditatis petitio, quæ datur ei cui jure Prætorio patrimonium defuncti defertur. *l. 1. l. 2. ff. de possessor. bonor. petit.*

2 An hodie bonorum possessiones abrogatæ aut non necessariæ sint, *v. § ult. § eod.*

3 Ad intellect. hujus §. vid. Bellon. *supput. lib. 1. cap. 16.* Aut.

4 Hinc etiam in dominio pignoris addicendo, authoritas principis opus est. *l. 2. ff. de pignor. act. l. debitor. ff. ad Senat. Trebell.* Et in acquirendo ejus rei dominio quam Prætor possidere jussit, Usucapione opus est, *l. prætoris. l. bis qui. l. si finita. §. Julianus. & §. si de vectigal. D. de damn. infect.* Aut.

5 Excludebat enim emancipatos natos, & natas, & matres. *Hotom.*

6 *l. 6. §. 1. ff. eod.* Lex XII tabb. gentis & familiæ Prætor sanguinis & naturæ rationem habuit. *Hot.*

7 Vide Vigl. *ad inoffic. testam. §. quia plerumque. num. 5.* Aut.

8 Al. habent, *de testamentis. h. t.*

9 Observandum ex his quæ sequuntur, lege Justiniani tantum has septem bonorum possessiones hoc ordine ex undecim Prætoris receptas: nempe contra tabulas, secundum tabulas, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, & ex legibus ex jure prætorio: sublatis quinta, unde decem personæ; septima, tanquam ex familia; octava, unde patroni, &c. decima, unde cognati manumissoris.

10 *l. ult. C. de emancip. liberorum.*

11 *§. 3. in fin. I. de success. libert.*

12 Vide Bellon. *lib. 1 supputat. 15.* Aut.

13 *l. 3. §. fin. de pet. hered. l. 1. in pr. ff. ut ex legib.*

14 *V. l. 1. in pr. de successor. edicto.*

15 *V. l. 69. in fin. de adq. hered.*

16 *l. 1. §. Largius. de successorio.*

17 *l. un. C. Quando non pet. part. pet. accresc.* Aut.

18 Id enim potest, *l. 13. de adqu. hereditate.*

19 *V. l. 13. in or. ff. de adq. vered.*

20 *l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess.*

21 Vide Bellon. *lib. 3. supput. cap. fin.* Aut.

22 *l. ult. C. qui admitti ad bon. possess.*

23 Hodie nemo adstringitur ad petendam bonorum possessionem ab ipso prætore ex pristinis formulis (hic enim restringenda est *l. ult. §. nos itaque. C. de curat. furios.* quæ paulo generalius tradit sublatis à Constantino bonorum possessionibus, *l. 17. C. de jure deliber.*) ægi tamen quisque videtur, suam amplectendæ hereditatis voluntatem apud aliquem judicem contestari. *l. ult. C. qui admitti.* utut sit, unde vir & uxor ide a Justiniano probatur. *S. §. 4. v. Cujac. 17. obs. 19.*

24 Judicium, *Cujac. & Cont.*

Tit. XI.

DE ADQUISITIONE[1] PER ADROGATIONEM.

1 §. 97. [illegible] ff. [illegible]

ESt & alterius generis per universitatem successio, quæ neque lege duodecim tabularum, neque Prætoris edicto, sed eo jure, quod consensu [2] receptum est, introducta est. §. 1. Ecce enim cum paterfamilias sese in adrogationem dat, omnes res ejus corporales & incorporales, quæque ei debitæ sunt, adrogatori antea quidem pleno jure adquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes, & jus agnationis: ulius etenim & ususfructus licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima cos tolli prohibunt nostra constitutio [3]. §. 2. Nunc autem nos eandem adquisitionem, quæ per adrogationem fiebat, coarctavimus ad similitudinem naturalium parentum: nihil enim aliud, nisi [4] tantummodo usus fructus tam naturalibus parentibus, quam adoptivis per filiosfamiliarum adquiritur in iis rebus, quæ extrinsecus filius obveniunt, dominio eis integro servato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiva familia, etiam dominium [rerum] ejus ad adrogatorem pertransit: nisi superstint aliæ personæ, quæ ex constitutione nostra patrem, in iis quæ adquiri non possunt, antecedant. §. 3. Sed ex diverso, pro eo quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem jure adrogator non tenetur, sed nomine [5] filii convenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus, bona, quæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alieno juri non subjecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

2 Id quod primum fine scripto dein longius per usum productum, postremo à prudentibus confirmatum. Theoph.

3 *l.* 16. *C. de n[illegible] fisc.*

4 *l.* 1. §. 1. *C. de [illegible] liber.*

5 *l.* 42. *ff. de pecul.*

Tit. XII.

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

Continuatio. Summa. 1. *Rescriptum divi Marci.* 2. *Ejusdem utilitas.* 3. *In quibus casibus locum habeat. De libertate in testamento vel in codicillis relicta.* 4. *Si certum sit, vel incertum, an successor existet.* 5. *De in integrum restitutione.* 6. *Si libertates datæ non sunt.* 7. *De speciebus additis à Justiniano.*

ACcessit novus casus successionis ex Constitutione [1] divi Marci. Nam si ii, qui libertatem acceperunt à domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, vellnt bona sibi addici libertatum [2] conservandarum causa: audiuntur. §. 1. Et ita divi Marci rescripto [3] ad Pompilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona [ejus] esse cœperunt, ut venire debeant: is cujus de ea re notio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatum tam earum, quæ directo, quam earum, quæ per speciem fideicommissi, relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idonee [4] creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et ii quidem, quibus [5] directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur: ita autem ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut [ii] etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ii, quorum de statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne hujus rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si [6] fiscus bona agnoscere voluerit: & ii, qui rebus nostris attendunt, sciant [7], commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam: & ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset. §. 2. Hoc rescripto subventum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur & vencant [8]. Certe si fuerint hæc de causa bona addicta: cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido [9] creditoribus cavet. §. 3. In primis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamento libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus [10] decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas? [an] favor constitutionis debebit locum habere? Certe si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est. §. 4. Tunc [enim] constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat. Ergo quamdiu [11] incertum erit, utrum existat, an non: cessabit constitutio. Si vero certum esse cœperit, neminem existere; tunc erit constitutioni locus. §. 5. Si [12] is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hereditate: an quamvis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum addictio fieri? Quid [13] ergo si post addictionem libertatum conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum revocari libertates: quia [14] semel competierunt.

§. 6. Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ: cessat [hæc] constitutio [15]. Quid ergo si vivus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non, factum sit, idcirco velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis. §. 7. Sed cum multas divisiones ejusmodi constitutioni [16] deesse perspeximus: lata est à nobis plenissima constitutio, in qua multæ species collatæ sunt, quibus jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

1 Hereditas enim jure civili: Bonorum possessio prætorio: per arrogationem vero succedit moribus & consuetudine adquiritur.

2 *V. l.* 6. 15. *C. de testam. manu. l.* 2. *in fin. ff. de fideic. libert.*

3 *l.* 2. *ff. de fideicomm. libert. l. ult. C. de manum. test.*

4 Fidejussore vel pignore, vel si ei fides habita, *l.* 4. §. *addici. ff. de fideic. lib.*

5 *l.* 4. §. 12. *ff. de fideic. libert.*

6 *l.* 4. §. *cadem. ff. de fideic. libert.*

7 Hinc fit, ut fervos in successionibus fisco prælatos videamus. *Nov.* 1. *c.* 1.

8 Id enim turpe. §. 1. *T. quib. ex caus. manum.*

9 *l.* 4. §. *de solido. ff. de fidicomm. libert.*

10 *l.* 2. *ff. de fideicomm. libert.*

11 *l.* 4. *in princ. ff. de fideic. libert.*

12 *l.* 4. §. 1. *ff. de fideicomm. libert.*

13 *d. l.* 4. §. 2.

14 Libertas semel data, non revocatur. *C. si adversus libertatem.*

15 Causa finali cessante, dispositio cessat. *c. cum cessante. de appell.* vid. Tiraquellum, *tractatu, Cessante causa cessat effectus.*

16 *l. ult. C. de sep. manum.*

Tit. XIII.

DE SUCCESSIONIBUS[1] SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM[2] VENDITIONES, ET EX SENATUSCONSULTO[3] CLAUDIANO[4].

ERant ante prædictam [5] successionem olim & aliæ per universitatem successiones, qualis fuerat bonorum emptio [6], quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages [7] fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando judicia ordinaria [8] in usu fuerant. Sed cum extraordinariis [9] judiciis posteritas usa est: ideo cum ipsis ordinariis judiciis etiam bonorum venditiones exspiraverunt, & tantummodo creditoribus datur officium judicis bona possidere [10], & prout utile eis visum est ea disponere, quod ex lationibus Digestorum libris [11] perfectius apparebit. §. 1. Fiat & ex Senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio [12]: cum libera mulier servili amore bacchata [13], ipsam libertatem per senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam: quod indignum nostris [14] temporibus esse existimantes, & à nostra civitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

1 Duabus nimirum.

2 *Subaudi*, debitoris: & quidem per creditores. *vid. hic Theoph.*

3 VII. C. XXIV.

4 Quo libera mulier se fervo conjungens libertatem & substantiam amittebat.

5 De qua *T. tit. prox.* 6 Infamis, quæ & in locum sectionis creditorum in partes, Lege XII Tabb. introducta, succesferat *Tertull. in Apolog. c.* 4. *de qua l.* 60. *de pæn. l.* 9. §. 5. *de jurejur. l.* 24. *de rebus auth. jud.* Interea quidam hic notant, emptionem fumi pro venditione: atque ideo unum vocabulum pro altero fumi. *l.* 19. *ff. de act. empt.* quod tamen fallit. *l.* 2. *C. de locat.* 7 An quia creditor proponens actionem, & in syllaba errans, causa cadebat?

8 Usitata ante Constantinum, *l.* 1. *C. de formul. fabl.* 9 V. quæ scripsi ad *l. ult.* §. 3. *ff. quod metus causa.* Alii notant, ordinarium judicium dici dupliciter, respectu materiæ, in judice, & formæ, in judicis requisitæ.

10 Olim universa. *l.* 1. *in fin. ff. quib. ex caus. in poss* hodie pro membra debiti *Nov* 53. *c.* 1. *in fin.*

11 *Lib.* 42. *tit.* 5 *quib. ex caus. in poss & tit.* 5 *de rel auctor. judicii poss. & lib* 7. *C.* 72.

12 De qua *vid.* [illegible] citur, furore amoris nihil esse vehementius, *Novella, quibus modis naturales.* 14 Hinc agitur libera mulier potest nubere impune homini servo, *l. ult. C. de agric.* ita ut hujusmodi nuptiis libertatem non amittat, sed ejus conditionem plane liberi sequantur.

Tit. XIV.

DE OBLIGATIONIBUS[1].

NUnc [2] transeamus ad obligationes [3]. Obligatio [4] est juris vinculum [5] quo necessitate [6] adstringimur alicujus rei [7] solvendæ, secundum [8] nostræ civitatis jura. §. 1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur: namque aut Civiles sunt, aut Prætoriæ. Civiles [9] sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione [10] constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. §. 2. Sequens divisio in quatuor species dividitur. Aut enim ex [11] contractu sunt, aut quasi [12] ex contractu: aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, quæ ex contractu sunt, disputemus. Harum æque quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu [13]. De quibus singulis dispiciamus.

1 XLIV. D. VII. IV. C. X.

2 De personis & rebus dixit. Dicturus consequenter de actionibus præmittit tractatum de obligationibus. Nil enim obligatio actionis mater. *l.* 42. §. 2. *ff. de procuratorib.* Hic Hotomanni initium facit libri 3 Justit. qui jure reprehenditur à *Cont. 1 Subtilis. lect. c.* 1. Anf.

3 Ex quibus personalis: ut ex dominio realis actio nascitur. 4 Naturalis & Civilis simul, seu mixta, ex qua actio jusque exigendi oritur. Quippe Naturalia tantum obligatio (cujus causa est vel contractus, vel delictum factum, vel consensus destituta civili approbatione, exceptionem quidem habet, sed actionem (veluti inter patrem & filium in potestate, dominum & servum, creditorem & pupillum mutuum sine tutoris auctoritate accipientem) non parit: *l.* 7. §. 4. *l.* 27. §. 2. *ff. de pactis.* Habet & alios effectus: impedit enim soluti repetitionem. *l.* 16. §. 4. *ff. de fidejuss.* Accedere ei potest pignus & fidejussor qui naturaliter & civiliter obligatur. *V. de fidejussor. in pr.* compensationem admittit. *l.* 6. *ff. de compensat.* Civilis tantum, actionem quidem parit, sed vim exigendi non habet: quia civiliter tantum obligatus, totus est exceptione, puta, vel nudi pacti, vel metus illati, vel pecuniæ sibi non numeratæ *l. in contractib.* 14. *C. de non numerata pecunia.* Potest ei pignus & fidejussor accedere. *l.* 16. §. 3. *ff. de fidejuss.* Neutra vero obligatio nascitur, quando lex nominatim factum improbat: veluti contractum inter tutorem & pupillum, donationem inter conjuges, & similia. 5 Unde adstringere dicitur. *l.* 99. *ff. de verb. oblig.* 6 *V. l.* 108. *ff. de verb. sign.* ut hinc colligas, hic non desiniri obligationem, quæ exceptione eliditur. *l.* 13. *ff. de reg. jur. l.* 42. *in fin. ff. de oblig.* 7 Vel facti. *l.* 1. *ff. de rebr. cred. l.* 3. *in princ ff. de oblig.* 8 An hæc verba referenda ad verbum *obligatio*, ut hic de obligatione civili agatur: an ad verbum *vinculum*: an potius ad verbum *solvendum*, vid. quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de reb. cred. l.* 3. §. 1. *ff. commodati.*

9 Civiles obligationes vim habent, sive quia usu receptæ, sive quia jure quodam civili comprobatæ. 10 Per jurisdictionem intellige totum prætorii officium, cujus pars est edictum, alias enim ex jurisdictione prætoria non nascitur obligatio. *l.* 27. *ff. de Oblig. & A.* Jurisdictio autem est edicti executio. Anf. 11 Contractus est facti. *l. consil.* 7. §. *ult. ff. de curat. furiof.* ex eo obligatio quæ juris. *l.* 2. *C. fi certum.* Ex obligatione actio. *l.* 42. §. 2. *ff. de procurat.* 12 Contractus proprie est, qui utrinque contrahentes obligat: improprie, in quo unus magis improprie, distractus, *l.* 19. *ff. de verb. sign.* 13 Addi potest, contractuum alios esse nominatos vel innominatos: alios bonæ fidei vel stricti juris, & in iis quædam, ut subsantialia & formalia (veluti in venditione pretium) quædam ut solennia (puta ut minor rem cum decreto vendat, quædam ut naturalia & adminicula ac tacite intellecta (ut est in venditione evictio, quædam ut accidentalia ac minime necessaria (veluti ut mihi venditori fundum ad certum tempus loces) spectari. *v. Hotom. qu.* 35.

Tit. XV.

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

De mutuo. 1. *De indebito soluto.* 2. *De commodato.* 3. *De depositio.* 4. *De pignore.*

RE contrahitur obligatio [1], [veluti] mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, mensura constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. Et quoniam nobis non eædem res, sed aliæ ejusdem naturæ & qualitatis redduntur [2], inde etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio. §. 1. Is quoque [3] qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re [4] obligatur: daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici potest [5], si apparet eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Unde pupillus, si [6] ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione: non magis, quam mutui [7] datione. Sed [8] hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui solvendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere [9], quam contrahere.

§. 2. Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione [10]. † Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat: namque non [11] ita res datur, ut ejus fiat: & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet [12] fortuito casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latrorum hostiumve incursu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum accepit, sane quidem exactam [13] diligentiam custodiendæ rei præstare jubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantam suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterat eam rem custodire. Sed propter majorem vim majoresve casus non tenetur, si [14] modo non ipsius culpa is casus intervenit: alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregre [15] tecum ferre malueris, & vel incursu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris: dubium non est, quin de restituenda ea re teneatis.

† Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, [res] tibi utenda data est: alioqui mercede interveniente, locatus tibi usus rei videtur. † Gratuitum enim debet esse commodatum. §. 3. Præterea & is, apud quem res aliqua [16] deponitur, re obligatur, (teneturque actione naturaliter & civiliter (quod tamen elidere potuisset exceptione perpetua favorabili, ut Macedoniani): item qui indebitum vel ratione diei vel confidejussorum (veluti cum potuisset uti Epistola D. Hadriani) solvit, is solutum non repetit. Cessat quoque hæc actio, quoties quis vel sciens, vel rei judicatæ, aut pietatis intuitu, aut transactionis, aut jusjurandi authoritate solvit. Idem si alienum debitum, fi ex ea causa, unde lis inficiando crescit, solverit. *Minf.* 4 *l.* 5. §. 3. *ff. de obl.*

1 Re dicitur contrahi obligatio, quoties præter consensum rem actu ipso intervenire necesse est. *l.* 52. §. 1. *ff. de Oblig. & Act.* utcunque inter nos conveniat de mutuo dando, obligatio tamen ex mutuo non nascitur. Cur? Aliud est contractus, aliud de contrahendo facta promissio.

2 In eodem ac non diverso genere: eodem, inquam, & similitudine & utilitate: vel aliter: non eædem res in individuo, sed in specie, redduntur: sed tamen res alias solvi possunt volenti. Quod si ab initio convenit, ut res aliæ solvantur, alius erit contractus, quam mutui.

3 Solvens id quod civiliter tantum vel naturaliter & civiliter debuit (quod petitum tamen poterat elidere dubii eventus, vel perpetua eademque favorabili exceptione, puta Velleiani) is solutum repetit. At qui debitum vel naturaliter tantum, vel

5 Imo tenetur ex quasi contractu §. 6. *Instit. de oblig. ex quas. contr.* Declarationem hujus versus vide apud Rainald. Conf. *indagat. jur. lib.* 1. *cap.* 32. Anf. 6 Pupillus non obligatur indebitum accipiendo. 7 Pupillus non obligatur mutuum accipiendo. 8 Indebitum qui accipit non proprie ex contractu, sed quasi ex contractu obligatur. 9 Solutio distractus est magis, quam contractus. Nam qui solvit, magis distrahit, quam contrahit. 10 *V. l.* 1. §. 3. *ff. de O. & A.* 11 *V. l.* 8. *l.* 9. *ff. commodati.* 12 *V. l.* 11. *C. fi cert. petatur.* 13 Hotomanus legit *exactissima mam*: ad Instit. hic, quem omnino vide. ex *l.* 1. §. 4. *ff. de Oblig. & Act. l. contractus. ff. de Reg. Jur.* §. 16. *Instit. de furt.* Anf. 14 *V. l.* 1. *C. comm.* 15 *V. l.* 1. §. 4. *ff. de obligat.* 16 Simpliciter & custodiæ causa, ut hic; vel debita. *l.* 19. *C. de usuris.* vel litigiosa. *l.* 6. *ff. de positis.*

ne [16] depositi:) quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur [17]. † Sed is ex eo solo tenetur [18], si quid dolo commiserit: culpæ autem nomine, id est, desidiæ ac negligentiæ, non tenetur. Itaque securus est, qui parum diligenter custoditam rem furto amiserit: quia qui negligenti [19] amico rem custodiendam tradit, [non ei,] sed suæ facilitati id imputare debet. §. 4. Creditor quoque qui pignus accepit, re obligatur: quia & ipse de ea re quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia [20]. Sed quia pignus utriusque [21] gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam custodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo [22] fortuito casu rem amiserit: securum esse, nec impediri creditum petere [23].

16 *V. l.* 1. §. 5 *ff. de obl. & act.*
17 Etiam latro vi, *l.* 31. *ff. depositi.* nec petere potest compensitionem, *l. ult. C. de compens.* non potest etiam opponere exceptionem dominii. *l. pen. C. depositi.*
18 *V. l.* 20. *ff. depos.*
19 *V. l.* 1. §. 5 *ff. de obligat.*
20 *V. l. ult. C. de hactenus pignorib.* observandum, pignorari non posse res quæ sunt extra commercium, *l.* 3. liberos homines, *l.* 6. instrumenta ad culturam agrorum deputata, *l.* 8. *C. quæ res pignor.* res pupillares sine decreto. *l.* 1. *in pr.* litigiosas, *d. l.* 1. §. 2. *ff. quæ res pign.* alienas, *l.* 1. §. 1. *ibid.* servitutes urbanas, *l.* 11. §. 3. *de pignor.* cæteræ possunt.

Tit. XVI.

DE VERBORUM [1] OBLIGATIONIBUS.

1 XLV. D. 1. VIII. C. XXXVIII.

Summa. 1. *De verbis stipulationum.* 2. *De puritate.* 3. *De die.* 4. *De conditione.* 5. *De loco.* 6. *De conditione ad tempus præsens vel præteritum relata.* 7. *Quæ in stipulatum deducuntur.*

VErbis [2] obligatio contrahitur [3] ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur, ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio (certi 4) si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu [5], si incerta sit: quæ hoc nomine inde utitur, quod stipulum apud veteres [6] firmum appellabatur, forte 7 à stipite descendens. §. 1. In hac re olim talia verba tradita fuerunt, SPONDES? SPONDEO. PROMITTIS? PROMITTO. [FIDE PROMITTIS? FIDE PROMITTO.] FIDEJUBES? FIDEJUBEO. DABIS? DABO. FACIES? FACIAM. Utrum autem Latina, an Græca [8], vel qualibet alia lingua 9 stipulatio concipiatur, nihil interest: scil. si uterque stipulantium intellectum ejus linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua utrunque uti: sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim quidem in usu fuerunt: postea autem Leoniana [10] constitutio lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, quibuscunque [11] tandem verbis expressum est. §. 2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub condition fit. Pure, veluti, QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? Idque [12] confestim peti potest. In diem: cum adjecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, DECEM AUREOS PRIMIS KALENDIS MARTIIS DARE SPONDES? Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur [13]: sed peti prius quam dies venerit, non potest. At [14] ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. Neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, prius quam is præterierit. §. 3. At si ita stipuleris, DECEM AUREOS ANNUOS, QUOAD [15] VIVAM, DARE SPONDES? & pure facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: quia ad tempus non potest deberi: sed [16] heres petendo, pacti exceptione submovebitur. §. 4. Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur [17] obligatio: ut si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, SI TITIUS CONSUL FUERIT [18] FACTUS, QUINQUE AUREOS DARE SPONDES? Si quis ita stipuletur, SI [19] IN CAPITOLIUM NON [20] ASCENDERO, DARE SPONDES? perinde erit ac si stipulatus esset, cum moreretur sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes [21] est debitum iri: eamque ipsam spem in heredem transmittimus [22], si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit. §. 5. Loca etiam inseri stipulationi solent: veluti, CARTHAGINI DARE SPONDES? Quæ stipulatio licet pure fieri videtur: tamen re ipsa habet tempus adjectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo, si quis Romæ ita stipuletur [23], HODIE CARTHAGINI DARE SPONDES? inutilis [24] erit stipulatio; cum impossibilis sit repromissio.

§. 6. Conditiones, quæ [25] ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti, SI TITIUS CONSUL FUIT, vel SI MÆVIUS VIVIT DARE SPONDES? Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa: non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint. §. 7. Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam [26] facta: ut si stipulemur aliquid fieri vel non fieri, & in hujusmodi stipulationibus optimum [27] erit pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto [28] sit, ac necesse sit actori probare, quid ejus interfit. Itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur: ita [29] adjici pœna debet, SI ITA FACTUM NON ERIT, TUNC POENÆ NOMINE DECEM AUREOS DARE SPONDES? Sed si quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptione stipuletur quis: clausula hujusmodi erit adjicienda, SI ADVERSUS EA FACTUM ERIT, SIVE QUID ITA FACTUM NON FUERIT: TUNC POENÆ NOMINE DECEM AUREOS DARE SPONDES?

2 Quæ verbis est obligatio, verbis omnimodo contrahitur. Potest tamen, & quæ consensu est, ut & pactum, verbis contrahi. *l.* 7. §. 12. *ff. de pact. l.* 1. §. 6. *ff. de const. pec.*
3 *l.* 1. §. *verbis. l.* 52. §. 2. *de oblig. & act.*
4 *l.* 9. *in princ. de reb. cred. l.* 74. *ff. eod.*
5 *l.* 75. *in princ. ff. eod.* Cur non actio ex stipulatione dicitur, quæ ex certa stipulatione, cum ea competat pro dote (quæ ut fiepius certa est) *l. un. C. de rei uxoriæ act.* & pœna promissa certa *l.* 1. §. *si rem. D. de eo per quem factum. l.* 21. *in fin. ff. de arbitris. l.* 28. *de act. emp. l.* 68. *D. de verb. obl.* Ad hæc, certi condictio ex incerto contractu competit. *l.* 9. *D. de reb. cred.* & incerta pro re certa. *l.* 3. *D. de cond. sine causa.* Tribonianum has actiones distinxisse; ut & Ulpianum *in l.* 24. *ff. de reb. cred.*
6 *Paul. 5. sent.* 1. §. 1.
7 Stipulatio hic à stipite seu fuste in terram defixo. *l. granaria.* 18. *ff. de act. empt. Festus in stipes.* Festus in stipem, stipulatorem eum aut, qui stipem, id est, æs stipuletur. Idem *in stipatores*, stipam, idem quod firmum interpretari videtur. Ilidor. 5. *c.* 24. stipulationem à stipula deduci: quod veteres, quoties sibi aliquid promittebatur, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes, stipulationes suas agnoscebant. *Alciat. paverg.* 39. à στίφω, quod est adstringere.
8 *l.* 1. §. 6. *D. eod.*
9 Ut & hodie sententiæ. *l.* 12. *C. de sent. & interl.* 10 *l.* 10. *C. eod.* 11 *l.* 1. §. 2. *D. eod. l.* 10. *C. de cont. & committ. stip.* 12 *V. l.* 41. *in fin. D. eod.* 13 *V. l.* 46. *in pr. D. eod.* 14 Imo eo ipso die. *l.* 118. §. *pen. D. eod.* 15 *V. l.* 56. §. 4. *D. eod.* 16 *l.* 52. *in fin. D. de pact.* 17 Incertum & futurum, *l.* 54. *D. de verb. sig.* Conditionem nihil aliud esse quam dilationem debiti in aliquem casum, hinc collige. 18 Conditio casualis. 19 Conditio potestativa. *v. l.* 115. §. 1. & 2. *eod.*
20 *l.* 115. §. 1. *D. de verb. obl.* 21 *l.* 54. *in fin. de verb. signif.* 22 *l.* 57. *ff. eod.* 23 *l.* 2. §. *qui ita. ff. de eo quod certo loco.* 24 Non tamen semper. *v. l.* 141. §. 4. *ff. eod.* 25 *V. l.* 37. *de reb. cr.* 26 *l.* 2. *in princ. ff. eod.* 27 *l. ult. ff. de præt. stipul.* 28 *l.* 68. *l.* 80. *ff. eod.* 29 *l.* 71. *l.* 137. §. *pen. ff. eod.*

Tit. XVII.

DE DUOBUS [1] REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

1 XLV. D. II. VIII. C. XL. *Novell.* 99.

Quibus modis duo rei fieri possunt. 1. *De effectu hujusmodi stipulationis.* 2. *De puritate, die, conditione.*

ET stipulandi & promittendi [2] duo, pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, SPONDEO: utputa, cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, UTRIQUE VESTRUM DARE SPONDEO. Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interroganti spondeat, alia 3 atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt, MÆVI DECEM AUREOS DARE SPONDES? ET SEI EOSDEM DECEM AUREOS DARE SPONDES? [si] respondeant 4 singuli separatim, SPONDEO.

§. 1. Ex hujusmodi obligationibus, & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes 5 singuli in solidum 6 tenentur. In utraque tamen obligatione una res vertitur: vel alter debitum accipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat. §. 2. Ex 7 duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

2 *V. l.* 31. *in fin. ff. de ber. inst.*
3 *l.* 16. *ff. de obl. & act.*
4 *l.* 1. §. 3. *ff. eod.*
5 *l.* 15. *ff. eod.*
6 Hodie necessaria est discussio. *Novell.* 99. *c.* 1.
7 *l.* 7. *ff. eod.*

Tit. XVIII.

DE STIPULATIONE [1] SERVORUM.

1 XLV. D. III.

An servus stipulari possit. 1. *Cui acquirat: De persona, cui stipulatur: & de stipulatione impersonali.* 2. *De stipulatione facti.* 3. *De servo communi.*

SErvus ex persona domini jus stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque personæ defuncti [2] vicem sustinet: ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, adquirit 3 hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto adquiritur. §. 1. Sive autem domino, sive sibi, sive 4 conservo suo, sive 5 impersonaliter servus stipuletur: domino adquirit. Idem juris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis adquirere possunt. §. 2. Sed cum factum in stipulatione continebitur: omnimodo persona stipulantis continetur: veluti si servus stipuletur, ut 6 sibi ire agere liceat: ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus. §. 3. Servus communis stipulando, unicuique dominorum pro 7 portione dominii adquirit: nisi 8 jussu unius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est: tunc enim soli ei adquiritur. Quod servus communis stipulatur 9, si alteri ex dominis adquiri non potest: solidum alteri adquiritur, veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

2 *V. l.* 31. *in fr. ff. de ber. inst.*
3 *l.* 16. *ff. de obl. & act.*
4 *l.* 1. §. 3. *ff. eod.*
5 *l.* 15. *ff. eod.*
6 *l.* 38. §. *hi qui sunt. ff. de verb. obl.*
7 *l.* 7. §. 1. *l.* 27. *ff. eo d.*
8 *l.* 33. *ff. eod.*
9 *l.* 25. §. *quæstionis ff. de usufructu.*

Tit. XIX.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

Divisio. 1. *De stipulationibus judicialibus.* 2. *De prætoriis.* 3. *De conventionalibus.* 4. *De communibus.*

STipulationum [1] aliæ [sunt] judiciales [2], aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes tam prætoriæ, quam judiciales. §. 1. Judiciales sunt duntaxat, quæ à mero 3 judicis 4 officio proficiscuntur 5: veluti de dolo cautio, [vel de 6 persequendo servo, qui in fuga est: restituendove pretio].

§. 2. Prætoriæ 7 [sunt], quæ à mero Prætoris officio proficiscuntur 8, veluti damni infecti, [vel legatorum.] † Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur ædilitiæ 9: nam & hæ à jurisdictione [Prætoris] 10 veniunt. §. 3. Conventionales sunt, quæ ex conventione (utriusque partis 11) concipiuntur, [hoc est, neque jussu judicis, neque jussu Prætoris, sed ex conventione contrahentium,] quarum totidem genera sunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum.

§. 4. Communes sunt 12: velut rem salvam fore pupillo; Nam 13 & Prætor jubet 14 rem salvam fore pupillo, caveri, & interdum judex, si aliter hæc res expediri non potest: vel de rato stipulatio.

1 *l.* 5. *ff. de verb. obl.* sive dividuæ, sive individuæ: sive dandi, sive faciendi sint. *l.* 5. *ff. de verb. obl.*
2 Judicialium stipulationum auctor est judex, à Prætore datus: Prætoriarum ipse Prætor.
3 Merum judicis officium appellat, quod interponitur sine jussu prætoris, sine conventione partium.
4 Subaudi, à Prætore specialiter dati inter litigantes. 5 Judiciales stipulationes sunt, quæ nunquam apud Prætorem, sed tantum apud judicem interponuntur. *l.* 4. §. *duas. de damno.* 6 Hæc verba ad §. Prætoriæ. hic abundant: desunt in *l.* 5. *de verb. obl.* 7 *V. tit. D. de stip. prætoriis. & l.* 5. *D. de verb. oblig.* 8 Prætoriæ stipulationes sunt quæ nunquam nisi apud Prætorem aut eos qui loco Prætorum sunt, puta Ædiles & Præsides, interponuntur, & quidem certa formula. *l.* 52. *ff. de verb. oblig.* 9 Ædilitiæ stipulationes, sunt cautiones de morbis & vitiis venalium rerum. 10 Hoc verbum deest Theophilo: deest etiam d. l. 5. & alioquin Jus ædilitium honorarium est, prætorium nunquam. Et hæc veniunt non ab edicto Prætoris, sed Ædilium. 11 Vel utriusque contrahentium. Contrahentes dicuntur *in l.* 3. *in fin. ff. de obl. l.* 52. *l.* 115. *ff. de verb. obl.* 12 Et ita communis dicitur quia apud Prætorem. *l.* 2. *rem pupilli.* & apud judicem. 13 Communes sunt quæ jubente Prætore vel Ædili, & interdum officio judicis interponuntur. 14 Hæc prætoria dicitur in *l.* 1. *ff. de stipul. præt.* & tamen interdum judicis officio interponitur. *Theoph. hic.*

Tit. XX.

DE [1] INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

1 VIII. C. XXXIX.

De his quæ sunt in commercio. 1. *De his quæ non sunt in rerum natura.* 2. *De his quæ non sunt in commercio.* 3. *De facto vel datione alterius.* 4. *De eo in quem confertur obligatio, vel solutio.* 5. *De interrogatione & responsione.* 6. *De his qui sunt vel habent in potestate.* 7. *De muto vel surdo.* 8. *De furioso.* 9. *De impubere.* 11. *De conditione.* 12. *De absentia.* 13. *De tempore in quo confertur stipulatio.* 14. *De præposteratione.* 15. *De stipulatione collata in tempus mortis.* 16. *De stipulatione post mortem alterius.* 17. *De promissione scripta in instrumento.* 18. *De pluribus reis.* 19. *De pœna adjecta stipulationi alii dari.* 20. *Si interfit ejus, qui alius stipulatur.* 21. *De pœna adjecta promissioni facti alieni.* 22. *De re stipulantis futura.* 23. *De dissensu.* 24. *De turpi causa.* 25. *De morte contrahentium.* 26. *Quando agi potest ex stipulatione.*

OMnis res, quæ dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest: sive mobilis sit, sive soli. §. 1. At si quis rem, quæ in rerum natura non est, aut 2 esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum 3, qui mortuus sit, quem vivere credebat; aut hippocentaurum 4, qui esse non possit 5: inutilis erit stipulatio. §. 2. Idem juris est 6, si rem sacram aut religiosam, quam humani juris esse credebat: vel rem publicam, quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum, vel theatrum: vel 7 liberum hominem, quem servum esse credebat, vel cujus commercium non habuerit: vel rem 8 suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci, & ex libero servus fieri potest 9, & commercium adipisci stipulator potest, & res [sua] stipulatoris esse desinere potest: sed protinus 10 inutilis est 11. Item contra, licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit: si [tamen] postea 12 in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguitur stipulatio 13. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit, LUCIUM TITIUM 14, CUM SERVUS ERIT, DARE SPONDES? & similia: quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt 15.

§. 3. Si

2 *V. l.* 31. *ff. de obl. & act. l.* 35. *de verb. obl.*
3 *V. l.* 69. *de V. O.*
4 Vide *l.* 97. *ff. de verb. oblig.* & ibi Gothofr.
5 Hippocentaurum in Thessalia natum eodem d. e interiisse. Plin. 7. c. 3. refert.
6 *l.* 83. §. *sacram. de verb. obl.*
7 *V. l.* 103. *de V. O.*
8 *V. l.* 82. *de verb. obl.* idque dominio, non possessione.
9 Quia id spectari nequit civile, neque naturale est. *d. l.* 83. §. *sacram. in fin.*
10 ἐξ ἀρχῆς. *Theophil. hic.* id est, ab initio. Potest & hoc dici, cum τὸ protinus ei opponatur, quod superius dixit in pendenti, eo verbo instans tempus notari, ut apud Senec. illo loco, Omnia in incerto jacent, protinus vive, id est, fruere instanti.
11 Quia de his recte stipulamur, quæ dominio nostro subjici statim possunt. *d.* §. *sacram.*
12 *V. l.* 98. *pr. l.* 140. §. *ult. de verb. obl.* 13 An ad æstimationem teneatur, *v.* §. 4. 6. *Instit. de leg.* S. L. 14 *d.* §. *sacram.* verb. *sed hac.* 15 & è contra *l.* 34. §. 1. *de contr. empt.*

15 *V. l. 38. in princ. de verb. obl.*

16 Vid. § 21. *Inst. h. t.*

17 Nihil habere l. cit. nihil factum brevitas, nihil fub pœna vel cum tutamento promiſit.

18 *V. l. 38. §. ult. de verb. obl.*

19 Nihil mea intereſt, nihil jus averſus, ut ſub pœna promiſeris, niſi cui ſtipulo contraria ſit, niſi plus hoc vel procuratori ſtipulatus ſim.

20 *l. 10. l. 12. §. pen. de ſolut.*

21 *l. 98. §. qui ſtipulatus. in fin. ff. de ſolut.*

22 *l. 110. ff. de verb. obl.*

23 Adde *l. 42. ff. de damno.*

24 *l. 130. de verb. obl.*

25 Imo in decem erit contractu. *l. 1. §. ſi ſtipulatus. de verb. obl.*

26 *l. 98. §. ult. de verb. oblig.* Vide Arum *Exercit.* [illegible] *th.* 5. Anſ.

27 §. 1. Imo hoc caſu utilis eſt ſtipulatio in quinque. *l. 1. §. 4. ff. de verb. obligg.* Imo non eſt utilis. *l. 58. ff. de verb. obligg.*

28 *l. 1. §. 3. ff. de verb. obl.*

29 Ei quod majus eſt, & minus ineſt.

30 *l. 65. l. 134. §. 1. de verb. obl.*

31 *l. 2. ff. de exercit. act.*

32 *l. 14. de obl. & act.*

33 *V. l. 39. de obl. & act.*

34 *l. 1. ff. de verb. obl.*

35 Poteſt tamen mutatio voce, ſeu literis obligari. arg. *l. 38. ff. de obl. & act.*

36 §. 3. *Inſt. Quibus non eſt permiſſum fac. teſtam.*

37 *l. 70. §. ſi à furioſo. ff. de fideiuſſ. l. 1. l. 40. de reg. jur.*

38 *V. l. 7. C. de cont. jud.*

39 *V. l. 70. ff. de verb. obl.*

40 Id eſt, ſeptennis: hucque referenda eſt *l. 70. de verb. oblig.* ſeptennio major poteſt, quo referenda eſt *l. 6. ff. rem pupill.* Goth. Quis ſit infantiæ aut pubertati proximus, docet Hotoman. hic, quem vide. *Anſ.*

41 Quid pubes? *v. l. 7. C. de contr. ſtip.*

42 *l. 7. ff. de verb. oblig.* natura & jure affirmative concepta. *v. l. 31. ff. de oblig. & act.* negative concepta non ſuſpendit, nec contractum vitiat, ſed pro non appoſita habetur: quia eſt certa & neceſſaria & jam exiſtit, *ut hic.*

43 Secus in ultima voluntate §. 10. *J. de hær. inſt.* & matrimoniis. *c. fin. ext. 2. de cond. appo.*

44 Cicero: Noſtri principes digito ſe cœlum putant attingere. Ovid. Tanquam vertere cœlum. Horat. Sublimi feriam ſidera vertice. Symmachus, Nec ego, ut aiunt, ſupra convexa tetigiſſem.

45 Verborum obligatio inter præſentes, non inter abſentes contrahitur. *Paul. 5. ſent. 7. §. 2. in pr. l. 8. ff. de duob. reis.* 47 *l. 14. C. de contrab. ſtip.* 48 Præſumitur enim pro inſtrumento.

49 Ut ita contra præſentiam ſcriptura conteſtatam, admittatur probatio abſentiæ, & negativa, quæ directo probari nequit, *l. 23. C. de probat.* per obliquum probari poſſit. 50 *l. 11. l. ult. C. de contr. ſtip.* 51 Adde *l. 63. de verb. obl.* 52 *l. 25. C. de teſtam.* 53 Præpoſteri vitium non nocet ſtipulationi, *l. præpoſteri. 25. C. de teſtam.* hoc eſt, nihil officit ſtipulationi, quod contractui ſit inſerta ante alia pacta vel poſt, *ut leg. petent. 17. C. de pactis.* Non officit idem quoque, quod quis hodie ſtipuletur dari, ſi navis ex Aſia venerit, *ut hic.* officeret tamen præpoſteratio reſponſionis & interrogationis. Ideoque ſi promiſſio præcedit, interrogatio ſequitur, nudum pactum eſt, non ſtipulatio. 54 *l. 24. C. de teſtamentis.* Anſ. 55 *l. 45. §. 1. de verb. oblig.* 56 Adde *l. ult. C. de contr. ſtipul.* 57 *l. 1. l. 45. §. 2.* 58 *Paul. 5. ſent. 7. §. 2. in fin.* 59 *V. §. ult. J. tit. prax. v. l. 134. §. 2. ff. de verb. obl.* 60 Cur ita? *v. l. 29. l. 86. ff. de verb. obl. l. 32. ff. de Vulſinio.* 61 *l. 83. §. diverſa. de verb. obl.* 62 *V. l. 38. §. alteri. de verb. obl.*

§. 1. Si quis [16] alium daturum, facturumve [17] quid promiſerit, non obligabitur [18]: veluti ſi ſpondeat Titium quinque aureos daturum. Quod ſi effecturum ſe, ut Titius daret, ſpoponderit, obligatur. §. 4. Si quis alii, quam [19] ei, cujus juri ſubjectus ſit, ſtipuletur: nihil agit [20]. Plane ſolutio etiam in extraneam perſonam conferri poteſt: veluti ſi quis ita ſtipuletur, MIHI AUT SEIO DARE SPONDES? ut obligatio quidem ſtipulatori adquiratur, ſolvi [21] tamen Seio, etiam invito eo, recte poſſit, ut liberatio ipſo jure contingat: ſed ille adverſus Seium habeat [22] mandati actionem. † Quod ſi [23] quis ſibi & alii, cujus juri ſubjectus non ſit, dari decem aureos ſtipulatus eſt: valet quidem ſtipulatio: ſed utrum totum debeatur [ſtipulatori] quod in ſtipulationem deductum eſt, an vero pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, non plus quam dimidiam partem ei adquiri. † Ei [vero,] qui juri tuo ſubjectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris: quia vox [24] tua, tanquam filii ſit: ſicuti & filii vox, tanquam tua intelligitur in [25] iis rebus, quæ tibi adquiri poſſunt. §. 5. Præterea inutilis [26] eſt ſtipulatio, ſi [quis] ad ea quæ interrogatus fuerit, non reſpondeat [27]: veluti [28] ſi quis decem aureos a te dari ſtipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut ſi ille pure ſtipuletur, tu [29] ſub conditione promittas, vel contra: ſi modo ſc. id exprimas, id eſt, ſi cui ſub conditione, vel in diem ſtipulanti, tu reſpondeas, PRAESENTI [30] DIE SPONDEO. Nam ſi hoc ſolum reſpondeas, PROMITTO: breviter videris in eandem diem vel conditionem ſpondiſſe. Neque enim neceſſe eſt, in reſpondendo eadem omnia [31] repeti, quæ ſtipulator expreſſerit. §. 6. Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris: qui tuo juri ſubjectus eſt [32], vel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſervus quidem non ſolum domino ſuo obligari non poteſt, ſed nec [33] quidem ulli alii: filii vero familiarum aliis [34] obligari poſſunt. §. 7. Mutum [35] neque ſtipulari, neque promittere poſſe, palam eſt [36]: quod & in ſurdo receptum eſt: quia & is qui ſtipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba ſtipulantis audire debet: unde apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudit [37]: ſed de eo, qui omnino non audit. §. 8. Furioſus nullum negotium gerere poteſt: quia non intelligit quod agit [38]. § 9. Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen, ut ubi tutoris auctoritas neceſſaria ſit, adhibeatur tutor: veluti ſi ipſe obligetur: nam alium ſibi obligare [39] etiam ſine tutoris auctoritate poteſt. §. 10. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum eſt, qui jam habent aliquem intellectum: nam [40] infans, & qui infantiæ proximus eſt [41], non multum a furioſo diſtant: quia hujuſmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta eſt: ut idem juris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in poteſtate parentis eſt impubes [42], ne auctore quidem patre obligatur. §. 11. Si impoſſibilis conditio [43] obligationibus adjiciatur: nihil valet ſtipulatio [44]. Impoſſibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento eſt, quo minus exiſtat: veluti ſi quis ita dixerit: SI [45] DIGITO COELUM ATTIGERO, DARE SPONDES? At ſi ita ſtipuletur: SI DIGITO COELUM NON ATTIGERO, DARE SPONDES? pure facta obligatio intelligitur, ideoque ſtatim peti poteſt. §. 12. Item verborum obligatio inter [46] abſentes concepta, inutilis eſt. Sed cum hoc materiam litium contentioſis hominibus præſtabat, forte poſt tempus tales allegationes opponentibus, & non præſentes fuiſſe vel ſe vel adverſarios ſuos contendentibus: ideo noſtra conſtitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta eſt, quam ad Cæſarienſes advocatos ſcripſimus: per [47] quam diſpoſuimus, tales ſcripturas, quæ præſto eſſe partes indicant, omnino eſſe credendas [48]: niſi is, qui talibus utitur improbis allegationibus, manifeſtiſſimis probationibus vel per ſcripturam [49], vel per teſtes idoneos adprobaverit, toto eo die, quo conficiebatur inſtrumentum, ſeſe vel adverſarium ſuum in aliis locis fuiſſe. §. 13. Poſt mortem ſuam dari ſibi nemo ſtipulari poterat: non magis, quam poſt ejus mortem, à quo ſtipulabatur. Ac nec is, qui in alicujus poteſtate eſt, poſt mortem ejus ſtipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & ſi quis ita ſtipuletur, PRIDIE QUAM MORIAR, vel PRIDIE QUAM MORIERIS, DARE SPONDES? inutilis erit ſtipulatio. Sed cum (ut jam dictum eſt) ex conſenſu contrahentium ſtipulationes valeant, placuit nobis etiam in hunc juris articulum neceſſariam inducere emendationem [50], ut ſive poſt mortem, ſive pridie quam moriatur ſtipulator, ſive promiſſor, ſtipulatio concepta ſit, ſtipulatio valeat.

§. 14. Item ſi quis ita ſtipulatus erat, SI NAVIS [CRAS] EX ASIA VENERIT [51], HODIE DARE SPONDES? inutilis erat ſtipulatio, quia præpoſtere concepta eſt. Sed quum Leo inclytæ recordationis [52] in dotibus eandem ſtipulationem, quæ præpoſtera nuncupatur, non [53] eſſe rejiciendam exiſtimaverit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non ſolum in dotibus, ſed etiam in omnibus valeat hujuſmodi conceptio ſtipulationis [54]. §. 15. Ita autem ſtipulatio concepta, veluti ſi Titius dicat, CUM [55] MORIAR, DARE SPONDES? vel CUM MORIERIS? & apud veteres utilis erat, & nunc [56] valet. §. 16. Item poſt [57] mortem alterius recte ſtipulamur.

§. 17. Si [58] ſcriptum in inſtrumento fuerit, promiſiſſe aliquem: perinde habetur [59] atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. §. 18. Quotiens plures res una ſtipulatione comprehenduntur, ſiquidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat, DARE SPONDEO, propter omnes tenetur [60]. Si vero unam ex his vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio [61] in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus una, vel quædam videntur eſſe perfectæ: ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus. §. 19. Alteri [62] ſtipulari (ut ſupra dictum eſt) nemo poteſt. Inventæ enim ſunt hujuſmodi [ſtipulationes vel] obligationes ad hoc, ut unuſquiſque adquirat ſibi, quod ſua intereſt. Cæterum ſi alii detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Plane ſi quis velit hoc facere, pœnam ſtipulari conveniet: ut niſi ita factum ſit, ut eſt comprehenſum, committatur pœnæ ſtipulatio etiam ei, cujus nihil intereſt. Pœnam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quid interſit ejus, ſed quæ ſit quantitas in conditione ſtipulationis. Ergo ſi quis [ita] ſtipuletur, TITIO DARI, nihil agit: ſed ſi adjecerit pœnam, NISI DEDERIS, TOT AUREOS DARI SPONDES? tunc committitur ſtipulatio. §. 20. Sed [&] ſi quis ſtipuletur alii, cum [63] ejus intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſeret adminiſtrationem contutori [64] ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſalvam fore: quoniam intereſt ſtipulatoris fieri, quod ſtipulatus eſt (cum obligatus futurus ſit pupillo, ſi male res geſſerit) tenet obligatio. Ergo & ſi quis PROCURATORI [65] SUO DARI ſtipulatus ſit: habebit vires ſtipulatio. Et ſi CREDITORI SUO [quis ſtipulatus ſit], quod ſua intereſt, ne ſorte vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant, valet ſtipulatio. §. 21. Verſa vice, qui [66] ALIUM FACTURUM promiſit, videtur in ea eſſe cauſa, ut non teneatur, niſi pœnam ipſe promiſerit. §. 22. Item nemo rem ſuam futuram [67], in eum caſum, quo ſua ſit, utiliter ſtipulatur. §. 23. Si de alia re ſtipulator ſenſerit, de alia promiſſor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum non eſſet: veluti ſi hominem Stichum a te quis ſtipulatus fuerit [68], tu de Pamphilo ſenſeris, quem Stichum vocari crediderit. §. 24. Quod turpi [69] ex cauſa promiſſum eſt; veluti ſi quis homicidium vel ſacrilegium ſe facturum promittat: non valet. §. 25. Cum quis ſub aliqua conditione ſtipulatus fuerit: licet ante conditionem deceſſerit: poſtea exiſtente conditione heres ejus agere poteſt [70]. † Idem eſt & ex promiſſoris parte. §. 26. Qui hoc anno [71], aut hoc menſe dari ſtipulatus eſt: niſi [72] omnibus partibus anni vel menſis præteritis, non recte petet. §. 27. Si fundum dari ſtipuleris, vel hominem: non poteris continuo agere, niſi [73] tantum ſpatium præterierit, quo [74] traditio fieri poſſit.

63 *V. l. 3 in pr. Cod. eod.*
64 *l. 38. §. 20. ff. de verb. obl.*
65 *d. l. 38. §. 23.*
66 *d. l. 38. in pr.*
67 *l. 87. de verb. obl.*
68 *l. 137. §. 1. de verb. obl.*
69 *l. 123. de verb. obl. l. 5. in fin. C. de cond. ob turp.*
70 Conditionali in legato, morte heredis ante conditionis eventum legatum non extinguitur. *l. 65. de cond. & demonſt.* morte legatarii extinguitur, nec ad ejus heredem tranſmittitur. *l. 57. de verbor. obl. l. unic. §. fin autem. C. de cad. toll.* In ſtipulationibus vero neque morte promiſſoris, aut ſtipulatoris, ſtipulatio extinguitur, ut hic & *l. 57. de verb. obl. l. unic.*
71 §. 2. *Inſtit. de verb. obl.* §. 32. *verſ. tempore. Inſtit. de Action. Anſ.* 72 *l. 57. de verb. obl.* 73 *l. 73. in princ. de verb. obl.* 74 *V. l. 73. ff. de verb. obl. l. 105. ff. de ſol.*

TIT. XXI.

DE FIDEJUSSORIBUS [1].

Cur accipiuntur. 1. Et in quibus obligationibus. 2. De herede. 3. Si fidejuſſor præcedat, vel ſequatur obligationem. 4. De pluribus fidejuſſoribus. 5. In quam ſummam obligatur fidejuſſor. 6. De actione fidejuſſoru adverſus reum. 7. Si fidejuſſor Græce accipiatur. 8. Si ſcriptum ſit, aliquem fidejuſſiſſe.

[1] XLVI. D. 1. VIII. C. XLI. *Nov. 4.*

PRO [2] eo, qui [3] promittit, ſolent alii obligari, qui fidejuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent, dum curant, ut diligentius ſibi cautum ſit. §. 1. In [4] omnibus autem obligationibus adſumi poſſunt; id eſt, ſive [5] re, ſive verbis, ſive literis, ſive conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, utrum civilis [6], an naturalis ſit obligatio, cui adjicitur fidejuſſor: adeo quidem, ut pro ſervo quoque obligetur, ſive extraneus ſit, qui fidejuſſorem à ſervo accipiat, ſive ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur. §. 2. Fidejuſſor non tantum ipſe obligatur, ſed etiam [7] heredem relinquit obligatum. §. 3. Fidejuſſor & [8] præcedere obligationem, & ſequi poteſt. §. 4. Si plures ſint fidejuſſores: quotquot erunt numero, ſinguli in ſolidum tenentur [9]. Itaque liberum eſt [10] creditori, à quo velit, ſolidum petere. Sed ex epiſtola [11] divi Hadriani compellitur creditor à ſingulis, qui [12] modo ſolvendo ſunt, litis conteſtatæ tempore, partes petere [13]. Ideoque ſi quis ex fidejuſſoribus eo tempore ſolvendo non ſit: hoc cæteros onerat. Sed ſi ab uno fidejuſſore creditor totum conſequutus fuerit: hujus ſolius detrimentum erit, ſi is, pro quo fidejuſſit, ſolvendo non ſit [14]. & ſibi imputare debet, cum potuerit juvari ex epiſtola divi Hadriani, & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio. §. 5. Fidejuſſores ita obligari non poſſunt [15], ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt: itaque ſi reus decem aureos promiſerit, fidejuſſor in quinque recte obligatur: contra vero obligari non poteſt. Item ſi ille pure [16] promiſerit, fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt: contra vero non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus [17] intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt, poſt tempus dare [18]. §. 6. Si quid autem fidejuſſor pro reo ſolverit [19]: ejus recuperandi cauſa habet cum eo mandati judicium [20]. §. 7. Græce [21] etiam fidejuſſor ita accipitur, τοῦτο πρὸ κελεύω ἐγώ: id eſt, *mea fide jubeo ego:* [ſed & ſi dixerit] θέλω ſive βούλομαι. id eſt, *volo*, ſed & φημί, id eſt, *affirmo.* pro eo erit, ac ſi dixerit λέγω, id eſt, *dico* [22]. §. 8. In ſtipulationibus fidejuſſorum ſciendum eſt, hoc generaliter accipi: ut quodcunque ſcriptum ſit quaſi actum, videatur etiam actum. Ideoque conſtat, ſi quis ſcripſerit ſe fidejuſſiſſe: videri [23] omnia ſolemniter acta.

2 Fidejuſſio hac parte differt a conſtituto. §. 9. *J. de act.*
3 *l. 1. §. 8. ff. de obl.*
4 *l. 1. l. 2. l. 8. §. 1. ff. eod.*
5 *l. 8. §. 1. ff. eod.*
6 *l. 6. in fin. l. 16. §. 3. ff. eod.*
7 *V. l. 4. in fin. ff. eod.*
8 *Vl. 50. in prin. ff. de pecul. l. 4. l. 6. §. 2. ff. eod.*
9 *V. Nov. 99.*
10 *V. l. 5. C. eod.*
11 De qua dixi ad *l. 26. ff. eod.*
12 *V. l. 28. ff. eod.*
13 Compellitur quoque creditor, principalem præſentem prius convenire: aut eo abſente, præſtituere fidejuſſori certum tempus, intra quod principalem ſiſtat, *Nov. 4. c. 1.*
14 Niſi ceſſas habeat actiones à creditore, *v. l. 11. C. eod.*
15 *l. 8. §. illud commune. l. 16. §. qui cautio. l. 38. l. 42. in pr. ff. eod. vel l. 8. C. de non num. pec.*
16 *l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. ff. eod.*
17 §. *plus. J. de act. l. 58. J. de ſolut. l. 2. J. de verb. ſign.*
18 Dies enim pars eſt ſtipulationis, *l. 1. §. edit. de edendo.*
19 Ut tamen non ſolverit, interdum agere poteſt, puta, ſi principalis debitor bona ſua prodigit ac profundit: ſi profectionem longinquam parat: ſi liberam fidejuſſori agendi poteſtatem fecit: ſi diu in obligatione ſtetit, (quod arbitrio judicis finitur:) ſi tempus ſolutionis inſtet: ſi ipſe fidejuſſor ad ſolutionem condemnatus eſt. 20 Quomodo? *v. l. 10. in fin. ff. mandat.* Niſi pro invito, aut pro eo, qui mandare non potuit; niſi donandi & nunquam agendi animo fidejuſſit. 21 *l. 8. ff. eod.* vide quæ notavi ad *l. 11. ff. de legat. 3.* 22 *Adde l. 12. C. eod. l. 8. ff. eod.* 23 §. 16. *S. tit. prox. l. 30. l. 134. §. pen. de verb. oblig. l. 1. C. de contrab. ſtip.*

TIT. XXII.

DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS [1].

1 Et earum ſpeciebus & effectu vide quæ notavi *Novell. 73. in pr.*

OLIM ſcriptura [2] fiebat obligatio, quæ nominibus [3] fieri dicebatur, quæ nomina [4] hodie non ſunt in uſu. Plane ſi quis debere ſe ſcripſerit [5], quod ſibi numeratum non eſt [6]: de pecunia minime numerata [7] poſt multum temporis exceptionem opponere non poteſt: hoc enim ſæpiſſime conſtitutum eſt. Sic ſit, ut & hodie, dum quæri non poteſt, ſcriptura obligetur: & ex ea naſcatur condictio, ceſſante ſc. verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus conſtitutionibus uſque ad quinquennium procedebat: ſed ne creditores diutius poſſint ſuis pecuniis forſitan defraudari, per conſti-

2 Scriptura hic, ſcriptura eſt menſæ argentariæ, *l. 4. ff. de pign. l. 38. ff. de oblig. l. 27. ff. de fidei. & in fin. tit. de empt. l. 35. in fin. ff. de verb. obl.*
3 Hoc fieri dicitur, quum pecunia præſens non numeratur, ſed tantummodo in tabulas refertur quod nobis debetur. *Hotom. hic.* Anſ. Vid. *Ciceron. pro Roſc. Comœd. Salmaſ. de uſur. cap. 6. & adjut Attic. cap. 29. Goth. ad 2. l. 1. ff. de ann. legat. S. L.*
4 *l. 9. ff. de pact. l. 1. ff. de ann. legatis. l. 1. ff. de SC. Maced.* 5 Privatim vel publice, ſi modo in hujuſmodi publica cautione numerationis non ſit facta mentio: alias auctoritas inſtrumenti publici, onus probandi in negantem transferet, *l. 18. C. de probat. §. 12. in fin. Inſtit. de inutil. ſtip. Nov. 73. cap. 2. 3. 4. 5.* 6 Hanc exceptionem Juſtinianus vocat ἀναγνῶσιν. adde *Horm. 2. §. 1. 56. Ecl. 8. §. 30.* 7 An hæc exceptio locum habeat in ſolo mutuo, *v. l. 5. C. de non num. pec.*

constitutionem [8] noſtram tempus coarctatum eſt, ut ultra [9] biennii metas hujuſmodi exceptio [10] minime [11] extendatur [12].

8 *l. ult. §. 2. ff. de ev. ept.*
9 *l. 14. C. de non num.*
10 Et condictio. *l. 7. C. de non num.* 11 Niſi à minore. *l. ult. C. in quib. cauſ. in integ. reſt.* An & intra biennium major interdum eam non opponet? Sic ſane, puta ſi eam ſummam vel teſtamento vel inter vivos ſemel atque iterum, vel poſt dotalia inſtrumenta confecta confeſſus eſt, ſi pariter debiti inferre cœpit, ſi de vectigalis illatione agatur. *Minſ.* Quid ſi juramento huic exceptioni renunciatum fuerit? *v. l. ult. C. de non num.* Quid ſi hypotheca præter ſyngraphiam data? Ne iſis quidem juvabitur creditor. *l. 4. d. t.* 12 Quid ſi debitor ea falſo uſus eſt? dupli pœna punietur. *v. Nov. 19. cap. 4.*

Tit. XXIII.

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

CONSENSU [1] fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis. §. 1. Ideo autem iſtis modis obligatio dicitur conſenſu [2] contrahi: quia neque ſcriptura, neque præſentia omnimodo opus eſt: at nec dare quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio: ſed ſufficit eos, qui negotia gerunt, conſentire.

§. 2. Unde inter abſentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epiſtolam, vel per nuncium. §. 3. Item [3] in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet [4], [cum alioqui in verborum obligationibus alius ſtipuletur, alius promittat [5].]

1 Sumptus hic integer titulus eſt ex *l. 2. ff. de obl. t. 35. in fin. ff. de verb. obl.*
2 Nudo: at non tacito; licet interdum tacito convaleſcant, ut in relocatione diximus, *l. 13. in fin. l. 14. ff. locati*, & ex una tantum parte tacito conſenſu poſſint conſtare. *l. 35. in fin. ff. de verb. obl.* 3 *d. l. 2. §. fin. ff. de oblig. & act.* 4 Etiamſi lingua non ſit nuncupatum. *v. l. 6. §. 1. in fin. de cont. empt.* 5 Id eſt, cum in ſtipulationibus obligatio eatenus naſcatur & ſententia feratur, quatenus lingua nuncupatum eſt, *l. 99. in pr. de verb. obl.*

Tit. XXIV.

DE EMPTIONE ET [1] VENDITIONE.

De emptione pura. De pretio, conventione, arrhis, & ſcriptura. 1. De pretio certo, vel incerto, vel in arbitrium alienum collato. 2. In quibus pretium conſiſtat. Differentia emptionis & permutationis. 3. De periculo & commodo rei venditæ. 4. De emptione conditionali. 5. De emptione rei, quæ non eſt in commercio.

EMPTIO & venditio contrahitur [2] ſimulatque de pretio convenerit: quamvis nondum pretium numeratum ſit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum [3] eſt emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus quæ [4] ſine ſcriptura conſtiſtunt, obtinere oportet: nam nihil à nobis in hujuſmodi emptionibus & venditionibus innovatum eſt: in [5] iis autem, quæ ſcriptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe venditionem conſtituimus, niſi & inſtrumenta emptionis fuerint conſcripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem ſcripta, à contrahentibus autem ſubſcripta [6]; & ſi per tabellionem fiunt, niſi & completiones acceperint, & fuerint partibus abſoluta. Donec enim aliquid deeſt ex his [7], & pœnitentiæ locus eſt, & poteſt emptor vel venditor ſine pœna recedere ab emptione [& venditione]. Ita tamen impune [eis recedere] concedimus [8], niſi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim ſubſequuto, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis, venditio celebrata eſt, is, qui recuſat adimplere contractum [9], ſi quidem eſt emptor, perdit quod dedit: ſi vero venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil expreſſum eſt. §. 1. Pretium autem conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine [10] pretio eſſe poteſt [11]. † Sed & [12] certum eſſe pretium debet: alioqui ſi inter alioquas ita convenerit, ut quanti Titius rem æſtimaverit, tanti ſit empta: inter veteres ſatis abundeque hoc dubitabatur (conſtaretne venditio, an non). Sed noſtra [13] deciſio ita hoc conſtituit, ut quoties ſic compoſita ſit venditio, QUANTI ILLE ÆSTIMAVERIT, ſub hac conditione ſtaret contractus: ut ſi quidem ille, qui nominatus eſt, pretium definierit: [tunc] omnimodo ſecundum ejus æſtimationem, & pretium perſolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex [14] empto actione, venditore ex [15] vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus eſt, vel noluerit, vel non potuerit [16] pretium definire: tunc pro nihilo eſſe venditionem, quaſi nullo pretio ſtatuto. Quod jus cum in venditionibus nobis placuit: non eſt abſurdum, & [17] in locationibus, & [in] conductionibus trahere. §. 2. Item pretium in [18] numerata pecunia conſiſtere debet. Nam in cæteris rebus, an pretium eſſe poſſet, valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium eſſe poſſet? [Et] Sabinus & Caſſius etiam in alia re putabant [19] pretium poſſe conſiſtere: unde illud eſt, quod vulgo dicebatur, permutationem rerum emptionem & venditionem contrahi: eamque ſpeciem emptionis & venditionis veteriſſimam eſſe: argumentoque utebantur Græco poëta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vinum ſibi comparaſſe ait, permutatis quibuſdam rebus, his verbis:

Ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο κάρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Id eſt:

Hinc ſibi certatim gentis de more comati
Vina parant Graii ære dato, fulgenteque ferro,
Pergoribuſque, bobus ſed & ipſis, mancipiiſque.

Diverſæ ſcholæ auctores [20] contra ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretii nomine data eſſe: nam utramque videri & veniſſe, & pretii nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à venditione ſeparatam, merito prævaluit: cum & ipſe aliis [21] Homericis verſibus adjuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores divi Principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latius ſignificatur.

§. 3. Quum autem emptio & venditio contracta ſit (quod efficiebamus [22], ſimul atque de pretio convenerit,) cum ſine ſcriptura res agitur, periculum rei venditæ ſtatim [23] ad emptorem pertinet, tametſi [24] adhuc ea res emptori tradita non ſit. Itaque [25] ſi homo mortuus ſit, vel aliqua parte corporis læſus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex parte incendio [26] conſumptæ fuerint: aut fundus vi fluminis [27] totus vel aliqua ex parte ablatus ſit, ſive etiam inundatione [28] aquæ aut arboribus turbine [29] dejectis longe minor [30] aut deterior eſſe cœperit: emptoris damnum eſt, cui neceſſe [31] eſt, licet rem non fuerit nactus, pretium ſolvere. Quidquid enim [32] ſine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor ſecurus eſt. Sed & ſi poſt emptionem fundo al. quid [33] per alluvionem acceſſerit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum ejus eſſe debet, cujus periculum eſt. Quod ſi fugerit homo, qui veniit, aut ſubreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit: animadvertendum [34] erit, an cuſtodiam ejus uſque ad traditionem venditor ſuſceperit. Sane enim ſi ſuſceperit, ad ipſius periculum [35] caſus pertinet: ſi non ſuſceperit, ſecurus eſt. Idem & in cæteris animalibus, cæteriſque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei & condictionem exhibere [36] debebit emptori: quia ſane, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. Idem etiam eſt de furti & de damni injuriæ actione [36]. §. 4. Emptio [37] tam ſub conditione [38], quam pure contrahi poteſt [39]: ſub conditione, veluti, SI STICHUS INTRA CERTUM DIEM TIBI PLACUERIT, ERIT TIBI EMPTUS AUREIS TOT [40]. §. 5. Loca ſacra vel religioſa, item publica (veluti forum, baſilicam) fruſtra quis [41] ſciens emit: quæ tamen ſi pro profanis vel privatis, deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod [42] non habere ei liceat, ut conſequatur [43], quod ſua intereſt eum deceptum non eſſe. Idem juris eſt, ſi [44] hominem liberum pro ſervo emerit.

20 Nerva & Proculus. *d. §. 1. l. 5. §. & ſi quidem. de præſc. verb.*
21 Orator & Juriſconſultus inſtructus eſſe debet exemplorum etiam à Poëtis petitorum varietate & copia, *adde 2. Quintil. 4.* Sic Athenienſes Homero teſte ſui ſunt, de Salamina contendentes: & Tenedii adverſus Sygeos: & Leophron contra Cyprios Solonis uſurpavit elegias. *Ariſt. 1 Rhetor. 15. Lært.* Ita Philomelus verſibus Homeri perſuaſit Phocenſibus, ne Amphictyonum judicio ſtarent, quod antiquitus Delphicum oraculum in eorum poteſtate fuiſſet. *Diod. lib. 6.* 22 *In pr. S. eod.* 23 *V. l. 1. C. de peric. & comm.* 24 *l. 62. in fin. C. de cont. empt. l. 35. ff. de act. empt. l. 8. 12. 13. 14. ff. de peric. l. 14. in princ. ff. de furt. l. 4. C. de peric.* 25 *V. l. 18. ff. de peric.* 26 *l. 11. ff. de peric. l. 5. C. de per.* 27 *l. 7. l. 10. in fin. ff. de per.*
28 *d. l. 10.* 29 *l. 9. ff. de per.* 30 *V. l. 70. ff. de contt.* 31 Imo haec eſt neceſſe. *l. 33 ff. locat.* cum ei competat liberatio: imo & dati repetitio. *adde l. 15. ff. de peric. l. ult. ff. de cond. cauſa data. l. 78. ff. de ſolut.* Die, in his inſtitutionibus regulas juris breves, & ſtrictis juris omnibus contineri: in Digeſtis æquiores. Sic his Inſtitutionibus, *§. 30. verſ. certe. ff. de rer. diviſ.* male fidei poſſeſſori non repetit fructus, quos Digeſtorum jura ei concedunt.
32 *l. 5. l. 16. ff. de per.*
33 *l. 7. in pr. d. tit.*
34 *l. 35. §. ſi res vend. ff. de cont. emp.* 35 Cedere, *l. 80. ff. de furt.* 36 *V. l. 40. de act. emp.* 37 At non mancipatio. *l. 77. ff. de reg. jur.* 38 *l. 20. ff. locati.* 39 Et in diem. *l. 80 §. ſylva cædua. de contr. empt.* 40 *Adde tit. de l. commiſſoria. & de in diem addictione.* 41 *l. 45. 62. 70. ff. de cont. empt. l. 33. ff. de liberali. l. ult. ff. quibus ad libertatem.* 42 Formula actionis ex empto. 43 Adde caſus elegantes *l. 39. de act. empti. & l. penult. ff. de falſis.* 44 *l. 4. ff. quib. ad libe. proclamare.*

Tit. XXV.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE [1].

Collatio emptionis & locationis. De mercedu conventione. 1. De mercede collata in arbitrium alienum. 2. In quibus rebus conſiſtit. 3. De emphyteuſi. 4. De forma alicui facienda ab artifice. 5. Quid præſtare debet conductor. 6. De morte conductoris.

LOCATIO & conductio proxima [2] eſt emptioni & venditioni, iiſdemque juris regulis conſiſtit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio convenerit: ſic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, ſi merces conſtituta ſit: & competit locatori quidem locati actio, conductori [3] vero conducti. §. 1. Et quæ ſupra diximus, ſi alieno arbitrio pretium promiſſum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta eſſe intelligimus, ſi [4] alieno arbitrio merces promiſſa fuerit. Qua de cauſa ſi fulloni polienda curandave, aut ſarcinatori ſarcienda veſtimenta quis dederit, nulla ſtatim mercede conſtituta, ſed poſtea tantum daturus, quantum inter eos convenerit: non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, ſed eo nomine actio præſcriptis [5] verbis datur. §. 2. Præterea ſicut vulgo quærebatur, an permutatis [6] rebus emptio & venditio contraheretur? ita quæri ſolebat de locatione & conductione: ſi forte rem aliquam utendam ſive fruendam tibi aliquis dederit [7]: & invicem à te utendam ſive fruendam aliam [rem] acceperit. Et placuit, non eſſe locationem & conductionem: ſed proprium genus contractus: veluti [8] ſi cum unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, & apud alterum [alterius] bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum [9]: verum præſcriptis verbis agendum eſt. §. 3. Adeo autem aliquam familiaritatem [10] inter ſe videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: ut in quibuſdam cauſis quæri ſoleat, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio? ut ecce, de prædiis, quæ perpetuo [11] quibuſdam fruenda traduntur: id eſt, ut quamdiu [12] penſio ſive reditus pro his domino præſtetur, neque ipſi conductori, neque heredi ejus, cuive conductor hereſve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit, auferre liceat? Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibuſdam locatio, à quibuſdam venditio exiſtimabatur: lex Zenoniana [13] lata eſt, quæ emphyteuſeos contractus propriam ſtatuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, ſed ſuis [14] pactionibus fulciendam: & ſi quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac ſi naturalis eſſet contractus: ſin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc ſi quidem totius rei interitus acceſſerit, ad dominum ſuper hoc redundare periculum; ſin autem particularis, ad emphyteuticarium hujuſmodi damnum venire. Quo jure utimur [15]. §. 4. Item quæritur, ſi cum [16] aurifice Titius convenerit, ut is ex auro ſuo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Caſſius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi: operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod ſi ſuum aurum Titius dederit, mercede pro opera conſtituta, dubium non eſt, quin locatio & conductio ſit. §. 5. Conductor [autem] omnia ſecundum [17] legem conductionis facere debet [18], & ſi quid in lege prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare [19]. Qui pro uſu aut veſtimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit, aut promiſit: ab eo cuſtodia talis deſideratur, qualem diligentiſſimus [20] paterfamilias ſuis rebus adhibet: quam ſi præſtiterit, & aliquo caſu [fortuito [21] eam] rem amiſerit, de reſtituenda ea non tenebitur. §. 6. Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres ejus eodem [22] jure in conductione [23] ſuccedit [24].

1 XIX. D. II. IV. CIL. XV. & XI. LXX.
2 *Paul. ſent. 18. & 3. Marm. 8.*
2 *l. 2. ff. eod.*
3 *l. 15. in pr. ff. eod.*
4 *l. 25. in pr. ff. eod.*
5 *l. 22. in fin. ff. de præſcript. verb.* Goth. Dicitur præſcriptis verbis eo quod prætor hanc formulam non ex edicto ſuo ſumebat; ſed litigatores verba ei præſcribebant, ſecundum quæ judicium dabatur, quæ etiam vocatur actio in factum, quod ex facto concipiatur. *Anſ.*
6 Permutatis rebus ſine pecunia olim conſiſtebat emptio & venditio, *ut lic.* per contrarium permutatio, cum pecunia eſſe poteſt, *l. 25. ff. de jur. dot. dixi ad l. ult. ff. de cond. cauſa data.*
7 *V. l. 15. de præſcript. verb.*
8 *l. 17. §. ſi cum bovem. 3. de præſc. verb.*
9 *§. 2. Inſtit. qu. 4. mod. re cont. oblig.* Anſ.
10 *l. 19. 20. de act. emp. v. l. 2. §. 1. ff. eod.*
11 Quod tempore Juſtiniani in Gothicis & Vandalicis bellis crebro uſu venire neceſſe fuit, unde perpetua conductio, *l. 10. C. eod.* & jus perpetuarium appellatum, *l. 1. C. de off. Com. ſac. pal. l. 1. 2. 3. C. de locat. præd.* ad longum tamen tempus fieri poteſt, *l. ult. ſi ager vectig. v. §. quid. autem. de ſuperficieb. l. 1. ff. ſi ager.*
12 In rebus eccleſiaſticis bienn
nio, *v. potuit. ext. de loc.* in privatis triennio, *l. 3. C. de jure emphyt.* Quid ſi eo tempore elapſo dominus penſionem recepit, poterimne emphyteutam dejicere? non poterit, niſi jus id ibi exceperit: vel niſi Emphyteuta rem deteriorem reddidit vel alienavit. *Schneid.* 13 *V. l. 1. C. de jure Emphyt.* 14 *l. 2. d. t.* 15 *l. 2. C. de jure Emphyt.* Anſ. 16 *l. 3. §. 1. ff. eod. & l. 20. 65. de cont. empt.* 17 *l. 15. §. conductor. ff. eod. l. 15. C. eod.* Goth. Adde *l. 9. 2. l. 11. § 4. ff. locat.* Anſ. 18 Poteſt autem rem alteri locare. *l. 6. C. eod.* 19 *l. 17. C h. t.* Anſ. 20 *l. 25. §. pen. ff. locat. §. 16. Inſtit. de oblig. ex delict.* Quod ſingulare eſt & contra *l. contractus. ff. de reg. jur. & l. 1. ff. naut. caupon. ſtab.* Anſ. 21 *l. 28. C. eod.* 22 Quamvis conductor non ſit. *l. 60. §. 1. D. locati.* 23 *l. 10. C. eod.* 24 An, quando, quibus ex cauſis, & à quibus conductor ante finitum tempus locationis expelli poſſit, *v. l. 3. C. eod.* An invito locatore impune migrare, *v. l. 27. in fin. ff. eod.* An & quomodo ob cauſam ſterilitatis, peſtis, belli & ſimilium, remiſſionem penſionis petere poſſit, *v. l. 15. §. ſed & ſi Labeo. ff. eod.*

TIT. XXVI.

DE SOCIETATE [1].

Divisio à materia. 1. *De partibus lucri & damni.* 2. *De partibus inæqualibus.* 3. *De partibus expressis in una causa.* 4. *Quibus modis societas solvitur.* 5. *De renunciatione.* 6. *De morte.* 7. *De fine negotii.* 8. *De publicatione.* 9. *De cessione bonorum.* 10. *De dolo & culpa à socio præstanda.*

SOcietatem coire solemus aut [2] totorum [3] bonorum, quam Græci specialiter κοινωνίαν [4] appellant: aut unius [5] alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique.

§. 1. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim convenerit: æquales [6] sc. partes & in lucro & in damno spectantur. Quod si expressæ fuerint [partes]: hæ servari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia. §. 2. De illa sane conventione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant [7], damni tertia: ad Scium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Mutius contra naturam societatis [8] talem pactionem esse existimavit, & ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus sententia prævaluit) contra sensit [9]: quia sæpe [10] quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos justum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita [11] coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat [12], alter non conferat: & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicujus pro [13] pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mutii sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit, posse convenire, ut quis lucri partem ferat, de damno [14] non teneatur: quod & ipsum Servius convenienter [sibi] fieri existimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit: compensatione facta, solum, quod supereſt, intelligatur lucro esse. §. 3. Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro vel in solo damno: in altera vero omissa, in eo quoque, quod prætermissum est, eandem partem servari. §. 4. Manet autem societas eo usque, donec [15] in eodem consensu [16] perseveraverint. At cum aliquis renunciaverit societati, solvitur societas. Sed plane si quis callide in hoc renunciaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renunciaverit societati, ut hereditatem solus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit: ad ipsum solum pertinet. Ei vero, cui renunciatum est, quidquid omnino post renunciatam societatem adquiritur, soli [17] conceditur. §. 5. Solvitur adhuc societas etiam morte [18] socii [19]; quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit: sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in cœunda societate aliter convenerit. §. 6. Item si alicujus rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est; finitur societas. §. 7. Publicatione [20] quoque distrahi societatem manifestum est: sc. si universa bona socii publicentur. Nam cum in ejus locum alius succedat, pro mortuo habetur. §. 8. Item si quis ex sociis mole debiti prægravatus, bonis suis cesserit [21], & ideo propter publica aut privata debita subsistantia ejus veneat [22], solvitur societas: sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas. §. 9. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione [23], si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi [24] apud se passus est: an etiam culpæ, id est, desidiæ atque negligentiæ nomine, quæsitum est? Prævaluit tamen etiam [25] culpæ [26] nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere [socium] qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit; de se queri, sibique hoc imputare debet.

[1] XVII. D. h. tit. C. XXXVII. Vatic. fragm. §. 1. Inst. h. tit. 20. 11.

[2] *l. 5. ff. eod.*

[3] Hanc societas jus fraternitatis induxit. *l. 65. D. pro socio. l. 2. Cairo 9. §. 1.*

[4] Ἀδελφικὴν κοινωνίαν.

[5] Hanc venaliciam vocant *l. 65. D. pro socio. l. 44. §. 1. D. de ædil. edict.*

[6] *l. 29. in pr. ff. eod.*

[7] Et ita inæqualia. *l. 30. D. eod.*

[8] Quæ jus quoddam fraternitatis in se habet. *l. 63. in pr. D. eod.*

[9] Imo idem, *d. l. 30.* ita igitur restituo: *Et ob id non esse ratam habendam S. v Sulpitius sensit, cui sententiæ contraria prævaluit, quia sæpe, &c.* Wesenb. tamen sic interpretatur: *contra sensit*, inquit, non in genere & quoad regulam: sed in specie, quoad exceptionem.

[10] Non est captiosa aut iniqua societas, ubi alter corpus, alter disciplinam in societatem confert. *Cicero pro Roscio Amerino.*

[11] *l. 1. C. eod.*

[12] *l. 5. C. eod. l. 5. §. 1. d. 52. §. utrum. ff. eod.*

[13] Pecuniæ sc. à socio collatæ, cum fatis ei sit, operas suas perdere: quod locum non habebit in eo, qui pecunias conferret. *v. Andr. Gail 2. observ. 35.*

[14] Quæ pars in lucro, damnove definita est, eadem & in altero definita esse intelligitur, *Hotom.*

[15] *l. 4. l. 63. §. Societas. l. 65. §. diximus. D. eod. l. 5. C. eod.*

[16] Societas solvitur voluntate, animorum quoties socii renunciant, aut separatim sibi quisque negotiari incipit. *Harm. d. loco.*

[17] *l. 4. 59. 60. 63. 65. §. morte. D. eod.*

[18] Societas solvitur personis intereuntibus, veluti uno sociorum mortuo vel damnato, vel relegato, vel publicato. *Harm. d. loco.*

[19] *l. 4. 59. 60. 63. 65. §. morte. D. eod.*

[20] Societas solvitur rebus intereuntibus, hoc est, aut nullis relictis, aut conditione earum mutata, utpote consecratis vel publicatis, *Harm. ibi. l. 63. l. 65. §. publicatione. ff. eod. l. 1. in pr. D. de bonis damnatorum.*

[21] *l. 4. §. 1. in verb.* egestate. *l. 65. §. 1. ff. eod.* Item si quis fuit insolvendo. Vid. Benven. Strach. *De Decoctorib. §. Circa tertiam. num. 47. 48.* Anf.

[22] *l. 65. §. 1. D. eod.*

[23] De qua *l. 31. 34. 72. D. eod.*

[24] *§. 3. Instit. Quib. mod. re contrah. oblig.* Anf.

[25] *l. 52. §. utrum. l. 72. D. eod.*

[26] Non tantum doli & furti. *l. 45. l. 51. ff. eod.*

TIT. XXVII.

DE MANDATO [1].

Divisio à fine. 1. *Si mandantu gratia mandetur.* 2. *Si mandantis & mandatarii.* 3. *Si aliena.* 4. *Si mandantis & aliena.* 5. *Si mandatarii & aliena.* 6. *Si mandatarii.* 7. *De mandato contra bonos mores.* 8. *De executione mandati.* 9. *Quibus modis mandatum solvitur. De revocatione.* 10. *De morte.* 11. *De renunciatione.* 12. *De die & conditione.* 13. *De mercede.*

MAndatum contrahitur quinque [2] modis: sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua & tua, sive aliena tantum: sive sua & aliena, sive tua & aliena. At si tua tantum gratia mandatum sit, supervacuum est mandatum: & ob id [3] nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.

§. 1. Mandantis [+ tantum] gratia intervenit mandatum: veluti si quis tibi mandet [5], ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes. §. 2. Tua gratia & mandantis: veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur, aut si volente te agere cum eo ex fidejussoria causa, mandet tibi [6], ut cum reo agas, periculo mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi delegat in id, quod tibi debuerat. §. 3. Aliena autem [tantum] causa intervenit mandatum: veluti si tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres [7], vel ut pro Titio sponderes.

§. 4. Sua & aliena, veluti si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi & Titio fundum emeres, vel ut pro eo & Titio sponderes. §. 5. Tua & aliena; veluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederes: quia si sine usuris pecuniam crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum.

§. 6. Tua [8] tantum gratia intervenit mandatum; veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diverso, ut pecunias tuas fœneres potius, quam in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum, magis consilium, quam mandatum est [9]; & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio mandati obligatur [10] etiam si non expediat ei, cui mandabatur: cum liberum cuique sit apud se explorare, an sibi expediat consilium. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres, vel eam crederes: quamvis non expediat eam tibi emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati tenetur [11]. Et adeo hæc ita sunt, ut quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares? sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum: quia [12] non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. §. 7. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod [13] contra bonos mores est: veluti si Titius de furto, aut [de] damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam ipsius facti nomine præstiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem [14]. §. 8. Is, qui exequitur mandatum, non [15] debet excedere fines mandati [16]. Ut ecce, si usque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes: neque pluris emere debes, neque [17] in ampliorem pecuniam fidejubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeo quidem, ut Sabino & Cassio placuerit, etiamsi usque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. [Sed] diversæ scholæ auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant, quæ sententia sane benignior est [18]. Quod si minoris emeris, habebis sc. cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, ut minoris (si possit) emeretur. §. 9. Recte quoque mandatum contractum, si dum [19] adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit. §. 10. Item si adhuc integro mandato, mors [20] alterutrius interveniat, id est, vel ejus qui mandaverit, vel illius, qui mandatum susceperit, solvitur [21] mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo, qui tibi mandaverat, tu [22] ignorans [23] eum decessisse, executus fueris mandatum: posse te agere mandati actione. Alioqui justa & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic simile est, quod placuit, si debitores manumisso dispensatore Titii, per [24] ignorantiam liberto solverint, liberari eos, cum alioqui stricta juris ratione non possent liberari, quia alii solvissent, quam cui solvere debuerunt.

§. 11. Mandatum non suscipere, cuilibet liberum est; susceptum autem [25] consummandum est, aut quamprimum renunciandum, ut per semetipsum aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio [26] locum habet; nisi justa causa [27] intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestive renunciandi. §. 12. Mandatum & in diem [28] differri, & sub conditione fieri potest. §. 13. In summa sciendum est, mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (ut generaliter dicamus) quibus casibus sine [29] mercede suscepto officio, mandati sive depositi contrahitur negotium; iis casibus intervenientе mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo si fulloni polienda curandave quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta, neque promissa, mandati competit actio.

[1] XVII. D. I. IV. C. XXXV. & *Paul. 5. sen. 15.*

[2] *l. 2. ff. eod.*

[3] *l. 47. D. de reg. jur.*

[4] *l. 2. §. 1. D. eod.*

[5] *l. 42. §. ea. D. de procurat.*

[6] *V. l. 22. §. 1. ff. eod.*

[7] *l. 6. § 4. ff eod.*

[8] *l. 2. in fin. D. eod.*

[9] Mandatum pars quædam imperii est: consilium rem arbitrio consultoris permittit. *Hotom.*

[10] *§. 11. Inst. de obl. ex del. Anf.*

[11] Ut qui id agat, cum fabulis sua potius lucella quæratur, quam alterius consilio, sibi non alii id imputare debeat. *§. ult. ff. de furtetate.*

[12] *l. 6. §. plane. l. 32. ff. eodem.*

[13] *l. 6. §. rei turpis. l. 22. §. qui eadem. ff. eod l. 45. §. omnis. D. de contr. empt. 2. Cairo. 9. §. 18.* ibi: *dummodo honestum. l. 12. §. 11. ff. eod.*

[14] *l. 22. §. 6. ff. eod.* Anf

[15] *l. 5. in pr. D. eod.*

[16] Ut & forma in mandato. *2. Cairo 9. §. ult.*

[17] *l. 23. D. eod.*

[18] Quippe majori summæ minor inest. *§. 5. de inutil. stipul l. 5. §. 4. de verb. oblig.*

[19] *l. 12. §. si mandavero. l. 15. D. eod.*

[20] *V. l. 26. in pr. ff. eod.*

[21] Fallit, si mandatum fuit alicui, ut dotem solveret. *arg. l. 9. §. 1. D. de jur. dom.* aut aliquid ad hanc causam pertinens. *Baldi. in l. mandatum. 15. C. mandati. v. Franciscum Cremensem, singul. 143.* idem, si mandator necessitate cogebatur mandatum exequi. *Marsil. singular. 44.*

[22] *V. l. 58. in pr. ff. eod.*

[23] *V. l. 12. §. 2. D. de solutionib.*

[24] *l. 11. in fin. depos.*

[25] *l. 5. 22. §. ult. l. 27 §. qui suscepit* contraria, *l. 10. pit. ff. eod. l. 17. §. sicut. D. commodati.*

[26] Directa: de qua *l. 22. in fin. D. eod.* §. *idem Labeo. l. 12. in fin. D. eod.*

[27] *Ut in l. 23. 24. 25. ff. eod.* Anf.

[28] *l. 1. §. 3. D. eod.* 29 *l. 22. D. de præscriptis.* Goth. Imo licet mandatum non sit gratuitum, non idcirco desinit esse mandatum. *l. 24. l. 26. §. 1. ff. depositi. l. 6. ff. h. t.* Possunt enim unus rei plures esse fidei, sed subordinati. Wesenb. *ff. de pact. num. 8.* Anf.

TIT. XXVIII.

DE OBLIGATIONIBUS, [QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR].

Continuatio. 1. *De negotiorum gestione.* 2. *De tutela.* 3. *De rei communione.* 4. *De hereditatis communione.* 5. *De aditione hereditatis.* 6. *De solutione indebiti.*

POst genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen, quia non ex maleficio subſtantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur. §. 1. Igitur cum quis [1] negotia absentis gesserit: ultro citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum: sed domino quidem rei gestæ adversus eum, qui gessit, directa [2] competit actio: negotiorum autem gestori contraria. Quas ex nullo contractu proprie nasci, manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit. Ex qua causa ii, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis [3] causa receptum est: ne absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererentur negotia, quæ sane nemo curaturus esset: si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominum habet obligatum negotiorum gestorum: ita & contra iste quoque tenetur, ut administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modo alius diligentior [eo] commodius administraturus esset negotia. §. 2. Tutores quoque, qui tutelæ judicio tenentur, non [4] proprie ex contractu obligati [esse] intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: sed & contra tutor cum pupillo habet contrariam [5] tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro [6] eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus ejus obligaverit. §. 3. Item si inter aliquos communis res sit sine [7] societate: veluti quod pariter eis legata donatave esset, & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, quod solus fructus ex ea re pereceperit, aut quod socius ejus solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus esse: quippe nihil inter se contraxerunt: sed quia ex maleficio non tenetur: quasi ex contractu teneri videtur. §. 4. Idem juris est de eo, qui [8] coheredi familiæ erciscundæ judicio ex his causis obligatus est. §. 5. Heres [9] quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: (neque [10] enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex [11] contractu debere intelligitur.

[1] *l. 5. in pr. ff. de oblig. & act.*

[2] *l. 2. ff. de negot. gest.*

[3] *l. 1. ff. de neg. gest. l. 5. in princ. vers. sed ideo autem. D. de oblig. & act.*

[4] *l. 5. §. tutelæ. ff. de oblig. & act.*

[5] *l. 1. §. præterea. l. 6. de cont. tut. l. 2. C. de in litem dando.*

[6] *l. ult. C. de contraria tutela.*

[7] Ut quos conjunxit ad societatem non consensus, sed res. *l. 25. §. non tantum. l. 16. in fin. ff. famil. ercis. l. 15. in pr. ff. de peculio.*

[8] Cum coheredem non contrahimus, sed in eum incidimus. *l. 25. §. 16. ff. familiæ.*

[9] *l. 5. §. heres. ff. de obl. & act.*

[10] *l. 5. §. 2. ff. de obligat.*

[11] Quia adiit. *l. 20. ff. de adqu. hered. l. 3. in fin ff. quib. ex causis in poſſ. l. 6. in fin. ff. de separat.*

12 *d. l. 5. §. 8 quoque.*

§. 6. Item [12] Is, cui quis per errorem non debitum solvit, [quasi ex contractu debere videtur.] Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus [esse], ut si certiorem rationem sequamur, magis (ut supra diximus) ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse: nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur: & ideo condictione tenetur. §. 7. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit: sic namque definierunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex his causis non debitum solutum repeti non [13] posse: veluti [14] ex lege Aquilia, item ex legato [15]. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuique legata fuerant: nostra autem constitutio [16], cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis indulsit [17], hujusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit: sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ, si indebita solvantur, non repetuntur.

13 *l. 4. C. de cond. indebiti.*
14 *l. 4. C. de lege Aquilia.*
15 Ad pias causas, & depositio. *§ sed furt. J. de act.*
16 Quæ extat *l. 2. C. comm. de legat.*
17 *l. 1. 2. C. comm. de legat. l. 1. ff. de leg. 1.*

Tit. XXIX.

PER QUAS PERSONAS [1] NOBIS OBLIGATIO [2] ADQUIRITUR [3].

De his, qui sunt in potestate. 1. De bona fide possessis. 2. De servo fructuario, [vel usuario.] 3. De servo communi.

EXpositis generibus obligationum, quæ ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus, adquiri nobis non solum per [4] nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt: veluti per servos, & filios nostros: ut tamen, quod per servos [nostros] nobis adquiritur, [5] totum nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit adquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis, & ususfructus: quam nostra decrevit constitutio [6]: ut, quod ab actione commodum perveniat, hujus usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur, scil. patre actionem movente secundum Novellæ nostræ 7 constitutionis divisionem [8]. §. 1. Item per liberos homines, & alienos servos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis: id est, si quid ex operis [9] suis, vel ex re nostra adquirant. §. 2. Per eum quoque servum, in quo usumfructum [vel usum] habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur. §. 3. Communem servum pro [10] dominica parte dominis adquirere, certum est: excepto eo, quod nominatim uni stipulando, aut per traditionem accipiendo illi soli adquirit: veluti cum ita stipulatur, TITIO DOMINO MEO DARE SPONDES? Sed si domini unius jussu servus fuerit stipulatus: licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem [11] res expedita est, ut illi tantum adquirat, qui hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.

1 Universim non specie, ut lib. 3. *tit.* 18. §.
2 Non dominum, ut lib. 2. Tit. 9. §.
3 IV. C. XXVII.
4 *V. §. 1. §. per quas personas.*
5 *V. l. 14. ff. de peculio.*
6 *l. 6. C. de bonis quæ lib.*
7 *l. ult. C. de bonis quæ liber.* quæ ideo sic dicitur, quod lata fuit priore Codice edito; postea vero inserta fuit posteriori Codici.
8 *V. l. 1. C. de rei vindicat.*
9 *Ulp. l. 19. §. 20.*
10 *V. l. 45. ff. de adquir. rer. dom.*
11 *l. ult. C. per quas personas.*

Tit. XXX.

QUIBUS MODIS TOLLITUR [1] OBLIGATIO.

De solutione. 1. De acceptilatione. 2. De Aquiliana stipulatione & acceptilatione. 3. De novatione. 4. De contrario consensu.

TOllitur autem omnis obligatio [2] solutione ejus, quod debetur: vel si quis consentiente creditore, aliud pro alio [3] solverit. Nec interest, quis [4] solvat: utrum ipse, qui debet, an [5] alius pro eo: liberatur enim & alio solvente; sive sciente, sive ignorante debitore, vel [6] invito [eo] solutio fiat. Idem si [7] reus solverit: etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Item ex contrario contingit, si fidejussor solverit: non enim ipse solus liberatur [8], sed etiam reus. §. 1. Item per [9] acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria [10] solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, si id velit Titius remittere, potest [11] sic fieri, ut patiatur hæc verba debitorem dicere: QUOD EGO TIBI PROMISI, HABES-NE ACCEPTUM? & Titius respondeat, HABEO. † Sed & Græce [12] potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet [exigi], ἔχεις λαβὼν ὁηνάρεα τόσα; ἔχω λαβών, id est, *tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.* Quo genere (ut diximus) tantum ea solvuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolvi. Sed & id, quod alia ex causa debetur [13], potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolvi. Sicut autem quod debetur, pro parte recte solvitur [14]: ita in [15] parte debiti acceptilatio fieri potest. §. 2. Est [autem] prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur [16], per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & a Gallo Aquilio ita composita est: QUIDQUID TE MIHI EX QUACUNQUE CAUSA DARE FACERE OPORTET, OPORTEBITVE, PRÆSENS, INDIEMVE: QUARUMCUMQUE RERUM MIHI TECUM ACTIO EST: QUÆQUE ADVERSUS TE PETITIO, VEL ADVERSUS TE PERSECUTIO EST, ERITVE [17]: QUODVE TU MEUM HABES, TENES, POSSIDES [18], [DOLOVE MALO FECISTI, QUO MINUS POSSIDEAS,] QUANTI QUÆQUE EARUM RERUM RES ERIT, TANTAM PECUNIAM DARI STIPULATUS EST AULUS AGERIUS, SPOPONDIT NUMERIUS NIGIDIUS: QUOD NUMERIUS NIGIDIUS AULO AGERIO SPOPONDIT, ID HABERETNE A SE ACCEPTUM, NUMERIUS NIGIDIUS AULUM AGERIUM ROGAVIT, AULUS AGERIUS NUMERIO NIGIDIO ACCEPTUM FECIT. §. 3. Præterea novatione tollitur obligatio, veluti si id, quod tibi Seius debebat, a Titio dari stipulatus sis. Nam interventu novæ [19] personæ nova [20] nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeo, ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur: velut si id, quod tu Titio debes, à pupillo [21] sine tutoris authoritate stipulatus fueris: quo casu res amittitur: nam & prior debitor [22] liberatur, & posterior obligatio nulla est. Non [23] idem juris est, si à servo quis fuerit stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, à qua postea stipuleris: ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit; forte si [24] conditio aut dies, aut fidejussor adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adjiciatur, novationem fieri: sic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem [25], si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem [26], cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat; per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra [27] processit constitutio, quæ apertissime definivit, tunc solum novationem prioris obligationis fieri [28], quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio secundum nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere. §. 4. Hoc amplius, eæ obligationes, quæ consensu contrahuntur [29] contraria [30] voluntate dissolvuntur. Nam si Titius & Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum secuta [31], id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos ut discederetur ab ea emptione & venditione: invicem liberantur. † Idem [32] est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut jam dictum est [33].

1 XLVI. D. III. IV. VIII. C. XLIII. XLIV.
2 *l. 107 ff. de solution.* Goth. Quibus modis tollatur obligatio, vide apud Joan. Modinam. *tract. de reb. restit. quæst.* 3. Ans.
3 Puta pecora, res, operas, *v. l. 17. C. de sol.* alias non est cogendus creditor alia forma nummos excipere.
4 *l. 104. ff. de verb. oblig.*
5 *l. 56. 64. 66. de solut. l. 5. l. 17. C. de solut.*
6 *V. l. 22. ff. de solut.*
7 *l. 38. §. de peculio.*
8 *l. 36. de solut. de fidejussor.*
9 *l. 1. de acceptil.*
10 *l. 5. ff. de accept.*
11 *V. l. 8. §. acceptum. & §. ult. ff. de acceptil.*
12 *l. 8 in fin ff. de acceptilat.*
13 *V. l. ult. C. de acceptilat.*
14 *V. l. 9 de acceptil.* Vide Zanger. *de excep. part. 3. cap. n. 15.*
15 *d. l. 9. & l. 10. ff. de acceptilat.*
16 *V. l. 18. §. 1. de acceptilat.*
17 In diem vel sub conditione, *l. 16. de solut. l. 13. de acceptilat.*
18 *Habere* generale verbum est: *Tenere* facti: *Possidere* juris. *l. 38. in pr. de verb. sol.*
19 *l. 1. ff. de novat.*
20 Id est, delegatione, *v. l. 2. C. de novat.*
21 *l. 20. in fine, ff. de Novat.*
22 *V. l. 19. J. de reg. jur.*
23 *d. l. 30. § pen. ff. de pactis.*
24 *V. l. 14. ff. de novationibus.*
25 *V. l. 14. in pr. de novat.*
26 *V. l. 8. §. 1. de novat.*
27 *l. 8. seu ult. C. de novat.*
28 Hodie igitur stipulatæ usuræ pacto simplici non differentur: quod tamen extat in *l. 30. in fin. de reb. cred.*
29 *V. l. 3. ff. de resc. ind. & l. 80 ff. de solution.* excipe matrimonium.
30 *V. l. 35. ff. de reg. jur.*
31 *l. 2. ff. de rescindenda.*
32 *l. 1. l. 80. in fin. ff. de solut.*
33 Adde ultra superiores quinque modos tollendæ obligationis ipso jure, compensationem, *§. in bona fid. J. de act.* confusionem hereditatis, *l. 50. de fidejuss.* oblationem, depositionem, & consignationem pecuniæ, *l. 19. C. de solut.* deportationem, *l. 47. de fidejuss.* Chirographi redditionem, *l. 7. ff. de pactis.*

INSTITUTIONUM, SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, LIBER QUARTUS.

Tit. I.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO [1] NASCUNTUR.

Continuatio & divisio obligationum ex delicto. De furto. 1. Definitio. 2. Etymologia. 3. Divisio. 4. De furto concepto, oblato, prohibito, & non exhibito. 5. Pœna. 6. Quomodo furtum fit. De contrectatione. 7. De affectu furandi. 8. De voluntate domini. 9. Quarum rerum furtum fit. De liberis hominibus. 10. De re propria. 11. Qui tenentur furti. De eo cujus ope, consilio furtum factum est. 12. De his qui sunt in potestate: & ope, ac consilio extranei. 13. Quibus datur actio furti. 14. De pignore subrepto creditori. 15. De re fulloni, vel sarcinatori, vel bonæ fidei emptori subrepta. 16. De re commodata. 17. De re deposita. 18. An impubes furti tentatur. 19. Quid veniat in hanc actionem, & de affinibus actionibus.

QUum sit expositum superiore [2] libro de obligationibus ex contractu, [& quasi ex contractu]: sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, [& quasi ex maleficio] disp iciamus. Sed illæ quidem (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur: hæ vero unius generis sunt: nam omnes ex re nascuntur [3], id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria. §. 1. Furtum est contrectatio [4] fraudulosa [5], lucri [6] faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali [7] prohibitum est admittere. §. 2. Furtum autem vel à furvo, id est, nigro [8] dictum est, quod clam & obscure fiat, & plerumque nocte: vel à fraude: vel à ferendo, id est, auferendo: vel à Græco sermone, quod φῶρας appellant fures. Imo & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. §. 3. Furtorum autem duo sunt [9] genera, manifestum & nec manifestum. Nam conceptum & oblatum, species potius actionis sunt furto cohærentes, quam genera furtorum, sicut inferius apparebit. † Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ [10] appellant: nec [11] solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo [furtum] fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus januam deprehensus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehensus fuerit. Imo ulterius furtum manifestum est extendendum, quamdiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit: sive in publico, sive in privato: vel à domino, vel ab alio, antequam [12] eo pervenit, quo deferre [13] vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quo destinavit, tametsi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur. † Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quæ diximus intelligitur [14]: nam quod manifestum non est, id scil. nec manifestum est. §. 4. Conceptum [15] furtum dicitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita [16] & inventa sit: nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti. † Oblatum [17] furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit: utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum qui dedit, conciperetur [18]: nam tibi apud quem

1 Hic de furtis agit, XLVII. D. II. VI. C. II. *Paul. 2. sent. 31.*
2 Ex his verbis constat, initium quarti libri Institutionum hic inchoari.
3 Seu peccato, *l. 4. ff. 25. §. 1. l. de oblig. & act.* Goth. Excipe injuriam quæ verbis fit. *l. aut facta. ff. de pœnis.* Ans.
4 *l. 1. in fin. D. eod.* Goth. Et quidem corporalis, *l. 75. ff. de furt.* & mobilis, *§. 7. Instit. de usucap.* Ans.
5 Mente & facto, *l. 41. in fin. ad leg. Aqu. l. 50. §. recte. l. 53. de furtis. l. 5. C. de injur.*
6 Invito domino, *l. 48. §. 2. D. eod.*
7 *l. 1. in fin. eod. l. 42. D. de verb. signif.*
8 Vide *l. 1. in pr. D. de furtis.*
9 *V. l. 2. D. de furt.* Immo quatuor: manifestum, nec manifestum, conceptum, oblatum. *Paul. 2. sent. 31. §. 2.*
10 *l. 3. in pr. ff. eod.*
11 Manifestus fur est, qui in ipso furto deprehensus, vel qui non quidem in ipso furto, sed intra terminos ejus loci unde rem subripuit; vel qui deprehensus est, antequam ad eum locum, quem destinaverat, perveniret.
12 *l. 3 in fin. 4. 5. D. eod. Paul. 2. sent. 31. §. 2.*
13 Id est, quo destinavit eo die manere cum furto, *d. l. 4.*
14 *Paul. 2. sent. 31. §. 2. in fin.* ita definit: Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest.
15 Concepti furti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inventum. Is vero concepti agit, qui rem concepit & invenit. *Paul. 2. sent. 31. §. 3. & 5.*
16 Id est, concepta seu quærendo apprehensa, licet fur non sit.
17 Oblati furti actione tenebatur qui rem furtivam alii obtulerat, ne apud se inveniretur. Is vero agebat penes quem res concepta & inventa. *Paul. d. §. 3. & 5.* ejus pœna tripli erat & ipsius rei repetitio, *Paul. illo loco, §. 13. 11. Gell. 18.* adde *l. 3. ff. qui satisdare.*
18 Inveniretur.

quem concepta sit, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. † Est etiam prohibiti furti actio adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit [19]. † Præterea pœna constituitur Edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem apud se qua furam & inventam non exhibuit. | Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti in desuetudinem abierunt. Cum enim requisitio [20] rei furtivæ hodie secundum veterem [21] observationem non fiat: merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt: quum manifestum sit, quod omnes, qui scientes rem furtivam susceperint [22], & celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt. §. 5. Pœna manifesti furti, quadrupli [23] est, tam ex servi, quam ex liberi persona: nec manifesti, dupli. §. 6. Furtum autem fit, non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet: sed generaliter cum quis alienam rem invito domino contrectat. Itaque sive creditor [24] pignore, sive is, apud quem res deposita est, ea re utatur: sive is, qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cujus gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre secum tulerit: aut si quis equum gestandi causa commodatum sibi longius [25] aliquo duxerit: quod veteres [26] scripserunt de eo, qui in aciem equum perduxisset. §. 7. Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere: si [27] se intelligant id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum: at si permissurum credant, extra crimen videri, optima sane distinctione: quia furtum sine [28] affectu furandi non committatur. §. 8. Sed & si credat aliquis invito domino se rem commodatam sibi contrectare [29], domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. † Unde illud quæsitum est, cum Titius servum Mævii solicitaverit, ut quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & servus eas ad Mævium pertulerit: Mævius [autem] dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdam res ad eum perferre: utrum furti, an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodo: nos hujusmodi calliditati obviam euntes, per nostram decisionem [30] sancimus, non solum furti actionem, sed & servi corrupti contra eum dari. Licet enim [is] servus deterior [à solicitatore] minime factus est, & ideo non [31] concurrant regulæ quæ servi corrupti actionem introducunt: tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei pœnalis actio imposita, tanquam [si] re ipsa fuisset servus corruptus: ne ex hujusmodi impunitate & in alium servum, qui facile posset corrumpi, tale facinus à quibusdam perpetretur. §. 9. Interdum [32] etiam liberorum hominum furtum fit: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit. §. 10. Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit: veluti si debitor rem [33] quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit. §. 11. Interdum [quoque] furti tenetur qui ipse furtum non fecit: qualis est is, cujus [34] ope & consilio furtum factum est. In quo numero est, qui [35] tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: aut tibi obstiterit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas acciperet: & hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit [36] armentum. Sed si quid eorum per lasciviam [37], & non data opera, ut furtum admitteretur, factum est: in [38] factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope [39], & consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostium [40] effringit [41] ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cujus rei gratia commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum [42] consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti. §. 12. Hi qui in parentum vel in dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest [43], antequam in domini potestatem revertatur) sed furti actio [44] non nascitur: quia nec ex [45] alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius, furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope [46] & consilio ejus furtum factum esse. §. 13. Furti autem actio ei competit, cujus [47] interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus interfit rem non perire.

§. 14. Unde constat, creditorem [48] de pignore subrepto furti [actione] agere posse, etiamsi idoneum debitorem habeat: quia expedit [49] ei pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeo quidem, ut quamvis [50] ipse debitor eam rem subripuerit, nihilominus creditori competat actio furti. §. 15. Item si fullo [51] polienda curandave, aut sarcinator sarcienda vestimenta mercede certa [constituta] acceperit, eaque furto amiserit: ipse furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil interest [52] eam rem non perire, quum judicio locati à fullone aut sarcinatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ [53] fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit [54], omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fulloni vero & sarcinatori non aliter furti actionem competere, placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit: ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, & si in parte solvendo fuerit fullo, aut sarcinator. §. 16. Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui [55] commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus [56] emendavit: ut in domini voluntate sit: sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat: sive furti adversus eum qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominium [57] non posse ex permutantia ad alteram venire actionem. Sed liquidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: sin autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: cum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem: ita tamen, si dominus sciens rem esse [58] subreptam adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit: sin autem nescius & dubitans rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit, postea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire; tunc ei licentia conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc enim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiamsi ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit; omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcumque casus exitum dominus adversus furem habuerit: eadem definitione obtinente, sive in parte, sive in solidum solvendo sit [58], qui rem commodatam acceperit. §. 17. Sed is [59], apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo [60] malo fecerit. Qua de causa si res ei subrepta fuerit: quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest: sed furti actio domino competit. §. 18. In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes [61] rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu [furandi] consistit [62], ita demum obligari eo crimine impuberem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. §. 19. Furti [63] actio, sive dupli sive quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando [64] aut condicendo potest auferre. Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est; sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condictio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.

extra pœnam est rei persecutio, quam aut vindicando aut condicendo dominus potest auferre. 64 *V. l. 54. §. 3. ff. eod.*

19 *l. 1. §. 2. D. de fugitivis.*

20 *V. l. 1 §. 2. ff. de fugitivis.* Anf.

21 Id est, per lancem & licium. 22 Gell. n. l. 10 cinctus quod ex *Platone* 12 *de legib. fum. fisci, tradunt*: & vero lictores, qui magistratibus apparebant, licio seu lino cinctos fuisse, constat ex 12 *Gellii* 13. intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfam. & virginum pudorem. *Festus.* Alii quod facerdotes licio cincti parcam aetutelapidem (qui κλωθὸς καὶ ἄτροπος) & furca deprehendit, *v. Ps. Dofiteo de*) conditum, in lance ceremoniæ causa deferebatur, ei qui furti fuspectus fieri se purgare soliti essent. Alii, quod is ritus esset furti quærendi, sicuti in emptionibus æs & libra soleniter adhibebatur. Alii (*Mart. Tat. Alciatus & Baldinus*) furto per lancem & licium significari putant furtum rerum ad sacrificia collectarum, quod eum in finem ministri sacrorum licio cincti, lancem ad eas comportandas gestarent.

22 Vide *l. 14. C. de furt.*

23 *l. 1. §. 3. D. de public.* Goth. Et est totum quadruplum pœnæ, non rei persecutorium. § *fin. hic. pr. Inst. t. t. seq. §. 14. Inst. de Action. vers. plane odio. &* §. 18 *Inst. eod.* Anf.

24 *l. 54. in princ. ff. eod.*

25 *l. 48. ff. eod.* Goth. *l. 40. l. 76. ff. de furt. l. 5. §. 8. ff. commod.* Anf.

26 Scævola & Brutus apud 7. *Gell. 15. & 8. Valer. 2.*

27 Vide *l. 46. §. rei. ff. D. eod.*

28 Vide *l. 53. in pr. D. de furtis.*

29 *d. l. 46. §. pen.*

30 *l. 21. C. eod.*

31 Non concurrunt, quia servus non fuit revera corruptus. *l. 1. D. de servo corrupto.*

32 Nec enim mater filii subrepti actionem habet, sed pater: vide *l. 38 39. D. eod.* ut pater sc. *l. 14. §. 13. D. de furtis.*

33 *V. l. 66. in pr. D. eod. Paul. 2. sent. 31. §. 16.*

34 *l. 50. §. ope. D. eod. Paul. 2. sent. 31. §. 10.*

35 Vide *l. 52. §. si quis. de manu. D. eod.*

36 *l. 50. in fin. D. de furtis.* Taurum color rubicundus excitat. *Seneca 2 de Ira, 30. & 2 de Ira, 11. Theophylact. in epistolis. Plutarchus de Alexandri fortuna: Cicero, 2 de divinatione.*

37 Vel lusum perniciosum, qui impunitus esse non debet, vide *l. 10. ff. ad l. Aqu.*

38 Vide *l. 52. §. 20. D. de furtis.* 39 *l. 50. §. 1. ff. de furtis.* 40 Imo non tenetur furti, præsertim si meretricis ostium libidinis causa effregit, *l. 39.* Utcumque injuriæ causa effregerit, & alius res amoverit, *l. 52. in princ.* Utcunque ferramenta sciens commodaverit ad effringendum, vel scalas ad ascendendum, *l. 54. §. pen. D. eod.* 41 *l. 54. §. 4. ff. de furtis.* 42 *l. 36. l. 67. D. de furtis.* Consilium enim non obligat. §. 6. *Inst. mandat.* Anf. Nisi fuerit fraudulentum, *l. 47. ff. de reg. jur. junctâ l. 12. ff. ad l. Jul. de adult. l. 36. l. 52. ff. de furt. l. 3. §. 1. & §. 4. ff. ad l. Corn. de Sicar.* Vid. *Ant. Math. de criminib. cap. 1. n. 7. & seqq. S. L.* 43 *V. l. 48. D. eod.* 44 *V. l. 16. D. eod.* 45 Vide *l. 4. D. de judiciis.* 46 *V. l. 36. §. 1. D. de furtis.* 47 *l. 10. l. 11. l. 12. D. eod. l. ult. in princ. C. eod.* 48 *d. l. 12. §. sed si res.* 49 *l. 25. ff. de reg. jur.*

50 Vide *l. 66. in pr. D. eod.* 51 Vide *l. 48. §. si ego. ff. eod.* 52 Nisi fullo solvendo non sit, *l. 12. ff. eod.* 53 *l. 20. §. 1. l. 52. §. 10. l. 72. ff. eod. l. 5. C. eod.* 54 Et directa in rem actione uti non possit, *§. 4. J. de act.* 55 *V. l. 68. in fin. eod.*

56 *V. l. ult. in fin. C. eod.*

57 Quoties duæ competunt ejusdem rei actiones, unius electio alteram consumit, *l. 9. §. 1. D. de trebinonia.* nisi quis sibi unicam competere per errorem fuerit arbitratus, *l. 4. in fin. D. quod cum eo.*

58 In aliis est, *non esse sic* & *l. ult. C. de furt.* Hottom. Et Cujac. qui ita legit: *rem furreptam non esse apud eum, commodatis actionem instituit: postea autem re comperta, voluit remittere. S. L.*

59 *l. 14. §. is autem apud quem. D. eod.*

60 §. *proxime. Inst. quibus modis re.* & lata culpa quæ dolo fraudeve non caret, quum ob id Bartolus dolum præsumptum vocat: vide *l. 223. l. 226. D. de verb. signif.*

61 *V. l. 23. C. eod.*

62 Ut non factum quæratur, sed causa faciendi, *l. 36. ff. eod.*

63 Furti manifesti actio, præter pœnam quadrupli ipsius rei persecutionem genere vindicationis & condictionis continet, *Paul. 2. sent. 31. §. 12. h. t.*

64 *V. l. 23. C. eod.*

TIT. II.

DE VI BONORUM RAPTORUM [1].

1 XLVII. D. VIII. IX. C. XXXIII.

Origo hujus actionis, & quid in eam veniat. 1. adversus quos. 2. & quibus datur.

QUi res alienas rapit, tenetur [2] quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est, eum [3] improbum furem esse): sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum quadrupli [4], post annum simpli: quæ actio utilis est, etiamsi quis unam [5] rem, licet minimam [6], rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est [7], sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio: ut pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non. Ridiculum enim [8] esset, levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet. §. 1. Ita tamen competit hæc actio, [9] si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem [10] suam esse existimans, & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi [11] domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus, absolvi [12] debet. Cui scil. conveniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via per quam raptores impune suam exerceant avaritiam: melius Divalibus [13] constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se moventem, licet suam eandem rem existimet: sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere: sin autem aliena [res] sit, post restitutionem ejus, etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobilibus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam [in] invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex hac causa ab omni rapina homines abstineant. §. 2. Sane in [14] hac actione non utique expectatur, rem in bonis actoris esse: nam sive in bonis sit, [15] sive non: si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive [16] locata, sive commodata, sive etiam pignorata, sive deposita sit [res] apud Titium, sic ut interfit ejus eam rem [per vim] non auferri (veluti si in deposita re culpam quoque promisit), sive bona fide possideat, sive usumfructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut interfit ejus non rapi: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut dominium accipiat, sed illud solum [quod] ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et [17] generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem.

2 *l. 2. §. pen. ff. eod.*

3 *l. 2. §. cæterum. ff. eod.*

4 *V. l. 3. C. eod.*

5 *l. 2. §. 11. ff. eod.*

6 *l. 2. §. 24. ff. eod. Nov. 63. c. 1.*

7 In hac prætoria actione scil. nihilominus tamen etiam furti in eum agi potest. *ff. eod.* & criminaliter, *l. 6. in fin. C. ad l. Jul. de vi publica.* furti vero pecuniaria pœna est.

8 Hæc vox refertur ad illa superiora: *sive comprehendatur raptor in ipso delicto, sive non.* non ad illa: *non totum pœna est, sicut in actione furti*, ac si diceret, cum non distinguatur in hoc delicto, sicut in furto, sitne manifestum necne, raptorem gravius fure puniri constat. *v. hic Theoph.*

9 *l. 2. §. 2. §. 8. ff. eod.*

10 *l. 2. §. 18. ff. eod. l. 21. §. 3. D. de furt.*

11 *V. l. si quis in tantam. C. unde vi.*

12 Vide quæ notavi ad *l. 1. in fin. D. de furtis.*

13 *l. 7. 10. C. unde vi. l. 13. D. quod metus causa.* 14 *l. 2. §. in hac actione. ff. eod.* 15 Hoc quid sit, *v. l. 52. ff. de acquir. rer.* 16 De causa bonorum, *v. l. 1. §. 10. ff. si is qui testam.* 17 *l. 2. §. & generaliter. ff. eod.*

TIT. III.

DE LEGE [1] AQUILIA.

1 IX. D. II. III. C. XXXV.

Summa. Caput primum. 1. De quadrupede quæ pecudum numero est. 2. De injuria. 3. De casu, dolo, culpa. 4. De jaculatione. 5. De putatione. 6. De curatione relicta. 7. De imperitia medici. 8. De imperitia aut infirmitate mulionis aut equo vecti. 9. Quanti damnum æstimatur, & de heredibus. 10. Quid æstimatur. 11. De concursu hujus actionis, & capitalis. 12. Caput secundum. 13. Caput tertium. Quod damnum vindicatur. 14. De dolo, & culpa. 15. Quanti damnum æstimatur. 16. De actione directa, utili, & in factum.

DAmni injuriæ actio [2] constituitur per legem Aquiliam 3. cujus primo capite cautum est, UT SI QUIS ALIENUM HOMINEM 4 ALIENAMVE QUADRUPEDEM, QUÆ PECUDUM NUMERO SIT, INJURIA OCCIDERIT: QUANTI EA RES IN EO ANNO PLURIMI FUERIT, TANTUM DOMINO DARE DAMNETUR.

2 Id est, actio damni culpa aliqua dati, quo alteri injuria infertur.

3 Seu plebiscitum Aquilianum, *l. 1. ff. eod.*

4 Id est, servum aut ancillam, *l. 2. l. 3. ff. eod.*

§. 1. Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ [gregatim] proprie pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ. † De suibus [5] quoque idem placuit. Nam & sues [6] pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssea [7] ait (sicut Ælius Martianus in suis constitutionibus refert.)

Δῆεις τὸν γε σύεσσι πορήμεναι, οἱ δὲ νέμονται
Παῖρ' Κόρακι Θ- πέτρῃ ὅθι τε κρήνη Ἀρέθουσα. id est,
Sectantem videas, qui errant per pascua porcos
Ad Coracu saxum, juxta fontemque Arethusam.

§. 2. Injuria autem occidere intelligitur [8], qui nullo jure occidit. Itaque qui [9] latronem [insidiatorem] occiderit: non tenetur, utique si aliter periculum [10] effugere non potest. §. 3. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui [11] casu occidit, si modo culpa ejus nulla inveniatur: nam alioqui non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. §. 4. Itaque si quis dum [12] jaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecit, distinguitur. Nam si id à milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.

§. 5. Item si putator ex arbore dejecto [13] ramo servum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam [14] aut vicinalem [15] id factum est, neque proclamavit [16], nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via forte, vel in medio fundo cædebat: licet non proclamavit: quia [in] eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi. §. 6. Præterea si [17] medicus qui servum tuum secuit [18], dereliquerit curationem [ejus], & ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit.

§. 7. Imperitia quoque [19] culpæ adnumeratur: veluti si medicus [ideo] servum tuum occiderit, quia male cum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. 8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter [20] imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio: Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere eas potuisset, æque culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit.

§. 9. His autem verbis legis, QUANTI [21] ID EO IN ANNO PLURIMI FUERIT, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum, qui hodie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti teneatur, quanti [22] hodie erit: sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est pœnalem esse hujus [23] legis actionem: quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris. Ideoque constat in heredem eam actionem non transire [24], quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur. §. 10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit: non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea quæ diximus: sed eo amplius quicquid præterea perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti si [25] servum tuum heredem ab aliquo institutum, ante [26] quis occideret, quam is jussu tuo heredi[tat]em adierit: nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel [27] ex comœdis unus servus occisus fuerit: non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius, id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt. §. 11. Liberum autem est ei cujus servus occisus fuerit, & ex judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis [28] [eum reum facere]. §. 12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est [29].

§. 13. Capite tertio de omni cætero damno cavetur. † Itaque, si quis servum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulneraverit: sive eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam [30] vulneraverit, aut occiderit; hoc capite actio constituitur. † In cæteris [31] quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus [32], quæ anima carent, damnum per injuriam datum hac parte vindicatur. Si quid enim ustum aut ruptum aut fractum fuerit: actio ex hoc capite constituitur, quanquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. † Ruptum enim intelligitur [33], quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut usta, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. † Denique responsum est, si [34] quis in alienum vinum aut oleum, id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis [Aquiliæ] eum teneri. §. 14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisave fuerit: ita ex hoc capite [35], de dolo aut culpa, [&] de cætero damno quemque teneri. † [Ex] hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed [36] quanti in diebus 30 proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit. §. 15. At nec [37] plurimi quidem verbum adjicitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse, [38] quod prima parte eo verbo usa esset. §. 16. Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipue [39] corpore suo damnum dederit. † Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles [40] actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut [41] fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit [42], ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitaverit, ut præcipitaretur [43]: aut si quis alieno servo persuaserit, ut in [44] arborem ascenderet, vel in puteum [45] descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: utilis actio in eum datur. † Sed si quis alienum servum [aut] de [46] ponte aut de ripa in flumen dejecerit, & is suffocatus fuerit: eo quod projecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. † Sed si [47] non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit: sed alio modo alicui damnum contigerit: quum non sufficiat, neque directa, neque utilis [48] legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia [49] ductus, alienum servum compeditum [50] solverit, ut fugeret [51].

5 Vide *l.65.§.4. ff. de legat. 3.*
6 *l.65. §. 4. ff. de leg. 3.*
7 *Iliad. 13.*
8 *l. 5. l. 49. §. quod dicitur. ff. ad. l. 1. §. interdum. D. de injur.*
9 *l. 4. l. 5. 45. §. pen. ff. eod.*
10 Hodie nemo tenetur ad fugam. *l. 1. C. Quando quisque sine judice. In verb. resistendi.* Ant. Christianus tamen, ad arcendam alapam, contumeliam magnam, aut ne fugiatur, interfectionem licitam non esse, rectè defendit Grot. *de Jure belli, lib. 2. cap. 1. num. 10.* Vide porro DD. *ad l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jure. S. L.*
11 Adde *l. 52. ff. eod.*
12 *l. 9. §. ult. ff. eod.*
13 *l. 31. D. eod. l. 7. D. ad l. Corn. de sicar.*
14 Quæ & militaris & βασιλικὴ. *Theoph.*
15 Vide *l. 3. D. de locis & itineribus. c. ἢ ἐπὶ κώμης ἢ πύργου.* Vicus χώρα ἢ κώμη. *Theoph.*
16 Ergo clamandum, ut omnes libi caveant. Vide Wamef. *centur. 2. consil. civil. 51 n. 5.* Ans.
17 *l. 6. §. 3. D. de offic. præsid.*
18 *l. 8. in pr. ff. eod.* Φλεβοτομήσας. *Theoph.* ut ad venæ sectionem hunc locum referas.
19 *l. 8. §. 1. l. 27. §. si calicem. ff. eod.* vide *l. 7. in fin. ff. eod. l. 13. §. 3. ff. locati.* Goth. Vide Rainald. Corf. *lib. indagat. jur. 1. cap. 24.* Ans.
20 Infirmitas culpæ adnumeratur, *l. 8. §. muliones. D. eod.* Goth. Vide *l. 36. §. 1. ff. de rei vind.* Ans.
21 *l. 21. in pr. l. 23. §. idem Julianus scribit æstimationem. D. eod.*
22 Al. *quanti is hodie.* S. L. Intellectum hujus §. vide apud Hartmann. Pistor. *qu. 27. n. 6.* Ans.
23 *l. 23. §. 8. D. eod.*
24 Quia ex maleficiis pœnales actiones in heredem non competunt, nisi lite cum defuncto contestata, & herede locupletiore facto, vide *§. 1. J. de perpetuis.*
25 *l. 23. §. 1. D. eod.*
26 *l. 23. D. eod. l. 8. D. de eviction.* Imo si ante occiderit, non tenetur, *l. 63. D. ad l. Falcid.*
27 *l. 12. §. 1. D. eod.*
28 *l. 23. §. si dolo. D. eod. l. 3. C. eod.*
29 *l. 27. §. hujus legis. D. eod.* fuisse autem videtur non de damno rei nostræ, sed de quovis alio damno, veluti intercepta nobis utilitate quadam: quemadmodum apud Plinium est casus singularis, *9. c. 59.*
30 Aprum, leonem. *l. 29. §. ex hoc. 6. D. eod.*
31 Ut avibus, *d. §. ex hoc. 6.*
32 Fune, retiis, nave, tecto, aqua, & similibus, *d. l. 29. ff. & l. 2. C. eod.*
33 *l. 27. §. inquit lex. §. rupisse. D. eod.*
34 *d. l. 27. §. eum eo. eod.*
35 *l. 30. §. in hac. D. eod.*
36 *d. l. 27. §. certo autem.*
37 *l. 29. in fin. ff. eod.*
38 *V. l. 134. in fin. de verb. obl.*
39 *l. 51. ff. eod.*
40 *l. 4. D. de servo corrupto.*
41 *l. 9. §. si quis hominem. l. 29. §. pen. D. eod. l. 5. ff. eod.*
42 *l. 39. §. 3. D. eod. l. 51. D. de fur.*
43 *l. 53. ff. de fur.*
44 *l. 3. D. de servo corrupto.*
45 *V. Quintil. declamat. 330. Cujac. 15. obs. 26. in fin.*
46 *l. 7. §. sed si quis de ponte. ff. eod.*
47 Si corpore, directa: si alio modo quam corpore corpori damnum datum sit, utilis Aquiliana datur: si vero neque corpore, neque corpori damnum datum sit, in factum actio datur. *hoc §.*
48 Quia nec à corpore, nec in corpus damnum datum est.
49 *l. 7. §. idem Labeo ff. de dolo. v. l. 14. §. 2. ff. de curat.*
50 Solebant enim servi ut sæpius in villis & possessionibus compediti esse, *uti offendi ad l. 7. §. 7. ff. de dolo.*
51 *Adde casum l. 27. §. 1. ff. eod.* de eo qui manci nummos excussit.

TIT. IV.

DE INJURIIS [1].

Verbum injuria quot modis accipitur. 1. Quibus modis sit injuria. 2. Qui & per quos injuriam patiuntur. De parente & liberis, viro, uxore, socero & nuru. 3. De servo. 4. De servo communi. 5. De servo fructuario. 6. De eo qui bona fide servit. 7. Pœna injuriarum ex L. XII Tab. & ex jure Prætorio. 8. ex L. Cornelia. 9. De æstimatione atrocis injuriæ. 10. De judicio civili & criminali. 11. Qui tenentur injuriarum. 12. Quomodo tollitur hæc actio.

1 XLVII. D. X. IX. C. XXXV. XXXVI. *Paul 5. sent. 3.*

GEneraliter injuria dicitur [2] omne, quod non jure fit: specialiter, alias [3] contumelia, quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν appellant: alias culpa, quam Græci ἁμάρτημα [4] dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur, alias iniquitas & injustitia, quam Græci [ἀνομίαν καὶ] ἀδικίαν vocant: cum enim Prætor vel Judex non [5] jure [6] contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur. §. 1. Injuria [7] autem committitur, non solum cum quis [8] pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si [9] cui convicium factum fuerit, sive cujus bona [10] quasi debitoris, qui nihil deberet [11], possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum [12] aut carmen, [aut historiam] scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret [13]: sive quis matremfamil. aut prætextatum, [14] prætextatamve [15] adsectatus [16] fuerit: sive cujus pudicitia attentata [17] esse dicetur, & denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est. §. 2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed [18] [etiam] per liberos suos [19], quos in potestate habet: itemque per [20] uxorem suam: id enim magis prævaluit. Itaque si filiæ alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris: non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit: uxor [21] injuriarum agere non potest. Defendi [22] enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cujus vir in [ejus] potestate est, injuriarum agere potest.

§. 3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur [23], sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos & uxores: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit [24], & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum servum [atrociter] verberaverit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percusserit: nulla in eum actio domino competit. §. 4. Si communi [25] servo injuria facta sit: æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri: sed ex dominorum persona [26]: quia ipsis sit injuria.

§. 5. Quod si usufructus in servo Titii est, proprietas Mævii, magis Mævio [27] injuria fieri intelligitur. §. 6. Sed [28] si libero [homini], qui tibi bona fide servit, injuria facta sit; nulla tibi actio dabitur: sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi serviente: ut totiens admittatur injuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam injuria ei [29] facta sit. §. 7. Pœna autem injuriarum ex lege [30] XII tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummariæ [31] pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed [32] postea Prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare: ut judex vel tanti [reum] condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex Lege XII Tabul. introducta est [33], in desuetudinem abiit: quam [34] autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis [35] frequentatur. Nam secundum [36] gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ, qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore [37], aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito [38] jus æstimationis constituatur. §. 8. Sed & lex [39] Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob [40] eam rem, quod se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam [41] vi introitam [42] esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive [43] in conducta, sive gratis, sive hospitio receptus sit [44]. §. 9. Atrox [45] injuria æstimatur [46] vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus. Vel ex loco: veluti si cui in theatro, vel in foro [47], vel in conspectu Prætoris, injuria facta sit. Vel ex persona: veluti si Magistratus [48] injuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti [49] patronove fiat à liberis vel liberis. Aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei & humilis personæ injuria æstimatur. † Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti si [50] in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur.

2 *l. 1. in pr. ff. eod.*
3 *l. 5. §. 1. ff. ad l. Aquil.*
4 Al. ἀδίκημα.
5 *L. Arist. 5 Ethic.*
5 Secus si ad vindictam magistratus. *l. 32. 53. D. eod.*
6 Imo & jus dicit, etiam cum iniquè decernit. *l. 5. in fin. ff. de just. & jure.*
7 Injuriam patimur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione stupri. Extra corpus convitiis & famosis libellis: quod ex affectu uniuscujusque patientis & facientis æstimatur. *Paul. 2. sent. 4. §. 1.*
8 *l. 5 in pr. ff. eod.*
9 *l. 1. §. 1. l. 15. §. convitium. l. 42. ff. eod.*
10 *V. l. 20. D. eod.*
11 In ver. manusc. erat: *quasi debitoris possidearur ab eo.* &c. quod magis probat Cujac.
12 *V. l. un. C. de famosis libellis.*
13 Aut cantaretur. *sent. 5 Paul. 4. §. 15.*
14 Vide quæ scripti ad *l. 3. in fin. ff. de liber. exhib.*
15 Puellæ quoque prætextæ utebantur. *Cicer. in Verr.* at non peregrini. *1 Macr. 6.*
16 *V. l. 15. §. aliud. D. eod.*
17 *d. §. aliud. l. 9. in fin l. 10. D. eod.*
18 Patimur injuriam per liberos, uxores & liberorum uxores: ideoque eo nomine injuriarum agemus, si modo is qui fecit, in injuriam nostram id fecisse doceatur. *Paul. 5 sent. 4. §. 3.*
19 Idque per consequentias. *l. 1. §. item aut. l. 41. D. eod.*
20 *V. l. 2. C. eod.*
21 *l. 2. ff. eod.* multo minus ulteriores adgnati: quod tamen de caulis tantum civilibus non criminalibus intelligendum est.
22 *Novell. 117. c. 9.*
23 Facta tamen punitur. *l. 1. C. eod. l. 2. ff. de his qui sunt sui.*
24 Adversus bonos mores & injusta domini. *l. 15. §. Prætor. D. eod.*
25 *l. 15. in fin.*

l. 16. D. eod. 26 Qualitate, dignitate & conditione: ut pluris æstimetur injuria facta senatori domino quam plebeio. 27 Proprietario scil. *l. 15. §. antepen. D. eod.* 28 *l. 15. §. 48. D. eod.* 29 Servo scil. Doctores idem statuunt, si subdito, vasallo, monacho, civi, famulo, procuratori & ministro, in contumeliam eorum quibus hi subjecti sunt, facta sit injuria. 30 Injuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto jure introducta est lege XII Tabb. erat de famosis carminibus, membri rupti, & ossibus fractis. *Paul. 5. sent. 4. §. 6.* 31 Id est, viginti quinque asses librales, 20. *Gell. 1. Festus in verbo, Grave as:* 18. *Plin. 3.* 32 Hæc actio injuriæ honoraria infra dicitur: & moribus introducta a *Paul. 5. sent. 4. §. 7.* quoties numirum factum pro qualitate sui arbitrio judicis æstimatur, & congruenti pœna supplicio vindicatur.
33 Id est, talionis: 20. *Gell. 1. de qua Exod. 21.* 34 Hanc honorariam paulo post vocat. & S. à prætoribus introductam, quamque Paulus moribus introductam appellat, ut ante diximus. 35 Extra ordinem, *l. ult. D. eod.* 36 *l. 17. §. 3. D. eod.* 37 Actor servus erat, qui pecuniis domini credendis & exigendis præerat. *l. 14. in princ. D. depositi.* 38 Solebant enim domini servos fugæ suspectos nervo vincire, *de quo plenius dixi ad l. 7. §. 7. D. de dolo.*
39 Hæc actio injuriarum, mixto jure ex lege Cornelia constituta dicitur, à Paulo *5. sent. 4. §. 8.*
40 Id est, his tribus de causis. *l. 5. in princ. ff. eod.* 41 Vide *l. 22. D. eod. l. 7. ff. de extraord. criminib.* 42 *Subaudi*, ab his qui directarii appellantur, in quos extra ordinem animadvertitur. *Paul. illo loco.* 43 *l. 5. §. damnum. D. eod.* 44 Non momentaneo, sed ad longius aliquod tempus, puta domicilio. vide *l. 1. §. damnum. D. de aleatoribus.* 45 *Paul 5. sent. 4. §. 10.* Atrox injuria æstimatur loco (ut si in publico; tempore (ut si interdiu); persona, ut si senatori, equiti, decurioni, vel alias spectatæ authoritatis viro illata sit. 46 *l. 7. §. atrocem. l. 8. l. 9. ff. eod. l. 4. C. eod. Paul. 5. sent. 4. §. 10.* 47 Sic injuria augetur ratione loci. *l. ant facta. 16. §. 4. ff. de pœn.* Ans. 48 Huc pertinet oratio Demosth. curatorum ludorum Macchi, cæsi in mala à Midia. 49 *l. 8. §. omnia. D. de pœnis.* 50 *l. 8. ff. eod.*

tut. § 10. In summa sciendum est, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter [11] agere, vel civiliter [12]. Et si quidem civiliter [13] agitur: æstimatione [14] facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter: officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur. † Hoc videlicet observando, quod Zenoniana [15] constitutio introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, & per [16] procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi vel suscipere, secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet. §. 11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum [17] ille quoque tenetur, qui [18] dolo fecit [injuriam], vel qui procuravit, ut cui [19] mala pugno percuteretur.

§. 12. Hæc actio dissimulatione [20] aboletur, & ideo si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim [21] passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolere.

11 Extraordinario, *vel ante* seu privato judicio. *l. 2. l. ult. C. eod.*

12 *l. 2. in fin. D. eod.*

13 Iniuriarum civiliter demonstratio, ejusque æstimationem inferre influs, famosus [illegible] *l. 1. D. eod.* §. 9.

14 Vide *l. 11. D. eod.*

15 *l. ult.*

16 Vide *l. 12. §. 2. D. eod.*

17 *l. 27. in fin. ff. eod.*

18 Id est, cujus ope, consiliove factum dicitur. *Paul. 5. sent. 4. §. 19.* 19 *l. 11. ff. eod.*

20 Unius anni lapsu, *l. 5. C. eod.* pacto, manifestione, jurejurando vide *l. 11. § 1. ff. eod.* morte, vide *l. 10. §. 2. ff. si quis cautionib.* 21 Hinc colligunt, Dominum, canonem post triennium recipientem, remisse injuriam emphyteutæ suo videri vel præsumi.

Tit. V.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR [1].

1 12. D III & IV. IX. & XLVII V.

Si judex litem suam fecerit. 1. De dejectu, vel effusis, & positis, vel suspensis. 2. De filiofam. habitante seorsum à patre. 3. De damno aut furto, quod in nave, aut caupona, aut stabulo factum est.

2 *V. l. ult. ff. de var. & extraord.*

Si judex [2] litem suam fecerit: non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri; & in quantum de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam sustinebit. §. 1. Item is [3], ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis [4] habitat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter [5] fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si caderit) alicui nocere: quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo vero, quod dejectum effusumve est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum, quinquaginta [6] aureorum pœna constituitur. Si vero vivat, nocitumque ei esse dicatur: quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis [7] præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. §. 2. Si filiusfamil. seorsum [8] a patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fuerit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est: Juliano placuit in patrem nullam [8] [esse] actionem, sed cum ipso filio [9] agendum esse. Quod & in filiofamil. judice observandum est, qui litem suam fecerit. §. 3. Item exercitor [10] navis, aut cauponæ, aut stabuli, de dolo aut furto, quod in navi aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum [11], quorum opera navem aut cauponam, aut stabulum exercet. Cum enim neque ex maleficio, neque ex contractu sit adversus eum constituta hic actio, & aliquatenus [12] culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur. † In his autem casibus in factum actio competit: quæ heredi quidem datur, adversus [13] heredem autem non competit.

3 *l. 5. §. in quoque. ff. de obl. & act. & toto tit. D. de his qui dejecerint.*

4 *l. 1. §. 2. ff. de his qui dejecerint.*

5 *l. 1. §. 2. l. 5. §. 9. D. de his qui dejecer. l. 31. D. ad leg. Aquil.*

6 *l. 1. in princ. & §. 5. ff. de his qui dejec.*

7 *l. ult. D. de his qui dejec.*

8 Cur ita? *l. 1. §. 7. de S. C. Silan. & l. 58. D. de reg. jur.*

9 *V. l. 39. in not. ff. de obl. & act.* Anf.

10 *l. 5. §. ult. D. de obl. & act.*

11 *l. 1. §. 5. & ult. in fin. D. naute, caupo. l. un. furti adversus naut.*

12 *l. 5. in fin. D. de obl.*

13 *l. 16. D. de jurej. l. 5. §. hæc autem act. d. tit. de his qui effud.*

Tit. VI.

1 XLIV. D. VII.

DE ACTIONIBUS [1].

Continuatio & definitio. 1. Divisio prima in actiones reales & personales. 2. De actione confessoria, & negatoria. 3. De actionibus prætoriis realibus. 4. De Publiciana. 5. De rescissoria. 6. De Pauliana. 7. De Serviana & quasi Serviana seu hypothecaria. 8. De actionibus prætoriis personalibus. 9. De constituta pecunia. 10. De peculio. 11. De actionibus in facto & jurejurando. 12. De actionibus pœnalibus. 13. De prejudiciis. 14. An res sua condici possit. 15. De nominibus actionum. 16. Divisio secunda. 17. De rei persecutoriis. 18. De pœnæ persecutoriis. 19. De mixtis, hoc est, rei & pœnæ persecutoriis. 20. De mixtis, id est, tam in rem quam in personam. 21. Divisio tertia. 22. De actionibus in simplum. 23. in duplum. 24. in triplum. 25. in quadruplum. 26. Subdivisio actionum in duplum. 27. Subdivisio actionum in quadruplum. 28. Divisio quarta de actionibus bonæ fidei. 29. De rei uxoriæ actione in ex stipulatu actionem transfusa. 30. De potestate judicis in judicio bonæ fidei: & de compensationibus. 31. De actionibus arbitrariis. 32. Quinta divisio. De incertæ quantitatis petitione. 33. De plusve petitione. 34. De minoris summæ petitione. 35. Si aliud pro alio petatur. 36. Divisio sexta de peculio. 38. De actione adversus parentem, patronum, socium, donatorem. 39. De compensationibus. 40. De eo qui bonis cessit.

Superest, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam jus [2] persequendi [3] in judicio, quod sibi debetur [4].

§. 1. Omnium autem actionum quibus inter aliquos apud judices [5] arbitrosve de quacunque re quæritur, summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt [6], aut in personam [7]. † Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdam modis [8]. Aut cum eo agit, qui nullo [9] jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat [10]: nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. §. 2. Æque si agat [quis], jus sibi esse fundo forte vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio est.

† Ejusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti [11] si [quis] agat jus sibi esse altius ædes suas tollendi prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. † Contra quoque de usufructu, & de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ sunt actiones: ut [12] si quis intendat jus non esse adversario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi prospiciendive, vel projiciendi, immittendive: aut e quoque actiones in rem sunt, sed negativæ. † Quod [13] genus actionis in controversiis rerum corporalium præditum non est. Nam in his is agit, qui non possidet [14]: ei vero, qui possidet [15], non est actio prodita, per quam neget rem actoris esse. Sane uno [16] casu qui possidet, nihilominus [18] actoris partes obtinet, sicut in latioribus Digestorum libris opportunius apparebit. §. 3. Sed illæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis & civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas Prætor [17] ex sua jurisdictione comparatas habet tam in rem, quam in personam, quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere: [ut] ecce. Plerumque ita permittit [Prætor] in rem agere, ut vel [18] actor dicat se quasi usucepisse, quod non usucepit: vel ex diverso possessor [19] dicat adversarium suum non usucepisse quod usucceperit. §. 4. Namque si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rem directam [20] actionem ad eam persequendam: quippe ita proditæ sunt jure civili actiones [21], ut quis dominium suum vindicet. Sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem: inventa est à Prætore actio, in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usucepisse, quam usu non cepit, & ita vindicat suam esse: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum à [22] Publicio Prætore in Edicto proposita est. §. 5. Rursus ex diverso, si quis [23] cum Reip. causa abesset, vel [24] in hostium potestate esset, rem ejus qui in civitate esset, usucceperit: permittitur domino, si possessor Reip. causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usucapione eam petere: id est, ita petere, ut dicat possessorem usu non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & aliis simili æquitate motus Prætor accommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet. §. 6. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bortis ejus à creditoribus possessis ex sententia Præsidis: permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione eam rem petere [25], id est, dicere eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse.

§. 7. Item Serviana & quasi Serviana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris jurisdictione subsistantiam capiunt. Serviana [26] autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure [27] pro mercedibus fundi ei tenentur. † Quasi Serviana autem est, qua [28] creditores pignora hypothecasve persequuntur [29]. † Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest: nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata: utraque hac appellatione continetur: sed in aliis differentia est. Nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis [30] sit. At [31] eam, quæ sine traditione, nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. 8. In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet Prætor: veluti [32] de pecunia constituta: cui similis videbatur receptitia. Sed ex nostra constitutione (cum [&] si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est) [&] ea quasi supervacua, jussa est cum sua auctoritate à nostris legibus recedere. † Item Prætor proposuit actionem de peculio servorum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor juraverit? & alias complures. §. 9. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur [33], quicumque pro se vel pro alio solvturos se constituerint: nulla scil. stipulatione interposita: nam alioqui si stipulanti promiserint, jure [34] civili tenentur. §. 10. Actiones autem de peculio, ideo adversus patrem [35] dominumve [36] comparavit Prætor: quia licet ex contractu filiorum servorumve ipso jure non teneantur [37]: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum) condemnari eos.

§. 11. Item si quis postulante adversario juraverit, deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur: justissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur [38], sed an juraverit. §. 12. Pœnales quoque actiones Prætor multas ex sua jurisdictione introduxit: veluti adversus eum, qui quid ex albo ejus [39] corrupisset: & in eum, qui patronum, vel parentem [40] in jus vocasset, cum id non impetrasset: item adversus eum [41], qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit: & alias innumerabiles.

§. 13. Prajudiciales actiones [42] in rem esse videntur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber [43] an libertus [44] sit, vel de partu agnoscendo [45]. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cæteræ ex ipsius Prætoris jurisdictione subsistantiam capiunt. §. 14. Sic itaque discretis actionibus, certum est, non posse actorem suam rem ita ab alio petere, Si apparet eum dare oportere [46]. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scil. quia [47] dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat. Nec res quæ [jam] actoris est [48], magis ejus fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione [49] teneantur, Si appareat eos dare oportere: quamvis sit adversus eos etiam [hæc] in rem actio, per quam rem suam quis esse petit.

§. 15. Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes [50]: in personam vero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicere [51] enim est denunciare prisca lingua: nunc vero abusive dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit. §. 16. Sequens illa divisio est, quod quædam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt.

§. 17. Rei

2 Id est, formula apud pedaneos judices agendi: nam in jure actione non utimur. *Cinac. n. l. 51. D. eod.*

3 An & excipiendi. *v. l. 1. ff. de except.*

4 Hæc definitio tam personali, quam reali actioni competit; vide Hotom. *lib. 3. obs. 17.* Anf.

5 *l. 15. in pr. D. de re jud.*

6 *V. l. 25. in pr. ff. eod.*

7 *l. 25. ff. b. t.* Anf.

8 Puta, ne quid fiat (quo pertinent quædam interdicta) vel ut fiat, vel ne fiat, *l. 6. C. de ingen. man.* 9 Forte legendum, qui neutro jure. 10 Id est, contra vindicet (id enim olim erat usitatum, dicit Boëtius in Topic.) saltem verbo tenus, *Cont. 1. disp. 12.* 11 *l. 2. D. si fam. vind.* 12 *l. 5. D. si usu. pet.*

13 Sensus hujus verborum fabricat fundi postulatus, quique ab eo servitutem debere negat, actione negativa concepta juvatur, & obtinere potest. At in controversia rei corporalis actor, si modo rem justissimis non esse dixerit, non eo solo juvabitur, [illegible] necesse sit ulteriorius progredi, ac fundum ipsum, quem non possidet, vindicare.

14 Charond. *ver. rism. lib. 3. cap. 2.* Anf.

15 Alias non ultro datur actio possessori, *l. 1. §. 6. D. uti possid.*

16 Bato legit, *in hoc casu*, id est, actionibus negatoriis servatum. Feretus vero, *non in uno casu* qui ob id a Roberto reprehenditur, *l. recept. 18.* Actoria judicia mixta accursius refert illum unum casum. Faber, ad *l. 14. ff. de probatio.* Contra *Iul. noscell. 23.* ad interdictum uti possidetis, cui favet *l. 1. §. 6. ff. uti poss. Vatic.* Contius *l. Sed cognitum 1.* ad l. 15. *de novi operis nunc.* Minsinger *hic*, ad præjudicialia in rem actiones. Charondas ad *l. 9. ff. de rei vind.* recte Hotomanus hic ait, torqueare illud esse, non docere: interea, dum apertius loquatur Imperator, sibi videri ait legendum, *sane illo casu*: ut superior significetur.

17 Actionum aliæ civiles, aliæ honorariæ. *l. 25. in fin. D. de obl.*

18 Hi duo casus proxime exponuntur. §. 4. & 5.

19 Ex diverso possessorem dicat. *Bald. hic.* § 5 *l. eod.*

20 Qua dominus non est. §. 15. *ff. de obl. ex delict.*

21 *l. 23. de rei vind.*

22 *l. 1. D. de publ.*

23 *V. l. 1. §. 1. l. 31. ff. ex quib. caus. major.*

24 *V. l. 14. 15. d. tit.*

25 Pauliana vel in factum actione, *l. 1. §. 2. & l. 14. quæ in fraud. cred.* ut & patrono Faviana, *l. 1. D. si quid in fraud. patr.* utrique Calvisiana: minori (in casu *l. 96. in princ. D. de solut.*) Interdicto, vel Edicto fraudatorio.

26 Quæ prætoria dicitur, quod à prætore sit approbata. *DD. hic. l. 19. C. de usur.*

27 *V. l. 4. ff. in quibus caus. pign.* Hic interim nota, pignus prætorium ob contumaciam ante sententiam; judiciale, ad executionem sententiæ; legale, vi legis, & quidem tacite; conventionale, partium consensu contrahi. *Goth.* Vide Moz. *de pignor. cap. 2. num. 24.* Anf.

28 Vide *l. 16. §. 3. l. 17. ff. de pign.* dicitur etiam hypothecaria. 29 Et vindicant. *l. 10. in fin. C. de pignorat.* 30 *l. 238. §. 2. ff. de verb. signif.* 31 Differunt ea ratione tituli de pignoribus & de pignoratitia actione. 32 Est igitur de constituto actio prætoria. *l. 1. ff. de pecunia const.* alias jure civili, non est actio ex nudo pacto. *l. 7. D. de pact.* 33 Constitutoria actione, *l. 5. §. 2. l. 21. ff. l. 2. C. de constit. pecun.* 34 *V. l. 8. in fin. ff. de acceptilat.*

35 *V. l. 1. C. ne filius pro patre.* 36 *V. l. 12. C. quod cum eod.* 37 Vide tamen *l. 39. cum not. ff. de Oblig. & Act.* Anf. 38 *V. l. 5. §. dato. ff. de jurejurando.* 39 Quo Edictum perpetuum continebatur, *l. 7. in princ. ff. de jus. vocando.* 40 *V. l. 4. ff. de in jus vocando.* 41 *l. 1. l. pen. & tot. tit. ff. ne quis cum qui in jus.* 42 De natura actionum præjudicialium vide Vultei. *disc. cept. cap. 3.* Anf. 43 Hæc datur domino in servum, *l. 26.* & contra. *l. 24. de liberali causa.*

44 Hæc datur patrono in libertum, & è contra. *l. 14. de prob.* 45 Hac quæritur, an ex marito mulier prægnans sit, *l. 1. in fin. de lib. agnosc.* adde interdictum de liberis exhibendis, vindicationem liberorum jure Quiritum adversus tertios, *l. 1. §. 1. de rei vind.* actionem pro rebus piis, *l. 9. l. pen. de obsequ.* & alimentis parenti exhibendis, *l. 5. in pr. de lib. agnosc.* & contra.

46 Formula actionis personalis. 47 *V. l. 167. ff. de reg. jur.* 48 *V. §. 6. & 20. S. de legatis.* 49 Id est, condictione furtiva, quoties rem non possident. *l. 1. & tit. de condict. furt. &c.*

50 *V. l. 25. ff. de obl. & act.* 51 Vide Festum in Condicere.

§. 17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. † Earum vero actionum, quæ in personam sunt, ex quidem quæ ex contractu nascuntur, fere [52] omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. † Plane si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit: in duplum actionem Prætor reddit: si modo eum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede ejus de dolo ipsius agitur, quo casu mista est actio.

§. 18. Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam tantum persequitur quis actione furti [53]: sive enim manifesti agatur, quadrupli: sive non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: sive fur ipse eam rem possideat, sive alius quilibet. † Eo amplius adversus furem etiam condictio est [rei] [54]. §. 19. Vi autem bonorum raptorum actio mista est: quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. † Sed & legis Aquiliæ actio de damno injuria [dato], mista est, non solum si adversus inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat: veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti [55] is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem. † Item mista est actio [56] contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint, usque adeo, ut etiam in judicium vocarentur. tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum ejus fit condemnatio. §. 20. Quædam actiones mistam [57] causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam: qualis est familiæ erciscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate [58]. † Item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune [59] est, ut id dividatur. † Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent [60]. In quibus tribus judiciis permittitur [61] judici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adjudicare: & si unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare. §. 21. Omnes autem actiones, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum; ulterius autem nulla actio extenditur [62]. §. 22. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato: & denique ex aliis quampluribus [63] causis. §. 23. In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis [64]. Item servi corrupti [65]: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxurioſe vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato quod [66] venerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ supra diximus. §. 24. Tripli vero [agimus], cum quidam majorem vera æstimationem quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores [67], id est executores litium [68], ampliorem summam sportularum nomine exigerent. tunc enim id quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, [in] triplum ab actore consequetur: ut in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum [69] passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice [70] fulget, quam [71] procul dubio certum est ex lege condictitia emanare. §. 25. Quadrupli autem agitur, veluti furti [72] manifesti. Item de [73] eo quod metus causa factum sit, deque ea pecunia quæ in hoc data sit, ut is cui datur, calumniæ [74] causa, negotium alicui faceret, vel non faceret. † Item [75], ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis normam à reis quicquam exegerint. §. 26. Sed furti quidem nec manifesti actio, & servi corrupti, à cæteris, de quibus simul [76] locuti sumus, eo differunt, quod hæ actiones omnimodo dupli sunt: at illæ, id est, damni injuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi, inficiatione duplicantur, in confitentem autem in simplum dantur. Sed illa quæ de his competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione duplicatur [77], sed etiam si distulerit relicti solutionem usque quo jussu magistratuum nostrorum conveniatur. In confitentem vero, ante quam jussu magistratuum conveniatur solventem, simpli redditur. §. 27. Item actio de eo quod metus causa factum sit, à cæteris de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod ejus natura tacite continetur, ut qui judicis jussu ipsam rem actori restituat [78], absolvatur: quod in cæteris casibus non est ita: sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione. §. 28. Actionum autem quædam [79] bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei [80] sunt hæ: ex empto, vendito [81], locato, conducto [82], negotiorum gestorum [83], mandati [84], depositi [85], pro socio [86], tutelæ [87], commodati [88], pignoratitia [89], familiæ erciscundæ [90], communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato [92] proponitur, & ea quæ ex permutatione [93] competit, & hereditatis [94] petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hereditatis petitio esset, an non, nostra tamen constitutio [95] aperte eam esse bonæ fidei disposuit. §. 29. Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei judiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus: merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu [actio] quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei sit. [Sed] & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus [96] in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur: cujus solius providentia hoc induximus. §. 30. In bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris judiciis ex rescripto D. Marci opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio [97] easdem compensationes, quæ jure aperto [98] nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascunque: excepta [99] sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

§. 31. Præterea quasdam actiones arbitrarias, id est, ex arbitrio judicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio judicis is cum quo agitur, actori satisfaciat: veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat: condemnari debeat. Sed istæ actiones, tam in rem, quam in personam inveniuntur: In rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur quod [100] [vi] aut metus causa, aut [1] dolo malo factum est. Item cum id [2], quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio judicis pendet [3]. In his enim actionibus & cæteris similibus permittitur judici ex bono & æquo secundum cujusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat [4].

§. 32. Curare [5] autem debet judex, ut omnino quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiamsi de incerta quantitate apud eum actum est. §. 33. Si quis agens, [in] intentione sua plus [6] complexus fuerit quam ad eum pertineat, à causa cadebat [7], id est, rem amittebat: nec facile in integrum restituebatur à Prætore, nisi minor erat vigintiquinque annis. Huic enim sicut in aliis casibus causa [8] cognita succurrebatur, si lapsus juventute fuerat: ita & in hac causa succurri solitum erat. Sane [9] si tam magna causa justi [10] erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset [11], etiam majori 25 annis succurrebatur; veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quæ efficiebant, ut plus petiisse videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur [12]. † Plus autem quatuor [13] modis petitur: re, tempore, loco, [&] causa. † Re: veluti si quis pro decem aureis qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is cujus ex parte res est, totam eam, vel majorem partem suam esse intenderit. † Tempore: veluti si quis [14] ante diem vel ante conditionem [15] petierit. Qua enim ratione qui tardius [16] solvit, quam solvere deberet, minus solvere intelligitur, eadem ratione qui præmature petit, plus petere videtur. † Loco plus petitur: veluti cum quis id quod certo loco sibi [dari] stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit, EPHESI DARE SPONDES? Romæ pure intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam, alio loco petenti arbitraria actio proponitur [17]: in qua scil. ratio habetur utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solveret (quo se foluturum spopondit.) Quæ utilitas plerunque in mercibus [18] maxima invenitur: veluti vino, oleo, frumento quæ per singulas regiones diversa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non [19] in omnibus regionibus sub eisdem usuris fœnerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo ut sibi detur stipulatus est: pura [20] actione recte agit: idque etiam Prætor monstrat: scil. quia utilitas solvendi salva est promissori. † Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa plus petit: ut ecce, si quis ita à re stipuletur, HOMINEM STICHUM, AUT DECEM AUREOS DARE SPONDES? deinde alterum petat, veluti hominem tantum aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere stipulationis promissoris [21] est electio, utrum pecuniam [22], an hominem solvere malit. Qui igitur pecuniam tantum vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero [sui] deteriorem. Qua de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere: id est, ut eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea, si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem adversario tollit, cui stipulationis [23] jure liberum fuit, aliud solvere, quam quod petieretur. Quinetiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod majoris pretii est [24]. Sed hæc quidem antea in usu fuerant; postea vero lex Zenoniana [25] & nostra [26] rem coarctavit. Et, siquidem tempore [27] plus fuerit petitum: quod statui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur constitutio: sin autem quantitate [28] vel alio modo plus fuerit petitum: [in] omne, si quod forte damnum ex hac causa acciderit ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicuti supra diximus) puniatur [29].

§. 34. Si minus [30] in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti si cum ei decem [aurei] deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cum totus fundus ejus esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine [31] periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adversarium in eodem judicio [32] ei condemnat ex constitutione divæ memoriæ Zenonis. §. 35. Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem judicio, cognita veritate, errorem suum corrigere [33] [ei] permittitur: veluti si is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur. §. 36. Sunt præterea quædam actiones quibus non [semper] solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modo solidum persequimur, modo minus: ut ecce, si in peculium filii servive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quam persequimur: in solidum dominus paterve condemnatur: si vero minus inveniatur: earenus [34] condemnat judex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus [35].

§. 37. Item si de dote [in] judicio mulier agat: placet eatenus maritum [36] condemnari debere, quatenus facere possit, id est, qua-

---

[52] Nam depositi, tumultus causa, actio mixta est, *ut hic* J. *eod.* & legati ad pias causas, §. 19.] *eod.* ex quali contractu.

[53] *l.* 54. §. *cum furti. ff. de furtis.* aliud vero persequitur aliis actionibus.

[54] Furtiva, sed & ad exhibendum, & vindicatio. *l.* 7. §. 1. *de cond.*

[55] *l.* 23. §. 3. *ad l. Aquil.*

[56] §. 23. *in fin.* J. *eod.*

[57] *l.* 37. §. 1. *ff. de obl.*

[58] *l.* 22. §. *pen. ff. fam. ercisc.*

[59] Citra hereditatis causam. *l.* 4. §. 3. *ff. comm. divid.*

[60] *l.* 1. 2. 3. 4. *ff. fin. regund.*

[61] *l.* 2. *fin. reg. l.* 52. §. 5. *ff. fam. ercisc. l.* 1. *comm. divid.*

[62] Lege tamen Mosis furtum bovis quintuplo puniebatur. *Exod.* 22.

[63] Id est, realibus.

[64] Puta incendii & naufragii. *l.* 1. §. 1. *depositi.*

[65] *l.* 10. *l.* 14. *ff. de serv. corrup.*

[66] *l.* 46. §. 1. *C. de epise.*

[67] Quibus interdum magistratus arbitrium committit. *l. ult. ff. de judic.*

[68] Ac sententiarum. *v. l.* 12. *C. de pœn. sacr. scrin. l.* 6. 12.

[69] *V. Nov.* 53. *cap.* 3. *in fin.*

[70] Priori scil.

[71] Ex qua procul dubio est ex lege condictitiam emanare. *Cujac. ita lezit.*

[72] §. *vi bon. rap.*

[73] *l.* 14. §. 10 *ff. quod met. causf.*

[74] *l.* 1. *ff. de calumniatoribus.*

[75] Item lex condictitia extra constitutionem oritur.

[76] Supra locuti.

[77] Id est, hæc actio duplatur & inficiatione & mora. *v.* §. 1. J. *de pœna temere.*

[78] *V. l.* 14. §. 1. *D. quod met. causf.*

[79] Quarum aliæ generales, aliæ speciales. *l.* 38. *D. pro socio.*

[80] Cur ita dicantur, *vi* §. 30. J. *eod.*

[81] *l.* 1. *l.* 11. *ff. de act. empt.*

[82] *l.* 17. *C. de loc.*

[83] *l.* 5. *D. de obl. l.* 7. *D. de negotiis.*

[84] *l.* 2. & *l.* 5. *D. de obl. l.* 3. *in fin. l.* 10. §. 3. *l.* 35. *ff. mandati.*

[85] *l.* 1. §. 15 *D. depositi: l.* 7. *ff. de eo quod certo loco.*

[86] *l.* 52. §. 1. *ff. pro socio.*

[87] *l.* 1. §. 1. *ff. de tutela & rationib. distr.*

[88] *l.* 3. §. 2. *ff. commodati.*

[89] *l.* 7. *D. de pign. l.* 6. *C. de pignorat.*

[90] *l.* 9. *C. fam. ercisc.*

[91] *l.* 4. §. 2. *l.* 12. §. 1 *D. comm. divid.*

[92] *l.* 1. *D. de æstimatoria.*

[93] *l.* 1. *D. de rer. permut. l.* 2. *C. eod.*

[94] *l. ult. in fin. C. de her. petit.*

[95] *l. ult. C. de pet. hered.*

[96] An anteriorem & expressam habentibus? *v. Nov.* 110. *c.* 1. *l. assimilatus.* 12. *C. qui potiores.* an & creditoribus posterioribus quorum pecunia empta militia, empta aut reparata fuerit navis aut domus? *v. Novell.* 97. *c.* 3. 4.

[97] *l. ult. C. de compens.*

[98] Id est, liquidi ad liquidum.

[99] *V. l. ult. C. depos.*

[100] *l.* 14. § 1. *ff. quod met. causf.*

[1] *l.* 18. *ff. de dol.*

[2] *l.* 2 *quod cer. loc.*

[3] *l.* 3. §. 2. *D. ad exhib.*

[4] Quid? arbitrariæ actiones tum bonæ fidei erunt ex ratione §. 30. *T. eod.*? Welemio. tradit, natura sua stricti juris esse: ex accidenti vero (quia incerta quantitas & æstimatio vel jurejurando in litem vel arbitrio judicis petita, postea certa taxatur. §. 32. J. *eod.*) arbitrarias esse.

[5] Sententia certam summam continere debet. *v. C. de sent. quæ sine certa quantitate proferur.*

[6] *V. C. de plus petit. ubi dixi.*

[7] Plus debito petens in quam pœnam incidat, vid. Tessaur. *decis.* 231. Ut tamen plus petens causa cadat, requiruntur quatuor, quæ vide apud Capyc. *decis.* 49. *num. fin.* Ita fallit, casu quo quis in sua conclusione clausulam salutarem adhiberit: quia eo casu in majori summa minor inest, Joseph. Ludovic. *decis.* 51. *p.* 1. *in fin.* Hodie tamen hæc pœna amissionis causæ cessat, & solummodo restat actio ad reparationem ejus damni, quod quis ratione plus petitionis passus est. Wamel. *vol.* 2. *consil.* 64. Anf. Adde Mornac. Autumn. & Francisc. Zyp. *ad tit. C. de plus petit.* Christin. *decis. Belg.* 1. 66. & *vol.* 2. 158. *num.* 10. S. L.

[8] *l.* 1. *l.* 11. §. *sciendum. ff. de minor. v. Paul.* 1. *sent.* 10. *Cujac.* 7. *obs.* 27. & *Nov.* 15. *c.* 4 & *C. de plus petit. & ext.* 2. *tit.* 11.

[9] Ex justa causa datur restitutio.

[10] Error justus esse potest.

[11] Constantissimus quisque labi potest.

[12] *l.* 1. *D. quod leg. l. pen. C. ad l. Falc.*

[13] Plus quatuor modis petitur.

[14] *l. uxic. in fin. D. quando dies usufr. l.* 1. *de edem. l.* 44. *ff. de obl. l.* 38. §. *anter. l.* 41. *l.* 137. §. 2. *de verb. obl.*

[15] Etiam tacitam. *v. l.* 21. *de jur. dot.*

[16] *l.* 12. *in fin. D. de verb sign.*

[17] Et proponi potest, quia summa in stipulationem deducta restricte & definite non petitur, sed hoc demum, quod æquius melius arbitrio videbitur. *l.* 1. *ff. quod certo loco.*

[18] Et earum pretio. *l.* 63. *ff. ad l. Falc.*

[19] *l.* 1. *in pr. D. de usur. l.* 3. *in fin. l.* 4. *quod cert. loc. divid.* † 18. *d. l.* 2. §. *ult.*

[20] Id est, sine arbitrii mentione, *l.* 4. *in princ. D. quod certo.*

[21] *V. l.* 34. §. *pen. D. de contr. empt. l.* 10. *in fin. de jure dot. l.* 95. *in pr. ff. de solut.*

[22] Id est, sub alternatione, quemadmodum stipulatus est, utque talis sit actio, qualis stipulatio. *l.* 75. §. *illud. J. qui illud. de verb. obl.*

[23] Generalis, æque ac alternativæ, *l.* 32. *in fin. ff. de cond. indeb.*

[24] Nec enim æstimatio ad rem, sed ad utilitatem debitoris referenda est: quinetiam, quod invito fit, ei melius fieri videri non potest. *v. l. ult. ff. de usu & habit.*

[25] De qua §. 10. J. *de excep.*

[26] Quæ desideratur.

[27] *l.* 2. *in pr. C. de plus petit.*

[28] *d. l.* 2. §. *ult.*

[29] Excipe legem 1. *D. de condict. ex lege.*

[30] *d. l.* 2.

[31] Et ita libellum emendare potest. *l.* 3 *C. de edend.*

[32] Si residuum petitum sit, *v. l.* 18. *ff. comm. divid.*

[33] Usque ad sententiam. *v. l ult. C. de error. advoc.* porro quando emendare & mutare libellum quis possit, *v. Doctores in l. edita. ff. de edendo.*

[34] *l.* 47. §. 2. *D. de pecul.*

[35] J. *tit. prox.*

[36] Et e contra mulierem, *l.* 17. *l.* 22 *ff. de re judic.*

quatenus facultates ejus patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrit facultates ejus, in solidum diminatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem [16] quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito [quasi] retentio concessa est: quia ipso jure [17] necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet. §. 38. Sed & [18] si quis cum parente suo [18] patronove agat [19]: item si socius [20] cum socio, judicio societatis agat: non plus actor consequitur, quam adversarius ejus facere potest.

† Idem est, si quis ex [21] donatione sua conveniatur.

§. 39. Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt [22], ut minus quisque consequatur, quam ei debeatur. Nam [23] ex bono & æquo habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem causa præstare oportet, judex in reliquum eum cum quo actum est, condemnat [24], sicut jam dictum est.

§. 40. Cum eo quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id quod facere potest, creditores [25] experiuntur: inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari.

16 Impensarum nomine. *l. 5 & 7. ff. de impensis in res dotal.*
17 *l. 1. l. 5. d. t. l. 56. § 2. de jure dot.*
18 Id est, omnibus ascendentibus *l. 16. in fin. de re judic.*
19 *l. 17. ff. de re judic.*
20 *d. l. 16.*
21 *l. 18. D. de don.*
22 *l. ult. C. de compens.*
23 *l. 5. C. de condict.*
24 *Novell. 135. c. 4 D. de eff. exec.*
25 Vid. exceptiones apud Socinum reg. 47.

Tit. VII.

1 XIV. D. V. IV. C. XXV.

QUOD CUM EO [1], QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

Scopus & nexus. 1. De servis quod jussu. 2. De exercitoria & institoria actione. 3. De tributoria. 4. De peculio & in rem verso. 5. De concursu dictarum actionum. 6. De filiisfamiliis. 7. De SC. Macedoniano. 8. De actione directa in patrem vel dominum.

2 § 36. *Inst. prox.*

QUia [tamen] superius [2] mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum servorumque agitur: opus est, ut de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia sive cum servis negotium gestum sit, sive cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem fere jura servantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem [3] intellecturi de liberis quoque & parentibus quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie servetur, separatim ostendemus. §. 1. Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit: in solidum [4] Prætor adversus dominum actionem pollicetur: sc. quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur. §. 2. Eadem ratione Prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria [5], altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum [6] suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet [7]. Institoria tunc habet locum [8], cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi servum suum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur [9]. Istas tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum servum navi aut tabernæ aut cuilibet negotiationi præposuerit: sc. quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interveniat. §. 3. Introduxit & aliam actionem [10] Prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si servus in peculiari merce, sciente [11] domino, negotietur, & quid cum eo ejus rei causa contractum erit: ita Prætor jus dicit, ut [12] quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro [13] rata portione distribuatur: & [ideo tributoria vocatur,] quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oporteret, hanc ei actionem accommodat, quæ tributoria appellatur. §. 4. Præterea introducta est actio de peculio, deque eo quod in rem domini versum erit: ut quamvis sine voluntate [14] domini negotium gestum erit, tamen sive [15] quid in rem ejus versum fuerit, id totum præstare debeat: sive [16] quid non sit in rem ejus versum, id eatenus præstare debeat: quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem eius impenderit servus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem puta aureis, quos servus tuus à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque [quidem] in solidum damnari debes: pro cæteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo sc. apparet si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint: totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationem tranſit, quam aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. Cum autem quæritur, quantum in peculio sit? Ante [17] deducitur, quicquid servus domino, sive qui in potestate ejus sit, debet: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet servus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit: quod eo pertinet, ut si [18] quid vicario suo servus debeat, id ex peculio ejus non deducatur. §. 5. Cæterum dubium non est, quin is quoque qui jussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deque eo quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium, & tantum habere ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributoria actio competit, æque de peculio & de in rem verso agere potest. Sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua [19] non est, id est, quod domino debetur, non deducitur: sed ejusdem juris est dominus, cujus & cæteri creditores. At in actione de peculio ante [20] deducitur, quod domino debetur: & in id quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo [21] expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria ejus tantum, quo negotiatur. Et potest quisque tertia forte parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: majorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut foenebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certe qui potest probare, in rem domini versum esse: de in rem verso agere debet [22]. §. 6. Quæ diximus de servo & domino, eadem [23] intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre avove, cujus in potestate sunt. §. 7. Illud proprie servatur in eorum persona, quod S. C. Macedonianum [24] prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in potestate parentis sunt: & ei qui credidit, denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sint, sive morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quam adversus patrem avumve: sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo Senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur [25]. §. 8. Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris, dominive contractum fuerit, quodque in rem ejus versum erit: directo [26] quoque posse à patre dominove condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet: quia hujus quoque jussu contractum intelligitur.

3 § 6. *J. cod.*
4 *l. 1. in pr. D. quæ jussu.*
5 *l. 1. l. 14. D. l. 4. C. 25.*
6 Et alium quemvis, *J. cod.*
7 *l. 1. § exercitorem. ff. de exercitor.*
8 *l. 3. 4. 5. in pr. & 18. ff. de institor.*
9 Qui certæ rei aut facto institores, *l. 5. § idem ait. D. cod.*
10 Quia actione de peculio conventus dominus vel pater ante omnes creditores suum debitum præcipit. *l. 9. § 2. ff. de pecul.*
11 Id est, non prohibente: ut non sit necesse dominum velle: sufficiat autem nolle. *l. 1. § scientiam. ff. de tributoria.*
12 *l. 1. in pr. D. de tribut.*
13 *l. 5. in fin. de tributor.*
14 De in rem verso actio non utitur domini voluntate, sed utilitate.
15 *l. 1. D. de in rem verso.*
16 Ex superioribus collige, ex jussu domini generali dari actionem *quod jussu* ex speciali, *exercitoriam*, si navi, *Institoriam*, si tabernæ, *Magistri institoriam*, si certæ rei servum aut quemvis præposuit: ex gesto servi patiente domino: *Tributoriam*, eo ignorante: actionem de *in rem verso*, si quid versum est, vel si ratum dominus habuit: *de peculio*, si nihil versum est, adversus parentem aut dominum actionem tribui. Et hæc de contractibus hujusmodi personarum, siquidem *prox. tit.* de illarum delictis, ut & *tit. 9.* de pauperie facta ab animalibus dicetur.
17 Idque privilegio parentum & dominorum singulari. *l. 9. § 2. D. de pecul.*
18 *V. l. 17. ff. de pecul.*
19 *l. 1. ff. de tributoria.*
20 *V. § 4. in fin. J. cod.*
21 *V. l. 11. D. de tributoria.*
22 *l. 4. § 2. ff de in rem verso.*
23 *V. cod. in pr.*
24 *l. 1. ad SC. Maced. & C. eod. tit.*
25 *l. 1. l. 3. C. ad SC. Maced.*
26 Id est, suo nomine. *l. 1. de in rem verso. l. 2. quod jussu.*

Tit. VIII.

1 IX. D. IV. III. C. XLI.

DE NOXALIBUS [1] ACTIONIBUS.

De servis. Summa. 1. Quid sit noxa, & noxia. 2. Ratio harum actionum. 3. Effectus noxæ deditionis. 4. De origine harum actionum. 5. Qui conveniuntur noxali actione. 6. Si servus domino noxiam commiserit vel contra. 7. De filiisfam.

EX maleficiis servorum [2]: veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus [3] domino damnato permittitur [4], aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere. §. 1. Noxa [5] autem est [ipsum] [6] corpus quod nocuit, id est servus: noxia [7] ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria. §. 2. Summa autem ratione permissum est, noxæ deditionem fungi. Namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra [8] ipsorum corpora dominis damnosam esse. §. 3. Dominus noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur [9]: nec minus in perpetuum ejus servi dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est [servus] resarcierit quæsita pecunia: auxilio Prætoris invito domino manumittetur [10]. §. 4. Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti [11] ex Lege XII tabularum, damni injuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti injuriarum [12], & vi bonorum raptorum. §. 5. Omnis [13] autem noxalis actio caput [14] sequitur. Nam si servus tuus noxam commiserit: quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem pervenerit: cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit: directo ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit [15]. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is servus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici, primo [16] libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset. §. 6. Si servus domino noxam commiserit: actio nulla nascitur. Namque inter [17] dominum & eum qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si [18] in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo cujus nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus servus noxiam tibi commiserit, & is [19] postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur [20] actio: quia [21] in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit: nec si manumissus aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest. §. 7. Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum masculis & fœminis admisere: nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem [22] recte respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum, & maxime filiam, in noxam alii dare: ut pene per [filii] corpus pater magis [23] quam filius periclitetur: cum in filiabus etiam pudicitiæ favor hoc bene excludat? Et ideo placuit, in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus sæpius dictum, ipsos [24] filiosfamiliarum pro [25] suis delictis posse conveniri.

2 Dictum est enim superiori tit de eorum contractibus.
3 Servus qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxæ dedi potest *Paul. 2. sent. 33. §. 7.*
4 Ad sententiæ executionem usque. *l. 20. § 5. ff. de petit. her.* & sic intelligenda est lex *1. ff. de noxal.*
5 Noxam à noxia hic distinguit Tribonianus, quod Grammatici notant: & male. Noxa enim à nocendo. Noxiam vero pro maleficio usurpat Plautus Bacchidibus, Careo noxia. sic noxa pro noxia apud Virgil.
6 Noxa caput sequitur. *l. 20. ff. de Noxalib. Act. l. 1. § 2. ff. de priv. delict. S. L. 7 l. 238. ff. de verb. sign.*
8 *l. 7. § 1. D. de damn. J. l. 1. § 15. ff. de vi & vi.*
9 *l. 2. C. eod.*
10 Quia actor non plenum jus potestatis adeptus erat. *arg l. 2. in fin. D. si ex noxali causa.*
11 Accurrius subaudit, non manifesti, ut eo sensu constituat furti manifesti actionem prætoriam: verum hæc vox de furto quoque manifesto intelligenda est, quia generalis est. Deinde ex ipsis legib. XII Tab. constat furti manifesti quoque actionem descendere. Neque pugnat quod *J. de perpetuis & temporalibus actionibus.* actio furti manifesti dicitur esse Prætoria. Pœnam enim pecuniariam Tribonianus illo loco spectavit, quæ a Prætore est inventa, & ita quoque Theophilus ibidem scripsit reliquit. 12 *V. l. 17. § 4. ff. de injur.* 13 Servus si furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest. Noxa enim caput sequitur, *Paul. 2. sent. 31. § 8.* 14 *l. 1. in fin. ff. de privat. delict.* 15 Quoties scil. qui liber deliquit, servus factus est. 16 *V. § servi autem. J. de jure person.* 17 *l. 1. in fin. C. eod.* 18 *l. 31. in princ. vers. sed & de minorib.* 19 *l. 37 D eod.* 20 *l. 37. D. eod.* alias intercidit, ἀνοσβὶ γενται. *Theophil.* 21 *V. l. 16. D. ad l. Aquil.* 22 Ut noxæ dedantur sc. *l. 33. 34. 35. D. eod.* 23 *l. 8. in fin. D. quod met. causa.* 24 Furti directa actio hodie in ipsos filiosfam. datur, à patre non defensos, *ut hic. & l. 33. l. 34. D. de noxalib. act.* Olim in eos tantum emancipatos directa erat. *Paul. 2. sent. 31. § 9.* 25 *l. 37. D. de jud. in. & l. 39. D. de oblig. & act.*

Tit. IX.

1 IX. D. IX.

SI QUADRUPES [1] PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

De actione si quadrupes, ex leg. XII tab. 1. De actione ædilitia concurrente cum actione de pauperie.

ANimalium nomine, quæ ratione carent [2], si [3] qua fascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem [4] fecerint: noxalis actio Lege XII tabular. prodita est. (Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita Lex XII tabularum scripta est), ut puta, Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, [cornu] petierit. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam [5] moventur, locum habet. Cæterum si genitalis [6] sit feritas; cessat actio. Denique si ursus fugerit à domino, & sic nocuerit; non potest quondam dominus conveniri: quia desiit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam facisse dici, quod [7] sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem. §. 1. Cæterum sciendum est, ædilitio edicto [8] prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit, & si adversus ea factum erit, & nocitum libero

2 Nam rerum inanimatarum nomine alia actione agitur.
3 *l. 1. ff. cod.*
4 Olim de pastu dabatur. *Paul. 1. sent. 13.*
5 Id est, contra suam qualitatem naturalem, *v. quæ scripsi ad l. 2. §. 2. ff. cod.*
6 Naturalis, *d. §. 2.*
7 *V. l. 33. in fin. C. de inoff.*
8 *l. 40. 41. 42. ff. de ædil. edict.*

libero homini esse dicatur: quod bonum & æquum judici videtur, tanti dominus condemnetur, cæterarum [vero] rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem adilitias actiones & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes, alia 9 aliam consumit.

9 *l. 6v. D. de obl. & act. l.130. D. de reg.*

Tit. X.

DE IIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Per quos agere licet. 1. Quibus modis Procurator constituitur. 2. Quibus modis tutores vel curatores constituuntur.

NUnc [1] admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio; cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non [2] posse, nisi pro populo, pro libertate [3], pro tutela 4. Præterea lege Hostilia permissum 5 erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, quive in eorum cujus tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus 6, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ sæpe hominibus impedimento sunt quo minus rem suam ipsi exequi possint. §. 1. Procurator neque certis verbis, neque præsente [semper] adversario, imo plerumque eo ignorante 7 constituitur. Cuicumque enim permiseris rem tuam agere aut defendere: is tuus procurator intelligitur.

§. 2. Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro expositum est.

1 Forte hoc addidit, ut intelligeremus priscis temporibus suo tantum nomine agere licuisse, idque mero jure, *ut dixi ad l 123. D. de regul. jur.* Nunc vero utilitatis causa necesse esse, lege agere, etiam alieno nomine.

2 Adeo ut senibus non daretur etiam excusatio. *l. Gell. 20.*

3 Ne servus egisse cognosceretur; assertores & vindices constituti erant. *Hot.*

4 Quia minor per ætatem se defendere nequit.

5 Permissum fuerat agere. *Hot.*

6 *l. 1. §. 7* Et absente. *l. 1. l. 65. D. de procur.*

Tit. XI.

1 II. D. VIII. II. C. LVII.

DE SATISDATIONIBUS [1].

Jus antiquum de judicio reali. 1. De judicio personali. 2. Jus novum de reo. 3. De procuratore actoris. 4. De procuratore rei præsentis. 5. vel absentis. 6. Unde hæc forma discenda. 7. Unde hæc forma observanda.

SAtisdationum modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisdare possessor [2] compellebatur: ut si victus [esset], nec rem ipsam restitueret, nec litis æstimationem: potestas esset petitori, aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus, quæ satisdatio appellatur, judicatum solvi. Unde autem sic appelletur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset judicatum. Multo magis is qui in rem actione conveniebatur, satisdare cogebatur, si alieno nomine judicium accipiebat 3. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat, satisdare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores [vero] & curatores eodem modo quo & procuratores satisdare debere, verba 4 Edicti faciebant: sed aliquando his agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita [erant] si in rem agebatur.

§. 1. Si vero in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur. Ab ejus vero parte cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisdaret: quia nemo defensor in aliena re sine 5 satisdatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiebat in personam: judicatum solvi, satisdare non cogebatur. §. 2. Sed hodie hæc aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, sive personali suo nomine: nullam satisdationem pro litis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quod in judicio permaneat 6 usque ad terminum litis, vel committitur 7 suæ promissioni cum 8 jurejurando (quam juratoriam cautionem vocant) vel nudam promissionem 9; vel satisdationem pro qualitate personæ suæ dare compellitur. §. 3. Sin autem per procuratorem lis vel infertur, vel suscipitur: in actoris quidem persona si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litis in judicio procuratoris sui personam confirmaverit 10; ratam 11 rem dominum habiturum satisdationem procurator dare compellitur: eodem observando, & si tutor, vel curator 12, vel aliæ tales personæ quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt. §. 4. Si vero aliquis convenitur: siquidem præsens procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in judicium venire, & sui procuratoris personam per judicatum solvi (satisdationem 13 solenni stipulatione) firmare, vel extra judicium satisdationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fidejussor existat pro omnibus judicatum 14 solvi satisdationis clausulis. Ubi & de hypotheca suarum rerum convenire compellitur: sive in judicio promiserit, sive extra judicium caverit: ut tam ipse, quam heredes 15 ejus obligentur. Alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ (in judicium) veniet: vel si non venerit, omnia dabit fidejussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum. §. 5. Si vero reus præsto ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem ejus subire: nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisdationem judicatum solvi pro litis æstimatione præstet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut jam dictum est) alienæ rei sine 16 satisdatione defensor idoneus intelligitur.

§. 6. Quæ omnia apertius & perfectius à quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. §. 7. Quam formam non solum in hac regia Urbe, sed [etiam] in omnibus nostris Provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censemus: quum necesse sit, omnes Provincias, caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam Urbem, ejusque observantiam sequi.

2 *l. 33. in pr. ff. de fidejuss. l. 8. ff. jud. solvi. l. 2. C. uti possid.*

3 Nam & de rato cavebat. *l. 40. §. sed & si. D. de proc.*

4 Quæ extant *l. 33. §. pen. D. de procur.*

5 *V. l. 46. §. 2. D. de procur.*

6 *V. Nov. 112. c. 2.* Hodie non est id in usu apud Gallos. *v. Rebuff. in proœm. constit. reg. gloss. 5. n. 3.*

7 *V. Nov. 112. cap. 2.*

8 *V. l. 12. C. de prox. sacr. scrin. lib. 11.*

9 *V. l. 6. in fin. D. ut legator. servand.*

10 *V. Nov. 112. c. 2.* vel literas adversario direxerit de rato. *v. l. 65. D. de procur.*

11 Vid. tit. Digestorum, Ratam rem haberi.

12 *l. 2. §. 2. C. de jurejur.*

13 *l. 2. §. 2. C. de consortibus ejusdem litis.*

14 Vide titulum Digestorum, Judicatum solvi. Hujusmodi stipulatio hodie apud Gallos non est in usu.

15 *l. 5. in pr. ff. qui satisdare.*

16 *§. 1. T. eod. l. 110. ff. de reg. jur.*

Tit. XII.

1 XLIV. D. III.

DE PERPETUIS ET [1] TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT.

De perpetuis & temporalibus actionibus. 1. De actionibus quæ in heredes transeunt, vel non. 2. Si pendente judicio reus actori satisfecerit.

HOc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege, Senatusve consulto, sive ex sacris Constitutionibus [2] proficiscuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones, tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt [3]: eas vero quæ ex propria Prætoris jurisdictione pendent, plerumque [4] intra annum vivere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt ex, quas bonorum possessori, cæterisque qui heredis loco sunt, adcommodat [5]. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius Prætoris jurisdictione proficiscatur: tamen perpetuo datur: absurdum enim esse existimavit, anno eam terminari. §. 1. Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipso jure [6] competunt, aut à Prætore dantur: & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima [7] juris regula, ex maleficiis [8] pœnales actiones in heredem [rei] non competere: [veluti] furti 9, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt [10], nec denegantur: excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando [11] tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit: veluti [12] cum testator dolose versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. † Pœnales autem actiones quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ [13], & heredibus dantur, & contra heredes transeunt [14]. §. 2. Superest, ut admoneamus, quod si ante rem judicatam, is cum quo actum est, satisfaciat actori: officio judicis convenit eum absolvere, licet in ea causa fuisset judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet; & hoc est quod antea vulgo dicebatur, omnia judicia absolutoria esse.

3 Ut & [illegible] usucapionibus. Cur? bonæ publicæ causa. *l. 1. §. de usurpationibus.*

4 Cui additur *l. 25. ff. de obl.*

5 *l. 2. ff. de possess. bar. pet.*

6 Ex legibus.

7 Civilis constitutio. *l. 1. ff. de privatis delictis adde l. 111. §. 1. ff. de reg. jur. l. 2. in fin. ff. vi bon. rapt.*

8 *ad hæc §. 9. I. de l. Aquil.*

9 Furti manifesti, concepti, & oblati actio heredi competit. Sed in heredem non datur. *Paul. 2. sent. 31. §. 6.*

10 *l. 1. §. 4. ff. de vi & vi arm.*

11 Regulariter contra. *l. 12. l. 49. ff. de obl.*

12 Hæc particula delenda. *v. Cujac. ad l. 121. in fin. ff. de verb. oblig.*

13 *V. l. 26. ff. de obl.*

14 Idem dicendum, si heres factus est locupletior, tunc enim actio transit, quantum ad ipsum pervenit, *l. 23. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquil. l. un. C. ex delict. defunct.*

1 XLIV. D. I. VIII. C. XXXVI.

Tit. XIII.

DE EXCEPTIONIBUS [1].

Continuatio. Ratio exceptionum. 1. Exempla, quod metus causa, de dolo in factum. 2. De non numerata pecunia. 3. De pacto. 4. De jurejurando. 5. De re judicata. 6. De cæteris exceptionibus. 7. Divisio prima. 8. Divisio secunda. 9. De peremptoriis. 10. De dilatoriis. 11. De dilatoriis ex persona.

SEquitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum [2] eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit; tamen iniqua sit adversus eum cum quo agitur.

§. 1. Verbi gratia, si metu coactus 3, aut dolo inductus 4, aut errore 5 lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras [promittere]; palam est, jure civili te obligatum esse: & actio qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut dolo mali, aut in factum 6, composita ad impugnandam actionem.

§. 2. Idem juris est, si quis [quasi 7] credendi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numeravit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet: quum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione 8 pecuniæ non numeratæ te defendi debere: cujus tempora 9 nos (secundum quod jam superioribus 10 libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus. §. 3. Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne [11] à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia de causa efficax est adversus eum actio quam actor intendit, Si apparet eum dare oportere. sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conventi [13]. §. 4. Æque si debitor creditore deferente juraverit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet [14]: sed quia iniquum est de perjurio quæri; defenditur [15] per exceptionem jurisjurandi. † Et iis quoque actionibus quibus in [16] rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones, veluti si petitore deferente possessor juraverit eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vindicet: licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse: iniquum tamen est possessorem condemnari. §. 5. Item si in judicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam: nihilominus obligatio durat: & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest: sed debes per exceptionem [17] rei judicatæ adjuvari. §. 6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqui, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest. §. 7. Quarum quædam ex legibus vel ex iis [18] quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. §. 8. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. §. 9. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia petereter.

§. 10. Temporales atque dilatoriæ sunt [19], quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conventi: cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis; differre debent actionem, & post tempus agere: ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, objectaque sit exceptio: neque eo judicio quicquam consequebantur, propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant: cum temere rem in judicium deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus: sed eum qui ante tempus [20] pactionis vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ [21] constitutioni subjacere censemus: quam sacratissimus Legislator de iis qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit: in duplum habeant ii qui talem injuriam passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur observare.

§. 11. Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ [22] exceptiones, quales sunt procuratoriæ. Veluti si per militem aut mulierem [23] agere quis velit. Nam militibus [24] nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro Rescripto procuratorio nomine experiri conceditur: suis vero negotiis superesse sine offensa [militaris] disciplinæ

2 *V. l. 2. in pr. ff. eod.*

3 *V. l. 9. C. de cont. stipul. l. 4. §. pen. ff. de doli mali except.*

4 *V. l. 1. C. de inutil. stip.*

5 *V. l. 57. ff. de obl.*

6 *l. 2. §. & generaliter. l. 4. §. adversus. ff. de doli mali except.*

7 *l. 2. §. 3. ff. de doli mali.*

8 *V. T. de literar. obl.*

9 Biennium.

10 *Tit. de literar. oblig.*

11 *l. 2. §. 4. ff. de doli mali & metus except.*

12 Id est, ipso jure. *l. 27. §. pactum. 2. ff. de pact.*

13 *l. 7. §. sed qui nulla. ff. de pact.*

14 An quia jusjurandum non est modus tollendæ obligationis jure civili? aut ex alia causa?

15 *V. l. 40. ff. de jurejur.*

16 *l. 3. §. 1. de jurejur.*

17 *V. l. 7. §. & generaliter. ff. de except. rei jud.*

18 *l. 3. in pr. ff. eod.*

19 *l. 27. §. si cum. 1. ff. de pact. v. l. 19. C. de prob. l. 12. C. de except.*

20 Potest tamen creditor ante tempus cautionem exigere, casu quo animadvertit debitorem sua dilapidare, ne postea inanis fiat actio. *l. 41. ff. de judic. l. inter omnes. ff. qui satisd. cog. l. quod si in diem §. 1. ff. de petit. hered. l. 2. ff. de Evict.* Ans. Adde *l. 14. ff. de pignor.* & ibi Bart. Bald. Castal. Cacialup. *in tract. de debitore suspecto.* Mosc. *De contract. Rubr. de pignorib. vers. quæ actio. num. 12. 13.* Manoch. *De Arbitr. jud. lib. 1. cent. 1. cas. 87. S. L.*

21 *De qua §. 33. in fin. T. de act.*

22 *l. 2. in fin. ff. eod.*

23 *l. 41. ff. de procuratoribus.*

24 *l. 7. l. 9. C. de procur. l. 31. C. de locate. l. 8. §. 2. ff. de procurat.*

plimæ possunt. | Eas vero exceptiones, quas olim procuratoribus propter infamiam [15] vel dantis [16] vel ipsius [17] procuratoris opponebantur, cum in judiciis frequentari nullo modo perspeximus, conquiescere eas jussimus: ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

[15] Eorum scilicet, ne litigaret. [16] Fit enim honor, per procuratorem litigare *l. ult. C. de postulando.* [17] *l. 19. §. 2. ff. de probat.* Vide *l. 19. §. 2. ff. de probat. ubi dixi.* Infamis procurator esse potest, *hoc* § Jure Canonico *cap. 1. & 2. ibi Glos. qu. 3. cap. 4.* quod tamquam honestius hodie servatur. Andr. Gail. Vid. *l. 21. ff. de postulat. & l. 6. C. de procurat.* Anf.

TIT. XIV.

DE REPLICATIONIBUS.

De replicatione. 1. De duplicatione. 2. De triplicatione. 3. De cæteris exceptionibus. 4. Quæ exceptiones fidejussor. prosunt, vel non.

INterdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie justa videtur, [tamen] inique noceat: quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia: quæ [1] replicatio vocatur. quia [2] per eam replicatur, atque resolvitur jus exceptionis, veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat [3]: deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat: nocet ei exceptio. Convenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt: sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento. §. 1. Rursus interdum evenit, ut replicatio quæ prima facie justa est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia quæ [4] duplicatio vocatur. §. 2. Et si rursus ea prima facie justa videatur, sed propter aliquam causam actori inique noceat; rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur: quæ dicitur triplicatio. §. 3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est agnoscere. §. 4. Exceptiones autem quibus debitor defenditur, plerumque adcommodari solent, etiam [5] fidejussoribus ejus, & recte: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati judicio redditurus est eis quod [is] pro eo solverint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit; placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce [6] enim debitor [7], si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, si [8] bonis cesserit. Sed hæc exceptio fidejussoribus non datur: ideo sc. quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis quos pro eo obligavit, suum consequi.

1 *l. 10. C. de except.*
2 *l. 2 § 2 & 3. l. 22 ff. de except. d. l. 10. C. de except.*
3 *l. 27. § pactus ne peteret. ff. de pact.*
4 *l. 2. §. sed & contra. ff. de except.*
5 *l. 7. ff. de except. l. 16. ff. de fidejuss. l. 11. C. de except.*
6 De quo prædicatur species, de eodem & genus prædicatur.
7 *l. 3. C. de bonis authoritate judicis. l. 1. in pr. D. de recept. qui arbitr.*
8 *Al.* nisi & Basilica. *ad l. 3. C. de bon. author.* ἐὰν μὴ ἐξέλθῃ. & ita legendum apud Theophilum, non ἐξέλθῃ.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS[1].

1 XLIII. D. 1. VIII. C. 1.

Continuatio & definitio. 1. Divisio prima. 2. Divisio secunda. 3. De interdicto adipiscendæ. 4. De interdicto retinendæ. 5. De retinenda vel acquirenda possessione. 6. De interdicto recuperandæ, & affinibus remediis. 7. Divisio tertia. 8. De ordine, & vetere exitu seu ritu.

SEquitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

2 Summa dicitur ab officio interdictorum *l. 1. §. interdictum. ff. eod.*

§. 1. Summa autem divisio interdictorum hæc est [2]: quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. † Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidenti vel mortuum inferenti [3], quo ei jus erat inferendi, vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. † Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet [ea ea hereditate:] aut cum jubet ei, qui vi de possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. † Exhibitoria sunt, per quæ jubet exhiberi: veluti eum cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt.

3 *l. 1. §. prætor. D. de mortuo infer.*

† Sunt tamen, qui putent proprie interdicta ea vocari quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur.

4 Hæc divisio ab interdictorum fine sumitur. *l. 2. §. hæc autem. D. eod.*

§. 2. Sequens divisio [4] interdictorum hæc est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. §. 3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur QUORUM BONORUM [5], ejusque vis & potestas hæc est: ut quod ex his bonis quisque quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. † PRO HERede autem possidere videtur, qui [6] putat se heredem esse. PRO POSSESSORE [7] is possidet qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. † Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum: quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. † Interdictum quoque quod appellatur SALVIANUM [8], adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. §. 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta UTI POSSIDETIS, & UTRUBI: cum [9] ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit: & [10] ante quæratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat? Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio instituì: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat [11]. Et quia longe [12] commodius est [& potius] possidere, quam petere: ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum [13] autem possidendi in eo est, quod etiamsi ejus res non sit, qui possidet: si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet [in] suo loco possessio: propter quam causam cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorem judicari solet. † Sed [14] interdicto quidem UTI POSSIDETIS, de fundi vel ædium possessione contenditur: UTRUBI vero interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam UTI POSSIDETIS interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiam [15] si alium vi expulerat, aut clam aut precario alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret: UTRUBI vero interdicto is vincebat, qui [16] majore parte ejus anni, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata [17] est: uti ille vincat [& in re soli, & in re mobili, qui [18] possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet. §. 5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed [19] & si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subjectus non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoque apud quos depositum quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quemlibet qui ejus nomine sit in possessione. † Quinetiam animo quoque solo [20] retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. † Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro [21] exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo [22] adipisci possessionem nemo possit. §. 6. Recuperandæ [23] possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum UNDE VI, per quod is qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo qui vi dejecit, vi, vel clam, vel precario possidet [24]. Sed ex Constitutionibus sacris (ut supra diximus), si quis rem per vim occupaverit, fiquidem in bonis ejus est [25], dominio ejus privatur: si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem [rei] dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim dejecit: tenetur lege Julia de vi privata [26], aut de vi publica: sed de vi privata, si sine armis vim fecerit: sin autem cum armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica [tenetur.] Armorum [27] autem appellatione non solum scuta, & gladios, & galeas: sed & fustes, & lapides significari intelligimus. §. 7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt [28], aut duplicia. † Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus [est [29]]: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor [30] is est qui desiderat aut exhiberi, aut restitui. Reus autem is est à quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri [31]. Nam actor est qui desiderat ne quid fiat: reus est qui aliquid facere conatur. † Duplicia [32] sunt, veluti UTI POSSIDETIS interdictum, & UTRUBI. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur: sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet. §. 8. De ordine & vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem jus dicitur (qualia sunt [33] hodie omnia judicia) non [34] est necesse reddi interdictum: sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio [35] ex causa interdicti reddita fuisset.

5 *D. & C. quorum bonorum.*
6 *l. 11. in pr. de petit. her. l. 33. §. 1. ff. de usucapion.*
7 *V. l. 13. §. 2. ff. de pet. her.*
8 *l. 2. §. adipiscendæ. D. eod. & l. 2. D. de Salviano interdicto.*
9 *V. l. 37. in fin. D. de oblig.*
10 *V. l. 3. C. eod.*
11 *l. 62. ff. de judic.* Sarmient. *lib. 1. cap. 2. n. 1. & 2.* Anf.
12 *l. 1. §. 1. ff. de superficiebus.*
13 *l. fin. ff. de adq. poss. l. fin. C. de rei vind.* vide *l. 128. ff. de reg. jur.*
14 *l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti possidetis.*
15 *V. l. 1. §. fin. ff. uti possidetis.*
16 *l. 1. ff. utrubi. l. 2. §. ff. ut. verb. fym.*
17 *l. un. ff. utrubi.*
18 *l. 1. §. 1. perpetuo ff. uti possidetis.* Goth. Qui hodie antiquiorem possessionem edocet tanquam justiorem habens causam, prævalet. *cap. Licet. de probat.* Anf.
19 *l. 9. ff. de adq. poss.*
20 *V. l. 8. l. 44. in fin. ff. de adq. poss.*
21 *Titulo per quas personas.*
22 *V. l. 3. §. 1. D. de adquir. poss.*
23 *l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi. l. 2. C. unde vi. c. redintegranda. 3. q. 1.*
24 Et prædo fit. *c. 5. extra. de restit. spol.*
25 *V. l. 7. C. unde vi.*
26 *De qua l. 25. l. 32. ff. de pœnis.*
27 *V. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi.*
28 *l. 2. in princ. ff. eod.* Sumpta est autem hæc divisio ab interdicendi forma.
29 Id est, in quibus prætor non utrumque litigatorem *(ut in Uti possidetis* sed alterum tantum alloquitur, *ut Unde tu illum dejecisti.*
30 *l. 13. ff. de judiciis.*
31 Cum unum tantum alloquitur prætor. *l. 2. in pr. & ne quid in loco publico. l. 1. in pr. ff. de fluminib.*
32 *V. l. 3. §. 1. ff. uti possidetis.*
33 *§. 1. T. de succeff. sublat.*
34 *V. l. 3. C. eod.*
35 *l. 49. ff. de negotiis.*

TIT. XVI.

DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

De pœnis in genere. 1. De jurejurando, & pœna pecuniaria. 2. De infamia. 3. De in jus vocando.

NUnc admonendi sumus, magnam curam egisse eos qui jura sustinebant [1], ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium quam eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria [2] pœna [3], modo jurisjurandi religione [4], modo infamiæ [5] metu coërcetur. §. 1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex Constitutione [6] nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit, quod putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus inficiantes ex quibusdam causis dupli [vel tripli] actio constituitur: veluti [7] si damni injuriæ, aut [8] legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur [9]. Statim autem ab initio pluris quam simpli est actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his & aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) pluris quam simpli est actio. † Item actoris quoque calumnia coërcetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra Constitutione [10]. † Utriusque etiam partis Advocati jusjurandum subeunt, quod alia [11] nostra constitutione comprehensum est. † Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores multabat, quod nusquam factum esse invenimus: sed pro his introductum est [&] præfatum jusjurandum, & ut improbus litigator [&] damnum, & [12] impensas litis inferre adversario suo cogatur. §. 2. Ex quibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo [13], item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus [14]. Item pro socio, quæ ab utraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed [15] & pacti: & recte. Plurimum enim interest [16], utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit. §. 3. Omnium autem actionum instituendarum principium [17], ab ea parte Edicti proficiscitur, qua Prætor edicit de in jus vocando. Utique enim in primis adversarius in jus vocandus est: id est, ad eum vocandus qui jus dicturus sit [18]. Qua parte Prætor parentibus [19] & patronis [20], item parentibus liberisque [21] patronorum & patronarum hunc præstat honorem: ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quam si id ab ipso Prætore postulaverint, & impetraverint. Et si quis aliter vocaverit: in eum pœnam solidorum quinquaginta [22] constituit.

1 Id est, Jurisconsultos, Prætores, Principes. *v. l. 2. C. de jurejur. propter calum.*
2 Decima litis in libello comprehensæ. §. 1. *T. eod. & Nov. 112. c. 2.*
3 In inficiantes sc. §. 1. *T. eod.*
4 *l. 44. §. 4. ff. familiæ.* Porro sacramentum pecuniæ erat litis causa ab utroque depositæ, sic ut victi consecrarentur, victori sua restitueretur. *Varro 5 de lingua: Festus* & *subscrivarum* 18.
5 *§. 1. T. eod.*
6 *l. 14. §. 1. C. de judiciis. l. 2. C. de jurejurando propter calumn.*
7 *V. l. 4. C. ad leg. Aquil.*
8 *§. 26. T. de act.*
9 Altera pecuniaria pœna est causæ amissio, *l. 1. C. de pœna jud.* & ad expensas condemnatio. *l. 79. ff. de judiciis.*
10 *l. 2. C. de jurejur. propter cal.* Goth. Al. addunt *(quod non calumniandi animo litem movisset, sed existimando, se bonam causam habere.)* Ut explicetur formula qua actor de calumnia jurat. *S. L.*
11 *l. 2. C. de jurejur. propter.*
12 Hoc quemadmodum sublatum sit, aut ignoratum à Justiniano, prudens lector dijudicabit, *ex Nov. 112. c. 2. in princ.* v. *Edictum 7. Justiniani. c. 5.* 13 *V. l. 4. C. de fructib. & lit. exp.* 14 *V. l. 4. in fin. ff. de his qui notantur.* 15 Cur non contrariis? v. *l. 6. in fin. ff. de his qui notantur.* 16 *l. 6. §. pactusve. d. t.* 17 *l. 7. d. t.* 18 *l. 1. ff. de in jus vocando. l. 13. in fin. ff. de judiciis.*
19 De forma vocationis v. quæ notavi *ad d. l. 1.* 20 *l. 3. C. de in jus.* 21 *l. 4. ff. de in jus.* 22 *l. 2. C. de in jus.* 23 Alias 500. *l. 12. 24. 25. ff. de in jus.* v. *Pith. 1 subscrivarum* 18.

Tit. XVII.

DE OFFICIO JUDICIS.

De officio Judicis in genere. 1. De judicio noxali. 2. De actionibus realibus. 3. De actione ad exhibendum. 4. Familiæ erciscundæ. 5. Communi dividundo. 6. Finium regundorum. 7. De adjudicatione.

SUpereſt, ut de Officio Judicis diſpiciamus. Et quidem in primis illud obſervare debet Judex, ne aliter judicet [1], quam legibus aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt.

§. 1. Ideoque ſi noxali judicio aditus eſt, obſervare debet, ut ſi condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, PUBLIUM MÆVIUM LUCIO TITIO IN DECEM AUREOS CONDEMNO, AUT NOXAM DEDERE. §. 2. Et ſi in rem actum ſit [coram Judice]: ſive contra petitorem judicaverit, abſolvere debet poſſeſſorem: ſive contra poſſeſſorem, jubere ei debet, ut rem ipſam reſtituat [2] cum fructibus. Sed ſi poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum [3] eſt ei: ut tamen de litis æſtimatione caveat [4] cum fidejuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. Et ſi hereditas petita ſit: eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de ſingularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos [5] culpa ſua poſſeſſor non perceperit: [ſive illorum] quos perceperit: in utraque actione eadem ratio pene habetur, ſi prædo fuerit [6]. Si vero bonæ fidei poſſeſſor fuerit; non habetur ratio [neque] conſumptorum, neque non perceptorum. Poſt inchoatam autem petitionem, etiam illorum [fructuum] ratio habetur, qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt, vel percepti conſumpti ſunt [7]. §. 3. Si ad exhibendum actum fuerit: non ſufficit, ſi exhibeat rem is cum quo actum eſt; ſed opus eſt, ut etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, ut eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi, cum primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet [8]. Ideoque ſi inter moras [exhibendi] uſucapta ſit res à poſſeſſore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medii temporis, id eſt, ejus quod poſt acceptum ad exhibendum judicium, ante rem judicatam intercеſſerit, rationem habere debet Judex. Quod ſi neget reus cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus [9] exhibendi cauſa petat, idque ſine fruſtratione poſtulare videatur: dare ei debet, ut tamen caveat ſe reſtituturum: quod ſi neque ſtatim juſſu judicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caveat, condemnandus ſit in id quod actoris intererat, ſi ab initio res exhibita eſſet. §. 4. Si familiæ erciſcundæ [judicio] actum ſit; ſingulas res ſingulis [10] heredibus adjudicare debet: & ſi in alterius perſona prægravare videatur adjudicatio; debet hunc invicem coheredi certa pecunia (ſicut jam dictum eſt) condemnare. Eo quoque nomine coheredi [11] quiſque ſuo condemnandus eſt, quod ſolus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit [12], aut conſumpſerit. Quæ quidem ſimiliter inter plures quoque, quam duos coheredes, ſubſequuntur. §. 5. Eadem interveniunt, & ſi communi dividundo de pluribus rebus actum ſit. Quod ſi de una re, veluti de fundo; ſiquidem iſte fundus commode regionibus diviſionem recipiat: partes [13] ejus ſingulis adjudicare debet: & ſi unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. Quod ſi [14] commode dividi non poſſit, veluti ſi homo forte, aut mulus erit, de quo actum ſit: tunc totus [15] uni adjudicandus eſt, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus eſt. §. 6. Si finium regundorum actum fuerit, diſpicere debet Judex, an neceſſaria ſit adjudicatio: quia ſane uno caſu neceſſaria eſt, ſi evidentioribus finibus diſtingui agros commodius ſit, quam olim fuiſſent diſtincti. Nam tunc neceſſe eſt, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quo caſu conveniens eſt, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. † Eo quoque nomine condemnandus eſt quiſque hoc judicio, quod forte circa fines aliquid malitioſe commiſit: verbi gratia, quia lapides finales [16] furatus eſt, vel arbores finales excidit. † Contumaciæ quoque nomine quiſque eo judicio condemnatur: veluti ſi quis jubente Judice metiri agros paſſus non fuerit. §. 7. Quod autem iſtis judiciis alicui adjudicatum fuerit: id ſtatim ejus fit, cui adjudicatum eſt [17].

Tit. XVIII.

DE PUBLICIS JUDICIIS [1].

Differentia à privatis. 1. Etymologia. 2. Diviſio. 3. Exempla de læſa majeſtate. 4. De adulteriis. 5. De ſicariis. 6. De parricidio. 7. De falſis. 8. De vi. 9. De peculatu. 10. De plagiariis. 11. De ambitu, Repetundis, Annona, Reſiduis. 12. Excuſatio.

PUblica judicia neque per actiones ordinantur [2], neque omnino quicquam ſimile habent [cum] cæteris judiciis [3], de quibus locuti ſumus: magnaque diverſitas eorum eſt & in inſtituendo [4], & in exercendo [5]. §. 1. Publica autem dicta ſunt, quod cuivis ex populo executio [6] eorum plerunque [7] datur.

§. 2. Publicorum judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia [8] dicimus, quæ ultimo ſupplicio afficiunt [homines], vel [etiam] aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, ſi quam infamiam irrogant cum damno pecuniario: hæc publica quidem ſunt, non tamen capitalia.

§. 3. Publica autem judicia hæc ſunt: lex Julia [9] majeſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. Cujus pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.

§. 4. Item lex Julia de adulteriis coërcendis, quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio [10] punit, ſed & eos [11] qui cum [12] maſculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam ſtupri flagitium punitur, cum quis ſine vi [13] vel virginem, vel viduam honeſte viventem ſtupraverit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus [14], ſi honeſti ſunt, publicationem partis [15] dimidiæ bonorum: ſi humiles, corporis coërcitionem cum relegatione. §. 5. Item lex Cornelia [16] de ſicariis [17], quæ homicidas ultore ferro perſequitur, vel eos qui hominis occidendi cauſa cum [18] telo ambulant. Telum [19] autem (ut Caius noſter ex interpretatione legum XII Tab. ſcriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed & omne ſignificat quod manu cujuſque jacitur: ſequitur ergo, ut lignum & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur. dictum ab eo quod in longinquum mittitur, [à] Græca voce πάλη [20] figuratum. Et [ſic] hanc ſignificationem invenire poſſumus & in Græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Admonent [21] nos epigrammata in Xerolopho urbis fauſtiſſimæ ſcripta, καὶ τὰ βέλη ὁμοῦ ἐξάρδην, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Id eſt, *Et hujuſmodi tela ſimul ab eu ferebantur, lanceæ, ſpicula, funda, plurimi autem & lapides.* Sicarii autem appellantur à ſica [22], quod ſignificat ferreum cultrum. Eadem lege & veneficii [23] capite damnantur, qui artibus odioſis, tam venenis, quam ſuſurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint. §. 6. Alia deinde lex aſperrimum crimen nova pœna perſequitur, quæ Pompeia de parricidiis [24] vocatur: qua cavetur, ut ſi quis parentis aut filii, aut omnino adfinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata præparaverit [25] (ſive clam, ſive palam id auſus fuerit) [necnon is cujus dolo malo id factum eſt, vel conſcius [26] criminis exiſtit, licet extraneus ſit,] pœna parricidii puniatur, & neque gladio neque ignibus, neque ulli alii ſolenni pœnæ ſubjiciatur [27], ſed inſutus culleo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus (ſecundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cælum ſuperſtiti, [&] terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione [28] vel adfinitate perſonas conjunctas necaverit: pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit. §. 7. Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum [29], vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit [30], ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit: vel ſignum [31] adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens dolo malo. Ejuſque legis pœna in ſervos, ultimum ſupplicium eſt (quod etiam in lege de ſicariis & veneficis ſervatur); in liberos vero deportatio [32]. §. 8. Item lex Julia de vi publica ſeu privata, adverſus [33] eos exoritur qui vim vel armatam, vel ſine armis commiſerint. Sed ſiquidem armata vis arguatur; deportatio [34] ei ex lege Julia de vi publica irrogatur: ſi vero ſine armis, in tertiam [35] partem bonorum [ſuorum] publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus [36] virginis, vel viduæ, vel ſanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii qui opem [huic] flagitio dederunt, capite puniuntur, ſecundum noſtræ conſtitutionis definitionem, ex qua hoc apertius poſſibile eſt ſcire.

§. 9. Item lex Julia [37] peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem ſacram [38], vel religioſam furati fuerint. Sed ſiquidem ipſi Judices tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint; capitali [39] animadverſione puniuntur: & non ſolum hi, ſed etiam [40] qui miniſterium eis ad hoc exhibuerint, vel qui ſubtractas ab his ſcientes ſuſceperint. Alii vero, qui in hanc legem inciderint: pœnæ deportationis ſubjugentur. §. 10. Eſt & inter publica judicia lex Flavia de plagiariis [41], quæ interdum [42] capitis pœnam ex ſacris Conſtitutionibus irrogat, interdum leviorem.

§. 11. Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ambitu [43], lex Julia repetundarum [44], & lex Julia de annona [45], & lex Julia de reſiduis [46], quæ de certis capitulis loquuntur: & animæ quidem amiſſionem non irrogant: aliis autem pœnis eos ſubjiciunt, qui præcepta earum neglexerint. §. 12. Sed de publicis judiciis hæc expoſuimus, ut vobis poſſibile ſit ſummo [47] digito, & [48] quaſi per indicem [49] ea tetigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris Deo [50] propitio adventura eſt.

---

1 *l.* 40. *ff. de judiciis. l.* 1. §. *ſed & ſi quis. ff. de falſis. l.* 2. *C. de pœna judicis. Nov.* 5. *c.* 1. *Nov.* 15. *c.* 1. *in fin. Novell.* 82. *cap.* 13. *Nov.* 149. *c.* 1. *Nov. Leonis. Auth. præſides. C. de epiſcopali audientia.*

2 *l* 17. § 1. *verſ. Idem Julianus ait. ff. de rei vind. l.* 5. *l.* 17. *C. de rei vind. l.*

3 *l.* 25. *ff. de judiciis.*

4 *l.* 11. *ff. de rei vind.*

5 *V. l.* 22. *C. de rei vind. l.*

6 Ut prædo fructus reſtituat, v. quæ not. *ad l.* 22. *C. de rei vind.*

7 Ut bonæ fidei poſſeſſor fructus reſtituat. v. quæ ſcripſi ad *l. l.* 22.

8 *l.* 9. §. *quantum ad hanc actionem. D. ad exhib.*

9 *l.* 5. §. *fin. l.* 12. §. *ſi juſta. ff. ad exhib.*

10 *V. l.* 22. §. 1. *in fin. l.* 51. *ff. familiæ*

11 *l.* 19. *d. t.*

12 *l.* 3. *l.* 19. *C. fam.*

13 *l.* 54. *in pr. ff. de verb. obl.*

14 *l.* 55. *ff. familiæ.*

15 *l.* 13. *in fin. ff. de juriſd. l.* 2. *in fin. ff. finium. l.* 3. *l.* 55. *ff. familiæ. l.* 3. §. *cum autem. C. comm. divid.*

16 *V. l* 4. §. *ſi dicantur termini. ff. finium.*

17 Hinc adjudicatio inter modos adquirendi numeratur ab *Ulp. l.* 19. §. 16. Porro an judex petitum officium alteni poſſit impertiri, vid. quæ not. *in l.* 4. §. *antepen. ff. de damn.*

1 XLVIII. D. 1.

2 Sed per accuſationes, & inquiſitiones.

3 Sive ex contractu, ſive ex maleficio oriantur.

4 Privata judicia apud Judices datos: publica apud quæſitores inſtituebantur.

5 Hæc ab uno judice aut tribus recuperatoribus in conſilio habitis. Publica vero in foro, palam, ſub dio, vel ab ipſis prætoribus (ſex lictoribus eorum tribunal circumſtantibus) ſive quæſitoribus, pro tribunali, in ſella curuli ſedentibus (quibus aderant judices in ſubſelliis ſedentes 50 vel 60) exercebantur. Vide hic Hotom. adde ordinem veterem uſu deſiiſſe, *l.* 8. *D. de accuſat.* formam accuſationis, v. *l. ult. C. de accuſ.* 6 Id eſt, perſecutio, *l.* 11. *in pr. D. de accuſ. l.* 1. §. 1. *ff. de privat. delict. l.* 7. *ff. de injur.* 7 *l.* 43. §. 4. *ff. de ritu. & C. qui accuſare. & l.* 8. 9. *ff. de accuſ.* 8 *l.* 1. *ff. h. t.* 9 *V. l.* 3. *& tot. tit. C. ad l. Jul. majeſt. & ff. eod.*

10 Hoc ut verum ſit, *v. l.* 9. *ff. de quæſt.*

11 Vide *Novell.* 143.

12 *V. Nov.* 141.

13 *V. l.* 4. *C. de furt. & ſervo corrupt. & tot. tit. ff. & C. de ſerv. corrupto.* Auſ.

14 *V. l.* 6. §. *lex ſtuprum. ff. de adult.*

15 Imo capitaliter punitur *l.* 1. *in fin. ff. de extraord.*

16 Lata à L. Cornelio Sylla dictatore.

17 *l.* 1. *ff. de ſicar.*

18 *l.* 7. *C. de ſicar.*

19 *Ut l.* 11. §. *telorum D. de vi publ. l.* 235. §. 2. *ff. de verb. ſign.*

20 *V. Feſtum in* Arma & Tela.

21 Admonet nos Xenophon; nam ita ſcribit, ἐνεγκάντες τοξεύματα καὶ λίθους καὶ σφενδόνας καὶ πάντα ὅσα ἐδύναντο φέρειν. Auſ. *Emend.* 5.

22 Sica à ſecando. eſt autem breviſſimus cultrer recurvus & inflexus. Perſici acinacis longitudine, *teſte Joſepho*, 20 *antiquit.* 1. Ideo Sudas appellari ſicas τὰ ἐπικαμπῆ ξίφη. ait Tranquillus apud Iſidorum 18, *c.* 16, etiam oſtendit leviſſimum cultrum fuiſſe. Nam cum gladiatoris in ludum enſiſi recurvus factus fuiſſet gladius & ad eum corrigendam alius veniſſet, reſpondit gladiator, ſica pugnabo. Breviſſimam quoque ſicam fuiſſe indicio eſt, quod vel à pueris (ut Cicero refert) vibraretur: ac proinde cædibus mediis in turba perpetrandis hæc aptiſſima erat, ut etiam veſte occultaretur. His adjungendus eſt Joſephus, 2 *de bello Judaico* 12. & 20 *antiq.* 2. Hac autem lege impropriе tenentur, qui cædem alio telo admiſerunt. 10 *Quint.* 1. Adde ſuperioribus Briſſonium 2 *Selectar.* 12.

23 *V. l.* 3. *in pr. ff. de ſicar.*

24 *V. l. un. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt.*

25 *Al.* properaverit. Vopiſcus in Probo, Fatalem properavit neceſſitatem. *Seneca in Hercule furente*, Quid juvat durum properare fatum? *Petronius*, Ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. *Cujac. hic.* 26 *l.* 2. *ff. ad leg. Pomp. de parricidiis.* 27 *l.* 9. *in princ. ff. ad l. Pompeiam.* 28 *d. l.* 9. §. 2. 29 *l.* 14. *C. de falſ.* 30 Scriptor falſi punitur, *v. l.* 5. §. 9. *ff. de injur.* 31 *l.* 30. *ff. de falſ.* 32 *l.* 3. §. *pen. ff. de ſic.* 33 *l.* 152. *ff. de reg. jur.* 34 Quæ ſucceſſit in locum interdictionis aquæ & ignis. *l.* 10. *in fin. tit. de vi publ.* 35 *l.* 1. *in pr. l. ult. ff. de vi privata.* 36 *V. l. un. C. de rapt. virg.* 37 *l.* 1. *ff. ad l. Jul. pec.* Goth. Al. legunt: *prædicatoribus.* Vide Menoch. *de Arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 288. *num.* 10. 11. Auſ. 38 *l.* 1. *ff. eod.* 39 Deportatione. *l.* 3. 10. *ad l. Jul. peculat.* 40 *V. l. un. C. de crim. peculat.* 41 *l.* 13. *C. ad l. Flaviam de plagiariis.* 42 Eſt enim extraordinaria. *l. ult. ff. ad l. Flaviam.*

43 *V. ff. & C. ad l. Jul. de ambitu.* 44 *V. ff. & C. ad l. Jul. repet.* 45 *V. ff. de annona.*

46 *V. l.* 2. *ff. ad l. Jul. peculat.* 47 Summo digito attingere non eſt longiori aut medio digito attingere, ut hic ſomniat Accurſius. Theophil. ἄκρῳ γνώμονι τῷ δακτύλῳ dixit, ut metaphora ſumpta videatur à coquis, ſummo digito condimenta ſua & intinctum attingentibus, ac poſt deguſtantibus: ſic Cicero *pro M. Callio* dixit, primoribus labris guſtare, & extremis digitis attingere.

48 Hæc deſunt Theophilo. 49 Per indicem attingere metaphoricè, nihil aliud quam ſummatim. 50 Deo propitio dixit, more loquendi ſatis uſitato. Quibus enim proſperum ſucceſſum, iiſdem & Deos propitios & faciles precabantur. *Livius* 39. *Seneca* 1. *epiſt.* 17. & 15. *epiſt.* 111. *Terentius Phormione, act.* 4. *ſcena* 3. ut & contrariis, tratos, *Plaut. Amphitr. act.* 4. *ſcena* 2. Quæ duo cum mihi occurrunt, meos ad jus civile commentarios, cæteros denique ad alios authores, quos ad hunc uſque 39 ætatis ſcripti, ſpectanti, moveor ipſe, ut quæ in illis errata mihi exciderint, irato mihi juſte numini, quæ ſecus, Deo propitio & facili, lingua, pariter manu menteque tribuam, cui laus in perpetuum ſit & gloria.

EPI-

EPITOME INSTITUTIONUM.

DE JURE.

IUSTINIANUS Imperator superatis multis hostibus [1], priore Codice, qui non extat, Digestis seu Pandectis editis [2], composuit per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum has Institutiones [3], easque libris quatuor partitus est: in quibus totius legitimæ scientiæ prima elementa breviter explicat [4], quibus desumptis ex veterum Institutionibus, maxime Cai [5], robur legum atque constitutionum tribuit [6].

JUstitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi [7]. Quæ justitiam docet scientia, Jurisprudentia est [8]. Ea primo levi ac simplici via, post diligentissima interpretatione tradenda est [9]. Docet autem honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere [10]. Refertur ad publicam utilitatem, vel singulorum seu privatam [11]. Collecta est vel ex naturali, vel gentium, vel civili jure [12]. † Jus naturale omnium animalium [13]: Civile cujusque civitatis proprium est [14]: Gentium, omni humano generi commune est, eoque omnes pene contractus introducti [15]. Civile, aut scriptum est aut non scriptum [16]. Scripti species, Lex quæ ab universo populo: Plebiscitum, quod à plebe [17]: Senatusconsultum quod à Senatu [18]: Principum placita quæ à Principe vel per epistolam, vel per decretum, vel edictum, personaliter vel generaliter sunt constituta [19]: Edicta quæ vel à Prætoribus vel Ædilibus curulibus [20]: Responsa prudentum, sunt opiniones eorum quibus permissum erat de jure respondere [21]. Non scriptum jus est, quod usus approbavit [22]: hoc Lacedæmonii, illo Athenienses utebantur [23]. Civilia jura tacite, vel expresse mutari possunt, naturalia non item [24]. Civilis juris objecta personæ, res, actiones [25].

De personis.

Personarum prima divisio est in liberas & servas [1]: Libertas à natura [2]: Servitus à jure gentium procedit 3. Servi dicuntur quod captivi servari, nec occidi solent 4. Nascuntur ex ancillis, fiunt jure gentium, si capiuntur: civili, si liber seipsum vendit 5. Liberi sunt ingenui aut libertini 6. Ingenuus est, qui statim ut natus est, liber est 7, cui non officit in servitute fuisse, & postea manumissum esse 8. † Libertini, qui ex justa servitute manumissi 9. Manumissio fit aut in Ecclesiis, aut vindicta apud Prætorem, aut inter amicos, aut Epistola, aut ultima voluntate, aut aliis modis [10]: quocunque tempore & loco [11]. Manumissi hodie cives fiunt Romani [12]. † In fraudem creditorum non licet manumittere [13]. In fraudem non manumittit, qui licet solvendo non sit, servum suum cum libertate in testamento heredem instituit [14] vel sine libertate [15]. In fraudem manumittit: qui non tantum cum solvendo non est, manumittit, sed qui animo fraudandi [16]. Non licet quoque minori 25 annis, nisi causa cognita [17]: qui tamen 17 annum implevit, & 18 attigit, manumittere potest [18]. † Potest & is, ut & quivis alius, omnes servos testamento manumittere [19].

Secunda personarum divisio: Personarum quædam alieni juris sunt, vel sui [20]: alieni ut servi, ut filii. Servi dominis acquirunt, quicquid acquirunt [21]. Non tamen in eos jus vitæ & necis habent domini, nisi causa cognita: quin eos durius tractare non licet [22]. † Liberi vero variis modis patri adquiruntur. Primo si ex justis nuptiis procreati sunt, in potestate sunt parentum [23]. † Nuptiæ, sunt viri & mulieris conjunctio, cum individua vitæ consuetudine [24]. Talis potestas Romanorum est propria [25]. Liberos hic intellige, qui ex te & uxore, filio ejusve uxore, non qui ex filia tua nascuntur [26]. † Justæ nuptiæ dicuntur quas cives puberes, filiifamilias cum consensu parentum [27], & omnes, intra gradus à lege definitos, contraxerunt. Huc pertinet quod dicitur, ratione consanguinitatis vel honestatis inter parentes & liberos, etiam servos [28], etiam adoptivos (quantumvis dissoluta sit adoptio [29]) nuptias non posse contrahi: item inter fratres & sorores, etiam adoptivos, (nisi dissoluta sit adoptio [30]). Non possumus quoque ducere fratris vel sororis filiam vel neptem (neptis non est quæ nata est ex sorore tua adoptiva [31]) amitam, materteram, etiam magnam, etiam adoptivam [32], (non idem est in duorum fratrum vel sororum liberis [33];) affinitatis ratione privignam, nurum [34], socrum, novercam [35] (non idem est in comprivignis [36]). Privignæ loco habetur, quam uxor tua post divortium ex alio procreavit. Nurus loco habentur, filii sponsa, socrus, sponsa patris [37].

Alia impedimenta nuptiarum vide in Digestis [38]. Si à quoquam adversus ea præcepta contractæ sunt nuptiæ, vir, uxor, nuptiæ, matrimonium, dos, potestas patria, doris, donationisque exactio nulla est, & alias etiam pœnas patitur [39]: & hoc quidem primo modo liberi parentibus adquiruntur. Secundo per oblationem Curiæ. Tertio, legitimatione in parentum suorum liberi potestatem rediguntur [40]. † Quarto adoptione [41]. Quoties adoptamus eos qui sui juris sunt, Principis authoritate, Adrogatio: quoties imperio Magistratus, eos easve qui quæve in potestate parentum sunt, Adoptio dicitur: Hic titulus plura capita continet, sed quod hodie parum sit in usu, prætermittetur. † Nunc videndum est quibus modis jure patriæ potestatis quis solvatur. Solvitur patria potestas morte patris [42], deportatione ejusdem [43] (non relegatione [44]) servitute pœnæ [45] (hic tamen casus hodie est abrogatus Nov. 22. cap. 8). Patriciatus (non tamen militia, non senatoria vel consulari) dignitate [46], captivitate patris jus patris suspenditur [47], emancipatione patria potestas solvitur. Fit autem emancipatio recta via apud competentem Judicem [48], non invito patre [49]. Reliqua non sunt ita magni momenti in hoc titulo [50]: & hæc de personis alieni juris. † Quæ sui juris sunt, vel in tutela, vel in curatione sunt [51]. † Tutela est potestas in caput liberum, ad tuendum eum qui se defendere nequit, jure civili data & permissa [52]. Tutor est qui eam potestatem habet [53]. Tutelæ variæ sunt species. † Prima Testamentaria: est enim permissum parentibus liberis impuberibus quos in potestate habent, ac non in alterius potestatem recasuris, testamento tutores dare [54], ut & postumis [55], & emancipatis: sed hoc casu tutor confirmandus est sententia Præsidis sine inquisitione [1]. † Dari tutor testamento potest paterfamilias, filiusfamilias [2], servus proprius, etiam sine libertate: servus alienus, cum liber erit [3]: furiosus, cum compos mentis [4]: minor, cum major 25 annis factus fuerit [4]: ad certum tempus, ex certo tempore, sub conditione, ante heredis institutionem [5], non certæ rei vel causæ [6]. Filiabus vel filiis tutor datus, posthumo vel posthumæ, non tamen nepotibus, liberis, posteris & posthumis & natis [7] datus intelligitur. † Secunda tutelæ species est Legitima ab intestato, eaque multiplex, veluti adgnatorum proximorum [8], id est, cognatorum per virilem sexum: adgnatio autem omnibus modis capitis minutione plerumque perimitur [9]. † Item patronorum, per quam libertorum & libertarum tutela ad patronos eorumque liberos pertinet [10]. †. Item parentum, per quam parentes filiorum suorum ac deinceps emancipatorum tutelam habent [11]. † Item fratrum, quæ & Fiduciaria dicitur [12]. † Tertia species [13], Dativa quæ deficiente Testamentaria, & Legitima locum habet. Dantur tutores Romæ à Præfecto urbi, vel Prætore: in provinciis à Præside: vel si facultates pupilli quingentos solidos non excedant, vel à defensoribus civitatum una cum Antistite civitatis, vel a Magistratibus, vel Juridico Alexandrino exacta cautione [14]. † Porro post pubertatem, tutelæ judicio tutores rationem reddere coguntur [15]: constante vero tutela, authoritatem pupillis interponent præsentes: statim, non post tempus, aut per epistolam. Nec enim sine tutore [16] pupilli obligari possunt (quamvis alios possint obligare) vel mutuo aliquo contractu [17], vel hereditatem adeundo, vel bonorum possessionem, vel fideicommissum petendo [18]. Quod si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit, ipse quidem tutor in rem suam actor esse non potest: ideoque curator pupillo dabitur ad judicium peragendum: eoque peracto, curator esse desinet [19]. † Tutela finitur pubertate in masculis post 14 annum completum: in fœminis post 12. [20] si pupilli adrogati, vel deportati, vel in servitutem redacti, vel ab hostibus capti [21], conditione sub qua datus erit [22], vel tempore ad quod tutor datus erit, existentibus [23], morte vel pupillorum vel tutorum [24], maxima & media tutorum capitis minutione: omni vero pupillorum [25], si tutores remoti vel excusati [26]. † Interea sciendum est, utcumque tutela finiatur pubertate, puberes tamen usque ad 25 annum curatores accipere [27], ab iisdem magistratibus à quibus & tutores accipiunt: testamento non accipiunt, datus tamen confirmatur decreto Prætoris [28]. Non accipiunt etiam inviti, præterquam in litem [29]. Nec tantum eis solis curator datur, sed & furiosis & prodigis, licet majoribus 25 annis [30]: sed & mente captis, surdis & mutis, & perpetuo morbo laborantibus [31]. Quinetiam ipsi impuberes interdum curatorem accipiunt, si tutore idoneo careant [32]. † Ad tutores & curatores pertinet tutelæ nomine satisdare de indemnitate pupilli, adeo, ut nisi caveant, pignoribus captis coërceri possint [33], nisi testamento, vel ex inquisitione dati sint [34]: eo tamen casu pluribus datis, potest unus contutori, vel curatori offerre, vel ab eo exigere satisdationem, ut ab uno tantum tutela administretur: quod si nemo eorum satis offerat, is gerat quem testator adscripserit: si nullus adscriptus sit, quem major pars elegerit: si dissensio circa eligendum sit, Prætor partes suas interponet [35]. Quod si indemnes pupilli vel puberes esse non possunt, puta, quia tutores non sunt solvendo, subsidiaria eis dabitur actio in eos eorumve heredes (excipe Prætorem, Præsidem provinciæ & alios quibus tutores dandi jus est [36]) qui (cum satisdationem exigere debeant) aut omnino non, aut non idonee à tutoribus vel curatoribus satisdari curaverunt [37]. † Antea diximus tutores curatores esse desinere, quoties vel removentur, vel excusantur: de utroque videndum est. Excusantur ergo Romæ propter tres liberos superstites (tales sunt etiam in bello mortui) in Italia propter quatuor, in provinciis propter quinque. Liberos intellige etiam nepotes ex filio & adoptatos à patre naturali [38]. Excusatur pariter quis quamdiu res fisci administrat [39], quamdiu reipublicæ causa abest [40], qui potestatem aliquam habet [41], qui litem de omnibus bonis vel hereditate cum pupillo vel adulto habet [42], quamdiu quis tria onera tutelæ non affectatæ, vel curæ habet [43], propter paupertatem [44], adversam admodum valetudinem [45], si literas pingere vel legere nesciat [46], si propter inimicitias testamento tutor datus sit [47] (inimicitias intellige capitales, non reconciliatas [48]) si status controversiam à pupillorum patre passus est [49], major 70 annis, minor 25. [50] miles, adeo ut nec volens ad tutelæ onus admittatur [51]. qui Grammaticam vel Medicinam vel Rhetoricam Romæ, vel in patria sua exercet [52]. Intra quod tempus tutores dati excusare se debeant, vide §. 16. Non justa excusatio est in eo qui hoc solo utitur, quod patri pupilli fuerit ignotus [53]. Datus tutor, ad universum patrimonium datus intelligitur [54]: invitus curator esse non compellitur [55], quemadmodum & maritus uxoris [56], falsa allegatione excusatus, non plene liberatur onere tutelæ [57]. Et hæc de excusationibus. † Removentur autem tutores suspecti [58], à judicibus ordinariis [59], suspecti, inquam, tutores sive testamentarii, sive alterius generis, sive patroni, dum tamen eorum famæ ignoscatur [60]. Postulantur suspecti etiam à quavis muliere, verecunda tamen & pietate producta [61] ab ipsis puberibus consilio necessariorum [62]. Porro suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, vel gerere potest, licet sit solvendo [63]: qui moribus talibus est, ut suspectus sit [64]: qui sui copiam non facit, & absens non præstat alimenta: tunc enim in bonorum possessionem ejus pupillus mittitur [65]: si præsens mendaciter id dicit, punitur à judice, quemadmodum & is qui data pecunia ministerium tutelæ adquisiit vel redemit [66], ut libertus fraudulenter tutelam filiorum patroni administrans [67]: remotus ob dolum famosus est [68]: quoad cognitio suspecti finiatur, interdicitur tutori administratio [69]: suspecti cognitio extinguitur morte tutoris [70], fraudulenter tutelam administrans etiamsi satis offerat, removendus est [71]. De personis dictum est.

1 *Proœmio Instit. in pr. §. 1.*
2 §. 2.
3 §. 3.
4 §. 4.
5 §. 5.
6 §. 6.
7 *L. 1. B. 1. tit. 1. De justitia & jure.*
8 §. 1.
9 §. 2.
10 §. 5.
11 §. 3. 4.
12 *d. §. 4.*
13 *Tit. 2. De jure naturali, gentium & civili.*
14 §. 1.
15 §. 2.
16 §. 3.
17 §. 4.
18 §. 5.
19 §. 6.
20 §. 7.
21 §. 8.
22 §. 9.
23 §. 10.
24 §. 11.
25 §. *ult.*

1 *Tit. 3. De jure personarum.*
2 §. 1.
3 §. 2.
4 §. 3.
5 §. 4.
6 §. *ult.*
7 *Tit. 4. De ingenuis.*
8 §. 1.
9 *Tit. 5. De libertinis.*
10 §. 1.
11 §. 2.
12 §. *ult.*
13 *Tit. 6. Quibus ex causis manumittere non licet.*
14 §. 1.
15 §. 2.
16 §. 3.
17 §. 4. 5. 6.
18 §. *ult.*
19 *Tit. 7. De lege Fusia Caninia tollenda.*
20 *Tit. 8. De his qui sui vel alieni juris sunt.*
21 §. 1.
22 §. *ult.*
23 *Tit. 9. De patria potestate.*
24 §. 1.
25 §. 2.
26 §. *ult.*
27 *Tit. 10. De nuptiis.*
28 §. 10.
29 §. 1.
30 §. 2.
31 §. 3.
32 §. 5.
33 §. 4.
34 §. 6.
35 §. 7.
36 §. 8.
37 §. 9.
38 §. 11.
39 §. 12.
40 §. *ult.*
41 *Tit. 11. De adoptionibus.*
42 *Tit. 12. Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.*
43 §. 1.
44 §. 2.
45 §. 3.
46 §. 4.
47 §. 5.
48 §. 6.
49 §. *ult.*
50 §. 7. 8. 9.
51 *Tit. 13. De tutelis.*
52 §. 1.
53 §. 2.
54 §. 3.
55 §. 4.

1 §. *ult.*
2 *Tit. 14. Qui testamento tutores dari possunt.*
3 §. 1.
4 §. 2.
5 §. 3.
6 §. 4.
7 §. *ult.*
8 *Tit. 15. De legit. agnatorum tut.*
9 §. 1. 2. & §. *ult.* adde *de capitis deminutione. & Tit. 16. ubi agitur de specibus capitis minutionis.*
10 *Tit. 17. De legitima patronorum tutela.*
11 *Tit. 18. De legitima parentum tutela.*
12 *Tit. 19. De fiduciaria tutela.*
13 *Tit. 20. §. 1. 3. 4. De Atteliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur.*
14 §. 4. & 5.
15 §. 7.
16 *Tit. 21. §. 2. De authoritate tutorum.*
17 *d. Tit. 21. in pr.*
18 §. 1.
19 §. *ult.*
20 *Tit. 22. Quibus modis tutela finitur.*
21 §. 1.
22 §. 2.
23 §. 5.
24 §. 3.
25 §. 4.
26 §. *ult.*
27 *Tit. 23. de curatoribus.*
28 §. 1.
29 §. 2.
30 §. 3.
31 §. 4.
32 §. 5. & *ult.*
33 *Tit. 24. §. 3. De satisdatione tutorum vel curatorum.*
34 *d. tit. 24. in pr.*
35 §. 1.
36 §. 4. *seu ult.*
37 §. 2. & *ult.*
38 *Tit. 25. de excusationibus tutorum & curatorum.*
39 §. 1.
40 §. 2.
41 §. 3.
42 §. 4.
43 §. 5.
44 §. 6.
45 §. 7.
46 §. 8.
47 §. 9.
48 §. 11.
49 §. 12.
50 §. 13.
51 §. 14.
52 §. 15.
53 §. 16.
54 §. 17.
55 §. 18.
56 §. 19.
57 §. *ult.*
58 *Tit. 26. De suspectis tutoribus vel curatoribus.*
59 §. 1.
60 §. 2.
61 §. 3.
62 §. 4.
63 §. 5.
64 §. *ult.*
65 §. 9.
66 §. 10.
67 §. 11.
68 §. 6.
69 §. 7.
70 §. 8.
71 §. *ult.*

De rebus & earum adquirendarum modo.

Sequitur ut de rebus, earum divisione & adquisitione videamus. Quarum aliæ in nostro patrimonio, aliæ extra sunt [1]. Et hæ quidem sunt, vel naturali jure communes (ut aer, mare, maris littora [2]) vel publicæ (ut flumina, portus [3], & ripæ, usu tamen: nam proprietas riparum illorum est quorum prædiis hærent [4]) vel nullius, ut littora, quæ usu publica sunt, proprietate nullius [5], (ut res sacræ quæ per Pontifices Deo consecratæ [6]: religiosæ, veluti locus in quem mortuus est illatus [7], sanctæ, ut muri, portæ civitatis, leges [8]) vel universitatis, ut theatra, stadia, communia civitatum [9]. Singulorum vero fiunt multis modis. Primum jure naturali seu gentium [10], idque multifariam. Siquidem feræ bestiæ, ut volucres, & pisces, & alia fera animalia quoties capiuntur, & nostra custodia coërcentur, nostra fiunt [11]: capta non sunt, quæ tantum vulnerata [12], quæ in arbore nostra tantum nidum fecerunt, quæ ex alveo nostro evolarunt apes [13], quæ revertendi animum seu consuetudinem non habent [14]. Aliud est in cicuribus animantibus, puta gallinis & anseribus: licet enim ea animalia conspectum nostrum effugerint, nostra tamen manent: & qui ea animo lucrandi detinet, furtum committit [15]: Eodem jure gentium, quæcunque ex hostibus capimus, nostra fiunt [16]: ut & ea quæ in littore invenimus [17], quæ ex animalibus nostris nascuntur [18], quæ per alluvionem seu incrementum latens, agris nostris flumen adjecit [19]: quæ vi fluminis prædiis nostris adjecta longiore tempore hæserunt, & radices egerunt [20]. De Insula hoc tenendum: in mari natam fieri occupantis: in medio flumine, confinium, pro modo latitudinis agri sui citimam ejus qui ab ea parte prædia possidet: nasci non dicitur insula, si ager meus in formam insulæ redactus est [21]. Idem est jus in alveo fluminis derelicto, nisi quod ager meus, alveus factus, fit publicus [22]. Quod si meus ager inundatus fuerit, meus manebit: inundatio namque fundi speciem non commutat [23]. Ad hæc eodem jure gentium, quam ex aliena materia speciem feci. mea est, si ad priorem materiam reduci non potest: multo magis si ex mea & aliena speciem fecero [24]. Eodem modo quam purpuram meo vestimento intexui, mea fit [25]. Res aliena meæ confusa, vel fortuito, vel mea voluntate, fit communis [26]: mixta fortuito, mea manet: voluntate, fit communis [27]. Quæ (etiam alterius) in meo fundo (quamvis à me ædificata fuerit) mea fit [28]: ex contrario, rem meam amitto quam in alieno fundo ædificavi [29], vel plantavi [30], vel sevi [31], vel in aliena charta scripsi. Non idem est in pictura: picturæ namque tabula cedit [32]. Eodem jure gentium, bonæ fidei possessor fructus suos facit, malæ fidei possessor nullos [33]. Bonæ fidei possessori adsimilis est usufructuarius & colonus [34]. Fœtus pecudum sunt in fructu: ancillæ non sunt [35]. Usufructuarii officio incumbit in locum demortuorum animalium alia submittere: demortuarum vinearum vel arborum, alias substituere [36]. Eodem quoque jure gentium, quem in meo (etiam sciens) vel sacro, vel religioso (fortuito tamen) thesaurum inveni, fit meus: quem in alieno, etiam Cæsaris, fisci, publico, vel civitatis, (fortuito tamen,) dimidio tenus [37]. Eodem etiam jure res nostræ fiunt, quoties nobis traduntur à domino [38] vel ejus procuratore, seu alio ejus voluntate [39]. Nuda etiam voluntate, sine traditione, res nostræ fiunt, puta patientia [40], clavium traditione [41]. Nostræ etiam res fiunt quæ cum in vulgus missæ essent [42], vel pro derelicto habitæ, à nobis occupatæ sunt [43]. Derelictæ non censentur quæ in tempestate, levandæ navis causa, sunt ejectæ, vel quæ de rheda currente, non intelligentibus dominis, ceciderunt [44]. † Hic dicendum erat de modis rerum acquirendarum jure civili: sed quia Tribonianus hic interseruit alteram rerum divisionem præter eam de qua superius dictum est, ea nobis consideranda est. Sit igitur hæc alia rerum divisio, Rerum alias esse corporales, alias incorporales [45]. Illæ innumerabiles, tangi possunt [46]: hæ non possunt, & in jure consistunt: sicut hereditas, usus, ususfructus, obligationes [47], jura seu servitutes prædiorum urbanorum & rusticorum [48]. Rusticorum prædiorum jura sunt, iter, actus, via, aquæductus [49] & secundum quosdam, aquæ haustus, pecoris ad aquam adpulsus, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ [50]: urbanorum vero jura ædificiis inhærent, suntque plurima, veluti servitus oneris sustinendi, tigni immittendi, stillicidii vel fluminis recipiendi, altius non tollendi, luminibus non officiendi [51], acquiruntur autem hujusmodi servitutes pactionibus, stipulationibus, testamento [52]. † Sic ususfructus adquiritur [53]. Hoc jure possumus alienis rebus uti salva earum substantia [54]: non tamen in æternum: siquidem certis modis extinguitur & ad proprietarium revertitur [55]: constituitur vero in omnibus rebus etiam iis quæ usu consumuntur, ut tamen earum nomine caveatur [56]. † Usus iisdem modis constituitur & finitur, quibus & ususfructus [57]: minus juris est in usu, quam in usufructu [58]: habitatio, neque usus est, neque ususfructus, sed proprium aliquod jus [59]. † Hic dicendum erat de hereditatibus & obligationibus: Tribonianus tamen transire ad modos rerum acquirendarum jure civili maluit [60]. Hoc interim varie res acquirimus, puta usucapione [61], donatione [62] & quodam speciali jure adcrescendi, testamento [63], ab intestato, jure civili [64] vel Prætorio [65], per adrogationem [66], bonorum addictionem [67], & olim per bonorum possessionem, & ex SC. Claudiano [68]; olim vero & hodie obligationibus [69]. De Usucapionibus primo loco videndum est, de quibus hoc constitutum est: Res mobiles per triennium; immobiles inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis usucapi, & nostras fieri ubicunque sitæ sint [70]: qualescumque sint: libero homine, re sacra, religiosa, servo fugitivo [71], rebus fisci [72], furtivis, vi possessis, exceptis: quæ neque à fure, neque ab alio (nisi ipso domino, idque quantum ad res furtivas & vi possessas attinet [73]) quamvis bonæ fidei possessore, usucapi possunt [74]: res tamen alienas mobiles, si bona fide eas nostras existimemus, alienare possumus [75]. Fiscus & Imperator in eadem causa sunt: quas res enim alienas vendit, vel donat, vel quocunque titulo transfert, statim facit accipientis: quo casu adversus fiscum vel Imperatorem intra quadriennium dominis ipsis vel hypothecariis competit actio [76]. Immobiles vacantes propter absentiam vel negligentiam domini, alii bona fide accipienti tradere possumus: etiam in præjudicium fisci (si modo æquatur usucapio [77]) ut eas longæva possessione adquirere possit. Nec enim earum, utpote immobilium, furtum fit: cum furtum sine affectu furandi non committatur: idque utilitas eorum qui longa & indubitata possessione muniti sunt, exposcit [78]. Ad hæc, ut res à bonæ fidei possessore usucapi possit, res vitio carere debet [79]: qui usucapit, errore falsæ causæ carere [80]. Diutina bonæ fidei possessoris vel usucapio, vel possessio, ad heredem qualemcunque continuatur [81], veluti emptorem [82].

Sequitur Donatio, secundus acquirendi jure civili modus: est autem vel mortis causa, vel inter vivos [1]. illa fere per omnia legatis connumeratur [2]: hæc non item, perfectaque temere revocari non potest: perficitur scripto, vel non scripto: nec requiritur in ea traditio. Quæ si 500 solidos non excedit, insinuatione non indiget [3]: quemadmodum & quæ fit vel pro redemptione captivorum, vel à magistris militum ipsis militibus, vel à quovis iis quorum domus incendio vel ruina corruptæ sunt [4]. Revocari possunt donationes ob ingratitudinem donatarii & aliis ex causis [5]. Tertium genus donationis olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, dotibus exæquatum. Potest enim ante vel post matrimonium fieri [6]. Tertius acquirendi modus olim jure civili fuit jus accrescendi, de quo vide paragraphum ultimum [7]. † Hic dicendum erat de testamentis: sed Tribonianus hic interseruit tractatum de personis alienantibus & acquirentibus. Quod ad personas alienantes attinet, hoc tenendum, Maritum res dotales, etiam consentiente uxore, alienare non posse, quamvis sit earum dominus [8]: Creditorem pignus ex pactione alienare posse: quamvis non sit ejus dominus [9]: Pupillos nullam rem sine tutoris authoritate alienare, mutuam dare, in solutum (nisi de judicis mandato) accipere, ac solvere posse [10]. Quod ad personas vero adquirentes attinet: Acquiritur nobis per nosmetipsos [11], per liberos nostros, utriusque sexus, quos in potestate habemus? totum, si ex re nostra: usufructu tenus, si aliunde quæsierint [12], adquirimus per emancipatos dimidium ususfructus tantum, non dominii [13]. Per servos quos in potestate habemus etiam ignorantes & inviti (nisi forte heredes instituti sint: tunc enim nisi nostro jussu, hereditatem adire non possunt) adquirimus dominia, possessiones, usucapiones, præscriptiones: quodcumque denique traditione, stipulatione, donatione, legato, testamento, vel ex alia causa ab iis acceptum fuerit [14]. Per servos usufructuarios & bona fide possessos, quod ex re nostra vel operis suis adquisierint [15]: Per alienos servos, & per liberos homines (excepto tamen procuratore) nobis nil acquiritur [16]. † Nunc dicendum est de quarto adquirendi modo, jure civili: Tale est Testamentum quod hic definitur esse mentis testatio [17]: hujus olim diversæ formæ ac genera (quæ nunc desueta sunt) fuerunt. Unum pacis, quod calatis comitiis: alterum belli, quod procinctum: tertium per æs & libram vocabatur [18]. Hodie in testamentis paganorum, qui milites non sunt, scriptis [19], quæ sequuntur, necessaria sunt. Uno & eodem tempore ac contextu fieri debent, septem testibus adhibitis, subscribere testes oportet, eorum signacula testamento imponenda [20], per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimendum est [21]: possunt omnes testes uno etiam alieno anulo signare [22]. Testes in testamento esse non possunt mulier, impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, bonis interdictus, infamis, & is cum quo testamenti factio non est [23]: servus (nisi eo tempore quo testamentum signabatur omnium consensu, liberi loco habebatur [24].) Pater, ac ejus liberi [25] (nisi in alieno negotio [26]) heres defuncti ejusdemque heredis pater, liberi, & fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes esse non possunt [27]. Legatarii, & fideicommissarii, & personæ illis conjunctæ testes esse possunt [28]. Et hæc de testibus. Testamentum in quacunque materia fieri potest [29] & pluribus codicibus [30]. & hæc de forma scripti testamenti dicta sint. In eo quod sine scriptis fit, seu nuncupativo, sufficit septem testibus adhibitis nostram voluntatem coram eis nuncupare [31]. Et hæc testandi forma hodie passim apud omnes gentes usitata est. † Supra dicta diligens observatio testium & solennitatum in ordinandis testamentis paganorum, in testamento militis, dum in expeditione occupatus est, quatenus militat & in castris degit, (non post missionem [32]: nisi, quod ad veteranos attinet, intra annum testati sint,) non observatur [33]. Testamentum feciisse dicitur, non si simpliciter dixit, Te heredem facio, sed tunc demum, cum id dixerit in præsentia testium ad id convocatorum [34]. E contrario testamentum militis censetur, cui ante expeditionem facto, posteave constante militia resignato, aliquid detractum vel adjectum est [35]. Singularia & hæc sunt, quod filiusfamilias miles testari possit [36], mutus & surdus [37], quod milite adrogato, vel emancipato, testamentum ejus irritum non fiat tanquam capitis minutione [38]. Quod dictum est de militari testamento, ad eos qui quasi militant, extenditur ratione peculii quasi castrensis [39]. † Longe ab hujusmodi privilegio absunt filiifamilias, quibus etiam permittente patre, testari non licet, (nisi, ut antea diximus, de castrensi vel quasi peculio [40]) ut & impuberibus & furiosis constante furore [41]: sed & interdictis bonis, & prodigis [42], surdis & mutis (nisi beneficio principali [43]), cæcis (nisi secundum observationem D. Justini [44]), captis ab hoste [45]. Est & hæc observatio, præter superiores, in testamentis observanda, ut pater (aliud est in matre & avo materno [46], aliud in milite patre quod ad posthumos [47]) liberos, cujuscunque sexus sint, natos & posthumos, de quibus v. §. 1. 2. 6. [48] tam suos quam emancipatos, heredes instituat, vel nominatim exheredet. Alioquin, si eos silentio præterierit, inutiliter testabitur, adeo quidem, ut si vivo patre filius ita præteritus mortuus sit, nemo heres ex eo testamento possit existere: quia scil. ab initio testamentum non constitit [49]. De adoptivis vide paragraphum quartum & quintum in fine [50]. De emancipatis paragraphum tertium, & quartum in vers. emancipati [51]. † Porro de extraneis heredibus instituendis, hoc tenendum est, nobis permissum esse instituere tam liberos homines quam servos, & tam proprios quam alienos [52]: & unum hominem & plures usque in infinitum [53], quinetiam eos quos nunquam vidimus [54], & hereditatem dividere in plures uncias quam duodecim [55], quin vel in nullas, vel partim in quasdam, partim in nullas. Quod cum accidit, quid juris sit, vide §. 6. 7. 8. [56] Heredem pure & sub conditione (non tamen impossibili, talis enim pro non scripta habetur [57]) quin & sub diversis conditionibus (quæ si conjunctæ, omnibus: si separatæ, cuilibet obtemperandum erit) instituere possumus [58]. Ex certo tempore, aut ad certum tempus non possumus: quo casu dies habetur pro supervacuo: & perinde est ac si pure heres scriptus fuerit [59]. † Possumus quoque in testamento plures gradus heredum facere [60], & plures in unius, vel unum in plurium, vel singulos in singulorum locum, vel invicem substituere [61]. Possumus & ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituere, & nullam mentionem in substitutione partium facere, quo casu videmur eas in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressimus [62]. Possumus quoque & instituto heredi coheredem substitutum dare, & alium ei substituere: quo casu ad utramque partem substitutus admittitur [63]. Item possumus heredi sub hac conditione, Si heres non erit, scripto, alium substituere, de quo quid juris sit, vide §. ult. [64].

† Pos-

1 *Lib. 2. tit. de rerum divisione, & acquirendo ipsarum dominio.*
2 §. 1. & 3.
3 §. 2.
4 §. 4.
5 §. 3. 5.
6 §. 8.
7 §. 7. 8.
8 §. 10.
9 §. 6.
10 §. 11.
11 §. 12.
12 §. 13.
13 §. 14.
14 §. 15.
15 §. 16.
16 §. 17.
17 §. 18.
18 §. 19.
19 §. 20.
20 §. 21.
21 §. 22.
22 §. 23.
23 §. 24.
24 §. 25.
25 §. 26.
26 §. 27.
27 §. 28.
28 §. 29.
29 §. 30.
30 §. 31.
31 §. 32.
32 §. 34.
33 §. 35.
34 §. 36.
35 §. 37.
36 §. 38.
37 §. 39.
38 §. 40. 41.
39 §. 42. 43.
40 §. 44.
41 §. 45.
42 §. 46.
43 §. 47.
44 §. *ult.*
45 *Tit. 2. De rebus corporalibus & incorporalibus.*
46 §. 1.
47 §. 2.
48 §. *ult.*
49 *Tit. 3. in princ. & §. 3. de servitutibus rusticorum & urbanorum prædiorum.*
50 §. 2.
51 §. 1.
52 §. *ult.*
53 *Tit. 4. §. 1. de usufructu.*
54 *d. Tit. 4. in princ.*
55 *d. §. 1. in fin. §. 3. & ult.*
56 §. 2.
57 *Tit. 5. De usu & habitatione.*
58 §. 1. 2. & 3. 4.
59 §. 5.
60 §. *ult.*
61 *Tit. 6. de usucapionibus & longi temporis præscriptionibus.*
62 *Tit. 7.*
63 *Tit. 10. & seq.*
64 *lib. 3. tit. 1. & seq.*
65 *lib. 3. tit. 10.*
66 *lib. 3. tit. 11.*
67 *lib. 3. tit. 12.*
68 *lib. 3. tit. 13.*
69 *lib. 3. tit. 14. usque ad tit. de act.*
70 *d. tit. 6.*
71 § 1.
72 §. 4.
73 §. 3.
74 §. 2.
75 *vers. sed tamen: vers. item si is, & seq.*
76 §. *ult.*
77 §. 4.
78 *d. § 2. vers. quod autem. & sequentibus.*
79 §. 5.
80 §. 6.
81 §. 7.
82 §. 8.

1 *Tit 7. De donationibus.*
2 §. 1.
3 §. 2. *in pr.*
4 *vers. sed & quasdam donationes. junctis l. 36. C. de donat.*
5 *vers. sciendum.*
6 §. 3.
7 §. *ult.*
8 *Tit. 8. Quibus alienare licet vel non licet.*
9 §. 1.
10 §. *ult.*
11 *Tit. 9. Per quas personas cuique acquiritur.*
12 §. 1.
13 §. 2.
14 §. 3.
15 §. 4.
16 §. 5.
17 *Tit. 10. De testamentis ordinandis.*
18 §. 4.
19 §. *ult.*
20 §. 3. 4.
21 *d* §. 4.
22 §. 5.
23 §. 6.
24 §. 7.
25 §. 8.
26 §. 9.
27 §. 10.
28 §. 11.
29 §. 12.
30 §. 13.
31 §. *ult.*
32 *Tit. 11. §. 3. De militari testamento.*
33 *d. tit. 11. in pr.*
34 §. 1.
35 §. 4.
36 *d. tit. 11. in pr.*
37 §. 2.
38 §. 5.
39 §. *ult.*
40 *Tit. 12. Quibus non est permissum facere testamentum.*
41 §. 1.
42 §. 2.
43 §. 3.
44 §. 4.
45 §. *ult.*
46 *Tit. 13. §. 1. 2. 6. De exheredatione liberorum.*
47 §. *ult.*
48 §. 6.
49 *d. Tit. 13. in pr. & §. 5.*
50 §. 4. & 5. *in fin. l. pen. C. de adopt.*
51 §. 3. & 4. *vers. emancipati.*
52 *Tit. 14. in princ. §. 1. 2. 3. De heredibus instituendis.*
53 §. 4.
54 §. 12.
55 §. 5.
56 §. 6. 7. 8.
57 §. 10.
58 §. 11.
59 §. 9.
60 *Tit. 15. De vulgari substitutione.*
61 §. 1.
62 §. 2.
63 §. 3.
64 §. *ult.*

65 *Tit.* 16 §. 1. *De pupillari substitutione.*

† Possumus præterea liberis impuberibus & furiosis (quo casu ad exemplum pupillorum eis substituimus [64]) quos in potestate habemus, non solum ita, Si heredes nobis non extiterint, alius sit eis heres, sed eo amplius, Si instituti vel exheredati liberi etiam) posthumi [65] heredes nobis extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, alius (puta Seius) sit eis heres [67]. Talis substitutio vocatur pupillaris: eaque & sibi & filio pater testamentum facit [68]: hocque illius est sequela: illud si non valet, hoc etiam non valebit [69]. Possumus etiam singulis liberis, vel ei qui ultimus impubes morietur, substituere [70], specialiter, id est nomine expresso, vel generaliter [71]: masculo ad decimum quartum, fœminæ ad duodecimum annum [72]. Extraneo vel puberi filio ita non possumus substituere: eos tamen gravare per fideicommissum possumus, ut hereditatem alii totam, vel pro parte restituant [73]. Quomodo parens substitutione pupillari vitæ filii periculum creare non possit, vide §. 3. [74] † Valent ergo superioribus modis testamenta: quæ interdum accidit infirmari, rumpi vel irrita fieri [75]. Rumpitur adgnatione sui heredis [76], posteriore testamento [77]. Prius testamentum non valide revocatur, si simpliciter diximus nolle nos id valere: item, si posterius facere tantum cœpimus [78]: & ita quidem, ut his duobus casibus Princeps non capiat [79]. Fit irritum capitis minutione [80]. Utcunque autem tanta nobis testantibus competat potestas, non possumus tamen inique liberos vel parentes exheredare aut inique præterire [81]: sed nec fratres & sorores, turpibus personis scriptis heredibus postponere: alias hujusmodi personæ de inofficioso defuncti testamento agere possunt [82]. Quod si hujusmodi personæ quartam, vel jure legati, vel fideicommissi, vel mortis causa, vel inter vivos, vel aliis modis habuerint, de inofficioso agere non poterunt. Nam si quid eis relictum fuerit, quarta eis supplenda fuerit [83]. Quartam ita intellige, ut sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso permittitur, una quarta eis detur, quæ pro rata eis distribuatur [84].

† Cæterum hic notandum est, nostrorum heredum esse differentiam, eorumque alios esse nobis necessarios (ut servos [85]) alios suos & necessarios (veluti filios [86]) alios extraneos [87]. Extraneis deliberandi de adeunda hereditate, vel non adeunda, suis & necessariis abstinendi potestas datur [88]. Extraneus heres hereditatem adit vel nuda voluntate vel pro herede gerendo. Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam heres utitur: Utitur, qui vendit, qui colit, qui locat [89]. † Et hæc omnia non tantum possumus, sed etiam legandi nobis potestas data est [90]. Legatum est donatio à defuncto relicta, ab herede præstanda [91]. Olim variis generibus legabatur, veluti per vindicationem, damnationem, sinendi modum & præceptionem. Sed hodie omnium istorum legatorum una est natura, & quibusvis verbis legare licet, actione personali, in rem, & hypothecaria legatarius data [92]. Olim etiam legata fideicommissis strictiora erant, hodie exæquata [93]. Videndum est de rebus quas legare possumus. Legare possumus res nostras, heredis, rem alienam (scientes tamen, & in commercio positam; hoc ultimo casu cogitur heres eam rem redimere, vel æstimationem dare [94], nisi legatarius ex causa non onerosa, sed lucrativa, puta donationis, eam rem vivo testatore fuerit consecutus [95]) rem obligatam creditori [96], quod futurum esse potest [97]: rem nostram quasi alienam [98], rem nostram eamque postea alienare (totam scil. vel in parte) ac pignori dare (quo casu non videmur legatum adimere [99]: aliud erit si res legata sine facto heredis perierit: tunc enim res legatario decedit [100]): debitori nostro liberationem [1]: creditori vero pure legare possumus; quod in diem & sub conditione ei debemus (alias si nihil est plus in legato quam in debito, legatum erit inutile [2]): dotem uxori (plenius enim est legatum, quam de dote actio [3]) ancillas cum suis natis, ordinarium servum cum vicariis, servum cum peculio, fundum cum instrumento: sed hoc casu, mortua ancilla, & ordinario partus & vicarius debetur; mortuo servo, fundo alienato peculium & instrumentum non debetur [4]. Gregem quoque legare possumus, cujus quod superfuerit, etiam minimum, puta una ovis à legatario vindicari poterit [5]. Ædibus legatis, quæcunque post testamentum testator eis adjecerit, ædibus cedunt [6]. Legare etiam possumus peculia servorum [7], res corporales & incorporales [8], optionis facultatem [9]. Rem legatarii ei legare non possumus [10]: & hæc de reb. Illis solum legare possumus cum quibus testamenti factio est [11], incertis personis [12], alieno posthumo (posthumus alienus dicitur, qui natus inter suos heres testatori futurus non est [13], qui & olim & hodie heres institui potest, nisi in utero ejus mulieris sit, quæ jure nostro uxor esse non potest [14]. Non idem est in tutore, qui incertus dari non debet [15]). & hæc de personis. Videndum est, qua forma legare possumus. Possumus vero legare conjunctim vel disjunctim [16], & generaliter, puta servum, ut eo casu electio sit legatarii [17]. Possumus in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii errare, (sufficit enim si de persona ejus constet [18]): possumus eundem falso demonstrare [19], eique falsa causa legare [20], sub conditione, servo heredis [21], ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones [22], post mortem heredis aut legatarii [23], pœnæ nomine [24]. † Possumus quoque adimere legata (sive eodem testamento, sive codicillis, sive contrariis verbis, sive aliis quibuscunque [25]) transferre ab alio ad alium [26]. † Possumus quoque universa bona legatis erogare: sed tamen ea potestas primum per legem Furiam, dein per legem Voconiam, tandem per Falcidiam est restricta, qua cavetur ne plus legare, quam dodrantem totorum bonorum liceat, id est, ut sive unus heres institutus sit, sive plures, apud eum eosve pars quarta remaneat [27]. Ea lex in singulis heredibus locum habet, tam iis quorum pars legatis onerata est, quam illis quorum pars non est onerata [28]. Quantitas patrimonii mortis tempore spectatur: ideoque, quæ mortuo testatore hereditati ante aditam hereditatem adjunguntur vel adimuntur, ad lucrum vel damnum heredum pertinent [29]. Falcidiæ ratio ponitur, ære al eno, funeris impensa, & pretiis servorum manumissorum deductis [30]. † Nunc transeamus ad fideicommissa, seu fideicommissarias hereditates [31]. Fideicommissa primum eo fini reperta fuerunt, ut quibus hereditas vel legatum relinqui non posset, ii per alium utrumque caperent. Ea D. Augustus, iis rationibus motus, confirmavit: confirmata paulatim in assiduam jurisdictionem versa sunt, Prætore ad id peculiariter creato, qui fideicommissarius dicebatur [32]. Est autem fideicommissum, quoties heredem institutum rogamus, ut hereditatem alii restituat [33]: eaque restituta nihilominus est heres [34]: quamquam olim ei & in eum [35] darentur omnes actiones, cui ita erat restituta hereditas. Postea permissum fuit SC. Pegasiano, heredi perinde quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: quo subsecuto, ipse heres onera hereditaria pro rata parte sustinebat: alter, legatarii partiarii loco erat, id est, ejus cui pars bonorum legata est, eaque species legati Partitio vocabatur: qua cum herede Partiarius partiebatur hereditatem [36]: atque ita in heredem, jure civili; in eum qui recipiebat hereditatem, ex SC. Trebelliano actiones pro rata parte dabantur [37]. Hodie heres in solidum vel pro parte [38], testamentarius vel legitimus vel honorarius [39], quin & is cui aliquid restitui mandavimus, & à nobis rogatus ut id, aut totum, aut parte tenus, alii restituat [40], hereditatem restituere debet, quartamque vel quod quartæ deest, retinere & repetere potest pro rata portione, actionibus tam in eum, quam in fideicommissarios, competentibus, nisi hujusmodi personæ volentes scientes totam restituerint, vel noluerint adire: tunc enim soli fideicommissarii tenentur [41]. Fideicommissa coram quinque testibus relinquere possumus: quin coram solo herede: quo casu fideicommissarius heredi jusjurandum deferre potest, hereseque cogitur vel jurare, se nihil tale à testatore audivisse, aut, si recusat jurare, fideicommissum præstare [42]. † Nec tantum autem universam hereditatem per fideicommissum relinquere possumus [43], sed & res singulas, propriam heredis, legatarii, fideicommissarii, aut cujuslibet alterius [44] libertatem [45]: iis verbis potissimum; peto, rogo, volo, mando, fideique tuæ committo; quæ perinde singula firma sunt, ac si in unum congesta sint [46]. † Possumus quoque non tantum per testamentum solenne, de quo antea diximus, sed & codicillis vel uno vel pluribus (qui minorem solennitatem requirunt [47]) relinquere [48] fideicommissum vel quid aliud: non tamen hereditatem directo, licet per obliquum. Per obliquum relinquimus, quoties fideicommittimus [49]. Ante vel post testamentum fieri possunt fideicommissa: adeo ut ex iis fideicommissum peti possit, si appareat, testatorem à voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse [50]. Et hæc de testamentis. Sequitur quintus acquirendi modus jure civili, nempe ab intestato. Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure, cujus testamentum ruptum, irritumve, aut ex quo nemo heres extitit [51]. Intestati hereditas primum ad suos heredes pertinet [52]. Sui heredes sunt jure civili liberi, qui in potestate positi defuncti cum moritur, (cum iis etiam succedunt filii jure Prætorio [53]: emancipati, inquam, licet ab aliis sint adoptati, idque Constitutione Justiniani [54], explosa ea in parte veteri jure [55]) sive legitimi, sive naturales, sive legitimati, sive adoptivi, sive nati, sive posthumi sint [56]: Ii heredes fiunt, etiam ignorantes: & in eos, morte parentis, continuatur dominium ipso jure [57]. Suorum numero continetur & is, qui ab hostibus revertitur post mortem patris [58]. Suus est etiam cujus pater perduellionis damnatus, ac memoria damnata: sed suus esse desiit, quia bona parentis ad fiscum deferuntur [59]. Filii & filiæ æqualiter parentibus succedunt. Cum iis nepotes ex altero filio mortuo concurrentes succedunt, non in capita, sed in stirpes: nec eo casu qui gradu proximior est, posteriorem excludit [60]. Nepotes vero & deinceps liberi ex filia concurrentes cum superius enumeratis personis, minus tertia parte accipiunt, quam mater eorum vel avia acceptura fuerat [61]. Concurrentes cum agnatis transversalibus eos excludunt [62]. Ubi vero nulli sui sunt, vel quasi sui, hereditas ab intestato ad proximum agnatum olim pertinebat [63]: sed hodie agnatis cognati, quoad successiones, sunt exæquati [64]. Agnati sunt cognati per viriles personas conjuncti [65]. Succedunt sibi invicem agnati, etiamsi gradu (de gradibus vide Tit. 6.) longissimo sint [66], puta decimo [67]. Sed hodie soror cum fratre fratri succedit, veteri jure explosa [68]: hereditate, non in stirpes, sed in capita dividenda [69]. † Olim frater & soror defuncti, filios & filias alterius defuncti excludebant [70]: sed hodie non sunt semoti, propter eis concessum jus repræsentationis [71], quo casu cum patruo suo succedunt in stirpes, non in capita [72]. Olim etiam cum fratribus defuncti mater non succedebat, sed cum solis sororibus [73]: eo etiam casu pater defuncti matrem ejus excludebat [74]: sed hodie ex SC. Tertulliano etiam cum masculis fratribus utroque etiam parente conjunctis defuncti pater ac mater concurrit æqualiter [75], ut tantum percipiat, quantum unusquisque fratrum defuncti [76]. Cum iis etiam concurrunt filii fratris defuncti: fratris, inquam, qui defuncto fratri ex utroque parente jungebatur. Nov. 127. c. 1. Ubi vero agitur de successione agnati vel cognati sine liberis, vel parentibus vel fratribus aut sororibus mortui: soli fratrum vel sororum liberi, ac deinceps cognati relicti, patruo suo ab intestato succedunt, non in stirpes, sed in capita [77]. Hinc constat, magnum judicium adhibendum esse in legendo tit. 2. 3. 4. 5. hujus libri [78]. Et quidem quarto ostenditur quemadmodum filii, filiæ, nepotes, neptes matri & aviæ succedunt ex SC. Orficiano: item de jure adcrescendi. Quinto cognatus cognato ut succedat. Sexto de gradibus cognationum. † De servili cognatione, vide tit. 7. 79 de successione libertorum, vide tit. 8. & 9. [80] † Quod ad bonorum possessiones attinet, quæ jure Prætorio conceduntur, notandus est ordo qui sequitur, eas scil. dari vel ex testamento, vel ab intestato. Ex testamento dupliciter: contra tabulas liberis præteritis: secundum tabulas scriptis heredibus. Ab intestato, hoc ordine: unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, & ex legibus explosa veteri ordine [81]. † De sexto adquirendi modo jure civili per adrogationem, vide tit. 11 [82]. † De septimo per bonorum addictionem, vide tit. 12 [83]. † De aliis modis, qui fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano sublatis, vide tit. 13. [84]. † Qui nunc sequitur adquirendi modus utilissimus est: constat autem obligatione [85]: Obligatio vero nihil aliud est, quam juris vinculum quo necessitate astringimur, alicujus rei solvendæ causa, secundum civitatis Romanæ jura [86]. Obligationum prima divisio hæc est: obligationum aliæ Civiles sunt, aliæ Prætoriæ, seu honorariæ. Hæ ex Prætoris jurisdictione: illæ, aut legibus constituræ, aut certo jure civili comprobatæ [87]. Altera divisio in quatuor species deducitur. Aliæ enim sunt ex contractu vel quasi: aliæ ex delicto vel quasi. Quæ sunt ex contractu: aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur [88]. † Re, veluti mutui [89], indebiti [90], commodati [91], depositi [92], pignoris acceptione [93]. Harum obligationum homine competit nobis condictio mutui, indebiti, commodati, depositi, pignoris [94]. In mutuo semper dominium transfertur: in commodato, deposito, & pignore nunquam [95]: in indebito interdum. In mutuo ab accipiente casus fortuiti præstantur: in commodato, & pignore, exacta diligentia, ac consueta observari à bono patrefamilias [96]: in deposito solus dolus præstatur [97]. Hinc colligere possis, quid juris sit in indebito. † Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & responsione, quoties quid dari fierive (in hujusmodi stipulationibus quæ factum continent, optimum est pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit: ac necesse sit actori probare quid ejus interfuit [98]) stipulamur: certum, unde condictio certi:

66 *Tit.* 16 §. 2.
67 §. 3.
68 §. 2.
69 §. 5.
70 §. 6.
71 §. 7.
72 §. 8.
73 § *ult.*
74 §. 3.
75 *Tit.* 17. *Quibus modis testamenta infirmentur.*
76 § 2.
77 §. 2. 3.
78 §. 7.
79 §. *ult.*
80 §. 4. 5. 6.
81 *Tit.* 18. *De inofficioso testamento.*
82 §. 1. & 2.
83 §. 3.
84 § *ult.* adde & *cujac.* §. 4. 5.
85 *Tit.* 19. *in pr.* & §. 1. *de heredum qualitate & differentia.*
86 §. 2.
87 §. 3. 4.
88 §. 5.
89 § *ult.*
90 *Tit.* 20. *De legatis.*
91 §. 1.
92 §. 2.
93 §. 3.
94 §. 4.
95 §. 6. & 9.
96 § 5.
97 §. 7.
98 §. 11.
99 §. 12.
100 §. 16.
1 §. 13. & §. 21. *in fin.*
2 §. 14.
3 §. 13.
4 §. 17.
5 §. 18.
6 §. 19.
7 §. 20.
8 §. 12. *in pr.*
9 §. 23.
10 §. 10.
11 §. 24.
12 §. 25.
13 §. 26.
14 §. 28.
15 §. 27.
16 §. 8.
17 § 22.
18 §. 29.
19 §. 30.
20 §. 31.
21 §. 32. 33.
22 §. 14.
23 §. 35.
24 §. *ult.*
25 *Tit.* 21. *De ademptione legatorum, & translatione.*
26 §. *ult.*
27 *Tit.* 22. *De lege Falcidia.*
28 §. 1.
29 §. 2.
30 §. *ult.*
31 *Tit.* 23. *De fideicommissariis hereditatibus & ad SC. Trebellianum.*
32 §. 1.
33 §. 2.
34 § 3.
35 §. 4.
36 § 5.
37 §. 6.
38 § 7.
39 § 8.
40 § 9.
41 §. 7.
42 §. *ult.*
43 *Tit.* 24. *De singulis rebus per fideicommissum relictis.*
44 §. 1.
45 §. 2.
46 §. *ult.*
47 *Tit.* 25. *in pr.* & §. *ult. De codicillis.*
48 §. 1.
49 § 2.
50 §. 1.
51 *LIB. III. Tit.* 1. *De hereditatibus quæ ab intestato deferuntur.*
52 §. 1.
53 § 9.
54 §. 14.
55 §. 10. 11. 12. 13.
56 §. 2. 7. 8.
57 §. 3.
58 §. 4.
59 §. 5.
60 §. 6.
61 §. 15.
62 §. *ult.*
63 *Tit. de legitima agnatorum successione.*
64 *Nov.* 117. *cap.* 4. 5.
65 §. 12.
66 §. 3.
67 *Tit.* 5. §. *ult.*
68 *d.* §. 3.
69 §. 4. *in fin.*
70 *d.* §. 4. *in fin.*
71 *Nov.* 127.
72 *Auth. Cessante. C. de legit. heredib.*
73 *Tit.* 2. *De Senatusconsulto Tertulliano.*
74 *Tit.* 3. §. 3.
75 *Nov.* 127. *in fin. princ.*
76 *Nov.* 42. *c.* 4. 7. *in fin. Nov.* 117. *cap.* 2.
77 *Caim lib.* 2. *instit. c.* 8. eamque opinionem, ut æquiorem defendit Zasius, 1 *Resp.* 7. Minsingerus 3. *obs.* 94. Carolus V quoque Imperator idem statuit.
78 *Tit.* 2. 3. 4. 5. 6. in quo agitur de gradibus cognationum, *De Senatusconsf. Orficiano. De successione cognatorum. De gradibus cognationum.*
79 *Tit.* 7. *De servili cognatione.*
80 *Tit.* 8 & 9. *De successione libertorum.*
81 *Tit.* 10. *De bonorum possessionib.*
82 *Tit.* 11. *De adquisitione per adrogationem.*
83 *Tit.* 12. *De eo, cui libertatis causa bona adjudicantur.*
84 *Tit.* 13. *De successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano.*
85 *Tit.* 14. *De obligationibus.*
86 *d. tit.* 14.
87 §. 1.
88 §. *ult.*
89 *Tit.* 15. *Quibus modis re contrahitur obligatio.*
90 §. 1.
91 §. 2.
92 §. 3.
93 §. *ult.*
94 *Toto titulo.*
95 1. 2.
96 §. 2. & *ult.*
97 §. 3.
98 *Tit.* 16. *De verborum obligationibus.* §. *ult.*

certi: vel incertum, unde ex stipulatu actio descendit. Stipulatio
99 *Tit. 16. in pr.* à stipulo, id est, firmo, vel à stipite dicitur 99. Et hæc de definitione, effectu & etymo stipulationis. Olim solennia stipulationum verba hæc fuerunt, Spondes? promittis? fideipromittis? fidejubes? dabis? facies? responsionis vero verba superioribus respondentia. Hodie quibuscunque verbis fit. Fit stipulatio omni lingua:
100 §. 1. sufficit congruenter ad interrogata respondere 100. Fit etiam pure, aut in diem, aut sub conditione. Priori modo, confestim peti
1 §. 2. potest res promissa 1. Duobus postremis, postquam dies venerit,
2 §. 2. & §. 4. vel conditione impleta 2. Qui stipulatur annua quoad vivet, here-
3 §. 3. dem suum non juvat 3. Quoties sub conditione stipulamur, in casum seu factum differtur obligatio: ex ea spes est, debitum iri, eamque ipsam spem ad heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit: si ita stipulamur, Dabis si non fecero? perinde est ac si stipulati essemus, Cum moriemur
4 §. 4. 4. Conditiones ad præsens, vel ad præteritum tempus relatæ, aut statim infirmant obligationem, puta si falsæ sint; aut omnino non differunt, puta si veræ sint. Nam quæ per rerum naturam certa
5 §. 6. sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint 5. Loca interdum inseruntur stipulationibus, veluti Carthagini dabis? talis stipulatio reipsa, seu tacite habet tempus adjectum, quo promissor Carthaginem ire poterit: ideoque qui Romæ ita stipulatur, Hodie Carthagini dabis? nil agit: est enim inutilis repromissio 6: & hæc de forma stipulationis dicta sint. † Stipulandi & promittendi duo plurésve rei fieri possunt 7. Rei simul quoties vel plures stipulantur, vel promittunt 8: utrovis modo solidum debetur, à quovis eorum solidum præstatur & accipitur 9. Eorum unus pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. Nec impedimento erit dies aut conditio quominus ab eo, qui pure obligatus est, petatur 10. † Quod liberi in potestate positi 11, & servi etiam hereditarii, quovis modo stipulantur, domino acquirunt 12: nisi factum in stipulatione contineatur 13. Communis servus unicuique dominorum pro portione dominii acquirit: nisi aut uni nominatim, aut unius jussu stipulatus sit: aut alter dominus adquirendi capax non sit: tunc enim ei soli adquiritur 14. & hæc de personis. † Stipulationum divisiones hæ sunt. Aliæ Judiciales, quæ à mero judicis officio proficiscuntur: Prætoriæ & Ædilitiæ, quæ à mero Prætoris officio descendunt 15: Communes, id est, partim Prætoriæ, partim judiciales 16: Conventionales, quæ ex conventione utriusque partis concipiuntur 17. Aliæ inutiles vel utiles, de quibus hoc primum tenendum est. Res omnes mobiles, vel soli, dominio nostro subjectas in stipulationem deduci posse 18. Contra non possumus stipulari utiliter rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest 19, rem sacram, religiosam, publicam, liberum hominem, rem nostram 20, etiam eo casu quo nostra erit 21, factum turpe, vel ob turpem causam 22, factum alienum seu alium factурum vel daturum 23, alii, cui dari nostra non interest (nisi pœnam stipulemur, quo casu ita factum non erit 24: vel citra stipulationem pœnalem, nisi ei cujus juri subjecti sumus, stipulemur: nisi in extraneam personam solutionem conferamus: nisi eis qui juri nostro subjecti sunt stipulemur; hoc enim ultimo casu nobis acquirimus 25: nisi pupillo vel procuratori; tunc enim nostra interest eis dari 26) vel ab eo qui nostro juri subjectus est, vel ab eo cujus juri subjecti sumus 27. Inutilis est etiam stipulatio, si ad interrogata non fuerit responsum 28. Exemplo sit is qui de una re interrogatus, de alia respondit 29. Mutus 30, furiosus, neque stipulari, neque promittere possunt 31. Pupillus, sine tutore stipulari potest: at non promittere 32. Pupillum intelligimus, qui proximus est infantiæ, non infantem 33. Sub conditione impossibili (qualis est, cui natura impedimento est, quominus existat) si stipulati fuerimus, perinde est, ac si pure stipulatio facta esset: ideoque statim peti potest 34. Inter absentes concepta stipulatio inutilis est. Absens fuisse non intelligitur, quem præsentem fuisse scriptura seu instrumentum testatur (hoc enim casu scripturæ creditur & præsumitur pro instrumento): sed tamen reus potest manifestissimis probationibus vel per scripturam, vel per testes idoneos probare, toto eo die, quo conficiebatur instrumentum, se vel adversarium suum in aliis locis fuisse 35. Post mortem, sive pridie quam moriamur, dari, stipulari, vel promittere possumus 36: sed & ita, cum moriar, vel ita cum morieris 37, post mortem alterius 38. Possumus etiam præpostere stipulationem concipere, puta hoc modo, Si navis ex Asia venerit, hodie dabis 39? Item plures res una stipulatione comprehendere: quo casu si ad omnes promissor respondерit, ad omnes tenebitur 40. Præterea sub conditione, cujus spem ad heredes nostros, & in heredes promissoris transmittimus 41. Postremo, hoc anno, hoc mense: tunc autem, nisi omnibus anni vel mensis partibus præteritis, non recte petitur 42. Si fundum dari stipulatus fueris, vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit 43. † Stipulationum promissionibus solent fidejussores adjici 44, in omni contractu 45: heredem relinquunt obligatum 46. Obligationem præcedere possunt & subsequi 47. Quovis idiomate obligari possunt 48. Si plures sint, epistolæ D. Hadriani seu divisionis beneficium habent, de qua vide §. 4. 49 Non possunt obligari, ut plus debeant, quam principalis: ut minus debeant, possunt. Minus intelligimus re vel tempore 50. Si quid rei principalis nomine solverint, pro eo recuperando mandati habent judicium 51. Quem fidejussisse constat, eum solenniter & maturo consilio fidejussisse præsumimus 52. Et hæc de obligatione, quæ verbis perficitur. † Literis sive scriptura quæ constat obligatio, promissorem obligat: sed tamen intra biennium exceptionem pecuniæ non numeratæ objicere potest 53. Et hæc de litterarum obligationibus. † Restant quæ fiunt consensu: in quibus neque scriptura, neque præsentia, neque rei traditione opus est. Sufficit ut qui contrahunt, consentiant. In his etiam alter alteri ex æquo & bono obligatur 54.
† Ejus generis est emptio & venditio, quæ simulatque de pretio conventum, contrahitur: quamvis nondum pretium numeratum sit: ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis contractæ, non ipsa emptio. Pretium igitur in venditione constitui oportet: nam sine pretio nulla emptio esse potest 55. Certum pretium esse debet (certum illud etiam existimamus, quod tertius existimaverit 56), & in numerata pecunia (qua in re emptio à permutatione differt 57.) Venditione ita contracta, periculum & commodum rei venditæ statim ad emptorem pertinet: tametsi res emptori tradita non sit 58. Emptio sub conditione, & pure contrahi potest 59. Rem sacram, religiosam, publicam, frustra quis sciens emit: ignarus si emerit, habet actionem ex empto adversus venditorem, ut consequatur quod sua interest non fuisse deceptum 60. Præter superius genus emptionis, aliud est quod scriptura perficitur, quod tunc demum perfectum

1 *Tit. 16. in pr.* 2 §. 2. 3 §. 3. 4 §. 4. 5 §. 6. 6 §. 5. 7 *Tit. 17. De duabus reis stipulandi & promittendi.* 8 *d. Tit. 17.* 9 §. 1. 10 §. *ult.* 11 *Tit. 18. §. 1. De stipulatione servorum.* 12 *Tit. 18. in pr. & d. §. 1.* 13 §. 2. 14 §. *ult.* 15 *Tit. 19. in pr. & §. 1. De divisione stipulationum.* 16 §. 2. *in pr. & §. 1.* 17 §. 3. 18 *Tit. 20. De inutilibus stipulationibus.* 19 §. 1. 20 §. 2. 21 §. 22. 22 §. 24. 23 §. 3. 24 §. 19. 21. 25 §. 24. 26 §. 20. 27 §. 6. 28 §. 5. 29 §. 23. 30 §. 7. 31 §. 8. 32 §. 9. 33 §. 10. 34 §. 11. 35 §. 12. 36 §. 13. 37 §. 15. 38 §. 16. 39 §. 14. 40 §. 16. 41 §. 25. 42 §. *ult.* 43 §. *ult. J.* 44 *Tit. 21. De fidejussoribus.* 45 §. 1. 46 §. 2. 47 §. 3. 48 §. 7. 49 §. 4. 50 §. 5. 51 §. 6. 52 §. *ult.* 53 *Tit. 22. De literarum obligationibus.* 54 *Tit. 23. De obligationibus ex consensu.* 55 *Tit. 24. in pr. De emptione & venditione.* 56 §. 1. 57 §. 1. 58 §. 3. 59 §. 4. 60 §. *ult.*

intelligitur, cum instrumenta venditionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio scripta, & a contrahentibus subscripta, vel à tabellione completa & absoluta. Donec aliquid ex his deest, pœnitentiæ locus est. Potest alteruter contrahentium sine pœna recedere à contractu, nisi arrha data sit: tunc enim pœnitens emptor, arrham: venditor, duplum arrhæ restituere compellitur 61. † Et hæc de venditione & emptione: cui proxima est, locatio & conductio. Utraque contracta intelligitur si merces constituta est 62, etiam alieno arbitrio. Merces in pecunia esse debet. Nam si invicem rem utendam accipimus: non ex locato & conducto, sed præscriptis verbis agimus 63. Si aurum meum dedi aurifici, ut annulos conficeret, mera locatio: si is & aurum, & operas præstitit, auri ratione emptio & venditio: operarum vero, locatio & conductio intelligitur 64. Locare possumus alteri prædia perpetuo fruenda, ea lege, ut quamdiu pensio pro his præstabitur, conductor ejusve heres, aut qui ab eo causam habet quocunque modo, expelli non possit: quod genus contractus Emphyteusim vocamus. Particularia hujusmodi prædii damna colonus patitur: universalia, ipse prædii dominus 65. Cæterum conductor legem conductionis servare debet, eamque ex æquo & bono supplere. Qui accepta pecunia, rem custodire promisit: custodiam diligentissimi patrisfamilias debet, de casu fortuito non tenetur 66. Mortuo conductore intra tempus conductionis, heres ejus eodem jure in conductionem succedit 67. Locatori, locati: conductori, conducti actio datur 68. † Sequitur societas, quæ aut totorum bonorum: aut unius alicujus negotiationis est 69. Partes lucri & damni expressæ, servandæ sunt: si non expressæ, æquales erunt 70. Coire ita societatem possumus, ut ego lucri duas partes, damni tertiam feram: tu duas damni, lucri tertiam habeas: quia mea opera ita pretiosa esse potest in societate, ut justum sit me in societatem conditione meliore admitti. Potest etiam conveniri ut ego pecuniam conferam, tu non conferas, & tamen lucrum sit commune, si modo opera tua pro pecunia valet: ut lucri partem feras, de damno non tenearis, si modo in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit 71: ut compensatione facta, quod superest solum intelligatur in lucro esse. Si in una causa (puta lucro) pars expressa est, in altera (puta damno) omissa: in eo quod omissum est, eadem pars servabitur 72. Solvitur societas dissensu legitimo, non fraudulento 73: morte unius socii, nisi in coëunda societate aliter convenerit 74: finito rei negotio 75: publicatione omnium bonorum unius socii 76; vel cessione 77. Socius socio culpæ tenetur & diligentiæ; diligentiam intellige non exactissimam, sed qualem socius in rebus suis adhibere solet 78. † Sequitur mandatum 79 quod fit, vel ut mea tantum 80, vel ut mea & tua 81, vel ut alterius 82, vel ut mea & socii 83, vel ut tua & alterius 84, vel ut tua tantum geras negotia: cujus generis mandatum magis consilium est quam mandatum: ob id non est obligatorium, ut & illud quod contra bonos mores est omnimodo 85. Qui mandatum accepit, non debet excedere fines mandati 86. Mandatum revocari potest re integra 87. Intelligitur revocatum morte mandantis, si modo mandatarius mortem ejus intellexit 88. Mandatum non suscipere liberum est: susceptum consummandum est, aut renunciandum 89. In diem differri, & sub conditione fieri potest 90: gratuitum esse debet. Et hæc de obligationibus quæ ex contractu fiunt, dicta sint.
† Sequitur ut videamus quæ obligationes ex quasi contractu nascuntur 91. Inter negotiorum gestorem & eum cujus negotia gesta sunt 92, inter tutorem & pupillum 93, inter eos qui communem rem habent 94, inter heredem & legatarios 95, inter eum qui per errorem non debitum solvit, accepit, ultro citroque nascuntur obligationes ex quasi contractu 96. † Hic dicendum erat de obligationibus ex delicto vel quasi: sed quia Tribonianus interserit tractatum de personis obligationem acquirentibus, & de contrariis obligationis, utrumque caput considerandum nobis erit. Acquirimus obligationem per nos, per servos, per filios in potestate 97, per liberos homines, & per alienos servos quos bona fide possidemus 98, per servum usufructuarium & usuarium 99 & communem 100. † Tollitur vero obligatio solutione ejus quod debetur 1, acceptilatione seu imaginaria solutione 2, novatione seu interventu novæ personæ 3, contraria voluntate 4. † Sequuntur obligationes ex delicto, vel quasi: illæ nascuntur ex re, id est, ex ipso maleficio, veluti furto, rapina, damno, injuria 5. Furtum est contrectatio fraudulosa rei alienæ lucri faciendi causa 6. Dicitur à furvo, id est, nigro (fit enim clam) vel à ferendo 7. Manifestus fur est, qui in ipso furto deprehenditur, vel in eo loco quo furtum fit: quique ibi furtivam rem tenet: Non manifestus est ei contrarius 8 (de concepti, oblati, prohibiti furti antiquis actionibus v. §. 4. 9) manifestus quadrupli, non manifestus dupli tenetur 10. Qui pignore, aut deposito utitur, furtum committit: ut & commodatarius rem utendam acceptam in alium usum transferens 11: modo intelligat id se invito domino facere 12, nisi domino volente id faciat. Si servum meum, à te de furto mihi faciendo solicitatum, permisi quasdam res mihi furripere, ut te in ipso delicto deprehenderem, furti & servi corrupti nomine mihi teneris: utcunque me volente, eo casu videaris rem meam contrectasse 13. Furtum committit, qui liberum hominem surripit 14: qui creditori suo pignus datum subtrahit 15: sed & is cujus ope & consilio furtum factum est, veluti tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: qui tibi obstitit, quominus furem adprehenderes: qui boves tuos fugavit, ut alius eos acciperet: qui scalas fenestris supponit, aut sciens commodat ferramenta ad effringendum: vel qui ostium effringit, ut alius furtum faciat. Qui tantum consilium dedit, furti non tenetur 16. Servi dominis, liberi parentibus furti non tenentur 17. Furti actio competit ei, cujus interest rem salvam esse 18: ideoque & creditori, ob pignus subreptum 19: & fulloni, ob vestimenta subrepta: & bonæ fidei emptori 20: & certis casibus ei, qui rem commodatam accepit 21: non idem est in depositario 22. Impubes proximus pubertati furti teneri potest 23. Rem nobis subreptam à quovis possessore vindicare possumus: eam vero ipsi furi condicimus, & præterea dupli, vel quadrupli pœnam exigimus 24: & hæc de furto.
† Rapina, furto deterior: cujus nomine intra annum, quadrupli; post annum, simpli actio nobis competit 25 adversus eum qui non errore ductus, sed dolo malo rapuit. Sed tamen qui rem suam ab ejus possessore per vim rapit, ejus dominio privatur: qui suam existimans, alienam tamen rapit, eam cogitur restituere: præterea ejus æstimationem præstare: quod & in immobilium invasionibus locum habet 26: & hæc de vi & rapina. † Damni injuriæ actio constituitur per l. Aquiliam: cujus primo capite de servo & quadrupede (quæ pecudum numero sit, quæcunque gregatim pasci dicitur 27) alterius occisis agebatur 28. Non injuria occidit qui infiatorem 29, vel qui casu occidit. Contra, hic injuria occidit, qui

culpa

61 *In pr. hoc tit.* 62 *Tit. 25. De locatione & conductione.* 63 §. 2. 64 §. 4. 65 §. 3. 66 §. 5. 67 §. *ult.* 68 *in pr. h. tit.* 69 *Tit. 26. De societate.* 70 §. 2. 71 §. 2. 72 §. 3. 73 §. 4. 74 §. 5. 75 §. 6. 76 §. 7. 77 §. 8. 78 §. *ult.* 79 *Tit. 27. De mandato.* 80 §. 1. 81 §. 2. 82 §. 3. 83 §. 4. 84 §. 5. 85 §. 7. 86 §. 8. 87 §. 9. 88 §. 10. 89 §. 11. 90 §. 12. 91 *Tit. 28. De obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur.* 92 §. 1. 93 §. 2. 94 §. 3. & 4. 95 §. 5. 96 §. 6. & *ult.* 97 *Tit. 29. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.* 98 §. 1. 99 §. 2. 100 §. *ult.* 1 *Tit. 30. Quibus modis tollitur obligatio.* 2 §. 1. 2. 3 §. 3. 4 §. *ult.*

L I B. IV.

Tit. 1. De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

6 §. 1. 7 §. 2. 8 §. 3. 9 §. 4. 10 §. 5. 11 §. 6. 12 §. 7. 13 §. 8. 14 §. 9. 15 §. 10. 16 §. 11. 17 §. 12. 18 §. 13. 19 §. 14. 20 §. 15. 21 §. 16. 22 §. 17. 23 §. 18. 24 §. *ult.* 25 *Tit. 2. De vi bonorum raptorum.* 26 §. 1. 2. 27 *Tit. 3. §. 1. De lege Aquilia.* 28 *d. Tit. 3. in pr.* 29 §. 2.

culpa [18], vel imperitia [19]. Reus eo casu tenetur de occiso, quanti eo anno plurimi fuit [20]: & in id quod præterea perempto illo corpore damni illatum fuit [21]. Idem etiam teneri potest lege Cornelia [22]. Cap. 2. leg. Aquil. non est in usu. Forte in eo agebatur de intercepta nobis utilitate per injuriam ab alio [23]. Tertio capite agebatur de servo & quadrupede vulneratis, de feris occisis, de damno dato rebus inanimatis: ut si quid in eis ustum, ruptum, fractum, corruptum, scissum, collisum, effusum, mixtum fuerit [24]. Reus tenebatur eo nomine, non quanti eo anno res plurimi fuisset: sed quanti in diebus triginta proximis [25]. Porro ex lege Aquilia directa actio datur in eum qui corpore suo damnum dedit. Utilis in eum qui non corpore, sed tamen in corpus aliquod damnum dedit: veluti si hominem, vel pecus inclusit, ut fame necarentur: jumentum egit, ut præcipitaretur: servo persuasit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, ut læderetur. In factum, si neque corpore, neque in corpus damnum datum est ab aliquo: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solvit, ut fugeret [26]. Et hæc de damno. † Injuria generaliter dicitur, quod non jure fit: specialiter, ut contumelia [27]. Injuriam facit, qui pugno pulsat, fustibus cædit, aut qui verberat. Convicium quis facit, vel voce, vel scripto [28]: item is qui procurat injuriam fieri [29]. Nihil interest nobis, an liberis, aut uxori fiat injuria [30]. Si servis nostris in nostri contumeliam injuria facta est, injuriæ actio nobis competit: non si eis simpliciter convicium factum, aut pugno tantum sint percussi [31]. Servum nostrum intelligimus, & quem cum alio habemus communem [32], cujus sumus proprietarii [33], qui bona fide nobis servit (si modo in nostri contumeliam ei injuria facta fit [34].) Qui injuriam intulit, arbitrio judicis punitur pro circumstantiis personarum [35], & rei, & facti atrocitate [36]. Civiliter, quanti injuriam passus æstimaverit: vel minoris, prout judici visum erit. Criminaliter, pœna extraordinaria [37]. Hæc actio dissimulatione aboletur [38]: & hæc de obligationibus ex delicto. † Quasi ex delicto obligatur judex, cum litem suam facit [39]: is ex cujus cœnaculo dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur [40]: exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de damno, aut furto, quod in navi aut caupona, aut stabulo factum erit [41]: & hæc de personis & rebus dicta sint.

De Actionibus privatis & publicis.

Sequuntur actiones, tertium juris objectum. Actio nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio quod sibi debetur [42]. Actionum aliæ in personam sunt (quæ & conditiones): aliæ in rem (quæ vindicationes dicuntur) corporalem vel incorporalem, ut servitutes [43]. Et hæ quidem legitimæ sunt & civiles. Prætoriæ vero in rem & personam sunt variæ. In rem, veluti Publiciana, qua experitur is, cui ex justa aliqua causa res aliena tradita fuit, cujusque possessionem amisit, antequam eam usucaperet: perinde enim eam rem vindicat, ac si usucepisset [44]. Rescissoria datur captivo, aut absenti Reip. causa, ad usucapionem suorum bonorum factam rescindendam [45]. Pauliana est, qua creditores rescindunt in sui fraudem alienationem factam à suis debitoribus [46]. Serviana vero, qua locator de rebus coloni experitur. Quasi Serviana, qua creditores pignora, & hypothecas persequuntur [47]. Prætoriales sunt per quas quæritur, An aliquis liber, An libertus, vel De partu agnoscendo [48]. In personam, veluti de pecunia constituta [49]: constituit autem quicunque pro se, vel pro alio citra stipulationem se soluturum promittit [50]. De peculio adversus patrem & dominum [51]. Ex jurejurando [52]. Pœnales, in albi corruptorem & alios [53]. Secunda actionum divisio. Actionum aliæ sunt rei persequendæ [54] (ut omnes in rem, & fere omnes in personam [55]) aliæ pœnæ persequendæ seu pœnales (puta ex maleficiis [56]) aliæ mixtæ. Mixtæ sunt quibus vel rem & pœnam persequimur [57], vel quas in rem & personam dirigimus [58]. Tertia divisio. Actionum aliæ in simplum [59] (veluti ex stipulatione, mutuo, empto, locato, & similibus [60]) in duplum [61], in triplum [62], in quadruplum sunt [63]. Quarta divisio. Actionum aliæ bonæ fidei sunt, quædam stricti juris [64], quædam arbitrariæ [65]. Quinta divisio. Quibusdam actionibus solidum persequimur, quibusdam minus solido [66]. De sexta divisione infra dicemus tit. 12. In actionibus danda est opera, ne plus quam oportet, petatur. Plus petitur quatuor modis, re, tempore, loco & causa [67]. † Non tantum actione utimur in eum qui ipsemet contraxit, vel deliquit: quod ipse vel contraxerit, vel deliquerit: sed quia ejus servus filiusve nobis vel ex contractu, vel delicto obligatus est. Ex contractu [68], puta si jussu patris vel domini cum filio vel servo contraxero, pater & dominus tenetur etiam directo [69] in solidum [70]. Uterque jussisse intelligitur, si navi (hinc exercitoria) vel tabernæ (hinc institoria [71]) vel peculio seu peculiari merci (hinc tributoria [72]) personas sibi subjectas quocunque modo præposuerit [73]. Interdum etiam hujusmodi personæ tenentur, licet filios vel servos non præposuerint: puta si filii vel servi rem quam nobis cum gesserunt, in rem, & utilitatem patris vel domini necessario, vel utiliter verterunt: tunc enim datur nobis de in rem verso actio [74]. Nunquam vero in patrem ignorantem datur actio, ob mutuum filio ejus datum, propter Senatusconsulti Macedoniani authoritatem [75]. Ex delicto vero servi datur in dominum actio noxalis, per quam ipse dominus servum dedere tenetur, aut litis æstimationem sufferre [76]. Ex delicto liberorum pater filium filiamve noxæ dedere non potest. Id enim naturalis amor & pudicitia filiarum non admittit. Conveniuntur ergo ipsimet liberi, si deliquerint [77]. Ex delicto seu pauperie animalium, ipsi domini etiam tenentur, si quid lascivia, aut pavore, aut feritate damni dederint: sed tamen liberabitur dominus si ea animalia noxæ dederit [78], nisi canem, verrem, aprum, leonem, ursum ibi habeat, qua vulgo iter fit: tunc enim tanti dominus condemnatur, quanti judex arbitratus fuerit [79]. Et hæc de dominis & parentibus. † Possimus quoque per procuratorem, tutorem, curatorem legitimum agere, quia morbus, ætas, & hujusmodi causæ id requirunt [80]. Procurator dicitur, cui rem nostram agere permisimus [81]. † Rei præsentis onus est (hic omittimus observationes juris veteris) ut vel juret, vel promittat, vel etiam satisdet (si id qualitas ejus personæ exigat) quod in judicio permanebit usque ad terminum litis [82]. Absentis vero, satisdare nomine sui procuratoris, judicatum solvi, & tempore recitandæ sententiæ, se in judicium venturum [83]. Quod si absens est omnino, & nesciat litem sibi moveri, quivis potest ejus defensionem subire, satisdatione prius, judicatum solvi, præstita [84]. & hæc de reo. Procurator vero actoris, carens mandato domini expresso, vel insinuato, cavere debet rem ratam dominum habiturum [85]. Sequitur sexta actionum divisio superioribus annectenda. Actionum aliæ temporales, aliæ perpetuæ ac in heredes dantur [86]. † Et his quidem actionibus actores utuntur. Exceptionibus vero rei [87]. Excipiunt autem de metu, dolo, errore [88], de pecunia non numerata [89], de pacto convento ne petatur [90], de re juramento decisa [1], de judicata [2], & similibus [3]. Earum exceptionum quædam ex legibus, quædam ex iis quæ legis vicem obtinent, quædam ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt [4]. Aliæ perpetuæ, quæ semper obstant agentibus [5]. Aliæ temporales, quæ ad tempus nocent, & temporis [6] vel personæ dilationem tribuunt [7]. † Exceptionibus opponuntur replicationes, quibus replicatur atque resolvitur jus exceptionis [8]. Ipsas replicationes elidit duplicatio [9]: duplicationem, triplicatio [10]: de quibus latius in Digestis tractatur [11]. Quæ debitoribus princip. exceptiones prosunt, plerunque accommodari solent etiam fidejussoribus: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: ut qui mandati judicio redditurus est ils, quod ii pro eo solverint [12]. Actiones, de quibus supra diximus, proprietatis causam definiunt. Interdicta vero proponuntur maxime, quoties de possessione, aut quasi, agitur [13]. Suntque prohibitoria, restitutoria, exhibitoria [14], possessionis adipiscendæ [15], retinendæ [16], recuperandæ [17], simpl. (in quibus alter actor, alter reus) duplicia (in quibus unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet [18].) Possidere dicimur, si ipsi possidemus, vel alii nostro nomine [19]. Interdicta hodie non sunt ita in magno usu [20]. † Actorum temeritas olim vel pecuniaria pœna, vel jurisjurandi religione, vel infamiæ metu coërcebatur [21]. Siquidem actor jurare solebat se non calumniandi animo actionem intendere: Reus se bona instantia uti. Advocati etiam jurabant [22]. Ex quibusdam judiciis damnati ignominiosi fiunt [23]. Omnium actionum instituendarum principium, ab in jus vocatione sumitur [24]. † In iis omnibus, puta noxalibus [25], in rem [26], ad exhibendum [27], familiæ erciscundæ [28], communi dividundo [29], finium regundorum [30], judiciis & actionibus, judicis officium late patet [31]. † Sequuntur publica judicia [32], ita dicta, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur [33]. Horum quædam mortem inferunt, quædam infamiam cum damno pecuniario [34]. Publica judicia sunt crimen majestatis [35], adulterii [36], homicidii [37], parricidii [38], falsi [39], de vi publica, privata, & de raptu [40], peculatus (quo tenentur qui pecuniam publicam, rem sacram, vel religiosam, furati sunt [41]), plagii (in quod incidunt, qui liberos homines furripiunt [42]), ambitus, repetundarum, de annona, de residuis [43]. Et hæc de jure in his Institutionibus comprehenso paucis dicta sint.

CAII INSTITUTIONUM LIBRI I.

TIT. I.

DE LIBERTATIBUS SERVORUM.

CAII Institutionum liber primus dicit, omnes [1] homines aut liberos esse, aut servos. Sed ex ipsis, qui liberi sunt, alios esse ingenuos, alios libertinos. Ingenuos [2], qui ingenui nati sunt: Libertinos, qui pro [3] justa [4] servitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omnium unus status est: libertorum vero ideo non unus est, quia tria [5] sunt genera libertorum: quia liberti aut cives Romani sunt, aut Latini, aut Dediticii. Tam qui cives Romani sint, qui Latini, qui Dediticii, breviter explanandum est.

§. 2. Cives Romani sunt, qui his tribus modis, id est, testamento [6], aut in Ecclesia [7], aut ante [8] Consulem fuerint manumissi. §. 3. Latini [9] sunt, qui aut per epistolam [10], aut inter amicos [11], aut convivii [12] adhibitione manumittuntur. §. 4. Dediticii [13] vero sunt, qui post admissa crimina suppliciis subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie [14], vel corpore quæcunque indicia [15], aut igne, aut ferro [16] impressa sunt, & ita impressa sunt, ut deleri non possint: ii, si manumissi fuerint, Dediticii appellantur. §. 5. Sed inter hæc tria genera libertorum ideo cives Romani meliorem statum habent: quia & testamenta facere, & testamento quibuscunque personis succedere possunt. Nam & Latini, & Dediticii, nec testamenta condere [17], nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus vindicare. Tamen Latini certis [18] rebus privilegia civium Romanorum libertorum consequi possunt: Dediticii vero nulla ratione possunt ad Romanorum libertorum beneficium pervenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum [19] ab ipsis aut testamento, aut in Ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, civium Romanorum privilegia consequuntur. §. 6. Non tamen omnes domini servos suos manumittere possunt. Nam si aliquis multa debita habeat, cujus substantia à creditoribus teneatur obnoxia [20], si in fraudem creditoris sui servos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet. §. 7. Aut si libertus civis Romanus filios liberos non habuerit, & in [21] fraudem patroni sui servos suos manumittat, similiter data manumissio non valet.

§. 8. Præterea minor quicunque viginti annorum dominus servo suo libertatem dare non potest, nisi forte tantum minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certe pædagogum [22], aut collactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, id est, quatuordecim annos egressus [23], testamentum facere possit, & heredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen servis non [24] potest in hac ætate conferre.

18 §. 4. 5. 6.
19 §. 7. 8.
20 §. 9.
21 §. 10.
22 §. 11.
23 §. 12.

24 §. 13.

25 §. 14. 15.

26 §. ult.
27 Tit. 4. De injuriis.
28 §. 1.
29 §. 11.
30 §. 2.

31 §. 3.
32 §. 4.
33 §. 5.
34 §. 6.
35 §. 7.
36 §. 8. 9.
37 §. 10.
38 §. ult.

49 Tit. 5. De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur.
50 §. 1. 2.
51 §. ult.

52 Tit. 6. De actionibus.

53 §. 1. 2. 14. 15.

54 §. 3. 4.

55 §. 5.
56 §. 6.

57 §. 7.
58 §. 13.
59 §. 8.
60 §. 9.
61 §. 10.
62 §. 11.
63 §. 12.
64 §. 16.
65 §. 17.
66 §. 18.
67 §. 19.
68 §. 20.
69 §. 21.
70 §. 22.
71 §. 23.
72 §. 24.
73 §. 25. 26. 27.
74 §. 28. 29. 30.
75 §. 31. 32.
76 §. 36. 37. 38. 39. 40. seu ult.
77 §. 33. 34.
78 Tit. 7. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.
79 §. ult.
80 §. 1.
81 §. 2
82 §. 3. 5.
83 §. 6.

84 §. 4.

85 §. 7.

86 Tit. 8. in pr. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. De noxalibus actionibus.
87 §. ult.

88 Tit. 9. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

89 §. 1.
90 Tit. 10. De iis, per quos agere possumus.
91 §. 1. & ult.
92 Tit. 11. in pr. §. 1. 2. 6. & ult. de satisdationibus.
93 §. 4.
94 §. 5.
95 §. 3.
96 Tit. 12. De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes transeunt.
97 Tit. 13. De exceptionibus.
98 §. 1.
99 §. 2.
100 §. 3.
1 §. 4.
2 §. 5.
3 §. 6.
4 §. 7.
5 §. 8. 9.
6 §. 10.
7 §. ult.
8 Tit. 14. De replicationibus.
9 §. 1.
10 §. 2.
11 §. 3.
12 §. ult.
13 Tit. 15. De interdictis.
14 §. 1.
15 §. 2. 3.
16 §. 4.
17 §. 6.
18 §. 7.
19 §. 5.
20 §. ult.
21 Tit. 16. De pœna temere litigantium.
22 §. 1.
23 §. 2.
24 §. ult.
25 Tit. 17. §. 1. De officio judicis.
26 §. 2.
27 §. 3.
28 §. 4.
29 §. 5.
30 §. 6. 7.
31 In pr. hoc tit.
32 Tit. ult. De publicis judiciis.
33 §. 1.
34 §. 2.
35 §. 3.
36 §. 4.
37 §. 5.
38 §. 6.
39 §. 7.
40 §. 8.
41 §. 9.
42 §. 10.
43 §. ult.

---

1 *Inst. de jure personarum. in pr. l. 3. ff. de statu hominum.*
2 *Inst. de ingenuis.*
3 Ex justa, *l. 6. ff. de statu hom.*
4 De justa servitute *v. l. 3. ff. de stip. servor.*
5 Dixi ad Ulpian. 1. §. 5.
6 Dixi ad Ulpian. 1. §. 6.
7 Caio Ethnico unde quæso Ecclesiæ nomen? lege igitur, aut censu aut ante Consulem.
8 Idem ac si diceret, apud Prætorem, vel vindicta. *Ulp. d. Leo. §. 7.* 9 Vide *C. de Latina libertat.* 10 *V. l. un. §. 1. C. de Latina libert.* 11 Dixi ad Ulp. 1. §. 10. adde *l. un. §. 2. C. de Latina libert.*
12 Per mensam, *Theoph. Inst. de libertis.* non paupertatis causa servum mensæ domino adhibente, sed præsentibus amicis contestante, se Latinitatis causa servum convivio adhibere. *Papinianus tit. 44.* 13 Vid. *C. de dediticia liber. tol. Ulpian. 1. §. 11.* 14 Aut fronte, *Theoph. Inst. de libert. §. Τὰ δὲ ἀποδιδόμενα.* 15 σήματα *Theoph. ibid.* vestigia. *Ulp. 1. §. 11.* cicatrices, notæ, *l. 1. §. 8. ff. de fiduciis:* ubi dixi de hujusmodi notis. 16 Aut verubus; unde subverbustæ, quasi verubus ustæ. *Plautus:* ulcerosam, compeditam, subverbustam, sordidam. Festus in voce *Subverbustam.* Tertullianus *in lib. de Pallio:* subverbustos in liberalibus. *intelligit autem cicatrices.*

17 *V. §. 4. Inst. de succeff. lib.*
18 De quibus v. *Ulpian. 3.*

19 3. *Ulpian. 4.*

20 Nec sit solvendo. *v. Ulp. 1. §. 14. 15. Inst. quibus ex cauf. manum. non licet. l. 10. l. 16. ff. qui & à quibus manum. liberi non fiant.*
21 Dixi ad *Ulp. 1. §. 15*
22 *§. 5 Inst quib. ex cauf. manum. l. 13. ff. de manum. vindict.*
23 *d. l. 13.*
24 Id merito hodie abrogatum & immutatum est *§. 7. Inst. qui manum.*

Tit. II.

DE NUMERO[1] SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM[2].

CONstituturum est, [3] quantum servorum numerum testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc [4] ordine: ut si quis duos servos habet, ambos manumittere possit. Qui vero tres, duos testamento manumittat. Qui quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem: similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et hoc numero usque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat. Qui amplius quam triginta habuerit, usque ad centum, quartam partem de numero servorum manumittere potest: qui vero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc testatum est, ut de qualibet grandi familia, nulli amplius quam [5] centum testamento manumittere liceat.

§. 2. Nam qui voluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem [6] familiam jugo servitutis absolvere. §. 3. Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam continet numerus suprascriptus, ordo servandus est: ut illis tantum libertas valeat, qui [7] prius manumissi sunt, usque ad illum numerum quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, integre in servitute eos certum est permanere. Quod si non nominatim servi, vel ancillæ in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos, vel ancillas is qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nisi [8] penitus firma esse jubetur hoc ordine data libertas: sed omnes in servili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam etsi ita in testamento servorum manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo [9], ut qui prior, qui posterior nominatus sit, non possit agnosci, nulli ex his libertatem valere manifestum est, si agnosci non potest qui prior, qui posterior manumissus fuerit.

§. 4. Nam si aliquis in ægritudine constitutus, in fraudem [10] hujus legis facere noluerit testamentum, sed epistolis [11], aut quibuscunque aliis rebus servis suis pluribus quam per testamentum licet, conferre voluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, ut qui prius manumissi fuerunt usque ad numerum superius constitutum, liberi erunt. Qui vero post statutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio permanebunt. §. 5. Nam si incolumis quoscunque diverso tempore manumisit: inter eos qui per testamentum manumissi sunt, nullatenus computentur.

1 Dixi ad Ulp. 1. §. 24.
2 Lege Fusia Caninia. *v. Instit. de l. Fus. Can. tollenda.*
3 *V. Paul. 4. sent. 14. §. ult.*
4 Dixi ad Ulp. *d. loco.* Vopiscus *in Tac.* Servos manumisit intra centum tamen, ne Caniniam transisse videretur.
5 Omnem familiam manumittere possumus, *Inst. de lege Fus. Can.*
6 Dixi ad Ulp. 1. §. 24. *in fin.*
7 *l. 42. l. 43. ff. de her. inst.*
8 Id est, in orbe tereti & permissum, ita ut non appareat, quis primus sit, ut si ita scribat in orbe tereti, Stichus Pamphilus Damas liberi sunto? nulli competet libertas. In sphæra enim non est locus inferior vel superior.
9 Id est, in orbe tereti & permissum, ita ut non appareat, quis primus sit, ut si ita scribat in orbe tereti, Stichus Pamphilus Damas liberi sunto? nulli competet libertas. In sphæra enim non est locus inferior vel superior.
10 Vetitus testamento plures (quam lege definiti sint) servos manumittere, in fraudem legis per epistolam manumittere alios non potest.
11 Epistola manumittere quis servum potest, ut & codicillis, *Paul. 4. sent. 14. §. 2.*

Tit. III.

DE JURE PERSONARUM.

ALiquæ personæ sui [1] juris sunt, aliquæ alieno juri subjectæ sunt. Itaque cum [2] ostenditur quæ personæ alieno juri subjectæ sint, tunc evidenter agnoscitur, quæ sui juris sint.

§. 2. In [3] potestate itaque dominorum sunt servi, quam potestatem omnes gentes habere certum est: sed distringendi in servos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi [4] tantum servos suos domini licentiam non [5] habebunt: nisi forte servus dum pro culpæ modo cæditur, casu forsitan moriatur. Nam si [6] servus dignum morte crimen admiserit, iis judicibus quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine puniatur.

§. 3. In [7] potestate etiam patrum sunt filii ex legitimo matrimonio procreati.

1 Dixi ad Ulp. 4.
2 *l. 1. ff. de his qui sunt sui. Inst. de his, qui sunt sui. in pr.*
3 *d. l. §. 1. Inst. de his, qui sunt sui.*
4 *d. l. §. 2. l. 2. ff. de his, qui sunt sui. §. 2. Inst. de his, qui sunt sui.*
5 Et ita jus vetus vitæ & necis abrogatur. adde *l. 11. ff. de sicar.*
6 *V. l. 96. ff. de verb. oblig.*
7 *Instit. de patria potest. in princ. l. 3. ff. de his, qui sunt sui.*

Tit. IV.

DE MATRIMONIIS.

LEgitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanam [1] nuptiis [2] intervenientibus, vel consensu 3 ducat uxorem. §. 2. Sed non [4] omnes personas uxores ducere licet: quia nec [5] patri filiam, nec filio matrem, nec avo neptem, nec nepoti aviam. Quod non solum de personis quæ nobis propinquitate conjunctæ sunt, sed [6] etiam de adoptivis, hoc est, adfiliatis, jussum est observari. Nam etsi [7] per emancipationem adoptio dissolvatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas. §. 3. Inter [8] fratrem quoque & sororem, sive eodem [9] patre ac matre nati fuerint, sive diversis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt conjugia, nisi [10] forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: nam si emancipatio intervenerit, nuptiæ inter hujusmodi fratres licite contrahuntur.

§. 4. Fratris quoque & sororis filiam [11] uxorem ducere non licet. §. 5. Sororem quoque patris [12] ac matris [13] uxores accipere non licet. §. 6. Genero quoque socrum [14] suam: nec socero nurum [15] uxorem accipere licet, neque vitrico privignam [16], neque privigno novercam [17]. §. 7. Fratres enim amitinos, vel consobrinos in matrimonium jungi nulla ratione permittitur [18].

§. 8. Sed nec uni viro duas [19] sorores uxores habere, nec uni mulieri duobus [20] fratribus jungi permittitur. §. 9. Quod si quis incestas vel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec [21] uxorem habere videtur, nec filios [22]. Nam ii qui ex hujusmodi conceptione nati fuerint, quamlibet matrem videantur habere, patrem vero nullatenus habere censentur, & tanquam si de adulterio concepti fuerint, computantur: qui spurii [23] appellantur, hoc est, sine patre filii. §. 10. Regula juris hoc continet, ut qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: qui vero non [24] de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascuntur. Ac proinde legitima conjunctione conceptus, etiamsi mater ejus statum mutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitime conceptus est, ingenuus nascitur: nam qui non legitimo matrimonio concipitur, si mater ejus ex ancilla, dum prægnans est, libera facta fuerit, liber nascetur; si vero ex ingenua ancilla prægnans facta fuerit, servus nascetur; quia non legitime, sed vulgo [25] conceptus est.

1 *V. Inst. de nupt. in princ.* dixi ad *Ulp. 5. §. 4.*
2 Id est, ritu solenni.
3 *V. l. 15. in fin. ff. de cond. & dem. l. 10. ff. de reg. jur.*
4 *§. 1. Inst. de nupt.*
5 *d. §. 1. d. §. 3. d. l. 68. ff. de ritu. l. 17. C. de nupt. 5. Ulp. 6.*
6 *d. §. 1. vers. & hac adeo.*
7 *d. §. 1. in fin. d. l. §. 3. d. l. 13. in fin. ff. de adopt.*
8 *§. 2. vers. sane inter fratrem. Inst. de nupt. l. 17. C. de nuptiis.*
9 *d. vers. sane.*
10 *d. §. 2 vers. sed si qua. l. 17. ff. de ritu.*
11 *§. 3. Inst. de nuptiis. l. 39. ff. de ritu. l. 17. C. de nupt. l. ult. C. de incestis.*
12 Id est, amitam. *§. 5. Inst. de nupt. l. 17. in fin. ff. de ritu.*
13 Id est, materteram. *d. §. 5. d. l. 1. ff. de ritu. l. 17. C. de nupt.*
14 *§. 7. Inst. de nuptiis. l. 17. C. de nupt.*
15 *§. 6. Inst. de nupt. d. l. 17. l. 5. ff. de cond. sine causa. l. 38. ff. de adult.*
16 *d. §. 6. vers. Item si adhuc privigna. l. 5. in fin. ff. de cond. sine causa. l. 14. in fin. l. 40. ff. de ritu. l. 38. ff. de adul. l. 17. C. de nupt.*
17 *l. 38. ff. de adult. Novell. 115. c. 3. §. 5. l. 17. C. de nuptiis.*
18 Imo permittitur, *§. 4. Inst. de nuptiis. dixi ad l. 19. C. de nupt.*
19 *l. 5. l. 8. C. de incestis.*
20 *d. l. 5. d. l. 8.*
21 Fœna incestarum nuptiarum.
22 Nec dotem, *§. 12. Inst. de nupt. l. ult. ff. de cond. sine causa. l. 52. ff. de ritu.*
23 Dixi ad Ulp. 4. §. 2.
24 Adde *l. 24. ff. de statu.*
25 Qui vulgo conceptus, *v. d. l. 23. ff. de statu homin.*

Tit. V.

DE ADOPTIONIBUS[1].

ADoptio naturæ [2] similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit. §. 2. Et ipsa adoptio duobus [3] modis fit: una quæ adrogatio dicitur: alia quæ adoptio. † Adrogatio est quando aliquis patrem non habens [4] adoptatur: & ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo adrogatio dicitur [5], quia & ille qui adoptat, interrogatur, utrum illum quem adoptat, filium habere velit: & ille qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri velit. † Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens [6], ab alio patre adoptatur: & ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptivi patris incipit esse potestate. §. 3. Nam & fœminæ [7] adoptari possunt, ut loco filiarum adoptivis patribus habeantur: fœminæ vero adoptare [8] non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent. §. 4. Spadones [9] autem qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare non possint, quos adoptaverunt filios habere possunt. §. 5. Si quis vero filios habens se dederit adoptandum, non solum ipse in patris adoptivi potestatem redigitur, sed [10] & filii ejus, si tamen avum paternum non habuerint, in adoptivi patris transeunt potestatem, tanquam nepotes.

1 Id est, qui sui juris est, *d. §. 3. d. l. 2.*
2 Unde dicta adrogatio.
3 Id est, qui sui juris est.
4 Id est, qui sui juris est.
5 *Ulp. 5. l. 22. ff. eod.*
6 *V. 8. Ulp. 9. §. 10. Inst. eod.*
7 *8. Ulp. 6. §. 9. Inst. eod. l. 2. §. 1. l. 40. in fin. ff. eod.*
8 *d. l. 40. in pr. 8. Ulp 8. §. 11. Inst. eod.*
9 *d. l. 40. in pr. 8. Ulp 8. §. 11. Inst. eod.*
10 *d. l. 40. in pr. 8. Ulp 8. §. 11. Inst. eod.*

Tit. VI.

QUIBUS[1] MODIS FILII EXEUNT DE POTESTATE PATRIS.

FIlii qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui juris fiunt. Sed si hic filius qui morte patris sui juris effectus est, filios habeat, in ejus post patris sui obitum erunt filii potestate. Nam si pater moriatur, & avus [2] paternus vivat, nepos ex filio sui juris non esse potest: quia in avi remanet potestate, qui [3] avo mortuo sui juris efficitur. Item si moriatur pater, & relinquat filium emancipatum, & eodem filio emancipato nepotes, tunc [4] nepotes liberi & sui juris erunt, & in patris emancipati potestatem non veniunt. §. 2. Item de potestate patris exeunt filii, si pater eorum in exilium [5] missus fuerit: quia non potest filium civem Romanum in potestate habere homo peregrinæ [6] conditionis effectus. Item filius si vivo patre in exilium [7] missus fuerit, in potestate patris civis Romanus esse non potest, quia similiter peregrinæ conditionis factus cognoscitur.

§. 3. Item si ab hostibus pater captus [8] sit: in potestate, quandiu apud hostes fuerit, filios non habebit. Sed si de captivitate evaserit, jure postliminii omnem, sicuti in aliis rebus, ita & in filios recipit potestatem. Si vero pater, qui ab hostibus captus est, in captivitate moriatur, ab eo tempore, quo ab hostibus captus est, filii sui juris effecti intelliguntur. §. 4. Item per emancipationem [9] filii sui juris efficiuntur. Sed filius masculus tribus [10] emancipationibus de potestate patris exit, & sui juris efficitur.

† Mancipatio autem, hoc est, manus traditio, quædam similitudo [11] venditionis est: quia & in [12] emancipationibus præter illum, hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo ille naturalis pater filium suum fiduciario [13] patri mancipat, hoc est, manu tradit: à quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos nummos, quasi in similitudinem pretii accipit, & iterum eum acceptis nummis fiduciario patri tradit. Hoc secundo & tertio [14] fit, & sic de patris potestate exit. Quæ tamen mancipatio solebat ante Præsidem fieri, modo ante Curiam facienda est: ubi quinque testes cives Romani in præsenti erunt, & pro illo, qui Libripens [15] appellatur, id est, stateram tenens, & qui Antestatus [16] appellatur, alii duo, ut septem testium numerus impleatur. Tamen cum tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre remancipetur [17], & à naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hereditate naturalis pater non fiduciarius succedat. Fœminæ [18], vel nepotes masculi ex filio, una emancipatione de patris, vel avi exeunt potestate, & sui juris efficiuntur. Et ii ipsi quamlibet una mancipatione de patris, vel avi potestate exeant, nisi à patre remancipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater non potest, nisi fiduciarius, à quo manumissi sunt: nam si remancipatum sibi naturalis pater, vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate succedit. Quod si habeat quis filium, & ex eo nepotes: & voluerit filium emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio ejus est: aut si voluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, & hoc ei pro juris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potest.

1 *l. 1. Inst. x i i. Nov 81.* De emancipationibus liberorum, *v i i i. C. x l i x.* Quemadmodum filii efficiuntur sui juris, *Paul. 2. sent. 25. 10. Ulp.* qui in potestate manciporue sunt, quemadmodum eo liberentur.
2 *Inst. eod. in pr. l. 15. ff. quando dies. 10. Ulp. 2.*
3 *l. 5. in fin. ff. de his, qui sunt sui.*
4 *Inst. eod. in pr.*
5 Exilio patris filius fit sui juris, *ut hic.* Exilio filii pater suam potestatem amittit. Ff. adde deportatione insulæ, *§. 1. Inst. eod.* aquæ & ignis interdictione, *10. Ulp. 3.* relegatione. *§. 2. Inst. eod.* pœnæ servitute. *§. 3. Inst. eod. l. 7. ff. de his qui sunt sui.*
6 Peregrinus civem in sua potestate non habet, *ut hic.* et contra civis in sua potestate peregrinum non habet, *Ulp. 10. §. 3.*
7 *V. 8. eod.*
8 *Ulp. 10. §. 4. §. 5. Inst. quib. modo jus patriæ potestat.*
9 *Tit. C. de emancipationib. Paul. 2. sent. 25. §. 2. 3. 4. 5.*
10 *V. 10. Ulp. 10.*
11 Mancipatio, similitudo venditionis. Ter igitur mancipari est ter vendi. Trina mancipatio, trina venditio.
12 Hujusmodi venditiones liberarum personarum figuratæ, *l. 6. C. de emancip. liber.* & imaginariæ dicuntur, *§. 6. Inst. quib. mod. jus patriæ potest.* vanæ observationes, *d. l. 6.* & antiquæ, *d. §. 6.* ut quæ non sine injuriis & alapis fierent. *Novell. 81.* Id autem receptum erat ex hac lege x i i Tab. Si pater filium ter venundarit, filius à patre liber esto. *Ulp. 10. §. 1.* quam itidem constat ex legibus Romuli mutuatam esse. *Dionys. Halicarn. 12.* Olim parentibus licuit quoque filios interficere, dixi ad *l. 11. in fin. ff. de lib.* adde *l. ult. C. de patriis potestat.* Hodie vetitum est, ne quis filios vendat, donet, vel pignoret, *l. 1. l. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt.* Vetitum est etiam ne interficiat. *d. l. ult.*
13 Fiduciarius pater.
14 Ne id ita intelligas, quasi trinæ illæ venditiones fierent uno & eodem tempore, cum singulis diebus, adhibitis testibus fieri possent, vel eodem die, vel intermisso. *Paul. 2. sent. 25. §. 2.* adeo ut filius ex prima, secundave mancipatione manumissus, reversus in patriam potestatem, adgnasceretur suus heres. *Ulp. tit. 23. §. 3. ff.*
15 Libripens.
16 Antestatus.
17 Remancipatio.
18 Dixi ad Ulp. 10. §. 1. *in fin.*

Tit. VII.

DE TUTELIS[1].

TUtores aut legitimi sunt, aut testamentarii. † Legitimi sunt, qui pupillo per virilem [2] sexum [3] propinquitate conjunguntur: & qui proximior fuerit de adgnatis, ad ipsum legitima tutela pertinet: quia [4] is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem. † Testamentarii [5] sunt, quos patres [6], aut avi paterni [7] in testamento suo tutores filiis [8] aut nepotibus delegaverint. Quod si nec testamentarius tutor fuerit, nec legitimus, tunc inquisitione judicis pupillis tutores dantur [9].

1 *Ulp. 1 Inst. x i i i.*
2 *11. Ulp 4. §. 1. Inst. de legit. agnat. tut.*
3 Legitimi tutores, propinqui masculi.
4 Ubi tutela, ibi hereditas. *l. 1. ff. de legit. tutoris.*
5 *V. ff. de testam. tutel.*
6 Id est, parentes. *l. 1. ff. de test. tut. §. 3. Inst. de tutelis.*
7 Quid mater? liberis tutorem dare potest, confirmandum tamen a magistratu. *l. 1. §. 1. l. 2. ff. de confirmando tut.*
8 In potestate. *d. l. 1. 11. Ulp. 15.*
9 *V. titulum. ff. de tutoribus. mat.* Adde *Inst. de Attiliano tutore. 11. Ulp. 18.*

Tit. VIII.

DE CURATORIBUS[1].

PEractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, majores eversores [2], infani. Ii, qui minores sunt, usque ad viginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui vero eversores, aut insani sunt, omni tempore vitæ suæ sub curatore esse jubentur: quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

1 *12. Ulp. & 1. Inst. x x i i i. & x x v i i. ff. x.*
2 Prodigos intelligit, qui neque tempus neque finem impensarum habent. *l. 1. ff. de curatorib. 12. Ulp. 2. & §. 3. Inst. de tutoribus.* hinc domus eversio, *l. ult. ff. de offic. præsidis.* quam Græci ἐκκένωσιν. patrimonium evertere, *l. 1. ff. familiæ.* interverfores, *l. 8. C. de jure fisci.* eversores, *l. 2. C. de palatinis sacr. largit. l. 1. C. Theod. de suscept.*

CAII INSTITUTIONUM LIBER II.

Tit. I.

DE REBUS.

CAIus superiori commentario de jure personarum aliqua disputavit [1]. Nunc in hoc commentario de rebus iterum tractat. §. 2. Omnes itaque res aut nostri juris sunt, aut [2] divini, aut publici. Nostri [3] juris sunt, quæ in proprietate [4] nostra esse noscuntur. Divini [5] juris sunt ecclesiæ, id est templa Dei, vel ea patrimonia, ac substantiæ, quæ ad Ecclesiasticos jura pertinent. Publici [6] juris sunt muri [7], fora, portæ [8], theatra [9], circus, arena [10], quæ [11] antiqui sanctæ appellaverunt [12], pro eo quod exinde tolli aliquid, aut contingi [13] non liceret. Sed hæc omnia in nullius [14] bonis sunt, ideo [15] publici juris esse dicuntur. Sed & res hereditariæ [16] antequam aliquis heres existat, id est, quando dubitatur, utrum scriptus, an legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur [17]. §. 3. Præterea quædam res corporales [18] sunt, quædam incorporales [19]. §. 4. Corporales [20] sunt, quæ manu tangi possunt: velut ager, mancipium, vestis, aurum, argentum, & iis similia. Incorporales [21] sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ non in corpore, sed in [22] jure consistunt, sicut est hereditas [23], & obligationes diversis contractibus scriptæ. Et licet hereditas, vel emptio, aut diversi contractus res corporales in se habeant, jus tamen ipsius hereditatis, vel emptionis aliorumque contractuum incorporale est.

§. 5. Incorporalia [24] etiam sunt jura prædiorum urbanorum, vel rusticorum: Prædiorum urbanorum [25] jura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigendæ, & luminum: ut ita quis fabricet, ut vicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum vero rusticorum [26] jura sunt, via vel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, vel ad aquam duci, & aquæ ductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc jura tamen rusticorum prædiorum Servitutes [27] appellantur. §. 6. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant. Ut si quis in solo [28] nostro sine nostro permissu domum ædificaverit, ad eum, cujus terra est, domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut vineas, vel plantas [29] quascunque posuerit, similiter superficies [30] solo cedat [31]. Vel si messem in campo seminaverit [32], omnia hæc, quæ in terram alienam jactantur, domino terræ adquiruntur. Quod & de chartis [33] & pergamenis, si in alienis scribat, licet aureis vel argenteis literis, similiter ejus est scriptura, cujus charta aut pergamenum fuerit. Quod & de tabula, hoc est, si aliquis in tabula mea picturam fecerit, observatur: quia statutum est, ut tabulæ pictura [34] cedat. §. 7. Quod si quis ex uvis [35] meis vinum, aut spicis [36] frumentum, aut ex olivis [37] oleum fecerit: ejus vinum, triticum, vel oleum est, cujus spicæ, aut uvæ, aut olivæ fuerint. † Si quis etiam ex tabulis alienis navem [38], aut armarium, aut quodcunque ad usum pertinens fecerit, simili ratione ejus erunt, quæ facta fuerint, de cujus ligno facta probantur. † Similiter etiam, si ex lana [39], vel lino vestimenta fecerit, ejus erunt vestimenta, cujus lana vel linum fuisse probabitur. §. 8. Sed in iis omnibus superius comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificaverit, aut horum, quæ dicta sunt, aliquid fecerit, illis qui aliena præsumpserunt, hoc competit, ut [40] expensas vel impendia, quæ in iis fecerint, à dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint.

§. 9. Acquiritur autem nobis non solum per nosmetipsos, sed [41] & per eos, qui in potestate nostra sunt: sicut filii [42] vel servi [43]: quia quicquid eis à qualibet persona donatum, vel venditum fuerit, aut heredes fuerint instituti, id patribus & dominis sine aliqua dubitatione conquiritur: præter [44] eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Hi vero servi, qui in usufructu [45] nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantum usufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint. Nam si eis aut hereditas, aut legatum dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, non usufructuario acquiritur.

1 *Inst. de rer. divis. & adq. ipsar. dom. 2. tit. 1. Ulp. 19. de dominiis & adquisitionib. rerum. 1. ff. 1. 1. 1. de divis. rer.*

2 Caius in lege 3. *ff. de div. rer.*

3 Res nostri juris, quæ & juris humani dicuntur in *d. l.* 1.

4 Seu nostro patrimonio. *Inst. de rer. div. in pr.*

5 *d. l.* 1.

6 Publicæ res nullius in bonis sunt. *d. l.* 1.

7 Muri res sanctæ. §. 10. *Inst. de rer. div. l.* 1. *l.* 8. *in fin. ff. de divis. rer.* ideoque nullius.

§ 7. *Inst. de rer. div. d. l.* 1.

8 *V. d.* §. 10. *d. l.* 1. *l.* 8

9 Ea dicuntur esse universitatis. §. 6. *Inst. de rer. div. l.* 6. §. 1. *ff. de div. rer.*

10 Arena, locus gladiatorum, hinc in arenam se dare, *l. ult. ff. de fun. l.* 4. *ff. de accusationib.*

11 Hæc particula referenda est ad muros, fora, portas, theatra, circum & arenam.

12 §. 10. *Inst. de rer. div.*

13 *Facit l.* 8. *in fin. ff. de div. rer.*

14 §. 7. *Instit. de rer. divis.*

15 Quæ nullius, publica sunt.

16 *l.* 1. *ff. de div. rer.*

17 V. tamen *l.* 31. *in fin. ff. de her. inst.*

18 *V.* §. 4. *J. eod.*

19 *V.* §. 5. *J. eod.*

20 *l.* 1. §. 1. *ff. de div. rer.* §. 1. *Inst. de reb. corporalib.*

21 *l.* 1. §. 1. *ff. de div. rer.* §. 2. *Inst. de reb. corporalib.*

22 Incorporalia in jure consistunt.

23 *l.* 119. *ff. de verborum signif.*

24 §. 3. *Inst. de rebus corporalibus. l.* 1. *in fin. ff. de divis. rer.*

25 §. 1. *Inst. de serv. præd. l.* 1. *ff. de servitut. præd. urban.*

26 *Inst. de servitutib. in pr. l.* 1. *ff. de servit. rusticor.*

27 *V. tit. ff. de servitutib.*

28 Ædificium solo cedit. §. 30. *Inst. de rer. div.* 29 Planta solo cedit. §. 31. *Inst. de rer. divis.*

30 Superficium, quæ vox reperitur in *l.* 32. *ff. de jure dot. l.* 39. *ff. de leg.* 2. 31 Superficies cedit solo. *v. ff. de superficiebus.* 32 Res satæ solo cedunt. §. 32. *Inst. de rerum divis. l.* 9. *ff. de rerum divis.* 33 Scriptura chartæ cedit. §. 33. *Inst. de rer. div. l.* 9. §. 1. *de adq. rer.* 34 Tabulæ pictura cedit. §. 33. *Inst. de rer. div. l.* 23. §. 3. *ff. de rei vind.* Imo tabula picturæ cedit. *l.* 9. §. 2. *ff. de adq. rer.* 35 §. 25. *Inst. de rer. divis. l.* 7. §. 7. *ff. de adq. rer. dom.* 36 *d.* §. 25. *d.* §. 7.

37 *d.* §. 7. *d.* §. 25. 38 *d.* §. 25. adde *l.* 61. *ff. de rei vind.* 39 *d.* §. 25. *in fin.* 40 Nota de exceptione vel actione ad sumptus, & expensas. 41 §. 30. 32. *Inst. de rer. div. v. l.* 48. *ff. de rei vind.* 42 *Inst. per quas personas cuique adquiritur: l.* 10. *ff. de adq. rer.* 43 §. 1. 2. *Inst. per quas personas cuique.* §. 3. *Inst. per quas personas.* 44 §. 1. *Inst. per quas personas cuique. v. ff. de castr. pecul.* 45 §. 4. *Inst. per quas personas cuique. l.* 10. §. 3. *ff. de adq. rer.*

Tit. II.

DE TESTAMENTIS [1].

PER universitatem [2], hoc est, omnia simul bona, acquirimus hereditate [3], emptione [4], adoptione: quia is quem adoptaverimus, si sine patre est, cum [5] omnibus bonis suis ad nos transit. §. 2. Id quoque statutum est, quod non [6] omnibus liceat facere testamentum. Sicut ii sunt, qui sui [7] juris non sunt, & alieno juri subjecti sunt, hoc est, filii [8] tam ex nobis nati, quam adoptivi. §. 3. Item testamenta facere non possunt impuberes [9], id est, minores quatuordecim [10] annorum, aut puellæ XII.

§. 4. Item & ii qui furiosi [11], id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. §. 5. Sed ii qui insani sunt, si intervalla [12] ipsius insaniæ habent, per intervalla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

1 20. *Ulp. 2. Inst.* 10. & 3. *Paul. 4.* XXVIII. D. 1. & VI. C. XXII.

2 §. *ult. Instit. per quas personas.*

3 *d.* §. *ult.*

4 Successiones, quæ fiebant per bonorum venditionem, hodie substatæ sunt. *Instit. de succes. sublatis quæ fiebant per bonorum vendit.*

5 *l.* 25. *D. de adopt. instit. de adquisit. per adrogat.*

6 *V. Inst. quibus non est permiss. fac. test. & D. & C. qui test. fac.* 7 Qui sui juris non est, testari non potest, *Instit. quibus non est permissum.* 8 20. *Ulp.* 11. *l.* 6. 7. 16. *D. qui testam. l.* 3. *in fin. C. qui test. fac. poss.* nisi sint milites: possunt enim milites testari de castrensi peculio. 3 *Paul.* 4. § 3. 9 §. 1. *Inst. quib. non est perm.* 20. *Ulp.* 12. 10 *Paul.* 3. *sent.* 4. §. 1. *l.* 5. *D. qui test.*

11 §. 1. *vers. Furiosi. Inst. quibus non est permiss.* 20. *Ulp.* §. 13. *l.* 16. *in fin. l.* 17. *ff. qui testam.*

12 3. *Paul. sent.* 4. §. 5.

Tit. III.

DE EXHEREDATIONE [1] LIBERORUM.

IS qui filium in potestate habet, curam agere debet, ut testamentum faciens, masculum filium aut nominatim heredem instituat, aut nominatim exheredet. Nam si masculum filium in testamento præterierit, non valebit testamentum. §. 1. Si vero filiam [2] præterierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos legitimo stante testamento, suam sicut alii fratres, consequitur portionem. Si vero testamento extranei heredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hereditatis acquirit. Nam si facto testamento in quo filius masculus præteritus est, evenerit, ut vivente adhuc patre filius qui prætermissus est, moriatur, sic quoque quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est, non valebit. §. 3. Posthumorum duo [3] genera sunt: quia posthumi appellantur ii qui post patris mortem de uxore nati fuerint: & illi qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: Quicumque [4] filius aut filia mihi natus natave fuerit, heres mihi sit: aut certe dicat, Exheres sit, valere ejus non potest testamentum: quia sicut superius [5] jam dictum est, legitime concepti pro [6] natis habeantur. Nisi quod melior [7] conditio est posthumæ quam natæ: quia nata, si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum: posthuma vero, sicut masculus testamentum rumpit. §. 4. Si quis post factum testamentum adoptaverit apud populum [8] illum qui sui juris est, hoc [9] est, qui patrem non habet, aut apud Prætorem [10] illum adoptaverit qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita ejus rumpitur [11] testamentum.

§. 5. Posteriore [12] quoque testamento quod jure factum est, id quod jure factum ante fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento heres scriptus, aut ante aditionem hereditatis moriatur, aut vivo testatore defecerit, aut conditio possibilis sub qua heres institutus est, impleta non fuerit: is qui testamentum fecit, intestatus mori videtur: quia testamentum quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est, & quod posterius factum est, iis rebus quas diximus infirmatur. §. 6. Alio quoque modo testamenta jure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentum capite [13] minuatur: id est, aut ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deputetur. Similiter & si qui adoptatus fuerit, testamentum quod antequam adoptaretur, fecerat, non valebit.

§. 7. Heredes autem sui sunt, aut [14] necessarii, aut extranei. † Sui [15] heredes appellantur filii aut nepotes ex filiis masculis, quos in potestate avus vel pater habet. Necessarii [16] sunt heredes servi qui cum libertate heredes instituuntur. † Necessarii ideo quia aut velint [17] aut nolint, necesse est eis heredes esse. Nam qui creditoribus tenentur obnoxii, & putant [18] se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi servos manumittunt, & heredes necessarios faciunt, ut quo magis heres quam dominus infamiam incurrat, cum res ejus, id est, hereditas domini pro debitis venditur, & creditoribus datur. † Extranei [19] sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori junguntur, sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.

2 Filiæ quoque dampnabantur prætermissæ a patre *Inst. tod. pr. verb. Sed non ita de filiab.* 12. *Inst.* 16. 20.

3 Posthumorum alii vivo patre post testamentum nascuntur: alii post mortem utrique sæpe post testamentum. *l.* 3. §. 1. *ff. de injusto.*

4 De posthumorum institutione adde 3 *Paul. sent.* 4. §. 22.

5 *Primo libro tit.* 4. §. 10. *sue eod. l.* 7. *l.* 26 *ff. de statu l.* 2. §. 6. *D. de excus. tut.* adde tamen *l.* 9. *in fin. D. ad l. Falc.*

7 Melior posthumæ quam natæ conditio. Hæc prætenita non rumpit testamentum, illa rumpit.

8 Hoc genus adoptionis nunc in usu non est. Est enim hodie adrogatio apud principem. *l.* 2. *D. de his, qui sunt sui.* jure scilicet populi in principem translato.

9 Sui juris est, qui patrem non habet.

10 Est enim duplex adoptionis species. *l.* 1. *in fin. D. de adoption.*

11 Adrogatione vel adoptione rumpitur testamentum. §. 1. *Inst. quib. modis test. l.* 8. *D. de injusto.* 23. *Ulp.* 3.

12 §. 2. *Inst. quibus mod. test.* 23. *Ulp.* 2. *l.* 1. *l.* 2. *D. de injusto.* 13 Capitis minutione testamentum infirmatur. §. 4. *Instit. quib. mod. testam. l.* 5. §. 5. *ff. de injusto.* 14 Heredum differentias v. *Inst. l. de hered. qualit. & differ.* 15 Sui heredes qui, §. 2. *inst. de her. qualit. & differ. l.* 1. §. 2. *D. de suis.* 16 § 1. *inst. de her. qualit.* 17 *d.* §. 1. *l.* 12. *qui test.* 22. *Ulp.* 24. 18 *d.* §. 1. 19 De extraneis heredibus. *v.* §. 3. 4. 5. 6. 7. *Inst. de hered. qualit.* 22. *Ulp.* 25.

Tit. IV.

DE SUBSTITUTIONIBUS [1] ET DE FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.

SUbstitutio est, quæ post institutionem à testatore fieri solet, id est, secundi [2] heredis appellatio. Et duæ sunt [3], quarum una vulgaris dicitur, alia pupillaris. §. 2. Vulgaris [4] dicitur, Ille heres mihi esto: sive hoc filio sive extraneo. Quod si hereditatem meam adire noluerit, illum substituo ad quem hereditas mea debeat pertinere. §. 3. Pupillaris [5] substitutio filius tantummodo impuberibus dari potest, quæ ita fit: Ille filius meus, si [6] intra pubertatem decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta [7] esse debet, ut ad notitiam substituti pervenire non possit, ne vitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur. Nam in extrema pagina [8] testamenti fieri debet, ut pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua heres scriptus est, reseratur. Hoc etiam [9] de bonis fieri potest.

§. 4. Nam si extraneus [10] heres scriptus sit, etsi aliquem substituere non possumus [11], ut si heres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei heres sit, potest tamen per fideicommissum obligari, ut alii rogatus à testatore hereditatem aut integram, aut pro parte restituat.

1 De substitutione vulgari, 2. *Inst.* 15. pupillari. 2. *Inst.* 15. *de utraque v.* XXVIII. D. VI. & VI. C. XXVI.

2 Substitutio secundi heredis appellatio. substituitur etiam tertio gradu. *Paul.* 3. *sent.* 4. §. 17. & 22. *Ulp.* 33.

3 Duplex substitutio.

4 *V. Inst. de vulgari.*

5 *V. Instit. de pupillari.*

6 *l.* 1. §. 1. *Inst. de vulg. & pupill.* post pubertatem filio miles potest substituere. *l.* 15. *D. de vulg.*

7 *V.* §. 3 *Inst. de pupillari.*

8 Inferioribus

10 §. 9. *inst. de pup.*

partibus. *d.* §. 3. ima cera *Suet.* 9 Eisdem paginis, ita legitur quibusdam. 11 Fallit hæc sententia in milite.

Tit. V.

DE LEGATIS.

LEgatorum genera sunt quatuor [1], vindicationis [2], damnationis [3], sinendi modo [4], & præceptionis [5]. §. 2. Vindicationis [6] legatum est, si testator sic [7] locutus fuerit: Illum servum tibi do, aut lego. vel: Illam rem tibi præsume, habe, vindica [8]. Quod post mortem testatoris statim legatarius non expectato herede, sibi præsumit. Quam si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab herede potest calumniam sustinere, nec si aliena res fuerit quæ legata est, legatarius hoc poterit ab herede repetere. Si per vindicationem una res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere velint, quales singuli de re legata capiant portiones.

§. 3. Per damnationem [9] isto ordine legatum dimittitur, ut testator in testamento scribat: Tu heres meus illi hoc da. aut: Illud illi ab herede meo dari jubeo [10]. In quo genere legati etiam alienæ [11] res per legatum dimitti possunt. Et necesse est heredi aut redimere eam rem, quæ juris alieni est, & legatario tradere, aut si is cujus res est, vendere noluerit, quantum res illa valebit, legatario in pretio compensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credens per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest: & inutile est legatum. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab herede, aut ipsam rem, aut æstimationem rei in pretio legatario dari. §. 4. Cæterum inter damnationis legatum & vindicationis hoc interest, quod per vindicationem res aliena [12] relinquitur non potest: per damnationem eo pacto quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res quæ [13] in

1 2. *Inst.* 20. 24. *Ulp. Paul.* 3. *sent.* 6. VI. C. XVII. & XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV. *D. eod.*

2 §. 1. *Inst. eod.*

3 *V.* §. 2. *J. eod.*

4 *V.* §. 3. 4. 5. 6. *J. eod.*

5 *V.* §. 7. *J. eod.*

6 *V.* §. 8. *J. eod.*

7 *V.* 24. *Ulp.* 3.

8 Formula legati per vindicationem.

9 Inde legatum per vindicationem dictum.

10 *V.* 24. *Ulp.* 4.

11 24. *Ulp.* 8.

12 Alias formulas aptiores vide apud 24 *Ulp.* 4. & §. 1. *in fin. Inst. de leg. Paul.* 3 *sent.* 6. §. 6.

13 Per damnationem res alienæ relinqui potest. per vindicationem non potest, v. 24. *Ulp.* 7. Hoc etiam pertinet per damnationem rem creditori obligatam legari posse à fideiussore testatore. *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 8. *v.* Quæ in rerum natura non sunt, legare possumus per damnationem, non per vindicationem.

in rerum natura non sunt, per damnationem legato dimitti possunt, veluti si ita testator in testamento scribat: Fructus qui ex agro nati fuerint; aut, Id, quod ex illa ancilla natum fuerit: quod in legato vindicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuo vindicare. §. 5. Inter legatum vindicationis & damnationis ista similitudo [14] est, quod legatum vindicationis, sive damnationis, si conjunctim [15], id est, duobus aut pluribus una res in legato dimissa fuerit, in utroque legato simul ab omnibus præsumatur. §. 6. Inter legatum vindicationis, & damnationis ista distantia est, ut si disjunctim [16], id est, singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis integra debeatur: id est, ut unus [17] rem ipsam accipiat, alii æstimationem rei ipsius in pretio ab herede accipiant. §. 7. Sinendi [18] modo hæc [19] legati verba sunt: Ille heres meus rem illam illum permitte præsumere & sibi habere. Nam & propriam rem testator & [20] heredes sui & alienam [21] per sinendi legatum relinquere potest [22]. In quo legato non quidem heres legatario rem quæ relicta est, jubetur tradere, sed vindicanti legatario permittitur prohibere.

§. 8. Præceptionis [23] vero legatum nonnisi uni [24] ex heredibus dari potest, ut aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquatur, & si aut conjunctim, id est, multis, aut disjunctim singulis relinquatur, omnibus una res tantum quæ nominata est, debetur, non uni res [25], & alii æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

14 *l.* 24. *Ulp.* 13. *in princ.*
15 Conjunctim legare possumus per damnationem & vindicationem.
16 24. *Ulp.* 13. *in fin.*
17 Res pluribus legata per damnationem, non per vindicationem, singulis legatariis debetur, uni res, alii æstimatio, §. 8. *in fin.* j. *eod.* adde *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 3. *in fin.*
18 §. 2. *Inst. eod.*
19 Sunt & alia commodiora, de quibus, v. 24. *Ulp.* 5.
20 25. *Ulp.* 11.
21 Hanc vocem superesse notat Cujac. 24 *ad Ulpianum.*
22 Possunt etiam jura relinqui sinendi modo: *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 11.
23 Formulas legandi per præceptionem, *v. apud Ulp.* 24. §. 6. 24 *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 1.
25 §. 6. *in fin. sup. eod.*

Tit. VI.

DE LEGE FALCIDIA [1].

LEge Falcidia constitutum est: quicumque heres fuerit institutus, quartam [2] partem totius hereditatis habeat. Quod si testator hereditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidia sibi de imminutione legatorum heres retineat, constante nihilominus testamento. Hic de Pauli sententiis addendum.

1 V. II. *Inst.* XXII. XXXV. D. II. V I. C. L. adde 25. *Ulp.* 32. *Paul.* 3. *sent.* 8.
2 *d.* §. 32. §. 1. *Inst. eod. l.* 73. *D. ad l. Falc. Paul.* 3. *sent.* 8. §. 1.

Tit. VII.

DE FIDEICOMMISSIS [1].

POtest aliquis recto [2], jure heredem instituere: & rogare eum, ut hereditatem suam, aut omnem, aut ex parte alii per fideicommiss. reddat. Nam si heredem directo jure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium acceptam hereditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc observandum est, quod de Falcidia supra jam dictum est, ut heres institutus, etiamsi omnem hereditatem alii restituere jussus sit, ita hereditatem alii restituat, ut quartam [3] sibi ex ipsa hereditate retineat. §. 2. Et singulæ [4] quæcunque res per fideicommissum [5] dimitti possunt, hoc est, fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum. §. 3. Ab ipso fideicommissario [6] alteri fideicommissum dimitti potest [7].

§. 4. Et à legatario [8] licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest. §. 5. Et non solum propriæ res à testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius heredis, aut legatarii, aut cujuslibet extranei [9]. §. 6. Ne legatarius cui per testamentum parum dimissum est, plus [10] alii per fideicommissum, quam in id, quod consequitur, reddere jubeatur. §. 7. Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est heredi, vel legatario rem illam, quæ per fideicommissum est relicta, aut redimere, & fideicommissario dare, aut [11] pretium ejusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus [12]. §. 8. Libertates [13] etiam servis per fideicommissum dari possunt, ut heres vel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab iis ut manumitterent, spetavit. Nec interest, utrum hoc testator de suis servis, an de ipsius heredis vel legatarii, aut de alienis fieri jubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur heres emere ipsum servum & manumittere. Sed si illum dominus suus noluerit vendere, perit per fideicommissum data libertas: quia in hac re heres æstimationem in pretio dare non cogitur: sed cum per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed heredis libertus est. §. 9. Præterea inter fideicommissa & legata sunt quædam distantiæ [14]. † Fideicommissum ad eum cui aliquid commissum est, herede mortuo [15] poterit pervenire, si talis fuerit conditio testamenti: nam [16] legatum ita relinqui non valet nisi codicilli testamento fuerint confirmati: fideicommissum vero etiam [17] si testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. † Item [18] per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item [19] per legatum servo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. † Item [20] per codicillos [21] nemo heres institui potest, quamvis testamento confirmati sint: sed is qui testamento heres fuerit institutus, potest [22] per codicillum rogari, ut hereditatem quæ ei data est, alii totam vel pro parte restituat: quod validum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. † Item [23] quamvis non possumus post [24] mortem ejus quem heredem instituimus, alium ei substituere: tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut cum moriatur, alii eam hereditatem vel totam, vel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem heredis fideicommissum ei cui relictum est, dari potest, quod hoc ordine fit, ut testator scribat: Illum heredem instituo, & volo, ut quum mortuus fuerit ad illum non pertineat. † Præterea [25] & in hoc alia fideicommissorum & legatorum conditio est, quia fideicommissa, si tardius quam scriptum est, soluta fuerint, usuras [26] & fructus debentur: legatorum vero usuræ non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

1 *V.* 15. *Ulp.* 4. *Paul. sent.* 1. de fideicommissariis hereditatibus, 11. *Inst.* XXIII. de singulis rebus per fideicommissum relictis, 2. *Inst.* 24.
2 §. 2. *Inst. de fideicom. hereditatib.*
3 De quarta Trebellianica, *v.* §. 4. *Inst. de fideicomm. hær. & ad SC. Trebell. l.* 1. §. 2. *D. ad Treb.*
4 *Inst. de sing. reb. per fideicommiss.*
5 Et legatum. 24. *Ulp.* 25.
6 Sic à posthumo herede instituto fideicommissum relinqui potest, *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 2. ab imperatore herede instituto, §. 3. *ibid.* à furdo vel muto, §. 4. *ibid.* at non ab uxore, cui virdotem prælegavit, §. 1. *ibid.*
7 Quamvis à legatario olim legari non poterat, 7. §. 4. *j. eod.*
8 *Inst. de singulis rebus per fideicommissum relictis.* 24. *Ulp.* 20. Sicuti nec heredi à semetipso. 24. *Ulp.* 22.
9 Nostras statim: alienas autem aut æstimatas aut redemptas, *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 7. nisi ignoranter rem alienam legaverimus, §. 8. *ibid.*
10 Dixi plenissime *ad l.* 1. §. 17. *in fin. D. ad Treb.*
11 *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 7.
12 *Tit.* 5. §. 4. *sup. eod.*
13 25. *Ulp.* 18. §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideicomm. l.* 12. §. 1. *ff. de fideicomm. hær.*
14 Differentiæ fideicommissi & legati: hodie legata fideicommissis exæquata sunt, 7. *l.* 1. *ff. de l.* 1.
15 Prima differentia.
16 Secunda differentia, 25. *Ulp.* §. 8. *in fin.*
17 *d.* §. 8. *Paul.* 4. *sent.* 1. §. 10. 18 Tertia differentia. 19 Quarta differentia. 20 Quinta differentia. 21 *l.* 10. *D. de codic.* §. 2. *Inst. de codic. l.* 27. *in fin. D. de cond. inst.* 22 §. 2. *Inst. de codic.* 23 Sexta differentia. 24 24. *Ulp.* 16. *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 5. 25 Septima differentia. 26 *V. C. de usuris, & fruct. legator.*

Tit. VIII.

DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS [1].

INtestatorum hereditates primum ad suos [2] heredes pertinent. † Sui [3] autem heredes appellantur, filius filia, nepos neptis, pronepos proneptis ex nepote: quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. Naturales [4] sunt hæ personæ, ac adesse possunt. *d.* §. 2. vers. *nec interest*, vers. *quibus.*

1 De hereditatibus quæ ab intestato, 3. *Instit.* 1. de legitimis heredib. 26. *Ulp.* de intestatorum successione, *Paul.* 4. *sent.* 8.
2 *V.* 26. *Ulp.* 1. §. 8. *Inst. de hær. que ab intest.* 3 §. 12. *Inst. eod.* 4 Naturales legitimati sui optivæ. Adoptivorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos vel neptis ex filio avi sui heredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit: nam si eo tempore quo aliquis moritur, filium in potestate habeat, & ex eo nepotes, illi vivo patre suo, & in potestate avi constituto sui heredes avo esse non possunt [5]. §. 2. Similiter posthumi [6] qui si vivo patre nati fuissent, in potestate ejus futuri erant, sui heredes sunt. §. 3. Si quando aliquis moritur, & reliquerit filium, aut filiam, & ex alio filio mortuo nepotes, neptesve: filii vel nepotes ex filio defuncto, patri vel avo hac ratione succedunt, ut filius vel filia suas partes, & nepotes ex filio portionem quam [7] pater eorum erat habiturus, accipiant: quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat: & non in capita, sed in stirpem dividatur hereditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filiis dimittat nepotes, hoc est, ex uno filio unum, vel duos nepotes, ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem [8], non in capita hereditas dividatur, hoc modo: ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem: hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant.

§. 4. Si defuerint [9] heredes sui, tunc hereditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati [10] enim sunt per virilem sexum defuncto propinquitate conjuncti, id est, consanguinei fratres, hoc est, de [11] uno patre nati. Nec disputari potest, si de diversis [12] matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus [13], id est, frater patris, fratris sui filio agnatus est. Ipso modo sunt fratres patrueles [14], hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur, qui sint agnati, sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate conjuncti. §. 5. Non tamen omnibus simul agnatis lex hereditatem propinqui intestati dat, sed iis qui defuncto mortis [15] suæ tempore proximiores inveniuntur. §. 6. In fœminis vero alia conditio est: quia inter fœminas sola tantum [16] soror consanguinea habetur agnata, ut germano suo defuncto, ab intestato ei agnationis jure succedat. Reliquæ fœminæ, hoc est, amitæ, id est, patris soror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitimæ sunt, nec masculis propinquis agnationis jure succedunt. Ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis conditione perveniunt. §. 7. Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior [17] posteriorem excludat, & inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. Nam inter suos, sicut superius diximus, alia ratio est, ut proximior posteriorem non [18] excludat, & semper hereditas in [19] stirpem non in capita dividatur. Nam si quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios: germanus frater quia gradu proximior est, solus succedit, fratris filii non [20] succedunt. Item si moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios dumtaxat masculos, ex uno fratre dimiserit duos, ex alio quatuor, similiter masculos: omnes quidem fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt, sed non in stirpes, sed [21] in capita: ita ut illi duo ex una parte duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio accipiant quatuor portiones. Nam si sorores habuerint, in patrui hereditatem non veniunt, sicut nec sororis filii in avunculi hereditate succedunt. §. 8. Nam & hoc regulare est, ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando [22] aut sui, aut agnati defuerint.

5 *d.* §. 2. *vers. nam si per id tempus.*
6 *d.* §. 2. *vers. post.*
7 Hæc successio in stirpes dividitur, 26. *Ulp.* 2. §. 6. *Inst. de her. quæ ab intestato.*
8 Nepotes ex filio patris sui locum repræsentant, sive concurrant cum suis patruis, §. 3. *T.* sive plures inter se concurrant, ut hic. Inter fratrum filios non est eadem successio: concurrunt enim inter se non in stirpes sed in capita, vide *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.*
9 Post suos adgnati succedunt.
10 Quinam adgnati.
11 Consanguinei fratres de uno patre nati, de uno id est eodem.
12 Ex eodem patre licet diversis matribus geniti, agnati inter se.
13 Patruus patris frater.
14 Fratres patrueles duorum fratrum filii. §. 6. *D. de gradibus.*
15 §. 6. *Instit. de legit. adgn. succeff.*
16 26. *Ulp.* 6. & *Paul.* 4. *sent.* 8. §. 3.
17 §. 5. *Inst. de legit. adg. succeff. l.* 195. §. 1. *D. de verb. sign.*
18 Inter suos proximiores non excludunt posteriores.
19 Inter suos hereditas dividitur in stirpes.
20 Hodie succedunt. 26. §. 4. & *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.* 22 Post suos & adgnatos succedunt adgnati. Hodie sublata est differentia adgnatorum & cognatorum, *Nov.* 118. *c.* 4.

Tit. IX.

DE OBLIGATIONIBUS [1].

OBligatio in duas species dividitur. Nam omnes obligationes aut ex [2] contractu nascuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu nascuntur, quatuor [3] genera sunt, quæ singula hoc ordine distinguuntur. Aut enim re [4] contrahitur obligatio, aut verbis [5], aut literis [6], aut consensu [7]. §. 2. Re [8] contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo [9] dantur, quæ in his rebus contingunt, quæ pondere [10], numero, mensura continentur: hoc est, si pecunia numeretur, vel frumentum detur, vinum aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, vel aurum. Quæ omnia numerando, aut pensando, aut metiendo ad hoc damus, ut eorum fiant, qui ea accipiunt, & ad nos statuto tempore, non ipsæ res, sed aliæ ejus [11] naturæ quales datæ sunt, atque ipsius ponderis, numeri vel mensuræ reddantur. Propter quod mutuum appellatum est, quasi à me tibi ita datum sit, ut ex meo tuum fieret. §. 3. Verbis [12] contrahitur obligatio ex interrogatione dantis, & responsione accipientis, ita ut si ille qui dat interroget, Hoc mihi dabis? qui accipiet, respondeat, Dabo. Aut in obligatione debitoris, si aliquis fidejussor [13] accedat, ille qui personam [14] fidejussori tradit, interroget: Istum fide tua esse jubes? & ille respondeat: Fide mea esse jubeo, hac conditione non solum ille qui debitor est, sed & is qui fidejussor existit, obligantur. Et non solum fidejussor ipse dum vivit, sed & heredes [15] ipsius, si ille defecerit, tenentur obnoxii. Creditor autem qui pecuniam dedit, in potestate habet [16] ad reddendam pecuniam quem velit tenere, utrum ipsum debitorem, an fidejussorem. Sed si debitorem tenere elegerit, fidejussorem absolvit, quia uno electo quem idoneum creditor judicat, alterum liberat. §. 4. Sunt & aliæ obligationes quæ [17] nulla præcedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut similiter, sive sponso uxor futura, sive jam marito dotem dicat [18]. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest: Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligabitur, sed & parer ejus & debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam ille debebat sponso creditricis, ipse debitor in dotem dixerit. Hæ tantum tres [19] personæ, nulla interrogatione præcedente possunt dictione dotis legitime obligari. Aliæ vero personæ, si pro muliere dotem marito promiserint, communi jure obligari debent, id est: ut & interrogatæ respondeant, & stipulatæ promittant. §. 5. Item & alio casu uno loquente, & sine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse juraverit. Exponendum hic quid sit donum, aut munus vel operæ: in qua re supradicti liberti, non tam verborum solennitate, quam jurisjurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.

§. 6. Præterea inutilis est promissio, etiamsi stipulatione interveniente facta sit, si id aliquis daturum se promiserit, quod sui juris non est: hoc est, si aut ingenuum [20] hominem quasi [21] servum se daturum promittat; aut si mortuum [22] aliquis quem vivum crede-

1 *V.* III. *Inst.* XIV. & XLIV. *D.* VII.
2 *Adde* §. 1. *Inst. eod. l.* 1. *D. eod.*
3 *d. l.* 1. §. 1.
4 *V.* §. 2. *j.*
5 *V.* §. 3. & *seq. j.*
6 *V.* §. 13. *j.*
7 *V.* §. 14. *j.*
8 *V. Inst. quibus mod. re contrah.*
9 *Inst. quib. mod. re. in pr. l.* 1. §. 1. *D. de oblig.*
10 *l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.*
11 *l.* 2. §. 1. *D. de rebus cred.*
12 *Inst. de verb. obl. l.* 1. §. 7. *l.* 52. §. 2. *D. de obl. l.* 2. §. 2. *ff. de obl. l.* 2. *in fin. D. de reb. cred.*
13 *V. Inst. & D. de fidejuff.*
14 Cui persona fidejussoris traditur.
15 §. 2. *Inst. de fidejussorib.* §. 4. *in fin. D. de fidejuff.*
16 Hodie non habet, *v. Nov.* 4. *cap.* 1.
17 Dotis dictio stipulationem non requirit.
18 De dotis dictione, *v. Ulp.* 6. §. 1. & 2.
19 *Ulp.* 6. §. 2.
20 Id est, liberum, *l.* 103. *de verb. obl.*
21 §. 2. *Inst. de inutil. stipul.*
22 *d. l.* 103. §. 1. *Inst. de inutil. stip. l.* 69. *D. de verb. obl.*

credebat, promiserit ; aut locum sacrum [21], aut sanctum, aut religiosum daturum se quicunque promiserit. §. 7. Præterea inutilis est promissio, si aliquis rem sub tali conditione promittat, quæ implen pro [24] rei difficultate non possit. §. 8. Præterea inutilis est [25] interrogatio & promissio, si ita aliquis interroget debitorem, Post mortem meam, vel tuam, illud dari spondes? Quod propterea inutile visum est, quia à persona heredis obligatio inperò non potest. Et ideo nec heredi creditoris sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius.

§. 9. Item inutilis est [26] obligatio, si dicat creditor, Pridie quam moriar, dare spondes? Vel interroget debitorem, Pridie quam moriaris? Similiter & hæc stipulatio inutilis judicatur, quia non potest sciri, quando sit pridie quam aliquis moriatur, nisi postquam mortuus fuerit. §. 10. Item si [27] pure interroget creditor, & debitor sub conditione promittat. §. 11. Vel si creditor decem solidos debitorem interroget, & debitor quinque [28] promittat: hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur. §. 12. Si quis nobis pecuniam debeat, possumus debitorem nostrum compellere, ut pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri [29] se caveat redditurum. Neque potest ei cui pro nostro debito cavet, de cauto & non numerato sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre, cum id quod à nobis accepit, alteri caverit redditurum. §. 13. Literis [30] obligatio fit, aut à re in personam, aut à persona in personam. A re in personam, velut si id quod ex emptione aut conductione aut societate debes, alii reddas. A persona in personam, velut si id, quod mihi alter debet, alteri personæ delegem, ut reddere debeat.

§. 14. Consensu [31] fiunt obligationes ex emptionibus & venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus & mandatis: quia in ejusmodi rebus consensus magis quam scriptura [32] aut solennitas quæritur. In quibus rebus etiam inter [33] absentes obligatio contrahi potest, quod in aliis rebus fieri non potest.

§. 15. Emptio igitur & venditio [34] contrahitur, cum de pretio inter emptorem & venditorem fuerit definitum, etiamsi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretii aut arrha data fuerit.

§. 16. Locatio & conductio simili [35] ratione consistunt, ut consensu, etiam verbo, definitio inter consentientes firma permaneat.

§. 17. Societatem [36] inire possumus, aut omnium bonorum, aut unius alicujus negotiationis. Et potest ita [37] iniri societas: si tamen hoc inter socios convenit, ut unus pecuniam det, alter operam suam pro pecunia donet. Et hujus rei definitio etiam verbo inita valet, ita ut quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit adquisitum, sociis commune sit. §. 18. Permanet [38] autem inita societas, quamdiu in ipso consensu socii perseverant: quia sicut consensu contrahitur, etiam dissensu solvitur. Dissolvitur ergo societas aut morte [39] unius socii, aut contraria voluntate, aut capitis deminutione, id est, si unus ex sociis, sicut frequenter supra diximus, capite fuerit deminutus. §. 19. Similiter & mandari [40] verbo potest. Et cum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Possumus enim aut nostra negotia, aut aliena cuicunque agenda mandare, dummodo honestum [41] aliquid agi mandemus: Nam si contra [42] mores bonos aliquid mandare voluerimus, hoc est, si cuicunque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium [43], aut adulterium admittat, in iis rebus mandati obligatio non contrahitur. §. 20. Solvitur autem mandatum aut morte [44], cui mandatum est, aut contraria [45] illius voluntate qui mandavit. §. 21. Sed is cui mandatur, mandati formam egredi [46] non potest. Aut si egressus fuerit, & mandatori teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præjudicet mandatori.

21 *l.* 81. §. 3. *D. de verb. oblig.* §. 2. *Inst. de inut. stip.*
22 *l.* 1. 31. *D. de obligationib. l.* 35 *ff. de verb. obl.* §. 2. *Inst. de inut. stip.*
23 Hodie non est § 12. *Inst. de inut. stip.*
24 *l.* 137. *pr. Inst. de inut. stip.*
25 *l.* 12. §. 1. *D. de mandat.* §. 1. *Inst. de mandato.*
26 Hodie non est. *d.* §. 12. *vers. sed & si quis ita stip. pridie quam moriar, &c.*
27 *l.* 8. §. 5. *Inst. de inut. stip.*
28 *d.* §. 5. *in pr.*
29 Adde §. 19. *Inst. de inut. stip.*
30 *V. Inst. de literarum oblig.*
31 *V. Inst. de obl. ex consensu. l.* 2. *D. de oblig.*
32 *d. l.* 2. §. 1.
33 *d. l.* 2. §. 2.
34 *Inst. de empt. in princ. l.* 9. *D. de contr. empt.*
35 *Inst. de locat. & conduct.*
36 *V. Inst. de societate.*
37 §. 2. *vers. nam & ita. Inst. de societate.*
38 §. 4. *Inst. de societate.*
39 §. 5. *Inst. de societate.*
40 *V. Inst. de mandato. ff. & C. mandati.*
41 *l.* 16 §. 3 *l.* 22 §. 6. *D. mand.*
42 §. 7. *Inst. de mandato. l.* 35 §. 2. *de contrah. empt.*
43 *d. l.* 22. §. 6.
44 *l.* 26 *D. mandati.* §. 1 *Inst. de mandato.*
45 *l.* 12. §. 16. *D. mandati.* §. 9. *Inst. de mandato.*
46 *l.* 5. *D. mandati.* §. 8. *Inst. de mandato.*

Tit. X.

QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLATUR.

TOllitur obligatio solutione [2] debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiam si aliud quam cautum fuerat a debitore creditori reddatur. Nam si quicunque pro [3] pecunia quam creditori cavit, acquiescente [4] creditore aurum, aut argentum, aut mancipia, vel alias quaslibet species habita æstimatione consentiente creditore dederit, obligatio evidenter tollitur.

§. 2. Quia de obligationibus quæ ex contractu nascuntur, diximus, superest ut de his obligationibus quæ ex delicto nascuntur, simpliciter disputemus. † Ex [5] delicto nascuntur obligationes, si aliquis furtum [6] fecerit, vel bona aliena rapuerit [7], vel damnum [8] alteri dederit, an injuriam [9] fecerit. Quarum omnium rerum uno genere ex delicto nascitur obligatio. §. 3. Furtorum autem sunt genera quatuor [10]: manifesti, nec manifesti, concepti, & oblati. Manifestum [11] furtum dicitur, si quando fur, cujuscunque rem tollit, in ipso furto deprehenditur. Nec [12] manifestum furtum appellatur, quod quamlibet dum fieret, inventum non est, tamen furtum factum fuisse probatur. Conceptum [13] furtum dicitur, cum apud aliquem alterum res furtiva inveniatur. Oblatum [14] furtum dicitur, cum res furtiva alicui ita a fure datur, ut apud ipsum furem inveniri non possit. §. 4 Præterea, qui rem alienam invito [15] aut nesciente domino contingit, vel tollere, aut de loco movere præsumit, furtum facit. §. 5. Et si quis rem utendam [16] acceperit, aut commendatam [17] apud se habuerit, & aliter ea usus fuerit quam acceperit, furti actione tenetur. §. 6. Præterea, si quis jumentum [18] alterius ad hoc accepit, ut eum quinque millibus duceret; si id decem millibus, aut longius quam ab illo qui dedit, fuerit constitutum, duxerit, furti erit. §. 7. Et multa præterea quorumcunque similia sunt secundum quæ & ille furti tenetur, qui ut ferret opem [19], aut consilium, aut studium commodant: velut si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebit, excusserit [20], ut alii eam rapere possent.

1 III. *Inst.* ***.
2 *Inst. sect. l* 107. *D. de solution.*
3 *V. l.* 17. *C. de solutionib.*
4 *l.* 99. *D. de solutionib. Inst. quibus modis tollit. oblig.*
5 *l.* 4. *D. de oblig. Inst. de oblig. quæ ex delicto.*
6 *V. D. de furtis. Inst. de oblig. quæ ex delicto.*
7 *V. Inst. de bonor. raptor.*
8 *V. Inst. de l. Aquil.*
9 *V. Inst. de injur.*
10 Imo duo tantum. §. 3 *Inst. de oblig. quæ ex delicto. l.* 2. *D. de furt.*
11 Manifestum furtum, *l.* 3. *D. de furt.*
12 Non manifestum, *l.* 8. *D. de furtis.*
13 Conceptum. §. 4. *in pr. Inst. de obl. quæ ex delict.*
14 Oblatum. *d.* §. 4. *vers. oblatum.*
15 §. 4. *Inst. de oblig. quæ ex delict.*
16 §. 7. 8. *inst. de obl. quæ ex delicto.*
17 Id est, depositam. § 6. *Inst. de obl. ex delict.* 18 Dixi *ad l.* 40. *ff. de furtis.* 19 Dixi *ad l.* 36. *l.* 50. §. 1. *ff. de furtis.* adde §. 12. *vers. si vero. Inst. de oblig. quæ ex delicto.* 20 Dixi *ad l.* 52. §. 3. *D. de furtis.*

FINIS.

Institutionum Titulorum Index, juxta ordinem alphabeti.

Prior numerus librum, alter titulum significat.

Acquisitione per adrogationem 3. 11
Actionibus 4. 6
Ademptione legatorum 2. 21
Adoptionibus 1. 11
Assignatione libertorum 3. 9
Attiliano tutore, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur 1. 20
Auctoritate tutorum vel curatorum 1. 21
Bonorum possessionibus 3. 10
Capitis deminutione 1. 16.
Codicillis 2. 25
Curatoribus 1. 23
Divisione stipulationum 3. 19
Donationibus 2. 7
Duobus reis stipulandi & promittendi 3. 17
Emptione & venditione 3. 24
Eo, cui libertatis causa bona addicuntur 3. 12
Exceptionibus I 4. 13.
Excusationibus tutorum vel curatorum 1. 25
Exheredatione liberorum 2. 13
Fideicommissariis hereditatibus, & ad Senatusconsultum Trebellianum 2. 23
Fidejussoribus 3. 21.
Fiduciaria tutela 1. 19
Gradibus cognationum 3. 6
Heredibus instituendis 2. 14
Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur 3. 1
Heredum qualitate & differentia 2. 19.
His, qui sui, vel alieni juris sunt 1. 8
Ingenuis 1. 4
Injuriis 4. 4.
Inofficioso testamento 2. 18
Interdictis 4. 15
Inutilibus stipulationibus 3. 20
Iis, per quos agere possumus 4. 10.
Jure naturali, gentium, & civili 1. 2
Jure personarum 1. 3
Justitia & jure 1. 1
Legatis 2. 20
Lege Aquilia 4. 3
Lege Falcidia 2. 22
Lege Fusia Caninia tollenda 1. 7
Legitima adgnatorum successione 3. 2
Legitima adgnatorum tutela 1. 15
Legitima parentum tutela 1. 18
Legitima patronorum tutela 1. 17.
Libertinis 1. 5
Literarum obligationibus 3. 22
Locatione & conductione 3. 25.
Mandato 3. 27
Militari testamento 2. 11
Noxalibus actionibus 4. 8
Nuptiis 1. 10
Obligationibus 3. 14
Obligationibus ex consensu 3. 23
Obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur 3. 28
Obligationibus, quæ ex delicto nascuntur 4. 1
Obligationibus, quæ quasi ex delicto nascuntur 4. 5
Officio judicis 4. 17
Patria potestate 1. 9
Perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes, & in heredes transeunt 4. 12
Per quas personas cuique acquiritur 2. 9
Per quas personas nobis obligatio acquiritur 3. 29
Pœna temere litigantium 4. 16
Publicis judiciis 4. 18
Pupillari substitutione 2. 16
Quibus alienare licet, vel non 2. 8
Qui & quibus ex causis manumittere non licet 1. 6
Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur 1. 12
Quibus modis re contrahitur obligatio 3. 15
Quibus modis testamenta infirmentur 2. 17
Quibus modis tollitur obligatio 3. 30
Quibus modis tutela finitur 1. 22
Quibus non est permissum facere testamentum 2. 12
Qui testamento tutores dari possunt 1. 14
Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur 4. 7
Rebus corporalibus & incorporalibus 2. 2
Replicationibus 4. 14
Rerum divisione, & acquirendo ipsarum dominio 2. 1
Satisdatione tutorum vel curatorum 1. 24
Satisdationibus 4. 11
Senatusconsulto Orphitiano 3. 4
Senatusconsulto Tertylliano 3. 3
Servili cognatione 3. 7
Servitutibus prædiorum 2. 3
Singulis rebus per fideicommissum relictis 2. 24
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur 4. 9
Societate 3. 26
Stipulatione servorum. 3. 18
Successione cognatorum 3. 5
Successione libertorum 3. 8
Successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano 3. 13
Suspectis tutoribus & curatoribus 1. 26
Testamentis ordinandis 2. 10
Testamento militari 2. 11
Tutelis 1. 13
Verborum obligationibus 3. 16
Vi verborum raptorum 4. 2
Usucapionibus, & longi temporis præscriptionibus 2. 6
Usu, & habitatione 2. 5
Usufructu 2. 4
Vulgari substitutione 2. 15

FINIS HUJUS INDICIS.

INDEX

Paragraphorum quatuor librorum Inſtitutionum, in quo prior numerus ipſum Paragraphum, alter Titulum, poſtremus vero Librum ſignificat.

A.

AB hoſtibus §. 2. tit. 20. lib. 1.
Acceſſit novus caſus in princ. tit. 12. lib. 3.
Accidit aliquando in princ. tit. 8. lib. 2.
Ac ne is quidem hac lege §. 3. tit. 3. lib. 4.
Actiones autem de peculio §. 10. tit. 6. lib. 4.
Actionum autem quædam §. 28. tit. 6. lib. 4.
Ad certum tempus §. 3. tit. 14. lib. 1.
Ad legitimam ſucceſſionem §. 8. tit. 2. lib. 3.
Ademptio legatorum in princ. tit. 21. lib. 2.
Adeo autem aliquam §. 3. tit. 25. lib. 3.
Adipiſcendæ poſſeſſionis §. 3. tit. 15. lib. 4.
Adfinitatis quoque §. 6. tit. 10. lib. 1.
Adgnationis quoque §. 8. tit. 6. lib. 3.
Admonendi autem §. 7. tit. 12. lib. 1.
Admonendi tamen ſumus §. 13. tit. 1. lib. 3.
Adoptio autem §. 1. tit. 11. lib. 1.
Adoptivi liberi quandiu §. 4. tit. 13. lib. 2.
Adquiritur vobis non ſolum in princ. tit. 9. lib. 2.
Ædibus denique legatis §. 19. tit. 20. lib. 2.
Æque ſi agat quis §. 2. tit. 6. lib. 4.
Æque ſi debitor §. 4. tit. 13. lib. 4.
Alia deinde lex aſperrimum §. 6. tit. 18. lib. 4.
Alia ſane cauſa eſt earum §. 48. tit. 1. lib. 2.
Alia ſane cauſa eſt, ſi §. 24. tit. 1. lib. 2.
Aliæ autem donationes §. 2. tit. 7. lib. 2.
Aliena autem tantum §. 3. tit. 27. lib. 3.
Aliis quoque modis §. 6. tit. 6. lib. 2.
Alio autem modo §. 4. tit. 17. lib. 2.
Aliquando autem §. 13. tit. 10. lib. 1.
Aliquando autem etiam §. 10. tit. 1. lib. 4.
Aliquando etiam furtiva §. 8. tit. 6. lib. 2.
Alteri ſtipulari §. 19. tit. 20. lib. 3.
Animalium nomine in princ. tit. 9. lib. 4.
An ſervo heredis §. 32. tit. 20. lib. 2.
Ante Auguſti tempora in princ. tit. 25. lib. 2.
Ante heredis inſtitutionem §. 34. tit. 20. lib. 2.
Appellamus autem in rem §. 15. tit. 6. lib. 4.
Appellantur autem exceptiones §. 8. tit. 13. lib. 4.
Apium quoque fera natura §. 14. tit. 1. lib. 2.
Apud Catonem §. 12. tit. 11. lib. 1.
At hi, qui emancipati §. 10. tit. 1. lib. 3.
At nec plurimi quidem §. 15. tit. 3. lib. 4.
At ſi ita ſtipuleris §. 3. tit. 16. lib. 3.
At ſi quis rem §. 1. tit. 20. lib. 3.
Atrox injuria æſtimatur §. 9. tit. 4. lib. 4.
Auctoritas autem tutoris in princ. tit. 21. lib. 1.

C.

CApite tertio de omni §. 13. tit. 3. lib. 4.
Caput ſecundum legis Aquiliæ §. 12. tit. 3. lib. 4.
Cæcus autem non poteſt §. 4. tit. 12. lib. 2.
Cæteri qui teſtatoris §. 3. tit. 19. lib. 2.
Cæterum dubium non eſt §. 5. tit. 7. lib. 4.
Cæterum inter maſculos §. 3. tit. 2. lib. 3.
Cæterum placuit §. 16. tit. 3. lib. 4.
Cæterum ſciendum eſt §. 1. tit. 9. lib. 4.
Certæ autem §. 4. tit. 14. lib. 1.
Codicillis autem hereditas §. 2. tit. 25. lib. 2.
Codicillos etiam plures §. 3. tit. 25. lib. 2.
Communem ſervum pro dominica §. 3. tit. 29. lib. 3.
Communes ſunt, veluti rem §. 4. tit. 19. lib. 3.
Compenſationes quoque §. 39. tit. 6. lib. 4.
Conceptum furtum §. 4. tit. 1. lib. 4.
Conditiones quæ ad præſens §. 6. tit. 16. lib. 3.
Conductor autem omnia §. 5. tit. 25. lib. 3.
Conſenſu fiunt obligat. in princ. tit. 23. lib. 3.
Conſequens eſt §. 3. tit. 26. lib. 1.
Conſtat autem jus §. 3. tit. 2. lib. 1.
Conſtituitur autem uſusfructus §. 2. tit. 4. lib. 2.
Contra autem creditor §. 1. tit. 8. lib. 2.
Conventionales ſunt quæ §. 3. tit. 19. lib. 3.
Corporales hæ ſunt §. 1. tit. 2. lib. 2.
Creditor quoque qui pignus §. 4. tit. 15. lib. 3.
Cum autem §. 1. tit. 4. lib. 1.
Cum autem finitus fuerit §. 4. tit. 4. lib. 2.
Cum autem impubes §. 3. tit. 11. lib. 1.
Cum autem in compluribus §. 4. tit. 13. lib. 1.
Cum autem is §. 1. tit. 12. lib. 1.
Cum autem quæritur §. 7. tit. 1. lib. 3.
Cum autem ratio legis §. 4. tit. 22. lib. 2.
Cum eo quoque qui §. 40. tit. 6. lib. 4.
Cum ergo certus §. 7. tit. 6. lib. 1.
Cum ex aliena materia §. 25. tit. 1. lib. 2.
Cum filius filiave, & ex §. 6. tit. 1. lib. 3.
Cum in ſuo ſolo §. 29. tit. 1. lib. 2.
Cumque hos §. 3. procem.
Cum quis ſub aliqua cond. §. 25. tit. 20. lib. 3.
Cum ſit expoſitum princ. tit. 1. lib. 4.
Curare autem §. 32. tit. 6. lib. 4.

D.

DAmni injuriæ actio in princ. tit. 3. lib. 4.
Dantur autem §. 1. tit. 23. lib. 1.
Dari autem tutor in princ. tit. 14. lib. 1.
Datum eſt autem §. 1. tit. 26. lib. 1.
Datur autem hæc adſignandi §. 2. tit. 9. lib. 3.
Datus autem tutor §. 17. tit. 25. lib. 1.
De conſtituta autem pecunia §. 9. tit. 6. lib. 4.
De iis autem ſervis §. 4. tit. 9. lib. 2.
De illa ſane conventione §. 2. tit. 26. lib. 3.
Denique & ſi in adrogationem §. 5. tit. 11. lib. 2.
De ordine & vetere exitu §. 8. tit. 15. lib. 4.
Definunt etiam tutores eſſe §. 6. tit. 22. lib. 1.
Diutina poſſeſſio, quæ §. 12. tit. 6. lib. 2.
Dominus noxali judicio §. 3. tit. 8. lib. 4.
Duorum autem §. 4. tit. 10. lib. 1.

E.

EAdem hæc obſervantur §. 12. tit. 1. lib. 3.
Eadem interveniunt, & ſi §. 5. tit. 17. lib. 4.
Eadem lege Ælia §. 4. tit. 6. lib. 1.
Eadem oratione expreſſit §. 8. tit. 17. lib. 2.
Eadem ratione prætor §. 2. tit. 7. lib. 4.
Ea quoque res §. 7. tit. 20. lib. 2.
Ecce enim jusjurandum §. 1. tit. 16. lib. 4.
Ecce enim cum paterfamilias §. 1. tit. 11. lib. 3.
Edicto divi Marci §. 13. tit. 6. lib. 2.
Ejus qui apud hoſtes eſt §. 5. tit. 12. lib. 2.
Emancipati autem liberi §. 9. tit. 1. lib. 3.
Emancipatos liberos §. 3. tit. 13. lib. 2.
Emptio & venditio in princ. tit. 24. lib. 3.
Emptio tam ſub conditione §. 4. tit. 24. lib. 3.
Eodem numero ſunt §. 3. tit. 2. lib. 2.
Eos etiam, qui per feminini ſexus §. 2. tit. 5. lib. 3.
Erat & ex SC. Claudiano §. 1. tit. 13. lib. 3.
Erat olim & alius modus §. 4. tit. 7. lib. 2.
Erant ante prædictam in princ. tit. 13. lib. 3.
Ergo non omnes §. 1. tit. 10. lib. 1.
Ergo ſiquidem non plus §. 6. tit. 23. lib. 2.
Error autem falſæ cauſæ §. 11. tit. 6. lib. 2.
Eſt autem capitis princ. tit. 16. lib. 1.
Eſt autem littus §. 3. tit. 1. lib. 2.
Eſt autem prodita ſtipulatio §. 2. tit. 30. lib. 3.
Eſt autem tutela §. 1. tit. 13. lib. 1.
Eſt & alia tutela tit. 19. lib. 1.
Eſt & aliud genus adquiſitionis in princip. tit. 7. lib. 2.
Eſt & aliud genus inter vivos §. 3. tit. 7. lib. 2.
Eſt & alterius generis in princ. tit. 11. lib. 3.
Eſt & inter publica judicia §. 10. tit. 18. lib. 4.
Et cum §. 2. procem.
Et cum quæſitum §. 2. tit. 22. lib. 2.
Et cum ſuper hac §. 1. tit. 22. lib. 2.
Et ita divi Marci §. 1. tit. 12. lib. 3.
Et libertas §. 1. tit. 3. lib. 1.
Et licet poſt mortem §. 8. tit. 1. lib. 3.
Et Neronis quidem temporibus §. 4. tit. 23. lib. 2.
Et non ineleganter §. 10. tit. 2. lib. 1.
Et plures in unius locum §. 1. tit. 15. lib. 2.
Et quæ ſupra diximus §. 2. tit. 23. lib. 3.
Et quia prima fideicommiſſorum §. 12. tit. 23. lib. 2.
Et quidem naturali §. 1. tit. 1. lib. 2.
Et quidem neque §. 10. tit. 12. lib. 1.
Et quidem ſi nihil §. 1. tit. 26. lib. 3.
Et qui poteſtatem §. 3. tit. 25. lib. 1.
Et ſtipulandi in princ. tit. 17. lib. 3.
Et ſi ex diſparibus §. 2. tit. 15. lib. 2.
Et ſi in rem actum ſit §. 2. tit. 17. lib. 4.
Et ſi intra hoc tempus §. 5. tit. 10. lib. 3.
Et ſi plures unciæ §. 8. tit. 14. lib. 2.
Et ſi rurſus ea prima §. 2. tit. 14. lib. 4.
Et tam filium §. 6. tit. 11. lib. 1.
Et unum hominem, & plures §. 4. tit. 14. lib. 2.
Euin quoque, cui aliquid §. 11. tit. 23. lib. 2.
Exceptiones autem §. 4. tit. 14. lib. 4.
Ex contrario, ſi debitor creditori §. 14. tit. 20. lib. 2.
Excuſantur autem in princ. tit. 25. lib. 1.
Ex diverſo, herede inſtituto §. 33. tit. 20. lib. 2.
Ex diverſo, ſi quis §. 30. tit. 1. lib. 2.
Ex duobus reis promittendi §. 2. tit. 17. lib. 3.
Ex eadem lege in princ. tit. 17. lib. 1.
Ex eo autem ſolo §. 7. tit. 17. lib. 2.
Exemplo patronorum tit. 18. lib. 1.
Ex his itaque apparet §. 5. tit. 9. lib. 2.
Ex hujuſmodi obligationibus §. 1. tit. 17. lib. 3.
Ex maleficiis ſervorum in princ. tit. 8. lib. 4.
Ex maleficiis vero §. 18. tit. 6. lib. 4.
Expoſitis generibus obligationum in princ. tit. 29. lib. 3.
Ex quibuſdam judiciis §. 2. tit. 16. lib. 4.
Ex quibuſdam tamen §. 7. tit. 28. lib. 3.
Extraneis autem heredibus §. 5. tit. 19. lib. 2.
Extraneo vero vel filio §. 9. tit. 16. lib. 2.

F.

FEræ igitur beſtiæ §. 12. tit. 1. lib. 2.
Fidejuſſores ita obligari §. 5. tit. 21. lib. 3.
Fidejuſſor & præcedere §. 3. tit. 21. lib. 3.
Fidejuſſor non tantum §. 2. tit. 21. lib. 3.
Filiusfamilias ſi §. 4. tit. 12. lib. 1.
Finitur autem uſusfructus §. 3. tit. 4. lib. 2.
Flumina autem §. 2. tit. 1. lib. 2.
Fœminæ quoque §. 10. tit. 11. lib. 1.
Fratris vero, vel §. 3. tit. 10. lib. 1.
Fuerat antea & rei uxoriæ actio §. 29. tit. 6. lib. 4.
Furioſi quoque §. 3. tit. 23. lib. 1.
Furioſus nullum negotium §. 8. tit. 20. lib. 3.
Furioſus vel minor §. 2. tit. 14. lib. 1.
Furti actio, ſive dupli §. 19. tit. 1. lib. 4.
Furti autem actio §. 13. tit. 1. lib. 4.
Furtivæ quoque res §. 2. tit. 6. lib. 2.
Furtorum autem duo ſunt §. 3. tit. 1. lib. 4.
Furtum autem fit §. 6. tit. 1. lib. 4.
Furtum autem vel §. 2. tit. 1. lib. 4.
Furtum eſt contrectatio §. 1. tit. 1. lib. 4.

G.

GAllinarum autem §. 16. tit. 1. lib. 2.
Generaliter injuria dicitur in pr. tit. 4. lib. 4.
Græce etiam fidejuſſor §. 7. tit. 21. lib. 3.

H.

HActenus oſtendiſſe ſufficiat §. 7. tit. 6. lib. 3.
Hactenus tantiſper §. 6. tit. 9. lib. 2.
Hæc actio diſſimulatione §. 12. tit. 4. lib. 4.
Hæc conſtitutio §. 6. tit. 12. lib. 3.
Hæc de ſervitutibus §. 6. tit. 5. lib 2.
Hæc exempli cauſa §. 6. tit. 13. lib. 4.
Heredes autem aut neceſſarii in princ. tit. 19. lib. 2.
Heredes inſtituere permiſſum in princ. tit 14. lib. 2.
Hereditas plerunque dividitur §. 5. tit. 14. lib. 2.
Heres & pure §. 9. tit. 14. lib. 2.
Heres quoque legatorum §. 5. tit. 28. lib. 3.
Hi, qui in parentum §. 12. tit. 1. lib. 4.
His autem verbis legis §. 9. tit. 3. lib. 4.
His igitur §. 2. tit. 1. lib. 1.
Hoc amplius §. 46. tit. 1. lib. 2.
Hoc amplius ex obligationes §. 4 tit. 30. lib. 3.
Hoc autem caſu §. 5. tit. 17. lib. 2.
Hoc etiam addendum §. 4. tit 2. lib. 3.
Hoc loco admonendi ſumus in princ. tit. 12. lib. 4.
Hoc loco & illud neceſſario §. 5. tit. 5. lib. 3.
Hoc loco neceſſarium in princ. tit. 6. lib. 3.
Hoc quoque à nobis diſpoſitum §. 2. tit. 9. lib. 2.
Hoc reſcripto ſubventum eſt §. 2. tit. 12. lib. 3.
Huic proxima eſt illa §. 30. tit. 20. lib. 2.
Hujus ſtudii §. 4. tit. 1. lib. 1.

I.

IDem in milite §. 14. tit. 25. lib. 1.
Idem juris eſt de eo §. 4. tit. 28. lib. 3.
Idem juris eſt, ſi quis §. 2. tit. 13. lib. 4.
Idem juris eſt, ſi rem §. 2. tit. 20. lib. 3.
Idemque juris eſt §. 2. tit. 6. lib. 1.
Ideo autem hæ ſervitutes §. 3. tit. 3. lib. 2.
Ideoque ſi noxali judicio §. 1. tit. 17. lib. 4.
Igitur §. 4. procem.
Igitur cum quis negotia §. 1. tit. 28. lib. 3.
Igitur in pupillari ſubſtit. §. 2. tit. 16. lib. 2.
Igitur liberi veſtri §. 1. tit. 9. lib. 2.
Igitur quartam quis debet habere §. 6. tit. 18 lib. 2.
Ii, quos nunquam teſtator vidit §. 12. tit. 14. lib. 2.
Iidem reſcripſerunt §. 19. tit. 25. lib. 1.
Iiſdem illis modis in princ. tit. 5. lib. 2.
Illud autem ſcire oportet §. 9. tit. 12. lib. 1.
Illud certum eſt; ad in princ. tit. 7. lib. 3.
Illud certum eſt, ſervil. §. 10. tit. 10. lib. 1.
Illud expeditum eſt, ſi in §. 3. tit. 26. lib. 3.
Illud in ſumma admonendi §. 8. tit. 7. lib. 4.
Illud non ex verbis legis §. 10. tit. 3. lib. 4.
Illud palam eſt ſicut §. 14. tit. 3. lib. 4.
Illud proprie ſervatur §. 7. tit. 7. lib. 4.
Illud proprium §. 11. tit. 11. lib. 1.
Illud quæſitum eſt §. 13. tit. 1. lib. 2.
Illud quoque mandatum §. 7. tit. 27. lib. 3.
Impendia quoque culpæ §. 7. tit. 3. lib. 4.
Imperatoriam in princ. procem.
Imperitia quoque §. 7. tit 3. lib. 4.
Impetu quoque mularum §. 8. tit. 3. lib. 4.
Impoſſibilis conditio §. 10. tit. 14. lib. 2.
Impuberes autem §. 6. tit. 20. lib. 1.
Impuberes non poſſunt §. 4. tit. 26. lib. 1.
In bonæ fidei judiciis §. 30. tit. 6. lib. 4.
In duplum agimus §. 23. tit. 6. lib. 4.
In extraneis heredibus §. 4. tit. 19. lib. 2.
In fraudem autem §. 3. tit. 6. lib. 1.
In hac re olim talia verba §. 1. tit. 16. lib 3.
In omnibus autem obligationibus §. 1. tit. 21. lib. 3.
In pecudum fructu §. 37. tit. 1. lib. 2.
In perſonam quoque actiones §. 8. tit. 6. lib. 4.
In plurimis §. 8. tit. 11. lib. 1.
In poteſtate itaque §. 1. tit. 8. lib. 1.
In poteſtate noſtra in princ. tit. 9. lib. 1.
In primis hoc reſcriptum §. 3. tit. 12. lib. 3.
In primis igitur §. 2. tit. 23. lib. 2.
In quibus §. 5. procem.
In ſumma ſciendum eſt, de §. 10. tit. 4. lib 4.
In ſumma ſciendum eſt, mand. §. 13. tit. 27. lib. 3.

In

In ſumma ſciendum, mand. §. 18. tit. 1. lib. 4.
In ſumma quod ad bona libertorum in princ. tit. 9. lib. 3.
In ſervorum §. 1. tit. 3. lib. 1.
In ſimplum agitur §. 22. tit. 6. lib. 4.
In ſtipulationibus fidejuſſorum §. 8. tit. 21. lib. 3.
In teſtibus autem §. 9. tit. 10. lib. 2.
Incertis vero perſonis §. 25. tit. 20. lib. 2.
Incorporales autem ſunt §. 2. tit. 2. lib. 2.
Ingenuus eſt is in princ. tit. 4. lib. 1.
Immicitiæ §. 11. tit. 25. lib. 1.
Injuria autem committitur §. 1. tit. 4. lib. 4.
Injuria autem occidere §. 2. tit. 3. lib. 4.
Inſula quæ in mari §. 22. tit. 1. lib. 2.
Inter amitam §. 5. tit. 10. lib. 1.
Inter eas quoque §. 2 tit. 10. lib. 1.
Inter ruſticorum §. 2. tit. 3. lib. 2.
Interdum autem & pupilli §. 5. tit. 23. lib. 1.
Interdum autem licet §. 4. tit. 1. lib. 3.
Interdum etiam liberorum §. 9. tit. 1. lib. 4.
Interdum etiam ſine §. 44. tit. 1. lib. 2.
Interdum evenit in princ. tit. 14. lib. 4.
Interdum quoque furti §. 11. tit. 1. lib. 4.
Inteſtatorum autem hereditates §. 1. tit. 1. lib. 3.
Inteſtatus decedit in princ. tit. 1. lib. 3.
Introduxit & aliam actionem §. 3. tit. 7. lib. 4.
Is qui exequitur mandatum §. 8. tit. 27. lib. 3.
Is quoque, qui non debitum §. 1. tit. 15. lib. 3.
Is vero ad quem §. 36. tit. 1. lib. 2.
Ita autem ſtipulatio §. 15. tit. 20. lib. 3.
Ita tamen competit hæc actio §. 1. tit. 2. lib. 4.
Itaque ſi quis dum jaculis §. 4. tit. 3. lib. 4.
Item actio de eo quod §. 27. tit. 6. lib. 4.
Item amitam §. 5. tit. 10. lib. 1.
Item divus §. 1. tit. 25. lib. 1.
Item ea quæ ex animalibus §. 19. tit. 1. lib. 2.
Item ea quæ ex hoſtibus §. 17. tit. 1. lib. 2.
Item exercitor navis §. 3. tit. 5. lib. 4.
Item extraneus heres teſtamento §. 7. tit. 19. lib. 2.
Item finitur tutela §. 1. tit. 22. lib. 1.
Item inviti §. 2. tit. 23. lib. 1.
Item inutilis eſt ſtipulatio §. 6. tit. 20. lib. 3.
Item is ad quem §. 3. tit. 5. lib. 2.
Item is, cui quis §. 6. tit. 28. lib. 3.
Item is, cui res aliqua §. 2. tit. 15. lib. 3.
Item is, ex cujus cœnaculo §. 1. tit. 5. lib. 4.
Item is, qui ædium §. 2. tit. 5. lib. 2.
Item is, qui ſtatus §. 12. tit. 25. lib. 1.
Item lapilli §. 18. tit. 1. lib. 2.
Item lex Cornelia de falſis §. 7. tit. 18. lib. 4.
Item lex Cornelia de ſicariis §. 5. tit. 18. lib. 4.
Item lex julia de adulteriis §. 4. tit. 18. lib. 4.
Item lex Julia de vi publica §. 8. tit. 18. lib. 4.
Item lex Julia peculatus §. 9. tit. 18. lib. 4.
Item major §. 13. tit. 25. lib. 1.
Item nemo rem ſuam §. 22. tit. 20. lib. 3.
Item per acceptilationem §. 1. tit. 30. lib. 3.
Item per liberos homines §. 1. tit. 29. lib. 3.
Item poſt mortem §. 16. tit. 20. lib. 3.
Item pretium in numerata §. 2. tit. 24. lib. 3.
Item prodigus, cui bonorum §. 2. tit. 12. lib. 2.
Item propter litem §. 4. tit. 25. lib. 1.
Item propter adverſam §. 7. tit. 25. lib. 1.
Item quæritur ſi cum aurifice §. 4. tit. 25. lib. 3.
Item qui Reipub. §. 2. tit. 25. lib. 1.
Item Romæ §. 15. tit. 25. lib. 1.
Item ſi adhuc integro §. 10. tit. 27. lib. 3.
Item ſi alicujus rei §. 6. tit. 26. lib. 3.
Item ſi de dote in judicio §. 37. tit. 6. lib. 4.
Item ſi fullo polienda §. 15. tit. 1. lib. 4.
Item ſi in judicio §. 5. tit. 13. lib. 4.
Item ſi inter aliquos §. 3. tit. 28. lib. 3.
Item ſi is ad quem §. 5. tit. 6. lib. 2.
Item ſi propter §. 9. tit. 25. lib. 1.
Item ſi putator ex arbore §. 5. tit. 3. lib. 4.
Item ſi quis ex ſociis §. 8. tit. 26. lib. 3.
Item ſi quis in fraudem §. 6. tit. 6. lib. 4.
Item ſi quis ita ſtipulatus erat §. 14. tit. 20. lib. 3.
Item ſi quis merces §. 45. tit. 1. lib. 2.
Item ſi quis poſtulante §. 11. tit. 6. lib. 4.
Item Serviana & quaſi §. 7. tit. 6. lib. 4.
Item ſurdus & mutus §. 3. tit. 12. lib. 2.
Item tria onera §. 5. tit. 25. lib. 1.
Item verborum obligatio §. 12. tit. 20. lib. 3.
Item vetuſtas ex maſculis §. 15. tit. 1. lib. 3.
Item vobis adquiritur §. 3. tit. 9. lib. 2.
Judiciales ſunt duntaxat §. 1. tit. 19. lib. 3.
Jure civili conſtitutum fuerat in princ. tit. 6. lib. 2.
Juris præcepta §. 3. tit. 1. lib. 1.
Juriſprudentia §. 1. tit. 1. lib. 1.
Jus autem civile §. 1. tit. 2. lib. 1.
Jus autem poteſtatis §. 2. tit. 9. lib. 1.
Jus bonorum poſſeſſionis in princ. tit. 10. lib. 3.
Jus naturale in princ. tit. 2. lib. 1.
Juſtæ autem §. 5. tit. 6. lib. 1.
Juſtas autem nuptias in princ. tit. 10. lib. 1.
Juſtitia eſt in princ. tit. 1. lib. 1.

L.

Legari autem illis ſolum §. 24. tit. 20. lib. 2.
Legatariis autem §. 11. tit. 10. lib. 2.
Legatum itaque eſt §. 1. tit. 20. lib. 2.
Lege Fuſia in princ. tit. 7. lib. 1.
Lex eſt, quod §. 4. tit. 2. lib. 1.
Lex XII tabularum ita ſtricto jure in princ. tit. 3. lib. 3.
Liberi quoque, qui in §. 3. tit. 5. lib. 3.
Liberis autem ſuis teſtamentum §. 5. tit. 16. lib. 2.
Liberis ſuis impuberibus in princ. tit. 16. lib. 2.
Libertas quoque ſervo per §. 2. tit. 24. lib. 2.
Libertini in princ. tit. 5. lib. 1.
Libertinorum §. 3. tit. 5. lib. 1.
Libertus quoque §. 11. tit. 26. lib. 1.
Liberum autem eſt ei §. 11. tit. 3. lib. 4.
Licet autem cuic. §. 1. tit. 6. lib. 1.
Licet autem & in loc. §. 5. tit. 11. lib. 1.
Licet autem vulgo quæſitus §. 7. tit. 3. lib. 3.
Literæ quoque, licet aureæ §. 33. tit. 1. lib. 2.
Littorum quoque §. 5. tit. 1. lib. 2.
Loca etiam inferi ſtipulationi §. 5. tit. 16. lib. 3.
Loca ſacra vel religioſa §. 5. tit. 24. lib. 3.
Locatio & conductio in princ. tit. 25. lib. 3.
Longe magis legata §. 31. tit. 20. lib. 2.

M.

Mandantis tantum §. 1. tit. 27. lib. 3.
Mandatum contrahitur in princ. tit. 27. lib. 3.
Mandatum & in diem §. 12. tit. 27. lib. 3.
Mandatum non ſuſcipere §. 11. tit. 27. lib. 3.
Manet autem ſocietas §. 4. tit. 26. lib. 3.
Mariti tamen §. 8. tit. 10. lib. 1.
Maſculi quidem in princ. tit. 23. lib. 1.
Maſculo igitur uſque §. 8. tit. 16. lib. 2.
Mater vel avus maternus §. 7. tit. 13. lib. 2.
Maxima capitis diminut. §. 1. tit. 16. lib. 1.
Minor capit diminutio §. 2. tit. 16. lib. 1.
Minorem natu §. 4. tit. 11. lib. 1.
Minima capit. diminutio §. 3. tit. 16. lib. 1.
Minus autem juris eſt §. 1. tit. 5. lib. 2.
Minus ergo juris habent §. 11. tit. 1. lib. 3.
Mortis cauſa donatio eſt §. 1. tit. 7. lib. 2.
Mortuo conductore §. 6. tit. 25. lib. 3.
Multis autem §. 1. tit. 5. lib. 1.
Mutum neque ſtipulari §. 7. tit. 20. lib. 3.

N.

Namque ſi cui ex juſta cauſa §. 4. tit. 6. lib. 4.
Ne tamen in princ. tit. 24. lib. 1.
Nec intereſt §. 3. tit. 9. lib. 3.
Nec tantum libertum §. 1. tit. 9. lib. 3.
Neceſſarius heres eſt §. 1. tit. 19. lib. 2.
Neque autem §. 4. tit. 24. lib. 1.
Neque tamen hereditatem §. 1. tit. 21. lib. 1.
Nihil autem intereſt, utrum aliquis §. 8. tit. 23. lib. 2.
Nihil autem intereſt, utrum ipſe §. 42. tit. 1. lib. 2.
Nihil autem intereſt, teſtam. §. 12. tit. 10. lib. 2.
Non autem liberis tantum §. 1. tit. 18. lib. 2.
Non autem omnes actiones §. 1. tit. 12. lib. 4.
Non eſſe autem §. 10. tit. 25. lib. 1.
Non ſolum autem heredes §. 4. tit. 16. lib. 2.
Non ſolum autem is §. 11. tit. 4. lib. 4.
Non ſolum autem naturales princ. tit. 11. lib. 1.
Non ſolum autem teſtatoris §. 4 tit. 20. lib. 2.
Non ſolum res in ſtipulatum §. 7. tit. 16. lib. 3.
Non tamen cuicumque in princ. tit. 6. lib. 1.
Non tamen omnibus in princ. tit. 12. lib. 2.
Non tamen per omnia §. 6. tit. 17. lib. 2.
Non tamen ut omnino in princ. tit. 13. lib. 2.
Non tantum autem teſtamento facto §. 1. tit. 25. lib. 2.
Nos autem per conſtitutionem §. 5. tit. 20. lib. 1.
Noviſſime autem §. 12. tit. 26. lib. 1.
Noviſſime ſciendum eſt, etiam §. 3. tit. 4. lib. 3.
Noviſſime ſciendum eſt, rem §. 10. tit. 6. lib. 2.
Noxa autem eſt §. 1. tit. 8. lib. 4.
Nullius autem ſunt §. 7. tit. 1. lib. 2.
Nunc admonendi ſumus, agere in princ. tit. 10. lib. 4.
Nunc admonendi ſumus, magnam in princ. tit. 16. lib. 4.
Nunc admonendi ſumus, neque §. 2. tit. 8. lib. 2.
Nunc autem nos eandem §. 2. tit. 11. lib. 3.
Nunc de libertorum bonis in princ. tit. 8. lib. 3.
Nunc tranſeamus ad fideicommiſſa in princ. tit. 23. lib. 2.
Nunc tranſeamus ad oblig. in princ. tit. 14. lib. 3.
Nuptiæ autem §. 1. tit. 9. lib. 1.

O.

Olim ſcriptura fiebat in princ. tit. 22. lib. 3.
Omne autem jus §. 12. tit. 2. lib. 1.
Omnes autem actiones §. 21. tit. 6. lib. 4.
Omnis autem noxalis actio §. 5. tit. 8. lib. 4.
Omnis res, quæ dominio noſtro in princ. tit. 20. lib. 3.
Omnis ſtipulatio aut pure §. 2. tit. 16. lib. 3.
Omnium autem actionum inſtituend. §. 3. tit. 16. lib. 4.
Omnium autem actionum, quibus §. 1. tit. 6. lib. 4.
Omnium autem obligationum §. 1. tit. 14. lib. 3.
Optionis legatum §. 23. tit. 20. lib. 2.
Oſtendimus, qui poſſint §. 2. tit. 26. lib. 1.

P.

Pater, nec non is §. 8. tit. 10. lib. 2.
Patitur autem quis injuriam §. 2. tit. 4. lib. 4.
Pavonum quoque §. 15. tit. 1. lib. 2.
Per adoptionem quoque §. 2. tit. 2. lib. 3.
Per contrarium autem hoc §. 5. tit. 1. lib. 3.
Per contrarium autem liberi in princ. tit. 4. lib. 3.
Per eum quoque ſervum §. 2. tit. 29. lib. 3.
Per traditionem §. 40. tit. 1. lib. 2.
Permiſſum eſt itaque §. 3. tit. 13. lib. 1.
Perpetuæ & peremptoriæ §. 9. tit. 13. lib. 4.
Placebat autem in eo §. 7. tit. 2. lib. 3.
Placuit tamen eos §. 7. tit. 1. lib. 4.
Plane de teſtamentis §. 1. tit. 11. lib. 2.
Pœna autem injuriarum §. 7. tit. 4. lib. 4.
Pœna manifeſti furti §. 5. tit. 1. lib. 4.
Pœnæ quoque nomine §. 36. tit. 20. lib. 2.
Pœnæ ſervus §. 3. tit. 12. lib. 1.
Pœnales quoque actiones §. 12. tit. 6. lib. 4.
Poſſidere autem videtur §. 5. tit. 15. lib. 4.
Poſſunt autem omnes teſtes §. 5. tit. 10. lib. 2.
Poſt genera contractuum in princ. tit. 28. lib. 3.
Poſt mortem quoque heredis §. 35. tit. 20. lib. 2.
Poſt mortem ſuam dari §. 13. tit. 20. lib. 3.
Poſt hæc videamus in princ. tit. 20. lib. 2.
Poſt ſuos heredes in princ. tit. 5. lib. 3.
Poſtea autem SC. Tertylliano §. 2. tit. 3. lib. 3.
Poſtea vero lege Papia §. 2. tit. 8. lib. 3.
Poſteriore quoque teſtamento §. 2. tit. 17. lib. 2.
Poſthumi quoque liberi §. 1. tit. 13. lib. 2.
Poſthumo quoque alieno §. 26. tit. 20. lib. 2.
Poſthumorum autem loco ſunt §. 2. tit. 13. lib. 2.
Poſthumus autem alienus §. 28. tit. 20. lib. 2.
Poteſt autem non ſolum §. 1. tit. 24. lib. 2.
Poteſt autem quis in princ. tit. 15. lib. 2.
Poteſt tamen quis in princ. tit. 24. lib. 2.
Prædiorum urbanorum §. 1. tit. 3. lib. 2.
Præferuntur autem matri §. 3. tit. 3. lib. 3.
Præjudiciales actiones §. 13. tit. 6. lib. 4.
Præterea debitor ſi pactus §. 3. tit. 13. lib. 4.
Præterea emancipatione §. 6. tit. 12. lib. 1.
Præterea & is, apud quem §. 3. tit. 15. lib. 3.
Præterea etiam ex perſona §. 11. tit. 13. lib. 4.
Præterea inteſtatus quoque §. 10. tit. 23. lib. 2.
Præterea introducta eſt §. 4. tit. 7. lib. 4.
Præterea inutilis §. 5. tit. 20. lib. 3.
Præterea novatione tollitur §. 3. tit. 30. lib. 3.
Præterea quaſdam actiones §. 31. tit. 6. lib. 4.
Præterea qui ad certum §. 5. tit. 22. lib. 1.
Præterea, quod per alluvionem §. 20. tit. 1. lib. 2.
Præterea ſi medicus §. 6. tit. 3. lib. 4.
Præterea ſicut vulgo §. 2. tit. 25. lib. 3.
Præterea teſtamentum facere §. 1. tit. 12. lib. 2.
Prætoriæ ſunt, quæ §. 2. tit. 19. lib. 3.
Prætorum quoque §. 7. tit. 2. lib. 1.
Primo gradu eſt ſupra pater §. 1. tit. 6. lib. 3.
Procurator neque certis verbis §. 1. tit. 10. lib. 4.
Pro eo qui promittit princ. tit. 21. lib. 3.
Proximus autem, ſi quidem §. 6. tit. 2. lib. 3.
Publica autem dicta §. 1. tit. 18. lib. 4.
Publica autem judicia hæc §. 3. tit. 18. lib. 4.
Publica judicia neque in princ. tit. 18. lib. 4.
Publicatione quoque diſtrahi §. 7. tit. 26. lib. 3.
Publicorum judiciorum §. 2. tit. 18. lib. 4.
Pupilli pupillæque in princ. tit. 22. lib. 1.
Pupillus omne negotium §. 9. tit. 20. lib. 3.

Q.

Qua de cauſa poſtea §. 1. tit. 8. lib. 3.
Qua parte naturalis §. 1. tit. 5. lib. 3.
Qua ratione autem plantæ §. 32. tit. 1. lib. 2.
Qua ratione excitati §. 1. tit. 16. lib. 2.
Qua ratione, ſi cui §. 43. tit. 1. lib. 2.
Qua ratione verius eſſe §. 47. tit. 1. lib. 2.
Quadrupli autem agitur §. 25. tit. 6. lib. 4.
Quæ de fullone §. 16. tit. 1. lib. 4.
Quæ diximus de ſervo §. 6. tit. 7. lib. 4.
Quæ omnia apertius §. 6. tit. 11. lib. 4.
Quædam actiones §. 20. tit. 6. lib. 4.
Quædam præterea res in princ. tit. 2. lib. 2.
Quam formam non ſolum §. 7. tit. 11. lib 4.
Quantitas autem patrimonii §. 3. tit. 22. lib. 2.
Quarto gradu ſupra abavus §. 4. tit. 6. lib. 3.
Quarum omnium exceptionum §. 3. tit. 14. lib. 4.
Quarum quædam ex legibus §. 7. tit. 13. lib. 4.
Quas ex omnibus §. 6. proœm.
Qui autem vult §. 16. tit. 25. lib. 1.
Qui hoc anno §. 26. tit. 20. lib. 3.
Qui igitur ex te §. 3. tit. 9. lib. 1.
Qui tutelam §. 18. tit. 25. lib. 1.
Qui vi res alienas rapit in princ. tit. 2. lib. 4.
Quia plerumque parentes in princ. tit. 18. lib. 2.
Quia tamen ſuperius in princ. tit. 7. lib. 4.
Quibus autem dignitas §. 5. tit. 16. lib. 1.
Quibus autem teſtamento in princ. tit. 15. lib. 2.
Quibus conſtitutionibus §. 3. tit. 24. lib. 1.
Quinimo & mutus §. 2. tit. 11. lib. 2.
Quinto gradu ſupra atavus §. 5. tit. 6. lib. 3.
Quod autem ad eas res §. 7. tit. 6. lib. 2.
Quod autem dictum eſt, furtivar. §. 3. tit. 6. lib. 2.
Quod autem dictum eſt, manere §. 6. tit. 16. lib. 2.
Quod autem iſtis judiciis §. 7. tit. 17. lib. 4.
Quod autem lex §. 2. tit. 15. lib. 1.
Quod autem non præciſe §. 1. tit. 3. lib. 4.
Quod ſi frumentum §. 28. tit. 1. lib. 2.
Quod ſi naturali alveo §. 23. tit. 1. lib. 2.
Quod ſi tutor §. 6. tit. 23. lib. 1.
Quod ſi vis fluminis §. 21. tit. 1. lib. 2.
Quod ſi uſusfructus §. 5. tit. 4. lib. 4.
Quod turpi ex cauſa §. 24. tit. 20. lib. 3.
Quorum utranque §. 1. proœm.
Quos autem ſolus vocat §. 2. tit. 10. lib. 3.
Quotiens plures res §. 18. tit. 20. lib. 3.
Quum autem ad agnatos §. 7. tit. 16. lib. 1.
Quum autem emptio §. 3. tit. 24. lib. 3.
Quum ergo pupillorum §. 7. tit. 20. lib. 1.
Quum ex aliena materia §. 25. tit. 1. lib. 2.
Quum ſit expoſitum in princ. tit. 1. lib. 4.

R.

RE contrahitur obligatio in princ. tit. 15. lib. 3.
Recte quoque mandatum §. 9. tit. 27. lib. 3.
Recuperandæ poſſeſſionis cauſa §. 6. tit. 15. lib. 4.
Rei perſequendæ cauſa §. 17. tit. 6. lib. 4.
Relegati autem §. 2. tit. 12. lib. 1.
Religioſum locum §. 9. tit. 1. lib. 2.
Repetitis itaque omnibus §. 1. tit. 7. lib. 3.
Res fiſci noſtri §. 9. tit. 6. lib. 2.
Reſponſa prudentium §. 8. tit. 2. lib. 1.
Reſtituta autem hereditate §. 3. tit. 23. lib. 2.
Retinendæ poſſeſſionis cauſa §. 4. tit. 15. lib. 4.
Riparum quoque uſus §. 4. tit. 1. lib. 2.
Rumpitur autem teſtamentum §. 1. tit. 17. lib. 2.
Rurſus ex diverſo §. 5. tit. 6. lib. 4.
Rurſus interdum evenit §. 1. tit. 14. lib. 4.
Ruſticorum prædiorum in princ. tit. 3. lib. 2.

S.

SAcræ res ſunt §. 8. tit. 1. lib. 2.
Sanctæ quoque res §. 10. tit. 1. lib. 2.
Sane in hac actione §. 2. tit. 2. lib. 4.
Satisdationum modus in princ. tit. 11. lib. 4.
Sciendum autem eſt, non §. 2. tit. 24. lib. 1.
Sciendum autem eſt, hujuſmodi §. 2. tit. 4. lib. 3.
Sciendum eſt in princ. tit. 26. lib. 1.
Sciendum itaque eſt, omnia §. 1. tit. 23. lib. 2.
Sciendum tamen eſt, quod §. 6. tit. 11. lib. 2.
Secundo gradu ſupra avus §. 2. tit. 6. lib. 3.
Sed agnationis §. 3. tit. 15. lib. 1.
Sed aliquando etiamſi §. 1. tit. 6. lib. 2.
Sed bene anteriores §. 6. tit. 10. lib. 3.
Sed cum aliquis §. 7. tit. 10. lib. 2.
Sed cum antea conſtitutiones §. 5. tit. 3. lib. 3.
Sed cum ex hoc ſenatuſconſulto §. 1. tit. 4. lib. 3.
Sed cum factum in ſtipulatione §. 2. tit. 18. lib. 3.
Sed cum magis §. 9. tit. 6. lib. 3.
Sed cum multas diviſiones §. 7. tit. 12. lib. 3.
Sed cum paulatim §. 3. tit. 10. lib. 2.
Sed ea omnia antiqui §. 14. tit. 1. lib. 3.
Sed eas quidem §. 4. tit. 10. lib. 3.
Sed & capitis diminutione §. 4. tit. 22. lib. 1.
Sed & certum eſſe pretium §. 1. tit. 24. lib. 3.
Sed & illud §. 9. tit. 11. lib. 1.
Sed & lex Cornelia §. 8. tit. 4. lib. 4.
Sed & mente captis §. 4. tit. 23. lib. 1.
Sed & propter §. 6. tit. 25. lib. 1.
Sed & quod §. 6. tit. 2. lib. 1.
Sed & ſervus §. 1. tit. 14. lib. 1.
Sed & ſi credat aliquis §. 8. tit. 1. lib. 4.
Sed & ſi emancipato §. 5. tit. 13. lib. 1.
Sed & ſi in teſtamento §. 1. tit. 20. lib. 1.
Sed & ſi pater filium §. 8. tit. 12. lib. 1.
Sed & ſi pecorum §. 4. tit. 5. lib. 2.
Sed & ſi quis ante militiam §. 4. tit. 11. lib. 2.
Sed & ſi quis cum parente ſuo §. 38. tit. 6. lib. 4.
Sed & ſi quis priore teſtamento §. 3. tit. 17. lib. 2.
Sed & ſi quis ſtipuletur §. 20. tit. 20. lib. 3.
Sed & ſi rem obligatam §. 5. tit. 20. lib. 2.
Sed & ſi uſque §. 2. tit. 22. lib. 1.
Sed & unum teſtamentum §. 13. tit. 10. lib. 2.
Sed ex diverſo §. 3. tit. 11. lib. 3.
Sed ex his legibus §. 3. tit. 20. lib. 1.
Sed furti quidem nec manifeſti §. 26. tit. 6. lib. 4.
Sed hactenus hoc illis §. 3. tit. 11. lib. 2.
Sed hæ juris anguſtiæ §. 1. tit. 3. lib. 3.
Sed hæc de iis libertinis §. 4. tit. 8. lib. 3.
Sed hæc ita accipienda §. 3. tit. 18. lib. 2.
Sed hæc quidem §. 14. tit. 10. lib. 2.
Sed hæc quidem vetuſtas §. 5. tit. 13. lib. 2.
Sed his omnibus §. 4. tit. 10. lib. 2.
Sed hoc jure utimur §. 4. tit. 20. lib. 1.
Sed hoc tempore §. 2. tit. 8. lib. 1.
Sed hodie §. 9. tit. 11. lib. 1.
Sed hodie hæc aliter §. 2. tit. 11. lib. 4.
Sed is apud quem res §. 17. tit. 1. lib. 4.
Sed iſtæ quidem actiones §. 3. tit. 6. lib. 4.
Sed jus quidem §. 2. tit. 2. lib. 1.
Sed naturalia §. 11. tit. 2. lib. 1.
Sed nec hujuſmodi ſpecies §. 27. tit. 20. lib. 2.
Sed neque heres ſcriptus §. 10. tit. 10. lib. 2.
Sed non uſque ad eam conſtitutionem §. 3. tit. 20. lib. 2.
Sed nos, cum adhuc dubitatio §. 16. tit. 1. lib. 3.
Sed nos conſtitutiones §. 4. tit. 3. lib. 3.
Sed noſtra benevolentia §. 6. tit. 19. lib. 2.
Sed noſtra conſtitutio §. 3. tit. 8. lib. 3.
Sed olim quidem erant §. 2. tit. 20. lib. 2.
Sed prædicta quidem §. 2 tit. 10. lib. 2.
Sed quia heredes ſcripti §. 5. tit. 23. lib. 2.
Sed quia ſtipulationes §. 7. tit. 23. lib. 2.
Sed quemadmodum §. 6. tit. 3. lib. 3.
Sed quod diximus §. 10. tit. 20. lib. 3.
Sed ſi cui habitatio legata §. 5. tit. 5. lib. 2.
Sed ſi è contrario pupilli §. 5. tit. 18. lib. 2.
Sed ſi ex teſtamento §. 1. tit. 24. lib. 1.
Sed ſi gregis uſumfructum §. 38. tit. 1. lib. 2.
Sed ſi in expeditione §. 6. tit. 13. lib. 2.
Sed ſi inſtituto §. 3. tit. 15. lib. 2.
Sed ſi libero homini §. 6. tit. 4. lib. 4.
Sed ſi quis nepotis §. 7. tit. 11. lib. 1.
Sed ſi quis præſens §. 10. tit. 26. lib. 1.
Sed ſi rem legatarii §. 10. tit. 20. lib. 2.
Sed ſi ſuſpecti §. 8. tit. 26. lib. 1.
Sed ſi uxori maritus §. 15. tit. 20. lib. 2.
Sed tamen id aliquando §. 4. tit. 6. lib. 2.
Sed veteres §. 7. tit. 8. lib. 4.
Sed ut nihil §. 1. tit. 10. lib. 2.
Semel autem cauſa §. 6. tit. 6. lib. 1.
Senatuſconſultum eſt §. 5. tit. 2. lib. 1.
Sequens diviſio in quatuor ſpecies §. 2. tit. 14. lib. 3.
Sequens diviſio interdictorum §. 2. tit. 15. lib. 4.
Sequens illa diviſio eſt §. 16. tit. 6. lib. 4.
Sequitur de jure in princ. tit. 8. lib. 1.
Sequitur, ut de exceptionibus in princ. tit. 13. lib. 4.
Sequitur, ut diſpiciamus in princ. tit. 15. lib. 4.
Servi autem aut naſcuntur §. 4. tit. 3. lib. 1.
Servi autem ex eo §. 3. tit. 3. lib. 1.
Servi vero à dominis §. 2. tit. 5. lib. 1.
Servis autem ipſis quidem §. 3. tit. 4. lib. 4.
Servitus autem §. 2. tit. 3. lib. 1.
Servus autem à domino ſuo §. 1. tit. 14. lib. 2.
Servus autem manumiſſus §. 4. tit. 16. lib. 1.
Servus autem plurium, cum §. 3. tit. 14. lib. 2.
Servus communis ſtipulando §. 3. tit. 18. lib. 3.
Servus etiam alienus §. 2. tit. 14. lib. 2.
Servus ex perſona domini in princ. tit. 18. lib. 3.
Sexto gradu ſupra tritavus §. 6. tit. 6. lib. 3.
Si ab hoſtibus §. 5. tit. 12. lib. 1.
Si ad exhibendum actum fuerit §. 3. tit. 17. lib. 4.
Si adverſus ea §. 12. tit. 10. lib. 1.
Si communi ſervo injuria §. 4. tit. 4. lib. 4.
Si cui fundus alienus legatus §. 9. tit. 20. lib. 2.
Si cui nullus in princ. tit. 20. lib. 1.
Si de alia re ſtipulator §. 23. tit. 20. lib. 3.
Si duorum materiæ §. 27. tit. 1. lib. 2.
Si eadem res duobus legata §. 8. tit. 20. lib. 2.
Si ex pluribus legitimis §. 4. tit. 4. lib. 3.
Si famil. erciſcundæ §. 4. tit. 17. lib. 4.
Si finium regundorum §. 6. tit. 17. lib. 4.
Si filiusfamilias ſeorſum §. 2. tit. 5. lib. 4.
Si fundum dari §. 27. tit. 20. lib. 3.
Si generaliter ſervus §. 22. tit. 20. lib. 2.
Si grex legatus fuerit §. 18. tit. 20. lib. 2.
Si igitur juſſu domini §. 1. tit. 7. lib. 4.
Si impoſſibilis conditio §. 11. tit. 20. lib. 3.
Si inter tutorem §. 3. tit. 21. lib. 1.
Si is qui in integrum §. 5. tit. 12. lib. 13.
Si judex litem ſuam fecerit in princ. tit. 5. lib. 4.
Si minus in intentione §. 34. tit. 6. lib. 4.
Si nemo ſuus heres in princ. tit. 2. lib. 3.
Si peculium legatum fuerit §. 20. tit. 20. lib. 2.
Si plures conditiones in inſtit. §. 11. tit. 14. lib. 2.
Si plures inſtituantur heredes §. 6. tit. 14. lib. 2.
Si plures ſint fidejuſſ. §. 4. tit. 21. lib. 3.
Si plures ſint gradus §. 5. tit. 2. lib. 3.
Si quid autem fidejuſſor §. 6. tit. 21. lib. 3.
Si quidem in nomine, cognomine §. 29. tit. 20. lib. 2.
Si quis agens in intentione §. 33. tit. 6. lib. 4.
Si quis alii, quam ei §. 4. tit. 20. lib. 3.
Si quis aliud pro alio §. 35. tit. 6. lib. 4.
Si quis alium daturum §. 3. tit. 20. lib. 3.
Si quis ancillas cum ſuis natis §. 17. tit. 20. lib. 2.
Si quis à non domino §. 33. tit. 1. lib. 2.
Si quis autem falſis §. 20. tit. 25. lib. 1.
Si quis autem ſuſpectus §. 7. tit. 26. lib. 1.
Si quis debitori ſuo §. 13. tit. 20. lib. 2.
Si quis filiabus §. 5. tit. 14. lib. 1.
Si quis in aliena tabula §. 34. tit. 1. lib. 2.
Si quis rem ſuam §. 11. tit. 20. lib. 2.
Si quis tutor §. 9. tit. 26. lib. 1.
Si quis velit vicino §. 4. tit. 3. lib. 2.
Si quis una aliqua re §. 9. tit. 28. lib. 2.
Si rem ſuam legaverit §. 12. tit. 20. lib. 2.
Si res aliena legata fuerit §. 6. tit. 20. lib. 2.
Si res legata ſine facto §. 16. tit. 20. lib. 2.
Si ſcriptum in inſtrumento §. 17. tit. 20. lib. 3.
Si ſervum alienum quis §. 4. tit. 15. lib. 2.
Si ſervus domino §. 6. tit. 8. lib. 4.
Si tamen alienam purpuram §. 26. tit. 1. lib. 2.
Si Titius alienam plantam §. 31 tit. 1. lib. 2.
Si tutor nomine pupilli §. 4 tit. 18. lib. 2.
Si vero aliquis §. 4. tit. 11. lib. 4.
Si vero in perſonam §. 1. tit. 11. lib. 4.
Si vero reus §. 5. tit. 11. lib. 4.
Si uxor §. 9. tit. 10. lib. 1.
Sic itaque diſcretis actionibus §. 14. tit. 6. lib. 4.
Simili modo §. 3. tit. 22. lib. 1.
Similiter eos §. 8 tit. 25. lib. 1.
Sin autem quis ita formidoloſus §. 3. tit. 16. lib. 2.
Sin autem per procuratorem §. 3. tit. 11. lib. 4.
Sine ſcripto §. 9. tit. 2. lib. 1.
Singulorum autem hominum §. 11. tit. 1. lib. 2.
Sive autem Domino ſive §. 1. tit. 18. lib. 3.
Societatem coire ſolemus in princ. tit. 26. lib. 3.
Socius ſocio utrum eo nomine §. 9. tit. 26. lib. 3.
Socrum quoque §. 7. tit. 10. lib. 1.
Solvitur adhuc ſocietas §. 5. tit. 26. lib. 3.
Stipulationum aliæ ſunt judiciales in princ. tit. 19. lib. 3.
Sua & aliena veluti §. 4. tit. 27. lib. 3.
Sub conditione ſtipulatio §. 4. tit. 16. lib. 3.
Subſtituitur autem impuberi §. 7. tit. 16. lib. 2.
Sui autem & neceſſarii §. 2. tit. 19. lib. 2.
Sui autem heredes exiſtimantur §. 2. tit. 1. lib. 3.
Sui autem heredes fiunt §. 3. tit. 1. lib. 3.
Summa autem diviſio §. 1. tit. 15. lib. 4.
Summa autem ratione §. 2. tit. 8. lib. 4.
Summa itaque ope §. 7 procæ.
Summa itaque diviſio in princ. tit. 3. lib. 1.
Sunt autem agnati cognati §. 1. tit. 15. lib. 1.
Sunt autem adgnati, ut primo §. 1. tit. 2. lib. 3.
Sunt autem conſtitutæ §. 4. tit. 8. lib. 4.
Sunt autem bonorum poſſeſſiones §. 3. tit. 10. lib. 3.
Sunt & aliæ §. 11. tit. 10. lib. 1.
Sunt præterea publica judicia §. 11. tit. 18. lib. 4.
Sunt præterea quædam actiones §. 36. tit. 6. lib. 4.
Supereſt ut admoneamus §. 2. tit. 12. lib. 4.
Supereſt ut de actionibus in princ. tit. 6. lib. 4.
Supereſt ut de lege Falcidia in princ. tit. 22. lib. 2.
Supereſt ut de officio judicis in princ. tit. 17. lib. 4.
Superiore libro in princ. tit. 1. lib. 2.
Supra dicta diligens obſervatio in princ. tit. 11. lib. 2.
Suſpectus autem eſt §. 5. tit. 26. lib 1.
Suſpectus autem remotus §. 6. tit. 26. lib. 1.

T.

TAm autem corporales §. 21. tit. 20. lib. 2.
Tam autem naturales liberi §. 2. tit. 18. lib. 2.
Temporales atque dilatoriæ §. 10. tit. 13. lib. 4.
Tertia diviſio interdictorum §. 7. tit. 15. lib. 4.
Tertio gradu ſupra proavus §. 3. tit. 6. lib. 3.
Teſtamentum ex eo appellatur in princ. tit. 10. lib. 2.
Teſtamentum jure factum in princ. tit. 17. lib. 2.
Teſtes autem adhiberi poſſunt §. 6. tit. 10. lib. 2.
Theſauros, quos quis §. 39. tit. 1. lib. 2.
Tollitur autem omnis obligatio in princ. tit. 30. lib. 3.
Tranſeamus in princ. tit. 13. lib. 1.
Transferri quoque legatum §. 1. tit. 21. lib. 2.
Tripli vero agimus §. 24. tit. 6. lib. 4.
Tua & aliena veluti §. 5. tit. 27. lib. 3.
Tua gratia & mandatis §. 2. tit. 27. lib. 3.
Tua tantum gratia §. 6. tit. 27. lib. 3.
Tunc enim conſtitutioni §. 4. tit. 12. lib. 3.
Tutor autem ſtatim §. 2. tit. 21. lib. 1.
Tutores autem ſunt §. 2. tit. 13. lib. 1.
Tutores & curatores §. 2. tit. 10. lib. 4.
Tutores quoque qui tutelæ §. 2. tit. 28. lib. 3.

V.

VEl ſingulis liberis §. 6. tit. 16. lib. 2.
Venditæ vero res §. 41. tit. 1. lib. 2.
Verba autem fideicommiſſorum §. 3. tit. 24. lib. 2.
Verbi gratia ſi metu coactus §. 1. tit. 13. lib. 4.
Verbis obligatio in princ. tit. 16. lib. 3.
Verſa vice §. 21. tit. 20. lib. 3.
Vi autem bonorum §. 19. tit. 6. lib. 4.
Videamus nunc in princ. tit. 12. lib. 1.
Videamus ſi pars aliqua §. 7. tit. 14. lib. 2.
Unde conſtat creditorem §. 14. tit. 1. lib. 4.
Univerſitatis ſunt §. 6. tit. 1. lib. 2.
Uſusfructus à proprietate §. 1. tit. 4. lib. 2.
Uſusfructus eſt jus in princ. tit. 4. lib. 2.
Vulgo quæſitos §. 4. tit. 5. lib. 3.

FINIS.

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI

PRINCIPIS JUSTINIANI

JURIS ENUCLEATI,

ex omni vetere jure collecti

LIBRI L.

Ad Pandectas Florentinas fideliter expressi.

Cum Notis DIONYSII GOTHOFREDI JC. repetitis,

emendatis, auctioribus.

TITULI DIGESTORUM
SEU PANDECTARUM
Juris enucleati,

Ex Jure Veteri collecti, autoritate Domini noſtri ſacratiſſimi

JUSTINIANI AUGUSTI.

De Jure.

Feliciter incipit Liber primus.

DE juſtitia & jure, 1. De origine juris & omnium magiſtratuum & ſucceſſione prudentium, 2. De legibus Senatuſque conſultis, & longa conſuetudine, 3. De conſtitutionibus Principum, 4.

De perſonis.

De ſtatu hominum, 5. De his qui ſui vel alieni juris ſunt, 6. De adoptionibus & emancipationibus, & aliis modis quibus poteſtas ſolvitur, 7.

De Rebus.

De diviſione rerum & qualitate, 8.

De Actionibus, ac primum de ipſorum Judicantium officio, autoritate atque imperio.

De Senatoribus, 9. De officio Conſulis, 10. De officio Præfecti prætorio, 11. De officio Præfecti urbis, 12. De officio Quæſtoris, 13. De officio Prætorum, 14. De officio Præfecti vigilum, 15. De officio Proconſulis & Legati, 16. De officio Præfecti Auguſtalis, 17. De officio Præſidis, 18. De officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis, 19. De officio Juridici, 20. De officio ejus cui mandata eſt juriſdictio, 21. De officio Adſeſſorum, 22.

Lib. II. De juriſdictione, 1. Quod quiſque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur, 2. Si quis jus dicenti non obtemperaverit, 3.

De in jus vocatione.

De in jus vocando, 4. Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex edicto non debuerit, 5. In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent, 6. Ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat, 7. Qui ſatisdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committantur, 8. Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum caveatur, 9. De eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio ſiſtat, 10. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperabit, 11. De feriis & dilationibus, & diverſis temporibus, 12.

De Actionis editione, & quemadmodum pacto vel tranſactione nitatur, aut eludatur.

De edendo, 13. De pactis, 14. De tranſactionibus, 15.

Qui pro reo aut actore agere aut excipere in judicio ſoleant.

Lib. III. De poſtulando, 1. De his qui notantur infamia, 2. De procuratoribus & defenſoribus, 3. Quod cujuſcunque univerſitatis nomine vel contra eam agatur, 4. De negotiis geſtis, 5. De calumniatoribus, 6.

Quibus ex cauſis amiſſæ actiones reſtitui à judice poſſint.

Lib. IV. De in integrum reſtitutionibus, 1. Quod metus cauſa geſtum erit, 2. De dolo malo, 3. De minoribus viginti quinque annis, 4. De capite minutis, 5. Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur, 6. De alienatione judicii mutandi cauſa facta, 7.

De foro competente, & quemadmodum apud arbitros aut judices agatur.

De receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant, 8. Nautæ, caupones, ſtabularii ut recepta reſtituant, 9.

Lib. V. *ex ordine: de judiciis liber primus.* De judiciis ubi quiſque agere vel conveniri debeat, 1.

De actionibus in rem ſeu vindicationibus rerum univerſalium, ſingularium, ſive corporales, ſive incorporales ſint, perſonarum, ſive prædiorum.

De inofficioſo teſtamento, 2. De hereditatis petitione, 3. Si pars hereditatis petatur, 4. De poſſeſſoria hereditatis petitione, 5. De fideicommiſſaria hereditatis petitione, 6.

Lib. VI. *ex ordine: de judiciis liber ſecundus.* De rei vindicatione, 1. De Publiciana in rem actione, 2. Si ager vectigalis, id eſt, emphyteuticarius petatur, 3.

Lib. VII. *ex ordine: de judiciis lib.* 3. De uſufructu & quemadmodum quis utatur fruatur, 1. De uſufructu adcreſcendo, 2. Quando dies legati uſusfructus cedat, 3. Quibus modis uſusfructus vel uſus amittatur, 4. De uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur vel minuuntur, 5. Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur, 6. De operis ſervorum, 7. De uſu & habitatione, 8. Uſufructuarius quemadmodum caveat, 9.

Lib. VIII. *ex ordine: de judiciis lib.* 4. De ſervitutibus, 1. De ſervitutibus prædiorum urbanorum, 2. De ſervitutibus prædiorum ruſticorum, 3. Communia prædiorum tam urbanorum quam ruſticorum, 4. Si ſervitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur, 5. Quemadmodum ſervitutes amittantur, 6.

De pauperie, damno, effuſis, dejectis, & noxa.

Lib. *ex ordine* IX. *de judiciis lib.* 5. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, 1. Ad legem Aquiliam, 2. De his qui effuderint vel dejecerint, 3. De noxalibus actionibus, 4.

De miſtis in rem & perſonam actionibus.

Lib. *ex ordine* X. *de judiciis lib.* 6. Finium regundorum, 1. Familiæ herciſcundæ, 2. Communi dividundo, 3.

Præparatoria judiciorum.

Ad exhibendum, 4. De interrogationibus in jure faciendis, &

Lib. *ex ordine* XI. *de judiciis* 7. de interrogatoriis actionibus, 1. De quibus rebus ad eundem judicem eatur, 2.

Miſcella.

De ſervo corrupto, 3. De fugitivis, 4. De aleatoribus, 5. Si menſor falſum modum dixerit, 6. De religioſis & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat, 7. De mortuo inferendo, & ſepulchro inædificando, 8.

De Condictionibus.

Lib. *ex ordine* XII. *De rebus* 1. De rebus creditis, ſi certum petatur, 1. De jurejurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali, 2. De in litem jurando, 3. De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta, 4. De condictione ob turpem vel injuſtam cauſam, 5. De condictione indebiti, 6. De condictione ſine cauſa, 7.

De condictione furtiva, 1. De condictione ex lege, 2. De condictione triticaria, 3. De eo quod certo loco dari oportet, 4. De pecunia conſtituta, 5. Commodati vel contra, 6. De pignoratitia actione vel contra, 7. Lib. *ex ordine* XIII. *de rebus* 2.

Si quid cum inſtitore navis, menſæ, tabernæ aut negotiationis alicujus, cum ſervo, filio, aut uxore alterius geſtum erit, an & quæ actio competat.

De exercitoria actione, 1. De lege Rhodia de jactu, 2. De inſtitoria actione, 3. De tributoria actione, 4. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur, 5. De SC. Macedoniano, 6. Lib. XIV. *de rebus* 3.

De peculio, 1. Quando de peculio actio annalis eſt, 2. De in rem verſo, 3. Quod juſſu, 4 Lib. *ex ordine* XV. *de rebus* 4.

Ad SC. Vellcianum, 1. De compenſationibus, 2. Depoſiti vel contra, 3. Lib. XVI. *de rebus* 5.

Obligationes ex conſenſu.

Mandati vel contra, 1. Pro ſocio, 2. Lib. XVII. *de rebus* 6.

De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & venditorem compoſitis, & quæ res venire non poſſunt, 1. De in diem addictione, 2. De lege commiſſoria, 3. De hereditate vel actione vendita, 4. De reſcindenda venditione, & quando licet ab emptione diſcedere, 5. De periculo & commodo rei venditæ, 6. De ſervis exportandis, vel ſi ita mancipium veneat, ut manumittatur, vel contra, 7. Lib. XVIII. *de rebus* 7.

De actionibus empti & venditi, 1. Locati conducti, 2. De æſtimatoria actione, 3. De rerum permutatione, 4. De præſcriptis verbis, & in factum actionibus, 5. Lib. XIX. *de rebus* 8.

Pignora.

De pignoribus & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum, 1. In quibus cauſis tacite contrahitur pignus vel hypotheca, 2. Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non poſſunt, 3. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt, 4. De diſtractione pignorum vel hypothecarum, 5. Quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur, vel non, 6. Lib. XX. *ſingularium primus.*

Emptionum conſequentia.

De ædilitio edicto, & redhibitione, & quanti minoris, 1. De evictionibus, & duplæ ſtipulatione, 2. De exceptione rei venditæ, & traditæ, 3. Lib. XXI. *ſingularium ſecundus.*

Uſuræ.

De uſuris & omnibus acceſſionibus, & mora, 1. De nautico fœnore, 2. De probationibus & præſumptionibus, 3. Lib. XXII. *ſingularium tertius.*

Probationes.

De fide inſtrumentorum, 1. De teſtibus, 2. De juris & facti ignorantia, 3. Lib. XXIII. *ſingularium lib.* 4.

Nuptiæ.

De ſponſalibus, 1. De ritu nuptiarum, 2. De jure dotium, 3. De pactis dotalibus, 4. De fundo dotali, 5. Lib. XXIV. *ſingularium lib.* 5.

De donationibus inter virum & uxorem, 1. De divortiis & repudiis, 2. Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur, 3. Lib. XXV. *ſingularium lib.* 6.

De impenſis in res dotales factis, 1. De rerum amotarum actione, 2. De agnoſcendis & alendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis, 3. De inſpiciendo ventre, cuſtodiendoque partu, 4. Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa, eadem poſſeſſio dolo malo ad alium tranſlata eſſe dicatur, 5. Si mulier ventris nomine in poſſeſſionem calumniæ cauſa fuiſſe dicatur, 6. De concubinis, 7.

Tutelæ.

De tutelis, 1. De teſtamentaria tutela, 2. De confirmando tutore vel curatore, 3. De legitimis tutoribus, 4. De tutoribus & curatoribus datis ab his qui jus dandi habent, [& qui] & [in] quibus cauſis ſpecialiter dari poſſunt, 5. Qui petant tutores vel curatores, & ubi petantur, 6. De adminiſtratione & periculo tutorum & curatorum qui geſſerunt, vel non: & de agentibus vel conveniendis uno vel pluribus, 7. De auctoritate & conſenſu tutorum & curatorum, 8. Quando ex facto tutoris vel curatoris [minores] agere vel conveniri poſſunt, 9. De ſuſpectis tutoribus & curatoribus, 10. Lib. XXVI. *ſingularium lib.* 7.

De excuſationibus, 1. Ubi pupillus educari vel morari debet, & de alimentis ei præſtandis, 2. De tutelæ, & rationibus diſtrahendis, & utili curationis cauſa actione, 3. De contraria tutelæ, & utili actione, 4. De eo, qui pro tutore prove curatore negotia geſſit, 5. Quod falſo tutore auctore geſtum eſſe dicatur, 6. De fidejuſſoribus & nominatoribus, & heredibus tutorum vel curatorum, 7. De magiſtratibus conveniendis, & heredibus eorum, 8. De rebus eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis, 9. De curatoribus furioſo & aliis extra minores dandis, 10. Lib. XXVII. *ſingularium lib.* 8.

Teſtamenta vel quaſi.

Qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant, 1. De liberis & poſthumis heredibus inſtituendis, vel exheredandis, vel præteritis, 2. De injuſto, rupto, irrito facto teſtamento, 3. De his quæ in teſtamento delentur, inducuntur vel inſcribuntur, 4. De heredibus inſtituendis, 5. De vulgari & pupillari ſubſtitutione, 6. De conditionibus inſtitutionum, 7. De jure deliberandi, 8. Lib. XXVIII. *ſingularium lib.* 9.

De teſtamento militis, 1. De adquirenda vel amittenda hereditate, 2. Teſtamenta quemadmodum aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur, 3. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſſideat hereditatem, 4. De SC. Silaniano & Claudiano, quorum teſtamenta ne aperiantur, 5. Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coëgerit, 6. De jure codicillorum, 7. Lib. XXIX. *ſingularium decimus.*

Legata.

De legatis & fideicommiſſis, 1. Lib. XXX. [*de*] *legatis & fideicommiſſis. lib.* 1.

Lib. XXXI. *de legatis & fideicommiſſis. lib.* 2.
De legatis & fideicommiſſis, 2.
De legatis & fideicommiſſis, 3.
Lib. XXXII. *de legatis & fideicommiſſis. lib.* 3.
De annuis legatis & fideicommiſſis, 1. De uſu, & uſufructu, [& reditu] & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis, 2. De ſervitute legata, 3. De dote prælegata, 4. De optione vel electione legata, 5. De tritico, vino, vel oleo legato, 6.
Lib. XXXIII. *de legatis & fideicommiſſis. lib.* 4.
De inſtructo vel inſtrumento legato, 7. De peculio legato, 8. De penu legata, 9. De ſupellectile legata, 10.
Lib. XXXIV. De alimentis & cibariis legatis, 1. De auro, argento, mundo, ornamentis, [unguentis, veſte, vel veſtimentis,] & ſtatuis legatis, 2. De liberatione legata, 3.
Legatorum ademptio, tranſlatio, deminutio, cautio, poſſeſſio.
De adimendis vel transferendis legatis, 4. De rebus dubiis, 5. De his quæ pœnæ cauſa relinquuntur, 6. De regula Catoniana, 7. De his quæ pro non ſcripto habentur, 8. De his quæ ut indignis auferuntur, 9.
Lib. XXXV. De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum quæ in teſtamento ſcribuntur, 1. Ad legem Falcidiam, 2. Si cui plus quam per legem Falcidiam liceret, legatum eſſe dicetur, 3.
Lib. XXXVI. Ad Senatuſconſultum Trebellianum & Pegaſianum, 1. Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat, 2. Ut legatorum ſeu fideicommiſſorum ſervandorum cauſa caveatur, 3. Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommiſſorum cauſa eſſe liceat, 4.
Bonorum poſſeſſiones ex teſtamento quibus competant, & quemadmodum deſcendentibus, aſcendentibus, ex teſtamento militis & patronis, competant.
Lib. XXXVII. *de bonorum poſſeſſionibus lib.* 1.
De bonorum poſſeſſionibus, 1. Si tabulæ teſtamenti extabunt, 2. De bonorum poſſeſſione furioſo, infanti, muto, ſurdo, cæco competenti, 3. De bonorum poſſeſſione contra tabulas, 4. De legatis præſtandis contra tabulas bonorum poſſeſſione petita, 5. De collatione bonorum, 6. De collatione dotis, 7. De conjungendis cum emancipato liberis ejus, 8. De ventre in poſſeſſionem mittendo, & curatore ejus, 9. De Carboniano edicto, 10. De bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, 11. Si à parente quis manumiſſus ſit, 12. De bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis, 13. De jure patronatus, 14. De obſequiis parentibus & patronis præſtandis, 15.
Incipit. Lib. XXXVIII. *de bonorum poſſeſſionibus* 2.
De operis libertorum, 1. De bonis liberti, 2. De libertis municipum & aliarum univerſitatum, 3. De adſignandis libertis, 4. Si quid in fraudem patroni factum ſit, 5.
Bonorum poſſeſſiones ab inteſtato.
Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt, unde liberi, 6. Unde legitimi, 7. Unde cognati, 8. De ſucceſſorio Edicto, 9. De gradibus & adfinibus & nominibus eorum, 10. Unde vir & uxor, 11. De veteranorum & militum ſucceſſione, 12. Quibus non competit bonorum poſſeſſio, 13. Ut ex legibus ſenatuſve conſultis bonorum poſſeſſio detur, 14. Quis ordo in bonorum poſſeſſionibus detur, 15.
Hereditates ab inteſtato.
De ſuis & legitimis heredibus, 16. Ad Senatuſconſultum Tertyllianum & Orphitianum, 17.
Damna, & ſi opus novum, ſi aqua pluvia, ſi publicanus alicui noceat.
Incipit ex ordine. Lib. XXXIX. De operis novi nunciatione, 1. De damno infecto, & de ſuggrundis, & projectionibus, 2. De aqua, & aquæ pluviæ arcendæ, 3. De publicanis, & vectigalibus, & commiſſis, 4.
Donationes.
De donationibus, 5. De mortis cauſa donationibus, 6.
Præjudiciales cauſæ.
Lib. XL. De manumiſſionibus, 1. De manumiſſis vindicta, 2. De manumiſſionibus quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur, 3. De manumiſſis teſtamento, 4. De fideicommiſſariis libertatibus, 5. De ademptione libertatis, 6. De ſtatu liberis, 7. Qui ſine manumiſſione ad libertatem perveniunt, 8. Qui & à quibus manumiſſi non fiunt, & ad legem Æliam Sentiam, 9. De jure aureorum annulorum, 10. De natalibus reſtituendis, 11. De liberali cauſa, 12. Quibus ad libertatem proclamare non liceat, 13. Si ingenuus eſſe dicatur, 14. Ne [de] ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur, 15. De colluſione detegenda, 16.
Dominium & poſſeſſio.
Lib. XLI. De adquirendo rerum dominio, 1. De acquirenda vel amittenda poſſeſſione, 2. De uſurpationibus ſeu uſucapionibus, 3. Pro emptore, 4. Pro herede & pro poſſeſſore, 5. Pro donato, 6. Pro derelicto, 7. Pro legato, 8. Pro dote, 9. Pro ſuo, 10.
[Communia de acceſſionibus poſſeſſionum, 11.]
Labes facta eſt in Digeſtis hic: deſideratur enim hic Titulus, ut hic Index indicat. Eſt & alibi facta, maxime in fine titulorum aut librorum, ut in titulo de bonis damnatorum: in titulo de interdictis & relegatis, v. Cujac. 13. q. Papin. in l. ult. ff. de condit. inſt.
Sententiæ.
Lib. XLII. De re judicata, & de effectu ſententiarum, & de interlocutionibus, 1. De confeſſis, 2. De ceſſione bonorum, 3. Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, 4. De rebus auctoritate judicis poſſidendis ſeu vendundis, 5. De ſeparationibus, 6. De curatore bonis dando, 7. Quæ in fraudem creditorum facta ſunt, ut reſtituantur, 8.
Interdicta univerſalium & ſingularum rerum: ſive ſacri, ſive publici, ſive privati juris ſint.
Lib. XLIII. De interdictis, 1. Quorum bonorum, 2. Quod legatorum, 3. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus erit, 4. De tabulis exhibendis, 5. Ne quid in loco ſacro [vel itinere] fiat, 6. De locis & itineribus publicis, 7. Ne quid in loco publico vel itinere fiat, 8. De loco publico fruendo, 9. [De via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur] 10. De via publica, & itinere publico reficiendo, 11. De fluminibus, ne quid in flumine publico ripave ejus fiat quo pejus navigetur, 12. Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque ut priore æſtate fluxit, 13. Ut in flumine publico navigare liceat, 14. De ripa munienda, 15. De vi, & vi armata, 16. Uti poſſidetis, 17. De ſuperficiis, 18. De itinere actuque privato, 19. De aqua quotidiana & æſtiva, 20. De rivis, 21. De fonte, 22. De cloacis, 23. Quod vi aut clam, 24. De remiſſionibus, 25. De precario, 26. De arboribus cædendis, 27. De glande legenda, 28. De homine libero exhibendo, 29. De liberis exhibendis, item ducendis, 30. Utrubi, 31. De migrando, 32. De Salviano interdicto, 33.
Exceptiones.
Lib. XLIV. De exceptionibus, præſcriptionibus, & præjudiciis, 1. De exceptione rei judicatæ, 2. De diverſis temporibus, præſcriptionibus, & de acceſſionibus poſſeſſionum, 3. De dolo malo, & metus exceptione, 4. Quarum rerum actio non datur, 5. De litigioſis, 6.
Obligationes & actiones.
De obligationibus & actionibus, 7.
Stipulationes.
Lib. XLV. De verborum obligationibus, 1. De duobus reis conſtituendis, 2. De ſtipulatione ſervorum, 3.
Lib. XLVI. De fidejuſſoribus & mandatoribus, 1. De novationibus [& delegationibus,] 2. De ſolutionibus & liberationibus, 3. De acceptilatione, 4. De ſtipulationibus prætoriis, 5. Rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore, 6. Judicatum ſolvi, 7. Ratam rem haberi, & de ratihabitione, 8.
Privata delicta.
Lib. XLVII. De privatis delictis, 1. De furtis, 2. De tigno juncto, 3. Si is qui teſtamento liber eſſe juſſus fuerit, poſt mortem domini ante aditam hereditatem ſubripuiſſe aut corrupiſſe aliquid dicetur, 4. Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios, 5. Si familia furtum feciſſe dicetur, 6. Arborum furtim cæſarum, 7. Vi bonorum raptorum, 8. De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, 9. De injuriis & famoſis libellis, 10. De extraordinariis criminibus, 11. De ſepulchro violato, 12. De concuſſione, 13. De abigeis, 14. De prævaricatione, 15. De receptatoribus, 16. De furibus balneariis, 17. De effractoribus & expilatoribus, 18. Expilatæ hereditatis, 19. De ſtellionatu, 20. [De] termino moto, 21. De collegiis illicitis & corporibus, 22. De popularibus actionibus, 23.
Judicia publica.
Lib. XLVIII. De judiciis publicis, 1. De accuſationibus [& inſcriptionibus], 2. De cuſtodia & exhibitione reorum, 3. Ad legem Juliam de adulteriis coërcendis, 4. Ad legem Juliam majeſtatis, 5. Ad legem Juliam de vi publica, 6. Ad legem Juliam de vi privata, 7. Ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis, 8. Ad legem Pompeiam de patricidiis, 9. De lege Cornelia de falſis, 10. Ad legem Juliam repetundarum, 11. De lege Julia de annona, 12. Ad legem Juliam peculatus, & de ſacrilegiis, & reſiduis, 13. Ad legem Juliam ambitus, 14. De lege Favia de plagiariis, 15. Ad Senatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum, 16. De requirendis & abſentibus damnandis, 17. De quæſtionibus, 18. De pœnis, 19. De bonis damnatorum, 20. [De bonis eorum,] qui ante ſententiam mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt, 21. De interdictis, & relegatis, & deportatis, 22. De ſententiam paſſis & reſtitutis, 23. De cadaveribus punitorum, 24.
Appellationes.
Lib. XLIX. De appellationibus & relationibus, 1. [A] quibus appellare non licet, 2. [Quis & à quo appelletur], 3. Quando appellandum ſit, & intra quæ tempora, 4. De appellationibus recipiendis, vel non, 5. De libellis dimiſſoriis qui apoſtoli dicuntur, 6. Nihil novari appellatione interpoſita, 7. [Quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur], 8. An per alium cauſæ appellationum reddi poſſunt, 9. [Si tutor vel curator vel magiſtratus creatus appellaverit], 10. Eum qui appellaverit, in provincia defendi, 11. Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere compellendum, 12. Si pendente appellatione mors intervenerit, 13.
Fiſcus.
De jure fiſci, 14.
Militia.
De captivis & poſtliminio reverſis, & redemptis ab hoſtibus, 15. De re militari, 16. De caſtrenſi peculio, 17. De veteranis, 18.
Municipia.
Lib. L. Ad municipalem, & de incolis, 1. De decurionibus & filiis eorum, 2. De albo ſcribendo, 3. De muneribus & honoribus, 4. De vacatione & excuſatione munerum, 5. De jure immunitatis, 6. De legationibus, 7. De adminiſtratione rerum ad civitates pertinentium, 8. De decretis ab ordine faciendis, 9. De operis publicis, 10. De nundinis, 11. De pollicitationibus, 12.
Miſcella.
De variis & extraordinariis cognitionibus, & ſi judex litem ſuam feciſſe dicetur, 13. De proxeneticis, 14. De cenſibus, 15. De verborum ſignificatione, 16. De diverſis regulis juris antiqui, 17.

FINIS.

EPIGRAMMA PANDECTIS Florentinis præpoſitum.

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο πᾶσι δὲ
Ἦν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κόσμει παμβασιλῆϊ,
Οἷά τις Ἡρακλῆϊ ποικίλον ἀσπίδα τεύξας,
Ἧς ἐπὶ μαρμαίρουσιν ἀγάλμασιν πᾶσα θεμείων.
Ἄνθρωποί θ' Ἀσίης τε δορυκλύτης τε Λιβύσσης
Εὐρώπης τε πίθοιλαι ὅλον σημήνθεν κόσμον.

Ita vertit Alciatus.

Juſtinianus opus hoc princeps edidit, omnis
Quod Tribonianus rectori condidit orbis,
Tanquam aliquis varium componens aſpida magno
Alcidæ: namque hic fulgent mira omnia legum.
Aſt Europæ, Aſiæque homines, Libycique ſubacti
Cuncta gubernantis domini præcepta ſequuntur.

PRÆ-

PRÆFATIONES DIGESTORUM IPSIUS JUSTINIANI TRES.

PRIMA,

DE CONCEPTIONE DIGESTORUM AD TRIBONIANUM.

Imperator Cæsar, Flavius, JUSTINIANUS, *pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Triboniano Quæstori suo, Salutem.*

DEo [2] auctore nostrum gubernante Imperium, quod nobis à cœlesti majestate traditum est, & bella feliciter peragimus, & pacem decoramus, & statum Reipublicæ sustentamus: & ita nostros animos ad Dei Omnipotentis erigimus adjutorium; ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summæ providentiam Trinitatis, unde & mundi totius elementa processerunt, & eorum dispositio in orbem terrarum producta est. §. 1. Cum itaque nihil tam studiosum [3] in omnibus rebus inveniatur, quam [4] legum auctoritas, quæ & divinas & [5] humanas res bene disponit, & omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab Urbe Roma condita & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut [in] infinitum extendatur, & nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit studium, à sacratissimis retro Principibus initium sumere, & eorum Constitutiones emendare, & viæ dilucidæ tradere: quatenus in unum Codicem congregatæ, & omni supervacua similitudine, & iniquissima discordia absolutæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium.

§. 2. Hocque opere consummato, in uno volumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis & tenuioribus relevati ad summam & plenissimam juris emendationem pervenire properaremus, & omnem Romanam sanctionem & colligere, & emendare, & tot auctorum dispersa volumina uno Codice indita ostendere, quod nemo [alius] neque sperare, neque optare ausus est: res quidem nobis difficillima, imo magis impossibilis videbatur, sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, qui & res penitus desperatas donare, & consummare suæ virtutis magnitudine potest. §. 3. Et ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministerium: tibique primo & hoc opus commisimus, ingenii tui documentis, ex nostri Codicis ordinatione acceptis: & jussimus, quos probaveris tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris disertissimis togatis fori Amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, & in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. §. 4. Jubemus igitur vobis antiquorum prudentium, [6] quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi Principes præbuerunt, libros ad jus Romanum pertinentes & legere, & elimare: ut ex his omnis materia colligatur, nulla, secundum quod possibile est, neque similitudine, neque discordia derelicta: sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat. Quia autem & alii libros ad jus pertinentes scripserunt: quorum scripturæ nullis auctoribus receptæ, nec usitatæ sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur sanctionem. §. 5. Cumque hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, & quasi proprium & sanctissimum templum justitiæ consecrare: & in libros quinquaginta, & certos titulos totum [jus] digerere, tam secundum nostri constitutionem Codicis, quam Edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius esse paterit: ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum: sed his quinquaginta libris totum jus antiquum per millesimum & 7 quadringentesimum pene annum confusum, & à nobis purgatum quasi quodam muro vallatum nihil extra se habeat: omnibus auctoribus juris æqua [8] dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogativa servanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores, vel deteriores inveniuntur.

§. 6. Sed neque ex multitudine auctorum [9], quod melius & æquius est judicatore: cum possit [unius] forsitan & deterioris sententia & multas & majores in aliqua parte superare. Et ideo ea quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Ulpiano & Paulo, necnon Marciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, & hoc ponere legis vicem obtinens non moremini: ut omnes qui relati fuerint in hunc codicem prudentissimi viri habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus Constitutionibus profecta, & nostro divino fuerant ore profusa: omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui [non] subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primus invenit. §. 7. Sed & hoc studiosum vobis esse volumus: ut si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum: [supervacua] longitudine semota, & quod imperfectum est, repleatis, & omne opus moderatum & quam pulcherrimum ostendatis. Hoc etiam nihilo minus observando: ut, si aliquid in veteribus legibus vel Constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non recte scriptum inveniatis, & hoc [10] reformetis, & ordini moderato tradatis; ut hoc videatur esse verum, & optimum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum, & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ Regia [11] nuncupabatur, omne jus omnisque potestas populi Romani [12] in imperatoriam translata sunt potestatem: nos vero sanctionem omnem non dividimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus: quid possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantum volumus eadem omnia, cum reposita sunt, obtinere: ut, etsi [13] aliter fuerant apud Veteres conscripta, in contrarium autem in positione inveniantur, nullum crimen scripturæ imputetur, sed nostræ electioni hoc adscribatur. §. 8. Nulla [14] itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia (sic enim à vetustate Græco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine constituto.

§. 9. Sed & similitudinem, secundum quod dictum est, ab hujusmodi consummatione volumus exulare, & ea quæ sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex veteri jure non concedimus: cum Divalium constitutionum sanctio sufficit ad eorum auctoritatem; nisi forte vel propter divisionem, vel propter repletionem, vel propter plenioremindaginem hoc contigerit, & hoc tamen perraro, ne ex continuatione hujusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum. §. 10. Sed & si quæ Leges in veteribus libris positæ, jam in desuetudinem abierunt: nullo modo vobis easdem ponere permittimus: cum hæc tantummodo obtinere volumus, quæ vel judiciorum frequentissimus ordo exercuit [15], vel longa consuetudo hujus almæ urbis comprobavit, secundum Salvii Juliani scripturam, quæ indicat debere omnes civitates consuetudinem Romæ sequi, quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias civitates. Romam autem intelligendum est non solum veterem, sed etiam regiam [16] nostram, quæ Deo propitio cum melioribus condita est [17] auguriis. §. 11. Ideo jubemus, duobus istis Codicibus omnia gubernari: uno constitutionum; altero juris enucleati, & in futurum Codicem compositi: vel si quid aliud à nobis fuerit promulgatum Institutionum vicem obtinens, ut [18] rudis animus studiosi simplicibus enutritus, facilius ad altioris prudentiæ redigatur scientiam. §. 12. Nostram autem consummationem, quæ vobis Deo adnuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus: nullis juris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, & verbositate sua supradicti Codicis compendium confundere; quemadmodum in antiquioribus factum est, cum per contrarias interpretantium sententias, totum jus pene conturbatum est: sed sufficit per indices [19] tantummodo & titulorum subtilitatem [quæ σωρίτλα nuncupantur,] quædam admonitoria ejus facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. §. 13. Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio: jubemus non per siglorum [20] captiones, & compendiosa ænigmata, quæ multas per se & per suum vitium [21] antinomias [22] induxerunt, ejusdem Codicis textum conscribi, etiam si numerus librorum significatur, aut aliud quidquam: nec enim per specialia sigla numerorum manifestari, sed per litterarum consequentiam explanari concedimus. §. 14. Hæc igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat, & tam subtili quam celerrimo fini tradere: ut Codex consummatus, & in quinquaginta libros Digestus offeratur in maximam & æternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiæ argumentum, nostrique imperii vestrique ministerii gloriam. Data octavodecimo Kal. Janu. Lampadio & Oreste viris clarissimis Consl. 530.

Imperator Cæsar [23], *Flavius,* JUSTINIANUS, *Alemanicus, Gothicus, Francicus* [24], *Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus; Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, Anatolio, Thalleleo, & Gratino viris illustribus antecessoribus* [25]. *Item & Salaminio viro disertissimo antecessori. Salutem:*

OMnem reipublicæ nostræ sanctionem jam esse purgatam & compositam tam in quatuor libris Institutionum seu elementorum, quam in quinquaginta Digestorum seu Pandectarum, necnon in [26] duodecim Imperialium constitutionum, quis amplius quam vos cognoscit? Et omnia quidem quæ oportuerat & ab initio mandare, & post omnium consummationem, factum libenter admittentes, definire, jam per nostras orationes tam Græca lingua quam Romanorum, quas æternas fieri optamus, explicita [sunt.] Sed cum vos [& omnes postea] professores legitimæ scientiæ constitutos etiam hoc oportuerat scire, quid & in quibus temporibus tradi necessarium studiosis credimus, ut ex hoc optimi atque eruditissimi efficiantur: ideo præsentem divinam orationem ad vos præcipue faciendam existimamus, quatenus tam prudentia vestra quam cæteri antecessores [27], qui eandem artem in omne ævum exercere maluerint, nostris regulis observatis, inclytam viam eruditionis legitimæ possint ambulare. Itaque dubio procul quidem est, necesse esse Institutiones in omnibus studiis primum sibi vindicare locum, utpote prima vestigia ejus scientiæ mediocriter tradentes: ex libris autem quinquaginta nostrorum Digestorum sex [28] & triginta tantummodo sufficere [tam] ad vestram expositionem, quam ad juventutis eruditionem judicamus. sed ordinem eorum, & tramites per quos ambulandum est, manifestare, tempestivum nobis esse videtur: & vos in memoriam quidem eorum quæ antea tradebatis, redigere: ostendere autem Novellæ nostræ compositionis tam utilitatem quam tempora, ut nihil hujusmodi artis relinquatur incognitum.

§. 1. Et antea [29] quidem (quemadmodum & vestra scit prudentia) ex tanta legum multitudine, quæ in librorum quidem duo millia, versuum autem tricies [30] centena extendebatur, nihil aliud nisi sex tantummodo libros & ipsos confusos, & jura utilia in se perraro habentes, à voce magistra studiosi accipiebant, cæteris jam desuetis, jam omnibus inviis. In his autem sex libris Gaii nostri [31] Institutiones, & libri singulares quatuor, primus de illa vetere re uxoria, secundus de tutelis, & tertius necnon quartus de testamentis & de legatis connumerabantur: quos nec totos per sequentias [32] accipiebant, sed multas partes eorum quasi supervacuas præteribant. Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur non secundum edicti [33] perpetui ordinationem, sed passim, & quasi per [34] saturam collectum, utile cum inutilibus mixtum, maxima parte inutilibus deputata. † In secundo autem anno præpostera [35] ordinatione habita, [prima] pars legum eis tradebatur, quibusdam certis titulis ab ea exceptis: cum erat enorme post Institutiones aliquod legere, quam quod in legibus & primum positum est, & istam nuncupationem meruerit. Post eorum vero lectionem, neque illam continuam, sed particularem, & ex magna parte inutilem constitutam, tituli alii eis tradebantur tam ex illa parte

E legum

1 Digesta sic dicuntur, ut Græcis πανδέκται vel ut ipsemet Justinianus ait, δοκτρίνης & διατυπώσεως. Digesta etiam dicuntur quæ œconomiam habent. Cur digesta in hunc modum ff. veteres pinxerint, frustra quæritur ab Alciato 3. *disjun.* 16. notariorum enim inventum est, quod plerumque nullam habet rationem. *Cujac.* 2. *obs.* ult.

2 *l.* 1. *C. de veteri jure enucl.*

3 Id est, experendum.

4 *Adde l.* 1. *l.* 2. *ff. de leg. Nov.* 164. *in pr. & Leonis* 36.

5 *l.* 10. *in fin. ff. de Instit. & jur.* olim legum interpretandarum scientia ad collegium Pontificum pertinebat. *l.* 2. §. 6. *in fin. ff. de orig. jur.* ad eos enim de omnibus divinis & humanis etiam referebatur. *Cic.* 3. *de Orat.*

6 *l.* 2. §. 47. *vers. & ut obster. D. de orig. jur.*

7 Atqui Justiniani Imperium incipit ann. 1280. Urbis. *vide Const. ad senatum in pr.*

8 Et sic abrogata, *l.* 1. *C. Theod. de respons. prudentum. Cujac.*

9 Communis DD. opinio non semper prævalet. Authoritas enim DD. quamvis olim fuerit necessaria, hodie tantum probabilis est, ut recte notat *Vigl. method. jur. controvers. cap.* 3. §. *De Opinion. Doctor.* vid. *Inl. Clar.* §. *testamentum. quæst.* 77. *vers. contrarium. Tecc. ad reg.* 33. *in* 6. *num.* 7. *Andr. Gail. lib.* 1. *observ.* 153. *num.* 6. S. L.

10 Livor Græculus gloriæ Romanæ ac juri plus detrimenti attulit, quam Gothorum incendia & vastationes, *Salominus.*

11 Lex Regia, §. 6. *Instit. de jure naturali. l.* 1. *ff. de constitut. princip.*

12 *Vide l.* 1. §. *fed in hoc studium. vers. & nemo. C. de veteri jure.*

13 Sic crucis nomen, de quo apud Paulum, 5. *sent.* 17. §. 2. *& tit.* 22. §. 1. Tribonian. in furcæ vocabulum commutavit. *l.* 28. §. 19. *l.* 38. §. 2. *ff. de pœn.*

14 Post Molinæum Cujacius, 8. *ad Afric. fol.* 176. notat, legem 11. & 14. *ff. de reb. cred.* nulla ratione conciliari posse cum *l.* 34. *ff. mandati.* Idem refert 5. *obs.* 38. *in fin.* errore Triboniani conflatum esse ἐναντίωμα inexplicabile inter leg. 58 *in fin. ff. de ædilitio.* & legem 7. *D. de probat.*

15 *Adde l.* 34. *l.* 35. *& seq. D. de legib.*

16 Constantinopolim, quæ alibi urbs Æterna appellatur, *l.* 1. *C. de diversi. præd. urb.*

17 Remi necem subinnuit, quod si Zosimo credimus, Constantinus Romulo non erit probior ob uxoris & filii necem.

18 Institutionum scopus.

19 Per indicem, §. *ult. Inst. de publ. judic.* διὰ εὐτυπωσίαν *Theophil. ibid.* & *Cujac.* 5. *obs.* 25.

20 De Siglis *v. const. ad anteced.* §. *hæc autem.*

21 Ex eo fonte vitium *l.* 57. *in fin. ff. de judiciis* promanare tradit Petrus Faber 15 *semest.* 13. *in fin.*

22 Et obscuritates in contractibus & testamentis, *v. quæ not. ad Nov.* 47. *c.* 2. *in fin.*

23 Justinianus: Apud omnes terræ populos nominatissimum *Cæsaris* nomen est, & nos præter alias Imperatoriæ majestatis notas eo gloriamur. *Nov.* 30.

24 Gallis tamen & Francis non imperabat Justinianus, *arg. l.* 2. §. 2. *C. de off. præf. Afr. Agath.* 1.

25 Qui sint, *v.* §. 1. *J. cod.*

26 Ad instar legum 12 Tabul. *Cujac.*

27 Quales vocat Apostolos Tertullianus, 5. *adversus Marcionem.* unde apparet, Antecessores in quolibet genere scientiæ appellari. In hisce constitutionibus dicuntur professores Juris & legum Doctores, 7. *Cujac.* 12. *obs.* 40. adde rursus Cujacium 7. *obs.* 25. de Jurisconsultorum appellationibus variis.

28 Ad Titulum usque de bonorum possess.

29 Antiqua juris docendi ratio.

30 *V.* §. *& pissimas. J. constit. Ad magnum senatum.*

31 Quarum quæ fragmenta hodie extant, nihil aliud sunt quam earum Epitome, authore Anniano Alarici consiliario. *Cujac.*

32 Consequentias.

33 De quo in *l.* 2. *ff. de statu hom.*

34 *V. Lan. in pr. C. de latina libert.*

35 Præpostera docendi ratio.

legum quæ de judiciis nuncupatur, & ipsis [non] continuam, sed rarum utilium recitationem præbentibus, quasi cætero toto volumine inutili constituto: quam ex illa quæ de rebus appellatur, seprem libris semotis, & in his multis partibus legentibus invisis, utpote non idoneis, neque aptissimis ad eruditionem constitutis. † In tertio autem anno quod ex utroque volumine, id est, de rebus vel de judiciis, in secundo anno non erat traditum, accipiebant secundum vicissitudinem utriusque voluminis: & ad sublimissimum Papinianum, ejusque responsa iter [eis] aperiebatur. Et ex prædicta responsorum consummatione, quæ decimo & nono libro concludebatur, octo tantummodo libros accipiebant: nec eorum totum corpus eis tradebatur, sed pauca ex multis, ea brevissima ex amplissimis: ut adhuc sitientes ab eis recederent. † His igitur solis à professoribus traditis, Pauliana responsa per semetipsos recitabant: neque hæc in solidum, sed per imperfectum, & jam quodammodo male consuetum inconsequentiæ cursum. Et hinc erat in quartum annum omnis antiquæ prudentiæ finis [1]: ut (si) quis ea quæ recitabant, enumerare malit, computatione habita inveniat ex tam immensa legum multitudine vix versuum sexaginta millia eos suæ notionis perlegere: omnibus aliis deviis & incognitis: & tunc tantummodo ex aliqua minima parte recitandis, quotiens vel judiciorum usus hoc fieri coëgerit, vel ipsi magistri legum aliquid ex his perlegere festinabatis, ut sit vobis aliquid amplius discipulorum peritia. Et hæc quidem fuerant antiquæ eruditionis monumenta, secundum quod & vestro testimonio confirmatur.

§. 2. Nos vero tantam penuriam legum invenientes, & hoc miserrimum judicantes, legitimos thesauros volentibus aperimus, quibus per vestram prudentiam quodammodo erogatis, ditissimi legum oratores efficiantur discipuli. Et [2] primo [3] quidem anno nostras hauriant Institutiones, ex omni pene veterum Institutionum corpore elimatas, & ab omnibus turbidis fontibus in unum liquidum stagnum contivatas, tam per Tribonianum virum magnificum magistrum & exquæstorem sacri palatii nostri & exconsulem, quam duos è vobis, id est, Theophilum & Dorotheum facundissimos antecessores. In reliquam vero anni partem secundum optimam consequentiam primam legum partem eis tradi sancimus, quæ Græco vocabulo πανδέκτας nuncupatur, qua nihil est anterius: quia quod primum [4] est, aliud ante se habere non potest. & hæc eis exordium & finem eruditionis primi anni esse decernimus. Cujus auditores non volumus vetere tam frivolo quam ridiculo cognomine Dupondios [5] appellari, sed Justinianos novos nuncupari, & hoc in omne futurum ævum obtinere censemus: ut hi qui rudes adhuc legitimæ scientiæ adspirent, & scita prioris anni accipere maluerint, nostrum nomen mereant: quia illico tradendum eis est primum volumen quod nobis emanavit autoribus: antea enim dignum antiqua confusione legum cognomen habebant; cum autem leges jam clare & dilucide animis eorum tradendæ erant, necesse erat eos & cognomine mutato fulgere.

§. 3. In secundo [6] autem anno, per quem ex edicto eis nomen antea positum, & à nobis probatur, vel de judiciis [7] libros septem, vel de rebus octo [8] accipere eos sancimus, secundum quod temporis vicissitudo indulserit, quam intactam observari præcipimus. Sed eosdem libros de judiciis vel de rebus totos, & per suam consequentiam accipiant, nullo penitus ex his derelicto: quia omnia nova pulchritudine sunt decorata, nullo inutili, nullo desueto in his penitus inveniendo. Alterutri autem eorumdem volumini, id est, de judiciis vel de rebus adjungi in secundi anni audientiam volumus quatuor libros singulares, quos ex omni compositione quatuordecim librorum excerpsimus: ex collectione quidem tripartiti voluminis, quod pro dotibus composuimus [9], uno libro excerpto; ex [10] duobus autem de tutelis & curationibus uno; ut ex gemino volumine de [11] testamentis, uno; & ex septem libris de legatis & fideicommissis, & quæ circa ea sunt, simili modo [12] uno tantum libro. Hos igitur quatuor libros, qui in primordiis singularum memoratarum compositionum positi sunt, tantummodo à vobis eis tradi sancimus, cæteris decem opportuno tempore conservandis: quia neque possibile est, neque anni secundi tempus sufficit ad istorum quatuordecim librorum magistra voce eis tradendorum recitationem. §. 4. Tertii [13] insuper anni doctrina talem ordinem sortiatur, ut sive libros de judiciis, sive de rebus secundum vices legere eis sors tulerit, concurrat eis tripartita legum singularium dispositio: & in primis liber [14] singularis ad hypothecariam formulam, quem opportuno loco, in quo de hypothecis loquimur, posuimus: ut cum æmula sit pignoraticiis actionibus quæ in libris de rebus positæ sunt, non abhorreat eorum vicinitatem: cum circa easdem res ambabus pene idem studium est. Et post eundem librum singularem alius [15] liber similiter eis aperiatur, quem ad edictum ædilium, & de redhibitoria actione, & de evictionibus, necnon duplæ stipulatione composuimus: cum enim quæ pro emptionibus & venditionibus legibus cauta sunt, in libris de rebus præfulgent; hæ autem omnes quas diximus definitiones in ultima parte prioris edicti fuerant positæ: necessario eas in anteriorem [16] locum transtulimus, ne à venditionibus, quarum quasi ministriæ sunt, vicinitate ulterius devagentur. Et hos tres libros cum acutissimi Papiniani lectione tradendos posuimus, quorum volumina in tertio anno studiosi recitabant, non ex omni eorum corpore, sed sparsim pauca ex multis & in hac parte accipientes. Vobis autem pulcherrimus Papinianus non solum ex responsis quæ in decem & novem libros composita fuerant, sed etiam ex libris septem & triginta quæstionum, & gemino volumine definitionum, nec non de adulteriis, & pene omni ejus expositione in omni nostrorum Digestorum ordinat one præfulgens propriis partibus præclarus sui recitationem præbebit. Ne autem tertii anni auditores, quos Papinianistas [17] vocant, nomen & festivitatem ejus amittere videantur, ipse iterum in tertium annum per bellissimam machinationem introductus est: librum enim hypothecariæ ex primordiis plenum ejusdem maximi Papiniani fecimus lectione, ut & nomen ex eo habeant, & Papinianistæ vocentur, & [ejus reminiscentes, &] lætificentur, & festum diem, quem cum primum leges ejus accipiebant, celebrare solebant, peragant; & maneat viri sublimissimi præfectorii Papiniani & per hoc in æternum memoria, hocque termino tertii anni doctrina concludatur.

§. 5. Sed quia solitum, anni quarti [18] studiosos Græco & consueto quodam vocabulo [19] λύτας appellari; habeant quidem si maluerint hoc cognomen: pro responsis autem prudentissimi Pauli, quæ antea ex libris viginti tribus vix in decem & octo recitabant, per jam expositam confusionem eos legentes, decem libros singulares; qui ex quatuordecim, quos antea enumeravimus, supersunt [20], studeant lectitare: multo majoris & amplioris prudentiæ ex eis thesaurum consecuturi, quam quem ex Paulianis habebant responsis. Et ita omnis ordo librorum singularium à nobis compositus, & in decem & septem libros partitus eorum animis imponetur: quem in duabus Digestorum partibus posuimus, id est, quarta & quinta secundum septem partium distributionem: & quod jam primis veribus orationis nostræ posuimus, verum inveniatur, ut ex triginta sex librorum [21] recitatione fiant juvenes perfecti, & ad omne opus legitimum instructi, & nostro tempore non indigni, duabus aliis partibus, id est, sexta & septima nostrorum Digestorum, quæ in quatuordecim libros compositæ sunt, eisdem positis, ut possint postea eos & legere, & in judiciis ostendere.

§. 6. Quibus si bene sese imbuerint, & in quinti [22] anni, quo [23] prolytæ nuncupantur, metas, constitutionum Codicem tam legere, quam subtiliter intelligere studeant: nihil eis legitimæ scientiæ deerit, sed omnem ab initio usque ad finem suis animis amplectantur; &, quod pene in alia nulla evenit arte, cum ersi vilissimæ sint, omnes tamen infinitæ sunt, hæc sola scientia habeat finem mirabilem, in præsenti tempore à nobis sortita. §. 6. Discipuli igitur, omnibus eis legitimis arcanis reseratis, nihil habeant absconditum: sed omnibus perlectis, quæ nobis per Triboniani viri excelsi ministerium, cæterorumque composita sunt, & oratores maximi, & justitiæ satellites inveniantur, & judiciorum optimi tam athletæ quam gubernatores in omni loco ævoque felices.

§. 7. Hæc autem tria volumina à nobis composita tradi eis, tam in [24] regiis [25] urbibus, quam in Berytiensium pulcherrima civitate, quam & [26] legum nutricem bene quis appellet, tantummodo volumus: quod jam & a retro principibus constitutum est, & non [27] in aliis locis quæ [à] majoribus tale non meruerint privilegium: quia audivimus etiam in Alexandrina [28] splendidissima civitate, & in Cæsariensium, & in aliis, quosdam imperitos hominum devagare, & doctrinam discipulis adulterinam tradere, quos sub hac interminatione ab hoc conamine repellimus, ut si ausi fuerint in posterum in hoc perpetrare, & extra urbes regias, & Berytiensium metropolim hoc facere, denarum librarum auri pœna plectentur, & rejiciantur ab ea civitate, in qua non leges docent, sed in leges committunt. §. 8. Illud autem quod jam tum ab initio hoc opus mandantes in nostra oratione, & post completum in alia nostri numinis constitutione scripsimus, & nunc utiliter ponimus: ut nemo audeat eorum, qui libros conscribunt [29], sigla in his ponere, & per compendium ipsi legum interpretationi vel compositioni maximum adferre discrimen: scituris omnibus librariis, qui hoc in posterum commiserint, quod post criminalem pœnam æstimationem libri in duplum domino ejus, si nescienti dederint, inferre compellentur: cum & ipse qui talem librum comparaverit, nihilo eum habebit, nemine judice ex tali libro fieri recitationem concedente, sed pro non (pro) scripto eum haberi disponente. §. 9. Illud vero satis necessarium constitutum cum summa interminatione edicimus, ut nemo audeat neque in hac splendidissima civitate, neque in Berytiensium pulcherrimo oppido, ex his qui legitima peragunt studia, indignos & pessimos, immo magis serviles, & quorum effectus injuria est, ludos [30] exercere, & alia crimina vel in ipsos professores, vel in socios suos & maxime in eos qui rudes ad recitationem legum perveniunt, perpetrare: quis enim [31] ludos appellet eos ex quibus crimina oriuntur? hoc etenim fieri nullo patimur modo, sed optimo ordini in nostris temporibus & hanc partem tradimus, & toto postero transmittimus sæculo: cum oportet prius animas, & postea linguas fieri eruditas. §. 10. Et hæc omnia in hac quidem florentissima civitate vir excelsus præfectus hujus almæ urbis tam observare quam [32] vindicare, prout delicti tam juvenum quam scriptorum qualitas exegerit, curæ habebit. In Berytiensium autem civitate tam vir clarissimus præses Phœnicæ maritimæ, quam beatissimus ejusdem civitatis Episcopus, & legum professores. §. 11. Incipite igitur legum doctrinam eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos invenimus: quatenus fiant optimi justitiæ & reipublicæ ministri, & vos maximum decus in omne sæculum sequatur, quia vestris temporibus talis legum inventa est permutatio, qualem & apud Homerum patrem [33] omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes.

Χρύσεα [34] χαλκείων ἑκατόμβοια γίγνεσθαι.

Hoc est:

Aurea æreis, centena novenariis.

Quæ omnia obtinere sancimus in omne ævum ab omnibus tam professoribus, quam legum auditoribus, & librariis, & ipsis judicibus observanda. Data XVII Kal. Januarias Constantinopoli, domino nostro Justiniano perpetuo Augusto ter Consule 533. [35]

1 Hinc constat, Juridico studio *quadriennium* olim statutum fuisse, hodie quinquennium, §. 5. *vers. quib.* ff. *eod.* quod ante tempus consortio advocationum nemo potest sociari, *l.* 3. §. 4. *l.* 5. §. 4. *C. de advoc. diversf. jud.* Pauci id hodie observant parentum vitio, qui, ut Petronius ait, cum ad vota properant, eruda adhuc studia in forum impellunt. adde *Cujac.* 12. *obs. ult.*

2 Justinianea & nova docendi juris ratio.

3 Primus annus.

4 *l.* 34. *ff. de vulgari: l.* 92. *ff. de verb. sign.*

5 Dupondium duæ drachmæ: *v. Cuj.* 12. *obs. ult.* Dupondii ergo duarum quasi drachmarum studiosi, id est, vilissimi ac nullius pretii, eodem sensu apud Fulgentium in expositione sermonum antiquorum, diobolare prostibulum, diobolæ & diobolares meretrices, vilissimæ dicuntur.

6 Secundus ann.

7 à lib. 5. ad 11.

8 à lib. 12. ad 19.

9 Puta, vel 23. vel 24. vel 25. fforum.

10 Id est, vel 26. vel 27. fforum.

11 Id est, 28. vel 29. fforum.

12 Id est, vel 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

13 Tertius ann.

14 Liber 20. fforum.

15 Liber 21. fforum.

16 Atqui testatur se velle ordinem perpetui edicti servare, *l.* 23. *ff. de statu hom.*

17 *Papinianistæ.*

18 Quartus ann.

19 Id est, solvendis quæstionibus Juris idoneos: sed λύτας male, cum λύτοι dici debeant. *Turneb.*

20 Utpote non explicari anno secundo, *v.* §. *in* 2. *vers. alterutri. Eod.*

21 Non tamen citra satyram, quod fugere Tribonianum oportuit. §. 1. *ff. eod.*

22 Quintus annus.

23 πρόλυται, id est, λυτεῖς doctiores. Hesychius προλύτης interpretatur παραλλήλως quod dicatur a præfinita lege studiorum solutos. vel sunt prolytæ quasi dicas solos & legitime emancipatos posse solvere, ut verbis Juvenalis hic utimur satyra 8.

24 De Juris Academiis.

25 Regiæ urbes Roma & Constantinopolis.

26 ἡ τῶν νομίσεως μήτηρ ὑπερφυῶς παιδεύσασα, Eunapius in Juliano, *Cujac.*

27 Volunt tamen interpretes Jus Academiæ tempore præscribi.

28 Alexandriæ studium etiam medicinæ dorebat, hinc Ammianus 22: Pro omni experimento sufficit medico ad commendandum artis authoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.

29 Sigla simpla dicuntur. *const. ad Tribonianum.* §. *pen. l. eandem.* ff. *de const. ad Senatum* §. *eadem.* ff. *const. ad magnum Senatum.* de siglis vide *Cuj.* 12. *obs. ult.* vide quæ scripsi ad *Nov.* 47. *c.* 2.

30 De ludis inhonestis studiosorum abrogatis.

31 Ludus noxius in culpa est. vide *l.* 10. *ff. ad l. Aquil.* his autem ludis eos intelligit quos exerceri mos erat in antecessores & condiscipulos, præsertim novitios vide *Cujac. obs.* 13. *l.* 1. *C. Th. de* studiis liberal. urbis Romæ.

32 Vide quæ scripsi ad *Auth. habita. C. ne filius pro patre.*

33 Laus Homeri. vide *l.* 236. *ff. de verb. sign.*

34 *Iliad.* 6.

35 Dicendum est, *tertium Consule*, non *tertio* vel *ter Consule.* 10. Gell. 1.

SE-

SECUNDA PRÆFATIO DIGESTORUM.

DE CONFIRMATIONE DIGESTORUM AD SENATUM ET OMNES POPULOS.

IN NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imperator Cæsar, Flavius Justinianus, Alemannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, ad Senatum & omnes populos.

1 *l. 2. C. de vetere jure.*

TAnta [1] circa nos divinæ humanitatis est providentia, ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica æterna pace sopita, postque Vandalicam gentem ereptam, & Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam: & leges antiquas jam senio prægravatas, per nostram vigilantiam præbuit in novam pulchritudinem & moderatum pervenire compendium: quod nemo ante nostrum imperium unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. Erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quæ pene in mille & quadringentos [2] annos concurrunt, interstinis præliis vacillantem, hoeque & in Imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere consonantiam: ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ usquam appareant: namque hoc cœlestis quidem providentiæ peculiare fuit: humanæ vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus præsidium, & summo numine invocato, Deum autorem & totius operis præsulem fieri optavimus: & omne studium Triboniano, viro excelso, Magistro officiorum, & Exquæstore sacri nostri palatii & Exconsule credidimus, eique omne ministerium hujuscemodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis (viris) illustribus & prudentissimis viris nostrum desiderium adimpleret: nostra quoque majestas semper investigando & perscrutando ea, quæ ab his componebantur, quicquid dubium & incertum inveniebatur, hoc numine cœlesti erecta emendabat, & in competentem formam redigebat. §. 1. Omnia igitur confecta sunt, Domino & Deo nostro Jesu Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus præstante. Et principales quidem Constitutiones duodecim libris digestas, jam ante in Codice [3] nostro nomine præfulgentem contulimus. Postea vero maximum opus adgredientes, ipsa vetustatis [4] studiosissima opera jam pene confusa & dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere quam certo moderamine tradere. Sed cum omnia percontabamur, à præfato viro excelso suggestum est duo pene millia librorum esse conscripta, & plus quam [5] trecentiens decem millia versuum à veteribus effusa, quæ necesse [esset] omnia & legere & perscrutari, & ex his si quid optimum fuisset, eligere. † Quod cœlesti fulgore & summæ Trinitatis favore confectum est secundum nostra mandata, quæ ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus: & in quinquaginta libros omne quod utilissimum erat, collectum est: & omnes ambiguitates decisæ, nullo seditioso relicto, nomenque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum, qui omnes disputationes & decisiones in se habent legitimas, & quod undique fuit collectum, hoc in sinus receperunt: in centum quinquaginta pene millia [6] versuum totum opus consummantes: & in septem partes eos digessimus non perperam, neque sine ratione; sed in numerorum naturam & artem respicientes, & consentaneam eis divisionem partium conficientes. §. 2. Igitur prima quidem pars totius contextus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, in quatuor libros sepositæ est. §. 3. Secundus autem articulus [7] septem libros habet, qui de judiciis appellantur. §. 4. In tertia vero congregatione omnia quæ de rebus nominantur, contulimus [8], octo libris eis deputatis. §. 5. Quartus autem locus qui & totius compositionis quasi quoddam invenitur umbilicum, octo libros suscepit: in quibus omnia quæ ad hypothecam [9] pertinent, repositæ sunt, ut non pignoratitia actione in libris de rebus positæ multum distarent. Alio libro [10] eodem inserto volumine, qui ædilitium edictum, & redhibitoriam actionem & duplæ stipulationem, quæ de evictionibus proposita est, continet: quia hæc omnia titulis emptionum & venditionum consentanea sunt: & prædictæ actiones, quasi pedisequæ illarum ab initio processerunt, in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca devia & multo distantia devagantes: per nostram autem providentiam his congregatæ: cum oportuerat ea quæ de eodem pene loquuntur, in confinio ponere. † Alius itaque [11] liber post duos primos nobis excogitatus est de usuris, & trajectitiis pecuniis, & de instrumentis & testibus, & probationibus, [necnon præsumptionibus], & memorati tres singulares libri juxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus vel nuptiis vel dotibus legibus dicta sunt, reposuimus, tribus [12] librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem & curationibus geminos [13] libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia undique tam utilissima quam pulcherrima jura continentem. §. 6. Quintus autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem de testamentis & [14] codicillis tam privatorum quam militum, omne quidquid antiquis dictum inveniat quis depositum: qui de testamentis appellatur. De legatis autem & fideicommissis quinque [15] librorum numerus adgregatus est. Cumque nihil tam peculiare fuerat, quam (ut) legatis quidem legis Falcidiæ narratio, fideicommissis autem Senatusconsulti Trebelliani, singulis libris [16] utrique eorum applicatis tota pars quinta in novem libros coadunata est. Solum autem Senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimavimus: captiosas etenim & ipsis veteribus odiosas Pegasiani Senatusconsulti ambages, & utriusque Senatusconsulti ad se tam supervacuas quam scrupulosas diversitates respuentes, totum jus super his positum Trebelliano Senatusconsulto adjudicavimus. Sed in [17] his nihil de caducis à nobis memoratum est: ne causa quæ in rebus non prospere gestis, & tristibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coalescens civili, nostris mançat temporibus, quæ favor cœlestis & pacis vigor firmavit, & [super] omnes gentes in bellicis [victori] periculis superposuit: luctuosum monumentum læta sæcula inumbrare concedatur. §. 7. Sexta deinde pars Digestorum exoritur, in quibus omnes bonorum possessiones positæ sunt, quæ ad ingenuos, quæ ad libertinos respiciunt: ut & jus omne quod de gradibus & adfinitatibus descendit, legitimæque hereditates, & omnis ab intestato successio, & Tertullianum, & Orphitianum Senatusconsultum, ex quibus mater & filii invicem sibi heredes existunt, in geminos [18] libros contulimus, bonorum possessionum multitudinem in compendiosum & manifestissimum ordinem concludentes. Post hæc ea quæ de operis novi nunciationibus, damnique infecti, & pro ædificiis diruris, & eorum insidiis, & quæ de aqua pluvia arcenda veteribus auctoribus placita sunt: necnon de publicanis, & donationibus tam inter vivos, quam mortis causa conficiendis cauta legibus invenimus; in librum singularem [19] deduximus. De manumissionibus autem & de liberali causa alius [20] liber respondit: quemadmodum & de adquisitione tam dominii quam possessionis, & titulis qui eam inducunt, multæ & variæ lectiones uni [21] sunt inserræ volumini, alio [22] libro deputato his qui judicati vel in jure confessi sunt, & de bonorum detentionibus & [venditionibus], & ut nequid in fraudem creditorum fiat. Postque hæc omnia interdicta glomerata [23] sunt: & deinceps exceptiones & de temporum prolixitatibus: & de obligationibus & actionibus liber [24] iterum singularis extenditur: ut præfata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur. §. 8. Septimus autem & novissimus articulus Digestorum sex libris formatus est, quos de stipulationibus [seu verborum obligationibus], & fidejussoribus & mandatoribus; necnon novationibus & solutionibus, & acceptilationibus, & de Prætoriis stipulationibus, omne quod jus invenitur [25] gemino volumine inscriptum est, quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo [26] terribiles libri positi sunt pro delictis privatis, & extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent severitatem pœnarumque atrocitatem. Quibus permixta sunt & ea quæ de audacibus hominibus cauta sunt, qui se celare conantur, & contumaces existunt: & de pœnis quæ condemnatis infliguntur, vel conceduntur: necnon de eorum substantiis. Liber autem [27] singularis pro appellationibus nobis excogitatus est contra sententias, tam civiles quam criminales causas finientes. Cætera autem omnia quæ ad municipales [28], vel de decurionibus, & muneribus vel publicis operibus vel nundinis, & pollicitationibus & diversis cognitionibus [& censibus], vel significatione verborum veteribus inventa sunt, quæque regulariter definita, in sese recepit [29] quinquagesimus totius consummationis perfectus. §. 9. Quæ omnia confecta sunt per [30] virum excelsum, necnon prudentissimum Magistrum, Exquæstore & Exconsule Tribonianum qui similiter eloquentiæ & legitimæ scientiæ artibus decoratus, & in ipsis rerum experimentis emicuit, nihilque majus nec carius nostris unquam jussionibus duxit: necnon per alios viros magnificos & studiosissimos perfecta sunt, id est, Constantinum virum illustrem, Comitem sacrarum largitionum, & magistrum scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum, qui semper nobis ex bona opinione & gloria sese commendavit: necnon Theophilum virum illustrem, magistrum jurisque peritum in hac splendidissima civitate [31] laudabiliter optimam legum gubernationem extendentem: & Dorotheum [virum] illustrem & facundissimum quæstorium, quem in Berutiensium splendidissima civitate leges discipulis [32] tradentem propter ejus optimam opinionem & gloriam ad nos deduximus, participemque hujus operis fecimus: sed & Anatolium virum illustrem magistrum, qui & ipse apud Berutienses juris interpres constitutus ad hoc opus allectus est, vir ab antiqua stirpe legitima procedens, cum & pater ejus Leontius & avus Eudoxius [qui post Patricium inclytæ recordationis quæstorium & antecessorem, & Leontium virum gloriosissimum præfectorium, consularem, atque Patricium filium ejus] optimam sui memoriam in legibus reliquerunt: necnon Cratinum virum illustrem & comitem sacrarum largitionum, & optimum antecessorem hujus almæ urbis constitutum: qui omnes ad prædictum opus electi sunt una cum Stephano, Menna, Prosdocio, Eutolmio, Timotheo, Leonide, Leontio, Platone, Jacobo, Constantino, Johanne, viris prudentissimis, qui patroni quidem sunt causarum apud maximam sedem præfecturæ quæ Orientalibus prætoriis præsidet. Omne autem suæ virtutis testimonium undique accipientes, & à nobis ad tanti operis consummationem electi sunt: & cum omnes in unum convenerunt gubernatione Triboniani viri excelsi, ut tantum opus nobis auctoribus possint conficere, Deo propitio in prædictos quinquaginta libros opus consummatum est. §. 10. Tanta autem [à] nobis antiquitati habita est reverentia, ut [33] nomina prudentium taciturnitati [34] tradere nullo patiamur modo: sed unusquisque eorum qui auctor legis fuit, nostris Digestis inscriptus est: hoc tantummodo à nobis effecto, ut si quid in legibus eorum vel supervacuum vel imperfectum vel minus idoneum visum est: vel adjectionem, vel demi-nutionem necessariam accipiat, & rectissimis tradatur regulis, & in multis similibus vel contrariis quod rectius habere apparebat, hoc pro aliis omnibus positum est, unaque omnibus auctoritate indulta: ut quidquid ibi scriptum est, hoc nostrum appareat, & ex nostra voluntate compositum: nemine audente comparare ea quæ antiquitas habebat, & quæ nostra auctoritas introduxit: quia multa & maxima sunt quæ propter utilitatem rerum transformata sunt, adeo ut etsi principalis Constitutio fuerat in veteribus libris relata, neque ei pepercimus, sed & hoc corrigendum esse putavimus, & in melius restaurandum: nominibus etenim veteribus relictis, quidquid legum veritati decorum & necessarium fuerat, hoc nostris emendationibus servavimus: & propter hanc causam & si quid inter eos dubitabatur, hoc jam in tutissimam pervenit quietem, nullo titubante relicto. §. 11. Sed cum prospeximus quod ad portandam tantæ sapientiæ molem non sunt idonei homi-

2 *Vide const. ad Tribon. §. 5.*

3 Codex.
4 Pandectæ.

5 *Vide §. 1. const. ad Senat.*

6 Hic locus ostendit versuum vocabulo leges & paragraphos intelligi non posse, sed potius lineas. *V. Contium 1 lect. 8. Duar. 2. disput. 6.* 7 à 5 ad finem 11.

8 Qui 12 incipientes, 19 finiunt.

9 De qua lib. 20.

10 Nempe 21.

11 Liber 22.

12 Nempe 3. 24. 25.
13 Nempe 26. 27.

14 Continens lib. 28. & 29.

15 Nempe 30. 31. 32. 33. 34.

16 35. sc. & 36. quanquam trigesimus quintus initium ducat, non à Tractatu legis Falc. sed à tit. de condit. & demonst.

17 Contra quam in Codice qui hodie extat.

18 37. 38.

19 39.
20 40.

21 41.
22 42.

23 Lib. 43. & 44. a Tit. 1. ad finem 6.
24 Immo non liber, sed Titul. 7. lib. 44.

25 45. 46.

26 47. 48.

27 49.

28 *V. Cujac. 9. obs. 37.*

29 50.

30 Nota de septendecim viris, electis ad compositionem Digestorum.

31 Constantino-poli.

32 Eundem antecessorem vocavit. *sup. const. ad antecessores circa princ.* ut & Theophilum, legum doctorem. §. 1 T. *confirm. ad Senat.*

33 Quæ ubique prætendit, & ea quidem nonnunquam sola, licet ex eorum mente sermoneve subsequatur nihil, *Cujac.* & contraria his quæ aliquando scripserunt, posteritati tradat. *vide Contium 1. lect. 9.*
34 *V. quæ scripsi ad l. 5. §. 2. de præscript.*

homines rudes, & qui in primis 35 legum veſtibulis ſtantes intrare ad arcana eorum properant: & aliam 36 mediocrem emendationem præparandam eſſe cenſuimus, ut ſub ea colorati, & quaſi primitiis omnium imbuti, poſſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcherrimam non conniventibus oculis accipere. Et ideo Triboniano viro excelſo, qui ad totius operis gubernationem electus eſt, necnon Theophilo, & Dorotheo, viris illuſtribus & facundiſſimis anteceſſoribus accerſitis, mandavimus, quatenus libris quos veteres compoſuerunt, qui prima legum argumenta continebant, & Inſtitutiones vocabantur, ſeparatim collectis, quidquid ex his utile & aptiſſimum & undique ſit elimatum, & rebus quæ in præſenti ævo in uſu veruntur, conſentaneum invenitur, hoc & capere ſtudeant, & quatuor libris reponere, & totius 37 eruditionis prima fundamenta atque elementa ponere: quibus juvenes ſuffulti poſſint graviora & perfectiora legum ſcita ſuſtentare. Admonuimus autem eos, ut memores etiam noſtrarum fiant Conſtitutionum, quas pro emendatione juris promulgavimus: & in confectione Inſtitutionum etiam eadem emendatione ponere non morentur: ut ſit manifeſtum & quid antea vacillabat, & quid poſtea in ſtabilitatem redactum eſt. Quod opus ab his perfectum, ut nobis oblatum & relectum eſt, & prono ſuſcepimus animo & noſtris ſenſibus non indignum eſſe judicavimus, & prædictos libros Conſtitutionum vicem habere juſſimus: quod & in oratione noſtra, quam eiſdem libris præpoſuimus, apertius declaratur.

35 De Inſtitutionibus compoſitis a Juſtiniano.

36 Inſtitutionum uſus.

37 Inſtitutionum definitio.

§. 12. Omni igitur Romani juris diſpoſitione compoſita, & in tribus voluminibus (id eſt, Inſtitutionum, & Digeſtorum ſeu Pandectarum, necnon Conſtitutionum) perfecta & 38 in tribus annis conſummata, quæ ut primum ſeparari cœpit, neque in totum decennium compleri ſperabatur: omnipotenti Deo & hanc operam ad hominum ſuſtentationem piis obtulimus animis, uberesque gratias maximæ Deitati reddidimus, quæ nobis præſtitit & bella feliciter agere, & honeſta pace perpotiri, & non tantum noſtro, ſed etiam omni ævo tam inſtanti quam poſteriori leges optimas ponere. §. 13. Omnibus itaque hominibus eandem Sanctionem manifeſtam facere, neceſſarium [eſſe] perſpeximus: ut ſit eis cognitum, quanta confuſione & infinitate abſoluti, in quam moderationem & legitimam veritatem pervenerunt: legeſque in poſterum habeant tam directas quam compendioſas, omnibuſque in promptu poſitas, & ad poſſidendi libros earum facilitatem idoneas; ut non mole divitiarum expenſa poſſint homines ſupervacuæ legum multitudinis adipiſci volumina 39, ſed viliſſima pecunia facilis eorum comparatio pateat tam ditioribus quam tenuioribus, minimo pretio magna prudentia reparanda.

38 Ea res facit ut merito ſuſpectum Triboniani opus videatur. v. *Præfamb.*

39 Flavius eodem modo laudem meretur, quod cum myſteria juris à Pontificibus, tanquam dies à Chaldæis, peti oporteret, jus in penetralibus Pontificum abditum evulgavit. *Cic. pro Murena. Liv. 9. Val. 2. Plin. 21.*

§. 14. Si quid autem in tanta legum compoſitione, quæ ab immenſo librorum numero collecta eſt, ſimile forſitan raro inveniatur, nemo hoc vituperandum exiſtimet: ſed primum quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter ineſt, hoc inſcribat: quia omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis eſt: quod & à majoribus dictum eſt: deinde ſciat quod ſimilitudo in quibuſdam & his breviſſimis aſſumpta non inutilis eſt, & nec citra noſtrum propoſitum hoc ſubſequutum: aut enim ita lex neceſſaria erat, ut diverſis titulis propter rerum cognationem applicari eam oporteat: aut cum fuerat aliis diverſis permixta, impoſſibile erat [eam] per partes detrahi, ne totum confundatur, & in his partibus in quibus perfectiſſimæ viſiones 40 expoſitæ veterum fuerant, quod particulatim in eas fuerat ſparſum, hoc dividere ac ſeparare, penitus erat incivile: ne tam ſenſus quam aures legentium ex hoc perturbentur. Similique modo ſi quid principalibus Conſtitutionibus cautum eſt, hoc in Digeſtorum volumine poni nullo conceſſimus modo: quaſi Conſtitutionum recitatione ſufficiente: niſi & hoc raro ex iiſdem cauſis quibus ſimilitudo aſſumpta eſt.

40 Theoriæ. §. 23. *J. conſt. prox. v. l. 23. §. 15. ff. de pat. her.*

§. 15. Contrarium 41 autem aliquid in hoc Codice poſitum nullum 42 ſibi locum vendicabit, nec invenitur, ſi quis ſubtili animo diverſitatis rationes excutiet, ſed eſt aliquid novum inventum 43, vel occulte poſitum, quod diſſonantiæ querelam diſſolvit, & aliam naturam inducit diſcordiæ fines effugientem.

41 Antinomiæ nullæ ſunt in jure. Quæ videntur, diverſitatis rationem habent.

42 *v. §. 8. J. conſt. ad Tribonianum.*

43 Cujacius tradit, leges permultas in concordiam redigi poſſe, ſi aliæ ad jus conſtitutionum benignum, aliæ ad leges veteres & jus ſeverum referantur. *7. obſer. 19.* eaque diſſolvendi lege, idem 8 *obſerv. 8.* utitur. His eſt affine quod extat in *l. 26. ff. de legib. l. ult. ff. de conſt. Princ. & §. 19. J. ad magnum Senatum.*

§. 16. Sed & ſi quid forſitan prætermiſſum 44 eſt, quod in tantis millibus quaſi in profundo poſitum latitabat, & cum idoneum fuerat poni, obſcuritate involutum neceſſario derelictum eſt: quis hoc adprehendere recto animo poſſit? primo quidem propter ingenii mortalis exiguitatem: deinde propter ipſius rei vitium, quod multis inutilibus permixtum nullam ſui ad eruendum præbuit copiam: deinde quod multo utilius eſt pauca idonea effugere, quam multis inutilibus homines prægravare.

44 De prætermiſſis.

§. 17. Mirabile autem aliquid ex his libris emerſit, quod multitudo antiqua præſente brevitate paucior invenitur. homines etenim qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerant poſitæ, tamen ex paucis lites perferebant, vel propter inopiam librorum quos comparare eis impoſſibile erat, vel propter ipſam inſcientiam, & 45 voluntate judicum magis, quam legitima auctoritate lites dirimebantur. In præſenti autem conſummatione noſtrorum Digeſtorum è tantis leges collectæ ſunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus neſciebant, ſed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta ſunt ſubſtantia ampliſſima congregata: ut egena quidem antiqua multitudo inveniatur, opulentiſſima autem brevitas noſtra efficiatur. Antiquæ autem ſapientiæ librorum copiam maxime *Tribonianus* vir excellentiſſimus præbuit, in quibus multi fuerant & ipſis eruditiſſimis hominibus 46 incogniti: quibus omnibus perlectis, quidquid ex his pulcherrimum erat, hoc ſemotum in noſtram compoſitionem pervenit. Sed hujus operis conditores non ſolum ea volumina perlegerunt, ex quibus leges poſitæ ſunt: ſed etiam alia multa, quæ, nihil vel utile, vel novum eis invenientes, quod exceptum noſtris Digeſtis applicarent, optimo animo reſpuerunt. §. 18. Sed quia divinæ quidem res perfectiſſimæ ſunt, humani vero juris conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in ea, quod ſtare perpetuo poſſit; multas etenim formas edere natura novas deproperat: non deſperamus quædam poſtea emergi negotia, quæ adhuc legum laqueis non ſunt innodata. Si quid igitur tale contigerit, auguſtum imploretur remedium: quia ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus præpoſuit, ut poſſit omnia quæ noviter contingunt, & emendare, & componere, & modis, & regulis competentibus tradere. Et hoc non primum à nobis dictum eſt: ſed ab antiqua deſcendit proſapia: cum & ipſe *Julianus*, legum & edicti perpetui ſubtiliſſimus conditor, in ſuis libris hoc retulit, ut ſi quid imperfectum inveniatur, ab Imperiali ſanctione hoc repleatur: & non ipſe ſolus, ſed & Divus *Hadrianus* in compoſitione edicti, & SC. quod eam ſecutum eſt, hoc apertiſſime deſtinavit, ut ſi quid in edicto poſitum non invenitur 47, hoc ad ejus regulas, ejuſque conjecturas & imitationes poſſit nova inſtruere autoritas.

47 Adde *l. 12. ff. de legibus. l. 7 §. 1. in fin. ff. de jur. iſd. v. l. 11. ff. de præſcript. verb.*

§. 19. Hæc igitur omnia ſcientes patres conſcripti, & omnes orbis terrarum homines, gratias quidem ampliſſimas agite ſummæ Divinitati, quæ veſtris temporibus tam ſaluberrimum opus ſervavit: quo enim antiquitas digna divino non eſt viſa judicio, hoc veſtris temporibus indultum eſt. Haſce itaque leges, & adorate 48, & obſervate, omnibus antiquioribus quieſcentibus: nemoque veſtrum audeat, vel comparare eas prioribus, vel ſi quid diſſonans in utroque eſt, requirere: quia omne quod hic poſitum eſt, hoc unicum & ſolum obſervari cenſemus. Nec in judicio, nec in alio certamine, ubi leges neceſſariæ ſunt, ex aliis libris, niſi ab iiſdem Inſtitutionibus, noſtriſque Digeſtis & Conſtitutionibus à nobis compoſitis, vel promulgatis, aliquid vel recitare, vel oſtendere conetur: niſi temerator velit falſitatis 49 crimini ſubjectus, una cum judice, qui eorum audientiam patiatur, pœnis graviſſimis laborare. §. 20. Ne autem incognitum vobis fiat, ex quibus veterum libris hæc conſummatio ordinata eſt, juſſimus & hoc in primordiis Digeſtorum noſtrorum inſcribi: ut manifeſtiſſimum ſit, ex 50 quibus legiſlatoribus, quibuſque libris eorum, & quot millibus hoc juſtitiæ Romanæ templum ædificatum eſt. Legiſlatores autem, vel commentatores eos elegimus, qui digni tanto opere erant, & quos anteriores piiſſimi Principes admittere non ſunt indignati, omnibus uno dignitatis apice impertito, nec ſibi cuidam aliquam 51 prærogativam vindicanti: cum enim conſtitutionum vicem, & has leges obtinere cenſuimus, quaſi ex nobis promulgatas: quid amplius, aut minus in quibuſdam eſſe intelligatur: cum una dignitas, una poteſtas omnibus eſt indulta? §. 21. Hoc autem, quod & ab initio nobis viſum eſt, cum hoc opus fieri Deo adjuvante mandabamus, tempeſtivum nobis videtur, & in præſenti ſancire: ut nemo neque eorum qui in præſenti juris peritiam habent, neque (qui) poſtea fierent, audeat commentarios 52 iiſdem legibus adnectere: niſi tantum ſi velit eas in Græcam vocem transformare ſub eodem ordine, eademque conſequentia, ſub qua, & voce Romana poſitæ ſunt; hoc quod Græci 53 κατὰ πόδας dicunt: & ſi qui forſitan per titulorum ſubtilitatem adnotare maluerint, & ea quæ paratitla nuncupantur, componere. Alias autem legum interpretationes, immo magis perverſiones, eos jactare non concedimus: ne verboſitas eorum aliquod legibus noſtris adferat ex confuſione dedecus: quod & in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum eſt, qui opus moderate confectum huc atque illuc in diverſas ſententias producentes (contrahentes), in infinitum detraxerunt, ut pene omnis Romana ſanctio eſſet confuſa. Quos ſi paſſi non ſumus, quemadmodum poſteritatis admittatur vana diſcordia? Si quid autem tale facere auſi fuerint, ipſi quidem falſitatis rei conſtituantur, volumina autem eorum omnimodo 54 corrumpentur. Si quid vero, ut ſupra dictum eſt, ambiguum fuerit viſum, hoc ad imperiale culmen per judices referatur, & ex authoritate Auguſta manifeſtetur, cui 55 ſoli 56 conceſſum eſt leges & condere, & interpretari. §. 22. Eandem autem pœnam falſitatis conſtituimus & adverſus eos, qui in poſterum leges noſtras per ſiglorum 57 obſcuritates auſi fuerint conſcribere: omnia enim, id eſt, & nomina prudentium, & titulos, & librorum numeros per conſequentias literarum volumus, non per 58 ſigla manifeſtari: ita, ut qui talem librum ſibi paraverit, in quo ſigla poſita ſunt, in qualemcunque locum libri, vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in judicium aliquid recitare, qui in quacunque ſua parte ſiglorum haberet malitias. Ipſe autem librarius, qui eas inſcribere auſus fuerit, non ſolum criminali 59 pœna ſecundum quod dictum eſt, plectetur: ſed etiam libri æſtimationem in duplum domino reddat, ſi & ipſe dominus ignorans talem librum vel compraverit, vel confici curaverit: quod & antea à nobis diſpoſitum eſt, & in Latina conſtitutione, & in Græca, quam ad legum profeſſores dimiſimus. §. 23. Leges autem noſtras, quæ in his codicibus, id eſt, Inſtitutionum, ſeu Elementorum, & Digeſtorum, vel Pandectarum poſuimus, ſuum obtinere robur ex tertio noſtro feliciſſimo ſancimus conſulatu præſentis duodecimæ indictionis, tertio Kalendas Januarias, in omne ævum valituras, & una cum noſtris Conſtitutionibus pollentes, & ſuum vigorem in judiciis oſtendentes in omnibus cauſis, ſive 60 quæ poſtea emerſerint, ſive quæ in judiciis adhuc pendent, nec eas judicialis, vel amicalis forma compeſcuit: quæ enim jam vel judiciali ſententia finita ſunt, vel amicali pacto ſopita, hæc 61 refuſcitari nullo volumus modo. Bene autem properavimus in tertium noſtrum conſulatum & has leges edere: quia maximi Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti auxilium feliciſſimum eum noſtræ Reipublicæ donavit: cum in hunc & bella Parthica abolita ſunt, & quieti perpetuæ tradita, & tertia pars mundi nobis adcrevit. Poſt Europam enim & Aſia & tota Libya noſtro imperio adjuncta eſt, & tanto operi legum caput impoſitum eſt: omnia cœleſtia dona noſtro tertio conſulatui indulta. §. 24. Omnes itaque judices noſtri pro ſua juriſdictione eaſdem leges ſuſcipiant, & tam in ſuis judiciis, quam in hac regia urbe habeant, & proponant, & præcipue vir excelſus hujus almæ urbis præfectus: curæ autem erit tribus excelſis Præfectis prætoriis, tam Orientalibus, quam Illyricis, necnon Libycis, per ſuas autoritates omnibus, qui ſuæ juriſdictioni ſuppoſiti ſunt, eas manifeſtare. Data ſeptimo decimo Kalendis Januariis, Juſtiniano domino noſtro ter conſule 533.

48 Ad laudem ſcientiæ juris facit *l. 1. §. 5. ff. de extraord. cogn.*

49 §. 19. *J. conſt. ad magnum Senat.*

50 Quibus ex libris Pandectæ excerptæ ſunt.

51 Adde *conſt. ad Trib. J. §. 3.*

52 De commentariis legum. §. 21. *J. conſt. prox.*

53 Juxta pedem: perinde, ac ſi diceret, ea lege, ut iiſdem veſtigiis inſiſtant, & pedetentim ſubſequantur verba opus. *v. Alc. 11. paror. 6.*

54 Adde *l. 4 §. 2. ff. famil.*

55 Vide quæ notavi *ad l. 1. C. de legib.*

56 *V. Novell. Leonis 94.* Atqui ſenatus jus facere poteſt, *l. 9. ff. de legibus.*

57 Leges ſiglis non eſſe ſcribendas.

58 Vide *conſt. ad Anteceſſ. §. illud autem.*

59 Falſi. §. 22. *J. conſt. ad Senat. arg. l. ult. ff. de falſis.*

60 Adde *l. 7. C. de legib.*

61 *l. 16. C. de l. tranſact.*

FELICITER.

TER-

TERTIA PRÆFATIO DIGESTORUM.

DE CONFIRMATIONE DIGESTORUM, AD MAGNUM SENATUM.

Ε'Ν ΟΝΟ'ΜΑΤΙ ΤΟΥ͂ ΔΕΣΠΟ'ΤΟΥ ΚΑΙ͂ ΘΕΟΥ͂ Η'ΜΩΝ Ι'ΗΣΟΥ͂ ΧΡΙΣΤΟΥ͂.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ ΦΛ. Ι'ΟΥΣΤΙΝΙΑ'ΝΟΣ, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Φρᾳγκικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Ἀλανικὸς, Βανδαλικὸς, Ἀφρικανὸς, εὐσεβὴς. εὐτυχὴς, ἀνδρεῖος, νικητὴς, περιφανὴς, αἰεισέβαστος, αὐτοκράτωρ, τῇ μεγάλῃ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, καὶ πάσαις ταῖς τῆς οἰκουμένης ἡμῶν πόλεσι.

Δεδώκει ἡμῖν ὁ Θεὸς μὲν τὸν πρὸς Πέρσας εἰρήνην, μὲν τὸ κατὰ Βανδίλων τρόπαιον, καὶ τὴν ὅλην Λιβύης κτῆσιν, καὶ τὴν τῆς ὑπερμεγέθους Καρχηδόνος ὑποταγήν, καὶ τὰ τῆς ὑπατικωτάτης [τῶν πολλῶν νόμων τὸ πλῆθος εἰς] πέρας ἀγαγεῖν· ὥσπερ ἤδεισαν οἱ πρὸ ἡμῶν βασιλεύσαντες, [ὑπὸ] μιᾶς δὲ εἰς νέαν βιβλιοθ῀κην ἤλπισαν ἄν, ὅτε ἐνωκεῖτο ὅλως τῇ ἀληθινῇ φύσει αὐτὸ ἂν ὀνομάσθη. Ἰοὺ δὴ γεγραμμένον τὸν Ῥωμαίων νομοθέσιον λύειν καὶ τὰ πρὸ αὐτῶν ῥαψῳδήματα καὶ μίσχειν τὰ ὑπὲρ τὰς ἐμπέρας βασιλείας χρόνων, ὥσπερ ἀμφὶ τὸ χίλια καὶ τετρακόσια ἔτη συνταξίκασιν, οὐκ ἐν τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διαθήκαις ὡς ἅπασιν ναιειν συμφώνιαν τε, καὶ διαφωνίαν· καὶ τὸ μὲν μαχόμενον αὐτοῖς ἐξελεῖν, τὸ δὲ τοῦ τοῦ τε, καὶ ὁμοῖον ἐξωθῆσαι· μίαν δὲ αὐτὴν κράσιν εἰδέναι ὀφείλειν, ὥστε ἕνα τὸν κείμενον ἐφ' ἑκάστῳ κρατεῖσθαι τοσοῦτον νόμον, τὸ ἀναίτιον ῥαπῆς, καὶ τὸ σκεῖθεν φιλανθρωπίας ἰδίαν ἰοὺ, ἀλλ' οὐκ ἀνθρωπίνης πινὸς διανοίας, ἢ ἰδιοτελοῦς, ἢ ἰδιωμάτως ὅλως. ἡμεῖς δὲν (τοῦτο δὴ τὸ σωτήσιμον μανθάνοντες· πᾶσιν δὲ οὐ τῆς ἐνδεδομένης ἡμῖν ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς πέρας ἀφορίζομεν.

§. 1. Τὰς μὲν οὖν δύσεβεῖς διαλήξεις ἤδη πρότερον δεδώκαμεν βιβλίοις δώδεκα εἰλαμβάνειν, τὸ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ὑπόνυμον σωτήσιμον βιβλίον· νυνὶ δὲ τὰς ἀπείρους τῶν ἐμπροσθεν νομοθετησάντων συναγαγόντες γνώμας οὐκ ὀλίγας μὲν τὸ πλῆθος ἀπὸ τῶν βιβλίων, ἃπερ ἰοὺ μὲν ἀμφὶ τὰ δισχίλια, ἑπτακισμύριοι δὲ εἶχον στίχων μυριάδων τετρακοσίων, ἐπὶ ἐμμετρὸν τε ἄμα, καὶ δύσνοητον συνηγάγομεν ἄθροισμα. Πεντήκοντα δὲ τὰ πάντα πεποιήμεθα βιβλία τὰ νυνὶ, ἅπαντα συναγαγόντες τὸ χρήσιμον, καὶ ἀποκναισάντων δὲ θείᾳ ἡμῶν παλιγγενεσίᾳ, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ τὸν ἅπαντα χρόνον ὑπάρχοντα χρησιμώτατα. καὶ ποσὶν ἄλλοις συνδέξει τε, καὶ σοφοῖς αὐδεφόσιν ἐρωτῶντες μὴν ἀεὶ τὸ γιγνόμενον· τὸ δὲ ἀμφισβητήσιμον μανθάνοντες· πᾶσιν δὲ οὐ τῆς ἐνδεδομένης ἡμῖν ἀνθρωπίνης θεότητος θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γνώστοις τε, καὶ ψαλτῆρσι ἐπιβολῆς πέρας ἀφορίσαι.

§. 1. Et piissimas igitur constitutiones jam ante in duodecim libris comprehensas, Codicem nostræ pietatis cognomine fulgentem composuimus: nunc vero omnium veterum jurisconditorum sententiis ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas [5] myriadas versuum pertingebat, in moderatum & perspicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc sumus cœlesti favore, colligentes omne id, quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo seditioso relicto. Quos libros Digesta, seu Pandectas appellavimus ex [6] eo, quod legum habeant divisiones [7], & decisiones, itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec ultra quindecim myriadum verluum numerum eis dantes: & in septem eos disponentes tractatus: idque non perperam, neque sine ratione, sed ad numerorum naturam, & harmoniam respicientes.

5 Tricies centena, §. & antea. T. Const. ad Antecessores. Trecenties decem millia versuum, §. 1. versi. sed cum omnia T. Const. ad Senatum.

6 Pandectarum ἔτυμον.

7 Διαιρέσεις, καὶ διατυπώσεις.

§. 2. Τά τε γὰρ κεφάλαια πάντα πάσι πρῶτα, ἐν πεσαρσι ἀπηρέμεθα βιβλίοις.

§. 2. Ea igitur, quæ apud omnes πρῶτα, id est, primordia [8] nuncupantur, in [9] quatuor libros sepositimus.

8 Prima pars Pandectarum.

9 4

§. 3. Ε'φεξῆς τε τὰ de judiciis ἐν ἑπτὰ βιβλίοις.

§. 3. Deinceps [10] ea, quæ de judiciis tractant, in alios septem [11] libros.

10 Pars secunda, de judiciis.

11 à 5 ad finem 11.

§. 4. Καὶ τὰ de rebus, ὅσα ἐν τρισὶ βιβλίοις.

§. 4. Item ea, quæ de [12] rebus, non in plures, quam [13] octo libros.

12 Pars tertia, de rebus.

13 à 12 ad finem 19.

§. 5. Τὸ δὲ ἐφεξῆς δ' συγκεφαλαίῳ μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἄμα, καὶ μέσον ἐστὶ δι' ὅλων βιβλίοις ἕπτα συναπτόμενον. Ἐν οἷς ἐστὶ μὲν ἡ ὑποθηκαρία, ἃ πόρρω πᾶ τ' pigneratitias ἀφεῖσθαι· ἔστι δὲ ædilicion ἤδικτον, καὶ ἃ πρὸς τὰ ἐκνικήσεων ἐπιρρήτεις· ὅπερ ἀμφὶ πᾶσι κολληθήκασι μὲν κρῖσιν τῶν πράσεων, πόρρω δὲ πᾶ τ' νομοθεσίας ἀποκισμένα, συνηγάγομεν ἐγγύθεν ἀφ' ἑαυτὴν σύγκρισιν, ἵνα τὸ πρὸς τὰ αὐτὰ διαλεγόμενα μὴ πόρρω διεστήκωσιν ἀλλήλων. Εἶτα ἐπηγάγομεν τούτοις τὰ τε πρὸς τόκων ἐγκλίσεις, καὶ ἁλλασσόντων, καὶ τὰ πρὸς συμβολαίων τε, καὶ παρόδε μαρτύρων, καὶ ἀποδείξεών τε, καὶ πρωλήψεων, εἰς βιβλίον ἕν. τελὰ δὲ τούτοις μονοβίβλια μὲν τὸν τῶν de rebus πραγματείαν συνέχοντα ἀλλήλων κεφάλαιον. Καὶ αὖθις τὸ πρὸς μητέρων, καὶ γάμων, καὶ πρώτικος νενομοθετημένα συναγαγόντες, τελὰ δεδώκαμεν ἔχειν τοῦτον τῇ συνθήκῃ βιβλία. Καὶ μὲν δὴ τὸ πρὸς τὰ κηδεμόνων τῆς νέας ἡλικίας δύο. τοῦτα δὴ τὰ de Tutelis πρὸς πᾶσιν ὀνομαζόμενα, κἀν τούτοις συνεκεφαλαιωσάμεθα τὸν τῶν ὅλων τούτων βιβλίων πραγματείαν. καὶ μισαίτατον (ὡς εἴρηται) τοῦτο μέρος τῶν πάσης συντάξεως δ' βιβλίοις πεποιήμεθα, τὰ κράτιστα, δὴ καὶ χρησιμώτατα τῶν νόμων ἐν τούτοις ἀναγεγραφόμενα.

§. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta [14], & media est totius operis, in aliis [15] octo libris deposuimus: in quibus est quidem [16] hypothecaria, non longe admodum à pignoratitia actione distans: est & Ædilitium [17] edictum, & de evictionibus stipulatio; quæ duo accessoria, & consequentia constituta venditionum [18], longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia, congregavimus propius propter mutuam inter se cognationem, ne, quæ de eodem pene loquuntur, longe à se distarent. Post hæc introduximus post duos illos libros ea, quæ sunt scripta de usuris, tam terrestribus, quam trajectitiis, seu maritimis, & de probationibus, atque præsumptionibus in unum librum [19]. his autem tribus monobibliis (singularibus libris) post tractatum de rebus sibi invicem proximis depositis; & rursum ea, quæ de sponsalibus, & nuptiis, & dote legibus dicta sunt, congregantes, his etiam [20] tria habere in hac ordinatione volumina concessimus. De tutoribus autem minoris ætatis [21] geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus, memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum est) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima, & utilissima jura in his describentes.

14 Pars quarta, quæ & hypothecaria.

15 à 20 ad finem 27.

16 Libro 20.

17 Libro 21.

18 Proposuerat tamen hunc ordinem sequi, l. 2. in fin. ff. de Patu bominum.

19 Lib. 22.

20 23. 24. 25.

21 26. 27.

§. 6. Τὰ δὴ τὰ πρὸς διαθηκῶν, καὶ πρὸς γε κληρότων, καὶ φιδεϊκομμισσων ἅπασι συναγάγομεν εἰς ἑννέα βιβλίων ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ πρὸς διαθηκῶν, καὶ κοδικίλλων· τά τε κατὰ ὅλως φαμὲν, τά τε ὡς ποιῆσιν ὡς βέλοιμεν τραπέσθαι, δύο κεφαλαίοις, καὶ de Testamentis ἐπιγεγραμμένα. Πέμπτε δὲ ἐφεξῆς τὰ πρὸς κληρότων, καὶ φιδεϊκομμισσων, καὶ πάσης τῆ αὐτοῖς ζητήσεως διαλεγόμενα. Καὶ ἐπειδὴ καὶ ὁ δ' Falcidiu λόγος πρόσχις τε, καὶ ἀρμοδίως ἰοὺ τῶν κληράτων καὶ φιδεϊκομμισσων ἰδιότητι· διὰ τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸν δύμις τῆ τῶν κληράτων ὑπεξαιρέσεως πραγματείαν, βιβλίον ὅλον ἀναθεῖες αὐτῷ μέσῳ πινὶ βραχείας προσθήκης. καὶ αὖθις ἐπειδὴ καὶ τὸν δ' Falcidiu μίμησιν ἐπὶ τῶν φιδεϊκομμισσων ἰοὺ τὸ κεφάλαιον Trebellianon δίγμα, καὶ τοῦτο τὸν τελευταῖον τῶν συντάξεως τούτης ἀπενείκαμεν χώραν, τὸ πᾶν τῶν νομοθεσίας τούτης εἰς τὸ Trebellianon συναγαγόντες, καὶ περὶτὸν εἶναι τὸν δ' πάντα Πηγασιάνε νομοθεσίαν διόρισες. καὶ τὰς ἀλόγους τῶν δογμάτων τούτων διαφορὰς τε, καὶ κοινωνίας· ἃς δὴ καὶ οἱ πάλαι μισοπονεῖς πρενεννοήμασι τε, καὶ ἐπιζημίοις σκάλαν· καὶ ἁπλοτέρῳ τινὶ λόγῳ τὸ πᾶν τοῦτο κρῖμα συναγοράσαντες, καὶ εἰς τὸν δ' Τρεβελλιανὸν μεθαρμοσάμενοι τάξιν· καὶ τοῦτο δὴ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ὅλης συντάξεως τοῖς ἑννέα τούτοις ἀνέτειμεν βιβλίοις. ἐν οἷς ἤδη χαίρε τῶν πάλαι κωδίκων ἡμῖν εἰρήτην· διότι καὶ τοῦτοι κρῖμά τινα χρείαν ἔσχε δι' τινὰ τῆ Ῥωμαίων ἐπιπαλάσιν τῶν πολιτείᾳ καὶ τὰ ὑπομνήματα δεινὸν τῶν ἐμφυλίων κρίσεσθαι πολέμων, ἔσχε ἐχρῆν ἐν καιροῖς πολιτιδαῖς, καθ' ἃς ὁ Θεὸς εἰρήνην τε δέδωκεν ἡμῖν ἄγειν ἐκεῖ τῶν ἔνδον ἐκεῖ τῶν ἐξωθεν ἐν ὅταν δέοι πολεμεῖν, ῥᾴστε μὴ τὰ αὐτὰ ῥοπὴν τῶν ἐναντίων κρατεῖν.

IN ' NOMINE DOMINI ET DEI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imperator Cæsar FLAV. JUSTINIANUS, *Alemanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor, triumphator, semper colendus Augustus, ad magnum Senatum, & populum, & omnes orbis nostri civitates.*

1 Hæc constitutio Latine facta est ab Antonio Contio.

Dedit nobis Deus post pacem cum [2] Persis initam, post Vandalica trophæa, & totam Libyæ adquisitionem, postque nominatissimam Carthaginem nostro iterum Imperio [3] sociatam, ut veterum legum renovationis opus ad optatum finem perduceremus: quod nemo principum ante nostrum imperium aut in mentem induci posse, aut humano ingenio possibile esse existimavit. Erat enim mirabile, omnem Romanam sanctionem à condita vetere Roma usque ad nostri imperii tempora, quæ [4] pene in mille, & trecentos annos concurrunt, non solum secum in variis suis partibus, sed in Imperialibus quoque præsertim sanctionibus inter omnem nutare consonantiam pariter, ac discordiam: non tamen id solum, quod secum pugnabat, tollere: sed etiam, quod idem, aut simile reperiebatur, expellere, variamque ipsius pulchritudinis ideam tribuere, ita ut pro singulis rebus singulæ leges constitutæ viderentur. Quod proculdubio superioris numinis, & fluentis inde benignitatis fuit, non humanæ cogitationis, aut incepti, aut poreſtatis. Nos itaque, more solito manibus ad Deum erectis, eoque, ut nos complecti dignaretur, invocato, & rem aggressi sumus, & omnia tandem confecimus, Triboniano gloriosissimo magistro, & ex quæstore sacri nostri palatii, & ex consule, ad omne ministerium usi, necnon aliis quibusdam illustribus & prudentibus viris, inquirentes semper ea, quæ ab eis componebantur: & id, quod erat dubium, perscrutantes: omnibus quoque secundum datam nobis à Domino Deo, & salvatore nostro Jesu Christo scientiam, & intellectus vigorem, imponentes competentem formam.

2 Vide Procop. de bello Persico, adde Ç. pen. J. eod.

3 Kalendis Decembribus mensis superioris. *Procopius de bello Vandalico, Cedrenus, Paul Aquilejensis.*

4 Hic numerus annorum emendatur §. 3. T. *Const. ad Trib.*

§. 1. Et piissimas igitur constitutiones jam ante in duodecim libris comprehensas, Codicem nostræ pietatis cognomine fulgentem composuimus: nunc vero omnium veterum juris conditorum sententiis ex multitudine, quæ ad duo millia pene librorum, & trecentas [5] myriadas versuum pertingebat, in moderatum & perspicuum collegimus compendium. Quinquaginta igitur libris omnia complexi nunc sumus cœlesti favore, colligentes omne id, quod erat utile, & omnes ambiguitates decidentes, nullo seditioso relicto. Quos libros Digesta, seu Pandectas appellavimus ex [6] eo, quod legum habeant divisiones [7], & decisiones, itemque ex eo, quod omne in unum congregatum receperint, hanc eis appellationem imponentes: nec ultra quindecim myriadum verluum numerum eis dantes: & in septem eos disponentes tractatus: idque non perperam, neque sine ratione, sed ad numerorum naturam, & harmoniam respicientes.

5 Tricies centena, §. & antea. T. Const. ad Antecessores. Trecenties decem millia versuum, §. 1. versi. sed cum omnia T. Const. ad Senatum.

6 Pandectarum ἔτυμον.

7 Διαιρέσεις, καὶ διατυπώσεις.

§. 2. Ea igitur, quæ apud omnes πρῶτα, id est, primordia [8] nuncupantur, in [9] quatuor libros sepositimus.

8 Prima pars Pandectarum.

9 4

§. 3. Deinceps [10] ea, quæ de judiciis tractant, in alios septem [11] libros.

10 Pars secunda, de judiciis.

11 à 5 ad finem 11.

§. 4. Item ea, quæ de [12] rebus, non in plures, quam [13] octo libros.

12 Pars tertia, de rebus.

13 à 12 ad finem 19.

§. 5. Sequentem vero operis partem, quæ quarta [14], & media est totius operis, in aliis [15] octo libris deposuimus: in quibus est quidem [16] hypothecaria, non longe admodum à pignoratitia actione distans: est & Ædilitium [17] edictum, & de evictionibus stipulatio; quæ duo accessoria, & consequentia constituta venditionum [18], longe tamen admodum in veteri juris ordinatione ab his devagantia, congregavimus propius propter mutuam inter se cognationem, ne, quæ de eodem pene loquuntur, longe à se distarent. Post hæc introduximus post duos illos libros ea, quæ sunt scripta de usuris, tam terrestribus, quam trajectitiis, seu maritimis, & de probationibus, atque præsumptionibus in unum librum [19]. his autem tribus monobibliis (singularibus libris) post tractatum de rebus sibi invicem proximis depositis; & rursum ea, quæ de sponsalibus, & nuptiis, & dote legibus dicta sunt, congregantes, his etiam [20] tria habere in hac ordinatione volumina concessimus. De tutoribus autem minoris ætatis [21] geminos libros, eos, inquam, qui de tutelis apud omnes nominantur, & hic etiam in compendium concidimus, memoratam octo librorum ordinationem, & mediam (ut dictum est) hanc partem totius operis confecimus, pulcherrima, & utilissima jura in his describentes.

14 Pars quarta, quæ & hypothecaria.

15 à 20 ad finem 27.

16 Libro 20.

17 Libro 21.

18 Proposuerat tamen hunc ordinem sequi, l. 2. in fin. ff. de Patu bominum.

19 Lib. 22.

20 23. 24. 25.

21 26. 27.

§. 6. De testamentis [22] autem, & legatis, & fideicommissis omnia congregavimus in novem librorum numerum: quorum principatum obtinent ea, quæ sunt de testamentis, & codicillis, cum omnium, tum etiam militum, qui ea, ut volunt, faciunt, [23] duobus libris ordinata, & de testamentis inscripta: quinq; [24] autem sequentibus continentur ea, quæ de legatis, & fideicommissis, & omni eorum ambiguitate disputata sunt. Et quoniam Falcidiæ narratio continens, & consentanea erat legatorum, & fideicommissorum proprio tractatui: propterea & ipsam continuo legatorum supposuimus tractationi, libro [25] integro rei applicato, cum brevi quadam adjectione. Et rursum quia ad Falcidiæ imitationem [introductum] erat Trebellianum Senatusconsultum in fideicommissis: & huic ultimum [26] hujus ordinationis tribuimus locum totum: jus super his positum, Trebelliano Senatusconsulto attribuentes, & supervacuam esse Pegasiani Senatusconsulti positionem inventes, & absurdas horum Senatusconsultorum inter se differentias, & communiones: quas sane & veteres perosi, captiosas, & damnosas appellarunt: simpliciore quadam narratione omne hoc schema congregantes, & ad unius Senatusconsulti Trebelliani ordinationem applicantes, & hanc quintam partem totius ordinationis novem his perfecimus libris. In quibus novem libris nihil de quondam [27] caducis dictum à nobis est: quia propter usum quendam non prosperum cum increbuisset in republica, & luctuosum monumentum bellorum civilium esset, non oportebat in his manere temporibus, in quibus & Deus dedit pacem nobis agere domi, & foris, &, cum oportuit bellum gerere, facile cum ipsius favore hostes superare, & capere.

22 Pars quinta de testamentis.

23 28. 29.

24 30. 31. 32. 33. 34.

25 Trigesimus quintus tamen liber initium non ducit à tractatu legis Falcidiæ, sed à Titulo de condit. & demonstr.

26 36.

27 Cur in Codice potius quam in Digestis Caducorum mentionem fecit?

§. 7. Se-

1 Pars ſexta.

§. 7. Sequitur deinde, & exoritur nobis & ſexta [1] pars totius compoſitionis, octo concluſa libris. Pulchre autem incipit ab his, quæ poſſeſſiones nominantur, quas nos ſimiliter, ut cætera diligenter conſiderantes, tam eas, quæ ad ingenuos, quam quæ ad libertinos pertinent, ex multa anteriorum temporum confuſione &

2 *lib.* 37. 38. obſcuritate in purum deduximus compendium, geminorum [2] illis librorum numerum ſufficere arbitrantes. Adplicavimus autem ipſis & omnes ab interiato appellatas ſucceſſiones, & ipſos generum ordines, eorum gradibus etiam libro inſcriptis, & circa omnium finem Tertullianum & Orficianum compoſuimus Senatuſconſultum, ex quibus matres & liberi invicem ſucceſſores

3 39. fiunt. Procedit autem poſt hæc alius liber [3], qui de ædificiorum operibus, & de ea, quæ ob ruinoſa & diruta ædificia (datur), ſatiſdatione, & his, qui in his aliquid inſidiarum, aut fraudis admiſerint, & de his, qui ex aquarum impetu vicinos læſerint, & de publicorum vectigalium coactoribus, atque inſuper de donationibus, tam indefinitis (ſeu ſimplicibus) quam in cogitationem mortis relatis, leges ac jura ordinat. Rurſum autem quicquid de quacunque manumiſſione extat, vel de his, quæ ſuper ipſa agitantur,

4 40. cauſis, & hoc uni [4] traditum eſt libro. Amplius autem & ea, quæ de poſſeſſione, & per ipſam adquiſitione, & de cauſis eam introducentibus, in

5 41. [5] unum ſepoſuimus tractatum (ſeu librum). Et quidquid etiam de judiciariis extat ſententiis, & his, qui in his aliqua contra ſeipſos confeſſi ſunt, & de bonorum ceſſione, & creditorum detentione, & venditione, & de bonorum ſeparatione, &

6 42. curatione, & ne quid patiantur creditores fraudis, & id in unum [6] ſimiliter collatum eſt librum. Sed & interdictorum modum non

7 43. pluribus, quam [7] uni dedimus libro. Inde [8] autem & ad præſcriptiones ſeu (exceptiones) & in his ordinata tempora venimus. Et

8 44. obligationum quidem & actionum ſepoſuimus modos, & coëgimus omnem hanc partem, cui præſunt poſſeſſiones, ut dictum eſt, octo librorum numero deſcriptam, ſextam hanc partem totius voluminis ſeponentes.

9 Pars ſeptima.

§. 8. Totius autem extrema pars, quæ & ſeptima [9] eſt totius tractationis, ſex librorum numero demandata eſt, incipiens quidem

10 *lib.* 45. 46. [10] à ſtipulationibus, procedens vero ad ea quæ ſcripta ſunt de fidejuſſione, & debitorum numeratione, ſolutione, & liberatione ipſorum, & de introductis ex Prætorum juriſdictione ſtipulationibus: quæ omnia duobus à nobis contracta ſunt libris: cum apud veteres nec dici poſſet, quot eſſent libri ea de re. Procedit & deinceps

11 47. [11] ad delictorum narrationem: & omnia recenſet, quæ ad minora delicta pertinent, quæ vocant privata: & item quæ ad ea, quæ necdum ordinaria appellant, ſed ipſis extraordinariorum appellationem imponunt: deſcendit etiam & ad publica crimina, quæ

12 *d. lib.* 47. & 48. atrociſſima ſunt, & magnam ſibi advocant pœnam. Duo [12] autem & hic ſunt libri, qui illa quidem, quæ ad delicta & crimina pertinent, complectuntur: quibus permixta ſunt & ea, quæ de reis criminum, qui ſe celare tamen conantur, ſcripta ſunt, & de eorum bonis, & de ea, quæ infligitur condemnatis, pœna, vel indulgentia. Initium autem nobis alterius rurſum

13 49. [13] libri fit narratio de appellationibus, quæ communis eſt profecto ad reſcindendas, tam pecuniarias (ſeu civiles) ſententias, quam criminales. Quæcunque autem de civibus (ſeu municipibus), & de decurionibus, & muneribus, & publicis operibus, & nundinis & redituum pollicitationibus, & variis cognitionibus (ſeu interrogationibus), & publica deſcriptione, veteribus inventa ſunt; & quæcunque de verborum extant ſignificatione, & de his, quæ pro regulis apud veteres dicta ſunt: hæc omnia in ſeſe recipit ultimus liber. Hujus igitur compoſitionis, cujus initium eſt à ſtipulationibus, hic liber eſt ſextus quidem, ſi ad proprium principium comparetur: ſed eſt quinquageſimus, ſi conferatur ad totam conſummationis perfectionem (ſeu harmoniam).

14 Pandectarum compoſitores.

§. 9. Quæ omnia compoſita ſunt, & elaborata peroptime, & ut noſtra juſſione dignum fuit, per [14] *Tribonianum* [15] illuſtriſſimum, necnon prudentiſſimum magiſtrum, & ex quæſtore noſtrorum Palatiorum, & ex conſule, virum, & in ipſis rerum experimentis, & in eloquentia, & in legibus ſcribendis ſatis ſpectatum, & qui nihil unquam noſtrarum juſſionum contempſit: necnon per alios [viros], qui ſub ipſo nobis hoc opus elaborarunt, id eſt, *Conſtantinum* [16] magnificentiſſimum comitem ſacrarum largitionum, & antigraphariun [ſeu magiſtrum] ſacri ſcrinii, & ſacrorum libellorum, & cognitionum imperialium, qui nobis bonam de ſe opinionem in omnibus præbuit: necnon *Theophilum* [17] magnificentiſſimum magiſtrum, & leges [ſeu jura] in regia hac urbe laudabiliter, & cum ſummis vigiliis, & ut magiſteria ſedulitate dignum eſt, docentem: & *Dorotheum* [18] magnificentiſſimum quæſtorem, & doctorem in legum civitate deſignatum; dicimus autem verendam, & ſplendidam Berytienſium metropolin; quem de ipſo optima opinio, & gloria, & ad nos deduxit ipſum, &, ut hujus operis participem faceremus, hortata eſt: ſed & *Anatolium* [19] magnificentiſſimum magiſtrum, qui & ipſe apud Berytienſes ea, quæ ex legibus proficiſcuntur, pulchre docet, vir ex tertia ſtirpe laudabili juris apud Phœnices interpretum deſcendens (refert enim genus ad Leontium, & Eudoxium, homines in legibus optimæ memoriæ, poſt Patricium inclytæ recordationis, Quæſtorium, & Anticenſorem, & Leontium glorioſiſſimum, ex præfecto, & ex conſule, atque Patricium ejus filios, ſummæ admirationis viros): & *Cratinum* [20] magnificentiſſimum, atque prudentiſſimum comitem ſacrarum largitionum (& optimus quoque eſt is legum enarrator in regia hac urbe): & præter hos etiam *Stephanum*, *Mennam*, *Proſdocium*, *Eutolmium*, *Timotheum*, *Leontium*, *Leontium*, *Platonem*, *Jacobum*, *Conſtantinum*, *Joannem*, viros prudentiſſimos, qui univerſi Rhetores [21] quidem glorioſiſſimorum præfectorum ſacrorum noſtrorum Prætoriorum, gloriam autem ſeu laudem apud omnes prudentiſſimos juſte habent, & à nobis merito judicati ſunt digni, ut eligerentur tanti certaminis participes. Hæc igitur nobis circa Digeſtorum elaborata ſunt conſcriptionem per jam dictos glorioſiſſimos viros.

15 Tribonianus.

16 Conſtantinus.

17 Theophilus.

18 Dorotheus.

19 Anatolius.

20 Cratinus.

§. 10. Tanta autem nobis reverentia antiquitatis fuit, ut neque mutari nomina veterum Juriſconſultorum ſuſtinuerimus, ſed uniuſcujuſque illorum appellationem legibus inſcripſimus: mutantes quidem, ſi quid jam habere viſum eſt non recte, partes vero illas nunc tollentes, has nunc addentes, ex multis denique optimum eligentes, & unam, [22] atque parem [23] omnibus præbentes poteſtatis vim, ſeu robur: ita ut quicquid ſcriptum eſt in eo libro, id noſtra ſit ſententia: nemine audente comparare ea, quæ nunc facta ſunt, his, quæ prius erant: quia multa, & numeratu non facilia tranſpoſuimus in melius, etiam ſi quid imperiali aliqua antiquorum imperatorum conſtitutione in aliam dictum fuerit formam. Nam nomina quidem veteribus ſervavimus, legum autem veritatem noſtram fecimus: itaque ſi quid erat in illis ſeditioſum,

21 P*ræ*torii hic ſunt advocati; nam apud Præfectum Prætorii Illyrici advocatos 50 fuiſſe conſtat, *l.* 17. *C. de advoc. diverſ. jud.* ut & apud Præfectum Orientis 150. *l.* 8. *l.* 11. *C. eod.* ut apud Præſidem Syriæ 30. *l.* 5. *C. de advoc. diverſ. jud.* apud Præfectum urbi 80. *l.* 7. *C. eod.*

22 *V.* §. *cumque. ſup. Conſt. ad Trib.*

23 De Authoritate juriſprudentum.

§. 7. Ἔ*πιτα* ὁ *ἡμῖν* κ᾽ *ἕκτη τὶς μοῖρα τούτω δὴ* Θ᾽ *παντὸς συνήμμεν*Θ, *ὁλῶ πεκλεισμ*ν *βιβλίοις. ἀρχ*ὴ *μ* ὁ *κ*λ*ὼς ὀν* Τ *ὀνομαζομ*ν*ων διαλ*Θ*γων. ὡς *ἡμεῖς ὁμοίως τοὺς ἄλλοις κ*ϕ*σκυ*ϕ*άμβοι, τοὺς τε εἰς τὰς ὑ*Θ*ηρεσ*Θ*ίας, τοὺς τε εἰς τὰς ἀπελ*Θ*ήρους φερομ*ν*ας, ὁ*π*ο*λ*ῆς τῆς ἐμπεσο*Θ*ε*ν συ*γ*χύσεως τε, κ᾽ ἀσα*φ*είας, εἰς κ*ϕ*λυ*μ*ὴν ἠκ*ρ*ηγορ*μ*ν συ*μ*βαίνειαν, δύο βιβλίων αὐτὰς ἀ*ρ*ιθ*μ*ὸν δρκίν γενομ*ν*ησ*τ*ες. Προσ*π*εκλείσαμ*ν* ὃ αὐτοῖς Ϛ τοὺς ἐξ ἀδιαθέτ*ν* κ*ϕ*λυ*μ*ένας ἁπάσας Δ*ϕ*δοχὰς κ᾽ αὖ*θ*ις τὰς τῶν *ϕ*λοῶν πτ*ϕ*σεις, κ᾽ τὰς ἐπὶ τούτοις *β*αθμοὺς ἐγκ*ϕ*άψαντες τ*ῷ* βιβλί*ϕ*, κ᾽ ἐπὶ Τ ἐκ*ϕ*λίας αὐτ*ν* τι *ϕ*ῶς ὁ Τερτυλλιαν*ὸ*ς τε, Ϛ Orficianiu συνε*π*ήκαμ*ν* δογμ*Θ*. ἐξ ὧν μητέρες τε κ᾽ παῖδες ἀκ*ν*λων διάδοχοι γινόν*τ*αι. Πρόοιμ ὃ ἐφεξῆς βιβλίου ἄλλο τι τε ὧδε Τ ὂν οἰκ*ο*δομ*ν*μάτων ἔργων, κ᾽ τι ὧδε Τ *ν* ἀλ*ο*θαν*ό*λων τε, κ᾽ κ*ϕ*λυ*Φ*ερομ*ν*ων οἰκημάτων ἀσ*Φ*αλείας, Ϛ τ*ν* ὂν τούτοις τι κ*κ*ινηρ*γ*ηκότων, Ϛ ὁ*π* τ*ν* ὑ*Θ*άτων *φ*οᾶς ἀδικ*ν*τους τὰς πέλας, κ᾽ τι ὧδε τ*ν* ἀ*ρ*οιζόν*τ*ων τὰ δημ*ν*σια τέλη, κ᾽ ὡσ*π*ὲς *γ*ε δ*ω*ρε*ν*ν, τ*ν* τε ἀ*π*ροσδιορ*ί*σ*τ*ων, τ*ν* τε εἰς ἔννοιαν τελ*ο*ῦς ἀναφερομ*ν*ων *ν*ομισ*τ*ε*Θ*ε*ν. Κ᾽ αὖ*θ*ις εἴ τι ὧδε τ ὁ*π*οίας ἂν ἐλ*ο*υθερίας ἐσ*τ*ι, *ἤ* κ᾽ τ*ν* ὑ*π*ὲρ τούτ*ν* ἀ*γ*ώνων, τ*ῦτ*ο ἐνι *Θ*Δ*ϕ*δέκατ*ῳ* βιβλί*ϕ*. Ἐ*π* ὃ Ϛ τι ὧδε *ν*ομ*ῆ*ς, κ᾽ τ᾽ αὐ*τ*ῆς κλ*ή*σεως, κ᾽ τ*ν* εἰσαγομ*ν*ων αὐ*τ*ῶν αἰ*τ*ι*ῶ*ν, εἰς ἓν ἀ*π*ηθεμ*ν*θα συ*ν*λ*ε*γμ*μ*α· κ᾽ εἴ τι *γ*ε ὅλως ὧδε δικαιικ*ῶ*ν ἐσ*τ*ι λ*ο*ιπὸν ἀ*π*οφάσεων τε, κ᾽ τ*ν* ὂν τούτοις τινὰ κ᾽ σ*Φ*ῶν αὐ*τ*ῶν ὁμολογ*ν*ίων, κ᾽ τ᾽ τ*ν* ὄντων ἀναχωρ*ή*σεως, κ᾽ δανειστικ*ῆ*ς τε κ*ϕ*λ*ῆ*ς, Ϛ *ω*ρ*ί*σεως, κ᾽ τ᾽ τ*ν* *π*ραγμ*ά*των Δ*ϕ*κ*ε*λύσεως τε, κ᾽ κηδεμον*ί*ας, κ᾽ ἵ*μ* τι *π*αθ*ῇ*ν τὰς δανειζούσας βλά*Θ*Θ, Ϛ τ*ῦτ*ο ὁμοίως εἰς ἓν ἤ*θ*ροισ*τ*αι βιβλίον, Ϛ τ᾽ τ᾽ interdictωn τε τρόπον ὁ *π*λείοσιν ἑνὸς Θ*Δ*ϕδεδώκαμ*ν* βιβλί*ῳ*. ὁ*π*οῖ*δ*ὴν τε ἐπὶ τοὺς Θ*Δ*ϕγρ*α*Φὰς, κ᾽ τὰς ἐπ᾽ αὐ*τ*ῆς τε*λ*υ*τ*ώσας ἐχωρ*ή*σαμ*ν* χρόνους. κ᾽ τ᾽ μ᾽ τ᾽ ὀκ*τ*ὼ τε κ᾽ ἀ*γ*ώνων ἀ*π*ερ*ί*αμ*ν*τα τρόπον, κ᾽ συ*ν*η*γ*άγαμ*ν* τὸ *π*ᾶν δ᾽ τ*ῦτ*ο μέρ*Θ*, ὥσ*π*ερ ἡγ*ῆ*σ*τ*αι τὸ ὧδε Τ Δ*ϕ*κ*ε*λ*ῆ*χ*ῦς, ὡς εἰ*ρ*ήκα*μ*ν, *γ*εγραμμένα, εἰς ὀκ*τ*ὼ βιβλίων ἀριθμ*ὸ*ν, ἓκτ*ν* δὴ τ*ῦτ*ο μέρ*Θ* τ*ῆ*ς ὅλης συ*ν*θέσεως ἀ*π*οθέμ*ν*οι.

§. 8. Τὸ ὃ δὴ Θ᾽ *π*αντὸς τελ*ε*υτ*ά*ιον, ὅ*π*ερ ἕ*Θ*δομ*ν* ἀ*π*άσης ἐσ*τ*ὶ τ᾽ *π*ραγμ*α*τείας, ἐξ βιβλίων ἀριθμ*ὸ*ν ὡ*ρ*ισμ*έ*νον, ἀρξάμ*ν*ον μ*ὲ*ν ὀ*π* τ᾽ ἐπιτρ*ο*πτ*ή*σεων· Δ*ϕ*ᾳδαίνον ὃ Δ*ϕ* τε Τ ὑ*π*ὲρ ἐ*γ*κλ*ή*μ*α*τος *γ*ε*γ*αμ*μ*ένων, κ᾽ τ᾽ τ᾽ *χ*ρεῶν κ*ϕ*λ*ω*λύσ*ε*ως, κ᾽ Δ*ϕ*αλύσεώς τε, κ᾽ ἐλ*ο*υθερίας αὐ*τ*ῶν, Ϛ τ*ν* εἰσαγομ*ν*ων ὀ*π* τ᾽ *π*ερ*ί* τ*ν* Θ*ρ*αύ*τ*ερον *ν*ομοθεσίας ἐ*π*ιτρ*ο*πτ*ή*σεων· ἀ*φ*᾽ ᾧ ἀ*π*αυ*τ*ῷ δύο *π*υρ᾽ ἡμῶν συ*ν*ε*π*τυ*χ*θεν βιβλίοις· κ᾽ τοὺς τε ἐμ*π*εσό*Θ*ε*ν*, ὐδὲ εἰ*π*εῖν ἔσ*τ*ιν, ὅσα *κ*ϕ*λ*ε*ῖ* τ᾽ ὑ*π*ὲρ Τ ἐ*γ*κλ*ή*μ*α*τος λόγ*ν*, Ϛ ἀ*π*αυ*τ*ῷ κ*ϕ*λ*ύ*ε*ι τ᾽, ὁ*π*ό*τ*ε τ᾽ Τ μελ*λ*ο*ν*τέρων ἐσ*τ*ὶ ἀ*μ*ελ*ῆ*σ*α*μ*ένων, ὥσ*π*ερ ἰδ*ι*ω*τ*ικ᾽ κ*ϕ*λ*ύ*σ*ε*ι*ν, ὅσ*τ*ε τ᾽ ἐ*χ*ὶ τε*λ*ε*υ*τ*ῆ*σ*α μ*ν*ήμ*η* σ*Φ*ονορ*μ*ίζ*ε*σ*θ*αι, ἀλ*λ*᾽ τ᾽ Τ Extraordinariωn ἐ*α*ν*ῖ*σ*ι ἐ*π*ιδ*ῆ*σ*ι ἐ*π*ονομ*ί*αν· ἀναβαίνον ὃ κ᾽ εἰς τὰ δημ*ό*σια Τ ἐ*γ*κλ*η*μ*ά*τ*ω*ν, ὥσ*π*ερ σ*Φ*οδ*ρ*ό*τ*α*π*ᾶ τε ἐσ*τ*ι, κ᾽ μεγ*α*λ*ῶ* ἐ*Φ*᾽ ἑ*α*υ*τ*ῖ*ς* κ*ϕ*λεῖ τ᾽ *π*οιν*ῶ*. Δύο ὃ κ᾽ αὖ*θ*ις *π*ε*ρ*ὶ τ*ν* βιβλί*ω*ν· τ*ῦτ*ο δὴ τὸ ὧδε Τ ἀ*μ*Φ*ι*ελ*η*μ*ά*τ*ω*ν τε, κ᾽ ἐ*γ*κλ*η*μ*ά*τ*ω*ν συ*μ*έ*χ*σ*ι*ν· Θ*ε*σ*α*να*μ*ε*μ*ι*κ*λ*ί*αν γὰ αὐ*τ*οὺς τὸ ὧδε Τ ἐ*π* ἐ*γ*κλ*η*μ*ά*σ*ι*ν μ*ὲ*ν ἀ*λ*ισκομ*έ*νων, ἐ*α*ν*ῖ*σ*ι ὃ ἀ*Φ*α*νε*ῖ*ς κ*ϕ*λ*ι*σ*τ*ῶ*ν, Ϛ Τ ὄ*σ*ης αὐ*τ*οῖς ὠ*Φ*ελ*ι*σ*ί*α*ς, Ϛ τ᾽ ἐ*π*α*γ*ομ*έ*νης τοῖς κ*ϕ*λ*ω*δεδ*η*κ*ω*σ*μ*ένοις *π*οιν*ῆ*ς, *ἤ* συ*γ*χ*ω*ρ*ή*σεως. Ἀ*ρ*χ᾽ δὲ *ἡ*μῖν ἑτέρ*ῳ* βιβλί*ῳ* *π*ά*λ*ιν, ὁ ὧδε Τ ἐ*Φ*ί*σ*ε*ω*ν *γ*ενέ*ι*ᾳ λόγ*Θ*· κ*ϕ*ίνος ὢν εἰ*κ*ότως κ᾽ τ*ν* ψ*ή*Φων, τ*ῶν* τε εἰς *χ*ρ*ή*μ*α*τα, τ*ῶν* τε εἰς ἐ*γ*κλ*ή*μ*α*τα Φερομ*έ*νων. Ὁ*π*όσα ὃ ὑ*π*ὲρ τε *π*ολιτ*ῶ*ν, ὑ*π*ὲρ τε βακλ*ί*ων, κ᾽ λείτ*ε*ργ*μ*ένων, κ᾽ τ*ν* δημ*ο*σίων ἔρ*γ*ων, κ᾽ *π*αν*η*γύρ*ε*ων, κ᾽ *π*όρων ἐ*π*αμ*β*λίας, κ᾽ *π*οικίλων ἐρωτ*ή*σεων, κ᾽ τ᾽ δημ*ο*σίας Δ*ι*αγρα*Φ*ῆς *ν*ενομοθέτ*η*τ*α*ι τοῖς *π*άλαι· ὅσα τε ὡς ὑ*π*ὲρ Τ *π*ᾶν *π*ρ*ά*γ*μ*α τ*ν* ἐ*π*ηκ*ό*τ*ω*ν ἐσ*τ*ὶ ἀ*ν*ομ*ί*α*τ*α, κ᾽ τ*ν* ὂν κ*α*νόσ*τ*ιν εἰ*ρ*ημ*έ*νων τοῖς *π*άλαι. τ*ῶν*τε ἅ*π*αν*τ*α τὸ τελ*ε*υτ*α*ῖον ὧδε τ*έ*υχ᾽ βιβλίον. Τ*ῦτ*α δὴ Θ᾽ συ*ν*ήμ*μ*εθ᾽, ὥσ*π*ερ δ*ρ*χ᾽ τὸ ὧδε τ*ν* ἐ*π*ερ*ω*τ*ή*σεων, ἐσ*τ*ὶν ἔκ*Θ*ον μ*ὲ*, ὅσον *π*ως τ*ν* οἰκ*ε*ίαν δ*ρ*χὴν κ*ϕ*θεστ᾽ *π*αντ*ή*κοσ*τ*ον ὄ*ν*, *π*ως τὸ ὅλ*ω* τ᾽ συ*ν*θέσεως ἁ*ρ*μον*ί*αν.

§. 9. Ἄ*π*αξ ἅ*π*αυ*μ*α συ*μ*πεδ*ε*ῖτα*ί* τε, κ᾽ ὀ*μ*π*ε*π*ό*ν*η*τ*αι κ*α*λ*ῶ*ς τε, κ᾽ τ᾽ *π*ερ᾽ ἡμῶν κελ*ε*ύσε*ω*ς ἀ*ξ*ίως Θ᾽ Δ*ι*᾽ τ*ν* Τε*λ*ω*ν*ιαν*ὸ*ν Θ᾽ ὑ*π*ερ*ξ*ε*Φ*ῶς τε Ϛ σ*Φ*ω*Φ*ώ*τ*ατ*ν* Μαγ*ί*σ*τ*ρ*ο*ν, κ᾽ Α*π*ρκυναισ*τ*όρων τ*ῶν* ἡμ*ε*τέρων βασιλέων, Ϛ ὑ*π*ά*τ*ων, ἀν*δ*ρὸς ἐν*Θ*ε τ*ῦ* σ*Φ*ρ*ᾶ*γ*ι*τ*ε*ι*ν, ἐν*τ*ε τ*ῦ* ῥ*η*Θ*ρ*ο*ῦ*ν, ἐν*τ*ε τ*ῦ* τὰς *ν*ό*μ*ας *γ*ρ*ά*Φ*ε*ι*ν εὐδοκιμε*ῖ*Θ᾽, τ*ῶν* ὑ*μ*ε*τ*έρων ἐ*μ*π*ε*σό*Θ*ε*ν ἐδ*ε*ὲ *π*ῆμέ*ν* σ*Φ*ρ*ά*γ*ι*σ*τ*αι, τ*ῦτ*ο ἐ*π*ὶ Κ*ω*ν*σ*τ*α*ν*τ*ί*ν*ου τε Θ᾽ μεγαλο*π*ρ*ε*π*ε*σ*τ*ά*τ*ου κ*μ*ι*τ*ο*ῦ* Θ᾽ *θ*είων λαμ*π*ρ*ι*λί*ω*ν, κ᾽ αὐ*λ*ιγρα*Φ*έως Θ᾽ *θ*είας σκ*ε*υ*ῆ*ς, τ*ῶν* τε *θ*είων λι*Θ*έων, κ᾽ τ*ῶν* βασιλικ*ῶ*ν Δ*ι*γ*ν*ώσ*ε*ων, *χ*ρησ*τ*ὸν ἑα*υ*τ*ῷ* δ*ρ*έξ*ω* *ἡ*μῖν σ*Φ*ῶν ἀ*π*αυ*τ*α Θ*Δ*ϕ*χ*ομ*έ*νων Ϛ *π*ως γε Θεο*Φ*ίλ*ῳ* Θ᾽ μεγαλο*π*ρ*ε*π*ε*σ*τ*ά*τ*ῳ Μαγ*ί*σ*τ*ρ*ῳ*, κ᾽ *ν*όμ*ω*ς ἐ*π*ὶ Τ βασιλ*έ*Θ᾽ τ*ῶ*δε τ*ῆ*ς *π*όλ*ε*ως σεμν*ῶ*ς τε κ᾽ ἀ*ρ*ε*ύ*π*ν*ω*ς, Ϛ τ᾽ διδ*α*σκαλικ*ῆ*ς ἐ*π*ιτηδ*ε*ύσ*ε*ως ἀ*ξ*ίως διδ*ά*σκοι Θ᾽· κ᾽ Δ*ω*ρ*Θ*έ*ῳ* Θ᾽ μεγαλο*π*ρ*ε*π*ε*σ*τ*ά*τ*ῳ Κυαισ*τ*ω*ρ*ί*ᾳ, κ᾽ διδ*α*σκάλ*ῳ* σ᾽ *τ*ῆ *τ*ῶν *ν*ομ*ω*ν ἀναδε*δ*ε*γ*μ*έ*νῃ *π*όλ*ῃ*, Φ*ῶ*μ*ὸ*ν ὃ τὸν αὐ*Θ*ά*δ*η *τ*ε, κ᾽ ὠ*Φ*ε*λ*ι*μ*ω*τ*ά*τ*ην τ*ῶν* Βηρυτ*ί*ων μη*τ*ρόπολιν· ὃν ἡ ὧδε αὐ*τ*ὴ *χ*ρησ*τ*ὴ δ*ρ*έξ*α*, κ᾽ εἰς ἡμᾶς ἤ*γ*αγ*Θ*, Ϛ τ*ῶν* *π*αρ*ό*ν*τ*ων *μ*ε*θ*εχ*ε*ῖν *π*ρ*ο*τρ*έ*ψ*α*ς *π*ά*ν*ων. κ᾽ Ἀ*ν*α*Θ*ό*λ*ιο*ν τε Θ᾽ μεγαλο*π*ρ*ε*π*ε*σ*τ*ά*τ*ῳ Μαγ*ί*σ*τ*ρ*ῳ*, ὃς δ᾽ κ᾽ αὐ*τ*ὸς Θ᾽ Δ*ι*᾽ Βηρυτ*ί*ους τὰ ὂ*ν* *ν*όμ*ω*ν *π*αιδε*ί*ᾳ *π*ολ*ῇ* κ*α*λ*ῶ*ς, ἀ*λ*᾽ *ἡ* σ*Φ*ε*τ*έρ*α* τελ*ε*υτ*ῆ* σ*Φ*ρ*ά*γ*ι*σ*τ*ος *μ*ε*τ*᾽ ἐ*π*ιστ*ή*μ*η*ς *π*ολ*ῇ* Φ*ῶ*τ*α* *π*ερ*ι*ε*π*ο*ί*η*σ*ε, Φ*ῶ*τ*α* ἐ*ξ*ε*ρ*γ*α*σ*τ*ή*ν* τε Θ᾽ Δ*ι*δ*α*σκ*ά*λ*ο*υ τὰ *ν*ομ*ί*σ*μ*α *π*ε*υ*Θ᾽ *τ*οῖς ἐ*μ*π*ε*σό*Θ*ε*ν Θ᾽ *π*ερ*ι*ε*π*ο*ί*η*σ*ε *τ*ε· ἐ*π*ειδ᾽ *π*ο*λ*λ*ά*, Ϛ ὐδὲ ἀ*ε*ὶ *μ*ε*θ*᾽ ἡ*δ*ον*ῆ*ς ῥᾳδί*ω*ς, *μ*ε*ζ*ό*τ*ε δ᾽ εἰκ*ό*μ*ω*ς εἰς τὸ κρ*ε*ῖ*τ*τ*ο*ν, κ*ω*ν ἐ*π*ὶ *β*α*σ*ιλικ*ῆ*ς *π*ινὶ τ*ῶν* *π*ε*λ*αιο*τ*έρων αὐ*τ*οκρ*α*τόρων Δ*ι*᾽ αὐ*τ*ῆ*ς*, Θ*ε*ὸς ἄλλοις ἐ*ρ*ύσ*Θ* χ*ή*μ*α*. τὸ *μ*ὲ *π*ρ᾽ ὀ*ν*όμ*α*τος τοῖς ἐ*μ*π*ε*σό*Θ*ε*ν ἐ*Φ*υλάξ*α*μ*ε*ν· τὸ δὲ τ*ῶν* *ν*όμ*ω*ν ἀλ*Θ*ε*ι*αν ἡμ*ε*τέραν ἐ*π*οι*η*σάμ*ε*Θ᾽· ὡσ*π*ὲρ κ᾽ ἐ*π*ὶ σ*α*σιαζό-

μενον

μῶν εἰκότως ἐῶ· (πτωχὸν γὰρ καὶ πενιχρὸν ἀπεικάζω τὸν δεήσεται τι τῆς ἐμῆς, καὶ οἷς σπάνις ἐπικουρίας πάλιν ἔχειν νομῶν.

§. 11. Ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν καὶ πᾶσι μετρίαν εἰσαγωγὴν ποιήσασθαι τῶν ἡμῶν νόμων διατάξεων, καὶ τῶν μειζόνων διδασκαλίαν ἐγχειρίσαι, δεῖ τὰ τρία ἡμῶν ἐν καθηλιπομένῳ σχεδίασε· ἀλλὰ Τριβωνιανὸν τὸν εὐδοξότατον, καὶ ἐπὶ τῶν ὅλης νομοθεσίας ὑπηρεσίαν ἐπιτετραμμένον, καὶ Θεόφιλον καὶ Δωρόθεον τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους, καὶ σοφωτάτους ἀνακλητοὺς ἐκελεύσαμεν ἐν τῶν πρὸ ἡμῶν χρόνων εἰσαγωγὰς συγκειμένων τὰ καιροτάτα τε, καὶ κρατίστα, καὶ ὅσα τοῖς νεωτέροις νομοθέταις συμφέροντα πραγμάτων, ταῦτα ἐξελεῖν, καὶ ἀβρύνειν, καὶ εἰς ἡμᾶς ἀγαγεῖν, μεμηκὸς ἢ κατὰ τὴν ἡμετέραν Δικαιοσύνην, ἃς εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἐμπροσθεν πεποιημένων· καὶ ὅτι σωζόμενον βιβλίον πάσαρες, ὃ καλοῦσι Instituta νενόμισται· καὶ δὴ καὶ τῶν τοιούτων τὴν σωζομένην ἀποσπάσαι ἡμᾶς, καὶ εἰς ἕνα πάντα καλῶς σκευάσαι νόμον, καὶ Δικαιανοῖς καλοῖς τε ἔχειν, καὶ κατὰ ἡμέτερον σκεφθῆναι, τὴν ἡμετέραν εἶναι καὶ τῆς τοῦ βιβλίου ἀπαιδευσίας, καὶ τὸ γε τῶν τῶν ἡμετέρων Δικαίων ἐγκωμιάζειν ἐκεῖνο ἔχειν αὐτὸ παρ' αὐτῶν, ὧν ἐν ἀρετεμεῖς ἐν βιβλίοις ἐκλεχθήμεν, ἅπασιν ἐδηλώσαμεν.

§. 12. Οὕτω τοίνυν τῶν Ῥωμαίων νομοθεσίαν τάξεως, καὶ ἐν τελοῦν τοῖς ἅπασι βιβλίοις τε, καὶ ἑνιαυσίοις περιγραμμασι τοσοῦτον σκήπτρου· ἀφ' ὧν ἐν τῶν ἐγκλίσεων ὑπὲρ ἅπασαν ἐλπίδα τε ἢ πλείονα, μεθ' ὁσῆς ἡμεῖς βαθεῖαν εἶναι τὸ πραγμα ἐδείξαμεν, ἐδὲ εἰς δικαίων ἔτῶν ὅλον συντελοῦσιν ἐπερόδοκήσεν, εἰς μῆνας τρεῖς ἐνιαυσίων ἀπεπλεκτοῦσιν τάχος· καὶ τὸ διαπότη Θεῷ καὶ τοῦτον ἀναθέντες τὸ ἄθλον τῇ καὶ εἰρήνῃ ἄγειν, καὶ πολέμους καθεῖδεν, καὶ νομοθετῆσαι πανὰ τὸ τι σοὶ ἡμῶν, τῷ τε ἐφ' ἡμῶν, τῷ τε μεθ' ἡμᾶς ἔρονα ἀδρησαμβρὸν· δίκαιον ἀῤῥήμαν, ἅπασιν ἀνθρώποις ποιῆσαι φανερὸν τὴν ἡμετέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἀσπουδὴ τε, καὶ σωτοιαν, ὅπως ἂν τὸ ἐμπροσθεν ἀπακλαγότες παρεχῆς τε καὶ συζύσεως, καὶ πρὰς ἐχώσης ἀδὲν νομοθεσίας, χρησιμὴν νομοις ὀρθοῖς τε, καὶ σωθμοις, καὶ πᾶσιν ἀσυγκρίτοις, καὶ τῶν τῶν δικῶν σωτάκεσιν ἀσπασομένοις, καὶ ἀσφαλεστέροις γε ἅπασιν τοῖς βιλομένοις ῥᾳδίως εἰς κῆσιν σὺν ἐπὶ πολλῶν διορίσεως χρημάτων, ἵνα τὸ τῶν ἀρχόντων ἐκείνων βιβλίων ἀθροισθεν πλῆθος, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγῳ πυμάλι τοις τε πλουτοῦσι ὁμοίως τοῖς τε ἐξ ἐλαττόνων ὁρισμένοις κτίσας, ἀδίκων τοις ἐκείνων παρεχομένοις κλήσεως.

§ 13. Εἰ δὲ πολλὰς οὕτω δὲ καὶ νυῦ ἠθροισμένας, καὶ ἐκ τοσούτων μυριάδων συλλεχθῆναι, δέξειεν ἔχειν ὁμοίως· (τάχα δ' οἰόμεθα ἀσαινον ἰσταθεῖ) πολὺ ἀλλὰ τοῖς τῶ ἀνθρωπίνης ἰσχασμβρίοις φύσεως, σὺν ἐξ δικαίας ἀπελογίας· ἀδὲ τὸ δέξειεν εἶναι· τὸ γὰ Δία πάντων ἀνάδωσιν, θείας ἂν εἴη μόνης, ἀλλ' σὺν ἀνθρωπίνης ἰσχύος, καθὰ ἐν τοῖς ἐμῶν εἰρηται· πολὺ ἐστι, ὅπερ καὶ τῶν τὸ ὁμοίων παρεδεξάμεθα θεσι, ἢ τὸ πανκειμένων πραγμάτων τῶν ἀπαιδεύτων τὸ δεῖν τοῦδε πλείοσιν ἐφαρμοδῶσαι τόποις, ἢ ἂν συμπεμιχθεῖ τινὶ ξένῳ τὸ δοκὲν ὁμοιον τῷ ἀφθεν καὶ δύσκριθον αὐτῶν τῶν διαίρεσιν εἶναι, ἢ ἐν τῷ πολλάκις φυλαχθῆναι τὸ τὸ ὅλης θεωρίας συνεχὲς, καὶ μὴ Δία πασαφοδῶσαι τὸ νῦν τῇ τὸ ἤδη μεγραμμένων ἀφαιρεσεῖ ῥημάτων· πολὺ δὲ τὸν εἴ ἐν ἐν παρελιπίσι Δία τὸν ἐν πράγμασιν ἀναγκαῖον, ἀλλ' ἔστι βραχὺ, καὶ ἀδέμιαν ἐαυτὸ σχεδὸν παρεχόμενον αἰσθησιν.

§. 14. Ταῦτα δὲ τῶν καὶ ἐπὶ τὸ ἤδη νενομοθετημένων ἐν ταῖς βασιλικαῖς Δικαίαξεσιν ἐφυλάξαμεν· τὰ δὲ σκείνας εἰρημένα, καὶ τοῦτο πεθῶσι τὸ βιβλίον ἐν σωεχωρήσειμεν, πολὺ ὅσον σὺν ἐν ἓν πνὶ ἐνιαυσίῳ ἐνιστάσῃ τὸ ὁμοιότητον αἰδῶν.

§. 15. Ἐναντίως δὲ τοῖς ἄλλοις ἴσως τινὰ νόμον τὸ ἐπὶ τῷ βιβλίῳ τούτῳ κειμένων, σὺν ἂν τις ἐύροι ῥᾳδίως εἰ γε Δία πάντων τὸ ἐναντιοτῆτον ὁρων διεξελθεῖν ἀποδύσειεν· ἀλλ' ἔστι τὸ Δαφορον, ὃ ἐνδεχέσθην ἀλλοιοτέραν ἴσως τῷ ἕτερον ποιεῖ τῶν τοῦ νόμου θεσιν.

§. 16. Εἰ δὲ καί τι τυχὸν παρεῖται τὸ πεθεῖναι δεόντων· (εἰκὸς γὰ καί τι τοιοῦτο συμβεῖναι) Δία τὸν τὸ ἀνθρωπίνης ἀδυνέτειαν φύσεως, ἀλλὰ τῷ σωστὶ κρίνοιον ἂν εἴη τοῖς ἡμῶν ὑπηκόοις, πολλῶν ἀπηλάχθαι κακῶν δὲ καλυπτεῖν ἴσως ὀλίγα πνὰ τὸ δοκοῦντων ἐπιτηδείων μεμελέσθαι ἀφεδὲν ἀναριθμήτοις ἐγκλήμασιν τε, καὶ ἀποκείμενα, καὶ ἐδενὶ ἀφεδὲν τὸ πάντων γνωσιμα, τοῦτο τε ἕνεκεν Δία λαθόντα ῥᾳδίως.

§. 17. Τοσοῦτον δ' ὄγκον τὸ ἐμπροσθεν γεγραμμένων βιβλίων, ἐξ ἁλαζόνων νομοθετῶν τε, καὶ βιβλίων σκορπισθὲν τε τὸ ἐν δικαστηρίοις ἀγώνων· τὸ μὲ, ἐπειδὴ βιβλίων ἤπορεν· τῶν δ' ἐπειδὲ σὺν ἠκριβοῦν πόνοις πολείοσιν δύρειν τε πολλὰ τῶν χρησίμων σὺν ἰσχυόλων· νῶν δ' καὶ τῶν σωύτειχιν ἠθροίσαμ ταύτῃ πολυς νόμων κρεῖττον ἀεὶ βιβλίων ἀπαιδίων, καὶ μάλις ἐξδυρημένων, καὶ ὧν ἐδὲ τοῖς πρωτοπολείας οἱ πολλοὶ καὶ τῶν σφόδρα δύδοκιμωτάτων ἐπὶ νόμοις ἐμώσκοντων δὲ τῶν ὕλλων ἡμῖν ἀφθονοῦντα ὁ ῥηθεὶς εὐδοξότατος Τριβωνιανὸς παρέχεθ, πολλῶν τῶν βιβλίων, καὶ ἐδὲ ἀεμφιμηδὲν ῥᾳδίων πρὸς γράμμ· ὧν ἀπάντων διαρκῶς ἀναγνωσθέντων, ἠθροίσθη τὸ πυρὸς βιβλία. Καίτοιγε οἱ παρ' ἡμῶν πρὸς τὸν σωαθροισθέντες, πολλοῖς δὴ, καὶ ἑτέροις ἐνέτυχον βιβλίοις, ἐν οἷς ἐδὲν δρόντες πρεδαῖον, οὐδὲ καινὸν πρὸς τι πρόσθεν ἠθροισμένα, τῶν ἐξ αὐτῶν εἰκότως ἀπεδοκίμασαν ἐν τῷ τῷ συγγράμματι τῶν νόμων εἰσφορέων.

§. 18. Εἰ δέ τι τὸ λοιπὸν ἀμφισβητεῖη, καὶ μὴ τοῖς νόμοις τούτοις ἐγγεγραμμένον φανείη· (πολλὰ γὰ τὴν πίφυκεν καινοργεῖν ἡ φύσις) ἀλλὰ βασιλείων ὁ Θεὸς Δία τὸν κρῖναι εἰς ἀνθρώπες, ὅπως ἂν τῖς δεομένοις ἀεὶ τι Δικάσασα, τῶν τ' ἀνθρωπινης φύσεως ἀορισίαν ἀναπληρεῖτε, καὶ ῥηθεῖς πρεκλείοι νόμοις τε, καὶ ὅροις, καὶ ἐχ ἡμέτερον γε τὸν λέγειν μόνον· ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ πάλαι τῶν ἐν νομοθέταις ηὐδοκιμηκότων σοφὸς Ἰουλιανὸς αὐτὸ τὸν φαίνεται λέγων, καὶ τῶν σὺν τ' βασιλείας ἐπὶ ταῖς ἀναφυομβρίαις ζητήσεσιν ἐπικαλλύμβρ ἀναπλήρωσιν, καὶ πρὸς γε Ἀδριανὸς ὁ τ' δυσεβὲς λέξεως, ὅτε τὰ πρὸ τῶν πραλλήλων καὶ ἑτῶν ἐκφαν νομοθεσίαμα, ἐν βραχεῖ νὶ συνῆχε βιβλίῳ, τ' κρατιστον Ἰουλιανὸν πρὸς τὸν πρόσθαλαῶν, καὶ τ' λέγειν, ὃν κοινῷ διεξελθεῖν ἐπὶ τ' πρεσβυτέρας Ῥώμης, αὐτὸ δὴ τὸ τοῦτο φησιν, ὡς εἰπ πρόσθ τὸ Δαπεδαγμβρον ἀνακύψειεν, πρεσῆκον ἐστιν τὰς ἐν ἀρχαῖς τὸν πειρᾶσθαι διαιρεῖν, καὶ ἐκκαπδύειν καὶ τῶν ἐκ τῶν ἤδη Δαπεδαγμβρων ἐκβλαθειαν.

§. 19. Ταῦτα τοίνυν ἅπασιν (φαμὲν ἡ ὑμᾶς τε, ὦ μεγάλη βουλὴ, καὶ ὁ λοιπὸς ἅπας τὴν ἡμετέρας πολιτείας αὐθρωπον) κινώσαντες χάριν ἔ ὁμολογεῖτε Θεῷ, τῷ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις ἀγαθὸν τοσοῦτον φυλάξαντι. βοηθεῖ δὲ τοῖς ἡμετέροις νόμοις, τῶν τοῖς πάλαι βιβλίοις ἐγγεγραμμένων πρόσκοπες εὑρεῖν, εὑρὲ ἀνίεξόμενοι αὐτὰ

(multa autem talia erant ibi repositа,) hoc decisum est, & desinitum, & in perspicuum finem deducta est quæque lex.

§. 11. Sed cum oportebat & aliquam [1] mediocrem [2] Isagogen facere in eorum gratiam, qui recentes leges attingunt, nec majorem doctrinam portare possunt: neque hoc extra nostram providentiam reliquimus, scilicet Tribonianо gloriosissimo, qui & ad totius operis legitimi pubernationem electus est, nec non Theophilo, & Dorotheo magnificentissimis & prudentissimis antecessoribus accersitis mandavimus: ut seligerent ex his quæ apud veteres erant Isagogarum modo composita, ea quæ essent aptissima, & in ipsis rerum argumentis obtinentia, utque colligerent, & nobis offerrent, & ut mentionem etiam facerent nostrarum Constitutionum, quas pro emendatione veteris juris promulgavimus: & ita componerent libros quatuor futuros: prima elementa totius isagoges, quas vocari Institutа visum est, quam sane legitimi operis partem compositam nobis obtulerunt, & nos eam totam consideratam à nobis, & perpensam, rectèque habere visam nostris sensibus non indignam esse judicavimus, & pro nostris [3] haberi Constitutionibus, & nostrarum Constitutionum robur habere justimus: quod & ex his, quæ in proœmiis ejusdem voluminis disseruimus, omnibus manifestum fecimus.

1 De Institutionibus compositis.
2 Institutionum usus. Institutiones *materia magistra, ut hic*: prima elementa legitimæ scientiæ, *Ulp. de iustit. & iur. Inst.* §. 4. prima legum argumenta, prima fundamenta atque elementa. *V. const. ad Senatum.* §. 11.

3 Paulo aliter Theoph. §. *penult. proœm. Inst.* ἐκείνων δὲ τῶν αὐτὰς διατάξεων ἰσχὺν φιλοτιμησάμενοι.

§. 12. Sic itaque omni Romani juris dispositione ordinata, & in tribus integris & voluminibus, & annis, tanto opere perfecto: quod à nobis ab initio omnem spem excedere: circa finem autem, cum jam penetrabilem esse rem docuimus, ne in decem quidem annis totum absolvi posse videbatur: tanta ergo trium [4] annorum celeritate consummato opere, & hac opera Domino Deo oblata, qui dedit, & pacem agere, & bella feliciter dirigere, & leges ponere præterito, præsenti, & futuro tempori, justum esse putavimus, omnibus hominibus facere manifestum nostrum in his rebus studium simul, & providentiam: quomodo nempe priore soluti perturbatione, & confusione, & nullum finem habente juris positione, usuri sint posthac legibus rectis, compendiosis, & omnibus ad manum promptis, & litium compendium adferentibus, & paratis atque expositis omnibus (volentibus) ad [5] facilem adquisitionem, nec amplius egentibus multis pecuniis, ut illorum inutilium librorum congerant multitudinem: sed vilissima pecunia tam ditioribus, quam ex tenuiore profectis patrimonio, copiam sui comparandi præbentibus.

4 De Triennio felici Justiniani.

5 §. 13. *V. const. ad Senatum.*

§. 13. Si quid autem ex multitudine ea, quæ nunc congesta est, & ex tantis myriadibus collecta, videbitur esse simile [& geminatum] (hoc autem putamus rarum esse) attamen humanæ naturæ [imbecillitatem] considerantibus, non extra justam apologiam ne hoc quidem videbitur esse: in nullo enim aberrare, [seu in omni irreprehensibilem, seu inemendabilem esse,] divinæ utique solius non autem mortalis est constantiæ, [seu roboris.] quemadmodum & à majoribus dictum est, deinde est ubi & similium adsumpsimus positionem: vel rebus subjectis id exigentibus, ut oporteret idem pluribus applicari titulis: vel quia cum extraneo loco esset commixtum id, quod simile superiori videbatur, impossibile fuit eam similitudinem detrahi: vel etiam quia sæpe custodienda fuit integra totius theoriæ [6] [seu visionis] continentia, nec [separanda aut] divellenda mens & intellectus [legentium] per eorum, quæ jam scripta fuerant, ademptionem, quin & hoc sicubi adsumptum est propter rei necessitatem: tamen id breve est, nec ullum fere sui sensum præbens.

6 Visiones §. 14. *V. consti. prox.*

§. 14. Hoc etiam ipsum, & in constitutionibus jam inter Imperiales constitutiones relatis, & jure quod ex his resultat, observavimus: nam quæ in illis jam cauta erant, ea nec in hoc volumine poni concessimus, nisi ob aliquam interdum circumstantiam similitudinis aliqua causa relicta est.

§. 15. Contrariam [7] autem aliis legibus legem ex his, quæ in hoc volumine positæ sunt, non facile quis reperierit, si modo ad omnes contrarietatis fines animum intendere festinet, sed [8] ineste aliquid diversum: quod adsumptum alterius generis forte hanc, & illam legis positionem apparere faciet.

7 De Antinomiis.

8 *V.* §. 15. *Const. ad Senatum.* Sed Goveanus legem 8. *in princ. ff. de Iurisdict.* cum lege 22. *in princ. ff. ad l. Aquil.* non potest aliter conciliare, quam si dicat *in d.l.* 8. vel aliter, vel male scriptum fuisse.

§. 16. Sed & si quid forte prætermissum est eorum, quæ poni debebant (forte enim & aliquid tale contigit) propter humanæ imbecillitatem naturæ, multo sane melius est nostris subditis multis inutilibus liberari (legibus), dum privantur forte paucis quibusdam, quæ videbantur idonea, myriadibus prope infinitis defossa, & depositа, & nemini forte mortalium animadversa.

§. 17. Hanc enim ob causam tot libris [9] (quos antea scribi oportebat) destituti judices facilius ex paucissimis juris autoribus, & libris ad finem litium perveniebant, & judicia decidebant vel propter inopiam librorum, vel quia non sufficiebant multis laboribus ad invenienda multa utilia necessariis, & viribus erant impares. In præsenti autem consummatione maximus legum obtinentium congestus est numerus ex libris raris, & quivix inveniri potuerint, & quorum nec nomina nec eraditissimi quidem in legibus complures homines noverant. Quorum sane copiam (seu materiam) nobis uberrimam dictus gloriosissimus Tribonianus præbuit, multorum librorum, & qui vix numerari possunt, suppeditata multitudine, quibus omnibus perfecte lectis, congesta sunt hæc volumina, sed ex horum multis, & variis hi, qui à nobis ad hoc congregati erant, cum nihil inveniissent idoneum, aut novum ab his, quæ jam congregata erant, illationem ex his in hoc opere faciendam optimo animo respuerunt.

9 De libris veterum Jurisconsultorum.

§. 18. Si vero postea aliquid novi [10] controvertitur, quod non apparebit legibus his inscriptum: (multa [11] enim novare novit natura) sed Imperium Deus propter hoc imposuit hominibus, ut emergentia, & legis egentia lege definiat, & humanæ naturæ incertum repleat, & certis concludat legibus, ac regulis, neque hoc nostrum nunc dicimus: sed jam omnium juris conditorum, qui olim claruerunt, prudentissimus Julianus hoc ipsum videtur dixisse, qui & ab Imperiali autoritate implorat fieri legum repletionem in emergentibus ambiguitatibus, & quæstionibus: sed & divus Adrianus piæ memoriæ, quando ea, quæ à Prætoribus quotannis edicta fuerant, brevi complexus est libello, adsumpto ad id optimo Juliano, in oratione, quam in commune habuit in seniore Roma, hoc ipsum quoque ait: ut, si quid præter id quod jam ordinatum est, emerserit, conveniens est, eos, qui in magistratu sunt, illud conari decidere, & remedium imponere secundum eorum, quæ jam ordinata sunt, consequentiam [imitationem.]

10 De novis, ac futuris quæstionibus, & constitutionibus.

11 *Novell. 7. c. 2.*

§. 19. Hæc igitur omnes (dicimus autem vos, magne Senatus, & omnes nostræ reipub. homines,) cognoscentes, gratiam quidem confitemini Deo, qui nostris temporibus tantum bonum servavit: utimini vero nostris legibus, nulli [12] earum, quæ veteribus libris inscriptæ sunt, attendentes: neque ad ea, quæ nunc posita sunt, il-

12 De abrogatis veterum Imperatorum legibus.

las comparantes: quia etsi videantur quædam invicem non consonare, tamen prius [13] illud, & vetustius nobis, ut imperfectum displicuit, nunc autem hoc visum est debere obtinere. Nam prohibemus illis in posterum uti, hæc autem sola observari in republica, & obtinere concedimus, & sancimus, ita ut qui conatus fuerit ex prioribus libris, & non ex his duobus solis, & constitutionum [libro] à nobis compositis, vel factis, uti quibusdam legibus, vel eas in judiciis legere, vel si quis judicaverit ex his, apud se recitari eas passus: falsi [14] reus erit, & publicorum criminum judicatus, & pœnæ addictus: quod etsi non diceremus, vel ex hoc ipso manifestum esset.

13 *V.* §. 11. *S. Confirm. ad Senat.*

14 *Argum. l. ult. ff. de falsis.*

§. 20. Sed & hoc optimum fore judicavimus, præponere Digestorum volumini & veteres juris conditores & illorum volumina [15], & unde collectio facta sit legum nunc à nobis congestarum, quod & fieri jussimus, & factum est: & simul ea, quæ de his rebus conscripta sunt, supponi huic divinæ nostræ Constitutioni præcepimus, ut omnibus fiat manifestum, & quid prioris inexperientiæ limul, & incertitudinis esset, & quid à nobis sit adinventum. Legislatores autem, seu legum interpretes illos congessimus, qui apud omnes probati & recepti erant, & prioribus Imperatoribus placuerant, & qui ab his nominari meruerunt. Si enim aliquis nondum veteribus Legislatoribus cognitus est: nos & huic interdiximus hujus voluminis communicationem. Omnibus sane his positis unum ordinem, & dignitatem parem dedimus: nulli cuipiam majore, quam cæteris, data prærogativa. Si enim his, quæ ab illis scripta sunt, omnibus imperialium Constitutionum [16] dedimus robur: quid est, quod in his amplius, quodque minus haberi debeat?

15 Quænam volumina à veteribus Jurisperitis composita.

16 *V.* §. 12. *S. cod.*

§. 21. Illud autem, quòd statim, cum hanc compositionem legum congregari mandaremus, jussimus: iterum & nunc sancimus illud confirmando: omnibus similiter interdicimus, ne quis audeat hominum, qui sunt nunc, aut in posterum erunt, commentarios [17] scribere harum legum, præterquam si velit quis in Græcam linguam hæc transferre, quem etiam volumus sola secundum pedem, seu κῶ [18] πόδα nuncupata uti legum interpretatione: & si quid secundum nominatorum paratitlorum (ut conveniens est) adscribere voluerint usum: aliud autem nihil omnino, ne tantillum quidem circa ea facere, nec rursum dare seditionis, & dubitationis, aut infinitæ multitudinis legibus occasionem, id, [19] quod antea in antiqui Edicti factum est ordinatione: ita ut illud brevissimum constitutum ex differentium commentariorum differentia, seu diversitate in infinitam extenderetur multitudinem. Si quid enim forte ambiguum fuerit visum vel litium certatoribus, vel his, qui rebus judicandis præsunt, hoc Imperator interpretabitur recte: nam hæc facultas illi soli [20] à legibus permissa est. Itaque quisquis ausus fuerit ad hanc nostram legum compositionem commentarium aliquod adjicere, aliter atque nostræ hujus jussionis forma præscribit: is sciat, quod & ipsi falsi reo legibus futuro, & quod composuerit, eripietur, & modis omnibus corrumpetur.

17 Quales legum commentarios esse oporteat, § 21. *S. constit. præx.*

18 Κατὰ τὸ δὲ videtur idem significare hoc loco, quod περιφραστικῶς.

19 Quod vitium videtur Cains summo studio fugere velle, *l. 1. ff. de orig. jur.*

20 Imo & Senatui. *l. 9. ff. de legib.* & subditis, atque judicibus, *l. 12. l. 13. l. 37. l. 38. ff. de legib.* & Episcopis, *l. 6. C. de sacrosanct. Eccles. & populo l. 9. circa princ. ff. de just. & jure.*

§. 22. Eadem pœna imposita & adversus eos, qui notis [21] [seu signis] quibusdam in scriptura utentur (quæ signa singlas [22] vocant), & qui per ea conturbare scripturam tentaverint, siec per totam consequentiam literarum numeros, & nomina veterum prudentum, & totam legum positionem scripserint. Sciant etiam librorum ita scriptorum comparatores se inutilis fore libri dominos: neque enim damus licentiam talibus libris in judiciis uti, & aliquid agere, etiamsi contingat librum in ea ipsa parte, quæ recitatur, nullum habere tale signum, [aut notam] sed in alia quacunque sui parte, quamvis semel tantum id admissum sit. Itaque ipse quidem eum librum pro non scripto prorsus habebit. Is autem, qui eum scripserit, & ignoranti emptori dederit: solvet duplum ejus æstimationis ei, qui ita in quantitate damnum passus fuerit, nihilominus instiganda criminali [23] pœna. Hoc etenim & in aliis constitutionibus ea de re positis scripsimus, tam his, quæ Latina processerunt voce, quam ea, quæ Græcorum lingua, quam quidem ad legum Professores rescripsimus.

21 Libros legum notis non esse describendos.

22 Vide §. 7. *const. ad anteced.*

23 Falsi. § 21. *S. constit. ad Senat.*

§. 23. Hæc igitur volumina (Institutorum, & Digestorum dicimus) ex fine tertii nostri felicissimi consulatus suum robur obtinere sancimus, id est, ex ante tertium Kalend. Januariarum præsentis duodecimæ indictionis, in omne ævum valitura, & una cum imperialibus constitutionibus vigorem & locum habitura tam in his, quæ postea [24] emerserint, quam in his, quæ in judiciis adhuc pendent, necdum amicalibus tradita sunt transactionibus: quodcunque enim hactenus vel judicatum, vel tractatum est, retractari non sustinemus. Quem quidem consulatum tertium nobis nominatissimum dedit Deus, quando & sub ipso pax [25] cum Persis confirmata est, & hoc tantum legum volumen repositum est: quod à nemine majorum unquam excogitatum fuit, atque ad hæc tertia pars mundi (dicimus autem totam [26] Libyam) nostris adjuncta est sceptris: omnia hæc à summo Deo, & Servatore nostro Jesu Christo dona tertio nostro consulatu indulta.

24 Vide *l. 7. C. de legib.*

25 *Procopius de bello Persico.*

26 *Procopius de bello Vandalico.*

§. 24. Omnes itaque laudatissimi Reipublicæ nostræ magistratus, hanc divinam nostram susipientes constitutionem, ut utantur prædictis nostris legibus, unusquisque in suo procurabit judicio. Præponet autem eam in maxima & regia hac urbe & ejus gloriosissimus Præfectus. Curæ autem erit excellentissimo & laudatissimo nostro Magistro, & gloriosissimis atque beatissimis Præfectis sacrorum nostrorum prætoriorum, tam his, quæ ad solem orientem, quam in his, quæ in Illyride: necnon his etiam, quæ in Libya sunt, per sua Edicta his, qui sub ipsis ordinati sunt, ista facere manifesta, ad omnium nostrorum subditorum inexcusabilem notitiam. Data XVII Kalendas Januarias, Domino nostro Justiniano perpetuo Augusto III Consule. 533.

τοῖς τὰ νεῦ κείμενα· ἀλλ' ὃ τὸ κῶ εἰ δοκεῖν τινὰ πῶς ἀλλήλοις μὴ συμφέρεσθαι, ἀλλ' ἓν τὸ μᾶλλον πρότερον ἡμῖν ὡς ἀλυσιτελὲς ἀπαγόρευσθαι, τὸ νεῦ ἢ τάττε δύεσθαι κρατεῖν· κ' ἡμᾶς προσῆκεν ἀκείνοις τὸ λοιπὸν χρῆσθαι· ταῦτα δὴ ἓ μάνα πολιτευσάμενοι τε, κ' κρατοῦντες συγχωρεῖμεν τε. ἓ ἱκετεύομεν ὡς ὰν ἐπιχειρῶν ἐκ τῦ ἱμπροσθεν βιβλίων, ἀλλ' ὅσα ἐκ τάττων δὴ τῦ δύο βιβλίων μόνων, κ' τῦ Δ' φαιρέσεων τῦ παρ' ἡμῶν συντεθέντων, ἢ ἠνορθωμένων, χρῆσθαι πᾶσι νόμοις, ἢ τάττας ἐν δικαστηρίοις ἀναγινώσκειν, ἢ εἴτα δικάζει, τάττων τῶ αὐτῦ δεικνυμένων ἀνέχεσθαι, ὥσ' ποιήσεως ἔνοχον ἔσεσθαι, ἓ δημοσίων ἀδικημάτων κελεύεις τὸ τ' ποινῆς, εἰ ἓ μὴ λέγεμεν, ἀπ' αὐτῦ τε δῆλον, ὡς τυγχάνετε.

§. 20. Καὶ τῶρ ἦ ἄριστον εἶναι κρίνοντες, τὸ προθεῖναι δ' τῦ Digeston βιβλίοις, κ' τοῖς ἐμπροσθεν νομοθέταν, ἓ τὰ τάττων βιβλία, κ' ὅθεν ἡ συλλογὴ τῶ νεῦ ἡμῖν ἀθροισθέντων ἐγδύσε νόμων, τῶρ τε χρείαν προσετάξαμεν, κ' δὴ ἓ γέγονεν, κ' ἅμα γε τὰ ἐκεῖ τάττων ταυτηθῆναι τῇδε τῇ θείᾳ ἡμῶν Δ' φαιρέσει παρεκελευσάμεθα· ὅπως ἂν ἅπασιν ἡ φανερὸν, τί μὲ τὸ τ' προτέρας ἀπειρίας τε, ἓ ἀορισίας ἦν, τί ἦ τὸ παρ' ἡμῶν ἐξευρημένον. Νομοθέτας ἦ, ἤτοι νόμων ἑρμηνεύσας, ὁπόσους ἠθροίσαμεν, οἳ πᾶσι δεδοκιμασμένοι καὶ ἀρέσασι, κ' τὰς ἐμπροσθεν ἀρίσεως αὐτοκρατόρας, ἓ τ' παρ' ἐκείνων τυχάντες μνήμης· εἰ γάρ τις τ' κ' τοῖς παλαιοῖς νομοθέταις γνωρίζομένων ἐστὶν, τάττω ἦ τ' προτέρω τῶρ τὸ βιβλίον μείζονας ἀπηγορεύσαμεν. Πᾶσιν γε μὴν τοῖς ὑπ' αὐτῶ κειμένοις μίαν τεῖχιν τε, κ' ἀξίαν δεδώκαμεν, ὥσ' ἐνὶ μείζονος αὐξηντίας τῶ Δ' τ' ἑτέρου φιλοτιμηθέισης. εἰ γὰ τοῖς παρ' αὐτῶν γεγραμμένοις ἅπασιν βασιλικῶν Δ' φαιρέσεων δεδώκαμεν ἰσχύν· τί ἂν ὑπὲρ τάττοις μείζον τις, ἢ ἔλαττον ἔχειν δοκοίη;

§. 21. Ἐκεῖνό γε μὴν δεύτε τε τῶν νομοθεσίαν ἀθροισθῆναι ταύτῶν ἐγκελευόμενοι, νεῦ ἦ αὖτις αὖτῶ βεβαιοῦντες ἅπασιν ὁμοίως ἀπαγορεύομεν, τὸ παράπαν μηδένα ἐκφέρειν μήτε τ' νεῦ ὄντων, μήτε τῶν ὕστερον ἐσομένων τάττων δὴ τ' νόμων ὑπομνήματα γράφειν· πλὴν εἰ μὴ βουληθεῖεν εἰς μᾶ τῶν Ἑλλήνων γλῶτταν αὐτὰ μεταβάλλειν, μόνῃ ἦ τῇ κ' πόδα ἡρμηνεῖα χρησάμενα τ' νόμων δύναμίν τε καὶ ἐπὶ τῇ κ' τῶ τ' ὀνομαζομένων παραλίτλων (ὡς εἶπες) προσγράψαι βουληθεῖεν χρείαν· ἕτερον ἦ παντάπασιν μηδ' ὁτιῶν τοῦτ' αὐτῷ προσθεῖναι, μηδὲ αὐδεῖς ὁντινοῦν στάσεώς τε, κ' ἀμφισβητήσεως, κ' πολυθρυλήτου τοῖς νόμοις ἀφορμὴν, τῦτο, ὅσ' προθεῖναι ἐπὶ τ' δ' ηὐκλεᾶ γάμνον νομοθεσίαν, ὥστε κ' τοί γε ὕστερον βραχυτέρων αὐτὸ κρίνεσθαι ἐκ τ' τ' ποικίλων ὑπομνημάτων Δ' φορᾶς, εἰς ἀναελίττειν σύγχυσίν τε πολλὴν. εἰ δέ τι φανείη τυχὸν ἀμφισοβήλλομον ἢ τοῖς τ' δικῶν ἀγωνιζομένοις, ἢ τοῖς τὰ κρίνειν προκαθημένοις, τῦτο βασιλεῦς ἐρμηνεύσαι κελεύσ, ὅσ' αὐτὸ μόνον προθεῖναι τ' νόμων ἐφέσιμον. ὡς ὰν διαῤῥῶν προθεῖναι ταύτῃ ἡμῶν τῇ νομοθεσίαν ὑπομνημά τι κρίνεσθαι, κ' χρῆμα τ' ἡμετέρας κελεύσεως ἀλλοιότερον. ὅτῳ ἴσω τοῖς τ' προθεσπισθεῖσιν ὑπερβάλλοντ' νόμοις, ἓ πῦρ αὐτὸ σωτεῖνῦν ἀφαρπαζόμενον, κ' πᾶσιν Δ' φθειρόμενον τρόποις.

§. 22. Αὐτᾶς ταύτης ἐπικειμένης τ' ποινῆς, κ' τ' σημείοις πᾶσιν ὲν τῇ γεγραφῇ χρωμένων, ὥσ' σίγλας καλεῖσιν, κ' δι' αὐτῶν σωζομένην τῇ γεγραφῇ ἐπιχειρεῖν· ἀλλὰ μὴ δι' ὅλας τὰς τε ῥεθμὰς, τά τε ὀνόματα τ' παλαιῶν σοφῶν, τῦ τε ὅλου νομοθεσίαν γεγραφότων· ἴσασιν ἦ ἑ βιβλίων ὕτω γεγραμμένων κλῆσθαι, ὡς ἀνόνητον ἔχειν τῦ τάττε κλῆσιν· οὐδὲ γὰ δίδομεν ἄδειαν τοῖς τοιούτοις βιβλίοις ὲν τοῖς δικαστηρίοις πολιτεύεσθαι, ἓ κρατεῖν, κἂν εἰ συμβαίη τὸ βιβλίον ἐπ' αὐτῦ ἓ μέρος, ὥσ' ἀναγινώσκεσθαι, μηδὲν ἔχειν τοιῦτο σημεῖον, ἀλλ' ὲν ἑτέρῳ ὦ δήπε ἐσῶλε μέρει, κἂν εἰ πᾶς ἁπαξ εἴη τάττο γλυφόμενον. ὥστε αὐτὸς μὲ τὸ βιβλίον αὐτὸ μηδὲ γεγραμμένε παντελῶς ἐξῇ· ὁ δὲ τάττο γεγραφὼς, κ' ἀγνοοῦντι τῷ κτησαμένῳ δῶς, διπλασίαν κομίζησθαι τ' τάττ' Δ' φαίρεσιν τῦ βιβλαμμένῳ τῦ ποσούτῳ, ὑδὲν ἧττον ἀρμόζουσης κ' τ' ἐγκληματικῆς κατ' αὐτὸ ποινῆς. τάττο γὰ δὴ ἓ ταῖς ἄλλαις Δ' φαίρεσιν, ταῖς ὑπὲρ τάττων τεθείσαις ἐνεγράψαμεν ταῖς τε τῇ Ῥωμαίων θεσπεσθείσαις φωνῇ ταῖς τε τ' Ἑλλήνων γλώττῃ, ἵν' ὡς τοῖς τ' νόμων κατηγῶσι ἀνέγραψαμεν.

§. 23. Ταῦτα ἦ δὴ τὰ βιβλία (τά τε τ' Instituton, τά τε τ' Digeston φαμὲν) ὲν ᾧ περαίνει τ' τέλεσι σύνεχῶς ἡμῶν ὑπαλλαγὰς κρατεῖν ἱκετεύομεν, τουτέστιν ἀπὸ τ' πρὸ τριῶν καλενδῶν Ἰανναρίων τ' παρούσης δωδεκάτης ἐπινεμήσεως, εἰς τ' λοιπὸν ἅπαντα κεχρόνον, κ' ταῖς βασιλικαῖς συμπολιτεύομένα Δ' φαίρεσιν. ἓ χώραν ἐχούσαν ἐπί τε τ' ὕστερον συμβησομένων, ἐπί τε τ' ὲν δικαστηρίοις κρινομένων ἤδη, κ' φιλίαις μὴ πρὸ δεδομένων ἀπαλλαγαῖς. τὸ γὰ ἔμπροσθεν ἅπαν ἢ δεδικασμένον, ἢ συμβεβασμένον, ἀνέκκλητον σὺκ ἀνέχομεθα. Ἢν δὴ τέλεσι ὑπαλλαγὴ ἡμῖν ἀνομαστὸν ἄτλῳ δέδωκεν ὁ Θεός· εἴγε ἐπ' αὐτῆς ὅτε πρὸς Πέρσας εἰρήνη τὸ βεβαίου ἴσχυε, τότε τ' νόμων ἀνατεθεῖ βιβλίον, ὅσ' ὑδενὶ τ' ἐμπροσθεν ἐξόν· ἓ ὥστε μὴ τέλεσι τ' οἰκουμένης μοῖραν (τὴν ὅλην Λιβύην φαμὲν) τοῖς ἡμετέροις προσκτήσεσι σκήπτροις. ἅπαντα ταῦτα ὲκ τ' μεγάλε Θεῦ, ἓ σωτῆρ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῦ δῶρα τ' τέλεσι ὑπαλλαγὰς ἡμῖν δεδώκασιν.

§. 24. Ἅπαντες τοίνυν οἱ σύγκλητοι τε ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες τὴν θείαν ἡμῶν ταυτηνὶ δεχόμενοι Δ' φαίρεσιν, χρήσονται τοῖς προτεθειμένοις ἡμῶν νόμοις ἐκάσ' ὲν τῷ κθ' ἑαυτῶν οἰκείᾳ διοικήσει. προθήσει ἦ αὐτὴν ὲν τῇ μεγίστῃ ἓ βασιλίδι ταυτηνὶ πόλει, ἓ ὁ ταύτης ἐνδοξότατος ὕπαρχ. Μελήσει ἦ τῷ τε ὑπερφυεστάτῳ κ' σύγκλητῳ τῶν ἡμῶν μαγίστρων, τοῖς τε ἐνδοξοτάτοις ὲν θαυμασιφήμοις ὑπάρχοις τ' ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων, τοῖς τε ἀπὸ ἡλίου ἀνιόντος, τοῖς τε ἐπὶ τ' Ἰλλυρίδ', τοῖς τε ἐπὶ Λιβύης, Δ' φαίρεσιν οἰκείαν ἅπασιν τοῖς ὑφ' ἑαυτὸς τεταγμένοις τῦτο ποιῆσαι προφανῆ, ὡς: τὴν ἀπάντων τ' ἡμετέρων ὑπηκόων ἀπαραλόγιστον γνῶσιν. Datum XVII Kal. Januar. Domino nostro Justiniano perpetuo Augusto III Consule.

ΕΞ ΟΣΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ

υπ, αυτων γνωμων βιβλιων συγκειται το παροντων Διγεστων ητοι τω Παυδεκτω

Δοτεισατω βασιλεως Ιυστινιανω συνταγμα.

Id eſt,

Ex quot antiquis Auctoribus ' & Libris ab his factis compoſitum eſt præſens Digeſtorum ſeu Pandectarum piiſſimi Imperatoris opus.

' Radæus & Politianus in *l. 1. de juſt. & jur.* enumerant triginta & ſeptem juriſconſultos, ex quorum libris hæ Pandectæ contextæ ſint. Sed plures fuerunt: enumerantur enim hic triginta quatuor; deſunt autem Terentius Clemens, de quo in *l. 16. ff. de probat.* Cerbidius Scævola, *l. 13. ff. de Uſuris.* P. Furius Anthianus, *l. ult. ff. de pact.* Ælius Gallus, *l. 157. ff. de verb. ſignif.* Claudius Triphoninus, *l. 67. ff. de rit nupt. l. 29. ff. rer. amotar. l. 39. ff. de pœn.* & Ariſtot. de quo in *l. 20. ff. de jure dot.* Anſ.

Ιυλιανυ

Digeſton βιβλια τεσσερακοντα
Ad Minicium βιβλια εξ
Ad Urſeium βιβλια τεσσερα
De Ambiguitatibus βιβλιον εν

Papinianu

Quæſtionon βιβλια τριακοντα επτα
Reſponſon βιβλια δεκαεννεα
Definitionon βιβλια δυο
De adulteriis βιβλια δυο
De adulteriis βιβλιον εν
Αξυνομικων βιβλιον εν

Quintu Muciu Scævolu

Ορων βιβλιον εν

Αλφιυ

Digeſton βιβλια τεσσερακοντα

Sabinu

Juris civilis βιβλια τεια

Πεγκελυ

Επιτολων βιβλια οκτω

Λαβεωνος

Πεδιανων βιβλια οκτω
Poſteriorum βιβλια δεκα

Νερατιυ

Regularion βιβλια δεκαπεντε
Μεμβρανων βιβλια επτα
Reſponſon βιβλια τεια

Javolenu

Ex Caſſio βιβλια δεκαπεντε
Epiſtolon βιβλια δεκατεσσερα
Ad Plautium βιβλια πεντε

Celſu

Digeſton βιβλια τριακοντα εννεα

Πομπωνιυ

Ad Quintum Mucium lectionum βιβλια τριακοντα εννεα
Ad Sabinum βιβλια τριακοντα πεντε
Επιστολων βιβλια εικοσι
Variarum lectionum βιβλια δεκαπεντε
Ad Plautium βιβλια επτα
Fideicommiſſon βιβλια πεντε
Senatuſconſultum βιβλια πεντε
Regularion βιβλιον εν
Εγχειριδιυ βιβλια δυο

Βαλεντος

Fideicommiſſon βιβλια επτα

Μαικιανυ

Fideicommiſſon βιβλια δεκα εξ
Publicon βιβλια δεκατεσσερα

Μαυρικιανυ

Ad leges βιβλια εξ

Τερεντις Κλημεντος

Ad leges βιβλια εικοσι

Αγριππαυ

Quæſtionon βιβλια εννεα

Μαρκελλυ

Digeſton βιβλια τριακοντα
Ad leges βιβλια εξ
Reſponſon βιβλιον εν

Κερβιδιυ Σκαιβολυ

Digeſton βιβλια τεσσαρακοντα
Quæſtionon βιβλια εικοσι
Reſponſon βιβλια εξ
Regularion βιβλια τεσσερα
De quæſtione familiæ βιβλιον εν
Quæſtionum publice tractatarum βιβλιον εν

Φλορεντινυ

Inſtituton βιβλια δεκα δυο

Γαιυ

Ad Edictum provinciale βιβλια λϛ
Ad leges βιβλια δεκαπεντε
Ad Edictum urbicum τα μοτα δυοπεντε βιβλια δεκα
Aureon βιβλια επτα
Δωοδεκαδελτου βιβλια εξ
Inſtituton βιβλια τεσσερα
De verb. obligationibus βιβλια γ
De manumiſſionibus βιβλια τεια
Fideicommiſſon βιβλια δυο
De caſibus βιβλιον εν
Regularion βιβλιον εν
Dotalicion βιβλιον εν
Υπο Πικαρειας βιβλιον εν
Ad edictum de publicanis.

Βενυλειυ

Stipulationon βιβλια δεκαεννεα
Actionon βιβλια δεκα
De officio Proconſulis βιβλια τεσσερα
De pœnis paganorum βιβλιον εν
Publicon βιβλια τεια

Τερτυλλιανυ

Quæſtionon βιβλια οκτω
De caſtrenſi peculio βιβλιον εν

Ιαβολυ

Conſtitutionon βιβλια εικοσι

Ουλπιανυ

Ad Edictum βιβλια οδδηκοντα τεια
Ad Sabinum βιβλια πεντηκοντα εν
Ad leges βιβλια εικοσι
Diſputationon βιβλια δεκα
Protribunalion βιβλια δεκα
De officio Proconſulis βιβλια δεκα

Παυδεκτε βιβλια δεκα

Regularion βιβλια επτα
Fideicommiſſon βιβλια εξ
Opinionon βιβλια εξ
De adulteriis βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια τεσσερα
De officio conſulis βιβλια τεια
Inſtituton βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De cenſibus βιβλια εξ
Reſponſon βιβλια δυο

Τε αυτυ βιβλια

De ſponſalibus
De officio Præfecti urbi
De officio Præfecti vigilum
De officio Curatoris reipublicæ
De officio Prætoris tutelaris
De officio Quæſtoris

Παυλυ

Ad Edictum βιβλια ογδοηκοντα
Quæſtionum βιβλια εικοσι εξ
Reſponſon βιβλια εικοσιτεια
Brevion βιβλια εικοσιτεια
Ad Plautium βιβλια δεκα εξ
Ad leges βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Regularion βιβλιον εν
Sentention ητοι factum βιβλια εξ
Sentention βιβλια πεντε
Ad Vitellium βιβλια τεσσερα
Ad Neratium βιβλια τεσσερα
Fideicommiſſon βιβλια τεια
Decreton βιβλια τεια
De adulteriis βιβλια τεια
Manualium βιβλια τεια
Inſtituton βιβλια δυο
De officio Proconſulis βιβλια δυο
Ad legem Æliam Sentiam βιβλια επτα

Ad legem Juliam βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De cenſibus βιβλια δυο

Του αυτου μονοβιβλα

De pœnis paganorum
De pœnis militum
De pœnis omnium legum
De uſuris
De gradibus & adfinibus
De jure codicillorum
De excuſationibus tutelarum
Ad regulam Catonianam
Ad Senatuſconſultum Orficianum
Ad Senatuſconſultum Tertyllianum
Ad Senatuſconſultum Silanianum
Ad Senatuſconſultum Velleianum
Ad Senatuſconſultum Libonianum ſeu Claudianum
De officio præfecti vigilum
De officio præfecti urbi
De officio prætoris tutelaris
De extraordinariis criminibus
Τποδηκαι
Ad Municipalem
De publicis judiciis
De inofficioſo teſtamento
De ſeptemviralibus judiciis
De jure ſingulari
De ſecundis tabulis
Ad orationem Divi Severi
Ad orationem Divi Marci
Ad legem Velleiam
Ad legem Cinciam
Ad legem Falcidiam
De tacito fideicommiſſo
De portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur
De juris & facti ignorantia
De adulteriis
De inſtructo & inſtrumento
De appellationibus
De jure libellorum
De teſtamentis
De jure patronatus
De jure patronatus quod ex lege Julia & Papia venit
De actionibus
De concurrentibus actionibus
De interceſſionibus fœminarum
De donationibus inter virum & uxorem
De legibus
De legitimis hereditatibus
De libertatibus dandis
De Senatuſconſultis

Triphoninu

Diſputationum βιβλια εικοσιεν

Καλλιστρατυ

De cognitionibus βιβλια εξ
Edicton monitorion βιβλια εξ
De jure fiſci βιβλια τεσσαρα
Inſtituton βιβλια τρια
Quæſtionon βιβλια δυο

Μιναιδρυ

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μαρκιανυ

Inſtituton βιβλια δεκα εξ
Regularion βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
Τυ αυτυ μονοβιβλα
De delatoribus μονοβιβλον

Τποδημοσιας μονοβιβλον

Ad Senatuſconſultum Turpillianum μονοβιβλον

Γαλλυ Ακυλα

Reſponſa

Μοδεστινυ

Reſponſon βιβλια δεκαεννεα
Πανδεκτων βιβλια δεκα δυο
Regularion βιβλια δεκα
Differention βιβλια εννεα
Excuſationum βιβλια εξ
De pœnis βιβλια τεσσαρα

Τυ αυτυ μονοβιβλα

De præſcriptionibus
De inofficioſo teſtamento
De manumiſſionibus
De legatis & fideicommiſſis
De teſtamentis
De eurematicis
De enucleatis caſibus
De differentia dotis
De ritu nuptiarum

Ταρραντινυ Πατερυ

Militarion βιβλια τεσσαρα

Μακρυ

Militarion βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
De officio præſidis βιβλια δυο
Εικοσων βιβλια δυο
De appellationibus βιβλια δυο

Αρκαδιυ

De teſtibus βιβλιον εν
De officio præfecti prætorio βιβλιον εν
De muneribus civilibus βιβλιον εν

Ρυφινυ

Regularion βιβλια δεκα δυο

Ανθιανυ τινι Φωρμη Αγθιανη

Μαρκιανυ ηδικτυ βιβλια πεντε

Μαξιμυ

Ad legem Falcidiam

Ερμογενιανυ

Επιτομων βιβλια εξ

Εχυσι στιχ σλ.

De ejus interpretationis auctoritate vid. Epistolam Justiniani Imperatoris De confirmatione Digestorum ad Senatum & populum. §. 18. vers. Et hoc non. S. I.

EDICTUM PERPETUUM

A

SALVIO JULIANO JURISCONSULTO COMPOSITUM,

Ad Ordinem Digestorum restitutum.

EX LIBRO II DIGESTORUM.

De Jurisdictione. Tit. 1.

L. 7. ff. cod.

IN eum, eamve, qui quæve id quod Jurisdictionis perpetuæ causa in albo propositum erit, dolo malo corruperit, quinquaginta aureorum judicium dabo.

L. 9. ff. cod.

II. Si servus aut filius corrupisse dicantur, de eadem re in solidum adversus singulos actionem dabo.

L. 1. l. sidem. 11. l. ult. ff. cod. l. 4. §. 6. ff. de V. S.

III. Si is qui jurisdictioni præest, extra territorium jus dixerit, aut de pecunia, nomine, opere, locato conducto, aut alia re, quæ jurisdictionis suæ modum excedat, impune ei non parebitur.

L. 6. ff. de verb. sign. l. 6. de jurisd. l. 1. de effic. Qui cui mand.

IV. Si jurisdictionem suam mandaverit, ea mandata censebuntur, quæ ei jure magistratus competunt: non vero quæ legibus, senatusconsultis, aut Principum constitutionibus specialiter delata fuerunt.

Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur. Tit. 2.

L. 1. & 3. & 4. ff. cod.

I. Quod juris in aliquem statuerit IS, QUI JURISDICTIONI PRÆEST, quodque novi juris quis ab eo obtinuerit, eodem jure utatur quandoque adversario postulante: PRÆTERQUAM, SI QUIS EORUM CONTRA EUM FECERIT, QUI IPSE EORUM QUID FECISSET.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit. Tit. 3.

Ex inscript. & ex l. un. ff. cod.

I. Si quis jus dicenti non obtemperaverit, quanti ea res erit, intra annum adversus eum judicium dabitur.

De in jus vocando. Tit. 4.

L. 4. §. 1. ff. cod.

I. PARENTEM, PATRONUM, PATRONAM, LIBEROS, PARENTESQUE PATRONI ET PATRONÆ, IN JUS SINE MEO PERMISSU NE QUIS VOCET.

L. 11. 12. 24. 25. ff. cod.

II. Si quis adversus ea fecerit, in eum quinquaginta aureorum judicium intra annum dabo.

Si quis in jus vocatus non erit, sive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit. Tit. 5.

L. 2. ff. cod.

I. Ex quacunque causa ad eum qui jurisdictioni præest, in jus vocatus venire debet.

L. 2. ff. cod.

II. Si quis in jus vocatus non ierit, causa cognita, multa eum coercebo.

Ex inscript. & ex l. solutum. 48. ff. de verb. sig.

III. Si quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit, qui vocatus erit, neque sequatur, neque ducatur.

In jus vocati, ut eant, aut satis vel cautum dent. Tit. 6.

Ex inscript. l. 1. ff. cod.

I. In jus vocati, aut eant, aut satis vel cautum dent. Fidejussor judicio sistendi causa pro rei qualitate, locuples detur.

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat. Tit. 7.

Ex inscript. & l. 4. ff. cod.

I. Ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat, neve faciat dolo malo, quo magis eximatur.

L. 5. ff. cod.

II. Si quid adversus ea factum fuerit, in factum judicium dabo.

Qui satisdare cogantur, &c. Tit. 8.

L. 2. §. 2. ff. cod. l. 1. & 2. ff. in jus vocati ut cant.

I. SI QUIS PARENTEM, PATRONUM, PATRONAM, LIBEROS, AUT PARENTES PATRONÆ, LIBEROSVE SUOS, EUMVE QUEM IN POTESTATE HABEBIT, VEL UXOREM VEL NURUM, IN JUDICIUM VOCABIT, QUALISCUMQUE FIDEJUSSOR ACCIPIATUR, JUDICIO SISTENDI CAUSA.

L. 2. §. 2. ff. in jus vocati ut cant.

II. In eum qui sciens non acceperit, quinquaginta aureorum judicium dabo.

L. 2. §. ult. ff. cod.

III. In fidejussorem qui aliquem judicio sisti promiserit, quanti ea res erit, actionem dabo.

L. penult. ff. cod.

IV. Possessores immobilium rerum satisdare non cogam: sed vel jurato promittere jubebo, vel suæ promissioni committam.

L. 8. §. jubetur. 8. ff. cod.

V. Si quis cum Romæ satisdare non posset, in municipium ejus rei causa evocaverit; causa cognita ad Magistratus municipales eum remittam, ut apud eos caveat, si prius juraverit, non calumniæ, aut vexandi adversarii causa se id postulare.

Si ex noxali causa agatur, &c. Tit. 9.

L. 1. in pr. ff. cod.

I. SI QUIS EUM DE QUO NOXALIS ACTIO EST, JUDICIO SISTI PROMISERIT, IN EADEM CAUSA IN QUA TUNC EST, EUM EXHIBERI, DONEC JUDICIUM ACCIPIATUR, JUBEBO.

De eo per quem factum erit, quominus quis in judicio sistat. Tit. 10.

L. 1. §. 2. l. 3. ff. cod.

I. Adversus eum qui dolo malo fecit, quominus in judicium vocatus sistat: Quanti actoris interfuerit, in factum judicium dabo.

Si quis cautionibus in judicio sistendi causa factu non obtemperaverit. Tit. 11.

L. 1. ff. cod. l. 2. & 3. ff. de verb. sign.

I. Ei qui cautionibus in urbe se judicio sisti promiserit, si de die non fuerit conventum, itinerl faciundo vicena millia passuum in singulos dies dinumerari jubebo, præter eum diem quo cautum promittitur, & in quem sistere in judicium oportet.

L. 2. ff. quibus ex causis in poss. eat. l. 10. 11. 12. ff. de verb. sign.

II. IN BONA EJUS QUI JUDICIO SISTENDI CAUSA FIDEJUSSOREM DEDIT, SI NEQUE POTESTATEM SUI FACIAT, NEQUE DEFENDATUR, IRI JUBEBO, Eaque à creditoribus possideri permittam.

L. 2. §. 2. & seqq. l. 4. ff. cod.

III. Si valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis, aut quo alio justo impedimento prohibitus, sine dolo malo, se sistere non potuerit, eo nomine causa cognita exceptionem ei dabo.

De edendo. Tit. 13.

L. 1. ff. cod. l. 8. ff. de verb. sign.

I. Actionem, qua quisque agere volet, itemque instrumenta, quibus in judicio uti oportebit, adversario edere cogam sine die & Consule.

L. 4. & 9. §. 3. ff. cod.

II. ARGENTARIÆ MENSÆ EXERCITORES RATIONES, QUÆ AD SE PERTINENT, EDERE DEBENT ADJECTO DIE ET CONSULE IIS OMNIBUS, QUI ID POSTULABUNT, SI PRIUS JURAVERINT, NON CALUMNIÆ CAUSA PETERE.

L. 6. §. 7. ff. cod.

III. ARGENTARIO, EIVE, QUI ITERUM EDI POSTULAVERIT, CAUSA COGNITA EDI JUBEBO.

L. 6. §. 4. l. 8. l. 10. §. 2. ff. e. t.

IV. Si quis dolo malo non ediderit, quanti agentis interfit non edidisse, causa cognita in eum actionem dabo.

De Pactis. Tit. 14.

L. 7. §. 7. ff. cod.

I. PACTA CONVENTA, QUÆ NEQUE DOLO MALO, NEQUE ADVERSUS LEGES, PLEBISCITA, SENATUSCONSULTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPUM, NEQUE QUO FRAUS EORUM CUIQUAM FIAT, FACTA ERUNT SERVABO.

EX LIBRO III.

De postulando. Tit. 1.

L. 1. ff. cod.

I. Minorem annis decem & septem, qui eos non in totum complevit: surdum quoque qui prorsus non audit: in totum postulare veto. SI NON HABEBUNT ADVOCATUM, EGO DABO.

L. 1. ff. cod.

II. Mulier, cæcus, corpore suo muliebria passus, capitali crimine damnatus, is etiam qui operas suas, ut cum bestiis depugnaret, locavit, pro aliis in jure apud me ne postulent.

L. 1. §. 7. ff. cod.

III. QUI LEGE, PLEBISCITO, SENATUSCONSULTO, EDICTO, DECRETO, PRINCIPUM PLACITO, NISI PRO CERTIS PERSONIS POSTULARE PROHIBENTUR, HI PRO ALIO QUAM PRO QUO LICEBIT IN JURE APUD ME NE POSTULENT.

L. 1. §. 8. & ult & l. 3. ff. cod

IV. QUI EX OMNIBUS HIS, QUI SUPRASCRIPTI SUNT, IN INTEGRUM RESTITUTUS NON ERIT, PRO ALIO NE POSTULET: PRÆTERQUAM PRO PARENTE, PATRONO, PATRONA, LIBERIS, PARENTIBUSQUE PATRONI ET PATRONÆ; LIBERIS SUIS, FRATRE, SORORE, UXORE, SOCERO, SOCRU, GENERO, NURU, VITRICO, NOVERCA, PRIVIGNO, PRIVIGNA, PUPILLO, PUPILLA, FURIOSO, FURIOSA, FATUO, FATUA, CUI EORUM A PARENTE AUT DE MAJORIS PARTIS TUTORUM SENTENTIA, AUT AB EO, CUJUS DE EA RE JURISDICTIO FUIT, EA TUTELA CURATIOVE DATA ERIT.

De iis qui notantur infamia. Tit. 2.

L. 1. ff. cod.

I. INFAMIA NOTATUR QUI AB EXERCITU CAUSA IGNOMINIÆ AB IMPERATORE, EOVE CUI POTESTAS DE EA RE STATUENDI FUERIT, DIMISSUS ERIT: QUI ARTIS LUDICRÆ, PRONUNCIANDIVE CAUSA IN SCENA PRODIERIT: QUI IN PUBLICO JUDICIO CALUMNIÆ AUT PRÆVARICATIONIS CAUSA QUID FECISSE JUDICATUS FUERIT: QUI FURTI, VI BONORUM RAPTORUM, INJURIARUM, DE DOLO MALO, ET FRAUDE SUO NOMINE DAMNATUS ERIT AUT PACTUS FUERIT: QUI PRO SOCIO, TUTELÆ, MANDATI, DEPOSITI, SUO NOMINE NON CONTRARIO JUDICIO DAMNATUS ERIT: QUI EAM QUÆ IN POTESTATE EJUS ESSET MORTUO GENERO (CUM EUM MORTUUM ESSE SCIRET) INTRA ID TEMPUS QUO ELUGERI VIRUM MORIS EST, ANTEQUAM VIRUM ELUGERET, IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT, EAMVE SCIENS QUIS UXOREM DUXERIT, NON JUSSU EJUS IN CUJUS POTESTATE EST, EAMVE DE QUA SUPRA COMPREHENSUM EST, UXOREM DUCERE PASSUS FUERIT: QUIVE SUO NOMINE NON JUSSU EJUS IN CUJUS POTESTATE ESSET, EJUSVE NOMINE QUEM QUAMVE IN POTESTATE HABERET, BINA SPONSALIA, BINASVE NUPTIAS EODEM TEMPORE CONSTITUTAS HABUERIT.

De procuratoribus. Tit. 3.

L. 8. §. 3. ff. cod.

I. PROCURATOREM AD LITEM SUSCIPIENDAM DATUM, PRO QUO CONSENTIENTE JUDICATUM DOMINUS SOLVI EXPOSUIT, CAUSA COGNITA JUDICIUM ACCIPERE COGAM.

L. 16. 17. 24. ff. cod.

II. Ante litem contestatam domino libera potestas erit, vel mutandi procuratoris, vel sibi judicium accipiendi: post litem contestatam id causa cognita permittam.

L. servum. 33. §. 3. ff. cod.

III. CUJUS NOMINE QUIS ACTIONEM DARI SIBI POSTULAVERIT, IS EUM BONI VIRI ARBITRATU DEFENDAT: ET EI QUO NOMINE AGET, ID RATUM HABERE EUM AD QUEM RES EA PERTINET, BONI VIRI ARBITRATU SATISDET.

Quod cujusque universitatis nomine vel contra eum agatur. Tit. 4.

L. 1. §. 1. l. 3. & 6. ff. cod.

I. Quæ communiter agi fierique oportebit universitatis nomine, Actori sive Syndico, cui lex agere permittit, aut qui ab ordine electus erit, de iis rebus actionem dabo.

L. 6. §. ult. ff. cod.

II. Non tamen judicati, nisi in rem suam procurator datus fuerit.

L. 6. §. ult. ff. cod.

III. Eundem actorem, si agat, defendere cogam, ubi adversus universitatem agetur.

L. 1. §. 1. ff. cod.

IV. Si nemo universitatem defendat, quod ejus commune erit possideri: etsi admoniti non excitentur ad sui defensionem, venire jubebo.

L. 1. §. ult. ff. cod.

V. Si extraneus universitatem defendere velit, id ei permittam.

De negotiis gestis. Tit. 5.

L. 3. ff. cod.

I. SI QUIS NEGOTIA ALTERIUS, SIVE QUIS NEGOTIA QUÆ CUJUSQUE CUM IS MORITUR, FUERINT, GESSERIT, ACTIONEM EO NOMINE DABO.

De calumniatoribus. Tit. 6.

L. 1. in princ. & 3. ff. cod.

I. In eum qui ut calumniæ causa negotium faceret vel non faceret, pecuniam accepisse depectusve esse dicetur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ quam accepisse depectusve esse dicetur, post annum simpli in factum actionem dabo.

EX LIBRO IV.

De eo quod metus causa gestum erit. Tit. 2.

L. 1. ff. cod. L. 14. in princ. & §. 11. ff. cod.

I. QUOD METUS CAUSA GESTUM ERIT, RATUM NON HABEBO.

II. Si per metum aliquid ablatum esse dicatur, NEQUE EA RES ARBITRIO JUDICIS RESTITUATUR, intra annum quo primum de ea re experiundi potestas erit, in quadruplum: post annum vero in simplum causa cognita actionem dabo.

De dolo malo. Tit. 3.

L. 1. ff. cod.

I. QUÆ DOLO MALO FACTA ESSE DICENTUR, SI DE HIS REBUS ALIA ACTIO NON ERIT, ET JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, JUDICIUM DABO.

L. 15. & 16. ff. cod.

II. Qui de dolo aget, certum dicat, quid & cujus dolo factum sit.

L. 18. ff. cod. l. 3. & S. C. cod.

III. Quæ dolo malo ablata esse dicentur, ea nisi arbitrio judicis restituantur, quanti unaquæque res erit, in eum qui abstulisse dicetur

dicetur intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas erit, actionem dabo.

L. 26. ff. eod. IV. In heredem eatenus actionem dabo, quatenus ad eum perveniſſe dicetur, dolove malo factum erit, quominus perveniret.

De minoribus 25 annis. Tit. 4.

L. 1. §. 1. l. 11. §. 3 l. 13. & 16. ff. eod. I. QUOD EUM MINORE QUAM VIGINTIQUINQUE ANNIS NATU GESTUM ESSE DICETUR, UTI QUÆQUE RES ERIT ANIMADVERTAM: Et ſi juſta cauſa eſſe videbitur, intra annum, quo primum experiundi poteſtas erit, poſtquam is major factus eſſe dicetur, in integrum reſtituam.

De capitis diminutione. Tit. 5.

L. 2. §. 1. ff. eod. I. QUI QUÆVE, POSTEAQUAM QUID CUM IIS ACTUM CONTRACTUMVE SIT, CAPITE DIMINUTI VEL DIMINUTÆ ESSE DICENTUR, IN EOS EASVE PERINDE QUASI ID FACTUM NON SIT, JUDICIUM DABO.

L. 8. & 10. ff. eod. II. Jura quoque atque actiones quæ ad eos easve pertinebunt, eis ſervabo.

Ex quibus cauſis majores viginti quinque annis in integrum reſtituantur. Tit. 6.

L. 1. §. 1. ff. eod. I. SI CUJUS QUID DE BONIS DIMINUTUM ERIT, CUM IS METU AUT SINE DOLO MALO REIPUBLICÆ CAUSA ABESSET, INVE VINCULIS, SERVITUTE HOSTIUMQUE POTESTATE ESSET, POSTEAVE: SIVE CUJUS ACTIONIS EORUM CUI DIES EXISSE DICETUR: ITEM SI QUIS QUID USU SUUM FECISSET, AUT QUOD NON UTENDO AMISSUM EST CONSECUTUS, ACTIONEVE QUA SOLUTUS OB ID QUOD DIES EJUS EXIERIT CUM ABSENS NON DEFENDERETUR, INVE VINCULIS ESSET, SECUMVE AGENDI POTESTATEM NON FACERET: AUT CUM EUM INVITUM IN JUS VOCARE NON LICERET: NEQUE DEFENDERETUR CUM MAGISTRATUS DE EA RE APPELLATUS ESSET: SIVE CUI PER MAGISTRATUM SINE DOLO IPSIUS ACTIO EXEMPTA ESSE DICERETUR, EARUM RERUM ACTIONEM INTRA ANNUM QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS ERIT, ITEM SI QUA ALIA MIHI JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, IN INTEGRUM RESTITUAM, QUOD EIS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATUSCONSULTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPUM LICEBIT.

De alienatione judicii mutandi cauſa facta. Tit. 7.

L. ult. ff. eod. L. Item ſi. §. 1. §. ſi quis. ff. eod. L. Item ſi. in pr. & §. ſi quis. ff. eod. L. ex hoc. 8. eod. d. l. ex hoc. l. 3. §. ult. eod. l. vel. 5. eod. l. 3. §. ex quib. l. 4. §. hæc actio. eod. L. interdum. 19. ff. de min. I. Ne qua alienatio judicii mutandi cauſa fiat.

II. Si dolo malo lis in alium tranſlata, quæve alienatio judicii mutandi cauſa facta erit, neque arbitrio judicis priſtina judicii cauſa reſtituatur intra annum, quo primum experiundi poteſtas erit, in integrum reſtituam, ut tantum officio judicis conſequatur actor, quanti ejus interſit alium adverſarium non habuiſſe.

III. Heredi integrum etiam poſt annum cauſa cognita in integrum reſtitutionem dabo.

De receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant. Tit. 8.

L. 3. §. 1. l. 15. ff. eod. I. QUI ARBITRIUM PECUNIA COMPROMISSA RECEPIT, ſententiam eum dicere cogam.

L. 25. eod. I. Eumque, ſi ita conventum ſit, DIEM COMPROMISSI PROFERRE jubebo.

Nautæ, caupones, ſtabularii ut recepta reſtituant. Tit. 9.

L. 1. 3. & 15. ff. eod. I. NAUTÆ, CAUPONES, STABULARII, QUOD CUJUSQUE SALVUM FORE RECEPERINT, NISI RESTITUANT, IN EOS JUDICIUM DABO.

EX LIBRO V.

De judiciis, & ubi quiſque agere vel conveniri debeat. Tit. 1.

L. 1. & 2. ff. eod. l. 7. ff. de verb. ſign. I. Si ſe ſubjiciant aliqui juriſdictioni & conſentiant facta hac de re ſponſione, inter conſentientes judicium dabo.

L. 2. §. legatis. eod. II. Legatis in eo quod ante legationem contraxerunt, item his qui teſtimonii cauſa evocati ſunt, vel ſi qui judicandi cauſa arceſſiti, aut in provinciam deſtinati, revocandi domum ſuam jus dabo.

L. 12. ff. eod. III. Si judex datus ab iis qui dandi jus habent judicium protelaverit, ſententiam ferre cogam.

L. 18. eod. IV. Si longius ſpatium intercéſſurum erit, quominus judex datus operam dare poſſit, eum mutari jubebo.

De inofficioſo teſtamento. Tit. 2.

L. 3. l. 5. l. 8. §. 8. 9. & 17. l. 9 ff. eod. I. Si quis teſtamentum inofficioſum dicere velit, eo quod injuſte ſe exheredatum aut præteritum eſſe queratur, neque ei quarta pars debitæ portionis ab inteſtato relicta fuerit, inofficioſi teſtamenti intra quinquennium ei actionem dabo.

De hereditatis petitione. Tit. 3.

L. 9 10. 11. 13. 16. 18. ff. eod. L. 1. ff. ſi pars hereditat. pet. I. Si hereditas petatur, adverſus eum qui jus vel rem aliquam hereditariam pro herede aut pro poſſeſſore poſſidebit, aut dolo malo fecerit, quominus poſſideat, heredi legitimo aut teſtamentario ad quem ea hereditas pertinere dicetur, actionem dabo.

L. 5. ff. eod. II. Si rei hereditariæ alienatio poſtuletur, & poſſeſſor hereditatis, aut pro tota hereditate ſatisdare, aut etiam ejus rei nomine cavere paratus ſit, cauſa cognita diminutionem concedam.

Si pars hereditatis petatur. Tit. 4.

L. 1. ff. eod. I. Si pars hereditatis petatur, adverſus eum qui aliquid ex ea hereditate poſſidebit, dolove malo fecerit, quo minus poſſideat, legitimo aut teſtamentario heredi poſtulanti actionem dabo.

L. 1. §. ult. ff. eod. II. Si pro parte heres, quam partem vindicare debeat, incertus ſit, ſi mihi juſta cauſa eſſe videbitur, incertæ partis petitionem dabo.

De poſſeſſoria hereditatis petitione. Tit. 5.

L. 1. ff. eod. I. Quibus ex edicto bonorum poſſeſſio data eſt, hi ſi hereditatem partemve ejus petant, non minus atque iis ipſis heredibus eo nomine actionem dabo.

De fideicommiſſaria hereditatis petitione. Tit. 6.

L. 1. ff. eod. I. Qui reſtitutam ſuſcepit hereditatem ex Senatuſconſulto ex quo actiones tranſeunt, ſi hereditatem partemve ejus petat, ei tanquam heredi ex ea re actionem dabo, non tamen adverſus eum qui ei hereditatem reſtituit.

EX LIBRO VI.

De rei vindicatione. Tit. 1.

L. 1. ff. eod. l. qui reſtituere. 68. ff. eod. L. Alienationis. 28. ff. de verb. ſign. L. 73. 74. 75. ff. eod. I. Si dominus ſuæ rei poſſeſſionem amiſerit, cum eam non alienaſſe dicatur: neque ea arbitrio judicis ei reſtituatur, adverſus eum qui eam poſſidere aut tenere dicetur, rei vindicationem dabo.

II. Superficiario cauſa cognita idem judicium dabo.

De Publiciana in rem actione. Tit. 2.

L. 1. ff. eod. I. SI QUIS ID QUOD TRADITUR EX JUSTA CAUSA A NON DOMINO, ET NONDUM USUCAPTUM PETET, JUDICIUM DABO.

L. 7. §. 6. & 8. l. 11. l. ult. ff. eod. §. præterea. Inſt. tit. de Actionibus. II. QUI BONA FIDE EMIT, cui res empta eo nomine tradita eſt, quam poſtea amiſerit, SI EA RES POSSESSORIS NON SIT, neque arbitrio judicis emptori reſtituatur, niſi res talis ſit, ut eam lex, vel conſtitutio alienari prohibeat, eo nomine actionem dabo.

Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. Tit. 3.

Ex inſcriptione. I. Si ager vectigalis petatur, cauſa cognita judicium dabo.

EX LIBRO VII.

De uſufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. Tit. 1.

L. 13. §. 1. & 2. ff. eod. I. Si de uſufructu agatur: judicis, qui de ea re datus erit, arbitrio æſtimabitur, quo modo antea uſusfruitus ſit is cui uſusfructus relictus eſt, & quemadmodum in poſterum utifrui debeat.

Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. 6.

L. 5 ff. eod. l. 2. ff. ſi ſervit. vindicet. I. Si uſusfructus petatur, vel ad alium pertinere negetur, uſufructuario confeſſoriam neganti, negatoriam in eum actionem dabo.

Uſufructuarius quemadmodum caveat. Tit. 9.

L. 1. ff. eod. I. Si cujus rei uſusfructus legatus eſſe dicatur, uſufructuarium ſe uſurum boni viri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſierit, ſe ei reſtituturum ad quem ea res pertinebit, ſatisdare jubebo.

EX LIBRO VIII.

Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. 5.

L. 2. ff. eod. I. Si ſervitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur, vindicanti confeſſoriam, neganti negatoriam in rem actionem dabo.

EX LIBRO IX.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Tit. 1.

Ex inſcriptione. & l. 1. eod. Ex collat. legis Moſaicæ cum Rom. Tit. de furib. 7. I. Si quadrupes PAUPERIEM FECISSE dicatur. ex lege XII Tabularum, aut noxam ſarcire, aut noxiam dare jubebo.

De his qui effuderint, vel dejecerint. Tit. 3.

L. 1. ff. eod. I. UNDE IN EUM LOCUM QUO VOLGO ITER FIET, VEL IN QUO CONSISTETUR, DEJECTUM VEL EFFUSUM QUID ERIT, QUANTUM EX EA RE DAMNUM DATUM FACTUMVE ERIT, IN EUM QUI IBI HABITAVERIT, IN DUPLUM JUDICIUM DABO. SI EO ICTU HOMO LIBER PERISSE DICETUR, QUINQUAGINTA AUREORUM JUDICIUM DABO. SI VIVET, NOCITUMQUE EI ESSE DICETUR, QUANTUM OB EAM REM ÆQUUM JUDICI VIDEBITUR, EUM CUM QUO AGETUR CONDEMNARI, TANTI JUDICIUM DABO. SI SERVUS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETUR IN JUDICIO ADJICIAM, AUT NOXAM DEDERE.

L. 5. §. 6. ff. eod. II. NE QUIS IN SUGGRUNDA, PROTECTOVE SUPRA EUM LOCUM QUO VOLGO ITER FIET, INVE QUO CONSISTETUR, ID POSITUM HABEAT, CUJUS CASUS NOCERE CUI POSSIT, QUI ADVERSUS EA FECERIT, IN EUM SOLIDORUM DECEM IN FACTUM JUDICIUM DABO. SI SERVUS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETUR, AUT NOXÆ DEDI JUBEBO.

De noxalibus actionibus. Tit. 4.

L. 1. & 2. ff. eod. §. præterea. Inſt. tit. de actionibus. I. Si ſervus deliquiſſe dicatur: Quantum ob eam rem æquum judici videbitur, eum in cujus poteſtate eſt condemnari, tanti judicium dabo.

L. 21. §. prætor ait. ff. eod. II. Si ſervus inſciente domino feciſſe dicetur, noxæ dedi jubebo.

III. SI IS IN CUJUS POTESTATE ESSE DICETUR NEGAVIT SE IN POTESTATE SERVUM HABERE, UTRUM ACTOR VOLET, VEL DEJERARE JUBEBO, IN POTESTATE SUA NON ESSE, NEQUE SE DOLO MALO FECISSE QUO MINUS ESSET: VEL JUDICIUM DABO SINE NOXÆ DEDITIONE.

EX LIBRO X.

Finium regundorum. Tit. 1.

L. 2. & 4. ff. eod. §. quædam. Inſt. tit. de action. I. Finium regundorum ſi controverſia fuerit inter vicinos, judicium dabo: Ita ut judex qui de ea re datus erit, ex æquo & bono controverſiam dirimat, ejus habita ratione quod cujuſque interſit: eique jus ſit rem uni adjudicare, eum invicem certa pecunia alteri condemnando.

Familiæ erciſcundæ. Tit. 2.

L. 1. & 2. & 22. §. ult. ff. eod. §. quædam. Inſt. de actionib. I. Familiæ erciſcundæ judicium inter coheredes dabo: Ita ut judex qui de ea re datus erit, ſi commode diviſio fieri nequeat, uni rem adjudicare, eumque alteri certa pecunia condemnare. Atque præſtationum ratione habita, quanto æquius melius ei videbitur, cætera dirimere poſſit.

Communi dividundo. Tit. 3.

L. 2. 3. & 4. ff. eod. §. quædam. Inſt. de actionib. I. Communi dividundo judicium inter eos quibus res communes erunt, dabo.

II. Judicium qui de ea re datus erit, ſi commode diviſio fieri nequeat, uni rem adjudicare certa pecunia alteri eum condemnando, atque præſtationum ratione habita, quanto æquius melius ei videbitur, cætera dijudicare jubebo.

Ad exhibendum. Tit. 4.

L. 3. l. 8. ff. eod. §. præterea. Inſt. tit. de actionib. I. Si quis rem quam judicio petiturus erit, ſibi exhiberi poſtulet ab eo qui eam poſſidet, aut dolo malo fecerit quominus poſſideret, eam arbitrio judicis exhiberi jubebo.

EX LIBRO XI.

De interrogationibus in jure faciendis, & interrogatoriis actionibus. Tit. 1.

L. 2. 3. 4. ff. eod. I. QUI IN JURE INTERROGATUS RESPONDERIT, qua ex parte ſit heres aut bonorum poſſeſſor: ex ſua reſponſione actionem dabo.

L. 11. §. 4. ff. eod. II. Adverſus eum qui OMNINO NON RESPONDISSE dicetur, in ſolidum actionem dabo.

De ſervo corrupto. Tit. 3.

L. 1. ff. eod. I. QUI SERVUM, SERVAM, ALIENUM, ALIENAM RECEPISSE PERSUASISSEVE QUID EI DICETUR DOLO MALO, QUO EUM, EAM DETERIOREM FACERET: IN EUM QUANTI EA RES ERIT, IN DUPLUM JUDICIUM DABO.

De aleatoribus. Tit. 5.

L. 1. ff. eod. I. SI QUIS EUM APUD QUEM ALEA LUSUM ESSE DICETUR, VERBERAVERIT, DAMNUMVE EI DEDERIT, SIVE QUID EO TEMPORE DOMO EJUS SUBTRACTUM EST, JUDICIUM NON DABO.

II. IN EUM QUI ALEÆ LUDENDÆ CAUSA VIM INTULERIT, UTI QUÆQUE RES ERIT ANIMADVERTAM.

Si menſor falſum modum dixerit. Tit. 6.

L. 1. in prine. & §. 1. & 2. l. 5. in fr. & §. 2. ff. eod. I. Si menſor falſum modum dixiſſe dolo malo: aut cujus alterius rei menſuram falſam renunciaſſe dicetur: eo nomine adverſus eum in factum actionem dabo.

De religioſis & ſumptibus funerum, & ut funus ducere liceat. Tit. 7.

L. 2. §. 2. ff. eod. I. SIVE HOMO MORTUUS, OSSAVE HOMINIS MORTUI IN LOCUM

CUM PURUM ALTERIUS, AUT IN ID SEPULCHRUM IN QUO JUS NON FUERIT, ILLATA ESSE DICENTUR, QUI HOC FECIT, IN FACTUM ACTIONE TENEBITUR, ET POENÆ PECUNIARIÆ SUBJICITUR.

L. 8. §. 1. ff. cod. II. Si locus religiosus pro puro veniſſe dicetur, adverſus venditorem rei ad quem ea res pertinebit, in factum actionem dabo.

L. 8. §. 1. ff. cod. III. Si in locum publicis uſibus deſtinatum dolo malo quis mortuum intulerit, in eum judicium dabo, ut extra ordinem plectatur.

l. 8. §. ult. & l. ſeq. ff. cod. IV. Ei qui mortuum inferre prohibitus eſt, oſſave mortui in eum locum quo ei jus eſſet inferendi, quique ob eam cauſam alio inferre coactus eſt, adverſus eum qui prohibuit, quanti interfuit prohibitum non eſſe, in factum actionem dabo.

L. 12. §. 2 ff. cod. V. QUOD FUNERIS CAUSA SUMPTUS FACTUS ERIT, HUJUS RECUPERANDI NOMINE IN EUM AD QUEM EA RES PERTINET, JUDICIUM DABO.

De mortuo inferendo, & ſepulchro ædificando. Tit. 8.

I. QUO, QUAVE ILLI MORTUUM INFERRE INVITO TE EI JUS EST, QUOMINUS ILLI, EO, EAVE MORTUUM INFERRE, ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO.

II. QUO ILLI JUS EST INVITO TE MORTUUM INFERRE, QUOMINUS ILLI IN EO LOCO SEPULCHRUM SINE DOLO MALO ÆDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO.

EX LIBRO XII.

De rebus creditis ſi certum petatur, & de condictione. Tit. 1.

Ex inſcriptione & l. 6. & 8. ff. cod. & ex l. 1. ff. de cond. triticr. I. Si certum petatur ex mutui datione, condictionem dabo.

De jurejurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive judiciali. Tit. 2.

l. 3. in fin. l. 7. ff. cod. I. SI IS CUM QUO AGETUR, CONDITIONE DELATA JURAVERIT, EJUS REI DE QUA JUSJURANDUM DELATUM FUERIT, NEQUE IN IPSUM, NEQUE IN EUM, AD QUEM EA RES PERTINET, ACTIONEM DABO.

L. 9. ff. cod. II. Quod ſi actor deferente, aut etiam referente adverſario juraverit, vel cum jurare paratus eſſet, ei jusjurandum remiſſum fuerit, ex ea re in factum ei actionem dabo.

L. jusjurandum. 34. §. ait Prat. & §. datur. ff. cod. III. EUM A QUO JUSJURANDUM PETETUR, SOLVERE AUT JURARE COGAM, niſi ei qui aget, jusjurandum referre maluerit: quo caſu ſi jusjurandi conditione non utatur, ei actionem denegabo.

De condictione cauſa data, cauſa non ſecuta. Tit. 4.

I. Si cui aliquid ex aliqua cauſa datum fuiſſe dicatur, cauſa non ſecuta, ad id repetendum quod datum erit, adverſus eum qui acceperit, condictionem dabo.

De condictione ob turpem vel injuſtam cauſam. Tit. 5.

L. 1. l. ſi non ſortem. 26. §. indebitum. ff. cod. I. Si quid ob turpem vel injuſtam rem datum fuiſſe dicetur, ad id repetendum quod datum erit, adverſus eum cui datum fuerit, condictionem dabo.

De condictione indebiti. Tit. 6.

I. Si ab ignorante indebitum ſolutum eſſe dicetur, ad id quod ſolutum erit repetendum, actionem dabo.

De condictione ſine cauſa. Tit. 7.

I. Si quid ſine cauſa promiſſum aut ſolutum fuiſſe dicatur, ejus rei nomine condictionem dabo.

EX LIBRO XIII.

De condictione furtiva. Tit. 1.

L. 1. & 7. ff. cod. I. Si qua res furto ablata eſſe dicatur: ejus perſequendæ cauſa domino adverſus furem, heredemve ejus furtivam condictionem dabo.

De condictione ex lege. Tit. 2.

L. unic. ff. cod. I. Si obligatio lege nova introducta ſit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege condictionem dabo.

De condictione triticaria. Tit. 3.

L. 1. ff. cod. I. Si quis triticum, vinum, oleum, aliaſve res præter pecuniam numeratam petat, earum rerum nomine condictionem ei dabo.

De eo quod certo loco dari oportet. Tit. 4.

L. 1. ff. cod. §. plane autem. inſtit. eſt. de actionib. I. Si pecunia quæ certo loco dari debet, alio loco petatur, utilem actionem dabo, ut per eam arbitrio judicis ſatisfiat.

De pecunia conſtituta. Tit. 5.

L. 1. 16. §. 1. l. 18. §. 1. ff. cod. I. QUI PECUNIAM DEBITAM CONSTITUERIT: ADVENIENTE DIE SOLVERE DEBET.

II. SI APPAREAT EUM QUI CONSTITUIT, NEQUE SOLVERE, NEQUE FECISSE, NEQUE PER ACTOREM STETISSE QUOMINUS FIERET QUOD CONSTITUTUM EST: EAMQUE PECUNIAM CUM CONSTITUEBATUR, DEBITAM FUISSE, adverſus eum de conſtituto actionem dabo.

Commodati vel contra. Tit. 6.

L. 1. ff. cod. I. QUOD QUISQUE COMMODASSE DICETUR, DE EO JUDICIUM DABO.

De pignoratitia actione, vel contra. Tit. 7.

L. 4. & 11. §. 4. ff. cod. I. Si ob creditam pecuniam pignus datum ſit, idque ſoluta demum pecunia aut cum eo nomine ſatisfactum ſit, repetatur, adverſus eum à quo petetur, actionem dabo.

EX LIBRO XIV.

De exercitoria actione. Tit. 1.

L. 1. in pr. §. 1. 5. 7. & 8. ff. cod. I. Quod cum magiſtro navis geſtum eſſe dicetur: ejus rei cujus cauſa ibi præpoſitus fuerit, adverſus eum, aut exercitorem actionem dabo.

L. 1. §. ſi is qui navem. 19. ff. cod. II. Si is qui navem exercuerit, in alia poteſtate erit, ejuſque voluntate navem exercuerit: quod cum magiſtro ejus geſtum erit in eum, in cujus poteſtate erit, qui navem exercuerit, in ſolidum judicium dabo.

De inſitoria actione. Tit. 3.

L. 1. & 5. §. 4. ff. cod. I. Quod cum inſtitore geſtum eſſe dicetur, ejus rei cui præpoſitus fuerit, adverſus eum qui præpoſuit, actionem dabo.

De tributoria actione. Tit. 4.

L. 1. & 5. §. 2. ff. cod. I. Si in peculiari merce quis negotiatus fuerit, ſciente eo in cujus eſt poteſtate, pro ea merce is qui eum habet in poteſtate, cui aliquid debetur, cum aliis creditoribus in tributum vocabitur.

L. 7. §. 1. ff. cod. II. Si cujus dolo malo factum ſit, quo minus ita tribueretur, quanto minus tributum erit, quam debuerit, eum præſtare cogam.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicetur. Tit. 5.

L. 2. ff. cod. I. IN EUM QUI EMANCIPATUS AUT EXHEREDATUS ERIT, QUIVE ABSTINUERIT SE AB HEREDITATE EJUS, CUJUS IN POTESTATE, CUM IS MORITUR, FUERIT, EJUS REI NOMINE, QUÆ CONTRACTA CUM EO FUERIT, CUM IS IN POTESTATE ESSET, SIVE SUA VOLUNTATE SIVE JUSSU EJUS, IN CUJUS POTESTATE ERIT, CONTRAXERIT, SIVE IN IPSIUS PECULIUM, SIVE IN PATRIMONIUM EJUS, IN CUJUS POTESTATE ERIT, EA RES REDACTA FUERIT, ACTIONEM CAUSA COGNITA, DABO IN ID QUOD FACERE POTEST.

EX LIBRO XV.

De peculio. Tit. 1.

L. 1. §. 2. ff. cod. I. QUOD CUM EO, QUI IN ALTERIUS POTESTATE ESSET, NEGOTIUM GESTUM ERIT, de eo eatenus adverſum eum in cujus poteſtate eſſe dicetur, judicium dabo, quatenus erit in peculio.

Quando de peculio actio eſt annalu. Tit. 2.

L. 1. ff. cod. I. POST MORTEM EJUS, QUI IN ALTERIUS POTESTATE FUERIT, POSTEAVE QUAM IS EMANCIPATUS, MANUMISSUS, ALIENATUSVE FUERIT, DUNTAXAT DE PECULIO, ET SI QUID DOLO MALO EJUS IN CUJUS POTESTATE EST, FACTUM ERIT, QUOMINUS ACTIO PECULII ESSET, IN ANNO QUO PRIMUM DE RE EXPERIUNDI POTESTAS ERIT, JUDICIUM DABO.

De in rem verſo. Tit. 3.

L. 1. ff. cod. I. Si quid in rem alicujus verſum eſſe dicetur, ex eo, quod is accepit, qui in ejus eſt poteſtate, quatenus verſum erit, eatenus actionem dabo.

Quod juſſu. Tit. 4.

L. 1. ff. cod. I. Quod juſſu domini, vel patris geſtum eſſe dicetur, de ea re adverſus eos in ſolidum judicium dabo.

EX LIBRO XVI.

Depoſiti vel contra. Tit. 3.

L. 1. §. 1. cod. I. QUOD NEQUE TUMULTUS, NEQUE INCENDII, NEQUE RUINÆ, NEQUE NAUFRAGII CAUSA DEPOSITUM SIT, IN SIMPLUM: EARUM AUTEM RERUM, QUÆ SUPRA SUNT COMPREHENSÆ, IN IPSUM IN DUPLUM: IN HEREDEM EJUS, QUOD DOLO MALO EJUS FACTUM ESSE DICETUR, QUI SIT MORTUUS, IN SIMPLUM: QUOD IPSIUS, IN DUPLUM JUDICIUM DABO.

EX LIBRO XVII.

Mandati. Tit. 1.

I. Qui mandatum alterius ſuſcepiſſe dicetur, in eum judicium dabo.

Pro ſocio. Tit. 2.

I. Si ſocietas inter aliquos coita eſſe dicetur, de ea re judicium dabo.

EX LIBRO XVIII.

De contrahenda emptione. Tit. 1.

I. Si emptio & venditio contracta eſſe dicetur, de ea re judicium dabo.

De hereditate vel actione vendita. Tit. 4.

L. 2. ff. cod. l. pecunia. 178. ff. de verb. ſignif. I. Si hereditas aut actio veniſſe dicetur, quidquid pecuniæ ex ea hereditate aut actione, ad venditorem, ejuſve heredem perveniſſe dicetur, aut dolo malo factum erit, quominus perveniret: item quæcumque actio, petitio, perſecutio, inde dari debuit, ea omnia emptori præſtari ac reſtitui jubebo.

EX LIBRO XIX.

Locati & conducti. Tit. 2.

I. Si locatio & conductio contracta eſſe dicetur, ex eo contractu actionem dabo.

De æſtimatoria. Tit. 3.

L. 1. ff. cod. I. Si res æſtimata vendenda data fuerit, de æſtimato actionem dabo.

De rerum permutatione. Tit. 4.

L. 1. ff. cod. I. Si permutatio facta eſſe dicetur, in factum actionem dabo.

De præſcripta verba. Tit. 5.

L. 20. & 22. ff. cod. I. Si propria actio prodita non erit, quæ negotio, quo de agitur, accommodari poſſit: uti quæque res geſta eſſe dicetur, præſcriptis verbis in factum actionem dabo.

EX LIBRO XXI.

De Ædilitio edicto. Tit. 1.

L. 1. ff. cod. I. QUI MANCIPIA VENDUNT, CERTIORES FACIANT EMPTORES, QUID MORBI VITIIVE CUIQUE SIT, QUIS FUGITIVUS, ERROVE SIT, NOXAVE SOLUTUS NON SIT: EADEMQUE OMNIA, CUM EA MANCIPIA VÆNIBUNT, PALAM RECTE PRONUNCIANTO.

II. QUOD SI MANCIPIUM ADVERSUS EA VENISSET, SIVE ADVERSUS QUOD DICTUM, PROMISSUMVE FUERIT, CUM VENIRET, FUISSET, QUOD EJUS PRÆSTARI OPORTERE DICETUR, EMPTORI, OMNIBUSQUE, AD QUOS EA RES PERTINET, JUDICIUM DABIMUS, UT ID MANCIPIUM REDHIBEATUR.

III. SI QUID AUTEM POST VENDITIONEM TRADITIONEMQUE DETERIUS, OPERA EMPTORIS, FAMILIÆ, PROCURATORISVE EJUS FACTUM ERIT: SIVE QUID EX EO POST VENDITIONEM NATUM, AUT ACQUISITUM FUERIT, ET SI QUID ALIUD IN VENDITIONE EI ACCESSERIT, SIVE QUID EX EA RE FRUCTUS PERVENERIT AD EMPTOREM, UT EA OMNIA RESTITUAT.

IV. ITEM SI QUAS ACCESSIONES IPSE PRÆSTITERIT, UT RECIPIAT.

V. ITEM SI QUOD MANCIPIUM FRAUDEM CAPITALEM ADMISERIT, MORTISVE CONSCISCENDÆ SIBI CAUSA QUID FECERIT, VEL IN ARENAM DEPUGNANDI CAUSA AD BESTIAS FUERIT INTROMISSUM, EA OMNIA IN VENDITIONE PRONUNCIANTO: EX HIS ENIM CAUSIS JUDICIUM DABIMUS.

VI. HOC AMPLIUS, SI QUIS ADVERSUS EA SCIENS DOLO MALO VENDIDISSE DICETUR, JUDICIUM DABIMUS.

L. quod ſi nolit. 31. §. qui mancipia. 21. ff. cod. VII. Nationem præterea cujuſque mancipii in venditione pronuncianto.

VIII. Si ita factum non erit, quod ejus præſtari oportere dicetur, emptori, omnibuſque, ad quos ea res pertinebit: judicium dabimus, ut & mancipium redhibeatur.

L. præcipiunt. 27. ff. cod. IX. Ne veterator pro novitio væneat prohibemus: ſi quid ignorante emptore ita vænierit, judicium dabimus.

X. A Venditore mancipii nomine duplam promitti, jubebimus.

XI. Mancipiis autem redhibendis in diebus sexaginta, quibus primum agendi potestas erit, vel quanto minoris essent, vænierint in anno, judicium dabimus.

XII. Si quid ita vænierit, ut nisi placuerit, intra præfinitum tempus redhiberetur, conventionem ratam habebimus.

XIII. Si de tempore nihil convenerit, in sexaginta diebus, quibus primum experiundi potestas erit, in factum actionem dabimus.

XIV. Si intra illud tempus redhibitio facta non erit, causa cognita ei subveniemus.

XV. Si servus fuerit redhibitus, ET QUANTA PECUNIA PRO EO NOMINE SOLUTA ACCESSIONISVE NOMINE DATA ERIT, NON TRADETUR: CUJUSVE PECUNIÆ QUIS EO NOMINE OBLIGATUS ERIT, NON LIBERABITUR: in factum actionem dabimus.

XVI. QUI JUMENTA VENDUNT, PALAM RECTE DICUNTO QUID IN QUOQUE EORUM MORBI, VITIIVE SIT, UTI QUÆ OPTIME ORNATA VENDENDI CAUSA FUERINT, ITA EMPTORIBUS TRADANTUR: SI QUID ITA FACTUM NON ERIT, DE ORNAMENTIS RESTITUENDIS JUMENTISVE ORNAMENTORUM NOMINE REDHIBENDIS IN DIEBUS SEXAGINTA, MORBI AUTEM VITIIVE CAUSA INEMPTIS FACIENDIS IN SEX MENSIBUS, VEL QUANTO MINORIS CUM VÆNIRENT, FUERINT, IN ANNO JUDICIUM DABIMUS.

XVII. SI JUMENTA PARIA SIMUL VÆNIERINT, ET ALTERUM IN EA CAUSA FUERIT, UT REDHIBERI DEBEAT, JUDICIUM DABIMUS, QUO UTRUMQUE REDHIBEATUR: QUÆ DE JUMENTORUM SANITATE DIXIMUS, DE CÆTERO QUOQUE PECORE OMNI VENDITORES FACIANT.

T. emptori. 37. de evictionibus.
L. sciendum. 19. §. 6. ff. de ædil. edicto.
L. quod si nolit. 31. §. si quid. 22. ff. eod.
L. Ædiles. 25. §. prætor. 6. l. quod si. 31. §. in factum. 37. & seq. ff. eod.
L. Ædiles. 38. ff. eod.
L. Ædiles. 38. pr. & §. 1. ff. eod.

EX LIBRO XXV.

De actione rerum amotarum. Tit. 2.

I. Si uxor constante matrimonio res mariti amovisse dicatur, in eam actionem dabo, vel jusjurandum deferre permittam.

L. 1. l. Marcellus. 11. §. 1. & ult. l. ideo. 13. ff. eod. L. 1. §. 4. cod.

De inspiciendo ventre custodiendoque partu. Tit. 4.

I. SI MULIER MORTUO MARITO PRÆGNANTEM SE ESSE DICET, HIS, AD QUOS EA RES PERTINEBIT, PROCURATORIVE EORUM BIS IN MENSE DENUNCIANDUM CURET, UT MITTANT, SI VELINT, QUÆ VENTREM INSPICIENT. MITTANTUR AUTEM MULIERES LIBERÆ DUNTAXAT QUINQUE: HÆQUE SIMUL OMNES INSPICIANT: DUM NE QUA EARUM, DUM INSPICIT, INVITA MULIERE VENTREM TANGAT. MULIER IN DOMU HONESTISSIMÆ FEMINÆ PARIAT, QUAM EGO CONSTITUAM. MULIER ANTE DIES TRIGINTA, QUAM PARITURAM SE PUTAT, DENUNCIET IIS, AD QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM, UT MITTANT, SI VELINT, QUI VENTREM CUSTODIANT. IN QUO CONCLAVI MULIER PARITURA ERIT, IBI NE PLURES ADITUS SINT, QUAM UNUS. SI ERUNT, EX UTRAQUE PARTE TABULIS PRÆFIGANTUR. ANTE OSTIUM EJUS CONCLAVIS LIBERI TRES, ET TRES LIBERÆ CUM BINIS COMITIBUS CUSTODIANT. QUOTIESCUMQUE EA MULIER IN ID CONCLAVE, ALIUDVE QUOD, SIVE IN BALINEUM IBIT: CUSTODES SI VOLENT, ID ANTE PROSPICIANT, ET EOS, QUI INTROIERINT, EXCUTIANT. CUSTODES, QUI ANTE CONCLAVE POSITI ERUNT, SI VOLUNT, OMNES, QUI CONCLAVE AUT DOMUM INTROIERINT, EXCUTIANT. MULIER CUM PARTURIRE INCIPIAT, HIS, AD QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM DENUNCIET, UT MITTANT, QUIBUS PRÆSENTIBUS PARIAT. MITTANTUR MULIERES LIBERÆ DUNTAXAT QUINQUE: ITA UT PRÆTER OBSTETRICES DUAS IN EO CONCLAVI NE PLURES MULIERES LIBERÆ SINT, QUAM DECEM: ANCILLÆ, QUAM SEX. HÆ, QUÆ INTUS FUTURÆ ERUNT, EXCUTIANTUR OMNES IN EO CONCLAVI, NE QUA PRÆGNANS SIT. TRIA LUMINA, NE MINUS, IBI SINT: SCILICET QUIA TENEBRÆ AD SUBJICIENDUM APTIORES SUNT. QUOD NATUM ERIT, HIS, AD QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM, SI INSPICERE VOLENT, OSTENDATUR. APUD EUM EDUCETUR, APUD QUEM PARENS JUSSERIT, SI AUTEM NIHIL PARENS JUSSERIT, AUT IS, APUD QUEM VOLUERIT EDUCARI, CURAM NON RECIPIET: APUD QUEM EDUCETUR, CAUSA COGNITA CONSTITUAM. IS, APUD QUEM EDUCABITUR, QUOD NATUM ERIT, QUOAD TRIUM MENSIUM SIT, BIS IN MENSE: EX EO TEMPORE QUOAD SEX MENSIUM SIT, SEMEL IN MENSE: A SEX MENSIBUS QUOAD ANNICULUS FIAT, ALTERNIS MENSIBUS: AB ANNICULO, QUOAD FARI POSSIT, SEMEL IN SEX MENSIBUS, UBI VOLET, OSTENDAT. SI CUI VENTREM INSPICI CUSTODIRIVE, ADESSE PARTUI LICITUM NON ERIT, FACTUMVE QUID ERIT, QUO MINUS EA ITA FIANT, UTI SUPRA COMPREHENSUM EST; EI, QUOD NATUM ERIT, POSSESSIONEM CAUSA COGNITA NON DABO. SIVE QUOD NATUM ERIT, UT SUPRA CAUTUM EST, INSPICI NON LICUERIT. QUAS UTIQUE ACTIONES ME DATURUM POLLICEOR HIS, QUIBUS EX EDICTO MEO BONORUM POSSESSIO DATA SIT: EAS, SI MIHI JUSTA CAUSA VIDEBITUR ESSE, EI NON DABO.

Si ventris nomine muliere in possessionem missa, &c. Tit. 5.

L. 1. ff. eod.

I. Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicetur: tam adversus mulierem, quam adversus eum, in cujus potestate ea fuerit, quanti actoris interfuerit, in tantum actionem dabo.

L. 1. ff. eod.

II. Eum quoque, qui per dolum in possessionem venerit, ab ea decedere cogam.

Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur. Tit. 6.

Ex inscript. & l. un. ff. eod.

I. Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur, quanti agentis interfuerit, intra annum, quo agendi potestas erit, actionem dabo, etiam adversus parentem, si per eum factum sit, ut in possessionem per calumniam iretur.

EX LIBRO XXVI.

De testamentaria tutela. Tit. 2.

L. 17. l. si nemo. 19. ff. eod.

I. Si quis ex pluribus tutoribus satisdationem obtulerit, ut solus administret, an ille audiri, cæterisque nihilominus eadem conditio deferri debeat, causa cognita constituam.

De tutoribus & curatoribus datis ab his qui jus dandi habent. Tit. 5.

L. ventri. 20. ff. eod.

I. Si mulier prægnans esse dicetur, ventri curatorem constituam.

De administratione & periculo tutorum. Tit. 7.

L. 3. §. 1. ff. eod.

I. Si plures tutores testamento dati fuerint, ei potissimum tutelæ administrationem committam, quem parens testamento destinaverit.

§. 7. eod.

II. Quod si nullus à testatore electus fuerit, aut qui electus est, gerere nolit, tum eum gerere cogam, cui major pars tutorum turelam decreverit.

EX LIBRO XXVII.

Ubi pupillus educari vel morari debeat. Tit. 2.

L. 1. §. 2. ff. eod.

I. Si quis pupillum apud se educare recusaverit, eum non cogam.

De tutelæ & rationibus distrahendis. Tit. 3.

L. 1. §. penult. & l. 2 ff. eod.

I. Si quid ex bonis pupilli abesse dicetur, adversus eum qui in administranda tutela aliquid abstulerit, in duplum judicium dabo.

L. 1. pr. ff. eod.

II. Eum, qui tutelam gessit, rationem eo nomine reddere cogam.

De contraria tutelæ actione. Tit. 4.

L. 1. ff. eod.

I. Si quid ex administratione bonorum pupilli debeatur, eo nomine in eum contrariam actionem dabo.

De eo qui pro tutore, prove curatore negotia gessit. Tit. 5.

L. 1. ff. eod.

I. Sive tutor aut curator negotia gesserit: sive quis pro tutore aut pro curatore, ad ea gerenda accesserit, adversus eum qui gessisse dicetur actionem dabo.

Quod falso tutore autore gestum esse dicitur. Tit. 6.

L. 1. §. 1. & 6 ff. eod.

I. QUOD EO AUTORE, QUI TUTOR NON FUERIT, GESTUM ESSE DICETUR, SI ID ACTOR IGNORAVIT, DABO IN INTEGRUM RESTITUTIONEM.

L. 7. ff. eod.

II. IN EUM QUI CUM TUTOR NON ESSET, DOLO MALO AUTOR FACTUS ESSE DICETUR, JUDICIUM DABO, UT QUANTI RES EA ERIT, IN TANTAM PECUNIAM CONDEMNETUR.

EX LIBRO XXVIII.

De conditionibus institutionum. Tit. 7.

L. 8. in pr. ff. eod.

I. Eum cui sub jusjurandi conditione quid relictum est, ita capere finam, ut capiunt hi quibus nulla talis jurisjurandi conditio inscribitur.

De jure deliberandi. Tit. 8.

L. si quis 8. ff. de hered. inst. l. 1. ff. eod.

I. Heredem institutum intra certum tempus hereditatem adire jubebo. SI TEMPUS AD DELIBERANDUM PETET, DABO.

L. 5. ff. eod.

II. Creditoribus instrumentorum inspiciendorum copiam faciam.

L. 5. §. 1. ff. eod.

III. Si major sit hereditas, & in ea hereditate res quæ ex tractu temporis deteriores fiant, aut ea quæ nimium sumptuosa sint: aut quæ mora fiant deteriora: ei qui deliberat causa cognita hujusmodi res sine præjudicio justis pretiis distrahere permittam.

L. 7 pr. ff. eod.

IV. SI PUPILLI PUPILLÆVE NOMINE POSTULABITUR AD DELIBERANDUM AN EXPEDIAT AD EUM HEREDITATEM RETINERE, ET HOC DATUM SIT, SI JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, BONA INTEREA DIMINUI NISI CAUSA COGNITA, BONI VIRI ARBITRATU, VETABO.

EX LIBRO XXIX.

De acquirenda vel omittenda hereditate. Tit. 2.

L. cum quidam. 30. ff. eod.

I. PROXIMUS A FILIO POSTHUMO HERES, DUM MULIER PRÆGNANS EST, AUT PUTATUR ESSE, ADIRE HEREDITATEM NON POTEST: SED SI SCIT NON ESSE PRÆGNANTEM, POTEST.

L. necessariis. 57. ff. eod. Ulp. in lib. reg. tit. qui hered. inst. poss.

II. Suo & necessario heredi tam masculo quam fœminæ abstinendi se ab hereditate potestatem faciam: impuberi, etiamsi se immiscuerit hereditati: puberi, si se non immiscuerit.

L. si servum. 71. §. prætor ait ff. eod.

III. SI PER EUM EAMVE FACTUM ERIT QUO QUID EX EA HEREDITATE AMOVERETUR, abstinendi beneficium non dabo.

Testamenta quemadmodum aperiantur. Tit. 3.

L. 1. 2. & 8. ff. eod. l. 3. C. eod. l. illa verba 163. ff. de verb. signif.

I. Quod ad causam supremi alicujus judicii pertinere dicetur inspicere ac describere desideranti, suo vel alieno nomine: si prius de calumnia juraverit, præter eam partem supremarum tabularum quam aperiri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicujus pertinere dicetur, inspiciendi describendique præter diem & consulem potestatem faciam.

Si quis omissa causa testamenti, &c. Tit. 4.

L. 1. l. 6. §. 2. l. 13. 26. 27. ff. eod.

I. Si quis causam testamenti prætermisisse dicatur, ut ab intestato vel alio modo hereditatem partemve ejus possideat quo eos circumveniat, quibus ex judicio defuncti aliquid deberi potuit, in eum causa cognita actionem dabo.

De Senatusconsulto Syllaniano. Tit. 5.

L. 3. §. 18. ff. eod.

I. Quod ad causam testamenti pertinens relictum erit ab eo qui occisus esse dicetur, id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendumve curet, priusquam de ea familia quæstio ex Senatusconsulto habita, suppliciumque de noxiis sumptum fuerit, vetabo.

L. 5. §. 1. ff. eod.

II. Bonorum quoque possessionem petere non permittam.

L. 25. §. 2. ff. eod.

III. Quod si quis aperuisse, aut quid aliud eorum quæ supra dicta sunt, fecisse dicetur, in centum aureos eum condemnabo: quorum dimidiam partem ei cujus opera convictus erit, dabo: alteram in publicum cogam.

EX LIBRO XXXV.

Si cui plus quam per legem Falcidiam liceat, &c. Tit. 3.

L. 1. in pr. l. 4. ff. eod. l. aliud. 71. ff. de verb. signif.

I. Si cui plus quam per legem Falcidiam liceat, legatum esse dicetur, & dubitari juste possit, utrum lex Falcidia locum habitura sit, necne, causa cognita subveniam heredi: ut ei legatarius satisdet, si apparuerit eum amplius legatorum nomine cepisse quam è lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam daturum, dolumque malum ab eo abfuturum.

EX LIBRO XXXVI.

Ut legatorum seu fideicommissorum servandorum causa caveatur. Tit. 3.

L. 1. in pr. ff. eod.

I. Legatorum & fideicommissorum nomine satisdare jubebo, ut quibus testator diebus dari fierive voluit, iisdem detur vel fiat, dolumque malum abesse abfuturumque esse inter se stipulari cogam.

Ut in possessionem legatorum, &c. Tit. 4.

L. 1. §. 1. & eod.

I. Si per legatarium vel fideicommissarium non stet quo minus ei caveatur, eum in possessionem ire jubebo.

EX LIBRO XXXVII.

De bonorum possessionibus. Tit. 1.

L. 13. ff. de bon. poss.

I. Iis qui rei capitalis damnati sunt, neque in integrum restituti sunt, bonorum possessionem non dabo.

Si tabulæ testamenti extabunt. Tit. 2.

L. un. ff. eod.

I. Si tabulæ testamenti extabunt, in quibus heredis nomen ita deletum sit, ut penitus legi nequeat, bonorum possessionem non dabo.

II. Si tamen post prolatas tabulas deletum fuerit testamentum, aut tabulæ deinde interierint, secundum eas nihilominus bonorum possessionem dabo.

De bonorum possessione, furioso, &c. Tit. 3.

Ex inscript. tit. & l. 2. ff. eod.

I. Furioso, infanti, muto, surdo & cæco, si quid agatur intelligant, bonorum possessionem dabo.

De bonorum possessione contra tabulas. Tit. 4.

I. Si sui liberi heredes non fuerint instituti aut nominatim exheredati:

heredati: neque etiam emancipati qui masculi sunt, nec fœminæ vel inter cæteros: iis contra tabulas bonorum possessionem dabo: exceptis iis qui jure HEREDES INSTITUI NON POSSUNT.

II. Liberos in adoptionem datos, modo heredes instituti sint, à bonorum petitione non submovebo.

De legatis præstandis contra tabulas, &c. Tit. 5.

I. Qui judicia patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem, ex judicio ejus legata & fideicommissa liberis, parentibus, uxori, nutui quoque doris nomine relicta, eos præstare cogam: non tamen iis liberis, quibus ex superioribus causis bonorum possessionem polliceor, si eam petierint, aut si quid aliud ex defuncti voluntate obtinuerint.

De collatione. Tit. 6.

I. Filios emancipatos, quibus bonorum possessio dabitur, sua bona in medium conferre filiis in potestate existentibus boni viri arbitratu jubebo: ita ut collatio fieri censeatur, si recte eo nomine cautum fuerit.

De dotis collatione. Tit. 7.

I. Filiam, quæ bonorum possessionem petet, dotem conferre cogam.

De conjungendis cum emancipato liberis. Tit. 8.

I. Si quis ex his, quibus bonorum possessio datur, in potestate parentis, cum moritur, non fuerit, ei liberisque quos in ejusdem parentis familia habet (si ad eos hereditas proprio nomine pertineat, neque notam exheredationis meruerint) bonorum possessionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, si in potestate permansisset, ita ut ex parte dimidiam ipse: reliquam liberi habeant, hisque duntaxat bona sua conferat.

De ventre in possessionem mittendo. Tit. 9.

I. Si mulier prægnans esse dicetur mortis tempore, & non sit exheredatus qui in utero erit, sitque inter suos heredes futurus, cum iis quibus possessio data erit, causa cognita ventrem in possessionem mittam.

De Carbonano Edicto. Tit. 10.

I. Si cui controversia fiat an inter liberos sit, isque impubes esse dicatur, causa cognita intra annum perinde ei bonorum possessionem dabo, ac si nulla de ea re controversia esset: eumque eo nomine satisdare jubebo: Judicium vero causa cognita in tempus pubertatis differam.

De bonorum possessionibus secundum tabulas. Tit. 11.

I. Si de hereditate ambigitur, & tabulæ testamenti septem testium signis obsignatæ ad me proferantur, secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo: Si testator civis Romanus & suæ potestatis cum moritur, fuerit.

II. Si alienus posthumus heres institutus fuerit, ei secundum tabulas bonorum possessionem dabo.

Si a parente quis manumissus sit. Tit. 12.

I. IN EO QUI A PATRE AVOVE PATERNO PROAVOQUE PATERNI AVI PATRE manumissus erit, idem jus constituam, eandemque contra tabulas bonorum possessionem dabo, quam patrono in liberti bonis.

De bonorum possessione ex testamento militis. Tit. 13.

I. Si miles testamentum fecisse dicatur: quocunque modo testatus fuerit & qualemcunque hereditatis partem aut legatum cuicunque reliquerit, in scriptis aut sine scriptis, eo in militia defuncto, aut intra annum post missionem ex Principum constitutionibus juxta eorum voluntatem bonorum possessionem dabo.

II. Si qui in hostico suprema sua judicia jure militari ordinasse, ibidemque supremum diem functi esse dicantur, etiamsi milites non fuerint, secundum eorum voluntatem bonorum possessionem dabo.

EX LIBRO XXXVIII.

De operis libertorum. Tit. 1.

I. Si operæ à patrono, patrona, liberisque eorum petantur adversus libertos & libertas, de ea re judicium dabo.

De bonis libertorum. Tit. 2.

I. Libertus qui testamentum faciet, ita testari debet, ut partem dimidiam bonorum suorum patrono relinquat: Si nihil aut minus parte dimidia reliquerit, patrono contra tabulas testamenti, heredi scripto secundum tabulas partis dimidiæ bonorum possessionem dabo.

II. Scripto herede non petente, alterius quoque partis patrono bonorum possessionem dabo.

III. Si libertus intestatus mortuus esse dicetur suo herede relicto filio adoptivo, patrono itidem partis dimidiæ bonorum possessionem dabo.

IV. Si naturales liberos reliquerit, sive ii in potestate mortis tempore fuerint, sive emancipati, sive etiam in adoptionem dati, modo ex aliqua parte scripti heredes fuerint, patrono bonorum possessionem non dabo.

V. SI DONUM, MUNUS, OPERAS REDEMERIT libertus, contra tabulas testamenti patrono cui nihil relictum erit, bonorum possessionem non dabo.

De libertis universitatis. Tit. 3.

I. Quod jus patrono in libertorum & libertarum bonis tributum est, idem municipibus acquisitum esto.

Si quid in fraudem patroni factum sit. Tit. 5.

I. Si quid dolo malo liberti factum esse dicetur: sive testamento facto, sive intestatus decesserit libertus, quominus pars debita bonorum ad eorum quem perveniat, quibus contra tabulas bonorum possessio competit, de ea re cognoscam, operamque dabo ne ea res cuiquam fraudi sit.

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi. Tit. 6.

I. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi bonorum possessionem petent: sive sui sint, sive emancipati, aut capite minuti: itemque civitate donati: eis ab intestato bonorum possessionem dabo.

II. Si quis ex iis in potestate parentis cum is moritur non fuerit, ei liberisque quos in ejusdem familia habebit, si ad eos hereditas suo nomine pertinebit, neque nominatim exheredes scripti erunt, bonorum possessionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, si in potestate mansisset, ita ut ex ea parte dimidium ipse habeat, reliquum liberi ejus: hisque duntaxat bona sua conferat.

Unde legitimi. Tit. 7.

I. Unde legitimi bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur: tum quem ei heredem esse oporteret, si intestatus mortuus esset, eum bonorum possessorem faciam: ita ut consanguinei cæteris præferantur.

Unde X personæ.

I. Unde X personæ bonorum possessionem petent, pater, inquam, mater, avus avia paterni: avus avia materni: filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia, frater, soror, sive consanguinei sive uterini, si nullæ inde tabulæ testamenti proferantur: & non contracta fiducia emancipatio peracta esse dicatur, has decem personas extraneo manumissori anteponam, iisque ab intestato bonorum possessionem dabo.

Unde cognati. Tit. 8.

I. Unde cognati bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, eis, qui defuncto mortis tempore cognati fuerunt, proximitatis nomine usque ad sextum gradum cognationis, bonorum possessionem dabo, & septimo sobrino sobrinæque, nato natæve.

II. Agnatis capite minutis, exceptis fratre & sorore emancipatis, nisi sint in adoptiva familia, itemque liberis naturalibus, ex hac parte eandem bonorum possessionem dabo.

Tum quem ex familia.

I. Si libertus intestato mortuus esse dicetur, tum quem ex familia ejus heredem esse oporteret, ad bonorum possessionem vocabo.

Unde liberi patroni.

I. Unde liberi patroni patronæque & parentes eorum bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, ab intestato bonorum possessionem dabo.

De successorio Edicto. Tit. 9.

I. Qui ad bonorum possessionem ex superioribus capitibus vocantur, eam petant liberi & parentes intra annum, cæteri intra centesimum diem.

II. Si quis eorum eam bonorum possessionem dari sibi noluerit, aut diebus statutis non admiserit, tunc cæteris bonorum possessionem ita dabo, ac si prior ex eo numero non fuisset.

Unde vir & uxor. Tit. 11.

I. Unde vir & uxor bonorum possessionem petent: Si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, ei qui petet, ab intestato bonorum possessionem dabo.

Unde cognati manumissoris.

I. Unde cognati manumissoris petent bonorum possessionem, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, eis qui petent, ab intestato bonorum possessionem dabo.

De veteranorum & militum successione. Tit. 12.

I. Si miles aut veteranus intestatus mortuus esse dicatur, cui sint castrensia bona: legitimo heredi, aut si is non erit, proximo cognato usque ad quintum gradum bonorum possessionem dabo: post eum gradum fisco vindicabuntur.

Ut ex legibus Senatusve consultis, &c. Tit. 14.

I. UTI ME QUAQUA LEGE SENATUSVE CONSULTO, BONORUM POSSESSIONEM DARI OPORTEBIT, ITA DABO.

EX LIBRO XXXIX.

De operis novi nunciatione. Tit. 1.

I. Si novum opus nunciatum fuerit ab eo qui juraverit se non calumniæ causa id facere: ne quidquam novi operis fiat, vetabo antequam nunciatio missa facta fuerit, vel vice nunciationis missæ de opere restituendo satisdatum sit.

II. Si quis rivos, vel cloacas velit reficere aut purgare, aut aliud ejusmodi opus facere, cujus mora periculum aliquod allatura sit, operis novi nunciationem ei fieri non permittam.

III. QUEM IN LOCUM NUNCIATUM EST, NE QUID NOVI OPERIS FIERET, QUA DE RE AGITUR, QUOD IN EO LOCO, ANTEQUAM NUNCIATIO FUERIT REMISSA, AUT IN EA CAUSA ESSET UT REMITTI DEBERET, FACTUM EST, ID RESTITUAS.

IV. QUEM IN LOCUM NUNCIATUM EST NEQUID NOVI OPERIS FIERET, QUA DE RE AGITUR, SI DE EA RE SATISDATUM EST, QUOD EJUS CAUTUM SIT, VEL PER TE STAT QUOMINUS SATISDETUR, QUOMINUS ILLI IN EO LOCO OPUS FACERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

De damno infecto. Tit. 2.

I. Si damni infecti nomine agatur, magistratibus municipalibus remittam ut apud eos caveatur damni infecti nomine fidejussoribus datis aut sponsione facta, intra eum diem qui à me constitutus erit.

II. Si intra illum diem non caveatur: ei cui non cavebitur, in possessionem EJUS REI mitti jubebo, DUM EI QUI ABERIT PRIUS DOMUM DENUNCIARI JUBEAM.

III. In eum magistratum qui non curaverit quæ supra scripta sunt, si ab eo id postulatum fuerit, quanti ea res erit cujus damni infecti nomine cautum non erit, judicium dabo.

IV. DAMNI INFECTI SUO NOMINE PROMITTI, ALIENO SATISDARI JUBEBO EI QUI JURAVERIT, NON CALUMNIÆ CAUSA ID SE POSTULARE, EUMVE CUJUS NOMINE AGET POSTULATURUM FUISSE IN EAM DIEM QUAM CAUSA COGNITA STATUERO: SI CONTROVERSIA ERIT DOMINUS SIT NECNE QUI CAVEBIT, SUB EXCEPTIONE SATISDARI JUBEBO.

V. DE EO OPERE, QUOD IN FLUMINE PUBLICO, RIPAVE EJUS FIET, IN ANNOS DECEM SATISDARE JUBEBO: EUM CUI ITA NON CAVEBITUR, IN POSSESSIONEM EJUS REI, CUJUS NOMINE UT CAVEATUR POSTULABITUR, IRE, ET CUM JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, ETIAM POSSIDERE JUBEBO.

VI. IN EUM, QUI NEQUE CAVERIT, NEQUE IN POSSESSIONE ESSE, NEQUE POSSIDERE PASSUS ERIT, JUDICIUM DABO: UT TANTUM PRÆSTET, QUANTUM PRÆSTARE EUM OPORTERET, SI DE EA RE EX DECRETO MEO, EJUSVE CUJUS DE EA RE JURISDICTIO FUIT, QUÆ MEA EST, CAUTUM FUISSET.

VII. EJUS REI NOMINE, IN CUJUS POSSESSIONEM MISERO, SI AB EO QUI IN POSSESSIONE ERIT, DAMNI INFECTI NOMINE NON SATISDABITUR, EUM CUI NON SATISDABITUR, SIMUL IN POSSESSIONE ESSE JUBEBO.

De aqua, & aquæ pluviæ arcendæ. Tit. 3.

I. Si cui aqua pluvia damnum dabit opere manu facto, aquæ pluviæ arcendæ ei actionem dabo.

II. In concedendo jure aquæ ducendæ, tam eorum in quorum loco aqua oritur, quam eorum ad quos ejus aquæ usus pertinet, voluntas exquiratur.

III. Quod si ii consentiant, secundum eorum voluntatem ductionem fieri jubebo.

De publicanis & vectigalibus, & commissis. Tit. 4.

I. QUOD PUBLICANUS, AUT QUIS PUBLICANI NOMINE VI ADEMERIT, QUODQUE FAMILIA PUBLICANORUM, SI ID RESTITUTUM NON ERIT, IN DUPLUM, AUT SI POST ANNUM AGETUR, IN SIMPLUM JUDICIUM DABO. ITEM SI DAMNUM, INJURIA, FURTUMVE FACTUM ESSE DICETUR, JUDICIUM DABO. SI ID AD QUOS EA RES PERTINEBIT, NON EXHIBEBITUR, IN DOMINO SINE NOXÆ DEDITIONE JUDICIUM DABO.

L. 1. § 9. ff. ff. eod. tit. Inst. de exhered. liber. § emancipatos. Ulp. lib. regular. tit. qui hered. inst. fit. inut. L. 8. § 11. ff. eod.

L. 1 ff. eod.

L. 2. 3 & 4. ff. eod.

L. 1. in pr. § 1. & 2. § 3. in pr. § 3. 4 5 § 1. lib. ff. eod. Ulp. in lib. reg. tit. de possess. dand. Paul. rec. sent. lib. 5. tit. 9. l. ultim. 20. § vid. ff. de bonor. possess. cont. tab.

L. 1. in pr. ff. eod.

L. 1. in pr. § 7 & 23. ff. eod.

L. 1. § 1. 2. & 7. l. 7. vers. fin. ff. eod.

L. 1. in pr. l. 3. § 4. & 13. l. 4. l. 5. & penult. ff. eod.

L. 1. C. Herm. de succ. Cicer. lib. 1 in Verr. Instit. de test. § 1. l. 1. in princ. § 2 3. & 5 ff. eod. Ulp. in lib. reg. tit. quemad. test. rump. 24. & tit. de poss. dand. 24.

L. 3. ff. b. t. Instit. de bon. poss. in pr.

L. 1. ff. eod.

L. 12. 14. 15. 17. 19. 38. & 40 ff. de testam. milit.

L. un. ff. de bon. poss. ex testam. mil.

L. 2. & 7. ff. eod.

Inst. tit. de succ. libert. § 1. l. 6. ff. de bonor. possess.

L. Julianus. 37. ff. eod. l. sæpe. 53. ff. de verb. signif. vide Juris notæ à Magnone collectæ. L. un. ff. eod.

L. 1. in pr. ff. eod.

L. 1. § 5. l. 4. ff. si tab. test. null. ext. item in collat. legis Mosaic. cum Rom. tit. ult. vers. fin. L. 5. ff. eod.

L. 1. & 4. ff. eod. unde legitim. Collat. legis Mosaic. cum Rom. tit. ult. vers. fin. l. un. ff. ut ex legib. Senat.

Instit. tit. de bon. possess. § 3 4. & Collat. leg. Mosaic. cap. ult. vers. fin.

L. 1. § 2. & seq. ff. eod. l. 8. ff. de suis & legitim. hered.

Instit. tit. de success. cognat. l. 1. § 2. & seq. ff. unde cognati.

Justin. & Theoph. Inst. tit. de bonor. possess

Justin. cum Theoph. Inst. tit. de bon. poss.

L. 1. In pr. ff. eod. Inst. tit. de bonor. possess. § in fin.

L. 1. § 10. ff. eod.

L. 1 ff. eod. § 4. Inst. tit. de bonor. possess.

Inst. d. loco.

L. 2. ff. eod.

L. 5. § 14. ff. eod. l. 7. in pr. ff. de damn. infect.

L. 5. § 11. & 12. ff. eod.

L. 20. in pr. ff. eod. l. cum prætor. 81. ff. de verb. sign.

L. 20. § 9. ff. eod.

L. 1. & 4. ff. eod. l. 7. ff. de verb. sign.

L. 4. ff. eod.

L. 4. § 5. ff. eod.

L. 7. ff. eod.

L. 1. in prine. § 1. & 12. ff. eod.

L. in concedendo. 8. & l seq. ff. eod.

L. 1. & 12. ff. eod.

EX LIBRO XL.

De liberali causa. Tit. 12.

L. 1. ff. eod. I. In liberali causa parentibus & liberis aliisque necessariis personis, invito eo qui in servitutem asseritur, causa cognita litigare permittam.

L. rectissime. 14. l. lucr. 16. l. in tantum. 18. l. vel obligatus. 20. l. utique. 21. & seq. ff. eod. II. Si qui cum se liberos scirent, dolo malo passi sunt se pro servis venundari, in duplum adversus eos intra annum judicium dabo.

EX LIBRO XLII.

De re judicata. Tit. 1.

L. 4. §. 1. & 3. l. 7. ff. eod. I. Condemnatus ut pecuniam solvat ab eo, cujus de ea re jurisdictio est: Si neque solvat intra legitimum tempus, neque eo nomine satisfaciat, in eum judicati actionem dabo.

L. si victum. 34. ff. eod. l. verbo. 43. & duab. seq. ff. de verb. sign. II. Si victum vel stratum inferri quis judicato non patiatur, in eum uti ea res erit, animadvertam.

De confessis. Tit. 2.

L. 1. & 3. ff. eod. I. Confessus si intra legitimum tempus pecuniam non solvat, neq; eo nomine satisfaciat, in eum ut in condemnatum actionem dabo.

Quibus ex causis in possessionem eatur. Tit. 4.

L. 2. ff. eod. I. In bona ejus, qui judicio sistendi causa fidejussores dederit, si neque potestatem sui faciat, neque defendatur, iri jubebo.

L. 3. & 5. ff. eod. II. Si adversus pupillum ex contractu cum eo inito agatur, isque non defendatur, bona ejus quandiu impubes erit, rei servandæ causa possideri jubebo.

L. 5. §. 2. ff. eod. III. Si pupillus in suam tutelam venerit, vel pupilla viripotens fuerit, et recte defendantur, eos qui bona possident, de possessione decedere jubebo.

L. 6. ff. eod. IV. Et ejus cujus bona possessa sunt a creditoribus, veneant, præterquam pupilli et ejus qui reipub. causa sine dolo malo abfuit.

L. 7. §. 1. ff. eod. V. Qui fraudationis causa latitavit, si boni viri arbitratu non defendatur, ejus bona possideri, vendique jubebo.

De rebus autoritate judicis possidendis, seu vendundis. Tit. 5.

L. 8. §. 1. ff. eod. I. Si qui fructus ex prædio debitoris capi poterunt, eos creditor qui in possessionem bonorum missus est, vendere aut locare necesse habeat.

L. 8. §. 1. ff. eod. II. Si tamen à debitore ante venditi aut locati fuerint, venditionem aut locationem à debitore factam, etsi minoris distractum est vel locatum tuebor.

L. 8. §. 1. ff. eod. III. Nisi in fraudem creditorum venditio aut locatio facta esse dicatur, quo casu arbitrium creditoribus dabo, ut ex integro venditionem aut locationem faciant.

L. 9. pr. ff. eod. IV. Si quis cum in bonorum possessione esset, quod eo nomine fructus ceperit ei, ad quem ea res pertinet, non restituat: sive quod impensæ sine dolo malo fecerit, ei non præstabitur, sive dolo malo ejus deterior causa possessionis facta esse dicetur, de ea re in factum judicium dabo.

L. ait prætor. 25. ff. eod. in vulgatis codicibus est lex 9. ff. de privilegiis creditorum. V. Quod postea contractum erit quam is cujus bona venierint, consilium receperit fraudare sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur.

Quæ in fraudem creditorum gesta sunt, ut in integrum restituantur. Tit. 8.

L. 1. pr. ff. eod. I. Quæ fraudationis causa gesta erunt eo qui fraudem non ignoraverit, de his curatori bonorum, vel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo: idque etiam adversus ipsum qui fraudem fecit, servabo.

L. 10. ff. eod. II. Quæ Lucius Titius fraudandi causa, sciente te in bonis quibus de agitur, fecit, ea illi, si eo nomine quo de agitur, actionem ex edicto meo competere, esseve oportet, et si non plus quam annus est, cum de ea re qua de agitur, experiundi potestas est, restituas, atque etiam fructus qui fundo cohæsisse dicentur, interdum causa cognita etsi scientia non sit, in factum actionem permittam.

EX LIBRO XLIII.

Quorum bonorum. Tit. 2.

L. 1. pr. ff. eod. l. nemo. 68. ff. pro soc. I. Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides, possideresve, si nihil usucaptum esset, quod quidem dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id illi restituas.

Quod legatorum. Tit. 3.

L. 1. §. 2. ff. eod. I. Quod legatorum nomine possides, aut dolo desiisti possidere, non ex voluntate ejus ad quem ea res pertinet, si per bonorum possessorem non stat, ut satisdetur, id illi restituas.

Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. Tit. 4.

L. 1. ff. eod. I. Si quis dolo malo fecerit quo minus quis permissu meo, ejusve cujus de ea re jurisdictio fuerit, in bonorum possessione sit, in eum factum judicium quanti res ea fuerit, ob quam in possessionem missus erit, dabo.

De tabulis exhibendis. Tit. 5.

L. 1. ff. eod. l. penes te. 63. de verb. sign. Paul. lib. 4. recept. sent. tit. 7. I. Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti pertinentes reliquisse dicetur, sive hæ penes te sunt, aut dolo malo tuo factum est, ut esse desinerent, ita eas illi exhibeas. Item si libellus aliudve quid relictum esse dicetur, decreto comprehendam.

Ne quid in loco sacro fiat. Tit. 6.

L. 1. pr. ff. eod. I. In loco sacro facere, inve eum immittere quid veto.

Ne quid in loco publico vel itinere fiat. Tit. 8.

L. 2. in pr. ff. eod. I. Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, senatusconsulto, edicto, decretove principum tibi concessum est: de eo quod erit factum, interdictum dabo.

d. l. 1. §. 20. II. In via publica, vel itinere publico facere, immittereve quid, quo ea via iterve deterius sit, veto fiat.

§. 35. III. Quod in via publica itinereve publico factum immissumve habes, quo ea via idve iter deterius sit, fiat, restituas.

§. 44. IV. Quominus illi via publica itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto.

De loco publico fruendo. Tit. 9.

L. 1. pr. ff. eod. I. Quominus loco publico, quem is cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locavit, ei qui conduxit, sociove ejus, e lege locationis frui liceat, vim fieri veto.

De via publica & itinere publico reficiendo. Tit. 11.

L. 1. princ. ff. eod. I. Quominus illi viam publicam, iterve publicum aperire, reficere, liceat, dum ne ea idve iter deterius fiat, vim fieri veto.

De fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. Tit. 12.

L. 1. in pr. ff. eod. I. Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias; ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas, quo statio iterve navigio deterius sit, fiat.

d. l. 1. §. 17. II. Ne quid in mari inve litore quo portus statio, iterve navigio deterius sit, fiat.

§. 19. III. Quod in flumine publico, ripave ejus fiat. Si quid in flumen ripamve ejus factum habes, vel immissum habes, quo statio iterve navigii deterius sit, fiat, restituas.

Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo aliter aqua fluat, quam priore æstate fluxerat. Tit. 13.

L. 1. pr. ff. eod. I. In flumine publico, inve ripa ejus facere, aut in id flumen ripamve ejus immittere: quo aliter aqua fluat, quam priore æstate fluxit, veto.

d. l. 1. §. 11. ff. eod. II. Quod in flumine publico, ripave ejus factum; sive quid in flumen publicum, ripamve ejus immissum habes: si ob id aliter aqua fluat, atque priore æstate fluxit, restituas.

Ut in flumine publico navigare liceat. Tit. 14.

L. 1. pr. ff. eod. I. Quominus illi in flumine publico navem, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat: vim fieri veto.

II. Item ut per lacum, fossam, stagnum publicum navigare liceat, interdicam.

De ripa munenda. Tit. 15.

L. 1 pr. ff. eod. I. Quominus illi in flumine publico ripave ejus opus facere ripæ, agrive qui circa ripam est tuendi causa liceat, dum ne ob id navigatio deterior fiat: si tibi damni infecti in annos decem boni viri arbitratu vel cautum, vel satisdatum est, aut per illum non stat, quominus boni viri arbitratu caveatur, vel satisdetur, vim fieri veto.

De vi & vi armata. Tit. 16.

L. 1. pr. ff. eod. I. Unde tu illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit: de eo quæque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: post annum de eo quod ad eum qui vi dejecit, pervenerit, judicium dabo.

Cicer. in Orat. pro Cæcin. Ulp. in l. 2. ff. eod. II. Unde tu aut familia tua, aut procurator tuus hominibus coactis armatisque eum dejecisti, eo restituas.

Uti possidetis. Tit. 17.

L. 1. in pr. ff. eod. Festus in verb. Possessio. I. Uti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo, neque pluris quam quanti res erit, intra annum quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam.

De superficiebus. Tit. 18.

L. 1. ff. eod. I. Uti ex lege locationis, sive conductionis superficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini: quominus ita fruamini, vim fieri, si qua alia actio de superficie postulabitur, cognita dabo.

De itinere actuque privato. Tit. 19.

L. 1. ff. eod. I. Quo itinere actuque privato quo de agitur, vel via hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quominus ita utaris vim fieri veto.

II. Quo itinere actuque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio usus es: quominus iter actumque, ut tibi jus esset, reficias, vim fieri veto.

III. Qui hoc interdicto uti volet, is adversario damni infecti quod per ejus vitium datum sit, caveat.

De aqua quotidiana & æstiva. Tit. 20.

L. 1. pr. ff. eod. I. Uti hoc anno aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: quominus ita ducas, vim fieri veto.

d. l. 1. §. 29. II. Uti priore æstate aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: quominus ita ducas, vim fieri veto.

§. 37. III. Inter heredes, emptores, et bonorum possessores interdicam.

§. 38. IV. Quo ex castello illi aquam ducere ab eo, cui ejus rei jus fuit, permissum est: quo minus ita uti permissum est, ducat, vim fieri veto.

V. Quandoque de opere faciendo erit interdictum, damni infecti caveri jubebo.

De Rivis. Tit. 21.

L. 1. ff. eod. I. Rivos, specus, septa reficere, purgare, aquæ ducendæ causa, quominus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam uti priore æstate, non vi, non clam, non precario, a te duxit, vim fieri veto.

De fonte. Tit. 22.

L. 1. pr. ff. eod. I. Uti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua, nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es; quominus ita ea utaris, vim fieri veto, de lacu, piscina, puteo, item interdicam.

L. 1. §. 6. ff. eod. II. Quominus fontem quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coercere utique ea possis: dum ne aliter utaris, utque uti hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo usus es; vim fieri veto.

De cloacis. Tit. 23.

L. 1. in pr. ff. eod. I. Quominus illi cloacam quæ ex ædibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: damni infecti quod operis vitio sit factum, caveri jubebo.

d. l. 1. §. 15. II. Quod in cloaca publica factum sive immissum habes, quo usus ejus deterior sit, fiat, restituas.

III. Item ne quid fiat immittaturve, interdicam.

Quod vi aut clam. Tit. 24.

L. 1. ff. eod. I. Quod vi aut clam factum est: qua de re agitur, id, cum experiundi potestas est, restituas.

De remissionibus. Tit. 25.

L. 1. ff. eod. I. Quod jus sit illi prohibere, ne se invito fiat in eo, nunciatio teneat. Cæterum nunciationem missam facio.

De

De precario. Tit. 26.

L. 1. ff. eod. I. Quod precario ab illo habes, aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, qua de re agitur, id illi restituas.

De arboribus cædendis. Tit. 27.

L. 1. pr. ff. eod. I. Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendit, si per te stat, quominus eam adimas, tunc quominus eam illi arborem adimere, sibique habere liceat, vim fieri veto.

L. 1. §. 7. ff. eod. II. Quæ arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te stat, quominus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc quominus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto.

De glande legenda. Tit. 28.

L. un. ff. eod. I. Glandem quæ ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.

De libero homine exhibendo. Tit. 29.

L. 1. ff. eod. I. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas.

De liberis exhibendis, item deducendis. Tit. 30.

L. 1. §. ult. ff. eod. l. 63. ff. de verb. sign. I. Qui quæve in potestate Lucii Titii est, si is eave apud te est, dolove malo tuo factum est, quominus apud te esset, ita tum eamve exhibeas.

L. 3. pr. ff. eod. II. Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quominus eum Lucio Titio deducere liceat, vim fieri veto.

Utrubi. Tit. 31.

L. 1. ff. eod. I. Utruri hic homo quo de agitur, majore parte hujusce anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto.

De migrando. Tit. 32.

L. 1. pr. ff. eod. I. Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus de quibus inter te et actorem convenit, ut quæ in eam habitationem, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis essent: sive ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat quominus solvatur, ita quominus ei qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto.

De Salviano interdicto. Tit. 33.

L. 1. & 2. ff. eod. L. 2. §. ult. ff. de interdict. sive extraord. act. I. Quod de his rebus possides, de quibus inter dominum & colonum convenit, ut quæ in fundum quo de agitur, invecta, ibi nata factave essent, ea pignori domino pro mercede ejus fundi essent, id domino restituas.

EX LIBRO XLVI.

De solutionibus & liberationibus. Tit. 3.

L. 30. ff. eod. I. Si debitor offerat pecuniam, quæ petetur, creditor nolit accipere: ei creditori actiones denegabo.

Rem pupilli vel adulescentis salvam fore. Tit. 6.

Ex tituli hujus inscriptione & ex l. 5. ff. d. legit. tut. & ex titul. Inst. de divis. stipul. §. curatores. Instit. Tit. de satisd. l. 5. ff. de legit. tut. Ex inscript. h. t. I. Rem pupilli vel adulescentis salvam fore, tutorem vel curatorem satisdare jubebo.

Judicatum solvi. Tit. 7.

I. Judicatum solvi procuratorem, tutorem, & curatorem causa cognita satisdare jubebo.

Ratam rem haberi. Tit. 8.

I. Ratam rem haberi ab eo, ad quem ea res pertinet, si quis stipulanti promiserit, isque postea ratum non habuerit, in eum qui promiserit, ex ea stipulatione actionem dabo.

EX LIBRO XLVII.

De furtis. Tit. 2.

L. in furtis 50. & l. si quis uxori. 52. ff. eod. l. hac verba. 193. & l. inter hæc verba. 179. ff. de verb. sign. Inst. Tit. de obligat. quæ ex delict. §. 4. Gellius lib. XI. cap. XVIII. I. Qui furtum fecisse, aut cujus ope consilio furtum factum esse dicetur: quanti eam rem paret esse, quæ furto ablata esse dicitur, ejus in quadruplum si furtum manifestum fuerit, aut si nec manifestum, in duplum adversus eum judicium dabo.

II. Si apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & concepta sit: adversus eum in triplum actionem dabo.

III. Si quis rem furtivam alteri obtulerit ea mente, ut apud illum potius quam apud se conciperetur: eaque res apud eum cui oblata est concepta fuerit: ei cui oblata est adversus eum qui obtulisse dicetur, in triplum actionem dabo.

IV. Si quis furtum testibus præsentibus quærere volentem prohibuerit, in eum actionem dabo.

Si is, qui testamento liber esse jussus erit. Tit. 4.

Ex inscript. & ex l. 1. in princ. & §. 5. §. 8. ff. eod. I. Si is, qui testamento liber esse jussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur dolo malo, quominus ex his bonis ad heredem aliquid perveniret: adversus eum intra annum, quo primum agendi potestas erit, in duplum actionem dabo.

Furti adversus nautas. Tit. 5.

L. 1. pr. ff. eod. l. ult. & pen. ff. naut. caupon. I. In eos qui naves, cauponas, stabula exercebunt, si quid à quoquo eorum, quove ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, sive furtum opé, consilio exercitoris factum fuerit, sive eorum cujus qui navis navigandæ, cauponæ aut stabuli exercendi causa ibidem erunt, in duplum judicium dabo.

Si familia furtum fecisse dicatur. Tit. 6.

Ex inscript. & ex l. 1. & 3. ff. eod. I. Si familia furtum fecisse dicetur ignorante domino, ei arbitrium dabo, aut omnes noxios servos noxæ dedere, aut tantum præstare, quantum si unus liber furtum fecisset.

Arborum furtim cæsarum. Tit. 7.

L. 5. 7. 8. ff. eod. I. Si quis arborem furtim cædere, cingere, subsecare ausus fuerit, in duplum adversus eum judicium dabo: facta præterea æstimatione, quanti domini interfit non lædi.

Vi bonorum raptorum. Tit. 8.

L. 2. pr. ff. eod. I. Si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum esse dicetur, sive cujus bona rapta esse dicentur: in eum qui id fecisse dicetur de vi bonorum raptorum intra annum quo primum de ea re experiundi potestas erit, in quadruplum; post annum in simplum judicium dabo. Item si servus fecisse dicetur, in dominum judicium noxale dabo.

L. 4. pr. ff. eod. II. Cujus dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur: in eum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum; post annum in simplum judicium dabo.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata. Tit. 9.

L. 1. pr. ff. eod. I. In eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, quid rapuisse, recipisse dolo malo, damnive quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit; post annum, in simplum judicium dabo. Item in servum et in familiam judicium dabo.

De injuriis & famosis libellis. Tit. 10.

L. 7. ff. eod. Collat. lege Mosaic. cum Rom. Tit. de atrocit. injur. §. pœna. Instit. Tit. eod. L. 11. ff. eod. I. Qui injuriarum agit, certum dicat, quid injuriæ factum sit; et taxationem ponat non minorem, quam quanti vadimonium fuerit.

II. Adversus eum qui injuriam fecisse dicetur aut cujus dolo malo factum erit ut cui injuria fieret, si is cui facta esse dicetur, eam statim in animum revocaverit, judicium dabo.

L. Item apud. 15 §. 2. ff. eod. III. Qui adversus bonos mores convicium cui fecisse, cujusve opera factum issi dicitur, quo adversus bonos mores convicium fieret, in eum judicium dabo.

L. Item apud. 15. §. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18 ff. eod. L. 15. §. 25. ff. eod. IV. Si quis contra bonos mores feminam appellaverit, assectatusve fuerit, vel ejus comitem abduxerit, in eum judicium dabo.

L. 15. §. 34 ff. eod. V. Ne quid infamandi causa fiat. Si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam.

VI. Qui servum alienum adversus bonos mores verberassi, deve eo injussu domini, quæstionem habuisse dicetur: in eum judicium dabo. Item si quid aliud factum esse dicetur, causa cognita judicium dabo.

L. sed si. 17. §. cum servus. 4. & seq. ff. eod. VII. Si servus injuriam fecisse dicetur, adversus dominum noxalem actionem dabo, ita ut domino facultas præstetur, servum arbitratu judicis verberandum dare: Aut si de eo verberibus satis non fiat, noxæ dedere aut litis æstimationem sufferre.

L. sed si. 17 §. ait prætor. 10. ff. eod. VIII. Si ei qui in alterius potestate erit, injuria facta esse dicetur: et neque is, cujus in potestate est, præsens erit, neque procurator quisquam exstat, qui eo nomine agat causa cognita, ipsi qui injuriam accepisse dicetur, judicium dabo.

De sepulchro violato. Tit. 12.

L. 3. pr. ff. eod. I. Cujus dolo malo sepulchrum violatum esse dicetur, in eum in factum judicium dabo: ut ei ab quem pertineat, quanti ob eam rem æquum videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, sive agere nolet: quicumque agere volet, is centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cujus justissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam.

II. Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, ædificiumve aliud, quam quod sepulchri causa factum sit, habuerit: in eum (si quis eo nomine agere vollt) ducentorum aureorum judicium dabo.

De Concessione. Tit. 13.

L. 1. ff. eod. I. Si simulato Prætoris aut Præsidis jussu concussio facta esse dicetur, ablata ejusmodi terrore restitui jubebo. Et in eum qui abstulisse dicetur, ut ea res erit, animadvertam.

EX LIBRO XLIX.

De jure fisci. Tit. 14.

L. 1. §. 1. ff. eod. I. Bona quæ solvendo non sunt, ita demum venire jubebo, si ex his fisco adquiri nihil possit.

EX LIBRO L.

Ad municipalem, & de incolu. Tit. 1.

L. 1. l. ejus qui. 27. ff. eod. I. Ubi municipes domicilium habere dicentur, ibi unumquemque eorum conveniri ac publicis muneribus fungi jubebo.

L. incola. 29. ff. eod. II. Incolam & his magistratibus parere apud quos incola est, & illis apud quos civis esse dicetur, atque in utroque loco publicis muneribus defungi jubebo.

De muneribus & honoribus. Tit. 4.

L. ut gradatim. 11 l. honor. 14. §. 4. ff. eod. I. Honores gradatim deferri, certoque ordine jubebo.

VETERUM EDICTORUM TAM

Urbanorum quam Provincialium fragmenta, quæ apud alios autores leguntur.

De jure dicundo.

Cicer. lib. 2. in Verr. Si perperam judicarit senatus, cognoscam; et ubi cognovero, animadvertam.

De feriis.

Gellius lib. 10. c. 24. Macrob. lib. 1. c. 4. & c. 16. Varr. lib. 5. de ling. Lat. Die noni populo Romano, quiritibus compitalia erunt: quando concepta fuerint, nefas.

Ex quibus causis majores in integrum restituantur.

Ulpian. in l. sed et si 26. §. si feriæ. ff. ex quibus caus. major. in int. restit. Si feriæ extra ordinem sint indictæ, ob res puta prospere gestas, vel in honorem Principis, & propterea magistratus jus non dixerit, Caius Cassius nominatim edicebat restituturum se: quia per Prætorem videbatur factum.

De jurejurando.

Gellius lib. 10. cap. 15. Sacerdotem Vestalem, et flaminem dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam.

Caput Ædilitii Edicti.

Gellius lib. 4. c. 2. Titulus servorum singulorum ut ei scriptus sit, cognato. ita ut ei intelligi recte possit, quid morbi vitiive quoique sit, quis fugitivus errove sit, noxave solutus non sit.

De acquirenda vel omittenda hereditate.

Pompon. in l. ult. de acquir. vel omitt. hered. L. 26. §. si feriæ. ff. ex quibus caus. major. Aristo in decretis Frontonianis ita refert: cum duæ filiæ patri necessariæ heredes extitissent, altera se paterna abstinuerat hereditate, altera bona paterna vindicarat, totumque onus suscipere parata erat; Sanctum Cassium Prætorem causa cognita actiones hereditarias utiles daturum recte pollicitum ei, quæ ad hereditatem patris accesserat denegaturumque ei, quæ se abstinuerat.

De legitimis hereditatibus.

Cicero lib. 2. in Verr. Cum intelligam legem voconiam:
Cupiditati hominum me obviam ire.
Qui ab Aulo Postumio, Q. Fulvio Censoribus postve ea fecit, fecerit.
Si quis heredem fecit, fecerit: nec petitionem nec possessionem dabo.

De bonorum possessionibus.

Cicero lib. 3. in Verr. Si de hereditate ambigitur, et tabulæ testamenti obsignatæ, non minus multis signis quam lege oporteat: ad me proferentur, secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo.

Idem eodem. Si tabulæ testamenti non proferentur, ei, qui se heredem esse dicet, hereditatem dabo.

Idem eodem. Si tabulæ testamenti non proferentur, tum uti proximum quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundum eum bonorum possessionem dabo.

Si

Idem lib. 2. in Verr.

SI DE HEREDITATE AMBIGITUR, ET POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET.

Sic mulier IN EDICTO QUOD DE ALTERUTRO EST, cum ſuam explanaverit optionem, ne pœnitentia poſſit ad aliud transire: etiam ſatisdatione cogetur præcavere, niſi ſi ætatis juvetur auxilio.

Sciendum itaque eſt, EDICTUM PRÆTORIS, QUOD DE ALTERUTRO introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare, ita ut uxor & à marito relicta recipiat, & dotem conſequatur.

Imperat. Theodoſius in Iſi quis agere. 7. C. Theod. de teſtam. & codicill. Juſtinian. l. unic. § ſecundum. C. de rei uxor. actione.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

Cic. in orat. pro Cæcin.

QUI FRAUDATIONIS CAUSA LATITARIT.
CUI HÆRES NON EXTABIT.
QUI EXILII CAUSA SOLUM VERTERIT.

Qui EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VENERINT, EOS ITA VIDETUR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. QUOD IBIDEM RECTE CUSTODIRE POTERUNT, ID IBIDEM CUSTODIANT. QUOD NON POTERUNT, ID AUFERRE ET ABDUCERE LICEBIT. DOMINUM INVITUM DETRUDERE NON PLACET.

Cellius lib. 11. c. 17.

De fluminibus.

QUI FLUMINA RETANDA PUBLICE REDEMPTA HABENT, SI QUIS EORUM AD ME EDUCTUS FUERIT, QUI DICATUR, QUOD EUM EX LEGE LOCATIONIS FACERE OPORTUERIT, NON FECISSE, JUDICIUM DABO.

EX VARIIS ET INCERTIS TITULIS.

Idem Tullius lib. 4. in Verr. Idem lib. 6. epiſtol. ad Attic. epiſt. 1. de edicto Proconſulari Cilicienſi.

Interea dies advenit quo die ſeſe ex inſtituto & lege Rupilia dicas ſorturum Syracuſis edixerat.

De Bibuli Edicto nihil novi præter illam exceptionem de qua tu ad me ſcripſeras, minus gravi præjudicio in ordinem noſtrum. Ego tamen habeo ἰσοδικαμένων ſed tectiorem ex Q. Mucii P. F. Edicto Aſiatico, EXTRA QUAM SI ITA NEGOTIUM GESTUM EST, UT EO STARI NON OPORTEAT, EX FIDE BONA. Multaque ſum ſecutus Scævolæ: in iis illud, in quo ſibi libertatem cenſent Græci datam, UT GRÆCI INTER SE DISCEPTENT SUIS LEGIBUS. Breve autem Edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν quod duobus generibus edicendum putavi; quorum unum eſt provinciale, in quo eſt de rationibus civitatum, de ære alieno, de uſura, de Syngraphis, in eodem omnia de Publicanis; alterum, quod ſine Edicto ſatis commode tranſigi non poteſt, de hereditatum poſſeſſionibus, de bonis poſſidendis, Magiſtris faciundis, vendendis, Quæ ex Edicto & poſtulari & fieri ſolent; tertium de reliquo jure dicundo ἄζιαφορ reliqui. Dixi, ME DE EO GENERE MEA DECRETA AD EDICTA URBANA ACCOMMODATURUM. *Mox ſequitur.* Diem ſtatui ſatis laxam, quam ante ſi ſolverint, dico ME CENTESIMAS DUCTURUM, SI NON SOLVERINT EX PACTIONE.

Idem epiſtol ult. lib. 5.

Interim cum ego in Edicto tralatitio, CENTESIMAS ME OBSERVATURUM, haberem cum anatociſmi anniverſario.

Idem epiſt. 8. lib. 3. ad famil.

Quid enim reprehendi poteſt, niſi quod addis viſum eſſe quibuſdam edictum meum, quaſi conſulto ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum? Jam non tam mihi videntur injuriam facere ii qui hæc diſputant, quam ſi cujus aures ad hanc diſputationem patent. Romæ compoſui Edictum, nihil addidi, niſi quod publicani me rogarent, cum Samon ad me veniſſent, ut de tuo Edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentiſſime ſcriptum caput eſt quod pertinet ad minuendos ſumptus civitatum. Quo in capite ſunt quædam nova, ſalutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector: hoc vero, ex quo ſuſpicio nata eſt, me exquiſiviſſe aliquid in quo te offenderem, tralatitium eſt. Neque enim tam eram deſipiens ut privatæ rei cauſa legari putarem, qui & tibi non privato & pro re non privata, ſed publica, non in privato, ſed publico orbis terræ conſilio, id eſt, in Senatu gratias agerent, mittebantur. Neque cum edixi, NE QUIS INJUSSU MEO PROFICISCERETUR, excluſi eos, qui me in caſtra & qui trans Taurum perſequi non poſſent.

Juris quædam notæ apud probum & magnonem quæ ex edictu eſſe videntur.

HEREDITATIS BONORUMVE POSSESSIO.
QUOD EJUS REI FACTUM ESSE DICETUR.
VETERI POSSESSORI REDITUM.
ARBITRIUM LITI ÆSTIMANDÆ.
CONVICTUS ESSE DICETUR.
JURIS DICUNDI CAUSA.
NON CALUMNIÆ CAUSA.
DOLO MALO FRAUDISVE CAUSA.
FRAUDATIONIS CAUSA LATITARE.
OPERÆ, DONUM, MUNUS.
QUA DE RE.
CAUSA COGNITA.
QUOD RECTE FACTUM ESSE VIDEBITUR.

ORDO EDICTI PERPETUI, UNA CUM SERIE LIBRORUM QUOS Juriſconſulti veteres ad id ſcripſere.

Furii Anthiani ad Edictum Liber	Pomponii ad Edictum Liber	Callistrati ad Edictum monitorium Liber	Pauli ad Edictum Liber		Ulpiani ad Edictum Liber	Caii ad Edicta Provinciale Liber	Juliani, Digeſtorum Liber	Hermogeniani Epitomarum Juris Liber
				Præfatio Edicti adverſus eos qui quid *adverſus Edictum* fecerint.				
			1	De actione danda vel deneganda à Prætore.	1	1		
				De Magiſtratibus Municipalibus, eorum Poteſtate & Officio.				
				De modo Juriſdictionis eorum.			1	
				De Vadimonio.				
			2	De Vindiciis ſecundum poſſeſſorem interim dandis.	2			
				De Mandata Juriſdictione & Judice dando.				
	10			De Formula Juriſdictionis, deque Albo Prætoris corrupto.	3			
	11		3	De Edendo.				
				De Pactis.	4	2		
			4	De In Jus Vocando.				
				Qui neque ſequantur, neque ducantur.	5			
		1	5	De Poſtulando.	6			
				De his qui notantur infamia.			2	
			6	De Forma agendi.	7			
				De plus petendo.				
				De Cautione Judicio ſiſti, & Vadimonio deſerto.				
			7	De dote, de muliere, abeſſe, amiſiſſe.		3		
1				De Cognitoribus.	8			
			8	De Procuratoribus.	9			
	24		9	De univerſitatis cujuſque cauſis.			3	
	26		10	De Negotiis geſtis.	10			
				De Calumniatoribus.				1
				De In Integrum Reſtitutionibus.	11			
	27		11	De Dolo malo.				
				De Metu.				
	28			De Minoribus 25 annis.		4		
				De Capitis diminutione.	12			
	30			De eo quod falſo tutore geſtum.				
	31		12 & Brevium	Ex quibus cauſis majores.			4	
				De Alienatione Judicii mutandi cauſa.	13			
			3	De Temporibus in integrum reſtitutionis.				
	33		13	De Receptis qui arbitrium.				
				Nautæ, Caupones, Stabularii, ut recepta reſtituant.				
	34		14	De Satisdando.	14	5		

De Ju-

Pomponii.	Callistrati.	Paulli.		Ulpiani.	Gaii.	Juliani	Hermogeniani
		15. 16.	De Judiciis.			5	
36		17 18.	De Inofficioſi querela.				
		19. 20.	De hereditatis petitionibus.	15	6	6	
37			De Rei Vindicatione.	16			
39	2	21	De Publiciana.			7	
			Si ager vectigalis.				
			De uſufructu, uſu, habitatione.	17			
			De ſervitutibus.				
Hactenus ex Furio Anthiano. 40		22	De Damno Dato. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.	18	7	8	
			Ad L. Aquiliam.				
			De Noxalibus actionibus.				
		23	Finium regundorum.	19		9	
			Familiæ erciſcundæ.	&			
			Communi dividundo.	20			
		24	De Judice litem ſuam faciente & mutando.	21	8		
			De Fraudatoriis actionibus.				
			De Interrogationibus in jure faciendis.				
			De Jurejurando.	22			
			De his qui effuderunt vel dejecerunt.				
			De ſervo corrupto.	23			
			De aleatoribus.				
		25	Si menſor falſum modum dixerit.	24			
		26	Ad exhibendum, & de ventre inſpiciendo.				
		27	De religioſis.	25			
		Paulus ad Edictum lib. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Brevium lib. 6. 7.	De Rebus Creditis, & certi Conditione.				
			De Jurejurando.	26		10	
			De Condictionibus, indebiti, & aliis.				
			De Condictione furtiva.				
			De Condictione triticaria.				
		28	De eo quod certo loco.	27			
			De pecunia conſtituta.				
			Commodati.			11	
			De Pignoratitia actione.				
		29	De Præſcriptis verbis & in factum actionibus.	28	9		
			De Exercitoria.				
			De Inſtitoria.				
			De Tributoria.				
			Quod cum eo qui in aliena poteſtate.				
			De SC. Macedoniano.			12	
		30	Quod juſſu	29			
			De in rem verſo (Hic ordo fuit, ut docet lex 1. *Quod cum eo qui &c.* & lex 1. *de peculio.*)				
			De peculio				
			Ad SC. Vellejanum.			13	
		31	De compenſationibus.				
			De depoſito.	30		14	
		32	De mandato.				
			Pro ſocio.	31			
		33	De emptione, ſeu Actionibus Empti-venditi.				
63			De locatione, de L. Rhodia, de jactu.		10		
		34	De Æſtimatoria.	32		15	
			De pignoribus.				
			De evictionibus.				
		Paulus ad Edictum lib. 35. 36. 37. Brevium 7.	De Sponsalibus.				
			De nuptiis.			16	
			De Jure Dotium.				
			De Pactis Dotalibus.				
			De Fundo Dotali.				
		35	De Divortiis, ſoluto matrimonio dos quemadmodum petatur.	33			
	3				11	17	
			De Retentionibus ex dote, ob res donatas, ob impenſas.			18	
		36	De Donatione inter virum & uxorem.				
			De Mora in dote danda, ac reddenda.				
			De Actione rerum amotarum.	34			
		37	Si Ventris nomine.			19	
			De agnoſcendis liberis.				
69			De Tutelis.				
			De Satisdatione tutorum.				
			De Excuſationibus.	35			
			De Adminiſtratione tutorum.			20	
		38	De rebus eorum qui ſub tutela.		12		
		Ad Edictum & Brevium 8.	De ſuſpectis Tutoribus.				
			De Tutelæ Actionibus.				
			De Magiſtratibus conveniendis.				
			De Curatore furioſi.	36		21	
		39	De Noxali Furti actione, & in genere,	37			
		40	De Furto à ſervo qui teſtamento liber eſſe juſſus eſt.		13 Gaius ad Edictum Prætoris tit. de Publicanis.		
			De Publicanis & furto à familia eorum facto.	38		22	
			De Operis Libertorum.				
			De Bonorum Poſſeſſionibus.	39			
			De bonorum poſſ. contra tabulas.				
			De legatis præſtandis.			23	
			De collatione bonorum.	40			
		41	De dotis collatione.		14		
			De conjungendis cum emancipato liberis.				
			De ventre in poſſeſſ. mittendo.	41		24	
79			De Carboniano Edicto.				
			De bonorum poſſeſſ. ſecundum tabul.				
		42	De bonis libertorum.	42	15	25	
			Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt.	43			
			Si quid in fraudem patroni.	44	16	26	
		43					
83 Hactenus Pomponius.			De Teſtamento militis.	45	Gaii libri dicto *de Teſtamentis* ad E-		
			De teſtamentis.				

De Le-

Callistrati.	Pauli.		Ulpiani.	Gaii.	Juliani.	Hermogeniani.
		De Legitimis seu ab intestato successionibus.		dictum Prætoris Urbani.	27	3
		Unde liberi.	46			
		Unde legitimi.				
		Unde cognati.				
		Unde vir & uxor.	47	17		
		De Fisco, & sic de vacantibus, caducis, ereptitiis.	48		28	
	44	Si quis aliquem testari prohibuerit.				
	45	Ut ex Legib. Senatusconsultis bon. poss. detur.			29	
		Quis ordo in bonorum possessione servetur.	49		30	
		De successorio Edicto.				
		De heredibus instituendis.			31	
		De substitutionibus.				
		De conditionibus institutionum.	50			
		Testamenta quemadmodum aperiantur.				
		Si quis omissa causa testamenti.				
	46	[De SC. Syllaniano.				
	47	De Legatis & Fideicommissis.	51	18 Gaii libri 3 de Legatis ad Edictum Prætoris Urb.	à lib. 32 ad 40 inclus.	4
		Ut in possessione Legatorum.				
	48	De operis novi nunciatione.	52	Gaius ad Edictum tit. de operis novi nunc. 19	41	
		De damno infecto.				
	49	[De aquæ pluviæ arcendæ.	53			
	50	De Causis Status.	54		42	
		De liberali causa.				
	51	[De statuliberis.	55	Item eius liber ad Edictum Prætoris Urbani de damno infecto & de aq. pl. arc. 20	43	
		De publicanis.				
		De adquirenda possess. de usucapionibus.				
	52	Vi bonorum raptorum.	56		44	
		De incendio &c.		Item libri Gai de Liberali. 21 22	45	
		De injuriis.	57			5
	53	De Re Judicata & Executionibus.		Gaius lib. ad Edictum Prætoris tit. de re judicata.		
	54	De confessis.	58			
	55	De cessione bonorum.				
	56	Quibus ex causis in poss. eatur vel differatur.				
Brevium 16	57	De rebus auctoritate Judicis possid.	62	23		
	58	[De privilegiariis creditoribus.	63			
	59	De bonorum venditione.	64			
	60	De separationibus.				
	61	[De curatore bonis dando.	65	24		
	62	De his qui in quantum facere poss. cond.	66			
		De his quæ in fraudem creditorum.				
					47	
		De Interdictis.				
	63	Quorum bonorum.	67			
		Quod legatorum.				
	64	De Interdictis, de divinis rebus, deque publicis, de vi publica, de mortuo inferendo, de tabulis exhibendis.	68			
	65	De Interdictis super re privata, retinenda, recuper. possess.	69	25	48	
		De superficiebus.				
		De itinere actuque privato.				
	66	De aqua quotidiana.	70			
		De rivis.				
		De fonte.				
		De operis novi nunciatione.				
		De cloacis.				
		Quod vi aut clam.				
4		De remissionibus.				
		De precario.	71			
	67	De arboribus.				
		De glande.		26	49	
		De homine libero exhibendo.				
		De liberis exhibendis.				
		Utrubi.				
		Ne vis fiat ei.	72			
	68	De Salviano.				
		De migrando.	73			
		De Exceptionibus.			50	
	69	De exceptionibus adv. vadimonium desertum.	74			
	70	[De exceptione rei judicatæ.	75			
		De doli mali exceptione.				
		De exceptione rei venditæ.		30	51	
		De litigiosis.				
	71	Quarum rerum actio non detur.	76			
		De exceptione Jurisjurandi.				
		De his quæ onerandæ libertatis.				
		De Stipulationibus, Cautionibus, Satisdationibus.			52	6
	72	De stipulationibus Conventionalibus.			53	
		De stipulationibus Prætoriis.			54	
	73	De satisdatione heredis pendente conditione.	77			
		Judicio sisti.	78			
		Judicatum solvi.				
	74	De re defendenda.				
		De dolo malo.		27	55	
		Tutelæ & Testamenti.		28		
		Legatorum nomine veluti usufr.		29		
	75	Si cui plus quam per L. Falcid.	79			
		Legatorum servandorum.				
		Rem pupilli salvam fore.			56	
	76	Ratam rem haberi.	80			
		Stipulatio de operis novi nunciatione.				
		De * Duplæ stipulatione.			57	
	77	De stipulatione ob novum opus & de damno infecto.	81		58	
	78					

* Vide de hujus tit. hic situ *Constitutionem ad Antecessores.* §. 3 & *ad Senatum & omnes populos.* §. *quartus locus.*

DOMI-

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI

PRINCIPIS JUSTINIANI, JURIS ENUCLEATI

ex omni vetere Jure collecti

DIGESTORUM[1] SEU PANDECTARUM[2]

LIBER PRIMUS.

TIT. I.

DE JUSTITIA, ET JURE.

Initio, Denominatio & definitio juris. 1. *De officio Jurisconsultorum.* 2. *Principia seu species juris.* 3. *De jure naturali.* 4. *Jurisgentium definitio.*

1. ULPIANUS lib. 1 Institutionum.

IURI operam daturum prius nosse oportet, unde nomen *Juris* descendat. Est autem à justitia [3] appellatum: nam (ut eleganter Celsus definit) Jus est ars boni & æqui 4. §. 1. Cujus merito quis nos Sacerdotes appellet: Justitiam namque [5] colimus: & boni & æqui notitiam [6] profitemur: æquum ab iniquo separantes: licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum, verumetiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram (nisi fallor) philosophiam, non [7] simulatam affectantes [8]. §. 2. Hujus studii duæ sunt positiones; publicum, & privatum. † Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum, quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quædam publice utilia, quædam privatim. Publicum jus in sacris, in Sacerdotibus, in magistratibus [9] consistit. Privatum jus tripertitum est: collectum etenim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

§. 3. Jus naturale est, quod natura omnia animalia docuit [10]. nam jus istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari nascuntur; avium [11] quoque commune est. Hinc descendit maris [12] atque fœminæ conjunctio, quam nos *matrimonium* appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio [13]: videmus etenim cætera quoque animalia, feras etiam, istius juris peritia [14] censeri [15]. §. 4. Jus gentium est [16], quo gentes humanæ utuntur: quod à naturali recedere, facile intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

Effectus juris gentium primævi.

2. POMPONIUS lib. singulari Enchiridii.

VEluti [17] erga Deum religio [18]: ut parentibus & patriæ [19] pareamus.

Effectus juris gentium secundarii.

3. FLORENTINUS lib. 1 Institutionum.

VT vim, atque injuriam propulsemus [20]. Nam jure hoc [21] evenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit [22], jure fecisse existimetur, &, cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

4. ULPIANUS lib. 1 Institutionum.

MAnumissiones quoque juris gentium sunt. † Est autem manumissio, de manu missio, id est, datio libertatis [23]: nam, quamdiu quis in servitute est, manui & potestati suppositus est: manumissus, liberatur potestate. † Quæ res à jure gentium originem [24] sumpsit: utpote cum jure naturali omnes liberi [25] nascerentur, nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita: sed posteaquam jure gentium servitus invasit, sequutum est beneficium manumissionis: & cum uno naturali nomine *homines* appellaremur, jure gentium tria [26] genera esse cœperunt [27], liberi, & his contrarium servi, & tertium genus liberti, id est, hi qui desierant esse servi.

5. HERMOGENIANUS lib. 1 Juris Epitomarum.

EX hoc jure gentium introducta bella [1] discretæ gentes: regna condita: dominia [28] distincta [29]: agris termini positi: ædificia collocata [30]: commercium [31], emptiones [32], venditiones, locationes [33], conductiones, obligationes institutæ: exceptis quibusdam [34], quæ à jure civili introductæ sunt.

Juris civilis definitio. 1. *Romani divisio.*

6. ULPIANUS lib. 1 Institutionum.

IUs [35] civile est, quod neque [36] in totum [37] à naturali [38], vel gentium recedit, nec per omnia ei servit: itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi, jus proprium, id est civile, efficimus. §. 1. Hoc igitur jus nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto: ut apud Græcos [39] τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δ' ἄγραφοι, id est, *legum aliæ quidem scriptæ, aliæ vero non scriptæ.*

Species juris civilis. 1. *Juris Prætorii definitio, & honorarii etymologia.*

7. PAPINIANUS lib. 2 Definitionum.

IUs autem civile est, quod ex legibus [40], plebiscitis, senatusconsultis, decretis Principum, autoritate Prudentium venit.

§. 1. Jus prætorium est [41], quod Prætores introduxerunt [42], adjuvandi [43], vel supplendi, vel [44] corrigendi juris civilis gratia, propter utilitatem publicam: quod & *honorarium* dicitur, ad honorem Prætorum sic nominatum.

Honorarii juris proprium.

8. MARCIANUS lib. 1 Institutionum.

NAm & ipsum jus honorarium viva [45] vox est juris civilis.

Juris divisio.

9. GAIUS lib. 1 Institutionum.

OMnes populi, qui legibus & moribus [46] reguntur, partim suo proprio, [47] partim communi omnium hominum jure utuntur. † Nam quod quisque populus ipse [48] sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est: vocaturque *jus civile*, quasi jus proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur: vocaturque *jus gentium*, quasi quo jure omnes gentes utuntur.

Justitiæ definitio. 1. *Juris præcepta.* 2. *Jurisprudentiæ definitio.*

10. ULPIANUS lib. 1 Regularum.

IUstitia [49] est [50] constans [51] & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi [52]. §. 1. Juris præcepta [53] sunt hæc: honeste [54] vivere [55], alterum non lædere [56], suum cuique tribuere [57].

§. 2. Jurisprudentia est divinarum [58] atque humanarum [59] rerum notitia: justi atque injusti scientia.

Jus sex modis dicitur.

11. PAULUS libro 14 ad Sabinum.

IUs pluribus modis dicitur. † Uno modo, cum id quod semper æquum [60] ac bonum est, *jus* dicitur: ut est jus naturale. † Altero modo, quod omnibus aut pluribus [61] in quaque civitate utile est: ut est jus civile. † Nec minus *jus* recte appellatur in civitate nostra jus honorarium. † Prætor [62] quoque *jus reddere* dicitur [63], etiam [64] cum inique [65] decernit: relatione scilicet facta, non ad id, quod ita Prætor fecit, sed ad illud, quod Prætorem facere convenit [66]. † Alia significatione *jus* dicitur locus, in quo jus redditur: appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit: quem locum determinare hoc modo possumus: Ubicunque Prætor [67] salva majestate imperii sui, salvoque more [68] majorum, jus dicere constituit, is locus recte jus appellatur.

12. MARCIANUS lib. 1 Institutionum.

NOnnunquam *jus* etiam pro necessitudine dicimus: veluti, Est mihi jus [69] cognationis, vel adfinitatis.

TIT.

---

1 *Digesta* sic dicuntur, ut Græcis ἐκλογαὶ. Digestorum porro libri cur duplici ff. scribantur, dixi *Ff. in voc. præfatiunum.*

2 *Pandectarum* nomen, au masculinum, ut morat Antonius Augustinus, *initio libri de nominibus Pandectæ Florentini*, aliàs quoque dixi.

3 Hoc *Ulpiano* è Philosophia, non è Grammatica petitum est. *Cent. 2. lect. 6.* sic Cicero, 3 *de Republica apud Augustinum* 12 *de civitat.* 21. Jus esse dicunt quod de Justitiæ fonte manavit, non à jussu vel utilitate Tyranni, quæ publicæ cedit. v. *Novell.* 83. *in princ.* Alii à jussu seu jubendo deducunt, ut Hieronymus Magius 4 *Miscellaneorum.* Alii à juvando, ut Galeotius Martius *lib. de promiscua doctr. c.* 28. Collectio porro Ulpiani talis est: Ars omnis à subjecto quod tractat denominanda: Jus est ars boni & æqui, & consequenter justitiæ: Est igitur jus à justitia appellandum vel appellatum.

4 Vide *l.* 90. *ff. de reg. jur.* & quæ scripsi *ad l.* 8. *C. de judiciis l.* 24. §. 1. *ff. de minorib.* Arist. 5 *Ethic.* 10. Goth. *Coraf. lib.* 2 *miscell. cap.* 18. *n.* 4. *Conan. comment. lib.* 1. *cap.* 3. S.L.

5 Qui justitiam colit, sacris Dei vacare dici potest. vide *l.* 32. §. 4. *ff. de rec. qui arb. l.* 2. *ff. de in jus voc. l.* 30. *ff. de excusf. tutor.* Est hæc altera Ulpiani collectio: Omnis Jurisconsultus est justitiæ sacerdos, & quidem verus & non simulatus: Justitiam enim colit, dum boni & æqui notitiam profitetur, æquumque ab iniquo, licitum ab illicito separat; dum bonos efficere studet præmiis & pœnarum metu. Hoc vere est Justitiam colere & sacris temploque ejus ministrare: adde *Auth. habita C. ne filius pro patre.* 6 Exemplum *l.* 31. *ff. de ritu nupt. l.* 91. §. 3. *ff. de V.O.* §. 1 *Inst. de except.* 7 Qualem multa Philosophi habitu ipso, pallio, barba ad pubem usque porrecta, crine, vultu, sonitu; vocis objurgatorio, futilem, inanem & argutiarum plenam, & nihil ad vitam tuendam & ordinandam promoventem, mentiebantur: in quibus barbam & pallium tantum quis intueri poterat, non philosophum, οὐκοῦ ἥ γε φιλοσοφία μέχρι τοῦ πώγωνος καὶ τοῦ τρίβωνος. *Gell.* 10. 9. *c.* 2. 10. *c.* 22. 17. *c.* 9. 8 Sed sanctissimam *l.* 1. §. 5. *ff. de variis & extr. cognit.* 9 Qua voce nonnulli Principem, leges, judicia, res civitatis, & dignitates intelligunt. 10 Inclinatione tenus, non ratiocinatione. 11 Et ita eorum, quæ in cœlo seu aëre. 12 *V. l.* 1. *ff. de ritu nupt.* 13 *V. l.* 3. *l.* 4. *C. de alend. liber.* 14 *Al* perita. 15 *Censeri* hic, estne æstimationem mereri, ut vult Budæus? an vero regi & gubernari, ut Ferrandus 1 *Explicationum* 3? An potius numerari, ut censet Corasius? ad quem modum Juvenal *sat.* 8. dixit, *sanguine censeri.* Quod mihi verius videtur. Nam & apud Theophil. *Inst. de jure natur.* legitur, ἀναγεγραμμένα. 16 Adde *l.* 9. *ff. eod.* 17 Sic Plotinus *Ennead. l.* 9. *c.* 9. ἐρᾷ καὶ Φύσις ἕκαστα ψυχῆς. Animus in naturali habitu constitutus amat Deum. 18 Non superstitiosa, *l.* 30. *ff. de pœnis.*

19 *V. l.* 1. §. 15. *ff. de ventre in poss.* 20 An adversus magistratum? regulariter non licet. vide tamen exceptiones apud Socinum, *regula* 442. & 443. & Aristotelem *in Ethicis & Politicis.* adde quæ à me relata sunt in Pandectas Practicæ civilis, *hoc tit.* 21 *V. l.* 45. §. 4. *ff. ad l. Aquil.* 22 V. in hanc *l. Cujac. 5. obs.* 18. Goth. Item quod quis pudicitiæ servandæ causa fecerit. *arg. l.* 8. *ff. Quod met. causf.* Anf. De moderamine inculpatæ tutelæ, & justa corporis sui defensione, vid. *Jacob. Ayrer. tr. de triplici genere homicidior. Anton. Rosc. lib.* 2. *memorabil. c.* 7. *Reinald. Corf. lib.* 2. *indagat.* 2. *Menoch. de arbitr. jud. cas.* 277 & *seqq. Jul. Clar. §. homicidium. n.* 24. & novissime *Grammat. decis. Neapol. t. Christin. decis. Belgic. vol.* 2. *decis.* 168. *Carpzov prax. criminal. part.* 1. *qu.* 28. S.L. 23 Non alienæ, sed suæ. Duplex est enim in hero seu domino libertas: una propria; altera, quam habet in servum. Hanc servo suo communicare potest dominus sine ulla diminutione suæ libertatis: scientiam alteri ita communicamus, *arg. l* 65. §. 3 *ff. de legat.* 3. ut & lumen, *Cic. 1 offic.* atque ita hunc locum accipit Guilelmus vetus Glossator juris. Aliis, datio libertatis est detectio libertatis illius in servo, quam omnes homines natura habuere ab initio. Aliis vero, detectio libertinitatis: est enim servus manumissione libertinus. Collectio Ulpiani hæc mihi videtur esse: manumitti, est manu & potestate domini sui liberari: ergo manumissio est datio libertatis. 24 Primum: deinde à Jure civili. *l.* 5. §. 1 *ff. de statu hom. l. un. C. de senat. Claud.* 25 Sine missione (id est, manumissione) nascimur. *Sen. 5. epist. 57.* 26 *Nov.* 89. *c.* 1. 27 Imo liberi sunt à naturali jure. *ff. eod.* 28 *l.* 1. *in pr. ff. de adquir. rer. dom.* Jus gentium à naturali tanquam suo antecedente, hanc consequentiam trahit. Jure naturæ, communicatio hominum inter se mandatur: agitur humanæ communicationis modi quærendi sunt, ejusque contraria tollenda. Modi quæruntur, si contractus admittuntur. Erunt contractus, si dominia distinguentur. Contraria vero tollentur, si fontes punientur. Puniuntur fontes judiciis & bello. Judicia expediuntur, citatione, actione, libello, exceptione, replicatione, duplicatione, &c. litis contestatione, probationibus, testibus, juramento, sententia, appellatione, & executione. Ex bello vero captivitas & servitus nascitur, juri naturæ contraria: non ut tollatur jus naturæ, quod immutabile est; sed, ut societatis humanæ lex superior conservaretur, inferior negligenda fuit Quinctiam hinc constat, inferioris legis seu erraram manumissione, & postliminio temperari. 29 Dominia distincta jure gentium, *ut hoc.* ergo Jure naturæ bona omnia communia. Quod si ita sit, quærendum quo sensu furtum lege naturali interdictum esse dicatur *in l.* 1. *in fin. ff. de furtis.* Goth. De Origine & distinctione dominii, & de communione omnium rerum, quæ inter primos homines fuisse dicitur, vid. Ant. Merend. *controv. jur. lib.* 2. *cap.* 15. Anf.

30 *Vulgat.* collata.

31 Commercia *Haloand.* Commercium est permutatio. *l.* 15. *ff. de interd. Ulp.* 19. §. 4.

32 *l.* 1. §. *fin. ff. de contr. empt.*

33 *l.* 1. *ff. locati.*

34 Puta novatione & emphyteusi. 2. *Ecl.* 1. *c.* 14.

35 De juris civilis definitione, adde Ciceron. *in Topicis.*

36 Jus civile desciscere à jure naturali potest, etsi non in totum.

37 τελείως 2. *Ecl.* 1. 14.

38 Atqui naturalia jura mutari non possunt. §. *sed nat. Inst. de jure nat.*

39 Plat. 8. *de Rep. p.* 593. Budæus legit, τὰ μὲν ἀγράφων, τὰ δ' γεγραμμένα.

40 *Idem Cic. in Top.*

41 Definitio accidentalis.

42 *l.* 12. *ff. de ventre inspic.*

43 *Aristot. 5 Ethic.*

44 Lege Lætoria Prætori id juris datum esse, idque reperiri apud Censorinum, negat Cujacius, 18. *obs.* 38.

45 Viva vox juris civilis jus honorarium, sive prætorium. *l.* 2. §. 13. *ff. de orig. jur.* Judex, ἔμψυχος *Arist. 5 Ethic.* 4. Lex, mutus magistratus: Magistratus, lex loquens. *Cicer.* 3 *de legib.*

46 De moribus v. quæ scripsi *l.* 11. *in fin. ff. hoc tit.* Goth. Vide *Mar. Salomon. Castal. & Vacc. hic.* & *Anton. Rosc. lib.* 2. *memorabilium. c.* 8. *Jacob. Revard. lib.* 3. *conject. c.* 9. Anf.

47 Jus est aut proprium civis, aut commune omnium populorum. 48 Proprium jus est quod quisque populus sibi constituit. Atqui soli Imperatori leges condere licet: v. *l. ult. circ. fin. C. de leg.* 49 Non modo divina, sed & virtus ipsa humana: seu, quæ homini à Deo proposita. *Goth.* De Justitiæ & Jurisprudentiæ definitione, & divisione, vid. *Mar. Salomon. Alciat. lib.* 1. *parerg. cap.* 30. & 31. *Cont. Subcesiv. lib.* 2. *cap.* 7. *Turneb. adverf. lib.* 8. *cap.* 5. S.L. 50 Proprium hoc justitiæ est quarto modo: convenit enim omni justitiæ, soli, & semper. 51 Judicis officium innuit. *de quo v. l.* 15. *in fine. ff. de jud. v. Inst. cod. in prine.* 52 Agit enim quæ alteri conducunt aut Principi, aut Reipubl. & sola ex virtutibus alienum bonum spectat. *Arist. 5 Ethic.* 1. & *seqq.* 53 Seneca 11 *Epistol.* 82. Hoc justitiæ convenit, suum cuique reddere: beneficio gratiam; injuriæ talionem, aut certe malam gratiam. 54 *Honeste vivit* non modo qui alterum non lædit, aut qui suum cuique tribuit, sed & qui etiamsi solus sit, virtutis præscripto ac lege vivit. 55 *V. Rob.* 3. *sent.* 12.

56 *V. l.* 3. §. *pen. ff. de incend.* 57 *V. l.* 24. §. *pen. ff. de min.* hoc ultimum præceptum sæpe negligitur, ut secundum impleatur (ut cum furiosus ensem deponit, & repetit, nec redditur, ne lædatur, argumento *l.* 31. *ff. depositi*) & è contrario, ad hoc enim pœnæ repertæ sunt, ut suum cuique tribuatur. 58 Recte *divinarum rerum scientiam* jurisprudentiæ tribuit: Conjuncta enim fuit olim juris divini & humani scientia. Ita Scævola 8. *Valer.* 8. dicitur, bene ac diu jura civium & cæremoniis ordinasse, & *lib.* 5. *cap.* 8. T. Manlius Torquatus juris civilis & sacrorum Pontificalium peritus. Sic apud Tacitum, *lib.* 3. Ateius Capito, humani, divinique juris sciens, & à Macrobio 7. *cap.* 13. Pontificii juris inter primos peritus, (sui rei & hoc quoque argumento est, quod libros juris Pontificii reliquerit) 4. *Gell.* 6. *Festus.* Extant etiam Labeonis de jure Pontificio commentarii, *teste Festo, & Chasiso Sospitro.* Et Nerva à Tacito, *lib.* 5. dicitur fuisse omnis divini humanique juris sciens. Unde Gellius *lib.* 10. *cap.* 15. in explicandis Flaminum cærimoniis, Masfurii Sabini autoritate utitur. Sed nullum apertius testimonium est Ciceroniano, 2 *de legib.* Pontificem neminem bonum esse, nisi qui jus civile cognoffet. Inde factum, ut juris nostri autores juris civilis alteram speciem in sacris & Sacerdotibus collocarent. *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* ut hinc perspici possit, nullum pene in pretio habitum Jurisconsultum, qui non omnia jura & humana & divina cognitione fuisset complexus. Docebant itaque iidem nostri, quibus hostiis, quibus diebus, quo ritu, ad quæ templa sacra facienda essent, quæ sepulchrorum & monumentorum jura, quæ justorum funebrium solennia. vide *J. rit. de religiosis & mortuo inferendo.* Sed & prior Codicis liber satis ostendit, quam peritum in jure pontificio ac divino Jurisconsultum esse oporteat. adde *Brisson.* 4. *select.* 6. 59 *V.* §. 1. *ff. constit. ad Tribonianum. De concept. Digest.* 60 Hoc καλὸν, sequens δίκαιον. 2. *Eclog.* 1. *c.* 11. 61 Atqui jura non in singulas personas constitui oportet. *l.* 8. *ff. de legib.*

62 ἄρχοντος φάσις judicis quoque sententia. 2. *Eclog.* 1. *c.* 11. 63 *l.* 65. §. *cum Prætor. ff. ad Treb.* 64 Immo ne tunc quidem, *l.* 1. §. 2. *ff. de feriis.* 65 Hoc est, contra æquitatem, non contra jus scriptum. *V. l.* 2. *C. quando provocare.* 66 Ut *in l.* 12. *ff. de offic. præsid.* Anf.

67 Et alii judices. *l.* 4. *in fin. ff. de interrog. in jure.* 68 Formulæ usitatæ & frequens juri nostro. *l.* 5. *ff. de jurisdict. l.* 11. §. 1. *ff. de his qui notantur infam. l.* 1. §. 1. *ff. de off. ejus cui mandata est jurisd.* 69 *V. l.* 34. *ff. de pact.*

Tit. II.

DE ORIGINE [1] JURIS, ET OMNIUM MAGISTRATUUM, ET SUCCESSIONE PRUDENTIUM [2].

Scopus & nexus hujus tituli.

1. GAIUS lib. 1. ad legem XII Tabularum.

FActurus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab Urbis initiis repetendum existimavi: non quia velim verbosos [3] commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadverto id perfectum [4] esse, quod ex omnibus suis partibus [5] constaret. Et certe cujusque [6] rei potissima pars principium est. Deinde, si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, judici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omissis initiis, atque origine non repetita, atque illotis [7], ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare? namque nisi fallor, istæ præfationes [8] & libentius nos ad lectionem propositæ materiæ producunt: & cum ibi venerimus, evidentiorem præstant intellectum.

De Origine *& progressu juris.* 1. *De manu regia.* 2. *De legibus regiis.* 3. *De jure incerto & consuetudine.* 4. *De legibus duodecim tabularum.* 5. *De disputatione fori.* 6. *De legis actionibus.* 7. *De jure civili Flaviano.* 8. *De plebiscitu.* 9. *De Senatusconsultu.* 10. *De jure honorario.* 11. *De constitutionibus.* 12. *Epilogus.* 13. *Transitio ad secundam partem tituli & sic,* 14. *De Regibus.* 15. *De Tribunis celerum.* 16. *De Consulibus.* 17. *De Censoribus.* 18. *De Dictatoribus.* 19. *De Magistro equitum.* 20. *De Tribunis plebis.* 21. *De Ædilibus plebis.* 22. *De Quæstoribus erarii.* 23. *De Quæstoribus parricidii.* 24. *De Decemviris.* 25. *De Tribunis militum.* 26. *De Ædilibus curulibus.* 27. *De Prætore urbano.* 28. *De Prætore peregrino.* 29. *De Decemviris in litibus judicandis.* 30. *De Quatuorviris, Triumviris monetalibus, Triumviris capitalibus.* 31. *De Quinqueviris.* 32. *De variis Prætoribus, & Ædilibus cerealibus.* 33. *De Præfecto urbi. De Præfecto annonæ. De Præfecto vigilum.* 34. *Epilogus.* 35. *Transitio ad tertiam partem tituli: & sic* De Jurisconsultis.

2. POMPONIUS lib. singulari Enchiridii.

NEcessarium itaque nobis videtur ipsius JURIS ORIGINEM, atque processum demonstrare. §. 1. Et quidem initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo primum agere instituit [9]: omniaque manu [10] à Regibus gubernabantur.

§. 2. Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipsum Romulum traditur populum in triginta partes divisisse, quas partes *Curias* [11] appellavit: propterea quod tunc reipublicæ [12] curam per sententias partium earum expediebat. Et ita *Leges* quasdam & ipse *Curiatas* ad populum [13] tulit. † Tulerunt & sequentes Reges: quæ omnes conscriptæ exstant in libro Sexti Papirii: qui fuit illis temporibus; quibus Superbus [14] Demarati Corinthii [15] filius, ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur *jus civile Papirianum*: non quia Papirius de suo quicquam ibi adjecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit. §. 3. Exactis deinde Regibus *lege* [16] *Tribunicia*, omnes leges hæ exoleverunt: iterumque cœpit populus Romanus incerto magis jure, & consuetudine ali [17], quam per latam legem: idque prope viginti annis passus est.

§. 4. Postea ne diutius hoc fieret: placuit publica autoritate *Decem* constitui *viros*, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus [18], & civitas fundaretur legibus: quas [19] in tabulas eboreas [20] perscriptas pro [21] Rostris composuerunt, ut possent leges apertius percipi: datumque est eis jus eo anno in civitate summum, uti leges & corrigerent, si opus esset & interpretarentur: neque provocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animadverterunt aliquid deesse istis primis legibus: ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adjecerunt: & ita ex [22] accidentia appellatæ sunt *leges duodecim tabularum.* quarum ferendarum autorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exulantem [23] in Italia, quidam retulerunt. §. 5. His legibus latis, cœpit, ut [24] naturaliter evenire solet [25], ut interpretatio desideraret prudentium [26] autoritate necessariam esse *disputationem* [27] *fori.* Hæc disputatio, & hoc jus, quod sine scripto venit, compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes juris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: sed communi nomine appellatur *jus civile.* §. 6. Deinde ex his legibus [28], eodem tempore fere, actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus prout vellet institueret, certas solennesque esse voluerunt: & appellatur hæc pars juris, legis [29] actiones, id est legitimæ actiones. Et ita eodem pene tempore tria hæc jura nata sunt: leges duodecim tabularum: ex his fluere cœpit jus civile: ex iisdem *legis actiones* compositæ sunt. † Omnium tamen [30] harum & interpretandi scientia [31], & actiones, apud collegium Pontificum [32] erant: ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præesset [33] privatis [34]: & fere populus annis prope centum hac consuetudine usus est.

§. 7. Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegisset has actiones: Gnæus Flavius scriba [35] ejus, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret, & senator, & ædilis curulis: hic liber, qui actiones continet, appellatur *jus civile Flavianum*: sicut ille, jus civile Papirianum: nam nec Gnæus Flavius de suo quicquam adjecit libro. † Augescente civitate, quia [1] deerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Ælius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur *jus Ælianum.* §. 8. Deinde cum esset in civitate lex duodecim tabularum, & jus civile: essent & legis actiones: evenit, ut plebs in discordiam cum patribus perveniret, & secederet, sibique jura constitueret, quæ jura *plebiscita* vocantur. Mox cum revocata est plebs: quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea observari, *lege Hortensia* [2]: & ita factum est [3], ut inter plebiscita & legem species constituendi interessent: potestas [autem] eadem esset. §. 9. Deinde, quia difficile plebs convenire cœpit, populus [certe] multo difficilius in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipublicæ ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus se interponere: & quidquid constituisset, observabatur: idque jus appellabatur *senatusconsultum.* §. 10. Eodem tempore & magistratus jura reddebant: & ut scirent cives, quod jus de quaque re quisque dicturus esset, seque præmuniret, *edicta* proponebant: quæ edicta Prætorum, *jus honorarium* constituerunt. † *Honorarium* dicitur, quod ab honore Prætoris venerat.

§. 11. Novissime, sicut ad [4] pauciores juris constituendi via transisse ipsis rebus dictantibus videbatur: per [5] partes evenit, ut necesse esset reipublicæ per unum consuli: nam Senatus non perinde omnes provincias probe gerere poterat. Igitur constituto Principe, datum [6] est ei jus, ut quod constituisset, ratum esset. §. 12. Ita in civitate nostra, aut jure, id est, lege constituitur: aut est proprium jus civile, quod 7 sine scripto in sola prudentium [8] interpretatione consistit: aut sunt legis actiones, quæ formam agendi continent: aut plebiscitum, quod sine autoritate Patrum est constitutum: aut est magistratuum edictum, unde jus honorarium nascitur: aut senatusconsultum, quod solum Senatu constituente inducitur sine lege [9]: aut est principalis constitutio, id est, ut quod ipse Princeps constituit, pro lege servetur. §. 13. Post [10] originem juris, & processum cognitum, consequens est, ut de magistratuum nominibus & origine cognoscamus: quia, ut exposuimus, per eos, qui juri dicundo præsunt, effectus rei accipitur: quantum [11] est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura [12] regere possint? Post hoc deinde de autorum successione dicemus: quod constare non potest jus, nisi sit aliquis [13] jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci. §. 14. Quod ad magistratus attinet, initio civitatis hujus constat, *Reges* omnem potestatem habuisse. §. 15. Iisdem temporibus & *Tribunum celerum* fuisse constat. Is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Junius Brutus, qui autor fuit Reges ejiciendi. §. 16. Exactis deinde regibus, *Consules* constituti sunt duo [14], penes quos summum jus uti esset, lege rogatum est. † Dicti sunt ab eo, quod plurimum reipublicæ consulerent: qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis provocatio [15] esset, neve possent in caput civis Romani animadvertere injussu populi: solum relictum est iis ut coërcere possent, ut in vincula publica duci [16] juberent.

§. 17. Post deinde cum census jam majori tempore agendus esset, & Consules non sufficerent, huic quoque officio *Censores* [17] constituti sunt. §. 18. Populo deinde aucto, cum crebra [18] orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit majoris potestatis magistratum constitui: itaque *Dictatores* proditi sunt, à quibus nec provocandi jus fuit: & quibus etiam capitis animadversio data est. † Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra [19] sextum mensem retinere. §. 19. Et his Dictatoribus *Magistri equitum* injungebantur: sic, quomodo regibus Tribuni Celerum: quod officium [20] fere tale erat, quale hodie Præfectorum prætorio: magistratus tamen habebantur [legitimi]. §. 20. Iisdem temporibus cum plebs à Patribus secessisset [21], anno fere septimodecimo post reges exactos: *Tribunos* sibi in monte Sacro creavit, qui essent plebeii magistratus: dicti Tribuni, quod olim in tres partes populus divisus erat, & ex singulis singuli creabantur: vel quia tribuum suffragio creabantur. §. 21. Itemque ut essent, qui [22] ædibus præessent, in quibus omnia scita [sua] plebs deferebat: duos ex plebe constituerunt: qui etiam *Ædiles* appellati sunt. §. 22. Deinde cum ærarium populi auctius esse cœpisset: ut essent qui illi præessent, constituti sunt *Quæstores*, [*qui pecunia præsunt.*] dicti ab eo, quod inquirendæ [23], & conservandæ pecuniæ causa creati erant. §. 23. Et quia, ut diximus [24], de capite civis Romani injussu populi, non erat lege permissum Consulibus, jus dicere: propterea Quæstores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus præessent: hi appellabantur *Quæstores* [25] *parricidii:* quorum etiam meminit lex XII tabularum. §. 24. Et cum placuisset leges quoque ferri: latum est ad populum, uti omnes magistratu se abdicarent, quo *Decemviri* constituti anno uno cum magistratum prorogarent sibi, & cum injuriose tractarent, neque vellent deinceps sufficere magistratibus, ut ipsi & factio sua perpetuo rempublicam occupatam retinerent: nimia, atque aspera dominatione eo rem perduxerant, ut exercitus à republica secederet. Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam, qui (cum animadvertisset, Appium Claudium, contra [26] jus, quod ipse ex vetere jure in duodecim tabulas transtulerat, vindicias [27] filiæ suæ [28] à se abdixisse: & secundum eum, qui in servitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse) indignatus, quod vetustissima juris observantia in persona filiæ suæ defecisset (utpote cum Brutus, qui primus Romæ Consul fuit, vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicis Vitelliorum servi, qui proditionis conjurationem indicio suo detexerat) & castitatem filiæ vitæ quoque ejus præferendam putaret, arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit; in hoc scilicet, ut morte virginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens à cæde, madenteque adhuc filiæ cruore, ad commilitones confugit: qui universi de Algido [29] (ubi tunc belli gerendi causa

---

1 Id est, quo progressu jus in eam formam, quæ hodie exstat, ad Romanos pervenit: in hac prima parte hujus tituli explicanda occupatur initium *l. 2. ad* §. 12. *hoc tit.* Goth. Vide hic *Mar. Salomon. & Aur. Govean. lect. lib.* 1. c. 21. Anf.

2 Qui & jurisperiti, & autores. *l.* 2. §. 13. *f eod.* tertium porro hujus tituli partem hanc explicat lex 2. § 3. *& seq. f. eod.*

3 Veritas verborum adminicula non desiderat. *l.* 1. *C. si minor ab hæreditate se abstineat.*

4 *Totum* dicitur, quod ex omnibus partibus suis constat: ut ædes, solo & superficie, *l.* 23. *f. de usucap.* hereditas XII unciis, §. *hereditas. Inst. de hered. instituend.* fundus, ipso solo & fructibus, vel ædibus, *l.* 44. *l.* 49. *f. de rei vindic.* usus fructus, usu & fructu. *l.* 14. §. 1. *f. de usu & habitat.*

5 Immo satis est, ut usui esse possit, *l.* 139. *in fin. f. de verb. signif.* & sit inceptum. *v. l.* 15. *in princ. f. de divers. temp. præscr.*

6 Μέγιστον ἀρχὴ παντός. *Aristot. Elenchis* Principium, pars maxima est totius. Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

7 Proverbii species. de qua vide Erasmum 1 *Chiliad. seu Adag.* 9. *adag.* 155.

8 Præfationum utilitas.

9 Hoc est, sine certo jure egit: sic Paulus 2. *sent.* 2. *libertus duos patronos habere institit,* id est, habuit: sic apud Catullum: *Quem tu diligere inciperes*, hoc est, diligeres, & apud eundem: *Accipiunt pretium quæ facere instituunt*, hoc est, quæ faciunt: quod & Josephus Scaliger observavit.

10 Non violenta, sed quæ instar arbitri esset. Justinus *lib.* 1. *cap.* 1.

11 Vide Hotomannum 4. *obs.* 33. *& 2 Antiquitatum* 3. *&* 12.

12 Et eligendorum magistratuum. *arg. l. un. in pr. f. de off. Quæstor.*

13 Id est, non simpliciter promulgavit, sed rogavit si placerent. *Solom.* Fuit etiam à regibus ad populum provocatio. *Cic.* 1 *de Republ. apud Senecam ep.* 19 *Epist.*

14 Id est, Priscus Tarquinius: qui & *Superbus* quoque appellatus est, teste Cassio Hemina apud Servium, Livio, Victore, & Plinio *lib.* 36. ultimus enim Tarquinius Superbus non Demarati Corinthi, sed Tarquinii Prisci filius vel nepos, ut constat ex oratione Claudii incisa Lugduni; quod addendum Festo, *in voce Tarquinius Priscus.* 15 Ob seditiones domo profugi. *v. Livium* 1.

16 *V. Govean.* 1. *var.* 21. 17 Id est, uti. *al.* agi. 18 Athenienses maxime: quorum legislatores Draco & Solon. *Diodor. Livius*, 1. *Harmonopul.* 1. §. 3. 19 Ut & olim Minos. Plato *in Minoë.* & Athenienses; apud quos hujusmodi Tabulæ ἄξονες & κύρβεις vocabantur. *Phut. in Solon. addc Nowell.* 9. *cap.* 15. *in fin.* 20 Roboreas primum, deinde æreas. *Halicarn.* 10. *Livius* 3. Quintilianus, *lib.* 4. *in Triumpho Cæsaris* Eboreas oppida fuisse translata ait. adde *l.* 52. *f. de legat.* 3.

21 Id est, in rostris. *v.* Fustum, *in Pro sententia.* 22 Id est, accidenti. 23 Bannitum ex una civitate, in alia recte fungi dignitate posse, cum in ea bannitus non sit, hinc colligunt: sed nec operam exulis interdum repudiandam. 24 Hinc collige: Cum natura pugnare statuta, quæ interpretationes legum vetant. 25 Argumentum à solitis. 26 Non Grammaticorum tantum. 27 Sic restituit Govеanus 1. *var.* 24. cœpit (u. n. e. s. u. i. desideret p. autoritatem) necessaria esse disputatio fori. sed malo hunc in modum: *necessariam disputationem fori.* hoc sensu: His legibus latis cœpit ut interpretatio desideraret, prudentium auctoritate, necessariam disputationem fori: dixit, *prudentium autoritate*, id est, adhibitis in eam rem non quibuscunque, sed peritis juris. 28 Subaudi XII Tabularum. 29 Legis actiones dicuntur, quæ solennes & ex legis actu descendunt. Est enim horum verborum, *lege agere*, latissima significatio, *l.* 3. *f. de offic. Prætoris. l.* 123. *f. de regulis juris. Cicer.* 1 *de oratore, pro Cecinna*, & 3 & 4 *Verrina*: 7 *Valer.* 7. 7 *Plinius* 5. 20 *Gell.* 9. *Ovid. in Festis*: *Macrob.* 1 *Saturn.* 16. *Varro* 4 *de lingua Lat. Ulpian. Instit. de tutelis.* Hinc legis actio, *l.* 1. *f. de officio Jurid. Alex. l.* 2. *in fin. l.* 3. *f. de offic. Proconsul. l.* 4. *f. de adopt. l.* 1. *C. de adopt. Paul.* 2. *sentent.* 26. *Novell.* 81. *Vopiscus in Aurelian. l.* 123. *f. de regulis juris.* ubi dixi, *quid sit lege agere*: addе Brissonium 4 *sel. lect.* 20. 30 Sic restituit *Cujac.* 18. *obs.* 11. O. t. XII Tab. & interpretandi scientiæ. 31 Hæc postea translata ad Prætores fuerunt. *l.* 15. §. *eleganter.* 28. *in fin. f. de damno infecto.* 32 Respondendi juris & explicandarum religionum munus Pontificium fuit. *Cic.* 2. *de legib.* adde *Cic. pro Murena: & 2 Valer.* 1. 33 *Præsse* hic est actiones & judicia dare; à qua formula diversa est, *adesse litigatoribus.* (Aderant enim litigatoribus Jurisconsulti, non præerant. *Cicer.* 1. *de orat. & Topicis · Asconius.*) Hinc illa: judicare, jurisdictioni præesse. *l.* 1. §. 2. *f. de postulando. l.* 81. *f. de judiciis. l. ult. f. de aqua pluvia.* adde *Brissonium*, *selectar. ult.* 34 Negotiis scil. ad differentiam forte criminalium. §. *& quia. f. eod.* de notione Pontificum, *vide l. ult. f. de mortuo inferendo.* hinc etiam collige, antiquum delegationis vestigium: sed & hic notandum legi apud Haloandrum, *privatus*, non *privatis.* 35 Vid. *Liv.* 9. *in fin.* 2 *Valer.* 5. *Cic. in Pisonem. & 6. ad Attic.* 1. *Diodorum* 20. 3 *Plin.* 1. 6 *Gell.* 9.

---

1 *Et qui præerant*: ita legitur in Norica editione: de cujus verbi *præesse* significatione paulo ante dixi.

2 *Al.* Ortensia. *Noric. edit.* Russ.

3 Vel potius tandem evenit. 15. *Gell* 27 16 *Plin.* 10. alii à Pisone latum scribunt. *Liv.* 8. *vide Gov.* 1. *var.* 22.

4 *Nov.* 47 *&* 108.

5 Successaneæ mutationes, vel per factiones. *Zas. Bic. Govean.* 24. 1. *var.*

6 *Amnian.* 14. urbs venerabilis, post superbas efferatarum gentium cervices oppressas, latasque leges, fundamenta libertatis & retinacula sempiterna, velut frugi parens & prudens & dives, Cæsaribus, tanquam liberis suis, regenda patrimonii jura permisit.

7 Utpote in sola disputatione positum. *arg. §. his legibus. f. eod.*

8 Immo & in potestate inducendæ formulæ ac legis. *arg. l.* 29. *f. de liber. & post.*

9 Quid si leges *sine plebe*? Nam ut plebiscita sine Senatu, ita senatusconsulta sine plebe: quam emendationem adjuvant antecedentia hæc, *quod solum Senatu constituente.*

10 Secunda pars tituli.

11 Nullum sane. *l.* 8. *f. de justit. & jure*: *Nov.* 161. *in pr. l.* 1. §. 1. *f. ne vis fiat ei*: *Nov.* 26. *cap.* 1. & 133. *c.* 4.

12 Id est, accommodare ad usum societatis humanæ. *Old.*

13 Sic, advocationis officium dicitur vitæ hominum necessarium, *l.* 4. *C. de advoc. diversi jud.* recte additur Jurisperitus. Juris enim cognitio in Assessore. *l.* 1. *f. de assessor.* & Advocato requiritur. *l.* 11. *in princ. C. de advoc. diversi judicior.* § 1. An in Judice vel potius Magistratu? *v. Hotom.* 26. *Illust.*

14 Non semper duo fuere Consules: aliquando tres, *l.* 1. §. 2. *f. de offic. quæst.* aliquando quatuor, *l.* 25. §. 6. *f. de petit. hered.* aliquando unus tantum fuit Consul. ut liquet ex *l.* 44. *in fin. C. de Episc. & Cler.* Anf.

15 Appellare licuit civi, à Consule ad populum.

16 De Consulibus vide *l. un. f. de offic. Conf.* Goth. Hanc leg. tulit Valerius Publicola *Liv. lib.* 2. *Dionys. lib.* 5. *Plutarch. in vit. Public.* idque factum, ne per omnia regium imperium Consules sibi vindicarent. *Anf.*

17 Vide *l.* 111. *f. de verb. signif.*

18 Dixi *ad leges* XII *tabul. Cic.* 2. *de orat.*

19 *l. un. in pr. f. de off. Præf. Præt.*

20 Quoniam fuit PP. plenior potestas. *Molin.* 1. *said.* 20. n. 2. *magistratus magistratuum.* Goth. Qui fuerint Magistri equitum, qui ceteroquin Ciceronem *in Brut.* 2 ubi dixi. 22 *Halic.* 6. *Liv.* 3. adde §. 26. §. 32. *in fin.* §. 33 *f. eod. l.* 1. *f. de off. Pr. vig. l.* 1. *de ædil. edict. l.* 1. *pr. f. de via publ. & si.* aliud etymon vide apud Festum in *Ædiles.* 23 *l. un. f. de off. Quæst.* 24 §. 16 *f. eod.* 25 Vide Festum in *Parricid. & Quæstores.* 26 Quo cavebatur, ut qui de suo statu litigaret, in possessione libertatis constitueretur. *Cujac.* 18 *obs.* 23. 27 *Nov.* 142. *c.* 2. Goth. Dicere vindicias, est postulare, ut quis interim libertate potiatur. Nam dare vindicias secundum libertatem, vel à servitute, est decernere, ut interim dum quæstio agitatur, quis in possessione sit libertatis sit: cujus contrarium est, dare vindicias secundum libertatem, vel à libertate. *Anf.* Vide plura de Vindiciis apud *Turneb. lib.* 13. *adverss. cap.* 27. *& lib.* 30. *cap.* 35. *Rabuld. Conf. lib.* 2. *indagat. cap.* 7. *& Revard. ad leg.* 12 *tab. cap.* 26. S. L. 28 Adde *l.* 1. §. 2. *f. de rei vind.*

29 Monte scilicet. & post, *in Aventinum*, montem intellige, more Græco. *Ant Aug.* 2. *Emend.* 1.

causa legis actiones erant) relictis ducibus pristinis, signa in Aventinum transtulerunt: omnisque plebs urbana mox eodem se contulit: publique consensu partim in carcere necati). Ita rursus respublica suum statum recepit. §. 25. Deinde, cum [1] post aliquot annos, quam XII tabulæ latæ sunt, & plebs contenderet cum patribus & vellet ex suo quoque corpore consules creare, & patres recusarent, factum est, ut *Tribuni militum* crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate. Hique constituti sunt vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores. §. 26. Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules: cœperunt ex utroque corpore constitui. Tunc ut aliquo pluris patres haberent, placuit duos ex numero patrum constitui: ita facti sunt [2] *Ædiles curules*. §. 27. Cumque consules avocarentur bellis finitimis: neque esset, qui in civitate jus reddere posset: factum est, *ut Prætor* [3] quoque crearetur, qui *Urbanus* appellatus est, quod in urbe jus redderet. §. 28. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo Prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in civitatem veniret, creatus est & alius *Prætor*, qui *Peregrinus* [4] appellatus est, ab eo, quod plerumque inter peregrinos jus dicebat. §. 29. Deinde cum esset necessarius magistratus, qui haberet præsse: *Decemviri litibus* [5] *judicandis* sunt constituti. §. 30. Eodem tempore & *Quatuor viri*, qui *curam* [6] *viarum* gererent: & *Triumviri* [7] *monetales*, æris, argenti, auriflatores: & *Triumviri* [8] *capitales*, qui carceris [9] custodiam haberent: ut, cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. §. 31. Et quia magistratibus, vespertinis temporibus [10], in publicum esse inconveniens erat, *Quinque viri* constituti sunt *cis Tiberim*, & *ultra* [11] *Tiberim*, qui possint pro magistratibus fungi. §. 32. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia [12], item Hispania, deinde Narbonensi provincia, totidem *Prætores*, quot provinciæ in ditionem venerant, creati sunt: partim qui urbanis rebus, partim qui provincialibus præessent. † Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit: veluti de falso, de parricidio, de [13] sicariis [14]: & Prætores quatuor adjecit. † Deinde Gaius Julius Cæsar duos Prætores, & duos Ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales constituit. Ita duodecim Prætores, sex Ædiles sunt creati. † Divus deinde Augustus sedecim Prætores constituit. † Post deinde divus Claudius [15] duos Prætores adjecit, qui de fideicommisso [16] jus dicerent: ex quibus unum divus Titus detraxit: & adjecit divus Nerva, qui [17] inter fiscum & privatos jus diceret. Ita decem & octo Prætores in civitate jus dicunt. §. 33. Et hæc omnia, quotiens in republica sunt magistratus, observantur: quotiens autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui jus dicat: is vocatur *Præfectus urbi*: qui Præfectus olim constituebatur, postea fere Latinarum feriarum [18] causa introductus est, & quotannis observatur: nam *Præfectus* [19] *annonæ*, & [20] *vigilum* non sunt magistratus: sed extra ordinem, utilitatis causa, constituti sunt: & tamen hi, quos *Cistiberes* diximus, postea Ædiles senatusconsulto creabantur. §. 34. Ergo ex his omnibus decem Tribuni plebis, Consules duo, decem & octo Prætores, sex Ædiles, in civitate jura reddebant. §. 35. Juris [21] civilis scientiam plurimi & maximi viri professi sunt: sed qui eorum maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, (eorum) in præsentia mentio habenda est, ut appareat, à quibus & qualibus hæc jura orta & tradita sunt. † Et quidem ex omnibus, qui scientiam nacti sunt, ante TIBERIUM [22] CORUNCANIUM [23] publice professum neminem traditur: cæteri autem ad hunc vel in latenti jus civile retinere cogitabant, solumque consultatoribus [vacare], potius quam discere volentibus se præstabant.

§. 36. Fuit autem in primis peritus PUBLIUS PAPIRIUS, qui leges [24] regias in unum contulit. † Ab hoc APPIUS CLAUDIUS, unus ex Decemviris, cujus maximum consilium in XII tabulis scribendis fuit. † Post hunc APPIUS CLAUDIUS ejusdem generis maximam scientiam habuit: hic CENTEMMANUS [25] appellatus est. Appiam viam stravit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho [26] in urbe non recipiendo sententiam tulit: hunc etiam actiones scripsisse traditum est; primum de usurpationibus, qui liber non extat. Idem Appius Claudius, qui videtur ab hoc processisse, *R* [27] literam invenit: ut pro Valesii Valerii essent, & pro Fusiis Furiis [28]. §. 37. Fuit post eos maximæ scientiæ SEMPRONIUS: quem [29] populus Romanus σοφὸν [30], id est, *sapientem* appellavit: nec quisquam ante hunc, aut post hunc, hoc nomine cognominatus est. GAIUS [31] SCIPIO NASICA, qui *optimus* à senatu appellatus est: cui etiam publice domus in sacra via data est, quo facilius consuli posset. Deinde QUINTUS MUCIUS [32] qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utram vellet referret Romam, utramque sustulit, & ait, *Carthaginienses petere debere, utram mallent accipere*. §. 38. Post hos fuit TIBERIUS CORUNCANIUS, ut [33] dixi, qui primus profiteri cœpit: cujus tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura & memorabilia ejus fuerunt. Deinde SEXTUS [34] ÆLIUS, & frater ejus PUBLIUS ÆLIUS, & PUBLIUS ATILIUS, maximam scientiam in profitendo habuerunt: ut duo Ælii etiam consules fuerint. Atilius autem primus à populo [35] *sapiens* appellatus est. Sextum Ælium etiam Ennius laudavit, & extat illius liber, qui inscribitur *Tripertita*, qui liber veluti cunabula juris continet. Tripertita autem dicitur quoniam lege duodecim tabularum præposita, jungitur interpretatio, dein subtexitur legis actio. Ejusdem [36] esse tres alii libri referuntur: quos tamen quidam negant ejusdem esse. Hos sectatus ad aliquid est [CATO. Deinde] MARCUS CATO [37] princeps Porciæ familiæ, cujus & libri exstant [38]: sed plurimi filii ejus, ex quibus cæteri oriuntur.

§. 39. Post hos fuerunt PUBLIUS MUCIUS, & BRUTUS, & MANILIUS: qui fundaverunt jus civile. Ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit: Brutus, septem: Manilius, tres: & exstant volumina scripta, Manilii monumenta. Illi duo consulares fuerunt: Brutus, prætorius: Publius autem [39] Mutius, etiam Pontifex maximus. §. 40. Ab his profecti sunt PUBLIUS RUTILIUS [40] RUFUS, qui Romæ Consul, & Asiæ Proconsul fuit: PAULUS VIRGINIUS: & QUINTUS TUBERO, ille Stoicus, Panætii [41] auditor, qui & ipse Consul. Etiam SEXTUS POMPEIUS Gnæi Pompeii patruus fuit eodem tempore: & COPILIUS ANTIPATER, qui historias conscripsit: sed plus eloquentiæ, quam scientiæ juris operam dedit. etiam LUCIUS CRASSUS, frater Publii Mucii, qui MUCIANUS dictus est: hunc [42] Cicero ait jurisconsultorum [43] disertissimum. §. 41. Post hos QUINTUS MUCIUS Publii filius, Pontifex [44] maximus jus civile primus constituit, generatim in libros decem & octo redigendo. §. 42. Mucii auditores fuerunt complures: sed præcipuæ autoritatis AQUILIUS GALLUS, BALBUS [45] LUCILIUS, SEXTUS PAPIRIUS, GAIUS JUVENTIUS: ex quibus Gallum maximæ autoritatis apud populum fuisse, Servius dicit: omnes tamen hi à Servio Sulpicio nominantur, alioquin per se eorum scripta non talia exstant, ut ea omnes [46] adpetant: denique nec veritantur omnino scripta eorum inter manus hominum, sed Servius libros suos complevit: pro cujus scriptura, ipsorum quoque memoria habetur. §. 43. SERVIUS [47] cum in causis orandis primum locum, aut pro certo post Marcum Tullium obtineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici sui pervenisse, cumque eum sibi respondisse de jure Servius parum intellexisset, iterum Quintum interrogasse, & à Quinto Mucio responsum esse, nec tamen percepisse: & ita objurgatum esse à Quinto Mucio: namque eum dixisse, *turpe* [48] *esse patricio, & nobili, & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare*, ea velut contumelia Servius tractatus, operam dedit juri civili: & plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiit: institutus à Balbo [49] Lucilio: instructus autem maxime à Gallo [50] Aquilio, qui fuit Cercinæ [51]. Itaque libri complures ejus [52] exstant Cercinæ confecti. Hic [53] cum in legatione periisset, statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit: & hodieque exstat pro Rostris Augusti. Hujus volumina complura exstant: reliquit autem prope centum & octoginta libros.

§. 44. Ab hoc plurimi profecerunt: fere tamen hi libros conscripserunt: ALFENUS VARUS, CAIUS [54], AULUS OFILIUS, TITUS CASIUS, AUFIDIUS TUCCA, AUFIDIUS NAMUSA, FLAVIUS PRISCUS [55], GAIUS ATEIUS, RACUVIUS, LABEO [55] ANTISTIUS, Labeonis Antistii pater, CINNA, PUBLICIUS [56] GELLIUS. Ex his decem, libros octo conscripserunt, quorum omnes qui fuerunt, libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. † Ex his auditoribus plurimum autoritatis habuit Alfenus Varus, & Aulus Ofilius, ex quibus Varus & Consul fuit: Ofilius in equestri ordine perseveravit. Is fuit Cæsari familiarissimus: & libros de jure civili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit: nam *de legibus Vicensimæ* [57] primus conscripsit, de [58] jurisdictione: idem edictum Prætoris primus diligenter composuit. nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.

§. 45. Fuit eodem tempore & TREBATIUS, qui idem Cornelii [59] Maximi auditor: fuit AULUS CASCELLIUS, QUINTUS [60] MUCIUS Volusii auditor: denique in illius honorem testamento Publium Mucium neporem ejus reliquit heredem: fuit autem quæstorius, nec ultra proficere voluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret. Ex his Trebatius [61] peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. Cascelli scripta non exstant, nisi unus liber *Benedictorum*: Trebatii complures, sed minus frequentantur. §. 46. Post hoc quoque TUBERO [62] fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius, & transiit à causis agendis ad jus civile; maxime postquam Quintum Ligarium accusavit, nec obtinuit apud Caium Cæsarem. Is est Quintus Ligarius, qui, cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit, nec aquam haurire, quo nomine eum accusavit, & [63] Cicero defendit. Exstat ejus oratio [satis] pulcherrima, quæ inscribitur, *pro Quinto Ligario*. Tubero doctissimus quidem habitus est juris publici, & privati: & complures utriusque operis libros reliquit. Sermone etiam antiquo usus affectavit scribere: & ideo parum libri ejus grati habentur. §. 47. Post hunc maximæ auctoritatis fuerunt ATEIUS [64] CAPITO, qui Ofilium secutus est: & ANTISTIUS LABEO, qui omnes hos audivit: institutus est autem à Trebatio. † Ex his Ateius, [65] Consul fuit: Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, [&] honorem suscipere: sed plurimum studiis operam dedit: & totum annum ita divideret, ut Romæ sex mensibus cum studiosis esset [66], sex mensibus secederet, & conscribendis libris operam daret. Itaque reliquit quadringenta volumina: ex quibus plurima inter manus versantur. † Hi duo primum veluti diversas sectas [67] fecerunt: nam Ateius [68] Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat: Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit, [69] & ita Ateio Capitoni MASSURIUS SABINUS succesit, Labeoni Nerva: adhuc eas dissensiones auxerunt. [Hic etiam] Nerva Cæsari [70] familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit, & publice primus scripsit, posteaque hoc cœpit beneficium [dari] à Tiberio Cæsare, hoc tamen illi concessum erat.

---

1 *Halic. A. L.* 4

2 De quibus *l.* 1. *in pr.* ff. *de edilit. & Liv.* 6. *Gic.* 6. *ad Att.*

3 De origine & potestate Prætorum vide Tholos. *fructagm. jur. lib. cap.* 30. Anf.

4 Tricesimus liber Prætoris peregrini a Labeone compositus citatur *l.* 9. §. 4. ff. *de dolo.* adde quæ de Peregrinis scripsi *ad l.* 1. *C. de heredit. instituend.* & quæ de peregrino agro extant apud Varronem 4 *de lingua.* & *apud Fest. in Peregrin. ager.*

5 Olim dicebatur stlitibus judicandis. ut *ex Senat. Pomp. & Valer. Probo notat Cujac.* 3. *obs.* 22.

6 Vide quæ scripsi de Viocuris *ad l.* 1. ff. *de via publ.*

7 Treviri monetales. *Cicer.* 7 *famil.* 13.

8 Dixi ad Varronem 4 *de lingua.* adde *Ebermann.* 1. *Epitom.* 11. *Tacit.*

9 *V. l.* 52. §. 12. ff. *de furtis.*

10 Noctu latam sententiam non valere, hinc colligunt. *arg. Nov* 82. *c.* 3.

11 *Varro* 5 *de lingua. dixi ad Festum in Citimus.*

12 *Novell.* 24.

13 *V. Suet. in Augusto* de venefeciis. *Pithœus ex l. notar. Mosaicar.*

14 Quidam addunt *& de injuriis.*

15 §. 1. *Inst. de fideicommiss.*

16 25. *Ulp.* 11.

17 Verisimile est, hunc præfectum fuisse ærarii. vide quæ scripsi *ad l.* 32 ff. *de jure fisc.*

18 In quibus, Latinis, carnis distributio dabatur. *Halicarn.* 4. *Varr. Liv.* 32. *Serv.* 1 *Æneid.* eo magistratu M. Antoninus Imperator functus est, teste Capitolino.

19 Vide vestigium sententiæ hujus Præfecti, *l. ult.* ff. *quod cum eo qui in.*

20 *V. Novell.* 13. *cap.* 1.

21 Tertia pars tituli.

22 *Al.* Tit. *Flor. Epitome* 18.

23 Oratorem. *Cicer. in Bruto.* & Pontificem, 3 *de oratore:* adde §. *post-hor.* 38. ff. *eod.*

24 Codex ergo hic (ut ita loquar) regius, fuit à Papirio compositus, in quo leges regiæ. *v.* §. 2. ff. *eod.*

25 Aut potius *Cœcus: Fasti consulares, Verrine, Appiani fragmenta de hysteria Samnitium.* Crassus primum, deinde Cœcus appellatus. *Frontin. de aquæductibus* & alias *Centemmani* aut *Centemali* cognomen Cn. & M. Fabiis tribuitur à Livio, ut & Tito Claudio, à Cicerone & Valerio.

26 Adde *l.* 1. §. 5. *verf. quamvis autem.* ff. *de post. Flor. epit.* 13.

27 1. *Quint.* 5. vide *Festum in litera* R.

28 *Al.* Furii.

29 Ut & Attilium *sapientem.* §. 38. ff. *eod.*

30 An propter magiam, ut putat Forcatulus 1 *Neroman.* 38. an potius ob civilem sapientiam, cujusmodi scientia σοφία; ait Plutarchus *in Theniſt.*

31 *Al.* P. id est, Publius, & ita apud Ciceronem, *in Bruto: Liv.* 49.

32 10 *Gell.* 27. *Polyb.* 3. *Livius* 21. *Appian.* 1 *de bello Hispanico. Flor. Epitom.* 18.

33 §. *juris.* 35. ff. *eod.*

34 De hoc Cicero *in Bruto* ita scribit: Sext. Ælius juris quidem civilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. & 1 *Tusc.* ex Ennio hic versus etiam refertur, *Egregie cordatus homo, catus Ælius Sextus.*

35 Ut Sempronius σοφὸς. §. *fuit.* ff. *eod.* adde *Cicer. in Lælio, Catone, &* 2 *offic.* Ergo hic Latina dictione *sapiens*: ille vero Græca σοφὸς, appellatus fuit.

36 De Sexto Ælio vid. *Cicer.* 1 *de orat.* 1. *Tusc.* 1. *Varro* 6 *de lingua* 22. *Plin.* 2.

37 *Cicer.* 1 *de orat. Livius* 33. 34. 39. *Plutarch. in Catone.* Goth. Duo fuerunt Catones Jurisconsulti, pater & filius: horum est *tit. de Regul. Caton. D. lib.* 34. *tit.* 7. Eorum fit mentio §. *apud Catonem. Inſtit. de adopt. l.* 44. ff. *Solut. matrimon. l.* 10. ff. *De Edilit. Edict. l.* 18. ff. *De Verb. Signif. & l.* 86 ff. *de cond. & demonstrat.* Anf.

38 Vide *Festum in verbo placidus.* 3 *Gell.* 18. *l.* 4. §. 1. ff. *de verb. oblig.*

39 Extat ejus responsum *l. ult. in fin.* ff. *de legation.*

40 Ambitus accusatus nolut suam causam ornatius dici. *Cic.* 1 *ad Brut.* 3. *de natura.* 2. *de finib.* 4 *Tusc.* 2 *Offic. Valer.* 2.

41 *Al.* Panætii. sed hoc *καὶ διακονικῶς*, ut referatur ad alium Q. Ælium Tuberonem, de quo ff.

42 Hæc verba ad Q. Mucium Scævolam referenda, de quo proximo §. in cujus fine, quæ hic legantur adjungenda sunt.

43 Jurisperitorum eloquentissimum vocat Cicero, *in Bruto*, & *de oratore.*

44 *Cic.* 2 *de legib.* & augur & ædilis. *Cic. in Lælio.* jussu Manii in Tiberim projectus, *App.* 1 *belli civil. Lucan.* 2.

45 Frater est Balbi, qui in libris de Natura deorum disputat.

46 In al. & pand. Florent. est *ad omnes. S. L.*

47 Orator *Cic in Brut.* Quæstor, Prætor, *Cicer. pro Murena.* Interrex, *Ascon.* Consul. Athenis rediit versus in legatione apud M. Antonium periit, *Cic.* 9. *Philip.* 2. *Gell.* 10 & 6. *c.* 8.

48 Idem *Cic. de Orat.* Hi peregrinari in aliena civitate, non in sua magistratum gerere videntur. *Cic. pro C. Rabirio in fin.* adde *l.* 2. ff. *de jurisd. & fasti ignorantia.* 12 *Quint.* 3. *Novell. Leonis* 17. Goth. Minori Jurisconsulto Jesu, per in integrum restitutionem non fuerunt. hic, & *l.* 6. *C. de muneribus patrimon. l.* 9. §. 3 ff. *de jur. & fact. ignor. Sfort. Obd. de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 23. *art.* 7. *n.* 32. & *seq.* S. L. Adde *Sarmient. select. lib.* 3. *cap.* 12. Et hinc colligo in judice omnino requiri juris scientiam. *Anf.*

49 De quo vide *lib.* 2 *Cic. de Nat. deor.*

50 Qui doli, *Cic.* 3 *de natura.* 3 *off.* & *pro Cecinna.* liberationis §. 2. *Inſtit. quib. mod. tollitur obligatio.* & nepotis posthumi instituendi formulas instituit, *l.* 29. ff. *de liber. & posthum.*

51 Insula Siciliæ vicina.

52 Galli Aquilii scholasticus.

53 Servius Sulpitius.

54 Delendum hoc nomen, alioquin 11 essent, non 10.

55 Ob Syllanam factionem a Marianis interfectus. *App.* 4.

56 Publicola Gellius. *Hoto. Cic. in Bruto.* Censor fuit. 5 *Valer.* 9.

57 Iis qui manumittebantur indictæ lege Manlia. & remissæ à Nerone. *Cic.* 2 *ad Atticum* 16. *Liv.* 7. *Tacit.* 13 *Annalium.* inde aurum vicesimarum in sanctiore ærario servatum. *Livius* 37. qui has Vicesimas exigebat, Vicesimarius seu εἰκοστολὸς glossis & Arriano 3 *Dissertationum Epicteti* 26. & 2. *cap.* 1. Fuit & XXV. aut potius L. id est, quinquagesima venalium mancipiorum, instituta ab Augusto ad nocturnos vigiles, & bellum, quam quinquagesimam emptor mancipii præstabat. Dion 55. & ita legendum apud Tacitum 13 videtur. Huc pertinet quod apud Festum in verbo *Manumitti* legitur. Manumitti dicebatur servus sacrorum causa, cum dominus ejus tenens modo caput, modo membrum aliud ejusdem servi, ita edicit: *hunc hominem liberum esse volo, ac pro eo auri* XX *puri, probi, profani mei solvo, ut prius quam digredior, efficiatur juris sui.* Adde Festum in *Puri.* Inde a Tertulliano dicitur nullam manumissionem non fuisse vectigalem. Zasius tamen Vicesimam intelligit ob hereditatem extraneo delatam, fisco inferendam, *ex Dione* 55. & à Trajano sublatam. *Plinius in Panegyr.* adde Capitolinum in Antonino Philosopho, Paulum 4. *Sent. tit.* 6. *l. ult. C. de edicto D. Hadriani tollendo.* De vicesimæ legibus scripsit primus Ofilius, de quo hic: & post eum Æmilius Macer. In lapidibus reperitur, *Procurator* XX *hereditatium.* & *Promagister* XX *hereditatium.* Colligebatur hoc vectigal à publicanis, quorum Magistri & Promagistri. His addendum quæ de Vicesima portoriorum apud veteres exstant, de qua vid. *Cic.* 2 *Verrina.*

58 *Al.* Conscripsit & de jurisdictione.

59 *Governor.* Quint. Cornelii: idque ex Ciceronе 7 *Famil.* 8.

60 *Anton. Aug.* Quint. Mucii.

61 Hujus consilio Codicillorum usus est receptus. §. 1. *de codicill. Inſt.*

62 *Cic.* 1. *de orat. Cæsar.* 1 *de bello civili.*

63 Etsi Cicero hic inter veteres jurisperitos non enumeratur, ejus tamen autoritas affertur *l.* 7. §. 4. ff. *quibus ex causis in poss. l* 39. *in pr.* ff. *de pœnis.*

64 2 *Familiar. Cic.* 29.

65 *Tac.* 3. 4. *Gell.* 14. 10. *c.* 22. 13. *c.* 12. 7. *Macrob.* 13.

66 De Labeone vide *Tac.* 3. 13. *Gell.* 12. & 20. *c.* 20. *Suet. in Aug.*

67 *Sectis* à sequendo: quo verbo utitur *Cic. pro L. Flacco in fin.* 13. *famil.* 4. & *ad Q. fratr.* 3. *in fin.* familiam seu familias vocat 1 & 3 *de orat.* nationes, 2 *de Nat. deor.* & 2 *ad Attic.* 16. quæ Aristot. περὶ ἀλλοτριῶν vocat γένη.

68 *Tacit.* 3.

69 Hinc colligit *Zas.* communem opinionem non esse sequendam; esse enim instar gregis ovium: nam quo una ovis se confert, fatum reliquæ sequuntur. *Anf.* Vide *not. ad l. unic.* §. 7. ff. *de concept. Digest.* S. L.

70 *Tacit.* 5. & Consul. *Tacit.* 4. hujus filius anno 18 postulavit, *l.* 1. §. 3. *verf. qua ætate.* ff. *de postul.*

erat. † Et, ut obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi jus non à principibus dabatur: sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant [1]. Neque responsa utique signata dabant: sed plerunque judicibus ipsi scribebant [2], aut testabantur, qui illos consulebant. Primus divus Augustus, ut major juris autoritas haberetur, constituit [3], ut ex auctoritate ejus responderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit: & ideo optimus Princeps Hadrianus, cum ab eo Viri prætorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis, *hoc non peti, sed præstari & solere: & ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se; populo ad respondendum se præpararet.* † Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, ut *populo* responderet; qui in equestri ordine jam grandis natu, & fere annorum *quinquaginta* receptus est: huic nec amplæ facultates fuerunt, sed plurimum à suis auditoribus sustentatus est. † Huic successit GAIUS CASSIUS [5] LONGINUS, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Servii Sulpitii: & ideo proavum suum Servium Sulpitium appellat. Hic consul fuit cum Quartino, temporibus Tiberii; sed plurimum in civitate auctoritatis habuit, eousque donec eum Cæsar civitate pelleret: expulsus ab eo in Sardiniam, revocatus à Vespasiano, diem suum obiit. † Nervæ successit [6] PROCULUS 7. Fuit eodem tempore & NERVA FILIUS: fuit & alius LONGINUS ex equestri quidem ordine; qui postea ad Præturam usque pervenit. Sed Proculi auctoritas major fuit. nam etiam [8] plurimum potuit, appellatique sunt partim *Cassiani*, partim *Proculeiani*: quæ origo à Capitone, & Labeone cœperat. † Cassio CÆLIUS [9] SABINUS successit, qui plurimum temporibus Vespasiani potuit: Proculo PEGASUS, qui temporibus Vespasiani Præfectus [10] Urbi fuit: Cælio Sabino PRISCUS JAVOLENUS: Pegaso, CELSUS, patri Celso, CELSUS FILIUS, & PRISCUS NERATIUS: qui utrique consules fuerunt: Celsus quidem, & iterum: Javoleno Prisco ASURNUS [11] VALENS, & TUSCIANUS, item SALVIUS JULIANUS.

1 Adde *l.* 10 §. *ult. C. de assess.*

2 Inter cætera Jurisconsulti munia, scribere & cavere, ut hinc colligitur: adde Ciceronem *pro Murena.* & 2 *de orat.* & *7 famil.* 14.

3 *Adde l.* 11. *C. de advocat. jud. l.* 7. *C. de profess. & medicis.*

4 Meritis fcil. non cunctis petoratis. *Zas.*

5 Syriæ præfuit sub Claudio. *Tacit.* 12. 14. 16. *Suet. in Nerone.*

6 Suffectus consul videtur fuisse.

7 Non levis juris auctor, *de quo vide l.* 17. *ff. de jure patronat.*

8 *Vide l.* 1. *ff. de contrab. emptione.*

9 Cui Otho bimestrem consulatum designavit. *Tacit.* 17.

10 à quo S. C. Pegasianum dici existimatur. §. *sed quia. Inst. de fideic. heredit.*

11 De quo *l.* 78. §. *pen. ff. de legat.* 3.

TIT. III.

DE LEGIBUS [1], SENATUSQUE CONSULTIS [2], ET LONGA [3] CONSUETUDINE.

Quid sit lex.

1. PAPINIANUS lib. 1 Definitionum.

LEx est [4] commune [5] præceptum, virorum prudentium consultum: delictorum quæ sponte vel [6] ignorantia contrahuntur, coërcitio: communis reipublicæ sponsio [7].

2. MARCIANUS lib. 1 Institutionum.

NAm & Demosthenes [8] orator sic definit: Τὸ δὲ ἐστι νόμος, ἃ πάντας ἀνθρώπους πρέποντά πείθεσθαι ἀξιῖ πολλὰ, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστι νόμος δῶρημα [9] μὲν ἢ θεῶν θεῖς, δόγμα ὃ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα ὃ τῶν ἑκουσίων [10] καὶ ἀκουσίων [12] ἁμαρτημάτων. πόλεως ὃ συνθήκη κοινὴ, καθ' ἣν ἅπασι πρέπειν ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. id est, *Lex est, cui omnes obtemperare convenit; tum ob alia multa: tum vel maxime eo, quod omnis lex inventum* 9 *ac munus Dei est: decretum vero prudentum hominum, coërcitio eorum, quæ sponte* [10]*, vel involuntarie* [11] *delinquuntur* [12]*: communis sponsio civitatis, ad cujus præscriptum omnes, qui in ea republica sunt, vitam instituere debent.*

Sed & Philosophus summæ [13] Stoicæ [14] sapientiæ Chrysippus sic incipit libro, quem fecit περὶ νόμου· ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· δεῖ δ' αὐτὸν προεστάναι τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῇ φύσει αἰσχρῶν καὶ ἀρχόντα καὶ ἡγεμόνα καὶ κρίνειν τε τῶν μὲν δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῇ φύσει πολιτικὸν ζῴων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέων. ἀπαγορευτικὸν δ' ὧν μὴ ποιητέων, id est, *de lege: Lex est omnium divinarum, & humanarum rerum regina. Oportet autem eam esse præsidem & bonum & malorum, & principem & ducem esse: & secundum hoc, regulam esse justorum, & injustorum, & eorum, quæ natura civilia sunt, animantium, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum.*

Quibus de rebus leges constituuntur.

3. POMPONIUS lib. 25 ad Sabinum.

URA constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id est, *ut plurimum*, accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου [17], id est, *ex inopinato.*

4. CELSUS lib. 5 Digestorum.

EX his, quæ forte uno aliquo casu accidere possunt, jura non constituuntur.

5. IDEM lib. 17 Digestorum.

NAm ad ea potius [18] debet aptari jus, quæ & frequenter, & facile, quam quæ perraro eveniunt.

6. PAULUS lib. 17 ad Plautium.

ΤΟ [19] γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, id est, *Quod enim semel aut bis existit*, ut ait Theophrastus, παρέλκουσιν οἱ νομοθέται, id est, *præterunt legislatores.*

1 I. C. XIV.

2 I. C. XVI. *adde l.* 9. *l.* 10. *ff. eod.*

3 8. C. 53. *adde l.* 32. *& seq. ff. h. t.*

4 Definitio hæc, causalis est: constat enim causa efficiente, materia & fine.

5 Id est, notitia æqui & boni, à natura omnibus indita. vel ita; generale jussum, non pertinens ad privatos. *Attene Capito*, apud *Gell. lib.* 10. *cap.* 20. adde *Aristotelem 5 Ethicor.* 1.

6 Vide *l.* 11. *ff. de incendio l.* 2. *in fin. ff. de termino.*

7 Συνθήκη dicitur *l.* 2. *ff. eod.* hinc legibus obligari dicimur. *l.* 52. §. 5. *ff. de oblig.* sic qui delinquit, eo genere pœnæ obligare se dicitur, quod indictum est eo loco, in quo habitat.

8 *Oratione* 1. *adversus Aristogiton.*

9 Adde *Platonem Initio* 1 *de legibus. Diodorum* 1. *cap.* 5. Inde factum, ut veteres legislatores legum suarum originem ad Deos referrent. *Plato illo loco, & in Minoe. Diodorus illo loco*, 1. *Valer.* 2. *Herodot.* 1. *Suidas in Galeno. Cicero* 2 *de legibus. Ælian.* 2 *de varia histor. Halicarnassæus* 2 *Antiquit. Livius* 1. *Plutarchus in Numa. Lactantius* 1. *cap.* 22. quod nec Mahumetes omisit. v. *librum de doctrina Mahumetis.* adde *Glossam ultim.* in verbo *divino. C. de longi temporis præscript. Tiraquell. in præfat. tractatus De retract.* 11.

10 Περὶ ἀκουσίου καὶ ἑκουσίου vide *Aristotelem* 3 *Ethic.* 1. & 5 *Ethic.* 8. *Plotinum* 6. *Enneade* 8. *Ciceronem in Topicis.* sane Cicero illo loco, voluntaria ea esse definit quæ fiunt consilio: involuntaria, quæ fortuna, ignorantia & necessario: ut & Plotinus superiore loco, τὸ εἰς ἡμᾶς, id quod nostræ potestatis est, seu voluntarium, describit, quod nos facimus μὴ δουλεύοντες τύχαις, ἀναγκαις, πάθεσιν ἰσχυραῖς. Aristoteles vero ἑκούσιον facit eorum, quæ in nostra potestate sunt, quod qui facit εἰδὼς ἃ μὴ ἄγνοια μήτε ὅτι, ἢ τίνα τύπτει· ὧ ἢ τίνι ᾖ ἕνεκα, ἢ τίνος ἕνεκα· quod denique facit, qui μὴ κατὰ συμβεβηκὸς μηδὲ βίᾳ, sed προαιρούμενος, consilio capto. Involuntarium vero seu ἀκούσιον appellat τὸ ἀγνόημενον, quod ignorantia facimus: aut sane non ignoranter, sed ita tamen ut ejus principium penes facientem sou agentem non sit: & vi impediatur. Quin & *d. c.* 1. ut utrumque recte distinguatur, considerat has circumstantias, τίς, τί, περὶ τί, ἢ ἐν τίνι, τίνι, οἷον ὄργανῳ, ἕνεκα τίνος, πῶς. Quibus distinctis facile intelligimus quid ἄδικον, ἀδίκημα, ἁμάρτημα, ἀτύχημα. Prius admittit quisque ἐκ προαιρέσεως. Secundum εἰδὼς μέν, μὴ προβουλεύσας δέ. Tertium μὴ παραλόγως, sed tamen ἄνευ κακίας. ultimum παραλόγως. Quæ summopere nostris distinguenda censeo. 11 *V. l.* 30. *l.* 31. *ff. ad l. Aquil.* in brutis, *Genes.* 9. *Liv.* 20. *Plin.* 8. *cap.* 18. *c. mulier.* 4. *caus.* 15. *q.* 1. vide *Guidonem Papæ quæst.* 228. & inanimatis, ut in statua. *Demosth. contra Aristoc. Suidas in Nicone, Pausanias in Eliacis.* vide *Cujac.* 16. *observ.* 10. *Forner.* 1. *select.* 10. Quid si furore? v. *l.* 13. *ff. de offic. præsid.* Ira? v. *l.* 3. *ff. de divortiis*: ebrietate aut vino? v. *l. unic. C. si quis imperatori.* impetitia? v. *l.* 9. §. *pen. ff. locati.* rusticitate? v. *l.* 3. §. 21. *ff. de Silaniano.* aut jussu alterius? vide *l.* 157. *l.* 167. *ff. de reg.* 12 Immo involuntaria non puniuntur. *arg. l.* 16. §. *si propter. ff. de publicanis.* 13 *Al.* summus, vel die *summe*, quia inter sectas Philosophorum est præcipua. 14 Stoicos philosophos vel ipsi Jurisconsulti laudant: nam & ipsi sectis Philosophorum dediti. Sic citatus à Callistrato parens Academicæ Plato *in lege ultim. ff. de nundiis.* & Academicus quoque Cicero à Tryphonino *in l. Cicero. ff. de pœn.* ut & Peripateticæ sectæ princeps Aristoteles à Juliano. *in l.* 36. *ff. de solutionibus.* Epicurei vero ab Alfeno. *in l. proponebatur.* 76. *ff. de judiciis.* Quin & medicus Hippocrates à Paulo *in l.* 12. *ff. de statu.* & alioquin *in l.* 2. §. 40. *ff. de origine juris*, dicimus Q. Tuberonem, Panætii Philosophi auditorem. Apud Ciceronem *in libris de Natura* tres jurisconsulti in tres sectas divisi. Velleius Epicureus negat deos & deorum providentiam: Lucilius Balbus Stoicus eandem asserit: Cotta Academicus nutat in utramque partem. Trebatium eadem opera apud Ciceronem 3. *fam.* 9. & 7. *famil.* 12. Epicureum fuisse reperio, ut & apud eundem *in oratione pro L. Murena*, Catonem Stoicum & Stoicos oratorio more irrideri. Fuerunt ita Jurisperiti omnes nostri, à Philosophis instituti aut philosophiæ studio aliquo imbuti, & juris divini quoque peritissimi, ut dixi *ad l.* 10. §. 2. *ff. de Justitia.* 15 *Nov.* 163. *in princ.* 16 *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. *in fin. ff. eod. l.* 64. *ff. de regulis juris. Nov.* 44. *c.* 1. §. 3. *& Nov.* 94. *c.* 2. 17 1. *Harmenop.* 1. §. 28. Bartolinus legit ἀιτόματα. 18 Non tamen semper. *l.* 12. *C. de leg. hered.* 19 *l.* 3. *in fin. ff. si pars hereditatis*: vide *l.* 3. *ff. eod. Novell.* 105. *c.* 1. *in fin.*

Virtus Legis.

7. MODESTINUS lib. 1 Regularum.

LEgis *virtus* [hæc] est: imperare [20], vetare, permittere [21], punire [22].

In quas personas jura constituuntur.

8. ULPIANUS lib. 3 ad Sabinum.

IUra non in singulas personas, sed generaliter [23] constituuntur [24].

De Senatus autoritate.

9. IDEM lib. 16 ad Edictum.

NOn [25] ambigitur, Senatum [26] jus [27] facere posse.

De imperfectione legum, & ratione eas supplendi.

10. JULIANUS lib. 59 Digestorum.

NEque leges, neque senatusconsulta ita scribi possunt, ut omnes casus [28], qui quandoque inciderint, comprehendantur: sed sufficit [&] ea, quæ plerunque accidunt, contineri.

11. IDEM lib. 90 Digestorum.

ET ideo de his, quæ primo [29] constituuntur, aut [30] interpretatione, aut constitutione optimi Principis certius statuendum est.

12. IDEM lib. 15 Digestorum.

NOn [31] possunt omnes articuli [32] singillatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi: sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui jurisdictioni præest, ad similia [33] procedere, atque ita jus dicere debet.

13. ULPIANUS lib. 1. ad Edictum Ædilium curulium.

NAm, ut ait Pedius, quotiens lege aliquid, unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri.

De singularis juris interpretatione.

14. PAULUS lib. 54 ad Edictum.

QUod vero contra [34] rationem juris [35] receptum est, non est producendum ad consequentias [36].

In quibus non sequimur regulam juris.

15. JULIANUS lib. 27 Digestorum.

IN his quæ contra rationem juris constituta sunt, non possumus sequi regulam juris.

Definitio juris singularis.

16. PAULUS lib. singulari de jure singulari.

IUs *singulare* [37] est, quod contra tenorem rationis [38] propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est.

Scire leges, Quid sit.

17. CELSUS lib. 26 Digestorum.

SCire leges non [hoc] est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.

De interpretatione benigna.

18. IDEM lib. 29 Digestorum.

BEnignius [39] leges interpretandæ sunt, quo voluntas earum conservetur.

De legibus Ambiguis.

19. IDEM lib. 33 Digestorum.

IN [40] ambigua voce legis ea potius accipienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim cum etiam voluntas [41] legis ex hoc colligi possit.

De Ratione legis non inquirenda.

20. JULIANUS lib. 55 Digestorum.

NOn [42] omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio [43] reddi potest.

21. NERATIUS lib. 6 Membranarum.

ET ideo rationes eorum, quæ constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quæ certa sunt, subvertuntur.

Interpretatio legis in præteritum indulgentis.

22. ULPIANUS lib. 35 ad Edictum.

CUm [44] lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat [45].

Quæ mutari non debent.

23. PAULUS lib. 4 ad Plautium.

MInime sunt [46] mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt.

De tota lege inspicienda.

24. CELSUS lib. 9 Digestorum.

INcivile [47] est, nisi tota lege perspecta, una aliqua particula ejus proposita, judicare, vel respondere.

De interpretatione legis favorabilis.

25. MODESTINUS lib. 8 Responsorum.

NUlla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione [48] contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.

De priorum & posteriorum legum interpretatione.

26. PAULUS lib. 4 Quæstionum.

NOn est novum, ut priores leges [49] ad posteriores trahantur.

27. TERTULLIANUS lib. 1 Quæstionum.

IDeo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est: & semper quasi hoc legibus ineste credi oportet, ut ad eas quoque personas, & ad eas res pertinerent, quæ quandoque similes [50] erunt.

28. PAULUS lib. 5 ad Legem Juliam & Papiam.

SEd & posteriores leges ad priores pertinent [51]: nisi contrariæ sint: idque multis argumentis probatur.

De duabus legibus contrariis.

29. IDEM lib. singul. ad legem Cinciam [52].

COntra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem [53] vero, qui salvis verbis legis, sententiam ejus circumvenit.

30. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

FRaus enim legi fit, ubi [54], quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit: & quod distat ῥητῶν ἀπὸ ἀληθοῦς. id est, *dictum à sententia*; hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.

20 *Leo. Novell. princip.*

21 Quædam sunt quæ leges nec vetant, nec jubent facere. *Seneca* 3 *de benefic.* 21. *Aristot.* 2 *Ethic.* 3.

22 Κοινῇ, omnibus scil. *l.* 10. *in princ. C. eodem.* vide *Cujacium* 15. *observ.* 8.

23 Καθόλου, id est, communiter. 2. *Eclog.* 1. *c.* 15. in omnes homines & res. Festus, *in Regatio.* Atque ita quæ de imperio Cn. Pompeii de, reditu Ciceronis, de exule Clodii lata sunt, lex non fuere, sed privilegium. 10. *Gell.* 20.

24 Imo interdum uni civitati. *l.* 11. *ff. de justitia.* interdum singulis jus constituitur. *l.* 16. *C. eod.*

25 Hodie ex *Leonis Novell* 78. senatus jus non facit.

26 Immo soli Principi id licet. *l. ult. C. eod.*

27 Formulam senatusconsulti vide *in l.* 2. *ff. ad Vell. & alia locis. Tit. ad Macedonianum, Trebellianum.*

28 Θέματα Græci appellant.

21. *Eclog.* 1. *c.* 15.

29 Ἐν πρωτοις.

30 *l. ult.* §. *fin. C. eod.* etiam prudentum. *l.* 2. §. 47. *ff. de orig. jur.*

31 *Aristotel.* 5 *Ethic* 10. *l.* 5. §. 2. *ff. quod falso tutores l.* 29. §. 3. *ff. de liberis.*

32 Casus *l.* 4. *l.* 10. *ff. eod. l.* 37. *ff. eod. Si mater*, 2. *Eclog* 1. *cap.* 15. 1 *Harmenopulus* 1 *in fine.*

33 *l.* 13. *ff. eod. l.* 7. §. 2. *ff. de jurisdict. vid. l.* 30. *ff. in fin. de negot. l.* 18. *ff. de præscr. verb. l.* 26. §. *fin. ff. ex quibus caus. majores.*

34 παρὰ κανόνας *Eclog. d. c.* 15. contra regulas. adde *l.* 12. *in fin. ff. de usufructu. l.* 8. §. 2. *ff. de rebus eorum qui sub tutel.*

35 Generalis. *l.* 13. *l.* 16. *l.* 39. *ff. eod. l.* 141. *ff. de R. J.*

36 Vide *l.* 15. *ff. soluto matrimonio.*

37 Ἴδιος νόμος, seu jus singulare, non est lex in singulas personas constituta. *ut in l.* 8. *ff. eodem.* sed quæ paululum aberrat à regulis juris: atque ita non pugnat hæc lex cum *dict. l.* 8.

38 Generalis. *l.* 68. *ff. de reg. jur.*

39 Φιλανθρωπως.

2 *Eclog.* 1 *c.* 18. *adde l.* 56. *ff. de regulis juris.*

40 Vide *l.* 3. *ff. l.* 11. *ff. de rebus dubiis.* Goth. Hæc lex varie discutitur apud *Tessaur. decis.* 89. vid. *Marc. Salomon. pag.* 39. Ans.

41 Voluntas legis, ut pars legis præcipua, spectanda, conferenda. *l.* 18. *ff. eod.*

42 Exemplum, *l.* 9. *ff. de relig. Cuj.* 8. *obs.* 12. Cur autem? Vide *l.* 51. §. *penult. ff. ad leg. Aquil. l.* 3. *C. de crim. sacril.* Goth. Vide *in repetit. hujus leg. Menoch. de arbitr. judic. lib.* 2. *cap.* 82. loquitur lex de habente potestatem condendæ legis, non de Jurisconsultis. *arg. verbi majoribus.* S. L. Necessarias rationes à Jurisconsulto exigere non debemus, ut à Mathematico, sed probabilibus, & civilibus nos contentos esse oportet, vid. *Cothal. hic.* Ans.

43 Quemadmodum sacerdotes victimarii, qui & θύται 1. *Artemidor.* 13. ambigua signa non negant esse vera, sed qualia sunt ex victimis deprehendere se posse negant: sic Jurisconsultus, non protinus iniqua esse ait quorum ignoratur ratio. Adde Aristotelem 1 *Ethicorum* 7. *l.* 27. §. 2. *ff. ad legem Aquiliam.* junct. *l.* 21. *C. de furtis*: *Cujacium* 17. *obs.* 15. 44 Vide *l.* 7. *C. eod.* 45 *Nov.* 129. *c.* 4. *& Nov.* 154. *c.* 1. 46 *l.* 1. *ff. de const. pec. pr. l.* 183. *ff. de reg. jur.* 47 Æschines contra Ctesiphontem. 48 *V. l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de Carb. edicto.* 49 *l.* 27. *ff. eod. l. ult. ff. Tit. prox.* 50 Vide *l.* 12. *ff. eod.* 51 Ubi de interpretatione non de correctione agitur. 52 Lex Cincia de donis quæ & *Muneralis*, de qua *Ulp.* 1. dixi ad Festum in *Muneralis.* 53 *l.* 5. *C. eod.* 54 Exemplum? *l.* 3. §. *pen. ff. de Macedon. l.* 43. §. *ult. ff. de vulgar. l.* 64. *ff. de cond. & dem.*

Qui

Qui legibus soluti sunt.

31. IDEM lib. 13 ad legem Juliam & Papiam.

PRinceps legibus [55] solutus est: Augusta autem, licet legibus soluta non est, Principes tamen eadem illi [56] privilegia tribuunt, quæ ipsi habent.

In quibus causis consuetudo vel aliud jus observatur.

1. *De auctoritate consuetudinis.*

32. JULIANUS lib. 94 Digestorum.

DE [57] quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus & [58] consuetudine inductum est: & si qua in re hoc deficeret [59], tunc quod proximum & consequens ei est [60]: si nec id quidem apparebat, tunc jus, quo [61] urbs Roma utitur, servari oportet.

§. 1. Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur. (& [62] hoc est jus, quod dicitur *moribus constitutum.*) Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam [63] quod judicio populi receptæ sunt: merito & ea, quæ sine ullo scripto populus probavit, tenebunt omnes: nam quid [64] interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.

In quibus causis consuetudo observatur.

33. ULPIANUS lib. 1 de officio Proconsulis.

DIuturna [65] *consuetudo* pro [67] jure & lege in [68] his, quæ non ex scripto descendunt, observari solet.

Quomodo probatur consuetudo.

34. IDEM lib. 4 de officio Proconsulis.

CUm de consuetudine civitatis, vel provinciæ confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror [69], an etiam contradicto [70] aliquando judicio consuetudo firmata sit.

De auctoritate consuetudinis.

35. HERMOGENIANUS lib. 1 Juris Epitomarum.

SEd & ea, quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non [71] minus, quam ea, quæ scripta sunt jura, servantur.

36. PAULUS lib. 7 ad Sabinum.

IMmo magnæ [72] auctoritatis hoc jus habetur: quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.

De lege per consuetudinem interpretanda.

37. CALLISTRATUS lib. 1 Quæstionum.

SI de interpretatione legis quæratur; in primis inspiciendum est [73], quo jure civitas retro in ejusmodi casibus usa fuisset: optima [74] enim est legum interpres consuetudo.

38. CALLISTRATUS lib. 1 Quæstionum.

NAm Imperator noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo [75] similiter judicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere.

Quæ consuetudo in similibus non obtinet.

39. CELSUS lib. 23 Digestorum.

QUod [76] non ratione introductum, sed errore [77] primum, deinde consuetudine obtentum est: in aliis similibus non obtinet.

Quæ jus faciunt.

40. MODESTINUS lib. 1 Regularum.

ERgo [78] omne jus aut consensus [79] fecit, aut necessitas [80] constituit, aut firmavit consuetudo.

Jus in quo consistit.

41. ULPIANUS lib. 2 Institutionum.

TOtum autem jus consistit aut in adquirendo [81], aut in conservando, aut in minuendo: aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cujusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel jus suum conservet, aut quomodo alienet, aut amittat.

TIT. IV.

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM [1]

De auctoritate. 1. Speciebus & nomine communi constitutionum. 2. De constitutionibus personalibus.

ULPIANUS lib. 1 Institutionum.

QUod Principi placuit [2], legis habet vigorem: utpote cum *lege* [3] *regia*, quæ de imperio ejus lata est, populus ei & in eum omne suum imperium & potestatem conferat.

§. 1. Quodcunque igitur Imperator per epistolam [4] & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano [5] interlocutus [6] est, vel edicto præcepit: legem esse constat: hæc sunt, quas vulgo *constitutiones* appellamus. §. 2. Plane ex his quædam sunt personales [7], nec ad exemplum trahuntur: nam quod princeps alicui ob merita indulsit [8], vel si quam pœnam irrogavit [9], vel si cui sine exemplo subvenit [10], personam non egreditur [11].

De novo jure constituendo.

2. ULPIANUS lib. 4 Fideicommissorum.

IN rebus novis constituendis evidens esse utilitas debet, ut [12] recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est.

De interpretatione beneficii imperialis.

3. JAVOLENUS lib. 13 Epistolarum.

BEneficium [13] Imperatoris, quod a divina scilicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime [14] interpretari debemus.

De vi priorum & posteriorum constitutionum.

4. MODESTINUS lib. 2 Excusationum.

Αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις ἰσχυρότεραι τῶν περὶ αὐτῶν εἰσίν, id est, *Constitutiones tempore posteriores, potiores sunt* [15], *quæ ipsas præcesserunt.*

TIT. V.

DE STATU HOMINUM [1].

Objecta juris.

1. GAIUS lib. 1 Institutionum.

OMNE jus, quo utimur, vel [2] ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.

Ordo in hoc opere servandus.

2. HERMOGENIANUS lib. 1 juris Epitomarum.

CUm igitur hominum causa omne jus constitutum sit: primo [3] de personarum statu, ac post de cæteris, ordinem Edicti perpetui [4] secuti, & his proximos atque conjunctos applicantes titulos, ut [5] res patitur, dicemus.

Divisio personarum.

3. GAIUS lib. 1 Institutionum.

SUmma [6] itaque de jure personarum divisio hæc est: quod omnes homines aut liberi sunt, aut servi.

Definitio libertatis. 1. Servitutis. 2. & etymologia servi. 3. ac mancipii.

4. FLORENTINUS lib. 9 Institutionum.

LIbertas est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure [7] prohibetur. §. 1. *Servitus* est constitutio juris gentium [8], qua quis dominio alieno [9] contra naturam subjicitur. §. 2. *Servi* ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare [10], nec occidere solent.

§. 3. *Mancipia* vero dicta, quod ab hostibus manu capiantur.

Divisio liberorum. 1. Quibus modis servi fiunt. 2. Definitio ingenui, & definitionis expositio.

5. MARCIANUS lib. 1 Institutionum.

ET servorum quidem una est conditio [11]: liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini. §. 1. Servi autem in dominium nostrum rediguntur, aut jure civili, aut gentium. Jure civili, si quis se [12] major viginti annis ad pretium participandum venire [13] passus est. Jure gentium servi nostri sunt, qui ab hostibus capiuntur, aut qui ex ancillis nostris nascuntur.

§. 2. Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt [14]; sufficit enim liberam fuisse eo tempore, quo nascitur, licet [15] ancilla concepit: & e contrario si libera [16] conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci. Nec interest justis nuptiis concepit, an vulgo: quia non debet calamitas matris nocere, ei qui in ventre est [17].

§. 3. Ex hoc quæsitum est: si ancilla prægnans, manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa civitate peperit: liberum, an servum pariat? & tamen rectius probatum est, liberum nasci: & sufficere ei, qui in ventre est, liberam matrem vel [18] medio tempore habuisse.

Definitio libertinorum.

6. GAIUS lib. 1 Institutionum.

LIbertini sunt, qui ex justa [19] servitute manumissi sunt.

De his qui sunt in utero.

7. PAULUS lib. singulari de portionibus quæ liberis [20] damnatorum conceduntur.

QUi in utero est, perinde [21] ac si in rebus humanis esset, custoditur, quotiens de commodis ipsius partus quæritur: quamquam alii, antequam nascatur, nequaquam [22] prosit.

Utrum instrumentum male conceptum liberis officiat.

8. PAPINIANUS lib. 3 Quæstionum.

IMperator Titus Antoninus rescripsit, non lædi statum liberorum ob tenorem instrumenti male [23] concepti.

De sexu.

9. IDEM lib. 31 Quæstionum.

IN [24] multis juris nostri articulis deterior [25] est conditio *feminarum*, quam masculorum.

De Hermaphrodito.

10. ULPIANUS lib. 1 ad Sabinum.

QUæritur [26], *Hermaphroditum* cui [27] comparamus? & magis puto ejus sexus æstimandum, qui in eo prævalet.

Si filius patre ignorante conceperit, eoque mortuo peperierit.

11. PAULUS lib. 18 Responsorum.

PAulus respondit, cum, qui vivente patre & [28] ignorante [29] de conjunctione [30] filiæ conceptus est, licet [31] post mortem avi natus sit, justum filium ei, ex quo conceptus est, [esse] non [32] videri.

De septimestri partu.

12. IDEM lib. 19 Responsorum.

SEptimo [33] mense [34] nasci perfectum partum, jam receptum est pro-

---

55 Prærogativa vide Cujacium 16 *Obs.* 35. qui non pauca hic adjungit. Harmenop. 1. *tit.* 1. *n.* 22. *J. de leg.* 3. v. ad hanc l. Cujac. 16. *obs.* 20. Adde quæ de Principis imperio & potestate notavi *ad Nov.* 105. *cap.* 2. adde *Aristet.* 2 *Polit.* 9. Goth. Adde *Corasf. lib.* 2 *miscell. c.* 25. & *lib.* 4. *cap.* 4. *Wesenb. de author. jurisd. lib.* 1. *princ. n.* 70. *Cravett. de antiquit. temp. part.* 1. *num.* 46 47. *Valasc. illustr. quæst. lib.* 1. *cap.* 1. *Synaxema Tholosan. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 10. S. L.

56 V. *l.* 6. *in fine J. de jure fisci.*

57 Consuetudo etiam in civilibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex. *Tertul. lib. de corona militis.*

58 *Adde l.* 33 34. 35 36. 37. 38. 39. 40. *J. eod. v. Cuj.* 20. *obs.* 1. Goth. Ad hanc materiam vide *Bart. & Alberic.*, *Valasc.*, & *Zasium hic. Menoch. lib.* 2. *de arbitr. jud. cas.* 83. 84. & *Rovit. de auctoritate prudentum, cap.* 16. S. L.

59 *Al.* defecerit.

60 Sicut enim non omnia legibus comprehendi possunt, ita nec consuetudine. ut late & eleganter *Vasq. de Success. tom.* 1. *lib.* 1. §. 5. *num.* 9 *per tot.* Ans.

61 Videtur tamen illud jus non semper observandum. *l.* 12. *J. de off. præsidis.*

62 Consuetudo, jus est moribus constitutum. *ut hic.* moribus inductum. *in pr. hujus legis:* quod sine ullo scripto: quod rebus ipsis & factis, quod tacito consensu probavit populus, *ut hic:* quod per annos plurimos observatum, veluti tacita civium conventio. *l.* 35. *J. eod.* 63 Novellæ Leonis *in princip.* 64 *l.* 5. *J. ratam rem* nihil differt, scriptura an ratione jus consistat, quando & legem ratio commendat. *Tertullianus illo loco de corona milit.* 65 Desuetudo. i. e. consuetudo vincit legem, *ut hinc colligi videtur.* Imo non vincit, dixi *ad l.* 1. *C. quæ sit longa consuetudo.* 66 Inveterata, *l.* 32. §. 1. *J.* longa, *l.* 35. *J. eod.* hoc arbitrio judicis finiendum. 67 *V. l.* 2. *C. qua sit longa consuet.* 68 *l.* 1. *in fin. J. de vent. inspic. l.* 11. *in fin. J. de decur. l.* 5. §. *legem. J. de jur. immunitatis. l.* 20. §. 3. *C. de agric. & cens.* 69 Atqui exemplis non est judicandum. *l.* 13. *C. de sententiis & interloc.* 70 Id est, contentioso contestato. *Oldem.* Intellige de consuetudine juri contraria, ut *decis. Ultrajectl.* 13. *in fin.* aut, *contradicto judicio*, id est, judicio contrario non obstante, observata. vid. *Christin. decis. Belg. vol.* 4. *decis* 212. *num.* 156. Ans. 71 *l.* 3. *in fin. C. quæ sit long. cons.* 72 Non ejus tamen, ut vincat rationem & legem. *d. l.* 3. Imo fortior est scriptis omnibus. *Seneca.* 1. *Declamat.* 1. 73 *l.* 34. *J. de regul. jur.* 74 Sed non sola. *l.* 1. *C. eod.* 75 Immo & si aliquando ita judicatum sit, videtur sufficere. *l.* 34. *J. eod.*

76 *V. l.* 14. *J. eod.* 77 Immo error jus facit. *l.* 3. §. *ult. J. de suppell. leg.* 78 Ad hanc *l. v. Cujac.* 14 *obs* 15. 79 *Subaudi* expressus. 80 Necessitatis voce *Hotomanus*, 5. *observ.* 25. intelligit rationem legis ad similes casus ratiocinatione productam: quod admittendum non est. Hæc voce potius intelligendus est Senatus. Primum *argum. l.* 2. §. *& quia difficile. J. de origine juris.* secundo, quod hæc lex conclusio totius hujusce tituli videtur: quod & satis innuit hoc verbum *Ergo.* Est vero titulus hic *de legibus, senatusconsultis & consuetudine* ut & superior *de prudentum responsis*: sequens vero *de constitutionibus Principum.* Quanquam nihil vetat etiam hac voce intelligi jura alia necessitate inducta: cujus generis sunt quoque Principum constitutiones, *l.* 2. §. *novissime. J. de origine juris.* jus gentium, §. *jus autem. ibi: humanis necessitatibus Inst. de jure naturali.* Porro hanc juris partitionem videtur ex Menandro Jurisconsultus hausisse: τρία γάρ ἐστι διαφόρα δι' ὧν ἅπαντα γίγνεται, ἢ κατὰ νόμους, ἢ ταῖς ἀναγκαις, ἢ κατὰ τύχην. adde Cujacium 14. *obs.* 16. 81 *Adde* §. 2. 3. 4. *Institutis de interdictis.*

1 1. C. IV. *Nov.* LXVI.

2 In id ut sit lex generalis. Harm. 1. *tit.* 1. Goth. Vide *Corras. lib.* 6 *miscell. cap.* 8. *Dnaren. lib.* 2 *disput. cap.* 19. *Emanuel Zoaref. lib.* 1 *obs. cap.* 37. *Charond. lib.* 1 *verisimil. cap.* 2. S. L.

3 De lege regia *adde Instit. de jure natur.* §. *sed quod Princip. l.* 1. §. *non enim. C. de veteri jure.* Fragmentum ejus Romæ in Lateranensium æde servari notat Ant. Augustin. *de legibus.* 4 Δι' ἐπιστολῆς ἐπιγραφῆς Græci, id est, per epistolam à fe subscriptam. 5 *V. l.* 97. *J. de legat.* 3. 6 Immo interlocutiones Principum vim legis non obtinent *l.* 3. *C. de legibus.* 7 Quæ ad indulgentiam vel ad pœnam sunt. *Harmen. d. loco.*

8 Puta, immunitatem à tributis. Theophil. *Inst. de jure naturali.* 9 Puta, majorem delicto vel lege. Theoph. *ibid.* 10 Puta, pœnæ gratiam faciens. Theoph. *ibid.* 11 Immo egreditur. *l. ult. cit. per. C. de fruct. & litium expens.* 12 *l.* 23. *J. tit. prox.*

13 Ut & donationem. *l.* 2. *C. de bon. vac.*

14 *l.* 2. *C. de bon. vac. l.* 43. *J. de reg. Jur. C.* modo non in detrimentum alterius, tunc enim strictè interpretabimur. *v. l.* 2. § *fi. J. tit. prom. l.* 1. *J. ad l. Aquil. l.* 1. *in pr. J. ad l. Fal. l.* 1. §. *fi serv.* 19. *J. de quæst.*

1 1. *Inst.* III. 46. *Basil* 1. *Harm.* 1. *Tit.* 18.

2 Quid? hæc partitio juris esttne hic allata à Jurisconsulto, ut ostendat, nullam esse juris docendi aut discendi aut tractandi commodiorem rationem, quam si de his tribus separatim tractetur? An potius, quod nulla pars juris sit, nullus contractus, nullum negotium, nulla actio, nullum judicium, in quo tractando hi loci simul non incurrant? ut putat Duaren. 1. *Disp.* 5.

3 Dignioribus prior debetur locus.

4 Non tamen eum ordinem semper servavit. §. *Tertio. J. constitut. ad Anteces.*

5 Titulorum continuatam inter se seriem non ita scrupulose & anxie inquirendam esse, colligas recte ex hoc loco: quod tamen multi perfrepe faciunt frustra. Nam si jus summum spectemus, quæro quæ ratio fuerit, ut ante titulum *de testamentis* tituli *de inofficioso testamento*, & *de testamentaria tutela* ponerentur? Sexcenta talia proferre exempli gratia possumus. quid, quod una & eadem Pandectarum, Codicis & Institutionum methodus non est? Mihi, si quid judicii est, placet, aut sane apud me satis justa ratione recipitur methodus hisce Pandectis observata à Justinianeo ad quam quoque practicorum omnium quæstiones in meas Pandectas practicas referre visum fuit: ut eodem nexu ac tenore, qui jus tractant, jus quod nobis hodie in usu est, una Titulorum consequentia, utiliter legere possint.

6 Alia est in *l.* 9. *J. eod.* alia *in l.* 4. *J. de justitia & jur.*

7 Pœnarum comminationes. *Harmenop.*

8 Et juris civilis *l.* 5. §. 1. *vers. jure civili. J. eod.*

9 Atqui interdum nullius esse potest servus, vide *l.* 3. *in pr. J. de pœnis.* 10 *Vide l.* 239. §. 1. *J. de verb. sign.* 11 Ut unus alio non sit magis servus, variæ sunt tamen functiones. *l.* 15. §. 1. *J. de usufr. l. ult.* §. *fin. J. de ædil. edicto.* 12 Leonis constitut. 59. vetat hujusmodi venditionem. 13 Miror, veteres restitutionem in integrum fatem non indulsisse hujusmodi venditoribus, puta minoribus 25 annis, cum in aliis rebus restitutionem facile illis concedant. *J. de minoribus.* eo magis quod infinita sit libertatis æstimatio, & infamia ordini plerunque vel genti, generi familiæque inuratur. *l.* 1. *l.* 2. *J. de liberali causa.* Sed contemptus libertatis id fecit. 14 Qui servitutis jugum non gustarunt. *Harmen. ibid.* 15 Sic conceptus ex concubinata vel in concubinatu, natus in matrimonio, legitimus est, nec legitimatione alia indiget. vide quæ scripsi ad Novell. 74. 16 Vide *l. ult. J. de sententiam passis.* 17 Hoc responsum defectuosum esse, putat *Reinard. Var. lib.* 4. *cap.* 13. Ans. 18 Vide *l.* 2. §. *si ad tempus. J. de decurion.* 19 *V. l.* 34. *J. de stipul. servorum. Theophil. Inst. de libertinis.* 20 Vel iis qui in utero matris suæ sunt. *Cujac. in l.* 2. *J. de excusat.* 21 *l.* 2. §. 6. *J. de excusat. l.* 9. *in fin. J. ad leg. Falcidiam.* 22 Matri tamen prodest. vide *l.* 3. *J. de pœnis.* 23 *V. l.* 16. *C. de liberali causa. l. ult. C. de ingenuis manumiss.* ut si servi, si spurii appellati sint. vide *l.* 13. *l.* 29. *J. de probat. l.* 2. *C. de testib.* 24 *V. l.* 1. *J. de Senatorib.*

25 Vide quæ notavi ad tit. Cod. *de mulieribus. l.* 10. 26 Adde *l.* 15. *in fin. J. de tell. l.* 6. *in fin. J. de lib. & posthum.* 27 An fœminæ, an masculo, an monstro? veteribus non in monstris fuisse, id argumento est, quod in deliciis plerunque habiti. *Plin.* adde *l.* 135. *J. de verb. sign.* Goth. In dubio pro masculis habentur, & feudorum capaces sunt. *Bald. l. quoties.* 12. *num.* 10. & *seq. C. de suis & legit. hered.* Ans. 28 *l.* 5. *C. de Nupt.* 29 Aliud est si furente. *l.* 25. *in princ. C. de nuptiis.*

30 *Hal.* conditione 31 Ratio dubitandi sumitur ex *l.* 11. *C. de naturalib. lib.* est vero sensus licet patre sui juris editus sit, alias, qui ita nascitur, liber est. 32 Quia justæ non erant nuptiæ: in justis igitur nuptiis, liberi sunt in potestate parentum. 33 *l.* 180. die a nuptiis contractis. *l.* 3. *in fin. J. de suis.* 34 Subaudi, *plene. Paul.* 4. *sent.* 9. §. 14.

propter auoritatem doctissimi viri Hippocratis [35]: & ideo credendum est, eum; qui ex justis nuptiis septimo [36] mense natus est, justum filium esse.

Si dominus servum in judicio capitali non defenderit.

13. Hermogenianus lib. 1 Juris epitomarum.

Servus in causa capitali, fortunæ [37] judicio a domino commissus, etsi fuerit absolutus, non fit liber.

De ostentis.

14. Paulus lib. 4 sententiarum.

Non [38] sunt liberi [39], qui contra formam humani generis conversо more procreantur: veluti si mulier monstrosum [40] aliquid, aut prodigiosum [41] enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia [42] ampliavit, aliquatenus videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur.

De partuum dinumeratione.

15. Tryphoninus lib. 10 Disputationum.

Arescusa, *si* [43] *tres pepererit*, libera esse testamento jussa, primo partu unum, secundo tres peperit. quæsitum est, an, & quis eorum liber esset? hæc [44] conditio libertati adposita jam [45] implenda mulieri est: sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur. nec [46] enim natura permisit simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere: ut ordine incerto nascentium [47] non appareat, uter in servitute, libertateve nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod postea nascitur: veluti si quælibet alia conditio libertati mulieris adposita, parturiente [48] ea, existat: vel manumissa sub hac conditione, *si decem millia heredi Titiove dederit*, eo [49] momento, quo parit, per [50] alium impleverit conditionem: jam libera peperisse credenda est.

16. Ulpianus lib. 6 Disputationum.

Idem erit, si eadem Arescusa primo duos pepererat [51], postea geminos ediderat [52]: dicendum est enim, non posse dici utrumque ingenuum nasci, sed eum, qui posterior nascitur. quæstio ergo facti potius est [53], non juris.

Qui sunt cives Romani.

17. Idem lib. 22 ad Edictum.

In [54] orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini cives Romani effecti [55] sunt.

Si prægnans capitali judicio damnetur.

18. Idem lib. 27 ad Sabinum.

Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit, liberam, quæ prægnans ultimo supplicio damnata est, liberum parere. Sed solitum esse servari [56] eam, dum partum ederet. † Sed si ei, quæ ex justis nuptiis concepit, aqua [57] & igni interdictum est, civem Romanum parit, & in potestate patris.

Quem parentem liberi sequuntur.

19. Celsus lib. 29 Digestorum.

Cum legitimæ nuptiæ factæ sint, patrem liberi sequuntur: vulgo quæsitus, matrem [58] sequitur.

Quæ furore non tolluntur.

20. Ulpianus lib. 38 ad Sabinum.

Qui furere cœpit; & statum, & [59] dignitatem, in qua fuit, & magistratum [60], & potestatem videtur retinere, sicut rei suæ dominium retinet [61].

Si liber homo, qui se vendidit, manumittatur.

21. Modestinus lib. 7 Regularum.

Homo liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum revertitur [62], quo se abdicavit: sed efficitur libertinæ conditionis.

Si quo tempore manumissa esse debuit ancilla, peperit.

22. Idem lib. 12 Responsorum.

Herennius Modestinus respondit, si eo [63] tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit, cum ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum.

De vulgo conceptu seu spurio.

23. Idem lib. 1. Pandectarum.

Vulgo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare [64] non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui & *spurii* appellantur ἀπὸ τοῦ σπουρᾶν [65]. id est, a *satione*.

Quem parentem liberi sequuntur.

24. Ulpianus lib. 27 ad Sabinum.

Lex [66] naturæ hæc est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur [67], nisi lex specialis [68] aliud inducit [69].

Si quis judicetur ingenuus.

25. Idem lib. 1 ad legem Juliam [70] & Papiam.

Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamvis fuerit libertinus, quia res judicata pro veritate [71] accipitur [72].

De his qui sunt in utero.

26. Julianus lib. 69 Digestorum.

Qui in [73] utero sunt, in toto pene jure civili intelliguntur in [74] rerum natura esse. † Nam & legitimæ hereditates his restituuntur: & si prægnans mulier ab hostibus capta sit; id, quod natum erit, postliminium habet; item patris, vel matris conditionem sequitur. Prætera si ancilla prægnans surrepta fuerit; quamvis apud bonæ fidei emptorem pepererit, id quod natum erit, tanquam furtivum, usu non capitur. His consequens est, ut libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo jure sit, quo sunt, qui patronos habent.

Si libertinus à patrono adoptetur.

27. Ulpianus lib. 5 Opinionum.

Eum, qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere [75] potuit [76].

---

[35] Septenmestrem seu septimenstrem vel septimestrem partum defendit hic jurisconsultus autoritate magni medici: quæ ratio probandi verisimilis. Idem auctor alibi 4. *sentent.* 8. §. 1. eandem nascendi legem defendit ex ratione Pythagorei numeri. Censorinus, c. 10. de die natali, refert, Pythagoram duos partus instituere, unum minorem eumque septemmestrem: alium majorem eumque decemmestrem, quorum ille 210. hic 274 à die conceptionis editur. Conceptus vero formationem his numerorum distantiis perficit: sex primis diebus semen, humorem lacteum fieri: octo sequentibus, sanguinem: novem consequentibus, carnem: duodecim ultimis, corpus formari. Proportionem autem sex ad 8 esse Diatessaron seu duorum tonorum & semitonii. Eorundem sex ad novem, Diapente, seu trium tonorum & semitonii. Eorundem sex ad 12, esse Diapason, hoc est, sex vel quinque & duorum semitoniorum. Ex his constare, omnes numeros musicos seu proportiones omnes musicas concurrere ad primam partus formationem. Hæc sane obscure, neque plane dicuntur. Chaldæis alia ratio visa est: nempe, partus & homines regi à sole. Eatenus quemque partum vitalem esse, quatenus poenis & ex opposito solis est aspectus ad eum locum, eamque sedem in qua sol fuit cum is vel ille concipereturur. Primo mense seu signo, solis conspectum ad illam sedem (concepti puta Titii) nullum esse: secundo mense, imbecillum: tertio κατὰ ἐξάγωνον obliquum, ut qui sextam: quarto κατὰ τετράγωνον, ut qui quartam: quinto, κατὰ τρίγωνον, ut qui tertiam partem sedis illius, in qua fuit eum Titius concipereturirradiet. Sexto in signo, destitui aspectu solis. In septimo, esse illi sedi ex opposito ac plene, & sic κατὰ διάμετρον. Octavo, inefficacem ejus aspectum. Nono, κατὰ τρίγωνον, rursus. In decimo, κατὰ τετράγωνον. In undecimo, κατὰ ἑξάγωνον. Ex his constare, ἑπτάμηνον fieri κατὰ διάμετρον· ἐννεάμηνον fieri κατὰ τρίγωνον· δεκάμηνον fieri κατὰ τετράγωνον. Plutarc. 5. *de Placitis* 18. aliam rationem Mathematicis tribuit: octo menses genituræ, ὀκτωδίτας; dissociabiles esse: septem vero, συνδετικὰς, sociabiles & fœderales. ἀσύνδετα ζῶια, id est, signa mensium dissociata dici quæ stellas οἰκοδεσπότας, (hoc est domicilii dominas) maleficas habeant: ἑπτάμηνον partum, signum ἀνύπαρκτον nancisci; ἑπτάμηνον & δεκάμηνον, ἀσύνδετον & vitalem. Empedocles apud eundem Plut. *ibid.* ridiculam hanc causam adfert, Diem nati primi hominis ex terra, decem mensium fuisse, idque propter segnitiem solis: procedente tempore, septemmestrem factum: naturam deinde ita consuesse. Et hæc medici, Pythagorei, Chaldæi, mathematici, & Empedocles. In Theologis Philo, *lib.* 1. *legis allegoriarum.* Tertull. c. 19. *de anima.* Ambros. *epist.* 39. *ad Herontianum*, septimenstris partus causam referunt ad primam rerum omnium creaturam hebdomadam: id etiam ut aliquo velut colore vestiant, septenarii numeri rationem & vim in omni pene rerum natura observant. quod & facit Varro, *lib.* 1. *Hebdomados seu de imaginibus, apud Gellium* 3. c. 10. cui adde Macrobium 1. *somnii* 6. & quæ scripsi ad *l.* 1. §. 12. ff. *de suis. ubi sit Hippocratis pariter mentio.* Goth. Quoto mense quis nascatur legitimus, tractant Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 37. *& seqq.* Greg. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 22. Minsinger. *cent.* 6. *observ.* 40. Afflict. *decis.* 236. *num.* 4. Boër. *decis.* 220. *in* 2. *part.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *conclus.* 1169. & novissime Coler. *part.* 1. *decis.* 99. Gudelin. *de jure Novissimo lib.* 1. *cap.* 12. Joan. Sande *decis. Frisic. lib.* 4. *tit.* 8. *defin.* 10. Carpzov. *defin. forens. part.* 4. *const.* 28. *defin.* 13. 15. S. L. 36 Sed & eum qui decimo mense post mortem patris. *l.* 29. *in pr.* ff. *de lib. & posthum. Nov.* 39. 37 *Adde l.* 9. §. 1. *in fin.* ff. *qui & à quib. l.* 9. ff. *de publ. judic.*

38 V. *Paul.* 4. *sentent.* 9. §. 3. Ideoque testamentum non rumpunt. v. *l.* 3. §. *ult. C. de posth.* Non sunt autem liberi seu non censentur liberi, ut eorum causa ex senatusconsulto Tertulliano succedatur. *Paul. d. loco.* licet prosint in lege Papia, quæ odiosa, ut quæ orbas semisse relictorum seu legatorum multet. *l.* 135 ff. *de verb. signif.* 7. *Nicephorus* 47. *Ambros. in* c. 3. 39 Prosunt tamen parentibus. *l.* 135. ff. *de verb. sign.* 40 V. *dictam l.* 135 ff. *de verb. sign.* 41 V. *l.* 38. ff. *de verb. signif.* 42 *l.* 10. §. *sed si quis.* ff. *de ædil. edicto. Paul.* 4. *sent.* 9. §. 4. 43 Sub hac conditione legare veteres soliti. *Goth.* Quæ possibilis est: tres enim uno partu nasci possunt, ut in *l.* 3. §. 16. ff. *de stat. lib.* imo quinque nasci possunt. *l.* 36. ff. *de solut.* Ans. 44 Nam hæc conditio libertati adposita, jam impleta mulieri est.

45 *l.* 5. ff. *de condit. & demonst.* 46 Dimensionum penetratio natura fieri non potest. *adde l.* 3. §. 5. ff. *de adquir. possess.* 47 Paria sunt non apparere, & non esse. 48 *Al.* pariente. *Hot.* 5. *observ.* 19. 49 Vel extremo. *l.* 28. *cir. pr.* ff. *de cond. inst.* 50 *l. ult.* ff. *de cond. inst.* 51 *Al.* peperit. 52 Edidit. 53 Illa prior & ut incerta, & plena circumstantiarum excusat: hæc secus. vide *Hotomanum illustrium q.* 1. 54 Vide quæ scripsi ad Ciceronem, *Philip.* 2. 55 Ergo quilibet ingenuus cujuscunque provinciæ, vere Romano & Italico exæquatur. vide *Novell.* 78. *c.* 5.

56 Ut nec humari. *l.* 2. ff. *de mortuo. infer.* 57 Vide quæ scripsi *ad l.* 1. ff. *de legat.* 3. & de aqua & igni *ad l.* 66. §. 1. ff. *de donat. inter virum & uxorem.* 58 Id est, patrem quod ad honores: matrem, quod ad ingenuitatem. *Goth.* Nisi privilegium maternæ originis obsit. *l.* 1. ff. *ad municipal. l.* 24. ff. *eod.* Ans. 59 *Adde l.* 8. *in princ.* ff. *Tit. prox.* 60 *Adde l.* 8. §. 1. ff. *de tutoribus datis.*

61 Non tamen contrahit. *l.* 5 ff. *de regul. jur.* 62 Atqui nemini officit in Servitute fuisse. §. *ult. Inst. de ingenuis.* 63 Vide *l.* 53. *in princ.* ff. *de fideic. liber.* 64 Atqui nemo certo patrem demonstrare potest. *l.* 83. ff. *de cond. & demonstr.* Goth. Hujus legis materiam vide apud *Paleot. tract. de nothis & spuriis. Hottomann. var. disput. lib.* 1. *cap.* 4. *Ravard. conject. lib.* 2. *cap.* 5. S. L.

65 Vel παρὰ τὸ σπείρειν, ἢ παρὰ τὴν σπερμάδιον. *Plutarch.* 66 1 Gaius, 4. §. 11. 67 Quod ad libertatem attinet, non ad civitatem. 68 Ut Mensia, de qua vide Ulpianum *in fragmentis. Tit.* 5. §. 8. quod Balduino displiceat, hac ratione, quod hic agatur non de jure civitatis, sed naturæ. 69 Ut materna origine quis censeatur, etiam natus in legitimo matrimonio, vide *l.* 1. §. 2. ff. *ad municip.*

70 Lex Julia hæc & Papia vetabat senatorem ducere libertinam. *Add. Lege Pap.* 23. ff. *de ritu nupt.* Item ut quæ equestri ordine esset, senatori ne nuberet. *Dion* 44.

71 V. *l.* 2. 7. ff. *de regulis jur. l.* 1. *C. de his qui propter metum.*

72 *V.* quæ notavi *ad l.* 14. ff. *de prob. & Summam reg.* 365.

73 Vide *l.* 7. ff. *eod.* adde *l.* 2. §. 6. ff. *de excusat. tutor.*

74 Sic alibi, in natura esse dicuntur. *l.* 6. *in fin. C. soluto matrimon.* 75 Ideoque dominus jus suum non amittit. vide *l.* 49. ff. *de bon. libert.* 76 Quia jus civitatis temere cuiquam non competit. *l. ult.* ff. *de adopt.* Imo ut ingenuus. *l.* 32. ff. *de ritu nuptiar.*

Tit. VI.

De his qui sui, vel alieni Juris sunt.

Divisio personarum. 1. De potestate dominorum in servos.

Gaius lib. 1 Institutionum 3.

De jure personarum alia divisio sequitur: quod [quædam] personæ sui juris sunt, quædam alieno juri subjectæ sunt. † Videamus itaque de his, quæ alieno juri subjectæ sunt: nam si [4] cognoverimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui juris sunt: dispiciamus itaque de his, quæ in aliena potestate sunt. §. 1. Igitur [5] in potestate sunt servi dominorum. Quæ quidem potestas juris gentium est: nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos [6] vitæ 7 necisque potestatem fuisse, & quodcumque per servum adquiritur [8], id domino adquiritur. §. 2. Sed hoc [9] tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum, & sine causa legibus cognita in servos suos sævire. Nam ex constitutione Divi Antonini, qui sine [10] causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. † Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis constitutione coërcetur.

2. Ulpianus lib. 8 de officio Proconsulis.

Si dominus in servos [11] sævierit [12], vel ad impudicitiam, turpemque violationem compellat; quæ sint partes Præsidis, ex rescripto Divi Pii ad Ælium Marcianum Proconsulem Bæticæ manifestabitur. Cujus rescripti verba hæc sunt: *Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus* [13] *suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt: & si vel durius habitos, quam æquum est, vel* [14] *infami injuria affectos cognoveris, venire* [15] *jube, ita ut in potestatem domini non revertantur: qui si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius exacturum.* † Divus etiam Hadrianus Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas atrocissime [16] tractasset.

De patria potestate.

3. Gaius lib. 1 Institutionum [17].

Item [18] in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex justis nuptiis procreaverimus: quod jus proprium [19] civium Romanorum est [20].

Civium Romanorum divisio.

4. Ulpianus lib. 1 Institutionum.

Nam civium Romanorum quidam sunt patresfamiliarum: alii filiifamiliarum: quædam matresfamiliarum: quædam filiæfamiliarum. *Patresfamiliarum* [21] sunt, qui sunt suæ potestatis; sive puberes, sive impuberes: simili modo matresfamiliarum [22]. *Filiisfamiliarum*, & *filiæ*, quæ sunt in aliena potestate. Nam qui [23] ex me & uxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio meo & uxore ejus nascitur, id est, nepos meus & neptis, æque in mea sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri.

De liberis, post mortem parentis in alterius potestatem recidentibus.

5. Idem lib. 36 ad Sabinum.

Nepotes ex filio, mortuo avo [24], recidere solent in filii potestatem, [hoc est patris sui]: simili modo & pronepotes, & deinceps, vel in filii potestatem, si vivit & in familia mansit, vel in ejus parentis, qui [25] ante eos in potestate est. Et hoc, non tantum in naturalibus [26], verum in adoptivis quoque juris est.

Qui sit filius vel pro filio habeatur.

6. Idem libro 9 ad Sabinum.

Filium eum definimus [27], qui ex viro & uxore [28] ejus nascitur. † Sed si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia per decennium, reversum anniculum [29] invenisse in domo sua: placet nobis Juliani sententia, hunc non [30] esse mariti filium. † Non tamen ferendum Julianus ait, eum, qui cum uxore sua assidue moratus nolit filium adgnoscere, quasi non suum. Sed mihi videtur, quod & Scævola probat, si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse infirmitate interveniente, vel alia causa; vel [31] si ea valetudine paterfamilias fuit, ut generare non possit: hunc qui in domo natus est, licet [32] vicinis scientibus, filium non esse.

Quibus casibus nepos loco filii succedat.

7. Idem lib. 25 ad Sabinum.

Si qua [33] pœna pater [34] fuerit affectus, ut vel civitatem amittat, vel servus pœnæ efficiatur: sine dubio nepos filii loco succedit.

---

1 1. Inst. VIII. *Id est*, de servis. *l.* 1. 2. *eod.* & de filiis familias. *l.* 3. & *seqq.*

2 *Sui juris esse* dicuntur qui sunt in nullius vel dominii vel parentis potestate: cujusmodi homines dicuntur Latinis *sui juris*, & *patresfamiliæ. l.* 4. ff. Græcis αὐτεξούσιοι· ἀυτεξούσιοι vero eorum status, qui dominatio. Festus in *regalia.*

3 Extat hic locus in fragmentis Gaii *lib.* 1. t. 2. §. 1.

4 Finiti cognitione proposita, ultro sequitur infiniti cognitio.

5 Id est, *Gaius* 2. §. 2.

6 Ut & in liberos. timetsi altera potestas ab altera distinguatur: liberi obsequuntur, non servient. *Inst. C. de patr. potest.* liberorum vitam sua cariorem habent parentes. *l.* 8. *in fin.* ff. *quod metus causa.* unde Aristoteles 8. *Eth.* refert, amorem descendere potius, quam ascendere. Item, a patre filium non posse liberare, ut servus. *l.* 1. ff. *de rei vindic. l.* 3. §. 13. ff. *de adquir. poss. l.* 39. ff. *de obligat. adde Artemidorum.*

7 *Seneca* 3. *de benef.* 23.

8 Vide *l.* 24. ff. *de adquir. poss. l.* 1. §. 2. ff. *de fiscor.*

9 Aliud erit. Fit justè: puta si servum in facinore deprehenderit, in quo repertum etiam liberum hominem occiderit fas est. v. *l.* 96. ff. *de verb. obl. l.* 14. ff. *de adult.*

10 *Adde l. unic. C. de emend. ser.*

12 Quædam tamen permitti emendatio videtur. v. *l.* 24. §. *si maritus* ff. *soluto matr.*

13 Vide *l.* 8. *C. de Judaïs.*

14 Vide *l.* 11. §. *fin.* ff. *de sicariis l.* 6. *C. de spectac.*

15 Vide *l.* 1. §. *ultimo.* ff. *de quæstionibus.*

16 Cum alioqui nulla servis fiat injuria. §. *Servile. Inst. de injuriis.*

17 1. *Gaius* 2. §. 3.

18 Præter servos, de quibus dixit *l.* 1. §. 1. *l.* 2. ff. *eod.*

19 *l.* 8. *in princ.* ff. *eod.*

20 Imo & gentium proprium fuit. Fuit enim apud Persas. *Aristotel.* 8. *Ethic.* 20. Ægyptios. *Diodorus* 2. Hebræos. *Genes.* 21. *Genes.* 43. *vers.* 27. *Judicum* 11. *adde Deuteron.* 21. *ver.* 18. Græcos (quod & jus abdicandi satis ostendit. *Hallair.* 2.) Gallos. *Cæsar* 6. *de bello Gallico.* ut & hodie apud Moscovitas. *Sigismundus Liber Baro in Commentariis rerum Moscoviticarum.* 21 Patresfamilias, qui nulli subjecti: matresfamil. quæ in manum viri convenerunt. *Cicero in Topicis.* 22 *l.* 46. §. 1. ff. *de verb. signif.* 23 *l.* 6. *in pr.* ff. *eod.* 24 *In princ. Inst. quibus mod. jus patriæ potestatis.* 25 *Ulpian. in fragment.* 8. 2. 1. *Gaius* 6. §. 2. 26 Et legitimis. *l. causa* 40. ff. *de ritu.* 27 Imo definiri non potest, cum non possit demonstrari. *l.* 83. ff. *de condit. & demonstrat.* 28 Legitima, *l.* 4. ff. *eod. l.* 5. ff. *de in jus voc.* 29 Proculus is dicebatur. *Festus in Proculum* πηλίγονα. 30 Imo erit, & quidem suus, *l.* 1. §. *idem Jul.* 14. ff. *de lib. agnosc.* 31 Præsumitur habilis quisque ad generandum, nisi probetur inhabilis. vide *Alciatum* 1. *præsumption.* 41. 32 *l.* 9. *C. de nuptiis.* 33 §. *cum autem.* §. *penult. Inst. quibus mod. jus patr. adde l.* 4. §. 2. ff. *de bonis libertorum.* 34 *Al.* paterfamilias. *Vulgata, & male.*

An

An furor parentum obsit patriæ potestati.

8. IDEM lib. 26 ad Sabinum.

PAtre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt [35]. † Idem & in omnibus est parentibus, qui habent libetos in potestate: nam cum jus potestatis moribus [36] sit receptum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi, quibus casibus solent: nequaquam dubitandum est, remanere eos in potestate. Quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit, verum & si qui ante furorem concepti in furore editi sunt. sed & si in furore agente eo, uxor concipiat: videndum, an in potestate ejus nascatur filius: nam furiosus licet [37] uxorem ducere non possit, retinere [38] tamen matrimonium potest. Quod cum ità se habeat, in potestate filium habebit. † Proinde & *si furiosa sit uxor*, ex ea ante conceptus in potestate nascetur: sed & in furore ejus conceptus ab eo, qui non furebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium. † Sed & si ambo in furore agant, & uxor & maritus, & tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur, quasi voluntatis reliquiis in furiosis manentibus: nam cum constat matrimonium altero furente, constitet & utroque. §. 1. Adeo autem retinet jus potestatis pater furiosus, ut & adquiratur illi commodum ejus quod filius adquisivit [39].

Quibus casibus filius pro patrefam. habetur.

9. POMPONIUS lib. 16 ad Quintum Mucium.

FIliusfamilias in publicis [40] causis loco patrisfamilias habetur [41], veluti si magistratum gerat, vel tutor detur.

Utrum pro filio habetur, quem ali oportere pronunciatum est.

10. ULPIANUS lib. 4 ad Legem Juliam & Papiam.

SI judex [42] nutriri vel ali oportere pronunciaverit: dicendum est, de veritate quærendum, filius sit, an non: neque enim alimentorum causa [43] veritati facit præjudicium.

De filiis in potestatem redigendis.

11. MODESTINUS lib. 1 Pandectarum.

INviti [44] filii naturales, vel emancipati, non rediguntur in patriam potestatem.

35 Sine parente suo tamen licet eis matrimonium contrahere. *l. 25. C. de nuptiis.*
36 *l. 3. §. cod.*
37 *l. 10. in fin. §. de ritu.*
38 *l. 22 §. si maritus. §. solut. matr. & l. 4. §. de divortiis. & arg. §. cit.* 117. c. 12. *in fin. Conf. 22 quæst. 5. si quis. & c. necque furiosus.* vide tamen Novellam Leonis 111 & 112.
39 Alias ipse nec stipulatur nec contrahit. *§. furiosus. de inutil. stipul. l. 5. §. de regul. jur. & l. 13. §. de offic. præsid.*
40 Jus familiæ cedit publico.
41 Ergo filiusfamilias invito patre nuptias contrahere potest. Nuptiarum enim publica causa est. *l. 1. §. de ritu. l. 1. §. solut. matr.* Minime: licet Nuptiarum publica causa sit, non tamen ita publica est, ut consensum patris necessarium in nuptiis filii excludat. 42 *l. 5. §. penult. §. de agnoscend. liberis.* 43 Vide *Nov. 153. & C. de infantib. expos.* 44 *Novell. 89. c. 1. in pr. v. Cujac. 10. obs. 23.*

TIT. VII.

DE [1] ADOPTIONIBUS [2], ET EMANCIPATIONIBUS [3] ET ALIIS MODIS, QUIBUS POTESTAS SOLVITUR.

Continuatio ab effectu adoptionis. 1. Species adoptionis.

1. MODESTINUS lib. 2 Regularum.

FIliosfamilias [4] non solum natura [5], verum & adoptiones faciunt. §. 1. Quod adoptionis nomen est quidem generale: in duas autem species dividitur: quarum altera *adoptio* similiter dicitur: altera, *adrogatio*. Adoptantur filiisfamilias: adrogantur qui sui juris sunt.

De spadone adoptante. 2. De liberis arrogati.

2. GAIUS lib. 1 Institutionum.

GEneralis enim adoptio duobus [6] modis fit: aut Principis [7] autoritate, aut magistratus imperio [8]. † Principis autoritate adoptamus eos, qui sui juris sunt: quæ species adoptionis dicitur *adrogatio*, quia & is, qui adoptat, rogatur [9], id est, interrogatur, *an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse?* & is qui adoptatur, rogatur, *an id fieri patiatur.* † Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt: sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. §. 1. Illud utriusque adoptionis commune est: quod & hi, qui generare non [10] possunt, quales sunt spadones [11], adoptare possunt. §. 2. Hoc vero proprium est ejus adoptionis, quæ per Principem fit: quod is, qui liberos in potestate habet, si se adrogandum dederit; non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur [12], sed & liberi ejus in ejusdem fiunt potestate, tanquam nepotes.

3. PAULUS lib. 4 ad Sabinum.

SI Consul [13] vel Præses, filiusfamilias sit: posse eum apud semetipsum [14] vel emancipari, vel in adoptionem dari, constat.

De Magistratu.

4. MODESTINUS lib. 2 Regularum.

MAgistratum [15], apud quem legis [16] actio est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se [17] posse [18], Neratii sententia est.

Quorum consensus in adoptionibus requiratur.

5. CELSUS lib. 28 Digestorum.

IN adoptionibus, eorum duntaxat qui suæ potestatis sunt, voluntas [19] exploratur: sin autem à patre dantur in adoptionem, in his utriusque [20] arbitrium spectandum est, vel consentiendo, vel non contradicendo.

6. PAULUS lib. 35 ad Edictum.

CUm nepos adoptatur, quasi ex filio natus; consensus filii exigitur. Idque etiam Julianus scribit.

7. CELSUS lib. 39 Digestorum.

CUm adoptio fit, non est necessaria in eam rem autoritas eorum, inter [21] quos jura agnationis consequuntur.

8. MODESTINUS lib. 2 Regularum.

QUod, ne curatoris autoritas intercederet in adrogatione, ante tenuerat, sub divo Claudio [22] recte mutatum est.

De cæco.

9. ULPIANUS lib. 1 ad Sabinum.

ETiam cæcus adoptare vel adoptari potest [23].

Effectus adoptionis in locum nepotis ex filio.

10. PAULUS lib. 2 ad Sabinum.

SI quis nepotem, quasi ex filio natum [24], quem in potestate habet, consentiente filio adoptaverit; non agnascitur avo suus heres: quippe cum post mortem avi quasi in patris sui recidit potestatem.

11. IDEM lib. 4 ad Sabinum.

SI is, qui filium haberet, in nepotis locum adoptasset, perinde atque si ex [eo] filius natus esset; & [is] filius autor factus non esset: mortuo avo, non esse nepotem in potestate filii.

1 An adoptivi liberi legitimis & naturalibus præferendi, vide apud Plinium *in Panegyrico*: & apud Dionem *in Hadriano* Spartianum, *in Severo*: adde etiam huic titulo ea quæ extant 5. *Gell.* 19.
2 VIII. C. XLVIII. & XLIX. 1. Inst. XI. *Nov. Leon.* 26. 27. *Har.* 2. *tit.* 8.
3 8. *C.* 49.
4 *Inst.* 12. *Nov* 81. *facit Novell. Leonis* 25 28.
4 *Al.* Filios.
5 *In pr. Inst. eod.*
6 *l. 2. in fin. C. eod.*
7 Olim per populum. *Ulp.* 8. §. 1. *l. 2. in fin. C. eod.*
8 *l. 2. in fin. C. eod.*
9 Hanc rogationem negat Cujac. esse stipulationem. 9. *obs.* 37.
10 *Al.* nondum possunt. ita legendum videtur *ex l.* 128. *§. de verb. sign.*
11 *V. l.* 40. *in fin. §. eod.*
12 *l.* 40. *in pr. §. eod.* Tiberium Augustus sic adrogavit.
13 *V. Nov.* 81.
14 Atqui vix est, ut unus duorum vicem sustineat, *l.* 9. *§. de pact.* Goth. Imo potest, ut in *l.* 59. *in fin. §. ad Trebell.* Quando in una persona concurrunt duæ qualitates, quarum una non tollit alteram, de illa persona judicatur, uti de duabus. *Roman. consil.* 422. Ans.
15 *l. 1. C. eod.*
16 Legis actio erat formula, qua quod debebatur, in judicio petebatur. Coram populo fiebat cessio à patre, vindicatio ab eo cui cedebatur: addictio à magistratu. Hinc lege agere, *l. ult. C. de his qui à non domino.* & apud Vopiscum *in Aurelio*: Jube ut lege agatur. adde *l. 2. §. deinde. §. de orig. juris. l. 1. §. de offic. juridic.* Plura de legis actionibus, vide apud Revardum *cap. 2. de autoritate prudentum.* 17 Utpote dominum, etiam detracto magistratu. *Cujac. 7. obs. 17.* 18 Et ita trium personarum vicem sustinere: vendentis, vendicantis, addicentis. 19 *V. l. 24 §. eod.* 20 *l. 10. C. eod.* 21 De quibus vid. *l. 23. in princ. §. eod.* 22 *V. l. ult. in fin. C. de autoritate præst.*
23 Vide quæ notavi ad *Nov. Leonis.* 60. 24 *V. l. 23. in fin. §. de liberis & posth.*

De filiis in potestatem revertentibus.

12. ULPIANUS lib. 14 ad Sabinum.

QUi liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honeste [25] reverti non potest, nisi [26] adoptione.

Effectus emancipationis adoptionem dissolventis.

13. PAPINIANUS lib. 36 Quæstionum.

IN omni fere [27] jure, finita patris adoptivi potestate, nullum ex pristino retinetur [28] vestigium: denique & patria dignitas quæsita per adoptionem, finita ea, deponitur.

14. POMPONIUS lib. 5 ad Sabinum.

SEd etiam nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus, & natus, per emancipationem jura omnia perdit.

De bonis & liberis arrogati. 1. De adoptione nepotis ex filio, in locum nepotis ex altero filio. 2. De ætate arrogantis. 3. De numero eorum qui arrogantur, &c.

15. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

SI paterfamilias adoptatus sit: omnia [29], quæ ejus fuerunt, & acquiri possunt, tacito jure ad eum transeunt [30], qui adoptavit: hoc amplius, liberi ejus, qui in potestate sunt, eum sequuntur: sed & hi, qui postliminio redeunt: vel qui in utero fuerunt, cum adrogaretur, simili modo in potestatem adrogatoris rediguntur.

§. 1. Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habet: si vult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare; potest hoc efficere, si eum emancipaverit, & sic adoptaverit, quasi ex altero natum: facit enim hoc [31] quasi quilibet, non quasi avus, & qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest & quasi ex altero filio. §. 2. In adrogationibus cognitio vertitur [32], num [33] forte minor sexaginta annis sit, qui adrogat; quia magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus, aut valetudo in causa sit, aut alia justa causa adrogandi: veluti si conjunctam sibi personam velit adoptare. §. 3. Item non debet quis plures adrogare, nisi ex justa causa. † Sed *nec* [34] *libertum alienum*: nec majorem minor [35].

16. JAVOLENUS lib. 6 ex Cassio.

ADoptio enim in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere [36].

Si majorem [25] *annis arrogare velit, qui ejus tutelam vel curam gessit. 1. De causa cognitione, cum pupillus arrogatur. 2. De satisdatione à pupilli arrogatore præstanda.*

17. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

NEc [37] ei permittitur [38] adrogare, qui tutelam, vel curam alicujus administravit: si minor viginti quinque annis sit, qui adrogatur: ne forte eum ideo adroget, ne [39] rationes reddat. † Item inquirendum est, ne forte *turpis* [40] *causa* adrogandi subsit.

§. 1. Eorum duntaxat pupillorum adrogatio permittenda est [his], qui [41] vel naturali cognatione, *vel sanctissima affectione* ducti adoptarent: cæterorum prohibenda, ne [42] esset in potestate tutorum & finire tutelam, & substitutionem a parente factam extinguere. §. 2. Et primum quidem excutiendum erit, quæ [43] facultates pupilli sint, & quæ ejus, qui adoptare eum velit [44]: ut æstimetur ex comparatione earum, an salubris [45] adoptio possit pupillo intelligi. † Deinde cujus vitæ sit is, qui velit pupillum redigere in familiam suam. † Tertio, cujus [46] idem ætatis sit: ut æstimetur an melius sit de liberis procreandis cogitare eum, quam ex aliena familia quenquam redigere in potestatem suam.

§. 3. Præterea videndum est, an non debeat permitti ei, qui vel unum habebit, vel plures liberos, adoptare alium: ne aut illorum, quos justis nuptiis procreavit, deminuatur spes, quam unusquisque liberorum obsequio parat sibi: aut, qui adoptatus fuit, minus percipiat, quam dignum erit cum consequi. §. 4. Interdum & ditiorem permittetur adoptare pauperiorem [47], si vitæ ejus sobrietas [48] clara sit, vel affectio honesta, nec incognita. §. 5. Satisdatio [49] autem in his casibus dari solet.

18. MARCELLUS lib. 26 Digestorum.

NOn aliter enim voluntati ejus, qui adrogare pupillum volet, si causam ejus ob alia probabit, subscribendum [50] erit, quam si caverit servo [51] publico [52], *se restituturum [ea,] quæ ex bonis ejus consecutus fuerit, illis, ad quos re perventura esset, si adrogatus permansisset in suo statu.*

19. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

HIs verbis satisdationis, quæ ab adrogatore præstari debet, *Ad* [53] *quos ea res pertinet*, & libertatibus prospectum esse, quæ secundis tabulis datæ sunt, & multo magis substituto servo, item legatariis, nemo dubitat. §. 1. Quæ satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in adrogatorem datur.

20. MARCELLUS lib. 26 Digestorum.

HÆc autem satisdatio locum habet, si impubes decesserit. † Sed & si de pupilo loquitur, tamen hoc & [54] in pupilla observandum est.

De fœmina adrogatione.

21. GAIUS lib. singul. Regularum.

NAm & fœminæ ex rescripto Principis adrogari [55] possunt [56].

Utrum mortuo impubere post adrogatorem, heredes adrogatoris teneantur. 1. Utrum adrogator impuberi substituere possit. 2. Hypotheoria.

22. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

SI [57] adrogator decesserit, impubere relicto filio adoptivo, & mox impubes decedat, an heredes adrogatoris teneantur? Et dicendum est, heredes quoque restituturos & bona adrogati, & præterea quartam [58] partem. §. 1. Sed, an impubem adrogator substituere possit, quæritur? Et puto non admitti substitutionem: nisi forte ad quartam solam [59], quam ex bonis ejus consequitur: & hactenus, ut ei usque ad pubertatem substituat. Cæterum [60] si fidei ejus committat, *ut quandoque restituat*: non oportet admitti fideicommissum: quia hoc non judicio ejus ad eum pervenit, sed Principali providentia. §. 2. Hæc omnia dicenda sunt, sive in locum filii, sive in locum nepotis aliquis impuberem adrogaverit.

Datus in adoptionem, quibus fiat agnatus, vel cognatus.

23. PAULUS lib. 35 ad Edictum.

QUi [61] in adoptionem datur, his quibus adgnascitur, [&] cognatus fit: quibus vero non adgnascitur, nec cognatus fit: adoptio enim, non jus sanguinis, sed jus agnationis

25 Inhoneste potest, quomodo intellige *l. 37. §. de l. & l. 1. Cod. ingrat. lib.* Ans.
26 Nam ob ingratitudinem, cita adoptionem, in patriam potestatem revertitur, *l. un. C. de ingrat. liber.*
27 Hic ideo addidit, propter neptiarum inter Julie personas prohibitionem. *l. 55. §. de ritu.*
28 *V. l. 55. in fin. §. de ritu nupt.*
29 Olim pleno jure, hodie usufructu tenus, idque non præcise. *v. §. 2. Inst. de acquis. per arrog.*
30 2. *Gaius.* 2. §. 1.
31 Adde *l. 6. in princ. §. quod cujusque.* Goth. Facit *l. 43. §. cod.* vid. *Cont. subcesiv. lect. 6. & §. Donell. comm. 2. c. 22.* Ans.
32 Vid. *Cujac 6. obs. 20. & l. 17. §. 3. §. cod.*
33 5 *Gell.* 19. dixi *ad Ulp. 16. §. ult. Ciceronem pro domo.*
34 Liberti non tantum propriisde quo, *§. ult. Inst. cod. & l. 3. C. cod.*) verum & alieni ab ingenuis adoptari non poterant. 5. *Gell.* 19.
35 Cur ita? v. *l. prox. 16. l. 40. §. 1 §. cod. §. minor. Inst. cod.*
36 Castratis tamen Leo *Nov.* 26. permisit jus adoptandi. Goth. Lectio imitatur rei veritatem, *l. 23. §. de lib. & posthum.* Ita fratris loco nemo adoptari potest, quia natura fratrem non gignit. vid. *l. 7. C. de hered. instit. §. 4. Inst. h. t. Cont. 1. subcesiv. lect. cap. 6.* Ans.
37 5 *Harm.* 11. §. 36.
38 Imo permittitur. *l. 32. §. 1. §. cod.* vid. *Cujac. 3. obs.* 30.
39 Adrogandi bona considerantur, ne insidiose appeterentur, 5. *Gell.* 16.
40 Turpis est, ob turpem amorem, *Treb. §. 2. Inst. eod.* aut, si Scenicus adoptare velit, *Schol. 33. Ecl. 1. cap. 17.* aut non idoneus, *l. 3. C. eod.*
41 *Ulpian. 8. §. 5. 33. Ecl. 1. c. 17.*
42 *l. ult. C. de autoritate præstanda.*
43 Τὸν μὴ ἔκτισιν ἔχοντα, ut ne prodigus sit. *Schol. 33. Eclog. 1. c. 17.*
44 Hæc enim animum circumvenienti indicant, *l. 8. §. 11. §. de translat.*
45 Συμφέρῃ, *Græce*: hoc est, utilis.
46 *V. l. 15. §. pen. §. cod.*
47 Pauper enim fidelis esse potest. *§. ult. de suspect.*
48 Id est, ut ne sit prodigus, ut §.
49 *l. 2. C. cod. v. l. 2. in fin. §. rem pupilli.*
50 Id est, consentiendum. Eadem vox reperitur *in l. 11. §. de exceptionib.*
51 Notarius alteri potest stipulari. *v. l. 2. §. rem pupilli.*
52 Παράκλησις *Theophil. §. 3. Inst. eod.*
53 Vide *l. 70. in fin. §. de verb. sign.*

54 Adde *l. 81. in princ. §. de legatis. 3.* 55 Fœminæ adoptari poterant, ut loco filiarum haberentur, 1. *Gaius. 5. §. 3.* 56 Dubitandi ratio hæc est: quod per populum olim fœminæ non adrogabantur. *Ulpian. 8. §. 5. 5. Gell.* 19. Proinde jure populi in Principem translato, videbatur dicendum, eas nec per Principem posse adrogari. Ex eo apparet Principis, majorem fuisse potestatem, quam populi. vide *l. 3. in fin. §. de offic. Prætor.* 57 *Harmenop. 8. §. 7.* 58 §. 3. *Inst. eod. l. 8. §. 15 §. de inoff.* 59 Vide *l. 10. §. in adrogato. §. de vulgari.* 60 Hinc collige, substitutionem non æque minori onerosam ac fideicommissum. 61 *Theophil.* § 1. *Inst. de nupt.*

nis [62] adfert [63]: & ideo si filium adoptaverim, uxor mea illi matris loco non est: neque enim agnascitur ei, propter quod nec cognata ejus fit. Item nec mater mea aviæ loco illi est: quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non agnascitur: sed filiæ meæ is, quem adoptavi, frater fit: quoniam in familia mea est filia: nuptiis [64] tamen etiam eorum prohibitis.

De absente vel dissentiente non adrogando.

24. Ulpianus lib. 1 Disputationum.

Neque [65] absens, neque dissentiens adrogari potest.

Utrum absens vel per alium adrogare quis possit.

25. Idem lib. 5 Opinionum.

Post mortem filiæ suæ; quæ, ut materfamilias, quasi jure emancipata, vixerat, & testamento scriptis heredibus decessit, adversus factum suum, quasi non jure eam nec præsentibus testibus emancipasset, pater movere controversiam prohibetur [66].

§. 1. Neque adoptare, neque adrogare quis [67] absens, nec [68] per alium ejusmodi solennitatem peragere potest.

De adoptato à filio emancipato.

26. Julianus lib. 70 Digestorum.

Quem [69] filius meus emancipatus adoptaverit, is nepos meus non erit.

De nato ex filio adoptivo.

27. Idem lib. 85 Digestorum.

Ex adoptivo natus, adoptivi 70 locum obtinet [in] jure civili.

Qui emancipari, vel in potestate retineri possunt.

28. Gaius lib. 1 Institutionum.

Liberum arbitrium est ei, qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestate retinere: vel ex diverso, filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere: vel 71 omnes sui juris efficere. † Eadem & de pronepote dicta esse intelligemus.

De nato in adoptionem dante.

29. Callistratus lib. 2 Institutionum.

Si pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo, quam sermone, manifestum facere possit, velle se filium suum in adoptionem dare, perinde confirmatur [72] adoptio, ac si jure facta esset.

De cælibe adoptante.

30. Paulus lib. 1 Regularum.

Et [73] qui uxores non habent, filios adoptare possunt.

Utrum pater emancipare compellatur, utrum tutor privignum adoptare possit.

31. Marcianus lib. 5 Regularum.

Non [74] potest filius, qui est in potestate patris [75] ullo modo [76] compellere eum, ne sit in potestate: sive naturalis, sive adoptivus.

32. Papinianus lib. 31 Quæstionum.

Nonnunquam autem impubes, qui adoptatus est [77], audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret. Idque causa cognita per judicem statuendum erit. § 1. Imperator Titus Antoninus rescripsit, privignum suum tutori [78] adoptare permittendum [79].

33. Marcianus lib. 5 Regularum.

Et, si pubes factus non expedire sibi in potestatem ejus redigi probaverit, æquum esse emancipari eum à patre adoptivo: atque ita pristinum jus recuperare [80].

De adoptione ad tempus.

34. Paulus lib. 11 Quæstionum.

[Quæsitum est], si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, *ut post triennium* (puta) *eundem mihi in adoptionem des*, an actio ulla sit? Et Labeo putat nullam esse actionem [81]: nec [82] enim moribus nostris convenit filium temporalem habere.

De dignitate filii adoptivi.

35. Idem lib. 1 Responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur [83]: unde Senator [84], & si à plebeio adoptatus est, manet Senator: similiter manet & Senatoris filius.

Ubi emancipari, 1. Vel manumitti, vel in adoptionem dari possit.

36. Idem lib. 18 Responsorum.

Emancipari filium à patre quocunque loco posse constat, ut ex eat de patria potestate. §. 1. Apud Proconsulem [85] etiam in ea provincia, quam sortitus non est, & manumitti, & [in] adoptionem dari posse placet.

Si filium non habens nepotis loco adoptet. 1. De Redadoptione.

37. Idem lib. 2 Sententiarum.

Adoptare [86] quis nepotis loco potest, etiamsi filium non habet. §. 1. Eum, quem quis adoptavit, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest adoptare [87].

De adoptione confirmanda.

38. Marcellus lib. 16 Digestorum.

Adoptio non jure facta, à [88] Principe confirmari potest.

39. Ulpianus lib. 3 de officio Consulis.

Nam ita Divus Marcus Eutychiano rescripsit: *Quod desideras, an impetrare debeas, æstimabunt judices* [89], *adhibitis* [90] *etiam his, qui contradicent*: id est, qui læderentur confirmatione adoptionis.

De liberis adoptati. 1. De ætate adoptantis, & adoptati. 2. De spadone adoptante.

40. Modestinus lib. 1 Differentiarum.

Adrogato [91] patrefamilias, liberi, qui in ejus erant potestate, nepotes apud adrogatorem efficiuntur: simulque cum [suo] patre in ejus recidunt potestatem: quod non similiter in adoptione contingit: nam nepotes ex eo in avi naturalis retinentur potestate. §. 2. Non tantum cum quis adoptat, sed & cum adrogat [92], major esse debet eo, quem sibi per adrogationem, vel per adoptionem filium facit: & utique plenæ pubertatis: id [93] est decem & octo annis [eum] præcedere debet. §. 2. Spado [94] adrogando, suum heredem sibi adscisere potest: nec ei corporale vitium impedimento est.

Quibus casibus nepos mortuo avo in potestatem patris non recidit.

41. Idem lib. 2 Regularum.

Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipaverit, & postea eum adoptaverit, mortuo eo, nepos in patris non [95] revertitur potestatem. Nec is nepos in patris revertitur potestatem, quem avus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptavit.

De infantis adoptione.

42. Idem lib. 1 Pandectarum.

Etiam infantem in adoptionem dare possumus.

De gradu in quem fit adoptio.

43. Pomponius lib. 20 ad Quintum Mucium.

Adoptiones non solum filiorum, sed & [96] quasi nepotum fiunt: ut aliquis nepos noster esse videatur, perinde quasi ex filio, vel incerto natus sit.

Utrum nepotes naturalis & adoptivus inter se consanguinei sint.

44. Proculus lib. 8 Epistolarum.

Si is, qui nepotem ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptavit: non puto, mortuo avo, jura consanguinitatis inter nepotes futura esse: sed si sic adoptavit, *ut etiam jure legis* [97] *nepos suus esset, quasi ex Lucio* (puta) *filio suo, & ex matrefamilias ejus natus esset*, contra puto.

De oneribus adoptati.

45. Paulus lib. 3 ad leg. Juliam & Papiam.

Onera [98] ejus, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptivum transferuntur.

De adoptione liberti.

46. Ulpianus lib. 4 ad legem Juliam & Papiam.

In servitute mea quæsitus mihi filius, in potestatem meam redigi beneficio [99] Principis potest: libertinum tamen eum manere, non dubitatur.

Tit. VIII.

DE DIVISIONE [1] RERUM, ET QUALITATE.

Prima, 1. & secunda divisio.

1. Gaius lib. 2 Institutionum.

Summa rerum divisio in duos articulos [2] deducitur: nam aliæ [3] sunt divini juris, aliæ humani. † Divini juris sunt, [veluti] res sacræ, & religiosæ. Sanctæ quoque res, veluti muri [4], & portæ quodammodo divini juris sunt. † Quod autem divini juris est, *id nullius* [5] *in bonis est*: id vero, quod humani juris est, plerumque *alicujus in bonis* est: potest autem & nullius in bonis esse: nam res hereditariæ antequam aliquis heres existat, nullius [6] in bonis sunt. † Hæ autem res, quæ humani juris sunt, aut publicæ sunt aut privatæ: quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur: ipsius enim universitatis esse creduntur. Privatæ autem sunt, quæ singulorum sunt. §. 1. Quædam præterea [7] res corporales sunt, quædam incorporales. † Corporales hæ sunt, quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum [8], & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ in jure consistunt: sicut hereditas [9], usufructus [10], obligationes quoquo modo contractæ [11]. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: [nam] & fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale est: veluti fundus, homo, pecunia: nam ipsum jus successionis, & ipsum jus utendi fruendi, & ipsum jus obligationis incorporale est. Eodem [12] numero sunt [&] jura prædiorum urbanorum, & rusticorum: quæ etiam [13] servitutes vocantur.

Tertia divisio. 1. De rebus communibus.

2. Marcianus lib. 3 Institutionum.

Quædam naturali [14] jure communia sunt omnium, quædam universitatis [15], quædam nullius, [16] pleraque singulorum [17]: quæ variis ex causis cuique adquiruntur. §. 1. Et quidem *naturali jure omnium communia* sunt illa: aër, aqua profluens [18], & mare: & per hoc littora maris.

De inventis in littore.

3. Florentinus lib. 6 Institutionum.

Item [19] lapilli, gemmæ, cæteraque, quæ in littore invenimus, jure naturali nostra statim fiunt.

De accessu ad littus. 1. De rebus publicis.

4. Marcianus lib. 3 Institutionum.

Nemo igitur ad littus maris accedere prohiberur piscandi [20] causa: dum [21] tamen villis, & ædificiis [22], & monumentis abstineatur: quia [23] non sunt juris gentium, sicut & mare: idque & Divus Pius piscatoribus Formianis, & Capenatis rescripsit.

§. 1. Sed flumina pene [24] omnia, & portus publica sunt.

De casa in littore ponenda vel collapsa.

5. Gaius lib. 2 rerum cottidianarum sive aureorum.

Riparum [25] usus publicus est jure gentium, sicut ipsius fluminis. Itaque navem ad eas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare [26], retia siccare, & ex mare reducere, onus aliquod in his reponere, cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen navigare. Sed proprietas illorum est [27], quorum prædiis hærent: qua de causa arbores [28] quoque in his natæ eorundem sunt.

§. 1. In mare piscantibus liberum est casam in [29] littore ponere, qua se recipiant.

1. De rebus universitatis. 2. Nullius. 3. Sacris. 4. De loco religioso. 5. De cenotaphio.

6. Marcianus lib. 3 Institutionum.

In tantum, ut & soli domini constituantur [30], qui ibi ædificaut: sed quandiu ædificium manet: alioquin, ædificio dilapso, quasi [31] jure postliminii revertitur locus in pristinam causam: &, si alius in eodem loco ædificaverit, ejus fiet. §. 1. Universitatis [32] sunt, non singulorum, veluti quæ in civitatibus sunt theatra, & stadia [33], & similia, & si qua alia sunt communia civitatum. † Ideoque nec servus [34] communis civitatis, singulorum [35] pro parte intelligitur, sed universitatis. Et ideo tam contra civem, quam

---

61 An & nobilitatis? Videri ita posset, *arg. l. 35. l. 44. b.t. l. 5. l. 10. de Senatorib. l. 55. ff. de ritu. l. 11 §. 2. ff. de bon. possess. secund. tab. l. 28. C. de nupt.* Naturam enim imitatur adoptio, *l. 16. ff. eod.* absurdum præterea esset, patrem nobilem esse, filium ignobilem: res ea ad infamiam adoptantis pertinere maxime. *l. 2. ff. de liberali.* Fit & quis præterea adoptione filius, heres, & successor Principis. §. 11. *Inst. eod.* ejusque nominis, id est, nomen adoptantis adsumit. *Seneca 15 de vita beata. l. 63. §. 10. ff. ad Trebell. Infitivus* inde *heres* dicitur. *Seneca 2 controv.* 1. & proinde ejusdem naturæ & conditionis cum adoptivo, ducta ab arboribus insitis metaphora. Dicitur etiam *commodatus filius. Seneca ad Martian. 13. Paulus circa illas nobilissimi triumphi dies, quo victum ante currum egit Persæum, duos filios in adoptionem dedit: quos sibi servaverat, extulit. Quales retentos putas, cum inter commodatos Scipio fuisset?* His accedat, onera adoptati ad adoptantem transire. *l. 45. ff. eod.* Ergo & jura privilegiaque adoptantis in adoptatum transferri naturale est.

62 Imo cognationis jus adfert, *l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati.*

63 *V. l. 14. in pr. ff. de ritu nupt.*

64 *V. l. 25. in fin. ff. eod.*

65 Non ipsa filia. *l. 2. C. si adversus rem judic.*

66 *l. 24. ff. eod.*

67 *V. l. 123. ff. de regulis.*

68 *§. 2. & ibi Theophil. Inst. de hered. ab intest.*

69 Imo patris naturalis manet. *l. 40. in pr. ff. eod.*

70 *§. admonendi. 7. Inst. quibus modis jus patr.*

71 Cur? Ubi fermo non est necessarius, ibi solus sufficit consensus. *l. 48. ff. de obligat. & act.*

72 *Ulp. 8.*

73 Vide Socinum ad hanc legem; *regula 286.*

74 Ullo pene modo. *§. ult. quibus modis jus patr.*

75 Vide *l. 12. C. de Episc. audientia.*

76 *l. 3. §. si quis minor. ff. de minorib.*

77 Tutor privigni vitricus adoptare eum potest. vide *l. ult. C. de contr. judic. tutel.*

78 *l. 5. C. eod.* Imo non permittendum *l. 17. in pr. ff. eod.* vide *Cujac. 3. obs. 38.* adde *l. 1. C. ubi pupilli educari debeant.*

79 Vide *l. 3. §. si quis minor. 6. ff. de minoribus.*

80 Cur ita? vide *l. 77. ff. de reg. jur.*

81 Adoptione videtur: fragilis enim res est adoptio: ut possit & ipso die filius fieri, & emancipatione extraneus reddi. *l. 10. vers. cum enim. C. eod.*

82 Imo convenire videtur: fragilis enim res est adoptio: ut possit & ipso die filius fieri, & emancipatione extraneus reddi. *l. 10. vers. cum enim. C. eod.*

83 *l. 7. C. eod.* adde quæ scripsi *l. 23. ff. eod.*

84 Vide *l. 6. ff. de Senat.*

85 *l. 15. in fin. l. 17. ff. de manumiss. vind.*

86 Adoptare in locum nepotis etiam is potest, qui filium non habet. *Ulpianus 8. §. 7. Inst. eod.*

87 Imo potest, *l. 12. ff. eod.*

88 Adde *l. 31. ff. de ritu nuptiarum.*

89 Id est, Consules. *l. 8. ff. de pollicitat.*

90 Semper citandus est is, qui lædi potest. *l. 29. §. fin. ff. de minor. l. 47. in pr. ff. de rejudic.* Goth. Vid. *l. 7. C. eod. Cujac. lib. 13. obs. 4.*

91 *Ulp. 8. §. 8.*

92 Vide *l. 15. §. pen. ff. eod.*

93 Plena pubertas Græcis τελειότης ἡλικίας, Latinis *Harm. 8. §. 5.* octodecim anni, adde *l. 14. §. 1. ff. de alimentis.*

94 *l. 2. §. 1. ff. eod.* Spado, ut & is qui generare non potest, utroque modo adoptare poterat. Utroque modo, id est, vel per populum, vel per Prætorem aut Præsidem: quod & in cœlibe erat. *Ulp. 8. §. 6. & 1. Gaius. 5. §. 4.*

95 Imo revertitur: si enim filius meus dignitate sui juris factus fuerit, me mortuo, filius ejus in eus recidet potestatem. *Novell. 81. c. 2. Authent. sed Episcopalis. C. de Episcopis.* An hanc legem abrogatam esse putabimus? An potius dicemus, emancipationem quæ dignitate aliqua fit, differre à voluntaria, de qua Modestinus hic agit?

96 *l. 15. §. 1. ff. eod.*

97 Jure, legeque. *Duaren. in 5 Gellii 19.* adde *Stucam de brevitate vitæ. cap. 15. Suetonium in Julio c. 83.* adde quæ scripsi *l. 13. & 35. ff. eod.*

98 Vide *l. 42. ff. de pecul.*

99 Nam invitus non potest. *l. ult. ff. de statu.*

1 II. Inst. 2.

2 Articulos, Stephanus Græcus interpres vocat principia: 46. *Basil. 3.* possis etiam species appellare.

3 2. *Gaius 1. §. 2.*

4 *l. 8. in fin. ff. eod. Cicero 3 de natura deorum. in fin.*

5 *l. 6. §. sacra. ff. eod.*

6 *l. 13. §. 5. ff. quod vi aut clam.* v. tamen quæ notavi. *l. 31. in fin. ff. de heredib. instituendis.*

7 2. *Gaius 1. §. 3. §. 4.*

8 Infectum scilicet. signatum enim potius ad res incorporales spectat. *l. 46. ff. de cond. indeb. Prine. Inst. quib. mod. re contr. obligat.* Anf.

9 *l. 50. ff. de petit. hered.*

10 *l. 1. l. 2. ff. de usufruct.*

11 Imo contractus facti sunt, non juris. *l. 7. §. fin. ff. de curat. furios.*

12 2 *Gaius 1. §. 5.*

13 De quibus. ff. *lib. 8.*

14 *§. 1. Inst. eod. §. 1. ff. & l. 3. l. 4. h. t.*

15 *l. 6. §. 1 ff. eod.* vel publicæ. *l. 4. §. 1. l. 5. l. 6. ff.*

16 *l. 6. §. 2. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. ff. eod.*

17 *V. ff. de adquirerum dom.* & hoc quidem res nobis sunt vel propriæ, vel alius nobiscum communes, vel omnino alienæ. In illis dominium: in his possessio, servitus, hypotheca competit.

18 Τὸ ῥέον τὸ ἀένναον. *Goth.* Aqua profluens, id est, fluminis. *Faccon. 1. declar. 11. num. 3 4.* Ejusque usus communis, est; ideoque contra prohibentem injuriarum actio. *l. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ. l. 13. §. fin. ff. de injur.* Hinc pilæ in mari jactæ jacientis, & ædificium in littore positum ædificantis est. *l. 2. 3. §. 1. l. 4. ff. ne quid in loco publ. l. 14. ff. de acq. rer. do-*

min. Anf.

19 Vide *l. 1. §. 1. ff. de adquir. possess.*

20 Sed & ambulandi & navis religandæ causa. *Theoph. Instit. de rerum divis.*

21 Imo quæ in littore ædificamus, nostra fiunt. *v. l. 50. ff. de acqu. rerum domin.*

22 Ab alio ibi positis. *l. pen. in fin. l. 6. ff. eod.*

23 Mare & ejus littora non sunt ejusdem juris. Illud juris gentium est, & plus in eo licet privatis, quam in littoribus.

24 Cur dixit *pene*? vide quæ notavi *ad l. 1. §. 3. ff. de fluminibus.*

25 *l. 3. ff. de fluminib.*

26 Rectius putat *Cujac.* hæc quæ sequuntur ad littora referri. 2. *Inst. 1.*

27 Adde *l. 15. ff. de adquir. rerum domin.*

28 *l. 30. §. 1. ff. de adquir. rerum domin. princ. ff. de adquir. rerum domin.* adde *l. 4. ff. ne quid in loco publ.*

29 Adde *l. 14. ff. eod. l. 7. §. enim in suo. ff. de adquir. rerum. Theoph. §. 6. Inst. de rerum divis.*

30 Atqui ædificium solo cedit.

31 *l. 14. ff. de adqu. rerum domin.*

32 Τῶν ἐκκλησιῶν. vid. *Post-in Curiales.*

33 *V. Cic. 3 de fin.*

34 Vel Curialis, *l. 7. §. 1. ff. quod cujusque universit.* adde *l. 1. §. 15. ff. ad Trebell.*

35 Vid.

quam pro eo posse servum civitatis torqueri [1] Divi Fratres [2] rescripserunt. Ideo & libertus civitatis non habet necesse veniam edicti petere, si vocet in jus aliquem ex civibus [3]. §. 2. Sacræ res, & religiosæ, & sanctæ, in [4] nullius bonis sunt. §. 3. Sacræ autem res sunt hæ, quæ publice consecratæ sunt, non private: si quis ergo privatim sibi locum constituerit, locum non est, sed profanum. Semel [5] autem aede sacra facta, etiam diruto ædificio, locus sacer manet. §. 4. Religiosum autem locum unusquisque sua voluntate facit, dum mortuum inferat in locum suum [6]. | In commune autem sepulchrum, etiam invitis [7] cæteris, licet inferre. Sed & in alienum locum, concedente domino, licet inferre: & licet postea rarum habuerit, quam illatus est mortuus, religiosus locus fit.

§. 5. Cenotaphium [8] quoque magis placet locum esse religiosum: sicut testis [9] in ea re est Vergilius [10].

7. Ulpianus lib. 25 ad Edictum.

Sed [11] Divi Fratres contra rescripserunt.

Sancti definitio. 1. Et etymologia. 2. De muris municipalibus.

8. Marcianus lib. 4 Regularum.

Sanctum [12] est, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est. §. 1. Sanctum autem dictum est à sagminibus. Sunt autem *sagmina* [13] quædam herbæ, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret: sicuti legati [14] Græcorum ferunt ea, quæ vocantur *cerycia*. §. 2. In [15] municipiis quoque muros [16] esse sanctos, Sabinum recte respondisse, Cassius refert: prohiberique oportere, ne quid [17] in his immitteretur.

Sacri loci definitio. 1. De loco publico consecrando. 2. quid interfit inter locum sacrum & sacrarium. 3. Quæ proprie dicuntur sancta. 4. De muris municipalibus. 5. De rei sacræ æstimatione.

9. Ulpianus lib. 68 ad Edictum.

Sacra loca ea sunt quæ [18] publice [19] sunt dedicata: sive in civitate sint, sive in agro. §. 1. Sciendum est, locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum [20] Princeps eum dedicavit, vel dedicandi [21] dedit potestatem. §. 2. Illud notandum est, aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium: *sacer* [22] *locus*, est locus consecratus: *sacrarium* [23] est locus, in quo sacra reponuntur: quod etiam in ædificio privato esse potest: & solent, qui liberare eum locum religione volunt, sacra inde evocare [24]. §. 3. Proprie dicimus [25] *sancta*, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione [26] quadam confirmata: ut leges sanctæ sunt: sanctione [27] enim quadam sunt subnixæ: quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi Deo non sit consecratum: & interdum in sanctionibus [28] adjicitur, *ut qui ubi aliquid commisit, capite puniatur*. §. 4. Muros autem municipales nec [29] reficere licet sine Principis, vel Præsidis autoritate: nec aliquid eis conjungere [30], vel superponere.

§. 5. Res sacra [31] non recipit æstimationem.

De ædificato in mari vel occupato à mari.

10. Pomponius lib. 6 ex Plautio.

Aristo ait: sicut id, quod in [32] mare ædificatum sit, fieret privatum, ita quod mari occupatum sit, fieri publicum.

Si quis muros violaverit.

11. Pomponius lib. 2 ex variis lectionibus.

Si [33] quis [34] violaverit muros [35], capite [36] punitur: sicuti si quis transcender scalis [37] admotis, vel alia qualibet ratione: nam cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licet: cum illud hostile & abominandum sit: nam & Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum [40] transcendere [41] voluerit [42].

19 [2] *Gaius* 1. §. 2. Goth. Sanctarum rerum usus qui civitatis est, ne impediatur, nihil in iis immittere, facere, jungere licet. *hic. & l.* 9. §. 4. *ff. eod.* nec sine permissu inhabitare. *l.* 3. *ff. ne quid in loco publico.* Amf. 20 Permissione Imperatoris. *l. ult. ff. ut in possess. legat.* 21 A publica persona, puta Pontifice. *l.* 6. §. 3. *ff. eod.* (publicum bellum ita nuncupatur, quod per feciales indictum. *l.* 118. *ff. de verb. signific.*) vel principe, §. 1. *ff. eod.* 22 Amortizandi jus, conforme seu consentaneum esse juri communi, hinc colligunt: quod tamen verum esse negat Peckius, *cap.* 5. *de Amortizatione bonorum n.* 2. Movetur autem *l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* 23 Principes olim dedicandi jus habuere: recte. *l. ult. ff. ut in poss. legat.* Nam & iidem plerumque Pontifices. *Tacit. Suet.* 24 *l.* 1. *ff. ne quid in loco publ.* cujus diminutivum *sacellum.* 5. *Gell.* 12. 25 Sacrarium Glossa ἱερῖον, θυσιαστήριον, ἱεροθύτιον, νεωκάριον. 26 Et transferre. Mos autem Romanis fuit in oppugnationibus urbium, deum in cujus tutela oppidum erat conceptis carminibus evocare, & inde Romam conferre. Iidem à peregrinis deos plerumque postulabant: sic magna Mater, à Phrygibus: Æsculapius, ab Epidaurtis petitus. *Festus in peregrina sacra: & in Nova Curia: Livius* 5. *ubi de Urbe capta à Camillo. Macrob* 3. *Saturnal.* 9. 28 *Plin.* 2 *Servius ad illa verba* 2 *Æneid.* Excesserе omnes, adytis, arisque relictis. 27 *l.* 8. *ff. eod.* 28 Id est, verbis conceptis. 29 Sanctio legum, pars legis erat ultima, qua certa pœna irrogabatur iis, qui præceptis legis non obtemperarent. *l. sanctio legum.* 41. *ff. de pœnis.* De sanctione legum adde Ciceronem 3. *ad Atticum: & in fine Verrinæ de signis: & in orat. pro Cornelio Balbo: Festum, in Satura.* 30 *V. l.* 41. *ff. de pœnis.* 31 Bald. & Zas. id trahunt ad furcas picasque jurisdictionum. 32 Neque in iis habitare. *l* 3. *ff. ne quid in loco publico.* 33 Ut nec libertas & necessitudo. *l.* 176. *in fin. ff. de Reg. jur.* 34 *Al.* in mari. adde quæ notavi *ad l.* 14. *ff. de adq. rerum dom.* 35 Lex ea Romuli. 36 *Adde l.* 1. *in pr. l.* 8. *in fin. ff. eod. l.* 11. *ff. ad l. Juliam peculat.* 37 Muros civitatis Romanæ transcendens, capite punitur, ut hic. *adde l.* 3. §. *in bello.* 15. *ff. de re milit.* Quid si alterius civitatis quam Romanæ? pœna arbitraria punitur. *Boërius q.* 232. & communem refert Rolandus à Valle, 2. *cons.* 8. *n.* 25. *Clarus in pr.* §. *ult. quæst.* 68. *vers. muros. Menochius* 2. *de arbitrar. casu* 283. 38 Ideo muri sacrosancti. *adde Festum in Sacrosanct.* 39 De scala, *adde l.* 54. §. 4. *ff. de fur.* 40 ὡς ἄθεμιτον ἡ ἱερὸν τεῖχον. *Plutarchus in Problemat.* 41 *l.* 18. *ff. de pœn.* id est, transcenderit. 42 Notandum, primæ rerum divisioni, de qua *in l.* 1. *in pr. h. t.* secundæ, de qua *in d. l.* 1. §. 1. tertiæ, de qua *in l.* 2. *& seq.* tractatur, addi posse quartam rerum divisionem, ut aliæ sint mobiles, aliæ immobiles: quæ divisio utilis est, quoties agitur de satisdatione, venditione rerum debitoris & pupilli, de communione inter conjuges, hypotheca, præscriptione, retractu, laudemiis & similibus, de quibus v. quæ notavi *in l.* 22. *C. de adm. tut.*

Tit. IX.

DE [1] SENATORIBUS [2].

Collatio viri & feminæ consularium: item viri Præfectorii, & feminæ Consularis. 1. Quæ sint Consulares feminæ.

Ulpianus lib. 62 ad Edictum.

Consulari [3] feminæ utique Consularem virum præferendum nemo ambigit. † Sed vir Præfectorius an Consulari feminæ [4] præferatur, videndum. Putem præferri: quia *major* [5] *dignitas* [est] *in sexu virili*. §. 1. Consulares autem feminas dicimus Consularium [6] uxores: adjecit Saturninus [7], etiam matres, quod nec usquam relatum est, nec unquam receptum [8].

De Senatu motis.

2. Marcellus lib. 3 Digestorum.

Cassius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem Senatu [9] motus [10] nec restitutus est, judicare, vel testimonium dicere: quia lex Julia repetundarum hoc fieri vetat.

3. Modestinus lib. 6 Regularum.

Senatorem remotum Senatu capite [11] non minui, sed Romæ morari, Divus Severus & Antoninus permiserunt.

De indigno aliquo ordine.

4. Pomponius lib. 12 ex variis lectionibus.

Qui [12] indignus est inferiore ordine, indignior [13] est superiore.

Quis dicatur Senatoris filius vel nepos.

5. Ulpianus lib. 1 ad legem Juliani & Papiam.

Senatoris filium accipere debemus, non tantum eum, qui naturalis est, verum adoptivum [14] quoque: neque interest, à quo, vel qualiter adoptatus fuerit: nec [15] interest, jam in Senatoria dignitate constitutus eum susceperit, an ante [16] dignitatem Senatoriam.

6. Paulus lib. 2 ad legem Juliam & Papiam.

Senatoris filius est & is, quem in adoptionem accepit: quamdiu tamen in familia ejus manet: emancipatus vero nomen filii emancipatione amittit. §. 1. A Senatore in adoptionem filius datus ei, qui inferioris [17] dignitatis est, quasi Senatoris filius videtur: quia non amittitur Senatoria dignitas adoptione [18] inferioris dignitatis: non magis quam, ut Consularis desinat esse.

7. Ulpianus lib. 1 ad legem Juliam & Papiam.

Emancipatum à patre Senatore, quasi [19] Senatoris filium haberi placet [20]. §. 1. Item Labeo scribit, etiam eum, qui post mortem patris Senatoris natus sit, quasi senatoris filium esse. † Sed eum, qui, posteaquam pater ejus de Senatu motus est, concipitur & nascitur, Proculus & Pegasus opinantur non [21] esse quasi Senatoris filium. Quorum sententia vera est: nec enim proprie Senatoris filius dicetur is, cujus pater Senatu motus est, antequam iste nasceretur. Si quis conceptus quidem sit, antequam pater ejus Senatu moveatur, natus autem post patris amissam dignitatem: magis est, ut quasi Senatoris filius intelligatur: tempus enim conceptionis spectandum, plerisque placuit. §. 2. Si quis & patrem, & avum habuerit Senatorem: & quasi filius & quasi nepos Senatoris intelligitur. † Sed [22] si pater amiserit dignitatem ante conceptionem hujus; quæri poterit, an quamvis quasi Senatoris filius non intelligatur, quasi nepos tamen intelligi debeat? Et magis est, ut debeat [23]: ut avi potius ei dignitas prosit, quam obsit casus patris.

Quæ sint clarissimæ feminæ.

8. Idem lib. 6 Fideicommissorum.

Feminæ nuptæ [24] clarissimis [25] personis, clarissimarum personarum appellatione [26] continentur. † Clarissimarum feminarum nomine, Senatorum filiæ, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt, non habentur. Feminis enim dignitatem clarissimam mariti tribuunt: parentes vero donec plebeii nuptiis fuerint copulatæ. Tandiu igitur clarissima femina erit, quandiu Senatori nupta est, vel clarissimo: aut separata ab eo, alii inferioris [27] dignitatis non nupsit.

Si pater ejus, quæ libertino nupsit, Senatu moveatur.

9. Papinianus lib. 4 Responsorum.

Filiam [28] Senatoris nuptias [29] liberti secutam, patris casus non [30] facit uxorem: nam quæsita dignitas liberis, propter casum patris remoti à Senatu, auferenda non est.

Qui sunt liberi senatorum.

10. Ulpianus lib. 34 ad Edictum.

Liberos Senatorum accipere debemus, non tantum Senatorum filios, verum omnes, qui geniti ex ipsis, exve liberis eorum dicantur: sive naturales, sive adoptivi [31] sint liberi Senatorum, ex quibus nati dicuntur. † Sed si ex filia Senatoris natus sit, spectare debemus patris ejus conditionem.

De Senatorum domicilio.

11. Paulus lib. 41 ad Edictum.

Senatores, licet in [32] urbe domicilium habere videantur, tamen & ibi [33] unde oriundi sunt, habere domicilium intelliguntur: quia dignitas, domicilii adjectionem potius dedisse, quam permutasse videtur.

De dignitate ejus quæ secundo nupsit. 1. Qui sunt Senatores.

12. Ulpianus lib. 2 de Censibus.

Nuptæ prius Consulari viro impetrare [34] solent à Principe, quamvis perraro, ut nuptæ iterum minoris dignitatis viro [35], nihilominus in Consulari maneant dignitate: ut scio Antoninum Augustum Juliæ Mamææ consobrinæ suæ indulsisse. §. 1. Senatores autem accipiendum est eos, qui à Patriciis, & Consulibus, usque ad omnes illustres viros descendunt: quia [&] hi [36] soli in Senatu sententiam dicere possunt.

1 Transit ad Magistratus, vivam vocem legis, *l.* 8. *ff. de justitia.* & animatam. *Nov.* 105. *in fin.* Quintimo à personarum & rerum tractatu ad actiones, quæ coram Senatu & aliis magistratibus vel judicibus instituí solent. De Senatoribus & senatusconsultis, *adde Gel.* 14. *c.* 7 *& 4. cap.* 10. 2 *Senatores* dicti non ab assentiendo, ut putat ipse Bartolus; sed a senili ætate. *Eutrop.* 2. *Cicero de senectut.* 1. *Flor.* 1. *Festus.* (Ita supremum Laced-emoniorum consilium γερουσία. *Demosthen. adversus Leptinem. Ulpian. ibid. Pausan. in Lacon.* in quod consilium cooptari virtutis fuit præmium. *Aristotel.* 2. *Politic.*) vel a virtute: senes enim olim apud Romanos viri optimi appellati. *Halicarn.* 2. uno vocabulo γερουσίας usi 70 interpretes, *Exod.* 3. *Levit.* 8. 1 *Machab.* 11. pro summo Hebræorum consilio. Inde locus Senatus *Gerusia*, 35 *Plin.* 14. *Vitruvius.* ut & senatus. *Cicer.* 1. *Catil. Philip.* 13. 7. *ad Attic.* & senaculum. *Fest. in senacula.* ubi tria Romæ fuisse scribit: Unum, in æde Concordiæ inter Capitolium & forum, in quo solebant magistratus cum senioribus deliberare; alterum, ad portam Capenam: Tertium, circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in urbem admittere nolebant, Senatus dabatur. Cæterum, quod ad Senatorum & Senatus jura attinet, notandum est, Novella Leonis 78. senatusconsulti faciendi jus abolitum: jure nimirum populi & Senatus in Principem translato. Hodie senatuum Arresta circumferuntur, ex queis vix jus certum quisquam hauriri censuerit: licet rationis vice & æquitatis loco in foris & consultationibus utiliter laudari possint. *Goth.* Senatusconsulta enim hodie pro legibus non sunt. Vide Buf. ad *l.* 2. *ff. de origin. jur.* Christin. *decis. Belg. vol* 1. *decis* 1. 2. *vol.* 2. *decis.* 51. *& decis.* 65. Zyp. *Notit. jur. Belg. tit. de legib.* S. L. Ad hunc tit. vid. *Mar. Salomon. Vaccam, & Ferrand. lib.* 1. *explic. cap.* 7. *Brisson. lib.* 3. *salect. cap.* 16. Anf. 3 4 *Gell.* 10. *Cassiodorus in formula patriciatus. l.* 2. *ff. de reg. jur. l.* 8. *ff. eod.*

4 An etjam Consuli? negat Petr. Faber. 1. *Semest.* 2. quia Consulatus tanquam illustrior Præfecto prætorio deferebatur. *adde Cujac. Novell.* 62.

5 V. *Aristot.* 1. *Polit.* 8.

6 *Novell.* 104. *cap.* 2.

7 Ab hoc Saturnino, quem Ulpianus hic notat, Baldus *in lib.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* Saturninus in schollis vocari notat, qui absurdas & improbabiles opiniones defendunt.

8 Nisi filii voluntate. *Nov.* 105. *c.* 2. *in princ.*

9 *De quo l.* 12 §. 2. *ff. de Judiciis.*

10 Senatu moti judices, testes esse non possunt.

11 §. *quibus.* 5. *Inst. de c. dim.*

12 *V. l.* 5. *in fin. ff. de ser. expor.*

13 Argumentum à minori ad majus.

14 Adoptatus à Senatore, Senatoris æque filius habetur, ut a Senatore, ex matrimonio susceptus. *adde l.* 10. *ff. eod.* Goth. Vide *Duaren. lib.* 2. *disput.* 29. *Hottomann. illustr. quæst.* 42. *Tholosan. de republica. lib.* 7. *c.* 9. Anf.

15 Imo interest: nam qui ante nati sunt, privati videntur. *l.* 11. *C. de dignit.* v. in hunc locum elegantem tractatum *Hott. quæst. illustr.* 2.

16 Natus ante Senatoriam patris dignitatem, Senatoris est filius: quod quidam extendunt ad filios natos Principi ante regnum ab eo adeptum. *Goth.* Obst. *l.* 11. *C. de dignitat.* quam conciliat Gloss. per *l.* 23. §. 5. *C. de Nupt.* Anf.

17 Ab inferioris ordinis patre adoptatus Senatoris filius, vel consularis, Senatoris filius aut consularis esse non desinit, *ut hic.* licet inferioris ordinis marito nubens mulier, privilegia à priore marito quæsita amittat, *l.* 13. *C. de dignit.* nisi forte principis permissu ac speciali privilegio inferiori nubat, salvis privilegiis prioris mariti. *l.* 12. *ff. eod.*

18 *Al.* adeptione.

19 Quasi Senatoris filius est, qui emancipatur à patre Senatore. *ut hic:* ut & qui Senatore natus, ab inferioris ordinis patre adoptatus. *l.* 6. *in fin. ff. eod.*

20 Atqui is in familia non est. *l* 6. *in princ. ff. eod.*

21 Imo est; Senatu enim imposito, quandiu vivit privilegiis & immunitatibus Senatoriis fruitur. *l. unica. C. de Comit. qui provincias regunt.*

l. major. C. de dignit. Guido Pape qu. 377. 22 Nobilitatem, gentem, patriam, originem, jus togæ, civitatis, & similia jura nepotes per avos suos retinere, hinc possis colligere: licet patribus ignobilibus atque exteris factis nati atque concepti. 23 Imo sine aliquo intermedio gradu ea dignitas ad nepotem non transit. *l.* 11. *C. de quæstio.* 24 Uxores maritorum dignitate & privilegiis fruuntur. *l.* 13. *C. de dignit.* 25 *V. l.* 5. *ff. de curat. furios. l.* 100. *ff. de verb. signif.* 26 *V. l.* 13. *C. de dignit.* 27 *V. l.* 11. *C. de dign.* 28 *l.* 34. §. 3. *ff. de ritu.* 29 Cur Senatoris filia libertino nubere non possit, colligi potest *ex l.* 8. *C. de dignit.* 30 Hodie id mutatum. *Novell.* 78. *cap.* 3. 31 *l.* 5. *ff. eod.* 32 *V. l.* 2. *C. ubi Senatores.* 33 Imo domicilium mutant. *l.* 22. *in princ. ff. ad municipal.* 34 V. quæ scripsi ad *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* 35 *Nov.* 22. *cap.* 36. 36 *Adde l.* 15. §. 2. *ff. de excus. tut.*

Tit. X.

DE OFFICIO [1] CONSULIS.

De consilio manumissuri præbendo. 1. Apud quem consulem manumitti possit.

Ulpianus lib. 2 de officio Consulis.

Officium Consulis est, consilium [2] præbere manumittere volentibus. §. 1. Consules [3] & seorsum singuli manumittunt. † Sed non potest is, qui apud alterum nomina [4] ediderit, apud alterum manumittere: separatæ enim sunt manumissiones. Sane si qua ex causa collega manumittere non poterit, infirmitate, vel aliqua justa causa impeditus, collegam posse manumissionem expedire, Senatus censuit. §. 2. Consules apud se servos suos manumittere posse, nulla dubitatio est. † Sed si evenerit, ut minor [5] viginti annis Consul sit, apud se manumittere non

1 XII. *C.* 111. *Novell.* 105.

2 *l.* 4. *C. de vindicta.*

3 Duo simul.

4 Id est, causas manumittendi. §. *eadem.* 4. *Inst. quib. ex causis manumittere non licet.*

5 Consulatus adipiscendi annus olim 43. dixi *ad Ciceronis Philip.* 5. ubi de annariis & annalibus legibus notatum à me quoque est.

6 Imo potest, *l* 20. *in fin.* ff. *de manumiss. vind.*

non poterit 6, cum ipse sit, qui ex senatusconsulto consilii causam examinat: apud collegam 7 vero, causa probata, potest 8.

7 Apud se præsente collega, *Robert. reprehensus* à Cujac. 18. *obs.* 38. 8 Imo non potest apud collegam. *l.* 18. §. 1. *de man. vind.*

TIT. XI.

DE OFFICIO PRÆFECTI PRÆTORIO [1].

1 I. C. XXVI. XXVII. *Novell.* 70. vide in hunc locum Pet. Fab. 1, *semestr.* 1. 2. 3.

De origine & autoritate Præf. prat. 1. *De appellationibus.* 2. *De restitutione in integrum.*

AURELIUS Arcadius Charisius, Magister libellorum, lib. singul. de officio Præfecti prætorio.

2 Quia interdum duo, interdum tres. *Petr. Fab.* 1. *semestr.* 1.

BREVITER commemorare necesse est, unde constituendi Præfectorum [2] prætorio officii origo manaverit. † Ad vicem Magistri equitum 3 Præfectos prætorio antiquitus institutos esse, à quibusdam scriptoribus traditum est. Nam cum apud veteres Dictatoribus 4 ad tempus summa potestas crederetur, & Magistros equitum sibi eligerent, qui adsociati participales curæ [admilitiæ 5 gratia] secundum post eos potestatem gererent: regimentis 6 reipublicæ ad Imperatores pertinentibus translatis, ad similitudinem Magistrorum equitum Præfecti prætorio à Principibus electi sunt, data est plenior licentia ad disciplinæ publicæ emendationem. §. 1. His cunabulis Præfectorum autoritas initiata in tantum meruit augeri 7, ut appellari à Præfectis prætorio non posset. Nam cum ante quæstum fuisset, an liceret à Præfectis prætorio appellare, & jure liceret, & extarent exempla eorum, qui provocaverint: postea publice sententia Principali lecta, appellandi facultas interdicta est: credidit enim Princeps, eos, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide, & gravitate, ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret judicaturus.

3 Et Tribuni Celerum. *l.* 2. §. 15. ff. *de orig. jur.*
4 *d. l.* 2. §. 18.
5 Notæ Contii & Cujacii manuscriptæ quas habeo ita leguit: *comitatorum habendorum gratia.* vel, *reipublicæ constituendæ gratia*: vel, *reipublicæ gerendæ gratia.* Posset & meo judicio ita legi: *qui adsociati participales, curæ militaris gratia*, &c. curæ autem militaris verbo intelligit inter cætera, emendationem disciplinæ publicæ; ff. *eod.* vel ita quoque possis legere: *curæ ac militiæ gratia*, id est, curæ cujuscunque sed militiæ tamen maxime gratia.
6 V. *Fest. in regimen.* 7 V. *l.* 19. *l.* 20. *C. de appell.* 8 *l.* 16. *in fin. l.* 17. ff. *de min.*

§. 2. Subnixi sunt etiam alio privilegio [Præfecti prætorio]: ne à sententiis eorum 8 minores ætate ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis præfectis prætorio, restitui possint.

8 Imo ultra adminstrationis suæ tempus non potest. *l. ult. in pr.* ff. *de pœnis.* 42 *l.* 1. §. 4. ff *eod.* 43 *Al.* nec extra, & ita reperi in manuscripto Germani Colladonii Jurisconsulti clarissimi. Est qui emendet, intra urbem. *Hor.* 4. *obs.* 13.

TIT. XII.

DE OFFICIO [1] PRÆFECTI [2] URBI.

1 Cognovit autem de servis adversus dominos conquerentibus, *l.* 1. §. 1 ff. *eod.* de patronis agentibus adversus libertos, *l.* 1. §. 2. & 10. relegatione, deportatione, §. 3. de his quæ intra centesimum milliarium, §. 4. de adulterio, §. 5. de interdictis & causis possessionis, §. 6. de tutela & cura, §. 7. de mancipiis non prostituendis, §. 8. de nummulariis, §. 9. de carne & esculentis, §. 11. quiete popularium & spectaculorum, §. 12. interdicendis, §. 13. collegiis illicitis, §. 14. argentariis, *l.* 2. ff. *eod.* cognovit & de plagio, *l.* 7. ff. *ad l. Fabiam de plagiariis*, ut ex Paul. 5. *sent. & Ulp.* 9. *de off. proconf.* refert Rufinus *c.* 14. *collationis legum Mosaic.* adde *Cassiod. in formula P. Urbi.*
2 I. C. XXVIII. *v. Cuj.* 13. *obs.* 1. Goth. *Sueton. in Augusto. cap.* 37. *Gell. lib.* 15. *cap.* 8. *Tacit. ann. lib.* 5. S. L.
3 Militaria excipe. *l.* 1. *C. de off. magist. mil.*
4 De falsis *v. l.* 8. *in fin.* ff. *de fal. v. l.* 2. ff. *de cri. expilatæ hereditt.*
5 Et 100 milliarium. §. 4. ff. *eod.*
6 §. 4. ff. *eod.*
7 V. *l. ultim.* ff. *de off. præf. vigilum.*
8 Servis sua pecunia quoque fuit, sed coniventibus oculis dominorum.
9 Non manumittentibus, à quibus moram in manumissione patiuntur.
10 Ægroti & alimentorum causa favorabilis. 11 Id est, alimenta præstari. *l.* 5. *in pr.* ff. *de lib. agnosc.* 12 Insulas Principes assignabant, in adsignatas hujusmodi insulas Præfecti relegabant & deportabant. *Goth.* Quibus nunc jus relegandi competat, vid. *Pontan. ad Consuetudin. Blesens. art.* 17. *tit.* 3. *Peregrin. de jure fisci. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 13. Anf. 13 Cujus fit mentio initio hujus l. 14 *Adde l.* 3. ff. *exspil. her. l.* 8. ff. *de ext. crim.* 15 Præfecti igitur Urbi summa Romæ autoritas fuit à Principibus. Latinis feriis primo præfuit, dein servitia coërcuit, ut vice Principis jus in urbe redderet & in argentarios, nummularios, tutores ei jus esset. *Tacit.* 5. *Suet. in Nerone. Dion*, 25. Ex hac temporis divisione servata, conciliare oportet legem *ult.* ff. *de in jus voc. l.* 7. ff. *de jurisd. l. item.* 15. §. *idem.* 30. *l.* 35. ff. *de injuriis.* 16 De veteri more dimetiendi itinerum spatia per milliaria & lapides, dixi *ad l.* 21. §. 3. ff. *de excus.* Porro hic servandum est, *milliarium* & *lapidem* pro eodem sumi. ff. *eod. ibi lapidem.* adde *l.* 154. ff. *de verb. signif.* 17 *l. ult.* ff. *eod.* 18 De lapide paulo ante dixi.
19 Jurisdictionum limites ac fines diligenter custodiendi: facit *l. ult.* ff. *de jurisdict.* 20 V. *l.* 5. ff. *de accus.* 21 Horum etiam Præfectorum munus erat, furiosis curatores constituere. §. 3. *Inst. de curat.* 22 Tutorum hæc admissa graviora sunt: male in tutela seu cura versari; nummis datis tutelas occupare, aut effecisse ut non idoneus occuparet; in edendo patrimonio pupilli quantitatem minuisse; evidenti fraude pupilli bona alienasse, *ut hic.* Adde: falso, quasi per inopiam, pupillis alimenta negare. §. 10. *Inst. de suspectis.* 23 *d.* §. 10. *l.* 1. §. 3. ff. *de suspectis.* 24 V. *l.* 9. ff. *de Tutelis.* 25 V. *l.* 20. *C de his qui accus.* 26 V. *l.* 12. *C. de episc. aud.* 27 Vide *tit. C. si mancipium ita alienatum erit ne prostituetur.* adde *l.* 24. *in fin. de pignorat. l.* 9. ff. *de manumissionibus.*
28 Et argentarii. *l.* 2. ff. *eod.* 29 Libertos ad ἀντίτυπα patronis obligari, hinc colligunt.
30 *l.* 1. *in pr.* ff. *de jur. patr.* 31 Vide *l.* 47. *in fin.* ff. *de reg. jur.*

§. 11. Cura 32 carnis omnis, ut 33 justo pretio præbeatur, ad curam Præfecturæ pertinet: & ideo & forum suarium sub 34 ipsius cura est: sed & cæterorum pecorum, sive armentorum, quæ ad hujusmodi præbitionem spectant, ad ipsius curam pertinent.

32 Formam curæ carnis vide apud Ammianum 26. ubi de Turtio Aproniano. Porro carnes ad pondus venisse apud Romanos, & Græcos, ostendi ad *l.* 18. ff. *de instruct.*
33 *Adde l.* 3. §. 1. ff. *de annona. Nov.* 24. *cap.* 2.
34 *Adde l. ult.* §. 2. ff. *de annona.*

§. 12. Quies quoque popularium 35, & disciplina spectaculorum ad Præfecti Urbi curam pertinere videtur: & sane, debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium 36 quietem, & ad referendum sibi, quid in Urbe 37 agatur. §. 13. Et urbe interdicere Præfectus Urbi, & quavis alia 38 solitarum regionum potest, & negotiatione 39, & professione, & 40 advocationibus, & foro, & ad tempus, & in perpetuum 41. Interdicere poterit & spectaculis: & si quem releget ab Italia, summovere eum etiam à provincia sua. §. 14. Divus Severus rescripsit, eos etiam, qui illicitum collegium coisse dicuntur, apud Præfectum Urbi accusandos.

35 Populares, confessius theatralis: dixi *ad l.* 28. §. 3. ff. *de pœnis. adde Cujac.* 8. *obs.* 29. factio agitatorum: quorum alii Venetæ, alii Prasinæ, alii Albulæ, alii Russatæ factionis: Græci δῆμους appellant. adde *Tacitum Annalium* 13. *Suet. Ljpf.* 3. *epist.* 18.
36 Huc refer *l.* 2. *C. de seditiosis.* 37 *Al.* ibi. al. *ubicunque.* 38 Non urbicaria, sed Italiæ. *Cujac.* 2. *obs.* 14. 39 *l* 9. §. 9. ff. *de pœnis.* 40 V. *l.* 9. *in pr.* ff. *de pœnis.* 41 Imo ultra

De argentariis.

2. PAULUS lib. singul. de officio Præfecti Urbi.

ADiri etiam ab argentariis, vel adversus eos, ex epistula D. Hadriani, & in pecuniariis causis potest.

Si terminos Urbis exierit.

3. ULPIANUS lib. 2 ad Edictum.

PRæfectus Urbi, cum 42 terminos [Urbis] exierit, potestatem non habet: extra 43 Urbem, potest jubere judicare.

TIT. XIII.

DE OFFICIO [1] QUÆSTORIS.

1 I. C. XXX. XII. C. VI. *Novell.* 38. 41. 80. Vide Ant. Rosc. *lib.* 3. *memorab. cap.* 7. Brisson. *lib.* 1. *select. cap.* 17. A. Gellium, *l.* 13. *c.* 13. Tacit. *lib.* 2. *Annal.* Anf.

Origo. 1. *Etymologia.* 2. *De sortitione provinciarum.* 3. *Qui Quæstores creari possint.* 4. *De Candidatu Principis.*

ULPIANUS lib. singul. de officio Quæstoris.

ORIGO Quæstoribus creandis antiquissima est; & pene ante omnes magistratus. Grachanus 2 denique Junius, *libro* 3 *septimo de potestatibus*, etiam ipsum Romulum & Numam Pompilium binos Quæstores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert 4. † Sed sicuti dubium est, an Romulo, & Numa regnantibus Quæstor fuerit: ita Tullo Hostilio rege Quæstores fuisse certum est. Sane crebrior apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempublicam induxisse Quæstores. §. 1. Et à genere quærendi 5 *Quæstores* initio dictos, & Junius 6, & Trebatius, & Fenestella scribunt. §. 2. Ex Quæstoribus quidam solebant provincias sortiri ex senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso & Porcina Consulibus. Sane, non omnes Quæstores provincias sortiebantur, verum excepti erant Candidati 7 Principis: hi etenim solis libris Principalibus in Senatu legendis vacant. §. 3. Hodieque obtinuit, indifferenter Quæstores creari, tam patricios quam plebeios: ingressus est enim & quasi 8 primordium gerendorum honorum, sententiæque in Senatu dicendæ. §. 4. Ex his, sicuti diximus, quidam sunt, qui Candidati Principis 9 dicebantur, quique epistulas 10 ejus in Senatu legunt.

2 Grachanus citatur hic. §. 1. ff. *eod.* & a Varrone 5. *de lingua.*
3 Annales probare hinc colligunt, de quo dixi *ad l.* 10. ff. *de prob.*
4 Hinc constat, lege Regia populum non omnem omnino potestatem in Regem transtulisse: facit *l.* 2. *in princ.* & §. 12. ff. *de orig. jur.*
5 *l.* 2. §. 32. ff. *de orig. jur.*
6 Gracchanus, de quo ff.
7 *Lamprid. in Alex.*
8 Primordium enim honorum fuisse videtur Ædilitas, ut ex legibus XII tabularum colligi potest. 9 Candidati Cæsaris: eo sensu Velleius Paterculus usurpat. 10 Vide *Dion. lib.* 54. *Suet. in Tito.* 6. *Tacitum, lib.* 16. & cætera omnia quæ vel absentes vel præsentes Principes, cum laborem recitandi fugiebant, Senatum facere jubebant. *Suet. August. c.* 65.

TIT. XIV.

DE OFFICIO [1] PRÆTORUM [2].

1 I. C. XXXIX. adde *Novell.* 13. 25. 26. 29. 104.
2 *Prætorum* dixit, potius quam *Prætoris*. Unus enim *Urbanus*, qui major inter cives jus dicebat: Alter *peregrinus*, qui vel inter peregrinos, vel peregrinum & civem jus dicebat, & hoc significat *l.* 7. *C. de appell.* Fuerunt & alii minores, de quibus *l.* 2. ff. *de orig. jur.* Porro, quanta majorum Prætorum fuerit autoritas, eorum edicta demonstrant, quæ omnes actiones complectuntur, & quod ex eorum edictis jura addiscere postea cœperunt, non ex aniquis legibus. De criminibus horum Prætorum notio non fuit, licet Præsidum & similium fuerit. *l.* 8. *C. Theod. de jurisdictione.*

Si Prætoris pater manumittat.

ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

APUD filium familias Prætorem 3 potest pater ejus manumittere.

Si Prætor emancipetur, aut in adoptionem detur.

2. PAULUS lib. 4 ad Sabinum.

SEd etiam ipsum apud se emancipari, vel in adoptionem dari placet.

Si servus fuerit creatus Prætor.

3. ULPIANUS lib. 38 ad Sabinum.

BArbarius 4 Philippus, cum servus fugitivus esset, Romæ Prætura petiit, & Prætor designatus est: sed nihil ei servitutem obstetisse, ait Pomponius, quasi Prætor non fuerit 5. At quin verum est, prætura eum functum, & tamen videamus si servus, quamdiu 6 latuit [in] dignitate prætoria, functus sit: quid dicemus? quæ edixit, quæ decrevit, nullius fore momenti? an fore, propter 7 utilitatem 8 eorum 9, qui apud eum egerunt vel lege 10, vel quo alio jure? Et verum puto, nihil eorum 11 reprobari. Hoc enim humanius est: cum 12 etiam potuit populus Romanus servo decernere hanc potestatem: sed & si 13 scisset servum esse, liberum effecisset. Quod jus multo magis in Imperatore observandum est.

3 Cur ita v. *l.* 77. ff. *de judic. l.* 14. ff. *ad Treb.* secus *in l.* 10. ff. *de jurisd.* 4 Βάρβαρος Φιλιππικὸς. *Suidas.* vixit sub M. Antonio, tempore Triumviratus.
5 V. *Cujac.* 18. *obs.* 33. *Hot.* 17. *illustr. Cont.* 1. *lect.* 21. *Rob.* 1. *Recept. ult. & l.* 1. *animadversionum.* 18. *Ant. Merc.* 1. *Notator.* 18. 6 An gesta ab occulte excommunicato, aut qui excommunicatus lateat, valeant, vide apud Socin. *reg.* 160. 7 Alias errantes jurisdictionem prorogare non intelliguntur: vide tamen Socin. *reg.* 212. 227. 8 Hinc Horatius, *lib. sermonum* 2. *Atque ipsa utilitas justi prope mater & æqui.* 9 Adde quid simile *ex l.* 3. ff. *de senatusconsf. Macedon.* 10 *Lege agere* quid esset, *dixi ad l.* 2. §. 6. ff. *de origine juris.* 11 Est igitur Prætura functus, non tamen fuit liber. vide *l.* 11. *C. de lib. causa*: facit *l.* 2. ff. *de fugitivis.* Sic manumissus à Prætore die nefasto fiebat liber, sed vitio. Varro, 5 *de lingua.* Goth. Gesta per inhabilem personam valent propter utilitatem publicam. *l.* 2. *C. de sent. & interlocut.* §. 7. *Inst. de testam. ordin. c. infamia.* 3. 4. 7. Obst. *l. cum prætor.* ff. *de judic.* conciliat Govean. *var. lect. c.* 6. Adde *l.* 10. ff. *de decurion.* Anf. Quod an in testibus testamentariis impuberibus, pro puberibus communi judicio reputatis obtineat, videndum: Affirmat Minsing. ad *d.* §. 7. *Inst. de testam. ordin.* Sed male: ipsius enim judicii per naturam defectus est; præsertim moribus, quibus testium solemnitas ad eum numerum redacta est, extra quem aut habilitatis, ætatis, aut alterius requisitæ qualitatis defectu, nulla facti probatio admittatur. facit *l.* 9. *C. de Testament. junct. l.* 3. ff. *eod.* Cæterum ad hunc text. vid. Govean. *lib.* 1. *lect. cap.* 6. Cont. *lib.* 1. *disp. cap.* 20. Joann. Robert. *lib.* 1. *recept. lect. cap.* 38. Brisson. *lib.* 4. *select. cap.* 20. Turneb. *lib.* 7. *adverf. cap.* 7. S. L. 12 Decreta Barbarii firma esse, hoc argumento ostendit: Populi interest, eique utile est, decreta Barbarii valuisse: Et populum itaque decreta Barbarii (tametsi servi hominis) confirmasse verisimile est. Quidni vero decreta à servo homine lata confirmaverit populus, cum si servum esse sciviset, liberum efficere potuisset: imo liberum effecisset? Quod si populus id potuit, æque, imo & multo magis Princeps liberum facere ita potuit.
13 V. *l.* 7. *C. qui admitti.* 14 V. *l.* 4. ff. *de tutoribus datis.*

Ulpianus lib. 1 ad Edictum.

§. 1. Si quis 14 Prætorem vocet, ut ei caveat, non debet ire, nisi ad Prætorem vocetur. Sed & si Prætor ad eum mittat, ut ad se veniat, non debet ire. Sed & si ad Prætorium vocetur, non debet ire, nisi ad Prætorium vocetur. Sed & si ad Prætorium vocetur, non debet ire, nisi ad Prætorium vocetur.

14 Si quis Prætorem vocet. Hæc verba ex Edicto Prætoris sumpta sunt. Vide Gothofredum.

Tit. XV.

DE OFFICIO PRÆFECTI VIGILUM [1].

Orici.

1. PAULUS lib. singul. de officio Præfecti vigilum.

APud veteſtiores, incendiis arcendis Triumviri [2] præerant, qui ab eo, quod excubias agebant, *nocturni* [3] dicti ſunt. † Interveniebant nonnunquam & Ædiles [4], & Tribuni plebis. Erat autem familia publica circa portam & muros diſpoſita, unde ſi opus eſſet, evocabatur. † Fuerant & privatæ familiæ, quæ incendia vel mercede vel gratia extingueterent. † Deinde, Divus Auguſtus [5] mallut per ſe hunc rei conſuli.

2. ULPIANUS lib. ſing de officio Præfecti vigilum.

PLuribus uno die incendiis exortis.

De incendiariis. 1. 2. Effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus. 3. De urbe noctu peragranda. 4. De inquilinis admonendis. 5. De capſariis.

3. PAULUS lib. ſingulari de officio Præfecti vigilum.

NAm ſalutem Reipublicæ tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium ſufficere ei rei quam Cæſarem. Itaque ſeptem cohortes [6] opportunis locis conſtituit, ut binas [7] regiones Urbis unaquæque cohors tueatur: præpoſitis eis Tribunis, & ſuper omnes Spectabili Viro, qui *Præfectus vigilum* appellatur. §. 1. Cognoſcit Præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus [8], furibus 9, raptoribus, receptatoribus: niſi ſi qua tam atrox, tamque famoſa perſona ſit, ut Præfecto urbi remittatur. Et quia plerumque [10] incendia culpa [11] fiunt inhabitantium: aut fuſtibus caſtigat eos, qui negligentius ignem habuerunt, aut ſevera [12] interlocutione comminatus, fuſtium caſtigationem remittit. §. 2. Effracturæ [13] fiunt plerumque in inſulis [14], in horreiſque ubi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt: cum vel cella [15] effringitur, vel armarium [16], vel arca: & cuſtodes plerumque puniuntur. & D. Antoninus Erycio Claro reſcripſit: ait enim, *Poſſe eum, horreum effractum, quæſtionem habere de ſervis cuſtodibus; licet in illo ipſius Imperatoris portio eſſet.* §. 3. Sciendum eſt autem, Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere: & coerrare calceatum [17], cum hamis [18], & dolabris [19]. §. 4. Ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendii caſus oriatur: præterea, ut aquam unuſquiſque [inquilinus] in cœnaculo habeat, jubetur admonere. §. 5. Adverſus capſarios [20] quoque, qui mercede ſervanda in balineis veſtimenta ſuſcipiunt, judex eſt conſtitutus: ut ſi quid in ſervandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat.

De inſularius, incendiariis, furtivis.

4. ULPIANUS lib. ſingulari de officio Præfecti Urbi.

IMperatores Severus & Antoninus Junio Rufino Præfecto vigilum ita reſcripſerunt: *Inſularios* [21], *& eos, qui negligenter ignes ſibi habuerint, poſſe fuſtibus vel flagellis cædi jubere: eos au em, qui dolo feciſſe incendium convincentur, ad Fabium Cilonem* [22], *Præfectum urbi, Amicum noſtrum remittes: fugitivos* [23] *conquirere, eoſque dominis reddere debes.*

1 CAELIUS Adm. 13.

2 Mucius Mutianus, C. n. Lollius, L. Nonius Triduanus, quod ad incendium in ſacra via ortum extinguendum tardius venerant, a Trib. pleb. die dicta ad populum damnati. *Valer.* 1. Ibidem fit mentio P. Villii Triumviri nocturni, a P. Trib. pleb. accuſati, quod vigilias negligentius circumierat.

3 Nunc. *quæ vocabuli l. uti §. legati. ff. de muneribus. d. Novell* 13.

4 V. *Plaut. Poenulum* 35. *Velleium Paterculum* 2.

5 *Dion* 55. *Suet. in Aug. cap.* 39.

6 Ex libertinis conſcriptas, dato ex equeſtri ordine præfecto. *Dion.* 55. *Strabo.* 5. Hujuſmodi tamen militia urbana, etiam libertinis gravis viſa, verum ad eos alliciendos, lege Viſcellia jus Quiritum Latinis datum eis qui ſex annis in cohorte vigilum militaſſent: quod tempus poſtea ad triennium redactum. *Ulpian.* 3.

7 Binas regiones unaquæque ex ſeptem cohortibus tuebatur, igitur quatuordecim urbis regiones fuerunt: Totidem erant Conſtantinopoli. *Novell.* 44. *cap.* 1.

8 V. *l.* 48. *ff. de furtis libertorum l.* 4. *in fin. C. de locato.*

9 V. *l.* 15. *in princ. ff. de cond. cauſa data.* 10 Non ſemper, præſertim ſi paterfamilias diligens ſemper fuiſſe probetur. *l.* 11. *ff. de per. & commodo.* 11 Leviſſima: quam conductor præſtare non tenetur. *Goth. mod. rei vend. l* 30. §. *ult. ff. locati.* Vid. Gram *deciſ.* 3. Afflict. *deciſ.* 57. Socin. *Regul.* 178. & noviſſime Arnold. Vinn. *Select. quæſt. lib.* 1. *cap.* 33. S. L. 12 *l* 59. *ff de lega.* 1. 13 De effracturis dixi *l.* 53. *ff. de furt.* 14 De inſulis dixi ad *l.* 58. *ff. locati.* 15 De cella dixi ad *Feſtum in Cella.* 16 V. *l.* 54 §. 1. *ff. de furtis.* 17 Calcei ad paraturam militis (& quidem, ut opinor, vigilis) pertinebant. *Paulus Epheſ. 6. verſ.* 15. *State lumbis circumcinctis veritate, induti thoracem juſtitiæ, calceatis pedibus præparatione evangelii pacis.* Tertull. *libro de corona militis. in pr.* Et nunc ruſſatus ſanguine ſuo, *ſpe calceatus*, de evangelii paratura ſuccinctus acutiore verbo Dei, totus de Apoſtolo armatus, & de martyrii candida lacrea melriore coronatus donativum Chriſti in carcere expectat. 18 Hamæ, vel amæ, hic & *l.* 12. §. 18 *ff de aedilicio* & apud Plinium *in Epiſtola ad Trajanum.* inſtrumenta hamata diſturbandis ædificiis, aliis, vas. quod minus huic loco convenit. Plura vide ex *Æſchine contra Ctesiphontem, Harmenop* 2. *Titul* 30 § 30. *Pollux* 1. *Onomaſtic. Catone de re Ruſtica cap.* 135. *Suid.* Diſpoſitus prædives hamis vigil ne eo ortem Servorum noctu Licinus jubet. *Juvenal. ſat.* 14. *verſ.* 305. ubi vetus Scholiaſtes hos vigiles *ſpartoleos* appellat. 19 Et Matricariis, quos ξυλοργοὺς vocat Juliam interpres. *Nov.* 13. *Cuj.* 5. *obſ.* 8. 20 ἱματοφύλακας, κλῶπας. ex Epiphan. *Cujac.* 5. *obſ.* 8. 21 V. *l.* 16. §. 1. *ff. de offi. Præf. Urb* ſic Græci Κωλῶνα. Alii Chilo, & male. Cilo, anguſto capite, πρεσβυτικῷ. Glottis. Chilo vero Labeo. dixi ad Feſtum *in Chilo.* 7. *Cujac.* 10. *obſer.* 26. 23 *l.* 1. §. *ult. ff. de fugitivis.*

Tit. XVI.

DE OFFICIO PROCONSULIS [1] ET LEGATI [2].

Si Proconſul Urbem egreſſus eſt. De ejus inſignibus & autoritate.

1. ULPIANUS lib. 1 Diſputationum.

PRoconſul ubique quidem proconſularia inſignia [3] habet, ſtatim atque Urbem egreſſus eſt: poteſtatem [4] autem non exercet, niſi in ea provincia ſola, quæ ei decreta eſt.

De autoritate Legati.

2. MARCIANUS, lib. 1 Inſtitutionum.

OMnes Proconſules ſtatim, quam Urbem egreſſi fuerint, habent juriſdictionem: ſed [5] non contentioſam [6], ſed voluntariam: ut ecce 7, manumitti apud [8] eos poſſunt tam liberi, quam ſervi; & adoptiones fieri. §. 1. Apud Legatum vero Proconſulis nemo manumittere poteſt [9], quia [10] non habet juriſdictionem [11] talem.

3. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

NEc adoptare poteſt: omnino enim non eſt apud eum legis [12] actio [13].

Si iter facit in provinciam. De hoſpitiis præbendis. 1. De ſtratoribus. 2. De uxore Proconſulis. 3. De edicto ad provinciales. 4. Et ad deceſſorem. 5. Si provinciam ingreditur. 6. Si ingreſſus eſt. De mandanda juriſdictione, vel adimenda.

4. IDEM lib. 1 de officio Proconſulis.

OBſervare autem Proconſulem oportet, ne in hoſpitiis [14] præbendis oneret provinciam: ut Imperator noſter cum Patre Auſidio Severiano reſcripſit. §. 1. Nemo Proconſulum ſtratores [15] ſuos [16] habere poteſt: ſed vice eorum milites miniſterio in provinciis funguntur. §. 2. Proficiſci autem Proconſulem melius quidem eſt ſine uxore: ſed & cum uxore poteſt; dummodo ſciat Senatum, Corta [17] & Meſſala Conſulibus, cenſuiſſe *futurum, ut ſi quid* [18] *uxores eorum, qui ad officia proficiſcuntur* [19], *deliquerint, ab* [20] *ipſis ratio, & vindicta exigatur.* §. 3. Antequam vero fines provinciæ decretæ ſibi Proconſul ingreſſus ſit, edictum debet [21] de adventu ſuo mittere, continens commendationem aliquam ſui: ſi qua ei familiaritas ſit cum provincialibus, vel conjunctio, & maxime exultantis, ne publice, vel privatim occurrant [22] ei: eſſe enim congruens, ut unuſquiſque in ſua patria eum exciperet [23]. §. 4. Recte [24] autem & ordine facies, ſi edictum deceſſori [25] ſuo miſerit: ſignificetque, qua die fines ſit ingreſſurus: plerumque enim incerta hæc, & inopinata turbant provinciales, & actus impedimt.

§. 5. Ingreſſum [26] etiam hoc eum obſervare oportet, ut [27] per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris eſt, & (quas Græci ἐπιδημίας, id eſt, *acceſſus ad urbem*, appellat, ſive κατάπλους [28], id eſt, *adnavigationem* [29]) obſervare, in quam primum civitatem veniat vel applicet: magni enim facient provinciales, ſervari ſibi conſuetudinem iſtam, & hujuſmodi prærogativas. Quædam provinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eam provinciam Proconſul veniat: ut Aſia ſcilicet uſque adeo, ut Imperator[noſter] Antoninus Auguſtus ad deſideria Aſianorum reſcripſit, *Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam applicare, κὴ τ μητροπόλιν* [30] Ἔφεσον, id eſt, *& inter matrices* [31] *urbes Epheſum primum attingere.*

§. 6. Poſt hæc ingreſſus provinciam, mandare [32] juriſdictionem Legato ſuo debet: nec hoc ante facere, quam fuerit provinciam ingreſſus. Eſt enim perquam abſurdum, antequam ipſe juriſdictionem nanciſcatur (nec enim ei prius competit, quam in eam provinciam venerit) alii eam mandare, quam non habet: ſed ſi & ante fecerit, & ingreſſus provinciam in eadem voluntate fuerit; credendum eſt, videri Legatum habere juriſdictionem, non exinde, ex quo mandata eſt, ſed ex quo provinciam Proconſul ingreſſus eſt.

5. PAPINIANUS lib. 1 Quæſtionum.

ALiquando mandare juriſdictionem [33] Proconſul poteſt, etſi nondum in provinciam pervenerit: Quid enim ſi neceſſariam moram in itinere patiatur, maturiſſime autem Legatus in provinciam perventurus ſit?

Quem legati conſidere debent. 2. 3. De xeniis & muneribus.

6. ULPIANUS lib. 1 de officio Proconſulis.

SOlent etiam cuſtodiarum [34] cognitionem mandare Legatis: ſcilicet ut præauditas cuſtodias [35] ad ſe remittant [36], ut innocentem ipſe liberet: ſed hoc genus mandati extraordinarium eſt: nec [37] enim poteſt quis gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coercitionis ad alium transferre; nec [38] liberandi igitur reos jus, cum accuſari apud eum non poſſint. §. 1. Sicut [39] autem mandare juriſdictionem vel non mandare, eſt [40] in arbitrio Proconſulis: ita adimere mandatam juriſdictionem licet quidem Proconſuli; non autem debet inconſulto [41] Principe hoc facere.

§. 2. Legatos non oportet Principem conſulere, ſed Proconſulem ſuum: & is ad conſultationes Legatorum debebit reſpondere.

§. 3. Non vero in totum xeniis [42] abſtinere debebit Proconſul, ſed modum adjicere, ut neque moroſe [43] in totum abſtineat, neque avare modum xeniorum excedat: quam rem Divus Severus & Imperator Antoninus elegantiſſime epiſtula ſunt moderati: cujus epiſtulæ verba hæc ſunt: *Quantum ad xenia pertinet, auds, quid ſentimus. Vetus proverbium* 44 *eſt, ὅτε πάντα, ὅτε πάλι τοτε, ὅτε δὲ πάντων*, id eſt, *neque* 45 *omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus: nam valde inhumanum* 46 *eſt, a nemine accepere; ſed paſſim, viliſſimum eſt; & omnia, avariſſimum.* † Et quod Mandatis [47] conſulimus, *Ne donum vel munus ipſe Proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat, emat ve quid, niſi victus cottidiani cauſa*, ad xeniola [48] non pertinet: ſed [49] ad ea, quæ edulium excedant uſum. Sed [50] nec xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem.

De commendatione civitatum, & laudibus ſuis audiendis. De feriis. 1. De adibus ſacris, & operibus publicis reficiendis. 2. De juriſdictione Proconſulis.

7. IDEM lib. 2 de officio Proconſulis.

SI in aliam quam celebrem civitatem, vel provinciæ caput [51] advenerit: pati debet commendari [52] ſibi civitatem, laudeſque ſuas non gravate audire: cum honori ſuo provinciales id vindicent, & ferias ſecundum [53] mores & conſuetudinem [54], quæ retro obtinuit, dare. §. 1. Ædes [55] ſacras, & opera publica circumire inſpiciendi gratia, an ſarta [56] tectaque ſint, vel an aliqua refectione indigeant: & ſi qua cœpta ſunt, ut conſummentur, prout vires ejus Reipublicæ permittunt, curare debet: curatoreſque operum [57] diligentes ſollemniter præponere: miniſteria quoque militaria [58], ſi opus fuerit, ad curatores adjuvandos dare. §. 2. Cum pleniſſimam [59] autem juriſdictionem Proconſul habeat, omnium [60] partes, qui Romæ, vel quaſi Magiſtratus, vel [61] extra ordinem jus dicunt, ad ipſum pertinent. 8. IDEM

1 Proconſul conſulari imperio in provinciam miſſus, in qua fungebatur vice & officio omnium Magiſtratuum urbanorum. 1. C. xxxv. *Novell.* 30. 103 quid à Præſide differat, v. *Cuj.* 20. *obſ.* 37.

2 Legati interdum plures Proconſuli dabantur, *l. pen. ff. de offic. ejus cui mandata. l.* 2. *ff. quis à quo appelletur.* neque enim legatos deligebant ſibi. Eo autem fine dabantur, ut Proconſules eis mandarent juriſdictionem ſuam.

3 Τὰς ἀρχὰς ἐπίσημα ἐγκωμίων ἀξιωμένα. *Dion.*

4 Contentioſam. nam voluntariam poteſt exercere extra territorium, de quo tamen vide Socinum, *reg.* 211.

5 Juriſdictio alia contentioſa, alia voluntaria.

6 Quia hæc de plano: illa de tribunali redditur. *Cujac. Novell.* 95. 7 Juriſdictionis voluntariæ eſt manumiſſio, emancipatio, & adoptio. 8 V. *Ulpianum* 1. 9 Imo poteſt, *l.* 17. *ff. de man. vind.* Cujacius tamen *d. l.* 17. addit negationem. 1. *obſ.* 1. 10 Manumitti non poteſt, niſi apud eum qui juriſdictionem habet. 11 V. *l.* 1. *C. de adoptionib.* 12 De legis actionibus dixi ad *l.* 2. §. 6. *ff. de orig. jur.* 13 Suo nomine, alieno non item. *Rob. anim.* 31. Cui contradicit Cujac. 18. *obſ.* 38. 14 *l.* 6. §. *ff. de offic. præſid.* Autor Synopſeos ſeu Eclogæ 6. *tit.* 2. *cap.* 6. ita hunc locum exponit. Proconſul provinciam ἱστάνοις, id eſt, metatis onerare non debet. 15 Id eſt, ſervi, domino ſuo Proconſuli ſtratores eſſe non poſſunt. v. *Cujac.* 11. *obſ.* 1. 16 Suorum nomine hic Goveanus 1. *Var.* 42. ſervos interpretatur. 17 Cottam Meſſalino conſulente cenſuiſſe, *Cuj.* 6. *obſ.* 30. conſulere enim Conſules dicuntur Senatum. *l.* 2. *ff. ad Velleian.* 18 Atqui maritus pro uxore non tenetur. *l.* 3 *C. ne uxor.* adde *Tacit.* 3. *annal.* 19 Ad officia proficiſci eſt ad honores ſibi delatos, eoſque gerendos proficiſci. 20 V. Quæ ſcripſi *ad l.* 2 *C. ne uxor pro marito.*

21 Hoc hodie abrogatum. *Novell* 95. *cap.* 1 §. 2.

22 Excepta tamen cohorte. *Nov.* 95. *cap.* 1 §. *illud.*

23 *Al.* excipiat. 24 Eadem formula reperitur apud Ulpian. *lib* 2. *de offic. Conſulis, in l.* 27. §. 1. *ff. de liberali cauſa.*

25 Vide Ciceronem 3 *epiſtol fam.* 5. *Deceſſor* autem eſt is cui ſucceditur in officio: *antecceſſor*, qui officio decedit adventum ſuccedentis. & ita accipitur ab Ulpiano lib. 2. de officio Proconſulis *in l.* 42. *ff. de minoribus.* & à Spartiano *in Pescennio.*

25 *Forte* ingreſſurum.

27 Vide Ciceronem. *illo loco.*

28 Κατάπλους non eſt claſſis ſimplicitèr, ſed appulſus claſſis ad portum, *la venue & arrivée de la flotte.* Martialis 12. *Epigr.* 75. *Cum tibi Niliacæ portet cryſtalla Canopus.*

29 De adventu ſeu ingreſſu Proconſulis & Præſidis in provinciam *ir o.it. Cicer. pro Ro cio Poſthumo.*

30 *Forte* ἡ τὴν μητρόπολιν Ἔφεσον. *Metropolis*, eſt caput provinciæ *l.* 7. *ff. eod.* Ammiano *mater urbium*, qualis metrocomia inter vicos, talis metropolis inter urbes. *Cujac. ad l.* 8. *C. de exact. tribut.* Metropoles ſ. matrices: Saluſtio, origines: Curtio, major patria.

31 *Matrices urbes* ea forma dictæ, qua & matrices aquarum, *l. cod.* 3. *C. de aquæduct. lib.* matrices libelli, unde matricularia, & matricularii, *l.* 3. *C. de agentibus in rebus.* matrix Eccleſia. *c. cum venerabilis. de verb. ſign.* matrix cothurnix ortygometra: matrix cicadarum tettigometra apud Plinium.

32 Ποιεῖται τὰς λαγάνας; id eſt, legatos faciat. 6. *Eclog.* 2. *cap.* 7.

33 Ergo eam ſuo jure habet. *l.* 5. *ff. de juriſdictione.*

34 *Cuſtodiæ* hic, rei qui in cuſtodiis ſervantur. Perperam enim Accurſius putat *cuſtodias* eſſe cuſtodes. 35 Criminis reos de quibus cognoſcunt, *l.* 1. *C. eod.* adde *l.* 10. *ff. de cuſtodia reorum.* 36 Cum catenis, ad quod alludit Seneca, *in epiſtolis*, cum ait, Catena eadem militem vinciri. Hinc illud Suetonii *in Domitiano*: nec niſi ſecreto atque ſolus plerumque cuſtodias, receptis quidem in manus catenis, audiebat. unde *liberæ cuſtodiæ*, qui non in carcere, ſed in aliqua domo aſſervantur. Græci vocant liberam cuſtodiam ἀδέσμιον φυλακήν. 37 *l.* 70. *ff. de reg. jur.* Goth. Contra de Jure Canonico. *cap. fin. extr. ne clerici vel monach.* Anſ. In hanc legem ſcripſit Bellon. *lib.* 3. *ſupput. cap.* 17. Joann. Robert. *lib.* 4. *ſent. cap.* 22. Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. jud. queſt.* 43. & 54. S. L. 38 Vide *l.* 36. *ff. de reg. jur.* ut ſit argumentum a facultate coërcendi, ad liberationem & pœnam remittendam. 39 Adimere poteſt, qui dare vel non dare poteſt. 40 *Arbitrium* id dicitur, quo quid poſſumus, vel non poſſumus. Eſt enim arbitrium duorum pluriumve, non unius.

41 Principe inconſulto, Proconſul mandatam juriſdictionem adimere non poteſt. 42 *Xenia* proprie dona ſunt quæ hoſpitibus dantur. *Plin.* 5. *epiſt. Suidas, Pollux, Appianus in Libycis.* 2. *reg.* 8. *Machab* 11. (unde Jupiter ξένιος hoſpitalis Platoni. 8. *de legibus.* Homero 1. *Odyſſ.* ξενήια peregrinorum ſeu exterorum fuga & ejectio. *Theoph. Inſtit. de jure naturali. in princ. nbi diuc.*) Sed & legativa, quæ dantur legatis. *Demoſth. orat.* περὶ παραπρεσβείας. His adde quæ de Xenoparochis ſcripſi ad *l.* 18. §. 10. *ff. de munerib.* 43 Moroſe abſtinens hic opponitur avaro. Medium ſervandum, quod eſt inter duo extrema. *l.* 33. *ff. de uſuris.* 44 Proverbia an probent, vide quæ notavi *ad l.* 79. §. 1. *de legat.* 3. 45 Dii aiſſent: nec enim conſiderant, πόθεν ἢ πῶς ἢ ὅτε, unde, à quo & qualia, ſed animum. *Lucian. in Phalari.* 2. 46 Imo non eſt inhumanum: Nam & munera excæcant oculos ſapientum, ac pervertunt verba juſtorum: *Deut.* 16. 1 *Reg.* 8. 2 *Paral.* 19. *Iſidor. Æliamus* 11. *de varia hiſtoria*: quæ vel Deos movere, creditum antiquis: *Euripides Medea*: Ovid. 3. *de arte*: & δδικάσεως judices creari oportere legimus *Exod.* 18. *apud Harmenop. in proœmio*: *Lucianum in Amoribus.* Verum hic agitur de muneribus quæ dantur Proconſuli, ut hoſpiti, non ut judici. Et hic aperte Xenia, & ut appellat quoque hic Juriſconſultus, Xeniola, diſtinguuntur à dono & munere ſeu munerum qualitate. 47 Alibi plebiſcitis. *l.* 18. *ff. de offic. Præſid.* 7. *Novv.* 17 *cap.* 1. 48 *Xeniola* verbo uſus eſt quoque Apuleius. 49 Hoc eſt, non licet judici à quoquam accipere, quod edulium excedat uſum: hoc eſt, non licet etiam edulium quidquam accipere, niſi id intra paucos dies poſſit prodigere ſeu conſumere: non licet accipere, ut revendat: quod tamen ſit paſſim hodie. huic interpretationi favent Græci, apud quos prohibentur Proconſules munera accipere, aut quid emere πλὴν τῶν ἐφημέρου τροφῆς, præter victum quotidianum. 6 *Eclog.* 2. *c.* 8. 50 Id eſt, non eadem eſt qualitas Xenii aut Xenioli, quæ eſt muneris. Aliud enim eſt munus, aliud Xenion & Xenioion.

51 *Caput Provinciæ*, eſt metropolis. *l.* 4. §. 3. *ff. eod.* 52 *Quid ſi legas*, commendari ſe à civitate? Sed nihil mutandum eſt: ut ſit ſenſus, Proconſul pati debet civitates quaſque obvias laudes ſuas commendare: nec putare debet Proconſul quidquam detrahi laudi Romanæ aut Imperio Romano, ſi in hujuſmodi commendationibus civitas nonnunquam retulerit, à ſe devictos aut ſuperatos Romanorum exercitus, aut adjutam populi Romani fortunam. 53 Hæ ſunt ſtatæ feriæ. 54 Nam autoritate ſua dare non poteſt. *l.* 4. *C. de feriis.* 55 *Novv.* 24. *cap.* 3. *Novv.* 25. *cap.* 4. §. 1. *Nov.* 30. *cap.* 8. v. Theophilum tit. de *libertinis & ſervis.* 56 De ſartis & rectis vide *l.* 7. §. 2. *ff. de uſufructu. Ciceronem lib.* 1. *in Verrem, ubi deſcr.* 57 Adde *Nov.* 17. *c.* 4 *in fin.* 58 Militari manu judices ac ſimiles placidi juſtitiæ miniſtri adjuvandi. adde *l.* 68. *ff. de rei vindicat.* nem pleniſſimam Proconſules habuere. 60 *l.* 10. *l.* 11. *ff. de officio Præſidis.* alii ordinario jure, alii extra ordinem jus dicunt, ut hinc poteſt colligi.

8. IDEM lib. 39 ad Edictum.

ET ideo majus imperium [62] in ea provincia habet omnibus, post Principem.

1. *Quæ per decretum vel per libellum expediantur.* 2. *De Advocatis audiendis, & in officio continendis.* 3. *Quæ de plano expediri possunt.* 4. *De ordine in postulantibus observando.* 5. *De Advocatis dandis.* 6. *Communia omnium Præsidum.*

9. IDEM lib. 1 [63] de officio Proconsulis.

NEc quicquam est [64] in provincia, quod non per ipsum expediatur. Sane, si fiscalis pecuniaria causa sit, quæ ad Procuratorem [65] Principis respicit, melius fecerit, si abstineat. §. 1. Ubi decretum necessarium est, per libellum [66] id expedire Proconsul non poterit: Omnia enim, quæcumque causæ cognitionem desiderant, per [67] libellum non possunt expediri [68]. §. 2. Circa Advocatos patientem esse Proconsulem oportet: sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur: nec adeo dissimulare, si [69] quos causarum concinnatores [70], vel redemptores deprehendat: eosque solos pati postulare, quibus per Edictum ejus postulare permittitur.

§. 3. De plano [71] autem Proconsul potest expedire hæc, ut obsequium parentibus [72], & patronis [73], liberisque patronorum exhiberi jubeat: comminari etiam, & terrere filium à patre oblatum, qui non, ut oportet, conversari dicatur. † Poterit de plano similiter & libertum non obsequentem emendare [74] aut verbis, aut fustium castigatione. §. 4. Observare itaque eum oportet, ut [75] sit ordo aliquis postulationum; scilicet ut omnium desideria audiantur: ne forte, dum honori postulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres [76] desiderii sua non proferant: qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate positos Advocatos sibi prospexerunt. §. 5. Advocatos quoque petentibus [77] debebit indulgere, plerumque feminis, vel pupillis, vel alias debilibus; vel his, qui suæ mentis non sunt, si quis eis petat: vel si nemo [78] sit qui petat, ultro eis dare debebit. † Sed si qui per potentiam adversarii non invenire se Advocatum dicat, æque oportebit ei Advocatum dare. Cæterum opprimi aliquem per adversarii sui potentiam non oportet: hoc enim etiam ad invidiam ejus qui provinciæ præest, spectat: si quis tam impotenter se gerat, ut omnes metuant adversus eum advocationem susci pere. §. 6. Quæ etiam omnium Præsidum communia sunt: & debent ab his observari.

Ut in adventum successoris Proconsul jus dicat. 1. Ne legatum ante se dimittat.

10. IDEM lib. 10 de officio Proconsulis.

MEminisse oportebit, usque ad adventum [79] successoris omnia debere Proconsulem agere, cum sit unus proconsulatus, & utilitas provinciæ exigat esse aliquem, per quem negotia sua provinciales explicent: ergo in adventum successoris debet jus dicere.

§. 1. Legatum suum ne ante se de provincia dimittat, & lege Julia repetundarum, & Rescripto Divi Hadriani ad Calpurnium Rufum Proconsulem Achaiæ admonetur.

De auctoritate Legati.

11. VENULEIUS Saturninus lib. 2 de officio Proconsulis.

SI [80] quid erit, quod majorem animadversionem exigat: rejicere [81] Legatus apud Proconsulem debet: neque enim animadvertendi, coërcendi, vel atrociter [82] verberandi jus habet [83].

12. PAULUS lib. 2 ad Edictum.

LEgatus mandata sibi jurisdictione, judicis dandi [84] jus habet.

13. POMPONIUS lib. 10 ad Quintum Mucium.

LEgati Proconsulis nihil [85] proprium habent, nisi [86] à Proconsule eis mandata fuerit jurisdictio.

De fascibus Proconsulis.

14. ULPIANUS lib. 20 ad legem Juliam & Papiam.

PRoconsules non amplius, quam sex [87] fascibus utuntur.

De tutore à Legatis dando.

15. LICINIUS Rufinus lib. 3 Regularum.

ET Legati Proconsulum tutores [88] dare [89] possunt.

Si Proconsul Romam reversus est.

16. ULPIANUS lib. 2 ad Edictum.

PRoconsul portam Romæ ingressus, deponit imperium [90].

Quale imperium habet.

4. ULPIANUS lib. 39 ad Edictum.

PRæses provinciæ [10] majus imperium in ea provincia habet omnibus post Principem.

Si tutorem aut judicem se dare velit.

5. IDEM lib. 1 de omnibus tribunalibus.

PRæses provinciæ non magis tutorem [11], quam specialem judicem, ipse se dare potest.

De illicitis exactionibus, & contractibus. 1. De probationibus recipiendis. 2. De humilioribus protegendis. 3. De illicitis ministeriis, & exactionibus. 4. De licitis vel illicitis negotiationibus, & innocentibus non puniendis. 5. Ne pauperes sub prætextu adventus officiorum, vel militum vexentur. 6. Ne quid sub nomine militum committatur. 7. Utrum mediocris egroto mortuo pumendus sit. 8. De imperio Præsidis. 9. De multis remittendis.

6. IDEM lib. 1 Opinionum.

ILlicitas exactiones, & violentia factas, & extortas metu venditiones [12], & cautiones, vel sine pretii numeratione prohibeat Præses provinciæ. Item, ne quis iniquum lucrum aut damnum sentiat, Præses provinciæ provideat. §. 1. Veritas rerum erroribus [13] gestarum [14] non vitiatur: & ideo Præses provinciæ id sequatur, quod convenit [15] eum ex fide eorum, quæ probabuntur, [sequi [16]]. §. 2. Ne potentiores viri humiliores injuriis adficiant, neve Defensores eorum calumniosis criminibus infectentur innocentes, ad religionem Præsidis provinciæ pertinet. §. 3. Illicita [17] ministeria sub prætextu adjuvantium militares viros ad concutiendos homines procedentia prohibere, & deprehensa coërcere Præses provinciæ curet: & sub specie tributorum illicitas exactiones fieri prohibeat. §. 4. Neque licita [18] negotiatione aliquos prohiberi, neque prohibita exerceri, neque innocentibus pœnas irrogari, ad sollicitudinem suam Præses provinciæ revocet.

§. 5. Ne tenuis [19] vitæ homines sub prætextu adventus [20] officiorum, vel militum, lumine unico [21], vel brevi supellectili ad aliorum usus transflatis, injuriis vexentur, Præses provinciæ provideb it. §. 6. Nequid sub nomine militum, quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda inique vindicantibus committatur, Præses provinciæ provideat. §. 7. Sicuti Medico [22] imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per [23] imperitiam [24] commisit [25], imputari ei debet: prætextu humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo homines innoxium esse non debet. §. 8. Qui universas [26] provincias regunt, jus gladii habent: & in metallum dandi potestas eis permissa est. §. 9. Præses provinciæ, si multam [27] quam irrogavit, ex præsentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse deprehenderit: necessitatem solutionis moderetur [28], reprehensa [29] exactorum illicita avaritia. † Remissa propter inopiam multa à provincias Regentibus, exigi non [30] debet.

De ædificiis reficiendis.

7. IDEM lib. 3 Opinionum.

PRæses provinciæ, inspectis ædificiis, dominos eorum, causa cognita [31], reficere ea compellat: & adversus detrectantem, competenti remedio deformitati auxilium ferat.

De rescripto, Præsidem adire potes.

8. JULIANUS lib. 1 Digestorum.

SÆpe audivi [32] Cæsarem nostrum dicentem, hac rescriptione, *Eum, qui provinciæ præest, adire potes* [33], non imponi necessitatem [34] Proconsuli, vel Legato ejus, vel Præsidi provinciæ, suscipiendæ cognitionis: sed eum æstimare debere, ipse cognoscere an judicem dare debeat.

9. CALLISTRATUS lib. 1 de Cognitionibus.

GEneraliter, quotiens Princeps ad Præsides provinciarum remittit [35] negotia per rescriptiones: veluti, EUM, QUI PROVINCIÆ PRÆEST, ADIRE POTERIS: vel, cum hac adjectione, IS ÆSTIMABIT, QUID SIT PARTIUM SUARUM: non imponitur [36] necessitas Proconsuli, vel Legato suscipiendæ cognitionis, quamvis non sit adjectum, IS ÆSTIMABIT, QUID SIT PARTIUM SUARUM: sed is æstimare debet, utrum ipse cognoscat, an [37] judicem dare debeat.

De quibus Præses cognoscit.

10. HERMOGENIANUS lib. 2 Juris epitomarum.

EX omnibus causis, de quibus vel Præfectus Urbi, vel Præfectus prætorio, itemque Consules, & Prætores, cæterique Romæ cognoscunt, Correctorum [38] & Præsidum provinciarum est notio.

11. MARTIANUS lib. 3 Institutionum.

OMnia enim provincialia desideria, quæ Romæ varios judices habent, ad officium Præsidum pertinent.

Quid spectare debet in jure dicendo.

12. PROCULUS lib. 4 Epistularum.

SEd licet is qui provinciæ præest, omnium Romæ magistratuum vice & officio fungi debeat, non [39] tamen spectandum est quid Romæ factum est, quam quid [40] fieri debeat.

De quiete provinciæ, & malis puniendis. 1. De furiosis aut furorem simulantibus.

13. ULPIANUS lib. 7 de officio Proconsulis.

COngruit bono & gravi Præsidi curare, ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit: quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat [41]: nam & sacrilegos [42], latrones, plagiarios, fures [43] conquirere debet: & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere: receptoresque [44] eorum coërcere, sine quibus latro diutius latere

---

62 Imo hoc præsidi competit. *l. 4. ff. de offic. Præsid.* vide *Alciat. 2. Paradox. 2.*

63 *Al.* lib. 2, & ita emendat Cuj. *ad l. 13. ff. de excus. tut.*

64 In hanc legem vide Alciat. *lib. 2. par. cap. 3.* Alex. ab Alexandr. *lib. 4. genial. dier. cap. 19.* Corasius. *lib. 1. miscell. cap. 4.* Brisson. *lib. 2. select. cap. 18.* Cujac. *lib. 4. obs. 40.* S L.

65 Vide *ff. de offic. Procurat. Cæsaris.* ubi dixi.

66 *l. 7. § 1. 105. ff. de reg. jur.*

67 Per libellum expedire quid esset, alias dixi.

68 *Ut in l. 25. ff. de excus. tut. l. 1. §. abolitio. ff. ad Turpil. l. 6. C. de prædiis minor. & l. 2. & 3 C. de præd. decur.*

69 Advocato non licet causam concinnare vel redimere.

70 Vide *Festum. in Concinnare. Alex. ab Alex. 4 Genial. 11.*

71 *Xaqó39v. l. 13. §. 10. ff. de excusat. tut.* hæc tribunal non requirunt, ut causæ graviores.

72 *l. 1. ff. de obs.*

73 Adde *l. 1. ff. de jure patronatus.*

74 Emendatio fit aut verbis, aut fuste, *ut hic. l. 1. §. 10. ff. de offic. præf. urbi:* ut & admonitio. *l. 7. ff. de pœnis.*

75 Vide *Ciceronem pro Fonteio.*

76 Mediocres, id est, mediocrium facultatium, pauperes, inopes.

77 *l. 1. §. ait Prætor. ff. de postulando. l. 5. §. 11. de rebus eorum qui sub tutela.*

78 Eadem ratione procuratores absentibus constituuntur à Prætore. *l. 7. §. 2. ff. de minorib.*

79 Post adventum etiam 90 diebus manere illum in provincia oportet. *Novo. 95. in pr.*

80 *Adde 6 Harmenop. 14.*

81 Hoc est, remittere causam.

82 Atrociter verberat, quum flagris cædit. dixi ad *l. 12. ff. de jure fisci.* 83 *Al.* non habet, atque ita à quibusdam legi Zasius notat, *ad l. 4. n. 17. C. de jud.* legerunt quoque ita veteres, *teste Accur. & Bart.*

84 *l. 12. §. 1. ff. de judiciis.* 85 Imo propriam jurisdictionem habere videntur, *l. pen. ff. de offic. ejus cui mandata.* vide *Cujacium 7. obs. 21.* 86 *Al.* nec si. *Anton. Vacca hic.* verum 6. *Eclog. 2. §. 13.* legitur ἀμή. 87 Vide quæ scripsi ad *l. 1. §. 5. ff. de postulando.* adde *Vopiscum.* 88 *l. 1. §. 1. ff. de tutoribus datis ab his.* 89 Possunt & apud eosdem tutores suspecti postulari. *l. 1. §. 4. ff. de suspectis tutorib.* 90 Id est, insignia magistratus. *l. 1. ff. cod. l. 1. §. 5. ff. de postul.* alii voluntariam jurisdictionem. *Cujac. Nov. 95.*

10 Ut Proconsul, *l. 8. ff. de off. Proconsul.*

11 *l. ult. ff. de offic. Præt. l. 4. ff. de tutorib. datis.*

12 *l. ult. §. si jusso metu. ff. quod met.*

13 Vide *l. 57. ff. de obl. & act.*

14 *Al.* gestorum. *Hor. 25. Illust.*

15 Id est, quod convenire existimat. Si deprehenderit fidem inesse probationibus, probationes sequatur: sin falsis eas repererit, aliud ejus fides & rerum veritas exposcat, quam ut allegata & probata sequatur.

16 Hinc colligi solet, Judicem debere judicare secundum probata. vide tamen *Cujac. 12. obs. 19. v. l. 3. §. ejusdem. in fin. ff. de testib. 14. Gellium 2. v. Hotom. qu. Illustr. 25.* Plane aliud velle videtur Ulpianus. cum enim ait, veritatem erroribus gestorum non vitiari, id innuit: Non esse judicandum secundum allegata & probata, si allegatis & probatis veritas rei contraria judici visa fuerit. *Garb.* Vide Coras. 4. *miscell. 20.* Pinell. *de rescind. vend. part. 3. c. 3. n. 32.* Ans.

17 2. *Feudor. 53. §. 2. in fin.*

18 Vide quæ scripsi *ad l. 11. §. 3. ff. de publicanis.*

19 Tenuis vitæ homo, pauper. *Cicero, pro Roscio Amerino.*

20 Vide *l. ult. §. 19. ff. de munerib.*

21 Zoannetus, *Restitutionum c. 21.* legit, *limine unico*, id est, domuncula: hoc sensu *limen* sumi videtur *in oratione Ciceronis pro Milone.* αὐθεντικὰς οἰκήσεις appellat *Novell. 130. cap. 9.* adde *Novell. 17. c. 8. 9. 10.*

22 *§. 7. Inst. ad l. Aquil.*

23 Vide *Paul. 4. sent. 23. §. ult.*

24 Vide *l. 132. ff. de reg. jur.* Goth. An & quando Medicus de imperitia & negligentia teneatur, vid. *Petr. Heig. part. 2. qu. 26.* Ans.

25 Vide *l. 9. §. Celsus. ff. locati. v. l. 8. ff. ad leg. Aquil.*

26 Id est, integr. *Zoannet.*

27 Vide *l. ult. in fin. C. de mod. multarum.* & eodem titulo *Cujacium.*

28 Aliud in pœna. vide *l. 45. §. 1. ff. de re judicata.*

29 Repressa *Bulgar.* minus est reprehendere quam reprimere, id est, punire, *l. 7. §. ad tempus. ff. de interdictis & rel.* & condemnare. *Cicero, pro Flacco.* 30 Imo exigi posse videtur, *l. 49. ff. de administ. tutorum.* 31 *l. 46. in pr. ff. de damno infect. l. 8. in fin. C. de ædif. priv. l. 4. C. de jure Reip. Nov. 17. c. 4.* 32 Testimonium de auditu valere hinc colligitur. 33 *Potest*, hæc dictio necessitatem non imponit, *ut hic.* Sic verbum *Oportet*, & *Debet*, non necessitatem sed honestatem quandoque innuit, *l. 1. §. de justitia.* 34 Cur ita? *v. l. 40. in pr. ff. de jud. & l. 1. C. quomodo & quando.* 35 Remitti negotia ad Præsides rescripto Principis solita. 36 Judex imperium suum ad utilitatem litigantium referre debet. adde *Nov. 60. c. 2.* 37 Præses aut ipse cognoscit, aut judicem dat. 38 Quibus aliqua pars provinciæ mandata est. *l. un. circ. pr. C. ut omnes judices.* 39 *V. l. 13. in fin. C. de sent. & interloc.* 40 *V. l. 3. in fin. ff. cod. Nov. 18. c. 2.*

41 Huc ergo non pertinet *l. 6. §. si quis accusatorem. ff. de munerib.* quæ negat ibi judicem esse, ubi nullus sit accusator. *Garb.* Hinc colligunt, damnatum ad supplicium capitale non liberari per puellam eum in matrimonium petentem. De quo vide Schneid. *ad tit. Inst. de furt. n. 3.* Vasq. *illustr. controv. parte 1. lib. 1. cap. 48. num. 15.* Ans. Adde *Nicol. vander Hoogh. Singular. 59.* S. L.

42 *l. 4. §. 2. ff. ad l. Jul. peculat.* 43 *l. 56. §. 1. ff. de furt.* 44 *V. l. 1. ff. de receptatoribus.*

Tit. XVII.

DE OFFICIO PRÆFECTI[1] AUGUSTALIS[2].

ULPIANUS lib. 15 ad Edictum.

PRæfectus Ægypti non prius deponit præfecturam & imperium, quod ad similitudinem Proconsulis [3], lege sub Augusto ei datum est, quam Alexandriam ingressus sit successor ejus: licet in provinciam venerit, & ita mandatis ejus continetur.

1 *l. 1. C. XXXVII. v. Edict. 3. Justin.*

2 Ab Augusto constituti victa Cleopatra. *Strabo.* Causam constituendi vide apud Tacitum, *lib. 2.*

3 De Præf. Ægypti adde *l. 35. §. 2. ff. ex quib. caus. major. l. 1. C. de postul. l. 1. ff. de tut. datis. l. 1. §. qui in rationib. ff. de falsis. l. 21. ff. de manu. vin.*

Tit. XVIII.

DE[1] OFFICIO PRÆSIDIS[2].

Præsidis appellatione qui contineantur.

1. MACER lib. 1 de officio Præsidis.

PRæsidis nomen generale [3] est: eoque & Proconsules, & Legati Cæsaris, & omnes provincias regentes, licet Senatores sint [4], *Præsides* appellantur: *Proconsulis* appellatio specialis est.

Utrum præses apud se lege agere possit.

2. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

PRæses apud se adoptare potest, quemadmodum & emancipare filium, & manumittere [5] servum potest.

Ubi, & in quos imperium habet.

3. PAULUS lib. 13 ad Sabinum.

PRæses [provinciæ] in suæ [6] provinciæ homines tantum imperium habet: & hoc, dum in provincia est: nam si excesserit, privatus est. Habet interdum imperium & adversus extraneos [7] homines, si quid manu commiserint: nam & in Mandatis Principum [8] est, *Ut curet is qui provinciæ præest, malis hominibus provinciam purgare.* Nec [9] distinguitur, unde sint.

1 Adde quædam ad officium Præsidis, *ex l. 102. ff. de solut. l. 1. ff. de collegiis.*

2 I. C. XL. *v. Zasium 2. Comment. Nov. 24. 25. 29. 104. 161.*

3 Quid differat à Proconsule *v. Cujac. 20. obs. 37.*

4 Non sint. *Hoto.*

5 V. *l. 5. ff. de manum. vind.*

6 *l. 1. in fin. ff. de tutor. datis.*

7 V. *l. 11. ff. de custod. reor.*

8 *Nov. 17. c. 2. 9 Nov. 8. cap. 12. l. 7. in fin. ff. de captivis.*

41 Ex hac lege autem sequenti colligi, vere furiosos, non tempore intervalli, non simulatos non teneri parricidii, *l. penult. in fin. ff. de his qui notantur infamia*, homicidii, *l. 12. §. 2. ff. de injust.* male admissi, *l. ult. in fin. ff. de administ. tut.* injuriæ, *l. 3. §. 1. ff. de injur.* etiam ergo Principem, *l. un. C. si quis imperatori maledixerit.* non facere testamentum, *l. 9. C. qui testamenta.* etiam ad causas, *Bart. in l. 2. C. de testam. Sanct. Eccl.* nec codicillos, *l. 3. §. 3. ff. de iure codicill.* nec hastilia, *l. 8. ff. de postul.* nec matrimonium, *l. 16. in fin. ff. de ritu nupt.* nec stipulationem, *§. 8. de inut. stip.* nec locationem, *l. 14. locati.* nec quid aliud contrahere, *l. 40. ff. de reg. jur.* vel agere: cum nec velle possint, *l. 2. ff. de jure codicill. l. 40. ff. de reg. jur.* cum absentium & quorundam loco habeantur, *l. 124. de reg. jur. in fin.* (nisi ubi eorum negotia gesta sunt, *l. 3. §. 5. ff. de negotiis*) & curatori eis detur. *ff. de curat. fur.* Fœtus ea furiosæ testes esse non possunt, *l. 20. §. 4. ff. qui testam. facere.* nec judices, *l. 39. ff. de judiciis.* nec tutores, *l. 11. ff. de tutelis.* retinent tamen statum, dignitatem, magistratum, potestatem, dominium rei suæ, *l. 20. ff. de statu.* uxorem & matrimonium, & jus patriæ potestatis, *l. 8. ff. de his qui sunt sui.* quanquam sine eorum consensu liberi contrahere nuptias possunt, *l. 25. C. de nupt.* & dotari moderate a parentum curatoribus. *l. 28. C. de Episc. audient.* Observandum tamen, Leonem, *Novell. 111. & 112.* & Nicephorum Botoniatem, his quæ de matrimonio furiosorum diximus, quodammodo derogare.

46 *Necessarii*, seu *necessariæ personæ*, adgnati.

47 Simulatus furor pœna dignus. *l. 6. ff. de curat. furios. Cicero 2. de Invent.* 48 Furor continuata mentis alienatio, qua quis omni intellectu caret 49 *l. 13. in fin. ff. eod.* 50 *V. l. 7. ff. de curatore furios.* 51 Intervalla hæc furoris, *confinia furoris & sanitatis* dicuntur. *l. 6. C. de curatore furios. l. 9. C. qui testamenta.* 52 Diligentiam quisque in officio suo præstare tenetur. *l. 3. C. de off. Præf. Prætor. Orient.* 53 Idem in Tribuno plebis, 3 *Gell. 2.* & Flamine Diali. *Livius lib. 5.*

54 *Nov. 24. c. 2.* 55 Voti solvendi causa privilegiata. 56 *l. 166. in fin. ff. de verb. sign.* adde 3 *Gell. 2 Dion.* 39. v. quæ scripsi ad *l. 2. §. 1. ff. de verb. sign.* Eodem sensu Tertullianus *ad uxorem*: ejus uxorem solennibus Paschæ diebus abnoctantem servus fustinebit. Nam erant illis diebus privilegia. 57 Quid si abnoctavit? majestatis sit reus, *Novell. 95. cap. 1.* novissimam pœnam fustinet, id est, ultimo supplicio punitur. *Julianus Patritius, d. Novella.* 58 *V. l. 48. ff. de judiciis.* 59 De Comitibus Præsidum, adde *l. 4. ff. de off. Assess.* 60 Interdum ergo potest. *v. l. 6. §. pen. ff. de pœnis.* 61 Cur ita? *v. l. 7. in fin. ff. qui satisdare.* 62 Atqui à sequestratione non incipiendum. *l. 3. C. de prohib. sequestr.* 63 *V. l. 12. §. 2. ff. de solution.* 64 *Al.* Donumve. 65 Continentior fuit Cicero; qui, 5 *ad Atticum. 20.* scribit se in provincia sua non modo fuisse ἀφροδίσιον, sed ἀσχέτον. 66 *Prodigere*, est consumere. *Fest. in prodigere.* Inde prodigus. 67 Adde *l. 1. in pr. ff. de postulando.* 68 *Al.* interiorem. *Hot. 2. obs. 13.* 69 Justitiæ ac judicii imaginem Chrysippeam ex libro ejus περὶ καλῶν καὶ ἀδίκων; huc refert ex 14 *Gell. 4.* Facit (inquit) Chrysippus imaginem justitiæ, fierique solitam esse dicit à pictoribus & Rhetoribus antiquioribus ad hunc modum. Forma atque filo Virginali: affectu vehementi & formidabili: luminibus oculorum acribus: neque humilis neque atrocis, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate. Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit, judicem, qui justitiæ antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem, erectumque, arduum ac potentem, vi & majestate æquitatis veritatisque terrificum. 70 *Nov. 17. c. 1. in fin. c. 5. §. 3. Nov. 24. c. 2. Senec. lib. de ira. c. 16.* Judicis tum maxime placidus vultus esse debet, cum magna pronunciat. 71 Sed ejus qui eam, qua usurus est, regulam prius infecit, *Arist. 1 Rhet. in pr.* 72 Animi motum vultus detegit: Animus vultu probatur. 73 Vide *l. ult. C. de Defens. civit.* Obiter notandum ex hoc loco veteres colligere, donare Constantinum urbem Romam non potuisse, hoc est, abdicare à se jurisdictionem Urbis non potuisse. 74 *Al.* cognoscit. 75 *V. l. 6. ff. de adult.* 76 De quo in *l. 16. in pr. ff. de publicanis.* 77 *Ita legendum videtur*, ut non ad solam jacturam.

79 Qui & Curator Cæsaris, *l. 3. ff. eod. Dion lib. 53.* sub Severo primum introductum scribit Spartianus.

80 Ἐπαρχιακὸς. Idem namque est *Procurator Cæsaris* & *Rationalis.*

81 Formulam actorum apud Procuratorem Cæsaris, v. *in l. pen. ff. de autor. tutor.* ex hoc loco erunt, ut possit procurator facere ea quæ dominus faceret.

82 Formulam hanc procuratoriam quidam non puto cum dominum transferre: tunc enim transfert, cum negotium Cæsaris gerens, consensu ipsius tradit: denique si venditionis, vel donationis, vel translationis 83 causa quid agat, nihil agit: non 84 enim alienare ei rem Cæsaris, sed diligenter gerere commissum est. §. 2. Est hoc præcipuum in Procuratore Cæsaris, quod & ejus jussu 85 servus Cæsaris adire hereditatem potest: & si Cæsar heres instituatur, miscendo se opulenta hereditati 86 Procurator heredem Cæsarem facit.

83 *l. 13 ff. de transact.*

84 Cur non abalienare potuit, cum generaliter administrationem habeat? *l. 58 l. 9. ff. de procur.*

85 *l. 56. §. 8. ff. de jure fisci.*

86 *l. 1 79. ff. de adquir. hered.*

87 Veluti, si fidem habuerit de pretio. *v. l. 5. ff. ea jure fisci.*

88 In criminalis cognitionis, nisi cum fungeretur vice Præsidum, ut Pontius Pilatus. vid. *Cujac. 19. observ. 13. Robert. 1. animad 21. in fin. & Ant. Mercat. responsorum. c. 1.* si timeatur tumultus.

2. PAULUS lib. 5 Sententiarum.

QUod si ea bona, ex quibus Imperator heres institutus est, solvendo non sint: re perspecta 87, consulitur Imperator: heredis enim instituti, in adeundis, vel repudiandis hujusmodi hereditatibus, voluntas exploranda est.

De jure deportandi. 1. Interdicendi. 2. Restituendi.

3. CALLISTRATUS lib. 6 de Cognitionibus.

CUratores Cæsaris jus deportandi non habent: quia hujus 88 pœnæ constituendæ jus non habent. §. 1. Si tamen, quasi tumultuosum, vel injuriosum adversus colonos Cæsaris, prohibuerint in prædia Cæsariana accedere, abstinere debebit 89: idque Divus Pius Julio rescripsit. §. 2. Deinde neque redire cuiquam permittere possunt: idque Imperatores [nostri] Severus & Antoninus ad libellum Herthiæ rescripserunt.

89 Quilibet officialis prohibere potest, ne quis accedat ad alienum fundum, tuus hic. Vid. Gail. *lib. 1. observ. cap. 5, cap. 7.* Minsing. *cent. 2. obs. 96.* Ant.

TIT. XX.

DE OFFICIO 90 JURIDICI.

90 1 C. ulr.

De adoptione & legis actione.

1. ULPIANUS lib. 26 ad Sabinum.

ADoptare quis apud Juridicum potest: quia data est ei legis 91 actio 92.

De tutoribus dandis.

2. IDEM lib. 39 ad Sabinum.

IUridico 93, qui Alexandriæ agit, datio 94 tutoris Constitutione Divi Marci concessa est.

91 De legis actionibus, vide *l. 4. ff. de adoptionibus. l. 2 ff. de off. proconf. l. 1. C. de adoptionib.*

92 *l. 3. ff. de off. proconf.* & §. *nos autem. de Attil. tutor.*

93 Juridici fit mentio in *l. 41. §. Lucia Titia. 5 ff. de fideic. libert.*

94 Ut & Præfecto Augustali. *l. 2. ff. de tutoribus datis ab his.*

TIT. XXI.

DE OFFICIO EJUS, CUI MANDATA EST JURISDICTIO 1.

1 Subaudi omnis, vel pars ejus. *l. 16. ff. de jurisdiction.* Priori mandato omnis jurisdictio quæ Magistratus jure competebat, deferebatur, at non Magistratus, neque jurisdictio speciali jure legeque competens.

Quæ mandari possunt. 1. Quæ transferuntur mandata jurisdictione:

1. PAPINIANUS lib. 1 Quæstionum.

QUæcumque specialiter 2 lege vel senatusconsulto, vel constitutione Principum tribuuntur, mandata jurisdictione non transferuntur: quæ vero jure Magistratus competunt, mandari possunt. Et ideo videntur errare Magistratus, qui cum publici judicii habeant exercitionem lege vel senatusconsulto delegatam, (veluti legis Juliæ de adulteriis, & si quæ sunt aliæ similes,) jurisdictionem suam mandant. † Hujus rei fortissimum 3 argumentum 4, quod lege Julia de vi nominatim cavetur, *Ut is cui obtigerit exercitio, possit eam si proficiscatur mandare.* Non aliter itaque mandare poterit, quam 5 si abesse cœperit: cum alias jurisdictio etiam à præsente mandetur. Et, si à familia dominus occisus esse dicetur, cognitionem Prætor, quam ex senatusconsulto 6 habet, mandare non poterit. §. 1. Qui mandatam jurisdictionem suscepit, proprium nihil habet 7: sed [&] ejus, qui mandavit, jurisdictione utitur. Verius est enim, more majorum jurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium, 8 quod lege 9 datur, non posse transire: Quare nemo dicit, animadversionem Legatum Proconsulis habere mandata jurisdictione. PAULUS NOTAT: & imperium 10, quod jurisdictioni cohæret, mandata jurisdictione transire verius est.

2 Adde *l. 8. §. sed nec mandare. 18. ff. de transf. l. 2 in fin. C. de pedan. jud.* Goth. Ita merum imperium, ut quid speciale, mandata jurisdictione non transfertur. Cujac. 15. *obs.* 34. Chiarond. *de jurisd. l. 1.* Ant.

3 *Argumentum fortissimum* hic appellat per auxesin argumentum à contrario sensu, quod tamen plerumque subvertitur. Sic quandoque dicitur *evidentissimum*, quod solis conjecturis constat. *l. 24 ff. solut. matrimon.* Goth. Idem arg. est in *l. 18. ff. de testib. l. 20. §. 6. ff. de testam. l. 22. ff. de legib. l. 7. §. 7. & §. 8. ff. de judic. l. 12. ff. de jud.* Vide Lachin. *lib. 13. c. 3.* Ant.

4 A contrario sensu hoc argumentum sumptum est, quod an jure valeat, vide apud Socinum *prud. 28.* Everard. *in Topicis loco 82.*

De consilio exercendo. De prædiis pupillorum aut minorum vendendis.

2. ULPIANUS lib. 3 de Omnibus Tribunalibus.

MAndata jurisdictione à Præside, consilium non potest exercere is, cui mandatur. §. 1. Si tutores vel curatores velint prædia vendere, causa cognita 11 id Prætor vel Præses permittat: quod si mandaverit jurisdictionem, nequaquam poterit mandata jurisdictione eam quæstionem transferre.

Si Prætori jurisdictio mandetur.

3. JULIANUS lib. 5 Digestorum.

ETsi Prætor sit is, qui alienam jurisdictionem exsequitur, non tamen pro suo imperio agit 12, sed pro eo cujus mandatu jus dicit, quotiens partibus ejus fungitur.

5 Delegari causæ meri & mixti imperii non possunt generaliter. *l. imperium. ff. de jurisd.* Sed tamen fallit: si qui ea imperia habet, justa de causa abturus sit; *ut hic.* alias exceptiones vide apud Socinum *regula Delegari. 84.*

De suspecti cognitione. 1. & aliis causis quæ mandari possunt.

4. MACER lib. 1 de Officio Præsidis.

COgnitio de suspectis 13 tutoribus mandari potest: imo etiam ex mandata generali jurisdictione, propter utilitatem pupillorum, eam contingere constitutum est, in hæc verba: *Imperatores Severus & Antoninus, Bradeæ Proconsuli Africæ. Cum propriam 14 jurisdictionem Legatis 15 tuis dederis, consequens est, ut etiam de suspectis tutoribus possint cognoscere.* §. 1. Ut [si] possessio bonorum detur: vel, si cui damni infecti non caveatur, ut is possidere jubeatur: aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum servandorum causa in possessionem mittatur, mandari potest 16.

6 *l. 1. in princ. ff. de SC. Sillan.*

7 *l. 3. ff. eod.*

Qui jurisdictionem mandare possunt vel non. 1. Effectus jurisdictionis privato mandatæ.

5. PAULUS lib. 18 ad Plautium.

MAndatam 17 sibi jurisdictionem mandare alteri non 18 posse manifestum est 19. §. 1. Mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod 20 non est merum, videtur mandari: quia jurisdictio sine modica coërcitione nulla est.

8 *l. ult. ff. eod.* 9 Vel senatusconsulto. *ff. initio legis.* 10 De quo *l. ult. in fin. ff. eod.* 11 *l. 2. C. de officio ejus qui vicem alic. jud.* 12 *l. 1. §. qui mandatam. ff. eod. l. 16. ff. de jurisdictio.* 13 *l. 1. §. 4. ff. de suspect. l. 4. §. 3. ff. de damn. l. 26. ff. ad municipalem.* v. *l. 31. ff. de reb. aut. jud.* 14 *Propriam jurisdictionem* hic vocat qua jure quasi proprio uti possit, vide quæ notavi ad *l. 5. C. de judiciis.* vide *l. 13. ff. de offic. Proconsulis.* 15 Plures interdum legati Proconsulibus à Patribus attributi, ut hic & *l. 2. ff. quis à quo appellari.* Sic Quintus frater Ciceronis in Asiam Proconsul proficiscens, Tuberonem, Halienum & Gratidium habuit. Suum etiam Quæstorem Proconsules habuere. 16 Vide *l. 1. ff. quib. ex caus. in possess.* Imo non potest. Jubere enim cavere, & in possessionem mittere, magis imperii est quam jurisdictionis. *l. 4 ff. de jurisdict.* At enim quæ sunt ejusmodi, magistratus municipalis facere non potest, *l. 26. ff. ad municip.* adde quæ scripsi ad *l. 4. §. 3. ff. de damno.* 17 Mandabant jurisdictionem Magistratus, etiam privatis, *ut hic.* Apud Livium 24. Prætor Peregrinus mandat Urbano. In provinciis vero, Præsides & Proconsules mandabant uni ex Legatis, vel omnibus. 18 Cur igitur Legatis & Delegatis cur Legatus judicem dare posse dicitur? *l. 12. ff. de officio Proconsulis.* 19 Imo non est manifestum. *l. 12. l. 13 ff. de offic. Proconsulis.* 20 Hæc verba, *quod non est merum*, ex glossa in contextum reprehendit quidam suspicantur.

Tit. XXII.

DE OFFICIO [21] ADSESSORUM [22].

In quibus causis consistit.

1. Paulus libro singulari de Officio Adsessorum.

Omne officium Adsessoris, quo juris [23] studiosi partibus suis funguntur, in his fere causis consistat: in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

Qui possint assidere vel non.

2. Marcianus libro primo de Judiciis Publicis.

Liberti adsidere possunt [24]. † *Infames* autem licet non prohibeantur legibus adsidere: attamen arbitror, ut aliquo [quoque] decreto Principali refertur constitutum [25], non posse officio adsessoris fungi [26].

3. Macer lib. 1 de Officio Præsidis.

Si eadem provincia, postea [27] divisa, sub duobus Præsidibus constituta est, velut Germania, Mysia: ex altera [ortus, in altera [28]] adsidebit: nec videtur in sua provincia adsedisse.

De salario Comitum Legati Cæsaris.

4. Papinianus lib. 4 Responsorum.

Diem functo Legato Cæsaris, salarium Comitibus [29] residui temporis [30], quod [a] Legatis [31] præstitutum est [32], debetur: modo si non postea Comites cum aliis eodem tempore fuerunt. Diversum in eo servatur, qui successorem ante tempus accepit.

De Consiliarii negotia tractando.

5. Paulus lib. 1 Sententiarum.

Consiliarii eo tempore quo adsidet, negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est: in alienum autem, non [33] prohibetur.

De assessore Curatoris Reipub.

6. Papinianus libro primo Responsorum.

In consilium Curatoris [34] Reipublicæ vir ejusdem civitatis adsidere non prohibetur [35], quia publico salario non fruitur.

21 Vide *l. 1. in fin. h. t.*

22 1. C. t. t. Hic consistit Ciceroni *2 de finib.* & παρέργως, & portio quædam Magistratus, *l. omnes. C. Theodos. de his qui administr.* certo numero fuere adsessores. *l. 41. §. 2. ff. de excusat. tut.*

23 Quo ut juris studiosi. Hi sunt interpretes juris. vide Cujac. *Novell. 44. l. 1. C. cod. l. 2. ff. quod quisque juris. Novell. 82. cap. 11. §. 1.*

24 Et postulare, *l. 2. C. de postulando.*

25 Vide *l. 2. C. de dignitatibus.*

26 Arbitri tamen esse possunt. *l. 7. in pr. ff. de arbitr.* 27 Princeps potest provincias dividere, & singulis ita divisis singulos Præsides constituere.

28 Adsessor præsidi in sua provincia nemo esse potest, *ut hic.* Ita in ea provincia ex qua quis originem ducit, officium tale (hoc est, provinciale aut advocatis fisci) administrare prohibebatur, ne aut gratiosis aut calumniosis apud suos esse videatur. *Paul. 5. sent. 12. §. 5.* Sed nec provinciæ suæ Præfectus exsistere: vid. *constitutionem Gracam Anastasii 1. ult. C. de crimine sacrilegii.* Verum speciali beneficio id interdum à Principe indulgebatur. *l. 37. l. 38. ff. quibus ex causis majores.* Huc refer legem *ult. ff. eod.* qua dicitur, *Consilio Curatoris Reipublicæ virum ejusdem civitatis adsidere posse, vel hac ratione, quod vel publico salario non fruatur.* 29 Comites Legatorum ac Præfectorum, cohors Prætoria, medici, accensi, aruspices, præcones. *Cic. 2 Ver.* de his comitibus accipe *l. 16. ff. de off. Præsidis.* 30 Hæc verba, *quod a. l. p. e.* desunt *l. 19. in fin. ff. locati.* 31 Atqui soli Principi id licet. *l. un. C. de præbendo salario.* 32 Multo minus præstitum jam & solutum condici poterit (nam ita Alciatus 4 *disputationum* 20. legit, & Salomonius) vid. *l. 1. §. sed etsi. ff. de ext. cognit.* Sed *præstitum* hic nihil aliud est quam præfinitum.

33 Atqui duobus magistratibus fungi non licet. *l. ult. C. eod.* 34 De Curatore Reipubl. adde *l. 11. ff. de pignor. l. 3. §. 4. ff. quod vi.* qui & *respicit. l. 3. C. de modo multarum.* 35 *V. l.* 12. *C. eod. l. 37. l. 38. quibus ex caus. major. Drisson. 1. select. 12.*

'LIBER SECUNDUS.

Tit. I.

DE JURISDICTIONE [1].

Quam late pateat jus dicentis officium.

1. Ulpianus libro primo Regularum.

Ius dicentis [2] officium [3] latissimum est [4]: nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, judices litigantibus dare [5].

Effectus mandatæ jurisdictionis.

2. Javolenus lib. 6 ex Cassio.

Cui jurisdictio data est, ea [6] quoque concessa esse videntur [7], sine quibus jurisdictio explicari non potuit.

De mero & mixto imperio, & jurisdictione.

3. Ulpianus lib. 2 de Officio Quæstoris.

Imperium aut merum [est] aut mixtum est. † Merum est imperium, habere gladii [8] potestatem ad animadvertendum facinorosos [9] homines, quod etiam *Potestas* appellatur. † Mixtum est imperium, cui etiam jurisdictio inest, quod in *danda bonorum* possessione consistit. † Jurisdictio [10] est etiam judicis [11] dandi licentia.

Quæ sunt imperii magis quam jurisdictionis.

4. Idem lib. 1 ad Edictum.

Iubere caveri Prætoria stipulatione [12], & in possessionem mittere, imperii magis [13] est, quam jurisdictionis.

Qui jurisdictionem mandare possunt.

5. Julianus lib. 1 Digestorum.

More [14] majorum ita comparatum est, ut is demum jurisdictionem mandare possit, qui [15] eam suo [16] jure, non alieno [17] beneficio haberet.

De morte mandantis jurisdictionem.

6. Paulus lib. 2 ad Edictum.

Et [18] quia nec principaliter ei jurisdictio data est, nec ipsa lex [19] defert, sed [20] confirmat mandatam jurisdictionem: ideoque si is, qui mandavit jurisdictionem, decesserit [21], antequam res ab eo, cui mandata est jurisdictio, geri cœperit, solvi mandatum Labeo ait [22], sicut in reliquis causis.

De albo [23] corrupto.

7. Ulpianus lib. 3 ad Edictum.

Si quis id, quod jurisdictionis perpetuæ [24] causa, non quod, prout res incidit, in albo [25], vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit; datur in eum quingentorum [26] aureorum judicium, quod populare est. §. 1. Servi quoque, & filiifamilias verbis Edicti continentur. Sed & utrumque sexum [27] Prætor complexus est.

§. 2. Quod si dum proponitur, vel ante propositionem quis corruperit, Edicti quidem verba cessabunt, Pomponius autem ait sententiam Edicti porrigendam esse ad hæc. §. 3. In servos autem, si non defenduntur à dominis, & eos, qui inopia laborant, corpus torquendum [28] est. §. 4. *Dolo mali* autem ideo in verbis Edicti fit mentio, quod si per imperitiam vel rusticitatem [29], vel ab ipso Prætore jussus, vel casu aliquis fecerit, non tenetur. §. 5. Hoc vero Edicto tenetur & qui tollit, quamvis non corruperit: item qui suis manibus facit; & qui alii mandat [30]: sed si alius sine dolo malo fecit, alius dolo malo mandavit; qui mandavit, tenebitur: si uterque dolo malo fecerit, ambo tenebuntur: nam & si plures fecerint, vel corruperint, vel mandaverint, omnes [31] tenebuntur.

8. Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.

A Deo quidem, ut non sufficiat [32], unum eorum pœnam luere.

9. Paulus lib. 3 ad Edictum.

Si familia alicujus album corruperit: non [33] similiter hic editur, ut in furto, ne in reliquos actio detur, si tantum dominus, cum defendere voluit, unius nomine prætiterit, quantum liber [34] præstaret: fortasse, quia hic & contempta majestas [35] Prætoris vindicatur, & plura facta intelliguntur: quemadmodum cum plures servi injuriam fecerunt, vel damnum dederunt, quia plura facta sunt, non, ut in furto, unum. Octavenus hic quoque domino succurrendum ait: Sed hoc potest dici, si dolo malo curaverint, ut ab alio album corrumperetur: quia tunc unum consilium sit, non plura facta, idem Pomponius libro decimo notat.

Ne quis sibi, vel suis jus dicat.

10. Ulpianus lib. 3 ad Edictum.

Qui jurisdictioni præest [36], neque [37] sibi jus [38] dicere debet [39], neque uxori, vel liberis suis [40], neque libertis, vel cæteris, quos secum habet.

Quantitas ad jurisdictionem pertinens quomodo accipitur.

11. Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.

Si [41] idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas [42] intra jurisdictionem judicantis sit, coacervatio [43] vero omnium excedat [44] modum jurisdictionis ejus, apud eum agi posse Sabino [45], Cassio, Proculo placuit: quæ sententia rescripto Imperatoris Antonini confirmata est. §. 1. Sed & si mutuæ [46] sunt actiones, & alter minorem quantitatem, alter majorem petat: apud eundem [47] judicem agendum est ei, qui quantitatem minorem petit: ne in potestate calumniosa adversarii mei sit, an apud eundem litigare possim. §. 2. Si una actio communis [48] sit plurium personarum, veluti familiæ herciscundæ, communi dividundo, finium regundorum: utrum singulæ partes spectandæ sunt circa jurisdictionem ejus, qui cognoscit; quod Ofilio, & Proculo placet: quia unusquisque de parte sua litigat? an potius tota res; quia & tota res in judicium venit, & vel uni adjudicari potest? quod & Cassio & Pegaso placet: & sane eorum [49] sententia probabilis est.

De magistratibus municipalibus.

12. Ulpianus lib. 18 ad Edictum.

Magistratibus municipalibus supplicium à servo sumere non licet: modica autem castigatio [50] eis non est deneganda.

Qui judicare jubere, 1. & in quem diem id conferre possint.

13. Idem lib. 51 ad Sabinum.

Eum, qui judicare jubet, Magistratum [51] esse oportet. §. 1. Magistratus autem, vel is, qui in potestate aliqua sit (ut puta Proconsul, vel Prætor, vel alii qui provincias regunt), judicare jubere eo die, quo privati futuri essent, non possunt [52].

De majore vel æquali.

14. Idem lib. 39 ad Edictum.

Est receptum, eoque jure utimur, ut si quis major, vel æqualis [53] subjiciat se jurisdictioni alterius: possit ei, & adversus eum jus dici.

De Prætore per errorem adito.

15. Idem lib. 2 de omnibus Tribunalibus.

Si per errorem [54] alius pro alio Prætor fuerit aditus, nihil valebit, quod actum est: nec enim ferendus est, qui dicat, consensisse eos in Præsidem [55]: cum (ut Julianus scribit), non consentiant [56], qui errent. Quid enim tam contrarium consensui est, quam error, qui imperitiam detegit?

De jurisdictione mandanda, & mandatæ effectu.

16. Idem lib. 3 de omnibus Tribunalibus.

Solet Prætor jurisdictionem mandare: & aut omnem mandat, aut speciem unam: & is, cui mandata Jurisdictio est, fungetur [57] vice ejus qui mandavit, non sua.

17. Idem lib. 1 Opinionum.

Prætor, sicut universam jurisdictionem mandare alii potest, ita & in personas certas, vel de una specie potest: maxime, cum justam causam [58] susceptæ ante Magistratum advocationis alterius partis habuerat.

De incompetenti Prætore.

18. Africanus lib. 7 Quæstionum.

Si [59] convenerit, ut alius Prætor, quam cujus jurisdictio esset, jus diceret; & priusquam adiretur, mutata voluntas fuerit: pro-

1 Fallitur Accursius *h. t.* dum notat a *ditione* Jurisdictionem esse, cum sit à *jure dicundo.*

2 Id est, Magistratus, non delegati. Est vero aliud *jus dicere*, aliud *judicare.* Jus dicebat Magistratus: judex judicabat: & jus dicens, nihil aliud quam Prætor, *l. 12. ff. de vulgari.* judicem dat hac lege, & judicare jubet. *l. 13. ff. eod. Govean.*

3 Officium jus dicentis est, quod facere quis debet, ea causa qua Magistratus est, & cujus causa instituitur. Hic autem officium potestatem significat, ut *l. 1. §. 4. ff. de suspectis. l. 3. §. 2. ff. de administr. rerum ad civit. pert.*

4 *Subaudi*, non tantum cum jus dicit, aut edicit. *l. 3. ff. de offic. Præt.* sed & cum bonorum possessionem dat, &c.

5 Potest & interdum officium non petitum impertiri, de quo v. quæ notavi *l. 4. §. antepenult. l. 5. ff. de damno. & l. 9. §. 5. ff. de off. Proc.*

6 Puta, lictores, viatores, sententiarum executores: alias, solis magistratibus licuit præsidere & in jus ducere.

7 *l. 5. in fin. ff. de off. ejus cui.* vide quæ scripsi *ad l. 6. ff. de aliment.*

8 Allegoria, nec enim de materiali gladio, sed ἀλληγορικῶς de jure facinorosos puniendi, hoc intelligendum, adde *l. 6. §. 8. ff. de off. Præsidis.*

9 *Al.* in facinorosos, verum ita locutus est Varro, repudiandum omnem artem: injiciendum frena. 10 Varias lectiones hujus loci vide apud Gov. *hic.* & Robert. *4. sent. 22.* 11 Juris dicendi licentia. *Quidam ita legunt*, in judicis dandi licentia. *Corrasius ita legit*, consistit, jurisdictio est. Etiam, &c. *Curtius Longovalius*, consistit, jurisdictio est. Jurisdictio est etiam, *Govean.* 12 *l. 1. & l. 4. §. duas. ff. de damno. l. 26. in pr. ff. ad Municipal.* 13 Imo magis non est. dixi ad *l. 4. ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio. l. 4. §. 3. ff. de damno.* 14 *V. l. pen. ff. de justit.* 15 Jurisdictio ea proprie est, quæ jure Magistratus competit. Nam quæ mandata à Magistratu, aut à lege ac specialiter ei Magistratui delegata, non jure suo competit: officio quidem Magistratus continetur, sed jurisdictione non continetur. *Cujac. hic.* 16 Hinc colligitur, falli Lotharium & Alciatum *2 paradox. 6.* dum negant, Præsidibus ac Magistratibus merum imperium competisse: contra Azonem facit *l. 4. ff. de off. ejus cui mandata est jurisd.* Ideoque solum Principem merum imperium non habere. *Goth.* Azonis sententiam contra Lotharium & Alciatum defendit Bronchorst. *miscell. centur. 1. assert. 15.* S. L. 17 Vide *l. 5. de judic.* 18 Legendum puto, *Ut quia*: hoc sensu, Qui non suo, sed alieno jure jurisdictionem habet, eam alteri mandare non potest. *l. 5. ff. eod.* Cur ita? quia alieno beneficio habet. Unde colligis jurisdictionem beneficio alieno haberi, vel ex eo ipso quod principaliter ei jurisdictio data non sit, sed per mediam personam: quod lex ei non defert, sed Proconsul ac Magistratus: non defert, inquam, sed confirmat tantum. Unde ex hac & superiore lege duo colligimus: unum, eum qui alieno beneficio jurisdictionem habeat, eam alteri mandare non posse. Alterum, eo mortuo qui jurisdictionem mandavit, antequam res gerí cœperit ab eo, cui jurisdictio mandata sit, solvi mandatum. 19 An quæ temporibus Cæsarum lata, potestatem fecit Proconsulibus, Legatos sibi eligendi, cum antea à populo Legati darentur? An lex alia? 20 Aliud est deferre principaliter jurisdictionem: aliud jurisdictionem ab alio concessam confirmare. Qui confirmat, dat quidem, sed non principaliter, cum non sit prima & immediata causa: minor est igitur jurisdictio lege confirmata, quam principaliter à lege delata. 21 Mandatum regulariter morte mandatoris revocatur. vide Socinum *regul. 254.*

22 Personalis actio morte solvitur. 23 *Subint.* Prætoris. Nam alias Album, de quo hac lege agitur, refert Anianus ad album Curiæ, apud *Paul. 1. sentent. 13. §. 3.* 24 Forte, edicti perpetui. 25 Album quid sit vid. *ff. de albo.* 26 Alias 50. *ut l. pen. ff. de in jus. & l. 20. ff. de accus.* extra ordinem primum apud Paul. *1. sent. 13. §. 3.* 27 *V. l. 195. in princ. ff. de verb. sign.* 28 *V. l. 1. in fin. ff. de pan. l. 6. in fin. C. de sepulchro.* 29 Vid. quæ notavi ad *l. 2. ff. de juris & facti ignor.* 30 *l. 1. §. 2. ff. de eo per quem.*

31 *V. l. 21. §. 9. ff. de furtis.*

32 *l. 5. §. 3. ff. ne quis eum.*

33 Imo idem in damno observandum. *l. 32. in pr. ff. ad l. Aquil.*

34 Quantum liber, si furtum fecisset, præstaret. *l. 1. in fin. ff. si fam.*

35 Majestas Prætori tribuitur, ut & *l. pen. ff. de justitia.*

36 Vide quæ scrip. *ad l. 2. §. 6. ff. de orig. jur.*

37 *V. tit. ne quis in sua causa judicet.* & Socinum *reg. 203.*

38 Jus dicitur in invitum.

39 *V. l. ult. §. pen. C. ubi Senatores.* Goth. Differunt jus dicere, & judicare, hoc judicis dati, illud magistratus est: atque ita intelligenda est *l. 77. A. Guibert. quæst. memorabil. cap. 9.* Ans.

40 Imo liberis potest. *l. 77. ff. de judic.*

41 *l. 49. C. Th. de appell.*

42 Adde *l. 19. in fin. ff. eod. l. 1. C. de defensor. Nov. 15. c. 3. in fin.*

43 Idem est, si consensus litigantium interveniat, *l. 74. §. Judex. 1. ff. de judiciis. l. inter. 28. ff. ad municip.* vel reconventio fiat. *§. 1. ff. eod.* apud eundem enim litigatur.

44 Ut cum variis temporibus conceptus obligationibus (idem dicendum in infinuatione donationum. *l. 34. §. si quid autem. C. de donat.*) fors petita, cum ejus fructibus, cum expensis litis, cum pœna & multa cumulatur.

45 Etsi diversæ alioquin sententiæ hoc casu conveniunt, *vt & in l. 1. ff. rerum amotarum.*

46 V. quæ scripsi ad *l. 1. C. rerum amot.*

47 Cur ita? vid. *l. 22. ff. de judiciis. & tit. quib. ex causis ad eundem judicem eatur.* Seneca. *de benefic. 5. in fin.*

48 Quia uterque actor, & reus. vide *l. 2. §. in familiæ. ff. famil. ercisc.*

49 Superiorum, *arg. l. pen. in fin. eod.* contra Loth. Joh. Accurs. Bart. Zasius proximiores intelligit.

50 *V. l. 15. §. adjicitur. 38. ff. de injuriis.* 51 Vel delegatum à Magistratu. *l. 1. C. qui pro suo jurisd.* 52 Imo in tempus successorum durant. *l. 46. in fin. ff. de judic. tempestivum. ff. ad Treb.* 54 Vide *l. 80. ff. de jud.* 55 In præsentem *Cujac. 1. obs. 32.* Prætorem. *Hotom. 4. obs. 9.* 56 Imo quis nanciscitur possessionem voluntate heredis errantis. *l. 1. §. si legatarius. 11. ff. ad l. Falc.* 57 De jurisdictione delegati vide *Hotom. 3. obs. 4.* 58 Advocatus in causa adversarii qui fuit, in eadem suspectus sit judex. vide *l. 6. in princ. C. de postulando.* 59 *l. 2. §. 1. l. 74. §. 2. ff. de judiciis.*

60 Imo, qui forti præscriptione renunciavit, renunciationi stare cogitur, vide *l.* 29. *in pr. C. de pactis. Solv.* Solve quod hic de modo, illic de pacto contractui adjecto agatur. Fachin. *lib. 1. cont. cap.* 61. Add. **Zangr.** *de except. part. 1. c. 2. num.* 212 Anf.

61 Cujus dominium affimit *l.* 32. *J. ad municip.*

62 Atqui ibi quisque conveniendus ubi contraxit, ut *l.* 2. *C. eod.* 63 Sigillatim, & deberi potest. 64 Conjunctim, ut *l.* 11. §. *ult. C. eod.* 65 *l.* 11. *C. eod.* 66 Vide *l.* 1. *C. si in non competente. l.* 63. *C. de decurionib.* & citanti. Sed tamen interpretes citationem extra territorium fieri posse docent, si vel nuncius, vel epistola, aut ab actore ad reum: aut à judice rei controversiæ, ad rei conventi judicem mittatur, vel si edicto publico vel præconis voce citetur absens, quod ut fieri possit, vide quæ notavi *in l.* 4. §. 5. 6. *J. de damno. Novell.* 124. *cap.* 5. Idem, si superior vel Princeps jubeat aliquem ex suis præsidibus evocari, quod alter judex pronunciaverit. *l.* 15. *J. de re judicata.* illa ex lege originem trahit mandatum illud in foris usitatum, *Parcatis*, & præsidenti & exequenti sententiam factum. Ideoque Jason & Zas. *hic. & in l.* 15. *de re judicat.* ibidem Bart. *Specul. tract. execut. sent.* notant literas remissorias, seu requisitorias ac mutui compassus (ita enim eas appellant) judicem condemnati à judice condemnante rogari oportere, ut latam sententiam exequatur, *arg. l.* 12. §. *pen. l.* 15. *J. de reb. aut. jud. possid. l.* 13. §. 3. *C. de judic. l.* 7. *J. testam. quemad. aperiantur. l.* 3. *in fin. J. de testib. l.* 30 §. 1. *J. de excusat. l.* 5. §. 12. *J. de reb. eorum qui sub tutela.* omissa hujusmodi rogatione, executionem (quæcunque tandem illa sit) nullam censeri: Rogatione facta & postea omissa, vel neglecta executione adversus judicem negligentem aut ejus subditos jus repræsaliarum concedi posse. hæc illi. An & exequenti contractum in alieno territorio conceptum, impune resisti potest? eo casu literas requisitorias non exigi, major pars interpretum docet. Quid? num Lutetiæ, moram & usuras pro consuetudine Romanæ urbis (demus Romæ contractum esse) à judice Parisiensi actori æstimari oportebit? Id videtur. Contractus enim ictiius initium vitio caret. *l.* 22. *in fin. J. si certum. l. ult. in fin. J. de trajectaria. l.* 1. *J. de usuris.* An idem futurum est, si maximas usuras Capuæ pernissas Lutetiæ (ubi minime tolerantur) stipuler? non idem, odio usurarum, dixeris: Talis enim stipulatio neque Lutetiæ valebit, quia ab initio: neque Capuæ, quia ex post facto non convalescit. *l.* 1. *J. de reg. Caton. l.* 29. 201. 210. *J. de reg. jur.* An vero Testamentum in municipio rui, aut luis tempore, solemnitate talium vel locorum, vel temporum factum in Urbe validum erit? non dubito, quin valeat. *l.* 31. *C. de testam.* Quid si municipium lege, non Urbis, universa bona testamento aut contractu, vel extraneo, vel uxori dare liceat: num hujusmodi actus in Urbe omnino valebit, vel omnino inutilis erit, an potius partim valebit? partim corruet: ac si miles sit qui pro parte testatus, pro parte intestatus mori potest. *l.* 6. 19. 37. *J. de mil. test.*? Placet ultima sententia, ut Gallem alterutter actus valeat, quo loci valere potuerit: exemplo tutorum qui pro diversarum provinciarum ratione, diversi dari solent, *l.* 27. *princ. J. de tut. & cur.* ita Bart. *in l.* 1. *C. de summa Trinit. num.* 41. ait Romæ legitimatum testamenti, hereditatis & honorum Romæ capacem esse, alibi non esse. Quid? superioribus locis factum testamentum non illorum locorum solemnitate, sed patriæ, num in patria valebit? Id videtur. Jus enim patriæ in testamentorum solemnitatibus spectari oportet. *l. si non specialis. C. de test. l.* 2. *C. test. quem. aper.* arg. *l.* 1. §. 2. *J. de legat.* 3. *Cujac. consult.* 25. *in fin.* Quid si quis in provincia Romana, more apud Gallos satis usitato, uxorem omnium suorum adquisitorum & conquisitorum sociam fecerit: num Præses Romanus ex ea conventione Romæ jus dicet? Dicere poterit: cum ea conventio jure Romano nec directe nec oblique vetita sit, & ad jus privatorum referatur: cum etiam non insubtiliter dici possit, Prætorem eo casu, non ut Gallici, sed ut minime improbati, aut potius juris gentium conventionem sequi. *arg. l.* 1. *ff de ritu. l.* 4. *C. de crimin. expilat. hered.* Hoc addimus, cuivis alieni territorii homini Lutetiæ delinquenti, Lutetiæ jus dici posse. *l.* 3. *in fin. C. de off. Præfil. l.* 1. *C. ubi de crim.* An testes ex alieno territorio vocari possunt? Possunt vocari, si talis sit consuetudo. v. *l.* 3. *in fin. J. de testibus.* An privata scriptura & ἰδιόχειρον, vel etiam instrumentum publicum, Romæ factum, quo Titius omnia sua bona pignoravit Sempronio, Lutetiæ jus pignoris, & προτιμήσεως seu prioritatis tribuet, æque ac si vel in regno Galliæ, vel Lutetiæ conceptum, factumve fuisset? Quidam negant, jus tale conferri, nisi à die recogniti judicialiter in Gallia instrumenti. Quod si ita fuerit, servanda summa hæc cautio erit peregrinis cum Gallo, aut alio, qui in Gallia bona habeat in peregrino loco contrahentibus. His adde Senatusconsultum Spirense, cujus meminit Minsing. 5. *observ.* 19. quo cautum est, ut ne statuta contra jus extra territorium disponentis extendantur.

proculdubio nemo 60 compelletur ejusmodi conventioni stare.

De mutatione fori. 1. Quæritur ad jurisdictionem pertinens, quomodo accipiatur.

19. Ulpianus lib. 6 Fideicommissor.

CUm quædam puella apud competentem judicem litem suscepérat, deinde condemnata erat, posteaque ad viri 61 matrimonium alii jurisdictioni subjecti pervenerat: quæritabatur, an prioris judicis sententia exsequi possit? Dixi posse 62, quia ante fuerat sententia dicta. Sed & si post susceptam cognitionem, ante sententiam, hoc evenisset, idem putarem: sententiaque à priore judice recte ferretur. Quod generaliter & in omnibus hujusmodi casibus observandum est. §. 1. Quotiens (de) quantitate ad jurisdictionem pertinente quæritur, semper, quantum petatur 63 quærendum est, non quantum debeatur 64.

20. Paulus lib. 1 ad Edictum.

EXtra territorium jus dicenti 65 impune non paretur. † Idem est, & si supra 66 jurisdictionem suam velit jus dicere.

60 Et sic alterius pactum legi effectus. *l.* 1. §. *ult. J. de postul l.* 3. *J. de calumn. v. l.* 14. *J. de fisc.*

61 Dilatoria *obtend. l.* 2. *C. de præscriptis.* peremptoria. *Accurs.*

62 Solutum repeti non potest, ubi subest causa naturalis obligationis. *l.* 3. *l.* 64. *J. de condict. indebiti. l.* 17 *J. de solutionib.*

63 Qui facit aliquid lege permittente, is non incidit in pœnam edicti. *l.* 14. *C. de adulter.*

Tit. II.

QUOD[1] QUISQUE JURIS IN ALTERUM STATUERIT[2], UT IPSE EODEM JURE UTATUR.

Edicti commendatio. 1. & verba. 2. Si decretum non habuit effectum.

1. Ulpianus lib. 3 ad Edictum.

HOc Edictum[3] summam habet æquitatem; & sine cujusquam indignatione justa. Quis[4] enim aspernabitur idem jus sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?

§. 1. Qui magistratum potestatemve habebit, si[5] quid in aliquem novi juris statuerit: ipse, quandoque adversario postulante eodem jure uti debet. † Si quis apud eum qui Magistratum potestatemque habebit, aliquid novi juris obtinuerit, quandoque postea adversario ejus postulante, eodem jure adversus eum decernetur: Scilicet, ut quod ipse [quis] in alterius persona æquum esse credidisset, id in ipsius quoque persona valere patiatur[6]. §. 2. Hæc autem verba, quod statuerit, [qui jurisdictioni præest], cum effectu[7] accipimus, non verborenus: & ideo, si quum vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuit, cessat Edictum. Nam *statuit* verbum rem perfectam significat, & consummatam injuriam, non cœptam. Et ideo si inter eos quis dixerit jus, inter quos jurisdictionem non habuit, quoniam pro nullo hoc habetur, nec est ulla sententia, cessare Edictum putamus: Quid enim offuit[8] conatus, cum injuria nullum habuerit effectum?

De dolo jus dicentis, & imperitia Assessoris.

2. Paulus lib. 3 ad Edictum.

HOc Edicto dolus debet jus dicentis puniri: nam si Adsessoris[9] imprudentia jus aliter dictum sit quam oportuit: non[10] debet hoc Magistratui officere, sed ipsi Adsessori.

De novi juris postulatione, & usu. 1. De procuratore, tutore, curatore postulantibus. 2. Cui tenetur qui incidit in hoc Edictum. 3. De reo & fidejussore. 4. An pater ex persona filii teneatur. 5. De herede. 6. De actionibus præsentibus, & futuris. 7. De repetitione soluti.

3. Ulpianus lib. 3 ad Edictum.

SI quis iniquum [ad Edictum] jus adversus aliquem impetravit: eo jure utatur ita demum, si per postulationem ejus hoc venerit: cæterum si ipso non postulante, non coërcetur: sed & si impetravit, sive usus est jure aliquo, sive impetravit, ut uteretur, licet[11] usus non sit, hoc Edicto punitur. §. 1. Si procurator meus postulavit: quæritur, quis eodem jure utatur: & putat Pomponius, me solum: utique, si hoc ei specialiter mandavi, vel ratum habui. † Si tamen tutor, vel curator furiosi postulaverit, vel adolescentis, ipse hoc Edicto coërcetur. Item adversus procuratorem id observandum est, si in rem suam fuerit datus.

§. 2. Hæc pœna adversus omnem statuitur, qui in Edictum incidit; non solum eo postulante, qui ab eo læsus est; sed omni qui quandoque experitur. §. 3. Si is pro quo spopondisti, impetraverit, ne aliquis debitor ipsius adversus eum exceptione[12] utatur deinde tu in negotio, in quo spopondisti, velis exceptione uti, nec te, nec ipsum oportet hoc impetrare: etsi interdum patiaris[13] injuriam, si solvendo debitor non sit. † Sed si tu incidisti in Edictum: reus quidem utetur exceptione, [tu] non utaris, nec pœna tua ad reum promittendi pertinebit: & ideo mandati actionem non habebis. §. 4. Si filius meus in Magistratu in hoc Edictum incidit: an in his actionibus quas ex persona ejus intendo, huic Edicto locus sit? Et non puto: ne mea conditio deterior fiat.

§. 5. Quod autem ait Prætor, ut is eodem jure utatur, an etiam ad heredem hæc pœna transmittatur? Et scribit Julianus, non solum ipsi denegari actionem, sed etiam[14] heredi ejus. §. 6. Illud quoque non sine ratione scribit, non solum in his actionibus pati eum pœnam Edicti, quas tunc habuit, cum incideret in Edictum, verum si quæ postea ei adquirentur.

§. 7. Ex hac causa solutum repeti non posse Julianus putat: supereſſe enim naturalem[15] causam, quæ inhibet repetitionem.

Alia verba edicti de his, qui hujus edicti beneficio utuntur.

4. Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.

ILlud eleganter Prætor excepit, Præterquam si quis eorum contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset: & recte: ne scilicet vel Magistratus, dum studet hoc Edictum defendere, vel litigator, dum[16] vult beneficio hujus Edicti uti, ipse in pœnam ipsius Edicti committat.

1 Ad hanc sententiam facit 2. *Instit.* 33. §. 1. *l. ult. C. de fruct. & litium expensis. l.* 3. *in fin. J. mandati. l.* 7. *C. de rescindenda vendit. l.* 13. *C. de Judæis. l.* 6. *C. de quæst.* ut & illud, Patere legem, quam ipse tuleris. &, Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. *Alexander Severus apud Lampridium.* Talionis æquitas inde quoque manat, de qua vide Aristotelem *in Ethic. &* 20. *Gell.* 1.

2 Subaudi *vel dicifecerit. l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 1. *J. eod.* 1. *Harmenopul.* 2. §. 3. 34. statuit vero judex, vel adsessor. *l.* 2. *J. eod.* dici facit, qui litigat procurator, tutor, omnis denique qui experitur. *l.* 3. §. 1. *l.* 2. *J. eod.* Imo & heres. *d. l.* 3. §. 5.

3 Exempla vid. *l.* 44. *in fin. J. de pact. l.* 59. *J. de admin. tut. l. ult. C. de sportul.*

4 Idem Demosthenes *in* 1 *contra Aristogitonem. & Cyllippus apud Diodorum* 13. *Justinus* 3. *ubi de Lycurgo.* adde locum insignem Alexandri Severi apud Lampridium.

5 Magistratibus jus novum statuere licuisse, hoc ex loco colligitur, neq; coactos semper fuisse sequi perpetui Edicti regulas aut potius Edictum perpetuum. 6 Excipe casus, §. *hæc autem. l.* 2. *l.* 3. *in princ. l.* 4. *J. eod.* 7 *l.* 5. §. *cæterum. J. ne quis eum.* 8 Imo sola voluntas sine effectu obest interdum & nocet. v. *l.* 14. *J. de sicariis. & l.* 3. §. 1. *J. eod.* 9 Pedanei judices & assessores scientiam legis & morum præstare debent, non magistratus. v. *Novell.* 82. *c.* 11.

10 Cur non debet? Adsessor pro jurisperito agit & scientiam juris præstare debet: Prætor vel Præses non item. Et plerunque nec jurisperitus est sed vir militaris ex nobiliori quadam familia, qui arma potius callet quam leges, quod & interpretes Græci hic notant apud Cujacium 23. *obs.* 40. (idem dic in Ballivis Gallicæ): Adsessor consilium ipsum, imo & ipsa verba suggerebat sententiæ Præsidi. v. *Senecam* 1 *de tranquillitate* 3. & quæ scripsi *Novell.* 82.

Tit. III.

SI QUIS JUS DICENTI NON OBTEMPERAVERIT.

Qui jurisdictionem suam pœnali judicio defendunt. 1. Quid sit, jus dicenti non obtemperare. 2. De procuratore, tutore, vel curatore. 3. De reo, vel petitore non obtemperantibus. 4. Quid in hoc judicium veniat. De ejus tempore. De herede.

1. Ulpianus lib. 1 ad Edictum.

OMnibus Magistratibus, non tamen[1] Duumviris, secundum[2] jus potestatis suæ concessum est jurisdictionem suam defendere pœnali judicio. §. 1. Is[3] videtur *jus dicenti non obtemperasse*, qui quod extremum[4] in jurisdictione est, non fecit: veluti, si quis rem mobilem vindicari à se passus non est, sed duci eam, vel ferri passus est: cæterum, si & sequentia recusavit, tunc non obtemperasse videtur. §. 2. Si procurator tuus, vel tutor, vel curator jus dicenti non obtemperavit: ipse[5] punitur, non dominus, vel pupillus. §. 3. Non solum autem reum, qui non obtemperavit, hoc Edicto teneri Labeo ait: verum etiam petitorem. §. 4. Hoc judicium, non ad id quod interest[6], sed quanti ea res est, concluditur: & cum meram[7] pœnam contineat, neque post annum, neque in heredem datur.

1 *Al.* tantum.

2 Vide Socinum, *regula* 301.

3 Is non videtur, *Hug. à Porta.*

4 Id est, qui non paruit addictioni & executioni sententiæ. vid. *Zas.* 1. *intell.* 2. *Duar.* 1. *disp.* 50. *Oldend.* 1. *Clas.* 2. *Rob.* 4. *sentent.* 21. *Cujac.* 24. *obs.* 25.

5 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. *C. quando fiscus.*

6 In veritate, *l.* 5. *J. ne quis eum qui in jus.* id est, non ad id quod litigantium interest, sed ad contemptum ipsum. 7 *l.* 7. §. 2. *J. quod falso tutore. l.* 5. *J. ne quis eum qui in jus.*

Tit. IV.

DE IN[8] JUS VOCANDO.

§ 11. C. 11.

Quid sit in jus vocare.

1. Paulus lib. 4 ad Edictum.

IN *jus*[9] *vocare*, est juris experiundi[10] causa vocare.

Qui non possunt in jus vocari.

2. Ulpianus lib. 5 ad Edictum.

IN jus vocari non[11] oportet, neque[12] Consulem, neque Præfectum, neque Prætorem, neque Proconsulem, neque cæteros Magistratus, qui imperium habent, qui coërcere aliquem possunt, & jubere in carcerem duci: nec Pontificem, dum sacra facit[13]: nec eos, qui propter loci religionem inde se movere[14] non possunt. † Sed nec eum qui ejus publico in[15] causa publica transvehatur[16]. † Præterea in jus vocari non debet, qui uxorem ducat: aut eam, quæ nubat: nec Judicem, dum de re cognoscat: nec [eum], dum[17] quis apud Prætorem causam agit: neque[18] funus

9 Citatio est principium judicii, §. *ult. Instit. de pœna temere litig.* probationes, medium: sententia vero, finis. Olim fiebat hæc vocatio sine apparitore. v. *Duar.* 1. *disp.* 1. interdum cum apparitore, ut notat *Rob.* 3. *sentent.* 1. postea edebatur libellus & actio. *J. de edendo.* Hodie jure actionis jam competentis certis de causis sisti corporaliter reus potest: de quo vide quæ notavi in *l.* 34. *C. de decurionibus.* Præsens autem ut ab apparitore, scripto in jus vocari soleat, vid. quæ notavi in *l.* 2. *J. si quis cautionib.* ut citra scripturam, vide *Oldend. tractatu formulæ libelli.* extra territorium, vid. *l.* 2. *J. si quis in jus vocat.* & ut absentibus citatio fieri possit & debeat etiam edictalis, & voce præconis, vide quæ notavi in *l.* 4. §. 6. *J. de damno.* Quid si noudum actionis dies competat & periculum ingruat ob agendi moram? vide quæ notavi in *l.* 5. §. 10. *J. de novi operis nunciatione.* Quid si nulla competat actio, nisi à Principe aut Magistratu restituta? vide *J. tit. de in integrum restitut.* 10 Ut experiatur & sciat actor an jus sibi competat. *Accurs. Bart.* aut potius, ut jus suum consequatur & jure vincat adversarium, ut eum cogat respondere, testimonium ferre, aliquid indicare vel exhibere, aliquid facere, vel dare, vel suscipere vel restituere. *Goth.* Quid sit in jus vocare, & quomodo id olim fiebat, vid. Duaren. *lib.* 1. *disput. cap.* 1. Govean. *lib.* 1. *disput. c.* 47. Joann. Robert. *lib.* 3. *sent. jur. cap.* 1. Petr. Nann. *miscell. lib.* 10. *cap.* 1. Cujac. *lib.* 10. *observ. c.* 10. S. L. 11 Id est, nullo modo oportet, etiam cum Prætoris venia. 12 7. *Eliog.* 8. *c.* 2. 13 *V. l.* 18. *J. de procurat.* 14 Semoveri, ut ad sacra loca & asyla hic locus referatur. Verum hanc lectionem Cujacius non probat, 13. *obs.* 29. Nam alibi à munere judicandi excusantur qui sacerdotium nacti sunt, ut'discedere ab eo sine religione non possint. *l. pen. J. de vacat. munerum.* & in *l.* 36. *J. de fideicommiss. libert.* Senatusconsulto Rubriano non continentur, quos religio moratur. Præterea si hanc sententiam ad asylum vel locum sacrum retulisset Ulpianus, addidisset forte, nec de domo sua: sed neque hac lege tractat, a quo loco non possit quis in jus vocari, sed quæ personæ, quove tempore non possint in jus vocari. Postremo non *semovendi* verbo fuisset usus, sed abducendi, vel aliquo melibre. Alii, hunc locum non ad sacerdotium referunt, sed ad servos sepulchris adstrictos. *l.* 71. §. 2. *J. de condit. & demonstr. l.* 44. *J. de manumiss. test.* alii, ad eos qui à militibus, statoribusque, vel à municipalibus muniferis asservantur, ut *l.* 10. *J. ex quibus causis majores.* male: hic enim agitur de iis qui propter loci religionem se movere non possunt, quorum conditio differt ab iis, qui propter sua facinora vel à militibus vel in lautumiis asservantur. Græci lectionem cusam tuentur. Verum in ora marginis Scholiastes 6. *Eclog.* 8. *cap.* 2. loca, de quibus hic agitur, ita mirifice interpretatur: τόπος ὃς τισιν ἐωλῶν ἀπερκλείσειν οἱ λογόμανοι συλήτην, id est, *quibus se includunt qui Columnarii dicuntur*, de quibus vix somniavit quidquam ethnicus Ulpianus. Porro de Simeone Stylita, principe & autore hujus vitæ, ac sectæ, vide Evagrium 1. *cap.* 13. & 2. *cap.* 9. *in fin.* Cedrenum, *in Theodosio.* Apud eundem Cedrenum, ibidem quidam Daniel in Anaplo (transitus est vel suburbium Constantinopoli), Simeonem imitatur: apud eundem *in Stauratio*, Nicolaus quidam *in* ἐρημοκτίσῃ ψευδερημίτης notatur. Ut res sit, huic loco jungi possunt, quibus testimonii dicendi causa venire non licet, de quibus *l.* 8. *J. de testibus.* sed & milites qui discedere à signis sine periculo non possunt. *l.* 45. *J. ex quibus causis majores.* signis enim militaribus inest sua religio, id est, publica devotio. 15 Cujac. 13. *observ.* 29. legit, in Capitolium vel in Castoris Polluci. Nam apud Dionysium hæc transvectio appellatur, ὄχημα τῶν ἱερέων δημόσιον ἅρματον. Verum Hotom. 3. *observat.* 21. legit, in censu publico.

16 De transvectionibus equitum vide Livium 9. *in fin.* Valer. 2. *in fin.* Diodorum 20. Plutarchum in Pompeio. 7 *Eclog.* 8. *cap.* 2. *Hotom.* 2. *obs.* v. 21. 17 Vide *l.* 54. *in fin. J. de re judicata.* 18 Οἰκ. *τ κωλύεις ἢ τηλίκον. Græci d. cap.* 2.

19 *Al.* busta. Sed nihil mutandum: ut in *l.* 20. §. 1. ff. *de adquirenda hæreditate.* Ceterum *cap.* 2. Νε. 22 συνεχῶς τοῖς ἀπὸ τῶν νεκρῶν θυσιάσασι. *Festivorum* autem appellatione intelligit denicales ferias seu operationes quibus mortui familia purgabatur, *Ritus*, *Denicales*, quæ inter causas militias, qui condicto die non adfecit, excusandi censentur. Cicero apud Gellium 16. *cap.* 4. ubi perperam legitur *Vindemialis*.

20 Vide *Novell.* 60. *c.* 1. §. *si vero.*

21 *Ecloga p.c.* 14. §. 2. ff. *si quis cautionibus. l.* 1. §. 6. ff. *de injuriis.*

22 M. Antonini & Ælii Veri. *Spartian. Ælio Vero.*

23 *l.* 2. §. 2. ff. *si quis cautionibus.*

24 *d. l.* 2. §. 2.

25 Septennes.

7. *Eclog.* 7 *c. in fin.*

26 *l. penult. C. eod.*

27 *l.* 2. *C. eod.*

28 *l.* 1. & 2. *C. eod.*

29 Et male ff. *eod.*

30 *l.* 10. §. 9. ff. *eod.*

31 Ut *l.* 1. §. *generaliter.* ff. *de legat. præst.*

32 Imo ad tritavum tantum. *l.* 10. §. *parentes.* ff. *de gradib.*

33 Honestatis ratione verborum significationem extendimus. dehonestare adde *l.* 10. §. 1. ff. *de Justitia. l.* 12. ff. *de ritu. l.* 15. *eod.*

34 *Forte*, servius.

35 *l.* 6. ff. *de his qui sunt sui.*

36 Vide quæ notavi *ad l.* 44. §. 3. ff. *de ritu nuptiar.*

37 Imo diversa. *l.* 3. *C. de adulter.*

38 7. *Eclog.* 8. 2.

39 *Parentis* itaque hic nomine venit adoptivus: aliter quam *l.* 51. *in fin.* ff. *de legat.* 2.

40 Vid. *l.* 16. *in princ.* ff. *de furtis.*

41 Imo hic non est patronus. *l.* 45. §. 1. ff. *de ritu. l.* 34. ff. *de jure patronat.*

42 Vide tamen *l.* 6. §. 3. ff. *de jure patron. l.* 31. ff. *qui & à quibus.*

43 Imo & hoc casu liberi nullum jus habent in libertum. *l.* 15. ff. *de jure patr.*

44 *l.* 2. *l.* 3. *C. si mancipium.*

45 *l.* 45. §. 2. ff. *de ritu.*

46 Imo habebor. *l.* 7. *C. de operis libert.*

47 *V. l.* 7. *in pr.* ff. *de jure patr.*

48 Imo emptorem. *l.* 34. *in pr.* ff. *de evict.*

49 *V. l.* 49. ff. *de bon. libert.*

50 Nunquam etiam fit ingenuus, *l. ult.* ff. *de statu.*

51 *l.* 3. *C. de bon. libert. l.* 2. *l.* 3. ff. *de natalib.*

52 Princeps ingenuum facere potest, *ut hic.* potest & nobilem facere, & ut Galli loquuntur, *Il peut faire d'un vilain un chevalier.* Huc referendum illud Dionysii sophistæ de Heliodoro magistro epistolarum facto ab Hadriano: potest, inquit, Cæsar pecunias & honorem tribuere, rhetorem facere non potest. *Dion in Hadriano.*

53 Idem, 12. *qu.* 2. *c.* 58. §. *qui manumittitur.*

54 Adde *l.* 6. §. 1. ff. *de rer. divis.*

55 Suetonius *in Claudio* 16. *non modo albo judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit.* adde quæ de peregrino scripsi *ad l.* 1. *C. de hered. inſt.*

56 Id est, ad id. juris quod advenis Romæ concessum est, *Rob.* 3. *sentent.* 9.

57 Imo non excipiuntur. *l.* 7. ff. *eod.*

58 *l.* 4. §. 2. ff. *eod.*

59 Adde *l.* 220. *in princ.* ff. *de verb. signif.*

60 Nulla etiam bonorum possessio. vide *l.* 1. ff. *de jure patron.*

61 Gravissima injuria est, flagellis cædi, *ut hic.* adde quæ scripsi ad *l.* 12. ff. *de jure fisci. & ad l.* 7. ff. *de pœnis.*

62 Vide *l.* 7. §. *præterea.* 2. ff. *de injuriis.*

63 Vide *l.* 7. *in fin.* ff. *de obsequiis.*

nus ducentem familiare, justave 19 mortuo 20 facientem.

3. Gallistratus lib. 1 Cognitionum.

VEl qui 21 cadaver prosequuntur: quod etiam videtur [ex] rescripto Divorum 22 Fratrum comprobatum esse.

Edictum de his qui sine venia vocari non possunt, 1. 2. De parentibus.

4. Ulpianus lib. 5 ad Edictum.

QUique litigandi 23 causa necesse habet in jure, vel certo loco sisti: nec furiosos 24 vel infantes 25. §. 1. Prætor ait: Parentem 26, Patronum 27, Patronam 28, liberos, Parentes, Patroni, Patronæ, in jus sine permissu meo ne quis vocet. §. 2. *Parentem* hic utriusque sexus accipe. Sed an in infinitum, quæritur? Quidam 29, parentem 30 usque ad tritavum appellari aiunt: superiores, *majores* dici. Hoc veteres existimasse Pomponius refert: sed Gaius Cassius omnes 31 in infinitum 32 parentes dicit: quod & honestius 33 est, & merito obtinuit. §. 3. Parentes etiam eos accipi Labeo existimat, qui in servitute susceperunt: nec tamen, ut Severus 34 dicebat, ad solos justos liberos, sed & si vulgo quæsitus sit filius, matrem in jus non vocabit.

5. Paulus lib. 4 ad Edictum.

QUia [semper] certa est, etiamsi vulgo conceperit: Pater vero is est, quem nuptiæ demonstrant 35.

De parentibus naturalibus.

6. Idem lib. 1 Sententiarum.

PArentes naturales 36 in jus vocare nemo potest: una 37 est enim omnibus parentibus servanda reverentia.

De parentibus patris adoptivi.

7. Idem lib. 4 ad Edictum.

PAtris 38 adoptivi parentes impune vocabit: quoniam hi ejus parentes non sunt: cum his tantum cognatus fiat, quibus & adgnatus.

De patronis.

8. Ulpianus lib. 5 ad Edictum.

ADoptivum 39 patrem, quamdiu in potestate est, in jus vocare non potest, jure 40 magis potestatis, quam præcepto Prætoris: nisi sit filius, qui castrense habuit peculium: tunc enim causa cognita permittitur: sed naturalem parentem, ne quidem dum est in adoptiva familia, in jus vocari. §. 1. *Patronum*, inquit, *Patronam. Patroni* hic accipiendi sunt, qui ex servitute manumiserunt: vel si collusionem detexit, vel si qui præjudicio pronuncietur esse libertus, cum alioquin non fuerit: aut si juravi 41 eum libertum meum esse: quemadmodum per contrarium pro patrono non habebor, si contra me judicatum est: aut si, me deferente, juraverit *se libertum non esse.* §. 2. Sed si 42 ad jusjurandum adegi, *ne uxorem ducat, ne nubat*; impune in jus vocabor: & Celsus quidem ait in tali liberto jus ad filium meum, me vivo, non transire. Sed Julianus contra scribit. Plerique Juliani sententiam probant: secundum quod eveniet, ut patronus quidem in jus vocetur, filius, quasi innocens, non vocetur 43.

De eo qui manumittit ex causa fideicommissi.

9. Paulus lib. 4 ad Edictum.

IS quoque, qui ex causa fideicommissi manumittit, non debet in jus vocari: quamvis ut manumittat, in jus vocetur.

De liberis parentibusque patroni vel patronæ, 5. 6. De deportatione & restitutione patroni. 7. De adoptione patroni. 8. Vel ejus filii. de nepote patroni. 9. De liberis patroni. 10. De liberta enixa ex patrono. 11. De liberto capitis accusato, vel in servitutem petito. 12. De causa cognitione. 13. Si patronus nomine alterius, vel alius nomine patroni interveniat.

10. Ulpianus lib. 5 ad Edictum.

SEd si hac lege emi, *ut manumittam*, & ex constitutione 44 Divi Marci venit ad libertatem: cum sim patronus, in jus vocari non potero: sed si suis 45 nummis emi, & fidem fregi, pro patrono non habebor 46. §. 1. Prostituta contra legem venditionis, venditorem 47 habebit 48 patronum, si hac lege venierat, *Ut, si prostituta esset, sit libera.* At si venditor, qui manus injectionem excepit, ipse prostituit: quoniam & hæc pervenit ad libertatem, sub illo quidem, qui vendidit, libertate consequitur, sed honorem haberi ei æquum non est: ut & Marcellus libro sexto Digestorum existimabat. §. 2. Patronum autem accipimus, etiamsi capite minutus sit, vel si libertus capite minutus, dum adrogetur per 49 obreptionem: cum enim hoc ipso, quo adrogatur, celat conditionem: non 50 id actum videtur, ut fierer ingenuus. §. 3. Sed si jus annulorum accepit, puto eum reverentiam patrono exhibere debere, quamvis omnia ingenuitatis munia habet. Aliud, si 51 natalibus sit restitutus: nam Princeps 52 ingenuum facit. §. 4. Qui 53 manumittitur à corpore aliquo, vel collegio, vel civitate, singulos in jus 54 vocabit: nam non est illorum libertus; sed Reipublicæ honorem habere debet: & si adversus Rempublicam, vel universitatem velit experiri, veniam Edicti petere debet, quamvis actorem eorum constituturn in jus sit vocaturus. §. 5. *Liberos, parentes* [que], *patronum, patronamque*, utriusque sexus accipere debemus. §. 6. [Sed] si pœnam deportationis ad peregrinitatem 55 redactus sit 56 patronus, putat Pomponius eum amississe honorem: sed si fuerit restitutus, erit ei etiam hujus Edicti commodum salvum.

§. 7. *Parentes patroni* etiam adoptivi excipiuntur 57: sed tamdiu, quamdiu adoptio durat. §. 8. Si filius meus in adoptionem datus sit, vocari à liberto meo in jus non poterit: sed nec nepos in adoptiva familia susceptus. Sed si filius meus emancipatus adoptaverit filium: hic nepos in jus vocari poterit: nam mihi alienus est. §. 9. *Liberos* 58 autem secundum Cassium 59, ut in parentibus, & ultra trinepotem accipimus. §. 10. Si liberta ex patrono fuerit enixa, mutuo se ipsa, & filius ejus, in jus non vocabunt. §. 11. Sin autem liberi patroni capitis accusaverunt libertum paternum, vel in servitutem petierunt, nullus 60 eis honor debetur. §. 12. Prætor ait, *In jus nisi permissu meo ne quis vocet*: permissurus enim est, si famosa actio non sit, vel pudorem non sugillat, qua patronus convenitur, vel parentes: Et totum hoc, causa cognita, debet facere: nam interdum etiam ex causa famosa, ut Pedius putat, permittere debet patronum in jus vocari à liberto: si eum gravissima 61 injuria adfecit 62, flagellis forte cæcidit. §. 13. Semper autem hunc honorem patrono habendum, etsi quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor interveniat patronus. Sed si 63 patroni tutor, vel curator interveniat: impune posse eos in jus vocari, Pomponius scribit: & verius est.

De pœna edicti moderanda ex bono & æquo.

11. Paulus lib. 4 ad Edictum.

QUamvis non adjiciat Prætor, *Causa cognita se pœnale judicium daturum*: tamen Labeo ait, 64 moderandam jurisdictionem: [veluti] si pœniteat 65 libertum, & actionem remittat, vel si patronus vocatus non venerit, aut [si] non invitus 66 vocatus sit: licet Edicti verba non patiantur.

Si patroni filius patre absente in jus vocetur.

12. Ulpianus lib. 57 ad Edictum.

SI libertus in jus vocaverit contra Prætoris Edictum filium patroni sui, quem ipse patronus in potestate habet: probandum est, absente patre 67 subveniendum esse filio, qui in potestate est: & ei pœnalem in factum actionem, id est, quinquaginta 68 aureorum adversus libertum competere.

De his quibus reverentia præstanda est.

13. Modestinus lib. 10 Pandectarum.

GEneraliter eas 69 personas, quibus 70 reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris in jus vocare non possumus.

Si magistratus interpelletur.

14. Papinianus lib. 1 Responsorum.

LIbertus à patrono reus constitutus, qui se defendere paratus, pro tribunali Præsidem provinciæ frequenter interpellat: patronum accusatorem in jus non videtur 71 vocare.

De libelli oblatione.

15. Paulus lib. 1 Quæstionum.

LIbertus adversus patronum dedit libellum 72, non dissimulato se libertum esse ejus: an si ad desiderium ejus referibatur, etiam Edicti pœna remissa 73 esse videtur? *Respondi*, non puto ad hunc casum Edictum Prætoris pertinere: neque 74 enim qui libellum Principi, vel Præsidi dat, in jus vocare patronum videtur.

Si tutor pupilli nomine patronam suam in jus vocet.

16. Idem lib. 2 Responsorum.

QUæsitum est, an tutor pupilli nomine patronam suam sine permissu Prætoris vocare possit? *Respondi* eum de quo quæritur, pupilli nomine 75 etiam in jus vocare patronam suam potuisse, sine permissu Prætoris.

Si quis se exhibiturum caverit.

17. Idem lib. 1 Sententiarum.

EUm, pro quo quis apud 76 officium cavit, exhibere cogitur. † Item [eum] qui apud 77 acta exhibiturum se esse quem promisit, & si officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur.

Utrum de domo sua, vinea, balneo, theatro, in jus vocari quis possit.

18. Gaius lib. 1 ad legem XII Tabularum 78.

PLerique 79 putaverunt, 80 nullum de 81 domo 82 sua in jus vocari licere: quia 83 domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit: eumque, qui inde in jus vocaret, vim inferre videri.

19. Paulus lib. 1 ad Edictum.

SAtisque pœnæ subire eum, si non defendatur, & latitet, certum est: quod mittitur 84 adversarius in possessionem bonorum ejus. † Sed si aditum ad se præstet, aut ex 85 publico conspiciatur: recte in jus vocari eum Julianus ait.

20. Gaius lib. 1 ad legem XII Tabularum.

SEd etiam à vinea 86, & Balneo 87, & Theatro 88 nemo 89 dubitat in jus vocari licere.

21. Paulus lib. 1 ad Edictum.

SEd etsi is, qui domi est, interdum vocari in jus potest; tamen de 90 domo sua nemo 91 extrahi debet.

De impuberibus puellis in jus non vocandis. 1. quibus casibus vocatus dimitti debet.

22. Gaius lib. 1 ad leg. XII Tabularum.

NEque 92 impuberes puellas, quæ alieno juri subjectæ essent, in jus vocare permissum est. §. 1. Qui in jus vocatus est, duobus casibus dimittendus est: si quis ejus personam 93 defendet: & si, dum in jus venitur, de 94 re transactum fuerit.

De communi liberto.

23. Marcianus lib. 3 Institutionum.

COmmunis libertus, licet plurium sit, debet 95 à Prætore petere, ut ei liceat vel quendam ex patronis [in jus] vocare, ne in pœnam incidat ex Edicto Prætoris.

De pœna hujus judicii. De hærede, de tempore.

24. Ulpianus lib. 5 ad Edictum.

IN 96 eum, qui adversus ea fecerit, quinquaginta 97 aureorum judicium datur: quod nec heredi, nec in heredem, nec ultra annum datur.

25. Modestinus lib. 1 de Pœnis.

SI 98 sine venia Edicti impetrata libertus 99 patronum in jus vocaverit: ex querela 100 patroni, vel supra dictam pœnam, id est, quinquaginta aureos dat: vel à *Præfecto* urbi, quasi inofficiosus castigatur 1, si inopia dignoscitur laborare.

64 Vide *l.* 2. ff. *de re judic. l.* 15. ff. *eod. l.* 2. §. 1. ff. *ad. prox.*

65 Vide *l.* 65. *in fin.* ff. *de furtis.*

66 Volenti non fit injuria.

67 *l.* 18. §. *si filium.* ff. *de judic.*

68 *l.* 24. ff. *eod.*

69 *l.* 32. *in fin.* ff. *de injuriis.*

70 Pone exemplum in redemptore & servatore. *Seneca* 3. *controv.* 4.

71 Cur ita? vid. *l.* 14. §. *si libertum. in fin.* ff. *de bonis libert.*

72 Principi. vide quæ scripsi ad *titulum Codicis, quando libellus principi detur litis contestationem faciat.*

73 Commissa. *Hotom. 5. obs.* 19. admissa.

74 In jus non vocat, qui libellum Principi aut Præsidi dat. vide *d. tit. C. quando libellus.*

75 An etiam actionem famosam intendere? vide *l.* 1. *C. si tutor non gesserit. l.* 1. *C. de obsequiis.*

76 Vide *l.* 27. *C. de fidejussoribus.*

77 Apud acta vel Officium, cautio judicio sisti fit. *Goth.* Officium, id est, officiales, ex quorum pacto ipsi parti utilis acquiritur actio. *l.* 2. *in fin. juncl. l.* 4. *in fin. ff. rem pupilli salvam fore. S. L.*

78 Hæ leges teste Cornificio seu autore ad Herennium, Plauto & Terentio) jubebant vocatum in jus sequi. de hac lege scripsi in meis fragmentis ad leges XII Tabul.

79 Vide in hunc locum *Jasonem hic. Duenasium regula* 288. *Minsingerum 4 obs.* 69. *l.* 4. §. 5. ff. *de damno. l.* 103. ff. *de regulis. Ciceronem pro Domo & in Vatinium* 8. *Quint.* 9. *Xenophontem.* 7. *Cæs.* 8. *c.* 18.

80 Hæc lex non servatur in Gallia.

81 Adde *l.* 19. *l.* 21. ff. *eod*

82 Excipe *l.* 19. *in fin. l.* 20 ff. *eod.*

83 Id sumpsit videtur ex notissima testudinis fabula: οἶκος, ὄροφος, ὀστᾶ, κρέας, de qua vide Erasmum 3 *Adagior.* 3. *adagio* 38. vim ideo & injuriam facit, qui invitum domo tua extrahit *Goth.* Loquitur de extractione violenta,

84 Adde *l.* 19. *l.* 21. ff. *eod*

85 ἡ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, ex foro. Autor *Ecloga. illo loco.*

86 ἀπὸ συκῆς, *Basil.* id est, a janua sive janua, ut veteres loquuntur. Cur enim hoc de vinea potius dicatur, quam de alio agrorum genere, non video. Deinde nec vinea nec alius qualiscunque ager ad domum facere videtur. Cujac. 21. *obs.* 38. nisi dicas hic agi de vinea (ut sæpe accidit) domo alicui adhærente, aut nisi legas, *caupona.*

87 In jus quis vocari potest ex medio cœtu plurium una lavantium vel spectantium, puta à balneo publico vel theatro.

88 Cur à theatro? est enim universitatis locus. § 7. *Inst. de rer. divis.* At à theatro hic est, ab illa ædium parte ex qua prætereuntes spectare commodissime vel cum aliquo voluptatis genere solent, puta ex pergula aliqua, in qua pictores suas picturas prætereuntibus spectandas proponere solebant. *l.* 5. §. 12. ff. *de his qui dejecerunt.* vel etiam ex taberna, horreo, armario, officina vel simili loco, v. *l.* 19. §. 2. *de judiciis.* vel ex fenestra, ex qua Nerva servos ostendens derisus est. *l. penult.* ff. *in quib. cauſ. pign.*

89 Cur? quia si licet in jus vocare eum qui ad se aditum præstat, aut ex publico conspicitur, multo magis licebit eum in jus vocare qui in vinea, balneo aut theatro conspicitur. Est enim hujusmodi in locis major hominum frequentia, & quidem in balneo plus quam in vinea: & in theatro, plus quam in balneo. 90 V. quæ scripsi *ad l.* 48 ff. *de V. S.* 91 *V. l.* 4. § *Prætor. § notes.* ff. *de damn. l.* 103. ff. *de R. J. v.* in hanc *l. Minsing. 4. obs.* 69.

92 *Autor Ecloga illo loco. c.* 22.

93 *V. l.* 5. *in pr.* ff. *ex quib. cauſ. in poſſeſſ.*

94 *l.* 2. *in pr.* ff. *ſi quis cautio.*

95 Imo non cogitur, *arg. l.* 10. §. *qui manumittit.* ff. *eod.*

96 7. *Eclog.* 7. *c.* 24.

97 *l.* 12. ff. *eod. l. ult.* ff. *eod.* §. *omnis. in fin. Inſt. de pœna temere.*

98 Idem 12. *qu.* 2. *c. epiſcopus.* §. *libertum.* adde *l.* 1. ff. *de offic. Præfect. urb.*

99 Non idem in vasillo. v. Everard. *in loco à liberto ad vaſallum.*

100 Actio in factum hæc querela dicitur *in l.* 25. §. 1. *in fin.* ff. *de obſequ.*

1 Vide *l.* 1. *in fin.* ff. *de pœnis.* μησίτῃ, *Eclog. d. c.* 24. Goth. Abrogat. per *l.* 1. *C. de ceſſion. bonor.* Anſ.

Tit. V.

SI QUIS IN JUS VOCATUS NON IERIT: SIVE QUIS EUM VOCAVERIT, QUEM EX EDICTO NON DEBUERIT.

De fidejussore non subjecto jurisdictioni illius, ad quem vocatur.

1. Ulpianus lib. 1 ad Edictum.

SI quis in jus vocatus fidejussorem dederit [in] judicio sistendi causa, nan 2 supposituri jurisdictioni illius ad quem vocatur, pro 3 non dato fidejussor habetur: nisi 4 suo privilegio specialiter renunciaverit.

2 Adde *l.* 2. §. 3. *in fin.* ff. *qui ſat. ſ. dare.*

3 Paria sunt, nullum dare fidejussorem, judicio sisti, & eum dare, qui jurisdictioni jus dicentis non sit suppositus.

4 Renunciare & privilegio fidejussor judicio sisti, potest, *ut hic. & l.* 7. ff. *qui ſatisd. l.* 51 *C. de Epiſcopis. l.* 29. *C. de pactis.* Renunciare juri suo quisque potest. *Novell.* 136. *cap.* 1. *Novell.* 74. *cap.* 3.

Ex fori præscriptioni

I. quæ causa in jus venire oportet. 1. De eo qui non venit, puniendo vel excusando.

2. PAULUS lib. 1 ad Edictum.

IN JUS quacunque causa ad Prætorem, vel alios qui jurisdictionem præstant [6], in jus vocatus venire debet [7]: ut hoc ipsum fieri videatur, an jurisdictio ejus sit. §. 1. Si quis in jus vocatus non ierit ex causa à competenti Judice multa [8] pro jurisdictione Judicis [9] damnabitur: sufficitati enim hominis parendum erit. † Item [10], si nihil interfit actoris, eo tempore in jus adversarium venisse, remittit [11] Prætor pœnam, puta, quia feriatus dies fuit.

De actione in eum qui judicio non stetit.

3. ULPIANUS lib. 47 ad Sabinum.

CUm quis in judicio sisti promiserit, neque adjecerit pœnam, *si status non esset*, incerti [12] cum eo agendum esse in id quod interest, verissimum est: & ita Celsus quoque scribit.

6 Horum enim nomen libello apponi oportere inferius dicetur.

7 Hoc ius est.

8 Atqui is tantum videtur multandus, qui quod extremum est in jurisdictione non fecit. *l. un. §. 2. ff. si quis ius dicenti l. 27. in fin. ff. de recept. arbitr.* 9 *l. 1. 2. in fin. ff. de judic. l. ult. C. de modo multarum.* unde colligitur, Prætoribus & Magistratibus jus multæ indicendæ competisse. *l. 1. §. 3. ff. de ventre in poss. l. 131 ff. de verb. sign.* 10 *l. 5. in fin. ff. ne quis eum qui in jus, &c. l. 8. ff. si quis cautionibus.* 11 Imo non remittit. *l. 11. §. 6. ff. de adimend.* Goth. Citatio facta in diem feriatum Jure Canonico valet, & obligat citatum, ut proximo die juridico compareat, *cap. cum dilecti. extr. de dolo & contumac.* & ibi Panormit. *num. 4.* Felin. *ad cap. quoad consultationem. num. 3. 4. extr. de accusat.* Anf. Quod in praxi servatur. Vid DD. ad *l. 1. C. de offic. ejus. ind.* Peref. *ad tit. C. de feriis num. 9.* Christin. *vol. 2. decis. 158. num. 11.* S. L. 12 Hodie pœnam compromitti oportet. *Novell. 82. c. 11. §. & quia.*

TIT. VI.

IN [13] JUS VOCATI UT EANT, AUT SATIS, VEL CAUTUM DENT [14].

Qualis fidejussor judicio sistendi causa dandus, & accipiendus est.

1. PAULUS lib. 1 ad Edictum.

EDicto cavetur, *Ut fidejussor judicio sistendi causa datus, pro* [15] *rei qualitate locuples detur: exceptis necessariis personis: ibi enim qualemcunque* [16] *accipi jubet*: veluti, pro parente, patrono.

2. CALLISTRATUS lib. 1 ad Edictum Monitorium.

ITem pro patrona, liberisve [17] suis, vel uxore, nuruve: tunc enim [18] qualiscunque [19] fidejussor accipi jubetur: & in eum qui non accepit, cum sciret eam necessitudinem [20] personarum, quinquaginta aureorum judicium competit.

3. PAULUS lib. 4 ad Edictum.

QUoniam pro locuplete [21] accipitur [22] fidejussor in necessariis [23] personis.

Si quis duos sisti promiserit, & unum exhibeat.

4. ULPIANUS lib. 58 ad Edictum.

QUi duos [24] homines in judicio sisti promisit, si alterum exhibet, alterum non: ex promissione non videtur eos stetisse, cum alter eorum non sit exhibitus.

13 Cicero, seu autor ad Herennium, *lib. 2.* lege jus est, ut eas in judicium cum voceris; &, Si in jus vocet atque eat. Cicero 2 *de legib.* de quo dixi *ad leges XII tabularum. tit. de judiciis.*

14 Judicio sisti, in diem locumque certum, vide *Novell. Leon. 108.*

15 *l. 5. §. 1. ff. qui satisdare.*

16 *l. 2. §. 2. ff. qui satisdare.*

17 Filiis & nepotibus. Hi omnes contenti esse debent qualicunque fidejussore.

18 *l. 2. §. Prætor ait. ff. qui satisdare.*

19 Etiam non locuples. *l. 2. §. 4. ff. qui satisdare.* 20 Conjunctionem. *l. 3 ff. eod.* 21 Qui veteribus *assidans* dicebatur. 16 *Gell. 10* 22 Cur? inhoneste a tam necessariis personis locuples fidejussor exigitur. 23 Id est, in hujusmodi personis tam necessariis, & conjunctis: secus in aliis. *l. 166 ff. de regulis juris.* 24 Duos qui debet sistere, unius præstatione non liberatur. *l. 9. ff. si quis cautionibus.*

TIT. VII.

NE [25] QUIS EUM QUI IN JUS VOCATUR, VI EXIMAT.

Ratio edicti. 1. Si servus exemerit. 2. Si is qui vocari non potuit, aut ab alio vocari debuit, exemptus sit.

1. ULPIANUS lib. 5 ad Edictum.

HOc [26] Edictum Prætor proposuit, ut metu pœnæ compesceret eos, qui in jus vocatos vi eripiunt [27]. §. 1. Denique Pomponius scribit, servi quoque nomine noxale judicium reddendum: nisi sciente domino id fecit: tunc enim sine noxæ deditione judicium suscipiet. §. 2. Ofilius putat, locum huic Edicto non esse, si persona, quæ in jus vocari non potuit, exempta est: veluti parens, & patronus, cæteræque personæ quæ sententia mihi videtur verior: & sane si deliquit qui vocat, non [28] deliquit qui exemit.

2. PAULUS lib. 4 ad Edictum.

NAm cum uterque contra [29] Edictum faciat, & libertus, qui patronum vocat, & is, qui patronum vi eximat. deteriore tamen loco libertus est, qui in simili [30] delicto petitoris partes sustinet. Eadem æquitas est in eo, qui alio quam quo debuerat, in jus vocabatur. Sed & fortius dicendum est, non [31] videri vi eximi eum, cui sit jus ibi non conveniri.

De servo exempto. 1. De vocato ad judicem pedaneum. 2. De vi & dolo eximentis.

3. ULPIANUS lib. 5 ad Edictum.

QUod si servum quis eximit in jus vocatum, Pedius putat cessare Edictum: quoniam non [32] fuit persona, quæ in jus vocari potuit. Quid ergo? ad exhibendum erit agendum. §. 1. Si quis ad [33] pedaneum [34] judicem vocatum [quem] eximat, pœna ejus Edicti cessabit. §. 2. Quod Prætor præcepit, VI EXIMAT: [vi] an & dolo malo? sufficit vi, quamvis dolus malus cesset [35].

Quid sit eximere. 1. De eo, qui per calumniam vocabatur, exempto. 2. Si quis per alium exemerit.

4. PAULUS lib. 4 ad Edictum.

SEd *eximendi* verbum generale est, ut Pomponius ait: *eripere* enim est de manibus auferre per raptum: *eximere*, quoquo modo auferre: ut puta, si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit, quo minus in jus veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur: videbitur eximisse, quamvis corpus non exemerit. Sed & si eo loci retinuerit, non [36] abduxit; his verbis [37] tenetur.

§. 1. Item, si quis eum qui per calumniam vocabatur, exemerit: constat eum hoc Edicto teneri. §. 2. Prætor ait, *Neve faciat dolo malo, quo magis eximeretur*: nam potest sine dolo malo id fieri: veluti cum justa causa est exemptionis.

Quale sit hoc judicium, & quid in ipsum veniat, 1. 2. Ex causa datur. 3. Quale sit de pluribus delinquentibus. 4. De successoribus. De tempore hujus judicii.

5. ULPIANUS lib. 5 ad Edictum.

SI per [38] alium quis exemerit, hac clausula tenetur: sive præsens fuit, sive absens [39]. §. 1. In eum autem, qui vi eximit, in factum judicium datur: quo non id continetur quod in veritate est; sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controversia est: hoc enim additum est, ut appareat, etiamsi calumniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi. §. 2. Docere [40] autem debet quis, per hanc exemptionem factum, quo minus in jus produceretur: cæterum, si nihilominus productus est, cessat pœna: quoniam verba cum [41] effectu sunt accipienda. §. 3. Hoc judicium in factum est. & si plures deliquerint, in singulos dabitur [42]: & nihilominus manet qui exemptus est, obligatus.

§. 4. Heredibus autem ita dabitur, si [43] eorum interfit. Neque autem in heredem, neque post annum dabitur.

Si eximendi sit verisimile.

6. IDEM lib. 35 ad Edictum.

IS, qui debitorem vi exemit, si solverit, reum non liberat: quia [44] pœnam suam solvit.

25 Facit *Nov. 30. c. 1. 2. Edict. 13. c. 10. §. 12. Inst. de act. ubi vide Theoph.*

26 Cujus fragmentum extat in Epigraphe hujus Tituli. & *l. 4. in fin. ff. eod.*

27 Differt hoc edictum ab eo quod est *tit. 10.* quod hic vis, ibi dolus. *l. 1. §. 3. eod. tit.* De pœna eorum qui captum è manibus judicum liberant: vide Thoming. *decis. 15.* Anf. Adde de Alexandr. *consil. 35. vol. 2.* Roman. *consil. 30.* Boff. *prax. criminal. tit. de captura. num. 7.* S. L.

28 Quia in pari delicto potior est causa defendentis. *arg. l. 2. ff. eod.*

29 Vide *l. 102. ff. de reg. jur.*

30 Pari in causa deterior est causa petitoris seu actoris.

31 Adde *l. 5. in pr. ff. de judiciis.*

32 Servus in jus vocari non poterat. *ut hic.* Imo poterat. *l. 1. §. 1. ff. eod.*

33 Ad quem pertinet titulus *ff. de eo per quem.*

34 Pedaneum ad judicem qui vocatum eximit, pœnis non tenetur, quibus tenetur qui in jus ad Magistratum scilicet vocatum eximit: dixi in *l. 1. ff. de in jus vocando.* Pedaneus autem judex plano pede jus dicebat, neque jurisdictionem, neque tribunal habebat. Quin non potest locus in quo judicat, *jus* appellari nisi improprie.

35 Atqui qui vi facit, dolo malo facit. *l. 2. §. doli. ff. vi bonor. rapt.* 36 Nec *Hal.* 37 Qui alium detinet, is dolum committit. *l. 1. §. 2. ff. de eo per quem.* 38 *l. 1. §. 1. ff. de eo per quem.* 39 Vide *l. 15. §. 7. ff. de injuriis.* 40 Vide quæ scripsi ad *l. 19. §. 1. ff. de probationibus.*

41 *l. 1. §. hæc autem. ff. quod quisque juris.*

42 Singuli enim ex hoc delicto in solidum obligantur. *l. 7 §. 8. ff. de jurisdict.* Anf.

43 *l. 5. in fin. ff. si quis in jus.*

44 Quod quis propter suum delictum solvit, alii non prodest.

TIT. VIII.

QUI [45] SATISDARE [46] COGANTUR [47], VEL [48] JURATO [49] PROMITTANT [50], VEL SUM [51] PROMISSORI COMMITTANTUR.

Etymologia & definitio satisdationis.

1. GAIUS lib. 5 ad Edictum provinciale.

SAtisdatio eodem modo appellata est, quo [52] satisfactio. Nam [53] ut *satisfacere* dicimur ei, cujus desiderium implemus: ita *satisdare* dicimur adversario nostro, qui [54] pro eo, quod à nobis petiit, ita cavit, ut eum hoc nomine securum faciamus datis [55] fidejussoribus.

Quu dicatur locuples fidejussor. 1. De personis quæ accipi non possunt. 2. Edictum de fidejussore in necessariis personis accipiendo. 3. & 4. Ius interpretatio. 5. Quanti teneatur fidejussor, qui judicio sisti promisit.

2. ULPIANUS lib. 5 ad Edictum.

FIdejussor in judicio sistendi causa locuples videtur dari, non tantum ex facultatibus, sed [56] etiam ex conveniendi facilitate.

§. 1. Si quis his personis [57], quæ agere non potuerunt, fidejussorem judicio sistendi causa dederit, frustra erit datio. §. 2. Prætor ait: SI QUIS PARENTEM, PATRONUM, PATRONAM, LIBEROS, AUT PARENTES PATRONI, PATRONÆ, LIBEROSVE SUOS, EUMVE QUEM IN POTESTATE HABEBIT, VEL UXOREM, VEL NURUM IN JUDICIUM VOCABIT [58], QUALISCUMQUE FIDEJUSSOR JUDICIO SISTENDI CAUSA ACCIPIATUR.

§. 3. Quod ait Prætor, *liberosve suos*: accipiemus & ex [59] feminino sexu descendentes liberos: parentique dabimus hoc beneficium, non solum sui juris, sed etiam si in potestate sit aljcujus: hoc enim Pomponius scribit. † Et filius [60] fidejussor pro patre fieri potest, etiamsi in alterius potestate sit. † *Nunmia* [61], etiam pronurum, & deinceps accipere debemus. §. 4. Quod ait Prætor: QUALISCUNQUE FIDEJUSSOR ACCIPIATUR: hoc quantum ad facultates, id est, etiam [62] non locuples.

§. 5. *In fidejussorem, qui aliquem judicio sisti promiserit, tanti, quanti* [63] *ea res erit, actionem dat* Prætor. Quod utrum veritatem 64 contineat, an vero quantitatem [65], videamus? & melius est, ut in veram [66] quantitatem fidejussor teneatur; nisi [67] pro certa [68] quantitate accessit.

3. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

SIve in duplum est actio, sive tripli, aut quadrupli: tanti eundem fidejussorem omnimodo tenere dicemus, quia tanti res esse intelligitur.

4. PAULUS lib. 4 ad Edictum.

SI [69] decesserit, qui fidejussorem dederit judicio sistendi causa: non debebit Prætor jubere exhibere eum. Quod si ignorans jusserit exhiberi, vel post decretum ejus ante diem exhibitionis decesserit: deneganda erit actio. Si autem post diem exhibitionis decesserit, aut amiserit civitatem, utiliter agi potest.

Si quis pro condemnato fidejusserit. 1. Si quis locupletem, vel approbatum fidejussorem non acceperit.

5. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

SI [70] vero pro condemnato fidejusserit [71] [&] condemnatus decesserit, aut civitatem Romanam amiserit: recte nihilominus cum fidejussore ejus agetur. §. 1. Qui pro [72] rei qualitate evidentissime locupletem, vel, si dubitetur, approbatum fidejussorem judicio sistendi causa non acceperit: injuriarum actio adversus eum esse potest: quia sane non quælibet injuria est, duci in jus eum, qui [73] satis idoneum fidejussorem det. Sed & ipse fidejussor, qui non sit acceptus, tanquam de injuria sibi facta queri poterit.

Si vitiose cautum sit.

6. PAULUS lib. 12 ad Edictum.

QUotiens vitiose [74] cautum [75] vel satisdatum est, non [76] videtur cautum.

Si fidejussor dicatur habere fori præscriptionem. 1. Ubi satisdandum. 2. Si satisdatio pro re mobili à persona suspecta desideretur.

7. ULPIANUS lib. 14 ad Edictum.

SI fidejussor non negetur idoneus, sed dicatur [77] habere fori præscriptionem: [&] metuat petitor, ne jure fori utatur, videndum, quid juris sit? & Divus Pius (ut & Pomponius libro epistolarum refert, & Marcellus lib. 3 Digestorum, & Papinianus lib. 3 Quæstionum) Cornelio Proculo rescripsit, merito petitorem recusare talem fidejussorem: sed, si alias caveri non possit, prædicendum ei [78], *non usurum eum privilegio, si convenatur.* §. 1. Si necessaria satisdatio fuerit, & non facile possit reus ibi eam præstare, ubi convenitur, potest audiri, si in alia ejusdem provinciæ civitate satisdationem præstare paratus sit: si autem satisdatio voluntaria est, non in alium locum remittitur: neque enim [79] meretur, qui ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit. §. 2. Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta [80] sit, ex qua satis desideratur: apud Officium [81] deponi [82] debebit, si hoc Judici sederit [83], donec vel satisdatio [84] detur, vel lis finem accipiat.

De die ponenda in stipulatione judicio sisti. 1. Qui fidejubere possunt; vel non. 3. Si fidejussor stipulatori successerit vel contra. 4. Qui mittuntur in municipium ut ibi satisdent. 5. De jurejurando calumniæ ab eis præstando. 6. Et de causæ cognitione.

8. PAULUS lib. 14 ad Edictum.

DE die ponenda in stipulatione [85] solet inter [86] litigatores conveniri.

45 Rei scilicet.

46 Judicio sisti vel flari, *l. 2. ff. eod.* & exhiberi litis contestata tempore: *satisdare* autem, est idoneum fidejussorem dare.

47 Satisdare coguntur omnes, quorum juramento vel nudæ promissioni non creditur.

48 Satisfactio judicio sisti, est varia: interdum enim simplex satisdatio est, interdum cum pœnis & juratoria, interdum nuda promissio.

49 Jurato promittunt illustres, *l. 17. C. de dignit.* & Respublicæ. *l. 6. in fin. ff. ut legatorum nomine caveatur.*

50 Repromittunt immobilium possessores vel respublicæ.

51 Suæ promissioni committuntur necessariæ personæ vel dant qualemcunque fidejussorem.

52 *l. 5 §. satis acceptio. ff. de verb. oblig.*

53 Argumentum à connexis.

54 *Forte legendum* quum pro eo quod a nobis petiit, ita cavemus; ut eum, &c.

55 Adde *l. 1. §. jubet. ff. de collat.*

56 *l. 7. in princ. ff. eod. l. 1. §. si quis in jus vocatus. 7. Ecleg. 14. c. 1. l. 3. ff. de fidejussoribus.*

57 Vide Goedd. *de contrab. & committ. stipul. cap. 7. n. 60. 61. & seq.* Anf.

58 *l. 1. 2. 3. ff. in jus vocati ut eant.*

59 *l. 10. §. liberos. ff. de in jus.*

60 Vide *l. 8. C. de fidejussorib.*

61 Vide *l. 50. ff. de verb. signif.*

62 *l. 1. l. 2. l. 3 ff. in jus vocati.*

63 Quanti res est, interdum accipitur pro eo quod reipsa interest: interdum pro pœna conventa.

64 *Veritas* est, quod reapse interest, *l. 4. §. 7. ff. de damno.* seu vera quantitas. *ff. eod.* cui opponitur hic quantitas vel certa quantitas.

65 *Sabaudi* certam: & quidem conventam, & pacto promissam.

66 Superius appellavit *veritatem.*

67 *l. 4. in fin ff. si quis cautionib.*

68 Majore vel minore, quam revera interfit.

69 *l. 26. §. fin. C. de fidejuss.* vide *l. 69. ff. de verb. oblig.* vid. Cujac. 19. *obs.* 19.

70 Qui exhibiturus se aliquem judicio cavit, mortuo eo pro quo caverat, periculo cautionis liberatur. Paul. 1 *sent.* 13. §. 1. 71 Cautio hæc fiebat apud acta. 72 Πρὸς τὴν ὑπόστασιν, pro causæ ratione. 8. *Ecleg. 8. ex tit. 14. c. 5.* hoc sensu qui fidejussorem citra controversiam pro causæ ratione locupletem & adprobatum ut locupletem, judicio sistendi causa non accipit, in eum tam ipse fidejussor, quam reus, injuriarum actionem habent. Ita Græci hanc legem referunt *illo loco.*

73 *l. 19. ff. de injuriis. l. 31. ff. de reb. autor. judic.* 74 Vitiosa cautio ἐπικίνδυνος. *Ecleg. illo loco.* hoc est, captiosa. Goth. *l. 1. ff. si quis in jus voc.* & ibi Goth. Zanger. *de ex. epr. part 2. cap 21. num. 42.* Anf. 75 Cautio ἀσφαλὴς satisdatio ἀβλαβὴς. *Ecleg. illo loco.* 76 *l. 3 ff. de fidejussoribus.* adde *l. 25. ff. de pignoribus. l. 2 ff. de aut. tutor.* 77 *l. 2. in pr. ff. eod.* 78 *l. 1. in fin. ff. si quis in jus vocatus.* 79 Vide *l. 2. §. 8. ff. si quis cautionibus.* 80 Suspecta ut sit persona varie, alias dicam. 81 Deponere apud Officium quid est? sequestrare. Ex Vide *titulum Codicis de prohibita sequestrat. pecuniæ.* 83 Id est, visum fuerit. 84 Fidejussor. 85 Quia? judicio sisti. Cæterum hujusmodi satisdatio fiebat interposita stipulatione. *l. 126. §. 3. ff. de verb. oblig. l. 5. §. 2. eod.* 86 Imo Prætoris munus est. *l. 1. ff. si quis cautioni.*

venire [87]: si non conveniat [88], Pedius putat in potestate [89] stipulatoris esse: moderato spatio de hoc à Judice statuendo.

§. 1. Qui mulierem adhibet ad satisdandum, non videtur cavere: sed nec miles [90], nec minor viginti quinque annis probandi sunt: nisi hæ personæ in rem suam fidejubeant, ut pro suo procuratore. † Quidam etiam, si à marito fundus dotalis petatur [91], in rem suam fidejussûram mulierem. §. 2. Si servus [92] inveniatur, qui antequam judicium accipiatur, fidejussit judicatum solvi, succurrendum est actori, ut ex integro caveatur. Minori quoque viginti quinque annis succurrendum est: Fortasse & mulieri, propter imperitiam. §. 3. Si fidejussor judicatum solvi, stipulatori heres extiterit, aut stipulator fidejussori, ex [93] integro cavendum erit. §. 4. Tutor, & curator, ut rem salvam fore pupillo caveant, mittendi sunt in municipio: quia necessaria est satisdatio. † Item de re restituenda domino proprietatis, cujus usufructus datus est. † Item legatarius, ut caveat, *evicta hereditate, legata reddi, & quod amplius per legem Falcidiam ceperit.* † Heres quoque [94], *ut legatorum satisfaciat*, audiendus est, ut in municipium mittatur. Plane, si missio jam legatario in possessionem, cum per heredem staret, quo minus caveret, heres postulet, uti de possessione decedat, paratumque se dicat in municipio cavere, impetrare non [95] debebit: diversum, si fine culpa aut dolo heredis missus sit in possessionem. §. 5. Jubetur jurare *de calumnia*, ne [96] quis vexandi magis adversarii causa forsitan, cum Romæ possit satisdare, in municipium evocet. † Sed quibusdam hoc jusjurandum de calumnia remittitur: veluti parentibus & patronis. Sic autem jurare debet, qui in municipium remittitur: *Romæ se satisdare non posse, & ibi posse quo postulat remitti: idque se non calumniæ causa [97] facere:* nam sic non est compellendus jurare, *alibi se, quam eo loco satisdare non posse:* quia si Romæ non potest, pluribus autem locis possit, cogitur pejerare. §. 6. Hoc autem tunc impetrabitur, cum justa causa esse videbitur: Quid enim, si cum erat in municipio, noluit cavere? hoc casu non debet impetrare: cum per eum steterit, quominus ibi, ubi ire desiderat, satisdaret.

De fidejussoribus ab arbitro, 10. Vel à litigatore probatis.

9. Gaius lib. 5 ad Edictum provinciale.

ARbitro ad fidejussores probandos constituto; si in alterutram partem iniquum arbitrium videatur, perinde ab eo atque ab Judicibus [98] appellare licet [99].

10. Paulus lib. 75 ad Edictum.

SI ab arbitro probati sunt fidejussores, pro locupletibus habendi sunt: cum potuerit querela ad competentem judicem deferri. §. 1. Qui ex causa improbat ab arbitro probatos, alias improbatos probat: multoque magis, si sua voluntate accepit fidejussores, contentus [100] his esse debet. Quod [1] si medio tempore calamitas fidejussoribus insignis, vel magna inopia accidit; causa cognita ex integro satisdandum erit.

Si quis post satu acceptionem mandatu domini agere instituerit.

11. Ulpianus lib. 75 ad Edictum.

IUlianus ait, si antequam mandarem tibi, *Ut fundum peteres*, satis acceperis [2] petiturus fundum, & postea mandatu [3] meo agere institueris: fidejussores teneri [4].

De cautione ab eo qui sub conditione institutus est, substituto præstanda.

12. Idem lib. 77 ad Edictum.

INter omnes [5] convenit, heredem sub conditione, pendente conditione possidentem hereditatem [6], substituto cavere debere de hereditate: & si defecerit conditio, adeuntem hereditatem substitutum & petere hereditatem posse: & si obtinuerit, committi stipulationem: & plerumque ipse Prætor & ante [7] conditionem existentem, & ante [8] diem petitionis venientem, ex causa jubere solet stipulationem interponi.

13. Paulus lib. 75 ad Edictum.

SEd & si plures substituti sint [9], singulis cavendum est.

Qui judicatum solvi satisdare debent.

14. Idem lib. 2 Responsorum.

FIliusfamilias defendit absentem patrem. Quæro, an *judicatum solvi* satisdare debeat? *Paulus* respondit, eum, qui absentem defendit, etiam [10] si filius, vel pater sit, satisdare petituro ex forma Edicti debere.

Qui judicio sisti satisdare non coguntur.

15. Macer lib. 1 de Appellationibus.

SCiendum est, possessores [11] immobilium [12] rerum satisdare non compelli. §. 1. *Possessor* autem is accipiendus est, qui in agro, vel civitate rem soli possidet: aut ex asse, aut pro [13] parte. † Sed & qui vectigalem [14], id est, emphyteuticum agrum possidet, possessor intelligitur. † Item, qui solam [15] proprietatem habet, possessor intelligendus est. † Eum vero, qui tantum usumfructum habet, possessorem non esse Ulpianus scripsit.

§. 2. Creditor qui pignus accepit, possessor non [16] est, tametsi possessionem habeat, aut sibi traditam, aut precario debitori concessam. §. 3. Si fundus in dotem datus sit; tam uxor, quam [17] maritus propter possessionem ejus fundi possessores intelliguntur.

§. 4. Diversa causa est ejus, qui fundi petitionem [18] personam habeat. §. 5. Tutores, sive pupilli eorum, sive ipsi possideant, possessorum loco habentur. Sed & si unus ex tutoribus possessor fuit, idem dicendum erit. §. 6. Si fundum quem possidebam, à me petieris; deinde cum secundum te esset judicatum, appellaverim: an possessor ejusdem fundi sim? & recte dicetur possessorem me esse: quia nihilominus possideo: Nec [19] ad rem pertinet, quod evinci [mihi] ea possessio possit. §. 7. Possessor autem quis, necne fuerit: tempus cautionis spectandum est: nam sicut ei, qui post cautionem possessionem vendidit, nihil obest: ita nec prodest ei, qui post cautionem possidere cœpit.

De vadimonio deserto.

16. Paulus lib. 6 ad Edictum.

QUi [20] jurato promisit *judicio sisti* [21], non [22] videtur pejerasse, si [23] ex concessa [24] causa hoc [25] deseruerit.

[87] Cautio judicio sisti duplex est. Una conventionalis & voluntaria; *l. 7. §. 1. ff. eod.* altera necessaria ex edicto Prætoris. *d. §. 1.*

[88] Et διαφωνῶν *Basil.* si dissentiant.

[89] In litis præparatoriis actor reo favorabilior. vide *l. 66. ff. de judic.*

[90] *l. 31. C. de locato.*

[91] Evincatur, atqui possessor immobilium non teneatur satisdare. *l. 15. ff. eod.*

[92] Cujac. 14. *observ. ult.*

[93] Vide *l. 4. ff. de Prætor. stipul.*

[94] *l. 1. in pr. l. 5. §. fin. ff. ut legator.*

[95] Poterit tamen cautionem ubi agit, offerre. *l. 39. ff. de condict. indebit.*

[96] Vide quæ notavi *ad Novell. 49. cap. 3.*

[97] Sed necessitatis. *l. 7. §. 1. ff. eod.*

[98] *l. ult. in fin. C. de judiciis.*

[99] Imo non licet. *l. ult. ff. familiæ. l. 1. C. de recept. arbitr.*

[100] Habet enim quod sibi imputet. *l. 1. §. illud secundum. ff. de separationibus. l. 3. ff. de fidejussoribus.*

[1] Calamitate insigni ex casu superveniente satisdatio exigitur. vide *l. 4. ff. de Prætor. stipulat.*

[2] Quid si ante mandatum solus accepit? vide *l. 7. in fin. ff. judicatum solvi.*

[3] Procurator etiam censetur qui ante mandatum negotium absentis suscepit: post susceptum vero negotium, mandatum habuit, *ut hic.* sic & si ratum fuerit habitum, videtur procurator. *l. 3 §. 2. in fin. ff. judicatum solvi.*

[4] Imo non tenentur: & de integro cavendum erit. *l. 3. §. Procuratorem. 2. l. 7 in fin. ff. judicatum solvi.*

[5] Hanc legem communi interpret. sententia rejecta declarat E. Leonin. *lib. 1. emendat. c. 14.* Ans.

[6] Atqui is calumniose satisdationem exigit, quem alius antecedit. *l. 8. ff. de Prætoris stipulat.*

[7] *V. l. 4. C. ut in possessionem.* & quæ scripsi *ad l. 8. ff. de Prætoris stipulat.*

[8] Vide *l. 96. §. pen. ff. de legat. 1.*

[9] Vide *l. 3. ff. ut leg. servand.*

[10] *l. 12. C. de procur.*

[11] Et Rempublicam. *l. 6. in fin. ff. ut legatorum.*

[12] Immobilium rerum possessio relevat, id est, excusat, a satisdatione, *ut hic.* Ita idonei non satisdant. *l. ult. §. 6. C. de curatore furios.* Per contrarium hinc colligas, Mobilium possessores tantum cavere judicio sisticogi. Quod tamen Socinus, *regula, Cavere. 45.* negat certis casibus verum esse: negat, inquam, custodias, mercatores, mobilium tantum possessores quibus non facilis sit absentia propter multitudinem negotiorum, in summariis denique causis mobilium tantum possessorem cogi satisdare.

[13] *l. 13. §. 1. ff. de fundo dotali.*

[14] Vide *ff. si ager vectigalis.*

[15] Vide *l. 1. §. 2. ff. de Silan.*

[16] Vide quæ notavi *ad l. 36. ff. de adqu. poss.*

[17] Vide *d. l. 13. §. 2.*

[18] Atqui is rem habere videtur. vide *l. 143. ff. de verb. sign.*

[19] Imo ad rem pertinet, vide *l. 109. ff. de reg. jur.*

[20] Immobilium possessor vel Respublica. Hi juratoriæ cautioni committuntur: ut initio hujus tituli dictum est. *v. l. 12. C. de proc. Sacrorum.*

[21] Verbi gratia, servum pro quo noxali judicio conventum est.

[22] *Pejerare* non videtur qui ex concessa legibus aut per Principem causa vadimonium deserit. Deserentem vadimonium vis major excusat. Senec. *4 de beneficiis* 39 *in fin.*

[23] Princeps an jurisjurandi gratiam facere possit, vide *l. ult. ff. ad municipalem.*

[24] αἰτίᾳ *ως 7. synops. ex titul. 14. c. 12. §. 6.* id est, justa de causa.

[25] Promissionem judicio sisti factam, & sic vadimonium. Deserti vadimonii pœnam non patitur, qui ex concessa causa vadimonium deserit. diat *l. 6. ff. si quis cautionibus.*

[26] ἐφ' ᾧ ἐνεχθῇ ἢ ἐγγυᾶν ἔχῃ. *7. Eclog. 8. ex tit. 15. cap. 1.* id est, de quo obligationem vel actionem habeo.

[27] *l. 11. ff. si quis cautionibus.*

[28] *Al.* exhibeto. *al.* eum sistere & loco exhibere cogam.

[29] ἐν τῇ πρωτοκαθεδρίᾳ, etiam in contestatione litis. *d. loco.*

[30] Ob manumissionem. *l. 5. in princ. ff. eod.*

[31] Cur ita? vid. *l. 3. §. 1. in fin. ff. de alienat. judicii.*

[32] De quo vide Capitolinum, *in Antonin.*

[33] Facit *l. 81. ff. de verb. oblig.*

[34] Et jus suum cessurum. *l. 29. in fin. ff. de noxalib.*

[35] *l. 131. ff. de reg. jur.*

[36] *l. 6. ff. de Publiciana.*

[37] *l. 26 §. si absente. 6. ff. de noxalibus.*

[38] Qui servum noxæ nomine abduxerat.

[39] Cur? omnis in integrum restitutio debet esse mutua & reciproca. *l. 24. §. 4. ff. de minoribus.*

[40] Hinc colligit Accursius, legatarium missum in possessionem rerum hereditariarum ex secundo decreto nanciscî dominium rei legatæ: de quo vide *l. 9. ff. ut in possess. legatorum.* Verum aliud est in bonis esse, & in dominio esse.

[41] Vel è contra, si cum proprietario. *l. 17. in fin. ff. de noxalibus.*

[42] Atque ita in quemvis datur actio. vid. *l. 5. ff. de noxalibus.*

Tit. IX.

SI EX NOXALI CAUSA AGATUR, QUEMADMODUM CAVEATUR.

Edictum de servo, pro quo noxalis actio est, exhibendo. 1. Quid sit in eadem causa sistere.

1. Ulpianus lib. 7 ad Edictum.

SI QUIS EUM, DE [26] QUO NOXALIS ACTIO EST, JUDICIO SISTI PROMISIT: Prætor ait, IN EADEM [27] CAUSA EUM EXHIBERE [28], IN QUA TUNC EST, DONEC [29] JUDICIUM ACCIPIATUR.

§. 1. *In eadem causa sistere*, quid sit, videamus? & puto verius, eum [videri in] eadem causa, qui ad experiendum non facit jus actoris deterius. † Si desinat [30] servus esse promissoris, vel actio amissa sit, non videri in eadem causa statum Labeo ait: vel si qui pari loco erat in litigando, cœpit esse [in] duriore; vel loco, vel persona mutata. † Itaque si [quis] ei, qui in foro promissoris conveniri non potest, venditus, aut potentiori datus sit: magis esse putat, ut non videatur in eadem causa [31] sisti. † Sed & si noxæ deditus sit, Ofilius non putat in eadem causa sisti: cum noxæ deditione cæteris noxalem actionem perimi putat.

Si servus absit, dominus præsens sit, vel contra.

2. Paulus lib. 6 ad Edictum.

SEd alio jure utimur: nam ex præcedentibus causis non liberatur noxæ deditus; perinde enim noxa caput sequitur, ac si venisset. §. 1. Si absens sit servus, pro quo noxalis actio alicui competit: siquidem dominus non negat in sua potestate esse; compellendum putat Vindius [32] vel *judicio* [33] *eum sisti* promittere, vel judicium accipere; aut si nolit defendere, cauturum, cum primum potuerit se [34] exhibiturum: sin vero falso neget in sua potestate esse; suscepturum judicium sine noxæ deditione: idque Julianus scribit, & si [35] dolo fecerit, quo minus in eus esset potestate. † Sed si servus præsens est, dominus abest; nec quisquam servum defendit [36], ducendus erit jussu Prætoris: sed, causa cognita, domino [37] postea datur defensio, ut Pomponius & Vindius scribunt: ne ei absentia sua noceat. Ergo & actori [38] actio restituenda [39] est, perempta, eo quod ductus servus in [40] bonis ejus esse cœpit.

De usufructuario non defendente servum.

3. Ulpianus lib. 7 ad Edictum.

SI cum usufructuario [41] noxali judicio agetur, isque servum non defenderit: denegatur ei per Prætorem usus fructus persecutio.

Si cum uno ex dominis agatur.

4. Gaius lib. 6 ad Edictum provinciale.

SI cum uno ex dominis noxalis agetur, an pro parte socii satisdare deberet? Sabinus ait, non [42] debere: quia quodammodo totum suum hominem defenderet, cui in solidum defendendi necessitas esset: nec auditur, si [43] pro parte paratus sit defendere.

Si servum. 6. Aut statuliberum sisti promissum sit, & liber factus sistatur.

5. Ulpianus lib. 47 ad Sabinum.

SI servum in eadem causa sistere quidam promiserit, & liber factus sistatur: si de ipso controversia est capitalium actionum, injuriarumque nomine, non [44] recte sistitur: quia aliter de servo supplicium & verberibus [de injuria] satisfit, aliter de libero vindicta sumitur, vel condemnatio pecuniaria. Quod autem ad cæteras noxales causas pertinet, etiam in meliorem causam videtur perveniſſe.

6. Paulus lib. 11 ad Sabinum.

SEd si *statuliberum sisti* promissum sit, in eadem causa sisti videtur, quamvis liber sistatur: quod implicitus [45] ei casus libertatis fuerit.

[43] Imo, partem suam cedendo, securitatem consequetur. *l. 8. ver. ante. ff. de noxal.* [44] Atqui punitur ut servus. *l. 1. in princ. ff. de pœnis.* [45] V. *l. 26. in fin. princ. ff. de fideic. libert.*

Tit. X.

DE EO [46], PER [47] QUEM FACTUM ERIT, QUO MINUS QUIS IN JUDICIO SISTAT.

Æquitas edicti. 1. Quid sit facere dolo malo. 2. Quæ sit dolus malus. 3. Si Reus dolo actoris vel extranei non steterit. 4. Si plures dolo fecerint. 5. Si servus fecerit. 6. De successoribus, & de tempore hujus judicii.

1. Ulpianus lib. 7 ad Edictum.

ÆQuissimum putavit Prætor, dolum [48] ejus coërcere, qui impedit aliquem judicio sisti. §. 1. *Fecisse* [49] autem *dolo malo* non tantum is putatur, qui suis manibus, vel per suos retinuerit: verum [50] qui alios quoque rogavit, ut eum detinerent, vel abducerent, ne judicio sistat: sive scientes, sive ignorantes quid esset, quod comminisceretur. §. 2. *Dolum* [51] autem *malum* sic accipimus, ut si quis venienti ad judicium aliquid pronunciaverit triste [52], propter quod is necesse habuerit ad judicium non venire, teneatur Edicto: quamvis quidam putent, sibi [53] eum imputare, qui credulus fuit. §. 3. Si reus dolo actoris non steterit, non habebit reus adversus eum actionem ex hoc Edicto: cum contentus esse possit exceptione, si ex stipulatu conveniatur de pœna, quod ad judicium non venerit: aliter [54] atque si ab alio sit impeditus: nam actionem propositam adversus eum exercebit. §. 4. Si plures dolo fecerint, omnes tenentur: sed si unus præstiterit pœnam, cæteri liberantur [55]: cum nihil interfit.

§. 5. Servi nomine, ex hac causa, noxali judicio agendum omnes consentiunt. §. 6. Et heredi datur, sed non ultra annum: adversus heredem autem hactenus puto dandam [actionem], ut ex dolo defuncti heres non lucretur.

Si servus actoris fecerit.

2. Paulus lib. 6 ad Edictum.

SI actoris servus, domino sciente, & cum possit, non prohibente, dolo fecerit, quo minus in judicio sistam, Ofilius dandam mihi exceptionem adversus dominum ait; ne [56] ex dolo servi dominus lucretur: si vero sine voluntate domini servus hoc fecerit, Sabinus noxale judicium dandum ait, nec factum servi domino obesse debere: nisi hactenus, ut ipso careat, quando ipse nihil deliquit.

Quale sit hoc judicium, & quid in ipsum veniat. 1. Si is, qui dolo fecit, solvendo non sit. 2. Si stipulator dolo tuus, promissor dolo alterius non steterit. 3. Si stipulator & promissor se mutuo impedierint. 4. Quid veniat in hoc Judicium.

3. Julianus lib. 2 Digestorum.

EX hoc Edicto adversus eum, qui dolo fecit, quo minus quis in judicium cautionibus. [55] Quia est actio mere rei persecutoria, *l. 2. 3. ff. de duob. reis.* & in eo differt à *l. 4. §. ult. ff. ne quis eum qui.* Ans. [53] *l. 5. in princ. ff. si quis cautioni. l. 3. 31. in princ. ff. de arbitr.*

[46] Extraneo, *l. 1. §. 3.* sive unus sive plures, *l. 1. §. 4. ff. eod.* quid si per actorem factum? vide *l. 1. §. 2. ff. eod.*

[47] Cujus dolo malo. *l. 1. in pr. & §. 1. ff. eod.*

[48] Si res dolo ad aliquem pervenerit, secundum & in subsidium conveniri potest. vide tameu Socinum, *Reg. 340.*

[49] Qui per se, vel per suos, tam ignorantes quam scientes, dolo malo quem impedierit judicio sisti, edicto tenetur. *7. Eclog. 13. c. 5.*

[50] *l. 4. §. ne quis eum. l. 7. §. fin. ff. de jurisdict.*

[51] Dolo facit & is qui ad judicium venienti pronunciaverit aliquid triste, atque hac re impedierit. *Eclog. d. loco.*

[52] Triste aliquid nuncians alicui ne judicio se sistat, hoc edicto tenetur. Possis & hoc extendere ad eos qui quid exercitui triste nunciant, ut fugam faciat & imbellis cedat. *arg. l. 3. ff. ad l. Jul. Majest.*

[53] *Nov. 53. c. 5. §. eo igitur.*

[54] Vide *l. 2. §. fin. l. 3. ff. si unus.*

[55] Quia est actio mere rei persecutoria, *l. 2. 3. ff. de duob. reis.* & in eo differt à *l. 4. §. ult. ff. ne quis eum qui.* Ans.

judicium vocatus sistat, in factum actio competit, quanti [57] actoris interfuit eum sisti. In quo judicio deducitur, si quid amiserit actor ob eam rem: veluti si reus tempore dominium rei interim sibi adquirat, aut actione liberatus fuerit. §. 1. Plane, si is, qui dolo fecerit, quo minus in judicio sistatur, solvendo non fuerit; æquum erit, adversus ipsum [58] reum restitutorium actionem competere: ne propter [59] dolum alienum reus lucrum faciat, & actor damno afficiatur. §. 2. Si & stipulator dolo Titii & promissor dolo Mævii impeditus fuerit, quominus in judicio sistatur: uterque adversus eum cujus dolo impeditus fuerit, actione in factum experietur. §. 3. Si & stipulator dolo promissoris, & promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad judicium veniret, neutri [60] eorum Prætor succurrere debebit; ab utraque parte [61] dolo compensando. §. 4. Si à fidejussore quinquaginta stipulatus fuero, *Si in judicium meus non venerit*, petiturus à reo [62] centum, & dolo [malo] Sempronii factum fuerit, ne in judicium reus veniat, centum à Sempronio consequar: tanti enim mea interfuisse videtur: quia si venisset in judicium, actio mihi centum adversus reum, vel adversus heredem ejus competebat: licet fidejussor minorem summam mihi promiserit.

[57] *Adde l. 2. §. fin. prox.*
[58] Obstat *l. 18. §. 1. huic deb.* vide quæ notavi *ad l. 10. in fin. ff. de procurator. &c.*
[59] *v. l. 14. §. 2. de quibus ff. quod met. caus. l. 5. §. fin. huic. ff. de noxi. act. &c.*
[60] *Vide quæ scripsi ad l. 4. §. 12. ff. de dolo malo & met. except.*
[61] *l. 36. ff. de dolo. l. 57. in fine. ff. de furt. compt.* vide *l. 39. in fin. ff. soluto.*
[62] Vide quæ notavi *ad l. 4. §. 3. ff. de dolo malo & met. except.*

Tit. XI.

SI QUIS CAUTIONIBUS IN JUDICIO SISTENDI CAUSA FACTIS NON [1] OBTEMPERAVERIT.

Itinere dinumerato quid judicio sistendi causa faciendum est.

1. Gaius lib. 1 ad Edictum provinciale.

VIcena [2] milia [3] passuum in singulos dies dinumerari Prætor [4] jubet, præter [5] eum diem, quo cautum promittitur, & in quem sistere in judicium oportet: nam sane talis itineris dinumeratio neutri litigatorum onerosa est.

Quibus ex causis vadimonium deseri excusatur, ac primum de negotio transacto. 1. *De munere municipali.* 2. *De testimonio perhibendo.* 3. *De valetudine, tempestate, vi fluminis.* 4. *De gravidi tate aut puerperio.* 5. *De furore.* 6. *Interpretatio ejus quod supra dictum est.* 7. *De tempestate & vi fluminis.* 8. *De eo qui retentus fuit.*

2. Ulpianus lib. 74 ad Edictum.

NOn exigimus reum judicio sisti, si negotium, propter quod judicio sisti promisit [6], fuerit transactum: sed hoc ita, si [7 non] prius id negotium transactum sit, quam sisti oporteret: cæterum si postea transactum est, exceptio doli opponi debet. Quis enim de pœna promissa laborat post negotium transactum? cum etiam transacti negotii exceptionem putaverit quis nocere, quasi etiam de pœna transactum sit: nisi contrarium specialiter partibus placuerit. §. 1. Si quis, municipalis muneris causa, sine suo dolo malo impeditus, in judicio secundum suam promissionem non steterit, æquissimum est tribui ei exceptionem. §. 2. Simili modo & si [8] ad testimonium desideratus, ad judicium occurrere non potuit: erit ei subveniendum. §. 3. Si quis judicio se sisti promiserit; & [9] valetudine, vel tempestate [10], vel vi fluminis prohibitus se sistere non possit, exceptione adjuvatur [11]: nec immerito: cum enim in tali promissione præsentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere, qui adversa valetudine impeditus est? & ideo etiam Lex [12] duodecim tabularum, SI JUDEX, VEL ALTERUTER EX LITIGATORIBUS MORBO SONTICO [13] IMPEDIATUR, jubet DIEM JUDICII ESSE DIFFISUM [14]. §. 4. Si non propter valetudinem mulier non steterit judicio, sed quod [15] gravida erat, exceptionem ei dandam [16] Labeo ait: si tamen post [17] partum decubuerit [18], probandum erit quasi valetudine impeditam. §. 5. Idem est, & si quis furere cœperit: nam qui furore impediatur, valetudine impeditur. §. 6. Quod diximus, succurri [19] etiam ei, qui tempestate, aut vi fluminis prohibitus non venit; *impedimentem* sic intelligere debemus, sive maritima, sive terrestris sit, tempestatem intelligere debemus talem, quæ impedimento sit itineri, vel navigationi. §. 7. *Vis fluminis* etiam sine tempestate accipienda est: *vim fluminis* intelligimus, & si magnitudo ejus impedimento sit, sive pons solutus sit, vel [20] navigium non stet.

§. 8. Si quis tamen, cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset, vel tempore opportuno navigasset; ipse se artaverit, numquid [21] exceptio ei minime prosit? quod quidem, causa cognita, erit statuendum: nam neque sic artandus sit, ut possit ei dici, *Cur non multo ante profectus es, quam dies promissionis veniret?* neque iterum permittendum ei, si quid sit, quod ei imputetur, causari tempestatem, vel vim fluminis: Quid enim, si [quis], cum Romæ esset ipso tempore promissionis sistendi, nulla necessitate urgente, voluptatis causa in municipium profectus sit? nonne indignus est, cui [hæc] exceptio patrocinetur? Aut quid, si tempestas quædam in mari fuit, terra autem iste potuit venire, [vel] flumen circumire? æque decendum, non semper ei exceptionem prodesse: nisi [22] angustiæ non patiebantur terra iter metiri, vel circumire. Cum tamen vel flumen sic abundasset, ut impleisset omnem locum, in quo sisti oportuit; vel aliqua fortuita calamitas eundem locum evertit: vel præsentiam venienti periculosam fecit, ex bono & æquo & hic exceptio [23] ei accommodanda est. §. 9. Simili modo exceptio datur ei [24], qui cum ad judicium venire volebat [25], à Magistratu retentus est, & retentus sine dolo malo ipsius: nam si ipse hoc affectavit [26], vel causam [27] præstitit; non ei proderit exceptio: sed ipsius quidem dolus ei oberit, cæterorum non oberit; qui malo dolo fecerunt, ut retineretur. Sed si [28] privatus eum detinuerit, nullo modo ei proderit hæc exceptio.

3. Paulus lib. 69 ad Edictum.

SEd actio [29] ei datur adversus eum, qui detinuit, in id [30] quod ejus interest.

[1] *Adde l. 2 ff. quibus ex causis in poss. eatur.*
[2] *V. l. 3. ff. de verb. sign.*
[3] Maria, *autor Eccl. 7. tit. 8. ex tit. 16. c. 1. 21. Harmenop. 2. §. 54.* Hinc Cicero *orat. pro Quintio.* Hoc tibi planum est facinus neminem esse qui possit hic 5 ad summum triduo, septuaginta millia passuum ambulare.
[4] *l. 8. in pr. ff. qui satisdare.*
[5] Dies cautionis interpositæ non computatur in tempore sistendi, & ut pragmatici loquuntur, Dies termini non computatur in termino. *l. 41. in fine pr. ff. de verbor. oblig.* vide tamen exceptiones apud Socinum *regul. 91. Dies termini:* ubi hoc locum negat habere in his quæ tempus habent natura finitum: aut si interfit reum judicio sisti, eo tempore potius adesse, quam adversarii: utroque enim casu diem termini in termino computari.
[6] *l. 22. in fin. ff. de in jus vocando.*
[7] Si modo prius. *Petr. Fab. 1. Semest. 14. Hott. 4. obs. 8. Cujac. ad l. 93. ff. de verb. oblig.*
[8] V. *l. 2. 4. ff. si quis cautionibus.*
[9] *l. 38. in fine. ff. ex quibus caus. major. l. ult. ff. ad l. Rhod. adde l. 11. in fin. ff. de excus. aut.*
[10] Deferentem vadimonium vis major excusat. *Senec. 4. de beneficiis. 33. & 39.*
[11] Item si carcere inclusus sit. *l. 1. 9. 10. ff. ex quib. caus. major. & l. 4. §. 1. ff. b. t. Ans.*
[12] Dixi ad leges XII Tabularum, *titulo de judiciis.*
[13] V. *l. 60. ff. de re judic.*
[14] Id est, dilatum, id enim *diffindere* est. & ita legendum est apud Gellium 14. *c. 2. diffindi*, non *diem diffundi*, & apud Festum, *in Rom. 16. dies diffisus esto*, pro *dies defensus esto.* Livius 9. *legem Curiatam triste omen diffidit.* Horat. 2. *sermonum: Nihil diffindere possum.*
[15] *Adde l. 14. in princ. §. 1. ff. de ædil. edict.*
[16] Non dandam, *Cujac.*
[17] Decumbere solent mulieres, ut facilius emittantur, & ob partus dolorem. Non omnes sine dolore pariunt, sed quædam tantum, ut Hispanæ, quæ, *teste Strabone* 3. ut primum sunt enixæ, agros colunt & viros decumbere jubent, iisque ministrant, & inter operandum infantem lavant ad alveum amnis alicujus accubantes. Idem de Pygmeis mulieribus Diodorus & Aristoteles, *lib. 20. de admirandis* 19. & *Politicon* 8. de Gallicis mulieribus.
[18] Decumbere autem solent mulieres plerisque in locis ad 40 usque diem. *v. Accurs.* & quæ notavi *ad l. prægnantis. ff. de panis.*
[19] Vide exemplum apud Ciceronem 2. *de Inventione*, ubi de Lacedæmoniis. Sed quomodo constabit judici de vi fluminis? *v. l. 19. §. 1. ff. de probat.*
[20] Veluti ponto, *l. ult. in princ. ff. de servit. rustic.*
[21] An succurratur ei qui se in necessitatem conjecit. *v. l. 7. §. si necessaria. ff. qui satisdare. l. 21. in pr. ff. quod metus. l. 3. §. subveniturr. ff. de Silan.*
[22] Quæ etiam stipulationi nocent. *l. 2. §. qui ita. ff. de eo quod cert.*
[23] Doli scilicet.
[24] Ut non conveniatur in pœnam quam promisit.
[25] V. *l. 2. C. quibus ex caus. major.*
[26] Affectatum impedimentum pro impedimento non habetur.
[27] Causam præstans impedimento impeditus non videtur.
[28] *l. 3. ff. eod. l. 1. §. si reus. ff. de eo per quem.*
[29] Ex edicto de eo per quem factum erit, &c.
[30] *l. 3. in pr. ff. de eo per quem.*

De damnato rei capitalis. 1. *De capitis accusatione, vinculis & custodia militari.* 2. *De funere domestico.* 3. *De captivitate.* 4. *De convention. ne exceptio in vadimonio deserto objiciatur.* 5. *Si satisfactum sit ab eo, qui non tenebatur. Si plus promissum sit.*

4. Ulpianus lib. 74 ad Edictum.

SEd & si quis rei capitalis ante [31] condemnatus judicio sistere se non potuit; merito hunc [32] ignoscitur. † *Rei capitalis* [33] *condemnatum* accipere debemus, qui morte, exiliove [34] coercitus est. † Dixerit aliquis, quo ergo hæc exceptio damnato? sed respondebitur, fidejussoribus ejus esse necessariam: aut si forte in exilium, salva [35] civitate, abiit: ubi defensori ejus exceptio ista proderit. §. 1. Illud sciendum est: eum, qui idcirco non stetit, quia capitis reus factus est, in ea causa esse, ut exceptione uti non [36] possit: damnato enim datur. † Plane si vinculis, vel [37] custodia militari impeditus ideo non steterit, in ea erit causa, ut exceptione utatur. §. 2. Præterea si funere [38] quis domestico impeditus non venit, debet ei exceptio dari. §. 3. Item, si quis in [39] servitute hostium fuerit, ac per hoc in judicium non steterit; debet exceptione adjuvari. §. 4. Quæsitum est, an possit conveniri, *Ne* [40] *nulla exceptio in promissione* [41] *dejecta judicio sistendi causa facta objiciatur?* & ait Atilicinus [conventionem istam non valere]. Sed & ego puto conventionem istam ita valere, si specialiter [42] causæ exceptionum expressæ sint, quibus a promissore sponte renunciatum est. §. 5. Item quæritur, si quis, cum judicio sistendi causa satisdare non deberet, satisdato promiserit; an fidejussoribus ejus exceptio detur? Puto interesse, utrum per errorem satisdato promissum est, an ex conventione: si per errorem, dandam fidejussoribus exceptionem: si ex conventione [43]; minime dandam. Nam & Julianus scribit, si judicio sistendi causa pluris, quam statutum est, per ignorantiam promissum fuerit, exceptionem dari debere: si autem ex conventione [44] tantæ [45] summæ promissio facta sit: exceptionem [46], pacti conventi replicatione, infirmandam [Julianus ait].

Si ex duobus rei stipulandi uni promissum sit, alter autem impedierit. 1. *Si ab uno res petatur, ab altero pœna desertionis.*

5. Paulus lib. 69 ad Edictum.

SI duo rei stipulandi sunt, & uni debitor judicio se sisti cum pœna promiserit; alter autem impedierit: ita demum exceptio adversus alterum danda est, si socii sint: ne [47] profit ei dolus propter [48] societatem. §. 1. Item si duo rei promittendi sint, & unus ad judicium non venerit, contempta sua promissione judicio sistendi causa facta: actor autem ab altero rem petat, ab altero pœnam desertionis: petendo [pœnam] exceptione summovebitur. §. 2. Æque si à patre facta fuerit promissio judicio sistendi gratia ex filii contractu, deinde de re actor egerit cum filio, exceptione summovebitur, si cum patre ex ejus promissione agat. Et contra idem erit, si filius promiserit, & actor egerit cum patre de peculio.

De absentia reip. causa.

6. Gaius lib. 1 ad Legem 12 Tabularum.

SI is [49], qui fidejussorem dedit, ideo non steterit, quod Reipublicæ causa abfuit: iniquum est [50], fidejussorem ob alium [51] necessitate sistendi obligatum esse, cum [52] ipsi liberum esset non sistere.

Quibus excusationibus uti possit qui alieno juri subjectum sisti promisit.

7. Paulus lib. 69 ad Edictum.

SI quis servum in judicio sisti promiserit, vel alium, qui in aliena potestate est; iisdem exceptionibus utitur, quibus, si pro libero, vel patrefamilias fidejussit: præterquam si Reipublicæ causa abesse diceretur servus: nam servus Reipublicæ causa abesse [53] non potest. Præter hanc autem exceptionem, cæteræ, quia communes sunt, tam in libero homine, quam in servo locum habent.

Si quis post diem præstitutum steterit.

8. Gaius lib. 29 ad Edictum provinciale.

ET si [54] post tres, aut quinque, plureve dies, quam judicio sisti se reus promisit, secum agendi potestatem fecerit, nec [55] actoris jus ex mora [56] deterius factum sit: consequens est dici, defendi eum debere per exceptionem.

Si servus se judicio sisti satisfecerit. 1. *Si ex pluribus servus unus non sisterit.*

9. Ulpianus lib. 77 ad Edictum.

SI [57] servus [58] judicio se sisti promittat [59]: non [60] committitur [61] stipulatio [62], neque in eum, neque in fidejussores ejus. §. 1. Si plurium servorum nomine, judicio sistendi causa, una stipulatione promittatur; pœnam quidem integram committi, licet [63] unus status non sit, Labeo ait: quia verum sit, omnes statos non esse: verum, si [64] pro rata unius offeratur pœna; exceptione doli usurum eum, qui ex hac stipulatione convenitur.

Si quo tempore liberatum sisti promiserit. 1. *Si homo sisti promissus, ante diem perierit.* 2. *De successoribus & de morte rei.*

10. Paulus lib. 1 ad Plautium.

SI eum judicio sisti promisero, qui jam tempore liberatus esse dicebatur, quia jam actione forte non tenebatur; actio in me danda est, ut vel exhibeam eum, vel defendam, ut veritas [65] inquiratur. §. 1. Homo sisti promissus ante diem dolo promissoris periit [66]; certo jure utimur, *non ante pœnam peti posse, quam dies venerit: tota enim stipulatio* [67] *in diem collata videtur.* §. 2. Qui injuriarum [68] acturus est, stipulatus erat ante litem contestatam, ut adversarius suus judicio sisteret; commissa stipulatione mortuus est: non competere heredi [69] ejus ex stipulatu actionem placuit: quia tales [70] stipulationes propter [71] rem ipsam darentur [72]: injuriarum autem actio heredi non competit. Quamvis enim hæc stipulatio judicio sistendi causa facta ad [73] heredem transeat, tamen in hac causa danda non est: nam & defunctus si vellet omissa [74] injuriarum actione ex stipulatu agere, non permitteretur [ei]. Idem dicendum esse, & si is, cum quo injuriarum agere volebam, stipulatione tali commissa decesserit: nam non competit mihi adversus heredem [ejus] ex stipulatu actio: & hoc Julianus scribit: secundum

[31] Diem sistendi fallicet.
[32] *Adde l. 1. in fi. ff. de custodia.*
[33] Capitalium pœnarum gradus adde *ex l. Capitalium. 28. ff. de pœnit.*
[34] Mors hæc civilis naturalem imitatur.
[35] Salva civitate exilium esse potest.
[36] Imo excusandus est. *l. 5. §. 9. ff. de recept. qui arbit.*
[37] *l. 2. C. quibus ex caus. major.*
[38] *l. 3. ff. de in jus vocando.*
[39] P. Scipio Africanus, qui Annibalem vicit secundo bello Punico in Hispania oppidum obsidens, cum quodam die in castris sedens jus diceret, interrogatus *in quem diem locumque vadimonium promitti juberet*, manum ad arcem oppidi obsessi intendens, *Perendie*, inquit, *se sistant illo in loco:* atque ita factum; die tertio in quem vadari jusserat, oppidum captum est, eodem die in arce ejus oppidi jus dixit.
[40] Generalis renunciatio non valet, nisi specialis aliqua præcedat. de quo vide plura in Praxi nostra civili, *Tit. de pactis.*
[41] V. *l. 5. §. 1. ff. eod. Cujac. 14. obser. 7.*
[42] *Adde l. 24. §. 8. ff. de damno.*
[43] *l. 29. C. de pactis.*
[44] V. *l. 2. in fin. ff. qui satisdare. l. 43. §. 1. ff. de damno.*
[45] Id est, majoris quam statutum sit. Unde colligunt, pœnas in conventionibus infinitas esse posse. dixi *ad l. 56. ff. de evictionibus.*
[46] Fidejussoribus quoque ejus, qui ex publicæ rei causa non steterit, subvenitur. *7. Eclog. 8. ex tit. 16. t. 6.*
[47] Vide *l. 2. circa med. ff. de eo per quem factum.*
[48] Id est, nec ei dolus socii prosit.
[49] An & aliæ competunt ei exceptiones? vide Molinæum, *tractatu de interesse, n. 174.*
[50] Et ita quod reo prodest, ejus fidejussori est utile, *l. 2. in pr. ff. de liberat. legata.*
[51] Reum principalem.
[52] Fidejussorem in duriorem causam obligari quam reus principalis sit, iniquum est.
[53] *l. ult. ff. de regulis jurir.* quæ est ejusdem autoris & libri. atqui servo munus publicum decerni potest. *l. 3. circa fin. ff. de off. Prætoris.*
[54] *7 Eclog. 8. ex tit. 16. §. 6. vide l. 105. ff. de solut.*
[55] V. *l. 2. in fi. ff. si quis in jus.*
[56] *l. 23. in fin. ff. de petit. hered.*

[57] *l. 13. ff. eod.*
[58] Litigaturus.
[59] Sub pœna.
[60] Cur? servus in jus vocari non potest, servus non potest antestari. *l. 6. l. 7. C. de judiciis.*
[61] Imo committitur. *l. 4. ff. de diverb. & tempor.*
[62] Pœnalis.
[63] Imo pro parte tantum committitur. *l. 18. in pr. ff. ratam rem.*
[64] Μόνην τὴν ἀναλογίαν τῷ μὴ παράσχοντι δίδωμι. *7 Eclog. 14. ex tit. 16. l. 9.* hoc sensu: si plures servos judicio sistere promiserim, & unus status non fuerit, pœna quidem integra committitur, sed per exceptionem pœnam duntaxat do pro illius rata, qui status non fuit.
[65] Incertitudinis veritas ratione inquiri debet.
[66] V. quæ notavi *ad l. 69. ff. de verb. oblig.*
[67] V. *l. 8.*
[68] Vadimonio etiam in actione injuriarum locus erat. *vide Paulum libro singulari sub titulo, Quemadm. injuriarum agatur. apud Rufinum, seu autorem collationis legum Mosaicarum 2.*
[69] Vide quæ dixi *ad l. 7. C. de Revocand. donationibus.*
[70] Judicio sisti.
[71] Cedunt in vicem rei si res deficit. *l. 1. §. communes. ff. de Prætoriis stipulat. l. 4. §. Labeo. ff. de doli except.* & ideo re exacta, vel translata, vel mortua, hæc stipulatio permittur. *l. 5. §. 2. ff. eod.*
[72] Imponuntur jussu judicis.
[73] Cur ita? *v. l. 49. ff. de oblig. & act.*
[74] *Ut l. 17. §. 2. ff. de pactis.*

dum quod & si fidejussores dati erant, minime dabitur in eos actio mortuo reo. Idem Pomponius, si non [75] post longum tempus decesserit, quia si ad judicium veniſſet, litem cum eo contestari actor potuiſſet.

Ut in eadem causa quis ſiſtatur, & quid ſit in eadem causa ſiſtere.

11. Ulpianus lib. 47 ad Sabinum.

SI quis quendam in judicio ſiſti promiſerit, in [76] eadem causa eum debet ſiſtere. *In eadem* autem *causa ſiſtere*, hoc eſt, [ita] ſiſtere, ut actori perſecutio loco deteriori non ſit: quamvis exactio rei poſſit eſſe difficilior. Licet enim difficilior exactio ſit, tamen dicendum eſt videri in eadem causa eum ſteriſſe: nam & ſi novum æs alienum contraxiſſet, vel pecuniam perdidiſſet; videtur tamen in eadem causa ſteriſſe. Ergo & qui alii judicatus ſiſtitur, in eadem causa ſtare videtur.

I. Ad quod tempus refertur æſtimatio ejus quod intereſt agentis.

12. Paulus lib. 11 ad Sabinum.

QUi autem novo privilegio utitur, non videtur in eadem causa ſiſti. §. 1. Illud tenendum eſt, æſtimationem ejus quod interſit agentis, ad [77] illud tempus referendam eſſe, quo ſiſti debuit, non ad id, quo agitur, quamvis deſierit ejus intereſſe.

Si ſervus judicio ſiſti ſtipuletur, vel promittat.

13. Julianus lib. 55 Digeſtorum.

QUotiens ſervus [78] judicio ſiſtendi cauſa, ut ipſe litigaturus, vel ab alio ſtipulatur, vel ipſe promittit; nec [79] committitur ſtipulatio, nec fidejuſſores tenentur: quia ſervus conveniri, vel convenire non poteſt.

De ſtipulatione procuratoris.

14. Neratius lib. 2 Membranarum.

SI procurator ita ſtipulatus [eſt], ut ſiſtat dumtaxat eum, quem ſtipularetur; non [80] etiam pœnam, *ſi ſtatus non eſſet*, ſtipularetur, propemodum [81] nullius momenti eſt ea ſtipulatio: quia procuratoris, quod ad ipſius utilitatem [82] pertinet, nihil intereſt ſiſti. Sed cum alienum negotium in ſtipulando egerit, poteſt defendi non procuratoris, ſed ejus, cujus negotium geſſerit, utilitatem in ea re ſpectandam eſſe; ut quantum domini litis interfuit ſiſti, tantum ex ea ſtipulatione, non ſtato reo, procuratori [83] debeatur. † Eadem & fortius [84] adhuc dici poſſunt, ſi procurator ita ſtipulatus eſſet, *Quanti ea res erit*: ut hanc conceptionem [85] verborum, non ad ipſius, ſed ad [86] domini utilitatem relatam interpretemur.

Si tutor promiſerit judicio ſiſti, & deſierit poſſe conveniri.

15. Papinianus lib. 2 Quæſtionum.

SI tutor judicio ſiſti promiſerit, & ſtipulationi non obtemperaverit; & interea [87] pupillus adoleverit, aut mortem obierit, aut etiam [88] abſtentus ſit hereditate; denegabitur ex ſtipulatu actio: nam & ipſius rei quæ perebatur, ſi tutor judicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non [89] eſſe dandam in eum actionem judicari probatum eſt.

Tit. XII.

DE [1] FERIIS [2] ET DILATIONIBUS [3] ET DIVERSIS TEMPORIBUS.

Ne quis meſſium aut vindemiarum tempore in jus venire cogatur. 1. Si hu temporibus ſententia dicta fuerit. 2. Quibus ex cauſis, dictu temporibus in jus vocare licet.

1. Ulpianus lib. 4 de Omnibus Tribunalibus.

NE [4] quis [5] meſſium vindemiarumque tempore adverſarium [6] cogat ad judicium venire; Oratione Divi Marci exprimitur: quia occupati circa rem ruſticam, in forum compellendi non ſunt. §. 1. Sed [7] ſi Prætor aut per ignorantiam, vel ſocordiam evocare eos perſeveraverit, hique ſponte venerint: ſiquidem ſententiam dixerit præſentibus illis, & [8] ſponte litigantibus, ſententia valebit, tametſi non recte fecerit, qui eos evocaverit: ſin vero, cum abeſſe [9] perſeveraverint, ſententiam protulerit etiam abſentibus illis, conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti. neque enim Prætoris factum juri derogare [10] oportet. [Et] citra appellationem igitur ſententia infirmabitur.

§. 2. Sed excipiuntur certæ [11] cauſæ, ex quibus cogi poterimus, & per id temporis, cum meſſes vindemiæque [12] ſunt, ad Prætores venire: ſcilicet ſi res tempore [13] peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremptura. † Sane quotiens [14] res urget [15], cogendi quidem ſumus ad Prætorem venire, verum ad hoc tantum cogi æquum eſt, ut lis conteſtetur: & ita ipſis verbis Orationis exprimitur: denique alterutro recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem Oratio conceſſit.

2. Idem lib. 5 ad Edictum.

EAdem Oratione Divus Marcus in Senatu recitata effecit, de aliis ſpeciebus [16] Prætorem adiri etiam diebus feriaticis [17]: utputa [18] ut tutores aut curatores dentur, ut officii admoneantur ceſſantes [19], excuſationes allegentur, alimenta [20] conſtituantur, ætates [21] probentur, ventris nomine in poſſeſſionem mittatur, vel rei ſervandæ cauſa, vel legatorum, fideive commiſſorum, vel damni infecti: item de teſtamentis exhibendis, ut curator detur bonorum ejus, qui an heres exſtaturus ſit, incertum eſt: aut de alendis liberis, parentibus, patronis: aut de adeunda ſuſpecta hereditate: aut ut aſpectu [22] atrox injuria æſtimetur; vel fideicommiſſaria libertas præſtanda.

3. Idem lib. 2 ad Edictum.

SOlet etiam meſſis vindemiarumque tempore jus dici [de] rebus, quæ tempore, vel morte [23] perituræ ſunt: morte, veluti furti, damni, injuriæ, injuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata rapuiſſe dicuntur, & ſi quæ ſimiles ſunt: item ſi res tempore perituræ ſunt, aut actionis dies exiturus [eſt]. §. 1. Liberalia quoque judicia omni tempore finiuntur. §. 2. Item in eum qui quid nundinarum [24] nomine adverſus [25] communem utilitatem acceperit, omni tempore jus dicitur.

De tempore meſſium & vindemiarum ſtatuendo.

4. Paulus lib. 1 ad Edictum.

PRæſides provinciarum [26], ex conſuetudine cujuſque loci, ſolent meſſis vindemiarumque cauſa tempus ſtatuere.

Juſtitium pri. Kal. Jan.

5. Ulpianus lib. 62 ad Edictum.

PRidie Kalendas [27] Januarias Magiſtratus neque [28] jus dicere, ſed nec ſui poteſtatem facere conſuerunt.

Si feriatis diebus judicatum fuerit.

6. Idem lib. 77 ad Edictum.

SI feriatis diebus fuerit judicatum: Lege cautum eſt, ne his diebus judicium ſiſt, niſi [29] ex voluntate partium: & quod aliter adverſus ea judicatum erit, ne quis judicatum [30] facere, neve ſolvere debeat: neve quis, ad quem de ea re in jus aditum erit, judicatum facere cogat.

Quoties dilatio dari debeat.

7. Idem lib. 1 de officio Conſulis.

ORatione quidem Divi Marci, amplius quam [31] ſemel [non] eſſe dandam inſtrumentorum dilationem, expreſſum eſt; ſed utilitatis litigantium gratia, cauſa [32] cognita, & [33] iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia provincia, ſecundum moderamen locorum impertiri ſolet: & maxime [34] ſi aliquid inopinatum [35] emergat. Illud videndum, ſi defunctus acceperit aliquam dilationem [36] propter inſtrumenta, an ſucceſſori quoque ejus dari debeat: an vero, quia jam data eſt, amplius dari non poſſit? & magis eſt, ut & hic, cauſa cognita dari debeat.

De die naturali.

8. Paulus lib. 13 ad Sabinum.

MOre [37] Romano [38] dies [39] à media [40] nocte [41] incipit, & [42] ſequentis noctis media parte finitur: itaque quicquid in his viginti quatuor [43] horis [44] (id eſt [45] duabus dimidiatis noctibus, & luce [46] media) actum eſt [47], perinde [48] eſt, quaſi quavis hora lucis actum eſſet.

Quæ poſſunt tempore feriarum expediri vel non.

9. Ulpianus lib. 7 de officio Proconſulis.

DIvus Trajanus Minicio Natali reſcripſit, ferias à forenſibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quæ [49] ad diſciplinam [50] militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ cuſtodiarum [51] quoque cognitionem eſſe.

Quoties dilatio danda ſit.

10. Paulus lib. 5 Sententiarum.

IN pecuniariis cauſis omnis dilatio ſingulis cauſis plus [52] ſemel tribui

---

1 III. C. XII. *Plato* 2. *de legibus*. 3 *Gell.* 17. *Macrob.* 1. *Saturn.* 16. *Virg.* 1. *Georg.* ibi *ſæpe etiam feſtis*. Porro quæ hic *feriæ*, autori Eclog. 7. *tit.* 17. ἡμέραι ἀπορρητοι ἢτοι ἀφοσιώσιμοι dicuntur, dies feriati & vacantes. De feriis ſolemnibus dixi *l.* 26. §. 7. ℑ. *ex quibus cauſis majores*: de aliis *C. eod. hoc titulo.*

2 Feriis agere licet, quod noceret præteriſſe. *Macrob.* 1 *Saturn.* 16. Goth. De feriarum exceptione vid. Zancher. *de except. c.* 7. Anſ.

3 Dilatio, Græcis ὑπερθεσις. *Eclog.* περὶ ὑπερθέσεων.

4 Tempore meſſis & vindemiæ nemo ad judicium venire cogitur. *7 Eclog.* 17. *cap.* 1. *Harmenop.* 4. §. 5.

5 *l.* 3. ℑ. *eod. l.* 2. *C. eod.*

6 Etiam non impeditum circa rem ruſticam. *v. Pileum*, *quæſtione* 123.

7 *Eclog. dicto loco.*

8 *l.* 6. ℑ. *eod.*

9 *l.* 4. *C. quomodo & quando judex.*

10 *l.* 170. ℑ. *de regulis juris.* poteſt tamen derogari. *l. penult. in princ.* ℑ. *de Juſt. & jure.*

11 Feriæ non obſervantur ubi res ſi differatur, tempore peritura ſit. Sic Auguſtus *apud Suetonium*, Ne quod negotium elaboretur, 30 amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum (*id eſt, juridicundæ*) accommodavit. 12 Hinc feriæ vindemiales, *Gell.* 4. niſi potius inibi legendum eſt, *denicales*. de quibus dixi ad Feſtum *in Denicales*.

13 *l.* 3. *in pr.* ℑ. *eod.* 14 Εἰ μὴ ἀναβολὴ ἀγωγὴ. *Eclog.* 17. *c.* 1. ſi futurum eſt ut actio perimatur: hoc ſenſu, ſi futurum eſt ut actio perimatur, convenire coguntur uſque dum litis conteſtatio fiat, non ulterius. 15 Celeritatem deſiderare res dicuntur, quarum periculoſa eſt dilatio. *l.* 1. ℑ. *de damn.* 16 Species hic, pro cauſa, lite, & negotio. 17 Feriatici dies, idem quod feriati. 18 *l.* 3. §. *penult.* ℑ. *de tut.* 19 Quid ſi *ceſſantium* legamus: ut *ceſſantium* voce ipſos tutores tutelam recuſantes intelligamus? 20 *l.* 1. *in princ.* ℑ. *ubi pupilli educari.*

21 De probatione ætatis *v. l.* 13. ℑ. *de probat.* 22 Aſpectu etiam ipſo, atrox injuria æſtimatur: niſi *ex aſpectu* referas ad *atrox*, potius quam ad verbum *æſtimetur*: quod tamen in idem recurrit. 23 *l.* 1. §. *ult.* ℑ. *eod.* 24 V. quæ notavi ad *l. unicam. C. de nundinis.* 25 *l.* 2. ℑ. *de annona.*

26 Non tamen ſua autoritate. *l.* 4. *C. eod.*

27 Kalendis Januariis Conſules & magiſtratus magiſtratum ineibant. *v. Novell.* 105. *cap.* 1.

28 Hinc illud apud Ciceronem *2. de legibus*. Feriis jurgia amovento. *adde l.* 11. *C. eod.*

29 *l.* 1. §. 1. ℑ. *eod.*

30 Judicatum facit, qui rebus judicatis paret: & ſolvit id quod judicatum eſt.

31 V. *l.* 1. *C. de dilationibus.*

32 *l.* 7. *in princ.* ℑ. *de edendo.*

33 Imo, plus ſemel tribui non poteſt. *l ult.* ℑ. *eod.*

34 Ad inſtrumentorum inquiſitionem, ſi quis quoque dilatio datur: maximeque ſi quid inopinatum emergat. Græci ita hunc locum exprimunt. *7 Eclog.* 17. *c.* περὶ ἀναβολῶν. *c.* 7.

35 ἐκπρόσωπον. *Eclogarii loco.* improviſum. Improviſa & nova novo auxilio indigent.

36 Adde *l.* 99. §. 2. ℑ. *de verborum ſignificatione.*

37 Mos ille indictus eſt à ſacerdotibus Romanis: qui ita diem civilem definere, ut & Ægyptii & Hipparchus. 2. *Plin.* 77. ut ex Plinio diſcamus, hunc morem tranſlatitium fuiſſe, & ab Ægyptiis petitum fuiſſe. Cauſas tamen nonnullas adfert Plutarchus *in Romanis quæſtionib. c.* 85. hujus moris inſtituti, has nimirum, quod in prima conſtitutione Romanæ Reipublicæ (quæ militaris fuit) conſilia nocte capi ſolita: eorum more qui exoriente ſole quid acturi: alias cauſas vide apud eundem. 38 Romano more cum ait diem à media nocte incipere, & ſequenti nocte media finiri, diem civilem, qui eſt legitimus *Iſidorus* 5. *c.* 30. definit. Ac præterea ejus initium apud alias gentes diverſum fuiſſe ſubinuit, ut mox dicetur plenius. 39 Dies, ἐκ τοῦ δίος, id eſt, à Jove, *ut Varr. 4. de lingua. & Feſtus* notavit. Indei Deſpiter, Jovis pater. *apud Horat.* 1. *car.* Et Cretenſes diem Δία appellant. 1 *Macrob.* 15. Hinc ſinguli dies à Dis. Queis addendum, Diei ſimulachrum cultum fuiſſe ab Antiocho Epiphane, *teſte Athenæo.* Porro quod hic ait, diem inchoari, ſubintellige non naturalem, ſed civilem, ut mox dicam. *Gerh.* Anni, dieï, & momenti appellatione quid in jure veniat, vid. Govean. *lect. lib.* 1. *cap.* 10. De die naturali & civili vide Alber. *de diverſ. temp. appell. cap.* 5. Anſ. Adde Auguſtin. *lib.* 2. *emendat. cap.* 13. Joann. Robert. *lib. recept. ſent. cap.* 1. Cujac. *lib.* 15. *obſerv. cap.* 32. Aul. Gell. *lib.* 2. *cap.* 3. & *lib.* 3. *cap.* 2. S. L. 40 Media nox, idem quod ſexta noctis. *Gellius*, *Macrobius illo loco.* ſeptima incipiens. 6. *Harmenop. tit. de verborum ſignificat.* §. 32. In horas 12 nox, in totidem horas dies Romæ dividebatur. Qui mos noctis & diei per horas dividendorum, Romæ fuit poſt reperta ſolaria. (Solarium antiquiſſimum apud ædem Quirini primum ſtatutum dicunt: alii in Capitolio, alii ad ædem Dianæ in Aventino: & illud conſtat, nullum in foro prius fuiſſe, quam id quod Marcus Valerius ex Sicilia advectum ad Roſtra in columna poſuit: quod cum ad clima Siciliæ deſcriptum, ad horas Romæ non conveniret, L. Philippus Cenſor aliud juxta conſtituit: deinde aliquanto poſt P. Cornelius Naſica Cenſor ex aqua fecit horarium: quod & ipſum ex conſuetudine noſcendi à ſole horas, ſolarium cæpit vocari. Et horarum nomen non minus annos 300 Romæ ignoratum eſſe credibile eſt, cum in 12 Tabulis nuſquam nominatas horas invenias, ſed meridiem, vel ſolis occaſum vel ſupremam tempeſtatem. *Cenſorinus c.* 23. *de die Natali.* 17. *Plin.* 60.) Quod ut evidentius intelligamus, partitio alia diei noctiſque, alia, inquam, à ſuperiore nobis ſubjicienda eſt junctim ex Macrobio 1 *Saturn.* 3. & Cenſorino *de die natali, cap. ultim.* Vix enim ſeparati illi autores veram præbent. Qua potero utar in eo brevitate ſimul & diligentia. Primum tempus diei, *mediæ noctis inclinatio.* (nox enim media, principium & poſtremum diei Romani.) Hinc proximum, *de media nocte.* Inde *Gallicinium*, quo galli cauere incipiunt: Inde *Conticinium*, quo vel cum conticuerunt, vel cum homines tum quieſcunt. Tunc *ante lucem*: & ſic *diluculum*, cum ſole nondum orto jam lucet. Inde *mane* ſeu *ſecundum diluculum*, cum lux videtur ſolis. Poſt hoc *ad meridiem*: tum *meridies*. Inde *de meridie*. Poſt, *tempus occiduum*. Mox, *ſuprema tempeſtas* (ſicut expreſſum eſt in 12 Tabulis, *ſolis occaſus ſuprema tempeſtas eſto*). Deinde *Veſpera*. Inde *Crepuſculum* (quod res creperæ, id eſt, dubiæ, ut ueſcias dies ſit an nox, λυκαυγὰς, Galli, *entre chien & loup*. Ab hoc tempore *prima fax* (quod tempus veteribus dicebatur *luminibus accenſis*, & *prima fax*). Deinde *concubia* ſeu *concubium*. Inde *intempeſta*, quæ non habet idoneum tempus rebus gerendis. Ab hoc, *Ad mediam noctem*. Inde *media nox* ſeu *mediæ noctis inclinatio*, hoc eſt, id tempus à quo hujus narrationis exordium duximus. Fuit & nox in vigilias, primam, ſecundam, tertiam, & quartam diviſa. *Cenſorinus illo loco.* 41 A nocte (& quidem media) dies Romanorum civilis initium ducit. *Plinius*, *Gellius*, *Macrobius*, *Cenſorinus*, *Plutarchus*. Apud Babylonios vero, ut & Perſas, 5. *ibid.* 30. dies ab exorto ſole: Umbros à meridie: Athenienſes, à ſolis occaſu. *Plinius*, *Gellius*, *Macrobius*, *Cenſorinus*, *ibidem.* à ſexta hora diei Athenienſes diem ſuum inchoare ſcribit Livius 5. Iſidorus. Cæterum quod à nocte Romani diem inceperint, ab Ægyptiis petitum eſſe ſupra docuimus. Ita apud Moſen veſpere & mane, unus dies dicitur. *Geneſ.* 1. & in hymno illo, Qui mane junctum veſperi. Unde mihi ſuſpicio eſt apud Feſtum *in Æquidiale* manifeſtum mendum eſſe, quod ita ſanari poſſe puto: *Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicemus Æquinoctiale, quia nocti dies potius, quam dies nocti adnumerari debet*: Græci quoque in hoc conſentiunt, ἰσημερινὸν, id eſt, æquidiale dicentes. Quo ex loco diſcemus veteres à nocte dies ſuos inceperiſſe. 42 Dies igitur à media nocte Romæ cæpit, & eadem finitur. Conſtat igitur, duabus dimidiatis noctibus & luce media. 43 Horis viginti quatuor conſtat dies Romanus, ſeu civilis dies, *ut hic.* Babylonii diem duodecim horis, ut & Græci, diviſerunt. *Herodotus in Euterpe*: quem morem tribuit Triſmegiſto Fab. Victorinus *in Rhet. Ciceronis*. Verum hæc partitio diei videtur fuiſſe naturalis diei, non civilis. Porro civilis hic dies conſtans horis viginti quatuor, vocatur tempus, quod fit uno cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur. *Cenſorinus capite ultimo*, ut & apud Moſen ex veſpere & die unus dies perficitur. *Gen.* 1. Cujus diei civilis, apud gentes varias, varia initia fuiſſe ſuperius eſt oſtenſum. 44 De horis, & quid quaque hora geſtum à Romanis, dixi alio loco. vide interim 4 *Martialis* 8. 45 Diei civilis principium eſt ab hora ſexta noctis, præcedentis lucem: medium, lux: finis reliquæ ſex horæ noctis diem ſeu lucem ſequentes. A nocte ſeu noctis ſexta, diem ſuum Romanos inchoaſſe, vel ex his Varronis colligimus, quod Romanis ſacra diurna dicebantur, quæ ſex primis illis horis noctis, lucem præcedentis pergebantur: nocturna ſacra, quæ ſex aliis horis noctis lucem ſequentibus fiebant. 46 Lux hæc media, dies naturalis, & verus, Cenſorino appellatur: Iſidoro 5. *cap.* 30. abuſive dies, qui & pars diei civilis eſt. Naturalis dies, tempus eſt ab oriente ſole ad ſolis occaſum: cujus contrarium tempus eſt nox ob occaſu ſolis uſque ad exortum. *Cenſorinus capite ultimo.* Civilis igitur dies, naturalem diem continet & noctem: & ut nox ſequitur duas dimidiatas noctes & lucem mediam. Huc refer quæ apud Virgilium occurrunt, de medio curſu noctis, & de medio axe, & medio olympo. His enim locis ſignificatur nox media. 47 Atqui tempus à momento ad momentum ſpectandum eſt *l.* 3. §. *minorem.* ℑ. *de minoribus.*

48 Sic Magiſtratus populi Romani, poſt mediam noctem auſpicabantur, cum illis erat auſpicandum: poſt exortum ſolem, agebant. Utraque illa duo, auſpicium nimirum poſt mediam noctem, & actio poſt exortum ſolem, eadem die fieri dicebantur. 3 *Gell.* 2. *Macrob.* 1 *Saturnal.* 3. Ita Tribuni plebis, (quos nullum integrum diem abeſſe Roma licuit,) cum poſt mediam noctem proficiſcuntur, & poſt primam facem ante mediam noctem ſequentem revertuntur, non videntur abfuiſſe diem: quoniam ante horam noctis ſextam finitam regreſſi ac reverſi, partem aliquam illius in urbe conſumunt. *Gell. Macrobius illo loco.* Huc refer quæ de ſacris diurnis ante dixi, (diurna ſine fuiſſe, quæ à media nocte peragebantur, ſed & id quod de uſurpata muliere & trinoctio ex Q. Mutio Juriſconſulto referunt. *Gellius & Macrob. illo loco.* 49 Militaris diſciplina ferias non admittit, *ut hic.* Ita Scævola conſultus quid feriis agi liceret, reſpondit, quod omiſſum noceret. 1 *Macrob. Saturn.* 16. Cujus rei religione Judæi quidam qui in defertum profugerant, ab Antiochi militibus obſeſſi, die ſabbati haud pugnare auſi, miſere perierunt. Verum Matthias, Judæ Maccabæi pater, poſt eos docuit etiam ſabbatis pugnare: qui mos inde ductus ac ſervatus eſt apud Judæos, ut ſi neceſſitas occurrat, pugnent etiam ſabbatis. *Joſephus* 12 *Antiquitatum. c.* 8. 50 Diſciplina militaris, militia, vel exercitio militiæ. *v. l.* 12. ℑ. *de re militari.* 51 Eorum qui in carcere & cuſtodia ſunt, ut & latronum. *l.* 10. *C. eod.* 52 *l.* 1. *in fine. C. de dilat.*

tribui non potest. In capitalibus autem reo [51] tres dilationes, accusatori duæ dari possunt: sed utrumque, causa cognita.

51 Reo. in causis capitalibus plures dilationes dantur quam accusatori, *ut hic*. Ita lege Pompeia de vi, accusatoribus ad dicendum duæ horæ, tres reo concessæ. Cicero *in Rrutu*, & *emstio lib.* 4 *de publicis*. 13. *ad Attic. um* 47. *Philippica* 1. 7. *Familiar.* 24 Reo igitur melior conditio fuerit, *ut hic*. pœna certe aut non deterior esse debet. *c. non licet.* 32. *de regul. jur. in* 6.

TIT. XIII.

DE EDENDO.

De edenda actione. 1. *Quid sit* actionem edere. 2. *De die & Consule.* 3. *Quæ sunt edenda.* 4. *Si quis non totam stipulationem edat.* 5. *Quibus causis non edenti subveniatur.*

1 II. C. 1.
2 Ἐκδοσις ἐν τοῖς ἑπτὰ τοῦ Ἐκλογ. 18.

1. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

QUa quisque actione agere volet, eam edere [2] debet: nam æquissimum videtur, cum, qui acturus est, edere actionem, ut proinde sciat reus, utrum cedere [4], an contendere ultra debeat: & si contendendum putat, veniat instructus ad agendum, cognita actione qua conveniatur. §. 1. Edere [5] est [etiam] copiam [6] describendi [7] facere, vel in libello [8] complecti, & dare, vel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat [9] adversarium suum [10] ad album [11], & demonstret, quod [12] dicturus est, vel [13] id dicendo, quo uti velit. §. 2. Editiones sunt [14] die & Consule fieri debent, ne quid excogitetur de die, & Consule, & prælato [15] die fiat. Diem autem & Consulem excipit Prætor, quo instrumentum conscriptum est, non in quem solutio concepta est: nam dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. Rationes tamen cum die & Consule edi debent: quoniam accepta, & data, non alias possunt apparere, nisi dies & Consul fuerit editus. §. 3. Edenda sunt omnia, quæ quis apud judicem edicturus est: non tamen ut & instrumenta, quibus quis usurus non est [16], compellatur edere. §. 4. Edere non videtur, qui stipulationem totam non edit. §. 5. Eis qui ob ætatem, vel rusticitatem, vel ob sexum [17] lapsi non ediderunt, vel ex alia justa causa, subvenietur.

3 Ἐκδιδόναι λέγουσι καὶ τὸ ἐκδοῦναι τὴν ἀγωγήν. *Ecl. t. 1. b. 2. c. 1.* Goth. De hoc edicto v. Cujac. *lib.* 10. *observ. cap.* 14. Rebuffus *pro tribunal. lib. singul. cap.* 4. & de vera ejus lectione vide Duaren. *disput. Annivers. lib.* 1. *cap.* 3. Forcatul. *Cupid. Juspert. lib.* 1. *c.* 17. Joan. Robert. *l.* 3. *sent. jur. cap.* 13. Cujac. *lib.* 8. *obs. cap.* 15. S. L.

4 Δεύτερον δὲ ζητοῦσιν ἐνταῦθα τοῦτο, εἰ ἐστὶν ὑποτίθεσθαι, *utrum transigere an vero instituere sit ad occurrendum seu defendendum decet. Græci illo loco.* Ut illo ex loco videatur hic legendum *decidere* non *cedere.*

5 *l.* 6. §. *edi. l.* 10. §. *edi.* ff. *eod. l.* 89. ff. *de verb. signif.*

6 *Edit*, qui describendi copiam reo facit, qui in libello complectitur, qui dat, vel dictat, qui ex libello actionem suam demonstrat vel codicem profert.

7 Describendi copiam facere Græcis *illo loco* est ἀντίγραφον δοῦναι.

8 Græcis χάρτης.

9 *Quid si legas*, deducat, vel perducat?

10 Adversaria sua. *Alciatus* 2. *disp. ult.* 8. *Paterg.* 7. id est, qui tabulas rationum tumultuario confectas extendit in rationum libris: Græci illo loco ita exprimunt: καὶ τὸ ἀναδέξαι κατὰ χάρτης (quidam legunt χαρτῶν. τὸν ἀγοραῖον ἀναγκάσαι τὸν ἀντίδικον, hoc est, *ex albo* (nam ibi interpres negligenter, aut certe nimis simpliciter vertit, *libello actionem demonstrare, vel Codicem proferre.* Est igitur producere adversarium suum ad album, partem adversariam, ut *l.* 1. *C. eod.* ad album Prætoris deducere, & ei digito demonstrare, qua parte edicti sis acturus.

11 Id est, ad matriculam Prætoris, & ex ea demonstrat quo edicto sit acturus. Duar. 1. *disp.* 13. Cujac. 8. *obs.* 15. χάρτης vel χάρτον est illius locis. Glossæ λευκὸν, λεύκωμα.

12 Quod adversario dicturus sis, nihil aliud est, quam actio, qua in eum usurus sis.

13 Etiamsi re ipsa non deducas ad album Prætoris: quæ pars Græcis est, τὸ προχείρως τὴν αὐτὴν, Codicem proferre, aut Codicem ostendere.

14 Sic in editione testamenti, non patitur Prætor diem & Consulem describi vel inspici, ideo videlicet ne quid falsum fiat. Dies namque & Consulis inspectio materiam falsum admittendi præbere potest. *l.* 2. §. 6. ff. *testam. quemadmodum aperiantur.*

15 Ita legitur *in l.* 28. ff. *de falsis. Alias*, prolato die, id est, anticipato: Galli *antidate.*

16 Vide *l.* 10. §. 1. ff. *eod.* Ans.

17 Ut sunt mulieres. v. *l.* 110. *in fin.* ff. *de reg. jur.*

18 Habenti instrumentum non editur. *l.* 6. §. *pen.* ff. *eod.*

19 Vide *l.* 2. §. 2. ff. *de jure fisci.*

20 Campsor (id est, argentarius publicus, πραγματευτὴς) potest quisque sua voluntate civili jure esse. In regno Franciæ nemo campsor esse potest, nisi Regis permissione. vid. Guidonem Papæ *decis.* 28.

21 Ratio quid? vide *l.* 6. §. 3. ff. *eod.* an exemplum, vid. *l.* 11. ff. *eod.* Goth. De argentariis, & fide adhibenda eorum libris, vid. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 91. Ans.

22 *l.* 6. §. *rationem. l.* 10 ff. *eod. l.* 89. ff. *de verb. sign.* 23 Meum dici potest, quod mea causa confectum. 24 Cur ita? v. *l.* 175. *in pr.* ff. *de reg. juris.* 25 Vide quæ notavi ad *l.* 6. §. 4. *C. de his qui ad Eccles.* 26 *l.* 19. §. 2. ff. *de judiciis.* 27 Ideoque tenebitur suis sumptibus illud reducere. *arg. l.* 11. §. 1. *vers. interdum.* ff. *ad exhib. eund.* 28 *l.* 6. *in pr.* ff. *eod.* 29 Causa cognita. *l. argentarium.* 45. ff. *de judiciis.* 30 Vide quæ de horreo scripsi *ad l.* 7. ff. *de instruct.* 31 *l.* 9. §. *nihil interest.* ff. *eod.* 32 *l.* 3. §. *heres.* ff. *commodat. l.* 65. §. *si communis.* ff. *pro socio.* 33 Vide *l.* 6. §. 3. ff. *quod cujusque.* 34 Subscriptio probat adversus subscribentem. vide *leg.* 9. §. 3. ff. *de jure dot. l.* 14. *C. si certum petatur.*

2. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

SI legatum petatur, non jubet Prætor verba testamenti edere: ideo fortasse, quia heredes solent [18] habere exemplum testamenti.

Quæ instrumenta fisco à reo edenda sunt.

3. MAURICIANUS lib. 2 de Pœnis.

SEnatus censuit. Ne quisquam eorum, à quibus quid fisco petetur, alia instrumenta [19] delatori cogatur edere, quam quæ ad eam causam pertinerent, ex qua se deferre professus esset.

Edictum de edendis rationibus ab argentario. 1. *Et ejus ratio.* 2. *Si filiusfamilias.* 3. *Vel servus argentariam exercet.* 4. *De eo qui desiit argentariam facere. Ubi edi debet.*

4. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

PRætor ait: ARGENTARIÆ [20] MENSÆ EXERCITORES RATIONEM [21], QUÆ AD [22] SE PERTINET, EDANT ADJECTO DIE, ET CONSULE. §. 1. Hujus Edicti ratio æquissima est: nam cum singulorum rationes argentarii conficiant, æquum fuit, id quod mei causa confecit, meum [23] quodammodo instrumentum mihi edi. §. 2. Sed & filiusfamilias continetur his verbis, ut vel ipse cogatur edere. An & pater, quæritur. Labeo scribit patrem non cogendum, nisi sciente eo argentaria exercetur: Sed recte Sabinus respondit, tunc id admittendum, cum patri quæstum refert. §. 3. Sed si servus argentariam faciat (potest [24] enim): si quidem voluntate domini fecerit, compellendum dominum edere, ac perinde in eum dandum est judicium, ac si ipse fecisset: sed si inscio domino [fecit], satis esse dominum jurare [25], eas se rationes non habere. † Si servus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur: sed si dominus habet rationes, nec edit: in solidum tenetur. §. 4. Etiam is qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur. §. 5. Sed ibi quis compellitur edere [26], ubi argentariam exercuit: & hoc est constitutum. Quod si instrumentum argentariæ in alia provincia habeat, in alia administraverit: ibi puto cogendum edere, ubi argentariam exercuit: hoc enim primum deliquit [27], quod alio instrumentum transtulit. Quod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compelletur: minime hoc facere cogitur, nisi descriptum [28] velis, ubi de ea re agitur, eum tibi dare, tuis videlicet sumptibus.

18 Habenti instrumentum non editur. *l.* 6. §. *pen.* ff. *eod.*

5. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

SPatiumque ad perferendas eas tribuendum est [29].

De successoribus argentarii, & pluribus argentariis, & tutoribus. 2. *De jurejurando calumniæ ab eo qui sibi rationes edi postulat, præstando.* 3. *Rationis appellatione quid contineatur.* 4. *Quid veniat in actionem ex hoc edicto.* 5. *Cui edi ratio debet.* 6. *Quibus edendus est dies & Consul in mutuo tabularum inscriptus.* 7. *Quod sit* rationem edere. 8. *Edictum.* 9. *Et ejus interpretatio. De rationibus edendis argentario.* 10. *Vel ei qui iterum edi postulat.*

6. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

SI quis ex argentariis (ut plerique eorum) in villa habeat instrumentum, vel in horreo [30]: aut ad locum te perducet, aut descriptas rationes dabit. §. 1. Cogentur & [31] successores argentarii edere rationes. Quod si plures sunt heredes, & unus habeat [32], solus ad editionem compelletur: sed si omnes habeant, & unus ediderit, omnes ad editionem compellendi sunt. Quid enim, si humilis & deplorata unus edidit, ut [33] dubitare quis merito de fide editionis possit? Ut igitur comparari rationes possint, etiam cæteri edere debent, aut certe unius editioni subscribere [34]. † [Hoc] idem erit, & si plures fuerint argentarii, à quibus editio desideratur. Nam & si plures tutores tutelam administraverunt simul [35]: aut omnes edere debent, aut unius editioni subscribere. §. 2. Exigitur autem ab adversario argentarii [36] jusjurandum, *Non calumniæ causa postulare edi sibi*: ne forte vel supervacuas rationes, vel quas habet, edi sibi postulet, vexandi argentarii causa. §. 3. *Rationem* [37] autem esse Labeo ait [38], ultro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationem: nec illam rationem nuda [39] duntaxat solutione [40] debiti incipere: nec si pignus acceperit, aut mandatum, compellendum edere: hoc enim extra rationem esse. Sed & quod solvi constituit, argentarius edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. §. 4. Ex hoc Edicto [41] in [42] id, quod interfuit, actio competit. §. 5. Unde apparet, ita demum tenere hoc Edictum, si ad eum [43] pertineat. † Pertinere autem videtur ad me ratio, si modo eam tractaveris me mandante: sed si procurator meus absente me mandaverit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? & magis est, ut edatur. † Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat: & cauturum de rato, si mandatum ei non sit. §. 6. Si initium tabularum habet [44] diem, in quibus Titii ratio scripta est, postmodum mea sine die, & Consule; etiam mihi edendus est dies, & Consul: communis enim omnis rationis est præpositio diei, & Consulis. §. 7. *Edi* autem est [45], vel dictare, vel tradere libellum, vel [46] codicem proferre. §. 8. Prætor ait: ARGENTARIO, EIVE, QUI ITERUM EDI POSTULABIT, CAUSA COGNITA EDI JUBEBO. §. 9. Prohibet argentario edi, illa ratione, quod etiam [47] ipse instructus esse potest instrumento [48] suæ professionis: & absurdum est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat, ipsum petere, ut edatur ei. † An nec heredi argentarii edi ratio debeat, videndum. Et, siquidem instrumentum argentariæ ad eum pervenit, non debet ei edi: si minus, edenda est ex causa: nam & ipsi [49] argentario ex causa [ratio] edenda est: si [50] naufragio, vel ruina, vel incendio [51], vel alio simili casu rationes perdidisse probet, aut in longinquo habere, veluti trans mare. §. 10. Nec iterum [52] postulanti edi Prætor jubet, nisi [ex] causa.

30 Horreo. v. *l.* 175. *in pr.* ff. *de reg. juris.* 31 Vide quæ notavi ad *l.* 6. §. 4. *C. de his qui ad Eccles.* 32 *l.* 19. §. 2. ff. *de judiciis.* 33 Ideoque tenebitur suis sumptibus illud reducere. *arg. l.* 11. §. 1. *vers. interdum.* ff. *ad exhib. eund.* 34 *l.* 6. *in pr.* ff. *eod.* 35 Vide *l.* 5. *C. arbitr. tut.*

7. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

VEluti si peregre habere, quod primum editum est, doceat: vel minus plene editum: vel eas rationes, [quas] casu majore, non vero negligentia perdiderit. nam si eo casu amisit, cui ignosci debeat, ex [53] integro edi jubebit. §. 1. Hæc vox, *iterum*, duas res significat: alteram, qua demonstraretur tempus secundum, quod Græci δεύτερον dicunt: alteram, quæ ad insequentia quoque tempora pertinet, quæ Græce dicitur πάλιν. Quod ita accipitur, quotiens opus erit: nam potest fieri, ut bis editam sibi rationem quis perdiderit, ut verbum *iterum* pro *sæpius* [54] accipiatur.

De dolo & culpa argentarii. 1. *Quid veniat in hanc actionem.*

8. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

VBi exigitur argentarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo non exhibet: sed culpam non præstabit, nisi dolo proximam. Dolo malo autem non edit, & qui malitiose edidit, & qui in totum non edit. §. 1. Is autem, qui in hoc Edictum incidit, id præstat, quod [55] interfuit mea, rationes edi, cum [56] decerneretur à Prætore, non quod hodie interest: & ideo licet interesse desiit, vel minoris, vel pluris interesse cœpit, locum actio non habebit: neque augmentum, neque deminutionem.

De procuratore, socio, tutore. 1. *Argentarii patre, domino, legatario, herede.* 2. *Nummularius edere compellendus.* 3. *Quibus edi ratio debet.*

9. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

QUædam sunt personæ, quas rationes nobis edere oportet: nec tamen à Prætore per hoc Edictum compelluntur: veluti cum procurator res: rationesve nostras administravit, non cogitur à Prætore per metum [57] in factum actionis rationes edere: scilicet quia [58] id consequi possumus per mandati actionem. Et cum dolo malo socius negotia gessit, Prætor per hanc clausulam non intervenit: est enim pro socio actio. Sed nec tutorem cogit Prætor pupillo edere rationes. sed judicio tutelæ solet cogi edere.

§. 1. Nihil interest, si [59] successores, aut pater, aut dominus argentarii, ejusdem fuerunt professionis: quia cum in locum, & in jus succedant argentarii [60], partibus ejus fungi debent. † Is autem, cui argentarius rationes suas legavit, non [61] videbitur conteneri (quia juris successor his verbis significatur): non magis, quam si ei vivus eas donasset. Sed nec heres tenebitur, cum nec possideat, nec dolo malo fecerit. Sed si ei, antequam eas legatario traderet, renunciatum [62] fuerit, ne ante [eas] tradat, tenebitur, quasi dolo fecerit: [Item antequam eas tradat, tenebitur:] Quod si nihil dolo fecerit: causa cognita legatarius cogendus est edere.

§. 2. Nummularios quoque non esse iniquum cogi rationes edere, Pomponius scribit: quia [63] & hi nummularii, sicut argentarii, rationes conficiunt: quia & accipiunt pecuniam, & erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur: & frequentissime ad fidem eorum decurritur.

§. 3. Cæterum omnibus postulantibus, & [64] jurantibus non calumniæ causa petere, rationes, quæ ad se pertineant, edi jubet.

§. 4. Ad nos enim pertinet, non tantum eum ipsi contraximus, vel successimus ei, qui contraxit, sed etiam si is, qui in nostra potestate est, contraxit.

Qui cogantur edere. 2. *De ratione à capite edenda.* 3. *Quid veniat in hanc actionem.*

10. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

ARgentarius [65] rationes edere jubetur: nec interest, cum ipso argentario controversia sit, an cum alio. §. 1. Ideo autem argentarios tantum, neque alios ullos absimiles [eis [66]] edere rationes cogit: quia officium eorum, atque ministerium publicam [67] habeat causam: & hæc principalis eorum opera est, ut actus sui rationes diligenter conficiant. §. 2. Edi autem ratio ita intelligitur, si [68] à capite edatur (nam ratio, ni inspiciatur, intelligi non potest): scilicet ut non totum cuique codicem rationum, totasque membranas inspiciendi describendique potestas fiat: sed ut ea sola pars rationum, quæ ad instruendum [69] aliquem pertineat, inspiciatur & describatur. §. 3. Cum autem in id actio competit, quanti agentis interfit editas sibi rationes esse: eveniet, ut sive quis condemnatus sit, sive quod petierit, non obtinuerit, eo quod non habuerit rationes, ex quibus causam suam tueri possit; id ipsum, quod ita perdiderit, hac actione consequatur.

† Sed an hoc procedat, videamus. Nam si apud hunc judicem, qui inter eum, & argentarium judicat, potest probare, se illo judicio, quo victus est, vincere potuisse: poterit & tunc probare: & si non probabit, aut probantem judex non curabit, de scipso, aut [70] de judice queri debet: sed non ita est. Fieri enim potest, ut nunc rationes, vel ipso edente, vel alio modo nactus, aut aliis instrumentis,

36 *l.* 9. §. 3 ff. *eod.*

37 Rationes continentur ultro citro data, accepta, creditæ, obligatæ, solutæ.

38 *l.* 2. *in fin.* ff. *de pactis.*

39 Nuda ratio quid, vide *in l. unde ratio.* 26 ff. *de donationibus.*

40 Rationes non sunt, in quibus soluta tantum continentur.

41 *l.* 8. *in fin.* ff. *eod.*

42 Et sic ex mora.

43 *l.* 9. §. *ult.* ff. *eod.*

44 Vide *l.* 4. *in princ.* ff. *eod.*

45 Vide *l.* 1. § *edere.* ff. *eod.*

46 7. *Eclog.* 15. *c.* 1. *in fin.*

47 *l.* 2. ff. *eod.*

48 Instrumento professionis suæ argentarii instructi esse debent. Ut hinc etiam colligas, quemque suæ professionis instrumento instructum esse oportere: neque ab alio recte & honeste suæ professionis instrumenta commodato, aut precario, aut etiam jure petere.

49 Principali.

50 Ratio? fiunt scripturæ, ut quod actum est, per eas possit facilius probari. v. *l.* 4. ff. *de fide instrum. Nov.* 127. *c.* 2.

51 Vide *l.* 57. ff. *de administ.*

52 De hac voce vide *l.* 7. §. 1 ff. *eod.*

53 Id est, de novo, & iterum, adde *l.* 7. *in pr.* ff. *de ferüis.*

54 Imo non amplius quam bis, *l.* 15. *in fin.* ff. *de reb. autoritat. judicis possidendis.* adde *l.* 11. §. 18. ff. *de leg.* 3.

55 *l.* 6. §. *ex hoc edicto.* ff. *eod. l.* 30. §. *cum autem.* ff. *eod.* 7. *Eclog.* 18. *cap.* 8. hoc sensu Qui non edidit mihi, tenetur in id quod interest mea, quum de edendo decerneretur, sive postea nihil, sive pluris, sive minoris mea interfit.

56 Vide *l.* 22. ff. *de reb. creditis.*

57 Adde *l.* 8. *in pr.* ff. *mandati.*

58 In factum actiones non admittimus, nisi deficientibus nominatis & ordinariis. *l.* 1. ff. *de præscript. verbis.*

59 *l.* 6. §. 1 ff. *eod.*

60 Ut *l.* 6. §. 1 ff. *eod. l.* 177. ff. *de reg. jur.*

61 Cur? singularis est successor.

62 Denunciatum vide *l.* 10. §. 3. ff. *quæ in fraudem credit.*

63 Ratio ubi eadem, ibi idem jus esse debet. *arg. l.* 32. *in princ.* ff. *ad leg. Aquil.*

64 *l.* 6. §. *exigitur.* 2. ff. *eod.*

65 *V. l.* 4. *in pr.* ff. *eod.* vide quæ notavi *ad Nov.* 49. *c. ult.* Goth. Ad hanc leg. vid. Cujac. *lib.* 10. *observ. cap.* 14. Nann. *lib.* 1. *miscell. c.* 9. & *not. ad l.* 1 *h. t.* S. L.

66 Vide Fachin. *lib.* 11. *c.* 89. Ans.

67 *Novell.* 136. *Edict. Justinian* 7. *cap.* 4. *in fine.*

68 Vide *l.* 1. § *edere.* ff. *eod.* adde exemplum ex *l.* 46. §. *tutela.* ff. *de administr. tut.*

69 Vide *l.* 1 ff. *de fide instrumentor.*

70 V. *l.* 51. *in pr.* ff. *de evict.* §. 1. *in fi. Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto.*

mentis, vel testibus, quibus illo tempore aliqua ex causa uti non potuit, possit probare, potuisse se vincere: sic enim & de cautione subrepta aut [70] corrupta competit condictio, & damni injuriæ actio: quia quod ante non potuimus, intercepta cautione, probare, & ob id amisimus, hoc nunc aliis instrumentis, aut testibus, quibus tum uti non potuimus, probare possumus.

Quomodo exemplum instrumenti edi debet.

11. MODESTINUS lib. 3 Regularum.

EXempla instrumentorum etiam sine subscriptione [71] edentis, edi posse receptum est.

Utrum fœmina argentariam facere possit.

12. CALLISTRATUS lib. 1 Edicti Monitorii [72].

FEminæ remotæ videntur ab officio [73] Argentarii [74]: cum ea opera virilis [75] sit.

De tempore hujus actionis. De successoribus.

13. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

HÆc actio neque post annum, neque [76] in heredem, nisi [77] ex suo [78] facto, dabitur: heredi autem dabitur.

70 Id est, deleri. vide *l. 41. vers. fin. ff. ad Aquil. & l. 27. in pr. ff. de furtis.*

71 Subscriptio non requiritur in editione exempli.

72 Monitorio hoc edicto cives monebantur: sic edicto monere dixit & Jurisconsultus *in l. 39. ff. de religiosis.*

73 Ut & ab intercedendo pro alio. *l. 2. §. 1. §. 2. ff. ad Vellejanum.* adde *l. 2. ff. de reg. jur.*

74 Ob quam causam removentur à postulando. *l. 1. §. 5. vers. sexum. ff. de postul.* adde *l. 2. ff. de reg. jur.*

75 Cur virilis? an quia intercedere pro alio vetantur, & utriusque rei eadem ratio est?

76 Vide *l. 6. §. 1. ff. eod.*

77 Vide *l. un. C. ut ab heredib. & in heredes.*

78 Id est, nisi ipse heres post mortem argentarii, rationes defuncti administrare cœperit.

TIT. XIV.

DE PACTIS [1].

Commendatio edicti. 1. Pacti & pactis *etymologia.* 2. *Pactionis definitio.* 3. *De significatione verbi* conventio, *seu* consensus. 4. *De nomine* conventionum.

1. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

HUjus [2] Edicti æquitas naturalis est. Quid enim tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos [3] placuêrunt, servare? §. 1. *Pactum* autem à pactione [4] dicitur: inde etiam [6] *pacis* nomen appellatum est. §. 2. Et [7] est pactio, duorum [8] pluriumve in idem placitum [9] consensus.

§. 3. *Conventionis* verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transigendique causa consentiunt qui inter se agunt: nam sicuti *convenire* dicuntur, qui ex diversis locis in unum [locum] colliguntur, & veniunt, ita & qui ex diversis animi motibus in unum consentiunt, id est, in unam sententiam decurrunt. † Adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem [10], quæ non habeat in se conventionem: sive re, sive verbis fiat: nam & stipulatio quæ verbis fit, nisi [11] habeat consensum, nulla est. §. 4. Sed conventionum pleræque in aliud nomen [12] transeunt: veluti in emptionem, in locationem, in pignus, vel in stipulationem.

Quibus modis convenire possumus. 1. *De cautione debitori reddita.*

2. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

LAbeo ait, convenire [13] posse, vel re [14], vel per epistolam, vel per nuncium; inter [15] absentes quoque [posse]: sed etiam tacite consensu convenire intelligitur. §. 1. Et ideo, si [16] debitori meo reddiderim [17] cautionem [18], videtur [19] inter nos convenisse, *ne peterem*: profuturamque ei conventionis exceptionem placuit.

De pignore reddito.

3. MODESTINUS lib. 3 Regularum.

POstquam [20] pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit [21], debitum peti posse dubium non est [22]: nisi specialiter contrarium actum esse probetur.

De invectu illatis in ædes conductas. 1. *De muto.* 2. *De stipulatione dotis.* 3. *De pacto precedente stipulationem.*

4. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

ITem, quia conventiones [etiam] tacite valent, placet in urbanis [23] habitationibus locandis *invecta illata* pignori esse locatori, etiamsi nihil nominatim convenerit. §. 1. Secundum hæc, & mutus [24] pacisci potest. §. 2. Hujus [rei] argumentum etiam stipulatio dotis causa facta est: nam ante nuptias male petitur [25], quasi si hoc expressum fuisset: & nuptiis non secutis, ipso jure evanescit stipulatio: idem Juliano placet. §. 3. Ex facto etiam Consultus cum convenisset, *Ut donec usuræ solverentur, fors non peteretur*, & stipulatio [26] pure concepta fuisset; conditionem inesse stipulationi [27], atque si hoc expressum fuisset [28].

Conventionis divisio. 1. *Quæ sit publica conventio.*

5. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

COnventionum autem tres [29] sunt species: aut enim ex publica causa fiunt, aut ex privata: privata, aut legitima [30], aut jurisgentium [31]. † Publica conventio est, quæ [32] fit per [33] pacem [34] quotiens inter se duces belli quædam pacisc untur.

Legitimæ conventionis definitio & effectus.

6. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

LEgitima [35] conventio est, quæ lege [36] aliqua confirmatur: & ideo interdum ex pacto actio nascitur vel tollitur, quotiens lege, vel senatusconsulto [37] adjuvatur.

Conventionis juris gentium divisio ab effectu. 1. *De contractibus nominatu.* 2. *Et innominatis.* 3. *De turpi stipulatione.* 4. *Effectus pactorum.* 7. *Edictum de pactis.* 8. *Divisio pacti.* 9. *De dolo.* 10. *De pacto fraudandi causa.* 11. *De dolo.* 12. *De clausula*, Rogavit Titius, Spopondit Mævius. 13. *De actione judicati, vel edium mœnsarum.* 14. *De novi operis nunciatione, & cæteris ad edictum pertinentibus. De furto.* 15. *De positi.* 16. *De pacto, vel legato, vel jurejurando, vel stipulatione contra jus.* 17. *De pacto inter futurum heredem & creditores hereditarios.*

7. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

IUris gentium conventiones [38] quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. §. 1. Quæ pariunt actiones, in suo [39] nomine non stant, sed transeunt [40] in proprium nomen contractus: ut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, commodatum, depositum, & cæteri similes contractus. §. 2. Sed & si in alium [41] contractum res non transeat, subsit tamen causa [42]: eleganter Aristo Celso respondit, esse obligationem [43]: utputa, dedi tibi rem *ut mihi aliam dares*, dedi *ut aliquid facias*, hoc συνάλλαγμα, id est, *contractum* esse, & hinc nasci civilem obligationem. Et ideo puto, recte Julianum à Mauriciano reprehensum in hoc: Dedi tibi Stichum, *ut Pamphilum manumittas*; manumisisti: evictus est Stichus: Julianus [44] [scribit] in [45] factum actionem à Prætore dandam: ille ait, civilem incerti [46] actionem, id est, præscriptis verbis, sufficere [47]: esse enim contractum, quod Aristo [48] συνάλλαγμα dicit, unde hæc nascitur actio. §. 3. Si ob maleficium, *ne fiat*, promissum sit, nulla est obligatio ex hac conventione [49]. §. 4. Sed cum nulla subest causa propter [50] conventionem, hic constat non posse constitui obligationem. † Igitur nuda [51] pactio obligationem non parit [52], sed parit [53] exceptionem. §. 5. Quinimo, interdum format [54] ipsam actionem, ut in bonæ fidei judiciis: Solemus enim dicere, *pacta conventa ineſſe bonæ fidei judiciis*. Sed hoc sic accipiendum est: ut si quidem ex continenti [55] pacta subsecuta sunt, etiam ex parte actoris insint [56]; ex intervallo [57], non inerunt: nec valebunt, si agat: ne ex pacto actio nascatur [58]. † Utputa, post divortium [59] convenit, *Ne tempore stat uto* [60] *dilationis dos reddatur, sed statim*: hoc non valebit, ne ex pacto actio nascatur. † Idem Marcellus scribit: & si in tutelæ actione [61] convenit, *Ut majores, quam statutæ sunt* [62], *usuræ præstentur*, locum non habebit: ne ex pacto nascatur actio: ea enim pacta insunt [63], quæ [64] legem contractui dant, id est, quæ in ingressu contractus facta sunt. † Idem respondum scio à Papiniano, [&] si post emptionem ex intervallo aliquid extra [65] naturam [66] contractus conveniat: ob hanc causam agi ex empto non posse: propter eandem regulam, *ne ex pacto actio nascatur*: Quod & in omnibus bonæ fidei Judiciis erit dicendum. † Sed ex parte rei locum habebit pactum: quia solent & ea pacta, quæ postea interponuntur, parere exceptiones.

§. 6. Adeo autem bonæ fidei judiciis exceptiones [67] postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu [68], insunt, ut constet, in emptione cæterisque bonæ fidei judiciis, re nondum secuta [69] posse abiri ab emptione. Si igitur in totum potest, cur non & pars ejus pactione mutari potest? Et hæc ita Pomponius libro sexto ad Edictum scribit. † Quod cum est, [etiam] ex parte agentis pactio locum habet, ut & ad actionem proficiat, nondum re secuta, eadem ratione: nam si potest tota res tolli, cur non & reformari: ut quodammodo [70] quasi renovatus contractus videatur? quod non insubtiliter [71] dici potest. † Unde illud æque non reprobo, quod Pomponius libris lectionum probat: posse in parte recedi pacto ab emptione: quasi repetita [72] partis emptione [73]. † Sed cum duo heredes emptori exstiterunt, venditor cum altero pactus est, ut ab emptione recederetur: ait Julianus valere pactionem, & dissolvi pro parte emptionem: quoniam & ex alio contractu paciscendo alter ex heredibus adquirere sibi potuit exceptionem. Utrumque itaque recte placet, & quod Julianus, & quod Pomponius. §. 7. Ait Prætor: PACTA CONVENTA [74], QUÆ NEQUE DOLO MALO [75], NEQUE ADVERSUS LEGES [76], PLEBISCITA, SENATUSCONSULTA, EDICTA PRINCIPUM, NEQUE [77] QUO FRAUS CUI EORUM FIAT, FACTA ERUNT, SERVABO [78]. §. 8. Pactorum quædam [79] in rem sunt, quædam [80] in personam. † In rem sunt, quotiens generaliter paciscor, *ne petam*: in personam, quoties, ne à persona petam, id est, *ne à Lucio Titio petam*. † Utrum autem in rem, an in personam pactum factum est, non [81] minus ex verbis, quam ex mente convenientium æstimandum est: plerumque [82] enim (ut & Pedius ait) persona pacto inseritur, non ut personale pactum fiat, sed ut demonstretur cum quo pactum factum est. §. 9. DOLO MALO ait Prætor *pactum se non servaturum*. *Dolus malus* sit calliditate, & fallacia [83]: [&] ut ait Pedius, dolo malo pactum sit, quotiens [84] circumscribendi alterius causa, aliud agitur, & aliud agi simulatur. §. 10. Sed si fraudandi causa pactum factum dicatur, nihil Prætor adjicit: Sed eleganter Labeo ait, hoc aut iniquum esse, aut supervacuum: iniquum, si quod semel remisit creditor debitori suo bona fide, iterum hoc conetur destruere: supervacuum, si deceptus hoc fecerit: ineſt enim dolo & fraus. §. 11. Sive [85] autem ab initio dolo malo pactum factum est, sive post pactum dolo malo aliquid factum est, nocebit exceptio, propter hæc verba Edicti, NEQUE FIAT.

§. 12. Quod fere noviſſima parte pactorum [86] ita solet [87] inseri, RO-

1 Et *ff.* XXIII. *tit.* IV. & III. *C.* III. & IV. *tit.* XLIV. V. *tit.* XIV. VIII. *tit.* XXXV. Paul. 1. *sent.* 1. *Extr.* 1. *tit.* 35. *sext.* 5. *tit.* 18. *Harmen.* 1. *tit.* 9.

2 Quod extat *l. 7. §. 7. ff. eod.* Goth. Ad hanc leg. vid. Charond. *lib.* 1. *verisimil. c.* 4. Johann. Robert. *lib.* 2. *sent. cap.* 1. Hotomann. *lib.* 1. *var. disput. cap.* 7. Goed. *de commiss. stipul. cap.* 2. *n.* 27. S. L.

3 Elbert. Leonin. *emend. lib.* 1. *cap.* 16. secundum antiquissimum exemplar legit: *inter homines*. S. L.

4 Exempla, *l. 7. in princ. ff. naut. caup. l.* 1. *in pr. ff. de constituta. l.* 24. *in fin. l.* 26. §. 1. *ff. depositi. l.* 74. *in pr. ff. de evict. l.* 1. §. 3. *ff. uti possidetis. l.* 23. *in pr. ff. de appellat. l.* 1. §. *pen. ff. à quib. app. l.* 84. *in fin. ff. de reg. jur. l.* 9. *C. hoc tit. l.* 10. *C. si certum. l.* 5. *C. de oblig.*

5 A pacione, alii à pago, alii à paco, vel paceo. vide Festum *in Pacienem.*

6 Pacem à pactione conditionum putat dictam Sinnius Capito, quæ utrique inter se populo sit observanda. Festus *in Pacem.*

7 *l.* 3. *ff. de pollicitat.*

8 Δύο ἢ πλέον ἢ πλείονων, id est, duorum, trium aut plurium, *l.* 11. *Eclog. t. c.* 1.

9 Εἰς τὸ ἀρεσθὲν, *Græci ibidem.* unde forte *Arresti* nomen in Curiis & Parlamentis Galliæ familiare: *Arresta* namque dici possunt placita Curiæ.

10 Vide *l.* 55. *ff. de oblig.*

11 *l.* 3. *in fin. ff. de obl.*

12 *l.* 7. §. 1. *ff. h.t.*

13 Expresse an & stipulari? minime. vide tamen *l.* 1. *in princ. ff. de verb. oblig.*

14 Id est, re ipsa seu re intervenient. *l.* 17. *in pr. ff. h.t.* *aut potius *per se*, id est, inter præsentes tractatu habito. unde hic locus Græcis 19. *Eclog.* 1. *cap.* 2. ita legitur, συμφωνεῖ τὰς ἢ παρὼν, ἢ ἀπὼν, ἢ δι' ἐπιστολῆς, ἢ δι' ἀγγέλου ἢ συνιστορῶς· unde hoc loco ita legerem: *Vel præsentes. vel inter absentes, ut per epistolam, vel per nuncium, sed etiam tacite.*

15 *l.* 14. *in fin. ff. de constituta.* 16 Vide Socinum *regula* 183. 17 V. *l.* 7. *C. de remiss. pign.* 18 Γεγραμμένον, *Græci hic.* 19 Præsumptione quadam. vide *l.* 24. *ff. de probat.* adde Socinum *regula* 18. 20 *l.* 2. *C. de distract. pignorum. l.* 2. *C. de remiss. pignor.* 21 *l.* 1 *in fin. ff. de liberatione.* 22 Cur ita? collige ex *l.* 6. *in fin. ff. de precario.* 23 Vide *l.* 4. *in pr. ff. ex quib. causis pign. tacite.* adde quasdam exceptiones ex Socin. *reg.* 192. 24 Et surdus. *l.* 48. *ff. de oblig. & action.* 25 V. *l.* 21. *ff. de jure dot.* 26 Sortis non petendæ scilicet. 27 Usurarum scilicet pacto & præfationi adjectarum. 28 Id est, tacite in stipulatione repetitam credi. vide *l.* 134. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 29 Vide Cujac. 15. *obs.* 33. Tres sunt sane, si universas ita numeres, hoc est, & genera & species simul. alias duæ. sunt enim generatim pacta, ἢ δημόσια, ἢ ἴδια, *aut publica, aut privata.* 1 *Harmenopul.* 9. §. 2. 11. *Eclog.* 1. *c.* 5. Goth. Adde Rœvard. *lib.* 4. *var. c.* 1. S. L.

30 *l.* 6. *ff. eod.* 31 *l.* 7. *ff. eod.* 32 Vel ita, quoties inter se ἡγεμόνες, seu belli duces de pace paciscuntur. 11. *Eclog.* 1. *c.* 5. τὰ περὶ ἐξωτερικῶν ἢ ἡγεμόνων ἐστὶν ἃ περὶς ὁρκωμοσίαν τυχὸν, ἢ ἅλλοτι τοιοῦτον. 1. *Harmenopul.* 9. §. 4. hoc est, *Publica conventio est quæ per Principes fit aut belli duces, veluti ad pacem aut quid tale.* Quod ideo adscripsi, ne quis publicam conventionem restringat ad solos belli duces, aut solam pacis conventionem. 33 Datur enim pax in certas leges, *l.* 12. 20. 28. *ff. de captivis.* 34 Id est, pacis causa. *Haloand.* legit *per Principem.* 35 Id est, civilis, & quidem privata. §. 1. *Inst. de oblig.* Goth. In hanc leg. vid. Bellon. *lib.* 3. *supput. cap.* 7. Govean. *lib.* 2. *var. lect. c.* 26. S. L. 36 Unde hæc conventio dicitur ἐξ ἰδικῆ ὑφαι. *Eclog. illo loco.* id est, à privata lege esse, & ab *Harmenopulo* 1. *Titul.* 9. § 3. quæ inter singulos particulatim homines initur.

37 Ut si constitutionibus: ut in pollicitatione dotis, *l.* 6. *C. de dot. prom.* in donatione. *l.* 35. §. *ult. C. de donat.*

38 Vid. hic Conan. *lib.* 6. *comment. cap.* 2. Charond. *lib.* 2. *verisimil. cap.* 8. Coras. *lib. miscell. t. c.* 1. Cujac. *l.* 2. *observ. c.* 85. Cont. *lib.* 1. *disput. c.* 13. S. L.

39 *Subaudi* generali.

40 Id est, propter sui frequentiam inter homines speciale nomen repererunt: Velut actio illa qua pretio rem permutamus, non jam simpliciter ac generaliter *conventio* dicitur, sed nomine speciali *emptio, & venditio.*

41 Ἴδιόν Græci illo loco: i. e. specialem & nominatum.

42 Id est, dedi, vel ut darem, aut faceres: & c contra.

43 Id est, actionem: de eo enim agitur.

44 Imo Julianus scribit, civilem actionem dari, at non in factum. *l.* 5. §. 2. *ff. de præscriptis verbis.* Got. Et ideo concluditur hic dari actionem præscriptis verbis, ibi in factum. De Conciliatione vid. Accurs. hic. & Salicet. ad *d. l.* 5. Duaren. *hic. vers. Et ideo.* Eguinar. Baro *hic. vers. Quod vero de actione.* Conan. *lib.* 7. *comment. cap.* 15. Stephan. Forcat. *diatog.* 97. *n.* 5. 6. Ans.

45 Ab actione in factum distinguitur hic præscriptis verbis actio.

46 Incerti actio, præscriptis verbis actio.

47 Ut subsidiariis actionibus de dolo, & in factum Prætoris non sit opus, cum ordinaria competat. *l.* 5. §. 2. *in fin. ff. de præscript. verb.*

48 Al. Aristoteles. vid. *lib.* 5 *Ethicon.*

49 Adquisita stipulatori vel mandatori vel socio: aliud erit, si paciscar *ne furem facias. l.* 50. *ff. eod.*

50 *Al.* præter conventionem, veluti Dabo Stichum tibi, tu mihi Pamphilum.

51 Nudum pactum ab *Harmenopulo t. tit.* 9. §. 11. esse dicitur, cum non præcessit datio, sed solum de dando conventum fuit.

52 Civilem, *l.* 7. §. 2. *ff. eod.* naturalem parit. *l.* 5. §. 2. *ff. de solut. l.* 7. *in pr. ff. eod. l.* 21. *C. de pact. l.* 59. §. 2. *ff. ad Senat. Trebell. l.* 26. §. *filia. ff. de pact. dot. junct. l.* 41. *ff. de cond. indeb.* Ans. 53 11. *Eclog.* 1. *c.* 6. *l.* 1. §. 4. *ff. de dolo.* 54 Καὶ ὁ νίζι. *Nov.* 136. *c.* 1. ἀμοιβήν τινος. 11. *Ecl.* 1. *c.* 6. μεταλλαγὴ. *Harmenop.* 1. *tit.* 9. §. 21. 55 Σωζόμενος τῇ συμφωνίᾳ συναλλάγματος, in ingressu, initio & exordio contractus. *l.* 13. *C. eod.* 56 Id est, pariunt actionem. *l.* 72. *ff. de contrahend. empt.* 57 Id est, si non in ingressu, si re secuta, si non integris omnibus, si extra naturam contractus interponuntur. 58 Jure Canonico, de nudo pacto oritur actio. *cap.* 1. & *c.* 3. *extr. de pact.* Ans. Sed jus civile in praxi est receptum, secundum quam inutilis etiam est obligatio, quæ nullam continet debiti causam, per *l.* 25. *ff. de probat. l.* 13. *C. non num. pec.* Costal. *ad l.* 40. *ff. de pact. n.* 24. & ad *d. l.* 25. *ff. de probat.* And. Gail. *lib.* 2. *obs. c.* 9. S. L.

59 Aliud, si ante nuptias. v. *l.* 10. *C. de jure dotium.* 60 V. *l. un. §. 7. C. de rei uxoriæ act.*

61 Administratione & actu. *Ferret.* post inchoatam tutelæ actionem. Cujac. 62 Id est, majores legitimis. *de quib. l.* 7. §. 10. *ff. de administr. tut.* 63 Hoc est, profunt, συμβάλλει. *Græce hic.*

64 Ea pacta insunt, legemque contractui dant, quæ in ingressu contractus facta sunt. 65 Pacta, παρὰ φύσιν τῆς συναλλάγματος, id est, extra naturam contractus, incontinenti non apposita prosunt reo ad exceptionem, at non actori ad actionem: καλῶς φύσιν ἢ τῆς συναλλάγματος, hoc est, *quæ secundum naturam sunt contractus, utique prosunt. Ecl. illo loco. Harmen. ibid.* §. 14. 66 Substantiam. Cujac. 2. *obs.* 15. Extra substantiam venditionis erit (substantia est autem sine qua non potest esse venditio) hæc conventio, ut Romam eatur, vel non eatur. 67 *Al.* pactiones. Cujac. depectiones, 2. *obs.* 15. reprehensus à Rævardo, 2. *Variar.* 1. Possis legere, *hæ pactiones*, id est, nudæ postea factæ & additæ. 68 Puta, quæ super pretio interponuntur, vel alia re simili. Duaren. *hic.* καλῶς φύσιν τῆς συναλλάγματος. 69 Integris omnibus, *l.* 58. *ff. eod.* neque re tradita. *l.* 1. *C. quando licet ab empt.* neque soluto pretio. *l.* 2. *ff. de rescindenda.* 70 *Quodammodo quasi.* eadem hac formula utitur Jurisconsultus in *l.* 14. *in fin. ff. de usucap.* nisi quod tres notæ hic improprietatis sunt, *Quodammodo, quasi, videtur*: ibi, duæ. 71 Alias vulgaris opinio est, novum contractum fieri, *l.* 72. *in princ. ff. de contrahenda emptione.* 72 Id est, reformata & retractata, *d. l.* 2. *in fin. ff. de rescindend.* 73 Pacto, emptione. *alii* pacti conventione. Duar. 74 *l.* 6. *C. eod.* quæ causam continent: & sic non dat Prætor actionem ex nudo pacto. 75 Vide *l.* 5. *C. de inutil. stipul.* 76 Vel bonos mores. 77 Fraus in leges, nullius est effectus. 78 Data exceptione: alias, servare est tueri vel exceptione vel actione. *l.* 44. §. 1. *ff. familiæ.* 79 Et ea γενικὴ τάξις ἔχουσα συγχώρησιν, id est, generalia generalem habentia remissionem, Græcis dicuntur, 11. *Ecl.* 1. *cap.* 7. 80 Sunt etiam quædam mixta. *l.* 57. §. 1. *ff. eod.* 81 Id est, non magis, ut recte Accursius hic notat. nisi trajectio sit hæc, *non minus ex mente quam ex verbis convenientium.* unde hæc pacta superiore loco *Eclogæ* dicuntur καλὰ πρόληψιν γνώμης, ex mente generalia, etiamsi certa persona inseratur. 82 *l.* 40. *in pr. ff. eod.* 83 Adde *l.* 1. §. *dolum. ff. de dolo.* 84 *Eclogæ illo loco.* 85 *l.* 21. §. 3. *ff. de peculio. Autor Eclogæ d. loco.* 86 Id est, instrumentorum. Pactum enim non tantum sumitur pro conventione & debito, sed pro instrumento. Cujac. *l.* 15. *ff. tit. prox.*

87 Ut si minus ex pacto, saltem ex stipulatione agi possit. Paulus 5. *sent.* 7. *sent.* 22. §. *ult.* hæc enim ejus firmandi gratia inducta est. Paulus 5. *sent.* 7.

II, ROGAVIT TITIUS, SPONDIT MÆVIUS: hæc [88] verba non [89] tantum pactionis loco accipiuntur, sed [90] etiam stipulationis. Ideoque ex stipulatu nascitur actio: nisi contrarium specialiter adprobetur, quo non animo stipulantium hoc factum est, sed tantum pacisecentium. §. 13. Si paciscar, *ne* [*pro*] *judicatæ, rei mercenarium actum agatur*, hoc pactum valet. §. 14. Si paciscar, *ne operis novi nunciationem exsequar*: quidam putant non valere pactionem, quasi in ea re Prætoris imperium versetur: Labeo autem distinguit, ut, si ex re familiari operis novi nunciatio sit facta, liceat paciscì: si de re publica, non liceat: quæ distinctio vera est. † Et in cæteris igitur omnibus ad Edictum Prætoris pertinentibus, quæ non [92] ad publicam lætionem, sed ad rem [93] familiarem respiciunt, pacisci licet. † Nam & *de furto* [94] pacisci [95] Lex permittit. §. 15. Sed & si quis paciscatur, *ne* [96] *depositi agat*: secundum Pomponium valet pactum. † Item si quis pactus sit, *ut ex causa depositi minor* [97] *jocundum præstet*: Pomponius ait, pactionem valere: nec quasi contra juris formam factam non esse servandam. § 16. Et generaliter, quoticns pactum [98] à jure communi [99] remotum est, servari hoc non oportet: nec [100] legari, nec [1] jusjurandum de hoc adactum, *ne quis agat*, servandum, Marcellus lib. secundo Digestorum scribit: & si [2] stipulatio sit interposita de his, pro quibus pacisci non licet, servanda non est: sed omnimodo rescindenda. §. 17. Si ante [3] aditam hereditatem pacisçatur quis cum creditoribus, *ut minus solvatur*, pactum valiturum [4] est [5].

§. 18. Sed si servus sit, qui paciscitur, priusquam libertatem & hereditatem adipiscatur, quia sub conditione heres scriptus fuerat, non [6] profuturum pactum, Vindius scribit: Marcellus autem libro octavo decimo Digestorum, & suum heredem, & servum necessarium pure scriptos, pacisçentes, priusquam se immisceant, putat recte pacisci: quod verum est. † Idem & in extraneo herede: qui si mandatu creditorum adierit, etiam mandati putat eum habere actionem. † Sed si quis, ut supra retulimus, in servitute pactus est, negat Marcellus: quoniam non solet ei proficere, si quid in servitute egit, post libertatem: quod in pacti exceptione admittendum est. † Sed an [vel] doli ei prosit exceptio, quæritur? Marcellus in similibus speciebus, licet antea dubitavit, tamen admisit: ut puta filiusfamilias heres institutus, pactus est cum creditoribus, & emancipatus adiit hereditatem: & dicit doli eum posse uti exceptione. † Idem probat, & si filius vivo patre cum creditoribus paternis pactus sit: nam & hic doli exceptionem profuturam. † Imo & in servo doli exceptio non est respuenda.

§. 19. Hodie [7] tamen, ita demum pactio hujusmodi creditoribus obest, si [8] convenerint in unum, & communi consensu declaraverint, quota parte debiti contenti sint: si vero dissentiant, tunc Prætoris [9] partes necessariæ sunt, qui decreto suo sequetur majoris partis voluntatem.

8. PAPINIANUS lib. 10 Responsorum.

Majorem [10] esse *partem*, pro modo debiti [11], non pro numero personarum placuit. Quod si æquales sint in cumulo debiti, tunc plurium numerus creditorum præferendus est: in numero autem pari creditorum, autoritatem ejus sequetur Prætor, qui [12] dignitate inter eos præcellit: Sin autem omnia undique in unam æqualitatem concurrant, humanior [13] sententia à Prætore eligenda est: hoc enim ex Divi Marci rescripto colligi potest.

9. PAULUS lib. 62 ad Edictum.

SI plures sint, qui eandem actionem habent, unius loco habentur. † Utputa, plures sunt rei stipulandi, vel plures argentarii, quorum [14] nomina [15] simul facta sunt: unius loco numerabuntur; quia [16] unum debitum est. † Et cum tutores pupilli creditoris plures convenissent, unius loco numerantur: quia unius pupilli nomine convenerant. † Necnon & unus tutor plurium pupillorum nomine [17] unum debitum prætendentium, si convenit, placuit unius loco esse: nam [18] *dispendii est, ut unus homo duorum vicem sustineat*: nam nec is, qui plures actiones habet adversus eum, qui [unam] actionem habet, plurium personarum loco accipitur. §. 1. Cumulum debiti [&] ad plures summas referemus, si uni forte minutæ summæ centum aureorum debeantur, alii vero una summa aureorum quinquaginta: nam in hunc casum spectabimus summas plures: quia illæ excedunt in unam summam coadunatæ. §. 2. Summæ [20] autem applicare [21] debemus etiam usuras [22].

1. De pœna stipulatione pacto subjecta. 2. De doli exceptione. De pacto procuratoris.

10. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

REscriptum [23] [autem] Divi Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant convenire. Quid ergo si quidam absentes sint? num exemplum præsentium absentes sequi debeant? Sed an & privilegiariis [24] absentibus hæc pactio noceat, eleganter [25] tractatur: si [26] modo valet pactio contra absentes. Et repeto, ante formam à Divo Marco datam Divum Pium rescripsisse, *fiscum quoque in his casibus* [27], *in quibus hypothecas non* [28] *habet, & cæteros privilegiarios exemplum creditorum* [29] *sequi oportere*. Hæc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent, conservanda sunt.

§. 1. Si [30] pacto subjecta sit pœnæ stipulatio, quæritur, utrum pacti exceptio locum habeat, an ex stipulatu actio? Sabinus putat, quod est verius, utraque via uti posse, prout [31] elegerit qui stipulatus est: si tamen ex causa pacti exceptione utatur, æquum erit accepto eum stipulationem ferre. §. 2. Plerunque solemus dicere, *doli* [32] *exceptionem subsidium esse pacti exceptionis*: quosdam denique, qui exceptione pacti uti non possunt, doli exceptione usuros, & Julianus scribit, & alii plerique consentiunt: utputa si procurator meus pacisçatur, exceptio doli mihi proderit, ut Trebatio videtur: qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet [33], ita & prodesse.

11. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

QUia & solvi ei [34] potest.

12. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

NAm [35] & nocere constat: sive ei mandavi, ut pacisçeretur, sive [36] omnium rerum mearum procurator fuit: ut & Puteolanus lib. 1 Adsessoriorum [37] scribit: cum placuit, eum etiam rem in judicium deducere.

13. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

SEd si tantum ad actionem procurator factus sit, conventio facta domino non nocet: quia nec solvi [38] possit. §. 1. Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur: & ideo servandum erit pactum conventum [39].

De pacto magistri societatis.

14. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

ITem magistri [40] societatum pactum & prodesse & obesse constat.

De pacto tutoris.

15. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

TUtoris quoque (ut scribit Julianus) pactum pupillo [41] prodest.

De pacto emptoris hereditatis. 1. An pactum domini noceat procuratori.

16. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

SI cum emptore hereditatis pactum sit factum, & venditor hereditatis petat, doli exceptio [42] nocet: nam ex quo rescriptum est à Divo Pio, utiles actiones [43] emptori hereditatis dandas, merito adversus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius uti potest. §. 1. Sed & si inter dominum rei venditæ, & emptorem convenisset, *ut homo, qui emptus erat, redderetur ei, qui pro domino rem vendidit*: petenti ei pretium, doli exceptio nocebit.

De pacto, ut plus reddatur, quam datum sit. 1. Effectus pacti de injuria, furto. 2. Pignore. 3, 4, & 5. An pactum heredi, vel donatario prosit. 6. De pacto possessoris hereditatis. 7. De pacto filiifamil. vel servi, vel bona fide servientis.

17. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

SI tibi decem dem, & pacisçar, *ut viginti mihi debeantur* [44], non nascitur obligatio ultra [45] decem: re enim non potest obligatio contrahi, nisi [46] quatenus [47] datum sit. §. 1. Quædam actiones per pactum ipso jure [48] tolluntur: ut injuriarum [49], item furti [50]. §. 2. De [51] pignore jure honorario nascitur [52] pacto actio: tollitur [53] autem per exceptionem, quoties pacisçor, *Ne petam*.

§. 3. Si quis pacisçatur, *Ne à se petatur* [*sed ut ab herede petatur*]; heredi exceptio non proderit [54]. §. 4. Si pactus sim, *Ne à me, neve à Titio petatur*; non proderit Titio, etiamsi heres extiterit: quia ex postfacto [55] id confirmari non potest. Hoc Julianus scribit in patre, qui pactus erat, *Ne à se neve à filia peteretur*: cum filia patri heres extitisset [56]. §. 5. Pactum conventum cum venditore factum, si in rem constituatur, secundum plurium sententiam & emptori prodest: & hoc jure nos uti Pomponius [57] scribit: secundum Sabini autem sententiam, etiamsi in personam conceptum est, & in emptorem [58] valet, Qui hoc esse existimat [59], etsi [60] per donationem successio [61] facta sit [62]. §. 6. Cum possessor alienæ hereditatis pactus est, heredi, si evicerit, neque nocere, neque [63] prodesse, plerique putant. §. 7. Filius, servusve, si pacisçantur, *Ne à patre dominove petatur*.

18. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

(SIve de eo pacisçantur, quod cum ipsis: sive de eo, quod cum patre dominove contractum est.)

19. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

ADquirent exceptionem: Idem est & in his, qui bona fide serviunt. §. 1. Item, si filiusfamilias pactus fuerit, *Ne à se petatur*, proderit ei, & patri quoque, si de peculio conveniatur.

20. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

VEl de in rem verso: vel is quasi defensor filii, si hoc maluerit, conveniatur.

1,2. De pacto habentis in potestate. 3. Si filiafam. de dote. 4. Vel filiusfam. de legato conditionali pacisçatur. 5. Quid prodesse pactum in rem.

21. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

ET heredi patris vivo filio: post mortem vero filii nec patri, nec heredi ejus: quia personale pactum est. §. 1. Quod si servus, *Ne à se peteretur*, pactus fuerit, nihil valebit pactum. De doli exceptione videamus: Et si in rem pacisçatur, proderit domino, & heredi ejus pacti conventi exceptio: quod si in personam pactum conceptum est, tunc domino doli superest exceptio. §. 2. Nos autem his qui in nostra potestate sunt, pacisçendo prodesse non possumus: sed nobis id profuturum, si nomine eorum conveniamur, Proculus ait. Quod ita recte dicitur, si in pacisçendo id actum sit. Cæterum si pacisçar, *Ne à Titio petas*, deinde actionem adversus me nomine ejus instituas, non est danda pacti conventi exceptio: nam quod ipsi inutile est, nec defensori competit. Julianus quoque scribit, Si pater pactus sit, *Ne à se neve à filio petatur*, magis est, ut pacti exceptio filiofamilias danda non sit: sed doli prosit.

§. 3. Filiafamilias pacisci potest, *Ne de dote agat, cum sui juris esse* [64] *cœperit*. §. 4. Item filiusfamilias *de eo, quod sub conditione* [65] *legatum est*, recte pacisçetur. §. 5. In his, qui ejusdem pecuniæ exactionem habent in solidum [66], vel qui ejusdem pecuniæ debitores sunt, quatenus alii quoque prosit vel noceat pacti exceptio, quæritur: Et, in [67] rem pacta omnibus prosunt, quorum obligationem dissolutam esse ejus qui pacisçebatur, interfuit: itaque debitoris conventio fidejussoribus [68] proficiet [69].

22. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

NIsi hoc actum est, *Ut duntaxat à reo non petatur*, [*à fidejussore petatur*]: tunc enim fidejussor exceptione non utetur.

De pacto fidejussoris, & an pactum unius alii prosit.

23. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

FIdejussoris autem conventio [70] nihil [71] proderit [72] reo [73]: quia nihil

88 Forma de qua dicit: cetera.
89 Pactum fieri posse interrogatione præcedente, & responsione subsequente, hinc colligitur, ut & *l. 1. §. 4. ff. de pecunia constituta.*
90 Cur a forma res denominatur concurrente in eandem actum pacto aliquo & stipulatione; actus denominatur a stipulatione non a pacto, stipulatione (inquam) veluti digniore.
91 Ex culpa licebit ad duplum: non consilio factum in eundem fuerte punietur. Paulus *5. Sentent. 1. §. ult.* vide *l 9. ff. de incendio.*
92 *l. 27. §. 4. ff. eod.*
93 V. *l. 29. in fin. C. eod.*
94 Jam facto, *l 17. §. 1. ff. eod.* secus si de futuro, *l. 27. §. 4. ff. eod.*
95 Decidere. v. *l. 7. in pr. ff. de commodato. Institut.*
96 Dicta *l. 27. §. 3.*
97 Etiam culpa datum: cujus nomine vulgariter non tenetur. §. 3. *Inst. quibus modis* adde *l. 1. §. 31. ff. depositi.*
98 Contra jura communia neque pacisci, neque legare, neque jurare, neque stipulari licet. 11. *Eclog. 1. c. 7. 1 Harmenop. 1. §. 15. 16.*
99 Naturæ, §. 3. *ff. eod.* civili, *l. 28. ff. eod.* solennitate juris, *l. 27. ff. de reg. jur.* at non a privilegio nobis concesso. *l. 29. C. eod.*
100 Nec ligat. Chefius apud Cujac. 1. *obs. 14.*
1 *l. 112. §. pen. & ult. ff. de leg. 1.* vide *Nov. 51. in pr.*
2 V. *l. 35. §. 1. ff. de verb. obl.*
3 Cur hoc pactum creditores interponere solent? ut eo magis incitent heredes ad adeundam hereditatem vel se immiscendum.
4 V. *l. 29. §. 2. ff. de donat.*
5 Foteſt etiam eorum mandato adire. v. *l. 32. in fin. ff. mandati.*
6 Proderit tamen de dolo exceptio. *ut ff. eod.*
7 Id est, post rescriptum D. Marci: de quo in *l. 10. ff. eod.* plane de verbo *Hodie* scripsi ad *l. 32. ff. de ff. fis.*
8 *l. 10. ff. eod.*
9 Vide *l. 5. ff. de liberali causa.*
10 Pars major creditorum quod consentit in venditione bonorum debitoris, Prætori sequendum est. Pars autem major sumitur, non ex numero personarum, sed ex quantitate debiti: ut si uni 1000, duobus 300 debeantur; unus ille majorem partem efficit, *ut hic.* Quid si duo tresve in debiti quantitate æquales sint, personis inæquales? Quod plures personæ consenserint, id sequetur Prætor, *ut hic.* Quid si omnes æquales? humanior sententia sequenda. 11. *Ecl. 1. §. 8.* Goth. Utrum pactum à majori parte initum minori parti noceat, v. Strycham, *de decoctorib. part. 6. num. 5.* Ubi id affirmat. Et ita judicatum in Senat. Neapolitan. Math. de Afflict. *decis.* 288. Contrarium tamen judicatum in Senatu Burdigalensi refert Automn. *consult. Gallic.* Anſ. Quod & in praxi servatur: eo quod hic §. ad certum tantum casum sit restringendus, quo debitore defuncto, heres ejus aliter hereditatem adire nolit, nisi parte debiti à creditoribus remissa. De quo loquitur textus, *junctis l. 3. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* Quibus addunt casum, si debitor absens aut fugitivus sit, nec reverti velit, aut si propter paupertatem velit cedere bonis, nisi pars debiti remittatur: quo facit *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Extra quos casus, major pars minorem dissentientem ad remittendum constringere non potest, per Gloss & DD. *hic.* vide Trentacinq. *var. resolut. lib. 3. resolut. 3. n. 12.* Brun. *de cession. bonor. quæst. 22. S. L.*
11 *l. 14. ff. depositi. l. 16. ff. de reb. aut. jud.*
12 V. *l. 3. §. 2. in med ff. de testibus.*
13 Vide *l. 10. §. 1. ff. de rebus dubiis.* Quænam illa? vide *l. 10. ff. de inofficioso. l. 24. ff. de manumiss. l. 38. ff. de vindicta.*
14 Quorum nomina simul erunt. *l. 34. ff. de arbitris.*
15 Nominibus contrahebatur obligatio, cum ex mensæ scriptura pecunia numerabatur. *l. 1. ff. de annuis legatis. & ibi not. Inst. de literarum obligation. l. 1. ff. ad Macedon.* Cujac. vid. Theophilum, *Inst. de literarum oblig.*
16 *l. 3. in fin. ff. de duobus reis.*
17 *l. 4. in fin. ff. de tutel. §. 5. Inst. de exceſ.*
18 V. *l. 27. C. de procur. al.* nec.
19 V. *l. 13. §. 4. ff. ad Tibellianum.* Imo, non difficile est: vide *l. 59. in fin. ff. ad Trebell.*
20 Principali, sorti.
21 Adjungere.
22 Cumulus debiti hic non tantum ad sortem, sed ad usuras etiam refertur: at non fit cumulatio summarum in casu *l. 11. ff. de jurisd.*
23 Quod extat *l. 8. in fin. ff. eod.*
24 Fisco & similibus.
25 Fuit enim hæc quæstio maxime vexata, & ita quidem, ut Paulus contrarium negaverit, privilegium scilicet auferri. *l. 58. §. 1. ff. mandat.* verum videtur Paulus ex juris difficultia respondisse, & ignorasse D. Pii rescriptum, quod hic ab Ulpiano profertur.
26 Nec enim regulariter valet.
27 Ut *l. 6. ff. de jure fisci.*
28 Atqui in omnibus habere videtur. *l. 46. §. fiscum. ff. de jure fisci.*
29 Præsentium: idque ex juris ratione: secus ex rescriptis, *l. 58. §. 1. ff. mandat.* quæ cum ea sæpius pugnant.
30 11. *Eclog. 1. §. 10. 1 Harmenop. 9. §. 26.*
31 Adde *l. ult. in fin. ff. quod certo loco.*
32 *Eclog. 11. 10. 1. in fine.*
33 Si mandatum habuit, si omnia bonorum fortuna fuit, & aliis certis casibus. *l. 12. ff. eod. l. 63. ff. de proc.*
34 Vid. *l. 34. §. 3. ff. de solut.*
35 Procurator generalis vel mandatum habens paciscendi, ei nocet cujus res gerit: secus si ad actionem tantum procurator. 11. *Ecl. 1. c. 8.*
36 *l. 17. §. pen. ff. de jurejur.*
37 *Adsessoria*, libri de reus in adsessura judicatis: eo sensu adsessorium *in l. 5. §. hac here. ff. de injuriis.*
38 *l. 86. ff. de sol.*
39 Ut & jusjurandum ab eo delatum. *d. l. 17.*
40 Qui & unde dicti, vide *l. 57. ff. de verb. sign.* adde Fest. *in Magistratu.* Cicero *ad Cassipedem*: P. Rutilius; qui est magister in ea societate. & *in 4. Verrina sæpe.*
41 *l. 28. §. si curat. ff. eod.*
42 Subsidiaria. *l. 10. §. ult. ff. eod.* Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
43 V. *l. 1. l. 2. C. de obligat. l. 7. C. de hered. vel act. vend.*
44 Adde *l. 27. §. 5. ff. eod.*
45 *l. 11. §. penult. ff. si eo nomine petet. l. 22. C. de fidejussorib.*
46 V. *l. 9. C. de non numerata.*
47 Imo aliud videtur *l. 48.*
48 Quia lex XII tabul. pacisci illis casibus permisit.
49 *l. 17. §. si ante. 6. ff. de injuriis.*
50 *l. 7. §. 14. in fin. ff. eod.*
51 *l. 49. ff. de solutionib.*
52 Vide *l. 1. ff. de pign. act. l. 9. ff. qui potiores.*
53 Vide *l. 5. ff. quibus mod. pign.* Redditio pignoris, debiti remissionem non inducit: nisi specialiter de hoc convenerit. 11. *Eclog. 1. §. 8. circa finem.*
54 Cur ita? vid. *l. 25 §. 1. ff. eod.*
55 Id est, utcunque fiat heres pacisçenti.
56 Doli tamen proderit. *l. 21. §. 2. in fin. ff. eod. l. 7. verſ. si vero. ff. de pact. dot.*
57 Proculus. Cujac. 18. *obs. 2.*
58 In emptore, rectius quam in emptorem.
59 Facta inecum pactio, tam generalis, quam personalis, prodest & ei qui per donationem succeſsit. 11. *Eclog. 1. c. 18.*
60 Id est, *esſi*: ut valeat extentio seu argumentum ab emptore ad donatarium.
61 Successionis genus est donatio. Donatarius successor est donatoris.
62 Pactum ergo in personam conceptum, emptori & donatario proderit, vivo tamen pacisçente. *arg. l 21. in pr. ff. eod.*
63 Imo prodeſt. *l. 22. in fin. ff. de constituta.*
64 *l. 8. l. 9. ff. de capite minut.*
65 Puta si sui juris erit.
66 De quibus *l. 25 ff. eod.*
67 *l. 7. §. 1. ff. de exceptionibus.*
68 Vide in hunc locum Socinum, *regula 131.*
69 V. *l. 32. ff. eod. l. 9. §. pen. ff. de duobus reis.* adde *casu. l. 95. §. pen. ff. de solut.*
70 Etiam in rem. Quid juramentum? prodeſt reo principali. *l. 28. §. 1. l. ult. §. 1. ff. de jurejurando.* Cur tam varie? Pactum donationis causa sit, nec solutionis vice habetur, ut jusjurandum.
71 Imo proficiet. *l. 13. §. 7. ff. de accept. lat.*
72 Aliud si juramento ei debito juraverit, *l 28. §. 1. ff. de jur.* aliud si ei accepto latum sit, *l. 13. §. si fidejuss. ff. de accept. lat.*
73 Ad pacti exceptionem, non doli. *l. 25. l. 26. ff. eod.*

nihil 73 ejus interest, à debitore pecuniam non peti: imo nec confidejussoribus 74 prodeit: neque enim, quoquomodo 75 cujusque interest. Cum alio 76 conventio facta prodest: sed tunc demum, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus est, proficiat: sicut in reo promittendi, & his, qui pro eo obligati sunt.

24. IDEM lib. 3 ad Plautium.

SEd si fidejussor in rem suam spopondit 77, hoc casu fidejussor pro reo accipiendus est: & pactum cum eo factum, cum reo factum esse videtur.

De pacto correi vel coargentarii. 1. De pacto personali.
2. De pacto fidejussoris.

25. IDEM lib. 3 ad Edictum.

IDem in duobus reis promittendi, & duobus argentariis sociis 78. §. 1. Personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum 79 nec ad heredem, Labeo ait. §. 2. Sed quamvis fidejussoris pactum reo non 80 prosit 81, plerunque tamen doli exceptionem reo profuturam Julianus scribit.

26. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

VIdelicet si hoc actum sit, *Ne à reo quoque petatur.* † Idem & in confidejussoribus est.

De pacto coargentarii vel correi stipulandi. 1. De pacto rei ad tempus, vel ne à fidejussore petatur. 2. Si posterius pactum priori contrarium sit. 3. An pacto effici possit, ne dolus præstetur. 4. De quibus pacisci non licet, & ad quæ pactum pertinet. 5. Si paciscar ne petam duplum, vel dimidium ejus quod mihi debetur. 6. Si stipulatus alternate, paciscatur ne alterum petat. 7. Si creditor generis de specie pepigerit. 8. Si pactus ne universitatem petereт, singulas res: aut pactus de tota re, partem rei petat. 9. De acceptilatione inutili. 10. De pacto servi hereditarii.

27. PAULUS lib. 3 ad Edictum.

SI unus 82 ex argentariis sociis cum debitore pactus sit: an etiam alteri noceat exceptio? Neratius, Atilicinus, Proculus, nec 83 si in rem pactus sit, alteri nocere: tantum enim constitutum 84, ut solidum alter petere 85 possit. Idem Labeo: nam nec novare 86 alium posse, quamvis ei 87 recte solvatur. † Sic enim & his, qui in nostra potestate sunt, recte solvi, quod crediderint, licet novare 88 non possint: quod est verum. † Idemque in duobus reis stipulandi dicendum est 89. §. 1. Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit, ultra 90 neque reo, neque fidejussori 91 prodest. Quod si sine persona [sua] reus pepigerit, *Ne à fidejussore petatur*, nihil id prodesse fidejussori quidam putant, quamquam id rei interest: quia ea demum competere ei debeat exceptio, quæ & reo: Ego didici prodesse fidejussori exceptionem: non sic enim illi per liberam personam adquiri, quam ipsi, qui pactus sit, consuli videmur: quo jure utimur. §. 2. Pactus, *ne peteret*, postea convenit, *ut peteret* 92, prius pactum per posterius eliderur 93: non quidem ipso jure 94, sicut tollitur stipulatio per stipulationem, si hoc actum est 95, quia in stipulationibus jus continetur 96, in pactis factum versatur 97: & ideo replicatione exceptio eliditur. † Eadem ratione contingit, ne fidejussoribus prius pactum prosit 98. † Sed si pactum conventum tale fuit, quod actionem quoque tolleret, velut injuriarum, non poterit postea paciscendo, *ut agere possit*, agere 99: quia & prima actio sublata est, & posterius pactum ad actionem parandam inefficax est: non enim ex pacto injuriarum actio nascitur, sed ex contumelia. † Idem dicemus, & in bonæ fidei contractibus, si pactum conventum totam obligationem sustulerit, veluti empti 100: non enim ex novo pacto prior obligatio resuscitatur, sed proficiet pactum ad novum contractum. † Quod si non ut totum contractum tolleret 1, pactum conventum intercessit, sed ut imminueret: posterius pactum potest renovare primum contractum. † Quod & in specie doris actionis procedere potest: puta pactam mulierem, *ut præsenti die dos redderetur*: deinde paciscі, *ut tempore ex logibus dato, dos reddatur*: incipiet dos redire ad jus suum: nec dicendum est deteriorem conditionem dotis fieri per pactum: quotiens enim ad jus, quod lex naturæ ejus tribuit, de dote actio redit, non fit causa dotis deterior, sed formæ suæ redditur. Hæc & Scævolæ nostro placuerunt.

§. 3. Illud nulla pactione effici potest, *ne dolus præstetur*: quamvis si quis paciscatur, *ne depositi agat*, vi ipsa id pactus videatur, ne de dolo agat: quod pactum proderit. §. 4. Pacta, quæ turpem causam continent, non sunt observanda: veluti si paciscar, *ne furti agam, vel injuriarum* 3, *si fecerit* 4: expedit 5 enim timere furti, vel injuriarum pœnam. Sed post admissa hæc, paciscі possumus.

† Item, *ne ex periar intendicto* UNDE VI, quatenus publicam causam contingit, paciscі non possumus. Et in summa si pactum conventum à re 6 privata remotum sit, non est servandum. † Ante omnia enim animadvertendum est, ne conventio in alia re facta, aut cum alia persona, in 7 alia re, aliave persona noceat. §. 5. Si cum decem mihi deberes, pepigero, *ne à te viginti petam*: in 8 decem prodesse tibi pacti conventi vel doli exceptionem placet.

† Item, si cum viginti deberes, pepigerim, *ne decem petam*: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, ut tantum reliqua decem exigere debeam. §. 6. Sed [si] stipulatus *decem aut Stichum*, [de] decem pactus sim, & petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conventi in totum obstaturam 9: nam ut solutione, & petitione 10, & 11 acceptilatione unius 12 rei tota obligatio solveretur; ita pacto quoque convento de una re non petenda interposito totam 13 obligationem summoveri. Sed si id actum inter nos sit, *ne decem mihi, sed Stichus præstetur*, possum efficaciter de Stichо agere, nulla exceptione opponenda. † Idem est & si *de Stichо non petendo* convenerit. §. 7. Sed si generaliter mihi *hominem* debeas, & paciscar, *ne Stichum petam*: Stichum quidem petendo, pacti exceptio [mihi] opponetur 14: alium autem hominem si petam, recte 15 agam. §. 8. Item si pactus, *ne, hereditatem peteremi*, singulas res, ut heres, petam ex eo quod pactum erit, pacti conventi exceptio aptanda erit: quemadmodum si convenerit, *ne fundum peteremi*, & usumfructum petam: aut, *ne navem ædificiumve peteremi*, & dissolutis his singulas 16 res petam: nisi specialiter aliud actum est. §. 9. Si acceptilatio inutilis 17 fuit, tacita pactione id actum 18 videtur, ne peteretur. §. 10. Servus 19 heredi post adituro nominatim paciscі non potest: quia nondum is dominus sit: sed si in rem pactum conventum factum sit, heredi adquiri potest.

De pacto contra jus. De pacto pupilli. 1. Curatoris.
2. Ejus qui est in potestate.

28. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

COntra 20 juris civilis regulas pacta conventa rata non habentur 21: veluti, si pupillus sine tutoris autoritate pactus sit, *ne à debitore suo peteret*, aut, *ne intra certum tempus* (veluti quinquennium) *peteret*: nam nec solvi ei 22 sine tutoris autoritate potest. † Ex diverso autem si pupillus paciscatur, *ne quod debeat, a se peteretur*, ratum habetur pactum conventum: quia meliorem conditionem suam facere ei etiam sine tutoris autoritate concessum est.

§. 1. Si curator furiosi aut prodigi pactus sit, *ne a furioso, aut prodigo peteretur*: longe utile est curatoris recipi pactiones 23: sed non 24 contra. §. 2. Si filius, aut servus pactus sit, *ne ipse peteret*, inutile est pactum 25. Si vero in 26 rem pacti sunt, id est, *ne ea pecunia peteretur*: ita pactio eorum rata habenda erit adversus patrem dominumve, si liberam peculii administrationem habeant: & ea res, de qua pacti sint, peculiaris sit. Quod & ipsum non 27 est expeditum: nam eam verum est, quod Juliano placet, etiamsi maxime quis administrationem 28 peculii habeat concessam, donandi 29 jus eum non habere: sequitur, ut, si donandi causa *de non petenda pecunia* pactus sit, non debeat ratum haberi pactum conventum. Quod si 30 pro eo, ut ita paciscereturi, aliquid, in quo non minus vel etiam amplius esset, consecutus fuerit: rata habenda est pactio.

29. ULPIANUS lib. 4 ad Edictum.

SIn autem dominicam pecuniam crediderit 31: quod 32 credendi tempore pactus est, valere Celsus ait.

1. Utrum in stipulatione à servo. 2. Vel in stipulatione conditionali insit tacitum pactum.

30. GAIUS lib. 1 ad Edictum provinciale.

IN persona tamen filiifamilias videndum est, ne aliquando &, si pactus sit, *ne ageret*, valeat pactio: quia aliquando filiusfamilias habet actionem, veluti injuriarum. Sed cum propter injuriam filio factam habeat 33 & pater actionem, quin pactio filii nocitura non 34 sit patri agere volenti, dubitari non oportet. §. 1. Qui pecuniam à servo stipulatus 35 est, quam sibi Titius debebat, si à Titio petat, an exceptione pacti conventi summoveri & possit & debeat, quia pactus videatur, ne à Titio petat: quæsitum est? Julianus ita 36 summovendum putat, si stipulatori in dominum istius servi de peculio actio danda est: id est, si justam 37 causam intercedendi servus habuit: quia forte tantandem pecuniam Titio debuit. Quod si quasi fidejussor intervenit, ex qua causa in peculium actio non daretur: non esse inhibendum creditorem, quo minus à Titio petat. † Æque nullo modo prohiberi eum debere, si eum servum liberum esse credidisset. §. 2. Si sub conditione stipulatus fuerim à re 38, quod Titius mihi pure deberet: an deficiente conditione, si à Titio petam, exceptione pacti conventi & possim & debeam summoveri? Et magis est, exceptionem 39 non esse opponendam 40.

De pacto contra edictum Ædilium.

31. ULPIANUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

PAcisci 41 contra Edictum 42 Ædilium 43 omnimodo 44 licet: sive in ipso negotio venditionis gerendo conveniссet, sive postea.

An pactum rei prosit fidejussori.

32. PAULUS lib. 3 ad Plautium.

QUod dictum 45 est, *si cum reo pactum sit, ut non petatur, fidejussori quoque competere exceptionem*: propter rei personam placuit, ne mandati judicio conveniatur. Igitur si mandati actio nulla sit, forte si donandi animo fidejusserit, dicendum est, non prodesse exceptionem fidejussori 46.

An pactum heredibus prosit.

33. CELSUS lib. 1 Digestorum.

AVus neptis nomine, quam 47 ex filio habebat, dotem promisit, & pactus est 48, *ne à se, neve à filio suo dos peteretur*: si à coheredе filii dos petatur, ipse quidem exceptione conventionis tuendus non erit: filius vero exceptione conventionis rectè utetur 49, quippe heredi consuli concessum est, nec quicquam obstat, uni tantum ex heredibus providere 50, si heres factus sit: cæteris autem non consuli.

De repudiatione adgnationis vel dominii.

34. MODESTINUS lib. 5 Regularum.

IUs adgnationis 51 non posse pacto repudiari, non magis, quam ut quis dicat, *nolle* 52 *suum esse* 53, Juliani sententia est.

Effectus pacti generalis.

35. IDEM lib. 2 Responsorum.

TRes fratres, Titius, & Mævius, & Seia communem hereditatem inter se diviserunt, instrumentis interpositis, quibus *dictum fuisse maternam hereditatem* dixerunt: *nihilque sibi commune remansisse caverunt*: sed postea duo de fratribus, id est, Mævius, & Seia, qui absentes erant tempore mortis matris suæ, cognoverunt pecuniam aureamà fratre suo esse subtractam, cujus nulla mentio instrumento divisio-

---

73 Imo multum interest: quia hac ratione fidejussori non tenebitur reus.

74 *l. 15. in fin. ff. de fidejussoribus.*

75 Id est, non quoquo modo interesse debet, sed principaliter, ut in exemplis duobus ff. apparet.

76 Cum alii.

77 Ut uxor pro marito, quoties ab eo fundus dotalis petitur, *l. 8. §. 1. in fin. ff. qui satisdare.* in rem suam fidejussisse intelligitur.

78 Quia pacisсentis eo casu interest à suo correo non solvi: quia si is solveret, id ei societatis judicio reputaret. Cujac. *l. 10. ff. de duobus reis.*

79 Id est, quia.

80 Ut dictum est *l. 23 ff. eod.*

81 Directe.

82 Vide hic Joann. Robert. *lib. 1. rer. recept. c. 25.* Charond. *lib. 1. variarum. cap. 21.* Cujac. *lib. 22. observ. c. 36.* Leonin. *Emendat. lib. 5. c. 17. num. 5.* S. L.

83 Imo. *l. 2. l. 13. l. 16. in fin. ff. de acceptilationib. l. 28. ff. de jurejur.*

84 Decisio itaque hæc Pauli petenda est ex constitutionibus, & ex sententia Labeonis, Proculi, Neratii, Atilicini: tentat Venuleius, Paulo in hoc contrarius, contrarium dici posse, adaucto scilicet jure duorum reorum credendi: & fere id inter omnes convenisse. *l. 31. §. 1. ff. de novation.*

85 Exigere & recipere: imo & solidum acceptum ferre.

86 Donare: hic & paulo post ita legit Robert. 1. *sententiarum. 25.* vide *l. 5. ff. de novationib.* adde *l. 10. cod. tit.*

87 Puta adjecto solutionis gratia: cui nec donare, nec transfundere in alium priorem obligationem licet. *l. 10. ff. de novat.*

88 Priorem obligationem scilicet, idque per se, id est, citra liberam peculii administrationem eis concessam, *l. 21. ff. de jurejur.* quæ ut maxime eis sit concessa, donare tamen non possunt. *l. ult. ff. de don.*

89 Ut eorum unus jus novandi non habeat, licet ei solvi possit: quod intellige si donat vel pactum facit de non petendo; alias donandi, id est, prius debitum in aliud transfundendi, jus habet: atque ita intelligenda *lex 31. §. 1. ff. de novationib.* hoc autem illo facilius est, quia pactum legitimus modus tollendæ obligationis non est, ut novatio. *Cuj.* 90 *§. 1. Inst. de exception.* 91 Vide quæ scripsi *ad l. ult. in fin. C. de usuris rei judicatæ.* 92 Quæstio hic nascitur, an ex posteriore & nudo pacto peti possit? *Goth.* Vid. Zal. *lib. singular. responsor. cap. 5.* Char. *lib. 1. verisim. c. 4.* Rævard. *lib. 2. var. c. 6.* Bellon. *supput. lib. 2. cap. 1.* Alciat. *paradox lib. 1. cap. ult* S. L. 93 Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem. Paul. *1. sent. 1. § 2.* 94 Id est, directo, ut actionem pariat æque ac stipulatio: secus per obliquum: nam interdum id potest: quia posterius pactum cum replicatione elidat exceptionem priori pacto acquisitam, necesse est, ut antecedens utrumque pactum obligatio, & ex ea actio saltem per obliquum renascatur. Quod autem directa ea vis stipulationibus insit, hoc à juris civilis dispositione proficiscitur. Nam pactum pacto elidi ipso jure (naturali) constat. sic enim interpretor *l. 95. §. naturalis ff. de solut.* 95 Novatio his verbis intelligitur, *§. 3. vers. Sed cum hoc. Inst. quibus modis tollitur.* 96 Id est, dispositione juris civilis, stipulatio posterior non ut nudum factum consideratur, sed ut factum efficax ad anteriorem perimendam: & ea perempta, novam actionem directo producendam. 97 Id est, juris civilis conditores pacta inter se opposita suæ naturæ reliquerunt, id est, pacta ut nuda facta considerarunt nuda, id est, ut inefficacia ad actionem directo producendam: sic factum & jus opponuntur *in l. 41. ff. de pec.* 98 Imo prodest. *l. ult. hoc t.* Solve eadem ratione, id est, si ipsis scientibus pactum interpositum est. *Cujac.* 99 Ex his constat, pacto per obliquum toties actionem resuscitari, quoties prior actio ex consensu nascebatur: secus si ex delicto, veluti injuria, ut in hac hypothesi. 100 Emptio tota pacto tollitur, quoties, re integra, ab eodem pacto discreditur. 1 Pactum totum contractum non tollit, quoties ea tantum minuit quæ sunt ex contractus natura & forma. Ex natura emptionis est pretium dotis, dies ejus reddendæ. 2 *Al.* ne dolus malus. vide *l. 17. in princ. ff. commodati.* 3 Vel de moribus. *l. 5. ff. de pactis dotalibus.* 4 In posterum. 5 V. *l. 70. in fin. ff. de fidejussoribus.* 6 Id est, super alia re quam privata factum alii à republica. vid. Cujac. *1. obs. 24.* 7 *l. 38. §. alteri. ff. de verb. oblig.* 8 Vide *l. 110. ff. de reg. jur.* 9 Ut utra res in stipulatione alternata petita fuerit, ita tota obligatio extinguatur. 10 Actione & exactione. 11 Conanus ita legit, *petitione, acceptilatione*, conjunctim: *petitionis* verbum ad accepti rogationem referens; quod improbat Brissonius *lib. 2. de solutionibus.* 12 Quæ continetur in alternata oratione.

13 Imo videtur alterum in obligatione remanere. *l. 4. ff. de rescindenda. l. 13. §. si Stichum. ff. de acceptilat.*

14 Imo non opponetur. *l. 18. ff. de obligation.*

15 Imo, Stichi acceptilatio totam obligationem tollit. *l. 13. §. si is qui. 4. ff. de accept.*

16 Adde *l. 7. §. sed in cæmentis. ff. de except. rei jud.*

17 Ut quia in diem vel sub conditione facta est.

18 Imo, inutilis acceptilatio non valet, ut simplex pactum. *l. 8. in pr. ff. de acceptil.*

19 Vide *Hot. 3. observ. 19.*

20 Τὰ παράνομα σύμφωνα, id est, *contra jus pacta. 11 Eclog. 1. c. 12. Harmenop. 9. §. 27.*

21 Valent tamen contra edictum Ædilium. *l. 31. ff. eod.*

22 Vide *l. 15. ff. de solut.*

23 *l. 22. C. eod.*

24 Imo, curator rem furiosi alienare potest. *l. 56. §. pen. ff. de furt.*

25 Ut affine donationi. *l. 7. in pr. ff. de donationibus.*

26 Ἐπιπλέον, id est, generaliter. *Eclog. illo loco.*

27 Imo definitum est, ut filius vel servus liberam peculii administrationem habentes possint pignori dare & alienare. *l. 18. in fin. ff. de pign. act. l. 10. C. quod cum eo.*

28 Liberam.

29 Vide *l. 7. in pr. ff. de donationibus.*

30 Filius vel servus liberam administrationem habentes, pacto rem peculiarem remittere non possunt, nisi non minus aut etiam amplius acceperint, quam pacto remiserint: ut enim liberam habeant peculii administrationem, donandi tamen jus non habent. *11 Eclog. 1. c. 22.*

31 Servus sciiicet dominicis pecuniis credendis præpositus.

32 Sive ad diem reddendæ pecuniæ sive ad usuras ejus pertineat: alias pactum de non petendo facere non potest. *l. 4. §. 17. ff. de doli except.*

33 Vide *l. 41. ff. de injuriis.*

34 Vide *l. 23. C. eod.*

35 Id est, pactus: ut *ff. stipulatio* pro *petitione* limitur.

36 Interventu servi novatio non fit, si extra rem peculiarem intervenit. *Cuj. 8. obs. 11.*

37 Ut si pro creditore suo solvi mandavit. *l. 3. §. Julia. ff. de pecunia.*

38 Vide *l. 14. ff. de novat.*

39 Cur quæ ducitur ex inutili stipulatione pactio, & ipsi quoque nullius est momenti.

40 Et ita, novatio vel delegatio inutilis pacti vim non habet. *Cujac.*

41 Contra edictum ædilium de emptionibus & pacisci & emere possumus tam initio quam postea. *11 Eclog. 1. c. 25.* 42 Id est, beneficium edicti. *Accur.* 43 Puta, ne redhibitoria agatur. *l. 14. §. pen. ff. de ædil.* quodque de emptionibus est. *Græci illo loco.* 44 Id est, sine distinctione. *Cujac.* 45 *l. 21. in fin. ff. eod.* 46 Atque ita interdum exceptiones reo competentes non accommodantur ejus fidejussori. *Cujac. 16. obs. 29.*

47 Dotare neptem ex filio avus paternus cogitur. Vide *legem 19. ff. de ritu.* ubi plenius dixi, quibus personis onus dotandi imponatur *Goth.* Huic *l. 33.* obstare videtur *l. 17 §. 4. ff. eod.* Sed pro earum conciliatione vide Accurs. *ad d. §. 4.* Conan. *lib. 5. Comment. c. 4.* Jul. Pac. *Enantiophan. Cens. 1. quæst. 92.* Cujac. *ad d. l. 17. §. 4.* Anton. Fab. *in rational. hic.* Anf. 48 Vide *l. 10. ff. de pactis dotalibus.* 49 Imo pro sua parte tenebitur. *l. 56. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 137. in fin. ff. de verb. oblig.* Goth. Al. leg. *provideri. S. L.* 51 Cujus species sunt finitas & consanguinitas. *adde l. 7. §. & generaliter. ff. eod. l. 8. ff. de capit. minutis. l. 8. ff. de reg. jur.* 52 Vulgata editio, *liberum esse*: ubi Accursius exponit filium: quod si ita sit, *liber* pro filio ea ratione hic usurpabitur, ut in *l. 34. in princ. C. de inofficioso testamento: l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. ad fin. Inst. de jur. vidu-gnationis.* 53 Id est, In suo dominio. *Cujac. arg. l. 20. C. eod.*

divisionis continebatur. Quæro, an, post pactum divisionis, de subrepta pecunia fratribus adversus fratrem competit actio [52]? Modestinus respondit, si agentibus ob portionem ejus, quod subreptum à Titio dicitur, generalis [53] pacti conventi exceptio his; qui fraudem à Titio commissam ignorantes transegerunt, objiciatur: de dolo utiliter replicari posse [54].

Si vindicem à te gnudum, cujus possessionem pactus sum, ut mihi traderes.

36. Proculus lib. 5 Epistolarum.

Si cum fundum meum possides [55], convenisset mihi tecum, *ut ejus possessionem Attio traderes*, vindicantem eum fundum à te non [56] aliter me conventionis exceptione excludi debere, quam [57] si aut jam tradidisses, aut si tua [58] causa id inter nos convenisset, & [59] per te non staret, quominus traderes.

De pacto Curatoris Reip.

37. Papirius Justus lib. 2 de Constitut.

Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, *Debitori Reipublicæ à Curatore permitti* [60] *pecunias non posse* [61]: *& cum Philippensibus remissa essent, revocandas.*

De jure publico.

38. Papinianus lib. 2 Quæstionum.

Jus [62] publicum [63], privatorum pactis mutari non potest.

De pactione obscura vel ambigua.

39. Idem lib. 5 Quæstionum.

Veteribus [64] placet, pactionem obscuram [65], vel ambiguam [66], venditori [67], & qui locavit, nocere: in quorum fuit potestate legem apertius conscribere [68].

De pacto, Profiteor te non teneri. 1. *De pacto*, *Ut nisi intra certum diem pecunia solvatur, judicatu satisfiat.* 2. *De perceptione usurarum.* 3. *An pactum heredi prosit.*

40. Idem lib. 1 Responsorum.

Tale [69] pactum, *Profiteor* [70] *te non teneri*, non in personam dirigitur; sed, cum generale [71] sit, locum inter heredes quoque litigantes habebit. §. 1. Qui [72] provocavit, pactus est, *intra diem certum pecunia, quam transegerat, non soluta, judicatu se satisfacturum*, Judex [73] appellationis, nullo alio de principali causa discusso, justam conventionem velut confessi [74] sequetur. §. 2. Post divisionem bonorum, & æris alieni, singuli creditores à singulis heredibus, non interpositis delegationibus [75], in solidum, ut convenerat, usuras acceptaverunt [76]; actiones, quas adversus omnes pro partibus [77] habent, impediendæ non erunt: si non singuli, pro fide rei gestæ, totum debitum singulis offerant [78]. §. 3. Pater, qui dotem promisit, pactus est, *ut post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud heredem suum fratrem remaneret*, ea conventio liberis à socero postea susceptis, & heredibus testamento relictis per exceptionem doli proderit: cum inter contrahentes id actum sit, ut heredibus [79] consulatur: & illo tempore, quo pater alios [filios] non habuit, in fratrem suum judicium supremum contulisse videatur [80].

De conventione intra illum diem.

41. Idem lib. 11 Responsorum.

Intra illum diem debiti partem mihi si solveris, acceptum tibi residuum feram, et te liberabo; licet actionem [81] non habet [82], pacti tamen exceptionem competere debitori constitit.

De pacto, ut prædii pignerati tributum debitor agnoscat.

42. Idem lib. 17 Responsorum.

Inter debitorem & creditorem convenerat [83], *ut creditor onus tributi* [84] *prædii pignerati non agnosceret, sed ejus solvendi necessitatem debitorem spectaret*; talem conventionem, quantum ad fisci [85] rationem, non esse servandam respondi. Pactis etenim privatorum formam juris fiscalis convelli [86] non placuit [87].

De lege emptionis.

43. Paulus lib. 5 Quæstionum.

In [88] emptionibus scimus, quid præstare [89] debitor [90] debeat, quidque ex contrario emptor [91]: Quod si in contrahendo aliquid [92] exceptum fuerit, id servari debebit.

De pacto Tutoris.

44. Scævola lib. 5 Responsorum.

Cum in eo esset pupillus, ut ab hereditate patris abstineretur, tutor cum plerisque creditoribus decidit, *ut certam portionem acciperent*. [Idem curatores cum aliis fecerunt]: Quæro, an & tutor, idemque creditor patris eandem portionem retinere debeat? Respondi, eum tutorem, qui cæteros ad portionem vocaret, eadem [93] parte contentum esse debere.

De placito divisionis.

45. Hermogenianus lib. 2 Juris Epitomarum.

Divisionis placitum, nisi traditione [94], vel stipulatione [95] sumat effectum, ad actionem, ut nudum pactum [96], nulli prodesse poterit.

De pacto quo legatarius heredi satisfactionem remisit.

46. Tryphoninus lib. 2 Disputationum.

Pactum inter heredem & legatarium factum, *ne ab eo satis accipiatur* [97], cum [98] in Semestribus [99] relata est constitutio Divi Marci [100], servari in hoc quoque defuncti [1] voluntatem; validum esse constat: nec à legatario remissa heredi satisdatio per pactionem, ex pœnitentia revocari debet: cum liceat [2] sui juris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis, deteriorem constituere.

De pacto quo redditur contractus pristina forma.

47. Scævola lib. 1 Digestorum.

Emptor [3] prædii vigiuti cavetat *se soluturum*, & stipulanti spopondérat: postea venditor cavit, *sibi conventum esse, ut contentus esset tredecim: & ut ea intra præfinita tempora acciperet*, debitor ad eorum solutionem conventus, pactus est, *si ea soluta intra præfinitum tempus non essent, ut ex prima cautione ab eo petitio esset*. Quæritum est, an cum posteriore pacto satisfactum non sit, omne debitum ex prima cautione peti posset? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, Posse. §. 1. Lucius Titius Gaium Seium mensularium, cum quo rationem implicitam [4] habebat propter accepta & data, debitorem sibi constituit, & ab eo epistolam accepit in hæc verba: *Ex ratione mensæ, quam mecum habuisti in hunc diem, ex contractibus plurimis remanserunt apud me ad mensam meam trecenta octoginta sex, & usuræ, quæ competierint; summam aureorum, quam apud me tacitam* [6] *habes, refundam tibi; si quod instrumentum à te emissum*, [id est scriptum] *cujuscumque summæ ex quacunque causa apud me remanserit, vanum, & pro cancellato habebitur*: Quæritum est, cum Lucius Titius ante hoc chirographum Scio nummulario mandaverat, uti patrono ejus trecenta redderet, an propter illa verba epistolæ, quibus, *omnes* [7] *cautiones ex quocunque contractu vanæ, & pro cancellato ut haberentur*, cautum est, neque ipse, neque filii ejus, eo nomine conveniri possunt? Respondi, si [8] tantum ratio accepti atque expensi esset computata, cæteras obligationes manere in sua causa [9].

De pacto traditioni adjecto.

48. Gaius lib. 3 ad legem xii Tabularum.

In traditionibus [10] rerum quodcunque [11] pactum sit, id valere manifestissimum est.

De pacto, ut debitor conveniatur quatenus facere potest.

49. Ulpianus lib. 36 ad Sabinum.

Si quis crediderit pecuniam, & pactus sit, *ut, quatenus facere possit* [12] *debitor, eatenus agat*: an pactum valeat? Et magis est, hoc pactum valere [13]: nec enim improbum est si quis hactenus desideret conveniri, quatenus facultates.

Si contractus bona fide adjiciatur pactum, ne servus fur fiat, ne ita negligatur, ut fur evadat.

50. Idem lib. 42 ad Sabinum.

Non impossibile puto in contractibus depositi, commodati, [& locati, & exteris similibus hoc pactum [14], *Ne facias furem servum meum*: hoc est, ne sollicites, ut fur fiat, ut fugitivus fiat, ne ita negligas servum, ut fur efficiatur: sicut enim servi corrupti actio locum habet, ita [15] potest etiam hæc pactio locum habere, quæ ad non corrumpendos servos pertinet.

De pactu per errorem facto.

51. Idem lib. 26 ad Edictum.

Si cum te ex causa legati debere [pacisci] debitori tuo existimas, pactus sit *ne ab eo peteres*: neque jure ipso liberatur debitor, neque petentem summovebit exceptione conventionis, ut Celsus lib. xx scribit. §. 1. Idem eodem loco scribit, si debitorem tuum jussisti solvere Titio, cui legatum falso [16] debere existimas, & debitor pactus sit cum Titio suo debitore constituto: neque tibi adversus tuum debitorem, neque ipsi adversus suum, actionem peremptam.

Utrum epistola coheres fiat. 1. *De herede pacisCentio.* 2. *De pacto, ut prædii pignorati tributa debitor agnoscat.* 3. *De pacto temporali non perpetuando.*

52. Idem lib. 1 Opinionum.

Epistola [17], qua [18] quis *coheredem sibi aliquem* [esse] cavit, petitionem nullam adversus possessores rerum hereditariarum dabit [19]. §. 1. Si inter debitorem, & eum, qui fundum pignoratum à creditore, quasi debitoris negotium gereret, emerit, placuit, *ut, habita compensatione fructuum, solutoque, quod reliquum deberetur, fundus debitori restitueretur*: etiam heres pacto [20] quod defunctus fecit, fidem præstare debet. §. 2. Pactum, *ut, si quas summas propter tributiones* [21] *prædii pignori nexi factas creditor solvisset, à debitore reciperet, & ut tributa ejusdem prædii debitor penderet*, justum, ideoque servandum est. §. 3. De inofficioso patris testamento actoris, *ut eu certa quantitas quoad* [22] *viveret heres, præstaretur*, pactus est: produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur [23]: rescriptum est, neque jure ullo, neque æquitate tale desiderium [24] admitti.

De pacto, ut pars ejus, quod ex lite datum erit, solvatur.

53. Idem lib. 4 Opinionum.

Sumptus quidem prorogare [25] litiganti honestum est: pacisci autem, ut non quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, *sed pars dimidia ejus, quod ex ea lite datum erit*: non [26] licet [27].

Effectus pacti, ne petatur.

54. Scævola apud Julianum lib. 22 Digestorum notat.

Si pactus sum, *ne Stichum qui mihi debebatur* [28], *petam*: non [29] intelligitur mora mihi fieri [30]: mortuoque Sticho puto non teneri reum, qui ante [31] pactum [32] moram non fecerat.

An pactum servi fructuario prosit.

55. Julianus lib. 35 Digestorum.

Si debitor sit fructuarius [33], & pacisCatur servus [34], in quo usumfructum habet, *ne ab eo petatur*: pacisCendo meliorem conditionem ejus facit. † Item (si) creditor esset fructuarius, & pactus esset, *ne peteret*; servus autem fructuarius pacisCeretur, *ut peteret*: beneficio pacti, quod servus interposuisset, utiliter ad petitionem admittetur [35].

De effectu pacti, ne dominus à colono petat.

56. Idem lib. 6 ad Minicium.

Si convenerit, *ne dominus à colono quid peteret*, & justa causa conventionis fuerit: nihilominus colonus à domino petere potest [36].

---

51 Vide *l.* 30. §. 4. *famosæ.* ff. *Jam.* exceptio.

53 Generalia verba non extenduntur ad ea quæ dolo alterius contrahentis occultata sunt.

54 Aliqui novi instrumenti. *l.* 19. 29. C. *de transact.* & fideicommissi reperti prætextu, transactio divisionis bonorum non est rescindenda. *l.* 122. §. *ult.* ff. *de verb. oblig.*

55 *Al.* possideres. vid. Cujacium 1 *observat.* 14. *n.* 8.

56 *l.* 3 *C. de donat. quæ sub modo.*

57 Igitur si antequam tradideris, vel si non tua causa id convenit, licebit pœnitere ac vindicare.

58 Ut quia Actio sub pœna fundum promisisti.

59 Vide *l.* 5. *in princ.* ff. *de condict. causa data.*

60 Remitti. sic & *l.* 4. *in pr.* ff. *de decretis.*

61 Expresse: secus, tacite. *l.* 5. C. *de usuris.*

62 11 *Eclog.* 1. § 8. *in fin.* 1. *Harmenopul.* 9. §. 17.

63 Reipublicæ, quod publice utile est. *vid. Harmenop. hoc tit. n.* 20. ff. *de religios.*

64 Labeoni. *l.* 21. *l.* 24. ff. *de contr. empt.*

65 *Obscura pactio* est quæ nullo modo intelligi potest.

66 *Ambigua pactio* est, quæ duobus aut tribus modis potest accipi. In ambiguo, utrum dictum; in obscuro, quid dictum sit, quæritur. Itaque quod ambiguum est, obscurum est, non è contra. Quintilian 7. Aliud est ambiguum, aliud obscurum: ἀσαφὲς & ἀκατάλογον.

67 Vide *l.* 21. ff. *de contrab. empt.*

68 Aliud tamen in judiciis quam hic in contractibus definitur *l.* 66. ff. *de jud.*

69 De quo & vide *l.* 7. §. 8. ff. *eo.* v. *Cuj.* 18. *obs.* 2.

70 *Profiteri* plus est, quam confiteri. Cicero pro M. Tullio *apud Nonium*: *Hic ego non solum confiteor, verum etiam profiteor.* & pro Cæcina: *Ita confitetur, ut non solum fateri, sed & profiteri videatur.* hinc professio solutæ pecuniæ, *l.* 14. C. *de solutionibus.* v. *Cujac.* 18. *obser.* 2.

71 *Generale* hic dicitur, quod non tantum pacisCentem, sed & ejus heredes tenet.

72 Vide in hunc locum *Cujac.* 20. *obser.* 36.

73 Judex appellationis Græcis ἐφέτης. *l.* 13. §. 4. C. *de judiciis.* 74 Et adquiescentis. v. *l.* 5. C. *de re judicata.* 75 Contra quam in *l.* 77. §. 18. ff. *de leg.* 2. 76 *l.* 5. C. *de re judicata*: adde 1 *Harmenop.* 4. §. 92.

77 Hereditariis. *l.* 23. C. *familiæ.* 78 Quia superior acceptatio absque ulla delegatione facta, tacitam conditionem habet non petituros creditores ab omnibus pro partibus hereditariis, si singuli heredes (uti convenit) singulis creditoribus solidum debitum offerant. *Bart.* 79 Quos ignorat. v. *l.* 16. §. 3. ff. *de testament. tut.* 80 Non omissurus filios si nasciturus speraret. v. *l.* 22. *vers. Brasidas* ff. *ad Treb.* & sic donatio in extraneum heredem collata revocatur ad utilitatem suorum.

81 Officium tamen Judicis implorare potest, ut à creditore liberetur. 82 Atqui hoc pactum traditione partis debiti vestitum est. 83 Citra conventionem hoc consuetudine interdum admittitur. *l* 32. § *pen.* ff. *de administ. tut.* 84 *Dixi ad l.* 27. ff. *de usufructu.* 85 Vel domini, cui census, tributum vel (ut interpretes loquuntur) *relevatum* debetur. 86 *l. ult. C. sine censu.* 87 In fisci necem non valebit; sed in contrahentium tantum præjudicium. *l.* 52. §. *pen.* ff. *eod.* 88 Licet ea pacto minuere, quæ à venditore vel emptore fieri debent. 11 *Eclog.* 1. *c.* 29. 89 *l.* 11. §. 1. *de act. empt.* 90 Venditor. *Cujac. in l.* 14. ff. *quod metus.* 91 *l.* 13. §. 19. ff. *de act. empt.*

92 *l.* 7. §. 5. *in fin.* ff. *eod.* 93 *l.* 59. *in fin.* ff. *de admin. tut.* v. ff. *quod quisque juris.* 94 *l.* 48. ff. *eod.* 95 *l.* 21. C. *eod.* 96 Vid. not. *ad l.* 7. §. 4. *verb. ne ex pacto actio nascatur.* ff. *eod.* S. L.

97 Legatorum in diem vel sub conditione nomine. 98 Argumentum ab ultimis voluntatibus ad pacta. Pacto fieri potest, quod testamento potest fieri. v. *l.* 44. §. 5. ff. *de legat.* 1. *l.* 24. ff. *de cond. & dem.* v. Everardum *Topicis*, *loco* 36 *à contrariis thesi* & Manticam 3. *de conjecturis ultimarum voluntatum*, 18. 99 Semestria *hic & l. ult.* ff. *de servis exportandis. l.* 12. ff. *de adquir. hered.* §. 1. *Inst. de excusat. tutorum.* ἑξαμηνίου διατάξεις *Theoph. d.* §. 1. constitutiones semestres, forte ita dictæ, quod semestribus consiliis fierent. Constat enim Augustum & Tiberium semestria consilia iniisse. *Dion*, 53. *Suet. in August.* 27. *Zon. Xiphil.* 100 Vide *l.* 2. C. *ut in possessionem legatorum.* 1 Testator quemadmodum potest prohibere satisdationem, nempe, ut ne satisdet heres nomine legatorum, ita legatarius potest remittere eam satisdationem non vivo quidem testatore. *l.* 15. *in fine, infra Ad legem Falcidiam.* sed mortuo, *ut l.* 46. ff. *ad legem Falcidiam. l. ult. C. ad legem Falcidiam*: adde quæ scripsi ad *l.* 15. §. 1. ff. *ad legem Falcidiam*: & ad *Novell.* 1. *cap.* 2. & ita constat argumentum ab eo quod permissum est in testamento, ad id quod permissum esse debet inter vivos. 2 Vide *l.* 29. C. *eod.*

3 ff. *Eclog.* 1 § 30. 4 Quia pactum, quo conventus redditur ejus formæ, vim suam exerit, nullis opponitis replicationibus. *l.* 27. §. 2. *in fin.* ff. *eod.*

5 Ob varias cautiones, variaque nomina.

6 Non numeratam publico vel mentis testimonio: sic *tacita pallio* dicitur *l.* 50. §. 2. ff. *de bonis libertorum.* adde 12 *Gell.* 2. *Cujac.*

7 Generali in remissione & liberatione ea non veniunt, de quibus non actum est.

8 Generalia generaliter operantur in pactis, si res ita patiatur: sin minus, specialiter.

9 *l.* 31. C. *de transact.*

10 V. *l.* 45. ff. *eod.*

11 Imo non quodcumque. *l.* 17. ff. *eod. l.* 11. ff. *de relig. l.* 9. C. *de non numerata. l.* 3. C. *de usuris. l. ult.* C. *de pact. inter empt.*

12 Hoc enim quibusdam personis concessum, v. *l.* 12. ff. *soluto. l.* 16. 17. 18 ff *de re judicata.*

13 Ut & ejus contrarium pactum. *Accusitus.* nisi inter conjuges. *l.* 14. ff. *soluto.* 14 *l.* 31. *in fine.* ff. *de evictionibus.* Goth. Junge *l.* 15. ff. *de præd. urban. l.* 27. ff. *de verb. oblig. l.* 174. ff. *de verb. sign. l.* 32. ff. *de reg. jur.* S. L.

15 Dubitationis omnis tollendæ causa hæc verba inseruntur. *l.* 56. *in pr.* ff. *mandati.*

16 Debitor, cui per errorem pactum de non petendo factum est a creditore, eum postea agentem exceptione conventionis non potest repellere. *arg. l.* 57. ff. *de oblig. & act.*

17 Vide *l.* 17. ff. *de jure codicillorum*: adde quæ de epistola notavi ad *l.* 29. ff. *de probationibus.*

18 Pactis adquiri non potest hereditas. adde *l.* 34 C. *de transact. l.* 4. C. *de inutilibus stipulat. l.* 61. ff. *de verbor. oblig. l.* 13. C. *de probat.*

19 Cur ita? collige ex *d. l.* 13. C. *de probat. & l.* 1. ff. *de hered. petit.*

20 *l.* 37. *in fin. de adquir. hered. l.* 12. ff. *de diversis & temp. l.* 143. ff. *de reg. jur.*

21 Forte *intributiones.* vide quæ scripsi *ad l.* 27. §. 3. ff. *de usufruct.*

22 Vide *l.* 4. ff. *de verb. oblig.*

23 Et male. *l.* 56. §. 4. ff. *de verb. oblig.* §. 1. *Inst. de verb. oblig.*

24 Id est, preces Principi oblatas. *Cujac.*

25 *Prorogare* est ante diem erogare, ac repræsentare, *ut l.* 19. §. 6. ff. *locati.* ubi dixi. *l.* 4. §. 5. ff. *de manumiss.* Galli, *advancer & faire les frais*: ut sit sensus, Procurator vel Advocatus, clientis sui aut domini litigantis nomine sumptus de suo in litem erogare potest, hoc est, numerare, eosque sumptus una cum usuris licitis sibi restitui stipulari vel pacisci. Pactum hoc justum ac licitum est: Quod si partem dimidiam ejus quod ex ea lite datum erit pactus fuerit, pactum iniquum censebitur. Pactum hoc de quota litis injustum est. 26 Quæ pœna fuerit hujus pacti de quota litis, vide Rolandum à Valle 3 *Consil.* 36. 27 Hanc l. sic interpretor: Procuratori est honestum sumptus prorogare, (Galli dicunt *advancer, & faire les frais du proces*) in utilitatem litigantis. Licet quoque pacisci, ut quantitas eo nomine expensa cum usuris licitis restituatur, hæc enim sine pacto debentur. *l.* 46. §. *antep. & pen.* ff. *de procur.* Imo palmarii nomine pacisci potest Advocatus pro singulis causis usque ad 100 aureos. *l.* 1. §. 12. ff. *de extr. cogn.* At pacisci de quota litis non est permissum. vid. *l.* 15. C. *de proc.* 28 Intra certum tempus vel in perpetuum. 29 Cur ita? v. *l.* 88. ff. *de regulis.* 30 Nam qui tutus est exceptione, is moram non committit. *l.* 40. *in fin.* ff. *si certum.* 31 Ante vel post pactum. 32 Id est, tempus pacto adjectum. 33 Vide *l.* 63. ff. *de solut.* adde, de pacto filiifamilias, *l.* 3. C. *de pactis.* 34 Pactum servi, fructuario, eidemque debitori ad exceptionem: eidem creditori, ad replicationem prodest. 35 Compensandi animo pactum interpositum fuisse eo casu non intelligitur. 36 Imo id videtur actum, ut neuter ab altero petat. *l.* 5. ff. *de rescindenda.* ut utrimque facta sit liberatio. *l. ult.* ff. *de acceptil. & quod quisque juris.*

De usuris in futurum acceptis. 1. De pacto mixto.

57. Florentinus lib. 8 Institutionum.

QUi 37 in futurum usuras à debitore acceperat, tacite pactus videtur 38, ne intra id tempus sortem petat. §. 1. Si ex altera parte in rem, ex altera in personam pactum conceptum fuerit, veluti, *ne ego petam*, vel *ne à te petatur* 39: heres meus ab omnibus vobis petitionem habebit, & ab herede tuo omnes petere poterimus.

Utrum contractus pacto dissolvatur.

58. Neratius lib. 3 Membranarum.

AB emptione, venditione, locatione, conductione, cæteriſque ſimilibus 40 obligationibus, quin integris 41 omnibus conſenſu eorum, qui inter ſe obligati ſint, recedi poſſit, dubium non eſt 42. Ariſtoni hoc amplius videbatur: ſi ea, quæ me ex empto præſtare tibi oporteret, præſtitiſſem, & cum tu mihi pretium deberes 43, convenisſet mihi tecum, *ut rursus* 44 *præſtitus* [*mihi*] *à te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præſtitiſſem, pretium mihi non dares*; tuque mihi [ea] præſtitiſſes: pretium te debere deſinere: quia bonæ fidei, ad quam omnia hæc rediguntur, interpretatio 45 hanc quoque conventionem admittit. Nec quicquam intereſt, utrum 46 integris omnibus in quæ obligati eſſemus, conveniret, *ut ab eo negotio diſcederetur*: an in integrum reſtitutis his, quæ ego tibi præſtitiſſem, conſentiremus, *ne quid tu mihi eo nomine præſtares*. † Illud plane conventione, quæ pertinet ad reſolvendum id quod actum eſt, perfici non 47 poteſt, *ut tu, quod jam ego tibi præſtiti, contra præſtare mihi cogaris*: quia eo modo non tam hoc agitur, ut à priſtino negotio diſcedamus, quam ut novæ quædam obligationes inter nos conſtituantur.

Per quas personas nobis ex pacto acquiritur.

59. Paulus lib. 3 Regularum.

PEr 48 quos 49 adquiri nobis ſtipulatione 50 poteſt, per eoſdem etiam pactis conventis meliorem conditionem noſtram fieri poſſe, placet.

Utrum necessaria persona præferantur extraneo, qui cum creditoribus pactus est.

60. Papirius Justus lib. 8 Conſtitutionum.

IMperator Antoninus Avidio Caſſio reſcripſit, *Si* 51 *creditores parati ſint partem ex bonis, licet ab extraneo, conſequi: rationem habendam priùs neceſſariarum perſonarum, ſi idoneæ ſint* 52.

De quibus paciſci non licet.

61. Pomponius lib. 9 ad Sabinum.

NEmo 53 paciſcendo 54 efficere poteſt, *Ne ſibi locum ſuum dedicare* 55 *liceat*: aut 56 *ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat*: aut *ne vicino invito* 57, *prædium* 58 *alienet* 59.

Utrum pactum rei noceat fidejussori.

62. Furius Anthianus lib. 1 ad Edictum.

SI reus poſtquam pactus 60 ſit *à ſe non peti pecuniam* (ideoque cœpit id pactum fidejuſſori quoque prodeſſe) pactus ſit, *ut à ſe peti liceat*: an utilitas prioris pacti ſublata ſit fidejuſſori, quæſitum eſt? Sed verius eſt, ſemel adquiſitam fidejuſſori pacti exceptionem, ulterius [ei] invito 61 extorqueri non poſſe 62.

37 11 *Eclog.* 1. *cap.* 39.

38 Vide *l.* 1. §. *non male.* 6. *ff. de doli except.*

39 Priori caſu, heredibus meis: altero, & mihi & heredibus actio dabitur.

40 Similium idem judicium eſt.

41 *l.* 1. *C. quando liceat ab emptione diſcedere. l.* 12. *in fin. C. de contr. empt. l.* 5. *C. de obligat.*

42 Vide *l.* 3. *ff. de reſcindenda. & l.* 80. *ff. de ſolut.*

43 Et ſic contractu ex una parte impleto.

44 *l.* 1. *in fin. C. quando liceat ab empt. diſced.*

45 *l.* 61. §. 6. *in fin. ff. de furt.*

46 Vide *l.* 2. *ff. de reſcind.*

47 Imo poteſt, v. *l.* 2. *C. de pact. inter empt.*

48 Argumentum à ſtipulatione ad pactum.

49 Verbi gratia filios.

50 *l.* 38. §. *hi qui.* 6. *ff. de verb. oblig.*

51 3 *Harm.* 5. §. 5. 8.

52 Εἰ τὰ ἀγορασθέντα, ſcilicet non in jure ipſo exigendi crediti. *l.* 16. *ff. de rebus judicis autoritate.*

53 Verbi gratia, venditor aut vicinus.

54 An ſtipulatione pœnali id efficere poteſt? vide *l.* 11. *ff. de religioſis.*

55 Dedicationes locorum fiebant autoritate publica vel Principis. *l.* 9. §. 1. *ff. de rerum divis. l.* 8. *in pr. ff. de religioſis.*

56 Utrumque hodie licet. *l. ultim. C. de pactis inter emptorem.*

57 Vide *l.* 15. *ff. de ſervitut.*

58 Non tamen pignoratum, *l.* 7. §. *ult. ff. de diſtract. pign.* aut alienari à teſtatore prohibitum. *l. ult. C. de rebus alienis.*

59 Hodie pactione alienatio prædii inhiberi poteſt. *d. l. ult. v. l.* 122. §. 3. *ff. de verbor. obl.*

60 Vel transegit. *l.* 68. *in fin. ff. de ſi. legitſ.* 8. *eod.*

61 Vide *l.* 16. *ff. de except.*

62 Imo poteſt, *l.* 27. §. 2. *verſ. eadem ratione.*

Tit. XV.

DE TRANSACTIONIBUS 1.

Differentia Transactionis & pacti gratuiti.

1. Ulpianus lib. 50 ad Edictum.

QUi transigit, quaſi de re dubia 2, & 3 lite incerta neque finita transigit: qui vero paciſcitur, donationis cauſa 4 rem certam & indubitatam liberalitate 5 remittit.

Quomodo transigitur.

2. Idem lib. 74 ad Edictum.

TRanſactum accipere quis poteſt, non 6 ſolum ſi Aquiliana ſtipulatio fuerit ſubjecta, ſed & ſi pactum 7 conventum fuerit factum 8.

De effectu transactionis inter scriptum heredem, & matrem defuncti. 1. De codicillis post transactionem repertis. 2. De transactione cum opinato herede.

3. Scævola lib. 1 Digeſtorum.

IMperatores Antoninus & Verus ita reſcripſerunt: *Privatis* 9 *pactionibus non dubium eſt, non* 10 *ledi jus cæterorum: Quare transactione, quæ inter heredem, & matrem defuncti facta eſt, neque teſtamentum reſciſſum videri poſſe* 11, *neque manumiſſis, vel legatariis actiones ſuæ ademptæ. Quare quidquid ex teſtamento petunt* 12, *ſcriptum heredem convenire debent: qui in transactione hereditatis, aut cavit ſibi pro oneribus heredtatis, aut ſi non cavit, non debet negligentium ſuam ad alienam injuriam referre.*

§. 1. Cum transactio propter fideicommiſſum facta eſſet, [&] poſtea codicilli reperti ſunt: Quæro, an quanto minus ex transactione conſecuta mater defuncti fuerit, quam pro parte ſua eſt, id eſt, ex fideicommiſſi cauſa conſequi debeat? Reſpondit, debere 13.

§. 2. Debitor, cujus pignus creditor diſtraxit, cum Mævio, qui ſe legitimum creditoris heredem eſſe jactabat, minimo 14 transegit: poſtea, teſtamento prolato, Septicium heredem 15 eſſe apparuit: Quæſitum eſt, ſi agat pignoratitia debitor cum Septicio, an is uti poſſit exceptione tranſactionis factæ cum Mævio, qui heres eo tempore non fuerit: poſſitque Septicius pecuniam quæ Mævio, ut heredi, à debitore numerata eſt, condictione repetere, quaſi ſub prætextu hereditatis acceptam? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, non 16 poſſe: quia neque cum eo ipſe transegit, nec negotium Septicii Mævius gerens accepit.

Effectus stipulationis Aquilianæ, & acceptilationis subjectæ.

4. Ulpianus lib. 46 ad Sabinum.

AQuiliana ſtipulatio omnimodo omnes 17 præcedentes obligationes novat 18, & perimit: ipſaque perimitur per acceptilationem 19: & hoc jure utimur. ideoque etiam legata ſub conditione relicta in ſtipulationem Aquilianam deducuntur 20.

1 11. C. 1v.

11 *Eclog.* 1. *Harmenop.* 1. *tit.* 10. *Ext.* 1. *tit.* 36.

2 *l.* 12. *C. eo. l.* 6. *C. de ſolut.*

3 *Al.* aut. *Hot ad l.* 2. *C. eod.* verum id non neceſſe eſt mutari. Nam & Græci duo autores ita legunt, ὃ δίκης λύσιν. 11 *Eclog.* 2. *c.* 11. 1 *Harmenop.* 10. §. 14.

4 Qui vero paciſcitur, donationis cauſa rem, &c. *Flor. & Haloand. & Græci* donationis cauſa, rem &c. utra lectio verior? collige ex *l.* 41. *ff. de pact.*

5 Φιλοτιμίας, id eſt, liberaliter.

6 Tranſactionibus inſerebatur, ut ſæpius Aquiliana ſtipulatio.

7 Sed hoc ita, ſi modo prius factum: *Petr. Fabr.* 1. *Semeſtr.* 14.

8 Id eſt, Tranſactum videri, non modo lite translata in Aquilianam ſtipulationem, eaque rurſus acceptilatione perempta, ſed & pacto nudo ſubdita acceptilatione. *Cujacius.*

9 11 *Eclog.* 2. *c.* 3.

10 *l.* 1. *C. eod. d. l.* 1. *C. res inter alios.*

11 Tranſactio ſcripti heredis, & teſtamentarii, legatariis, & manumiſſis non nocet. *l.* 29. §. 2. *ff. de inoffic.*

12 Idem legatarii ſcilicet & manumiſſi. nam ſecus eſt in creditoribus, qui legitimum heredem, pro parte quæ ei obtigit, convenire poſſunt. *l.* 14. *ff. eod.* 13 *l.* 12. *in fin. ff. eod.* at non idem eſt ſi inſtrumenta reperta ſint poſt tranſactionem. *l.* 19. *C. eodem.* ſi quis cauſetur ſe de iis, quæ in prima parte teſtamenti erant, tranſegiſſe. *d. l.* 12. 14 Minima pecunia numerata. 15 Verum. 16 Imo, quæ putativus heres à debitore hereditario exegit, ea verus heres repetere poteſt. *l.* 25. §. *antep. ff. de pet. hered.* 17 Quæcunque illæ ſint. Imo legata & fideicommiſſa. *l.* 2. *l.* 8. §. 2. *ff. de novat.* Ideoque juris gentium eſſe dicuntur. v. *l.* 8. *in fin. ff. de acceptil.* 18 *l.* 1. *l.* 6. *l.* 8. *ff. de novat.* 19 Vide *l.* 3. *C. de acceptil.* 20 Quid ita? vide *l.* 12. *ff. de acceptilationib.*

5. Papinianus lib. 1 Definitionum.

CUm Aquiliana ſtipulatio interponitur, quæ ex conſenſu redditur, lites 21 de quibus non eſt cogitatum, in ſuo ſtatu retinentur. Liberalitatem enim captioſam interpretatio Prudentium fregit 22.

De controversiis ex testamento.

6. Gaius lib. 17 ad Edictum provinciale.

DE 23 his controverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, neque tranſigi, neque exquiri veritas aliter poteſt, quam 24 inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti.

De transactione post rem judicatam. 1. De transactione. 2. De alimentis.

7. Ulpianus lib. 7 Diſputationum.

ET 25 poſt rem judicatam tranſactio valet, ſi 26 vel appellatio intercederit, vel appellare potuerit. §. 1. Si fidejuſſor conventus, & condemnatus fuiſſet, mox reus tranſegiſſet cum eo, cui erat fidejuſſor condemnatus; tranſactio valeat, quæritur? Et puto valere: quaſi omni cauſa & adverſus reum & adverſus fidejuſſorem diſſoluta: ſi tamen ipſe fidejuſſor condemnatus tranſegit, tranſactione non 27 peremit rem judicatam; tamen 28 eo, quod datum eſt, relevari rem judicatam oportet. §. 2. Uſque adeo autem, quod datum eſt, etiamſi non proficit ad tranſactionem, extenuat 29 tamen rem judicatam, ut inde ſit & dictum, & reſcriptum circa alimentorum tranſactionem, cujus Prætoris autoritate factam: *Ut quod datum eſt, proficiat ad alimenta; ita ut, ſi quid amplius ex cauſa alimentorum deberi poteſt, id præſtetur; quod autem datum eſt, imputetur.*

Senatusconsultum de transactione, de iisdem alimentis, & ejus interpretatio.

8. Idem lib. 5 de omnibus Tribunalibus.

CUm hi, quibus alimenta relicta 30 erant 31, facile tranſigerent, contenti modico 32 præſenti; Divus Marcus 33 Oratione 34 in Senatu recitata effecit, *Ne aliter alimentorum* 35 *tranſactio rata eſſet, quam* [*ſi*] *autore* 36 *Prætore facta.* Solet igitur Prætor intervenire, & inter conſentientes arbitrari, an tranſactio, vel quæ admitti debeat. §. 1. Ejuſdem Prætoris notio ob tranſactionem erit, ſive habitatio, ſive veſtiarium, ſive de prædiis 37 alimentum legabitur.

§. 2. Hæc Oratio pertinet ad alimenta, quæ teſtamento vel codicillis fuerint relicta, [ſive ad teſtamentum factis 38, ſive ab inteſtato.] Idem erit dicendum & ſi mortis cauſa donata fuerint relicta: vel ab eo, cui mortis cauſa donata ſunt relicta. Sed & ſi conditionis implendæ gratia relicta ſunt: adhuc idem dicemus. † Plane de alimentis, quæ non mortis cauſa donata ſunt, licebit & ſine Prætore autore tranſigi 39. §. 3. Sive igitur in menſes ſingulos, ſive in dies, ſive in annos fuerint relicta; Oratio locum habet. Sed & ſi non fuerint perpetuo 40 relicta, ſed uſque ad annos certos, idem eſt. §. 4. Si integra quantitas alicui fuerit legata, ut ex uſuris ejus ſe alat, & mortis tempore pecunias reſtituat; non ceſſabit Oratio, licet non in annos ſingulos videatur id relictum. §. 5. Sed & ſi ſit certa quantitas relicta Titio, vel res, ita *ut inde alimenta Seio præſentur*; magis eſt, ut tranſigere Titius poſſit: nec enim tranſactione Titii minuuntur alimenta Seii. † Idemque eſt & ſi per fideicommiſſum alimenta ad hoc 41 legatario fuerint relicta. §. 6. Eam tranſactionem Oratio improbat, quæ idcirco fit, ut quis repræſentatam 42 pecuniam conſumat 43. Quid ergo, ſi quis citra Prætoris autoritatem tranſegerit, ut, quod per ſingulos annos erat ei relictum, conſequeretur per ſingulos menſes? Aut quid, ſi, quod per ſingulos menſes ei relictum erat, conſequeretur per ſingulos dies? Quid deinde, ſi quod conſummato anno ut acciperet, initio anni conſequatur? Et puto eam tranſactionem valere: quia meliorem conditionem ſuam alimentarius [tali] tranſactione facit: noluit enim Oratio alimenta per tranſactionem intercipi. §. 7. Nihil autem intereſt, utrum libertini ſint, quibus alimenta relicta ſunt, an ingenui 44: ſatis locupletes, an minus. §. 8. Vult igitur Oratio, apud Prætorem de iſtis quæri: in primis *de cauſa* tranſactionis: dein, *de modo*: tertio, *de perſona* tranſigentium. §. 9. In *Cauſa* [hoc] erit requirendum, quæ *cauſa* ſit tranſigendi: ſine cauſa enim neminem tranſigentem audiet prætor 45. † Cauſæ fere hujuſmodi ſolent allegari: ſi alibi domicilium heres 46, alibi alimentarius habeat: aut ſi deſtinet domicilium transferre alter eorum: aut ſi cauſa aliqua urgeat præſentis pecuniæ: aut ſi à 47 pluribus ei alimenta relicta ſint, & minutatim ſingulos convenire difficile ei ſit: aut ſi qua alia cauſa fuit, ut plures ſolent incidere, quæ Prætori ſuadeant tranſactionem admittere. §. 10. *Modus* quoque pecuniæ, quæ in tranſactionem venit, æſtimandus eſt: utpura quantitas 48 tranſactionis: nam etiam ex modo fides tranſactionis æſtimabitur. Modus autem pro ætate ejus qui tranſigit arbitrandus eſt, & valetudine: nam alias cum puero, alias cum juvene, alias cum ſene 49 tranſigi palam eſt: conſtat enim alimenta cum vita finiri.

§. 11. Sed & perſonarum contemplatio habenda eſt: hoc eſt, cujus vitæ ſint hi quibus alimenta relicta ſunt: utrum frugi vitæ [hi ſint,] qui alias ſufficere ſibi poſſint, an ſequioris 50, qui de alimentis pendeant. In perſona ejus, à quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpecienda: in quibus ſunt facultatibus, cujus propoſiti, cujus opinionis: tunc enim apparebit, numquid circumvenire velit eum, cum quo tranſigit. §. 12. Qui tranſigit de alimentis, non videbitur neque de habitatione 51, neque de veſtiario tranſegiſſe: cum Divus Marcus ſpecialiter etiam de iſtis tranſigi voluerit. §. 13. Sed & ſi quis de alimentis tranſegerit, non habebit neceſſe etiam de habitatione, vel cæteris invitis tranſigere: poterit igitur vel de omnibus ſimul, vel de quibuſdam facere tranſactionem. §. 14. De calciario quoque arbitrio Prætoris tranſigendum eſt. §. 15. Si uni pluribuſve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum diſtrahere; neceſſe eſt Prætorem de diſtractione ejus, & tranſactione arbitrari 52. Sed ſi pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & hi inter ſe tranſigant: ſine Prætoris autoritate facta tranſactio rata eſſe non debet. † Idem eſt & ſi ager fuerit in alimenta obligatus 53: nam nec pignus ad hoc datum, inconſulto Prætore poterit liberari. §. 16. Arbitratu Prætoris vel de univerſis alimentis, vel de parte eorum tranſigi oportere pluſquam manifeſtum eſt. §. 17. Si Prætor aditus, citra cauſæ cognitionem 54, tranſigi permiſerit, tranſactio nullius erit momenti 55: Prætori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligen-

21 *l.* 9. §. 1. *ff. eod. l.* vide *l.* 3. *C. eod. m.*

22 Id eſt, non amiſit, ut ſæ. omnes hujuſmodi. *l.* 14. §. 5. *ff. quod metus. l.* 39 *in pr. ff. de auct.*

23 1 *Eclog.* 2. *cap.* 6. *in prine.*

24 *Arg. l.* 3. §. 1. *C. eod. l.* 12. *ff eod. l.* 1. §. 1. *ff. quemadmodum teſtamenta*: vide quæ notavi ad *l.* 11. *ff. de except. rei judicatæ.*

25 Tunc enim lis durare intelligitur. *l.* 11. *ff. eod. l.* 32. *C. eod. l.* 23. §. 1. *ff. de conditt. indeb.*

26 Qui appellat vel appellare poteſt, recte tranſigit. 11 *Eclog.* 2. *cap.* 9. *in fin.*

27 Cur? quia transegit de re certa. *l.* 23. §. 1. *de cond. ind.*

28 Hinc conſtat, fidejuſſorem per reum conſequi quod per ſe non poſſit. *l.* 3. *in fin. ff. quæ res pignori.*

29 *d. l.* 23. §. 1.

30 Teſtamento vel codicillis.

31 In menſes, dies, vel annos. §. 3. *ff.*

32. V. §. 8. §. 17. *ff. eod.*

33 Tranſactionibus receptum eſt, ut pro modico magna amittamus, *ut hic.* Proinde negant beneficium *legis* 2. *C. de reſcind. vend.* tranſigenti competere. de quo dixi plenius *ibid.*

34 Imo Senatuſconſultum hoc induxit *d. l.* 23. §. 2. vide quæ ſcripſi ad *l.* 16. *ff. de ritu. l.* 7. *C. de prædiis & aliis.*

35 Futurorum, *l.* 8. *C. eod.*

36 Baro hoc refert ad juriſdictionem Prætoris: Alii, ad jus extraordinarium.

37 Id eſt, re certa. *l.* 7. §. *pen. in fin. ff. de uſufr.*

38 *Alii legunt*, ſive à teſtato factis.

39 Tranſigere.

40 Id eſt, dum vivet. *l.* 1. *ff. pro ſocio.*

41 Ab hoc legatario *Cujac. v. quæ dixi ad l.* 9. *C. de fideicomm.*

42 Solutam. *l. ult. C. de Epiſcopis.*

43 Ergo ſi non conſumpſit, valebit tranſactio. *Bart. hic. arg. l.* 13. *ff. de reb. eorum.*

44 Quia ſervis etiam legari poſſunt. *l.* 11. & 17. *ff. de alimentis. l.* 3. *ff. de his quæ pro non ſcriptis.*

45 Sed nec teſtem dicti fui rationem non reddentem. *l.* 4 *C. de teſtib.*

46 Vide *l.* 38 *ff. de judiciis.* & ubi ſunt ſolvenda legata.

47 Vide *l.* 3. *ff. de alimentis.* & quemadmodum eo caſu alimentarius conſulatur.

48 Eadem collatione quantitatis utitur Juriſconſultus *in l.* 20. *in pr. ff. de manumiſſ. vindicta.*

49 Vide *l.* 122. *ff. de legat.* 1. Goth. Ætatum gradus tres hic conſtituuntur: pueritia, juventus & ſenectus, ad imitationem Servii Tullii, de quo Gell. *lib.* 10. *cap.* 28. Vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 59. & 67. Auſ.

50 Ita legitur apud *Amm.* 18. *Livium* 2. & *Varronem, apud Nonium, Cuiac.* 1. *obſ.* 3. legioris, *Duar.* 2. *diſp.* 31. nequioris, *Fornerius* 2 *ſelect.* 5. obſequioris, *Zaſ. ad l.* 2. *ff. de rejudicata. num.* 9. *in fin.* ſequioris vitæ, id eſt, deterioris: ſic apud Apuleium *ſequior ſexus*, pro muliebri uſitatur. 51 Atqui *alimentorum* vocabulo habitatio intelligitur. *l.* 6. *l. ult. ff. de alimentis. l.* 43. *l.* 44. *ff. de verb. ſignif.* 52 Ut definiat, legata ſit necne proprietas, aut ſolus uſusfructus. *l.* 4. *l. pen. ff. de aliment.* 53 Nam ita legari poteſt. *v. l.* 12. *de alimentis.* 54 De plano, de ſolo, non pro tribunali. *Cuj.* 55 Non tamen ſemper ſolennitatis omiſſio actum vitiat. *l.* 1. §. 1. *ff. de ventre inſpic.*

ligenda, nec donanda [1]. Sed & si non de omnibus inquisierit, quæ Oratio mandat; hoc est de *causa*, de *modo*, de *persona* transigendum: dicendum est, quamvis de quibusdam quæsierit, transactionem esse irritam [2]. §. 18. Sed nec mandare ex hac causa jurisdictionem vel Præses provinciæ, vel Prætor poterit [3].

§. 19. Transactiones alimentorum etiam apud Procuratorem [4] Cæsaris fieri possunt: [scilicet] si à fisco petantur alimenta, secundum [5] quæ [&] apud Præfectos [6] ærarii transigi poterit.

§. 20. Si cum his quidem esset de alimentis, transactum autem de lite fuisset, transactio valere inconsulto Prætore non potest: ne [7] circumveniatur Oratio: fingi enim lites poterunt, ut transactio etiam citra Prætoris fiat autoritatem. §. 21. Si eidem alimenta, & præterea legatum præsenti die datum sit, & transactum fuerit citra Prætoris autoritatem: id, quod datum est, imputabitur prius in legatum, quod præsenti die datum est: superfluum, in alimentariam causam. §. 22. Si quis de alimentis transegerit sine Prætoris autoritate, id quod datum est, in præterita alimenta cedet: nec interest, tantum in quantitate sit debita, quantum datum est, an minus, an plus: nam & si minus sit, adhuc tamen id quod in solutum datum est, in præterita alimenta imputabitur. Sane si is, qui de alimentis transegit, locupletior factus sit ea solutione: in id quod factus sit locupletior, æquissimum erit in eum dari repetitionem [8]: nec enim debet ex alieno damno esse locuples. §. 23. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honestioris loci, veluti salarium annuum, vel usufructus: transactio & sine Prætore fieri poterit. Cæterum, si usufructus modicus [9] alimentorum vice sit relictus, dico transactionem citra Prætorem factam nullius esse momenti. §. 24. Si cui non nummus ad alimenta, sed frumentum, atque oleum, & cætera, quæ ad victum necessaria sunt, fuerint relicta [10]; non poterit de his transigere: sive annua sive menstrua ei relinquantur. Si tamen ita sine Prætore transegerit, ut in [11] vicem eorum nummum [12] quotannis, vel quotmensibus [13] acciperet, & neque diem [14], neque modum permutavit, sed tantum genus: vel ex contrario si pactus fuerit, ut in generibus alimenta acciperet, quæ in nummis ei relicta fuissent: vel si vinum pro oleo, vel oleum pro vino, vel quid aliud commutavit: vel locum permutavit, ut quæ erant ei Romæ alimenta relicta, in municipio, vel in provincia acciperet, vel contra: vel personam [commutavit,] ut quod à pluribus erat accepturus, ab uno acciperet: vel alium pro alio debitorem acceperit; hæc omnia habent disceptationem Prætoris, & pro utilitate alimentarii [15] recipienda sunt [16]. §. 25. Si ad habitationem certa quantitas sit annua relicta, & ita sit transactum sine Prætore, ut habitatio præstetur, valet transactio: quia fructus habitationis præstatur, licet ruinæ, vel incendio subjecta transactio est. Per contrarium quoque, si pro habitatione, quæ erat relicta, placuerit certam quantitatem præstari; transactio rata est & citra Prætorem.

Si is qui transegit agat ex persona alterius cui successit. 2. De dolo coheredis transigentis. 3. Ad quæ transactio pertinet.

9. Idem lib. 1 Opinionum.

Qui [17] cum tutoribus suis de sola [18] portione administratæ tutelæ suæ egerat, & transegerat, adversus eosdem tutores ex [19] persona fratris sui, cui heres extiterat, agens, præscriptione factæ transactionis non summovetur [20]. §. 1. Transactio [21], quæcunque sit, de his tantum [22], de quibus inter convenientes placuit, interposita creditur. §. 2. Qui per fallaciam coheredis ignorans universa, quæ in [23] vero erant, instrumentum transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit [24], non tam paciscitur, quam decipitur [25]. §. 3. Ei, qui nondum certus, ad se querelam contra patris testamentum pertinere, de aliis causis cum adversariis pacto transegit [26]; tantum in his interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actum esse probatur. † His [27] tantum transactio obest, quamvis major [28] annis vigintiquinque eam interposuit, de quibus actum probatur: nam ea, quorum actiones competere [ei] postea compertum est, iniquum [29] est perimi pacto, id [30] de quo cogitatum non docetur [31].

An transactio patris noceat filio.

10. Idem lib. 1 Responsorum.

De re filiorum, quos [32] in potestate non habuit, transigentem patrem minime eis obesse placet [33].

De transactione post rem judicatam.

11. Idem lib. 4 ad Edictum.

Post [34] rem judicatam, etiamsi provocatio non est interposita, tamen si negetur judicatum esse, vel ignorari potest, an judicatum sit, quia [35] adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest.

Effectus transactionis generalis.

12. Celsus lib. 3 Digestorum.

Non est ferendus, qui generaliter in his quæ [36] testamento ei relicta sunt, transegerat, si postea causetur de eo solo cogitasse, quod prima parte testamenti, ac non etiam quod posteriore legatum sit. Si tamen postea [37] codicilli proferuntur, non improbe mihi dicturus videtur, de eo duntaxat se cogitasse, quo illarum tabularum, quas tunc noverat, scriptura contineretur.

De Procuratore Principis.

13. Æmilius Macer lib. 1 ad legem vicesimam [38] hereditatium.

Nulli Procuratorum Principis, inconsulto [39] Principe, transigere [40] licet [41].

De transactione inter legitimum & scriptum heredem.

14. Scævola lib. 2 Responsorum.

Controversia inter legitimum & scriptum heredem orta est, eaque transactione facta, certa lege finita est: quæro, creditores quem convenire possunt? Respondit, si iidem creditores essent (qui transactionem fecissent [42]): si alii creditores essent, propter incertum successionis, pro parte hereditatis, quam uterque in transactione expresserit, utilibus conveniendus est [43].

Si pacto Aquiliana & pœnalis stipulatio subjiciatur.

15. Paulus lib. 1 Sententiarum.

Pacto [44] convento Aquiliana quidem stipulatio subjici solet [45]: sed consultius est, huic pœnalem [46] quoque stipulationem subjungere: quia rescisso forte [47] pacto, pœna ex stipulatu peti [48] potest.

16. Hermogenianus lib. 1 Juris Epitomarum.

Qui fidem licitæ [49] transactionis rupit [50], non exceptione tantum summovebitur [51], sed & [52] pœnam, quam *si contra placitum fecerit, rato* [53] *manente pacto* stipulanti recte [54] promiserat, præstare cogetur [55].

An transactio cum herede facta emptori hereditatis vel fideicommissario noceat.

17. Papinianus lib. 2 Quæstionum.

Venditor hereditatis, emptori mandatis actionibus, cum debitore hereditario, qui ignorabat venditam esse hereditatem, transegit: si emptor hereditatis hoc debitum ab eo exigere velit, exceptio transacti negotii debitori propter ignorantiam suam accommodanda est [56]. † Idem respondendum est, & in eo, qui fideicommissam recepit hereditatem, si heres cum ignorante debitore transegit.

1 Transfici omnem donationis causam specialem & eum qui transigit, donare, hinc colligitur.
2 Sunt enim omissæ solemnitates. Omissa vero forma actum vitiat. Imo omissio solemnitatis non semper vitiat. *l. 1. in fin. ff. de ventre inspic.*
3 Quia id illi lege mandatur. *l. 1. ff. de offic. ejus. l. 1 §. ad nutricia. ff. de extr. cogn.*
4 De quo vide *quæ scripsi ff. ad Tit. de offic. Procuratoris Cæsaris.*
5 Ut quod liceat in provincia, in urbe sit permissum. *l. 1. §. damni. ff. de fin. dict.*
6 *De quibus dixi ad l. 42. ff. de jure fisci.*
7 Prohibitum una via, alia permissum esse non debet. *l. 21. §. 1. ff. de tutorib. dat. ab his.*
8 *l. 23. §. 2. ff. de cond. ind.*
9 *l. 3. §. 4. ff. si cui plus quam per legem Falcid.*
10 Ut fit sæpissime *l. 3. §. quamvis. ff. si cui plus quam.*
11 Permutatio utrum fieri possit cum nummis, dixi *ad leg. ult. ff. de condict. causa data.*
12 Id est, nummos. *ut ff. eod.*
13 Id est, singulis mensibus, *l. 12. §. novissime ff. quando dies legator.*
14 Mutationum species observa, diei, modi, generis, loci, personæ.
15 Alimentarius est, cui alimenta relicta, ut *l. 95. §. 1. in fin. ff. ad legem Falcid.*
16 Ut transactio sine Prætore facta valeat, qua conditio alimentarii fit melior. *Cujac.*
17 11 *Eclog. 2. c. 8. §. 16.*
18 Cum id actum esset: alias veritati res gesta non officit. *l. 6. §. 1. ff. de officio Præsid.* quæ est ejusdem libri. 19 Adde casum *l. ult. in fin. ff. tit. prox.* 20 Atqui transactio generalis extenditur ad jus postea ex successione, puta fideicommisso, quæritum. *l. 122. in fin. ff. de verb. oblig.* 21 *Eclog. ibidem. §. 17.* Idem in renunciatione. Utraque est stricti juris. *l. 35. l. 47. §. 1. ff. de pact.* 22 V. *l. 5. ff. eod.* 23 Τὰ ἀληθῆ, *Eclog. ibid. §. 18.* 24 Quid si ea fuisset interposita? actione de dolo ageretur. *Accur. Bart.* 25 Imo ut sit deceptus, videtur ei denegata actio. *l. 78. in fin. ff. ad Treb.* 26 Transegit: in his tantum transactio obest. q. m. v. a. e. i. d. q. a. p. non quorum actiones, &c. *Cujac.*
27 Sed sus est obscurus: sententia tamen apertius ex Græcis peti potest hæc. Majoribus non obest transactio, nisi in his de quibus actum est: non in iis quæ postea competierunt, de quibus cogitatum esse non docetur.
28 Δώδεκα ἐτῶν. numerus enim pro numero hic ponitur.
29 Etiamsi doli clausula sit adjecta, *l. 135. in fi. ff. de verb. oblig.* quæ aliquoi patet latissime. *l. 19. ff. judicatum solvi.*
30 *l. 31. C. eod. l. 14. C. de inofficioso.*
31 *l. 5. ff. eod.*
32 Vide *l. 11. C. de jure deliber.*
33 *Eclog. 2. c. 21.*
34 Eodem modo cautum peculio filiorumfamilias pater servitutem imponere non potest. *l. 18. §. 3. ff. de Castrensi peculio.*
35 Vide *l. 7. ff. eod.*
36 Vide *l. 6. ff. eod.*
37 *l. 3. §. cum transactio. ff. eod.*
38 De vicesima hereditatum vide Cujacium apud Paulum 4. *sent. 6. dixi l. 154. in fin. ff. de verb. sign.* quæ est ejusdem libri.
39 Id est, sine speciali mandato. *l. 8. C. eod.*
40 De vicesima hereditatis, ut ex inscriptione legis colligere licet.
41 *l. 1. ff. de offic. procur.*
42 Adde ex Haloandri editione, id observandum esse de ære alieno quod inter eos convenisset.
43 Imo solus scriptus heres conveniendus est.

l. 3. ff. eod. 44 Idem *Paul. 1. sent. 1. §. 3.* 45 *l. 2. 4. 5. ff. eod. l. 6. C. de contr. stip.* quia solo pacto actio non ita tollitur. 46 Pœnam. *Paul. illo loco. l. 122. §. ult. ff. de verb. oblig.*
47 *Al.* quoquomodo. *Paul. ibid.* 48 *Al.* repeti. *Paulus d. loco.* 49 Permisse: & ab illicita itaque & impermissa legibus licet recedere. 50 Fidem rumpens etiam fit infamis. *l. 5. ff. depositi.* 51 *l. 14. l. 41 C. eod. l. 96. §. 2. in fin. ff. de solut.* 52 *Eclog. 2. cap. 27.* 53 *l. 17. C. eod.* Id est, non modo quod pactum est, sed & pœnam. 54 De verbo *Recte*, v. quæ scripsi *ad l. 11. in fin. ff. de duobus reis.* 55 Id est, quia illa clausula, *Rato manente pacto utraque uti licebit*, inserta fuit stipulationi. adde *l. 115. in fin. ff. de verb. oblig.* quæ defuit in casu. *l. 10. §. si pacto. ff. de pactis.* Quod addit Harmenopulus, eum qui transactionem rescindit infamia notari, intelligendum est de transactionib. juratis, *ut in l. 41. C. eod.* 56 Utiliter, non directo, ut utilem habeat exceptionem non directam. *Cujac. v. l. 16. ff. de pact.*

LIBER TERTIUS.

Tit. I.
DE POSTULANDO [1].

Ratio. 1. Et summa Edicti. 2. Quid sit Postulare. *3. De his qui in totum postulare prohibentur. 4. De Advocato dando à Prætore. 5. De his, qui pro aliis postulare non possunt. 7. De his, quis non pro omnibus postulare possunt. 9. De restitutis. 11. Pro quibus in tertio ordine constituti postulare possunt.*

1. Ulpianus lib. VI ad Edictum.

Hunc Titulum [2] Prætor proposuit habendæ rationis causa, suæque dignitatis tuendæ [3], & decoris [sui] causa: ne, sine delectu passim apud se postuletur.

§. 1. Ea propter tres [4] fecit ordines: nam quosdam in totum prohibuit postulare: quibusdam [vel] pro se permisit: quibusdam & pro certis duntaxat personis & pro se permisit. §. 2. *Postulare* autem est, desiderium [5] suum vel amici [6] sui, in jure apud eum, qui jurisdictioni [7] præest [8], exponere: vel alterius desiderio contradicere. §. 3. Initium autem fecit Prætor ab his, qui *in totum* prohibentur postulare; in quo Edicto aut pueritiam, aut casum excusavit. † Pueritiam, dum minorem annis decem [9] & septem, qui eos non in totum [10] complevit [11], prohibet postulare: quia moderatam hanc ætatem ratus est ad procedendum in publicum: qua ætate, aut paulo majore fertur Nerva filius, de publice [12] de jure respondisse [13]. † Propter casum, surdum, qui prorsus non audit, prohibet apud se postulare: nec enim erat permittendum ei postulare, qui decretum Prætoris exaudire non poterat; quod etiam ipsi erat periculosum futurum: nam, non exaudito decreto Prætoris, quasi non obtemperasset, pœna ut contumax plecteretur. §. 4. Ait Prætor, si [14] non habebunt advocatum, ego dabo. Nec solum his personis hanc humanitatem Prætor solet exhibere, verum & si quis alius sit, qui certis ex causis, vel ambitione adversarii, vel metu, patronum non invenit. §. 5. Secundo loco Edictum proponitur in eos, qui *pro aliis ne postulent*: in quo Edicto excepit Prætor sexum, & casum: item [notavit] personas [in] turpitudine notabiles. † Sexum, dum feminas prohibet pro [15] aliis postulare [16]: & ratio quidem prohibendi, ne contra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis se immisceant [17]: ne virilibus officiis fungantur mulieres. Origo vero introducta est à Carfania [18] improbissima femina, quæ inverecunde [19] postulans, & Magistratum inquietans, causam dedit Edicto [20]. † Casum, dum cæcum [21] utrisque luminibus orbatum Prætor repellit: videlicet quod insignia [22] Magistratus videre, & revereri non possit. Refert etiam Labeo, Publium cæcum, Asprenatis [23] Nonii patrem, aversa sella [24] à Bruto destitutum, cum vellet

1 II. C. VI. *ad l. 1. περὶ συνηγόρων*, &c. de Advocatis, & qui postulare prohibentur. 8. *Eclog.*
2 Hæc lex relata est in *cap. 2. caus. 3. quæst. 7.* Anf.
3 *l. 19. ff. de officio Præsid.* eadem etiam inter privatos conservanda est. *l. 1. §. sed etsi. ff. de ventre inspiciendo.*
4 8. *Eclog. 1. c. 1.*
5 *l. 4. §. antepen. ff. de damno.*
6 V. *l. 12. ff. de fidejussoribus tutorum.*
7 Præsse jurisdictioni quid sit, dixi ad *l. 2. §. 6. ff. de origine juris.*
8 Et apud pedaneos judices. §. 6. *circa pr. ff. eod.*
9 §. *ult. Inst. ex quibus causis manumittere.*
10 Annus cœptus hic non habetur pro completo. *l. 13. ff. de manum. vind. §. justæ. Inst. quib. ex caus. manum.*
11 Atqui minor 25 annis non est idoneus defensor. *l. 51. ff. de procurat.* ergo nec Advocatus pro alio. 12 Publice de jure respondendi anno 17 ætatis facultas etiam permissa, *ut hic.* hac ætate etiam forum attingebant. 13 *Responsitare*, minus est quam respondere. 14 *l. 7. C. eod. l. 9. §. Advocatos. ff. de off. Proconsul.* Goth. Non gratis sed salario clientuli. *l. 1. §. 10. ff. de var. cogn. l. 4. §. fin. de edendo.* Anf.
15 Pro se potest.
16 *l. 2. ff. de regulis.*
17 Intercedendo, *l. 2. §. 1. ff. ad Velleianum.* vel argentarii munus gerendo. *l. 12. ff. de edendo.* vide *l. 2. ff. de regul.*
18 Gaia Afrania. 8. *Val. 3.*
19 Fronte perfricta, Θράσει ἢ ἀναιδείᾳ, *dea impudentiæ.* Impudentiæ fanum apud Albanenses fuit. *Theophylact.* Verecundia adolescentem decet, non senem. Arist. 4. *Eth.* Verecundus virtutis color. Diogenes *apud Senecam.* Verecundum decet adolescentem esse. Plaut. Apuleius 9. 20 Quam hic causam appellat Ulpianus, ratio dici nequit: neque enim dicimus Carfaniam dedisse rationem hujus edicti: sed ratio est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis, & virilibus fungantur officiis. Vigl. *Inst. de milit. testam. §. illud autem. n. 9.* Anf. Vid. Alciat. *lib. 2. parerg. c. 37.* Val. Max. *l. 8. c. 3.* Petr. Fab. ad *l. 2. ff. de reg. jur.* Joan. Rob. *recept. sent. lib. 3. c. 23.* S. L. 21 Judex tamen dari potest. *l. 6. ff. de judiciis.* Anf. In hunc §. vid. Duaren. *lib. 1. disp. c. 23.* Brisson. *lib. 3. select. c. 14. 15.* S. L.
22 Sellam curulem, fasces. Ἓν ἑπτάκις ἢ ἐκκαὶ ἢ ἑπταμοιρίας κοσμηθὲν *Dioni. κοσμηθεὶς* Appiano: & παράσημα ἢ ἐπίτιμα, Notitiæ Imperii Romani *ornamenta.* Insignia porro magistratus *hic.* ut consularia insignia. *l. 2. in pr. ff. de his qui notantur. l. 1. ff. de offic. Proconsul.* militaria, *l. 2. §. 2. ff. de his qui notantur.* Luctus, *l. 15. C. ex quib. caus. infam.* insignia Regum, Liv. 2. 4. Valer. 1. Prudentius: Nonne cursim transeunt fasces, fecures, sella, prætexta toga, lictor, tribunal, & trecenta insignia, quibus tumetis? Et Sen. 1 *de benef.* Quid habet corona pretiosum, quid prætexta, quid fasces, quid tribunal & currus? Nihil horum honor est, sed honoris insignia. Porro Consulum insignia erant duodecim fasces. Ovid. *in Pisonem.* Martial. 7 *epigramm. ep. 8. & 9.* Prætorum sex. 1 Valer. 1. Proconsulis totidem. *l. 14. ff. de offic. Proconsul.* quos deponebant Romam reversi & portam ingressi. *l. ult. ff. de offic. Proconsul.* Præsidis quinque. Dion 53. 57. Fascium autem origo à Romulo, cui 12 fasces insigne. Liv. Halicarnass. Hi deinde ad Consules translati fecuribus tandem (ad invidiam vitandam) à Publicola nudati. Plut. *in ejus vita.* Halicarnass. 5. 3 Quintil. 7. *autor libelli de viris illustrib.* Sumebantur autem virgæ fascium *ex betula Gallica* arbore, teste Plin. 16. *c. 18.* erantque non penes utrumque Consulem, sed apud alterum tantum. idque alternis. Primum quidem ex lege Publicolæ apud majorem natu: postea ex lege Julia de maritandis ordinibus, apud eum qui plures liberos sustulisset. 2 Gell. 15. Quo autem mense Consul fasces non habebat, accensus præibat: lictores pone sequebantur: quem morem renovasse in fuo consulatu Julium Cæsarem Sueton. refert, *in ejus vita. c. 20.* Suspendebantur autem Proconsulum foribus fasces: iisque inde sumptis, lictores progredientes plebem summovebant, & Consuli apparebant, & fores, si quo ingrediendum Consuli, pulsabant. Liv. 6. 6. Plin. 30. *autor de viris illustribus.* Solinus 6. Brissonius 3. *select. 14.* 23 Laudatur à Seneca *in Declamationibus.* Declamatores autem in foro causas non agebant. Cæterum Asprenas debilitate lapsus in ludicro Trojæ, aureo torque donatus est. 24 Mos antiquus hic notandus. Solebant enim Prætores, Consules, Ædiles prætextati in sellis curulibus sedere, Livius 7. *in pr.* Consularium sellarum fit apud multos mentio, Suetonium *in Claudio cap. 23.* Ciceronem 7. *epist. ad Curium.* Prætoriæ, *hic. apud Varronem. de vita P. Romani.* apud Nonium 6. Quintil. 3. 3. Valer. 5. Ædilitiæ, apud Livium 9. 6. Gell. 9. Cæterum *sella curulis* dicitur, quod & in curru esset, eaque veherentur in Curiam, qui curulem Magistratum gessissent. 3. Gell. 18. quod paulo planius Isidorus exponit. 20. *cap. 11.* Prætexta ornatos fuisse Prætores, alias constat. Suet. *Julio* 26. 9. Plin. 39. Cicero *contra Vatinium.*

vellet postulare. Quamvis autem cæcus pro alio postulare non possit, tamen & Senatorium [25] ordinem retinet, & judicandi officio fungetur [26]. Nunquid ergo & Magistratus gerere possit? Sed de hoc deliberabimus. Exstat quidem exemplum [27] ejus, qui gessit. Appius denique Claudius cæcus consiliis publicis intererat, & in Senatu severissimam [28] dixit sententiam de Pyrrhi captivis [29]. Sed melius est, ut dicamus, retinere quidem jam cœptum Magistratum posse, adspirare autem ad novum penitus prohiberi: idque multis comprobatur exemplis. §. 6. Removet autem à postulando pro aliis & eum, qui [30] corpore suo muliebria passus est [31]. Si quis tamen vi [32] prædonum, vel hostium stupratus est, non debet notari, ut & Pomponius ait. † Et qui capitali crimine damnatus est, non debet pro alio postulare. † Item senatusconsulto etiam apud judices pedaneos [33] postulare prohibetur calumniæ publici judicii damnatus. † Et qui operas suas, ut [34] cum bestiis [35] depugnaret, locaverit [36]. † *Bestias* autem accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere: nam quid, si leo sit, sed mansuetus [37], vel alia dentata mansueta? ergo qui locavit, solus notatur, sive depugnaverit, sive non [38]: Quod si depugnaverit, cum non locasset operas suas, non tenebitur: non enim, qui cum bestiis depugnavit, tenebitur: sed qui operas suas in hoc locavit. † Denique eos, qui virtutis [39] ostendendæ causa hoc faciunt sine mercede, non teneri aiunt Veteres [40]: nisi in arena passi sunt se honorari: eos enim puto notam non evadere. † Sed si quis operas suas locaverit, ut feras venetur, vel ut depugnaret feram, quæ regioni nocet, extra [41] arenam: non est notatus. † His igitur personis, quæ non virtutis causa cum bestiis pugnaverunt, pro se Prætor permittit allegare [42], pro alio prohibet. Sed est æquissimum, si tutelam, vel curam hujusmodi personæ administrent, postulare eis pro his, quorum curam gerunt, concedi [43]. Qui adversus ea feciſſe monstretur, & pro aliis interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione Judicis extra ordinem pecuniaria pœna multabitur. §. 7. Ut initio [44] hujus tituli diximus, tres ordines Prætor fecit non postulantium: quorum [hic] tertius est, quibus non in totum denegat postulandi facultatem, sed *Ne pro omnibus* postularent: quasi minus deliquerint, quam hi, qui superioribus capitibus notantur. §. 8. Ait Prætor: QUI LEGE [45], PLEBISCITO, SENATUSCONSULTO [46], EDICTO [47], DECRETO PRINCIPUM, NISI PRO CERTIS PERSONIS POSTULARE PROHIBENTUR; HI PRO ALIO, QUAM PRO QUO LICEBIT, IN JURE APUD ME NE POSTULENT. Hoc edicto continentur etiam alii omnes, qui Edicto Prætoris, ut infames notantur, qui omnes, nisi pro se, & certis personis, ne postulent [48]. §. 9. Deinde adjicit Prætor: QUI EX HIS OMNIBUS, QUI SUPRA SCRIPTI SUNT, IN INTEGRUM RESTITUTUS NON ERIT. [eum] QUI EX HIS QUI SUPRA SCRIPTI SUNT, sic accipe: si fuerit inter eos, qui tertio Edicto continentur: &, nisi pro certis personis postulare prohibentur: cæterum, si ex superioribus difficile in integrum restitutio impetrabitur. §. 10. De qua autem restitutione Prætor loquitur, utrum de ea, quæ à Principe, vel à Senatu, Pomponius quærit: & putat, de ea restitutione sensum, quam Princeps, vel [49] Senatus indulsit. † An autem & Prætor restituere possit, quæritur: & [50] mihi videtur, talia Prætorum decreta non esse servanda: nisi ficubi ex officio jurisdictionis suæ subvenerunt: ut in ætate observatur, si quis deceptus sit; cæterisque speciebus, quas sub Titulo *de in integrum restitutione* exsequemur. Pro qua sententia est, quod si quis famoso judicio condemnatus, per in integrum restitutionem fuerit absolutus, Pomponius putat, hunc infamia eximi [51]. §. 11. Deinde adjicit Prætor: PRO ALIO NE POSTULENT, PRÆTERQUAM PRO PARENTE, PATRONO, PATRONA, LIBERIS, PARENTIBUSQUE PATRONI, PATRONÆ: de quibus personis sub titulo *de in jus vocando* plenius diximus. † Item adjicit: LIBERISVE SUIS, FRATRE, SORORE, UXORE, SOCERO, SOCRU, GENERO, NURU, VITRICO, NOVERCA, PRIVIGNO, PRIVIGNA, PUPILLO, PUPILLA, FURIOSO, FURIOSA [52].

25 Cæcus senatorium ordinem retinet, *ut etc.* ut & sacerdotium. Seneca 4 *controvers.*

26 Vid. *l.* 6. *ff. de judiciis.* & tutoris. *l.* 16. *ff. de excus. tut.* *l.* 8. *C. de decurion.* Persæ ne luscum quidem ad Principatum admittebant. Procop. Num autem post cæcitatem judex dari poterit? negat Acursius, à quo Duarenus dissentit. 1. *disp.* 2. 3.

27 Exemplis ad jus decidendum uti possumus.

28 Hanc sententiam Ennius his verbis expoſuit: *Quo vobis mentes etc. Ea quæ stare solebant Antehac, præcipiti sese flexere ruina.* Cicero *de senectute*, 1 *Officiorum*, & *in Bruto*, *pro Cœlio*. Plutarch. *in Pyrrho* 8. Valer. 12. Livius seu epitome Flori. 13. *Autor de viris illustribus* 34. Ovid. 6 *Fastorum*. Est & apud Varronem 6 *de lingua*. locus ille celebris de Cynea legato Pyrrhi ad eundem re infecta reverso: *Orator sine pace redit, vegiqua refert rem.*

29 Ut & de Pyrrho in Urbem pacis componendæ causa non admittendo. *l.* 2. §. 36. *ff. de origine juris.* Livii *epitome* 13.

30 ὁ ἀναιρούμενος, ὃ ἐν τῷ σώματι τὰ γυναικῶν ὑποπάσχει. 8. *Eccl.* 1. c. 1.

31 Est enim infamis. *l.* 31. *C. de adult.*

32 *l.* 20. *C. de adult.*

33 De pedaneis judicibus vid. Rœward. *conject. lib.* 3. c. 10. Anſ.

34 *l.* 3. §. 5. *ff. de testib. l.* 4. §. 1. *ff. de legationib.*

35 Non manſuetis, ut *l. eod.*

36 Secus est in eo, qui cum bestiis depugnaverit virtutis causa. *ff. eod.*

37 Leo manſuetus esse potest, *ut hic.* Quo pertinet illud Plin. 8. c. 16. *Primus hominum leonem manu tractare ausus, & ostendere manſuefactum Hanno è clarissimis Panorum traditur: damnatusque illo argumento, quoniam nihil non perstiturus vir tam artificis ingenii videbatur: & male credi ei libertas, cui in tantum cessisset etiam feritas.* de Leone manſueto vide 5 Gell. 14.

38 Imo, non notabitur. *l.* 3. *ff. de his qui notantur.*

39 Id est, fortitudinis: id enim virtus. *Novell.* 69. *in pr.*

40 Veteres citantur plerunque à Juriſconſultis, estque veterum autoritas eis nonnunquam pro ratione & lege. *l. veteribus placet.* 39. *ff. de pact.*

41 Rectè hoc addidit, *extra arenam*: nam & in arena & circo fuit interdum venatio, cujus exemplum extat elegans apud Gell. 5. *cap.* 14. 42 Id est, defensor esse. v. *l.* 36. *ff. de minorib.* 43 Quia necessario funguntur officio. *l.* 6. *ff. eod.* 44 *l.* 1. *C. eod.* 45 *l.* 6. §. 1. *ff. ad leg. Jul. repet.* 46 *l.* 1. *in princ. ff. de vi privata. l.* 1. §. 1. *ff. de ambitu.* 47 *l.* 1. *ff. tit. prox.* 48 Removentur infames à postulando, quia Advocatorum nobile officium est. *l.* 6. *in fin. l.* 7. *C. eod. l.* 14. *C. de Advoc.* procuratorum vero non item. v. *l.* 14. *C. de decurionib.* 49 Restituendi jus summum penes Principem & Senatum. 50 Restituendi jus penes Prætores fuit recisius quam penes Principem & Senatum. 51 Imo, indulgentia quos liberat, notat: nec infamiam criminis tollit. *l. ult. C. de generali abol. l.* 7. *C. de sent. passis.* 52 *l.* 6. *ff. de liberal. caus.*

53 Fatuus, bardus, sine ingenio. 54 Quia rebus suis superesse non possunt. *l.* 2. *ff. de curat. furios.* 55 Imo & eas quæ quondam fuerunt, *l. ult. C. de verb. signif.* 56 Aliter quam in nuptiis. §. *affinitatis. Inst. de nuptiis.* adde casum *l.* 14. *C. de quæstionib.* 57 *V. l.* 50. *ff. de verb. signif.*

58 Vide *l.* 136. *ff. de verb. sign.* 59 *V. l.* 146. *ff. de verb. sign.* 60 Ut profocero *l.* 15. *ff. rerum amot.* progenero. *l.* 4. §. 4. *ff. de gradibus.* Festus in *progenero.* 61 Muto tamen non datur tutor necessario, nisi intellectu careat. *arg. l.* 43. *ff. de procur. l.* 73. *ff. de jure dotium. l.* 65. §. *pen. ff. ad Trebell.* 62 Sufficere. 63 *l.* 1. §. 7. *ff. & l.* 11. *ff. eod.* 64 Cur ita? vid. *l.* 3. *in fin. l.* 4. *ff. de recept. qui arbitr. recep. l.* 13. §. *pen. ff. ad Trebell.*

De permissione adversariis.

VII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

QUos [65] prohibet Prætor *apud se* postulare, omnimodo [66] prohibet, etiam [67] si adversarius eos patiatur postulare.

De prohibitionis vel exilii tempore finito.

VIII. PAPINIANUS lib. 2 Quæstionum.

IMperator Titus Antoninus rescripsit [68], *Eum, cui advocationibus in quinquennio interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi.* † Divus quoque Hadrianus rescripserat, *de exilio reversum postulare posse*, nec [69] adhibetur distinctio [70], quo crimine silentium, vel exilium sit irrogatum: ne scilicet pœna tempore determinata, contra sententiæ fidem, ulterius porrigatur.

Si a Præside prohibitus in alia provincia postulet.

IX. IDEM lib. I Responsorum.

EX ea causa prohibitus pro alio postulare, quæ infamiam non irrogat [71], ideoque jus pro omnibus postulandi non aufert, in ea tantum provincia pro aliis non recte postulat, in qua Præses fuit, qui sententiam dixit: in alia [72] vero non prohibetur, licet *ejusdem* [73] *nominis sit* [74].

De patronis fisci, de decurionibus.

X. PAULUS lib. singulari Regularum.

HI, qui fisci causas agunt, suam, vel filiorum, & parentum suorum [75], vel pupillorum [76], quorum tutelas gerunt, causam & adversus fiscum agere non prohibentur. §. 1. Decuriones quoque contra patriam suam causas agere prohibentur præter superiores personas.

De tutore. 1. *Qui sunt infames.*

XI. TRYPHONINUS lib. V Disputationum.

A Principe nostro [77] rescriptum est, *non* [78] *prohibert tutorem adesse pupillo in negotio, in quo* [79] *Advocatus contra patrem ejus fuisset.* † Sed & illud permissum ab eo est, agere tutorem pupilli causa adversus [80] fiscum, in qua adversus patrem pupilli antea Advocatus [81] fisci fuisset. §. 1. [Qui autem inter infames sunt, sequenti Titulo explanabitur.]

65 Sic apud Paulum 1. *sent.* 2. §. 1. Omnes infames qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis. adde *l.* 8. §. 2. *ff. de procurator.*

66 Adde *l.* 9. *ff. de pœnis.* Paul. 1. *sent.* 2. §. 1.

67 Vide *d.* §. 2. adde *l.* 14. §. 1. *ff. soluto matrimonio.*

68 Vide *l.* 3. *C. de his, qui in exilium dati vel ordine moti sunt lib.* 10.

69 Imo adhibenda. *l.* 4. §. 4. *ff. de re militari.* An a Triboniano hæc verba videntur adjecta esse? quod & latis sequentia verba, *ne scilicet pœna tempore determinata, &c.* ostendere videntur, olent enim Tribuniani phrasin.

70 Imo distinguendum est, exulare quis justus sit ex crimine leviore, aut delicto graviore: hoc enim casu perpetuum silentium imponitur. *l.* 5. *ff. de decurion.* 71 Nam quæ infamat, ubique infamat. Bart. *ad jurisdict.* 73 Ut Mysia & Germania, *l.* 3. *ff. de offic. Adsessorum.* Alciat. 8 *παράδοξων.* 20. 74 Vide Alciat. 8. *παράδοξων.* 20. 75 *l. ult. ff. eod.* alias non licet. *l.* 2. *C. de Advoc. div. judicior. l.* 1. 2. *C. de Advoc. fisci. l.* 22. *ff. de inofficioso.* 76 Vide 5. Gell. 13. *ex Sabini lib.* 3. *juris civilis.*

77 Caracalla, sub quo viguit Tryphonius. Alii volunt Severum Alexandrum. Anſ. 78 Atqui prævaricationis species hæc videtur. 79 In aliis causis non licet sine prævaricatione. *l.* 3. §. *quod si. ff. de prævaricat.* 80 Fisco pupillum tutor idemque fisci Advocatus, in pecuniaria causa, præferre potest. 81 De Advocatis fisci adde *l.* 3. *ff. de his, quæ in testamento delentur.*

TIT. II.

DE HIS, QUI NOTANTUR INFAMIA *.

Edictum, cujus sunt octo partes.

I. JULIANUS lib. I ad Edictum.

PRætoris verba dicunt: INFAMIA NOTATUR, QUI AB EXERCITU [2], IGNOMINIÆ CAUSA, AB IMPERATORE, EOVE CUI DE EA RE STATUENDI POTESTAS FUERIT, DIMISSUS ERIT. † QUI ARTIS LUDICRÆ, PRONUNCIANDIVE CAUSA IN SCÆNAM PRODIERIT [3]. † QUI LENOCINIUM FECERIT [4]. † QUI [5] IN JUDICIO PUBLICO [6] CALUMNIÆ PRÆVARICATIONISVE [7] CAUSA QUID FECISSE JUDICATUS ERIT [8]. † QUI FURTI [9], VI BONORUM RAPTORUM, INJURIARUM [10], DE DOLO MALO, ET FRAUDE SUO NOMINE DAMNATUS, PACTUSVE ERIT [11]. † QUI PRO SOCIO [12], TUTELÆ [13], MANDATI [14], DEPOSITI [15], SUO NOMINE NON CONTRARIO JUDICIO DAMNATUS ERIT [16]. † QUI EAM, QUÆ IN POTESTATE EJUS ESSET, GENERO MORTUO, CUM SUUM MORTUUM ESSE SCIRET [17], INTRA [18] ID TEMPUS, QUO ELUGERE VIRUM MORIS EST, ANTEQUAM VIRUM ELUGERET, IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIT: EAMVE SCIENS [19] QUIS UXOREM DUXERIT, NON [20] JUSSU EJUS, IN CUJUS POTESTATE EST: ET QUI EUM, QUEM IN POTESTATE HABERET, EAM, DE QUA SUPRA COMPREHENSUM EST, UXOREM DUCERE PASSUS [21] FUERIT. † QUIVE SUO NOMINE NON JUSSU EJUS, IN CUJUS POTESTATE ESSET: EJUSVE NOMINE, QUEM, QUAMVE IN POTESTATE HABERET, BINA [22] SPONSALIA, BINASVE NUPTIAS IN EODEM TEMPORE CONSTITUTAS HABUERIT [23].

Interpretatio Primæ *partis. De eo qui missus est.* 1. *De exercitu.* 2. *De generibus missionum.* 3. *De milite adulterii damnato.* 4. *Effectus ignominiosæ missionis.* 5. *Interpretatio* Secundæ *partis. De prodeuntibus in scenam, & quid sit* scæna.

II. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

QUod ait Prætor [24]: QUI AB EXERCITU [25] DIMISSUS ERIT: *dimissum* accipere debemus, militem caligatum [26]: vel si quis alius usque ad Centurionem [27], vel Præfectum cohortis, vel alæ, vel legionis: [vel Tribunum sive cohortis, sive legionis] dimissus est. † Hoc amplius Pomponius ait, etiam eum, qui exercitui præest, licet Consularibus insignibus utitur, ignominiæ causa ab Imperatore missum hac nota laborare. † Ergo & si dux, cum exercitui præest, dimissus erit, notatur. Et, si Princeps dimiserit, & adjecerit [28] IGNOMINIÆ CAUSA SE MITTERE, ut plerunque facit, non dubitabis, & ex Edicto Prætoris eum infamia esse notatum. Non tamen, si citra indignationem Principis successor ei datus est. §. 1. EXERCITUM autem, non unam cohortem [29], neque unam alam [30] dicimus: sed numeros [31] multos militum: nam *exercitus* [32] *præsse* dicimus eum, qui legionem [33], vel legiones cum suis auxiliis [34] ab Imperatore commissas administrat. † Sed [hic] etiam eum, qui ab aliquo numero militum missus est, quasi ab exercitu missum sic accipiemus. §. 2. IGNOMINIÆ [23] Enumerantur hic causæ ex quibus quis infamiam incurrit: quibus addunt Canonistæ eos, qui grave aliquod peccatum mortale commisisse noscuntur. *cap. infam.* 6. *quæst.* 1. Anſ. 24 *l.* 1. *S. eod.* adde *l.* 3. *C. de re milit.*

1 II. C. XII. & X. C. LVII. 21. *Eclog.* 2.

2 *V. l.* 2. *in pr. ff. eod.*

3 *d. l.* 2. §. *ult. l.* 3. *l.* 4.

4 *l.* 4. §. *ait Prætor.*

5 Infamia quibus judiciis contrahatur. §. 2. *Inst. de pœna temere litigant.*

6 Famoso, quia ex delicto, *ut hic.* vel ex contractu vel quasi, *vers. qui pro socio.*

7 *l.* 4. *ff. de prævaricatoribus.*

8 *d. l.* 4. §. *pen.*

9 *l.* 4. §. 5. *ff. eod.* 1 *Harmenop.* 6. §. 13.

10 Injuriarum actio famosa. Paulus 5. *sent.* 4. §. 9. & *l.* 7. *in pr. ff. de injur.*

11 *d. l.* 4. §. *ult. l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. Goth. Fateri enim crimen videtur qui pacisitur. *l.* 5. *ff. eod. l. fin. de prævaricat. l.* 4. *de jure fisci.* Confessus autem pro judicato est. *l.* 1. *de confess.* Anſ.

12 §. 2. *vers. item pro socio. Inst. de pœna temere litigantium.*

13 *l.* 42. *ff. de verb. sign.*

14 Cicero *pro Roscio Amerino.*

15 *l.* 6. §. 6. *ff. eod. l.* 10. *C. depositi.*

16 *d. l.* 6. §. *mandati.*

17 *l.* 8. *ff. eod.*

18 *l.* 8. 9. 10. 11. *l.* 23. *l. ult.*

19 *d. l.* 11. *in fin.*

20 *d. l.* 11 *in fin. l.* 12.

21 *l.* 13. *in princ.*

22 *l.* 13. §. 1. *ff. eod. l.* 2. *C. de incestis. l.* 18. *C. ad l. Jul. de adult.* §. *adjunctis. & duobus. seq. Inst. de nupt.*

quis. §. 1. *ff. eod.* 26 Caligatus miles, vilis. v. *l.* 9. *ff. de custodia reorum.* 27 Centurio, qui centuriæ, hoc est, centum militibus præest: ut quinquagenarius qui quinquaginta: decurio, vel decanus, qui decem: chiliarcha, qui mille militibus præsit. Varro 4 *de lingua.* 9 *Isid.* 3.

28 Imo, ut non adjecerit, non desinit esse infamis. *l.* 13. §. *missionum. ff. de re milit.* 29 Cohortem quinquenti milites faciebant. 9 Isidor. 3. cohortes porro decem in legione. 16 Gell. 4. *in fine.*

30 Alæ, equitum ordines, quod circum legiones, dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur. Cincius 6 *de re militari.* apud Gellium 16. *cap.* 4. *in fin.* triginta equitibus constare refert Isidorus, *d.* 3. dictasque, quod tegant pedites alarum vice. 31 Nemo licet lectus, licet tyro, licet publicis expensis iter faciebat, jure militari testari poterat antequam in numeros relatus esset. *l. antepenult. ff. de milit. testam.* adde *l. un. ff. de bonor. possess. ex test. mil.* 32 *Exercitus* est legio vel legionum numerus, hoc est, constat etiam una legione exercitus, *ut hic.*

33 In legione sunt centuriæ 60, manipuli 30, (unde 600 militum dicuntur Isidoro *d. c.* 3.) cohortes decem. Cincius 6 *de re militari.* apud Gell. *d. c.* 4. 34 Auxilia, qui adjumento adsunt, alienigenæ. Varro 4 *de lingua.* ut differant à legionibus, vide 2 Veget. 2.

MINIÆ CAUSSA [MISSUM]: hoc ideo adjectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quæ emeritis stipendiis, vel ante, ab Imperatore indulgetur: Est causaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ solvit: est ignominiosa. Ignominiosa autem missio totiens est, quotiens is, qui mittit, addit nominatim, *Ignominiæ causâ dimittere*: semper enim debet addere, cur miles mittatur. Sed & si eum exautoraverit, id est, insignia militaria detraxerit, inter infames efficit, licet non addidisset, *Ignominiæ causâ se eum exautorasse*. Est & quarum genus missionis, & quæ evitandorum munerum causa militiam subiisset: hæc autem missio existimationem non lædit, ut est lxpressissimo rescriptum. §. 3. Miles, qui Lege Julia de adulteriis fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa ejus sententia eum sacramento ignominiæ causa solvat. §. 4. Ignominia [autem] missis neque in Urbe, neque alibi, ubi Imperator est, morari licet. §. 5. Ait Prætor: *qui (in) scenam prodierit*, [infamis est.] *Scena* est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat movearturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, privatove, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur. Eos enim, qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse, Pegasus, & Nerva filius responderunt.

De eo, qui operas suas locavit, ut in scenam prodiret.

III. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

QUi autem operas suas locavit, ut prodiret artis ludicræ causa, neque prodit, non notatur: quia non est ea res adeo turpis, ut etiam consilium non puniri debeat.

De athletu, thymelicis, xystico, agitatoribus, his qui aquam equis spargunt, & cæteris ministeriis. 1. *De designatoribus.* 2. *Interpretatio* Tertiæ *partis, de lenonibus.* 4. Quartæ, *de calumniatore & prævaricatore.* 5. *Interpretatio* Quintæ *partis. De condemnato sine nomine.*

IV. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

ATheticas autem Sabinus & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc facere. Et generaliter ita omnes opinantur, & utile videtur: ut neque Thymelici, neque exystici, neque agitatores, nec qui aquam equis spargunt, cæteraque eorum ministeria, qui certaminibus sacris deserviunt, ignominiosi habeantur. §. 1. Designatores autem, quos Græci ἐπιβραβεῖς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exerceant. Et sane locus iste hodie à Principe non pro modico beneficio datur. §. 2. Ait Prætor, QUI LENOCINIUM FECERIT: *Lenocinium facit*, qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in liberis hunc quæstum exercet, in eadem causa est. Sive autem principaliter hoc negotium gerat, sive alterius negotiationis accessione utatur: utputa si caupo fuit, vel stabularius: & mancipia talia habuit ministrantia, & occasione ministerii quæstum facientia: sive balneator fuerit, velut in quibusdam provinciis fit, in balneis ad custodienda vestimenta conducta habent mancipia: hoc genus observantia in officina, lenocinii pœna tenebitur. §. 3. Pomponius, & eum, qui in servitute peculiaria mancipia prostituta habuit, notari post libertatem ait. §. 4. *Calumniator* ita demum notatur, si quis fuerit calumniæ causæ damnatus: neque enim sufficit calumniatum. Item prævaricator: *Prævaricator* autem est, quasi varicator, qui diversam partem adjuvat, prodita causa sua; quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait: nam qui prævaricatur, ex utraque parte constitit: quinimo, ex adversa. §. 5. Item *si qui furti*, rejurando, seu sacramento, §. 3. *eod.* & stipendio solvebatur, & castris ejiciebatur. *l.* 29. ff. *de liberali causa.* Denique exautoratio fiebat detractis armis, detracto cinctu, detractis signulis, & cæteris insignibus militaribus. 42 Puta per erroremi, oblivionem, vel brevitatis, vel alia qualibet de causa. 43 Vide Petr. Fab. I *Semestr.* 17. 44 Vide *l.* 6. *in fin.* ff. *de curator. furios.* Militiam evitandorum munerum causa subire non licuit: qui subibat, ab exercitu dimittebatur, citra ignominiam tamen, *ut hic.* Ad eundem modum liberale judicium, militiæ professione evitare, *l.* 8. ff. *de ea militari. l.* 29. ff. *de liberali causa.* aut litis causa militiam appetere non licuit. *l.* 1. *C. qui militare.* 45 Vide *l.* 11. *in pr.* ff. *de adulteriis.* 46 Infamia privat ipso jure, *ut hic.* adde *L. infamia. C. de decurionib.* Romanum *singulari* 504. 47 *Sacramentum*, jusjurandum militare, quod à militibus exigebatur, cujus formulam vide apud Vegetium 2. *cap.* 5. Alio significatu, *sacramentum*, militiæ genus est, in quo luctus milas jurabat, se non recessurum à militia, nisi post militiæ tempus, hoc est decennium. Huic sacramento genus militiæ simile, *Evocatio*, quo in re subita Consul etiam suos milites evocabat hac formula, *Qui rempublicam salvam esse vult, me sequatur.* Tertium, *conjuratio*, quoties vicinus urbis tumultus non patiebatur singulos jurare, 9. ff. 3. 48 Mulierem vero, non sententia, sed ipsi lex notat. vide *l.* 43. §. *penultim.* ff. *de ritu nuptiarum.* 49 Sub Rom. *Urbis* enim appellatione Roma intelligitur. vide tamen *l.* 2. ff. *de verborum significat.* 50 *l.* 3. *C. de re militari.* 51 ἀπὸ τῆς σχολῆς dicitur. 52 *l.* 1. §. 6. *vers. & qui operas.* ff. *de postul.* Imo & qui sine quæstu: omnes enim scenici probrosi, Augustin. 2 *de civit.* 11. & tribu moveri soliti. Livius 7. eorum imagines & publicis porticibus detrahi, ut & locis, in quibus Jugatorum erant imagines. *l.* 4. *C. de spectaculis.* 53 Milites vero capite plectendos eo casu testatur *l.* 14. ff. *de pœn.* 54 Imo ut non prodierit & depugnaverit, notabitur. *l.* 1. §. 6. *vers. & qui operas.* ff. *de postul.* 55 Consilium, id est, cogitatio, imo & præparatio seu destinatio. ut *l. cogitationis.* 18. ff. *de pœn.* 56 De quibus *l. un. C. de athletis.* 57 Communis opinio fuguenda. dixi *l. un.* ff. *de officio Quæstoris.* Goth. Adde arg. ex *l. ult. C. de fideicommiss.* & *l.* 12. §. 27. *de instrum. legat.* Ans. Vide tamen *l.* 1. §. *sed neque.* 6. *C. de vet. jur. enucleand.* Zas. *lib.* 2. *Responsor. cap.* 1. Jul. Clar. §. *testamentum. quæst.* 77. *vers. contrarium.* Vigel. *method. jur. controvers. in prolegom.* S. L. 58 *Thymelicorum* fit mentio *in l.* 10. ff. *de pollicitat.* Cæterum autor *Eclogæ*, 21. *tit.* 1. *c.* 2. videtur intelligere, τὸς λιγυσικὸς, ἐν τοῖς ὁλυμπικοῖς τὰ ἀνδρεῖα, qui in olympiis enthyria dicunt. 59 De quibus vide *l.* 10. ff. *de pollicitat.* Balsamonem ad 46 *concilii Carthaginens. c.* 130. 60 Legendum *xystici*, vel *xystici*: ut *Sulla, Sylla.* Porro *xystici* à *xysto*, id est, porticu dicti, in qua per hyemem sub tecto exercebantur. 6 Vitruv. 10. & 5. *c.* 11. τὰς ἐν ἐυκτῷ ἀγωνισμένους, appellat autor Eclogæ, *superiore loco.* 61 Imo agitatores, seu ἡνίοχοι Theophilo numerantur inter famosos. sic sentio, Theophilum ex sui seculi opinione agitatores & aurigas inter famosos retulisse, non ex Prudentum definitione: cum & alias nobilissimi in circo fuerint, teste Suetonio *in Augusto cap.* 43. & *Caligula cap.* 18. 62 Agitatores, aurigæ in curuli certamine, & ludis Circensibus, quorum factiones variæ, Russata, Albata, Prasina, Veneta: de quibus alias dixi. 63 Vas aquarium ansatum, quo solebant equi (cursu incalescentes) aqua perfundi & refocillari, veteribus *nassiterna* dicebatur. Festus *in Nassiterna.* Hujus vasis meminit Fulgentius, Nonius, Varro 1 *de re rustica.* 64 Sacra certamina, ludi sacri (unde sacræ coronæ, *l.* 40. ff. *de re judicata.* quæ victoribus in iis dabantur;) Græcis quatuor, Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia. Archias 1 *epigramm.* Qui ludi ab his fuerint, apud Græcos & Romanos. vide apud Alex. ab Alexandro 5 *Genial.* 8. adde *l.* 40. ff. *de re judicata. l.* 5. *C. quæ res pignori.* 65 Sed tamen agitatores, & Pantomimi inhonestæ personæ vocantur *l.* 4. *C. de spectacul.* vide Petr. Fab. I *Semestr.* 2.

66 Designatores Donato *in Adelph. act. scen.* 2. funt, qui ludis funebribus præsunt; unde & libitinarii junguntur Senecæ 6 *de beneficiis, cap.* 38. designatio vero, populi in unum conductio. Græcis, ἐρεβόβηλοι, *ut hic.* μαγειρικοὶ, ἐρεβόβηλοι. Pollux. Suidas. Virgarii & Mastigophori ministri, *ut hic.* lictores, Plaut. *prolog. Pœnuli.* & viatores Agonotheratum & Athlothetarum, *l. ult.* §. 7. ff. *de muneribus.* qui arbitri & judices in sacris certaminibus, & etiam sedentes dicti, humi sedebant ludis moderandis. Suetonius *in Nerone* 5. Nisi forte designatorem hic Ulpianus pro ipso certaminis judice accipiat: ut per contrarium Suidæ ῥαβδοῦχος, pro ipso Judice sumitur. Interim tamen quid certi statuas, vix est. Nam hic minister dici videtur, ibi *ministerium*, ideoque viator, & lictor: Contra judicem fuisse indicio est honos, qui huic tribuitur in fine hujus §. Hoc tamen mihi verius videtur.

67 Ratio elegans: quasi vilius sit artem ludicram exercere, quam arti ludicræ apparere & ministros & apparatum præbere. 68 Ministerii & artis differentiam observa. 69 Designatoris ministerium à Principe pro beneficio dabatur, *ut hic.* Eadem ratione pro beneficio, potestas de jure respondendi à Principe præstabatur. *l.* 2. *in fin.* ff. *de origine juris.* ut & jus togæ. *l.* 32. ff. *de jure fisci.* Beneficia hujusmodi in peculiarem librum referebantur, qui *liber beneficiorum* dicebatur. Hygenus *lib. de limitibus.* Suet. *tit.* 8. Lamprid. *Alexand. Severo.* 70 Vide *l.* 43. §. *lenocinium.* ff. *de ritu nupt.* vide *Novell.* 14. 71 Vide *l.* 43. §. 7. ff. *de ritu.* 72 *d. l.* 43. §. 9. *l. ult. C. si mancipium ita venierit.* 73 Caupo, stabularius, balneator hic lenoni adjunguntur. 74 Quæstuaria. *Goth.* Vide omnino *l.* 29. *C. ad l. Jul. de adult.* Ans. 75 Puniretur ergo gravius leno, quam meretrix. *arg. l.* 24. ff. *eod.* ac forte non minus. *l.* 43. §. 5. ff. *de ritu.* 76 *l.* 19. ff. *eod.* Infamis regulariter efficitur, qui actione famosa condemnatur. vide tamen Socinum *regula* 179.

77 Vide *l.* 1. ff. *de prævaricat. l.* 1. §. 6. ff. *ad Turpillianum.* 78 *l.* 1. ff. *eod. l.* 5. ff. *eod. l.* 7. *in fin.* ff. *de publ. jud.* §. *ex quibusdam. Inst. de pœna temere litig.*

vi bonorum raptarum, injuriarum 79, *de dolo malo suo nomine* 80 *damnatus, partusve erit* 81, *simili modo infames sunt.*

V. PAULUS lib. V ad Edictum.

QUoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur 82.

1. *De provocatione.* 2. *Si quis alieno nomine damnetur.* 3. *De pacto.* 4. *De jurejurando.* 5. *Interpretatio* Sextæ *partis. De mandato.* 6. *De herede.* 7. *De contrario judicio.*

VI. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

FUrti 83 accipe: sive manifesti sive nec manifesti. §. 1. Sed si furti, vel aliis famosis actionibus quis condemnatus provocavit: pendente judicio nondum inter famosos habetur 84: si autem omnia tempora provocationis lapsa sunt, retro infamis est: quamvis, si injusta appellatio ejus visa sit, hodie 85 notari puto, non retro notatur. §. 2. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit; non laborat infamia: & ideo nec procurator [meus] vel defensor, vel tutor, vel curator, vel heres 86, furti, vel ex alia simili specie condemnatus, infamia notabuntur: Nec ergo, si ab initio per procuratorem causa agitata est. §. 3. PACTUS VE, inquit, ERIT: *pactus sit* accipimus: si cum pretio 87 quantocunque pactus est: alioquin & qui precibus impetravit, ne secum ageretur, erit notatus: nec erit veniæ ulla ratio: Quod est inhumanum. † Qui jussu Prætoris, pretio dato pactus est, non 88 notatur. §. 4. Sed & si jurejurando 89 delato, juraverit quis, *non deliquisse*, non erit notatus: nam quodammodo innocentiam suam jurejurando adprobavit. §. 5. MANDATI 90 *condemnatus*: verbis Edicti notatur, non solum qui mandatum suscepit 91, sed & is, qui fidem, quam adversarius secutus est, non præstat: utputa, fidejussi pro te, & solvi, mandati te si condemnavero, famosum facio. §. 6. Illud plane addendum est, quod interdum & heres suo nomine damnatur, & ideo infamis fit, si in depositо 92 vel in mandato 93 male versatus sit. Non 94 tamen in tutela, vel pro socio 95 heres suo nomine damnari potest: quia heres neque in tutelam, neque in societatem succedit, sed tantum in æs alienum defuncti. §. 7. Contrario judicio damnatus non erit infamis 96. Nec immerito: nam in contrariis non de perfidia agitur, sed de calculo 97, qui fere judicio solet dirimi.

De pacto.

VII. PAULUS lib. V ad Edictum.

IN actionibus, quæ ex contractu proficiscuntur, licet famosæ sint, & damnati notantur, attamen pactus non notatur: meritо, quoniam ex his causis non tam turpis est pactio, quam superioribus 98.

Interpretatio Septimæ *partis. De scientia & ignorantia.*

VIII. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

GENERO, inquit, MORTUO: merito adjecit Prætor, CUM EUM MORTUUM ESSE SCIRET 99, ne ignorantia 100 puniatur: sed cum tempus luctus continuum est, merito 1 & ignoranti cedit ex die mortis mariti 2: & ideo si post legitimum tempus cognovit, Labeo ait, ipsa die & sumere eam lugubria 3 & deponere 4.

De uxore, de sponso.

IX. PAULUS lib. V ad Edictum.

VXores 5 viri lugere non compellentur. §. 1. Sponsi nullus luctus est 6.

De permissione Principis. 1. *De sponsa intra tempus luctus.*

X. IDEM lib. VIII ad Edictum.

SOlet 7 à Principe impetrari, *Ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat* 8. §. 1. Quæ virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non 9 nocet.

De liberorum & parentum luctu. 1. *Si maritum lugeri non oportet.* 2. *De ea, quæ intra legitimum tempus peperit.* 3. *Qui lugeri non solent.* 4. *De eo, qui lugentem duxit, aut ducere passus est.* XIII. *ratumve habuit.*

XI. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

LIberorum autem & parentum 10 luctus impedimento nuptiis non est. §. 1. Etsi talis 11 sit maritus, quem more 12 majorum lugeri non oportet, non posse eam nuptum intra legitimum 13 tempus collocari: Prætor enim ad id tempus se retulit, quo vir elugeretur, qui solet elugeri 14, propter turbationem 15 sanguinis 16. §. 2. Pomponius eam, quæ intra legitimum tempus partum ediderit, putat statim posse nuptiis se collocare: Quod verum 17 puto 18. §. 3. Non solent autem lugeri 19, ut Neratius ait, hostes 20, vel perduellionis 21 damnati: nec suspendiosi, nec

79 *l.* 9. 18. *C. eod.*

80 Non alieno, ut procuratori, defensori, curatori, tutori, heredi. *l.* 6. §. 2. & 6. ff. *eod.*

81 Scilicet post litem contestatam: nam ante judicii potest de inusto judicio, citra infamiam. *l.* 13. *C. de fure.* 1. 14. ff. *eod. l.* 18. *C. de transact.* verb. *accusationem.* Ans.

82 Accepta pecunia: secus si gratis. *l.* 18. *C. eod. l. ult.* ff. *de prævaricat. l.* 4. *l.* 29. *in princ.* ff. *de jure fisci.*

83 Vide *l.* 63. ff. *de furtis.*

84 Cur ita? vide *l.* 1. *in fin.* ff. *ad Turpillianum.*

85 Id est, statim; vid. *l.* 17. §. 1. *in fin.* ff. *de furtis. l.* 7. §. 2. ff. *de injuriis.*

86 Atqui in heredum ex maleficiis actiones, & furti, non dantur. §. 1. *Inst. de perpetuis.*

87 *l.* 18. *C. eod.*

88 In gravioribus delictis jussa superioris non excusat. vide *l.* 37. ff. *ad leg. Aquil. l.* 157. ff. *de regulis.*

89 *d. l.* 18.

90 *l.* 1. *C. eod. l.* 20. *C. mandati.*

91 *l.* 1. *in pr.* ff. *eod.*

92 *l.* 1. ff. *eod. l.* 10. *C. depositi.*

93 Mandatum ad heredem transit, *ut hic.* Atqui mandatum morte finitur. *l.* 26. *in pr.* ff. *mandati.*

94 Atqui tutela depositi species & mandati est. Tutoribus enim mandantur pupillorum res gerendæ, & apud eos pupillorum pecunia quodammodo deponuntur.

95 Societatis damnatus sit infamis. *l. ult. C. eod.*

96 Adde §. 2. *Inst. de pœna temerar. litig.*

97 V. *l.* 29. ff. *de dolo.*

98 Furto, vi, injuria, dolo, & famosis actionibus, quæ ex delictis deficiendum.

99 Ignorantia facti non punienda. adde *l.* 11. §. 4. ff. *eod.*

100 Facti. *l.* 11. §. *ult.* ff. *eod.*

1 Continua tempora ignoranti cedunt.

2 Infamia notatur περὶ παθήματα γεγενῆσθαι, id est, *quæ ante nuptias, quam luctus tempus*

pus exiret. ut Eclog. 2. *cap.* 2. 3 *Lugubria* hic vestes lugubres sunt, *l.* 15. §. 27. ff. *de injuriis.* tritior habitus, insignia luctus, *l.* 15. *C. ex quibus causis infamia.* tristia signa. Ovid. 1 *Fastor.* Insignia autem luctus hæc: abstinere à conviviis, ornamentis, & alba veste. Paulus 1 *sentent.* 21. §. 3. ut hinc colligas, mulieres in luctu aurum, purpuram, & monilia deposituisse, atram vestem sumpsisse. adde Majoragium 3 *Miscellaneorum* 14. 4 Lugubrium usus hodie remissus est. *l.* 15 *C. eod.* 5 21 *Eclog.* 2. *c.* 5. περὶ κτισμάτων ἢ τίνες ἐ κτισθήσαν. Seneca *epist.* 64. Annum fœminis ad lugendum constituere majores, non ut tamdiu lugerent, sed ut ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. 6 Atqui quod de marito, id de sponso dicitur. *l.* 15. *in fin. l.* 16 ff. *de sponsal. l.* 4. ff. *de fundo dotali.* 7 Hoc negligitur apud Gallos. 8 Ut ita non incidat in pœnam. *l.* 1. *C. de secundis nuptiis.* vid. Cujac. 6. *obs.* 32. 9 Quia ratio edicti cessat, nempe turbatio sanguinis, *l.* 11. §. 1. ff. *eod.* quæ certe in sponsa cessat. 10 Idem *Harmenop.* 4. *tit.* 4. §. 14. 11 Vide §. 3. ff. *eod.* 12 More majorum facere quid, adde *l penult.* ff. *de fusticia.* 13 Duodecim mensium, *l.* 2. *C. de secundis nuptiis.* ut olim decem, ut scripsi ad *l.* 23. ff. *eod.* 14 Elugere aliud esse, aliud lugere à quibusdam notatur. Lugebatur maritus lugubribus, *l.* 8. ff. *eod.* elugebatur anni spatio etiam sine lugubribus, ob sanguinis perturbationem, *ut hic.* Lugebat maritum minor intra legitimum tempus, pariens non elugebat. §. 2. ff. *eod.* Lugebantur parentes, & liberi: & non tamen elugebantur, *in pr. hac lege.* Mariti interdum lugentur & elugentur: interdum non elugentur, licet lugeantur: interdum elugentur, licet non lugeantur. Prior casus accidit, quum luctus non minuitur: secundus, quum partus intra luctus legitimum tempus editus est; tunc enim minui luctus solet. Tertius, cum maritus perduellionis damnatus hostis & suspendiosus, aut manus sibi intulit. §. 3. ff. *eod.* Atque ita luctus deminutio, non continuo eluctus deminutio est. Luctus minuebatur dupliciter: populo, vel privatis. Populo, ædis dedicatione, lustro à censoribus condito, voti publice suscepti solutione: Privatis, cum liberi nascerentur, cum honos in familiam veniret, cum pater aut liberi, aut frater ab hoste captus domum rediret, cum propiore quis cognatione, quam is qui lugeretur, natus esset, cum in Castro Cereris constitissent. Festus in *minuebatur.* Paulus 1. *sent.* 21. §. 3. Spartianus *in Adriano & Ælio Vero.* 15 Sanguinis turbationis rationem, non ipsius luctus habet Prætor, cum intra certum tempus nuptiis interdicit mulieribus. Igitur & eorum qui lugentur, & qui lugeri non possunt, uxores prohibentur intra luctus tempus nubere. 4. *Harmen.* 6. §. 19. Porro turbationem sanguinis σύγχυσιν γονῆς, seminis turbationem, autor Eclogæ illo loco appellat: ut & Harmenop. 4. *tit.* 6. §. 62. Quid si quæ turbato sanguine nupserit, ut plane constet partum prioris esse mariti? Proprietate & usufructu antenuptialis donationis privabitur. *Novell. de restitut.* 39. *cap.* 2. §. 1. 4 *Harmenop.* 9. §. 63. 16 Id est, seminis. *Eclog. & Harmenop. d. l.* 15. *C. eod. l.* 53. *in fin. C. de Episcop.* 17 Ita autor *Eclogæ d. c.* 5. Imo falsum. *Harmenopulus* enim 4. *tit.* 6. §. 60. refert eam, quæ virum eluget, tametsi pepererit, prohiberi adhuc nubere. Idem autor, & apud eum Scholiastes *ibid. n.* 62. rem totam ita conciliat: viduæ τῶν ἀτέκνων ἀνδρῶν, hoc est, *infantium*, & eorum qui elugeri non solent, si intra tempus legitimum luctus pepererint, statim posse nubere: Eorum vero qui lugeri solent, καὶ τῶν ἐπιγόνων, id est, *qui integræ famæ*, etiamsi intra tempus luctus pepererint, nubere non posse. Celsare quidem hoc casu σύγχυσιν γονῆς, hoc est, *turbationem seminis*: sed alteram prohibitionis causam superesse, τὴν ὁφειλομένην ἀδὴν καὶ τιμὴν τῷ ἀνδρὶ, honorem & reverentiam, quæ viro debetur. 18 Cur? nulla enim turbatio sanguinis metuitur. 19 §. 1. ff. *eod. l.* 35. ff. *de religiosis.* 20 Id est, transfugæ, αὐτόμολον dixit Eclogæ autor 21. *tit.* 2. *c.* 5. vide Cujac. 6. *obs.* 26. & 15. *c.* 24. adde *l.* 8. §. 2. ff. *de pœnis.* 21 Καθολικῶς ἐπὶ τοιούτοις ἢ προδότης. *Eclog. d. cap.* 5. perduellionis damnatus & proditor.

22 Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerasset, ut moreretur. Fest. *in Carnif.*
23 Vide *l. ult. §. si quis. de bonis eorum, qui ante sententi.*
24 *l. 8. §. cod.*
25 V. *l. 9. in pr. §. de juris & facti ignor.*
26 *l. 137. l. 167. l. 169 §. de reg. jur.*
27 Aliud est in gravioribus delictis. *l. 20. §. de obligat. & actionib.*
28 Legendum est *sed*, hoc sensu: Filiusfamilias justa patris lugentem duceus, veniam meretur: pater autem notatur.
29 Notatur, *Hal.*
30 Imo notari videtur. *l. 66. in fin. §. de ritu nupt.* maxime si retineat, postquam ad legitimos annos pervenerit. *l. 4. in fin. C. de incestis.*
31 Pater scilicet.
32 *l. 1. in fin. §. cod. l. 3. §. de noxal.*
33 21. *Eclog. 2. cap. 2.*
34 Sententia arbitri non per omnia sententia est: vim sententiæ & effectum non habet, *ut hic.* Cur? arbitri munus non est publicum, ut judicis, *l. 78. §. de judiciis.* ea de causa, arbitris judices majores dicuntur. *l. 32. §. 7. §. de arbitris.*
35 *l. 20. §. cod. l. 3. 16. 19. C. cod.*
36 Extrinsecus eloqui, hic, est, sine causæ cognitione.
37 V. *l. 11. §. de pœnis.* Pœnam legitimam regulariter per judicem minui vel mutari posse, hinc colligunt. vide tamen Socinum *reg.* 293. Minsing. 2. *obs.* 54. plenius dixi *ad l. 11. §. de pœnis.* vide Gandinum, *tract. de maleficiis. Rubrica, Utrum pœna possit augeri.* Gail. 2. *de pace publica. cap.* 9. ubi notat, majorem Magistratum id posse.
38 Atqui pœna non judicis autoritati, sed legi servata est. *l. 1. §. quæsitum. §. ad Turpill. l. 131. l. 244. §. de verb. sign.*
39 21. *Eclog. 3. cap. 3.* & è contrario, si mitius sit condemnatus. *l. 3. 4. C. cod. l. 63. §. de furtis.*
40 *l. 1. §. stellionatus.* 21. *Eclog. 2. cap. in fin.*
41 Imo non irrogat. *l. 2. §. stellionat.* an hoc crimen sit famosum, vide Cujac. 10. *obs.* 26. Robert. 4. *sent.* 17. Goth. Videtur obstare *l. 2. §. stellionat.* Resp. quoties concurrit actio civilis famosa, infamiam irrogat; alias non. aut sic: non infamat ipso jure, sed per sententiam. Ans.
42 Casum excipe *l. 4. §. 3. §. cod.*
43 *l. 1. §. per calumniam. §. si mulier ventr. & l. 1. §. 1. §. ibid. l. 3. §. fin. §. ne vis fiat.* 44 Bonorum defuncti scilicet.
45 Et quam Prætor pronunciavit missam esse in possessionem per calumniam.
46 Falso, & ita mentitur Prætori. *l. 17. §. cod.* 47 Ex defuncto. 48 Non ex defuncto, de cujus bonis agitur. 49 Et contumax fuit. *l. 11. §. 4. §. de interrog. act.* 50 Falsa existimatio excusat à calumnia, & sic à pœna calumniæ, puta infamia. 51 *l. 4. §. calumniator. §. cod.*
52 Patri sua interdum patientia nocet, *l. 11. in fin. l. 13. §. 1. §. cod.* 53 Hoc verbo constat judicem extrinsecus loqui, non ferre sententiam. *l. 13. §. 6. §. cod. l. 17. 19. C. cod.* adde quæ de hoc verbo, *videri*, scripsi *ad l. 1. §. 5. §. ad Turpillianum.* 54 Quo nomine quis incidit in Turpillianum. *l. 1. §. pen. §. ad Turpillian.* 55 Pudoris & ignominiæ differentia. *Goth.* Pudor, id est, infamia facti. vid. *l. 2. de obseq. libert. l. 13. l. 17. l. 19. C. ex quib. caus. infam.* Diff. Donell. qui nullam statuit infamiam facti. *lib. 18. comm. cap. 6. circa fin.* Ans. 56 Exhortari & mandare differunt: qui exhortatur, non continuo mandare intelligitur: multum interest Præses provinciæ pronunciet, *videris instigator fuisse calumniæ*: an vero, *instigator fuisti*, vel *instigator fuisti & mandasti.* 57 Damnatos. Ita legendum censet Antonius Faber 6 *conjecturar.* 6. nec enim Præses cum ita loquitur, *videris instigator fuisse*, damnat, sed exhortatur ne in posterum callidis commentis abutatur. *Goth.* Fabrum tamen huic textui vim inferre putat Ant. Matth. *de criminib. prolog. cap. 1. num. 10.* S. L.
58 Gravari alterius sententia etiam justa neminem oportet. v. *C. res inter alios actas.* 59 Cur ita, cum is, qui non probatur, videatur reprobari? *arg. l. 40. §. sed & is. §. de procur.* hoc igitur judicio accusator prægravatur, non testis. 60 Imo irrogat. *l. penult. §. 1. §. de extr. cognit.*
61 *l. 14. C. cod.* Goth. Vide Corras. *lib. 1. miscell. cap. 16.* Ans. 62 Sic pœna martyrem non facit, sed causa. Augustinus *Epist. 61. & 167. & lib. 3. contra Crescon.*; *& in Psalmum 34, parte 2; & in Psalmum 43.* 63 De qua *l. 16. C. cod.*

nec [21] qui manus sibi intulerunt, non tædio vitæ [23], sed mala conscientia. Si quis ergo, post hujusmodi exitum mariti, nuptum se collocaverit, infamia notabitur. §. 4. Notatur etiam, qui eam duxit, sed si sciens: ignorantia [24] enim excusatur non juris, sed facti [25]. † Excusatur, qui jussu ejus, in cujus potestate erat [26], duxerit [27]: & [28] ipse, qui passus est ducere, notatur. Utrumque recte: nam & qui obtemperavit, venia dignus est: & qui passus est ducere, notari [29] ignominia.

XII. PAULUS lib. V ad Edictum.

QUi jussu patris duxit, quamvis liberatus potestate patria eam retinuit, non [30] notatur.

Interpretatio Octavæ *partis.* 1. *De binis sponsalibus alieno nomine constitutis.* 2. *Interpretatio verborum*, EODEM TEMPORE. 3. *De sponsa uni, nupta alteri.* 4. *De nuptiis vel sponsalibus prohibitis.* 5. *De compromisso.* 6. *Si judex causa cognita pronunciaverit, vel extrinsecus elocutus sit.* 7. *De pœna graviori.* 8. *De crimine stellionatus.*

XIII. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

QUid ergo si non ducere [sit] passus, sed postea quam duxit, ratum habuerit: ut puta, initio ignoravit talem esse, postea scit? Non notabitur [31]. Prætor enim ad initium nuptiarum se retulit. §. 1. Si quis alieno nomine *bina sponsalia* constituerit, non notatur: nisi ejus nomine constituat, quem quamve in potestate haberet. Certe qui filium, vel filiam constituere patitur [32], quodammodo ipse videtur constituisse. §. 2. Quod ait Prætor *eodem tempore*: non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendum est, sed si in id tempus concurrant. §. 3. Item, si [33] alteri sponsa, alteri nupta sit: ex sententia Edicti, punitur.

§. 4. Cum autem factum notetur, etiamsi cum ea quis nuptias vel sponsalia constituat, quam uxorem ducere vel non potest, vel fas non est, erit notatus. §. 5. Ex compromisso arbiter infamiam non facit: quia non [34] per omnia sententia est.

§. 6. Quantum ad infamiam pertinet: multum interest [35] in causa, quæ agebatur, causa cognita aliquid pronunciatum sit, an quædam extrinsecus [36] sint elocuta: nam ex his infamia non irrogatur. §. 7. Pœna gravior [37] ultra legem imposita existimationem conservat: ut & constitutum est, & responsum: utputa, si eum, qui parte bonorum multari debuit, Præses relegaverit, dicendum erit duriori [38] sententia cum eo transactum de existimatione ejus: idcircoque non esse infamem [39]. Sed si in causa furti nec manifesti in quadruplum judex condemnavit, oneratum quidem reum pœna aucta (nam ex furto non manifesto in duplum conveniri debuit): verum hanc rem existimationem ei non conservasse, quamvis, si pœna non pecuniaria eum onerasset, transactum cum eo videtur. §. 8. Crimen stellionatus [40] infamiam irrogat [41] damnato, quamvis publicum non est judicium.

Si quis ex suo facto suo nomine damnetur.

XIV. PAULUS lib. V ad Edictum.

SErvus, cujus nomine noxale judicium dominus acceperit, deinde eundem liberum & heredem instituerit: ex eodem judicio damnatus, non [42] est famosus: quia non suo nomine condemnatur: quippe cum initio lis in eum contestata non sit.

De ea, quæ ventris nomine per calumniam, XVII, *vel per ignorantiam, in possessionem missa est,* XIX, *& ex ea causa condemnata, vel non: & de ejus patre.*

XV. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

NOtatur [43], quæ per calumniam ventris nomine in possessionem [44] missa est [45], dum se adseverat [46] prægnantem [47].

XVI. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

CUm non prægnans esset, vel ex alio [48] concepisset.

XVII. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

DEbuit enim coërceri, quæ Prætorem decepit [49]. Sed ea notatur, quæ, cum suæ potestatis esset, hoc facit.

XVIII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

EA, quæ falsa [50] existimatione decepta est, non potest videri per calumniam in possessione fuisse.

XIX. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

NOn alia autem notatur, quam [51] ea, de qua pronunciatum est, *Calumniæ causa eam fuisse in possessionem missam.* † Idque & in patre erit servandum, qui calumniæ causa passus [52] est filiam, quam in potestate habebat, in possessionem ventris nomine mitti.

De sententia, Callido commento videris accusationis instigator fuisse.

XX. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

OB hæc verba sententiæ Præsidis provinciæ, *Callido commento videris* [53] *accusationis instigator* [54] *fuisse*: pudor [55] potius oneratur, quam ignominia videtur irrogari: Non [56] enim, qui exhortatur, mandatoris [57] opera fungitur.

De testatione reprobata.

XXI. PAULUS lib. II Responsorum.

LUcius Titius crimen intendit Gaio Seio, quasi injuriam passus, atque in eam rem testationem apud Præfectum Prætorio recitavit: Præfectus, fide non habita testationis, *Nullam injuriam Lucium Titium passum esse à Gaio Seio, pronunciavit.* Quæro, an testes, quorum testimonium reprobatum est, quasi ex falso testimonio, inter infames habentur? Paulus respondit, nihil proponi, cur hi de quibus quæritur, infamium loco haberi debeant: cum non [58] oportet ex sententia, sive justa, sive injusta, pro alio habita alium prægravari [59].

De pœnis.

XXII. MARCELLUS lib. II Publicorum.

ICtus fustium infamiam non [60] importat [61], sed [62] causa [63], propter quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogat. In cæteris quoque generibus pœnarum eadem forma statuta est.

De luctu parentum, liberorum, & agnatorum.

XXIII. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

PArentes, & liberi utriusque sexus, necnon & cæteri adgnati vel cognati, secundum [64] pietatis rationem, & animi sui patientiam [65], prout quisque voluerit, lugendi sunt, qui autem eos non eluxit, non notatur infamia [66].

XXIV. IDEM lib. VI ad Edictum.

IMperator Severus rescripsit, Non [67] offuisse mulieris famæ ejus quæstum in servitute factum.

De luctu parentum, quorum hereditas ad filios non pertinet. 1. De luctu ejus qui in bello cecidit.

XXV. PAPINIANUS lib. II Quæstionum.

EXheredatum quoque filium luctum habere patris memoriæ, placuit [68]. Idemque & in matre juris est, cujus hereditas ad filium non pertinet. §. 1. Si quis in bello cecideit, etsi [69] corpus ejus non compareat, lugebitur.

luerit, quod cuique videbitur atque apparuerit. 66 *l. 11. §. cod.* 67 Atqui lenoni lenocinium in servitute exhibitum post adeptam libertatem nocet. *l. 4. §. 3. §. cod.* Goth. Hinc colliguut, hodie omnes, qui corpore suo quæstum faciunt, esse infames. vide Wesenb. *hic. n. 5. in pr.* Ans.
68 Pietas enim parentibus semper debetur. *l. 1. §. de obsequiis. Semper*, id est, etiam ab exheredato, *ut hic.* 69 Lugendus est maritus in bello occisus, etiamsi corpus ejus non appareat.

TIT. III.

DE PROCURATORIBUS [1], ET DEFENSORIBUS.

Definitio procuratorii. 1. *Quarum rerum, & quibus modis detur procurator.* 2. *Usus procuratoris.* 3. *De absente.*

I. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

PRocurator est [2], qui [3] aliena negotia mandatu [4] domini administrat. §. 1. Procurator autem vel omnium rerum, vel unius rei esse potest, constitutus vel [5] coram, vel per nuncium, vel per epistolam: quamvis quidam (ut Pomponius libro vicesimoquarto scribit) non [6] putent [7] unius rei mandatum suscipientem, procuratorem esse: sicuti ne is quidem, qui rem perferendam, vel epistolam, vel nuncium [8] perferendum susceperit, proprie procurator appellatur: sed verius est, eum quoque procuratorem esse, qui [9] ad unam rem datus sit. §. 2. Usus autem procuratoris perquam necessarius [10] est, ut qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios possint vel agere, vel conveniri. §. 3. Dari autem procurator & absens potest.

De certo & furioso.

II. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

DUmmodo certus sit, qui datus intelligetur, & is [si] ratum habuerit. §. 1. Furiosus non [11] est habendus absentis loco: quia in eo animus [12] deest, ut ratum habere [non] possit.

De lite futura. Quibus modis procurator datur.

III. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

ITem [&] ad [13] litem futuram [14]: & in [15] diem, & sub conditione & usque ad diem dari potest.

IV. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

ET [16] in perpetuum.

Quis dicatur Præsens.

V. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

P*Ræsens* habetur [17], & qui in hortis est.

VI. PAULUS lib. VI ad Edictum.

ET qui in foro, & qui in Urbe, & [18] in continentibus [19] ædificiis.

VII. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

ET ideo procurator ejus præsenti esse videtur.

De filio vel filiafam. 1. *An invitus,* 2. *Aut veteranus, aut miles procurator esse possit.* 3. *Edictum de procuratore compellendo judicium accipere, & quibus ex causis non compellatur.*

VIII. IDEM lib. VIII ad Edictum.

FIliusfamilias [20] & ad agendum dare procuratorem potest, si quæ sit actio, qua ipse experiri potest: non solum [21] si castrense peculium habeat, sed & quivis filiusfamilias: ut puta injuriam passus dabit ad injuriarum actionem, si forte neque pater præsens sit, nec patris procurator velit experiri: & erit jure ab ipso filiofamilias procurator datus. Hoc amplius Julianus scribit: etsi filiofamilias patri per filium ejus in eadem potestate manentem fiat injuria, neque avus præsens sit, posse patrem procuratorem dare ad ulciscendam injuriam, quam nepos absentis passus est. † Ad defendendum [22] quoque poterit filiusfamilias procuratorem dare. † Sed & filiafamilias poterit dare procuratorem ad injuriarum actionem. Nam quod ad dotis exactionem cum patre dat procuratorem, supervacuum esse Valerius Severus scribit [23]: cum sufficiat, patrem dare [24] ex filiæ voluntate. Sed puto, si forte pater absens sit, vel suspectæ vitæ (quo casu solet filiæ competere de dote actio), posse eum procuratorem dare. † Ipse quoque filius procurator dari poterit & ad agendum, & ad defendendum.

§. 1. Invitus [25] procurator non solet dari. *Invitum* [26] accipere debemus, non eum tantum, qui contradicit, verum [27] eum quoque, qui consensisse non probatur. §. 2. Veterani, procuratores fieri possunt. Milites [28] autem, nec [29] si velit adversarius, procuratores dari possunt: nisi hoc, tempore [30] litis contestatæ, quocunque casu prætermissum est: excepto eo, qui in [31] rem suam procurator datus est: vel qui communem causam omnis sui numeri persequatur, vel suscipit: quibus talis procuratio concessa est. §. 3. PROCURATOREM AD LITEM SUSCIPIENDAM DATUM, PRO QUO CONSENTIENTE DOMINUS JUDICATUM SOLVI, EXPOSUIT: Prætor ait [32]: JUDICIUM

1 Adde §. 1. *Inst. de his per quos.* 11. C. XII. *& deinceps.* de defensore vid. *l. 18. §. 13. §. de muneribus. l. 51. §. cod.*
2 Διοικητὴς, actor seu procurator is est, cui mandata est negotiorum absentis administratio, quique tam agit, quam convenitur nomine negotiorum absentis, quæ gerit. Atque hic dicitur διοικοῦντες καὶ ἐνδικοῦντες καὶ ἀντικρίνοντες, defensor mandatarius seu Advocatus. 8. *Eclog. 2. in Lemmate seu titulo inscriptione.* quid sit Procurator, vide apud Ciceronem *pro Cecinna.* Certe olim per alium nemo agere poterat: hodie potest agi. *pr. Inst. de hæres, per quos agere possimus.* dixi ad *l. 123. §. de reg. jur.*
3 Imo & qui sua, *l. 34. §. cod.*
4 Imo & qui sine mandato. *l. 35. in pr. §. cod.* Goth. Adde *l. 24. §. de negot. gest. l. 58. §. de solut.* non tamen verus procurator est. *l. 56. §. de judic. l. 1. in fin. §. quod jussu. l. 24. C. h. t.* sed rectius dicitur gestor. *l. 2. de negot. gest.* Ans.
5 Mandari potest procuratio præsentibus & nudis verbis, & per literas & per nuncium, & apud acta Præsidis & Magistratus. Paul. *1. sent. 3. §. 1.*
6 Vide Theophil. *Inst. per quas personas agere.* ubi dixi.
7 Et male. Procurator enim aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur. Paul. *1 sent. 3. §. 2.* Putabant autem procuratorem eum legitimum dici, qui omnium rerum esset procurator. Cicero *pro Cecinna: Utrum me tutus procurator dejecerit us, qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus, qui in Italia non sit, absitve Reipublicæ causa, quasi quidam & pene dominus, hoc est, alieni juris vicarius.*
8 Nuncium perferens vel epistolam, proprie non est procurator. 9 *l. 10. C. cod.* vide *l. 12. §. contrario. §. mandati.* 10 Vide *c. 68. de regulis. in 6.* 11 Imo furiosus habendus est absentis loco. *l. 2. §. penult. §. de jure codicill. l. 17. §. 12. §. de injuriis. l. 124. in fin. §. de reg. jur.* 12 Aut mens potius. 13 Imo ad rem nondum controversam dari non potest. *l. 6. §. 1. §. tit. proxime.*
14 Atqui Syndicus non potest ad futuram litem constitui. *l. 6. §. 1. vers. sed hodie. §. quod cujusque universi.* 15 Forte legendum est, *ex die.* nam mox sequitur, *usque ad diem.* 16 Id est, dum vivit. *l. 1. in pr. §. pro socio.* 17 Quando quis præsumatur præsens quoad sententiæ pronunciationem, vid. Joann. Gall. *quæst. 156.* Menoch. de præsumpt. *lib. 2. præsumpt. 74. n. 1.* Ans. De multiplici genere absentiæ. vid. *DD. in l. absentem. 199. §. de verb. sign.* S. L. 18 Vide *l. 173. §. de verb. sign.* 19 *Continentia* Urbi *ædificia*, suburbia adjacentia. *l. 2. l. 87. l. 139. l. 147. l. 173. §. de V. S.*
20 *l. 33. in pr. §. cod.* 21 Cur ita eo casu? vide *l. 2. §. de Macedon. & l. 1. §. nec castrense. §. de collatione bonorum.* 22 Vide *l. ult. §. 1. C. de bonis, quæ liberis.* 23 Sensus est, Quod ad dotis exactionem attinet, cum patre dare procuratorem filia necesse non habet. 24 *V. l. 12. §. quod si in patris. §. soluto matr.* 25 *l. 17. C. cod. l. 2. §. quæritur. §. de curat. bonis dando.* 26 *l. 5. §. de verb. urban.* 27 Invitus & pro non consentiente habetur, qui tacet, ubi de eo obligando agitur: & sic taciturnitas ad aliquem obligandum pro consensu non habetur. vide tamen Socinum *reg.* 194.
28 *l. 5. C. de condict. ob causam.* 29 Vide quæ scripsi ad *l. 7. §. de postulando.* 30 *l. 13. C. cod.*
31 *l. 9. C. cod.* 32 Imo Prætoris nullæ sunt partes in eo. *l. 45. in pr. §. cod.*

CIUM ACCIPERE COGAM. † Verum ex causa non debebit compelli: utputa, inimicitiæ capitales intervenerunt inter ipsum procuratorem, & dominum: scribit Julianus debere in procuratorem denegari actionem. † Item si dignitas accesserit procuratori, vel Reipublicæ causa ab futurus sit.

IX. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

AUt si [33] valetudinem, aut si necessariam [34] peregrinationem alleget.

X. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

VEl [35] hereditas superveniens eum occupet, vel [ex] alia [36] justa causa. † Hoc amplius, & si habeat præsentem dominum, non debere compelli procuratorem.

XI. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

SI tamen dominus cogi possit.

XII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

SEd etiam ex his [37] causis dicitur aliquando cogendum procuratorem judicium accipere: veluti si dominus præsens non sit, & actor adfirmet [38], tractu temporis futurum, ut res pereat.

XIII ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

SEd hæc neque passim admittenda sunt, neque districte [39] denegande: sed à Prætore, causa cognita, temperanda.

XIV. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

SI post datum [40] procuratorem capitales [41] inimicitiæ intercesserunt [42], non [43] cogendum accipere judicium, nec stipulationem [44] ob rem [45] non defensam committi: quoniam nova causa sit.

De procuratore ad communi dividundo judicium dato.

XV. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

SI defunctus sit dominus ante litem [46] contestatam, *judicatum solvi* stipulatione pro [47] suo procuratore data, procurator compellendus est ad judicium accipiendum: ita tamen, si hoc dominus sciente procuratore, & non contradicente, fecit: quod si aliter actum est, inscium quidem procuratorem teneri, satis incivile est; committitur autem ob rem non defensam stipulationis clausula. §. 1. Qui ad communi dividundo judicium datus est [ad] agendum, item [48] & ad defendendum videbitur datus, duplici [49] cautela interponenda.

De revocatione procuratoris.

XVI. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

ANte [50] litem contestatam libera potestas est vel mutandi [51] procuratoris, vel ipsi domino judicium accipiendi.

XVII. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

POst litem autem contestatam reus, qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, vel in se litem transferre à vivo procuratore, vel in civitate manente, potest: causa tamen prius cognita.

§. 1. Non solum autem ipsi, qui dedit procuratorem, hoc permittitur: sed etiam heredi ejus, & cæteris successoribus. §. 2. In causæ autem cognitione non solum hæc versantur, quæ [52] supra diximus, in procuratore non compellendo suscipere judicium: verum & ætas [53].

XVIII. MODESTINUS lib. 10 Pandectarum.

AUt [54] religionis beneficium.

XIX. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

ITem si [55] suspectus sit procurator; aut in vinculis, aut [in] hostium, prædonumve potestate.

XX. PAULUS lib. 8 ad Edictum.

VEl judicio [56] publico, privatove, vel [57] valetudine, vel majore re sua distringatur.

XXI. GAIUS lib. 3 ad Edictum provinciale.

VEl exilio; vel si latitet, vel inimicus [58] postea fiat.

XXII. PAULUS lib. 8 ad Edictum.

AUt adfinitate [59] aliqua adversario jungatur; vel heres ei exstat.

XXIII. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

AUt longa peregrinatio, & aliæ similes causæ impedimento sint.

XXIV. PAULUS lib. 8 ad Edictum.

MUtari debebit; vel ipso procuratore postulante.

XXV. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

QUæ omnia non solum ex parte rei, sed [60] etiam in persona actoris observabuntur. † Sed si adversarius, vel ipse procurator dicat, *Dominum mentiri*; apud Prætorem hæc finiri oportet: nec [61] ferendus est procurator, qui sibi adserit procurationem: nam hoc ipso suspectus [62] est, qui operam suam ingerit invito: nisi forte purgare magis convitium, quam procurationem exequi maluit; & hactenus erit audiendus, si dicat *se procuratione quidem carere velle, sed si id inlata* [63] *existimatione sua fiat.* Cæterum ferendus erit pudorem [64] suum purgans. † Plane si dicat, *in* [65] *rem suam se procuratorem datum*, & hoc probaverit; non debet carere [66] propria lite. † Item si rerentione [67] aliqua procurator uti velit, non facile ab eo lis erit transferenda.

XXVI. PAULUS lib. 8 ad Edictum.

NIsi dominus [ei] solvere [68] paratus sit.

De translatione litis ex parte actoris.

XXVII. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

IN causæ cognitione etiam hoc versabitur, ut ita demum transferri à procuratore judicium permittatur, si quis omnia [69] judicii [70] ab eo transferre paratus sit: cæterum, si velit quædam transferre, quædam relinquere, juste procurator hanc constantiam [71] recusabit. Sed hæc ita, si mandato domini procurator egit: cæterum, si mandatum non est; cum neque in judicium quicquam deduxerit, nec tu ea comprobasti, quæ invito te acta sunt, tibi non præjudicant: ideoque translatio earum litium non est tibi necessaria, ne alieno facto onereris [72]. † Hæc autem cognitio procuratoris mutandi, Prætoris est. §. 1. Si ex parte actoris litis translatio fiat, dicimus, committi *judicatum solvi* stipulationem a reo factam; idque & Neratius probat, & Julianus; & hoc jure utimur: scilicet si dominus satis accepit. † Sed & si procurator satis accepit, & transferatur judicium in dominum, verius est committi [73], & ex stipulatu actionem à procuratore in dominum transferri. † Sed [74] & si à domino, vel à procuratore in procuratorem judicium transferatur: non dubitat Marcellus, quin committatur stipulatio; & hæc vera sunt. Et licet procuratori commissa sit stipulatio, tamen domino erit danda utilis [75] ex stipulatu actio, directa penitus tollenda.

Si procurator judicatum solvi satis accepit, vel dederit: & de actione judicati.

XXVIII. IDEM lib. 1 Disputationum.

SI procurator meus *judicatum solvi* satis acceperit, mihi ex stipulatu actio utilis [76] est, sicuti judicati actio mihi indulgetur [77]. Sed & si egit procurator meus ex ea stipulatione me invito; nihilominus tamen mihi ex stipulatu actio tribuetur [78]: quæ res facit, ut procurator meus, ex stipulatu agendo, exceptione debeat repelli: sicuti cum agit judicati non in rem suam datus, nec ad eam rem procurator factus. † Per contrarium autem, si procurator meus judicatum solvi satisfecerit, in me [ex] stipulatu actio non datur. Sed & si defensor meus satisfecerit [79], in me ex stipulatu actio non datur [80]: quia nec [81] judicati mecum agi potest.

Si malit actor reum convenire quam procuratorem.

XXIX. IDEM lib. 9 ad Edictum.

SI actor malit dominum potius convenire, quam eum, qui in rem suam procurator est: dicendum est, ei licere [82].

De impensis à procuratore factis.

XXX. PAULUS lib. 1 Sententiarum.

ACtoris [83] procurator, non in rem suam datus, propter impensas [84] quas in litem fecit, potest [85] desiderare [86], ut sibi ex judicatione satisfiat, si dominus litis solvendo non sit.

Si procurator litu domino successit, vel non. 1. De pluribus procuratoribus unius litu. 2. De pluribus procuratoribus.

XXXI. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

SI quis, cum procuratorio nomine condemnatus esset, heres exstiterit domino litis; judicati actionem non recte recusabit: hoc, si ex asse. Sin autem ex parte heres extiterit, & totum solverit: siquidem ei mandatum est hoc quoque, ut solvat, mandati actionem [87] adversus coheredes habebit; si non sit mandatum, negotiorum gestorum actio datur [88]. † Quod est, & si heres procurator non exstiterit, & solverit. §. 1. Unius litis plurium personarum plures dari procuratores, non [89] est prohibitum.

§. 2. Julianus ait, cum, qui dedit diversis temporibus procuratores duos, posteriorem [90] dando priorem prohibuisse videri.

XXXII. PAULUS lib. 8 ad Edictum.

PLuribus procuratoribus in solidum simul [91] datis, occupantis [92] melior [93] conditio erit [94]: ut [95] posterior non sit in eo, quod prior petit, procurator.

De servi & filiusfam. procuratore. 1. De eo, qui de statu suo litigat. 2. De defensione absentium. 3. Edictum, ut qui alterius nomine actionem postulat, eundem defendat, & de rato caveat. 4. Æquit as prioru partiu suprascripti edicti. 5. Qui defendere coguntur, vel non.

XXXIII. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

SErvum quoque, & filiumfamilias [96], procuratorem posse habere aiunt: Et quantum ad filiumfamilias, verum est; in servo, subsistimus. Et negotia quidem peculiaria servi posse gerere aliquem, & hoc casu procuratorem ejus esse, admittimus; quod & Labeoni videtur: actionem autem intendere vetamus [97].

§. 1. Eum vero, qui de statu suo litigat, procuratorem habere [98] posse, non dubitamus, non solum in administratione rerum, sed etiam in actionibus, quæ ei, vel adversus eum competant; ex possessione [sive] servitutis, sive libertatis de suo statu litigat. Ex contrario quoque eum procuratorem dari posse, manifestum est.

§. 2. Publice utile est [99], absentes à quibuscunque defendi: nam [100] & in capitalibus judiciis defensio datur [1]. † Ubicunque itaque absens quis damnari potest, ibi quemvis verba pro eo facientem & innocentiam [2] excusantem audiri æquum est, & ordinarium admittere; quod ex rescripto [3] Imperatoris nostri apparet. §. 3. Ait [4] Prætor: CUJUS NOMINE QUIS ACTIONEM DARI SIBI POSTULABIT, IS EUM VIRI BONI ARBITRATU DEFENDAT: ET EI, QUO NOMINE AGET, ID RATUM HABERE EUM [5], AD QUEM EA RES PERTINET, BONI VIRI ARBITRATU SATISDET. §. 4. Æquum [6] Prætori visum est, eum [7], qui alicujus nomine procurator experitur [8], eundem [9] etiam defensionem suscipere. §. 5. Si quis in rem suam procurator interveniat; adhuc erit dicendum, debere eum defendere: nisi forte ex necessitate fuerit factus [10].

XXXIV. GAIUS lib. 3 ad Edictum provinciale.

SI quis in rem suam procuratorio nomine agit, veluti emptor hereditatis; an debeat invicem venditorem defendere? & placet, si bona fide, & non in fraudem eorum [11], qui invicem agere vellent, gestum sit negotium, non oportere eum invicem [12] defendere.

1. De liberti ingrati accusatione. 2. Quam ob causam & ubi procurator defendere cogitur. 3. Quid sit defendere.

XXXV. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

SEd & hæ [13] personæ procuratorem debebunt defendere [14], quibus sine mandatu agere licet: utputa liberi [15], licet sint in potestate: item parentes, & fratres, & adfines, & liberti. §. 1. Patronus libertum [&] per procuratorem, ut ingratum, accusare potest: & libertus per procuratorem [16] respondere. §. 2. Non solum autem si actio postuletur à procuratore; sed & præjudicium, vel interdictum; vel si stipulatione legatorum vel damni infecti velit caveri: debebit absentem defendere in competenti tribunali, & eadem provincia. Cæterum cogi [17] eum etiam in provincia de Roma abire, vel è contrario; vel à provincia [18] in aliam provinciam & defendere [19]: durum est. §. 3. *Defendere* autem est, id facere, quod dominus in litem faceret, & cavere idonee [20]: nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quam est domini: præterquam [21] in satisdando. † Præter satisdationem procurator ita defendere videtur, si judicium accipiat. Unde quæritum est apud Julianum, an compellatur, an vero sufficiat, ob rem non defensam, stipulationem [22] committi: & Julianus scribit libro tertio Digestorum, compellendum [23] accipere judicium: nisi & agendum [24] causa cognita recusaverit [25], vel ex justa causa remotus fuerit. † Defendere videtur procurator, & si in possessionem venire patiatur [26], cum quis damni infecti satis [27], vel legatorum desideret.

XXXVI.

---

22 *l.* 20. *ff. eod.* 23 *l.* 22. *c.* 44. *ff. eod.* 24 *l.* 22. *ff. eod.* 25 *l.* 44. *ff. eod.* 26 Ut maxime hæc causis se impediri dicerit. 27 *l.* 13. § 6. *ff. de arbitr. l.* 28. § *final. ff. si dies.* 28 Præfracte, si veriter, in omnibus. 29 Ad defendendum scilicet. 30 *l.* 8. § *final. ff. eod. l.* 43. *in fine. ff. eod. l. Pindarus* 22. 31 Ex parte domini, vel procuratoris, vel utriusque. 32 *l.* 45. *ff. eod. l. ex bonus. ff. judic.* 33 Judicatum solvi. 34 Id est, ex hac clausula, & ob id defertam à procuratore. 35 Et judicium acceptum. 36 Plerumque enim debet dominus pro suo procuratore cavere judicatum solvi. *l.* 8. *in fin. ff. eod.* 37 *l. unic. C. de sententiando.* 38 Hæc verba videntur esse Tribonian. ejus enim illum redolent: *cautelam* enim dicit pro *cautione.* 39 Seu re integra. *l.* 3. *C. mandati.* 40 *l.* 55. *ff. eod.* 41 *l.* 8. *in fin.* 9. *& sequentib.* 42 Puta senectus. 43 Vide *l.* 32. §. *sacerdotio.* 4. *ff. de arbitris.* 44 *Ut l.* 25. *in pr. ff. eod.* 45 Vide *l.* 3. §. 5. *in fin. ff. de testibus.* 46 *l.* 9. *ff. eod. l.* 23. *ff. mandati. l.* 2. 47 §. 3 *ff. si quis cautionibus.* 48 *V. l.* 3. *in pr. ff. de testibus.* 49 Adfinitas superveniens excusat procuratorem à munere procurationis suscepto perficiendo. adde *l.* 23. *C. de excusat. tutor.* 50 *V. l.* 41. *ff. de reg. jur.* 51 *V. l.* 47. *ff. de judiciis:* vide *l.* 29. *ff. de testam. tutel. l.* 5. §. *conductores. ff. de jure immunit.* adde *l.* 12. *in fin. ff. de tutoribus & atis.* 52 Suspectus est, qui operam ingerit invito. *vel l.* 69. *ff. de reg. jur.* 53 Id est, salva. 54 Pudorem suum purgare volens, audiendus est, justamque litigandi causam habere intelligitur. 55 *l.* 29. *ff. eod.* 56 *V. l.* 55. *ff. eod.* 57 Ob sumptus factos in lite. *l.* 30. *ff. eod.* 58 Sumptus litis. 59 Imo pars judicii transferri potest. *l.* 37. *ff. rem ratam.* 60 Judicia. 61 Ita quoque *Florent.* sed reponendum liquido, *inconstantiam.* vide *l.* 75. *ff. de regulis juris.* 62 *l.* 1. *in princ. ff. de alienat. judicii.* 63 Imo non tenebuntur fidejussores dati & accepti. *l.* 1. *in fine. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solvitur.* 64 Translatio litis fit vel à procuratore ad dominum, *ut ff. eod.* vel à procuratore ad alium. 65 Cessis ei actionibus. *l.* 49. *in fi. ff. de acq. hæred.*

---

66 Contrahere enim quisque ea quidquid præsumitur, quum *gerebat. l. pen. ff. si quis cautionib.* 67 Non procuratori, nisi in rem suam datus sit. *l.* 6 *in fin. ff. quod cujusque universit.* 68 Utilis, *l.* 79. *ff. de verb. oblig.* 69 *l.* 61. *ff. eod.* 70 Directa, sed utilis. 71 Vide *l.* 11. § 7. *ff. de exceptione rei judicatæ.* 72 Imo non licet. *l.* 55. *ff. eod.* 73 Ita rei. 74 Idem propter falsarium. *l* 7. *l.* 56. §. *fin. ff. mandati. Ans.* 75 Potest etiam uti retentione. *l* 25. *in fin. ff. eod.* 76 *l.* 53. *in pr. ff. de pactis. l.* 7. *in fin. ff. mandati. vel l.* 15 *C. hoc titulo.* 77 *l.* 20. *C. familiæ.* 78 *V. l.* 18. *in fin. C. famil.* 79 Imo, illic necessarium est unum procuratorem dare. *l.* 5. §. *penult. ff. judicatum solvi.* 80 Posteriore procuratore constituto, prior tacite revocatus intelligitur. *cap.* 14. *extr. eod.* 81 Eodem tempore. Quid si diversis temporibus dati? Posteriorem dando priorem revocasse quis intelligitur. *l.* 31. *in fin. ff. eod.* 82 *l.* 14. *ff. de noxa. act.* id est, ejus qui litem contestatus est. 83 Cur non uterque in solidum conveniatur? *l.* 60. §. *duobus. ff. mandati.* 84 Voto ejus scilicet: quia factus est dominus litis occupando. 85 Prioris diligentia posteriori nocet. 86 *l.* 8. *in princ. ff. eodem.* 87 Id est, servus ad negotia non ad judicia, procuratorem constituere potest. adde *l.* 15. *in princ. ff. ex quibus caus. maiores.* 88 Hodie non habet. *l.* 1. §. 1. & 2. *C. de adsertione tollenda.* 89 *l.* 12. *C. eod.* 90 *l.* 3 *C. de accusat.* 91 Imo in iis procurator non datur. *l. penult.* §. *ultim. ff. de publ. jud.* 92 Forte *absentiam.* & ita legit Cujacius apud Paulum 5. *sentent.* 16. §. 11. Nam ad absentiam tantum excusandam procurator admittitur, non ad innocentiam, si qua sit, ostendendam. *Goth.* Confer *l.* 72. *ff. eod.* & *l.* 26. §. *fin.* ex quib. caus. major. *Ans.* 93 Vide *l.* 3. *C. de accusat.* 94 Tertium edictum de procuratoribus. Primum vide in *l.* 8. *in fin. ff. eodem.* secundum in lege 16. *l.* 17. *ff. eodem.* 95 §. *fin autem, Inst. de satisd.* 96 Ut servet æquitatem in judiciis, *l.* 21. §. 5. *ff. de arbitris. l.* 1. *ff. quæ sententiæ sine*

---

appellat. l. ultim. C. de fructibus. l. in sacris. 12. §. *ult. C. de proximis sacror. scrinior. c. non licet. de regulis. in* 6. 7 Non tamen tutorem. *l.* 4. *ff. de administ. tut.* 8 Agit. 9 Adde *l.* 4. *ff. de tutel.* 10 Imo ob eam rationem non removetur à defendendo. *l.* 70. *in fin. ff. eodem.* 11 *l.* 1. *ff. quæ in fraudem.* 12 Adde *l.* 1. *C. rerum amotar.* 13 Conjunctæ scilicet. 14 De rato satisdare. *l.* 8. *in pr. ff. de negotiis.* 15 *l.* 12. *C. eod. l.* 3. §. 3. *ff. judicatum solvi.* 16 *l.* 4. *ff. de obsequiis.* 17 *l.* 20. *in fin. ff. de operis liber.* 18 Vide *l.* 21. §. 2 *ff. de excusat. tutorum.* 19 *V. l.* 156. *in pr. ff. de regulis juris.* 20 Id est, pignore vel fidejussore. *l.* 51. 52. 53. *ff. eod.* Goth. Judicatum solvi nimium: *gloss. hic. litt. n.* Cæsus autem quibus defensor sine satisdatione admittitur, vid. apud speculator. *lib.* 1. *part.* 3. *Rubr.* 4. *Ans.* 21 *V. l.* 166. *ff. de reg. jur.* 22 Satisdationem. 23 *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* hinc colligas, non sufficere id, quod interest, solvere. Imo sufficit. *l.* 45. *ff. eod.* 24 Et se actorum. 25 *l.* 7. *C. eod.* 26 Defendit procurator etiam, qui patitur, quod dominus pateretur. Imo qui id facit, defendere non videtur. *a.* 5 *l.* 2. *in fi. ff. si ex noxalis.* 27 *Al.* Satisfiari.

XXXVI. PAULUS lib 8 ad Edictum.

VEl [28] in operis novi nunciatione [29]. Sed & si servum ex causa noxali patiatur duci, defendere videtur. Ita tamen, ut in his omnibus, *Ratam rem dominum habiturum* caveat.

Quarum actionum nomine dominus defendi debet.

1. *De pluribus defensoribus.*

XXXVII. ULPIANUS lib. 9 ad Edictum.

OMnium [30] autem actionum nomine debet defendere [31], etiam earum, quæ [32] in heredem non dantur. §. 1. Unde est quæsitum, si adversarius plures intendat actiones, & in singulas singuli existant defensores suscipere parati, videri eum recte defendi Julianus ait: quo jure nos uti, Pomponius scribit.

XXXVIII. IDEM lib. 40 ad Edictum.

NOn tamen eo usque procedendum erit; ut, si decem [millia] petantur, & extant duo defensores parati in quina defendere [33], audiantur.

In quibus causis dominus defendi debet. 1. *Ex quibus causis.* 2. *Et quos ratum habituros caveri debet.* 3. *Si pater de dote.* 4. *Vel filii nomine injuriarum agat.* 5. *De statu controversia.* 6. *De procuratore ejus, contra quem restitutio postulatur.* 7. *De suspecto tutore.*

XXXIX. IDEM lib. 9 ad Edictum.

NOn solum autem in actionibus, & interdictis, & in stipulationibus debet [34] dominum defendere [35], verum in interrogationibus quoque, ut in jure interrogatus ex omnibus causis respondeat, ex quibus dominus. † *An* igitur *heres sit absens*, respondere debebit [36]: &, si responderit [37] vel tacuerit [38], tenebitur.

§. 1. Qui alieno nomine agit quamcumque actionem, *id ratum* [39] *habiturum eum, ad quem ea res pertinebit*, cavere debet [40]. † Interdum, licet suo nomine procurator experiatur, tamen *de rato* debebit cavere, ut Pomponius libro 24 scribit: ut puta jusjurandum procuratori retulit, juravit *absenti dari* oportere: agit hoc judicio suo nomine propter suum jusjurandum: neque [41] enim hæc actio domino competere potuit; sed debebit *de rato* cavere. † Sed & si procuratori constitutum est, & ex ea causa agat; dubitandum non est, quin locus sit *de rato* cautioni; idque Pomponius scribit.

§. 2. Quæritur apud Julianum, utrum dominum solum ratam rem habere debet satisdare, an etiam cæteros creditores; & ait, dum taxat de domino cavendum; nec illis verbis, AD QUEM EA RES PERTINET [42], creditores contineri: nam nec ipsi domino hæc incumbebat cautio. §. 3. Si de dote agat pater, cavere [43] debet *ratam rem filiam habituram*: sed & defendere eam debet, ut & Marcellus scribit. §. 4. Si pater filii nomine injuriarum [44] agat; (cum duæ sint actiones, una patris, altera filii) cessat [45] *de rato* cautio [46]. §. 5. Si [47] status controversiam [48] cui faciat procurator: sive [49] ex servitute in libertatem adversus eum quis litiget, sive ipse ex libertate in servitutem petat; debet cavere ratam rem dominum habiturum: (& ita Edicto scriptum est) ut ex utroque latere quasi actor habeatur. §. 6. Est & casus, quo quis ejusdem actionis nomine, & *de rato* caveat, & *judicatum solvi*: ut puta, postulata est cognitio de in integrum restitutione, cum minor circumscriptus in venditione diceretur [50]: alterius procurator exisset; debet cavere hic procurator [&] *ratam rem dominum habiturum*: ne forte dominus reversus velit quid petere: idem, *judicatum solvi*; ut, si quid forte propter hanc restitutionem in integrum præstari adolescenti debeat, hoc præstetur; & hæc ita Pomponius lib. XXV ad Edictum scribit. §. 7. Item ait, si suspectus [51] tutor [52] postuletur, defensorem ejus oportere etiam [53] *de rato* cavere; ne reversus ille velit retractare [54] quod actum est. Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabitur: quoniam famæ causa est: nisi constet ei à tutore mandatum nominatim [55]: aut si, etiam absente tutore, quasi [56] non defenderetur, Prætor erat cogniturus.

Quæ actiones per procuratorem exerceri possunt. 1. *Quibus casibus de rato caveri debet.* 2. *De satisdationibus à defensore præstandis in actione realis.* 3. *Quando ratihabitionis satisdatio exigitur.* 4. *De hu, à quibus mandatum non exigitur.*

XL. IDEM lib. 9 ad Edictum.

POmponius scribit, non omnes actiones per procuratorem posse quem instituere. Denique ut liberi, qui in potestate absentis dicuntur, ducantur, interdictum [57] non posse desiderare ait: nisi, ut Julianus ait; causa cognita: id est, si [&] nominatim ei mandatum sit, & pater valetudine vel alia justa causa impediatur.

§. 1. Si stipuletur procurator *damni infecti*, vel *legatorum*; debebit *de rato* cavere [58]. §. 2. Sed & is, qui [59] quasi [60] defensor, in rem actione convenitur, præter solitam satisdationem *judicatum solvi*, etiam *de rato* debet cavere. Quid enim, si in hoc judicio rem meam esse pronuncietur; reversus ille, cujus defensor extiterat, velit fundum vindicare: nonne ratum non videbitur habere, quod judicatum est? denique si verus procurator extitisset, vel ipse præsens causam suam egisset, & victus esset, si à me vindicaret, exceptione rei judicatæ summoveretur [61]? & ita Julian. lib. 2 Digest. scribit. nam cum judicatur rem meam esse [62], simul judicatur illius non esse. §. 3. Ratihabitionis autem satisdatio ante litis contestationem à procuratore exigitur: cæterum, semel [63] lite contestata, non [64] compelletur ad cautionem. §. 4. In his autem personis [65], in quibus mandatum non exigimus, dicendum est, si forte evidens sit contra voluntatem eos experiri eorum, pro quibus interveniunt, debere eos repelli: ergo non exigimus, ut habeant voluntatem, vel mandatum, sed ne contraria voluntas probetur; quamvis *de rato* offerant cautionem.

Si fœmina pro parentibus agant.

XLI. PAULUS lib. 9 ad Edictum.

FOeminas pro parentibus [66] agere interdum permittetur causa [67] cognita [68]: si forte parentes morbus, aut ætas impediat: nec quemquam, qui agat, habeant.

Ad quas actiones procurator dari potest. 2. *De obligatione domini & procuratoris.* 3. *Si fideicommissarius heredem.* 4. *Aut creditor dominum pignoris.* 5. *Aut reus credendi vel debendi correum procuratorem dederit.* 6. *Utrum in judicio divisorio unus plurium procurator esse possit.* 7. *Quomodo fidejussores reum latitantem defendere debent.*

XLII. IDEM lib. 8 ad Edictum.

LIcet in [69] popularibus [70] actionibus procurator dari non [71] possit [72], tamen dictum [73] est, merito eum, qui de via publica agit [74], & privato damno ex prohibitione adficitur, quasi privatæ actionis dare posse procuratorem. Multo magis dabit ad sepulchri violati actionem is, ad quem ea res pertinet [75]. §. 1. Ad [76] actionem injuriarum ex lege Cornelia procurator dari potest [77]: nam etsi pro publica utilitate exercetur, privata tamen est.

§. 2. Ea obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistere solet, mandati actionem parit [78]: aliquando tamen non contrahitur obligatio mandati: sicut evenit, cum in rem suam procuratorem præstamus, eoque nomine *Judicatum solvi* promittimus: nam si ex ea promissione aliquid præstiterimus, non mandati; sed ex vendito [79], si hereditatem vendidimus: vel ex pristina causa mandati agere debemus; ut fit, cum fidejussor rerum procuratorem dedit. §. 3. Is cui hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est, heredem jure dabit procuratorem.

§. 4. Sed & dominum pignoris creditor recte dabit procuratorem ad Servianam. §. 5. Porro, si uni ex reis credendi constitutum sit, isque alium in constitutam pecuniam det; non negabimus posse dare. Sed & ex duobus reis promittendi, alter alterum ad defendendum procuratorem dabit. §. 6. Si plures heredes sint, & familiæ herciscundæ, aut communi dividundo agatur; pluribus eundem procuratorem non [80] est permittendum dare [81]: quoniam res expediri non potest circa [82] adjudicationes [83], & condemnationes: Plane permittendum dare, si uni coheredi plures heredes existant. §. 7. Reo [84] latitante post litem contestatam, ita demum fidejussores eum defendere videbuntur, si vel unus ex his eum pro solido defendat, vel omnes, vel qui ex his unum dederint, in quem judicium transferetur.

De muto & surdo. 1. *Qui procuratorem dare possint.* 2. *In quibus actionibus defensio non præstatur.* 3. *Si curator adulto petatur.* 4. *Pœna non defendentis procuratoru.* 5. *Cui caveri debet, si dominus absit.* 6. *Utrum is, qui judicatum solvi cavit, defendere cogatur.*

XLIII. IDEM lib. 9 ad Edictum.

MUtus & surdus per eum modum, qui procedere potest, procuratorem dare non prohibetur: forsitan & ipsi dantur: non quidem ad agendum, sed ad administrandum [85]. §. 1. Cum quæreretur, an alicui procuratorem habere liceat, inspiciendum erit, an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc Edictum prohibitorium [86] est. §. 2. In popularibus actionibus ubi [87] quis quasi unus ex populo agit, defensionem, ut procurator, præstare cogendus non est. §. 3. Is, qui curatorem alicui præsenti petat, non aliter [88] audietur, nisi [89] adulto consentiente: quod si absenti: *ratam rem eum habiturum*, necesse habet dare. §. 4. Pœna non defendentis procuratoris hæc est, ut denegetur ei actio [90].

§. 5. Si procurator agat, & præsens sit absentis servus: Atilicinus ait servo [91] cavendum, non procuratori. §. 6. Qui non cogitur defendere absentem, tamen [92] si *judicatum solvi* satisdedit, defendendi absentis gratia, cogendum procuratorem judicium accipere, ne [93] decipiatur is, qui satis accepit: nam eos, qui non coguntur rem defendere, post satisdationem cogi, Labeo, causa cognita, temperandum: &, si captio actoris sit propter temporis tractum, judicium eum accipere cogendum; quod si aut adfinitas dirempta sit, aut inimicitiæ [94] interceserint, aut bona absentis possideri cœperint,

XLIV. ULPIANUS lib. 7 Disputationum.

VEl si longinquo [95] sit abfuturus, vel alia [96] justa causa intervenerit.

Ad quas actiones procurator dari potest. 1. *An procurator utens interdicto*, Ne vis fiat ædificanti, *de rato caveat.*

XLV. PAULUS lib. 9 ad Edictum.

NOn cogendum. Sabinus [97] autem nullas [98] Prætoris partes esse ad compellendum defendere; sed ex stipulatu ob rem non defensam agi posse: ac si justas causas habeat, cur judicium accipere nolit, fidejussores non teneri: quia [99] vir bonus arbitratus non fuerit, ut qui justam excusationem adferret, defendere cogeretur. Sed & si satis non dedit, sed repromittenti ei creditum est; idem statuendum est. §. 1. Qui ita de publico agunt, ut & [100] privatum commodum defendant; causa cognita, permittuntur procuratorem dare: & postea alius agens exceptione repelletur.

§. 2. Si procuratori opus novum nunciatum sit, isque interdicto utatur, NE EI VIS FIAT ÆDIFICANTI: defensoris partes eum sustinere [1], nec compelli cavere *Ratam rem dominum habiturum* Julianus ait: Et, si satisdederit, non animadverto (inquit Julianus) quo casu stipulatio committatur.

De lite à domino in procuratorem transferenda. 1. *De defensione unius rei.* 2. *De satisdatione ab eo præstanda, qui alium defendit.* 3. *Utrum is, qui judicium restitutionis accepit, cogatur restitutorium judicium accipere.* 4. *Quid procurator præstet.* 5. *Aut recuperet.* 7. *Si quis à comprocuratore conveniatur.*

XLVI. GAIUS lib. 3 ad Edictum provinciale.

QUi proprio nomine judicium accepisset, si vellet [2] procuratorem dare, in quem actor transferat judicium; audiri debet, solemniterque pro *Judicatum solvi* satisdatione cavere. §. 1. Ei, qui defendit eum, cujus nomine ipse non agat, liberum est vel in unam [3] rem defendere. §. 2. Qui alium defendit, satisdare cogitur. *Nemo 4 enim alterna lite idoneus defensor sine satisdatione intelligitur* [5]. §. 3. Item quæritur, si judicium acceperat defensor, & actor in integrum restitutus sit, an cogendus sit restitutorium judicium accipere. & magis placet cogendum [6]. §. 4. Procurator, ut in cæteris [quoque] negotiis gerendis, ita & in litibus [ex] bona fide rationem reddere debet 7. Itaque quod ex lite consecutus erit, sive principaliter ipsius rei nomine, sive extrinsecus ob eam rem; debet mandati judicio restituere: usque adeo, ut [&] si per errorem, aut injuriam [8] judicis non debitum consecutus fuerit; id quoque reddere debeat [9]. §. 5. Item contra, quod ob rem judicatam procurator solverit, contrario [10] mandati judicio recipierare debet. Pœnam [11] autem, quam ex suo delicto præstitit, reciperare non [12] debet. §. 6. Litis impendia [13], bona fide facta vel ab actoris procuratore, vel à rei, debere ei restitui æquitas suadet. §. 7. Si duobus mandata sit administratio negotiorum, quorum alter [14] debitor sit mandatoris; an alter [15] cum eo recte acturus sit? & utique, recte: non enim ob id minus procurator intelligitur, quod is quoque, cum quo agitur, procurator sit.

XLVII.

---

28 Adde *l.* 15. *ff. de operis novi nunciatione.*

29 Adde *l.* 6. *ff. de novis operis.*

30 In procuratore actoris id verum est: nam rei procurator, vel in unam rem defendere potest. *l.* 46. §. 1. *ff. cod.*

31 Actoris procurator, etiamsi una tantum actione utatur.

32 Ut sunt, quæ ex maleficiis, *l. cum emancipati.* §. *emancipatus filius. ff. de collat. bonor.*

33 Cur ita? v. *l.* 3. *ff. famil. ercisc. l.* 5. §. *pen. ff. judic. solvi.*

34 Vide *l.* 1. *ff. de interrog. act.*

35 Procurator facilicet qui agit nomine alieno.

36 Eo petente, cum quo experitur.

37 Confessio procuratoris in judicio, obligat dominum, ut & tutoris vel curatoris pupillum vel adultum. Vide Rolandum à Valle *1. consil.* 70.

38 Tacens in obligatione personali pro consentiente non habetur. vide tamen Socinum *reg.* 394.

39 *l.* 33. §. 3. *ff. eod.*

40 Cum de mandato incertum est. *l.* 1. *C. eod.* secus cum certum est. *l.* 65. *ff. eod.*

41 Imo relati à procuratore jurisjurandi exceptio domino competit. *l.* 9. §. *penult. ff. de jurejur.*

42 De vi vocabuli, *pertinere*, vide Menoch. *consil.* 263. *num.* 78. *vol.* 1. *Cravett. cons.* 345. *num.* 10. 11. Roland. à Valle, *consil.* 28. *n.* 23. 26. 28. Ans.

43 *l.* 3. *in fin. ff. rerum amot. l.* 2. *in fin. ff. solut.*

44 Vide *l.* 5. §. 6. *ff. de injuriis.*

45 *d. l.* 5. §. 7.

46 Secus si alius esset quam filius qui hac actione uteretur. *l.* 22. §. *pen. ff. ratam rem habere.*

47 8 *Ecl.* 2. *c.* 36.

48 *l.* 8. §. *ult. ff. ratam rem habere.*

49 Status controversiam facit, qui ex servitute in libertatem, vel ex libertate in servitutem petit.

50 *Ut l.* 24. §. *restitutio. l.* 27. §. 2. *in fine. ff. de minor. & C. si adversus venditionem.*

51 *l.* 6. *ff. rem ratam habere.*

52 Qui peregre abest.

53 Non tantum judicatum solvi.

54 *Retractandi* verbum reperitur *in l.* 12. *in fi. ff. rem ratam.*

55 Idem est in restitut. in integrum. *l.* 25. §. 1. *ff. de minorib.* in jurejurando. *l.* 17. §. *fin. de jurejur.* in matrimonio, *c.* 1. & 2. *de desp. impub.* Ans.

56 Expedit enim defendi. *l.* 33. §. *publice. ff. eod.*

57 De liberis exhibendis. *l.* 1. §. 2. *ff. de liberis exhibend.*

58 Cur ita? vide *l.* 20. *ff. ratam rem.*

59 V. *Inst. de satisdat. in pr.* adde *l. ult. ff. de fidejuss.*

60 Quasi defensor, verus defensor non est. *l.* 61. *ff. eod.*

61 *V.* quæ in *l.* 30. *in fin. ff. de except. rei jud.* 62 In rei vindicatione sc. *Accurs.* 63 Post litis contestationem à procuratore satisdatio non exigitur. 8 *Eclog.* 2. *c.* 8. 64 Imo, nisi de rato caveat, non admittetur. *l.* 2. *C. de consortib. ejusdem litis.* 65 De quibus *l.* 35. *ff. eod.* 66 Secus pro extraneis. *l.* 2. *ff. de reg. jur.* 67 Fœminæ nequidem pro parentibus postulare, aut cognitores fieri possunt sine decreto, *ut hic*: in rem tamen suam, cognitoriam operam suscipere non prohibentur. *Paul.* 1. *sent.* 2. §. 2. 68 Ut quia idoneus non reperitur eorum defensor. *arg. l.* 1. *in fi. ff. tit. prox.*

69 In popularibus actionibus procurator non datur, extra quam in actione sepulchri violati, & quum de vi publica agit privato damno adfectus. 2 *Eclog. c.* 41. *in pr.* 70 Quæ jus suum populo tuentur. *l.* 2. *ff. de popular. act.* ubi dixi quæ proprie sint populares. 71 *l.* 5. *ff. de popularib.* 72 *d. l.* 5. *ff. de popularibus.* 73 *Dictum*, id est, receptum apud Jurisconsultos.

74 V. *l.* 45. §. 1. *ff. eod.*

75 *l.* 3. *ff. de sepulchro violato.*

76 Injuriarum etiam ex lege per procuratorem agitur. 8 *Eclog.* 2. *cap.* 1.

77 *l.* 11. §. 2. *ff. de injuriis.* Atqui hoc videtur specialiter concessum tantum illustribus. *l. ult. C. de injuriis.*

78 *l.* 2. *in pr. ff. mandati.* §. *mandantis tantum. Inst. de mandato.*

79 Adversus emptorem, quia vendita hereditate, & onus & commodum ad emptorem pertinet. *l.* 2. *ff. de har. vend.*

80 Adde *l.* 7. *in pr. ff. de reb. eorum.*

81 Imo necessarium pene est, ut unicum dent. *l.* 48. *ff. fam.* adde *l.* 15. *ff. de auctoritate tutorum.*

82 *Al.* Citra.

83 De quibus *l.* 22. §. 2. *ff. familiæ. & Inst. de offic. judic.*

84 Qui fidejussorem dedit judicatum solvi.

85 Non tamen tutor. *l.* 1. §. *mutus. ff. surdum. ff. de tutelis.*

86 Proinde, qui ait, se procuratorem dare non potuisse, id probare debet. *l.* 19. §. 2. *ff. de probat.*

87 Formulam libelli in actione populari hinc colligunt. v. *l.* 1. *ff. de popularib.*

88 Adde *l.* 2. §. *ult. ff. qui petant tutor.*

89 *l.* 2. §. *ult. ff. qui petant tutores.*

90 *l.* 5. *C. eod.*

91 *l. ult. ff. quod cujusque univers.*

92 *l.* 76. *ff. eod.*

93 V. *l.* 12. *ff. eod.*

94 *De quibus l.* 14. *ff. eod.*

95 V. *l.* 9. *ff. eod.*

96 Vide *l.* 10. *ff. eod.*

97 Sabinus fuit diversæ scholæ à Labeone, sed tamen hujus Sabini sententia prævaluit, quia hæc sententia refertur secundo loco, & ideo videtur ab Ulpiano probata esse.

98 Imo sunt ejus partes eo casu. *l.* 35. §. 3. *ff. eod.*

99 Vir bonus non arbitratur adversus id, quod justum & bonum est. *l.* 18. *ff. judicatum solvi.*

100 *Ut in l.* 42. *in princ. ff. eod.*

1 *l.* 5. §. *penult. ff. de novi operis nunciat.*

2 Post litem contestatam scilicet. *Accurs. Bart.*

3 Modo in solidum ejus causam defendat. v. *l.* 20. *C. de neg. gest.*

4 8 *Eclog.* 2. *c.* 53. *Theophil.* §. 5. *Inst. de satisdat.*

5 *l.* 53. *ff. eod. l.* 14. *ff. qui satisdare. l.* 110. §. 1. *ff. de regul. jur.* § *si vero vener. Inst. de satisd. l. unic. C. de satisdando*: v. *Socinum reg.* 83.

6 Vide Leonin. *Emendat. lib.* 1. *c.* 15. *num* 4. Ans.

7 Rationem reddere procurator debet, *ut hic*: ut & negotiorum gestor. *l.* 2. *ff. de negotiis.*

8 Injuria judicis procuratori nocet, non domino.

9 Vide *l.* 8. §. *item si fundum. ff. de negotiis.*

10 *l.* 12. §. 9. *ff. mandati.* 11 Vide *l.* 203. *ff. de regulis jur.* 12 *l.* 9. *in fine. ff. de noxalibus. ff. de pactis.* 13 Vide *l.* 53. §. *de pactis.* 14 Alter vero non sit, ut differat. *l.* 29. *l.* 47. *hac tit.* Goth. Pro conciliatione hujus §. cum *d. l.* 29. & 47. vide *Accurs. Odofred. Fulgos.* & *Castrens.* hic. & *Anton. Fab. Rational.* Ans.

15 Adde *l.* 47. 48. *ff. eodem.*

XLVII. JULIANUS lib. 4 ad Urseium Ferocem.

QUi duos [16] procuratores omnium rerum suarum relinquit; nisi nominatim [17] præcepit, *ut alter ab altero pecuniam petat*: non [18] videtur mandatum utrilibet eorum dedisse.

XLVIII. GAIUS lib. 3 ad Edictum provinciale.

ITaque si hoc specialiter mandatum est, tunc, excipiente eo, cum quo agitur, SI NON MIHI MANDATUM SIT, UT A DEBITORIBUS PETEREM; actorem ita debere replicare, AUT SI MIHI MANDATUM EST, UT A TE PETEREM.

De auctoritate procuratoris.

XLIX. PAULUS lib. 54 ad Edictum.

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet [19].

Si procurator liberatus sit.

L. GAIUS lib. 22 ad Edictum provinciale.

QUacunque ratione procurator tuus à me liberatus est, id tibi prodesse debet [20].

An minor 25 annis idoneus defensor sit. 1. De defensore marito. 2. De satisdatione à defensore præstanda.

LI. ULPIANUS lib. 60 ad Edictum.

MInor 25 annis, si defensor [21] existat, ex quibus causis in integrum restitui possit, defensor idoneus [22] non est [23]; quia & ipsi, & fidejussoribus [24] ejus per in integrum restitutionem succurritur. §. 1. Quoniam tamen *defendere est* [25] *eandem vicem quam reus subire*; defensor mariti [in] amplius, quam maritus facere possit, non est condemnandus. §. 2. Is, qui suscepit defensionem, etsi locupletissimus [26] est,

LII. PAULUS lib. 57 ad Edictum.

ETsi Consularis sit,

LIII. ULPIANUS lib. 60 ad Edictum.

NOn videtur defendere, nisi [27] satisdare fuerit paratus.

Qui non sunt idonei defensores. 1. Ubi tutor defendi debet.

LIV. PAULUS lib. 50 ad Edictum.

NEque fœmina [28] neque miles [29], neque qui Reipublicæ causa absuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, idoneus defensor intelligitur. §. 1. Tutores, qui in aliquo loco administraverunt, eodem loco & defendi debent [30].

De procuratore in rem suam.

LV. ULPIANUS lib. 65 ad Edictum.

PRocuratore in rem suam dato, præterendus [31] non [32] est dominus procuratoris in litem movendam, vel pecuniam suscipiendam: *Quia enim suo nomine utiles actiones habet, rite eas intendit.*

De rei vindicatione; & ad exhibendum.

LVI. IDEM lib. 66 ad Edictum.

AD rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum recte aget [33].

De procuratore dato, ut confestim agat. 1. De procuratoria exceptione remissa.

LVII. IDEM lib. 74 ad Edictum.

QUi procuratorem dat, ut confestim [34] agat; is intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere.

§. 1. Si quis remisit exceptionem procuratoriam, non [35] potuit ex pœnitentia eam opponere.

De mandato generali.

LVIII. PAULUS lib. 71 ad Edictum.

PRocurator, cui [36] *generaliter* [37] *libera administratio rerum* [38] *commissa est*, potest [39] exigere [40], aliud pro alio permutare [41].

LIX. IDEM lib. 10 ad Plautium.

SEd & id quoque ei mandari videtur, ut solvat creditoribus.

LX. IDEM lib. 4 Responsorum.

MAndato generali [42] non contineri etiam [43] transactionem decidendi [44] causa [45] interpositam [46]; & ideo si postea is, qui mandavit, transactionem ratam non habuit, non posse eum repelli ab actionibus exercendis.

De actione judicati.

LXI. IDEM lib. 1 ad Plautium.

PLautius ait: Procuratorem damnatum non debere conveniri, nisi [47] aut in rem suam datus esset, aut obtulisset se, cum sciret cautum non esse [48], omnibus placuit. † Idem erit observandum, & si defensoris [49] loco cum satisdatione se liti obtulerit.

De petitione legati, & de tab. exhibendis.

LXII. POMPONIUS lib. 2 ex Plautio.

AD legatum petendum procurator datus, si interdicto utatur adversus heredem DE TABULIS EXHIBENDIS [50]: procuratoria exceptio, *quasi non & hoc esset ei mandatum*, non obstat.

De mandato generali.

LXIII. MODESTINUS lib. 6 Differentiarum.

PRocurator totorum bonorum, cui res administrandæ mandatæ sunt, res domini neque mobiles, vel immobiles, neque servus sine speciali domini mandatu alienare [51] potest [52]: nisi fructus, aut alias res, quæ facile corrumpi possunt.

De translatione litis.

LXIV. IDEM lib. 3 Regularum.

IS, cujus nomine defensor exstitit, si ante [53] litem contestatam in præsentia fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere; causa cognita audiendus est.

De literis dominicis absentu.

LXV. IDEM lib. singulari de Euremeticis.

SI procuratorem absentem dominus satisdatione relevare velit [54]; literas [55] suas ad adversarium dirigere debebit, quibus significet, *Quem adversus eum procuratorem, & in qua causa fecerit, ratumque se habiturum, quod cum eo actum sit*: Hoc enim casu, literis ejus approbatis, velut præsentis procuratorem intervenire intelligendum est. Itaque etsi postea, mutata voluntate, procuratorem esse noluerit, tamen judicium, quo quasi procurator expertus est, ratum esse debet.

De stipulatione alterna.

LXVI. PAPINIANUS lib. 9 Quæstionum.

SI is, qui *Stichum vel Damam, utrum eorum ipse vellet*, stipulatus est: [&] ratum habeat, quod alterum procuratorio nomine Titius petit; facit, ut res in judicium deducta videatur, & stipulationem consumit [56].

Quo casu conveniuntur, qui desiit esse procurator.

LXVII. IDEM lib. 2 Responsorum.

PRocurator [57], qui [58] pro [59] evictione prædiorum, quæ vendidit, fidem suam adstrinxit [60], etsi [61] negotia agere desierit, obligationis tamen onere Prætoris auxilio non levabitur [62]: nam procurator, qui pro domino vinculum [63] obligationis suscepit, onus ejus frustra recusat.

An procuratore invito dominus agat.

LXVIII. IDEM lib. 3 Responsorum.

QUod procurator ex re domini, mandato non refragante, stipulatur: invito [64] procuratore, dominus petere potest.

Utrum is, qui procuratorem dedit, suæ causæ adesse possit.

LXIX. PAULUS lib. 3 Responsorum.

PAulus respondit, etiam eum [65], qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causæ suæ adesse non prohiberi [66].

Utrum fideicommissarius heredes, à quibus mandatas actiones suscepit, defendere cogatur.

LXX. SCÆVOLA lib. 1 Responsorum.

PAter filio suo pupillo tutorem dedit Sempronium, creditorem [67] suum, is, administrata tutela, reliquit fratrem suum heredem: qui & ipse decessit, & per fideicommissum nomen debitoris [68] Titio reliquit, eique [69] mandatæ sunt actiones ab heredibus [70]. Quæro, cum tam tutelæ actio, quam pecuniæ creditæ, ex hereditate Sempronii descendant, an non aliter mandata actio ei detur, quam si defendat heredes, à quibus ei actiones mandatæ sunt? Respondi, debere defendere [71].

De absentiæ causis per procuratorem reddendis.

LXXI. PAULUS lib. 1 Sententiarum.

ABsens reus causas absentiæ (per) procuratorem reddere potest [72].

De jure per procuratorem retinendo.

LXXII. IDEM lib. 1 Manualium.

PEr procuratorem non [73] semper adquirimus [74] actiones, sed retinemus [75]: veluti si reum conveniat intra legitimum tempus: vel si prohibeat opus novum fieri, ut interdictum nobis utile sit [76], QUOD VI AUT CLAM: nam & hic pristinum jus nobis conservat.

Si debitor conventus, pecuniam offerat.

LXXIII. IDEM lib. singulari de Officio Adsessorum.

SI reus paratus sit ante litem contestatam pecuniam solvere, procurator agente, quid fieri oportet [77]? nam iniquum est, cogi eum judicium accipere, propter quod suspectus videri potest, qui præsente domino non obtulit pecuniam. Quid si tunc facultatem pecuniæ non habuit, numquid cogi debeat judicium accipere? quid [enim] si & famosa sit actio? Sed hoc constat, ut ante litem contestatam præses jubeat in [78] æde sacra pecuniam deponi: hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis. Quod si lis contestata est, hoc omne officio judicis dirimendum est.

De civitatis actore.

LXXIV. ULPIANUS lib. 4 Opinionum.

NEc civitatis [79] actor negotium publicum per procuratorem agere potest [80].

Utrum absentem emptorem defendens, venditori, à quo defendi vult, de rato cavere debeat.

LXXV. JULIANUS lib. 3 Digestorum.

QUi absentem emptorem, eundemque possessorem fundi defendebat, & judicium nomine ejus accipiebat, postulabat à venditore fundi, *Ut* [81] *ab eo defenderetur*: venditor desiderabat caveri sibi, *ratam* [82] *rem emptorem habiturum*. Futo eum venditori *de rato* satisdare debere: quia, si fundum agenti restituerit, nihil prohibet dominum rem petere, & cogi venditorem rursus defendere [83].

Si defensor judicatum solvi satisfecerit, & reus solvendo esse desierit.

LXXVI. IDEM lib. 5 ad Minitium.

TItius, cum absentem defenderet, satisfecit, & prius; quam judicium acciperet, desiit [84] reus solvendo esse: quam [85] ob causam defensor recusabat judicium in se reddi oportere. Quæro, an id ei concedi oporteat? Julianus respondit: Defensor, cum satisfecit, domini loco habendus est [86]: nec multum ei præstaturus est Prætor, si eum non coëgerit judicium accipere: cum ad fidejussores ejus iri possit: & hi, quidquid præstiterint, à defensore consecuturi sint.

Quomodo defendi debet.

LXXVII. PAULUS lib. 5 [*]7*. ad Edictum.

OMnis [87] qui defenditur, boni [88] viri [89] arbitratu defendendus est.

1. *Si procurator ad duas res, unam petat.*

LXXVIII. AFRICANUS lib. 6 Quæstionum.

ET ideo non [90] potest videri viri boni arbitratu litem defendere is, qui actorem [91] frustrando [92], efficiat, ne ad exitum controversia deducatur. §. 1. Ad duas res petendas procurator datus, si unam rem petat, exceptione non [93] excluditur: & rem in judicium deducit [94].

TIT.

---

16 Debitores [57] sua, ut his cessio à superiore fit diversus.

17 Imo id tacite videtur permissum T. *i. prætor* addo ego *l. 9. §. de admin. tut. l. 2. C. de admin.*

18 Id est, non videtur in id dedisse, ut inviceem litigent. Mutua exactio generali mandato non continetur, *et hoc* Duplici continetur. *l. 46. in fin. T. eod.* vide *Cuj.* 20. *observ.* 6.

19 Vide *l. 10. in fin. T. de pact. l. 17. T. de juris et facti.*

20 *l. 66. T. eod.*

21 Defensor esse potest etiam minor 25 annis, non potius tamen, sed ex quibus causis in integrum restitui non potest, *ut hic.* An & eodem modo minor 25 annis procurator esse potest? Defensoris quam procuratoris aliam esse causam nonnulli existimant. *arg. l. 65. T. eod.* Procuratorem enim proprie esse actoris, defensorem vero rei. §. 1. *T. eod. l. si minor.* §. *hoc jure. T. de except. rei judicatæ.* Defendere porro quid sit, v. §. 1. *T. eod. & l. 22. §. 3. T. eod.* Ad hanc autem quæstionem de minore 25 annis, utrum procurator ad lites esse possit, vide Cujac. 22. *obs.* 16. *& c. 5. de procuratoribus in.* 6.

22 *l. 12. C. eod.*

23 Potest tamen postulare, *l. 1. §. minimum. T. de postulando.* & esse procurator. *l. 13. T. de manumiss. vind.*

24 Vide *l. 89. T. de acquir. hered.*

25 Vide *l. 35. §. 2. T. eodem.*

26 Vide *l. 166 T. de regul. juris.*

27 *l. 46. §. 2. T. eodem.*

28 *l. 18. C. eod.*

29 Vide tamen *l. 8. §. 2. T. eodem.*

30 *l. 19. §. 2. T. de judiciis. l. 1. 2. C. ubi de ratiociniis.*

31 *l. 25. in fin. T. eod.* adde *l. 4. C. eod. l. 4. in princ. T. de rejudic. l. 1. §. 11. T. quando appellandum.*

32 Imo præferri potest dominus: & in eum prius agi. *l. 29. T. eod.*

33 Adde *l. 62. T. eod.* est enim ad exhibendum actio præparatoria vindicationis.

34 Confestim ad agendum datus procurator, etiam post tempus litem peragere potest.

35 Semel enim suo juri renunciavit.

36 Hujusmodi procurator quasi, & pene dominus est. *Cicero pro Cecinna.*

37 Generaliter liberam administrationem rerum commissam habet procurator, vel si ei dictum sit, ut faceret quicquid faceret ipse dominus, cuique promisit dominus se ratum habiturum quicquid fecerit. *Bart. hic.* 38 Bonorum vel litium. 39 *l. 59. T. eodem. l. 9. §. 4. T. de adq. rerum. §. nihil. Instit. de rerum divis.* 40 Exigere, novare, & aliud pro alio permutare. *vulgata.* sic & Græci, χ μεταστήσαι, quod est novare, & χινησαι αργυριον ποιων, id est, permutationem facere. Potest & idem solvere creditoribus domini. *l. 59. T. eod.* institorem ponere. *l. 6. T. de institoria.* societati renunciare. *l. 65. §. renunciare. T. pro socio.* jusjurandum deferre. *l. 17. §. 3. T. de jurejur.* Hujus etiam dolus anterior & posterior nocet domino, cum particularis procuratoris dolus tantum posterior noceat. *l. 5. §. 3. T. de dolo except.* 41 Et alienare & tradere: adde & ut eas faciat accipientis. *l. 9. §. 4. T. de adquir. rer. dominio.* atqui non potest alienare. *l. 63. T. eod.*

42 Hic quasi defensor, non verus defensor. *l. 40. T. eod.* 43 Generali mandato non continetur transactio. 44 Diminuendi. *Cujac. Inst. de rer. divisi.* 45 Atqui permutare potest. *l. 58. T. eod.* 46 Nec pignus constituendi. *l. 7. §. 1. T. quibus mod. pig. solvit.* 47 *l. 4. in princ. T. de rejudicata.* 48 Præsentem dominum non satisdedisse judicatum solvi. 49 *l. 28. in fi. T. eod.*

50 Vide *l. 56. T. eod.* Goth. Quia quum aliquid injungitur, videntur ea omnia injuncta, sine quibus res injuncta commode ad exitum perduci nequit. *l. 2. T. de juriscd. omn. jud.* Anf. 51 Cur magis permutare? *l. 58. 59. T. eod.* 52 *l. 16. C. eod.* 53 *l. 16. T. eodem.* 54 *l. 1. C. eod. l. 21. T. ratam rem. l. unic. C. de satisdando. §. sin autem. de satisdat.* 55 Literis alicujus creditur, etiamsi nulli testes in illis sint adscripti: creditur, inquam, sed adversus scribentem. Socinus *regula* 246.

56 *l. 50. T. eod.*

57 Generalis. *Fidejussor*, privati hominis. An & Cæsaris? vide *l. 5. T. de jure fisci.*

58 *Ut in l. 25. in fin. l. 30. l. 61. in fine. & l. 76. eod.*

59 Atque ita hæc lex loquitur de negotiorum procuratore.

60 *l. 3. §. in tum. T. de admin. rerum.*

61 Cur? licet procurator esse desinat, non desinit tamen esse fidejussor.

62 Aliud videtur in curatore furiosi. *l. 5. T. quando ex facto tut.*

63 Obligatio, juris est vinculum. *pr. Inst. de oblig.*

64 *l. 79. T. de verb. oblig.*

65 Id est, reum.

66 Potest enim procurator cum adversario colludere, *arg. l. 29. T. de inoff.*

67 Tutorem filio meo dare possum creditorem meum. vide tamen Nov. 72. *& Authent. Minoris debitor. & ibi Accurs. C. qui dare tutores.*

68 Pupilli.

69 Titio.

70 Aut ab herede.

71 Cur ita? cum sit necessitate procurator? *l. 31. in fin. T. eod.*

72 *l. 33. §. 1. In fin. T. eod.*

73 Cur? per eos qui sunt in potestate nostra adquirimus actiones: procurator autem libera est persona. vide §. 5. *Inst. per quas personas cuique adquiritur.*

74 Adquirimus autem. *l. 68. T. eod.*

75 Jam adquisitas. *l. 17. T. de operis novi nunciat.*

76 *l. 17. T. de novi operis.*

77 Iniquum erit eum conveniri, qui vult solvere. *l. 21. T. de judiciis. l. 16. T. judicatum solvi.*

78 Vide *l. 9. C. de usuris. l. 1. §. 36. T. depositi.*

79 Σύνδικος της πόλεως. 8 *Eclog. c.* περι διτειδικητων.

74.

80 Ante litem contestatam. *arg. l. 11. C. eod.*

81 V. *quæ not. ad l. 29. T. de evict.*

82 Id est, expensas in lite factas.

83 Et eidem venditori magno condemnare. *l. ult. T. de fidejuss.*

84 Vide omnino *Tiletum, quæst.* 31. *in fin. & Accursium l. 62. T. de fidejuss.*

85 *l. 43. in fi. T. eod.*

86 *l. 43. §. ult. T. eod.*

87 Hoc sumptum ex edicto Prætoris. *l. 33. §. 3. T. eod. l. 7. §. 1. T. quibus ex causis in possess.*

88 Boni viri arbitratu non defendit, qui calumniosas exceptiones objicit. *l. 78. T. eod.*

89 *l. 45. in princ. T. eod. l. 11. §. proinde. T. de legat. 3. adde l. 5. §. ult. T. quibus ex causis in possess. l. 137. §. 2. T. de verb. oblig.*

90 *Adde l. 18. T. judicatum solvi.* 91 Frustrator non est vir bonus. 92 Id est, trahendo negotium, & inferendo judicio moras. v. *l. 24. T. quibus ex causis majores.* vide *Cujac. 6. ad Afric.*

93 Et sic dividi potest mandatum. 94 Vide *Cujac. 6. ad Afr. 3.*

TIT. IV.

QUOD [1] CUJUSCUNQUE UNIVERSITATIS NOMINE VEL CONTRA EAM AGATUR [2].

Utrum universitatem habere liceat. 1. *De rerum communione, & actore seu Syndico.* 2. *Si nemo.* 3. *Aut aliquis universitatem defendat.*

1. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

NEque societas [3], neque collegium, neque hujusmodi corpus [4] passim [5] omnibus habere conceditur: nam [6] & legibus [7], & senatusconsultis, & Principalibus constitutionibus ea res coërcetur: Paucis admodum in causis concessa sunt hujusmodi corpora: ut ecce, vectigalium [8] publicorum sociis permissum est corpus habere: vel aurifodinarum, vel argentifodinarum, & salinarum. † Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus senatusconsultis, atque constitutionibus Principalibus confirmatum est: veluti pistorum [9], & quorundam [10] aliorum [11], & naviculariorum [12], qui [&] in provinciis sunt. §. 1. Quibus autem permissum est corpus habere collegii, societatis, sive cujusque alterius [13] eorum nomine, proprium est, ad [14] exemplum Reipublicæ [15] habere res communes, arcam communem, & actorem sive Syndicum [16], per quem, tanquam in Republica, quod communiter agi fierique oporteat, agatur, fiat. §. 2. Quod si nemo eos defendat, quod eorum commune erit, possideri: & si admoniti non excitentur ad sui defensionem, *Venire* [17] *se jussorum* Proconsul ait. Et quidem non esse actorem, vel Syndicum tunc quoque intelligimus; cum is absit, aut [18] valetudine impedietur, aut inhabilis [19] sit ad agendum. §. 3. Et, si extraneus defendere velit universitatem, permittit Proconsul, sicut in privatorum defensionibus observatur: quia eo modo melior conditio universitatis fit.

Utrum actor universitatis à pluribus datus esse intelligatur.

II. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

SI [20] municipes [21], vel aliqua universitas ad agendum det actorem, non [22] erit dicendum, quasi à pluribus datum sic haberi: hic enim pro Republica [23] vel universitate intervenit, non pro singulis [24].

Quis possit nomine universitatis vel curiæ experiri.

III. IDEM lib. IX ad Edictum.

NUlli permittetur nomine civitatis vel curiæ experiri: nisi ei, cui Lex permittit, aut lege cessante ordo dedit, cum duæ [25] partes adesset aut amplius quam duæ.

IV. PAULUS lib. IX ad Edictum.

PLane, ut duæ partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernent, numerari potest [26].

V. ULPIANUS lib. VIII ad Edictum.

ILlud notandum, Pomponius ait, quod & patris [27] suffragium filio proderit, & filii, patri [28].

3. *Collatio actorum universitatis cum procuratore.*

VI. PAULUS lib. IX ad Edictum.

ITem eorum, qui in ejusdem potestate sunt: quasi Decurio enim hoc dedit, non [29] quasi domestica persona. Quod & in honorum petitione erit servandum: nisi lex municipii vel perpetua consuetudo prohibeat. §. 1. Si Decuriones decreverunt, actionem per eum movendam, quem Duumviri elegerint: is videtur ab Ordine electus: & [ideo] experiri potest: parvi enim refert, ipse Ordo elegerit, an is, cui Ordo negotium dedit. Sed si ita decreverint, *Ut, quæcunque incidisset controversia, ejus petendæ negotium Titius haberet:* ipso jure id decretum nullius momenti esse: quia non possit videri de ea re [30], quæ adhuc in controversia non sit, decreto datam persecutionem. Sed *hodie* hæc omnia per Syndicos solent secundum [31] locorum consuetudinem explicari.

§. 2. Quid, si actor datus, postea decreto Decurionum prohibitus sit, an exceptio ei noceat? Et puto, sic hoc accipiendum, ut ei permissa videatur, cui & permissa durat [32]. §. 3. Actor universitatis [33] si agat, compellitur etiam defendere: non [34] autem compellitur cavere *de rato*. Sed interdum si de decreto dubiterur, puto interponendam & *de rato* cautionem. Actor [35] itaque iste procuratoris partibus fungitur: & judicati [36] actio ei ex Edicto non datur [37], nisi in rem suam datus sit: & constitui ei potest. † Ex iisdem causis murandi actoris potestas erit, ex quibus etiam procuratoris. † Actor etiam filiusfamilias dari potest.

De actione in municipes danda. 1. *De credito & debito universitatis.* 2. *Quatenus universitas manet.*

VII. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SIcut municipum nomine actionem Prætor dedit, ita & adversus [38] eos justissime edicendum putavit. Sed & Legato [39], qui in negotium publicum sumptum fecit, puto dandam actionem in municipes. §. 1. Si quid universitati debetur, singulis non debetur: nec [40], quod debet universitas, singuli debent. §. 2. In Decurionibus, vel aliis universitatibus nihil refert, utrum [41] omnes idem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati sint. Sed si universitas ad [42] unum redit: magis admittitur, posse eum convenire, & conveniri: cum jus omnium in unum reciderit, & stet [43] nomen *universitatis*.

Quomodo creditoribus civitatis satisfit.

VIII. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

[AN] civitates, si per [44] eos, qui res earum administrant, non defenduntur, nec quicquam est corporale Reipublicæ, quod possidetur: per [45] actiones debitorum civitatis, agentibus satisfieri oportet [46].

Quæ actiones in universitatem dantur.

IX. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI tibi cum municipibus hereditas communis erit: familiæ herciscundæ judicium inter [47] vos redditur. † Idemque dicendum est in finium regundorum, & aquæ pluviæ arcendæ judicio.

Ad quæ constituitur actor, & utrum ipsi cavendum sit, an servo.

X. PAULUS lib. I Manualium.

COnstitui potest actor etiam [48] ad operis novi nunciationem, & ad stipulationes interponendas: veluti legatorum, damni infecti, judicatum solvi: quamvis servo [49] potius civitatis caveri debeat: sed & si actori cautum fuerit, utilis actio administratori rerum civitatis dabitur.

[1] Περὶ δικαιοδοσίας ἢ ἐπιτροπῆς ὁμαδικῆς ἢ κοινῆς. 8. *Eccl.* 2.

[2] Id est, de syndicis. *l.* 6. §. 1. *in fin. ff. eod.*

[3] Ἑταιρίαι, συναγωγαὶ, σώματα, *societates, collegia, corpora. Eclog ibid.*

[4] Corpus hoc, seu corporis hoc genus, ex distantibus constat corporibus. *l.* 30. *in pr. ff. de usufr.*

[5] Vide *l.* 1. *ff. de collegiis.*

[6] Collegia licita, quibus jus coeundi a Principe vel à Senatu concessum est, *ut hic. l.* 1. *ff. de collegiis. l.* 5. §. 6. *ff. de jure immunit.* at non quæ à Præsidibus, ut colligi potest ex *lib.* 10 epistolarum Plinii ad Trajanum.

[7] *l.* 5. §. *quibusdam. ff. de jure immunit. l.* 20. *in pr. ff. de reb. dub.*

[8] Societas in vectigalibus, aurifodinis, argentifodinis & salinis contrahi potest.

[9] Hi mancipes. 2. *Eclog. l. un. C. de privilegiis corporatorum Urbis Romæ. 6 Harmenop. tit. de dignitatib.* 6. *Basil.* 6. *cap.* 1. Ἀφίεται καὶ ἐξαίρετος τῶν ἀρτοποιικῶν ἐργαστηρίων, curatores pistrinorum. *Novell.* 80.

[10] Vinariorum, caligariorum, Lamprid. *in Severo.* Centonariorum, & Dendrophororum. *C. Theodos. lib.* 14. *cap.* 8. Numerantur apud autorem Synopseos collegia κηρωματῶν, χαλκέων, χοιρομαγείρων, *monetariorum, atriariorum, suariorum.*

[11] *l. ult. ff. de jure immunit.*

[12] *l. pen. in fin. ff. de jure immunit.*

[13] *l.* 7. §. 2. *ff. eod.* municipii, *l.* 2. *ff. eod.* civitatis curiæ, *l.* 3. *ff. eod.*

[14] Argumentum à Republica ad collegia licita permissaque observa: adde *l.* 20. §. *in privatorum. ff. de pet. hered.*

[15] Romanæ.

[16] *l.* 1. §. 2. *l.* 18. §. 13. *ff. de muneribus.* qui & defensor Lampridio in *Alexandro.* ex ipso corpore, & collegio eligebatur: ac præter eum, patronus: cujus extat mentio in Veteribus inscriptionibus.

[17] Adde *l.* 10. *ff. ut in possessionem legatorum.*

[18] Paria sunt non esse, & inutiliter esse. *l.* 6. *ff. qui satisdare. l.* 1. §. 2. *ff. quod falso tutore.*

[19] Paria sunt abesse, & adesse inhabiliter. Vide Damhouderium, *in Enchiridio parium. in verbo abesse.* Goth. Hinc collige, quod si citatione facta reus non compareat cum cautione & refusione sumptuum, perinde sit ac si non compareat. *l.* 5. *de his qui satisd. cog.* Inhabiles hic etiam sunt indocti, & imperiti. *arg. l.* 14. *de judic.* Ansc. 20 Vide quæ scripsi ad *l.* 7. *ff. eod.* 21 Ὁ δῆθεν σύνδικος ἀπὸ πόλεως ἢ ὁμάδος, *syndicus à civitate vel universitate datus.* 8. *Eclog.* 2. *cap.* 102.

[20] Universitas unus non plurium vicem sustinet. ut qui ab ea datus fuerit, ab uno non quasi à pluribus datus videatur: corpus unum repræsentat. 23 Quæ unum corpus constituit.

[24] Idem dicendum esse de vasallis, Bartolus ait. 25 Partes duæ civitatis, aut amplius quam duæ, quod faciunt, omnes facere videntur, vide *l.* 19. *ff. ad municipal.* adde *l.* 17. §. *item si plures.* 2. *ff. de receptis. qui arbitr.* 26 Atqui nemo seipsum eligere debet. *l.* 4. *ff. de tutor. datis.* 27 Pater filio suffragium dare potest, ut & patri filius. 28 Cur ita? collige *ex l.* 6. *in pr. ff. eod. & l.* 77. *ff. de judic. l.* 14. *ff. ad Tibellianum.* 29 Adde *l.* 15. §. *qui duos. ff. de adopt. l.* 50. *in fin. ff. ad Trebell.* 30 Imo, & ad litem futuram dantur. *l.* 3. *ff. de procurator.* 31 Vide *l.* 3. §. 4. *ff. quod vi, aut clam.* 32 Vide *l.* 10. §. *versum. ff. de in rem verso.* 33 Qui & civitatis. *l.* 9. *ff. ratam rem.* 34 8. *Eclog.* 2. *cap.* 10. Syndicus universitatis quum agit, de rato non cavet, nisi de facto in eum decreto dubitetur. 35 Actor civitatis defendere cogitur: quippe procuratoris partibus fungitur. Hujus legis hæc sententia est apud autorem *Eclogæ illo loco.* 36 Καὶ ἡ δίδομένη αὐτῷ ἱκανοδόσια, &c. neque datur ei cautio, nisi in rem suam agat, etiamsi certe ei constituatur. Ita Græci *eod. loco legunt.* 37 *l.* 28. *in pr. ff. de procur.* 38 *l.* 9. *in pr. ff. eod.* 39 *l.* 2. *in fin. ff. de legationibus. l.* 2. *in pr. C. de legationibus.* 40 *Repræsaliæ* in singulos cives alicujus civitatis non dari, ob sponsionem & debitum ipsius civitatis, hinc colligitur. 41 Vide *l.* 76. *ff. de judiciis.*

[42] Universitatis nomen in uno etiam homine consistere, retineri ac servari potest, unde notant, specie remota, removeri genus: nisi tale genus sit, ut vel in una specie conservetur. Bald. *ad l. conventicula. C. de Episcopis.* 43 Imo, ut iit collegium tres saltem esse necesse est. *l.* 85. *ff. de verb. sign.* 44 Vide quæ notavi *ad l.* 2. *ff. de adquir. poss.*

[45] Nomen in fiscum dari potest deficientibus rebus corporalibus. *l.* 16. *C. aut. Hoc nisi debitor. C. de solut. Novell.* 4. *cap.* 3.

[46] Id est, tunc ad eorum jura deveniturr. *l.* 15. §. *in venditione. ff. de re judicata.*

[47] *l.* 7. *ff. eod.*

[48] Res civitatis non ab uno administrabantur: raro enim id munus uni pro indiviso totum injungitur, sed divisim pluribus: ut pura uni, Cura kalendarii; alii, Cura operum publicorum; alii, Cura frumenti coëmendi, à quibus separatur actor. *hæc lege.*

[49] *l.* 43. §. *si procurator. ff. de procuratoribus.*

TIT. V.

DE NEGOTIIS GESTIS [50].

Utilitas Edicti.

I. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

HOc edictum necessarium [51] est: quoniam magna utilitas [52] absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel injuria rem suam amittant.

Ratio actionis directæ, & contrariæ.

II. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

SI [53] quis absentis negotia gesserit, licet [54] ignorantis: tamen quidquid utiliter in rem ejus impenderit, vel etiam ipse se in re [55] absentis alicui obligaverit [56], habeat eo nomine actionem [57]. Itaque eo casu ultro citroque nascitur actio, quæ appellatur *Negotiorum gestorum.* Et sane, sicut æquum est, ipsum actus sui rationem [58] reddere: & eo nomine condemnari, quidquid vel non, ut oportuit, gessit, vel ex his negotiis retinet: ita ex diverso justum est, si utiliter gessit, præstari ei, quidquid eo nomine vel abest ei, vel afuturum est [59].

Edictum, 1. *interpretatio verborum*, Si quis 2. negotia 3. alterius. 4. *Si pupillus gesserit.* 5. *De negotiis furiosi.* 6. *Interpretatio verborum*, Sive quis. 7. *De heredibus.* 8. *De executore.* 9. *Quo casu dolus tantum præstatur à negotiorum gestore.* 10. *Si quis sponte vel coactus, vel necessitatis suspicione gesserit.* 11. *Si alio mandante vel fidejubente gestum sit.*

III. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

AIt Prætor: SI QUIS NEGOTIA ALTERIUS [60], SIVE QUIS NEGOTIA, QUÆ CUJUSQUE, CUM IS MORITUR, FUERINT, GESSERIT, JUDICIUM EO NOMINE DABO. §. 1. Hæc verba, SI QUIS, sic sunt accipienda, SIVE [61] QUÆ: nam & mulieres negotiorum gestorum agere posse, & conveniri non dubitatur. §. 2. NEGOTIA, sic accipe: sive unum, sive plura. §. 3. ALTERIUS, inquit: & hoc ad utrumque sexum refertur. §. 4. Pupillus [62] sane, si negotia gesserit, post rescriptum Divi Pii [etiam] conveniri potest in id, quod factus est locupletior: agendo autem, compensationem ejus, quod gessit, patitur [63]. §. 5. Et si furiosi negotia gesserim; competit mihi adversus eum negotiorum gestorum actio [64]. Curatori autem furiosi [65], vel furiosæ adversus eum, eamve dandam actionem Labeo ait [66]. §. 6. Hæc verba, SIVE QUIS NEGOTIA, QUÆ CUJUSQUE, CUM [67] IS MORITUR, FUERINT, GESSERIT: significant illud tempus, quo quis post mortem alicujus negotia gessit: de quo fuit necessarium [68] edicere: quoniam neque testatoris jam defuncti, neque heredis, qui [69] nondum adiit, negotium gessisse videtur. Sed si quid accessit post mortem, utputa partus, & fœtus, & fructus; vel si quid servi adquisierint: etsi [ex] his verbis non continentur, pro adjecto tamen debent accipi. § 7. Hæc autem actio, cum [70] ex negotio gesto oriatur, & heredi & in heredem [71] competit. §. 8. Si executor [72] à Prætore in negotio meo datus dolum mihi fecerit, dabitur mihi adversus eum [73] actio [74]. §. 9. Interdum [75] in negotiorum gestorum actione Labeo scribit dolum solummodo versari: nam, si [76] affectione coactus, ne bona mea distrahantur, negotiis te meis obtuleris: æquissimum esse, dolum duntaxat te præstare. Quæ sententia habet æquitatem. §. 10. Hac actione tenetur non solum is, qui sponte, & nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis alienis, & ea gessit, verum & is, qui aliqua necessitate urgente [77] vel necessitatis suspicione [78] gessit. §. 11. Apud Marcellum libro secundo Digestorum quæritur, si, cum proposuissem negotia Titii gerere, tu mihi mandaveris [79], ut geram: an utraque actione uti possim? Et ego puto, utramque locum habere: quemadmodum ipse Marcellus scribit, si fidejussorem [80] accepero negotia gesturus: nam & hic dicit, adversus utrumque esse actionem.

IV. IDEM lib. XLV ad Sabinum.

SEd videamus, an fidejussor hic habere aliquam actionem possit? & verum est, negotiorum gestorum eum agere posse: nisi donandi [81] animo fidejussit.

De errore gestoris.

V. IDEM lib. X ad Edictum.

ITem si, cum putavi [82] à te mihi mandatum, negotia gessi: & hic nascitur negotiorum gestorum actio, cessante [83] mandati actione. † Idem est etiam, si pro te fidejussero, dum puto mihi à te mandatum esse. §. 1. Sed [84] & si, [cum] putavi Titii negotia esse, cum essent, Sempronii, ea gessi, solus [85] Sempronius mihi actione negotiorum gestorum tenetur.

[50] Περὶ ἀγωγῆς ἀδεσπότου. 11. C. XIX. *Harmenopul. 5. tit.* 11. Paul. 1 *sent.* 4.

[51] Atqui in culpa & curiosius videtur esse, qui rei ad se non pertinenti se immiscet. *l.* 36. *ff. de regulis.* Et ita est, si suo tantum commodo id faciat, non ad ejus utilitatem, cujus negotium gerendum in se recepit.

[52] *l.* 5. *in pr. ff. de obligat.* §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex quasi contr.* 8. *Eclog.* 2. *ex lib.* 17. *c.* 1.

[53] *Eclog. ib. c.* 2. 5 *Harm.* 11. § 61.

[54] *l.* 3 §. 5. *ff. eod.*

[55] *Al.* rem.

[56] Ulpian. *in fragmentis. tit.* 7. §. 3.

[57] Contrariam. *l.* 45. *ff. eod.*

[58] Rationem actus sui reddere negotiorum gestor tenetur, *ut hic.* & tutor. vide *l.* 5. §. 7. *ff. de administ. tut.* ut & procurator. *l.* 46. §. 4. *ff. de procur.*

[59] Etiam usuras sumptuum. *l.* 18. *C. eod.*

[60] Absentis, *l.* 1. *l.* 2. *ff. eod.* masculi, fœminæ, §. 3. *ff. eod.* furiosi. §. 5. *ff. eod.*

[61] *l.* 1. *ff. de verb. sign. l.* 3. §. 1. *ff. de homine libero.*

[62] Pupilli sine si quis negotia. Cujac. 1. *obs.* 7. *arg. l.* 6. *in prince. l.* 37. *ff. eod. l.* 2. *C. eod.*

[63] Cur ita? *v. l.* 6. *ff. de compensat.*

[64] Ergo obligatur, sed ex iis causis, ex quibus ignorans obligaretur.

[65] Vide *l.* 24. *in fin. ff. de oblig.*

[66] Vide *l.* 1. §. 2. *ff. de contraria tutel.*

[67] Dixi *l.* 13. *ff. eod.*

[68] Imo, heredis gessit negotium, *l.* 28. §. *ult. ff. de fidejuss.*

[69] *l.* 40. *ff. de oblig. l.* 25. *l.* 70 §. 4. *ff. de fidejuss.*

[70] Heredi & in heredem dantur quæ ex negotio gesto oriuntur.

[71] Vide *l.* 6. *C. eod.*

[72] Sententiæ.

[73] Negotiorum, *l.* 21. *in fin. ff. eod.*

[74] Interdum de dolo. *l.* 50. *ff. de evict.*

[75] Qui aliena negotia gerit, & bonam fidem & exactam diligentiam rebus ejus pro quo interveniit, præstare debet. Paulus 1 *sent.* 4. §. 1. & ut loquitur Theophilus, §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex quasi contractu.* ἀκριβεστάτην καὶ ὑπερβάλλουσαν ἐπιμέλειαν, exactissimam & pene modum excedentem diligentiam majorem, quam in suis rebus præstare solet, eam quam alius diligentior adhiberet: ut hinc constet præstari à gestore dolum & omnem culpam, *l.* 20. *C. eod. l.* 24. *C. de usur.* interdum tamen dolum tantum, *ut hic.* interdum casum etiam præstat. *l.* 11. *ff. eod. Eclog. ibid. cap.* 10. 76 Deserta negotia qui alterius gerit, dolum & latam tantum culpam præstat. 77 *l.* 17. *C. eod. l.* 4. *in fin. C. qui dare tutores. l.* 2. *C. de heredib. tutor.* 78 Negotiorum actio datur adversus eum, qui gessit necessitate vera vel putativa. Bart. 79 *l.* 16. *C. eod.*

[80] Vide *l.* 30. *ff. de fidejussoribus.* 81 *l.* 12. *C. eod. l.* 20. *ff. mandati.* 82 *l.* 45. §. 2. *ff. eod. l.* 6. *l.* 14. §. 1. *vers. diversum. l.* 29. *ff. communi dividundo.* 83 Quia nullum mihi mandatum negotium est: opinio mea mandatum non facit, nec actionem mandati parit, sed rei gestæ veritas. 84 Hæc particula *sed*, notat diversitatem facti & juris: *sed etsi*, diversitatem facti, identitatem juris, *Alberic. hic.* 85 Cur? quia adversus Titium actionem non habeo, & sine actione agere non possum.

De negotiis pupillis. 1. Si procuratori datum sit contemplatione domini. 2. De re præferenda. 3. De eo qui in rei suæ causa gessit. 4. Negotium alterius quomodo accipitur. 5. Si quis quasi servus gesserit. 6. De negotiis peculiaribus. 7. De negotiis bona fide servientis. 8. De negotio unius nomine alterius gesto.

VII. JULIANUS lib. III Digestorum scribit.

SI pupilli tui negotia gessero, non mandatu [87] tuo, sed ne tutelæ judicio tenearis: negotiorum gestorum te habebo obligatum: sed & pupillum [88]: modo si locupletior fuerit factus.

§. 1. Item, si procuratori tuo [89] mutuam pecuniam dedero tui [90] contemplatione, ut creditorem tuum, vel pignus tuum liberet: adversus te negotiorum gestorum habebo actionem: adversus eum, cum quo contraxi, nullam. Quid tamen si à procuratore tuo stipulatus sum? Potest dici superesse mihi adversus te negotiorum gestorum actionem: quia ex abundanti hanc stipulationem interposui. §. 2. Si quis pecuniam, vel aliam quandam rem ad me perferendam [91] acceperit: quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio adversus eum competit.

§. 3. Sed & si quis negotia mea gessit, non mei contemplatione, sed [92] sui lucri causa: Labeo scripsit, suum eum potius, quam meum negotium gessisse: qui enim deprædandi causa accedit, suo lucro, non meo commodo studet. Sed nihilominus, imo magis, & is tenebitur negotiorum gestorum actione. † Ipse tamen, si circa res meas aliquid impenderit, non in id, quod ei abest, quia improbe ad negotia mea accessit, sed [93] in quod ego locupletior factus sum, habet contra me actionem [94]. §. 4. Si quis ita simpliciter versatus est, ut suum negotium in suis bonis, quasi meum gesserit: nulla ex utroque latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patiatur. Quod si [95] & suum & meum, quasi meum, gesserit: in meum tenebitur. Nam & si cui mandavero, ut meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune: dicendum esse Labeo ait, si & tuum gessit sciens, negotiorum gestorum eum tibi teneri. §. 5. Si quis quasi [96] servus meus negotium meum gesserit, cum esset vel libertus, vel ingenuus: dabitur negotiorum gestorum actio. §. 6. Sed si ego tui filii negotia gessero, vel servi, videamus, an tecum negotiorum gestorum habeam actionem? & mihi videtur verum, quod Labeo distinguit, & Pomponius lib. 26 probat: ut, si quidem contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi tenearis: quod si amicitia [97] filii tui, vel servi, vel eorum contemplatione, adversus patrem vel dominum de peculio duntaxat dandam actionem. † Idemque est & si sui juris esse eos putavi. Nam & si servum non necessarium emero filio tuo, & tu ratum habueris, nihil [98] agitur ratihabitione, eodem loco Pomponius scribit: hoc adjecto, quod putat, & si nihil sit in peculio, quoniam plus patri dominove debetur: & in patrem dandam actionem, in quantum locupletior ex mea administratione factus sit [99]. §. 7. Sed si hominis liberi, qui tibi bona fide serviebat, negotia gessero: siquidem putans tuum esse servum gessi, Pomponius scribit, earum rerum [peculiarium] causa, quæ te sequi debent, tecum mihi fore negotiorum gestorum actionem: earum vero rerum, quæ ipsum sequuntur, non tecum, sed cum ipso: Sed si liberum scivi: earum quidem rerum, quæ eum sequuntur, habebo adversus eum actionem: earum vero quæ te sequuntur, adversus te. §. 8. Si Titii servum putans, qui erat Sempronii, dedero pecuniam, *ne occideretur*: ut Pomponius ait, habebo negotiorum gestorum adversus Sempronium actionem.

§. 9. Item quæritur apud Pedium lib. 7, Si Titium quasi [100] debitorem tuum, extra judicium admonuero, & is mihi solverit, cum [1] debitor non esset: tuque postea cognoveris [2], & ratum habueris: an negotiorum gestorum actione me possis convenire? Et ait, dubitari posse: quia nullum negotium tuum gestum est, cum debitor tuus non fuerit. Sed ratihabitio [3], inquit, fecit tuum negotium: & sicut ei à quo exactum est, adversus eum datur repetitio [4], qui ratum habuit: ita & ipsi debebit, post ratihabitionem, adversus me competere actio. Sic ratihabitio constituet [5] tuum negotium, quod ab initio tuum non erat, sed tua contemplatione gestum. §. 10. Item ait, si Titii debitorem, cui te heredem putabam, cum esset Seius [heres,] convenero similiter, & exegero; mox tu ratum habueris: esse mihi adversus te, & tibi mutuam [6] negotiorum gestorum actionem [7]. Atquin alienum negotium gestum est. Sed ratihabitio hoc conciliat [8]: quæ res efficit, ut tuum negotium gestum videatur, & à te hereditas peti possit. §. 11. Quid ergo (inquit Pedius) si, cum te heredem putarem [9], insulam fulsero hereditariam; tuque ratum habueris? an sit mihi adversus te actio? Sed non [10] fore ait: cum hoc facto meo alter [11] sit locupletatus; & alterius reipsa gestum negotium sit: nec possit, quod alii adquisitum est ipso gestu, hoc tuum negotium videri. §. 12. Videamus in persona ejus, qui negotia administrat; si quædam gessit, quædam non; contemplatione [12] tamen ejus alius ad hæc non accessit, & si vir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea gesturus fuit: an dici debeat, negotiorum gestorum eum teneri [&] propter ea [13], quæ non gessit? Quod puto verius. † Certe si quid à se [14] exigere debuit, proculdubio hoc ei imputabitur: quamquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non convenerit: quoniam [15] conveniendi eos judicio facultatem non habuit, qui [16] nullam actionem intendere potuit, tamen à semetipso cur non exegerit, ei imputabitur: etsi forte non fuerit usurarium debitum, incipit [17] esse usurarium: ut Divus Pius Flavio Longino rescripsit: nisi forte, inquit, usuras ei remiserat.

VII. PAULUS lib. IX ad Edictum.

QUia tantundem in bonæ [18] fidei judiciis officium judicis [19] valet [20], quantum in stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio.

1. De fructibus. 2. An post directum contrario judicio agi possit. 3. Si is gesserit, quem unus ex sociis prohibuit.

VIII. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SI autem is fuit, qui negotia administravit, à quo mandatum non exigebatur: posse ei imputari, cur oblata *de rato* cautione, eum non convenit: si modo facile ei fuerit satisdare. Certe in [21] sua persona indubitatum est: & ideo si ex causa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur [22], & tempore liberatus est: nihilominus negotiorum gestorum actione erit obligatus. Idem erit dicendum & in ea causa, ex qua heres non tenetur, ut Marcellus scribit. §. 1. Item si fundum tuum, vel [23] civitatis per obreptionem petiero, negotium tuum, vel civitatis gerens, & ampliores [24], quam oportuit, fructus fuero consecutus: debebo [25] hoc ipsum tibi, vel Reipublicæ præstare, licet petere non potuerim.

§. 2. Si quocunque modo ratio compensationis habita non est à judice [26]: potest contrario judicio agi. Quod si post examinationem reprobatæ fuerint pensationes: verius est, quasi re judicata, amplius agi contrario judicio non posse: quia exceptio rei judicatæ opponenda est. §. 3. Julianus lib. 3 tractat; Si ex duobus sociis alter me prohibuerit administrare, alter non; an adversus eum, qui non prohibuit, habeam negotiorum gestorum actionem? movetur eo, quod si data fuerit adversus eum actio, necesse erit & eum pertingi, qui vetuit: sed & illud esse iniquum, cum, qui non prohibuit, alieno facto liberari [27]: cum, si imutuam pecuniam alteri ex sociis, prohibente socio, dedissem, utique eum obligarem: & puto secundum Julianum debere dici, superesse contra eum, qui non prohibuit, negotiorum gestorum actionem: ita tamen, ut is, qui prohibuit, ex nulla parte, neque [28] per socium, neque per ipsum aliquid damni sentiat.

De comprobatione domini & de negotio utiliter gesto.

IX. SCÆVOLA lib. I Quæstionum.

POmponius scribit [29], si negotium à te, quamvis male gestum, probavero: negotiorum tamen gestorum te mihi non teneri. Videndum ergo ne in dubio hoc, an ratum habeam, actio negotiorum gestorum pendeat: nam quomodo, cum semel cœperit, nuda voluntate tolletur [30]? sed superius ita [verum] se putare, si [31] dolus malus abfuit. [Scævola:] Imo puto, etsi comprobem, adhuc negotiorum gestorum actionem esse: Sed eo dictum, te mihi non teneri, quod reprobare [32] non [33] possim semel probatum: & quemadmodum, quod [34] utiliter gestum est, necesse est [35] apud judicem pro rato haberi: ita [36] omne, quod ab ipso [37] probatum est. Cæterum, si, ubi probavi, non est negotiorum actio, quid fiet, si à debitore meo exegerit, & probaverim? quemadmodum recipiam? item si vendiderit? ipse denique, si quid impendit, quemadmodum recipiet? nam utique mandatum non est: erit igitur & post ratihabitionem negotiorum gestorum actio.

De utiliter gesto, & de fortuito eventu.

X. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SEd an ultro [38] mihi tribuitur actio sumptuum, quos feci? & puto competere: nisi specialiter id actum est, ut neuter adversus alterum habeat actionem. §. 1. Is autem, qui negotiorum gestorum agit, non solum si effectum habuit negotium, quod gessit, actione ista utetur: sed sufficit, si utiliter [39] gessit [40], etsi effectum non habuit negotium: & ideo [41], si insulam fulsit, vel servum ægrum curavit [42], etiamsi insula exusta est, vel servus obiit, aget negotiorum gestorum: idque & Labeo probat. † Sed (ut Celsus refert) Proculus apud eum notat, non semper debere dari. Quid enim si eam insulam fulsit, quam dominus quasi impar sumptui dereliquerit [43], vel quam sibi necessariam non putavit? Oneravit (inquit) dominum secundum Labeonis sententiam [44]: cum unicuique liceat & damni infecti nomine rem derelinquere [45]. Sed istam sententiam Celsus eleganter deridet [46]: is enim negotiorum gestorum (inquit) habet actionem, qui utiliter negotia gessit: non autem utiliter negotia gerit, qui rem non necessariam, vel quæ oneratura est patremfamilias, adgreditur. † Juxta hoc est & quod Julianus scribit: eum, qui insulam fulsit, vel servum ægrotum curavit, habere negotiorum gestorum actionem, si utiliter hoc faceret, licet [47] eventus non sit secutus. † Ego quæro, quid si putavit se utiliter facere, sed patrifamilias non expediebat? Dico hunc non habiturum negotiorum gestorum actionem: ut enim eventum non spectamus, debet utiliter esse cœptum.

De culpa, dolo & casu. De lucri & damni compensatione.

XI. POMPONIUS lib. XXI ad Quintum Mucium.

SI [48] negotia absentis & ignorantis geras: & culpam [49], & dolum præstare debes. Sed Proculus, interdum [50] etiam casum præstare debere, veluti si novum [51] negotium, quod non [52] sit solitus absens facere [53], tu nomine ejus geras: veluti venales novicios [54] coëmendo, vel aliquam negotiationem incundo: nam si quid damnum ex ea re secutum fuerit, te sequetur: lucrum vero, absentem: quod si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum: absens pensare lucrum cum damno debet [55].

De negotiis captivi. 1. Vel filiifam. militis. 2. Vel hereditarii.

XII. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SUccessori ejus, cujus fuerunt negotia, qui [56] apud hostes decessit, hæc actio danda erit. §. 1. Sed si filiifamilias militis defuncti testamento facto gessi; similiter erit danda actio.

§. 2. Sicut autem in negotiis vivorum gestis sufficit utiliter negotium gestum [57]: ita & in bonis mortuorum [58], licet diversus exitus sit.

De causa & culpa.

XIII. PAULUS lib. IX ad Edictum.

DEbitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit: hujus hereditatis curationem [59] suscepi, & impendi decem: deinde redacta ex venditione rei hereditariæ centum in arca reposui: hæc sine culpa mea perierunt: Quæritum est, an ab herede, qui quandoque extitisset, vel creditam pecuniam quinquaginta petere possim, vel decem, quæ impendi? Julianus scribit, in eo verti quæstionem, ut animadvertamus, an justam causam habuerim sepenumerandorum centum: nam si debuerim & mihi [60], & cæteris hereditariis creditoribus solvere; periculum non solum sexaginta, sed & reliquorum quadraginta [milium] me præstaturum; decem tamen, quæ impenderim retenturum [61], [id est, sola nonaginta restituenda:] si vero justa causa fuerit, propter quam integra centum custodirentur, veluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna trajectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committeretur: non solum decem, quæ in hereditaria negotia impenderim, sed etiam quinquaginta quæ mihi debita sunt, ab herede me consequi posse [62].

De

8- Vide *l.* 4. *C. eod.*

88 *l.* 34. *circa fin. ff. eod.*

89 Ut *l.* 31. *in pr. ff. eod.* pupillus tenetur locupletior factus ex quali contractu.

90 Quid si ejus contemplatione? v. *l.* 13. *C. si certum petatur.*

91 Perferendum ad me qui quid accipit, negotium gestorum actione mihi tenetur, *ut hic.* si meo mandato, etiam mandati. *l.* 1. §. 1. *ff. de procuratorib.* adde *l.* 65. *ff. de adquir. rerum dominio.*

92 *l.* 60. §. 1. *in fin. ff. mandati.*

93 Cur ita? vide *l.* 14. *ff. de condict. indeb.* adde *l.* 38. *in fin. ff. de pet. hered.*

94 Non mero jure, sed officio judicis: vide quæ notavi ad *l.* 38. *ff. de pet. hered.*

95 *l.* 14. *C. eod.*

96 *l.* 19. §. *si libero. l.* 36. *ff. eod.*

97 Adde *l.* 44. *ff. eod.*

98 Cur ita? vide *c.* 9. *de regulis in* 6. & *l.* 60. *ff. de regulis juris.* Imo aliquid agitur. *l. un. C. si in communi.* Goth. Utrumquod alieno nomine gestum sit, ratum haberi possit, vid. Afflict. *decis.* 180. & posse ratum haberi tenet Thomas Grammaticus, *decis.* 103. *num.* 11. 12. 13. *num.* 47. 48. & 108. *l.* 56. *ff. de judic.* Vide quædam singularia ad hanc materiam, apud Decium in *l. semper qui.* 60. *ff. de reg. jur.* Anf.

99 Est hic casus, ubi in actione de peculio non deducitur id, quod patri debetur. ut *l.* 1. §. *si cum impubere. ff. de peculio.*

100 Vide *l.* 23. *ff. eod.*

1 Vide *l.* 23. *ff. eod.*

2 Vide *l.* 14. *in princ. ff. de condict. causa data.*

3 Vide *l.* 12. *in fin. ff. de solutionib.*

4 *l.* 80. §. *si Titius. ff. de furtis.*

5 Imo non constituet. *l.* 22. §. 2. *ff. ratam rem haberi.*

6 *l.* 8. *in fin. ff. eod.*

7 Imo mandati. *l.* 60. *ff. de reg. jur.*

8 Id est, facit ratihabitio, ut tuum negotium gestum videatur.

9 Cum tu non esses heres.

10 Contra non obligatum agi non potest, *ut hic.* Imo potest. dixi *l.* 2. *C. de pactis.*

11 Non tu.

12 Vide *l.* 1. *in fin. ff. de eo, qui pro tutore.*

13 *l.* 17. §. *sicut. ff. commodati.*

14 Vide *l.* 38. *in pr. ff. eod.*

15 Vide *l.* 39. *ff. eod. l.* 5. §. *penult. ff. de præscriptis verbis.*

16 *l.* 20. *C. eod.*

17 Vide *l.* 38. *in princ. ff. eod.*

18 Et sic in negotio gesto, quod bonæ fidei judicium est.

19 Idem in arbitro. vide *l.* 24. *ff. depositi.*

20 Cum mora. v. *l.* 54. *in princ. ff. locati.*

21 Vide *l.* 38. *in princ. ff. eod. l.* 6. *in fin.* §. 7. *ff. eod.* 22 *l.* 19. *in princ. ff. eod.* 23 Vide *l.* 23. *ff. eod.* 24 Negotiorum gestor etiam injustum compendium restituit: at non lucrum, quod facere potuit.

25 *l.* 46. §. *procurator. 4. ff. de procuratoribus.*

26 *l.* 7. §. 1. *ff. de compensat.*

27 Atqui novum non est in jure civili, ut alieno facto liberemur. *l.* 39. *ff. eod. l.* 23. *ff. de solut.*

28 Directo qui non tenetur, nec per obliquum teneri debet. *arg. l. fin. C. de usuris.*

29 Vid. Anton. Fab. 4. *conject.* 10. Leonin. *emendat. lib.* 7. *c.* 17. Anf.

30 Quidni tollitur, cum injuriam dissimulatione tolli constet. *l.* 11. §. 1. *ff. de injur.* §. *ult. Inst. de injuriis.*

31 Dolus non comprehenditur in remissione simplici. *l.* 20. §. 1. *ff. de liberat. legata.*

32 *l.* 47. *ff. soluto. l.* 17. §. *penult. ff. de adulter.*

33 Imo possum, *l.* 11. § *penult. ff. de muneribus. l.* 2. *C. de profess. & med.*

34 Quod utiliter gestum est, dominus ratum habere cogitur. *Eclog. eod. cap.* 8.

35 Imo non est, *l.* 4. *C. si certum.*

36 Ratum habere quisque cogitur, quod semel probavit, etiamsi male gestum sit. *Eclog. ibid.* §. *Harmenop.* 6. §. 90.

37 Domino.

38 Id est, contraria, ut directa, *l.* 17. §. 1. *ff. commodat.* id est, antequam, vel, etiamsi dominus non agat directa negotiorum gestorum actione, utrum mihi debitur etiam actio ad sumptus quos feci? Id enim ultro actionem dare & tribuere est, ut *l.* 1. §. 6. *ff. ut ex facto.*

39 In rem domini ejusque commodum.

40 Utiliter cœpit, ut *l.* 17. *in pr. ff. de in rem verso. l.* 56. *in fin. ff. mandati.*

41 *Eclog. eod. c.* 9.

42 *l.* 10. *C. eod.*

43 Confer *l.* 25. *de pign. act. l.* 31. *fam. ercisc. l.* 27. §. 4. *mandat.* Anf.

44 *l.* 27. *in pr. ff. eod.*

45 Quoties stipulanti cavere non vult. *l.* 7. §. *hoc edictum. ff. de damno infecto.*

46 Vide Cujac. 17. *obs.* 39. *l. pen. ff. in quibus causis pignus vel hypoth. tacite contrahitur.*

47 Ut §. 1. *ff. eod.* adde *l.* 12. *in fin. l.* 13. 22. *ff. eod. l.* 17. *in pr. ff. de in rem verso. l.* 3. §. *post est. ff. de cur. fur.* idem in bonæ fidei possessore, ut & tutore & curatore, vide *l.* 38. *ff. de petit. hered.* vide quæ notavi de impensis ad *Navell.* 6. *c.* 8

48 *Eclog. eod. cap.* 10.

49 Etiam levem, *l.* 20. *circ. med. C. eod.* & leviss. imam, ut dixi, *l.* 3. §. 9. *ff. eod.*

50 Non communiter, *l.* 22. *ff. de regulis juris.* adde quæ scripsi ad *l.* 3. §. 9. *ff. eod.*

51 Nova negotia inchoare gestori non licet.

52 Insolita haud tentanda seu inchoanda gestori. 53 Tria sunt genera negotiorum, novum, insuetum, desertum. 54 Vide *l. ult. in fin. ff. de ædilitio.* 55 Imo non debet. *l.* 23. *in fin. ff. pro socio.* 56 *l.* 20. *ff. eod.* 57 Cœptum, inchoatum, ut *l.* 10. §. 1. & *ult. ff. eod.* & ita exitum spectari sufficit, & initium utile fuisse. 58 Mortui negotium geri potest: aut verius, eo mortuo, ejus, ad quem bona defuncti perventura sunt. ut *l.* 13. *ff. eod.*

59 Id est, gestionem & procurationem voluntariam suscepi: denique procurari ejus negotia hereditaria, cum nondum ejus hereditas esset. Interdum etiam curator bonis datur, idque fieri solet, variis tamen de causis, *l.* 15. *in princ. ff. quib. ex causis majores. l.* 9. *in princ. ff. de cur. fur. inst. l.* 23. *in princ. ff. de hered. instit.* His adde, de curatore bonis dando, *l.* 1. *in fin. ff. de muneribus & honoribus. l.* 7. §. 1. *ff. de privilegiis creditorum.* five *l.* 22. §. 1. *ff. de reb. aut. jud. poss.*

60 Ut in *l.* 9. §. *sicut autem.* 5. *ff. de administ. tut.* 61 Id est, compensaturum. §. *in hanc.* 30. *Instit. de act.* 62 Atque ita gestor casum fortuitum non præstat, nisi casum culpa præcedat. Bart.

De filiofamil. & ancilla.

XIV. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SI 64 filiusfamilias 65 negotia gessisse proponatur: æquissimum erit, in patrem quoque actionem dari, sive peculium habet, sive in rem patris sui vertit 66. † Et, si ancilla, simili modo.

De initio gestionis. De numero negotiorum.

XV. PAULUS lib. IX ad Edictum.

POmponius lib. XXVI, in negotiis gestis, initio 67 cujusque temporis conditionem spectandam ait: *Quid enim*, inquit, *si pupilli negotia cœperim gerere; & inter moras pubes factus sit? vel servi, aut filiifamiliæ, & interea liber, aut paterfamilias effectus sit?* hoc & ego verius esse didici: nisi si ab initio quasi 68 unum negotium gesturus accessero, deinde alio animo ad alterum accessero eo tempore, quo jam pubes, vel liber, vel paterfamilias effectus est: hic enim quasi plura negotia gesta sunt: & pro qualitate personarum 69 & actio 70 formatur 71, & condemnatio moderatur 72.

XVI. IDEM lib. VII ad Plautium.

SEd & cum aliquis negotia mea gerit, non multa negotia sunt, sed unus 73 contractus: nisi si ab initio ad unum negotium accessit, ut finito eo discederet: hoc enim casu, si nova voluntate aliud quoque adgredi cœperit, alius contractus est.

De eo, quod quis in servitute gessit.

XVII. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

EUm actum, quem quis in servitute egit, manumissus non 74 cogitur reddere 75. † Plane si quid connexum 76 fuit, ut 77 separari ratio ejus, quod in servitute gestum est, ab eo, quod in libertate gessit, non possit: constat venire in judicium vel mandati, vel negotiorum gestorum, & quod in servitute gestum est. Denique si tempore servitutis aream emerit, & in ea insulam ædificaverit, eaque corruerit; deinde manumissus fundum locaverit, sola locatio fundorum in judicio negotiorum gestorum deducetur: quia ex superioris temporis administratione nihil amplius judicio deduci potest, quam id, sine quo ratio libertatis tempore administratorum negotiorum expediri non potest.

XVIII. PAULUS lib. IX ad Edictum.

PRoculus, & 78 Pegasus bonam 79 fidem eum, qui in servitute gerere cœpit, præstare debere 80 aiunt: ideoque quantum 81, si alius 82 ejus 83 negotia gessisset, servare potuisset; tantum eum, qui à semetipso 84 non exegerit, negotiorum gestorum actione præstaturum, si aliquid habuit in peculio, cujus retentione id servari potest. [Idem Neratius.]

2. *De necessitatis suspicione.* 3. *De gestore rem domini usucapiente.* 4. *De usuris.* 5. *De negotiis captivi.*

XIX. IDEM lib. II ad Neratium.

ATquin natura 85 debitor fuit, etiamsi in peculio nihil habuit, [&] sibi postea solvere debet in eodem actu perseverans: sicut is, qui temporali 86 actione tenebatur, etiam post tempus exactum negotiorum gestorum actione id præstare cogitur.

§. 1. Scævola noster ait, putare se, quod Sabinus scribit debere *in capite rationem reddendum*, sic intelligi, ut appareat, quid reliquum fuerit tunc 87, cum primum liber esse cœperit; non ut dolum, aut culpam in servitute admissam in obligationem revocet: itaque si inveniatur vel malo 88 more pecunia in servitute erogata, liberabitur. §. 2. Si libero 89 homini, qui bona fide mihi serviebat, mandem 90, ut aliquid agat: non fore cum eo mandati actionem, Labeo ait: quia non libera voluntate exsequitur rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate servili: erit igitur negotiorum gestorum actio: quia & gerendi negotii mei habuerit affectionem, & is fuit, quem obligare possem. §. 3. Cum me absente negotia mea gereres, imprudens rem meam emisti, & ignorans usu 91 cepisti 92: mihi negotiorum gestorum, ut restituas, obligatus non es: sed si antequam usucapias, cognoscas 93 rem meam esse: subjicere 94 debes aliquem, qui à te petat meo nomine, ut & mihi rem, & tibi stipulationem evictionis committat: nec videris dolum malum facere in hac subjectione: ideo enim hoc facere debes, ne actione negotiorum gestorum tenearis. §. 4. Non 95 tantum sortem, verumetiam usuras ex pecunia aliena 96 perceptas negotiorum gestorum judicio præstabimus: vel etiam quas percipere potuimus. Contra quoque usuras 97, (quas) præstavimus, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia impendimus, servabimus 98 negotiorum gestorum judicio.

§. 5. Dum apud hostes esset Titius, negotia ejus administravi: postea reversus est, negotiorum gestorum mihi actio competit, etiamsi eo tempore, quo gerebantur, dominum non habuerunt.

XX. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SIn autem apud hostes constitutus decessit, & successori, & adversus successorem ejus, negotiorum gestorum directa & contraria competit.

De negotiis hereditariis. 2. *De morte domini.* 3. *De eo qui mandavit negotia aliena gerenda.*

XXI. PAULUS lib. IX ad Edictum.

NAm & Servius respondit (ut est relatum apud Alfenum libro XXXIX Digestorum): cum à Lusitanis tres capti essent, & unus ea 99 conditione missus, *uti pecuniam pro tribus adferret, & nisi redisset, ut duo pro* 100 *eo quoque pecuniam darent*, isque reverti noluisset, & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam solvissent: [Servius respondit] æquum 1 esse, Prætorem in eum reddere judicium.

§. 1. Qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem 2, seque ei obligat: ideoque nihil refert, an etiam 3 publius heres existat: quia id æs alienum cum cæteris hereditariis oneribus ad eum transit. §. 2. Si, vivo Titio, negotia ejus administrare cœpi: intermittere mortuo eo non debeo: nova 4 tamen inchoare necesse mihi non est: vetera explicare, ac conservare necessarium est: ut accidit, cum alter ex sociis mortuus est: nam quæcunque prioris negotii explicandi causa geruntur, nihilum 5 refert, quo tempore consummentur 6, sed quo tempore inchoarentur. §. 3. Mandatu tuo negotia mea Lucius Titius gessit: quod is non recte gessit, tu mihi actione negotiorum gestorum teneris: non 7 in hoc tantum, ut actiones tuas præstes, sed etiam quod 8 imprudenter eum elegeris: [ut] quidquid detrimenti negligentia ejus fecit, tu mihi præstes.

De casu.

XXII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

SIve hereditaria negotia, sive ea, quæ alicujus essent, gerens aliquis, necessario rem emerit: licet ea interierit: poterit, quod impenderit, judicio negotiorum gestorum consequi: veluti si frumentum, aut vinum familiæ paraverit, idque casu quodam interierit 9: forte incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina, vel incendium, sine vitio ejus acciderit: nam cum propter ipsam ruinam, aut incendium damnandus sit: absurdum est 10, eum istarum rerum nomine, quæ ita consumptæ sunt quicquam consequi.

De Indebito *exacto & soluto.*

XXIII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerens indebitum 11 exegerit, restituere cogitur 12: de eo autem quod indebitum solvit, magis est ut sibi imputare debeat.

De pecunia gestori soluta.

XXIV. IDEM libro XXIV ad Edictum.

SI [ego] 13 hac mente 14 pecuniam procuratori 15 dem, ut ea ipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non 16 adquiritur 17. Potest tamen creditor, etiam invito me 18 ratum habendo, pecuniam suam facere: quia 19 procurator in accipiendo creditoris duntaxat 20 negotium gessit: & ideo creditoris ratihabitione liberor.

Plus *quam oportet, si gestor impenderit.*

XXV. IDEM lib. XXVII ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerens, plus 21 quam oportet impenderit: reciperaturum eum id 22, quod præstari debuerit.

Si ex pluribus gestoribus unus non solvendo decesserit.

XXVI. MODESTINUS lib. I Responsorum.

CUm alicui civitati 23 per fideicommissum restitui jussa esset hereditas; Magistratus actores horum bonorum Titium, & Seium, & Gaium idoneos creaverunt: postmodum hi actores inter se diviserunt administrationem bonorum, idque egerunt sine 24 autoritate, & sine consensu Magistratuum: post aliquod tempus testamentum, per quod restitui civitati hereditas fideicommissa esset, irritum 25 probatum est pro tribunali: atque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit: sed ex his actoribus unus non solvendo decessit: & nemo heres ejus extitit. Quæro, si Sempronius conveniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? *Herennius Modestinus* respondit, quod ab uno ex actoribus ob ea quæ solus gessit, negotiorum gestorum actione servari non potest, ad damnum ejus 26, cui legitima hereditas quæsita est, pertinere.

De impensis Voluptuariis. 1. *Pietatis respectu factis.*

XXVII. IDEM lib. II Responsorum.

EX duobus fratribus, uno quidem suæ ætatis, alio vero minore annis, cum haberent communia prædia rustica, major frater in saltu communi habenti habitationes paternas ampla ædificia ædificaverat: cumque eundem saltum cum fratre divideret, sumptus sibi, quasi re melior ab eo facta, desiderabat, fratre minore jam legitimæ 27 ætatis constituto 28: *Herennius Modestinus* respondit, ob sumptus nulla re urgente, sed voluptatis causa factos, eum de quo quæritur, actionem non habere 29. §. 1. Titium, si pietatis 30 respectu sororis aluit filiam 31, actionem hoc nomine contra eam non habere respondi.

Si quis mandato unius alterius negotia gesserit.

XXVIII. JAVOLENUS lib. VIII ex Cassio.

SI quis mandatu Titii negotia Seii 32 gessit, Titio mandati tenetur: iisque æstimari debet, quanto Seii & Titii interest: Titii autem interesse, quantum is Seio præstare debet, cui vel mandati vel negotiorum gestorum nomine obligatus est: Titio autem actio competit cum eo, cui mandavit aliena negotia gerenda, & antequam 33 ipse quicquam domino præstet: quia id ei abesse 34 videtur, in quo obligatus est.

De tutore posthumi.

XXIX. CALLISTRATUS lib. III Edicti monitorii.

CUm pater testamento posthumo 35 tutorem 36 dederit; isque tutelam interim administraverit, nec posthumus natus fuerit: cum eo 37 non 38 tutelæ, sed 35 negotiorum gestorum erit 40 agendum. Quod si natus fuerit posthumus, tutelæ erit 41 actio: & in eam utriusque 42 tempus veniet: & quo antequam nasceretur infans, gessit, & quo posteaquam natus sit.

De contutore Magistratus, sub curatore hac actione conveniendis.

XXX. JULIANUS lib. III Digestorum.

EX facto quærebatur: quendam ad siliginem 43 emendam Curatorem decreto Ordinis 44 constitutum, eidem alium Subcuratorem constituturum siliginem miscendo corrupisse, atque ita pretium siliginis, quæ in publicum empta erat, Curatori adflictum 45 esse: quaque actione curator cum subcuratore experiri possit, & consequi, id ut ei salvum esset, quod causa ejus damnum cepisset? Valerius Severus respondit, adversus 46 contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Idem respondit, ut Magistratui 47 adversus Magistratum eadem actio detur: ita tamen, si 48 non sit conscius fraudis. † Secundum quæ etiam in subcuratore idem dicendum est 49.

---

64 Filiusfamilias aut servus, si negotium alicujus gerat, in patrem dominumve peculio tenus dabitur actio. Paulus 1 *sent.* 4. §. 5.

65 Si filiafam. Cujac. 13 *obs.* 7. *arg. l.* 1. §. *pen. l.* 27. ff. *de peculio.*

66 ff. *de in rem verso.*

67 Ut in delictis. *l.* 1. *in princ.* ff. *de pœnis.*

68 *l.* 16. ff. *eod.*

69 Quæ inspicitur. vide *l.* 4. §. *penult.* ff. *de in litem jurando.*

70 Ut & obligatio negotiorum gestorum. *l.* 5. ff. *de obligat.*

71 Concipitur, instituitur.

72 Hoc est, ad modum redigitur.

73 Sicuti unum legatum est, cum corpus legatur. *l.* 2. ff. *de legatis.* 2.

74 *l.* 21. *in fin. C. eod.* adde *l.* 37. *in fin.* ff. *de fidejc libert. l.* 1. 2. *C. an servus pro suo facto post manumissionem teneatur.*

75 Imo cogitur. *l.* 3. *C. an servus pro suo facto.*

76 *l.* 21. *C. eod.*

77 *l.* 13. ff. *de tutel. & rat. distrahendis.*

78 Quorum, ut & Neratii sententiam hic positam postea refellit idem Paulus, *l.* 19. ff. *eod.*

79 Est enim hoc judicium bonæ fidei.

80 Etiam in iis, quæ non sunt connexa, & de his, quæ in servitute gessit.

81 Observa comparationem, qua Proculus utitur.

82 Liber.

83 Domini absentis.

84 Vide *l.* 13. ff. *eod. l.* 9. §. *sicut.* ff. *de administ. tut.*

85 Natura servus obligatur, ex iamsi nihil in peculio habeat. Goth. V. Goedd. *de contrab. stipulat. c.* 7. *num.* 81. Anf.

86 *l.* 8. *in princ.* ff. *eod.*

87 Adde *l.* 17. *in princ.* ff. *eod.*

88 Vide *l.* 1. §. 12. ff. *de var. & extraordin. cogn.*

89 *l.* 13. §. 2. ff. *commodati.*

90 *l.* 54. §. 3. ff. *de adquir. rerum domin.*

91 *Suscepisti*, sic in archetypo Flor. non exculo scriptum est. Cujac. 13 *observ.* 16.

92 Potest enim negotiorum gestor usucapere. *l.* 2. §. *procuratorem.* 9. ff. *pro emptore.*

93 Adde quædam huic loco ex Socino, *regula* 72.

94 *l.* 24. §. 2. ff. *de liberali causa.*

95 *l.* 37. §. 1. ff. *eod.*

96 *l.* 31. §. *qui aliena. l.* 37. §. *si pecuniæ.* ff. *eod. l.* 20. *C. eod. l.* 13. 24. *C. de usuris.*

97 *l.* 18. *C. eod. l.* 37. ff. *de usuris.* Gestor negotiorum etiam usuras præstat, quas percipere potuit: ut & vicissim debentur à domino ei usuræ, quas ex pecunia sua percipere potuisset; *ut hic. Ecloga eod. c.* 18. *& 5 Harmenopul.* 11. §. 64.

98 Imo non servabimus. *l.* 3. §. 2. ff. *de contrar. tutel.* Goth. Confer *l.* 2. *in fin.* ff. *eod. l.* 9. §. 10. ff. *mandati.* Anf.

99 *l.* 12. *in pr.* ff. *eod.* 100 Atque ita redimeretur, quo nomine competit actio. *arg. l.* 28. §. 1. *vers. sed illud.* ff. *de donat. inter vir.* quin etiam redemptus redimenti fit pignori. *l.* 15. ff. *de captivis. l. ult. C. de postlim.* 1 Tametsi de vi sibi illata possit conqueri. Verum ut Cicero 3 *offic.* ait, *nulla fit vir bono forti injuria.* adde *l.* 5. *C. de postliminio.* 2 Cur ita? collige ex *l.* 31. *in fin.* ff. *de heredibus instit.*

3 *l.* 34. *circa fin. eod.* 4 Nova inchoare negotia mortuo rei domino gestor non debet, ut nec socius socio mortuo: vetera tamen explicare & conservare debet: denique nihil inchoare, sed conservare tantum. vide *l.* 20. *C. eod.* 5 Id est, nihil. 6 *Al.* Consummantur. 7 *l.* 3. §. *si executor.* ff. *eod.* 8 *l.* 18. *in pr.* ff. *de petit. hered. l.* 13. §. 8. *l.* 60. §. *servum.* ff. *loc.*

9 Vide *l.* 10. §. 12 ff. *eod.*

10 Vide *l.* 15. §. *eum quidam.* ff. *locat. v. l.* 22. *C. eod.*

11 *l.* 6. §. *item quæritur. l.* 8. §. *item si fundum.* ff. *eod. l.* 80. §. *si Titius.* ff. *de furtis.* quod indebitum procurator exegerit, domino restituit: at ejus quod indebitum ipse solverit, damnum ad ipsum pertinet, *ut hic. Ecloga eod. c.* 20. *5 Harmenop.* 11. §. 63.

12 Imo, non cogitur. *l.* 20. §. 1. *vers. nam & Julianus.* ff. *de petit. hered.*

13 Idemque debitor.

14 Non hoc tamen nominatim verbis expressi.

15 Gestori creditoris mei.

16 Imo adquiritur, *l.* 13. ff. *de adquir. rer. domin.*

17 Ipsi creditori, nisi consensero.

18 *l.* 42. *in fin.* ff. *de adquir. possess. l.* 58. *in pr.* ff. *de solut.*

19 Id est, quia hoc in facto proponitur, quia procurator, &c.

20 Non suum.

21 Plus quam oportet impendens negotiorum gestor, non repetit, *ut hic. Ecloga eod. cap.* 24. *& 5 Harmenop.* 11. §. 63. adde *l.* 31. §. 4. ff. *eod.*

22 Τὰ ἀνδοκιμασθέντα. *Græci illis locis.*

23 Ut *l.* 26. *in princ.* ff. *ad Trebell.*

24 Adde *l. ult. C. ut in possess. legat.*

25 Forte ob captus diminutionem testatoris. §. *alio.* 4. *Inst. quibus mod. testament.*

26 Imo, ad damnum Magistratus. *l.* 46. §. 1. ff. *de admin. tut.*

27 Legitima ætas, 25 annorum est. *ut hic. & l.* 32. *in fin.* ff. *de testam. tutel. l.* 1. ff. *de fidejuss. tutor. l.* 20. §. 1. ff. *de liberat. legata. l. ult.* §. 9. ff. *de publicanis. l.* 41. ff. *de fidejussoribus. l. ult. in fin.* ff. *de appellat. l. penult. C. quando dies legat.* Unde *status* dicitur in *l.* 77. §. 14. *de leg.* 2. Legitima autem forte dicitur, quod lege aliqua præscriptus sit ejus terminus adolescentibus ad res suas recuperandas: lege aliqua, inquam, fortasse Lætoria, qua de re conjecturam capere possumus ex Cicerone, 3 *officior.* Spartiano in *M. Antonino.* ubi minoribus 25 annis curatores datos ex ea l. testatur: & Suetonio, ubi notatur minores stipulari prohiberi: & ut Priscianus loquitur *lib.* 8. & 18. spondendo obligari: Huc referendus est Plautus in *Rudente in fin. Cedo qui cum habeam judicem, Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum siem quinque & viginti annos natus.* ut verisimile sit lege Lætoria administrationem bonorum adolescentibus permissam, cum ad 25 annum ætatis pervenissent. Ad hanc etiam legem forte respexit Plautus *in Pseudolo: Tum lex me perdit quinta vicenaria, metuunt credere omnes.* Ex hac quoque lege creditum est tempus restitutionibus præscriptum descendisse. unde & id tempus legitimum appellatur. *l.* 19. ff. *de minoribus.* vide Brissonium 3 *selectar.* 2. 28 Id est, 25 annorum. *l. fin. C. de his qui veniam ætatis.* vide Cujac. 6 *obs.* 3. 29 Gestor impensas voluptuarias non repetit. Goth. Vide Bart. Bald. & Fulgos. hic. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 258. *num.* 17. 19. 20. Anf.

30 Pietate erogata non repetuntur. vide tamen *l.* 34. ff. *eod.* Goth. Socus erit, si non fit factum pietatis respectu, *l.* 16. *C. hic. l.* 34. ff. *eod.* vide *l.* 14. §. 7. ff. *de religios. & sumpt. funer.* Vid. Surd. *tract. de aliment. tit.* 6. *qu.* 18. & Joann. Yannez, *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 19. Anf. Respicit hic ad avum, aviamque, & fratres sororesve, qui nepotem, & fratrem inopem suum pietatis ratione alere tenentur. per *l.* 73. §. 1. ff. *de jure dot. l* 20. ff. *solut. matrim. l.* 4. ff. *ubi pupillus educari.* De quo vide Bart. in *tract. de aliment. num.* 15. Fachin. *lib.* 12 *controvers. cap.* 61. Joann. à Sand. *decis. Frisic. lib.* 2. *tit.* 8. *defin.* 2. *in fin.* S. L. 31 Idem si privignam. vide *l* 15. *C. eod.* 32 Cui mandati tenebatur. *l.* 8. §. *si quis mandaverit.* ff. *mandati.* 33 Adde *l. ult.* ff. *de contraria tutelæ & utili actione.* 34 Abesse id nobis videtur, in quo sumus obligati. 35 Nascituro. 36 Atqui ventri tutor non datur, sed curator. 37 Id est, tutore dato. vide *l.* 24. ff. *de tut. & ratio.* 38 Vide *l.* 19. §. *ult.* ff. *de test. tut.* 39 Imo utili. *l. pen.* ff. *de ventre inspic.* 41 Id est, incipiet esse actio. 42 Quod gestum est ante natum posthumum & post eum natum. Quid? num bona tutoris obligata sunt eorum nomine quæ gessit ante satisdationem? utique si spe futuræ tutelæ gesserit. *l. quæro.* 3. ff. *de eo qui pro tutore.* 43 De siligine adde *l.* 52. §. 11. ff. *de furt.* 44 Adde quæ scripsi ad *tit. de decurion.* 45 Inflictum esse: quærebatur, qua actione, &c. 46 Vide *l.* 4. *C. de in litem dando tutore.* 47 *l.* 2. §. *jus reipublicæ. & seq.* ff. *de administr. rerum.* 48 Dolus enim cum dolo compensatur. *l.* 36. ff. *de dolo.* 49 *Magistro est respondant de suo commisso.*

De litteris quas creditor secutus contraxit. 1. De negotiis unius inter negotia alterius gestis. 2. An gestor debeat appellare. 3, & 4. De usuris & sumptibus. 5. Si tutor filii mei, negotia pupilli mei gesserit. 6. Qua à matre gesta negotia. 7. De impensis in communi lite factis.

XXXI. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

LIberto vel amico mandavit pecuniam accipere mutuam: cujus literas creditor secutus [50] contraxit, & [51] fidejussor intervenit: etiamsi pecunia non sit in rem [ejus] versa, tamen dabitur in eum negotiorum gestorum actio creditori, vel fidejussori: scilicet, ad [52] exemplum [53] institoriæ actionis. §. 1. Inter negotia Semproni quæ gerebat, ignorans Titii negotium gessit: ob eam quoque speciem Sempronio tenebitur: sed ei cautionem indemnitatis officio judicis præberi necesse est adversus Titium, cui datur actio. Idem in tutore juris est. §. 2. Litem in judicium deductam, & à reo desertam fruſtratoris [54] amicus ultro egit [55], causas absentiæ ejus allegans judici: culpam contraxisse non videbitur, quod sententia contra absentem dicta, ipse non provocavit. Ulpianus notat: Hoc verum est: quia [56] fruſtrator condemnatus est, cæterum si amicus, [cum] absentem defenderet, condemnatus negotiorum gestorum agat: poterit ei imputari [57], si, cum posset, non [58] appellasset. §. 3. Qui aliena negotia gerit, usuras [59] præstare cogitur: ejus scilicet pecuniæ, quæ [60] purgatis [61] necessariis sumptibus supereſt. §. 4. Libertos certam pecuniam accipere testator ad sumptum monumenti voluit: si quid amplius fuerit erogatum, judicio negotiorum gestorum ab herede non recte petetur [62] de jure fideicommissi: cum voluntas finem erogationis [63] fecerit. §. 5. Tutoris heres impubes filius ob ea, quæ tutor ejus in rebus pupillæ paternæ gessit, non tenetur: sed tutor proprio nomine judicio negotiorum gestorum convenietur [64].

§. 6. Quamquam mater filii negotia secundum patris voluntatem, pietatis fiducia gerat: tamen jus actoris [65] periculo suo, litium causa constituendi, non habebit: quia nec ipsa filii nomine recte agit, aut res bonorum ejus alienat, vel debitorem impuberis accipiendo pecuniam liberat [66]. §. 7. Uno defendente causam communis [67] aquæ, sententia [68] prædio datur: sed, qui sumptus [69] necessarios probabiles in communi lite fecit, negotiorum gestorum actionem habet.

Si fidejussor per errorem alterius quoque contractus pignora susceperit, & utramque pecuniam solvit. 1. De matre res à sponso filiæ donatas accipiente.

XXXII. IDEM lib. III Responsorum.

FIdejussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam ejus non contingebat [70], pignora, vel hypothecas susceperit: & utramque pecuniam creditori solvit, existimans indemnitati suæ confusis prædiis consuli posse: ob eas res judicio mandati [71] fruſtra convenietur, & ipse debitorem fruſtra conveniet: negotiorum autem gestorum actio utrique necessaria erit: in qua lite culpam æstimari satis est, non etiam casum: *quia prædo fidejussor non videtur*: creditor ob id factum ad restituendum judicio, quod de pignore dato redditur, cum videatur jus suum vendidisse, non tenebitur. §. 1. Ignorante virgine, mater à [72] sponso filiæ res donatas susceperit: quia mandati vel depositi cessat [73] actio, negotiorum gestorum agitur.

Qua actione uxor à mariti herede conveniatur.

XXXIII. IDEM lib. X Responsorum.

HEres viri defuncti uxorem; quæ res viri tempore nuptiarum in sua potestate habuit, compilatæ hereditatis postulare non [74] debet [75]: prudentius itaque faciet, si *ad exhibendum*, & *negotiorum gestorum*, si negotia quoque viri gessit, cum ea fuerit expertus.

De alimentis repetendis aut imputandis.

XXXIV. PAULUS lib. I Quæstionum.

NEsennius Apollinaris Julio Paulo Salutem: Avia nepotis sui negotia gessit: defunctis utrisque, aviæ heredes conveniebantur à nepotis heredibus negotiorum gestorum actione: reputabant heredes aviæ alimenta præstita nepoti. Respondebatur, aviam jure pietatis [76] de suo præstitisse: nec enim aut [77] desiderasse, ut decernerentur alimenta, aut decreta essent. Præterea constitutum esse dicebatur, ut si mater aluisset, non posset alimenta, quæ pietate [78] cogente de suo [79] præstitisset, repetere. Ex contrario dicebatur, [tunc] hoc recte dici, ut de suo [80] aluisse mater probaretur: at in proposito aviam, quæ negotia administrabat, verisimile [81] esse de re ipsius nepotis eum aluisse. Tractatum est, nunquid [82] utroque patrimonio erogata videantur? Quæro quid tibi justius videatur? Respondi: Hæc disceptatio in [83] factum constitit. Nam & illud, quod in matre constitutum est, non puto ita perpetuo [84] observandum. Quid enim, si etiam protestata [85] est [86], *se filium ideo alere, ut aut ipsum, aut tutores ejus conveniret?* pone peregre patrem ejus obiisse, & matrem, dum in patriam revertitur, tam filium, quam familiam ejus exhibuisse: in qua specie etiam in [87] ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Divus Pius Antoninus constituit. Igitur in re facti facilius [88] putabo, aviam vel heredes ejus audiendos, si reputare [89] velint alimenta: maxime, si etiam in ratione impensarum ea retulisse aviam apparebit. † Illud nequaquam admittendum puto [90], ut de utroque [91] patrimonio erogata videantur.

Utrum negotiorum gestori imputetur, quod à se non exegerit.

XXXV. SCÆVOLA lib. I Quæstionum.

DIvortio facto negotia uxoris gessit maritus: dos non solum dotis actione, verum negotiorum gestorum servari potest. Hæc ita, si [in negotiis gestis] maritus, dum gerit, facere potuit [92]: alias enim imputari non potest, quod à se non exegerit. Sed & posteaquam patrimonium amiserit, plena erit negotiorum gestorum actio: quamvis si dotis actione maritus conveniatur, absolvendus est [93]. Sed hic quidam modus servandus est: ut ita quereläe locus sit, QUANTUM FACERE POTUIT, QUAMVIS POSTEA AMISERIT: si illo tempore ei solvere potuit: non [94] enim è vestigio in officio [95] deliquit, si non protinus [96] res suas distraxit ad pecuniam redigendam: præterire denique aliquid temporis debebit [97], quo cessâsse videatur. Quod si interea, priusquam officium impleat, res amissa est: perinde negotiorum gestorum non tenetur, ac si nunquam facere posset. Sed & si facere posset maritus, actio negotiorum gestorum inducitur: quia forte periculum est, ne facere desinat. §. 1. Illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus: cum pecunia ei deberetur, nec fuerit, quod sibi possit exsolvere. §. 2. Sed nec [98] redhibitoriæ speciem venire in negotiorum gestorum actionem, & per hoc sex mensibus exactis perire [99], si vel mancipium in rebus non invenit, vel eo invento, quod accessionum nomine additum est, vel quod deterior homo factus esset, vel quod per eum esset adquisitum non ex re emptoris, nec invenit, nec recepisset: nec esset in ipsis emptoris negotiis, quæ gerebat, unde sibi in præsenti redderet. §. 3. Cæterum si ex alia [100] causa perpetuæ obligationis, cum sit locuples, debeat: non est imputandum, quod non solverit: utique si neque usurarum ratio querelam movet [1]. † Diversumque est in tutore debitore [2]: quia ibi interfuit ex priore obligatione solvi, ut deberetur ex tutelæ actione [3].

Si bona fide serviens pecuniam acceperit.

XXXVI. PAULUS lib. IV Quæstionum.

SI liber homo, bona fide mihi serviens, mutuam pecuniam sumpserit, eamque in rem meam verterit: qua actione id, quod in rem nostram [4] vertit, reddere debeam, videndum est: non [5] enim quasi amici, sed quasi [6] domini negotium gessit. Sed, negotiorum gestorum actio danda est: quæ desinit competere, si creditori ejus soluta sit [7].

De negotiis pupilli. 1. De negotio pecuniæ. 2. De negotiis filii emancipati.

XXXVII. IDEM lib. I Sententiarum.

LItis contestatæ tempore [8] quæri solet, an pupillus, cujus sine tutoris autoritate negotia gesta sunt, locupletior [9] sit ex ea re factus, cujus patitur actionem. §. 1. Si pecuniæ quis negotium gerat, usuras [10] quoque præstare cogitur [11], & periculum [12] eorum nominum, quæ ipse contraxit: nisi [13] fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt, ut tempore litis ex ea actione contestatæ solvendo non essent [14]. §. 2. Pater [15], si emancipati filii res [16] à se donatas [17] administravit: filio actione negotiorum gestorum tenetur.

XXXVIII. TRYPHONINUS lib. II Disputationum.

QUi sine usuris pecuniam debebat, creditoris sui gessit negotia: quæsitum est, an negotiorum gestorum actione summæ illius usuras præstare debeat. Dixi, si à semetipso [18] exigere eum oportuit [19], debiturum usuras [20]: quod si dies solvendæ pecuniæ tempore, quo negotia gerebat, nondum venerat, usuras non debiturum: sed die præterito, si non intulit rationibus creditoris, cujus negotia gerebat, eam pecuniam à se debitam: merito usuras bonæ [21] fidei judicio præstaturum. Sed quas usuras debebit, videamus: utrum eas, quibus aliis idem creditor fœnerasset: an & maximas [22] usuras? quoniam ubi quis ejus pecuniam, cujus tutelam negotiave administrat, aut Magistratus municipii publicam in usus suos convertit, maximas [23] usuras præstat, ut est constitutum à Divis Principibus. Sed istius diversa causa est, qui non sibi sumpsit ex administratione nummos, sed ab amico accepit, [&] ante negotiorum administrationem. Nam illi, de quibus constitutum est, cum gratuitam, certe integram & abstinentem omni lucro præstare fidem deberent; licentia, qua videntur abuti, maximis usuris, vice cujusdam pœnæ subjiciuntur: hic bona ratione accepit ab alio mutuum: & usuris, quia non solvit, non quia ex negotiis, quæ gerebat, ad se pecuniam transtulit, condemnandus est [24]. Multum autem refert, incipiat tunc debitum, an ante nomen fuerit debitoris: quod satis est ex non usurario facere usurarium.

Si quis pro alio solverit vel exegerit.

XXXIX. GAIUS lib. III de Verborum Obligationibus.

SOlvendo quisque pro alio [25], licet invito [26], & ignorante, liberat eum: quod autem alicui debetur, alius sine voluntate ejus non [27] potest jure exigere: naturalis enim, simul & civilis ratio suasit, alienam conditionem meliorem quidem [etiam] ignorantis, & inviti nos facere posse; deteriorem [28] non posse.

De negotio in re communi gesto.

XL. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SI communes ædes tecum habeam, & pro tua parte *damni infecti* vicino cavero [29]; dicendum est, quod præstiterò, negotiorum gestorum actione potius, quam communi dividundo judicio, posse me petere: quia potui [30] partem meam ita defendere, ut socii partem defendere non cogerer.

De servo ex noxali causa defenso.

XLI. IDEM lib. XXX ad Edictum.

QUi servum meum, me ignorante, vel absente, in noxali causa defenderit; negotiorum gestorum in solidum mecum, non [31] de peculio aget.

Si servi mei rogatu negotia mea gesseris.

XLII. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

SI servi mei rogatu [32] negotia mea susceperis: si dumtaxat admonitus [33] à servo meo id feceris, erit inter nos negotiorum gestorum actio [34]: si vero quasi mandatu servi, etiam [35] *de peculio*, & *de in rem verso* agere te posse responsum est.

Si quis pro alio solverit.

XLIII. LABEO lib. VI Posteriorum Epitomatorum à Javoleno.

CUm pecuniam ejus nomine solveres, qui tibi nihil mandaverat, negotiorum gestorum actio tibi competit: cum [36] ea solutione ulla exceptione à se donatas. Paul. *illo loco.* Ubi sine ulla exceptione est, pure ac præcise. [17] Donare autem solent filiis aliquid patres, cum eos emancipant & sua potestate dimittunt. *l. ult. in fin. C. de bonis quæ liberis. l. ult. C. de emancipat. liberorum. l. 8. C. de bonis proscriptorum.* 18 Tenebitur ut *l. 6. in fin. l. 7. l. 8. C. eod. l. 6. §. apud Julian. in fin. l. 31. in fin. D. mandati.* 19 Quia dies sortis venit ante gestionem. *D. eod.* 20 Non maximas sed legitimas. 21 *l. 7. C. eod. l. 1. D. de usuris.* 22 Maximæ usuræ *hic* gravissimæ seu centesimæ, ut *l. 7. §. 8. D. de administ. tutor.* adde quæ scripsi ad *l. 1. §. 1. D. de pign.* 23 Id est, centesimas. vid. *l. 7. §. quæ sunt. D. de admin. tut.* 24 Gestor utens pecunia domini usuras præstat non maximas, sed pro modo regionis, ut socius, si communem pecuniam in suos usus vertit, *l. 1. §. 1. D. de usur.* vel ut procurator. *l. 10. §. si procurator D. mandati.* 25 Invitum & ignorantem solvendo ejus creditori liberare possumus. 26 Et sic per obliquum invito datur beneficium. v. *l. 13. D. de sol.* secus directo, *l. 69. D. de reg. jur.* 27 *l. 6. §. ult. D. eod. l. 4. §. pen. D. si servus. vendic. l. 5. §. sed si facio. D. de præsc.* 28 V. *l. 2. D. quod ex aut clam.* 29 *l. 31. in fin. C. eod. l. 19. C. eod. l. 25. §. non tantum. D. famil.* 30 *l. 6. §. cætera. 11. D. comm. div.* 31 Quia tale negotium versatur quidem circa personam servi: sed tamen nemo in sui ipsius peculio est. v. *l. 16. in fin. D. de pecul. legato.* 32 *Rogationis* seu *Rogandi* verbum generale est: cujus species hic duæ, admonitio & mandatum. 33 *Admonitio* non facit mandatum. Verbum *Moneo* mandatum non facit. dixi *l. 1. §. 1. D. mandati. quæ est ex eodem libro Pauli.* ubi plura dixi de hoc verbo. 34 Non mandati cui ita? v. *l. 10. §. si quis ea. D. mandati.* 35 Id est, agens mandati actione de peculio vel de in rem verso, non negotiorum gestorum actione. 36 *l. ult. in fin. D. eod.*

50 *l. 6. §. Item si procurator. D. eod.*
51 *Al.* vel.
52 *l. 13. §. 15. D. de act. empt. l. 16. D. de institor. act.*
53 Adde *l. 10. §. item Papin. D. mandati.*
54 Inde fruſtratio. *l. 3. in fin. D. de minor.*
55 Id est, defendit. Accusf. ut *l. 1. D. de edendo.*
56 Id est, quando. vide Cujac. 9. *obs.* 22.
57 V. *l. 8. §. 8. vers. igitur. D. mandati.*
58 *l. 17. C. de procuratoribus.*
59 V. *l. 19 §. non tantum. D. eod.*
60 Hoc est, quæ post sumptus necessarios supereſt. *Ecleg. cod. c. 3. §. 35. Harm. 11. §. 65.*
61 Id est, putatis. *l. 9. in fin. C. de bon. proscript.* vide Cujac. 11 *obs.* 9. *l. 41. §. 7. D. de fidei. liber.*
62 Qui expendit ultra quam sit ei injunctum, non repetit. *l. 25. D. eod.*
63 *Al.* erogationi. Quid si minus expenderit? vide *l. 88. §. 1. D. de leg. 2.*
64 Heres enim in tutelam non succedit. *l. 6. §. penult. D. de his, qui notant.* adde tamen *l. 1. 2. C. de hæ. ed. tut.*
65 Actor quis, dixi ad *l. un. C. de actore.*
66 Interdum non liberat. *l. 88. D. de sol.*
67 Adde *l. 40. D. eod.*
68 Inanimatis rebus sententia dari potest.
69 Sumptus necessarii gestori debentur, & ei refundendi à domino, *ut hic. & §. 3. D. eod. l. 56. in fin. D. mandati.* dixi plenius *C. de fructib. & litium expensis.*
70 Secus si ex suo contractu solvit, & eo nomine pignora accepit. *l. 2. C. de fidejuss.* v. *l. 2. D. de pign.*
71 V. *l. 2. D. de pign.*
72 Mater quæ filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum, & ipsis & eorum tutoribus tenetur. Paul. 1 *sent.* 4. §. 4. *l. 24. C. de usur.* Quid pater? eodem modo tenetur filiis emancipatis. Paul. *ibid.* §. 7. *l. 37. §. 2. D. eod.*
73 Imo depositi actio non cessat. *l. 25. D. depositi.*
74 Imo debet. *l. 3. C. de crimine expilatæ hereditat.*
75 V. *l. 5. D. expilatæ hereditatis.* etiamsi post viri mortem habeat in sua potestate quæ viro supersitite habebat. Hæc Græci addunt huic loco.
76 Pietatem ergà descendentes in ascendentibus præsumimus: alimenta eam ob causam erogata, an non possint repeti? vide *vers. respond. D. eod.*
77 Vide *l. 2. C. de alimentis pupillo præstand.* 78 Pietate erogata, donari præsumuntur, ut repeti non possint, *ut hic. & l. 27. §. 1. D. eod.* 79 *l. 11. C eod.* 80 Hic duos casus excipit. *Goth.* Sumptus ad quos parentes pietatis ratione obstricti sunt, si credendi animo collati sint, repetuntur. Hartmann. Pistor, *quæst. 19. num. 4. lib. 1.* Math. Coler. *de alimentis. lib. 3. cap. 5. num. 8. 9. 10.* Mascard. *de probat. conclus. 727. num. ult.* Ans. 81 Καλὸς τεκμηρίων avia intelligitur nepotes aluisse de illorum patrimonio non de suo. Hujusmodi τεκμήρια frequentes sunt in jure, ut dixi *Novell. 126. cap. 4.* 82 *Al.* nunquid de utroque? *forte legendum*, quo, utrove patrimonio.
83 Id est, res est facti, *vers. igitur in re facti.* in facto & facti exacta cognitione consistit.
84 Duos sane casus hic excipit. 85 Protestatione idonee facta jus nostrum conservatur.
86 *l. 1. §. 11. l. 5. §. 14. in fin. D. de liberis agnoscendis.* in vitrico idem servat *lex 15. C. eod.*
87 *l. 6. in princ. l. 21. §. qui negotia. D. eod. l. 2. C. eod. l. 4. C. de heredit. act.* 88 Faciliora præsumimus. 89 Id est, imputare, reputare, computare. 90 Cur non ex utroque, ut in specie *l. 25. §. 15. vers. sed. in proposita. D. de pet. hered.* 91 De quo igitur? de filii tantum patrimonio. 92 Solidum scilicet, habita tamen ratione ne egeat. *l. 173. in pr. ne. D. de reg. jur.*
93 A solidi præstatione: condemnatur tamen in quantum facere potest. *l. 20. D. de re jud.*
94 Mora tractu tantum aliquo temporis interposito committitur.
95 Cujus ratione gestor tenetur de lata & de levi culpa, *l. 20. C. eod.*
96 Omnium enim interest non præcipitari. *l. 6. in princ. D. de interrog.*
97 An tempus decem dierum? *l. 21. §. 3. D. de constituta.* an arbitrium? *l. 1. in pr. D. de jure deliber.* an mediocre? vide *l. 105. D. de solution.* an quod ejus dignitati congruit? *l. 125. D. de verb. sign.*
98 Venditor redemque gestor reddere sibi mancipium debet intra sex menses, nisi in casibus hic exceptis, ut & *l. 11. §. quod autem. D. de peculio.*
99 Tamdiu dat redhibitoria. vid. *l. 19. in fin. D. de ædil.*
100 Quam redhibitoria est. *D. eod.*
1 Id est, debitor idemque gestor si locuples est, vel si sub usuris non debet, non tenetur à se exigere.
2 Imo, non est diversum: nam locuples tutor non tenetur à se exigere. *l. 9. §. 1. D. de admin. tut.*
3 Quæ pupillo est privilegiata.
4 Meam.
5 Videbatur autem quasi amici gessisse, quia liber fuit qui gessit.
6 Cur? hoc intuendum est quod mihi bona fide serviat.
7 Pecunia scilicet.
8 Adde *l. 34. D. de minoribus.*
9 *l. 6. in pr. D. eod.*
10 Quantumvis mater sit, quæ gessit, *l. 24. C. de usuris.*
11 Totius temporis. Paul. 1 *sent.* 4. §. 3.
12 *l. 35. D. de rebus creditis.* Goth. Periculum eorum nominum, quæ tutor vel curator ipse contraxit, ad eum spectat: nomina vero prius contracta ad periculum ejus non pertinent, nisi culpa aut negligentia ejus debitores inidonei facti fuerunt. Hartmann. Pistor, *lib. 1. quæst. juris. 49.* Ans. Facit *l. 7. C. arbitr. tutel. junct. l. 111. D. de cond. & demonstrat.* vide Joann. à Sande *decis. Frisicar. lib. 2. tit. 9. defin. 13.* Castrens. Cyn. & Alberic. *ad auth. nevissime. C. de administrat. tutor.* Johann. Papon. *lib. 15. tit. 5. arr. 10. 15. in append.* Vall. *de reb. dub. tract. 20. n. 24. S. L.*
13 Vid. Paulum 1 *sent.* 4. §. 3.
14 Cur ita? collige ex *l. 1. §. 11. D. de Magistr. conven.*
15 Sumptum ex Paul. 1 *sent.* 4. §. 7. Idem *Eclog. eod. cap. 36.* Quid mater? vide *l. 32. in fin. eod.*
16 *Al.* res fine

tione debitor à creditore liberatus sit: nisi si quid debitoris interfuit, eam pecuniam non solvi.

De falso ob amicitiam paternam.

XLIV. ULPIANUS lib. VI Disputationum.

IS, qui amicitia ductus paterna pupillis tutorem petierit [36], vel suspectos tutores postulavit; nullam adversus eos habet actionem, secundum Divi Severi constitutionem [37].

De sumptibus in honores factis. 1. De eo quod quis in servitute gessit. 2. De negotiis unius, nomine alterius gestis.

XLV. IDEM lib. IV Opinionum.

QUæ utiliter in negotia alicujus erogantur, in quibus est etiam sumptus honeste ad [38] honores per gradus pertinentes [39] factus, actione negotiorum gestorum peti possunt [40]. §. 1. Qui pure testamento libertatem acceperunt, actus quem viventibus dominis administraverunt, rationem reddere non compelluntur.

§. 2. Titius pecuniam creditoribus hereditariis solvit, existimans [41] sororem suam defuncto heredem testamento extitisse; quamvis animo gerendi fororis negotia id feciſſet; veritate tamen filiorum defuncti, qui sui heredes patri, sublato testamento erant, gessisset; quia æquum est in damno eum [42] non versari, actione negotiorum gestorum id eum petere placuit [43].

Si quis quod alii mandatum erat gesserit, aut fidejusserit.

XLVI. AFRICANUS lib. VII Quæstionum 44.

MAndasti filio meo, ut tibi fundum emeret: quod cum cognovissem, ipse eum tibi emi. Puto referre, qua mente emerim: nam si propter ea, quæ tibi necessaria esse scirem, & te ejus voluntatis esse, ut emptum habere velles, agemus inter nos negotiorum gestorum: sicut ageremus, si aut nullum omnino mandatum intercessisset, aut Titio mandasses, & ego, quia per me commodius negotium possim conficere, emissem. Si vero propterea emerim, ne [45] filius mandati judicio teneatur: magis est, ut ex persona ejus & ego tecum mandati agere possim [46], & tu mecum actionem habeas de peculio: quia etsi Titius id mandatum susceperisset; & ne eo nomine teneretur, ego emissem, agerem cum Titio negotiorum gestorum; & ille tecum, & tu cum illo mandati. Idem est & si filio meo mandaveris ut pro te fidejuberet; & ego pro te fidejusserim. §. 1. Si proponatur, te Titio mandasse, ut pro te fidejuberet, meque, quod is aliqua de causa impediretur quo minus fidejuberet, liberandæ fidei ejus causa fidejussisse: negotiorum gestorum mihi competit actio.

Cui datur hæc actio. 1. Collatio directa & utilis.

XLVII. PAULUS lib. I Sententiarum.

ACtio negotiorum gestorum illi datur, cujus interest hoc judicio experiri. §. 1. Nec refert 47 directa [48] quis, an utili [49] actione agat, vel conveniatur: [quia [50] in extraordinariis [51] judiciis [52], ubi conceptio formularum [53] non observatur, hæc subtilitas [54] supervacua est;] maxime cum utraque actio ejusdem [55] potestatis est, eundemque habet effectum.

De fratre stipulante dotem.

XLVIII. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

IGnorante quoque sorore, si frater negotium [56] ejus gerens dotem à viro stipulatus sit: judicio negotiorum gestorum, ut virum liberaret, jure conveniitur [57].

De negotiis unius nomine alterius gestis.

XLIX. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum [58].

SI rem, quam servus venditus subripuisset à me venditore, emptor vendiderit [59], eaque in rerum natura esse desierit: de pretio [60] negotiorum gestorum actio mihi danda sit: ut dari deberet, si negotium, quod tuum esse existimares, cum esset meum, gessisses: sicut ex contrario in me tibi daretur, si, cum hereditatem, quæ ad me pertinet, tuam putares, res tuas proprias legatas solvisses [61]: [quandoquidem ea solutione liberarer [62].]

51 Quæ hodie sunt in usu. § *fin. Inst. de interdictis.* 52 Id est, prætoriis: qualia sunt omnia hodie. §. *ult. Inst. de interdictis.* 53 Formularum conceptio in judiciis non observatur. adde *tit. C. de formulis & impetr. act. subl.* 54 Vide *l.* 8. §. 16. *ff. quib. mod. pign.* Goth. Quando subtilitas observanda, vid. Menoch. *cons.* 415. *num.* 8. & 9. *vol.* 5. Geminian. *in cap. præfatur. num.* 4. *extr. de sent. & re judic.* Anſ. 55 Directæ & utilis actionis eadem potestas idemque effectus.

56 *l.* 1. §. 1. *ff. de dotis collat.* 57 *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 1. *c.* 1. 58 Quoties scilicet uxor maritum vult liberatum iri ea obligatione. 59 Vide in hanc *l. Cujac.* 8. *ad Afric.* 60 *l.* 17. *ff. de rei vind. l.* 19. *C. eod. l.* 3 *in fin. C. de rei vind. l.* 1. *C. de reb. alien. non alien.* 61 Adde *l.* 43. *ff. eod.* 62 *l.* 31. §. 1. *in fi. ff. de pet. hered.*

TIT. VI.

DE CALUMNIATORIBUS [1].

Summa. 1. In quibus causis hoc Edictum locum habet. 2. De pecunia ante vel post judicium accepta. 3. De constitutione Antonini Caracallæ. 4. Pecunia accipi quomodo intelligitur.

1. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

IN eum [2], qui 3 *ut calumnia causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur* 4; *intra annum in quadruplum* 5 *ejus pecuniæ, quam accepisse dicetur; post annum, simpli in factum actio competit.*

§. 1. Hoc autem judicium 6 non solum in pecuniariis causis, sed & ad publica 7 crimina pertinere Pomponius scribit: maxime cum & Lege Repetundarum 8 teneatur, qui ob negotium faciendum 9, aut non 10 faciendum per calumniam pecuniam accepit.

§. 2. Qui [autem] accepit pecuniam, sive ante judicium, sive post judicium acceptum, tenetur. §. 3. Sed & constitutio [11] Imperatoris nostri [12], quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit, judici vel adversario, in publicis, [13] vel privatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare: & ex hac causa litem perire jussit. † Nam tractari potest, si adversarius, non per calumniam, transigendi animo accepit, an constitutio cessat? Et puto cessare: sicuti hoc quoque judicium: neque enim transactionibus est interdictum, sed sordidis concussionibus. §. 4. *Pecuniam* [14] autem *accepisse* dicemus, etiam si aliquid [15] pro pecunia acceptum.

11. PAULUS lib. X ad Edictum.

QUinetiam, si quis obligatione liberatus sit [16], potest videri cepisse. † Idemque si gratuita [17] pecunia utenda data sit, aut minoris locata venditave res sit. Nec refert, ipse pecuniam acceperit, an alii dari jusserit, vel acceptum suo nomine ratum habuerit.

Si accipiens fecit vel non. 2. De depectione. 3. Cui datur hæc actio.

III. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

ET generaliter idem erit, si quid omnino compendii sensit propter hoc; sive ab adversario, sive [ab alio] quocumque.

§. 1. Si igitur accepit, ut negotium faceret, sive fecit, sive non fecit [18], & qui accepit, ne faceret, & si fecit, tenetur. §. 2. Hoc Edicto tenetur etiam is, qui depectus est. *Depectus* autem dicitur turpiter pactus. §. 3. Illud erit notandum, quod [19] qui dedit pecuniam, ut negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem: turpiter enim fecit [20]: sed ei dabitur petitio, propter quem datum est, ut calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam accepit, ut mihi negotium faceret, & à me, ne mihi faceret, duobus judiciis mihi tenebitur.

De herede.

IV. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

HÆc actio [21] heredi quidem non competit, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest.

De concursu hujus actionis & condictionis ob turpem causam.

V. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

IN heredem autem competit in [22] id, quod ad eum pervenit: Nam est constitutum, *Turpia lucra* [23] *heredibus quoque extorqueri* [24], *licet crimina extinguantur*: utputa, ob falsum [25], vel judici ob gratiosam sententiam datum [&] heredi extorquebitur: & si quid aliud scelere quæsitum. §. 1. Sed etiam præter hanc actionem condictio competit, si sola turpitudo accipientis versetur: nam si & dantis [26], melior causa erit possidentis. Quare si fuerit condictum, utrum tollitur hæc actio, an vero in triplum danda sit? an exemplo furis & in quadruplum actionem damus, & condictionem? Sed puto, sufficere alteutram actionem. Ubi autem condictio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem [27].

Annus in hac actione quomodo accipitur.

VI. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

ANnus [28] autem in personam quidem ejus, qui dedit pecuniam, *ne secum ageretur*, ex eo tempore cedit, ex quo dedit: si modo potestas ei fieret experiundi. † In illius vero personam, *cum quo ut agatur*, alius pecuniam dedit, dubitari potest, utrum ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potius, ex quo cognovit datam esse: quia qui [29] nescit [30], is videtur experiundi potestatem non habere, & verius est, ex eo annum numerari, ex quo cognovit [31].

Cui datur actio. 1. De filiofamilias. 2. De publicano.

VII. PAULUS lib. X ad Edictum.

SI [32] quis ab alio [33] acceperit pecuniam, *Ne mihi negotium faciat*; siquidem mandatu meo datum est, vel à procuratore meo omnium [34] rerum, vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, & ratum habui: ego dedisse intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei, licet [35] misericordiæ [36] causa dederit, *ne fiat*, neque ratum habui; tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. §. 1. Si, *ut filiofamilias negotium faceret*, acceptum est, & patri actio danda est. † Item si filiusfamilias pecuniam acceperit, *ut faceret negotium*, vel *non faceret*; in ipsum judicium dabitur. Et si alius non meo mandatu ei [37] dederit, *ne fiat*: tunc etiam ipsum repetere, & me [38] in quadruplum agere posse. §. 2. Cum publicanus mancipia retineret, dataque ei pecunia esset, quæ non deberetur: & ipse ex hac parte Edicti in factum actione tenetur.

De concursu hujus judicii & criminalis extraordinarii.

VIII. ULPIANUS lib. IV Opinionum.

SI [39] ab eo, qui innocens fuit [40], sub specie criminis alicujus, quod in eo probatum non est, pecuniam acceptam, is [41], cujus de ea re notio est, edoctus fuerit; id quod illicite [42] extortum est, secundum Edicti formam, quod de his est, qui pecuniam, ut negotium facerent, aut non facerent, accepisse dicerentur, restitui jubeat, & ei, qui id commisit, pro modo delicti pœnam [43] irroget.

De concursu hujus judicii, & actionis in duplum.

IX. PAPINIANUS lib. secundo de Adulteriis.

DE servo, qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur: quo absoluto, in duplum [44] pretium accusator domino damnatur: sed & citra pretii æstimationem quæritur de calumnia ejus. Separatum [45] est etenim calumniæ crimen à damno, quod in servo propter quæstionem domino datum est.

---

1 IX. C. XLVI. *Paul.* 1 *sent.* 5. De calumniatoris pœna, vide quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. ad SC. Turpillianum.*

2 Id est, calumniatorem *l.* 3. *in fi. l. pen. ff. eod. l.* 233. *ff. de verb. sign. l.* 24. *C. de adulteriis.*

3 *Calumniosus* est, qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. *Paul.* 1 *sent.* 5. §. 1.

4 Vel à reo vel ab alio. *l.* 3. *in fi. ff. eod.* 5 §. 25. *Inst. de act.* 6 Hæc actio.

7 Calumniatoris pœna ordinaria in publicis judiciis est ex lege Remnia. *l.* 1. §. 2. *ff. ad Turpillian.* in privatis & extraordinariis, extraordinaria. *Paul.* 1 *sent.* 5. §. 2. tametsi hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur. *l.* 8. *ff. de publ. jud. l.* 7. *in fi. ff. ad l. Jul. repet.* 8 V. *l.* 8. *ff. de accus. l.* 3. *l.* 6. §. *lege. ff. repetund.* 9 In lite. *Basil.* 10 *l.* 8. *ff. eod.* Atqui teneri calumniæ non videtur, qui pecuniam accepit, ne calumniam alicui faceret: vel eo nomine pecuniam accepisse, calumniæ simile est. 11 *l.* 1. *C. de pœna jud. qui male jud.*

12 Antonini.

13 Ut de sepulchro violato: vel κακοδαιμὸς dicit, corporis forte vel collegii alicujus *& ita Græ l.*

14 *Eclog. d. tit. cap.* 2.

15 Adde *l.* 2. *in fin. ff. de constituta. l.* 51. *ff. de verb. signif.*

16 *l.* 3. *ff. eod. l.* 19. *ff. de lib. causa.*

17 *Calumniator* esse non desinit, etiamsi gratuito calumnietur. Idem in lenocinio. v. *l.* 43. §. 3. *ff. de ritu.* & injuria. *l.* 5. §. 2. *ff. de injur.* adulterio. *l.* 9. *ff. ad leg. Jul. de adulteriis*, neque minus Edicto *Nautæ, caupones*, &c. tenetur, qui gratis in caupona aut navigio excipit. *l.* 6. *ff. Nautæ.*

18 Ut ita puniatur propositum, licet non sequatur effectus, ut *l.* 3. *ff. de jure fisci.* v. *l.* 3. *ff. quod quisque juris.*

19 *Eclog. d. l.* c 4.

20 *Ut l.* 5. *ff. eod.*

21 Utpote pœnalis, §. *non autem. Inst. de perpet. tuis: Eclog. d. c.* 4.

22 Id est, quatenus ad eum pervenit. *l.* 19. *ff. quod metus.*

23 V. *l.* 1. *ff. de privatis delictis: l.* 2. *in fi. ff. de bonor. rapt.*

24 V. *l.* 12. *C. de falsis. Eclog. d. c.* 4.

25 *l.* 3. *in fi ff. eod.*

26 V. *l.* 3. *ff. de cond. ob turpem.*

27 Atqui pœnalem persecutoria non tollit. v. *l.* 7. *in pr ff. de condict. furtiva.*

28 *Eclog. eo loco. cap.* 6.

29 Pone absentem Reipublicæ causa fuisse.

30 Ignorans non videtur agendi facultatem habere.

31 Annus in hac actione computatur a tempore scientiæ. *Bart.*

32 *Ibidem Eclog.*

33 Quam à me.

34 Γενικὸς ἐφιτρόπος. id est, generalis procurator Græcis dicitur, *hic.*

35 Notandum est aliquando repeti quod pietatis & misericordiæ causa datum est. *ut l.* 16. *C. de nupt.*

36 κατὰ συμπάθειαν.

37 Filiofamilias alieno.

38 Qui sum extraneus.

39 Qui accipit sub specie criminis, ipso non probato intra annum quidem tenetur in quadruplum: post annum vero in simplum, & pro modo delicti punitur. *Basil. synop. d. cap.* 7.

40 Quid si à nocente pecuniam accepit? non in hanc actionem, sed in Turpillianum incidet. *Acc.*

41 Præses. 42 V. *l. illicitas. 6. ff. de officiis Præsidis.* 43 Ut ita judex, qui de crimine civiliter cognoscit, eo comperto possit ex officio suo punire criminaliter. *Bart.* 44 Ex lege Julia. *l.* 6. *C. eod. l.* 27. *in pr. & fi. ff. de adult. l.* 6. *in princ. ff. de quæstionib.* 45 Vide *l.* 10. *C. de don. inter virum & uxor.*

LIBER QUARTUS.

TIT. I.

DE [1] IN [2] INTEGRUM RESTITUTIONIBUS [3].

Utilitas Edicti.

I. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

VTILITAS hujus Tituli non eget commendatione: ipse enim se ostendit. Nam sub hoc Titulo plurifariam [4] Prætor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subvenit, sive [5] metu [6], sive calliditate [7], sive ætate [8], sive absentia inciderunt in captionem [9],

II. PAULUS lib. I Sententiarum.

SIve per status [10] mutationem [11], aut justum errorem [12],

De Causæ cognitione.

III. MODESTINUS lib. 8 Pandectarum.

OMnes in integrum restitutiones, causa [13] cognita à Prætore [14] promittuntur [15]: scilicet ut justitiam earum causarum examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subvenit.

IV. CALLISTRATUS lib. I Edicti monitorii.

SCio illud à quibusdam observatum, no propter satis minimam [16] rem, vel summam, si majori rei, vel summæ præjudicetur [17], audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

Effectus hujus Edicti.

V. PAULUS lib. VII ad Edictum.

NEmo videtur exclusus [18], quem Prætor in integrum se restituturum polliceatur [19].

De successoribus.

VI. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

NOn solum minoris, verum eorum quoque qui Reipublicæ causa affuerunt; item omnium, qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt [20]: & ita sæpissime est constitutum. Sive igitur heres sit, sive is cui hereditas restituta est, sive filiifamilias militis successor; in integrum restitui poterit. Proinde & si minor in servitutem redigatur, vel ancilla fiat [21], dominis eorum dabitur, non ultra tempus statutum, in integrum restitutio. Sed & si forte hic minor erat captus in hereditate, quam adierit: Julianus libro XVII Digestorum scribit, abstinendi facultatem dominum posse habere, non solum ætatis beneficio, verum etsi ætas non patrocinetur [22]: quia non adipiscendæ hereditatis gratia Legum beneficio usi sunt, sed vindictæ gratia [23].

De absente.

VII. MARCELLUS lib. III Digestorum.

DIvus Antoninus Marcio Avito Prætori de succurrendo ei, qui absens rem [24] amiserat, in hanc sententiam rescripsit: [25] *Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus: tamen* [26], *ubi æquitas evidens posset, subveniendum est: itaque si* [27] *citatus* [28] *non responderit, & ob hoc more pronunciatum est, confestim* [29] *autem pro Tribunali te sedente adiit; existimari potest, non sua culpa, sed* [30] *parum exaudita voce præconis* [31] *defuisse: ideoque restitui potest.* §. 1. Nec intra has solum species consistet hujus generis auxilium: etenim deceptis sine culpa sua, maxime si fraus ab adversario intervenerit, succurri oportebit: cum etiam de dolo malo actio competere soleat: & boni Prætoris est potius restituere litem: ut & ratio & æquitas postulabit, quam actionem famosam constituere; ad quam tunc demum descendendum est, cum remedio locus esse non potest [32].

Quid interfit inter restitutionem Minoris, & Absentis.

VIII. MACER lib. II de Appellationibus.

INter minores vigintiquinque annis, & eos qui Reipublicæ causa absunt, hoc interest: quod minores annis etiam [33] qui 33 per tutores curatoresve suos defensi sunt, nihilominus in integrum contra Rempublicam [34] restituuntur, cognita scilicet causa: ei vero, qui Reipublicæ causa abfit, cæteris quoque, qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum restitutione subveniri solet, ut appellare his permittatur [35].

---

1 Περὶ ἀποκαταστάσεων. 10 *Novell.* 1.

2 Illi vero integri restitutio, re-integrandæ rei vel causæ actio. *Paul. 1 sent.* 7. §. 1.

3 V. II. C. XX. *& sequentes. Paul. 1 sent.* 7.

4 Id est, variis ex causis, quæ proximis titulis loquuntur.

5 Has causas enumerat Paul. 1 *sent.* 7. §. 2.

10 *Rebus.* 1. 108. 11 *Harmenop.* 12. §. 69.

6 *L. cit.* 2.

7 *L. cit.* 3. & 7. ea συμφορὰ in Græcis *ibi loco.*

8 *L. cit.* 4.

9 *L. cit.* 6. quæ sine dolo esse potest. *l.* 7. §. *fin. & si fraudandi. ff. de pactis.*

10 Status mutatio, est capitis minutio. *l.* 1. §. *de cap. min.*

11 *L. cit.* 5.

12 *l.* 57. §. *de adq. hær. & alii.* §. *si quis agens. Inst. de actionibus.*

13 *Paulus* 1. *sent.* 7. §. 3. *in fin.*

14 Magistratib. enim municipalibus suo jure non competunt sine mandato Præsidis. *l.* 26. §. 1. §. *ad municip.*

15 Id est, tribunal exigunt, & adversarii præsentiam. *l.* 13. *in pr.* §. *de minoribus.*

16 *l.* 9. *in fin.* §. *de dolo. l.* 54. §. *de contr. empt.*

17 *l.* 21. §. *de except.* subaudi maximæ. *Gorb. Vid. l.* 10. 11. §. *de dolo malo. l.* 16. §. 4. §. *de minorib. l.* 4. *l.* 8. *C. de rescind. vend.* vulnificuli modici ratio non habetur. *l.* 1. §. *pen.* §. *ad Senat. Syllan. l.* 8. §. *de injur. l.* 1. § 8. §. *de edict. edict. & ibi not.* Anf.

18 Al. *Re exclusus*, id est, rei actione. Actionem eodem modo non amisit, qui jus agendi habet *l. Labeo.* 14. *in fin.* §. *de verb. sign.* aut cui promittit Prætor restitutionem. *l.* 9. §. 6. §. *int. prox.*

Restitutio enim in integrum est actio. *l.* 29. *in fi.* §. *de minorib.* 19 *V. l.* 14. *in fi.* §. *de verb. sign.*

20 Intra tempus tamen restitutionibus datum. *l.* 3. §. *Pomponius. l.* 18. *in fi.* §. *de minor. l.* 2. & 4. *C. de temp. in integr. l. unic. C. si adversus dotem.* 21 Puta ob ingratitudinem. *v. l* 2. *C. de libertis & eorum liberis.* 22 Ut si errore justo adierit. 23 Id est, dum libertum in suam potestatem recipit, non tam quæsita ab eo bona agnoscit, quam ulciscitur ingratum animum liberti. *Cujac.*

24 Id est, item. *l.* 8. §. 1. §. *de inofficioso.* Ausonius *in Grammaticomast. Imperium, item, Venerem eur una notat* Res? 25 *l.* 183. §. *de regul. jur.* 26 Vide *l.* 26. §. *item inquit.* §. *quibus ex causis in yores.* 27 *Eclog.* 1. c. 7. 28 Id est, vocatus. *Festus. l.* 3. §. *de testib. in fin. l.* 10. §. *de publ. judiciis. l.* 15. §. *divus.* §. *de jure fisci.* 29 *l.* 105. §. *de solut.* 30 Vide *Authenticam Qui semel. C. quomodo & quando judex.* 31 Præconis voce citatio in jure fiebat, *ut hic*: citatio etiam fieri potest edicto publicè affixo. 32 *l.* 16. §. *de minoribus.* 33 *Esti per*: vide *l.* 29. *in pr.* §. *de minor.*

34 Contra rem judicatam. *Govean. 1. lection.* 44. Cujac. *arg. l.* 1. *C. si adverf. rem judicat.*

35 Vid. Ravard. *lib.* 5 *variar. cap.* 18. Anf.

TIT. II.

QUOD [1] METUS [2] CAUSA GESTUM ERIT.

Edictum, de Vis mentione Edicto detracta.

I. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

AIt Prætor [4]: QUOD [5] METUS [6] CAUSA GESTUM ERIT, RATUM NON HABEBO. Olim ita edicebatur, QUOD VI, METUSVE CAUSA. vis enim fiebat mentio, propter necessitatem impositam [8] contrariam [9] voluntati [10]: metus, instantis, vel futuri [11] periculi causa mentis trepidatione: sed postea detracta est *vis* mentio: [ideo] quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videatur.

Vis quid sit.

II. PAULUS lib. I Sententiarum.

VIs autem est majoris [12] rei impetus, qui repelli non potest.

Metus quomodo accipitur in hac Edicto.

III. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

COntinet igitur hæc *clausula* & vim, & metum: &, si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc Edictum restituitur.

§. 1. Sed vim accipimus atrocem [13], & eam, quæ adversus bonos mores fiat: non [14] eam, quam Magistratus [recte] intulit, scilicet jure lecto, & jure honoris, quem sustinet. Cæterum si per injuriam quid fecit populi Romani Magistratus, vel provinciæ Præses; Pomponius scribit, hoc Edictum locum habere: *si forte* (inquit) *mortis, aut verberum terrore pecuniam alicui extorserit* [15].

IV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

ECo puto etiam servitutis timorem, similiumque [16] admittendum.

V. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

METum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed majoris [17] malitatis [18].

VI. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

METum autem non vani hominis, sed qui merito & in hominem constantissimum [19] cadat, ad hoc Edictum pertinere dicemus.

VII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

NEc [20] timorem infamiæ hoc Edicto contineri [21] Pedius dicit, lib. VII: neque alicujus [22] vexationis timorem per hoc Edictum restitui. † Proinde, si quis meticulosus rem nullam frustra timuerit, per hoc Edictum non restituitur: quoniam neque vi, neque metus causa factum est. §. 1 Proinde si [23] quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel dedit aliquid, vel se obligavit; Pomponius lib. XXVIII recte scribit, posse eum ad hoc Edictum pertinere: timuit enim vel mortem, vel vincula. quanquam non omnem [24] adulterum licet occidere, vel furem [25], nisi se telo defendat: sed potuerunt vel non jure occidi, & ideo justus fuerit metus. Sed & si, ne prodatur ab eo, qui deprehenderit, alienaverit, succurrit [26] & per hoc Edictum videtur: quoniam, si proditus esset, potuerit ea pati, quæ diximus.

VIII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

ISti quidem & in legem Juliam incidunt, quod pro [27] comperto stupro acceperunt [28]. Prætor tamen [etiam,] ut restituant intervenire debet. nam & gestum est malo more [29]: & Prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit; sed hoc solum, quod hic accipit metu mortis illato. §. 1. Si is [30] accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interversurus qui, nisi dem; non dubitatur, quin maximo metu compellar: utique si jam in servitutem petor; & illis instrumentis perditis, liber pronunciari non possium.

§. 2. Quod si dederit, *ne stuprum patiatur* vir, seu mulier, hoc Edictum locum habet; cum vitis [31] bonis iste metus [32] major, quam mortis, esse debet. §. 3. Hæc, quæ diximus ad Edictum pertinere, nihil interest, in se quis veritus sit, an [in] liberis suis, cum pro [33] affectu [34] parentes magis in liberis terreantur [35].

---

14 *V. l.* 11. §. *de acquir. possess.*

15 *l. ult. in fi.* §. 16 Vinculorum pœna, vel carceris. *l.* 12. §. *eod.*

17 Μεγαλοψυχος κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην, 19 *Eclog.* περὶ ἠθῶν. Aristot. dixit, μεγαλόψυχον καλεῖν. 3 *Ethic. 4. Cuj.*

18 *Malitiosi*, quomodo dicatur bonitas & scelestus. *l.* 3. §. *de bon. cor. qui ante sent.*

19 *V. l.* 13. *C. de transact.* οὐ ἐνδόσιμον τῶν βεβαίων. *Basilicor.* §.

20 Imo tantum infamiæ hoc Edicto continetur; nam timor servitutis & similium adsumitur. *l.* 4. §. *eod.*

21 Imo, videtur contineri. *l.* 8 §. 2. §. *eod.*

22 Levis aut vulgaris.

23 10 *Eclog.* περὶ τῶν ἀδικούντων. *c.* 7.

24 Vide *tamen l.* 24. §. *de adult.*

25 Add. *l.* 9 §. *de sicariis.*

26 Imo non succurritur. *l.* 4. §. *de conditione ob turp. causam.*

27 ὑπὲρ πραγθέντος ἐμφανῶς, pro manifesto adulterio. *Eclog. d. loco.*

28 Vide *l.* 29 §. *plebiscitum.* §. *de adulteriis.*

29 *Ut l.* 1. §. 12. §. *de extraord. cogn.*

30 *Eclog. ibid. cap.* 8.

31 Stupri metus viro bono major est quam mortis. *Eclog. ibid. c.* 9.

32 Atqui timor infamiæ hoc edicto non continetur. *l.* 7. §. *eod.*

33 Metus infamiæ in liberis justus est.

34 Affectus nullus vincit justum terminum. *l.* 7. *C. de curatore furiosi.*

35 §. *ult. Inst. de noxal.*

36 Proximum & instantem, imo, & futurum *l.* 3. §. *eod.* Goth. Et qui in hominem constantissimum cadere potest. *l.* 6 §. *eod.* ut mortis, vinculorum. *l.* 7. 8. §. *cod.* stupri. *l.* 8. *in fin.* Carcerum. *l. pen.* Cruciatus corporis. *Hesychius. b. l. num.* 3. servitutis *l.* 4. *b. t.* Tortunarum, pudoris, & infamiæ realis, *l.* 8. §. 2. *b. t.* non verbalis, quia cum verborum atrocitate factum concurrat oportet. *l.* 3. *in fin. h. t. l.* 9. *C. eod* Anf.

37 *Si spectato* est rei futuræ, non præsentis.

38 Ut qui solo auditu territus fugiat, armis dejectus non contenditur, nec ei interdictum aut restitutio competat. *l.* 3. §. *proinde.* §. *de vi & vi armata* alium distinctionem probat lex 13. §. 7. §. *hoc.*

39 Secus si non auditus, sed vitis tum militibus profugerim. *l.* 33 § 2. §. *de usur. l.* 1. §. 29. §. *de vi & vi.*

40 *L.* 1. §. 5. §. 6. *l.* 16. §. 1. §. *quod vi.* 41 *l.* 5. §. *de vi & vi.* 42 Cur? ait enim Prætor, *quod metus causa factum est*: non autem ait, *quod metus causa fecisti.* Idem est in interdicto quod vi. *l.* 6. §. *quod vi.*

43 *l.* 14. §. 3. §. *eod. l.* 4. §. *metus.* §. *de except. dol.* * 44 *V. l.* 4. §. *de vi & vi.* 45 Si aliquis ut se de vi latronum vel hostium, vel populi liberaret, aliquid mancipavit, vel promisit, ad metum non pertinet: mercedem enim depulsi metus tribuit. *Paul. 1 sent.* 7. §. 5. *Eclog. d. loco. c.* 9. *in fin.*

46 Defensionem aliis interdum debemus, adde *l.* 34. §. 1. §. *de donat* 47 *l.* 5. *C. eod.*

48 10 *Eclog.* 7. *c.* 1. 49 Puta si vel servus ipse, *l.* 9. vel populus dominum ad libertatem conservandam cogerit. *l.* 17. §. *qui & à quibus.* Quid si extraneus? Joannes negat revocari libertatem. hoc certe constat magna ex causa à principe pupillum adversus libertatem posse restitui. *l.* 10. §. *de minor.* 50 Municipes vim etiam inferunt, *ut hic*; & dolum. *l.* 1. §. 1. §. *de dolo.* 51 Cæterùm vi extortam exceptione defendimus, & actione etiam revocamus. *Eclog. d. c.* 1. adde *l.* 5. §. *de vi publica.* Goth. Mascard. *conclus.* 1370. vide quædam huc spectantia apud Minsinger *cent.* 6. *observ.* 84. & Andr. Gail. *lib.* 1. *observ.* 22. *& lib.* 2. *observ.* 42. Anf. 52 Ulpianus adsessor Prætoris fuit. Periti autem juris adsessores esse debebant. dixi *l.* 2. §. *quod quisque juris.* 53 Quæ res adhuc in bonis est. *Eclog. ullo loco.* 54 Ex hoc Edicto. 55 Id est, spreta actione, Quod metus causa, volenti licet in rem agere rescissa traditione: vel in personam, rescisso liberatione.

56 Integri restitutio aut in rem competit, aut in personam. In rem actio competit, ut res ipsa de qua agitur revocetur: In personam, cum aut quadruplo pœna intra annum, aut simpli post annum peti potest. *Paul. 1 sent.* 7. §. 4. adde §. 6. §. *eod. l.* 3. *C. eod.*

actio, & in [58] personam [59], rescissa acceptilatione, vel alia liberatione. §. 5. Julianus lib. III Digestorum putat eum, cui res metus causa tradita est, non solum reddere, verum & de dolo repromittere debere. §. 6. Licet tamen in rem actionem dandam existimemus, quia res [60] in bonis est ejus, qui vim passus est; verum non sine ratione dicetur, si in quadruplum quis egerit, finiri [61] in rem actionem, vel contra. §. 7. Ex hoc Edicto restitutio [talis] facienda est, [id est] in integrum officio judicis, ut, si per vim res tradita est, retradatur, & de dolo (sicut dictum est [62]) repromittatur, ne forte deterior res sit facta. Et, si [63] acceptilatione liberatio intervenit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: usque adeo, ut Julianus scribat lib. IV [Digestorum], si pecunia debita fuit, quæ accepta per vim facta est, nisi vel solvatur, vel restituta obligatione judicium accipiatur, quadruplo eum condemnandum. † Sed & si per vim stipulanti promisero, stipulatio accepto facienda erit. † Sed & si ususfructus, vel servitutes amissæ sunt, restituendæ erunt [64]. §. 8. Cum autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam vim facientis coërceat, sed adversus omnes restitui velit, quod metus causa factum est: non immerito Julianus à Marcello notatus est scribens, si fidejussor vim intulit, ut accepto liberetur; in reum non esse restituendam actionem; sed fidejussorem; nisi adversus reum quoque actionem restituat, debere in quadruplum condemnari. Sed est verius, quod Marcellus notat, etiam adversus reum competere hanc actionem, cum in rem sit scripta [65].

X. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

ILlud verum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fidejussores acceptilatione liberati sunt, etiam adversus fidejussores [66] agi posse, ut se [67] reponant in obligationem. §. 1. Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationem fecerim; arbitratu judicis, apud quem ex hoc Edicto agitur, non solum illud continetur, ut in tua persona redintegretur obligatio, sed ut fidejussores quoque vel eosdem, vel alios non minus [68] idoneos adhibeas: præterea ut & pignora [69] quæ dederas, in eandem causam restituas.

XI. PAULUS lib. IV [Juliani] Digestorum notat.

SI quis alius sine malitia fidejussoris, ut fidejussori accepto fieret, vim fecit, non tenebitur fidejussor, ut rei quoque obligationem restituat [70].

De fructibus & omni causa. 1. Si is, qui vim fecit, vim passus est. 2. Si debitor metu solverit.

XII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SEd & partus [71] ancillarum, & fœtus pecorum & fructus restitui, & omnem [72] causam oportet: nec solum eos, qui percepti sunt; verum si plus ego percipere potui, & per metum impeditus sum; hoc quoque præstabit. §. 1. Quæri poterit, an etiam ei, qui vim fecerat, passo vim restitui Prætor velit per hoc Edictum ea quæ alienavit? & Pomponius scribit lib. XXVIII, non oportere ei Prætorem opem ferre. *nam cum liceat* 73, inquit, *vim* 74 *vi repellere* 75, *quod fecit, passus est*: quare si metu te coëgerit sibi promittere, mox [76] ego eum coëgero metu, te accepto liberare, nihil esse, quod ei restituatur. §. 2. Julianus ait eum, qui vim adhibuit debitori suo, ut ei solveret, hoc Edicto non teneri, propter naturam metus causa actionis, quæ damnum 77 exigit: quamvis negari non possit, in Juliam [78] eum de vi incidisse, & jus crediti amisisse [79].

Qui per vim extorquet, quod sibi debetur, jus crediti amittit.

XIII. CALLISTRATUS lib. V de Cognitionibus.

EXstat enim decretum [80] D. Marci, in hæc verba: *Optimum est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris.* Cum Marcianus diceret, *vim nullam fecit*: Cæsar dixit, *tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? vis* [81] *est & tunc, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam* [82] *debitoru, vel pecuniam [debitam] non ab ipso sibi sponte datam, sine ullo judice temere possidere, vel accepisse, isque sibi jus in eam rem dixisse, jus crediti non* [83] *habebit* [84].

Si exceptione tutus acceptilationem extorserit. 1. De quadruplo, & simplo, & causæ cognitione. 3. Qui tenentur hac actione: & quid probandum sit ab actore. 4. Natura hujus actionu. 5. De eo qui vim admisit, & eo ad quem res pervenit, & servo qui in fuga est. 6. De reo & fidejuss. 7. Quid quadruplatur. 8. De eo qui sisti promisit, & fidejussore. 9. De stipulatione per vim extorta. 10. Quadruplum quomodo accipitur. 11. Si servus vi ablatus pereat vel fugiat. 12. De furto. 13. De concursu hujus & de dolo actionu. 14. Quid quadruplatur. 15. Quatenus plures tenentur.

XIV. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

[ITem] Si cum exceptione adversus te perpetua [85] tutus essem, coëgero te acceptum mihi facere, cessare hoc Edictum: quia nihil tibi abest. §. 1. *Si quis non restituat: in quadruplum in eum judicium* pollicetur [86]. Quadruplabitur [87] autem omne, quodcumque restitui oportuit. Satis clementer cum reo Prætor egit, ut [88] daret ei restituendi facultatem, si vult pœnam evitare. *Post annum* vero *in simplum actionem* pollicetur: Sed non semper, sed *causa cognita*. §. 2. In causæ [89] autem cognitione versatur, ut si [alia] actio non sit, tunc hæc detur: & sane cum per metum facta injuria anno [&] quidem utili exoleverit: idonea [90] esse causa debet, ut post annum actio hæc dari debeat. Alia autem actio esse sic potest. Si is, cui vis admissa est, decesserit, heres ejus habet hereditatis petitionem; quoniam pro possessore, qui vim intulit possidet [91]: propter quod heredi non erit metus causa actio: quamvis, si annus largiretur, etiam heres in quadruplum experiri possit. Ideo autem successoribus [92] datur, quoniam & rei habet persecutionem. §. 3. In hac actione non quæritur [93], utrum is, qui convenitur, an alius metum fecit: sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum, vel vim: & ex hac re eum qui convenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse: nam cum metus [94] habeat in se ignorantiam, merito [95] quis non adstringitur, ut designet, quis ei metum vel vim adhibuit: & ideo ad hoc tantum actor adstringitur, ut doceat metum in causa fuisse, ut alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum videtur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur [96]. §. 4. Hæc autem actio cum arbitraria sit [97], habet reus licentiam, usque ad sententiam ab arbitro datam, restitutionem, secundum quod supra diximus, rei facere: quod si non fecerit, jure meritoque quadrupli condemnationem patietur.

§. 5. Aliquando tamen, & si metus adhibitus proponatur, arbitrium absolutionem adfert: quid enim, si metum quidem Titius adhibuit me non conscio, res autem ad me pervenit, & hæc in rebus humanis [98] non est sine dolo malo meo, nonne Judicis officio absolvar? aut si servus in fuga est? æque, si cavero Judicis officio, me, si in meam potestatem pervenerit, restituturum; absolvi debebo. † Unde quidam putant [99], bona fide emptorem ab eo qui vim intulit, comparantem non teneri: nec eum, qui dono accepit, vel cui res legata est. Sed rectissime Viviano videtur, etiam hos teneri: ne metus, quem passus sum, mihi captiosus sit [100]. Pedius quoque lib. VIII scribit, arbitrium Judicis in restituenda re tale esse: ut [1] eum quidem, qui vim admisit, jubeat restituere, etiamsi ad alium res pervenit: eum autem, ad quem pervenit, etiamsi alius metum fecit: nam in alterius præmium verti alienum metum non oportet [2]. §. 6. Labeo ait: Si quis per metum reus sit constitutus, & fidejussorem volentem dederit; & ipse, & fidejussor liberatur: si solus fidejussor metu accessit, non etiam reus; solus fidejussor liberabitur [3]. §. 7. Quadruplatur [4] autem id, quanti ea res erit, [id est] cum fructibus, & omni causa. §. 8. Si quis per vim sisti promittendo, postea fidejussorem adhibeat [5]: is quoque liberatur. §. 9. Sed & si quis per vim stipulatus, cum acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condemnatus: ex stipulatu eum agentem, adversus exceptionem replicatione adjuvari, Julianus putat: cum in quadruplo & simplum sit reus consecutus. Labeo autem etiam post quadrupli actionem nihilominus exceptione summovendum eum, qui vim intulit, dicebat: quod cum durum videbatur, ita temperandum est, ut tam tripli condemnatione plectatur, quam acceptilationem omni modo facere compellatur [6]. §. 10. Quatenus autem diximus, quadruplo simplum inesse, sic [7] hoc disponendum est, ut in condemnatione quadrupli res quidem omnimodo contineatur, & ejus restitutio fiat [8], pœnæ autem usque ad triplum stetur.

§. 11. Quid si homo [9] sine dolo malo & culpa ejus, qui vim intulit, & condemnatus est, periit? in hoc casu à rei condemnatione ideo relaxabitur, si intra tempora [10] judicati actionis moriatur [11], quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur. † Pro eo autem qui in fuga esse dicitur, cautio [12] [ab eo] extorquenda est, *Quatenus & persequatur, & omnimodo eum restituat*: & nihilominus in rem, vel ad exhibendum, vel si qua alia ei competit actio *ad eum recipiendum*, integra ei qui vim passus est, servabitur: ita [13] ut si dominus eum quoquo modo receperit, is qui ex stipulatione convenitur, exceptione turus fiat. Hæc si post condemnationem: si autem ante sententiam homo sine dolo malo & culpa mortuus fuerit, tenebitur [14]; & hoc fit his verbis Edicti: NEQUE EA RES ARBITRIO JUDICIS RESTITUATUR. Ergo si in fuga sit servus sine dolo malo & culpa ejus, cum quo agetur: cavendum esse per Judicem, ut eum servum persecutus reddat. Sed & si [15] non culpa ab eo, quo cum agitur, aberit: si tamen peritura res non fuit, si metum non adhibuisset, tenebitur reus [16]: sicut in interdicto UNDE VI, vel QUOD VI AUT CLAM, observatur. Itaque interdum hominis [mortui] pretium recipit, qui [17] eum venditurus fuit [18], si vim passus non esset.

§. 12. Qui vim intulit, cum possessionem à me sit consecutus [19], fur non est: quamvis qui vi rapuit, fur improbior [20] esse videatur, ut Juliano placet. §. 13. Eum qui metum fecit, & [21] de dolo teneri certum est (& ita Pomponius): & contumi [22] alteram actionem per alteram exceptione in factum opposita.

§. 14. Julianus ait, quod interest, quadruplari solum; & ideo eum, qui ex causa fideicommissi quadraginta debebat, si trecenta promiserit per vim, & solverit, ducentorum sexaginta quadruplum consecuturum: in his enim cum effectu vim passus est.

§. 15. Secundum hæc, si plures metum adhibuerint, & unus fuerit conventus: siquidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnes liberati sunt [23]. Sed etsi id non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituerit, verius est, etiam sic perimi adversus cæteros metus causa actionem.

XV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

AUt in id dabitur adversus cæteros actio, quod minus [24] ab illo exactum sit.

1. Si servi metum adhibuerint. 2. De successoribus.

XVI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

QUod diximus, si plures metum admiserunt: idem dicendum erit, & si [25] ad alium res pervenit, alter metum adhibuit.

§. 1. Sed si servi metum adhibuerint, noxalis quidem actio ipsorum nomine erit [26]: poterit autem quis dominum, ad quem res pervenerit, convenire: qui conventus sive rem, sive (secundum quod jam dictum est) quadruplum præstiterit, proderit & servis [27]. Si vero noxali conventus, maluerit noxæ dedere, nihilominus ipse poterit conveniri, si ad eum res pervenit.

§. 2. Hæc actio heredi [28], cæterisque successoribus datur: quoniam rei habet persecutionem. † In heredem autem, & cæteros in [29] id, quod pervenit ad eos, datur: non immerito: licet enim pœna [30] ad heredem non transeat, attamen quod turpiter [31], vel scelere quæsitum est (ut & est rescriptum) ad compendium [32] heredis non debet pertinere [33].

Si quid ad primum heredem semel pervenit, hæc actio perpetuatur.

XVII. PAULUS lib. I Quæstionum.

VIdeamus ergo, si heres, ad quem aliquid pervenerit, consumpserit [34] id, quod pervenit, desinat teneri; an vero sufficit semel perveniſſe? & si consumpto eo decesserit, utrum adversus heredem ejus omnimodo competit actio: quoniam hereditariam suscepit obligationem: an non sit danda, quoniam ad secundum heredem nihil pervenit? Et melius est, omnimodo competere in heredem heredis actionem: sufficit enim semel [35] perveniſſe ad proximum heredem; & perpetua [36] actio esse cœpit: alioquin dicendum erit nec ipsum, qui consumpsit, quod ad eum pervenit, teneri.

De eo qui factus est locupletior.

XVIII. JULIANUS lib. LXIV Digestorum.

SI ipsa res, quæ ad alium pervenit, interiit: non esse locupletiorem dicemus. Sin vero in pecuniam aliamve rem conversa sit, nihil amplius quærendum est, quis exitus sit, sed omnimodo locuples [factus] videtur, licet postea deperdat [37]. Nam & Imperator

---

[58] In personam actionem hic negat esse actionem quod metus causa Cujac. *ad illum locum. Paul. §. 4.*

[59] *l. 2. §. quib. ad libert. proclamare.*

[60] *Antisset* rem non videtur is, cui Prætor restitutionem in integrum promittit. dixi *l. 1. §. ut. prox.*

[61] *l. 14. §. 13. §. eod.*

[62] *§. 5. §. eod.*

[63] *l. 10. §. eod.*

[64] *l. 15. §. 7. §. quod vi aut clam.*

[65] Non in rem simpliciter: quia hæc actio vi ipsa, in personam; scriptura, in rem est: quippe in Edicto, verba ad id quod gestum est rescindendum concepta sunt, non in personam ejus qui metum intulit. *Bart.*

[66] V. *quæ scripsi ad l. 45. §. 2. §. mandati.*

[67] *l. 9. § 7. §. eod.*

[68] V. *l. 25. §. 2. §. de arbitris.*

[69] *Arg. l. 27. §. si minor. §. de minoribus.*

[70] Nemo ex alieno metu tenetur, nisi commodum sensit. *l. 14. §. 3. §. eod.*

[71] *l. 38. §. 6. §. de usuris.*

[72] Inde colligitur, servum per metum alienatum, adquirere ei qui vim passus sit, non ei qui metum intulit. *Paul. 1. sent. 7. §. 6.*

[73] Omni jure: etiam divino. *l. 3. §. de justitia.*

[74] *l. 3. §. 9. §. de vi & vi. 10 Eclog. tit. Βίας. cap. 1.*

[75] Moderate & cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 1. C. unde vi.*

[76] Quid si non ex continenti, sed ex intervallo? v. *hic Cuiac. Max* autem idem quod *confestim*, non *ex intervallo. l. 3. §. 9. §. de vi.*

[77] Id est, damni æstimationem.

[78] De vi, de qua §. 8. *Inst. de publ. jud. v. l. 1. §. 2. §. de vi.*

[79] *l. 6. l. 7. C. unde vi. l. 9. C. de oblig. l. ult. C. de suffragio.*

[80] Repetitur *l. pen. §. ad l. Jul. de vi privata.* adde huic loco *Deuteron. 24.*

[81] Imo vis non est. *l. 55. de furtis.*

[82] An etiam minimam, vel partem? Mitius videtur, ut ea tantum parte debitum amittat, non solidum, *l. sanximus. C. de pœnis.* v. *Pileum, qu.* 87.

[83] *d. l. 6. & 7.*

[84] Imo, si furi absolvit, jus crediti non amittit, *l. 48. in princ. §. de furtis. l. 10. §. 15. §. quæ in fraud. credit.* adde casum *l. 54. C. de decurionib.*

[85] Puta doli, §. *perpetuæ. Inst. de except.*

[86] Prætor Edicto suo.

[87] *§. 7. §. pen. §. eod. l. 21. §. 2. §. eod.*

[88] V. *l. 65. §. de furt. §. 27. Inst. de action.*

[89] *l. 16. in prin. §. de minor.*

[90] 10 *Eclog. περὶ ἀδικ. c. 13.*

[91] Adde *l. 19. §. de acquirit. hered.*

[92] *l. 3. C. eod. Eclog. eo. c. 13. in fin.* 93 *l. 9. §. 1. §. eod. l. 5. C. eod. l. 15. in fi. §. de dolo.*

[94] Metus in se ignorantiam habet. [95] Metum probari sufficit, licet non probetur per quem. Ratio hæc adfertur ab Accursio, quod multa noctu fiant (etiam in hominum frequentia) quæ probari nequeunt. Baldus, Angelus & alii, negant ea quæ noctu fiunt, probari posse, nisi Luna radiis terram illustret, vel ignis splendor affuerit. *Bart. lib. de restib. Bal. c. 1. §. porro, quæ fuit prima causa beneficia amittendi. Decius cons. 163. & 429.* Ideoque Baldus & Angelus hic referunt, Oldradum defendisse quendam, quem duo testati fuerant noctu homicidium admisisse, hoc probato, ea nocte splendorem Lunæ visum non fuisse. Diodorus etiam refert, & Plutarch. *in Alcibiade*, reprobatum testem cum interrogaretur quomodo noctu vidisset, & respondisset, per Lunæ radios, & probatum fuisset tum interlunium fuisse. Hoc igitur testimonium verum esse potest, in his quæ Luna crescente vel plena visa sunt, non obscura. Idem quoque in nocturnis pugnis est, propter umbras ipsorum pugnantium: cujus exemplum v. *apud Thucydidem lib. 6. & Florum in Mithridate.*

[96] Atque ita in quadruplum continuas punitur. *Bart.*

[97] Id est, ex quo Judicis officio fit statio sit. *§ præterea. Inst. de act.*

[98] Is ad quem res pervenit ex metu illato per alium, rei interitu liberatur. *Bart.*

[99] Et male. *§. eod.*

[100] Quod esse non oportet. *l. 5. §. de transact.*

[1] Paulus *l. sententiarum 8. §. 2.*

[2] Vide *l. ult. §. plane si. §. de eo per quem.*

[3] Resistitio principali, accessorium rescinditur: at non ex contrario. *Bart.*

[4] V. *§. 1. §. eod.*

[5] Coactus scilicet. nam si volens, metum sibi illatum videtur dissimulare. *arg. l. 2. C. eod.*

[6] Id est, qui vim intulit, si recusat, acceptum ferre in triplum condemnatur, & acceptum præterea facere tenetur.

[7] *§. 25. Inst. de action.*

[8] Vel si ea periit, ejus æstimatio.

[9] Vid. Leonin. *emendat. lib. 3. cap. 13. num. 4. &* Bellon. *lib. 3. suputat. c. 12.* Ans.

[10] Id est, intra quatuor menses. v. *l. 2. l. ult. C. de usuris rei judicatæ.*

[11] Id est, quia priusquam mora fieret, res interiit. v. *l. 29. in fin. §. de verb. obligat.* Is autem in mora non est, quia dilationem habet à lege: secus erit si post tempora judicati res perierit. v. Gov. *l. lect. 11.*

[12] Cautio de persequendo. *§. 1. Inst. de divis. stipulationum.* ubi Theophil. *l. 69. in fin. §. de leg. 1.*

[13] Adde *l. 15. in fin. §. quod vi.*

[14] *l. 1. C. eod.*

[15] Sed etsi culpa. *Cujac.*

[16] Ergo à contrario, reus non tenebitur, si peritura res erat, etiamsi metus non fuisset adhibitus. *l. 14. in fin. §. depositi.*

[17] *l. 38. in fin. §. de rei vindic.*

[18] V. *l. 15. in fin. §. de rei vind. l. 47. in fin. §. de leg. 1.*

[19] V. *l. 38. in fin. §. de usucap.*

[20] V. *l. 1. l. 2. §. 10. §. vi bonor. l. 1. § 1. §. de officio Prætorib.*

[21] Atqui dolus ex insidiis, *l. 6. C. de dolo.* vis vero & metus palam admittitur.

[22] *l. 9. § 7. §. eod.*

[23] Hæc enim actio ab initio rei persecutoria est: Aquilia vero, pœnalis. *l. 11. §. 2. §. ad l. Aquil.*

[24] V. *l. 1. in fin. §. vi bonorum.*

[25] *l. 3. in pr. C. eod.*

[26] *l. 1. §. de noxalib.*

[27] Ne liberi postea conveniantur. *Accurs.*

[28] *Eclog. eod. c. 13. & 16.*

[29] *l. un. C. ex delict. def.*

[30] *l. 1. §. de privatis delictis.*

[31] Turpiter quæsita heredibus adquirentis prodesse non debent.

[32] Lucrum & commodum.

[33] V. *l. 3. in pr. §. de vi & vi*

[34] Id est, si facto ejus interierit, secus si res perierit naturaliter. *l. 14. §. 5. §. eod.* [35] Atqui hic consideratur quod litis contestatæ tempore pervenit. [36] Vide *l. 18. §. eod. l. 20. §. eod.* [37] Depereat.

rator Titus Antoninus Claudio Frontino de pretiis rerum hereditariarum rescripsit, ob idipsum peti ab eo hereditatem posse: quia licet res, quæ in hereditate fuerant, apud eum non sint: tamen [38] pretium earum, [quo] locupletem eum vel sæpius mutata specie faciendo, perinde [39] obligat, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent.

De herede.

XIX. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

QUod autem in heredem eatenus pollicetur actionem Proconsul [40], quatenus ad eum pervenit, intelligendum est, ad perpetuo [41] dandam actionem pertinere.

XX. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

QUantum autem ad heredem pervenerit, litis contestatæ tempore spectabitur: si modo certum sit aliquid pervenisse.
† Idem & [42] ipsius, qui vim intulit, [si] sic in corpus patrimonii pervenit aliquid, ut certum sit ad heredem perventurum, id est, si debitor liberatus est [43].

De eo qui sibi metum infert. 1. Metus causa gestum nullo tempore ratum haberi. 2. Quid quadruplatur. 3. De dotis promissione. 4. Si metu discedatur à contractu bonæ fidei. 5. De additione vel repudiatione hereditatis.

XXI. PAULUS lib. XI ad Edictum.

SI mulier contra patronum suum ingrata [44] facta sciens se ingratam, cum [45] de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiserit, ne in servitutem redigatur: cessat Edictum, quia [46] hunc sibi metum ipsa infert [47]. §. 1. Quod metus causa gestum erit, nullo tempore Prætor ratum habebit. §. 2. Qui possessionem non sui fundi tradidit, non quanti fundus, sed quanti possessio est; ejus quadruplum [48], vel simplum cum fructibus consequetur: æstimatur enim, quod restitui oportet; id est, quod abest: (abest) [49] autem nuda possessio cum suis fructibus: quod & Pomponius. §. 3. Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem [50]: quia est verissimum, nec talem promissionem dotis ullam esse. §. 4. Si metu coactus sim ab emptione, locatione discedere: videndum est, an nihil sit acti, & antiqua obligatio remaneat? an hoc simile sit acceptilationi, quia nulla ex bonæ fidei obligatione possimus niti, cum finita sit dum amittitur? & magis est, ut similis species acceptilationi sit: & ideo Prætoria actio nascitur. §. 5. Si metu coactus adii hereditatem, puto me heredem effici [51], quia quamvis, si liberum esset, noluissem, tamen [52] coactus volui [53]: sed per Prætorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur. §. 6. Si coactus hereditatem repudiem, duplici via Prætor mihi succurrit: aut utiles actiones quasi heredi dando, aut actionem metus causa præstando: ut quam viam ego elegerim, hæc mihi pateat [54].

De eo quod in carcere extortum est.

XXII. PAULUS lib. I Sententiarum.

QUi [55] in carcerem [56] quem detrusit, *ut* [57] *aliquid* [58] *ei extorqueret*: quidquid ob hanc [59] causam factum est, nullius momenti est [60].

De metus præsumptione & probatione. 1. De vinculorum metu. 2. De athleta à certaminibus prohibito. 3. De apparitoribus.

XXIII. ULPIANUS lib. V Opinionum.

NOn [61] est verisimile [62] compulsum in Urbe inique indebitum solvisse eum, qui claram [63] dignitatem se habere prætendebat: cum potuerit jus publicum invocare [64] & adire aliquem potestatem præditum, qui utique vim eum pati prohibuisset: sed hujusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes [65] violentiæ opponere. §. 1. Si justo metu perterritus cognitionem [66], ad quam ut vinctus iret, potens adversarius minabatur, id quod habere licebat, compulsus vendidit [67]: res suæ æquitati per Præsidem provinciæ restituitur. §. 2. Si fœnerator inciviliter custodiendo [68] athletam, & à certaminibus prohibendo [69] cavere compulerit [70] ultra quantitatem debitæ pecuniæ: his probatis competens Judex rem suæ æquitati restitui decernat. §. 3. Si quis, quod adversario non debebat, delegante eo, per vim, apparitione [71] Præsidis interveniente, sine notione Judicis coactus est dare: Judex inciviliter extorta restitui ab eo, qui rei damnum præstiterit, jubeat. Quod si debitis satisfecit simplici jussione [72], & non cognitione habita: quamvis non extra [73] ordinem exactionem fieri, sed civiliter oportuit: tamen quæ solutioni debitarum ab eo quantitatum profecerunt, revocare incivile est.

TIT. III.

DE [1] DOLO MALO [2].

Edicti ratio. 1. Et verba. 2. Quid sit dolus malus. 3. Distinctio doli. 4. Si alia actio sit vel non: si interdictum sit, vel exceptio vel stipulatio. 5. De turpi stipulatione. 6. Si in integrum restitui potest. Si alia actio tempore finita sit. 7. De actione amissa. 8. Si alia actio sit contra eum qui de dolo tenetur, vel contra alium.

1. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

HOc Edicto [3] Prætor adversus varios & dolosos, qui aliis offuerunt calliditate quadam, subvenit: ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnosa.

§. 1. Verba autem Edicti talia sunt: QUÆ DOLO MALO FACTA ESSE DICENTUR, SI DE HIS REBUS ALIA ACTIO NON ERIT [4], ET JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, JUDICIUM DABO. §. 2. *Dolum malum* Servius [5] quidem ita definit, machinationem [6] quandam alterius decipiendi causa, cum [7] aliud simulatur, & aliud agitur [8]. Labeo autem, posse [&] sine simulatione id agi, ut quis circumveniatur: posse & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari: sicuti faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserviant [9], & tuentur vel sua vel aliena. Itaque ipse sic definiit, dolum malum esse *omnem calliditatem* [10], *fallaciam* [11], *machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam*. Labeonis definitio vera est. §. 3. Non fuit autem contentus Prætor DOLUM [12] dicere, sed adjecit MALUM: quoniam Veteres *dolum* etiam *bonum* dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: maxime, si adversus hostem [13] latronemve quis machinetur [14]. §. 4. Ait Prætor, SI DE HIS REBUS ALIA ACTIO NON [15] ERIT [16]. Merito Prætor ita demum hanc actionem pollicetur, si alia non sit: quoniam famosa actio non temere debuit à Prætore decerni, si sit civilis, vel honoraria, qua possit experiri. Usque adeo, ut [&] Pedius lib. VIII scribat: etiam si interdictum sit, quo quis experiri, vel exceptio, qua se tueri possit, cessare hoc Edictum. Idem & Pomponius lib. XXVIII, & adjicit: & si stipulatione tutus sit quis, eum actionem de dolo habere non posse: ut puta si de dolo [17] stipulatum sit. §. 5. Idem Pomponius ait, & si actionem in nos dari non oporteat, veluti si stipulatio tam turpis [18] dolo malo facta sit, ut nemo daturus sit ex ea actionem [19], non debere laborare [20], ut habeam de dolo malo actionem: cum nemo sit adversus me daturus actionem.

§. 6. Idem Pomponius refert, Labeonem existimare, etiam si quis in integrum restitui possit, non debere ei hanc actionem competere [21]: & si alia actio tempore finita sit [22], hanc competere non debere: sibi imputaturo eo, qui agere supersedit: nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, ut tempus exiret [23]. §. 7. Si quis, cum actionem civilem haberet, vel honorariam in stipulatum deduxtam, acceptilatione [24], vel alio modo sustulerit: de dolo experiri non poterit, quoniam habuit aliam actionem: nisi in amittenda actione dolum malum passus est. §. 8. Non solum autem si adversus eum sit alia actio, adversus quem de dolo quæritur,

II. PAULUS lib. XI ad Edictum.

VEl ab eo res servari poterit [25],

III. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

NOn habet hoc Edictum locum: verumetiam si adversus alium

IV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

SIt actio: vel si ab alio res mihi servari poterit.

V. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

IDeoque si quis pupillus à Titio, tutore autore concludente circumscriptus sit, non debere eum de dolo actionem adversus Titium habere, cum [26] habeat tutelæ actionem, per quam consequatur, quod sua interfit. Plane, si tutor solvendo non sit; dicendum erit, de dolo actionem dari ei.

VI. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

NAm is nullam [27] videtur actionem habere, cui propter inopiam [28] adversarii inanis [29] actio est.

Si res alio modo servari possit vel non. 1. De pœnali vel populari actione. 3. Si dubitetur an alia actio sit. 4. De servo usuario occiso. 5. De servo legato occiso. 6. De pauperie. 7. De servo soluto. 8. De servo, qui pactionis pro libertate reum dedit. 9. De dolo procuratoris. 10. De eo qui affirmavit, eum qui mutuatus est, idoneum esse.

VII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

ET eleganter Pomponius hæc verba, SI [30] ALIA ACTIO [31] NON SIT, sic excipit, quasi [32] res alio modo ei, ad quem ea res pertinet, salva esse non poterit. † Nec videtur huic sententiæ adversari, quod Julianus lib. IV scribit, si minor annis viginti quinque consilio [33] servi circumscriptus, eum vendidit cum peculio, emptorque eum manumisit, dandam in [34] manumissum de dolo actionem. (Hoc enim sic accipimus, carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non possit [35];) aut [36] nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut venderet, circumscriptus est: & quod minor proponitur, non inducit in integrum restitutionem: nam adversus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere [37].

§. 1. Secundum quæ, & si pœnali actione indemnitati ejus consuli possit, dicendum erit, cessare de dolo actionem.

§. 2. Pomponius [autem] etiamsi popularis actio [38] sit, cessare de dolo ait actionem. §. 3. Non solum autem si alia actio non sit, sed & si dubitetur, an alia sit, putat Labeo de dolo dandam actionem: & adfert talem speciem: qui servum mihi debebat, vel ex venditione, vel ex stipulatu, venenum ei dedit, & sic eum tradidit:

---

38 *l.* 22. *in fin. & l.* 23. *l.* 25. §. 2. *ff. de petit. her.*

39 Imo non perinde obligat. *l.* 29. *ff. de donat. inter virum.*

40 Ita enim in proconsulari provincia edicta proponebat, quæ provinciales appellantur. *l.* 1. *de alien. judicii.* Ant. Aug. Buendic. 5.

41 Ut *l.* 17. *in fin. ff. eod.*

42 Et si in ipsius.

43 Si defunctus vi liberatus est, & in corpus patrimonii ejus & ad heredem liberati pervenit.

44 Ingratitudinis causa, libertus in servitutem revocari potest. *ut pict. l.* 70. *ff. de verb. signif. l.* 1. *C. de libertis.* Ob eandem causam ingratitudinis, revocari potest donatio, *l. ult. C. de revoc. don.* & emancipatio. *l. un. C. de ingratis liber.*

45 Eum, qui carcere & custodia publica tenetur, contrahere sponte & ultro posse hinc colligunt.

46 Id est, hic metus justus non fuit.

47 Unde ei non succurritur. *l.* 2. §. 8. *ff. si quis cautionibus.*

48 V. *l.* 14. § 7. *ff. eod.*

49 V. *l.* 119. *ff. de reg. jur.*

50 Imo, ex stipulatione per vim extorta nascitur obligatio. *l.* 36. *ff. de verb. obligat. l. penult. C. de inut. stip.*

51 Imo non fio heres. *l.* 6. *in fin. ff. de acq. hered.* nam voluntati vis contraria est. *l.* 1. *ff. eod.*

52 V. *l.* 22. *ff. de rit. nupt.*

53 V. *l.* 85. *ff. de acq. hered. l.* 22. *ff. de rit. nupt.*

54 Vide *l.* 1. §. *illud. ff. de separ.*

55 Paul. 1. *sent.* 7. §. 8.

56 Privatum vel publicum.

57 Et sic injuste.

58 Puta liberationem, vel syngrapham. *Goth.* Pertinet hæc lex non tantum ad obligationes, sed etiam ad confessiones in carcere factas, ut Accursium hic notasse animadvertit Anton. Fab. *in rational. hic.* Ans.

59 Et sic potest ob alias causas promittere. 60 Quia ultra quantitatem debitæ pecuniæ extorsit. *arg. l.* 23. §. 2. *ff. eod.* vel debitorem in privatum carcerem, injuria & dolo malo, per vim conjecit. *arg. l.* 5. *ff. de vi pub.* Paul. 1. *sent.* 7. §. *ult.* secus si juste in carcerem conjectus promisit. *l.* 21. *in princ. ff. eod.* Alii omnem translationem, promissionem, conventionem, traditionem in carcere factam improbant, quod is qui carcere detinetur, omnia metu facere, præsertim cum suo creditore, præsumatur: & ipse carcer, metus justus sit. Imo & ipse metus vinculorum restitutionem parit. *l.* 7. §. 1. *ff. eod. l. ult.* §. 1. *ff. eod.* Addunt idem dicendum utcunque extra carcerem, custodem tamen habens contrahat, quia solutus nondum dicitur. *l.* 48. *ff. de verb. sign.* 61 Imo est Clementina *Pastoralis. de sententia & rejudicata.* utique: quoties videlicet factum contrarium præsumptioni, veluti si judex subditum manu armata citet: terror ille armorum efficit ut citanti, velut hosti, fidem quis non præstet. *l.* 3. *ff. de vi. c. accedens. ut lite non contestata.* Proinde, ex hujusmodi causa, relatus etiam sub juramento redeundi, poterit non reverti. Quidam tamen existimant perjurium gravius majusque delictum esse homicidio. *l.* 21. *ff. de negotiis. l.* 4. *ff. de captivis.* 62 Id est, præsumptio contraria est: & quo magis contraria, eo durioribus probationibus oneratur. alias metus non præsumitur nisi probetur. *l.* 2. & 9. *C. eod.* 63 Id est, senatoriam: dixi ad *l.* 5. *C. de curat. furiosi.* 64 Dixi ad l. XII Tabul. 65 V. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt. c.* 126. Ans. Adde Mascard. *de probat. tom.* 2. *conclus.* 1054. *n.* 123. And. Gail. *lib.* 2. *obs.* 93. S. L. 66 Cognitionis, *Cuj.* Principis scilicet cujus metus justus non est, aut quem metuere injuria est. 67 *l. ult. C. eod. l.* 6. *ff. de off. Præsid.* 68 Vim facit qui hominem domo includit, ut sibi rem mancipet aut promittat, Paul. 1. *sent.* 7. §. 8. *l.* 5. & 8. *ff. de vi publica.* 69 Metu reverentiali factum rescindi hinc colligunt. vide Bart. *in l.* 1. §. *quæ onerandæ. in fin. ff. quarum rerum actio.* 70 Ut *l.* 7. *C. eod.* 71 V. *l.* 12. *C. eod. Goth.* De Apparitorum falsa, insciojudice, committentium pœna, vid. Peccium *de jure sistendi. c.* 22. & 23. Et quatenus hisce licitum sit resistere, vid. Marc. *decis. Delphin.* 772. & Ant. Fab. *ad C. lib.* 7. *tit.* 20. *defin.* 15. S. L. 72 Quæ jus crediti non aufert jubenti. *arg. l.* 12. *in fin. ff. eod.* 73 Extraordinaria cognitio, exactio, seu executio erat, *hic & in l.* 50. *ff. de evict. l.* 3. *ff. ne vis fiat ei qui in possess.* quoties Magistratus apparitorem vel viatorem ministrum dabant ad decreti, judicati, vel præcepti sui executionem faciendam: *l. ult. ff. de judiciis.* sicut ordinarie exequi dicebantur, quoties judicem arbitrum in eam rem dabant. *l.* 75. *ff. de judiciis. l.* 15, §. 6. 7. 8. *ff. de rejudicata.* Sic ordinario jure interdicto res expediri dicitur, *l.* 1. §. 2. *ff. si ventr. nomine.* sic ordin. cognitio appellatur, cum ex formula apud judices datos causa agitur: extraordinaria vero, cum ipsi judices notionem adhibent suam. His addatur tuendæ jurisdictionis remedia ea fuisse pignoris capionem, multæ dictionem, corporis retentionem & coërcitionem. *l.* 1. §. 3. *ff. de ventre. §.* 1. *Inst. de satisdat. tutorum. l.* 4. §. 1. *ff. de damn. l.* 9. *in fin. ff. ad l. Jul. peculatus.* v. Brisson. 2 *select.* 2.

1 Huic titulo addit titulum *de eo per quem factum fr. ff. tit. si quid in fraudem patroni.* item titulum *de his quæ in fraudem creditorum.* item titulum *de doli mali exceptione.* tam varie & tot locis ac titulis *de dolo* in jure agitur. Cæterum hæc doli mali actio subsidiaria est, & extremum juris sui consequendi remedium. vid. Cujacium *l.* 30. *ff. soluto.* quæ est Africani *lib.* 7.

2 II. C. XXI. Paul *sent.* 1. *tit.* 8. 10 *Eclog.* 3.

3 Cujus origo ad C. Aquilium. Cicer. 3 *de off.* & 3 *de natura.* & ante eum, ad l. XII Tab. & l. Lætoriam, de minoribus defraudatis refertur. *Cujac.*

4 Ut *l.* 19. *in pr. ff. de minoribus. l.* 4. *ff. eod.* Goth. Corruptam esse hanc legem censet Hottomann. 1. *obs. cap.* 19. vid. Ant. Fab. *lib.* 4. *conject. c.* 7. Ans.

5 Et Gallus Aquilius apud Ciceronem 3 *de offic. & in Topicis.*

6 Hæc verba, *machinationem alterius decipiendi causa*, interpungit Hotom. 1 *obs.* 19. & 3 *obs.* 27.

7 Idem traditur *in l.* 7. §. *pactorum. in fin. ff. de pactis.*

8 Paul. 1 *sent.* 8. §. 1.

9 Al. *servabit*, forte *temporis servandi*: cujus rei exemplum de Cicerone extat apud Gell. *lib.* 12. *c.* 12.

10 Πανουργίαν, ἀπάτην & μηχανήν. *Eclog. eod. cap.* 1.

11 Cujus est exemplum *in l.* 13. §. *idem Julianus. ff. de act. empt.*

12 Festus *in voce dolo. l.* 26. *ff. de captivis. Eclog. eod.* Dolus an virtus quis in hoste requirat? veneni tamen usus adversus hostem injustus est, 3 Gell. 8. Seneca 4. *Controv.* 7. Populus Romanus vincere hostem veneno noluit. proditione etiam noluit. *Goth.* De doli definitione vid. Hotomann. 3 *obs.* 27. Paul. 1 *sent.* 8. Prateum *inverf. c.* 20. Ans.

13 Hosti fides quibus casibus servanda, vide Zas. *in Apolo.* 1. *ad Joan. Eckium.*

14 Dolo non facit qui fraudem excludit. v. *l.* 177. §. *antepenult. ff. de leg.* 2.

15 §. 1. *ff. eod. l.* 2. *C. eod.* hæc enim actio subsidiaria est.

16 Imo cum alia concurrere potest. *l.* 14. §. *cum qui. ff. tit. prox.*

17 Non committendo, ut *l.* 31. *ff. de aedilit.*

18 Turpis stipulatio non parit actionem. *l.* 26. *ff. de verb. oblig.* 19 Quia turpis stipulatio nullius est momenti, ideoque nullam actionem parit. *d. l.* 26. *ff. de verb. oblig.* 20 Id est, sollicitum esse. 21 Cur ita? cellige ex *l.* 7. *in fin. ff. de in integr. restit.* 22 Ut redhibitoria: id est, qui aliam actionem habuit, & tempore amisit, non agit de dolo: sibi enim imputare debet, quod non egerit maturius; nisi dolo adversarii dies actionis exierit. *Cujac.* 23 Quemadmodum *in l.* 15. *l.* 23. *in fin. ff. ex quibus causis majores. l.* 24. *ff. quæ in fraud. credit.* quæ tamen sunt huic quodammodo contrariæ. 24 De vi acceptilationis vide *l.* 3. *C. de accept.* 25 Ut *l.* 17. *in pr. ff. eod.* 26 Hinc colligit Accursius, actionem de dolo non concurrere, nec secum pati actionem æque famosam, qualis est tutelæ directa. *l.* 1. §. *qui pro socio. ff. de his qui notantur.* 27 *Inanis* est actio quam excludit inopia debitoris. *ut hic.* 28 Imo ut sit inopia, non definit esse actio. *l.* 74. *in fin. ff. de evict.* 29 Inanis actio; vana & sine effectu; ita inanis actio, *l.* 24. *ff. mandati.* & Paul. *l.* 24. §. 2. *ff. de liberali. caus. & 2 sent.* 15. §. 1. inanis obligatio, *l.* 8. §. 9. *ff. ad Velleian.* inanis stipulatio, *l.* 8. *ff. de condict. ob turpem. l.* 39. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* inanis epistola, *l.* 38. *ff. eod.* 30 *Si* particula exceptiva, ut paulo post innuitur.

31 *Actionis* verbo intelligitur omne auxilium. *l.* 27. §. 13. *ff. ad l. Aquiliam.* 32 Pro *quæsi*, emendat Grot. Flor Sparf. hic. *fique*, transpositis litteris, & mutatione levi. *S. L.* 33 Dolo.

34 Atqui ex dolo in servitute commisso non tenetur liber factus. *l.* 1. *C. an ser. ex fuo facto.*

35 Alias si emptor in dolo fuit, venditio rescinderetur. *l.* 5. *C. de rescind. vendit.* 36 Electionem habet emptor deceptus utrum stetur contractui. adde *l.* 13. §. 27. *ff. de act. empt.* 37 *l.* 9. *in fin. l.* 10. *ff. de minorib.* 38 Pecuniaria: ut albi corrupti. *l.* 7. *in pr. ff. de jure isd.* sepulchri violati, dejecti vel effusi, apertarum tabularum ante quæstionem familiæ. *Cujac.*

didit: vel fundum, &, dum tradit, imposuit ei servitutem, 39 vel ædificia diruit, arbores excidit, vel extirpavit: ait Labeo, sive cavit de dolo 40, sive non, dandam in eum de dolo actionem: quoniam, si cavit, dubium est, an competat ex stipulatu actio: sed est verius, tiquidem de dolo cautum est, cessare actionem de dolo, quoniam est ex stipulatu actio: si non est cautum, in ex empto quidem actione cessat de dolo actio, quoniam est ex empto: in ex stipulatu, de dolo actio necessaria est. §. 4. Si servum usuarium proprietarius occidit 41: legis Aquiliæ actioni & ad exhibendum accidit, si possidens proprietarius occidit: ideoque cessat de dolo actio. §. 5. Item si servum legatum 42 heres ante aditam hereditatem occiderit: quoniam prius quam factus sit legatarii, interemptus est, cessat legis Aquiliæ actio: de dolo autem actio, quocunque tempore eum occiderit, cessat 43: quia ex testamento actio competit. §. 6. Si quadrupes tua, dolo 44 alterius, damnum mihi dederit, quæritur, an de dolo habeam adversus eum actionem? Et placuit mihi quod Labeo scribit; si dominus quadrupedis non sit solvendo, dari debere de dolo: quamvis, si noxæ deditio sit secuta, non 45 puto dandam, nec 46 in id, quod excedit 47. §. 7. Idem Labeo quærit; si compeditum 48 servum meum, ut fugeret, solveris, an de dolo actio danda sit? Et ait Quintus apud eum *notans*; si non misericordia 49 ductus feceris, furti teneris: si misericordia 50, in factum actionem dari debere. §. 8. Servus pactionis pro libertate reum 51 domino dedit ea conditione, *ut post libertatem transferatur in eum* 52 *obligatio* 53 *v.* manumissus non patitur in se obligationem transferri: Pomponius scribit, locum habere 54 de dolo actionem: sed si per patronum stabit, quo minus obligatio transferatur; dicendum ait, patronum exceptione à reo summovendum. Ego moveor: quemadmodum de dolo [actio] dabitur, cum sit alia actio? nisi forte quis dicat: quoniam exceptione patronus summoveri potest, si agat cum reo; debere dici, quasi 55 nulla actio sit 56, quæ exceptione repellitur, de dolo decernendam. At quin patronus tunc summovetur, si nolit expromissorem 57 ipsum manumissum accipere: expromissori plane adversus manumissum dari debebit de dolo: aut si non sit solvendo expromissor, domino dabitur.

§. 9. Si dolo malo procurator passus 58 sit vincere adversarium meum, ut absolveretur, an de dolo mihi actio adversus eum, qui vicit, competat, potest quæri? & puto non competere, si paratus sit reus transferre judicium sub exceptione hac, SI COLLUSUM EST: alioquin de dolo actio erit danda: scilicet si 59 cum procuratore agi non possit, quia non esset solvendo. §. 10. Idem Pomponius refert, Cæcidianum Prætorem non dedisse de dolo actionem adversus eum, qui 60 adfirmaverat 61, *ide verum esse eum, cui mutuus pecunia daretur*: quod verum est: nam nisi 62 ex magna & evidenti calliditate, non debet de dolo actio dari 63.

VIII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

QUod si, cum scires eum facultatibus 64 labi, tui lucri gratia adfirmasti mihi *idoneum esse*: merito adversus te, cum mei decipiendi gratia alium falso laudasti, de dolo judicium dandum est 65.

De hereditate vendita. 1. Vel repudiata. De servo optato. 2. De tabulis testamenti suppressis. 3. De sequestro. 4. De doli actione noxali, vel de peculio. 5. Ob quam summam hæc actio datur.

IX. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SI quis adfirmavit *minimam esse hereditatem*, & ita 66 eam ab herede emit: non est de dolo actio: cum ex vendito 67 sufficiat.

§. 1. Si autem mihi persuaseris 68, *ut repudiem hereditatem, quasi minus solvendo sit*: vel, *ut optem* 69 *servum quasi melior eo in familia non sit*, dico de dolo dandam, si callide hoc feceris. §. 2. Item si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint, mox mortuo filio prolatæ: heredes filii adversus eos qui supresserunt, & lege Cornelia 70 & de dolo posse experiri 71. §. 3. Labeo trigesimo septimo posteriorum scribit: si oleum tuum, quasi suum defendat Titius; & tu hoc oleum depositeris 72 apud Seium, ut is hoc venderet, & pretium servaret, donec inter vos dijudicetur, cujus oleum esset; neque Titius velit judicium accipere, quoniam neque mandati, neque sequestraria Seium convenire potes, nondum 73 impleta conditione depositionis: de dolo adversus Titium agendum. Sed Pomponius lib. XXVII posse eum sequestre præscriptis 74 verbis actione agi: vel, si is solvendo non sit, cum Titio de dolo: quæ distinctio vera esse videtur. §. 4. Et, si servum pigneratum noxæ mihi dederis per Judicem, & ita 75 absolutus 76, de dolo teneris 77, si apparuerit esse 78 eum pignori datum 79: hæc de dolo actio noxalis erit: ideo Labeo quoque lib. XXX Prætoris Peregrini 80 scribit de dolo actionem servi nomine, interdum de peculio 81, interdum noxalem dari: nam si ea res est, in quam dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio; & nunc in peculio 82 dandam: sin vero ea sit, ex qua noxalis, hoc quoque noxale futurum. §. 5. Merito *causa cognitionem* Prætor inseruit: neque enim passim hæc actio indulgenda est. Nam ecce in primis, si modica 83 summa sit,

X. PAULUS lib. XI ad Edictum.

ID est, usque ad duos aureos 84,

De parentibus, patronis, his qui dignitate excellunt, & eorum hereditate.

XI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

NOn debet dari. §. 1. Quibusdam personis non dabitur 85: utputa liberis vel libertis adversus parentes patronosve: cum sit famosa 86. † Sed nec humili 87 adversus eum, qui dignitate excellit, debent 88 dari: puta plebeio 89 adversus Consularem 90 receptæ 91 auctoritatis: vel luxurioso 92, atque prodigo, aut alias vili adversus hominem vitæ emendatioris 93: & ita Labeo. Quid ergo [est]? in horum persona dicendum est, IN 94 FACTUM verbis temperandam actionem dandam 95, ut *bonæ fidei* mentio fiat,

XII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

NE 96 ex dolo suo lucrentur.

De pupillo.

XIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

HEredibus 97 tamen harum personarum, item adversus heredes 98 de dolo actio erit danda. §. 1. Item in causæ cognitione versari Labeo ait, ne in pupillum de dolo detur actio, nisi forte nomine hereditario conveniatur. Ego arbitror, & ex suo dolo conveniendum, si 99 proximus pubertati est 100: maxime si locupletior ex hoc factus est.

XIV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

QUid [1] enim, si impetraverit à procuratore peritoris, ut [2] ab eo absolveretur: vel si de tutore mentitus, pecuniam accepit: vel alla similia admisit, quæ non magnam [3] machinationem exigunt?

De municip. & decurionibus. 2. De dolo procuratoris. 3. De forma libelli.

XV. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SEd & ex dolo [4] tutoris, si factus est locupletior, puto in eum dandam actionem: sicut exceptio [5] datur. §. 1. Sed, an in municipes [6] de dolo detur actio, dubitatur? Et puto 7, ex suo quidem dolo non posse dari: quid enim municipes dolo facere possunt [8]? sed si quid ad eos pervenit ex dolo eorum, qui res eorum administrant: puto dandam. De dolo autem decurionum in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. §. 2. Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum pervenit, datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum pervenit [9]: nam procurator ex dolo suo proculdubio tenetur [10]. §. 3. In hac actione designari oportet, cujus dolo factum sit: quamvis, in *metu* non sit necesse [11].

XVI. PAULUS lib. XI ad Edictum.

ITem exigit Prætor, *Ut comprehendatur* [12], *quid dolo malo factum sit*. Scire enim debet actor, in qua re circumscriptus sit: nec in tanto crimine vagari.

Quatenus plures teneantur. 1. De successoribus.

XVII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SI [13] plures dolo [14] fecerint, & unus restituerit; omnes liberantur: quod si unus, quanti ea res est, præstiterit, puto adhuc cæteros liberari. §. 1. Hæc actio in heredem, & cæteros successores datur, duntaxat [15] de eo, quo [16] ad eos pervenit.

De arbitrio judicii. 2. Si proprietarius insulam incenderit. 3. De eo, qui falsa pondera commodavit. 4. Si in temporibus legitimis transactio pereat. 5. Si qua servum ab alio promissum occiderit.

XVIII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

ARbitrio [17] judicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur [18]: &, nisi fiat restitutio, sequitur condemnatio, quanti ea res est [19]. † Ideo autem & hic, & in metus causa actione, certa quantitas non adjicitur [20]; ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem juraverit: sed officio Judicis debet in utraque actione, taxatione jusjurandum refrenari [21]. §. 1. Non tamen semper [22] in hoc judicio arbitrio Judicis dandum est: quid enim si manifestum sit, restitui non posse? veluti si servus dolo malo traditus, defunctus sit? ideoque protinus condemnari debeat in id, quod interfit [23] actoris.

§. 2. Si dominus proprietatis [24] insulam, cujus [25] usufructus legatus erat, incenderit; non [26] est de dolo actio: quoniam aliæ [27] ex hoc oriuntur actiones. §. 3. De eo, qui sciens commodasset pondera, ut venditor emptori merces adpenderet, Trebatius de dolo dabat actionem [28]. Atquin si majora pondera commodavit: id quod amplius mercis datum est, repeti condictione potest: si minora, ut reliqua merx detur, ex empto agi potest: inde [29] si ea conditione merx venit, ut illis ponderibus traderetur: cum ille decipiendi causa adfirmasset, *se æqua pondera habere*.

§. 4. Dolo cujus effectum est, ut lis temporibus legitimis [30] transactis pereat, Trebatius ait de dolo dandum judicium, non ut arbitrio judicis [res] restituatur, sed ut tantum actor consequatur, quanti [31] ejus interfuerit id [32] non esse factum: ne aliter observantibus lex circumscribatur. §. 5. Si servum, quem tu mihi promiseras, alius occiderit: de dolo malo actionem in eum dandam plerique recte putant: quia tu à me liberatus sis: ideoque legis Aquiliæ actio tibi denegabitur.

Si fidejussor promissum animal occiderit.

XIX. PAPINIANUS lib. XXXVII Quæstionum.

SI fidejussor promissum animal, ante moram [33] occiderit: de dolo actionem reddi adversus eum oportere Neratius Priscus, & Julianus respondent: quoniam debitore liberato, per consequentias ipse quoque dimittitur [34].

Si servus, ut domino solvat, mutuatus sit. 1. De absolutione, de perjurio.

XX. PAULUS lib. XI ad Edictum.

SErvus tuus, cum tibi deberet, nec solvendo esset, hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit, & tibi solvit: Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de peculio utilis sit, cum in peculio nihil sit: nec in rem domini versum videatur, cum [35] ob debitum dominus acceperit. §. 1. Si persuaseris mihi, *nullam societatem tibi fuisse cum eo, cui heres sum*: & ob id judicio absol-

85 Imo, furti datur fili fam. nobis. *l. 52. §. 5. ff. de furtis.*

86 Vide *l. 4. §. adversus. 16. ff. de doli malis & metus except.*

87 Quis sit, tit. *l. 7. C. de in jus vocan.*

88 Debet.

89 Plebeii qui ex plebe: quibus opponuntur Consulares, ut *hic.* patricii & Senatores. §. 4. *vers. plebiscitum. Inst. de jure naturali.*

90 Consularis dignitas atque auctoritas magna.

91 Receptæ auctoritatis Consularis, id est, probatæ. hujus vocis fit mentio *l. 40. in pr. ff. de damno.*

92 ἀκολάστου καὶ ἀσώτου.

93 Melioris.

94 *l. 1. §. 43. ff. de vi & vi.*

95 Imo, nullo modo filio adversus parentem datur restitutio. vide *Novell. 155. c. 1.*

96 *Eclog. Ad. c. 10.*

97 Imo, non danda est adversus heredes: cum patrono etiam defuncto honor sit præstandus. *l. 4. §. 16. ff. de doli mali.*

98 *Eclog. l. c. 13.*

99 ἐὰν παρόντα τὸν τρίτον, si 13 annos compleverint. Scholiastes. *Eclog. d. c. 10.*

100 *l. 4. §. 26. ff. de dol. mal.* quando id fiat, v. *l. 17. in pr. ff. de excus. tut.*

1 De dolo actio eo casu dabitur.

2 Ut *l. 7. §. 9. ff. eod.*

3 Id est, non evidentem. *Accurs.* vel eam, quæ pupillus exegitare possit. *Cujac.*

4 Vide *l. 3. in pr. quando ex facto tutor.*

5 *l. 4. §. si quis non tutor. 24. ff. de doli mali.*

6 Adde *l. 1. §. ult. ff. de acquir. poss. ff. l. 4. ff. de vi.*

7 Cur? universitas, municipium, corpus, nomina sunt juris, animo & intellectu carentia. Ex his universitas delinquere, ut dolum admittere posse non videtur. Innocentius. *c. dilectus. de simonia. c. gravamen. de sententia excommunicat.*

8 Vide *l. 9. §. 1. §. 2. ff. tit. prox.*

9 Si qui dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi & dolo actione tenetur. Paul. *1 sentent. 8. §. ult.*

10 Et ita uterq; tenetur. Paul. *1 sent. 8. §. ult.*

11 *l. 14. §. in hac actione. ff. tit. prox.*

12 Probatur dolus perspicuis indiciis. *l. 6. C. eod.*

13 *Eclog. eod. cap. 17.*

14 Idem si metu, *l. 14. in fin. ff. l. 16. l. 17. ff. tit. prox.*

15 *l. 26. ff. eod. l. 30. in fin. ff. de peculio.*

16 Ita Florent. *al.* quod.

17 Est enim arbitraria hæc actio. *§. 31. Inst. de act.* Goth. Vide Menoch. *1 de arbitr. jud. quæst. 5.*

Ant. Fab. *lib. 3. conject. cap. 13.* Anf. 18 Id est, ad veram rei æstimationem, *l. 179. ff. de verb. sign.* atqui hic in litem juratur, ut *f. eod. l. 5. §. 3. ff. de in litem jur.* quod affectionis est. 19 Imo pœna est quadrupli. *l. 14. §. 1. ff. tit. prox.* 20 Ut *l. 3. in pr. ff. ad exhib.* 21 *l. 19. ff. ratam rem haberi.* 22 Vid. Menoch. *de arbitr. jud. cas. 207.* Anf 23 Vide *l. 19. ratam rem haberi.*

24 Vid. Govean. *lib. 1 var. lect. cap. 38.* Anf. 25 Vide *l. 12. ff. ad l. Aquil.* 26 Imo est, *l. 5. in fin. ff. quib. modis usufructus.* an hic traditus fuit fundus legatus: ibi non traditus? An hic ex testamento, ibi ab intestato agitur? An ibi rei alienæ usufructus relictus est, hic testatoris vel heredis ejus? An hic de incendio facto, ibi de ædificio posito in fructuario fundo cujus nomine cessat Aquilia? 27 Legis Aquiliæ utilis & in factum. *l. 12. ff. ad l. Aquil.* 28 Et extraordinariam. *l. 27. ff. de pœn.* Vide quæ notabo ad *l. 52. §. 12. ff. de furtis.* 29 Cur ita? collige ex *l. 71. ff. de contr. empt.* 30 Vide *l. 13. C. de judiciis.* 31 In judicio dedolo venit id quod interest. *l. 19. ff. ratam rem haberi.* 32 Id est, non esse litem prolatam ultra legitima tempora. 33 *l. 88. in fin. ff. de verb. oblig.* 34 Vide *l. 178. ff. de reg. jur.* 35 *l. 10. §. si dominus. ff. de in rem verso.*

absolvi te passus sim, dandam mihi de dolo actionem Julianus scribit.

XXI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

QUod si, deferente me, juraveris, & absolutus sis; postea perjurium fuerit [35] adprobatum, Labeo ait de dolo actionem in eum dandam: Pomponius autem per jusjurandum transactum [36] videri. Quam sententiam & Marcellus lib. VIII Digestorum probat: stari enim religioni [37] debet.

XXII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

NAm sufficit [38] perjurii pœna [39].

Si per fallaciam legatarii solida legata soluta sint.

XXIII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

SI legatarius, cui supra modum legis Falcidiæ legatum est, heredi adhuc ignoranti substantiam hereditatis ultro jurando [40], vel quadam alia fallacia persuaserit, tanquam satis abundeque ad solida legata solvenda sufficiat hereditas, atque eo modo solida legata fuerit consecutus: datur de dolo actio.

De dolo ejus, qui pro libertate verba faciebat.

XXIV. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SI dolo acciderit ejus, qui verba faciebat pro eo, qui de libertate contendebat, quo minus præsente adversario secundum libertatem pronuncietur, puto statim de dolo dandam in eum actionem: quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet [41].

De absolutione.

XXV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

CUm à te pecuniam [42] peterem, eoque nomine judicium [43] acceptum est, falso mihi persuasisti, *tanquam eam pecuniam servo meo, aut procuratori tradidisses*: eoque modo consecutus es, ut consentiente me [44] absolvereris: quærentibus nobis, an in te doli judicium dari debeat; placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurri potest: nam ex integro agere [45] possum; &, si objiciatur exceptio rei judicatæ, replicatione [46] jure uti potero [47].

De herede, de tempore actionis.

XXVI. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

IN [48] *heredem* [49] *eatenus datorum se eam actionem* Proconsul pollicetur, *quatenus ad eum pervenerit*: id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit.

XXVII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

DOlove malo ejus factum est, quo minus pervenerit.

XXVIII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

ITaque si accepto lata sit tibi [50] pecunia: omnimodo cum herede tuo agetur [51]. At si res tibi tradita sit: si quidem mortuo te, ea res extitit, agetur cum herede tuo: si minus, non agetur.

† Sed utique in [52] heredem perpetuo dabitur: quia non debet lucrari ex alieno damno. Cui conveniens est, ut & [53] in ipso [54], qui dolo commiserit, in id, quod locupletior esset perpetuo [55] danda sit in factum actio.

XXIX. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SAbinus putat, calculi ratione [56] potius, quam maleficii heredem conveniri: denique famosum non fieri [57]: ideoque [58] in perpetuum teneri oportere.

XXX. IDEM lib. XI ad Edictum.

NEque causæ cognitio in heredis persona erit necessaria.

Si persuasum familiæ sit, ut de possessione decedat.

XXXI. PROCULUS lib. II Epistularum.

CUm quis persuaserit familiæ meæ, *ut de possessione decedat*, possessio quidem non amittitur [59], sed de dolo malo judicium in eum competit, si quid damni mihi accesserit.

De eo, qui servum ante diem in fraudem coheredum manumisit.

XXXII. SCÆVOLA lib. II Digestorum.

FIlius legatum sibi servum per præceptionem, rogatus manumittere post certum tempus, [postea] quam rationes ipsi, & coheredibus fratribus reddidisset; ante diem, & ante redditas rationes, ad libertatem vindicta manumittendo perduxerat [60]: quæsitum est, an ex fideicommisso fratribus tenetur, ut rationes eorum pro portionibus redderet? Respondi, cum liberum fecisset, ex causa quidem fideicommissi non teneri [61]: verum si ideo properasset manumittere, ne rationes fratribus redderet, posse de dolo actionem in eum exercere.

Si quis litem intendens, rei vendendæ opportunitatem peremerit.

XXXIII. ULPIANUS lib. IV Opinionum.

REi, quam venalem possessor habebat, litem proprietatis adversarius movere cœpit; & posteaquam opportunitatem emptoris, cui venundari potuit, peremit, destitit: placuit possessori hoc nomine actionem in [62] factum cum sua indemnitate [63] competere.

Si dominus id, quod ejicere vel fodere permisit, tollere non patiatur.

XXXIV. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

SI cum mihi permisisses saxum ex fundo tuo ejicere, vel cretam, vel arenam fodere; & sumptum in hanc rem fecerim, & non patiaris me tollere, nulla [64] alia quam de dolo [malo] actio locum habebit.

De tabulis corruptu.

XXXV. IDEM lib. XXX ad Edictum.

SI [65] quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris delevit, vel alio modo corruperit: heres scriptus habebit adversus eum actionem de dolo [66]. Sed & his, quibus legata data sunt, [danda] erit de dolo actio.

De compensatione doli.

XXXVI. MARTIANUS lib. II Regularum.

SI duo dolo malo fecerint, invicem [67] de dolo non agent.

De venditore rem laudante.

XXXVII. ULPIANUS lib. XLIV ad Sabinum.

QUod venditor ut [68] commendet [69] dicit, sic habendum, quasi neque dictum, neque promissum est: si vero decipiendi emptoris causa dictum est, æque sic habendum est, ut non nascatur adversus dictum [70] promissumve actio [71], sed de dolo actio.

De liberatione.

XXXVIII. IDEM lib. V Opinionum.

QUidam debitor epistolam quasi à Titio mitti creditori suo effecit, ut ipse liberetur: hac epistola creditor deceptus, Aquiliana stipulatione, & acceptilatione liberavit debitorem: postea epistola falsa, vel inani [72] reperta, creditor major quidem annis vigintiquinque de dolo habebit actionem [73]: minor autem in integrum restituetur.

Si quis dolo se judicio obtulerit.

XXXIX. GAIUS lib. XXVII ad Edictum provinciale.

SI te Titio obtuleris [74] de ea re, quam non possidebas, in hoc ut alius usucapiat, & *judicatum solvi* satisfecideris: quamvis absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis: & ita Sabino placet.

De aditione hereditatis.

XL. FURIUS ANTHIANUS lib. I ad Edictum.

IS, qui decepit aliquem, ut hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur: nisi fortasse [ipse] creditor erat, & solus erat: tunc enim sufficit [75] contra eum doli mali exceptio.

TIT. IV.

DE MINORIBUS [1] VIGINTI-QUINQUE [2] ANNIS [3].

Ratio & verba edicti. 3. *De rerum administratione minoribus non committenda.*

1. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

HOc Edictum Prætor naturalem æquitatem secutus proposuit [4]: quo tutelam minorum suscepit: nam cum inter omnes constet, fragile [5] esse & infirmum hujusmodi ætatium consilium [6], & multis captionibus suppositum, multorum insidiis expositum: auxilium eis Prætor hoc Edicto pollicitus est, & adversus captiones opitulationem. §. 1. Prætor edicit: QUOD CUM MINORE QUAM VIGINTIQUINQUE ANNIS NATU GESTUM ESSE DICETUR, UTI QUÆQUE RES ERIT, ANIMADVERTAM. §. 2. Apparet minoribus annis vigintiquinque eum opem polliceri: nam post hoc tempus compleri virilem vigorem [7] constat. §. 3. Et ideo hodie [8] in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur: nec ante [9] rei suæ administratio eis committi debebit, quamvis bene rem suam gerentibus.

II. IDEM lib. XIX ad legem Juliam & Papiam.

NEc per liberos [10] suos rem suam maturius à curatoribus recipiat [11]: quod enim legibus cavetur, *Ut singuli anni per singulos liberos demittantur*, ad honores pertinere D. Severus ait, non ad rem suam recipiendam [12].

Utrum initium negotii cum minore contracti spectetur, an finis. 3. *Minor quis dicatur.* 4. *De filiofamilias minore.* 6. *Si adversus arrogationem,* 7. *Vel liberationem,* 8. *Vel negligentiam restitutio postuletur.* 9. *De patre ex persona filii defuncti restituendo.* 10. *De castrensi pecunia.* 11. *De servo minore, & de majore qui per minorem contraxit.*

III. IDEM lib. XI ad Edictum.

DEnique Divus Severus, & Imperator noster hujusmodi Consulum, vel Præsidum [13] decreta quasi ambitiosa [14] esse interpretati sunt: Ipsi [15] autem perraro [16] minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt: & eodem jure utimur. §. 1. Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo major efficitur: utrum initium spectamus, an finem? & placet (ut & est constitutum) si [17] quis major factus comprobaverit [18], quod minor gesserat, restitutionem cessare [19]. Unde illud non ineleganter Celsus Epistolarum lib. XI, & Digestorum secundo tractat, ex facto à Flavio Respecto Prætore consultus: minor annis vigintiquinque, annos forte vigintiquatuor agens, judicium tutelæ heredi tutoris dictaverat: mox factum, ut [non] finito judicio, jam eo majore effecto vigintiquinque annis tutoris heres absolutus proponeretur: in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Respecto suasit: non facile [20] hunc quondam minorem in integrum restitui: sed, si ei probaretur, calliditate adversarii id actum, ut majore eo facto liberaretur: neque enim extremo, inquit, judicii die videtur solum deceptus hic minor: sed totum hoc structum, ut majore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur, si levior [21] sit suspicio adversarii, quasi dolose versati, non debere hunc in integrum restitui. §. 2. Scio etiam illud aliquando incidisse: minor vigintiquinque annis miscuerat [22] se paternæ hereditati: majorque factus exegerat aliquid à debitoribus paternis, mox desiderabat restitui in integrum, quo magis abstineret paternæ hereditate, contradicebatur [23] ei quasi major factus comprobasset, quod minori sibi placuit: putavimus tamen restituendum in integrum, initio inspecto [24]. Idem puto, & si alienam adiit hereditatem. §. 3. Minorem autem vigintiquinque annis natu, videndum, an etiam diem [25] natalis sui adhuc dicimus, ante horam, qua natus est, ut, si captus sit, restituatur: &, cum nondum compleverit, ita erit dicendum, ut à momento in [26] momentum tempus spectetur [27]. Proinde & si bissexto [28] natus est, sive priore, sive posteriore die, Celsus scripsit,

---

35 V. *l. ult. C. de rel. creditis.*
36 Jusjurandum transactionis vicem fungi. vide *l. 2. C. de rescind. vendit.*
37 Religiosa res est juramentum.
38 Perjurus punitur licet non retractetur causa in qua pejeravit. ita enim (ut paulo ante dicitur religioni debet. vide *l. ult. C. de reb. cred.*
39 Quæ qualis sit, v. *l. 2. C. de reb. creditis.*
40 Id enim firmum non est. *l. 3. in pr. de jurejur.*
41 Vide *l. 9. in fin. T. de minorib.*
42 Certam.
43 Id est, actio *si certum petatur.*
44 Et tamen decepto.
45 Actione si certum de credita pecunia.
46 Cur? ut apocha debitorem non liberet, nisi revera pecunia sit soluta, vide *l. 19. T. de acceptilat.* ita nec res judicata quæ etiamsi est & ellicita sub specie solutionis, nisi & revera solutio facta fit.
47 Qui ab adversario deceptus sententiæ adquieverit, is suam actionem non amittit: & ita sententia absolutoria non tollit primam actionem ipso jure. *Bart.*
48 Actio de dolo datur in heredes, in id quod pervenit, id est, quatenus ex dolo quiddam hereditati accessit. 1 *Eclog. 3. cap. 26.*
49 Imo de dolo actio in heredem non datur. *l. 7. & 8. T. de tributoria.*
50 Debitori. *l. 20. in fin. T. tit. prox.*
51 Vide *l. 38. T. de reg. jur.*
52 In id quod pervenit.
53 Qui dolum commisit, perpetuo convenitur actione in factum, quatenus lucratur. *Eclog. 10. c. 29.*
54 In ipsum.
55 Vide *l. 4. T. de interdictis.*
56 *l. un. C. de errore calculi.*
57 Cur ita? vide *l. 6. in fin. T. de his qui notantur infam.* Goth. Adde *l. 1. & l. 33. §. 1. eod.* Anf.
58 *Dolo actio* non est famosa in heredem, ideoque perpetuo in eum agitur, etiam sine causæ cognitione. *Eclog. d. c. 29.*
59 Vide *l. ult. C. de acquir. possess.*
60 Et ita contra voluntatem testatoris videtur manumisisse, *l. 31. §. 1. T. ad Trebell.* potest enim ante diem manumitti is, cui in diem testamento relicta libertas est.
61 Vide *l. 5. C. de operis libert.*
62 Cur in factum? vid. *hic Albericum.*
63 In id enim competit in factum actio, quem admodum & actio de dolo est de mala fide.
64 Imo ad exhibendum, vel in rem, vel condictio ex lege. *l. 16. T. de præscriptis. l. 6. T. de donat. l. 35. §. sed si quidem. C. de donat.* 65 *Doli actio* heredi & legatario competit adversus eum qui depositum apud se testamentum defuncti delevit, vel alio modo corrupit. *Eclog. cod. cap. 85.* 66 Ante aditam hereditatem: post aditam, & depositi, & ad exhibendum. *l. 42. T. ad l. Aquil. l. 3. T. quemad. test. aperi.* 67 *l. 154. T. de reg. jur. v. l. fin. T. de eo per quem.* 68 Commendare rem venalem aliud est, & decipere: neque enim qui commendat, continuo decipere videtur. *ut hic. cap. 19. Eclog. 1. ex lib. 10. tit. 3. cap. 36. 3 Harmenopul 3. §. 25.* 69 Vide *l. 19. in pr. T. de ædilit.* 70 Dicti, promissive differentia. 71 Id est, ædilitia. *l. 1. T. de ædilit.*

72 De *inani* dixi *ad l. 6. T. eod.*
73 Hinc colligit Bartolus, eum, qui procuratorem constituit & statim revocat, teneri de dolo si, qui læsus eo facto fuerit.
74 *l. 45. T. de petit. hered.*
75 Habet etiam mandati. *l. 32. in fin. T. mandati.*

1 De ætatum finibus huc referri potest, quod Gellius, *lib. 10. cap. 28. ex lib. 20 historiarum Tuberonis refert*, Servium Tullium regem cum quinq; classes juniorum census faciendi gratia institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim; inde ad annum 46 militiæ idoneos, juniores: supra eam ætatem, seniores. Quæ eo notanda sunt, ut discrimina quæ fuerint (judicio, moribusque majorum) pueritiæ, juventæ, senectæ ex ista censione Servii Tullii prudentissimi Regis noscantur. De ætatis discrimine, qui historias amant, ne hoc quidem improbaturi sunt à Floro traditum, *initio lib. 1. infantiam* populi Rom. 250 annorum constitui, quibus finitimos domuit: *Adolescentiam* 200 annorum, quibus Italiam subegit: *Juventam* 250 annorum, quibus totum orbem paravit: *senectutem* 200 ab Augusto ad Trajanum. Ammianus paulo aliter *lib. 14.* quem vide.
2 De ætate *legitima* & minoribus XXV annorum, vide quæ scripsi *ad l. 27. T. de negotiis.* vid. & Brissonium 3 *antiquit. c. 2.*
3 II. C. à tit. XXII. ad XLVI. Paul. 1 *sentent. 9. Harmenop. 1. tit. 12.*
4 Atenim Prætor hic restituit minorem adversus pacta, quæ juris sunt naturæ. *l 1. in pr. T. de pact.*
5 *Minoris* ætatis fragile & infirmum est consilium. adde *l. 48. T. de fidejussoris.*
6 Si ea hujus edicti causa est, cur anno 17 quis manumittere potest? *§. ult. Inst. quib. ex caus. manumitt.*
7 Unde ea ætas, *statur* appellatur. *l. 77. §. 14. T. de legat. 2.* 8 Ex constitutione scilicet D. Marci. Olim enim & antea non sic. Lege enim Lætoria curatorem non accipiebant minores *inviti*, nisi redditis causis: hodie, causis non redditis: Olim, curator ad *actus legitimos* magis dabatur, quam ætati: hodie magis ætati quam actui, *l. 3. §. 1. T. de tutelis.* dixi ad *§. item inviti. Inst. de curator.* 9 Imo vicesimo anno committitur, *l. 2. C. de his qui veniam. l. 1. C. qui adversus.* idque etiam constitutione D. Marci, cujus quoque meminit Capitol. *in ejus vita.* Nam antea l. Lætoria non dabantur curatores minoribus, nisi causa cognita malis moribus fuissent deprehensi. *Cujac. hic.* 10 V. *l. 6. T. de suscep. l. 8. T. de munerib.* An legitimos naturales, adoptivos? vide *hic Albericum.* 11 Recipiant vid. *l. 12. C. de administ. tut.* 12 Lege Julia & Papia, qui quinque liberos, anno vigesimo: qui tres habebat, vigesimo secundo ad honores admittebatur. *Cujac. hic.* 13 Hodie Magistratui ea potestas data est. *Nov. Leonis. 28 in fin.* 14 Id est, gratiosa. *Cuj.* Goth. Ad intellectum hujus legis vid. Govean. *lib. 1 lect. c. 12.* Anf. Adde Forner. *lib. 1 select. c. 17.* & Rævard. *lib. 3 variar. c. 16.* S. L.
15 Solus Imperator etiam raro, non etiam Consul aut Præses minoribus administrationem rerum suarum indulget. *Eclog. cod. c. 3. 1 Harmenop. 12. §. 23.* 16 V. *l. 2. C. de his qui veniam.* 17 Si major effectus, res quas minor egit, facto vel silentio comprobavit, adversus hoc in integrum restitui frustra desiderat. Paul. 1 *sent. 9. §. 3.* silentium olim trium annorum requirebatur. Atianus *ibid. & l. 2. C. Theodos. de in integ. restit.* Hodie ex constitutione Justiniani, quatuor annorum: si quid rei alienatum obligatumve sine decreto, quinque: si quid donatum sit, decem inter præsentes: viginti inter absentes. *Accurs. hic.* 18 Facto vel silentio. *Paulus lib. 1 sent. 9. 13.* vide *l. ult. C. de temp. in integr.* 19 Ut *C. si major factus ratum habuerit.* 20 Id est, nullo modo. *l. 1. in fin. C. si adversus rem judic.* nisi in casu hic excepto. 21 *l. 7. in fin. T. tit. prox. l. 6. C. de dolo.* 22 Vide *l. 1. C. si minor ab hereditate.* 23 Et recte. *l. 1. l. 2. C. si major factus.* 24 Quia res perfecta fuit ante legitimam ætatem: quod si inchoata fuisset, finis inspiceretur. 25 An etiam die? *Cujac. hic. & ad l. 6. de usucap.* 26 Minor est in hoc edicto & l. Julia de adulteriis, is qui agit vigesimiquinti anni extremum diem: à momento in momentum tempore supputato. In honoribus, fecus. *Goth.* Ad intellectum hujus §. v. Bud. *hic.* Joan. Rob. *lib. 1 recept. sent. c. 2.* Sarmient. *recept. sent. lib. 3. c. 5.* De momento, ejusque significatione, v. Lazar. Tenut. *tract. de moment. temp.* An & quando dies cœptus habeatur pro completo, vid. DD. *ad l. si cui. 49. ff. de leg. 1. l. ad rempublicam. 8. ff. de munerib. & l. 74 §. 1. ff. ad Senat. Trebellian.* S. L. 27 Ut in excusationibus tutelæ. *l. 74. in fin. T. ad Trebell.* aliter autem quam in *l. 134. T. de verb. signif.* & quadam hypothesi, *l. 74. T. ad Trebell.* in testamento faciendo. *l. 5. T. qui testamenta.* in manumissionibus, *l. 1. T. de manumiss.* & honoribus. *l. 74. in fin. T. ad Trebell. l. 8. T. de munerib.* 28 De bissexto vide *l. 98. T. de verb. sign.*

29 *d l.* 98.

30 Bissexto natus major XXV annis, non videtur, nisi ann. fin. novissimi diem suum natalem & Kalend. Mart. compleverit.

31 Intercalatur dies in bissexto posterior, non prior.

32 *t.C. de filiosamilias minore.*

33 Adde *l.* 23. *in pr. J. eod.*

34 Si ita est, cur filio? invito patri restituto datur. *l.* 27. *J. eod.*

35 Cum causæ cognitione, *l.* 13. *J. eod.* v. quæ notavi *l.* 1. 2. *C. de pidejuss. minor.*

36 Imo prodeft. *d. l.* 27.

37 *l.* 1. *C. de filiosam. minore.*

38 Obj. *l.* 1. §. 4. *Quando act. de pecul. ann.* pro solut. & intellectu hujus §. vid. Vigl. *ad tit. Inst. quibus non est permiss. fac. test.* Ans.

39 Hinc nota, peculium filii non publicari publicatis bonis patris, quod alibi non scriptum existimat post Bartolum Cujac. Bart. *in l.* 15. §. 26. *J. de damno. num.* 12. 13. 14. Idem esse ait filii bonis confiscatis, ut peculii adventitii neque proprietas neque ususfructus patri auferatur, sed neque dos nisi in casibus *l.* 3. *J. de bon. dam.*

40 V. *l. un. C. si adversus dotem. & l.* 40. *J. soluto.*

41 *l.* 16. *J. de religiosis. l.* 4. *J. de collatione.* igitur non mariti, & in dote filiæ, heres institui non poterit? utrumque negat Accursius & Bartolus.

42 Id est, restitui petentem. Imo res non capit restitutionem, cum statum mutat *l.* 9. §. *antepen. J. eod.*

43 Ut *l.* 11. §. 16. *J. de leg.* 3. militia autem quid sit. v. *Nov.* 53. *cap.* 5.

44 In quibus hereditatem adiri oportet. *l.* 22. §. 1. *J. quando dies legat.*

45 Adeundæ hereditatis hoc tempus est, ut & possessionis adgnoscendæ.

46 Ut in castrensi peculio. v. *l.* 6. *J. de restitut.*

47 Hæc verba *post obitum ejus*, delenda esse existimat Antonius Faber, 4 *Conjecturar.* 5.

48 *Eclog. eod. c.* 8.

49 Cur? servus ex persona domini sui κεφαλικῶς. *Theophil.* in his quæ ad dominum pertinent, non quæ ad ejus libertatem. *Bart.* ætatem domini spectamus, non servi, qui nudus est minister. *Bald.*

50 Servo. *l.* 4. *l.* 23. *in pr. J. eod.* Paul. 1 *sent.* 9. §. 2. Goth. Confer *l.* 7. §. 1. 2. & *l.* 8. *J. de institor. act.* S. L.

51 Vide in hanc legem Cujac. 7 *ad Africanum.*

52 Institoria Græcis ἡ ἐπὶ τῇ ναυκληρίᾳ, *vel* ναυκληρία.

53 *l.* 26. §. 1. *J. de fideicommiss. liber.* 54 *Eclog. eod. cap.* 6. 55 Id est, etiamsi nihil de eorum patrimonio deminuatur. 56 Et hæc causa est, ut sine tutore lucrosum etiam hereditatem adire non possint. §. *neque. Inst. de autorit. tutorum.* 57 Id est, litis & sumptuum periculum, causa satis sufficiens est ad concedendam minoribus restitutionem. *arg. l.* 4. *in fin. J. ad Trebell.* 58 Ideo hoc edictum *generale* appellatur. *l.* 57. §. 1. *J. de acquir. hered.*

59 Imo non passim minori subvenitur. *l.* 11. §. *fciendum. l.* 44. *J. eod.* 60 Id est, specialius quam in *l.* 19. *in fin. J. de verbor. signif.* 61 Vide *l.* 27. §. 1. *J. eod.* 62 Vide Cujac. *si adversus venditionem.* 63 *l.* 16. §. 1. *J. eod.* 64 Vide Cujac. *si adversus creditorem.*

65 Vide Cujac. *si adversus solutionem.* Goth. Adde Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 99. Ans. 66 Nec enim sufficit sola oblatio. *l.* 64. *J. de fidejuss.* 67 *l.* 9. *C. de usuris.*

68 Quia & hic species litis timetur. §. 2. *Inst. de curatore.* 69 Vide *l.* 2. §. 3. *J. qui petant tutores.* 70 In negotiis pupillorum explicandis tantum facit judicis autoritas, quantum tutor. vid. *l.* 7. *C. qui admitti.* 71 Alias si non allegat, securus non erit. *Bart.*

pfit 29, nihil referre: nam 30 id biduum pro uno die habetur, & posterior 31 dies Kalendarum intercalatur. §. 4. Sed utrum solis patribus familiarum, an etiam filiisfamiliarum succurri debeat, videndum: movet dubitationem, quod, si quis dixerit etiam filiisfamiliarum in re peculiari subveniendum, efficiet, ut per eos etiam majoribus subveniatur, id est, patribus eorum: quod nequaquam fuit Prætori propositum: Prætor enim minoribus auxilium promisit, non majoribus. † Ego autem verissimam arbitror sententiam existimantium, filiumfamilias 32 minorem annis in integrum restitui posse ex his solis causis, quæ ipsius interfint: puta, si sit obligatus. Proinde si jussu patris 33 obligatus sit: pater utique poterit in solidum conveniri 34: filius autem (cum & ipse possit vel in potestate manens conveniri, vel etiam emancipatus, vel exheredatus, in id, quod facere potest: & quidem in potestate manens, etiam invito patre ex condemnatione conveniri) auxilium impetrare debebit, si ipse conveniatur. † Sed an hoc auxilium patri quoque prosit, ut solet interdum 35 fidejussori ejus prodesse, videamus: & non puto [profuturum 36.] Si igitur filius conveniatur, postulet auxilium: si patrem conveniat creditor, auxilium cessat, excepta mutui dilatione: in hanc enim, si jussu 37 patris mutuam pecuniam accepit, non adjuvatur. Proinde & si sine jussu patris contraxit, & captus est: si quidem pater de peculio conveniatur, filius non erit restituendus: si filius conveniatur, poterit restitui: nec eo movemur, quasi interfit filii peculium habere: magis enim patris, quam filii interest: licet aliquo casu 38 ad filium peculium spectet: utputa si patris ejus bona à fisco propter debitum occupata sunt: nam peculium ei ex constitutione Claudii separatur 39. §. 5. Ergo etiam filiamfamilias in dote captam 40, dum patri consentit stipulanti, dotem non stat im, quam dedit, vel adhibenti aliquem, qui dotem stipularetur, puto restituendam: quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est 41.

§. 6. Si quis minor vigintiquinque annis adrogandum se dedit, & in ipsa adrogatione se circumventum dicat (finge enim à prædone eum hominem locupletem adrogatum): dico debere eum audiri in integrum se restituentem 42. §. 7. Si quid minori fuerit filiofamilias legatum post mortem patris, vel fideicommissum relictum; & captus est, forte dum consentit patri pacisceti, ne legatum peteretur: potest dici, in integrum restituendum: quoniam ipsius interest, propter spem legati: quod ei post mortem patris competit. Sed & si ei legatum sit aliquid, quod personæ ejus cohæret, puta jus militiæ 43: dicendum est, posse eum restitui in integrum: interfuit enim ejus non capi, cum hanc patri non adquireret, sed ipse haberet. §. 8. Et si heres sit institutus, *si à patre in diebus* 44 *centum* 45 *sit emancipatus*; mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit [cum posset], qui eum emancipasset, si cognovisset: dicendum erit, posse eum restitui in integrum, parato patre eum emancipare. §. 9. Pomponius adjicit, ex his causis ex quibus in re peculiari filiifamilias restituuntur, posse & patrem, quasi heredem 46, nomine filii, post 47 obitum ejus, impetrare cognitionem. §. 10. Si autem filiusfamilias sit, qui castrense peculium habeat: proculdubio ex his, quæ ad castrense peculium spectant, in integrum restituendus erit, quasi in proprio patrimonio captus. §. 11. Servus 48 autem minor annis vigintiquinque nullo 49 modo restitui poterit: quoniam domini persona spectatur, qui sibi debebit imputare, cur minori 50 rem commisit. Quare & si per impuberem contraxerit, idem erit dicendum, ut & Marcellus lib. 11 Digestorum scribit. † Et si forte libera peculii administratio minori servo sit concessa, major dominus ex hac causa non restituetur.

IV. Africanus lib. VII Quæstionum 51.

ETenim quodcunque servus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus est: & magis hoc apparebit: si aut de institoria 52 actione quæratur, aut si proponatur majorem annis vigintiquinque negotium aliquod gerendum minori mandasse, & illum in ea re deceptum esse.

V. Ulpianus lib. XI ad Edictum.

SI tamen is servus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur, præsens; & fuit captus, cum re 53 mora ei fit, poterit dici Prætorem ei succurrere oportere.

Si adversus bonorum damnationem vel litu & sumptuum vexationem.

VI. Idem lib. X ad Edictum.

MInoribus vigintiquinque annis subvenitur per in integrum restitutionem, non 54 solum cum de bonis eorum aliquid minuitur; sed etiam 55 cum interfit ipsorum litibus 56 & sumptibus non vexari 57.

Gestum quomodo accipitur. 1. *Si adversus emptionem, venditionem, societatem, mutuum.* 2. *Solutionem sibi factam.* 3. *Interventionem.* 4. *Judicium.* 5. *Successionem.* 6. *Lucrum omissum.* 7. *Legati repudiationem, optionem.* 8. *Venditionem.* 9. *Si restitutioni impetratæ restitutio contraria postuletur.* 10. *De restitutione minoris cui servus substitutus fuit.* 11. *Si adversus appellationem omissam.* 12. *Vel eremodicium.*

VII. Idem lib. XI ad Edictum.

AIt Prætor, Gestum esse dicetur. *Gestum* sic accipimus, qualiter 58 qualiter 59: sive contractus sit, sive quid aliud contigit 60. §. 1. Proinde si emit 61 aliquid, si vendidit 62, si societatem coïit 63, si mutuam pecuniam accepit 64, & captus est, ei succurretur. §. 2. Sed & si ei pecunia à debitore paterno soluta sit 65, vel proprio, & hanc perdidit: dicendum est ei subveniri, quasi *gestum* sit cum eo. Et ideo si minor conveniat debitorem, adhibere debet curatores, ut ei solvatur pecunia: cæterum non ei compelletur solvere. Sed hodie solet pecunia in ædem deponi 66 (ut Pomponius lib. XXVIII scribit): ne vel debitor ultra usuris 67 oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam: aut curatoribus solvi, si sunt. Permittitur etiam ex Constitutione Principum, debitori, compellere 68 adolescentem ad petendos 69 sibi curatores. Quid tamen si Prætor decernat solvendam pecuniam minori sine 70 curatoribus, & solverit? an possit esse securus, dubitari potest. Puto autem, si allegans 71 minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum 72: nisi forte, quasi adversus injuriam 73 appellandum quis ei putet. Sed credo Prætorem, hunc minorem in integrum restitui volentem, auditurum non 74 esse. §. 3. Non solum autem in his ei succurritur, sed etiam *in* 75 *interventionibus* 76: utputa si fidejussorio nomine se vel rem suam obligavit. Pomponius autem videtur adquiescere distinguentibus, arbiter ad fidejussores probandos constitutus eum probavit 77, an vero ipse adversarius? Mihi autem, semper succurrendum videtur, si minor sit, & se circumventum doceat.

§. 4. Sed & *in judicium* 78 subvenitur: sive dum agit, sive dum convenitur, captus sit. §. 5. Sed etsi hereditatem minor adiit minus lucrosam: succurritur ei; *ut se possit abstinere:* nam & hic acceptus 79 est. Idem & in bonorum possessione, vel 80 alia successione 81. † Non solum autem filius, qui se miscuit paternæ hereditati, sed & si aliquis sit ex necessariis minor annis, simili modo restitutionem impetrabit: veluti si servus sit cum libertate institutus: dicendum enim erit, si se miscuit, posse ei subveniri ætatis beneficio, *ut habeat bonorum suorum separationem.* Plane, qui post aditam hereditatem restituitur, debet præstare 82, si quid ex hereditate in rem ejus pervenit, nec periit per ætatis imbecillitatem. §. 6. Hodie, certo jure utimur, *ut &* 83 *in lucro* minoribus succurratur. §. 7. Pomponius quoque lib. XXVIII scribit: Et si sine dolo cujusquam legatum repudiaverit 84 vel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem, vel si duas res promiserit, *illam aut illam*, & pretiosiorem dederit, debere subveniri: [& subveniendum est.] §. 8. Quæstium est, ex eo, quod *in lucro quoque minoribus subveniendum* dicitur, si res ejus venierit, & existat, qui plus liceatur 85, an in integrum propter lucrum restituendus sit? & cottidie Prætores eos restituunt, ut rursum admittatur licitatio 86. Idem faciunt [&] in his rebus, quæ servari eis debent. Quod circumspecte erit faciendum. Cæterum nemo accedet 87 ad emptionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur. Et districte probandum est, in rebus, quæ fortuitis casibus 88 subjectæ sunt, non esse minori adversus emptorem succurrendum: nisi aut sordes 89, aut evidens gratia tutorum sive curatorum doceatur. §. 9. Restitutus autem, cum se hereditati miscerat, vel eam adeat quam repudiavit, rursus restitui 90 poterit 91 ut se abstineat: & hoc & rescriptum & responsum est.

§. 10. Sed quod Papinianus lib. 11 Responsorum ait, minori subtitutum servum necessarium, repudiante quidem hereditatem minore, necessarium fore 92: &, si fuerit restitutus minor, liberum nihilominus remanere: si autem prius minor adiit hereditatem, & mox abstentus est, substitutum pupillo servum cum libertate, non posse heredem existere, neque liberum esse: non per omnia verum est: nam si non est solvendo hereditas, abstinente se herede, & D. Pius rescripsit, & Imperator noster, & quidem in extraneo pupillo, locum fore necessario substituto: & quod ait, LIBERUM MANERE, tale est, quasi non & heres maneat, cum pupillus imperrat restitutionem, posteaquam abstentus est: cum enim pupillus heres non fiat, sed utiles actiones habeat, sine dubio heres manebit, qui semel extitit 93. §. 11. Item si non provocavit intra diem, subvenitur, *ut provocet*: finge enim hoc desiderare. §. 12. Item & *in eremodicio* 94 ei 95 subvenitur. Constat autem omnis 96 ætatis hominibus restaurationem eremodicii præstari, si 97 se doceant ex justa causa abfuisse.

Si adversus rem judicatam.

VIII. Hermogenianus lib. I Juris Epitomarum.

MInor, etiamsi quasi 98 contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit 99.

Si adversus dotem. 2. Delictum. 3. Divortium. 4. Servitutem. 5. Commissum vectigalu. 6. Libertatem.

IX. Ulpianus lib. XI ad Edictum.

SI ex causa judicati 100 pignora minoris capta sunt, & distracta: mox restitutus sit adversus sententiam Præsidis, vel procuratoris Cæsaris: videndum, an ea revocari debeant, quæ distracta sunt: nam illud certum est, pecuniam ex causa judicati solutam ei restituendam: sed interest ipsius, corpora potius habere, [&] puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

§. 1. In dotis quoque modo mulieri 1 subvenitur 2, si ultra vires patrimonii 3, vel totum 4 patrimonium circumscripta in dotem dedit. §. 2. Nunc videndum, minoribus utrum in contractibus captis duntaxat subveniatur, an etiam delinquentibus 5: utputa 6 dolo aliquid minor fecit in re deposita, vel commodata, vel alias in contractu: an ei subveniatur, si nihil ad eum pervenit? Et placet, *in 7 delictis minoribus non subveniri* 8: nec hic 9 itaque subvenietur. † Nam & si furtum fecit 10; vel damnum injuria dedit: non ei subvenietur. † Sed si, cum ex damno dato confiteri posset, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc solum restituendus sit, ut pro confesso habeatur. † Ergo & si potuit pro fure damnum 11 decidere 12 magis quam actionem dupli vel quadrupli pati, ei subvenietur. §. 3. Si mulier, cum culpa divertisset, velit sibi subveniri: vel si maritus; puto restitutionem non habendam: est enim delictum non modicum: nam [&] si adulterium 13 minor commisit 14, ei non subvenitur. §. 4. Papinianus ait, Si major annis viginti, minor vigintiquinque, se in servitutem venire patiatur [id est, si pretium participatus est]: non solere restitui: 15 sed hoc merito: quoniam res nec capit 16 restitutio-

72 Ut in sequens *l.* 25. *C. de administr. tut.*

73 Num debitoris? Atqui nulla in eo est, dubius de causis. *ut hic.* An judicis? qui monitus de ætate minoris creditoris. *arg. l.* 1. §. 6. *J. de magistr. conven.* solvendum esse minori decrevit quodammodo contra jus constitutum. *arg. l.* 1. §. 2. *J. quæ sententiæ.* Quod cum ita sit, cur hic negatur restitutio?

74 Judicis autoritatem a pœna excusare hinc colligunt, de quo tamen vide Socin. *reg.* 202.

75 Fidejubere tamen & intervenire pro suo procuratore minor potest. ut notat Angelus *in l. de die.* 8. 6. *qui mulierem. J. qui satisdare.*

76 *l. ult. C. de filiofam. minore.*

77 *V. l.* 10. *J. qui satisdare.* Goth. minor qui pro alio fidejussit, quid probare teneatur, ut restituatur. vid. Ant. Merend. *lib.* 1 *contr. cap.* 48. Ans.

78 §. *ult. J. eod.* v. *l.* 1. *C. si adversus judic.*

79 *Al.* captus: *al.* deceptus. *S. L.*

80 Minor restituitur adversus hereditatem damnosam aditam, bonorum possessionem, & aliam hujusmodi successionem agnitam.

81 *V. t. C. si minor ab hereditate se abstineat.*

82 Id est, restituere. *l.* 24. §. *restitutio. J. eod. l. un. C. de reputat. quæ fiunt.*

83 *l.* 44. *J. eod. l.* 17. §. 3. *J. de usuris. v. l.* 1. 2. *C. si ut omissam hereditatem.*

84 Non dicit, si hereditatem repudiaverit. nam legatum non potest non esse lucrosum: hereditas potest esse damnosa. *l.* 32. *J. mandati.*

85 An in re majoris talis admittatur licitatio, collige ex *l.* 4. *C. de fide & jure hastæ.*

86 *l.* 35. *J. eod.* vid. Simoncellum, 1 *de decretor.* 1. *pag.* 118.

87 Hinc colligit Bart. subhastationem esse necessariam in venditione bonorum minoris.

88 Adde *l.* 1. §. *si magistratus. J. de magist. conven.*

89 *l. ult. C. si adversus venditionem.*

90 *l.* 41. *J. eod. v. l.* 1. 2. *l.* 3. *C. si sæpius in integrum restitutio postulatur.*

91 *l.* 2. §. 10. *ad Tertull.* hodie non potest: & cur? vide *l. ult.* §. 6. *vers. non autem. C. de bonis quæ liberis.*

92 Vide *l.* 31. *J. eod.* Goth. Ad intellectum hujus §. vid. Govean. *lib.* 2 *lect. cap.* 13. quem confutat Leonin. *Emendat. lib.* 5. *c.* 18. *n.* 2. minore adversus hereditatem restituto, an succedat vulgariter substitutus, an venientes ab intestato, vide Ant. Merend. *lib.* 4. *cont. cap.* 9. Ans.

93 *l.* 88. *in fin. J. de hered. instit.* 94 Id est, litis, non vadimonii desertione. Govean. 4 *Var.* 39. Cujacius notat, actore vel reo absente contrahi eremodicium. *l.* 13. §. 3. 4. *C. de judiciis.* Eremodicium Galli vocant *Peremption d'instance.* 95 Minori. *l.* 54. *J. de rejudicata.*

96 Etiam majoribus annis XXV. 97 Vide *l. penult. C. quamdo & quando judex.* 1 *Harmenop.* 12. §. 72. 98 Nec enim est revera. *l.* 54. *J. de rejudicat.* quis contumax, vide *l.* 53. §. 2. *d. tit.*

99 Atqui contumax est in dolo, *l.* 199. *J. de reg. jur.* minor autem adversus dolum non restituitur. *l.* 9. §. 2. *J. eod.* 100 *l.* 1. *C. si adversus venditionem pign.* 1 Etiam majori. *l.* 6. *in fin. J. de jure dotium.* 2 Atqui eo casu ipso jure promissio non valet. *l.* 61. *J. de jure dotium. l.* 48. *in fin. J. eod.* 3 *Patrimonium* mulieris quid, dixi *l.* 16. *J. de religiosis. & C. de rei uxoriæ act.* 4 *l. un. C. si adversus dotem.* 5 Delictis. 6 Dolus, delicti species. 7 Minor XXV annorum, si aliquod flagitium admiserit quod ad publicam coërcitionem spectet, ob hoc in integrum restit i non potest, Paul. 1 *sentent.* 9. §. 1. ut nec in delictis & calumnia, *l.* 37. §. 1. *J. eod.* idem si quid dolo fecerit in re depolita vel commodata, vel alio contractu, *J. eod. Eclog. eod. cap.* 9. si dolum in re, aut furtum fecerit, aut damnum injuria dederit. *J. eod. d. cap.* 9. 1 *Harmenop.* 12. §. 24. At si quum minor in damno dato negasset, in duplum incidit: vel quum in furto transigere posset, & non in duplum vel quadruplum incidere, non transegit, restituitur ad dandum simplum, & quod præstare potuisset si transegisset. *d. c.* 9. Quin & ἀμαρτήμασιν in delictis, (à quibus separanda sunt ἐγκλήματα, id est, *atrocora delicta,*) minor restituitur, ἐὰν μὴ ἐκ πονηρᾶς ψυχῆς ἢ προαιρέσεως γινομένα ἁμαρτήματα, id est, *in his quæ non ex mala mente & instituto admisit.* 1 *Harmenop.* 12. §. 25. 8 Vide *l.* 1. *C. si adversus delictum.* 9 Ubi dolus admissus est. 10 *l.* 5. §. 2. *vers. sed etsi. J. ad l. Aquil.* 11 Eadem loquendi formula usus est Jurisconsultus *l.* 7. *J. de condictione furtiva. & l.* 46. §. 5. *J. de furt.* 12 Id est, transigere. *Eclog. d. c.* 9. 13 *l.* 37. §. 1. *J. eod.* 14 Atqui committere adulterium non potest. *l.* 37. §. 1. *J. eod.* 15 Hujusmodi sui ipsius venditio prohibetur. *Novell. Leonis* 59. 16 Imo, capit. *l.* 3. §. 6. *J. eod.*

tutionem, cum statum mutat. §. 5. Si in commissum [16] incidisse vectigalis dicatur, erit in integrum restitutio [17]. Quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interveniat: cæterum [18], cessabit restitutio. §. 6. Adversus libertatem [19] quoque minori à Prætore subveniri impossibile est:

X. PAULUS lib. XI ad Edictum.

NIsi ex magna causa [20] hoc à Principe fuerit consecutus.

Si adversus venditionem, emptionem. 2. Curatoris excusationem. 3. De causæ cognitione. 4. Si adversus casum fortuitum. 6. Minorem. 7. Litisconsumtiva majorem.

XI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

VErum vel de dolo, vel utilis actio erit in id quod minoris interfuit [21], non manumitti: proinde quicquid hic haberet, si non manumississet, id ei nunc præstabitur. † Sed & nomine earum rerum, quas dominicas servus manumissus supprimebat, competunt adversus eum actiones ad exhibendum, & furti, & condictio: videlicet quoniam & manumissus eas contrectabat. Cæterum ex delicto in servitutem facto, domino adversus eum [22] post libertatem actio non competit. Et hoc rescripto Divi Severi [23] continetur. §. 1. Quid, si minor vigintiquinque annis, major viginti, hac lege se vendiderit, ut manumittatur? (ideo proposui majorem viginti; quoniam & Scævola scribit lib. XIV Quæstionum.) Et magis est, ut sententia constitutionis Divi Marci ad Aufidium Victorinum, hunc, [id est, minorem viginti annis] non complectatur: Quare videndum, an majori viginti annis subveniatur? & si quidem ante desideret, quam libertas competat, audietur: sin vero postea, non possit [24]. † Item quæri potest, si is, qui emit hac lege, minor sit, an restitui possit? Et siquidem nondum libertas competit, erit dicendum, posse ei subveniri: sin vero posteaquam dies venit, voluntas majoris venditoris libertatem imponit. §. 2. Ex facto quæstium est: adolescentes quidam acceperant curatorem Salvianum quendam nomine: hic, cum curam administrasset, beneficio Principis [25] Urbicam [26] procurationem erat adeptus, & apud Prætorem se à cura adolescentium excusaverat, absentibus [27] eis: adolescentes adierant Prætorem, desiderantes in integrum adversus eum restitui, quod esset contra Constitutiones [28] excusatus: cum enim susceptam tutelam non alii [29] soleant [30] deponere, quam qui trans mare Reipublicæ causa absunt, vel hi, qui circa Principem sunt occupati, ut in Consiliarii Menandri Arrii persona est indultum [31]: (meruisset autem Salvianus excusationem: adolescentes, quasi capti, in integrum restitui à Prætore desideraverant:) Aetius Severus, quia dubitabat, ad Imperatorem Severum retulit: Ad quam consultationem successori [32] ejus Benidio [33] Quieto rescripsit, Nullas partes esse Prætoris: neque enim contractum proponi cum minore annis viginti-quinque: sed Principes intervenire, & reducere hunc ad administrationem, qui perperam esset à Prætore excusatus. §. 3. Sciendum est autem, non passim [34] minoribus subveniri, sed *causa* [35] *cognita*, si capti esse proponantur. §. 4. Item non restituetur, qui sobrie [36] rem suam administrans, occasione damni [37] non inconsulte accidentis, sed fato [38], velit restitui: nec enim eventus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas: & ita Pomponius lib. XXVIII scripsit. † Unde Marcellus apud Julianum notat, si minor sibi servum necessarium [39] comparaverit, mox decesserit, non debere eum restitui: neque [40] enim captus est emendo sibi rem perneccessariam, licet mortalem. §. 5. Si locupleti heres extitit, & subito hereditas lapsa sit (puta prædia fuerunt, quæ chasmate [41] perierunt, insulæ exustæ sunt, servi fugerunt, aut decesserunt) Julianus quidem lib. XLVI sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui: Marcellus autem apud Julianum notat, cessare in integrum restitutionem: neque enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hereditatem: & quod fato [42] contingit, cuivis patrifamilias, quamvis diligentissimo, possit contingere.

† Sed hæc res adferre potest [43] restitutionem minori, si adiit hereditatem, in qua res erant multæ mortales, vel prædia urbana [44], æs autem alienum grave: quod non prospexit [45] posse evenire ut demoriantur mancipia, prædia ruant: vel quod non cito distraxerit hæc, quæ multis casibus obnoxia sunt. §. 6. Item quæritur, si minor adversus minorem restitui desiderat, an sit audiendus? Et Pomponius simpliciter scribit, non restituendum. Puto autem inspiciendum à Prætore, quis captus sit: proinde si ambo capti sunt, verbi gratia minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit; melior [46] est causa secundum Pomponium ejus qui accepit, & [vel] dilapidavit, vel perdidit. §. 7. Plane si minor [47] annis cum filiofamilias majore contraxerit [48]; & Julianus lib. IV Digestorum, & Marcellus lib. II Digestorum scribit, posse in integrum restitui: ut magis [49] ætatis ratio, quam Senatusconsulti habeatur.

Si adversus mulierem.

XII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

SI [50] apud minorem mulier pro alio intercesserit [51], non est ei actio in mulierem danda: sed perinde atque cæteri, per exceptionem summoveri debet: scilicet, quia [52] communi jure in priorem debitorem ei actio restituitur [53]. Hæc, si solvendo sit prior debitor: alioquin [54] mulier non [55] utetur Senatusconsulti auxilio.

De his qui pro minore intercesserunt. Si adversus creditorem aut fidejussorem. De causa cognitione & præsentia vel absentia adversariorum. 1. De restitut. in rem.

XIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

IN causæ cognitione versabitur, utrum soli ei succurrendum sit, an etiam his [56], qui pro eo obligati sunt: utputa fidejussoribus. Itaque si [57] cum scirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fidejusseris pro eo [58], non est æquum, fidejussori in necem meam subveniri; sed potius ipsi deneganda [59] erit mandati actio. In summa, perpendendum erit Prætori, cui potius subveniat, utrum creditori, an fidejussori: nam minor captus neutri tenebitur. Facilius [60] in mandatore dicendum erit, non debere ei subvenire: hic enim velut [61] adfirmator fuit & suasor, ut cum minore contraheretur. † Unde tractari potest: minor in integrum restitutionem utrum adversus creditorem, an & adversus fidejussorem implorare debeat? Et puto tutius adversus utrumque. Causa [62] enim cognita, & præsentibus [63] adversariis, vel si per contumaciam desint [64], in integrum restitutiones perpendendæ sunt.

§. 1. Interdum [65] autem restitutio & in [66] rem datur minori, id est, adversus rei ejus possessorem, licet cum eo non sit contractum: utputa rem à minore emisti, & alii vendidisti: potest desiderare interdum adversus possessorem restitui, ne rem suam perdat, vel re sua careat: & hoc vel cognitione [67] Prætoria, vel rescissa alienatione, dato in rem judicio. Pomponius quoque libro vicesimo-octavo scribit, Labeonem existimasse, si minor vigintiquinque annis fundum vendidit, & tradidit, si emptor rursus [68] eum alienavit, siquidem emptor sequens scit rem ita gestam, restitutionem adversus eum faciendam: si ignoravit, & prior emptor solvendo esset, non esse faciendam: sin vero non esset solvendo, æquius esse minori succurri etiam adversus ignorantem: quamvis bona fide emptor est [69].

XIV. PAULUS lib. XI ad Edictum.

PLane quandiu is, qui à minore rem accepit, aut heres ejus idoneus sit, nihil novi constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit: idque & Pomponius scribit.

XV. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

SEd ubi restitutio datur, posterior emptor reverti ad auctorem suum potest [70]. Per plures quoque personas si emptio ambulaverit [71], idem juris erit.

Si sit alia actio ordinaria, vel ejusdem ipsius juris nullum. 4. De pretio emptionis & venditionis. 5. Qui restituere possunt.

XVI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

IN causæ cognitione etiam hoc versabitur, num forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem: Nam si [72] communi auxilio, & mero jure munitus sit, non [73] debet ei tribui extraordinarium auxilium: utputa cum pupillo contractum est sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus est. §. 1. Item relatum est apud Labeonem, si minor circumscriptus societatem coierit, vel [etiam] dominationis [74] causa, nullam esse societatem, nec [75] inter majores quidem: & ideo cessare partes Prætoris. Idem & Ofilius respondit: satis enim [76] jure munitus est.

§. 2. Pomponius quoque refert lib. XXVIII, cum quidam heres rogatus esset fratris filiæ complures res dare ea conditione, *ut, si sine liberis decessisset, restitueret eas heredi:* & hæc defuncto herede, heredi ejus cavisset, *se restituturam:* Aristonem putasse in integrum restituendam. Sed & illud Pomponius adjicit, quod potuit incerti [76] condici hæc cautio, etiam à majore: non enim ipso jure, sed per condictionem munitus est. §. 3. Et generaliter probandum est, ubi contractus non valet, pro certo Prætorem se non debere interponere. §. 4. Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter [77] licere [78] contrahentibus se circumvenire. §. 5. Nunc videndum, *Qui in integrum restituere possunt?* Et tam Præfectus Urbi, quam alii magistratus pro jurisdictione sua restituere in integrum possunt, tam in aliis causis, quam contra sententiam suam [79].

XVII. HERMOGENIANUS lib. I juris Epitomarum.

PRæfecti etiam prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere: quamvis appellari [80] ab his non possit. Hæc idcirco tam varie, quia appellatio [81] quidem iniquitatis sententiæ querelam [82]: in integrum vero restitutio erroris proprii veniæ petitionem, vel adversarii circumventionis allegationem continet.

De successore minoris.

XVIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

MInor autem magistratus contra sententiam majorum non restituet [83]. §. 1. Sin autem Princeps sententiam dixit, perraro [84] solet permittere restitutionem, & induci in auditorium suum eum, qui per infirmitatem ætatis captum se dicat: dum ea, quæ pro causa sunt dicta, non allegat [85], vel ab Advocatis proditum queratur. Denique Glabrionem Acilium Divus Severus & Imperator Antoninus non audierunt, incolorate restitui desiderantem adversus fratrem post speciem in auditorio eorum finitam.

§. 2. Sed & Percennio Severo contra res bis judicatas [86] in integrum restitui, Divus Severus, & Imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari [87]. §. 3. Idem Imperator Licennio Frontoni rescripsit, insolitum esse, post sententiam vice sua [88] ex appellatione dictam, alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum Principem. §. 4. Sed & si ab Imperatore judex datus cognoscat, restitutio ab alio, nisi à Principe, qui judicem destinavit, non fiet. §. 5. Non solum autem minoribus, verum successoribus [89] quoque minorum datur in integrum restitutio, etsi sint ipsi majores [90].

XIX. IDEM lib. XIII ad Edictum.

INterdum tamen successori plus [91] quam annum dabimus, ut est Edicto expressum: si forte ætas [92] ipsius subveniat: Nam post annum vicesimumquintum habebit legitimum [93] tempus: hoc enim ipso deceptus videtur, quod cum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. † Plane, si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno utili habuit, huic heredi minori post annum vicesimumquintum completum, non totum statutum tempus dabimus ad in integrum restitutionem, sed id dumtaxat tempus, quod habuit [94] is, cui heres extitit.

De

16 Et sic in *de-lictum*. §. 2. *Vid.*
17 Imo non est necessaria, cum ipso jure tutus sit. *l. 7. §. de Publicanis.*
18 Id est, si dolus interveniat.
19 *l. 10. l. 11. §. eod. v. tit. C. si adversus libertatem.*
20 De qua *l. 9. §. eidem Pomponius. §. quod metus causa.*
21 *l. 48. §. 1. §. eod. l. 23. in fin. §. de a. l. cont.*
22 *§. si servus. Inst. de noxalibus.*
23 Id est, Alexandri Severi. *C. de restitutis.*
24 Hinc colligit *Ravv.* adversus libertatem jam competentem minores non restitui: sed adversus competituram. *l. 1. C. si adversus libert.*
25 Severi, qui 14 Curatores urbis fecit, *teste Lampridio in Alexandro.*
26 Id est, Urbis, seu in urbe procurationem aliquam.
27 *V. l. 1. C. si ex falsis instrum.*
28 *l. 30. §. de excus. tut.*
29 Imo alii, *v. hic Accursium.*
30 Non tamen coguntur: neque delinunt tutores esse. *l. 15. l. 16. §. de tutorib. dativis.*
31 A Severo & Antonino. *d. l. 30.*
32 Successori ejus. *Heloand.*
33 *Al.* Ventidio.
34 *§. 4. §. eod. l. 44. §. eod. l. 24. §. 2. eod. l. 1. C. qui & adversus quos.*
35 Restitutio causa cognita datur *l. 13. §. eod. Ecleg. eod. c. 11. §. 4. l. 1. C. de præd. & aliis rebus minorum.*
36 Καλῶς, id est, recte. *d. §. 4.*
37 *ἐνυπνίου ἀποτέλεσμα* appellat auctor *Eclog. illo loco*, id est, contrarium eventum.
38 *l. 1. §. si magistratus. §. de magistr. conven.*
39 *l. 47. in fi. §. de solutionib. l. ult. C. de in integrum.*
40 *V. l. 116. §. 1. §. de regul. jur.*
41 Chasma, terræ hiatus vel motus. *l. 15. §. 2. §. locati.*
42 Alibi, vi divina. *l. 24. §. 4. §. de damno.*
43 Causa cognita.
44 Ruinosa urbana prædia majoribus sumptibus obnoxia sunt, vide *Cujacium Novell. 7.* Differentiam porro urbani & rustici prædii observa, de qua dixi *l. 22. C. de adminis. tut.*
45 Id autem prospicere debet, *arg. l. 9. §. 1. vers. idem quærit §. locat.*
46 *l. 34. §. eod. l. 91. §. 3. in fi. §. de verb. oblig.*
47 *l. 3. §. de SC. Macedoniano.*
48 Pone, mutuum ei dederit. *l. 9. §. de juris & facti ignorantia.*
49 Privilegium ætatis majus est Macedoniano. Cur? an quia hoc favorabile est, illud vero odiosum? An quod privilegiatus adversus privilegiatum, uti privilegio non possit? 50 Si apud minorem pro alio mulier intercesserit, siquidem solvendo debitor est, mulier non convenitur: sin solvendo non sit, convenitur. 50 *Eclog. 4. §. 12.* 51 Παρὰ τὸ νόμιον, id est, præter juris præscripta. Hæc enim verba adjicit Harmenopulus huic legi 3. *tit. 6. §. 17.* 52 Adde *l. 16. §. eod.* 53 Vel, quia privilegiatus non utitur jure suo adversus privilegiatum. *l. ult. §. ex quib. caus. major.* 54 Et ita privilegium ætatis Velleiano potentius est. *Bart.* 55 Mulier igitur intercedens non semper juvatur Velleiano, ut recte notat *Scholiastes ad illum Eclog. locum.*
56 Fidejussoribus. 57 Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur. *Paul. 1 sent. 9. §. 6. Eclog. eod. cap. 12. in fin.* 58 Consulto consilio *Paul. 1 sent. 9. §. 1. 7. §. ult. §. de except.* secus si ignorans. *arg. l. 48. §. de fidejuss.* vel in re ipsa deceptus. *l. 2. C. de fidejuss. minor.* Goth. Vide Govean. *lib. 1 var. lect. cap. 13.* Gilbert. Regular. *lib. 22 Enantiophan. cap. 20.* Anf. 59 Vide quæ scripsi *ad l. 11. C de exception.* 60 Differentiam mandatoris & fidejussoris observa. 61 Mandans contrahi cum aliquo, pro adfirmatore & suasore habetur.

62 *l. 11. §. 3. §. eod.*
63 *l. 11. C. de prædiis minorum. l. de unoquoque. 47. §. de re judicata.*
64 Hæc enim requiruntur in causæ cognitione. *Bart.* Cujus solennia vide *Novell. 119. cap. 6.*
65 Id est, interdum utilius est restitui, quam in personam experiri. adde *l. 30. in fi. §. quibus ex causis majores. l. 6. §. quod falso tutore.*
66 Adversus quemcunque possessorem. Ea sensu re non exclusa dicitur, qui potest restitui. *l. 5. §. de in integrum:* hic autem res est *a Cæsare. l. 29. in fine §. eod.*
67 *l. 39. §. de exceptionibus.*
68 *l. 14. §. eod.*
69 Hinc colligit Bartolus, priora contrahentis bona prius discutienda, quam ad tertium possessorem, quem ignorantia excusat, perveniatur. *v. l. ultim. & Auth. sed hodie. C. de oblig.*
70 Vide *l. 39. in princ. §. de evictionibus.*
71 *Ambulare emptio* dicitur, cum res empta rursus venditur ac revenditur. Ea ratione pignus alteri pignorari potest. *l. 18. §. de pignoratitia. l. 13. §. 2 §. de pignorib. tit. Codicis si pignus pignori datum sit.* & sic, per plures personas ambulare.
72 *l. 12. §. eodem. l. 3. C. de in integrum. l. 4. C. si adverf. rem jud. l. 3. C. si adverf. libert.*
73 Imo potest, *l. 9. §. eod.* vide *Socinum, regul. 413.*
74 Vide *l. ultim. C. si major fact. alienationem.*
75 Ut *l. 32. §. 24. §. de donat. inter virum.*
76 Cur ita? vide *l. 1. §. de condict. sine causa.*
77 Id est, jure gentium. *v. l. 22. in fine §. locati. κατὰ φύσιν*, secundum naturam. *3 Harmenopul. 3. §. 18. 19. Eclog. 1. ex libro 10. tit. 4. cap. 16. §. 4.* Ad eum modum, emptionis & venditionis substantia esse dicitur, ut emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerat. *l. 8. C. de rescind. vendit.* Natura contrahentium omnium hæc est, ut velint in vendendo & emendo lucrum aliquod facere.
78 Circumscriptio jure civili in contractibus permissa, *ut hic:* at non infinita. *l. 2. C. de rescindenda vend.* Jure consciential omnis circumscriptio illicita. *Decius consil. 111. & ad l. 2. C. de vendend. l.*

62 *l. 11. §. 3. §. eod.*
63 *l. 11. C. de prædiis minorum. l. de unoquoque. 47. §. de re judicata.*
64 Hæc enim requiruntur in causæ cognitione. *Bart.* Cujus solennia vide *Novell. 119. cap. 6.*
65 Id est, interdum utilius est restitui, quam in personam experiri. adde *l. 30. in fi. §. quibus ex causis majores. l. 6. §. quod falso tutore.*
66 Adversus quemcunque possessorem. Ea sensu re non exclusa dicitur, qui potest restitui. *l. 5. §. de in integrum:* hic autem res est *a Cæsare. l. 29. in fine §. eod.*
67 *l. 39. §. de exceptionibus.*
68 *l. 14. §. eod.*
69 Hinc colligit Bartolus, priora contrahentis bona prius discutienda, quam ad tertium possessorem, quem ignorantia excusat, perveniatur. *v. l. ultim. & Auth. sed hodie. C. de oblig.*
70 Vide *l. 39. in princ. §. de evictionibus.*
71 *Ambulare emptio* dicitur, cum res empta rursus venditur ac revenditur. Ea ratione pignus alteri pignorari potest. *l. 18. §. de pignoratitia. l. 13. §. 2 §. de pignorib. tit. Codicis si pignus pignori datum sit.* & sic, per plures personas ambulare.
72 *l. 12. §. eodem. l. 3. C. de in integrum. l. 4. C. si adverf. rem jud. l. 3. C. si adverf. libert.*
73 Imo potest, *l. 9. §. eod.* vide *Socinum, regul. 413.*
74 Vide *l. ultim. C. si major fact. alienationem.*
75 Ut *l. 32. §. 24. §. de donat. inter virum.*
76 Cur ita? vide *l. 1. §. de condict. sine causa.*
77 Id est, jure gentium. *v. l. 22. in fine §. locati. κατὰ φύσιν*, secundum naturam. *3 Harmenopul. 3. §. 18. 19. Eclog. 1. ex libro 10. tit. 4. cap. 16. §. 4.* Ad eum modum, emptionis & venditionis substantia esse dicitur, ut emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerat. *l. 8. C. de rescind. vendit.* Natura contrahentium omnium hæc est, ut velint in vendendo & emendo lucrum aliquod facere.
78 Circumscriptio jure civili in contractibus permissa, *ut hic:* at non infinita. *l. 2. C. de rescindenda vend.* Jure consciential omnis circumscriptio illicita. *Decius consil. 111. & ad l. 2. C. de vendend. l.*

semper. 197. §. de regul. jur. Hæc tamen circumscriptio, cujus sit hic mentio, non est dolus, sed prudentia & industria quædam tantum Oeconomica, studiumque aliquod tantum rei familiaris augendæ. Goth. Vid. *l. 22. §. 3. §. locati. l. 4. l. 8. C. de rescind. vend. l. 4. §. de in integr. restit.* Pinell. *part. 1. cap. 1. num. 32. & ad l. 2. de rescind. vend.* Covar. *var. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 2.* De jure vero Canonico in universum dolus excluditur. vid. Anton. Merend. *contr. lib. 1. cap. 33.* & omnino Caspar. Roderic. *de validit. lib. 1. quæst. 11. num. 5.* Anf. 79 *l. 17. §. eod. l. unic. in fin. §. de off. Præf. prat.* 80 *d. l. unic. & l. unica C. de sententiis P. prætorio. Novell. 119. cap. 5.*
81 Appellationis & restitutionis in integrum hæc est dissimilitudo: Qui appellat, judicem accusat, non seipsum: qui autem restitutionem petit, se, & sui inconsultam facilitatem, & errorem proprium. 82 Continet interdum novas probationes. *l. 6. C. de appellat.* 83 Facit *l. 1. §. pen. in fi. §. de appellat.* 84 Ut *l. 36. §. eod.* 85 *V. l. 1. C. de advocat. diverf. judiciis.*
86 Contra res bis judicatas Princeps indulget restitutionem. 87 *l. 3. C. si adverf. rem jud.*
88 *Novell. 113. c. 1.* 89 *l. 6. §. de in integr.* 90 *V. l. 6. §. de in integrum reft.* Quid si minores sint? ex sua persona non defuncti restituentur. *Paul. 1 sent. 9. §. 4.* ideoque, si minor 20 annis minori 23 succederit, successor habebit ad in integrum restitutionem non annos sex ex persona defuncti, sed novem ex sua persona. *l. ea quæ. §. si quando. C. de temporib. in integ. reftitut. v. Cujac. d. §. 4.* 91 Si minor XX annis, minori XXIII annis succederit, successor habebit ad in integrum restitutionem, non annos sex ex persona defuncti, sed novem ex sua persona. Quoties enim minor minori succedit, heres ex sua persona, non ex defuncti in integrum restitui potest. *Paul. 1 sent. 9. §. 4.* Goth. Vid. ad hanc l. Brisson. *lib. 3 felect. cap. 4.* & an restitutio transeat ad heredes, Bart. *hic.* Anf. 92 Minor scilicet. 93 Legitimum tempus, annus vicesimus quintus: legitimum, inquam: nempe quia lege aliqua ita statutum ac definitum fuit: vide quæ scripsi *ad l. 27. §. de negotiis.* 94 Quod superfuit defuncto.

De Exule. 1. Si litem contest. destitit.

XX IDEM lib. XI ad Edictum.

PApinianus lib. 11 Responsorum ait, exuli 94 reverso non debere prorogari 95 tempus in integrum restitutionis statutum, quia abfuit: cum 96 potuerit adire Prætorem per 97 procuratorem: Nec 98 dixit, *vel Præsidem, ubi erat.* † Sed, quod idem dicit, & indignum esse 99 propter 100 irrogatam pœnam: non 1 recte. Quid 2 enim 3 commune habet delictum cum venia ætatis 4? §. 1. Si quis tamen major viginti quinque annis intra tempus restitutionis statutum contestatus 5 postea destiterit, nihil ei proficit ad in integrum restitutionem contestatio 6: ut est sæpissime rescriptum.

94 Adde *l.* 26. §. 1. ff. *ex quibus causis majores.* Goth. Hanc leg. interpretatur Leonin. *Emendat. lib. 6. cap. 15. n. 1.* Anf.

95 Prorogatur tempus, cum major datur dilatio.

96 Exul actiones suas jusve suum agendi amittit, cum per procuratorem agere possit, *ut hic.*

97 Vide quæ notavi *ad l. 1. ff. de diversis & temporalib. præscript.*

98 Id est, Papinianus non adjecit, minorem restitui posse per Præsidem ejus provinciæ in qua exulat: recte: nec enim restitui potest ex negotio gesto in ea civitate, cujus civis esse non desiit.

99 Subaudi *minorem restitui.*

100 Hæc ratio fuit Papiniani: indignum esse exulem restitui, quod tempus pendendæ pœnæ nemini ad excusationem prodesse debeat.

1 Ulpianus Papinianum reprehendit.

2 Ratio ea pro ratione non est habenda, quæ nihil ad propositum facit.

3 Exul in ea causa restitui potest quæ delicto ejus non est conjuncta.

4 *l. 37. in fi. ff. eod.*

5 Vid. *l. 30. ff. eod.*

6 Cur ita? *collige ex l. 14. §. 9. in fi. ff. de ædilitio.*

Quid sit Desistere.

XXI. IDEM lib. X ad Edictum.

DEstitisse 7 autem is videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum.

7 Vide *l. primam & secundam C. si ut omissam hereditatem.* Goth. Vide hic Joann. à Sand. *decis. Frisicar. lib. 1. tit. 15. defin. 1.* Anf. Adde Covarruv. *lib. 1. resolut. cap. 5.* & Vallam *de rebus dubiis. tract. 6.* S. L.

De effectu restitutionis adversus additionem vel repudiationem.

XXII. IDEM lib. XI ad Edictum.

IN integrum vero restitutione postulata adversus additionem à minore factam, si quid legatis expensum est, vel pretia eorum, qui ad libertatem aditione ejus pervenerunt, à minore refundenda 8 non sunt: Quemadmodum per contrarium, cum minor restituitur ad adeundam hereditatem, quæ antea gesta erunt per curatorem bonorum decreto Prætoris ad distrahenda bona secundum juris formam constitutum, rata esse habenda, Calpurnio Flacco Severus & Antoninus rescripserunt.

8 Id est, Papinianus non adjecit, minorem restitui posse per Præsidem ejus provinciæ in qua exulat: recte: nec enim restitui potest ex negotio gesto in ea civitate, cujus civis esse non desiit.

9 Subaudi *minorem restitui.*

100 Hæc ratio fuit Papiniani: indignum esse exulem restitui, quod tempus pendendæ pœnæ nemini ad excusationem prodesse debeat.

1 Ulpianus Papinianum reprehendit.

2 Ratio ea pro ratione non est habenda, quæ nihil ad propositum facit.

3 Exul in ea causa restitui potest quæ delicto ejus non est conjuncta.

4 *l. 37. in fi. ff. eod.*

5 Vid. *l. 30. ff. eod.*

6 Cur ita? *collige ex l. 14. §. 9. in fi. ff. de ædilitio.*

7 Vide *l. 10. ff. de judiciis.*

8 Vide *l. 31. ff. eod. v. l. 90. ff. de solutionibus.*

9 *l. 3. in fin. l. 4. ff. eod.*

10 *l. 46. ff. eod.*

11 Vide *l. 4. C. si adversus rem jud.*

12 Idem dicendum de eo qui in aliquem compromisit. *l. 27. §. 2. ff. de arbit.*

13 *Paul. I sent. 9. §. 2. in fin.*

14 Vide *l. 11. §. 3. & 5. eod. I Harmen. 12. §. 60. Eclog. cap. 24.*

15 *l. 12. §. 1. ff. de admiss. tutorum. l. 14. §. 5. C. de sacrof. Eccles.*

16 Duæ causæ hic indulgent restitutionem, δὶα τὴν προφανῆ, καὶ μεγάλην ἀπορίαν, circumscriptio adversarii manifesta, & magna minoris negligentia. *Harmenop. illo loco.*

17 Vide *l. primam & secundam C. si ut omissam hereditatem.* Goth. Vide hic Joann. à Sand. *decis. Frisicar. lib. 1. tit. 15. defin. 1.* Anf. Adde Covarruv. *lib. 1. resolut. cap. 5.* & Vallam *de rebus dubiis. tract. 6.* S. L.

18 Imo non est. *l. 79. ff. ad Trebellianum.*

19 Eo majore facto, non adhuc minore. *l. ult. ff. C. de repudiando.*

20 *Eclog. d. cap. 24.*

21 Id in Electione domini est: ut & in actione injuriarum. *l. sed si unus. 17. §. cum servus. 4. ff. de injuriis.* 22 *d. l. 17. §. cum servus. ff. de injur.* 23 An & debitur filius castigandus? Minime. Cur? quia pater ejus nomine noxali judicio non tenetur. 24 Al. *integrum*, omissa voce *in.* 25 Vide *l. 27. §. 1. in fi. ff. eod.* 26 *l. 27. §. 1. ff. eod. Paulum I sent. 9. §. 7.* 27 Cum usuris. *l. 47. in fin. ff. eod.* 28 Tunc enim emptor fundum restituere tenetur, nec recuperat pretium. *l. 32. §. interposito. ff. de administ. tut.* 29 *Forte legendum*, quia ob æs alienum ei solvitur, id est, emptor ei solvit quod debet.

30 Cur? mutuum voluntarium est. 31 Quæ instar actionis obtinet. *l. 1. §. cautionales. ff. de prætoriis stipulat. l. non solum. ff. ratam rem.* 32 *l. 2. C. si adversus solutionem.* 33 *l. unica C. etiam per procuratorem.* 34 *Mederi*, passive. Cæterum idem dicendum si de mandato generali dubitabitur. *Bart.* 35 Timesis. Fit autem, quoties una & eadem vox in duas dividitur, *ut hic, satis* judicatum solvi *dare*: ut alibi, *usu* hominem *cepisse.* 36 Sustinet enim partes rei; & nihilominus *de rato etiam* cavebit. *l. 39. §. penult. ff. de procur.*

De patre, adgnatis, & affinibus minoris. 1. Si adversus creditorem, emptionem, venditionem. 2. Acceptilationem. 3. Novationem. 4. Eum, de cujus dolo agere non licet.

XXVII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

PAtri pro filio omnimodo præstanda restitutio est, licet filius restitui nolit: quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur 37. Ex quo apparet, cæteros adgnatos vel adfines alterius esse conditionis: nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adulescentis postulent: aut ejus vitæ sit iste adulescens, ut merito etiam bonis ei debeat interdici. §. 1. Si 38 pecuniam, quam mutuam minor accepit, dissipavit, denegare debet Proconsul creditori adversus eum actionem 39: Quod si egenti minor credidit, ulterius procedendum non est, quam ut jubeatur juvenis actionibus suis, quas habet adversus eum, cui ipse credidisset, cedere creditori suo. † Prædium quoque si ex ea pecunia pluris, quam oporteret, emit 40, ita temperanda res erit, ut jubeatur 41 venditor reddito pretio reciperare prædium: ita ut sine alterius damno etiam creditor à juvene suum consequatur. Ex quo scilicet simul intelligimus, quid observari oporteat, si sua pecunia pluris, quam oportet, emerit: ut tamen hoc, & superiore casu venditor, qui pretium reddidit, etiam usuras, quas ex ea pecunia percepit, aut percipere potuit, reddat, & fructus 42, quibus locupletior factus est juvenis, recipiat: Item ex diverso, si 43 minore pretio, quam oportet, vendiderit 44 adolescens; emptor quidem juberi debebit prædia cum fructibus 45 restituere, juvenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus 46 ex ea pecunia locupletior est.

§. 2. Si minor annis viginti quinque sine 47 causa debitori *acceptum* 48 tulerit, non solum in ipsum, sed & in fidejussores, & in 49 pignora actio restitui debet: Et, si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in utrumque restituenda est actio. §. 3. Ex hoc intelligimus, si damnosam sibi novationem 50 fecerit, forte si ab idoneo debitore ad inopem novandi causa transtulerit obligationem, oportere eum in priorem debitorem restitui. §. 4. Adversus eos quoque restitutio præstanda est, quorum 51 de dolo agere non permittitur: nisi 52 quædam personæ speciali lege exceptæ sint.

37 Datur autem actio ei cujus interest, præsertim conjunctæ personæ. vide *l. 1. ff. de libur. caus.*

38 Minor qui pecuniam mutuam accepit, eamque dissipavit, non tenetur, *Eclog. eod. cap. 27. 2 Harmenopul. 12. §. 8.*

39 *l. 24. §. pen. ff. eod.*

40 *l. 7. §. 1. ff. eod.* an & quando emptori detur restitutio adversus emptionem, vide *legem primam §. sed si emerit. ff. si quid in fraudem patroni.*

41 Atqui id fieri debet creditore consentiente, *l. 14. §. 3. ff. de in diem addict.* Goth. De restitutione adversus emptionem minoris, & de fructibus, usuris, & interesse, vid. Faclin. *lib. 2. controv. cap. 89.* Odd. *de restitut. part. 2. quæst. 57. & part. 1. quæst. 45.* Covarruv. *de in integr. restit. cap. 1. S. 1.*

42 *l. 32. §. interposito. ff. de admin. tut.*

43 Minor adversus emptorem in integrum restitutus, pretio restituto fundum recipere potest: fructus enim in compensationem usurarum, penes emptorem remanere placuit. *Paul. 1 sent. 9. §. 7.* Quid si fundum repetat cum fructibus? pretium ab eo redderur cum usuris quibus locupletior est, omissa compensatione. *l. 24. §. 4. ff. eod. l. 47. in fi. ff. eod.*

44 Cum decreto: nam si sine decreto vendidit, non indiget hoc beneficio. *l. 11. C. de præd. & al. re.*

45 *l. 40. in fin. ff. eod.*

46 Ideoque nihil restituet, si non sit locupletior factus. *l. 32. §. 4. ff. de administ. tut.*

47 Acceptilatio etiam sine causa facta, valet. vide *l. 1. C. de acceptilationibus.*

48 Adversus acceptilationem minor restituitur, *ut hic. & l. ult. ff. de acceptilat.*

49 Vide *d. l. 1. C. de acceptilat. l. 10. ff. quod metus.*

50 *l. 40. §. 1. l. ult. ff. eod. l. 48. in fin. ff. de fidejussor. l. 1. in fin. ff. de novat. l. 15. ff. de solution. §. præterea. Instit. quibus mod. tollitur.*

51 Qui illi? vide *l. 11. ff. de dolo.*

52 *l. 2. C. qui & adversus quos.*

De effectu restitutionis adversus Tutorem.

XXVIII. CELSUS lib. II Digestorum.

CUm minor [quam] quinque & viginti annis, adversus eum, cum quo tutelæ egit, restituitur, non ideo tutori contrarium tutelæ judicium restituendum est 53.

De patre eodemque tutore auctore. 1. De restitutione adversus unum caput sententiæ. 2. De creditoribus evocandis.

XXIX. MODESTINUS lib. II Responsorum.

ETiam 54 si patre, eodemque 55 tutore 56, auctore 57, pupillus captus 58 probari possit, curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi 59.

§. 1. Ex causa curationis condemnata pupilla, adversus unum caput sententiæ restitui volebat; [&] quia videbatur in cæteris litis speciebus relevata fuisse, actor major ætate, qui adquievit tunc temporis sententiæ, dicebat totam debere litem restaurare. Herennius Modestinus respondit, si species, in qua pupilla in integrum restitui desideraret, cæteris speciebus non 60 coharet, nihil proponi, cur à tota 61 sententia recedi actor postulans audiendus sit. §. 2. Si hereditate patris, ætatis beneficio in integrum restitutus, abstinuit se, nemine de creditoribus paternis præsente 62, vel ad agendum à Præside evocato, an ea restitutio recte facta videatur, quæritur. Herennius Modestinus respondit, cum non evocatis 63 creditoribus, in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur, minime id creditoribus præjudicasse.

53 Imo restituendum est. *l. 1. l. 2. C. si adversus transact.*

54 Etiamsi auctore patre, filii tutelam gereute, pupillus circumscriptus fuerit, tamen postea restituitur, quum cu-

De tacita Renunciatione beneficii Prætorii.

XXX. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

SI filius emancipatus, contra tabulas non accepta possessione, post inchoatam restitutionis quæstionem, legatum ex testamento patris major viginti quinque annis perisset, liti renunciare videtur 64: cum & si bonorum possessionis tempus largiretur, electo judicio defuncti, repudiatum beneficium Prætoris existimaretur.

De effectu restitutionis adversus aditionem.

XXXI. IDEM lib. IX Responsorum.

SI mulier, postquam heres extitit, propter ætatem abstinendi causa, in integrum restituta fuerit, servos hereditarios ex fideicommisso ab ea recte manumissos, retinere libertatem respondi 65: nec erunt cogendi viginti aureos 66 pro libertate retinenda dependere, quam jure optimo consecuti videntur. Nam & si quidam 67 ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea reciperassent, cæterorum querela contra eos, qui acceperunt, ut pecunia communicetur, non admittetur.

Si perfecta ætas falso probata fuerit.

XXXII. PAULUS lib. I Quæstionum.

MInor viginti quinque annis, adito Prætore, ex aspectu 68 corporis falso probavit perfectam ætatem 69: curatores, cum intellexissent esse minorem, perseveraverunt in administratione: medio tempore, post probatam ætatem, ante impletum vicesimumquintum annum solutæ sunt adulescenti pecuniæ debitæ, easque male consumpsit. Quæro, cujus sit periculum: & quid si curatores quoque in eodem errore perseverassent, [ut putarent majorem esse, & abstinuissent se ab administratione,] curationem etiam restituissent: an periculum temporis, quod post probatam ætatem cessit, ad eos pertineat? Respondi: Hi, qui debita exsolverunt, liberati jure ipso, non debent iterum conveniri. † Plane, curatores, qui scientes eum minorem esse, perseveraverunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas: & debebunt hoc nomine conveniri. Quod si & ipsi decreto Præsidis 70 credi-

ratorem accipit. *Eclog. eod. c. 29.* 55 Dubium hoc videbatur, quod iniquum sit curatori alicui permitti retractare negotium gestum ab eo, qui pupilli pater & tutor fuerit. 56 Tutor liberorum suorum pater esse potest. *Inst. de legitima patrum tutela.* 57 In contrahendo. 58 Ab extraneo an & à patre? Negat Accursius dari restitutionem. *l. ult. C. qui & adversus quos I. etiam C. si tutor interven.* 59 Adde *l. 47. ff. eod. l. ult. ff. de in integ. l. 2. 3. 5. C. si tutor vel curat. l. 4. C. si adversus rem jud.* 60 *Connexitatis* ratione utens literis seu rationibus alterius adversus tertium, iisdem uti cogitur adversus seipsum: atque ita literæ rationum fidem faciunt contra tertium, *ut hinc à nonnullis colligitur.* 61 *l. 47. §. ult. ff. eod.* 62 Vid. *Nov. 119. c. 6.* 63 *l. 13. in pr. ff. eod.* vid. *d. l. 39. ff. de adopt.*

64 Contrario actu tacite quis videtur renunciare in integrum restitutioni. *Bart.* adde *l. 20. in fin. ff. eod. l. 7. C. de his qui accusare. Accurs. in l. 4. C. de pactis.* 65 *l. 7. §. antepen. l. 22. ff. eod. l. 30. §. idem dicendum. ff. de fidei. libert.* 66 Hoc enim vulgare servorum pretium fuit. vide *l. 1. §. 5. C. de com. servo man.* 67 Vide *l. 90. ff. de solutionibus.* 68 Aspectu ætas probatur. *l. 3. C. si minor se majorem.* Livius 1. Numitor comparans eorum ætatem, & ipsam minore servilem indolem tetigerat memoria nepotum. *Goth.* Vid. in hanc l. Menoch. *de arbitr. jud. casu. 175.* Anf.

69 Probatur etiam ætas ἐκ τῶν συμβεγηκότων, id est, natalibus, professionibus, *l. 2. §. 1. ff. de excusat. tut.* ex censualibus libris. *l. 3. ff. de censibus*: item testibus, puta obstetricibus & propinquis vicinis. *l. 3. §. duæ. ff. de Carboniano. Cujac.* 70 Qui etiam potest imponi. *l. ult. C. si minor se majorem.*

crediderunt, & administrare cessaverunt, vel etiam rationem reddiderunt, similes sunt cæteris debitoribus: ideoque non conveniuntur.

Si adversus legatum acceptum cum onere manumittendi.

XXXIII. ABURNIUS VALENS lib. VI Fideicommissorum.

SI minor viginti quinque annis servum suum, qui pluris [70], quam in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, & legatum acceperit: non [71] cogendum præstare libertatem, si legatum reddere paratus sit [72], Julianus respondit: ut, quemadmodum [73] majoribus liberum sit [74] non accipere, si nolint manumittere, sic huic reddenti [75] legatum necessitas manumittendi remittatur.

Si adversus Minorem. 1. *Si adversus Compromissum.*

XXXIV. PAULUS lib. I Sententiarum.

SI [76] minor viginti quinque annis filiofamilias minori pecuniam credidit, melior est causa [77] consumentis: nisi locupletior ex hoc inveniatur litis contestatæ tempore is qui accepit. §. 1. Minores, si in judicem compromiserunt [78], & tutore auctore stipulati sunt; integri restitutionem adversus talem obligationem jure desiderant.

Si adversus Licitationem.

XXXV. HERMOGENIANUS lib. I juris Epitomarum.

SI in emptionem [79] penes se collatam [80] minor adjectione [81] ab alio superetur, implorans in integrum restitutionem audietur, si ejus interesse emptam ab eo rem fuisse adprobetur; veluti quod [82] majorum [83] ejus fuisset: ita tamen, ut id, quod ex licitatione accessit, ipse offerat venditori [84].

Si adversus Allegationem omissam.

XXXVI. PAULUS lib. V Sententiarum.

MInor viginti quinque annis omissam allegationem [85] per in integrum restitutionis auxilium repetere potest [86].

Si adversus Pœnæ persecutionem. 1. *Vel Delictum.*

XXXVII. TRYPHONINUS lib. III Disputationum.

AUxilium in integrum restitutionis exsecutionibus [87] pœnarum [88] paratum non [89] est [90]: ideoque injuriarum judicium semel omissum [91] repeti non potest. §. 1. Sed [&] in sexaginta diebus præteritis [92], in quibus jure mariti sine calumnia vir accusare mulierem adulterii potest [93], denegatur ei in integrum restitutio [94]; quod jus omissum si nunc repetere vult, quid aliud, quam delicti veniam, id est, calumniæ, deprecatur? & cum neque [95] in delictis, neque in calumniatoribus Prætorem succurrere oportere certi juris sit, cessabit in integrum restitutio. † In delictis [96] autem minor annis vigintiquinque non meretur in integrum restitutionem: utique atrocioribus: nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam Judicem produxerit. † Sed, ut ad legis Juliæ de adulteriis coërcendis præceptæ veniamus, utique nulla deprecatio adulterii pœnæ [97] est, si se minor annis adulterum fateatur. † Dixi nec si quid eorum commiserit, quæ pro adulterio eadem lex punit: veluti si adulterii damnatam [98] sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehensam uxorem non dimiserit [99], quæstumve de adulterio uxoris fecerit, pretiumve pro comperto stupro acceperit, aut domum [100] præbuerit ad stuprum adulteriumve in eam committendum [1]: & non sit ætatis excusatio adversus præcepta legum ei, qui dum leges invocat, contra eas committit [2].

Si adversus solutionem ex contractu defuncti omissam, an filiusfamilias minor post emancipationem restituatur.

XXXVIII. PAULUS lib. I Decretorum.

ÆMilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ: *ita* [3] *ut si intra duos menses ab emptione reliqua pretii partem dimidiam non solvisset, inemptus esset*: item, *si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus*: Intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris ætatis successerat, cujus tutores in solutione cessaverunt: Venditor, denunciationibus tutoribus sæpe [4] datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat: Pupilla in integrum restitui desiderabat: Victa, tam apud Prætorem, quam apud Præfectum Urbi provocaverat [5]: *Putabam*, bene judicatum, quod pater ejus, non ipsa contraxerat [6]: *Imperator* autem motus est, quod dies committendi [7] in tempus pupillæ incidisset, eaque [8] effecisset, ne pareretur legi venditionis. *Dicebam*, posse magis ea ratione restitui [9] eam, quod venditor denunciando post diem, quo placuerat esse commissum, & pretium petendo, recessisse [10] a lege sua videretur: Non me moveri [11], quod dies postea transisset: Non magis, quam si creditor pignus distraxisset, post mortem debitoris die solutionis finita. *Quia tamen* lex commissoria displicebat ei [12], pronunciavit, *in integrum restituendam*. Movit etiam illud Imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronunciati erant. §. 1. Quod dicitur, *non solere filiosfamilias post emancipationem adhuc minoribus succurri in his, quæ omisissent manentes in potestate*, tunc [13] recte dicitur, cum patri adquirere possunt [14].

Quo casu restitutionis Tempus non currit. 1. *Si adversus Venditionem.*

XXXIX. SCÆVOLA lib. II Digestorum.

INtra utile tempus [15] restitutionis apud Præsidem petierunt in integrum restitutionem minores, [&] de ætate sua probaverunt [16]: Dicta pro [17] ætate sententia, adversarii [18], ut impedirent cognitionem [19] Præsidis, ad Imperatorem appellarunt [20]: Præses in eventum appellationis cætera cognitionis distulit [21]: Quæsitum [22] est, si finita appellationis apud Imperatorem cognitione, & *injusta* [23] *appellatione pronunciata* [24], egressi ætatem deprehendantur, an cætera negotii implere possint [25], cum per eos non steterit, quo minus res finem accipiat? Respondi, secundum ea quæ proponuntur, perinde cognosci, atque si nunc intra ætatem essent [26]. §. 1. Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lucius Titius, & sex fere annis possedit; & longe longeque rem meliorem fecit [27]: Quæro, cum sint idonei curatores, an minor adversus Titium emptorem in integrum restitui possit? Respondi, ex omnibus quæ proponerentur, vix esse cum restituendum: nisi [si] maluerit omnes expensas [28], quas bona fide emptor feciisse adprobaverit, ei præstare: maxime, cum sit ei paratum [promptum] auxilium, curatoribus ejus idoneis constitutis.

Si adversus Novationem. 1. *Dationem in solutum.*

XL. ULPIANUS lib. V Opinionum.

MInor annis viginti quinque [29], cui *fidejussorem suum solvi* pronunciatum erat, caverat [30], *id se recepisse*: & cautionem eidem debitor, quasi creditæ pecuniæ fecerat: In integrum restitui potest: quia partam ex causa judicati persecutionem novo [31] contractu ad initium alterius petitionis redegerat [32]. §. 1. Prædia [33] patris sui minor annis viginti quinque ob debita rationis tutelæ aliorum, quam pater administraverat, in solutum inconsulte dedit: Ad suam æquitatem [34] per in integrum restitutionem revocanda res est: usuris pecuniæ quam constiterit ex tutela deberi, reputatis, & cum quantitate fructuum perceptorum compensatis.

Si minor restitutione impetrata nolit uti.

XLI. JULIANUS lib. XLV Digestorum.

SI judex circumvento in venditione adolescenti [35] jussit *fundum restitui, eumque pretium emptori reddere*, & hic nolit uti hac in integrum restitutione, pœnitentia [36] acta [37]: exceptionem utilem, adversus petentem pretium, quasi ex causa judicati, adolescens habere poterit: quia *unicuique licet contemnere* [38] *hæc, quæ pro se introducta sunt*. Nec queri potent venditor [39], si restiturus fuerit ei eam causam, in qua [40] se ipse constituit, & [41] quam mutare non potuisset, si minor auxilium Prætoris non implorasset.

Qui restituere possint.

XLII. ULPIANUS libro secundo de officio Proconsulis.

PRæses [42] provinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam [43], vel decessoris [44] sui sententiam: Quod enim appellatio interposita majoribus præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores [45].

De Ætatis probatione.

XLIII. MARCELLUS lib. I de officio Præsidis.

DE ætate ejus, qui se majorem annis vigintiquinque dicit, causa cognita [46] probandum [47] est: quia per eam probationem in integrum restitutioni ejusdem adolescentis, & aliis causis præjudicatur.

De Causæ cognitione.

XLIV. ULPIANUS lib. V Opinionum.

NOn [48] omnia, quæ minores annis vigintiquinque gerunt, irrita sunt, sed [49] ea tantum, quæ causa cognita, ejusmodi deprehensa sunt, ut, si ab aliis circumventi, vel sua facilitate decepti, aut [50] quod habuerunt, amiserunt; aut quod adquirere emolumentum potuerunt, omiserunt: aut se oneri [51] quod non suscipere licuit, obligaverunt.

Si adversus Usucapionem. 1. *Vel Sententiam.*

XLV. CALLISTRATUS lib. I Edicti monitorii.

ETiam [52] ei, qui, prius quam nasceretur, usucaptum amisit, restituendam actionem Labeo scribit [53]. §. 1. Imperator Titus Antoninus rescripsit, eum, qui fraude tutoris adversarium suum diceret absolutum, & agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere, prius cum tutore agere [54].

De defensore minoris.

XLVI. PAULUS lib. II Responsorum.

EUm [55], qui ex sua voluntate [56] minorem annis in judicio defendit, & condemnatus est, ex causa judicati posse conveniri: nec ejus, quem defendit, ætatem ad restitutionem impetrandam ei prodesse [57], cum causam judicati recusare non possit. Ex quo apparet, nec eum, cujus nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

Si adversus Venditionem a tutore. 1. *Vel a curatore factam.*

XLVII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

TUtor, urgentibus [58] creditoribus, rem pupillarem bona fide vendidit, denunciante tamen matre [&] emptoribus [59]: Quæro cum urgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus [60] tutoris merito quippiam dici potest, an pupillus in integrum restitui possit? Respondi, cognita causa æstimandum [61]: nec idcirco, si justum sit restitui, denegandum id auxilium, quod tutor delicto vacaret [62]. §. 1. Curator adolescentium prædia communia sibi, & his, quorum curam administrabat, vendidit [63]: Quæro, si decreto Prætoris adolescentes in integrum restituti fuerint, an catenus [64] venditio rescindenda sit, quatenus adolescentium

---

70 Valebat scilicet.
71 Etiamsi pecuniam accepit.
72 Ante præstitum libertatem scilicet, secus post præstitam. *l.* 11. §. 1. *ff. eod. l.* 8. *ff. de fideic. liber. l.* 8. *C. de fideic. l.* 13. *C. ad legem Falcid.*
73 Quumno alia ratio est majorum & minorum. *l.* 42. *ff. eod.*
74 Ab initio.
75 Ex postfacto.
76 Idem *auctor E. loge*, 10. *tit.* 4. *cap.* 34.
77 Vide *l.* 11. §. *pen. ff. eod.*
78 Vide *l.* 5. *ff. de arbitris.*
79 Cum emit rem ab aliquo.
80 Collocare emptionem penes aliquem est rem vendam ei addicere, qui licitatione vicerit. *Cujac.* Hic tamen in Florentinis est *collatam*, non *collocatam*.
81 In licitando facta, de qua adjectione in *l.* 3. *libro Pii.* §. *si pecunia. ff. de rejudicata.* ne quis hoc referat ad addictionem in diem, de qua *ff. tit. de in diem addictione.*
82 Affectionis ratio habetur in eo quod interest minorum, adde *legem* 54. *ff. mandati.*
83 Id interesse affectionis ab interpretibus dicitur, *l.* 22. *C. de administrat. tut. l.* 14. *C. de contrahend. empt. l.* 26. *ff. de bonis libertorum.*
84 Ut minori subveniatur non tantum in emptionibus onerosis, sed etiam in affectatis.
85 *l.* 18. §. 2. *ff. eod.*
86 Excipe *l.* 37. *ff. eod.*
87 In executionibus, *id est*, ubi agitur de vindicta & ultione aliqua.
88 Vindictæ & ultionis, *l.* 20 §. *ult ff. de acq. hered.* alias pœna non vindictam, sed pecuniam continet.
89 Imo est: lex enim damnatum de ambitu restituit, si alium convicerit. *l.* 1. §. 2. *ff. ad leg. Jul. de ambitu.* idque Cicero indicat *oratione pro Cluentio*, tractans de P. Popilii & T. Guttæ judiciis. Verum id præmium legis est, non restitutio.
90 Minori.
91 Omittere, est non experiri intra statuta tempora. *l.* 10. §. 2. *ff. si quis cautio.*
92 A divortio.
93 Imo non potest, vide *l.* 14. *in fin. ff. de adult.*
94 Atqui præscriptiones temporales non currunt adversus minores: quin etiam desertio accusationis minori non nocet. *l.* 2. §. 10. *vers. merito. ff. ad Turpillianum.*
95 Vide *l.* 9. §. 2. *ff. eod. l.* 6. *C. de fideicar.*
96 *Paul. I sent.* 9. §. 1. vide *l.* 1. *C. si adversf. delictum.* Goth. Ætatis intuitu pœnas mitigari, & quando, late Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 329. Ans. Ad text. vid. Coraf. *lib.* 2 *Miscellan. cap.* 14. *num.* 9. Odd. *de restit: part.* 2. *quæst.* 80. *& seqq.* S. L.
97 *l.* 9. §. 2. *in fi. ff. eod.*
98 *l.* 13. *ff. de his quæ ut indign.*
99 Hodie si castigata adultera fuerit, impune à marito postea intra biennium recipi potest. *Novell.* 134. *c.* 10.
100 Vide *l.* 1. *in fi. ff. de extr. criminib.*
1 Quid si incestum commisit? vide *l.* 38. §. 4. *ff. de adulteriis.*
2 *l. ult. C. de bon. quæ lib.* §. *ult. vers. ne ludibrio.* Goth. Adde *l.* 22. §. 12. *C. de jure delib.* S. L.
3 Formula *legis commissoriæ*, de qua vide *l.* 6. §. 1. *ff. de contr. empt.*
4 Adde *l.* 122. §. 3. *ff. de verb. oblig.*
5 Ad principem Antoninum. Nota progressum & ordinem appellationum: adde *l.* 122. §. 5. *ff. de verb. oblig.*
6 Vide *l.* 2. *C. si adversf. vend. pign.*
7 Id est, legis commissoriæ.
8 Vel ætas pupillæ.
9 Contra non dari restitutionem nec ex capite minoris, nec ignorantiæ volunt Ant. Fab. *Decad.* 25. *error.* 5. Tessaur. *decis.* 103. Lovet, *au Recueil des arrests. litt. P. num.* 36. dicuntque Imperatorem hoc titulo magis pronunciasse ex pacti specie, & circumstantiis, quam ex juris regulis. *Ans.*
10 Vide *l.* 4. §. *eleganter. l.* 6. 7. *ff. de lege commiss.*
11 Paulus refutat argumentum Imperatoris.
12 Non tamen improbabat. *l.* 4. *in pr. ff. de l. commiss.*
13 Filiusfamilias minor in iis quæ manens in potestate gessit, non restituitur: quum quid inde patri adquirit. *Eclog. eod. cap.* 38. secus est si sibi quid adquisivit & in eo læsus sit: potest enim vel post emancipationem restitui.
14 Et res ejus administrant. vide *l.* 23. *ff. eod.*
15 Quadriennii, *l. ult. C. de temporibus in integrum.*
16 Vid. *l.* 43. *ff. eod. l.* 9. *C. de probat.*
17 Id est, cum pronunciasset præses, minores esse, & ideo restituendos.
18 Minorum.
19 An ea vox effectum sententiæ, an vero causæ principalis cognitionem notat? ut sententia, cujus hic fit mentio, videatur interlocutoria.
20 Appellatur à præside ad Imperatorem.
21 Hujus ubi & officium tunc quæritur.
22 Cur? Naturam impugnans Principis sententia non potest.
23 Formam improbandæ sententiæ, à qua appellatum est, observa.
24 Per Imperatorem.
25 Id est, an post annum utilem restitutionis causa agi potest?
26 Quia adversarius minoris, dolo malo moram cognitioni attulit, non minor ipse. Frustratoria enim sive moratoria fuit appellatio. *Cujac.*
27 Hujusmodi melioratio minorem impellit ad petendam restitutionem.
28 Num voluptuarias? *vs. l* 32. §. *antepen. ff. de adminis. tut.* Goth. Vide hic Pinell. *part.* 2. *c.* 3. *n.* 12. *ad l.* 2. *de rescindend. vend.* Ans.
29 Hanc legem emendat Leonin. *lib.* 5 *Emendat. cap.* 21. *n.* 7. 8. 9. Ans.
30 Scriptura vel apocha.
31 Vide *l.* 27. §. 3. *ff. eod.*
32 Interest autem ejus, ut ex judicati potius quam crediti titulo pecunia debeatur. Judicatum enim litium finis est: creditum vero initium & origo. *Cujac.*
33 Minor, qui fundum dedit ob debitum paternum, recte restituitur: & usuras ita præstat, ut & percepti fructus cum eis compensentur. *Eclog.* 10. *tit.* 4 §. 40.
34 *Ut l.* 27. §. 1. *vers. item ex diversa. ff. eod.*
35 Puberi.
36 *l.* 7. §. 9. *ff. eod.*
37 Hodie hæc pœnitentia non admittitur, *l. ult.* §. *non autem. C. de bonis quæ liber.*
38 Vide *l.* 46. *in fin. ff. de pact.*
39 Id est, emptor, *ut in l. veteres. ff. de action. empt.* ut sit sensus, Adulescens in venditione circumscriptus, restitutus est in integrum, ac propterea jussus emptori pretium restituere: Emptor quasi ex causa judicati petitionis petit: Adolescens pœnitentia petitæ restitutionis ducitur, restitutione uti non vult: Quæritur an possit? Posse dicitur: Cur itaque licet ei, ut & unicuique, contemnere ea quæ pro se introducta sunt, hoc est, beneficium restitutionis in integrum semel impetratum
poterit ipse minor contemnere, eoque non uti. Dices emptorem restitutum esse, minore restituto? Responderi potest, hoc genus restitutionis consectarium, non primarium esse: nec enim emptorem aliter restitui posse, quam si ipse minor restitutus fuisset: emptorem denique restitutum esse ope & interventu minoris, & per consequentias tantum. Proinde minore restitutionis beneficium impetratum abjicientе seu negligente, iniquum esse emptorem beneficio restitutionis uti in eum, cujus opē restitutus sit. *Goth.* Vid. Leonin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 18. *num.* 8. Ans. Pari ferme modo in *l. in emptionibus.* 43. *ff. de pactis*, scriptum est *debitor*, pro *venditor.* S. L.
40 Id est, in qua emptoris partibus fungitur: hic enim agitur non de constituto aut constituta pecunia, sed de emptione & venditione.
41 Beneficio, quod tui causa consequor, te invito in te uti non possum, *ut hic*: in alium possum, *l. amicissimos.* 36. *ff. de excusf.*
42 Et Proconsul, ut hujus capitis sive legis inscriptio ostendit.
43 Atqui eam amplius corrigere non potest, *l.* 55. *ff. de rejudicata.* nec ad eum amplius recurritur. *l.* 6. *in princ. C. de appellat.*
44 Decessor quis esset, dixi *ad l.* 4. §. 4. *ff. de offic. proconf.*
45 Hoc tamen ita intellige, ut liceat minoribus appellare. *l.* 8. *C. quando provocare.*
46 Quæ requiratur in causis, in quibus magnum præjudicium versatur. vide *repetitionem Barti ad hanc legem.*
47 *l.* 39. *ff. eod. l.* 8. *C. de probat.*
48 *Eclog. cod. cap* 44. *& l Harmenopul.* 12. §. 51.
49 *l.* 11. §. 1. §. 4. *l.* 13. *in princ. ff. eod. v. l. l. C. qui & adversus.*
50 Decipitur minor cum id quod habet amittit, cum non adquirit, cum se obligat.
51 Tutelæ, hereditati, causæ.
52 Id est, non modo jam natis, sed & ventri restituitur actio. Venter restituitur adversus usucapionem: vel ita: usucapio completa adversus eum qui in utero matris fuit, rescinditur, datur que ei nato & in lumen edito adversus hujusmodi usucapionem restitutio.
53 An adversus præscriptionem restituitur minor: vid. *quæ notavi ad l. unic. C. si adversf. usucap.*
54 Et quia id ei licet, non restituetur in integrum. *Cujac.* adjunge *l.* 13. *in fin. C. de judiciis.*
55 8 *Eclog. tit. de defensoribus, ex lib* 10. *tit.* 4. *cap.* 46.
56 Cum necessitate officii ad id coactus non esset. Pone itaque negotium gestum fuisse.
57 *l.* 23. *in fi. ff. eod. l.* 4. *C. si tutor vel curator.*
58 Injure.
59 Ne emerent, scilicet. Sed quia non habuit jus denunciandi, non constituet ipsius vel tutores vel emptores in mala fide. *Bart.*
60 *Ut in l.* 7. § *quæsitum. ff. eod.*
61 Vide *l.* 29. *ff. eod.*
62 Ergo, utcumque tutor delicto caruerit, minor restituetur, si circumscriptus reperietur.
63 Cum decreto.
64 Id est, propter adolescentes tantum.

tium pro parte fundus communis fuit? Respondi, earenus rescindi [65]: nisi si emptor à toto [66] contractu velit discedi, quod [67] partem empturus non esset: † Item quæro, emptor utium à Seio & Sempronio pupillis [68] pretium cum [69] usuris recipere deberet, an vero ab herede curatoris? Respondi, heredes quidem curatoris teneri; verum in Selum & Sempronium pro parte, qua eorum fundus fuit, actiones dandas: utique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte pervenisset.

Si adversus Interventionem. 1. Venditionem.
2. Dotis pactionem.

XLVIII. PAULUS lib. † Sententiarum [70].

MInor [71], se in id, quod fidejussit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat [72]. §. 1. Minor [73] ancillam vendidit, si eam emptor manumiserit [74], ob hoc in integrum restitui non poterit: sed adversus emptorem, quanti [75] sua interest, actionem habebit. §. 2. Mulier minor viginti quinque annis, si pactione dotis [76] deterior conditio ejus fiat, & tale pactum inierit, quod [77] nunquam majoris ætatis constitutæ paciscerentur, atque ideo revocare velit, audienda est.

Si adversus venditionem.

XLIX. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

SI res pupillaris vel adolescentis distracta [78] fuerit, quam lex distrahi non prohibet: venditio quidem valet, verumtamen, si grande [79] damnum pupilli vel adolescentis versatur, etiamsi [80] collusio non interfuit, distractio per in integrum restitutionem revocatur.

Si adversus Expromissionem.

L. POMPONIUS lib. IX Epistolarum [& Variarum lectionum].

INius Diophantus Pomponio suo salutem [81]. Minor vigintiquinque annis novandi [82] animo intercessit pro eo [83], qui temporali actione tenebatur tunc, cum adhuc supererant decem dies, & post ea in integrum restitutus est: utrum restitutio, quæ creditori adversus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an plenior? Ego [84] didici [85], ex tempore in integrum restitutionis tantundem temporis præstandum [86], quantum supererat: Tu quid de eo putas, velim rescribas. Respon. Sine dubio quod de temporali actione, in qua interfuit minor, sensisti, puto verius esse: ideoque & pignus, quod dederat prior debitor, manet obligatum [87].

VI. ULPIANUS lib. LI ad Sabinum.

NAm & cætera officia, quæ publica sunt [23], in eo non finiuntur: capitis enim minutio [24], privata [25] hominis & familiæ ejus jura, non civitatis, amittit [26].

De tutelis. 1. De actionibus ex delicto. 2. Effectus maximæ,
3. Et mediæ capitis deminutionis.

VII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

TUtelas etiam [27] non amittit capitis minutio: exceptis [28] his, quæ [29] in *jure* [30] *alieno* personis positis deferuntur: igitur testamento dati, vel ex lege, vel ex senatusconsulto, erunt nihilominus tutores. Sed legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis interveniunt, eadem ratione, qua & hereditates exinde legitimæ: quia agnatis deferuntur, qui desinunt esse, familia mutati. Ex novis autem legibus & hereditates & tutelæ plerunque sic deferuntur, ut personæ naturaliter designentur: ut ecce, deferunt hereditatem senatusconsulta matri, & filio. §. 1. Injuriarum [31], & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant [32]. §. 2. Si libertate adempta, capitis deminutio subsecuta sit, nulli restitutioni adversus servum locus est: quia nec Prætoria jurisdictione ita servus obligatur, ut cum eo actio sit: sed utilis actio adversus dominum danda est, ut Julianus scribit: & nisi in solidum defendatur, permittendum mihi est in bona, quæ habuit, mitti. §. 3. Item cum civitas amissa est, nulla restitutionis æquitas est adversus eum, qui amissis bonis, & civitate relicta, nudus exulat.

De naturali obligatione. De dotis actione.

VIII. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

EAs obligationes, quæ naturalem [33] præstationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione non perire [34]: quia *civilis ratio* [35] *naturalia jura corrumpere non potest* [36]. Itaque de dote actio, quia in bonum & æquum concepta est [37], nihilominus durat etiam post capitis deminutionem.

IX. PAULUS lib. XI ad Edictum.

VT quandoque emancipata agat [38].

De annuo legato.

X. MODESTINUS lib. VIII Differentiarum.

LEgatum in annos singulos [39], vel menses [singulos] relictum, vel si habitatio legetur, morte [40] quidem legatarii legatum intercidit, capitis deminutione tamen interveniente, perseverat: videlicet, quia tale [41] legatum in [42] facto potius, quam in jure, consistit [43].

Genera *cap. deminutionum.*

XI. PAULUS lib. II ad Sabinum.

CApitis deminutionis tria [44] genera sunt [45]: maxima, media, minima: tria enim sunt, quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur, cum omnia hæc amittimus, hoc est, libertatem, & civitatem, & familiam, *maximam* esse capitis deminutionem: cum vero amittimus civitatem, libertatem retinemus, *mediam* esse capitis deminutionem: cum & libertas, & civitas retinetur, familia tantum mutatur, *minimum* esse capitis deminutionem constat [46].

---

65 *l. un. C. si in communi.*
66 *l. 13. §. 1. in fin. ff. de in diem addict.* adde *l. 19. §. 1. ff. eod.*
67 Atque ita protestatus est. *l. 13. §. 1. ff. de in diem addict.* alias non restituatur major minore restituto. *l. un. C. si in communi.*
68 Id est, adolescentibus. *Cujac.*
69 *l. 24. §. 4. in fin. ff. eod.*
70 *tit. 9. §. 5.*
71 Minor se in his quæ fidejussit, vel fide promisit, vel respondit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat. Ita hic locus apud Paulum legitur, 1 *sent.* 9. §. 5.
72 Vide *l. ult. ff. eod.*
73 *Eclog. eod. cap.* 48.
74 *l. 11. ff. eod. l. 1. 2. 3. C. si adversus libert.*
75 Pretium veruin servi consequitur.
76 *l. 9. §. 1. ff. eod.*
77 Vide *l. 9. §. 1. & l. 31. ff. eod.*
78 Etiam cum decreto.
79 *l. 4. l. 11. C. de prædiis minor.*
80 Adde *l. 47. in princ. & l. 13. in fin. ff. eod.*
81 Sumptus est hic locus ex epistolis Pomponii. 82 V. *l. 27. §. ex hoc. ff. eod.* 83 Adde *l. 48. in pr. ff. eod. l. un. §. fed etsi. C. de reputat. quæ fiunt.* 84 Inius Diophantus. 85 Consultores solent plerunque Jurisconsultis quos consulunt, jus quod notum habent suggerere. 86 Adde *l. 24. in fin. ff. ad Velleianum.* 87 Et ita minore restituto, restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu, in quo erat tempore novationis. *Bart.*

TIT. V.

DE [1] CAPITE MINUTIS.

Quid sit capitis deminutio.

1. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

CApitis [2] minutio est, status permutatio [3].

Ad quas capitis deminutiones hoc edictum pertinet. 1. Verba edicti. 2. De causis ante vel post cap. deminutionem. 3. De delictis. 4. De debitore arrogato. 5. De tempore hujus judicii. De heredibus.

II. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

PErtinet hoc Edictum ad eas [4] capitis deminutiones, quæ [5] salva civitate contingunt: cæterum sive amissione civitatis [6], sive libertatis 7 amissione contingat capitis deminutio, cessabit Edictum: neque possunt hi penitus conveniri: dabitur plane actio in eos, ad quos bona pervenerunt eorum. §. 1. Ait Prætor: QUI QUÆVE, POSTEAQUAM QUID CUM HIS ACTUM, CONTRACTUMVE SIT, CAPITE DEMINUTI DEMINUTÆVE ESSE DICENTUR, IN EOS EASVE PERINDE QUASI ID FACTUM NON SIT, JUDICIUM DABO. §. 2. Hi, qui capite minuuntur, ex his causis, quæ capitis deminutionem præcesserunt, manent obligati naturaliter [8]: cæterum si postea, imputare quis sibi debebit, cur contraxerit, quantum ad verba hujus Edicti pertinet: sed interdum, si contrahatur cum his post capitis deminutionem, danda est actio: & quidem, si adrogatus sit, nullus labor [9]: nam perinde obligabitur, ut filiusfamilias. §. 3. Nemo delictis exuitur, quamvis capite minutus sit [10]. §. 4. Ei, qui debitorem suum adrogavit, non restituitur actio in eum, postquam sui juris fiat. §. 5. Hoc judicium perpetuum est [11], & in heredes & heredibus datur.

De liberis arrogati. 1. De emancipatione ac manumissione.

III. PAULUS lib. XI ad Edictum.

LIberos, qui adrogatum parentem sequuntur, placet minui caput [12], cum in aliena potestate sint, & cum familiam mutaverint [13]. §. 1. Emancipato filio, & cæteris personis capitis minutio manifesto accidit: cum emancipati nemo possit, nisi in imaginariam [14] servilem causam deductus. Aliter atque cum servus manumittitur: quia servile caput nullum jus habet [15]: ideo nec minui potest.

IV. MODESTINUS lib. I Pandectarum.

HOdie [16] enim incipit statum habere.

De aquæ & ignis interdictione. 1. De his qui deficiunt, & his quos Senatus hostes judicavit. 2. Effectus minimæ capitis deminutionis: & primum de juribus publicis vel privatis.

V. PAULUS lib. XI ad Edictum.

AMissione civitatis fit capitis minutio [17], ut in aqua [18] & igni interdictione. §. 1. Qui deficiunt [19], capite minuuntur: *deficere* autem dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt [20]: sed & hi, quos Senatus *hostes* judicavit, [vel] lege lata [21]: utique usque eo ut civitatem amittant. §. 2. Nunc respiciendum, quæ capitis deminutione pereant: Et primo de ea capitis deminutione, quæ [22] salva civitate accidit, per quam publica jura non interveniunt constat: nam manere Magistratum, vel Senatorem, vel Judicem, certum est.

---

1 I. Inst. XVI. & ibi Theophil. adde Festum *in Deminuti. cap. 46. Basilic. 2.*
2 Capitis minutio Græcis est, ἡ τοῦ πολίτου κατάστασις ἀλλάττουσα. *Eclog. 2. ex lib. 16. tit. 8. c. 33.*
3 At non eodem modo status permutatio est capitis deminutio, quia filius morte patris statum mutat, non tamen capite minuitur. *l. 3. in fin. ff. de SCto Maced.*
4 Id est, ad minimas.
5 Creditori in debitorem, qui minimam capitis deminutionem passus sit, restituitur actio: at non in eum, qui maximam vel mediam.
6 Est hæc capitis diminutio media.
7 Hæc maxima capitis deminutio est. *l. 7. §. pen. ff. eod.*
8 V. *l. 8. ff. eod.*
9 Cur ita? colligee ex §. *In pluribus. Inst. de adopt.*
10 *l. 7. §. 1. ff. eod.*
11 Id est, esse potest, *arg. l. 21. ff. de solutionibus.*
12 *Al.* capite.
13 §. *sed hodie. Inst. de adopt.* nomine adoptantis adsumpto. Dion 46. Appian. 3. Vopisc. *in Aurel.* Claud. Panegyr. *in 6 Honorii.*
14 V. *l. ult. C. de adopt.*
15 Servi jure civili pro nullis habentur, *l. 32. ff. de reg. jur.* mortuis comparantur, *l. 59. in fin. ff. de condit. & demonst.* quadrupedibus, *l. 2. §. 2. ff. ad leg. Aquil.* nullam personam habent, sunt ἀπρόσωποι. *Theoph. initio de stipulat. servorum.* nullam injuriam patiuntur, §. *servis. Inst. de injur.* nihil sibi adquirunt, sed domini, *l. 79. ff. de adquir. hæredit.* non habebant connubium, *l. 3. C. de incestis.* interfici poterant à dominis, *l. 1. §. 1. ff. de his qui sunt sui.* æstimabantur vulgariter 20 aureis, vide *l. 1. §. 5. C. de summ. fer. man.* ob violatum contubernium adulterii crimine accusare non possunt. *l. 24. C. de adult.*
16 Id est, ut primum manumissus est. *Heri servus, hodie liber.* 17 Media. 18 De aqua & igni interdictis & interdictione, dixi *ad l. 1. §. 2. ff. de leg. 3.* 19 Deficere dicuntur, qui ab imperio desistunt & ad hostes se transferunt, quique vel senatusconsulto vel lege hostes habiti. vide quæ scripsi *ad l. 51. ff. de adquir. rerum dominio.* 20 *l. 19. §. filius. ff. de captivis.* Goth. Obst. *l. 15. ff. de tutel.* Solve ex *l. 5. & l. 21. ff. de captiv. & postlim. reversi. & ibi notat.* Ans.
21 Νόμῳ πολιτικῷ πως αὐτοῖς, *Basil.* Cujacius *ad l. 8. & sequent. ff. de excusat. tutorum.*
22 Id est, de minima.
23 Quæ sunt juris publici, non amittuntur capitis diminutione minima. *Zas.*
24 Hæc filiicet, id est, minima.
25 Hoc quid est? Minima capitis diminutio jura hominis & familiæ ejus, jura privata tantum admittit, non publica.
26 Id est, admittit, ut *l. 7. prox. ff.*
27 In hanc leg. vid. Anton. Aug. *lib. 1 emend. c. 2.* Govean. *lib. 2 var. lect. cap. 12.* Cujac. *lib. 9 obs. cap. 17. S. L.*
28 Excepta tutela patronorum. Ulpianus 1. §. 9.
29 *Quæ jure a. p. p.* id est, *quæ jure agnationis proximio potissimum deferuntur*: sic Tribonianus frequenter labitur in legendis notis veterum. Cujacius *tit. 11. & 12 notar. Ulp.*
30 In nomine alieno. Hotom. 3 *obs. 9.*
31 Actiones injuriarum & obligationes ex delicto caput sequuntur. 46 *Eclog. 2. cap. 7.*
32 *l. 2. §. 1. ff. eod.*
33 Naturalem quæ habent præstationem, non amittuntur capitis diminutione. *l. 2. §. 2. ff. eod.*
34 Ut societatem. *l. 58. §. penult. ff. pro socio.*
35 Id est, lex civilis.
36 V. *l. 2. ff. de usufructu earum rerum.*
37 §. *fuerat. 29. Inst. de actionibus.* V. *l. 11. C. de usufructu.*
38 *l. 21. §. filiafam. ff. de patris.* 39 *l. 4. 8. 12. in fin. ff. de annuis.* 40 *fructu.* 41 Annui scilicet & habitationis, & sic differentiam innuit inter hoc legatum & usumfructum legatum, de legato habitationis vide Hotom. 3 *observ. 23.* 42 Vide *l. 24. ff. de regul. juris.* 43 Facti quæ sunt, non pereunt capitis diminutione. 44 Ulpian. 10. 11. 12. Tria nobis competunt, libertas, civitas, familia. Maxima capitis deminutione, superiora omnia amittimus: media, civitatem, non libertatem: minima, familiam tantum, 46 *Eclog. 2 cap. tit. 10.* vide quæ scripsi ad *l. 5. in fin. ff. de extr. cognit* 45 *l. 6. §. irritum. ff. de injusto.* 46 Infamis etiam mutat statum. *l. penult. §. 2. ff. de war. & extr.*

TIT. VI.

EX QUIBUS CAUSIS MAJORES [VIGINTI-QUINQUE ANNIS] IN INTEGRUM RESTITUUNTUR [1].

1 II. C. LIV.

Commendatio. 1. Verba edicti, cujus sunt capita quatuor.

I. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

HUjus Edicti causam nemo non justissimam esse confitebitur: læsum enim jus per id tempus, quo quis Reipublicæ [2] operam dabat, vel adverso casu laborabat, corrigitur, necnon & adversus eos succurritur: ne vel obsit, vel prosit quod evenit. §. 1. Verba autem Edicti talia sunt: SI CUJUS QUID DE BONIS [3], CUM IS METU [4], AUT SINE DOLO [MALO,] REIPUBLICÆ CAUSA ABESSET: INVE VINCULIS [6], SERVITUTE [7], HOSTIUMQUE POTESTATE ESSET [8]: SIVE CUJUS ACTIONIS EORUM CUI DIES EXISSE DICETUR [9]. † ITEM, SI QUIS QUID USU SUUM FECISSET, AUT, QUOD NON UTENDO AMISIT, CONSECUTUS [10], ACTIONEVE, QUA SOLUTUS OB ID, QUOD DIES EJUS EXIERIT, CUM ABSENS NON DEFENDERETUR, INVE [11] VINCULIS ESSET, SECUMVE [12] AGENDI POTESTATEM NON FACERET: AUT CUM EUM INVITUM [13] IN JUS VOCARI NON LICERET, NEQUE DEFENDERETUR: [CUMVE MAGISTRATUS DE EA RE APPELLATUS ESSET, SIVE [14] CUI] PRO MAGISTRATU, SIVE DOLO IPSIUS ACTIO EXEMPTA ESSE DICETUR, EARUM RERUM ACTIONEM INTRA ANNUM [15], QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS ERIT. † ITEM SI QUA [16] ALIA MIHI CAUSA JUSTA ESSE VIDEBITUR, IN INTEGRUM RESTITUAM, QUOD EJUS PER LEGES, PLEBISCITA, SENATUSCONSULTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPUM, LICEBIT [17].

De usu hujus Edicti. 1. Interpretatio primæ partis, & primum, de absentibus metus causa.

II. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii [18].

HOc Edictum [19], quod ad eos pertinet, qui eo continentur, minus in usu frequentatur: hujusmodi [20] enim [21] personis extra ordinem [22] jus dicitur ex senatusconsultis, & Principalibus constitutionibus [23]. §. 1. Hoc autem capite adjuvantur in primis hi, *qui metus causa afuissent*: scilicet si non supervacuo timore deterriti afuissent [24].

---

2 *l. 4. l. 30. in fin. ff. eod.*
3 *Al.* si cujus quid de bonis erit diminutum, *l. 3. C. de restitut. mil.* & in Basilic. ἐὰν μειώθῃ τὰ φερόμενα τῇ ἀγχιστείᾳ. Cujac. 24 *obs.* 40.
4 *l. 2. in fin. l. 3. ff. eod.*
5 *l. 4. l. 5. ff. eod.*
6 *l. 9. l. 10. ff. eod.*
7 *l. 11. 12. ff. eod.*
8 *l. 14. 15. ff. eod.*
9 *l. 40. ff. eod.*
10 *l. 21. ff. eod.*
11 *l. 23. ff. eod.*
12 *d. l. 23. & ult. l. 24. 25. 26. ff. eod.*
13 *l. 26. §. 2. ff. eod.*
14 *d. l. 26. §. 4. & seq.*
15 A die cessantis impedimenti: hodie intra quadriennium. *l. ult. C. de temp. in integ.*
16 Puta studiorum. *d. l. 26. §. ult. arg. Authen. Habita. C. ne filius pro patre.*
17 Id est, si leges expressim non prohibeant, *l. 28. §. 2. ff. eod.* Licere dicimus (ut Cicero Antonium 13 exprimit) quod legibus, quod more majorum institutisque conceditur. Nec enim quod quisque potest, id & licet: nec si non obligatur, propterea permissum est. 18 Quo Prætor edicebat de iis, quæ in aliis partibus juris continebantur: quoque cives monebat magis, quam iis edictum proponebat.
19 Monitorium scilicet. *Baro.* 20 Id est, privilegiatis. *l. 4. in fin. ff. eod.* 21 Infrequentia, seu non frequentantur edicta, in quibus causis extra ordinem jus dicitur. Simile est argumentum *in l. 1. §. 2. ff. de migrando.* 22 Ut restituantur non ex edicto, cognitione Prætoris, sed à Principe vel Senatu. Cujac. *C. hoc tit.* 23 Ut generalius dicatur, si quis absentia sua alteri nocuit, vel si cui per absentiam nocitum sit, dabitur restitutio, ne vel absenti, vel ab absente noceatur.
24 Siquidem minæ sufficientes faciant justum metum. vide *l. antepen. ff. de extr. crim.*

De metu.

III. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

METus autem *causa* abesse videtur, qui [25] justo timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest: & hoc ex effectu eius intelligitur. Sed non sufficit quolibet terrore abductum timuisse, sed hujus rei disquisitio judicis est.

De absentibus reip. caus. & de dolo.

IV. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

ITem *hi, qui Reipublicæ causa, sine dolo malo affuissent.* † Dolum malum eo pertinere accepi, ut qui reverti potest, neque revertere-tur, in eo, quod per id tempus adversus eum factum est, non adjuvetur: veluti, si alterius grandis commodi captandi [26] gratia id egerit [27], ut Reipublicæ causa abesset, [&] revocatur ab isto privilegio [28].

De his, qui Romæ dant reip. operam.

V. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

ET qui data opera & sine lucro [29] hoc affectaverit, vel qui ma-turius profectus est, vel litis [30] gratia cœpit Reipublicæ causa abesse. Sed hæc adjectio *dolo malo* ad Reipublicæ causa absentes refertur, non [etiam] ad eum, qui metus causa: quoniam nullus metus est, si dolus intercedit. §. 1. Sed qui Romæ, Reipubli-cæ [causa] operam dant, Reipublicæ causa non absunt.

VI. PAULUS lib. XII ad Edictum.

VT sunt Magistratus [31].

De militibus.

VII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

MIlites plane, qui [32] Romæ militant, pro Reipublicæ causa ab-sentibus habentur [33].

De legatis municipiorum.

VIII. PAULUS lib. III Brevium.

LEgatis [34] quoque municipiorum succurritur ex Principum Marci & Commodi constitutione.

De vinculo.

IX. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

SUccurritur etiam ei, *qui in vinculo* [35] *fuisset*. Quod non solum ad cum pertinet, qui publica custodia coërcetur, sed ad eum quo-que, qui a latronibus aut prædonibus, vel potentiore vi oppressus, vinculis coërcebatur. † *Vinculorum* autem appellatio latius accipitur: nam etiam inclusos, veluti lautumiis [36], vinctorum nume-ro haberi placet [37]: quia nihil interfit, parietibus, an compedibus teneatur. Custodiam autem solam publicam accipi Labeo putat.

X. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

IN eadem causa sunt, & qui à [38] militibus, statoribusque [39], vel à municipalibus ministeriis adservantur, si probentur rei suæ su-peresse non potuisse. † In vinculis autem etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, ut sine [40] dedecore in publico parere non pos-sint [41].

De eo, qui est in servitute.

XI. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

EI quoque succurritur, *qui in servitute fuerit*, sive bona fide serviat homo liber, sive detentus sit.

De eo, qui de statu suo litigat.

XII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

IS autem, qui de statu suo litigat, ex quo lis inchoata est [42], hoc Edicto non continetur: tamdiu igitur in servitute esse videtur, quamdiu non est ejusmodi lis cœpta.

De eo, qui liber & heres scriptus est. 1. De filiofamiliar.

XIII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

REcte Labeo ait, cum [43] non contineri, qui liber & heres insti-tutus sit, antequam sit heres [44]: quia nec bona habeat, & Prætor de liberis hominibus loquatur. §. 1. Puto tamen filiumfa-milias in castrensi peculio pertinere ad hoc Edictum.

De captivo & transfugis.

XIV. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

ITem ei succurritur [45], *qui in hostium potestate fuit*, id est, ab hosti-bus captus. Nam transfugis [46] nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium. Porerant tamen, qui in hostium potestate essent, illa parte Edicti contineri, qua loquitur de his, qui in servitute fuerint.

De postliminio reversis vel apud hostes defunctis. 1. De nato apud hostes. 2. Si damni infecti missum sit in ædes militis. 3. Si actionis dies post reditum exierit.

XV. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

AB hostibus [autem] captis postliminio reversis succurritur, aut ibi mortuis: quia nec procuratorem habere possunt: cum aliis suprascriptis [etiam] per procuratorem [47] possit subveniri, præter eos, qui in servitute detinentur [48]. Ego autem, etiam no-mine ejus, qui hostium potitus [49] est, si curator [50] (ut plerunque) fuerit bonis constitutus, auxilium competere existimo.

§. 1. Non minus autem ab hostibus capto, quam ibi [51] nato, qui postliminium habet, succursum videtur. §. 2. Si damni in-fecti missus sit in ædes militis, si quidem præsente eo jussit Prætor possideri, non restituitur [52]: sin vero absente eo, dicendum sub-veniri ei debere. §. 3. Sed quod simpliciter Prætor edixit, POSTEAVE, ita accipiendum est, ut, si inchoata sit bonæ fidei possessoris detentatio [53] ante absentiam, finita autem reverso, re-stitutionis auxilium locum habeat: non quandoque, sed ita de-mum; si intra modicum tempus, quam rediit, hoc contigit: id est [54], dum hospitium quis conducit [55], sarcinulas componit, quæ-rit advocatum [56]: nam eum, qui differt restitutionem, non esse audiendum Neratius scribit.

XVI. PAULUS lib. XII ad Edictum.

NOn enim negligentibus subvenitur [57], sed necessitate rerum im-peditis [58]. Totumque istud arbitrio Prætoris temperabitur: id est, ut ita demum restituat, si non negligentia, sed temporis an-gustia non potuerunt litem contestari.

Adversus quos miles restituitur. 1. Si adversus condi-tionem non impletam.

XVII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

IUlianus libro quarto scribit, non solum adversus possessorem hereditatis succurrendum militi, verum adversus eos quoque, qui à possessore emerunt [59], ut vindicari res possint, si miles here-ditatem adgnoverit: quod si non adgnoverit, ex postfacto ustica-pionem processisse manifestatur. §. 1. Eum [60] quoque cui sic legatum sit, [VT AD] IN ANNOS SINGULOS, QUIBUS IN ITALIA ESSET, restituendum, ut capiat, atque si in Italia fuis-set [61], & Labeo scribit, & Julianus lib. IV, & Pomponius lib. XXXI, probant: non enim dies actionis exiit, ubi [62] Prætoris auxilium necessarium erat, sed conditio [63] in causa est.

De damno, & lucro.

XVIII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

SCiendum est, quod in his casibus restitutionis auxilium majo-ribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia que-runtur, non cum & lucri [64] faciendi ex alterius pœna, vel damno; auxilium sibi impertiri desiderant [65].

De possessione & usucapione.

XIX. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

DEnique si emptor prius, quam per usum [66] sibi adquireret, ab hostibus captus sit, placet interruptam possessionem [67] postli-minio non restitui: quia hæc [68] sine possessione non constitit: possessio autem plurimum facti [69] habet: causa vero facti non continetur [70] postliminio [71].

XX. IDEM lib. XIII Quæstionum.

NEc [72] utilem actionem ei tribui oportet: cum sit iniquissi-mum auferre domino, quod usus [73] non abstulit: neque e-nim intelligitur amissum [74], quod ablatum alteri non est.

Ratio secundæ partis edicti. 1. Collatio primæ & secundæ partis. 2. Si absens per se vel per alium usuceperit, si defensor extitit vel non. 3. Quid sit non defendi.

XXI. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

ITem ait Prætor: SI QUIS USU SUUM FECISSET, AUT, QUOD NON UTENDO SIT AMISSUM, CONSECUTUS, ACTIONEVE, QUA SOLUTUS OB ID, QUOD DIES E-JUS EXIERIT, CUM ABSENS NON DEFENDERETUR. Quam clausulam Prætor inseruit, ut quemadmodum succurrit su-pra scriptis personis, ne capiantur, ita & adversus ipsas succurrit, ne capiant [75]. §. 1. Et erit notandum, quod plus [76] Prætor expres-sit, cum adversus eos restituit, quam cum ipsis subvenit: nam hic non certas personas enumeravit, adversus quas subvenit, ut supra, sed adjecit clausulam, qua omnes, qui absentes non defenduntur, complexus est. §. 2. Hæc autem restitutio locum habet, sive per se, sive per subjectas sibi personas usu adquisierunt, qui absen-tes non [77] defendebantur: & ita, si nemo eorum [erat] defen-sor. Nam si fuit procurator, cum habueris, quem convenias, non debet inquietari [78]. † Cæterum, si non existebat defensor, æ-quissimum erat subveniri: eo [79] potius, quod [eorum], qui non defenduntur, si quidem latitent, Prætor ex edicto pollicetur [80] *in bona eorum mittere, ut si res exegerit, etiam distrahantur*: si vero non la-titent, licet non defendantur, in bona tantum [81] mitti.

§. 3. *Defendi* autem non is videtur, cujus se defensor ingerit [82], sed qui requisitus ab actore, non (est) defensioni defuturus: *Ple-naque defensio* [83] accipietur, si & judicium non detrectetur, & judi-catum [84] solvi satisdetur.

1. Collatio primæ & secundæ partis edicti. 2. De furiosis, infantibus, & civitatibus.

XXII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

ERgo sciendum est, non aliter hoc Edictum locum habere [85], quam si amici ejus interrogati fuerint, *an defendant*: aut si ne-mo sit, qui interrogari potest [86]: ita enim absens defendi, non videtur, si actor ultro interpellat, nec quisquam defensioni se offerat: eaque testatione completi oportet. §. 1. Sicut igi-tur [87] damno eos adfici non vult, ita [88] lucrum facere non pati-tur [89]. §. 2. Quod [90] Edictum etiam ad furiosos, & infan-tes [91], & civitates [92] pertinere Labeo ait.

De vinculo. 1. De captivis. 4. De eo, qui secum agendi po-testatem non facit.

XXIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

AIt Prætor, INVE VINCULIS ESSET, [SECUMVE A-GENDI POTESTATEM NON FACERET.] Hæc per-sona merito adjecta est: fieri enim poterat, ut quis in vinculis præsens esset, vel in publica, vel in privata vincula ductus: nam & eum, qui in vinculis est, si modo non sit in servitute 93, posse usu adquirere constat. Sed & is qui in vinculis est, si defendatur, ces-sat restitutio. §. 1. Is autem, qui apud hostes est, nihil per usum sibi adquirere potest, nec cœptam possessionem poterit implere, dum est apud hostes: hoc amplius nec postliminio reversus recipe-rabit per usum dominii adquisitionem 94. §. 2. Item ei, qui per captivitatem fundi possessionem, vel ususfructus quasi possessio-nem amisit, succurrendum esse 95 Papinianus ait: & fructus 96 quoque medio tempore ab alio ex usufructu perceptos debere cap-tivo restitui, æquum putat. §. 3. Hi plane, qui fuerunt in po-testate captivi, usu rem adquirere possunt 97 ex re peculiari: & æ-quum erit, ex hac clausula præsentibus, [id est, qui non sunt in captivitate] subveniri: si, cum non defenderentur, usucaptum quid sit. Sed & si dies actionis, quæ adversus captivum compete-bat, exierit, succurretur adversus eum. §. 4. Deinde adjicit Prætor, SECUMVE AGENDI POTESTATEM NON FA-CERET: ut, si, dum hoc faciat, per usum adquisitio implera, vel quid ex suprascriptis contigit, restitutio concedatur 98: merito. Nec enim sufficit semper in possessionem bonorum ejus mitti: quia [ea] interdum species esse potest, ut in bonis latitantis mitti non possit, aut non latitet: finge enim, dum advocationes postulat 99, diem exisse: vel dum alia mora judicii contingit.

XXIV. PAULUS lib. XII ad Edictum.

SEd & ad eos pertinet, qui conventi fruſtrantur [100], & qualibet tergiversatione & solertia efficiunt, ne cum ipsis agi possit.

XXV. GAIUS

---

[25] Definitio metu absentis.

[26] *l.* 36 *l.* 52 *ff.* emt. ut mercator.

[27] Affectata absentia Reipublicæ causa absenti non prodest.

[28] Quod causæ cognitio non per-sonæ. *Bart.*

[29] *l.* 36 *ff. eod.* vid. Covarr. *lib.* 4 *var. resolut. cap.* 8. Ant.

[30] Vide *l.* 1. *C. quæ sit longa.*

[31] Urbanum & alii? *l.* 32. 38. *ff. eod.*

[32] Atqui Romæ præsentes sunt: hæc præsentia pro absentia intelligitur. Roma absit singulari jure is, qui Romæ militat.

[33] Quia etiam Romæ in castris agant, & ea fiant conditione, ut quolibet momento profecti eos oporteat, & ita de-stinatione animi absentes intelli-guntur. *Bart.*

[34] Vide *l.* 1. *C. eod.*

[35] Vide *l.* 22. *l.* 23. *S. quod metus caus.* Goth. De carcerum effracto-ribus. vid. Menoch. *de arbitr. jud. quæst. lib.* 2. *cas.* 301. Cujac. *ad lib.* 2 *respons.* 7. Scæv.

[36] Ita legitur *in l.* 1. *in fin. ff. de lautiis.* Lapidicinis, Seneca 9 *declam. & 5 controv.* alii *latomiis* le-gunt, vide Cujac. *6 observ.* 7. & ita apud Festum. Plautus vero *in captivis*, latomias: in latumiis plerumque carcer erat. *Livius* 36. De latumiis Syracu-sanis a Dionysio constitutis, vide *Ælianum* 12. Plutarchum 2 *de fortuna Alex.* & in opere περὶ τῶν ἀνωδύνων, & in Nicia, *Thucydidem* 7. *Diodorum* 13.

[37] Et eos, qui sub juramento vel satisdatione sunt, *l.* 28. §. 1. *ff. eod.* vide *l.* 216. *ff. de verb. sign.*

[38] Vide quæ notavi *ad l.* 2. *ff. de in jus vocando.*

[39] Vide quæ notavi *l.* 4. *ff. de off. Proconsulis.*

[40] Infamia est, alligatum vinculis & exteratum in publico procedere, *ut hic.* Idem si careat vestibus, *c. si qui testium. de testibus.* hujusmodi enim necessitas inevitabilis dicitur. vide *l.* 21. *ff. de negotiis.* fugere eodem modo non cogitur vi appetitus, si dedecus ei fuerit fugere. Fu-gere, ignaviæ & animi abjecti no-ta est

[41] Quales sunt, qui compedibus aut manicis vinc-ti. ista autem im-possibilia censentur, quæ non nisi cum dedecore fieri possunt, vide *l.* 15. *ff. de condit. instit.*

[42] Id est, ordi-nata. vide *l.* 24. *ff. de liberal.*

[43] Servum fi-licet. [44] Id est, ante mortem testatoris. §. 1. *Inst. de her. qualit.* [45] §. 5. *Inst. de actionibus.* [46] Vide *l.* 19. §. *transfugæ. ff. de captivis.* [47] Bonis constitutum, qui agat & conveniatur. *Zas.* [48] *l.* 33. *ff. de procur.* [49] Id est, captus ab hostibus. Alciat. 1 *Par.* 35. Aug. 4 *Emendat.* 10. vide *l.* 11. *ff. de captivis.* [50] Vide *l.* 6. *in fin. ff. de tutel. l.* 3. *C. de postlimin.* [51] *l.* 25. *ff. de captivis.* [52] Miles domi præsens, habetur pro pagano. v. *l. ult. C. de restit. milit. pr. Inst. de minor. test.* [53] *Al.* detentio, id est, possessio: & ita sumitur *l.* 5. *ff. de impensis in res dotales.* ubi di-xi. [54] Modica temporis mora hic definitur, adde *l.* 71. §. 2. *ff. de legat.* 1. [55] V. *l.* 32. *ff. de u-surис.* [56] V. *l.* 23. *in fin. ff. eod.* hæc qui facit, neque moram committit, neque suam causam ne-gligit. [57] V. *l.* 24. *in fin. ff. quæ in fraud. credit.* [58] *l.* 26. *in fin. ff. eod. l.* 63. §. *pen. ff. ad Trebell.* [59] Eodem pene jure minores u-tuntur. *l.* 13. *in fin. l.* 15. *ff. de minor.*

[60] Militem fa-licet, Idem in Do-ctore absente reipublicæ causa re-spectu salarii sui, tradit Bart. facit *l.* 14. *C. de prox. sacr. scrinior.* vide *Rom. consil.* 448.

[61] *l.* 41. 43. *ff. eod.* tale legatum non unum est, sed multiplex. Tot e-nim legata sunt, quot anni sunt: & ideo dies in hoc specie non cedit quibus annis le-gatarius non fuit in Italia.

[62] Legunt alii u. Pa. n. sit, sed, &c.

[63] Quæ adjecta erat favore hæredis, quam impleri per heredem non licebat, sed per alia legatarii impedimenta. vide *l.* 8. *in fin ff. de condit. & demonstrat*

[64] Lucrum ex alterius pœna vel damno facere, aut ad id restitui ne-mo debet, *ut hic* 10 *Eclog.* 36. *in fin.*

[65] Restitutio non conceditur, ut quis lucretur cum damno alterius. *Bart.*

[66] Continuatum aut per usucapio-nem. vide *l.* 20. *ff. eod.*

[67] Id est, usuca-pionem, *ut l.* 30. *ff. eod.* & ita le-gendum monet Faber 2 *semestr.* 25. ut sit *usuca-*. Nam alias satis durum loquen-di genus est, di-cere, *possessionem jam possessionis non* [illegible]

[68] Id est, præscriptio. vide trea regulas sequentes. *Bart.*

[69] *l.* 39 *ff. de adquir. possess.* Imo plurimum juris. *l.* 49. *ff. de adquir. possess.*

[70] *l.* 23. §. 1. *ff. e. d. l.* 23. §. 1. *ff. de adquir. possess. l.* 11. *l.* 15. *l.* 44. *in fin. ff. de usucap. l.* 12. §. 2. *ff. de captivis.*

[71] De postlimi-nio vide *l.* 19. *ff. de captiv.*

[72] Imo utilem. *l.* 21. §. 2. *ff. eod.*

[73] Id est, usu-capio. *ut l.* 22. §. 3. *in fin. ff. ad Trebell.* Goth. Vi-de Brisson. *lexic. in verb. usus.* S.L.

[74] Primus do-minium dominium non amittit, nisi alteri adquiratur. *Bart.*

[75] *l.* 22. §. 1. *ff. eod. l.* 140. *ff. de reg. jur.*

[76] Restituere plus est quam sub-venire. adde *l. ult. ff. de heredib. instituendis.*

[77] Cur? quia si absens defensorem habuit, per quem defenderetur, mi-hi imputandum erit, quod ejus de-fensorem non in-terpellaverim.

[78] Baldus hinc colligit, citationem & judicium à procuratore posse incipere, *l.* 3. *ff. de alimentis.*

[79] Id est, locus est hic potius re-stitutioni, quam missioni in posses-sionem: quia po-test evenire, ut

adversario nulla bona sint: deinde per missionem non continuo quis suum debitum consequitur.

[80] Vide *l.* 7. §. *Prætor ait. ff. quibus ex caus. in possess.* [81] Sine distractione. [82] Vide *l.* 25. *ff. de procurat.* [83] Et recta, *l.* 63. *ff. de judiciis.* vide *l.* 5. §. *recte. ff. quibus ex caus. in possess.*

[84] Vide *l.* 110. §. 1. *ff. de reg. jur.* [85] Nec quem vere contumacem censeri. *Bart.* [86] Nec prius ad secundum decretum pervenietur. *Bart.* [87] Primo capite hujus edicti. [88] Secun-do scilicet capite. [89] Vide *l.* 21. *ff. eod.* [90] Caput edicti secundum. [91] Vide *l.* 2. *C. de annal. except.* [92] Vide *l.* 4. *C. eod.* [93] Nec enim possidere intelligitur, qui ipse possidetur. *l.* 37. *in fin. ff. de adquir. rer.* [94] Id est, nec adquirit, nec retinet, nec recuperat. vide *l.* 19 *in fin. ff. eod.* [95] Imo non est, *l.* 19. *ff. eod.* Hic restituitur ad possessionem & fructus, ne sit in da-mno: ibi vero non restituitur ad possessionem alienam, & hic ad lucrum. [96] *l.* 28. *in fin. ff. eod.* [97] *l.* 15. *in princ. ff. de usucap.* [98] Qui non patitur secum litem contestari, & eo no-mine quid quæsierit, contra eum restitutio concedatur. *Bart.* [99] *l.* 15. *in fin. ff. eod. l.* 1. *in fin. C. de dilationibus.* vide *l.* 21. *ff. de usuris.* & ita dilatio peti potest propter advocati absentiam diu-turnam. [100] Tales enim puniuntur. *l. ult. in princ. ff. de procurator.* Goth. Fruſtrantur, id est, morantur: ut in *l. si calumniæ.* 233. *ff. de verb. signif.* Ant.

XXV. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

QUod quidem simili modo ad eum quoque pertinere dicemus, qui [1] non frustrandi gratia id faceret, sed quod multitudine rerum distringeretur.

1. De Relegato. 2. De his qui inviti aut sine venia in jus vocari nequeunt. 3. Interpretatio verborum, Neque defenderetur. *4. Si cui per Magistratum 5. Actio exempta sit 6. Sine dolo malo ipsius. 7. De servis. 8. Si adversus usucapionem. 9. Interpretatio quartæ partis edicti.*

XXVI. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

SEd & si per Prætorem [2] stetit, restitutio indulgebitur. §. 1. Adversus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula [3] Pomponius ait: sed non & ipsi concedendam: quia [4] potuit procuratorem relinquere: ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendum [5]. §. 2. Ait Prætor, AUT CUM EUM INVITUM [6] IN JUS VOCARE NON LICERET, [NEQUE DEFENDERETUR:] hæc clausula ad eos pertinet, quos [7] more majorum sine fraude [8] in jus vocare non licet, ut Consulem, Prætorem, cæterosque, qui imperium, potestatemve quam habent. Sed nec ad eos pertinet hoc Edictum, quos Prætor prohibet sine permissu suo [9] vocari (quoniam aditus potuit permittere:) patronos puta, & parentes. §. 3. Deinde adjicit, NEQUE DEFENDERETUR: quod ad omnes suprascriptos pertinet, præterquam ad eum, qui absens quid usucepit: quoniam plene supra de eo cautum est [10].

§. 4. Ait Prætor: SIVE CUI PER MAGISTRATUS [11] SINE DOLO MALO IPSIUS ACTIO EXEMPTA ESSE DICETUR. Hoc quo? ut si per dilationes judicis effectum sit, ut actio eximatur, fiat restitutio. Sed & si Magistratus copia non fuit, Labeo ait restitutionem faciendam. *Per Magistratus* autem factum ita accipiendum est, si jus non dixit: alioquin si causa cognita [12], denegavit actionem, restitutio cessat: & ita Servio videtur. † Item, [per] Magistratus factum videtur, si per gratiam [13], aut sordes [14] Magistratus jus non dixerit. Et hæc pars locum habebit: necnon & superior, SECUMVE AGENDI POTESTATEM NON FACIAT. nam id egit litigator, ne secum agatur, dum judicem corrumpit [15]. §. 5. ACTIO EXEMPTA sic erit accipienda, si desiit agere posse. §. 6. Et adjicitur, SINE DOLO MALO IPSIUS: videlicet ut, si dolus ejus intervenit, ne ei succurratur: ipsis enim delinquentibus Prætor non subvenit [16]. † Proinde, si, dum vult apud sequentem Prætorem agere, tempus frustratus est, non ei subvenietur. † Sed & si dum decreto Prætoris non obtemperat, jurisdictionem ei denegaverit [17], non esse eum restituendum Labeo scribit. † Idemque, si ex alia justa causa non fuerit ab eo auditus. §. 7. Si feriæ extra [18] ordinem [19] sint indictæ, ob res puta prospere gestas, vel in honorem Principis, & propterea Magistratus jus non dixerit, Gaius Cassius nominatim edicebat [20] restituturum se: quia per Prætorem videbatur factum: solennium [21] enim feriarum rationem haberi non debere: quia [22] prospicere eas potuerit, & debuerit actor, ne in eas incidat: quod verius est, & ita Celsus lib. II Digestorum scribit. Sed cum feriæ tempus eximunt, restitutio duntaxat ipsorum dierum facienda est, non totius temporis: & ita Julianus lib. IV Digestorum scribit: ait enim, rescissionem usucapionis ita faciendam, ut hi dies restituantur, quibus actor agere voluit, & interventu feriarum impeditus est. §. 8. Quotiens per absentiam quis non toto tempore aliquem excluſit, ut puta rem tuam possedi, uno minus die statuto in usucapionibus tempore, deinde Reipublicæ causa abesse cœpi, restitutio adversus me unius [23] dici facienda est. §. 9. Item, inquit Prætor: SI QUA ALIA MIHI JUSTA CAUSA VIDEBITUR, IN INTEGRUM RESTITUAM [24]. † Hæc clausula Edicto inserta est necessario: multi enim [25] casus evenire potuerunt, qui deferent restitutionis auxilium, nec singulatim [26] enumerari potuerunt, ut quotiens æquitas restitutionem suggerit, ad hanc clausulam erit descendendum [27]: utputa legatione quis pro civitate functus est, æquissimum est eum restitui [28], licet Reipublicæ causa non absit: & sæpissime constitutum est, adjuvari eum debere, sive habuit [29] procuratorem, sive non [30]. † Idem puto & si testimonii [31] causa sit evocatus ex qualibet provincia, vel in Urbem, vel ad Principem: nam & hic sæpissime est rescriptum subveniri. † Sed & his, qui cognitionis [32] gratia, vel appellationis [33] peregrinati sunt, similiter subventum. †. Et generaliter [34] quotiescunque quis ex [35] necessitate non [36] ex voluntate afuit, dici oportet, ei subveniendum.

De lucro & damno.

XXVII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

ET sive quid amiserit, vel lucratus [37] non sit, restitutio facienda est, etiamsi non ex bonis quid amissum sit.

De absentia probabili, veluti studiorum causa. 1. De eo, qui est sub fidejussoris satisdatione. 2. Interpretatio verborum, Quod ejus. *3. De eo, qui sæpius abfuit. 4. Si is, qui in provincia domicilium habet, Romæ sit. 5. De rescissoria actione & de exceptione. 6. Et de fructibus.*

XXVIII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

NEcnon & si quis de causa probabili afuerit, deliberare debet Prætor, an ei subveniri debeat: puta studiorum [38] causa, forte procuratore suo defuncto, ne decipiatur per justissimam [39] absentiæ causam [40]. §. 1. Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fidejussorum satisdatione, & dum propter hoc recedere non potest [41], captus sit, restituetur: & adversus eum dabitur restitutio. §. 2. QUOD EJUS, inquit Prætor, PER LEGES, PLEBISCITA, SENATUSCONSULTA, EDICTA, DECRETA PRINCIPUM LICEBIT. Quæ clausula non illud pollicetur, restituturum, si leges permittant: sed [42], si leges non prohibeant. §. 3. Si quis sæpius [43] Reipublicæ causa afuit, ex novissimo reditu tempus restitutionis esse ei computandum, Labeo putat. Sed si omnes quidem absentiæ annum colligant, singulæ minus anno: utrum annum ei damus ad restitutionem, an vero tantum temporis, quantum novissima ejus absentia occupavit, videndum: & puto, annum dandum [44]. §. 4. Si cum in provincia domicilium haberes, esses autem in Urbe, an mihi annus cedat, quasi experiundi potestatem habeam? Et ait Labeo, non cedere. Ego autem puto, hoc ita verum, si [45] *jus ad revocandi domum* adversarius habuit [47]: si minus, videri esse experiundi potestatem: quia & Romæ [48] contestari litem potuit.

§. 5. Exemplo [49] rescissoriæ actionis etiam exceptio ei, qui Reipublicæ causa afuit, competit: forte, si res ab eo possessionem [50] nacto vindicentur. §. 6. In actione rescissoria [51], quæ adversum militem [52] competit, æquissimum esse Pomponius ait, ejus quoque temporis, quo absens defensus non est, fructus [53] eum præstare. Ergo [54] & militi debebunt restitui: utrinque [55] actio erit.

XXIX. AFRICANUS lib. VII Quæstionum.

VIdelicet ne cui officium publicum [56] vel damno [57], vel compendio sit.

Si adversus usucapionem. 1. Et venditionem, sententiam.

XXX. PAULUS lib. XII ad Edictum.

CUm miles, qui usucapiebat, decesserit, & heres impleverit usucapionem, æquum est rescindi, quod postea usucaptum est: ut eadem in heredibus, qui in usucapionem succedunt, servanda sint: *quia possessio* [58] *defuncti* [59], *quasi juncta, descendit ad heredem* [60]: & plerunque nondum hereditate adita completur. §. 1. Si is, qui Reipublicæ causa afuit, usucepit, & post usucapionem alienaverit rem, restitutio facienda erit [61]: & licet sine dolo afuerit, & usuceperit, lucro ejus occurri oportet. † Item ex reliquis omnibus causis restitutio facienda erit, veluti si adversus eum [62] pronunciatum sit.

Quo casu actio rescissoria perpetuatur.

XXXI. IDEM lib. LIII ad Edictum.

SI [63] is, cujus rem usucepit Reipublicæ causa [64] absens, possessionem suæ rei ab illo usucaptæ nactus sit: & si postea amiserit, non temporalem, sed [65] perpetuam [66] habet actionem.

De eo, qui nondum provinciam accessit, aut ea excessit.

XXXII. MODESTINUS lib. IX Regularum.

A Besse Reipublicæ causa intelligitur & is, qui ab Urbe [67] profectus est, licet nondum provincia excesserit [68]: Sed is, qui excesserit [69], donec in Urbem [70] revertatur: & hoc ad Proconsules, Legatosque eorum, & ad eos, qui provinciis præsunt, Procuratoresve [71] Principum, qui in provinciis tenentur, pertinet: & ad Tribunos militum, & Præfectos, & Comites legatorum, qui ad [72] ærarium [73] [delati], aut in Commentarium Principis delati sunt.

De patrono fisci. 1. De notariis. 2. De medico militum.

XXXIII. IDEM lib. singul. de Enucleatis casibus.

INter eos, qui ex generali [74] clausula adjuvantur, & fisci patronus connumeratur. §. 1. Eos, qui Notis [75] scribunt acta Præsidum, Reipublicæ causa non abesse [76] certum est. §. 2. Militum medici [77], quoniam officium, quod gerunt, & publice prodest, & fraudem eis adferre non debet, restitutionis auxilium implorare possunt.

De milite, qui commeatum accepit. 1. De his, qui operas in publico locant.

XXXIV. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

MIles, commeatu [78] accepto, si domi suæ est, Reipublicæ causa abesse non videtur. §. 1. Qui [79] operas in publico, quod vectigalium causa locatum est, dat, Reipublicæ causa non abest [80].

De his, qui mittuntur, ut milites ducant, aut reducant, aut legendos curent. 1. Vel ad gratulandum Principi. 2. De procuratore Cæsaris. 3. De Præfecto Ægypti, & cæteris, qui Resp. causa absunt. 4. De Urbicis militibus. 5. De eo, qui ad compescendos malos homines missus est. 6. De pagano, qui in acie cecidit. 7. De eo, qui Resp. causa Romam profecturus est, vel per Urbem iter facit. 8. De profectione, & Reipub. administratione. 9. De eo, qui in castra, vel domum it, aut redit.

XXXV. PAULUS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

QUi mittuntur, ut milites ducerent, aut reducerent, aut legendi [81] curarent [82], Reipublicæ causa absunt [83]. §. 1. Hi quoque, qui missi sunt ad gratulandum Principi. §. 2. Item Procurator [84] Cæsaris, non solum cui rerum provinciæ cujusque [85] procuratio [86] mandata erit, sed [87] is, cui rerum [88], quamvis non omnium. Itaque plures ibi procuratores diversarum Reipublicæ causa abesse intelliguntur. §. 3. Præfectus quoque Ægypti Reipublicæ causa abest, quive aliam ob causam Reipublicæ gratia extra Urbem aberit. §. 4. Sed & in Urbanicianis [89] militibus idem Divus Pius constituit. §. 5. Quæsitum est de eo, qui ad compescendos malos homines missus est [90], an Reipublicæ causa abesset. Et placuit, Reipublicæ causa eum abesse. §. 6. Item pagadem suum possessorem facit, vide *l.* 11. ff. *de liberis.* heredem extraneum non æque: quo referenda est *l.* 23. ff. *de adq. possess.* Sed jure Gallico quivis heres, possessor constituitur. 61 In rem ipsam: ut *l.* 13. §. 1. ff. *de minor.* 62 Absentem. 63 Cujac. 10 *obs.* 6. 64 Qui absint Reipublicæ causa, v. *l.* 33. 34. 35 & 45. ff. *eod.* 65 Exceptio dominii, Publicianæ multis casibus non officit, ut hic unus casus est, vide plures notatos *ad l.* 16. ff. *de Publiciana.* 66 Id est, Publicianam. 67 Vel domo. *l.* 35. §. 8. ff. *eod.* 68 Provinciam accesserit. Petr. Faber apud Cujac. 12 *obs.* 33. 69 Excesserit. 70 Metropolim: v. quæ scripsi ad *Nov.* 1. *in fin.* & 4. §. *pen.* ff. *de damno.* 71 *l.* 35. §. 2. ff. *eod.* v. quæ scripsi ad *tit. de off. proc. Cæsar.* 72 Comitum, & eorum, qui Magistratus administrabant, quibus a publico salaria præstabantur, nomina *ad ærarium deferebantur*, uti constat ex senatusconsulto de Curatoribus aquarum facto, quod extat apud Frontinum, *lib. 2 de aquæductibus.* 73 De ærariis ac præfectis ærarii, vide quæ scripsi ad *l.* 42. ff. *de jure fisci.* 74 *Si qua mihi justa causa*, de qua dictum *l.* 1. & 2. §. *eod.* 75 *Notis* olim excipere solebant acta judicum, cum aliter non possent loquentis celeritatem manu adsequi: quod Ammianus ostendit apertissime *lib.* 14. Idem mos in senatusconsultis & Edictis scribendis, uti colligitur ex Valerio Probo in notis. Unde Manilius: *Et hic scriptor erit felix, cui littera verbum est, Quique notis linguam superet, cursuque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces*: & mox; *Hic etiam legum Tabulas & condita jura Noverit, atque notis levibus pendentia jura.* Hinc *Notarii.* Erant & hujusmodi notis pleni Jurisconsultorum libri, quas sive siglas, sive *biglas* dixeris, utiliter Imperator susstulit. 2 Isidor. 22. Notis etiam scribi testamentum militum permissum erat, *l.* 40. ff. *de testam. militis. l.* 6. *in fin.* ff. *de bonor. possess.* Legimus etiam apud Fabium, notis exceptam fuisse orationem Ciceronis *pro Milone.*

76 Imo absunt, ut hunc locum adfirmative legit Accurs. Quibusdam ita videtur, notarios, qui actibus publicis Præsidum adsint, Reipublicæ causa abesse: qui eorum privatis negotiis, non abesse. 77 *l.* 6. ff. *de jure immunit.* vide *l.* 1. *C. de professor. & medic.* 78 Id est, licentia abeundi, v. *l.* 11. ff. *de re militari.* Μεῖζα ἀναλύσεως, post dimissionem. 10 *Eclog.* 1. *c.* 35. 79 Μισθωτὸς ὑφ' ὑμίσεια τέλη, qui vectigalia publica conduxit, Reip. causa non abest. 10 *Eclog.* 1. *c.* 35. Possis & hic *stationarios* intelligere, de quibus dixi *ad l.* 5. *C. de vectig.* 80 Quia sui commodi causa & volentes occupantur. vide *l.* 36. ff. *eod.* 81 *Al* legendos. 82 Legendi curam gerevent *Halo.* 83 Imo non absunt. *l.* 11. ff. *de re milit.* ubi dixi. 84 *l.* 32. ff. *eod.* adde quæ scripsi ad *tit. de officio procur. Cæsaris.* 85 Alicujus. 86 Tota. *l.* 6. §. *qui universas.* ff. *de officio Præfidis.* 87 Plures enim fuerunt in una provincia. *Baro.* 88 Quarundam tantum. Procuratores itaque Cæsaris, non unius tantum generis fuere. Quibusdam enim provinciæ universæ & integræ committebantur: quibusdam vero res nonnullæ tantum, veluti, patrimonium Gildoniacum, vres Juliani, &c. vide *Notitiam Imperii.* 89 Vide *l.* 8. §. 9. ff. *de excusat. tut.* 90 Irenarchæ tales, vide *l.* 18. §. *Irenarchæ.* ff. *de muneribus.* hæc etiam cura Præfecti Urbi fuit. *l.* 1. ff. *de offic. P. Urbi.*

1 Refer ad hunc locum *l.* 19. ff. *de restitt.*

2 V. §. 4. ff. *eod.*

3 Secundi capitis hujus edicti.

4 Id est, non ipsi concedendam ex primo capite hujus edicti, vide quæ notavi *ad l.* 1. ff. *de diversis & temporalib. præscript.*

5 *l.* 40. *in fin.* ff. *eod.*

6 *l.* 2. ff. *de in jus vocando. l.* 12. ff. *judicatum solvi.* Ergo volentes & consentientes in jus vocari possunt. *vide. d. l.* 2.

7 Alii legunt, *quos jure magistratus.*

8 Id est, non impune, *l.* 1. ff. *ad leg. Falcid. l.* 32. ff. *de injuriis. l.* 8. ff. *de accusationibus.* & quidem sine pœna 50 aureorum. vide *l.* 2. & *pen.* ff. *de in jus vocando.*

9 *l.* 4. *d. tit.*

10 Verba generalia non pertinent ad ea, de quibus nominatim cautum sit *hic.* & *l.* 53. ff. *de verb. oblig. l.* 16. §. *basilicæ.* ff. *de alim. legat.* nec clausula generalis refertur ad specificata. *l.* 119. ff. *de verb. oblig.* Capell Tholosan. *qu.* 58. Anf.

11 *in pr.* ff. *eod. l.* 1. ff. *eod.*

12 Ut §. 6. *vers. sed cessi.* ff. *eod.*

13 Ut *l.* 65. §. *cum Prætor.* ff. *ad Trebell.*

14 Id est, avaritiam: quanquam hoc casu sententia ipso jure nulla sit. *l.* 7. *C. quando provocare.*

15 Et ideo quia deliquit, ei non subvenitur. §. 6. ff. *eod.*

16 *l.* 134. *in fin.* ff. *de reg. jur.*

17 Contumaciæ seu inobedientiæ in uno casu contemplatione, potest contumaci denegari audientia in omnibus causis aliis. *Bald.*

18 Extra ordinem indictæ feriæ non ordinariæ, non solemnes. *Goth.* Quid sit extra ordinem ferias indicere, vide Rævard. *variar. lib.* 5. *cap.* 19 Anf.

19 Id est, repentinæ. ut in *l.* 4. *C. de feriis.* Hujusmodi feriæ, *Imperiales* dicuntur, *d. l.* 4. *C. eod.* olim imperatorias, quod imperarentur seu indicerentur à solis Consulibus aut Prætoribus. *d. l.* 4.

20 Cur? quia actor prævidere extraordinarias ferias non potuit, & per Prætorem magis impeditus est, quam à sese. Ad eum modum elapso probandi termino poterit ex causa probatio admitti. *l.* 16. ff. *eod. l.* 1. ff. *de restitutionibus. l. divi fratres.* 27. ff. *de panis.* vide Socinum, *regula* 285.

21 *l.* 3. *C. de dilationibus.* dixi ad Varronem *lib* 5. Quæ sint solennes, v. *l.* 7. *C. de feriis.* 22 Culpa est autem non prævidere quod præsisum oportuit. *l.* 31. ff. *ad l. Aquil.* 23 Usucapione rescissa solum tempus absentiæ restituitur. *Bart.* 24 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod. l.* 28. ff. *eod. in pr. l.* 3. *C. eod. l.* 7. ff. *de in integrum.* 25 Generaliter omnes, qui necessitate absunt, restituuntur, nec in iis tantum, ubi damnum faciunt, verum & ubi non lucrantur. 10 *Eclog.* 30. *c.* 38. 26 singillatim.

27 Vide *l.* 12. ff. *de legib.* 28 Vide *l.* 8. ff. *eod.* 29 Imo, si habuit, non restituetur. *l.* 39. ff. *eod.* 30 In eo ut differat à legato Principis, vide Cujac. 19 *obs.* 14. 31 *l.* 2. §. 3. ff. *de judiciis.*

32 Ad Principem. *l. ult.* §. 1. ff. *quod metus causa.* 33 *l.* 1. ff. *eum, qui appellaverit.* 34 Adde *de justis causis. l.* 5. *C. de repud.* 35 *l.* 10. *C. quomodo & quando judex.* 36 Absentia alia est necessaria & privilegiata, ut militum: alia probabilis tantum, sed tamen privilegiata (ut studiorum & studiosorum causa,) alia voluntaria & probabilis, non tamen privilegiata, (ut mercatorum:) alia necessaria, improbabilis & odio digna, ut damnatorum. 37 Lucri & ad lucrum etiam datur restitutio majoribus, ex justa causa vel necessitate absentibus. 38 Adde *authentic. habita. C. ne filius pro patre.* 39 Quæ, quod ad munera personalia attinet, durat ad vigesimum quintum annum. *l.* 1. & 2. *C. qui etate vel professione.* 40 Videtur tamen absens studiorum causa, pro præsente haberi, vide *l.* 78. *in princ.* ff. *de leg.* 3. 41 Impossibile censetur, quod non nisi cum dedecore fieri potest. *l.* 15. ff. *de cond. inst.* 42 Permissum, quod non prohibitum, atque ita de privatis delictis permissam esse transactionem colligunt, cum nulla lege prohibita reperiatur transactio, dixi *l.* 18. *C. de transact.* 43 Et ita plurium absentiarum tempora junguntur, ut simul restituantur. *Bart.*

44 *l.* 2. §. *legatis.* ff. *de judic.*

45 Declinatoriam exceptionem habens, convenire eo in foro non potest, cujus exceptionem habet.

46 Actori non est imputandum, si reum non citavit, quem sciebat tutum esse exceptione fori. *Bartol.*

47 Præsens esse videtur, qui est in communi patria. *Bart.*

48 Vide *l. ult. C. quib. ex caus. maj.* & Cujac. 7 *obs.* 31.

49 *l.* 23. §. 2. ff. *eod.*

50 Possessionem nacto *Haloand.* possessionem veterem nacto Rævard. 14 *Variar.* 5. Veteris porro possessionis verbo intelligit eam possessionem, quam is, qui Reipublicæ causa abfuit, ipso jure per usucapionem amisit.

51 Rescissoria actio in militem datur ei, cujus rem miles ipse usucepit domino absente nec defenso. Fingit igitur hæc rescissoria seu restitutoria actio militem absentis & indefensi rem non usucepisse: ut per contrariam rescissoriam, quæ datur militi, fingit rem militis absentis non usucaptam: ut utraque sit fictitia. *Goth.* Pro interpretatione hujus §. vid. Govean. *lib.* 1 *variar. lect. cap.* 45. Rævard. *lib.* 4 *variar. c.* 5. & Cujac. *lib.* 7 *observ. cap.* 34. S. L.

52 Et quemcunque absentem Reipublicæ causa.

53 Ne cui officium suum sit damnosum. vid. *l.* 7. ff. *testam. quemad. aper.* vide *in hanc l. Cujac.* 7 *ad African.*

54 Ut sit eadem æquitatis utrinque ratio.

55 Et militi & in militem.

56 Militia dicitur hic officium publicum. Officium publicum nulli damno vel compendio in fraudem alterius esse debet.

57 Militia compendio militi esse potest, non tamen cum alieno dispendio. *l.* 18. ff. *eod. l.* 140. ff. *de reg.*

58 Id est, usucapio. *l.* 19. ff. *eod.*

59 Vide *l.* 40. ff. *de usucap.*

60 Sic interpretantur alii, *Le mort saisit le vif.* id est, defunctus heredem suum possessorem facit, vide *l.* 11. ff. *de liberis.* heredem extraneum non æque: quo referenda est *l.* 23. ff. *de adq. possess.* Sed jure Gallico quivis heres, possessor constituitur. 61 In rem ipsam: ut *l.* 13. §. 1. ff. *de minor.* 62 Absentem. 63 Cujac. 10 *obs.* 6. 64 Qui absint Reipublicæ causa, v. *l.* 33. 34. 35 & 45. ff. *eod.* 65 Exceptio dominii, Publicianæ multis casibus non officit, ut hic unus casus est, vide plures notatos *ad l.* 16. ff. *de Publiciana.* 66 Id est, Publicianam. 67 Vel domo. *l.* 35. §. 8. ff. *eod.* 68 Provinciam accesserit. Petr. Faber apud Cujac. 12 *obs.* 33. 69 Excesserit. 70 Metropolim: v. quæ scripsi ad *Nov.* 1. *in fin.* & 4. §. *pen.* ff. *de damno.* 71 *l.* 35. §. 2. ff. *eod.* v. quæ scripsi ad *tit. de off. proc. Cæsar.* 72 Comitum, & eorum, qui Magistratus administrabant, quibus a publico salaria præstabantur, nomina *ad ærarium deferebantur*, uti constat ex senatusconsulto de Curatoribus aquarum facto, quod extat apud Frontinum, *lib.* 2 *de aquæductibus.* 73 De ærariis ac præfectis ærarii, vide quæ scripsi ad *l.* 42. ff. *de jure fisci.* 74 *Si qua mihi justa causa*, de qua dictum *l.* 1. & 2. §. *eod.* 75 *Notis* olim excipere solebant acta judicum, cum aliter non possent loquentis celeritatem manu adsequi: quod Ammianus ostendit apertissime *lib.* 14. Idem mos in senatusconsultis & Edictis scribendis, uti colligitur ex Valerio Probo in notis. Unde Manilius: *Et hic scriptor erit felix, cui littera verbum est, Quique notis linguam superet, cursuque loquentis Excipiat longas nova per compendia voces*: & mox; *Hic etiam legum Tabulas & condita jura Noverit, atque notis levibus pendentia jura.* Hinc *Notarii.* Erant & hujusmodi notis pleni Jurisconsultorum libri, quas sive siglas, sive *biglas* dixeris, utiliter Imperator susstulit. 2 Isidor. 22. Notis etiam scribi testamentum militum permissum erat, *l.* 40. ff. *de testam. militis. l.* 6. *in fin.* ff. *de bonor. possess.* Legimus etiam apud Fabium, notis exceptam fuisse orationem Ciceronis *pro Milone.*

76 Imo absunt, ut hunc locum adfirmative legit Accurs. Quibusdam ita videtur, notarios, qui actibus publicis Præsidum adsint, Reipublicæ causa abesse: qui eorum privatis negotiis, non abesse. 77 *l.* 6. ff. *de jure immunit.* vide *l.* 1. *C. de professor. & medic.* 78 Id est, licentia abeundi, v. *l.* 11. ff. *de re militari.* Μεῖζα ἀναλύσεως, post dimissionem. 10 *Eclog.* 1. *c.* 35. 79 Μισθωτὸς ὑφ' ὑμίσεια τέλη, qui vectigalia publica conduxit, Reip. causa non abest. 10 *Eclog.* 1. *c.* 35. Possis & hic *stationarios* intelligere, de quibus dixi *ad l.* 5. *C. de vectig.* 80 Quia sui commodi causa & volentes occupantur. vide *l.* 36. ff. *eod.* 81 *Al* legendos. 82 Legendi curam gerevent *Halo.* 83 Imo non absunt. *l.* 11. ff. *de re milit.* ubi dixi. 84 *l.* 32. ff. *eod.* adde quæ scripsi ad *tit. de officio procur. Cæsaris.* 85 Alicujus. 86 Tota. *l.* 6. §. *qui universas.* ff. *de officio Præfidis.* 87 Plures enim fuerunt in una provincia. *Baro.* 88 Quarundam tantum. Procuratores itaque Cæsaris, non unius tantum generis fuere. Quibusdam enim provinciæ universæ & integræ committebantur: quibusdam vero res nonnullæ tantum, veluti, patrimonium Gildoniacum, vres Juliani, &c. vide *Notitiam Imperii.* 89 Vide *l.* 8. §. 9. ff. *de excusat. tut.* 90 Irenarchæ tales, vide *l.* 18. §. *Irenarchæ.* ff. *de muneribus.* hæc etiam cura Præfecti Urbi fuit. *l.* 1. ff. *de offic. P. Urbi.*

paganum, qui in expeditione Consularis missi transierat, ubique in acie ceciderat; heredi cum ejus succurrendum est 91. §. 7. Qui Reipublicæ causa Romam profectus est, abesse Reipublicæ causa videtur. Sed & si extra patriam suam Reipublicæ causa profectus sit, etiamsi per Urbem ei iter competit, Reipublicæ causa abest.

§. 8. Similiter qui in provincia est, ut primum aut domo sua profectus 92 est, aut cum in eadem provincia degit Reipublicæ administrandæ causa: simul agere Reipublicam cœpit, ad similitudinem absentis habetur. § 9. Et dum eat in castra, & redeat, Reipublicæ causa abest, quod & eundum sit in castra militaturo, & redeundum. Vivianus scribit, Proculum respondisse, militem, qui 93 commeatu abiit, dum domum vadit, aut redit, Reipublicæ causa abesse: dum domi sit, non abesse 94.

De absentia voluntaria aut necessaria.

XXXVI. Ulpianus lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

Reipublicæ 95 causa abesse eos solos intelligimus, qui non sui commodi causa 96, sed coacti absunt.

De assidentibus ultra tempus datum.

XXXVII. Paulus lib. III ad leg. Juliam & Papiam.

HI, qui in provincia sua, ultra tempus à constitutionibus concessum 97, adsident, publica causa abesse non intelliguntur 98.

De assidentibus in sua provincia. 1. de officio finito & tempore ad revertendum concesso.

XXXVIII. Ulpianus lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

SI cui 99 in provincia sua Princeps adsidere speciali beneficio permiserit, puto eum Reipublicæ causa abesse: quod si non ex permissu hoc fecerit, consequenter dicemus, cum crimen 100 admisit, non habere eum privilegia eorum, qui Reipublicæ causa absunt.

§. 1. Tamdiu Reipublicæ causa abesse quis videbitur, quamdiu officio alicui præest. Quod si finitum fuerit officium, jam desinit abesse Reipublicæ causa 1. † Sed ad revertendum illi tempora computabimus statim atque desiit Reipublicæ causa abesse, [ea,] quibus reverti in Urbem potuit: & erit moderatum, tempora ei dare, quæ lex 2 revertentibus præstitit 3. † Quare, si quo desiexerit suæ rei causa, non dubitamus id tempus ei non proficere: habitaque dinumeratione temporis, quo reverti potuit, statim eum dicemus desisse Reipublicæ causa abesse. † Planè si infirmitate impeditus, continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis 4: sicuti haberi solet & hiemis, & navigationis, & cæterorum, quæ casu contingunt.

De absente, qui procuratorem reliquit.

XXXIX. Paulus lib. I Sententiarum.

IS, qui Reipublicæ causa afuturus erat, si procuratorem reliquerit 5, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui non 6 auditur.

Si adversus accusationem omissam. 1. De restitutione damnati, cujus bona alius usurpaverat.

XL. Ulpianus lib. V Opinionum.

SI qua militi accusatio competat, tempore 7, quo Reipublicæ operam dedit, non perimitur. §. 1. Quod eo tempore, quo 8 in insula aliquis fuit ex pœna ei irrogata, cujus restitutionem impetravit, ab alio usurpatum 9 ex bonis, quæ non erant adempta 10, probatum fuerit, suæ 11 causæ restituendum est.

Si adversus conditionem non impletam.

XLI. Julianus lib. XXXV Digestorum.

SI quis Titio legaverit, *si mortis suæ tempore* 12 *in Italia esset: aut in annos singulos, quoad in Italia esset*, & ei succurrendum fuerit, quia ob id 13, quod Reipublicæ causa afuit, exclusus fuerit à legato, fideicommissum ab eo relictum præstare cogitur. Marcellus notat: Quis enim dubitavit, salva legatorum & fideicommissorum causa, militi restitui hereditatem, quam ob id perdidit, quod Reipublicæ causa abfuit?

De eo, qui suis negotiis causa in legatione est.

XLII. Alfenus lib. V Digestorum.

NOn vere dicitur Reipublicæ causa abesse [eum,] qui sui 14 privati negotii causa in legatione est.

Si adversus conditionem deficientem.

XLIII. 15 Africanus lib. VII Quæstionum.

SI quis stipulatus sit *in annos singulos, quoad* 16 *in Italia esset vel ipse, vel* 17 *promissor*, & alteruter Reipublicæ causa abesse cœperit, officium Prætoris est, introducere 18 utilem actionem. † Eadem dicemus & si ita concepta stipulatio fuerit, *Si quinquennio proximo Romæ fuerit*, vel ita, *si* [*Romæ*] *non fuerit, centum dare spondes?*

Ex quibus causis Reipub. causa absens non restituitur.

XLIV. Paulus lib. II ad Sabinum.

IS, qui Reipublicæ causa abest in aliqua re læsus, non restituitur, in qua 19, etiam si Reipublicæ causa non afuisset, damnum erat passurus.

De militibus.

XLV. Scævola lib. I Regularum.

MIlites omnes 20, qui discedere 21 signis 22 sine periculo non possunt, Reipublicæ causa abesse intelliguntur.

Si adversus absentem.

XLVI. Marcianus lib. II Regularum.

QUi Reipublicæ causa afuit, etiam adversus eum, qui pariter Reipublicæ causa afuerit 23, restituendus est, si aliquid damni juste queritur.

1 II. C. Lv. 1. Extr. XLII.

2 Quibus potest.

3 Cur Proconsulis fit hic mentio? sumpta hæc lex est ex edicto provinciali. Idem tamen sentiendum de Prætore.

4 Vendendo, *l.* 3. §. 2. *ff. cod.* dividendo, *l.* 24. *in fin. ff. comm. divid.* donando, *arg. l.* 2. *C. ne fiscus.* manumittendo, *l.* 3. §. 1. *ff. cod.* restitutionem impetrando, *l.* 29. *ff. tit. prox.* jurando, *l.* 1. *in princ. ff. si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicitur.*

91 *l.* 6. *ff. de in integrum.*

92 *l.* 41. §. 2 *ff. de captivis & postl.*

93 Qui cum commeatu, id est, cum licentia.

94 Vide *l.* 14. *ff. cod.*

95 Non dicimus eos abesse Reipublicæ causa, qui non necessitate, sed commodi sui causa absunt.

96 Goleg. 36. *cap.* 37.

97 *l.* 41 *ff. cod.*

98 Id est, ultra quadrimestre.

99 *l.* 37 *ff. cod.*

100 Sacrilegii, vide *l. ult. C. de crimin. sacrileg.* id est, violatarum legum.

1 *l.* 37. *ff. cod.*

2 Julia & Papia, ut inscriptio hujus legis ostendit. vide quæ scripsi *ad l.* 3. *ff. de vacat. & excus.*

3 Id est, viceno millia passuum in dies singulos. vide *l.* 1. *ff. si quis cautionib.*

4 Vide *l.* 2. §. 3. *& seq. ff. si quis cautionibus.*

5 *l.* 8. *in fin. ff. de in integrum.*

6 Imo, audietur. *l.* 26. §. *ult. ff. cod.*

7 *l.* 1. *ff. cod. l.* 2. *C. de restit. milit.*

8 Vide *l.* 26. §. 1. *ff. cod.*

9 Illicite, vide *l. illicitas. & ff. de officio Præsidis.*

10 Per sententiam: non omnia statque bona adimebantur in insulam deportandis.

11 Ut restitutus in integrum id una cum aliis suis bonis habeat.

12 Adde *l.* 17. §. 1. *ff. cod. l.* 43. *ff. cod.*

13 Imo, ob id, id est, quia emolumentum non habet, legatum præstare non debet. *l.* 3. §. *item. ff. de legatis præstandis.*

14 *l.* 36. *ff. cod.*

15 Vide in hanc l. Cujac. 7. *tractatu ad Africanum.*

16 Adde *l.* 41. *ff. cod.*

17 Hoc est, quoad in Italia erit stipulator, quoad in Italia erit promissor.

18 Introducere Prætor dicitur utiles actiones, quæ ex mero officio ejus proficiscuntur, directis deficientibus, §. *introduxit. §. præterea. Inst. quod cum eo. l.* 11. *ff. quæ in fraudem cred.* vel deficiente edicto, ut in casibus hujus legis edictum deficit; est enim tantum de restituendis actionibus temporalibus, quarum dies exiit absente eo, cui, vel in quem competebant, non de restituendis etiam his, quarum conditio defecit: sed tamen restituuntur officio Prætoris, quia Prætori non habetur pro defecta conditio, quæ fuit in potestate stipulatoris vel promissoris, si non sponte ejus defecerit, sed cogente necessitate. Duplex igitur est actio restitutoria: una ex edicto, altera ex decreto sive officio Prætoris. *l.* 20. *ff. cod. l.* 3. *C. cod.* & utraque utilis, sed ad priorem utilem accommodata est posterior: utilium enim actionum, sæpe in jure aliæ, seu quædam sunt utiles. vide Cujac. 7 *ad Africanum ad hanc legem.*

19 *l.* 14. §. 11. *ff. quod met. causa. l.* 14. *in fin. ff. depositi.* 20 Et eorum uxores cum maritis peregrinantes. *l.* 1. 2. *C. de uxoribus militum.* 21 Vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de in jus vocando.*

22 *Al.* à signis. 23 Absens licet contra absentem hic restituatur, non tamen consequitur, privilegiatum adversus privilegiatum restitui. Nec enim miles quia absens, ideo privilegium habet: quia sola absentia non est causa privilegii, sed absentia cum læsione. *Bart.*

Tit. VII.

DE ALIENATIONE, JUDICII MUTANDI CAUSA, FACTA 1.

Ratio & summa edicti. 1. Si quis homini alterius provinciæ vel potentiorem opposuerit.

1. Gaius lib. IV ad Edictum provinciale.

OMnibus 2 modis Proconsul 3 id agit, ne cujus deterior causa fiat ex alieno facto 4. Et, cum intelligeret judiciorum exitum interdum duriorem [nobis] constitui, oppositio nobis alio adversario 5, in eam quoque rem prospexit: *ut si quis alienanda rem alium nobis adversarium fecisse fraudationis causa intelligatur, tanti nobis in factum actione teneatur, quanti nos ea res interest* 6, *aliam adversarium nos non habuisse.* §. 1. Itaque si alterius provincia hominem, aut potentiorem 7 nobis opposuerit adversarium, tenebitur:

II. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

AUt alium, qui vexaturus sit adversarium:

1. De manumissione. 2. Quod vi aut clam, & aqua pluviæ arcendæ. 3. De operis novi nunciatione. 4. Quid veniat in hanc actionem. 5. Si is, qui tenetur hoc edicto, paratus sit utile judicium pati, ac si possideret.

III. Gaius lib. IV ad Edictum provinciale.

QUia etiamsi cum eo, qui alterius provinciæ sit, experiar, in illius 8 provincia experiri debeo, & potentiori pares esse non possumus 9. §. 1. Sed & si hominem, quem petebamus, manumiserit, durior nostra conditio fit, quia Prætores favent libertatibus 10. §. 2. Item, si locum, in quo opus feceris, cujus nomine interdicto QUOD VI AUT CLAM, vel ACTIONE AQUÆ PLUVIÆ ARCENDÆ tenebaris, alienaveris 11, durior nostra conditio facta intelligitur, quia si tecum ageretur, tuis impensis id opus tollere deberes, nunc vero, cum incipiat mihi adversus alium actio esse, quam qui fecerit, compellor meis impensis id tollere: quia qui ab alio factum possidet, hactenus ultro actionibus tenetur, ut patiatur id opus tolli. §. 3. Opus quoque novum si tibi nunciaverim, tuque eum locum alienaveris, & emptor opus fecerit, dicitur, te 12 hoc judicio teneri: quasi neque tecum ex operis novi nunciatione agere possim, quia nihil feceris: neque cum eo, cui id alienaveris, quia ei nunciatum non sit.

§. 4. Ex quibus apparet, quod Proconsul 13 in integrum restituturum se pollicetur: ut hac actione officio tantum judicis consequatur actor, quantum ejus interfuit 14 alium adversarium non habuisse: forte, si quas impensas fecerit, aut si quam aliam 15 incommoditatem passus erit, alio adversario substituto.

§. 5. Quid ergo est, si 16 is adversus quem talis actio competit, paratus sit utile judicium pati, petinde ac si possideret? Recte dicitur, denegandam esse adversus eum ex hoc Edicto actionem 17.

De usucapione rei alienatæ. 1. De causa alienationis. 2. De dominii vel possessionis translatione. 3. De servitutibus. 4. Quid veniat in hanc actionem: qua ex causa detur: & intra quod tempus: de successoribus.

IV. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

ITem si res fuerint usucaptæ ab eo, cui alienatæ sint, nec peti ab hoc possint, locum habet hoc Edictum. §. 1. Itemque fieri potest, ut sine dolo malo quidem possidere desierit, verum judicii mutandi causa id fiat. Sunt & alia complura talia. † Potest autem aliquis dolo malo desinere possidere, nec tamen judicii mutandi causa feciſſe, nec hoc Edicto teneri: neque 18 enim alienat, qui duntaxat omittit possessionem 19. Non tamen ejus factum improbat Prætor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam æquus litigaret: hæc enim verecunda cogitatio ejus, qui lites exsecratur, non est vituperanda 20: sed ejus duntaxat, qui cum rem habere vult, litem ad alium transfert, ut molestum adversarium pro se subjiciat 21. §. 2. Pedius lib. IX, non solum ad dominii translationem hoc Edictum pertinere ait, verum 22 ad possessionis quoque: alioquin, cum quo in rem agebatur [inquit] si possessione cessit 23, non tenebitur 24. §. 3. Si quis 25 autem ob valetudinem, aut ætatem, aut occupationes necessarias litem in alium transtulerit, in ea causa non est, ut hoc Edicto teneatur: cum in hoc Edicto *dolo malo* fiat mentio 26. Cæterum 27 erit interdictum & per procuratores litigare, dominio in eos plerunque ex justa causa translato. §. 4. Ad jura etiam prædiorum 28 hoc Edictum pertinet: modo si dolo malo fiat alienatio. §. 5. Hæc actio in id quod interest, competit: proinde si res non fuit petitoria, aut si is, qui alienatus est, sine culpa decessit, cessat judicium: nisi [si] quid actoris præterea interfuit. §. 6. Hæc actio non 29 est pœnalis; sed rei persecutionem arbitrio judicis continet: quare & heredi dabitur 30: in heredem autem,

V. Paulus lib. XI ad Edictum.

VEl similem,

VI. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

VEl post annum 31, non dabitur:

VII. Gaius lib. IV ad Edictum provinciale.

QUia pertinet quidem ad rei persecutionem, videtur autem ex delicto dari.

Si quis rem exhibeat, non pristinam judicii causam. 1. De judicio præsens vel futuro. 2. De alienatione rei alienæ. 3. De heredis institutione, & legato. 4. Si quis alienaverit, deinde receperit. 5. De redhibitione.

VIII. Paulus lib. XII ad Edictum.

EX hoc Edicto tenetur & qui rem exhibet, si arbitratu judicis pristinam judicii causam non restituit 32. §. 1. Ait Prætor: QUÆVE ALIENATIO JUDICII MUTANDI CAUSA FACTA FRIT, id 33 est, [si] futuri judicii causa, non ejus quod jam sit 34. §. 2. *Alienare* intelligitur etiam, qui alienam 35 rem vendidit. §. 3. Sed heredem instituendo, vel legando, si quis alienet, huic Edicto locus non erit 36. §. 4. Si quis alienaverit 37, deinde receperit, non tenebitur hoc Edicto.

§. 5. Qui venditori suo redhibet, non 38 videtur judicii mutandi causa abalienare 39:

IX. Paulus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

QUia, redhibito homine, omnia retro aguntur 40: & ideo non videtur judicii mutandi causa alienare, qui redhibet, nisi si propter hoc ipsum redhibet, non redhibiturus alias.

De solutione debiti. 1. Si tutor, vel curator alienaverit.

X. Ulpianus lib. XII ad Edictum.

NAm & si obligatus solvero, quod à me petere velles, huic Edicto locus non 41 erit 42. §. 1. Si tutor pupilli vel adgnatus 43 furiosi alienaverint, utilis actio competit: quia consilium 44 hujus fraudis inire non possunt.

5 Pro tulte aut provincia, potentiore, cognitore, nubili, clerico, publicæ. *Pulchr. hic.*

6 *l.* 3. §. *ff. l.* 4. §. *pen ff. cod.*

7 Atqui hoc casu locum esse videtur *l.* 1. *C. ut licet. potent.* An ibi actor, hic reus alienavit, ut vult Accursius?

8 Actor forum rei sequitur, vide *l.* 2. *C. de jurisd.*

9 *l.* 1. *in fin. ff. si ex noxali. l.* 4. *in fin. ff. de arbitris. l.* 1. §. 22. *ff. de aqua & aquæ pluviæ.*

10 In re dubia & pari causa vide *l.* 24. *ff. de manumiss.*

11 *l.* 16. *in fin. ff. de aqua pluvia.*

12 Imo, emptorem seu possessorem. *l. ult. ff. de novi operis.* Imo alterutrum. *l.* 1. *C. hoc tit.*

13 In edicto suo provinciali scil.

14 *l.* 1. *in princ. ff. cod.*

15 Etiam antequam agam adversus possessorem. dixi *l.* 1. *ff. cod.*

16 Similis subjecto est *l.* 7. §. 9. *ff. de dolo.*

17 Cum nihil interfit actoris, *l.* 4. §. 5. *ff. cod.* & prius jam cautum restituat. *l.* 8. *ff. cod.*

18 *l.* 119. *ff. de reg. jur.*

19 An cum Placentino ex hoc verbo colligamus, Huic edicto locum non esse, nisi propter rem alienetur? Minime. vide §. 2. *ff cod.*

20 Vide *l.* 13 *C. de judiciis.*

21 An & ex eo colligemus, Huic edicto locum non esse, nisi res clam alienetur? Minime.

22 Sive dominium, sive possessio transferatur in alium, hoc edictum locum habet.

23 Differunt cedere & transferre possessionem.

24 §. 1. *ff. cod.*

25 Necessariis de causis licet litem in alium transferre.

26 In summa, ad hoc edictum tria requiruntur. I. ut judicii mutandi causa: II. ut per fraudem alienetur. III. Ut interfit actoris. *Zas.*

27 Id est, cæteroqui, vel alioqui: est que argumentum ab absurdo. *Baro.* Sed Oldendorpius *Classs.* 1. *act.* 11. *num.* 5. putat revera in fraudem hujus edicti procuratorem constitui. Uter verius sentit?

28 Et ad personales servitutes, & superficiem. *Accurs. hic.*

29 Vide quæ scripsi *ad l.* 9. *in fin. ff. de reb. auctor. judicis possid.*

30 Excipe. §. *non autem omnes.* 1. *Inst. de perpetuis.* Goth. Vide Ant. Fab. *conject. lib.* 4. *cap.* 1. Anf.

31 *l.* 16. *in fin. ff. de aqua pluvia.* utilem, non continuum. Cujac. *ad l.* 14. *ff. quod metus causa.*

32 Non exhibet, qui inutiliter, do. Verbum *Erit* futurum tempus denotat 34 Tunc enim alienatio nullius momenti existit, nec indiget hac actione. *l.* 2. *l. ult. C. de litig.* 35 Alienam enim vendere possumus. vide *l.* 28. *ff. de contrah. empt.*

36 Confertur enim post mortem, & necessitate fit. *Bart.* 37 *Alienandi* verbum hic cum effectu accipiendum est. *Baro.* 38 Cur? suo jure utitur, & consequenter alteri injuriam non facit. adde *l.* 9. *l.* 10. *ff. cod.* 39 *l.* 67. *ff. de verb. sign.* 40 *l.* 21. *ff. de ædilit.* 41 Cur? quia solvi id, quod debui. *Goth.* Nec dolus intercessit, *l.* 1. *ff. de fund dotal.* & nemini injuriam facit, qui suo jure utitur. *l.* 55. *ff. de reg. jur. l.* 9. *in fin. de cond. caus. dat. l.* 1. §. *idem aunt* 10. *vers. denique. ff. de aq. pluv. arcend.* Anf. 42 In quem? vide *l.* 18. *ff. de dolo. l.* 1. *ff. quando ex facto tutor.* 43 Aguatorum in cura furiosi. 44 Consilium fraudis nullum est in furioso.

De re ab actore militi donata.

XI. IDEM lib. V Opinionum.

CUm miles postulabat, suo nomine litigare de possessionibus, quas sibi donatas [45] esse dicebat, responsum est, si judicii mutandi causa donatio facta fuerit, priorem dominum experiri oportere: ut rem magis, quam litem in militem transtulisse credatur.

Communi dividundo.

XII. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

SI quis judicii communi dividundo evitandi causa rem alienaverit, ex lege Licinia [46] ei interdicitur, ne communi dividundo judicio experiatur [47]: verbi gratia, ut potentior emptor per licitationem [48] vilius eam accipiat, & per hoc iterum ipse recipiat. Sed ipse quidem, qui partem alienaverit, communi dividundo judicio si agere velit, non audietur. Is vero, qui emit, si experiri velit, ex illa parte Edicti vetatur, qua cavetur, ne qua alienatio judicii mutandi causa fiat.

45 Vide *l.* 22. §. *ultim. ff. de jure fisci.*

46 Idque ipso jure. *Cujac.*

47 Tenetur tamen ea actione, *Quod fecisti, ne agas communi dividundo agere tur, l.* 24. *in fin. ff. comm. divid.*

48 *l.* 1. *C. Comm. divid.*

TIT. VIII.

DE [1] RECEPTIS, QUI ARBITRIUM RECEPERUNT [2], UT SENTENTIAM DICANT.

Collatio compromissi cum Judicio.

1. PAULUS lib. II ad Edictum.

COmpromissum ad [3] similitudinem judiciorum [4] redigitur [5]: & ad finiendas lites pertinet.

Effectus compromissi.

II. ULPIANUS lib. IV ad Edictum.

EX compromisso placet exceptionem [6] non [7] nasci, sed pœnæ [8] petitionem [9].

De sententia arbitri adversus minorem. 1. Ratio edicti de arbitro cogendo. 2. Si magistratus arbitrium receperit. 3. De persona arbitrantium.

III. IDEM lib. XIII ad Edictum.

LAbeo ait, si compromisso facto sententia dicta est, *Quo quis à* [10] *minore viginti quinque annis tutelæ absolveretur*, ratum id à Prætore non habendum: neque pœnæ eo nomine commissæ petitio dabitur. §. 1. Tametsi neminem Prætor edgat arbitrium recipere, (quoniam hæc res libera [11] & soluta est, & extra necessitatem jurisdictionis posita,) attamen, ubi [12] semel quis in se receperit arbitrium, ad curam & solicitudinem suam hanc rem pertinere Prætor putat: non tantum, quod studeret lites finiri, verum quoniam non deberent decipi, qui eum, quasi virum bonum, disceptatorem inter se elegerunt. Finge enim, post causam jam semel atque iterum tractatam, post nudata utriusque intima, & secreta negotii aperta, arbitrum vel gratiæ [13] dantem, vel sordibus [14] corruptum, vel alia [qua] ex causa nolle sententiam dicere, quisquamne potest negare, æquissimum fore, Prætorem interponere se [debuisse], ut officium quod in se recepit, impleret [15]? §. 2. Ait Prætor, QUI ARBITRIUM PECUNIA COMPROMISSA RECEPERIT. §. 3. Tractemus de personis arbitrantium. Et quidem Arbitrum cujuscumque dignitatis coget, officio, quod susceperit, perfungi: etiamsi sit Consularis: nisi forte sit in aliquo Magistratu positus, vel potestate, Consul forte, vel Prætor: quoniam in hoc imperium non habet.

IV. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

NAm Magistratus superiore, aut pari imperio nullo modo [16] possunt cogi [17]. nec interest, ante, an ipso Magistratu arbitrium susceperint: inferiores [18], possunt [cogi [19]].

De filiisfamilias arbitro.

V. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

SEd & filiusfamilias compelletur.

VI. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

QUinetiam de re patris [20] dicitur filiumfamilias arbitrum esse: nam [21] & Judicem eum esse posse plærisque placet.

De statu & fama arbitri. 1. Si in Titium servum compromissum sit.

VII. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

PEdius lib. IX & Pomponius lib. XXXIII scribunt, parvi referre, ingenuus quis, an libertinus sit, integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus [22]. In servum Labeo compromitti non [23] posse lib. XI scribit, & est verum. §. 1. Unde Julianus ait, si in Titium, & servum compromissum sit, nec Titium cogendum sententiam dicere, quia cum alio receperit [24]: quamvis servi (inquit) arbitrium nullum sit. Quid tamen, si dixerit sententiam Titius? pœna non committitur: quia non, ut receperit, dixit sententiam [25].

VIII. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

SEd si ita compromissum sit, *Ut* [*Vel*] *alterutrius sententia valeat*, Titium cogendum [26].

De statu arbitri. 1. De pupillo, furioso, muto, surdo. 2. Si idem sit judex & arbiter. 3. De sordibus & turpitudine arbitri. 4. Si arbitrum litigatores infamaverint, aut si contempserint, aut ad alium ierint.

IX. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

SEd si in servum compromittatur, & liber sententiam dixerit, puto, si liber factus fecerit consentientibus partibus, valere [27].

§. 1. Sed neque in pupillum [28], neque in furiosum, aut surdum, aut mutum, compromittetur, ut Pomponius lib. XXXIII scribit. §. 2. Si quis Judex sit, arbitrium recipere ejus rei, de qua judex est, inve se compromitti jubere prohibetur lege Julia [29]. &, si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio.

§. 3. Sunt & alii, qui non coguntur sententiam dicere: utputa si sordes, aut turpitudo arbitri manifesta sit [30]. §. 4. Julianus ait, si eum infamaverunt litigatores, non omnimodo Prætorem debere eum excusare, sed causa cognita. §. 5. Idem & si, spreta [31] auctoritate ejus, ad judicium [32],

X. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

VEl alium arbitrum

1. Si compromissum non sit. 2. Pecunia compromissa quomodo accipitur. 3. De nudo pacto. 4. Si pœna ab uno litigatore, 5. Vel sub conditione promissa sit.

XI. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

LItigatores ierint, mox ad eundem arbitrum redierint; Prætorem non debere eum cogere inter eos disceptare, qui ei contumeliam hanc fecerunt, ut eum spernerent, & ad alium irent.

§. 1. Arbitrum [autem] cogendum non esse sententiam dicere, nisi [33] compromissum intervenerit. §. 2. Quod ait Prætor: PECUNIAM COMPROMISSAM accipere nos debere, non si utrimque pœna nummaria, sed [34] si & alia res vice pœnæ, si quis arbitri sententia [35] non steterit, promissa sit: [& ita] Pomponius scribit. Quid ergo, si res apud arbitrum depositæ [36] sunt eo pacto, *Ut ei daret, qui vicerit*, vel, *ut eam* [*rem*] *daret, si non pareatur sententiæ*, an cogendus sit sententiam dicere? & puto cogendum [37]. Tantundem & si quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. Proinde, & si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit, plenum compromissum est: & cogetur sententiam dicere. §. 3. Interdum (ut Pomponius scribit) recte nudo pacto fiet compromissum [38]: utputa si ambo debitores fuerunt, & pacti sunt, *Ne petat quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruit*. §. 4. Item Julianus scribit, non cogendum arbitrum sententiam dicere, si alter promiserit, alter non [39]. §. 5. Idem dicit & si sub conditione fuerit pœna compromissa: veluti, *Si navis ex Asia venerit, tot milia*: non enim prius arbitrum cogendum sententiam dicere, quam conditio [40] extiterit: ne sit inefficax, deficiente conditione, & ita Pomponius lib. XXXIII ad Edictum scribit:

XII. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

QUo casu ad Prætorem pertinebit, in eo forsitan solo, ut, si possit dies compromissi proferri, proferatur [41].

De acceptilatione pœnæ compromissæ. 1. Si de unius controversiis sit compromissum, & alter pœnam promiserit. 2. Quid sit arbitrium recipere. 3. Quibus diebus cogitur arbiter sententiam dicere. 4. De spatio ad pronunciandum dando.

XIII. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

POmponius ait, & si alteri [42] acceptolata sit pœna compromissi, non debere eum compelli sententiam dicere [43]. §. 1. Idem Pomponius scribit [44]: Si de meis [45] solis controversiis sit compromissum, & de te pœnam sim stipulatus, videndum, ne non sit compromissum. Sed cui rei [46] moveatur, non video: nam si ideo, quia de unius controversiis solum compromissum est, nulla ratio est: licet enim & de una re compromittere [47]: si vero [ideo], quia ex altera duntaxat parte stipulatio intervenit, est ratio [48]. Quanquam si petitor quis stipulatus est [49], possit dici plenum esse compromissum: quia is, qui convenitur, tutus est [veluti] pacti exceptione; is, qui convenit, si arbitro non pareatur, habet stipulationem. Sed id verum esse non puto: neque enim sufficit exceptionem habere, ut arbiter sententiam dicere cogatur [50].

§. 2. *Recepisse* [51] autem *arbitrium* videtur (ut Pedius lib. IX dicit) qui Judicis partes suscepit, finemque se sua sententia controversiis impositurum pollicetur [52]. Quod si (inquit) hactenus intervenit, ut experiretur, an consilio suo, vel auctoritate discuti litem paterentur, non videtur arbitrium recepisse [53]. §. 3. Arbiter ex compromisso his diebus non cogitur sententiam dicere, quibus Judex non cogetur: nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit. §. 4. Proinde si forte urgeatur à Prætore ad senrentiam, æquissimum erit, si juret [54] *sibi de causa nondum liquere*, spatium ei ad pronunciandum dari.

De compromisso sine die.

XIV. POMPONIUS lib. XI ad Quintum Mucium.

SEd si compromissum sine die confectum est, necesse est Arbitro omnimodo dies [55] statuere: partibus [scilicet] consentientibus, & ita causam disceptari: quod si hoc prætermiserit, omni tempore [56] cogendus est sententiam dicere.

Quibus ex causis arbiter excusatur.

XV. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

LIcet autem Prætor districte edicat, *Sententiam se arbitrum dicere coacturum*, attamen interdum rationem ejus habere debet, & excusationem receptæ causa cognita: utputa si fuerit infamatus [57] à litigatoribus; aut si inimicitiæ capitales [58] inter eum, & litigatores, aut alterum ex litigatoribus intercesserint [59], aut si ætas [60], aut valetudo, quæ postea contigit, id ei munus remittat, aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio urgens, aut munus aliquod Reipublicæ, & id Labeo:

1. *Si arbiter judicium suo nomine habeat.*

XVI. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

ET si qua alia [61] incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat [62]. Sed in causa valetudinis similibusve, causa cognita differre [63] cogitur. §. 1. Arbiter judicii sui nomine, quod publicum aut privatum habet, excusatus esse debet à compromisso [64]: utique si dies compromissi proferri non potest: quod si potest, quare non cogat eum, cum potest, proferre? quod sine ulla districtione ipsius interdum futurum est. † Si tamen uterque velit eum sententiam dicere, an quamvis cautum non sit de die proferenda, non alias impetret, quia judicium habeat, ne cogatur, quam si consentiat [65] denuo in se compromitti? Hæc [scilicet], si dies exitura est [66].

Si unus ex litigatoribus bonis cesserit. 1. Si multo post revertantur litigatores. 2. De pluribus arbitris. 3. De compromisso, ut, quod uni placet, alter pronunciet. 4. De compromisso alternato. 5. De duobus arbitris, & tertio eligendo. 7. De tribus arbitris.

XVII. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

ITem si unus ex litigatoribus bonis suis cedat, Julianus lib. IV Digestorum scribit, non esse cogendum arbitrum sententiam dicere: cum neque agere, neque conveniri possit [67]. §. 1. Si multo post [68] revertantur ad arbitrium [69] litigatores, non esse cogendum sententiam dicere, Labeo scribit. §. 2. Item si plures sunt, qui arbitrium receperunt, nemo [70] unus cogendus erit sententiam procuratorem excusat.

1 II. C. LVI. & I *Extra.* 43. & I. *sexto.* 22. Goth. In hunc tit. vid. Coras. *lib.* 4. *miscell. c.* 18. & *lib.* 5. *miscell. c.* 11. Cujac. *lib.* 10. *observ. cap.* 38. & *in parat. S. L.*

2 De duobus arbitrorum generibus. vide *l.* 76. *ff. pro so.io.*

3 Vide *in hunc locum Socinum regula* 27. *Damhouderum in praxi arbit.*

4 Ἴσως προσφόρως διακρίνει, 7 *Ecl.* 2. *c.* 1. & 1. *Harmenop.* 4. §. 56. judicio competenti simile est.

5 *l.* 32 §. 9. *in fi. ff. eod. l.* 14. *in med. C. de judic.* ideoque scriptura requiritur, *l.* 1. 2. 3. *C. de sententiis ex breviculo recitandis.* vide *Skenkium* 1. *Viridar.* 65.

6 Exceptio nascitur ex re judicata. *ff. de except. rei judic.* at non ex arbitrio.

7 Multo minus judicati actionem, *arg. l.* 1. *C. eod.*

8 In stipulationem perductæ.

9 Notandum est citra judicia ordinaria, lites, vel ab arbitratoribus de quibus notavi *l.* 76. *ff. pro socio*] vel ab arbitris, componi: horum alii à judicibus dantur, alii ab ipsis partibus eliguntur. Si in hoc stipulatione vel nudo pacto sub pœna compromissum est, ex tali compromisso nascetur pœnæ petitio, & pacti exceptio, *ut hic.* & *l. ult. ff eod.* Si sub jurejurando, utilis in rem vel actio in factum, vel condictio, *ex l.* 4. *& pen. C. eod.* competet. Est tamen ea forma compromittendi à Justiniano sublata. *Nov.* 82. *cap.* 1. Si sine jurejurando vel pœnali stipulatione, ex tali arbitrio datur incerti actio. *l.* 27. *in fi. ff. eod.* Quid si litigatores ei tacite vel expresse adquieverint? superiores actiones ex *d. l.* 4. videntur competere: quas tamen Cujacius *in d. t.* negat in Basilicis reperiri. Est tutius stare formæ compromittendi à Justiniano traditæ. *d. Nov.* 82. ut neque jurejurando, neque citra pœnæ stipulationem pœnalem, compromissum fiat. Sed tamen Leo *Nov.* 72. constituit, ut pacta etiam non constituta pœna valeant.

10 Minor restituitur adversus compromissum. *l.* 35. §. *eod. l.* 34. *ff. de minorib.*

11 Adde *l.* 9. §. 2. *ff. eod.*

12 Arbitrium semel receptum arbiter sua voluntate repudiare non potest. v. *Papinum*, 6 *Arreftorum* 3. §. 3. adde *l.* 5. *C. de oblig.*

13 Amicitiæ.

14 Sordes in arbitro, pecunia vel odio aliquid facere.

15 Imo si sordes in eo sint, non erit cogendus, *l.* 9. §. 3. *ff. eo.*

16 *l.* 58. *ff. de judic. l.* 13. §. 4. *ff. ad Trebell.*

17 *l.* 6. *in fi. ff. de postul.*

18 Veluti Ædiles Curules, Quæstores, item Consulares: Hi enim nullum habent imperium. Pone etiam Proconsulem Legatum suum cogere: est enim Proconsulis in Legatum suum majus imperium, licet non eadem sit jurisdictio. *l.* 58. *ff. de judiciis.*

19 Possunt tamen se subjicere. *l.* 14. *ff. de jurisdict.*

20 *l.* 12. §. *fin. ff. de judiciis.*

21 Argumentum à judicio ad compromissum est, *ut hic.* servus non potest in judicio experiri, *l.* 7. *ff. si quis cautionib. & l.* 53. *ff. de judiciis.* ergo nec compromittere. Idem est in minore. Filiusfamilias de re patris judex esse potest, ergo arbiter, *ut hic.*

22 Non idem est in Assessore, *l.* 2. *ff. de off. assess.* & Advocato. *l.* 1. §. 6. *ff. de postul.*

23 *l.* 68. *ff. de verborum significe.*

24 Utile per inutile sic vitiatur.

25 Vide *l.* 32. §. 15. *ff. eod.*

26 Inhabilis habili conjunctus totum arbitrium corrumpit, nisi cuilibet in solidum committatur. *Zas.*

27 Alias servus arbiter esse non potest. *l.* 68. *ff. de verb. sign.*

28 Et minorem. *l.* 41. *ff. eod.*

29 De judiciis privatis: de qua *l.* 41. *ff. eod. l.* 2. §. *convenire. ff. de judiciis.* de qua ut & altera, dixi *ad l.* 4. *ff. de testib.* Goth. Secus jure Canonico, *cap.* 5. *extr. de arbitr.* & in praxi. Vid. Anton. Fab. *ad C. lib.* 2. *tit.* 38. *defin.* 2. Carpsov. defin. forens. *part.* 1. *constit.* 1. *defin.* 15. Tulden. in not. ad Damhoud. *prax. rer. Civil. cap.* 205. *litt.* K. Anf.

30 Imo eo casu cogi possunt. *d.* 3. §. 1. *in fi. ff. eod.*

31 *l.* 10. *l.* 11. *ff. eod.*

32 *Al.* judicem.

33 *l.* 32. § 15. *fo.*

34 Quia *pecunia* vocabulum patet latissime. *l.* 222 *ff. de verborum signif.*

35 *Al.* Sententiæ.

36 Deposita apud arbitrum vim pœnæ & stipulationis obtinent. potest arbiter ea tradere parti obtemperanti, punito eum in modum contumace. *l.* 52. § 12. *ff. de furtis.*

37 Ut exequatur suam sententiam.

38 *Arg. l.* 1. §. *pen. ff. de pactis.*

39 *l.* 13. *ff. eod.*

40 *l.* 32. §. 3. *in fi. ff. eod.*

41 Ad hanc diei prolationem refer *l.* 21. §. 2. *l.* 22. *l.* 23. *ff. eod.*

42 Resisso compromisso ex una parte, ex utraque rescinditur. *Bart.*

43 Ne si ex una tantum parte fiat promissio, sententia eludatur. *l.* 11. §. *penult. ff. eodem.*

44 Et male. *vers. sed cui.*

45 De meis solis controversiis compromittere possum, licet de tuis non compromittas, *ut hic*: at non possum pœnam promittere, si arbitri sententiæ paritum non erit, nisi & tu quoque pœnam promittas. *vers. si vero.* Arbitrium illo, non hoc modo claudicare jure potest.

46 Sed qua re moveatur.

47 *l.* 21. §. *plenum. ff. eodem.*

48 Id est, quia contractus una tantum parte consisteret. *l.* 21. §. *pen. ff. eod.*

49 Tanquam si petitor sit, qui stipulatus. *Haloand.*

50 Imo, sufficit: cum recte nudo pacto, ex quo sola est exceptio, fiat compromissum. *l.* 11. §. 3. *ff. eod.*

51 Judex compromissarius quis. 7 *Eclog.* 2. *cap.* 13.

52 In eo discernitur arbiter ab arbitratore, si judicis officium in litis ordinatione & sententia ferenda assumit. Porro, an autoritas ejus pendeat à compromisso, vide *l.* 32. §. 15. *ff. eod.* an ab eo appelletur, vid. *l.* 27. §. 2. *ff. eod.* Quæ nam actiones dentur ex compromisso, ostensum est *l.* 2. *ff. eod.*

53 Talis arbitrator dicitur: de cujus potestate vide *quæ notavi in l.* 76. *in fin. ff. pro socio.*

54 Vide *lib.* 14. *Gell.* 2.

55 *Al.* diem, *facit l.* 8. *ff. qui fa isset.*

56 Vide *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

57 *l.* 9. §. 4. *l.* 11. *ff. eod.*

58 Vide *l.* 3. *ff. de testib.*

59 Eadem causa

60 *l.* 41. *ff. eod.*

61 Ut si lingua ei abscissa sit.

62 Quæ postea emergunt, novo indigent auxilio, *l.* 11. §. 8. *ff. de interr.*

63 Diffindere, ut in XII Tabulis, *l. quæstum.* 60. *ff. de rejudicata. l.* 2. §. 3. *si quis cautionibus. l. judex.* 46. *ff. de judiciis.*

64 Aliud esse videtur in reo capitis, quia non se sistendo judicio excusatur. *l.* 4. *ff. si quis cautionibus.*

65 *l.* 21. §. 3. *ff. eod. l.* 13. §. *pen. ff. eod.*

66 *l.* 13. §. 3. *ff. eod.* adde *l.* 1. *in fin. ff.* 3. *ff. de feriis.*

67 Tutus est enim exceptione. §. *ultimo. Instit. de replicat.*

68 Illud multo post arbitrio judicis æstimandum erit: alias cœpta arbitrandi autoritas triennio finietur. *l.* 13 *C. de judiciis.*

69 *Arbitrum.*

70 Id est, unus eorum tantum non cogendus erit.

tiam dicere [71]: sed aut omnes, aut nullus [72]. §. 3. Inde Pomponius lib. XXXIII quærit, si ita sit compromissum, *ut quod Titio arbitratori placet, id Seius pronunciet*, quis sit cogendus? Et puto, tale arbitrium non valere, in quo libera [74] facultas arbitri sententiæ non est futura [75]. §. 4. Sed si ita sit compromissum, *arbitratu Titii aut Seii fieri* [76], Pomponius scribit, & nos putamus, compromissum valere: sed is erit cogendus sententiam dicere, in quem litigatores consenserint. §. 5. Si in duos fuerit sic compromissum, *ut, si dissentirent, tertium* 77 *adsumam*, puto tale compromissum non valere: nam, in adsumendo possunt dissentire. Sed si ita sit, *Ut [eu] tertius adsumeretur Sempronius*, valet compromissum: quoniam in adsumendo dissentire non possunt.

§. 6. Principaliter tamen [quæramus], si in duos arbitros sit compromissum, an cogere [78] eos Prætor debeat sententiam dicere; quia res fere sine exitu futura est, propter naturalem [79] hominum ad dissentiendum facilitatem. In impari [80] enim numero idcirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est, sed quia etsi dissentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio stabitur. † Sed usitatum est, etiam in duos compromitti, & debet Prætor cogere arbitros [81], si non consentiant tertiam certam eligere personam, cujus auctoritati pareatur. §. 7. Celsus, lib. II [82] Digestorum, scribit, si in [83] tres fuerit compromissum, sufficere [quidem] duorum consensum, si præsens fuerit & tertius: alioquin, absente eo, licet duo consentiant, arbitrium non valere: quia in plures fuit compromissum, & potuit præsentia [84] ejus [85] trahere eos in ejus [86] sententiam.

XVIII. Pomponius lib. XVII Epistolarum [& Variarum lectionum].

Secuti [87] tribus judicibus datis, quod duo ex consensu, absente tertio judicaverunt, nihil valet [88]: quia id demum quod major pars omnium judicavit, tatum est, cum & omnes judicasse palam est.

Qualis sententia dicenda. 1. Quid sit sententiam dicere. 2. De mutatione sententiæ.

XIX. Paulus lib. XIII ad Edictum.

Qualem [89] autem sententiam dicat arbiter, ad Prætorem non pertinere Labeo ait: dummodo dicat, quod ipsi videtur [90]. Et ideo si sic fuit in arbitrum compromissum, *ut certam sententiam dicat*, nullum esse arbitrium, nec cogendum sententiam dicere Julianus scribit, lib. IV Digestorum. §. 1. *Dicere* autem *sententiam* existimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, ut secundum id discedere eos à tota controversia velit [91]. Sed si de pluribus rebus sit arbitrium receptum, nisi omnes controversias finierit, non videtur dicta sententia; sed adhuc erit à Prætore cogendus. §. 2. Unde videndum erit, an mutare sententiam possit? Et alias quidem est agitatum, si arbiter jussit *dari*, mox vetuit, utrum eo quod jussit, an eo quod vetuit, stari debeat? Et Sabinus quidem putavit, posse: Cassius sententiam Magistri [92] sui bene excusat: & ait, Sabinum non de ea sensisse sententia, quæ arbitrium finiat, sed de præparatione causæ: utputa si jussit litigatores Calendis adesse, mox Idibus jubeat; nam mutare eum diem posse [93]: cæterum, si condemnavit, vel absolvit, dum arbiter esse desierit, mutare [se] sententiam non posse.

XX. Gaius lib. V ad Edictum provinciale.

Quia arbiter, etsi erraverit in sententia dicenda, corrigere eam non potest [94].

1. Quomodo contra sententiam arbitri fit. 2. De die solutionis. 3. De sententia incerta. 4. Si arbiter pœnam peti vetuit. 5. De prolatione diei. 6. De pleno compromisso. 7. Si arbiter aliquid non honestum. 8. Vel post diem compromissi adesse jusserit. 9. De absentia unius ex litigatoribus. 10. De loco arbitrii. 12. De die solutionis.

XXI. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

Quid tamen [95], si de pluribus controversiis sumptus est nihil sibi communibus, & de una sententiam dixit, de aliis nondum? nunquid desiit esse arbiter? Videamus igitur, an in prima controversia possit mutare sententiam, de qua jam dixerat? Et multum interest, *de omnibus simul ut dicat sententiam*, compromissum est, an non: Nam si de omnibus, poterit mutare: nondum enim dixit sententiam [96]: Quod si & separatim, quasi plura [97] sunt compromissa; & ideo, quantum ad illam controversiam pertinet, arbiter esse desierat. §. 1. Si arbiter ita pronunciasset, *Nihil videri* [98] *Titium debere Seio*, tametsi Seium non vetuisset petere, tamen, si [99] quid petiisset, videri contra sententiam arbitri feciisse: & id Ofilius & Trebatius responderunt [100]. §. 2. Solutioni diem [1] posse arbitrum statuere puto: & ita Trebatius videtur sentire. §. 3. Pomponius ait, inutiliter [2] arbitrum incertam [3] sententiam dicere; utputa, *Quantum* [4] *ei debes, redde: Divisioni vestræ stari placet: pro ea parte, quam creditoribus tuis solvisti, accipe.*

§. 4. Item si arbiter [5] pœnam ex compromisso peti vetuerit, in lib. XXXIII apud Pomponium scriptum habeo, non valere: & habet rationem, quia non de pœna compromissum est [6].

§. 5. Papinianus lib. III Quæstionum ait: Si, cum dies compromissi finiretur [7], prolato [8] diei litigatores denuo in eum compromiserint, nec secundi compromissi arbitrium receperit, non esse cogendum recipere, si ipse in mora non fuit, quo minus partibus suis fungeretur: Quod si per eum factum est, æquissimum esse, cogi [9] eum à Prætore sequens recipere: Quæ quæstio ita procedit, si nihil in priore compromisso de die proferendo caveatur: cæterum si [10] caveatur, & ipse protulit, mansit arbiter.

§. 6. Plenum compromissum appellatur, *quod de rebus controversis vel compositum est*: nam ad omnes controversias pertinet: sed si forte de una re sit disputatio, licet pleno compromisso actum sit, tamen ex cæteris causis actiones superesse: id enim venit in compromissum [11], de quo actum est, (ut) veniret [12]. Sed est tutius, si quis de certa re compromissum facturus sit, de ea sola exprimi re in compromisso. §. 7. Non debent autem obtemperare [13] litigatores, si arbitor aliquid non honestum jusserit [14]. §. 8. Si intra diem compromissi adhuc arbiter, post diem compromissi adesse jusserit, pœna non committetur. §. 9. Si quis ex litigatoribus [15] adeo non adfuerit, quod valetudine, vel Reipublicæ causa absentia impeditus sit, aut Magistratu, aut alia justa [de] causa, pœnam committi Proculus & Atilicinus aiunt: sed, si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari, aut exceptione tutum fore. Sed hoc ita demum verum erit, si arbiter recipere in se arbitrium fuerit paratus: nam invitum non esse cogendum, Julianus libro quarto Digestorum recte scribit, ipse autem nihilominus pœna absolvitur. §. 10. Si arbiter jussit (puta) *in provincia adesse litigatores*, cum Romæ esset in eum compromissum, an ei impune non pareatur, quæritur? Est & verius, quod Julianus ait lib. IV eum locum compromisso inesse, de [16] quo actum sit, ut promitteretur. Impune igitur ei non parebitur, si alio loco adesse jusserit. Quid ergo, si non appareat, de quo loco actum sit? Melius dicetur, eum locum contineri, ubi [17] compromissum est. † Quid tamen, si in eo loco, qui sit circa Urbem, adesse jusserit? Pegasus admittit, valere jussum: Quod puto [ita] verum esse, si [&] ejus sit auctoritatis arbiter, [ut] in secessibus [18] soleat agere, & litigatores facile eo loci venire possint [19]. §. 11. Sed si *in aliquem locum inhonestum adesse* jusserit, puta in popinam, vel in lupanarium, ut Vivianus ait, sine dubio impune ei non parebitur [20]: quam sententiam & Celsus lib. II Digestorum probat. Unde eleganter tractat: si is sit locus in quem alter ex litigatoribus honeste venire non possit, alter possit, & is non venerit, qui sine sua turpitudine eo venire possit, is venerit qui inhoneste venerat, an committatur pœna compromissi, [an] quasi opera [21] non præbita? Et recte putat non committi: absurdum [22] enim esse, jussum in alterius persona ratum esse, in alterius non. §. 12. Intra quantum autem temporis, nisi detur quod arbiter jusserit, committatur stipulatio, videndum est: Et, si quidem dies adjectus non sit, Celsus scribit libro secundo Digestorum, inesse quoddam modicum tempus [23], quod ubi præterierit, pœna statim peti potest: & tamen (inquit) [&] si dederit ante acceptam judicium, agi ex stipulatu non poterit [24].

Quid sit sententiæ stare. 3. De die solutionis.

XXII. Paulus lib. XIII ad Edictum.

Vtique nisi ejus interfuerit, tunc solvi.

XXIII. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

Celsus ait, si arbiter *intra Kalendas Septembres dari* jusserit, nec datum erit: licet postea [25] offeratur, attamen semel commissam pœnam compromissi non evanescere: quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse [26]. Sin autem oblatum accepit, pœnam petere non potest, doli exceptione removendus. Contra, ubi dumtaxat *dare* jussus est. §. 1. Idem ait, si jusserit *me tibi dare*, & valetudine sis impeditus, quo minus accipias, aut alia justa [ex] causa, Proculum existimare, pœnam non committi, nec si post Kalendas, te parato accipere non dem. Sed ipse recte putat duo esse arbitri præcepta: unum, *pecuniam dari*, aliud, *intra Kalendas dari*. Licet igitur in pœnam non committas, quod intra Kalendas non dederis, quoniam per te non stetit, tamen committis in eam partem, quod non das [27]. §. 2. Idem ait, nihil aliud esse *sententiæ stare [posse]*, quam id agere, quantum [28] in ipso sit, ut arbitri pareatur sententiæ. §. 3. Idem Celsus ait, si arbiter me tibi *certa die pecuniam dare* jusserit, tu accipere noluisti [29], posse defendi, ipso jure pœnam non committi [30]:

XXIV. Paulus lib. XIII ad Edictum.

Sed si postea ille paratus sit accipere, non impune me non datum: non enim ante feceram.

Si arbiter, de quibusdam rebus dicta sententia, diem protulerit. 1. De clausula, Dicm compromissi proferre, & quale debet esse sequens compromissum.

XXV. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

Labeo ait, si arbiter, cum in compromisso cautum esset, *Ut eadem die de omnibus sententiam diceret, & ut posset diem proferre*, de quibusdam rebus dicta sententia, de quibusdam non dicta, diem protulit, valere prolationem; sententiæque ejus posse impune non pareri: & Pomponius probat Labeonis sententiam: Quod & mihi videtur: quia officio in sententia functus non est. §. 1. Hæc autem clausula, *Diem compromissi proferre*, nullam aliam dat arbitro facultatem, quam diem prorogandi: & ideo conditionem primi compromissi neque minuere, neque immutare potest: & ideo cætera quoque discutere, & pro omnibus unam sententiam ferre [debebit]. §. 2. Si per fidejussorem fuerit cautum in primo compromisso, & sequens similiter proferendum [31], Labeo dicit. Sed Pomponius dubitat, utrum iisdem, an & aliis tam idoneis: Quid enim, inquit, si iidem fidejubere noluerint? Sed puto, si [32] noluerint fidejubere, tunc alios non absimiles [33] adhibendos:

XXVI. Paulus lib. XIII ad Edictum.

Ne [34] in potestate sit fidejussorum, postea se non obligantium, ut pœna committatur. † Idemque & si decesserint.

Quibus modis dies prorogatur. 1. De morte unius ex litigatoribus. 2. Quali sententiæ stari debet. 3. De diversis sententiis plurium arbitrorum. 4. De absentia unius ex litigatoribus. 5. Quid sit coram sententiam dicere. 6. De eo qui præsens sententiam dicere prohibuit. 7. Si pœna compromisso adjecta non sit.

XXVII. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

Diem proferre [35] vel præsens, vel per nuncium, vel per epistolam potest. §. 1. Si heredis mentio, vel cæterorum facta in compromisso non fuerit, morte solvetur compromissum [36]: Nec utimur Labeonis sententia, qui existimavit, si arbiter aliquem *pecuniam dare* jusserit, & is decesserit antequam daret, pœnam committi, licet heres ejus paratus sit offerre. §. 2. Stari [37] autem debet

---

71 *l. 32. §. 13. ff. eod.*

72 Imo in duo admittitur, tat. ex videantur, *l. 3. ff. quod cujusque universitatis nomine.* Goth. Si plures simpliciter accepti sint arbitri, non possunt uno, vel aliquibus absentibus, arbitrari præsentes. *l. ... & l. 18. in pr. ff. eod.* Sed contra Jure Canonico inditinctè valet sententia à majori parte præsentium arbitrorum lata: quamvis aliqui abfuerint. *cap. 2. & cap. ult. de arbitr. in 6.* vid. Vinnium *de stip. pract.* 38. & num 13. Blanc. *de compromiss. quæst. com.* 53. Anf.

73 Disceptator est, qui litem & controversiam dirimit & componit, judex vel arbiter. *Cicero in partitionib.* aut auscultator est, modo qui audit aut disceptator, id est, rei sententiæque moderator.

74 Libera debet esse arbitri sententia.

75 *l. 19. ff. eod.* nec enim diceret quod ipsi videretur.

76 Id est, arbitrio Titii aut Seii facere promittis.

77 Tertius arbiter est velut superarbiter & impar arbiter. vide *c. 61. de appellat.* ἐπιτρίτης.

78 Vide *l. ult. in fin. C. de judiciis.*

79 Naturalis qualitas in homine est dissentire. de qualitate naturali dixi *ad l. 1. §. 10. ff. si quadrupes.*

80 Imparem numerum antiqui præseriorem hominibus crediderunt. *Festus.* Cæterum de diversis paribus vel imparibus judicum sententiis vide *Cujac. 12. obs. 16.*

81 Usu obtinuit ut arbitri cogantur pronunciare vel tertium eligere. *Speculator in tit. de arbitris. in §. sequitur.*

82 *Al.* tertio.

83 *l Harmenop. 1. § 73.*

84 Hinc colligit Accursius, absentiam plus operari, quam præsentiam cum contradictione.

85 Unius interdum sententia alios dissentientes in rectam viam retrahit. Sic unus Ephesius persuadet Romanis ut petant leges à Græcis civitatibus, *l. 2. §. fostea. ff. de origine juris.* Uni ita Gamalieli cæteri omnes Judæi cesserunt. *Act. 5.* uni Paphnutio Nicena synodus consensum præbuit. Sozomenus *1. cap. 22.*

86 Id est, *in suam.*

87 *Harmenopul. dicto loco.* 88 Vide *l. 39. ff. de re judicata.* cur ita? vide *l. 26. ff. de regulis juris.*

89 1 *Harmenop. 4. §. 68.* id est, æquam vel iniquam: in scriptis, vel voce, præsens, vel per nuncium. *Bald. in c. Quintavallis. extr. de jurejur.* 90 *l. 17. §. 3. ff. eod.* alias arbitrium recepisse non videtur, qui quod alii placeat se dicturum pollicitus est: Placeat, inquam, in individuo, non in genere subalterno. *l. 26. ff. de re jud. Zas. Antinom. 2.* 91 *l. 13. §. 2. ff. eod.* 92 Magister hic idem quod professor. Javolenus ita Juliani præceptor fuit. Magistris & præceptoribus opponuntur auditores. *l. 1. §. 6. ff. de aqua pluvia.* 93 Facit *l. 14. ff. de re judic.* 94 Quia judex esse desiit, quum sententiam dixit, 7 *Eclog. 2. c. 13.* 1 *Harmenop. 4. §. 59. & 60.* quia per sententiam expirat compromissum. *Ferrariens. in forma compromissi, in verbo, dimittendum.* Consensu tamen partium vis ea & potestas ei tribui potest. An vero partibus transigere liceat post sententiam arbitri? negat Bartol. *l. 21. ff. eod.* quia per sententiam arbitri desinit esse res dubia, nec super una re possunt ferri plures sententiæ. *l. 1. C. quando provocare.* An obscuram sententiam declarare potest arbiter? Ait Baldus *in l. 4. in fine. C. eod.* Negat Speculator, *tit. de arbitr. vers. sed nunquid.* & recte: functus enim arbiter officio suo per sententiam censetur. 95 Vide *Cujac. 12. observ. 2.* 96 Compromisso rerum omnium non satisfacit sententia in unam tantum speciem lata: & quia non satisfacit, nec ideo lata sententia esse intelligitur: ideoque postea arbiter secundam proferre potest.

97 Tot sunt compromissa, quot res separatim compromissæ: vide quæ notavi *ad l. 29. ff. de verborum oblig.* 98 De formula arbitri ferendi hoc verbo, *videri*, concepta, adde *l. 27. ff. de liberali causa. l. ult. ff. de heredibus instituendis. l. 26. ff. de jure fisci.* 99 *l. 59. §. 1. ff. de re judicata.*

100 Judex vel arbiter qui pronunciat reum *non videri debere*, satis vetat ab eo petere, *ut hic.* An testis depositio per dictum, *videtur*, valeat, vide *hic Bart. & quæ notavi in l. 18. C. de testib.* Goth. Adde Rævard. *pro tribunal. cap. 21.* Anf. 1 *§. ult. ff. eod. l. 22. l. 23. ff. eod.* 2 Imo utiliter dicit, v. *quæ notavi ad l. 5. §. 1. l. 59. §. 1. ff. de re judic.* 3 Vid. *l. 1. C. de sentent. quæ sine certa quantitate.* 4 De formula sententiarum adde quæ scripsi *ad l. 1. §. 5. ff. ad Turpillianum.*

5 Ita *Florentin.* al. *sic arbiter.* 6 Vid. *l. 32. §. 15. ff. eo.* 7 Exiret, *l. 23. §. 3. l. 19. in fin. ff. eod.* 8 *Prolatus* dies, dilatus, diffusus, prorogatus, & si licet dicere, prolongatus. 9 Vide quæ scripsi *ad l. ult. in fi. C. de usuris rei jud.*

10 *17. distinctionem* à me notatum *in l. 27. §. 1. ff. de pactis.* & quæ scripsi *ad Instit. 2 tit. de rerum div. 102.*

11 Aliud in judiciis. *l. 61. ff. de judiciis.*

12 Hoc compromissum verbis generalibus, restringitur ad id de quo actum intelligitur. *Baro.*

13 Ἵνα ὑπαρχὸν τὰ αἱρετῷ δικαιωθῇ, obtemperare compromisso. 7 *Eclog. 2. cap. 22. §. 7.*

14 Compromisso generali sententiæ, tacite continetur *honestatis* clausula.

15 Vid. Joann. Robert. *recept. sent. lib 2. cap. 12.* Anf.

16 Vide *l. 5. C. quomodo & quando judex.*

17 Adde *l. 19. ff. de judiciis.*

18 Secessibus his non passim quique utebantur, sed notæ tantum autoritatis homines. Tali secessu utitur Labeo, *l. 2. §. 47. ff. de origine juris.* & Medicus quidam in *l. 15 in fin. ff. mandati* adde Plin. 2 *epistola 7.* vide Symmachum passim, *in epistol.*

19 Id periculum ut evitetur, cautius est, ut in compromisso arbitro detur facultas sententiæ ferendæ, etiam alio quam compromissi loco.

20 Ut qui non pareat, non incidat in contumaciam: Si quidem citatio ad locum inhonestum non cogit citatum. *Bart.*

21 Operam præbet litigator arbitro. dixi *l. 39. ff. eod.*

22 Relatorum in uno quod juris est, idem juris esse debet in altero. vid. *l. 41. ff. de reg. jur.*

23 Vide *l. 21. ff. de jud.* an quatuor mensium? v. *l. fi. C. de usur rei judic.* post hæc, dies interpellat pro homine, & mora committitur & pœna, *arg. l. ult ff. eod.*

24 Et ita mora ante judicium purgari potest, v. *l. 8. ff. si quis caut.*

25 Id est, multo post. *Accurs.*

26 Quid si non multo post, an pœnam committet? non puto: idque humanius videtur, *arg. d. l. ult. & l. 8. & l. 105. ff. de solut.* hic interea notandum tempus solutionis & moræ currere à die cognitæ sententiæ arbitrariæ. vide *Bart. in Conf. 230.*

27 Ea molestia carebit debitor, si post diem, mox pecuniam creditori offerat: & oblatam legitime consignet, de quo vide *l. 9. C. de solut.*

28 Nam si per jus impedietur, aliud fuerit. *l. 21. §. 7. ff. eod. l. 76. in fin. ff. pro socio.*

29 *l. 40. in fin. ff. eod.*

30 Quid si ea pecunia offerenti, sine ejus dolo postea periit, Cui peribit? vide *l. 39. ff. de solut. & l. 73. in fin. ff. de verb. oblig.* 31 Perferendum. *vulgat. & male.* 32 An possint nolle, dixi *ad l. 45. §. 2. ff. mandati,* 33 Id est, non minus idoneos. adde *l. 10. in fi. ff. quod metus causa. l. 2. §. locum. ff. de religiosis. l. 14. §. pen. ff. de constituta. l. 9. in pr. ff. locati.* 34 Adde *l. 2. ff. quod vi aut clam*, adde quæ scripsi in *l. 20. ff. judicatum solvi.* 35 Dixi *l. 21. §. 5. ff. eo.* 36 Vid. *l. 30. ff. eod.* Anf. 37 Atque ita non potest ab ea appellari. *l. 1. C. eod. ubi dixi*, nec poterit etiam ad arbitrium viri boni redigi. *l. 76. ff. pro socio.* Goth. Imo non stari debet. *l. 13. ff. §. 5. Inst. de his qui not. infam.* Anf.

debet sententiæ arbitri quam de re dixerit, sive [38] æqua, sive iniqua sit [39]: & sibi imputet, qui compromisit [40]: Nam & Divi Pii rescripto adjicitur: *Vel minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet.* §. 3. Si plures arbitri [41] fuerint, & diversas sententias dixerint, licebit sententiæ eorum non stari: sed si [42] major [43] pars consentiat, ea stabitur, alioquin pœna committetur. Inde quæritur apud Julianum, si ex tribus arbitris unus quindecim, alius decem, tertius quinque condemnent, cui sententiæ stetur? & Julianus scribit, quinque [44] debere præstari: quia in hanc summam omnes consenserunt [45]. §. 4. Si quis litigatorum defuerit [46]; quia per eum factum est, quo minus arbitretur, pœna committetur: Proinde sententia quidem dicta non coram litigatoribus non valebit: nisi in compromissis hoc specialiter [47] expressum sit, ut, vel uno, vel utroque absente, sententia promatur [48]: pœnam autem is, qui defuit, committit: quia per eum factum est, quo minus arbitretur. §. 5. *Coram* [49] autem *dicere sententiam* videtur, qui sapientibus dicit: cæterum coram furioso vel [50] demente, non videtur dici [51]: Item, coram pupillo non videri sententiam dictam, nisi tutor præsens fuit. Et ita de his omnibus Julianus lib. IV Digestorum scribit. §. 6. Et, si quis præsens arbitrum sententiam dicere prohibuit, pœna committetur. §. 7. Sed si pœna non fuisset adjecta compromisso, sed simpliciter *sententiæ stari* quis promiserit, incerti [52] adversus eum foret actio [53].

De certa, vel incertæ summæ promissione.

XXVIII. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

NOn autem interest, certa, an incerta summa compromissa sit; ut puta QUANTI EA RES ERIT.

Quomodo contra sententiam arbitri fit.

XXIX. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

ADversus sententiam arbitri fit, si peratur ab eo, à quo arbiter peti vetuit [54]. † Quid ergo, si à fidejussore ejus petatur, an pœna committatur? & puto, committitur [55]: & ita Sabinus scribit: nam τῷ δωσόμενον, id est, *poterit*are, à reo petit [56]. Sed si cum fidejussore compromisi, & à reo petatur, nisi interfit fidejussoris [57], non committetur [58].

Si quis rem de qua compromissum est, in judicium deducat.

XXX. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

SI quis rem, de qua compromissum sit, in judicium deducat, quidam dicunt, Prætorem non intervenire ad cogendum arbitrum sententiam dicere: quia jam pœna non potest esse: atque si solutum est compromissum. Sed si hoc obtinuerit, futurum est, ut in potestate ejus, quem pœnitet compromisisse, sit compromissum eludere [59]. Ergo adversus eum pœna [60] committenda est: lite apud Judicem suo ordine peragenda [61].

De dolo & de pleno compromisso.

XXXI. ULPIANUS lib. XIII ad Edictum.

ITa demum autem committetur stipulatio, cum adversus eam quid fit, si [62] sine dolo malo stipulantis factum est: sub hac enim conditione committitur stipulatio, ne quis doli [sui] præmium ferat [63]. † Sed siquidem compromisso adjiciatur [64], [*ut*] *si quid dolo in ea re factum sit*; ex stipulatu conveniri qui dolo fecit, potest: & ideo, si arbitrum quis corrupit vel pecunia, vel ambitione, vel advocatum diversæ partis, vel aliquem ex his, quibus causam suam commiserat, [ex doli clausula poterit conveniri:] vel si adversarium callide circumvenit. † Et omnino si in hac lite dolose versatus est, locum habebit ex stipulatu actio: & ideo, si velit de dolo actionem exercere adversarius, non debebit, cum habeat ex stipulatu actionem. † Quod si hujusmodi clausula in compromisso adscripta non est, tunc de dolo actio, vel exceptio locum habebit. † Hoc autem compromissum plenum est, quod & doli clausulæ habet mentionem [65].

De quantitate pœnæ compromissæ. 1. Si pœna commissa sit. 2. Si mulier nomine alieno compromiserit. 3. Si compromissum non valet, aut pendet, an ex eo pœna exigi possit. 4. De sacerdotio. 5. De transactione & rei controversæ interitu. 6. De famoso & publico delicto. 7. De liberali causa, de populari actione. 8. Si servus compromiserit. 9. De legatione. 10. Si hereditatem petat is qui cum defuncto compromiserat. 11. De prolatione diei. 12. Si arbiter se celaverit. 13. De pluribus arbitris. 14. De doli exceptione adversus arbitri sententiam. 15. De officio & potestate arbitri. 16. De sententia, quæ finem controversiæ non imponit. 17. Si jubeat arbiter sibi alium conjungi. 18. De procuratoribus. 19. De herede. 20. De vacua possessione. De cautione de rato. 21. De die proferenda.

XXXII. PAULUS lib XIII ad Edictum.

NOn distinguemus in compromissis, minor, an major sit pœna, quam res de qua agitur. §. 1. Non cogetur arbiter sententiam dicere, si [66] pœna commissa sit. §. 2. Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia compromissa, propter intercessionem. §. 3. Summa rei est, ut Prætor se non interponat, sive initio nullum sit compromissum, sive sit: sed pendeat, an ex eo pœna exigi potest, sive postea deficiat pœna compromisso soluto die, morte, acceptilatione, judicio, pacto. §. 4. Sacerdotio [67] obveniente [68], videbimus an cogatur arbiter sententiam dicere? id enim non tantum honori personarum, sed & *majestati* [69] *Dei indulgetur: cujus sacris vacare sacerdotes oportet* [70]. Cæterum si postea susceperit, iste quoque omnimodo sententiam ferre debet.

§. 5. Item non est cogendus, si de negotio transactum est, vel homo mortuus est, de quo erat compromissum: nisi si posteriore casu aliquid litigantium interfit. §. 6. Julianus indistincte scribit: Si [71] per errorem de famoso delicto ad arbitrum itum est, vel de [72] ea [re] de qua publicum judicium fit constitutum, veluti de adulteriis, sicariis, & similibus [73]; vetare debet Prætor sententiam dicere, nec dare dictæ executionem [74]. §. 7. De liberali causa compromisso facto, recte non compelletur arbiter sententiam dicere: quia favor libertatis est, ut Majores [75] Judices habere debeat [76]. † Eadem dicenda sunt, sive de ingenuitate, sive de libertinitate quæstio sit: & si ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur. † Idem dicendum est, in populari [77] actione. §. 8. Si servus [78] compromiserit, non cogendum dicere sententiam arbitrum: nec, si dixerit, pœnæ exsecutionem dandam de peculio, putat Octavenus [79]. Sed an, si liber cum eo compromiserit, exsecutio adversus liberum detur, videamus: Sed magis est, ut non detur. §. 9. Item si qui Romæ compromiserit, mox Romam in Legationem venerit, non est cogendus arbiter sententiam dicere: non magis, quam cogeretur, si litem ante contestatus esset, nunc eam exercere: nec interest, tunc quoque in legatione fuerit, an non. Sed si [nunc] in legatione compromittat, puto cogendum arbitrum sententiam dicere [80]: quia &, si judicium sponte accepisset, cogeretur peragere [81]. Sunt tamen, qui de isto non recte dubitant: qui utique nullo modo dubitabunt, si de ea re in Legatione compromisit, quam in legatione contraxit: quia & judicium eo nomine accipere cogeretur. † Illud in prima specie potest dispici, an, si ante compromisit Legatus, cogendus sit arbiter sententiam dicere, si ipse legatus postulet [82]? Quod prima ratione potest videri iniquum, ut in ipsius potestate sit. Sed hoc tale erit, quale si actionem velit dictare, quod facere ei licet [83]. Sed compromissum istud comparabimus [84] ordinariæ actioni, ut non alias audiatur desiderans, ut arbiter sententiam dicat, quam si se defendat. §. 10. Si is faciat controversiam hereditatis, qui cum defuncto compromiserat, futurum est præjudicium [85] hereditati, si arbiter sententiam dicat: ergo, interea inhibendus est arbiter.

§. 11. Dies compromissi proferri potest, non [cum] ex conventione, sed cum jussu arbitri eam proferri necesse est, ne pœna committatur. §. 12. Si arbiter sese celare tentaverit, Prætor eum investigare debet: & si diu non paruerit, multa adversus eum dicenda est [86]. §. 13. Cum in plures compromissum est ea conditione, *ut quam quilibet, vel unus dixisset sententiam, eo staretur*, absentibus cæteris nihilominus qui præsens est cogetur: At si ea conditione, *ut omnes dicant*, vel *quod de majoris partu sententia placuerit*, non debet singulos [87] separatim cogere: quia singulorum sententia ad pœnam non facit. §. 14. Cum quidam arbiter ex aliis causis inimicus manifeste apparuisset, testationibus etiam conventus, *ne sententiam diceret*, nihilominus nullo [88] cogente dicere perseverasset, libello [89] cujusdam id querentis, Imperator Antoninus subscripsit, *posse eum uti doli mali exceptione.* Et idem, cum a judice consuleretur, apud quem pœna petebatur, rescripsit, *etiamsi appellari non posset, doli* [90] *mali exceptionem in pœnæ petitione obstaturam.* Per hanc ergo exceptionem quædam appellandi species est, cum liceat retractare de sententia arbitri. §. 15. *De officio arbitri* tractantibus sciendum est, omnem tractatum ex [ipso] compromisso sumendum: nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, ut efficere possit, cautum est: non ergo quodlibet statuere arbiter poterit, nec in re qualibet: nisi de qua re compromissum est, & quatenus compromissum est [91]. §. 16. Quæsitum est de sententia dicenda? & dictum, non quamlibet [92]: licet de quibusdam variatum sit: & puto, vere non committi, si dicat *ad judicem de hoc eundo, vel se, vel alium: *in* se vel in alium compromittendum:* Nam & Julianus, impune non pareri, si jubeat *ad alium arbitrum ire*, ne finis non sit. Quod si hoc modo dixerit, *Ut arbitrio Publii Mævii fundus traderetur, aut satisfatio detur*, parendum esse [93] sententiæ: Idem Pedius probat [94], ne propagentur arbitria, aut in alios interdum inimicos agentium transferantur, sua sententia finem controversiæ eum imponere oportet: non autem finiri controversiam, cum aut differatur arbitrium, aut in alium transferatur: partemque sententiæ esse, quemadmodum satisdetur, quibus fidejussoribus: idque delegari non posse, nisi ad hoc compromissum sit, ut arbiter statueret, cujus arbitratu satisdaretur. §. 17. Item si jubeat, *sibi alium conjungi*, cum id in compromisso non sit, non dicit sententiam: nam sententia esse debet de re compromissa: de hoc autem compromissum non est.

§. 18. Si domini, qui invicem stipulati sint, procuratores suos agere apud arbitrum velint, potest jubere, ipsos etiam adesse [95]. §. 19. Sed si *heredis* in compromissis mentio fit, potest jubere, *etiam heredem eorum adesse* [96]. §. 20. Arbitri officio continetur & quemadmodum detur vacua possessio [97]. An & *satus ratam rem habiturum*? Sextus Pedius putat: Quod nullam rationem habet: nam si ratum non habeat dominus, committetur stipulatio.

§. 21. Arbiter nihil extra compromissum facere potest: & ideo necessarium est adjici de die compromissi proferenda: cæterum impune jubenti non parebitur.

XXXIII. PAPINIANUS lib. I Quæstionum.

ARbiter ita sumptus ex compromisso, *ut & diem proferre* [98] *possit*, hoc quidem facere potest: referre [99] autem contradicentibus litigatoribus, non potest [100].

De duobus reis. 1. Si pœna commissa sit.

XXXIV. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

SI duo rei [1] sunt, aut credendi, aut debendi, & unus compromiserit, isque vetitus sit *petere*, aut *ne ab eo petatur*: videndum est, an, si alius petat, vel ab alio petatur, pœna committatur: Idem in duobus argentariis, quorum nomina [2] simul [3] eunt: Et fortasse [4] poterimus ita fidejussoribus conjungere [5], si socii sunt [6]: alias nec a te petitur, nec ego peto, nec meo nomine petitur, licet à te petatur. §. 1. Semel commissa pœna solvi compromissum rectius puto dici; nec amplius posse committi, nisi id actum sit, ut (in) singulas causas totiens [7] committatur [8].

Si pupillus compromiserit.

XXXV. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

SI pupillus sine [9] tutoris autoritate [10] compromiserit, non est arbiter cogendus pronunciare: quia, si contra eum pronuncietur, pœna non tenetur, præterquam si fidejussorem dederit, à quo pœna peti possit: Idque & Julianus sentit [11].

De

---

38 7 *Eclog.* 3. *cap.* 27. 1 *Harmenop.* 4. §. 56.

39 Vide *legem* 65. §. 2. *ff. ad Trebell.*

40 Bartolus tamen appellari posse ait, *in l.* 9. *ff. qui satisd. cogan.* vide *quæ notavi l.* 2. *ff. eod.* Idemque esse in arbitratore, si modice quis ejus sententia læsus sit. nam si immodice (id est, ultra sextam partem. *arg. l.* 76. *& seqq. ff. pro socio*: alii ultra dimidiam. *arg. l.* 2. *C. de rescind. vend.*) vel exceptione doli tutus erit læsus. *l.* 32. §. 14. *ff. eo. Ferrar. hoc tit. in verbo, dimittendam.* vel per actionem petere potest, ut sententia reducatur ad arbitrium boni viri, id est, Judicis *l.* 80. *ff. pro Socio.* Minsing. 6. *Resp.* 55. *num.* 31. 32. Idem 3 *Resp.* 28. *num.* 37. tradit, vel ideo arbitratoris iniquam sententiam esse, id est, uni rem alterius adjudicare posse, quod concordiam inter partes attendere maxime debeat.

41 Quid si plures sint judices? vide *l.* 38. *ff. de rejud.* Goth. Vid. Sarmieut. *select. lib.* 6. *c.* 4. Anf.

42 Testi uni adfirmanti magis creditur, quam mille negantibus. vide tamen Socinum, *regul.* 426.

43 Vide *l.* 17. §. 7. *ff. eod.*

44 Hoc est, minorem. unde colligitur, sententiam quæ minorem summam continet, prævalere. vide tamen Socinum, *reg.* 370. Goth. Adde Cabed. *decis.* 7. *n.* 3. Salicet. *ad l. hac edictali.* §. *his illud. C. de secund. nupt.* & quid in praxi, Autumn. *Censur. Gall. hic.* Anf.

45 Minor summa majori inest. *l.* 9. §. 3. *ff. de heredibus instituendis. l.* 110. *ff. de regulis.*

46 *l.* 2. *C. eod.*

47 Specialiter exprimi multa necesse est.

48 *Al.* proferatur.

49 Coram litigatoribus dicere sententiam non videtur, qui coram non sapientibus dicit: v. *l.* 209. *ff. de verb. sig.*

50 Si sapientes non adsint.

51 Adde *l.* 47. *in fi. l.* 49. *ff. eod.*

52 Id est, conditione certi ad incertum, interesse fcil. *l. ult. ff. si quis in jus. Accurf.*

53 Vide quæ notavi *ad l.* 2. *ff. eod.*

54 Adde *l.* 23. §. 2. *ff. eod.*

55 Al. *committi.*

56 Eodem modo traditur, indicias reo concessas, solutioni faciendæ ad ejus fidejussores extendi, ne per medium fidejussorem ipse reus solvere cogatur. *l. ult. in fi. C. de usuris reijudic.* 57 Ut *l.* 34. *ff. eod.*

58 Hinc colligo, sententiam pro fidejussore latam, ad principalem non porrigi. *Bart.*

59 Quod esse non debet. *l.* 26. *ff. eod.* 60 Cur? pœna hæc debetur propter contemptum. vide quæ scripsi *ad l.* 17. *C. de transact.* 61 Stante compromisso non licere transire ad priorem judicem vult Gratianus *disceptation. forens. tom.* 3. *c.* 557. *num.* 24. *& seq. & tom.* 4. *c.* 672. *num.* 11. 12. 13. 14. *Decis. Cur. Holland.* 40. Cancer *resolut. tom.* 1 *c.* 21. *n.* 66. Rebuff. *ad Constit. Reg. tract. de arbitr. art.* 1. *gloss.* 14. *n.* 22. Anf. 62 1 *Harmenopul.* 4. §. 57. 63 *l.* 5. §. 3. *ff. si quis cautionibus. l.* 1. §. *penult. ff. de separat. bon. l.* 7. §. 8. *de dolo.* vide *l.* 38. §. 13. *ff. de verb. obl. l.* 19. *ff. judicatum solvi.*

64 Quemadmodum solet adjici. *l.* 3. *C. eo.* 65 Et stipulationem, *l.* 13. §. 1. *ff. eod.* quodque de omnibus controversiis interponitur. *l.* 21. §. 6. *ff. eod.* 66 Nisi pœna, ut *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*

67 Vide *l.* 2. *ff. de in jus vocando.* 68 Arbitro scilicet, antequam sententiam ferat. 69 Dei sacerdotio sibi delato arbiter ut vacet fidelius, ab arbitrio dicendo se excusare potest. Deo enim magis se debet quam hominib. 70 *Ut & in l.* 2. *ff. de in jus vocando. l.* 17. *l.* 18. *ff. de procurat. l.* 60. §. 1. *ff. de donat. inter virum. l.* 36. *ff. de fideic. lib. l.* 13. *ff. de vacat. & excus. munor. l.* 23. *C. de Episcopis.*

71 Arbiter ex compromisso sumptus sententiam dicere vetatur in actione famosa, ex delicto vel crimine publico: quod si etiam dixerit, non competit executio. 7 *Ecl.* 2. *c.* 31. & 1 *Harmen.* 4. §. 77.

72 Vide Romanum *consilio* 115. 73 Civiliter tamen apud eum agi poterit, nec ejus sententia quis infamabitur. *l.* 13. §. 5. *ff. de lit. qui notantur infamia.* 74 Id enim si permissum esset, nemo puniretur: publice autem interest delicta per judicem puniri. Ideoque in criminibus prohibetur tranſactio, quibusdam exceptis, *l.* 18. *C. de transact.* 75 *l. ult. C. ubi causa status.*

76 *l.* 2. *in fine. C. de pedan. judic.*

77 *Alii* pupillari: & male, *arg. l.* 27. §. 5. *in fi. ff. eod. l.* 35. *ff. eod.* & ita doctissimo Cujacio videtur, 11 *observ.* 12. cæterum popularis ideo dicitur, quod ea jus suum populo tueatur, *l.* 1. *ff. de popular.* non privatis. Sane apud autorem 7 *Eclog.* 2. *c.* 31. *in fin. &* 1 Harmen. 4. §. 77. legitur, ἐφωπλῆς ἐγγυᾶς.

78 Adde *l.* 7. *l.* 8 *ff. eod.*

79 Ex compromisso servi non datur de peculio actio. *l.* 3. §. 8. *ff. de pecul.*

80 Cur ita? v. *l.* 2 §. 4. *ff. de judiciis.*

81 Id est, se defendere. *d. l.* 2. §. 5. *vers. sed si agant.*

82 Sententiam ab arbitro pronunciari.

83 Imo non licet. *l.* 8. *in fin. l.* 9. *l.* 10. *l.* 15. *ff. de legationibus.* & ita quidem hic legit & emendat Cujacius, 22 *obs.* 22.

84 *l.* 1. *ff. eod.* non tamen compromissum est sententia. *l.* 13. §. 5. *ff. de his qui not. inf.*

85 V. *l.* 16. *ff. de exceptionib.* Goth. Vid. Ræverd. *de præjud. lib.* 2. *c.* 5. Anf.

86 Eodem pene modo tutor se occultans, ne alimenta pupillo præstet, punitur. *l.* 2. §. *tutor. ff. de suspectis*

87 *l.* 17. §. 2. *ff. eod.*

88 Id est, cum nullus magistratus eum vetaret sententiam dicere.

89 Vid. *quæ scripsi ad ritulum C. Quando libellus Principi datus, &c.*

90 Doli mali exceptio retractationem rei judicatæ inducit: estque appellationis quædam species. *ut hic. adde l.* 17. *in fin. ff. soluto.*

91 Ideoque coram arbitro non fiet reconventio. Interdum tamen & extra compromissum potest cognoscere arbiter, si ea, de quibus cognoscit, non sunt omnino aliena ab expressis in compromisso, sed eis connexa: aut si principalis causa sine his definiri non possit. Ideoque solutioni diem statuere potest. v. *l* 21. §. *solution. ff. eod.* potest etiam super fructibus & expensis condemnare, quod ea veniant, ut & omnia accessoria, ad causam commissam.

92 Non in quolibet. *vulgat.* non quilibet valere vel committi.

93 *Non esse*, Prateius ita legendum monet.

94 *Al. negat.* & sic Accursius retulit in Pandectis Pisanis legi. Sed

97 Præstanda à venditore emptori. *l.* 3. §. 1. *ff. de act. empt.* 98 Proferre, est producere. Vid. Cujac. *lib.* 3 *obs. cap.* 7. Anf. 99 Antevertere. vid. *Cujac.* 3 *observ.* 7. *in fine.* 100 Cur ita? collige *ex l.* 154. §. 1. *ff. de regul. jur.* 1 Emendat hanc legem Anton. Fab. *lib.* 11 *conjectur. cap.* 18. Anf. Adde Cujac. *lib.* 13. *Pauli ad edict. tom.* 1, S. L. 2 *Nominibus* obligatio dicebatur, quæ per scripturam mensæ argentariæ contrahebatur sine stipulatione. v. quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. de annuis legatis.* 3 Simul ire nomina dicuntur, quæ simul facta sunt, *l.* 9. *ff. de pactis.* quod accidit, quoties plures argentarii ἅμα συγγραψάμενοι. *Basil.* 4 *Fortasse*, Hæc particula interdum adfirmat: ejusque adminiculo solent Jurisconsulti per sæpe suam fulcire sententiam. vid. *Aristotelem*, 5 *Ethicor.* Non idem est forsitan virum bonum esse & bonum civem. unde Accursius hic, *Sub dubio* forsan *respondent sæpe periti.* 5 Quibus pactum de non petendo, reo principali factum, prodest. *l.* 29. *ff. eod.* 6 Id est, uno sociorum compromittente, si is vetitus sit petere, & alter quoque petere prohibetur, si socii erant, hinc constat compromissum unius socii alteri nocere. Objici potest *lex* 27. *in princ. ff. de pactis*, quæ negat pactum unius sociorum alteri nocere. 7 Infinite pœnam committi ex presse stipulari possumus *l.* 55. *ff. de fidejussoribus.* ut & in infinitum legare. *v. l.* 22. *C. de legatis.* 8 Ratio. vid. *l.* 16. *ff. de transact.* 9 *l.* 3. *ff. eod.* 10 Imo, utcunque pupillus tutore autore compromiserit, adversus hujusmodi sententiam restitui potest, *l.* 34. *in fin. ff. de minoribus.*

11 Vid. *l.* 1. *C. de fidejuss. min.*

De diebus feriatis.

XXXVI. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

SI feriatis diebus [12], cogente Prætore, arbiter dicat sententiam, & petatur ex compromisso pœna, exceptionem locum non habere constat: nisi alia [13] lege eadem [dies] feriata, in qua sententia dicta, est excepta.

Si heres adversus arbitri sententiam petat.

XXXVII. CELSUS lib. II Digestorum.

QUamvis arbiter *alterum ab altero petere* vetuit, si tamen heres petit, pœnam committet [14]: non enim differendarum litium causa, sed tollendarum ad arbitros itur.

Si adversarii non interfit sententia stari.

XXXVIII. MODESTINUS lib. VI Regularum.

CUm pœna ex compromisso petitur, is, qui commisit, damnandus est [15]: nec interest, an adversarii ejus intersuit, arbitri sententiæ stari, necne.

De auctoritate arbitri. 1. De mora post diem prolatum.

XXXIX. JAVOLENUS lib. XI ex Cassio.

NOn ex omnibus causis, ex quibus arbitri paritum sententiæ non est, pœna ex compromisso committitur [16]: sed ex his dumtaxat, quæ ad solutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertinent. † Idem contumaciam litigatoris arbiter punire poterit, pecuniam eum adversario dari jubendo [17]: quo in numero haberi non oportet, si testium nomina ex sententia arbitri exhibita non sunt [18]. §. 1. Cum arbiter diem compromissi proferre jussit, cum hoc ei permissum est, [alterius] mora alterius ad pœnam committendam prodest.

De morte vel absentia arbitri, si per stipulatorem stet, quominus accipiat.

XL. POMPONIUS lib. XI ex Variis lectionibus.

ARbiter *Calendis Januariis adesse* jussit, & ante eum diem decessit [19], alter ex litigatoribus non adfuit; proculdubio pœna minime commissa est: nam & Cassium audisse [se] dicentem Aristo ait, in eo arbitro, qui ipse non venisset, non esse commissam: quemadmodum Servius ait, si per stipulatorem stet, quo minus accipiat, non committi pœnam.

De minore 20 annis.

XLI. CALLISTRATUS lib. I Edicti monitorii.

CUm lege Julia [20] cautum sit, *Ne minor viginti annis judicare cogatur* [21], nemini licere minorem viginti annis compromissarium judicem eligere: ideoque pœna ex sententia ejus nullo modo committitur. Majori tamen viginti annis, si minor viginti quinque [annis] sit, ex hac causa succurrendum, si temere auditorium receperit, multi dixerunt [22].

De pœna fisco adjudicata.

XLII. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

ARbiter *intra certum diem servos restitui* jussit, quibus non restitutis, pœnæ causa fisco secundum formam compromissi condemnavit? Ob eam sententiam fisco nihil adquiritur: sed nihilominus stipulationis pœna committitur, quod ab arbitro statuto non sit obtemperatum.

De pleno compromisso & specie bus omissis.

XLIII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

DE rebus controversiisque omnibus compromissum [in arbitrum] à Lucio Titio, & Mævio Sempronio factum est: sed errore quædam species in petitionem à Lucio Titio deductæ non sunt: nec arbiter de his quicquam pronunciavit: quæsitum est [23], an species omissæ peti possint? Respondit, peti posse: nec pœnam ex compromisso committi: quod si maligne hoc fecit, petere quidem poterit, sed pœnæ subjugabitur.

De terminis ab arbitro positis.

XLIV. IDEM lib. II Digestorum.

INter Castellianum & Seium controversia de finibus orta est, & arbiter electus est, *Ut arbitratu ejus res terminentur*: ipse sententiam dixit, præsentibus partibus, & terminos posuit [24]: quæsitum est, an, si ex parte Castelliani arbitro paritum non esset, pœna ex compromisso commissa est? Respondi, si arbitro paritum non [25] esset in eo, quod utroque præsente arbitratus esset, pœnam commissam [26].

De compromisso personali.

XLV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

IN compromissis arbitrium personæ insertum personam non egreditur [27].

De quibus arbiter judicare potest.

XLVI. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

DE his rebus, & rationibus, & controversiis judicare arbiter potest, quæ ab initio fuissent inter eos, qui compromiserunt, non quæ postea [28] supervenerunt [29].

Si litigator decesserit, pupillo herede relicto. 1. Aut furere cœperit.

XLVII. JULIANUS lib. IV Digestorum.

SI compromissum ita factum est, *ut præsente utroque, aut heredibus eorum, arbiter sententiam dicat*, & alter ex litigatoribus decesserit, pupillo herede relicto: non aliter videtur sententia dicta esse, nisi tutoris autoritas interposita fuerit. §. 1. Item, si alter ex compromittentibus furere cœperit.

XLVIII. MODESTINUS lib. IV Regularum.

ARbiter ad ferendam sententiam [30] non [31] compelletur.

Quibus modis arbiter adesse jubere potest. 2. De morte litigatorum.

XLIX. JULIANUS lib. IV Digestorum.

SEd [&] interpellatur, quo minus sententiam dicat, quia nihil coram furioso fieri intelligitur [32]. Quod si furiosus curatorem habet, vel habuerit, adhuc litigio pendente, potest præsente curatore sententia dici. §. 1. Arbiter adesse litigatores vel per nuncium, vel epistulam [33] jubere potest [34]. §. 2. Si ab altera [35] duntaxat parte heredis mentio comprehensa fuerit, compromissum solvetur morte cujusque ex litigatoribus: sicut solveretur altero mortuo, si neutrius heredis persona comprehenderetur.

Si extra compromissum arbiter diem protulerit.

L. ALFENUS lib. VII Digestorum.

ARbiter [36] ex compromisso sumptus, cum ante eum diem, qui constitutus compromisso erat, sententiam dicere non posset, diem compromissi proferri jusserat: alter ex litigatoribus dicto audiens [37] non fuerat: consulebatur, possetne ab eo pecunia ex compromisso peti? Respondi, non posse: ideo quod non esset arbitro compromissum, *ut id haberet* [38].

De alterutro in re sua.

LI. MARCIANUS lib. II Regularum.

SI de re sua quis arbiter factus sit, sententiam dicere non potest: quia se facere jubeat, aut petere prohibeat: neque autem imperare sibi, neque se prohibere quisquam potest [39].

De mora in parendo sententiæ.

LII. IDEM lib. IV Regularum.

SI qui jussus [est] arbitro ex compromisso solvere pecuniam, moram fecerit, pœnam ex compromisso debet: sed postea [40] solvendo, pœna liberatur.

TIT. IX.

NAUTÆ [1], CAUPONES [2], STABULARII, UT RECEPTA [3] RESTITUANT.

Prior pars edicti, de actione honoraria in factum de recepto. 1. Ratio & utilitas suprascripti edicti. 2. De nauta. 3. De navium custodibus & diætariis. 4. De exercitoribus ratium & lintrariis. 5. De cauponibus, & stabulariis. 6. De mercibus & aliis rebus. 7. De rebus nostris vel alienis. 8. De rebus illatis in navem, vel in litore existentibus. De facto nautarum, vectorum, viatorum.

1. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

AIt Prætor [4]: NAUTÆ, CAUPONES, STABULARII, QUOD CUJUSQUE [5] SALVUM FORE RECEPTARIT, NISI RESTITUANT, IN EOS JUDICIUM DABO [6]. §. 1. Maxima utilitas est hujus Edicti: quia necesse est plerunque eorum fidem sequi, & res custodiæ [7] eorum committere. Ne quisquam putet graviter hoc adversus eos constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, ne quem recipiant [8]: & nisi hoc esset statutum, materia daretur [9] cum furibus adversus eos, quos recipiunt, coëundi: cum ne nunc quidem abstineant hujusmodi fraudibus. §. 2. Qui sunt igitur, qui teneantur, videndum est. Ait Prætor, *Nautæ. Nautam* accipere debemus eum, qui navem exercet [10]: quamvis *nautæ* appellantur omnes, qui navis navigandæ causa in nave sint, sed de exercitore [11] solummodo Prætor sentit: nec enim debet (inquit Pomponius) per remigem, aut mesonautam [12] obligari: sed per se, vel per navis magistrum [13]: quamquam si ipse alicui e nautis commiti jussit, sine dubio debeat obligari [14]. §. 3. Et sunt quidam in navibus, qui custodiæ gratia navibus præponuntur, ut ναυφύλακες [15], id est, *navium custodes* [16], [& diætarii [17].] Si quis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is, qui eos hujusmodi officio præponit, committi eis permittit: quanquam ipse navicularius [18] vel magister id faciat, [19] quod χειρεμβολον [20] appellant. Sed si hoc non extet, tamen de recepto navicularius tenebitur. §. 4. De exercitoribus ratium [21], item lintrariis nihil cavetur: sed idem constitui oportere, Labeo scribit: & hoc jure utimur.

§. 5. *Caupones* autem, & *stabularios* æque eos accipiemus, qui cauponam, vel stabulum exercent, institoresve eorum. † Cæterum, si qui opera mediastini [22] fungitur, non continetur, utputa atriarii, & focarii [23], & his similes. §. 6. Ait Prætor: QUOD CUJUSQUE SALVUM FORE RECEPERINT: hoc est, quamcunque rem, sive mercem receperint. Inde apud Vivianum relatum est, ad eas quoque res hoc Edictum pertinere, quæ mercibus accederent: veluti, vestimenta, quibus in navibus uterentur, & cætera, quæ ad cottidianum [24] usum habemus. §. 7. Item Pomponius lib. XXXIV scribit, parvi referre, res nostras, an alienas intulimus [25], si tamen nostra interfit salvas esse: etenim nobis magis, quam quorum sunt, debent solvi [26]: & ideo si pignori merces accepero [ob pecuniam nauticam,] mihi magis, quam debitori nauta tenebitur, si ante eas suscepit. §. 8. *Recepit* autem *salvum fore*, utrum si in navem res missæ, ei adsignatæ sunt, an, etsi non sint adsignatæ, hoc tamen ipso, quod in navem missæ sunt, receptæ videntur? Et puto, omnium eum recipere custodiam, quæ in navem illatæ sunt: & factum non solum nautarum præstare debere, sed & vectorum [27]:

11. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

SIcut & caupo, viatorum [28].

1. *Quale sit hæc actio, & cur introducta. Quid præstet nauta, caupo, stabularius.* 2. *De causa, ex qua recipitur.* 3. *De filiofam. & servo.* 4. *Quid veniat in hanc actionem. De ejus tempore, de herede.* 5. *De concursu hujus actionis & actionis de furto.*

III. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

ET ita de facto vectorum etiam Pomponius lib. XXXIV scribit. † Idem ait, etiamsi nondum sint res in navem receptæ [29], sed in litore perierint, quas semel recepit, periculum ad eum pertinere. §. 1. Ait Prætor: NISI RESTITUANT, IN EOS JUDICIUM DABO. Ex hoc Edicto in factum actio proficiscitur. Sed, an sit necessaria [30], videndum: quia agi civili actione ex hac causa poterit. Si quidem merces intervenerit, ex locato vel conducto: sed si tota navis locata sit, qui conduxit, ex conducto etiam de rebus, quæ desunt, agere potest: si vero res perferendas nauta conduxit, ex locato convenietur: sed si gratis [31] res susceptæ sint, ait Pomponius depositi agi potuisse. Miratur igitur, cur honoraria actio sit inducta: cum sint civiles? Nisi forte (inquit) ideo, ut innotesceret Prætorem curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum: [&] quia in locato conducto culpa, in deposito dolus duntaxat præstatur [32], at hoc edicto omninodo qui recepit tenetur, etiamsi sine culpa ejus res periit, vel damnum datum est: nisi si quid damno fatali [33] contingit. Inde Labeo scribit, si quid naufragio, aut per vim piratarum [34] perierit, non esse iniquum, exceptionem ei dari. † Idem erit dicendum, & si in stabulo, aut in caupona vis major contigerit [35]. §. 2. Eodem modo tenentur caupones, & stabularii, quo [36] exercentes negotium suum recipiunt: cæterum, si extra negotium receperint, non tenebuntur. §. 3. Si filiusfamilias aut servus receperit, & voluntas patris, domini [37] intervenit [38], in solidum erit conveniendus. † Item si servus exercitoris subripuit, vel damnum dedit, noxalis

---

1 *l. 1. in fin. ff. eod.*

2 Vide *l. 2. ff. de furtis.* Quidam alii legunt, *aliqua lege*, ut Juliam legem intelligant, de qua *Paul.* 38.

3 Cur ita? vide *l. 42. in fin. ff. de rei vind.*

4 An vero pœna simul, & executio peti poterit? Hoc ordinarie non admittitur. Contius est igitur, ut notarius formulam compromissi ita concipiat, ut pœna peti possit rata manente sententia, *arg. l. cum. ff. de transact.*

5 Exemplum v. *l. 32. §. 16. ff. eod.* Goth. Vid. hic Joan. Robert. *lib. 9 sent. cap. 21.* Menoch. *de arbitr. casic. lib. 1 qu. 74.* Ans. Adde Cujac. *lib. 22 observ. cap. 25.*

6 Potest igitur multare, an & juramentum in litem deferre? An & multare si permissum ei non fuerit? *ut hic Bart.*

7 Litigatorem enim cogere, ut contra se testes producat, iniquum est: ideoque non potest arbiter ipsi multam eo nomine dicere. *l. 21. §. ff. eod.*

8 Vide Sebastianum Medicem, *tract. de morte. parte 2. concluf. 11.*

9 Subaudi de puratis judiciis, de qua *l. 9. §. 2 ff. eod.* dixi de lege Julia privatorum & publicorum judiciorum, ad *l. 4. ff. de testibus.*

10 V. Cujac. ad *l. 1. C. qui ætate se excusant.*

11 Quid si minor tutelam sibi à majoribus delatam suscepit, num, si forte damnum in tutela senserit, ei adversus pupillos quondam suos de damno conquerentes subvenietur? collige ex *l. 5. C. de test. tut. & §. ult. Inst. de fiduciaria tut. Novell. 118. c. 5.*

12 V. *l. 21. ff. eod.*

13 *l. 32. §. finium regundorum.*

14 Toties quoties debet parere.

15 Vide *l. 23. §. ult. ff. eod.*

16 *l. 32. §. quæsitum. ff. eod.* vide *l. 13. ff. solut. l. 43. ff. de verb. oblig.*

17 Compromissum simpliciter factum non trahitur ad res futuras. v. *l. 23. ff. de judiciis.*

18 Contrarium tenet Speculator, *tit. de arbit. §. sequitur. vers. quid ergo.* & Ferrariensis. *in forma compromiss., in verbo, Tunc vertentis. 4.* sed & aliud esse in rebus, seu bonis obligatis: tunc enim futura obligata intelligi. *l. ult. C. quæ res pign.*

19 Verbi gratia de pignoris distractione, *l. 8. ff. de distract. pignorum.* vel de usuris *l. 40. ff. de usuris. l. 3. ff. de nautico fœnore.* Hæ enim omnes leges sunt ejusdem libri.

20 Imo compelletur. *l. 3. l. 4. & seq.* adde *l. 15 l. 16. ff. eod.*

21 *l. 27. §. 5. ff. eod.*

22 Δι' ὑπερθέσεως ἡμερῶν πεντήκοντα.

1 *Harmenop. 4. §. 64.* 34 Interlocutoria, una parte absente interdum ferri potest. *Accurs.*

35 *Æquitas* inter partes servanda est in arbitriis & compromissis, ut in judiciis dixi, *l. 21. §. 11. in fin. ff. eod.* 36 V. 7 *Eclog. 2. c. 51.* 37 Id est, obediens non fuerat. *l. 19. ff. de edilitio edicto.* 38 Ut id juberet: adde *l. 32. in fin. ff. eod.* ut id jus haberet.

---

niacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, ut in Argo navi per citharam. Pedianus divinat. dixi ad Festum *in Assa*, & *Portisculus*. Ita κελεύσεις Glossis *jussor*. Seneca 7 *epist. 57.* Paussarius. 21 Si quid in nave rateve perierit, furti actio in exercitorem datur. Paulus. vid. Cujac. 21 *obs. 19.* 22 Villissimi mancipii: ita dicti, quod in mediis ædibus staret, ut ad cujusvis jussum præsto esse posset. 23 De focariis vide *l. 12. §. 5. §. 6. ff. de instruct.* 24 *l. 4. in fin. ff. eod.* 25 Intulerimus. 26 Imo domino magis reddi oportet. *l. 31. ff. depositi.* 27 Imo vectorum non præstat. *l. un. §. 6. ff. furti adversus nautas.* 28 Imo, caupo viatorum factum non præstat. *l. 6. §. 3. ff. eod. l. un. §. ult. ff. furti adversus naut. tac.* 29 Imo, non alias, quam si in ipsa nave damnum datum sit, *l. ult. ff. eod.* 30 V. *l. 1. §. 1. ff. eod.* 31 *l. 6. ff. eod.* 32 Vulgariter. *l. 1. §. si quis servum. l. 32. ff. depositi.* quippe ex conventione culpa præstari potest. *d. l. 1. §. si convenit.*

33 Quod alibi θεῖα βία, *l. 25. §. antepen. ff. locati.* vis divina, *l. 24. §. Servius. ff. de damno infecto.* alibi *fatum* appellatur, quod cuivis patrifam. etiam diligentissimo potest accidere. *l. 11. §. item. 4. ff. de minor.* 34 De piratis vid. *l. 18. ff. commodati.* 35 *l. 15 §. 2. & seq. ff. locati.* 36 Ab quod. ita legit Accursius, & notat accipi pro quia. 37 *Al.* vel domini. 38 *l. ult. in fin. h. t.*

39 *l. 40. ff. ult. ff. de fidei. libert.*

40 V. *l. 21. in fin. ff. eod.*

1 53 *Eclog. t.*

2 Hæc hominum genera inalé audiunt.

3 Quæ salva fore receperint. adde XLVII. D. V. & XVI.

4 *Eclog. eod. c. 6.*

5 Viatorum.

6 Id est, in factum actionem.

7 *l. 3. §. 1. ff. eod.*

8 Vide quæ scripsi ad *l. 9. in fin. in vers. quid enim interest. ff. de jure dotium.*

9 An idem est; postquam excipere cœperunt? negat Bart. *ex l. un. in fin. ff. furti adv. versus nautas. l. 3. §. 1. ff. de arbitris.* Goth. Ab initio in eorum arbitrio est non recipere. hospitem, vel tenere hospitium, ut hic, nisi in casu adventitiæ multæ militiæ, ut in *l. 1. C. de metat.* sed postquam quis signa hospitii exposuit, tenetur: ut in *l. unic. ff. furti, adverf. naut. arg. l. 17. § 3. ff. commodat.* Ans. Nisi tamen subsit causa probabilis, ut recte notat Pecc. *hic.* post Roman. Bart. Bald. & Alber. *ff. l.*

9 Occasio delicti tollenda. *Accurs.*

10 *l. 1. §. exercitorem. ff. de exercit.*

11 Id est, navis domino, vel ejus conductore. *l. 1. §. exercitorem. ff. de exercitor.*

12 *Mesonauta est*, qui medium locum tenet inter nautas summos & imos: summos, ut proretas & gubernatores: imos, ut remiges, qui denique aliis remigandi signum præbet: Plauto *hortator*: Festo & Nonio *portisculus*, seu hortator remigum, qui perticam tenet, quæ portisculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur: qualis quidam Poris apud Liv. 40. His adde Mesonautam non esse ναυλοπόντην. vide Cujac. 17 *obs. 31.*

13 Id est, eum, cui totius navis cura mandata est. *l. 1. §. 1. ff. de exercitor.*

14 Ex jussu.

15 53 *Ecl. 1. c. 7.* Ἐγχειρίζει ἐπὶ πλοίου φυλακῇ. *Suidas.*

16 Ad id præpositi ab exercitore.

17 Id est, qui annonam navis administrant.

18 Id est, exercitor.

19 Id non faciat. *Bero.*

20 Id est, signum à magistro navis manu datum. Celeusma cani remigibus per symphoniacos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam, ut in Argo navi per citharam. Pedianus divinat. dixi ad Festum *in Assa*, & *Portisculus*. Ita κελεύσεις Glossis *jussor*. Seneca 7 *epist. 57.* Paussarius. 21 Si quid in nave rateve perierit, furti actio in exercitorem datur. Paulus. vid. Cujac. 21 *obs. 19.* 22 Villissimi mancipii: ita dicti, quod in mediis ædibus staret, ut ad cujusvis jussum præsto esse posset. 23 De focariis vide *l. 12. §. 5. §. 6. ff. de instruct.* 24 *l. 4. in fin. ff. eod.* 25 Intulerimus. 26 Imo domino magis reddi oportet. *l. 31. ff. depositi.* 27 Imo vectorum non præstat. *l. un. §. 6. ff. furti adversus nautas.* 28 Imo, caupo viatorum factum non præstat. *l. 6. §. 3. ff. eod. l. un. §. ult. ff. furti adversus naut. tac.* 29 Imo, non alias, quam si in ipsa nave damnum datum sit, *l. ult. ff. eod.* 30 V. *l. 1. §. 1. ff. eod.* 31 *l. 6. ff. eod.* 32 Vulgariter. *l. 1. §. si quis servum. l. 32. ff. depositi.* quippe ex conventione culpa præstari potest. *d. l. 1. §. si convenit.*

33 Quod alibi θεῖα βία, *l. 25. §. antepen. ff. locati.* vis divina, *l. 24. §. Servius. ff. de damno infecto.* alibi *fatum* appellatur, quod cuivis patrifam. etiam diligentissimo potest accidere. *l. 11. §. item. 4. ff. de minor.* 34 De piratis vid. *l. 18. ff. commodati.* 35 *l. 15 §. 2. & seq. ff. locati.* 36 Ab quod. ita legit Accursius, & notat accipi pro quia. 37 *Al.* vel domini. 38 *l. ult. in fin. h. t.*

noxalis actio cessabit: quia ob receptum suo nomine dominus convenitur: sin vero sine voluntate exerceant, de peculio dabitur.

§. 4. Hæc autem rei persecutionem continet, ut Pomponius ait: & ideo & in [39] heredem, & in perpetuo [40] dabitur.

§. 5. Novissime videndum, an ejusdem rei nomine & de recepto honoraria [41] actione, & furti agendum sit? & Pomponius dubitat: sed magis est, ut vel officio judicis, vel doli exceptione, alterutra esse contentus debeat [42].

1. Si nauta nautæ, stabularius stabularii, caupo cauponis rem receperit. 2. De his, quæ mercibus accedunt.

IV. Paulus lib. XIII ad Edictum.

SEd & ipsi nautæ furti actio competit [43], cujus [44] sit periculo: nisi [si] ipse subripiat, & postea ab eo subripiantur, aut alio subripiente, ipse nauta solvendo non [45] sit. §. 1. Si nauta nautæ, stabularius stabularii, caupo cauponis res receperit, [46] æque tenebitur. §. 2. Vivianus dixit, etiam ad eas res hoc Edictum pertinere, quæ post impositas merces in navem, locatæque inferentur, etsi earum vectura non debetur: ut vestimentorum, penoris quotidiani [47]: quia hæc ipsa cæterarum rerum locationi accedunt.

De custodia præstanda. 1. De furto & damno.

V. Gaius lib. V ad Edictum provinciale.

NAuta, & caupo, & stabularius mercedem accipiunt, non [48] pro custodia: sed nauta, ut trajiciat vectores: caupo, ut viatores manere in caupona patiatur: stabularius, ut permittat jumenta apud eum stabulari: & tamen custodiæ nomine tenentur: Nam & fullo & sarcinator non pro custodia, sed pro arte mercedem accipiunt: & tamen custodiæ nomine ex locato tenentur [49].

§. 1. Quæcunque de furto diximus, eadem & de damno debent intelligi: non enim dubitari oportet, quin is, qui [50] salvum fore recepit, non solum à furto, sed etiam à damno [51] recedere [52] videatur.

Altera pars edicti de actione honoraria in factum ex quasi delicto in duplum. Si quis gratis in nave aut caupona fuerit. 1. Si servus meus vel communis, quo in nave aut caupona utebaris, damnum mihi dederit, aut furtum fecerit. 2. Sive damnum in eo datum fuerit. 3. De habitatione & hospitio repentino. 4. De concursu hujus actionis, & de furto vel ex lege Aquilia.

VI. Paulus lib. XXII ad Edictum.

LIcet [53] gratis [54] navigaveris, vel in caupona gratis deverteris, non tamen in factum actiones tibi denegabuntur, si damnum injuria passus es. §. 1. Si servo meo in nave vel in caupona utaris, & damnum mihi [55] det; vel furtum faciat, quamquam & furti actio & damni injuria mecum sit, hæc tamen actio, quia in factum est, etiam servi mei nomine adversus te competit. † Idem dicetur, & si communis sit. † Tu tamen, quod mihi præstiteris ejus nomine, vel communi dividundo, vel pro socio actione, aut, si partem ejus, vel totum conduxisti, etiam ex conducto habebis me obligatum. §. 2. Sed si damnum in eo datum sit ab alio, qui in eadem nave vel caupona est, cujus factum Prætor æstimare solet, non [56] putat Pomponius ejus nomine hanc actionem utilem futuram. §. 3. In factum [57] actione caupo tenetur pro his, qui habitandi [58] causa in caupona sunt: hoc [59] autem non pertinet ad eum, qui hospitio repentino recipitur, veluti viator [60].

§. 4. Possumus autem furti vel damni injuriæ actione uti cum nautis, ut certi hominis factum arguamus [61]: sed una contenti esse debebimus [62]: &, si cum exercitore egerimus, præstare ei debemus actiones nostras: quamvis ex conducto actio adversus eos competat exercitori. Sed si absolutus sit exercitor hac actione, deinde agatur cum nauta, exceptio dabitur: ne [63] sæpius de ejusdem hominis admisso quæratur. Et contra, si de admisso unius hominis actum sit, deinde in factum actione agatur, exceptio dabitur.

De nautis, de damno in nave vel extra navem dato. De protestatione exercitoru. 1. Natura hujus actionis. 2. De nauta & mercatore, & nauta pibata. 3. De servo nautæ. 4. Quatenus teneatur exercitor. 5. De pluribus exercitoribus. 6. De tempore hujus judicii. De herede, de servo, aut filiosum. exercitore.

VII. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

DEbet exercitor [64] omnium nautarum suorum, sive liberi, sive servi, factum præstare: nec immerito factum eorum præstat, cum ipse eos suo periculo adhibuerit. Sed non alias præstat, quam si in ipsa nave damnum datum sit [65]: cæterum, si extra navem, licet à nautis, non præstabit. † Item si prædixerit, *Ut unusquisque vectorum res suas servet, neque damnum se præstaturum*, & consenserint [66] vectores prædictioni, non convenitur. §. 1. Hæc actio in factum, in duplum [67] est. §. 2. Sed si quid nautæ inter se damni dederint, hoc ad exercitorem non pertinet. † Sed si quis sit nauta & mercator, debebit illi dari: quod si quis, quos vulgo ναυτεμπόρους, id est, *remum* [68] *pro naulo & vecturæ pretio solventes*, dicunt, & huic tenebitur: sed hujus factum præstat, cum sit & nauta. §. 3. Si servus nautæ damnum dederit, licet servus nauta [69] non sit, æquissimum [70] erit, in exercitorem actionem utilem [71] dare. §. 4. Hac autem actione suo nomine exercitor tenetur [72]: culpæ scilicet suæ, qui tales adhibuit: & ideo, & si decesserint, non relevabitur. † Servorum autem suorum nomine, noxali [73] duntaxat tenetur: nam cum alienos adhibet, explorare [74] eum oportet, cujus fidei, cujus innocentiæ sint: in suis venia dignus est, si qualesquales ad instruendam navem adhibuerit. §. 5. Si plures navem exerceant, unusquisque pro [75] parte, qua navem exercet, convenitur. §. 6. Hæc judicia, quamvis honoraria [76] sunt, tamen perpetua [77] sunt: in [78] heredem autem, non dabuntur. Proinde, & si servus navem exercuit, & mortuus est, de peculio non dabitur actio in dominum, nec intra annum. Sed cum voluntate patris [79] vel domini, servus vel filius exercent navem, vel cauponam, vel stabulum, puto etiam hanc actionem in solidum eos pari debere: quasi omnia, quæ ibi contingunt, in solidum receperint.

39 Imo in heredem non datur, est enim pœnalis. §. *ult. Inst. de oblig. ex quasi delict.*
40 *d. l. ult.* §. *ult.*
41 *l. ult.* §. *ult.* *C. eod.*
42 *l.* 6. §. 4. *ff. eod.* vide *l.* 130. §. *de reg. jur.*
43 *V. l. un.* §. 4. *ff. furti adverf. nautas.*
44 Id est, cum ejus sit periculo.
45 Tunc enim periculo ejus res non est, cum nihil habeat.
46 Ita Florent. al. *res receperit.*
47 *l.* 1. §. 6. *in fin. ff. eod.*
48 Aliud est pecuniam pro arte, & ministerio, aliud pro custodia rei alicujus accipere: Nautæ, caupones, stabularii, fullones, sarcinatores pro arte & opera pecuniam accipiunt, at non pro custodia.
49 *l.* 25. *in fin. l.* 60. §. 2. *ff. locati. l.* 12. *in pr. ff. de furtis.* ut & depositarii, *l.* 1. §. 13 *ff. depositi.* interdum etiam venditor de custodia tenetur, utputa si eam susceperit. §. 3. *Inst. de empt.*
50 Salvum fore qui quid recipit, furtum præstat & damnum.
51 Et periculo. *l.* 40. *ff. locat.*
52 Recipere. *& ita vulgata.*
53 Atqui hoc casu videtur quis, tanquam amicus, non tanquam caupo recepisse.
54 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de calumniatoribus.*
55 Quid si tibi damnum dederit? vide *l.* 60. §. 7. *ff. locati.*
56 Cur? Hoc edictum viatoribus prospicit: furtus autem, qui caupona inservit, cuique damnum illatum est, non est viator, sed domesticus.
57 In duplum ex secundo capite edicti.
58 *l. un. in fin. ff. furti.*
59 Habitationis, & hospitii repentini differentia.
60 Idem *l. un.* §. *ult. ff. furti adverf. nautas.* Imo de facto viatoris tenetur. *l.* 2. *ff. eod.*
61 Id est, arguendo convincamus, ut fit Endyadis species.
62 *l.* 3. *in fin. ff. eod.*
63 Vide *l.* 2. *ff. de privatis delictis.*
64 An exercitoris exemplo Magistratus, & dominus familiæ suæ ratione tenebuntur? negat Baro. *Goth.* Ad intellectum hujus legis vid. Alciat. *lib.* 1 *parerg. c.* 43. Wamef. *cent.* 2. *conf.* 86. *n.* 13. Auct.
65 Imo præstat, etiamsi res nondum in navem receptæ. *l.* 3. *ff. eod.*
66 Contractus enim legem ex conventione accipiunt. *l.* 1. §. *fi conveniat. ff. depositi.*
67 *d. l. un.* §. 2.
68 Id est, qui operam suam in remigando præstant, loco nauli & pretii vecturæ.
69 Id est, ejus conditionis, cujus dominus.
70 Utiles actiones ex æquo & bono competunt.
71 Utiles actiones dantur, ubi directæ deficiunt. *v. l.* 1. *l.* 2. *C. de oblig.* Directa enim ex hoc edicto datur in nautam: utilis in servum nautæ.
72 *V. l.* 1. §. *fi cum quolibet. ff. de exercitoria.*
73 *d. l. un.* §. *servi.*
74 *l.* 3. *ff. de publicanis.*
75 Imo in solidum *l.* 1. *in fin. ff. de exercitoria.* An hic ex debito: ibi ex contractu? 76 *l.* 3. §. 5. *ff. eod.*
77 *l.* 3. §. 4. *ff. eod.* Goth. Exemplo actionis furti & legis Aquiliæ, cum quibus hæc actio magnam cognationem habet. *l. un. ff. furti adverf. naut.* Ut mercatoribus, qui aliquid amissum è mercibus ferius deprehendunt, prolixius consulatur. vid. Gilbert. Reg. *lib.* 2 *Enantioph. cap.* 7. Auct.
78 Vide *l.* 16. *ff. de judiciis.*
79 *d. l.* 3. *ff. eod.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

PARS SECUNDA.

LIBER QUINTUS.

Tit. I.

DE [1] JUDICIIS [2]: ET [3] UBI [4] QUISQUE AGERE VEL CONVENIRI DEBEAT.

De jurisdictione inter consentientes.

I. Ulpianus lib. II ad Edictum.

SI se subjiciant aliqui jurisdictioni, & consentiant [5], inter consentientes cujusvis [6] judicis, qui Tribunali præsit [7], vel aliam jurisdictionem habet, est jurisdictio.

Quid sit consentire. 1. An requiratur consensus Prætoris. 2. De prorogatione judicu. 3. Qui, & ex quibus causis domum revocare possunt. 6. De causæ cognitione, de cautione ab eo præstanda, qui domum revocat. 7. Ne prorogatio creditoribus obsit. 8. Qui multæ dicendæ jus habent.

II. Idem lib. III ad Edictum.

CONsensisse autem videntur, qui [8] sciant [9] se non esse subjectos jurisdictioni ejus, & in eum consentiant: cæterum, si putent ejus jurisdictionem esse, non erit ejus jurisdictio: *error enim litigatorum* (ut Julianus quoque lib. 1 Digestorum scribit) *non habet consensum* [10]: aut si putaverunt alium [11] esse Prætorem pro alio, æque error non dedit jurisdictionem: aut si, cum restitisset quivis ex litigatoribus, viribus Prætoris compulsus est, nulla jurisdictio est [12]. §. 1. Convenire autem utrum inter privatos sufficit, an vero etiam ipsius Prætoris consensus necessarius [est?] lex Julia judiciorum [13] ait: *Quo minus inter privatos conveniat*; sufficit ergo privatorum consensus. Proinde si privati consentiant, Prætor autem ignoret consentire, & putat [14] suam jurisdictionem, an Legi satisfactum sit, videndum est? & puto posse defendi, ejus esse jurisdictionem. §. 2. Si & judex ad tempus datus, & omnes litigatores consentiant, nisi specialiter Principali jussione prorogatio fuerit inhibita, possunt tempora, intra quæ jussus est litem dirimere, prorogari [15]. §. 3. Legatis [16] in eo, quod ante [17] legationem contraxerunt, item [18] his, qui testimonii [19] causa evocati sunt, vel si qui [20] judicandi causa arcessiti [21] [sunt,] vel in provinciam destinati, *revocandi domum suam jus* datur. † Ei [22] quoque, qui [ipse] provocavit [23], non imponitur necessitas intra tempora provocationis exercendæ, Romæ, vel alio loco, ubi provocatio exercetur, aliis pulsantibus respondere: nam Celsus huic etiam domus revocationem dandam ait: quoniam ob aliam causam venerit: hæc Celsi sententia, & rationabilis est. † Nam & D. Pius Plotio Celsiano rescripsit, eum, qui tutelæ [reddendæ] causa Romam erat à se evocatus, alterius tutelæ [causa] cujus causa non erat evocatus [24], non debere compelli judicium suscipere. † Idem Claudio Flaviano rescripsit, minorem vigintiquinque annis, qui desideret in integrum restitui adversus Afinianum, qui alterius negotii [25] causa venerat, non esse Romæ audiendum.

§. 4. Omnes autem isti domum revocant, si non ibi contraxerunt, ubi conveniuntur [26]. † Cæterum, si contraxerunt ibi, revocandi jus non habent: exceptis Legatis, qui licet ibi contraxerunt, dummodo ante [27] legationem contraxerunt, non compelluntur se Romæ defendere, quamdiu legationis causa hic demorantur: quod & Julianus scribit, & D. Pius rescripsit. † Plane, si perfecta legatione subsistant, conveniendos eos D. Pius rescripsit. §. 5. Item si extra provinciam suam contraxerunt, licet non in Italia, quæstionis est, an Romæ conveniri possint? & Marcellus, in eo solo, privilegio eos uti domum revocandi, quod in civitate sua, vel certe intra provinciam contraxerunt. Quod est verum. † Sed [&] si agant, compelluntur se adversus omnes defendere [28]: Non tamen, si injuriam suam persequantur, vel furtum, vel damnum, quod nunc passi sunt: alioquin [29] (ut [&] Julianus eleganter ait) aut impune contumeliis & damnis adficientur, aut erit in potestate cujusque, pulsando eos, subjicere eos jurisdictioni, dum se vindicant. §. 6. Sed si dubitetur [30], utrum in ea quis causa sit, ut domum revocare possit, necne, ipse Prætor debet causa cognita statuere. Quod si constiterit, in ea eum esse causa, ut domum revocet, debebit cavere *in judicio sisti*: statuente Prætore, in quem diem promittat. † Sed, utrum nuda cautione, an satisdato, Marcellus dubitat? Mihi videtur, sola promissione [31]: quod & Mela scribit: alioquin compelletur [32] judicium accipere, quam invenire eos, qui satis pro eo dent. §. 7. In omnibus autem, in quibus protelatur [33] admonitio, hoc procedere sine temporali damno creditorum oportet [34]. §. 8. His datur multæ [35] dicendæ

1 De vindiciis. vide Cujac. 7 *observ.* 32. *in fin.* & 15 *obs.* 23. Proponuntur enim hac parte *vindiciæ*, sive vindicationes de universitate singularum rerum: verum hæc lectio minime probanda est. Idem alioqui est ordo in Codice Theodosiano: idem quoque in Pauli sententiis. Præcedit quippe illis omnibus locis Titulus de Judiciis, deinde sequuntur tituli de Judicationibus.
2 *l.* 3. *C.* 1.
3 Id est, ubi, & apud quos judices quisque, &c.
4 111. C. xv. ad finem XXVII.
5 *V. l.* 1. *C. de jurisdictione.*
6 *l.* 74. §. 1. *ff. eod.* qui tamen sit ex decuria judicum. Dicebam: tu condicebas: Magistratus addicebat, judicabat judex addictus. *l.* 39. *l.* 80. *ff. eod.* Unde in lege Manilia, *ejus Magistratus ea de re jurisdictio, judicisque datio, addictio esto.* Idem jus in municipiis. *l.* 28. *ff. ad Municipalem.* In causis publicis eligebantur judices, deinde rejectio fiebat: postea, subsortitio. Asc. 2 *in Verrem.*
7 Seu judicio. *l.* 3. *C. de jurisdictione.*
8 Consensus ut sit, scientia præcedere debet.
9 *Al.* sciunt.
10 *Error* consensum non habet, *ut hic.* nec vim prorogandæ jurisdictionis, *l.* 15. *ff. de jurisdictione.* neque obligandi facultatem. vide *l.* 57. *ff. de obligat. & act.*
11 Puta fideicommissarium, pro tutelari: vel Titium, pro Mævio. ille error, juris: hic, facti dicitur.
12 Ipso jure: ut & dotis per metum promissio. *l.* 21. §. 3. *ff. quod met. caus.* & ibi *Cujac.* adversus veteres interpretes.
13 Cujus extat fragmentum *in l.* 9. §. 2. *l.* 41. *ff. de arbitr.* dixi plenius de eadem lege, *ad l.* 4. *ff. de testib.*
14 Putet.
15 Vide quæ notavi *ad l.* 4. §. 4. & *l.* 5. *ff. de precario.*
16 Jus revocandi domum habet omnis, qui in aula Principis est. vide tamen Socinum, *reg.* 102. de jure revocandi domum, vid. Covarruv. 1 *practic.* 5.
17 §. 4. *ff. eod. l.* 8. *l.* 39. *in fin. ff. eod. N. vell* 123. *c.* 26. aliud erit, si tempore legationis. *l.* 24. §. 1. *l.* 25. 26. 27. *ff. eod.*
18 Abesse necessaria ex causa videtur, qui abest ex causa legationis, aut testimonii dicendi causa: aut si judicandi causa arcessitus sit, vel si appellationem exerceat. Hi omnes Romæ, vel alio loco conventi jus revocandi domum habent.
19 *l.* 26. *in fin. ff. ex quibus causis majores.*
20 In Florentin. est, *quid judicandi. S. L.*
21 *Al.* Accersiti, id est, vocati: arcessere enim est vocare.
22 In Florentin. est: *eo quoque. S. L.*
23 *d. l.* 26. *l.* 1 *ff. eum, qui appellaverit, in provincia defendi.*
24 *l.* 1. *C. ubi de ratiociniis.*
25 Puta studiorum, *arg. l.* 28. *ff. ex quib. causis major.*
26 Conveniri quis potest ubi contraxit. *l.* 19. §. 1. *l.* 36. §. *ult. l.* 45. *ff. eod. l.* 54. §. *fin. ff. de procur. l.* 32. §. 9. *ff. de arbitr. l.* 1. 2. *C. ubi de ratiociniis. Novell.* 69. *c.* 1.
27 *V.* §. 3. *ff. eod.*
28 *d. l.* 32. §. 9. *ff. de arbitr. l.* 22. *ff. eod.*
29 Nemo delicto suo jus suum adversario tollere
poterit.
30 *l.* 5. *in fin. ff. de legationibus.*
31 An juratoria? hoc videtur. *arg. l.* 1. 2. *C. de proximis sacrorum scrinior.*
32 Id est, cogetur potius.
33 Protelare, est prorrahere, ut *l. properandum.* §. 1. *C. eod.*
34 *l. ult. in fin. C. qui bonis cedere.*
35 Vide *l.* 2. *in fin. ff. si quis in jus vocatus. l. ult. C. de modo multarum.* quæ omnes sunt veteris juris reliquiæ.

dicendæ ius, quibus 16 publice judicium est, & 17 non aliis 18: nisi hoc specialiter eis permissum est.

De eo, qui latitat.

III. IDEM lib. IV ad Edictum.

NOn videtur frustrandæ actionis causa latitare, qui 19 præsens suscipere judicium non compellitur 20.

De patente & libero in potestate.

IV. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

LIs 21 nulla 22 nobis esto potest 23 cum eo 24, quem in potestate habemus 25: nisi ex castrensi peculio 26.

Qui in jus vocati venire debent.

V. ULPIANUS lib. V ad Edictum.

SI quis ex aliena jurisdictione, ad Prætorem vocetur, debet venire 27, ut & Pomponius & Vindius scripserunt: Prætoris 28 est enim æstimare, an sua sit jurisdictio: vocati autem, non contemnere autoritatem Prætoris: nam & Legati, cæterique, qui revocandi domum jus habent, in ea sunt causa, ut in jus vocati veniant, privilegia sua allegaturi.

De cæco.

VI. IDEM lib. VI ad Edictum.

CÆcus judicandi officio fungitur 29.

Quo casu privilegium fori locum non habet.

VII. IDEM lib. VII ad Edictum.

SI 30 quis, posteaquam in jus vocatus est, miles, vel alterius fori esse cœperit, in ea causa jus revocandi forum non habebit, quasi præventus 31.

De constituto.

VIII. GAIUS lib. II ad Edictum provinciale.

SI 32 quis in legatione constituerit, quod ante legationem debuerit, non 33 cogi eum ibi judicium pati, ubi constituerit 34.

De insulo.

IX. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

INsulæ 35 Italiæ, pars Italiæ sunt, & cujusque provinciæ 36.

Quid sit desistere.

X. IDEM lib. X ad Edictum.

Destitisse 37 is videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum: desistere enim est, de negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. † Plane, si quis, cognita rei veritate 38, suum negotium deseruerit, nolens in lite improba perseverare, quam calumniæ causa non instituerat, is destitisse non videtur.

De arrogatione adversarii.

XI. IDEM lib. XII ad Edictum.

SI à me fuerit adrogatus, qui mecum erat litem contestatus, vel cum quo ego solvi judicium, Marcellus libro tertio Digestorum scribit: quoniam nec ab initio inter nos potuit consistere 39.

Si Prætor quamvis pluribus judicare vetet. 1. Qui judicem dare, 2. Vel judices dari possunt.

XII. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

CUm Prætor unum ex pluribus 60 judicare vetat, cæteris 61 id committere videtur. §. 1. Judicem dare possunt, quibus [hoc] Lege, vel Constitutione, vel Senatusconsulto conceditur. Lege, sicut Proconsuli 62. Is quoque, cui mandata est jurisdictio, judicem dare potest 63: ut sunt Legati Proconsulum: item hi, quibus id [more] 64 concessum est propter vim imperii: sicut Præfectus Urbi, cæterique Romæ Magistratus. §. 2. Non autem omnes judices dari possunt ab his, qui judicis dandi jus habent: quidam enim lege impediuntur, ne judices sint: quidam natura: quidam moribus. Natura, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus 65, & impubes 66, quia judicio carent. Lege [impeditur,] qui Senatu motus est 67. Moribus 68, feminæ 69, & servi: non quia non habent judicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur. §. 3. Qui possunt esse judices, nihil interest, in potestate, an sui juris sint 70.

Quis actor intelligatur in judiciis duplicibus.

XIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

IN tribus [istis] judiciis (familiæ erciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum) quæritur, quis actor intelligatur 71, quia par causa omnium videtur? Sed magis placuit, eum videri actorem, qui ad judicium provocasset 72.

XIV. ULPIANUS lib. II Disputationum.

SEd cum ambo ad judicium provocant, forte 73 res discerni 74 solet.

Si quis litem suam fecerit.

XV. IDEM lib. XXI ad Edictum.

FIliusfamilias 75 judex 76, si litem suam faciat 77, in tantam quantitatem tenetur, quæ tunc in peculio fuit, cum sententiam dicebat. §. 1. Judex tunc 78 litem 79 suam facere intelligitur, cum dolo 80 malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo malo autem videtur hoc facere, si evidens arguatur ejus vel gratia vel inimicitia, vel etiam sordes: ut veram 81 æstimationem litis præstare cogatur.

XVI. IDEM lib. V ad Edictum.

IUlianus autem, in heredem judicis, qui litem suam fecit, putat actionem competere: quæ sententia vera non 82 est, & à multis notata est 83.

Si judex litigatori successerit.

XVII. IDEM lib. XXII ad Edictum.

IUlianus ait: Si alter ex litigatoribus judicem solum heredem, vel ex parte fecerit, alius judex necessario sumendus est: quia iniquum est, aliquem suæ rei judicem fieri 84.

Si judex impeditus sit. 1. Utrum filiusfam. agere possit.

XVIII. IDEM lib. XXIII ad Edictum.

SI longius spatium intercessurum erit, quo minus judex datus operam 85 possit dare, mutari eum jubet Prætor, hoc [est], si forte occupatio aliqua judicem non patiatur operam judicio dare, incidente infirmitate, vel necessaria profectione 86, vel rei suæ familiaris periculo. §. 1. Si filiusfamilias ex aliqua noxa, ex qua patri actio competit, velit experiri, ita demum permittimus [ei] agere, si non sit qui patris nomine agat 87. Nam & Juliano placet, si filiusfamilias legationis, vel studiorum gratia aberit, & vel furtum, vel damnum injuria passus sit: posse eum utili judicio agere: ne, dum pater expectatur, impunita sint maleficia 88: quia pater venturus non est, vel dum venit, se subtrahit is, qui noxam commisit. Unde ego semper probavi, ut si res non ex maleficio veniat, sed ex contractu, debeat filius agere utili 89 judicio, forte depositum repetens, vel mandati agens, vel pecuniam 90, quam credidit, petens: si forte pater in provincia sit, ipse autem forte Romæ vel studiorum causa, vel alia justa ex causa agat 91: ne si ei non dederimus actionem, futurum sit, ut impune fraudem patiatur, & egestate Romæ laboret, viaticulo suo non recepto, quod ad sumptum pater ei destinaverat. Et finge Senatorem 92 esse filiumfamilias, qui patrem habet in provincia, nonne augetur 93 utilitas per dignitatem 94?

De foro heredis. 1. Et ejus qui aliquid gessit per se. 3. Vel per servum. 4. Si quis alto loco solvere obligatus sit, quam ubi domicilium habeat.

XIX. IDEM lib. LX ad Edictum.

HEres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit 95, & conveniendus, si ibi inveniatur, nulloque suo proprio privilegio excusatur. §. 1. Si quis tutelam 96, vel curam, vel negotia, vel argentariam 97, vel quid aliud, unde obligatio 98 oritur, certo loci administravit 99, & sibi domicilium non habuit, ibi se debebit defendere: & si non defendat, neque ibi domicilium habeat, bona possideri patietur. §. 2. Proinde & si merces vendidit certo loci, vel disposuit 100, vel comparavit, videtur, nisi alio loci, ut defenderet, convenit, ibidem se defendere. † Nunquid dicimus eum, qui à mercatore quid comparavit advena, vel ei vendidit, quem scit inde confestim profecturum 1, non oportet 2 ibi bona possideri, sed domicilium sequi ejus? at si quis ab eo, qui tabernam vel officinam certo loci conductam habuit, in ea causa est, ut illic conveniatur: quod magis habet rationem. Nam ubi sic venit, ut confestim discedat, quasi à 3 viatore emptis: [vel eo, qui transvehebatur], vel eo, qui ὁδοιπλεῖ, id est, *præternavigat* 4, emit: durissimum est, quotquot locis quis navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi. At si quo constitit, non dico jure domicilii, sed tabernulam, pergulam 5, horreum 6, armarium, officinam conduxit, ibique distraxit, egit: defendere se eo loci debebit. §. 3. Apud Labeonem quæritur, si homo provincialis 7 servum institorem vendendarum mercium gratia Romæ habeat, quod cum eo servo contractum est, ita habendum 8 atque si cum domino contractum sit, quare ibi se debebit defendere.

§. 4. Illud sciendum est, eum, qui ita fuit obligatus, ut in Italia 9 solveret, si in provincia habuit domicilium, utrobique posse conveniri, & hic & ibi: & ita & Juliano & multis aliis videtur.

Contrahere quomodo hic accipitur.

XX. PAULUS lib. LVIII ad Edictum.

OMnem 10 obligationem pro contractu habendam 11, existimandum est: ut ubicunque 12 aliquis obligetur [&] contrahi videatur: quamvis [non] ex crediti causa debeatur.

De tempore ad solvendum concedendo.

XXI. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

SI 13 debitori meo velim actionem edere, probandum erit, si fateatur se debere, paratumque dicat solvere, audiendum eum: dandumque 14 diem 15 cum competenti cautela ad solvendam pecuniam: *neque enim magnum damnum est in mora modici temporis* 16. † Modicum autem tempus hic intelligendum est, quod 17 post condemnationem reis indultum est.

De conventione, & si is agat, qui judicium pati non cogitur.

XXII. PAULUS lib. III ad Plautium.

QUi 18 non cogitur in aliquo loco 19 judicium pati, si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones 20, & ad eundem judicem mitti 21.

De eo, quod post judicium acceptum accidit.

XXIII. IDEM lib. VII ad Plautium.

NOn 22 potest 23 videri in judicium venisse id, quod post judicium acceptum 24 accidisset 25: ideoque alia interpellatione 26 opus est.

De evocatis à Principe. 1. De Legatis, & si adversus Legatum actio ex delicto, 2. Vel in rem postuletur.

XXIV. IDEM lib. XVII ad Plautium.

NOn alias in eos, quos Princeps evocavit, Romæ competit actio, quam si hoc tempore contraxerint 27. §. 1. Legati ex delictis

---

16 Vide quæ scripsi ad l. 131 *J. de verb. sign.*

17 *l. 131. de reg. jur. J.*

18 *l. 1. C. de mandat. princip.*

19 Delegatus multam mittere non potest: vide Sextum, *reg.* 82. Aliqui arbitri multare possunt. *l. 39. §. de arbitr.*

39 Id est, qui etiamsi adesset

7 *Eclog. c. c. 3.*

40 Ideoque cum illi competat exceptio declinatoria, contra eum non potest interponi secundum dec. enim.

41 Vide Cujac 9 *obs.* 13.

42 Sive experimur, sive patimur litem.

43 Imo potest. v. Joann. Fabrum, *in l. 13. C. de Episcopali audient.*

44 Id est, filiofamilias. nam in servo hoc intelligi non potest: quia servus castrensi peculium non habet.

45 *l. 11. J. eod.* l. 7. *J. de oblig.* vid. *l. 7. J. de furtis. l. 7. J. de falsis. l. 13. in fin. C. de transact. l. 36. C. de liberali. §. 6. de inut. stipulat. §. 12. de oblig. quæ ex delicto.*

46 *Eclog. eod.* 4. & in casibus *l. 53. J. eod. l. 1. J. de annona. l. 20. in fin. C. qui accus.* adde Socinum, *reg.* 244.

47 V. *l. 2. §. si quis in jus. l. 2. §. ne quis eum.*

48 Judex pronunciat se competentem, vel incompetentem. *Eclog. eod. c. 5.* adde *l. 2. si quis in jus vocat. non ierit.* Quod Corsetus *singulari jurisdicti.* negat locum habere in domino feudi, cum negatur dominus: deinde si contentio sit inter ipsum litigatorem, & ipsum judicem, non inter ipsos litigatores: tertio locum non habere hanc legem in delegato judice. Item, si citatus quis sit extra territorium citantis. Adhæc, si ipse judex litiget adversus aliquem. Item si notorie constat eum non esse judicem: item si ab eo appellatum: postremo, si aliquod commodum ex ea causa redeat ad ipsum judicem. vide Corsetum, *ib.*

49 Cæco quæ sint permissa, vide *in l. 8. C. qui testam.*

50 *Eclog. eod. c. 7. 2 Harmenop. 2.* Goth. Conciliationem hujus legis cum *l. 27. §. ult. ff. ad municipal.* cum *l. 31. eod.* & *l. 30. h.t.* vid. Edmund. Merill. *lib. 1 observ. c. 33.* Ans.

51 Citatione inducitur prorogatio. *l. 30. J. eod.* vide quæ notavi ad *l. 9. J. de verb. oblig. l. 19. §. de jurisd. l. 28. 45. J. de excus. tut.*

52 *l. 33. J. de donat.*

53 Imo cogitur: & ita putat Julianus & Ulpianus, *in l. 5. J. de constituta pecunia.* forte hic non adjectus fuit locus solvendo: ibi vero appositus fuit. vide Cujac. 13 *obs.* 17.

54 Aliter quam in aliis, *d. l. 5. J. de const.*

55 An majores? puta Sicilia, Sardinia, Cyrnos, ut Accursius putat, & Benedictus 12. *cap. ult. extr. de constitut.* Boccacius 2 *Decameri* 9. An minores? ut Ischia & Prochyta: has enim Italiæ adjungunt Geographi, Ptolemæus, *lib.* 3. & Strabo, Solinus, Mela 2. Plinius *lib.* 3. & alioquin Sicilia ab Italia seperatur. *l. 99. J. de verb. sign.* Plato 10 *Politicorum*, & 2 *de legibus.* Aristoteles 2 *Politic. & libro de mirandis auscultat.* Thucydides 1. & 2. Halicarnass. 2. Isocrates *de Pace.* Lucianus *in dialogo Mercurii & Charontis; & in libro de historia conscribenda.* Varro 2 *de re rustica;* Cicero *actione* 4. & 7. *In Verrem; & pro l. Manilia. & l. Agraria,* Livius 26, Florus 14 *epitom.* & 2 *historiar.* 2. & 6. & 3. *cap.* 12. *& c.* 20. 7. Plin. 2. & 56. *c. sancta. in extra v. de religiosis domibus.*

56 Adde *l. 30. J. ad municipal. l. 99. J. de verbor. signif.*

57 *l. 13. J. ad Turpil.*

58 Et errore suo. *l. 15. J. de jure fisci. l. 2. C. de abolitionib.*

59 Quia judicium pervenit ad eum casum, à quo non potest incipere. vide *l. 4. §. eod.*

60 Plures judices dari potuerunt. *l. 76. J. eod.*

61 Inclusio unius, alterius est exclusio: & contra prohibitio unius, cæterorum est inclusio. *l. 58. J. eod.* Goth. Adde *l. 18. J. de testib. l. 12. J. de fund. instructi. & l. 63. J. de cond. & demonstrat. junct. l. 21. C. de procurat. & l. 13. J. de compensat.* S. L.

62 *l. 12. §. de off. Proconsul.* Goth. Ad hunc §. vid. Bellon. *supputat. lib. 3. cap.* 10. Joann. Robert. *lib. 3 supputat. cap.* 23. Ans.

63 Adde *l. 81. J. eod.*

64 Consuetudo potestatem delegandi confert, *ut hic.* & mandatum. *l. 3. §. quod cujusque universitatis.*

65 *l. 39. l. 46. J. eod.*

66 Minor 25 ann. 1 *Harmenop. 4 §. 4.*

67 *l. 2. §. de senat.*

68 Vide *l. 2. J. de muneri.*

69 V. quæ notavi de fœminis. 10. *C. 62.*

70 *l. 6. §. de arbit.*

71 *V. l. 2. §. in familiæ. J. fam.*

72 *l. 29. J. eod. v. l. 1. §. de in jus vocando. l. 2. in fin. J. communi dividundo.*

73 *Sorte* quæ dirimantur, v. *l. ult. C. communia de legatis.*

74 *Al.* Decerni.

75 Quidam legunt *filiifamilias judex*, id est, filiofamilias addictus judex, qui de actione peculii instituta cognoscit adversus patrem: sed Græci huic emendationi repugnant, apud quos ita legitur: υἱοῦ ἐξουσίᾳ πεσὼν πατρικὸν κρίτην, *filiusfamilias iniquam sententiam ferens.*

76 Potest enim dari judex. *l. 12. in fin. §. eod.*

77 V. quæ notavi *C. de parva judicis, qui male judicavit.*

78 Maxime scil.

79 Adde quæ scripsi de judice litem suam faciente ad Theophilum. *Inst. de obligat. quæ ex quasi delicto. in pr. & l. ult. §. de extr. cognit.*

80 Interdum enim sola imprudentia peccat: quod cum accidit, litem suam non facit. *l. ult. §. de extr. cogn.* non ex delicto vero, sed ex quasi delicto. *d. l. ult. junct. §. 2. Inst. de obligat. quæ quasi ex delict.* v. Cujac. 13 *obs.* 18.

81 De vero pretio, v. *l. 50 §. de furtis.*

82 Prænales actiones, ex quasi delicto in heredem non dantur, *ut hic. & §. penult. Inst. de perpetuis & temporalibus. l. ult. §. hæc judicia. §. manuta. l. 5. §. hæc autem. §. de his, qui dejecerunt. §. ult. Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto.*

83 Nisi conveniatur heres de eo, quod ad eum per. venit. *arg. l. 5. §. de calumniat.*

84 *l. 10. §. de jurisd.* etiam ex postfacto se.

85 *Operam dat* judex vel arbiter. *ut hic. l. pen. §. de vocat. munerum.* Operam etiam præstat litigator arbitro, non tamen judici. *l. 21. §. 11. l. 39. §. de arbitris.*

86 *l. 4. C. de pedan. judicib.*

87 *l. 12. §. de in jus vocando.*

88 Quod esse non debet. *l. 5 11 in fin. §. ad l. Aquil. l. 70. in fin. §. de fideiuss. l. 20. §. de pœnis. l. 6. C. de defens. civit.*

89 Quod extraordinarium dicitur in *l. 17. §. de reb. creditis.*

90 *l. 17. §. de reb. creditis.*

91 Adde *l. 7 §. 3. §. de donat.*

92 Senatoria dignitas non liberat filium potestate patris sui.

93 Utile, quod est studiorum causa, id non minus utile est senatoriæ dignitatis causa.

94 V. *l. 21. in fin. §. de testibus.*

95 Id est, habitavit. Heres sequitur forum defuncti, nec potest adversus id proprium privilegium (puta *Corporis juris* non infertum) allegare. *Extr. l. 34. §. eod.*

96 V. *l. 1. C. ubi de ratiociniis.*

97 *l. 4. §. ult. §. de edendo.*

98 Forum in loco contractus, sive ubi quisque contraxit, quisque fortitur. v. tamen Socinum, *reg.* 160.

99 Solet enim ibi conveniri. *l. 2. §. 4. §. eod. l. 54. in fin. §. de procurat.*

100 *Dispensare* merces, est vendere. vide Cujac. 11 *obs.* 13. vel forte permutare.

1 *l. un. C. de nundin.*

2 *Al.* oportere.

3 Forum viator fortitur, ubi contraxit. vide tamen Socinum, *reg.* 159.

4 Παρεκπλεῖ *Halcand.* id est, navigio prætervehitur.

5 Exhedram in superficie vel superiori parte ædium positam. vid. *l. 5. in fin. §. de hac qui dejecere.*

6 De horreo vide quæ scripsi ad *l. 7. §. de instructo.*

7 V. *l. 21. §. 4. §. de tutoribus dat.*

8 *l. 24. §. 1. §. eod.*

9 V. *l. 9. §. eod.*

10 Sive ex contractu sit, sive ex delicto. Hinc colligit Everardus *in Topicis*, contractus & delicta in eo exæquari, & ab uno ad aliud argumentum duci.

11 Id est, in loco contractæ obligationis regulariter quis potest convenirii. *Bart.*

12 *l. 21. §. de oblig.* Goth. Vide Zanger. *de except. part. 3. cap. 1. num.* 197. Ans. Adde Ant. Augustt. *lib. 2 emend. cap.* 17. Cujac. *ad lib.* 58. Paul. *ad edict. tom. 1.* S. L.

13 Reus solutionis diem sibi dari recte postulat, si modo caveat se post quatuor menses soluturum. 7 *Eclog. 5. cap.* 21.

14 Prætoria cognitione: de qua dixi *l. 1. §. 2. §. de rei vindicat.*

15 *l. 31. §. de rejudicata. §. etsi. Inst. de off. jud.*

16 V. *l. 105. §. de solut. l. 21. §. fin. §. de arbitr.* Goth. Modici temporis, id est, decem dierum. Joan. Yanez. *rer. quotid. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 4. n.* 18. 19. Condemnatis autem de jure conceduntur 4 menses ad solvendum, *l. 2. C. de ustur. rei judic. h. l.* autem loquitur de confessis. *Ans.*

17 Hoc est, quatuor mensium. *Eclog. d. loco. l. 2. & 3. C. de ustur. rei jud.*

18 7 *Eclog. 5. cap. 22.* actor scilicet.

19 Foro.

20 Mutuas.

21 *l. 11. §. 1. §. de jurisd. l. 14. C. de sent. & interloc. Novell. 96. c. 2. Nov. 123. c. 25. v. l. 1. l. 2. §. de quib. reb. ad eundem judicem eatur.*

22 Nisi judicium sit universale, *l. 4. l. 41. §. de petit. hered.* aut nisi accessorium sit ad prius judicium, *l. 31. §. 11. l. 38. §. 11. §. de ædilitio. l. 1. C. de judiciis.* aut nisi post rem a me petitam, reus eam possidere cœpisti, *l. 30. §. de peculio. l. 4. §. de hered. pet. l. fin autem. §. 1. §. de rei vind. l. stipul. §. si quis. §. ad exhibendum.* nisi post rem petitam jus mihi supervenit ex præterita causa. *l. 41. in fin. §. de pign. l. 17. §. mandati.* secus si ex nova, *ut hic.* (hæc enim parte Joannem reprehendit Bart.) Quid si non specialiter sed generaliter causa mota sit? alia quæcunque veniunt. *l. ult. C. de annali except.*

23 Cur ita? quia alia res est. v. *l. 35. §. eod.*

24 Accipi judicium dicitur litis contestatione. Est enim litis contestatio principium (ut ita loquamur) essentiale ipsius judicii: ideoque ejus tempus inspicitur.

25 Extrinsecus, nec cohæreus rei petitæ. *l. 11. §. 4. l. 14. in fin. l. 25. §. de exceptione rei judicat.* In accidentibus post litem contestatam novo judicio, novaque petitione opus est.

26 Novo libello, nova petitione.

27 *l. 2. §. 4. §. eod.*

delictis in legatione commissis coguntur judicium Romæ pati : sive ipsi admiserunt, sive servi eorum [28]. §. 2. Sed si postulatur in rem [29] actio adversus Legatum, nunquid danda sit, quoniam ex [30] præsenti [31] possessione [32] hæc actio est? Cassius respondit, sic servandum, ut, si subducatur ministerium ei, non sit concedenda actio : si vero ex multis servis de uno agatur, non sit inhibenda. Julianus, sine distinctione denegandam actionem. Merito ; ideo enim non datur actio, ne ab officio suscepto legationis avocetur [33].

Si Legatus contrahat.

XXV. JULIANUS lib. I Digestorum.

SI legationis tempore [34] quis servum, vel aliam rem emerit, aut ex alia causa possidere cœperit, non inique cogetur ejus nomine judicium accipere : aliter enim potestas dabitur Legatis sub hac specie res alienas domum auferendi.

Si legatus hereditatem adeat.

XXVI. PAULUS lib. XVII ad Plautium.

DE eo autem, qui adiit hereditatem, Cassius scribit, quamvis Romæ adierit hereditatem, non competere in eum actionem [35], ne impediatur legatio [36] : & hoc verum est : sed nec legatariis datur actio, sed, nisi satisfidet, mittuntur in possessionem rerum hereditariarum : quod & in hereditariis creditoribus dicendum est.

XXVII. JULIANUS lib. I Digestorum.

QUid enim prohibet, legatum publico munere fungi, & actorem custodiæ causa in possessione rerum hereditariarum esse [37] ?

Si Legatus fideicommissariam hereditatem acceperit, 1. Vel restituerit. 2. An Legatus jurare, 3. Vel damni infecti cavere cogatur. 4. Si dies actionis exitura est. 5. Si quis filium, & uxorem prægnantem, reliquerit.

XXVIII. PAULUS lib. XVII ad Plautium.

SEd & si restituatur ei hereditas ex Trebelliano, actio in eum non dabitur : sive sponte, sive coactus [38] heres eam adierit : Commodius enim est, reddi quidem ei hereditatem, perinde autem habendum, ac si ipse adisset hereditatem. §. 1. Contra si Legatus tempore legationis adierit, & restituerit, datur in fideicommissarium actio : nec exceptio Trebelliani obstat ex persona Legati : quia hoc Legati personale beneficium est. §. 2. Ex quibus autem causis [39] non cogitur Legatus judicium accipere, nec jurare cogendus est, *scilicet* [40] *dare non oportere* : quia hoc jusjurandum in locum litis contestatæ succedit. §. 3. Ædium nomine legatus [41] damni infecti promittere debet, aut vicinum admittere in possessionem [42]. §. 4. Sed & si dies actionis exitura erit [43], causa cognita adversus eum judicium Prætor dare debet, ut lis contestetur [44], ita ut in provinciam transferatur. §. 5. Si paterfamilias mortuus esset, relicto uno filio, & uxore prægnante, non recte filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere potest, quamvis postea unus filius natus fit : quia poterant plures nasci : cum per rerum naturam certum fuerit, unum nasci. Sed Sabinus, Cassius, partem quartam peti debuisse [45] : quia incertum esset, an tres nascerentur : nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa [46] essent, cum futura utique fierent : sed nostram inscientiam aspici debere.

Quis agat.

XXIX. IDEM lib. VIII ad Plautium.

QUi [47] appellat prior [48], agit [49].

Ubi judicium finem accipit.

XXX. MARCELLUS lib. I Digestorum.

VBi acceptum [50] est semel judicium, ibi & finem accipere debet [51].

Si ex pluribus petitoris heredibus unus egerit.

XXXI. CELSUS lib. XXVII Digestorum.

SI petitor plures heredes reliquerit, unusque eorum judicio egerit, non erit verum, totam rem, quæ in priore judicio fuerit, deductam esse : nec enim quisquam alienam actionem in judicium invito coherede perducere potest [52].

De tempore in persona judicis subrogati tacite repetito.

XXXII. ULPIANUS lib. I de officio Consulis.

SI judex [53], cui [54] certa tempora [55] præstita [56] erant [57], decesserit, & alius [58] in locum ejus datus fuerit, tanta ex integro [59] tempora in persona ejus præstituta intelligemus, quamvis Magistratus nominatim hoc in sequentis datione [60] non expresserit: ita tamen ut legitimum tempus [61] non excedat.

In judicem consentire quid sit.

XXXIII. MODESTINUS lib. III Regularum.

NOn videtur in judicem consensisse, qui edi sibi genus apud eundem judicem desiderat actionis [62].

De foro heredis.

XXXIV. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

SI is, qui Romæ judicium acceperat [63], decessit, heres ejus, quamvis domicilium trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet : quia succedit in ejus locum, à quo heres relictus est [64].

Differentia inter judicium & fidejussionem.

XXXV. IDEM lib. X Epistularum.

NOn [65] quemadmodum fidejussoris obligatio in pendenti potest esse [66], [&] vel in futurum concipi, ita judicium in pendenti potest esse, vel de [67] his rebus, quæ postea in obligationem adventuræ sunt : nam neminem puto dubitaturum, quin fidejussor ante obligationem rei accipi possit [68] : judicium vero antequam aliquid debeatur, non posse.

Quibus ex causis cognitio differtur. 1. Quo casu Senator in provincia recte convenitur.

XXXVI. CALLISTRATUS lib. I Cognitionum.

INterdum ex justis causis, & ex certis personis sustinendæ sunt cognitiones [69] : veluti, si instrumenta litis apud eos esse dicantur, qui Reipublicæ causa aberunt : idque. Divi Fratres [70] in hæc verba rescripserunt : *Humanum est propter fortuitos casus dilationem accipi, veluti quod pater litigator filium vel filiam., vel uxor virum, vel filius parentem amisit, & in similibus causis cognitionem ad aliquem modum* [71] *sustineri.* §. 1. Senator, si negotiis alienis se obtulerit in provincia, non debet judicium recusare negotiorum gestorum : sed actionem eum excipere oportere, Julianus respondit : cum [72] sua sponte sibi hanc obligationem contraxerit.

De concursu judicii possessorii & petitorii.

XXXVII. IDEM lib. V Cognitionum.

SI de vi [73], & possessione quæratur, prius cognoscendum [74] de vi [75], quam de proprietate rei, Divus Hadrianus [76] τῷ κοινῷ τῶν Θετταλῶν, id est, *communi* [77] *seu Reipublicæ Thessalorum* [Græce] rescripsit.

Ubi peti, & dari legatum debet.

XXXVIII. LICINNIUS RUFINUS lib. IV Regularum.

QUod legatur, siquidem per personalem actionem exigetur, ibi dari debet, ubi est [78] : nisi [si] dolo malo heredis subductum fuerit [79] : tunc enim ibi dari debet, ubi petitur [80]. † Præterea quod pondere, aut numero, aut mensura continetur, ibi dari debet, ubi petitur : nisi [si] adjectum fuerit, *Centum modios ex illo horreo, aut vini amphoras ex illo dolio.* † Si autem per in rem actionem legatum petetur, etiam ibi peti [81] debet, ubi res est [82]. Et, si mobilis sit res, ad exhibendum agi cum herede poterit, ut exhibeat rem [83] : sic enim vindicari à legatario poterit.

De judice furioso. 1. Si legatus fidejusserit.

XXXIX. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

CUm furiosus judex [84] addicitur [85], non ideo minus judicium erit, quod hodie non potest judicare, ut scilicet suæ mentis effectus, quod sententiæ dixerit, ratum sit : neque enim in addicendo præsentia vel scientia judicis necessaria est. §. 1. Qui legationis causa Romam venit, ex qualibet causa fidejubere potest : cum [86] privilegio suo, cum sit in Italia contractum, uti non potest [87].

De officio judicis.

XL. IDEM lib. IV Quæstionum.

NOn quidquid judicis potestati permittitur, id subjicitur juris necessitati [88]. §. 1. Judex, si quid adversus legis præceptum in judicando dolo malo prætermiserit, legem offendit [89].

Quibus ex causis ante diem solutionis cautio præstatur.

XLI. IDEM lib. XI Quæstionum.

IN omnibus [90] bonæ fidei [91] judiciis, cum [92] nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem [93], ex justa [94] causa condemnatio [95] fit.

Si dos à legato petatur.

XLII. IDEM lib. XXIV Quæstionum.

SI uxor à legato Romæ diverterit, dotis nomine defendendum Romæ virum responsum est [96].

De foro ejus, qui moram fecit.

XLIII. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

EUm, qui *insulam Capuæ* [*fieri*] certo tempore stipulatus est, eo finito, quocunque loco [97] agere posse in id, quod interest [98], constat.

Si ex pluribus reis quidam Reip. causa abesse cœperint.

XLIV. IDEM lib. II Responsorum.

NOn idcirco [99] judicis officium impeditur, quod quidam ex tutoribus post litem adversus omnes inchoatam Reipublicæ causa abesse cœperunt : cum præsentium, & eorum, qui non defenduntur, administratio discerni & æstimari possit. §. 1. Cum postea [100] servus apparuit, cujus nomine per procuratorem fuerat actum, absolvi [1] debitorem oportet. Quæ res domino quandoque propriam litem inferenti non obstabit.

De foro argentarii, tutoris, 1. Vel curatoris.

XLV. IDEM lib. III Responsorum.

ARgentarium [2], ubi contractum est, conveniri oportet : nec in hoc dilationem, nisi ex justa causa, dari, ut ex provincia codices adferantur. Idem in actione tutelæ placuit. §. 1. Nomine puellæ tutoribus in provincia condemnatis, curatores [puellæ] judicatum Romæ facere coguntur [3], ubi mutuam pecuniam mater accepit, cui filia heres extitit [4].

Si furere judex cœperit.

XLVI. PAULUS lib. II Quæstionum.

IUdex [5] datus, in eodem officio permanet [6], licet furere cœperit [7] : quia recte ab initio judex addictus [8] est : sed judicandi necessitatem morbus fortuitus [9] remittit [10] : ergo mutari debet.

An judex dandus sit, quem altera pars petit.

XLVII. CALLISTRATUS lib. I Quæstionum.

OBservandum est, ne is judex detur, quem [11] altera pars nominatim petat (id enim iniqui [12] exempli [13] esse, Divus Hadrianus rescripsit) nisi hoc specialiter à Principe ad verecundiam petiti judicis respiciente, permittetur.

Ne Magistratus litiget.

XLVIII. PAULUS lib. II Responsorum.

PArs literarum Divi Hadriani : Τὰς ἀρχεντικὰς, ἐν ᾗ ἀρχῇσιν ἐνεστηκῇ μήτε εἰσάγειν δίκας ἰδίας, μήτε διακόπτειν μήτε φιλονεικεῖν μήτε ἄλλο ὧν ἐπίτηδες ἢ κωφότητος εἶεν κεκινήκασιν ἐπειδὰν [δὲ] ἐξίωσι ἡ ἀρχὴ, ἢ αὐτοῖς περὶ τῆς φιλονεικίας, ἢ [τοῖς] φιλονεικοῦσι πρὸς αὐτὰς, εἰσαγομένοις ἔξεστι δίκας. Id est : *Magistratus, quo anno cum imperio sunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam vel curam gerunt* [14], *causam in judicio, vel agendo, vel defendendo sustinento. Simul ac vero Magistratus dies exierit, non ipsis tantum adversus reos suos, sed etiam aliis adversus ipsos litem intentare jus fasque esto* [15].

De

---

28 *l.* 19. §. 3. *ff. eod.*
29 Vindicatio.
30 In rem actio ex possessione est. *l. un. C. de alienat. judicii mutandi.*
31 *V. l. un. C. de alienatione judicii.*
32 Vindicationis occasio possessio : occasio (inquam) passim : dominium enim principium est vindicationis. *Bald.*
33 *l.* 26. *l.* 27. *ff. eod.*
34 *l.* 28. §. 3. *ff. eod.*
35 Alias vulgariter ubi quis contrahit (nam quasi contrahitur per additionem hereditatis) ibidem conveniri potest. *l.* 20. *ff. eod.*
36 *l.* 24. *in fin. ff. eod.*
37 Cur ita? vide *l.* 5. *ff. ut in poss. legat.*
38 Ut *l.* 4. *ff. ad Trebell.*
39 *V. l.* 35. *in fin. ff. de jurejur.*
40 *V. l.* 4. *ff. de tutoribus datis.*
41 Versus hexameter excidit hic Jurisconsulto, ut & alibi, de quo dixi *l.* 46. *ff. de ædilitio.*
42 *l.* 26. *l.* 27. *ff. eod.*
43 *l.* 3. *in pr. ff. de feriis. l.* 13. §. *pen. ff. de arbitr.*
44 *V. l.* 12. *ff. de procur.*
45 *l.* 3. *in fin. l.* 1. *ff. si pars hered. l.* 36. *ff. de solut.*
46 Futura etiam, antequam eveniant, natura certa sunt. Hæc est opinio *Diodori* : cui contraria est Aristotelis opinio. de quo v. quæ notavi *ad l.* 100. *ff. de verb. oblig.*
47 Qui appellat, actor est. 7 *Eclog. cap.* 31.
48 In duplicibus judiciis scil.
49 Id est, actoris partes sustinet. *Duar.*
50 Id est, non modo ubi lis contestata est, sed etiam ubi simplex citatio facta est, *l.* 7. *ff. eod.* adde 7 *Eclog.* 5. *cap.* 31. ubi hæc lex refertur ad litis contestationem. *Goth.* Vide tamen hic Edmund. Merill. *lib.* 1 *obs.* 33. & novissime Joann. à Sand. *decis. Frisic. lib.* 1. *tit.* 7. *defin.* 1. Anf.
51 *V. l.* 7. *ff. eod.*
52 Cur? *v. l.* 63. *ff. de re judicat.*
53 Delegatus à Consule, ut inscriptio legis innuit, & *l.* 1. §. 3. *ff. de appell. l.* 15. *ff. de re judic.*
54 Ut solet interdum fieri.
55 Ad judicandum.
56 Præstituta, præscripta, data.
57 A Consule, ut inscriptio docet. Cæterum, à quo die hic tempus incipit? à die, quo mandatum accepit, non à citeriore. Cur? quia antequam se delegatum cognoverit, causæ cognitionem non habet. *cap.* 12. *de appellat.* 58 Hic *subditus* appellatur Latinis, *l.* 60. *ff. eod.* & Festus in *v. subditus.* 59 *V. l.* 15. *ff. de verb. oblig. l.* 11. *c. depositi.* 60 Ita *Florent.* al. *datione.* 61 Trienn. *l.* 13. *C. eod.* 62 Petens libellum ejusve exemplum sibi edi, non consentit in judicem. At qui exceptione apud judicem utitur, in judicem consentit : quia videtur velle, ut super ea pronunciet judex : quem postea declinare non potest. *l.* 52. *in princ. ff. eod.* Ideo fori declinatoria initio opponenda est. *l. ult. C. de except.* 63 Ubi citatus est, vel litem contestatus. *l.* 9. *ff. de verb. obligat.* 64 *l.* 19. §. *eod.* 65 Obligationis & sententiæ dissimilitudo. Obligatio futuræ rei, & antequam quidquam debeatur, esse potest, at non judicium. Fidejussor ante obligationem recte datur, & in pendenti potest esse ejus obligatio. *l.* 6. *in fin. ff. de fidejuss.* Judicium vero de futura actione existere non potest. 7 *Eclog.* 5. *c.* 34. adde quæ scripsi ad *l.* 30. *ff. de except. rei jud.*
66 *l.* 9. *ff. de reb. credit.* 67 Imo rei futuræ judicium esse potest. *l.* 76. §. 1. *ff. de verb. oblig.*
68 *l.* 50. *ff. de peculio. l.* 6. *in fin. ff. de fidejussoribus.* 69 Sed quoties? vide *l. ult. ff. de feriis.*
70 Marcus Aurelius Antoninus Philosophus, & L. Verus. Hi enim erant fratres adoptivi. vide *l.* 14. *ff. de servit. urban. prad. l.* 17. *ff. de servitut. rustic. prad.* & omnino *l.* 57. *ff. de ritu nupt.* Anf.
71 I. e. ad tempus novem dierum. *Novell.* 115. *c.* 5. *circa finem.* vide Bart. *in l.* 2. §. *sensu fin. ff. ad Tertull.*
72 Similis ratio est in *l.* 7. §. 1. *ff. qui satisdare.*
73 Et sic ubi de possessione recuperanda agitur. *l.* 5. §. 1. *ff. ad l. Jul. de vi publica.*
74 Petente actore, *v. l.* 18. *in fin. ff. de vi.*
75 Imo de possessione. *l.* 1. *C. de appellat. l.* 7. *C. ad l. Jul. de vi publica.*
76 Alibi D. Pius, *l.* 5. §. 1. *ff. de vi publica. l.* 1. §. 4. *ff. uti possidetis. l.* 7. *C. de vi publica.* & sic causa possessionis primo terminari debet. Cujac. 5 *obs.* 15.
77 Commune Thessalorum est ipsa universitas Thessalorum, ut dixi *l.* 6. §. 2. *ff. de excus.*
78 *V. l.* 1. *C. ubi fidejic.*
79 *l.* 12. §. 1. *ff. depositi. l.* 47. *ff. de leg.* 1. neque reus caulari debet majorem partem alibi esse. *l.* 52. §. 3. *ff. eod.*
80 *l.* 47. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *ff. de annuis.*
81 *Solvi* Hot. 3 *obs.* 7.
82 *l.* 3. *C. ubi in rem actio. l.* 2. *C. de jurisdict.*
83 *l.* 2. *in fin. ff. de trifico.*
84 Ut *l.* 12. §. 2. *ff. eod.*
85 Id est, datur. *l.* 45. *ff. eod.*
86 *Al.* Quamquam privilegio *l. c. l.* 1. alia contractum, uti non possit.
87 *l.* 2. §. 4. *ff. eod.*
88 *l.* 1. *C. quomodo & quando judex. Novell.* 82. *c.* 13.
89 Et litem suam facit. vide quæ notavi *C. de pœna judicis, qui male judicavit. l. ult. ff. de extr. cognit.*
90 Excipe speciem *l.* 42. *ff. de donat. causa mortis.* ubi obligatus in diem cavere cogi non potest, si pœnitendi jus habeat.
91 Secus in strictis judiciis. Num etiam in judicio appellationis? Natal Papon. 5 *Arrest.* 2. §. 1. Recognitionem syngraphæ in causa appellationis peti posse : *Recognoissance de cedule peut estre requise en cause d'appel.*
92 Ante diem cautio peti potest justa de causa, in bonæ fidei judicio.
93 *V. l.* 38. *ff. pro socio.*
94 Ut si paupertatis causa adversarius, seu debitor suspectus sit.
95 Id est, jubetur aliquis cavere. *Goth.* Vide Pece. *de jure sist. cap.* 4. *n.* 6. Anf. Adde *l.* 14. *ff. de pignorib.* & ibi Bart. Bald. & Costal. Cujac. *lib.* 17 *obs.* 37. Cacialupi, *de debitore suspecto.* Mofl. *de contract. rubr. de pignor. verf. quæ actio. num.* 12. 13. Menoch. *de arbitr.*
96 An id speciale est, ut Accursius vult? an potius quod Romæ contrahere videatur is, à quo uxor Romæ divertit, ut Azo sentit?
97 *l.* 19. *in fin. ff. eod.* 98 Quoties factum stipulamur, interesse venit. *Accurs.* est tamen tutissimum, ut primo loco petatur factum fieri, & si factum non fuerit, petatur interesse successive. vide Decium *in l.* 24. *num.* 4. *ff. de reg. jur.* 99 *l.* 1. *C. de consortib. ejusdem litis.* 100 Id est, post litem contestatam, & sic legitimatam personam. 1 Ab instantia. 2 *l.* 19. §. 1. *ff. eod. & l.* 4. §. *ult. ff. de edendo.* 3 E contrario sententia Romæ dicta interdum in provinciis executioni mandari potest. *l.* 15. §. 1. *ff. de re judicata.* 4 Vide *l.* 34. *ff. eod.* 5 Idem in Præside & Magistratu : furor enim neutri magistratum abrogat. 6 Cur? mens ei redire potest. *l.* 2. §. 1. *ff. de tutor. datis.* 7 *l.* 20. *ff. de statu homin.* 8 Id est, datus. 9 Sonticus morbus quis, vide *l.* 113. *ff. de verb. signif.* 10 *l.* 12. §. 2. *ff. eod.* 11 *V. l.* 2. *Fend.* 15. 12 Exempli mali res vitanda. *l.* 7. *C. de probat.* 13 Quemadmodum suspectus est, qui suas operas ingerit, *l.* 25. *ff. de procurat.* qui sibi in testamento adscribit. *l.* 18. §. 1. *ff. de falsis.* 14 Aliud in Advocato fisci. *l. pen. & ult. ff. de postulando. l.* 3. *C. ubi senatores.* 15 Praxim hujus legis vide in *l.* 38. *in fin. ff. de adulteriis*, adde *l.* 16. *ff. de offic. Præsidis.*

De foro venditoris. 1. Si Praeses, qui judicem dedit, successorem acceperit.

XLIX. IDEM lib. III Responsorum.

VEnditor [15] ab emptore denunciatus [16], ut eum evictionis nomine defenderet, dicit se privilegium habere sui [17] judicis. Quæritur, an possit litem ab eo judice, apud quem res inter petitorem & emptorem cœpta est, ad suum judicem revocare? Paulus respondit, venditorem [18] emptoris judicem sequi solere [19].

§. 1. Judices à Præside dati solent etiam in tempus successorum ejus durare [20], & cogi pronunciare: easque sententias servari. In eundem sensum etiam Scævola respondit.

Ubi peti, ac solvi debet fideicommissum.

L. ULPIANUS lib. VI Fideicommissorum.

SI fideicommissum ab aliquo petatur [21], isque dicat alibi [22] esse majorem partem hereditatis, non erit ad præstationem compellendus: & ita multis constitutionibus cavetur, *ut ibi petatur fideicommissum, ubi major pars hereditatis est*: nisi [si] probetur, eo loco voluisse testatorem fideicommissum præstari, ubi petitur.

§. 1. Tractatum est de ære alieno, si in ea provincia, ubi fideicommissum petitur, plus esset æris alieni, an, quasi major pars alibi esset, præscriptio locum haberet? Sed [&] hic placuit, nihil facere æris alieni nomen: cum non loci sit æs alienum, sed universarum facultatium [23]: æs enim alienum, patrimonium totum imminuere constitit, non certi loci facultates. † Quid tamen, si forte certis oneribus destinatum [24] sit id patrimonium? utputa alimentis præstandis, quæ Romæ præstari paterfamilias jusserat, vel tributis, vel quibusdam aliis inexcusabilibus [25] oneribus, an possit præscriptio [26] locum habere? Hic putem justius dici, locum habere. §. 2. Sed & rescriptum est, ut *illic fideicommissum peratur, ubi* [27] *domicilium heres habet*. Quotiens autem cœpit quis fideicommissum solvere, non potest hac præscriptione [28] uti [29].

LI. MARCIANUS lib. VIII Institutionum.

QUamvis ad eum hereditas fuerit devoluta, qui domicilium in provincia habet. Sed & Divi, Severus & Antoninus rescripserunt, si consenserit fideicommissarius [30] alio loco dare, necesse habere secundum consensum dare, ubi consenserit.

De tesseris frumentariis. 2. De viris clarissimis fideicommissariis. 3. Si res per fideicommissum relicta, ibi sit, ubi petitur. 4. Si satis de fideicommisso petatur.

LII. ULPIANUS lib. VI Fideicommissorum.

SEd & si susceperit actionem [31] fideicommissi, & aliis defensionibus usus, hanc omisit: postea, quamvis [32] ante sententiam, reverti ad hanc defensionem non potest [33]. §. 1. Si libertis suis tesseras frumentarias [34] emi voluerit; quamvis major pars hereditatis in provincia sit, tamen Romæ debere fideicommissum solvi, dicendum est: cum apparet [35] id testatorem sensisse ex genere comparationis. §. 2. Sed & si proponas, quibusdam Clarissimis [36] viris argenti vel auri pondo relicta, & sit sufficiens ad hujusmodi fideicommissa Romæ patrimonium: licet major pars totius patrimonii in provincia sit, dici oportet, Romæ esse præstandum: nec enim verisimile est [37], testatorem qui honorem [38] habitum voluit his, quibus reliquit, tam modica fideicommissa in provincia præstari voluisse. §. 3. Si ea res, quæ per fideicommissum relicta est, eo loci sit, dicendum est, non debere præscribi ei, qui petit quasi major pars hereditatis alibi sit [39].

§. 4. Sed si non fideicommissum petatur eo loci, sed fideicommisso [40] satis: videndum est, an hæc præscriptio locum habeat? & non puto habere. Quinimo, & si nihil sit eo loci, attamen jubendum satisdare: quid enim veretur, cum si satis non dederit, mittatur adversarius in possessionem fideicommissi servandi causa?

Quibus ex causis adversus dominos Servis *consistere licet.*

LIII. HERMOGENIANUS lib. I juris Epitomarum.

VIx [41] certis ex causis [42] adversus dominos servis consistere permissum est: id est, si qui suppressas tabulas testamenti dicant, in quibus libertatem sibi relictam adseverant [43]: Item, arctioris [44] annonæ [45] popul. Rom. [46] census etiam, & falsæ monetæ criminis reos dominos detegere servis permissum est [47]. Præterea fideicommissam libertatem ab his petent [48]. † Sed [&] si qui suis nummis [49] redemptos se, & non manumissos contra placiti fidem adseverent. † Liber etiam [esse] jussus, *si rationes reddiderit*, arbitrum [50] contra dominum rationibus excutiendis recte petet [51]. † Sed & si quis fidem alicujus elegerit, ut nummis ejus redimatur, atque his solutis manumittatur, nec ille oblatam pecuniam susciperе velle dicat, contractus fidem detegendi servo potestas tributa est.

De præjudicio.

LIV. PAULUS lib. I Sententiarum.

PEr minorem causam majori cognitioni præjudicium fieri non [52] oportet [53]: major enim quæstio minorem causam ad se trahit [54].

De edictis, quibus vocantur absentes.

LV. IDEM lib. singulari de officio Adsessorum.

EDictum, quod ab antecessore datum est, in numero trium Edictorum [55] connumerari debet. Plane, licet [omnis] ab antecessore numerus finitus sit, solet successor unum edictum dare.

Quis possit rem in judicium deducere.

LVI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

LIcet verum [56] procuratorem in judicio rem deducere verissimum est, tamen, & si quis, cum procurator [57] non esset, litem sit contestatus, deinde ratum [58] dominus habuerit, videtur retro [59] res in judicium recte deducta [60].

Si filiusfam. conveniatur.

LVII. IDEM lib. XLI ad Sabinum.

TAm ex contractibus, quam ex delictis in filiumfamilias [61] competit actio [62]: sed, filio mortuo post [63] litis contestationem, transfertur judicium in patrem [64], dumtaxat [65] de peculio, & quod in rem ejus versum est. Certe si quasi procurator alicujus filiusfamilias judicium acceperit, mortuo eo [66], in eum, quem defenderit, transactio [67] vel judicati datur.

Quibus modis judicium solvitur, & de evocationibus.

LVIII. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

IUdicium [68] solvitur vetante [69] eo, qui judicare jusserat: vel etiam eo, qui majus [70] imperium [71] in eadem jurisdictione habet, vel etiam, si ipse judex ejusdem imperii esse cœperit, cujus erat, qui judicare jussit.

Ubi judicandum est.

LIX. ULPIANUS lib. LI ad Sabinum.

SI locus in [72] jubendo judicare non est comprehensus, videtur eo loco judicare jussisse, quo solet [73] judicari sine incommodo litigantium [74].

De officio judicis fabricati.

LX. PAULUS lib. XIV ad Sabinum.

MOrtuo judice, quod eum judicare oporteret, idem [75] eum, qui subditus [76] est, sequi [77] oportet.

Quid in judicium venire intelligatur. 1. De latrunculatore.

LXI. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

SOlemus quidem dicere [78], *Id venire in judicium, de* [79] *quo actum est inter litigantes*: Sed Celsus ait, periculose [esse], ex persona rei hoc metiri, qui semper, ne condemnetur, hoc dicet, *non convenisse* [80]. Quid ergo? melius est dicere [81], id venire in judicium, non de quo actum est, ut veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret. §. 1. Latrunculator [82] de re pecuniaria judicare non [83] potest.

Actoris & rei distinctio.

LXII. IDEM lib. XXXIX ad Edictum.

INter litigantes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor, alter possessor sit: esse enim debet, qui onera petitoris sustineat, & qui commodo possessoris fungatur [84].

Quid sit recte defendi.

LXIII. IDEM lib. XLIX ad Edictum.

RE*cte defendi* [85], hoc est, judicium accipere, vel per se, vel per alium, sed cum [86] satisdatione: nec ille videtur defendi, qui [87], quod judicatum est, non solvit.

De æstimatione. De prædone. 1. Judicatum solvi.

LXIV. IDEM lib. I Disputationum.

NOn ab judice doli æstimatio ex eo, quod interest, fit, sed [88] ex eo, quod in litem juratur: Denique & prædoni depositi [89], & commodati [90], ob eam causam competere actionem, non dubitatur. §. 1. Si quis alio judicio acturus, judicatum solvi satis acceperit, deinde [91] & [in] alio judicio agat, non committetur stipulatio: quia de alia re cautum videtur [92].

Ubi dos repetitur.

LXV. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

EXigere [93] dotem mulier debet illic, ubi maritus domicilium habuit, non ubi instrumentum dotale conscriptum est: nec enim id genus contractus [94] est [95], ut & eum locum spectari oporteat, in quo instrumentum dotis factum est, quam eum, in cujus domicilium & ipsa mulier per conditionem matrimonii [96] erat reditura.

De intentione ambigua.

LXVI. IDEM lib. II Disputationum.

SI [97] quis intentione [98] ambigua vel orationе usus sit, id, quod utilius ei [99], accipiendum est [100].

Si quis dicat se suis nummis redemptum.

LXVII. IDEM lib. VI Disputationum.

QUi se dicit *suo* [1] *nummis redemptum*, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemptus est: quia Constitutio non liberum pronunciari præcipit, sed *restitui ei libertatem* jubet. Proinde compellendus erit manumittere eum, qui se suis nummis redemit. † Sed [&] si latitet, exempla Senatusconsultorum ad fideicommissam [2] libertatem pertinentium [debere] induci oportet.

De edicto peremptorio.

LXVIII. IDEM lib. VIII Disputationum.

AD [3] peremptorium [4] Edictum hoc ordine venitur, ut primo quis petat post absentiam adversarii Edictum [5] primum: mox alterum,

LXIX. IDEM lib. IV de omnibus Tribunalibus.

PEr intervallum non minus [6] decem [7] dierum;

LXX. IDEM lib. VIII Disputationum.

ET tertium [8]: quibus propositis, tunc *peremptorium* impetret [9]: quod inde hoc nomen sumpsit, quod perimeret disceptationem, hoc est, ultra non pateretur adversarium tergiversari.

LXXI. IDEM lib. IV de omnibus Tribunalibus.

IN peremptorio autem comminatur [10] is, qui Edictum dedit, *etiam absente diversa parte cogniturum se, & pronunciaturum.*

LXXII. IDEM lib. VIII Disputationum.

NOnnunquam autem hoc Edictum post tot numero edicta, quæ præcesserint, datur: nonnumquam post unum, vel alterum: nonnunquam statim, quod appellatur *unum* [11] *pro omnibus* [12]. † Hoc autem æstimare oportet eum, qui jus dixit [13]: [&] pro [14] con-

---

15 Venditor denunciatus, ut emptorem in evictione rei defenderet, litem ad forum suum revocare non potest. 7 *Bocer. 5. cap.* 48.

16 Admonitus, compulsus.

17 Id est, fori, pone Ecclesiastici, de quo dixi *Authentica Statuimus. C. de Episcopis.* idque ita esse multis probat Covarruvias, 1 *pract.* 8. n. 3 Goth. Vid. Contal. *h. l.* Affict. *decis. Neapolit.* 227. *num.* 2. *in fin.* Andr. Gail 1 *observ.* 37. *n.* 7. Joan. à Sande, *decis. Frision. lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 5. Anf.

18 Ibi res defendenda, ubi agitur, *v. l.* 2. *C. ubi in rem actio.*

19 Vid. *l.* 1. *in fi. C. ubi in rem actio.*

20 Imo, nemo judicare jubere potest eo die, quo privatus futurus est. *l.* 13. *in fi. ff. de jurisdict.*

21 *Vid.* Covarruviam, *d. loco n.* 4.

22 Vid *l.* 52. § 3. *ff. eod. l.* 47. *l.* 108. *ff. de legat.* 1. *v. l. ult. C. ubi fideicommiss.*

23 Sic præsens status peculii spectatur. *l.* 32. §. 1. *ff. de peculio.* adde *l.* 1. §. 9. *ff. de dote prælegata.*

24 Hypotheca sequitur rem ipsum & fundum, *ut hic.* Aliud est in personali actione, quæ adversus heredem instituitur. *l. ult. C. de hered. act. l.* 13. *C. de hered. inst.*

25 Quæ nullam excusationem admittunt.

26 Exceptio.

27 *l.* 39. §. 3. *ff. de administrat. tut.*

28 Fori.

29 Nec enim ob litem contestantium conditio deterior fit, sed melior. *l.* 86. *ff. de reg. jur.*

30 Id est, heres, ut & *Novella* 108. *cap.* 2.

31 Fori exceptioni renunciari videtur, cum quis solvere incipit, vel pacisci, vel judicium suscipit. *Bart.*

32 Appellationi renunciare videri eum, qui coram primo judice litigat, hinc colligit Socinus, *regul.* 25. *quem vide.* adde *l. ult. C. de except.*

33 *l.* 16. *C. eod. l.* 4. *C. de jurisd. l.* 13. *C. de except. Novell.* 53. *cap.* 3.

34 Id est, signa, quibus exhibitis à principe frumentum dabatur. *l.* 49. §. 1. *ff. de legat.* 2.

35 *l.* 47. *in pr. ff. de leg.* 1.

36 Id est, senatoribus: vide quæ scripsi *ad l.* 5. *ff. de curat. furios.*

37 Vid. *l.* 22. §. 1. *ff. de usu & habitat.*

38 Vid. quæ ad hunc locum scripsi in *l.* 3. §. 2. *in fi. ff. de legatis præstandis.*

39 *l.* 38. *l.* 50. *ff. eod. l.* 47. *l.* 108. *ff. de legat.* 1. *v. l. nunc. C. ubi fideicommissum.*

40 Relicto in diem, vel sub conditione. 41 In certis causis, *Halo.* particula *id est*, quæ sequitur, ostendit Haloandri lectionem veriorem esse. 42 Puta majestatis. *l.* 7. *ff. ad legem Jul. majest.*

43 *l.* 7. *ff. de fals.* 44 Arctiorem annonam præbere quid esset, dixi *ad l.* 17. *ff. de compensation.* Goth. Vid. Rævard. *lib.* 3 *varior. cap.* 17. Anf. 45 Vid. *l.* 13. *ff. de accusationibus.*

46 *l.* 1. *ff. de annona.* 47 *l.* 2. *C. pro quib. caus. servi.* 48 Et eos in jus vocabunt eo nomine. *l.* 9. *ff. de in jus vocando. l.* 44. *ff. de fideic. libert.* 49 *l.* 4. *l.* 5. *ff. de manumiss.* 50 *De quo v. l.* 1. §. 7. *ff. si is, qui testamento liber.* 51 *l.* 50. *ff. de condit. & demonstrat.* 52 Imo fit interdum præjudicium majori causæ per minorem: admittitur enim ejus juramentum, qui postea juravit, & sic ea admissione videtur is, qui prior juravit, perjurus dici. *l.* 28. *in fin. ff. de injur.*

53 Vid. *l.* 16. *ff. de except.* Goth. Vid. Rævard. *lib.* 2. *de præjudic. cap.* 7. Anf. 54 Sic inferior superiori fundo servit. *l.* 1. §. *ult. ff. de aqua & aquæ.* 55 De quibus vid. *l.* 68. 69. 70. *ff. eod.*

56 Aliud in falso. vide Socinum, *regula* 165. 57 Idem in defensore. *l.* 11. §. 7. *in fin. ff. de except. rei judicatæ.* 58 Vide *l.* 12. *in fi. ff. de solutionibus.* 59 *c.* 10. *de regulis. in* 6. 60 Vide *l.* 12. *in fin. ff. de solutionibus.* 61 Quid, quatenus de peculio ex delicto servi tenetur dominus? quatenus ejus delicto peculium servi auctum est, *l.* 3. §. 12. *ff. de peculio.* & sic non in solidum.

62 Vide *l.* 39. *ff. de obligat. & act.* 63 Vide Socinum *regul.* 101.

64 Vide *l.* 1. *C. ut lit. pro patre.* 65 Et hic nulla alia actio.

66 Vide *l.* 2. *ff. quæ sententiæ sine appellat.*

67 Judicii translatio datur. *Haloand.* transfertur actio. *Petr. Faber. 1. semest.* 12. 13. id vitii ortum fuisse putat ex scribendi errore per notas, alius legit, *translatio vel judicati.*

68 *l.* 12. *in pr. ff. eod.* post litem contestatam potest revocari jurisdictio delegati secus in procuratore. *Bart.*

69 Et evocante ad se litem pendentem coram inferiore. De evocationibus vide *Novellam* 53. *cap.* 2.

70 Quis ille sit, vide apud Bart. *hic.*

71 In eadem jurisdictione quomodo potest alter altero majus imperium habere? Pone exemplum in Proconsule qui majus habet imperium Legato suo, & tamen utriusque eadem est jurisdictio: quod notandum.

72 Magistratus qui jubebat judicare, plerumque locum inserebat judicii.

73 Solita & consueta sequi debemus. Quid si duobus locis solitus sit aliquis judicare? In magis consuetum locum sistere se vocatus debebit, *arg. l.* 65. §. 2. *ff. de legat.* 3. *l.* 27. §. 2. *ff. ad municipalem.*

74 Vide *l.* 21 §. *pen. ff. de arbitris.*

75 *Actorum genus.* scilicet ut interea ex animi sententia judicet. *l.* 19. *ff. de arbitris.*

76 *Subditus* judex dicitur, qui loco mortui datur iis, qui eum habuerunt judicem in aliqua re vel lite. *Festus in subditur.* vide & *l.* 32. *ff.*

77 Idem tempus ei concedendum. *l.* 32. *ff. eod.*

78 Et male. *ut* ff. secus in arbitris. *l.* 21. §. 6. *ff. de arbitris.*

79 Vide *l.* 30. *ff. de peculio.*

80 *l.* 83. §. 1. *ff. de verb. oblig.*

81 Imo non est. Id enim in judicium venit, de quo actum est, ut veniret, *l.* 21. §. 6. *ff. de arbitr.* Dic aliud ibi esse in arbitrio, quam hic in judicio.

82 Ἀγροδιώκτης dicitur, *Novell.* 8. *c.* 12. 13. vide *Cujac.* 19. *obs.* 1.

83 Imo potest criminalis judex de re pecuniaria & civili quoque cognoscere, si res pecuniaria & civilis in criminalem forte incidet, *l.* 4. §. 4. *ff. si*

---

nium regund. l. 56. §. 1. *ff. de furtis.* Et ita est, sed id fit incidenter tantum. 84 *l.* 13. *ff. eod. l.* 1. §. 2. *ff. uti possidetis. l.* 4. *Inst. de interdictis.* 85 Vide *l.* 11. *in fin. ff. ex quibus causis majores. & l.* 33. *ff. defendere. ff. de rebus autorit. jud.* 86 Vide *l.* 5. §. 3. *ff. judicatum solvi.* 87 Id est, qui judicatum solvit, non satisdat. *arg. l.* 22. *in fi. ff. de arbitris.* 88 Juramentum in litem aliud est ab eo, quod interest. 89 *l.* 1. §. *si prædo. ff. depositi.* 90 *l.* 3. §. 2. *l.* 15. 16. *ff. commodati.*

91 *l.* 3. *ff. judicatum solvi.* 92 *l.* 13. *in fi. ff. jud. solvi.* 93 Dos repetitur in viri domicilio, non ubi dotis instrumentum confectum est. adde Tiraquellum in legibus connubialibus. *Gloss.* 1. *n.* 28. 32. 44. Cottam *in memorabilib. in verbis, Dos repetatur.* vide omnino Constantinum Rogerium *de dote, quæstion.* 20. Decium, *cons.* 19. 284. & 402. Jasonem *ad l.* 1. *n.* 60. *C. de summa Trinitate*: & Phanucium *Gloss.* 9. *tract. de lucro dotis.* 94 Est tamen dos, aut potius dotis promissio, contractus. *l.* 23. *ff. de regulis juris.* 95 Speciale est in contractu dotis, ut non inspiciatur locus contractus, sed domicilium mariti. 96 An ut suum amittat? an ut civis in domicilio mariti habeatur? collige *ex l.* 22. §. 2. *l. fin.* §. 3. *ff. ad municip.* 97 Libelli verba ambigua in edentis favorem interpretanda. vide tamen tres exceptiones apud Socinum, *regul.* 237. 98 *Intentio* est actoris, non rei, *l.* 9. §. 6. *ff. ad exhib. l.* 1. *ff. si mensor. ff. si minus. Inst. de act.* Imo & rei excipientis.

99 Qui dixit, sive actori, *l.* 83. §. 1. *ff. de verb. oblig.* id tamen intellige, si actus periret: alias, contra actorem. *l.* 38. §. 18. *ff. de verb. oblig. & l.* 178. *ff. de reg.* 100 Imo pactio obscura actori nocet. *l.* 39. *ff. de pactis.* 1 Vid. *l.* 4. *ff. de manumiss.* 2 Fideicommissariam. 3 Vide *hic Alberic. Cujac.* 10 *obs.* 11. 4 De quo vid. *l.* 70. *ff. eod.* Peremptorio huic qui non respondet, vere est contumax & litis desertor, hoc est, *eremodicium contrahere* dicitur. *l.* 53. § 1. *ff. de rejudicata.*

5 *Un defunt.* 6 *l.* 13. §. 2. *C. eod.* 7 Hodie triginta. *Novell.* 112. *c.* 3 8 *l.* 55. *ff. eod.* 9 Vid. *l.* 53. *ff. de rejudicat.* 10 Non tantum comminatur, sed condemnat. *l.* 53 *ff. de rejudic.* 11 Citatio unica regulariter pro tribus sufficit, *ut hic.* nisi tres requirantur præcise. *Gloss. in Clement.* 1. *in verbo requisierit. de hæred.* ut in Feudis, *Bald. in c.* 1. *de milite Vasallo.* Socinus *regula* 51.

12 *d. l.* 53. *l.* 8. *C. quomodo & quando judex.* 13 *Al.* dicit. 14 *l.* 4. §. *pen. ff. de incendio.*

conditione causæ, vel personæ, vel temporis, ita ordinem edictorum vel compendium moderare.

De absente citando post Edictum peremptorium, & sententia ferenda. 1. De absentia ejus, qui Edictum peremptorium impetravit. 3. An condemnatus ex peremptorio possit appellare.

LXXIII. Idem lib. IV de omnibus Tribunalibus.

ET post edictum peremptorium impetratum, cum dies ejus supervenerit, tunc absens citari [14] debet: &, sive responderit, sive non responderit, agetur causa, & pronunciabitur: non utique secundum præsentem, sed interdum [15] vel absens, si bonam causam habuit, vincet [16]. §. 1. Quod si is, qui Edictum peremptorium [17] impetravit, absit die cognitionis [18], is vero, adversus quem impetratum est, adsit, tum circunducendum [19] erit Edictum peremptorium [20]: neque [21] causa cognoscetur, nec secundum præsentem pronunciabitur. §. 2. Circumducto edicto videamus, an amplius reus conveniri possit: an vero salva quidem lis est, verum [22] instantia tantum edicti periit? Et magis [23] est, ut instantia tantum pereirit, ex integro autem litigari possit. §. 3. Sciendum [est], ex peremptorio absentem condemnatum, si appellet, non esse audiendum: si [24] modo per contumaciam defuit: si minus, audietur.

14 Iterum v. *d. l.* 8. Porro citari hoc loco reus dicitur, cum ipsa die cognitionis, quæ ante ei dicta fuit, in foro ac tribunali per præconem evocatur, ut an præsens sit, necne, appareat, *arg. l. 7. §. de in integr. v. Duar. 1. disp. 7.*

15 *l. 13. §. 2. C. eod. Nov. 65.*

16 Reus tamen, qui se judicio sistit, non condemnatur in expensis, *d.l. 13. §. 2. C. eod.*

17 De quo *l. 68.*

18 Die assignationis, *an jour de l'assignation.*

19 Circumducere edictum Galli practici dicunt, *Rabattre un defaut.*

20 Harum fex legum, puta *68 & sequentium*, interpretationem *v. in fi. Nov. 112.* ubi notavi pœnam actoris contumacis.

21 De lite ipsa judex non cognoscet, nec reum à lite absolvet, sed à sola instantia.

22 Differentiam observa instantiæ & litis.

23 Edictum peremptorium, quod reus impetravit adversus actorem, *(defaut, congé,)* reum ab instantia tantum, non ab actione liberat, *ut hic.* Quæ vero pragmaticis *forclusio* vel *exclusio* appellatur, vim majorem obtinet, secum enim ipsa trahit absolutionem, non tantum instantiæ, sed & litis, sive actionis.

24 *l. 23. ff. de appell.* Contumax fictus appellare potest. An & vorus? *v.* Socinum, *reg.* 73. 74.

25 Judex, qua de re cognoverit, de eadem pronunciare debet, *ut hic. c. cum judex. & ibi Glossa. extra de causa possessionis ac proprietatis.* v. tamen exceptiones apud Socinum, *regul.* 195.

26 *l. 13. §. fin. ff. de vacat mun.*

27 *l. 28. ff. ad municip.*

28 Si contra mortuum feratur, *v. l. 2. ff. quæ sententiæ.* secus si pro defuncto, *v. l. 30. ff. de fideicom. libert.* 29 Judex de judicato cognoscere is dicitur, qui judicatum exequitur: *v.* quæ scripsi ad hunc locum *in l. ult. §. 3. ff. de eo, quod metus causa.* 30 Adde *l. ult. in fi. ff. ne quid in loco publ.* De lusoriis judiciis adde *l. 14. ff. de appellat.* 31 Quod esse non debet. Imo possunt esse judicia lusoria; *l. 7. §. 3. ff. quib. ex causis in possessionem eatur.* 32 *l. 1. C. si ex falsis instrumentis*

33 Actor. 34 Sententiam: ita legit Cujac. 25 *obs.* 38. Consequi sententiam ita legimus *in l. cum precib. C. de probat. l. ult. C. de bonis autorit. judicis possid.* quam & consequi non is tantum dicitur, qui vicit, sed & qui damnatus est. Ambrosius *ad Romanos c.* 8. In hominibus morte dignis, vel sententiam consequutis. 35 Hæc vox *liquido* pertinet ad probationum διάλεκτον. 36 Apud judicem. 37 Judex itaque ita pronunciat, Non jure sententiam dictam videri, ut *l. 4. C. si contra jus.* Et sic judex non tantum cognoscit, an judicatum sit, sed an judicatum sit ex falsis allegationibus. 38 Exceptionem. An & condictionem soluti? *v. l. 26. l. 60. ff. de condict. indebiti.* An & restitutionem? Plerique ita putant, si sententia reperiatur lata ex falsa causa. Verum obstare videtur *l. 35. ff. de re judic.* 39 Observa Julianum iterum notari, sed à Paulo: nam paulo ante notatus est à Marcello. 40 *l. 53. §. pen. l. 60. ff. de re judicata.* 41 Reum. 42 *Ut l. 18. ff. eod.* 43 Eadem res interdum censetur, licet ejus partes commutatæ sint, *ut hic.* Idem judicium censetur, etiamsi judices dati vel omnes, vel eorum quidam sint mutati. Idem in legione, populo, navi: imo in uno & eodem homine cernimus, quorum omnium mutationes horariæ ac momentaneæ superiores non perimunt. In id unum totam hancce quæstionem recidere censeas, ut eadem res esse existimetur, cujus species eadem subsistat: Hoc ubi accidat, partium mutationem haud considerari, sed ejusdem speciei, ut ita dicam consistentiam, aut potius durationem. Ea sane ratione iidem, qui ab ævo, fontes, eadem flumina, & in scenis idem chorus, eadem musica. De *eodem*, & quod *idem* dicatur, adde *Platonem in Timæo: Aristotelem 3 Politic. 2. Alexand. ad Alex. 3. c. 10. Alciatum 6. parergon.* 17. 44 Sic in casu *l. 10, de offic. proconsul.* dicitur esse unus proconsulatus. adde *Hatimanium 2. pract. 1. c. 1. Nov. 134. c. 6.* 45 Mutatione judicis, non mutatur judicium. *Bart.*

46 Inductio elegans. 47 Et universitatem, *l. 7. in fi. ff. quod cujusque universit.* 48 De navigio, quo Theseus salvus rediit, hoc Plutarchus *in Theseo* refert, ad Demetrii Phalerei usque ætatem conservatum fuisse ab Athenienfibus, materiam aliam integram ei sufficientibus: ut Philosophis in disputatione de his, quæ augentur, antiquitatis exemplum hæc navis præbuerit, quod alii eandem manere, alii non eandem contenderent: adde eundem autorem, *libello de sera numinis vindicta.*

49 Id est, per vices, *l. 10. §. 7. ff. quib. mod. usus. amit. l. 83. §. 5. in fi. ff. de verb. oblig. l. 98. §. ult. ff. de solut.* idem in grege, *ut l. 22. ff. de legat. 1.* Idem in ædificio, *v. l. 65. in fi. ff. de legat. 1.*

50 Nos iidem sumus, qui ante fuimus, *ut hic.* Imo alii. *Plutarchus in sympofiac.* 51 Epicurei, autores atomorum. *Cicero 2. Academic. de Finibus, de Natura, passim &cnique.* Pyrrho & Democritus omnia esse in fluxu, nihil idem permanere censebant: adde quæ notavi ad *l. 3. de usuris.* 52 Atomos innuit, quorum autores Epicurei. 53 Corpus hominis Alphenus hic ipsum hominem appellat. denique corpus hominis pro ipso homine sumit: cum anima homo sit potius, quam corpus, quod & Plato in Alcibiade 1. *& lib.* 12. περὶ νόμων vidit, ut & Apollodorus Megarites, qui dicebat eos, qui credunt homines aliud esse, quam corpus, sine molestia victuros. Et alioqui homo, qua anima est, Dei imitatio, figura & imago, *Genes. 2.* Hinc Cicero *6. de Republica:* Tu vero enitere, & sic habeto, Te non esse mortalem, sed corpus hoc: Nec enim is es, quem forma ista declarat, sed mens cujusque est quisque. 54 Specie eadem manente res eadem manere intelligitur, *l. 9. §. 3. ff. ad exhibendum, l. 7. ff. de supellectile.* 55 Adde *l. 9. §. 3. ff. ad exhibendum.*

De patre & filio.

LXXVII. Africanus lib. III Quæstionum 56.

IN privatis negotiis 57 pater filium, vel filius patrem judicem habere potest [58].

LXXVIII. Paulus lib. XVI ad Plautium.

QUippe judicare munus publicum est [59].

De pœna temere vocantis in jus. 1. De quibus præsides consuli, & respondere debent.

LXXIX. Ulpianus lib. V de officio Proconsulis.

EUm, quem temere [60] adversarium [suum] in judicium vocasse constitit, viatica [61], litisque [62] sumptus adversario suo reddere oportebit [63]. §. 1. Judicibus de jure dubitantibus Præsides respondere solent: de facto consulentibus [64] non [65] debent Præsides consilium impertire, verum jubere eos, *prout [66] religio suggerit, sententiam proferre:* hæc enim res nonnumquam infamat, & materiam gratiæ vel ambitionis tribuit.

Si in judicis nomine erratum sit.

LXXX. Pomponius lib. II ad Sabinum.

SI in judicis nomine [67], prænomine erratum est, Servius respondit, si ex conventione litigatorum is judex addictus [68] esset, eum esse judicem, de quo litigatores sensissent [69].

Qui judices esse non possunt.

LXXXI. Ulpianus lib. V Opinionum.

QUi [70] neque [71] Jurisdictioni præest [72], neque [73] à Principe potestate aliqua præditus [est] neque ab eo [74], qui jus dandorum judicum habet, datus est, nec [75] ex compromisso [76] sumptus, vel ex aliqua lege confirmatus est, judex esse non potuit [77].

De viatore vice arbitri dando.

LXXXII. Idem lib. I de officio Consulis.

NOnnumquam solent magistratus populi Romani viatorem [78] nominatim vice arbitri dare [79], quod raro, & nonnisi re urgente faciendum est.

56 Vide *in hanc l. Cujac. 3. ad Afric.*

57 Non tamen in contentiosa jurisdictione. *l. 10. ff. de jurisdict.*

58 Atqui recusari judex potest propter consanguinitatem, affinitatem, amicitiam novam, & familiaritatem, *cap. postremo de offic. delegat.*

59 *l. 2. ff. de regulis juris.*

60 Προπετῶς. *7 Eclog. 5. cap. 73. 1 Harm. 2. §. 14.*

61 Τὰ τῆς ὁδοῦ ἢ τὰ τῆς ὁδοῦ ἀναλώματα. *Eclog. & Harmenopul. ibid.*

62 *l. 1. §. 1. ff. de vacat. munc.* vide tamen Socinum *regul.* 139.

63 Vide *l. 4. C. de fructibus & litium expensis.*

64 *l. 3. §. idem. ff. de testibus.*

65 Imo possunt, & licet. *l. 14. ff. de off. præfid.*

66 Judex ex conscientia judicare debet.

67 De nominibus & prænominibus veterum, alias dixi. 68 Litigaturi olim judicem ex decuria judicum eligebant. Dicebam judicem, tu condicebas, judex addicebat, inde judex addictus, *ut hic, & l. 39. ff. eod. l. 4. in fi. ff. de eo, quod certo. & in lege Mamilia:* Ejus Judicis datio, addictioque esto. *Goth.* Adde *l. 30. ff. famil. erciscund.* ubi familiæ erciscundæ judicio arbiter addictus. & *l. 59. §. ult. ff. ad Trebell.* ubi de hereditate dividenda Judex addictus: atque ita emenda *l. 1. C. de recept. arbitr. l. 7. l. 16. C. fam. ercisc. & pr. Inst. de offic. jud.* ubi aditus, pro addictus. *S. L.* 69 *l. 15. ff. de jurisd.* 70 Judex est vel ordinarius, (hoc est, datus à Principe, vel ab eo, qui jus dandi judicis habet;) vel ex compromisso sumptus, vel aliqua lege confirmatus. adde *1 Harmenopul. 4. §. 1. 7 Eclog. 3. ex tit. 5. c. 76.* Ita res judicatæ dicuntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex autoritate eorum inter partes dantur, item à magistratibus municipalibus, itemque ab his, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. *Paul. 5 sent. 5. §. 1.* 71 Imo privatus potest. *Novell. 15. c. 1. l. ult. C. de jurisd.*

72 Διακριθοῦν ἔχων, est jurisdictioni præesse. *Græci illo loco.* adde quæ scripsi ad *l. 2. §. 6. ff. de origine juris.* 73 Jurisdictione ordinaria, delegata vel arbitraria carens, judicare non potest.

74 Vide *l. 12. ff. cod.* 75 Atqui Paulus *illo loco*, negat ex compromisso judicem sumptum rem judicatam facere. 76 *l. 23. ff. de appellat.* 77 Cur ita? vide *l. 3. C. de jurisdict.* 78 *Vide* quæ scripsi ad *l. ultim. §. 3. ff. quod metus causa.* 79 Datus autem ut executor, partes judicis sibi non vindicabit. *l. 6. C. de execut. rei judicatæ.*

TIT. II.

DE [1] INOFFICIOSO [2] TESTAMENTO.

Quibus competit hæc querela.

1. Ulpianus lib. IV ad Edictum.

SCiendum est, frequentes [3] esse inofficiosi querelas: omnibus enim, tam parentibus [4], quam liberis de inofficioso licet disputare. Cognati [5] enim proprii, qui sunt ultra fratrem [6], melius facerent, si se sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non haberent.

Color hujus querelæ.

II. Marcianus lib. IV Institutionum.

HOc [7] colore [8] inofficioso testamento agitur, quasi non sanæ [9] mentis fuerunt, ut testamentum ordinarent. Et hoc dicitur, non quasi vere furiosus vel demens testatus sit, sed recte [10] quidem fecit testamentum, sed non [11] ex officio [12] pietatis [13]: nam si vere furiosus esset, vel demens [14], nullum est testamentum.

Quid sit dicere inofficiosum testamentum.

III. Marcellus lib. III Digestorum.

INofficiosum testamentum dicere, hoc est, allegare [15], quare exheredari vel præteriri non debuerit: quod plerumque accidit, cum falso parentes instimulati liberos suos vel exheredant, vel prætereunt.

Ratio hujus querelæ.

IV. Gaius lib. singul. ad legem Glitiam [16].

NOn [17] est enim consentiendum parentibus [18], [qui] injuriam adversus liberos suos testamento inducunt: Quod plerumque faciunt, maligne circa sanguinem suum inferentes judicium, novercalibus [19] delinimentis [20] instigationibusve corrupti.

De descendentibus ex fœminis: dissimo & color hujus querelæ.

V. Marcellus lib. III Digestorum.

NAm & his, qui [21] non ex masculis descendunt, facultas est agendi: cum & de matris testamento agant, & obtinere adsidue soleant. † Hujus autem verbi *de inofficioso* vis illa (ut dixi) est, docere immerentem se [22], & ideo & indigne præteritum, vel

1 III. C. XXVIII. & Inst. II. XVIII. *Paul. 4. sent. 5. 39 Eclog. 1. περὶ τῆς κατὰ διαθήκην μέμψεως.* Transit autem Jurisconsultus ad Judices Centumvirales

2 Inofficiosum testamentum est, in quo liberi vel parentes immerentes frustra exheredati sunt, iisque de causis, non ob omissas solemnitates, testamentum impugnatur & infirmatur officio judicis: resque ad intestati causam redit, quod ad institutiones attinet, *Auth. ex causa. C. de liberis præteritis.* An hodie locus sit querelæ, hinc intelligi poterit. Patri intestato succedit filius: testato, pro portione scripta: quæ si minor legitima est, condictione ex *l. 30. C. eod.* ad supplementum utetur. Si præteritus est, testamentum ipso jure nullum esse dicere potest: ad hæc bonorum possessionem contra tabulas habet: Justa exheredationis causa probata, nullo modo testamentum patris impugnat: non probata, adversus heredem scriptum antea non aget, quam hæc querela instituta. & ita rarius hoc titulo utimur: vide *7 Valer. 7.*

3 Frequentia titulum commendat. 4 Atqui filius in potestate, testamentum facere nequit. *l. 6. ff. qui testam.* 5 Cognatis querela non competit, *ut hic, Eclog. eod. c. 1.* imo competit. *l. 6 ff. eod.* 6 Datur hæc querela tribus: ascendentibus, descendentibus & collateralibus interdum, *ut l. 21. l. 27. C. eod. Nov. 18. c. 1.* 7 *Ecl. eod. c. 2.* 8 *l. 5. in fin. ff. eod.* Color nihil aliud est, quam falsa expositio, *teste Quintiliano.* Hujusmodi colores in foro etiam recipiuntur, *l. 7. ff. ad Macedon.* Datur iniquæ actioni color. Datur incompetenti judici color: sic quæritur color judicationi parium. *Cujac. 2. Fendor. 20.* 9 *l. 5. in fin. l. 29. ff. eod.* vide quæ notavi *in l. 5. ff. eod.* 10 Id est, solenniter. 11 Imo contra merita. *Ascon.* 12 Non ex officio pietatis facit, qui liberos injuste exheredat, & ideo frustra exheredat. *Paul. 4. sent 5. §. 1.* 13 Quam sibi ipsis parentes & filii invicem debent. *l. 1. ff. de obseq.* cujus oblivisci solent interdum. *l. 4. ff. eod. Paul. 4 sent. 5. §. 1.* 14 *l. 16. l. 17. ff. qui testam.* 15 Vide quæ notavi *l. 5. ff. eod. in pr.* 16 Lege Glitia introducta fuit quartæ aut inofficiosi querelæ actio seu ratio: quod argumento hujus inscriptionis ac tituli possis colligere, adde *Livium 19.* Aliis *Licia.* Sane *Gliciam* familiam Romæ fuisse non constat: ac præter cognomen M. Clandii, M. F. Glitiæ (qui Suetonio, *in Tiberio c. 2.* Glicia: Floro Glaucia. *lib. 16. Fast. Capitolini anno, urbis* 504.) Dictatoris, (qui scriba fuerat, & coactus est abdicare, licet ludis prætextatus interfuit,) nihil comparet: nisi quod meminit Tacitus *lib. 15.* cujusdam Glicii Galli, adde *Cujac. 2. obs. 21.* 17 Injuriæ liberis inferendæ cupidis parentibus non est concedendum: adde *Novell. 115. c. 3. & ult. in fine.* hoc etiam non permittit Solon. vide *Plutarchum in Solone.* 18 Et dominis adversus servos. *l. 8. §. 1. ff. de Sil.* 19 Vide quæ notavi de Novercis *in l. 4. §. 6. in fi. ff. de gradibus.* 20 Non est tamen vetitum, ut conjuges se in testamentis ad liberalitatem provocent. *l. 3. C. si quis alteri vel sibi.* Goth. Vid. Bald. Alberic. & Castrens. *hic.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 12. num. 11.* Ans.

21 Querela inofficiosi competit etiam his, qui ex fœminis deficendunt. *Eclog. eod. c. 4.*

22 Hodie filius non tenetur docere se merentem, sed oportet eum probari ab heredibus scriptis ingratum. *l. 30. in pr. C. eod.* Goth. Adde *Novell. 115. cap. 3.* Clar. §. *testamentum. quæst. 40. n. 5.* Fachin. *6. controv. 76.* Alciat. *1 præsumpt. 16. S. L.*

vel etiam exheredatione summotum: reliquo illo colore defendi tut apud Judicem, ut videatur ille quasi non sanæ mentis [33] fuisse, cum testamentum inique ordinaret.

De posthumo. 1. De eo, qui non vocatur ad legitimam successionem.

VI. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

Posthumus [20] inofficiosum testamentum potest dicere eorum, quibus suus heres vel legitimus potuisset fieri, si in utero [25] fuerit mortis eorum tempore. Sed & [26] cognatorum: quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere. Quid ergo? eis imputatur, cur intestati non decesserant? sed hoc nemo apud [27] Judicem potest impetrare: non [28] enim interdicitur testamenti factione. Hoc plane ei imputare potest, cur eum heredem non scripserit: potuit enim scriptus heres in possessionem mitti ex clausula *de ventre in possessionem mittendo* [29]: item natus, *secundum tabulas* haberet [30]. † Simili modo & cum, qui post testamentum [31] matris factum, exfecto [32] ventre extractus est [33], posse queri dico. §. 1. Si quis ex his personis, quæ ad successionem ab intestato non admittuntur, de inofficioso egerit (nemo [34] enim cum repellit), & casu obtinuerit, non ei prosit victoria, sed his, qui habent ab intestato successionem: nam intestatum patremfamilias facit. §. 2. Si quis instituta accusatione inofficiosi decesserit: an ad heredem suum querelam transferat? Papinianus respondit, (quod & quibusdam Rescriptis significatur,) si post adgnitam bonorum possessionem decesserit, esse successionem accusationis [35]. Et si non sit petita bonorum possessio, jam tamen cœpta [36] controversia, vel præparata: [37] vel si, cum venit ad movendam inofficiosi querelam, decessit, puto ad heredem transire.

VII. Paulus lib. singulari de Septemviralibus [38] judiciis.

Quemadmodum *præparasse* [39] litem quis videatur, ut possit transmittere actionem, videamus? Et ponamus in potestate fuisse eum, ut neque bonorum possessio ei necessaria & aditio hereditatis supervacua sit, is, si commutatus [40] tantum accusationem fuerit, vel usque ad denunciationem, vel libelli dationem processerit, ad heredem suum accusationem transmittet: Idque D. Pius de libelli datione & denunciatione rescripsit. † Quid ergo si in potestate non fuerit? an ad heredem actionem transmittat? Et recte videtur litem præparasse, si ea fecerit, quorum supra mentionem habuimus.

An patri nomine filii queri possit. 1. Si quis litem dereliquerit. 2. De institutione Imperatoris. 3. De testamento veteranı. 4. Vel militis. 5. De pupillari substitutione. 6. De donationc quartæ partis. 7. De impubere, cui pater pupillariter substituit. 8. An partem faciat, qui non quæritur. 9. Quæ minuunt quartam. 10. De eo, qui adgnovit judicium defuncti. 11. De eo, qui inofficiosus est, & damnatus restituere. 12. Si testamentum dicatur irritum, vel ruptum, & inofficiosum. 13. Si exheredatus possideat hereditatem. 14. Pœna actoris succumbentis. 15. De quarta ex constitutione D. Pii. 16. De effectu sententiæ contra testamentum.

VIII. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

Papinianus lib. V Quæstionum recte scribit, inofficiosi querelam patrem filii sui non instituere non [41] posse invito eo: ipsius enim injuria [42] est 43. † Sequenti loco scribit, si filius post agnitam litis [44] ordinandæ gratia bonorum possessionem decesserit, finitam esse inofficiosi querelam, quæ non patri, sed nomine debatur filii. §. 1. Si quis post rem inofficiosi ordinatam litem dereliquerit [45], postea non audietur. §. 2. Si Imperator [46] sit heres institutus, posse inofficiosum dici testamentum, sæpissime rescriptum est [47]. §. 3. Papinianus lib. II Responsorum ait, contra veterani patrisfamilias testamentum esse [48] inofficiosi querelam, etsi ea sola bona habuit, quæ in castris quæsierat. §. 4. Si quis in militia fecerit testamentum, & intra annum post militiam decesserit, dubito, an, quia ad hoc usque temporis jure militari testamentum ejus valet, querela inofficiosi cesset? & potest dici [querelam inofficiosi cessare]. §. 5. Sed nec impuberis filii mater inofficiosum testamentum dicit: quia pater ei hoc fecit: & ita Papinianus rescripsit: Nec partis, frater: quia filii testamentum est: ergo nec frater impuberis, si patris non dixit. Sed si in patris [49] obtentum est [50], nec [51] hoc [52] valebit: nisi [si] pro parte patris rescissum est: tunc enim pupillare valet.

§. 6. Si quis mortis [53] causa filio donaverit quartam partem ejus, quod ad eum esset perventurum, si intestatus paterfamil. decessisset, puto secure eum testari. §. 7. Si quis impuberi filio substituit, secundas tabulas faciendo, non ob hoc admittemus ipsum impuberem ad inofficiosi querelam. §. 8. Quoniam autem [54] quarta [55] debitæ portionis sufficit ad excludendam querelam [56], videndum erit, an exheredatus partem faciat, qui non queritur: utputa, sumus duo filii exheredati? & utique faciet, ut Papinianus respondit, & si dicam inofficiosum, non totam hereditatem debeo, sed dimidiam petere. Proinde si sint ex duobus filiis nepotes; ex uno plures, tres puta, ex uno unus: unicum, sescuncia; unum ex illis, semuncia querela excluditur. §. 9. Quarta [57] autem accipietur [58], scilicet deducto ære alieno, & funeris impensa. † Sed *an & libertates quartam minuant*, videndum [est: & nunquid minuant]? nam si cum [59] quis ex asse [60] heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum, quia [61] habet Falcidiam: Falcidia autem [62] libertates non minuit, potest dici, deductis [63] libertatibus quartam ineundam. Cum igitur placet quartam minui per libertates, eveniet, ut qui servos tantum habet in patrimonio suo, dando eis libertatem, inofficiosi querelam excludat, nisi forte hic filius, si non fuit in potestate, a patre heres institutus, merito omittit hereditatem, & ad substitutum [64] transmittens, querelam inofficiosi instituit; vel ab intestato, citra Edicti poenam habeat hereditatem. §. 10. Si conditioni parere testator heredem jussit in persona filii, vel alterius, qui eandem querelam movere potest: & fciens is accepit, videndum, ne ab inofficiosi querela excludatur: agnovit enim judicium. Idem est, & si legatarius ei, vel statuliber dedit: Et potest dici, excludi eum, maxime si heredem ei jusserat dare: cæterum, si legatarium, nunquid semel natam inofficiosi querelam non perimat legatarii oblatio? Cur ergo in herede absolute diximus? quoniam ante aditam hereditatem nec nascitur querela [65]. Ego eventum puto sequendum in hac re: ut si forte, antequam judicium [66] moveatur, oblatio ei fiat ejus, quod relictum est, quasi ex voluntate testatoris oblato eo, satis ei factum videatur. §. 11. Unde si quis fuit institutus forte ex semisse, cum ei sextans ex substantia [67] testatoris deberetur, & rogatus esset, post certum temporis restituere hereditatem, merito dicendum est, nullum judicium movere, cum debitam portionem, & ejus fructus habere possit, fructus enim solere in Falcidiam [68] imputari non est incognitum. Ergo & si ab initio ex semisse heres institutus, rogetur post decennium restituere hereditatem, nihil habet, quod queratur: quoniam facile potest debitam portionem, ejusque fructus [69] medio tempore cogere. §. 12. Si quis [&] irritum dicat testamentum, vel ruptum, & inofficiosum, conditio ei deferri debet, utrum prius movere volet [70]. §. 13. Si filius exheredatus in possessione sit hereditatis: scriptus quidem heres petet hereditatem, filius vero in modum contradictionis [71] querelam inducat: quemadmodum ageret, si non possideret, sed peteret. §. 14. Meminisse autem oportebit, eum [72], qui testamentum inofficiosum improbe dixit, & non obtinuit, id quod in testamento accepit, perdere, & id fisco vindicari, quasi indigno ablatum [73]: sed ei demum aufertur, quod testamento datum est, qui usque ad sententiam judicum lite improba perseveraverit [74]: cæterum, si ante sententiam destitit, vel decessit, non ei aufertur, quod datum est. Proinde, & [75], si absente eo secundum præsentem pronuncietur, potest [76] dici, conservandum ei, quod accepit. † Eo autem solo carere quis debet, cujus emolumentum ad eum pertinet: cæterum, si id rogatus fuit restituere, non debet injuria fieri [77]. † Unde non male Papinianus [78] lib. II Responsorum refert, si heres fuit institutus, & rogatus restituere hereditatem, deinde in querela inofficiosi non obtinuit, id, quod jure Falcidiæ potuit habere, solum perdere [79]. §. 15. Si quis impubes adrogatus sit ex his personis, quæ & citra adoptionem & emancipationem queri de inofficioso possunt, hunc puto removendum a querela, cum habeat quartam [80] ex constitutione D.Pii. Quod si egit, nec obtinuit, an quartam perdat? & puto, aut non admittendum ad inofficiosum, aut, si admittatur, etsi non obtinuerit, quartam ei, quasi ex alienum, concedendam [81]. §. 16. Si ex causa de inofficiosi cognoverit judex, & pronunciaverit contra testamentum, nec fuerit provocatum, ipso jure rescissum est, & suus heres erit, secundum quem judicatum est: & bonorum possessor, si hoc [se] contendit: & libertates ipso jure non valent: nec legata debentur: sed soluta repetuntur, aut ab eo, qui solvit, aut ab eo, qui obtinuit: & hæc utili actione repetuntur [82]. Fere autem, si ante controversiam motam soluta sunt, qui obtinuit repetit: & ita D. Hadrianus [83] & D. Pius rescripserunt. §. 17. Plane si post quinquennium [84] inofficiosum dici cœptum est, ex magna & justa causa, libertates non esse revocandas, quæ competierunt, vel præstitæ sunt, sed viginti aureos à singulis præstandos victori.

IX. Modestinus lib. singulari de inofficioso testamento.

Si autem intra quinquennium egerit, libertates non competunt. Sed Paulus ait, præstaturum fideicommissas libertates, scilicet viginti aureis [85] & in hoc casu à singulis præstandis.

De sententiis contrariis. 1. De legato percepto.

X. Marcellus lib. III Digestorum.

Si pars [86] judicantium [87] de inofficioso testamento contra testamentum: pars [88] secundum id sententiam dederit, quod interdum fieri solet, humanius [89] erit sequi eius partis sententiam, quæ secundum testamentum [90] spectavit, nisi [si] aperte judices [91] inique secundum scriptum heredem pronunciasse apparebit.

§. 1. Illud notissimum est, eum, qui legatum perceperit [92], non recte de inofficioso testamento dicturum: nisi [93] id totum alii administravit [94].

De effectu sententiæ contra testamentum.

XI. Modestinus lib. III Responsorum.

Etiamsi querela inofficiosi testamenti obtinuerit, non [95] ideo tamen

---

[20] Bartolus ait, hodie istum colorem non quærimus esse, propterea causam exheredationis sive præteritionis non esse veram.

[24] Ut præteritus non nocet exheredari non potest. vide quæ notavi *Nov.* 115. c. 3. Goth. Vide ad hanc legem Leonin. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 3 Arf.

[25] In utero non fuerit. *Hahen. respond.* ab Ant. Aug. 4 *Semest.* 17.

[26] *Schneidewin. cod.* 4. Imo quærela non competit cognatis *l.* 1. *vers. cognat. ff. eod.*

[27] Est enim lege interdicendus. *l.* 18. *ff. qui testamenta.*

[28] Imo interdicitur. *l.* 18. *ff. qui testamenta.*

[29] De quo *ff. lib.* 37 *tit.* 9.

[30] Quæ datur scriptis heredibus, *ff. de bon. poss. secundum tabulas.*

[31] Querela competit τῷ μὴ πεπαῦσθαι τῆς ἐκφορᾶς ἐν ὥρᾳ τοῦ τεκνοποιῆσαι. *Felic. d. cap.* 4.

[32] ei, qui post obitum matris exfecto ventre natus est.

[33] Exfecto ventre nati, quibuldam auspicationes habentur: ita natus Scipio, Cæsar, & alii plerique. 9 Plin. 3. Tertul. *de anima.*

[33] Talis enim posthumi loco habetur. *l.* 12. *ff. de liberis & posthum.* *l.* 141. *ff. de verb. sign.* aliud in aborsu. *l.* 2. *C. de post.*

[34] Exceptio, *cui non interest*, ad litem usque contestatam competit.

[35] Querela inofficiosi estne accusatio, an vero actio? Quidam putant accusationem esse, non actionem, *arg. hujus loci.* Sed Bartolus officium judicis esse existimat. Hæc enim querela agentem petere a judice, ut testamentum defuncti rescindat.

[36] Secus, si non cœpta. vide Paul. 1 *sent.* 13. §. *ult.* Goth. In eo differt a suppletoria actione ejus, quod minus legitima relictum est, quod illa ad quoscunque heredes, etiam non præparata, transeat. per ea quæ late Merlin. *de legitima. lib.* 3. *tit.* 3. 4. 7. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 10. Boër. *decis.* 250. Andr. Gail. *lib.* 2 *observ.* 110. Arn. Vinn. *ad* §. 3. *Instit. de inofic. testam. n.* 4. S. L.

[37] Per commi-nationem, denunciationem, libelli dationem. Hodie ad suos transmittitur, etiam non præparata. *l.* 36. *in fin. C. eod.* [38] Centumviralibus. *arg. l.* 13. *ff. eod.* [39] Προπαρεσκευάσθαι, præparare litem, est in iis, qui sunt in potestate, tantum accusationem comminari: vel, quod amplius est, denunciare, vel libellum dare. Nam ei, qui est in potestate, neque bonorum possessio necessaria est, & aditio hereditatis supervacua, &c. de iis autem loquendo, qui non sunt in potestate, *præparare litem*, est eorum quid facere, quorum habita mentio est: & heredibus eorum querela competit. 39. *Synop.* 1. *cap.* 5. [40] Qui comminatur se usurum querela, præparasse litem inofficiosi censetur. vide *l.* 25. §. 1. *ff. eod.* [41] Processerit. [42] Vide *l.* 123. *ff. de reg. jur.* [43] Exheredatio nota quædam est & injuria, *l.* 22. *ff. eod. l.* 132. *ff. de verb. oblig.* adde quæ scripsi *ad l.* 13. *C. ex quib. caus. infamia. & ad l.* 3. §. 2. *ff. de legatis præstandis.* Imo, quia filii injuria est, eo magis pater agere posse videtur. §. 2. *Inst. de injuriis.* [44] Vide Grassum *lib. sententiar.* §. *bonorum possessio. quæst.* 31. & Goveanum, 2 *observ.* 6. [45] *l.* 1. *C. de in integrum restit.*

[46] *Princeps* non est solutus lege Glicia, v. quæ scripsi ad *l.* 4. *C. ad l. Falcid.* hoc est, inofficiosum id testamentum dici potest, in quo etiam Princeps ipse, vel Imperator heres scriptus est. Eum enim, qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit. Paulus, *sentent.* 5. §. 3. Quod si ita est, ne quidem *Ecclesia* hac lege soluta fuerit. [47] Eum enim, qui leges facit, pari majestate legibus obtemperare convenit, Paulus 4 *sentent.* 5. §. 3. vide quæ notavi *ad Novell.* 85. [48] Imo ne quidem miles eam potest proponere, *l.* 27. §. 2. *ff. cod.* vide *Auth. presbyteros. C. de Episcopis.* [49] Testamentum scilicet. [50] A fratre impuberis, & quidem in solidum. [51] Cur? Pupillare testamentum pars est & sequela paterni testamenti. §. *liberis. Inst. de pupillari.* [52] Pupillare. [53] Cum quarta mortis causa datur, cessat querela. vide *l.* 25. *in princ. ff. eod.* [54] Hodie tricus, si non ultra quatuor liberos reliquit; vel semis, si plures. *Novell.* 18. *cap.* 1. *Novell.* 39. *cap.* 1. *Novell.* 22. *cap.* 48. [55] Hodie si minus quarta sit relictum, agitur ad quartæ supplementum. de quo vide *l.* 30. *C. eod.* [56] *l.* 6. *C. eod.* [57] Hodie triens vel semis. *dictis Nov.* [58] Paul. 4 *sent.* 5. §. 6. [59] Institutis querela non datur, cum onerata est vel exhausta hereditas, vel cum ipsi alteri eam restituere rogati sunt: quia Falcidiam habent. Paul. 4 *sent. tit.* 1. §. 5. Cujac. *ibid.* [60] Filius ex asse heres institutus, querelam instituere non potest, licet datio libertatum totum defuncti patrimonium absumat. [61] Querelam inofficiosi movere filius non potest, qui Falcidiam consectus est.

[62] Vide quæ scripsi *ad l.* 4. *C. ad l. Falcid.*

[63] Legitimum libertorum libertates datæ minuunt, *ut hic.* Jus aliud hodie est, ex *Nov. de triente.* 18. v. Tiraquell. *in tractatu pia causa.*

[64] Heres institutus habens substitutum, si de inofficioso dixerit, relictum ei non ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit, Paul. 4 *sent.* 5. §. *ult.* repudiata Tryphonini sententia, qui a morte testatoris querelam inofficiosi dabat. *l.* 19. *ff. de contra tabul.*

[65] Atqui ante aditam hereditatem bonorum possessio contra tabulas nascitur. *l.* 4. *ff. de bonor. possess. contra tabulas.*

[66] *l.* 36. §. 2. *C. eod.*

[67] *l.* 38. *in fin. pr. C eod.*

[68] Non in legitimam debitam jure naturæ, quæ hodie a liberis ex substantia hereditatis, non ex fructibus percipitur, *l.* 36. *in pr. vers. repletionem. & Auth. Necessitate. C eod.* adeo ut filiis quarta Trebellianica non competat per imputationem reditium, licet hoc testator jusserit vel rogaverit, sed in ipsis rebus hereditatis. *l.* 6. *C. de Senatusconsulto Trebell. v. hoc* Bartolum.

[69] Querela filius excluditur, Pegasianam ex fructibus consecutus.

[70] Quia ex diversis causis agitur. vide *l.* 16. *C. eod.*

[71] Id est, exceptionis, ut hoc casu petatur æque testamentum rescindi, sicut in libello querelæ principaliter propositæ. *Bart.*

[72] Pœna est inofficiosum testamentum improbe dicentis, neque obtinentis, ut eo, quod ipsi relictum fuerit in testamento, excidat, reique ea filio cedat. *ut hic. Eclog. eod. cap* 7. *Harmenopul.* 5. §. 3. Quid si decessit, vel ante sententiam destitit, vel absens condemnatus est, & ita succubuit? Relictum non amittet. Quid si rogatus sit alteri fideicommissum restituere? secus erit, hoc est, suum emolumentum

---

duntaxat amittet, at non fideicommissarius, *ut hic.* [73] *l.* 13 §. *pen ff. de jure fisci.* [74] V. *l.* 8. *C. de his, quæ ut indignis.* [75] V. quæ notavi *ad l.* 55 *ff. de conditionib.* [76] Quid ita? sententia lata adversus absentem videtur potius lata ob contumaciam ejus, quam quod malam causam habuerit. [77] Cui fideicommissario, id est, ei, cui heres jussus est hereditatem defuncti restituere. [78] Et Paul. 4 *sent.* 5. §. 9. [79] Id enim duntaxat ei aufertur, quod apud eum remanere potuisset. *Cuj.* [80] Querela excluditur, qui quartam habet ex constitutione D. Pii. [81] Si alio jure venire potest ad patris bona, querela non competet. *Zas.* [82] Hodie rupto testamento per querelam, omnia in testamento dispositæ præter institutionem heredis firma manent. *Nov.* 115. *c.* 3. *in fin.* [83] V. *l.* 28. *ff. eod.* [84] Id enim minor potest. *l.* 2. *C. in quib. caus. in integrum restit.* forte biennium. ut Plin. 5 *epist.* 1. Goth. Condictio tamen qua ad supplementum legitimæ agitur, quinquennio non præscribitur, sed perpetuo ad 30 annos durat, ut reliquæ actiones personales. *l.* 3. *C. de præscript.* 30 *annor.* Guid. Pap. *decis.* 82. Anf. [85] V. *l.* 1 §. 5. *C. de communi servo.* [86] Hoc est, duo concilia, &, ut Quintil. 11. *c.* 1. videtur appellare, duplicia, adde *l.* 38. *ff. de re judicata*, ubi dixi. [87] Centumvirorum sc. *l.* 13 *ff. & l.* 17. [88] Altera *scilicet*: seu duo altera concilia centumvirorum. Quatuor enim concilius conscribi soliti Centumviri a Decemviris quatuor: unde quadruplici judicio bona paterna repetere, apud Plin. 4 *epist.* est, bona paterna apud Centumviros (qui tempore ejusdem Plin. 180 erant) repetere. Ad hæc concilia referendus est locus Suet. *in Domitiano c.* 8. ubi centumvirorum & conciliorum fit mentio. Centumviri ita in quatuor concilia distributi, in Basilica Julia, una cum suis quatuor Decemviris, ascendebant totidem, id est, quatuor diversa tribunalia in uno tamen & eodem loco, ut qui primo tribunali diceret, facile a reliquis exaudiretur. Quint. 12. *c.* 5. Quin unam & eandem causam in omnibus conciliis simul actam, cognitam & judicatam indicio est hic locus, & quod apud Valerium 7. *cap.* 7. legitur: sed & in eadem causa interdum divisa tribunalia fuisse, hoc est, diversas fuisse sententias, constat, *l.* 76. *ff. de legat.* 2. Qui his quatuor conciliis & tribunalibus præerat, Prætor, & quidem Urbanus. Medius autem sedebat inter illa concilia. ut a dextra duo: sinistra totidem essent ei concilia, seu tribunalia. Eoque forte respexit Quintil. 5. *cap.* 2. cum scriberet, partes centumviralium in duas hastas divisas esse, hoc est, unam centumviralem, alteram Prætoriam, seu decemviralem, totidem enim in omnibus centumviralibus judiciis ponebantur. De forma judiciorum centumviralium dixi ad *l. ult. C. de petit. hereditatis.* De causis ipsis Centumviralibus ad *l.* 17. *ff. eod.* [89] Seneca 11 *epist.* Reus sententiis paribus absolvitur, & semper, quicquid dubium est, humanitas inclinat in melius. [90] In dubio judicatur pro testamento, *l. Titia.* 34. §. 2. *ff. de leg.* 2. vide Speculatorem *tit. de testam. n.* 83. ut & secundum libertatem. *l.* 38. *ff. de re judicata.* [91] Centumviri. [92] Tunc enim censetur defuncti voluntatem approbasse. *l.* 31. *in fin ff. eod. l.* 5. *in pr. ff. de his, quæ ut indig.*

[93] Cur? qui legatum, quod accepit, alteri restituit, legatum accepisse videri non potest. [94] Id est, restituit. [95] Donationem nec dotem amittit, qui querelam inofficiosi instituit. Cur? Testamentum accusius defuncti, jus, quod contractu sibi adquisivit, non amittit. *l.* 21. *in fin. C. de inofficios. testam.* Goth. Adde *l.* 5. §. 1. *& l. pen. ff. de his quæ ut indign.* Balduin. & Cujac. ad *Nov.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 69. Menoch. 4 *præsumpt.* 98. S. L.

tamen donationes [93], quas vivus ei perfeciſſe proponitur, infirmari, neque in dotem [94] datorum partem vindicari poſſe reſpondi.

De legato percepto. De manumiſſione ſervi inſtituti. 1. De petitione à ſtatulibero. 2. De petitione legati adempti. 3. De liberatione per acceptilationem correi.

XII. IDEM lib. ſingulari de Præſcriptionibus.

NIhil intereſt, ſibi relictum legatum filius exheredatus adgnoverit: an filio, ſervove relictum conſecutus ſit: utrobique enim præſcriptione ſubmovebitur [95]. Quinetiam ſi idem inſtitutum ſervum prius, quam adire hereditatem juberet, manumiſerit, ut ille ſuo arbitrio adeat hereditatem, idque fraudulento conſilio fecerit, ſummovebitur ab actione. §. 1. Si à ſtatulibero exheredatus pecuniam petere cœperit, videri adgnoviſſe parentis judicium. §. 2. Si cum filius ademptum ſibi legatum inſtituerit petere, ſummotus repetat inofficioſi querelam, præſcriptione removendus non eſt [96]: quamvis enim agendo, teſtamentum comprobaverit [97], tamen eſt aliquid, quod teſtatoris vitio reputetur, ut merito repellendus non ſit. §. 3. Filius teſtatoris [98], qui cum Titio ejuſdem pecuniæ reus fuerat, liberatione Titio legata, per acceptilationem Titii liberatus [99], ab actione inofficioſi non ſummovebitur [100].

An fideicommiſſa debeantur reſciſſo teſtamento.

XIII. SCÆVOLA lib. III Reſponſorum.

TItia [1] filiam [2] heredem inſtituit, filio legatum [3] dedit, eodem teſtamento ita cavit: *Ea omnia, quæ ſupra dari, fieri juſſi, ea dari, fieri volo ab omni herede, bonorumve [4] poſſeſſore, qui mihi erit etiam [5] jure ab inteſtato. Item quæ dari juſſero, ea uti dentur, fiant* [que], *fidei ejus [6] committo.* Quæſitum eſt, ſi ſoror [7] Centumvirali [8] judicio obtinuerit [9], an fideicommiſſa [10] ex capite ſupraſcripto [11] debeantur? [Reſpondit:] Si hoc quæratur, an jure eorum, quos quis ſibi ab inteſtato heredes, bonorumve poſſeſſores ſucceſſuros credat, fideicommittere poſſit, reſpondi [12] poſſe. Paulus notat [13]: Probat autem, nec [14] fideicommiſſa ab inteſtato data deberi, quaſi a demente.

De liberis & parentibus.

XIV. PAPINIANUS lib. V Quæſtionum.

PAter filium emancipavit [15], & nepotem ex eo retinuit [16]: emancipatus ſuſcepto poſtea [17] filio, duobus exheredatis, patre præterito, vita deceſſit: in quæſtione de inofficioſi [18] teſtamenti, præcedenti [19] cauſa filiorum, patris intentio adhuc pendet [20]: quod ſi contra filios judicetur, pater [21] ad querelam vocatur, & ſuam intentionem [22] implere poteſt [23].

1. De herede. 2. De teſtamento pro parte reſciſſo.

XV. IDEM lib. XIV Quæſtionum.

NAm etſi parentibus non debetur filiorum hereditas, propter votum [24] parentium, & naturalem erga filios caritatem, turbato [25] tamen ordine mortalitatis, non minus parentibus, quam liberis, pie [26] relinqui debet [27]. §. 1. Heredi ejus, qui poſt litem de inofficioſo præparatam, mutata voluntate, deceſſit, non datur de inofficioſo querela: non enim ſufficit litem inſtituere, ſi non in ea perſeveret [28]. §. 2. Filius, qui [de] inofficioſi actione adverſus duos heredes expertus, diverſas [29] ſententias judicum tulit, & unum vicit, ab altero ſuperatus eſt, & debitores convenire, & ipſe à creditoribus conveniri pro parte [30] poteſt, & corpora vindicare, & hereditatem dividere: verum enim eſt, familiæ erciſcundæ judicium competere: quia credimus eum legitimum heredem pro parte eſſe factum: & ideo pars hereditatis in teſtamento remanſit. Nec abſurdum videtur, pro parte inteſtatum videri [31].

An victoria unius proſit alteri. 1. De patre & filia teſtatoris.

XVI. IDEM lib. II Reſponſorum.

FIlio, qui de inofficioſo matris teſtamento contra fratrem inſtitutum de parte ante egit, & obtinuit, filia quæ non egit, aut non obtinuit, in hereditate legitima fratri non concurrit [32].

§. 1. Contra tabulas filii [33] poſſeſſionem jure manumiſſionis pater accepit [34], [& bonorum poſſeſſionem adeptus eſt,] poſtea filia defuncti, quam ipſe exheredaverat, quæſtionem inofficioſi teſtamenti recte perculit [35]: poſſeſſio, quam pater accepit, ad irritum recidit [36]: nam priore judicio de jure patris, non de jure teſtamenti quæſitum eſt [37]: & ideo univerſam hereditatem filiæ cum fructibus reſtitui neceſſe eſt [38].

An partem faciat qui non queritur, & an ei profit alterius victoria. 1. De effectu ſententiæ contra teſtamentum.

XVII. PAULUS lib. II Quæſtionum.

QUi repudiantis animo non venit ad accuſationem inofficioſi teſtamenti [39], partem non facit his, qui eandem querelam movere volunt [40]. Unde, ſi de inofficioſo teſtamento patris, alter ex liberis exheredatis ageret, quia, reſciſſo teſtamento, alter quoque ad ſucceſſionem ab inteſtato vocatur, & ideo univerſam hereditatem non recte vindicaſſet: hic, ſi obtinuerit, utereturrei judicatæ autoritate: quaſi Centumviri [41] hunc ſolum filium in rebus humanis eſſe nunc, cum facerent inteſtatum, crediderint.

§. 1. Cum contra teſtamentum, ut inofficioſum [42], judicatur, teſtamenti factionem habuiſſe defunctus non creditur. Non idem probandum eſt, ſi herede non reſpondente, ſecundum præſentem judicatum ſit: hoc enim caſu non [43] creditur jus ex ſententia [44] judicis fieri [45]: & ideo libertates competunt, & legata petuntur.

XVIII. IDEM lib. ſingulari de inofficioſo teſtamento.

DE qua re etiam Conſtitutio exſtat Divorum fratrum [46], quæ hujuſmodi diſtinctionem admittit [47].

Si mater extraneum, & filiam heredes inſtituerit, alteram filiam præterierit.

XIX. IDEM lib. II Quæſtionum.

MAter decedens, extraneum ex dodrante heredem inſtituit, filiam unam ex quadrante [48], alteram præteriit [49], hæc de inofficioſo egit, & obtinuit: Quæro, ſcriptæ filiæ quomodo ſuccurrendum ſit? Reſpondi: Filia præterita id vindicare debet, quod inteſtata matre habitura eſſet. Itaque dici poteſt eam, quæ omiſſa eſt, etiamſi totam [50] hereditatem [ab inteſtato] petat, & obtineat, ſolam habituram univerſam ſucceſſionem [51], quemadmodum ſi altera omiſiſſet legitimam hereditatem. Sed non eſt admittendum, ut adverſus ſororem [52] audiatur, agendo de inofficioſo.

† Præterea dicendum eſt, non eſſe ſimilem omittenti eam [53], quæ ex teſtamento adiit: & ideo ab extraneo ſemiſſem vindicandum: & defendendum, totum ſemiſſem eſſe auferendum, quaſi ſemis totus ad hanc pertineat. Secundum quod non in totum teſtamentum infirmatur, ſed pro parte inteſtata efficitur: licet quaſi furioſæ [54] judicium ultimum ejus damnetur. † Cæterum, ſi quis putaverit, filia obtinente, totum teſtamentum infirmari [55], dicendum eſt, etiam inſtitutam ab inteſtato poſſe adire hereditatem: nec enim [56] quæ ex teſtamento adiit, quod [57] putat valere, repudiare legitimam hereditatem videtur, quam [quidem] neſcit ſibi deferri: cum & hi, qui ſciant, jus ſuum eligentes id, quod putant ſibi competere, non amittant: quod evenit in patrono, qui judicium defuncti, falſa opinione motus, amplexus eſt: is enim non videtur bonorum poſſeſſionem contra tabulas repudiaſſe. Ex quibus apparet, non recte totam hereditatem præteritam vindicare: cum reſciſſo teſtamento, etiam inſtitutæ ſalvum jus ſit adeundæ hereditatis.

De Carboniana bonorum poſſeſſione.

XX. SCÆVOLA lib. II Quæſtionum.

QUi de inofficioſo vult dicere, licet negetur *filius*, Carboniana bonorum poſſeſſionem non debet accipere [58]: toties enim ea indulgenda eſt, quotiens, ſi vere filius eſſet, heres eſſet, aut bonorum poſſeſſor: ut interim & poſſideat, & alatur, & actionibus præjudicium non patiatur: qui vero de inofficioſo dicit, nec actiones movere debet, nec aliam ullam, quam [59] hereditatis petitionem, exercere, nec alii: ne unquam melioris ſit conditionis, quam ſi confiteretur adverſarius.

De dolo heredis. 1. De indebito ſoluto ab herede. 2. De effectu ſententiæ contra teſtamentum.

XXI. PAULUS lib. III Reſponſorum.

EUm, qui inofficioſi teſtamenti querelam inſtituit, & fraude heredis ſcripti, quaſi tertiam partem hereditatis tacite rogatus eſſet ei reſtituere, reliquit eam actionem, non [60] videri deſeruiſſe querelam: & ideo non prohiberi eum repetere inchoatam [actionem [61].] §. 1. Item quæſitum eſt: an heres audiendus eſt ante [de] inofficioſo querelam actam, deſiderans reſtitui ſibi ea, quæ ſolvit? Reſpondit, ei, qui ſciens indebitum fideicommiſſum ſolvit, nullam repetitionem ex ea cauſa competere [62]. §. 2. Idem reſpondit, evicta hereditate per inofficioſi querelam ab eo, qui heres inſtitutus eſſet, perinde omnia obſervari oportere, ac ſi hereditas adita non fuiſſet: & ideo & petitionem integram debiti heredi inſtituto adverſus eum, qui ſuperavit, competere, & compenſationem debiti.

An factum patris tollat querelam filii. 1. De legatario, qui filii, 2. Vel hereditario, 3. Vel arrogati nomine agere ſuccubuit.

XXII. TRYPHONINUS lib. XVII Diſputationum.

FIlius non impeditur [63], quominus inofficioſum teſtamentum matris accuſare [64], ſi pater ejus legatum ex teſtamento matris accipiet, vel adiſſet hereditatem, quanquam in ejus eſſet poteſtate: nec [65] prohiberi patrem dixi jure [66] filii accuſare [67]: nam [68] indignatio [69] filii eſt. §. 1. Et quærebatur, ſi non obtinuiſſet [70] in accuſando, an, quod patri datum [71] eſt, publicaretur [72], quoniam alii [73] commodum victoriæ parat, & in hac cauſa nihil ex officio patris, ſed totum de [74] meritis filii [75] agitur? Et inclinandum eſt, non perdere patrem ſibi datum [76], ſi ſecundum [77] teſtamentum pronunciatum fuiſſet. §. 2. Multo magis, ſi mihi legatum teſtator dedit, cujus de inofficioſo teſtamento filius agens deceſſit, me herede relicto, egoque hereditariam cauſam peregi, & victus ſum, id quod mihi eo teſtamento relictum eſt, non perdam: utique, ſi jam defunctus agere cœperat. §. 3. Item ſi adrogavi [78] eum, qui inſtituerat litem de inofficioſo teſtamento ejus, qui mihi legatum dedit, litemque peregero nomine filii, nec obtinuero, perdere me legatum non oportet: quia non ſum indignus,

---

93 Quia qui mortis cauſa donationem accepit à teſtatore, non eſt ſimilis in hac cauſa legatario. *l.* 5. § 17. ℣. *de his, quæ ut indign.* Cur? donatio cauſa mortis prius teſtamenti non eſt: contractui enim magis, quam ultimæ voluntati accedit.

94 Dotem non amittit, qui querelam inofficioſi inſtituit, *ut hic.* Cur? dotis cauſa ex teſtamento non pendet. *l.* 35. ℣. *familiæ. l.* 3. §. *ergo etiam.* ℣. *de minoribus. l. emptor.* §. *ancillam. l.* 1. ℣. *de rei vindicat.*

95 Hodie utcunque ſimpliciter adgnoverit legatum, poteſt agere ad ſupplementum quartæ. *l.* 35. §. 2. *C. eod.*

96 Quia illa petitio fuit ſine effectu.

97 Tacita minus nocent, quam expreſſa.

98 Emancipatus.

99 Id enim fieri debet. *l.* 3. §. 3. ℣. *de liberatione.*

100 Quia quod alicui per conſequentiam queritur abſque facto ſuo, eum non removet à querela. *Bart. hic.*

1 *Al.* Titia filium heredem inſtituit, filiæ legatum dedit. Cujac. ad *l. ex ea ſcriptura.* 29. ℣. *qui teſtamenta.*

2 Unam, puta Mæviam.

3 Et alteram filiam exheredavit injuſte: puta Caiam, *ut verſ. quæſitum.* ℣. *eod.*

4 Qui heredem imitatur.

5 Repetitio legatorum facta ab inteſtato inutilis eſt, nec vim ullam obtinet, quoties per querelam inofficioſi, teſtamentum reſciditur. *l.* 29. *C. de fideic.* Quid ſi Codicillaris clauſula appoſita? fideicommiſſa ex inofficioſo teſtamento non debentur: hoc ideo, quia is, cujus teſtamentum quaſi inofficioſum condemnatur, pro demente habetur, nec intelligitur habuiſſe teſtamenti factionem, *l. nec fideicommiſſa.* ℣. *de legat.* 3. proinde nec fideicommiſſi neque codicillorum faciendorum jus. Hic igitur ſolida fideicommiſſa non debentur, quia pro parte reſciditur teſtamentum à ſorore.

6 Heredis mei ab inteſtato.

7 Filiæ inſtitutæ, quæ erat præterita, vel exheredata. *Bart.*

8 Non Septemvirali, ut legitur in inſcriptione, *l.* 7. ℣. *eod. l.* 28. 31. ℣. *eod.* adde quæ de Centumviris ſcripſi ad *l.* 10. ℣. *eod.* & ad *l.* 17. ℣. *eod.*

9 Et ſic ad inteſtati cauſam rem redegit, & pro parte ſua ab inteſtato ſucceſſit.

10 Legata repetita ab inteſtato.

11 Repetitione facta ab inteſtato.

12 Ego Scævola.

13 Reprehendendo Scævolam.

14 Hoc certe conſtat, ab inteſtato fideicommiſſi poſſe, ut notavi *l.* 4. *C. de Codicill.* Goth. Confer *l.* 28. *b. t.* correctas per *Novell.* 115. Anſ.

15 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 10. ℣. *de ſuis.* Goth. Hanc legem noviter declarat Vigl. *de inofficiſ. teſtam.* §. *quia plerunque. num.* 5. Anſ.

16 Hoc enim poteſt. §. 7. *Inſt. quib. mod. jus patriæ.*

17 Poſt ſuam emancipationem.

18 *Al.* inofficioſo teſtamento. Vel tollenda eſt particula *de.*

19 *Al.* præcedente: recte. In querela inofficioſi teſtamenti inſtituenda liberi defuncti patrem ejus præcedunt. Tantiſper dum adverſus filii mei defuncti teſtamentum querelam inſtituere poſſunt ejus liberi, mea pendet querela.

20 Poteſt enim iis excluſis admitti. *l.* 25. *in fin.* ℣. *eod.*

21 *l.* 15. ℣. *eod. Novell.* 118. *cap.* 2. 5 *Harmenop.* 9. §. 17.

22 Actionem, querelam.

23 Hinc collige, In querela inofficioſi adverſus teſtamentum patris filios exheredatos, præponi avo ſuo præterito, & filiis eo caſu excluſis avum admitti.

24 Vide *l.* 7. *in princ.* ℣. *de bonis damnator.*

25 Vide quæ notavi ad *l. ult. C. de inſtitut. & ſubſtit.* adde Gell. 5. Valer. 9.

26 Piis cauſis adnumerari relicta parentibus, & liberis, hinc colligitur, quod Angelus, ut & alii non admittunt. vide quæ ſcripſi ad *Auth. ſimiliter. C. ad Falcid.*

27 *l.* 7. *in fin.* ℣. *unde liberi.* Cicero *de ſenectute, in fin.* ubi vide Manutii inſcriptionem, adde *Novell.* 115. *c.* 4. patri præterito quemadmodum ſubveniatur, v. apud Cujac. 8 *obſ.* 23.

28 Adde *l.* 10. §. *verſum. de in rem verſo.*

29 Adde *l.* 13. *C. eod. l.* 76. ℣. *de legat.* 2.

30 Adde *l.* 13. *C. eod.*

31 Ex poſtfacto, ut *l.* 24. ℣. alias abſurdum id erit. *l.* 7. ℣. *de reg. jur.* niſi in milite. *l.* 2. *C. de teſt. milit.*

32 Qui querela utitur, coheredi non prodeſt. *Goth.* Confer *l.* 17. ℣. *eod.* Anſ.

33 Emancipati.

34 Id eſt, maluit accipere bonorum poſſeſſionem ex edicto de manumiſſoribus. *l.* 1. ℣. *ſi à parente quis manumiſſ.*

35 *Perferre cauſam.* vide quæ ſcripſi ad *l.* 11. ℣. *ad Turpill. & l.* 7. *C. qui accuſare.*

36 Nec filiæ objicietur exceptio rei judicatæ: quia res inter patrem & heredem ſcriptum acta, filiæ non nocet. *l.* 1. ℣. *de except. rei judic.*

37 Id eſt, quia ſententia de patre præterito, inter ipſum & ſcriptum heredem: ſententia vero contra teſtamentum inofficioſum, inter omnes jus facit. *Baro.*

38 In hanc legem vide Pinell. ad *l.* 2. *de reſcind. vend. part.* 2. *c.* 4. *n.* 10. Anſ.

39 Id eſt, qui non admittitur ad querelam, quia repudiavit, &c. *Accurſ.* Goth. Excipe caſum *l.* 7. ℣. *famil. erciſcund.* adde *l.* 19. & 23. ℣. *h. t.* Anſ.

40 Id eſt, non facit eos, qui querelam inſtituere volunt, particulares heredes, ut partem tantum habeant: nec impedit, quominus illi totum accipiant, illis enim totum accreſcit. *l.* 23. *in fin.* ℣. *eod.*

41 Centumviri cognoſcebant de inofficioſo, *ut hic. & l.* 13. ℣. *eod.* quo pertinent quæ à me notata ſunt *l.* 10. ℣. *eod. l. ult. C. de liberis præteritis. l. ult. C. de petit. hered.* & ad Ciceronem, 1 *de oratore.* Imo & de aliis hereditariis controverſiis. Paulus 5 *ſent.* 17. §. 2. Judex tutelaris, itemque Centumviri, ſi aliter de genere hereditatis, vel de fide generis inſtitui non poſſunt, peterunt de ſervis hereditariis habere quæſtionem. Quintil 7 *c.* 5. Si exheredatum à ſe filium pater teſtatus fecerit elogio, propterea quod is meretricem amaverit, omnis licerit quæſtio: an huic delicto pater debuerit ignoſcere, & Centumviri tribuere debeant veniã. Idé 3. *c.* 13. Cum apud Centumviros quæritur, uter digoior hereditate ſit. Hieron. 2 *epiſtol.* Hereditariæ vel Centumvirales cauſæ de barathro eruntæ.

42 Id enim eſt, quod hæc actione peti debet.

43 Imo ſemper creditur, jus ex ſententia fieri. *l. pen.* ℣. *de juſtitia. l.* 25 ℣. *de ſtatu hom.*

44 Sententia, quæ jus facit inter omnes, inter abſentes jus non facit.

45 Quoties enim quis contumax condemnatur, de jure ejus, non de jure teſtamenti pronunciatum intelligitur. Ergo ut ſententia contra teſtamentum inofficioſum lata jus inter omnes faciat, oportet heredem præſentem pronunciari. *Baro.*

46 Vid. *l.* 37. ℣. *de judic. & ibi notat.* Contra Gloſſ. hic. Adde Rævard. *var. lib.* 3. *cap.* 10. Anſ.

47 Non reſcinditur ipſo jure teſtamentum, niſi præſente adverſario judicetur de inofficioſo. *Baro.*

48 Id eſt, illum ex 9, hanc ex tribus unciis.

49 Matris præteritio habetur pro exheredatione. §. *final. Inſt. de exhered. lib.* Goth. Manentibus legatis, reliquiſque præter inſtitutionem articulis. *l.* 1. ℣. *de legat. præſtand. contra tab. bonor. poſſ. petit. Nov.* 115. *cap.* 3. *in fin.* S. L.

50 Adverſus ſororem & extraneum.

51 Ita ut nihil videatur concedendum ſorori, quæ adeundo ex teſtamento ceſſe-

tur renunciaſſe hereditati ab inteſtato.

52 Id eſt, inſtitutam ſororem.

53 Filia à matre præterita, ſi inofficioſi contra ſororem agat, non eſt audienda, ſed contra extraneum recte agit pro media parte, reſciſſo pro ea parte teſtamento.

54 Vide *l.* 2. *l.* 5. *in fin.* ℣. *eod.*

55 Si præterita, adverſus ſororem inſtitutam, & extraneum, agente, totum teſtamentum reſciſſum fuerit, inſtituta partem mediam hereditatis ab inteſtato petet.

56 Id eſt, qui eligit, quod putat ſibi competere, is non amittit id, quod ignorat: quinimo ſi eligit quod putat ſibi competere, non amittit quod ſcit competere. *Baro.* adde *l.* 8. ℣. *de petit. hered.* Ignorata remittere nemo intelligitur. *l.* 35. ℣. *de pactis.* vide Puteum 3 *deciſione* 73.

57 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 2. *in verbo Licere. C. de jure emphyteutico.*

58 *l.* 1. §. 8. ℣. *de Carboniano.*

59 Vide quæ notavi, *l.* 1. *C. eod.* Quid? an hæc querela, & petitio hereditatis poſſunt uno libello concludi? Anſarius negat, quia non ſimul natæ ſunt. Zaſius contra, *hoc tit. num.* 30.

60 Cur? tacita hæc conditio ineſt actui cuicunque, ſi fides ſervabitur agenti. *l cum proponas. C. de pactis. l. qui fidem.* ℣. *de tranſact. l.* 3. *C. de donat. ante nuptias. cap.* 2. *extr. de jurejurando.*

61 Deſtitiſſe & renunciaſſe in totum querelæ non videtur, qui fraude adverſarii errans deſtitit. Baro. vide *l.* 12. §. *penult.* ℣. *eod.*

62 *l.* 1. 24. 26. §. 3. 8. *l.* 62. ℣. *de condict. indeb. l.* 19. §. 6. ℣. *locati. l.* 58. ℣. *de ſo'ut. l.* 53. ℣. *de regul. jur. l.* 9. *C. de cond. indeb.*

63 Per patrem ſcilicet. Goth. Vide Bellon. *lib.* 4 *ſupputat. cap.* 4. Anſ.

64 *Al.* Accuſet, ſuo nomine ſcilicet.

65 Intereſt enim patris filii famam purgare, eumque defendere.

66 Nomine filii: & ita hoc caſu non vincens ſeu non obtinens in querela legatum ſibi relictum non amittit: quia non ſuo, ſed filii nomine, cui defenſionem debet, querelam inſtituit: ſocus ſi ſuo nomine inofficioſi egiſſet, nec obtinuiſſet. *l. pen. C. eod. junct. l. ult. C. de impub. & al. ſubſtit.*

67 Pater ſuo nomine teſtamentum recte agnoſcit, & idem nihilominus filii nomine recte queritur. *v. l.* 30. ℣. *eod. l.* 10. ℣. *de poſtulando. & l.* 15. §. *qui duos.* ℣. *de adopt.*

68 Vide Hotom. in *quæſtion. illuſtrib. p.* 229. & 220.

69 Et injuria. *l.* 8. *in pr.* ℣. *eod.*

70 Pater.

71 Legatum.

72 Querelam qui movit adverſus teſtamentum, ex quo relictum agnovit, reſciſi amiſſione punitur.

73 Filio, non ſibi. hinc colligunt nonnulli jure Digeſtorum bona filii materna patri non fuiſſe quæſita. vide quæ notavi *in* §. 1. *Inſt. per quas perſon. cuique.*

74 Inde teſtamentum non modo contra officium prætatis vel parentis dicitur factum, *l.* 2. ℣. *eod.* ſed & contra merita filii. *Aſcon.*

75 Qui injuſte exheredatus proponitur.

76 Legatum.

77 Adverſus filium.

78 *Inſt. de adquiſit. per adrogat.*

gnus, ut auferatur mihi à filio id, quod derelictum est: cum non proprio nomine, sed jure cujusdam successionis ego [7].

De conjungendis cum emancipato liberis ejus. 1. Quibus modo agnoscitur judicium defuncti. 2. De jure accrescendi.

XXIII. PAULUS lib. singulari de inofficioso testamento.

SI patronus filium emancipatum præterierit, & ex eo nepotem in potestate retentum heredem institutum esse, filius potest contra filium suum, testatoris nepotem, petere bonorum possessionem: queri autem de inofficioso testamento [78] non poterit. Quod si exheredatus sit filius emancipatus, poterit queri [79]: & ita jungetur [80] filio suo, & simul cum eo hereditatem obtinebit.

§. 1. Si hereditatem ab heredibus institutis exheredati emerunt [81], vel res singulas, scientes eos heredes [esse,] aut conduxerunt prædia, aliudve quid simile fecerunt, vel solverunt heredi, quod testatori debebant: judicium defuncti agnoscere videntur [82], & [83] à querela excluduntur [84]. §. 2. Si duo sint filii exheredati, & ambo de inofficioso testamento egerunt, & unus postea constituit non agere, pars ejus alteri adcrescit [85]. † Idemque erit, & si tempore exclusus sit.

De effectu diversarum sententiarum.

XXIV. ULPIANUS lib. XLVIII [86] ad Sabinum.

CIrca inofficiosi querelam evenire plerunque adsolet, ut in una atque eadem causa diversæ sententiæ proferantur: quid enim, si fratre agente, heredes scripti diversi juris fuerunt? quod si fuerit, pro parte testatus, pro parte intestatus [87] decessisse videtur.

Utrum donatum inter vivos querelam excludat. 1. Si ut obtinuerit, cui querela non competebat.

XXV. IDEM lib. II Disputationum.

SI non mortis causa fuerit donatum, sed inter vivos, hac tamen contemplatione [88], ut in quartam habeatur, potest dici inofficiosi querelam cessare, si quartam in donatione habet [89]: aut, si minus habeat, quod deest viri boni arbitratu repleatur: aut certe conferri [90] oportere id, quod donatum est. §. 1. Si quis, cum non possit de inofficioso queri, ad querelam admissus, pro parte rescindere testamentum tentet, & unum sibi heredem eligat, contra quem inofficiosi querelam instituat, dicendum est, quia testamentum pro parte valet, & præcedentes [91] eum personæ exclusæ sunt, cum effectu eum querelam instituisse.

De servo manumisso ab herede scripto.

XXVI. IDEM lib. VIII Disputationum.

SI sub hac conditione fuerit heres institutus, *si Stichum manumiserit*, & manumisisset, & posteaquam manumisit, inofficiosum vel injustum testamentum pronuncietur, æquum est huic quoque succurri, ut servi pretium [92] à manumisso accipiat: ne frustra servum perdat.

De transactione. 1. De eo, quem testator filium suum esse negavit. 2. De testamento militis. 3. De alimentis pendente appellatione victori decernendis. 4. De præteritione matris existimantis filium periisse.

XXVII. IDEM lib. VI Opinionum.

SI, instituta de inofficioso testamento accusatione, de lite pacto transactum est [93], nec [94] fides ab herede transactioni præstatur, inofficiosi causam integram esse [95] placuit. §. 1. Ei, qui se filium ejus esse adfirmat, qui testamento [96] id denegavit, tamen eum exheredavit, de inofficioso testamento causa superest.

§. 2. De inofficioso testamento militis dicere nec [97] miles potest [98]. §. 3. De inofficioso testamento nepos contra patruum suum, vel alium scriptum heredem, pro portione egerat, & obtinuerat: sed scriptus heres appellaverat: placuit, interim propter inopiam pupilli [99], alimenta pro modo facultatum, quæ per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur, decerni, eaque adversarium ei subministrare necesse habere usque ad finem litis. §. 4. De testamento matris, quæ existimans periisse filium, alium heredem instituit, de inofficioso queri potest [100].

XXVIII. PAULUS lib. singulari de Septemviralibus [1] judiciis.

CUm mater militem filium falso audisset [2] decessisse, & testamento heredes alios instituisset, Divus Hadrianus decrevit [3], *hereditatem ad filium pertinere [4]: ita ut libertates [5] & legata præsentur.* Hic illud adnotatum [6], quod *de libertatibus & legatis* adjicitur: nam [7], * cum inofficiosum testamentum arguitur, nihil [8] ex [9] eo testamento valet [10].

De collusione. 1. De spuriis. 2. De transactione. 3. De adoptato à femina. 4. De foro competenti.

XXIX. ULPIANUS lib. V Opinionum.

SI suspecta collusio sit legatariis inter scriptos heredes, & eum, qui de inofficioso testamento agit, adesse [11] etiam legatarios [12], & voluntatem [13] defuncti tueri, constitutum est: eisdemque permissum est etiam appellare [14], si contra testamentum pronunciatum fuerit. §. 1. De inofficioso testamento matris spurii [15] quoque filii dicere possunt. §. 2. Quamvis [16] instituta inofficiosi testamenti accusatione, res transactione decisa sit, tamen testamentum in suo jure manet: & ideo datæ in eo libertates, atque legata, usque quo Falcidia permittit, suam habent potestatem [17]. §. 3. Quoniam femina nullum adoptare [18] filium sine jussu Principis [19] potest, nec de inofficioso testamento ejus, quam quis sibi matrem adoptivam [20] falso [esse] existimabat, agere potest. §. 4. In ea provincia de inofficioso testamento agi oportet, in qua scripti heredes domicilium habent [21].

De filio in adoptionem dato. 1. Si tutor legatarius nomine pupillæ egerit.

XXX. MARCIANUS lib. IV Institutionum.

ADversus testamentum filii in adoptionem dati pater naturalis recte de inofficioso testamento agere potest. §. 1. Tutoribus [22], pupilli nomine, sine periculo ejus, quod testamento datum est, agere [posse] de inofficioso, vel falso testamento, Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

De successorio edicto. 1. Adversus quos datur querela. 2. Si quis ex testamento heredis scripti hereditatem, 3. Vel legatum acceperit: 4. Vel alio modo judicium defuncti adgnoverit.

XXXI. PAULUS lib. singulari de Septemviralibus [23] judiciis.

SI is, qui admittitur ad accusationem, nolit, aut non possit accusare, an sequens admittatur, videndum est: & placuit, posse: ut fiat successioni locus [24]. §. 1. Quantum ad inofficiosi liberorum vel parentium querelam pertinet, nihil interest, quis sit heres scriptus, ex liberis, an extraneis, vel municipibus [25]. §. 2. Si heres exstiterim ei, qui eo testamento instit. tus est, quod de inofficioso arguere volo, non mihi nocebit: maxime, si eam portionem non possideam, vel jure suo possideam. §. 3. Diversum dicemus, si legaverit mihi eam rem, quam quis ex eo testamento acceperat: nam si eam adgnoscam, repellar ab accusatione [26].

§. 4. Quid ergo, si alias voluntatem testatoris probaverim? puta in testamento adscripserim post mortem patris consentire me? Repellendus sum ab accusatione [27].

De Advocatione, procuratioveve legatario præstita. 1. De herede legatario.

XXXII. IDEM lib. singulari de inofficioso testamento.

SI exheredatus petenti legatum ex testamento Advocationem præbuit, procurationemve suscepit, removetur [28] ab accusatione: agnovisse enim videtur [29], qui qualequale judicium defuncti comprobavit [30]. §. 1. Si legatario heres exstiterit exheredatus, petieritque legatum, videbimus, an sit summovendus ab [hac] accusatione: certum est enim judicium defuncti: & rursus, nihil ei ex testamento relictum, verum est: tutius tamen fecerit, si se abstinuerit à petitione legati [31].

TIT. III.

DE [1] HEREDITATIS PETITIONE [2].

Quo jure hereditas ad nos pertinet.

I. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

HEreditas ad nos pertinet aut vetere jure, aut novo: † Vetere [3], è lege duodecim tabularum [4], vel ex testamento, quod jure factum est [5].

II. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

SIve suo nomine [6], [sive per se,] sive per alios [7] effecti sumus.

III. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

VEluti si eam personam, quæ in nostra potestate sit, *institutam* jusserimus adire hereditatem: sed & si Titio, qui Seio [8] heres extitit, nos heredes facti sumus, sicuti Titii hereditatem nostram [esse] intendere possumus, ita & Seii 9. Vel ab intestato, forte quod sui [10] heredes defuncto sumus, vel adgnati [11], vel quod manumissimus defunctum [12], quodve parens noster [13] manumiserit. † Novo [14] jure fiunt heredes omnes, qui [ex] Senatusconsultis [15], aut ex Constitutionibus [16] ad hereditatem vocantur.

De eo, quod cœptum est possideri post motam controversiam.

IV. PAULUS lib. I ad Edictum.

SI hereditatem petam ab eo, qui unam rem possidebat, de qua sola controversia erat, etiam [17] id, quod postea cœpit possideri, restituet.

De alienatione rerum hereditariarum. 1. Si possessor falsum dicat testamentum. 2. Ne fiat præjudicium possessioni hereditatis.

V. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

DIvus Pius rescripsit, prohibendum possessorem hereditatis, de qua controversia erit, antequam lis inchoaretur, aliquid ex ea distrahere [18]: nisi maluerit pro omni quantitate hereditatis, vel rerum ejus restitutione satisdare [19]. *Causa autem cognita, & si non talu data sit satisdatio, sed soluta cautio etiam post litem cœptam, deminutionem se concessurum* Prætor edixit: ne in totum deminutio impedita, in aliquo etiam utilitates alias impediat: utputa, si ad funus [20] sit aliquid necessarium: (nam funeris [21] gratia deminutionem permittit.) Item si futurum est, ut, nisi pecunia intra diem solvatur, pignus distrahatur [22]: [sed] & propter familiæ cibaria [23], necessaria erit deminutio: sed & res tempore perituras [24] permittere debet Prætor distrahere. §. 1. D. Hadrianus Trebio Sergiano rescripsit, ut Ælius Asiaticus daret satis de hereditate [25], quæ ab eo petitur: & sic, falsum dicat [26]. Hoc ideo, quia sustinetur [27] hereditatis petitionis judicium, donec falsi causa agatur. §. 2. Eorum judiciorum, quæ de hereditatis petitione sunt, ea autoritas est, ut nihil [28] in præjudicium ejus [judicii] fieri debeat.

De legato in testamento, quod falsum dicatur.

VI. IDEM lib. LXXV ad Edictum.

SI testamentum falsum esse dicatur [29], & ex eo legatum petatur, vel præstandum est [30] oblata cautione [31], vel quærendum, an debeatur. † Et, si testamentum falsum esse dicatur, ei tamen, qui falsi accusat, si suscepta cognitio est, non [32] est dandum [33].

De concursu judicis liberalis, & de inofficioso.

VII. IDEM lib. XIV ad Edictum.

SI quis libertatem [34] ex testamento sibi competisse dicat, non debebit judex de libertate sententiam dicere, ne præjudicium de testamento cognituro [35] faciat [36]: & ita Senatus censuit. Sed & Divus Trajanus rescripsit, differendum de libertate judicium, donec de inofficioso judicium aut inducatur [37], aut finem [38] accipiat. §. 1. Ita demum autem sustinentur liberalia judicia, si jam

---

¬27 In hac specie & superiore, quia ut heres potest, quod suo nomine non potest quia non de suis meritis, sed de aliena disput. *Bart.*

28 Hodie sublata filiorum & emancipatorum differentia, emancipatos liberos suos non excludit. *Nov.* 118. *c.* 1.

79 *l.* 8 ¶. *de bonorum possess. contra tabul.*

80 *l.* 1. ¶. *de conjungendis cum emancipato liberis.*

81 Contrahens cum herede instituto exheredatus, testamentum defuncti probare intelligitur, atque ideo jus querelæ in posterum amittit.

82 Qui aliquo medio voluntatem defuncti approbavit, querela excluditur, *l.* 7. ¶. *eod. l. pen. in fin. l. ult.* ¶. *eod.* vide *l.* 8. *C. eod.*

83 Ideo scilicet.

84 Atque ita, quod ut ipse facere non potest, hoc ut alius facere non potest.

85 Adcrescendi jus est in querela inofficiosi.

86 XIX *Haloand.*

malim ipse, Ed.

87 Ex postfacto, vide *l.* 15. *in fin.* ¶. *eod.*

88 *l.* 35. §. *& generaliter. C. eod.*

89 Cum mortis causa datur quarta, cessat querela. *l.* 8. §. 6. ¶. *eod.* Idem est, si inter vivos detur ea contemplatione, ut in quartam habeatur, aut si minus, &c.

90 *l.* 1. *C. de collat.*

91 Vide *l.* 14. ¶. *eod.*

92 Verum non 20 aureos, ut *l.* 8. 9. ¶. *eod. Accurs.*

93 *l.* 21. *C. de pactis. l.* 28. *C. de transact.*

94 *C.* 33. *de regulis in sexto. l.* 134. *in fin.* ¶. *de reg. jur.*

95 Imo non est, *l. cum mota. C. de transact.* Ibi qui agit, discesserat a lite.

96 Vel actus. *l.* 29. *in fin.* ¶. *de probat.*

97 Adversus militis testamentum, ne quidem miles inofficiosi querelam instituit.

39 *Eclog.* 1. *c.* 8.

98 *l.* 24. *C. eod.* Imo quivis potest. *l.* 8. §. 3. ¶. *eod.*

99 Adde *l.* 14. ¶. *ut in possess. legat.*

100 Ergo ipso jure matris testamentum, in quo filium præterit, valebit: quod eo receptum est, quia mater veteri jure non habuit liberos in potestate.

1 Centumviralibus. *arg. l.* 13. ¶. *eod.*

2 Si ob falsum rumorem mortis filii mater præterit filium, *ut hic.* vel pater mutat testamentum, filio non nocet. *l. ult.* ¶. *de hered. inst.* Cicero 1 *de orat.* Goth. Vid. Conciliationem huius leg. cum *l.* 8. §. *pen.* ¶. *eod.* apud Cujac. *lib.* 10 *observ.* 22. Anf.

3 Adversus scriptos heredes.

4 Vide *l.* 25. ¶. *de liberis & posthumis.* cur? mater errore non consilio filium præteriit: ejus testamentum re tantum inofficiosum, non re & consilio.

5 Vide *l. ult.* ¶. *de hered. inst.* 6 Adnotandum. 7 Id est, alioqui.

8 Vide *l.* 8. §. 16. *&* 17. ¶. *eod.* exceptis legatis, & libertatibus. id enim ita hic decrevit D. Hadrianus. vide *plura in Authent. ex causa. C. de liberis.* 9 Tunc enim res ad intestati causam redit. *l.* 17. 19. ¶. *eod.* principali expugnato, accessoria expugnantur. 10 Cujac. 10 *obs.* 22. 11 *Novell.* 112. *c.* 1. 12 Tertii opponentes quemadmodum admittantur, v. *l.* 63. ¶. *de re judicata.* Item: an hoc responsum prosit ignorantibus legatariis, v. Covarruv. 1 *pract.* 13. 13 Ut legatum suum consequantur. 14 Eorum enim interest. *l.* 5. §. 1. *l.* 14. ¶. *de appellationib.* 15 De spuriis vide quæ notavi ad *Nov.* 74. 89. *Eclog.* 1. *c.* 20. 16 *Ibid. Eclog.* 17 *l.* 3 ¶. *de transf.* 18 Adoptare sine jussu principis fœmina non potest. Ulpian. 8. §. *ult.* 19 Vide *l.* 5. *C. de adoptionibus.*

20 Querela competit adversus testamentum matris vere adoptivæ, hoc est, quæ jussu Principis adoptavit. 21 *l.* 19. ¶. *de judic. l.* 1. *C. ubi in rem.* 22 Vide *l.* 22. *totam.* ¶. *eod.*

23 Centumviralibus. *arg. l.* 13. ¶. *eod.*

24 In querela est locus successorio edicto, de quo *l.* 1. ¶. *quis ordo.*

25 Privatus vel princeps. *l.* 8. §. 2. ¶. *eod.*

26 *l.* 10. *in fin.* ¶. *eod.*

27 Vide quæ notavi *l.* 23. *in fin.* ¶. *eod.*

28 Imo non removendus, *l.* 14. §. 9. ¶. *de bonis libertorum.* facit *lex ult.* ¶. *de postulando.*

29 Vide *d. l.* 23.

30 Voluntarie enim quis id sustinet, non necessario, ut tutor. §. *penult. Inst. eod.*

31 Heres legatarii legatum petens, querelæ proponendæ potestatem sibi eripit. vide tamen *l.* 5. §. 8. ¶. *de his quæ ut indignis.*

1 Generalis hic titulus est. Cujac. ad Paul. 4 *sent.* 5. §. 4.

2 *l.* 3. *C.* 31.

3 *Veteri jure* hereditas ad nos pertinet lege XII Tabularum: idque vel testamento vel ab intestato: ab intestato, inquam, quia sui, vel quia agnati, vel quasi manumissores sumus aut manumissori successimus.

4 *l.* 2. ¶. *familiæ. l.* 3. §. 2. ¶. *pro socio. l.* 130. ¶. *de verb. sign.* §. 4. *Inst. de bon. possess.* Sæpe autem hic vocem *Idque.*

5 *l.* 4. ¶. *qui testamenta facere.*

6 Sive nostro nomine, sive per alium heredes. *Russard.* & *Hal.*

7 Puta servum, filium, vel cum, cui succedimus. ¶. *l. proxime. v. l.* 7 *in fin.* ¶. *de adq. hered.* Goth. Quia & heres heredis pro herede est. *l. fin. C. de hered. instit.* Hanc leg. noviter explicat Leonin. *emendat. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 5. Anf.

8 Vide *l.* 194. ¶. *de reg. jur.*

9 *d. l.* 7.

10 Vide ¶. *de suis & legitimis.*

11 *l.* 2. ¶. *de suis.*

12 *l.* 3. ¶. *de suis.*

13 *l.* 47. §. 2. ¶. *de bon. libert.*

14 *Novo jure* hereditas ad nos pertinet, non ex XII tabulis, (id enim *jure vetere* est,) sed ex senatusconsultis & constitutionibus Principum. *Novum* ita *jus* hic dicitur, quod post leges XII Tabularum. v. *l. ult.* ¶. *de regula Catoniana. l.* 1. ¶. *de condict. ex lege.*

15 Tertulliano, Orphitiano, de quibus ¶. *lib.* 38. *tit.* 17.

16 Ut instituti à filiofamilias milite. Cujac. ad *l.* 6. ¶. *de in integrum.*

17 *l.* 18. §. *penult. l.* 41. ¶. *eod.* Goth. Obj. *l. non potest.* 23. ¶. *de judic.* Solve: quod ibi de singulari judicio, hic de universali agatur. *Anf.* 18 Multo magis post litem contestatam. *l.* 13. ¶. *familiæ.* 19 Rei hereditariæ alienatio permittitur data satisdatione, & causa cognita. Quo pertinet illud Pauli 1 *sentent.* 11. §. 1. Quoties hereditas petitur, satisdatio jure desideratur: & si satisdatio non detur, in petitorem hereditas transfertur: si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet. In pari enim causa potior est possessor. adde *l.* 6. *in fin.* ¶. *de Carboniano. l.* 15. *in fin.* ¶. *de quæst.* 20 *l.* 7. §. *ult.* ¶. *de jure deliber.* 21 Funeris gratia deminui hereditas permittitur. adde *l.* 14. §. 1. *l.* 16. ¶. *de religiosis.* 22 *l.* 5. §. *ult.* ¶. *de jure deliber.* 23 *d. l.* 7. 24 *l.* 53. ¶. *eod.* 25 Non diminuenda. 26 Ordo cognitionis in petitoriis est, ut de falso prius quæratur, quam de hereditate: in possessorio, secus *l.* 2. *C. de edicto Divi Hadriani.* 27 Imo non sustinetur. *l.* 2. *C. de edicto Divi Hadriani.* Dic petitionem hereditatis sustineri, *ut hic.* non autem possessionis causam, v. *ibid.* Atqui falsi hæc quæstio in hereditatis petitionem incidit, ideoque de ea cognosci non potest. *l.* 1. *C. de ordine cognit.* An dicemus hic de falso non cognosci? an potius hic falsi accusationem principaliter motam fuisse? 28 Vide *l.* 16. ¶. *de exceptionib.* 29 Ut *l.* 5. §. 1. §. 16 ¶. *de his, quæ ut indignis. l.* 6. *C. de falsis.*

30 Ab herede. 31 A legatariis, quibus ea de causa heres legatum negare non potest sub obtentu quæstionis sibi motæ de falso, vide *l.* 8 ¶. *si cui plus quam.* 32 Fructum ex eo quis consequi non debet, quod ausus est impugnare. *c.* 38. *de regulis. in sexto. l.* 8. *C. de his, quibus ut indignis.* 33 Nemo auditur simul falsum dicens testamentum, & legatum ex eo petens. *arg. l.* 1. *in fin. C. de furtis.* 34 Vide in hanc legem *Bart.* & *Bald.* Anf. 35 Et aliis, *l.* 5. ¶. *de appell.*

36 Id est, ne ex libertate adjudicata vel negata, cogantur necessario & præpostere testamenta aut officiosum aut inofficiosum dicere. 37 Reo vel absoluto ab observatione judicii, & instantia, vel lite finita per sententiam. 38 Prius de testamento, quam de libertate in eo data cognosci oportet.

jam de inofficioso judicium contestatum [39] est: cæterum, si non contestetur, non exspectantur [liberalia judicia.] Et ita Divus Pius rescripsit. [Nam] cum quidam Licinnianus [40] de statu suo quæstionem patiebatur [41], &c, ne maturius [42] pronunciaretur de conditione sua, nolebat ad liberale judicium ire, dicens, *susceperum se de inofficioso testamento judicium, & petiturum hereditatem*, quia libertatem, & hereditatem ex testamento sibi defendebat [43], Divus Pius ait, si [44] quidem possessor esset hereditatis Licinnianus, facilius audiendum [45]: quoniam esset hereditatis nomine judicium susceperus, & erat in arbitrio ejus, qui se dominum esse dicit, agere de inofficioso testamento judicium: nunc [46] vero sub [47] obtentu judicii de inofficioso testamento ab ipso Liciniano non suscepti per quinquennium, non debere moram fieri servituti [48].

† Plane [49], summatim [50] æstimandum judici concessit, an forte bona fide [51] imploretur judicium de testamento: &, si id deprehenderit, præstituendum [52] modicum tempus: intra quod si non fuerit contestatum, jubeat judicem [53] libertatis partibus [54] suis fungi. §. 2. Quotiens autem quis patitur controversiam libertatis, & hereditatis, sed se non ex testamento liberum dicit, sed alias [vel] à vivo testatore manumissum, non debere impediri liberalem causam, licet judicium de testamento moveri speretur [55], Divus Pius rescripsit: adjecit plane in rescripto, *Dummodo prædicatur [56] judici liberalis causa, ne ullum adminiculum libertatis ex testamento admittat.*

De legitima hereditate.

VIII. PAULUS lib. XVI ad Edictum.

LEgitimam hereditatem vindicare non prohibetur is, qui, cum ignorabat [57] vires testamenti, judicium defuncti secutus est [58].

Qui tenetur hereditatis petitione.

IX. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

REgulariter definiendum est, *Eum [59] demum teneri petitione hereditatis, qui vel jus [60] pro herede [61], vel pro possessore [62] possidet [63], vel rem hereditariam,*

De forma libelli & officio judicis.

X. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

LIcet minimam. §. 1. Itaque qui ex asse, vel ex parte heres est, intendit quidem hereditatem suam esse totam, vel pro parte, sed hoc solum ei officio judicis restituitur, quod adversarius possidet: aut totum, si ex asse sit heres: aut pro parte, ex qua heres est [64].

Quid sit pro herede, 1. *Vel pro possessore possidere.*

XI. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

PRo [65] *herede possidet*, qui putat se heredem esse [66]. Sed an [&] is, qui scit se heredem non esse [67], pro herede possideat, quæritur? & Arrianus lib. II de interdictis, putat teneri: quo jure nos uti Proculus scribit. Sed enim & bonorum possessor pro herede videtur possidere. §. 1. [*Pro* [68] *possessore* vero possidet prædo.]

XII. IDEM lib. LXVII ad Edictum.

QUi interrogatus, *cur possideat* [69], responsurus sit, *quia possideo* [70], nec contendet se heredem, vel per mendacium:

2. *De eo, qui hereditatem restituit.* 3. *De herede ejus, qui pro herede, vel pro possessore possedit.* 4. *De venditore, & emptore hereditatis.* 5. *De vendatione ex fideicommisso.* 6. *De hereditate restituta, de pecunia soluta à statulibero.* 7. *De fructibus.* 8. *De emptore malæ fidei.* 9. *De emente à fisco.* 10. *De heredstate in dotem data.* 11. *De herede ejus, qui pro emptore, vel pro herede, vel pro possessore possedit.* 12. *De eo, qui nomine absentis possidet.* 13. *De eo, qui se offert petitioni.* 14. *De eo, qui dolo desiit possidere.* 15. *De debitore hereditario.*

XIII. IDEM lib. XV ad Edictum.

NEc ullam causam possessionis possit dicere; & ideo fur, & raptor [71] petitione hereditatis tenentur. §. 1. Omnibus etiam titulis [72] hic PRO POSSESSORE hæret, & quasi injunctus est [73]: † Denique & PRO EMPTORE titulo hæret: nam si à furioso emero sciens [74], pro possessore possideo. † Item in titulo PRO DONATO quæritur, an quis pro possessore possideat; utputa uxor, vel maritus [75]? & placet nobis Juliani sententia, pro possessore possidere eum; & ideo petitione hereditatis tenebitur. † Item, PRO DOTE titulus recipit pro possessore possessionem: utputa, si a minore duodecim annis, nupta mihi, quasi [76] dotem sciens accepi. † Et si legatum mihi solutum est ex falsa causa scienti, utique pro possessore possidebo. §. 2. Is autem, qui restituit hereditatem, teneri hereditatis petitione non potest, nisi dolo fecit [77], id est, si scit, & restituit: nam & dolus præteritus [78] venit in hereditatis petitionem, quasi dolo desierit possidere.

§ 3. Neratius lib. VI membranarum scribit, ab herede [79] pro hereditatem posse, etiamsi ignoret, pro herede vel pro possessore defunctum possedisse: † Idem esse lib. VII ait, etiam si putavit heres eas res ex [hac] hereditate esse, quæ sibi delata est.

§. 4. Quid, si quis hereditatem emerit: an utilis in eum petitio hereditatis deberet dari, ne singulis judiciis vexaretur? Venditorem [80] [enim] teneri certum est. † Sed finge non exstare venditorem, vel modico [81] vendidisse, & bonæ fidei possessorem fuisse: an porrigi manus ad emptorem debeant? Et putat Gaius Cassius dandam utilem [82] actionem. §. 5. Idem erit dicendum, & si parvo [83] [pretio] justus vendere heres Titio hereditatem vendidit: nam putat dicendum Papinianus, adversus fideicommissarium dari actionem: ab herede enim peti non expedit perexiguum pretium habente. §. 6. Sed & si *retenta certa quantitate, restituere* rogatus sit, idem erit dicendum. Plane si, *accepta certa quantitate, restituere* rogatus est, non putat Papinianus, ab herede petendam hereditatem: quoniam * *pro herede, quod conditionis implendæ gratia accepit, non possidetur.* Sed Sabinus in statu libero [84] contra: Et id verius est: quia pecunia hereditaria est. §. 7. Idem & in eo, qui solos fructus ex hereditate retinet, dicendum erit: tenetur enim & is hereditatis petitione. §. 8. Si quis sciens alienam emit hereditatem, quasi pro possessore possidet: & sic peti ab eo hereditatem quidam putant: quam sententiam non puto veram. * *nemo* [85] *enim prædo est, qui pretium numerasvit* [86]: sed, ut emptor universitatis, utili tenetur. §. 9. Item si quis à fisco [87] hereditatem, quasi vacantem, emerit, æquissimum erit, utilem [actionem] adversus eum dari [88]. §. 10. Apud Marcellum lib. IV Digestorum relatum est, si mulier hereditatem in dotem dedit, maritum pro dote quidem possidere hereditatem, sed petitione hereditatis utili teneri [89], sed & ipsam mulierem directa teneri, Marcellus scribit: maxime, si jam factum divortium est.

§. 11. Heredem autem etiam earum rerum nomine [90], quas defunctus pro emptore possedit, hereditatis petitione teneri constat [91], quasi pro herede possideat: quamvis [etiam] earum rerum nomine, quas pro herede, vel pro possessore defunctus possedit, utique teneatur. §. 12. Si quis absentis nomine possideat hereditatem, cum sit incertum, an ille ratum habeat, puto, absentis nomine petendam hereditatem, ipsius vero nequaquam: quia * *non videtur pro herede, vel pro possessore possidere, qui contemplatione alterius possidet* [92], nisi forte quis dixit, cum ratum non habet, jam procuratorem quasi prædonem esse: tunc [93] enim suo nomine teneri potest [94]. §. 13. Non solum autem ab eo peti hereditas potest, qui corpus hereditarium possidet, sed & si nihil. Et videndum, si non possidens obtulerit tamen se petitioni, an teneatur? Et Celsus lib. I Digestorum scribit, ex dolo eum teneri; ' *dolo enim facere eum, qui se offert petitioni* [95]. Quam sententiam generaliter Marcellus apud Julianum probat: * *omnem, qui se offert petitioni, quasi possidentem teneri* [96]. §. 14. Item si quis dolo fecerit [97], quo minus possideat, hereditatis petitione tenebitur. † Sed si alius nanctus possessionem, quam ego dolo malo amiseram, paratus sit judicium pati, Marcellus lib. IV Digestorum tractat, [ne] forte evanescit adversus eum, qui desiit [possidere], litis æstimatio? & magis evanescere [98] ait, nisi petentis interest [99]. Certe, inquit, si rem paratus sit restituere, indubitatum erit, evanescere: Sed si is, qui dolo desiit, ante conveniatur, eum, qui possidet, non liberabit.

§. 15. Item à debitore [100] hereditario, quasi à juris [1] possessore: nam & à juris [2] possessoribus posse hereditatem peti, constat.

XIV. PAULUS lib. XX ad Edictum.

SEd utrum ex delicto [3], an ex contractu debitor sit, nihil refert. † Debitor autem hereditarius [4] intelligitur is quoque, qui servo hereditario promisit, vel qui ante aditam hereditatem damnum dedit,

XV. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

VEl aliquam rem hereditariam subripuerit.

1. De possidente pretium rei hereditariæ: de eo, qui à debitore hereditario exegit. 2. *De eo, qui petiit hereditatem, & litis æstimationem consecutus est.* 3. *De debitore defuncti, vel hereditatis, vel heredis.* 4. *De vi dejecto, & eo, qui dejecit.* 5. *De venditore res hereditariæ.* 6. *De rebus in fraudem patroni alienatis.* 7. *De hereditate pretiove rerum hereditariarum, quasi ex causa fideicommissi, restituta.*

XVI. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

QUod si in diem sit debitor, vel sub conditione, à quo petita est hereditas, non debere eum damnari: Rei plane judicatæ [5] tempus spectandum esse secundum Octaveni sententiam, [ut] apud Pomponium scriptum est, an dies venerit. Quod & in stipulationibus conditionali erit dicendum. † Si autem non venerit, cavere officio Judicis debeat de restituendo hoc debito [6], cum dies venerit, vel conditio extiterit. §. 1. Sed & is, qui pretia [7] rerum hereditariarum possidet: item qui à debitore hereditario exegit, petitione hereditatis tenetur. §. 2. Unde Julianus lib. VI Digestorum ait, ab eo, qui petit hereditatem, & litis æstimationem consecutus est, hereditatem peti posse. §. 3. Non solum autem à debitore defuncti, sed etiàm à debitore hereditario [8] peti hereditas potest. Denique ab eo, qui negotia hereditaria gessit, & Celso & Juliano videtur peti hereditatem posse. † Sed si heredis negotium gessit, nequaquam: Ab heredis [9] enim debitore peti hereditas non potest. §. 4. Julianus scribit, si is, qui pro herede possidebat, vi fuerit dejectus, peti ab eo hereditatem posse, quasi [10] à juris possessore, quia habet interdictum [11] UNDE VI, quo victus cedere debet. Sed & eum, qui dejecit [12], petitione hereditatis teneri; quia res hereditarias pro possessore possidet.

§. 5. Idem Julianus ait: sive quis possidens, sive non, rem vendiderit [13], petitione hereditatis eum teneri: sive jam pretium recepit [14], sive petere possit, ut & hic actionibus cedat. §. 6. Idem scribit, patronum hereditatem petere non posse ab eo, cui libertus in fraudem alienavit [15]: quia Calvisiana [16] actione [17] ei tenetur: patroni enim iste debitor est, non hereditarius [18]. Ergo nec ab eo, cui mortis causa donatum est [19], peti hereditas potest.

§. 7. Idem Julianus scribit: si quis ex causa fideicommissi restituerit hereditatem, vel singulas res præstiterit, peti ab eo hereditatem posse: quia habet condictionem [20] earum; quæ sunt ex causa solutæ, & veluti [21] juris [22] possessor est. Sed & si pretia rerum, quas distraxit, ex causa fideicommissi solvit, peti hereditatem ab eo posse: quia repetere potest. Sed his casibus actiones suas dumtaxat eum præstaturum: cum & res exstant, & potest petitor [etiam] per in rem actionem eas vindicare.

Si bonæ fidei possessor de suo legata solvcrit.

XVII. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

QUod si possessor hereditatis ob id, quod ex testamento heredem se [esse] putaret, legatorum nomine de suo solvit, si quis ab intestato eam hereditatem evincat, licet damnum videtur esse possessoris, quod sibi non prospexit stipulatione *evicta* [23] *hereditate legata reddi*, attamen quia fieri potest, ut eo tempore solverit legata, quo adhuc nulla controversia mota [24] sit, & ob id nullam interactione non tenetur. §. 3. ℣. *eod.* 19 Citra dolum. *l.* 1. §. 1. §. 2. ℣. *si quid in fraudem patroni.* 20 *l.* 2. 3. 4. ℣. *de condict. indeb.* vid. *l.* 51. *in fi.* ℣. *de pecul.* 21 Cur dixit hic, & *l.* 18. §. 1. ℣. *veluti?* quia juris possessio proprie nulla est. *l.* 13. *in fi.* ℣. *eod.* Hinc interdicta velut possessoria, *l. ult.* ℣. *de servitutib.* & velut longa possessio, *l.* 5. §. 3. ℣. *de itinere*, quæ scilicet in servitutibus est. Porro de hac particula *veluti*, plura dixi *l.* 2. §. 2. ℣. *de superficieb.* 22 A quo hereditas peti potest. *l.* 13. *in fi.* ℣. *eod.* 23 De hac cautione vid. *l.* 1. *C. eod. l.* 3. §. 6. ℣. *si cui plus, quam per legem Falcid.* ubi dixi. 24 Qui mota controversia legata solvit, suo periculo solvit, nisi stipulatione sibi caverit, evicta hereditate legata reddi. *l.* 41. ℣. *ad l. Falcid. l.* 4. *in fin.* ℣. *si cui plus quam per l. Falc.*

39 Aut contestatio ejus præparata. *l. si præteritus.* ℣. *de bonorum poss. contra tabulas. l.* 6. ℣. *de inoffic. in fin.*

40 Servus à domino & liber & heres instituitur.

41 A testatoris filio exheredato.

42 Maturius pronunciaretur, si contra ejus libertatem dicta esset sententia, & postea actor hereditate indignus reperiretur.

43 Id est, dicebat prius instituendam esse ab actore petitionem hereditatis & querelam inofficiosi, quam libertatis: ut ut heredem & libertum, utrumque judicium excepturum.

44 Servo hereditatem possidente, libertatis quæstio differtur, nisi prius agatur de testamento & libertate.

45 Postulantem scilicet: ut cum possideat hereditatem, non prius cognoscatur de libertate, quam de inofficioso, & an actori debeatur hereditas.

46 Id est, cum heres ab intestato est possessor.

47 Duobus modis hic versiculus exponitur: uno modo ab Azone: secundo à Joanne. vide *Bart.*

48 Id est, judicio liberali.

49 Hic versiculus refertur ad proxime præcedentia, imo & primam hujus legis partem. *Bart.*

50 Quoties opponitur hæc exceptio, *Causa libertatis differenda est propter speratam item inofficiosi*, judex summatim æstimare debet, utrum talis exceptio opponatur bona fide, an calumniandi animo, & differendi causa: hoc enim posteriore casu nunquam eam admittet, *Hæc autem.* ℣. *si cui plus quam per L. Falcid. l.* 2 *C. de falsis.* Summaria cognitione dilationem ad agendum dari, hinc etiam colligit Baldus. *Goth.* De Summariis Judiciis & processibus vid. Saraiin. ad *consuet. Sicilie in Judice, sub vocabulo Summarium.* Pap. *ad consuetud. Burbon. tit. de jurisdict.* §. 41. Afflict. *ad consuetud. Neapol. Rubr.* 71. Cavalcan. *part.* 1. *decis.* 20. *num.* 19. Gail. *lib.* 1 *obs.* 6. *num.* 7. Ans.

51 Nec simulate, ad differendum judicium liberale.

52 Judex certum tempus statuere potest, intra quod agatur, *ut hic.* An in civilibus? Negat Accursius: ait Bartolus *in l.* 8. §. *si quis post.* ℣. *de inoffic.* 53 Judex liberalis causæ hic qui censendus? delegatus: hunc enim ordinarius judex jubere potest de libertate judicare, *ut hic.* 54 Delegatis: Delegari ita potest simplex libertatis causa. 55 Et merito, quia non ex eadem causa libertas defenditur, ex qua petitur hereditas: hæc ex testamento, illa ab actu inter vivos manat. 56 *Al.* prædicetur.

57 Vide *l.* 46. ℣. *de bonis libertorum.* 58 Qui ex testamento, quod valere putat, adit, legitimam hereditatem seu jus succedendi ex alia causa non repudiat, *l.* 19. *vers. cæterum.* ℣. *de inofficioso. l.* 97. *in fin.* ℣. *de adquir. hered. l.* 3. *C. hoc titul.* 59 Hereditatis petitio adversus eum datur, qui nullo jure possidet. 60 *l.* 3. *in fi.* ℣. *eod.* est enim hereditas successio in universum defuncti jus. vide *l.* 24. ℣. *de verb. signif.* 61 *l.* 11. ℣. *eod.* 62 Ut prædo, *l.* 11. *in fi. l.* 13. §. 1. ℣. *eod.* & is, qui vim intulit, *l.* 14. §. 2. ℣. *quod metus caus.* 63 Modo non titulo singulari & bona fide: tunc enim tenetur rei vindicatione. vid. *l.* 2. *in fin. C. eod.* 64 Ut ex suo, non possessoris jure, jus suum metiatur. *l.* 1. § 1. *ff pars her.* 65 *l.* 33. §. 1. ℣. *de usucap.* 66 §. 3. *Inst. de interdictis.*

67 Ut is, qui servum corrupit. *l.* 13. *in fi.* ℣. *de servo corrupto.* 68 *Theophil.* §. 13. *Institut. de interdictis.* 69 Eo namque nomine possessor ita interrogari potest, ut cogatur respondere. *l.* 11. *C. eod.* 70 Non allegans aliquem titulum specialem. 71 Et qui dejecit. *l.* 16. §. 4. ℣. *eod.*

72 *Titulus*, est causa justa possessionis. 73 Id est, quemadmodum is, qui in titulo pro possessore scit causam injustam, non usucapit, ita & in titulo pro emptore, donato, dote & reliquis.

74 Vid. *l.* 2. *C. eod.* secus si nesciens. *l.* 2. §. 16. ℣. *pro emptore.* 75 Quod uxor viro, aut maritus uxori donaverit, pro possessore possidetur. *l.* 16. ℣. *de acquir. possess.* 76 Nam quoties minor duodecim annis nubit, matrimonium non est: ideoque nec dos proprie censetur. *l.* 3. ℣. *de jure dotium.* 77 *l.* 25. §. 8. ℣. *eod.* 78 *d. l.* 25. §. 7. *in fi.* 79 *l.* 2. *C. eod.* ejus scilicet, qui pro herede, prove possessore possedit: sive sciat, sive ignoret mentem defuncti. 80 Vide *l.* 16. §. 5. *in fi. eod.* 81 Vid. *l.* 2. *C. de rescind. vend.* 82 Quia emptor universitatis quodammodo heres habetur, cum ei actiones utiles competant. 83 Dixi *ad l.* 4. *in fine. C. in quibus causis præscriptio.*

84 Vide *l.* 36. ℣. *de mortis causa. l.* 29. *in fin.* ℣. *de statuliber.*

85 *l.* 46. ℣. *eod.* Goth. Quis sit prædo, v. Plut. in *l. si quando. C. unde vi. n.* 508. Achil. *personal. tract. de petit. hered.* Anf.

86 *l.* 126. ℣. *de reg. jur.*

87 *l.* 54 ℣. *eod.* vid. *l.* 41. ℣. *de jure fisci.*

88 Mutatum videtur *l.* 2. *C. de quadriennii præscriptione.*

89 Quia non expedit in mulierem agere, quæ dotem non habet. *l.* 9. *C. de rei vindic.*

90 Vide ad hunc §. *Cujac.* 9. *obs.* 25.

91 Heres emptoris hereditatis, pro herede emptam hereditatem possidet.

92 Is enim præstat nudum ministerium. *l.* 18 ℣. *de adquirenda poss.*

93 Facit *l.* 4. *C. si certum. l.* 16. *in fin.* ℣. *de administr. tut.*

94 Et hereditatis petitione speciali omnes tenentur, qui habent facultatem restituendi. *l.* 9. ℣. *de rei vindic.*

95 Ut teneatur, quanti interfuit actoris non decipi. *l.* 39. ℣. *de dolo.*

96 Ex interpretatione, vide *l.* 25. ℣. *de rei vindic.*

97 Vide *l.* 25. §. 8. ℣. *eod.*

98 *l.* 95. §. 9 ℣. *de solutionib.*

99 Quo nomine in litem juratur. *l.* 25. §. 10. ℣. *eod.*

100 Quocumque, sive ex contractu sive ex delicto debeat. *l.* 14. *in pr. & vers. debitori.* ℣. *eod.*

1 Hereditarii scilicet. Nam ab eo, ut à possessore rei, sive corporis hereditas peti potest. *l.* 9. ℣. *eod.*

2 *l.* 9 ℣. *eod. l.* 16. §. 7. *l.* 18. *in fin.* ℣. *eod.*

3 Puta, servo corrupto, *l.* 13 *in fine. l.* 14. ℣. *de servo corrupto.* & sic venit in hereditatis petitionem, quod peti potest actione servi corrupti.

4 Cur ita? vide *l.* 31. *in fin.* ℣. *de heredib. instituendis.*

5 Vide *l.* 36. §. *penult.* ℣. *eod. l.* 41. ℣. *de judiciis.*

6 Vide *l.* 25. §. 1, ℣. *eodem.*

7 *l.* 13. *l.* 14. *l.* 15. ℣. *eod.*

8 *l.* 13. *l.* 14. *l.* 15. ℣. *eod.*

9 Vid. §. 6 ℣. *eod.*

10 Juris est possessor, qui pro herede possidet. adde *l.* 13. *in fi.* ℣. *eod.*

11 Interdictum unde vi habet, qui pro herede possidet.

12 Et furem & raptorem. *l.* 13. ℣. *eod.*

13 *l.* 13. §. 4. ℣. *eod. l.* 20. §. 6. ℣. *eod. l.* 2. *C. eod.*

14 *l.* 25. §. 1. ℣. *eod.*

15 Inter vivos. *l.* 3. §. 3. ℣. *si quid in fraudem patroni.*

16 *l.* 1. §. 11. ℣. *si quid in fraudem patroni.*

17 De qua *l.* 2. ℣. *si quid in fraudem patroni.*

18 Ideoque hac

terpoluerit cautionem, placet in eo casu, evicta hereditate, dandam ei esse repetitionem. Sed cum, cessante cautione, repetitio datur, periculum est, ne propter inopiam ejus, cui solutum est legatum, nihil repeti possit, [&] ideo secundum Senatusconsulti [25] sententiam subveniendum ei est, ut ipse [quidem] ex retentione rerum hereditariarum sibi satisfaciat, cedat autem actionibus petitori, ut suo periculo eas exerceat.

De pecunia apud Argentarium perdita. 1. Si quis post litem contestatam possidere coeperit. 2. Quæ veniunt in hoc judicium: & primum de rebus hereditariis.

XVIII. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

ITem videndum, si possessor hereditatis, venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit, an petitione heredi tatis teneatur [26], quia nihil habet, nec consequi poterit? Sed Labeo putat, eum teneri: quia suo periculo male argentario credidit: sed Octavenus [27] ait, nihil eum, præter actiones, præstaturum; ob has igitur actiones petitione hereditatis teneri. Mihi autem in eo, qui mala fide possedit, Labeonis sententia placet: in altero vero, qui bona fide possessor est, Octaveni sententia [28] sequenda esse videtur. §. 1. Si quis, cum peteretur ab eo hereditas, neque rei, neque juris velut possessor erat, verum postea [29] aliquid adeptus est, an petitione hereditatis videatur teneri? & Celsus lib. IV Digestorum recte scribit, hunc condemnandum, licet initio nihil possedit. §. 2. Nunc videamus, *Quæ veniant in hereditatis petitionem.* Et placuit, universas [30] res hereditarias [31] in hoc judicium venire, sive [32] jura, sive [33] corpora [34] sint.

De rebus pigneratis, commodatis, depositis, & his, quarum nomine Publiciana competit. 1. Si heres usucapionem impleverit. 2. De his, quorum datur retentio, non petitio. 3. De servitutibus.

XIX. PAULUS lib. XX ad Edictum.

ET non tantum hereditaria corpora, sed & quæ [35] non sunt hereditaria, quorum tamen periculum [36] ad heredem pertinet: ut res pignori datæ defuncto [37], vel commodatæ [38], depositæve [39]. † Et quidem rei pignori datæ, etiam specialis [40] petitio est, ut & hereditatis petitione contineatur: sicut illæ, quarum nomine Publiciana competit. Sed licet earum nomine, quæ commodatæ vel depositæ sunt, nulla sit facile actio, quia tamen periculum earum ad nos pertinet, æquum est eas restitui [41]. §. 1. Quod si PRO EMPTORE usucapio [42] ab herede impleta sit, non veniet in hereditatis petitionem: quia heres, id est petitor, eam vindicare potest: nec ulla exceptio datur possessori. §. 2. Veniunt & hæres in hereditatis petitionem, in quibus possessor retentionem habuit, non etiam petitionem: veluti si juraverat [43] defunctus petitoris rem non esse, & decesserit: debent hæ quoque restitui [44]. Imo & si possessor sua culpa [45] eas amiserit, tenebitur hoc nomine. Idemque erit & in prædone, licet hic propter culpam non teneatur: quia nec hic debet has res retinere. §. 3. Servitutes [46] in restitutionem hereditatis non venire, ego didici [47]: cum nihil eo nomine possit restitui [48], sicut est in corporibus, & fructibus: Sed si non patiatur ire, & agere, propria [49] actione convenietur [50].

De comparatis causa hereditatis. 1. Vel ex pecunia hereditaria. 2. De fundo distracto. 3. De augmento hereditatis. 4. Quomodo actiones hereditariæ veniunt in petitionem hereditatis. 5. De effectu hujus judicii suscepti. 6. Senatusconsultum, cujus sunt sex partes, quæ in intertore spatio notatæ. 7. Interpretatio secundæ partis, & primum de partibus caducis, vel asse, & de bonis vacantibus, vel ex alia causa ad fiscum pertinentibus. 8. Si civitas. 9. Vel privatus petat. 10. De peculio Castrensi, vel alia universitate. 11. Interpretatio sextæ partis. 12. Interpretatio secundæ partis: Differentia inter bonæ, & malæ fidei possessores. 13. De bonorum possessoribus & aliis successoribus. 14. Si possessor pecuniam in hereditate inventam non attigerit. 15. Pecunia redacta quomodo accipitur. 16. De distractione post petitam hereditatem. 17. Interpretatio tertiæ partis: & primum, si possessor pretium exegit, vel non. 18. De evictione. De indebito exacto vel soluto. 19. De re redhibita. 20. De obligatione ob venditionem. 21. De rebus deperditis vel deminutis.

XX. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

ITem veniunt in hereditatem [etiam] ea, quæ hereditatis [51] causa comparata sunt [52]: utputa mancipia, [pecoraque, & si qua alia,] quæ necessario hereditati sunt comparata. Et si quidem pecunia hereditaria sint comparata, sine [53] dubio venient: si vero non pecunia hereditaria, videndum erit: & puto etiam hæc venire, si magna utilitas hereditatis versetur: pretium scilicet restituturo herede. §. 1. Sed non omnia, quæ ex hereditaria pecunia comparata sunt, in hereditatis petitionem veniunt [54]. Denique [55] scribit Julianus lib. VI Digestorum, si possessor [56] ex pecunia hereditaria hominem emerit, & ab eo petatur hereditas, ita venire in hereditatis petitionem, si [57] hereditatis interfuit eum emi: at si sui causa emit, pretium venire [58]. §. 2. Simili modo [59], & si fundum hereditarium distraxit [60], siquidem sine causa, & ipsum fundum [61], & fructus in hereditatis petitionem venire: quod si [62] æris exsolvendi gratia hereditarii id fecit, non amplius venire, quam pretium [63]. §. 3. Item non solum ea, quæ mortis tempore fuerunt, sed si qua postea augmenta hereditati accesserunt, venire in hereditatis petitionem: nam [64] hereditas & augmentum recipit, & deminutionem. † Sed ea, quæ post aditam hereditatem accedunt, si quidem ex ipsa hereditate, puto hereditati accedere: si extrinsecus, non: quia personæ possessoris accedunt. † Fructus autem omnes augent hereditatem [65], sive ante aditam, sive post aditam hereditatem accesserint. † Sed & partus ancillarum [66] sine dubio augent hereditatem. §. 4. Cum prædiximus [67], omnes hereditarias actiones in hereditatis petitionem venire, quæritur, utrum cum [68] sua natura veniant, an contra: utputa [est] quædam actio, [quæ] inficiatione crescit: utrum cum suo incremento, an vero in simplum venit [69], ut legis Aquiliæ? Et Julianus lib. VI Digestorum scribit, simplum soluturum. §. 5. Idem recte ait, si noxali judicio condemnatus sit possessor defuncto, non [70] posse eum dedentem noxæ officio Judicis liberari: quia tamdiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu judicati conveniatur [71]: post susceptum judicium non potest noxæ dedendo se liberare: susceptum autem per petitionem hereditatis.

§. 6. Præter hæc, multa repetimus tractata & de petitione hereditatis, de distractis [72] rebus hereditariis, de dolo præterito [73], & de fructibus [de], quibus cum forma Senatusconsulto sit data, optimum est ipsius Senatusconsulti interpretationem facere, verbis ejus relatis: PRIDIE IDUS MARTIAS QUINTUS JULIUS BALBUS, ET PUBLIUS JUVENTIUS CELSUS, TITIUS AUFIDIUS, OTHO, SEVERIANUS CONSULES [74] VERBA FECERUNT DE HIS, QUÆ [IMPERATOR] CÆSAR, TRAJANI PARTHICI [75] FILIUS, DIVI NERVÆ NEPOS [76], HADRIANUS, AUGUSTUS [IMPERATOR] MAXIMUSQUE PRINCEPS PROPOSUIT QUINTO NONAS MARTIAS, QUÆ PRONIMÆ FUERUNT, LIBELLO [77] COMPLEXUS [ESSET,] QUID FIERI PLACEAT. DE QUA RE ITA CENSUERUNT: CUM ANTEQUAM PARTES CADUCÆ [78], EX BONIS RUSTICI, FISCO PETERENTUR, HI, QUI SE HEREDES ESSE EXISTIMANT, HEREDITATEM DISTRAXERINT [79], PLACERE, REDACTAM EX PRETIO RERUM VENDITARUM PECUNIÆ USURAS NON ESSE EXIGENDAS [80]. IDEMQUE IN SIMILIBUS CAUSIS SERVANDUM. † ITEM PLACERE, A QUIBUS HEREDITAS PETITA FUISSET, SI ADVERSUS EOS JUDICATUM ESSET, PRETIA, QUÆ AD EOS RERUM EX HEREDITATE VENDITARUM PERVENISSENT, ETSI EÆ ANTE PETITAM HEREDITATEM DEPERISSENT, DEMINUTÆVE FUISSENT [81], RESTITUERE DEBERE. † ITEM [82] EOS, QUI BONA INVASISSENT, CUM SCIRENT AD SE NON PERTINERE, ETIAMSI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT, QUO MINUS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS [83], QUASI POSSIDERENT. EOS AUTEM, QUI JUSTAS CAUSAS HABUISSENT, QUARE BONA AD SE PERTINERE EXISTIMASSENT, USQUE IO DUMTAXAT, QUO [84] LOCUPLETIORES EX EA RE FACTI ESSENT. † PETITAM AUTEM FISCO HEREDITATEM EX EO TEMPORE EXISTIMANDUM ESSE, QUO PRIMUM SCIERIT QUISQUE EAM A SE PETI, ID EST, CUM PRIMUM AUT DENUNCIATUM ESSET EI, AUT LITTERIS [85], VEL EDICTO EVOCATUS ESSET, CENSUERUNT. † Aptanda est igitur nobis singulis verbis Senatusconsulti congruens interpretatio. §. 7. Ait Senatus: CUM [86] ANTEQUAM PARTES CADUCÆ FISCO PETERENTUR. Hoc [87] evenerat, [ut partes caducæ fisco peterentur [88]]: sed etsi ex asse [89] fiat, Senatusconsultum [90] locum habebit. † Idem [91], & si vacantia [92] bona fisco vindicentur, vel si ex alia quacumque causa bona ad eum pervenerunt. §. 8. Senatusconsultum hoc locum habebit, & [93] si civitati [94] peteretur.

§. 9. In privatorum [95] quoque petitionibus Senatusconsultum locum habere nemo est qui ambigit: licet in publica causa factum sit [96]. §. 10. Non solum autem in hereditate utimur Senatusconsulto, sed & in peculio castrensi [97], vel alia universitate.

§. 11. PETITAM autem HEREDITATEM, &c. [98] [id est, ex] quo quis scit à se peti: nam ubi scit, incipit esse malæ fidei possessor [99], IDEST, CUM PRIMUM AUT DENUNCIATUM ESSET. Quid ergo, si scit quidem, nemo autem ei denunciavit? an incipiat usuras [100] debere pecuniæ redactæ? Et [puto], debere [1]: cœpit enim malæ fidei possessor esse. [Sed] ponamus denunciatum esse, non tamen scit: quia non ipsi, sed procuratori ejus denunciatum est: Senatus ipsi [2] denunciari exigit: & ideo non nocebit: nisi forte is, cui denunciatum est, eum certioraverit: sed non si certiorare potuit, nec fecit. † A quo denunciatum est, Senatus non exigit: Quicumque ergo fuit, qui denunciavit, nocebit. §. 12. Hæc adversus bonæ fidei possessores: nam ita Senatus locutus est, EOS, QUI SE HEREDES EXISTIMASSENT. Cæterum si [3] quis sciens, ad se hereditatem non pertinere, distraxit, sine dubio non pretia rerum, sed ipsæ [4] res veniunt in petitionem hereditatis, & fructus earum. Sed imperator Severus epistola ad Celerem idem videtur fecisse & in malæ fidei possessoribus. Atquin Senatus de his est locutus, qui se heredes existimant: Nisi forte ad eas res referemus, quas distrahi expediebat [5], quæ onerabant magis hereditatem, quam fructui erant: ut sit in arbitrio [6] petitoris, qualem computationem faciat adversus malæ fidei possessorem, utrum ipsius rei, & fructuum [7], an pretii, & usurarum, post motam controversiam.

§. 13. Licet autem Senatus de his locutus sit, qui se heredes existiment, tamen [8] & si bonorum [9] possessores se existiment, [vel alios successores justos], vel sibi restitutam hereditatem [10], in eadem erunt conditione. §. 14. Papinianus autem lib. III Quæstionum: si possessor hereditatis pecuniam inventam in hereditate non attingat [11], negat eum omnino in usuras conveniendum. §. 15. REDACTÆ, inquit, PECUNIÆ EX PRETIO RERUM VENDITARUM: *Redactam* sic accipiemus, non solum jam exactam, verum & si exigi potuit, nec exacta est. §. 16. Quid, si post petitam hereditatem res distraxerit? hic ipsæ res venient, fructusque earum. Sed si forte tales fuerunt, quæ vel steriles erant, vel tempore perituræ, & hæ distractæ sunt [vero pretio [12]], fortassis possit petitor eligere, ut sibi pretia & usuræ præstentur. §. 17. Ait Senatus: PLACERE, A QUIBUS PETITA HEREDITAS FUISSET, SI ADVERSUS EOS JUDICATUM ESSET, PRETIA, QUÆ AD EOS RERUM EX HEREDITATE VENDITARUM PERVENISSENT, ET SI ANTE PETITAM HEREDITATEM DEPERISSENT, DEMINUTÆVE ESSENT, RESTITUERE DEBERE. † Bonæ fidei possessor, si vendiderit res hereditarias, sive exegit pretium, sive non, quia habet actionem, debebit pretium præstare. Sed, ubi habet actionem, sufficiet eum actiones præstare [13]. §. 18. Sed si vendidit, & evicta [14] re restituit, quod accepit, non videbitur ad eum pervenisse: quanquam possit dici, nec ab initio pretium venire: quia non fuit res hereditaria, quæ distracta est. † Sed etsi Senatus rerum ex hereditate

---

25 Quod extat in *l. seq. §. 6. J. eod.*

26 Et recte, in eo fallitur, qui non diligenter possidet. *l. 31. §. 1. J. de rei vind.*

27 Idem in negotiorum gestore. *l. 21. in fi. J. de negotiis.*

28 Cujus sententia in bonæ fidei possessore vera est. *J. eod.*

29 Vid. *l. 4. §. eod.*

30 Est enim hæc petitio de universitate. *l. 1. J. de rei vind.*

31 Allodiales. Aut & feuda? petuntur condictione ex feudis. 2. *Fit. 6. 46.*

32 Inventario defuncti adscribendæ res non tantum propriæ defuncti, sed & debitæ. *Bald.*

33 Vid. *l. 16. in fi. J. eod.*

34 Hereditas est corpus legitimam compositum ex juribus & corporibus. *l. 3. J. de acq. poss.*

35 In hereditatis petitionem veniunt etiam res, quas defunctus detinebat, non autem possidebat.

36 Puta rei hereditariæ amotæ, *l. 71. §. pen. J. de adquir. hered.*

37 *l. 10. C. de pignoratit.*

38 *l. 3. §. 3. J. commodati.*

39 *l. 7. §. 1. J. depositi.* proprie tamen hujusmodi res non sunt hereditariæ, vid. *l. 5. §. 10. J. ut in poss. sess.*

40 Id est, propria. Pignus enim propria actione petitur, ut *J. de pignor. act.*

41 Etiamsi modice interfit. *l. 2. §. 24. ut bonorum raptor.*

42 Vid. *l. 9. J. familiæ.*

43 Juramento jus quæsitum in heredem transfertur, licet ipsum juramentum non transeat.

44 Atqui eo casu juranti competit exceptio jurisjurandi. *l. 31. J. de jurejurando.*

45 Cujus nomine tenetur. *l. 25. §. 2. J. eod.*

46 Debitæ prædio hereditario.

47 Competit tamen eam nomine interdictum quorum bonorum. *l. 1. §. 8. J. quod legatorum.*

48 Nec enim possidetur. *l. 1. §. 8. J. quod legat.*

49 Confessoria in rem.

50 Confessoria, *l. 2. J. si servit. vind.*

51 Secus si pro ipso herede.

52 Possessor à petitore hereditatis sumptus deducit. *l. 31. J. eod.*

53 Non tamen omnia. *§. 1. J. eod.*

54 Cur ita? vid. *quod notavi ad l. 48. in fi. J. de furt.*

55 Id est, ideoque.

56 Malæ fidei, vel prædo. *Gloss. Bart. Bald.*

57 Adde *l. 11. §. 4. J. de minor.*

58 Quæ causa multo utilior est possessori quam prior, possunt enim res emptæ post emptionem, quam emptæ fuerunt, meliores esse.

59 Argumentum à contractu ad distractum.

60 *Distraxerit.*

61 *l. 22. in fi. J. eod.*

62 Necessitatis ratione prædo excusatur.

63 Rerum. *§. ult. J. eod.* adde *l. 18. §. quod met. causa.*

64 *§. 12. J. eod. l. 51. J. eod. l. 2. C. eod. l. 178. §. 1. J. de verbor. sign.*

65 An à quovis possessore restituentur? *vide quæ notavi ad l. 22. C. de rei vind.*

66 Et fœtus gregum & pecorum. *l. 25. in fi. J. eod.*

67 *l. 18. in fi. J. eod.*

68 Id est, in simplum.

69 Vid. *l. 17. J. ad l. Aquil.*

70 At enim cum unum est in obligatione, alterum in facultate solvendi, unum pro alio solvi potest: Beneficium legis solvendi unum pro alio, litis contestatione in actione judicati amittitur. *Bald.* vid. *Socin. reg. solut. 137.*

71 Id est, intra quadrimestre tempus, *l. 22. C. de usuris rei jud.* facultatem habet noxæ dedendi, hinc nota condemnationem fieri, ob damnum, sed noxæ deditionem esse in solutione, *v. l. 6. §. 1. J. de rejud.*

72 Vid. *l. 16. §. 5. J. eod.*

73 Vid. *l. 25. §. 7. J. eod.*

74 In hoc senatusconsulto electi consules cum iis, qui jam magistratibus officio, connumerantur. vid. *Alciat. 5 parerg.* 19. quando eligerentur & consulatum ingrederentur, vid. *l. 36. J. de cond & demonst.* hinc Bald. notat electo consuli jus suffragii, & reformandi cum eo, qui administrat, id est, qui in actu est, competere.

75 Parthici hoc cognomentum tulit, Nisibi & Ecbatanis potitus. *vide* Dionem in Trajano.

76 Adoptatus, *Dion.*

77 Oratione. *l. 22. l. 40. J. eod.*

78 *§. 7. J. eod.*

79 *§ 12. J. eod.* al. *distraxerunt.*

80 *§. 17. J. eod.*

81 *§. ult. J. eod. l. 21. J. eod.*

82 *l. 25. §. 2. J. eod.*

83 Hinc Paulus colligit, dolum præteritum in hereditatis petitionem venire. *l. 27. §. 3. J. de rei vind.*

84 *l. 25. §. 11. J. eod.*

85 Adversus absentem.

86 *Vid.* ad hunc locum Antonium Fabrum, 3 *conjecturarum.* 16.

87 Hoc est, id tum fuerat in quæstione positum, partes peti. Quid si totum petitum sit? idem *J. eod.* Quid si non fisco, sed civitati aut privato petitum sit? idem *§. 8.* & *9. J.* Qui si peculium castrense, vel aliam universitatem petierit? idem *§. 10.* Hoc constat, recte à specie ad genus argumentum duci, dum eadem ratio sit in genere, quæ in specie.

88 Quia heredes scripti ex parte, mortui aut peregrini vel servi ejus pœnæ effecti erant ante apertas tabulas. *Cujac.*

89 Heres fiscus fecilicet.

90 Superius illud Hadriani, *§. 6. J. eod.*

91 Id est, si vacantia, v. *Cuj. 18 obs. 14.*

92 Non quod heres ex asse, mortuus sit ante apertas tabulas ex *l.* Papia, sed quia nullus heres existit ex *l.* Julia. *Cujac. ibid.*

93 Imo aliud est in civitatibus, quam in fisco *l. 16. J. de verb. sign.*

94 Non tantum fisco. Ad civitates ita extenditur, quod in fisco constitutum. *§. 7. J. eod.*

95 *l. 1. C. eod.*

96 Hoc senatusconsultum vid. *l. 1. C. eod.*

97 Quod pro hereditate interdum habetur. *l. 2. J. de castrens.*

98 Hæc verba, & *cætera*, complectuntur & repetunt omnia, ideoque sunt relata. *Bart. ad l. 29. §. 12. J. de liberis & posthum.*

99 Vide *l. 25. §. 7. J. eod.*

100 Possessor hereditatis pretium rerum, quas dolo alienavit, cum usuris præstare cogendus est, *Paul. 1 sent. 13. §. 8.* Goth. Denunciatio quatenus fit valida vel non, vid. Socin. *reg. 121. verb. denunciatio.* Menoch. *de Arbitr. lib. 1. quæst. 66. num. 4.* Anf. Quando & quibus casibus ex re & persona mora committatur, adde Menoch. *de arbitr. jud. cent. 3. caus. 220. S. L.*

1 *l. 2. in fi. C. eod.*

2 Durius ergo agitur adversus eum, qui novum opus facit: tunc enim sufficit vel ipsis fabris denunciasse. *l. 5. §. 3. J. de novi operis nunciat.*

3 Qui alienam hereditatem sciens vendit, non ad pretium, sed ad res ipsas, & earum fructus tenetur, *ut hic*, 35 *Eclog. 20. ex lib. 42. tit. 1. arg. 17.*

4 At enim res distractæ quemadmodum venient? ut in plus, quam pretium, teneatur.

5 Vid. *§. 16. J. eod.*

6 Adde *l. 36. §. 3. J. eod.*

7 Vid. *§. ult. J. eod.*

8 Quia bonorum possessor vice heredis habetur. *l. 2. J. de bonor. possess.*

9 *Si bonos possessores se existimet*, ita Græci. Simile est exemplum *in l. 2. §. 1. J. familiæ.* ubi ὑγιαῖς νομεῖς Græcis legitur pro bonorum possessore.

10 Nam fideicommissarius heredis loco intelligitur. *§. 7. Inst. de fideicommiss.*

11 *l. 62. J. de rei vindic.*

12 Id male positum videtur: Talium enim rerum, distractio onerat magis hereditatem, quam fructui est. *§. 12. J. eod.*

13 In omnibus, qui tenentur, (quia actionem habent) delegatio pro justa præstatione est, vide *l. 51. in fi. J. de peculio.*

14 Pervenisse res ad eum non videtur, cui tradita res quidem, sed postea evicta.

tate distractarum non hereditariarum fecit mentionem, restitui tamen non debet: quia nihil apud eum remanet [14]. Nam [&] Julianus lib. VI Digestorum scribit, quod indebitum exegit, restituere eum non [15] debere: nec imputaturum, quod non debitum solvit [16]. §. 19. Sed si res sit redhibita, hic utique [&] hereditaria est, & pretium non veniet, quod refusum est. §. 20. Sed & si ob venditionem obstrictus sit emptori possessor hereditatis, dicendum erit, prospici ei cautione [17]. §. 21. Restituere autem pretia debebit possessor, etsi deperditæ [18] sunt res, vel deminutæ. Sed utrum ita demum restituat, si bonæ fidei possessor est, an & si malæ fidei? Et, si quidem res apud emptorem exstent, nec deperditæ, nec deminutæ sunt, sine dubio ipsas res debet præstare malæ fidei possessor [19]: aut si recipere eas ab emptore nullo modo possit, tantum, quantum in litem esset juratum [20]: at ubi perditæ sunt, & deminutæ, verum pretium debet præstari: quia, si petitor rem consecutus esset, distraxisset, & verum pretium rei non perderet.

Definitio deperditi & deminuti.

XXI. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

D*Eperditum* [21] * intelligitur, quod in rerum natura esse desiit [22]; *deminutum* [23] vero, quod usucaptum esset, & ob id de hereditate exiit.

Si possessor & rem habeat & pretium.

XXII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

SI [24] & rem, & pretium habeat bonæ fidei possessor, puta quod eandem rem emerit [25], an audiendus sit, si velit rem dare, non pretium? In prædone dicimus [26], electionem [27] esse debere actoris: an hic magis possessor audiendus sit, si velit rem tradere, licet deteriorem factam, non petitor, si pretium desideret, quod [28] inverecundum sit tale desiderium: an vero, quia ex re hereditaria locupletior sit, & id, quod amplius habet ex pretio, restituere debeat, videndum: nam [&] in Oratione *Divi Hadriani* ita est: *Dispicite, Patres Conscripti, nunquid sit æquius, possessorem non facere lucrum, & pretium, quod ex aliena re perceperit, reddere, quia potest [30] existimari, in locum hereditariæ rei venditæ, pretium ejus successisse, & quodammodo ipsum hereditarium factum* [31]. Oportet igitur possessorem & rem restituere petitori, & quod ex venditione ejus rei lucratus est [32].

Quatenus pretium à bonæ fidei possessore restituitur. 1. De pœna.

XXIII. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

VTrum autem omne pretium restituere debebit bonæ fidei possessor, an vero ita demum, si factus sit locupletior, videndum: finge pretium acceptum vel perdidisse, vel consumpsisse, vel donasse: & verbum quidem *pervenisse* [33] ambiguum est: solumne hoc contineret, quod prima ratione fuerit, an vero & id, quod durat? Et puto, sequentem [34] clausulam senatusconsulti, etsi hæc sit ambigua, ut ita demum computet, si factus sit locupletior [35].

§. 1. Proinde, si non solum pretium, sed etiam pœna tardius pretio soluto pervenerit [36], poterit dici, quia locupletior in totum factus est, debere venire: licet de pretio solummodo Senatus sit locutus.

XXIV. PAULUS lib. XX ad Edictum.

AT ubi vi dejectus fuit, non debet restituere pœnam [37] ex eo commissam, quod eam actor habere non potest. Sic nec pœna restitui debet, quam adversarius ei promisit, *si ad judicium non venerit.*

De lucro ex lege commissoria. 1. Si possessor ex pretio res hereditarias aliam rem emerit. 2. Interpretatio quartæ partis. De dolo præterito & culpa. 3. De prædonibus. 4. De fructibus. 5. De mala fide tempore hereditatu apprehensæ, vel positæ. 6. De errore juris. 7. De dolo ante vel post litem contestatam. 8. De eo, qui dolo desiit possidere, aut possessionem non admisit: & de alio possessore. 9. De fructibus. 10. De jurejurando in litem. 11. Interpretatio quintæ partis. Si bonæ fidei possessor ex hereditate sumptum fecerit, dilapidaverit, ἀντιδώρεαν acceperit. 12. De lautiore usu res suæ. 13. De mutuo. 14. De pignore. 15. Si heres ex semisse, putans se heredem ex asse, dimidiam partem hereditatis consumpserit. 16. Utrum erogatum ex hereditate, totum decedat, an pro rata patrimonii. 17. De rei vindicatione adversus eum, qui emit à bonæ fidei possessore. 18. Utrum hoc judicium sit in personam, an in rem. 19. Fusal. ercisciunde. 20. De partu.

XXV. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

SEd & si lege [38] commissoria vendidit, idem erit dicendum, lucrum, quod sensit lege commissoria, præstaturum. §. 1. Item, si rem distraxit, & ex pretio aliam rem comparavit, veniet pretium [39] in petitionem hereditatis, non [40] res [41], quam in patrimonium suum convertit. Sed si res minoris valet, quam comparata est, hactenus locupletior factus videbitur, quatenus res valet: quemadmodum, si consumpsisset, in totum locupletior factus non videbitur. §. 2. Quod ait Senatus: EOS, QUI BONA INVASISSENT, QUÆ SCIRENT AD SE NON PERTINERE, ETIAMSI ANTE LITEM CONTESTATAM FECERINT, QUO MINUS POSSIDERENT, PERINDE CONDEMNANDOS, QUASI POSSIDERENT: Ita intelligendum est, ut & dolus præteritus in petitionem hereditatis deducatur: sed & culpa [42]: & ideo ab eo, qui ab alio non exegit, vel à semetipso, si tempore esset liberatus, peti hereditatem posse: hoc utique si exigere potuit [43]. §. 3. Quod autem ait Senatus, EOS, QUI BONA INVASISSENT, loquitur de prædonibus [44]: id est, de his, qui cum scirent ad se non pertinere hereditatem, invaserunt bona, scilicet cum nullam causam haberent possidendi. §. 4. Sed & FRUCTUS, non quos perceperunt, inquit, sed QUOS PERCIPERE DEBUERUNT [45], eos præstaturos. §. 5. De eo autem loquitur Senatus, qui ab initio mente prædonis res hereditarias adprehendit. † Quod si ab initio quidem justam causam habuit adipiscendæ possessionis, postea vero conscius ad se nihil hereditatem pertinere, prædonio [46] more versari cœpit, nihil Senatus loqui videtur. Puto tamen, & ad eum mentem Senatusconsulti pertinere: * parvi [47] etenim refert, ab initio [48] quis dolose in hereditate sit versatus, an postea hoc facere cœpit.

§. 6. SCIRE AD SE NON PERTINERE utrum is tantummodo videtur, qui factum scit, an & is, qui in jure erravit: putavit enim recte factum testamentum, cum inutile erat: vel, cum [eum] alius præcederet adgnatus, sibi potius deferri? Et * non puto hunc esse prædonem, qui dolo caret, quamvis in jure erret [49]. §. 7. SI ANTE LITEM [50] CONTESTATAM, inquit, FECERINT. Hoc ideo adjectum, quoniam * post litem contestatam omnes incipiunt malæ fidei possessores esse [51]: quinimo [52], post controversiam motam. Quanquam enim litis contestatæ mentio fiat in senatusconsulto, tamen & POST MOTAM CONTROVERSIAM OMNES POSSESSORES PARES FIUNT, ET QUASI PRÆDONES TENENTUR. Et hoc jure hodie utimur: cœpit enim scire rem ad se non pertinentem possidere se is, qui interpellatur: qui vero prædo est, & ante litem contestatam doli nomine tenebitur: hic est enim dolus præteritus [53]. §. 8. PERINDE, inquit, CONDEMNANDOS, QUASI POSSIDERENT: Merito: nam * is, qui dolo fecit, quo minus possideret, ut possessor condemnatur [54]: accipiens, sive dolo [55] desierit possidere, sive dolo possessionem noluerit admittere. Sive autem ab alio res possideatur, sive in totum non exstet, locum habebit hæc clausula. Unde si sit alius possessor, ab utroque hereditas peti possit: & si per multos [56] ambulaverit [57] possessio, omnes tenebuntur. §. 9. [Sed] utrum is solus, qui possidet, fructus præstabit: an etiam is, qui dolo fecit, quo minus possideret? Et dicendum erit, post senatusconsultum, ambo teneri [58]. §. 10. Hæc verba senatusconsulti etiam adversus eum, qui non possidet, jusjurandum [59] inducunt: tam enim adversus eum, qui dolo fecit, quo minus possideat, quam adversus possidentem, in litem juratur. §. 11. Consuluit Senatus bonæ fidei possessoribus, ne in totum damno adficiantur, sed in id duntaxat teneantur, in quo [60] locupletiores facti sunt [61]. Quemcunque igitur sumptum fecerint ex hereditate, si quid dilapidaverunt [62], perdiderunt, dum re [63] sua se abuti putant, non præstabunt [64]: nec [65] si donaverint, locupletiores facti videbuntur: quamvis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter [66] obligaverunt. † Plane si ἀντιδώρεαν [67], id est, *remunerationes*, acceperunt, dicendum est, eatenus [68] locupletiores factos, quatenus acceperunt: velut genus [69] quoddam hoc esset permutationis. §. 12. Si quis re sua lautius [70] usus sit contemplatione delatæ sibi hereditatis, Marcellus lib. V Digestorum putat, nihil eum ex hereditate deducturum, si eam non attingit [71]. §. 13. Simili modo & si mutuam pecuniam accepit, quasi dives se deceperit. §. 14. Si tamen pignori res hereditarias dedit, videndum, an vel sic attingatur hereditas? Quod est difficile, cum ipse sit obligatus. §. 15. Adeo autem qui locupletior factus non est, non [72] tenetur, ut si quis putans se ex asse heredem, partem dimidiam hereditatis sine dolo malo consumpserit, Marcellus lib. IV Digestorum tractat, num [non] teneatur: quasi id, quod erogaverit, ex eo fuerit, quod ad eum non pertinebat, sed ad coheredes: nam & si is, qui heres non erat, totum quidquid apud se fuit, consumpsisset: sine dubio non tenetur, quasi locupletior non factus. Sed in proposita quæstione, tribus visionibus [73] relatis, una prima, deinde alia, posse dici totum, quod superest, restituere eum debere, quasi suam partem consumpserit; tertia utrique, quod consumptum est, decedere: ait utique nonnihil restituendum: de illo dubitat, utrum totum, an partem restituendam dicat. Puto tamen residuum integrum non esse restituendum, sed partem ejus dimidiam. §. 16. Quod autem quis ex hereditate erogavit, utrum totum decedat, an vero pro rata patrimonii ejus; utputa penum [74] hereditarium ebibit, utrum totum hereditati expensum feratur, an aliquid & patrimonio ejus? ut in id factus locupletior videatur, quod solebat ipse erogare ante delatam hereditatem: ut si quid lautius [75] contemplatione hereditatis impendit, in hoc non videatur factus locupletior: in staturis [76] vero suis sumptibus videatur factus locupletior: utique enim & si non tam laute erogasset, aliquid [77] tamen ad victum cottidianum erogasset. Nam & D. Marcus in causa Pythodori, qui rogatus erat [78], *quod sibi supersuisset ex hereditate reddere*, decrevit, ea, quæ alienata erant, non minuendi fideicommissi, nec pretium in corpus patrimonii Pythodori redisse: [&] ex proprio Pythodori patrimonio, & ex hereditate decedere, non tantum ex hereditate [79]. Et nunc igitur statuti sumptus utrum ex hereditate decedent exemplo rescripti D. Marci, an ex solo patrimonio, videndum erit: Et verius est, ut ex suo patrimonio decedant ea, quæ etsi non heres fuisset, erogasset. §. 17. Item si rem distraxit bonæ fidei possessor, nec pretio factus sit locupletior, an singulas res, si nondum usucaptæ sint, vindicare petitor ab emptore possit? & si vindicet, an exceptione non repellatur, QUOD PRÆJUDICIUM HEREDITATI NON FIAT INTER ACTOREM, ET EUM, QUI VENUMDEDIT: quia non videtur venire in petitionem hereditatis pretium earum: quamquam victi emptores reversuri sint ad eum, qui distraxit [80]? Et puto, posse res vindicari, nisi emptores regressum ad bonæ fidei possessorem habent [81]. Quid tamen si is, qui vendidit, paratus sit ita defendere hereditatem, ut perinde, atque si possideret, conveniatur? Incipit exceptio locum habere ex persona emptorum. [Certe,] si minori pretio res venierint, & pretium quodcunque illud actor sit consecutus, multo magis poterit dici, exceptione eum summoveri. Nam & si id, quod à debitoribus exegit possessor, petitori hereditatis solvit, liberari debitores [82] Julianus lib. IV Digestorum scribit, sive bonæ fidei possessor, sive prædo fuit, qui debitum ab his exegerat: [&] ipso jure eos liberari. §. 18. Petitio hereditatis, etsi in rem actio sit, habet tamen præstationes quasdam personales [83], utputa eorum, quæ à debitoribus sunt exactæ [84]: item pretiorum [85].

§. 19. Hoc senatusconsultum ad [86] petitionem hereditatis factum, etiam in familiæ herciscundæ [judicio] locum habere placet:

14 Nec durat apud eum pretium. *l. 2. §. 7. ff. de hered. vel act. vend.*
15 Imo debet restituere. *l. 23. ff. de negotiis.*
16 Quia filio nomine exegit, non alieno. *ut in l. 23. ff. de negotiis.*
17 *l. 40. §. 3. ff. eod.*
18 *Eclog. ibid. cap. 18.* Deperditæ & deminutæ, *hic. & §. 6. ff. eod. l. 21. ff. eod.* usus & cafus, *l. 58. §. 6. ff. ad Trebell.*
19 Si eas eligat hereditatis petitor. *§. 12. in fin. ff. eod.*
20 *l. 25. §. 10. ff. eod.* ut rerum ex hereditate alienatarum æstimatio in arbitrio sit petitoris. Paul. *lib. 1 sent. 13. §. 9.*
21 Amissum. *v. l. 143. ff. de verb. sign.*
22 Aut conditionem mutavit. *l. 63. in fin. ff. pro socio.*
23 Adde *l. 70. in fin. ff. de legat. 2. l. 3. ff. de damno.*
24 *Eclog. ibid. cap. 20.*
25 *Al.* redemerit. Græcis ἀνήγορασας.
26 Didicimus, ut *l. 19. in fin. ff. eod.*
27 Facit *l. 20. §. 12. ff. eod.*
28 Vide quæ scripsi ad *l. penult. C. de solut.*
29 Hac formula vel ipsi Imperatores Senatum alloquebantur. Suet. *in Augusto, c. 58. & in Tiberio, c. 29. & 67. & in Domitian. cap. 11.* Capitolinus *in Opilio Macrino.*
30 Pretium an, & quando succedat in locum rei, vide quæ notavi ad *l. 48. in fin. ff. de furtis.*
31 In petitione hereditatis id erit speciale / quamquam videntur huic legi contrariæ, *l. 20. §. 1. ff. eod. l. 25. §. 1. ff. eod. l. 9. ff. rituli. præxim.*) & in actione, *quod metus causa. l. 18. ff. quod metus causa.*
32 Cur ita? vide *l. 39. ff. de usufructu.*
33 *l. 2. §. 3. ff. de hereditate vel act. vend.*
34 Sequendam.
35 *V. l. 25. §. 11. ff. eod.*
36 Id est, pœna stipulata quoad tardius pretium solutum esset: quia hujusmodi pœna infligitur ob injuriam illatam personæ, quæ possidet, non rei possessæ. *l. 43. §. 5. ff. de ædilitio.*
37 Pœnæ & multæ ita cedunt publicarum rerum conductoribus. dixi *l. 13. C. de vectigalibus.*
38 Legis commissoriæ hæc est formula, *si ad diem pecunia soluta non sit, fundus sit inemptus. l. 2. ff. de lege commiss.*
39 *§. 18. ff. eod. l. 16. §. 1. §. 5. ff. eod.*
40 Cur ita? vide quæ notavi ad *l. 48. in fin. ff. de furtis.* vid. etiam *l. 22. in fin. ff. hoc tit.*
41 Quid itn, cum res in pretii locum succedat? vide *l. 70. in fin. ff. de legat. 2.*
42 *l. 19. §. 2. ff. eod.*
43 Nam interdum rerum difficultate impeditur. *l. 35. ff. de negotiis.*
44 *l. 11. in fin. l. 19. §. pen. ff. eod.* ad fructus, paria sunt, ab initio malam fidem fuisse, & ex postfacto supervenisse. *Bart.*
45 *l. 1. in fin. C. eod.*
46 Id est, ut prædones solent.
47 Quantum ad fructus, paria sunt, ab initio malam fidem fuisse, & ex postfacto supervenisse. *Bart.*
48 Vide *l. 13. ff. depositi.*
49 Et ita in jure errans adquirere poterit: quod repugnat *l. 7. ff. de juris & facti.*
50 Hoc quid? vide *l. 36. ff. de verb. sign.*
51 *l. 2. C. de fruct. & litium exp.* post sententiam. *l. 20. §. 11. ff. eod.*
52 Controversia inota intelligitur ante litem contestatam, *ut hic. & in l. nec bona. 10. C. de præscriptione longi temporis. & in Titulo, ut lite pendente. & c. 2. eod. tit. in Clementina.* Sic in quæstione litigiosæ rei, *res litigiosa* dicitur, mota controversia ante litis contestationem. *Nov 112.*
53 Cujus nomine tenetur, *l. 13. §. 2. l. 14. l. 20. §. 6. ff. eod. v. l. 27. §. 3. ff. de rei vind.*
54 *§. 9. ff. eod. l. 13. §. 2. ff. eod. l. 2. §. 42. ff. ne quid in loco public. l. 131. ff. de reg. jur. cap. 30. de reg. jur. in 6.* & ita fictione dolus repræsentat possessionem.
55 Vide quæ notavi ad *l. 131. ff. de reg. jur.*
56 Ambulat possessio, *ut hic.* ut & emptio. *l. 15. ff. de minoribus.*
57 Translata fuerit.
58 *V. §. 8. ff. eod.*
59 *V. l. 20. §. ult. ff. eod.*
60 *§. 15. ff. eod. l. 20. §. 6. vers. item. l. 23. ff. eod. l. 30. l. 40. §. 1. ff. eod. l. 3. ff. de cond. ind.*
61 Quod inspicitur tempore rei judicatæ. *v. l. 36. §. 4. ff. eod*
62 Quid si in feudum dederunt?
63 Abuti re sua licet.
64 Justus possessor sumptus deducit, nec tenetur de re neglecta. *l. 31. §. 3. ff. eod.*
65 Qui donat, non fit locupletior, etiamsi donatarium sibi naturali vinculo ad ἀντιδώρεαν obstringat. Hoc ideo, quoniam naturaliter debitum ab invito donatario exigi non potest, & ut Seneca ait 1 *de beneficiis.* Nemo beneficia in Kalendario scribit.
66 Vid. *l. 5. §. 16. ff. de agnoscendis liberis.*
67 Potestne Ecclesia Romana ἐπὶ ἀντιδώρῳ dare? vid. *l. 14. C. de sacrosanctis. & Novell. 120. cap. 1.*
68 Locupletior eatenus donator intelligitur, quatenus a donatario reipli ἀντιδώρου accipit. *Goth.* Quatenus quis locupletior factus censeatur, & qualiter probandum, vid. Archil. Personal. *tract. de petit. hered. n. 558.* Anf.
69 Permutationis quoddam genus est, ἀντιδώρου dare.
70 Latius Duar. *1 disp. 5.*
71 Attigit.
72 *V. §. 11. ff. eod.*
73 Id est, quæstionibus. idem vocabulum exstat *§. 14. in fin. de confirmatione Digestorum. l. 8. §. 2. in fin. ff. ad Vell. l. 29. §. 5. ff. mandati. l. 25. §. 3. ff. de probat.* Συψίω dicuntur in Græca constitutione confirmationis Digestorum. *§. 13.* alii autem legunt *divisionibus. Halo.* Cæterum *visionis* verbum hoc significat, apud Tertullianum *cap. 9 de anima*, Front, inquit, *scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materiæ visionibus subministrantur.* Quem locum doctus interpres silentio præterit, alius perperam retulit ad visiones animæ.
74 Quid penus sit, vide *l. 3. ff. de pen.*
75 *V. §. 12. §. eod.* lautius enim impendere solent illi, quibus hereditas aliqua, maxime opulenta obvenit.
76 Sumptus statutos & ordinarios, quos ex sua consuetudine fecisset domi suæ bonæ fidei possessor, hereditati imputare non debet, utique enim eos vel sine delata sibi hereditate domi suæ semper fecisset, *ut hic.* Non idem in Episcopo, veste, & similibus. Non enim illis imputantur sumptus, quos domi suæ fecissent, vide *l. quoniam liber. 11. C. de testibus.* Etsi sint, qui dissentiant certis casibus.
77 Nemo enim vento vivere præsumitur. *l. ult. C. de alimentis pupillo præstandis.*
78 Vide *l. 54. ff. ad Trebell.*
79 Hodie, qui rogatus est restituere, *quicquid ex hereditate supererit*, potest alienare, si fraudem non facit: ita tamen, ut quartam servet ei, cui restituere debet, & certis casibus quartam attingere. *Novell. 108. cap. 1. & 2.* Goth. Adde Gloss. & DD. in *auth. contra quam rogatus. C. ad Senat. Trebell.* Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 21.* Gomez. *var. resolut. tom. 1. cap. 5. num. 16.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 46. & num. 50.* S. L.
80 Victus emptor, regressum habet in venditorem. Ideoque pactum *de non petendo*, etiam in personam conceptum, venditori factum, emptori prodest. *l. 17. §. 5. ff. de pactis.*
81 Atqui is casus pene intelligi, aut certe nunquam accidere potest: cum perpetuo sit iniquum, emptori in venditorem regressum negari: tunc enim venditor pretium retineret, emptor autem rem amitteret, quod est iniquum. *l. 11. §. ult. ff. de act. empt.*
82 *l. 31. in fin. ff. eod.* adde *l. 61. ff. de solution.*
83 Eatenus dicitur mixtam obtinere causam, quum alioquin sua natura realis sit, ideoque & petitio dicitur, quæ significat actionem realem, *l. 178. § 2. ff. de verb. signif.* item vindicatio, *l. 8. ff. h. t.* item actor in rem agere dicitur. *l. 49. ff. h. t. l. 3. C. eod.* Anf.
84 Et solutu. *l. 31. in fin. ff. eod.*
85 Vide *§. 1. ff. eod.*
86 *l. 1. C. eod.*

cet: ne res absurda sit, ut quæ peti possint, dividi non possint [87].

§. 20. Augent [88] hereditatem, gregum & pecorum partus [89].

XXVI. PAULUS lib. XX ad Edictum.

QUod si oves natæ sunt, deinde ex his aliæ, hæ quoque, quasi augmentum restitui debent.

De pensionibus ædium locatarum.

XXVII. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

ANe illarum etiam partus [90], & partuum partus, quamquam fructus esse non existimantur [91], quia non temere ancillæ ejus rei causa comparantur, ut pariant, augent tamen hereditatem: quippe cum ea omnia fiunt hereditaria, dubium non est, quin ea possessor, si aut possideat, aut post petitam hereditatem dolo malo fecit, quo minus possideret, debeat restituere. §. 1. Sed & pensiones [92], quæ ex locationibus prædiorum urbanorum [93] perceptæ sunt, veniunt, licet [94] a lupanario perceptæ sint: nam [&] in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur [95].

De omni lucro.

XXVIII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

POst senatusconsultum enim, omne lucrum [96] auferendum esse tam bonæ fidei possessori, quam prædoni, dicendum est.

De mercede fundi locati: De operu servorum. De vectura.

XXIX. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

MErcedes [97] plane à colonis acceptæ loco sunt fructuum [98]. † Operæ quoque servorum in eadem [99] erunt causa, qua sunt pensiones. † Item vecturæ navium, & jumentorum.

De sorte, usuris & periculo nominum.

XXX. PAULUS lib. XX ad Edictum.

IUlianus scribit, actorem [100] eligere debere, utrum sortem tantum, an & usuras velit cum periculo nominum agnoscere. † Atquin secundum hoc non observabimus, quod Senatus voluit [1], bonæ fidei possessorem teneri, quatenus locupletior sit: quid enim, si pecuniam eligat actor, quæ servari non potest? Dicendum itaque est [2] in bonæ fidei possessore, hæc tantummodo eum præstare debere: id est, vel sortem, & usuras ejus, si [&] eas percepit, vel nomina cum eorum cessione in id facienda, quod ex his adhuc deberetur: periculo scilicet petitoris.

Si possessor solverit creditoribus. 1. & 2. De eo quod debetur possessori. 3. De sumptibus. 4. Si prædo debitores non convenerit. 5. De eo, quod possessor exegit.

XXXI. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

SI quid possessor solvit creditoribus, reputabit [3], quanquam ipso jure non liberaverit petitorem hereditatis: nam * quod quis suo nomine solvit, non debitoris, debitorem non liberat [4]. Et ideo Julianus lib. VI Digestorum scribit, ita id imputaturum possessorem, si caverit, *se petitorem defensum iri.* † Sed an & bonæ fidei possessor debeat defendendum cavere, videndum erit: quia in eo, quod solvit, non videtur locupletior factus, nisi forte habeat condictionem: & hoc [6] nomine videtur locupletior, quia potest repetere: finge enim eum, dum se heredem putat, solvisse suo nomine? Et videtur mihi Julianus de solo prædone, ut caveat, sensisse: non etiam de bonæ fidei possessore: condictionem tamen præstare debebit. † Sed & petitor [7] si à creditoribus [8] conveniatur, exceptione [9] uti debebit. §. 1. Sed si ipsi aliquid prædoni debebatur, hoc deducere non debebit: maxime si id fuit debitum, quod natura debebatur. † Quid tamen, si expediebat petitori, id debitum esse dissolutum propter pœnam, vel aliam causam? Potest dici, ipsum sibi vel solvisse, vel debuisse solvere. §. 2. Justus autem possessor dubio procul debebit deducere, quod sibi debetur.

§. 3. Sicut autem sumptum, quem fecit, deducit [10], ita si facere debuit, nec fecit, culpæ hujus reddat rationem [11], nisi bonæ fidei possessor est: tunc enim, quia quasi suam rem neglexit [12], nulli querelæ subjectus est ante [13] petitam hereditatem: postea vero, & ipse prædo est. §. 4. Illud plane prædoni imputari non potest, cur passus est debitores liberari, & pauperiores fieri, & non eos convenit: cum actionem non habuerit [14]. §. 5. Quod autem possessori solutum est [15], an restituere debeat, videamus? Et, si bonæ fidei possessor fuit, sive non, debere restituere placet: & quidem, si restituerit (ut Cassius scribit, & Julianus lib. VI) liberari ipso jure debitores [16].

De adquisitu per servum.

XXXII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

PEr servum adquisitæ [17] res heredi [18] restituendæ sunt [19]: quod [20] procedit in hereditate [liberti], & cum de inofficioso agitur, cum interim [21] in bonis esset heredis:

1. *De servo distracto à malæ fidei possessore.*

XXXIII. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

NIsi ex re [22] heredis scripti stipulatus sit. §. 1. Julianus scribit, si hominem possessor [23] distraxerit, si quidem non necessarium hereditati, petitione hereditatis pretium præstaturum: imputaretur enim [ei,] si non distraxisset: quod si necessarium hereditati, si quidem vivit, ipsum præstandum: si decesserit, fortassis nec pretium: sed non passurum [24] judicem, qui cognoscit, possessorem pretium lucrari scribit, & verius est.

De hereditate filiusfam. militis. 1. De patre filii nomine, & domino servi nomine conveniendo.

XXXIV. PAULUS lib. XX ad Edictum.

FIliifamilias militis [25] puto peti posse hereditatem ex testamento nobis obvenientem. §. 1. Si servus [26] vel filiusfamilias res hereditarias teneat, à patre, dominove peti hereditas potest, si facultatem restituendarum rerum habet. Certe si pretium rerum hereditariarum venditarum in peculio servi habeat, [&] Julianus existimat posse à domino, quasi à juris possessore [27], hereditatem peti.

XXXV. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

IDem Julianus ait, etiamsi nondum pretia rerum consecutus sit servus, posse à domino, quasi à juris possessore [28], hereditatem peti: quia habet actionem, qua eam pecuniam consequatur: quæ quidem actio etiam ignoranti adquireretur.

1. Si à filiofamil. petatur. 2. De eo qui ab eo, ipso à possessore. 3. Si res perierit, quam prædo desiit possidere. De re à prædone plures vendita. 4. Quo tempore spectatur, an bonæ fidei possessor sit locupletior. 5. De fructibus, & impensis in eos factis.

XXXVI. PAULUS lib. XX ad Edictum.

SI à domino, vel à patre, qui pretia possidet, hereditas petatur, an filio vel servo mortuo, vel servo manumisso, vel emancipato filio, intra annum agi debeat? & an debitum sibi dominus, vel pater deducere possit? Julianus verius esse ait, id [quod] Proculus quoque respondit, perpetuo [29] actionem dandam: nec deduci oportere id, quod ipsi debetur: quia non de peculio agatur, sed hereditas petatur. Hæc recte, si pretia [30] habeat servus, vel filiusfamilias: Quod si propterea hereditas petatur à domino, quod servus debitor fuit, perinde haberi debebit, atque si de peculio ageretur. † Idem [31] dicendum Mauricianus ait, etiamsi peculiam ex pretio perceptam servus, vel filius consumpserit: sed alias ex peculio ejus solvi potest. §. 1. Sed & à filiofamilias [32] peti hereditatem posse, non est dubium: quia restituendi facultatem habet, sicut [33] ad exhibendum. † Multo magis dicimus, posse peti hereditatem à filiofamilias, qui, cum paterfamilias esset, & possideret hereditatem, adrogandum se præstavit. §. 2. Si possessor hereditarium servum occiderit [34], id quoque in hereditatis petitione veniet. Sed Pomponius ait, actorem debere eligere, utrum velit sibi eum condemnari, ut caveat *se non actorum lege Aquilia* [35], an malit integram sibi esse actionem legis Aquiliæ, omissa ejus rei æstimatione à Judice: Quæ electio locum habet, si ante aditam hereditatem occisus sit servus: nam [36] si postea, ipsius actio propria [37] effecta est, nec veniet in hereditatis petitionem. §. 3. Si prædo dolo desisset possidere, res autem eo modo interierit, quo esset interitura [38], etsi eadem causa possessionis mansisset, quantum ad verba Senatusconsulti, melior est causa prædonis, quam bonæ fidei possessoris: quia prædo, si dolo desierit possidere, ita condemnatur, atque si possideret [39], nec adjectum esset, SI RES INTERIERIT: Sed non est dubium, quin non debeat melioris esse conditionis, quam bonæ fidei possessor. Itaque & si pluris venierit res, electio [40] debebit esse actoris, ut pretium consequatur: alioquin lucretur aliquid prædo.

§. 4. Quo tempore locupletior esse debeat bonæ fidei possessor, dubitatur? Sed magis est, rei judicatæ tempus spectandum esse [41]. §. 5. *Fructus* intelliguntur deductis impensis [42], quæ quærendorum, cogendorum, conservandorum[que] eorum gratia fiunt. Quod non solum in bonæ fidei possessoribus naturalis ratio expostulat, verum etiam in prædonibus [43], sicut Sabino quoque placuit.

XXXVII. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

QUod si sumptum quidem fecit, nihil autem fructuum perceperit, æquissimum erit, rationem horum [44] quoque in bonæ fidei possessoribus haberi.

De cæteris necessariis & utilibus impensis.

XXXVIII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

PLane [45] in cæteris [46] necessariis, & utilibus impensis posse [47] separari: ut bonæ fidei quidem possessores has quoque imputent: prædo autem de se queri debeat, qui sciens in rem alienam impendit. Sed benignius [48] est, in hujus quoque persona haberi rationem impensarum [49]: * non [50] enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere: & idipsum officio [51] judicis continebitur: [nam] nec [52] exceptio doli mali desideratur. Plane, poterit in eo differentia [53] esse, ut bonæ fidei quidem possessor omnimodo [54] impensas deducat, licet res non exstet, in quam fecit; sicut tutor, vel curator consequuntur: prædo autem non aliter, quam si res [55] melior [56] sit.

Quæ sint utiles, necessariæque impensæ. 1. De impensis voluptuariis.

XXXIX. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

VTiles [57] autem, necessariæque sunt, veluti quæ fiunt reficiendorum [58] ædificiorum gratia, aut in novelleta [59], aut cum servorum gratia litis æstimatio solvitur, cum id utilius sit, quam ipsos dedi. Denique alias complures ejusdem generis esse impensas, manifestum est. §. 1. Videamus tamen, ne [&] ad picturarum quoque & marmorum, & cæterarum voluptariarum rerum impensas æque proficiat nobis doli exceptio, si modo bonæ fidei possessores simus: nam prædoni probe dicetur, *non debuisse in alienam rem supervacuas impensas facere*; ut tamen potestas ei fieret tollendorum eorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt [60].

De periculo rei petitæ. 1. De fructibus. 2. De actionibus à possessore restituendo. 3. De cautione possessori præstanda. 4. De noxalibus actionibus.

XL. PAULUS lib. XX ad Edictum.

ILlud [quoque], quod in Oratione [61] Divi Hadriani est: *Ut post* [62] *acceptum judicium id actori præstetur, quod habiturus esset, si eo tempore, quo petit, restituta esset hereditas*, interdum durum est: quid enim, si post litem contestatam mancipia, aut jumenta, aut pecora deperierint [63]? damnari debebit secundum verba Orationis, quia potuit petitor, restituta hereditate, distraxisse ea. Et hoc justum esse

---

8. Quæ peti possunt, ea possunt dividi, *ut res*, nisi natura sua individua sint.

88 Partus pecorum augent hereditatem, ut & partuum partus. 35 *Colleg. 20. ex lib. 42. tit. 1. cap. 17.*

89 V. l. 20. §. 3. *h. t.*

90 *l. 20. §. 3. in fin. h. t. cod. l. 12. h. t. quod metus.*

91 Est enim absurdum hominem in fructu contineri, cum homines gratia fructus omnes sint comparati, §. 37. *de rer. divis.* & digitus hominis repugnet, *arg. l. 44. §. de adilitio.* adde & vide *l. 68. §. de usufr. & l. 28. in fin. §. de usuris.*

92 V. *l. 29. cod.*

93 *Pensio* proprie urbani prædii est, ut *merces* rustici, *l. 29. §. cod.* confundit tamen *lex 3. C. de obligat.*

94 Vide quæ scripsi ad *l. 52. & l. 50. §. cod.*

95 Lupanaria etiam in multorum honestorum virorum prædiis exercentur, *ut hic.* & delicta, *arg. l. 4. §. de in ius voc. l. 1. Cod. ubi fiscus monetas.*

96 *l. 55. §. cod.* omnis fructus & extra causam fructuum, legatum, ut in *l. 23. in fin. §. de adul.*

97 Mercedes, à colonis: operæ, à servis: vecturæ vero, navium & jumentorum sunt.

98 Ut pensiones locationum. *l. 27. §. ult. §. cod. l. 62. §. de res vind. l. 55. in fin. §. de cond. indeb.*

99 Pensionum & operarum similitudo.

100 Qui hereditatem petit.

1 V. *l. 25. §. 11. §. cod.*

2 Corrigitur hic à Paulo Juliani sententia: ideoque bonæ fidei possessor tenetur restituere sortem & usuras, quas exegit, vel actionem cedere, prout ipse eligeret.

3 *l. 5. C. cod.* etiam adversus minorem. vide quæ notavi ad *l. 13. §. pen. §. de rebus cor.*

4 *l. 19. §. 1. §. de cond. indeb. l. 28. §. mandati. l. 38. §. 2. §. de solutionibus.*

5 Id est, se verum heredem adversus creditores defensurum, & probaturum illis solutionem factam.

6 Locupletior factus intelligitur, qui condictionem adquisivit.

7 Hereditatis.

8 Quibus satisfactum fuit à possessore hereditatis.

9 Quod pecuniam petant, quæ penes illos est: ideoque liberatus sit. *l. 43. l. ult. in fin. §. de negotiis.*

10 V. *l. 25. §. 11. §. cod.*

11 *l. 54. in fin. §. cod.*

12 Ut si donavit. v. *d. §. 11. l. 25. §. cod.*

13 *l. 45. §. de rei vindicat.*

14 Nam adversus aliium nemo sine actione experiri potest. *l. 9. §. 3. §. de admin. tut. l. 6. in fin. §. de negotiis. l. 20. C. de neg.*

15 Et ab eo exactum. *l. 25. §. 18. §. cod.*

16 *l. 25. §. 17. in fin. §. cod. l. 12. §. 16. in fin. §. mandati. l. 28. l. 34. §. 9. v. l. 61. §. de solutionibus.*

17 V. *l. 24. §. de ædilitio.*

18 Id est, possessori.

19 *Sub.* petitori.

20 Petitio hereditatis his duobus casibus datur adversus verum heredem. Regulariter enim non datur adversus heredem justo testamento institutum.

21 Id est, quia interim hereditas universa, & servus, & res per eum adquisitæ, in bonis possessoris fuerint. Græci *ἐν τῷ τιθέσθαι τὸ δικαιοχρατικὸν κληρονόμου ὀνόμα.* vide Cujac. 4 *ad Afric. initio.*

22 *l. 20. §. 21. §. cod.* adde *l. 50. §.*

23 Quis? an malæ fidei, ut vult Accursius? an bonæ fidei post motam ei controversiam, ut Fulgosius? *Goth.* De malæ fidei possessore intelligunt communiter Gloss. & DD. hic. arg. *l. 31. §. 3. §. cod. S. L.*

24 *l. 20. §. de rei vindic.*

25 *l. 3. §. §. §. de bon. possess. Inst. quibus non est permissum. in pr.*

26 Quod possidet ex hereditate servus vel filiusfamilias, id possidere intelligitur pater vel dominus: & ideo petitione hereditatis conveniur in solidum, non de peculio.

27 Hæc verba, *quasi à juris possessore*, irrepsisse ex l. sequenti, notat Cujac. 13 *obs. 8.*

28 Nam a juris possessoribus hereditas peti potest. *l. 13. in fin. §. cod.*

29 *l. 38. §. de pecul. l. 16 circa med. §. de in rem verso.*

30 *l. 24. §. 3. §. de minorib. l. 28. §. de pecul.*

31 Pentameter versus hic Jurisconsulto excidit, ut & aliis locis versus. dixi *l. 46. §. de ædilitio.*

32 Non à servo *arg. l. 6. C. de judicis.*

33 V. *l. 18. §. 4. §. de castrensi peculio.*

34 *l. 23. l. 91. §. de verb. oblig.*

35 Quæ illi competit. *l. 13. §. pen. l. 14. l. 15. §. ad l. Aquil.*

36 In petitionem hereditatis ea veniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, vel ea, quæ post mortem, ante aditam hereditatem, ex ea adquisita sunt. Paul. *1 sent. 13. §. 7.* Quæ post aditam hereditatem heres adquisiit, in hereditatis petitionem non veniunt, sed propriis actionibus petuntur.

37 Hereditariæ res post aditam hereditatem sunt heredis, non defuncti.

38 Tenebitur. *l. 40. §. ed. l. 1. §. 34. §. de ædilitio.*

39 V. *l. 25. §. 8. §. cod.*

40 *l. 20. §. 12. in fin. §. cod.*

41 *l. 16. §. cod.* vide *l. 30. §. de peculio.* Goth. Si scilicet litis contestationis tempore non sit locupletior. Confer *l. 41. §. cod.* secus si litis contest. tempore locupletior fuerit, ut in *l. 25. §. 7. §. cod. S. L.*

42 *l. 46. §. de usuris. l. 4. in fin. l. 6. in fin. §. de operis serv. l. 1. C. de fruct. & lit. exp.*

43 Sumptus & impensas etiam prædo deducit. vide quæ notavi ad *l. plane. 38. §. cod.* Ergo omnis possessor sumptus deducit fructuum causa factos.

44 Ideoque colonus eo nomine pensionis remissionem petere potest. *l. 15. §. locati.* Goth. Adde *l. 33. §. locati. S. L.*

45 Vide ad hanc legem Antonium Fabrum 2 *conjecturarum.*

46 Quæ cogendorum, quærendorum, & conservandorum fructuum gratia

---

fiunt, ut *l. 36. in fin. §. cod.* 47 Stricto jure scilicet: jus enim benignum aliud admittit, *versf. sed benignius. §. cod.* 48 Et naturalis ratio id etiam postulat, *l. 36. in fin. §. cod.* 49 Idque plebiscito constitutum fuisse tradit Dionysius *lib. 10.* v. Cujac. 13 *obs. 26.* 50 Malæ fidei possessor impensas necessarias, *l. 5. C. de rei vindic.* (quibus dominus factus est locupletior,) non tantum retentionis jure, *d. l. 5. C. de rei vind.* sed & actionis, post restitutionem rei a se factam & post ædificium dirutum, recuperat: non mero jure, (quo referri potest *l. 33. in fin. §. de condict. indebit. l. ult. C. de negotiis. l. 5. C. de ædific. privat. l. 3. §. 4. C. com. de legatis. l. 44. §. de damno.*) sed ex sola æquitate, ut hic. *l. 39. in fin. §. cod.* facit *l. 8. §. 3. §. de negot. l. 2. C. de rei vind. l. 37. §. de rei vindic. l. 50. §. cod. l. 14. §. 1. versf. diversum. §. comm. divid.* nisi animo donandi ædificavit: nec enim is animus omnimodo præsumitur. *d. l. 2. & l. 14. §. de donat.* Itaque *lex 7. §. penult. §. de acq. rer. dom. & §. 30. Inst. de rer. divis.* referri debet ad jus strictum, & rigorem juris. volunt enim scienter ædificantem in alieno amittere proprietatem materiæ, & ne diruto quidem ædificio vindicationem ejus materiæ competere. Ad eundem rigorem referenda est *l. 33. in fin. §. de condict. indeb. & l. 14. §. 1. versf. diversum. §. comm. divid. & l. ult. C. de negot.* quæ hoc casu solum beneficium retentionis tribuit. Hæc Martini fuit opinio, defensa à Molinæo adversus Bart. *consuetud. Paris. parte 1. tit. 1. §. 1. glos. 5. n. 101. ad fin.* 110. Eandem probat Cujac. 13 *obs. 26. &* 10 *obs. 1.* allato eleganti eam in rem plebiscito Romanorum ex Dionysio Halicarnasseo, cujus paulo ante memini. His adde quæ notavi ad *l. ult. C. de negotiis.* 51 Cur? Judex ex officio exceptionem doli mali supplere debet, *l. ult. in fin. §. cod.* & proinde non coguntur partes τὰς λεγομένας ἀναπληρωτικὰς ἀφέλκειν λοιδορίας ἀλλήλοις ἐπεξόδους. de his libellis dixi in *l. à Proconsulibus. 19. l. ult. §. in refutatoriis. C. de appell.* 52 Officio judicis doli exceptio, quæ ineat bonæ fidei judiciis, omissa in arbitrariis, suppleri potest, *ut hic.* & *l. ult. §. cod.* adde quæ scripsi ad *l. 11. in fin. §. de noxalibus act.* Imo doli exceptione uti hic non potest. *l. 5. C. cod.* 53 Malæ fidei & bonæ fidei possessoris differentia in servandis impensis necessariis: hic, etiamsi res non exstet, servat impensas: ille, non aliter, quam si res exstet. 54 Hoc non inspecto, an sumptus exstet. 55 Id est, quam si sumptus exstet. 56 Cur ita? v. *l. 14. §. de cond. indeb. l. 6. §. 3. §. de neg. gest.* 57 *l. 79. §. de verb. sign.* 58 *l. 21. in fin. §. soluto.*

59 V. *l. 6. §. de impensis.* 60 *l. 5. in fin. C. de rei vindic.* 61 Quam non habemus, neque enim extat hic locus in illa Oratione Hadriani, quæ habetur *l. 20. § §. cod.* 62 Vide *l. 2. §. de usuris.* 63 Natura sua, seu casu: si post litem contestatam res natura sua, aut casu perierit, rem bonæ fidei possessor non præstabit: prædo præstabit etiam.

esse in specialibus petitionibus Proculo placet: Cassius, contra sensit: in prædonis persona Proculus recte existimat: in bonæ fidei possessoribus Cassius [64]. Nec enim debet possessor aut mortalitatem præstare [65], aut propter metum hujus periculi temere indefensum jus suum relinquere. §. 1. Prædo fructus suos [66] non facit, sed augent hereditatem: ideoque eorum quoque fructus præstabit [67]. In bonæ fidei autem possessore hi tantum veniunt in restitutione, quasi augmenta hereditatis, per quos locupletior factus est. §. 2. Actiones, si quas possessor nactus est, evicta hereditate restituere debet: veluti [si] interdum *unde vi* [68], aut *quod precario* [concessit.] §. 3. Contra quoque, si possessor caverit damni infecti, cavendum est possessori [69]. §. 4. Ad officium judicis pertinebunt & noxales actiones, ut, si paratus sit possessor noxæ dedere servum, qui damnum dederit in (re) hereditaria, vel furtum fecerit [70], absolvatur: sicut fit in interdicto quod vi, aut clam [71].

Quo tempore possessio spectatur. 1. De fructibus rei pignoratæ.

Inspicitur quantum possideatur tempore rei judicandæ. Diar.

XLI. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

SI, quo tempore conveniebatur possessor hereditatis, pauciores res possidebat, deinde aliarum quoque rerum possessionem adsumpsit [72], eas [73] quoque victus restituere debebit: sive ante acceptum judicium, sive postea adquisierit possessionem. Et, si fidejussores, quos dederat, ad litem non sufficiant, jubere eum debebit Proconsul, *ut idonee caveat* [74]. † Ex diverso quoque si pauciores postea possidebit, quam initio possidebat, si modo id sine dolo ejus acciderit, absolvi debet, quod ad eas res, quas desiit possidere.

§. 1. Fructus [75] computandos etiam earum rerum, quas defunctus pignori accepit, Julianus ait.

De debitore nolente solvere.

XLII. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

SI debitor hereditarius non ideo nolit solvere, quod se dicat heredem, sed ideo, quod [76] neget, aut [77] dubitet [78], an hereditas pertineat ad eum, qui petit hereditatem, non [79] tenetur hereditatis petitione.

Si is, qui legatum accepit, hereditatem petat.

XLIII. PAULUS lib. II ad Plautium.

POstquam legatum à te accepi, hereditatem peto [80]: Atilicinus quibusdam placuisse ait, non aliter mihi adversus te dandam petitionem, quam si legatum redderem. Videamus tamen, ne non aliter petitor hereditatis legatum restituere debeat, quam [ut ei] caveatur, *si contra eum de hereditate judicatum fuerit, reddi ei legatum*: cum sit iniquum, eo casu possessorem hereditatis legatum, quod solverit, retinere: & maxime si non per calumniam [81], sed per errorem hereditatem petierit adversarius: idque & Lælius probat. Imperator autem Antoninus [82] rescripsit, ei, qui legatum ex testamento abstulisset, causa cognita hereditatis petitionem negandam esse: scilicet, si manifesta [83] calumnia [84] sit.

XLIV. JAVOLENUS lib. I ex Plautio.

CUm is, qui legatum ex testamento percepit, hereditatem [85] petit, si legatum quocunque [86] modo redditum non sit, judicis officio continetur, ut victori, deducto [87] eo, quod accepit, restituatur hereditas.

De eo, qui se liti obtulit.

XLV. CELSUS lib. IV Digestorum.

QUi se liti obtulit, cum rem non possideret, condemnatur [88]: nisi [si] evidentissimis probationibus possit ostendere, actorem ab initio litis scire eum non possidere: quippe [89] isto modo non est deceptus: & qui se hereditatis petitioni obtulit, ei doli [90] clausula tenetur: æstimari [scilicet] oportebit, quanti ejus interfuit non decipi.

Qui prædonis loco intelligatur.

XLVI. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

PRædonis loco [91] intelligendus est is, qui tacitam [92] fidem interposuerit, ut non [93] capienti restitueret hereditatem.

Si is, qui in actione falsi non obtinuit, nullum postea dicat.

XLVII. IDEM lib. VIII Responsorum.

LUcius Titius, cum in falsi testamenti propinqui accusatione non obtinuerit, Quæro, an de non jure facto, nec signato testamento querela illi competere possit? Respondit, non ideo repelli ab intentione non jure facti testamenti, quod in falsi accusatione non obtinuerit [94].

De hereditate vendita.

XLVIII. JAVOLENUS lib. III ex Cassio.

IN æstimationibus hereditatis [95] ita venit pretium venditæ hereditatis, ut id quoque accedat, quod plus fuit in hereditate [96], si ea negotiationis causa [97] veniit: sin autem ex fideicommissi causa [98], nihil amplius, quam quod bona fide accepit.

De actionibus hereditariis.

XLIX. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

SI bonæ fidei possessor [hereditatis] velit cum debitoribus hereditariis, aut qui res hereditarias occupaverint, consistere, audietur: utique, si periculum erit, ne [99] inter moras actiones intercidant. † Petitor autem hereditatis, citra metum exceptionis [100], in rem agere poterit: quid enim si possessor hereditatis negligat: quid, si nihil juris habere se sciat?

Si nullum sit corpus in hereditate. 1. De sumptibus in monumentum factis.

L. IDEM lib. VI Quæstionum.

HEreditas, etiam sine ullo corpore [1], juris [2] intellectum habet [3]. §. 1. Si defuncto monumentum, conditionis impendæ gratia, bonæ fidei possessor fecerit, potest dici, quia voluntas defuncti [vel] in hoc servanda est, utique si probabilem modum [4] faciendi monumenti sumptus, vel quantum testator jusserit, non excedat, eum, cui aufertur hereditas, impensas [ratione] doli exceptione [5] aut retenturum, aut actione [6] negotiorum gestorum repetiturum, veluti [7] hereditario negotio gesto [8]. Quamvis enim stricto [9] jure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum, tamen Principali vel Pontificali [10] autoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.

De fructibus & impensis. 1. De fructuum usuris.

LI. IDEM lib. II Responsorum.

HEres furiosi, substituto [11], vel sequentis gradus cognato fructus medii temporis, quibus per curatorem [12] furiosus locupletior factus videtur, præstabit: exceptis videlicet impensis, quæ circa eandem substantiam tam necessarie, quam utiliter factæ sunt. Sed & si quid circa furiosum necessarie fuerit expensum, & hoc excipiatur: nisi alia sufficiens [13] substantia est furioso, ex qua sustentari potest [14]. §. 1. Fructuum post hereditatem petitam perceptorum usuræ non [15] præstantur [16]. † Diversa ratio est eorum, qui ante actionem hereditatis illatam percepti hereditatem auxerunt.

De quæstu inhonesto.

LII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

SI possessor ex hereditate inhonestos [17] habuerit quæstus, eos etiam [18] restituere cogetur [19]: ne [20] honesta interpretatio [21] non honesto quæstui [22] lucrum possessori faciat.

De alienatione rerum hereditariarum.

LIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

NOn solum ad æs alienum hereditarium exsolvendum necessaria alienatio possessori est, sed & si impensæ necessariæ in rem hereditariam factæ sunt à possessore, vel si mora perituræ [23] detrioresve futuræ erant.

An emptori hereditatis detur hæc actio. 1. De herede debitoris. 2. De rebus à possessore deteriorato.

LIV. JULIANUS lib. VI Digestorum.

EI [24], qui partes hereditarias, vel totam [25] à fisco mercatus fuerit, non est iniquum dari actionem [26], per quam universa bona persequatur: quemadmodum ei, cui ex Trebelliano Senatusconsulto hereditas restituta est, petitio hereditatis datur [27].

§. 1. Heres debitoris id, quod defunctus pignori dederat, quin hereditatem petendo consequi possit, dubium non est [28].

§. 2. Cum prædia urbana & rustica, negligentia possessorum, pejora sint facta, veluti quia vineæ, pomaria, horti extra [29] consuetudinem [30] patrisfamilias defuncti culta sunt, litis æstimationem earum rerum, quanto pejores sint factæ, possessores pati debent.

De exacto ex lege Aquilia.

LV. IDEM lib. LX Digestorum.

EVicta [31] hereditate [32], bonæ fidei possessor, quod lege Aquilia exegisset, non simplum, sed duplum restituet: lucrum enim ex eo, quod propter [33] hereditatem acceperit, facere non debet [34].

De fructibus.

LVI. AFRICANUS [35] lib. IV Quæstionum.

CUm hereditas petita sit, eos fructus, quos possessor percepit [36], omnimodo restituendos [37], etsi petitor eos [38] percepturus non fuerat.

Si duo petant hereditatem.

LVII. NERATIUS lib. VII Membranarum.

CUm idem [39] eandem hereditatem adversus duos defendit, & secundum alterum ex his judicatum est, Quæri solet, utrum perinde ei hereditatem restitui oporteat, atque oporteret, si adversus alium defensa non esset: ut scilicet, si mox & secundum alium fuerit judicatum, absolvatur is, cum quo actum est, quia neque possideat, neque dolo malo fecerit, quo minus possideret, quod judicio victus restituerit: an, quia possit & secundum alium judicari, non aliter restituere debeat, quam si cautum ei fuerit, *Quod adversus alium eandem hereditatem defendit?* Sed melius est officio judicis, cautione vel satisdatione [40] victo mederi: cum & res salva sit ei, qui in executione tardior venit adversus priorem victorem.

De impensis imputandis.

LVIII. SCÆVOLA lib. III Digestorum.

FIlius à patre emancipatus [41], secundum conditionem testamenti, matris adiit hereditatem, quam pater, antequam filium emanciparet, possedit, fructusque ex ea possedit, sed erogationem in honorem [42] filii [43], cum esset Senator, fecit [ex ea]: *Quæsitum* est, cum paratus sit pater restituere hereditatem, habita [44] ratione eorum, quæ in eum erogavit, an filius nihilominus perseverans petere hereditatem, doli mali exceptione summoveri possit? Respondi, & si non excideretur, satis per officium [45] judicis consuli [46].

---

84 Mala fides, quæ per litis contestationem inducitur, bonæ fidei possessori, re naturaliter perempta non nocet. vide *l.* 36. §. 3. ff. *eod.*

85 Cur? talia damna cuivis patrifam. etiam diligentissimo, possunt contingere. *l.* 11. §. 5. ff. *de minor.*

86 Id est, nullos: hos enim etiam reddere cogitur, quibus non est facere is locupletior.

87 Prædo fructuum fructus præstat. *l.* 26. *l.* 27. ff. *eod.*

88 *l.* 16. §. 4. ff. *eod.*

89 *l.* 20. §. 20. ff. *eod. l.* 19. ff. *de rei vindicat.*

90 Fit enim interdum rei hereditariæ furtum. *l.* 68. ff. *de furtis.*

91 *l.* 7. §. 1. ff. *quod vi, aut clam.*

92 Ita *Flor. al.* absumpsit.

93 Vide *l.* 4. ff. *eod.*

94 Etsi semel fuit satisdatum, ex causa tamen iterum satisdari potest. *l.* 3. 4. ff. *ut in possess. legat.*

95 *l.* 72. ff. *de reg. jur.* fructus est rei pignori dare licere.

96 Litis contestatio fieri potest per negationem, dubitationem, & confessionem, *ut hic.* quod tamen contra communem doctorum sententiam esse dicitur. *cap.* 1 *de litis contestatione.*

97 Cur? quia qui negat adversarium heredem esse, non continuo se heredem ait: proinde nec hereditatis petitione tenetur, quia hereditatis controversiam non fecit. *l.* 9. ff. *eod.*

98 Hinc colligitur litis contestationem non solum per confessionem aut negationem posse fieri, sed per dubitationem. *Bart.*

99 Dominii non est lis, nisi uterque litigator se dominum asseruerit, *ut hic.* Forma hujus judicii hæc est, ut actor vindicet: reus contra, rem etiam vindicet. §. 1. *Inst. de actionib. cap.* 5. *de foro compet.*

100 Id enim permittitur, si testamentum non jure factum, vel falsum esse propono. *l.* 5. ff. *de his quæ ut indignis.*

1 Seeus si inofficiosum dicerem. *l.* 10. ff. *de inoff.*

2 Elagabalus. *Anf.*

3 Calumnia alia manifesta, alia occulta.

4 Vide *l.* 3. §. 1. ff. *ut in possess. legat.*

5 Ab intestato.

6 Quod reddi debuit præstita cautione.

7 Id enim deduci oportet. *arg. l.* 26. §. 6. ff. *de peculio.*

8 *l.* 25. ff. *de rei vind.*

9 Sciens decipi non videtur.

10 *l. penult.* ff. *de dolo.*

11 Differt tamen à prædone. Prædo, usuras præstat à tempore receptæ pecuniæ: hic à tempore motæ litis. *l.* 1. *C. de his, quibus ut indignis.* 12 De tacito fideicommisso, adde *l.* 17. §. 2. ff. *de usuris.* vide *l.* 103. ff. *de legat.* 1. 13 Id est, incapaci. 14 Qui falsum testamentum asseruit, nec obtinuit, potest idem testamentum, ut inofficiosum accusare, vide *l.* 14. *C. de inofficioso.*

15 Id est, quoties non res hereditariæ, sed earum pretium petitur. 16 Id est, verum pretium accedit. 17 Id est, voluntarie. 18 Id est, ex causa, necessarie. 19 Vide in hanc *l. Cujac.*

20 Id est, utcunque petitor in rem specialiter agat, non fiet præjudicium petitioni hereditatis, nam judicia particularia non differuntur propter universalia. *Bart.* 1 Id est, etiamsi nullum in ea sit corpus, nulla pecunia, nullæ ædes, nulli fundi. Cur ita? res hujusmodi singulares, partes sunt secundariæ sui totius, id est, hereditatis: Partes primariæ, ac necessariæ, necessario requiruntur ad sui totius constitutionem, ut est in homine cor, caput, & cætera ejusmodi. 2 Id est, nomen seu vox est juris. vide *l.* 7. ff. *de except. rei judicatæ.* 3 *l.* 3. §. 1. ff. *de bon. poss. l.* 119. *l.* 178. §. 1. *l.* 208. *in fin.* ff. *de verb. sign.* 4 *l.* 31. *in fin.* ff. *de neg.* alibi bona fide. *l.* 4. *C. eod.* 5 *Al.* exceptionis, hunc enim in modum loquitur autor hujus legis. *l.* 67. §. *fed si* 3. *l.* 69. §. 3. *in fin.* ff. *de leg.* 2.

6 Vide *l.* 38. ff. *eod.*

7 Id est, per actionem in factum.

8 Id est, quasi hereditario, non stricto jure, sed actione in factum ex æquo: de qua actione agitur *l.* 14. §. 11. ff. *de religiosis.* Molin. *in consuet. Paris. tit.* 1. §. 1. *n.* 169.

9 Ex æquo itaque tenentur hæredes ad has impensas restituendas.

10 Vide *l. ult.* ff. *de mort. infer.* adde *l.* 28. *C. de episcopis.* l. 8. ff. *de religiosis.*

11 Potest enim furioso substitui, si in furore decedat. *l.* 9. *C. de impuberum & aliis subst.*

12 Id est, dum res furiosi a curatore fuerunt administratæ. *l. ult.* §. 8. *C. de curat. furiosi.*

13 Sufficiens substantia est, qua quis se exhibere, id est, alere & sustinere potest, ut aliunde non egeat. vide Corsetum *in verbo sufficiens.*

14 Vide *l.* 9. ff. *de jur. deliber.*

15 *l.* 15. ff. *de usur.*

16 Imo præstari videntur. *l.* 1. *in fin. C. eod.*

17 Puta ex lupanari, *l.* 27 *in fin.* ff. *eod.* vel injuria judicis, *l.* 46. §. 4. ff. *de procurat.* an quos fecit stultitia emptoris? vide *l.* 3. ff. *ad l. Falc.*

18 Vide quæ scripsi ad *l.* 56. ff. *eod.*

19 Atqui bonæ fidei judicium (cujusmodi est petitio hereditatis, *l. ult. in fin. C eod.*) non recipit præstationes, quæ contra bonos mores fiunt. *l.* 5. ff. *de usur.* Præterea quod ex furto, vel alio maleficio quæsitum est, in societatem non confertur: quia delictorum turpis atque fœda communio est. *l.* 53. ff. *pro socio.*

20 Id est, honestius est inhonestos quæstus quæsitos cedere lucro petitoris hereditatis, quam hereditatis possessoris. Nam vel utrique auferendus est quæstus, vel si alteruter dandus est, innocenti potius, quam nocenti concedendus est: Innocens autem est petitor.

21 Quæ hic facienda est.

22 An legendum *quæstu*, id est, per inhonestum quæstum? 23 Possessor justa ex causa (qualis est æris alieni liberatio) res hereditarias diminuere potest. *l.* 5. *l.* 31. §. 1. ff. *eod. l.* 7. *in fin.* ff. *de jur. deliber. l.* 22. *in fin. C. de administr. tut.* 24 An, in eum? dixi *l.* 13. §. 9. ff. *eod.* 25 Hereditatem. 26 Vide *l.* 13. §. 9. ff. *eod.* 27 V. *l.* 1. ff. *de fideicommiss. hered. petit.* 28 Si debitum solutum sit: nec enim alias pignoratitia nascitur. *l.* 9. §. 3. ff. *de pignorat.* 29 Id est, non ex consuetudine. 30 Adde *l.* 10. *in fin. l.* 11. *in pr.* ff. *de negot.* Qui insolitos defuncto vel absenti sumptus facit, eos non deducit. vide quæ notavi ad *Novell.* 6. *c. ult.* 31 Id est, petita hereditate, seu post litem hereditatis contestatam. 32 Idem in rei vindicatione. *l.* 17. §. 1. *vers. sed & fructus.* ff. *de rei vindicat.* 33 An aliud est *aliquid propter hereditatem accipere*, aliud *ut heredem?*

34 *l.* 28. *l.* 40. §. 1. ff. *eod.* Goth. Contra *l.* 24. ff. *eod.* Sed ibi de pœna quæ personæ cohæret, hic de ea quæ rei accessit. *s. l.* 35 Vid. in hanc leg. Cujac. 4 *ad African.* 36 Alia ratio est fructuum percipiendorum: hereditatis enim petitione & rei vindicatione, eos tantum fructus restituit possessor petitori, quos ipse petitor honeste percipere potuit. *l.* 62. *in fin.* ff. *de rei vindicat.*

37 Cur ita? ne lucrum faciat possessor ex re, quæ in lite esse cœperit. *l.* 17. §. 1. *vers. sed & fructus.* ff. *de rei vindic.* 38 Puta inhonestos. *l.* 52. *l.* 28 ff. *eod.* 39 Vide *l.* 57. ff. *de rei vindic.* 40 *d. l.* 57. *in fin. l.* 5. *in fin.* ff. *de tributoria. v. l.* 9. §. *ult.* ff. *de peculio.* 41 Ut *l.* 25. *C. de inofficioso.*

42 In honorem alicujus sumptus facti, tanquam ex utili negotio gesto repeti possunt: Competit & eo nomine condictio. *l. quæ utiliter.* 45. ff. *de negotiis.* 43 Ut *l.* 45. ff. *de negotiis.* 44 *l.* 7. ff. *de compens.* 45 *l.* 38. ff. *eod.* Cur? vide *l.* 5. *C. eod.* ubi dixi. 46 Ideoque quæ pater expendit nomine filii, ea expendere indubio videtur ex bonis, quæ a filio habet: & ita restringenda est *l.* 1. §. *nec castrense.* ff. *de collat. bonorum.*

TIT. IV.

SI PARS HEREDITATIS PETETUR.

Continuatio. 1. Quid petitur hac actione. 2. Si duo à duobus petant. Si & possessor & petitor possideant. 3. Si coheres possideat cum extraneo. 4. Si heres ex semisse trientem possideat. 5. De petitione partis incertæ.

1. ULPIANUS lib. V ad Edictum.

POst actionem, quam proposuit Prætor [3] ei, qui ad se solum hereditatem pertinere contendit, consequens fuit & ei proponere, qui partem hereditatis petit [4]. §. 1. Qui hereditatem, vel partem hereditatis petit, is non ex eo metitur, quod possessor occupavit, sed ex suo [5] jure [6]: ideo, sive ex asse heres sit,

1 Differt in eo hic titulus à superiore. Superior est de asse: hic, de parte.

2 Quænam actio competat scil.

3 Prætoria igitur est hæc actio. Alii tamen ex Senatusconsulto esse existimant, *arg. l.* 25. §. 19. ff. *de hered. pet.* alii ex legibus XII Tabularum.

4 Hæc actio à superiore differt, non specie, sed numero. *Bart.* 5 Ut si solidum: si ex parte, ex ea, ex qua heres est, agat. *l.* 10. §. 1. ff. *de petit. hered.* testamento institutus, *l.* 1. vel intestato succedit. *l.* 3. ff. *tit. prox.*

6 Puta, quia ex

sit, totam hereditatem vindicabit, licet tu unam rem possideas, sive ex parte, partem, licet tu totam hereditatem possideas.

§. 2. Quinimo, si [7] duo possideant hereditatem, & duo sint, qui ad se partes pertinere dicant, non singuli à singulis petere contenti esse debent, puta primus à primo, [vel] secundus à secundo, sed [9] ambo à primo, & ambo à secundo: neque enim alter primi, alter secundi partem possidet, sed ambo utriusque pro herede.

† Et si possessor & petitor possideant hereditatem, eum unusquisque eorum partem dimidiam hereditatis sibi adserat [10], invicem [11] petere debebunt, ut partes rerum consequantur: aut, si controversiam sibi non faciunt hereditatis, familiæ herciscundæ experiri eos oportebit. §. 3. Si ego ex parte me dicam heredem, coheres autem meus possideat hereditatem cum extraneo, cum non plus coheres haberet sua parte; utrum à solo extraneo, an vero & à coherede deberem petere hereditatem, quæritur? Et Pegasus fertur existimasse, à solo extraneo me petere debere [12]: cumque restituturum, quidquid possidet: & fortassis hoc officio Judicis debeat fieri: cæterum ratio facit, ut à duobus petam hereditatem [13], hoc est, & à coherede meo; & ille quoque dirigat actionem adversus externum possessorem. Sed [14] Pegasi sententia utilior [15] est. §. 4. Item si, cum me ex parte dimidia heredem dicerem, trientem hereditatis possiderem, deinde residuum sextantem velim persequi, qualiter agam, videamus? Et Labeo scribit, utique partem dimidiam me petere debere à singulis: sic fieri, ut à singulis sextantem consequar: & habebo bessem: Quod verum puto: Sed ipse renebor ad restitutionem sextantis ex triente, quem possidebam: & ideo officio Judicis invicem compensatio erit admittenda ejus, quod possideo, si forte coheredes sint, à quibus hereditatem peto. §. 5. Interdum Prætor incertæ [16] partis [17] hereditatis petitionem indulget, idoneis causis intervenientibus, utputa, est defuncti fratris filius, sunt & uxores defunctorum fratrum prægnantes [18], quam partem fratris filius hereditatis vindicet, incertum est: quia, quot edantur fratrum defuncti filii, incertum est [19]. Æquissimum igitur est, incertæ partis vindicationem ei concedi. Non [20] audenter itaque dicitur, ubicumque merito quis incertus est, quam partem vindicet, debere [21] [ei] incertæ [22] partis vindicationem concedi.

De eo, cujus coheredes deliberant.

II. Gaius lib. VI ad Edictum provinciale.

Si ex pluribus, ad quos eadem hereditas pertinet, quidam adierint, quidam adhuc deliberent, eos, qui adierint, si petant hereditatem, non majorem partem petere debere, quam habituri essent cæteris adeuntibus: nec eis proderit, si cæteri non adierint: Non [23] adeuntibus autem cæteris, poterunt tunc partes eorum petere, si modo ad eos pertineret.

Si quis filium, & uxorem prægnantem, vel quæ existimetur prægnans, reliquerit.

III. Paulus lib. XVII ad Plautium.

Antiqui libero ventri [24] ita prospexerunt, ut in tempus nascendi omnia ei jura integra [25] reservarent: sicut apparet in jure hereditatium: in quibus, qui post eum gradum sunt agnationis, quo est id, quod in utero est, non admittuntur [26], dum incertum [27] est, an nasci possit: Ubi autem eodem [28] gradu sunt cæteri, quo & venter, tunc quæ portio in suspenso esse debeat, quæsierunt: ideo, quia non poterant scire, quot nasci possunt: ideo, [nam] multa de hujusmodi re tam varia, & incredibilia creduntur, ut fabulis [29] adnumerentur: Nam traditum est, [&] quatuor pariter puellas à matrefamilias natas esse: alioquin tradidere non leves autores, quinquies quaternos enixam Peloponnensi [30], multas Ægypti [31] uno utero septenos. Sed & tergeminos Senatores cinctos [32] vidimus [33] Horatios. Sed & Lælius [34] scribit, se vidisse in Palatio mulierem liberam [35], quæ ab Alexandria perducta est, ut Hadriano ostenderetur, cum quinque [36] liberis, ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur: quintum, post diem quadragesimum. Quid [est] ergo? Prudentissime [37] juris autores medietatem [38] quandam secuti sunt, ut quod fieri non rarum [39] admodum potest, intuerentur: id est, quia fieri poterat, ut tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignaverint. τὸ [40] γὰρ ἄπαξ, ἢ δὶς, id est, *quod enim semel, aut bis existit* (ut ait Theophrastus) ὑπερβαίνειν οἱ νομοθέται, id est, *præterire legislatores.* Ideoque & si unum paritura sit, non ex parte dimidia, sed ex quarta interim heres erit.

IV. Ulpianus lib. XV ad Edictum.

Et, si pauciores fuerint nati, residuum ei [41] pro rata adcrescere: si plures, quam tres: decrescere de ea parte, ex qua heres factus est.

De institutione posthumorum & extranei.

V. Paulus lib. XVII ad Plautium.

Illud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur autem prægnans esse, interim filium heredem esse ex asse [42], quanquam ignoret [43] se ex asse heredem esse. §. 1. Idem est in extraneo, si ex certa portione heres institutus sit: ex reliqua, posthumi.

† Quod si forte ita institutio facta est, QUOTCUMQUE MIHI NATI ERUNT, ET LUCIUS TITIUS PRO VIRILIBUS PORTIONIBUS HEREDES MIHI SUNTO: habebit hæsitationem, numquid adire non possit, atque qui in testamento portionem suam nescit? Sed * utilius est, posse eum adire, qui [44] nescit portionem, si cætera, quæ oportet eum scire, non ignoret.

De portione petitori conferenda. 1. De sumptibus.

VI. Ulpianus lib. VI Opinionum.

Sorori [45], quam coheredem fratribus quatuor in bonis matris esse placuit, quinta portio, pro portionibus, quæ ad eos pertinuit, cedet [46]: ita ut singuli in quarta, quam antehac habere debebantur, non amplius ei quintam conferant. §. 1. Sumptus, qui propter onera totius hereditatis justi fiunt, ei, qui patroni [47] jure portionem [48] evicerit, pro rata computentur.

Quid consequimur hoc judicio.

VII. Julianus lib. VIII Digestorum.

Non [49] possumus consequi per hereditatis petitionem id, quod familiæ herciscundæ judicio consequimur, ut à communione discedamus [50]: cum ad officium Judicis [51] nihil amplius pertineat, quam ut partem [52] hereditatis pro indiviso restitui mihi jubeat.

Si possessor partem defendat, pro parte cedat.

VIII. Idem lib. XLVIII Digestorum.

Permittendum erit possessori hereditatis, partem [53] quidem hereditatis defendere [54], parte vero cedere. Nec enim prohibet, aliquem totam hereditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, de altera parte controversiam non facere.

De procuratore, & herede heredis ante testatorem defuncti.

IX. Paulus lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

Cum multi heredes instituti essent, ex his unus in Asia erat, ejus procurator venditionem fecit, & pecuniam pro parte ejus abstulerat: postea apparuerit, eum, qui in Asia erat, antea decessisse, instituto ex parte dimidia herede procuratore suo, & ex parte, alio: Quæsitum est, quemadmodum pecunia ex hereditate petenda esset? Responsum est, ab eo, qui procurator [55] ejus fuisset, totam hereditatem, quia ex hereditate ea pecunia fuisset, quæ ad procuratorem ex venditione pervenisset, petere eos oportere: & nihilominus partem dimidiam hereditatis à coheredibus ejus ita fore, sive omnis ea pecunia penes eum, qui procurator fuisset, resideret, ut omnem per Judicem ab eodem recuperarent: sive is partem dimidiam coheredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, [&] ex dimidia coheredes ejus condemnarent.

De eo, qui negotia hereditaria nomine absentis gessit.

X. Papinianus lib. VI Quæstionum.

Cum heredis ex parte instituti filius, qui patrem suum ignorabat vivo testatore decessisse, partem hereditatis, nomine patris, [ut] absentis, administraverit [56], & pecunias, distractis rebus, acceperit, hereditas ab eo peti non potest [57]: quia neque [58] pro herede, neque pro possessore pretia possidet, sed ut filius patris negotium curavit: Negotiorum autem gestorum actio cæteris coheredibus, ad quos portio defuncti pertinet, dabitur. Illud [enim] utique non est metuendum, ne etiam patris (à quo forte exheredatus est) teneatur heredibus, quasi negotia hereditaria gesserit: cum id, quod administravit, non fuerit paternæ hereditatis. Nam & si negotiorum gestorum actio sit ei, cujus nomine perceptum est, ei, cujus nomine, restitui æquum est. Sed in proposito neque patris negotia fuerunt, qui esse desierat: neque paternæ successionis, quæ fuerunt alterius hereditatis. Quod si filius iste patri suo heres extitit, & movet controversiam, quod pater ejus, postquam heres extitit, mortem obierit, ille tractatus incurrit, an ipse sibi causam [59] possessionis mutare videatur? Quoniam tamen qui negotia hereditaria gessit, & debitor esse cœpit, postea faciens controversiam hereditatis, ut juris possessor, convenitur, idem etiam in hoc filio respondendum erit.

Tit. V.

DE [1] POSSESSORIA [2] HEREDITATIS PETITIONE.

Continuatio. Cui datur hæc actio.

I. Ulpianus lib. XV ad Edictum.

Ordinarium fuit, post civiles actiones heredibus propositas, rationem habere Prætorem etiam eorum, quos ipse velut [3] heredes facit, hoc est, eorum, quibus bonorum * possessio data est.

Effectus hujus actionis.

II. Gaius lib. VI ad Edictum provinciale.

Per quam hereditatis petitionem tantundem consequitur bonorum possessor, quantum [4] superioribus civilibus actionibus heres consequi potest.

Tit. VI.

DE FIDEICOMMISSARIA [5] HEREDITATIS PETITIONE.

Continuatio. Cui datur actio.

I. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

Ex ordine occurrit actio, quæ proponitur his, quibus restituta est hereditas. Nam quisquis suscepit [6] restitutam [7] hereditatem ex Senatusconsulto [8], ex quo actiones transeunt, fideicommissaria [9] hereditatis petitione uti poterit.

Quid veniat in hanc actionem.

II. Paulus lib. XX ad Edictum.

Quæ actio eadem [10] recipit [11], quæ hereditatis petitio civilis [12].

Quibus datur hæc actio. 1. & adversus quos. 2. qua actiones fideicommissario competunt.

III. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

Nec interest, mihi quis rogatus fuerit restituere, an [13] heres, cui extitisset [14]. [Et] si bonorum possessor sim ejus, cui fideicommissaria hereditas relicta est, vel alius [15] successor, per hanc actionem experiri potero. §. 1. Hanc actionem sciendum est adversus eum, qui restituit hereditatem, non competere [16].

§. 2. Hæ [17] autem actiones mihi dantur, quæ heredi, & in heredem [18] competunt.

L I-

---

7 Si duo sint heredes, & duo hereditatis possessores, non singuli à singulis debent petere, sed uterque à utroque partem petere debet.

8 Quorum nemo est heres.

9 Vide *l.* 49. §. *de inoffic.*

10 *Adfirmat.*

11 *l.* 15. §. *de except. rei jud.*

12 Si coheres & extranei hereditatem possident pro indiviso, extraneum tantum convenire possim. *Rect.*

13 Id est, partem hereditatis, puta thesaurum à coherede inventum, quem cum extraneo partitus est. *l.* 22. §. *familiæ.*

14 Proinde Superior ratio, quæ stricti juris est, emendatur. Vide *l. ult. C. depos.*

15 *Arg. l.* 63 §. *de evict. indebiti.*

16 Incerta partis hereditatis petitio idoneis causis indulgetur.

17 Vid. *l.* 5. §. *eod.*

18 Ita hic agitur de dubio fratrum filiis patruo suo concurrentibus.

19 Sed tamen quarta pars superstiti & jam nato servatur. *l.* 3. *in fin.* §. *eod.*

20 Quod si testamento, Non audenter itaque dicimus, *vel*, Nunc audenter.

21 Atqui quarta pars ei datur, *l.* 3. *in fin.* §. *eod.* & sic certa non incerta.

22 *l.* 76. §. 1. §. *de rei vindicat.*

23 *l.* 23. *in fi.* §. *de inoff.*

24 Quamdiu suus heres sperat heres fieri posse, tamdiu locus agnatis non est, velut si uxor defuncti prægnans sit, aut filius apud hostes sit. *Ulpian. in fragmentis.* 26. §. 3.

25 *l.* 7. 26. §. *de statu. l.* 1. §. 8. §. *unde cognati.*

26 Obstat enim sequentibus. *vid.* 1. §. 8. §. *unde cognati.*

27 *l.* 1. §. *ult.* §. *eod. l.* 28. *in fi.* §. *de judiciis.*

28 Eodem gradu esse intelliguntur, qui pari gradu sunt: imo & dispari, si tamen lex eos pari gradu censeat, repræsentationis, verbi gratia, jure.

29 De numeroso partu vide 7 *Plin.* 11. 10 *Gell* 2. & quæ scripsi ad *l.* 36. *in fi.* §. *de solationibus.* Goth. De pluribus uno partu editis vid. Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 14. *n.* 4. Vigl. *de testam. militari. num.* 19. Anf. Adde Alciat. *lib.* 1 *respons. verf. Penelopi.* Tiraquell. *de legib. Connub. gloss.* 9. *num.* 95. Cagnol. *ad l. Ea quæ* 2 *aro.* 64. *n.* 6. *ff. de reg. jur.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 51. S. L.

30 In Peloponneso. vid 7 *Plin.* 3.

31 Ac proinde talis partus in Ægypto inter ostenta non ducitur: fœtifer enim potu Nilus, ut ait *Plin. 7. cap.* 3.

32 *Cincios Senatores*, sic enim emendavit Cujac. in quadam prælectione ad me transmissa,) à quibus *Cincia* locus Romæ dicitur, ubi Cinciorum monumentum fuit, teste Festo *in Romanam portam.* & *cinčti* Epitheton male Horatio Senatori convenit, quia milites, non senatores, *cinčti* dicuntur: ut dixi *l.* 43. §. *de militari testamento* ubi tamen legit Cujacius *Susios* & Susiorum familiam Romæ fuisse docet.) Idem Cujacius docet hic tollendum esse hoc emplastrum, *Horatios*: quia *viditmus*, inquit Paulus: quos certe videre non potuit sua ætate: sed Tergeminos Cincios. 33 Tot enim nasci possunt. *l.* 7. §. *de reb. dub.* 34 Aristoteles quoque scribit, quinque nasci posse, quia vulvæ mulierum tot receptacula habere possint. *vid.* quæ notavi *ad l.* 36. §. *de solut.* 35 Serapiam, *d. l.* 7.

36 Tres igitur partes ventri adsignantur, quoties incertum est, quot nascituri sint. *l.* 28. *in fi.* §. *de judiciis*: *l.* 36. §. *de solut.* ventre in lucem emisso, virilis. *l.* 30. §. *antepen.* §. *de adquir. hereditr.*

37 Medium tenere prudentis est, *ut hic.* 38 Tres enim medium tenent inter quinque & unum. 39 *Al* non raro. 40 *l.* 3. 4. 5. 6. §. *de legibus. l.* 64. §. *de reg jur.* 41 Superstiti. 42 Si unicus sit. 43 Et sit incertum, quota portio debeatur, *l.* 1. §. 50 §. *eod.* adde *l.* 30. §. *antepen.* §. *de adquir. hereditr. l.* 3. §. *ante penult.* §. *de suis.* 44 Vide *l.* 21 §. *ult.* §. *de adquirenda hereditate.* 45 Posthumæ. 46 Succedit enim in virilem. *l.* 3. *in fi. C. de inofficiosa.*

qui propter onera totius hereditatis justi fiunt, ei, qui patroni [47] jure portionem [48] evicerit, pro rata computentur.

Quid consequimur hoc judicio.

VII. Julianus lib. VIII Digestorum.

Non [49] possumus consequi per hereditatis petitionem id, quod familiæ herciscundæ judicio consequimur, ut à communione discedamus [50]: cum ad officium Judicis [51] nihil amplius pertineat, quam ut partem [52] hereditatis pro indiviso restitui mihi jubeat.

Si possessor partem defendat, pro parte cedat.

VIII. Idem lib. XLVIII Digestorum.

Permittendum erit possessori hereditatis, partem [53] quidem hereditatis defendere [54], parte vero cedere. Nec enim prohibet, aliquem totam hereditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, de altera parte controversiam non facere.

De procuratore, & herede heredis ante testatorem defuncti.

IX. Paulus lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

Cum multi heredes instituti essent, ex his unus in Asia erat, ejus procurator venditionem fecit, & pecuniam pro parte ejus abstulerat: postea apparuerit, eum, qui in Asia erat, antea decessisse, instituto ex parte dimidia herede procuratore suo, & ex parte, alio: Quæsitum est, quemadmodum pecunia ex hereditate petenda esset? Responsum est, ab eo, qui procurator [55] ejus fuisset, totam hereditatem, quia ex hereditate ea pecunia fuisset, quæ ad procuratorem ex venditione pervenisset, petere eos oportere: & nihilominus partem dimidiam hereditatis à coheredibus ejus ita fore, sive omnis ea pecunia penes eum, qui procurator fuisset, resideret, ut omnem per Judicem ab eodem recuperarent: sive is partem dimidiam coheredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, [&] ex dimidia coheredes ejus condemnarent.

De eo, qui negotia hereditaria nomine absentis gessit.

X. Papinianus lib. VI Quæstionum.

Cum heredis ex parte instituti filius, qui patrem suum ignorabat vivo testatore decessisse, partem hereditatis, nomine patris, [ut] absentis, administraverit [56], & pecunias, distractis rebus, acceperit, hereditas ab eo peti non potest [57]: quia neque [58] pro herede, neque pro possessore pretia possidet, sed ut filius patris negotium curavit: Negotiorum autem gestorum actio cæteris coheredibus, ad quos portio defuncti pertinet, dabitur. Illud [enim] utique non est metuendum, ne etiam patris (à quo forte exheredatus est) teneatur heredibus, quasi negotia hereditaria gesserit: cum id, quod administravit, non fuerit paternæ hereditatis. Nam & si negotiorum gestorum actio sit ei, cujus nomine perceptum est, ei, cujus nomine, restitui æquum est. Sed in proposito neque patris negotia fuerunt, qui esse desierat: neque paternæ successionis, quæ fuerunt alterius hereditatis. Quod si filius iste patri suo heres extitit, & movet controversiam, quod pater ejus, postquam heres extitit, mortem obierit, ille tractatus incurrit, an ipse sibi causam [59] possessionis mutare videatur? Quoniam tamen qui negotia hereditaria gessit, & debitor esse cœpit, postea faciens controversiam hereditatis, ut juris possessor, convenitur, idem etiam in hoc filio respondendum erit.

Tit. V.

DE [1] POSSESSORIA [2] HEREDITATIS PETITIONE.

Continuatio. Cui datur hæc actio.

I. Ulpianus lib. XV ad Edictum.

Ordinarium fuit, post civiles actiones heredibus propositas, rationem habere Prætorem etiam eorum, quos ipse velut [3] heredes facit, hoc est, eorum, quibus bonorum * possessio data est.

Effectus hujus actionis.

II. Gaius lib. VI ad Edictum provinciale.

Per quam hereditatis petitionem tantundem consequitur bonorum possessor, quantum [4] superioribus civilibus actionibus heres consequi potest.

Tit. VI.

DE FIDEICOMMISSARIA [5] HEREDITATIS PETITIONE.

Continuatio. Cui datur actio.

I. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

Ex ordine occurrit actio, quæ proponitur his, quibus restituta est hereditas. Nam quisquis suscepit [6] restitutam [7] hereditatem ex Senatusconsulto [8], ex quo actiones transeunt, fideicommissaria [9] hereditatis petitione uti poterit.

Quid veniat in hanc actionem.

II. Paulus lib. XX ad Edictum.

Quæ actio eadem [10] recipit [11], quæ hereditatis petitio civilis [12].

Quibus datur hæc actio. 1. & adversus quos. 2. qua actiones fideicommissario competunt.

III. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

Nec interest, mihi quis rogatus fuerit restituere, an [13] heres, cui extitisset [14]. [Et] si bonorum possessor sim ejus, cui fideicommissaria hereditas relicta est, vel alius [15] successor, per hanc actionem experiri potero. §. 1. Hanc actionem sciendum est adversus eum, qui restituit hereditatem, non competere [16].

§. 2. Hæ [17] autem actiones mihi dantur, quæ heredi, & in heredem [18] competunt.

---

47 Adde *l.* 15. §. *de reb. dub.*

48 Partem hereditatis evincens, partem suam probabilium expensarum agnoscere cogitur.

49 Cur? petitio hereditatis communicatoria est: familiæ herciscundæ, divisoria.

50 *l.* 1. §. *familiæ herciscundæ.*

51 In arbitrl. Num idem in arbitratore? Putat Baldus arbitratorem posse inter partes transigere. *l.* 13. §. 2. §. *de arbitris.*

52 Incerta sententia in petitione hereditatis valet, verbi gratia, ut possessor restituat *quidquid ex hereditate petitorie habet.*

53 Libellum actoris reus dividere potest: pro parte videlicet cedendo, & pro alia contendendo.

54 Vide *l.* 21. §. *de rebus creditis.*

55 Procurator possessoris, petitione hereditatis non tenetur, nisi possessori succesferit.

56 Id est, negotiorum gestor actione negotiorum gestorum tenetur, & hereditatis petitione, si ei succesferit, cujus negotia gessit.

57 Imo potest, absentis scilicet nomine. *l.* 13. §. 12. §. *de petit. hered.*

58 Neque pro herede, neque pro possessore gerit, qui negotia patris heredis, & quidem mortui, gerit: multo minus pro herede gerit, si ejus exheredatus gerat negotium.

59 Quod non licet. vide *l.* 3. §. 19. §. *de adquir. possess.*

1 Non ita in usu est hic titulus in Francia, ut nec petitio hereditatis directa: quia consuetudine generali *le mort saisit le vif*, id est, Mortuus possessorem facit heredem suum. Et proinde heredes in Francia, interdicto possessorio remendæ experiuntur, si intra annum à morte defuncti venerint: post id tempus interdicto retinendæ experiri non possunt. *Rebuffus tract. de except. n.* 1028. 2 Possessoria hæc hereditatis petitio datur bonorum possessoribus, qui stricto quidem jure heredes non sunt, sed similes heredibus. Prætor enim heredem facere non potest (id enim majoris imperii est, puta legis:) sed, quod ei proximum est, bonorum possessorem. §. *quos autem. Inst. de bon. possess.* datur, inquam, bonorum possessoribus omnibus excepto Carboniano. Cur ita? vide *l.* 3. §. 13. §. *de Carboniano.* 3 Bonorum possessores velut heredes sunt. *l.* 2. §. *eod. l.* 2. §. *de bonor. poss. Inst. de bonor. possess. l.* 138. §. *de verb. signific. l.* 117. §. *de reg. jur.* adde *l.* 2. §. *tit. prox.* ut emancipati, & alii vocati ad possessionem jure prætorio. 4 *l.* 2. §. *tit. prox. Inst. de perpetuis. vers. aliquando.*

5 Fideicommissaria hæc hereditatis petitio datur fideicommissariis, quibus ex Senatusconsulto Trebelliano restituta est hereditas. *l.* 1. §. *eod.*

6 Susceperit.

7 Verbotenus.

8 Subaudi, Trebelliano.

9 *l.* 54. §. *de pet. her.*

10 Fideicommissariæ hereditatis & civilis petitionis cognatio est: nam fideicommissarii heredes imitantur bonorum possessores, heredes imitantur, & vice heredum sunt, *l.* 2. §. *de bon. possess. l.* 5. *in fin.* §. *quod cum eod. l.* 18 *in fin.* §. *ad leg. Falcid. l.* 44. *circa fin. l.* 63. §. *ad Trebell. l.* 4. *in fin.*

11 Vide *l. ult.* §. *tit. prox.* 12 De qua dictum est §. *tit. de hereditatis petitione.* 13 *An ei, cui heres extiti: sed & si.* 14 *l.* 3. §. *de petit. hered.* 15 Verbi gratia, fideicommissarius. 16 *l.* 27. §. 7. §. *ad Trebell.* 17 Ut civilis actio hereditatis petitionis heredi & in heredem datur, ita & hæc prætoria datur fideicommissario & in fideicommissarium.

18 *l.* 1. §. 2. §. *ad Trebell.*

TIT. I.

DE [1] REI [2] VINDICATIONE.

Continuatio. 1. De rebus mobilibus vel immobilibus. 2. De liberis. 3. De grege.

1. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

POst [3] actiones, quæ de universitate [4] propositæ sunt [5], subjicitur actio singularum rerum petitionis. §. 1. Quæ specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus [6], tam animalibus [7], quam his, quæ anima [8] carent, & in his, quæ solo [9] continentur. §. 2. Per hanc autem actionem liberæ [10] personæ, quæ sunt juris nostri, utputa liberi, qui sunt in potestate, non petuntur [11]: [Petuntur] igitur, aut præjudiciis [12], aut interdictis [13], aut cognitione Prætoria: & ita Pomponius lib. XXXVII, *Nisi forte*, inquit, *adjecta causa quis vindicet*: Si quis ita petit filium suum [14] [vel] in potestate [15], EX JURE ROMANO, videtur mihi [&] Pomponius consentire, recte eum egisse: ait enim, adjecta causa *ex lege Quiritum* [16] vindicare posse. §. 3. Per hanc autem actionem non solum singulæ res vindicabuntur, sed posse [17] etiam gregem vindicari [18] Pomponius libro lectionum XXV scribit: Idem & de armento, & de equitio, cæterisque, quæ gregatim habentur, dicendum est: Sed enim gregem sufficiet ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra non sint [19]: grex enim, non singula corpora vindicabuntur.

II. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

SEd si par numerus duorum interfuerit, neuter solidum gregem, sed ne partem dimidiam totius ejus vindicabit [20]. Sed si majorem numerum alter habeat, ut detracto alieno, nihilominus gregem vindicaturus sit, in restitutionem non veniunt aliena capita [21].

1. De armamentis navis & scapha. 2. De confusione & commixtione.

III. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

MArcellus lib. IV Digestorum scribit: Qui gregem habebat capitum trecentorum, amissis centum redemit [22] totidem capita aliena [23] ab eo, qui dominium eorum habebat, vel [aliena ab eo,] qui bona fide ea possidebat: & hæc utique gregis, inquit, vindicatione continebuntur. Sed & si ea sola superstint capita, quæ redempta sunt, adhuc eum posse gregem vindicare [24]. §. 1. Armamenta navis singula [25] erunt vindicanda: Scapha [26] quoque seperatim vindicabitur. §. 2. Pomponius scribit, Si quid, quod ejusdem [27] naturæ est, ita confusum est atque commixtum, ut deduci, & separari non possit, non totum, sed pro parte esse vindicandum: utputa meum & tuum argentum in massam redactum est, erit nobis commune [28], & unusquisque pro rata ponderis, quod in massa habemus, vindicabimus: etsi incertum sit, quantum quisque ponderis in massa habet [29].

IV. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

QUo quidem casu etiam communi dividundo agi poterit. Sed & furti, & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentum curavit: ita ut in ad exhibendum actione [30] pretii ratio haberi debeat [31]: in vindicatione vel communi dividundo actione hoc amplius ferat, cujus argentum pretiosius fuerat.

2. De nato ex equo unius & ex equa alterius. 3. De arbore in alienum agrum translata. 4. De errore in nomine rei petitæ. 5. De vocabulo ambiguo.

V. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

IDem [32] Pomponius [scribit]: Si frumentum duorum, non voluntate eorum, confusum sit, competit singulis in rem actio in id, [in] quantum paret in illo acervo suum cujusque esse. Quod si voluntate [33] eorum commixta sunt, tunc communicata videbuntur [34], & erit communi dividundo actio. §. 1. Idem scribit, si [35] ex melle meo & vino tuo factum [36] sit [37] mulsum, quosdam existimasse, id quoque communicari: Sed puto verius, ut & ipse significat, ejus potius esse, qui fecit [38]: quoniam [suam] speciem [39] pristinam non continet. † Sed [40] si plumbum cum argento mixtum sit, quia deduci [41] possit, nec communicabitur, nec communi dividundo agetur, [quia separari potest]: agetur autem in rem [actio]. Sed si deduci, inquit, non [42] possit, [ut] puta, si æs [43] & aurum mixtum fuerit, pro parte esse vindicandum: Nec quaquam erit dicendum, quod in mulso dictum est: quia utraque materia, etsi confusa, manet tamen. §. 2. Idem scribit, si equam meam [44] equus tuus prægnantem fecerit, non esse tuum, sed meum, quod natum est [45]. §. 3. De arbore, quæ in alienum agrum translata coaluit, & radices immisit, Varus & Nerva utilem in rem actionem dabant: nam si nondum coaluit, mea esse non desinet [46]. §. 4. Cum in rem agatur, si de corpore conveniat, error autem sit in vocabulo, recte actum esse videtur [47].

§. 5. Si plures sint ejusdem nominis servi, puta plures Erotes, nec appareat, de quo actum sit, Pomponius dicit nullam fieri condemnationem [48].

De rei petitæ designatione.

VI. PAULUS lib. VI ad Edictum.

SI in rem aliquis agat, debet [49] designare [50] rem: & utrum totam, an partem, & quotam petat: appellatio [51] enim rei non [52] genus, sed speciem significat. Octavenus ita definit, quod infectæ quidem [53] materiæ pondus, signatæ vero numerum [54], factæ autem speciem dici oportet. † Sed & mensura dicenda erit, cum res mensura continebitur. † Et, si *vestimenta* nostra esse, vel dari oportere nobis petamus, utrum numerum eorum dicere debebimus, an & colorem? Et magis est ut utrumque: nam illud inhumanum est, cogi nos dicere, trita sint an nova. † Quamvis & in *vasis* occurrat difficultas, utrum lancem dumtaxat dici oporteat, an etiam quadrata, vel rotunda, vel pura, an cælata sint: quæ ipsa in petitionibus quoque adjicere difficile est: nec ita coarctanda res est: licet in petendo homine nomen ejus dici debeat, & utrum puer, an adolescens sit: utique si plures sint: sed, si nomen ejus ignorem, demonstratione [55] ejus utendum erit, veluti, QUI EX ILLA HEREDITATE EST, QUI EX ILLA NATUS EST [56]. † Item fundum petiturus, nomen ejus, & quo loci sit, dicere debebit [57].

De possessore, & eo, qui se obtulit.

VII. IDEM lib. XII ad Edictum.

SI is, qui obtulit se fundi vindicationi, damnatus est, nihilominus à possessore recte petitur [58], sicut Pedius ait.

Si socius, & extraneus possideant.

VIII. IDEM lib. XII ad Edictum.

POmponius lib. XXXVI probat: si ex æquis partibus fundum [59] mihi tecum communem, tu & Lucius Titius possideatis [60], non ab utrisque quadrantes petere me debere, sed à Titio, qui non sit dominus, totum semissem. † Aliter atque si certis regionibus [61] possideatis eum fundum: nam tunc sine dubio & à te & à Titio partes fundi petere me debere [62]: Quoriens enim certa loca possidebuntur, necessario in his aliquam partem meam esse: & ideo te quoque à Titio quadrantem petere debere. † Quæ distinctio neque in re mobili, neque in hereditatis petitione locum habet: numquam [63] enim pro diviso possideri potest [64].

Qui possessores teneantur.

IX. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

OFficium autem Judicis in hac [65] actione [in] hoc erit, ut Judex inspiciat, an reus possideat [66]: Nec ad rem pertinebit, ex qua causa possideat: ubi [67] enim probavi rem meam esse, necesse habebit possessor restituere, qui [68] non objecit aliquam exceptionem. † Quidam tamen [69], ut Pegasus, eam solam possessionem putaverunt hanc actionem complecti, quæ locum habet * in * interdicto *uti possidetis*, vel *utrubi*: Denique [ait], ab eo, apud quem deposita [70] est, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum servandorum [71] causa, vel dotis [72], ventrisque nomine in possessione esset, vel cui damni infecti nomine non cavebatur, quia hi omnes non [73] possident [74], vindicari non posse. † Puto autem, ab omnibus [75], qui tenent [76], & habent restituendi facultatem, peti posse [77].

Ubi res petita restitui debet.

X. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

SI res mobilis petita sit, ubi restitui debeat, [scilicet] si præsens non sit? Et * non * malum est, (si) bonæ fidei possessor sit is, cum quo agitur, aut ibi restitui, ubi res sit, aut ubi agitur: sed sumptibus petitoris, qui extra cibaria in iter vel navigationem faciendi sunt [78].

XI. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

NIsi [si] malit petitor suis impensis & periculo ibi, ubi judicatur, rem restitui: tunc enim de restitutione cum satisdatione cavebitur [79].

XII. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

SI vero malæ fidei sit possessor, qui in alio loco eam rem nactus sit, idem statui debet. Si vero ab eo loco, ubi lis contestata est, eam subtractam alio transtulerit, illic restituere debet, unde [80] subtraxit, sumptibus suis.

Si res deteriorata restituatur.

XIII. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

NOn solum autem [rem] restitui, verum & si deterior [81] res sit facta, rationem Judex habere debebit: Finge enim debilitatum hominem, [vel verberatum], vel vulneratum restitui: utique ratio per Judicem habebitur, quanto deterior sit [factus]: Quamquam & legis Aquiliæ actione conveniri possessor possit [82]. Unde quæritur, an non alias Judex æstimare damnum debeat, quam si remittatur actio legis Aquiliæ? Et Labeo putat, cavere petitorem oportere, lege Aquilia non aduturum [83]: Quæ sententia vera est.

XIV. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

QUod si malit actor potius legis Aquiliæ actione uti, absolvendus est possessor. Itaque electio actori danda est: non ut triplum, sed duplum consequatur.

1. De re distracta ex necessitate. 2. De agro militibus assignato. 3. De animalis periti interitu.

XV. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

ITem, si verberatum tradidit, Labeo ait etiam injuriarum competere [actionem petitori]. §. 1. Si [84] quis rem ex necessitate distraxit, fortassis huic officio Judicis succurretur, ut pretium dumtaxat debeat restituere: Nam & si fructus perceptos distraxit, ne corrumpantur, æque non amplius, quam pretium præstabit.

§. 2. Item, si forte ager fuit, qui petitus est, & militibus [85] assignatus est [86], modico honoris gratia possessori [87] dato, an hoc restituere debeat? Et puto præstaturum. §. 3. Si servus petitus, vel

---

1 III. C. XXXII. & XV. Eclog. II.

2 Id est, proprietatis assertione: nam verbum *rei*, hic significat proprietatem. Ut autem olim fieret vindicatio, v. *apud Gellium*, 20. c. 9.

3 Ordo in titulis servatur.

4 §. *ult. Inst. per quas personas cuique.*

5 Libro superiore. *l.* 18. *in fi. l.* 19. *ff. de petit. heredit.*

6 De quibus dixi ad *l.* 22. *C. de admini. tut.*

7 Moventibus se, servis & brutis, vid. *l.* 66. *l.* 93. *ff. de verb. sign.*

8 Mobilia hæc proprie sunt, quæ non moventur ex se, sed ab alio.

9 Immobilibus. *l.* 6. *in fin. ff. ad exhibendum.*

10 Servi tamen petuntur, *l.* 5. *in fi. ff. eod.*

11 Cur? quia in rem actio competit ei, qui dominus est, vel jure gentium, vel civili. *leg.* 23. *ff. eod.* neutro jure parens, liberorum est dominus.

12 Præjudicia quid sint, explicat Robert. *t sent.* 13. & Revardus, *lib.* 1. & 2. *de præjudiciis*, v. §. 13. *inst. de act.*

13 Si invitus ab alio detinetur. *ff. de lib. exhib.*

14 Hinc nonnulli colligunt eadem ratione uxorem à marito, colonum & vassallum à domino, civem à sua republica vindicari posse adjecta causa.

15 Vide *l.* 215. *ff. de verb. signif.*

16 Id est, vi patriæ potestatis, quæ jure Romano competit, vindicare potest.

17 Atqui hæc actio non est de universitate, *hac l. in princ.* grex autem quiddam universum est. Et ita est: Grex est universum quiddam, si corpora, & capita, ex quibus constat, spectes: sed non est universum quiddam juris, ut hereditas, cum vel in hereditate aliqua grex ipse esse possit.

18 *l.* 56. *ff. eod.* corpus seu totum integrale, quod ex cohærentibus, ut domus, sive ex distantibus constet partibus, ut grex. v. *l.* 23. *ff. eod. l.* 30. *ff. de usucap.*

19 Id est, licet aliena immixta sint, *l.* 23. §. 5. *ff. eod.* quæ ut sint immixta, non continuo efficiunt, ut grex sit communis. §. 28. *Inst. de rerum divis.*

20 Sed singula capita. *Zas.*

21 Adversus tertium: id est, socius ei aliena capita non restituet. 22 Id est, sive prima gregis capita remanserint, sive alia substituantur, grex tamen totus vindicabitur. 23 Id est, alia. Hic enim *alienum* pro alio accipe. vid. *l.* 5. *ff. de duobus reis.* ut per contrarium, *aliud* pro alieno, *l.* 7. §. 1. *ff. ad l. Jul. majestatis.* 24 Ut & instrumenta rei instructæ. Cur ita? vide *l.* 49. *in fi. ff. eod.* 25 Quo jure? vide *l.* 6. *ff. eod.* 26 Vide *l.* 44. *ff. de evict.* 27 Si & ejusdem generis confusæ. 28 *l.* 7. §. 8. *l.* 27. *ff. de adquir. rerum domin.* 29 An eo casu juranti succurritur? vide *l.* 1. §. 40. *ff. depositi.* 30 Adde *l.* 6. *ff. ad exhibendum.* 31 Ex juramento. *l.* 5. *ff. de in litem.*

32 Aridæ res ejusdem generis non confusæ, sed mixtæ, quemadmodum vindicari possint.

33 Ut §. 27. 28. *Inst. de rerum divis.* 34 Vide *l.* 29. *in pr. ff. com. div.* 35 Liquida ex diversis generib. mixta, si transeant in aliam speciem, quemadmodum vindicentur. 36 Sine mea voluntate.

37 Per confusionem. 38 Idque jure specificationis. § 25. *Inst. de rer. divis.* 39 Species confusione mutantur. 40 Metalla diversi generis, si misceantur, quemadmodum vindicentur.

41 Id est, separari. *l.* 12. *in fi. ff. de adq. rer.* 42 Hanc negationem expungit Avellanus ex vetusto *C. c.* 25. *Restitutionum.* 43 Imo potest æs ab auro deduci: & ita quoque Callistratus, *l.* 12. *in fi. ff. de adq. rerum dominio.* & hodie inventa est ars, qua Chrysulcæ, aquæ vi, aurum à quocumque metallo separari potest. *Alc. 6. par.* 11. 44 *l.* 52. §. 20. *ff. de furtis.* 45 Quia partus matris conditionem sequitur. *l.* 7. *C. eod.* 46 Vide *l.* 7. *in fine. l.* 26. §. *penult. ff. de adquir. rer.*

47 Adde *l.* 80. *ff. de jud. l.* 4. *ff. de legat. 1. l.* 34. *ff. de adquir. possess. l.* 4. *C. de testam.* dubitandi causa in hac specie nascitur ex *l.* 6. *ff. eod.* 48 Cur ita? vid. *l.* 27. *ff. de reb. dub.* incertitudinis ratione actus nulla sui parte valet. 49 Debeme in rem descendere & oculis eam subjicere? vide *l.* 8. *ff. finium.* 50 *l.* 1. §. 40. §. 41. *ff. depositi.* vide *l.* 19. *ff. de furtis.* 51 Res, quæ vindicatur, designanda est non per genus, sed per speciem. 52 Imo *rei* appellatio generalis est, *l.* 1. *in fi. ff. de rebus creditis.* Sed hic agitur de vindicatione singularum rerum.

53 Species designatur pondere, numero, specie, mensura, colore, figura, ætate, nomine, loco.

54 *l.* 52. §. 25. *ff. de furtis.*

55 Quæ vice nominis fungitur, vide *l.* 33. & *l.* 34. *ff. de condit. & demonst. l.* 6. *ff. de rebus creditis.*

56 Vel qui ex adulterio natus, *l.* 3. *ff. de liberis & posthumis*, hic Bartolus colligit sufficere, ut matris nomine quis appelletur: mater enim patre est certior. *l.* 5 *ff. de in jus vocando.*

57 Ut adversarius tuto possit respondere, *arg. l.* 1. §. *de edendo.*

58 Antequam damnatus solvere it, non ut bis exigatur: semel scilicet à damnato, iterum à possessore, id enim est iniquum. *l.* 51. *ff. de rejudic. l.* 34. *ff. de obligat.*

59 Id est, rem immobilem: est enim secus in mobili. *ff. eod.*

60 Id est, pro indiviso.

61 Pro diviso.

62 Pro rata possidentium sc.

63 *l.* 19. *ff. comm. divid.*

64 Atqui tignum duorum esse potest, *l.* 36. *ff. de servit. urb.* & hereditas. *l.* 1. §. 1. & 2. *ff. si pars hereditatis.*

65 Secus in hereditatis possessione. *ff. eod.*

66 Quippe hæc actio datur contra quemcumque possidentem.

67 Dominio actoris probato, possessor reus restituere rem cogitur. *5 Eclog.* 1. *cap.* 9.

68 Reus non prohibetur exceptionis suæ probationes exequi, post probatam ab actore intentionem, & post cognitas probationes actoris, *l.* 9. *C. de except. l. emptor. C. de præscript.* 10 *vel* 20 *ann.* Igitur cum hac lege non pugnat *Nov.* 90. qua tantum coërcetur multiplex testium productio.

69 Et male. *Accursius.*

70 Rei vindicatione dominus experiri potest adversus depositarium. Neque obstat Novella *de deposito.* 88. quia vindicationem non prohibet, sed denunciationem: quæ denique non repellit dominum, sed creditorem. Possum enim rem meam à depositario, id est, ab eo, apud quem deposuisti, vindicare, licet non possim ob pecuniam, quam tu mihi debes, depositarius huic denunciationi non obtemperare. 71 Vide *l.* 3. §. 8. *ff. uti possidetis.* 72 *Vide* quæ scripsi ad *l.* 2. *C. qui potiores.* 73 Sed tenent tantum. 74 Sunt tamen in possessione, vid. *l.* 1. *in fi. de adq. poss.* 75 *l.* 2. *C. ubi in rem actio.* Imo ab his, qui titulo possident, non vindicamus. *l.* 9. *ff. de hered. petit.*

76 Etsi non possideant: & sic à depositario, commodatario, conductore, missisque in possessionem.

77 An ab eo, qui rem meam emit à depositario? v. *l.* 8. *in fin. C. depositi. Novell.* 22. *c.* 24. an & à depositario? hoc vult Accursius, *arg. l.* 31. *ff. depositi.* huic igitur loco male opponitur *Novell.* 88. qua non vindicatio, sed denunciatio: non Dominus, sed creditor repellitur. *Cujac. d. Novell.*

78 Ex hac lege cum duabus seqq. collige, rem, ubi est, à bonæ fidei possessore restitui sumptibus petitoris: à malæ fidei possessore, vel ubi inventur, vel ubi petitur, idque sumptibus ejus. *Bartol.*

79 A possessore. §. 2. *Institut. de officio judicis.* 80 *l.* 12. *in fin. ff. depositi.* 81 Vel periit. *l.* 36. §. 1. *ff. eod.*

82 Malæ fidei possessor, & ad rem, & ad ejus interesse hac actione tenetur: præterea ex l. Aquilia: sed una electa, perit altera. 83 An adversus bonæ fidei possessorem, cui negligentia objici non potest, cum possit abuti? *l.* 31. §. 3. *ff. de petit. heredit.* an malæ fidei? cui actor cavere non debet? *l.* 69. *ff. eod.* 84 Qui rem alienam necessario distraxit, pretium tantum reddit. 85 *Feudorum* origo hinc videtur initium duxisse. 86 A Principe, seu præcepto Principali: hostium enim agri partim vendebantur, partim assignabantur militibus. ut *l* 11. *ff. de evict.* Idque causa legitima. An id Principi in suos cives liceat, vide quæ notavi *ad Novell.* 85. *& hujus legis interpretationem.*

87 Veteri, eique dudum & antea hosti non subdito. vide *d. Novell.* adde *l.* 16. *in fi. ff. de adquir. rer. dominio.* Victores Romani, veteres colonos interdum jubebant migrare.

86 Vindicata re pereunte omne vulgi periculum, non præstatur pretium a postulante, nisi moram fecerit, & distrahi potuisset. 87 *Sic l. 11. §. 4. ff. ad exhibend. l. 5. ff. de rei vindic.* Imo non est. *l. 40. ff. de heredit. petit.*

88 *l. 14. §. 11. ff. quod met. caus. l. 14. in fin. ff. de fur.*

89 Id est, sed certe. *l. qui repudiantis. 17. ff. de inoffic. testamen. 25. C. de exhered. liber.*

90 Vide Cujac. 9 *obs.* 34.

91 Id est, lis non moritur, non absolvitur, aut non absolvendus est reus. *l. 8. ff. de re jud.*

92 Cur? actor propter fructus & pretium: reo vero propter stipulationes, evictiones & regressum.

93 Mortuo post litem contestatam homine, non omnino moritur lis: superest enim ratio fructuum, id est, operarum. *l. 8. ff. de rejudic. l. 11. ff. judicatum solvi.* Quarum quæ habenda sit ratio, an usque ad mortui, an usque ad rei judicatæ tempus, quæstio est, de qua vide *l. 33. ff. eod.*

94 Id est, operas.

95 Mors a nullo præstari potest, *l. 40. ff. de petit. her. l. 12. §. 1. ff. de usufruct. l. 82. in fin. ff. de verb. obl. l. 64. ff. de reg. jur. al.* factum.

96 Bonæ fidei.

97 De quo vide 4 Vegetium 39. secus, si non tempore navigandi. *l. 36. in fin. ff. eod.*

98 Vide *l. ult. ff. de negotiis.*

99 Idque post litem contestatam.

100 *l. 5. 17. C. eod.*

1 *l. 20. in fin. ff. eod.*

2 Atque ita partus non modo primus, sed & secundus veniet. *l. 39. ff. de usuris.*

3 *l. 5. in fin. ff. de reb. cred. l. 91. §. 1. ff. de verb. oblig.*

4 In rem, & Aquiliam.

5 Vide quæ scripsi ad *l. 56. ff. de heredit. petit.*

6 Vero domino.

7 Bonæ fidei possessor tunc legis Aquiliæ actionem habet, cum usucepit servum: secus, si nondum usucepit.

8 Plenum jus in re habet, qui eam usucepit.

9 Potuit enim olim: nam usucapio non interrumpebatur litis contestatione, *l. 2. ff. pro donato.* hodie interrumpitur. *l. penult. l. ult. C. de annali except.*

10 *l. 20. 21. ff. eod.*

11 *l. 40. §. 3. ff. de heredit. petit.* Goth. Et culpa, post litem contestatam, ut *l. 27. ff. eod. S. L.*

12 Atqui litigiosum pignerari non potest. *l. 1. in fin. §. quæ res pignori.* 13 Et sic de indemnitate. 14 De hac formula, *rectè præstari*, scripsi ad *l. 11. in fin. ff. de duobus reis. l. 71. in fin. ff. de verb. signific.*

15 Id est, urbani prædii. *l. 38. §. 1. ff. de damno.* 16 *l. 18. ff. eod.* Goth. Explicationem hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. lib. 3. cap. 7. num. 9.* Anf. 17 Vide *l. 33. ff. de petit. hered.* 18 *l. 17. §. 1. ff. ead. l. 1. C. eod.* 19 *l. 1. in fin. C. eod.* 20 Bonæ fidei possessor, si fugerit servus, absolvitur: nisi talis sit, qui custodiri debuerit. 15 *Eclog. l. c. 21.* Goth. Vide hic Leonin. *emendat. lib. 1. c. 13. num. 7.* Anf. Adde Cujac. *lib. 1 obs. cap. 39.* S. L. 21 Puta, a marito servus dotalis, *l. 25. §. 3. ff. soluto.* 22 Ut quia vinctus datus est. *l. 5. §. 6. ff. commodati.* 23 Ut *l. 18. ff. eod.* 24 Id est, homine petito: sic *res* pro homine sumitur, *l. 39. ff. de legat. 1.* pro nave, *l. 5. ff. qui potiores.* pro possessione. *l. 98. in pr. de solutionibus.* 25 Comminus *Hat.* id est, statim, sine cessatione. Cujac. 11 *obs.* 39. *Comminus arva Insequitur*, Virgilius *Georg. 1. in fin.* id est, statim, sine intermissione, propere. Hesiodus ἐπὶξυν. Lucretius *lib. 4. Comminus ipse suo contingens fervidus ignis.* 26 *l. 1. §. 14. ff. de acquir. possess.* 27 Vide quæ scripsi ad *l. 63. ff. eod.* 28 *l. 47. §. 3. ff. de leg. 1.* 29 Dolus quasi possessionem repræsentat, *ut hic.* qui dolo desiit possidere, quasi possidere videtur. *l. 25. ff. eod. l. 131. ff. de Regulis.* 30 *l. 12. ff. de noxal.* in quem ideo in litem juratur. *l. 68. ff. eod.* 31 *§. 3. Inst. de act.* 32 *l. 43. ff. eod.* 33 Vide *l. 14. ff. de auro.*

34 Puta ex plumbo alieno. *l. 23. ff. de adquir. rer.* est vero ansa in scypho, pars ea, qua scyphus elevatur commodissime, quæ & nasus: unde Nasiterna *Festo*, *Nonio*, *Fulgentio*. Ita Vatinianis calicibus affiguat nasos Martialis, & Juvenalis: *Tu Beneventani sutoris nomen habentem, Siccabis calicem nasorum quatuor.* adde *l. 7. §. 2. ff. ad exhib.* 35 *l. 9. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* 36 Gaius in *l. 9. §. 2. ff. de adquir. rer. domin.*

vel animal aliud **demortuum** 86 sit sine dolo malo & culpa possessoris, pretium non esse præstandum plerique aiunt. Sed est 87 verius, si 88 forte distractuus erat petitor, si accepisset, moram passo debere præstari: nam si ei restituisset, distraxisset, & pretium esset lucratus.

2. Si navis petita perierit.

XVI. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

VTique 89 autem, etiam mortuo 90 homine, necessaria 91 est 92 sententia propter 93 fructus 94, & partus, & stipulationem de evictione: Non enim post litem contestatam utique & fatum 95 possessor 96 præstare debet. §. 1. Culpa non intelligitur, si navem petitam tempore navigationis 97 trans mare misit, licet ea perierit: nisi [si] minus idoneis hominibus eam commisit.

De incertis rei venditæ. 1. De fructibus, & omnibus accessionibus, & mora.

XVII. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

IUlianus lib. VI Digestorum scribit: Si hominem, qui Mævii erat, emero à Titio, deinde, cum eum Mævius à me peteret, eundem vendidero, eumque emptor occiderit, æquum esse me pretium Mævio restituere 98. §. 1. Idem Julianus eodem libro scribit, si moram 99 fecerit in homine reddendo possessor, & homo mortuus sit, & fructuum rationem usque ad rei judicatæ tempus spectandam esse. † Idem Julianus ait *, non solum fructus 100, sed etiam omnem causam præstandam: & ideo & partum 1 venire in restitutionem, & partuum 2 fructus. † Usque adeo autem & causæ veniunt, ut Julianus lib. VII scribat, si per eum servum possessor adquisierit actionem legis Aquiliæ, restituere cogendum. Quod si dolo malo ipse possessor desierit 3 possidere, & aliquis hominem injuria occiderit, aut pretium hominis, aut actiones 4 suas præstare cogetur, utrum eorum voluerit actor. † Sed & fructus, quos ab alio possessore percepit, restituere eum oportet: lucrum 5 enim ex eo homine, qui in lite esse cœperit, facere non debet. Sed fructus ejus temporis, quo [tempore] possessus est ab eo 6, qui evicerit restituere non debet. † Sed quod dicit de actione legis Aquiliæ, procedit, si post litem contestatam usucepit 7 possessor, quia plenum 8 jus incipit habere.

De re pendente judicio usucapta.

XVIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI post 9 acceptum judicium possessor usu hominem cepit, debet eum tradere 10, eoque nomine *de dolo* cavere 11: periculum est enim, ne eum vel pigneraverit 12, vel manumiserit.

De cautione reo præstanda.

XIX. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

IPsi quoque reo cavendum esse Labeo dicit, HIS 13 REBUS RECTE PRÆSTARI 14, si forte fundi 15 nomine *damni infecti* cavit.

De partu & omni causa.

XX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

PRæterea restituere 16 debet possessor & quæ post acceptum judicium per eum, non ex re sua 17, adquisivit: in quo hereditates quoque legataque, quæ per eum servum obvenerunt, continentur: nec enim sufficit, corpus ipsum restitui: sed opus est, ut 18 & causa rei restituatur: id est, ut omne habeat petitor, quod habiturus foret, si eo tempore, quo judicium accipiebatur, restitutus illi homo fuisset. Itaque partus ancillæ restitui debet: quamvis postea editus sit, quam matrem ejus, post acceptum scilicet judicium, possessor usuceperit, quo casu etiam de 19 partu, sicut de matre, & traditio & cautio de dolo necessaria est.

Si servus petitus fugerit.

XXI. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

SI à bonæ 20 fidei possessore 21 fugerit servus, requiremus, an talis fuerit, ut & custodiri debuerit 22? nam si integræ opinionis videbatur, ut non debuerit custodiri, absolvendus est possessor: ut tamen, si interea eum usuceperat 23, actionibus suis cedat petitori, & fructus ejus temporis, quo possedit, præstet: quod si nondum eum usucepit, absolvendum cum sine cautionibus, ut nihil caveat petitori *de persequenda ea re* 24: quo minus 25 enim petitor eam rem persequi potest: quamvis interim, dum in fuga fit, usucapiat 26, nec iniquum id esse, Pomponius lib. XXXIX ad Edictum scribit. † Si vero custodiendus fuit; etiam ipsius nomine damnari debebit: ut 27 tamen si usu eum non cepit, actor ei actionibus suis cedat. † Julianus autem, in his casibus, ubi propter fugam servi possessor absolvitur, etsi non cogitur 28 cavere *de persequenda re*, tamen cavere debere possessorem, *si rem nanctus fuerit, ut eam restituat.* Idque Pomponius lib. XXXIV [variarum] lectionum probat: quod verius est.

XXII. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

QUod si dolo possessoris fugerit, damnandum eum, quasi 29 possideret 30.

Quibus datur hæc actio. 1. De locis sacris & religiosis. 2. De rebus adjectis. 3. De scriptura & pictura. 4. De doli exceptione. De rebus junctis, & rebus commixtis. 6. De tigno juncto.

XXIII. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

IN rem actio competit ei, qui aut jure gentium, aut jure civili dominium adquisivit 31. §. 1. Loca sacra, item religiosa 32, quasi nostra, in rem actione peti non possunt. §. 2. Si quis rei suæ alienam rem ita adjecerit, ut pars ejus fieret: veluti, si quis statuæ suæ brachium 33 aut pedem alienum adjecerit, aut scypho ansam 34 vel fundum, vel candelabro sigillum, aut mensæ pedem, dominum ejus totius rei effici, vereque statuam suam dicturum, & scyphum, plerique recte dicunt. §. 3. Sed & id, quod in charta mea scribitur, aut in tabula pingitur, statim meum fit 35: licet de pictura quidam 36 contra senserint, propter pretium picturæ: sed

37 Naturali ratione inspecta, a qua Justinianus talnen discedit. *§ 33 Inst. de rer. divis.* propter pretium picturæ apud Romanos.

38 Tabulæ. *Cai. 1. Inst. 1.*

39 Hodie tabula cedit picturæ. *§. 34. Inst. de rer. divis.*

40 *l. 19. ff. de auro & argent.*

41 Adplumbati & ferruminati, seu plumbaturæ & ferruminationis differentia.

42 χαλκοκόλλησις, ferruminatus. Glossis, συμπλοκὴ ferrumino: συμπλοκὴ ferrumen.

43 Cur? hujusmodi junctura seu ligatura, quæ συνοχὴ, ex ferri excrementis, vel alia materia fit.

44 Cur? quia fit ex plumbo, μολυβδοσύρτις, & μολυβδωμα dicitur, *l. 27. ff. de adquir. rerum.* Juvenalis *Satyra 14. in fin. Si fregeris, alterâ fiet Cras domus, atque eadem plumbo commissa manebit.*

45 Quæ rei vindicationi, tanquam remedium adfine, cohæret. *l. 52. ff. eod.*

46 Corporum alia sunt ex distantibus corporibus, alia cohærentia sunt. Hæc corpora uno spiritu continentur: illa non uno spiritu continentur: sed eorum singulæ partes retinent propriam suam speciem. De corporum generibus, adde *l. 76. ff. de judiciis. l. 30. ff. de usucap.*

47 *l. 1. in fin. ff. eod.*

48 *l. 30. ff. de usucapionibus.* Stoïcorum hoc axioma est. Chrysippus enim (ut Aphrodisæus scribit) vim continuationem spiritum vocavit. Spiritum autem hic videtur accipere, pro specie: hoc sensu statuæ partes, uno spiritu contineri, una specie constare: & alioqui hic spiritus opponitur speciei corporum, quæ ex distantibus corporibus constant, singulæ partes proprium spiritum retinent: quæ sunt cohærentia, uno spiritu continentur, non pluribus speciebus constant, sed una.

49 Vide *l. 6. ff. ad exhib. l. 7. §. 10. ff. de acquir. rerum. l. 98. in fin. ff. de solutionibus.*

50 Imo ad exhibendum agi potest. *l. 1. §. 2. ff. de tigno.*

51 De actione antiqua tigni juncti dixi ad XII Tabulas, *tit. de privatis delict.*

52 *l. 19. ff. eod.*

53 Adde *l. 30. ff. de adquir. poss. l. 22. in fin. ff. de usucap.*

54 Animo.

55 *l. 12. ff. de adquir. poss. l. 18. in fin. ff. de vi & vi.*

necesse 37 est, ei rei 38 cedi, quod sine illa esse non potest 39.

§. 4. In omnibus igitur istis, in quibus mea res, per prævalentiam, alienam rem trahit, meamque efficit, si eam rem vindicem, per exceptionem doli [mali] cogar pretium ejus, quod accesserit, dare. §. 5. Item quæcunque aliis juncta, sive adjecta, accessionis loco cedunt 40, ea quamdiu cohærent, dominus vindicare non potest: sed ad exhibendum agere potest, ut separentur, & tunc vindicentur: scilicet excepto eo, quod Cassius de ferruminatione scribit. Dicit enim, si statuæ suæ ferruminationi junctum brachium sit, unitate majoris partis consumi: &, quod semel alienum [factum] sit, etiam si inde abruptum sit, redire ad priorem dominum non posse. Non 41 idem in eo, quod adplumbatum sit: quia * *ferruminatio* 42 *per eandem materiam facit* 43 *confusionem: plumbatura non* 44 *idem efficit.* Ideoque in omnibus his casibus, in quibus neque ad exhibendum, neque in rem locum habet, in factum actio necessaria est 45. † At in his [corporibus,] quæ ex distantibus 46 corporibus essent, constat singulas partes retinere suam propriam speciem: ut singuli homines, singulæ oves: ideoque posse me gregem vindicare, quamvis 47 aries tuus sit immixtus: sed & te arietem vindicare posse. † Quod non idem in cohærentibus corporibus eveniret: nam si statuæ meæ brachium alienæ statuæ addideris, non posse dici brachium tuum esse: quia tota statua uno spiritu 48 continetur. §. 6. Tignum alienum ædibus junctum, nec 49 vindicari potest, propter legem duodecim tabularum, nec 50 eo nomine ad exhibendum agi, nisi adversus eum, qui sciens alienum junxit ædibus: sed est actio antiqua *de tigno juncto*, quæ in duplum ex lege duodecim 51 tabularum desecndit.

§. 7. Item si quis ex alienis cementis in solo suo ædificaverit, domum quidem vindicare poterit, cementa autem resoluta 52 prior dominus vindicabit: etiamsi post tempus usucapionis dissolutum sit ædificium, postquam à bonæ fidei emptore possessum sit: nec enim singula cementa usucapiuntur, si domus per temporis spatium nostra fiat 53.

Collatio judicii petitorii & possessorii.

XXIV. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

IS, qui destinavit 54 rem petere, animadvertere debet, an aliquo interdicto 55 possit nancisci possessionem: quia longe commodius est 56, ipsum possidere, & adversarium ad oneta 57 petitoris compellere, quam alio possidente petere.

De eo, qui se obtulit.

XXV. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

IS, qui se obtulit rei defensioni sine causa, cum non possideret, nec 58 dolo fecisset, quo minus possideret, si actor ignoret, non est absolvendus 59, ut Marcellus ait. quæ sententia vera est: sed [hoc] post litem contestatam. Cæterum ante judicium acceptum non decipit actorem, qui *se negat possidere*, cum vere non possideret: nec videtur se liti obtulisse, qui discessit.

XXVI. PAULUS lib. II ad Plautium.

NAm si actor 60 scit, tunc is non ab alio, sed à se decipitur 61: & ideo reus absolvitur.

1. Quo tempore possessio spectatur. De fructibus. 2. De homine deteriorato, deinde ex alia causa mortuo. 3. De eo, qui dolo desiit possidere. 4. De absentia ejus, per quem possidetur. 5. De sumptibus a possessore factis.

XXVII. IDEM lib. XXI ad Edictum.

SIn autem, cum à Titio petere vellem, aliquis dixerit, *se possidere*, & ideo liti se obtulit, & hoc 62 ipsum in re agenda testatione probavero, omnimodo condemnandus est. §. 1. Possidere autem aliquis debet, utique & 63 litis contestatæ tempore 64, & quo res judicatur. † Quod si litis contestationis tempore possedit, cum autem res judicatur, sine dolo malo amisit possessionem, absolvendus est possessor. Item si litis contestatæ tempore non possedit, quo autem judicatur possidet, probanda est Proculi sententia, ut omnimodo condemnetur 65. † Ergo & fructuum nomine, ex quo cœpit possidere, damnabitur. §. 2. Si homo peritus, dolo possessoris deterior factus sit, deinde, sine culpa ejus, ex alia causa mortuus sit, æstimatio non fiet ejus, quod deteriorem eum fecerat: quia nihil interest petitoris. Sed hæc, quantum ad in rem actionem: legis autem Aquiliæ actio durat. §. 3. Sed & is, qui ante litem contestatam dolo desiit rem possidere, tenetur in rem actione: idque ex Senatusconsulto 66 colligi potest, quo cautum est (*ut diximus*) *ut dolus præteritus in hereditatis petitionem veniat*: cum enim in hereditatis petitione, quæ 67 & ipsa in rem est, dolus præteritus fertur 68, non est absurdum, per 69 consequentias, & 70 in speciali in rem actione dolum præteritum deduci 71. §. 4. Si per filium, aut per servum pater vel dominus possideat, & is sine culpa patris, dominive, rei judicandæ tempore absit: vel tempus dandum, vel cavendum est de possessione restituenda. §. 5. In rem petitam si possessor ante litem contestatam sumptus 72 fecit, per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, si perseveret actor petere rem suam, non redditis sumptibus. Idem est etiam, si noxali judicio servum defendit, & damnatus præstitit pecuniam: aut in area, quæ fuit petitoris, per errorem insulam 73 ædificavit: nisi tamen paratus sit petitor pati, tollere eum ædificium. Quod & in area uxori donata, per judicem 74, qui de dote cognoscit, faciendum dixerunt. Sed si puerum meum, cum possideres, erudisses 75, non 76 idem observandum Proculus existimat, quia 77 neque carere servo meo debeam: nec potest remedium idem adhiberi, quod in area diximus.

XXVIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

FOrte quod pictorem 78 aut librarium 79 docueris, dicitur non aliter officio judicis æstimationem haberi posse:

XXIX. POMPONIUS lib. XXI ad Quintum Mucium.

NIsi si venalem 80 eum habeas, & plus ex pretio [ejus] consecuturus sis propter artificium 81.

XXX. GAIUS

56 §. 4. *vers. commodum. Inst. de interdict.* 57 Onus est partibus petitoris fungi. adde *l. 2. C. de probat.* 58 Paria sunt, possidere & dolo desisse possidere. v. *l. 22. ff. eod.* 59 *l. 13. §. 13. l. 14. ff. de petit. hered. l. ult. ff. si usufr. petatur.* 60 Ab initio sc. *l. 45. ff. de hered. petit.* 61 V. *l. 1. in fin. ff. de act. empt.* 62 Rem meam esse. 63 *l. 25. §. 7. ff. de petit. hered. l. 4. ff. de except. & l. 47. ff. de solut.* S. L. 64 Adde *l. 30. ff. de peculio.* 65 Ut possessor hac actione condemnetur, sufficit eum possedisse tempore rei judicatæ. *Bart.* 66 *l. 20. §. 6. ff. de petit. hered.* 67 Hereditatis petitio, in rem est actio. 68 V. *l. 25. §. 7. in fin. ff. de pet. her.* 69 Locus à consequentibus, ut *l. 3. §. 1. ff. de injuriis*, vel ab hereditatis petitione ad rei vindicationem. 70 Locus ab universali in rem petitione ad specialem valet, *ut hic.* nisi ratio diversitatis adferatur. *Fulgos.*

71 *l. 63. l. 69. ff. eod. l. 157. §. 1. ff. de reg. jur.* 72 Lex rationem sumptuum habet, qui à possessore facti sunt ante litis contestationem. *Synopsis Basilic. 13.* περὶ διεκανημάτων. *c 27 §. 6.* 73 *l. 48. ff. eod. l. 11. C. eod.* 74 Adde *l. 11. §. 9. ff. de Publiciana.* 75 *l. 25 ff. de pign. act. l. 6. ff. de impensis. l. 79. §. 1. ff. de verb. sign.* de sumptibus & expensis, v. quæ notavi ad *Nov. 6. c. ult.* 76 Imo idem in servo, quod in area. *l. 45. §. 1. ff. de act. empt.* Solve, hic dominus non habet unde solvat sumptus: ibi habet. Est & alia manifesta differentia: area plerunque tolli potest, eruditio fervi tolli non potest. 77 Vide *l. 79. ff. de verb. sign. l. 43. ff. de act. empt.* 78 Pone & exemplum ex *l. 43. in fin. ff. de actionib. empti.* 79 De cujus munere vide *l. 92. ff. de reg. jur.* 80 *l. 38. in fin. ff. eod.* id est, promercalem. *l. 10. ff. de impensis.* 81 Tunc enim dominus tenetur, quia fit locupletior. *l. 38. ff. eod. l. 25. ff. de pign. act.*

XXX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

AUt si ante denunciatum sit actori, ut impensam solveret, & eo dissimulante [82] posita sit doli mali exceptio.

De fructibus servi petiti, & impensis in eum factis.

XXXI. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

CÆterum, cum de fructibus servi petiti quæritur, non tantum pubertas ejus spectanda est: quia [83] etiam impuberis aliquæ operæ esse [84] possunt [85]: improbe [86] tamen desiderabit petitor fructus æstimari, qui ex artificio ejus percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit:

XXXII. MODESTINUS lib. VIII Differentiarum.

QUod si artificem [87] fecerit, post [88] vicesimumquintum [89] annum ejus, qui artificium consecutus est, impensæ factæ poterunt pensari [90].

De fructibus.

XXXIII. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

FRuctus [91] non modo percepti, sed & [92] qui percipi [honeste] potuerunt, æstimandi sunt; & ideo si dolo [93], aut culpa possessoris, res petita perierit [94], veriorem [95] putat Pomponius [96] Trebatii [97] opinionem, putantis eousque fructuum rationem habendam, quousque haberetur, si non periisset [98]: id est, ad rei judicandæ tempus: quod & Juliano placet. Hac ratione, si nudæ [99] proprietatis dominus petierit, & inter [100] moras usus fructus amissus sit, ex eo tempore, quo ad proprietatem usus fructus reversus est [1], ratio fructuum habetur [2].

XXXIV. JULIANUS lib. VII Digestorum.

IDem est & si per alluvionem pars fundi accesserit [3].

2. Si possessor rei æstimationem solvat. 3. De petitione partis.

XXXV. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

[ET] ex diverso, si petitor lite contestata usumfructum legaverit, ex eo tempore, ex quo discessit à proprietate, fructuum rationem non habendam, quidam recte putant [4]. §. 1. Ubi [autem] alienum fundum petii, & judex sententia declaravit *meum esse*, debet etiam de fructibus possessorem condemnare: eodem enim errore & de fructibus condemnaturum: non [5] debere enim lucro possessoris cedere fructus, cum victus sit: alioquin, ut Mauricianus ait, nec rem arbitrabitur judex *mihi restituí*, & quare habeat, quod non esset habiturus, possessor, si statim possessionem restituisset? §. 2. Petitor possessori de evictione cavere non cogitur [6] rei nomine, cujus æstimationem accepit: sibi enim possessor imputare debet, qui non restituit rem. §. 3. Eorum quoque, quæ sine inreritu dividi non possunt, partem petere posse constat.

Qui tenentur hac actione. 1. De culpa possessoris.

XXXVI. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUi [7] petitorio judicio utitur, ne frustra experiatur, requirere debet [8], an is, cum quo instituat actionem, *possessor sit, vel dolo desiit possidere* [9]. §. 1. Qui in rem convenitur, etiam [10] culpæ nomine condemnatur. † Culpæ autem reus est possessor, qui per insidiosa [11] servum misit, si is periit: & qui servum à se petitum, in arena [12] esse concessit, & is mortuus sit: sed & qui fugitivum à se petitum non custodit, si is fugit: & qui navem à se petitam adverso tempore [13] navigatum misit, si ea naufragio perempta est [14].

De eo, qui in aliena area ædificavit.

XXXVII. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

IUlianus lib. VIII Digestorum scribit: si [15] in aliena area ædificasse, cujus bonæ fidei quidem emptor fui, verum eo tempore ædificavi, quo jam sciebam alienam, videamus, an nihil mihi exceptio prosit: nisi forte quis dicat, prodesse de damno solicito? Puto autem, huic exceptionem non prodesse: nec enim debuit, jam alienam certus, ædificium ponere: sed hoc ei concedendum est, ut sine dispendio domini aream tollat ædificium, quod posuit [16].

De sumptibus à possessore factis.

XXXVIII. CELSUS lib. III Digestorum.

IN [17] fundo alieno, quem imprudens [18] emeras, ædificasti [19], aut conseruisti [20], deinde evincitur: bonus judex varie ex [21] personis causisque constituet. Finge & dominum eadem facturum fuisse, reddat impensam, & fundum recipiat, usque eo duntaxat, quo pretiosior [22] factus est [23], [& si plus pretio fundi accessit [24], solum, quod impensum est.] Finge pauperem [25], qui, si reddere id cogatur [26], laribus [27], sepulchris avitis carendum [28] habeat. Sufficit tibi permitti tollere ex his rebus, quæ possis: dum ita, ne deterior sit fundus, quam si initio non foret ædificatum.

† Constituimus vero, ut, si paratus est dominus [29] tantum dare, quantum habiturus est possessor, his rebus ablatis [30], fiat ei potestas [31]: neque [32] malitiis indulgendum est [33]: si tectorium [34] (puta) quod induxeris, picturasque corradere velis, nihil laturus, nisi ut officias. Finge eam personam esse domini, quæ receptum fundum mox [35] venditura sit: nisi reddit, quantum prima parte reddi oportere diximus, eo deducto, tu condemnandus es.

De redemptoribus, qui suis cæmentis ædificant. 1. Si mulier intercedens, pignus dederit.

XXXIX. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

REdemptores [36], qui suis cæmentis ædificant [37], statim cæmenta faciunt eorum, in quorum solo ædificant [38]. §. 1. Julianus recte scribit, lib. XII Digestorum, mulierem, quæ intercedens [39] fundum pignori dedit, quamvis à creditore distractum, posse [40] in rem actione petere [41]:

XL. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUia nullum pignus creditor vendidisse videtur.

Utrum emptori hæc actio detur.

XLI. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

SI quis hac lege [42] emerit, *ut si alius meliorem conditionem attulerit, recedat ut ab emptione*, post allatam conditionem, jam non poterit in rem actione uti. Sed [&] si cui in diem addictus sit fundus, antequam adjectio sit facta, uti in rem actione potest [43]: postea, non poterit. §. 1. Si servus mihi, vel filiusfamilias fundum vendidit, & tradidit, habens liberam peculii administrationem, in rem actione uti potero. † Sed & si, domini voluntate [44], [domini] rem tradat, idem dicendum erit: quemadmodum cum procurator voluntate domini vendidit, vel tradidit, in rem actionem mihi præstabit.

De herede possessoris.

XLII. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

SI in rem actum sit, quamvis heres possessoris, * si non possideat, absolvatur, tamen, si quid ex * persona defuncti [45] commissum sit, omnimodo in damnationem veniet.

De his, quæ religiosis adhærent.

XLIII. IDEM lib. XXVII ad Edictum.

QUæ [46] religiosis [47] adhærent, religiosa sunt: & idcirco, nec lapides inædificati, postquam remoti sunt, vindicari possunt: in factum autem actione [48] petitori extra ordinem subveniur, ut is, qui hoc fecit, restituere eos compellatur. † Sed si alieni, sine voluntate domini, inædificati fuerint, & nondum functo [49] monumento, in hoc detracti erunt, ut alibi reponerentur [50], poterunt à domino vindicari: quod si in hoc detracti erunt, ut reponerentur [51], similiter dominum eos repetere posse constituit.

De fructibus pendentibus.

XLIV. GAIUS [52] lib. XXIX ad Edictum provinciale.

FRuctus [53] pendentes pars fundi videntur [54].

De cautionibus à possessore præstandis.

XLV. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

SI homo sit [55], qui post conventionem restituitur, si [56] quidem à bonæ fidei possessore, puto cavendum esse *de dolo solo* debere: cæteros, *etiam de culpa sua*: inter [57] quos erit & bonæ fidei possessor post litem contestatam.

De litis æstimatione.

XLVI. PAULUS lib. X ad Sabinum.

EJus rei, quæ per in rem actionem petita, [tanti] æstimata [58] est, quanti in litem actor juraverit, dominium statim ad possessorem pertinet [59]: transegisse enim cum eo & decidisse videor eo pretio [60], quod ipse constituit.

XLVII. IDEM lib. XVII ad Plautium.

HÆc, si res præsens sit: si absens, tunc, cum possessionem ejus possessor nanctus sit, ex voluntate actoris: & ideo non est alienum, non aliter [litem] æstimari à judice, quam si caverit actor [61], *quod per se non fiat, possessionem ejus rei non traditum iri.*

De sumptibus à possessore factis, & de fructibus.

XLVIII. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

SUmptus [62] in prædium, quod alienum esse apparuit, à bona fide possessore facti, neque ab eo, qui prædium donavit [63], neque à domino peti possunt: verum exceptione doli opposita [64], per [65] officium [66] judicis æquitatis [67] ratione servantur [68]: scilicet si [69] fructuum ante litem [70] contestatam perceptorum summam excedant: etenim, admissa compensatione, superfluum [71] sumptum, meliore [72] prædio facto, dominus restituere cogitur.

De solo & ædibus. 1. De eo, quod supereſt ex re mea.

XLIX. CELSUS lib. XVIII Digestorum.

SOlum, partem [73] esse ædium existimo [74]: nec [75] alioquin [76] subjacere, uti mare navibus. §. 1. Meum est [77], quod ex re mea supereſt [78], cujus vindicandi jus habeo [79].

An emptori, 1. Vel heredi hæc actio competat.

L. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

SI [80] ager ex emptionis causa, ad aliquem pertineat, non recte hac actione agi poterit, antequam [81] traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit. §. 1. Sed heres de eo, quod hereditati obvenerit, recte aget, etiamsi possessionem ejus adhuc non habuerit.

Utrum in heredem hæc actio detur.

LI. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

SI in rem [82] actum sit, & in heredem possessoris judicium datum [83] [sit], culpa [84] quoque, & dolus [85] malus heredis in hoc judicium venit [86].

Utrum in heredem hæc actio detur.

LII. JULIANUS lib. LV Digestorum.

CUm autem fundi possessor ante [87] litem contestatam dolo malo fundum possidere desiit, heredes ejus in rem quidem actionem suscipere cogendi non sunt: sed in factum actio adversus eos reddi

---

82 *l. 2. C. si aliena res pignori.*

83 Operæ, ut puberis, ita impuberis possunt esse aliquæ. *Synopsis Basilic.* περὶ ὑπηρεσιῶν.

84 Imo, nullæ esse possunt. *l. 12. §. 3. ff. de usufr. l. ult. in fin. ff. de op. servor.*

85 Utputa, si impubes nomenclator sit, vel histrio. *l. ult. in fin. ff. de liberali causa.*

86 ἀναισχύντως, impudenter, *Synopsis Basilic. d. tit.* hoc sensu, Dominum servi, impudenter à servi possessore artificis servi fructus desiderare, cum possessor servum suis sumptibus docuerit.

87 Impuberem scilicet, de quo dixit lege proxima.

88 Artificis servi operæ post XXV annum cum sumptibus compensantur. *Synopsis Basilic. ibid.*

89 Post quintum annum legit Cujac. 9 *obs.* 18. tunc enim operari incipit.

90 Nam in hoc judicio sumptuum ratione admittitur compensatio. vide *l. 48. ff. eod.*

91 15 *Synopsis Basilic. t. c. 32.*

92 *l. 62. in fin. ff. eod.*

93 Si sine dolo, Cujac. 9 *obs.* 34. reprehensus ab Antonio Fabro, 2 *conjectur.* 6.

94 Vel deterior facta sit. *l. 13. ff. h. t.* Restitutio enim fieri debet cum omni utilitate & causa. vide *l. 20. ff. eod.* Ans.

95 Sed quæ ratio fuit contrariæ seu diversæ sententiæ? Licet servus dolo vel culpa periit, fato tamen & necessitate suaque morte periit, periturus alioqui apud ipsum dominum. Cæterum nullæ operæ ejus petendæ sunt, qui natura operas aliquas præstare non potuit.

96 Tres igitur jurisconsulti in hac sententia sunt, Pomponius, Trebatius, Julianus, mortuo homine de quo agebatur, post litem contestatam dolo aut culpa possessoris, eousque fructuum habendum esse rationem, quousque haberetur, si non periisset, id est, ad rei judicandæ tempus, *ut hic.* Imo ad mortis tantum. *l. pen. ff. eod.* vide Cujacium 9 *obs.* 34.

97 Contrarium existimat Labeo in *l. penult. ff. eod.* verum Trebatio facilis fuit dissensio à Labeone præceptore. 98 Periissent. 99 Τὴν διετησίαν Græci appellant. 100 Καὶ *in τῷ μεθόδῳ, Eclog. d. loco.* & interea, vide *l. 28. ff. de adm. tut.*

1 Ad proprietarium. *l. 19. ff. de usuris.* 2 Ad utilitatem proprietarii. 3 Ea sit enim proprietarii. §. 20. *Inst. de rer. divis. v. l. 1. C. de alluvionibus.* 4 Neque enim nudæ proprietatis ullus fructus intelligitur. *l. 19. ff. de usuris.* 5 V. *l. 16. ff. de except. rei judicatæ.* 6 Adde *l. 29. ff. de familia. l. 14. §. 1. ff. de cond. furt. l. 19. ff. rer. amot.* 7 ὁ δίκην ἐκδικήσων, 15 *Eclog. 1. cap. 36.* Vindicaturus. Est igitur petitorium judicium hic, rei vindicatio. 8 Por interrogationem. *l. 20. §. 1. ff. de interrog.* 9 *l. ult. ff. eod. l. 1. C. ubi in rem actio.* 10 V. *l. 91. ff. de verb. oblig.*

11 Aut non idoneo tempore. *arg. l. 13. ff. eod.* 12 *ἐν γυμνῷ, Synopſ. Basilic.* 13 Aut sine gubernatore. *l. 13. §. 2. ff. locat.* 14 Confer §. 7. 8. *Inst. de l. Aquil. l. 2. C. h. t. l. ult. C. de naviganti. l. 3. C. de naufrag.* Ans. 15 Si bona fide aream emero, & postquam fevi alienam esse, ædificavero, sumptus quidem non repeto, sed tamen ædificium sine dispendio domini aream posſum tollere. *Synopſis Basil. 15. tit. 9. cap. 27.* & ibidem c. περὶ διατιμημάτων, ubi scholion hoc adjicit, Non prodeſt, inquit, possessori dolo malo exceptio, qua sumptus repetit, sed retentionem habet. Hoc autem solum illi concedendum est, ut sine stipendio domini aream tollat ædificium extructum. *16 l. 38. ff. eod. l. 5. C. eod. l. 7. §. 10. ff. de adquirend. rerum. l. 2. C. de fructibus & litium expens. l. 5. C. de ædific. privat.* vide quæ notavi ad *l. 38. ff. de petit. hered.* si id fuo in agro posſiit extra civitatem, secus, si in civitate. vide Cujac. 19 *obs. 20. in fin.* 17 15 *Synopſis Basil. 1. cap. 38. & ibidem Scholion.*

18 Et sic bona fide. 19 Et sic impensas necessarias, vel utiles fecisti. 20 *Al.* consevisti. Florentinam tamen defendit Cujac. 11 *obs. 39.* 21 *l. ult. in fin. ff. de oblig.* distinguendus est enim dives, *verſ. finge & dominum.* à paupere, *verſ. finge pauperem.* 22 Melior, utilior. 23 Fundus. 24 Quam impensum est. 25 Vel mediocrium facultatum. 26 V. *l. 25. ff. de pignoratitia actione.* 27 V. *l. 1. §. 2. ff. de liberis agnoſcendis.* 28 Et servis, *l. 25. ff. de pignorat. action.* & mergendus sit sumptu. *l. 3. ff. de contraria tutelæ.* 29 Dives. 30 Si modo auferri posſint.

31 Retinendi sc. 32 Adde *l. 3. C. per quas personas.* Non est ferendus, qui vult alteri obesse, nec sibi prodesse. 33 Adde *l. 9. ff. de servitut.* 34 De *tectorio* dixi ad *l. 3. §. 9. ff. uti posſidetis.*

35 *l. 29. ff. eod.* 36 ἐργολάβοι, 15 *Eclog. cap. 39.* de quibus adde *l. 7. §. 3. ff. si mensor.* Goth. Redemptor est qui certo pretio opus aliquod faciendum suo periculo conduxit. *l. 51. §. final. ff. locati. l. 17. §. pen. ff. de usuris. l. 23. §. 1. ff. de reb. aut. jud. posſid.* Ans. 37 In alieno: ut operarum locatores, fabri cæmentarii & lapidarii vel murarii. 38 Adde *l. 7. §. 10. ff. de acquir. rer.*

39 Contra Velleianum.

40 Cur? intercedens mulier contra Velleianum, & tamen intercessionis causa fundum suum pignori dans, obligatione sua subducitur. *l. 14. ff. ad Velleianum.*

41 *l. 40. ff. eod. l. 11. C. de distract. pign. l. 32. §. ult. ad Velleian.*

42 V. *l. 1. ff. de in diem addict.* Goth. Interpretationem hujus leg. vid. apud Leonin. *emendat. lib. 1. cap. 12. n. 1.* Ans.

43 Medio enim tempore dominus est. *l. 4. §. 3. ff. de in diem addict.* Imo non est, sed venditoris. *l. 38. in fin. ff. ad l. Falcid. l. 2. §. 1. l. 11. ff. de in diem addict.*

44 V. *l. 1. §. 2. ff. de exceptione rei venditæ.*

45 Et sua. *l. 51. ff. eod.*

46 V. quæ scripsi ad *l. 2. §. 5. ff. de religiosis.*

47 V. *l. 23. §. 1. ff. eod.*

48 Id est, de qua *l. 52. ff. eod.*

49 Nondum facto religioso: nondum occupato religione: in quem scilicet nondum mortuus illatus est: denique *Turo* monumento. Al. *finito*: al. *facto.*

50 V. *l. 59. ff. eod.*

51 Ibidem.

52 Vide ad hanc legem Covarruv. 1 *Var. 3. num. 2.*

53 Versus hic excidit jurisconsulto, si ita legas, *fructus pendentes, fundi pars esse videntur*, ut à quibusdam legitur. Versus plerunque ita jurisconsultis exciderunt.

54 *l. 22. C. eod. l. final. § fructus. ff. quæ in fraudem.* adde *l. 12. §. 11. in fin. ff. de instruct. vel instrum. legat. l. 61. § 8. ff. de furtis.* Goth. In hanc legem, & quando fructus pendentes rei immobilis appellatione comprehendantur, vide Sarmient. *lib. 6 select. cap. 15.* & an petitioni fundi insint. Cabed. *decis. 68.* Ans.

55 Ante litem contestatam, bonæ fidei possessor tenetur de dolo: malæ fidei, de culpa: ut post litem contestatam bonæ fidei possessor. *Bart.*

56 Qui restituit, si bonæ fidei est, etiam de dolo cavet: cæteri, de culpa, post litem tamen contestatam. 15 *Eclog. 1. c. 45.*

57 Bonæ fidei possessores post litem contestatam de culpa quoque

---

Æstimatio vim habet emptionis. Igitur æstimatione rei præsentis præstita dominium rei statim transit in possessorem rei absentis, cum ejus possessionem nactus fuerit voluntate actoris. *hac lege. & l. 47. ff. eod.*

59 *l. 1. §. ff. pro empt.* 60 V. *l. 7. §. 1. ff. de Publiciana.* 61 Imo actor eo casu cavere non solet. *l. 69. ff. eod.* 62 Necessarii & utiles. 2 *Gaius* 1. §. 8. *l. 46. ff. de usuris.* Bonæ fidei possessor nullum actionem de sumptibus habet, sed retinere potest, in quantum fundus melior factus est, compensatis fructibus ante litis contestationem perceptis. 63 *Eclog. 1. c. 47.* Goth. Hic hic Leonin. *emendat. lib. 4. cap. 1. num. 35.* Joann. à Sande *decis. Frisic. lib. 3. tit. 15. defin. 2.* Ans. 63 Nec enim is, qui donavit, tenetur evictionis donatario. vid. *l. 2. C. de evict.* 64 *l. 27. §. ult. ff. eod. §. 30. Inst. de rer. divis.* 65 Id est, vel per officium, ut sit ἀνώδυνον: sunt enim hæc duo remedia, non unum. 66 Vide quæ scripsi ad *l. 11. ff. de noxalibus.* 67 Propterea quod melior factus est fundus. 68 Adversus actorem: ideoque possessori bonæ fidei eo casu datur non tantum exceptio, sed & actio. 69 V. *l. 65. ff. eod.* 70 Alii legunt *à lite contestata.* Ex his lectionibus duæ nascuntur theses: Una, bonæ fidei possessorem fructus ante litem contestatam perceptos imputare sumptibus à se factis. Altera, bonæ fidei possessorem à lite contestata fructus perceptos cum expensis, quas fecit, compensare. Et hæc vetior est lectio: quanquam prior iuvari videatur *l. 63. ff. eod.* 71 Qui excedit fructus perceptos. vide tamen in hunc locum Socinum *regula* 298.

72 Ratio decidendi in hoc verbo latet. 73 Pars ædium solum, *ut hic.* pars fundi ita sunt fructus pendentes. *l. 44. ff. eod.* ut & villa, *l. si ita. in fin. ff. de instructo.* area insulæ, *l. qui res.* 98. §. *aream. ff. de solutionib.* In utero partus, pars est visceruin matris. *l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de inspic. ventre.* aqua viva, putei. *l. 11. in pr. ff. quod vi aut clam.* ususfructus, dominii, *l. 4. ff. de usufr. l. si à reo. §. si reo. ff. de fidejussorib.* adde quæ dixi de parte. *l. 44. ff. eod.* 74 *l. 23. ff. de usucapionibus.* 75 Cur? naves non ita cohærent mari, ut ædificium solo. Partes itaque rei dicuntur, quæ rei sive corpori constanter cohærent, non quæ momentarie. Proinde qua ratione solum velut pars ædium est, eisque subjacet, eadem mare navibus non subjacet. 76 Id est, alias non. vel, id est, ita: non ita.

77 *l. 12. §. 3. ff. ad exhibendum.* vide *l. 25. ff. de verb. sign.* 78 Atqui bove mihi legato, coque mortuo, neque caro, neque corium, uteunque supersint ex re legata, mihi debentur. *l. 49. ff. de legat. 2.* 79 Non tamen semper jus agendi rei ipsi æquipollet. *l. 204. ff. de reg. jur.* 80 Emptor ante traditionem, in rem ipsam actionem non habet, sed heres habet actionem de rebus hereditariis, etiam priusquam possederit. 15 *Eclog. 1. c. 50.* 81 *l. 40. ff. de act. empt. l. pen. C. hoc tit.*

82 Vindicatione. 83 Contestatum. 84 Si culpa ejus res deterior facta fuerit. 85 Si rem alienaverit. 86 Officio judicis. 87 Allud posit. *l. 87 ff. de reg. jur.*

reddi debebit, per quam restituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt.

De confitis.

LIII. POMPONIUS lib. XXXI ad Sabinum.

SI fundi possessor eum excoluisset, sevellerve, [& postea] fundus evincatur, confita [87] tollere non potest [88].

De Advocatis.

LIV. ULPIANUS lib. VI Opinionum.

INter officium Advocationis [89], & rei suæ defensionem multum interest: nec propterea quis, si postea cognoverit rem ad se pertinere, quod alii eam vindicanti tunc ignorans suam esse adsistebat [90], dominium suum amisit [91].

De pluribus heredibus possessoris.

LV. JULIANUS lib. LV Digestorum.

SI possessor fundi, ante judicium acceptum, duobus heredibus relictis, decesserit, & ab altero ex his, qui totum fundum possidebat, totus petitus fuerit, quin in solidum [92] condemnari debeat, dubitari non oportet.

De peculio.

LVI. IDEM lib. LXXVIII Digestorum.

VIndicatio non ut gregis [93], ita & peculii [94] recepta est, sed res singulas is cui legatum peculium est, petet.

Si duo vindicent fundum.

LVII. ALFENUS lib. VI Digestorum.

IS, à quo fundus petitus erat, ab alio ejusdem fundi nomine conventus est: *Quæreabatur* si alteruter eorum jussu judicis fundum restituisset, & postea secundum alterum petitorem [res] judicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret? Respondi: uter prior judex judicaret, eum oportere ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveret [95], vel satisdaret, *si alter fundum evicisset, eum præstare* [96].

Si servus vindicetur, & ejusdem nomine furti agatur.

LVIII. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

A quo servus petebatur, & ejusdem servi nomine cum eo furti agebatur, *quærebat*, si utroque judicio condemnatus esset, quid se facere oporteret, si prius servus ab eo evictus esset? Respondit, non oportere Judicem cogere, ut eum traderet, nisi ei satisdatum esset (quod pro eo homine judicium accepisset) *si quid ob eam rem datum esset, id recte præstari:* sed si prius de furto judicium [97] factum esset, & hominem noxæ dedisset, deinde de ipso homine secundum petitorem judicium factum esset, non debere ob eam rem judicem, quod hominem non traderet, litem æstimare: quoniam nihil ejus culpa, neque dolo contigisset, quo minus hominem traderet [98].

De his, quæ alienis ædibus imponuntur.

LIX. JULIANUS lib. VI ex Minicio.

HAbitator [99] in aliena ædificia fenestras & ostia imposuit: eadem, post annum, dominus ædificiorum dempsit: Quæro, is, qui imposuerat, posset ne ea vindicare? Respondit, posse: nam quæ alienis ædificiis connexa [100] essent, ea, quamdiu juncta manerent, eorundem ædificiorum esse: simul atque inde dempta essent [1], continuo in pristinam causam reverti [2].

De possessore infante vel furioso.

LX. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

QUod infans, vel furiosus possessor perdidit, vel corrupit, impunitum [3] est [4].

De nave refecta vel ædificata ex materia aliena.

LXI. JULIANUS lib. VI ex Minicio.

MInicius [5] *interrogatus*, si quis navem suam aliena materia refecisset [6], num nihilo minus ejusdem navis maneret? Respondit, manere [7]. Sed si in ædificanda ea idem fecisset, non [8] posse, Julianus notat [9]: nam proprietas totius navis, carinæ [10] causam sequitur.

De fructibus navis. 1. De fructibus à malæ fidei possessore restituendis.

LXII. PAPINIANUS lib. VI Quæstionum.

SI [11] navis à malæ fidei possessore petatur, & fructus æstimandi sunt, ut in taberna & area, quæ locari solent [12]. Quod non est ei contrarium, quod de pecunia deposita, quam heres non attingit, usuras præstare non cogitur [13]: nam [14] etsi maxime vectura, sicut usura, non natura pervenit, sed jure [15] percipitur, tamen ideo vectura desideravi potest, quoniam periculum navis possessor petitori præstare non debet, cum [16] pecunia periculo dantis fœneretur [17]. §. 1. Generaliter autem, cum de fructibus æstimandis quæritur, constat animadverti debere, non an malæ fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit [18], si ei possidere licuisset: quam sententiam Julianus quoque probat.

De eo, qui culpa possessionem amisit.

LXIII. IDEM lib. XII Quæstionum.

SI culpa, non [19] fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet æstimationem, audiendus erit à judice, si [20] desideret, *ut adversarius* [21] *actione sua* [22] *cedat:* cum tamen Prætor auxilium [23] quandoque laturus sit, quolibet alio possidente, nulla captione adficietur. Ipso [24] quoque, qui litis æstimationem perceperit, possidente, debet adjuvari: nec [25] facile audiendus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia judicis periculo judicati recepit [26], restituere.

De his, quæ usui, non fructui sunt.

LXIV. IDEM lib. XX Quæstionum.

CUm in rem agitur, eorum quoque [nomine,] quæ usui, non fructui sunt [27], restitui fructus certum est.

De emptore pignoris, qui pecuniam creditori solvit, & fructus percepit. 1. De ancilla filiæ concessa.

LXV. IDEM lib. II Responsorum.

EMptor [28] prædium, quod à non domino emit, exceptione doli posita, non aliter restituere domino cogetur, quam si [29] pecuniam creditori ejus solutam, qui pignori datum prædium habuit, usurarumque medii temporis superfluum recepiaverit: scilicet, si [30] minus in fructibus ante litem perceptis fuit: nam eos usuris novis [31] duntaxat compensari, sumptuum in prædium factorum exemplo [32], æquum est [33]. §. 1. Ancillam, quæ non [34] in dotem data, sed in peculium [filiæ] [35] concessa est [36], peculio filiæ non [37] legato, mancipium hereditarium [38] esse convenit. Si tamen pater dotis ac peculii contemplatione filiam exheredavit, & ea [39] ratione [40] reddita, nihil ei testamento reliquit, aut eo minus legavit: filiam defensio [41] tuebitur voluntatis [42].

De re, quæ conditione ex sistente nostra esse desinet.

LXVI. PAULUS lib. II Quæstionum.

NOn ideo minus recte quid *nostrum esse* vindicabimus, quod abire à nobis dominium speratur [43], si conditio legati vel libertatis existiterit.

De pecunia inventa in domo alienæ.

LXVII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

A tutore pupilli domum mercatus, ad ejus refectionem fabrum induxit: is pecuniam invenit: Quæritur, ad quem pertineat? Respondi, si [44] non thesauri [45] fuerunt, sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata [46]: nihilominus ejus eam esse, cujus fuerat [47].

Si condemnatus non restituit.

LXVIII. ULPIANUS lib. LI ad Edictum.

QUi *restituere* [48] jussus, judici non paret, contendens *non posse restituere*, si [49] quidem habeat rem, manu militari [50], officio Judicis, ab eo possessio transfertur [51]: & fructuum duntaxat, omnisque causæ nomine condemnatio fit. † Si vero non potest restituere, siquidem dolo fecit [52], quo minus possit, is quantum adversarius in litem [53] sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est. Si vero nec potest restituere, nec dolo fecit, quo minus possit, non pluris, quam [quanti] res est, id est, quanti adversarii interfuit [54], condemnandus est. Hæc sententia generalis [est [55]: & ad omnia,] sive interdicta, sive actiones in rem, sive in personam sunt, ex quibus arbitratu judicis quid restituitur, locum habet.

De eo, qui dolo fecit, quominus possideret.

LXIX. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

IS, qui dolo fecit [56], quominus possideret, hoc quoque nomine punitur, quod actor cavere ei non [57] debet,

Actiones, quas ejus rei nomine habeat, se ei præstaturum.

LXX. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

NEc quasi [58] Publicianam quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cujusque sit per rapinam ab invito domino rem justo [59] pretio comparare.

LXXI. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

QUod si possessor quidem dolo fecit, actor vero jurare non vult [60], sed quanti res sit, adversarium condemnari maluit, mos ei gerendus est.

Si non dominus, qui rem vendidit, domino successerit.

LXXII. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SI [61 à 62] Titio fundum emeris Sempronii [63], & tibi traditus sit, pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit [64], & eundem alii vendiderit & tradiderit, æquius est, ut tu potior sis. Nam & si ipse venditor eam rem à te peteret [65], exceptione eum summoveres. Sed & si ipse possideret, & tu peteres, adversus exceptionem, dominii replicatione utereris.

De parte dominii designanda. 1. De superficiario.

LXXIII. IDEM lib. XVII ad Edictum.

IN speciali actione non cogitur possessor dicere, *pro qua parte ejus sit:* hoc enim petitoris munus est, non possessoris [66]. Quod & in Publiciana observatur. §. 1. *Superficiario* [67],

LXXIV. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

(ID est, qui in alieno solo superficiem ita habet, ut certam pensionem præstet,)

LXXV. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

PRætor *causa cognita in rem actionem* [68] pollicetur.

De vindicatione partis. 1. Incertæ.

LXXVI. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUæ [69] de tota [70] re vindicanda [71] dicta sunt, eadem & de parte intelligenda sunt [72], officioque Judicis continetur, pro modo partis ea quoque restitui jubere, quæ simul cum ipsa parte restitui debent. §. 1. Incertæ [73] partis vindicatio datur, si justa causa

---

8. The emptor [illegible] v. [illegible] c. 35. Atque ita evicto tanto, possessor confita in eo fundo tollere non potest, etiamsi eum fundum excoluit, & consevit. *l.* 25. §. *de usuris. l.* 14. §. *de donat. l.* 9. §. *de acquir. rerum dominio.*

88 Sunt enim par. fundi, v. l. 44. §. *eod.*

89 *l.* 14 §. 9. §. *ad senat. Vellej. l.* 2. *C. de calumniator.*

90 Patrocinio.

91 Est enim aliud vindicare, aliud vindicanti patrocinium præstare. Sententia vindicanti nocet, non ejus Advocato. Atenim dices, eum, qui legatum petenti patrocinium præstiterit, removeri eo nomine ab accusatione inofficiosi. *l. ult.* §. *de inoffic.* Cur tam varie? vel ideo, quod solus consensus testamentum adprobare potest, qui ad amittendum dominium non sufficit. *l.* 17. §. 1. §. *de adq. possess.* Huc etiam refer *l.* 13. *in fin.* §. *de contr. empt.*

92 *l.* 2. §. 2. *vers. sed si unius.* §. *de præs. stipulationibus.*

93 V. *l.* 1. §. 3. *l.* 2. *l.* 3. §. *eod.*

94 Et jurium incorporalium; petuntur enim confessoria;) nisi per consequentiam rei corporali accedant.

95 *l.* 57. *in fin.* §. *de petit. hered.* hoc enim modo salva res erit ei, qui ad executionem tardior venit.

96 Vid. Matth. de Afflict. *decis.* 15. *num.* 2. Covarruv. *pract. quæst. c.* 16. Cagnol. ad *l. semper qui.* 60. §. *de regulis juris. num.* 17. S. L.

97 Id est, res judicata. *l.* 13. §. *de exceptionib.* Cicero pro Quintio: ut res facto judicio parata sit, judicatum solvi satisfieri. Liv. 38: Tacito assensu auditum decretum, ut vix in eadem civitate videretur factum judicium. & §: Facto judicio, viva sub terram defossa. & 6: Triste judicium factum.

98 Id est, si servum tuum vindico, & tertius noxali ob eundem utatur, si vicero, servus mihi non prius tradetur, quam præstita tibi cautione, indemnem te futurum adversus tertium agentem noxali: si tertius primo vicerit, mihi non teneberis. est igitur potior noxalis, quam in rem actio. 99 Inquilinus. v. *l.* 27. §. *locati. l.* 1. §. 9. §. *de hit, qui dejecerunt.* 100 Connexa ædibus, quamdiu connexa manent, ædium sunt.

1 *l.* 43. §. *eod. l.* 2. *C. eod.* 2 Vide *l.* 15. §. *de usufruct.* 3 An saltem tenebitur eo nomine ejus tutor, curator, vel custos? 4 V. quæ notavi ad *l.* 13. §. *de off. Præsidis.* 5 Vide ad hanc legem Antonium Fab. 6 *Conjectur.* 15. Goth. Adde Anton. Augustin. *emendat. lib.* 1. *c.* 4. S. L.

6 Secus est, si navem ex alienis tabulis fecero. *l.* 26. §. *de adqu. rer.* 7 Quia tabulæ singulares adfixæ navi, per partes navi, quæ totum quoddam efficit, cedunt. 8 Non fit navis dominus, qui eam ex alienis tabulis confecit, *ut hic.* Imo fit dominus. *d. l.* 26. 9 Recte: Minicius enim distinctione uti debuit: si ex meis tuisque promiscue tabulis ædificio navem, mea navis est, non tua: at si carinæ tuæ tabulas meas impono, tua navis est. Tua carina instar soli est & fundi, & ideo proprietas totius navis carinæ tuæ causam sequitur, id est, tua est navis proprietas, qui carinæ quasi cujusdam soli dominus es. 10 Cuprefi, *l.* 26. §. *de adqui. rerum dominio.* quæ aliena est.

11 Malæ fidei possessor etiam fructus restituit, quos petitor percipere potuisset ex navi, ex taberna, & area, quæ venire solent. 15 *Synopsi. Basil. l.* 1. *c.* 61. 12 Mercedes & pensiones, id est, fructus civiles, rei vindicatione, ut naturales, peti possunt. 13 *l.* 20. §. 14. §. *de hereditatis petitione.*

14 Id est, sicut pecuniæ periculum præstat, qui eam fœnori dedit. *Synopsi. Basil. ibid.* 15 Non ex aliquo corpore, sed conventione partium. 16 Fructum & utilitatem alia natura præbent: alia, jure. Jure utilitatem præbent, non natura, navis & pecunia: hæc usuras, illa vecturam seu vecturæ pretium. adde *l.* 121. §. *de verb. signif.* 17 Sensus est: Possessor hereditatis, qui pecuniam hereditariam non attingit, usuras, quas non percepit, non debet; (nec enim inveuta est pecunia ut pariat usuras; alioquin usuræ peterentur contra naturam & originem pecuniæ. At qui nave hereditaria non utitur, vecturas non tantum perceptas, sed eas quas percipere potuit, præstabit: navis enim ad hoc inventa est ut navigetur. *l.* 12. §. 1. §. *de usufructu.* 18 Fructus percipiendi intelliguntur, qui a petitore percipi potuerunt. *Bart.* 19 Dolo seu fraude, & culpa, quis desinat rem alienam post litem contestatam possidere, interest priore casu, quanti in litem juratum: posteriore, quanti revera interest, res condemnabitur: quin priore casu actor, qui litis æstimationem percepit, actiones suas cedere ei non debet: sed neque Publiciana, qui ita desiit dolo possidere, rem persequi poterit. *l.* 25. §. *eod.* posteriore vero casu actiones ceduntur. *l.* 21. §. *eod.* quia & non cessis actionibus datur ei Publiciana à Prætore, *ut hæc lege.* 20 Tunc enim secus. *l.* 69. §. *eod.*

21 Petitor scilicet. 22 Qua adversus novos rei possessores utatur, sed & adversus ipsum petitorem, si res ad eum pervenerit. 23 Auxiliaris hæc Publiciana est, non ordinaria.

24 Publiciana igitur datur hoc casu adversus dominium, qui rei & litis ipsius æstimationem accepit.

25 Qui litis æstimationem accepit, non potest rescindere hujusmodi venditionem reddita litis æstimatione, quam condemnatus præstitit suo periculo: utputa sub incerto amissæ rei recuperandæ.

26 *l.* 22. *C. mandati.*

27 Id est, quæ usu consumuntur. *l.* 1. 2. §. *de usufr. earum rerum.*

28 Qui prædium alienum emit, non aliter domino restituit, quam si pecuniam ejus creditori solutam, qui pignori datum prædium habuerit, recuperaverit. 15 *Eclog.* 1. *c.* 65. 3 *Harmen.* 3. §. 98. De his vero, quæ sequuntur, apud Eclogæ Scholiasten illo loco, *si enim pretium solvit, cur non habeat actionem contra venditorem*, quærendum, quomodo hic cohæreant. *Goth.* Vid. in hanc leg. remiss. ad *l.* 48. §. *eod.* Anf. 29 *l.* 89. §. 4. §. *de legat.* 2.

30 *l.* 48. §. *eod. l.* 1. *in fin.* §. *de pign.*

31 Id est, *bonis* quæ deberi cœperunt à die solutionis.

32 *l.* 48. §. *eod.*

33 Id est, emptor pignoris aut hypothecæ, non prius cogitur pignus domino restituere, quam pretio recepto. Quod si usuras pretii petit, ab eo vicissim fructus pignoris petentur: quod si hæ usuræ fructus à se perceptos exsuperant, superfluum usurarum juste postulabit.

34 Quid si in dotem data fuisset? filia exheredata eam haberet. *l.* un. §. *videamus. C. de rei uxoriæ action.*

35 Nupturæ.

36 A patre.

37 *l.* 12. *C. de collationibus.*

38 Peculiare mancipium filiæ meæ, si non id ei legavero, me mortuo, peculiare esse desinit, & hereditarium fieri incipit.

39 Ut si dixero, *filiam meam exheredo, quod à me dotis nomine ancillam habuerit.*

40 Ratio auget, minuit, & constituit legatum. *Alberic. hic.* ut & institutionem heredis.

41 Enunciativa verba, quæ causam continent, exceptionem meram inducunt, *ut hic.*

42 Ancillam habebit, quando pabebit, quando pa-

---

tris ejus voluntas talis fuerat. 43 V. *l.* 12. §. *res. familiæ. l.* 105. §. *de reg. jur.* 44 Synopsis Basilicon 15. περὶ Σημαιῶν ὑφεστοκότων, *c.* 67. Thesaurus igitur inventus, ad emptorem pertinere solet. 45 V. quæ notavi ad *Nov. Leon.* 51. *de Thesauro.* 46 V. *l.* 31. *in fin.* §. *de adquir. rerum.*

47 Pecunia inventa in domo per me empta, est venditoris, non mea, nisi fit thesaurus. *Zas.* Igitur thesaurus continuo non est pecunia fortuito effossa: nec enim thesaurus est pecunia perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata. 15 Synopf. Basil. 1 *ex lib* 9. *tit.* 3. *c.* 67. περὶ Σημαιῶν ὑφεστοκότων. 48 V. Duaren. *in tr. de in litem jur. n.* 44. Corras. 6. *Miscell.* 2. Goth. Adde Goedd. *de cont. stip. c.* 9. *n.* 60. 61. 68. Anf. 49 Vide Zas. 2 *respons.* 21. 50 V. *l.* 2. *C. de his, qui latrones.* 51 V. *l.* 36. §. *de liberali causa.* 52 Nam ob eam causam in litem juratur, non etiam ob culpam. *l.* 5. §. 3. §. *de in litem jur.* 53 Juratur in litem adversus eum, qui dolo possidere desiit: hæc enim propria ejus est, qui dolo possidere desiit, condemnatio. *l.* 2. §. *de in litem jur. l. ult.* §. *justitiæ.* §. *de appell.* 54 Notanda sunt hæc auxilia adversus non restituentem, rei ablatio, in litem juratio, intereſſe præstatio, rei vera æstimatio, cautionis exactio. *l.* 69. §. *eod.* 55 Id est, locum habet in actionibus bonæ fidei, & interdum in stricti juris. *d. l.* 5. 56 *l.* 63 §. *eod.* 57 Imo debet. *l.* 12. §. *de rei jud.* quam vide. 58 Quasi Publiciana, idem quod utilis. 59 Injusto pretio. *Halo.* adde *l.* 9. §. *rer. amotar.* 60 Potest enim jurare. *l.* 68. §. *eod.* 61 Si fundum Titii mihi vendideris, eumque tradideris alteri, ego sum potior: quippe si ego possideam, & tu petas, exceptione re submoveo: si tu possideas, persequor. Ita Græci hujus facti speciem ponunt. 15 *Eclog.* 1. *c.* 72.

62 V. *l.* 2. §. *de excepti. rei judic.* 63 Atque ita alienum. 64 V. *l.* 38. §. 4. §. *de verb. oblig. l.* 4. §. 32. §. *de dolo.* 65 *l.* 17. §. *de evictionib.* 66 *l.* 4. *C. de edendo.* 67 *l.* 74. §. *eod. l.* 12. §. 3. §. *de Publiciana. l.* 1. 2. §. *de superficiebus.* 68 Utilem. *l.* 16. *in fin.* §. *de pignoratitia.* 69 Argumentum à toto ad partem. adde quæ scripsi ad *l.* 33. §. *de legat.* 3. & *ad* §. 12. *Inst. de legatis.* & apud Theoph. *ibid.* Goth. text. in *l.* 7. *de lib. leg.* §. 18. *Inst. de legat.* fallit in *l.* 78. §. *de leg.* 2. v. omnino Goedd. *de verb. sign. ad l.* 25. *n.* 22. Anf. 70 Cum fructibus post litem motam, & omni causa.

71 A domino scilicet: cum res ab alio possidetur. 72 *l.* 51. *in fin.* §. *de administr. tut.* si modo eadem sit ratio; si totum & pars eodem jure deferuntur: secus vero in odiosis. *Bart.* 73 *l.* 1. §. *fin.* §. *si pars hereditatis. l.* 8. §. 1. §. *comm. divid.* An incertæ pecuniæ votum Deo factum valeat? Licinius Pontifex Maximus negabat, aliud tamen, & rectius, collegium Pontificum decrevit, cujus ideo decretum Senatus Consulque sequutus est. vide Liv. *lib.* 31.

causa interveniat. † Justa autem causa esse potest, si forte legi Falcidiæ locus sit in testamento, propter incertam detractionem ex legatis, quæ vix apud judicem examinatur: justam enim habet ignorantiam legatarius 75, cui homo legatus est, quotam partem vindicare debeat: itaque talis dabitur actio: eadem & de cæteris rebus intelligemus.

Si mulier rem donatam conduxit.

LXXVII. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

QUædam mulier fundum [ita] non marito donavit per epistolam, & eundem fundum ab eo conduxit 76: posse defendi in rem ei competere, quasi per 77 ipsam adquisierit possessionem, veluti per colonam. Proponebatur, quod etiam in eo agro, qui donabatur, fuisset, cum epistola emitteretur: quæ 78 res sufficiebat 79 ad traditam possessionem, licet conductio non intervenisset.

De fructibus, & bona fidei possess.

LXXVIII. LABEO lib. IV Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI ejus fundi, quem alienum possideres 80, fructum non coëgisti 81, nihil ejus fundi fructuum nomine te dare oportet. Paulus: Imo quæritur, hujus fructus idcirco factus est, quod is eum suo nomine perceperit. * *Perceptionem* 82 *fructus* accipere debemus, non si perfecti 83 collecti, sed etiam cœpti 84 ita percipi, ut terra continere se fructus desierint: veluti, si olivæ, uvæ lectæ, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum sit: statim enim ipse accepisse fructum existimandus est.

De fructibus servi petiti, qui mortuus est.

LXXIX. IDEM lib. VI Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI hominem à me 85 petieris, & is post litem contestatam mortuus 86 sit, fructus, quoad [87 is] vixerit, æstimari oportet 88. Paulus: Ita id verum esse puto, si non prius is homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ ejus inutiles factæ sunt: nam, ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus ejus temporis nomine æstimari conveniret.

Si quis neget se possidere.

LXXX. FURIUS ANTHIANUS lib. I ad Edictum.

IN rem 89 actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere, *se non possidere* 90: ita ut si possit adversarius convincere 91, rem ab adversario possideri, transferat ad se possessionem 92 per judicem 93, licet suam esse non adprobaverit.

TIT. II.

DE PUBLICIANA 1 IN REM ACTIONE 2.

Edictum. 1. *De re usucapta.* 2. *De traditione & aliis modis acquirendi dominium.*

1. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

AIT Prætor: SI QUIS ID, QUOD TRADITUR 3 EX JUSTA CAUSA NON 4 A DOMINO, ET NONDUM USUCAPTUM 5 PETET, JUDICIUM DABO. §. 1. Merito Prætor ait, *nondum usucaptum*: nam, si usucaptum est, habet civilem 6 actionem 7, nec desideratæ honorariam.

§. 2. Sed cur 8 *traditionis* dumtaxat, & *usucapionis* fecit mentionem: cum satis multæ sint juris partes 9, quibus dominium quis nancisceretur 10? ut puta legatum,

II. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

VEL 11 mortis causa donationes factæ: nam 12 amissa possessione, competit Publiciana, quia 13 ad exemplum legatorum 14 capiuntur 15.

De causa traditionis.

III. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SUNT [&] aliæ pleræque 16. §. 1. Ait Prætor; EX JUSTA CAUSA 17 PETET. Qui igitur justam causam traditionis habet, utitur Publiciana. † Et non solum emptori bonæ fidei competit Publiciana, sed & aliis: ut puta ei, cui dotis nomine tradita res est, necdum usucapta: est enim justissima causa 18, sive æstimata 19 res in dotem data sit, sive non. Item si res ex causa judicati sit tradita,

IV. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

VEL solvendi causa 20,

V. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

VEL ex causa noxæ deditionis 21: sive vera causa sit, sive falsa.

Si servus ex noxali causa ducatur.

VI. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

ITem si servum ex causa noxali, quia non defendebatur, jussu Prætoris duxero 22, & amisero possessionem, competit mihi Publiciana.

De re adjudicata. 1. *De eo, qui solvit litis æstimationem.* 2. *De eo, qui emit à furioso.* 3. *De causis lucrativis.* 4. *Si quis emerit à minore.* 5. *De permutatione.* 6. *Hoc Judicium esse petitorium.* 7. *De Jurejurando.* 8. *Collatio hujus actionis & rei vindicationis.* 9. *De successoribus.* 10. *Si servus, vel procurator, vel tutor vel curator, vel negotiorum gestor emerit.* 11. *De bona fide emptoris & dolo venditoris.* 12. *De fide defuncti & heredis.* 13. *Si servus emerit.* 14. *De emptione & bona fide, & rei traditione.*

VII. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SED & si res adjudicata sit 23, Publiciana actio competit.

§. 1. Si lis 24 fuerit æstimata, similis 25 est venditioni: & ait Julianus, lib. XXII Digestorum, si obtulit reus æstimationem litis 26, Publicianam competere. §. 2. Marcellus lib. XVII Digestorum scribit: Eum 27, qui à furioso, ignorans 28 eum furere, emit 29, posse usucapere: ergo 30 & Publicianam habebit 31.

§. 3. Sed & si quis ex lucrativis causis rem accepit, habet Publicianam, quæ etiam adversus donatorem competit: *est* 32 *enim justus possessor, & petitor, qui liberalitatem accepit.* §. 4. Si à minore quis emerit, ignorans eum minorem esse, habet Publicianam.

§. 5. Sed & si permutatio 33 facta sit, eadem actio competit.

§. 6. Publiciana actio ad 34 instar proprietatis 35, non ad instar possessionis 36, respicit. §. 7. Si petenti mihi rem, jusjurandum detuleris, egoque juravero *rem meam esse*, competit Publiciana mihi, sed adversus te dumtaxat 37: Ei enim soli nocere debet jusjurandum, qui detulit. Sed si possessori 38 delatum erit jusjurandum, & juraverit *rem petitorii non esse*, adversus eum solum petentem exceptione uretur, non ut & habeat actionem. §. 8. In Publiciana actione omnia eadem 39 erunt, quæ & in rei vindicatione diximus. §. 9. Hæc actio & heredi, & [in] honorariis successoribus 40 competit. §. 10. Si ego non emero, sed servus meus 41, habebo Publicianam. Idem est & si procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negotium meum gerens emerit. §. 11. Prætor ait, QUI BONA 42 FIDE EMIT. Non igitur omnis emptio proderit, sed ea, quæ bonam fidem habet. Proinde hoc sufficit, me bonæ fidei emptorem fuisse, quamvis non à domino emerim, licet ille callido consilio vendiderit: neque enim dolus venditoris mihi nocebit 43. §. 12. In hac actione non oberit mihi, si 44 successor sum, & dolo feci, cum is, in cujus locum successi, bona fide emisset: nec proderit si dolo careo, cum emptor, cui successi, dolo fecisset. §. 13. Sed enim si servus meus emit 45, dolus ejus erit spectandus, non meus: vel contra. §. 14. Publiciana tempus emptionis continet: & ideo neque quod 46 ante emptionem, neque quod postea dolo malo factum est, in hac actione deduci, Pomponio videtur. §. 15. *Bonam* autem *fidem solius emptoris* continet. §. 16. Ut igitur Publiciana competat, hæc debent concurrere: ut & bona fide quis emerit, & ei res empta, eo nomine sit 47 tradita 48. Cæterum ante traditionem, quamvis bonæ fidei quis emptor sit, experiri Publiciana non poterit. §. 17. Julianus lib. VII Digestorum scripsit: Traditionem rei emptæ oportere bona fide fieri 49: ideoque si sciens 50 alienam possessionem adprehendit, Publiciana eum experiri non posse: quia usucapere non poterit. Nec quisquam putet, hoc nos existimare, sufficere initio traditionis ignorasse rem alienam, uti quis possit Publiciana experiri: sed oportere & tunc 51 bona fide emptorem esse.

De pretii solutione.

VIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

DE pretio 52 vero soluto nihil exprimitur: Unde potest conjectura capi 53, quasi nec sententia Prætoris ea sit, ut requiratur, *an solutum sit pretium.*

De traditione. 1. *Vel quasi.* 2. *De traditione præcedente.* 3. *De re hereditaria emptori hereditatis tradita.* 4. *Si duo separatim emerint eandem rem.* 5. *De his, quæ usucapi non possunt.* 6. *De servo emptoris.*

IX. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SIve autem emptori res tradita est, sive heredi emptoris, Publiciana competit 54 actio. §. 1. Si quis rem apud se depositam, vel sibi commodatam emerit, vel pignori sibi datam, pro 55 tradita erit 56 accipienda, si post emptionem apud eum remansit 57.

§. 2. Sed & si præcessit traditio emptionem, idem erit dicendum. §. 3. Item si hereditatem emero, & traditam mihi rem hereditariam 58 petere velim, Neratius esse scribit Publicianam.

§. 4. Si 59 duobus quis separatim vendiderit bona fide ementibus, videamus, quis magis Publiciana uti possit: utrum is, cui priori res tradita est, an is, qui tantum emit. Et Julianus lib. VII Digestorum scripsit: ut, si quidem ab eodem non domino emerint, potior sit, cui priori 60 res tradita est: quod si à diversis non dominis, melior 61 causa sit 62 possidentis, quam petentis: Quæ sententia vera est. §. 5. Hæc actio in his, quæ usucapi non possunt, puta furtivis, vel [in] servo fugitivo 63, locum non habet.

§. 6. Si servus hereditarius ante 64 aditam hereditatem, aliquam rem emerit, & traditam sibi possessionem amiserit, recte heres Publiciana utitur, quasi ipse possedisset. Municipes quoque, quorum servo res tradita est, in eadem erunt conditione:

X. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

SIve peculiari nomine servus emerit, sive non.

De re vendita, alii tradita. 1. *De servituribus.* 2. *De partu ancillæ furtivæ, & partu partus.* 6. *De eo, quod rei emptæ accedit, vel ea supereft.*

XI. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SI ego emi, & mea voluntate alii res fit tradita, Imperator Severus rescripsit, Publicianam [illi] dandam. §. 1. Si de usufructu agatur tradito 65, Publiciana datur. Itemque servitutibus urbanorum prædiorum per traditionem constitutis, vel per patientiam 66, forte si per domum quis suam passus est aquæductum transduci: item rusticorum: nam & hic traditionem, & patientiam tuendam constat. §. 2. Partus 67 ancillæ furtivæ, qui apud bonæ

---

1 2 *Harmen. 1. in fi.*

2 Quæ & Publicianum judicium. *l.* 13. §. 1. ff. *eod.*

3 Id est, quod traditum est.

4 Id est, à non domino: ab eo, qui non est dominus.

5 *l.* 13. ff. *eod.* §. 4. §. 31. *Inst. de act.*

6 Rei vindicationem, de qua *superiore titulo* dictum est.

7 *l.* 8. *C. de præscr.* 30 *vel* 40 *annor.*

8 Quæstionem seu dubitationem, at decisionem seu rationem hic nullam adfert Jurisconsultus.

9 Species, modi, causæ.

10 Sine traditione.

11 Vide Cujacium 10 *obs.* 28.

12 Quidam legunt *in quibus amissa.*

13 *Al.* quæque.

14 *l. ult. C. de mort. caus.*

15 Id est, adquiruntur ipso jure, scilicet sine traditione. vide *Cuj.* 10. *observ.* 28.

16 Causæ scilicet, ex quibus dominium transferatur sine possessione, id est, corporali rei præstatione.

17 Adquisitionis. *l.* 13. ff. *eod.*

18 *l.* 1. ff. *pro dote.*

19 *l.* 7. §. 1. ff. *eod.*

20 *l.* 46. ff. *de usucap.*

21 *l.* 28. ff. *de noxalib.*

22 *l.* 2. §. *final.* ff. *si ex noxali causa.*

23 In judicio divisorio. §. 5. *Inst. de officio judicis.*

24 *l.* 46. ff. *de rei vindic.*

25 Æstimatio litis, similis est venditioni. vide *l.* 22. ff. *rerum amotarum. l.* 3. ff. *pro emptore.*

26 *l.* 3. *in fi.* ff. *eod.*

27 Qui à furioso imprudens emit, Publicianam habet, potest enim usucapere, *ut hic.* Idem est si à minore imprudens emerit, vel permutatione vel donatione acceperit. §. 4. 5. ff. *eod.* 15 *Eclog.* 1. *ex tit.* 2. *c.* 2. 3 *Harmenop.* 3. §. 105. 106.

28 Putativus titulus, usucapiendi conditionem inducit, & consequenter Publicianam.

29 Vide *l.* 2. *C. de contrab. empt.*

30 Argumentum ab usucapione ad Publicianam: seu à facultate usucapiendi, ad Publicianæ movendæ facultatem.

31 Imo, non habet, *l.* 2. §. 16. ff. *pro empt.* Cujacius in eadem *l.* 2. putat mendum esse. Antonius Mercator, 2 *not.* 17. tradit ex sententia Cujacii, *d. l.* 2. ad jus strictum & summum referri, quod furiosum tuetur, non emptorem: hanc vero bonæ fidei, furiosi, inumbratæ quietis, *l.* 18. §. 1. ff. *de adquir. possess.* cui languet animus, hominem intelligi. *l.* 44. §. 6. ff. *de usucap.* Vel ita: Publiciana non competit adversus furiosum, aut ejus heredem, *ut d. l.* 2. §. 16. competit adversus rei dominum extraneum, *ut hic.* vel ita: Competit Publiciana, si furiosus rem extranei vendidit: non competit, si rem propriam vendidit.

32 Hinc illud nostri, id est, Francici, *il n'y a si belle acquisition, que de don.*

33 Permutatione qui quid acquisivit, Publiciana uti potest.

34 Μίμησιν τάξεως διανομῆς, *Synops. Basilic. illo loc.* adde §. 8. ff. *eod.* & *Harmenop.* 1. §. 71.

35 Dominii.

36 Nudæ.

37 Vid. *l.* 3. §. 3. ff. *de jurejur.*

38 *l.* 11. ff. *de jurejur.*

39 Adde §. 6. ff. *eod.*

40 *l.* 12. §. 1. ff. *eod.*

41 *l.* 9. *in fi.* ff. *eod.*

42 Publiciana omni emptori bonæ fidei competit, nec ei dolus venditoris nocet. *Eclog. illo loco.*

43 *l.* 4. §. 31. ff. *de dolo mali.*

44 Vid. *l.* 6. ff. *de itinere actuque privato.*

45 Vid. *l.* 12. ff. *de contrab. empt.*

46 Publicianam nemo habet, antequam per traditionem rem acceperit, quamvis emptor bonæ fidei sit. *Eclog. illo loco.*

47 In dubio tamen quis præsumitur possidere ex causa præcedentis tituli. *Bart.*

48 *l.* 10. ff. *de usucap. l.* 2. ff. *pro emptor.*

49 Adde *l.* 7. §. 11. ff. *eod. l.* 12. §. 4. ff. *eod.*

50 Scientia non simpliciter rei alienæ, sed injustæ possessionis, malam fidem constituit: Prior scientia non impedit usucapionem, si modo justa possessio sit: posterior impedit: unde colligitur, Publicianam non dari nisi de re quæ usucapi possit, & ei qui usucapere possit.

51 Id est, initio traditionis: ut ait Hagiotheodoretus ἐν ἀρχῇ τῆς συμβάσεως τῆς νομῆς, hoc sensu plus est bona fide emptorem esse tum, cum res empta per traditionem accipitur, quam ignorare alienam. Ut enim mihi emptori, rei emptæ nomine competat Publiciana, non sufficit tempore mihi traditæ possessionis ignorasse rem alienam esse, sed hoc amplius exigitur bona fide me emptorem esse, hoc est, me sciviße alienam possessionem non adprehendere: mala fides est, scire alienam esse possessionem, seu alienam possessionem mihi tradi. Non est mala fides, rem alienam mihi tradi, *ut hic.* Quid, scire rem alienam mihi tradi, estne mala fides? Cujacius negat 6. *ad Africanum ad l.* 28. ff. *de noxalibus.* Censet enim malam fidem non esse scientiam rei alienæ, sed injustæ possessionis, & hanc non illam usucapionem impedire. 52 Publiciana emptor agens, non necesse habet probare pretium se solvisse venditori, aut sibi fidem habitam de pretio: atque ita, Quasi dominium in emptorem transfertur, etiamsi non probet solutum pretium, aut sibi fidem habitam de pretio.

53 Generaliter lex generalis accipi debet. Vide tamen Socinum regula 292. Ubi lex non distinguit, neque nos distinguimus. *Bart.* 54 Quid ita? titulus ad heredem transmittitur, & à defuncto possessionem habet. 55 Adde *l. ult.* ff. *de except. rei venditæ. l.* 62. ff. *de evict.* §. 44. *Inst. de rer. div.*

56 Cur? ficta traditio sufficit ad Publicianam habendam, *ut hic*, at non ad rei vindicationem: pretium enim tum solutum esse oportet, vel fidem habitam de pretio. 57 Et sic retinuit. Retentione rei adquiritur dominium, *ut hic. & l.* 7. §. 1. ff. *eod. l.* 77. ff. *de rei vind. l.* 8. *in fi.* ff. *si certum. Auth. sed & si quis. C. de secund. nupt. l.* 42. ff. *de usufr.* §. *interdum. Inst. de rer. divis.* Lapsus itaque fuit post Joannem Accursius, qui dixit, dominium adquiri sine possessione, debuit enim dicere, sine traditione, retentione vel apprehensione. 58 Id est, partem hereditatis. *l.* 12. §. 6. ff. *eod.* 59 Si duobus eadem res separatim bona fide vendita fuerit, si quidem ab eodem (qui videlicet dominus non fit) potior est, qui traditione primus accipit: sin à diversis non dominis, melior causa possidentis est, *Synops. Basil. περὶ πρωτότητος ἐν δυσὶ πράσεσιν ἀγορᾶς. ex tit.* 2. *c.* 9. §. 3. 60 *V. l.* 31. *in fi.* ff. *de act. empt.*

61 *V. l.* 128. ff. *de reg. jur.* 62 Imo non est melior causa possidentis, sed prioris. *l.* 14. ff. *uti potior.*

63 *Vi. C. de servis fugit.* 64 *V. l. ult. in fi.* ff. *de usucap.* 65 Vide quæ notavi *ad l.* 43. ff. *de adq. rer. dominio.* 66 Quæ in servitute constituenda pro traditione habetur. *l.* 1. *in fi.* ff. *de servit. rust. l.* 3. ff. *de usufructu.* 67 Publiciana petitur partus ancillæ furtivæ, apud emptorem bonæ fidei conceptus, etiamsi ab emptore non sit possessus. *15 Eclog.* 2. *c.* 11.

bonæ fidei emptorem conceptus est [68], per hanc actionem petendus est: etiamsi ab eo, qui emit, possessus non est. Sed [69] heres furis hanc actionem non habet: quia vitiorum defuncti successor est. §. 3. Interdum tamen, licet furtiva mater distracta non sit, sed donata ignoranti mihi, & apud me conceperit & pepererit, competit mihi in partu Publiciana, ut Julianus ait: si modo eo tempore, quo expectat [70] furtivam matrem ignorem. §. 4. Idem Julianus generaliter dicit, ex qua causa matrem usucapere posset, si [71] furtiva non esset, ex [72] ea causa partem me usucapere, si furtivam esse matrem ignorabam. Ex omnibus igitur casibus Publicianam habebo. §. 5. Idem est & si ex partu partus est: & si non natus, sed post mortem matris, exsecto ventre ejus, extractus est, ut [&] Pomponius [lib. XL] scripsit. §. 6. Idem ait, ædibus emptis, si fuerint diruta, ea, quæ ædificio accesserunt [73], hujusmodi actione petenda. §. 7. Quod tamen per alluvionem fundo accessit, simile [74] sit ei, cui accedit: & ideo, si ipse fundus Publiciana peti non potest, non hoc petetur: si autem potest, & ad partem [75], quæ per alluvionem accessit [76], & ita Pomponius scribit. §. 8. Idem adjicit, & si statuæ emptæ partes recisæ petantur, similem actionem proficere. §. 9. Idem scribit: si aream emero, & insulam [77] in ea ædificavero, recte me Publiciana usurum. §. 10. Item inquit: si insulam emi, & ad aream ea pervenit, æque potero uti [Publiciana].

De re à sponso sponsæ donata, & in dotem accepta. 1. *De fideicommissario universitate.* 2. *De vectigalibus & aliis prædiis, quæ usucapi non possunt.* 3. *De Insula superficiaria.* 4. *De re, quæ non potest alienari.* 5. *De servo nondum anniculo.* 6. *De partu per uxorem.* 7. *De momento possessionis.*

XII. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

CUm sponsus sponsæ servum donasset, eumque in dotem accepisset ante usucapionem: rescriptum est à Divo Pio, divortio facto restituendum esse servum: nam valuisse [78] donationem inter sponsum & sponsam. Dabitur ergo & possidenti exceptio: &, amissa possessione, Publiciana [79]: sive extraneus, sive donator possideat. §. 1. Is, cui ex Trebelliano hereditas restituta est, etiamsi non fuerit nanctus possessionem, uti potest Publiciana. §. 2. In vectigalibus [80], & in aliis prædiis [81], quæ usucapi non [82] possunt [83], Publiciana competit [84], si forte bona fide mihi tradita sunt. §. 3. Idem est & si superficiariam [85] insulam à non domino bona fide emero. §. 4. Si res talis sit, ut eam Lex [86] aut Constitutio [87] alienari prohibeat, eo casu Publiciana non competit: quia his casibus neminem Prætor tuetur, ne [88] contra [89] Leges faciat. §. 5. Publiciana actione etiam de infante servo nondum anniculo [90] uti possumus. §. 6. Si pro parte quis rem petere vult, Publiciana actione uti potest. §. 7. Sed etiam is, qui momento possedit, recte hac actione experietur.

De causis hujus actionis. 2. *De eo, qui à pupillo emit.*

XIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUæcumque sunt justæ causæ adquirendarum rerum [91], si ex his causis nancti res amiserimus, dabitur nobis, earum rerum persequendarum gratia, hæc actio. §. 1. Interdum quibusdam nec ex justis possessionibus competit Publicianum judicium: namque pigneratitiæ, & precariæ [92] possessiones justæ [93] sunt, sed ex his non solet competere tale judicium: illa scilicet ratione, quia neque creditor [94], neque is, qui precario rogavit, eo animo nancisci possessionem, ut credat se dominum esse. §. 2. Qui à pupillo emit, probare [95] debet, *tutore autore, lege non prohibente, se emisse* [96]. Sed [&] si deceptus falso tutore [autore] emerit, bona fide emisse videtur [97].

Si procurator rem domino volente vendit, eoque invito tradat.

XIV. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

PApinianus lib. VI Quæstionum scribit: Si quis prohibuit, vel denunciavit [98], *ex causa venditionis traditi* [99] *rem, quæ ipsius voluntate à procuratore fuerat distracta* [100], & is nihilominus tradiderit, emptorem tuebitur Prætor, sive possideat, sive petat rem [1]: Sed, quod judicio empti procurator emptori præstiterit, contrario judicio mandati consequetur: potest enim fieri, ut emptori res auferatur ab eo, qui venire mandavit: quia per ignorantiam non est usus exceptione, quam debuit opponere, veluti, SI NON AUTORMEUS EX VOLUNTATE TUA VENDIDIT.

De re empta, à fisco, qui in fuga est.

XV. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

SI servus meus, cum in fuga sit, rem a non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei traditæ per eum nanctus non [2] sim [3].

De exceptione dominii Publicianæ opponenda.

XVI. PAPINIANUS lib. X Quæstionum.

PAulus notat: Exceptio [4] justi [5] dominii Publicianæ objicienda [6] est.

XVII. NERATIUS lib. III Membranarum.

PUbliciana actio non ideo comparata est, ut res domino auferatur (ejusque rei argumentum est primo æquitas, deinde exceptio SI [7] EA RES POSSESSORIS [8] NON [9] SIT); sed ut is, qui bona fide emit, possessionemque [ejus] ex ea causa nanctus est, potius rem habeat [10].

4 Publicianæ objicitur exceptio justi dominii, cujus formulam vide *l. ult. ff. cod.* Verum ea rursus eliditur replicatione doli mali, si non litis æstimationem exsolverit reus: Ita multis casibus agenti Publiciana, nihil officit exceptio dominii; ut Accursius notat, *l. ult. ff. cod.* adde alios casus ex *l. 31. ff. ex quibus causis majores. l. 57. ff. mandati. l. 63. in fin. ff. de rei vindicat.* 5 Veri, non fictitii: hoc enim dicitur ad differentiam ejus dominii, quod habet bonæ fidei possessor.

6 Per quem? per verum dominum. Cur? Ne melioris sit conditionis non dominus, quam dominus, aut qui usucapit. Certis tamen casibus non opponitur, seu non admittitur hæc exceptio. *l. 57. ff. mandat. l. 31. ff. ex quibus causis majores. l. 28. ff. de noxalibus. l. 63. ff. de rei vindic. l. 2. ff. de except. l. 24. ff. de except. rei judicatæ.* 7 Formula est exceptionis dominii, vid. *l. 24. ff. de except. rei judicatæ: Cujacium in explicatione 6. ad Africa. lege 8. ff. de noxalib. actionibus.* 8 Id est, domini. 9 Exceptio dominii repellit Publicianam. *Bart.* adde *l. 24. ff. de except. rei jud.*

10 Quam qui nullum titulum habet.

TIT. III.

SI AGER [11] VECTIGALIS [12], ID EST, EMPHYTEUTICARIUS [13], PETATUR.

Agrorum divisio. 1. *De perpetua vel temporali conductione.*

1. PAULUS lib. XII ad Edictum.

AGri civitatum alii *vectigales* vocantur, alii *non. Vectigales* vocantur, qui in perpetuum [14] locantur: id est hac lege, ut tamdiu pro illis vectigal pendatur, quandiu neque ipsis, qui conduxerint, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri [15] eos liceat. *Non vectigales* sunt, qui ita colendi dantur, ut privatim agros nostros colendos dare solemus.

§. 1. Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamvis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis [16] in rem actionem adversus quemvis possessorem: sed & adversus ipsos municipes:

II. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

ITa tamen, si vectigal solvant [17].

III. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

IDem est & si ad tempus [18] habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum sit.

11 De ædificiis vectigalibus, vide *l. 2. §. 17. ff. ne quid in loco publ.* De domo vectigali, vid. *l. 71. in fin. ff. de legatis. 1.*

12 *Vectigalia* prædia sunt civitatum prædia emphyteuticaria: Tributaria & stipendiaria, sunt provincialia prædia. vid. *Theophil. §. per traditionem. 40. Inst. de rer. divis.* Plura de vectigalibus agris, vide in *l. 1. ff. cod. l. 20. §. 5. ff. de captivis.* adde *de Emphyteus. Tit. C. de jure Emphyteutico. & §. adeo. 3. Inst. de locato.*

13 Qui & fructuarius. Cicero *familiarium 9.*

14 *l. 11. §. 1. ff. de publican.* adde *l. 15. §. 26. ff. de damno. l. 71. in fin. ff. de legat. 1.* 15 *l. 1. C. de adminis. rerum public. lib. 11.* adde *l. 2. C. de locat. prædiorum. cod. libro.* 16 *l. 16. in fin. ff. de pignoratitia.* Goth. Adde *l. 12. §. 2. ff. de Publician. in rem act.* Cujac. *lib. 7 observ.* 3. Hinc dominium aliud utile, aliud directum. *arg. l. 3. l. 6. C. de fund. patrimon.* Unde nec illi qui agros vectigales possident, fatisdare coguntur. *l. 15. ff. qui satisd. cog.* Anf. 17 *l. 1. in fin. ff. de loco publico fruendo.* 18 Non modicum. *arg. l. 1. §. quod ait. ff. de superficiib.* vide *l. 3. §. 4. ff. de rebus eorum qui sub tutela.* & Cujacium, *Inst. de locatione.*

LIBER SEPTIMUS.

TIT. I.

DE USUFRUCTU [1], ET QUEMADMODUM QUIS UTATUR FRUATUR.

Definitio.

1. PAULUS lib. III ad Vitellium.

Usufructus [2] est jus [3] alienis [4] rebus utendi fruendi, salva [5] rerum substantia.

Fundamentum.

II. CELSUS lib. XVIII Digestorum.

ESt enim usufructus jus in corpore: quo sublato [6], & ipsum tolli necesse est [7].

Quibus modis, 1. *Et quarum rerum constituitur.* 2. *De interitu.* 3. *Quibus modis usus constituitur, & finitur.*

III. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum, vel aureorum.

OMnium [8] prædiorum, jure legati [9] potest constitui usufructus, ut heres jubeatur *dare alicui usumfructum.* Dare autem intelligitur, si [10] induxerit in fundum legatarium, eumve patiatur [11] utifrui. Et sine [12] testamento [autem] si quis velit usumfructum constituere, pactionibus [13], & stipulationibus id efficere potest [14].

§. 1. Constitit [15] autem usufructus non tantum in fundo, & ædibus, verumetiam in servis, & jumentis, cæterisque [16] rebus.

§. 2. Ne [17] tamen in universum inutiles essent proprietates, semper [18] abscedente usufructu, placuit certis modis extingui usumfructum, & (ad) proprietatem reverti [19]. §. 3. Quibus autem modis usufructus [&] constitit, & finitur, iisdem modis etiam nudus usus solet & constitui [20], & finiri.

1 III. C. XXX. & 11. Inst. IV.

2 *Inst. eod. in princ.* 16. *Eclog. 1. c. 1. & 2. Harmenop.* 10.

3 Constitutum scilicet, vel adquisitum: vel jus in corpore. *l. 2. ff. eod.* servitus, *Accurs.*

4 *l. 5. in princ. ff. si usufructus. pet.*

5 Id est, donec salva est.

6 *Inst. eod. in pr.* vide *l. 23. ff. quib. mod. usufr. amittatur.*

7 Cur? accidens non est sine subjecto. *l. 23. §. 3. ff. de rei vindicat.*

8 Tam provincialium, quam Italicorum. Cujac. 11 *obs.* 36.

9 *l. 6. ff. eod. §. 1. Inst. eod. l. 69. ff. ad l. Falc.* Paul. 5 *sent.* 6. §. 17.

10 Dat usumfructum, qui inducit in fundum, & qui patitur uti frui. Adde quæ notavi ad *l. 43. §. 1. ff. de adquir. rer. dom.*

11 Usus ejus juris pro traditione intelligitur. *l. 20. ff. de servitut.* Goth. Vid. Decher. *lib. 2. differt. 17. n. 4.* Anf. 12 *§. 1. Inst. de usufr.* 13 *l. 4. in fin. C. cod.* pactionibus, inquam, contractui vel traditioni adjectis in continenti, non aliis pactionibus. 14 Constituitur quoque vel ipso jure, vel traditione Prætoris. vide *l. 1. ff. quibus modis usufructus.* 15 *Al.* constituitur. *al.* consistit. 16 *17. ff. eod.* 17 *§. 1. Inst. de usufruct.* 18 Locari in perpetuum operas non posse, hinc colligunt. vide *l. 14. C. eod. l. 38. ff. locat.* 19 Vide *ff. quib. mod. usufr. amitt.*

20 Imo, non iisdem modis: usus enim pro parte legari non potest. *l. 19. ff. de usu & habitat.*

An sit pars dominii, de die, ex quo datur.

IV. PAULUS lib. II ad Edictum.

VSusfructus in multis casibus pars [21] dominii [22] est, & exstat [23], quod vel præsens [24], vel ex [25] die [26] dari potest [27].

Usufructus est dividuus ab initio, & ex postfacto. h. d. cum l. seq. Bart. De divisione.

V. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

VSusfructus [&] ab initio pro parte [28] indivisa vel [29] divisa constitui, & legitimo [30] tempore similiter amitti, eademque ratione per legem Falcidiam minui potest [31]. Reo quoque promittendi defuncto, in partes hereditarias [32] usufructus obligatio dividitur: &, si ex communi prædio debeatur, uno ex sociis defendente, pro [33] parte defendentis fiet restitutio.

De legato. 1. *De adjudicatione.* 2. *Per quas personas usufructus adquiritur.* 3. *De nuda proprietate domino heredis legata.*

VI. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

VSusfructus pluribus modis constituitur: ut ecce, si legatus [34] fuerit. † Sed & proprietas deducto usufructu legari potest, ut apud heredem maneat usufructus. §. 1. Constituitur adhuc usufructus, & in judicio familiæ erciscundæ, & communi dividundo [35]: nec fundus dicitur, sed quia omne fundi emolumentum hæc qualitas contiuet, partis instar est, ac fundo legato vel promisso fructus quoque præstandus est. *d. l. 66.* Idem est, si quis fundi nomine obligatus sit. *d. l. 70.* Cujac. ad *l. 27. ff. de pactis.* usufructuarius quoque in multis pene domini loco censetur. *Goth.* Si sit in dominio, ergo multo magis in bonis. Adde *l. 8. ff. de reb. aut. jud. possid. l. 3. ff. si usufr. pet. l. 49. ff. de V. S.* Goed. ad *l. 11. 15. & 25. eod.* Adde *l. 52. ff. de acq. rer. dom.* vid. Hotom. *lib. 3 obs. 22.* Anf. 22 Non servitutis: etsi servitutis sit species. 23 Id est, superior sententia probatur quinque exemplis, aut potius proprietatibus sequentibus, quæ servitutibus non competunt. 24 Id est, pure. 25 Id est, ad diem. 26 Vide *l. 16. §. 2. ff. famil.* at non servitus realis. *l. 4. ff. de servitutibus.* Usufructus pars est dominii utilis, non directi.

27 Reliqui servitutibus hæ proprietates desunt. *l. 4. ff. de servitutib.* 28 *l. 1. §. 9. ff. ad l. Falcid.* & ita differt ab usu. vide *l. 3. in fin. ff. eod.* 29 Aliud in cæteris servitutibus. 30 Non utendo. *l. 66. in fin. ff. de legat. 2.* 31 Aliud in realibus servitutibus videtur. *l. 7. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. 9. ff. ad l. Falcid. l. 17. ff. de servitutib. l. 1. in fin. ff. de aqua pluvia.* Sunt enim individuæ.

32 Secus in realibus, quæ divisionem non recipiunt, in quibus defensor ob eam causam solidum debet restituere. *l. 4. §. 3. ff. si serv. vind.* 33 Non in solidum, ut in cæteris servitutibus. *l. 4. §. 4. ff. si servitus.* 34 Aut si stipulanti vel paciscenti promissus. *l. 3. ff. eod. Inst. eod.*

21 *l. 8. ff. de rebus auctorit. judic.* in quibusdam non est. *l. 33. §. 1. ff. eod. l. 43. in fin. ff. de furtis.* est autem pars, quatenus dominio consolidatus est. Alibi, usufructus jus fundi dicitur, in *l. 70. §. 2. ff. de fidejussoribus.* alibi, in jure, non in parte, consistere, sed tamen emolumentum rei continere. *l. 66. §. 6. ff. de leg. 2.* alibi dicitur, non esse dominii pars (id est species, sic enim sumi potest) sed servitutis. *l. 25. ff. de verb. signific.* Utcunque sit, re ipsa pars fundi non est, quia fundi partes sunt ὁμοιομερῆ.

dundo, si Judex alii proprietatem adjudicaverit, alii usumfructum 35. §. 2. Adquiritur autem nobis ususfructus non solum per 36 nosmetipsos, sed etiam per eas quoque personas, quas juri nostro subjectas habemus. §. 3. Nihil autem vetat, servo meo herede instituto, legari proprietatem deducto usufructu.

De omni fructu rei. 1. De jure, 2. Et onere ejus, qui adium usumfructum habet.

VII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

USufructu legato omnis 37 fructus rei ad fructuarium pertinet 38. Et aut [rei] soli, aut rei mobilis ususfructus legatur.

§. 1. Rei 39 soli, utputa ædium 40, usufructu legato, quicumque reditus est, ad usufructuarium pertinet: quæque 41 obventiones sunt ex ædificiis, ex areis, & cæteris, quæcunque ædium sunt. Unde etiam mitti eum in possessionem vicinarum ædium causa damni infecti 42, placuit: & jure dominii possessurum eas ædes, si perseveretur non caveri: nec quicquam amittere finito usufructu. Hac ratione Labeo scribit, nec ædificium licere domino 43, te invito, altius tollere: sicut nec, areæ usufructu legato, potest in area ædificium poni 44. Quam sententiam puto veram.

§. 2. Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere 45 quoque eum ædes per arbitrum cogi, Celsus scribit. [Celsus] lib. XVIII Digestorum. Hactenus tamen, ut sarta 46 tecta 47 habeat: Si qua tamen vetustate corruissent, neutrum 48 cogi reficere: sed si heres refecerit, passurum fructuarium uti. Unde Celsus de modo sarta tecta habendi quærit? Si quæ vetustate corruerunt, reficere 49 non cogitur: modica 50 igitur refectio ad eum pertineat 51, quoniam & alia 52 onera 53 adgnoscit, usufructu legato: utputa stipendium, vel tributum 54, vel salarium 55, vel 56 alimenta ab 57 ea re 58 relicta, & ita Marcellus lib. XIII scribit.

§. 3. Cassius quoque scribit lib. VIII juris civilis, fructuarium per arbitrum cogi reficere 59, quemadmodum adscere 60 cogitur arbores. & Aristo notat, hæc vera esse. Neratius autem lib. IV Membranarum ait, non posse fructuarium prohiberi, quo minus reficiat: quia nec arare prohiberi potest, aut colere: nec solum necessarias refectiones facturum, sed etiam voluptatis causa, [ut] tectoria, & pavimenta, & similia [facere]: neque autem ampliare, nec utile 61 detrahere posse,

VIII. IDEM lib. XL ad Edictum.

QUamvis melius repositurus sit. Quæ sententia vera est.

De fundo. 1. De apibus. 2. De lapidicinis, cretafodinis, arenis. 3. De metallis. 4. De alluvione & Insula. 5. De aucupiis, venationibus & piscationibus. 6. De seminario. 7. De instrumento fundi. De salicto, sylva, arundineto.

IX. IDEM lib. XVII ad Sabinum.

ITem, [si *fundi*] 62 ususfructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid 63 inde percipi potest, ipsius fructus est: sic tamen, ut boni viri arbitratu fruatur. Nam & Celsus libro octavodecimo Digestorum scribit, cogi eum posse recte colere 64.

§. 1. Et, si apes 65 in eo fundo sint, earum quoque ususfructus ad eum pertinet. §. 2. Sed si lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretifodinas habeat, vel arenas, omnibus his usurum Sabinus ait, quasi bonum patremfamilias. Quam sententiam puto veram. §. 3. Sed si hæc 66 metalla 67 post usumfructum legatum sint inventa, cum, totius agri relinquatur ususfructus, non partium, contineantur legato. §. 4. Huic vicinus tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari: & placuit 68, alluvionis 69 quoque usumfructum ad fructuarium 70 pertinere. † Sed si insula juxta fundum in flumine nata sit, ejus usumfructum ad fructuarium non pertinere Pegasus scribit, licet proprietati accedat: esse enim veluti proprium fundum, cujus ususfructus ad te non pertineat: quæ sententia non est sine ratione. Nam ubi latitat incrementum, & ususfructus augetur: ubi autem apparet separatum, fructuario non accedit 71. §. 5. Aucupiorum quoque & venationum reditum, Cassius ait lib. VIII juris civilis, ad fructuarium pertinere. Ergo 72 & piscationum 73. §. 6. Seminarii 74 autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamen, ut & vendere ei, & seminare liceat: debet tamen conserendi agri causa, seminarium 75 paratum semper renovare, quasi instrumentum 76 agri: ut, finito usufructu, domino restituatur. §. 7. Instrumenti autem fructum habere debet: vendendi tamen facultatem non habet. Nam & si fundi ususfructus fuerit legatus, & sit ager, unde palo in fundum, cujus ususfructus legatus est, solebat paterfamilias uti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus uti posse, ne ex eo vendat: nisi forte salicti ei, vel silvæ palaris, vel arundineti ususfructus sit legatus: tunc enim & vendere potest. Nam & Trebatius scribit, silvam cæduam 77 & arundinetum posse fructuarium cædere, sicut paterfamilias cædebat: & vendere, licet paterfamilias non solebat vendere, sed ipse uti: ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi.

X. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

EX silva 78 cædua pedamenta, & ramos ex arbore usufructuarium sumpturum: ex non cædua, in vineam sumpturum 79, dum ne fundum deteriorem 80 faciat.

XI. PAULUS lib. II Epitomarum Alfeni Digestorum.

SEd, si grandes arbores essent, non posse eas cædere.

De arboribus evulsis, vel dejectis. 1. De nave. 2. Per quos usufructuarius utitur, fruitur. 3. De servo fugitivo. 4. Cujus possessionem alius nactus est. 5. De fructibus a fure decerptis.

XII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

ARboribus evulsis, vel vi 81 ventorum dejectis usque ad usum suum 82 & villæ posse usufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia 83 eum pro ligno usurum, si habeat, unde utatur ligno. Quam sententiam puto veram: alioquin, & si totus ager sit hunc casum passus, omnes arbores auferret fructuarius: materiam tamen ipsum succidere, quantum ad villæ refectionem, putat posse: quemadmodum calcem (inquit) coquere, vel arenam fodere, aliudve quid ædificio necessarium sumere. §. 1. *Navis* 84 usufructu legato, navigandum mittendam puto 85, licet naufragii periculum immineat: navis etenim ad hoc paratur, ut naviget.

§. 2. Usufructuarius 86 vel ipse frui ea re, vel alii fruendam concedere, vel locare 87, vel vendere potest 88: nam & qui locat, utitur: & qui vendit, [utitur.] Sed & si alii precario concedat 89 vel donet, puto eum uti 90: atque ideo retineri usumfructum: & hoc Cassius & Pegasus responderunt, & Pomponius lib. V ex Sabino probat. † Non solum autem, si ego locavero, retineo usumfructum, sed & si alius negotium meum gerens locaverit usumfructum, Julianus lib. XXXV scripsit, retinere me usumfructum. Quid tamen si non locavero, sed absente & ignorante me, negotium meum gerens utatur quis, & fruatur? Nihilominus retineo 91 usumfructum. Quod & Pomponius lib. V probat, per hoc, quod negotiorum gestorum actionem adquisivi. §. 3. De illo Pomponius dubitat: si fugitivus, in quo meus ususfructus est, stipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionem accipiat, an per hoc ipsum, quasi utar, retineam usumfructum? magisque admittit, retinere: nam sæpe, etiam [si] præsentibus servis non utamur, tamen usumfructum retinemus: utputa ægrotanti servo 92, vel infanti 93, cujus operæ nullæ sunt 94, vel defectæ senectutis homini: nam & si agrum aremus 95, licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus usumfructum: Julianus tamen lib. XXXV Digestorum scribit, etiam si non stipuletur quid servus fugitivus, retineri [tamen] usumfructum: nam qua ratione (inquit) retinetur à proprietario possessio, etiam 96 si in fuga servus sit, pari ratione etiam ususfructus retinetur. §. 4. Idem tractat: quid, si quis possessionem ejus nanctus sit, an quemadmodum à proprietario possideri desinit, ita etiam ususfructus amittatur? Et primo quidem ait, posse dici amitti usumfructum: sed, licet amittatur, tamen dicendum, quod intra constitutum tempus ex re fructuarii stipulatus est, fructuario adquiri 97 [potest.] Per quod colligit, posse dici, ne quidem si possideatur ab alio, amitti usumfructum, si modo mihi aliquid stipuletur: parvique referre, ab herede possideatur, vel ab alio, cui hereditas vendita [sit,] vel cui proprietas legata sit, an à prædone: sufficere enim ad retinendum usumfructum, esse affectum retinere volentis, & servum nomine fructuarii aliquid facere: quæ sententia habet rationem.

§. 5. Julianus lib. XXXV Digestorum tractat: Si fur decerpserit vel desecuerit fructus maturos pendentes, cui condictione teneatur: domino fundi, an fructuario 98? & putat quoniam fructus non fiunt fructuarii, nisi 99 ab eo percipiantur, licet ab alio 100 terra separantur 1, magis proprietario condictionem competere 2: fructuario autem, furti actionem: quoniam interfuit ejus, fructus non esse ablatos. Marcellus autem 3 movetur eo, quod, si postea fructus istos nactus fuerit fructuarius, fortassis fiant ejus: nam, si fiunt, qua ratione hoc evenit, nisi ea, ut interim fierent proprietarii? mox apprehensi, fructuarii efficientur: exemplo rei sub conditione legatæ, quæ 4 interim heredis est, existente autem conditione, ad legatarium transit: verum est enim, conditionem competere proprietario. † Cum autem in 5 pendenti est dominium, ut ipse Julianus ait, in fœtu 6, qui summittitur, & in eo, quod servus fructuarius per traditionem accepit, nondum quidem pretio soluto, sed tamen ab eo satisfacto, dicendum est, conditionem pendere 7, magisque in pendenti esse dominium 8.

De satisdatione à fructuario præstanda. 1. De arbitrio judicis. 2. Quibus actionibus ob damna præterita fructuarius tenetur. De usufructuario. 3. Si inter duos fructuarios sit controversia. 4. Si proprietatem meliorem, vel deteriorem faciat, qui fundi, 7. Vel adium usumfructum habet.

XIII. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

SI cujus rei ususfructus legatus erit, dominus potest in ea re satisdationem desiderare 9, ut officio judicis hoc fiat: nam sicuti debet fructuarius uti frui, ita & proprietatis dominus securus esse [debet] de proprietate. Hæc autem ad 10 omnem 11 usumfructum pertinere, Julianus lib. XXXVIII Digestorum probat. [Si ususfructus legatus sit], non prius dandam actionem usufructuario, quam satisfecerit, *se boni* 12 *viri arbitratu usurum fruiturumve*: sed & si plures sint, à quibus ususfructus relictus est, singulis 13 satisfieri oportet. §. 1. Cum igitur de usufructu agitur, non solum, quod factum est, arbitratur, sed etiam, in futurum, quemadmodum uti frui debet. §. 2. De præteritis autem damnis fructuarius etiam lege Aquilia 14 tenetur, & interdicto, *quod vi aut clam*, ut Julianus ait: nam fructuarium quoque teneri his actionibus, necnon furti, certum est: sicut quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiserit. † Denique consultus, quo 15 bonum fuit, *actionem polliceri* Prætorem, cum competat legis Aquiliæ actio? Respondit, quia sunt casus, quibus cessat Aquiliæ actio: ideo judicem dari, ut ejus arbitratu utatur: nam qui 16 agrum non 17 proscindit 18, qui vites non subserit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. † Eadem & in usuario dicenda sunt.

§. 3. Sed si inter duos 19 fructuarios sit controversia, Julianus lib. XXXVIII Digestorum scribit, Æquissimum esse, quasi 20 communi dividundo 21 judicium dari: vel stipulatione inter se eos cavere, qualiter fruantur: cur enim (inquit Julianus) ad 22 arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest 23 jurisdictione sua componere? Quam sententiam Celsus quoque lib. XX Digestorum probat: & ego puto veram. §. 4. Fructuarius 24 causam 25 proprietatis deteriorem facere non debet 26: meliorem facere potest 27. † Et aut *fundi* est ususfructus legatus, & non debet, neque arbores frugiferas 28 excidere, neque villam diruere, nec quicquam facere in perniciem proprietatis. † Et 29 si forte voluptate 30 fuit prædium viridaria 31 vel gestationes 32, vel deambulationes

---

35 *l. 6. §. pen. ff. comm. divid.*
36 *l. 21. l. 22. l. 23. l. 24. ff. eod.*
37 Omnis reditus (qui Græcis πόροι) ad fructuarium pertinet. 16 *Eclog. 1. cap. 7.*
38 Non tamen potest pignorare. *l. 6.* alienare proprietatem, vel manumittere. *l. 9. C. eod.*
39 Usumfructum soli dominus habens, qualiacunque lucra sint ex ædificiis, percipit. unde etiam mittitur in possessionem causa damni infecti, & jure dominii possidet ædes vicini, si cautionem non accipiat. Nec usufructu extincto, dominium amittit. 16 *Eclog. 1. cap. 7.*
40 Ædium usufructus quid contineat.
41 An thesaurus? minime: dixi *l. 63. in fin. ff. de adqu. rerum.* An res commissæ constante usufructu, puta feudum, emphyteusis, res censualis? Dicam *in commentariis meis* plenius.
42 *l. 13. §. 8. ff. de damno.*
43 *l. 13. §. 7. ff. eod.*
44 *l. 5. 6. 7. ff. quibus mod. ususfr.* Paul. 2 *sent.* 6. §. 21
45 V. *l. 7. C. eod.*
46 De sartis & tectis, dixi ad Varronem *lib. 5 de lingua Latina.* adde *l. 7. §. 1. ff. de officio Proconsulis. l. 7. §. 2. ff. reperundarum.*
47 Τὰ κεκλεισμένα ὑφιδρυτὰ τοῦ οἴκου. 2 *Harmen. 20. §. 8.*
48 Neutiquam. *Haloand.*
49 V. Ciceronem *in Topicis, loco à similitudine.*
50 Dixi *l. 7. C. eod.*
51 Pertinet.
52 Modica scilicet: nec enim tributa ea præstat, quæ usumfructum absorbent. Quis ea præstabit? proprietarius. *glossa in l. qui quatuor. 30. §. qui hortos. ff. de leg. 3.* & ita se obtinuisse Florentiæ refert Bart. *in l. his verbis. §. idem testator. ff. de legat. 1.* vide *Romanum singulari 156.*
53 *l. 27. §. 3. v. fin. ff. eod. l. 28. ff. de usufr. legat.*
54 Δημοσία, 16 *Eclog. 1. c. 7. in fin. v. l. 13. ff. de impensis.*
55 *Al.* solarium. ut *l. 15. in fin. ff. qui potiores.*
56 Usufructuarius reliæta ex re alimenta præstat. *Eclog. d. loco.*
57 Cujac. ad *l. 8. ff. de transact.* legit, *à re relicta*: Græci illo loco, ἢ τῆς ἐκ τοῦ φερομένου ἰδιότητος διεστραμμένης.
58 Certa scilicet, puta prædio.
59 Usufructuarius reficere cogitur, ut & arbores adserere. 60 *l. 18. ff. eod.* ἐγκεντρίζειν, 16 *Eclog. 1. c. 7. in fin.* id est, forare medullam arboris sterilis, & in eam fœcundæ calamum immittere. Cujac. 2 *obs. 36.*
61 V. *l. 15. §. 4. & 7. ff. eod. al.* inutile.
62 Fundi usufructu quid comprehenditur? 63 Fructus omnes fundi pertinent ad fructuarium: adde 16 *Eclog. 1. c. 9.* 2 *Harmen. 10. §. 5. v. l. 13. §. 5. l. 59. §. 1. ff. eod.*
64 Ne alioquin deserta cultura, aut intempestive facta fundum reddat deteriorem. *l. 25. §. 3. ff. locat.*
65 lapides, *aut.*
66 Sed si metalla. *Hal.*
67 V. *l. 3. in fin. ff. de rebus eorum, qui sub tutela.*
68 Rejecta Pauli opinione, quæ exstat apud eundem 3 *sent. 6. §. 12.*
69 Alluvio auget usumfructum, *ut hic.* pignus, *l. 18. §. 1. ff. de pignoratit. l. 16. ff. de pignorib.* hereditatem. *l. 16. §. 3. ff. familiæ. rem. l. 34. ff. de rei vindicat.*
70 An & vasallum? v. 1 *Feudor. 4. §. 5.*
71 Id est, latenti incremento augetur ususfructus, non evidenti: atque ita Pauli sententia, 3 *sent. 6. §. 22.* abrogatur: is enim negabat accessionem alluvionum ad fructuarium pertinere, quod fructus fundi non esset. An idem est, si manso aliquid adreverit? v. 1. *Feud. 4. in fin.*
72 Argumentum observa ab aucupio & venatione ad piscationem.
73 Fundi usufructuario licet aucupari, venari & piscari. *l. 62. ff. eod.*
74 Seminaria non sunt semina sed locus subactus, in quo semina, aut vitium, aut arborum panguntur, ut eum ad certam quantitatem excreverint, in vinetum, vel arbustum, vel pomarium transferantur, ut *l. 12. ff. de instructu.* vide hic Budæum.
75 V. *l. 3. ff. de impensis.*
76 V. *l. 2. §. 1. ff. de instructu.*
77 *l. 40. §. 4. ff. de contr. empt.* usufructuarius ex sylva cædua potest cædere, vendere, ut & pedamenta & ramos ex ea sumere. Quid in non cædua? quid in grandibus arboribus? quid in evulsis? vide *leges sequentes.*
78 *l. 30. ff. de verb. sign.* Sylva cædua, *bois taillis.*
79 An etiam intempestive? v. *l. 48. §. 1. ff. eod.*
80 Adde *l. 13. §. 4. ff. eod. l. 7. §. 12. ff. soluto matrim.* Idem in feudo. 2 *Feudorum 8. §. 2.*
81 V. *l. 59. ff. eod.*
82 Imo eas arbores vendere licitum est, & earum pretium uxori restituere. *l. 7. §. 12. ff. soluto matrim.*
83 *Materiam* hic distinguit à ligno. Est vero materia lignum, ex quo fiunt ædificia: ut ita *ligni* appellatio pateat latius. *l. 18. §. 3. ff. de pignorat. l. 12. §. 1. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. 47. ff. de act. empt. l. 55. l. 56. l. 57. ff. de legat. 3. l. 167. l. 168. ff. de verb. sign.*
84 Navis usifructu quid contineatur.
85 Adde *l. 16. in fin. l. 62. ff. de rei vindic. l. 6. C. de offic. rect. provinc.*
86 Usufructuarius locare, vendere, precario concedere per se vel per alium potest. *Goth.* Vide *l. 38. ff. eod. l. 8. ff. de reb. aut. jud. possid. l. 11. §. 2. ff. de pign. Anf.*
87 Imo locare non potest. *l. 15. §. 4. ff. eod.* Imo potest. *d. l. 15. §. 5. l. 44. ff. locati.*
88 Imo vendere non potest, aut cedere. *l. 66. ff. de jure dotium. §. 3. Inst. de usufruct.* Dic, jus ipsum ususfructus cedi non posse, sed commoditatem utendi fruendi tantum cedi posse.
89 *l. 13. in fin. ff. eod. l. 11. §. 1. ff. de pignoribus.* Imo alii cedere non potest. *l. 66. ff. de jure dotium.*
90 *l. 38. ff. eod.*
91 *l. 5. 6. ff. quemad. servit. amitt.*
92 *l. ult. §. 1. ff. de operis servor.*
93 *l. 55. ff. eod.* v. Paul. 3 *sent. 6. §. 18.*
94 Imo quædam esse possunt. *l. 31. §. de rei vind. l. ult. in fin. ff. de liberali causa.*
95 Arando etiam agrum sterilem, usumfructum retinemus.
96 *l. 3. §. 10. ff. de adquir. possess.*
97 *l. 25. in fin. ff. de liberali causa.*
98 Est enim in pendenti actio: *l. 25. §. 1. ff. eod.*
99 Vide *l. 61. §. pen. ff. de furtis.* vide *l. 13. ff. quib. mod. ususfructus. l. 25. §. 1. ff. de usuris. §. 36. inst. de rerum divis.*
100 Idque suo nomine.
1 Separentur.
2 Quæ soli domino competit. *l. 1. ff. de cond. furtiva.*
3 Dissentiens à Juliano.
4 *l. 32. §. 1. ff. de legat. 2.*
5 Vide *l. 169. in fin. ff. de reg. jur.*
6 *l. 70. §. 1. ff. eod.*
7 Vide *l. 25. §. 1. ff. eod.*
8 Et condictionem.
9 *l. 8. §. 4. vers. item de re restituenda. ff. qui satisdare.* Goth. An ejusmodi satisdatio remitti possit testamento, v. Gail. *lib. 2 obs. 145.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 26. n. 12. & seq.* Anf. Adde Covarruv. *var. resolut. lib. 2. c. 14. num. 4.* Jul. Clar. *l. 4. in fin. C. eod.* Mynsing. *cent. 1. obs. 1.* Anf. *ff. de aqua quotidiana.*
10 Quasi communi dividundo judicium, utile judicium est.
11 Rerum immobilis, vel mobilis. *l. 1. §. 1. ff. usufr. quemadm. cavetur.*
12 *l. 9. §. in fin. ff. usufr. quemadm. cavetur.*
13 *l. 9. in fin. ff. usufr. quemadm. cavetur.*
14 *l. 15. §. 3. ff. eod.*
15 Quo bonum, id est, Qui bono. Ita Cicero *in famil.* Martis vero signum, quo mihi pacis auctori? & *in Verr.* Quo tantam pecuniam? & *pro Sextio:* Quo civem importunum reservent. Ita Ulp. in *l. 1. §. 3. ff. de fuga.* Hoc quo?
16 Culpæ in non faciendo consistentis nomine nemo tenetur in lege Aquilia, adde *l. 91. ff. de verb. oblig.*
17 Et sic negligit, v. *l. 21. ff. de hereditate vendita. l. 91. ff. de verb. oblig.*
18 Usufructuarius autem recte colere tenetur. *l. 9. ff. eod.*
19 V. ad hunc §. Leonin. *emendat. J. C. 11. n. 1.* Anf.
20 Quasi communi dividundo judicium, utile judicium est.
21 *l. 7. §. 7. ff. comm. divid. l. 4. in fine ff. de aqua quotidiana.*
22 V. Senec. *lib. de brevit. vitæ. c. 3.*
23 Et debet. *l. 21. ff. de reb. cred. ff.*
24 Ut & colonus, emptor fructuum & prælatus.
25 Τὴν ἀρετὴν, conditionem. 16 *Eclog. 3. c. 13.* 26 *l. 10. ff. eod. l. 15. §. 3. ff. eod.*
27 Imo non potest. *l. 7. l. 8. ff. eod.*
28 Et grandes. *l. 11. ff. eod.*
29 Fructuarius arbores, sive sint frugiferæ, sive πρὸς τέρψιν, faciundi quæstus causa excidere non debet. *d. c. 13.*
30 Voluptarium.
31 *Hal. viridaria.*
32 Τόπος περίπατος ἢ ἐν ὑπαίθρῳ, Scholiastes *Ecl. 16, tit. 1. c. 13.* loca florum, & infructuosarum arborum.

tiones arboribus infructuosis opacas, atque amœnas [33] habens, non debebit dejicere, ut forte hortos olitorios faciat, vel aliud quid [34], quod ad reditum spectat. §. 6. Inde est quæsitum, an lapidicinas, vel cretifodinas, vel arenifodinas ipse instituere possit? Et [ego] puto etiam ipsum instituere posse, si non agri partem necessariam huic rei occuparturus est. † Proinde venas quoque lapidicinarum [35], & hujusmodi metallorum [36] inquirere poterit: Ergo & auri, & argenti, & sulphuris [37], & æris, & ferri, & cæterorum fodinas, vel quas paterfamilias instituit, exercere potest [38], vel ipse instituere, si nihil agriculturæ nocebit. Et si forte in hoc, quod instituit, plus reditus sit, quam in vineis, vel arbustis, vel olivetis, quæ fuerunt, fortitan [39] etiam hæc dejicere poterit, siquidem ei permittitur meliorare [40] proprietatem. §. 6. Si tamen, quæ instituit usufructuarius, aut eorum [41] corumpant agri, aut magnum apparatum sint desideratura, opificum forte, vel legulorum [42], quæ non potest [43] sustinere proprietarius, non videbitur viri boni arbitratu frui. Sed nec ædificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad fructum percipiendum necessarium sit [44].

§. 7. Sed, si *adium* usufructus legatus sit, Nerva filius, & Iumina immittere eum posse, ait: sed & colores, & picturas, & marmora poterit, & sigilla, & si quid ad domus ornatum: sed [45] neque diætas [46] transformare, vel conjungere, aut separare ei permitteturve: vel aditus, posticasve [47] vertere: vel refugia [48] aperire: vel atrium mutare: vel viridaria ad alium modum convertere: excolere enim quod invenit, potest, qualitate ædium non immutata. Item Nerva, cum, cui ædium usufructus legatus sit, altius tollere non posse: quamvis lumina non obscurentur: quia tectum magis turbatur: quod Labeo etiam in proprietatis domino [49] scribit. Idem Nerva, nec obstruere eum posse. §. 8. Item si *domus* usufructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet: nec per cœnacula dividere domum: atquin locare potest [50], sed oportebit, quasi domum, locare: nec balneum [51] ibi faciendum est. Quod autem dicit, *meritoria non facturum*, [ita] accipe, quæ volgo diversoria, vel fullonica [52] appellant. Ego quidem, & si balneum sit in domo usibus dominicis solitum vacare in intima parte domus, vel, inter diætas [53] amœnas, non recte nec ex boni viri arbitratu facturum, si id locare cœperit, ut publice lavet: non magis, quam si domum ad stationem jumentorum locaverit: aut si stabulum, quod erat domus jumentis & carrucis vacans, pistrino locaverit.

XIV. PAULUS lib. III ad Sabinum.

LIcet multo minus ex ea re fructum [54] percipiat.

Si usufructuarius inædificaverit. 1. De manipis. 3. De rebus mobilibus. 4. De vestimentis. 5. De scænica, vel funebri veste, & aulæo. 6. De jure usufructuario. De instrumento fundi, vel ædium. 7. De servitute imponenda, amittenda, vel acquirenda.

XV. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

SEd, si quid inædificaverit, postea [55] eum neque tollere hoc, neque refigere posse: refixa plane posse vindicare. §. 1. *Mancipiorum* quoque usufructus [56] legato non debet [57] abuti, sed secundum conditionem eorum uti. Nam si librarium [58] rus mittat, & qualum [59] & calcem portare cogat: histrionem, balneatorem faciat: vel de symphonia [60] atriensem: vel de palæstra stercorandis [61] latrinis præponat, abuti [62] videbitur proprietate.

§. 2. Sufficienter autem alere, & vestire debet, secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. §. 3. Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere [63], ne sua feritate vel sævitia ea corrumpat: alioquin etiam lege Aquilia eum conveniri. §. 4. Et, si *vestimentorum* usufructus legatus sit, non [64] sicut quantitatis usufructus legetur, dicendum est, ita uti eum debere, ne abutatur: nec [65] tamen locaturum: quia vir bonus ita non uteretur. §. 5. Proinde, & si scenicæ vestis usufructus legetur, vel aulæi, vel alterius apparatus, alibi, quam in scæna, non utetur. Sed an & locare possit, videndum est? Et puto [66] locaturum: & licet testator commodare, non locare fuerit solitus, tamen ipsum fructuarium locaturum, tam scænicam, quam funebrem vestem. §. 6. Proprietatis dominus non debebit impedire fructuarium [ita] utentem, ne deteriorem ejus conditionem faciat. † De quibusdam plane dubitatur, si eum uti probibeat, an jure id faciat: utputa doliis, si forte dundi usufructus sit legatus? Et putant quidam [67], & si defossa sint, uti prohibendum. Idem & in seriis [68], & [in] cuppis, & [in] cadis & amphoris putant: idem & in specularibus [69], si domus usufructus legetur. Sed ego puto, nisi sit contraria voluntas, etiam instrumentum [70] fundi vel domus contineri. §. 7. Sed nec servitutem imponere fundo potest proprietarius, nec amittere servitutem. † Adquirere [71] plane [72] servitutem eum posse, etiam invito fructuario, Julianus scripsit. † Quibus consequenter, fructuarius quidem adquirere fundo servitutem non potest, retinere autem potest: & si forte fuerint, non utente fructuario, amissæ, hoc quoque nomine tenebitur. † Proprietatis dominus ne quidem consentiente fructuario servitutem imponere potest:

XVI. PAULUS lib. III ad Sabinum.

NIsi qua deterior fructuarii conditio non fiat, veluti si talem servitutem vicino concesserit, jus sibi non esse altius tollere.

De loco religioso faciendo. 1. De servo coercendo, 2. Vel noxæ dedendo. 3. De servo occiso.

XVII. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

LOcum autem religiosum facere potest, consentiente usufructuario [73]. Et hoc verum est favore religionis. † Sed interdum & solus proprietatis dominus locum religiosum facere potest: finge enim, eum [74] testatorem inferre, cum non esset tam opportune ubi sepelietur. §. 1. Ut eo, *ne ejus deteriorem conditionem fructuarii faciat proprietarius*, solet quæri, an servum dominus coercere possit? Et Aristo apud Cassium notat, plenissimam eum coercitionem habere, si [76] modo sine dolo malo faciat, quamvis usufructuarius, nec [77] contrarius [78] quidem ministeriis, aut inusitatis, artificium ejus corrumpere possit: nec servum cicatricibus [79] deformare. §. 2. Proprietarius autem & servum noxæ dedere poterit, si hoc sine dolo malo faciat: quoniam noxæ deditio jure non permittit usumfructum [80]: non [81] magis, quam usucapio proprietatis, quæ post constitutum usumfructum contingit [82]. † Debebit plane denegari usufructus persecutio, si ei, qui noxæ accepit, litis æstimatio non offeratur à fructuario. § 3. Si quis servum occiderit, utilem actionem exemplo Aquiliæ [83], fructuario dandam, nunquam dubitavi.

De arboribus demortuis.

XVIII. PAULUS lib. III ad Sabinum.

AGri [84] usufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt: & priores, ad fructuarium pertinent.

De usufructu ædium, imposita servitute, legando. 1. De arboribus dejectis.

XIX. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

PRoculus putat, *insulam* posse [ita] legari, ut ei servitus imponatur, quæ alteri [85] insulæ hereditariæ debeatur, hoc modo: SI ILLE HERES DI MEO PROMISERIT, PER SE NON FORE, QUO ALTIUS EA ÆDIFICIA TOLLANTUR, TUM [RI] EORUM ÆDIFICIORUM USUMFRUCTUM DO, LEGO: vel sic: ÆDIUM ILLARUM, QUOAD ALTIUS, QUAM [UTI] NUNC SUNT, ÆDIFICATÆ NON ERUNT, ILLI USUMFRUCTUM [86] DO, LEGO.

§. 1. Si arbores vento [87] dejectas dominus non tollat [88], per quod incommodior [is] sit usufructus, vel iter: suis actionibus usufructuario cum eo experiundum.

De fructibus annuis legatis.

XX. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

SI quis ita legaverit: FRUCTUS ANNUOS FUNDI CORNELIANI GAIO MÆVIO DO, LEGO, perinde [89] accipi debet hic sermo, ac si usufructus fundi esset legatus.

Cui acquirit servus fructuarius.

XXI. IDEM lib. XVII ad Sabinum.

SI servi usufructus sit legatus, quidquid [is ex] opera sua adquirit, vel ex re fructuarii, ad eum pertinet [90], sive stipuletur, sive ei possessio fuerit tradita. Si vero heres institutus sit, vel legatum acceperit: Labeo distinguit, cujus [91] gratia vel heres instituitur, vel legatum acceperit.

XXII. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

SEd & si quid donetur servo, in quo usufructus alterius est; quæritur, quid fieri oporteat? Et in omnibus istis, siquidem contemplatione [92] [fructuarii] aliquid ei relictum vel donatum est, ipsi adquiret: sin vero proprietarii, [proprietario]: si ipsius servi, adquiretur domino. Nec distinguimus, unde cognitum eum, & cujus merito habuit, qui donavit, vel reliquit. † Sed & si conditionis implendæ causa quid servus fructuarius consequatur, & constiterit, contemplatione fructuarii eam conditionem adscriptam; dicendum est, ipsi adquiri: nam & in mortis causa donatione idem dicendum est.

De servo coercendo.

XXIII. IDEM lib. XVII.

SEd sicuti stipulando fructuario adquirit, ita etiam paciscendo eum adquirere exceptionem [93] fructuario, Julianus lib. XXX Digestorum scribit. Idemque, & si acceptum rogaverit, liberationem ei parere [94]. §. 1. Quoniam autem diximus, [95] *quod ex operis adquiritur, ad fructuarium pertinere*: sciendum est, etiam cogendum eum operari: etenim modicam quoque castigationem fructuario competere [96], Sabinus respondit, & Cassius lib. VIII juris civilis scripsit, vi neque torqueat [97], neque flagellis [98] cædat [99].

Cui acquirit servus fructuarius.

XXIV. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SI quis donaturus usufructuario, spoponderit servo, in quem usumfructum habet, stipulanti, ipsi usufructuario obligatur: quia, ut [100] ei servus talis stipulari possit, usitatum est [1].

1. Ubi pendet causa tum. B. 2. Pro tempore, quo durat usufructus, in effectu quæritur fructuario: pro tempore, quo non durat, in effectu proprietario h. d. cum l. si operas. infra. eod. Alb. de Rom.

XXV. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

SEd & si quid stipuletur *sibi aut Sticho* servo fructuario, donandi causa, dum vult fructuario præstitum, dicendum, si ei solvatur, fructuario adquiri. §. 1. Interdum tamen in pendenti [2] est, cui adquirat iste fructuarius servus, utputa [si] servum emit, & per traditionem accepit, necdum pretium numeravit, sed tantummodo pro eo fecit [3] satis, interim cujus sit, quæritur? Et Julianus lib. XXXV Digestorum scripsit, in pendenti [4] esse dominium ejus, & numerationem pretii declaraturam, cujus sit. Nam si ex re fructuarii, retro fructuarii fuisse. † Idemque [est] & si forte stipulatus sit servus, numeraturus pecuniam: nam numerato declarabit, cui sit adquisita stipulatio. Ergo ostendimus, in pendenti esse dominium, donec pretium numeretur [5]. † Quid ergo, si amisso usufructu, tunc pretium numeretur? † Julianus quidem lib. XXXV Digestorum scripsit, Adhuc interesse, unde sit pretium numeratum: Marcellus vero, & Mauricianus, amisso usufructu, jam [6] putant dominium adquisitum proprietatis domino. Sed Juliani sententia humanior est. Quod si ex re utriusque pretium fuerit solutum, ad utrumque dominium pertinere, Julianus scripsit: scilicet pro rata pretii soluti. Quid tamen, si forte simul solverit ex re utriusque: ut puta decem [milia] pretii nomine debebat, & dena solvit ex re singulorum: cui magis servus adquirat? Si numeratione solvit, intererit, cujus priores nummos solvat: nam, quos postea solverit, aut vindicabit, aut si fuerint nummi consumpti, ad condictionem pertinent [7]: si vero simul in sacculo [8] solvit, nihil fecit accipientis: & ideo nondum adquisisse quisquam dominium videtur: quia, cum plus pretium solvit servus, non faciet nummos accipientis. §. 2. Si operas suas iste servus locaverit, & in annos singulos certum aliquid stipuletur, eorum quidem annorum stipulatio, quibus usufructus manfit, adquiretur fructuario: sequentium [9] vero stipulatio ad proprietarium transit, semel adquisita fructuario: quamvis non soleat stipulatio semel cui quæsita, ad alium transire: nisi ad heredem, vel adrogatorem [10]. Proinde, si forte usufructus in annos singulos fuerit legatus,

[33] *l. 9. in fin. ff. eod.*
[34] Puta vineam, vel olivetam. Scholastes, *d. loco.*
[35] *l. 9. §. 2. ff. eod.*
[36] Vide *l. 3. in pr. ff. de rebus corporalibus sub tutela.*
[37] *Al.* Sulphuris. *l. 13. §. 8. ff. de servit. eod.*
[38] Hic quæri potest, an tutori imputari possit, quod pupilli facultates in id genus negotii & mercaturæ impenderit, in quo pupilli parens se exercuerit? adde *l. 9. in fin. ff. eod. l. 27. §. 1. ff. eod.*
[39] An dubitans hoc ait? an favore ultimæ voluntatis hoc admittitur? an hoc jam instituerat paterfamilias? an non potest in his, quæ certis finibus constant natura (veluti in domo), hic autem de fundo loquitur? videntur enim separanda prædia rustica ab urbanis; ob eam rationem scilicet, ne urbs ruinis deformetur ædificiis disjectis. & ut ex contrario major annonæ copia fit agris in meliorem conditionem mutatis. Hanc etiam differentiam innuere videtur sequens paragraphus, *sed si ædium.* Et vero Ulpianus hanc totam quæstionem ita definit: Utrum meliorem causam proprietatis facere usufructuarius potest? Aut, inquit, fundi est usufructus legatus, §. 4. ff. *eod.* aut ædium, §. 7. ff. si fundi, fortasse potest, *ut hic.* si ædium, non potest. *d. §. 7.*
[40] §. 4. ff. *eod.*
[41] V *l. 8. §. 5. ff. si servitus vindicetur.*
[42] Qui oleas legunt. Cato *de re rustica.* Varr. 4 *de lingua Lat.*
[43] Commode. *l. 125. ff. de verb. sign.* v. quæ notavi *de impensis. Novell. 6. c. ult.*
[44] Videtur obstare *l. 61. ff. eod.* quæ de cœpto ædificio quod ad fructuum perceptionem minime pertinet, v. Char. *verisimil. lib. 1. c. 5. §. 8.* Anf.
[45] *l. 7. in fin. l. 8. ff. eod.*
[46] Vide quæ notavi ad *l. 55. §. 3. ff. de legat. 3.*
[47] Dixi ad Festum *in Postica.*
[48] *l. 1. §. 2. ff. de servo corrupto*, non κρυπτας, *l. 3. §. 7. ff. uti possidetis.*
[49] *d. l. 7. §. 1. ff. eod.*
[50] *l. 27. §. 1. ff. eod. §. 1. in fin. Inst. de usu & habit. l. 9. §. 1. ff. locati.*
[51] Balnea alia publica, alia privata. *l. 1. §. 6. ff. ne quid in loco publ. l. 13. §. 7. ff. de injur.* De mercede balneorum vide *l. 91. §. 1. de leg. 3.* de locationibus. *l. 58. §. fin. ff. locat. l. 4. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Anf.
[52] Fullonum officinas, vide *l. 3. ff. de aqua pluvia.*
[53] V. quæ scripsi ad *l. 43. §. 1. ff. de legat. 1. & l. 55. ff. de legat. 3.*
[54] Fructuum. [55] V. *l. 12. ff. de usu & usufr. legat.*
[56] Usufructu. *Hal.* [57] V. quæ not. ad *l. 48. ff. eod.* [58] V. *l. 92. ff. de reg. jur.*
[59] Qualus cistæ genus, quo calx deferebatur: Canum, Festo, Glossis δυσλιχῆ, φάσγανον, κάρινον. Cujac. 11 *obs.* 36.
[60] Symphoniaco. [61] Hoc contraria significatione scriptum est pro lavandis & stercore liberandis: ut Græcis κοπρεῖων & πλύνειν exstercorare est, & exherbare, seu runcare, vilissima autem admodum illa mancipii conditio. *Plautus:* Non magis curo, quam ancillam, quæ latrinam lavat. Cuj. 11 *obs.* 36.
[62] Abutendo num amittitur ususfructus? sic videtur: & velut ab ingrato & indigno aufertur: & ita judicatum Lutetiæ adversus rusticos abutentes sylva cædua refert Paponius 14 *Arestor.* 3. §. 3.
[63] *l. 48. ff. eod.* [64] Speciei & quantitatis legatæ diversa ratio est. Quantitate abuti fructuarius potest, specie non potest. [65] Hoc emendatur §. 5. ff. *eod.* [66] Locare etiam res fructuarias mobiles, ut vestes, fructuarius potest, licet eas defunctus non solitus fuerit locare. *l. 12. §. 2. l. 13. in fin. ff. eod.* [67] Et male. *arg. l. 21. ff. de instructo.* [68] V. *l. 206. ff. de verb. sign.* Terentius Heaut. *act. 3. sc. 1.* Relevi dolia omnia, omnes feriæ. [69] De quibus *l. 12. §. 16. & 29. ff. de instructo.* Paul. 3 *sent. 6. §. 56.* Sunt autem *specularia*, quibus lumen & sol in ædes admittitur: ut hodie per vitreamina & chartacea fit: sic dicta, quod e speculari lapide fiebant: qui, ut testatur Plin. 36. *cap. 22.* facile vitri modo in quasibet tenues crustas findituv. [70] Id est, instrumenti usum habet, equorum puta, boum aratoriorum, fructuum paratorum ad seminandum, ligonum, arratrorum, &c. *l. 9. §. 7. ff. eod.* [71] An constituere, vel imponere? vide *vers. proprietatis. ff. eod.* [72] Cur? meliorem potest facere fundum. [73] Vide *l. 2. §. locum. ff. de religiosis.*
[74] Proprietarius potest testatorem in fundum fructuarium inferre invito fructuario, si alius ei locus non fuerit tam opportunus, in quem mortuum testatorem inferret.
[75] V. *l. 23. §. 1. ff. eod.* Paul. 3 *sentent. 6. §. 23.*
[76] Adde *l. 5. in fin. l. 6. j. ad l. Aquil* vide *l. 23 §. 1. ff. ho. tit.*
[77] *l. 15. §. 1. ff. eod.*
[78] Inusitatis.
[79] *Cicatrices*, notæ, stigmata, vestigia, Ulpian. 1. §. 9. Cicatricibus ita deformata, stigmatiæ & subverbuli. Hi, si manumittebantur, olim fiebant dediticii. *d. §. 9.*
[80] *l. 19 ff. quibus modis usufr. l. 44. §. 1 ff. de usucap.*
[81] V. *l. 7. C. de jure emphyteut.*
[82] Cur potius servi operæ usucapi possunt? vide Cujac. 19 *obs.* 23.
[83] *l. 11. in fin. l. 12. ff. ad l. Aquil.*
[84] *Nov. 64. c. 1.*
[85] *l. 34. ff. de serv. urban. l. 3. l. 6 ff. comm. præd.*
[86] Et sic proprietatem. Hinc colligunt, *usumfructus* verbo interdum proprietatem plenam contineri. Unde hoc colligunt? quia qualitas & facultas fructuario hic conceditur, quæ proprietariis solis competit. Testator enim mandat fructuario, ut ne altius tollat ædes fructuarias invito herede testatoris: atqui potestas altius tollendi, nisi proprietario, non competit. Vide Manticam 9 *de conjecturis. 5. Goth.* Adde Zarmient. *lect. select. lib. 3. cap. 2. n. 41.* Pinell. *de bonis maternis. ad l. 1 n. 35. 41. 42. 43. S. L.*
[87] V. *l. 12. ff. eod.*
[88] Sunt enim proprietarii. *l. 12. ff. eod.*
[89] V. *l. 41. ff. de usufruct. legato.*
[90] *l. 23. §. 1. ff. eod.*
[91] An heredis? an fructuarii? *l. 22 ff. eod. l. 63. §. 4. ff. ad Trebell.*
[92] Contemplatione cujus quid fiat, donetur, vel legetur, spectare semper oportet, adde *l. 60. in fin. ff. pro socio.*
[93] Nam pacta valent ad exceptionem.
[94] Vide *l. 11. ff. de acceptilat.*
[95] *l. 21. ff. eod. l. 10. ff. de acquir. rer. dom.*
[96] *l. 17. §. 1. ff. eod. l. 5. l. 6. ff. ad l. Aquil. l. 24. in fin. ff. de pignorat.* Paul. 3 *sentent. 6. §. 23.*
[97] *l. 17. §. 1. ff. eod. al.* ut neque torqueat.
[98] Immodica castigatio est, flagellis cædere, dixi ad *l. 7. ff. de pœnis. & l. 12. ff. de jure fisci.*
[99] Jure cædi potest. *l. 96. ff. de verb. oblig.*
[100] V. *l. 63. ff. de solutionib.*
[1] Quæ sunt moris, & consuetudinis, lege permitti solent. *l. 1. C. de fidejuss.* vid. *l. 31. §. 20. ff. de ædilitio.*
[2] V. *l. 43. in fin. ff. de acquir. rerum dominio.*
[3] *l. 12. in fin. ff. eod. l. 5. §. 18. ff. de tributor. l. 19. l. 53. ff. de contr. empt.*
[4] *l. 12. §. 5. ff. eod. l. 43. in fin. ff. de adquir. rer. dom. l. 43. in fin. ff. de ædilitio edicto.*
[5] *l. 18. in fin. ff. de stipul. serv.*
[6] Puta capitis diminutione, adde *l. 24. ff. de action. empt.*
[7] *l. 25. l. 26. ff. de cond. indeb.* [8] Vel in folle: talis solutio & oblatio admodum est incerta. *l. 82. ff. de condit. & demonst.* [9] V. *l. 26. ff. eod.* [10] *§. 1. Inst. de acquisit. per arrogat. v. l. 38. §. 15. ff. de verb. oblig.*

legatus, & iste servus operas suas locavit, & stipulatus est, ut supra scriptum est, prout capitis minutione [11] amissus [fuerit] ususfructus, mox restitutus, ambulabit [12] stipulatio: profectaque ad heredem, redibit ad fructuarium. §. 3. Quæstionis est, an id, quod adquiri fructuario non potest, proprietario adquiratur? Et Julianus quidem lib. xxxv Digestorum scripsit, * quod fructuario adquiri non potest, proprietario quæri [13]. Denique scribit, eum, qui ex re fructuarii stipuletur nominatim proprietario, vel jussu ejus, ipsi adquirere. Contra autem nihil agit, si non ex re fructuarii, nec ex operis suis fructuario stipuletur. §. 4. Servus fructuarius, si usumfructum in se dari stipuletur, aut sine nomine, aut nominatim proprietario, [ipsi proprietario] adquirit: exemplo servi communis, qui stipulando rem alteri ex dominis, cujus res est, nihil agit: quoniam rem suam [14] stipulando quis, nihil agit: alteri stipulando, adquirit solidum. §. 5. Idem Julianus eodem lib. scripsit: Si servo [15] fructuario operas ejus [16] locaverat, nihil agit: nam, & si ex re mea (inquit) à me stipulatus sit, nihil agit: non magis, quam servus alienus bona fide mihi serviens, idem agendo, domino quicquam adquirit. † Simili modo (ait) ne quidem si rem meam à me fructuario conducat [17], me [non] obligavit. Et regulariter definit: * quod quis, ab alio stipulando, mihi adquirit, id à me stipulando nihil agit: nisi forte (inquit) nominatim domino suo stipuletur à me, vel conducat.

§. 6. Si duos fructuarios proponas, & ex alterius re servus sit stipulatus, quæritur, utrum totum, an pro parte, qua habet usumfructum, ei quæratur: nam & in dubbus bonæ fidei possessoribus hoc idem est apud Scævolam agitatum libro secundo Quæstionum? Et ait, volgo creditum, rationemque [18] hoc facere, [ut,] si ex re alterius stipuletur, partem [19] ei duntaxat quæri, partem domino: quod si nominatim [20] sit stipulatus, nec dubitari debere, quin adjecto nomine, solidum ei quæratur. † Idemque ait, & si jussu ejus stipuletur: quoniam jussum pro nomine accipimus. Idem & in fructuariis erit dicendum: ut quo casu non totum adquiretur fructuario, proprietatis domino erit quæsitum: quoniam ex re fructuarii quæri ei posse ostendimus. §. 7. Quod autem diximus [21], *ex re fructuarii*, *vel* [*ex*] *operis posse adquirere*, utrum [22] tunc locum habeat, quotiens jure legati ususfructus sit constitutus, an & si per traditionem, vel stipulationem, vel alium quemcunque modum, videndum: Et vera est Pegasi sententia, quam & Julianus libro sextodecimo secutus est, omnia [23] fructuario adquiri.

XXVI. Paulus lib. III ad Sabinum.

Si operas suas locaverit servus fructuarius, & imperfecto tempore locationis, ususfructus interierit, quod supereſt [24], ad proprietarium pertinebit [25]. Sed & si ab initio certam [26] summam propter operas certas stipulatus fuerit, capite diminuto eo, idem dicendum est.

De fructibus pendentibus. 1. De tabernis locandis. 2. Si servum fructuarius instituerit. 3. De oneribus à fructuario subeundis. 4. De servitutibus. 5. De servo empto quibusdam interdicto.

XXVII. Ulpianus lib. XVIII ad Sabinum.

Si pendentes fructus jam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret, si, die [27] legati cedente, adhuc pendentes deprehendisset: nam [&] stantes [28] fructus ad fructuarium pertinent [29]. §. 1. Si dominus solitus [30] fuit tabernis ad merces suas uti, vel ad negotiationem, utique permittetur fructuario locare eas, & ad alias merces: & illud solum observandum, ne vel abutatur usufructuarius, vel contumeliose [31] injuriose ve utatur [usufructu]. §. 2. Si servi ususfructus legatus est, cujus testator quasi ministerio vacuo utebatur, si eum disciplinis, vel arte [32] instituerit [33] usufructuarius, arte ejus vel peritia utetur.

§. 3. Si [34] quid [35] cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam [36] aquæductus, quæ per agrum transit, pendatur, ad [37] onus fructuarii pertinebit [38]. Sed & si quid ad collationem viæ [39], puto hoc quoque fructuarium subiturum. Ergo & quod ob [40] transitum [41] exercitus confertur ex fructibus [42]: sed & [43] si quid municipio: nam solent possessores certam partem fructuum municipio, viliori [44] pretio, addicere: solent & fisco fusiones [45] præstare. Hæc onera ad fructuarium pertinebunt. §. 4. Si qua servitus [46] imposita est fundo, necesse habebit fructuarius sustinere: unde [47] & si per stipulationem servitus debeatur, idem puto dicendum.

§. 5. Sed & si servus sub pœna emptus sit, interdictis certis quibusdam [48], an, si ususfructus ejus fuerit legatus, observare hæc fructuarius debeat? Et puto debere eum observare, alioquin non boni viri arbitratu utitur [&] fruitur.

De nomismatibus.

XXVIII. Pomponius lib. V ad Sabinum.

Nomismatum [49] aureorum vel argenteorum veterum, quibus pro gemmis uti solent, ususfructus legari potest.

De usufructu omnium bonorum.

XXIX. Ulpianus lib. XVIII ad Sabinum.

Omnium [50] bonorum [51] usumfructum posse legari, nisi [52] excedat dodrantis [53] æstimationem, Celsus lib. XXXII Digestorum, & Julianus libro sexagesimo primo scribit: & est verius.

Si adium luminibus obstruatur.

XXX. Paulus lib. III ad Sabinum.

Si is, qui binas ædes habeat, aliarum usumfructum legaverit, posse heredem, Marcellus scribit, alteras altius tollendo, obscurare luminibus [54]: quoniam habitari potest, etiam obscuratis ædibus. Quod usque adeo temperandum est, ut non [55] in totum ædes obscurentur, sed modicum lumen, quod habitantibus sufficit, habeant.

Quæ sunt ex re fructuarii.

XXXI. Idem lib. X ad Sabinum.

Ex re fructuarii etiam id intelligitur, quod ei [56] fructuarius donaverit [57], concesserit, vel ex administratione rerum ejus servus compendii fecerit.

De jure ab eo, qui rem tradit, excepto.

XXXII. Pomponius lib. XXXIII ad Sabinum.

Si quis unas ædes, quas solas habet, vel fundum tradit, excipere [58] potest id, quod personæ, non prædii est [59], veluti usum, & usumfructum. Sed & si excipiat, *ut pascere sibi vel inhabitare liceat*, valet exceptio: cum ex multis saltibus, pastione, fructus percipere tur. Et habitationis exceptione, sive temporali, sive usque ad mortem ejus, qui excepit, usus [60] videtur exceptus.

Si fructuarius vivo testatore decesserit. 1. De jure accrescendi.

XXXIII. Papinianus lib. XVII Quæstionum.

Si Titio fructus [61], Mævio proprietas legata sit, & vivo [62] testatore Titius [63] decedat [64], nihil [65] apud scriptum heredem relinquetur [66], & id Neratius quoque respondit. §. 1. Usumfructum in quibusdam casibus [67], non partis effectum obtinere convenit: unde si fundi vel fructus portio petatur, & absolutione secuta postea pars altera, quæ adcrevit, vindicetur, in lite quidem proprietatis judicatæ rei exceptionem obstare, in fructus vero non obstare [68], scribit Julianus: quoniam portio fundi, velut alluvio, portioni: personæ, fructus adcrescere [69].

De usufructu duobus alternatim legato. 1. Si ususfructus colono legetur. 2. Quid interſit inter usumfructum omnium bonorum & singularium rerum.

XXXIV. Julianus lib. XXXV Digestorum.

Quotiens duobus ususfructus legatur ita, *ut alternis annis utantur, fruantur*, siquidem ita legatus fuerit, Titio & Mævio, potest dici priori [70] Titio, deinde Mævio, legatum datum [71]: si vero duo ejusdem nominis fuerint, & ita scriptum fuerit, Titiis usumfructum alternis annis do: nisi consenserint [72], uter eorum prior utatur, invicem sibi impedient. Quod si Titius eo anno, quo flueretur, proprietatem accepisset, interim legatum non habebit, sed ad Mævium alternis annis ususfructus pertinebit: & si Titius proprietatem alienasset, habebit eum usumfructum, quia & si sub conditione ususfructus mihi legatus fuerit, & interim proprietatem ab herede accepero, pendente autem conditione eandem alienavero, ad legatum admittar [73].

§. 1. Si colono tuo usumfructum fundi legaveris, usumfructum vindicabit: & cum herede tuo aget ex conducto [74]: & consequetur, ut neque mercedes præstet, & impensas, quas in culturam fecerat, recipiat. §. 2. Universorum bonorum, an [75] singularum rerum ususfructus legetur, hactenus interesse puto, quod si ædes incensæ fuerint, ususfructus specialiter ædium legatus peti non potest. Bonorum autem usufructu legato, areæ ususfructus peti poterit: quoniam qui [76] bonorum suorum usumfructum legat, non solum eorum, quæ in specie sunt, sed & substantiæ omnis usumfructum legare videtur: in substantia autem bonorum etiam area est [77].

Si heres in fraudem fructuarii tardius adierit. 1. De usufructu servi legato, ita ut finito usufructu liber sit.

XXXV. Idem lib. I ad Urseium Ferocem.

Si ususfructus legatus est, sed heres scriptus [78] ob hoc tardius adit, ut tardius [79] ad legatum perveniretur, hoc quoque præstabitur [80], ut Sabino placuit [81]. §. 1. Ususfructus servi mihi legatus est, isque, cum ego uti frui desissem, liber esse jussus est, deinde ego ab herede æstimationem legati tuli: nihilo magis eum liberum fore, Sabinus respondit: namque videri me uti frui homine, pro [82] quo aliquam rem habeam [83]: conditionem autem ejus libertatis eandem manere: ita ut mortis meæ aut capitis diminutionis interventu liber futurus esset.

De re extincta & restituta. 1. De morte debitoris nudæ proprietatis. 2. Si post moram heredis moriatur servus, cujus ususfructus legatus est.

XXXVI. Africanus lib. V [84] Quæstionum.

Qui usumfructum areæ legaverat, insulam ibi ædificavit: ea vivo eo [85], decidit, vel deusta est: usumfructum [86] deberi [87] existimavit [88]. † Contra [89] autem non idem juris esse, si insulæ usufructu legato, area [90], deinde insula facta sit. † Idemque esse, & si scyphorum usufructus legatus sit, deinde massa [91] facta, & [92] veteat.

---

11 §. 3. *Inst. h. t.*
12 De hoc verbo dixi, ad *l.* 15. ff. *de minor.*
13 *l.* 23. *in fin.* ff. *de adquir. rer. dom. l.* 7. §. *fin.* ff. *de stip. servor.* §. *ult. Inst. eod.*
14 *l.* 87. ff. *de verb. oblig.* §. 21. *Inst. de inutil. stip.*
15 Fructuario.
16 Id est, suas.
17 *l.* 17. *in fin.* ff. *de peculio.*
18 Consuetudine firmatur.
19 Imo totum. *l.* 17. *in fin.* ff. *de stipul. serv.*
20 §. 3. ff. *eod. l.* 37. §. *penult.* ff. *de adquir. rerum dom. l.* 12. *in fin. l.* 39. ff. *de stipul. servor.*
21 *l.* 21. ff. *eod.*
22 Non quæritur, unde ususfructus fructuario adquiratur, sed de potestate utendi fruendi. Et eodem modo non quæritur, unde originem pecunia habuerit. *l. non unde. C. si certum.*
23 Omni fructuario, ut Basilicis, σωστὶ τῷ τὴν χρῆσιν ἔχοντι. Cujac. 11 *obs.* 36.
24 *l.* 25. §. 2. ff. *eod.*
25 Hinc colligit Cujacius, finito usufructu, fructus pendentes, vel perceptos dividendos inter dominum & fructuarium pro rata temporis, quo constitit eo anno in persona fructuarii, 4 *Feudor.* 30. vide tamen *l.* 13. ff. *quibus modis ususfruct. &. l.* 8. *in fin.* ff. *de annuis.*
26 Non ab initio per annos divisam.
27 Dies legati usufructus quando cedit? adita hereditate. *l.* 86. §. 2. ff. *de leg.* I. *l.* 1. ff. *quando dies ususfr.*
28 Id est, Fructus inchoati usufructus tempore pendentes, fructuarii sunt, unde aliud colligi potest, fructus pendentes finito usufructus tempore proprietarii fuisse.
29 Utcunque heres moram adeundo faciat, *l.* 35. ff. *eod. l.* 53. ff. *de fideicommiss. lib.*
30 V. *l.* 13. §. 5. ff. *eod.*
31 Vel inhoneste. *l.* 7. ff. *de usu & habitat.*
32 Adde Senec. 9 *Controvers.* 3.
33 Cur usufructuarius servum, quo defunctus vacuo utebatur, disciplinis instituere potest, domum ampliare non potest, quamvis melius repositurus sit? *l.* 7. *in fin. l.* 8. ff. *eod.*
34 His oneribus, quæ sequuntur, subjecta olim erant patrimonia, fueruntque hæc solemnia patrimoniorum onera. adde quæ scripsi ad *l.* 11. ff. *de vacatione muner.* 35 Vide *l.* 30. §. 1. *in fin.* ff. *de leg.* 3. *l.* 39. §. 5. ff. *de legat.* 1. Id Græci appellant, τὰ τέλη ἢ κοινὰ. 16 *Eclog.* 1. *cap.* 27.
36 Id τέλος τῆς ὑδραγωγίας, *Eclog. illo loco.* Formæ autem aquæductus sunt formæ & meatus aquarum publicarum, ad quarum tutelam & refectionem hi, per quorum agros ea aqua transibat, annuatim tributum conferebant. Hoc verbo utitur Frontinus *lib. de aquæductibus.* & Imperator in *l.* 1. *l.* 6. *C. de aquæductibus.* 37 Realia onera ad fructuarium pertinent constante usufructu.
38 *l.* 7. §. 2. *in fin.* ff. *eod.* 39 Hoc τέλος ὁδοποιΐας Græci appellant, onus viæ refectionis, *Eclog. d. loco.* quod prædiis impositum erat, *ut hic. & l.* 13. §. 6. ff. *de act. empt. l.* 14. §. 2. ff. *de muner. l.* 11. ff. *de vacatione munerum. l.* 6. *C. de pignor.* Siculus Flaccus *lib. de condit. agror.* Id antiqui dicebant, Exigere viam. Asconius 3 *Verrina.* 40 τέλος τῆς στρατιωτικῆς παρόδου, *Eclog. ibid.* Ad hujusmodi transitum annonæ ligna & stramenta conferebantur. Vide Flaccum *ibid.* & Novellam *quomodo oporteat milites transitum in civitatibus facere, & de introitu.* 138.
41 Vide quæ scripsi ad *l.* 79. ff. *de leg.* 2. temporarium: vide *l.* 28. ff. *de usufruct. leg.* Goth. De annonis & contributionibus prædiorum, vide Rævard. *conject. lib.* 3. *cap.* 6. Ans.
42 Lignis & stramentis, ut ff. dixi. 43 Hoc Græci *ibid.* appellant τέλος τῆς πολιτικῆς, onus ob municipium. 44 Pretium frumenti vilius constitui potest à Magistratu, non modo famis, sed & quovis tempore. *l.* 5. ff. *de administr. rerum ad civit. pert.* 45 Alii, *functiones* δημόσια τέλη. 16 *Eclog.* 1. *cap.* 27. *in fin.* onera, sive functiones fiscales. Stipendia, annonæ, capitationes: atque hæc sunt tributiones, quæ possessionibus fiunt, *l. penult.* ff. *de Veteranis. l.* 6. *in fin.* ff. *de muneribus.* intributiones patrimonii: dixi ad *l.* 22. *in fin.* ff. *ad municipalem.* tributa prædiorum, *l.* 7. §. 2. ff. *eod. l.* 42. *l.* 52. §. 2. ff. *de pactis. l.* 13. §. 6. ff. *de act. empt. l.* 13. ff. *de impensis. l.* 32. §. 6. ff. *de administr. tut.* munera rei cohærentia. adde Brissonium 3 *selectar.* 11. Cujacium 18 *obs.* 37. Goth. Adde Revard. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. Ans. 46 Quid si conductor rei conductæ fructus Titio legaverit, herede damnato *finere legatarium uti frui?* & legatarius utetur fructur, & heres mercedes domino præstabit, *l.* 30. §. 1. *de legat.* 3. quia si fructuarius eas præstaret, legatum inutile ei foret. 47 Cur? ne in pœnam incidat proprietarius. 48 Locis, ut *l.* 9. ff. *de servis exportandis.* 49 *l.* 9. §. 4. ff. *ad exhibendum.* ut Philippeorum, *l.* 27. §. 4. *in fin.* ff. *de auro.* hinc collige animi voluptatem, delectationem, & recreationem pro fructu haberi. *Zas.* adde *l.* 41. ff. *eod.* ut & lanæ, & odorum, & aromatum. vide *l. pen.* ff. *de usufructu earum rerum.* vide Forner. 2 *select.* 2. vide tamen Cujac. 9 *obs.* 37. 50 *l.* 34. §. 2. ff. *eod.* mobilium, immobilium. 51 Et nominum. *l.* 3. ff. *de usufructu earum rerum.* 52 Imo, etsi dodrantem excedat, *l.* 37. ff. *de usu legat.* possunt & omnia bona in dotem dari. *l.* 4. *C. de jure dotium.*
53 Vide quæ notavi ad *Novell.* 18. *cap.* 3. quartam enim heredi extraneo relinquere testator debet: liberis vero legitimam cum usufructu. *Authent. novissime. C. de inofficioso.* etiamsi liberis universa proprietas sit relicta, & uxori defuncti ususfructus, ut ea ratione liberi habeant, unde se alere possint. Alberic. *hic.* rejecta sententia eorum, qui putant, filio universam proprietatem habente, solidum usumfructum alteri relinqui posse. Et hunc itaque in modum concludamus: sive filius quartam suam habeat, sive universam proprietatem, pater cogitur quartam ususfructus ei relinquere, ut interim ex illo usufructu alere se possit.
54 *l.* 10. ff. *de servitutibus urban.*
55 Alioquin ædes non possent habitari. *arg. l.* 1. *in fin.* ff. *si usufr. petatur. l.* 10. *in fin. l.* 24. ff. *de serv. urbanorum.*
56 Servo usufructuario.
57 Ut habeat in peculio, vid. *l.* 37. §. 1. ff. *de acquir. rer. dom.* secus, si ut ad proprietarium rediret. *l.* 49. *de acquir. rer. dom.*
58 Id est, pacisci, ut *l.* 39. ff. *de act. empt.*
59 Quia non habet alium fundum, cui servitus realis detur. Realem autem constituere nemo potest, nisi qui habet prædium. *l.* 1. ff. *commun. prædior.* §. 3. *Inst. de servitutib.*
60 Habitationi usus inest. adde *l.* 10. ff. *de usu & habitat. l.* 13. *C. h. t.* §. 5. *Inst. de usu.*
61 Novam ac singularem hujus legis explicationem vide apud Leonin. *lib.* 5 *emendat. cap.* 13. *n.* 4. & *seq.* Ans.
62 Id est, antequam in ejus persona constitueretur ususfructus.
63 Id est, legatarius.
64 Idem dicendum, si incapax.
65 Ea enim videtur Titii voluntas testatoris, ut ad legatarium proprietatis, ususfructus legatus, sive finitus, sive nunquam cœptus rediret potius, quam ad scriptum heredem. Eadem est enim finiti & nunquam cœpti ususfructus ratio. *l.* 3. §. 1. ff. *usufr. quemadmodum ceat.*
66 Sed proprietatis legatario is ususfructus adcrescet. vide *l.* 6. ff. *de usufructu adcresc.* nec est in causa caduci, quia lex Papia. in usufructu cessat, alioqui perpetuo remaneret apud fiscum. *l.* 9. ff. *de usufruct. legat.* Præterea, si legatarius proprietatis præfertur in usufructu ipsi heredi scripto, consequenter fisco præfertur. Nam lex Papia vindicat tantum ea, quæ remanserunt apud heredem, non apud legatarium. *l.* 17. ff. *de legat.* 1. 67 *l.* 4. ff. *eod.*
68 *l.* 14. §. 1. ff. *de except. rei judicatæ.* 69 Id est, quia eo casu ususfructus non portioni, sed homini accrescit. *d. l.* 14. 70 Ut prior nominatus, prior eligat, & præferatur. *l.* 8. §. 4. ff. *de legat.* 2. 71 Ut ordo scripturæ servetur. vide *l.* 24. §. 17. ff. *de fideicommiss. libert.*
72 Vide *l.* 3. *in fin.* ff. *quibus modis ususfruct.* 73 Vide *l.* 57. ff. *eod.* 74 *l.* 9. *in fin. l.* 10. *l.* 24. *in fin.* ff. *locati.* 75 Differentiam observa universorum bonorum legatorum, à singularum rerum usufructu legato: adde *l.* 22. ff. *de usufructu legato. l.* 69. ff. *ad Falcid.* 76 Totum quamlibet sui partem necessitate infert. vide Everard. *in Top. in loco à toto ad partem. num.* 9. 77 Alibi dicitur area esse pars insulæ, & quidem maxima, *l.* 98. *in fin.* ff. *de solut.* adde *l.* 8. 9. ff. *quib. mod. ususfruct.* 78 Idem si ab intestato sit heres. 79 Vide *l.* 6. ff. *de usufructu adcresc.*
80 Doli actione. 81 *l.* 36. §. *ult. l.* 37. ff. *eod. l.* 53. ff. *de fideicommiss. lib.*
82 Æstimatione rei fructuariæ qui utitur, re uti frui intelligitur. 83 Vide *l.* 39. ff. *eod.* nihil interest quid fiat ex æquipollentibus. Res enim rem aliam repræsentare potest.
84 Vide Cujac. *lib.* 5 *ad Africanum.* Fornerium 2 *selectionum. C.* 85 *Subandi*, Testatore.
86 Notandum est autem ex areis, præsertim frequenti mercatu, obventiones venire, *l.* 7. §. 1. ff. *eod. l.* 27. §. 5. ff. *de rei vindic.* Cicer. 9 *Epistol.* casam in eis licet ponere, *l.* 73. ff. *eod.* non tamen ædificium, *l.* 7. §. 1. ff. *eod.* vide Cujac. 9 *observ.* 8. 87 Cur? Areæ ususfructus, est rei informis ususfructus: area quippe res est, quæ forma destituitur. Et in hac itaque specie ususfructus areæ debetur, quia area magis in materia, quam in forma consistit, & areæ hic & illic materia semper est eadem. 88 Quia tunc censetur area restituta. vide *l.* 71. ff. *eod.*
89 Quid ita? Insulæ, ædium & similium ususfructus, rei formam habentis ususfructus est: insula quippe suam formam habet. Proinde in hac specie insula ad aream redacta, & sic semel extincta, nova insula in area posita non convalescit: quia insula magis consistit in forma, quam in materia, & secunda non est eadem cum prima: quia prima in rerum natura esse desiit. Nec aliquid hic facit qualitatis similitudo: quia in usufructu requiritur præcise identitas formæ.
90 Ædibus ad aream redactis, ædium usus extinguitur, *l.* 10. §. 1. ff. *quib. mod. usufr.* ædium ususfructus semel extinctus nova ædificatione non convalescit. *ut hic.* 91 Vide *l.* 44. §. 2. ff. *de leg.* 1.

& iterum scyphi: licet enim pristina qualitas scyphorum restituta sit, non tamen illos esse, quorum ususfructus legatus sit [90].

§. 1. Stipulatus sum de Titio fundum Cornelianum, detracto [91] usufructu, Titius decessit: quæsitum est, quid mihi heredem ejus præstare oporteat? Respondit, tetestre [92] qua mente ususfructus exceptus sit: nam si quidem hoc actum est, ut in cujuslibet [93] persona ususfructus constitueretur, solam [94] proprietatem heredem debiturum: sin autem id actum sit, ut promissori duntaxat, ususfructus reciperetur, plenam [95] proprietatem heredem ejus debiturum [96]. † Hoc ita se habere, manifestius in causa legatorum apparere: etenim si heres, à quo detracto usufructu, proprietas legata sit, prius quam ex testamento ageretur, decesserit, minus dubitandum, quin heres ejus plenam proprietatem sit debiturus. Idemque, & si sub conditione similiter legatus sit, & pendente conditione heres decesserit. §. 2. Ususfructus servi Titio legatus est: cum per heredem staret, quo minus præstaretur, servus mortuus est: aliud dici non posse ait, quam in id obligatum esse heredem, quanti legatarii interfit [97], moram factam non esse: ut scilicet ex eo tempore in diem, in quo servus sit mortuus, ususfructus æstimetur. † Cui illud quoque consequens esse, ut si ipse Titius moriatur, similiter ex eo tempore, quo mora sit facta, in diem mortis æstimario ususfructus heredi ejus præstaretur.

Si promissor ususfructus, vel operarum servi per quinquennium nihil dederit.

XXXVII. IDEM lib. VII Quæstionum.

QUæsitum est, si cum *in annos decem proximos usumfructum de te dari* stipulatus essem, per te steterit [98], quominus dares, & quinquennium transierit, quid juris sit? Item, si *Stichi decem annorum proximorum operæ de te dari* stipulatus sim, & similiter quinquennium præteriit? Respondit, ejus temporis usumfructum, & operas recte peti, quod [99] per te transactum est, quo minus daretur.

Per quas personas usufructuarius utitur fruitur.

XXXVIII. MARCIANUS lib. III Institutionum.

NOn utitur usufructuarius [100], si nec ipse utatur, nec nomine [1] ejus alius, puta qui emit, vel qui conduxit, vel cui donatus est, vel qui negotium ejus gerit. † Plane illud interest [2], quod si vendidero usumfructum, etiamsi emptor non utatur, videor usumfructum retinere:

XXXIX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUia qui pretio fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re utitur fruitur [3].

XL. MARCIANUS lib. III Institutionum.

QUod si donavero, non alias retineo, nisi ille utatur.

De statuis & imaginibus. 1. De agris infructuosis.

XLI. IDEM lib. VII Institutionum.

STatuæ & *imagines* [4] usumfructum posse relinqui, magis est: quia & ipsæ habent [aliquam] utilitatem, si quo loco opportuno ponantur. §. 1. Licet prædia quædam talia sint, ut magis in ea impendamus, quam de illis adquiramus [5], tamen ususfructus eorum relinqui potest.

Si alii usus, alii fructus legetur: quid interfit inter rerum & æstimationis legatum.

XLII. FLORENTINUS lib. XI Institutionum.

SI alii [6] *usus*, alii *fructus* ejusdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod usuario superavit: nec minus [&] ipse fruendi causa & usum habebit. §. 1. *Rerum*, an *æstimationis* ususfructus tibi legetur, interest: nam si quidem *rerum* legetur, deducto eo [7], quod præterea tibi legatum est, [ex] reliquis bonis usumfructum feres: sin autem *æstimationis* [ususfructus] legatus est, id quoque æstimabitur, quod præterea tibi legatum est. Nam, * sæpius idem legando, non ampliat testator legatum [8]: re autem legata, etiam æstimationem ejus legando, ampliare legatum possumus.

De usufructu partu bonorum legato.

XLIII. ULPIANUS lib. VII Regularum.

ETiam [9] partis bonorum ususfructus legari potest. Si tamen non sit specialiter facta partis mentio, dimidia [10] pars bonorum continetur.

De tectorio.

XLIV. NERATIUS lib. III Membranarum.

VSufructuarius novum [11] tectorium [12] parietibus, qui rudes [13] fuissent, imponere non potest: quia, tametsi meliorem, excolendo ædificium, domini causam facturus esset, non [14] tamen id jure suo facere potest: aliudque [15] est tueri quod accepisset, an novum faceret.

De impensis cibariorum & valetudinis.

XLV. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SIcut [16] impendia [17] cibariorum in servum, cujus ususfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum respicere natura manifestum est.

De bonorum possessione contra tabulas, in quibus nuda proprietas matri legata est. 1. De insula à proprietario reficienda.

XLVI. PAULUS lib. IX ad Plautium.

SI extraneo scripto [18], & emancipato præterito [19], matri defuncti, deducto usufructu, proprietas legata sit, petita [20] contra tabulas bonorum possessione, plena [21] proprietas, pietatis [22] respectu, matri præstanda est [23]. §. 1. Si testator jusserit, *ut heres reficeret insulam*, cujus usumfructum legavit, potest fructuarius ex testamento agere, ut heres reficeret [24].

XLVII. POMPONIUS lib. V ex Plautio.

QUod si heres hoc non fecisset, & ob id fructuarius frui non potuisset, heres etiam fructuarii eo nomine habebit actionem, quanti [25] fructuarii interfuisset, non cessasse heredem: licet ususfructus morte ejus interisset.

Si heres quasi negotium fructuarii gerens ædes reficerit. 1. De fructibus immaturis.

XLVIII. PAULUS lib. IX ad Plautium.

SI absente fructuario, heres, quasi negotium ejus gerens, reficiat, negotiorum gestorum actionem adversus fructuarium habet, tametsi sibi in futurum heres prospiceret. Sed si paratus [26] sit recedere ab usufructu fructuarius, non est cogendus reficere: sed actione negotiorum gestorum liberatur. §. 1. Silvam cædiuam [27], etiamsi intempestive [28] cæsa sit, in fructu esse [29] constat: sicut olea immatura lecta: item fœnum immaturum cæsum in fructu est [30].

De usufructu duobus legato à duobus heredibus.

XLIX. POMPONIUS lib. VII ad Plautium.

SI mihi, & [31] tibi, à Sempronio & Mucio heredibus ususfructus legatus sit, ego in partem Sempronii quadrantem, in partem Mucii alterum quadrantem habebo: tu item in utriusque parte eorum quadrantes partes * habebis * [32].

De impensis ab herede usumfructum restituturo deducendis.

L. PAULUS lib. III ad Vitellium.

TItius Mævio fundum Tusculanum reliquit, ejusque fidei commisit, *ut ejusdem fundi partu dimidia usumfructum Titia præstaret*: Mævius villam, vetustate corruptam, necessariam cogendis & conservandis fructibus, ædificavit: Quæsitum est, an sumptus partem, pro portione ususfructus Titia adgnoscere debeat? Respondit Scævola, si prius, quam ususfructus præstaretur, necessario ædificasset, non alias cogendum [33] restituere, quam ejus sumptus ratio haberetur.

De usufructu in tempus mortis collato.

LI. MODESTINUS lib. IX Differentiarum.

TItio, *cum moritur*, ususfructus [34] inutiliter [35] legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à persona discedere [36] incipit.

De tributis præstandis.

LII. IDEM lib. IX Regularum.

VSufructu relicto, *si tributa ejus rei præstantur* [37], ea usufructuarium præstare debere dubium non est: nisi specialiter nomine fideicommissi testatori placuisse probetur, hæc quoque ab herede dari.

Si portio Insulæ manet.

LIII. JAVOLENUS lib. II Epistolarum.

SI cui insulæ ususfructus legatus est, quamdiu [38] quælibet portio ejus insulæ remanet, totius soli usumfructum retinet.

De venditione fundi, cujus ususfructus sub conditione legatus est.

LIV. IDEM lib. III Epistolarum.

SUb conditione ususfructus fundi à te herede, Titio legatus est: tu fundum mihi vendidisti, & tradidisti detracto usufructu: Quæro, si non extiterit conditio: aut extiterit, & interiit ususfructus, ad quem pertineat? Respondit: intelligo, [te] de usufructu quærere, qui legatus est: Itaque si conditio ejus legati extiterit, dubium non est, quin ad legatarium [is] ususfructus pertineat: &, si aliquo casu ab eo amissus [39] fuerit, ad proprietatem [40] fundi revertatur: Quod si conditio non extiterit, ususfructus ad heredem [41] pertinebit: ita ut in ejus persona omnia eadem serventur, quæ ad amittendum usumfructum pertinent, & servari solent. † Cæterum in ejusmodi venditione spectandum id erit, quod inter eumentem vendentemque convenerit: ut, si apparuerit legati [42] causa eum usumfructum exceptum esse, etiamsi conditio non extiterit, restitui à venditore emptori debeat.

De usu infantis legato.

LV. POMPONIUS lib. XXVI ad Quintum Mucium.

SI *in'antis* [43] *usus* tantummodo legatus sit, etiamsi nullus interim sit [44], cum tamen infantis ætatem excesserit, esse incipit [45].

De municipibus fructuariis.

LVI. GAIUS lib. XVII ad Edictum provinciale.

AN ususfructus [46] nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est: periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte, nec [47] facile capitis deminutione periturus est: qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente usufructu. Sed tamen placuit dandam esse actionem. † Unde sequens dubitatio est, quousque tuendi essent in eo usufructu municipes? Et placuit, centum [48] annis [49] tuendos esse municipes [50]: quia is finis vitæ longævi hominis est [51].

De consolidatione rescissa: 1. De morte quorundam ex fructuariis.

LVII. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

DOminus [52] fructuario prædium, quod [53] ei per usumfructum serviebat [54], legavit, idque prædium aliquandiu possessum legatarius restituere filio, qui causam inofficiosi testamenti recte pertulerat, coactus est: remansisse fructus jus integrum ex postfacto [55] apparuit. §. 1. Per fideicommissum fructu prædiorum ob alimenta libertis [56] relicto, partium emolumentum ex persona vita decedentium ad dominum proprietatis [57] recurrit [58].

De herede fructuarii. 1. De legato sextæ partis, ex redactu fructuum.

LVIII. SCÆVOLA lib. III Responsorum.

DEfuncta fructuaria mense Decembri, jam omnibus fructibus, qui in his agris nascuntur, mense Octobri per colonos sublatis: quæsitum est, utrum pensio heredi fructuariæ solvi deberet: quamvis fructuaria ante Kalendas Martias [59], quibus pensiones inferri debeant, decesserit: an dividi debeat inter heredem fructuariæ, & Rempublicam, cui proprietas legata est? Respondi, Rempublicam quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ vero heredem sua die, secundum ea, quæ proponerentur, integram pensionem

---

90 Adde *l.* 98. † *de libris & instrumentis.*

91 Exceptus ususfructus, vitio excipientis fit: nisi vel tacito actum sit, ut transiret in heredem. vide *l.* 126. §. 1. *J. de verb. oblig.*

92 Vide *l.* 126. §. 1. *J. de verb. oblig.*

93 Hoc est, promissoris, & heredis ejus.

94 Id est, nudam, at non solidam.

95 Ususfructus enim ea natura est, ut pereunte cohæreat: ut qui usumfructum excepit, sibi tantum, non heredi quoque excipiat.

96 Id est, si ita sum stipulatus, *fundum dabis, ita tamen, ut quamdiu vixerit, eo uteris fruaris*, mortuo promissore, ab eius heredem plena proprietas debetur; id autem in dubio præsumetur.

97 Vide *l.* 35. 3. *eod. l.* 47. *J. eod.*

98 Vide *l.* 1. *l.* 6. *J. de usu & usufruct. legato.*

99 Vide *l.* 35. *J. eod.*

100 *l.* 12. §. 2. *J. eod.*

1 Utimur fruimur, si nostro nomine alius utitur, puta emptor, conductor, donatarius vel negotiorum gestor: Per eos uti frui possumus.

2 Differentiam venditi & donati ususfructus observa.

3 Pretium rei rem repræsentat, *l.* 39. §. 1. *J. eod. l.* 22. *in fin. J. de petit. heredit. l.* 33. *l.* 34. *J. de peculio.*

4 Adde *l.* 28. *J. eod.*

5 Talia prædia dicuntur fœnea, ἀκαιρα. *Novell.* 7. *cap.* 12.

6 *Vid.* quæ scripsi ad *l.* 16. §. 1. *J. familiæ.*

7 Quia res sua nemini servit. *l.* 26. *J. de servit. urb. l.* 66. §. 6. *J. de legat.* 2.

8 Adde *l.* 18. *J. de verb. oblig.*

9 *Ulpian* 24. §. 26. *in fin.*

10 *Partis* appellatione intelligitur dimidia. *l.* 25. *in fin. l.* 164. §. 1. *J. de verb. sign.*

11 *l.* 61. *J. eod.*

12 Ex hac lege legem 61. *J. eod.* emendat *Cujac.* 1 *observ.* 36. alii illinimentum calcis intelligunt: vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 9. *J. uti possidetis.*

13 Rudis paries, vel novus, vel nondum politus: *bourde* Gallis.

14 *l.* 7. *l.* 8. *J. eod.* Imo potest. *l.* 13. §. 1. *J. eod.*

15 Differentiam observa inter tueri accepturn, & novum facere.

16 Usufructuarius servo usufructuario præstare debet impendia cibariorum, & impendia valetudinis.

17 *l.* 15. §. 2. *J. eod. cl.* stipendia.

18 Herede.

19 Ususfructus deducitur à filio emancipato præterito, qui petita bonorum possessione contra tabulas extraneum heredem excluit, à quo fundus matris fuerat legatus, detracto usufructu: quia eum detrahi testator ab instituto, non à præterito voluit.

20 Per præteritum.

21 *Plena proprietas* est, quæ in se usumfructum etiam continet.

22 Falsa hæc adjectio & colorata, *ut in l. uxorem.* §. *codicillis. J. de leg.* 3.

23 Ut quod ab extraneo per inofficiosi querelam ereptum est, prosit matri. *v. l.* 5. *in fin. J. de leg. præstand.*

24 *l.* 47. *l.* 65. *in fin. J. eod.*

25 *l.* 36. §. 2. *J. eod.*

26 Vid. *l.* 64. *J. eod.*

27 Cædi consuetam. *l.* 10. *J. eod.*

28 Intempestive cæsa ac lecta, an, & quomodo sint in fructu.

29 Imo non est: tenetur enim lege Aquilia qui id fecit, *l.* 27. §. 25. §. 26. *J. ad l. Aquil. l.* 10. *l.* 11. *J. eod.* An hic intererat fructuarii cædere, quod earius potuit eam vendere?

30 *l.* 1. *l.* 5. *in fin.* Fœnisicium participet, puta beneficiarum, & similes, & ad hæc trahitur, quod gravatum fideicommisso (si modo ususfructus duraturus erat, vel duravit ad tempus usque in collationes illorum fructuum) tunc enim nullo modo interest proprietarii: quia fructuarius sibi, non alii, facit injuriam. *l.* 54. *in fi. J. ad l. Aquil.* Idem dicendum in patrono, qui fructus vasalli præmature collegit, quoties vasallus obiit, tempore maturitatis, aut collectionis, justo obtulerit: secus, si infra tempus maturitatis, nec enim dominus rebus clientis abuti, sed secundum earum conditionem uti debet. *l.* 15. §. 1. & 3. *J. eod.* ideoque vasallo fructus extantes restituet, & præterea quanti ejus interfuit fructus suos immaturos non colligi. Quid si non extent, aut extent quidem, sed inutiles & corrupti? eorum pretium, deductis tamen impensis in collectionem fructis præstabitur. *arg. l.* 35. §. 1. *J. loc.* Idem dicendum in legatario, cui ultimo anno legati singe usque ad decem annos legatum) fructus sequentis anni percipere immature non licet. Idem est etiam in eo, qui restituere fundum gravatus, in fraudem legatarii, cui dies messis, vindemiæ, piscationis, sylvæ cædendæ, vel collectionis intra tempus maturitatis cesserant) fructuum collectionem anticipavit. Idem in colono. *d. l.* 35. Ut interea sciamus, tempus maturitatis non æstimari ex privata coloni affectione, sed boni diligentisque patrisfamilias: sic enim intelligenda est *l. pen. J. de usufruct. legato.* nam & oliva immatura matura utilior est, *d. l. pen.* Notandum est etiam, immaturi fructus colligentem teneri etiam Aquilia. *l.* 27. §. 25. *J. ad l. Aquil.* & communi dividundo. *v. l.* 23. *J. comm. divid.* & ex locato. vid. *l.* 35. §. 1. *J. locat.* vid. *Molineum, tit.* 4. §. 1. *gl.* 8. *n.* 32. *ac* 36.

31 Pro parte constitui ususfructus potest. *l.* 5. *J. eod.*

32 Vide quæ notavi *ad Novell.* 18. *cap.* 4.

33 *l.* 32. §. 5. *J. de usufruct. legat.* 34 Servitus tamen *Titio cum moritur*, legari potest recte: potest enim in heredem transire. Quod in usufructu non est. Huic differentiæ ususfructus & servitutis hæ pariter adjungantur: Ususfructus jus est personæ: servitus vero, jus prædii. Ille, dividuus: servitutes vero individuæ. Ille morte, capitis diminutione perit: hæc non item, *l.* 3. *J. quemadm. servit. amit.* Ususfructus alternis annis legatus, non utendo non amittitur, quia plura sunt legata. *l.* 28. *J. quibus mod. ususfruct.* secus in servitute relicta: hic enim legatum unum est. *l.* 13. *J. de usufruct. legato.* 35 Cur? quia à mortuo, & sic à non persona incipit. *l.* 5. *J. de usufruct. legat.* aliud est in stipulationibus. vide *l.* 11. *C. de contrab. stipul.* 36 *Al.* decedere. 37 Vide *l.* 7. §. 2. *J. eod. l.* 28. *J. de usufruct. legato.* Goth. Tributa de Usufructu fructuarius solvit. Menoch. *consil.* 330. *num.* 1. *lib.* 4. Andr. Gail. *lib.* 2 *observ.* 146. Ferron. *ad Burdegal. lib.* 1. *tit.* 2. §. 20. Anf.

38 Atque ita per partem integer ususfructus retinetur, *argum. l.* 12. *C. de agricolis, & censitis.*

39 *l.* 46. *in princ. J. de evict.* 40 Emptorem. 41 Venditorem. 42 *Forte* legatarii.

43 Vel furiosi, vel ægrotantis. 44 *l.* 12. §. 3. *J. eod.* 45 Potest enim furiosus respicere, ægrotus convalescere, & infans crescere. *Paul. 3 sent.* 6. §. 18. 46 Explicatrh. l. vid. apud Govean. *var. lib.* 2. *cap.* 8. Coras. *lib.* 5 *Miscell. cap.* 18. 47 Collegia & municipia non facile moriuntur, *ut hic.* ita nec Ecclesia. vide *l.* 1. *Feud.* 13. 48 *l.* 8. *J. de usufructu legato.* 49 Imo: triginta tantum annis, *l.* 68. §. *penultim. J. ad l. Falcid.* vide *Cujac. lib. de præscr. cap. penult.*

50 Nisi prius talis civitas aratrum passa sit. *l.* 21. *J. quibus mod. usufr. amit.* 51 Respublica æstimatur, ὡς ὁ μακροχρόνιος ἄνθρωπος. adde *l.* 23. *C. de sacrosanctis Ecclesiis.* adde 7 *Plin.* 48.

52 Proprietatis. 53 Res servit homini per usumfructum. 54 Servit prædium usufructuario in eo constituto. ususfructus est jus, id est, servitus. 55 *l.* 34. *paulo ante.* §. 1. *J. eod.* 56 Et sic pluribus. 57 Quo nomine caveri proprietario oportet. *l.* 3. *circa finem. J. de alimentis.*

58 Imo ad proprietarium non recurrit. *l.* 10. *in fi. J. de usufr. adcresc.* 59 Martio mense pensiones & mercedes solvi solitæ. *Macr.* 1 *c.* 12. adde quæ de pensionibus, mense Julio inferri solitæ, dixi ad *l.* 41. *J. de contr. empt. & ad l.* 9. *J. qui potiores.*

sionem percepturum [60]. §. 1. SEMPRONIO DO LEGO EX REDACTU [61] FRUCTUUM, OLERIS, ET PORRINÆ [62], QUÆ HABEO IN AGRO FARRARIORUM, PARTEM SEXTAM: Quæritur, an his verbis usufructus legatus videatur? Respondi, non usumfructum, sed ex eo, quod redactum esset, partem legatam. † Item quæritum est, si usufructus non esset, an quotannis partem sextam redactam legaverit? Respondi, quotannis videri relictum [63]: nisi contrarium specialiter ab herede adprobetur.

De arboribus vi tempestatis eversis. 1. De eo, quod in fundo nascitur, vel inde percipitur. De pensionibus locatorum agrorum. 2. De vectigali fundi, quod in compendio cæsæ arundinis vel pali consistit.

LIX. PAULUS lib. III Sententiarum.

ARbores vi tempestatis [64], non culpa fructuarii, eversas, ab eo substitui non placet [65]. §. 1. Quidquid in fundo nascitur, [vel] quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet [66]: pensiones quoque jam antea locatorum agrorum, si ipsæ quoque specialiter comprehensæ sint. Sed ad [67] exemplum venditionis [68], nisi fuerint specialiter exceptæ, potest usufructuarius [69] conductorem [70] repellere. §. 2. Cæsæ arundinis vel pali compendium, si [71] in eo [quoque] fundi vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinet.

De usufructuario prohibito, vel dejecto. 1. De usufructu vindicando à non domino. Si de proprietate vel usufructu sit controversia.

LX. IDEM lib. V Sententiarum.

CUjuscumque fundi [72] usufructuarius prohibitus, aut dejectus, de restitutione omnium rerum simul occupatarum agit [73]: sed & si, medio tempore, alio casu interciderit usufructus, æque de percepris antea fructibus utilis actio tribuitur. §. 1. Si fundus, cujus usufructus petitur, non à domino possideatur, actio redditur [74]. Et ideo si de fundi proprietate inter duos quæstio sit, fructuarius nihilominus in possessione esse debet, satisque ei à possessore cavendum [75] est, *quod non sit prohibiturus frui eum, cujus usufructus relictus est, quamdiu de jure suo probet.* Sed, si ipsi usufructuario quæstio moveatur, interim usufructus ejus offertur [76]: sed caveri de restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, vel si satis non detur, ipse frui permittitur.

De rivo parietibus imponendo: de ædificio consummando.

LXI. NERATIUS lib. II Responsorum.

VSufructuarius novum [77] rivum [78] parietibus non potest imponere: ædificium inchoatum, fructuarium consummare non [79] posse, placet; etiamsi eo loco aliter uti non possit: sed nec ejus quidem usumfructum esse: Nisi in constituendo vel legando usufructu hoc specialiter adjectum sit, ut utrumque ei liceat.

De venatione. 1. Et feris, quæ vivariis inclusæ sunt.

LXII. TRYPHONINUS lib. VII Disputationum.

VSufructuarium venari [80] in saltibus vel montibus possessionis, probe dicitur: nec aprum, aut cervum, quem ceperit, proprium domini capit: sed fructus aut jure (civili,) aut gentium [81] suos facit. §. 1. Si vivariis [82] inclusæ feræ in ea possessione custodiebantur, quando usufructus cœpit, num [83] exercere [84] eas fructuarius possit, occidere non possit? alias si quas initio inclusserit operis suis, vel [post] sibimet ipsæ inciderint, delapsæve fuerint, hæ fructuarii juris sint? commodissime tamen, ne per singula animalia facultatis fructuarii propter discretionem difficilem, jus incertum sit, sufficit eundem numerum per singula quoque genera ferarum, finito usufructu, domino proprietatis adsignare, qui fuit cœpti usufructus tempore.

Qui usumfructum constituere possit.

LXIII. PAULUS lib. singulari de Jure Singulari.

QUod nostrum non [85] est, transferemus [86] ad alios [87]: veluti is [88], qui fundum habet, quamquam usumfructum non habeat, tamen usumfructum [89] cedere potest [90].

De domo reficienda.

LXIV. ULPIANUS lib. LI ad Edictum.

CUm fructuarius paratus est usumfructum [91] derelinquere [92], non [93] est cogendus domum reficere, in quibus casibus [&] usufructuario hoc onus incumbit. † Sed & post acceptum contra eum judicium, parato fructuario derelinquere [94] usumfructum, dicendum est absolvi eum debere à judice.

LXV. POMPONIUS lib. V ex Plautio.

SEd cum fructuarius [95] debeat, quod suo suorumque facto detrius factum sit, reficere, non est absolvendus, licet usumfructum derelinquere paratus sit: debet [96] enim omne, quod [97] diligens paterfamilias in sua domo facit, & ipse facere. §. 1. Non magis heres reficere debet, quod vetustate jam deterius factum reliquisset testator, quam [98] si proprietatem alicui testator legasset.

Quæ actiones cum usufructuario competunt.

LXVI. PAULUS lib. XLVII ad Edictum.

[CUm] [99] usufructuario non solum legis Aquiliæ [100] actio competere potest: sed & servi corrupti, & injuriarum, si servum torquendo [1], deteriorem fecerit.

De venditione usufructus.

LXVII. JULIANUS lib. I ex Minicio.

CUi usufructus [2] legatus est, etiam invito [3] herede eum extraneo vendere potest [4].

De partu. 1. De fœtu. 2. De grege, vel armento supplendo.

LXVIII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

VEtus fuit quæstio [5], *an partus* [6] *ad fructuarium pertineret* [7]? Sed Bruti [8] sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere *: Neque [9] enim in fructu hominis homo esse potest [10]: hac ratione, nec usumfructum in eo fructuarius habebit. † Quid tamen si fuerit etiam partus usufructus relictus, an habeat in eo usumfructum? Et cum [11] possit partus legari, poterit & usufructus ejus. §. 1. Fœtus tamen pecorum Sabinus & Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere [12]. §. 2. Plane, si gregis vel armenti sit usufructus legatus, debebit ex adgnatis gregem supplere [13]; id est, in locum capitum defunctorum,

LXIX. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

VEl inutilium, alia summittere [14]: ut, post substituta, fiant propria fructuarii, ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoque, ex natura fructus desinunt ejus esse. Nam alioquin, quod nascitur, fructuarii est: &, cum substituit, desinit ejus esse.

LXX. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUid ergo, si non faciat, nec suppleat? Teneri [15] eum proprietario, Gaius Cassius scribit, lib. X juris civilis. §. 1. Interim tamen, quandiu submittantur & suppleantur capita, quæ demortua sunt, cujus sit fœtus, quæritur? Et Julianus lib. XXXV Digestorum scribit, pendere [16] eorum dominium: ut, si summittantur, sint proprietarii: si non summittantur, fructuarii: Quæ sententia vera est. §. 2. Secundum quæ, si decesserit fœtus, periculum erit fructuarii, non proprietarii: & necesse habebit alios fœtus summittere. Unde Gaius Cassius lib. VIII scribit, carnem [17] fœtus demortui ad fructuarium pertinere. §. 3. Sed quod dicitur, *debere eum summittere*, toties verum est, quoties gregis, vel armenti, vel equitii, id est, universitatis, usufructus legatus est: cæterum, si singulorum capitum, nihil supplebit.

§. 4. Item, si forte eo tempore, quo fœtus editi sunt, nihil fuit, quod summitti deberet, nunc [& [18]] post editionem, utrum ex his, quæ edentur, summittere debebit, an ex his quæ edita sunt, videndum est: Puto autem verius, ea quæ pleno grege edita sunt, ad fructuarium pertinere; sed posteriorem gregis casum nocere debere fructuario. §. 5. *Summittere* autem facti est: & Julianus proprie dicit, dispertire, & dividere, & divisionem [19] quandam facere, quod dominium erit summissorum proprietarii.

De re mutata, & in pristinam formam restituta.

LXXI. MARCELLUS lib. XVII Digestorum.

SI in area, cujus usufructus alienus esset, quis ædificasset [20] intra tempus, quo usufructus perit, superficie [21] sublata, restitui [22] usumfructum, veteres responderunt.

Si proprietarius usumfructum legaverit.

LXXII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

SI dominus nudæ proprietatis usumfructum legaverit [23], verum est [24], quod Mæcianus scripsit lib. III quæstionum de fideicommissis, valere legatum: &, si forte in vita testatoris, vel ante aditam hereditatem proprietari accesserit, ad legatarium pertinere. Plus admittit Mæcianus, etiam si post aditam hereditatem accessisset usufructus, utiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

Si fructuarius in area casum adficet.

LXXIII. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI areæ usufructus legatus sit mihi, posse me casum [25] ibi ædificare, custodiæ [26] causa earum rerum, quæ in area sint.

De usufructu duobus servis legato.

LXXIV. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI *Sticho servo tuo, & Pamphilo meo* legatus fuerit usufructus, tale est legatum, quale, si mihi, & tibi legatus esset: & ideo dubium non est, quin æqualiter [27] ad nos pertineat.

TIT. II.

DE USUFRUCTU ADCRESCENDO [1].

Si usufructus legetur duobus conjunctim, vel separatim. 1. Si communi servo. 2. Si communi servo, & separatim Titio. Si duobus conjunctim, & alteri separatim. 3. De re conjuncta. 4. Si duobus heredibus institutis proprietas legetur.

1. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUotiens [2] usufructus legatus est, ita [3] inter fructuarios est jus adcrescendi, si [4] conjunctim [5] sit usufructus relictus: cæterum, si [6] separatim [7] unicuique [8] partis rei usufructus sit relictus, sine dubio jus adcrescendi cessat. §. 1. Denique apud Julianum lib. XXXV Digestorum quæritur: si communi servo usufructus sit relictus, & utrique domino adquisitus, an altero repudiante [9], vel amittente [10] usumfructum, alter totum habeat? & putat ad alterum pertinere [11]: & licet dominis usufructus non [12] æquis partibus, sed pro dominicis adquiratur, tamen persona ejus, non dominorum, inspecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere. §. 2. Idem ait, & si *communi servo*, & separatim *Titio* usufructus legatus sit, amissum ab altero ex sociis usumfructum, non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum conjunctum. Quæ sententia vera est: nam, * quamdiu vel unus utitur, potest dici usumfructum in suo statu esse. † Idem est, si duobus conjunctim, & alteri separatim usufructus esset relictus. §. 3. Interdum tamen, etsi non sint conjuncti, tamen usufructus legatus alteri adcrescit: utputa [13] si mihi fundi usufructus separatim totius, & tibi similiter fuerit relictus. Nam (ut [&] Celsus lib. XVIII Digestorum, & Julianus lib. XXXV scribit) concursu [14] partes habemus [15]. Quod & in proprietatione, nec usumfructum in eo fructuarius habebit. † Quid tamen si fuerit etiam partus usufructus relictus, an habeat in eo usumfructum? Et cum [11] possit partus legari, poterit & usufructus ejus. §. 1. Fœtus tamen pecorum Sabinus & Cassius opinati sunt ad fructuarium pertinere [12]. §. 2. Plane, si gregis vel armenti sit usufructus legatus, debebit ex adgnatis gregem supplere [13]; id est, in locum capitum defunctorum,

LXIX. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

VEl inutilium, alia summittere [14]: ut, post substituta, fiant propria fructuarii, ne lucro ea res cedat domino. Et sicut substituta statim domini fiunt, ita priora quoque, ex natura fructus desinunt ejus esse. Nam alioquin, quod nascitur, fructuarii est: &, cum substituit, desinit ejus esse.

LXX. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUid ergo, si non faciat, nec suppleat? Teneri [15] eum proprietario, Gaius Cassius scribit, lib. X juris civilis. §. 1. Interim tamen, quandiu submittantur & suppleantur capita, quæ demortua sunt, cujus sit fœtus, quæritur? Et Julianus lib. XXXV Digestorum scribit, pendere [16] eorum dominium: ut, si summittantur, sint proprietarii: si non summittantur, fructuarii: Quæ sententia vera est. §. 2. Secundum quæ, si decesserit fœtus, periculum erit fructuarii, non proprietarii: & necesse habebit alios fœtus summittere. Unde Gaius Cassius lib. VIII scribit, carnem [17] fœtus demortui ad fructuarium pertinere. §. 3. Sed quod dicitur, *debere eum summittere*, toties verum est, quoties gregis, vel armenti, vel equitii, id est, universitatis, usufructus legatus est: cæterum, si singulorum capitum, nihil supplebit.

§. 4. Item, si forte eo tempore, quo fœtus editi sunt, nihil fuit, quod summitti deberet, nunc [& [18]] post editionem, utrum ex his, quæ edentur, summittere debebit, an ex his quæ edita sunt, videndum est: Puto autem verius, ea quæ pleno grege edita sunt, ad fructuarium pertinere; sed posteriorem gregis casum nocere debere fructuario. §. 5. *Summittere* autem facti est: & Julianus proprie dicit, dispertire, & dividere, & divisionem [19] quandam facere, quod dominium erit summissorum proprietarii.

De re mutata, & in pristinam formam restituta.

LXXI. MARCELLUS lib. XVII Digestorum.

SI in area, cujus usufructus alienus esset, quis ædificasset [20] intra tempus, quo usufructus perit, superficie [21] sublata, restitui [22] usumfructum, veteres responderunt.

Si proprietarius usumfructum legaverit.

LXXII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

SI dominus nudæ proprietatis usumfructum legaverit [23], verum est [24], quod Mæcianus scripsit lib. III quæstionum de fideicommissis, valere legatum: &, si forte in vita testatoris, vel ante aditam hereditatem proprietari accesserit, ad legatarium pertinere. Plus admittit Mæcianus, etiam si post aditam hereditatem accessisset usufructus, utiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

Si fructuarius in area casum adficet.

LXXIII. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI areæ usufructus legatus sit mihi, posse me casum [25] ibi ædificare, custodiæ [26] causa earum rerum, quæ in area sint.

De usufructu duobus servis legato.

LXXIV. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI *Sticho servo tuo, & Pamphilo meo* legatus fuerit usufructus, tale est legatum, quale, si mihi, & tibi legatus esset: & ideo dubium non est, quin æqualiter [27] ad nos pertineat.

TIT. II.

DE USUFRUCTU ADCRESCENDO [1].

Si usufructus legetur duobus conjunctim, vel separatim. 1. Si communi servo. 2. Si communi servo, & separatim Titio. Si duobus conjunctim, & alteri separatim. 3. De re conjuncta. 4. Si duobus heredibus institutis proprietas legetur.

1. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUotiens [2] usufructus legatus est, ita [3] inter fructuarios est jus adcrescendi, si [4] conjunctim [5] sit usufructus relictus: cæterum, si [6] separatim [7] unicuique [8] partis rei usufructus sit relictus, sine dubio jus adcrescendi cessat. §. 1. Denique apud Julianum lib. XXXV Digestorum quæritur: si communi servo usufructus sit relictus, & utrique domino adquisitus, an altero repudiante [9], vel amittente [10] usumfructum, alter totum habeat? & putat ad alterum pertinere [11]: & licet dominis usufructus non [12] æquis partibus, sed pro dominicis adquiratur, tamen persona ejus, non dominorum, inspecta, ad alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere. §. 2. Idem ait, & si *communi servo*, & separatim *Titio* usufructus legatus sit, amissum ab altero ex sociis usumfructum, non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum conjunctum. Quæ sententia vera est: nam, * quamdiu vel unus utitur, potest dici usumfructum in suo statu esse. † Idem est, si duobus conjunctim, & alteri separatim usufructus esset relictus. §. 3. Interdum tamen, etsi non sint conjuncti, tamen usufructus legatus alteri adcrescit: utputa [13] si mihi fundi usufructus separatim totius, & tibi similiter fuerit relictus. Nam (ut [&] Celsus lib. XVIII Digestorum, & Julianus lib. XXXV scribit) concursu [14] partes habemus [15]. Quod & in proprieta-

60 Si integro anno usufructus duravit, pensiones integræ heredi fructuarii debentur, licet tardius inferantur. Quid si non integro anno, an pro rata temporis, quo usufructus constitit in persona usufructuarii, inter dominum & usufructuarii heredes dividentur? vide quæ notavi *ad l.* 26 §. *eod.*

61 Id est, reditibus.

62 *Porrina* hic dicitur, ut & *rapina*, in *l.* 88. §. 16. ff. *de leg.* 2.

63 Igitur tale legatum, pensio annua, non usus-fructus, erit.

64 Tempestatis vim fructuarius non præstat, sed culpam.

65 Quia nec earum eversarum sentit omne commodum, *l.* 12. ff. *eod.* Aliud si demortuæ sint. *l.* 18. ff. *eod.*

66 *l.* 9. ff. *eod.*

67 Argumentum ab emptore ad fructuarium observa: vide omnino quæ scripsi ad Accursium *hoc loco.*

68 In qua emptor non necesse habet concedere colono, cui prior dominus locavit, nisi ea lege emit. *l.* 9. *C. locati.*

69 Secus in usu. *l.* 10. § 4. ff. *de usu.*

70 Vide Capellam Tholosanum *quæst.* 420.

71 *l.* 9. §. *ult.* ff. *eod.*

72 Id est, sive provincialis sive Italici: non urbani, vel rustici, nam nullus est fundus urbanus. *Cujac.* 11 *obs.* 36.

73 Interdicto de vi. *l.* 3. §. *pen.* ff. *de vi & vi.*

74 Datur enim ea actio in quemvis possessorem. *l.* 5. §. 1. ff. *si usus-fruct. petatur.*

75 Vide *l.* 7. ff. *de aqua quotidiana.*

76 Differtur, *Baldus, Haloand.*

77 Novum tectorium. *l.* 44. ff. *eod.* ex qua hanc emendat *Cujac.* 1. *obs.* 36. sed Russardus rivi nomine stillicidii genus intelligit. *Goth.* Obst. *l.* 13. ff. *h. t.* sed conciliat Charond. *verisimil. lib.* 1. *cap.* 21. Ans.

78 *l.* 44. ff. *eod.*

79 Imo potest. *l.* 2. ff. *de juris d.*

80 *l.* 9. §. 5. ff. *eod.* vide tamen *l.* 26. ff. *de usuris.*

81 §. 12. *Inst. de rerum divis.*

82 *De vivariis* dixi ad *l.* 1. §. 14. ff. *de adquir. poss. Vivaria Gallis Parcs.*

83 Tribonianismum hic esse prodit satis ipsa oratio seu dictio.

84 *Exercere feras*, est earum operis uti venando.

85 Hoc est, quod nostrum nondum est.

86 *Al.* transferimus. Sed *transferemus* rectum est, id est, certis casibus jure singulari transferre quandoque possumus, ut inscriptio hujus l. docet.

87 Jus hoc valde singulare est, ut ex inscriptione legis appareat.

88 Id est, nudæ proprietatis dominus. *l.* 72. ff. *eod.*

89 Id est, jus illud, quod sua die ad proprietatem reverti potest. *l.* 72. ff. *eod.* At non eodem modo transferre potest is, qui usumfructum formalem habet.

90 Eo plane modo, qui extat in *l.* 55. ff. *eod.* Imo non potest. §. 3. *Inst. de usufruct.* ubi dixi.

91 Derelinquere fundum usufructuarius licet etiam post acceptum judicium. 92 *l.* 48. ff. *eod. l.* 65. ff. *eod.*

93 Derelinquens jure concesso ædificium, id reficere non cogitur.

94 Derelinquere Galli dicunt *deguerpir.* Onus reale evitat, qui rem dimittit.

95 Ut & emptor. *l.* 25. §. 1. ff. *de ædilitio.*

96 Imo non debet. *l.* 20. ff. *de damno.*

97 Diligentia patrisfamilias cujusque, in usufructuario exigitur.

98 Adde *l.* 46. *in fi.* ff. *eod.*

99 Id est, adversus fructuarium.

100 *l.* 11. §. *fin.* ff. *ad l. Aquil.*

1 *l.* 17. §. 1. §. 2. §. 3. *l.* 23. *in fi.* ff. *eod.*

2 §. 1. *Inst. de usufr. l.* 9. *C. eod.*

3 Aliud in emphyteuta. *l.* 3. *C. de jure emphyteutico.*

4 Etiam invito domino vel herede, *Græci apud Leunclavium*, 1. *Synops. Basilicon.*

5 Inter Jurisconsultos. vid. *Ciceronem*, 1 *de finibus.*

6 Ancillæ. 7 Jure dominii. 8 *Idem Cicero*, 1 *de finib.* 9 *l.* 28. *in fi.* ff. *de usuris.* 10 *d. l.* 28. ff. *de usuris.* §. 37. *de rer. divis.* vid. *l.* 27. ff. *de petit. hæredit.* vid. *l.* 66. §. 3. ff. *soluto.*

11 Argumentum a majori observa.

12 *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 20.

13 Submittere, *l.* 70. §. 1. ff. *eod.* Substituere. *l.* 69. ff. *v. Columellam.* 8. *de re rust.*

14 Columella & Virg. 3 Georgicon: *Ne post amissa requiras, Anteveni, & sobolem armento sortire quotannis. Cujac.* 11 *obs.* 39.

15 Puta actione in factum. *arg. l.* 10. *in fi.* ff. *de præscriptis.*

16 *l.* 12. *in fi.* ff. *eod.*

17 *l.* 30. ff. *quibus mod. usufr. amitt.*

18 Post adeptum usumfructum. alias constat mortuo bove, qui legatus est, neque corium, neque carnem deberi. *l.* 49. ff. *de legat.* 2.

19 Utilium ab inutilibus.

20 Emendationem *h. l.* vid. apud Leonin. *Emendationum lib.* 6. *c.* 12. Ans.

21 Id est, ædificio.

22 *l.* 36. ff. *eod. l.* 23. *l.* 24. ff. *quibus modis usufr. amit.*

23 Potest enim legare. *l.* 63. ff. *eod.*

24 Cur? quia jus, quod habet, & spem usufructus legat. *l.* 24. *l.* 72. ff. *de legat.* 1. *l.* 66. §. 6. ff. *de legat.* 2.

25 Non ædificium. *l.* 7. §. 1. ff. *eod. Paul.* 3 *sent.* 6. §. 2. Est vero casa *hic & l.* 41. §. 3. ff. *de leg.* 3. *l.* 5. *l.* 6. ff. *de rer. divis. l.* 14. ff. *de adquir. rerum dominio.* §. 5. *Inst. de rerum divis.* ædificium humile: à cautione deducit Festus.

26 Cæsæ usus.

27 *l.* 4. *in fin.* ff. *tit. prox. l.* 81. *in princ. ad l. Falcid.* Goth. Vid. Bellon. *Supput. lib.* 4. *cap.* 11. Ans.

1 Jus adcrescendi locum habet, quoties pars hereditatis aut rei legatæ, quæ deficit in uno ex heredibus vel legatariis, adcrescit alteri. adde *l. re conjunctis.* 89. ff. *de leg.* 3. *l. triplici.* 142. ff. *de verb. sign. l. unic.* §. 10. *& sequ. C. de cad. toll.* Vel ita: jus adcrescendi est jus retinendæ hoc jus *non decrescendi* est potius, quam adcrescendi, *l. nunc.* §. 11. *vers. hic vero nemo. C. de caducis* vel naviscendæ partis ejus, qui non concurrit, vel concurrere desiit.

2 Verba Sabini sunt, ut notat Cujac. 5. ad Africanum. *Goth.* Ad hanc l. vid. Duaren. *lib.* 1. *de jure accrescend. cap.* 13 Joan. Robert. *lib.* 2 *sent. cap.* 24. Gilbert.

Reg. *Enantioph. lib.* 2. *cap.* 16. Cujac. *lib.* 8. *obs.* 35. Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 50. Ans.

3 Vid. *l.* 3. ff. *eod.* 4 *Conjunctim*, pro conjuncta scriptura, ut & *separatim*, pro separatim disjuncta accepit itidem Cujacius. 5 Fit autem id variis modis: veluti, *Titio & Seio Stichum do.* §. 8. *Inst. de leg.* hi una orationе ad unam & eandem rem vocantur: & ob eam causam dicuntur *re & verbis conjuncti*: vel ita, *Titio Stichum do, Seio eundem Stichum. d.* §. 8. hi duabus orationibus ad eandem rem vocantur, veniunt & concurrunt: ideoque verbis seu orationе disjuncti, *re conjuncti* dicuntur. Additur tertia species conjunctionis eorum, qui *verbis* seu una orationе ad res diversas vocantur: veluti, *Titio & Seio fundum Tusculanum æquis portionibus do, lego.* 6 Hæc Sabini verba Ulpianus in §. 3. ff. *eod.* ad normam redegit, docens inter usufructuarios locum esse interdum juri adcrescendi, etsi separatim usufructus relictus sit: modo re conjuncti sint. 7 Tunc separatim pars rei alicujus relinquitur, quotnes duabus orationibus, duo ad diversas & certas partes unius rei vocantur: ut, *Titio do semissem fundi Tusculani, alterum semissem ejusdem fundi Seio do, lego.* Inter eos jus adcrescendi cessat, *ut hic.* nec inter se mutuo concurrunt. 8 Hæc verba, *unicuique partis rei*, Cujac. *eod. loc.* putat adjectitia. 9 Et hæc quoque verba, *repudiante vel*, adjectitia esse notat Cujacius *ibid.* Nam adquisita non repudiantur. 10 Amittimus adquisita, omittimus delata, & Græci hic vertunt, ἀμὴ χρήσωνται, ut videantur Græci legisse *omittente.* Similis est mutatio in *l.* 119. ff. *de reg. jur.* adde *l.* 28. ff. *de verb. sign.* 11 Imo alteri non adcrescit. *l.* 20. ff. *de leg.* 2. 12 Id est, non per concursum. Alii partes habent ab initio, non per concursum. 13 Cum conjunctim duobus usumfructum do, lego, legatum altero mortuo ad alterum in solidum pertinebit. *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 16. Nam post adquisitionem jus adcrescendi in usufructu durat. 14 Id est, te non petente, aut te repudiante mihi petenti adquiritur tua portio. *l.* 80. ff. *de legat.* 3. 15 Eodem modo quoties unus damni infecti nomine mittitur in possessionem, non pro portione damni mittitur, sed in totum. Cum igitur plures mittuntur, æqualiter omnes, quasi in totum missi, concursu partes habent, *leg.* 15. §. 18. ff. *de damno.*

prierate contingeret: nam altero repudiante, alter [totum] fundum haberet. Sed in usufructu hoc plus est: quia & constitutus, & postea amissus, nihilominus jus adcrescendi admittit. Omnes [16] enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt: & (ut Celsus, & Julianus eleganter animadvertit) usufructus cottidie [17] constituitur [18] & legatur: non, ut proprietas, eo solo tempore, quo vindicatur. * Cum primum itaque non inveniet alter eum, qui sibi concumbat, solus utetur in totum, nec refert, conjunctim, an separatim [19] relinquatur. §. 4. Idem Julianus lib. XXXV Digestorum scripsit. Si duobus heredibus institutis [20] *deducto usufructu, proprietas legetur*, jus adcrescendi heredes non habere [21]: nam videri [22] usumfructum constitutum, non per concursum divisum.

II. AFRICANUS lib. V Quæstionum.

DEoque amissa [23] pars usufructus ad legatarium, eundemque proprietarium redibit.

1. Si duo domini proprietatem tradiderint. 2. Si uni usufructus, alteri fundus legetur. Si apud alterum ex fructuario consolidetur.

III. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

IDem Neratius putat, cessare jus adcrescendi, lib. I responsorum: Cui sententiæ congruit ratio Celsi dicentis, totiens [24] jus adcrescendi esse, quotiens in [25] duobus, qui in solidum habuerunt, concursu divisus est. §. 1. Unde Celsus lib. XVIII scribit, si duo fundi domini, deducto usufructu, proprietatem tradiderint, uter eorum amiserit usumfructum, ad proprietatem redire: sed non ad totum: sed cujusque usumfructum ei parti accedere, quam ipse tradiderit: ad eam enim partem redire debet, à qua initio divisus est. §. 2. Non [26] solum autem, si duobus usufructus legetur, est jus adcrescendi, verum [27] & si alteri usufructus, alteri fundus legatus est [28]: nam, amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis [29] jure adcrescendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum: nam, & si duobus usufructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, jus adcrescendi non perit, neque [30] ei, apud quem consolidatus est, neque [31] ab eo: & ipse, quibus modis amitteret ante consolidationem [32], iisdem & nunc amittet. Et ita & Neratio & Aristoni videtur, & Pomponius probat.

De duobus fructuariis, & habente plenum dominium, conjunctis.

IV. JULIANUS lib. XXXV Digestorum.

SI tibi proprietas fundi legata fuerit, mihi autem & Mævio & tibi [33] ejusdem fundi usufructus, habebimus ego & Mævius trientes in usufructu, unus triens proprietati miscebitur. Sive autem ego, sive Mævius, capite minuti fuerimus, triens inter te [34], & alterutrum nostrum dividetur: ita ut semissem in usufructu habeat is, qui ex nobis capite minutus non fuerat, ad te proprietas cum parte dimidia usufructus pertineat.

V. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

ET si tradideris alicui proprietatem, *deducto* [35] *usufructu*, nihilominus putat Julianus adcrescere: Nec videri novum, tibi adquiri usumfructum.

Si uni proprietas, alteri pars usufructus legetur. 2. Si usufructus uni pure, alteri sub conditione legetur.

VI. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

IDem & si apud unum ex tribus fructuariis consolidatus sit usufructus. §. 1. Sed si cui proprietas, deducto usufructu, legata sit, & mihi pars usufructus, videndum erit, an inter me & heredem jus adcrescendi versetur? & verum est, ut quisquis amiserit, ad proprietatem [36] reverteratur [37]. §. 2. Si mihi usufructus fundi pure, tibi sub conditione legatus sit: potest dici, totius fundi usumfructum ad me pertinere interim; &, si capite minutus fuero, totum amittere [38]: sed, si extiterit conditio, totum usumfructum ad te pertinere, si forte capite deminutus sum; cæterum cum in meo statu maneo, communicandum usumfructum.

De usufructu relicto Attio & heredibus, vel Attio & Scio, cum heredibus suis, vel mulieri cum liberis, vel his cum matre.

VII. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SI quis Attio & heredibus [39] suis [40] usumfructum legaverit, dimidiam Attius, dimidiam [41] heredes habebunt. Quod si ita scriptum sit, *Attio & Scio, cum heredibus meis*, tres [42] partes fient: ut unam habeant heredes, tertiam Attius, tertiam Scius. Nec [43] enim interest [44] ita legetur, *illi & illis cum Mævio*: an ita, *illis & illi & Mævio*.

VIII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

SI [45] *mulieri cum* [46] *suis liberis* [47] *ususfructus legetur*, amissis liberis, ea usumfructum habet: [sed] & matre mortua, liberi ejus nihilominus usumfructum habent, jure adcrescendi. Nam & Julianus lib. XXX Digestorum ait, idem intelligendum in [48] eo, qui solos liberos heredes scripserit: licet non, ut legatarios, eos nominaverit, sed ut ostenderet [49] magis velle se, matrem ita frui, ut liberos secum habeat fruentes. † Sed & Pomponius quærit, quid si mixti fuerint liberi, & extranei heredes? & ait, filios legatarios esse intelligendos. Et per contrarium, si voluerit eos liberos simul [50] cum matre frui, debere dici, matrem legatariam esse intelligendam, & per omnia similem esse [&] in hoc casu juris eventum.

Si domisilium duobus, ususfructus uni, vel ususfructus duobus, dominium uni legetur.

IX. AFRICANUS lib. V Quæstionum.

SI proprietas [51] fundi duobus [52], ususfructus uni legatus sit, non trientes in usufructu habent, sed semissem duo, semissem fructuarius. Item contra, si duo fructuarii, & unus fundi legatarius sit.

De usufructu ei, qui partem amisit, adcrescente.

X. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

INterdum [53] pars [54] ususfructus [55] & non [56] habenti partem suam, sed amittenti adcrevit: nam si ususfructus duobus fuerit legatus, & alter lite contestata amiserit usumfructum, mox & collegatarius, qui litem contestatus non erat, usumfructum amisit; partem dimidiam dunraxat, quam amisit, qui litem contestatus est [57] adversus eum, qui se liti obtulit, à possessore consequitur: pars enim collegatarii ipsi adcrescit, non domino proprietatis: ususfructus enim personæ adcrescit, etsi fuerit amissus.

De usufructu singulu, à singulis heredibus relicto.

XI. PAPINIANUS lib. II Definitionum.

CUm singulis, ab heredibus singulis [58], ejusdem rei fructus legatur, fructuarii separati [59] videntur, non minus quam si æquis [60] portionibus, duobus ejusdem rei fructus legatus fuisset: Unde fit, ut inter eos jus adcrescendi [61] non sit.

XII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

CUm alius ab alio herede usumfructum vindicat.

proprietario, si partem suam amiserit, pars alterius amissa non adcrescit. 56 Modo habuerit quondam. 57 *Al.* non est. 58 Ubi diversi heredes rogati sunt diversis restituere, legatarii inter se jus adcrescendi non habent. *Goth.* Intellectum hujus legis pete ex Duareno, *lib. 1 de jure accrescendi, cap. 10. Anf.* 59 Id est, verbis. *l. 89. §. de legat. 3.* 60 Duobus qui æquis portionibus ejusdem rei usumfructum legat, separasse legatum intelligitur: ideoque inter eos jus adcrescendi non est. 61 Inter verbis conjunctos non est jus adcrescendi, sed non decrescendi.

TIT. III.

QUANDO [1] DIES USUSFRUCTUS LEGATI CEDAT [2].

Quoties dies usufructus cedit. 1. De fructu, qui quotidie percipi non potest. 2. Quando dies usufructus, 4. Vel aliter de usufructu cedat.

I. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUamquam [3] usufructus ex fruendo consistat, id [4] est, facto aliquo ejus, qui fruitur & utitur [5], tamen semel cedit dies [6]: aliter [7] atque si cui *in menses*, vel [in] *annos*, vel [in] *annos singulos* [8] quid legetur: tunc enim per dies singulos, vel menses vel annos dies legati cedit. † Unde quæri potest, si usufructus cui *per dies singulos* legetur, vel *in annos singulos*, an semel [9] cedat? Et puto, non cedere simul [10], sed per tempora adjecta, ut plura legata [11] sint. Et ita lib. IV Digestorum Marcellus probat in eo, cui *alternis diebus* usufructus legatus est. §. 1. Et ideo, si [is] fructus legatus sit, qui cottidie [12] percipi non potest, non erit inutile legatum: sed dies [13] habebunt legatum [14], quibus frui potest.

§. 2. Dies autem usufructus, item usus, non prius cedet, quam hereditas adeatur [15]: Tunc [16] enim constituitur usufructus, cum quis jam frui potest. Hac [17] ratione & si servo hereditario [18] usufructus legetur, Julianus scribit, quamvis cætera legata hereditati adquirantur, in usufructu tamen personam domini expectari, qui uti & frui possit. §. 3. Item si ex die usufructus legetur, dies ejus nondum cedet, nisi cum dies venit [19]: posse enim usumfructum ex [20] die legari, & in diem, constat. §. 4. Non solum autem usufructus [21] ante aditam hereditatem, dies non cedit, sed nec actio de usufructu [22]. Idemque, & si ex [23] die fuerit legatus usufructus. Denique Scævola ait, agentem ante diem usufructus, nihil facere: quamvis [24] alias [25], qui ante diem agit, male [26] agit [27].

1 Dic ab adita hereditate.
2 Adde *lib.* XXXVI. *J. tit.* II. *Quando dies legatorum, vel fideicommissorum cedat.*
3 Ratio dubitandi hinc fumitur.
4 Qui quoties fruitur, totics videtur usufructus cedere. *l.* 1. §. 3. *in fi. ff. tit. prox.*
5 Aliud est usumfructum, aliud in menses, in dies, & annos singulos legare. Usufructus legati dies semel cedit: in dies vel annos singulos, sæpius, *ut hic.* Quid si usufructus per dies vel annos singulos legetur? dies cedet non semel, sed ad tempora adjecta. *vers. unde.* Quid si alternis diebus usufructus legatus sit? idem *vers. & ita.*
6 Id est, incipit deberi. *l.* 213. *J. de verb. sign.*

7 Usufructus ideo magis facti, quam juris esse dicitur: cum in perceptione consistat, nec ante adquiratur fructuario, quam ipse eum perceperit. *l.* 1. *J. quando dies legatorum.* 8 Atqui pariæ sunt, fructus annuos, & usumfructum legari. *l.* 41. *J. de usufruct. legato.* 9 *Hal.* simul, *ut J. cod.* verum in vulgata infra eodem legitur, *semel*, non *simul*. Ut rem finiam, ut hic, ita *J. semel* est legendum. 10 *Vulgat.* semel. 11 *l.* 10. *J. quando dies legati.* 12 Forte *quot diebus*, ut mox dicam. 13 *Vulgat.* sed dies hi legatum habebunt, quibus frui potest. Quod si ita sit, superius est legendum, *quot diebus*, non *quotidie*. Cæterum si hic ulcus non erit, sententia hæc nobis præbebitur: ususfructus alternis diebus legati diem iis diebus legatario cedere, quibus frui poterit.
14 Per singulos dies, vel, alternis diebus. 15 Idem de libertate: alia vero legata à morte testatoris cedunt. *l. uni. §. 6. C. de caducis tollend.* 16 *Legendum puto*, tunc constituitur usufructus: videtur namque hæc particula *enim*, temere adjecta. Quæ enim consequentia est hæc, quia tunc constituitur usufructus, cum quis jam frui potest, usufructus ideo & usus non prius cedet, quam hereditas adeatur? Ne sit igitur hæc oratio antecedentis consecutio, sed novæ initium. 17 Cum quis frui non potest. 18 Vide *l.* 18. *J. titul. prox.* 19 *l.* 2. & 3. *J. quando dies legat.* 20 *l.* 4. *ff. de usufr.* 21 Legati scilicet. 22 Confessoria. *l.* 2. *J. si servitus.* 23 Potest enim usufructus ex die legari. 24 Id est, quoniam. 25 In legatis ex die relictis.
26 Excipe *l. quæsitum. J. de pign.* 27 *l.* 2. §. 6. *J. de eo, quod certo loco.*

TIT. IV.

QUIBUS [1] MODIS USUSFRUCTUS VEL USUS AMITTITUR [2].

De capitis deminutione.

I. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

NOn solum usumfructum amitti *Capitis minutione* [3] constat, sed & actionem de usufructu. † Et parvi refert, utrum jure sit constitutus usufructus, an vero tuitione [4] Prætoris: proinde traditus quoque usufructus: item in fundo vectigali, vel superficie, [non] jure constitutus, capitis minutione amittitur. §. 1. Sed ita demum amittitur capitis diminutione usufructus, si jam constitutus est [5]: cæterum, si ante aditam hereditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus est, constat non amitti. §. 2. Si tibi fundus ex die legatus est, & usumfructum mihi rogatus es restituere, videndum erit, si capite minutus fuero intra diem legato tuo insertum, ne forte salvus sit mihi usufructus: quasi ante diem cedentem, capitis minutio interveniat? quod benigne dici poterit. §. 3. Usque adeo autem capitis [6] minutio eum demum usumfructum perimit, qui jam constitutus est, ut si *in singulos annos*, vel *menses* vel *dies* legatus sit, is demum amittitur, qui jam processit [7]: & si forte *in annos singulos* legatus est, illius duntaxat anni usufructus amittetur: & si *in menses*, ejus mensis: si *in dies*, ejus dici.

1 Capitis minutione maxima & media, *l.* 1. *l.* 2. *J.* (etsi in singulos annos, menses, dies constitutus sit, *l.* 1. *l.* 2. *J. cod.*) morte, *l.* 3. *in fin. l.* 30. *J. cod.* mutatione rei, *l.* 5, §. 2. *l.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *J. cod.* interitu pro parte, *l.* 14. *J.* heredis facto, *l.* 15. *l.* 16. *J.* vel proprietarii (ut si noxæ dedit servum fructuario, *l.* 17. *J. cod.*) An proprietatis adquisitione? v. *d. l.* 17. an mutatione domini? *l.* 18. *l.* 19 *J. cod.* An utendo tantum, non fruendo? *l.* 20. *J. cod.* An aratri inductione? *l.* 21. *J.* An inundatione? *l.* 23. *l.* 24. *J. cod.* An non utendo? *l.* 25. 28. *J.* An occupatione hostili? *l.* 26. *J. cod.* An si grex ad unum caput redierit? *l.* 31. *J. cod.* 2 Et amissus repetitur, *l.* 3. §. 5. *J. cod.* retinetur, *l.* 3. §. 1. *J.* restituitur, *l.* 24. 26. *J.* & per quas personas: an per familiam? *l.* 22. *J. cod.* emptorem, vel fideicommissarium? *l.* 29. *J.* De fructibus ususfructus, & qui ad heredem transferuntur, v. *l.* 13 *J. cod.*
3 Maxima & media, *l.* 16. *C. de usufr. l.* 6. *in fin. ff. de usufr. adcr.* §. 3. *Inst. de usufr.* §. 1. *Inst. de adquis. per arrogationem.* 4 *l.* 9. §. 1. *J. usufr. quemad. Paul. 3 sent.* 6. §. 15. 5 Nec enim quod non est, amitti potest. *v. l.* 19 *J. quemad. servit.* 6 *In primis. h. tit.* 7 Id est, quia jam inceptus est.

De usufructu alterno anno relicto.

II. PAPINIANUS lib. XVII Quæstionum.

SI duobus separatim, *alterno anno* [8], usufructus relinquatur, continuis [9] annis proprietas nuda est: cum si legatarium unum substituas [10], cui alternis annis legatus sit usufructus, plena sit apud heredem proprietas eo tempore, quo jus fruendi legatario non est. Quod si ex duobus illis alter decedat, per vices temporum plena [11] proprietas erit. Neque [12] enim adcrescere alteri [13] quicquam potest: quoniam propria quisque tempora, non concurrente altero, fructus integri habuit. §. 1. Si non mors [14], sed capitis deminutio intercesserit, quia plura legata sunt, illius anni tantum, si modo jus fruendi habuit, fructus amissus erit. Quod & in uno legatario, qui fructum in singulos annos accepit, defendendum est: ut commemoratio temporum, repetitionis potestatem habeat. §. 2. Cum singulis fructus alternis annis legatur, si consentiant [15] in eundem annum, impediuntur: quod non id actum videtur, ut concurrerent. Multum etenim refert, *duobus simul alternis annis* legetur (quod sane ultra primum annum procedere non poterit, non magis, quam si uni legatus ita fuisset), *an singulis alternis annis*: nam si concurrere volent, aut impedient invicem propter voluntatem [16], aut, si ea non refragabitur, singulorum annorum fructus vacabit.

De repetitione usufructus & jure decrescendi. 3. De morte.

III. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

SIcut *in* [17] *annos singulos* usufructus legari potest, ita & capitis [18] minutione amissus legati [19] potest: ut adjiciatur, QUOTIES QUIS CAPITE MINUTUS ERIT, EI LEGO: vel sic, QUOTIENS AMISSUS ERIT: & tunc, si capitis minutione amittatur, repetitus [20] videbitur. † Unde tractatum est, si cui *quamdiu vivat*, usufructus legatus sit, an videatur repetitus, quotiens amissus est. Quod & Mæcianus tenet. Et puto repetitum videri [21]. Quare, si *usque ad tempus* sit legatus, ut puta *usque ad decennium*, idem erit dicendum. §. 1. Hæc autem repetitio [22], quæ fit post amissum capitis minutione usumfructum, quæritur [23], an [&] jus adcrescendi secum [salvum] habeat: ut puta, *Titio* & *Mævio* usufructus legatus est: & si Titius capite minutus esset, eidem usumfructum legavit: Quæsitum est, si Titius ex repetitione usumfructum haberet, an inter eos jus adcrescendi salvum esset? Et Papinianus lib. XVII Quæstionum scribit, salvum esse, perinde ac si alius esset Titio in usufructu substitutus: hos enim, tametsi non [24] verbis, re tamen conjunctos videri [25]. §. 2. Idem Papinianus quærit, *si Titio & Mævio* usufructu legato, in repetitione usufructus non totum, sed partem Titio relegasset: an viderentur conjuncti? Et ait, si quidem Titius amiserit, totum socio adcrescere: quod si Mævius amisisset, non totum adcrescere, sed partem ad eum, partem ad proprietatem redire: quæ sententia habet rationem. Neque [enim] potest dici, eo momento, quo quis amittit usumfructum, & resumit, etiam ipsi quicquam ex usufructu adcrescere: placet enim nobis, ei qui amittit usumfructum, ex eo quod amittit, nihil adcrescere. §. 3. *Morte* [26] quoque amitti usumfructum, non recipit dubitationem: cum jus fruendi morte extinguatur: sicuti si [27] quid [28] aliud, [quod] personæ cohæret.

De usufructu à legatario restituendo.

IV. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SI legatum usumfructum legatarius alii restituere rogatus est, id agere Prætor debet, ut ex fideicommissarii persona [29] magis, quam ex legatarii, pereat usufructus.

De repetitione usufructus post mortem. 1. De usufructu servi, per quem usufructus est acquisitus, alienato. 2. De rei mutatione. De ædibus collapsis, vel exustis. 3. De ædificio in area posito.

V. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

REpeti [30] potest [legatus] usufructus amissus qualicunque ratione: dummodo [31] non morte: nisi [32] forte heredibus legaverit. §. 1. Si quis usumfructum solum [33] servi alienaverit, per quem usufructus ei adquisitus est, dubium non est, quin usufructus per eum adquisitus retineatur. §. 2. *Rei mutatione* [34] interire usumfructum, placet: veluti, usufructus mihi ædium legatus est, ædes corruerunt, vel exustæ sunt: sine dubio extinguitur [35]. An & areæ? Certissimum est, exustis ædibus, nec [36] areæ [37], nec cementorum usumfructum deberi. & ita [&] Julianus. §. 3. Si areæ sit usufructus legatus, & in ea ædificium sit positum, rem mutari [38], & usumfructum extingui, constat. † Plane si proprietarius hoc fecit, ex testamento, vel de dolo [39] tenebitur.

VI. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SEd & interdictum *quod vi aut clam* usufructuario competit.

VII. JULIANUS lib. XXXV Digestorum.

NIsi, sublato ædificio, usumfructum areæ [mihi] cesserit: tempore scilicet, quo usufructus perit, translato [40].

Si villa diruta sit.

VIII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

FUndi usufructu legato, si villa diruta sit, usufructus non extinguetur (quia villa fundi accessio est [41]): non magis, quam si arbores deciderint.

IX. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SEd & eo quoque solo, in quo fuit villa, uti frui potero [42].

1. De ædibus restitutis, vel refectis. 2. De inundatione. 3. Si stagnum exaruerit. 4. De arvo, & vinea. De sylva cæsa. 5. De massa & vasc. 6. De ornamento dissoluto, vel transfigurato. 7. De nave refecta, vel dissoluta, & restaurata. De domo restituta. 8. Si unus ex equis decesserit.

X. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

QUid tamen, si fundus villæ fuit accessio? Videamus, ne etiam fundi usufructus extinguatur: & idem dicendum est, ut non extinguatur. §. 1. Non tantum, si ædes ad aream [43] redactæ sint, usufructus [44] extinguitur [45], verumetiam [46], si demolitis ædibus, testator alias novas restituerit. Plane, si per [47] partes reficiat, licet omnis nova facta sit, aliud erit nobis dicendum.

§. 2. *Agri* vel *loci* usufructus legatus, si fuerit inundatus [48], ut stagnum jam sit, aut palus, proculdubio extinguetur.

§. 3. Sed & si stagni usufructus legetur, & exaruerit sic, ut ager sit factus, mutata re, usufructus extinguitur. §. 4. Non tamen, si *arvi* [49] usufructus legetur, & ibi vineæ sint positæ, vel contra, puto extingui [50]. † Certe, *sylvæ* usufructu legato, si sylva cæsa illic sationes fuerint factæ, sine dubio usufructus extinguitur. §. 5. Si *massæ* usufructus legetur, & ex ea vasa sint facta, vel contra, Cassius apud Urseium scribit, interire usumfructum: quam sententiam puto veram. §. 6. Proinde & ornamentum dissolutum, aut transfiguratum, extinguit usumfructum.

§. 7. In *navi* quoque usufructu Sabinus scribit, si quidem per partes [51] refecta sit [52], usumfructum non interire: si autem dissoluta [53] sit, licet iisdem tabulis, nulla præterea adjecta, restaurata sit, usumfructum extinctum [54]: quam sententiam puto veriorem. Nam & si [55] domus fuerit restituta, usufructus extinguitur. §. 8. *Quadrigæ* usufructu legato, si unus ex equis decesserit, an extinguatur usufructus, quæritur? Ego puto, multum interesse, *equorum* [56], an *quadrigæ* usufructus sit legatus: nam, si *equorum*, supererit in residuis [57]: si *quadrigæ*, non remanebit, quoniam quadriga esse desiit.

XI. PAULUS lib. III ad Sabinum.

NIsi alius [58] ante diem legati cedentem substitutus sit.

De rei mutatione.

XII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

SI cui *balnea* usufructus legatus sit, & testator habitationem [59] hoc fecerit, vel si *tabernæ*, & diætam fecerit: dicendum est, usumfructum extinctum. §. 1. Proinde & si *histriona* reliquerit usumfructum, & eum ad [60] aliud ministerium transtulerit, extinctum esse usumfructum, dicendum erit.

Qui fructus pertinent ad heredem fructuarii.

XIII. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SI fructuarius messem fecit, & decessit, stipulam, quæ in [61] messe [62] jacet, heredis ejus esse Labeo ait: spicam, quæ terra teneatur [63], domini fundi esse [64]: fructumque [65] percipi, spica aut fœno cæso, aut uva adempta, aut excussa olea: quamvis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta [66] sit. Sed, ut verum est, quod de olea excussa scripsit, ita aliter observandum de ea olea, quæ [67] per se deciderit. Julianus ait, fructuarii [68] fructus tunc fieri, cum eos perceperit [69]: bonæ fidei autem possessoris, mox, quum à solo separati [70] sint [71].

De interitu usufructus pro parte.

XIV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

EXcepta capitis minutione, vel [72] morte [73], reliquæ [74] causæ vel pro [75] parte interitum usufructus recipiunt.

De manumissione.

XV. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

INterdum [76] proprietarius ad libertatem perducet; si forte usufructus fuerit tamdiu legatus, *quamdiu manumittatur*: nam incipiente [77] proprietario manumittere, extinguetur usufructus.

Si usumfructum, qui sub conditione legatus fuerat, heres pendente conditione legaverit.

XVI. IDEM lib. V Disputationum.

SI sub conditione mihi legatus sit usufructus, medioque tempore [78] sit penes heredem, potest heres usumfructum alii legare: quæ res facit, ut, si conditio extiterit mei legati, usufructus ab [79] herede relictus finiatur [80]. Quod si ego usumfructum amisero, non revertetur ad legatarium, cui ab herede pure legatus fuerat: quia ex diversis testamentis jus [81] conjunctionis non contingit.

De consolidatione.

XVII. JULIANUS lib. XXXV Digestorum.

SI tibi fundi usufructus pure, proprietas autem sub conditione Titio legata fuerit, pendente conditione, dominium proprietatis adquisieris [82], deinde conditio extiterit [83], pleno jure fundum Titius habebit: neque interest, quod, detracto usufructu, proprietas legata sit: dum enim proprietatem adquiris, jus omne legati usufructus amisisti.

Si usufructus servo hereditario legetur.

XVIII. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

SI servo hereditario ante [84] aditam hereditatem legatus usufructus fuisset, magis placet, adita hereditate, eum usumfructum ad te transire: nec interire, quasi mutato dominio: quia nec dies ante [85] cesserit, quam tu heres extiteris.

De mutatione dominii.

XIX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

NEque usufructus, neque iter, actusve dominii mutatione [86] amittitur.

Si usufructuarius utatur tantum.

XX. PAULUS lib. XV ad Plautium.

IS, qui usumfructum habet, si [87] tantum [88] utatur, quia existimet [89] se usum tantum habere, an usumfructum retineat? &, si quidem sciens se usumfructum habere, tantum uti velit, nihilominus & frui videtur: si vero ignoret, puto [90] eum amittere fructum: non enim [ex] eo, quod habet, utitur, sed [ex] eo, quod putavit se habere.

De

8 *l.* 34. *in pr. ff. de usufructu.*

9 In hac hypothesi continuis annis nudam proprietatem habet: in sequente vero, per vices, seu uti alterum legatarium mori contingit, proprietatem habiturus est.

10 Id est, fingas seu ponas, aut in eo facti speciem constituas.

11 *Plena proprietas* est, quæ conjuncta fructui, cui usufructus est conjunctus.

12 Jus adcrescendi non est inter eos, quibus separatim alternis annis usufructus relictus est: uno enim eorum moriente, pars ejus proprietario adcrescet, non fructuario. Cur ita? quoniam propria quisque tempora ad fructus integros percipiendos, non concurrente altero habuit.

13 *Subaudi*: fructuario.

14 *l.* 5. *ff. eod.*

15 *l.* 34. *ff. de usufruct. l.* 84. *in fin. ff. de legat.* 1. ut & alias, si in eundem locum consentiant. *l.* 28. *ff. de servitut. rusticorum.*

16 An utriusque? an testatoris, quæ tamen præsumitur ei favere qui priore loco nominatus est? *l.* 24. §. 17. *ff. de fideic. libert.*

17 In certum tempus. *l.* 5. *l.* 12. *C. de usufr.*

18 Usufructus capitis deminutione amittitur. *l.* 1. §. *hoc tit*

19 Seu repeti, &c.

20 V. *l.* 23. *ff. de usufruct. legat.* adde *l.* 62. *in fin. ff. de evict.*

21 Potest enim usufructus extinctus certis modis reviviscere. *l.* 5. *ff. eod.*

22 *Repeti legatum* dicitur, cum legatur eo casu, quo alias amissum esset, nisi ita repetitum esset.

23 Id est, in quæstione ponitur.

24 Id est, diversis orationibus.

25 *l.* 89. *ff. de leg.* 3. & ita copula posita inter duas orationes, non facit verbalem conjunctionem.

26 *l.* 8. *ff. de annuis. l.* 26. *ff. de usufruct. legato. l.* 3. 10. 12. 16. *C. de usufruct.* §. 3. *Inst. de usufruct.* v. Sulvian. 1 *ad Ecclesiam.*

27 Personalia, seu personæ cohærentia jura morte personæ finiuntur.

28 Ut conditio implenda. *l.* 48. *l. centesimis. ff. de verb. oblig.*

29 V. *l.* 29. *in fi. ff. eod.*

30 *l.* 3. *ff eod. l* 23. *ff. de usufr. legato.*

31 *l.* 2. §. 1. *ff. eod.*

32 Cautionem observa, qua fit, ut usufructus morte non finiatur. Remedium est itaque seu cautela, ut testator usumfructum illum, quem legat, ab herede etiam legatarii leget. Transibit itaque usufructus ad heredes, si hoc actum fuerit. *l. cum antiquitas. C. de usufruct.* 33 Quid si totum servum alienavit? vide *l.* 15. *C. de usufructu.* 34 *l.* 23. 24. *eod.* Paul. 2 *sentent.* 6. §. 31. 35 *l.* 20. §. 2. *ff. de servitutibus urb.* 36 Licet postea restituatur. Paulus *d.* §. 31. *l.* 10. §. 1. *ff. eod.* Verum alia distinctio adhibetur: Ædium usufructu specialiter legato, ædibus collapsis usumfructum extingui, neque aream deberi; Bonorum usufructu legato ædibus collapsis in area jus usufructus superesse. *l.* 34. *in fin. l.* 36. §. *ff. de usufruct.* 37 Imo insula legata, eaque exusta, area potest vindicari. *l.* 22. *in fin. de legat.* 1. 38 *l.* 12. *ff. eod.* 39 *l.* 2. *ff. si usufruct. pet.* junct. *l. ult. ff. de usu & habit.*

40 *l.* 1. *ff. quemadm. servitutes.* 41 Vide tamen *l.* 10. *in princ. ff. eod.* 42 Atqui rei mutatione usufructus amittitur. *l.* 5. §. 2. *ff. eod.* 43 *l.* 36. *ff. de usufructu.* 44 Ædium.

45 Vide quæ scripsi ad *l.* 16. §. 2. *ff. de pign. l.* 44. §. 2. *ff. de legat.* 1. 46 Usufructus extinguitur facile: nihil eo fragilius est: quævis ratio honesta, videtur honesta, (nisi sit modica:) ut si ex vinea, agrum, ex agro, vineam fecero, usufructus ad proprietatem recurret.

47 Ut §. 7 *ff. eod. l.* 65. §. 2. *ff. de legat.* 1.

48 *l.* 23. *ff. eod.*

49 Alii leguut: *Area. S. L.*

50 E contra *l.* 13. *ff. de servitutibus rusticorum.*

51 Ut §. 1. *ff. eod.*

52 Vide *l.* 83. §. 5. *de verb. obl. l.* 98. *in fin ff. de solutionibus.*

53 *l.* 88. §. 2. *ff. de legat.* 3.

54 Cur extinctus est, cum eadem navis videatur? *l. proponebatur.* 76. *ff. de judiciis.*

55 Paulus, *dict.* §. 31. Aliud est in stillicidio restituto. *l.* 20. §. 2. *ff. de servit. urban.*

56 Quatuor.

57 *l.* 11. *ff. eod. l.* 65. §. 1. *ff. de legat.* 2. adde *l.* 22. *ff. de legat.* 1.

58 *Sub.* equus.

59 Balneo in habitationem, vel taberna in diætam mutata, usufructus balnei & tabernæ extinguitur.

60 Vide *l.* 65. §. 1. *ff. de legat.* 3.

61 In messe jacet stipula, quæ jacet demessa, quæ terra non tenetur.

62 Et sic quæ percepta non est.

63 Est ea pars fundi. *l. fructus pendentes. ff. de rei vindicat.*

64 V. *l.* 8. *in fin. ff. de annuis.*

65 Fructuarius spicam cæsam, etsi nondum ex ea frumentum triturarit: uvam ademptâ, licet nondum ex uvis vindemiam coëgerit: excussam oleam, licet nondum ex ea oleum fecerit: fœnum cæsum, licet nondum illud in horreum coëgerit, sua facit. Dubitandi ratio in eo posita est, quod dicantur fructus fructuarii tunc fieri, cum eos perceperit: percepisse autem fructus in superioribus casibus fructuarium non videri: hæc, inquam, dubitandi ratio. Verum hisce modis fructus percepisse vere intelligitur.

66 *Cogendi* verbo quid hic contineatur, dixi ad *l.* 78. *ff. de rei vind.*

67 *Percepisse* oleam fructuarius non videtur, qui eam, quæ per se decidit, sustulit.

68 Fructuarii & bonæ fidei possessoris in percipiendis fructibus differentia.

69 Opera sua, vel per alium, qui ejus nomine percepit.

70 Casu vel decidendo, vel à fure, vel ab alio.

71 *l.* 48. *ff. de adquir. rer. dom.* vide quæ de fructibus scripsi ad *l.* 22. *C. de rei vindic.*

72 His duobus modis in totum usufructus amittitur.

73 *l.* 2. §. 1. *ff.* §. *eod.*

74 Verbi gratia non utendo, vel capitis diminutione.

75 Vide *l.* 25. *ff. eod.*

76 Aliud enim in *l.* 1. *C. de manumiss.*

77 *d. l.* 1. *C. communia. de manumiss.* 78 Quo rei dominus censetur. adde *l.* 74. *ff. de legat.* 3. 79 Id est, per heredem. 80 Nec enim quis plus jure suo legare potest. *l.* 71. *in fin. ff. de leg.* 1. 81 Jus conjunctionis est jus accrescendi. 82 Conditionis eventus legari & emi potest. 83 Vide *leg. ultim.* §. 3. *C. comm. de legatis.* 84 *l.* 61. *in fin. ff. de adquir. rerum dominio.* 85 *l. un.* §. 2. *ff. tit. prox. l.* 26. *ff. de stipul. servorum.* 86 Id est, noxæ deditione, *l.* 17. §. *penult. de usufructu.* usucapione, *l.* 44. §. 5. *ff. de usucap.* venditione. *l.* 12 *ff. comm. prædior. l.* 20. *in fin. ff. si servitus vind. l.* 3. *C. de servitutibus.* 87 Qui sciens, parte totius sibi competentis utitur, totum retinet, *ut hic.* ergo qui certis annis novæ monetæ solidos acceptarit, vi antiquæ conventionis, veteris monetæ solidos postea petere poterit. *Bart.* Ergo petitione partis, totius præscriptio interrumpetur. *Bald.* adde *l.* 2. *ff. quemadm. servit. amitt.*

88 Id est, ad modum usurarii, ejusve, qui nudum usum habet. 89 Falso scilicet: & ita minus ei in opinione est, quam in veritate. vide quæ dixi ad *l.* 13. *ff. de adquir. hereditate.*

90 Plus igitur nocet opinio, quam prolit veritas.

De civitate aratrum passa.

XXI. MODESTINUS lib. II Differentiarum.

SI usufructus civitati 91 legetur, & aratrum 92 in eam inducatur 93, civitas esse desinit, ut 94 passa est Carthago 95: ideoque, quasi morte 96 desinit habere usumfructum 97.

Per quas personas usus retinetur.

XXII. POMPONIUS lib. VI ad Quintum Mucium.

SI mulieri usus domus legatus sit, & illa trans mare profecta [sit, &] constituto tempore ad amittendum usum, ut uxori, maritus vero domo usus fuerit, retinetur nihilominus usus 98: quemadmodum, si familiam suam in domo reliquisset, eaque peregrinaretur. Et hoc magis dicendum est, si uxorem in domo reliquerit maritus, cum ipsi marito usus domus legatus sit.

De inundatione & alveo.

XXIII. IDEM lib. XXVI ad Quintum Mucium.

SI ager, cujus ususfructus noster sit, flumine vel mari inundatus 99 fuerit, amittitur ususfructus: cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur: ac ne piscando 100 quidem retinere poterimus usumfructum. Sed quemadmodum, si eodem impetu discesserit aqua, quo venit, restituitur proprietas, ita & usumfructum restituendum, dicendum est.

XXIV. JAVOLENUS lib. III ex Posteriorum Labeonis.

CUm usumfructum *horti* haberem, flumen hortum occupavit, deinde ab eo recessit: jus quoque ususfructus restitutum esse, Labeoni videtur: quia id solum perpetuo ejusdem juris mansisset. Ita id verum puto, si flumen inundatione hortum occupavit: nam, si, alveo mutato, inde manare cœperit, amitti usumfructum existimo, cum is locus alvei publicus esse cœperit: neque in pristinum statum restitui posse 1. §. 1. Idem juris itinere 2 & actu custodiendum esse, ait Labeo: de quibus rebus ego idem quod in usufructu sentio. §. 2. Labeo: nec si summa terra sublata ex fundo meo, & alia regesta 3 esset, idcirco meum solum esse desinit 4: non magis, quam stercorato agro.

De amissione pro parte.

XXV. POMPONIUS lib. XI ex Variis lectionibus.

PLacet vel certæ 5 partis 6, vel 7 pro 8 indiviso, usumfructum 9 non utendo 10 amitti.

De postliminio.

XXVI. PAULUS lib. I ad Neratium.

SI ager ab hostibus occupatus, servusve captus liberatus fuerit, jure postliminii restituetur ususfructus 11.

De consolidatione per noxæ deditionem.

XXVII. IDEM lib. I Manualium.

SI servus, in quo ususfructus alienus est, noxæ dedatur à domino proprietatis usufructuario, liberabitur, confusa servitute 12, proprietatis comparatione.

An ususfructus alternis annis relictus, non utendo amittatur.

XXVIII. IDEM lib. XIII ad Plautium.

SI ususfructus alternis 13 annis legetur, non posse, non utendo, eum amitti: quia plura sunt legata 14.

Per quas personas ususfructus retinetur.

XXIX. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

POmponius quærit: si fundum 15 à me proprietarius conduxerit 16, eumque fundum vendiderit Seio, non deducto usufructu, an usumfructum per emptorem retineam? Et ait, licet proprietarius mihi pensionem solverit, tamen usumfructum amitti 17: quia 18 non meo nomine, sed suo, fruitus est emptor. Teneri plane mihi ex locato proprietarium, quanti mea interfuit, id factum non esse: quanquam, si à me conductum usumfructum quis alii locaverit, retinetur ususfructus 19: sed, si proprietarius eum locasset suo nomine, dicendum amitti: non enim meo nomine fruitur colonus. § 1. Sed, si emptum à me usumfructum proprietarius vendidisset, amitterem usumfructum, quærendum est? Et puto amitti: quoniam & hic, non ut à me empto, fruitur fundi emptor. §. 2. Idem Pomponius quærit, si 20 legatum mihi usumfructum rogatus sim tibi restituere, an per te frui videat, nec amittatur ususfructus? Et ait, dubitare se de hac quæstione. Sed est verius, quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommissario nocere: suo enim nomine utilem actionem eum habiturum.

De morte pecoris.

XXX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

CAro 21, & corium mortui 22 pecoris in fructu non 23 est: quia mortuo eo 24 ususfructus extinguitur 25.

Si grex esse desierit.

XXXI. POMPONIUS lib. IV ad Quintum Mucium.

CUm *gregis* ususfructus legatus est, & usque eo numerus pervenit gregis, ut grex non intelligatur 26, perit 27 ususfructus.

---

91 Quo nomine ei actus competit. *l. 50 ff. de rei vind.*

92 *Aratrum* in usu est condenda addiderit veteribus consuetum, dixi ad Varronem *lib. 4. l. pupillus.* 239. §. *Arbe. ff. ad senat. Tertull.* Cicero *Philipp. 2.* Plutarch. *in Romulo, & Romanis*, 15. Idem in evertendis adhibitum fuisse, indicio est hic locus. Sed & Horatius *1 Carminum* 10. Altis urbibus ultimæ stetere causæ, cur perirent funditus, imponeretque muris hostile aratrum exercitus insolens. Et Seneca *1 de Clementia ult.* aratrum vetustis urbibus rabies inducere potentium putat. Ea ratione templum Hierosolymitanum a Vespasiano exustum, & à Tito Annio Rufo in gentis oppressæ ignominiam aratum fuisse Josephus & Hieronymus testantur, atque ita solum, quod ante murus; ibi seges, ubi quondam urbs. Ovidius *epist. Penelopes ad Ulyssem.*

93 In eam inducatur, id est, solo æquetur jussu Principis: tunc enim privilegia sua amittit fiscus, si hostium incursu, *cap. privilegium. de regulis. in 6.* Innocent. *cap. de operis nov.* Archidiac. 6. *qu. ult. & 7. q. 1. c. pastoralis.*

94 Carthaginem aratrum passam vix legas alibi: licet ab Æmiliano Scipione Africano expugnatam & deletam constet. Liv. *5 decad. 1. 6. lib. 1.* Plutarch. *in Catone.* Eutrop. 4. Plin. 15. *c. 18.* Themistius *orat. 10 de pace ad Valentem.* Velleius Paterculus 1, Zonaras 2, testatur, decreto Senatus cautum fuisse, ut solum Carthaginis veluti sacrum esset, & ut ne cuipiam habitare jus fasque esset. Sane incendium urbis vix per continuos 17 dies extinguere potuit. Flor. 2. *c. 15.* adde quædam ex Horatio 4 *ad 8, Ode 7.* Huc tamen referendum est, quod de Carthagine Tertullianus scribit *initio libri de pallio.* Vobis post Gracchi obscœna omnia, & Lepidi violenta Judibria, post trinas Pompeii aras, & longas Cæsaris moras, ubi mœnia Statilius Taurus imposuit, solennia Sentius Saturninus enarravit, cum concordia juvat, toga oblata est. Albericus quoque hos versus de Carthagine refert, *Urbs bona Carthago, cujus non restat imago, Scripta forma patrum, quod passa fuisset aratrum.* Idem de Troia dicitur. Mediolanum ad eum modum aratrum passa dicitur, jussu Friderici Barbarossæ anno 1162 Martio mense. *Chronica Martiniana*, 1168. *v. res gestas Friderici.* In urbe restituenda, eam Augures liberabant à prioribus sacris. Id Græcis ἀφιέρωσις defanare Arnobio: & posteriorum sacrorum effatum, τεμενίζειν, κτίζειν, fanum sistere, fanare, Varro 4 *de lingua. sistere templum*, Tacit. 5. Cicero 2 *de legibus*, Essata habento. 95 Eodem, quo Carthago, anno Corinthus eversa fuit. L. Mummius evertit funditus, quod a Corinthiis, legati Romanorum appellati superbius & violati essent, qui eo amplius servi pronunciati & distracti, Cicero *pro lege Manilia.* Patercul. 1. Florus 2. *cap. 16.* Eutrop. 4. Zonar 2. Idem Byzantiis sub Severo accidit, bonis eorum publicatis, urbe eorum muris, libertate ac jure civitatis destituta, ac tributaria facta, ejusque agro Perinthiis viciuis donato. Xiphilinus *in Severo.* Zonar. 2. Nicephorus Gregoras 6 *historiæ.* Herodianus 3. Idem Brutiorum oppidis, quod partibus Annibalis favissent, factum. Appian. *in Annibalicis.* Idem multos Hispaniæ & Galliæ urbibus à Romanis. Sueton. *in Galba cap.* 12. Appianus *in Annibalicis.* Græciæ, ab Atheniensibus, Thucydides 3. 4. Diodor. 12. 14. sic Antiochiæ, (quod propter indictionem novorum tributorum concitata, statuas uxoris Theodosii in foro positas evertisset) jura civitatis adempta, eaque Laodicenis à Theodosio suppositis. Theodor. *5 histor.* 39. & 20. Zonaras 3. Hoc pœnæ genus, aut, si mavis, hanc mortem, infamiam capitis, & status minutionem, vel civitatis ipsæ patiuntur, ut & alia, quorum innumera pene exempla in historiis occurrunt, vide interea Cicer. 4 *familiar.* 5. Diodor. 13. *ubi de Himera.* Lucianum *in Charonte.* Tacitum 19. *ubi de Cremona. & eundem* 21. *ubi de Hierosolymis.* Hunc, inquam, in modum, ut verbo Nonii utar, *urbes exfundantur.* 96 Nam eodem modo quasi mori civitas intelligitur. Idem dicendum, si communicato consilio cives inde discedant. Vide Gloss. post Accurs. & Alberic. *hic.* & Pet. Fab. 1 *Semest. 8.* 97 Contra, morte executoris testamentarii civitas nunquam amittit usumfructum. *l. 8. ff. de annuis.* 98 Usus rei uxori legatæ per maritum, & è contra; ut & per familiam retinetur. Cur? collige ex iis, quæ notavi §. 2. *Inst. de usu* Goth. Confer *l. 41. ff. de adquir. poss.* Anf. 99 *l. 5. §. 2. l. 10. §. 2. ff. eod.* Inundatio superveniens usumfructum tollit: abscedens, restituit. 100 Agro inundato ejus ususfructus piscando non retinetur. 1 Imo, restitui potest. *l. 30. §. 3. in fin. ff. de adquir. rer.* adde *l. 14. ff. quemadm. serv. amitt.* 2 In itinere. 3 In locum alterius. 4 Nec ususfructus interit.

5 Divisæ. Pars certa, divisa. . 6 *l. 14. in fin. ff. eod.* 7 Pars certa, & pro indiviso hic opponitur, ut *l. 1. §. 7. ff. uti possideris.* Cujus rei latum discrimen collige ex his quæ scripsi ad *l. 6. §. 1. ff. comm. prædiorum.* 8 Ut, si, cum meus esset ususfructus, passus sim alium uti parte ususfructus pro indiviso. 9 Secus est in aliis servitutibus, quæ sunt individuæ, 10 *l. 78. §. 2. ff. de jure dot.* adde *l. 3. in princ. ff. si usufr. petatur.* 11 Jus postliminii non tantum in liberis personis locum habet; sed etiam in servis & agris. 12 Vide *l. 4. ff. usufruct. quemadm. caveat.* Goth. Vid. Edmundum Merill. *lib. sing. cap. 4.* Anf. 13 Vide *l. 13. ff. de usufruct. legato.*

14 Vide *l. 11. ff. de annuis* 15 Id est, fundi usumfructum. 16 Proprietario fructuarius fundum usufructuarium locare potest. 17 Imo, non amitti. *l. 32. ff. de adquir. possess.*

18 Colonus, qui suo nomine possidet, possessionem dominii in alium transferre potest.

19 Nec enim locatione, ut venditione, dominium alienatur. 20 Adde *l. 4. ff. eod. l. 3. ff. si usufr. petat.*

21 *l. 70. §. 2. ff. de usufruct.*

22 Ante legatum adquisitum. Imo post legatum adquisitum, si modo de principali pecore agitur.

23 Imo est. *d. l.*

24 Pecore. 25 *l. 49. ff. de legat. 2.* vide quæ notavi ad *l. 53. §. 5. ff. de legat. 1.* Ibi, legata erat proprietas pecoris, idque heres necaverat. 26 Grex non intelligitur, si minus sint, quam decem capita. *l. ult. ff. de abigeis.* 27 Imo non videtur perire, ex his quæ diximus *l. 5. §. 3. ff. eod.* & qua grege legato non interit legatum eo casu. §. 18. *Inst. de legat.*

TIT. V.

DE USUFRUCTU EARUM RERUM, QUÆ USU CONSUMUNTUR, VEL MINUUNTUR.

Summa Senatusconsulti.

1. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

SEnatus 28 censuit, *Ut omnium rerum, quas in cujusque patrimonio esse constaret, ususfructus legari posset:* quo Senatusconsulto inductum 29 videtur, ut earum 30 rerum, quæ usu tolluntur, vel minuuntur, possit ususfructus legari.

De cautione ab usu fructuario præstanda. 1. De effectu Senatusconsulti.

II. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SEd de pecunia recte 31 caveri 32 oportet his, à quibus ejus pecuniæ ususfructus legatus erit. §. 1. Quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniæ ususfructus proprie esset: nec 33 enim naturalis ratio 34 autoritate Senatus commutari potuit: sed, remedio 35 introducto, cœpit quasi 36 ususfructus haberi.

De nominibus.

III. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

POst 37 quod omnium 38 rerum ususfructus legari poterit. An & nominum 39? Nerva negavit: sed est verius, quod Cassius & Proculus existimant, posse legari. Idem tamen Nerva, ipsi quoque debitori posse usumfructum legari scribit, & remittendas ei 40 usuras.

IV. PAULUS lib. I ad Neratium.

ERgo cautio etiam ab hoc 41 exigenda erit.

De re aliena. 1. De cautione omissa. 2. De usu earum rerum, quæ usu consumuntur.

V. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

HOc Senatusconsultum non solum ad eum pertinet, qui pecuniæ usumfructum, vel cæterarum rerum, quas habuit, legavit, verum & si fuerint alienæ. §. 1. Si pecuniæ sit ususfructus legatus, vel aliarum rerum, quæ in abusu consistunt, nec cautio interveniat, videndum, finito usufructu, an pecunia, quæ data sit, vel cæterarum res, quæ in absumptione sunt, condici possint 42? Sed, si quidem, adhuc constante usufructu, cautionem quis velit condicere, dici potest, omissam 43 cautionem posse condici 44 incerti 45 condictione: sed, [si] finito usufructu, ipsam quantitatem Sabinus putat posse condici: quam sententiam & Celsus lib. XVIII Digestorum probat. Quæ mihi non inarguta videtur.

§. 2. Quæ in usufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum, quæ sunt in abusu, eadem & in usu dicenda sunt: nam * idem continere usum pecuniæ 46, & usumfructum, [&] Julianus scribit, & Pomponius lib. VIII de stipulationibus.

Si unicus, alteri ususfructus, 1. Vel duobus ususfructus legetur.

VI. JULIANUS lib. XXXV Digestorum.

SI tibi decem [milia] legata fuerint, mihi eorundem decem [milium] ususfructus, fient quidem tua tota decem [milia], sed mihi quinque numerari 47 debebunt: ita ut tibi caveam, *tempore mortis meæ aut capitis deminutionis restituiri.* Nam & si fundus tibi legatus fuisset, & mihi ejusdem fundi ususfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, sed partem cum usufructu, partem sine usufructu: & non heredi, sed tibi 48 caverem boni viri arbitratu. §. 1. Sed si duobus eorundem decem [milium] ususfructus legatus fuerit, quina [milia] accipient, & invicem [&] heredi satisdabunt.

VII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI vini, olei, frumenti ususfructus legatus erit, proprietas 49 ad legatarium transferri debet: & ab eo cautio desideranda est: *ut, quandoque is mortuus aut* 50 *capite demnutus sit, ejusdem qualitatis* 51 *res restituatur:* aut, æstimatis rebus 52, certæ pecuniæ nomine cavendum est: quod & commodius est. Idem scilicet de cæteris quoque rebus, quæ usu continentur, intelligimus.

De legato cautionis.

VIII. PAPINIANUS lib. XVII Quæstionum.

TRibus 53 heredibus institutis, usumfructum quindecim milium Titio legavit, & duos 54 ex heredibus jussit pro legatario satisdare 55: placebat, utile esse cautionis 56 quoque legatum: nec refragari Senatusconsultum 57: quia cautio non impediretur 58: & esse alterum legatum velut 59 certi 60, alterum incerti 61: ususfructus itaque nomine partem pecuniæ petendam ab 62 eo,

---

28 *l. 24. ff. de usufr. legato.*

29 Recte *inductum esse*, ait: Nam si potest quis omnium rerum usumfructum legare, potest igitur & earum rerum, quæ usu tolluntur, vel minuuntur. Pone, usumfructum omnium bonorum relictum, potaritne uxor cellas vinarias & olearias plenas relictas, probare ad se pertinere? Negat Cicero *in Topic. in loco, Ex contrario:* Usum enim non abusum legatum esse: quo loco Cicero cum abusum ab usu distinguit, non negat esse res in abusu consistere: verum hoc tantum negare videtur, proprietatem usufructuariæ ita non esse in illis rebus, ut nunquam quidquam eo nomine restituat: harum enim rerum usum non esse sine abusu.

30 *l. 2. in fin. ff. eod. l. 64. ff. de rei vind.*

31 Id est, utiliter & satisdato, de hac formula, *recte caveri*, dixi ad *l. 11. in fin. ff. de duob. reis. & l. 71. l. 73. ff. de verbor. obligationibus.*

32 Duobus casibus. *l. 9. 10. ff. eod.*

33 Naturalis ratio quod non audet, id neque lex, neque Senatusconsultum facere audet.

34 *l. 8. ff. de cap. min. l. 8. ff. de reg. jurit.*

35 Διὰ τὴ μεταβολὴ, ἤτοι ἀσφάλειαν, §. 2. *in fin.* & ibi Theophilus. *Inst. de usufr.*

36 §. 2. *in fin. Inst. de usufruct.*

37 Id est, post quod Senatusconsultum.

38 *l. 29. ff. de usufructu.*

39 Nominis ususfructus legatum valet.

40 Ejus.

41 Debitore. *l. 29. ff. eod.* An autem hæc cautio remitti potest? Negant quidam, cum hæc cautio formæ loco sit, videtur tamen remitti posse: non enim hic agitur de utendo fruendo viri boni arbitrio, sed de æstimatione rei debitæ restituendæ.

42 Actione in factum. adde *l. 9. §. 4. ff. ad exhib. l. 10. §. de præscript.*

verbis. 43 Cautio omissa condici potest. Bald. *l. 2. in fin. l. 7. ff. usufruct. quemadmod. caveat.*

44 Imo, non potest condici. *l. 69. §. penult. ff. de legat. 2.* 45 Hoc prætextu, *si qua mihi justa causa.* 46 *l. 10. ff. eod.* 47 Fructuarius (etiam pecuniæ) de heredis manu legatum suum accipere debet, non propria autoritate id occupare. 48 *l. 4. ff. de usufruct. adcresc. l. 8. ff. usufr. quemad. caveat.* 49 Ususfructus legato interdum ipsa proprietas continetur. adde *l. ult. ff. eod.* 50 *l. 9. ff. eod.* 51 Ut in mutuo. *l. 3. ff. de reb. cred.* 52 §. 2. *in fi. Inst. de usufr.*

53 Primo, secundo, tertio. Goth. Vide Goed. *de contrab. disp. cap. 6. n. 228.* Anf. 54 Primum & secundum. 55 *Sub.* apud tertium. 56 Cautionis legatum valet. 57 An quo remitti cautio usufructuario non potest? de quo in *l. 1. C. de usufruct.* an potius, quo in iis, quæ usu consumuntur, cavet legatarius heredibus, *l. 1. l. 2. ff. eod.* non ipsi heredes coheredibus? Utrum sumas, nihil periculi: posterius tamen vero similius. 58 Quia si legatarius non cavet, cavent saltem ejus nomine duo heredes apud tertium, imo ipsi inter se cavent. Quin ipse legatarius, si non cavet, promittit saltem, ut mox dicetur. 59 Hæc particula *velut*, verum interdum exprimit. *l. 1. §. 2. ff. de superficiebus. l. 8. C. de impuberum & aliis substitut.* 60 Atqui ususfructus etiam fundi incertus est *l. 75. §. 3. ff. de verb. oblig.* 61 Ad satisfaciendum. 62 Pone à primo, qui satis accepit à coheredе secundo.

eo, qui satis accepit à coherede, incertique cum eodem [62] agendum, si satis non dedisset: cum [63] vero, qui satis præstitit, ac propter moram coheredis satis non accepit, neque fructus nomine interim teneri propter Senatusconsultum, neque actione incerti, quia coheredi satisfecit. † Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere [64]. Finito autem usufructu, si coheredes ex causa fidejussoria convenirentur, eos mandati non [65] acturos: non enim susceptisse mandatum, sed voluntati paruisse: denique cautionis legato liberatos [66]. De illo nec diu tractandum fuit, secundum legatum, id est, cautionis, non [67] heredum videri, sed ejus cui pecuniæ ususfructus relictus est: cuique testator prospicere voluit, & cujus interesse credidit, fidejussores non [68] suo periculo quærere.

De forma cautionis.

IX. PAULUS lib. I ad Neratium.

IN stipulatione de reddendo usufructu pecuniæ, duo soli [69] casus interponuntur, *mortis* [70], & *capitis deminutionis*:

X. ULPIANUS lib. LXXIX ad Edictum.

QUoniam pecuniæ usus aliter amitti non potest, quam his casibus. §. 1. Si usus tantum pecuniæ legatus sit, quia in [71] hac specie *usus* [72] appellatione etiam fructum [73] contineri, magis accipiendum est, stipulatio ista erit interponenda. Et quidam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem, quam data fuerit pecunia: ego autem puto, sive antea [74] sive postea [ea] pecunia data sit, tenere stipulationem.

De lana, odoribus, aromatibus.

XI. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

SI *lanæ* alicui legatus sit ususfructus, vel *odorum* [75], vel *aromatum* [76], nullus [77] videtur ususfructus in istis jure constitutus: sed ad Senatusconsultum erit descendendum, quod de cautione eorum loquitur.

De pecunia ita legata, ut post mortem legatarii ad alium redeat.

XII. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

CUm pecunia erat relicta Titio, ita, *ut post mortem legatarii ad Mævium rediret*: quanquam adscriptum sit, ut usum ejus Titius haberet, proprietatem [78] tamen ei legatam: & usus mentionem factam, quia erat restituenda ab eo pecunia post [79] mortem ejus, Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

Et recte putat, prout ususfructus perceptio desiderat, hoc ei præstandum. §. 4. Sed an [11] & alias utilitates & servitutes ei heres præstare debeat, puta luminum, & aquarum, an vero non? Et puto, eas solas [12] præstare compellendum, sine quibus omnino uti non potest: sed [13], si cum aliquo incommodo utatur, non esse præstandas.

De usufructu deteriorato ab herede.

II. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI ab herede, ex testamento, fundi ususfructus petitus sit, qui arbores dejecisset, aut ædificium demolitus [14] esset, aut aliquo modo deteriorem usumfructum fecisset, aut servitutes imponendo [15], aut vicinorum prædia liberando; ad judicis religionem pertinet, ut inspiciat, qualis ante judicium acceptum fundus fuerit, ut usufructuario hoc, quod interest, ab eo servetur.

De non utendo.

III. JULIANUS lib. VII Digestorum.

QUi usumfructum traditum sibi ex causa fideicommissi desiit in usu habere tanto tempore [16], quanto, si legitime ejus factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum habere non [17] debet: est enim absurdum, plus [18] juris habere eos, qui possessionem duntaxat ususfructus, non [19] etiam dominium [20] adepti sint.

Si cui fundus, detracto usufructu, & alteri ejusdem fundi ususfructus sub conditione legetur.

IV. IDEM lib. XXXV Digestorum.

FUndus detracto usufructu, legatus est [21] Titio, & ejusdem fundi ususfructus Sempronio sub conditione: dixi interim cum proprietate usumfructum esse: licet placeat, cum detracto usufructu fundus legatur [22], apud heredem usumfructum esse [23]: quia paterfamilias, cum detracto usufructu fundum legat, & alii usumfructum sub conditione, non hoc agit [24], ut apud heredem ususfructus remaneat [25].

Quibus, 1. Et adversus quos datur actio de usufructu. 2. De usufructu partis fundi. 3. De fructibus, 5. Et omnis causa. 6. De cautione evictionis. 7. De fructibus. Si possessor agat.

V. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

VTi frui [26] jus sibi esse, solus potest intendere, qui habet usumfructum: dominus [27] autem fundi non potest. Quia [28], qui habet proprietatem, utendi fruendi jus separatum non habet: nec enim potest ei suus fundus servire [29]: de [30] suo enim, non de alieno jure, quemque agere oportet. Quanquam enim actio negativa [31] domino competat adversus fructuarium, magis tamen de suo jure agere videatur, quam alieno: cum, *invito se, negat* [32] *jus esse utendi fruendi fructuario*, vel *sibi jus esse prohibendi*. Quod si forte qui agit dominus proprietatis non sit, quamvis [33] fructuarius jus utendi non habet, vincet tamen jure quo possessores sunt potiores [34], licet nullum jus habeant. §. 1. Utrum autem adversus dominum duntaxat in rem actio usufructuario competat, an etiam adversus quemvis possessorem, quæritur? Et Julianus libro septimo Digestorum scribit, hanc actionem adversus quemvis possessorem ei competere: nam &, si fundo fructuario servitus debeatur, fructuarius non servitutem [35], sed usumfructum vindicare debet adversus vicini fundi dominum. §. 2. Si partis fundi ususfructus constituatur, potest de eo in rem agi, sive vindicet quis usumfructum, sive alii neget. §. 3. In his autem actionibus, quæ de usufructu aguntur, etiam fructus [36] venire plus quam manifestum est. §. 4. Si post litem de usufructu contestatam fuerit finitus ususfructus, an ulterius fructus desinant deberi? Et puto desinere: nam &, si mortuus fuerit fructuarius, heredi [37] ejus actionem præteritorum duntaxat fructuum dandam Pomponius lib. XL scribit. Fructuario, qui vicit, omnis causa restituenda est: & ideo, si *servi* fuerit ususfructus legatus, quidquid ex re fructuarii, vel ex operis suis consecutus est, possessor debebit restituere.

§. 5. Sed & si forte tempore ususfructus amissus sit, alio quidem possidente, alio autem liti se offerente, non sufficit, eum usumfructum iterum renovare: verum cavere quoque eum *de evictione ususfructus* oportet: quid enim, si servum aut fundum is, qui possidebat, pignori dedit: isque ab eo, qui [pignori] accepit, jure uti prohibetur? debebit itaque habere cautum. §. 6. Sicut fructuario in [38] rem confessoriam agenti [39] fructus præstandi sunt, ita & proprietatis domino, si negatoria actione utatur [40]. Sed in omnibus [41] ita demum [42], si [43] non sit possessor, qui agat: nam & possessori competunt [44]. Quod si possident, nihil fructuum nomine consequentur. Quid ergo officium erit Judicis, [quam hoc,] ut securus consequatur fructuarius fruendi licentiam; proprietatis dominus, ne inquietetur?

De eo, qui desiit possidere, vel liti se obtulit.

VI. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

QUi de usufructu judicium accepit, si desierit possidere [45] sine dolo, absolvetur [46]: quod si liti se obtulit, & [47] quasi possessor actionem de usufructu accepit, damnabitur.

TIT.

TIT. VI.

SI USUSFRUCTUS PETETUR [1], VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR [2].

De servitute, quæ debetur fundo fructuario.

I. PAULUS lib. XVIII ad Sabinum.

SI fundo fructuario [3] servitus debeatur, Marcellus lib. VIII apud Julianum, Labeonis & Nervæ sententiam probat, existimantium servitutem quidem eum vindicare non [4] posse [5], verum [6] usumfructum vindicaturum: ac per hoc vicinum, si non patiatur eum ire, [&] agere, teneri ei, quasi non patiatur uti frui *. §. 1. Ususfructus legatus adminiculis [7] eget, sine quibus uti frui quis non potest [8]: & ideo, si ususfructus legetur, necesse est tamen, ut sequatur eum aditus: usque adeo, ut si quis usumfructum loci leget ita, *ne heres cogatur viam præstare*, inutiliter hoc adjectum videatur [9]. † Item si, usufructu legato, iter ademptum sit, inutilis [10] est ademptio: quia semper sequitur usumfructum. §. 2. Sed si ususfructus sit legatus, ad quem aditus non est per hereditarium fundum, ex testamento utique agendo, fructuarius consequetur, ut cum aditu sibi præstetur ususfructus.

§. 3. Utrum autem aditus tantum & iter, an vero & via debeatur fructuario, legato ei usufructu, Pomponius lib. V dubitat.

1 *Confessoria* actione fructuarius utitur, is est, qui usumfructum vel servitutem sibi adserit: quid, fructuarius potestne uti interdicto, Unde vi seu redintegrandæ? potest. *l.* 3. §. *in id.* 13. ff. *de vi & vi arm.* Cur? quia naturaliter possidet. *l.* 12. *l.* 49. ff. *de adq. possess. Papo.* 14 *Arestor.* 2. §. 6.

2 *Negatoria* competit actio domino neganti remissam servire alteri.

3 Vid. Cujac. *lib.* 1 *observ.* c. 16. Anf.

4 Quia in rem actio confessoria sibi domino competit. *l.* 2. §. 1. ff. *si servitus.* 5 Imo fructuario jus vindicandæ servitutis competit. *l. un.* §. *penult.* ff. *de remissionibus.* 6 *l.* 5. §. 1. *in fin.* ff. *eod.* 7 *l.* 10. ff. *de servitutibus verb. l.* 2. §. 2. ff. *si servitus vindicetur. l.* 15. §. 1. ff. *de usufr. legato.* Porro *adminicula* vocat ea, sine quibus ususfructus consistere non potest. 8 Cur ergo fructuario ædificium inchoatum reficere non licet, si eo aliter uti non possit? *l.* 7. ff. *de usufruct.* quia formam rei mutaret. 9 Cur ita? vide *l.* 1. ff. *de cond. inst. l. penult. in fin.* ff. *de legat.* 3. 10 Inutilis adjectio vitiatur, & non vitiat, *ut hic.* usufructu legato, & adempto ei itinere, hoc est, usufructu legato sine itinere, adjectio adempti itineris inutilis est, & vitiatur, neque tamen vitiat legatum.

11 Usufructu legato, iter & aditus ad utendum & fruendum debentur quoque, §. 1. §. 2. ff. *eod.* interdum & via, si id ususfructus perceptio desiderat. §. 3. ff. *eod.* An & servitus luminis & aquæ præstatur, si fructuarius sine illis omnino uti non possit?

12 Vide *l.* 30. *in fin.* ff. *de usufruct.*

13 *Omnino uti non posse*, aliud est, quam *cum incommodo aliquo uti.*

14 Vide *l.* 12. ff. *de usufr. legato.*

15 Id enim proprietario non licet. *l.* 15. §. *fin.* ff. *de usufr.*

16 Id est, decennio inter præsentes, vicennio inter absentes. *l.* 13. *C. de servit.*

17 Usufructus, quem habet fideicommissarius, tollitur non utendo eo tempore, quo tolleretur, si haberet jus directum, seu directum dominium in usufructu.

18 Sic prædo melioris esse conditionis non debet, quam bonæ fidei possessor, *l. non solum.* 13. ff. *de noxalibus.* stultus, quam peritus. *l. Servius.* 4. ff. *quod vi.* Jus minus validum non magis durat, quam validum. Jus utile non magis durat, quam directum.

19 Imo fructuarius non nudam possessionem usufructus habet, sed etiam dominium, *l.* 15. §. 8. ff. *quod vi.* & potest quisque in re sua se dominum appellare, *l. in vendit.* 9. ff. *de rebus auctor. judicio. l. Titia.* 48. ff. *de solutionibus.* ideoque in confessoria non erraverit, qui dixerit *rem ad se pertinere.*

20 V. quæ notavi *l.* 1. *C. de inoffic.*

21 Ut *l.* 6. *in fin.* ff. *de usufr.*

22 Conditionaliter, nam pendente conditione heres fruitur legato. vide *l.* 12. §. 2. ff. *famil.*

23 *l.* 16. *quibus mod. usufr. l.* 11. §. 1. ff. *quemadm. servitutes. l.* 1. §. 4. ff. *de Syllaniano. l.* 74. *de legat.* 3. *l.* 18. ff. *de servitutib.*

24 Atqui is, qui pecuniam dare jussus est, nisi adjectum sit, cui det, heredi dare debet. *l.* 22. ff. *de statulib.*

25 Sed apud legatarium proprietatis. vide *l.* 6. ff. *de usufruct. adcresc.*

26 Albericus eleganter notat ad hanc legem, usumfructum petenti, confessoriam; neganti, negatoriam dari: in his actionibus vertitur intentio de præterito: patientiam de præsenti: cautionem de futuro. 27 Vide *l.* 45. ff. *de regulis.* 28 *Causalis ususfructus* à proprietate non est separatus. Igitur qui agit ad usumfructum, is ad jus a proprietate separatum agere intelligitur. Erit igitur ususfructus formalis proprie ususfructus, non causalis. 29 *l.* 26. ff. *de serv. urban.* 30 Vide *l.* 123. ff. *de regulis juris.* 31 *Negatoria* ususfructus actio proprietario competit adversus fructuarium.

32 *Negatoriæ* de usufructu actionis formula. 33 *Al.* quamvis jus utendi non habet. Hotoman. 4 *observ.* 22. male. Id enim hac lege proponitur, Eum, qui negatoria agit adversus fructuarium, qui jus utendi non habeat, in re dubia potiorem esse. 34 *l.* 4. *C. de edendo. l.* 28. *C. de rei vindic.* §. 4. *vers. commodum. Inst. de interdictis.* vide *l.* 128. ff. *de regulis juris.* 35 *l.* 1. ff. *eod.* 36 §. *ult.* ff. *eod.* 37 Et in heredem. *l.* 36. §. *ult.* ff. *de usufruct. l.* 5. *C. de usufruct.* 38 *Confessoria* in rem actio datur fructuario: negatoria, proprietario sive domino. 39 *l.* 4. §. 2. ff. *si servit. vindic.* 40 Fructus præstabuntur scilicet. 41 Id est, quomodocunque & quandocunque agèt fructuarius, vel proprietatis dominus. 42 Fructus petentur.

43 Possessor agens confessoria, vel negatoria, fructus petere ab adversario non debet: quia ipsemet possidet. 44 Hæ duæ actiones: At rei vindicatio nunquam possessori competit.

45 Tunc, cum res judicabatur. 46 *l.* 27. §. 1. ff. *de rei vindicatione.* 47 *l.* 25. ff. *de rei vindicatione.*

Tit. VII.

DE [48] OPERIS SERVORUM [49].

Operæ in actu consistere.

I. PAULUS lib. II ad Edictum.

Operæ in [50] actu consistit [51]: nec ante in rerum natura est, quam si dies venit [52], quo præstanda est: quemadmodum cum stipulamur [53], QUOD EX ARETHUSA NATUM ERIT.

De capitu deminutione.

II. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

Operæ servi legatæ capitis minutione non amittuntur [54].

De hominis usufructu & operis.

III. GAIUS lib. II ad Edictum provinciale.

In [55] hominis usufructu operæ sunt, & ob operas mercedes [56].

De impensis necessariis deducendis.

IV. IDEM lib. VII de liberali causa Edicti urbanici [57].

Fructus hominis in [58] operis constitit: & retro [59], in [60] fructu hominis operæ sunt. † Et, ut in cæteris rebus fructus, deductis necessariis [61] impensis, intelligitur, ita [62] & in operis servorum.

De effectu operarum locatarum.

V. TERENTIUS CLEMENS lib. XVIII ad legem Juliam & Papiam.

Operis servi legatis, usum datum intelligi [63] & ego didici, & Julianus existimat.

De operarum æstimatione.

VI. ULPIANUS lib. LV ad Edictum.

Cum de servi operis artificis agitur, pro [64] modo restituendæ sunt: sed mediastini [65] secundum ministerium: & ita Mela scribit. §. 1. Si [66] minor [67] annis quinque, vel debilis [68] servus sit, vel quis alius, cujus nulla opera esse apud dominum potuit, nulla æstimatio fiet. §. 2. Item voluptatis [69] vel affectionis æstimatio non habebitur: veluti, si dilexerit eum dominus, aut in deliciis habuerit. §. 3. Cæterum, deductis necessariis [70] impensis, fiet æstimatio.

Tit. VIII.

DE USU, ET HABITATIONE [1].

Continuatio. 1. Quibus modis usus constituitur.

I. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

Nunc videndum de usu, & habitatione. §. 1. Constituitur etiam nudus [3] usus, id est, sine [4] fructu: qui & ipse iisdem [5] modis constitui solet, quibus & ususfructus.

De jure usuarii. 1. Si marito usus ædium legetur.

II. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Cui usus relictus est, uti potest, frui [6] non potest. Et de singulis videndum. §. 1. *Domus* [7] usus relictus est aut marito, aut mulieri: si marito, potest illic habitare non solus, verum [8] cum familia [9] quoque sua. † An & cum libertis, fuit quæstionis? Et Celsus scripsit, & cum libertis: posse hospitem quoque recipere: Nam ita lib. XVIII Digestorum scripsit: Quam sententiam & Tubero probat. † Sed an etiam inquilinum recipere possit, apud Labeonem memini tractatum libro posteriorum. Et ait Labeo, eum, qui ipse habitat, inquilinum [10] posse recipere [11]: [Idem, & hospites, & libertos suos:]

III. PAULUS lib. III ad Vitellium.

Et clientes [12].

1. Si mulieri.

IV. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Cæterum sine [13] eo ne hos quidem habitare posse. Proculus autem de inquilino notat, non belle inquilinum dici, qui cum eo habitet. † Secundum hæc, & si pensionem percipiat, dum [14] ipse quoque inhabitat, non erit ei invidendum: quid enim, si tam spatiosæ domus usus sit relictus homini mediocri [15], ut portiuncula contentus sit? Sed & cum his, quos loco servorum in operis habet, habitabit: licet liberi sint, vel servi alieni. §. 1. *Mulieri* autem si usus relictus sit, posse eam & cum marito habitare [16], Quintus Mucius primus admisit, ne ei matrimonio carendum foret, cum uti vult domo. Nam per contrarium, quin uxor cum marito possit habitare, nec fuit dubitatum. † Quid ergo, si viduæ [17] legatus sit? an nuptiis contractis post constituturn usum, mulier habitare cum marito possit? Et est verum (ut & Pomponius lib. V & Papinianus lib. XIX Quæstionum probat) posse eam cum viro & postea nubentem habitare [18]. † Hoc amplius Pomponius ait, & cum socero habituraram.

Si socero.

V. PAULUS lib. III ad Sabinum.

Imo & socer [19] cum nuru habitabit: utique, cum vir una sit.

Si mulieri.

VI. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Non solum autem cum marito [20], sed & cum liberis libertisque habitare, & cum parentibus poterit. Et ita & Aristo notat apud Sabinum. Et hoc usque erit procedendum, ut eosdem, quos masculi, recipere & mulieres possint.

VII. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

Non aliter autem mulier hospitem recipere potest, quam si is sit, qui honeste [21] cum [22] ea, quæ usum habeat, habitaturus sit.

De usu non alienando. 1. De usu legato, si à viro divertat.

VIII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Sed neque locabunt seorsum, neque concedent habitationem sine se [23], nec vendent usum. §. 1. Sed, si usus ædium mulieri legatus sit ea conditione, SI [24] A VIRO DIVORTISSET, remittendam [25] ei conditionem, & cum [26] viro habituraram. [Quod &] Pomponius libro quinto probat.

De aliarum rerum usu.

IX. PAULUS lib. III ad Sabinum.

Cæterarum quoque rerum usu legato, dicendum est, uxorem [27] cum viro in promiscuo usu eas res habere posse.

Si habitatio, 1. Vel χρῆσις, 2. Vel ædium habitandi causa ususfructus, vel usus legatur. 3. Quamdiu durat habitatio. 4. De usu fundi.

X. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Si *habitatio* legetur, an perinde sit, atque si usus, quæritur? & effectu [28] quidem idem pene [29] esse legatum usus & habitationis, & Papinianus consensit lib. XVIII Quæstionum. † Denique donare non poterit: sed eas personas recipiet, quas & usuarius: Ad heredem tamen nec ipsa transit [30]: nec, non utendo amittitur, nec capitis diminutione [31]. §. 1. Sed si χρῆσις [32] sit relicta, an usus sit, videndum? & Papinianus lib. VII responsorum ait, usum esse, non etiam fructum relictum. §. 2. Sed [si] sic relictus sit, ILLI DOMUS USUSFRUCTUS HABITANDI CAUSA: utrum habitationem solam, an vero & usumfructum habeat, videndum? Et Priscus, [&] Neratius putant, solam habitationem legatam: Quod est verum. Plane, si dixisset testator, USUM HABITANDI CAUSA, non dubitaremus, quin valeret [33].

§. 3. Utrum autem unius anni sit habitatio, an usque ad viram, apud veteres quæstium est. Et Rutilius, donec vivat, habitationem competere ait: Quam sententiam & Celsus probat lib. XVIII Digestorum. §. 4. Si usus fundi sit relictus, minus [34] utique esse, quam fructum, longeque, nemo dubitat. Sed, quid in ea causa sit, videndum? Et Labeo ait, habitare eum in fundo posse, dominumque prohibiturum illic venire: sed colonum non [35] prohibiturum, nec familiam, [scilicet eam,] quæ agri colendi causa illic sit: cæterum, si urbanam familiam illo mittat, qua [36] ratione ipse prohibetur, & familiam prohibendam ejusdem rationis est. † Idem Labeo ait, & cella vinaria & olearia eum solum usurum: dominum vero invito eo non usurum.

XI. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum, sive aureorum.

Inque eo fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, neque his, per quos opera rustica fiunt, impedimento [sit:] nec ulli alii jus, quod habet, aut vendere, aut locare [37], aut gratis concedere potest.

2. De usu pecoris. 3. Armenti boum. 4. Equitii. 5. Servi vel ancillæ.

XII. ULPIANUS lib. XVII ad Sabinum.

Plenum autem usum debet habere, si & villæ & [38] prætorii [39] [ei] relictus est. † Venire plane proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum est: &, per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic posse, admittendum est.

§. 1. Præter [40] habitationem, quam habet, cui usus datus est, deambulandi quoque & gestandi jus habebit. † Sabinus & Cassius, & lignis [41] ad usum cottidianum, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua usurum: non [42] usque ad compendium, sed ad usum scilicet, non usque ad abusum. † Idem Nerva: & adjicit, stramentis etiam usurum; sed neque foliis [43], neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum. Sed Sabinus & Cassius & Labeo & Proculus hoc amplius [etiam] ex his, quæ in fundo nascuntur, quod ad victum sibi, suis sufficiat, sumpturum, & ex his, quæ Nerva negavit. † Jubentius, etiam cum convivis & hospitibus posse uti. Quæ sententia mihi vera videtur: aliquo enim largius cum usuario agendum est pro [44] dignitate ejus, cui relictus est usus. † Sed utetur is (ut puto) dumtaxat in villa [45]. Pomis autem & oleribus & floribus & lignis, videndum, utrum eodem loco utatur dumtaxat, an etiam in oppidum ei deferri possint? sed melius est accipere, & in oppidum deferenda: neque enim grave onus est horum, si abundent in fundo. §. 2. Sed si [46] *pecoris* ei usus relictus est, puta gregis ovilis, ad stercorandum usufurum [47] duntaxat, Labeo ait: sed neque [48] lana, neque agnis, neque lacte [49] usurum: hæc enim magis in fructu esse. Hoc amplius, etiam modico lacte usurum puto: neque enim tam stricte [50] interpretandæ sunt voluntates defunctorum. §. 3. Sed si *boum armenti* [51] usus relinquatur, omnem usum habebit, & ad arandum, & ad cætera, ad quæ boves apti sunt. §. 4. *Equitii* quoque [52] legato usu, videndum, ne & domare possit, & ad vehendum sub jugo uti? & [53] si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est, non puto eum Circensibus [54] his usurum: quia quasi [55] locare eos videtur: sed si [56] testator sciens eum hujus esse instituti & vitæ [57], reliquit, videtur

---

48 Adde 15 *Ecl.* περὶ ὑπηρεσιῶν ἢ τῶν καρπῶν διδόναι δυνατὸν.

49 V. C. LIII.

50 *In actu consistere* ea dicuntur, quæ non consistunt, nisi cum agantur, quorum ellentia in ipso actu, seu dum res agantur, consistit.

51 Nec antea incipit, quam cum agitur: unde præsens tantum intelligitur.

52 Id est, ante peractum diem, operam ejus diei nemo petere potest. *lege* 3. ℣. *de operis libertorum.*

53 Vide *l.* 73. ℣. *de verb. oblig.*

54 *l.* 2. ℣. *de usufructu legato.*

55 *l.* 4. ℣. *eod.* Goth. Conciliationem h. l. cum præcedenti vid. apud Govean. *lib. 1 select. cap.* 7. Anf.

56 *Picta l.* 2. ℣. *de usufructu legato.*

57 *Edictum urbanicum*, quod Prætor urbanus in urbe solus proponebat, ut dixi *l.* 1. ℣. *de ædilitio edicto.* Idem porro fuit *urbicum, urbanicum*, & *urbanum*: estque ad differentiam *provinciale*, quod à Proconsule proponebatur in provinciis, aut quod erat de rebus provincialibus. 58 Id est, fructus servi sunt operæ ipsius servi. *Eclog. d. loco, cap.* 28. 59 *Retro*, id est, per contrarium. 60 *l.* 3. ℣. *eod.* 61 *l.* 6. *in fi.* ℣. *eod.* 62 Argumentum à fructu ad operas. 63 Imo neque usus, neque ususfructus datus intelligitur. *l.* 1. §. 9. ℣. *ad leg. Falcid.* 64 Operæ artificum & artificiorum, secundum qualitatem, & ministerium exiguntur. *Eclog. ibid. c.* 4. 65 Quorum vilis est opera. 66 Vide quæ notavi ad *l.* 32. ℣. *de rei vindic.* 67 Infantis quinquennio majoris, id est, qui ætatis quinquennium excessit, quædam operæ esse possunt: in scena maxime, si sit histrio, vel alterius voluptatis artifex. *l.* 7. §. *dabitur.* ℣. *de operis libert. l. ult.* ℣. *de liberali causa.* 68 *Lege* 7. ℣. *de usufructu legato.* 69 Voluptatis æstimatio non habetur. 70 Ut *l.* 4. *in fin.* ℣. *eod.*

1 III. C. XXXIII. & II. Instit. v.

2 Vide *l.* 10. ℣. *eod.*

3 Nudus usus, qui est sine fructu.

4 *Lege* 2. *lege* 14. §. 1. 2. ℣. *eod.*

5 *l.* 3. *in fin.* ℣. *de usufruct. Instit. eodem. in princ.*

6 ὁ κυριεύων, ἀλλὰ κέκρηται, 16 *Eclog.* 8.

7 ὁ δὲ οἰκέτης, id est, Habitatione relicta, ita Græci *ille loco.* ut sit sensus, Habitatione relicta, maritum cum uxore, & uxorem cum marito, cum familia sua, cum libertis habitare.

8 Vide §. 2. *Inst. eod.* adde *l.* 111. ℣. *de verbor. obligationibus.* vide *l.* 21. ℣. *de precario.*

9 *Familiæ*, id est, cum liberis suis & servis. Nam mox quærit de libertis.

10 Vide *l.* 4. ℣. *eod.*

11 At non locare seorsum. *l.* 8. ℣. *eod.*

12 *Clientes* vocantur *suscepti*, à Paulo *sent.* 51. §. 1. ut ex vetustissimis fragmentis legum notat vir doctissimus ac clarissimus P. Pitheus *ad tit. 9 notarum Mosaicarum.* At vero clientes, quos patersamilias in fidem suam ita suscipit, pars quodammodo familiæ censentur: quam ob causam libertis fere conjungi solent, *ut hic. lege* 5. ℣. *de his qui dejecerunt. l.* 7. ℣. *de captivis. l.* 89. ℣. *de furtis. l.* 3. *C. de noxat.* adde *l.* 132. ℣. *de verborum obligationibus.* Inde sit, ut clientis testimonium non admittatur, tanquam domesticum, *lege* 24. ℣. *de testibus. l.* 6. §. 5. *C. de his, qui ad Eccles.* Testimonium quoque non admittebatur adversus clientem, 5 *Gell.* 13. 13 *Lege* 8. *in princ.* ℣. *eod.* 14 Imo quid interest, ipse usuarius, dum locat, habitet, necne? *lege* 16. *C. eod.* 15 *Mediocris* homo, idem quod pauper. vide quæ notavi ad *legem* 15. §. 15. ℣. *de excusat. tutorum.* 16 Vide *l. penultim.* ℣. *de servitute legata.* utriusque enim una & eadem familia censetur, *lege* 1. §. 15. ℣. *de Syllanianis:* utriusque ad omnem vitam consortium est, *l.* 1. ℣. *de ritu.* ut merito sit culpandus, qui aliquod nuptiis impedimentum inferat. *leg.* 72. §. 4. ℣. *de conditionibus & demonstrat. lege Titia.* 134. ℣. *de verbor. oblig.*

17 Id est, ei, quæ vidua; secus, si ut viduæ. 18 Dubitandi ratio esse potuit, quod vidua, nubendo, forum novi mariti sortiatur, *argum. l.* 19. *sup. de jurisdict. l.* 22. §. 1. *l.* 32. *lege* 37. *in fin.* ℣. *ad municipalem.* 19 Quia parentis loco habendus est. vide *leg.* 16. ℣. *soluto matrimonio.*

20 Huc facit *l.* 8. ℣. *eod.*

21 Quid si honestum recepit? Baldus putat, mutari rem, ut abutentem, suo jure excidere, & sic jus utendi & habitandi amittere: hoc tamen Fulgosius non admittit.

22 *Argum. l.* 27. §. 1. ℣. *de usufructu. l.* 19. *C. de Episcopal.* Goth. Confer *cap. propter.* §. *accumulator. locatl. in verb. pera vesse.* Valasc. *de jure emphyteutic. quæst.* 23. Anf.

23 Vide *l.* 4. *in princ.* ℣. *eod.*

24 *Divortii* conditio adjecta mulieri est inhonestas; ideoque rehittenda.

25 Vid. *l.* 5. *C. de inst. & substit.*

26 Adde *l.* 12. §. 5. ℣. *eod.*

27 Adde *l.* 111. ℣. *de verborum obligationibus.*

28 Habitatio & usus ædium, idem pene est effectu.

29 Adde *l.* 13. *C. de usufruct.*

30 *l.* 11. *l.* 12. *in fin. C. de usufructu.*

31 *l.* 10. ℣. *de cap. minut*

32 χρῆσις: legatum quid esset inter ususfructum, & vero usus tantum? usus est tantum, non ususfructus; *ut hic.* Quod ut intelligas melius, observa; duplex olim dominium fuisse: *Bonitarium* scilicet (quo rem in bonis quis habebat & χρῆσιν; & Quiritarium: Hoc dominium qui habebat, dominus erat nudo jure Quiritum, & is habere κτῆσιν dicebatur. *Cicero 7. familiar.* χρῆσις quidem verbo continetur usus & fructus: sed si χρῆσις sit relicta, excepta κτήσει, solus usus, non fructus continebitur. Revardus ita hunc locum explicat; *variar. 12.* Quid si *utilitas* palatii domus vel ædificii relicta fuerit? usus intelligitur relictus. Romanus *singular 59.* Quid si in *gaudimentum*, liceat lector hic interpretum nostrorum verbis uti, licet superioribus) possessio relicta, fuerit? Putat Baldus ad heredem transmitti legitimum. Hæc enim verba favore legati adjecta, legatum minuere non posse. *Goth.* Quid sit χρῆσις vid. apud Revard. *lib. 2 variar. cap.* 12. Alciat. *lib.* 1 *parerg. c.* 14. Anf.

33 Ex superioribus collige, Habitationem & usum domus, effectu idem propemodum esse, *in pr.* ℣. *eod.* χρῆσιν domus, non esse ejusdem usumfructum, sed habitationem. §. 2. ℣. *eod.*

34 In usu minus est, quam in fructu. 35 *l.* 15. *in fi.* ℣. *eod.* 36 Familia eo accedere prohiberi potest, quo ipse paterfamilias accedere potest prohiberi. 37 Seorsum. *l.* 8. ℣. *eod.*

38 *Prætorium*, villa urbana, à villici habitatione sejuncta, *l.* 2. ℣. *de servitutibus rustic. l.* 91. §. *pater.* ℣. *de leg.* 3. *l.* 13. *in fin.* ℣. *de injuriis. l.* 198. ℣. *de verborum significat.* 39 Quod quid sit, vide *l.* 198. ℣. *de verb. significat.* 40 Usui inest habitatio. 41 Qui usum duntaxat habet, ad usum cottidianum lignis utitur, & horto & pomis, & oleribus & foliis, & aqua, non tamen ad quæstum, sicuti nec abutitur. 16 *Eclog.* 8. *cap.* 9. §. 4. 42 Id est, non ut vendat, sed ut ipse utatur: vendere enim posse est abuti, venditio est abusus. 43 Id est, unguentis ex foliis confectis, unde foliatum, 12 *Plinius* 12. 11 *Martial.* 28. 6 *Pollux* 9. *apud Forner. 2 select.* 2. *Juvenal. satyr.* 6. *Mœchis foliata parantur.* Alii hoc vocabulo folia Barbarica & Indica intelligunt. Conanus legit, *doliis*: sed Cujac. 6 *obs.* 37 ex Columella intelligit folia vulgaria, quibus rustici utuntur hyeme alendo pecori, vel ligandis vineis: quanquam idem autor *Inst. eod.* notet, legendum esse *oleis*. Græci tamen 16 *Eclog.* §. 4. leguat φύλλος, id est, foliis. *Goth.* Vid. Revard. *conject. lib.* 2. *c.* 4. Pancirol. *Rer. Memorabil. tit. de folio Barbarico. & ibid. in not.* confer *l ult.* §. 7. ℣. *de publican. & vect.* Anf. 44 *l.* 52. §. 2. ℣. *de judiciis.*

45 Non it oppido. 46 Adde 2 *Harmenopul.* 10. §. 10. 47 Est enim utilitas in stercore. *l.* 7. *in fin. C. de curso publico.* §. *antepenult. Inst. eod.* 48 *Inst. eod.* Chrysostomus in Matthæum homil. 79. περὶ τῶν προβάτων φησὶν, ἀπὸτε γάλακτος, ἀπὸτε τῶν τικτομένων. 49 Nisi modico, ut *mox* sequitur. 50 *l* 12. ℣. *de regulis juris.* 51 *Armenta* boum dicuntur *l.* 89. ℣. *de verb. signific.* quasi aramenta, *Isid.* 12. *cap.* 1. potius, quam quod armis idonea, ut *Verrius Flaccus* scribit.

52 De intellectu hujus §. vid. Jacob. Revard. *variar. lib.* 5. *c.* 13. Anf. 53 Hexameter hic excidit Jurisconsulto: vide quæ scripsi *l.* 46. ℣. *de ædilitio.* 54 Circenses ludi, de quibus dixi *l.* 1. §. 2. ℣. *de muneribus.* 55 An quia, cum operas suas locat hujusmodi auriga, equos suos locare intelligitur, ut vult Revardus 5 *var.* 14? Malim id ita accipere, Rarum id esse, ut citra spem quæstus & lucri in Circenses auriga descendat. *l.* 2. *in fin.* ℣. *de his, qui notantur infamia.* 56 Ex scientia defuncti colligitur ejus voluntas. *l.* 28. ℣. *de rebus dubiis. l.* 16. *C. de fideicommiss.*

57 Legatum interpretamur pro conditione ipsius legatarii.

detur etiam de hoc usu sensisse [18]. §. 5. Si usus *ministerii* alicui fuerit relictus, ad suum ministerium utetur, & [ad] liberorum conjugisque, * neque * videbitur alii [19] concessisse, si simul cum ipsis utatur. Quamquam, si filiofamilias usus servi sit relictus, vel servo, patri, dominove adquisitus, ipsius dumtaxat usum exigat, non etiam eorum, qui sunt in potestate. §. 6. Operas [60] autem servi usuarii non locabit, neque alii utendo concedet: & ita Labeo: Quemadmodum enim concedere alii operas poterit, cum ipse uti debeat? † Idem tamen Labeo putat, si fundum conduxerit quis, usuarium servum posse ibi operari. Quid enim interest, in qua re opera ejus utatur [61]? quare & si lanam conduxerit [62] usuarius expediendam, poterit etiam per usuarias ancillas opus perficere. Idemque, si vestimenta texenda redemerit, vel insulam vel navem fabricandam, poterit ad hæc operis uti usuarii. Nec offendetur illa Sabini sententia, ancillæ usu dato, ad lanificium eam non mitti, nec ex operis mercedem capi; sed sibi lanam facere jure cogere: *sibi* [63] enim *facere* videtur, qui non operas ejus locavit, sed opus, quod conduxit, expediit. Idem & Octavenus probat.

[18] De quibus vide *Isidor.* 18. *cap.* 12.

[19] Vir & uxor, liberi & parentes eadem persona censentur. Ita fiet ut uxori relicto servi ministerio, alii ministerium concessisse non videatur, si vel conjugi vel liberis concedat. Alia igitur à marito uxor, à liberis mater esse non videtur. adde *l.* 6. *l.* 8. *in fin. ff. eod.*

[60] §. 3. *Inst. eod.*

[61] Imo aliquid interest, quoniam usuarii servi operas locare non possumus. *l.* 14. ff. *eod.*

[62] Conductor operis opus facit, & mercedem accipit: in ædificiis & fundis, conductor mercedem & pensionem præstat.

[63] Locare operas ancillæ, non continuo videtur usuarius, si ea utatur ad opus expediendum, quod conduxit.

XIII. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Sed ipsi servo ancillæve pro opera mercedem imponi posse, Labeoni placet.

Collatio ususfructus, fructus, & usus.

XIV. Ulpianus lib. XVII ad Sabinum.

Per [64] servum usuarium si stipuler, vel per traditionem accipiam, an adquiram, quæritur, si ex re mea, vel ex operis ejus? & si quidem ex operis ejus, non valebit: quoniam nec locare operas ejus possumus [65]: sed si ex re mea, dicimus servum usuarium stipulantem, vel per traditionem accipientem, mihi adquirere [66], cum hac opera ejus utar. §. 1. *Ususfructus* [67], an *fructus* [68] legetur, nihil interest: nam fructui [69] & usus inest: usui, fructus deest: & fructus quidem sine usu esse non [70] potest: usus sine fructu potest. † Denique si tibi fructus, deducto usu, legatus sit: inutile esse legatum [71], Pomponius lib. v ad Sabinum scribit: &, si forte, usufructu legato, fructus adimatur, totum videri ademptum scribit. † Sed, si fructus sine [72] usu, videri constitutum, qui & ab initio constitui potest. Sed si, fructu [73] legato, usus adimatur, Aristo scribit, nullam [74] esse ademptionem: Quæ sententia benignior est. §. 2. Usu legato, si eidem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum usu. † Idem ait & si tibi usus, mihi fructus, legetur, concurrere nos in usu [75], me solum [76] fructum habiturum. §. 3. Poterit [77] autem apud alium esse usus, apud alium fructus sine usu [78], apud alium proprietas: veluti si, qui habet fundum, legaverit Titio usum, mox heres ejus tibi fructum legaverit, vel alio modo constituerit.

[64] *l.* 23. ff. *de stipulatione servorum.*

[65] Imo posse videmur, *lege* 2. ff. *de usufructu legato.* vide *Cujacium* 14. *observatione* 23.

[66] *L.* 16. *in fin. l.* 20. ff. *eod.*

[67] Fructu legato si usus non adscribatur, magis placet usumfructum videri adscriptum: fructus enim sine usu esse non potest. *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 24.

[68] *Sub.* in singulari *fructum*, non in plurali *fructus.*

[69] Ut in suo toto: vide quæ scripsi ad *l.* 1. ff. *de origine juris.*

[70] Imo potest, §. *ultim.* ff. *eod. l.* 5. §. 2. ff. *usufructuar. quemadmodum caveat.*

[71] Imo est utile, §. *ultim.* ff. *eod. l.* 5. ff. *usufructuar. quemadm. caveat.*

[72] Id est, nulla mentione facta *usus.*

[73] *Usufructu.*

[74] Vide *l.* 1. ff. *de adimendis legatis.*

[75] Quia re conjuncti sumus.

[76] Hanc particulam *solum*, ad vocem *me*, non ad *fructum* retero, hoc sensu, si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 25.

[77] Fructus sine usu esse potest, *ut big. & l.* 5. §. 1. ff. *usufructuar. quemadmod. caveat.* ut hic, Legavi tibi nudum usum: Heres meus postea Titio legavit fructum ejusdem fundi: quia nec tibi legare potuit nudum usum, quem tibi legaveram: non poterit Titius in eo fundo habitare, & à te prohibetur illo venire, nisi ad fructus percipiendos. adde *l.* 13. §. 3. ff. *de acceptil.* 78 *l.* 5. §. 1. ff. *usufruct. quemadmodum caveat.* ita actus sine itinere. *l.* 4. §. 1. ff. *si servitus.* vide *Cujac.* 13. *obs.* 12. 79 Hæc lex tractat de usu τῶν ἐν τῷ ἔτει γινομένων καρπῶν, ut Græci legunt, 16 *Eclog.* 8. c. 12. 2 *Harmenop.* 10. §. 1. hoc sensu: Qui usum duntaxat habet, ex rebus cellariis in fundo provenientibus capere potest quod in annum sufficiat, licet omnia consumat: Nam & fervo & domo sic uterur qui usum duntaxat habet, ut nihil alii fructus supereresset. Fulgosius tamen videtur legisse, ex fœno: hoc sensu: Usuarius potest de fœno fundi sumere, quantum sibi suo anno sufficiat, licet per id fructus prædii consumatur.

[60] *l.* 10. §. *ult.* ff. *eod.* 81 *Al.* Quod si ita. 82 *l.* 5. *in fi.* ff. *de instructo.* 83 Si modo partem in usufructu & usu habeat, alioqui si res digna tantum fructuario vel usuario sit, iniquum videtur prohibetur custodiam rei permitti. 84 *l.* 60. §. *fi.* ff. *de leg.* 3. 85 De *Insulario* vid. *l.* 5. §. 1. ff. *de injtoria. l. ult.* ff. *de offic. præf. vigilum. l.* 166. ff. *de ver. sig.* De insula dixi ad *l.* 58. ff. *locati.* 86 Castro fructuarii vasalli dominus custodes & præsidium imponere, ipso vasallo etiam invito, potest: Quod summopere notandum. Hoc enim modo via nimis aperitur dominis ad expellendos vasallos castris suis. v. *Albericum*, *l.* 1. ff. *de damno.* sed omnino *Rolandum à Valle*, 2. *consil.* 69. 87 Vel ædes, quarum usufructus legatus est. 88 Per fulcuarium, vel insularium, *ut* ff. imo & manum militarem, si opus sit. 89 Vide *l.* 37. §. 1. ff. *de adq. rer.* 90 Negotiatio permitti. *Hal.* 91 Ut prosit patri & domino. *l.* 12. §. *ult.* ff. *eod.* cujus patris cum filio una eademque persona intelligitur propter vinculum potestatis. *l. ult. C. de impub. & aliis subst.* 92 Argumentum ab usufructu ad usum consistit, *ut hic.* Atqui usufructus facti est: cum in percipiendo consistat, ideoque dividuus. *l.* 1. ff. *quando dies legatorum.* §. *ir vero. Inst. de rer. divis.* usus juris, ideoque individuus. 93 Id est, non tantum una cum filio vel servo, sed etiam absque filio servove. Qua de causa mors filii vel servi non extinguit usumfructum vivo patre vel domino, nec contra mors patris vivo filio. *l. ult. C. de usufr.* 94. Distingue, *ut* ff. *eod.*

[95] Adde *l.* 6. ff. *de usufr.* 96 Usus individuus (uti enim pro parte non possumus); ususfructus dividuus. v. *l.* 72. ff. *de verb. obl.* 97 Atqui pluribus potest usus relinqui, & plures possunt uti. *l.* 15. ff. *eod.*

[98] Ususfr. enim dividi potest. *l.* 1. §. 9. ff. *ad l. Falc.* 99 Quæ ratio diversitatis? v. *Alc.* 1. *parad.* 17.

De usu servi.

XV. Marcellus lib. XIII Digestorum.

Servus, cujus mihi usus legatus est, acquirit mihi [100], si institor erit, & operis ejus utar in taberna: nam mercibus vendundis emendisque adquirit mihi: sed & si jussu meo, per traditionem accipiet.

De usu aquæ.

XXI. Modestinus lib. II Regularum.

Usus *aquæ* personalis est: & ideo [1] ad heredem usuarii transmitti non potest.

De usu sylvæ. 1. Et adiuma. 2. Si plus usus sit legatarius, quam oportet.

XXII. Pomponius lib. V ad Quintum Mucium.

Divus Hadrianus, cum quibusdam usus *sylvæ* [2] legatus esset, statuit fructum [3] quoque eis legatum videri: quia [4], nisi liceret legatariis cædere silvam, & vendere, quemadmodum usufructuariis [5] licet, nihil habituri essent ex eo legato. §. 1. Licet tam angustus est [6] legatarius, cui domus usus legatus est, ut non possit occupare totius domus usum, tamen eis, quæ vacabant, proprietarius non utetur: quia licebit usuario, aliis & aliis temporibus, tota domo uti: cum interdum domini quoque ædium, prout temporis conditio exigit, quibusdam utantur, * quibusdam non utantur *. §. 2. Usu legato, si plus usus sit legatarius, quam oportet, officio [7] Judicis, qui judicat, quemadmodum utatur, [quid] continetur? ne aliter, quam debet, utatur.

[100] Vid. *l.* 14. ff. *eod.*

[1] Quod personale est, ad heredem non transmittitur. *l.* 68. ff. *de reg. jur.*

[2] Adde *l.* 10. ff. *de usufructu.*

[3] Usu legato sylvæ, fructus quoque intelligitur legatus.

[4] *l.* 8. ff. *de verb. oblig.* Hæc ratio sufficere non videtur: nam rustici, domini sylva uti possunt, utcunque ligna cæsa ejus vendere non liceat.

[5] Fructuarius jus cædendi & vendendi habet.

[6] Id est, licet non sit tam opulentus, aut tam ampla familia legatarii.

[7] Vid. quæ scripsi ad *l.* 19. ff. *eod.*

De re non mutanda.

XXIII. Paulus lib. I ad Neratium.

Neratius: Usuariæ rei speciem is, cujus proprietas est, nullo modo [8] commutare potest. [*Paulus*]: deteriorem enim causam usuarii facere non potest: facit autem deteriorem, etiam in meliorem statum commutata [9].

[8] Cur ita? vide *l.* 69. ff. *de reg. jur.*

[9] Quod contra usuarii voluntatem fit, utcunque aliis melius sit, illi tamen melius non est.

Tit. IX.

Usufructuarius [1] quemadmodum [2] caveat [3].

De forma cautionis. 1. De re mobili, vel immobili. 2. De modo constituendi usumfructum. 3. De forma cautionis. 4. De rei qualitate in testatum redigenda. 5. Utilitas cautionis. 6. Duæ clausulæ cautionis quando committuntur. 7. Quid stipuletur proprietarius.

I. Ulpianus lib. XCVII ad Edictum.

Si, cujus [4] rei ususfructus legatus sit, æquissimum Prætori visum est, de utroque [5] legatarium cavere: *& usurum se* [6] *boni viri arbitratu: &* [7], *cum ususfructus ad eum pertinere desinet* [8], *restituturum* [9] *quod inde exstabit.* §. 1. Hæc stipulatio, sive [10] mobilis res sit, sive soli, interponi debet. §. 2. Illud sciendum est, ad fideicommissa etiam aptari eam debere. † Plane, & [si] ex mortis causa donatione ususfructus constituatur, exemplo [11] legatorum debebit hæc cautio præstari. † Sed & si ex alia quacunque causa constitutus fuerit ususfructus, idem dicendum est [12].

§. 3. Cavere autem debet, *Viri boni arbitratu perceptum iri usumfructum:* hoc est, non [13] deteriorem se causam ususfructus facturum, cæteraque facturum, quæ in re sua faceret [14]. §. 4. Recte autem facient & heres, & legatarius, qualis res sit, cum frui incipit legatarius, si in [15] testatum [16] redegerint, ut inde possit apparere, an, & quatenus rem pejorem legatarius fecerit [17].

§. 5. Utilius autem visum est, stipulatione de hoc caveri, ut, si quis non viri boni arbitratu utatur, committetur [18] stipulatio statim: nec expectabimus, ut amittatur ususfructus. §. 6. Habet autem stipulatio ista duas [19] causas: unam, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur: aliam de usufructu restituendo: quarum prior statim committetur, quam aliter fuerit usus, & sæpius committetur: sequens committetur, finito usufructu. §. 7. Sed quod diximus, *id, quod inde exstabit, restitutum iri*, non ipsam rem stipulatur proprietarius: inutiliter enim rem suam stipulari videretur [20]: sed stipulatur *restitutum iri, quod inde extabit.* Interdum autem inerit proprietatis æstimatio, si forte fructuarius, cum possit usucapionem interpellare, neglexit [21]: omnem enim rei curam suscipit.

[1] Num idem in usuario, cui usus relictus est rei alicujus, vel operæ, vel habitatio? v. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. ff. *eod.*

[2] Et quando & quibus.

[3] Cautio fructuaria estne substantiæ ususfructus? dixi ad *l.* 1. *C. de usufruct.*

[4] Sive rei mobilis, sive soli.

[5] 16 *Eclog.* 9. *c.* 1. §. 6. ff. *eod.*

[6] *l.* 4. *C. de usufr. l.* 13. ff. *de usufruct.*

[7] Cautio igitur duplex exigitur ab usufructuario: una, ut uratur boni viri arbitrio: altera, ut usufructu finito res restituat. §. 6. ff. *eod.*

[8] Puta morte, vel evictione. *l.* 8. §. 4. *verf. item legatarius.* ff. *qui satisdare.*

[9] *d. l.* 8. §. 4. *verf. item de restituenda.*

[10] Dixi ad *l.* 1. ff. *de usufruct.* adde *l.* 6. ff. *ut in poff. legat.*

[11] Donationis causa mortis & legatorum similitudo.

[12] Ut cautio à fructuario exigatur, nihil interest, sive ex testamento, sive ex voluntario contractu ususfructus constitutus sit. *l.* 4. *in fi. C. de usufr.*

[13] *Eclog. d. c.* 1.

[14] *Viri boni arbitratu uti* intelligitur, qui ususfructus causam deteriorem non reddit: quique idem in eo, quod in suis rebus, facit. adde *l.* 13. §. 2. *verf. denique.* ff. *de usufr.*

[15] De inventario ab usufructuario conscribendo & conficiendo. vide Rolandum à Valle, 1 *conf.* 92. §. 5. Ancharanum, 3. *qu.* 22.

[16] *Testati* voce non nudum inventarium quidam accipiunt, qui rei deteriorationem à possessore verentur. 17 Idem in funerante. *l.* 14. §. 8. *in fin.* ff. *de religiosis.* Idem in nunciante novum opus. vide *l.* 8. §. 5. ff. *de novi operis nunciatione.* Idem in vulnerante, qui à judice petere potest, ut adhibeantur medici ad vulnus videndum, mortale sit, necne. *Bald.* & generaliter quandocunque bona reversura alicui dantur, utile est ea designari, ut eorum numerus & qualitas appareat. 18 *Al.* committatur. 19 *In princ.* ff. *eod.* 20 *l.* 29. §. 1. & 2. ff. *de verbor. oblig.*

[17] Idem dicendum in marito. *l.* 16. ff. *de fundo dotali.* 22 Id est, diligentiam. *Goth.* Exemplo commodatarii, & venditoris. *l.* 3. ff. *de peric. & commod. rei vend.* Ans. 23 Hac stipulatione. *Hal.* Sed ita rursum *l.* 5. *in pr.* ff. 24 De quibus §. 3. *Inst. de usufr.* 25 Finiti & non cœpti ususfructus eadem est ratio. Cautio fructuaria, quæ de usufructu finito est, trahitur ad eum usumfructum, qui nunquam cœpit. Quemadmodum ergo finitus ususfructus cedit legatario proprietatis, non heredi scripto: ita nunquam cœptus ususfructus cedet proprietatis legatario, non heredi scripto. *l.* 33. ff. *de usufruct.* 26 *Desinere* interdum quid potest, quod non cœpit: *ut hic.* & *l.* 6. ff. *de condict. causa data.* ut & amitti quod non habetur. *cauf.* 23. *q.* 1. §. *ex his.* alias quod nondum aut nunquam cœpit, fuit, extitit, habitum fuit, desisse non est dicendum. *l.* 96. ff. *de condit. & demonst.* vide plura, quæ notavi ad Glos. Accurs. *l.* 6. ff. *de condict. causa data. l.* 5. ff. *de mulg. l.* 1. *in fi. C. de indicta viduitate.* adde *Simonem de Pratis* 3. *de interpretatione dubitat.* 1. *folution.* 11. *n.* 50. ubi notat, Privationem interdum non requirere habitum aspectualem seu existentem, sed sufficere habitum principii. 27 *Pertinere* verbum, præsupponit habitum adquisitionis. 28 Vide *l.* 5. ff. *quib. mod. usufructus.* 29 Id enim licet. *l.* 5. ff. *quib. mod. usufr.* & *l.* 23. ff. *de usufr. leg.* 30 Quotiescunque. *Hal.* 31 Una cautio ita sufficiet. *arg. l.* 18. ff. *de verb. oblig.* 32 Ante proprietatem. *Hal.* 33 Quid si legas, *forsean.* 34 Quia alteri nemo stipulari potest. *l.* 38. §. *alteri.* ff. *de verb. oblig.*

XVI. Pomponius lib. V ad Sabinum.

Si ita [81] legatus esset usus fundi, *ut instructus* [82] *esset*: earum rerum, quæ in instrumento [fundi] essent, perinde ad legatarium usus pertinet, ac si nominatim ei earum rerum usus legatus fuisset. §. 1. Dominus proprietatis, etiam invito [83] usufructuario, vel usuario, fundum, vel ædes, per saltuarium [84], vel insularium [85] custodire [86] potest: interest enim ejus, fines [87] prædii tueri [88]. Eaque omnia dicenda sunt, quolibet modo constitutus ususfructus vel usus fuerit. §. 2. Servo, cujus usum dumtaxat, non etiam fructum, habemus, potest [&] à nobis quid donari [89], vel etiam ex pecunia nostra negotiatum [90] esse: ut, quidquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

[81] legatus esset usus fundi, *ut instructus* [82] *esset*: earum rerum, quæ in instrumento [fundi] essent, perinde ad legatarium usus pertinet, ac si nominatim ei earum rerum usus legatus fuisset. §. 1. Dominus proprietatis, etiam invito [83] usufructuario, vel usuario, fundum, vel ædes, per saltuarium [84], vel insularium [85] custodire [86] potest: interest enim ejus, fines [87] prædii tueri [88]. Eaque omnia dicenda sunt, quolibet modo constitutus ususfructus vel usus fuerit. §. 2. Servo, cujus usum dumtaxat, non etiam fructum, habemus, potest [&] à nobis quid donari [89], vel etiam ex pecunia nostra negotiatum [90] esse: ut, quidquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

Si filiofam. vel servo usus legetur.

XVII. Africanus lib. V Quæstionum.

Filiofamilias vel servo ædium usu legato, [&] utile legatum esse existimo [91], & eodem [92] modo persecutionem ejus competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset: Itaque non [93] minus absente, quam præsente filio, servove, pater, dominusve in his ædibus habitabit.

De refectione rei.

XVIII. Paulus lib. IX ad Plautium.

Si domus usus legatus sit *sine fructu*, communis [94] refectio est [rei] in sartis tectis [95], tam heredis, quam usuarii. Videamus tamen, ne, si fructum heres accipiat, ipse reficere debeat: si vero talis sit res, cujus usus relegatus est, ut heres fructum percipere non possit, legatarius reficere cogendus est: Quæ distinctio rationem habet.

Usum non dividi.

XIX. Idem lib. III ad Vitellium.

Usus [96] pars legari non [97] potest: nam frui quidem pro parte possumus [98]: uti pro parte non possumus [99].

[91] Id est, nulla mentione facta *usus.*

[92] Vide *l.* 1. §. 1. ff. *de adimendis legatis.*

[93] Quia re conjuncti sumus.

[94] Hanc particulam *solum*, ad vocem *me*, non ad *fructum* retero, hoc sensu, si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 25.

[95] Fructus sine usu esse potest, *ut big. & l.* 5. §. 1. ff. *usufructuar. quemadmod. caveat.* ut hic, Legavi tibi nudum usum: Heres meus postea Titio legavit fructum ejusdem fundi: quia nec tibi legare potuit nudum usum, quem tibi legaveram: non poterit Titius in eo fundo habitare, & à te prohibetur illo venire, nisi ad fructus percipiendos. adde *l.* 13. §. 3. ff. *de acceptil.* 78 *l.* 5. §. 1. ff. *usufruct. quemadmodum caveat.* ita actus sine itinere. *l.* 4. §. 1. ff. *si servitus.* vide *Cujac.* 13. *obs.* 12. 79 Hæc lex tractat de usu τῶν ἐν τῷ ἔτει γινομένων καρπῶν, ut Græci legunt, 16 *Eclog.* 8. c. 12. 2 *Harmenop.* 10. §. 1. hoc sensu: Qui usum duntaxat habet, ex rebus cellariis in fundo provenientibus capere potest quod in annum sufficiat, licet omnia consumat: Nam & servo & domo sic uretur qui usum duntaxat habet, ut nihil alii fructus supereresset. Fulgosius tamen videtur legisse, ex fœno: hoc sensu: Usuarius potest de fœno fundi sumere, quantum sibi suo anno sufficiat, licet per id fructus prædii consumatur.

[96] Vide *l.* 6. ff. *de usufr.* 97 Atqui pluribus potest usus relinqui, & plures possunt uti. *l.* 15. ff. *eod.*

[98] Ususfr. enim dividi potest. *l.* 1. §. 9. ff. *ad l. Falc.* 99 Quæ ratio diversitatis? v. *Alc.* 1. *parad.* 17.

De usu servi.

XX. Marcellus lib. XIII Digestorum.

Servus, cujus mihi usus legatus est, acquirit mihi [100], si institor erit, & operis ejus utar in taberna: nam mercibus vendundis emendisque adquirit mihi: sed & si jussu meo, per traditionem accipiet.

[100] Vid. *l.* 14. ff. *eod.*

De usu aquæ.

XXI. Modestinus lib. II Regularum.

Usus *aquæ* personalis est: & ideo [1] ad heredem usuarii transmitti non potest.

[1] Quod personale est, ad heredem non transmittitur. *l.* 68. ff. *de reg. jur.*

De usu sylvæ. 1. Et adiuma. 2. Si plus usus sit legatarius, quam oportet.

XXII. Pomponius lib. V ad Quintum Mucium.

Divus Hadrianus, cum quibusdam usus *sylvæ* [2] legatus esset, statuit fructum [3] quoque eis legatum videri: quia [4], nisi liceret legatariis cædere silvam, & vendere, quemadmodum usufructuariis [5] licet, nihil habituri essent ex eo legato. §. 1. Licet tam angustus est [6] legatarius, cui domus usus legatus est, ut non possit occupare totius domus usum, tamen eis, quæ vacabant, proprietarius non utetur: quia licebit usuario, aliis & aliis temporibus, tota domo uti: cum interdum domini quoque ædium, prout temporis conditio exigit, quibusdam utantur, * quibusdam non utantur *. §. 2. Usu legato, si plus usus sit legatarius, quam oportet, officio [7] Judicis, qui judicat, quemadmodum utatur, [quid] continetur? ne aliter, quam debet, utatur.

[2] Adde *l.* 10. ff. *de usufructu.*

[3] Usu legato sylvæ, fructus quoque intelligitur legatus.

[4] *l.* 8. ff. *de verb. oblig.* Hæc ratio sufficere non videtur: nam rustici, domini sylva uti possunt, utcunque ligna cæsa ejus vendere non liceat.

[5] Fructuarius jus cædendi & vendendi habet.

[6] Id est, licet non sit tam opulentus, aut tam ampla familia legatarii.

[7] Vid. quæ scripsi ad *l.* 19. ff. *eod.*

De re non mutanda.

XXIII. Paulus lib. I ad Neratium.

Neratius: Usuariæ rei speciem is, cujus proprietas est, nullo modo [8] commutare potest. [*Paulus*]: deteriorem enim causam usuarii facere non potest: facit autem deteriorem, etiam in meliorem statum commutata [9].

[8] Cur ita? vide *l.* 69. ff. *de reg. jur.*

[9] Quod contra usuarii voluntatem fit, utcunque aliis melius sit, illi tamen melius non est.

Tit. IX.

Usufructuarius [1] quemadmodum [2] caveat [3].

De forma cautionis. 1. De re mobili, vel immobili. 2. De modo constituendi usumfructum. 3. De forma cautionis. 4. De rei qualitate in testatum redigenda. 5. Utilitas cautionis. 6. Duæ clausulæ cautionis quando committuntur. 7. Quid stipuletur proprietarius.

I. Ulpianus lib. XCVII ad Edictum.

Si, cujus [4] rei ususfructus legatus sit, æquissimum Prætori visum est, de utroque [5] legatarium cavere: *& usurum se* [6] *boni viri arbitratu: &* [7], *cum ususfructus ad eum pertinere desinet* [8], *restituturum* [9] *quod inde exstabit.* §. 1. Hæc stipulatio, sive [10] mobilis res sit, sive soli, interponi debet. §. 2. Illud sciendum est, ad fideicommissa etiam aptari eam debere. † Plane, & [si] ex mortis causa donatione ususfructus constituatur, exemplo [11] legatorum debebit hæc cautio præstari. † Sed & si ex alia quacunque causa constitutus fuerit ususfructus, idem dicendum est [12].

§. 3. Cavere autem debet, *Viri boni arbitratu perceptum iri usumfructum:* hoc est, non [13] deteriorem se causam ususfructus facturum, cæteraque facturum, quæ in re sua faceret [14]. §. 4. Recte autem facient & heres, & legatarius, qualis res sit, cum frui incipit legatarius, si in [15] testatum [16] redegerint, ut inde possit apparere, an, & quatenus rem pejorem legatarius fecerit [17].

§. 5. Utilius autem visum est, stipulatione de hoc caveri, ut, si quis non viri boni arbitratu utatur, committetur [18] stipulatio statim: nec expectabimus, ut amittatur ususfructus. §. 6. Habet autem stipulatio ista duas [19] causas: unam, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur: aliam de usufructu restituendo: quarum prior statim committetur, quam aliter fuerit usus, & sæpius committetur: sequens committetur, finito usufructu. §. 7. Sed quod diximus, *id, quod inde exstabit, restitutum iri*, non ipsam rem stipulatur proprietarius: inutiliter enim rem suam stipulari videretur [20]: sed stipulatur *restitutum iri, quod inde extabit.* Interdum autem inerit proprietatis æstimatio, si forte fructuarius, cum possit usucapionem interpellare, neglexit [21]: omnem enim rei curam suscipit.

[1] Num idem in usuario, cui usus relictus est rei alicujus, vel operæ, vel habitatio? v. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. ff. *eod.*

[2] Et quando & quibus.

[3] Cautio fructuaria estne substantiæ ususfructus? dixi ad *l.* 1. *C. de usufruct.*

[4] Sive rei mobilis, sive soli.

[5] 16 *Eclog.* 9. *c.* 1. §. 6. ff. *eod.*

[6] *l.* 4. *C. de usufr. l.* 13. ff. *de usufruct.*

[7] Cautio igitur duplex exigitur ab usufructuario: una, ut uratur boni viri arbitrio: altera, ut usufructu finito res restituat. §. 6. ff. *eod.*

[8] Puta morte, vel evictione. *l.* 8. §. 4. *verf. item legatarius.* ff. *qui satisdare.*

[9] *d. l.* 8. §. 4. *verf. item de restituenda.*

[10] Dixi ad *l.* 1. ff. *de usufruct.* adde *l.* 6. ff. *ut in poff. legat.*

[11] Donationis causa mortis & legatorum similitudo.

[12] Ut cautio à fructuario exigatur, nihil interest, sive ex testamento, sive ex voluntario contractu ususfructus constitutus sit. *l.* 4. *in fi. C. de usufr.*

[13] *Eclog. d. c.* 1.

[14] *Viri boni arbitratu uti* intelligitur, qui ususfructus causam deteriorem non reddit: quique idem in eo, quod in suis rebus, facit. adde *l.* 13. §. 2. *verf. denique.* ff. *de usufr.*

[15] De inventario ab usufructuario conscribendo & conficiendo. vide Rolandum à Valle, 1 *conf.* 92. §. 5. Ancharanum, 3. *qu.* 22.

[16] *Testati* voce non nudum inventarium quidam accipiunt, qui rei deteriorationem à possessore verentur. 17 Idem in funerante. *l.* 14. §. 8. *in fin.* ff. *de religiosis.* Idem in nunciante novum opus. vide *l.* 8. §. 5. ff. *de novi operis nunciatione.* Idem in vulnerante, qui à judice petere potest, ut adhibeantur medici ad vulnus videndum, mortale sit, necne. *Bald.* & generaliter quandocunque bona reversura alicui dantur, utile est ea designari, ut eorum numerus & qualitas appareat. 18 *Al.* committatur. 19 *In princ.* ff. *eod.* 20 *l.* 29. §. 1. & 2. ff. *de verbor. oblig.*

[17] Idem dicendum in marito. *l.* 16. ff. *de fundo dotali.* 22 Id est, diligentiam. *Goth.* Exemplo commodatarii, & venditoris. *l.* 3. ff. *de peric. & commod. rei vend.* Ans. 23 Hac stipulatione. *Hal.* Sed ita rursum *l.* 5. *in pr.* ff. 24 De quibus §. 3. *Inst. de usufr.* 25 Finiti & non cœpti ususfructus eadem est ratio. Cautio fructuaria, quæ de usufructu finito est, trahitur ad eum usumfructum, qui nunquam cœpit. Quemadmodum ergo finitus ususfructus cedit legatario proprietatis, non heredi scripto: ita nunquam cœptus ususfructus cedet proprietatis legatario, non heredi scripto. *l.* 33. ff. *de usufruct.* 26 *Desinere* interdum quid potest, quod non cœpit: *ut hic.* & *l.* 6. ff. *de condict. causa data.* ut & amitti quod non habetur. *cauf.* 23. *q.* 1. §. *ex his.* alias quod nondum aut nunquam cœpit, fuit, extitit, habitum fuit, desisse non est dicendum. *l.* 96. ff. *de condit. & demonst.* vide plura, quæ notavi ad Glos. Accurs. *l.* 6. ff. *de condict. causa data. l.* 5. ff. *de mulg. l.* 1. *in fi. C. de indicta viduitate.* adde *Simonem de Pratis* 3. *de interpretatione dubitat.* 1. *folution.* 11. *n.* 50. ubi notat, Privationem interdum non requirere habitum aspectualem seu existentem, sed sufficere habitum principii. 27 *Pertinere* verbum, præsupponit habitum adquisitionis. 28 Vide *l.* 5. ff. *quib. mod. usufructus.* 29 Id enim licet. *l.* 5. ff. *quib. mod. usufr.* & *l.* 23. ff. *de usufr. leg.* 30 Quotiescunque. *Hal.* 31 Una cautio ita sufficiet. *arg. l.* 18. ff. *de verb. oblig.* 32 Ante proprietatem. *Hal.* 33 Quid si legas, *forsean.* 34 Quia alteri nemo stipulari potest. *l.* 38. §. *alteri.* ff. *de verb. oblig.*

XVI. Pomponius lib. V ad Sabinum.

Si ita [81] legatus esset usus fundi, *ut instructus* [82] *esset*: earum rerum, quæ in instrumento [fundi] essent, perinde ad legatarium usus pertinet, ac si nominatim ei earum rerum usus legatus fuisset. §. 1. Dominus proprietatis, etiam invito [83] usufructuario, vel usuario, fundum, vel ædes, per saltuarium [84], vel insularium [85] custodire [86] potest: interest enim ejus, fines [87] prædii tueri [88]. Eaque omnia dicenda sunt, quolibet modo constitutus ususfructus vel usus fuerit. §. 2. Servo, cujus usum dumtaxat, non etiam fructum, habemus, potest [&] à nobis quid donari [89], vel etiam ex pecunia nostra negotiatum [90] esse: ut, quidquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

[81] Num idem in usuario, cui usus relictus est rei alicujus, vel operæ, vel habitatio? v. *l.* 5. §. 1. *l.* 6. ff. *eod.*

[82] Et quando & quibus.

[83] Cautio fructuaria estne substantiæ ususfructus? dixi ad *l.* 1. *C. de usufruct.*

[84] Sive rei mobilis, sive soli.

[85] 16 *Eclog.* 9. *c.* 1. §. 6. ff. *eod.*

[86] *l.* 4. *C. de usufr. l.* 13. ff. *de usufruct.*

[87] Cautio igitur duplex exigitur ab usufructuario: una, ut uratur boni viri arbitrio: altera, ut usufructu finito res restituat. §. 6. ff. *eod.*

[88] Puta morte, vel evictione. *l.* 8. §. 4. *verf. item legatarius.* ff. *qui satisdare.*

[89] *d. l.* 8. §. 4. *verf. item de restituenda.*

[90] Dixi ad *l.* 1. ff. *de usufruct.* adde *l.* 6. ff. *ut in poff. legat.*

Si filiofam. vel servo usus legetur.

XVII. Africanus lib. V Quæstionum.

Filiofamilias vel servo ædium usu legato, [&] utile legatum esse existimo [91], & eodem [92] modo persecutionem ejus competituram, quo competeret, si fructus quoque legatus esset: Itaque non [93] minus absente, quam præsente filio, servove, pater, dominusve in his ædibus habitabit.

[91] Id est, nulla mentione facta *usus.*

[92] Vide *l.* 1. §. 1. ff. *de adimendis legatis.*

[93] Quia re conjuncti sumus.

De refectione rei.

XVIII. Paulus lib. IX ad Plautium.

Si domus usus legatus sit *sine fructu*, communis [94] refectio est [rei] in sartis tectis [95], tam heredis, quam usuarii. Videamus tamen, ne, si fructum heres accipiat, ipse reficere debeat: si vero talis sit res, cujus usus relegatus est, ut heres fructum percipere non possit, legatarius reficere cogendus est: Quæ distinctio rationem habet.

[94] Hanc particulam *solum*, ad vocem *me*, non ad *fructum* retero, hoc sensu, si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 25.

[95] Fructus sine usu esse potest, *ut big. & l.* 5. §. 1. ff. *usufructuar. quemadmod. caveat.* ut hic, Legavi tibi nudum usum: Heres meus postea Titio legavit fructum ejusdem fundi: quia nec tibi legare potuit nudum usum, quem tibi legaveram: non poterit Titius in eo fundo habitare, & à te prohibetur illo venire, nisi ad fructus percipiendos. adde *l.* 13. §. 3. ff. *de acceptil.* 78 *l.* 5. §. 1. ff. *usufruct. quemadmodum caveat.* ita actus sine itinere. *l.* 4. §. 1. ff. *si servitus.* vide *Cujac.* 13. *obs.* 12. 79 Hæc lex tractat de usu τῶν ἐν τῷ ἔτει γινομένων καρπῶν, ut Græci legunt, 16 *Eclog.* 8. c. 12. 2 *Harmenop.* 10. §. 1. hoc sensu: Qui usum duntaxat habet, ex rebus cellariis in fundo provenientibus capere potest quod in annum sufficiat, licet omnia consumat: Nam & servo & domo sic uretur qui usum duntaxat habet, ut nihil alii fructus supereresset. Fulgosius tamen videtur legisse, ex fœno: hoc sensu: Usuarius potest de fœno fundi sumere, quantum sibi suo anno sufficiat, licet per id fructus prædii consumatur.

[96] Vide *l.* 6. ff. *de usufr.* 97 Atqui pluribus potest usus relinqui, & plures possunt uti. *l.* 15. ff. *eod.*

[98] Ususfr. enim dividi potest. *l.* 1. §. 9. ff. *ad l. Falc.* 99 Quæ ratio diversitatis? v. *Alc.* 1. *parad.* 17.

heredi, successoribusve ejus restitui potest: neque is, cui potest, (id est, ad quem pervenit proprietas) pertinet ad stipulationem. Sed is, ad quem pervenit [35], tempore quæsiti dominii sibi prospicere alia [36] cautione debet, quod etsi non fecerit, nihilominus in rem actione uti potest.

De consolidatione.

IV. Venuleius lib. XII Stipulationum.

Si fructuarius proprietatem adsecutus [37] fuerit, definit quidem ususfructus ad eum pertinere, propter confusionem [38]: sed si ex stipulatu cum eo agitur, aut [39] ipso jure inutiliter agi dicendum est, si viri boni arbitrium huc usque porrigitur; aut in factum excipere debebit.

De dolo clausula. 1. *De usu.* 2. *De fructu sine usu.* 3. *De habitatione, & operis.*

V. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

Huic [40] stipulationi DOLUM MALUM ABESSE, absutumque esse continetur [41]: &, cum [42] in [43] rem sit doli malimentio concepta, omnium dolum comprehendere videtur successorum, & adoptivi [44] patris. §. 1. Sed *si usus sine fructu legatus erit* [45], *adempta fructus causa, satisfiari* jubet Prætor. Hoc merito: ut de solo usu [46], non etiam de usufructu caveatur. §. 2. Ergo, & si fructus sine [47] usu obtigerit, stipulatio locum habebit.

§. 3. Et si habitatio [48], vel operæ hominis, vel cujus alterius animalis relictæ fuerint, stipulatio locum habebit; licet [49] per omnia hæc [50] usumfructum [51] non imitantur.

De reditu.

VI. Paulus lib. LXXV ad Edictum.

Idem [52] est * & [53] * in *reditu* prædii: sicuti si vindemia legata esset, vel messis: quamvis ex usufructu ea percipiantur [54], quæ legata morte legatarii, ad heredem redeunt.

De cautione omissa. 1. *De usufructu, seu usu pecuniæ.*

VII. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

[Et] si ususfructus nomine, re tradita, satisdatum non fuerit, Proculus ait, posse heredem rem vindicare: &, si objiciatur exceptio, de re ususfructus nomine tradita, replicandum erit: Quæ sententia habet rationem: sed & ipsa stipulatio condici [55] poterit. §. 1. Cum ususfructus *pecuniæ* legatus esset, exprimi debent hi duo casus in stipulatione: CUM MORIERIS, AUT CAPITE MINUERIS, DARI: idcirco hi duo [56] soli casus, quoniam pecuniæ usus aliter amitti non potest, quam his casibus.

Cui cavendum.

VIII. Paulus lib. LXXV ad Edictum.

Si tibi ususfructus, & mihi proprietas legata sit, mihi [57] cavendum est: sed si mihi sub conditione [proprietas] legata sit, quidam, & Marcianus, & heredi, & mihi cavendum esse putant: Quæ sententia vera est [58]. † Item si mihi legata sit, &, cum ad me pertinere desierit, alii, & hic utrisque cavendum, ut [59] supra, placuit. † Quod si duobus conjunctim ususfructus legatus sit: [&] invicem [60] sibi cavere [61] debebunt, & heredi in casum illum [62], SI AD SOCIUM NON PERTINEAT USUSFRUCTUS, HEREDI REDDI.

Utrum legatarius, an fideicommissarius caveat. 1. *De usufructu constituto jure prætorio.* 2. *Si eadem proprietas ex die, ususfructus pure relictus sit;* 3. *De usufructu vestito.* 4. *De pluribus proprietariis.*

IX. Ulpianus lib. LI ad Edictum.

Si ususfructus mihi legatus sit, eumque restituere sim Titio rogatus, videndum est, quis debeat cavere: utrum Titius, an ego, qui legatarius sum? an illud dicimus, mecum heredem acturum, cum fideicommissario me agere debere? & est expeditius, hoc dicere: si mihi spes aliqua durat ususfructus, &, cum tu amiseris, potest ad me recidere, hoc est, ad legatarium, ita rem expediri, ut tu mihi [63], ego domino proprietatis caveam. Quod si fideicommissarii causa ususfructus mihi relictus est, nec est ulla spes ad me revertendi fructus: recta via fideicommissarium cavere oportet domino proprietatis. §. 1. Illud sciendum est: sive jure ipso quis usumfructum habet, sive etiam per tuitionem [64] Prætoris, nihilominus cogendi me esse fructuarium cavere, aut actiones suscipere. §. 2. Plane si *ex die proprietas alii sit legata, ususfructus pure*, dicendum esse Pomponius ait, remittendam [65] [esse [66]] hanc cautionem fructuario; quia [67] certum sit, ad eum proprietatem, vel ad heredem ejus perventuram. §. 3. Si *vestitus ususfructus* legatus sit, scripsit Pomponius, quamquam heres stipulatus sit, *finito usufructu, vestem reddi*, attamen non obligari promissorem, si eam sine dolo malo adtritam reddiderit. §. 4. Si plures domini sint proprietatis, unusquisque pro [68] sua parte stipulabitur.

De usufructu servi communi.

X. Paulus lib. XL ad Edictum.

Si servi, qui nobis communis erat, usumfructum tibi legavero, necessaria erit hæc cautio heredi meo: quamvis enim de proprietate possit communi dividundo experiri, tamen causa ususfructus, qui tuus proprius est [69], ad officium communi dividundo Judicis non pertinebit.

De usu domus.

XI. Papinianus lib. VII Responsorum.

Usu quoque *domus* [70] relicto, viri [71] boni arbitratu cautionem interponi oportet: Nec [72] mutat, si [73] pater heredes filios simul habitare cum uxore legataria voluerit.

De usufructu vasorum.

XII. Ulpianus lib. XVIII ad Sabinum.

Si *vasorum* [74] [ipsorum] ususfructus relictus sit, non erit cautio Senatusconsulti necessaria [75]: sed illa sola, BONI [76] VIRI ARBITRATU USURUM FRUITURUM. Si igitur tradita sunt fruendi causa, nemo dubitat, non [77] fieri ejus, qui accepit: non [78] enim ideo traduntur, ut dominium recedat ab eo, qui tradit, sed ut [79] utatur fruatur legatarius: Ergo, cum non fiant fructuarii vasa, vindicari [80] à proprietario possunt, cautione non data. † Videndum est de conditione, an possit locum habere? Et proditum est [81], neminem [82] rem suam, nisi furi [83] condicere posse.

35 Pervenit proprietas, &c. 36 *l. 7. §. 1. ff. eod. l. 5 §. 1. ff. de usufructu earum rerum.* atque ita usufructuarius debet capitum proprietatis petitoris cautionem. 37 Si usufructus per consolidationem adquisitus erit proprietario, stipulatio de restituendo aut ipso jure, aut ope exceptionis ineficax est. 38 [illegible] *unib. modo supra* §. 3. *In fideicommisso.* 39 Similis alternatio est in *l. 9. §. 5. ff. de usufruct.* 40 Id est, hac stipulatione de utendo boni viri arbitrio & de restituendo, *l. 1. ff. eod.* similis locutio *l. 3. in princ. ff. eod.* 41 Id est, hac stipulatione *abesse*, &c. etiam futurus dolus continetur. *Goth.* Videtur obstare *l. 4. ff. de usu & habit.* sed conciliat Charond. *ve. simil. lib. 1. cap. 21.* Ans. 42 In rem stipulationes concepræ, omnes complectuntur: & proinde heredes & successores. 43 Doli mali mentio seu formula in rem concepta est: adde *l. 38. §. 13. ff. de verborum obligationibus.* 44 *d. l. 38. §. 15.* 45 Vide *l. 14. §. 1. ff. tit. præc.* 46 *l. 5. in fin. l. 10. ff. de usufr. earum rerum.* 47 Fructus sine usu esse potest, ut *hic.* semotus vindicatur: ita actus sine itinere, *l. loci. §. 1. ff. si servit. vindic.* adde speciem *l. 14. in fi. ff. de usu & habit. & l. 13. §. 3. ff. de acceptilatione.* 48 *l. 11. ff. eod.* 49 Ususfructus ab habitatione & operis discrimen. 50 Habitatio, & operæ servi mancipii, vel animalis. 51 Differentia est itaque ususfructus ab habitatione, & operis. 52 Ut caveatur scilicet, ut caveri debeat. 53 Reditus prædii legati habet aliquid simile cum usufructu. 54 Non percipiantur. Conanus 4 *Comment. 5.* reprehensus à *Robert. 1. recept. 19.* 55 Vide *l. 2. in fi. ff. eod.* 56 *l. 9. ff. de usufr. earum rerum.* 57 *Lege 6. ff. de usufr. earum.* 58 Imo non est: remittitur enim cautio fructuaria, quoties proprietas ususfructus alicui relicta est ex die, *l. 9. §. 2. ff. eod.* multo igitur magis remittenda est eadem cautio, si proprietas alteri sit relicta sub conditione. Minus enim debetur ei, cui sub conditione legatur, quam cui ex die. Nam debiti ex die, dies statim cedit: sub conditione, non cedit, *l. cedere diem. 213. ff. de verborum significatione.* 59 Clausula, *ut ff.* refertur ad supradicta. *Alciat. 9. resp. 50. n. 16. & conf. 82.* refert, repetit & declarat qualitatem antecedentem. *Alciat. 9. resp. 7. 72. 82. 85. & 142.* 60 Cautiones mutuæ nonnunquam interponendæ. 61 Idque datis fidejussoribus. *l. 1. ff. de his qui satisd. cog. l. 4. C. de usur.* Si fidejussores desint, pignoribus: deinde juratoria cautione. *auth. generaliter. C. de Episcop. & Cleric.* Ans. 62 De quo *l. 6. ff. de usufr. earum.* 63 Quia ejus obtinendi spem habeo, adde *l. 9. in fin. ff. de aqua pluvia.* 64 Vide *l. 1. ff. quib. modis usufr.* 65 Cautio usufructus fructuario remittitur, cui pure ususfructus relictus est, proprietas alteri sub conditione. 66 Imo non est remittenda, vide quæ scripsi *l. 8. ff. eod.* 67 Nemo autem sibi ipsi cavere debet. 68 *l. 15. de usufr.* 69 Id est, non communis, tunc enim ad officium judici pertineret. *Ace 12. §. 3. ff. de usufructu. & l. 5. §. 3. ff. eod.* 70 *l. 1. in princ. & §. 6. eod.* id est, architecti, qui in ædibus emendis olim adhiberi solitus fuerit. 71 Id est, quamvis pater dixerit filios heredes cum ea simul habitare. *Adde Eclog. 9. cap. 10.* 72 Id est, utcumque dominus ædium eas inhabitet, ei tamen usufructus cavebit. *Zas.* In hac specie, mater fructuaria utens ædibus fructuariis una cum liberis suis, idque testatoris seu defuncti mandato, cavere eis cogitur, se nimirum viri boni arbitrio usuram. Matres itaque ab hac cautione non sunt immunes.

74 Utendorum fruendorum, quæ usu non consumuntur. 75 De re, finito usu, restituenda: quia hoc casu talis res est, ut usu non consumatur. Cavebitur ergo, ut tanta pecunia restituatur, quanti hæc fuerit æstimata. §. 2. *Inst. de usufruct.* Goth. Vide Bellon. *lib. 4. supputat. cap. 11.* Alciat. *lib. 7. pareg. cap. 2.* Paul. *lib. 3. sentent. tit. 6.* Ans. 76 Usufructu legato, de modo utendi cautio à fructuario solet interponi, ideo perinde se omnia facturum, ac si optimus pater familias uteretur, fidejussoribus oblatis cavere cogetur. *Paul. 3. sent. 6. §. 27.* 77 Cur? ususfructus non est species transferendi dominii. *l. 1. ff. de usufruct.* 78 Dominium rei fuæ non amittit, qui rem suam utendam fruendam alteri committit. 79 Finalis causa ususfructus, uti frui. 80 Vindicatio proprietario competit. 81 Quid? condictioni locum esse. Cur? Hic fur non est, cum causam habeat ab agente. 82 Imo aliæ etiam condictiones dominis dantur, veluti certi, *l. cert. ff. si certum.* indebiti, *l. quoniam ff. de condict. furtiva.* sine causa, *l. ob res. ff. rer amot.* Dic nullam condictionem dari domino, ut rem suam esse dicat, nisi contra furem. atque ita nimis generale est, quod Accursius ait, Nullam condictionem dari domino, *nisi furtivam.* 83 *§. 26. Inst. de rerum divisi. §. 14. vers. plane. Inst. de action.* Hinc illud, omnis condictio in fure degenerat. *Bart. in l. 4. §. 1. ff. de rebus creditis.* Cur degenerat? Condicere ideo rem nostram videmur à fure, quod ejus opinione, rei non simus amplius domini. Hæc enim mente rem meam contrectat, ut scius, & dominus. vide *l. 1. ff. de cond. furtiva.*

LIBER OCTAVUS.

Tit. I.

DE SERVITUTIBUS [1].

Divisio servitutu.

I. Marcianus lib. III Regularum.

Servitutes aut personarum [2] sunt, ut [3] usus, & ususfructus: aut rerum [4], ut servitutes rusticorum prædiorum, & urbanorum [5].

De servitute ædibus communibus non imponenda.

II. Ulpianus lib. XVII ad Edictum.

Unus ex dominis communium ædium servitutem imponere [6] non potest [7].

Divisio servitutum realium.

III. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Servitutes prædiorum aliæ in solo [8], aliæ in superficie [9] consistunt [10].

De die, & conditione. 1. *De modo.* 2. *De intervallo temporum.*

IV. Papinianus lib. VII Quæstionum.

Servitutes [11] ipso quidem jure [12] neque [13] ex tempore, neque ad tempus, neque sub conditione, neque ad certam conditionem (verbi gratia, QUAMDIU VOLAM) constitui possunt: sed [14] tamen, si hæc adjiciantur, pacti, vel [15] per doli exceptionem occurretur, contra placita servitutem vindicanti: Idque & Sabinum respondisse Cassius retulit, & sibi placere. §. 1. Modum [16] adjici servitutibus posse constat [17]: veluti quo genere vehiculi agatur, [vel non] agatur, veluti ut equo duntaxat, vel ut certum pondus vehatur, vel grex ille transducatur, aut carbo portetur. §. 2. Intervalla dierum & horarum, non ad temporis causam [18], sed ad [19] modum pertinent jure constitutæ servitutis.

Quibus modis servitutes constituuntur. 1. *De intervallo temporum.*

V. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Via, iter, actus, ductus aquæ iisdem fere modis constituitur, quibus & usumfructum constitui diximus. §. 1. Usus servitutum temporibus [20] secerni potest: forte, ut quis *post horam tertiam usque in horam decimam* eo jure utatur, vel, ut *alternis* [21] *diebus* utatur.

De certa parte fundi.

VI. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Ad certam [22] partem fundi servitus tam remitti, quam constitui [23] potest [24].

De jure Cloacæ mittendæ.

VII. Ulpianus lib. XIII ad legem Juliam & Papiam.

Ius *cloacæ* mittendæ servitus [25] est [26].

De jure pomum decerpendi, spatiandi, cœnandi in alieno. 1. *De servitute pro parte retinenda, non acquirenda.*

VIII. Paulus lib. XV ad Plautium.

Ut *pomum decerpere liceat*, [&], *ut spatiari*, [&], *ut cœnare* [27] *in alieno possimus*, servitus imponi [28] non [29] potest. §. 1. Si [30] prædium tuum mihi serviat, sive ego partis prædii tui dominus esse cœpe-

1 Lib. III. C. XXXIV. II. Inst. II. & 1 Paul. 17. & 58 Eclog. 1. & 2 Harm. 4. c. περὶ δικαίας. 2 Hominum. *l. 15.* 3 ὡς χρῆσις μόνη. 58 Eclog. 1. cap. 1. 4 Prædiorum, *d. l. 15.* Rerum itaque servitutes sunt, quæ prædiis inhærent inseparabiliter, quia sine prædiis nullomodo consistunt. *l. 1. ff. comm. prædior. §. Ideo. Inst. eod.* rei debentur, non personæ. *l. 34. ff. de servit. rusticorum.* 5 Plenius dici potest, Personas, vel res servire: Illas vel personæ, *l. 4. ff. de statu. & ff. tit. de his, qui sui.* vel rei servire (ut monumento alicujus adstando, *l. 71. §. 2. ff. de conditionib. & demonstrationibus. l. 44. ff. de manumiss. testam.* vel fundo inhærendo, ut *C. de Agricolis & censitis.*) Hæ vere vel personæ serviunt, ut *ff. libro proximo*; vel rei, *ut hic.* Rei, inquam, id est, prædio vel urbano, vel rustico. 6 Prohibentia ita melior est conditio. id est, ejus, qui vel tacite prohibere intelligitur. *l. 28. ff. comm. dividundo.* An adquirere servitutem communi fundo unus ex dominis potest? minime. 7 *l. 11. l. 34. ff. de serv. rust. l. ultim. in fin. ff. comm. præd.* etiam in sua parte, quia hæ servitutes non dividuntur. *l. 72. ff. de verb. obl.* aliud est in usufructu. *l. 5. ff. de usufruct.* vide *l. 20. ff. pro socio.* 8 Quæ domino soli dominantis debentur. 9 Verbi gratia, si quis aut lata via aut angusta, quæ unum tantum capiat: illa ἁπλατῶν, altera μονοπάτων: per alienum agrum transire, aut aquam possit ducere, dicitur hæc servitus ἐδαφικὴ soli: ubi vero lignorum, in ædes vicini immittendorum, aut aquæ ex tegulis effundendæ, hoc est, stillicidii, vel oneris imponendi jus habet, dicitur hæc servitus *in τῷ κτίσματι*, superficiaria, seu in superficie servitus. 2 *Harm. 4. §. 126.* 10 An quæ à superficiario constituuntur, an potius quæ superficiei domino debentur? ut jus tigni vel mœniani immittendi, projiciendive, de quo *l. 74. ff. de verbor. oblig. l. 1. ff. de superficieb.* 11 Reales: aliud in usufructu. *l. 4. ff. de usufruct.* Goth. Vid. in hanc leg. Joann. Superior. *Ans.* Adde Zas. *lib. 2. singular. resp. 30.* Govean. *lib. 1. variar. lect. cap. 9.* Parlador. *quæst. quotid. cap. 1. §. 8. S. L.* 12 Aliud ex æquitate. 13 *l. 44. §. 1. ff. de oblig.* 14 Exceptione pacti vel doli quædam servantur, quæ summo jure non consistunt. 15 Ut *l. 56. §. 4. ff. de verborum obligationib.* 16 *Modus* quid est? qualitas utendi. 17 Nam contractus ex conventione legem accipiunt. *l. 1. §. 6. ff. depositi.* 18 Id est, quamvis in hac constituenda servitute convenerit, ut ea suis diebus & horis tantum uti liceat, non continuo tamen dicenda, & ex tempore & ad tempus constituit: quah plures sint servitutes, ut *in l. 17. ff. de aq. pluv. arc.* adde *l. 7. in fi. ff. quemadm. servitutes.* 19 Cur ita? vide *l. 2. ff. de aqua. quot.* 20 Vide *l. 16 in fi. ff. comm. divid. l. 5. ff. de aqua quotid.* 21 *d. l. 7.* 22 Servitus ad partem pro diviso imponi & adquiri potest: at pro indiviso non potest. vide quæ scripsi ad *l. 8. in fi. ff. eod. l. 6. §. 1. ff. comm.* 23 *l. 13. ff. de servitutib. præd. rustic.* 24 Imo non potest. *l. 11. ff. eod.* 25 Rustici prædii. *l. 2. ff. de servit. rust.* 26 Atqui non est foraminis servitus. *l. 28. ff. de servit. urb.* 27 Cum mihi videbitur, & commodum erit. 28 Prædio sc. cui id deberi non potest, *l. 5. in fi. l. 6. ff. de servit. rustic.* personæ potest. Quædam servitutes neque personis, neque prædio imponi possunt, *l. 15. ff. eod.* & istæ non valent: addit Zasius reales servitutes à personalibus secerni posse, ut si jus concessum sit, realis; si facultas, personalis intelligatur. 29 Quid ita? in nullam speciem servitutis nominatæ hæc cadunt. *Bald.* non prædii, sed personæ utilitatem spectant. *Pulcf.* Est igitur hæc servitus magis personalis, quam realis & prædii. Esne usus vel ususfructus? minime: quia non iisdem modis extinguitur, ut usus vel ususfructus. 30 Adde *l. 30.*

coepero, sive tu mei, per partes [31] servitus retinetur [32], licet [33] ab initio per partes [34] adquiri non poterit.

De via simpliciter concessa.

IX. Celsus lib. V Digestorum.

Si cui simplicius [35] *via* per fundum cujuspiam cedatur [36], vel relinquatur [37], in infinito (videlicet per [38] quamlibet ejus partem) ire agere licebit [39]: civiliter modo. Nam * quædam in sermone tacite excipiuntur [40]: non enim per villam ipsam [41], nec per medias vineas ire agere sinendus est: cum id æque commode per alteram partem facere possit, minore servientis fundi detrimento. Verum constitit, ut, qua [42] primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ ejus potestatem haberet: sicuti Sabino quoque videbatur: qui argumento *rivi* [43] utebatur, quem primo qualibet ducere licuisset, posteaquam ductus esset, transferre non liceret: Quod & in *via* servandum esse verum est.

De itinere legato.

X. Idem lib. XVIII Digestorum.

Si *iter* legatum sit, qua, nisi [44] opere facto, iri non possit, licere fodiendo, substruendo, iter facere, Proculus ait.

De servitute pro parte non acquirenda, neque adimenda.

XI. Modestinus lib. VI Differentiarum.

Pro parte dominii servitutem adquiri [45] non [46] posse, volgo traditur. † Et ideo si quis fundum habens, viam stipuletur, & partem [47] fundi sui postea alienet, corrumpit stipulationem, in eum casum deducendo, à quo stipulatio incipere non possit.

† Pro parte quoque neque legari, neque adimi via potest: &, si id factum est, neque legatum, neque ademptio valet.

De servo municipum.

XII. Javolenus lib. IV Epistolarum.

Non dubito, quin fundo municipum per servum [48] recte servitus adquiratur.

Si via nimis angusta constituatur.

XIII. Pomponius lib. XIV ad Quintum Mucium.

Si, tam angusti [49] loci demonstratione facta, *via* concessa fuerit, ut [50] neque vehiculum, neque [51] jumentum ea inire [52] possit, iter magis, quam via, aut actus acquisitus videbitur: sed [53] si jumentum ea deduci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur [54] adquisitus.

De genere, possessione, usucapione servitutum. 1. De itinere ad sepulchrum. 2. An locus medius impediat servitutem.

XIV. Paulus lib. XV ad Sabinum.

Servitutes prædiorum [55] rusticorum, etiam [56] si corporibus [57] accedunt [58], incorporales [59] tamen sunt: & ideo usu non [60] capiuntur [61]: vel ideo, quia tales sunt servitutes, ut non habeant certam continuamque possessionem: nemo enim tam perpetuo, tam continenter ire potest, ut nullo momento possessio ejus interpellari videatur. † Idem & in servitutibus prædiorum urbanorum observatur. §. 1. Servitus *itineris ad sepulchrum*, privati juris manet: & ideo remitti domino fundi servientis [potest:] & adquiri etiam post religionem sepulchri hæc servitus potest.

§. 2. Publico loco interveniente [62], vel via publica, *haustus* servitus imponi potest, *aquæductus* non potest: à [63] principe [64] autem peti solet [65] *ut per viam publicam, aquam ducere sine incommodo publico liceat.* † Sacri & religiosi loci interventus [66] etiam *itineris* servitutem impedit: cum servitus per ea loca nulli deberi potest.

Si nihil vicini interfit. 1. De natura servitutum.

XV. Pomponius lib. XXXIII ad Sabinum.

Quotiens nec hominum nec [67] prædiorum servitutes sunt, quia [68] nihil vicinorum interest, non valet: veluti, *ne per fundum* [69] *tuum eas, aut sibi consistas*: & ideo, si mihi concedas, *jus tibi non esse fundo tuo uti frui*, nihil agitur: aliter atque si concedas mihi [70], *jus tibi non esse in fundo tuo aquam quærere*, minuendæ aquæ meæ gratia. §. 1. Servitutium non [71] ea natura est, ut aliquid faciat quis (veluti viridia [72] tollat [73], aut amœniorem prospectum præstet, aut in hoc, ut in suo pingat:) sed [74] ut aliquid patiatur, aut non faciat.

De creditore vel emphyteuta patente servitutem.

XVI. Julianus lib. XLIX Digestorum.

Ei, qui pignori fundum accepit, non est iniquum, utilem petitionem servituris dari [75], sicuti ipsius fundi utilis petitio dabitur. † Idem servari convenit & in eo, ad quem vectigalis fundus pertinet.

De servitute non constituenda pro parte.

XVII. Pomponius lib. singul. Regularum.

Via, itineris, actus, aquæductus pars in [76] obligationem deduci non potest: quia usus [77] eorum indivisus [78] est [79]: & ideo, si stipulator decesserit pluribus [80] heredibus relictis, singuli solidam [81] viam petunt, & si promissor decesserit, pluribus heredibus relictis, à singulis [82] heredibus solida petitio est.

De servitutibus aditione confusis.

XVIII. Paulus lib. XXXI Quæstionum

Papiniani notat. In omnibus servitutibus, quæ aditione confusæ [83] sunt, responsum est, doli exceptionem nocituram legatario [84], si non patiatur eas iterum imponi.

De servitute non utili.

XIX. Labeo lib. IV Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

Ei fundo [85], quem quis vendat, servitutem imponi, etsi [86] non utilis sit [87], posse existimo [88]: veluti, si aquam alicui [debere] ducere non expediret, nihilominus constitui ea servitus possit: quædam enim [debere] habere possumus, quamvis ea nobis utilia non sunt.

De quasi servitutis traditione.

XX. Javolenus lib. V ex posterioribus Labeonis.

Quotiens via aut aliquod jus fundi emeretur, cavendum putat esse Labeo, *per te non fieri, quo minus eo jure uti possit*: quia nulla ejusmodi juris vacua traditio esset [89]. Ego puto, usum ejus juris pro [90] traditione possessionis accipiendum esse. Ideoque [&] interdicta [91] veluti possessoria constituta sunt [92].

83 Ut *l.* 30. §. *de servit. urb. l.* 1. §. *quemadm. servit.*

84 Conditionali scilicet, quia pendente conditione heres dominium rei legatæ habet. vide *l.* 4. §. *si usufructus petat.* alias, si pure legatum est, dominium recta via transit in legatarium. *l.* 64. *in fin.* §. *de furtis. l.* 116. *in fin.* §. *de legat.* 1. *l.* 76. §. 2. §. *de legat.* 2.

85 V. hic Joann. Superior. & Leonin. *emendat. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 3. Anf. 86 *Eclog. eod. c.* 17. 87 Prædio venditoris.

88 Imo aliud existimandum: quoties enim nec hominum, nec prædiorum interest, servitus constituta non valet. *l.* 15. §. *eod.* Et ita est, servitus non valet, si neque personæ, neque prædio est utilis. *d. l.* 15. at hic agitur de servitute, quæ prædio quidem inutilis est, personæ tamen ad voluptatem prodest. 89 Sed patientia. *l.* 15. *in fin.* §. *eod.* 90 *l.* 1. *in fin.* §. *de servit. rust. & arg. l.* 3 *in pr. verf. dare.* §. *de usufr.* 91 *l.* 2. *C. eod. l.* 8. §. *antepen. in fin. l.* 16. *in fin.* §. *si serv. vind.*

92 Sed & Publiciana. *l.* 11. *in pr.* §. *de Publiciana.*

Tit. II.

De servitutibus prædiorum urbanorum.

1 58 *Eclog.* 2.

2 2. *Inst.* 3.

3 58 *Eclog.* 2. §. 1.

4 V. *l.* 14. §. *fin.* §. *tit. prox.*

Utrum locus medius servitutem impediat. 1. In quem datur actio confessoria.

1. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Si [3] intercedat [4] solum [5] publicum, vel via publica, neque itineris, actusve, neque altius tollendi, servitutes impedit: sed immittendi [6], protegendi [7], prohibendi [8]: item fluminum & stillicidiorum servitutem impedit: quia cœlum [9], quod supra id solum intercedit, liberum esse debet [10]. §. 1. Si usufructus tuus sit, ædium proprietas mea, quæ onera vicini sustinere debeant, mecum [11] in solidum agi potest: tecum, nullo modo.

Aliquot species servitutum urbanarum.

II. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Urbanorum prædiorum jura talia [12] sunt: altius [13] tollendi, & officiendi [14] luminibus [15] vicini [16], aut non extollendi [17]. † Item stillicidium avertendi in tectum, vel aream vicini [18], aut non avertendi [19]. † Item immittendi tigna in parietem vicini: & denique [20] projiciendi, protegendive [21]: cæteraque istis similia.

5 Via, iter, actus, altius tollendi jus, publici soli, vel viæ publicæ interpositione non impeditur: immittendi, protegendi, avertendi stillicidii, impeditur.

6 ἐμβάλλειν δοκὶν

7 ἐξωσὶν στεγῶν.

8 Græci ita legunt, ἢ ἐπιπίπτειν ὕδωρ, ἢ σκιαγραφεῖν χειράμων. Vulgata, *projicendi.*

9 *l. ult.* §. 4. §. *quod ei.*

10 *l.* 24. §. *eod.* adde *l. ult. in fin.* §. *quod vi, aut clam.*

11 De servitute cum domino tantum agitur. *Accurs.*

12 §. 5. *Inst. eod.*

13 *Altius tollendi* servitus quid est? estne, ut mihi altius tollere liceat ædes meas? Atqui hoc mihi natura concediturfine servitute & stipulatione. Cujus enim solum est, ejusdem est (ut vulgo dicitur) cœlum. *l.* 8. *l.* 9. *C. eod.* Quid igitur? altius tollendi servitus estne, ut tu altius ædificium tuum tollas, nempe ut à mea area vel domo ventos frigidissimos, & pestilentes forte avertas, vel, ut solis ἀνάκλασιν seu refractionem meis ædibus opacis adferas, vel ut meam domum altius tollendo tegas, ne ex longinquo videatur, cum mea interfit tegi, & publicis omnium oculis invidiæque non exponi?

14 *Officiendi luminibus* servitus duplex constitui potest, activa, vel passiva: activa, ut mihi liceat luminibus tuis officere: passiva, ut tu meis luminibus officias, quia forte id mea intereit fieri, puta ad nimium Solis ardorem evitandum. Fulgosius exemplum ponit in artifice, qui *fcavecsartae* exercet. Potest & id utile esse propter penum, vinum, & alia hujusmodi, quæ opacis locis commodius conservantur, quam soli nimiæque luci expositis. v. *l.* 17. §. 2. §. *eod.* 15 Hæc duo etiam numerantur inter servitutes rusticas. *l.* 2. §. *de servitutibus rustic.*

16 Non in infinitum. v. *l.* 12. §. *eod.* 17 Ad id citra servitutem nemo tenetur. *l.* 1. *circa finem principii.* §. *eod.* 18 Ut aqua vicino potius, quam nobis noceat. v. *l.* 20. §. 2. & *seq.* §. *eod.*

19 Eoque pacto cisterna mea juvatur, tua minuitur. 20 Καὶ τὸ παῤῥαγωγεῖον, ἢ βαλανεῖον, facere solarium, aut balneum, vel stabulum, §8 *Eclog.* 2. *cap.* 2. 21 Quæ immittuntur aliquo loco, requiescunt: quod projicitur, ita projicitur, ut & nusquam requiescat: qualia sunt mœniana & fubgrundæ, *l.* 242. §. 1. §. *de verb. signif.* Græci hic projecta basternia, projecta mœniana & solaria interpretantur. 22 Quæ à servitute, ne luminibus officiatur, differt. vide *l.* 15. *l.* 16. §. *eod.*

23 Vide Cujac. *lib.* 17 *observ.* 35. & de servitute luminis, & quomodo differat à servitute, ne luminibus officiatur, Bart. Cœpoll. *de servit. urban. præd. cap.* 35. & *seq.* S. L. 24 Servitute, ne luminibus officiatur, incommodum nostrum propulsamus: servitute luminum, vicini incommodum ad nostrum commodum procuramus. 25 Id est, non tantum. sic Varro 3 *de re rustica* 9. loquens de gallinis rusticis: *Similes facit non his villaticis gallinis nostris, sed Africanæ aspectu.*

26 Invitus est, qui non consentit, licet non contradicat. adde *l.* 45. §. 5. §. *de ritu.* Unde colligunt, Taciturnitatem, si de tacentis jure minuendo agatur, pro consensu non haberi. de quo tamen vide Socinum, *regula Taciturnitas.* 391. 27 Id est, nullo hic opus est nostro facto, puta contradictione, ut nobis invitis aliquid altius sublatum esse dicatur. 28 Quod nobis competit. Interea hic observa, *invitum* dici variis de causis, veluti si contradicit, si non expresse consentit. quod non tantum hoc loco, sed in infante, furioso, & procuratore locum habet, *l.* 8. §. 1. §. *de procuratoribus.* & patrono, si ejus liberta divortium fecerit. *l.* 45. §. *de ritu nupt.* At invitus matrimonium filius non contrahit, qui patre cogente contrahit. *l.* 22. §. *de ritu.* Quis *consentire* dicatur, vide in *l.* 12. §. *de sponsalib.* 29 Decennio inter præsentes: vicennio inter absentes. *l.* 13. *C. de servitut.* 30 Servitute non tollendi, aut luminibus meis non officiendi, non liberaris hoc solo, quod meas fenestras obstruxi vel occlusi: hoc amplius tibi necesse est, ut ea fervitute libereris, ut per idem tempus ædes tuas altius sublatas habueris. Unde constat, urbanas servitutes omnimodo non utendo, non perire: sed hoc amplius exigi, ut qui mihi fervitutem debet, libertatem ædificii ædificio posito, *ut hic.* An & arboris positione per id tempus libertatem usucapere quis potest, ut ædificio posito? non usucapit. *l.* 7. §. *eod.* 31 *l.* 4. *in fin.* §. *de usucap.* 32 Κἂν τὸ φεξῆς, ἢ κατὰ σκέλος, obstruxero, vel occlusero. 58 *Eclog.* 2. *c.* 6. 33 Id est, rusticam fervitutem amittit, qui non utitur. *l.* 4. §. *antepenult.* §. *de usucap.* urbanam non continuo amittit, qui non utitur, nisi & adversarius libertatem usuceperit. *d. l.* 4. *in fin. l.* 18. *in fin.* §. *quemadm. servit.*

VII. POMPONIUS lib. XXVI ad Quintum Mucium.

QUod autem ædificio meo me posse consequi, ut libertatem usucaperem, dicitur [34], idem me non consecuturum, si arborem eodem loco sitam habuissem, Mucius ait: & rectè; quia [35] non ita in sup. statu & loco maneret arbor, quemadmodum paries, propter motum naturalem arboris [36].

De pariete communi demoliendo & reficiendo.

VIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

PArietem [37], qui naturali ratione communis est, alterutri vicinorum demoliendi [38] eum, & reficiendi jus non est: quia non solus dominus est [39].

De eo, qui tollendo obscurat ædes vicini.

IX. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

CUm eo, qui tollendo obscurat vicini ædes, quibus non serviat [40], nulla [41] competit actio.

Heres non potest in domo, quæ sibi remanet, ædificare ita, ut usus aditus legatarum totaliter perimatur: secus si aliqualiter incommodetur. Bart.

X. MARCELLUS lib. IV Digestorum.

GAurus Marcello: Binas ædes habeo, alteras tibi lego: heres ædes alteras alitus tollit, & luminibus tuis officit: quid cum illo agere potes? & an [42] interesse putes, suas ædes altius tollat, an hereditarias [43]? & de illo [44] quæro, an per alienas [45] ædes accessum heres ad eam rem, quæ legatur, præstare debet: sicut solet quæri [46], cum ususfructus loci legatus est, ad quem locum accedi, nisi per alienum, non potest? Marcellus respondit: Qui binas ædes habebat, si alteras legavit, non dubium est, quin heres [alias] possit altius tollendo obscurare [47] lumina legatarum ædium. Idem [48] dicendum est, si [49] alteri ædes, alteri aliarum usumfructum legaverit [50]. Non autem [semper] simile est itineris argumentum [51]: quia * sine accessu nullum est fructus legatum: habitare autem potest, & ædibus obscuratis. Cæterum, usufructu loci legato, etiam accessus dandus [52] est: quia, & hausta relicto, iter quoque [53] ad hauriendum præstaretur. Sed ita officere luminibus & obscurare legatas ædes conceditur, ut [54] non penitus lumen recludatur, sed tantum relinquatur, quantum sufficit habitantibus in usus diurni moderatione.

De forma antiquorum ædificiorum servanda. 1. De arbitro accipiendo.

XI. ULPIANUS lib. I de officio Consulis.

QUi luminibus vicinorum officere, aliudve quid facere contra commodum eorum vellet, sciet se formam [55] ac statum antiquorum [56] ædificiorum custodire [57] debere. §. 1. Si inter te & vicinum tuum non convenit, ad quam altitudinem extolli ædificia, quæ facere instituisti, oporteat, arbitrum accipere poteris.

De viridariis supra ædificia.

XII. JAVOLENUS lib. X ex Cassio.

ÆDificia, quæ servitutem patiantur, *ne* [58] *quid altius tollatur*, viridia [59] supra eam altitudinem habere possunt: at si *ad prospectu* est, eaque obstatura sunt, non possunt [60].

De tabulis juxta communem parietem. 1. De pictura, & incrustatione parietis communis.

XIII. PROCULUS lib. II Epistolarum.

QUidam [61] Hiberus nomine, qui habet [62] post horrea mea insulam, balneraria fecit secundum [63] parietem communem: non [64] licet [65] autem tubulos habere admotos ad parietem communem, sicuti ne parietem quidem suum per parietem communem. De tubulis eo amplius hoc juris est, quod per eos flamma torretur paries: qua de re, volo [66] cum Hibero loquaris, ne rem illicitam faciat. Proculus respondit: Nec Hiberum pro ea re dubitare puto, quod rem non permissam facit, tubulos secundum communem parietem extruendo. §. 1. Parietem communem incrustare [67] licet secundum Capitonis sententiam: sicut licet [mihi] pretiosissimas picturas habere in pariete communi: cæterum, si demolitus [68] sit vicinus, & ex stipulatu actione damni infecti agatur, non [69] pluris, quam vulgaria [70] tectoria [71], æstimari debent. Quod observari & in incrustatione oportet.

De area non serviente, & legatimo spatio.

XIV. PAPIRIUS JUSTUS lib. I [72] de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, *in area* [73], *quæ* [74] *nulli servitutem debet* [75], *posse dominum vel alium voluntate ejus ædificare, intermisso* [76] *legitimo* [77] *spatio a vicina insula.*

Discrimen luminis & prospectus.

XV. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

INter servitutes, *ne luminibus officiatur* [78], & *ne prospectui offendatur*, aliud & aliud observatur: quod in *prospectu* plus quis habet, ne quid ei officiatur ad gratiorem [79] prospectum, & liberum [80]: *in luminibus* autem [non officere], ne lumina [81] cujusquam obscuriora fiant: quodcunque [82] igitur faciat ad luminis [83] impedimentum, prohiberi potest, si servitus debeatur: opusque ei novum nunciari potest [84], si modo sic faciat, ut lumini noceat.

XVI. PAULUS lib. II Epitomarum Alfeni Digestorum.

Umen [85], id est, ut cœlum [86] videretur: & interest inter *lumen*, & *prospectum*: nam *prospectui* etiam ex [87] inferioribus locis est: *lumen* ex inferiore loco esse non potest.

3 & 4. *De pacto*: Servitutes uti nunc sunt, ut ita sint.

XVII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

SI arborem ponat, ut lumini officiat [88], æque dicendum erit, contra impositam servitutem eum facere: nam & arbor efficit, quo minus cœli [89] videri possit. Si tamen id quod ponitur, lumen quidem nihil impediat, solem autem auferat, si quidem eo loci, quo gratum erat eum non esse, potest dici, nihil contra servitutem facere: sin vero heliocamino [90], vel solario [91], dicendum erit, quia umbram facit in loco, cui sol fuit necessarius, contra servitutem impositam fieri. §. 1. Per contrarium, si deponat ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam cœpit solis esse plenus, non facit contra servitutem: hanc enim debuit, *ne luminibus officiat*: nunc, non luminibus officit, sed plus æquo lumen facit [92]. §. 2. Interdum dici potest, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere: si forte κρᾶσιν ἀνάπαλιν [93], id est, *per refractionem, seu repercussionem*, vel pressura [94] quadam lumen in eas ædes devolvatur. §. 3. Hæc lex traditionis, STILLICIDIA [95], UTI NUNC SUNT, VT ITA SINT, hoc significat, impositam vicinis necessitatem stillicidiorum excipiendorum: non illud, ut etiam emptor stillicidia suscipiat ædificiorum vicinorum: hoc igitur pollicetur venditor, sibi quidem stillicidiorum servitutem deberi, se autem nulli debere [96]. §. 4. Quæ de stillicidio scripta sunt, etiam in cæteris servitutibus [97] accipienda sunt, si in contrarium nihil nominatim actum est [98].

Si fistulæ damnum ædibus dent.

XVIII. POMPONIUS lib. X ad Sabinum.

SI fistulæ [99] per quas aquam ducas, ædibus meis applicatæ, damnum mihi dent, in factum [100] actio mihi competit: sed & damni infecti stipulari [1] a te potero.

Quæ possunt haberi juxta parietem communem.

XIX. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

FIstulam [2] junctam [3] parieti communi: quæ aut ex castello [4], aut ex cœlo aquam capit, non jure haberi, Proculus ait: sed non posse [5] prohiberi [6] vicinum, quominus balineum [7] habeat secundum parietem communem, quamvis humorem capiat paries: non magis, quam si vel in triclinio suo, vel in cubiculo aquam effunderet. Sed Neratius ait, si talis sit usus tepidarii, ut adsiduum humorem [8] habeat, & id nocet vicino, posse prohiberi eum.

§. 1. Juxta communem parietem cameram ex figlino opere [9] factam, si ita retineatur [10], ut, etiam sublato pariete maneat, si modo non impediat refectionem communis parietis, jure haberi licet. §. 2. Scalas [11] posse me ad parietem communem habere, Sabinus recte scribit: quia removeri hæc [12] possunt.

De possessione servitutum urbanarum. 1. Effectus servitutis concessæ. 2. De ædificio sublato, & restituto. 3. De stillicidio. effectus ejus servitutis.

XX. IDEM lib. XV ad Sabinum.

SErvitutes [13], quæ [14] in [15] superficie consistunt, possessione retinentur. Nam, si forte ex ædibus meis in ædes tuas tignum immissum habuero, hoc, ut immissum habeam, per [16] causam tigni possideo habendi consuetudinem [17]. † Idem eveniet & si mœnianum in tuum immissum habuero, aut stillicidium in tuum projecero: quia in tuo aliquo utor, etsi [18] quasi [19] facto quodam possideo. §. 1. Si [20] domo mea altior area tua esset, tuque mihi *per aream tuam in domum meam* [21] *ire agere* cessisti, nec [22] ex plano aditus ad domum meam per aream tuam esset, vel gradus [23], vel clivos [24], propius [25] januam meam jure facere possum [26]: dum ne quid ultra, quam quod necesse est, itineris causa demoliar.

§. 2. Si sublatum sit ædificium, ex quo *stillicidium* cadit, ut eadem specie & qualitate reponatur, utilitas exigit, ut idem intelligatur: nam [27] alioquin, si quid strictius [28] interpretetur [29], aliud est, quod sequenti loco ponitur: & ideo, sublato ædificio, usufructus interit [30]: quamvis area pars est ædificii. §. 3. Si servitus *stillicidii* imposita sit, non licet domino servientis areæ ibi ædificare, ubi [31] cassitare [32] cœpisset stillicidium. §. 4. Si antea ex tegula cassitaverit stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia cassitare non potest [33]. §. 5. Stillicidium, quoquo modo adquisitum sit, altius tolli potest: levior enim sit eo facto servitus: cum quod ex alto cadet [34], lenius [35], & interdum direptum,

34 *l. 6. §. ult.*

35 Arbor non est, ita ut paries, immobilis. *Nesleg. cod. cap. 6. in fin.* Arboris enim motus est aliquis, & quidem naturalis. parietis, nullus: non enim tempore augetur, ut arbor.

36 Id est, quia arboris flores & frondes cadunt. Nam motus, quo arbores vi ventorum impelluntur, naturalis non est, sed accidentalis. *Zoannetus 20 restitutionum.*

37 *Eclog. cod. c. 8*

38 *V. l. 12. commun. divid.* quidam hoc ita intelligunt, nisi refectio sit necessaria. *Duar.*

39 Vide quæ scripsi ad *l. 20. §. pro socio.*

40 *l. 15. in fin. §. cod. l. 8. 9. C. cod.*

41 Imo aliqua esse debet: in hoc enim malitiosus est: malitiis autem hominum non indulgendum est. *l. 38. §. de rei vind.*

42 Huic primæ quæstioni respondetur in *vers. Marcellus. §. cod.*

43 Heres, hereditarias ædes altius tollendo, potest officere luminibus alterarum ædium, quæ legatæ sunt. *vers. Marcellus respondit. §. cod. l. 30. §. de usufructu.*

44 Huic secundæ quæstioni respondetur in *vers. Non autem semper simile est. §.*

45 Suas.

46 *l. 1. §. 2. §. si usufructi. petatur.*

47 Non in totum tamen, *vers. sed ita. §. cod.*

48 Quia legatarius proprietatis, poterit suas ædes tollere, & officere luminibus earum ædium, in quibus usumfructum habet.

49 Si alterarum ædium usumfructum legaverit. Cujac. 1 *obs.* 7. ut apud Paulum *l. 30. §. de usufr.*

50 Aliud est, si heres usufructuario invito velit altius ædes tollere: *l. 7. §. 1. §. de usufructi.*

51 Argumentum à servitute itineris, ad luminum servitutem non simile est: sine accessu aut itinere, nullum est legatum fructus: sine lumine, ædes obscuratæ habitari possunt.

52 Legatario ædium vel usus fructus, idque ab herede testatoris. An gratuitum accessum præstare cogendus est heres? etiam gratuitum. *l. 44. §. 9. §. de leg. 1.* hoc enim tacite voluisse testatorem præsumptio est. 53 *l. 3. §. ult. §. de serv. rustic.* 54 *l. 24. §. cod. l. 30. §. de usufruct. & quemadm.* 55 *l. 1. in fin. l. 2. §. de aqua pluvia. l. ult. in fin. C. de servit. & aqua. l. 1. C. de ædificiis privatis.* vide Cujac. 17 *observat.* 35. 56 Antiquorum ædificiorum formam & statum servare oportet. 57 Arbiter in eam rem sumetur. 58 Τὸ μὴ ὑψοῦσθαι, id est, *non tollendi servitutem debens*, supra conventam altitudinem arborem habere potest: ὑπόψως ἕ, hoc est, *prospectus servitutem debens*, arbores prospectum impedientes habere non potest. *Eclog. cod. cap. 12.*

59 Δένδρον, arborem, ita Græci *d. loc. al.* viridaria. adde *l. 79. in fin. §. de verb. signif.*

60 Ratio diversitatis. vide *i. 15. 16. §. cod. Novell. 63. Novell. 165.* 61 Hæc verba sunt Consultoris, ad Proculum scribentis. 62 Id est, habitat. ut apud Ciceronem 7 *famil. 6.* Varr. Nonium. 63 Id est, juxta & prope. Licet mihi πλησίον τοῦ κοινοῦ τοίχου, secundum parietem communem balneum habere, *ut hic.* quamvis paries humorem capiat, nisi forte per humorem adsiduum ei noceatur. *l. 19. §. cod.* At non eodem modo mihi licet parieti communi σωλῆνας ἐνὸν, fistulas jungere, *d. l. 19.* ut nec ei τὰς καπνόχους ἐπιτοῦναι, tubulos fumarios imponere, *ut hic.* & 58 Synopf 21. *ex tit. 2. cap. 13. & 19.* 64 Non licet κοινωνῷ, socio balneum domi suæ facienti τὰς καπνόχους, tubulos fumarios parieti communi, vel parietem suum imponere. *Eclog. cod. cap. 13.* 65 *l. 19. in fin. cod.* hæc etiam verba sunt consultoris. 66 Consultor Proculum alloquitur. Hujusmodi monitionibus Jurisconsulti operam dabant, nec minus in eo poterant, quam ipsi Judices. vide Ciceronem *pro Quintio.* Duar. *hic. & 2. disp. 28.* Cujac. 18 *obs. 38.*

67 Μυμαχρῦν ἀγεάφειν, incrustare, & pingere parietem communem licet. *Eclog. d. cap. 13.* adde *l. 79. in fin. §. de verb. signif.* 68 Vide quæ notavi ad *l. 12. §. comm. divid.* 69 Non pluris æstimantur τὰ ἐπιληπτὰ ἢ ἁπλῶς μαμαρώσεως, id est, voluptuaria, quam incrustationes. Græci *illo loco.* 70 Ac gregalia. Seneca 13 *epistolar.* 71 De tectorio vide *l. 241. §. de verbor. signif.* 72 *Papirius Justus* libros XX de constitutionibus scripsit. 73 Vide quæ scripsi ad *l. ult. in fin. C. de servit.* 74 Ut *l. 9. §. cod.* 75 Quæ servitutem luminum, Cujacius 1 *observ. 4. arg. l. 3. §. cod.* reprehensus à Roberto 2 *receptarum* 20. 76 Atenim videtur legitimum spatium intermittendo, aliquid de sua area suoque fundo amittere. 77 Legitimum hoc spatium fuit duorum pedum & semis: quod veteres *Ambitum* appellarunt, Festus *in Ambitus.* 15. Isidor. *ult.* Varro 4 *de lingua.* Cicero *Topic.* 1. Victorinus 1. eosque pedes *sestertium pedem* in XII Tabulis dici autor est Volusianus libro *de asse*: quo verbo veteres vocari duos & semissem intellexerunt. 3 Plin. Fest. *ibid.* Ab horreis publicis ædificia privatorum 100 pedibus: à cæteris publicis ædificiis quindecim distincta. *l. 4. l. 46. C. Theodos. de operib. publicis.* Postea ab horreis publicis, privatorum ædificia distincta 15, à privatis, 10. *l. si cui. l. Mœniana. 11. C. de ædific. privat.* quod imitatus videtur Gundebaldus *in legibus Burgundionum*, sublata lege 12. *C. de ædificiis privatis.* Adde quæ scripsi ad *l. 15. §. 14. §. de damno.* vide etiam Brissonium 1 *Antiquit. 2.* Cujac. 2 *obs. 4.*

78 Inter hanc servitutem, & ne altius tollere liceat, num differentia est? non esse putat Cujacius: quem vide 17 *obs. 35.*

79 Gratiot & liberi prospectus quis? ut quaquaversus possit prospicere, non tantum ex alto, sed & ex transverso vel inferiori.

80 De prospectus legem esse dicunt, maris, montorum & scripturæ publicæ: adde etiam montium: de quorum prospectuum intervallis *v. Harmenop. 2. tit. 4.*

81 Quæ ex alto tantum veniunt. *l. 16. §. cod.*

82 Imo non quodcunque. *l. 12. §. cod.*

83 Quod ex alto venit.

84 *l. 6. in fin. §. si serv. vind.*

85 *Lumen*, est ne servitus ne luminibus officiatur, an servitus luminum? vide Duar. 1 *disp. 33.*

86 Quod supra nos est.

87 Et in inferioribus loco.

88 *l. 7. l. 12. §. cod.*

89 Impedit enim arbor, non ut cœlum, sed ut ejus minus videatur.

90 Id est, solari fornaci, seu vaporario soli opposito. Plin. 2 *epist. 17.*

91 Id est, loco, quo horæ ad solem, veruto vel pinnula denotantur. *Bald. hic.* Goth. Vid. Alberic. Gentil. *de diversi. temporis appellat. c. 6.* Ans.

92 Vicini luminibus non officit ædificando, qui plus æquo lumen vicino facit.

93 ἀνάκλασιν legit Alciat. 2 *parerg. 25.* Goth. Vid. Ant. Augustin. *emendat. lib. 4. cap. 16. S. L.*

94 Forte *repercussione* vel pressura lumen fieri intelligitur, quod fit per ἀνάκλασιν, & collisionem.

95 Ita legendum apud Varronem, *l. 4 de lingua.* Eadem formula itinera recipiebantur, *l. 1. in pr. & §. 11. §. de itinere. l. 69. §. 5. §. de evict.* Cic. 1 *de orat.* flumina, *l. 33. §. de cont. empt.* Varro 4 *de lingua*, paries, *l. 33. §. cod.* & breviter servitutes, *l. 39. §. de act. empt.* adde *l. 10. §. comm. præd. diorum.*

96 Id est, hujusmodi oratio venditori nocet, quia ambigua. *l. 33. §. de contr. empt.*

97 Puta flumine. *d. l. 33.*

98 Quod primo loco spectandum est. *d. l. 33.*

99 De fistulis vid. Bart. *h. l.* & Anton. Fabr. *lib. 3 conject. cap. 1.* Ans. 100 Ex lege Aquilia. 1 *l. 29. §. cod. l. 17. in fin. §. si serv. vind.* 2 *Eclog. cod. cap. 19.* Goth. vid. Corras. *lib. 6 miscell. cap. 10.*

3 *l. 13. §. cod.* 4 Id est, aquæ publicæ receptaculo. *l. 1. §. 39. in fin. §. de aqua quot.* an idem is sterquilinio? v. *l. 17. §. fin. §. si servitus vindicetur.* 5 *l. 6. §. fin. §. si serv. vind.* Ans.

6 Distingue ut §. 7 Vel furnum. 8 Vide *l. 57. §. locati.* 9 ἀπὸ βηκάλων. *Eclog. cod. c. 19.* id est, ex latericulis. βήκαλον Græcis idem est, quod testa. vide Cujac. 9 *obs. 26.* adde quæ scripsi ad §. 29. *Theoph. Inst. de rerum divis.* 10 Secus si ei incumbat. *l. 13. §. cod.* 11 *Eclog. cod. cap. 20.* 12 Hæc. 13 Vide Robertum 4 *sent. 8.* 14 Quid, si legamus, *per ea, quæ in superficie*, &c. ut illud cohæreat cum proxime sequentibus, *per causam tigni possideo*: ut sit sensus, per causam tigni mœniani, & stillicidii & talium, quæ in superficie consistunt, *l. 3. §. de servitut.* servitutum possessionem non minus retineri, quam si facto ipso, & corpore nostro possideamus. Eodem modo nonnulli censent, jus molendini retineri posse, si pilæ in flumen defigantur testandi sui juris causa. 15 ὡ τῶν οἴκων ὄγκλοις, ædium servitutes possessione retinentur, & consuetudo utenti servatur. 58 *Eclog. 2. cap. 20.* 16 *Per causam tigni possidere*, est tigni occasione atque interventu possidere, & ut §. dicitur, quasi facto quodam possidere. 17 Videtur legendum, *habendi consuetudine.* 18 *Al.* & sic. 19 Quasi facto quodam ac proprio possidet, qui per tignum, mœnianum & stillicidium possidet. 20 Vide 2 *Harmen. 4. §. 50. 51.* 21 Quæ tua area inferior est. 22 Quia tua area altior est domo mea. 23 Quibus ex tua area in meam domum descendam: aut vice versa, quibus ex mea domo in tuam aream ascendam. 24 Scalas. 25 An in tua area? videri possit. Cur? si iter ita fractum & corruptum sit, ut iri non possit, nisi opere aliquo facto, licet fodiendo & aperiendo iter facere. *l. 10. §. de servitutib. l. 11. §. 1. §. comm. prædior.* Contrarium dicendum hic videbatur, nimirum ut per meum tantum ire possim, & in meo gradus vel clivos facere. *l. 11. §. de aqua pluvia.* Cæpolla 1 *de servitutib. 43.*

26 Id est, cui servitus conceditur, ei omnia videntur concessa; sine quibus ea uti non potest. *l. 10. §. de servit. l. 3. §. 3. l. 5. §. tit. prox.* vide *l. 6. §. de alim.* 27 Ratio hæc dubitandi est: Finge stillicidium eadem qualitate & specie repositum esse, jus stillicidii esse amissum? si jus strictum intuemur, amissum videtur: nam jure stricto aliud est stillicidium, quod ante fuit; aliud, quod repositum est. Deinde sublato ædificio fructuario, usufructus ædificii ita interit, ut ne in ejus quidem area perseveret. Ita jus est, inquam, in usufructu: igitur & in servitute urbani prædii, & stillicidio. Atqui utilitas in servitutibus urbanis aliud exigit. *hæc lege.* 28 Aliud ex æquo: vide quæ scripsi ad *l. ult. §. 1. C. de Judæis.* Unde notant, destructam Ecclesiam non amittere privilegium. Innocent. & Bald. *in c. cum injuncto. ext. de oper. novi nunc.* 29 *l. 36. §. de usu. l. 65. in fin. §. de leg. 1.* 30 *l. 5. §. 2. §. quib. mod. usufr. vel usf. amittit.* 31 Distingue, ut §. *cod. in fin.* 32 *Cassitare* dicuntur, quæ sæpius cadunt: Græcis est, κατ᾽ ὀλίγον κεράμων. 58 *Eclog. 2. cap. 20.* adde Festum *in Cassabundus.* 33 Cur ita? collige ex *l. 9. §. de servitut. l. 13. §. 1. §. de servit. rust.* 34 *Al.* cadit. 35 Levius, ut §. levior.

ptum [35], nec perveniat ad locum servientem: inferius demitti non potest, quia sit gravior servitus, id est, pro [36] stillicidio flumen. Eadem causa, retro [37] duci potest stillicidium: quia in nostro magis incipiet cadere: produci non potest, ne alio loco cadat stillicidium, quam in quo posita servitus est: lenius facere poterimus, acrius non. † Et omnino sciendum est, *meliorem vicini conditionem fieri posse, deteriorem non posse:* nisi aliquid nominatim, servitute imponenda, immutatum fuerit. §. 6. Qui in ea area, in qua stillicidium cadit, ædificat, usque [38] ad eum locum perducere ædificium potest, unde stillicidium cadit, * recte*. sed [&] si in ædificio cadit stillicidium, supra ædificare ei conceditur, dum tamen stillicidium * recte * recipiatur [39].

Si ex duabus servitutibus altera remittatur.

XXI. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

SI domus tua ædificiis meis utramque [40] servitutem deberet, *ne altius tolleretur*, & *ut stillicidium ædificiorum meorum recipere deberet*, & tibi concessero, *jus esse, invito me, altius tollere ædificia tua:* quod ad stillicidium meum attinet, sic statui debebit, ut, si altius sublatis ædificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione [41] altius tibi ædificare non liceat: si non impediantur stillicidia mea, liceat tibi altius tollere.

XXII. JULIANUS lib. II ex Minicio.

QUi ædificium habet, potest servitutem vicino imponere: ut non solum de his luminibus, quæ in præsentia erunt, sed etiam de his, quæ postea fuerint, caveat [42].

De servitutibus Luminum. 1. *De ædificio futuro.*

XXIII. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

SI servitus imposita fuerit, *lumina* 43, *quæ nunc* 44 *sunt, ut ita sint*, de futuris luminibus nihil caveri videtur [45]: quod si ita sit cautum, *ne luminibus* [46] *officiatur*, ambigua [47] est scriptura: utrum ne his luminibus officiatur, quæ nunc sunt, an etiam his, quæ postea quoque fuerint? [Et] humanius [48] est, verbo generali [49] omne [50] lumen [51] significari, sive quod in præsenti, sive quod post tempus conventionis contigerit. §. 1. Futuro quoque ædificio [52], quod nondum est, vel imponi vel adquiri servitus [53] potest [54].

De ædificio, quod jure superius est.

XXIV. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

CUjus ædificium jure superius [55] est, ejus est [56] in infinito [57] supra suum ædificium imponere: dum inferiora ædificia non graviore servitute oneret, quam pati debent.

De servitute immittendi. 1. *Si paries communis altius tollatur.*

XXV. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

HOc, quod dictum [58] est de *immissis*, locum habet ex ædificio alio in aliud [59]: aliter [60] enim supra alienum ædificium superius habere nemo potest [61]. §. 1. Si ex [62] tribus ædibus in loco impari positis, ædes mediæ superioribus serviant ædibus, inferiores autem nulli serviant, & paries communis [63], qui sit inter ædes inferiores, & medias, altius à domino inferiorum ædium sublatus sit, jure eum altius habiturum Sabinus ait.

An servitus in re communi consistat.

XXVI. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

IN re communi nemo dominorum, jure servitutis neque facere quicquam invito [64] altero potest [65]: neque prohibere, quo minus alter faciat [66]: *nulli enim res sua servit* 67. Itaque propter immensas [68] contentiones plerunque res ad divisionem pervenit [69]: sed per communi dividundo actionem consequitur socius, quo minus opus fiat, aut ut id opus, quod fecit, tollat: si modo tori societati prodest opus tolli.

De eo, quod fit ex ædibus communibus in ædes proprias, vel contra.

1. *Si in area communi ædificetur.*

XXVII. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

SEd si inter me & te communes sunt Titianæ ædes, & ex his aliquid non jure in alias ædes meas proprias immissum sit, nempe tecum mihi agere licet [70], aut rem perdere [71]. † Idem fiet, si ex tuis propriis ædibus in communes meas & tuas ædes quid similiter esset projectum: mihi enim soli tecum est actio. §. 1. Si in area communi ædificare velis, socius prohibendi jus habet [72], quamvis tu ædificandi jus habeas à vicino concessum: quia, invito socio, in jure communi non habeas jus ædificandi.

De his, quæ perpetuam causam habent, vel non.

XXVIII. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

FOramen in imo pariete conclavis [73], vel triclinii [74], quod esset proluendi [75] pavimenti causa, id neque [76] flumen esse, neque [77] tempore adquiri placuit [78]. Hoc ita verum est, si in eum locum nihil ex cœlo aquæ veniat [79]: neque enim perpetuam [80] causam habet, quod manu fit [81]. at quod ex [82] cœlo cadit, etsi non assidue fit, ex naturali [83] tamen causa fit: & ideo perpetuo fieri existimatur. * Omnes autem servitutes prædiorum perpetuas [84] causas habere debent: & *ideo* neque ex lacu [85], neque ex stagno [86] concedi aquæductus potest. † Stillicidii quoque immittendi naturalis & perpetua causa esse debet.

XXIX. POMPONIUS lib. XXXII ad Quintum Mucium.

SI quid igitur ex eo foramine [87], ex quo servitus non consistit, damnum vicinus sensisset, dicendum est, damni infecti [88] stipulationem locum habere.

De confusione. 1. *De retentione servitutu pro parte. De acquisitione usufructus.*

XXX. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

SI quis ædes [89], quæ suis ædibus servirent, cum emisset, traditas sibi accepit, confusa [90] sublataque servitus est: & [91], si rursus vendere vult, nominatim imponenda servitus est: alioquin liberæ veniunt. §. 1. Si partem prædii nanctus sim, quod mihi [92], aut cui ego serviam, non confundi servitutem placet: quia pro parte servitus retinetur [93]: itaque si [94] prædia mea prædiis tuis serviant, & tuorum partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit servitus. † Item usufructus in alteruttis prædiis adquisitus, non interrumpit servitutem.

De ædificio depositi, & restituto.

XXXI. IDEM lib. XLVIII ad Edictum.

SI testamento damnatus heres [95], *ne officeret vicini luminibus, servitutemque præstaret*, deposuit ædificium, concedenda erit legatario utilis actio, qua prohibeatur [96] heres, si postea extollere supra priorem modum ædificium conabitur.

De usucapione libertatis, & possessione servitutis.

XXXII. JULIANUS lib. VII Digestorum.

SI ædes meæ servient ædibus Lucii Titii, & ædibus Publii Mævii, *ne altius ædificare mihi liceat*, & à Titio precario petierim, *ut altius tollerem*, atque ita per statutum tempus 97 ædificatum habuero, libertatem adversus Publium Mævium usucapiam 98: non enim una servitus Titio & Mævio debebatur, sed duæ 99: Argumentum [100] rei præbet, quod, si alter ex his servitutem mihi remisisset, ab eo solo liberarer, altero [1] nihilominus servitutem deberem. §. 1. Libertas [2] servitutis usucapitur [3], si [4] ædes possideantur: quare, si is, qui altius ædificatum habebat, ante statutum [5] tempus ædes possidere desiit, interpellata [6] usucapio est: is [7] autem, qui postea easdem ædes possidere cœperit, integro statuto tempore libertatem usucapiet: natura enim servitutium ea est, ut possideri [8] non possint [9]: sed intelligatur possessionem earum habere, qui ædes possidet.

De servitute Oneris ferendi.

XXXIII. PAULUS lib. V Epitomarum Alfeni Digestorum.

EUm [10] debere columnam restituere, quæ onus vicinarum ædium ferebat, cujus essent ædes, quæ servirent: non eum, qui imponere vellet [11]: nam cum in lege ædium ita scriptum esset, PARIES ONERI FERUNDO, UTI [12] NUNC EST, ITA SIT, satis aperte significari, in perpetuum parietem esse debere: non [13] enim hoc his verbis dici, *ut in perpetuum idem paries æternus esset*, quod ne [14] fieri quidem posset, sed *uti* [15] *ejusdem modi paries in perpetuum esset*, *qui onus sustineret*: Quemadmodum si quis alicui cavisset, ut *servitutem præberet*, qui onus suum sustineret, si ea res, quæ servit, & tuum onus ferret, perisset, alia in locum ejus dari debeat [16].

De servitute rei, quæ alienatur, imponenda.

XXXIV. JULIANUS lib. II ex Minicio.

ET qui duas areas habet, alteram tradendo, servam alteri efficere potest [17].

XXXV. MARCIANUS lib. III Regularum.

SI binarum ædium dominus dixisset [18] eas, quas venderet, *servas fore*, sed in traditione [19] non feciſſet mentionem servitutis, vel ex vendito agere potest, vel incertum [20] condicere, ut servitus imponatur.

De eadem contignatione duarum ædium duobus legatarum

XXXVII *aut cessarum.*

XXXVI. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

BInas [21] quis ædes habebat una contignatione tectas: utrasque diversis legavit: Dixi, quia magis placet tignum posse duorum [22] esse, ita ut certæ [23] partes cujusque sint contignationis, ex regione cujusque domini fore tigna: nec ullam invicem habituros actionem, jus non esse immissum habere. Nec interest, pure utrisque, an sub conditione alteri ædes legatæ sint.

XXXVII. JULIANUS lib. VII Digestorum.

IDemque [24] esse, & si duobus ædes cesserint [25].

---

35 *Sub.* vi ventorum. Num quo altius stillicidium est, eo ventis magis expositum: eo facilius in alium, quam servientem locum diripitur seu abripitur vi venti, *ut hic*. Sed ea ratione possis quoque dicere, latius quoque in servientem fundum vi venti posse diripi. Porro diripiuntur, quæ de uno loco in alium rapiuntur, quæ sparguntur, sic ut nullum proprie in locum cadant seu cadsirent.

36 Stillicidii & fluminis differentia.

37 Retro ducimus stillicidium in nostrum & nos versus: producimus, in alienum & vicinum versus. Hoc, προβάινειν εἰς ἕτερον τόπον ἢ διαλύειν(Φ). Illud ἀναβαίνειν δὲ τὰ ὕδατα. *Eclog. cod. c.* 20.

38 Etiam inclusive, dum tamen stillicidium recipiat.

39 Ex hoc & superiori paragrapho collige, domino prædii vel superioris, vel servientis non licere quid in damnum servitutis facere.

40 Ex pluribus servitutibus unam remittens, aliam remittere non intelligitur. adde *l.* 20. ℣. *tit. prox. & l.* 91. ℣. *de reg. jur.*

41 Qui unum ex pluribus juribus sibi competentibus remittit, is præcise aliud remisisse non censetur. adde *l.* 20. ℣. *tit. prox.*

42 Quid si nominatim de futuris servitutibus nihil actum est? vide distinctionem *l.* 23. ℣. *eod.*

43 *Al.* lumina uti nunc sunt, ita sint. adde Ciceronem 1 *de oratore*: & quæ scripsi ad *l.* 17. §. 3. ℣. *eod.*

44 Verbum præsentis temporis non extenditur ad futurum: sed verbum generale & indefinitum.

45 Adde *l.* 76. §. 1. *l.* 89. *l.* 125. ℣. *de verb. oblig.*

46 Præsentibus, an & futuris? vide ℣.

47 Generalis & indefinita oratio, ambigua est: cum ad præsentia & futura possit extendi.

48 Humanior sententia in formulis servitutum interpretandis sequenda.

49 Indefinito, universali. *Goth.* Vide *l.* 44. ℣. *de legat.* 2. Anf. 50 Præsens & futurum. 51 Etiam futurum: atque ita si Romanus stipulatus à Carthaginiensibus, ne sociis bellum inferretur, tacite videntur excepti Saguntini post hujusmodi conventionem in fœdus Romanum adsciti. Livius 3 *dec. lib.* 1. 52 Et templo. vide *l.* 17. ℣. *de alimentis. l.* 10. ℣. *de serv. rust.* Goth. Adde *l.* 25. §. 10. ℣. *famil. erciscund. l.* 46. §. 1. ℣. *de evict. l. fin. si servit. vind.* Anf. 53 Ut & privilegium. vide tamen *c. pen. extra de Eccles. ædific. c. Cardinalem. c. Abbate. de rejudicat. in* 6. 54 Atqui non entis nullæ qualitates sunt. Præsentes quidem non entis qualitates nullæ sunt: sed tamen aliquæ constituti possunt, quandocunque ex non ente, ens esse cœperit. 55 Superiora ædificia ὑπερῷα. inferiora, κλιδόγεια. *Eclog. cod. cap.* 24. 2 *Harmenop.* 4. §. 80. adde quæ scripsi ad *l.* 3. §. 7. ℣. *uti possidetis.* 56 *Al.* ei jus est. S. L. 57 Vide *l.* 1. ℣. *eod.* 58 *l.* 2. *l.* 20. ℣. *eod.* 59 Subaudi immissio. ut in *l.* 3. §. 7. ℣. *uti possidetis.* Goth. De tigni immittendi servitute, ejusque requisitis necessariis, vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 167. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 4. *cap.* 8. Anf. 60 *l.* 13. ℣. *eod. l.* 8. *C. cod.* 61 Citra servitutem. 62 Quum tres ædes essent, mediæ superioribus serviebant; hic dominus inferiorum ædium communem inter suas & medias ædes parietem tollere potest, 58 *Eclog.* 2. *cap.* 25. vel ita: Inferiorum ædium dominus parietem cum vicino communem habens, potest eum parietem altius tollendo, officere vicino vicini, cui vicinus servitutem debeat.

63 Licet communem parietem domus vicinæ servientis tollere, invito domino fundi dominantis. vel ita: Vicinus, qui est in medio servitutem debens, libertatem vicini inferioris impedire non potest. 64 *l.* 28. ℣. *comm. divid.* 65 Pars tamen major sociorum potest. *arg. l.* 11. ℣. *tit. prox.* 66 Suæ rei nemo servitutem imponit, *ut hic*. Suam quis rem nemo præscribit.

67 *l.* 33. *in fin.* ℣. *de serv. rust. l.* 10. ℣. *comm. præd. l.* 45. ℣. *de regulis.* 68 Divisio ob immensas contentiones necessaria: eamque ob causam dividuum fit, quod individuum alias foret. vide *l.* 72. ℣. *de verb. oblig.* 69 *l.* 77. §. 20. ℣. *de leg.* 2. *l.* 4. *in fin.* ℣. *de serv. legat.* 70 *l.* 14. *in fin.* ℣. *si serv. vind.* 71 Vide *hic* Duar. 72 Tunc enim melior est causa prohibentis. vide *l.* 28. ℣. *comm. divid.* 73 *Conclave* est locus secretior domus. 74 *Triclinium* locus est tribus lectis constructus ad discumbendum. 75 Διὰ τὴν καθάλυσιν, ad effundendas sordes mearum ædium in tuas. 76 Cur? quam aquam proluendi mei pavimenti causa in tuum per foramen emitto, ea aqua manu à me immittitur: non est igitur flumen, nisi ex cœlo aliquid aquæ in id foramen veniat. Id si non fuerit, flumen dici non poterit, nec perpetuam causam habere. 77 Servitutes in quibus longi temporis præscriptio requiritur, continuam, vel quasi continuam causam habere debent. 78 Hoc quidem personæ concedi potest: prædio non potest, cum perpetuam causam non habeat. 79 Servitutes, in quarum usu requiritur factum hominis, perpetuam causam, vel quasi, non habent: ideoque longo tempore non præscribuntur. 80 Vide *l.* 33. ℣. *eod.*

81 Quod manu immittitur. 82 Aqua hæc, joviatis & pluvia dicitur. 83 Naturæ ordo certus est & perpetuus. Naturæ leges certæ & perpetuæ, veluti Solis & Lunæ defectionis: quæ hominum opera fiunt, omnia incerta sunt, & mutabilia.

84 Non continuas, assiduas & sine intermissione, sed naturales; quod naturaliter fit, videtur etiam esse perpetuum, tametsi non fiat assidue. *Arist.* 1 *de demonstr.* 7. propterea quod naturæ causa certa & perpetua est.

85 Id est, lama vel lacuna, quæ vivam aquam non habeat: nam ex lacu vivo & perpetuo cur non possit, ut jus navigandi? *l.* 23. §. 1. ℣. *tit. prox.* An & eodem modo e cisterna, piscina, puteo? vide *l.* 1. §. 4. ℣ *de fonte. & l.* 1. §. 5. & 6. ℣. *de aqua quotidiana.*

86 Quod in plano continetur, & stagnat: nam & stagnum cogitur, non fluit. vid. Cujac. 11 *obs.* 3.

87 De quo vide *l.* 28. ℣. *eod.*

88 *l.* 18. ℣. *eod.*

89 Finge, feudum Caii (de quo Cains a Sempronio investitus fuerat, quemque eo nomine dominum agnoscebat) Rex publicavit ob delictum aliquod Caii, verbi gratia, ob crimen majestatis: Feudum illud rex postea donavit Titio: Titius feudum illud recognoscere debebit à Sempronio priore domino: redintegratur ita fidelitas immediato domino, ut dixi plenius, 2 *Feud.* 5. Ad regem (& sic mediatum dominum) feudum hic quidem redit: non ideo tamen hic reditus feudi ad regem jus immediati domini extinxit.

90 *l.* 1. ℣. *quemadmodum servit. amitt.*

91 Extinctionis, seu extinctæ servitutis perpetua est natura. Ideoque extincta servitute per adquisitionem fundi servientis, non redintegratur tacite servitus ejusdem fundi servientis venditione. Proinde hoc casu, nominatim servitus imponenda.

92 Serviat scilicet.

93 *l* 18 ℣. *de serv. l.* 34. ℣. *de serv. rustic.*

94 Adde *l.* 8. ℣. *de servit. l.* 34. ℣. *tit. prox.*

95 Potest enim ad id damnari, *l.* 15. ℣. *comm. præd.*

96 Potest enim prohiberi, si quid faciat ad servitutis impedimentum. *l.* 15. ℣. *eod.* potest etiam agi, restituto ædificio, in id, ut servitutem renovet. *l.* 14. ℣. *quemadm. serv. amitt.* 97 Decennii inter præsentes, viceunii inter absentes. *l.* 13. *C. eod.* 98 Non adversus Titium, *l* 10. *in pr.* ℣. *si serv. vind.* Bartolus tamen distinguit, ad conservandum interdictum retinendæ possessionis sufficere, ut ab adversario vitiose non possideam: ut autem adquiratur jus præscriptione, requiri, ut à nemine possideatur. ad *l.* 1. *C. eod.* 99 Nam si plura sunt prædia dominantia, plures quoque dicentur servitutes. *Bart.* 100 Argumentum à pacto ad usucapionem & præscriptionem. adde *l. nam satis.* §. 1. ℣. *quemadm. serv. amitt.* 1 Ita *Flor.* 2 Vide quæ scripsi ad *l.* 4. §. 29. ℣. *de usuc.* Libertati servitutis contrarium est jus servitutis, de quo in *l.* 2. ℣. *si servit. vind.* Libertatem porro servitutis usucapere, est eam occidere, perdere, tollere; sic ut serviens fundus, ex servi ente fiat liber. 3 Etiamsi in usucapiente fuerit mala fides. *l.* 4. §. 29. ℣. *de usucap.* 4 Atque ita fundus per se non præscribit libertatem, sed is, qui fundum possidet. Cæterum Bartolus hanc legem restringit ad præscriptionem servitutis urbanæ, in qua putat requiri factum hominis cum bona fide, (vel etiam cum mala fide) si sit præscriptio 30 annorum, non decennii tantum: libertatem autem servitutis in rustico prædio, sola non utentis negligentia sine bona fide amitti putat, & ita restringit *l.* 4. §. 29. ℣. *de usucap.* Eandem opinionem sequitur Cynus in *l.* 2. *C. de servit.* Alexander in *l. ult.* ℣. *de eo, per quem.* Felinus in *c. illud. de præscript.* Baldus in *repetit. I. ult. C. de præscript. long. temp.* Verum opinio Bartoli communiter reprobatur. 5 Præscribendi & usucapiendi tempus. 6 Succedente ei altero. 7 Successor. 8 Vide quæ notavi ad *l.* 43. §. 1. ℣. *de adquir. rerum.* 9 Sunt enim incorporales. vide *l.* 14. ℣. *de serv.* 10 Hic casus specialis est. vide *l.* 8. §. 2. *l.* 17. §. 2. ℣. *si servitus vindicetur. l.* 11. ℣. *comm. præd.* regulariter enim qui servitutem debet, eam reficere non cogitur. Finge, te debere altius ædes tuas tollere vel luminibus meis officere, *l.* 2. ℣. *eod.* onus refricendi tuum videtur esse: & quidem ab initio, pare conventionis: post constitutam jam servitutem, jure restitutionis. 11 Columnam vel parietem oneri ferendo necessarium qui debet, ea reficere cogitur. *l.* 6. §. 2. *l.* 8. ℣. *si serv. vind.* Id ergo speciale est contra naturam servitutum, in quibus non agitur, ut aliquid fiat, sed ut præstetur patientia. *l.* 15. *in fin.* ℣. *de servit.* 12 Vide quæ scripsi ad *l.* 17. §. 3. ℣. *eod.* 13 Verba legum referenda sunt ad ea quæ accidere & esse possunt. vide Cynum, in *l.* 5. *C. de juris & facti ignor.*

14 Cicero *in somnio.* Infra Lunam nihil est nisi mortale, præter animos genteri hominum innumero Deorum datos. 15 Perpetuum sit aliquid per subrogationem. 16 Perpetuum nihil potest esse in hoc mundo, nisi per subrogationem. *Bart.* Ita natura à διανοίαν immortalitatem quandam hominum excogitavit per matrimonium, & ex eo liberorum procreationem, & rursus eorum, quæ procreata sunt caritatem, educationem, successionem. Theoph. *Inst. de jure naturali. l.* 14. *C. de legitimis heredibus.* 17 *l.* 19. ℣. *de usufruct. l.* 3. G. ℣. *comm. præd.* 18 Ante traditionem, & sic tempore contractus. Hoc non sufficit ad realem servitutem constituendam.

19 Vide *d. l.* 6. §. *ult.* 20 Condictione indebiti. vide *l.* 5. §. 1. ℣. *de usufruct. earum rerum, l.* 39. ℣. *de cond. indeb. l.* 8. ℣. *de act. empt.* 21 Si ædes leguntur, vel venduntur, videtur actum, ut contignationes uti sunt, ita sint. *Bart.* 22 Pro indiviso, ut sit cujusque vicini pro rata regionis domusque suæ, quamdiu tignum cohæret: exemptum alioqui commune erit pro diviso. vide Bart. *hic.* 23 Pro rata ædificiorum, tignum commune duorum vidnorum esse potest.

24 Quod de legato dixit, id nunc extendit ad quoscunque alios adquirendi modos. 25 Fu-

De

l. 15. ℣. *comm. præd.* regulariter enim qui

De ædibus distantibus.

XXXVIII. PAULUS lib. 11 Quæstionum.

SI ædes meæ a tuis ædibus tantum distent, ut prospici non possint [10], aut medius mons [27] earum conspectum auferat, servitus imponi non potest [28].

XXXIX. IDEM lib. I Manualium.

NEmo enim propriis ædificiis servitutem imponere potest, nisi & is, qui cedit, & is, cui ceditur, in conspectu habeant ea ædificia, ita ut officere alterum alteri possit.

De fenestris in communi pariete.

XL. IDEM lib. III Responsorum.

EOs, qui jus [29] *luminibus immittendis* non habuerunt, aperto pariete communi [30], nullo jure fenestras immisisse respondi.

De actu ex præsumpta testatoris voluntate concedendo. 1. De janua in publico aperienda.

XLI. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

OLympico habitationem & horreum, quod in ea domo erat, quoad viveret, legavit: juxta eandem domum hortus, & cœnaculum, quod Olympico legatum non est, fuerunt: ad hortum autem, & cœnaculum semper per domum, cujus habitatio relicta erat, aditus fuit: Quæsitum est, an Olympicus aditum præstare deberet? Respondi, servitutem quidem non esse: sed heredem transire [31] per domum ad ea, quæ commemorata sunt, posse: dum non noceat legatario. §. 1. Lucius [32] Titius, aperto pariete domus suæ, quatenus [33] stillicidii rigor, & tignorum protectus competebat [34], januam in publico aperuit [35]: Quæro, cum neque luminibus [36] Publii Mævii vicini [37], neque itineri [vicini] officeret, neque stillicidium, ne [38] vicini domo [39] cadat [40], an aliquam actionem Publius Mævius vicinus ad prohibendum haberet? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, nullam habere.

25 Curatæ vide quæ notavi ad *l. 6. ff. de alimentis.*

26 *Al.* Ex.

27 Quia publica flumina non subjiciuntur privatorum conventionibus.

28 *Al.* videntur. *s. l.*

29 Alias secus: transeunt enim servitutes ad quemcunque successorem. *l.* 23. §. 2. & 3. *ff. eod. l.* 3. *ff. quemadm. servit.*

30 *l. penult. ff. eod. l.* 6. *in fin. ff. de servit. legat.* v. *l.* 1. §. 43. *ff. de aqua quotid.*

31 Proprium e tiam est harum servitutum ut vindicari possint. *l.* 2. *ff. si servitus.*

32 *l.* 1. §. 1. *ff. comm. præd.*

33 Vicinum tantum fundum habenti servitus haustus & appulsus pecoris, cretæ eximendæ, & calcis coquendæ constitui potest. *Goth. Vid. l.* 7. §. 1. *ff. eod.* Anf.

34 Servitus calcis coquendæ, & cretæ eximendæ vicinum fundum habenti, in infinitum constitui non potest, sed quatenus a l eum ipsum fundum opus sit. *l.* 29. *in fin. ff. eod.*

35 Ipso jure: secus tutione prætoria, *l.* 2. *ff. comm. præd.* quæ lex ejusdem autoris & libri est, cujus hæc.

36 *Cretæ* appellatione generali uti videtur, ut creta comprehendat eam omnem materiam, quæ ad figlina & vasa faciendi necessaria est.

37 Vasis ex figlina confectis ac fictilibus veteres fructus etiam fundi exportabant.

38 Amphoræ ex luto factæ.

39 Id est, jus quoddam personale.

40 *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

41 Non deesse pedamenta intelligeutur, si quantum vineæ satis, fuerint.

42 Quia, inter cætera, servitutum rusticarum proprium est, ut prædiorum utilitatem respiciant, quod hic fit. *l.* 15. *ff. de servit.*

De 43 Pascendi aut

jus appellendi pecoris habens, tugurium sibi facere potest hyeme, se eo recipiendi causa. 58 *Eclog.* 3. *c.* 5. 44 Vel, ut inhabitem. hæc excepto partem pretii facit. *l.* 21. *in fin. ff. de act. empt.*

45 *Sella* hic non est curulis, qua Magistratus vehebantur, sed quæcunque gestatoria: cujus fit mentio in *l.* 49. *ff. de leg.* 3. & apud Suet. *in Nerone, c.* 26. & *in Vitellio* 16. De sella dixi ad Theophilum *de jure naturali.* 46 *Lectica* sedem, in qua Magistratus inter jus reddendum, & quandoque alias jura reddere solet, interpretatur Zonaetus, *reflit.* 26. Sed si ita est hujusmodi servitus, paucorum erit hominum, nempe Magistratuum. Placet ergo lectica ad quoscunque ingenuos referri, ut ita hæ duæ voces jungantur. *l.* 49. *ff. de leg.* 3. sex vel octo servis plerunque vehebantur. *l.* 8. §. *si ita legatum. ff. de legat.* 1. 47 A servis. 48 Iter habens, sella aut lectica vehi potest: at non jumentum dicere, *ut hic.* & *l.* 1. *vers. iter. ff. eod.* Idem pedes & eques ire potest. *l.* 12. *ff. eod.* 49 Atqui eques ire potest, *l.* 12. *ff. eod.* insidendo forte, non seorsim, non separatim. 50 Etiam onustum lapidibus & lignis. Atqui paulo post vetatur lapidem, aut tignum trahere. 51 *Ducit*, qui præcedit & trahit: *agit*, qui sequitur. Virgil. *Eclog.* 1. 52 *l.* 1. *ff. eod. l.* 9. *ff. de servitutib.* Porro *agere*, est abigere. 53 Addunt scilicet. 54 *Al.* erectam. Utro modo legas, merito quæri potest, quid sit *hastam rectam vel erectam ferre vel referre?* Non placent, qui idem esse existimant, quod exercitum vel pedibatum per alterius agrum ducere. Id enim juris est publici, ac nomine publico citra jus servitutis fieri id potest per quorumcunque agros. An legemus, *hastoriam rotam?* Denius hastam recta significatione sumi, cum stans soleat ferri. Varro 4 *de lingua.* & sit contus cum ferro, cujus deminutivum hastile, 17 *Isid.* 7. cur non qui actum habeat, hastam rectam feret, cum qui iter habeat, sella & lectica vehi possit, *ff. eod.* aut eques commeare. *l.* 12. *ff. eod.* An dicemus lege colonia prohibitum fuisse apud veteres; Ne quis hastam rectam ferret propter adsitas arbores fructiferas, ne minimo ictu perticæ arbor quateretur: ac præter cautionem illam legis, privatos quosque stipulatione sua id nominatim complexos fuisse? In via nihil tale periculi fuit: latior enim via est actu, at in actu angusto & arbitrario, cujus status lege definitus non erat, vel se contingere possunt arbores, *nexis* (ut inquit poëta) *per mutua vincula ramis*; quod fit propter angustiam spatii inter utrasque arbores interjecti. Porro quod ad hastam rectam attinet, eam rectam ferre soliti veteres: idque Romana marmora docere possunt; in quibus expressi milites habitu gestantium hastam rectam. Id etiam poëtarum loci indicant. Ex his patet viæ modum non tantum in rectum & flexum, sed & cœlum versus fuisse. 55 Hasta recta in actu dimittenda, quod hasta nihil pertineat ad iter vel actum. 56 *Al.* vehendi, & ita Cononus 4 *Comment.* 11. 57 *Subaudi* lapidem & tignum. 58 *Al.* ferendi. *al.* qui hastam tenet, is occupat viam. vide Bart. 1. *Consult.* 135. mirifice hanc legem ad casum novum inducentem. & Zas. *hic. n.* 24. 59 Lædant. 60 *l.* 38. *l.* 39. *ff. tit. prox. l.* 14. *in fin. ff. de servit.* 61 *l.* 13. §. 2. *ff. eod. l.* 6. *circa fin. ff. quemadm. serv. amitt.* Via duos actus continet. 62 In directum dixit Varro 6 *de lingua.* ἐς ὀρθὸν. *Synopsis Basilic. d. c.* 1. 63 *l.* 23. *ff. eod.* 64 *In anfractum*, est in flexum. *ff. eod.* ἐς κάμψιν. *d. c.* 1. Dixi ad leges XII Tabularum: Glossis κάμψις δδὸς, flexura, anfractus. 65 Hæc sententia mox abrogatur. 66 *l. ult. ff. si servitus.* Imo negat *l.* 2. *ff. si servitus. in fin.* 67 In tuo fundo scil. 68 Vide *l.* 23. *in fin. ff. de servit. urb.* futuro ædificio.

69 Tigni immittendi, stillicidii. 70 Atqui idem Labeo negat aqua nondum apparente iter ejus constitui posse. *l. ult. ff. si servit. vindic.* Accursius ait, Labeonem sibi contrarium esse: Govean. *lib.* 1 *Variar.* 17. iter aquæ ab aquæductu separat, & ita solvit leges contrarias.

TIT. III.

1 58 *Eclog.* 3.

DE 1 SERVITUTIBUS PRÆDIORUM RUSTICORUM.

De itinere, actu, via, aquæductu. 1. Aquæ haustu, pecoris ad aquam appulsu, jure pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. 2. De traditione & patientia servitutum.

1. ULPIANUS lib. II Institutionum.

SErvitutes rusticorum prædiorum sunt hæ: iter [2], actus, via, aquæductus [3]. † *Iter* [4], est jus eundi [5], ambulandi hominis [6], non etiam jumentum agendi. † *Actus*, est jus agendi [7] vel jumentum [8], vel [9] vehiculum [10]. Itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, & iter habet [11] etiam [12] sine jumento [13]. † *Via*, est jus eundi [14], & [15] agendi, & ambulandi [16]: nam & iter, & actum, & [17] se via continet. † *Aquæductus*, est jus aquam ducendi per fundum alienum. §. 1. In rusticis computanda sunt *aquehaustus, pecoris ad aquam adpulsus, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.* §. 2. Traditio [18] plane, & patientia [19] servitutium inducet officium Prætoris.

2 Μεσοπόρος, πάροδος, πλατεῖα, ὑδραγώγιον. 58 *Eclog.* 3. *cap.* 1. adde 2 *Gaii.* § 5. Imo iter interdum non est servitus. *l.* 2. §. 2. *ff. si servitus vindicetur.*

3 Imo servitus aquæductus, ut & aquæ haustus, personalis est. *l.* 14. §. 3. *ff. de alimentis. l.* 1. §. *præterea. ff. de aqua cotid.* Utraque servitus prædiorum est, quoties prædio debetur: personalis, quoties personæ debetur.

4 *Iter*, qua itare homo potest pedes, vel eques.

5 Imus soli: ambulamus cum alio: vel ambulare, est ire & reverti vel circumire.

6 Sive ipse pedibus ambulet, sive a servis suis vehatur sella aut lectica, *l.* 7. denique quo quis pedes, vel etiam eques ire potest. *l.* 12. *ff. eod.*

7 Actus, qua agi jumentum vel vehiculum potest: *ut hic.* 8 ὑποζύγιον. *d. c.* 1. Unde colligas perperam hic legi à quibusdam, *armentum* Hot. 2 *obs.* 7. & alioqui Theophilus, *Inst. de serv.* actum definit jus esse, δὶς τὸ σὺν βαδίζειν ἀγωγὴν, ἢ ὑποζύγιον, ἢ ὀχούμενον, transire per tuum agrum cum jumento vel vehiculo. Quinetiam hanc lectionem defendit *l.* 7. *ff. eod.* licet autem actum habens armentum trajicere possit, *l.* 12. *ff. eod.* non continuo tamen sequitur, hic legendum *armentum.* 9 Non etiam vehiculum, *l.* 23. *ff. eod. l.* 13. *ff. de servit.* ac præterea latitudo actus, vehiculum agi non patitur, & à vehiculo aut vehendo via dicitur: nisi dicas *actum esse*, qua vehiculum corpore agi potest sine equis. 10 Vel plaustrum. *l.* 7. ad hæc, armenta trajiciendi. *l.* 12. *ff. eod.* 11 Per consequentiam. Baro. *Inst. eod.* ex præsumptamente pacificentium. Duar. 1 *disp.* 31. alias via, & actus ex superioribus non differrent. Differe autem in aliis vult Robertus 4 *sent.* 5. quod viæ certa sit & determinata latitudo: actus, non prius certa sit, quam determinata fuerit. 12 Hæc verba, *etiam sine jumento*, ex glossa in contextum irrepsisse putat Antonius Faber 1 *Conject. ult.* 13 *Al.* sine armento. Hot. *ibid.* 14 Lugo *vehendi*, via enim à vehendo, ac præterea verbum *eundi* hic inepte positum esset, cum illico addat, *ambulandi.* si *vehendi* legas, via hæc tria complecteretur, vehere, agere, ambulare: & sic actum & iter contnebit: & eo amplius jus vehendi, quod ejus proprium est. 15 Ire & ambulare itineris est, & hominis: agere, actus & jumenti: vehere, viæ & vehiculi. Græci ita legunt, πορεύειν, διαπορεύειν, ἱππεύειν. 16 Et trahendi lapidem vel tignum, & hastam rectam ferendi. *l.* 7. *ff. eod.*

17 *Al.* in se, quod admitti jure potest. Vix est enim ut se via contineat: & alioqui autor *Synops. Basilic. d. c.* 1. simpliciter legit: Viam & iter & actum continere: nisi dicas, *se via* continet, id est, jus vehendi, quod viæ proprium est. 18 Aut ita legendum, aut hic sensus est: Patientia plane, ut traditione servitutem inducet officium Prætoris. Neque interea displicet, quod à Baldo traditur, servitutes tradi patiendo seu patientia: deberi, officio judicis. 19 Vide quæ notavi ad *l.* 43. *ff. de adquir. rer. dom.* 20 Conciliationem hujus leg. cum *l.* 1. *ff. commun. præd.* v. apud Govean. *lib.* 1. *c.* 16. Anf. 21 *l.* 7. *ff. de servitutib.* 22 *Vel.* 3. *ff. de aqua quotid.* 23 Et generaliter quoties unius prædii libertas minuitur, ad usum seu utilitatem perpetuam alterius prædii rustici, toties servitus rustica recte dicitur. Duar. *Hic.* 24 Id est, ad pedamenta.

Sititui posse scribit. §. 2. Eodem libro ait, vicino, cujus lapidicinæ fundo tuo immineant, posse te cedere, jus ei esse terram, rudus, saxa jacere, posita habere, & ut in [tuum] lapides provolvantur, ibique positi habeantur, indeque exportentur. §. 3. Qui habet haustum, iter quoque [25] habere videtur ad hauriendum & (ut ait Neratius lib. III membranarum) sive ei jus hauriendi, & adeundi cessum sit, utrumque habebit: sive tantum hauriendi, inesse & aditum: sive tantum adeundi ad fontem, inesse & haustum. Hæc de haustu, & [26] fonte privato. Ad flumen [27] autem publicum, idem Neratius eodem libro scribit, iter debere cedi, haustum non oportere: & si quis tantum (haustum) cesserit, nihil eum agere.

De emptore, & herede.

IV. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

PEcoris pascendi servitutes, item ad aquam appellendi, si prædii fructus maxime in pecore consistat, prædii magis, quam personæ videtur [28]. † Si [29] tamen testatoris personam [30] demonstravit, cui servitutem præstari voluit, emptori vel heredi non eadem præstabitur servitus.

De servitute vindicanda. 1. De habente vel non habente vicinum fundum.

V. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

ERgo secundum eum & vindicari poterit [31]. §. 1. Neratius [libris] ex Plautio ait, nec haustum pecoris, nec appulsum, nec cretæ eximendæ, calcisque coquendæ jus posse in alieno esse, nisi [32] fundum vicinum [33] habeat: & hoc Proculum & Atilicinum existimasse ait. Sed ipse dicit, ut maxime calcis coquendæ & cretæ eximendæ servitus constitui possit, non [34] ultra posse [35], quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit.

1. De calce coquenda, lapide eximendo, arena fodienda, sylva cædenda, tugurio habendo.

VI. PAULUS lib. XV ad Plautium.

VEluti [36] si figulinas haberet, in quibus ea vasa fierent, quibus [37] fructus ejus fundi exportarentur, sicut in quibusdam fit, ut amphoris [38] vinum evehatur: aut [ut] dolia fiant, vel tegulæ [vel] ad villam ædificandam. Sed si, ut vasa venirent, figulinæ exercerentur, usufructus [39] erit. §. 1. Item longe recedit ab usufructu jus calcis coquendæ, & lapidis eximendi, & arenæ fodiendæ, ædificandi ejus gratia, quod in fundo est: Item silvæ cædæ, ut pedamenta [40] in vineas non [41] desint. † Quid ergo [42], si prædiorum meliorem causam hæc faciant? Non est dubitandum, quin servitutis sit. Et hoc [&] Mæcianus probat: in tantum, ut & talem servitutem constitui posse putet, *ut* [43] *tugurium* [44] *mihi habere liceret in tuo:* scilicet, si habeam pascui servitutem, aut pecoris appellendi: ut, si hiems ingruerit, habeam, quo me recipiam.

Quid interfit inter iter, actum, viam. 1. Si medium prædium sit liberum.

VII. IDEM lib. XXVII ad Edictum.

QUi sella [45] aut lectica [46] vehitur [47], *ire* [48], non *agere*, dicitur. Jumentum vero ducere non [49] potest, qui iter tantum habet. † Qui actum habet, & plostrum [50] ducere [51], & jumenta [52] agere potest. Sed trahendi lapidem, aut tignum, neutri eorum jus est. Quidam [53], nec hastam rectam [54] ei ferre licere: quia [55] neque eundi, neque agendi gratia id faceret: & possent fructus eo modo lædi. † Qui viam habent, eundi [56] agendique jus habent: plerique, & trahendi [57] quoque, & rectam hastam referendi [58], si modo fructus non lædat [59]. §. 1. In rusticis autem prædiis impedit servitutem medium [60] prædium, quod non servit.

De via latitudine.

VIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

VIa latitudo [61] ex lege duodecim tabularum in porrectum [62] octo [63] pedes habet: in anfractum [64], id est, ubi flexum est, sexdecim.

De aquæductu vel haustu.

IX. PAULUS lib. I Sententiarum.

SErvitus aquæ ducendæ, vel hauriendæ, nisi ex capite, vel ex fonte, constitui non [65] potest: hodie tamen ex quocunque loco constitui solet.

De aqua quærenda & ducenda.

X. IDEM lib. XLIX ad Edictum.

LAbeo ait [66], talem servitutem constitui posse, *ut aquam quærere* [67], *& inventam ducere liceat:* nam si liceat, nondum [68] ædificato [ædificio], servitutem [69] constitueres, quare non æque liceat, nondum inventa aqua eandem constituere servitutem [70]? &, si ut quærere liceat, cedere possumus, etiam ut inventa ducatur, cedi potest.

De servitute imponenda fundo communi.

XI. CELSUS lib. XXVII Digestorum.

PEr fundum, qui plurium est, jus mihi esse eundi agendi potest separatim cedi. Ergo subtili [70] ratione non aliter meum fiet jus, quam si omnes cedant [71]: & novissima [72] demum cessione superiores omnes confirmabuntur. Benignius tamen dicetur, & antequam [73] novissimus cesserit, eos [74], qui antea cesserunt, vetari uti cesso jure non posse [75].

Quid interest inter actum & iter.

XII. MODESTINUS lib. IX Differentiarum.

INter actum & iter, nonnulla [76] est differentia [77]: *Iter* est enim, qua quis pedes vel eques [78] commeare potest: *Actus* vero, ubi & armenta [79] trajicere [80], & vehiculum ducere liceat.

De vineis. 1. Si totus ager serviat. De servitute determinanda. 2. De latitudine actus, itineris, viæ. 3. De servitute determinanda.

XIII. JAVOLENUS lib. X ex Cassio.

CErto [81] generi agrorum adquiri servitus potest, velut vineis [82]: quod ea ad solum magis, quam ad superficiem [83] pertinet [84]: Ideo sublatis vineis [85], servitus manebit: sed, si in contrahenda servitute aliud actum erit, doli mali exceptio erit necessaria [86].

§. 1. Si totus ager itineri, aut actui servit, dominus in eo agro nihil facere potest, quo servitus impediatur, quæ ita diffusa est, ut omnes glebæ serviant [87]. † At si iter actusve sine ulla determinatione legatus [est]: modo determinabitur: &, qua [88] primum iter determinatum est, ea servitus constitit: cæteræ partes agri liberæ sunt. Igitur arbiter [89] dandus [est], qui utroque casu viam determinare debet. §. 2. Latitudo [90] actus itineris que ea est, quæ demonstrata est: quod si nihil dictum est, hoc ab arbitro [91] statuendum est. † In via aliud juris est: nam, si dicta latitudo non est, legitima [92] debetur. §. 3. Si locus, non adjecta latitudine, nominatus est, per eum qualiber iri poterit: sin autem prætermissus est, æque, latitudine non adjecta, per totum fundum una poterit eligi via, duntaxat ejus latitudinis, quæ lege comprehensa est: pro [93] quo ipso, si dubitabitur, arbitri officium invocandum est.

Assystata.

XIV. POMPONIUS lib. XXXII ad Quintum Mucium.

PEr quem locum *vium* alii [94] cessero, per eundem alii aquæductum cedere non potero [95]: sed & si aquæductum alii concessero, alii iter per eundem locum vendere vel alias cedere non potero [96].

De aquæductu.

XV. IDEM lib. XXXI ad Quintum Mucium.

QUintus Mucius scribit, cum iter [97] aquæ vel quotidianæ, vel æstivæ, vel quæ intervalla longiora habeat, per alienum fundum erit, [licere] fistulam suam vel fictilem, vel cujusliber generis in rivo ponere, quæ aquam latius exprimeret [98]: &, quod vellet, in rivo facere licere, dum ne [99] domino prædii aquagium [100] deterius faceret.

De aucupio.

XVI. CALLISTRATUS lib. III de Cognitionibus.

DIvus Pius aucupibus ita rescripsit: *ὡς ἔχειν ἀδύνατον αὐτὸν τῆς ἀλλοτρίας χώρας ἐπιβῆναι*, id est, *non esse consentaneum, ut per aliena prædia* [1], *invitu domino* [2], *aucupium* [3] *faciatis.*

De aqua ex flumine publico ducenda.

XVII. PAPIRIUS JUSTUS lib. I de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, *aquam de flumine publico pro modo possessionum, ad irrigandos agros dividi oportere: nisi* [4] *proprio quis jure plus sibi datum ostenderit.* † Item rescripserunt, *aquam ita demum permitti duci, si sine injuria alterius* [5] *id fiat.*

De via per plures fundos imposita.

XVIII. ULPIANUS lib. XIV ad Sabinum.

VNa est via, etsi per plures fundos [6] imponatur: cum una [7] servitus sit. † Denique quæritur, an si per unum fundum iero, per alium non, per tantum tempus quanto servitus amittitur, an retineam servitutem? & magis est, ut aut [8] tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoque si nullo usus sum, tota amittitur: si vel uno [9], tota servatur.

De fundo communi.

XIX. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

SI unus ex sociis stipuletur iter ad communem fundum, inutilis est stipulatio [10], quia nec dari ei potest: sed si omnes stipulentur, sive communis servus [11], singuli ex sociis, *sibi dari oportere*, petere possunt: quia ita dari eis potest à te: [ne], si stipulator viæ plures [12] heredes reliquerit, inutilis stipulatio fiat.

Si ex duabus servitutibus altera remittatur. 1. Si servitus fundum servientem ladit. 2. De emptione fundi medu. 3. De aqua hausta.

XX. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI mihi eodem tempore concesseris [13] & ire agere per tuum locum, & uti frui eo jus esse; deinde ego tibi concessero, jus mihi uti frui non esse: non aliter eo loco uteris frueris, quam ut ire agere mihi recte [14] liceat. † Item si & ducere per tuum fundum aquam jure potuero, & in eo tibi ædificare, invito me, jus non fuerit: si tibi concessero, jus esse ædificare, nihilominus hanc servitutem mihi præstare debebis, ne aliter ædifices, quam ut ductus aquæ meus maneat: totiusque [ejus] rei conditio talis esse debet, qualis esset, si una duntaxat initio concessio facta esset.

§. 1. Servitus naturaliter [15], non manufacto, lædere potest fundum servientem: quemadmodum si imbri crescat aqua in rivo, aut ex agris in eum confluat, aut aquæ fons secundum rivum, vel in eo ipso inventus postea fuerit. §. 2. Si fundo Seiano confinis fons fuerit, ex quo [fonte] per fundum Seianum aquam jure ducebam, meo facto fundo Seiano, manet servitus. §. 3. Hauriendi jus non [16] hominis, sed prædii est.

De aquæductu simpliciter concesso.

XXI. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

SI mihi concesseris [17] iter aquæ per fundum tuum, non destinata [18] parte, per quam ducerem, totus fundus tuus serviet [19].

XXII. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

SEd quæ loca ejus fundi tunc, cum ea fieret cessio, ædificiis, arboribus, vineis vacua fuerint, ea sola [20] eo nomine servient.

De latitudine viæ. 1. De servitute navigandi. 2. De fundi publicatione. 3. Servitutem omnibus fundi partibus deberi.

XXIII. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

VIa constitui vel latior octo [21] pedibus, vel angustior potest, ut tamen eam [22] latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest: alioquin iter erit, non via [23]. §. 1. Si lacus perpetuus [24] in fundo tuo est, navigandi quoque servitus, ut perveniatur ad fundum vicinum, imponi potest. §. 2. Si fundus serviens, vel is, cui servitus debetur, publicaretur, utroque casu durant servitutes: quia cum [25] sua conditione quisque fundus publicaretur [26].

§. 3. Quæcunque servitus fundo debetur, omnibus [27] ejus partibus [28] debetur: & ideo, quamvis particulatim venierit, omnes partes servitus sequitur, [&] ita ut singuli recte agant, *jus sibi esse fundi* [29]. Si tamen fundus, cui servitus debetur, certis regionibus inter plures dominos divisus est, quamvis omnibus partibus servitus debeatur, tamen opus est, ut hi, qui non proximas partes servienti fundo habebunt, transitum per reliquas partes fundi divisi [30], jure habeant: aut si proximi patiantur, transeant [31].

De aquæductu.

XXIV. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

EX meo aquæductu Labeo scribit, cuilibet posse me vicino commodare: Proculus, [contra [32]], ut ne in meam partem fundi aliam, quam ad quam servitus adquisita sit, uti ea possit: Proculi sententia verior est [33].

De aquæ divisione.

XXV. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

SI partem fundi mei certam tibi vendidero, aquæductus jus [34], etiamsi alterius partis causa plerumque ducatur, te [35] quoque sequetur: neque ibi aut bonitatis agri, aut usus ejus aquæ ratio habenda est: ita, ut eam solam partem fundi, quæ pretiosissima sit, aut maxime usum ejus aquæ desideret, ius ejus ducendæ sequatur: sed pro [36] modo agri detenti, aut alienati, fiat ejus aquæ divisio.

De servitute simpliciter legata.

XXVI. PAULUS lib. XLVII ad Edictum.

SI via, iter, actus, aquæductus legetur simpliciter per fundum, facultas [37] est heredi, per quam [38] partem fundi velit constituere servitutem: si modo nulla captio legatario in servitute fit.

De emptione fundi servientis.

XXVII. JULIANUS lib. VII Digestorum.

SI communi [39] fundo meo & tuo serviat fundus Sempronianus, & eundem in commune redemerimus, servitus extinguitur [40]: quia par utriusque domini jus in utroque fundo esse incipit. At si proprio meo & proprio tuo idem serviat, manebit servitus: quia proprio fundo per communem servitus deberi potest [41].

De itinere ad prædium duorum legato.

XXVIII. IDEM lib. XXXIV Digestorum.

ITinere ad prædium commune duorum legato, nisi [42] uterque de loco itineris consentiat, servitus neque adquiritur, neque deperit.

De aqua educenda.

XXIX. PAULUS lib. II Epitomarum Alfeni Digestorum.

QUi duo prædia confinia habuerat, superiorem fundum vendiderat: in lege ita dixerat, *ut aquam, sulco aperto, emptor educere in fundum inferiorem recte liceat*: si emptor ex alio [43] fundo aquam acciperet, & eam in inferiorem ducere vellet, *quæsitum* est, an possit id suo jure facere, necne? *Respondi*, nihil amplius, quam quod ipsius [44] fundi siccandi causa derivaret, vicinum inferiorem recipere debere.

Si

---

76 Subtile jus æquitati postponendum.

71 *Vid.* quæ notavi ad *l.* 19. ff. *ad municip.*

72 *l. ult.* ff. *comm. præd.*

73 Prohibitio unius, vim habet majorem, quam plurium concessio, *l.* 28. ff. *comm. divid. l.* 27. ff. *de servit. urban. prad. c.* 56. *de regulis. in* 6.

74 Servitutem in fundo communi solus tibi cessi: Subtili ratione hæc servitus tua aliter non fiet, quam si omnes mei socii eandem tibi servitutem confirmaverint. Novissima hac cessione a sociis facta mea anterior confirmabitur, *ut hic & l.* 18. ff. *comm. præ diorum.* Ergo ante eorum cessionem, te utentem servitute prohibere potero? Stricto jure potero, benigno non item, *ut hic.* Et sic adversus factum meum (licet jure nondum teneat) venire non possum.

75 Imo tenentur de evictione, si ut soli domini servitutem cesserunt. *l.* 46. §. 1. ff. *de evict.* nec allegare poterunt cessionem impossibilem fuisse, *arg. l.* 131. §. 1. ff. *de verb. obligat.*

76 Id est, aliquæduo enim abnutiva affirmant. *l.* 239. ff. *de verb. significat.*

77 Adde *l.* 1. ff. *eod.*

78 Iter habens, eques ire potest, *ut hic*, sed & sella & lectica vehi. *l.* 7. ff. *eod.*

79 *Vid.* quæ scripsi *ad l.* 1. ff. *eod.* Armenta autem boum, intellige ab arando. *l.* 81. §. 3. ff. *de legat.* 3. *l.* 89. ff. *de verb. sign.* alii legunt armamenta, quæ Accursius refert ad agros instruendos.

80 *Al.* trahere, & ita Cosanus 4. *Comment.* 11. Armenta *trahit*, qui præcedit: *agit*, qui sequitur: *ducit* vero, qui manu trahit. Virgil. *& ipse capellas Protinus ager ago, hanc etiam vix, Tityre, duco.* Huc referenda est actus definitio. Actum enim ita definit Annianus *ad* 1 *Paul. sent.* 17. §. 1. qua pecora minare consuevimus. Est vero *minare*, ante se agere, ut dixi ad Festum *in verbo Agaso.*

81 Servitus potest constitui ad partem divisam agri.

82 Id est, loco vineis consito, adde *l.* 9. ff. *de servit.* 83 Superficies vineæ, vitis: arvi, seges. 84 Ideoque partiarius vineæ fructus quoque arborum in ea existentium, communicabit. *Bart.* 85 Hæc fuit ratio dubitandi: quia itineris vel viæ ad vineas causa perpetua non videtur, cum vineæ possint extirpari. 86 Licet ipso jure servitus ad tempus non possit constitui. *l.* 4. ff. *de servit.* 87 Ut qualibet iri possit. §. *ult.* ff. *eod.* id est, totus fundus tuus serviet. *l.* 21. ff. *eod.* omnes ejus partes servient. *l.* 23. §. 3. ff. *eod.* in infinitum: civiliter tamen, vid. *l.* 9. ff. *de servit. l.* 25. ff. *eod.* 88 *l.* 9. ff. *de servit. l.* 20. §. 4. §. 5. ff. *de servit. urb.* 89 §. *ultim.* ff. *eod.* 90 Actus & itineris latitudo, conventionalis est, aut arbitraria: vix, legitima. 91 Imo: actus latitudo seu spatium arbitrarium non est, sed certum ac legitimum; Est enim quatuor pedum. *Festus*, in longitudinem 120. vid. *Boërium 2 de Geometria: Varronem 4 de lingua: Senecam 5. Epist.* 38.

92 De qua *l.* 8. ff. *eod* 93 In his, quæ lege finita non sunt, ad arbitrium & officium judicis recurrimus. Est igitur officium judicis pro lege, aut loco legis. 94 Servitutem constituere non possum, per quam impediatur servitus à me primo constituta. 95 Supra iter alienum arcus aquæ ducendæ causa non jure fit. vid. *l.* 11. ff. *de aqua pluv.* 96 Servitus aquæ ducendæ & itineris habendi, loco, id est, simul, non concurrunt: aliter enim concesso, alterum constitui non potest. *Zas.* 97 ὁδοιπόριον. *Synops. Basil.* 58. *tit.* 3 *c.* 15. infra aquagium Festo, aquæductus. Est vero jus aquæ ducendæ, jus, quo facto rivo, & plerumque fistulis positis uti possumus: ut hinc constet, quam differat aquæductus à rivo & fistulis. 98 *Forte* excideret, ut Græcis, ἐφ' ᾧ δέχεται. 99 Rivalibus scil. *l.* 3. §. *pen.* ff. *de aqu. quotid.* 100 Id est, aquæductum: dicitur autem quasi aquæ-agium, *Sext. Pomp.* supra, iter aquæ, Græcis ὑδροφόριον. adde *l.* 9 ff. *quemadm. servit. l.* 3. §. 5. ff. *de aqu. quotid.* 1 Vid. *l.* 3. §. 1. ff. *de aqu. rer. dom. l. ult.* §. 3. ff. *quod vi.* 2 Aliud erit dicendum, si servitutis jus adquisiero. vid. *l.* 13. *in fi.* ff. *de injur.* 3 Vel piscationem, aut vindemiam. vid. *l.* 14. *in fi.* ff. *de alimentis.* adde *l.* 11. *C. de servitutibus.* 4 Probare is cogitur, qui sibi aliquid ultra jus publicum licere ait. adde *l.* 5. ff. *de probat.* 5 † *l.* 3. §. 1 ff. *de aqua quotid.* 6 Unius scilicet. *Cujac.* 14 *observ.* 11. 7 Vid. *l.* 6. *verf. sed si* ff. *quemadm. servit.* 8 Individuum aut totum amittitur, aut totum retinetur. Igitur indivisibilia & insecabilia, pro parte amitti non possunt. 9 Usu partis, tota retinetur servitus. *l.* 2. *l.* 6. *l.* 8. §. *fin. l.* 9. ff. *quemadm servit.*

10 Vide *l.* 5. *l.* 6. §. 3. ff. *tit. prox.* 11 Vide *l.* 12. ff. *de servit.* adde *l.* 2. ff. *de servit. legata.*

12 Vide *l.* 2. §. 2. ff. *de verb. oblig.* 13 Adde *l.* 21. ff. *de servit. urban.* 14 De hac voce *Recte*, dixi ad *l.* 11. *in fi.* ff. *de duobus reis.*

15 Id est, ob læsionem servitutis naturaliter contingentem, non tenetur dominus. *Bart.* adde *l.* 1. §. 14. ff. *de aqua pluvia.*

16 Imo aquæ haustus est servitus personæ. *l.* 14. *in fi.* ff. *de alimentis.*

17 *Concedendi* verbo continetur traditio, *l.* 11. ff. *eod.* traditatio juris, *l. pen.* ff. *de don.* Naturaliter quandoque.

18 Non definita. 58 *Eclog* 3 *c.* 21.

19 Ubi non est via discreta, totum via est adde *l.* 21. ff. *eod. l.* 13. §. 1. ff. *eod. l. ult. cod. de aqua quotidiana.*

20 Indefinita permissio restringitur ad loca animus damnosa. *Bald. l.* 13. §. 1. ff. *eod. l.* 9. ff. *de servit.*

21 Vid *l.* 8. ff. *eod.*

22 Viæ latitudo necessaria ea est, ut eam latitudinem via fidtem habeat, qua vehiculum ire possit.

23 Quod ut via non prodesit, ut iter prodesit. *l.* 13. ff. *de serv.*

24 Id est, qui perpetuam causam habeat, ob fontem scil. *ut l.* 28. *in fi.* ff. *de servitut. urbanor.*

25 Publicato fundo dominante, publicantur & in publicum servitutes transeunt. Servitutes fundi, fundum publicatum sequuntur. Denique publicatio servitutem non extinguit.

26 Vid. *l.* 4. ff. *eod. l.* 12. ff. *comm. prad. l.* 20. §. 1. ff. *de adquir. rer. l.* 3. *C. hoc tit. l.* 20. ff. *si servit.*

27 Indivisibilia & Incorporalia tota in toto, & in qualibet parte totius sui sunt.

28 Vide *l.* 13. §. 1. ff. *eod. l.* 25. ff. *eod.* Jus servitutis, totum est in toto, & qualibet ejus parte, civiliter tamen. *Bart.* vid. *l.* 1. §. 16. ff. *de aqua quotid.*

29 Hoc enim fieri posse, is qui servitutem constituit, prospicere debuit: ut, eo non prævifo, sibi imputare debeat.

30 *Al.* divisionis jure. *& ita Cujac.* 9. *ad Afric. in pr.* Divisionis autem jure constituitur servitus, quoties pactum divisionis, traditioni adjicitur incontinenti.

31 Ut in venditione non intelligitur servitus concessa, nisi id expressum sit à

---

contrahentibus. *l.* 66. ff. *de contrab. empt.* Ita & in divisione, quæ venditionem imitatur. *l.* 1. *C. comm. utriusque judicii.* 32 Sic restituo. Proculus ita: ut nemo in ea parte fundi alia, quam ad aquam, &c. *arg. l.* 4. ff. *de aqua quotidiana.* ex qua lege hæc interpretationem sumere debet. adde quæ notavi *ad l.* 1. §. 35. §. 16. ff. *de aqua quotidiana.* Sententia igitur hæc fuerit: Ex aquæductu meo, vicino me recte commodaturum, *ut dict. l.* 4. sed non alia parte, quam ad quam servitus constituta sit *hac lege*, hoc est, ex aquæductu meo alii commodare nihil possum, antequam is in meam fundum pervenerit: hac enim ratione servitus esset servitutis: postquam autem ad agrum meum aquæductus pervenit (quia factus sum ejus dominus) recte possum aquæductum commodare, ut ex fundo mihi proprio. Atque ita Proculus Labeonis sententiam non evertit, sed temperat. Nisi si Proculi hæc sententia sit, ut servitutem certæ parti fundi mei debitam derivare in aliam partem non possim: ita nec servitutem aquæductus à te mihi concessam alteri, te invito, concedere possum. Cur? servitutis modum nemo mutare potest, eo invito, cujus interest. *l.* 5. *in fi.* ff. *eod. l.* 12. *in fi.* ff. *eod. l.* 11. *de servit.* 33 Ut nemo scilicet possit ex fuo aquæductu (quem habet ex fundo alieno) aquam alteri concedere. *Bart. l.* 33. *in fi.* ff. *eod.* vid. tamen *l.* 1. §. 1. §. 16. §. 44. ff. *de aqua.* & quæ superius dixi. 34 *l.* 23. §. 3. ff. *eod.* 35 Servitus per se indivisibilis: commoditas tamen est dividua. 36 Emptor partis prædii dominantis, pro rata partis emptæ jus servitutis consequitur a domino prædii servientis, æque ac is, qui optimam partem prædii dominantis acquisierit. Hinc ait Bartolus, divisionem aquæ fieri ad mensuram prædii dominantis, non inspecta partium bonitate vel necessitate. 37 Indefinita, simplex & indeterminata concessio servitutis, finitur à debitore: & intelligenda est ex debitoris electione. *Garb.* Obst. *l.* 9. *de servit. l.* 21. *b. t. l. ult.* ff. *de ag. quot. & æstiv.* §. 22. *Inst. de leg.* Anf. Solve: hic per damnationem, illic per vindicationem res legatur. Cujac. ad *d. l.* 9. *de servitut.* S. L. Vid. Donell. 11 *comment.* 13. Bronch. *cent.* 2. *aff.* 6. *l.* 13. §. 1. *b. t.* Anf. 38 *l.* 13. §. 3. ff. *eod.* 39 Fundo nobis communi, si fundum servientem emimus, servitutem extinguemus. Quid si non communi, sed meo proprio, ac tuo proprio servientem, in commune emerimus? servitus minime extinguetur. 40 Si facit fundum emisse, qui communibus prædiis serviat, servitus extinguitur. *Zas.* num. 31. & ita pars simili (qui mihi cum altero communis est ei fundo (qui mihi proprius erit,) servire potest. *Idem n.* 27. *hic.* 42 Adde *l.* 2. §. *ult.* ff. *quib. mod. usufr. amit.* 43 Concessio determinata hoc operatur, ut quis ea non possit uti, nisi secundum formam limitationis. *Bald.* Id est, in alio prædio, quam dominantem, *ut hic.* & in alium, quam nominatim servientem. *l.* 24. ff. *eod.* 44 *l.* 5. *in fin.* ff. *eod.*

Si venditor ſumſit aquam, & circa eam late pedes decem exceperit.

XXX. IDEM lib. IV Epitomarum Alfeni Digeſtorum

QUi duo prædia habebat, in unius venditione *aquam*, quæ in fundo naſcebatur, & *circa eam aquam late* 41 *decem pedes excepera*t: *Queſtum* eſt, utrum dominium loci ad eum pertineat: an, ut per eum locum accedere poſſit? *Reſpondit*, ſi ita recepiſſet, CIRCA FAM AQUAM LATE PEDES DECEM, iter 42 dumtaxat videri venditoris eſſe.

Utrum locus medius confuſionem ſervitutu impediat.

XXXI. JULIANUS lib. II ex Minicio.

TRia 43 prædia continua trium dominorum adjecta 44 erant: imi prædii dominus, ex ſummo fundo, imo fundo ſervitutem aquæ quæſierat: & per medium 45 fundum, domino concedente 46, in ſuum agrum ducebat: poſtea idem ſummum fundum emit 47: deinde imum fundum, in quem aquam induxerat, vendidit: *Queſtrum* eſt, num imus fundus id jus aquæ amiſiſſet: quia cum 48 utraque prædia ejuſdem domini facta eſſent, ipſa ſibi ſervire non potuiſſent? Negavit, amiſiſſe ſervitutem: quia prædium, per quod aqua ducebatur, alterius fuiſſet, & quemadmodum 49 ſervitus ſummo fundo, ut in imum fundum aqua veniret, imponi aliter non potuiſſet 50, quam ut per medium quoque fundum duceretur, ſic eadem ſervitus ejuſdem fundi amitti aliter non poſſet, niſi eodem tempore 51 etiam per medium fundum aqua duci deſiſſet, aut omnium tria ſimul prædia unius domini facta eſſent 52.

De parte fundi communi ſocio tradita.

XXXII. AFRICANUS lib. VI Quæſtionum.

FUndus mihi tecum communis eſt; partem tuam mihi tradidiſti 53, & ad eundem viam per vicinum tuum proprium: Recte eo modo ſervitutem conſtitutam ait: neque quod dici ſoleat 54, *per partes nec adquiri, nec imponi ſervitutes poſſe*, iſto caſu locum habere: Hic enim non per partem ſervitutem adquiri, utpote 55 cum in id tempus adquiratur, quo proprius meus fundus futurus ſit.

Si in diviſione ſervitus imponatur. 1. De hauſtu & aqueductu.

XXXIII. IDEM lib. IX Quæſtionum.

CUm eſſent mihi & tibi fundi duo communes, Titianus, & Scianus, & in diviſione convenifſet, ut mihi Titianus, tibi Scianus cederet, invicem 56 partes eorum tradidimus, & in tradendo dictum eſt 57, *ut alteri per alterum aquam ducere liceret*: Recte eſſe ſervitutem impoſitam, ait: maxime ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit 58. §. 1. Per plurium prædia aquam ducis, quoquo modo 59 impoſita ſervitute: niſi pactum, vel ſtipulatio etiam de hoc 60 ſubſecuta eſt: neque eorum cuivis, neque alii vicino poteris hauſtum ex rivo 61 cedere 62: pacto enim, vel ſtipulatione intervenientibus, & hoc concedi ſolet, quamvis nullum prædium ipſum ſibi ſervire, neque ſervitutis fructus 63 conſtitui poteſt 64.

An ſervitus pro parte imponatur, retineatur, remittatur. 1. Si fons exaruerit.

XXXIV. PAPINIANUS lib. VII Quæſtionum.

VNus ex ſociis fundi communis permittendo *jus eſſe ire agere*, nihil agit 65. & ideo, ſi 66 duo prædia, quæ mutuo ſerviebant, inter eoſdem fuerint communicata 67, quoniam ſervitutes pro parte retineri 68 placet, ab altero ſervitus alteri remitti non poteſt: quamvis enim unuſquiſque ſociorum ſolus ſit, cui ſervitus debetur, tamen quoniam non perſonæ, ſed prædia deberent, neque 69 adquiri libertas, neque remitti ſervitus per partem poterit.

§. 1. Si fons exaruerit 70, ex quo ductum aquæ habeo, iſque poſt conſtitutum tempus ad ſuas venas redierit, an aquæductus amiſſus erit, quæritur?

XXXV. PAULUS lib. XV ad Plautium.

ET Atilicinus ait, Cæſarem Statilio Tauro 71 reſcripſiſſe, in hæc verba: *Hi, qui ex fundo Sutrino aquam ducere ſoliti ſunt, adierunt me, propoſuerunt que, aquam, qua per aliquot annos uſi ſunt, ex fonte, qui eſt in fundo Sutrino, ducere non potuiſſe, quod fons exaruiſſet 72: & poſtea ex eo fonte aquam fluere cœpiſſe: petierunt que* [a] *me, ut, quod jus non negligentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur: Quorum mihi poſtulatio cum non iniqua viſa ſit, ſuccurrendum 73 his putavi. Itaque quod jus habuerunt* [runc,] *cum primum ea aqua pervenire ad eos non potuit, id eis reſtitui placet.*

De venditione fundi, cui ſervitus debetur.

XXXVI. IDEM lib. III Reſponſorum.

CUm fundo, quem ex duobus retinuit venditor, aquæ ducendæ ſervitus impoſita ſit, empto prædio quæſita ſervitus diſtractum denuo prædium 74 ſequitur: Nec ad rem pertinet, quod ſtipulatio, qua pœnam promitti placuit 75, ad perſonam emptoris, ſi ei forte frui non licuiſſet, relata eſt 76.

De uſu aquæ perſonali.

XXXVII. IDEM lib. III Reſponſorum.

Λίκιος Τίτιος Γαΐῳ Σείῳ τῷ ἀδελφῷ πλεῖστα χαίειν. ὕδατος τοῦ ῥέοντος εἰς τὸν κρήνλαο τὸν κατεσκευασθέντα ἐν ἰδιωτικῷ ἐστὶ τοῦ πα-

41 In latitudinem. 42 Id eſt, qui fundum vendit, & aquam latam pedes decem excipit, non dominium loci, ſed ſervitutem excipit. adde *l.* 27. §. 31. *infra ad l. Aquil.* 43 Vid. *l.* 29. §. 1. *infra tit. proxim.* 44 Juncta, objecta, id eſt, ita poſita, ut ex ſummo prædio aqua duci poſſet ad fundum interiorem. Nam Accurſius *objecta* male interpretatur, ſimul conjuncta. 45 Medium uti eſt, ita impeditur adquiſitio, aut conceditur retentio. 46 Alias, ſine conceſſione, medium prædium ſervitutem ruſtici prædii impedit. *l.* 7. *in fin. ff. eod.* 47 Tali emptione videtur ſervitus extingui, *l.* 27. *ſupra eodem.* & hinc naſcitur ratio dubitandi. 48 Confuſione fundi ſervientis & dominantis, interit ſervitus. 49 Ratio decidendi, à ſimili ſumpta. 50 *Dicta lege* 27. 51 Id eſt, niſi tempore imi fundi venditi. 52 Dominus trium prædiorum, in imum fundum venditum, ſervitutem retinere poteſt, ſi tempore imi venditi, in eum, à medio & ſuperiore fundo aqua decurrebat: quod ſi tunc non decurrebat, jus ſervitutis amittit, ac ſi tria ipſa prædia vendidiſſet vide *l.* 15. *ff. quemadmod. ſervit. amitt.* 53 Et ita communis eſſe deſiit: proinde hic non ſtipulor ſervitutem fundo communi, vel meo futuro ut hic in fine perperam legitur. ſed iam meo, ac proprio facto per traditionem. 54 *l.* 8. *in fi. ff. de ſervit.* 55 Verius fortaſſe dixiſſet Africanus in hac ſpecie, fundo mihi proprio plane, ac jam quæſito ſervitutem a te conſtitutam: proprio, inquam, ac meo, id eſt, poſt traditionem tuæ partis mihi factam, cum nulla amplius tibi pars eſſet in eo fundo: Traditione partis tuæ mihi facta, partem eam tuam eſſe deſiſſe: proinde cum nihil tibi amplius commune eſſet in fundo. Itaque melius vel Africanus dixiſſet, aut certe melius apud eum ita legeretur, *utpote, cum per id tempus adquiratur, quo proprius meus fundus factus ſit*: niſi antea legas, *mihi traditurus ad eundem*, &c. 56 Diviſio ſit permutatione partium: ob id dicitur vicem emptionis obtinere. *l.* 1. *C. de rerum permutat.* 57 *l.* 6. §. 2. *ff. comm. prædior.* 58 Vel pœna. vid. *l.* 15. *ff. de tranſact. l.* 2. *in fi. ff. de rivis.* 59 Hoc eſt, vel pacto, vel ſtipulatione. 60 Id eſt, ut poſſem ex rivo a te mihi conceſſo, alii etiam hauſtum concedere. 61 Rivi recte hic fit mentio: Nam cui jus aquæ ducendæ conceditur, & rivi faciendi conceditur. *l.* 20. *ff. de damno.* Rivus, eſt iter aquæ: Aqueductus, jus habendi aquam in prædio alieno. 62 Quia nemo, niſi dominus fundi ſervitutem conſtituere poteſt. *l.* 1. §. 1. *ff. tit. prox.* niſi, ut *ff. eod.* dicitur. 63 Vel ſervitus. *l.* 1. *ff. de uſufr. legato.* Servitutis ſervitus prædialis vel perſonalis non eſt. Eſt enim ſervitus qualitas prædii. Qualitas autem qualitatis, ut & accidentis accidens non eſt, Ariſt. 3 *metaph.* 4. τὸ δὲ συμβεβηκὸς, ἢ συμβεβηκότι συμβεβηκός. Igitur non poſſum ex rivo, quem in alieno fundo habeo, jure ſervitutis, vel domino ejuſdem fundi vel alii cedere ſervitutem hauſtus, vel prædialem, vel perſonalem. Hoc tamen loco Antonius Faber, 5 *conjecturarum* 11, legit, *cum ſervitutis ſervitus conſtitui non poſſit, fructus poſſit*: & reprehendit etiam Caſtrenſem, *fructus* nomen accipientem pro commoditatis ceſſione, quæ ſervitus quædam eſſe videtur. 64 Atque ita conſtituta ſervitus vires capiet, non ab eo, qui ceſſit, ſed ab eo, qui cedi permiſit. *Duar.* 65 *l.* 2. *ff. de ſervitutib.* 66 Adde *l.* 8. *ff. de ſervitutib. l.* 30. *in fi. ff. de ſervit. urbanorum.* 67 Inter ſervientem & dominantem prædiis communicatis ſervitus prædii non extinguitur, *ut hic.* æque ac ſi in commune emerimus prædium, quod meo ac tuo fundo ſerviat: & tamen ſi in ſocietate ſundum emerimus, qui communibus prædiis ſerviat, ſervitus extinguetur. *l.* 27. *ff. eod.* 68 Atque ita conſtituta ſervitus vires capiet, non ab eo, qui ceſſit, ſed ab eo, qui cedi permiſit. *Duar.* 69 *l.* 2. *ff. de ſervitutib.* 70 Adde *l.* 8. *ff. de ſervitutib. l.* 30. *in fi. ff. de ſervit. urbanorum.* 71 Inter ſervientem & dominantem prædiis communicatis ſervitus prædii non extinguitur, *ut hic.* æque ac ſi in commune emerimus prædium, quod meo ac tuo fundo ſerviat: & tamen ſi in ſocietate ſundum emerimus, qui communibus prædiis ſerviat, ſervitus extinguetur. *l.* 27. *ff. eod.* 72 *l.* 30 §. 1. *ff. de ſervit. urbanorum. l.* 8. *ff. de ſervit. l.* 140. §. 2. *ff. de verb. oblig.* licet conſtitui non poſſit. *l.* 6. §. 1. *ff. comm. prædiorum.*

73 Pro parte indiviſa libertas communi fundo adquiri, ut & eadem ſervitus debita pro parte remitti non poteſt, *ut hic. & l.* 5. *ff. comm. prædiorum.* 74 *l.* 35. *ff. eod.* alia ex cauſa, quam æſtatis: non ex tali fonte ſervitus concedi non poteſt. *arg. l.* 27. *in fi. ff. tit. prox.* 75 *Al.* Severo, *ut Inſt. de militt. teſtam.* 76 *l.* 34. *in fi. ff. eod.* vide *Alexand. ab Alex.* 4 *genial.* 5. 77 Id eſt, qui non ſua culpa jus fontis amiſerunt, ex æquo & bono juvandi ſunt: nam ob juſtam cauſam reſtitutio ſolet concedi. *l.* 1. *in fi. ff. ex quib. cauſ. majores.* 78 Vide *l.* 4. *ff. eod.* 79 Eo caſu, quo contra factum eſſet. *l.* 2. *& pen. ff. de verb. oblig.* 80 Nec enim tantæ ſunt autoritatis privatorum ſtipulationes, ut naturam ſervitutis mutent, exque reali perſonalem faciant: aget ergo in hac ſpecie ſecundus emptor in primum venditorem confeſſoria.

πρὸς μὲ, δίδωμι καὶ χαρίζομαί σοι διὰκτυλον εἰς τὸν οἰκίαν σου τὸν ἐν τῇ ἰσθμῷ, ἤτοι ὅ ἐν βάλλει

Id eſt,

LUcius Titius, G. Scio fratri S. P. D. *De aqua fluente in fontem, quem pater meus in Iſthmo inſtruxit, do concedoque tibi gratuito digitum, ſive ad domum, quam in Iſthmo tenet, ſive quocumque tandem voluerit*: Quæro, an hac 81 ſcriptura uſus aquæ etiam ad heredes Gaii Seii pertineat? Paulus reſpondit, uſum aquæ perſonalem ad heredem Seii quaſi uſuarii tranſmitti non oportere 82.

An flumine intervenicnte, via conſtitui poſſit.

XXXVIII. IDEM lib. I Manualium.

FLumine interveniente, via conſtitui poteſt 83: ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habeat. Diverſum, ſi pontonibus 84 trajiciatur 85. Hæc ita, ſi per unius prædia flumen currat: alloquin ſi tua prædia mihi vicina ſint, deinde flumen, deinde Titii prædia, deinde via publica, in quam iter mihi acquiri volo, diſpiciamus, ne nihil vetet, à te mihi viam dari uſque ad flumen, deinde à Titio uſque ad viam publicam? Sed videamus, num &, ſi tu eorum prædiorum dominus ſis, quæ trans flumen intra viam publicam ſint, idem juris ſit: quia via 86 conſummari ſolet, vel civitate tenus, vel uſque ad viam publicam, vel uſque ad flumen 87, in quo pontonibus trajiciatur, vel uſque ad proprium aliud ejuſdem domini prædium? Quod ſi eſt, 88 non videtur interrumpi ſervitus, quamvis inter ejuſdem domini prædia flumen publicum intercedat.

81 Vis, oplnor, latet in verbo *habuerit* (hoc eſt, ſervitus perſonalis facta eo verbo eſt) aut potius in verbo *tibi*, ut ea ratione heres ceſſionarii non contineatur. 82 Cur ita? collige ex *l.* 4. *in fi. ff. eod.* 83 Flumen publicum viam non impedit, ſi aut vado tranſiri poteſt, aut pontem habeat. 84 *Ponto* genus eſt Gallici navigii *teſte Cæſare, ſum bac*. Goth. Pontones ſunt naves trajiciendis hominibus idoneæ: quarum meminit A. Gell. & Appul. *de auren aſino*. Alii navigium tabularum intelligunt duobus lintribus conjunctum. Vid. plura apud Girald. in libro *de navigiis*. & Lazar. Baif. *de re navali*. Adde Alciat. *parerg. lib.* 6. *cap.* 13. Edmund. Merill. *lib. ſingul. cap.* 6. ita dicti, quod iis loco pontis utantur. *Anſ.* 85 Tunc enim magnitudo fluminis, eſt impedimento tranſeunti. *l.* 17. §. 2. *ff. de aqua pluvia.* 86 *l. ult. ff. de locis & itineribus.* 87 Ad flumen publicum, in quo, &c. *Goveanus*, 1 *Variar.* 36. quo vocabulo intelligit perenne, non aquam torrentem.

TIT. IV.

COMMUNIA [1] PRÆDIORUM, TAM URBANORUM, QUAM RUSTICORUM.

Quæ ſunt prædia urbana. 1. Cur ſervitutes prædiorum appellantur, & quibus deberi poſſunt.

I. ULPIANUS lib. II Inſtitutionum.

ÆDificia urbana quidem *prædia* appellamus: cæterum, & ſi in [2] villa ædificia ſunt, æque ſervitutes urbanorum prædiorum conſtitui poſſunt. §. 1. Ideo autem hæ *ſervitutes prædiorum* appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt: Nemo enim poteſt ſervitutem adquirere, vel urbani, vel ruſtici prædii, niſi qui habet prædium 3.

De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel hauriendi, & de ſervitute caſtello impoſita.

II. IDEM lib. XVII ad Edictum.

DE aqua per rotam 4 tollenda ex flumine 5, vel hauriendi, vel ſi quis ſervitutem caſtello 6 impoſuerit, quidam dubitaverunt, ne hæ ſervitutes non eſſent 7: Sed reſcripto Imperatoris Antonini ad Tullianum adjicitur, licet ſervitus jure 8 non valuit, ſi tamen hac lege comparavit, ſeu alio quocumque legitimo modo ſibi hoc jus adquiſiit, tuendum eſſe 9 eum, qui hoc jus poſſedit 10.

De prædio, quod alienatur.

III. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

DUorum prædiorum dominus, ſi 11 alterum ea lege tibi dederit, *ut id prædium, quod datur, ſerviat ei, quod ipſe retinet*, vel contra, jure impoſita ſervitus intelligitur.

De monumento.

IV. JAVOLENUS lib. X ex Caſſio.

CAveri, *ut ad certam altitudinem monumentum ædificetur*, non poteſt 12: quia id, quod humani juris eſſe deſiit, ſervitutem non recipit: ſicut nec illa quidem ſervitus conſiſtere poteſt, *ut certus* 13 *numerus hominum in uno loco humetur.*

Si quis ſibi & alteri ſervitutem receperit.

V. IDEM lib. II Epiſtolarum.

PRoprium 14 ſolum vendo, an ſervitutem talem injungere poſſim, *ut mihi & vicino ſerviat?* Similiter ſi commune ſolum vendo, *ut mihi & ſocio ſerviat*, an conſequi poſſim? *Reſpondi:* * Servitutem 15 recipere, niſi ſibi 16, nemo poteſt. Adjectio itaque vicini pro ſupervacuo habenda eſt: ita ut tota ſervitus ad eum, qui receperit, pertineat. Solum autem commune vendendo, *ut mihi, & ſocio ſerviat*, efficere non poſſum: quia per unum ſocium communi ſolo ſervitus adquiri non poteſt.

De prædio, quod totum, vel pro parte alienatur. 3. De exceptione ſervitutu.

VI. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

SI quis duas ædes habeat, & alteras tradat, poteſt legem traditioni dicere 17: *ut vel iſtæ, quæ non traduntur, ſervæ ſint his, quæ traduntur*. vel contra: *ut tradita retentis ædibus ſerviant*: parvique referet, vicinæ ſint ambæ ædes, an non. † Idem erit & in prædiis ruſticis: nam & ſi quis duos fundos habeat, alium alii poteſt ſervum facere, tradendo. Duas autem ædes ſimul tradendo non poteſt efficere alteras alteris ſervas: quia neque adquirere alienis 18 ædibus ſervitutem, neque imponere poteſt. §. 1. Si quis partem ædium tradet, vel partem fundi, non poteſt ſervitutem imponere: quia per 19 partes 20 ſervitus imponi non poteſt, ſed nec adquiri. † Plane, ſi diviſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diviſo,

1 58 *Eclog.* 4.

2 *iv ἐγγρ.* 58 *Eclog.* 4. 1.

3 Quod non de ſingulari tantum perſona, ſed & de municipio, civitate & univerſitate accipiendum eſt. *lege* 12. *ff. de ſerv.* 4 *l.* 40. *in fi ff. de contrab. empt.* 5 Non quærit Ulp. liceat necne ex privato flumine aquam ſitulis, urceis, vel urnis haurire: ſed an ſervitus prædio imponi poſſit, ut aqua ex eo per rotam, tympanum, cochleam, vel aliud quodvis organum hydraulicum hauriatur privato: nam fruſtra ceditur aquæ hauſtus ex flumine publico. *l. tertia. §. ult. ff. tit. prox.* 6 In quod, quod rota extulit, infundit. 10 *Vitruv.* 9. 7 Et merito; quia caſtellum perpetuam cauſam non habet, neque naturaliter, ſed vel manu, vel organis aqua in illud infunditur. Præterea vix eſt, ut prædia tanta aquæ copia indigeant, ut adhiberi organa oporteat, vide *Cujac.* 3 *obſerv.* 28. ubi etiam ſelecta de rotæ tormento notat. 8 Summo ſcilicet, ex rationibus ſuperius adductis. 9 Per Prætorem ex æquo & bono: facit *l.* 1. *in fin. ff. tit. prox.* 10 Eo ſcilicet modo, quo id jus poſſideri poteſt. Nec enim neceſſe fuit à Juriſconſultis particulam *quaſi* omnibus locis inſeri. Res corporales, vere; incorporales, fi-

ctione: Illæ & natura & legibus tenentur: hæ prudentum autoritate & imagine, ſeu ficte. 11 Vide *l.* 6. *ff. eodem.* 12 Reperio tamen apud Ciceronem 2 *de legibus*, Athenienſium lege cautum fuiſſe, ne quis ſepulchrum extrueret operoſius, quam quod decem homines efficiſſent triduo, nec id opere etiam tectorio cooperiri, nec Hermas, quos vocant, licebat ei imponi. Demetrius vero noluit ſuper terræ tumulum quid etiam ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, aut labellum. Plato vetat ſepulchrum extrui altius, quam quod quinque homines quinque diebus abſolverint, nec è lapide excitari plus, nec imponi, quam quod capiat laudem mortui inciſam quatuor heroïcis verſibus, quos *longos* appellat Ennius. Hæc Cicero. vide *Platonem ultimo de legibus*. 13 Vide *l.* 11. *ff. de religioſis.* 14 *Eclog. tit. c.* 5. Goth. Vide Anton. Auguſtin. *Emendat. lib.* 3. *cap.* 6. Aeſ. 15 Vide *l.* 34. *ff. de ſervitut. ruſtic.* ubi dixi. adde *l.* 6. § 3. *ff. eod.* 16 Vide *l.* 4. *ff. eod.* 17 *l.* 3. *ff. eod. l.* 19. *ff. de uſufruct. l.* 33. *ff. tituli proxim.* 18 Vide *l.* 8. *ff. eodem.* 19 *Vide l.* 8. *ff. de ſervitutibus.* 20 *Subaudi* indiviſus.

visо [21], potest alterutri servitutem imponere: quia non est pars fundi, sed fundus: Quod & in ædibus potest dici, si dominus, pariete medio ædificato, unam domum in duas diviserit (ut plerique faciunt [22]): nam & hic pro duabus domibus accipi debet.

§. 2. Item, si duo homines binas [23] ædes communes habeamus, simul tradendo, idem efficere possumus, ac si ego solus proprias binas ædes haberem. Sed, & si separatim tradiderimus, idem fiet: sic tamen, ut novissima [24] traditio efficiat etiam præcedentem traditionem efficacem. §. 3. Si tamen alteræ unius propriæ sint ædes, alteræ communes, neutris servitutem vel adquirere, vel imponere me [25] posse, Pomponius lib. VIII ex Sabino scripsit. Si in venditione quis dixerit, *servas fore ædes, quas vendidit*, necesse non habet liberas tradere [26]: Quare vel suis ædibus eas servas facere potest, vel vicino concedere servitutem, scilicet ante traditionem. Plane si *Titio servas fore* dixit, si quidem Titio servitutem concesserit, absolutum est: si vero alii concesserit, ex empto tenebitur [27]. A quo non abhorret, quod Marcellus lib. VI Digestorum scribit: si quis in tradendo dixerit *fundum Titio servire*, cum ei non serviret, esset autem obligatus venditor Titio ad servitutem præstandam, an agere possit ex vendito, ut emptor servitutem imponi patiatur prædio, quod mercatus est? Magisque putat, permittendum agere. Idemque ait, & si possit venditor Titio servitutem vendere, æque agere permittendum. Hæc ita demum, si recipiendæ servitutis gratia id in traditione expressum est. Cæterum, si [28] quis (inquit) veritus, ne servitus Titio debeatur, ideo hoc excepit, non erit ex vendito actio, si nullam servitutem promisit.

1. An locus medius impediat servitutem.

VII. Paulus lib. V ad Sabinum.

IN tradendis unis ædibus ab eo, qui binas habet, species servitutis exprimenda [29] est [30]: ne, si generaliter *servire* dictum erit, aut nihil valeat, quia incertum sit, quæ servitus excepta [31] sit, aut omnis [32] servitus imponi debeat. §. 1. Interpositis quoque alienis ædibus imponi potest [33]: [veluti], *ut altius tollere, vel non tollere liceat*: vel etiam, si iter debeatur, *ut ita* [34] *convalescat, si mediis ædibus servitus postea imposita fuerit*: Sicuti per plurium prædia [35] servitus imponi etiam diversis temporibus potest. Quamquam dici potest, si tria prædia [36] continua habeam, & extremum tibi tradam, vel tuo, vel meis prædiis servitutem adquiri posse: si vero extremo, quod retineam, quia & medium meum sit, servitutem consistere: sed si rursus, aut id, cui adquisita sit servitus, aut medium alienavero, interpellari eum, donec medio prædio servitus imponatur.

De duabus insulis eodem momento duobus traditis.

VIII. Pomponius lib. VIII ad Sabinum.

SI, cum duas haberem insulas duobus eodem [37] momento tradidero, videndum est, an servitus alteutris imposita valeat: quia * alienis quidem ædibus, nec imponi, nec adquiri [38] servitus potest: sed, ante traditionem peractam, suis magis adquirit, vel imponit is, qui tradit: ideoque valebit servitus.

De confusione, & restitutione servitutis.

IX. Idem lib. X ad Sabinum.

SI ei, cujus prædium mihi serviebat, heres extiti, & eam hereditatem tibi vendidi, restitui [39] in pristinum statum servitus debet: quia id agitur, ut quasi tu heres videaris extitisse.

De exceptione servitutis.

X. Ulpianus lib. X ad Sabinum.

QUidquid venditor, servitutis nomine, sibi recipere vult, nominatim recipi oportet: nam illa generalis [40] receptio, QUIBUS [41] *EST* SERVITUS UTIQUE [42] EST: ad extraneos pertinet, ipsi nihil prospicit venditori ad jura ejus conservanda [43]: nulla enim habuit: quia nemo [44] ipse sibi servitutem debet: quinimo, & si debita fuit servitus, deinde dominium [45] rei servientis pervenit ad me, consequenter dicitur extingui servitutem.

Quæ jura tacite sequuntur servitutem.

XI. Pomponius lib. XXXIII ad Sabinum.

REfectionis gratia, accedendi ad ea loca, quæ non serviant, facultas tributa est his, quibus servitus debetur: qua tamen accedere eis sit necesse [46]: nisi in cessione servitutis nominatim præfinitum sit, qua accederetur: & ideo nec secundum rivum, nec supra eum, si forte sub terra aqua ducatur, locum religiosum dominus soli facere potest, ne servitus intercat: & id verum est: sed & depressurum [47] vel adlevaturum rivum [48], per quem aquam jure duci potestatem habes: nisi si, ne id faceres, cautum sit. §. 1. Si prope [49] tuum fundum jus est mihi *aquam rivo ducere*, tacita hæc jura sequuntur, ut [50] reficere mihi rivum liceat: ut adire, qua proxime possim ad reficiendum eum ego, fabrique mei: item, ut spatium relinquat mihi dominus fundi, quo, dextra & sinistra, ad rivum adeam, & quo terram, limum [51], lapidem, arenam, calcem jacere possim.

Servitutes sequi prædium. De prædiis urban. & rustic.

XII. Ulpianus lib. XV ad Sabinum.

CUm fundus fundo servit, vendito quoque fundo, servitutes sequuntur [52]. Ædificia quoque fundis, & fundi ædificiis eadem conditione serviunt.

De piscatione thynnaria. 1. De lapide cædendo.

XIII. Ulpianus lib. VI Opinionum.

VEnditor fundi Geronani, fundo Borroiano, quem retinebat, legem dederat, *ne contra eum piscatio thynnaria* [53] *exerceatur*. Quamvis mari [54], quod natura omnibus [55] patet, servitus imponi privata [56] lege non potest, quia [57] tamen * bona [58] fides contractus legem servari venditionis [59] exposcit, personæ possidentium, aut in jus eorum succedentium, per stipulationis vel venditionis legem obligantur [60]. §. 1. Si constat, in tuo agro lapidicinas esse, invito te [61], nec privato, nec publico nomine [62] quisquam lapidem cædere potest, cui id faciendi jus non est, nisi talis consuetudo [63] in illis lapidicinis constat, ut, si quis voluerit ex his cædere, non [64] aliter hoc faciat, nisi prius solitum solatium [65] pro hoc domino præstat: ita tamen lapides cædere debet, postquam satisfaciat domino, ut neque usus necessarii [66] lapidis intercludatur, neque commoditas rei, jure, domino adimatur.

De modo itinere.

XIV. Julianus lib. XLI Digestorum.

ITer nihil prohibet, sic constitui [67], *ut quis interdiu duntaxat eat*: quod fere circa prædia urbana etiam necessarium est [68].

De eadem servitute pluribus concessa.

XV. Paulus lib. I Epitomarum Alfeni Digestorum.

QUi per certum locum iter, aut actum alicui cessisset, cum pluribus [69], per eundem locum, vel iter, vel actum cedere posse, verum est. Quemadmodum si quis vicino suas ædes servas fecisset, nihilominus aliis, quot vellet, multis eas ædes servas facere potest.

De testamento.

XVI. Gaius lib. II Rerum cottidianarum [sive aureorum].

POtest etiam [70] in testamento [71] heredem suum quis damnare, *ne altius ædes suas tollat, ne luminibus adium vicinarum officiat*, vel, *ut patiatur eum tignum in parietem immittere*, vel *stillicidia adversus eum habere*, vel *ut patiatur vicinum per fundum suum, vel heredis ire, agere, aquamve ex eo ducere*.

De precario.

XVII. Papinianus lib. VII Quæstionum.

SI precario [72] vicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto, *quod precario [habet]*, agi non poterit: nec [73] maceria posita, donatio servitutis perfecta intelligitur [74]: nec utiliter intendetur, *jus sibi esse, invito te, ædificatum habere*: cum [75] ædificium [76] soli conditionem secutum, inutilem faciat intentionem [77]. Cæterum, si in suo maceriam precario, qui servitutem tibi debuit, duxerit, neque libertas usucapietur [78], & interdicto, *quod precario [habet]*, utiliter cum eo agetur. Quod si donationis causa permiseris, & interdicto agere non poteris, & * servitus [79] donatione tollitur.

De pluribus dominis servitutem imponentibus, vel adquirentibus.

XVIII. Paulus lib. I Manualium.

REceptum est, ut plures domini, & non [80] pariter cedentes, servitutes imponant, vel adquirant: ut tamen ex novissimo [81] actu etiam superiores confirmentur: perindeque sit, atque si eodem tempore omnes cessissent, & ideo, si is, qui primus cessit, vel defunctus sit [vel alio genere], vel alio modo partem suam alienaverit, post deinde socius cesserit, nihil agetur: cum enim postremus cedat, non retro adquiri servitus videtur: sed perinde habetur, atque si [post], cum postremus cedat, omnes cessissent. Igitur rursus hic actus pendebit [82], donec novus socius cedat. † Idem juris est, & si uni ex dominis cedatur, deinde [in persona socii] aliquid horum acciderit. † Ergo & ex diverso, si ei, qui [non] cessit, aliquid [tale] eorum contigerit, ex integro omnes cedere debebunt: tantum enim tempus eis remissum est, quo dare facere [possunt] vel diversis temporibus possint: & ideo non potest uni vel unus cedere. † Idemque dicendum est, [&] si alter cedat, alter leget servitutes: nam, si omnes socii legent servitutes, & pariter eorum adeatur hereditas, potest dici, utile esse legatum, si diversis temporibus inutiliter dies legati cedit: * nec enim sicut [83] viventium, ita [84] defunctorum [85] actus suspendi, receptum est.

53 De thynno ejus captura, adde Plin. *q. c. 15.*

54 Mare natura omnibus patet, id est, liberum est ad piscandum.

55 *l. 1. in fin. ff. de acq. rer. dom.*

56 Vide *l. 14. ff. de injuriis.* Mari servitus imponi à privato non potest, *ut hic.* & principe potest.

57 Servitutis jure quiddam subsistere non potest, quod jure obligationis possit recte subsistere.

58 *l. 4. C. de obligat.* Goth. Vide Goed. *de contrab. stipulat. c. 8. n. 31.* Anf.

59 *l. 11. §. 1. ff. de act. empt.*

60 Heres enim juris est successor. *l. 59. §. heredes. ff. de hered. instit.*

61 *l. 2. in princ. ff. de his, qui sunt sui. l. ult. in fin. C. de pactis.*

62 Vide quæ notavi ad *Novell. 85.* sic Cicero 2 *offic.* videndum, inquit, erit ei, qui Reipublicam administrat, ut sua quisque teneat, neque de bonis privatorum publice diminutio fiat.

63 Consuetudo loci tantum præstat, quantum lex ejus. vide *l. 3. §. 4. ff. quod vi, aut clam.*

64 Consueto jure uti qui desiderat, id, quod ipse eo nomine debeat, antea præstare cogitur.

65 Consuetudine quis cogi potest ad res suas distrahendas, honesto tamen pretio. *Bart.* vide Pragmaticam Justiniani, *cap. 18.*

66 Siquidem pública utilitas privatæ anteponitur.

67 Id est, temporibus secerni. *l. 4. 5. ff. de servitut.*

68 Durum enim esset, cuiquam licere noctu per nostras ædes iter facere.

69 *l. 2. §. 1. ff. tit. prox.*

70 Servitus constitui testamento potest.

71 *l. 3. l. 6. ff. de usufr. junct. l. 5. ff. de servitut. l. 31. ff. de servitut. urban. §. ult. Inst. de servitut.*

72 Id est, quamdiu volam. *l. 1. l. 15. l. ult. ff. de precario. l. 4. ff. de servitutibus.* ubi dixi.

73 Qui maceriam (hoc est, murum, sine calce) in suo poni patitur, donare servitutem non intelligitur. Unde colligunt, præsumi precarium potius, quam donationem. 74 Qui in suo, vel veriente prædio maceriam pro precario patitur, jus servitutis ædificanti non concedit: ideoque si ædificans maceriam tollere negligit, qui permisit, eam demoliri potest. *l. 26. ff. de servitut. urban. l. 29. §. 1. ff. ad leg. Aquil.* 75 Id est, cum si fumnio jure velis agere, possis etiam ei objicere ædificium solo cedere. *l. 2. C. de rei vindicat.* 76 Maceriam, seu murum sine calce solo cedere hinc constat. 77 Id est, actionem. 78 Precario possidens, adversus concedentem non præscribit. *l. 10. ff. tit. prox.* 79 Donari servitus potest. 80 Id est, non eodem tempore. *vers. atque si eod. tempore. ff. eod.* 81 Unus sociorum servitutem cedere potest: sed hujus cessionis vis pendet, donec consocii cedant. *l. 6. §. 2. ff. eod. l. 11. ff. de servit. rust.* Zas. 82 Imo non pendebit. *l. 26. ff. de stipulatione servorum.* 83 In pendenti contractus esse possunt: at non voluntates ultimæ. *Roman. singulari 28.* 84 Et judiciorum. *l. 36. ff. de judiciis.* 85 Imo defunctorum actus suspendi possunt. *l. 26. ff. de stipul. servorum.*

TIT. V.

SI SERVITUS VINDICETUR VEL AD ALIUM PERTINERE NEGETUR.

Cui datur actio de servitute, de sepulchro, & via ad sepulchrum.

I. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

ACtiones [2] de servitutibus rusticis, sive urbanis, eorum sunt, quorum prædia sunt. Sepulchra autem nostri dominii non sunt. Atquin viam ad sepulchrum possumus vindicare [3].

De actione confessoria & negatoria. 1. Cui detur confessoria. 2. An fructuario detur confessoria. 3. Vel interdictum.

II. Idem lib. XVII ad Edictum.

DE servitutibus [4] in rem [5] actiones competunt nobis (ad [6] exemplum earum, quæ ad usumfructum pertinent) tam confessoria, quam negatoria: *confessoria* ei, qui servitutes sibi [7] competere contendit: *negatoria* domino, qui negat. §. 1. Hæc autem in rem actio *confessoria* nulli alii, quam domino fundi, competit [8]: servitutem enim nemo vindicare potest, quam is, qui dominium in fundo vicino habet, cui servitutem dicit deberi.

§. 2. Re-

1 Vide *l. 2. ff. de servit. legata.*

2 Confessoria scilicet & negatoria. §. 2. *Inst. de act.* de quibus *l. 2. ff. eod.*

3 Licet in se non recipiat servitutem. *l. 4. ff. comm. prædior.* Illa ad servitutem: altera ad libertatem pertinet, seu dirigitur: de formula utriusque actionis vide *l. 15. in fin. ff. de servitut.* illa intendimus *servitutem nobis deberi.* hac *servitutem nos non debere alteri.*

4 Realibus scilicet. 5 Vide *l. 7. ff. eod.* 6 Imo interdicta magis videntur esse, quam actiones. vide *Paponem 14 arestorum 1. §. 1.* 7 Ratione fundi, licet fundo potius, quam personæ debeantur. *l. 34. ff. de servitut. rustic.* Goth. Vel aliis qui jus in re habent. *l. 9. ff. de oper. nov. nunciat. l. 1. §. 1. de remiss.* Anf. 8 Directo. Nam utilis datur creditori, *l. 16. ff. de servitutib.* usufructuario, *l. un §. 4. ff. de remissionib.* superficiario, *l. 1. §. fin. ff. de superficiebus.* bonæ fidei emptori. *arg. l. 18. ff. de pignor.* Accurs.

§ 2. Recte Neratius scribit, si medii loci usus fructus legetur, iter quoque legari, per ea tantum loca fundi, per quæ [qui] usumfructum ceperit, constituetur, quatenus est ad fruendum necessarium: namque fruendum est, iter [10], quod fruendi gratia fructuario præstatur, non esse servitutem: neque enim potest toll [11] fructuario servitus deberi, sed si fundo debeatur, & ipse fructuarius ea utetur. §. 3. Pomponius dicit, fructuario interdicto [12] de itinere uti posse, si hoc anno usus est: alibi enim de jure, id est, in confessoria actione: alibi de facto, ut in hoc interdicto, quæritur [13], quod & Julianus lib. XLVIII Digestorum scribit. Pro sententia Juliani facit, quod Labeo scribit, etiam si testator usus sit, qui legavit usumfructum, debere utile interdictum fructuario dari: quemadmodum heredi vel emptori [14] competunt hæc interdicta:

III. Idem lib. LXX ad Edictum.

Sed, & si partem fundi quis emerit, idem dicendum est [15].

De jure ejus, cui servitus debetur. 1. De eo, qui habet iter sine actu, vel contra. 2. De fructibus. 3. Si plurium fundus dominetur; 4. Vel serviat. 5. Quibus ex causis datur confessoria vel adsine remedium. 6. De haustu. 7. Cui & adversus quem datur negatoria. 8. De servitute ne altius tollatur.

IV. Idem lib. XVII ad Edictum.

Loci [16] corpus non est dominii ipsius, cui servitus debetur, sed jus eundi [17] habet [18]. §. 1. Qui iter sine actu, vel actum sine itinere habet, actione de servitute utetur. §. 2. In confessoria actione, quæ de servitute movetur, fructus [19] etiam veniunt. † Sed videamus, qui esse *fructus* servitutis possunt [20]? Et est veritas, id demum fructuum nomine computandum, si quid [sit, quod] interest agentis, servitute non prohiberi. Sed & in negatoria actione (ut Labeo ait) fructus computantur, quanti interest petitoris, non uti fundi sui itinere adversarium, & hanc sententiam & Pomponius probat. §. 3. Si fundus, cui iter debetur, plurium sit, unicuique in solidum [21] competit [22] actio (& ita & Pomponius lib. XLI scribit): sed in æstimatione id, quod interest, veniet, scilicet quod ejus interest, qui experietur. Itaque de jure quidem ipso singuli experientur, & victoria & aliis proderit [23], æstimatio autem ad quod ejus interest, revocabitur: quamvis per [24] unum adquiri servitus non possit. §. 4. Sed & si duorum fundus sit, qui servit, adversus unumquemque poterit ita agi: & (ut Pomponius libro eodem scribit) quisquis defendit, solidum [25] debet restituere: quia divisionem [26] hæc res non recipit. §. 5. Si quis mihi itineris, vel actus, vel viæ controversiam non faciat, sed reficere, sternere [27] non patiatur, Pomponius libro eodem scribit, confessoria actione mihi utendum: nam & si arborem impendentem habeat vicinus [28], qua viam, vel iter invium, vel inhabile facit, Marcellus quoque apud Julianum notat, iter petendum, vel viam vindicandam: sed de refectione viæ & interdicto uti possumus, quod de itinere actuque reficiendo competit: non tamen, si silice quis sternere velit [29]: nisi nominatim id convenit. §. 6. Sed & de haustu, quia servitus est, competunt nobis in rem actiones. §. 7. Competit autem de servitute actio [30] domino ædificii, neganti servitutem se vicino debere, cujus ædes non in totum liberæ sunt, sed ei, cum quo agitur, servitutem non debent [31]: verbi gratia, Habeo ædes, quibus sunt vicinæ Seianæ, & Sempronianæ: Sempronianis servitutem debeo: adversus dominum Seianarum volo experiri altius me tollere prohibentem, in rem actione experiar: licet enim serviant ædes meæ, ei tamen, cum quo agitur, non serviunt: hoc igitur intendo, habere me jus altius tollendi, invito [32] eo, cum quo ago: quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo.

§. 8. Si cui omnino altius tollere non liceat, adversus eum recte agetur, jus ei non esse tollere [33]. Hæc servitus, & ei, qui ulteriores ædes habet, deberi poterit.

V. Paulus lib. XXI ad Edictum.

Et ideo, si inter meas & Titii ædes tuæ [ædes] intercedant, possum Titii ædibus servitutem imponere, *ne liceat ei altius tollere*, licet tuis non imponatur: quia donec tu non extollis, est utilitas servitutis.

1. De possessore. 2. De servitute oneris ferendi. 3. Qualis est hæc actio, cui datur, & adversus quem. 4. De ædibus communibus. 5. De modo refectionis. 6. De fructibus. 7. Si paries melioretur, vel deterioretur.

VI. Ulpianus lib. XVII ad Edictum.

Et si forte qui medius est, quia servitutem non debebat, altius extulerit ædificia sua, ut jam ego non videar luminibus tuis obstaturus, si ædificavero, frustra intendes, *jus mihi non esse ita ædificatum habere invito te*: sed si intra tempus statutum rursus deposuerit ædificium suum vicinus, renascetur [35] tibi vindicatio.

§. 1. Sciendum tamen in his servitutibus possessorem esse eum juris, & petitorem, &, si forte non habeam ædificatum altius in meo, adversarius meus possessor est: nam, cum nihil sit innovatum, ille possidet, & ædificantem me prohibere potest, & civili actione, & interdicto, *quod vi, aut clam*. Idem & si lapilli jactu [36] impedierit. Sed & si, patiente eo, ædificavero, ego possessor ero effectus. §. 2. Etiam de servitute, quæ oneris ferendi causa imposita erit, actio nobis competit, *ut* [37] *& onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modum, qui servitute imposita comprehensus est*. & Gallus putat, non posse ita servitutem imponi, *ut quis facere aliquid cogeretur*: sed [38], *ne me facere prohiberet*: nam * in [39] omnibus [40] servitutibus refectio ad eum pertinet, qui sibi servitutem adscrit: non ad eum, cujus res servit. Sed evaluit Servii sententia in proposita specie, ut possit quis defendere, *jus sibi esse, cogere adversarium reficere parietem ad onera sua sustinenda*. Labeo autem hanc servitutem non hominem debere, sed rem: denique licere [41] domino rem [42] derelinquere [43], scribit. §. 3. Hæc autem actio in rem magis est, quam in personam: & non alii [44] competit, quam domino ædium, [&] adversus dominum: sicuti cæterarum serviturum intentio. §. 4. Si ædes plurium dominorum sint, an in solidum agatur, Papinianus lib. III Quæstionum tractat? & ait, singulos dominos in solidum [45] agere, sicuti de cæteris servitutibus, excepto [46] usufructu [47]. Sed non idem respondendum, inquit, si communes ædes essent, quæ onera vicini sustinerent. §. 5. Modus autem refectionis in hac actione ad eum modum pertinet, qui in [43] Si id desit, conducendo providebimus. *l. 17. § 1. de aqua pluvia*

[49] *V. l. 4. §. 2. ff. eod.*

[50] *l. 15. l. 20. §. pen. ff. de servit. urb.*

[51] Eventum actionis de servitute oneris ferendi, & aliam non tollendi obstat ea

[52] Cautio rei nomine interposita, rei ipsius loco ac vice est: ut cui cautum sit rei nomine, rem habere videatur. vide *l. 2. ff. de usufr. earum rerum quæ usu consumuntur.*

[53] Vide *l. 33. cum notat. ff. de servitut. urban. præd.* Anf.

[54] Nam Mutianæ cautionis utilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo consistunt. *l. 7. §. de condit. & demonst.* Goth. Adde *l. 12. l. 13. eod. l. un. C. uti possidetis.* Anf.

[55] Cur ita? collige ex *l. 2. in fin. l. 5. §. de in litem jur.*

[56] Id est, eum, à quo servitus debetur, vide *l. 33. ff. de servit. urban. & l. 6. §. 2. ff. eod.*

[57] Superior fulcire debet, aut sua diruere, donec uterque parietem * suum reficit.

[58] *Eclog. 5. c. 7.*

[59] Ἀντιδικὴ ἀφίσεως, id est, *actio negationem opponens. d. c. 7.*

[60] Διακίνησιν σκιατεῖον. *Eclog. 5. cap. 8.* adde *l. 242. §. 2. ff. de verb. sign.*

[61] Structiles columnæ, ut lapis structilis. *l. 6. §. 5. ff. eod.*

[62] Oneris tui ferendi, & tigni tui sustinendi.

[63] Id est, eum, qui servitutem debet. *d. l. 33.*

[64] Id est, mihi servientem, *meum* ita accipitur interdum. *l. 32. ff. de reb. creditis. l. 1. in fin. ff. quod cum eo.*

[65] Et hoc quidem speciale est, nam in realibus ordinarium est, ut qui non possidet, agat. *l. 12. in fin. ff. de acquir. possess.* vide quæ notavi ad §. 2. *Inst. de actio.*

[66] Officium judicis agunt antecedentem partium obligationem.

[67] Adde *l. 18. ff. de rei vindic.*

[68] Fumum ex fullonica, vel fumario balnei in vicinum immittere, vel sterquilinum, vel aquam projicere non licet. *x Harmenop. 4. §. 83.* Goth. Vide Duaren. *disput. lib. 1. cap. 24.* Brisson. *lib 3 select. cap. 13.* Anf.

[69] In qua solent cafei maligni ligni

De

vel culmi fumo colorari, 7 Columel. 8. his enim fumus gratiam interdum addit. 21 Plin. 42. hujusmodi fumum citra servitutem immittere non licet, *ut hic*. Martialis *in Xenio: Non quemcunque tecum nec fumum caseæ omnem, Sed Velabrensem qui bibit, ille sapit.* adde Brissonium 4 *select.* 15.

70 Multo minus animo injuriæ interendæ, *l. 44. ff. de injur.* adde huic tractatui §. 6. 7. *ff. eod. l. 17. in fin. ff. eod.* & si aër pestilentiosus redderetur tali odore, vide *l. 2. §. 29. ff. ne quid in loco publico.* idem dicendum, si ex sterquilinio tales odor reddatur. *l. 17. in fi. hoc tit.* Nam in gravi odore idem sentiendum, *1 Harm. 4. §. 83. in fin.* 71 Fumum in superiora: aquam in inferiora loca citra jus servitutis immittere non possumus. *Eclog. eod. cap. 8. par. 487. & Harmenop. d. §. 83.*

72 Vide quæ notavi ad *l. 1. §. 6. ff. uti possidetis.* Interdicto uti possidetis seu retinendæ possessionis agens, se possidere ait, & in sua possessione turbari conqueritur. Itaque ut contrarius audiendus non est. vide Socinum *regula* 189. Goth. Adde *l. 2. ff. comm. præd. l. 1. §. 41. ff. aqua quotid. & æst. l. 23. ff. de serv. rust. prad.* Anf. 73 *l. 1. §. 4. ff. de aqua pluvia.* 74 Κωνῶν ἐκκαίειν, fumum levem ex foco facere licet: sicut & jus est in suo sedere ac lavare. 78 *Eclog. 5. c. 8. par. 487.*

75 Poterit etiam injuriarum agere. vide *l. 13. §. ult. l. 14 ff. de injuriis.* 76 ἐπὶ δὲ τὸ καπνὸν τὸ λατεῖ, in balinei fumo servitus imponitur. *d. cap. 8.* Goth. Vide Ant. August. *Emendat. lib. 2. cap. 1.* Joan. Robert. *recept. sent. lib. 3. cap. 24.* Duaren: *lib. 1 disp. cap. 14.* Anf. 77 Adde *l. 15. ff. de servit.* forte legendum *vaporarii*. 78 Græcus mos dicendi, ut apud Ciceronem, per Varronis, per Locustæ, in Saturni, ad Concordiæ. 79 Vide *l. 19. ff. de servitut. urbanor.*

80 Vide *l. 13. §. 1. ff. de servitut. rusticor.* 81 Vide *l. ult. ff. de servitut. urban.* 82 Ἐπαγγελία κεράμων. *Eclog. eod. cap. 9. par. 487.* 83 Πλατεῖαν ὁδὸν, viam latam. *d. c. 9.* 84 Quæ ut subsidiaria dari solet, quoties alia deficit. adde *l. 5. in fin. ff. quibus mod. usufr. amitt.* 85 *l. 11. ff. quemadm. servit. amitt.*

De diuturno usu & longa possessione servitutis. 1. Qui teneantur confessoria.

X. Ulpianus lib. LIII ad Edictum.

SI quis diuturno [86] usu, & longa quasi possessione, jus aquæ ducendæ nanctus sit [87], non est ei necesse docere [88] de jure [89], quo aqua constituta est, veluti ex legato, vel alio modo: sed utilem habet actionem, ut ostendat [90], *per annos forte tot usum se, non vi* [91], *non clam* [92], *non precario* [93] [*possedisse.*] §. 1. Agi autem hac actione poterit non tantum cum eo, in cujus agro aqua oritur, vel per cujus fundum ducitur, verumetiam cum omnibus agi poterit, quicunque aquam [non] ducere impediunt, exemplo cæterarum servitutium. † Et generaliter, quicunque [94] aquam ducere impediat, hac actione cum eo experiri potero.

De eo, qui socius invitu ædificat in loco communi.

XI. Marcellus lib. VI Digestorum.

AN unus ex sociis in communi loco invitis cæteris jure ædificare possit, id est, an, si prohibeatur a sociis, possit cum his ita experiri, *jus sibi esse ædificare:* & an socii cum eo ita agere possint, *jus sibi prohibendi esse*, vel *illi* [95] [*jus*] *ædificandi non esse:* & si ædificatum jam sit, non possit cum eo ita experiri, *jus tibi non esse ita ædificatum habere*, quæritur? Et magis dici potest, * prohibendi [96] potius, quam faciendi [97], esse jus socio: quia [magis] ille, qui facere conatur [(ut dixi)] quodammodo sibi alienum quoque jus præripit, si, quasi solus dominus, ad suum arbitrium uti jure communi velit.

De tignis non immittendis.

XII. Javolenus lib. II Epistolarum.

EGi, *jus illi non esse tigna in parietem meum immissa habere:* an & de futuris non immittendis cavendum est? Respondi, Judicis officio [98] contineri puto, ut de futuro [99] quoque opere caveri debeat [100].

Si fistulæ ruptæ parietem vicini mundent.

XIII. Proculus lib. V Epistolarum.

FIstulas, quibus aquam duco, in via publica habeo: & hæ ruptæ [1] inundant parietem tuum: puto, posse te mecum recte agere, *jus mihi non esse flumina ex meo in tuum parietem fluere.*

De tignis non immittendis. 1. Si paries opere facto inclinetur.

XIV. Pomponius lib. XXXIII ad Sabinum.

SI, cum meus proprius esset paries, passus [2] sim [te] immittere tigna, quæ antea habueris, si nova velis immittere, prohiberi a me potes: imo etiam agere tecum potero, *ut ea, quæ nova immissuru, tollas* [3]. §. 1. Si paries communis, opere abs te facto, in ædes meas se inclinaverit [4], potero tecum agere, *jus tibi non esse parietem illum ita habere.*

De tutore vel curatore.

XV. Ulpianus lib. VI Opinionum.

ALtius ædes suas extollendo, ut luminibus domus minoris annis vigintiquinque vel impuberis, cujus curator vel tutor erat, officiatur, efficit: quamvis hoc quoque nomine, actione ipse heredesque teneantur: quia * quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere non debuit: tamen & adversus possidentem easdem ædes danda est impuberi vel minori actio, *ut quod non jure factum est, tollatur* [5].

De titulo, & quasi possess. servitutis.

XVI. Julianus lib. XVII Digestorum.

SI à te emero, ut *mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas stillicidium immittere:* & postea, te sciente, ex causa emptionis immissum habeam, Quæro, an ex hac causa, actione quadam, vel [6] exceptione tuendus sim? Respondi, utroque [7] auxilio me usurum.

De pariete procumbente in domum vicini. 1. De posito in loco serviente. 2. De stercore quilinio juxta vicini parietem facto.

XVII. Alfenus lib. II Digestorum.

SI quando inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, ut in vicini domum semipedem aut amplius procumberet [8], agi oportet, *jus non esse, illum parietem ita projectum in suum esse invito se.* §. 1. Cum in domo Gaii Seii locus quidam ædibus Annii ita serviret, *ut in eo loco positum habere jus Seio non esset*, & Seius in eo silvam [9] sevisset, in qua labra [10], & [tenes] [11] cucumellas [12] positas haberet, Annio consilium omnes Jurisperiti dederunt, ut cum eo ageret, *jus ei non esse, in eo loco ea posita habere invito se.* §. 2. Secundum [13] cujus parietem vicinus sterculinum [14] fecerat, ex quo paries madescebat, consulebatur, quemadmodum posset vicinum cogere, ut *sterculinum* [15] *tolleret?* Respondi, si in loco publico id fecisset, per interdictum [16] cogi posse: sed, si in privato, de servitute agere oportere: si damni infecti stipulatus esset, posse per eam stipulationem [17], si quid ex ea re sibi damni datum esset, servare.

Si dominus prædii servientis, sui potestatem non faciat.

XVIII. Julianus lib. VI ex Minicio.

IS, cujus familia vicinum prohibebat aquam ducere, sui potestatem non faciebat, ne secum agi posset, quærit actor, quid sibi faciendum esset? Respondi, oportere Prætorem, causa cognita, jubere *bona adversarii possideri* [18], *& non ante inde discedere, quam is actori jus aquæ ducendæ constituisset: & si quid, quia aquam ducere prohibitus esset, sicut atibus detrimenti cepisset*, veluti si prata arboresve exaruissent.

Si sententia de communi servitute contra unum lata fuerit.

XIX. Marcianus lib. V Regularum.

SI de communi servitute quis bene quidem deberi intendit, sed aliquo modo litem perdidit culpa sua, non est æquum, hoc cæteris damno esse: sed, si per collusionem [19] cessit litem adversario, cæteris dandam esse actionem de dolo, Celsus scripsit. Idque ait Sabino placuisse.

De fundo legato, & casis ei junctis. 1. De jure compascui.

XX. Scævola lib. IV Digestorum.

TEstatrix fundo [20], quem legaverat, casas junctas habuit: Quæsitum est, si hæ fundo legato non cederent, eumque legatarius vindicasset, an iste fundus aliquam servitutem casis [21] deberet: aut, si ex fideicommissi causa eum sibi dari legatarius desideraret, heredes servitutem aliquam [22] casis excipere deberent? Respondit, deberi [23]. §. 1. Plures ex municipibus, qui diversa prædia possidebant, saltum communem, *ut jus compascendi* [24] *haberent*, mercati [25] sunt: idque etiam à successoribus eorum est observatum [26]: sed nonnulli ex his, qui hoc jus habebant, prædia sua illa propria venum dederunt: Quæro, an in venditione etiam jus illud secutum sit prædia, cum ejus voluntatis venditores fuerint, ut [&] hoc alienarent? Respondit, id observandum, quod actum inter contrahentes esset [27]: sed, si voluntas contrahentium manifesta non sit, & hoc jus ad emptores transire [28]. † Item quæro, an, cum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid juris secum [hujus] compascui traxerit? Respondit: cum id quoque jus fundi, qui legatus esset, videretur, id quoque cessurum legatario.

De aqua quærenda & ducenda.

XXI. Labeo lib. I Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI qua aqua nondum apparet, ejus iter ductus constitui non potest [29]. Paulus: Imo puto, idcirco id falsum esse, quia cedi [30] potest, *ut aquam quæreres, & inventam ducere liceret.*

28 Servitutes domini mutatione non pereunt. vide *l.* 23. §. 2. *ff. de servit. rustic.* 29 Hoc mox corrigitur. vide *l.* 10. *ff. de serviutib.* 30 Futuræ aquæ jus adquiri potest, *ut hic.* Ita, futuro ædificio servitus adquiri potest. *l.* 23. *in fin. ff. de serv. urban.* Goth. Conciliat hanc leg. cum *l.* 10. *de servit. rust. præd.* Govean. *lect. lib.* 1. *cap.* 17. Ans.

TIT. VI.

QUEMADMODUM SERVITUTES AMITTUNTUR.

1 58 *Eclog.* 6. *cap.* 18. *par.* 483.

De Confusione.

I. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

SErvitutes prædiorum *confunduntur*, si idem utriusque prædii dominus esse cœperit [2].

Si iter & actum habens, tantum ierit.

II. Paulus lib. XXI ad Edictum.

QUi iter & actum habet, si [3] statuto tempore tantum ierit, non perisse actum, sed manere, Sabinus, Cassius, Octavenus aiunt: nam ire quoque per se eum posse, qui actum haberet.

2 *l.* 30. *ff. de servit. urb. l.* 10. *in fin. ff. comm. præd. l.* 116. *in fin. ff. de legat.* 1.

3 *l.* 20. *ff. quibus modis usus fruct.*

De morte & cap. deminutione.

III. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

IUra prædiorum [4] *morte* & *capitis deminutione* non [5] perire, volgo traditum est [6].

Si quis itinere ad sepulchrum non utatur.

IV. Paulus lib. XXVII ad Edictum.

ITer [7] sepulchro debitum, *non utendo* nunquam amittitur [8].

4 Aliud in usufructu, usu, & personalibus.

5 Sunt enim realia. Res diutius durant, quam homines.

6 Res enim sequuntur, non personas. *l.* 4. *ff. de servit. rustic.*

7 Ea ratione merum imperium non utendo amittitur: etiamsi quis 100 annis eo usus non sit. *arg. l.* 35. *ff. de servit. rustic.*

8 Cur ita? An, quia ad sepulchrum raro iter suscipitur, sed tum demum tantum, cum mortuus in id infertur? An potius, quia natura id æquum sit jus, quod non exercetur, nisi forte, non utendo amitti?

De socio fructuario, & bonæ fidei possessore.

V. Idem lib. LXVI ad Edictum.

SErvitus [9] & per socium [10], & fructuarium, & bonæ fidei possessorem [11] nobis retinetur:

9 Ut & jurisdictio. *Bald.*

10 *l.* 12. *l.* 16. *vers. quod si. l.* 20. *ff. eod.*

11 *l.* 12. §. 2. *ff. de usufructu.*

De divisione fundi.

VI. Celsus lib. V Digestorum.

NAm satis est fundi nomine [12] itum esse. §. 1. Si ego via, quæ nobis per vicini fundum debebatur, usus fuero, tu autem constituto tempore cessaveris, an jus tuum amiseris? & è contrario, si vicinus, cui via per nostrum fundum debebatur, per meam partem ierit, egerit, tuam partem ingressus non fuerit, an partem tuam liberaverit? [Celsus] respondit: Si divisus [13] est fundus inter socios regionibus, quod ad servitutem attinet, quæ ei fundo debebatur, perinde est, atque si ab initio duobus fundis debita sit: & sibi quisque dominorum usurpat [14] servitutem, sibi non utendo deperdit: nec [15] amplius in ea re causæ eorum [fundorum] miscentur: nec fit ulla injuria ei, cujus fundus servit, imo si quo melior: quoniam alter dominorum, utendo, sibi, non toti fundo, proficit. † Sed si is fundus, qui servierit, ita divisus est [16], plusculum dubitationis ea res habet: nam si certus ac finitus viæ locus est, tunc, si per [17] longitudinem ejus fundus divisus est, eadem omnia servanda erunt, quæ si initio constituendæ ejus servitutis similiter hic duo fundi fuissent [18]: si vero per latitudinem viæ fundus divisus * est * (nec multum refert, æqualiter id factum est, an inæqualiter) tunc manet idem jus servitutis, quod, fundo indiviso, fuerat [19]: nec aut usu [20] detineri, aut, non utendo deperire, nisi tota via poterit: nec, si forte inciderit, ut semita, quæ per alterum duntaxat fundum erit, uteretur, idcirco alter fundus liberabitur: quoniam unum, atque eo modo individuum viæ jus est. Possunt tamen alterutrum fundum liberare, si [21] modo hoc specialiter convenit. Certe si is, cui servitus debebatur, alterum ex ea divisione fundum redemerit [22], num ideo minus ea re fundi alterius servitus permanebit? nec video, quid absurde consecuturum sit eam sententiam, fundo altero manente servo, si modo & ab initio potuit [23] angustior constitui via, quam lege [24] finita est: & adhuc id loci supereſt in eo fundo, cui remissa servitus non est, ut sufficiat viæ. Quod si minus loci supereſt, quam viæ sufficiat, uterque fundus liberabitur: alter propter redemptionem: alter, quia [25] per eum locum, qui supereſt, via constitui non potest. Cæterum si ita constitutum est jus viæ, *ut per quamlibet partem fundi ire agere liceat*, idque vel subinde mutare, [nihil prohibet]: atque ita divisus est fundus, si per quamlibet ejus partem æque ire atque agi possit, tunc perinde observabimus, atque si ab initio duobus fundis duæ servitutes injunctæ fuissent, ut altera retineri, altera non utendo possit deperire. † Nec me fallit [26], alieno facto jus alterius immutatum iri: quoniam ante fatius fuerat, per alteram partem ire agere, ut idem jus ei in altera parte fundi retineretur. Contra, illud commodum accessisse ei, cui via debebatur, quod per duas pariter vias ire agere possit: bisque [27] octonos in porrectum, & senos denos in anfractum.

12 Adde *l.* 20. *ff. eod.*

13 Divisi regionibus fundi plures fundi sunt.

14 Id est, usum retinet. Accurs. ex *l.* 2. *ff. de usucap.*

15 Separata separato jure censentur. *l.* 3. *ff. de officio adsessorum.*

16 Qui servierit, semita divisus, *vel* via divisus est. Hotoman. 1 *observ.* 21. quam lectionem improbat Cujacius 14 *observ.* 11. recte, *ita divisus*, hoc est, per regiones.

17 Fundi dividuntur per longitudinem, vel latitudinem.

18 Nam divisio viæ per longitudinem, duas vias facit, non duas semitas.

19 Nam divisio viæ, per latitudinem duas semitas facit: semita autem est semis via, ἡμίσειον. Cujacius *d. loco.*

20 Servitus hoc casu tempore amittitur.

21 Servitus pacto tolli, & in libertatem mutari potest.

22 Redemptione servitus hoc casu non amittitur.

23 *l.* 23. *ff. de servitutibus rusticor.*

24 *l.* 8. *ff. de servitutib. rusticor.*

25 *d. l.* 23.

26 Id est, Non ignoro. hinc concludit Accursius, scientiam non falli. *l.* 1. *in fin. ff. de act. empt.* vel hic *me non fallit*, idem est, quod non me movet id, quod objici potest.

27 *Al.* pedesque.

28 Vide quæ scripsi 2 *Harmenop.* 4. §. 113. *l. ult. C. de servitutib. & aqua.*

---

85 Id est, longo tempore, servitus usu diuturno adquiritur. *ut hic*, ut non usucapitur. Nam aliud est usucapere; aliud, usu diuturno adquirere. Vectigalia, & tributaria, & stipendiaria prædia usucapi non possunt: longo tempore adquiri possunt. *l.* 12. §. 2. *ff. de Publiciana. l.* 15. §. 27. *ff. de damno.* Usucapio possessionem exigit, longi temporis possessio quasi possessione contenta est. Illa directam, hæc utilem actionem parit. Illa sine titulo non procedit, in hac titulum doceri non est necesse. v. Cujac. ad *l.* 2. & *l.* 4. §. *fin.* ff. *de usucap.*

87 Utilitatis causa receptum est, ut servitutes usucaperentur, *ut hic. & l.* 1. 2. *C. eod.* alias earum natura id minime patitur, & lex etiam Scribonia vel Voconia repugnat. *l.* 4. *in fin. ff. de usucap.* vide Corras. 5 *Miscell.* 5. Goth. Conciliationem h. l. cum *l.* 14. *ff. de servit.* vid. apud Govean. *lect. lib.* 1. *cap.* 15. Ans.

88 Vide *l. ult. ff. de aqua pluvia.*

89 Id est, de suo titulo. Sic enim Accursius interpretatur, saltem necessario allegandum esse titulum, non tamen requiri, ut probetur directo, sed per usum. à quo Duaren. 1 *disp.* 34 dissentit, existimans his verbis significari, non cogi probare sibi acquisitam esse jure servitutem his modis, quibus jure civili adquiritur, puta à domino prædii venditam, donatam, legatam. vide Balbum 4 *de præscript.* 2. *quæst.* 2.

90 Servitutes diuturno usu, & longa quasi possessione adquiruntur. *l.* 28. *ff. de servit. urban. l.* 1. *ff. ult. ff. de aqua pluvia. l.* 5. §. *penult. ff. de itinere. l.* 1. *l.* 2. *C. de servit.* vide Balbum *ibid. quæst.* 1. 34. 5. *& ad incepsa.*

91 His tribus modis servitus mala fide possidetur. Hæc tria vitia si absint, potest servitus adquiri, non ipso jure, sed Prætoris fictione: non decreto judicis, sed utiliter.

92 Scientia hic non requiritur. *l. ult. C. de præscript. long. temp. l.* 2. *C. de serv. & aqua. l.* 5. §. *sed &. ff. quod vi.* Balbus *d. quæst.* 1.

93 *l.* 17. *in fin. ff. comm. præd.*

94 Vide *l.* 3. *C. de servitutibus.*

95 Negatoria potest concipi verbis affirmativis, vel negativis.

96 Dissentientis & prohibentis socii potior est conditio. adde *l. Sabinus. ff. comm. divid.* vel sic: Qui consortem habet, liberam potestatem non habet.

97 *l.* 28. *ff. comm. divid.* 98 De quo vid. *l.* 7. *ff. eod.* 99 V. *l.* 7. *ff. eod.* 100 *l.* 18. *ff. de servit. urban.* 1 Indirecto etiam in alienum quid immittere non licet. 2 Num simpliciter, ut vetus interpres Richardus putat? an jure servitutis? agitur enim hoc titulo, non de precario, sed de servitute. Prior sententia probabilior videtur: ut patientia in uno, præjudicium in altero non adferat. 3 *l.* 8. *C. de servitut.* 4 *l.* 26. *ff. de servit. urban.* 5 *l.* 5. *l.* 9. *C. de servitutib.*

6 *l.* 9. *ff. eod.* Ex titulo & quasi possessione servitutis consequimur actionem & exceptionem.

7 Actionis, cum venditor possidet: exceptionis, cum ipse, id est, emptor possidet. 8 *l.* 14. *in fin. ff. eod.* 9 Id est, viridarium. Cujac. 10 *obs.* 15. 10 Galli, *Cuves, tinettes, bagnoire.* 11 Alii terreas, vel æreas legunt. Cujac. 10 *obs.* 15. lenes vel lines, ut *l.* 15. *ff. de action. empt.* quid si *tinas* legamus, quibus utebantur Romani ad compluvium? Varro 4 *de lingua.* & in convivis, idem Varro 1 *de vita pop. Rom.* 12 Vasis genus est cucumella, *l.* 1. §. *antepenult. ff. de fluor.* Galli, *paelon de fer ou d'airain.* 13 Sterculini à vicino ita facti, ut meus paries madescat, nomine ago ex interdicto. si in publico factum sit, de servitute; si in privato, damni infecti, si damni infecti stipulatus sum. *Eclog. eod. c.* 18. *par.* 487. 14 Idem si terram congessit. *l.* 57. *ff. locati.* 15 Vide quæ notavi ad *l.* 8. §. 5. *ff. eod.* 16 Ne quid in loco publico. *l.* 2. *ff. ne quid in loco publ.* 17 *l.* 18. *l.* 29. *ff. de serv. urban.* 18 *l.* 45. *ff. de damno infecto.* 19 Adde *l.* 7. §. *pen. ff. de dolo.*

non est continuum tempus: quo cum uti non potest, non sit usus: itaque & *si alterum annum vel mensibus* quis aquam habeat, duplicato [29] constituto tempore amittitur. Idem & de itinere custoditur [30]: si vero *alterum tantum mense*, aut *die tertio*, aut *tantum nocte*, stato legibus tempore amittitur: quia una servitus est. Nam & si alternis horis [31], vel una hora quotidie servitutem habeat, Servius scribit, perdere eum, non utendo, servitutem: quia id, quod habet, cottidianum sit.

Si quis in loco serviente permiserit aliquid facere. 1. Si quis per partem itineris eat.

VIII. IDEM lib. XV ad Plautium.

SI stillicidii immittendi jus habeam in aream tuam, & permisero [32] jus tibi in ea area ædificandi, stillicidii immittendi jus amitto. Et similiter si per tuum fundum via mihi debeatur, & permisero tibi, in eo loco, per quem via mihi debetur, aliquid facere, amitto jus viæ. §. 1. Is, qui per partem [33] itineris it, totum jus usurpare videtur.

Si aqua per partem aquagii influxerit.

IX. JAVOLENUS lib. III ex Plautio.

AQua, si in partem aquagii [34] influxit, etiamsi non ad ultima loca pervenit, omnibus tamen partibus usurpantur [35].

De pupillo, & socio. 1. Si quis eo tempore, Vel eo modo, quo non debuit, utatur.

X. PAULUS lib. XV ad Plautium.

SI communem [36] fundum ego & pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, tamen propter [37] pupillum [38] & ego viam retineo [39]. §. 1. Si is [40], qui nocturnam [41] aquam habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus usus fuerit, amisit [42] nocturnam [43] servitutem qua usus non est. Idem est in eo, qui certis horis aquæductum habens, aliis usus fuerit, nec ulla parte earum horarum.

1. De fundo sub conditione legato.

XI. MARCELLUS lib. IV Digestorum.

IS, cui via vel actus debebatur, *ut vehiculi* [44] *certo genere uteretur*, alio genere fuerat usus: videamus, ne amiserit [45] servitutem: & alia sit ejus conditio, qui amplius oneris, quam licuit, vexerit: magisque hic plus, quam aliud, egisse videatur: sicuti latiore itinere usus esset, aut si plura jumenta egerit, quam licuit, aut aquæ admiscuerit aliam. Ideoque in omnibus istis quæstionibus servitus quidem non amittitur: non autem conceditur plus, quam pactum est, in servitute habere. §. 1. Heres, cum legatus esset fundus sub conditione, imposuit ei servitutes [46]: extinguentur, si legati conditio exstiterit [47]. Videamus, an adquisitæ sequantur legatarium? Et magis dicendum est, ut sequantur.

Quomodo retinetur servitus.

XII. CELSUS lib. XXIII Digestorum.

QUi fundum alienum bona fide emit, itinere, quod ei fundo debetur, usus est: retinetur id jus itineris: atque etiam si precario aut vi dejecto domino possidet. * fundus [48] enim qualiter [49] se habens, [ita [50]] cum in suo habitu [51] possessus est, jus [52] non [53] deperit: neque refert, juste, necne, possideat, qui talem cum possidet. Quare fortius, & [54] si aqua per rivum sua [55] sponte [56] perfluxit, jus aquæ ducendæ retinetur: quod & Sabino recte placuit, ut apud Neratium libro quarto membranarum scriptum est.

Si quis fundi dominantu locum servienti proximum vendiderit, deinde adquisierit.

XIII. MARCELLUS lib. XVII Digestorum.

SI quis ex fundo, cui viam vicinus deberet, vendidisset locum proximum servienti fundo, non imposita servitute: & intra legitimum tempus [57], quo servitutes pereunt, rursus eum locum adquisisset, haberus est servitutem, quam vicinus debuisset.

De impetu fluminis, & ruina.

XIV. JAVOLENUS lib. X ex Cassio.

SI locus, per quem via, aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus esset, & intra tempus, quod ad amittendam servitutem sufficit, alluvione facta, restitutus est, servitus quoque in pristinum statum restituitur. Quod si id tempus præterierit, ut servitus amittatur [58], renovare eam cogendus est. §. 1. Cum [59] via publica [vel] fluminis impetu vel ruina amissa est, vicinus proximus viam præstare debet [60].

De medii pradii acquisitione.

XV. IDEM lib. II Epistolarum.

SI, cum servitus mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquisivi, manere servitutem puto: quia * totiens servitus confunditur, quotiens uti ea is, ad quem pertineat, non potest: medio autem fundo adquisito [61], potest consistere, ut per primum, & ultimum, iter debeatur.

De aquæductu debito pluribus fundis, aut fundo communi.

XVI. PROCULUS lib. I Epistolarum.

AQuam, quæ oriebatur in fundo vicini, plures per eundem rivum jure ducere soliti sunt, ita ut suo quisque die à capite duceret: primo per eundem rivum, eumque communem: deinde, ut quisque inferior erat suo quisque proprio rivo, [&] unus statuto tempore, quo servitus amittitur, non duxit: existimo eum jus ducendæ aquæ amisisse: nec [62] per cæteros, qui duxerunt, ejus jus usurpatum esse: proprium enim cujusque eorum jus fuit: neque per alium usurpari potuit. Quod si plurium fundo [63] iter aquæ debitum esset, per unum eorum omnibus his, inter quos is fundus communis fuisset, usurpari potuisset. † Item si quis eorum, quibus aquæductus servitus debebatur, & per eundem rivum aquam ducebant, jus aquæ ducendæ non ducendo eam, amisit, nihil juris eo nomine cæteris, qui rivo utebantur, adcrevit: idque commodum ejus est, per cujus fundum id iter aquæ, [quod], non utendo, pro parte unius amissum est: libertate enim hujus partis servitutis fruitur.

Si hausturn habens ierit, non hauserit.

XVII. POMPONIUS lib. XI ex Variis lectionibus.

LAbeo ait: si is, qui *hausturn* habet, per tempus, quo servitus amittitur, ierit ad fontem, nec aquam hauserit, iter quoque eum amisisse [64].

Si quis alia aqua utatur quam qua debet. 1. De tempore autoris successori imputando. 2. De eo, qui non potuit immittere.

XVIII. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

SI quis alia aqua usus fuerit, quam de qua in servitute imponenda actum est, servitus amittitur [65]. §. 1. Tempus, quo non est usus præcedens fundi dominus, cui servitus debetur, imputatur ei, qui [in] ejus loco successit [66]. §. 2. Si cum jus haberes *immittendi*, vicinus statuto tempore ædificatum non habuerit, ideoque nec tu immittere poteris [67], non ideo magis servitutem amittes: quia * non potest videri usucepisse vicinus tuus libertatem ædium suarum, qui jus [68] tuum non interpellavit [69].

Utrum servitus, qua nunquam uti cœptum est, amittatur?

XIX. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI [70] partem [71] fundi vendendo, lege [72] caverim, *uti per eam partem in reliquum fundum meum aquam ducerem*: & statutum tempus interceserit, antequam rivum facerem, nihil juris amitto: quia [73] nullum [74] iter aquæ fuerit [75]: sed manet mihi jus integrum: quod si feciſsem iter, neque usus essem, amittam. §. 1. Si per fundum meum viam tibi legavero [76], & adita mea hereditate, per constitutum tempus ad amittendam servitutem ignoraveris eam tibi legatam esse, amittes viam non utendo: quod si intra [idem] tempus, antequam rescires tibi legatam servitutem, tuum fundum vendideris, ad emptorem via pertinebit, si reliquo tempore ea usus fuerit: quia scilicet tua esse cœperat: ut jam nec jus repudiandi [77] legatum tibi possit contingere, cum ad te fundus non pertineat.

Per quos retinetur servitus.

XX. SCÆVOLA lib. I Regularum.

VSu retinetur servitus, cum ipse, cui debetur, utitur, quive [78] in possessionem ejus est: aut mercenarius, aut hospes, aut medicus [79], quive ad visitandum dominum venit: vel colonus, aut fructuarius.

XXI. PAULUS lib. V Sententiarum.

FRuctuarius, licet suo nomine.

XXII. SCÆVOLA lib. I Regularum.

DEnique quicunque quasi debita via usus fuerit.

XXIII. PAULUS lib. V Sententiarum.

SIve ad fundum nostrum facit, vel ex fundo.

XXIV. SCÆVOLA lib. I Regularum.

LIcet malæ fidei possessor sit [80], retinebitur servitus.

Quid sit servitute uti.

XXV. PAULUS lib. V Sententiarum.

SErvitute usus non videtur, nisi [81] is [82], qui suo jure uti se credidit: ideoque si quis pro via publica vel pro alterius servitute usus sit, nec interdictum, nec actio utiliter competit.

[29] Facit *lex ult. C. de jur. emunit.*
[30] Quod perpetuum tantum non habet. *l. 1. §. 2. ff. de itinere actuque privato.*
[31] Vide *l. 4. T. de serv. rustic.*
[32] *l. 17. T. comm. prædiorum.* Per actum contrarium videtur quis jus suum deserere. *Voldus.*
[33] *l. 18. T. de servit. rustic.*
[34] Id est, aquæductus. *l. 16. T. de servitutib. rustic. l. 3. §. 6. T. de aqua quotid. & æst.*
[35] *Al.* Usurpatur.
[36] Et individuum, ita hunc locum accipit Covarruv. *1 practic. 38.*
[37] Et ita propter minorem major juvatur, *ut hic.* Imo non juvatur. *l. un. C. si in communi.*
[38] Cujus res usucapi non potest. vide *l. 48. T. de adquir. rerum.* Cicero 1 *ad Attic.* 4. Mirabamur te ignorare de tutela legitima (in qua dicitur esse puella) nihil usucapi posse.
[39] Secus est in casibus *l. 2. C. si unus ex pluribus.* ut per alium retineam, quod per me retinere non possum. *Accurs.*
[40] Servitute indebita utens, eam neque utendo adquirit, & sibi debitam amittit: secus si laxius jure servitutis sibi debitæ utatur. Est enim differentia inter plus & aliud, *ut hic. & l. 11. T. eod.*
[41] *l. 17. in pr. T. de aqua pluvia. l. 2. T. de aqua quotidiana.* Ita diurna aqua adquiri poterit. *l. 14. T. comm. præd.*
[42] *l. 18. T. eod.*
[43] Accusans de facto diurno, & probans de nocturno nihil agit.
[44] Actus est etiam jus vehendi. *l. 1. l. 7. l. 12. T. de serv. rustic.* Imo non est. *l. 13. T. de servitut.*
[45] *l. 9. in fin. T. si servitus vindicetur.*
[46] Id enim potest, quia pendente conditione rei legatæ censetur dominus. vide *l. 12. §. 2. T. familiæ.* 47 Extincto jure concedentis, extinguitur jus accipientis. *arg. l. 105. T. de conditionib. & demonst.*
[48] Jura prædiorum, nihil aliud sunt, quam prædia qualiter se habentia, hoc est, *πεποιωμένα*, id est, *qualitatibus affecta. l. 86. T. de verb. sign.* 49 *Al.* qualiter qualiter: *al.* qualitercunque.
[50] *Al.* si ita in suo, &c. 51 Habitus fundi duplex, servitus & libertas. 52 Id est, servitus non amittitur. 53 Atqui non duxisse aquam videtur, sed natura ipsa aquam fudisse. vid. *l. 1. T. de aqua quotid.* 54 Hinc colligit Bartolus, per malæ fidei possessorem, & eum, qui Tyrannum ejecit, non adquiri, sed retineri servitutem. adde *l. 24. T. eod.* 55 Et ita jus servitutis quæsitum retinetur sine facto hominis: servitutis, inquam, causatæ & formatæ, interveniente aliquo titulo, qui à domino sit comparatus: idque jus facto hominis egere non videtur, etiamsi mille annis eo jure non utatur. Facto ipsius fundi, sine facto hominis id jus retinetur. Aliud erit, si libertas nondum est adquisita, sed adquirenda sit præscriptione: in ea enim requiritur factum hominis. *l. 32. §. 1. T. de serv. urb.* factum hominis, inquam, cum bona fide, quæ rei inanimatæ non tribuitur. v. Bald. 94 *de præscript. part. 3. quæst. 3.* 56 Servitus retinetur per aquam naturaliter currentem. *l. 1. §. 21. T. de aqua quotid.* & ita fundus ex se præscribit, & retinet jus servitutis: cui obstat *lex 32. §. 1. T. de serv. urban.* 57 Vide *l. 13. C. de serv.* 58 Alluvio accedens, ut jus servitutis adimit, ita decedens restituit. vide *l. 23. l. 24. T. quib. mod. usufructus.* 59 *Eclog. tripl. cap. 15. l. ult. §. 7. T. de mun.*
[60] *l. 1. §. 25. T. ne quid in loco publico.* Sed impensa publica. *arg. l. 13. T. comm. prædior. l. 2. C. pro quib. caus. ser.*
[61] *V. l. 31. T. de serv. rustic.*
[62] Quoties ab uno fundo duorum vel plurium communi, pluribus servitus debetur, plures sunt servitutes: quo casu non utentis pars utentibus non adcrescit, sic enim si quid eis non decrescat. *Bart.*
[63] Quoties uni & eidem fundo plurium communi servitus debetur, unica censetur servitus, quæ aut tota ab uno eorum retinetur vel amittitur. *Duar.*
[64] Principale qui amittit, perdit accessorium. Bart. *l. 129. & l. 178. T. de regulis.*
[65] *l. 10. §. 1. T. eod.*
[66] Tempus negligentiæ actoris, successori imputatur. *Bart.*
[67] Potueris.
[68] Græcis id est, *διακόπλων δικλων.*
[58] *Eclog. 6. c. 18.*
[69] *l. 6. T. de servit. urban.*
[70] 2 *Harmen. 4. §. 123. Ecl. lib. 58. tit. 6. c. 19.*
[71] Certam. *l. 6. T. de servitut. l. 6. §. 1. T. comm. prædior.*
[72] Id est, pacto.
[73] *l. 174. T. de reg. jur.*
[74] Sed tantum actio personalis ad servitutem: hinc collige, actionem personalem pro servitute, non tolli tempore, quo amittitur servitus constituta. vide Balbum, 4 *de præscript. 2. qu. 7.*
[75] Constituta servitute inter vivos, non constituitur jus in re, nisi secuta quasi traditione. *Bart.*
[76] Constituta servitute in ultima voluntate, jus reale servitutis, constituitur, etiam ignoranti, *l. 64. in fin. T. de fur.* itaque non utendo jus illud amittitur: certis tamen de causis restitui potest. *l. 1. T. ex quib. caus. major.*
[77] Cedens alteri jus legatæ sibi servitutis, legatum agnoscit: qui legatum semel agnovit, in alterius detrimentum repudiare id postea non potest. vide *l. 81. §. fi 77. tius. T. de legat. 1.* 78 Id est, qui possidet. *Eclog. eod. lib. 58. tit. 6. c. 20. v. l. 111. in fin. T. de verbor. oblig.* 79 Aut amicus, ut *l. 41. T. de acquir. possess. junct. l. 1. §. 7. T. de itinere actuque.*
[80] Vide *l. 12. T. eod.* 81 Servitutes non temere adquiruntur. 82 *l. ult. T. de itinere, actuque privato.* vide exemplum apud Paponem, 14 *Arestor. 1. §. 5.*

LIBER NONUS.

TIT. I.

SI [1] QUADRUPES [2] PAUPERIEM [3] FECISSE [4] DICATUR.

Summa legis XII *tabularum.* 1. *Quid sit* Noxia. 2. *Ad quas quadrupedes hæc actio pertinet.* 3. *Quid sit* Pauperies. 4. *Si quadrupes commota feritate vel ob aliam causam nocuerit.* 5. *De cane, qui evasit.* 6. *De fera instigatu alterius,* 7. *Vel contra naturam mota.* 8. *Si quadrupes quadrupedem concitavit.* 9. *Si quadrupes corpore suo vel per aliam rem damnum dederit.* 10. *De bestiis.* 11. *Si arietes vel boves commiserint.* 12. *In quem datur hæc actio.* 13. *De morte quadrupedis ante litem contestatam.* 14. *Quid sit* Noxæ dedere. *De quadrupede communi.* 15. *Si dominus quadrupedem suam esse negaverit.* 16. *Si quadrupes post litem contestatam ab alio occidatur.* 17. *De successoribus.*

I. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

SI QUADRUPES PAUPERIEM [5] FECISSE DICETUR, actio ex lege duodecim tabularum descendit: quæ lex voluit, *aut* [6] *dari* [id,] *quod nocuit, id est, id animal, quod noxiam commisit: aut æstimationem noxiæ offerre.* §. 1. *Noxia* [7] autem est ipsum delictum. §. 2. Quæ actio ad omnes [8] quadrupedes pertinet. §. 3. Ait Prætor, PAUPERIEM FECISSE. Pauperies est damnum sine injuria facientis datum: nec [9] enim potest animal injuria [10] feciſse, quod sensu caret. §. 4. Itaque, ut Servius scribit, tunc hæc actio locum habet, cum commota feritate [11] nocuit quadrupes: puta si equus calcitrosus calce percusserit: aut bos cornu [12] petere solitus, petierit [13]: aut mula propter nimiam ferociam. Quod si propter loci iniquitatem [14], aut propter culpam [15] mulionis, aut si plus justo onerata quadrupes, in aliquem onus everterit, hæc actio cessabit, damnique injuriæ [16] agetur. §. 5. Sed & si canis, cum duceretur ab alio quo [17], asperitate sua evaserit, & alicui damnum dederit, si contineri firmius ab alio poterit, vel [si] per eum locum induci non debuit, hæc actio cessabit, & tenebitur [18] qui canem tenebat. §. 6. Sed & si instigatu [19] alterius fera damnum dederit, cessabit hæc actio. §. 7. Et generaliter hæc actio locum habet, quotiens contra naturam

[1] IV. Inst. IX. & Paul. 1 *sent. 15.* 19 *Synopf. Basil. p. 268. ex lib. 60. tit. 2.* 6 *Harmenop. 1.*
[2] Quæ non sit bestia. *l. 1. §. 10. T. eod.* Quid si non quadrupes, sed serpens, vel avis, vel piscis nocuit? Utilis actio ex hac lege dabitur. *l. 4. T. eod.*
[3] Id diversum à damno & injuria. *l. 1. §. 3. T. eod.*
[4] Commota contra naturam. *l. 1. §. 7. T. eod.*
[5] Vel despositionem: idque ex l. 12 tab. *arg. l. 14. in fin. T. de præscript.* & apud Paul. 1 *sent. 15.* Talem legem tulerat Solon, teste Plutarch. *in ejus vita.* & Plato, 11 *de Legib.* 6 *Formula libelli* in actione legis Aquiliæ innuitur. *Synopf. Basil. 1. c. eod.* 7 *Noxia,* delictum, *ut hic. & l. 238. in fi. T. de V. S.* Suet. *Tib.* Nonius, *p. 5. n. 71.*
[8] Bestias excipe. §. 10.
[9] Aristot. 5 *Ethic. 9.*
[10] Vide quæ notavi *T. ad l. 2. de legibus.*
[11] *ἐγκάτοχλ. Synopsi Basil. libr. 6 Harmen. 1.* §. 3. Causa efficiens hujus actionis est, genitalis, ac non extrinsecus excitata ipsorum animalium feritas, non si loci iniquitate aut imperitia mulionis damnum dederint.
[12] *l. 52. §. 3. ff. ad l. Aquil.*
[13] *ἐκχάτιος*, cornu petierit. *Synopf. Basilic. & Harmenop. ibid.* 14 *l. 52. §. 2. T. tit. prox.* Græci *Σέσιν* appellant situm loci.
[15] *ἀπαρίμω, Synopf. Basilic.* id est, imperitiam.
[16] Id est, lege Aquilia. Græci illo loco intelligunt dupli, ex confessione. 17 Aliquo. 18 Aquilia, ut Cyrillus ait. 19 *l. 11. §. 5. T. tit. prox.*

turam [20] fera mota pauperiem dedit. Ideoque si equus dolore [21] concitatus, calce peticrit, cessare istam actionem: sed eum, qui equum percusserit, aut vulneraverit, in factum magis, quam lege Aquilia teneri: utique ideo, quia non ipse suo corpore damnum dedit. At si, cum equum permulsisset quis, vel palpatus est, [&] calce eum percusserit, erit actioni locus. §. 8. Et, si alia quadrupes aliam concitavit, ut damnum daret, ejus, quæ concitavit, nomine agendum erit. §. 9. Sive autem corpore suo pauperiem quadrupes dedit, sive per aliam rem, quam tetigit quadrupes, hæc actio locum habebit: utpura, si plaustro bos obtrivit aliquem, vel alia re dejecta. §. 10. In bestiis [22] autem propter naturalem [23] feritatem, hæc actio locum non habet: & ideo, si ursus fugit, & sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri: quia desinit [24] dominus esse, ubi fera evasit: & ideo, & si eum occidi, meum corpus est. §. 11. Cum arietes vel boves commisissent, & alter alterum occidit, Quintus Mucius distinxit, ut si quidem is periisset, qui adgressus erat [25], cessaret actio: si is, qui non provocaverat, competeret actio: quamobrem eum sibi aut noxam sarcire, aut in noxam dedere oportere. §. 12. Et, cum etiam in quadrupedibus [26] noxa caput sequitur, adversus dominum hæc actio datur, non cujus fuerit quadrupes, cum noceret, sed cujus nunc est. §. 13. Plane si ante litem contestatam decesserit animal, extincta erit actio. §. 14. *Noxæ autem dedere*, [27] est, animal tradere vivum [28]. † Demum, si commune plurium sit animal, adversus singulos erit in solidum noxalis [29] actio, sicuti in homine. §. 15. Interdum autem dominus in hoc non convenietur, ut noxæ dedat, sed etiam in solidum: utputa, si in jure interrogatus [30], *an sua quadrupes esset*, responderit, *non esse suam*: nam si constiterit esse ejus, in solidum condemnabitur [31]. §. 16. Si [32] post litem contestatam, ab alio sit animal occisum: quia domino legis Aquiliæ actio competit, ratio in judicio habebitur [legis Aquiliæ], quia dominus noxæ dedendæ facultatem amiserit. Ergo ex judicio proposito, litis æstimationem [33] offeret, nisi paratus fuerit actionem mandare adversus eum, qui occidit.

§. 17. Hanc actionem nemo dubitaverit, heredi dari cæterisque successoribus: item adversus heredes, cæterosque, non jure successionis, sed eo jure, quo domini sint, [competit.]

De eo, cujus interest. 1. *De Cane.*

II. Paulus lib. XXII ad Edictum.

Hæc actio [34] non solum domino, sed etiam ei, cujus interest, competit: veluti ei, cui res commodata est, item fulloni: quia eo, quod tenentur, damnum videntur pati. §. 1. Si quis aliquem evitans, Magistratum forte, in taberna proxima se immisisset, ibique à cane feroce læsus esset, non posse agi canis nomine, quidam putant: at, si solutus [35] fuisset, contra.

De libero homine cæso.

III. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Ex hac lege, jam non dubitatur, etiam liberatum personarum nomine agi posse: forte si patremfamilias aut filiumfamilias vulneraverit quadrupes: scilicet, ut non deformitatis [36] ratio habeatur, cum * *liberum corpus æstimationem non recipiat* [37]: sed impensarum [38] in curationem factarum: & operarum amissarum, quasque amissurus quis esset, inutilis factus.

De actione utili.

IV. Paulus lib. XXII ad Edictum.

Hæc actio utilis [39] competit, etsi non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

Si mula, quam equus olfecit, calce percusserit.

V. Alfenus lib. [illegible] Digestorum.

A Gaso cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit [40], mula calcem rejecit, & crus Agasoni fregit: Consulebatur, possetne cum domino mulæ agi, quod ea pauperiem fecisset? Respondi, posse [41].

De latrone, fure, aggressore.

IV. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Itaque, si servum tuum latronem, insidiantem mihi occidero, securus ero: *Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere* [16]. §. 1. Lex [17] duodecim tabularum *furem noctu deprehensum occidere* permittit [18]: ut tamen id ipsum cum clamore testificetur [19]: *interdiu* [20] autem *deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat*: ut tamen æque cum clamore testificetur.

Injuria *quid significat.* 2. *De furioso, quadrupede, tegula, infante, impubere,* 3. *Magistro.*

V. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

Sed & si quemcunque [21] alium ferro se petentem quis occiderit [22], non videbitur injuria occidisse: &, si metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur, quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem, cum posset adprehendere, maluit occidere, magis est, ut injuria fecisse videatur: ergo & Cornelia tenebitur.

§. 1. *Injuriam* autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa injuriarum actionem, contumeliam [23] quandam: sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occiderit: & ideo interdum [utraque] actio concurrit, & legis Aquiliæ, & injuriarum: sed duæ erunt æstimationes, alia damni, alia contumeliæ. Igitur injuriam [24] hic damnum accipiemus culpa datum, etiam ab eo, qui nocere noluit. §. 2. Et ideo quærimus [25], si furiosus damnum dederit, an legis Aquiliæ actio sit? Et Pegasus negavit: Quæ [26] enim in eo culpa sit, cum suæ mentis non sit [27]? Et hoc est verissimum: cessabit igitur Aquilia actio, quemadmodum [28] si quadrupes damnum dederit, [Aquilia cessat]: [aut] si tegula ceciderit [29]. † Sed & si infans damnum dederit, idem erit dicendum. † Quod si impubes [30] id fecerit, Labeo ait, quia furti [31] tenetur, teneri & Aquilia eum: & hoc puto verum, si sit jam injuriæ capax. §. 3. Si magister in disciplina [32] vulneravit servum, vel occiderit, an Aquilia teneatur, quasi damnum injuria dederit? Et Julianus scribit, Aquilia teneri eum, qui eluscaverat [33] discipulum in disciplina. Multo magis igitur in occiso idem erit dicendum. † Proponitur autem apud eum species talis: sutor (inquit) puero discenti, ingenuo [34], filiofamilias, parum bene facienti quod demonstraverat [35], forma [36] calcei cervicem percussit, ut oculus [37] puero perfunderetur [38]: dicit igitur Julianus, injuriarum quidem actionem non competere: quia non faciendæ injuriæ causa percusserit, sed monendi & docendi causa: an ex locato, dubitat: quia * levis [39] duntaxat castigatio concessa est docenti. Sed lege Aquilia posse agi non dubito:

VI. Paulus lib. XXII ad Edictum.

Præceptoris [40] enim nimia sævitia culpæ adsignatur.

1. Si quis telo vel sine telo occiderit. 2. De onere dejecto, de lapsu. 3. De impulsu. 4. De collisatione, pancratio, pugilatu. 5. De servo ægroto percusso. 6. De eo, qui causam mortis præstitit. 7. Si quis aliquem de ponte præcipitavit, aut puerum saxo illisit. 8. De medico.

VII. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

Qua [41] actione patrem [42] confecturum ait, quod minus [43] ex operis filii sui propter vitiatum oculum sit habiturus: & impendia, quæ pro ejus curatione fecerit. §. 1. *Occisum* autem accipere debemus, sive gladio, sive etiam fuste, vel alio telo [44], vel manibus, si forte strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter [45] qualiter. §. 2. Sed si quis plus justo oneratus, dejecerit

16 *l.* 45. §. 4. *ff. eod. l.* 3. *ff. de justitia. l.* 1. §. *Vim vi ff. de vi & vi.* Nemo igitur punietur, quod maluerit resistere, quam fugere: Nec enim lex ea fugam imperat, quæ vim vi repellere, nec tantum protegere, sed & propulsare permittit; etiam ministris, dum sacris vacant. vid. Panorm. *in cap. clerici. de homicidio & vita.* An etiam bannitus, & iis, qui lege permittente offendi possunt, lex permittit vim vi repellere? Bartolus negat permitti: quod injusta sit defensio, ubi justa est offensio: quod in hac specie quivis ex populo legis sit minister: quod banniti sint hostes. Verum Salomonius contrariam sententiam defendit: non enim continuo sequi, ut exceptio ei denegetur, in quem actio constituatur: Accurtii sententia (*in l.* 10. *C. de his quæ vi*) evinci, non privatos homines, sed ipsos tantum judices legis ministros esse. Ridicule *hostes* dici, qui ad evitandas legum ignominias, id est, pœnas legibus constitutas, peregrinantes nihil in patriam moliuntur. Hæc illi in defensione licita. Hoc amplius quæritur, an aggressorem interficere liceat? id concedi constat, si modo id metu mortis fecerimus, *l.* 5. vel tuendi nostri causa, non ulciscendi, *l.* 45. §. *penult. hoc tit. l.* 2. 3. 4. *C. de sicariis.* si aliter ei sine periculo nostro parcere non potuimus, *l.* 9. *ff. de sicariis:* si clamore prius testati fuerimus nobis vim inferri, *hac l.* Non ergo fugientem aggressorem, vel furem res nostras exportantem interficere impune licebit? non licet, cum pœna legis Corneliæ in facientem sit constituta, *l.* 5. *hoc titul.* vide Cujac. 5 *observat.* 15. Sed tamen Salomonius, *in d. l.* 3. *ff. de justitia.* scribit, ignoscendum esse ei, qui provocatus se etiam ulcisci voluerit: non hic idem esse, quod in præceptore, qui modum in castigatione excessit: emendationem enim tranquillo animo fieri oportere: defensionem, sine perturbatione non posse fieri. Quid si noctu loco deserto, vel nemine præsente, Titius Sempronium interfecerit? An continuo excutiendus est, quod ad sui defensionem interfecisse Sempronium dixerit? An potius ejus confessio dividetur, ut ex delicto damnetur? Bartolus ejus confessionem dividi posse ait: quod adversus interficientem ipsum homicidium faciat (quod regulariter arguit delictum) factique ipsius atrocitas, quæ præsumptione delicti interfectorem onerat. Jus enim male præsumit adversus eum, qui interfecit. Onus ergo probationis in eum, qui dicit, transferendum est. Quid si testibus careat, num continuo, vel torqueri, veritatis eliciendæ causa, aut damnari debet? Judex, eo casu, facti qualitatem æstimabit: cujus si probatio fuerit facilis, nec tamen ea facta fuerit, magna adversus interfectorem suspicio erit: sin secus, puta quod in deserto loco homicidium factum sit, circumstantiam personæ interfectoris cum ipso facto cumulabit. Quid enim si vitæ sequioris homo, rixosus, manuque audax, quædam olim odia in interfectum exercuit? quid si antea homicidii accusatus? his cessantibus exceptionem interfectoris admitti Salomonius (post alios interpretes) putat, ut in hujusmodi dubio homicidium præsumatur factum ad defensionem. Et hæc de sui ipsius defensione dicta sint: adde quæ scripsi ad *l.* 9. *ff. de except.* Quid si Titius Magistratum, parentem, filium, uxorem, maritum, patronum, dominum, fratrem, vicinum, infantem, concivem, quemvis denique defendens, aggressorem earum personarum interfecerit? Solon dictitabat, beatam illam rempublicam fore, in qua quisque alterius injuriam suam existimaret. Apud Ægyptios etiam rei mortis fiebant, qui injuriam patienti opem non tulerant. Alii putant deberi eo casu defensionem, si petatur: Alii eodem casu neminem interfici posse, vide Salomonium, *d. l.* 3. De homicidio per imprudentiam admisso alibi dixi: vide etiam Cujac. 5 *observ.* 18. In Gallia, qui cum potest, homicidium non prohibet, literas innocentiæ petere debet. Julius Clarus, *lib.* 5. *quæst.* 87. 17 Dixi ad leges duodecim Tabularum plenius. 18 Verba legis XII Tabularum, ea sunt: *Si nox furtum faxit, si quis aliquis occisit, jure cæsus esto.* 1 Macrob. 6. 11. Gell. 18. Cicero *pro Murena.* August. 2 *quæst. super Exod.* 7. & Platonem 9 *de legibus.* 19 Vel testatione uti debet, etiam noctu: ut alieni saltem constet de injuria ei illata, & furi parcere sine periculo sui non potuisse, *l.* 9. *ff. de sicariis.* vel noctu etiam inclamare debet auxilium publicum, vel magistratus. Vide Cujac. 11 *observ.* 19. *in fin. & cap.* 17. *eod. lib.* in urbe præsertim, quo referenda est *d. l.* 9. in agris autem non adstringitur: eoque referenda est *l.* 54. *ff. de furtis.* vide Cujac. 14 *observ.* 15. 20 De interdiario fure, vide *l.* 54. §. 2. *ff. de furtis.* 21 Occidere licet eum, à quo ferro petimur; & furem, quoties ab eo metum mortis patimur, *ut hic.* adde *l. furem. ff. ad legem Corneliam de sicariis. cap.* 2. *extra de homicidio.* Clem. *unic. de homicidio. l. si pignore. §. furem. ff. de furtis.* Ita marito adulterum uxoris deprehensum licet occidere, si adulter sit vilis persona. *l. marito. l. si adulterium. §. antepenult. ff. de adulteriis. l. Græchus. C. de adult.* Idem patri permissum, dum filiam quoque occidat. *l. patri. l. nec in ea. l. quod ait lex. §. penult. & ult. ff. de adult.* Eodem modo maritus suspectum cum uxore sua adulterii si quem habuerit, & contestato ter eum admonuerit, nec is adire vel convenire mulierem cessaverit, poterit cum maritus jure interficere. *Aut. si quis ei quem. C. de adult. Nov. ut liceat matri & aviæ. cap. bis quoque.* Ita licet occidere transfugam, & hostem civitatis. *l.* 3. *in fin. ff. de sicariis. c. cum homo.* 23. *quæst.* 5. *l. proditores. ff. de re militari.* nocturnum agrorum depopulatorem, & desertorem militiæ. *l.* 1. 2. *C. quando liceat se sine judice vindicare.* adversarium in duello licito. Bald. & alii, in *cap.* 1. *de pace tenenda.* vide Canonistas *in rubr. de Clerico pugnante.* 22 Etiam armis imparibus, præsertim si à fortiore, grandiore & robustiore quis provocatus sit. 23 Adde *l.* 1. *ff. de injuriis.* 24 *l.* 1. *ff. de injuriis.* 25 *l.* 49. §. 1. *ff. eod. & d. l.* 1. §. 2. *Inst. eod.* 26 Culpam non admittit, qui furæ mentis non est. 27 Vide *l.* 13. §. 1. *ff. de offic. Præfidis.* 28 Furiosus nocens, quadrupedi damnum danti, & tegulæ cadenti comparatur. 29 De tegularum casu, cui is noceat, vide *l.* 43. *ff. de damno.* 30 Impubes injuriæ capax, furti teneri potest. adde *l.* 23. *ff. de furtis.* 31 *l.* 9. §. 2. *ff. de minoribus.* vide *l.* 23. *ff. de furtis.* 32 Vide *l.* 6. *ff. eod.* 33 De elusco vide *l.* 3. *in fin. ff. de tritic. l.* 13. §. 4. *ff. locati.* 34 Ingenui Romæ etiam discebant serviles artes, ut hic suitrinam, & Alfenus noster Jurisconsultus, relicta tonstrina, factus est. *Horat.* 35 *Al.* demonstraverat. 36 Forma calcei hic, & *l.* 13. §. 4. *ff. locat.* mustricola dicitur Festo, seu machinula ex regulis, in qua novus calceus suitur. Afranius, Mustriculam in dentes impingam tibi. Alio sensu Glossis mustricola, μώγγων ἢ παγὼς ἐπὶ μῶνι. Muscipulum, & muscipula ad stringendos mures machinula. 37 De oculo adde *l.* 52. §. 1. *ff. eod. l.* 13. §. 4. *ff. locati. l.* 3. *ff. de contr. cognit.* 38 *Al.* effoderetur. vide *l.* 13. §. 4. *ff. locati.* 39 Docenti levis castigatio permissa. adde *l.* 15. §. 38. *ff. de injur.* 40 *l.* 5. §. *ult. ff. eod. in pr. & fin. l.* 17. §. 1. *ff. de usufr. l.* 13. §. 4. *ff. locati. l.* 16. §. 2. *ff. de pœnis.* 41 Aquilia. *l.* 5. *in fin. ff. eod.* 42 Pueri, cui forma calcei oculus perfusus à sutore præceptore. 43 Vide *l. ult. ff. de his, qui effuderunt.* 44 Olim ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου, id est, *quocunque instrumento.* 36 *Synopsis Basilic. ex lib.* 60. *tit.* 3. *c.* 7. 45 Ut qui alimenta denegat. *l.* 4. *ff. de liberis agnosc.*

---

10 Imo si quadrupes genitali feritate nocuit, cessat hæc actio. *Inst. eod. in princ.* ad hæc, si datur hæc actio, quoties contra naturam fera nocet, dabitur etiam quoties dolore concitata nocuerit (morbus enim & dolor sunt contra naturam,) quod tamen hic negatur: Respondeo, dari hanc actionem, quoties fera, genitali, id est, spontanea feritate nocuit, & tamen contra naturam, id est, naturalem consuetudinem omnium ejus generis animalium.

21 Dolone. *l.* 52. §. 1. *ff. ad l. Aquiliam.*

22 Bestiæ, quæ natura feræ. *Synopsis illo loco.*

23 Qualitas naturalis in bestiis, feritas, *ut hic.* in homine dissentire, *l.* 17. §. 6. 3. *de arbitris.* in fœmina, imbecillitas. *l.* 2. §. 2. 1. *ad Velleianum.* Accidens qualitas, feritas in equo & cane, *ut hic.* separabilis, ut mansuetudo in bestiis, *l.* 5. §. 5. *ff. de acquir. rerum domin.* inseparabilis, ut morbus sonticus. *l. ult.* §. 1. *ff. de ædilitio.*

24 *l.* 3. §. *fin. ff. de adquir. rer.* §. 12. *verf. plane. Inst. de rer. divis.*

25 Vide *l.* 52. §. 1. *ff. tit. prox. & l.* 10. *in fin. ff. de fervo corrupto.*

26 Et inanimatis. *l.* 7. §. 1. *ff. de damno.*

27 Παραδῶναι & ἐκδοῦναι. *Synopf. Basilic. eod.*

28 Idem est in hominis debitore. *l.* 33. *ff. de solut. Bart.*

29 Id est, si quadrupes.

30 *l.* 7. *ff. de interrogationib. in jure.*

31 Vide *l.* 43. *ff. de regulis juris.*

32 *l.* 37. §. 1. *ff. tit. prox.*

33 Id, quod interest. vide *l.* 21. *in fin. ff. tit. prox.* 34 Secus in actione legis Aquiliæ. *l.* 11. §. *eum. ff. tit. prox.* 35 Canis solutus si noceat, non tenetur ejus dominus directa de pauperie, *ut hic.* sed utili. *Accurf.* 36 *Deformitatis* ratio non habetur in libero corpore, *ut hic. & l. ult. ff. de his, qui dejecerunt: Synopsis Basil.* 10. *c.* 2. 6 *Harmenop.* 1. §. 5. quod in mare interpretes quidem admittunt, at non in fœmina. *Ravennas & Alber. hic.* 37 *l.* 1. §. *sed cum liber. l. final. ff. de his, qui dejecerunt. l.* 2. §. 2. *verf. corporum. ff. de l. Rhodia.* 38 Impensas medicorum repetit, qui vulneratur à cane. 39 Nam directa competit, si quadrupes nocuit. *Græci.* 40 ὑποφυλὴ, *Synopsis Basilic. ibid. cap.* 4. 6 *Harmenopul.* 1. §. 4. honeste eo vocabulo usus est, ut significaret equum coitum appetisse. 41 Imo non potest: sua enim culpa videtur infortunium sibi quæsivisse. *l.* 2. *in fin. ff. eod.*

1 IV. Inst. III. & III. C. XXXV. XXXVI. *Synopf. Basilic.* περὶ φόνων, *ex lib.* 60. *tit.* 3.

2 Cicero *in Bruto.*

3 Plures enim fuerunt. vide *l.* 56. *ff. de oblig. & act.*

4 Nov. 18. *c.* 8.

TIT. II.

AD LEGEM AQUILIAM [1].

De effectu, 1. *Et autore hujus legis.*

I. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

Lex [2] Aquilia omnibus [3] legibus, quæ ante se *de damno injuria* locutæ sunt, derogavit: five duodecim tabulis, five alia quæ fuit: quas [leges] nunc referre non est necesse. §. 1. Quæ lex Aquilia plebiscitum est [4]: cum eam Aquilius Tribunus plebis à plebe rogaverit.

Caput primum. 1. *De pœna inficiantis.* 2. *De quadrupedibus, & servo exæquatis. Quæ contineantur appellatione pecudum: an pecudes bestiæ, & quæ mixtæ naturæ sunt.*

II. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

Lege Aquilia capite primo cavetur [5]: [ut] QUI SERVUM SERVAMVE, ALIENUM ALIENAMVE, QUADRUPEDEM VEL PECUDEM, INJURIA OCCIDERIT, QUANTI ID IN EO ANNO PLURIMI FUIT, TANTUM ÆS DARE DOMINO [6] DAMNAS ESTO. §. 1. Et infra deinde cavetur, *Ut adversus inficiantem in duplum* [7] *actio esset.*

§. 2. Ut igitur appareat, servis [nostris] exæquat quadrupedes [8], quæ [9] pecudum [10] numero sunt, & gregatim habentur: veluti oves, capræ, boves, equi, muli, asini. † Sed, an sues *pecudum* appellatione continentur, quæritur? Et recte Labeoni placet, contineri: sed canis inter pecudes non est. Longe magis bestiæ [11] in eo numero non sunt, veluti ursi, leones, pantheræ: elefanti autem, & cameli, quasi mixti [12] sunt: nam [13] & jumentorum [14] operam præstant, & natura eorum fera est: & ideo primo capite contineri eas oportet.

Ratio verbi Injuria.

III. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

Si servus servave, injuria occisus occisave fuerit, lex Aquilia locum habet. *Injuria* [occisum esse] merito adjicitur: non enim sufficit occisum, sed [15] oportet injuria id esse factum.

5 Id est, primo capite legis Aquiliæ agitur de homine occiso.

6 Hero. *l.* 11. §. 6. *ff. eod.*

7 *l.* 23. §. *penult. ff. eod. l.* 4. 5. *C. eod. Novell.* 18. *c.* 8. §. 1. *Inst. de pœna temere litigantium.*

8 Vide quæ notavi de servis ad *l.* 3. *ff. de capite minutis.*

9 Quadrupedum aliæ pecudes, aliæ bestiæ, aliæ mixtæ, *ut hic.*

10 Vide *l.* 65. §. 4. *ff. de legat.* 3.

11 Ulp. 19. §. 1.

12 *Mixtæ quadrupedes* dicuntur, quæ jumentorum operam præstant, & tamen natura sua feræ sunt. 13 Plin. 8. *cap.* 8. camelos inter armenta pasci oriens, omnes autem jumentorum in iis terris dorso funguntur, atque etiam equitantur in præliis. 14 Vide *l.* 38. §. 4. *ff. de ædilitio.* 15 *l.* 4. *ff. eod.*

jecerit onus, & servum occiderit. Aquilia locum habet: fuit enim [in] ipsius arbitrio, ita se non onerare. Nam & si lapsus aliquis servum alienum onere prestiterit. Pegasus ait, lege Aquilia eum teneri: ita demum, si vel plus justo se oneraverit, vel negligentius pro lubrico[46] transierit. §. 3. Proinde si quis alterius impulsu[47] damnum dederit. Proculus scribit, neque eum, qui impulit teneri, quia non occidit, neque eum, qui impulsus est, quia damnum injuria non dedit: secundum quod in factum actio erit danda in eum, qui impulit. §. 4. Si [quis] in colluctatione[48], vel[48] in pancratio[49], vel pugiles dum inter se exercentur, alius alium occiderit, cessat Aquilia: quia gloriæ causa & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum. Hoc autem in servo non procedit: quoniam ingenui solent certare[50]: in filiofamilias vulnerato procedit. Plane, si cedentem vulneraverit, erit Aquiliæ locus: aut si non in certamine servum occidit: nisi [si] domino committente hoc factum sit: tunc enim Aquilia cessat.

§. 5. Sed si quis servum ægrotum leviter percusserit, & is obierit, recte Labeo dicit, lege Aquilia eum teneri: quia aliud alii mortiferum esse solet[51]. §. 6. Celsus autem multum[52] interesse [dicit], occiderit, an mortis causam præstiterit: ut,* qui mortis causam præstitit[53], non Aquilia, sed in factum actione teneatur. Unde adfert cum, qui venenum pro medicamento dedit: & [ait], causam mortis præstitisse: quemadmodum eum, qui furenti gladium[54] porrexit: nam nec hunc lege Aquilia teneri, sed in factum. §. 7. Sed si quis de[55] ponte aliquem præcipitavit, Celsus ait, sive ipso ictu perierit, aut continuo submersus est, aut lassatus vi fluminis victus perierit, lege Aquilia teneri: quemadmodum, si quis puerum saxo inlisisset. §. 8. Proculus ait, si medicus servum imperite secuerit[56], vel ex locato[57] vel ex lege Aquilia[58] competere actionem.

De mulione, & eo, qui equo vehitur.

VIII. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

IDem juris est, si medicamento perperam[59] usus fuerit. Sed & qui bene secuerit[60], & dereliquit curationem, securus non erit: sed culpæ reus intelligitur. §. 1. Mulionem quoque, si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si ea alienum hominem obtriverint, volgo[61] dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicitur & si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, si * infirmitas[62] culpæ adnumeretur: cum[63] affectare[64] quisque non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram. Idem juris est in persona ejus, qui impetum equi, quo vehebatur, propter imperitiam, vel infirmitatem, retinere non poterit.

De obstetrice. 1. De medicamento, & veneno. 2. De fame. 3. De equo concitato. 4. De lusu.

IX. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

ITem si obstetrix[65] medicamentum[66] dederit, & inde mulier perierit, Labeo distinguit: ut, si quidem suis manibus supposuit, videatur occidisse: sin vero dedit, ut sibi mulier offerret, in factum actionem dandam. Quæ sententia vera est: magis[67] enim causam mortis præstitit, quam occidit[68]. §. 1. Si quis per vim, vel suasum, medicamentum alicui infundit, vel ore[69], vel clysterc[70], vel si eum unxit malo[71] veneno, lege Aquilia [eum teneri]: quemadmodum obstetrix supponens tenetur. §. 2. Si quis hominem fame[72] necaverit, in factum actione teneri Neratius ait. §. 3. Si servum meum equitantem, concitato equo effeceris in flumen præcipitari, atque ideo [homo] perierit, in[73] factum esse dandam actionem Ofilius scribit: quemadmodum[74] si servus meus ab alio in insidias deductus, ab alio esset occisus.

§. 4. Sed si per lusum[75] jaculantibus servus fuerit occisus, Aquiliæ locus est. Sed si, cum alii in campo jacularentur, servus per eum locum transierit, Aquilia cessat: quia non debuit per campum jaculatorium[76] iter intempestive facere: qui tamen data opera in eum jaculatus est, utique Aquilia tenebitur:

X. Paulus lib. XXII ad Edictum.

NAm lusus quoque noxius in culpa est[77].

1. Si alius tenuit, alius interemit. 2. Si plures percusserint. 4. Aut trabem dejecerint. 5. De cane irritato. 6. De domino. 7. De homine redhibendo. 8. De bona fide possessore. 9. De commodatario. 10. De fructuario, & usuario.

XI. Ulpianus lib. VIII ad Edictum.

ITem Mela scribit, si[78], cum pila[79] quidam luderent, vehementius quis pila[80] percussa in tonsoris manus eam dejecerit, & sic servi, quem tonsor radebat, gula sit præcisa adjecto cultello, in quocunque eorum culpa sit, eum lege Aquilia teneri: Proculus in tonsore esse culpam. Et sane, si ibi tondebat, ubi ex consuetudine ludebatur, vel ubi transitus frequens erat, est quod ei imputetur: quamvis nec illud male dicatur, si in loco periculoso sellam habenti tonsori se quis commiserit, ipsum de se queri debere[81]. §. 1. Si alius tenuit[82], alius interemit, is, qui tenuit, quasi[83] causam mortis præbuit, in factum actione tenetur.

§. 2. Sed si plures servum percusserint, utrum omnes, quasi occiderint, teneantur, videamus? & si quidem apparet, cujus ictu[84] perierit, ille, quasi occiderit, tenetur: quod si[85] non apparet, omnes, quasi occiderint, teneri Julianus ait? &, si cum uno agatur, cæteri non liberantur: nam * ex lege Aquilia quod alius præstitit, alium non relevat: cum[86] sit pœna. §. 3. Celsus scribit, si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimaverit[87], priorem[88] quidem non teneri, quasi occiderit, sed quasi vulneraverit: quia ex alio vulnere periit: posteriorem teneri, quia occidit, quod & Marcello videtur, & est probabilius. §. 4. Si plures trabem dejecerint, & hominem oppresserint, æque veteribus placet, omnes lege Aquilia teneri. §. 5. Item cum eo, qui canem irritaverat[89] & effecerat, ut aliquem[90] morderet, quamvis eum non tenuit, Proculus respondit, Aquiliæ actionem esse. Sed Julianus eum demum Aquilia teneri [ait], qui tenuit, & effecit, ut aliquem morderet: cæterum, si non tenuit, in factum agendum. §. 6. Legis autem Aquiliæ actio hero[91] competit, hoc est, domino[92]. §. 7. Si in eo homine, quem tibi redhibituros essem, damnum injuria datum esset, Julianus ait, legis Aquiliæ actionem mihi competere, meque, cum cœpero redhibere, tibi[93] restituturum. §. 8. Sed, si servus bona fide alicui serviat, an ei competit Aquiliæ actio? Et magis in factum[94] [actio] erit danda. §. 9. Eum, cui vestimenta commodata sunt, non posse, si scissa fuerint, lege Aquilia agere[95], Julianus ait: sed domino eam competere. §. 10. An fructuarius vel usuarius legis Aquiliæ actionem haberet, Julianus tractat: Et ego puto melius, utile[96] judicium ex hac causa dandum.

XII. Paulus lib. X ad Sabinum.

SEd & si proprietatis dominus vulneraverit servum, vel occiderit[97], in quo usus fructus meus est, danda est mihi, ad exemplum legis Aquiliæ, actio in eum proportione usus fructus: ut etiam ea pars anni in æstimationem veniat, qua nondum usus fructus meus fuit.

De libero homine. De servo fugitivo. 1. De bona fidei possessore. 2. De servo hereditario. 3. De servo legato.

XIII. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

LIber homo, suo[98] nomine utilem Aquiliæ habet actionem: directam enim non habet, quoniam * dominus[99] membrorum suorum nemo videtur. Fugitivi[100] autem nomine dominus[1] habet. §. 1. Julianus scribit, si homo liber bona fide mihi serviat, ipsum lege Aquilia mihi teneri[2]. §. 2. Si servus hereditarius occidatur, quæritur, quis Aquilia agat, cum dominus nullus sit hujus servi? Et ait Celsus, legem domino damna salva esse voluisse: dominus ergo hereditas[3] habebitur: Quare, adita hereditate, heres poterit experiri. §. 3. Si servus legatus, post aditam hereditatem sit occisus, competere legis Aquiliæ actionem legatario, si non post mortem servi adgnovit legatum: quod si repudiavit, consequens esse ait Julianus dicere, heredi competere.

XIV. Paulus lib. XXII ad Edictum.

SEd si ipse heres[4] eum occiderit, dictum est, dandam in eum legatario actionem.

1. Si servus mortifere vulneratus, postea ex alia causa moriatur, vel manumittatur, vel alienetur, vel heres a domino instituatur.

XV. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

HUic scripturæ consequens est dicere: ut, si ante[5] aditam hereditatem occidatur legatus servus, apud heredem[6] remaneat Aquiliæ actio, per hereditatem adquisita. Quod si vulneratus sit ante aditam hereditatem, in hereditate quidem actio remansit, sed cedere ea[7] legatario heredem oportet. §. 1. Si[8] servus vulneratus mortifere, postea ruina, vel naufragio, vel alio ictu maturius perierit, de occiso agi non posse, sed quasi de vulnerato[9]. Sed si manumissus, vel alienatus, ex vulnere periit, [quasi] de occiso agi posse Julianus ait. Hæc ita tam varie: quia verum est, eum a te occisum tunc, cum vulnerabas: quod mortuo eo, demum apparuit; in superiore non est passa ruina apparere, an sit occisus. Sed si vulneratum mortifere, libertum & heredem esse jusseris, deinde decesserit, heredem ejus agere Aquilia non posse[10].

XVI. Marcianus lib. IV Regularum.

QUia[11] in[12] eum casum res pervenit, à quo incipere non potest[13].

De servo bona fide possesso vel pignerato. 1. De servo duobus conjunctim legato.

XVII. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

SI dominus servum suum occiderit, bonæ fidei possessori[14], vel ei, qui pignori accepit[15], in factum actione tenebitur.

§. 1. * Si[16] conjunctim[17] duobus legetur Stichus, & alter eorum occisum repudiaverit, puto, conjunctum solum posse Aquilia agere: quia retro accrevisse dominium ei videtur*.

De servo pignerato.

XVIII. Paulus lib. X ad Sabinum.

SEd & si is, qui pignori servum accepit, occidit eum, vel vulneravit, lege Aquilia & [18] pigneratitia conveniri potest: sed alterutra contentus esse debebit actor.

De servo communi.

XIX. Ulpianus lib. XVIII ad Edictum.

SEd si communem servum occiderit quis, Aquilia teneri eum, Celsus ait: Idem est & si vulneraverit[19].

XX. Idem lib. XLII ad Sabinum.

SCilicet pro ea parte, pro qua dominus est, qui agat.

De damni æstimatione. 1. De anni computatione. 2. De æstimatione corporis, & ejus, quod interest.

XXI. Idem lib. XVIII ad Edictum.

AIt lex, Quanti [is homo] in eo[20] anno plurimi fuisset. Quæ clausula æstimationem[21] habet damni,

46 Præcipites per vias atque inter Patrum locutum deducere, si per viam insolitam duxerit, & spoliatus ut, damnum illatum sarcire ei tenetur. vide tamen Socinum, *regul.* 235.

47 *l.* 52. §. 2. *ff. ad l. Aquil.*

47 Plato[7] *de legibus*; & Demosth. *in oratione contra Theocrinem*, legem Atticam his verbis refert: Ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ δοῦλον ἑκόντα, θανάτου ἡ ζημία· ἐὰν δὲ ἄκοντα, φυγὴν ἀπὸ τοῦ φόνου τοῦ ἑκουσίου ἔχοντα, ἐν τῇ ἐκείνου χώρᾳ· ἐὰν μὴ ἐκεῖνος συγχωρήσῃ.

48 ἐν τῷ παλαίειν, & *inter colluctatores*. *Synes. Epist. illo lo.* illud lectum: hoc pugillari.

49 Certamine mixto ex pugillatu & lucta. Aristot. *Rhet.* Plutarch. *in Num.* vide Gell. 13. *cap.* 13. Alii, ut Barbarus apud Plinium, putant Παγκράτιον fuisse illos ludos, quorum meminit Juvenalis, *Satir.* 10. in *l.* 2. *ff. de aleatoribus*. nempe hastæ vel pilæ jactum, cursum, saltum, luctam, pugnam. Verum Lucianus Παγκράτιον pro diversis judicii specie sumit; dum *palæstram* ludum esse ait, qui lutea aspergine fiebat: qui autem in pulvere sit recto stadio se percutiendo, Παγκράτιον: cujus ludi meminit Synesius libro *de somniis*. Thucydides 5. Propertius in illo carmine: *Dum patitur duro vulnera Pancratio*. Quod optime huic loco convenit. *Pancratii* quoque fit mentio apud Senecam, *in declamat. & 5 de benefic.* 5. Plin. 35. Gell. 3. *l. un. C. de athletis. in Novell.* 105. *cap.* 1. Ὁ γραφεὺς leges, non Παγκρατίου, quod aliud est. A Pancratio, Παγκρατιαστὴς, Pugil, & Pugillator. Pancratiastis mos erat se pulvere inspergere, ut testis est Statius *in pugna Tydei & Acoilii*; & Virgilius illo versu, *Furva lustrantur arena*. Et Pollux inter gymnica instrumenta numerat, κονὶς σποδὸς, *pulvis sportulam*. adde Senecam, *7 epistolar. 58. & de brevitate vitæ*. 8. ubi de ceromate.

50 *Arg. l.* 2. §. *ult. l.* 3. 4. *ff. de bis, qui not. infam.* cujus tituli edictum ad servos non pertinet.

51 Aliud tamen esse, quod Aquilam pertinet, dicitur, sanum quis hominem occidat, aut imbecillem. *l.* 24. §. 5. *in fin. ff. de damno.*

52 Imo nihil. *l.* 15. *ff. de ficariis.*

53 Exemplum, *l.* 9. *l.* 49. *ff. cod. l.* 4. §. 14. *ff. ad honorum. l.* 6. *C. de ædificiis privatis & publicis.* vide Hippolytum *consil.* 7. *num.* 51.

54 Vel reddidit. habuit enim is, qui reddidit, justam causam non reddendi: quia tacite hæc conventio stipulationi inesse creditur, *Si is, cui promissum est, in eodem statu manserit*. & Cicero, 1 *officiorum*, tradit, promissa non esse servanda, si ei, cui promiseris, plus noceant, quam prosint.

55 §. *ult. vers. Sed si quis alienum. Inst. cod.*

56 Medicorum munus, inter cætera alia, fuisse fecare, hic locus est argumento: quod & alias à me notatum est. *l.* 4. *in fin. ff. ad leg. Cornel. de sicariis.*

57 Idem dicendum, si aurifex imperitia sua gemmam includendam sibi datam fregerit. *l.* 13. §. 5. *ff. locati.*

58 Adde *l.* 5. *in fin. ff. cod.*

59 Non ex artis præceptis, *l.* 6. §. 7. *ff. de off. Præsid.* vide *l.* 9. §. *penult. ff. locati.* idque locum etiam habet, quoties gratis curationem suscepit. Faber in §. 6. *Inst. cod.* vide Paul. 5 *sent.* 22. §. *ult.* Tria sunt autem in curatione medicorum spectanda, eventus, imperitia, vel culpa, & delictum.

60 Medicos chirurgiam simul exercuisse ostendi ad *l.* 4. *in fin. ff. ad leg. Cornel. de sicariis.* §. 6. *Inst. ad l. Aquil.*

61 Imperitia culpæ adnumeratur.

62 Infirmitas culpæ adnumeratur.

63 Affectare nemo debet id in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam alii periculosam. Punitur igitur adfectatum munus, *ut hic.* ut & affectata tutela. §. *item tria. Inst. de excusat. tutor. Theoph. ibid.* dixi ad Festum *in Adfectare.*

64 Vide *l.* 36. *ff. de reg. jur.* §. 6. *Inst. cod.* Eo casu à medico, tanquam iniquo possessore, hereditas auferri debet. *l.* 3. *ff. de his, quæ ut indignis.*

65 Adde *l.* 15. *ff. de sicariis.* & speciem *l. ult. C. de assessoribus.*

66 Puta, ζώνης, quæ & κεφαλῆς, & ὑγκλισμοῦ *decumbentium*, & ἀναφάλλα, quæ firmandis fœtibus apponuntur, quorum meminit Fulgentius 3 *Myth.* Hujusmodi obstetriciibus, medicinæ usus, necessitatis atque pudoris gratia, tandem ab Athenienses, teste Hygino *libro fabular.* concessus fuit: ἰατρίνας vocantur in Basilicis *l. pen C. de postli. hered.* quibus, ut maribus medicis, culpa imputatur, *ut hic.* & §. 1. *ff. cod.* harum arbitrio æstimabatur, mulier prægnans esset, necne, *l.* 1. *ff. de ventre inspiciendo.* De earum mercedibus extra ordinem jus dicitur. *l.* 1. §. 2. *ff. de extraord. cognit.* vide Cujac. 17 *obs.* 27.

67 Causam mortis præstans, non tenetur de occiso, & differt ab eo, qui occidit.

68 Ut interim sciamus alibi dici, nihil interesse, quis occidat, an causam mortis præbeat. *l.* 15. *ff. de sicariis.*

69 Ut si ejus generis sit medicamentum, ut ore sumatur.

70 Ita *Flor.* al. *Clystere.* Clysterem homines docuit *Ibis* avis, rostri adunciate, per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Cic. 2 *de Nat.* Plin. 8. *cap.* 27.

71 Est enim aliquod bonum. *l.* 3. §. 2. *ff. de sicariis.*

72 V. *l.* 5. *C. cod.*

73 Imo utilis Aquilia danda est. §. 16. *Inst. cod.*

74 Utilis Aquilia datur, quod non occiderit, sed dolo in insidias deduxerit.

75 §. 4. *Inst. cod.*

76 V. *l.* 7. §. 4. *ff. cod.*

77 §. 9. *ff. constit. ad Antecessor. l.* 50. *in fin. ff. de furtis.* §. 11. *Inst. de oblig. ex delicto.*

78 *lib.* 56 *Synops. Basil. ex lib.* 60. *tit.* 3. *cap.* 11. ubi pene hæc lex tota continetur.

79 Pilæ lusus in usu apud veteres Romanos. vide *l.* 52. *in fin ff. cod.* vide Senec. 2 *de benefic.* 19. 32. *& 5 de benefic.* 8. *& 7 de benefic.* 18.

80 Veluti Romæ in foro ante lanienas. Varro apud Nonium, *c.* 2. 7, *expulsum.*

81 Adde *l. final. commodati.*

82 Occidendum, tenendo ei manus.

83 Verbum *quasi* non denotat hic fictionem, sed veritatem.

84 Ictus enim cujusque contemplari oportet: colligantur autem ex teli genere. vide *l. ult. ff. de sicariis.*

85 Vide Clarum 5 *sent.* §. *ult. qu.* 60. *num.* 23.

86 Sic habeto, Primum, si pluribus vulneribus uno impetu Sempronium occiderit, teneri de occiso: si prius vulneraverit, postea occidit, de vulnerato & occiso, *l.* 32. § 1. *ff. cod.* at si idem Sempronius post acceptum vulnus ruina aut naufragio perit, Titius de vulnerato tantum tenebitur. *l.* 15. §. 1. *ff. cod.* Quemadmodum si Titius eundem Sempronium uno ictu examinaverit, *ut hoc* §. Quod si Titius non uno ictu, sed simpliciter, Sempronium a Titio volneratum vulneravit, isque postea moriatur, uterque de occiso tenebitur. *l.* 51. *ff. cod.* Scio nonnullis videri hic agi de liberis occisis: in *d. l.* 51. de servis. Aliam conciliandi rationem affert Zasius 2 *intellect.* 6. sed meo judicio operosiorem.

87 *Examinare* est animam tollere, occidere: hinc *examinus*, occisus. Virgil. *corpus uni examinum positum Pallantis*: Examinatus vero perturbatus, conterritus. Terent. Andr. *examinatum video.* Donatus & Aruntius Celsus.

88 Vide Tiraquellum, *tract. de pœnis temperandis causa* 61.

89 *l.* 1. §. 6. *ff. prox.*

90 Quid si quis irritatu suo feram bestiam, vel aliam quamcunque quadrupedem, in se proritavit, eoque damnum acceperit (ita legendum, *non dederit*, nisi legas, *sibi dederit*)? neque in ejus dominum, neque in custodem datur actio. Paul. 1 *sentent.* 15. §. 3.

91 *l.* 13. *l.* 43. *ff. cod.*

92 An in dominum? vide *l.* 17. *l.* 19. *ff. cod.*

93 Tibi quidquid fuero consecutus. Haloand. vide *l.* 24. *ff. de ædilitio edicto.*

94 In duplum. *Basil.*

95 De pauperie tamen potest. *l.* 2. *ff. prox.*

96 *l.* 12. *ff. cod. l.* 17. *in fin. ff. de usufructu.*

97 *l.* 7. §. 4. *l.* 18. §. 2. *ff. de dolo.*

98 De damno sibi dato.

99 Membrorum suorum dominus nemo videtur: vide quæ scripsi ad *Novell. Leon.* 5. & *l.* 4. *ff. de confessis.*

100 Læsi, vel occisi in fuga.

1 V. *l.* 11. §. 6. *ff. cod.*

2 Cur ita? v. *l.* 54. §. 2. *ff. de adquir. rerum.*

3 *l.* 43. *ff. cod. l.* 36. §. 2. *ff. de petitione hereditat.* vide *l.* 31. *in fin. ff. de hered. instit.*

4 *l.* 7. §. 5. *ff. de dolo.*

5 Legati dominium à die rum motus tollit.

6 *l.* 66. §. 2. *ff. ad Trebell.*

7 *Al.* eam.

8 *Synopsis Basil. d. loco. c.* 16.

9 Adversus eum, qui prior vulneravit, v. *l.* 11. §. 2. *ff. cod.*

10 *l.* 16. *l.* 36. §. 1. *ff. cod.*

11 Theophil. §. 6. *Inst. de noxal.*

12 Quod in eum casum pervenit, à quo incipere non potest, id irritum est.

13 *l.* 11. *ff. de servit. l.* 85. §. 1. *ff. de reg. jur.*

14 *l.* 11. §. 7. *ff. cod.*

15 *l.* 27. *ff. de pign.*

16 Hunc paragraphum August. 3 *Emend.* 1. autoritate Florentinorum motus tollit.

17 *l.* 34. *ff. cod.*

18 Id est, alterutra, ut in *l.* 27. §. 11. *ff. cod.*

19 Quid si servus communis mihi nocuerit? vide *l.* 27. §. 1. *ff. cod. l.*

20 *l.* 23. §. 2. *ff. eodi.*

21 *Quanti plurimi* clausula, æstimationem rei continet.

mni, quod datum est. §. 1. Annus autem retrorsus [22] computatur, ex quo quis occisus est. Quod si mortifere fuerit vulneratus, & postea post longum intervallum mortuus sit, inde annum numerabimus, secundum Julianum, ex quo vulneratus est [23]: licet Celsus contra scribit. §. 2. Sed utrum corpus ejus solum æstimemus, quanti fuerit, cum occideretur, an [24] potius, quanti interfuit nostra, non esse occisum? Et hoc jure utimur, ut ejus, quod interest [25], fiat æstimatio.

XXII. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

PRoinde, si servum occidisti, quem sub pœna tradendum promisi, utilitas [26] venit in hoc judicium. §. 1. Item causæ [27] corpori [28] cohærentes æstimantur, si quis ex comœdis [29], aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga [30], aut ex pari mularum, unum, vel unam occiderit: non solum [enim] perempti corporis æstimatio facienda est, sed & ejus ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.

8. *De successoribus.* 9. *Si servus dolo occisus sit.* 10. *De confitente, aut negante.* 11. *De falsa confessione.*

XXIII. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

INde Neratius scribit, si servus heres institutus occisus [31] sit, etiam hereditatis æstimationem [32] venire [33]. §. 1. Julianus ait, si servus liber & heres esse jussus, occisus fuerit, neque substitutum, neque legitimum, actionem legis Aquiliæ, hereditatis æstimationem consecuturum, quæ servo competere non potuit. Quæ sententia vera est. Pretii igitur solummodo fieri æstimationem, quia hoc interesse solum substituti videretur. Ego autem puto, nec pretii fieri æstimationem: quia, si heres esset [34], & liber esset.

§. 2. Idem Julianus scribit, si institutus fuero sub conditione, SI STICHUM MANUMISERO, & Stichus sit occisus post mortem testatoris, in æstimationem etiam hereditatis pretium me consecuturum: propter occisionem enim defecit conditio. Quod si vivo testatore occisus sit, hereditatis æstimationem cessare: quia retrorsum [35] quanti plurimi fuit, inspicitur. §. 3. Idem Julianus scribit, æstimationem hominis occisi ad id [36] tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit, & ideo, & si pretioso pictori pollex fuerit præcisus, & intra annum, quo præcideretur, fuerit occisus, posse [eum] Aquilia agere: pretioque eo æstimandum, quanti fuit prius, quam artem cum pollice amisisset. §. 4. Sed & si servus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat, fuerit occisus, de quo quæstionem habere destinaveram, ut [37] fraudium participes eruerentur, rectissime Labeo scribit, tanti æstimandum, quanti mea intererat, fraudes servi per eum commissas detegi [38], non quanti noxa ejus servi valeat. §. 5. Sed & si bonæ frugi servus, intra annum mutatis moribus, occisus sit, pretium id æstimabitur, quanto valeret prius, quam mores mutaret. §. 6. In summa, omnia commoda, quæ intra annum, quo interfectus est, pretiosiorem servum facerent, hæc accedere ad æstimationem ejus, dicendum est. §. 7. Si infans [39] sit occisus nondum aniculus [40], verius est sufficere hanc actionem: ut æstimatio referatur ad id tempus, quo [41] intra annum vixit. §. 8. Hanc actionem & heredi [42] cæterisque successoribus dari constat. Sed in heredem vel cæteros hæc actio non dabitur, cum sit pœnalis [43]: nisi forte ex damno locupletior heres factus sit. §. 9. Si dolo servus occisus sit, & lege Cornelia [44] agere dominum posse constat: &, si lege Aquilia egerit, præjudicium fieri Corneliæ [45] non debet [46]. §. 10. Hæc actio adversus confitentem competit in simplum: adversus negantem, in duplum [47]. §. 11. Si quis hominem vivum falso confiteatur occidisse, & [48] postea paratus sit ostendere, hominem vivum esse, Julianus scribit, cessare Aquiliam: quamvis confessus sit se occidisse: hoc enim solum remittere actori confessoriam actionem, ne necesse habeat docere, eum occidisse: cæterum occisum esse hominem à quocunque oportet [49].

XXIV. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

HOc apertius est circa vulneratum hominem: nam si confessus sit vulnerasse, nec sit vulneratus, æstimationem cujus vulneris faciemus? vel ad quod tempus recurremus?

1. *De confessione procuratoris, tutoris, curatoris.* 2. *De officio judicis in confitentem.*

XXV. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

PRoinde si occisus quidem non sit, mortuus autem sit, magis est, ut non teneatur in mortuo, licet fassus sit. §. 1. Si procurator, aut tutor, aut curator, aut quivis alius [50] confiteatur [51] [aut] absentem vulnerasse, confessoria in eos [52] utilis actio danda est. §. 2. Notandum, quod in hac actione, quæ adversus confitentem datur, Judex non rei judicandæ, sed æstimandæ datur: nam * nullæ partes sunt judicandi [53] in confitentes [54].

XXVI. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

PUta enim, quod qui convenitur, fateatur se occidisse, & paratus sit æstimationem solvere, & adversarius [55] magni [56] litem æstimat.

De servo servum furripiente & occidente. 1. *De servo communi.* 3. *Qui tenentur nomine servi.* 4. *Caput secundum.* 5. *Caput tertium.* 6. *De homine, vel pecude, rupto, fracto, usto.* 7. *De arbusto, ædificio, & rebus inquilini exusto.* 10. *De furno secundum parietem communem.* 11. *De ædificio exusto.* 12. *De apibus exustis.* 13. *Quid sit* rumpere. 14. *De lolio aut avena in segetem injecto.* 15. *De vino corrupto.* 16. *De fracto vel usto.* 17. *De servo vulnerato vel cæso.* 18. *De vestimentis scissis vel inquinatis.* 19. *De milio vel frumento effuso.* 20. *Si quid frumento immixtum sit.* 21. *De nummis excussis.* 22. *De partu ejecto.* 23. *De mulo nimium onerato.* 24. *De nave perforata.* 25. *De fructibus perceptis.* 26. *De sylva cæsa.* 27. *De salicto.* 28. *De puero castrato.* 29. *De artifice, qui calicem fregit.* 30. *De margaritis ab uxore perforatis.* 31. *De foribus fractis, aut ædificio diruto.* 32. *De aquæductu diruto.* 33. *Si lapis ex plaustro ceciderit.* 34. *De mulo, qui pollicem servi, ad quem erat alligatus, avulsit.* 35. *De lacu pertuso, & vino effuso.*

XXVII. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

SI servus servum alienum subripuerit, & occiderit, [&] Julianus & Celsus scribunt, & furti & damni [57] injuriæ competere actionem. §. 1. Si servus communis, id est, meus & tuus, servum meum occiderit, legi Aquiliæ locus est adversus te, si tua voluntate [58] fecit: & ita Proculum existimasse, Urseius refert. Quod si non voluntate tua fecit: cessare noxalem actionem: ne [59] sit in potestate servi [60], ut tibi soli serviat: quod puto verum esse.

§. 2. Item si servus communis, meus & tuus [61], sit occisus à servo Titii, Celsus scribit, alterum ex dominis agentem, aut litis æstimationem consecuturum pro parte, aut noxæ dedi ei in solidum oportere: quia hæc res divisionem non recipit. §. 3. Servi autem occidentis nomine dominus tenetur [62]: is vero, cui bona fide servit, non [63] tenetur. Sed an is, qui servum in fuga habet, teneatur nomine ejus Aquiliæ actione, quæritur? & ait Julianus, teneri [64]: Et est verissimum, cum & Marcellus consentit.

§. 4. Hujus legis secundum quidem capitulum in desuetudinem abiit [65]. §. 5. Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia, CÆTERARUM [66] RERUM, PRÆTER HOMINEM ET PECUDEM OCCISOS, SI QUIS ALTERI DAMNUM FAXIT, QUOD USSERIT, FREGERIT, RUPERIT INJURIA, QUANTI EA RES ERIT IN DIEBUS TRIGINTA PROXIMIS, TANTUM ÆS DOMINO DARE DAMNAS ESTO. §. 6. Si quis igitur non occiderit hominem vel pecudem, sed usserit, fregerit, ruperit, sine dubio ex his verbis legis agendum erit [67]. Proinde, si facem servo meo objeceris, & eum adusseris, teneberis mihi. §. 7. Item, si arbustum meum vel villam meam incenderis [68], Aquiliæ actionem habebo.

§. 8. Si quis insulam voluerit meam exurere, & ignis etiam ad vicini insulam pervenerit, Aquilia tenebitur etiam vicino: non minus etiam inquilinis tenebitur, ob res eorum exustas.

§. 9. Si fornacarius [69] servus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuerit exusta, Neratius scribit, ex locato conventum [70] præstare debere: si negligens in eligendis ministeriis [71] fuit: cæterum si alius ignem subjecerit fornaci, alius negligenter custodierit, an tenebitur, qui subjecerit? nam, qui custodiit, nihil fecit; qui recte ignem subjecit, non peccavit [72]: quid ergo [est]? Puto utilem competere actionem tam in eum, qui ad fornacem obdormivit, quam in eum, qui negligenter custodiit [73]. Nec quisquam dixerit in eo, qui obdormivit, rem eum humanam & naturalem passum: cum [74] deberet vel ignem extinguere, vel ita munire, ne evagetur. §. 10. Si furnum secundum parietem communem haberes, an damni injuria tenearis? Et ait Proculus, agi non posse, quia nec cum eo, qui focum haberet [75]: & ideo æquius puto, in factum actionem dandam: scilicet, si paries exustus sit: si autem nondum mihi damnum dederis, sed ita ignem habeas, ut [76] metuam, ne mihi damnum des, damni infecti puto sufficere cautionem. §. 11. Proculus ait, cum coloni servi villam exussissent, colonum vel ex locato, vel * ex * lege Aquilia teneri: ita ut colonus possit servum [77] noxæ dedere [78]: &, si uno [79] judicio res esset judicata, altero amplius non agendum. Sed hæc ita, si culpa [80] colonus careret: cæterum, si noxios servos habuit [81], damni eum injuria teneri, cur tales habuit. Idem servandum & circa inquilinorum [82] insulæ personas scribit: Quæ sententia habet rationem. §. 12. Si cum apes meæ ad tuas advolassent, tu eas exusseris [83], legis Aquiliæ actionem competere Celsus ait.

§. 13. Inquit lex, RUPERIT. [*Rupisse*] verbum fere omnes veteres sic intellexerunt, corruperit. §. 14. Et ideo Celsus quærit, si lolium aut avenam [84] in segetem alienam injeceris, quo eam [tu] inquinares, non solum *quod vi aut clam* dominum posse agere, vel, si locatus fundus sit, colonum, sed & in factum agendum: & si colonus eam exercuit, cavere eum debere, *amplius* [85] *non agi*: scilicet, ne dominus amplius inquietet: nam alia quædam species damni est, ipsum quid corrumpere, & mutare, ut lex Aquilia locum habeat: alia, nulla ipsius mutatione applicare aliud, cujus molesta separatio sit. §. 15. Cum eo plane, qui vinum [86] spurcavit [87], vel effudit [88], vel acetum fecit, vel alio modo vitiavit, agi posse Aquilia, Celsus ait: quia etiam effusum, & acetum factum, corrupti appellatione continetur. §. 16. Et non negat fractum & ustum contineri *corrupti* appellatione: Sed non esse novum ut lex, specialiter quibusdam enumeratis, generale subjiciat verbum, quo specialia complectatur: Quæ sententia vera est.

§. 17. *Rupisse* eum utique accipiemus, qui vulneravit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cecidit, vel telo, vel quo alio, ut scinderet alicui corpus, vel tumorem fecerit: sed ita demum, si damnum injuria datum est: cæterum si nullo servum pretio viliorem deterioremve fecerit, Aquilia cessat: injuriarumque [89] erit agendum dumtaxat: Aquilia enim eas ruptiones, quæ damna dant, persequitur. Ergo, etsi pretio quidem non sit deterior servus factus, verum sumptus in salutem ejus & sanitatem facti sunt, in hæc mihi videri damnum datum [90], atque ideo lege Aquilia agi posse.

§. 18. Si

---

22 *Retrorsus*, hoc est, ante: unde *retrorsior* pro antiquiore (sic enim legi quoque potest, non modo *retrosior*) apud Tertullianum, *cap.* 19 *apologetic.* Cæteri, inquit, quoque Prophetæ, etsi Moysi posthumant, extremissimi tamen eorum non retrorsiores deprehenduntur primoribus vestris sapientibus, & legisperis, & historicis? ita legendum est cum interrogatione. Quod doctissimus sane interpres *Pammelius* non observavit, observavit postea *Junius*. Vult enim Tertullianus, ultimos prophetarum, sapientibus & Philosophis gentilium, tempore, antiquiores: nisi quod non admitto *retrosiorem* accipias, pro eo, qui sequitur, hoc sensu, Extremissimi prophetarum, non retrosiores sunt Ethnicorum sapientibus, legisperis & historicis, id est, non sunt illis recentiores; vel denique, nisi (ut in quibusdam libris est) *non* expungitur.

23 Tunc enim fingitur occisus. *l.* 15. §. 1. ff. *eod.*

24 Id, quod interest, non metimur ex solo servi occisi corpore, sed ulterius etiam.

25 *l.* 22. *l.* 23. §. 1. 4. 6. *l.* 37. §. 1. *l.* 51. §. *æstimatio. l.* 55. *vers. quanti igitur.* ff. *eod. l.* 1. §. *pen.* ff. *tit. prox.* Goth. Sc. quod revera interest; affectionis enim nulla æstimatio est. *l.* 33. *l.* 62. ff. *eod. l.* 6. §. 2. *de oper. serv.* Ans.

26 Seu id, quod interest, *l.* 21. ff. *eod. Utilitatis* enim verbo hic id quod interest intelligitur.

27 Causæ corpori cohærentes, utilitates, accessiones. *l.* 37. §. 1. ff. *eod.*

28 *Corpus* hic non id, quod corpus in homine est, vocat simpliciter, sed id, quod ex distantibus & pluribus corporibus perficitur. Est enim corpus comœdorum, symphoniacorum, gemellorum, quadrigæ, paris mularum.

29 *l.* 34. *in fin. l.* 38. *in fin.* ff. *de de ædilitio.*

30 *d. l.* 38.

31 *Subaudi*, antequam etiam adiret hereditatem jussu domini. §. 10. *Inst. eod.*

32 *l.* 11 ff. *ad exhib. l.* 52. §. *pen.* ff. *de furtis.*

33 Imo non venit. *l.* 63. ff. *ad leg. Falcid.*

34 §. 1. *Inst. de hered. instit. l. pen. C. de necessariis.*

35 *l.* 21. §. 1. ff. *eod.*

36 Vide *l.* 21. ff. *eod.*

37 Vide *l.* 15. §. 41. ff. *de injuriis.*

38 Sic de cautione subrepta, aut corrupta, & instrumentis competit condictio, & damni injuriæ actio. *l.* 9. §. 2. ff. *de dolo.*

39 De infante v. *l.* 70. ff. *de V. O.*

40 Id est, cum nondum annum compleviset.

41 Non fit æstimatio totius anni ejus, qui nondum aniculus occisus: sed ejus temporis, quo intra annum vixit.

42 V. *l.* 36. §. 1. ff. *eod. l.* 1. §. 1. ff. *de privat. delict.*

43 *l.* 111. *in fin. de reg. jur.* pœnales actiones non dantur in heredes, nisi locupletiores factos.

44 Vide *l.* 3. *C. eod.*

45 *l.* 2. §. 1. ff. *vi bonor. raptor.*

46 Imo potest. *l.* 7. §. 1. *in fin.* ff. *de injuriis.*

47 Vide *l.* 2. §. 1. ff. *eod.*

48 Notorietas innocentiæ potest purgari. *l.* 13. *in fin. pr. l.* 14. *in fin.* ff. *de interrogat. c. ult. de confessis.*

49 Addе *l.* 24. ff. *eod. l.* 4. ff. *de confessis.*

50 Veluti defensor. *l.* 9. §. 4. ff. *de interrog.*

51 Sine mandato, & tamen facto.

52 Præjudicium non faciunt domino, pupillo, adulto, nisi mandatum speciale confitendi habuerit procurator, &c. aut confessio ejus rata postea habita fuerit. *l.* 6. §. 4. ff. *de confess. l.* 20. ff. *de interrog.*

53 *Al.* Judicantis.

54 Nisi in condemnando, idque in civilibus, non in criminalibus. *Bart.*

55 Confitentis.

56 Cum is, qui confessus est, minus æstimet.

57 Id est, duas actiones. *l.* 2. *in fin.* ff. *de privatis delictis.*

58 *l.* 1. §. *quod ergo additur.* ff. *de vi & vi.*

59 Ratio infirma: vide Cujac. 17 *obs.* 15. adde quæ scripsi ad *l.* 21. *C. de furtis.*

60 Similis est ratio in *l.* 16. §. *fervit.* ff. *de publican. l.* 13. ff. *de adquir. possess.*

61 *l.* 19. 20. ff. *eod.*

62 Imo non tenetur. *l.* 11. ff. *de noxalibus.* Solve, ut mox dicetur.

63 Imo tenetur noxali bonæ fidei possessor. *l.* 13. *& l.* 28. ff. *de noxalib. l.* 8. ff. *de interrogat.* Ne dicas cum Græcis hic non agi de noxali, sed de alia actione: nam de noxali actione hæc lex prorsus loquitur, cum dicat, *servi nomine.* Ne dicas, bonæ fidei possessorem hic bonæ fidei esse desiisse, quo tempore cum eo ageretur noxali judicio; hæc enim commenta sunt. Dic potius, bonæ fidei possessorem non teneri noxali actione, ut vel æstimationem litis sufferat, ut servum actoris faciat (quia & illud iniquum est, & hoc præstare non potest, cum ipse dominus non sit; sed teneri ut servum dimittat, & toto suo jure cedat. Dominum autem proprie teneri, ut servum actoris faciat, quia vindicandi servi à bonæ fidei possessore facultatem habet. *arg. l.* 22. ff. *de noxalib.* Atqui negatur dominum servi nomine ab alio bona fide possessi, furti teneri. *l.* 11. ff. *de noxalib.* Dic dominum ita non teneri, ut electo bonæ fidei possessore non teneatur, cum ab initio liberum sit actori, vel cum domino experiri, ut litis æstimationem præstet: vel cum bonæ fidei possessore, ut eum a se dimittat, si nolit pro eo subire litis æstimationem: quod forte servatur in versiculi sequentis hypothesi.

64 Imo non tenetur dominus noxali actione de furto à suo servo fugitivo commisso. *l.* 17. §. 3. ff. *de furtis. l.* 21. §. 3. ff. *de noxalibus.* Paul. *2 sent.* 31. §. 23.

65 Secundum hoc legis Aquiliæ caput videtur fuisse de intercepta nobis utilitate aliqua, cujus exemplum ex 9 Plin. 59 citat Cujac.

66 *Al.* Cæterarum rerum si quis alteri damnum faxit, quod aliquod animal præter hominem & pecudem occiderit, quod usserit, fregerit. Hotom. 4 *observat.* 2. Verum hæc lectio minime necessaria est: restringitur enim ad animalia contra mentem jurisconsulti, qui ad res etiam inanimatas extendit hanc legem, *ibi: cæterarum rerum.* unde de arbusto, villa, insula, furno dicitur, Aquiliæ quoque actionem competere. §. 7. 8. 9. 10. ff. *eod.*

67 Primo capite legis agitur de occiso: secundo, de intercepta nobis aliqua utilitate, ut antea exposui: tertio, de usto, fracto, rupto. *ut hic.*

68 Vide *l.* 30. §. 3. ff. *eod. l.* 1. 2. *C. eod.*

69 Exemplum vide apud Festum, *in Salinum.* Cæterum in Florentinis legitur, *Fornicarius:* in Synopsi Basil. φερνάκιος, verum *Fornicarius* rectius est. *Goth.* Vid. in hunc § Aflict. *decis.* 57. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. jud. cent.* 4. *cas.* 390. *num.* 2. 16.

70 An & sequentium annorum? an vero etiam totius villæ æstimationem?

71 An hoc ita accipi oportet, ut colonus etiam negligentiæ teneatur?

72 Incendium ergo non imputatur colono, quoties vel à se, vel ab ejus servo ignis camino, vel fornaci recte subjectus fuit: eoque casu, si incendium oriatur, non ex culpa, sed fortuito venit: ideo nec colonus tenebitur. *l.* 11. ff. *de incend.* vide *l.* 3. §. 1. ff. *de off. Præf. vigilum.*

73 Negligens custos tenetur. Negligere videtur, qui circa ignem commissum obdormit.

74 Somnus, etsi res humana & naturalis est, imputatur tamen ei, qui vigiliam in se recipit. Somnus an excusfet facientem, vide Tiraqu. *tract. de pœnis temperandis. causa* 5. *& e. majores. de baptism. Clementinam unicam de homicidio.*

75 Quisque foco & igne in suo impune uti potest, *l.* 15. ff. *de servitut. l.* 8. *in fin.* ff. *si servit. vind.* excepta tabulis: id enim quidam extraordinarium videtur. *l.* 13. ff. *de servit. urb.*

76 Fumi vel ignis nomine cautio exigi potest, vide tamen *l.* 24. §. *præterea.* ff. *de damn.*

77 *Al.* servos.

78 Quid juris sit hodie, si minister, qui nobis servit, cujusque deditio noxæ nobis non competit, ignem subjecerit.

79 *l.* 42. ff *locati.*

80 Colonus tenetur de incendio sua culpa dato. vide quæ notavi ad *l.* 11. ff. *de incend.* Quod si culpa careat, dedere ipsum servum, qui incendium fecit, potest.

81 Colonus in culpa quodammodo esse videtur, qui noxiis servis utitur. adde speciem *l.* 25. §. 4. ff. *locati.*

82 Quod jus est in colono incendii ratione, idem in inquilino esse debet.

83 Hoc enim tertium caput legis Aquiliæ de exustis agit. §. 5. 6. ff. *eod.*

84 ἄγρωστιν Græci vertunt, id est, verbenam. Idem est, si arenam in frumentum, §. 20. ff. *eod.* tametsi eo loco legant quidam *avenam*, ut hic, & apud Cicer. 5 *de finibus.* Tertull. *lib. de præscript. c.* 31. Parabola bonum semen frumenti à domino seminatum primo constituit, avenarum autem sterilis fœni adulterium ab inimico Diabolo postea superducit. Huc tamen pertinere versus Virgilianus potest: *Infelix lolium & steriles dominantur avenæ.* Infelix lolium, vel eo dici putat Isidorus, quod sit inutile & infœcundum. *lib.* 7. *c.* 9.

85 De hac formula dixi ad *l.* 15. ff. *ratam rem.*

86 *Theophil.* §. 13. *Inst. eod.* vel aquas. vide *l.* 1. ff. *de extraord. crimin.*

87 Spurcat vinum, qui aquam infundit. adde Festum *in spurcum vinum*: vide proverbium, ἀκράτιστος τὸν οἶνον, ἐπιχέας ὕδωρ, perdidisti vinum aqua infusa.

88 Idem est, si frumentum. §. 19. ff. *eod.*

89 *l.* 9. *in fin.* ff. *de injuriis.*

90 Sensus est, lege Aquilia agi posse & sanato vulnerato servo, *l.* 45. §. 1. ff. *eod.* alias qui servum curavit alienum, sumptus in eo factos recuperare posse. vide *l.* 10. *C. de negotiis.*

§. 18. Si quis vestimenta sciderit, vel inquinaverit [91], Aquilia, quasi ruperit, tenetur. §. 19. Sed & si quis milium [92] vel frumentum meum [93] effuderit in flumen, sufficit Aquiliæ actio.

§ 20. Item, si quis frumento arenam [94] vel aliud [quid] immiscuit, ut difficilis [95] separatio sit, quasi de corrupto agi poterit.

§. 21. Si quis de [96] manu mihi nummos excusserit [97], Sabinus existimat, damni injuriæ esse actionem, si ita perierint, ne ad aliquem pervenirent, puta si in flumen [98], vel in mare, vel in cloacam ceciderunt. Quod si ad aliquem pervenerunt, *ope* [99] *consilio furtum factum* agendum: Quod & antiquis placuit. Idem, etiam in factum dari posse actionem ait. §. 22. Si mulier pugno vel equa ictu à te percussa ejecerit [100], Brutus ait, Aquilia teneri, quasi rupto. §. 23. Et si mulum plus justo oneraverit [1], & aliquid membri ruperit, Aquiliæ locum fore. §. 24. Si navem venaliciarum mercium perforasset, Aquiliæ actionem esse, quasi ruperit, Vivianus scribit. §. 25. Si olivam immaturam [2] decerpserit, vel segetem [3] desecuerit immaturam, vel vineas crudas, Aquilia tenebitur: quod si jam maturas, cessat Aquilia: nulla enim injuria est, cum tibi etiam impensas donaverit [4], quæ in collectionem hujusmodi fructuum impenduntur. Sed si collecta hæc interceperit, furti [5] tenetur. Octavenus in uvis adjicit: nisi (inquit) in terram uvas projecit, ut effunderentur. §. 26. Idem & in sylva cædua scribit, ut, si immaturæ [6], Aquilia [7] teneatur: quod si matura [8] interceperit, furti teneri [9] eum, & arborum [10] furtim cæsarum. §. 27. Si salictum maturum ita, ne stirpes læderes, tuleris, cessare Aquiliam. §. 28. Et, si [11] puerum quis castraverit, & pretiosiorem [12] fecerit, Vivianus scribit, cessare Aquiliam: sed injuriarum erit agendum, aut ex edicto Ædilium, [aut] in quadruplum [13]. §. 29. Si calicem diatretum [14] faciendum dedisti, si quidem imperitia [15] fregit, damni injuria tenebitur: si [vero] non imperitia fregit, sed rimas habebat vitiosas, potest esse excusatus: & ideo plerumque [16] artifices convenire solent, cum ejusmodi materiæ dantur, non periculo suo se facere: Quæ res, ex locato tollit actionem, & Aquiliæ. §. 30. Si cum maritus uxori margaritas extricatas [17] dedisset in usu, eaque invito vel inscio viro perforasset, ut pertusis in linea [18] uteretur, teneri eam lege Aquilia [19], sive divertit, sive nupta est adhuc. §. 31. Si quis ædificii mei fores confregerit, * vel refregerit, * aut si ipsum ædificium [20] diruit, lege Aquilia tenetur. §. 32. Si quis aquæductum meum diruerit, licet cæmenta mea sunt, quæ diruta sunt, tamen quia terra mea non sit [21], qua aquam duco, melius est dicere, actionem utilem dandam. §. 33. Si ex plostro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plostrarium teneri, placet, si male composuit lapides, & ideo lapsi sunt.

§. 34. Si quis servum conductum [22] ad mulum regendum, commendaverit ei mulum, ille ad pollicem [suum] eum alligaverit de loro, & mulus eruperit sic, ut & pollicem avelleret servo, & se præcipitaret: Mela scribit, si pro perito imperitus locatus sit, ex conducto agendum cum domino ob mulum ruptum vel debilitatum; sed, si ictu aut terrore mulus turbatus sit, tum dominum ejus, (id est, muli, & servi) cum eo, qui turbavit, habiturum legis Aquiliæ actionem: Mihi autem videtur, & eo casu, quo ex locato actio est, competere [etiam] Aquiliæ. §. 35. Item si tectori [23] locaveris laccum [24] vino plenum curandum [25], & ille eum pertudit, ut vinum sit effusum, Labeo scribit in factum agendum.

De foveis. 1. De causæ cognitione.

XXVIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

QUi foveas ursorum cervorumque capiendorum causa faciunt, si in itineribus [26] fecerunt, eoque aliquid decidit, factumque deterius est, lege Aquilia obligati sunt: at si in aliis locis, ubi [27] fieri solent, fecerunt, nihil tenentur. §. 1. Hæc tamen actio *ex causa* danda est: id est, si neque denunciatum est [28], neque scierit, aut providere potuerit (& multa hujusmodi deprehenduntur, quibus summovetur petitor, si evitare periculum poterit.)

De laqueis. 1. De protecto vel aqueductu recisо. 2. De navibus. 6. De animalibus læsis, quæ pecudes non sunt. 7. De magistratibus & pignoribus. 8. De verbo plurimi, *supplendo in tertio capite.*

XXIX. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

QUemadmodum si laqueos [29] eo loci posuisses, quo [30] jus ponendi non haberes, & pecus vicini in eos [laqueos] incidisset.

§. 1. Si protectum meum, quod supra domum tuam nullo jure habebam, recidisses, posse me tecum damni injuria agere, Proculus scribit: debuisti enim mecum, *jus mihi non esse protectum* [31] *habere*, agere: nec esse æquum, damnum me pati, recisis à te meis tignis. † Aliud est dicendum ex rescripto Imperatoris Severi, qui ei, per cujus domum trajectus erat aquæductus citra servitutem, rescripsit, *jure suo posse eum intercidere*: & merito: interest enim, quod hic in suo protexit, ille in alieno fecit. §. 2. Si navis tua impacta in meam scapham, damnum mihi dedit, quæritum est, quæ actio mihi competeret? Et ait Proculus, si in potestate nautarum fuit, ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum nautis agendum: quia parvi refert, navem immittendo, aut servaculum [32] ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis: quia omnibus his modis per te damno adficior. Sed [33] si fune rupto, aut, cum à nullo regeretur navis, incurrisset, cum domino agendum non [34] esse. §. 3. Item Labeo scribit, si cum vi [35] ventorum navis impulsa esset in funes anchorarum alterius, [&] nautæ funes præcidissent, si [36] nullo alio modo, nisi præcisis funibus explicare se potuit, nullam actionem dandam [37]. Idemque Labeo, & Proculus, & circa retia piscatorum, in quæ navis [piscatorum] incideriat, æstimarunt. Plane, si culpa nautarum id factum esset, lege Aquilia agendum. Sed ubi damni [38] injuria agitur, ob retia, non piscium, qui ideo capti non sunt, fieri æstimationem [39], cum incertum fuerit, an caperentur. Idemque [40] & in venatoribus, & in aucupibus probandum. §. 4. Si navis alteram contra se venientem obrusisset, aut in gubernatorem, aut in ducatorem [41], actionem competere damni injuriæ, Alfenus ait. Sed si tanta vis navi facta sit, quæ temperari non potuit, nullam in dominum dandam actionem: sin autem culpa nautarum id factum sit, puto Aquiliæ sufficere. §. 5. Si funem quis, quo religata navis [42] erat, præciderit, de nave, quæ periit, in factum agendum.

§. 6. [Hac actione] ex hoc legis capite de omnibus animalibus læsis, quæ pecudes non sunt, agendum est, puta, ut de cane. Sed & de apro, & leone, cæterisque feris & avibus idem erit dicendum [43]. §. 7. Magistratus municipales [44], si damnum injuria dederint, posse Aquilia [45] teneri. Nam & cum pecudes aliquis pignori cepisset, & fame eas [46] necavisset, dum non patitur [re] eis cibaria adferre, in factum actio danda est. Item si, dum putat se ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas [47] corruptasque [48] reddat [49], dicitur legem Aquiliam locum habere: quod dicendum est & si ex lege pignus cepit. Si quid tamen Magistratus adversus [50] resistentem violentius fecerit, non tenebitur Aquilia: Nam & cum pignori servum cepisset, [&] ille se suspenderit, nulla datur actio. §. 8. Hæc verba, QUANTI [51] IN TRIGINTA DIEBUS PROXIMIS FUIT, etsi non habent PLURIMI, sic tamen esse accipienda constat.

De adultero, 1. Aut pignerato servo occisо. 2. De vino vel frumento consumpto. 3. De dolo & culpa. De segete aut vinea læsa progressu ignis. 4. Si servus non mortifere vulneratus, negligenter perierit.

XXX. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

QUi occidit adulterum deprehensum servum alienum [52], hac lege non tenebitur. §. 1. Pignori datus servus, si occisus sit, debitori [53] actio [54] competit. † Sed an & creditori danda sit utilis, quia potest interesse ejus, quod debitor solvendo non sit, aut quod litem tempore amisit, quæritur? Sed [hic] iniquum est, & domino & creditori eum teneri: nisi si quis putaverit nullam in ea re debitorem injuriam passurum, cum prosit ei ad debiti quantitatem [55], &, quod sit amplius, consecuturus sit ab eo: vel ab initio in id, quod amplius sit, quam in debito, debitori dandam actionem: & ideo in his casibus, in quibus creditori danda est actio propter inopiam debitoris, vel quod litem amisit, creditor quidem usque ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem, ut prosit hoc debitori; ipsi autem debitori in id [56], quod debitum excedit, competit Aquiliæ actio. §. 2. Si quis alienum vinum vel frumentum consumpserit, non videtur damnum injuria dare: ideoque utilis danda est actio. §. 3. In hac [quoque] actione, quæ ex hoc capitulo oritur, dolus & culpa punitur. Ideoque si quis in stipulam [57] suam, vel spinam [58], comburendæ ejus causa, ignem immiserit, & ulterius evagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit [59], requiramus num imperitia ejus aut negligentia id accidit: nam, si die ventoso id fecit, culpæ reus est: nam & * *qui occasionem* [60] *præstat, damnum fecisse videtur* [61]. In eodem crimine est & qui non observavit, ne ignis longius procederet. At si omnia quæ oportuit observavit, vel subita vis [62] venti longius ignem produxit, caret culpa. §. 4. Si vulneratus fuerit servus non mortifere, negligentia autem [63] perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso.

Si quid putator vel machinarius dejecerit.

XXXI. IDEM lib. X ad Sabinum.

SI [64] putator [65], ex arbore ramum cum dejiceret, vel machinarius [66] hominem prætereuntem occidit: ita tenetur, si is in publicum decidat, nec [67] ille proclamavit [68], ut casus ejus evitari possit. Sed Mucius etiam dixit, si in privato idem accidisset, posse de culpa agi: * culpam [69] autem esse, quod, cum à diligente provideri poterit, non esset provisum [70], aut tum denunciatum esset, cum periculum evitari non possit. Secundum quam rationem non multum refert, per publicum, an per privatum iter fieret: cum plerumque [71] per privata loca volgo iter fiat. Quod si nullum iter erit, dolum dumtaxat præstare debet, ne immittat in eum, quem videritⁱ transeuntem: nam culpa ab eo exigenda non est: cum divinare [72] non potuerit [73], an per eum locum aliquis transiturus sit.

Si familia damnum dederit. 1. Quis servum vulneraverit, vel occiderit.

XXXII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

ILlud quæsitum est, an quod Proconsul in furto observat, quod à familia factum sit, (id est, ut non in singulos detur pœnæ persecutio, sed sufficeret [74] id præstari, quod præstandum foret, si id furtum

---

91 Vel si finxerit aliquem perfuderit. *l. 1. §. 1. ſ. de extraord. crim.*

92 An à milio *Varrone*, ut lit vis ad coquendum milium? minime. vide quæ note ad *l.* 19. §. 12. *ſ. de aurо*: *Superius Glossis*, v. *Cuius* 2. *col.* 6

93 Vel vinum, §. 15 *ſ. eod.*

94 Idem si avenam, ut §. 14. *ſ. eod.* id est, lolium.

95 Vide §. 14. *in fin. ſ. eod.*

96 Manu nummos qui alteri excusserit, ita ut ad nullam pervenirent, sed pereant, damni injuriæ: si, ut ad aliquem pervenirent, excussit, furti, vel in factum tenetur.

97 *l.* 52 §. 13. *ſ. de furtis.*

98 Adde *l.* 14. §. 2. *ſ. de præscriptis verbis.*

99 Vid. *l.* 50. §. 1. *ſ. de furtis.*

100 Id est, abortum fecerit. *ut l.* 39. *ſ. eod.*

1 *l.* 30. §. 2. *ſ. locati.* Adde de eo, qui immaturam virginem stupravit, *l.* 25. *ſ. de injuriis. l.* 38. §. 3. *ſ. de pœnis.*

2 Vide quæ notavi ad *l.* 48. *ſ. de usufr.*

3 Vide *l.* 21. *in princ. ſ. de furt.*

4 An id tempore præstimatur, colligе ex iis, quæ adnotavi ad *d. l.* 48.

5 *l* 25. *in fi. ſ. de furtis.*

6 *Al.* immaturam, *l.* 1. *C. cod. l.* 18. *ſ. quod vi, aut clam.*

7 Imo quod vi, aut clam. *l.* 18. *ſ. quod vi.*

8 *Al.* Maturam. immaturam autem sylvam cæduam interpretor, quæ ante consuetum cædendi tempus cæsa sit.

9 Vide *l.* 11. *ſ. arborum furtim cæsarum.*

10 Imo nihil præstabit. *d. l.* 18.

11 19 *Synopſ. Basilic.* περὶ ἐνυβρίσεων. *c.* 74. §. 2.

12 Nam castratis & eunuchis cubiculariis utebantur principes. vide *l.* 4. *C. de præpositis sacri cubiculi*, & *ibi. Cujac.* Quintilianus 5. *c.* 12. Mancipiorum negotiatores, formæ puerorum virilitate excisa lenocinantur. & *post*: sed mihi naturam intuenti, nemo non vir spadone *formosior* erit, nec tam eversi umquam videbitur ab opere suo providentia, ut debilitas inter optima inventa sit: Nec id ferro *speciosum* fieri putabo, quod, si nascetur, monstrum erat: libidinem juvet ipsum effœminati sexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut si qua *pretiosa* fecit, fecerit & bona, *&c.*

13 Vide quæ notavi ad *Novell.* 142. *cap.* 1. *de pœna eorum, qui alios castrant.* 14 Id est, calicem ex lapillo vel gemma perforandum, cavandumve; unde Diatretarii, qui perforant margaritas, οἱ τετιτῶντες τὰς μαργαρίτας, *in l.* 1. *C. de excusat. artificum.* vid. etiam Turneb. 27 *adverſ.* 31.

15 *l.* 13. §. 5. *ſ. locati.* 16 Conventione fieri potest, ut ne Aquiliæ actionis nomine quis teneatur. 17 ὑπρίτης *Basil.* exaluminatas Plinio, à detracto alumine, nondum tamen pertusas, & conjectas in lineam. vide *Cujac.* 18 *obſ.* 37. 18 *Linea* margaritarum quid, vid. quæ scripsi *in l. lineam* 26. *ſ. ad l. Falcid.* 19 *l.* 2. *C. rerum amot. l.* 37. *ſ. de donat. inter virum.* 20 *l.* 50. *ſ. eod.* 21 Adde *l.* 30. §. *de ſervit. ruſtic.* 22 Adde *l.* 60. §. 7. *ſ. locati.* 23 Vietori, *Bud.* sed Basilica habent, κουάτῳ, id est, tectori, qualis is est, qui tectorium cisternæ inducit. alias legitur, victori. *Cujac.* 10 *obſerv.* 9. Porro tectoris fit mentio *l.* 5. §. 7. *ſ. commodati.* 24 Non excipulum musti defluentis è torculari, sed cisternam vini, de qua vid. *l.* 21. §. 5 *ſ. de furtis.* meminit Xenophon, *lib.* 4 ἀναβάσεως, & Suidas. 25 Id est, incrustandum, ἐπὶ τῷ ψηνίσαι, vel φιλοκαλήσαι, vel ἀναχρίσαι τὰς πλήρεις ὠοτῦ. vid. *Cujac.* 10 *obſer.* 9. 26 *l.* 7. §. *antepen. ſ. quod vi.*

27 Ut si quis rete, quo tempore fruges colliguntur, tetenderit, & in illud collapsum animal interierit, indemnis est retis dominus, 6 *Harmen. in Georgicis* 6. §. 5. adde *l.* 29. *ſ. eod.* 28 *l.* 31. *ſ. eod.*

29 *l.* 55. *ſ. de acquir. rerum domin.* 30 Puta in alieno, non in tuo, ut hinc constet laqueos, & retia cuique jure permitti in suo ponere, suorum fructuum ab animalibus conservandorum causa.

31 Vel murum, *l.* 17. *ſ. si ſervitus.* vel arborem. *l.* 2. *ſ. de aqua pluviæ.* 32 Scapham, cui vel interdum nautæ tempestatis tempore se committunt, vel ipsos pisces servandos, *Turneb.* 27 *adverſ.* 3. Græci κάντον φηδάλιον. ferraculum, *vulg.* gubernaculum *Hugo à Porta.* ferriculum *Haloand. Alii*, vericulum: *Alii*, feraculum: Antonius Augustinus apud *Festum in Soracum, legisse videtur*, forraculum, *vel* ferraculum: à ferraco, *vel* farraco. Cicero in Pisonem apud 8 Quintil. 3. Tibi tota cognatio in ferraco advehitur. Vitruvius 10. *c.* 1. Portationes eorum non essent, nisi plaustrorum aut farracorum per terram, navicularum per aquam inventæ essent machinationes. Quibus ex locis sane colligas, non legendum esse *ferraculum*, vel *farraculum*: cum hæc lege non agatur de vehiculo, aut machinatione terrestri, sed aquatili, & navigio: & alioquin ex Festo constat foracum esse, quo ornamenta portentur scenicorum. Plaut. *in Perſa*: Librorum ecce illum plenum forracum habeo, & Glossis farraca, ἄμαξα. Proinde legunt alii Lenunculum *ex Nonio*: *Alii* remunculum *ex Gell.* Cuj. 9 *obſ.* 10 legit ferraculum ex Glossis, & 14 *obſ.* 13. πηδάλιον, gubernaculum, clavum, ferraculum, *Gloſſ.*

33 *Sed ut ſi funis rupto*, ita vitiose *Antonius Faber* 5 *Conject.* 17. Idem monet Cujacius 25 *obſerv.* 10. particulam *ſed* accipiendam hic esse pro conjunctiva & rationali, ut tamen non conjungat, sed disjungat, & disjunctiva sit particula: ut sit sensus, superiore casu agendum est cum nautis, qui in culpa fuerunt, hic non item: quia fortuitus casus fuit, non culpa. Eo sensu verbum *ſed* interdum accipitur, ut dixi ad *l.* 32. §. 19. *ſ. de donat. inter virum.*

34 Negationem delet Ant. Fab. 5 *conject.* 17. Dissert. Arum. *Ex.* 17. *th.* 13. Ant. Matth. *Exerc. Pand.* 8. *th.* 4. Anf.

35 Adde *l.* 15. *l.* 16. §. 8. *ſ. de public.*

36 Vid. *l.* 3. §. *pen. ſ. de incend.*

37 An eo casu debetur naulum? vide *l.* 15. *l. ult.* §. *ſi propter. ſ. de public.*

38 De hac formula scripsi ad Ciceronem *in oratione pro Roscio Comœdo.*

39 In emptione autem jactus retis agitur ad incertum, si piscator rete jacere noluit: si extraxit, nec velit reddere, quod extraxit, æstimabitur. *l.* 12. *ſ. de act. empt.*

40 Argumentum à piscatione ad venationem & aucupium.

41 Ductorem.

42 Idem in pontone (Galli *Bac* appellant) dicendum est, quod frequentissime occurit.

43 Et in omnibus rebus quæ anima carent. §. 13. *Inſt. eod.*

44 Id est, minoribus, sine imperio. *l.* 32. *in fi. ſ. de injuriis.*

45 *l.* 12. *ſ. de juriſd.*

46 Adde *l.* 9. §. 2. *ſ. cod. l.* 4 *ſ. de agnoſc. liber. l.* 2. §. 20. *ſ. ut bonorum raptor.*

47 Pignus detritum reddens tenetur in id, quod interest domino: Quod notari potest adversus fœneratores, pignora detrita reddentes debitoribus.

48 In pignoribus custodiendis, operæ aliquid est & laboris. Fieri enim non potest, ut pignus tempore ipso non alteretur: ut hinc colligas, fidejussoris dandi promissorem, seu debitorem, non posse invito creditori, fidejussoris loco, pignus dare: quamvis meliorem conditionem creditoris videatur efficere. Est enim labor, ut superius dictum est, in pignore custodiendo, §. 33. *verſ. præterea. Inſt. de act. l. ult. ſ. de uſu.* vide *Negotiantium tract. de pignorib. membr.* 1. *part.* 5. *n.* 1.

49 *l.* 25. *ſ. de pignoratitia.* 50 *l. ſi ſervus. C. de his, qui ad Eccleſ.* 51 §. 14. *in fi. Inſt. cod.*

52 Vide *l.* 24. *ſ. de adult.* Goth. Adde *not. ad l.* 20. *ff. ad l. Jul. de adult.* Anf. 53 Cur? quia pignorati servi occisi dominus est. 54 *Lege Aquilia.* quia pignoris dominus est. *l.* 11. §. 6. *ſ. eod.* 55 Quod creditor ex pignore consequitur, debitori prodest ad debiti quantitatem extenuandam, ut de superfluo tantum postea teneatur. 56 Vide *l.* 24. §. 2. *ſ. de pignor. act. l.* 21. §. 2. *ſ. de pignoribus.* 57 *Deuteronomii* 22. & 6 *Harm.* 12. §. 5. 58 Vide *Exod.* 21. *Harmenop.* 6. *tit.* 12. & apud eundem in legibus *Georgicis c.* 8. 59 *Deuteronomii* 22. id est, si in stipulam igne conjecto (dum quid aliud legit, ignis fugit & processit, non Aquilia, sed in factum actione tenebitur. vide *collationem legum Mosaïcarum, tit.* 12. *de incendio.* Igitur tres actiones competere videntur, Criminalis, ex dolo, *l.* 9. *ſ. de incendio.* Civilis in factum, *ut hæc ſpecie dict. tit.* 12. & dupli, *l.* 1. *C. eod. Paul. ſ ſent.* 3. §. *ult.* 60 Occasio inter causas efficientes numeratur, *l.* 51. *ſ. cod.* ut & origo. *l.* 1. §. 5. *verſ. ſexum. ff. de poſtulando.* 61 *l.* 15. *ſ. de ſicariis.* 62 Vis subita excusat incendium, *ut hic.* adde *l.* 29. §. 3. *ff. eod.* 63 Sua, ut si non patiatur se à medico curari. *Bald.*

64 36 *Synopſis Baſilic. ex lib.* 60. *tit.* 3. *c.* 29. adde 6 *Harmenopul. in Georgicis* 6. §. 1.

65 Ligni cæsor, cum arborem putaret. Idem dixeris de fabro ædificante, vel tegulas imponente ædificio. 66 Machinarius, qui in machina, aut de machina operatur. 67 Aut signum aliquod, vel perticam signi loco non posuit. 68 Proclamatio excusat factum machinarii occidentis, ejusve, qui insidiatorem interficit. Cæterum proclamationis hæc formula fuisse videtur, *Cave*, ut ex Ciceronis 2. *de Oratore* colligimus, *l.* 7. *ſ. de ſicariis.* §. 5. *Inſt. eod.* 69 Culpa est non prævidere, quod à diligente prævideri potest, est igitur culpa diligentiæ opposita. 70 *l.* 26. §. 7. *ff. ex quibus cauſ. majores. l.* 9. §. 1. *ſ. locati.* 71 Iter vulgo fit plerumque per privata loca.

72 Divinare nemo cogitur, *l.* 29. §. 2. *ſ. mandati.* ideoque qui non divinat culpam non admittit. Est vero divinatio diversa à providentia, quæ in diligentem hominem cadit. Hujus enim, non illius privatio, culpa est. Providentia, rationcinatione per causas perficitur: Divinatio est citra causam futuri prænotio. 73 *l.* 29. §. 2. *ſ. mandati.* vide *l.* 4. §. 23. *ſ. de exceptione doli malis.*

74 Vide *l.* 1. *in fin. ſ. ſi familia furtum.*

furtum unus liber fecisset) debeat & in actione damni 75 injuriæ observari. Sed magis visum est, idem esse observandum 76: & merito, cum 77 enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex uno delicto tota familia dominus careat, eaque ratio similiter & in actionem damni injuriæ interveniat, sequitur, ut idem debeat æstimari: præsertim cum interdum levior 78 sit hæc causa delicti: veluti si culpa, & non dolo, damnum daretur. §. 1. Si idem eundem servum vulneraverit, postea deinde etiam occiderit, tenebitur & de vulnerato 79, & de occiso: duo enim sunt delicta: Aliter, atque si quis uno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit: tunc enim una erit actio de occiso.

De rei æstimatione. 1. De actione in factum.

XXXIII. PAULUS lib. II ad Plautium.

SI servum meum occidisti, non 80 affectiones æstimandas esse puto (veluti si filium tuum naturalem quis occiderit, quem tu magno emptum velles), sed quanti omnibus valeret. Sextus quoque Pedius ait *, pretia 81 rerum, non ex affectione, nec utilitate singulorum, sed communiter 82 fungi 83. Itaque eum, qui filium naturalem possidet, non eo locupletiorem esse, quod eum plurimo, si alius possideret, redempturus fuit: nec illum, qui filium alienum possideat, tantum habere, quanti eum patri vendere posset: in lege enim Aquilia [damnum] consequimur, & *amissse* 84 dicemur, quod 85 aut consequi potuimus, aut erogare cogimur.

§. 1. In damnis, quæ lege Aquilia non tenentur, in factum datur actio 86.

Si servus legatus occisus sit.

XXXIV. MARCELLUS lib. XXI Digestorum.

TItio & Seio Stichum legavit: de liberante 87 Seio, cum Titius vindicasset legatum, Stichus occisus est: deinde Seius repudiavit legatum: Perinde 88 Titius agere posset, ac si soli legatus esset:

XXXV. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

QUia retro 89 adcrevisse dominium ei videretur.

1. Si dominus servum vulneratum heredem instituerit.

XXXVI. MARCELLUS lib. XXI Digestorum.

NAm sicut repudiante 90 legatario legatum, heredis est actio, perinde 91 ac si legatus non esset, ita hujus actio 92 est, ac si soli legatus esset. §. 1. Si dominus servum, quem Titius mortifere vulneraverat, *liberum & heredem esse* jusserit, eique postea Mævius * exstiterit heres, non habebit Mævius * cum Titio legis Aquiliæ actionem: Scilicet secundum Sabini opinionem, qui putabat, ad heredem actionem 93 non transmitti, quæ defuncto competere non potuit: Nam sane absurdum accidet, ut heres pretium quasi occisi consequatur ejus, cujus heres exstitit. Quod si ex parte eum dominus heredem cum libertate esse jusserit, coheres ejus mortuo eo, aget lege Aquilia.

Si quis jussu alterius damnum dederit. 1. De quadrupede, cujus nomine actio est, occisa.

XXXVII. JAVOLENUS lib. XIV ex Cassio.

LIber homo, si jussu 94 alterius, manu injuriam dedit, actio legis Aquiliæ cum eo est, qui jussit, si modo 95 jus imperandi habuit: quod si non habuit, cum eo agendum est, qui fecit.

§. 1. Si quadrupes, cujus nomine actio esset cum domino, quod pauperiem feciſſet 96, ab alio occisa est, & cum eo lege Aquilia agitur, æstimatio non ad corpus quadrupedis, sed 97 ad causam ejus, in quo de pauperie actio est, referri debet: & tanti damnandus est is, qui occidit, judicio legis Aquiliæ, quanti actoris interest noxæ 98 potius 99 deditione defungi 100, quam litis æstimatione.

Si servum meum bona fide tibi servientem servus tuus vulneraverit.

XXXVIII. IDEM lib. IX Epistolarum.

SI eo tempore, quo tibi meus servus, quem bona fide emisti, serviebat, ipse à servo tuo vulneratus est, placuit, omnimodo me tecum recte lege Aquilia experiri 1.

De ejectione. 1. De pecore, quod quis in agro suo deprehendit.

XXXIX. POMPONIUS lib. XVII ad Quintum Mucium.

QUintus Mucius scribit: Equa, cum in alieno pascueretur, in cogendo 2 quod prægnans erat, ejecit 3: Quærebatur, dominus ejus possetne cum eo, qui coëgisset, lege Aquilia agere, quia equam in iciendo 4 ruperat 5? si percussisset, aut consulto vehementius egisset, visum est agere posse. §. 1. Pomponius: Quamvis alienum pecus in agro suo quis deprehendisset, sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset: quoniam, si quid ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones 6. Itaque qui pecus alienum in agro suo deprehenderit 7, non jure id includit 8: nec agere illud aliter debet, quam (ut supra diximus) quasi suum: sed vel abigere debet sine damno, vel admonere dominum, ut suum recipiat.

De chirographo, vel testamento, vel instrumento deleto.

XL. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

IN lege Aquilia, si deletum chirographum mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerit, & interim testibus quoque id probare possim, qui 9 [testes] possunt non esse eo tempore, quo conditio extitit 10, & si summatim re exposita, ad suspicionem Judicem adducam, debeam vincere: sed tunc condemnationis exactio 11 competit, cum debiti conditio extiterit: quod si defecerit, condemnatio nullas vires habebit.

Pro testamento deleto non competit actio l. Aquil. testatori, sed heredi, vel legatario. Bald.

XLI. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI quis testamentum deleverit 12, an damni injuriæ actio competat, videamus? & Marcellus lib. V Digestorum dubitans negat competere: quemadmodum [enim] (inquit) æstimatio inibitur 13? Ego apud eum notavi, in testatore quidem hoc esse verum: quia quod interest ejus, æstimari non potest: verumtamen in herede vel legatariis diversum, quibus 14 testamenta pene chirographa sunt. † Ibidem Marcellus scribit, chirographo deleto 15, competere legis Aquiliæ actionem. Sed & si quis tabulas testamenti apud se depositas deleverit, vel pluribus præsentibus legerit, utilius est, in factum & injuriarum 16 agi, si injuriæ faciendæ causa, secreta judiciorum publicavit. §. 1. Interdum evenire Pomponius eleganter ait, ut quis tabulas delendo, furti non teneatur, sed tantum damni 17 injuriæ, utputa 18 si non animo furti faciendi, sed tantum damni dandi delevit: nam furti non tenebitur: * cum 19 facto enim etiam animum furis furtum exigit 20.

XLII. JULIANUS lib. XLVIII Digestorum.

QUi tabulas testamenti depositas 21, aut alicujus rei instrumentum ita delevit, ut legi non possit, depositi actione, & ad 22 exhibendum tenetur: quia corruptam rem restituerit, aut exhibuerit. Legis quoque Aquiliæ actio ex eadem causa competit: *Corrupisse* 23 enim tabulas recte dicitur & qui eas interleverit 24.

De damno in rebus hereditariis.

XLIII. POMPONIUS lib. XIX ad Sabinum.

OB id, quod antequam hereditatem adires, damnum admissum in res hereditarias est 25, legis Aquiliæ actionem habes: quod post mortem ejus, cui heres fis, acciderit: *dominum* 26 enim lex Aquilia appellat, non utique eum, qui tunc fuerit, cum damnum daretur: nam isto modo ne ab eo quidem, cui heres quis erit, transire ad eum ea actio poterit: neque ob id, quod tum commissum fuerit, cum in hostium potestate esses, agere postliminio reversus poteris: & hoc aliter constitui sine magna captione posthumorum liberorum, qui parentibus heredes erunt, non poterit. † Eadem dicemus & de arboribus eodem tempore furtim cæsis. Puto, eadem dici posse etiam de [hac] actione, *Quod vi, aut clam*: si modo quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eum intelligere debuisse, ab eis, ad quos ea hereditas pertineret, si rescissent, prohibitum iri 27.

De culpa levissima. 1. Si servus, domino sciente, damnum dederit.

XLIV. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

IN lege Aquilia & levissima 28 culpa 29 venit. §. 1. Quotiens sciente domino servus vulnerat, vel occidit, Aquilia dominum teneri dubium non est.

Scientia *domini quomodo accipitur. 1. Si servus vulneratus convaluerit. 2. Si qua servum, quem liberum putabat, occiderit. 3. De duobus concurrentibus. 4. De damno sui defendendi causa dato. 5. De pariete subl.*

XLV. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SCientiam 30 hic pro patientia 31 accipimus, ut qui prohibere potuit, teneatur, si non fecerit 32. §. 1. Lege Aquilia agi potest, & sanato vulnerato servo 33. §. 2. Si meum servum, cum liberum putares 34, occideris, lege Aquilia teneberis.

§. 3. Cum stramenta 35 ardentia transilirent duo, concurrerunt, amboque ceciderunt 36, & alter flamma consumptus est? Nihil eo nomine potest agi, si non intelligitur, uter ab utro eversus sit. §. 4. Qui, cum 37 aliter tueri se non possunt, damni culpam dederint, innoxii sunt: *Vim enim* 38 *vi defendere omnes leges, omnia-*

9 Lex est utilissima. Usus autem ita obtinuit, testes ante litis contestationem ne alioquin lis nulla sit) non esse recipiendos, *argum. c. 1. cap. accedens. 2. c. quoniam frequenter. 5. extr. ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem.* Sed quia actoris, vel rei interest, ne sibi fortasse successoribus rerum gestarum memoria pereat, vel probationis facultas, in utrisque admissum est, ut ante litis contestationem petere possint testes a se productos interrogari & examinari. De actore prius videamus, quibus ex causis, seu quando à quo & qua forma id impetrare debet. Actor, quoties timet de suorum testium morte, aut diuturna ac longinqua absentia (addamus & de eorum oblivione & levitate) Judicem suum vel testium (apud Gallos Regis literæ impetrandæ sunt ad Judices regios eo fine, *Papon. 2. notarior. lib. 10.*), summatim re exposita, interpellabit, ut testes a se productos ob eas causas examinet, ad rei in futurum memoriam. Huic petitioni Judicem & subscribere æquum est, *ut hic:* Reus autem (etsi officio Judicis impetrare possit, ut adversarius ictra certum tempus agat, & id nisi fecerit, perpetuum illi indicatur silentium. *arg. l. 5. C. de ingen. manumiss.*) eodem modo, & iis pene de causis testes suos ante litis contestationem producere, ac petere, ut interrogentur, potest: idque tuendæ in futurum exceptionis suæ causa. Demus enim præsentibus testibus liberationem ei legatam, *c. significavit. 41. extr. de testibus.* demus damnum in re deposita, commodata, locata, vel communi ei datum esse, vel naufragium accidisse. *l. 2. C. de naufragiis. lib. 11. tit. 5.* Quid si damnatus contumaciæ, innocentiam suam testibus probare cupiverit, num id postulare poterit? Jo. Papo *ibid.* negat posse, idque (hoc nostris Gallis dico) ex Francisci I constitutione, fore alioquin in potestate rei, ut criminalem causam in civilem convertat. Singulare est, quod notat Imbertus *in Enchiridio, in verbo Simplex signatura*, Vi simplicis signaturæ beneficiarium petere posse, ut argentarii Romani, super signatura concessi beneficii interrogentur: ut ita demum beneficii recreantia impetretur, cum alioquin molestiæ & magni dispendii sit, ad eam impetrandam, Bullas Pontificias autenticas proferre. Silentio non etiam prætereunda differentia duarum interrogationum, ab interpretibus notata, *ex c. quoniam frequentes. 5. ut lite non contestata. & cap. significavit. 41. ext. de testibus.* Nam & hoc capite omnes: in illo, valetudinari, & mox abfuturi tantum interrogantur. qui ex hoc cap. deponunt, perpetuo: qui ex illo, intra annum tantum probant. Depositio testium *ex d. c. 41* facta continuo publicatur: ex illius vero capitis præscripto facta, obsignata tantum penes judices manet, nec ante litis contestationem publicatur. vid. *Minsingerum, 4 observ. 71. 72. & Gail. 1 observ. 92. & 93. Hartmannum Hartmanni tit. 15. de Testib. observ. 10.* Wormsersum *tit. 18. de testib. observ. 18.* Ferrariens. *in forma 8. ad perpetuam rei memoriam.* Adde & illud, Testes parte præsente & non citata regulariter non recipi lite non contestata, *cap. quantiam. in princ. ut lite non contestata.* cujus sententiæ vide plures exceptiones apud Socinum *reg. 404. 442. & 443.* 10 *Al.* exstabit. 11 Seu actio. *l. 36. in fin. D. de reb. cred.* 12 *l. 42. D. eod. l. 21. de furt.* vide quæ notavi ad *l. 5. in fin. D. de præscript.* Goth. Quando rasura aut deletro vitiet testamentum, vid. Menoch. *remed. possess. 4. num. 707. & seqq.* Valg. *Success. ab eat. §. 15. requisit. 17.* Ans. 13 *Inire æstimatio* dicitur, cum inventur modus rei æstimandæ: ita *inire ratio* dicitur Terentio *Heautontim. act. 4. scena 1.* Antea male legebatur hic, *inhibetur.* 14 *l. 10. in fin. D. de edendo.* 15 *l. 27. 28. 29. 30. 31. 32. D. de furtis.* 16 Doli, *l. 35. D. de dolo:* depositi, *l. 1. §. 38. D. depositi:* & talli, *l. 1. §. 6. D. de falsis.* criminaliter ad metallum vel deportationem. *l. 38. §. 9. D. de pœnis.* 17 Cur ita? Quod actum male semper injuriam continet. 18 Animus facientis distinguit injuriam à damno.

19 Furtum non fit ipso ac nudo facto: sed facto simul & animo. 20 Vide *l. 53. D. de furt.*

21 Vide *l. 41. D. eod.* 22 Et suppressarum rerum. 23 Corrumpit tabulas, qui eas interlevit. Est igitur interletio in tabulis corruptionis species. 24 Vide *l. 12. C. de testam.* 25 Vid. *l. 13. §. 2. D. eod.* 26 Cui datur Aquilia. *l. 11. §. 6. D. eod.* 27 Ne melioris conditionis sint stulti, quam periti. *l. 4. in fi. D. quod vi. l. 13. D. de noxalib.* 28 Levi ex culpa Aquilia competit. *Basil.* imo ex levissima. *Græci.* 29 *l. 13. D. de liberali causa.* 30 Id est, voluntatem, eo sensu. *Velle* hic videtur, qui patitur: qui scit, & prohibere potest, nec tamen prohibet. 31 Qui non prohibet, sed voluss patitur quid fieri, pro ignoranter non habetur. *l. 2. D. de noxalib.* adde *l. 4. C. de noxalib.* 32 Hinc colligunt, quod in mortis crimine constitutis teneamur succurrere, si commode fieri possit. adde *l. 50. ff. de reg. jur. l. 2. C. de Commerc. & Mercator. l. 3. ff. de noxal. act.* Valg. *lib. 1. contr. cap. 19. num. 5. & 6.* Gail. *lib. 2 observ. 110. num. 19.* Cavalcan. *part. 1. decis. 37. num. 40.* Castrens. *Consil. 422.* Ans. 33 *l. 27. §. 17. in fin. D. eod.* 34 *l. 15. §. 45. D. de injuriis.*

35 Pyram, φρύγανα. *Basil.* 36 Si cum stramenta ardentia transilirent, duo concurrerint, amboque ceciderint. *Hug. à Porta.* Goth. Vid. Gloss. Bart. & DD. ad *l. 1. ff. si quadrup. paup. fec. dic.* Tiraquell. *de pœn. caus. 66.* Ans. 37 Necessitas excusat eum, qui necessitate damnum dedit. 38 Vide *l. 4. D. eod.*

eam aliaque jura permittunt. Sed si, defendendi mei causâ, lapidem in adversarium misero, sed non eum, sed prætereuntem percussero, tenebor lege Aquilia? illum enim solum, qui vim infert, ferire concessum est: & hoc, si tuendi dumtaxat, non etiam ulciscendi [39] causâ factum sit. § 5. Qui idoneum parietem sustulit, damni injuria domino ejus tenetur.

39 Vide quæ notavi ad l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armata.

Si vulnerato servo actum sit, & eo mortuo, ulterius agatur.

XLVI. ULPIANUS lib. I. ad Sabinum.

SI vulnerato servo, lege Aquilia [40] actum sit, postea mortuo ex eo vulnere, agi lege Aquilia [41] nihilominus potest [42].

40 Id est, ex tertio cap. legis Aquiliæ. l. 27. §. 5. ff. eod.

41 Idque ex 1 cap. l. 2 ff. eod. An & accusatio in eum instituti de occiso potest: ita ut fidejussores priore judicio dati non teneantur? vide Brid. & Albericum, hic.

42 l. 22. in fin. ff. eod. l. 47. ff. eod.

XLVII. JULIANUS lib. LXXXVI Digestorum.

SEd si priore judicio æstimatione facta, postea mortuo servo, de occiso agere dominus instituerit, exceptione doli mali opposita compelletur: ut ex utroque judicio nihil amplius consequatur, quam consequi deberet, si initio de occiso homine egisset [43].

43 Id est, deducto eo quod ex 3 cap. præstitum erit. l. 11. §. 10. ff. de action. empt. l. 32. in fin. ff. de evict.

De damno dato in re hereditaria.

XLVIII. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

SI servus ante aditam hereditatem damnum in re hereditaria dederit, & liber factus in ea re damnum det, utraque [44] actione tenebitur: quia alterius, & alterius facti, hæ res sunt.

44 Puta, in factum, ex dolo ante libertatem commisso, l. 1. ff. si quis omissa hæreditate. & lege Aquilia, ex eo, quod commisit post libertatem, atque ita diversitas factorum exigit diversitatem pœnarum.

De apibus fumo fugatis, vel necatis. 1. Quid sit damnum injuria datum. *De ædibus incensis incendii arcendi gratia.*

XLIX. ULPIANUS lib. IX Disputationum.

SI quis fumo [45] facto apes alienas fugaverit [46], vel etiam necaverit, magis causam mortis præstitisse videtur, quam occidisse: & ideo in factum [47] actione tenebitur. §. 1. Quod dicitur [48], *damnum injuria datum Aquilia persequi*, sic erit accipiendum, ut videatur damnum injuria datum, quod cum damno injuriam attulerit: nisi magna vi cogente fuerit factum: Ut Celsus scribit circa eum, qui incendii [49] arcendi gratia, vicinas [50] ædes intercidit: nam hic scribit cessare legis Aquiliæ actionem: justo enim metu ductus, ne ad se ignis perveniret, vicinas ædes intercidit: &, sive pervenit ignis, sive ante extinctus est, existimat, legis Aquiliæ actionem cessare.

45 Cur fumo? Nam si igne admoto combusserit, directa Aquilia tenebitur.

46 Id fieri notant interpretes διὰ τὸ σύμφορον ἄμα αὐτὰν τὴν ἔκφρασιν. vide *in hunc locum Cujac. 15 observ. 26.* Livius 4. Dictator flammis occurrit, clamaque voce, fumone victi, inquit, velut examen apum loco vestro exacti, inermi cedetis hosti?

47 In duplum. *Basil.*

48 *l. 1. l. 5. ff. eod.*

49 Incendii arcendi causâ à suis ædibus, vicinus potest domum vicini diruere, *ut hic, l. 3. §. pen. ff. de incendio. 6 Harmenop. 1 §. 7. Synopsis Basil. 19. tit. 10. ex lib. 60. tit. 3. c. 46. in fin.*

50 Vide *l. 3. §. pen. ff. de incendio.*

De domo demolita & balneo extructo.

L. IDEM lib. VI Opinionum.

QUi domum [51] alienam invito domino demolit [52], & eo loco balneas extruxit, præter naturale jus, quod superficies ad dominum soli pertinet, etiam damni dati nomine actioni subjicitur.

51 Idoneam & firmam.

52 Demolitur. *l. 27. §. 31. l. 45. in fin. ff. eod. l. 2. C. eod.*

Si institutum servum, mortifere vulneratum, deinde heredem, alius ita percusserit, ut maturius moreretur. Si plures trabem furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent.

LI. JULIANUS lib. LXXXVI Digestorum.

ITa vulneratus [est] servus, ut eo ictu certum esset moriturum: medio deinde tempore heres institutus est, & postea ab alio ictus decessit: Quæro, an cum utroque de occiso, lege Aquilia agi possit? Respondit: * *Occidisse* dicitur vulgo quidem, qui mortis causam [53] quolibet modo præbuit: sed lege Aquilia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, & quasi manu, causam mortis præbuisset: tracta videlicet interpretatione [54] vocis à cædendo, & à cæde. † Rursus Aquilia lege teneri existimati sunt non solum, qui ita vulnerassent, ut confestim vita privarent, sed etiam hi, quorum [ex] vulnere certum esset aliquem vita excessurum. Igitur, si quis servo mortiferum vulnus inflixerit, eundemque alius ex intervallo ita percusserit, ut maturius interficeretur, quam ex priore vulnere moriturus fuerat, statuendum est, utrumque [55] eorum lege Aquilia teneri. §. 1. Idque est consequens autoritati veterum: qui cum à [56] pluribus [idem] servus ita vulneratus esset, ut non appareret, cujus ictu periisset, omnes lege Aquilia teneri [57] judicaverunt. §. 2. Æstimatio autem perempti non eadem in utriusque persona fiet: nam qui prior vulneravit, tantum præstabit, quanto in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis [58] ex die vulneris trecentum [59] sexaginta quinque [60] diebus: Posterior in id tenebitur, quanti homo plurimi venire poterit in anno proximo, quo vita excessit: in quo pretium quoque hereditatis erit. † Ejusdem ergo servi occisi nomine alius majorem, alius minorem æstimationem præstabit: Nec mirum: cum uterque eorum ex diversa causa, & diversis temporibus, occidisse hominem intelligitur [61]. Quod si quis absurde à nobis hæc constitui putaverit, cogitet longe [62] absurdius constitui, neutrum lege Aquilia teneri, aut alterum potius: cum * neque impunita maleficia esse oporteat [63], nec facile constitui possit, uter potius lege teneatur: * Multa autem jure civili, contra rationem disputandi, pro utilitate [64] communi recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest: Unum [65] interim posuisse contentus ero. Cum plures [66] trabem alienam furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent, furti actione omnes teneri existimantur: quamvis [67] subtili ratione dici possit neminem eorum teneri: quia neminem verum sit eam sustulisse.

52 Quod corporis pœnam afflictivam: quod pecuniariam rata consideratur. Boër. *decis. 59. num. 8.* Afflict. *decis. 215. num. 1. 2.* Homicidium à pluribus commissum qualiter puniendum, vid. Tessaur *decis. 31.* Jul. Clar. *§. fin. quæst. 60. num. 31.* Anf. Adde *Censur. forens. nostram lib. 5. cap. 11. circa fin.* S. L. 58 Id est, retrorsum computatis. vid. *l. 3. ff. de fid. instr.* 59 Trecentis, *ut in l. 4. §. 5. ff. de statuliber.* 60 Annus tot diebus constat, ut ostendi *ad l. 4. §. 5. ff. de statuliber.* Cicero 2 *de natura:* Circuitus Solis orbium quinque & sexaginta & 300 quarta fere diei parte addita conversionem faciunt annuam. Constat, inquam, 365 diebus continuis annus continuus; ut utilis, utilibus totidem. 61 Non eadem æstimatio præstatur, cum diversi ex diversa causa & diversis temporibus occiderunt. 62 Absurdis ex duobus minus eligendum. 63 Vide *l. 14. C. de pœnis.* 64 Utilitas publica ac communis, subtili disputandi ratione, *ut hic.* stricto juri, *l. 8. C. de judiciis.* præsertim in ambiguis quæstionibus religionum, *l. 43. ff. de religiosis.* duriori interpretationi, *l. 25. ff. de legibus*, præfertur. de apicibus juris non disputat. *l. 29. §. 4. ff. mandati.* sed ἐν πλάτει, id est, solutius. vide *l. 13. ff. de solutionibus.* & pinguius res considerat, *l. 14. ff. de exceptione rei judic.* omissis solennibus juris, subvenit, *l. pen. C. ex quib. caus. major.* eadem laxat juris habenas in restitutionibus & in confirmandis servi prætura functi decretis. *l. 3. ff. de offic. Præt.* filiifamilias mutuum interdum, *l. 3. ff. de senatusc. Maced.* & minoris, *l. 24. §. 1. ff. de minoribus.* & inumbratæ quietis furiosi actiones sustinet, *l. 7. §. 2. ff. de Publiciana.* utiles actiones parit. *l. 11. ff. de præscript. verb.* rebus præsentibus se accommodat. *l. 14. ff. de diversis, & temp. præscript.* ignorantes & absentes obligat. *l. 5. in princ. ff. de obligat.* inter socios attenditur. vide *l. 21. comm. divid.* pupillum per institorem obligat. *l. 17. §. 2. ff. de institoria.* Denique paucis ut dicatur, ipsa utilitas justi prope mater & æqui. *Hor. 1 Ser. 3.* 65 Exemplis res fit manifestior. vide *l. 3. §. 2. ff. de collat.* 66 *l. 21. §. 9. ff. de furtis.* 67 Subtilis hæc ratio non attenditur, singulos ideo furti non teneri, quod singuli trabem non sustulerint, sed conjuncti.

De servo ex plagis mortuo. 1. De rixa & mutua percussione. 2. De duobus plaustris, quæ in clivo ducebantur. 3. Si bos in experiundo fel vitium percusserit. 4. De ludo pila.

LII. ALFENUS lib. II Digestorum.

SI ex plagis servus mortuus esset, neque id medici inscientia [68] aut domini negligentia [69] accidisset, recte de injuria occiso eo agitur. §. 1. Tabernarius in semita noctu supra lapidem lucernam posuerat, quidam prætereuntem eam sustulerat; tabernarius eum consecutus lucernam reposcebat, & fugientem retinebat: ille flagello, quod in manu habebat, in quo dolor [70] inerat, verberare tabernarium cœperat, ut se mitteret; ex eo majore rixa [71] facta, tabernarius ei, qui lucernam sustulerat, oculum effoderat. Consulebat, num damnum injuria [non] videtur dedisse, quoniam prior flagello percussus esset? Respondi, nisi data opera effodisset oculum, non videri damnum injuria fecisse, culpam enim penes eum, qui prior [72] flagello percussit, residere: Sed, si ab eo non prior vapulasset, sed cum ei lucernam eripere vellet, rixatus esset, tabernarii culpa factum videri. §. 2. In [73] clivo Capitolino duo plostra onusta mulæ ducebant: prioris [74] plostri muliones conversum plostrum sublevabant, quo facile mulæ ducerent, interim superius plostrum cessim [75] ire cœpit, & cum muliones, qui inter duo plostra fuerunt, e medio exissent, posterius plostrum à priore percussum, retro redierat, & puerum cujusdam obtriverat; dominus pueri consulebat, cum quo [se] agere oporteret? Respondi, in causa [76] jus esse positum: Nam si [77] muliones, qui superius plostrum sustinuissent, sua sponte se subduxissent, & ideo factum esset, ut mulæ plostrum retinere non possint, atque onere ipso retraherentur, cum domino mularum nullam esse actionem; cum hominibus, qui conversum plostrum sustinuissent, lege Aquilia agi posse: nam nihilominus eum [78] damnum dare, qui, quod sustinueret, mitteret fua voluntate, ut [id] aliquem feriret; veluti si quis asellum, cum agitasset, non retinuisset, æque, si quis ex manu telum [79], aut aliud quid immisisset, damnum injuria daret. Sed si mulæ, quia aliquid reformidassent, & muliones timore permoti, ne opprimerentur, plostrum reliquissent, cum hominibus actionem nullam esse, cum domino mularum esse. Quod si neque mulæ neque homines in causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent, aut, cum conniterentur, lapsæ concidissent, & ideo plostrum cessim redisset, atque hi, quo conversum fuisset, onus sustinere nequissent, neque cum domino mularum neque cum hominibus esse actionem. † Illud quidem certe, quoquomodo res se haberet, cum domino posteriorum mularum agi non posse, quoniam non sua sponte, sed percussæ retro redissent. §. 3. Quidam boves vendidit ea lege, *uti* [80] *daret experiundos*: postea dedit experiundos, emptoris servus in experiundo percussus ab altero bove cornu est: Quærebatur, num venditor emptori damnum præstare deberet? Respondi, si emptor boves emptos haberet, non debere præstare; sed si non haberet emptos, tum, si culpa hominis factum esset, ut à bove feriretur, non debere [præstari]; si vitio bovis, debere. §. 4. Cum [81] pila [82] complures luderent, quidam ex his servulum, cum pilam percipere conaretur, impulit, servus cecidit, & crus fregit: Quærebatur, an dominus servuli lege Aquilia cum eo, cujus impulsu cecidisset, agere posset? Respondi, non posse: cum [83] casu [84] magis, quam culpa, videretur factum.

68 ἢ μετὰ ἐμφύτου τινὸς παθῶς, ἢ ἐμπλοκῆς τοῦ διοικητοῦ. 36 *Synopsis Basil. ex lib. 60. tit. 3. cap. 48.* hoc casu de occiso actio competit.

69 Secus si negligentia. *l. 30. in fin. ff. eod.*

70 In Florent. *dolor.* male. *Dolon*, id est, flagellum, intra cujus virgam latet pugio. Hesychius: Δόλωνες ῥιπίδια ἐν ᾠδείοις ἀπεικονισμένα. & Dolon dicitur ἀπὸ τοῦ δόλου, a fallendo, quod decipiat ferro, cum habeat speciem ligni; hujus vocis hic mentio in *l. 1. §. 7. ff. tit. prox.* in qua pro dolore *dolone* legendum est: hujus etiam meminit *Suetonius in Claudio, c. 13.*

71 Quando fiat, vide *l. 4. §. 3. ff. si bonorum raptorum.*

72 *l. 1. §. 11. ff. tit. prox.*

73 Et sic in loco declivi, vel angusto.

74 *Al.* priores.

75 *Cessim* quid, vide *l. 43. ff. de ædilitio.*

76 Alibi ex re constituendum. *l. 1. §. divus. ff. de ficar.* id est, ex circumstantia negotii controversi apparere quid pro jure statuendum sit, *Olden.* & breviter jus in causa positum, est jus in facto & facti cognitione positum.

77 Distinctionis hujus tres partes. Prima *hic* incipit: secunda *in versiculo, sed si mula.* Tertia in *ver. Quod si neque.*

78 Damnum dat, qui plostrum voluntate sua mittit, quod sustinet.

79 Id est, ac si cui telum ex manu casu fugerit. *Paul. 3 sent. 22. §. 2.* Onkelos seu Paraphrastes Chaldæus Deut. 19. & Cic. *in Topicis. & 3 de Oratore:* si telum manu fugit magis, quam jecit. & Auguft. *de libero arbitrio:* Cui invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videtur peccare, cum hominem occidit. & 23 *quæst. 5. cap. si homicidium.* adde *l. 45. §. pen. ff. eod.* adde *Senecam, 4 de beneficiis 34.*

80 Vendebantur interdum boves, hac lege, *ut emptori jure esset eos experiendi.*

81 Pila ludere, *hic. & l. 11. ff. eod.* σφαιρίζειν. *Synopsis Basil. d. c. 48.*

82 Adde *l. 11. ff. eod.* ubi de pila plura diximus.

83 Ludo seu in ludo quod fit, non præsumitur fieri animo nocendi.

84 Casus Aquilia lege non punitur, sed culpa.

De uxore damnum dante.

LVI. IDEM lib. II Sententiarum.

MUlier, si in rem [94] viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliæ convenitur.

85 *l. 39. ff. eod. l. 51. ff. de furtis.*

86 Forte ejicerent, ut *l. 39. ff. eod.* vel dejicerentur, id est, præcipitarent se.

87 Ad exemplum legitimarum actionum dantur in factum actiones. 88 Utilis & innominata. 89 *l. 55. ff. eod.* 90 Vide quæ notavi ad *l. 48. ff. de usufructu.* 91 Qui debitori eo nomine tenetur, *ut l. 54. in princ. ff. eodem.* 92 Vide *l. 21. in fin. ff. eod.* 93 Ratio? vide *l. 5. in fin. ff. de servo corrupto.* 94 *l. 27. §. 30. ff. eod.* 95 *l. fin. ff. commodati.*

T I T.

TIT. III.

DE [1] HIS, QUI EFFUDERINT [2], VEL DEJECERINT [3].

Edictum de dejectu, vel effusis. 1. Utilitas suprascripti edicti. 2. De loco publico, vel private, per quem commeari solet, vel non. 3. De eo, quod sponte decidit, vel effusum est. 4. Qualis sit hæc actio, in quem detur, ob quam causam detur, & quid persequatur. 5. De libero homine occiso. 6. Si libero homini nocitum sit. 7. Si ex cœnaculo conducto à filiofam. 8. Vel in quo servus habitat, dejectum, vel effusum sit. 9. Quid sit habitare. *De hospite. 10. De pluribus habitantibus.*

1. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

PRætor ait de his, qui dejecerint, vel effuderint, UNDE IN EUM LOCUM, QUO VOLGO [4] ITER FIET, VEL IN [5] QUO CONSISTETUR, DEJECTUM VEL [6] EFFUSUM QUID ERIT, QUANTUM EX EA RE DAMNUM DATUM FACTUMVE ERIT, IN EUM [7], QUI IBI HABITAVERIT, IN DUPLUM JUDICIUM DABO. SI EO ICTU HOMO LIBER PERISSE DICITUR, QUINQUAGINTA [8] AUREORUM JUDICIUM DABO. SI VIVET, NOCITUMQUE EI ESSE DICETUR, QUANTUM OB EAM REM ÆQUUM JUDICI VIDEBITUR, EUM, CUM QUO AGETUR, CONDEMNARI, TANTI JUDICIUM DABO. SI SERVUS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETUR, IN JUDICIO ADJICIAM, AUT NOXAM DEDERE. §. 1. Summa cum utilitate id Prætorem edixisse, nemo est qui neget: * publice enim utile est, sine metu & periculo per itinera [9] commeari [10].

§. 2. Parvi autem interesse debet, utrum publicus locus sit, an vero privatus: dummodo per eum *volgo iter fiat*: quia [11] iter facientibus prospicitur, non publicis viis tiuntur: semper enim ea loca, per quæ volgo iter solet fieri, eandem securitatem debent habere. Cæterum si aliquando [12] vulgus in illa via non commeabat, & tunc dejectum quid, vel effusum, cum adhuc secreta [13] loca essent, modo cœpit commeari, non debet hoc Edicto teneri.

§. 3. Quod cum [14] suspenderetur, decidit, magis *dejectum* videri: sed & quod suspensum decidit [15], pro dejecto haberi magis est. Proinde & si quid pendens *effusum* sit, quamvis nemo hoc effuderit, Edictum tamen locum habere dicendum est. §. 4. Hæc in factum actio *in eum* [16] datur, *qui inhabitat*, cum quid dejiceretur, vel effunderetur; non in dominum ædium: culpa enim penes eum est [17]. Nec adjicitur culpæ mentio, vel inficiationis, ut *in duplum detur actio*, quamvis damni injuriæ utrumque exiget [18].

§. 5. Sed cum *homo liber perit*, damni æstimatio non fit in duplum: quia * in homine [19] libero nulla corporis æstimatio fieri potest [20]: sed *quinquaginta aureorum* [21] *condemnatio fit*. §. 6. Hæc autem verba, SI VIVET, NOCITUMQUE EI ESSE DICETUR, non [22] pertinent ad damna, quæ in rem hominis liberi facta sunt, si forte vestimenta ejus, vel quid aliud scissum, corruptumve est: sed ea, quæ in corpus ejus admittuntur. §. 7. Si *filius familias* [23] cœnaculum conductum [24] habuit, & inde dejectum, vel effusum quid sit, de peculio in patrem non datur: quia [25] non [26] ex contractu venit [27]: in ipsum itaque filium hæc actio competit. §. 8. Cum *servus* habitator est, utrum noxalis actio danda sit, quia non est ex negotio gesto: an de peculio, quia non ex delicto servi venit: neque enim recte servi dicitur noxa, cum servus nihil nocuerit? Sed ego puto, impunitum servum esse non oportere: sed extra ordinem officio judicis corrigendum.

§. 9. *Habitare* autem dicimus, vel in [28] suo [29], vel in conducto [30], vel gratuito [31]. † Hospes [32] plane non tenebitur: quia non ibi habitat, sed tantisper hospitatur: sed is tenetur, qui hospitium dederit. Multum autem interest inter habitatorem [33], & hospitem, quantum [34] interest inter domicilium habentem, & peregrinantem. §. 10. Si plures in eodem cœnaculo habitent, unde dejectum est, in quemvis hæc actio dabitur [35]:

II. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

CUm [36] sane impossibile est scire, quis dejecisset, vel effudisset:

III. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

ET quidem, in solidum. Sed, si cum uno fuerit actum, cæteri liberabuntur:

IV. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

PErceptione, non litis contestatione [37] præstaturi partem damni, societatis judicio vel utili actione ei, qui solvit.

De horreario, conductore apothecæ, & eo, qui locum conduxit, ut ibi opus faciat, vel doceat. 4. Qua actione conveniatur dejector ab eo, qui hoc judicio damnatus est. 5. Intra quod tempus hæc actio datur. de successoribus. 6. Edictum de periculose posito. 7. Et ejus ratio. 8. Interpretatio verbi, Ne quis. *9. De loco, in quo positum est. 10. De eo, qui positum patitur. 11. Si positum nocere potuit, neque tamen nocuit. 12. Si positum decidit, & nocuit. 13. Qualis sit hæc actio. De successoribus.*

V. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

SI vero plures, diviso inter se cœnaculo, habitent, actio in eum [38] solum datur [39], qui inhabitabat eam partem, unde effusum est.

§. 1. Si quis gratuitas [40] habitationes dederit libertis, & clientibus [41], vel suis, vel uxoris, ipsum [42] eorum [43] nomine teneri Trebatius ait: Quod verum est. † Idem erit dicendum, & si quis amicis suis modica [44] hospitiola distribuerit: Nam & si quis cœnaculariam exercens [45], ipse maximam partem cœnaculi habebat, solus tenebitur. Sed & si hospitaculi [46] habeat, solus tenebitur. [Sed si quis cœnaculi, ipse solus æque tenebitur]. Sed si quis cœnaculariam exercens, modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locaverit pluribus, omnes tenebuntur, quasi in hoc cœnaculo habitantes, unde dejectum effusumve est. §. 2. Interdum tamen, quod sine captione actoris fiat, oportebit Prætorem, æquitate motum, in eum [47] potius dare actionem, ex cujus cubiculo vel exedra [48] dejectum est, licet plures in eodem cœnaculo habitent: quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est, omnes teneri [49]. §. 3. Si horrearius aliquid dejecerit, vel effuderit, aut conductor apothecæ, vel qui in hoc duntaxat conductum locum habebat, ut ibi opus faciat, vel doceat, in factum actioni locus est: etiam si quis operantium dejecerit, vel effuderit: vel [si quis] discentium. §. 4. Cum autem legis Aquiliæ actione propter hoc quis condemnatus [50] est, merito ei, qui ob [51] hoc, quod hospes, vel quis alius de cœnaculo dejecit, in factum dandam esse Labeo dicit adversus dejectorem. Quod verum est. Plane, si locaverat dejectori, etiam ex locato habebit actionem.

§. 5. Hæc autem actio, quæ competit *de effusis, & dejectis*, perpetua est [52]: & heredi competit: [in heredem vero non datur [53]. Quæ autem de eo competit, quod liber periisse dicitur, intra annum duntaxat competit: neque * in heredem, sed nec heredi, similibusque * personis: nam est pœnalis, & popularis [54]: dummodo sciamus, ex pluribus desiderantibus hanc actionem ei potissimum dari debere [55], cujus interest: vel qui adfinitate cognationeve defuncto contingit. Sed, si libero nocitum sit, ipsi perpetua erit actio: sed si alius velit experiri; annua erit hæc actio: nec enim heredibus jure hereditario competit: Quippe * quod in corpore libero damni datur, jure hereditario transire ad successores non debet, quasi [56] non sit damnum pecuniarium: nam [57] ex bono & æquo oritur. §. 6. Prætor ait: NE QUIS IN SUGGRUENDA [58] PROTECTOVE [59], SUPRA EUM LOCUM, QUA VOLGO ITER FIET, INVE QUO CONSISTETUR, ID POSITUM HABEAT, CUJUS CASUS NOCERE CUI POSSIT. QUI ADVERSUS EA FECERIT, IN EUM SOLIDORUM DECEM IN FACTUM JUDICIUM DABO: SI SERVUS INSCIENTE DOMINO FECISSE DICETUR, * AUT [60] ÆSTIMATIONEM DARI * AUT NOXÆ DEDI PUBEBO. §. 7. Hoc Edictum superioris [61] portio [62] est: consequens etenim fuit, Prætorem etiam in hunc casum prospicere: ut si quid in his partibus ædium periculose positum esset, non noceret. §. 8. Ait Prætor, NE QUIS IN SUGGRUENDA PROTECTOVE: Hæc verba NE QUIS ad omnes [63] pertinent, vel inquilinos, vel dominos ædium: sive inhabitent, sive non, habent tamen aliquid expositum his locis. §. 9. SUPRA EUM LOCUM, QUA VOLGO ITER FIEKET, INVE QUO CONSISTETUR, ID POSITUM [HABEAT]. Accipere debemus POSITUM, sive in habitationis, vel cœnaculi, sive etiam in horrei [64] vel cujus alterius ædificii. §. 10. * *Positum* habere etiam is recte videtur, qui ipse quidem non posuit, verum ab alio positum patitur [65]. Quare, si servus posuerit, dominus autem positum patiatur, non noxali judicio dominus, sed suo nomine tenebitur. §. 11. Prætor ait, CUJUS CASUS NOCERE POSSET. Ex his verbis manifestatur, non omne, quidquid positum est, sed quidquid sic positum est, ut nocere possit, hoc solum prospicere Prætorem, ne possit nocere: nec spectamus, ut noceat: sed omnino, si nocere possit, Edicto locus sit. Coërcetur autem, qui positum habuit, sive nocuit id, quod positum erat, sive non nocuit. §. 12. Si id, quod positum erat, decideritque & nocuerit, in eum competit actio, qui posuit, non in eum, qui habitaverit, quasi hæc actio non sufficiat, quia positum habuisse non utique videtur, qui posuit, nisi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator. Nam & cum pictor in pergula [66] clypeum [67], vel tabulam expositam habuisset, eaque excidisset, & transeunti damni quid dedisset, Servius respondit, ad [68] exemplum hujus actionis, dari oportere actionem: hanc enim non competere palam esse: quia neque in suggruenda [69], neque in protecto [70] tabula fuerat posita. Idem servandum respondit, & si amphora ex reticulo [71] suspensa decidisset, & damni [72] dedisset, quia & legitima & honoraria actio deficit. §. 13. Ista autem actio popularis [73] est [74], & heredi, similibusque competit, in heredes autem non competit, quia pœnalis est.

Ad quæ loca hoc edictum pertineat. 1. Si interdiu vel nocte dejectum sit. 2. Quorum culpam habitator præstet. 3. Si de nave dejectum sit.

VI. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

HOc Edictum non tantum ad civitates, & vicos, sed & ad vias [75], per quas volgo iter fuit [76], pertinet. §. 1. Labeo ait locum habere hoc Edictum, si interdiu dejectum sit, non [77] nocte: sed quibusdam locis & nocte iter fit. §. 2. Habitator [78] suam suorumque [79] culpam præstare debet. §. 3. Si de nave [80] dejectum sit, dabitur actio utilis in eum, qui navi præpositus sit.

De libero homine ictu.

VII. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

CUm liberi hominis corpus ex eo, quod dejectum effusumve quid erit, læsum [81] fuerit [82], judex computat mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operarum [83], quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. Cicatricum autem aut deformitatis [84] nulla fit æstimatio: quia * liberum [85] corpus nullam recipit æstimationem.

TIT.

---

1 60 *Basil.* 4.
2 Liquida.
3 Sofida.

4 V. §. 1. *J. eod.*
5 ἢ ἐπὶ τινὰ κοινὴν συνέλευσιν ἰόντων, ubi ex more quidam consistunt. *Synops. Basilic.* 19. *tit.* 10. *ex lib.* 60. *tit.* 4. §. 1.
6 §. 3. *J. eod.*
7 §. 4. *J. eod.*
8 §. 5. *J. eod.*
9 Itineri ac viæ securitas à metu & periculo publica debetur.
10 *in pr. J. eod.* §. 2. *J. eod. l.* 6. *J. eod. l.* 31. *ad l. Aquil.* Goth. Adde *l.* 42. *in pr. ff. de adilit. edict. l.* 13. *ff. de offic. Præf. l.* 9. §. 5. *J. de publican.* Vid. Andr. Gail. *lib.* 2. *obs.* 64. Minsing. *cent.* 5. *obs.* 70. *n.* 9. Anf.
11 Edictum de effusis non ad itinera sed ad iter facientes pertinet.
12 Id est, antea.
13 *Secreta loca*: quibus hic opponuntur loca, quibus vulgus commeat.
14 Adde *l.* 7. §. 2. *J. de jurisdict.*
15 *l.* 5. §. 12. *J. eod.*
16 *in pr. J. eod.*
17 Debet enim suorum culpam præstare. *l.* 6. §. *pen. J. eod.*
18 *l.* 2. §. 1. *J. ad leg. Aquil.*
19 Liberi hominis nulla æstimatio est.
20 Vide *l. ult. in fin. J. eod. l.* 2. §. 2. *verf. corporum. J. de l. Rhodia.*
21 *in pr. J. eod.* tanti ergo æstimatur liber, si periit, alibi in ducentos solidos fit æstimatio ex non valde absimili causa. *l.* 42. *J. de ædilitio.* quid si non periit? vide *l. ult. J. eod.*
22 Personalis injuria ad realem non extenditur.
23 Filiusfamilias ex omni causa convenitur, puta ex contractu, vel delicto. vide *l.* 39. *J. de obligat.*
24 Et sic non concessum sibi à patre. *l.* 5. §. 1. *J. eod.*
25 Id est, quia ex pœnalibus causis actio in patrem non datur. *l.* 58. *J. de reg. jur.*
26 Οὐ γὰρ ἐκ συναλλαγμάτων, ἀλλὰ ἀδικημάτων ἐμφέρεται. *Synopsis d.* §. 1. id est, non contractus est, sed quasi delictum: unde colligitur, filiumfamilias in maleficiis posse in judicio consistere sine consensu patris. facit *l.* 2. & *l. quoties. J. tit. prox. l. filium. J. de adult. l. ex furtiva causa. J. de condict. furtiva.*
27 Secus si ex negotio. *l. ultim.* §. 1. *J. de aleatorib.* notandum est tamen, mortuo filio post litis contestationem, transferri judicium in patrem etiam de peculio. *l.* 57. *J. de judiciis.*
28 Habitatio multiplex est: aut enim propria, aut conducta, aut gratuita est.
29 *l.* 18. *J. de in jus.*
30 *l.* 1. §. 2. *J. de liberis agnoscendis. l.* 4. §. 5. *J. de damno.*
31 *l.* 5. *J. eod.*
32 Habitationem in hospitio hospes habere non dicitur.
33 Habitatoris & hospitis, habitationis & hospitii differentia est. Igitur lege aut vectigali habitatoribus impositis, immunes erunt ab iis peregrini.
34 Domicilium habentis & peregrini differentia: unde colligunt, hospitem in hospitio recte non citari.
35 V. *l.* 1. *in fin. J. de exercitoria.*
36 Incertitudinis ratione actiones in singulos dirigimus, quoties videlicet autorem damni ignoramus, & sic in hac actione certi hominis factum argui minime necesse est.
37 *l.* 18. *in fin. J. de constituta. l.* 23. *J. de peculio.*
38 §. 2. *J. eod.*
39 In quod interest actoris.
40 *l.* 1. §. 9. *J. eod.*
41 *Clientes* hic junguntur libertis, ut & alias, ideo, quia domestici. *l.* 3. *J. de usu.*
42 Ipse vero in eos habet actionem in factum.
43 Cur? quia illi proprie non dicuntur habitare.
44 Modica hospitiola, infra vocare videtur *hospitacula*.
45 *Cœnacularius* ex eo dicitur, quia totas domos conducit, ut singula cœnacula inquilinis locet quæstus faciendi causa.
46 De varietate hujus lectionis vid. Lyonin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 1. & Cujac. *lib.* 21 *obs.* 1. Anf.
47 *in pr. J. eod.*
48 Id est, cellæ, quales sunt cellæ monachorum. *Goth.* Exedra quid sit, variant DD. Vid. Alexandr. *Genial. dier. lib.* 5. *cap.* 11. Cottam in *memorabil. verb. Exhedra.* Anf.
49 Cœnacularium qui exercent, cœnacula habent variis constantia cubiculis, cellis, exedris. *Ædianum* est commune & promiscuum cellarum iter cuntibus in suas exedras. vide *l.* 17. §. 15. *J. de ædilit.*
50 Damnatus est, *Hugo à Porta*: condemnatus est, *Haloand.* Goth. Vid. Lyon. *emendat. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 7. & 8. Anf.
51 Repræsiliarum jure pro alio captum & condemnatum, solutum repetere ab eo, cujus nomine solvit, *Baldus* hinc colligit.
52 An quod rei persecutionem contineat, ut *Accursius* sentit? an cum ex priore parte hujus Edicti agitur, idque iter facientium causa, ut *Zasius* scribit?
53 Est enim pœnalis, ut *J. eod. l.* 16. *J. de judiciis.*
54 §. *ult. J. eod.*
55 *l.* 3. *in fin. J. de popularibus.*
56 Pecuniaria causa non est, cum libero homini nocetur.
57 Imo stricta est hæc actio, ut sepulchri violati, quæ datur ex æquo & bono. *l. penult. J. de sepulchro.*
58 Ita in Flor. *hic.* §. 8. & §. 12. *J. pro suggrundæ. ἐν ἐξώστῃ κεφαλαιώτι*, in protecto suspensum quid. *Synopsis Basil. d. t. c.* 4. *Gloss.* 15. ἐξώστης, Mœnianum, projectus, projectio. *Subgrundæ* dicimus tabulas circum ædificia a summo extensas, quæ ædes tuentur ab injuria imbrium: atque etiam, si lariguæ sint, ab incendio, *Palladio & Vitruv. autoribus*: *suggrundæ autem* dictæ, quod ædes extra gradiantur. & Varro 3 *de ruft.* 3. apes subter subgrundas, ab initio, villatico usæ tecto: de columna Mœnia vide *Pedianum divinatione.*
59 *Protecta* sunt projecta tecta, quæ Græcis προβλῆτες. Projectionum nomen latius patet: nam & Mœniana complectitur, & stillicidia, & porticus, & quæcunque extra ædes projicuntur. Cujac. *J. de*
60 Inclusa absunt à *Florentin.*
61 Quod extat in *l.* 1. *J. eod.*
62 Curæ in superiore de damno jam facto agitur, dejectione vel effusione: in hoc autem damni infecti curam gerit Prætor, ne quid in supradictis ædium partibus periculose positum habeatur. Igitur huic edicto locus est hoc solo nomine, quod positum habeatur, cujus casus nocere possit.
63 Adde *l.* 1. *J. de verb. sign.*
64 Habitationibus vel cœnaculis, sive etiam in horreis. *Halo.*
65 Positum habet, qui positum patitur: adde *l.* 18. *J. mandati.* Imo non, *l.* 3. *in fin. J. tit. prox.*
66 ἐξ ὑπερῴου, ex protecto, *Synops. Basil. d. c.* 4. Glossis ὑπερῷον superficium, superficies, cœnaculum, locus aptus exponendis & vendendis mercibus. Plin. *lib.* 35. *c.* 10 de Apelle sic loquitur: *Idem*, inquit, *perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat.* Ulpianus ista omnia conjungit, tabernulam, pergulam, horreum, armarium, seu officinam, *l.* 19. §. 2. *J. de judiciis.* pergulæ hujusmodi erant magistrales, in quibus magistri artium profitebantur, vel indicabant, quid docerent: Vopiscus *in vita Saturnini*; Romæ frequentaverat pergulas magistrales: hic Crassitius in pergula docuit. Suet. *de claris grammar.* Hinc pergulæ meretriciæ Plauto *Pseudolo*: & Pergula Juvenali fit. 11 est coquina, in qua boletaria ponebantur. vid. *ibid. interpret.* Dicitur autem pergula à pergendo.
67 *Clypeus* inter cætera etiam imaginem significat: fortassis inde, quod Clypei imaginibus pingi & inaurari solerent. v. Solipatrum *1 Gramm.* ut hic mirum esse non debeat, quod Clypeus pictori tribuatur: Et Varro 6 *de linguæ Lat.* notat, Elephantos *lucar* appellari, quod longe relucerent propter inauratos regios clypeos, quibus eorum erant ornatæ turres. Cæterum *Synopsi. Basil.* legit *d. c.* 4. ἀλεξητῆρα ζωγράφου, si Vas pictoris.
68 Ad exemplum edicti de suspensis ex suggrunda & protecto datur actio de suspensis ex pergula.
69 §. 6. *J. eod.*
70 Sed pergula.
71 Forte resticulo.
72 *Al.* damni quid.
73 Καθολικὴ. *Synopsi. Basil. d. c.* 4.
74 Adde §. 5. *J. eod.* ut & pauperiei. *l.* 1. *in fin. J.* §. 2. *J. eod.*
75 *l.* 1. §. 2. *J. eod.*
76 Sit. 77 Utrum itaque de nocte si quis in aliquem dejecerit, edicto de effusis minime tenebitur. *Fulgos.*
78 Νόμος. *Synopsi. Basil. d.* 3. *c.* 4. *in fin.*
79 *V. l.* 1. §. 4. *J. eod.*
80 Navem in mobilibus rebus censeri hoc ex loco notatur: adde quæ scripsi ad *l.* 20. §. 4. *J. quod vi, aut clam.*
81 Quid si interfectum? v. *l.* 1. §. 5. *J. eod.*
82 Vulnerato igitur per incuriam homini libero, hæc, quæ sequuntur, sunt præstanda. adde *l.* 3. *J. si quadrupes. l.* 7. *in pr. &* §. 4. *l.* 13. *J. ad l. Aquil.*
83 Ingenui & liberi filius etiam operas locabant Romæ. Varro *de lingua. l.* 38. *J. locati.*
84 Deformitatis nulla fit æstimatio, *ut hic.* In masculo hoc interpretes admittunt: in fœmina vero negant, Ravennas & Albericus ad *l.* 3. *J. si quadr.*
85 Vide *l.* 1. §. 5. *J. eod. l.* 106. *J. de regulis.*

TIT. IV.

DE NOXALIBUS 1 ACTIONIBUS 2.

Definitio.

1. GAIUS lib. II ad Edictum provinciale.

NOxales 3 *actiones* appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa 4 atque maleficio 5 servorum 6 adversus nos instituuntur: quarum actionum vis & potestas hæc est, ut, si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis, quod deliquerit, evitare litis 7 æstimationem 8.

De scientia domini. 1. Si dominus maneat, aut in totum, vel in partem esse desinat.

II. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

SI servus sciente 9 domino occidit, in solidum dominum obligat: ipse 10 enim videtur dominus occidisse: si autem insciente, noxalis est: nec enim debuit ex maleficio servi in plus teneri, quam ut noxæ eum dedat. §. 1. Is, qui non 11 prohibuit, sive dominus manet, sive desiit esse dominus, hac actione tenetur: sufficit enim, si eo tempore dominus, quo non prohibeat, fuit: In tantum, ut Celsus putet, si fuerit alienatus servus in totum, vel in partem, vel manumissus, noxam caput non sequi: nam servum nihil deliquisse, qui domino 12 jubenti obtemperavit. Et sane, si jussit, potest hoc dici: si autem non prohibuit, quemadmodum factum servi excusabimus? Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam, & legem duodecim tabularum. nam in lege Antiqua 13, *si servus sciente domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis*, nec dominus suo nomine tenetur: at in lege Aquilia (inquit) dominus suo nomine tenetur, non servi. Utriusque legis reddit rationem: duodecim tabularum, quasi voluerit servos dominis in hac re non obtemperare: Aquiliæ, quasi ignoverit servo, qui domino paruit, peiturus 14 si non fecisset. Sed si placeat, quod Julianus libro octogesimosexto scribit, si servus furtum faxit, noxiamve nocuit, etiam ad posteriores 15 leges pertinere, poterit dici, etiam servi nomine cum domino agi posse noxali judicio: ut, quod detur Aquilia adversus dominum, non servum excuset, sed dominum oneret. Nos autem secundum Julianum probavimus: quæ [sententia] habet rationem, & à Marcello apud Julianum probatur.

De scientia domini.

III. IDEM lib. III ad Edictum.

IN omnibus noxalibus actionibus, ubicunque *scientia* exigitur *domini*, sic accipienda est, si 16, cum prohibere posset, non prohibuit. Aliud 17 est enim, autorem esse servo delinquenti: aliud, pati delinquere.

1. Si extraneus servus, sciente me, fecit, eumque redemero. 2. De concursu actionis in solidum & noxalis.

IV. PAULUS lib. III ad Edictum.

IN delictis servorum, *scientia* 18 *domini* quemadmodum accipienda est? utrum cum consilio, an & si viderit tantum, quamvis prohibere non potuerit? Quid enim, si ad libertatem proclamans, domino sciente faciat? aut qui 19 condemnat dominum? vel, cum trans flumen sit servus, vidente quidem, sed invito domino, noxiam noceat? Rectius 20 itaque dicitur, scientiam ejus accipiendam, qui prohibere potest 21: & hoc in toto Edicto intelligendum est circa *scientiæ* verbum. §. 1. Si extraneus servus sciente me fecerit, eumque redemero, noxalis actio in me dabitur: quia non videtur domino sciente feciſſe, cum eo tempore dominus non fuerim. §. 2. Cum 22 dominus ob scientiam teneatur, an servi quoque nomine danda sit actio, videndum est; nisi forte Prætor unam pœnam à domino exigi voluit: Ergo dolus servi impunitus erit 23? quod est iniquum: imo utroque modo dominus tenebitur: una autem pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur. §. 3. Si 24 detracta noxæ deditione, quasi cum conscio domino actum sit, qui non erat conscius absolutione facta, & finito judicio, amplius agendo cum noxæ deditione, exceptione rei judicatæ summovebitur: quia res in superius judicium deducta, & finita est. Donec autem prius 25 judicium agitatur, licentia agenti est, si eum de scientia domini arguenda pœniteat, tunc ad noxalem causam transire 26. Contra quoque, si cum eo, qui scit, cum noxæ deditione actum sit: amplius in dominum, detracta noxæ deditione, danda actio non est. In ipso autem judicio, si voluerit & scientiam domini arguere, non est prohibendus.

De servo plurium. 1. Differentia actionis noxalis, & non noxalis. De hærede. De servo manumisso.

V. ULPIANUS lib. III ad Edictum.

SI plurium servus deliquerit omnibus ignorantibus, noxale judicium in quemvis 27 dabitur 28. Sed si omnibus scientibus, quivis eorum tenebitur, detracta noxæ deditione: quemadmodum si plures deliquissent, nec altero convento alter liberabitur. Sed, si alter scit, alter ignoravit; qui scit, detracta noxæ deditione, convenitur: qui nescit, cum noxæ deditione. §. 1. Differentia autem harum actionum non solum illa est, quod qui 29 scit, in solidum tenetur, verum illa quoque, quod sive alienaverit 30 servum, qui scit, sive manumiserit, sive decesserit servus, dominus tenetur: sed, si ipse dominus decesserit, heres ejus non tenetur.

VI. IDEM lib. XVIII ad Edictum.

SEd [&] ipse servus manumissus tenetur.

De eo, apud quem est servus. 1. De emptore, venditore.

VII. IDEM lib. III ad Edictum.

NOxalis [autem] non alias datur, nisi 31 apud me sit servus: & si apud me sit, licet eo tempore non fuit, quo delinquebat, teneor, & heres meus tenetur, si noxius vivat. §. 1. Pomponius ait, si emptor servi noxali conventus sit, venditorem, quo sciente factum est, conveniri jam non posse.

De servo communi, vel familiæ communi.

VIII. IDEM lib. XXXVII ad Edictum.

SI servus communis furtum fecerit, quivis 32 ex dominis in solidum noxali judicio tenetur, eoque jure utimur. Sed non alias

1 III. C. VII de in jus vocand. Inst. IV. 18 Gaii. Basil. LV. 60. 1. 5.

2 La genere Cuiac. enim plures. l. 3. J. cod.

3 Gaii. Inst. Basil. dict. 1. 5. c. 1.

4 Forte noxa est ipsum noxiæ factum. l. 1. §. 1. J. si quadrup. Adde Theophilum §. 1. Inst. de noxalib.

5 Inst. cod. in pr.

6 Nec enim datur liberi hominis causa vide l. 21. in fin. C. de furtis. §. ult. Inst. de noxalib.

7 Est igitur *noxæ deditio*, litis æstimationis subsidiaria: unde talis actoris petitio erit, ut ob servi maleficium, aut litis æstimatio ei præstetur, aut ipse servus noxæ ei dedatur. Hinc illa formula sententiæ in hac actione, *P. Mævium Lucio Titio in decem nummos condemno, aut noxæ dedere.* §. 1. Inst. de offic. judic. hinc in l. 6. §. 1. J. de re jud. post pecuniariam condemnationem noxæ deditio sequitur.

8 Ante latam sententiam scilicet. l. 40. §. 4. J. de petitione hered.

9 V. l. 3. J. cod.

10 Quidisse dominus videtur, qui servum scivit occidisse. Synops. Basil. d. tit. 5. c. 2.

11 Subaud. cum posset. l. 6. J. de jure patronatus. l. 50. J. de reg. jur.

12 Vide tamen l. 157. J. de reg. jur. Hic interim subintellige & supple *qui, qui domino.*

13 *Lex antiqua* pro lege XII Tabularum. v. l. 1. §. de hered. pet. ubi jus vetus appellatur, & l. 7. §. de capite min. ubi referibendum *in jure antiquo*, ut alibi docebo. J. G.

14 Vide l. 157. J. de reg. jur.

15 ἐκ τῶν ὑστέρων νόμων τὰ πρότερα καταλύεται, ex legibus prioribus posteriores reguntur. Synopsis d. c. 2.

16 Si servus sciente domino occidit, in solidum dominum obligat. l. 2. J. cod. Scit dominus, qui cum prohibere potest, non prohibet, l. 4. J. cod. hinc illud Senecæ *in Troade*: Qui non vetat peccare, cum possit, jubet. adde l. 13. J. de his, qui notant.

17 Pati, & autorem esse delicti, differunt. Imo non differunt. l. 5. §. 10. J. de his, qui effuderunt.

18 Scire in delictis utrum is dicatur, qui consilium dat: an vero qui vidit tantum, nec prohibere potuit; an potius is, qui vidit, & potuit prohibere.

19 Al. aut quid si contemnat dominum?

20 In omnibus noxalibus scientiam domini dicimus, si quum posset, non prohibuit. Synopsis Basil. cod. cap. 3.

21 l. 50. l. 109. J. de reg. jur. vide l. 3. §. 2. J. de Silaniano. 22 Dominus cum scit, tam suo nomine, quam noxali judicio, convenitur. Una vero pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur. Synopsis cod. cap. 4. in princ.

23 Vide l. 6. J. de except. rei judicatæ. 24 Sive quis noxali actione dominum convenit, sive altera, qua suo nomine dominus tenetur, ante sententiam quidem, alterutram relinquere potest, & experiri altera: verum post sententiam, toti negotio res judicata obest, quæ actorem excludit. Synopsi. Basilic. d. cap. 4. 25 Quod quasi cum conscio domino institutum est.

26 Ante sententiam licet errorem corrigere. vide l. ult. C. de errore advoc. 27 l. 8. l. 10. l. 26. §. 1. l. 39. J. cod. l. 4. §. si ex noxali. l. 11. § 3. J. de aqua pluvia. 28 In solidum.

29 Sciens dominus servum delinquere, in solidum tenetur, etiam post servi ipsius alienationem, manumissionem & mortem. 30 Alienationis & mortis differentia. 31 l. 14. §. ult. l. 42. §. ult. J. cod. §. 5. Inst. cod. 32 V. l. 5. J. cod.

poterit 33 [is,] qui conventus est, evadere litis æstimationem, nisi in solidum noxæ dederit servum: nec ferendus, etsi partem 34 dedere fuerit paratus. Plane, si propter hoc, quod socii dedere parati non fuerint, in solidum fuerit condemnatus, communi dividundo 35, vel familiæ erciscundæ judicio, adversus eos experietur: Ante noxale sane judicium acceptum potuit sua parte eodendo securitatem consequi 36, nec necesse habeat suscipere judicium: quamquam quis possit dicere evenire, ut, dum pars ei cedatur, amittat actionem: dominus enim pro parte factus, non potest cum socio noxali experiri 37: fortassis nec communi dividundo agere possit ejus malefici nomine, quod ante communionem admissum est: Quod si non potest, evidenti injuria adficietur. Sed melius est dicere, competere ei communi dividundo judicium 38.

Sui facti nomine solvens, non repetit à socio.

IX. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

SI communis familia vel communis servus furtum fecerit, altero ex dominis sciente, is, qui scit, omnium nomine tenebitur: & conventus, alterum quoque liberat: nec à socio quicquam debebit consequi: sui enim facti 39 nomine pœnam meruit. Quod si is, qui ignoravit, duplum præstiterit, a socio simplum consequetur:

X. IDEM lib. XXII ad Edictum.

SEd & eo nomine agere cum socio poterit, quod servum communem deteriorem fecit: quemadmodum cum quolibet alio, qui rem communem deteriorem feciſſet. Cæterum, si nihil præterea post noxæ deditionem commune habebit, pro socio, vel si socii non fuerunt, in factum agi poterit.

De servo bona fide possesso.

XI. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

BOna fide servi possessor 40, ejus nomine, furti actione tenebitur: dominus non 41 tenetur: si noxæ 42 dedendo non facit quidem actoris. Cum autem cœperit istum servum dominus vindicare 43, doli 44 exceptione summovebitur: vel officio 45 judicis consequetur, ut indemnis maneat.

Si bonæ fidei possessor servum dimiserit.

XII. PAULUS lib. VI ad Edictum.

SI bona fide possessor eum servum, quem bona fide possidebat, dimiserit, ne agi cum eo ex noxali causa possit, obligari eum actione, quæ datur adversus eos, qui servum in potestate habeant, aut dolo fecerint 46, quo minus haberent: quia per hoc adhuc possidere videntur.

De servo mala fide possesso.

XIII. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

NOn solum adversus bona fide possessorem 47, sed etiam adversus eos, qui mala fide possident, noxalis actio datur. * Nam [&] absurdum videtur, eos quidem, qui bona fide possiderent, excipere actionem: prædones vero securos esse 48.

De pluribus delictis ejusdem servi: 1. De statulibero. De servo legato sub conditione. De cautione actori præstanda.

XIV. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

SI 49 quis à multis conveniatur ex noxa ejusdem servi, vel [si] ab uno, ex pluribus tamen delictis, non necesse habet, quia omnibus dedere non potest, litis æstimationem offerre his, quibus dedere non potest. Quid ergo est, si à pluribus conveniatur? si quidem unus occupavit; an melior sit conditio, ut ipsi soli dedatur? an vero vel omnibus dedi debeat, vel cavere debeat *defensum iri adversus cæteros?* & * verius est, *occupantis* 50 *meliorem esse conditionem.* Ei itaque debetur, non qui prior egit, sed qui 51 prior ad sententiam pervenit: & ideo ei, qui postea vicerit, actionem denegari judicati. §. 1. Sed & 52 si statuliber sit, & ante deditionem exstiterit conditio, per fideicommissum libertas fuerit ante præstita, vel existente conditione legati dominium fuerit translatum, arbitrio judicis absolvi eum oportet. Et officii judicis 53 hoc quoque erit, ut 54 caveatur ei, cui debitur, ob evictionem ob suum factum contingentem.

XV. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

PRætor decernere debet 55 translationem 56 judicii in statuliberum 57 fieri. † Si vero rei judicandæ tempore adhuc in suspenso 58 sit statuta libertas, Sabinus & Cassius liberari heredem putant, tradendo servum: quia 59 toto suo jure cederet. Quod & verum est.

Dolus casu non purgatur. Bald.

XVI. JULIANUS lib. XXII Digestorum.

SI 60 heres dolo malo fecerit, ne statuliberum in potestate haberet, & propter hoc judicium sine noxæ deditione acceperit: [&] impleta conditione statutæ libertatis, condemnari debebit: sicuti 61 mortuo servo 62, condemnaretur.

De servo communi, 1. Vel fructuario.

XVII. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SI ex duobus dominis uno sciente 63, altero ignorante, servus delinquit, si ante cum altero, qui nesciebat, actum sit, & noxæ dederit servum, * iniquum 64 est, vilissimi 65 hominis deditione alterum quoque liberari. † Igitur agetur & cum altero: &, si quid amplius est in damni persecutione, consequetur, computato pretio hominis noxæ dediti: ipsi tamen inter se [sic] debent pensare communi dividundo judicium, ut (si) ille, quo sciente fecit, præstiterit, non totius partem ferat, sed partem ejus, quanti servus est: sic, & si alter aliquid præstiterit, ejus partem fieri. † Illud iniquum est, cum, qui jussit servum facere, consequi aliquid à socio 66, cum ex suo delicto damnum patiatur. §. 1. Si plures, ejusdem servi nomine, noxali mecum agere velint, vel [si] unus pluribus judiciis ejusdem servi nomine agat, in quo usufructus tuus, proprietas mea sit, officio judicis continebitur, cum eum noxæ dedero, ut etiam usumfructum actoris caveat: sed per Prætorem id consequar ego dominus proprietatis, ut aut cogat Prætor te pro æstimatione usufructus conferre ad litis æstimationem

33 Scilicet non alias, Cujac. 17 observ. 15.

34 Noxæ deditio partem non recipit, *ut inc.* litis tamen æstimatio potest nonnunquam pro parte præstari: & hoc eo modo utrique satisfieri l. 27. §. 2. J. ad l. Aquil. ubi dixi.

35 Vide l. 61. J. de furtis.

36 Imo non videtur audiendus; si pro parte tantum velit defendere. l. 4. J. si ex noxali.

37 Pro tua parte. l. 43. in fin. J. de furtis.

38 l. 61. in pr. J. de furtis.

39 V. l. 17. §. 1. J. cod.

40 V. l. 21. C. de furtis, & ser. corrupto.

41 Imo tenetur, l. 27. §. 2. J. ad l. Aquil. solve, ut ibidem notatum est.

42 Atqui bonæ fidei possessorem noxæ dedere non posse videtur: cum dominium servi is quod non habet, transferre non possit: nulla sit autem noxæ deditio, quæ dominium in actorem non transferat? Dic, quali quali noxæ deditione liberari. vide quæ scripti ad l. 28. J. de nox.

43 Ab eo, cui noxæ deditus fuit a bonæ fidei possessore.

44 Vide quæ scripti ad l. 28. J. cod.

45 Cur officio judicis? quia vindicatio rei, arbitraria actio est; & doli exceptio, quæ inest bonæ fidei judiciis, in arbitrariis omissa, officio judicis suppleri potest. l. 28. §. de rei vind. l. 38. l. ult. §. de petit. hered.

46 l. 21. in pr. J. cod. v. l. 22. §. de rei vind.

47 Imo, servi occidentis nomine non tenetur is, cui bona fide servit. l. 27. §. 3. §. ad l. Aquil.

48 l. 36. §. antepen. §. de petit. hered. sic absurdum est, meliorem esse juris stultos, quam peritos. l. 4. J. quod vi aut clam. qui vi rapuerunt, quam qui clam. Inst. vi bonorum in princ. sic mali boni, pauperes ditioribus non præferendi. J. arg. l. 3. de donat. inter vir. num. adde l. 43. in fin. §. ad l. Aquil.

49 Si a pluribus actione noxali ex ejusdem servi delicto conveniar, qui prior vicerit, accipit eum: nec illis obligatus, sum, qui postea vicerint, quamvis priores egerint. Synopsi Basil. cod. cap. 13 Goth. Vid. Ant. Augustin. lib. 1 emendat. cap. 2. Ant.

50 Ejus, qui prior meruit sententiam, *ut hic.* procuratoris, l. 32. §. de procuratorib. agentis de peculio, l. 10. l. 52. J. de peculio. de legato & fideicommisso, l. 33. *in fin.* J. de legat. 1. at non in tributoria, l. 6. J. de tributoria. si quis privilegiarius veniat. l. 3. J. quod cum cod. 51 Occupantis in sententia obtinenda melior est conditio. l. 10. J. de peculio. vide l. 9. J. de verb. oblig. 52 Statuliber si nocuit, & ante sententiam, existente conditione manumisero eum, vel legatario dedero, liberor: quemadmodum si & ante sententiam ei fideicommissariam libertatem præstitero. Synopsi. Basil. d. cap. 13. 53 Vide l. 5. J. de verb. oblig. 54 Qui servum noxæ dedit, de evictione ob suum factum contingente æteri cavere debet. d. cap. 13. *in fin.* 55 Cur? noxa caput sequitur. 56 Translatio judicii plerunque fit in extraneum, qui videlicet neque heres fit universalis, neque specialis. 57 Id est, in quondam statuliberum, nunc liberum. vide Petr. Fabr. 1 semestr. 13. *in fin.* 58 Pendens libertas, esse nondum videtur: & ideo statuliber recte noxæ dedit, cum adhuc servus sit. vide l. 16. l. 25. l. 26. l. 39. J. de statulib. 59 Ex sententia rem, qualiscunque ea sit, præstari sufficit. 60 Synopsi. Basil. cod. c. 20. 61 Dolus casu non purgatur. 62 Post judicium acceptum, post moram. vide l. 26. §. 4. J. cod. 63 Ut l. 5. J. si familia furtum fecisse. Goth. Vide in hanc leg. Cujac. lib. 22 obs. 26. Leonin. emendat. lib. 4. c. 9. n. 6. Ant. 64 Beneficium unius non elevat alterius delictum. 65 Subaud. qui nocuit. 66 l. 9. J. cod. l. 46. §. antepen. J. de præscr.

mationem, aut usufructu cedere, si hoc expediat: &, si ego dominus proprietatis eum servum nolui defendere [66], defensio tibi permittenda est: &, si damnatus hominem tradas, [&] adversus me tueris [67].

XVIII. POMPONIUS lib. XVIII ad Sabinum.

IS, qui usumfructum in servo habet, perinde [68] cum domino habet actionem furti, atque si quilibet alius esset: sed cum eo non est, quamvis serviat ei: & ideo dominus damnatus fructuario noxæ dedens liberabitur.

De re communi. 1. De servo, in quo ususfructus alienus est. 2. De servo vicario nauta.

XIX. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SI in re communi mea & tua damnum nobis dederit Titii servus, si cum eo agimus, erit noxali Aquiliæ actioni locus: ne damnatus in solidum singulis noxæ dedere cogatur. Sed potest dici, quasi unius damnum sit & una obligatio, aut [69] utrisque [70] pecuniam offerendam, aut officio judicis simul utrisque noxæ dedendum. Sed & si alterutri nostrum in solidum noxæ deditus fuerit, & ob id ab utroque dominus sit absolutus [71], recte dicitur, eum, cui noxæ deditus sit, alteri teneri communi dividundo judicio [72], ut communicet servum noxæ sibi deditum, cum ob rem communem [aliquid] ad socium pervenerit. §. 1. Si servi, in quo ususfructus alienus est, dominus proprietatis operas conduxerit, verba efficiunt, ut cum noxæ deditione damnetur.

§. 2. Si servus tuus navem exercuerit, ejusque vicarius [73] & idem nauta in eadem nave damnum dederit, perinde in te actio danda est [74], ac si is exercitor liber, & hic vicarius servus ejus esset, ut de peculio servi tui ad noxam dedere vicarium [75] damneris: ut tamen si servi tui jussu, vel sciente & patiente eo, damnum vicarius dederit, noxalis actio servi tui nomine esse debeat. Idemque sit etiam, si nautam facere jusserit.

De servo, qui sæpius deliquit.

XX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUi ex pluribus noxis, diversis temporibus experitur, ex una noxia servi dominium nanctus, nullam amplius actionem habet adversus eum, qui dominus fuerat: cum actio noxalis caput sequatur. † At si maluit dominus priori judicio litis æstimationem sufferre, vel eidem, vel alii ex alio maleficio agenti nihilominus tenetur [76].

Si dominus judicium recusat. 1. De servo absente. 2. Edictum de eo, qui negat se habere in potestate. 3. Verbum in potestate *quomodo accipitur. 4. Si reus jurare nolit. 5. De tutore, curatore, & procuratore. 6. Utrum post jusjurandum detur actio noxalis.*

XXI. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

QUotiens dominus ex noxali causa convenitur, si nolit suscipere judicium, in ea causa res est, ut 77 debeat noxæ dedere eum, cujus nomine judicium non suscipitur, aut, si id non faciat, judicium suscipietur [78] omnimodo [79]: sed [80] non alias condemnabitur, quam si in potestate habeat [81], dolove malo fecerit [82], quominus haberet. §. 1. Eos, quorum nomine noxali judicio agitur, etiam absentes defendi posse placuit [83]: sed hoc ita demum, si proprii sint servi: nam, si alieni, præsentes esse oportet; aut si dubitetur, utrum proprii sint, an alieni. Quod ita puto accipiendum, ut, si constet, vel bona fide servire, etiam absentes possint defendi. §. 2. Prætor ait: SI IS, IN CUJUS POTESTATE ESSE DICETUR, NEGAVIT SE IN SUA POTESTATE SERVUM HABERE: UTRUM ACTOR VOLET [84], VEL DEJERARE [85] JUBEBO [86], IN POTESTATE SUA NON ESSE, NEQUE SE DOLO MALO FECISSE, QUOMINUS ESSET; VEL JUDICIUM [87] DABO SINE NOXÆ DEDITIONE. §. 3. IN POTESTATE [88] sic accipere debemus, ut facultatem & potestatem exhibendi ejus habeat: cæterum, * si in fuga sit, vel peregre, non [89] videbitur esse in [90] potestate [91]. §. 4. Quod si reus *jurare* nolit, similis [92] est ei, qui neque defendit absentem, neque exhibet: qui condemnantur quasi contumaces. §. 5. Si tutor vel curator extent, ipsi jurare debent, in potestate domini non esse: si autem procurator sit, dominus ipse juret, necesse est. §. 6. Si jusjurandum exegit actor, reusque juravit, deinde postea noxali velit actor experiri: videndum est, an exceptio jurisjurandi debeat adversus actorem dari? Et Sabinus putat, non esse dandam, quasi de alia re sit juratum, hoc est, tunc non fuisse in potestate: modo vero [93], cum in potestate deprehendatur, de facto ejus posse agi. Neratius quoque dicebat, post exactum jusjurandum posse actorem, detracta noxæ deditione, experiri: si modo hoc contendat, posteaquam juratum est, cœpisse in potestate habere.

De servo deposito, commodato, 1. Pignori dato, precario concesso. 2. Quid sit habere facultatem repetendi. *3. Si dominus fateatur, 4. Aut neget se habere in potestate.*

XXII. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

SI servus depositus vel commodatus sit, cum domino agi potest noxali actione: ei enim servire intelligitur [94]: & quod ad hoc Edictum attinet, in potestate ejus est: maxime si copiam habeat reciperandi hominis [95]. §. 1. Is, qui pignori accepit, vel qui precario [96] rogavit, non [97] tenetur noxali actione: licet enim juste possideant [98], non [99] tamen opinione [100] domini possident [1]: sed hos quoque in potestate domini intelligi, si facultatem repetendi eos dominus habeat. §. 2. Quid est *habere facultatem repetendi?* habeat [2] pecuniam, ex qua liberari potest: nam non debet cogi vendere res suas, ut solvat pecuniam, & reperat servum [3]. §. 3. Dominus, *qui servum in sua potestate esse* confitetur, aut exhibere eum debet, aut absentem defendere: quod nisi faciat, punitur [4], atque si præsentem non noxæ dederit. §. 4. *Si negavit dominus in sua potestate esse servum*, permittit Prætor *actori ar-*

66 Vel è contra.
67 Eodem modo, usufructuario non defendente servum usufructuarium, usufructus persecutionem fructuarius amittit. *l.* 3. 3 *si ex noxali.*
68 *l.* 17. §. 9. *ff. de injuriis.*

69 Adde *l.* 26. *in fin. ff. de condict. indeb.*
70 Communia, in communionem referenda.
71 Uni socio si noxæ servum dominus dederit, ab alio socio liberatur.
72 *l.* 8. §. 3. *ff. commun. dividund.*
73 *Vicarius servus* est, quem servus ordinarius in peculio suo habet: & sic servus servi est. servus aliquis eo casu servum alium sub se habet: ejus quasi dominus est.
74 Vicarii servi nomine tenetur ipse dominus.
75 Vicarius est in peculio ordinario, ideoque ex ejusdem vicarii delicto cum teneatur dominus, vicarium ipsum dedere tenetur.
76 *l.* 1. *in fin. l.* 2. 3. *si ex noxali.*
77 *l.* 25. *ff. eod.*
78 *l* 31. *l.* 32. *ff. eod.*
79 *Omnimodo*: hæc, inquam, particula præcisa est. Unde colligit Baldus, Reum cogi præcise litem contestari.
80 Defensiones salvas habet, qui litem contestari cogitur: Nemo igitur litem contestari cogitur, nisi salvis defensionibus.
81 *l.* 42. *in fin. ff. eod.*
82 *l.* 12. *in fin. ff. eod.*
83 Excipe casum *l.* 1. & 2. *ff. de publicanis.*
84 *l.* 34. §. *ait Prætor ff. de jurejurando.*
85 Id est, Jurare. §. 4. §. 5. §. 6. *ff. eod. l.* 22. *in fin. ff. eod. l. ult. ff. qui fatisdare.*
86 §. 4. *ff. eod. l.* 22. *in fin. ff. eod.*
87 Directum.
88 In potestate habet, qui potest exhibere.
89 Imo videbitur: nam ejus nomine tenetur. *l.* 27. §. 3. *ff. ad l. Aquil.*
90 Qui in fuga sunt, vel peregre, in potestate non esse intelliguntur. *l.* 5. *in fin. ff. ad exhibendum.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 23. ut non tam dominium servorum, quam facultas eos habendi spectetur, *l.* 1. §. *ult. ff. de peculio.* adeoque, & si per eos inhibeatur usucapio, non tamen eorum domnus furti tenebitur. *l.* 17. *in fin. ff. de furt.* Quare potestatis verbum in noxali actione, præsentis corporis copiam facultatemque significat. *l.* 215. *in fin. ff. de verb. signif.* 91 Ad hoc solum tenebitur, ut caveat se exhibiturum, si in potestatem ejus pervenerit. *l.* 5. *in fin. ff. ad exhibendum.* 92 Sic alibi legimus, manifestæ turpitudinis esse & confessionis, nec jurare, nec jusjurandum referre. *l.* 38. *ff. de jurejurando.* 93 Vide *l.* 23. *ff. eod.*
94 Deponendo & commodando, dominium rerum nostrarum non amittimus. 95 Eoque casu cavere tenetur. *l.* 2. §. *ult. ff. si ex noxali. l.* 5. *in fin. ff. ad exhibend.* 96 Precaria possessio justa est, donec revocetur. *ff. de precario.* 97 Tenetur tamen creditor servum defendere, aut pignus amittit. 98 *l.* 1. §. 15. *ff. de adquirend. possess.* 99 Excipe casum *l.* 101. *in fin. princ. ff. de legat.* 3. 100 Ψυχὴ τὰ διανοήματα. *Synops. Basil.* 50. *tit.* 2. *cap.* 60. *in fin.* adde *l.* 21. *C. de furtis.* 1 Qui pignori accepit, vel qui precario rogat, possidere quidem intelligitur, sed citra opinionem dominii, *ut hic. l.* 27. *in fin. ff. eod.* 2 Si habeat. *Hal.* Solvendi facultatem habere non intelligitur, qui pecuniam non habet, licet plura latifundia habeat. 3 Facultatem rei repetendæ habere intelligitur, qui pecuniam habet, non qui pecuniam ex rerum suarum distractione reparare potest: nec enim fieri posse videtur, quod incommode tantum fieri potest. *l.* 125. *in fin. ff. de verborum significatione.* 4 Εἰς τὸ διαφέρον καθοδικάζει, damnatur in id, quod interest. *Ecloga. eod. cap.* 21.

bitrium, utrum jurejurando id decidere [5] *an judicium dictare sine noxæ deditione velit:* per quod vincet, si probaverit eum in potestate esse, vel dolo ejus factum, quo minus esset: qui autem non probaverit in potestate adversarii esse servum, rem amittit.

De eo, qui postea cæpit habere in potestate.

XXIII. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

SEd etsi postea [6] adversarius ejus in potestate habere cœperit servum, tenetur ex nova possessione, denegata ei exceptione.

De eo, qui dolo desiit habere in potestate.

XXIV. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

DE illo videndum, utrum adversus eum tantum, qui dolo fecit, quominus in potestate haberet, actio locum habeat noxalis [7], si ex dolo ejus acciderit, ut cesset noxalis actio, forte si servo suo fugam mandavit: an & [si] possit nihilominus cum alio agi [8]: quod accidit, cum alienatus manumissusve est? Quod est verius: in quo casu electio est actoris, cum quo velit agere. † Julianus autem ait de eo, qui manumisit, si paratus sit defendere se manumissus, exceptionem dandam ei, qui manumisit. Hoc & Labeo.

XXV. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

IDem est, & si novus dominus servi judicium patiatur.

1. Si plures dolo desierint habere in potestate. 2. Si ex pluribus dominis quidam dolo desierit possidere. 3. Si quis servum alienum suum esse respondent. 4. De morte servi delinquentis. 5. Si quis falso negaverit se habere in potestate. 6. De servo ductu jussu Prætoris.

XXVI. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

ELectio vero alterum liberabit [9]: id enim Prætor introduxit, ne eluderetur actor: non ut etiam lucrum faceret: ideoque exceptione à sequenti summovebitur. §. 1. His consequens est, ut si plures [10] dolo fecerint, quo minus in potestate haberent, elegere debeat actor, quem velit convenire. §. 2. Item, si ex pluribus dominis quidam dolo malo partes suas desierint possidere, electio erit actoris, utrum directo agere velit cum eo, qui possideret, an Prætoria cum eo, qui desiit possidere. §. 3. Si servum alienum alius in jure *suum esse* respondent, altero solvente, alter liberatur. §. 4. Si is, quem desieris dolo possidere, decesserit [11] prius, quam hac actione convenireris [12], liberaris [13]: quia hæc actio in locum directæ actionis succedit. Diversum dicemus, si moram feceris [14] in judicio accipiendo. §. 5. Neque [15] heredi, neque in heredem, quod defunctus mentitus est, actio danda est: nec in ipsum quolibet tempore: nam liberum esse debet defendenti absentem servum, hujus Edicti pœnam evitare, id est, ut sine noxæ deditione conveniatur. † Et ideo, si negaveris servum in tua potestate esse, postea fateri poteris: nisi si jam lis adversus te contestata est; nam tunc audiri non debebis [16], ut Labeo ait. Octavenus, ex causa etiam lite contestata tibi succurrendum: utique, si ætas tua ea sit, ut ignosci tibi debeat.

§. 6. Si, absente domino ductus sit servus, vel etiam præsente, & in eadem [17] causa sit, ut in integrum restitui possit, defensio permittitur ejus nomine, qui ductus est: postulantibus enim exhiberi eum ad defendendum, indulgere Prætor debet. † Idem concedendum est fructuario, vel cui pignoris nomine obligatus est, si præsens dominus defendere noluerit: ne alterius dolus aut desidia aliis noceat. Idem præstandum est in servo communi, quem alter ex dominis [præsens] noluit defendere. Sed & actori his casibus succurrendum est [18]: quia placet, dominii [19] adquisitione extingui actionem: jussu enim Prætoris ductus [20], in bonis fit ejus, qui duxit.

De servo pignerato, vel cujus ususfructus alienus est. 1. De eo, qui servum alienum suum esse respondit.

XXVII. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

SI noxali judicio agitur de servo, qui pignoris jure tenetur, aut de eo, cujus ususfructus alterius est, admonendi sumus, si creditor vel usufructuarius præsens defensionem suscipere noluerit [21], Proconsulem interventurum, & pignoris persecutionem, vel ususfructus actionem negaturum. Quo casu dici potest, ipso jure pignus liberari: nullum [22] enim pignus est, cujus persecutio negatur. Usufructus autem, etiamsi persecutio [ejus] denegetur, ipso jure durat, eousque donec non utendo constituto tempore pereat [23]. §. 1. Ex his, quæ diximus de servo, qui alicui pignoris jure obligatus est [24], deque statulibero [25], & [de eo] cujus ususfructus [26] alienus est, apparet, eum, qui alienum servum in [27] jure *suum esse* respondent, quamvis noxali judicio teneatur, non [28] tamen posse noxæ deditione ipso jure liberari: quia nullum ad actorem dominium transferre possunt, cum [29] ipsi domini non sint [30]. Certe tamen, si ex ea causa traditum postea dominus vindicet, nec litis æstimationem offerat, poterit per exceptionem doli mali repelli.

De servo bona fide possesso.

XXVIII. AFRICANUS lib. VI Quæstionum.

ET generaliter [31] si alieni servi nomine, qui [32] tibi justam [33] servitutem serviret [34], noxali [35] tecum egerim, tuque eum mihi noxæ dederis, sive, me possidente, dominus eum vindicet, exceptione [36] doli mali, nisi litis æstimationem offerat, eum summovere possum: sive [37] ipse possideat, Publiciana mihi datur: & adversus excipientem [38] *si dominus ejus sit*, utilem mihi replicationem doli mali profuturam: & secundum hæc, usu quoque me capturum,

5 Vide *l.* 21. *in fin. ff. eod.* forte jusjurandum deferre, ut in *Synops. Basil. d. cap.* 21. ἢ κρῖναι ἐπιτρέπων, ἢ ἐκχωρεῖν τὰ ἀντίδικα, aut jusjurandum deferre, aut ad id, quod interest, agere.
6 *l.* 21. *in fin. ff. eod.*
7 Nam qui dolo desiit, in potestate habere intelligitur: dolus enim possessionem repræsentat. *Goth.* vox, *noxalis*, hic abundare videtur Cujacio *lib.* 22 *ad Serv. cap.* 9. S. L.
8 Qui dolo desiit possidere, tenetur, etiamsi in alium sit regressus. *l.* 32. §. 2. *ff. eod.*
9 *l.* 9. *ff. eod.* imo non liberabit. *l.* 13. §. 14. *ff. de hereditat. petit. l.* 95. §. 9. *ff. de solut.* Goth. Quatenus eligens unum in altero liberato sibi præjudicet. vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.* 65. *num* 9. 10. 11. Ans.
10 *l.* 5. *ff. eod.*
11 Vide *l.* 45. *ff. de obligat.*
12 Vide *l.* 13. §. 3. *ff. de publicanis.*
13 Imo condemnari debes. *l.* 16. *ff. eod.*
14 Vid. Bart. in *l. quamquam* §. *Julianus. de aq. pluv. arc.* Mora perpetuat magis actionem quam culpa. *Bald.* De mora non admittente purgationem post litem contestatam, sed perpetuante actionem, vid. Socin. *regul.* 329. Port. *conf.* 5. *num.* 39. Boër. *conf.* 22. *n.* 4. Ans.
15 Differt in eo prætoria a civili, ut dixi *l.* 39. *ff. eod.*
16 *l.* 25. *in fin. ff. de rei vindicat.* ratio? vide *l.* 11. *in fin. ff. de interrogation.*
17 Id est, necessitatis. *l.* 2. *in fin. ff. si ex noxali.*
18 Ut priftina actio restituatur. *d. l.* 2.
19 Missus in possessionem ex secundo decreto, statim fit dominus. v. quæ scripsi ad *l.* 5. *ff. de damno infecto.*
20 Ductio facit eum dominum, qui ducit, si dominus non defendat, *ut hic. & l.* 2. *in fin. ff. si ex noxali.* (quia pro traditione dominii cedit. *l.* 32. *eodem.*) Contra ductio non facit dominum, si bonæ fidei possessor non defendat, sed tuetur tamen eum Prætor, quasi dominum: data adversus dominum, & alium quemlibet actione Publiciana, *l.* 6. *ff. de Publiciana.* & exceptione vel replicatione doli mali.
21 Usufructuarius servum non defendens, privatur usufructu. *l.* 3. *ff. si ex noxali.* 22 Pignus inutile est, cujus persecutio negatur, *ut hic.* ut & cujus venditio non permissa. vide *l.* 4. *ff. de pignoratitia. l.* 9. *l.* 14. *C. de distract. pign.* 23 Vide *l.* 69. *ff. de solutionib.* 24 *l.* 22. §. 1. *ff. eod.* 25 *l.* 14. §. 1. *ff. eod.* 26 *l.* 19. §. 1. *ff. eod.* 27 *l.* 8. *ff. de interrogat.* 28 Noxæ deditio nulla est, quæ dominium in actorem non transfert. 29 Dominium rei transferre non potest, qui dominium rei non habet. 30 Vide *l.* 22. §. 1. *ff. eod.* 31 Scientiam rei alienæ non esse malam fidem, vide Cujac. *tract. 6. ad African. & lib.* 18 *observ. cap.* 25. S. L. 32 Noxalis Aquilia non datur adversus bonæ fidei possessorem. 33 Justa servitute utitur, qui bona fide servo utitur: adde de justa servitute quæ scripsi ad *l.* 34. *ff. de fundi. servorum.* 34 Hinc colligit Cujac. 18 *observ.* 25. Scientiam rei alienæ non esse malam fidem: nec malæ fidei possessorem esse, qui servum, quem scit alienum, noxæ accipit: adde & in causa damni infecti. *l.* 15. §. 26. *ff. de damno.*
35 Noxali actione adversus bonæ fidei servi possessorem agi non posse ex eo videbatur, quod noxæ dedere non posse videatur: nulla enim noxa, deditio est, quæ dominium in actorem non transferat. Verum placet magis, ut teneatur, & qualicunque noxæ deditione fungi possit: quæ etsi bonæ fidei possessorem non liberat ipso jure, tamen eundem usum actori præbet, atque si dominus factus esset. Nam domino servum vindicante, nec offerente æstimationem litis, opponit exceptionem doli mali, *l.* 27. *in fin. ff. eod.* vel (ut *l.* 11. *ff. eod.* dicitur) officio judicis consequitur, ut indemnis maneat, ut *ibidem* dixi. Atqui videtur, noxali etiam agi non posse adversus bonæ fidei possessorem, cum servi corrupti bonæ fidei possessor non conveniatur: vide quæ scripsi ad *l.* 1. §. 1. *ff. de servo corrupto.* Quin ne noxali quidem omnino agi posse videtur ex *l.* 27. §. 3. *ff. ad l. Aquil.* vide quæ ibidem scripsi. 36 *l.* 11. *ff. eod.* 37 Noxalis servi amissa possessione, & eadem ad dominum reversa, non minus Publiciana contra dominum competit, quam contra alium, *ut hic. & l.* 5. *ff. de Publiciana.* 38 Formula exceptionis justi dominii (Cujac. tamen 6 ad Africanum putat, hic legendum esse, *si non dominus ejus sit*, ut *l. ult. ff. de Publiciana. l.* 24. *ff. de except. rei judicatæ*) quæ vulgo dicitur obstare agenti Publiciana, *l. penult. l. ultim. ff. de Publiciana.* ut & eidi replicatione doli mali, si litis æstimatio non solvitur. vide quæ scripsi ad *l.* 16. *ff. de Publiciana.*

pturum, qui mihi scions alienum possideam [38]: alioquin, si aliter constituatur, futurum, ut summa iniquitate bona tibi possessori adjudicatur, si, cum ipse jure noxalis actio adversus eum competat, necessitas ei imponatur, ut litis æstimationem sufferat. † Eademque dicenda sunt & si, cum ab eo non defenderetur, jussu Prætoris eum [39] duxerim [40]: quoniam illo quoque casu justam causam possidendi habeo.

De judicio noxali recusando.

XXIX. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

NOn [41] solum autem qui in potestate non habet, recusare * potest noxale judicium, verumetiam habens in * potestate liberum est [42] evitare judicium, si indefensam eam personam relinquat: sed huic necesse est, jus suum ad actorem transferre, perinde ac si damnatus esset.

In sententia necessit absentibus.

XXX. IDEM lib. ad Edictum Prætoris urbani, titulo de damno infecto.

IN noxalibus actionibus, eorum qui bona fide absunt, jus non corrumpitur, sed reversis [43] defendendi ex bono & æquo potestas datur, si domini sint, sive aliquid in ea re jus habeant: qualis est creditor, & fructuarius [44].

Si familia furtum fecerit.

XXXI. PAULUS lib. VII ad Plautium.

QUod ait [45] Prætor, *Cum* [46] *familia* [47] *furtum fecisse, ad eum modum se actionem daturum, ut tantum actor consequatur, quantum, si liber fecisset* [48], *consequeretur*: quæritur, utrum ad pecuniæ præstationem respiciat, an etiam ad noxæ deditionem, utpura [ti] ex pretiis noxæ deditorum duplum colligatur, sequentes actiones inhibeantur? Sabinus & Cassius putant, pretium quoque noxæ deditorum imputari debere: quod Pomponius probat: & est verum: nam, & si servus indefensus ductus sit, æstimatio ejus imputanda est. Certe non tantum duplationis, sed & condictionis [49] rationem habendam, Julianus putat: furti [50] faciendi tempus spectandum esse: an ejusdem familiæ sint servi: nam si hi, qui plurium dominorum erunt, unius esse postea coperint, locus Edicto non erit.

Si servus non defendatur.

XXXII. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

IS, qui in aliena potestate est, si noxam commisisse dicatur, si non defendatur, ducitur [51]: & [si] præsens est dominus, tradere eum, & de dolo malo promittere debet.

De eo, qui non vult defendere. De liberis, qui sunt in potestate.

XXXIII. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

NOxali judicio invitus nemo cogitur alium defendere [52], sed carere debet eo, quem non defendit [53], si servus est: quod si liber est, qui in potestate sit, indistincte ipsi sui defensio danda est [54].

XXXIV. JULIANUS lib. IV ad Urseium [Ferocem].

QUotiens enim nemo filiumfamilias ex causa delicti defendit, in eum judicium datur.

XXXV. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

ET, si condemnatus fuerit filius, judicatum facere debet [55]: tenet enim condemnatio: quinimo etiam illud dicendum est, patrem quoque post condemnationem filii, duntaxat de [56] peculio [57] posse conveniri.

De eo, cui potest servus avocari.

XXXVI. IDEM lib. XXXVII ad Edictum.

SI quis servum pigneratum, deinde à debitore subreptum, emerit à debitore, nomine ejus furti tenebitur, dominio servi adquisito: nec oberit, quod Serviana [58] potest ei homo avocari. Idemque & si à minore quis vigintiquinque annis emerit, vel in fraudem creditorum sciens: hi enim, quamvis auferri eis dominium possit, interim tamen conveniendi sunt.

Si servum, qui furtum fecit, actor vel extraneus emerit:

XXXVII. TRYPHONINUS lib. XV Disputationum.

SI alienus servus [59] furtum mihi fecerit, qui postea in meum dominium pervenerit, extinguitur furti actio, quæ mihi competierat, nondum in judicium deducta: nec si postea alienavero [60] eum, quem ante litem contestatam emeram, furti actio restaurabitur: quod si post litem contestatam eum redemero, condemnandus erit venditor.

De servo habito pro derelicto. 2. Si quis nummos ex re sibi à servo subtracta redactos ei excusserit. 3. Si servus creditoris nummos sibi solutos interceperit.

XXXVIII. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

QUemadmodum, si alii vendidisset: parvi enim refert, cui vendiderit, adversario, an alii: * suaque culpa litis æstimationem sublaturum, qui vendendo, noxæ deditionem sibi ademit.

§. 1. Julianus autem lib. XXII Digestorum scribit, si servum pro derelicto [61] habeam, qui tibi furtum fecerat, liberari me: quia statim [62] meus esse desinit, ne ejus nomine, qui sine domino sit, furti sit actio. §. 2. Si servus meus rem tuam subtraxerit, & vendiderit, tuque nummos, quos ex pretio habebat, ei excussseris [63], locus erit furti actioni ultro citroque: nam & tu adversus me furti ages noxali servi nomine, & ego adversus te nummorum nomine. §. 3. Sed & si servo creditoris mei solverim nummos, ut is eos domino suo det, æque locus erit furti actioni, si is nummos acceptos intercesserit [64].

Si omnes domini dolo desierint habere in potestate. 1. An rectus sisti desinere debeat. 2. Si dominus dolo desiit habere in potestate. 3. Si post judicium acceptum cum domino servus ductus sit. 4. De morte servi.

XXXIX. JULIANUS lib. IX Digestorum.

SI plurium servus furtum fecerit, & omnes dolo fecerint, quo minus eum in potestate haberem, subsequi debet Prætor juris civilis actione [65], & judicium [66] honorarium, quod ex hac causa pollicetur, in eum [dare], quem actor elegerit [67]: neque enim amplius præstare actori debet, quam ut deducta noxæ deditione agere possit cum eo: cum noxali judicio experiri potuisset, si servus exhiberetur. §. 1. Qui alienum servum, *suum esse* fatetur, quamvis noxali actione obligetur, nihilo minus, causa cognita, satisdare [68] debet. Qui autem pro servo convenitur, satisdatione onerandus non est: non enim offert se defensioni alterius servi.

§. 2. Si quis dicet dominum dolo fecisse, quo minus in potestate ejus servus esset, ille autem contendat [69], cum servum ab alio defendi cum satisdatione, doli mali exceptioni locus erit.

§. 3. Sed & si post judicium acceptum cum domino, servus apparuerit, &, quia non defendebatur [70], ductus sit, exceptione doli mali posita [71] dominus absolvetur. §. 4. Sed [&] mortuo servo [72], antequam judicium accipiatur, omnino hac actione non tenebitur dominus.

Si servus legatus ante aditam hereditatem servatus sit.

XL. IDEM lib. XXII Digestorum.

SI servus legatus, ante aditam hereditatem, rem heredis futuri subtraxerit, poterit is cum legatario, qui legatum agnoverit, furti agere: sed, si idem servus hereditariam rem subtraxerit, furti actio, cessabit: quia [73] hujusmodi rerum furtum non fit: ad exhibendum autem actio competit.

De servo communi.

XLI. IDEM lib. II ad Urseium Ferocem.

CUm servus communis [74] alteri dominorum damnum injuria [75] dedit, idcirco legis Aquiliæ actio non est [76], quia, si extraneo damnum dedisset, cum altero in solidum lege Aquilia agi posset: sicuti cum servus communis furtum fecerit, cum altero [77] domino furti agi non potest, sed communi dividundo [agi potest.]

Si ad libertatem proclamaverit is, cujus nomine noxaliter agebatur. 1. De judicio accepto pro servo mortuo. 2. Quando, quibus, & adversus quos actio noxalis competit.

XLII. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI ad libertatem proclamaverit [78] is, cujus nomine noxale judicium susceptum [79] est, sustineri [80] debet id judicium, quoad de statu ejus judicetur [81]: & [sic,] si quidem servus fuerit pronunciatus, noxale judicium exercebitur: si liber [82], inutile videbitur. §. 1. Si quis pro servo mortuo, ignorans eum decessisse, noxale judicium acceperit, absolvi debet: quia desiit verum esse, propter eum dare oportere. §. 2. Hæ [83] actiones perpetuæ sunt, locumque habebant tamdiu, quamdiu [84] servi dedendi facultatem habemus. † Nec tantum nobis, verumetiam successoribus nostris competent. † Item adversus successores: sed [85] non quasi in successores, sed jure dominii. Proinde &, si servus ad alium perveniſſe proponatur, jure dominii noxali judicio novus dominus convenietur.

Ubi servus defendi aut exhiberi debet. Si dominus defendere nolit.

XLIII. POMPONIUS lib. VIII Epistolarum.

SErvi, quorum noxa caput sequitur, ibi [86] defendendi sunt, ubi [87] deliquisse arguentur: itaque servos dominus eodem loco exhibere debet, ubi vim intulisse dicentur: & carere [88] omnium dominio potest [89], si eos non defendat.

---

38 Vel igitur hic casus specialis, nec enim ordinem jure usitato apti, quo ejus rem esse antea possidet. Cf. §. 4. *J. pro emptore*, c. diversitatis rationem cum aliis Bartolus, quod in hac specie à non domino nihil ut, quod non edit ab ipso vero dominio adesset, prudenter dixit.

39 Nam is justè possidet, qui actore Prætore possidet *l.* 11. *J. de acq. vel amitt. poss.*

40 Ita enim justa dicitur impetrare *potest. l.* 32. *J. eod. l.* 2. *in fin. C. si ex noxali.*

41 Noxali judicio experiri non cogitur, qui servum non habet in potestate. Quid si habet, sed jus summ actori cessit? idem. *Synopf. Basil. cod. c.* 25.

42 Quia nemo invitus noxaliju dicio alium defendere cogitur. *l.* 32. *J. eod.*

43 *l.* 20. *§. ult. C. eod.*

44 Creditor & fructuarius jus in re habent.

45 In edicto suo, *tit. de l. Aquil.*

46 Si familia furtum fecit, neque eam noxæ dedere voluero, tantum præsto, quantum si unus homo liber furtum fecisset, hoc est, duplum, & ex pretium. *Synopf. Basil. cod. cap.* 27.

47 Omnis, scilicet alienejus

48 Vide *l.* 1. *in fin. J. si familia furtum fecit dic.*

49 *l.* 2. *J. si familia.*

50 Sed & furti. *Ital.*

51 *l.* 21. *l.* 27. *in fin. C. eod.*

52 *l.* 29. *C. eod.* & 256. *J. de regul. jur.* & arbitrari.. vide tamen *l.* 32. *§.* 1. *& sequent. C. de arbitris.* & esse procurator. vide tamen *l.* 8. *§. ult. & l.* 9. *& seq. C. de procuratoribus.* & focius. vide *l. ult. C. comm. divid.*

53 *l.* 17. *in fin. C. eod. l.* 3. *C. si ex noxali.*

54 *l.* 34. *J. eod. §. ult. Inst. eod.* neque noxæ deditur, atque ita actio furti directe datur in filiumfamilias à patre non defensum.

55 De castrensi, vel quasi peculio, sine consentiente patre, *Accursius hic.* adde Socin. *vol.* 358. 56 Filio condemnato, executio fit in ejus peculium. *l.* 3. *§. idem scribit. J. de peculio.* poterit tamen filius eo casu peculio cedere. *l. penult. C. qui bon. ced.* 57 Profectitio. *l.* 3. *§.* 12. *J. de peculio.* 58 Hypothecaria. *§.* 7. *Inst. de act.* 59 *§. 6. verf. unde si alienus. Inst. eod.* Goth. Exceptio superveniens post litem contestatam nihil operatur in hoc judicio. vid. Gabriel. *comm. conclus. lib.* 2. *tit. de except.* Anf. 60 *d. §.* 6. *verf. ideoque. l.* 18. *in fin. J. de furtis.*

61 *l.* 1. *l.* 2. *l. ult. J. pro derelicto. l.* 36. *J. de stipulat. servorum.*

62 Pro derelicto rem habens, rei dominium statim amittit, unde notat Baldus posse tradere poſſeſſionem, & rem vacuam dimittere.

63 *l.* 27. *§.* 21. *J. ad l. Aquil. l.* 52. *§. si quis de mann. J. de furtis. §.* 11. *Inst. de oblig. quæ ex delicto.*

64 Vide *l.* 7. *C. de furt*

65 *Al. actionem*, id est, noxalem. Noxalis enim est civilis, *ut hic.* & directa, *l.* 25 *§* 2. *§.* 4. *J. eod.* hæc, quæ sequitur, prætoria & honoraria. Noxalis datur heredi & in heredem, *l.* 42. *§.* 2. *J. eod. l.* 1. *in fin. J. si quadrupes.* hæc non, *l.* 26. *§.* 1. *§.* 5. *J. eod.*

66 De quo dixi *l.* 24. *l.* 26. *§.* 2. *§.* 4. *J. eod.*

67 *l.* 5. *J. eod*, Goth. Quatenus pœna ab uno correorum soluta aliis liberet, tradit Public. *ad Conſt. Arcem. ſtr.* 28. *art.* 8. Anf.

68 *Satisdare judicatum solvi* debet, qui servum alienum defendit.

69 Vide *l.* 24. *in fin. J. eod.*

70 Est enim liberum domino non defendere. *l.* 29. *J. eod.*

71 Opposita.

72 *l.* 15. *in fin. J. de interrogat.*

73 Quia hereditariæ rei furtum non fit, nisi pignori data sit, aut commodata, aut cujus ususfructus est alienatus. *l* 68. 69. 70 *J. de furtis.*

74 Vide Cujac. *lib.* 17 *obſerv.* 15. Anf.

75 Vel furtum fecit. *Basil.*

76 Vide *l.* 27. *§.* 1. *J. ad leg. Aquil. l.* 19. *in fin. J. familiæ erciſcund.*

77 *l.* 61. *J. de furtis.*

78 Vide in hanc leg. Joann. Robert. *lib.* 1 *ſent. cap.* 12. Menoch. *de arbitr. jud. caſ.* 567. Anf.

79 Et sic post litem contestatam: ante sententiam tamen.

80 Judicium liberale, præjudicium servitutis fit officio judicis. *§.* 6. *Inſt. de officio judicis.*

81 Fieri enim potest, ut liber pronuncietur. *l.* 14. *J. de interrogationibus.* 82 *l.* 23. 24. *J. cod. l.* 13. *in fin. J. de interrogation. l.* 21. *in fin. C. de furtis.* 83 Noxales civiles, non prætoriæ, ut dixi *l.* 26. *§.* 5. *l.* 39. *J. eod.* 84 *l.* 7. *J. eod.* 85 Noxales actiones heredibus & in heredes competunt, non ut in heredes, sed ut in dominos: unde post alienationem novus quoque dominus convenitur. *Synopſis Baſilic. cod. cap.* 38.

86 Ubi servi deliquerunt, ibi exhiberi & defendi debent. 87 *l.* 1. 2. *C. ubi de criminibus.*

88 Ἁπάντων στέρεται, *omnes amittit. Synopſ. Baſil. d. cap.* 38. Fuerit igitur hæc lege, τὸ *potest* idem, quod *debet.* 89 *Potest*, pro debet.

LIBER DECIMUS.

TIT. I.

FINIUM [1] REGUNDORUM.

Qualis sit hæc actio.

I. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

FInium regundorum [2] actio in personam [3] est, licet [4] pro vindicatione res [5] sit [6].

Ad quæ prædia pertinet. 1. De adjudicatione.

II. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

HÆc [7] actio pertinet ad prædia rustica [8], quamvis ædificia interveniant: neque enim multum interest, arbores quis in confinio an ædificium ponat. §. 1. Judici finium regundorum permittitur, ut, ubi non possit dirimere fines, adjudicatione [9] controversiam dirimat: & si forte, amovendæ veteris obscuritatis gratia, per aliam regionem fines dirigere judex velit, potest hoc facere per adjudicationem, & [10] condemnationem.

III. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

QUo casu opus est, ut ex alterutrius prædio alii adjudicandum sit: quo nomine is, cui adjudicatur, [invicem pro eo, quod ei adjudicatur,] certa pecunia condemnandus est.

De eo, quod interest. 2. De fructibus. 3. De eo, qui judici non paret. 4. De terminis dejectis vel exaratis. 5. Si alter fundus duorum, alter trium sit. 6. De his, qui communem fundum habent. 7. Si ex duobus fociis alter vicinum fundum habeat. 8. Inter quot fundos hæc actio locum habet. 9. De agris vectigalibus, fructuariis, pignoratis. 10. De prædiis urbanis & ruſticis. 11. Si via publica, vel flumen, vel rivus intervenit.

IV. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

SEd & loci [11] unius controversia in partes scindi adjudicationibus potest, prout cujusque dominium in eo loco judex comperit. §. 1. In judicio finium regundorum etiam ejus ratio fit, quod interest [12]. Quid enim, si quis aliquam utilitatem ex eo loco percipit, quem vicini esse appareat? inique damnatio eo nomine fiet. Sed & si mensor ab altero solo conductus [13] sit, condemnatio

---

1 III. C. XXXIX. & *§. 6. Inſt. de officio judicis. Synopſ. Baſil.* 58 2. *pro ejus ſit.* 9. 2 Paul. *ſentent.* 16. vide *Siculum Flaccum, Frontinum, & Aggenum Urbicum, & in universum, omnes autores finium regundorum.*

2 De materia finium regundorum vid. Leonin. *ejusd. lib.* 2. *c.* 8. Et huc spectat quodammodo actio de termino moto, quæ criminalis potest esse, quum contineat pœnam corporalem, *l.* 2. *J. de term. mot. l.* 1. *C. de accuſ.* Et hæc quidem actio finium regundorum actionem termini moti tollit, & vice versa, *l.* 4. *§. 4. h. t.* alterutro tamen judicio pendente, æquum est, alterum ad finem usque prioris differri. *l.* 4. *de publ. judic. l. un. C. quando civ. act. præjud. crimin.* Diss. Hotoman. *ad §.* 5. *Inſt. de furt.* Anf.

3 Id est, mixta est in rem, & personam. *Barr. Fulgof.* Quinimo magis est in rem, quam in personam. *l.* 29. *J. comm. dividundo. l. furioſus.* 46. *J. de obligat.* ubi dixi. 4 Hoc est, judicium finium regundorum πρὸς ὁποιονοῦν ἐστι, *perſonale est*, licet rei vindicationem contineat. *Synopſ. Baſil. cod. c.* 1. 5 Id est, hæc actio mixtam causam obtinet, *l.* 10. *J. cod. §.* 20. *Inſt. de obligat.* 6 Et fructuum. adde *d. l.* 10. 7 *d. c.* 1. 8 Et cur, vide *l.* 4. *§.* 10. *J. eod.*

9 Adjudicatio in mixtis judiciis fit officio judicis. *§.* 6. *Inſt. de officio judicis.*

10 Adjudicatio & condemnatio uti fieri debeat, mox *l.* 3. *J.* exponit.

11 Vide *l.* 5. *C eod.*

12 Id est, utilitatis percepte, ut *J. eod.* quæ interesse dici potest Baldus, *arg. l.* 4.

13 Improprie tamen dicitur conduct. *l.* 1. *J. si mensor. §.* 11. *J. si servitus vindicetur.*

mnatio erit facienda ejus, qui non conduxit, in partem mercedis.

§. 2. Post litem autem contestatam [14] etiam fructus venient [15] in hoc judicio: nam & culpa & dolus exinde præstantur: sed ante judicium percepti non omnimodo hoc in judicium venient: aut enim bona fide percepit, & lucrari eum oportet, si eos consumpsit: aut mala fide, & condici oportet. §. 3. Sed & si quis judici non pareat in succidenda arbore, vel ædificio in fine posito deponendo, parteve ejus, condemnabitur [16]. §. 4. Si dicantur termini dejecti vel exarati [17], judex, qui de crimine cognoscit, etiam de [18] finibus cognoscere potest. §. 5. Si alter fundus duorum, alter trium sit, potest Judex uni parti adjudicare locum, de quo quæritur, licet plures dominos habeat: quoniam magis fundo, quam personis [19] adjudicari fines intelliguntur: hic autem, cum fit adjudicatio pluribus, unusquisque portionem habebit, quam in fundo habet, & pro indiviso. §. 6. Qui [20] communem fundum habent, inter se non condemnantur: neque enim inter ipsos accipi videtur judicium [21]. §. 7. Si communem fundum ego & tu habemus, & vicinum fundum [22] ego solus, an finium regundorum judicium accipere possimus? Et scribit Pomponius, non posse [nos accipere:] quia ego & socius meus in hac actione adversarii esse non possumus: sed unius loco habemur. Idem Pomponius, ne utile quidem judicium dandum dicit, cum possit, qui proprium habeat, vel communem vel proprium fundum alienare, & sic experiri. §. 8. Non solum autem inter duos fundos, verumetiam inter tres plureve fundos accipi judicium finium regundorum potest: utputa, singuli plurium fundorum confines sunt, trium forte, vel quatuor. §. 9. Finium regundorum actio & [23] in agris vectigalibus [24], & inter eos, qui usumfructum habent [25], vel fructuarium & dominum proprietatis vicini fundi, & inter eos, qui jure pignoris possident, competere potest.

§. 10. Hoc judicium locum habet in confinio prædiorum rusticorum [26]: urbanorum, displicuit: neque enim confines [27] hi, sed magis vicini dicuntur, & ea communibus parietibus plerunque disterminantur: & ideo etsi [28] in agris ædificia juncta sint, locus huic actioni non erit: & in urbe hortorum latitudo contingere potest, ut etiam finium regundorum agi possit. §. 11. Sive [29] via [30] publica intervenit, confinium non intelligitur [31]: & ideo finium [32] regundorum agi non [33] potest [34].

V. Idem lib. XV ad Sabinum.

QUia magis in confinio meo via publica, vel flumen sit, quam ager vicini.

VI. Idem lib. XXIII ad Edictum.

SEd, si rivus privatus intervenit, finium regundorum agi potest.

De suo loco cuique tribuendo.

VII. Modestinus lib. X Pandectarum.

DE modo agrorum [35] arbitri [36] dantur: & is, qui majorem locum in territorio habere dicitur [37], cæteris, qui minorem locum possident, integrum locum adsignare compellitur [38]. Idque ita rescriptum est.

1. De mensoribus. De officio judicis.

VIII. Ulpianus lib. VI Opinionum.

SI [39] irruptione fluminis fines agri confudit [40] inundatio, ideoque usurpandi quibusdam loca, in quibus jus non habent, occasionem præstat: Præses provinciæ *alieno eos abstinere* [41], *& domino suum restitui, terminosque per mensorem declarari* jubet. §. 1. Ad officium de finibus cognoscentis pertinet, mensores mittere, & per eos dirimere [42] ipsam finium quæstionem, ut æquum est, si ita res exigit, oculisque [43] suis subjectis locis.

Si socii communi dividundo egerint, aut alienaverint fundum.

IX. Julianus lib. VIII Digestorum.

IUdicium finium regundorum manet, quamvis socii communi dividundo egerint, vel alienaverint fundum.

De judiciis duplicibus.

X. Idem lib. LI Digestorum.

IUdicium communi dividundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum, tale est, ut in eo singulæ personæ duplex [44] jus habeant: agentis, & ejus, quo cum agitur.

De veteribus monumentis, & censûs autoritate.

XI. Papinianus lib. II Responsorum.

IN [45] finalibus quæstionibus vetera [46] monumenta, censûs [47] autoritas ante litem inchoatam ordinati sequenda est: modo si non varietate [48] successionum, & [49] arbitrio possessorum, fines, additis vel detractis agris, postea permutatos probetur [50].

Qui termini sint observandi.

XII. Paulus lib. III Responsorum.

EOs terminos, quantum ad dominii quæstionem pertinet, observari oportere [51] fundorum, quos demonstravit [52] is [53], qui utriusque prædii dominus fuit, cum alterum eorum venderet: Non [54] enim termini, qui singulos fundos separabant [55], observari debent, sed demonstratio adfinium [56] novos [57] fines inter fundos constituere [58].

14 Adde *l.* 8. §. 6. *ff. de pescario.* Goth. Fructus tam naturales quam industriales, *l.* 7. §. *non solum. ff. solut. matrimon. l.* 75. *ff. de rei vind. l.* 48. *ff. de acquir. rer. dom. l. in pecudum. ff. de usur.* Ans.

15 *l. pen. ff. tit. prox.*

16 Hinc colligit Bartolus, quod ubicunque quis non paret judici, ei juramentum in litem deferatur.

17 *Turbantur fines*, si terminus exaretur, vel dejicitur, *ut hic.* succedatur, aut in iis ædificium ponatur, § 3. *ff. eod. confundantur*, fluminis irruptione, *l* 8. *ff. eod.* varietate successionum, & arbitrio possessorum. *l.* 11. *ff. eod.* In eum etiam, qui terminum movet, extra ordinem animadvertitur. *l.* 1. *C. de accusat.* vid. *l.* 3. *ff. de termino moto.*

18 Judex maleficiorum, potest cognoscere etiam oiviliter *Bart.* si ita res incidat. *Zas.* incidenter cognitio permittitur interdum, quæ non permitteretur directo.

19 Hinc Quintus Fab. Labeo, arbiter Nolanis & Neapolitanis datus, malitiose intermedium locum Romanis adjudicavit. *Cic.* 1 *offic.*

20 Sabini verba hæc videntur esse: quibus mox subjicitur interpretatio Pomponii *in* §. 7.

21 Imo accipi potest. *l.* 27. *ff. de servitut. urban.*

22 Proprium.

23 Agrorum alii vectigales, alii fructuarii, alii proprii, alii pignori possidentur.

24 *l.* 5. *in fin.* *arborum furtim, ut ff. si ager vectigalis.*

25 Imo, illi non habent. *d. l.* 5. §. *pen.*

26 *l.* 2. *ff. eod.*

27 Confines & vicini distinguuntur: *Vicini*, in urbanis: *confines*, in rusticis prædiis dicuntur.

28 Forte legat quis, *ut si*: & post *ita*, pro &, hoc sensu, finium regundorum actio in agris & prædiis rusticis proprie locum habet, non in urbe. Imo in urbe: Nam ut hæc actio interdum locum non habet in prædiis rusticis, puta in ædificiis urbanis in agro positis: ita in urbe, si de horris urbanis quæretur, hæc actio locum habebit. Sed nil mutandum, ut alibi docebo.

29 Confinium impeditur, si flumen, rivus, vel via publica intercedit, *ut hic.* & *l.* 5. §. *eod.* secus si rivus privatus. 30 Si vero flumen vel via. *Hal.* recte. Nam mox in *l.* 6. §. *eod.* sequitur, Sed si rivus. 31 Regiones tamen & provinciæ ita dividi plerumque solent. 32 Quo igitur jure? officio judicis. 33 Etsi plus occupet de via, quam oporteat. 34 Directa, sed utili forte, quia periculum talis viæ ad nos pertinet. *l.* 14. *in fin. ff. quemadmodum servus.* 35 Adsignatorum scilicet, quorum certus modus formis & ære continetur. 36 Tres scil. agrimensores. *l.* 3. *C. eod.* vide *Cujac. 5 observ.* 21. *in fin.* 37 Quam ære continetur. 38 Controversia scilic. modi revocata ad æs, sive publicam formam, quæ vicinos obligat inter se. vide *Cujac. 10 observ.* 2.

39 Si fines inundatio confuderit, per præsidem provinciæ mensore dato demonstrantur. Nam judicis est mensorem dare: Ita Synopsis Basilic. *eod. cap.* 8. ubi confundit ἄρχοντα & διαιτητήν, Præsidem & judicem. Verum judicem sumit pro eo, cujus officium est de finibus cognoscere. §. 1. *ff. eod.*

40 Vide *l.* 4. §. 4. *ff. eodem.* 41 Et suo contentos esse. *l.* 4. *C. eod.* 42 Vide *l.* 44. *ff. de arbitris.* 43 *l.* 3. *C. eod.* 44 Mixtam inde habere naturam dicuntur. *l.* 1. *ff. eod.* §. 20. *Inst. de actionibus. l.* 37. *in fine. ff. de obligationibus.* 45 In finalibus quæstionibus censum sequimur: nisi probetur à possessoribus, immutationem in agris per adjectionem vel detractionem factam esse. *Synops. Basilic. eod. c.* 11. Goth. Intellectum hujus leg. vid. apud Leonin. *Emendat. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. Edmund. Merill. *lib.* 1 *observ. cap.* 17. Ans. 46 *l.* 6. *C. de religiosis.* 47 Vide *l.* 4. *ff. de censibus.* 48 *l.* 2. *C. eod.* 49 Vide *l.* 4. §. 4. *ff. eod. l.* 2. *C. eod.* 50 Ex terminis finium testimonia sumuntur. *Cujac. apud Paulum hoc tit.* 51 Inter venditorem, & emptorem, ac ejus successores. 52 *Sub.* venditor. 53 Testis inter duos emptores venditor admitti potest, cum parem in utrumque affectionem & obligationem habeat. 54 Id est, hoc casu non veteres termini, sed novi, & qui nove demonstrati sunt à venditore, sunt sequendi. 55 Olim scilicet.

56 Vide Festum *in Adfines.* 57 Quæ novos fines inter fundos constituit. *Hal.* Sensus est autem, in contractu emptionis & venditionis simplex demonstratio finium vim pacti habet, & constituit novos, fines etiam contra antiquum modum: constat enim, in traditionibus quodcunque pactum valere. *l.* 48. *ff. de pact.* & nostra destinatione fundos augeri & minui. *l.* 24. §. *pen. ff. de l.* 1. vide *Zas. 2. Instit.* 4. 58 Repete ὅπερ ἕκαστος δεῖται. Interim vide *l.* 5. *C. eod. l.* 12. *C. de ædific. priv. Alciat.* 1 *Parerg.* 18. & 2 *disp. G. Cujac.* 10 *observ.* 2. *Cic.* 1 *de legibus.*

De lege XII Tab. & lege *Solonis.*

XIII. Gaius lib. IV ad Legem duodecim Tabularum.

SCiendum est, in actione finium regundorum illud [59] observandum esse, Quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quam Athenis Solon dicitur tulisse: Nam illic ita est, Ἐὰν τις ἀμφισβητῇ [60] παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ οἰκοῦντι, ἢ ὅρον μὴ ὀρθὸν εἶναι τοῦ τείχους [61], πόδας δεκαπέντε· ἐὰν δὲ κτήματος, δύο [62] πόδας· ἐὰν δὲ τάφον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ἐᾷ, ποιεῖν τὸν ἀποστάτην ἐὰν δὲ ὁρίας ὀρυχὰς [63] ἀλλαίας δὲ, ἢ συκῆν, ἐννέα [64] πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν· τοῦ δ' ἄλλα [65] δένδρα, πέντε [66] πόδας. id est, *Si quis sepem ad alienum praedium fixerit, infoderitque, terminum ne excedito: Si maceriam, pedem relinquito: Si vero domum, pedes duos: Si sepulchrum* [67] *aut scrobem foderit, quantum profunditatu habuerint, tantum spatii relinquito: Si puteum, passus latitudinem: At vero oleam, aut ficum, ab alieno ad novem pedes plantato: caeterum arbores, ad pedes quinque.*

59 Quod leg. 12 Tabularum continetur: cujus interpretationi Gaius hæc subjicit. Goth. Adde pro explicatione hujus l. Vall. *de reb. dub. tract.* 8. *num.* 12. & Thosian. *Syntagm. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 18. §. L.

60 *Alius* ἐμβαίνειν πάνυ, ἢ ἄπαν γῆν. locum publicum, aut viam, *Sec. Harmenopul.*

aut fontem. 2 *Harm.* 4. §. 101. 61 τείχου, murum. *Harmenop.* 62 πόδας, 63 Addit Harmenopul. ἀμήτου σφύραν ἀφροῦ ἀρχὴ ἐν γαίτῃ, ἢ διὰ τοῦ κώνου ἴχνος πλάστιγγος. id est, si necdum antea vicini eo loco putens erat, neque novo lædatur opere. 64 Cur novem, cum in aliis quinque pedes tantum requirantur? Nempe quod radices hæ agant longius: neque sit omnibus earum innocens vicinia: sed & alimentum eripiant, & halitum præbent aliquibus infestum. *Plutarchus in Solone.* 65 Quid alvearia? Idem Solon constituit, ut ab alieno pedibus 300 ponerentur. *Plutarchus illo loco*, quod spatium sine maximum est. 66 Ita Plutarchus, ita Harmenopulus: Quidam legunt 850. vide *Alciatum tractatu de quinque pedum praescriptione. Hotom. 5 observ.* 3.

67 Vide *Novellam Leonis* 71.

TIT. II.

FAMILIÆ [1] ERCISCUNDÆ.

Origo & Ratio hujus actionis. 1. De eo, qui partem suam possidet, vel non: & de eo, qui negatur esse coheres.

I. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

HÆc actio proficiscitur à [2] *Lege duodecim tabularum* 3. Namque coheredibus volentibus [4] à communione discedere, necessarium videbatur [5] aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditariæ distribuerentur. §. 1. Quæ quidem actio nihilominus ei quoque ipso jure competit, qui suam partem non possidet [6]: sed si is, qui possidet, neget eum sibi coheredem esse, potest eum excludere per hanc exceptionem [7], SI IN EA RE, QUA DE AGITUR, PRÆJUDICIUM HEREDITATI NON FIAT: Quod si possideat eam partem, licet negetur esse coheres, non nocet talis exceptio: quo fit, ut eo casu ipse Judex, apud quem hoc judicium agitur, cognoscat, an coheres sit: nisi enim coheres sit, neque adjudicari quicquam ei oportet, neque adversarius ei condemnandus est [8].

Quæ hereditas hoc judicio dividitur. 1. De quarta ex constitutione divi Pii. 2. De peculio castrensi. 3. De actore & reo. 5. De creditis & debitis.

II. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

PEr [9] familiæ erciscundæ actionem dividitur hereditas, sive ex testamento, sive ab intestato, sive ex Lege duodecim tabularum, sive ex aliqua [10] lege deferatur hereditas, vel ex Senatusconsulto, vel etiam [11] Constitutione *. Et generaliter eorum dumtaxat dividi hereditas potest, quorum peti potest [hereditas]. §. 1. Si [12] quarta ad aliquem ex constitutione D. Pii adrogatum deferatur [13], quia hic [14] neque heres, neque bonorum possessor sit, utile [15] erit familiæ erciscundæ judicium necessarium. §. 2. Item si filiifamilias militis peculium sit, fortius defendi potest, hereditatem effectam [16] per Constitutiones: & ideo hoc judicio locus erit.

§. 3. In familiæ erciscundæ judicio unusquisque heredum, & rei & actoris partes sustinet [17]. §. 4. Dubitandum autem non est, quin familiæ erciscundæ judicium & inter [18] pauciores heredes ex pluribus accipi possit [19]. §. 5. In hoc judicium, etsi *Nomina* non veniunt [20], tamen si stipulationes interpositæ fuerint de divisione eorum, ut stetur ei, & [ut] alter alteri mandet actiones, procuratoremque eum in suam rem faciat, stabitur divisioni.

III. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

PLane ad officium Judicis nonnumquam pertinet, ut debita & credita singulis pro solido [21], aliis alia adtribuat: quia * sæpe & solutio & exactio partium non minima incommoda habet [22]. Nec tamen scilicet hæc adtributio illud efficit, ut quis solus totum debeat, vel totum alicui soli debeatur: sed ut sive agendum sit, partim [23] suo, partim procuratorio nomine agat [24], sive cum eo agatur, partim suo, partim procuratorio nomine conveniatur. Nam licet libera potestas [esse] maneat creditoribus cum singulis experiundi, tamen & his libera potestas est, suo loco substituendi eos, in quos onera actionis officio Judicis translata sunt.

De Venenis, & Libris improbatæ lectionis. 2. De injustis lucris. 3. De tabulis testamenti.

IV. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

CÆteræ itaque res præter nomina [25] veniunt in hoc judicium. Sin autem nomen uni ex heredibus legatum sit, judicio familiæ erciscundæ hoc heres consequitur. §. 1. *Mala medicamenta* & *venena* [26] veniunt quidem in judicium, sed Judex omnino interponere se in his non debet: Boni [27] enim & innocentis viri officio eum fungi oportet: Tantumdem debebit facere [&] in *libru* [28] *improbatæ lectionis* (Magicis forte, vel [his] similibus); hæc enim omnia protinus corrumpenda sunt. §. 2. Sed & si quid ex peculatu [29], vel ex sacrilegio adquisitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut adgressura [30], hoc non dividetur. §. 3. Sed & *tabulas testa-*

1 III. C. XXXVI. *Paul.* 1 *sent.* 18. & §. 4. *de obligat. ex quasi contract.* §. 4. *Instit. de officio judicis.* Goth. Rectius legi voluit Salmas. in Solin. *familiæ erciscundæ*: quod *arctum* significet patrimonium, *cluctum*, divisum, quasi dicas, familiæ, & reliquorum bonorum quæ *Heredi* nomine comprehendebantur, dividendorum. Atque ita in XII tab. scriptum fuisse putat; quod *herctum*, sive *erctum*, antiquius fuerit idem quod patrimonium, *cinctum*, divisum, & *cisco* pro *cio*, *ciscunda* pro *ciunda*, dividenda. vid. etiam Grot. *flor. sparsi. hic. S. L.*

2 Vide *l.* 2. *ff. eod.*

3 Dixi ad leg. XII Tab. *tit. familiæ erciscund.*

4 Ut antea non nascatur hæc actio, quam cum velint dividere. An etiam post 500 annos audietur socius dividere volens? Martinus, Placentinus & Zasius aiunt: alii negant, *arg. l.* 1. §. 1. *C. de annal. except.* Priorum sententia videtur verior, quia nemo invitus in communione, & societate detinetur. vide *l. ultim. C. communi divid.* Nec societatis in æternum coitio est. *l.* 70. *ff. pro socio.* Deinde, cum pactum id non possit efficere, ergo nec tempus.

5 Quis communio discordiam parit. *l.* 26. *ff. de servitut. urbanor. l.* 77. §. 20. *ff. de l.* 2. *l. fin. C. communi. dividund.*

6 *l.* 25. §. 2. *ff. eod.*

7 Nota exceptionem, qua quis negatur esse, heres, *ut hic.* & socius: adde *l.* 15. 18. *ff. de exceptionibus.*

8 Quamvis autem non sit hoc judicium, nisi inter coheredes, ad impediendam tamen repetitionem sufficiet, quod

quis se putet condemnatum *l.* 36. *ff. eod.* 9 Omnis hereditas, quæ peti potest per familiæ erciscundæ judicium, dividitur. *Synops. Basilic.* 35. *ex lib.* 42. *tit.* 3. *c.* 2. 10 *Alia quæ.* 11 Vide *l.* 1. *ff. eod. l.* 3. *in fin. ff. de petit. heredit.* 12 *Dic. c.* 2. ἀπὸ τέτου τῆς θείας; id est, si tertia bonorum pars. sic Græci apud Leunclavium. 13 *Ut l.* 22. *ff. de adopt. l.* 8. §. *antepenultim. ff. de inoffic.*

14 Adrogatus ab adrogatore quartam ex constitutione D. Pii consequitur, neque heres est, neque bonorum possessor. 15 Utile judicium familiæ erciscundæ datur ei, qui neque heres, neque bonorum possessor, veluti ei, qui quartam tantum ex lege aliqua sibi debitam petit. 16 Peculium castrense (mortuo milite filiofamilias) post additionem scripti heredis, locum hereditatis obtinet. *l.* 18. *ff. de stipulat. servor.* 17 Vide *l.* 44. §. 4. *ff. eod.* 18 Vide *l.* 43. *ff. eod.* 19 Quod tamen absentibus & ad divisionem non vocatis nullum erat præjudicium. *l.* 17. *C. eod. l.* 44. §. 2. *ff. eod.* Ans. 20 Vide *l.* 25. §. 1. *ff. eod.* 21 Vide *l.* 11. *in fin. ff. de jurisdict.* 22 *l.* 22. §. 1. *ff. eod. l.* 8. §. 9. *ff. de transact. l.* 7. *ff. commun. divid. l.* 17. §. *penultim. ff. commodat. l.* 3. *ff. de aleator.*

23 In eodem libello potest quis agere partim suo nomine, partim alieno. vide *l.* 9. *C. si certum petatur.* 24 Uno libello agi potest, partim nomine proprio, partim jure cessi. *Baldus.*

25 Vide *l.* 25. §. 1. *ff. eod.* 26 Venena mala dixit; quædam enim bona dicuntur. *l.* 236. *ff. de verb. significat.* 27 Judex, bonus & innocens vir esse debet. 28 Vide quæ notavi ad *l.* 5. *C. de hæreticis.* vide & *Acta Apostolorum*, c. 19. Paul. 5 *sent.* 21. §. 4 *ibid. tit.* 23. §. 12. Livium 29. dixi quædam ad Ciceronem 3 *de officiis.* adde eundem *libro de universitate*, qua parte colligitur veteribus fuisse periculosum de natura deorum dicere adversus vulgi opinionem. 29 Quid si ex usura? dividendum erit. Est enim in hereditate & dominio heredum. *Malumbra*, *Baldus.* 30 Aut falso: hoc non dividitur: quia ejus heredibus eripitur. *l.* 26. *ff. de fals.*

testamenti debebit aut apud eum, qui ex majore 31 parte heres est, jubere manere, aut in æde deponi. Nam & Labeo scribit, vendita hereditate tabulas testamenti descriptas deponi oportere: heredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum retinere 32, aut in æde 33 deponere.

De Cautionibus hereditariis.

V. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI quæ sunt *cautiones* 34 *hereditariæ*, eas Judex 35 curare debet, ut apud eum maneant, qui 36 majore ex parte heres sit: cæteri 37 descriptum & recognitum 38 faciant, cautione interposita, *Ut, cum res exegerit, ipsa* 39 *exhibeantur.* † Si omnes iisdem ex partibus heredes sint, nec inter eos conveniat, apud quem potius esse debeant, sortiri 40 eos oportet: aut ex consensu vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur: vel in æde sacra 41 deponi debent.

VI. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

NAm ad licitationem 42 rem deducere, ut, qui licitatione vicit, hæc habeat instrumenta hereditaria, non placet 43 neque mihi, neque Pomponio.

An victoria heredu profit coheredi.

VII. VENULEIUS lib. VII Stipulationum.

SI heres unus 44, cum sub conditione adjectum coheredem, aut apud hostes adjectum [eo] haberet, dixerit *se heredem esse*, & actione expertus vicerit, deinde conditio heredis extiterit, vel postliminio redierit, an victoriæ commodum debeat cum eo communicari 45? nam indubitate judicati actio ei in solidum competit: Et electionem coheredi dandam, [id est] aut communicandam eam, aut experiundi faciendam potestatem huic, qui post victoriam coheredis effectus sit heres, aut reversus sit in civitatem. † Idemque observandum, si postea natus sit postumus: non enim his personis silentium 46 imputari potest, cum ad hereditatem post victoriam coheredis pervenerint 47.

De rationibus heredi vel servo actori prælegatis. 1. De columbis. De apibus. 2. De pecore à bestia erepto.

VIII. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

POmponius scribit, si uni ex heredibus prælegatæ 48 fuerint *rationes*, non prius ei tradendas, quam coheredes descripserint. Nam & si servus actor (inquit) fuerit legatus, non alias eam tradendam, quam rationes reddiderit. Nos videbimus, numquid & cautio sit interponenda: *ut quotiens desideratæ fuerint rationes, vel actor prælegatus, copia earum fiat:* * plerumque enim authenticæ 49 rationes sunt necessariæ actori 50 ad instruenda 51 ea, quæ postea emergunt, ad notitiam ejus spectantia? Et necessium est, cautionem ab eo super hoc coheredibus præstari: Idem [Pomponius].

§. 1. Pomponius ait, *columbas* 52, quæ emitti solent de columbario, venire in familiæ ercisciundæ judicium: cum nostræ sint tamdiu, quamdiu 53 consuetudinem 54 habeant ad nos revertendi: Quare si quis eas deprehendisset, furti nobis competit actio. † Idem & in *apibus* dicitur 55: quia in patrimonio nostro computantur. §. 2. Sed & si quid è pecoribus nostris *à bestia ereptum* sit, venire in familiæ ercisciundæ judicium putat, si feram evaserit: nam * magis esse, ut non desinat nostrum esse, inquit, quod 56 à lupo eripitur, vel alia bestia, tamdiu, quamdiu ab eo fuerit consumptum.

De rebus usucaptis ab heredibus.

IX. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

VEniunt in hoc judicium res, quas heredes usuceperunt 57, cum defuncto traditæ essent: Hæ quoque res, quæ heredibus traditæ sunt, cum defunctus emisset.

De prædiis nostris, vel vectigalibus, vel superficiariis. De rebus bona fide possessis.

X. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

ITem *prædia*, quæ nostri patrimonii sunt: sed & vectigalia, vel 58 superficiaria 59. Nec minus hæ quoque res; quas *alienas* defunctus bona fide possedit.

De partu.

XI. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

PArtum quoque editum & post aditam hereditatem:

1. *De rebus datis servo hereditario.* 2. *De re sub conditione legata. De statulibero.*

XII. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

ET post litem contestatam, Sabinus, scribit in familiæ ercisciundæ judicium venire, & adjudicari posse. §. 1. Idem erit & si servis hereditariis ab extraneo aliquid datum sit. §. 2. * *Res, quæ sub conditione legata est*, interim heredum est 60: & ideo venit in familiæ ercisciundæ judicium, & adjudicari potest: cum sua scilicet causa 61, ut existente conditione eximatur ab eo, cui adjudicata est, aut deficiente conditione ad eos revertatur, à quibus relicta est. † Idem & in statulibero 62 dicitur: qui interim 63 est heredum: existente autem conditione ad libertatem perveniat.

De alienationibus post judicium acceptum.

XIII. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

ALienationes enim post 64 judicium acceptum interdictæ sunt, duntaxat voluntariæ 65: non quæ vetustiorem causam, & originem juris habent necessariam.

De re usucapta. 1. De usufructu.

XIV. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

SEd & si usucapio fuerit cœpta ab eo, qui heres non erat 66 ante litem contestatam, & postea impleta fuerit, rem de judicio subducit. §. 1. Usufructus 67 an in judicium deducatur, quæritur: utputa si, deducto usufructu, fundus fuit * ab * heredibus legatus;

XV. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

VEl si servo hereditario ususfructus legatus sit; nec enim à personis discedete sine interitu sui potest?

1. *Si alii fundus, alii ususfructus adjudicetur.* 2. *De tempore adjudicationi ususfructus adjecto.* 3. *De eo, quod annus fundo illust.* 4. *De dolo & culpa coheredu.* 5. *De rationibus deletis à coherede.* 6. *Si servus hereditarius rem propriam heredum unius surripuerit.*

XVI. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

ET puto officio Judicis contineri, ut, si volent heredes à communione ususfructus discedere, morem eis gerat cautionibus interpositis 68. §. 1. Julianus ait, si alii fundum 69, alii usumfructum fundi Judex adjudicaverit, non 70 communicari usumfructum. §. 2. Ususfructus & ex certo tempore & usque ad certum tempus, & alternis 71 annis adjudicari 72 potest. §. 3. Id quod annus fundo 73 post litem contestatam illuit 74, æque venit in hoc judicium. §. 4. Sed & si dolo vel culpa quid in usumfructum ab uno ex heredibus factum sit, hoc quoque in judicium venire, Pomponius ait. Nam [&] omnia, quæ quis in hereditate dolo aut culpa fecerit, in judicium familiæ ercisciundæ veniunt: sic tamen, si quasi heres fecerit. Et ideo, si vivo testatore unus ex heredibus pecuniam sustulerit, in familiæ ercisciundæ judicium ea non 75 venit: quia tunc nondum heres erat 76: Ubi autem quasi 77 heres fecit, etsi aliam præterea quis actionem habeat, tamen teneri eum familiæ ercisciundæ judicio, Julianus scribit. §. 5. Denique ait, si unus ex heredibus rationes hereditarias deleverit, [vel interleverit], teneri quidem lege Aquilia 78, quasi corrupetit: non minus autem etiam familiæ ercisciundæ judicio.

§. 6. Item si servus hereditarius propriam rem heredum unius subripuerit, Ofilius ait, esse familiæ ercisciundæ actionem, & communi dividundo, furtique actionem 79 cessare: Quare, agentem familiæ ercisciundæ judicio consecuturum, ut aut ei servus adjudicetur, aut litis æstimatio in 80 simplum offeratur.

De damno dato à coherede.

XVII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

DAmno commisso ab uno herede, conveniens est dicere, simpli 81 habendam æstimationem in familiæ ercisciundæ judicio.

Si optetur servus, qui tabulas hereditarias corrupisse dicitur. 1. De quæstione. De morte testatoris, vel uxoris, vel liberorum ejus. 2. De his; quæ testator jussit. 3. De usuris sumptuum à coherede factorum. 4. De eo, quod creditoribus, 6. Aut legatariis solvendum est. 7. De debito soluto, ne pignus veneat.

XVIII. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

HIs consequenter Julianus ait: Si ex pluribus heredibus uni servus sit generaliter per optionem legatus, & heredes Stichum tabulas hereditarias interleviſſe dicant, vel corrupiſſe, & propter hoc renunciaverint, *ne optaretur servus*, deinde optatus vindicetur; poterunt, si eis vindicetur, doli mali exceptione uti 82; & de servo quæstionem habere. §. 1. Sed, an in familiæ ercisciundæ judicium de morte testatoris, vel de morte uxoris liberorumque suorum habebunt quæstionem heredes, quæritur? Et rectissime Pomponius ait, hæc ad divisionem rerum hereditariarum non pertinere 83. §. 2. Idem quærit; si quis testamento caverit, *ut* 84 *servus exportandus veneat*, officio familiæ ercisciundæ Judicis contineri, ut voluntas defuncti non 85 intercidat. Sed & *cum monumentum* jussit testator *fieri*, familiæ ercisciundæ agent 86, ut fiat. Idem tamen teneat, quia heredum interest, quos jus monumenti sequitur, præscriptis 87 verbis posse eos experiri, ut monumentum fiat. §. 3. Sumptuum 88, quos unus ex heredibus bona fide fecerit, usuras quoque consequi potest à coherede, ex die moræ, secundum rescriptum Imperatorum Severi & Antonini.

§. 4. Celsus etiam illud eleganter adjicit, coheredem; etsi non solvit, habere familiæ ercisciundæ judicium, ut 89 cogatur coheres solvere: cum alias non sit liberaturus rem creditor, nisi in solidum ei satisfiat. §. 5. Si filiusfamilias patri heres pro parte extitisset, & à creditoribus peculiaribus conveniretur, [cum] paratus sit solvere id omne, quod debetur, per doli mali exceptionem 90 consequetur à creditoribus mandari sibi actiones 91: sed etiam familiæ ercisciundæ judicium cum coheredibus habet 92. §. 6. Cum unus ex heredibus legatum exsolvit ei, qui missus fuerat in possessionem legatorum servandorum causa, putat Papinianus, & verum est, familiæ ercisciundæ judicium ei competere adversus coheredes: quia non alias discederet legatarius [à] possessione; quam vice pignoris erat consecutus, quam si 93 totum [ei] legatum fuisset exsolutum. §. 7. Sed & si quis Titio debitum solverit 94, ne pignus veniret, Neratius scribit, familiæ ercisciundæ judicio cum posse experiri.

De eo, quod coheres percepit, aut stipulatus est.

XIX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

ITem ex diverso similiter prospicere Judex debet, ut quod unius ex heredibus ex re hereditaria percepit 95, stipulatusve est, non 96 ad

---

31 Vid. § 7. seq. 32 Heres major ex parte, cautiones hereditariæ [illegible] appellant Græci [illegible] est, instrumenta hereditatis, *Synopsis eadem. c.* 8.) retinere, & cæteris dat exempla (Græci [illegible], Galli dicerent, *emunt*, ut cum res exegerit, etiam principales (Græce [illegible], exhibeat. Quid si æquis partibus heredes sint, neque inter eos conveniat, apud quem sint tabulæ sortiri eos oporteat, aut ex consensu, vel suffragio apud amicum, aut in æde sacra deponuntur? *vide l.* adde quæ scripsi *ad l. ult.* ff. *de fide instrumentorum.* & *C. de clemd.*

33 Vendita *hereditate* tabulæ testamenti authenticæ apud heredem manere debent. *Bald.* Quid si *nomen* sit venditum? idem dici potest. *Bald. argum. l.* 43. *in princ.* ff. *de pignor. act.* vide tamen *l.* 2. *in fin.* ff. *eod.* Sed Lucius 9 *Placitor.* 1. senatusconsultum Parisiense omnino contrarium refert, moderatum tamen ea parte, *l.* 5 ff. *eod.* in qua de cautione agitur exhibendi authentici, si res exegerit.

34 Idem in testamenti scriptura. *l.* 4. *in fi.* ff. *eod.* vid. *l.* 6. ff. *de fide instr.* Goth. Ad hanc leg. vid. Leonin. *emend. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 1. Ans.

35 Potest etiam id fieri heredum consensu, *in fin.* ff. *eod.* & jure legati. *l.* 8. ff. *eod.*

36 Vide *in fin.* ff. *eod. h. l.*

37 *Cæteris descriptum, & recognitum faciat. Halo.* id est, det coheredibus exemplum testamenti, & cautionum hereditariarum, authentica apud se retineat, *dicit. l.* 4. ff. *eod.*

38 Descriptio & recognitio instrumenti fidem facit, si diem, quantitatem, & causam continet, *l. ult.* ff. *de probat. Authentica, si quis in aliquo. C. de edendo.*

39 Id est, authenticæ. *l.* 8. ff. *eod. l.* 43. ff. *de pign. act. l.* 48. *in fine. l.* 52. ff. *de act. empt. l.* 15. ff. *de rebus auctoris judic.* vide *l.* 24. *C. de fideicommiss.*

40 Sorte quæ dirimi possunt, vide quæ notavi *ad l. ultimus princ. C. commun. de legat.*

41 De depositione in æde vide *l.* 4. *in fin.* ff. *eod.* vide *l.* 1. § 36. *verf. sed etsi. in fi.* ff. *depositi. l.* 19. *C. de usuris. Ciceronem* 5. *ad Atticum. ultimo.*

42 [illegible], *Synopsis Basilic. dict. c.* 5. *in fin.* 43 Licitationes enim sunt odiosæ. *Zas. hic. n.* 29. 44 Vid. Leonin. *Emendat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. Ans. 45 Sic est, *arg. l.* 19. ff. *de noxal.* id est, communicabitur. 46 Et solutio facta ab herede scripto. *l.* 3. ff. *de condict. indeb.*

47 Heredi, qui sub conditione scriptus erit, aut apud hostes fuerit, item posthumo silentium imputari non debet, si ad hereditatem post victoriam coheredis pervenerit, vel agnascendo heres apparuerit. 48 Rationes, cautiones, tabulæ hereditariæ authenticæ, apud unum heredum, non tantum sortitione, aut consensu coheredum, aut quia ex majori parte heres est, *l.* 4. § 5. ff. *eod.* sed etsi prælegatæ ei sint, remanent, *ut hic.* 49 Vide *l.* 5. *in verf. ipse exhibeantur.* ff. *eod.* de authenticis instrumentis vide *l. fin.* ff. *quemadmodum testament. aper. l.* 3. *C. de diverf. refcript.* 50 *Actor servus*, qui actum domini gerit, de quo *l.* 82. ff. *de cond. & demonstr. l. ult.* ff. *de off. præfid.* vid. *Cujac. 3 obferv.* 33. 51 Vide *l.* 1. ff. *de fide instrumentorum.* 52 *Columbæ* ex alieno columbario evolantes etiam in nostro fundo capere non possumus: furtum enim ea ratione committitur, & furti actio nascitur, *ut hic*: adde *Cæpolam tract. de serv. urbanorum prædiorum. c. de columbaria.* 77. 53 *l.* 5. § 5. *verfic. cervos.* ff. *de adquir. rerum dom.* 54 Consuetudo hæc, alibi *animus* dicitur, & [illegible]; & *Scævola.* § 15. *Inst. & ibi Theoph. de rerum divisi.* 55 Imo, non idem dicitur, nec enim apes vestræ amplius censentur, cum in conspectu non sunt, & earum difficilis est persecutio: item ab alio alveo includi possunt. *l.* 5. § 2. 3. 4. ff. *de adquirend.* 56 Lupus quod nobis eripit, tamdiu nostrum manet, quamdiu ab eo consumptum non est. *l.* 44. *de adqu. rer. dom.* 57 Quod coheres ante judic um familiæ ex re hereditaria usucapit, non sibi tantum, sed etiam coheredibus usucapit, *ut hic.* at heres scriptus, quod pro emptore ex re hereditaria usucepit, heredi ab intestato non usucapit, sed sibi. *l.* 19. § 1. ff. *de petit. hereditatis.* 58 Hinc colligi potest, Vectigalia & superficiaria prædia, proprie non esse in nostro patrimonio. 59 *Superficies* nomine in rem actio de superficie datur. *l.* 1. § 6. ff. *de superficiebus.* 60 *l.* 66. ff. *de rei vindicat. l.* 1. § 4. ff. *de Silaniano.* vide *l.* 4. ff. *si usufructus petatur. l.* 11. *in fi.* ff. *quemadm. servitut.* 61 Res translæ cum suo onere, sunque conditione, licet adjudicetur, & publicetur. vide *l.* 23. § 2. ff. *de servit. rusticorum.* 62 Quis sit, vide *l.* 1. ff. *de statuliber.* 63 Vide *l.* 45. § 2. ff. *de fidecic. libert.* Item dicitur statuliberam, quidquid pepererit, servum parere, & partum heredis fieri. *l.* 16. ff. *de statuliberis. l.* 26. § 5. ff. *de fidecic. libertat.* adde *l.* 13. ff. *de pignoribus.*

64 Vide *l.* 4. *C. comm. dividund.*

65 Alienatio, quæ alias prohibetur, si ex necessitate fiat, recipitur: Nam & necessitatis causa, etiam venditiones excusat. vid. *l.* 49. ff. *eod.* Quare etsi lite pendente res voluntarie alienari non possunt, necessario tamen possunt. Unde vltium litigiosi non pertinet ad alienationem necessariam. *Baldus, Zas. hic, n.* 30. adde *l.* 5 ff. *de petit. heredit.* & sic intellige *l.* 1. *in fin. C. commun. divid.*

66 Puta à genero defuncti, idque dotis causa. *l. ult.* ff. *pro dot.*

67 Adde *l.* 18. *l.* 16. ff. *eod.* id est, usufructus inter coheredes aut adjudicatur uni, aut alterna fruitione communicatur. *Zas. hic, n.* 16. adde *l.* 7. § 10. ff. *tit. prox.* idem in usu, *arg. l.* 10. § 1. ff. *tit proxim.*

68 Qualiter fruantur. *l.* 13. § 3. ff. *de usufructu.*

69 *l.* 6. § *antepen.* ff. *tit. prox.*

70 Atqui amittente usumfructum legatario, jure adcrescendi usufructus proprietario adcrescit. *l.* 3. § 2. *de usufructu adcrescendo.* est igitur inter fructuarium, & proprietarium quædam communicatio.

71 *l.* 4. *in fin* ff. *de usufructu. Iunica.* § *penult.* ff. *quando dies usufructus. l.* 13. ff. *de usufructu legato.* vel divisis regionibus. *l.* 7. § 10. ff. *tit. proxim.*

72 Potest enim eo modo constitui *l.* 6. § 1. ff. *de usufructu. & quemadmodum.*

73 Idem est in pignore. vide *l.* 16. ff. *de pignoribus.*

74 *Illuvio* auget hereditatis partes. Legitur alias hic *alluit*, vel *attulit.*

75 Imo venit. *l.* 25. § 19. ff. *eod.* Goth. Solv. quod ibi mortuo testatore ante aditam hereditatem. ut id *l.* 49. *in fin.* ff. *eodi* S. L.

76 Nec enim hereditas est viventis. *l.* 1. ff. *de hereditate vel actione vendita. l.* 11. ff. *pro hærede.*

77 Oportet enim eum gessisse tanquam heredem. *l.* 44. § 3. *l.* 49. *in fi.* ff. *eod.*

78 *l.* 42. ff. *ad l. Aquil.*

79 Et Aquiliæ. *l.* 41. ff. *de noxalibus.*

80 Vid. quæ notavi *ad l.* 61. ff. *de furtis.*

81 *l.* 20. § 4. *in fin.* ff. *de petit. hereditat.*

82 Legatarius servum dolo malo vindicat, cui, antequam eum servum optaret, heredes denunciarunt tabulas hereditarias ab eo deletas vel corruptas esse: hinc sea quitur, fruſtra

servum optari à legatario, si justam causam contra denunciandi heredes habuerint. 83 Puto id innui, jus vindicandæ necis defuncti, uni heredum non attribui vel assignari, sed omnibus heredibus ex æquo id onus incumbere. *l.* 1. *C. de his, quibus ut indignis.* 84 Adde *l.* 5. *C. eod.*

85 Nisi iram mutaverit. *l.* 5. *C. eod.* 86 Invicem: ab extraneo non possunt cogi, nisi à Pontificibus vel Prætore, *l.* 50. *in fi.* ff. *de heredit. petit.* vide quæ notavi *ad l.* 42. *in fin.* ff. *de legatis* 3.

87 Censetur enim esse inter testatorem, & heredem gravatum, contractus innominatus, *do, ut faciat. Zas. hic, n.* 33. 88 Vid. *l.* 18. *in fi. C. eod.* 89 *l.* 20. § 3. *l.* 44. § 7. *Jacob.* 90 Eadem doli exceptione uti potest adversus coheredes hoc judicio agentes, partem sumptuum solvere detrectantes: *l.* 39 ff. *eod.* 91 Vid. *l.* 95 § *antepen.* ff. *de solut.* 92 Vid. *l.* 38. *in pr. verf. idque maxime.* ff. *de condict. indebiti.* 93 Licet Prætoriæ stipulationes omnes sint dividuæ, ita ut heredes ex eis tantummodo in partem teneantur. vid. *l.* 2. *in fin.* ff. *de prætoriis stipulat.* In prætorio tamen pignore tuendo & rudimendo, totum exsolvi debebit: alias heres non liberabitur, *ut l. ic.* 94 Missus in possessionem ex secundo decreto, non potest cogi pignus omittere, nisi ei solvatur. *l.* 11 *ibid. Bart.* § 1. ff. *de pignor act.*

95 § 4. *verf. eo quoque. Inst. de offic. judicis.* 96 Aliud sentire videtur Cicero in *oratione pro Roscio Comœdo, in fine.*

ad ejus solius lucrum pertineat. Quæ ita scilicet consequetur Judex, si aut reputationes inter eos fecerit, aut [si] curaverit cautiones interponi, quibus inter eos communicentur commoda & incommoda 97.

De dotis collatione. 1. De filiofamil. obligato. De dote præcipienda. 3. De divisione facta a patre. 4. Si semel hoc judicio actum fuerit. 5. De onere uni ex heredibus injuncto. 6. De reliquatione filiifam. 7. De impensis a filio factis in honorem suscipiendum. 8. De onere dotis solvendæ uni ex heredibus injuncto. 9. De eo, quod statuliber uni ex heredibus dedit.

XX. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

SI filia nupta, quæ dotem conferre debuit 98, per errorem coheredum ita cavit 99: *ut, quod a marito reciperasset* 100, *pro partibus hereditariis solveret*: nihilominus arbitrium familiæ erciscundæ sic arbitraturum Papinianus scribit, ut etiam si constante matrimonio ipsa diem suum obierit 1, conferatur dos: nam * imperitia (inquit) coheredum, jurisdictionis 2 formam mutare non potuit.

§. 1. Si 3 filiusfamilias jussu patris obligatus sit, debebit hoc 4 debitum præcipere. † Sed & si 5 in rem patris vertit, idem placet; & si 6 de peculio, peculium præcipiet: & ita Imperator noster rescripsit. §. 2. Hoc amplius, filiusfamilias heres institutus dotem 7 uxoris suæ præcipiet 8: nec immerito, quia ipse 9 onera matrimonii sustinet: Integram igitur dotem præcipiet & cavebit 10, *defensum iri coheredes, qui ex stipulatu possunt convenire* 11. Idem, [&] si alius dotem dedit, & stipulatus est. Nec solum uxoris suæ dotem, sed 12 etiam filii sui uxoris: quasi hoc quoque matrimonii onus ad ipsum spectet: quia filii onera & nurus ipse adgnoscere necesse habet. Præcipere autem non solum patri datam dotem filium oportere, verum etiam ipsi filio Marcellus scribit: sed filio datam tamdiu, quamdiu peculium patitur, vel in rem patris versum sit. §. 3. * Si pater in 13 filios, sine scriptura, bona divisit 14, & onera æris alieni pro modo possessionum distribuit, non videri simplicem donationem, sed potius supremi judicii divisionem, Papinianus ait. Plane inquit, si creditores eos pro portionibus hereditariis conveniant, & unus placita detrecter 15, posse cum eo 16 præscriptis verbis agi, quasi certa lege permutationem fecerint, scilicet, si omnes res divisæ sint. §. 4. Familiæ erciscundæ judicium amplius, quam semel 17 agi non potest: nisi causa cognita 18: Quod si quædam res indivisæ 19 relictæ sunt, communi dividundo de his agi potest. §. 5. Papinianus ait: Si uni ex heredibus onus æris alieni injungitur citra speciem legati, officio Judicis familiæ erciscundæ cognoscentis suscipere eum id oportere: sed non ultra dodrantem portionis suæ, ut quadrantem 20 illibatum habeat, indemnis igitur coheredes suos præstare cavebit.

§. 6. Idem scribit, [&] si filius in muneribus publicis, in quibus pater ei consentit, reliquatus 21 est, & pro parte heres scriptus est, hoc quoque debere præcipere 22, quia & hoc partis æs alienum fuit 23. Sed si qua munera post mortem patris suscepit, ab his heredes patris soluti sunt 24. §. 7. Neratius autem respondit, eum, qui plures filios haberet, unum ex filiis ἀγωνοθετίαν, id est, *constituendi designandique certaminis munus*, suscepturum professum esse: & prius, quam honore fungeretur, mortuum esse omnibus filiis heredibus institutis: & *quæsitum* esse, an is filius, quod in eam rem impendisset, familiæ erciscundæ 25 consequatur? [eique] *respondisse*, nulla actione idem 26 consequi posse. Quod merito displicet. Debet itaque hoc in familiæ erciscundæ judicium venire 27. §. 8. Item Papinianus scribit, si maritus alterum ex heredibus onus dotis solvendæ, quæ in stipulationem venit, suscipere jussit: & mulier adversus utrumque dirigat dotis petitionem, coheredem esse defendendum 28 ab eo, qui suscipere onus jussus est: Sed legata, quæ ab utroque pro dote data electa dote retinentur, in compendio coheredis [esse], qui debito levatur, non oportet 29: videlicet ut coheres, qui onus æris alieni suscepit, officio judicis legatum consequatur. Et verum est hoc, nisi aliud testator edixit. §. 9. Idem scribit: quod uni ex coheredibus statuliber conditionis implendæ nomine dedit de peculio 30, in hoc judicium non venire, nec communicari debere.

XXI. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

IDem & in communi dividundo.

De Thesauro effosso. 1. De Adjudicatione. 3. Et servitutibus imponendis. 4. De rebus, & præstationibus. 5. De re, quæ est apud hostes.

XXII. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

ITem Labeo scribit, si unus heredum thesaurum 31 relictum a testatore effodit, familiæ erciscundæ judicio eum teneri 32, etsi cum extraneo consicio partitus sit. §. 1. Familiæ erciscundæ Judex [ita] potest pluribus eandem rem adjudicare, si aut 33 pluribus fuerit unius rei præceptio relicta (ubi etiam necessitatem facere Pomponius scribit, ut pluribus adjudicetur) vel si certam partem unicuique coheredum adsignet: sed potest 34 etiam, licitatione 35 admissa uni rem adjudicare. §. 2. Sed & regionibus divisum fundum posse adjudicare secundum divisionem, nemo dubitaverit. §. 3. Sed etiam, cum adjudicat, potest imponere aliquam servitutem 36, ut alium alii servum faciat ex iis, quos adjudicat: sed si pure alii adjudicaverit fundum, alium adjudicando, amplius servitutem imponere non potest. §. 4. Familiæ erciscundæ judicium ex duobus constat, id est, rebus, atque præstationibus, quæ sunt personales actiones 37. §. 5. Papinianus de re, quæ apud hostes est, Marcellum reprehendit, quod non putat præstationes 38 ejus rei venire 39 in familiæ erciscundæ judicium, quæ apud hostes est: Quid enim impedimentum est, rei præstationem venire, cum & ipsa veniat?

XXIII. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

PRopter spem postliminii 40: scilicet cum cautione: quia possunt non reverti 41: Nisi si tantum æstimatus sit dubius eventus 42.

De re extincta. 1. De successoribus.

XXIV. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

SEd & ejus rei, quæ in rebus humanis 43 esse desiit, veniunt præstationes: Et ego Papiniano consentio. §. 1. Familiæ erciscundæ judicium, & inter bonorum possessores 44, & inter eum, cui 45 restituta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto, & cæteros honorarios 46 successores, locum habet.

De eo, qui apud hostes decedit. 1. De divisione facta a milite. De nominibus. 2. De possessione. 3. De pluribus hereditatibus. 6. Si pari rei veniat in hoc judicium. 7. De eo, quod coheres possidet titulo singulari. 8. De fundo, cujus partem pro emptore, partem pro herede coheres possidet. 9. De stipulatione individua. 11. De via legata. 12. De stipulatione, Neque per se, neque per heredem suum fieri. 13. *De pecunia promissa a testatore sub pœna. 14. De pignore luendo. 15. De hu, quæ pro parte expediri non possunt. 16. De dolo, culpa & negligentia. 17. De electione impedita. 18. De servitutibus amissis culpa coheredis. 19. De filio condemnato patris nomine. 20. Ne quid indivisum relinquatur. 21. De cautione hu, quibus adjudicatur, præstanda. 22. De pecunia prælegata, quæ in hereditate non est inventa.*

XXV. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

HEredes ejus, qui apud hostes decessit, hoc judicium 47 experiri possunt 48. §. 1. Si miles alium castrensium, alium cæterorum bonorum heredem fecerit, non est locus familiæ erciscundæ judicio: divisum est 49 enim per constitutiones inter eos patrimonium. Quemadmodum * cessat familiæ erciscundæ judicium, cum nihil in corporibus, sed omnia in 50 nominibus sunt.

§. 2. Quantum vero ad accipiendum familiæ erciscundæ judicium, nihil interest 51, possideat quis hereditatem, necne.

§. 3. De pluribus hereditatibus, quæ inter eosdem ex diversis causis communes sint, unum 52 familiæ erciscundæ judicium sumi potest. §. 4. Si inter me & te Titiana hereditas communis sit, inter me autem, & te & Titium Seiana, posse 53 unum judicium accipi inter tres, Pomponius scribit. §. 5. Item, si plures hereditates inter nos communes sunt, possumus de una familiæ erciscundæ judicium experiri. §. 6. Si testator rem communem cum extraneo habebat, sive rei suæ partem alicui legavit, aut heres ante judicium familiæ erciscundæ acceptum partem 54 suam alienavit, ad officium judicis pertinet, ut eam partem, quæ testatoris fuit, alicui jubeat tradi. §. 7. Quod pro emptore, vel pro donato (puta) coheres possidet 55, in familiæ erciscundæ judicium venire 56 negat Pomponius. §. 8. Idem scribit: Cum ego & tu heredes Titio extitissemus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, a Sempronio petieris, & victus fueris, mox eandem partem a Sempronio emero, & traditus mihi fuerit, agente te familiæ erciscundæ judicio, non veniet non solum 57 hoc, quod pro herede possidetur, sed nec id, quod pro emptore 58. Cum enim per judicem priorem apparuit, totam 59 non esse hereditatis, quemadmodum in familiæ erciscundæ judicium veniat?

§. 9. An ea stipulatio, qua singuli 60 heredes in solidum habent actionem, veniat in hoc judicium, dubitatur: veluti si is, qui viam, iter, actus stipulatus erat, decesserit 61: quia talis stipulatio per Legem duodecim tabularum non dividitur 62, quia nec potest? Sed verius est, non venire eam in judicium, sed omnibus in solidum competere actionem: &, si non præstetur via, pro 63 parte hereditaria condemnationem fieri oportet. §. 10. Contra, si promissor viæ decesserit pluribus 64 heredibus institutis, nec dividitur obligatio, nec dubium [est,] quin duret: quoniam viam promittere & is potest, qui fundum non habet 65. Igitur, quia singuli in solidum 66 tenentur, officio judicis cautiones interponi debere, ut si quis ex his conventus litis æstimationem præstiterit, id pro parte a cæteris consequatur 67. §. 11. Idem dicendum est, & si testator viam legaverit. §. 12. In illa quoque stipulatione prospiciendum est coheredibus, si testator promiserat, Neque per se, neque per heredem suum fieri, quo minus ire agere possit, quoniam, uno prohibente in solidum committitur stipulatio 68: ne unius factum cæteris damnosum sit 69. §. 13. Idem juris est in pecunia [promissa] a testatore, si sub pœna promissa sit, nam licet hæc obligatio dividatur 70 per legem duodecim tabularum, tamen, quia * nihilum prodest ad pœnam evitandam, partem suam solvere 71: sive nondum soluta est pecunia, nec dies venit, prospiciendum est per cautionem, ut de indemnitate caveat, per quem factum fuerit, ne omnis pecunia solveretur: aut ut caveat, *se ei, qui solidum solverit, partem præstaturum*: sive etiam solvit unus universam pecuniam, quam defunctus promittit, ne pœna committeretur, familiæ erciscundæ judicio a coheredibus partes recipere poterit 72.

§. 14. Idem observatur in pignoribus solvendis 73, nam nisi 74 universum, quod debetur, offerretur, jure pignus creditor vendere potest. §. 15. Si unus ex coheredibus noxali judicio servum hereditarium defenderit, & litis æstimationem obtulerit, cum hoc expediret, id pro parte hoc judicio consequatur 75. † Idem est & si unus legatorum nomine caverit, ne in possessionem mitterentur: & omnino 76 quæ pro parte expediri non possunt, si unus cogente necessitate fecerit, familiæ erciscundæ judicio locus est. §. 16. Non tantum dolum 77, sed & culpam in re hereditaria præstare debet coheres; quoniam * cum coheredе non contrahimus, sed incidimus in eum 78: non tamen diligentiam præstare debet, qualem diligens paterfamilias; quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit 79. Talem igitur diligentiam præstare debet, qualem in suis rebus. † Eadem sunt, si duobus res legata sit: nam & hos conjunxit ad societatem 80 non consensus, sed res. §. 17. Si incerto homine legato, & postea defuncto legatario,

---

97 *l.* 47. *ff. eod.* Goth. Idem *l.* 22. *h. t.* Adde *l.* 8. 9. 10. 11. 12. *h. t.* Item res quas defunctus pignori habuit. *l.* 29. *h. t.* Adde *l. ren. cod.* Item ea quæ vel dolo vel culpa coheredis amissa vel deteriora reddita sunt. *l.* 25 §. *non tantum. l.* 16. §. 4. *h. t.* nomina autem in hoc judicium non veniunt. *l.* 4. *h. t.* *l.* 51. *in fin. eod.* Anf

98 Si filia vult succedere patri ab intestato, vel ex testamento, dotem conferre debet: nisi pater expressim designaverit se nolle, collationem ab ea fieri. *Novell.* 18. c. 6.

99 Dixi ad *l.* 5. *C. de collat.*

100 Ipsa sc. & sic nullam in cautione coheredum ejus mentionem fecit.

1 Alias constante matrimonio dos vel ab ipsa uxore peti non potest. *l.* 5. *C. de collationibus.*

2 De dote scilicet, quæ talis est, ut dotem conferat filia, vel minus accipiat. *d. l.* 5. *Accursius.*

3 Hereditatis judicio filiusfamilias præcipit id, in quod jussu patris obligatus est, sed & id, quod in rem patris vertit, *ut hic*: ut & dotem uxoris. § 2. *J. eod.*

4 Cur ita? vide *l.* 18. *in fin. C eod.*

5 ἢ ἐὰν δωσιτάμιον ἢ πράγμα τῆ πατρὶ: δαπανᾶται, id est, sed & si fœneratus in rem patris vertet *Synopsis Basil. eod. c.* 17.

6 Vide *l.* 13. *C. eod.*

7 *l.* 2. *C. eod.*

8 Hoc est, ante capiet, præcipui jure capiet.

9 Vide *l.* 65. *in fin. J. pro socio.*

10 *l.* 25. §. 15. *J. eod.*

11 *Subaudi* de dote reddenda, ut *in Synopf. Basil.*

12 Vide *l.* 85. *J. ad l. Falcidiam.*

13 Al. *inter.* Sed *in* rectum est, ut & *l.* 39. §. *ult.*

14 Adde *l.* 33. *l.* 39. *in fin. J. eod. l. ultim. C. eod.* Goth. Num revocetur divisio paterna inter liberos facta vid. Fachin. *lib.* 6 *controv. c.* 69. Anf.

15 *l.* 18. §. 4. *J. eod.*

16 Vid. *l.* 69. §. 2. *J. de leat. 1.*

17 Et ideo arbiter familiæ erciscundæ plus, quam semel dari non poterit. Paul. 1. *fent.* 18. fed petitio hereditatis plurifariam ac pluries inftitui poteft. Ferra. in *forma libelli* 15.

18 *Ut in l.* 35. *J. de pactis.*

19 Vide *l.* 1. *C. eod.*

20 Lege Falcidia quadrans illibatus apud heredem remanere debet. vide *Cujac. Paratitlo. J. de legat. 1.*

21 *Reliquatio*, λειτογραφία. Reliquari porro is dicitur, apud quem initis subductisque accepti expensique rationibus, pecuniæ supersunt aliquæ, quique æs alienum ex reliquis rationibus contrahit. *l.* 6. §. 1. *J. de muneribus.*

22 Id est, præcipuum habiturus est: vide distinctionem *in l.* 1. §. 16. *J. de collat. n.* Goth. Ut in sumptibus post mortem patris continuatis. Adde *l.* 40 *ff. pro socio. l.* 1. §. 16. *ff. de collat.* Dyn. *ad l. Luciss.* 21. §. 2 *ad municipal.* Diff. Bronchorst. *miscell. cent.* 2. *assert.* 34 Treutl. *part.* 2. *ex.* 17. *thef. fin. litt. fin. & th.* 1. *litt. h.* Anf.

23 Cœptum munus perficiendum de communi. *Ferrar.* cur ita? vide *l.* 2. *J. ad municip.* fed eo casu partem impensarum faciendarum coheres sustinebit. *dict. l.* 1. §. 16.

24 Nec enim fratres, morte patris effecti sui juris, dignitates & honores mutuo sibi debent, nec debita sigillatim contracta dissolvere tenentur. *l.* 39. §. 3. *J. eod.*

25 Judicio sc.

26 Idem, id est, eum, vide *Cujac.* 3. *observ.* 38. veteres ita plerumque sunt locuti.

27 Idque jure professionis paternæ; alias non tenerentur coheredes. *d. l.* 39.

28 *l.* 53. *J. de l.* 2. *l.* 7. §. 3. *J. de liber. at. legata.*

29 Cur enim commodum sentiat sine onere?

30 Id enim statulibero licet. *l.* 3. §. *ult. J. de condit. causa data.*

31 Thesaurus hic improprius est, *l.* 31. §. 1. *J. de adq. rerum dominio.* ut & *l.* 15. *J. ad exhib.*

32 Secus est, si solenniter a depositario partem suam accepit. vide *l. ult. C. depositi. l.* 1. §. 36. *J. depositi.*

33 Vide *l.* 3. *J. eod.*

34 Rarius tamen. *arg. l.* 6. *J. eod.*

35 Dixi ad Festum *in Licitare.*

36 *l.* 7. §. 1. *l.* 18. *J. tit. prox.* Servitutem imponere potest arbiter familiæ erciscundæ.

37 Id est, rerum fit divisio: quæ si commode fieri non poterit, attributio earum, seu adjudicatio necessaria erit in personam. Hic adde *l.* 4. §. 3. *J. commun. dividund.*

38 Factas in eam rem ab uno coheredum expensas.

39 Interim sc.

40 Per quam alio casu, perenni hostium portus, obstat libertas sua in petenda bonorum possessione liberti. *l.* 4. §. 2. *J. de bonis libert.*

41 Reversi vero omnem dubietatem in eo tollunt. *l.* 16. *J. de interrogationibus.*

42 Dubius eventus quoties emptus est, si postea non contigit, emtori nihil redditur. vide *l.* 11. *J. de her. vendit. l.* 12. *J. de act. empt.*

43 *l.* 31. *J. eod. l.* 11. *J. commun. divid.*

44 Hi enim in omnibus vice heredum sunt. *l.* 2. *J. de bonorum possessione.*

45 Id est, fideicommissario, *l.* 2. §. 1. *J. eod. l.* 40. *J. eod.*

46 Honorarii successores, *hic. & in l.* 9. §. 6. *J. de interrogat. act. l.* 10. *J. ad Vellejanum*, *l.* 1. §. 8. *J. ut legatorum nomine caveatur.* successores juris prætorii sunt.

47 *Al.* judicio.

48 Sunt enim fictione heredes. *l.* 28. *J. de vulgari.*

49 Licet enim militibus patrimonia separare. *l.* 16. §. 6. *J. ad Treb.*

50 *l.* 51. *in fin. J. eod.* Nomina per se in hoc judicium non veniunt: quia ipso jure divisa sunt per legem XII Tabularum, *l.* 6. *C. eod.* quia singulis heredibus, pro portione hereditaria competit actio in singulos debitores: Quandoque tamen uni heredum assignantur, si vel præcessit stipulatio, *l.* 2. *in fi. J. eod.* vel si uni sit legatum nomen. *l.* 4. *J. eod.*

51 *l.* 1. *J. eod. l. pen. J. commun. dividund.*

52 Plures actiones uno libello possunt proponi.

53 Vide *Cujacium* 22 *observ.* 40.

54 *l.* 52. §. 4. *J. pro socio.*

55 Potest enim res ex pluribus causis a nobis possideri. *l.* 9. *J. eod. l.* 3. §. 4 *J. de adquirend. possess.*

56 Hinc colligit Accursius, familiæ erciscundæ judicium non dari contra titulo possidentem.

57 Non solum non veniet.

58 Ordo hic inversus Petro Fabro videtur, 1 *Semest.* 22. sic itaque legendum existimat, *non veniet, n. s. h. q. pro emptore possidetur, s. n. id, quod pro herede.*

59 *Al.* totum.

60 *l.* 2. §. 2. *J. de verborum obligat.*

61 *l.* 17. *J. de servitutibus.*

62 *l.* 2. §. 1. *J. de verb. oblig.*

63 *l.* 1. *C. de heredit. act.*

64 *l.* 17. *J. de servitutibus. l.* 2. §. 2. *J. de verbor. oblig.*

65 *l.* 46. §. 1. *J. de evict.*

66 Vide tamen *l.* 2. *in fin. J. de verb. oblig.* nam ubi unus ex heredibus prohibetur, non potest coheres ex stipulatu agere, cujus nihil interest, nisi pœna sit subjecta.

67 *l.* 2. §. 2. *vers. sed quo casu. J. de verb. oblig.*

68 Prohibet ubi unus ex heredibus, omnes heredes tenentur: Interest enim prohibiti à nemine prohiberi, *l.* 3. *in fin. J. de verb. oblig. l.* 11. §. *antepenult. J. de legat.* 3. quoniam licet ab uno prohibeor, non tamen in parte prohibeor. *l.* 85. §. 3 *J. de verb. oblig.*

69 Quibus ideo competit adversus coheredem prohibentem actio. *l.* 44. §. 5. *J. eod. l.* 5. *in fi. l.* 85. §. 3. *J. de verb. oblig.*

70 Ratione sortis, & pœnæ. *l.* 44. §. 6. *J. eod.*

71 *l.* 5. *in fine. J. de verbor. oblig.*

72 *l.* 44. §. *fin. J. eod.*

73 *Al. luendis*, in quibus omnia pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum. *l.* 9. §. 3 *J. de pigneratit.*

74 *l.* 6. *C. de distract. pignorum.*

75 Sumptus enim repeti possunt. vide *l.* 18. *in fin. C. eod.*

76 Omnino in iis, quæ.

77 *l.* 16. §. 4. *J. eod.*

78 Adde §. 4. *inst. de oblig. ex quasi-contract.*

79 Imo competit. vide *l.* 40. *J. de negot.*

80 Improprie sumptam, nam inter eos res communis est sine societate, §. 3. *Inst. de obligat. ex quasi contract.* quinimo alibi nullam inter se habere societatem dicuntur, *l.* 15. *J. de pecul.* Igitur collegatarii non consensu, sed re inter se obligantur.

rio, aliquis ex heredibus legatarii non consentiendo impedierit legatum [76], is, qui impedit, hoc judicio cæteris, quanti interfit eorum, damnabitur. † Idem est, si è contrario unus ex heredibus, à quibus generaliter homo legatus est *quem ipse dederat* [76], noluerit consentire, ut præstetur, quem solvi omnibus expediebat, & ideo conventi à legatario judicio, pluris damnati fuerint.

§. 18. Item culpæ nomine tenetur, qui, cum ante alios ipse adisset hereditatem, servitutes prædiis hereditariis debitas passus est non utendo amitti [77]. §. 19. Si filius, cum patrem defenderet, condemnatus solverit [78], vel vivo eo, vel post mortem, potest æquius dici, habere petitionem à coheredе in familiæ erciscundæ judicio. §. 20. Judex familiæ erciscundæ nihil debet indivisum relinquere. §. 21. Item curare debet [79], ut *de evictione* cavеatur his, quibus adjudicat. §. 22. Si pecunia, quæ domi relicta non est, per præceptionem [80] relicta sit, utrum universa à coheredibus præstanda sit, an pro parte hereditaria: quemadmodum si pecunia in hereditate relicta esset, dubitatur? & magis dicendum est, ut id præstandum sit, quod præstaretur, si pecunia esset inventa [81].

XXVI. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

OFficio [82] [autem] judicis convenit, jubere rem hereditariam venire unam, pluresve, pecuniamque ex pretio [83] redactam ei numerari, cui legata sit.

De condemnationibus, absolutionibus, in omnium personа faciendis.

XXVII. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

IN [84] hoc judicio condemnationes & absolutiones in omnium personа faciendæ sunt: & ideo si in alicujus personа omissa sit damnatio, in cæterorum quoque personа quod fecit judex, non valebit: quia "non [85] potest [ex] uno judicio res judicata in partem valere, in partem non valere.

Si res pignorata per præceptionem legetur.

XXVIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

REm pignori creditori datam, si per præceptionem legaverit testator, officio judicis continetur, ut ex communi pecunia luatur [86], eamque ferat is, cui eo modo fuerat legata.

De re, quam defunctus pignori acceperat.

XXIX. PAULUS lib. IV ad Edictum.

SI pignori res data defuncto sit, dicendum est in familiæ erciscundæ judicium venire: sed is, cui adjudicabitur [87], in familiæ erciscundæ judicio pro parte [88] coheredi erit damnandus: nec cavere debet coheredi, indemnem eum fore adversus eum, qui pignori dederit: quia pro eo erit, ac si hypothecaria vel Serviana actione petita litis æstimatio oblata sit [89], ut & is, qui obtulerit, adversus dominum vindicantem exceptione tuendus sit [90].
† Contra quoque, si is heres, cui pignus adjudicatum est [91], velit totum reddere, licet debitor nolit, audiendus est. † Non idem dici potest, si alteram partem creditor emerit: adjudicatio enim necessaria est: emptio, voluntaria: nisi si objiciatur creditori, quod animose licitus [92] est, sed hujus rei ratio habebitur: quia quod creditor egit, pro eo habendum est, ac si debitor per procuratorem egisset [93]: & ejus, quod propter necessitatem impendit, etiam ultro est actio creditori [94].

De loco religioso.

XXX. MODESTINUS lib. VI Responsorum.

FUndus mihi communis est, [&] pupillæ coheredi: in eo fundo reliquiæ sunt conditæ, quibus religio ab utriusque patribus debebatur: nam parentes quoque ejusdem pupillæ ibi sepulti sunt: sed tutores distrahere fundum volunt: ego non consentio, sed portionem meam possidere malo, cum universitatem emere non possim, & velim pro meo arbitrio exsequi jus religionis: Quæro, an recte arbitrum communi dividundo ad hunc fundum partiendum petam: an etiam is arbiter, qui familiæ erciscundæ datur, iisdem partibus fungi possit, ut hanc possessionem, exemptis cæteris corporibus hereditariis, pro jure cuique nobis partiatur? Herennius Modestinus respondit: nihil proponi, cur familiæ erciscundæ judicio additus arbiter officium suum etiam in ejus fundi, de quo agitur, divisionem interponere non possit: sed [95] religiosa loca in judicium non deduci, eorumque jus singulis heredibus in solidum competere [96].

De luitione & morte servi.

XXXI. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

SI servus pignori obligatus luatur ab uno ex heredibus, quamvis postea decedat [97], officium tamen arbitri durat: sufficit enim communionis causa, quæ præcessit, quæque hodie duraret, si res non intercidisset [98].

De divisione facta à defuncto.

XXXII. IDEM lib. II Responsorum.

QUæ pater inter filios non divisit, post datas [99] actiones vice divisionis, ad singulos pro hereditaria [100] portione pertinent: modo si cætera, quæ non divisit, in unum generaliter non contulit, vel res datas non [1] sequuntur.

Quod uni ex heredibus obvenit ex divisione, si est obligatum pro omnibus, est luendum. Bart.

XXXIII. IDEM lib. VII Responsorum.

SI paterfamilias, singulis heredibus fundos legando, divisionis [2] arbitrio fungi voluit, non aliter partem suam coheres præstare cogetur, quam si vice mutua [3] partem nexu pignoris liberam consequatur.

De servis æstimatu & mortuis.

XXXIV. IDEM lib. VIII Responsorum.

SErvos [4] inter coheredes tempore divisionis æstimatos, non emendi sed [5] dividendi animo pretiis adscriptos videri placuit: quare suspensa conditione mortuos, tam heredi, quam fideicommissario deperisse [6].

De prædiis, dotis causa, filiæ traditis.

XXXV. IDEM lib. XII Responsorum.

POmponius Philadelphus, dotis causa, prædia filiæ, quam habebat in potestate, tradidit: & reditus eorum genero solvi mandavit: an ea præcipua filia retinere possit, cum omnes filios heredes [7] instituisset, quærebatur? Justam causam retinendæ possessionis habere [8] filiam, quoniam pater prædia, de quibus quærebatur, dotis esse voluit, & matrimonium post mortem quoque patris fleterat, respondi: filiam etenim, quæ naturaliter agros tenuit, specie dotis, cujus capax fuisset, detendi.

De divisione facta cum opinato herede.

XXXVI. PAULUS lib. II Quæstionum.

CUm putarem [9] te coheredem meum esse, idq; verum non esset, egi tecum familiæ erciscundæ judicio: & à judice invicem adjudicationes & condemnationes factæ sunt: Quæro, rei veritate cognita, utrum condictio invicem competat, an vindicatio: & an aliud in eo, qui heres est, aliud in eo, qui heres non sit, dicendum est? Respondi: Qui ex asse heres erat, si, cum putaret se Titium coheredem habere, acceperit cum eo familiæ erciscundæ judicium, & condemnationibus factis solverit pecuniam, quoniam ex causa judicati solvit, repetere non potest [10]. Sed tu videris eo moveri, quod non est judicium familiæ erciscundæ, nisi inter coheredes [11] acceptum: sed, quamvis non sit judicium, tamen sufficit ad impediendam repetitionem, quod quis se putat condemnatum [12]. Quod si neuter eorum heres fuit, sed, quasi heredes essent, acceperint familiæ erciscundæ judicium, de repetitione idem in utrisque dicendum est, quod diximus in altero. Plane si sine judice [13] diviserint res, etiam condictionem earum rerum, quæ ei cesserunt, quem coheredem esse putavit, qui fuit heres, competere dici potest: non enim transactum inter eos intelligitur, cum ille coheredem esse putaverit [14].

De effectu hujus actionis.

XXXVII. SCÆVOLA lib. XII Quæstionum.

QUi familiæ erciscundæ judicio agit, [non [15]] confitetur [16] adversarium sibi esse coheredem [17].

Si quis de divisione quæratur.

XXXVIII. PAULUS lib. III Responsorum.

LUcius & Titia fratres [18] emancipati à patre, adulti curatores acceperunt: hi communes pecunias ex reditibus redactas singulis subministraverunt: postea [omne] patrimonium diviserunt, & post divisionem Titia soror Lucio fratri suo cœpit quæstionem movere, quasi amplius accepisset, quam ipsa acceperat: cum [19] Lucius frater ejus non amplius sua [20] portione, imo minus, quam dimidiam consecutus sit: Quæro, an Titiæ competat adversus fratrem actio? Paulus respondit, secundum ea, quæ proponuntur, si Lucius [21] non amplius ex reditu prædiorum communium accepit, quam pro hereditaria portione ei competeret, nullam sorori ejus adversus eum competere actionem [22]. † Idem [23] respondit, cum ex decretis alimentis à Prætore amplius fratrem accepisse diceretur, quam sororem: non ramen ultra partem dimidiam.

De sumptibus à coherede in litem communem factis. 1. De divisione facta à patre, & de dotis collatione. 2. De alimentis relictis filiis liberis. 3. De debitu à fratre coherede post mortem patris contracto. 4. Si servus prælegatus cum peculio, vivo testatore manumissus decesserit. 5. De divisione facta à patre, & de eo, quod frater coheres debet.

XXXIX. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

EX parte heres institutus, causam de totis bonis, quam omnes heredes patiebantur [ob inultam mortem [24]] suscepit, & obtinuit, coheres ab eo partem suam petebat, nec partem sumptuum factorum in litem præstare volebat: Quæritum est, an doli exceptio noceret? Respondi, si idcirco amplius erogatum esset, quod ipsius quoque causa defensa esset, habendam rationem sumptuum [25]: sed, & si omiserit doli exceptionem, agere potest de recipienda portione sumptuum. §. 1. Intestato [26] moriens, codicillis [27] prædia sua omnia & patrimonium inter liberos divisit: ita ut longe amplius filio, quam filiæ relinqueret: Quæritum est, an soror fratri dotem conferre deberet? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, si nihil indivisum reliquisset, rectius dici ex voluntate defuncti collationem dotis cessare [28]. §. 2. Servo libertatem dedit, qui erat annorum quindecim, *Cum [29] erit annorum triginta*: eidem ex die mortis suæ quoad viveret, cibariorum nomine, denarios denos; vestiarii, denarios vigintiquinque præstari se velle significavit: Quæritum est, an utile esset cibariorum & vestiariorum legatum, cum Stichus ante libertatis tempus decesserit: & an, si non est utile, heres, qui præstiterat, à coherede repetere possit, apud quem morabatur? Respondi, non quidem debita fuisse [30]: sed si id, quod datum est in alimenta, consumptum sit, repeti non posse. §. 3. Filius Reipublicæ debita, quæ post mortem patris contraxit, fratri suo pro parte hereditaria reputare non potest [31], si non in omnibus socii essent: licet hereditatem paternam communem haberent, & pater pro altero filio in patria Magistratu functus decessit. §. 4. Duos filios scripsit heredes, & certos homines [32] unicuique eorum prælegavit, in quibus uni Stephanum cum peculio: is vivo testatore manumissus decessit [33]: deinde pater: Quæritum est, an id, quod in peculio habuit Stephanus prius, quam manumitteretur, ad utrosque filios pertineat: an vero ad eum solum, cui cum peculio prælegatus fuerat? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, ad utrosque [34].

§. 5. Pater in [35] filios divisit [36] bona, & eam divisionem testamento confirmavit, & cavit, *ut ea alienum, quod unusquisque eorum habet, sive habebit, solus sustineret*: postea, unus ex filiis cum pecuniam mutuaretur [37], intervenit pater, ejusque consensu prædia, quæ filio adsignaverat, pignori data sunt: post mortem patris eadem prædia idem filius possedit, usuras solvit: Quæro, an familiæ erciscundæ judicio, si prædia pignori data distrahat creditor, aliquid ei à coherede præstandum sit? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, non esse præstandum.

De herede, & fideicommissario.

XL. GAIUS lib. II Fideicommissorum.

SI ex asse heres institutus, rogatus [38] sit mihi partem aliquam restituere, veluti dimidiam, utile familiæ erciscundæ judicium recte inter nos agetur.

De libertorum & alimentorum eis debitorum divisione.

XLI. PAULUS lib. I Decretorum.

QUædam mulier ab judice appellaverat [39], quod diceret, *cum de dividenda hereditate inter se & coheredem, non tantum res, sed* [&] *libertos divisisse, & alimenta, quæ dari testator certis libertis jussisset: nullo enim jure id eum fecisse*: Ex diverso respondebatur, *consensisse eos divisioni, & multis annis alimenta secundum divisionem præstitisse*: Placuit, standum

---

[76] Atqui hoc casu judicem torturam & fortem cui receptum est. *l. 3. C. communia. de legat.*

[77] Aliquin si testator id non dixerit, electo legatario cret. §. 22. *Inst. de legat.*

[77] Hoc tamen ei non imputabitur, si paucissimum supererunt dies ad perficiendam ministrationem. vide *l. 16. in fin. ff. de fundo dotal.*

[78] V. *l. 18. in fi. C. eod.*

[79] *l. 14. C. eod. inde l. 3. ff. de verbor. oblig.*

[80] Paul. 3 *sentent. 6. §. 1.*

[81] Id est, ex venditione, ut *l. 10. ff. de legat. 3.*

[82] Vide Cujac. 23 *obs. 1.*

[83] Imo potest. *l. 41. in fin. ff. eod. l. 25. ff. de arbitr.*

[84] Solvatur. *l. 33. ff. eod. l. 57. ff. de legat. 1.*

[85] Pignori res defuncto data venit in judicium familiæ erciscundæ, non dividenda, sed adjudicanda. *Bart.*

[86] An rei ipsius? an ejus æstimationis? v. hic Bart. n. 2.

[87] Is cui pignus defuncto datum, adjudicatum est, similis est possessori convento hypothecaria, qui noluit rem restituere, sed litis æstimationem.

[88] Nisi restituat id omne, quod solvit etiam ultra debitum. *Bart.*

[89] Debitor pignus integrum ab eo herede, cui adjudicatum est, tenetur luere: nec audiendus est heredi offerens eam tantum partem, quæ jure successionis illi competit.

[90] *Al.* licitatus. vide *l. 19. §. 1. §. 3. ff. comm. divid.*

[91] Procurator justa de causa litis retentione uti potest. *l. 25. in fin. l. 26. ff. de procurator.*

[92] Id est, is, cui pignus adjudicatum est, adversus debitorem jus retentionis & actionis habet pro omnibus impensis in rem necessario vel utiliter factis.

[93] Fundus, in quo locus est religiosus, venit in hoc judicium, loco religioso excepto. *Bart.*

[94] Hanc legem explica ex *l. 53. §. 1. ff. de act. empt.*

[95] *l. 9. in princ. ff. commun. dividund.*

[96] Fuit enim utiliter cœptum negotium: quod hic sufficit, licet eventus non respondeat. *l. 10. in princ. & fin. l. 12. in fin. l. 22. ff. de negot.* adde *l. 11. §. 3. ff. de minoribus.*

[97] Adfignatas unicuique.

[98] *V. l. 11. 21. C. eod.*

[1] Dixi ad *l. 21. C. eod.*

[2] De qua vide *l. 20. §. 5. ff. eod.*

[3] *l. 28. ff. eod.*

[4] Vide Cujac. 24 *observ. 27.*

[5] Divisionis & emptionis differentia hæc est. In emptione periculum est emptoris: In divisione ante traditionem periculum non est ejus, cui res divisione tradi debuit, sed omnium coheredum.

[6] Si pendente conditione res extinguuntur, perinitur emptio, stipulatio, & legatum conditionale, *ut hic. & l. 8. ff. de peculio.*

[7] Æqualiter, ut *l. 14 ff. de dot. prælg.*

[8] Olim dos præcipua filiæ manebat, si ejus nulla facta fuerat mentio in testamento patris, *l. 14. in fin. ff. de dote prælegata.* hodie dotem filia conferre tenetur, *l. 8. C. de collationibus.* nisi expressim testamento ei legata sit. vide *Novell. 18. c. 6.*

[9] Vide Mollin. ad *consuetud. Paris. tit. 1. §. 16. num. 16* Joann. Aurpach. *lib. 2. pisp. cap. 4.* Alciat. *lib. 1 disp. cap. 4.* Anf.

[10] Opinato heredi quod solutum est autoritate sententiæ judicis, non repetitur, ut indebitum. *Bart.* vide tamen *l. 27. in fin. ff. de except. rei judicatæ. l. 35. ff. de re judicat. l. 4. C. de re judic.* Quod autem solutum est coheredi in divisione apud arbitrum celebrata, hoc repetitur. *l. 8. in fin. C. de collationib.*

[11] *l. 1. in fin. ff. eod.*

[12] Hæc exceptio, *Tibi non competit jus agendi*, post sententiam objici non potest: nec judicium retro nullum redditur. *Bart.*

[13] Vel arbitri sententia. *d. l. 8.*

[14] Adde *l. 51. 52. ff. de pactis.*

[15] In Basilicis deest negatio. vide Cujac. 9 *obs. 36.* utrumque verum est. vide Hotom. 4 *obs. 21.*

[16] Sed supponit.

[17] Non fatetur, qui errat, nisi jus ignoravit. *l. 2. ff. de confess.* adde *l. 52. ff. de pact. l. 13. C. de probat.* vide *l. 9. ff. de exception.* ubi dixi.

[18] *Fratrum* appellatione sorores contineri, hinc collige, ut *l. 35. in princ. ff. de pact. l. 93. §. 3. ff. de leg. 3.* Goth. Vid. ad hanc leg. Pinell. ad *l. 2. de rescind. vend. part. 1. c. 1. n. 20.* Anf.

[19] Si non amplius mea portione accepero à meis, & fratris mei curatoribus, ex communibus reditibus, aut alimentis nobis decretis, non recte frater meus mecum experitur, quasi me minus acceperit. *Synops. Basil. cod. c. 14.*

[20] Vide quæ scripsi ad *l. ult. C. depositi.*

[21] Adultus scil. Hinc collige, minores inter se dividere posse prædia, quoad culturam, & reditus, non quoad proprietatem.

[22] Cur ita? collige ex *l. ult. circ. finem. C. depositi.*

[23] Non *idem Paulus*, sed *idem jurie.*

[24] Vide *l. 1. ff. de Silan.*

[25] Vide *l. 18. in fin. C. eod.*

[26] Dixi ad *l. 1. C. de collat.*

[27] Idem, si sine scriptura. *l. 20. §. 3. ff. eod.*

[28] Vide quæ notavi ad *l. 35. ff. eod.* hinc colligit Bartolus, bona divisa à testatore per prælegata, vim portionis hereditariæ assumere: *Goth.* Dos quando donata censeatur, & conferenda non sit, v. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. c. 79. n. 75. & seqq.* Gail. *lib. 2 obs. 116.* Anf.

[29] Vide *l. 46. ff. de manum. test.* vide de Ulpianum *l. 1. §. 12.*

[30] Civiliter, sed tamen naturaliter: qua ex causa, per officium judicis recte petuntur. vide *l. 17. in fin. ff. de alimentis.*

[31] Vide *l. 20. §. 6. 7. ff. eod.*

[32] *Homines* pro servis hic accipe.

[33] *l. 1. l. 2. ff. de peculio legato.*

[34] Cur ita? vide *l. 1. 2. ff. de peculio legato.*

[35] Al. *inter*, sed *in* rectum est, ut *l. 20. §. 3. ff. eod.*

[36] Adfignatione singulis facta certarum rerum mobilium & immobilium, de hac divisione vide *l. 20. §. 3. ff. eod.*

[37] Pecuniam mutuam acciperet.

[38] Vide *l. 2. §. 1. l. 24. in fin. ff. eod.* Goth. Adde Cujac. *lib. 3 observ. 41.* Anf.

[39] Vide *l. ult. ff. de jure patronatus.*

standum esse alimentorum præstationi [38]. Sed & illud adjecit, nullam [39] esse libertorum divisionem.

De eo, quod defuncto debetur, prælegato.

XLII. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

SI ita legatum fuerit uni ex heredibus [40]: *Quod mihi debet præcipito*, officio judicis familiæ erciscundæ continetur, ne ab eo coheredes exigant: nam, & si quod alius deberet, præcipere unus jussus fuerit, officio judicis actiones ei præstari debebunt pro portione coheredis.

De arbitro petendo.

XLIII. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

ARbitrum [41] familiæ erciscundæ vel unus [42] petere potest: nam provocare apud [43] judicem vel unum heredem posse, palam est: igitur & præsentibus [44] cæteris & invitis [45] poterit vel unus arbitrum poscere [46].

De communi dividendo. 1. De effectu adjudicationis. 2. De dolo coheredis. 3. De fructibus ante aditam hereditatem à coherede perceptis. 4. De actore, & reo, & de jurejurando calumniæ. 5. Si ob factum unius heredis commissa sit stipulatio. 6. De stipulatione, Titium heredemque ejus ratum habiturum. *7. De usufructu uxori legato, donec ei dos solvatur. 8. De sumptibus à coherede factis.*

XLIV. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

INter coheredes etiam communi dividendo agi potest [47], ut res duntaxat [48], quæ eorum communes sint, & causæ ex his rebus pendentes in judicium veniant: de cæteris vero in integro sit familiæ erciscundæ judicium. §. 1. Si familiæ erciscundæ vel communi dividendo actum sit, adjudicationes Prætor tuetur, exceptiones aut actiones dando [49]. §. 2. Si coheredes, absente uno coherede, rem vendiderunt, & in ea re dolo malo fecerunt, quo plus ad eos perveniret; vel familiæ erciscundæ judicio præstabunt ei, qui absuit, vel hereditatis petitione [50]. §. 3. Fructus, quos ante aditam hereditatem ex fundo hereditario heres capit, non aliter familiæ erciscundæ judicio præstare eum Julianus ait, quam [51] si, cum sciret hereditarium fundum esse, ceperit. §. 4. Qui familiæ erciscundæ, & communi dividendo, & finium regundorum agunt, & actores sunt & rei [52]: [&] ideo jurare debent non calumniæ causa litem intendere, [&] non [53] calumniæ causa ad [54] inficias ire. §. 5. Quod ex facto suo unus ex coheredibus ex stipulatione hereditaria præstat, à coherede non reperet: veluti, si *à se heredeque suo dolum malum absuturum defuncti sponderit*: vel, *neque per se neque per heredem suum fore, quo minus quo eat, agat*: Imo & si reliqui [55] propter factum unius teneri cœperint, quasi conditio stipulationis hereditariæ extiterit, habebunt familiæ erciscundæ judicium cum eo, propter quem commissa sit stipulatio.

§. 6. Si quis stipulatus fuerit, *Titium heredemque ejus ratum habiturum* [56], & Titius pluribus heredibus relictis decesserit, eum solum teneri [57], qui non habuit ratum: & solum ex heredibus stipulatoris acturum, à quo fuerit petitum. §. 7. Usufructu uxori legato, *donec ei dos solvatur*, per arbitrum familiæ erciscundæ tam id, quod coheredis nomine ex dote solutum sit, recuperare [58] [potest,] quam [59], ut [60] coheres solvat, effici posse, Cassius ait: & verum est. §. 8. Si duo coheredes damnati sint *statuam* [61] *ponere*, & altero cessante, alter eam fecerit, non esse iniquum Julianus ait, familiæ erciscundæ judicium dare, ut pars [62] impendiorum boni viri arbitratu præstetur.

Si possessor neget rem esse hereditariam. 1. De dolo admisso à servo heredis.

XLV. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI quid [63] contendis ex hereditate mihi tecum commune esse, quod [64] ego ex alia causa meum proprium esse dico, id in familiæ erciscundæ judicium non venit [65]. §. 1. Dolus, quem servus heredis admisit, in judicium familiæ erciscundæ non venit [66]: nisi si domini culpa in hoc erat, quod non idoneum [67] servum rei communi applicuerit.

De præceptione dotis.

XLVI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI maritus sub conditione à patre [heres] institutus sit, interim uxoris de [68] dote actionem pendere: plane, si post mortem soceri divortium factum sit, quamvis pendente conditione institutionis [69], dicendum est præceptioni [dotis] locum esse: quia mortuo patre, quædam [70] filios sequuntur, etiam antequam fiant heredes: ut matrimonium, ut liberi [71], ut tutela [72]. Igitur & dotem præcipere debet [73], qui onus matrimonii post mortem patris sustinuit: & ita Scævolæ quoque nostro visum est.

De actionibus intentandis pendente judicio divisorio.

XLVII. POMPONIUS lib. XXI ad Sabinum.

IN judicio familiæ erciscundæ vel communi dividundo, si, dum res in arbitrio sit, de jure prædii controversia sit, placet omnes eos, inter quos arbiter sumptus sit, & agere, & opus novum nunciare pro sua quemque parte posse: & cum adjudicationes ab arbitro fiant, si uni adjudicetur totus fundus, caveri oportet [74], *ut, quæ ex his actionibus recepta fuerint, reddantur: aut quæ in eas impensæ factæ fuerint, præstentur*: & si, cum res in judicio esset, eo nomine actum non fuerit, eum consequi integram actionem, cui totus fundus adjudicatus [75] [fuerit]: aut pro quacunque parte adjudicatus erit. §. 1. Item quæ res moveri possint, & in ea judicia veniant, si interea subreptæ sint, furti agere eos, quorum ista res periculo fuerunt, posse.

De pluribus heredibus unius litigatoris.

XLVIII. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

SI familiæ erciscundæ, vel communi dividundo, vel finium regundorum actum sit, & unus [76] ex litigatoribus decesserit pluribus heredibus relictis, non potest in partes judicium scindi: sed aut omnes heredes accipere id debent, aut dare unum procuratorem [77], in quem omnium nomine judicium agatur.

An repetitio detur adversus coheredem.

XLIX. ULPIANUS lib. II Disputationum.

QUi erat heres ex parte institutus, *testatorem* jussus à [78] Prætore *sepelire*, servum, cui erat testamento data libertas, ideo distraxit, duplamque promisit, & ex ea cautione conventus præstitit: Quæsitum est, an familiæ erciscundæ judicio consequatur, quod ex duplæ stipulatione abest? Primo [79] videamus, an hic debuerit duplam cavere? Et mihi videtur non debuisse [80]: * hi enim demum ad duplæ cautionem compelluntur, qui sponte sua distrahunt [81]: cæterum si officio distrahentis fungitur, non debet adstringi: non magis, quam si quis ad exsequendam sententiam à Prætore datus, distrahat [82]: nam & hic in ea conditione est, ne cogatur implere, quod coguntur hi, qui suo arbitrio distrahunt: nam *inter officium suscipientis, & voluntatem* [83] *distrahentis, multum interest*. Quapropter re quidem integra stipulationem duplæ interponere non debuit. Sed decernere Prætor debet, esse [84] actori adversus heredem existentem actionem ex empto, si res distracta fuisset evicta: si autem heres erravit, & cavit, & servus perveniat ad libertatem, stipulatio committetur [85]: quæ si fuerit commissa, æquum erit, utilem actionem ei adversus coheredem dari, defecto [86] judicio familiæ erciscundæ, ne in damno moretur: nam ut familiæ erciscundæ judicio agere quis possit, non tantum heredem esse oportet, verum ex ea causa agere, [vel conveniri,] quam gessit, quodque admisit, posteaquam heres effectus sit: cæterum [87] cessat familiæ erciscundæ actio: & ideo si [88], antequam quis sciret se heredem esse, in hereditate aliquid gesserit, familiæ erciscundæ judicio non erit locus: quia non animo heredis gessisse videtur. Quare, qui ante aditam hereditatem quid gessit, veluti si testatorem sepelivit [89], familiæ erciscundæ judicium non habet [90]. Sed si post aditam hereditatem id fecit, consequenter dicemus, familiæ erciscundæ judicio consequi eum posse sumptum, quem fecit in funus.

De eo, quod pater filio studiorum causa subministravit.

L. IDEM lib. VI Opinionum.

QUæ [91] pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi [92] animo pater misisse fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur.

De dotis præceptione. 1. De concursu hujus judicii, & petitionis hereditatis.

LI. JULIANUS lib. VIII Digestorum.

FUndus, qui dotis [93] nomine socero traditus fuerit, cum socer filium ex aliqua parte heredem instituerit, per arbitrum familiæ erciscundæ præcipi ita debet, ut ea causa filii sit, in qua futura esset, si dos per præceptionem legata fuisset: quare [94] fructus post litem contestatam percepti, ad eum redigendi sunt, habita ratione impensarum: qui vero ante litem contestatam percepti fuerint, æqualiter [95] ad omnes heredes pertinebunt: & impensarum ratio haberi debet: quia nullus casus intervenire potest, qui hoc genus deductionis impediat [96]. §. 1. Si ego à te hereditatem petere vellem, tu mecum familiæ erciscundæ agere, ex causa utrique nostrum mos gerendus est [97], nam si ego totam hereditatem possideo, & te ex parte dimidia heredem esse confiteor, sed à communione discedere volo, impetrare debeo familiæ erciscundæ judicium [98]: quia aliter dividi inter nos hereditas non potest. † Item si tu justam causam habes, propter quam per hereditatis petitionem potius, quam familiæ erciscundæ judicium, negotium distrahere velis, tibi quoque permittendum erit hereditatem petere: nam quædam veniunt in hereditatis petitionem, quæ in familiæ erciscundæ judicio non deducuntur, veluti si ego debitor hereditarius sim, judicio familiæ erciscundæ non [99] consequeris id, quod defuncto debui: per hereditatis petitionem consequeris.

De re, quam defunctus cum alio communem habuit. 1. De eo, quod ex rationibus penes se retinet is, quem testator liberum & heredem esse jusserit. 2. De compensatione condemnationum. 3. De rerum æstimatione.

LII. IDEM lib. II ad Ursеium Ferocem.

MÆvius, qui nos heredes fecit, rem communem habuit cum Attio: si cum Attio communi dividendo egissemus, & [100] nobis ea res adjudicata esset, venturam eam in familiæ erciscundæ judicio, Proculus ait. §. 1. Servus *liber* [1] *& heres esse* jussus, id, quod ex rationibus, quas patrifamilias gessisset, [&] penes se retineret, judicio familiæ erciscundæ, coheredibus suis præstabit.

§. 2. Arbiter familiæ erciscundæ inter me & te sumptus, quædam mihi, quædam tibi adjudicare volebat: pro his rebus alterum alteri condemnandos esse intelligebat: quæritum est, an possit pensatione [2] ultro citroque condemnationis facta, eum solum, cujus summa excederet, ejus duntaxat summæ, quæ ita excederet, damnare? Et placuit, posse id arbitrum facere. §. 3. Cum familiæ erciscundæ, vel communi dividundo agitur, universæ res æstimari debent, non singularum rerum partes [3].

De pecunia à filio credita.

LIII. ULPIANUS lib. II Responsorum.

PEcuniam, quam filius emancipatus ita credidit, ut patri solveretur, ita demum in hereditatem patris numerari, si patri adversus filium ejusdem quantitatis nomine actio competebat [4].

De re, cujus partem suam coheres alienavit.

LIV. NERATIUS lib. III Membranarum.

EX hereditate Lucii Titii, quæ mihi & tibi communis erat, fundi partem meam alienavi: deinde familiæ erciscundæ judicium inter nos acceptum est: neque ea pars, quæ mea fuit, in judicio veniet, cum alienata de hereditate exierit [5], neque tua, quia etiamsi remanet in pristino jure, hereditariaque est, tamen alienatione meæ partis exit de communione. Utrum autem unus heres suam partem non alienaverit, an plures, nihil interest: si modo aliqua portio alienata ab aliquo ex heredibus, hereditaria esse desiit.

De difficili divisione.

LV. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

SI familiæ erciscundæ, vel communi dividundo judicium agatur, & divisio tam difficilis [6] sit, ut pene impossibilis esse videatur, potest [7] judex in [8] unius personam totam condemnationem conferre, & adjudicare omnes res.

De fructibus.

LVI. PAULUS lib. XXIII ad Edictum.

NOn solum in finium regundorum, sed & familiæ erciscundæ [9] judicio, præteriti quoque temporis fructus veniunt.

Si fratres hoc judicio pendente hereditatem diviserint.

LVII. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

ARbitro [10] quoque accepto, fratres communem hereditatem con-

38 Nullitatis causam pertinere ad judicem, qui possit sententiam pro parte confirmare, pro parte nullam pronunciare, hinc colligit *Bart.*

39 Cur liberti in judicium familiæ erciscundæ non veniunt? an quia in bonis non censentur?

40 *l. 4. §. cod.* Goth. Adde *l. 8. h. t. l. 20. §. 1. l. 50. & l. 51. cod.* Anf.

41 *l. 52. §. 2. l. 57 §. cod.* v. Cujac. *observ. lib. 9. cap. 14.* Anf.

42 *l. 2. §. pen. §. cod. l. 8. §. tit. prox.*

43 *Apud* pro *ad*, ut *hic.* ut *ad* pro *apud*: dixi ad *l. 41. §. 10. §. de leg. 3.*

44 Adde *l. 13. §. de minoribus.*

45 Vide *l. ult. C. commun. divid.*

46 Vide in hanc leg. Cujac. 9 *observ. 14.*

47 Communi dividundo judicio requiri majores probationes dominii vel quasi, quam in judicio familiæ erciscundæ, hoc ex loco notat *Baldus.*

48 *l. 34. in fin. §. pro socio.*

49 Tuetur, qui vel exceptionem, aut actionem dat.

50 V. *l. 20. in fin. C. cod.*

51 Vide *l. 16. §. 4. §. cod.*

52 *l. 2. §. 3. §. cod. l. 11. in fin. §. de jurisdict. l. 13. §. de judiciis. l. 10. §. tit. prox. l. 37. in fin. §. de obligat. & act.*

53 V. quæ scripsi ad *Nov. 49. c. ult.*

54 *Ad inficiae lire*, est negare.

55 Vide *l. 25. §. 12. §. cod.*

56 Stipulatio facti dividui contra heredem facientem tantum committitur. *Bart.* adde *l. 4. §. 1. §. de verb. oblig.*

57 Vide *d. l. 25. §. 10. §. cod.* adde *l. 4. §. 1. §. de verbor. oblig.*

58 V. *l. 18. C. cod.*

59 Usufructus relictus uxori, donec ei dos solvatur, dote soluta amittitur.

60 Vide *l. 18. C. cod.*

61 Statuam ponere interdum heredes damnabantur à testatore: de quo *l. 7. §. de annuis legatis.*

62 Ut *d. l. 18. C. cod.*

63 *Al.* quod.

64 Familiæ erciscundæ judicium excludit titulus singularis.

65 Hoc enim judicium non datur, nisi inter eos, qui coheredes sunt. *l. 1. in fin. §. cod.*

66 Imo venit. *l. 16. in fin. §. cod.*

67 Et negligentem. *l. 25. §. ult. §. pro socio.*

68 Vide *l. 2. C. cod.*

69 Quamvis filii institutio pendeat, tamen mortuo patre interim dotem à suis coheredibus præcipiet.

70 Vide Cujac. 14 *obs.* 31.

71 *l. 56. §. 2. §. de jure dot.*

72 Legitima. *l. 16. in fin. §. de de tut.*

73 *l. 20. §. 2. §. cod. l. 65. in fin. §. pro socio. l. 2. C. hoc tit.*

74 *l. 19. in fin. §. cod.*

75 In successorem singularem necessarium instantia judicii evanit.

76 Plures heredes unius coheredis decedentis, pendente judicio familiæ erciscundæ, vice unius personæ habentur.

77 Imo pluribus in judicio familiæ erciscundæ non est permittendum unum procuratorem dare. *l. 42. §. 6. §. de procurator.*

78 Sepelire testatorem Prætor heredum ejus uni mandare potest.

79 Decisionis & disputationis Ulpiani initium.

80 Qui vendidit necessitate, de dupla promittere non tenetur, *Bart.* quod in licitationibus valde notandum est. vide *l. 13. §. cod.*

81 Adde *l. 13. l. 19. §. cod. l. 14. §. de condict. furtiva.*

82 Vel cesset à tutela, *l. 32. in fi. §. de minoribus.* vel solvat minori. *l. 7. §. 2. §. de minor.*

83 Voluntate. *Haloand.* Sensus est, multum interest voluntate quis distrahat, an officii suscepti necessitate ac munere.

84 Emptori.

85 Atqui ei, qui per errorem cavet: datur adversus agentem exceptio. vide *l. 4. in fin. §. si quis cautionibus.*

86 Destituto: quia destituitur judicio familiæ erciscundæ.

87 Alioquin.

88 Sepeliens mortuum, sumptus donare non videtur, *ut hic.* adde *l. pro herede. §. 1. §. de adquir. hereditat.*

89 *l. 16. §. 4. §. cod.*

90 Sed aliud *l. 14. §. 12. §. de relig.*

91 Studiorum causa sibi subministrata a patre, filius in portionem legitimam non imputat. Filius emancipatus in portionem suam non computat, quod ei a patre subministratum est peregre literis operam danti: nisi probatum fuerit, quod animo credendi subministraverit, non pietate ductus. *Synopf. Basil. cod. c. 30.* adde *l. 79. §. de verb. sign.*

92 Ut quia filio aliunde facultates suppetebant: tunc enim præsumitur parens de filii bonis has impensas potius fecisse, quam de suis, *arg. l. 34. §. de negotiis.* non ut pater, sed ut administrator: adde *l. fin. §. de petit. hered.* Interdum ergo impensæ filii causa in studiis factæ, conferendæ sunt, interdum non conferendæ. vide *l. 17. C. de collat.* ubi dixi.

93 V. *l. 2. C. cod.*

94 *l. 38. §. 14. §. de usuris.*

95 *l. 11. C. cod.*

96 *l. 7. §. solute matrimonio.*

97 Ut utrumque simul admitti possit, si præjudicium alteri non fiat. *Bart.*

98 *l. 1. §. cod.*

99 Cur ita? vide *l. 25. §. cod.*

100 Quod fuit defuncti, vel ejus occasione obvenit, in hoc judicium venit. *Bart.*

1 Vide *l. 41. §. de rebus creditis.*

2 Potest arbiter portiones heredum compensare, & eum, qui plus habeat cæteris, condemnare.

3 Æstimanda res est, prout valet tota, non prout valet divisa. *Bart.*

4 Adde *l. 9. §. pe; mult. §. de rebus creditis. 15.*

5 Imo, etsi alienata sit, ad officium tamen judicis pertinebit, ut eam partem, quæ testatoris fuit, tradi jubeat. *l. 25. §. 6. §. cod.*

6 §. 5. *versquod si commode. Inst. de officio judicis.*

7 *l. 22. §. 1. §. cod.*

8 ἐπὶ κεφαλῆς, uni res addicitur. *Synopsis Basilic. cod. c. 31.*

9 *l. 44. §. 3. §. cod. l. 9. l. 17. C. cod.*

10 Post litem contestatam apud arbitrum familiæ, fratres inter se possunt hereditatem dividere, eaque divisio non rescinditur, nisi quis eorum minor sit: ita Græci hanc legem reddunt. *Synopf. Basil. cod. cap. 53.* non rescinditur, inquam, hujusmodi divisio, etiamsi arbiter sumptus sententiam non dixerit.

consensu dividentes, pietatis [11] officio funguntur, quam revocari non oportet [12], licet arbiter sententiam jurgio peremptо non dixerit, si non intercedat ætatis [13] auxilium.

11 Pii sunt fratres qui hereditatem paternam inter se dividunt, vel nullo petito, aut adsumpto arbitro, quo eminunt arbitri. *c. 10. ff. quæ sit fidei.*

vel etiam adsumpto aliquo tamen arbiter ipse dividat: Pii sunt, & cum prævenunt arbitri sumpti sententiam. 12 Negat ab ea sententia appellari posse videtur. *l. 9.*

13 *l. 34. in fin. ff. de minor.*

Tit. III.

COMMUNI DIVIDUNDO.

Ratio hujus actionis. de rebus non communibus.

1. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

COmmuni dividundo judicium ideo necessarium fuit [2], quod *pro socio* actio magis [3] ad personales invicem præstationes pertinet, quam ad communium rerum divisionem [4]. Denique cessat communi dividundo judicium, si res communis non sit [5].

De societate, de actore & reo.

11. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

NIhil autem interest, cum societate, an sine [6] societate res inter aliquos communis sit: nam utroque casu locus est communi dividundo judicio. Cum societate res communis est, [veluti] inter eos, qui pariter [7] eandem rem emerunt [8]: sine societate communis est, [veluti] inter eos, quibus eadem res testamento legata est [9]. §. 1. In tribus istis duplicibus [10] judiciis, familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum, quæritur, quis actor intelligatur? quia par causa omnium videtur [11]. Sed magis placuit, eum videri actorem, qui ad judicium provocasset [12].

De re, & præstationibus. 1. De pacto.

111. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

IN communi dividundo judicio nihil pervenit ultra [13] divisionem rerum ipsarum, quæ communes sunt: & si quid in his damni datum factumve est, sive quid eo nomine aut abest alicui sociorum [14], aut ad eum pervenit ex re communi [15]. §. 1. Si quid ipsi sine dolo malo [16] inter se pepigerunt, id in primis & familiæ erciscundæ & communi dividundo judex servare debet.

De rebus corporalibus nostris, de hereditate. 1. De puteo. 2. Quale sit hoc judicium. De re omissa, & hoc judicio iterando. 3. De re & præstationibus. 4. De damno infecto.

IV. Idem lib. XIX ad Edictum.

PEr hoc judicium [17] corporalium rerum fit divisio, quarum rerum dominium habemus: non etiam hereditatis. §. 1. De puteo quæritur, an communi dividundo judicio agi possit? Et ait Mela, ita demum posse, si [18] solum ejus commune sit.

§. 2. Hoc judicium bonæ fidei est [19]: Quare, si una res indivisa relicta sit, valebit utique [&] cæterarum divisio, & poterit iterum [20] communi dividundo agi de ea, quæ indivisa mansit.

§. 3. Sicut autem ipsius rei divisio venit in communi dividundo judicio, ita etiam *præstationes* [21] veniunt: & ideo si quis impensas [22] fecerit, consequatur. Sed si non cum ipso socio agat, sed cum herede socii, Labeo recte existimat, impensas & fructus a defuncto perceptos venire. † Plane, fructus ante [23] percepti, quam res communis esset, vel sumptus ante factı, in communi dividundo judicium non veniunt. §. 4. Ea propter scribit Julianus, si missi in possessionem damni infecti simus, &, antequam *possidere* juberemur, ego insulam fulsero, sumptum istum communi dividundo judicio consequi me non posse [24].

v. Julianus lib. II ad Urseium Ferocem.

SEd si res non defenderetur, & ideo jussi sumus à Prætore *eas ædes possidere*, & ex [25] hoc dominium earum nancisceremur [26], respondit Proculus, communi dividundo judicio partem ejus impensæ me servaturum esse.

De errore in persona socii. 1. Si quis partem suam alienaverit. 2. De locatione & cultura fundi communi. Quid interfit inter hanc & negotiorum gestorum actionem. 3. De impensis. 4. De partu. 5. De accessione & decessione post judicium acceptum. 6. De illatione mortui. 7. De cautione damni infecti. 8. De oppignoratione rei communi. 9. Si socius socio partem suam pignori dederit. 10. De adjudicatione. 11. Collato familiæ erciscundæ, & hujus judicii. 12. De novi operis nunciatione.

VI. Ulpianus lib. XIX ad Edictum.

SI quis putans [27] sibi cum Titio fundum communem esse, fructus perceperit, vel sumptum fecerit, cum esset cum alio communis, agi poterit [utili] communi dividundo judicio.

§. 1. Quare & si fundum Titius alienaverit, licet hic communi dividundo judicio locus non sit, quia a communione discessum est, utili tamen locum futurum [28]: quod datur de præstationibus, quotiens communis esse desiit. §. 2. Sive autem locando fundum communem, sive colendo, de fundo communi quid socius consecurus sit, communi dividundo judicio tenebitur [29]: & si quidem communi nomine id fecit, neque lucrum neque damnum sentire eum oportet: si vero non communi nomine, sed ut [30] lucretur [31] solus, magis esse oportet, ut & damnum ad ipsum respiciat. Hoc autem ideo præstat communi dividundo judicio, quia videtur partem suam non potuisse expedite locare. Cæterum, non alias communi dividundo judicio locus erit (ut & Papinianus scribit) nisi id demum gessit, sine quo partem suam recte administrare non potuit: alioquin, si potuit, habet negotiorum gestorum [32] actionem, eaque tenetur. §. 3. Si quid, post acceptum communi dividundo judicium, fuerit impensum, Nerva recte existimat, etiam hoc venire. §. 4. Sed & partum venire, Sabinus & Atilicinus responderunt. §. 5. Sed & accessionem & decessionem hoc judicium accipere iidem existimaverunt. §. 6. Si quis in communem locum mortuum intulerit, an religiosum fecerit, videndum [est]? Sane, jus quidem inferendi in sepulchrum unicuique in solidum competit [33]: locum autem purum alter non potest facere religiosum. Trebatius autem, & Labeo, quanquam putant non esse locum religiosum factum, tamen putant in factum agendum [34]. §. 7. Si damni infecti in solidum prædibus [35] cautum sit, Labeo ait, communi dividundo judicium tibi non esse cum necesse tibi non fuerit in solidum cavere [36]: sed sufficere pro parte tua. Quæ sententia vera est. §. 8. Si fundus communis nobis sit, sed pignori datus à me, venit quidem in communi dividundo: sed jus pignoris creditori manebit [37], etiamsi adjudicatus fuerit: nam & si pars socio tradita fuisset, integrum maneret. Arbitrum autem communi dividundo hoc minoris [38] partem æstimare debere, quod ex pacto vendere eam rem creditor potest, Julianus ait. §. 9. Idem [Julianus] scribit, si is, cum quo servum communem habebam, partem suam mihi pignori [39] dederit, & communi dividundo agere cœperit, pigneratitia exceptione eum summoveri debere: sed, si exceptione usus non fuero, officium judicis erit, ut, cum debitori totum hominem adjudicaverit, partis æstimatione eum condemnet: manere enim integrum jus pignoris. Quod si adjudicaverit judex mihi, tanti duntaxat me condemnet, quanto pluris pignus sit, quam pecunia credita, & debitorem à me jubeat liberari. §. 10. Officio judicis etiam talis adjudicatio fieri potest, ut alteri fundum, alteri usumfructum adjudicet [40]. §. 11. Cætera eadem [41] sunt, quæ in familiæ erciscundæ judicio tractavimus [42]. §. 12. Urseius ait, cum in communi ædificio vicinus nunciavit, *ne quid operis fieret*, si unus ex sociis ex hac causa damnatus fuisset [43], posse eam pœnam à socio pro parte servare. Julianus autem recte notat, ita demum hoc verum esse, si interfuit ædium hoc fieri.

De agro vectigali. 1. De adjudicatione & servitute imponenda. 2. De eo, cui competit Publiciana. 3. De eo, cui non datur vindicatio. 4. De prædone, de precario vel clandestina possessione. 5. Si is, qui provocat, dicatur vi, aut precario, aut clam possidere. 6. De pignore. 7. De usufructu. 8. De his, qui missi sunt in possessionem legatorum servandorum causa. de duobus ventribus. 9. Damni infecti. 10. De usufructu. 11. De colonis, & depositariis. 12. De pignore. 13. De parte prædii communis pignerata aut venditа, & de cæteris judiciis.

VII. Idem lib. XX ad Edictum.

COmmuni dividundo judicium locum habet & in vectigali agro. † Vectigalis [44] ager an regionibus dividi possit, videndum? Magis autem debet judex abstinere hujusmodi divisione: alioquin [45] præstatio vectigalis confundetur [46]. §. 1. Neratius scribit: arbitrum, si regionibus fundum non vectigalem divisum duobus adjudicaverit, posse, quasi in duobus fundis, servitutem imponere [47]. §. 2. Qui in rem Publicianam habent, etiam communi dividundo judicium possunt exercere. §. 3. Ex quibusdam autem causis vindicatio cessat: si tamen justa causa est possidendi, utile communi dividundo competit: utputa si ex causa indebiti soluti res possideatur [48]. §. 4. Inter prædones autem hoc judicium locum non habet [49]: nec, si precario possideant, locum habebit: nec, si clam: quia injusta est possessio ista [50]: precaria vero, justa quidem, sed quæ non pergat ad judicii vigorem [51].

§. 5. Julianus scribit, si alter possessor provocet, alter dicat eum vi possidere, non debere hoc judicium dari, nec post annum quidem: quia placuit, etiam [52] post annum in eum, qui vi dejecit, interdictum reddi, &, si precario (inquit) dicas eum possidere, adhuc cessabit hoc judicium: quia & de precario interdictum datur [53]. Sed & si clam dicatur possidere qui provocat, dicendum esse ait, cessare hoc judicium: nam de clandestina possessione competere interdictum inquit. §. 6. Si duo sint, qui rem pignori acceperunt, æquissimum esse, utile communi dividundo judicium dari [54]. §. 7. Sed & si de usufructu sit inter duos controversia, dari debet [55]. §. 8. Item si duo à Prætore missi sint in possessionem legatorum: est enim justa causa possidendi, custodiæ gratia [56]. Ergo, & si duo ventres [57], idem erit dicendum. Quod habet rationem. §. 9. Plane, si jam damni infecti missus jussus sit possidere, non erit huic utili judicio locus, cum vindicationem habere possit. §. 10. Cum de usufructu [58] communi dividundo judicium agitur, judex officium suum ita diriget, ut vel regionibus [59] ejus uti frui permittat, vel locet usumfructum uni [ex illis], vel tertiæ personæ, ut hi pensiones sine ulla controversia percipiant [60]: vel si res mobiles sint, etiam sic poterit, ut inter eos conveniat, caveantque, per tempora [61] se usuros & fruituros: hoc est, ut apud singulos mutua vice certo tempore sit ususfructus [62].

§. 11. Neque colonis [63], neque eis, qui depositum susceperunt, hoc judicium competit, quamvis naturaliter possideant [64].

§. 12. Inter eos, qui pignori acceperunt, talis [65] divisio fieri debet, ut non vero pretio æstimetur pars, sed in tantum duntaxat, quantum pro ea parte debetur, & adsignetur quidem pignus uni ex creditoribus, licentia tamen non denegetur debitori, debitum offerre, & pignus suum luere. † Idemque dicitur & [si] possessor pignoris, litis æstimationem pigneratitiam [66] in rem agenti offerat [67]. §. 13. Si debitor communis prædii partem pignori dedit, & à domino alterius partis provocatus creditor ejus, aut ab alio creditore alterius debitoris, licendo superavit, & debitor ejus, cui res fuit adjudicata, velit partem suam prædii reciperare, soluto eo quod ipse debuit, eleganter dicitur, non esse audiendum, nisi & eam partem paratus sit reciperare, quam creditor per adjudicationem emit. Nam & [68] si partem vendideris rei, & prius quam traderes emptori, communi dividundo judicio provocatus fueris, aliaque pars tibi adjudicata sit, consequenter dicitur, ex empto agi non posse: nisi totam rem suscipere fuerit paratus: quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit. Quinimo etiam ex vendito posse conveniri emptorem, ut recipiat totum. Solum illud spectandum erit, num forte fraus aliqua venditoris intervenit. † Sed & si, distracta parte, cesserit victus licitatione venditor, æque, pretium ut restituat, ex empto tenebitur. † Hæc eadem & in mandato cæterisque hujus generis judiciis servantur.

Si non omnes dividere desiderant. 1. De parte incerta. 2. De re communi deteriorata. 3. De causa noxali. 4. De peculio.

VIII. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

ETsi non omnes [69], qui rem communem habent, sed certi ex his dividere desiderant, hoc judicium inter eos accipi potest.

§. 1. Si

---

2 III. Cxxvii. §. 3. *Inst. de oblig. quæ ex quasi contr.* Synops. Basilic. 12. tit. 2. περι κοινων πραγματων, &c.

3 Inter judicium familiæ erciscundæ (licet, quo dividuntur res universæ, *l. 4. ff. eod.* & præter actionem pro socio, &c.

3 Personales præstationes hic dicuntur, quæ in *l. 22 §. 4. ff. famil. ercisc.* præstationes, & personales actiones.

4 Id est, nomium rationem habet, & adjudicationem non admittit. *l. 43 ff. pro socio.*

5 *l. 9. C. communi: utrinque jud.* & è contra, si res communis sit inter aliquos, sine societate tamen, hoc judicium orietur. § 3. *Inst. de obligat. quæ ex quasi contractu.*

6 § 3. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contractu.*

7 Animo societatis contrahendæ.

8 *l. 31. ff. pro socio.*

9 *d. §. 3.*

10 Duplicia judicia, in quibus uterque actor est, & uterque reus.

11 Cum dominio, tum possessione.

12 Vide *l. 13. l. 29. ff. de judic.* quod si ambo provocant, sorte res decerni solet.

13 *l. 3. l. 4. C. eod.*

14 Ut sumptus, impensæ & impendia. *l. 4. §. 3. l. 14. §. 1. ff. eod. l. 4. in fin. C. eod.*

15 Ut fructus: idque maxime, si dolo & culpa. *d. l. 4. in fin.*

16 Puta, ut æqualiter lucrentur. *arg. l. 6. §. 2. ff. eod.* Pacta autem nuda in hoc judicio valebunt ad exceptionem. *l. 45. ff. de pact.*

17 Directum: nam utili judicio res incorporales veniunt. *l. 19. in fin. ff. eod.* vid. *l. 13. ff. eod.*

18 Quorum commune solum est, eorum & res solo cohærentes sunt communes.

19 *l. 14. §. 1. ff. eod. §. 28. Inst. de act.*

20 Id non est in judicio familiæ erciscundæ, quod semel competit. *l. 20. §. 4. ff. tit. prox.*

21 *l. 22. §. 4. ff. tit. prox.*

22 Vide *l. 14. §. 1. ff. eod.*

23 Adde §. 4. ff. *eod. facit l. 49. in fin. ff. familiæ.*

24 Quia strictо jure, qui ex primo decreto mittuntur in possessionem, umbram potius communionis, quam communionem habent: ex æquo & bono aliud est: eoque pertinet *l. 15. §. 20. ff. de damno.*

25 Dominium transfertur ex secundo decreto. vide *l. 5. ff. de damno.* 26 Ex Decreto secundo sententia dominium transfert. *d. l. 5. ff. de damno.* 27 *l. 14. §. 1. vers. diversum. l. 29 ff. eod.*

28 Utile communi dividundo judicium datur, quoties communis esse res desiit, pertinetque ad præstationes. Datur itaque hoc judicium principaliter ad petendam divisionem, sed tamen in illud incidunt præstationes: ita ex contrario actio pro socio principaliter ad præstationes personales refertur, interim tamen divisionis effectum adfert. 29 Fructus in hoc judicium veniunt, sive immediate percipiantur à socio, sive locentur colono nomine communi. *Bart.* 30 Vide *l. 5. C. de ædificiis privatis.* 31 Si fructus rei communis locantur nomine proprio, damnum ad locatorem spectat, lucrum vero est commune. *Bart.* 32 Communi dividundo judicium exerceri non potest, nisi demum gesserit socius aliquid, sine quo partem suam recte administrare non potuit: si potuit, tunc negotiorum gestorum aget. *l. 40. in fin. ff. de negot.* 33 Quoniam sepulchro ad hoc utimur. *l. 2. §. 2. l. 6. ff. de religiosis.*

34 Adhibi pro socio. *l. 30 ff. pro socio.* adhibi familiæ & communi dividundo. *l. 2. §. 1. ff. de religiosis.*

35 Pro adhibus. *Holland.*

36 Imo in solidum caveri oportuit. vide *l. 23. ff. de damno.*

37 Vide *l. 7. in fin. ff. quibus modis pignus.*

38 Res eo ipso minoris æstimatur, quod ab extraneo, puta creditore, vendi potest, *ut hic.* per contrarium, res majoris eo æstimabuntur, quod nulli extraneo jus sit earum distrahendarum.

39 Creditor habens pignus debitoris non potest à debitore ad judicium communi dividundo provocari. distinctionem tamen, quæ hic proponitur, observa.

40 *l. 16. §. 1. ff. tit. prox. l. 6. §. 1. ff. de usufructu.*

41 Excipe *l. 4. §. 2. ff. eod.*

42 *l. 19. in fin. ff. eod.*

43 Ut quia citra voluntatem socii: alias uni facta denunciatio, omnibus facta intelligitur. *l. 5. §. si plurium. ff. de novi operis.*

44 De quo *ff. tit. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius.*

45 Vide *l. 3. ff. familiæ.*

46 Id est, agri potest non solum, ut dividatur res privata, verumetiam publica, veluti vectigalis ager: solum hoc interest, quod fundus non vectigalis regionibus possit dividi: vectigalis, non item: ne confundatur census præstatio, propter varietatem partium, quæ plerunque est incommoda. *l. 3. §. sit. prox. l. 3. ff. de aliment.*

47 *l. 22. §. 3. ff. familiæ*

48 Bona fide: tunc enim res usucapi potest. vide *l. 3. ff. pro socio.*

49 Res in hoc judicio communes esse oportet ex honesta causa. facit *l. 3. in fin. ff. eod.*

50 Clam possessio injusta est. *arg. l. 3. ff. uti possidetis.*

51 Nam qui precario possidet, non est dominus, *l. 13. §. 1. ff. de Publiciana.* agere tamen potest interdicto *uti possidetis*, quia ex justa causa possidet. *d. l. 3.*

52 *l. 1. l. 3. §. 12. ff. de vi & vi.*

53 Non datur provocanti hæc actio, nisi causa possessionis prius cognita.

54 Duo creditores communi dividundo judicio agere possunt, *ut hic.* vide §. 12. ff. *eod.* & familiæ erciscundæ. *l. 29. ff. familiæ.*

55 Inter duos fructuarios hoc judicium redditur. *l. 13. §. 3. ff. de usufruct. l. 4. in fin. ff. de aqua quotidiana.*

56 Possidet enim prætore autore. Talis possessio justa est. *l. 11. ff. de adquir. possess.* 57 Si uni & eidem Titio duæ sint gravidæ uxores, ambæ mittuntur in possessionem. 58 *V. l. 13. ff. eod.* 59 *l. 3. C. eod.* 60 Potest enim pensio annua inter eos commode dividi, vel etiam divisim solvi. 61 *l. 4. l. 5. ff. de aqua quotid.* 62 Per hanc autem divisionem usufructui nihil adimitur, sed commoditas ejus unicuique distribuitur quoad ejus fieri potest.

63 De *colono* adde *l. 2. §. 1. ff. pro emptore.* 64 Coloni, inquilini, & depositarii naturaliter possident, id est, rem detinent & habent, *ut hic & l. 3. in fin. l. 4. ff. ad exhibend.* alias non sibi, sed alteri possident, & licet sint in prædio, non possident tamen, *l. 9. in fin. ff. de rei vind. l. 52. ff. de adq. possess. l. 6. §. 2. ff. de precario.* adde *l. 38. §. 10. ff. de usufr. l. 2. C. de præscr. triginta.* & cognitur dominum nominare. *l. 2. C. ubi in rem.* 65 De qua vide *l. 50 ff. de furtis.* 66 *Al.* pignoratitia.

67 Hoc judicio pignus uni creditorum adsignari potest, ut ab eo debitor pignus luat, utque eo soluto correo credendi pars crediti sua restituatur. 68 Vide *l. 13. §. 17 ff. de act. empt.* 69 Unus etiam arbitrum communi dividundo petere potest. vide *l. 43. ff. tit. prox.*

§. 1. Si incertum sit, an lex Falcidia locum habeat, inter legatarium & heredem communi dividundo agi potest: aut incertæ [70] partis vindicatio datur. † Similiter fit, & si peculium legatum sit: quia, in quantum res peculiares deminuit, id quod domino debetur, incertum est. §. 2. Venit in communi dividundo judicium, etiam si quis rem communem deteriorem fecerit [71]: forte servum vulnerando, aut animum ejus corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo. §. 3. Si communis servi gratia, noxæ nomine plus præstiterit [72], æstimabitur servus, & ejus partem consequetur. §. 4. Item si unus in solidum de peculio conventus [73], & damnatus sit, est cum socio communi dividundo actio, ut partem peculii consequatur.

IX. Africanus lib. VII Quæstionum.

Sed postquam socius, servi communis nomine, de peculio in solidum damnatus esset, si apud socium res peculiares intercidant [74], nihilominus utile erit judicium communi dividundo, ad recuperandam partem pecuniæ: alioquin iniquum fore, si tota ea res ad damnum ejus, qui judicium acceperit, pertineat, cum utriusque [75] domini periculum in rebus peculiaribus esse debeat: Nam & eum, qui mandatu domini defensionem servi susceperit, omne, quod bona fide præstiterit, servaturum, quamvis peculium postea interciderit [76]. Hæc ita, si neutrius culpa intervenerit. Etenim dominum, cum quo de peculio agitur, si paratus sit rebus peculiaribus petitori cedere [77], ex causa audiendum putavit: scilicet, si sine dolo malo & frustratione id faciat.

De eo, quod defunctus in re communi admisit. 1. De usu. 2. De æstimatione, de evictione.

X. Paulus lib. XXIII ad Edictum.

Item [78], quamvis legis Aquiliæ actio in heredem [79] non competat, tamen hoc judicio heres socii præstet [80], si quid defunctus in re communi admisit: quo nomine legis Aquiliæ actio nascitur.

§. 1. Si usus tantum noster sit, qui neque venire [81], neque locari potest, quemadmodum divisio potest fieri in communi dividundo judicio, videamus? Sed Prætor interveniet: & rem emendabit: ut, si judex alteri usum adjudicaverit, non videatur alter, qui mercedem accepit, non uti: quasi plus faciat, qui videtur frui: quia hoc propter necessitatem fit. §. 2. In communi dividundo judicio, justo [82] pretio rem æstimare debebit judex: & *de evictione* [83] quoque cavendum erit.

De præstationibus personalibus, re communi extincta.

XI. Gaius lib. VII ad Edictum provinciale.

In summa admonendi sumus: quod, si post interitum rei communis is, cui aliquid ex communione præstari oportet, eo nomine agere velit, communi dividundo judicium utile datur [84]: veluti si actor impensas aliquas in rem communem fecit, sive socius ejus solus aliquid ex ea re lucratus est, velut operas servi mercedesve, hoc judicio eorum omnium ratio habetur.

De ædibus, aut pariete.

XII. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

Si ædes communes sint, aut paries communis, & eum reficere, vel demolire [85], vel in eum immittere quid opus sit, communi dividundo judicio erit agendum [86], aut interdicto [87] *uti possidetis* experimur.

De rebus exceptis, vel non.

XIII. Idem lib. LXXV ad Edictum.

In judicium communi dividundo omnes res [88] veniunt: nisi si quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim, ne veniat.

De eo, qui scit aut ignorat se habere socium. 2. De pacto.

XIV. Paulus lib. III ad Plautium.

In hoc judicium [hoc] venit, quod communi nomine actum est aut agi debuit ab eo, qui scit se socium habere. §. 1. Impendia [89] autem, quæ, dum proprium meum fundum existimo, feci, quæ scilicet, si vindicaretur fundi pars, per exceptionem doli retinere possem, an etiam, si communi dividundo judicio mecum agetur, æquitate ipsius judicii retinere possim, considerandum est? Quod quidem magis puto: quia bonæ fidei judicium est communi dividundo [90]: Sed hoc ita, si mecum agatur. Cæterum, si alienavero partem meam, non erit unde retinere possim. Sed is, qui à me emerit, an retinere possit, videndum est: nam [&] si vindicaretur ab eo pars, impendiorum nomine, quæ ego feci sem; ita. ut ego, poterat retentionem facere? & verius est, ut & in hac specie expensæ retineantur [91]. Quæ cum ita sint, rectissime dicitur, etiam impendiorum nomine utile judicium dari debere mihi in socium, etiam manente rei communione. † Diversum est enim, cum quasi in rem meam impendo, quæ sit aliena, aut communis: hoc enim casu, ubi quasi [92] in rem meam impendo, tantum retentionem [93] habeo [94]: quia neminem mihi obligare volui. At cum puto rem Titii esse, quæ sit Mævii, aut esse mihi communem cum alio, quam est; id ago, ut alium mihi obligem: & sicut negotiorum gestorum actio datur adversus eum, cujus negotia curavi, cum putarem alterius ea esse, ita & in proposito. Igitur & si abalienavero prædium, quia in ea causa fuit, ut mihi actio dari deberet, danda mihi erit (ut Julianus quoque scribit) negotiorum gestorum actio.

§. 2. Si conveniat, *ne omnino* [95] *dividio fiat* [96], hujusmodi pactum nullas vires habere, manifestissimum est [97]. Sin [98] autem *intra* [99] *certum tempus*, quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet.

§. 3. Si inter socios convenisset, *ne intra certum tempus societas divideretur*, quin vendere [100] liceat ei, qui tali conventione tenetur, non est dubium: Quare emptor quoque communi dividundo agendo, eadem exceptione summovebitur, qua auctor ejus summoveretur. §. 4. Si paciscatur socius, *ne partem suam petat*, effectu tollitur societas [1].

De solutione ob servum communem.

XV. Idem lib. V ad Plautium.

Si socius servi communis nomine conventus, & condemnatus sit, aget communi dividundo, & antequam [2] præstet: nam, & si noxali judicio cum uno actum sit, statim aget cum socio, *ut ei pars traderetur* [3]: cautionibus interpositis, *ut, si non dederit, redder* [4].

De eo, quod sub condtione debetur.

XVI. Idem lib. VI ad Plautium.

Cum socii dividunt societatem, de eo, quod sub conditione deberetur [5], cautiones intervenire solent.

Si coheres fundum comparavit à creditore.

XVII. Modestinus lib. IX Regularum.

Qui coheredes habet, si fundum pignori datum à testatore suo, compraverit à creditore [6], non debet a coheredibus judicio communi dividundo conveniri.

De servitute imponenda, & de potestate judicis.

XVIII. Javolenus lib. II Epistolarum.

Ut fundus hereditarius fundo non hereditario serviat, arbiter disponere non potest [7]: quia ultra id, quod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest [8].

De his, quæ sunt in confinio. 1. De vestibulo. 2. De via, & impensis in eam factis. 3. De servo, qui in fuga est. 4. De aquæductu.

XIX. Paulus lib. VI ad Sabinum.

Arbor, quæ in confinio nata [9] est: item lapis, qui per utrumque fundum extenditur, quamdiu cohæret fundo, è regione cujusque finium, utriusque sunt: nec in communi dividundo judicium veniunt: sed cum aut lapis exemptus, aut arbor eruta, vel succisa est, communis pro indiviso fiet: & veniet in communi dividundo judicium: nam quod erat finitis partibus, rursus confunditur. Quare duabus massis duorum dominorum constatis, tota massa communis est [10], etiam si aliquid ex prima specie separatum maneat: ita arbor & lapis separatus à fundo, confundit jus dominii. §. 1. De [11] vestibulo [12] communi binarum ædium arbiter communi dividundo invito utrolibet dari non debet: quia * qui de vestibulo [13] liceri cogitur, necesse habet interdum totarum ædium pretium facere, si alias aditum non habet [14]. §. 2. Si per eundem locum via nobis debeatur, & in eam impensa facta sit, durius ait Pomponius communi dividundo vel pro socio agi posse: Quæ enim communio juris [15] separatim intelligi potest? Sed negotiorum gestorum agendum [16]. §. 3. Judex communi dividundo, item familiæ erciscundæ, de servo, qui in fuga est [17], jubere debet liceri eos, inter quos judex est: & tunc eum adjudicare * ei *, penes quem licitatio remansit: nec erit periculum, ne ex Senatusconsulto pœna legis Aviæ committatur. §. 4. Aquarum iter [18] in judicium communi dividundo non venire, Labeo ait: nam aut ipsius fundi est; & ideo in judicium non venit: aut separatum à fundo, divisum tamen aut mensura, aut temporibus [19]. Sed possunt jura interdum & separata à fundo esse: [&] nec mensura [20] nec temporibus divisa: veluti cum is, cujus fuerunt, plures heredes reliquit. Quod cum accidit, consentaneum est & ea in arbitrio familiæ erciscundæ venire: Nec videre inquit Pomponius, quare [21] minus in communi dividundo, quam familiæ erciscundæ judicium veniat. Igitur in hujusmodi speciebus [etiam] in communi dividundo judicio venit, ut præfata jura aut mensura aut temporibus dividantur [22].

De damno, quod culpa socii contigit.

XX. Pomponius lib. XIII ad Sabinum.

Si is, cum quo fundum communem habes, ad delictum [23] non respondit, & ob id motu [24] judicis villa diruta est, aut arbusta succisa sunt, præstabitur tibi [25] detrimentum [26] judicio communi dividundo. *Quidquid enim culpa socii amissum est, eo judicio continetur.*

De officio Judicis.

XXI. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Judicem in prædiis dividundis, quod omnibus utilissimum [27] est, vel quod malint litigatores, sequi convenit.

Si quis suo & vicini nomine ædificet.

XXII. Pomponius lib. XXXIII ad Sabinum.

Si [28] meo & vicini nomine parietem ædificem, vel repetiturus ab eo pro parte impensam, vel donationis gratia [29], communis fiet paries.

Si convenerit inter socios, ut fructus alternis annis perciperent.

XXIII. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

Si convenerit inter te & socium tuum, *ut alternis annis fructum percaperetis*, & non patiatur te socius tui anni fructum percipere, videndum, utrum ex conducto sit actio, an vero communi dividundo? † Eadem quæstio est & si socius, qui convenerat, *ut alternis annis frueretur*, pecus immisit [30], & effecit, ut futuri anni fructus, quos socium percipere oportuit, corrumperentur? Et puto magis communi dividundo judicium, quam ex conducto locum habere: Quæ enim locatio est, cum merces non interesserit [31]? aut certe actionem incerti civilem reddendam.

De acquisitis à servo communi. 1. De alienatione judicii mutandi causa.

XXIV. Julianus lib. VIII Digestorum.

Communis servus si ex re alterius dominorum adquisierit, nihilominus [32] commune id erit: sed is, ex cujus re adquisitum fuerit, communi dividundo judicio eam summam percipere [33] potest: Quia fidei bonæ convenit, ut unusquisque præcipuum [34] habeat, quod ex re ejus servus adquisierit. §. 1. Cum agere tecum communi dividundo vellem, partem tuam Titio tradidisti, mutandi [35] judicii causa: Teneris mihi Prætoria actione, quod fecisses, ne tecum communi dividundo ageretur.

De solutione servi communis nomine.

XXV. Idem lib. XII Digestorum.

Si Stichus communis meus & tuus servus habuerit Pamphilum vicarium aureorum decem, & mecum actum de peculio fuerit, con-

---

70 *l.76. §. 1. ff. de rei vind.*

71 Ut *Sarciat* damnum, qui rem communem fecit deteriorem, agi potest hoc judicio.

72 Actori scilicet, quam pro sua parte, superfluum illud socius à socio repetet. vide *l.15. ff. cod.* si unus sociorum condemnatus plus parte sua solvit, id judicio communi dividundo à socio potest repetere. *l. 27. in fin. ff. de pecul.*

73 Potest enim in solidum conveniri. *l. 4. ff. si ex noxali.*

74 *l. 25. ff. eod.* vide *l.31. ff. famil.*

75 Peculii communis periculum commune.

76 *arg. l.37. l.50. ff. mandati.*

77 Potest autem cedere ante judicium noxale acceptum. *l. 8. ff. de noxalibus.*

78 *Synopf. Basil. cod. c.10. §. 13.*

79 *l. 23. §. 8. ff. ad l. Aquil.*

80 *Al.* præstat.

81 Vide *l. 8. ff. de usu.*

82 De justo pretio dixi ad *l.50. ff. de furtis.*

83 In hac actione judex ex officio suo, justo pretio rem æstimari, & alterum alteri de evictione cavere jubet.

84 Post interitum rei communis, agitur utiliter ad expensas: vel ad id, quod socius ex ea re quam periret, lucratus est.

85 *Al.* demoliri: & sic in re communi invito socio ea agere licet, quæ pertinent ad eum usum, ad quem res communis destinata est, *ut hic.* secus, si ad abusum, ut *l. 28. ff. eod.*

86 Ex necessaria causa, ut quia non erat idoneus, *l. 35. ff. de damno.* eamque ob causam socius expensas repetet. *l.4. C. de ædif. privatis.* quas minuit vetustas parietis pretium. *l. 38. in fin. l. 39. in fin. ff. de damno.*

87 *l. 3. §. 9. ff. uti possidetis.* adde *Synopf. Basil. 58. tit. 17. c. 3. 2 Harmenop. 4. §. 81.*

88 Corporales. *l. 8. ff. eod.* idque directo: servitus vero personalis, *l. 7. §. 10. ff. eod.* & realis, *l. 19. §. 4. ff. eod.* judicio utili: nam incorporalia per se dividi non possunt.

89 *l. 3. l. 4. §. 3. ff. eod. l. 4. in fin. C. eod. l. 11. ff. eod.*

90 Vide *l.4. §. 2. ff. eod.*

91 Singularis successor retentionem habet propter expensas factas à suo autore. *Zas.* & a seipso. *l. 45. §. 1. ff. de act empt.*

92 Idem vide *l. 29. vers. diversa. ff. eod.*

93 Imo, quoties proprium negotium gerimus, retentione non utimur. *l. 58. §. 2. in fin. ff. ad Trebell.*

94 Si merum jus spectamus scilicet: alias ex æquo datur competitque actio. Molin. *in consuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. n. 110.*

95 Quid? valetne pactum, ut non fiat divisio ad 30, 40 vel 100 annos? Albericus valere putat, quem vide *hac lege.*

96 Vel societas dissolvatur. *l. 70. ff. pro socio.*

97 Secus, si quis paciscatur, ne socius partem suam petat. v. §. *ult. ff. eod.*

98 *Forte sic commodius legitur*, sin autem, ut ne intra certum tempus. Vel dic, de illo pacto hic agi, ut intra certum tempus divisio fiat.

99 *l.14. ff. pro socio.*

100 Vide *l.16. in fin. ff. pro socio.*

1 His verbis inducitur remissio totius juris, quod socius habet in parte sua.

2 Nam post condemnationem, & solutionem eo nomine factam, potest. *l. 8. §. 3. 4. ff. eod.*

3 *Al.* Tradatur.

4 *Al.* reddat.

5 *l. 27. l. 28. ff. pro socio.*

6 Cui testator vendendi potestatem fecerat: potest autem quilibet cum tota re ejus partem suam emere. vide *l. 13. in fin ff. de in diem.*

7 *l. 22. §. 3. ff. fam.*

8 Id est, sententia naturæ petitionis, & libelli aptanda est. alias non hoc inniteretur, judicem juxta petitionem judicare cogi. Si igitur libellus, & sententia discrepent, sententia nulla fuerit. *l. ult. C. de fideicommiſſ. libert.* discrepant autem, si judex actori plus tribuit, quam petit. §. 24. *Inſt. de action.* vide Oldend. *in tract. de ſent. c. 7.* An id locum habet in criminalibus? non habet. vide Minsing. 4 *obſ.* 81. In plus enim vel minus potest judex condemnare in illis causis. Alit præterea sunt casus, in quibus fallit superior regula: de qua vide Socinum, *regula* 357.

9 Vide *l.* 83. ff. *pro socio.*

10 *l. 5. ff. de rei vind. §. 27. 28. Inſt. de rer. diviſ.*

11 Commune vestibulum binarum ædium, utrolibet dominorum invito non dividitur, si alias aditus nullus sit. *Synopſ. Baſil. cod. cap. 19.* Harmenopulus diverso paulo sensu hunc locum profert. 3. *tit. 10. §. 31.* Commune vestibulum binarum ædium, vel invito altero ex dominis dividitur, ubi alias non patet aditus. Quæ lectio mihi videtur apertior.

12 Vestibulum, πυλὼν, *Synopſ. Harmenop. illo loco.* παρόδους, *Novell. Leon. 56. 104.*

13 *Liceri*, est in mercando pugnare, atque contendere. Festus *in Licitari.* vide *l. 29. ff. familiæ.*

14 Id est, aditus, qui est communis pluribus ad diversas domos, dividi non potest: nec in licitationem venit. *Zas.*

15 Id est, rei incorporalis.

16 Quantum quis vicino præstat, tantum ab eo consequitur. *l. 39. ff. de damno.*

17 V. *l. 6. C. ad l. Fav. de plagiariis.*

18 V. *l.13. ff. eod.* Goth. Ad hunc §. vid. Buttrigar. *Anſ.* Adde Cujac. *lib.9 obſerv. c.37.* S. L.

19 Circa servitutes hoc observandum est medium, ut secundum mensuram prædiorum, aut pro ratione temporis earum usus dividatur. *l. 5. §. fin. ff. de ſervo. l.5. ff. de aqua quotid.*

20 V. *l. 5. ff. de* Edictum, delectum. *l. 4. §. 10. ff. de re militari.* Duar. 1 *diſp. 4. al.* Dilectum. *Goth.* Vide Cujac. *obſerv. lib.13. cap. 29.* Rævard. *lib. 1 variar. cap. 7.* Joann. Robert. *lib. 3 ſent. cap. 4.* S. L. Adde Vult. *in diſcept. cap. 9.* Leonin. *emendat. lib. 1 cap. 21. num. 1.* Anf. 24 Id est, indignatione, ut *l. 12. C. de offic. rect. pr. l. 14. C. de teſtibus.* qua impulsus judex, non respondentis ad delectum domum evertit: ut alias accidisse legimus apud Halicarnass. *lib. 8.* τὸν ἐχαλινώλιον ὀπαῖον καθάλκουν, ἃ τὰς μὴ ὑπακούοντας τοῖς νόμοις εἰς χρήματα ἐζημίουν, ὅσους μὲν χάσεα ὑπῆρχον ἐνοικοῦντες ταῦτα, ἃ τὰς αὐλὰς κατῳκοδόμησε. vide Cujac. 13 *obſerv. 29.* Possunt itaque propter contumaciam, villæ, domus, vineæ, arces destrui. 2 *Feudorum 53. §. 2.* adde quæ scripsi ad *l. 41. §. 5. 6. 7. ff. de leg. 1. & ad l. 24. ff. de pœnis.*

25 Si culpa socii mei res communis, judicis indignatione, seu motu diruitur, actio in sociam mihi competit: non contra diruentem, si modo res divisionem non recipiebat. *Zaſ. hic. num. ult.*

26 Id est, detrimenti æstimatio.

27 Vide *l. 65. §. 5. ff. pro ſocio.*

28 Si imo & vicini nomine parietem ædificem, communis fit, sive repeturus impensæ partem, sive gratuito feci. *Synopſ. Baſil. c. 22.*

29 *Arg. l. 2. in fin. C. de rei vind.*

30 Vide *l. 35. §. 1. ff. locat.* adde quæ notavi ad *l. 48. ff. de uſufruct.*

31 Locatio non est, ubi nulla merces constituta est. *l. 52. ff. de donat. inter virum. Inſt. de locat. in princ.*

32 *l. 45. ff. de adquir. rer.*

33 *Al* præcipere.

34 Vide *l. 19. ff. de ſtipul. ſerv.*

35 Prohibitio alienationis mutandi judicii causa factæ locum etiam habet in judiciis divisoriis, hoc est, in iis alienationibus, quæ fiunt in judiciis divisoriis. vide *l. 1. ff. de alienatione judicii.*

---

aqua quotidiana.

21 Vide *l. 6. §. penult. ff. eod. §.*

22 Dic ut *ff. eod. §.*

23 Edictum, delectum. *l. 4. §. 10. ff. de re militari.* Duar. 1 *diſp. 4. al.* Dilectum. *Goth.* Vide Cujac. *obſerv. lib.13. cap. 29.* Rævard. *lib. 1 variar. cap. 7.* Joann. Robert. *lib. 3 ſent. cap. 4.* S. L. Adde Vult. *in diſcept. cap. 9.* Leonin. *emendat. lib. 1 cap. 21. num. 1.* Anf. 24 Id est, indignatione, ut *l. 12. C. de offic. rect. pr. l. 14. C. de teſtibus.* qua impulsus judex, non respondentis ad delectum domum evertit: ut alias accidisse legimus apud Halicarnass. *lib. 8.* τὸν ἐχαλινώλιον ὀπαῖον καθάλκουν, ἃ τὰς μὴ ὑπακούοντας τοῖς νόμοις εἰς χρήματα ἐζημίουν, ὅσους μὲν χάσεα ὑπῆρχον ἐνοικοῦντες ταῦτα, ἃ τὰς αὐλὰς κατῳκοδόμησε. vide Cujac. 13 *obſerv. 29.* Possunt itaque propter contumaciam, villæ, domus, vineæ, arces destrui. 2 *Feudorum 53. §. 2.* adde quæ scripsi ad *l. 41. §. 5. 6. 7. ff. de leg. 1. & ad l. 24. ff. de pœnis.*

25 Si culpa socii mei res communis, judicis indignatione, seu motu diruitur, actio in sociam mihi competit: non contra diruentem, si modo res divisionem non recipiebat. *Zaſ. hic. num. ult.*

26 Id est, detrimenti æstimatio.

27 Vide *l. 65. §. 5. ff. pro ſocio.*

28 Si imo & vicini nomine parietem ædificem, communis fit, sive repeturus impensæ partem, sive gratuito feci. *Synopſ. Baſil. c. 22.*

29 *Arg. l. 2. in fin. C. de rei vind.*

30 Vide *l. 35. §. 1. ff. locat.* adde quæ notavi ad *l. 48. ff. de uſufruct.*

31 Locatio non est, ubi nulla merces constituta est. *l. 52. ff. de donat. inter virum. Inſt. de locat. in princ.*

32 *l. 45. ff. de adquir. rer.*

33 *Al* præcipere.

34 Vide *l. 19. ff. de ſtipul. ſerv.*

35 Prohibitio alienationis mutandi judicii causa factæ locum etiam habet in judiciis divisoriis, hoc est, in iis alienationibus, quæ fiunt in judiciis divisoriis. vide *l. 1. ff. de alienatione judicii.*

condemnatusque decem præstitero, quamvis [35] postea Pamphilus decesserit, nihilominus actione communi dividundo vel pro socio quinque [milia] præstare debebis: quia te hoc actu alieno liberavi. Longe magis consequar, si Stichus post mortem Pamphili alium vicarium adquisierat.

Si servus apud alterum ex dominis cruce fregerit.

XXVI. ALFENUS Varus lib. II Digestorum.

COmmunis servus, cum apud alterum esset, crus fregit [37] in operis. *Quærebatur*, alter dominus quid cum eo, penes quem fuisset, ageret? *Respondi*, siquidem [38] culpa illius magis, quam casu, res communis damni cepisset, per arbitrum communi dividundo posse recipere.

De quæstione de communi servo.

XXVII. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

DE communi servo unus ex sociis quæstionem habere [39], nisi communis negotii causa, jure non potest.

De eo, quod unus ex dominis facere vult, aut fecit in re communi.

XXVIII. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

SAbinus [40], *in re communi nemmem dominorum jure facere quicquam* [41], *invito altero, posse*. Unde manifestum est, prohibendi [42] jus esse: [a] in re enim pari potiorem causam esse prohibentis constat [43]. Sed etsi in communi prohiberi socius à socio, *ne quid faciat*, potest, ut tamen factum opus tollat, cogi non potest [44], si, cum prohibere poterat, hoc prætermisit: & ideo per communi dividundo actionem damnum sarciri poterit. Sin autem facienti consensit, nec pro damno habet actionem [45]. Quod si quid absente socio, ad lætionem ejus fecit, tunc etiam tollere cogitur.

De eo, qui scit aut ignorat se habere socium. 1. De judice postendo. De socio muto.

XXIX. PAULUS lib. II Quæstionum.

SI quis [46], cum existimaverit fundum communem sibi cum Mævio esse, quem cum Titio communem habebat, impendisset, recte dicitur etiam communi dividundo judicium ei sufficere: hoc enim est [47], si sciam rem communem esse, ignorem autem, cujus socii: neque enim negotia socii gero, sed propriam rem tueor: & magis ex re, in quam impenditur, quam ex persona socii, actio nascitur. Denique ea actione pupillum teneri dicimus [48], ut impendia restituat officio Judicis. † Diversa causa est ejus, qui putat se in rem propriam impendere, cum sit communis: huic enim nec communi dividundo judicium competit, nec utile dandum est: Ille enim, qui scit rem esse communem, vel aliena negotia eo animo gerit, ut aliquem sibi obliget, & in persona labitur.

§. 1. Pomponius scripsit, posci [49] judicem posse à quolibet sociorum: sed, etiam si unus ex sociis mutus erit, recte cum eo communi dividundo agi.

Si neuter vel alter sociorum possideat.

XXX. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

COmmuni dividundo judicio recte agi, sive neuter possideat, sive alter sociorum fundum non possideat [50].

De mancipiis, quæ ministerii causa pupillis reservata sunt.

XXXI. PAULUS lib. XV Responsorum [51].

BIna mancipia quæ ex hereditate paterna jussu Prætoris, pupillis, ministerii causa, reservata essent, divisa non videri, sed omnium communia [52] permansisse.

[35] Vide *l.* 9 *T. eod.*
[36] Adde *l. pen. T. de act. empt.*
[37] *Quid.*
[38] Ex causis variis. vide *l.* 1. *T. de Servianis.*
[39] Vide *Zas. l. intell.* 1. n. 12. Goth. Adde pro intellectu hujus leg. Johann. à Sand. *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 8. *def.* 1. Anf.
[40] Alienam sc. ab usu rei communis. vide *l.* 12. *T. eod.* Ideoque mortuum in commune sepulchrum, invito socio, quis inferre potest. *l.* 6. §. 4. *T. de rer. divis.*
[41] Observandæ sunt hæc lege fere quatuor actiones: prohibito, *ut hic.* patientia, *ibi, hoc prætermisit.* consensus, *ibi consensit.* ignorantia, *ibi, absente socio.* Priore casu factum opus destruitur: Secundo, agitur ad interesse: Tertio nullo modo agitur: Quarto, opus destruitur, ut priore casu.
[42] Prohibentis conditio in re communi potior est, *ut hic, & l.* 11. *T. de servitutibus rusticorum prædiorum*, *c.* 36. *de regulis in sexto.* adde quæ scripsi ad *leges duodecim Tabularum*, ubi de justis imperiis agitur. nisi prohibentis non interfit: nisi ea eo fine à sociis comparata fuit, ut opus fieret: nisi ædificium reficiatur: nisi de sepeliendo mortuo agatur: nisi interdonatorem, & donatarium res prohibeat. vide *hic Accurs. & Alber.*
[43] Imo, potest, præsertim si agentis interfit. *l.* 26. *in fi. T. de servitut. urban.*
[44] Qui opus facienti consensit, de damno postea conqueri non potest.
[45] Vide *l.* 6. *l.* 14. §. 1. *vers. diverse. T. eod. l.* 5. *l.* 45. §. *ultim. T. de negotiis.*
[46] Id est, hoc enim judicium competit.
[47] Nam pupillus, ubi ex re actio venit, obligatur. *l.* 46. *T. de oblig. & act.*
[48] *l. fin. C. eod.*
[49] Quantum ad accipiendum hoc judicium, nihil interest, possideat quis, necne. vide *l.* 25. §. 2. *familiæ.* Goth. Pro intellectu hujus leg. vid. Bellon. *lib.* 1 *supput. cap.* 5. Anf.
[50] Respondit *scil.*
[51] Sociorum adhuc communia sunt, quæ divisa non reperiuntur.

TIT. IV.
AD EXHIBENDUM [1].

Utilitas usus hujus actionis.

1. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

HÆc actio perquam necessaria [2] est, & vis ejus in usu cottidiano est: & maxime propter [3] vindicationes [4] inducta est.

Quid sit exhibere.

II. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

EXhibere * [5] est facere in publico [6] potestatem, ut ei, qui agat, experiundi sit copia.

De forma libelli. 2. De jurejurando in litem. 3. Qualis sit hæc actio, de vindicatione. 4. De usufructu. 5. De interdictis. 6. De optione legata. 7. De noxali actione. 8. De tabulis exhibendis. 9. De eo, cujus interest exhiberi. 10. Quamvis vindicationem non habeat. 11. De causa exhibitionis. 12. Si plures agant. 13. De exceptionibus. 14. De actione in factum. 15. De civili vel naturali possessione. De pignore.

III. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

IN hac actione actor omnia nosse debet, & dicere [7] argumenta rei, de qua agitur [8]. §. 1. Qui ad exhibendum agit, non utique *dominum se* dicit, nec debet ostendere: cum multæ sint causæ ad exhibendum agendi [9]. §. 2. Præterea, in hac actione notandum est, quod reus [10] contumax per in litem jusjurandum [11] petitoris damnari possit ei, Judice [12] quantitatem taxante.

§. 3. Est autem personalis hæc actio [13]: & ei competit, qui [14] in rem acturus est, qualicunque in rem [15] actione: etiam pignoratitia [16], Serviana, sive hypothecaria, quæ creditoribus competunt.

§. 4. Sed & usumfructum [17] petituro competere ad exhibendum Pomponius ait.

§. 5. Sed & si quis interdicturus [18], rem exhiberi desideret, audietur.

§. 6. Item, si optare velim servum, vel quam aliam rem, cujus optio mihi relicta est [19], ad exhibendum me agere posse constat, ut exhibitis possim vindicare.

§. 7. Si quis noxali judicio experiri velit, ad exhibendum ei actio est necessaria: Quid [20] enim, si dominus quidem paratus sit defendere, actor vero destinare non possit, nisi [21] ex præsentibus: quia aut servum non recognoscit, aut nomen non tenet: nonne æquum est ei familiam exhibere, ut noxium servum adgnoscat? Quod ex causa debet fieri, ad designandum eum, cujus nomine [22] noxali quis agit, recensitione servorum facta. §. 8. Si [23] quis extra heredem [24] tabulas testamenti, vel codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinens exhiberi velit, dicendum est, per hanc actionem agendum non esse: cum sufficiunt [sibi] interdicta [25] in hanc rem competentia: Et ita Pomponius. §. 9. Sciendum est autem, non solum eis, quos diximus, competere ad exhibendum actionem, verum ei [26] quoque, cujus interest exhiberi. Judex igitur summatim debebit cognoscere [27], an ejus interfit: non, an ejus res sit, & sic jubere vel exhiberi, vel non, quia nihil intereft.

§. 10. Plus dicit Julianus, etsi [28] vindicationem non habeam, interim [29] posse me agere ad exhibendum, quia mea intereft [30] exhiberi: utputa, si mihi *servus* legatus sit, *quem Titius optasset*: agam enim ad exhibendum, [quia mea intereft exhiberi], ut Titius optet, & sic vindicem: quamvis exhibitum ego optare non possim. §. 11. Si mecum [31] fuerit actum ad exhibendum, ego ob hoc, quod conventus sum ad exhibendum actione, agere ad exhibendum non possum: quamvis videatur intereffe mea ob hoc, quod teneor ad restituendum. Sed hoc non sufficit: alioquin & qui dolo [32] fecit, quo minus possideret, poterit ad exhibendum agere, cum neque vindicaturus, neque interdicturus sit [33]: & fur vel raptor poterit [34]: Quod nequaquam verum est. Eleganter igitur definit Neratius, Judicem ad exhibendum hactenus cognoscere: *an* [35] *justam & probabilem causam habeat* [actionis], *propter quam exhiberi sibi desideret.* §. 12. Pomponius scribit, ejusdem hominis nomine recte plures ad exhibendum agere posse: forte, si homo primi sit: secundi in eo usufructus sit: tertius possessionem suam contendat: quartus pigneratum sibi eum adfirmet [36]: Omnibus igitur ad exhibendum actio competit: quia omnium intereft exhiberi hominem. §. 13. Ibidem subjungit, Judicem per arbitrium sibi ex hac actione commissum etiam exceptiones æstimare, quas possessor objicit: & si qua tam evidens sit, ut facile repellat agentem, debere possessorem absolvi: si obscurior, vel quæ habeat altiorem quæstionem [37], differendam in directum judicium, re exhiberi jussa. De quibusdam tamen exceptionibus omnimodo ipsum debere disceptare, quæ ad exhibendum actione judicat: veluti pacti conventi, doli mali, jusjurandi, rei, [quæ] judicata est. §. 14. Interdum æquitas [38] exhibitionis efficit, ut, quamvis ad exhibendum agi non possit, in factum tamen actio detur, ut Julianus tractat. Servus (inquit) uxoris meæ rationes meas conscripsit: hæ rationes à re possidentur: desidero eas [39] exhiberi. Ait Julianus, si quidem in mea charta scriptæ sint, locum esse hujus actioni: quia & vindicare eas possum [40]: nam cum charta mea sit, & quod scriptum est, meum est [41]: Sed si charta mea non fuit, quia vindicare non possum, nec ad exhibendum experiri. In factum igitur mihi actionem competere. §. 15. Sciendum est [42], adversus possessorem hac actione agendum: non solum eum, qui civiliter [43], sed & eum, qui naturaliter incumbat possessioni. † Denique [44] creditorem, qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet [45].

De re deposita, commodata, locata.

IV. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

NAm & cum eo, apud quem deposita, vel cui commodata vel locata res sit, agi potest.

De mercibus, quas in horreo posuit, qui eas vehendas conduxit. 1. De eo, qui est in possessione rerum vel legatorum servandorum causa. De usufructuario. 2. De tutis cæsis. 3. De stercore in alia area congesto. 4. De rate in agrum alterius vi fluminis delata. 5. De iis, quæ ruina in alterius aream vel ades ceciderunt. 6. De eo, qui possidet, sed restituendi facultatem non habet.

V. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

CElsus scribit, Si quis merces, quas exvehendas conduxit, in horreo posuit, cum conductore heres existat, cum herede agendum [46]: Sed, si nemo heres sit, cum horreario agendum: nam si à nullo (inquit) possidentur, verum est, aut horrearium possidere, aut certe ille est, qui possit exhibere, idem ait: Quomodo autem possidet, qui vehendas conduxit? an quia pignus tenet? Quæ species ostendit, etiam eos, qui facultatem exhibendi habent, ad exhibendum teneri [47]. §. 1. Julianus autem ita scribit, ad exhibendum actione teneri eum, qui rerum vel legatorum servandorum causa in possessione sit: sed & eum, qui usufructus nomine rem teneat: quamvis nec hic [48] utique possideat. † Inde Julianus quærit, quatenus hos oporteat exhibere? Et ait, priorem quidem sic, ut actor possessionem habeat: is autem, cum quo agetur, rei servandæ causa sit in possessione: eum vero, qui usumfructum habeat, sic, ut actor rem possideat: is, cum quo agetur, utatur fruatur. §. 2. Idem Julianus scribit, emptorem, qui ruta cæsa [49] non restituit, ad exhibendum teneri, in quantum in litem jutaverit: Sed ibi adjicit, si emptor possideat, aut dolo fecit, quo minus possideat. §. 3. Item Celsus scribit, stercus, quod in aream meam congessisti, per ad exhibendum actionem posse te consequi, *ut tollas* [50]: sic tamen, *ut totum tollas*: cæterum alias non posse.

§. 4. Sed & si ratis [51] delata sit vi fluminis in agrum alterius, posse eum conveniri ad exhibendum, Neratius scribit. † Unde quærit

[1] l. III. C. XLII. §. *si ad exhib. Inst. de officio judicis. Synopsis Basilic.* 15. *tit.* 4. περὶ ἐξαγωγῆς, ἤτοι ἐπιδείξεως πραγμάτων, καὶ ἀποκαταστάσεως αὐτῶν καὶ ἀγωγῆς, id est, De exhibitione seu demonstratione rerum, earumque restitutione, ac persecutione. Huc etiam facit *libri* 43 *tit.* 5. *de tabulis exhibendis. tit.* 29. *de libero homine exhibendo. tit.* 30. *de liberis exhibendis.*
[2] *l.* 3. §. 7. *T. eod.*
[3] Vide *l.* 3. §. 1. *T. de liberis exhibendis. l.* 1. *T. de privatis delictis.*
[4] *l.* 3. §. 3. *T. eod. l.* 1. *C. eod.* quarum est præparatoria, *arg. l.* 56. *l.* 62. *T. de procurat.* atque ita hic titulus differt a titulo *de edendo*, quo non dominium instrumenti, sed ex eo tantum probationes petuntur: propter alios etiam contractus datur, puta depositi, locati, commodati, *l.* 4. *T. eod.* propter res mobiles etiam datur, non propter immobiles, quæ seipsas sua natura ostendunt & exhibent.
[5] *Synopsis Basil. eod. c.* 2. *l.* 3. §. 9. *T. de tabulis exhibendis. l.* 22. *l.* 246. *T. de verb. signific.*
[6] Dic, ut *in l.* 1. §. 6. *T. de fugitivis.*
[7] Si ea non ignoret. §. 7. *T. eod.*
[8] Ex hac lege & superiore collige formulam libelli hujus actionis. adde *l.* 6. *T. de rei vindic.*
[9] Sufficiet, ut ejus interfit. §. 9. *T. eod.*
[10] *Synopsi. Basilic.* 22. *tit.* 6. *ex lib.* 15. *tit.* 4. *c.* 3.
[11] *l.* 38. *T. de dolo.* Goth. Adde *l.* 5. *T. de in litem jurando. l.* 4. §. *pen. T. eod.* S. L.
[12] Est enim actio ad exhibendum arbitraria. §. 31. *in fin. Instit. de actionib.*
[13] Cur hæc actio dicatur personalis, vid. Johann. Zang. *de except. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 273. Anf.
[14] Ad exhibendum actio competit ei, qui habet in rem actionem, & pignoratitiam, *ut hic.* & qui usumfructum, §. 4. interdictum aliquod, §. 5. optionem, §. 6. vel noxalem ad exhibendam familiam, §. 7. Ita Synopsis Basilicon in unum coëgit has omnes sententias. *c.* 3.
[15] *l.* 1. *T. eod.*
[16] Pignoratitia directa agit debitor, soluto pignore pignus repetens: Contraria, creditor impensas circa pignus factas: Serviana vero, creditor tacitas hypotheeas; quasi Serviana seu hypothecaria expressas persequitur.
[17] Ex hoc §. & §. 6. 7. collige actionem ad exhibendum competere vindicaturo, interdicturo utrubi, optaturo, & noxali judicio acturo. *Cujac. 9 observ. 7. in princ.*
[18] Non præcipio, sed utrubi. vide *Cuj. 5 obs* 23.
[19] Datio enim in rem actio legatario, igitur & ad exhibendum. vid. quæ notavi *ad l.* 6. *T. de optione. l.* 80. §. 2. *T. de furtis.*
[20] Actio ad exhibendum competit ei, qui noxalem ad exhibendum familiam habet: nam forte servum, qui deliquit, non novit, aut nomen ejus non tenet. *Synopf. Basilic. dict. c.* 3.
[21] Vide quæ notavi *ad Novell.* 90. *cap.* 1.
[22] Sive civiliter, sive criminaliter: nam utrovis modo agatur, Cujacius notat ad exhibendum agi posse. 20 *obs.* 10.
[23] Extra heredem, testamentum, vel codicillos, vel quam aliam supremam voluntatem nemo exigit per actionem ad exhibendum, sed per interdicta. *Synopf. Basil. dict. c.* 3.
[24] Competit enim heredi. *l.* 2. 3. *T. quem. testam. aper.*
[25] Vide *l.* 3. §. 10. *T. de tabulis exhib.*
[26] Adde *l.* 3. §. 10. *T. de tabulis exhib.*
[27] Summaria cognitio locum habet in actione ad exhibendum, *ut hic.* ubi de alimentis, de possessione filio vel ventri danda, & similibus agitur. vide *hic Accurs.*
[28] Ad exhibendum actio competit iis, quorum interest, etsi res ipsorum non sit, nec vindicationem habeant, ut puta, si mihi servus legatus sit, quem Titius sit optaturus, agam ad exhibendum, ut optet. *Synopf. Basilic. dict. c.* 3.
[29] Qui vindicare, idem & ad exhibendum agere potest: at non è contra. *ut hic.*
[30] Ad exhibendum agit, cui probabilis aliqua agendi causa competit: probabilis videtur, si ejus interfit.
[31] Vid. Cujac. *lib.* 9 *obs. cap.* 7. & *lib.* 5. *c.* 23. S. L.
[32] Vide *l.* 131. *T. de regul. jur.*
[33] Qui possessionem petit, non vindicatione, sed interdicto agit.
[34] Furti actio malæ fidei possessori non datur, quamvis interfit ejus rem non subripi. *l.* 12. §. 1. *T. de furtis.*
[35] Ad exhibendum non quivis, cujus interest, agit; sed is, cujus ex justa causa interest. *Synopf. Basil. dict. c.* 3.
[36] Id est, ratione dominii, fructus, possessionis, pignoris: & ita pluribus competit hæc actio ob eandem rem exhibendam. Hinc colligunt unum à pluribus in carcere detineri posse, in causis quidem non admittuntur, sed in causam principalem reservantur. *Bart.*
[37] Exceptiones, quæ requirunt altiorem quæstionem, &, ut loquuntur, indaginem, in causis summariis non admittuntur, sed in causam principalem reservantur. *Bart.*
[38] *l.* 7. *C. eod.*
[39] Instrumenta sua sibi exhiberi quisque recte postulat. *l.* 4. *l.* 6. *C. eod. l.* 3. §. 5. *T. de tabulis.*
[40] Vide §. 10. *T. eod.*
[41] Scriptura chartæ cedit. *l.* 9. §. 2. *T. de adquir. rer. dom.*
[42] Ad intellectum hujus §. vid. Johann. Decher. *lib.* 1 *differt.* 15. *num.* 3. Anf.
[43] Civiliter possidet, qui animo: naturaliter, qui corpore possidet: hinc colligit Bartolus, rem posse vindicari ab eo, qui civiliter tantum possidet.
[44] ἕξιν, id est, proinde, Synopsis Basilicon *eod. cap.* 2. ut sit sensus, Actionem ad exhibendum dari, etiam adversus eos, qui naturaliter tantum possident: proinde, & adversus creditorem pignus tenentem, depositarium, commodatarium, conductorem.
[45] *l.* 16. *T. de usucap.*
[46] Heres possessoris, suo nomine hac actione tenetur. *l.* 12. *in fin. T. eod.*
[47] Ab omnibus, qui tenent, & habent, exhibendi & restituendi facultas peti potest. *l.* 9. *in fin. T. de rei vind.*
[48] Ut non computatur fructus, si alter possidet, ita non impeditur possessio, si alter fruatur. vide *l. pen. T. de adquir. possess.*
[49] *Ruta* sunt, quæ eruta, ut arena, creta, & similia: cæsa, ut arbores cæsæ, carbones & similia. In iis ea regula prodita est, Ruta, cæsa, si non specialiter venierunt, ad exhibendum de his agi potest. *l.* 17. §. 6. *T. de act. empt.*
[50] *l.* 9. §. 2. *T. de damno.* Goth. Adde *l.* 7. §. *ult. T. de damno. l.* 16. *T. de administr. tutor.* S. L.
[51] Vide *l.* 9. §. 3. *T. de damno.*

quæsit Neratius, utrum de futuro damnatus damno, an & de præterito, domino agri cavendum sit? Et ait, etiam de præterito 52 caveri oportere. §. 5. Sed & si de ruina aliquid in tuam aream, vel in tuas ædes deciderit, teneberis ad exhibendum, licet non possideas. §. 6. Item, si quis facultatem restituendi non habeat 53, licet possideat, tamen ad exhibendum non tenebitur: ut 54 puta, si in fuga servus sit, ad hoc plane solum tenebitur, ut caveat *se exhibiturum* 55, *si in potestatem ejus pervenerit*: sed & 56 si non sit in fuga, permiseris autem ei, ubi velit, morari, idem erit dicendum; aut peregre à te missus sit, vel in prædiis tuis agat, ad hoc solum teneberis, ut caveas.

De rebus inclusis, de tigno juncto.

VI. PAULUS lib. XIV ad Sabinum.

GEmma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vindicari non potest: sed 57, *ut excludatur*, ad exhibendum agi potest: † Aliter atque in tigno juncto ædibus: de quo nec ad exhibendum agi potest, quia Lex duodecim 58 tabularum solvi vetaret: sed actione de tigno juncto ex eadem lege in duplum agitur.

1. *De rota vehiculo aptata.* 2. *Et aliis rebus junctis.* 3. *De municipibus, & cæteris corporibus.* 4. *Quo tempore possessio.* 7. *Vel interesse spectatur.*

VII. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

Igni 59 appellatione omnem materiam in Lege 60 duodecim tabularum accipimus, ut quibusdam rectè videtur.

§. 1. Sed, si rotam meam vehiculo aptaveris, teneberis ad exhibendum. Et ita Pomponius scribit: quamvis tunc civiliter non possideas. §. 2. Idem & si armario vel navi tabulam meam, vel ansam 61 scypho junxeris, vel emblemata 62 phialæ: vel purpuram vestimento intexeris 63, aut brachium statuæ 64 coadunaveris. §. 3. Item municipes 65 ad exhibendum conveniri possunt: quia facultas est restituendi: nam & possidere 66, & usucapere eos posse constat. Idem [&] in collegiis, cæterisque corporibus dicendum erit. §. 4. Si 67 quis non possideat litis contestatæ tempore, [sed] postea ante sententiam possidere cœperit, oportere dici putamus, debere condemnari, nisi restituat. §. 5. Si quis, cum judicii accepti tempore possideret, postea sine dolo malo possidere desierit, absolvi eum oportet: quamvis sit, (inquit Pomponius) quod ei impuretur, cur non statim restituit: sed passus est secum litem contestari. §. 6. Idem scribit, si quis fi. 9 contestatæ tempore possederit, deinde desierit possidere, mox cœperit sive ex eadem causa, sive ex alia, condemnari eum oportere, nisi restituat. §. 7. Ibidem non male Pomponius jungit, ejus, qui ad exhibendum egit, utroque tempore interfuisse 68 oportere, rem ei restitui: hoc est, & quo lis contestatur, & 69 quo fit condemnatio. Et ita Labeoni placet.

De herede.

VIII. JULIANUS lib. IX Digestorum.

SI ad exhibendum actum est cum eo, qui neque possidebat, neque dolo malo fecerat, quo minus possideret, deinde 70 eo defuncto heres ejus possidet rem, exhibere eam cogendus erit 71: Nam si fundum vel hominem petiero, & heres ex eadem causa possidere cœperit, restituere cogitur.

De eo, qui dolo desiit possidere. 1. *De glande, vel materia, quæ decidit in agrum alienum.* 2. *De eo, qui fecit rem ad alium pervenire.* 3. *De rei mutatione.* 4. *Si uni decem sub conditione, alteri eorundem decem ususfructus pure legetur. Quid sit* exhibere. 7. *De omni causa.*

IX. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

JUlianus scribit, Si quis hominem, quem possidebat, occiderit, sive ad alium transtulerit possessionem, sive ita rem corruperit, ne haberi possit, ad exhibendum tenebitur: quia dolo 72 fecit, quo minus possideret. † Proinde & si vinum, vel oleum, vel quid aliud effuderit 73, vel confregerit, ad exhibendum tenebitur.

§. 1. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immisso pecore depasco: qua actione possum teneri? Pomponius scribit, competere actionem ad exhibendum, si dolo pecus immisi, ut glandem comederet: Nam & si glans extaret, nec 74 patieris me tollere, ad exhibendum teneberis. Quemadmodum si materiam meam delatam in agrum suum quis auferre non pateretur: Et placet nobis Pomponii sententia, sive glans extet, sive consumpta sit: Sed si extet, etiam interdicto *de glande legenda. Ut mihi tertio 75 quoque die legendæ glandis facultas esset*, uti potero, si damni infecti cavero. §. 2. Si quis rem fecit 76 ad alium pervenire, videtur dolo fecisse, quo minus possideat: si modo hoc dolose fecerit.

§. 3. Sed si quis rem 77 deteriorem exhibuerit, æque ad exhibendum eum teneri, Sabinus ait. Sed [hoc] ibi utique verum est, si dolo malo in aliud corpus res sit transiata, veluti, si ex scypho massa facta sit: Quanquam enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur: nam * mutata 78 forma prope interemit substantiam 79 rei 80. §. 4. Marcellus scribit, si tibi decem nomismata sint sub conditione legata, & mihi decem ususfructus 81 pure, deinde heres pendente conditione, non exacta cautione, decem fructuario solverit, ad exhibendum eum actione teneri 82: quasi dolo fecerit, quo minus possideret: dolus autem in eo est, quod cautionem exigere supersedit à fructuario 83: effectumque, ut legatum tuum evaneseret 84, cum jam nummos vindicare non possis. Ita demum autem locum habebit ad exhibendum actio, si conditio extiterit legati. Potuisti tamen tibi prospicere stipulatione 85 legatorum: [&,] si prospexisti, non erit tibi necessaria ad exhibendum actio 86. Si tamen ignarus legati tui, à fructuario satis non exegit, dicit Marcellus, cessare ad exhibendum: scilicet quia nullus dolus est: Succurrendum 87 tamen legatario, in factum adversus fructuarium actione, ait. §. 5. Quantum [autem] ad hanc actionem attinet, *Exhibere* est 88, in eadem causa præstare, in qua fuit, cum judicium acciperetur: ut quis copiam rei habens possit exsequi, actione 89, quam destinavit, in nullo casu 90, quam intendit, læsa: quamvis non de restituendo, sed de exhibendo agatur. §. 6. Proinde si post litem contestatam usucaptum exhibeat, non videtur exhibuisse 91: cum petitor intentionem suam perdiderit: & ideo absolvi eum non oportere, nisi paratus sit, repetita 92 die, intentionem suscipere: ita ut fructus secundum legem æstimentur. §. 7. Quia tamen causa petitori in hac actione restituitur, Sabinus putavit, partum quoque restituendum: sive prægnans fuerit mulier, sive postea conceperit: Quam sententiam & Pomponius probat. §. 8. Præterea utilitates 93, si quæ amissæ sunt ob hoc, quod non exhibetur, vel tardius [quid] exhibetur, æstimandæ à Judice sunt: Et ideo Neratius ait, utilitatem actoris venire in æstimationem, non 94 quanti res sit: Quæ utilitas, inquit, interdum minoris 95 erit, quam res [erit].

De optione intra certum tempus data.

X. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

SI optione intra certum tempus data judicium in id tempus extractum est, quo frustra exhibetur, utilitas petitoris conservetur: Quod si per heredem non stetit, quo minus exhiberet tempore judicii accipiendi, absolvendus est heres.

De hereditate amissa ob servum non exhibitum. 1. *Quo loco & cujus sumptibus exhiberi debet.* 2. *De pluribus rebus.*

XI. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

SEd & si hereditas amissa sit ob 96 hoc, quod servus non exhibeatur, æquissimum est æstimari officio Judicis damnum hereditatis 97. §. 1. *Quo* autem *loco* exhiberi rem oporteat, vel cujus sumptibus, videamus. Et Labeo ait, ibi 98 exhibendum, ubi fuerit, cum lis contestaretur 99: periculo & impendiis actoris perferendam perducendamve eo loci, ubi actum sit: Pascere plane servum, vestire, curare, possessorem 100 oportere ait. Ego autem arbitror interdum etiam hæc actorem agnoscere oportere, si forte ipse servus ex operis, vel artificio suo solebat se exhibere: nunc vero cogitur vacare. Proinde & si apud officium fuerit depositus exhibendus, cibaria debebit adgnoscere, qui exhiberi desideravit, si non solebat possessor servum pascere: nam si solebat, sicuti pascit, ita & cibaria potest non recusare. Interdum 1 tamen eo loci exhiberi debet suis sumptibus: si forte proponas, data opera eum in locum abditum 2 res contulisse, ut actori incommodior esset exhibitio: nam in hunc casum, suis sumptibus & periculo, debebit exhiberi in eum locum, ubi agatur: ne ei calliditas sua prosit. §. 2. Si 3 de pluribus rebus quis conveniatur, & litis contestatæ tempore omnes possedit, licet postea quasdam desierit, quamvis sine dolo [malo], possidere, damnandum nisi exhibeat eas 4, quas potest.

De eo, quem quis in libertatem vindicare vult. 1. *De filiofamilias.* 2. *Si sapius agatur.* 3. *De specie facta ex aliena materia.* 4. *De homine mortuo post judicium acceptum.* 5. *Cautio de re exhibenda.* 6. *De herede.*

XII. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

DE 5 eo exhibendo, quem quis in libertatem vindicare velit, huic actioni locus esse potest 6. §. 1. Et filiusfamilias ea actione tenetur, si facultatem rei exhibendæ habet. §. 2. Sæpius ad exhibendum agenti, si ex eadem causa 7 agat, obstaturam exceptionem, Julianus ait. Novam autem causam intervenire, si is, qui vindicandi gratia egisset, post 8 acceptum judicium eam ab aliquo accepit: & ideo exceptionem ei non officere. † Item, si ei, qui furti acturus, ad exhibendum egisset, iterum furtum factum sit. † Denique, si quis optandi 9 gratia ad exhibendum egisset, & post litem contestatam, alterius testamento 10 optio data sit, ad exhibendum agere potest. §. 3. Si quis ex uvis meis mustum fecerit, vel ex olivis oleum, vel ex lana vestimenta, cum sciret hæc aliena esse: utriusque nomine ad exhibendum actione tenebitur: quia * quod ex re nostra fit, nostrum esse verius est 11. §. 4. Si 12 post judicium acceptum homo mortuus sit, quamvis sine dolo malo, & culpa possessoris, tamen interdum tanti damnandus est, quanti actoris interfuerit per eum non effectum, quo minus tunc, cum judicium acciperetur, homo exhiberetur: Tanto magis, si apparebit, eo casu mortuum esse, qui non incidisset, si tum exhibitus fuisset. §. 5. Si justa 13 ex causa statim exhiberi res non possit, jussu Judicis cavere debebit, *se illo die exhibiturum*. §. 6. Heres, non quasi heres, sed suo nomine hac actione uti potest. Item heres possessoris suo 14 nomine tenetur 15. † Igitur non procedit quærere, an heredi & in heredem danda sit. Plane, ex dolo defuncti danda est in heredem hæc actio, si locupletior hereditas eo nomine facta sit, veluti quod pretium rei consecutus sit.

De libero homine exhibendo.

XIII. GAIUS lib. Ad Edictum Prætoris Urbani.
titulo De liberali causa.

SI liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictum adversus eum, qui detinere dicitur, de exhibendo eo potest quis 16 habere: nam 17 ad exhibendum actio in eam rem inutilis videtur 18: quia hæc actio ei creditur competere, cujus peculiariter 19 interest.

De nummis male fide impensis.

XIV. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SI Vir nummos ab uxore 20 sibi donatos sciens suos factos non esse 21, pro re empta dederit, dolo malo fecit, quo minus possideat: & ideo ad exhibendum actione tenetur.

De thesauro, qui est in fundo alterius.

XV. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

THesaurus 22 meus in tuo fundo est, nec eum pateris me effodere: cum eum loco non moveris, furti quidem, aut ad exhibendum, eo nomine agere recte non posse me, Labeo ait: quia neque possederis eum, neque dolo feceris, quo minus possideres: utpote cum fieri possit, ut nescias [eum] thesaurum in tuo fundo esse: Non esse autem iniquum, juranti mihi *non calumniæ causa id postulare*, vel interdictum, vel judicium ita dari, ut si per me non stetit, quo minus damni infecti tibi operis nomine caveatur, *ne vim*

---

52 Vide *l.* 8. ff. *de in jus vocando.*

53 *l.* 11. *in fin.* ff. *eod.* vid. *l.* 21. §. 3. ff. *de usufructu.*

54 ὡς, sive τὸ quasi, ut est in servo fugitivo. *Synopsi. Basil. eod. cap.* 5.

55 Adde *l.* 12. §. *pen.* ff. *eod.*

56 Κἂν μὴ ἐφ' ᾧ ἐυρεθῇ, etiamsi non sit fugitivus. *Synopsi. Basil. d. c.* 5.

57 Gemma non vindicatur auro inclusa, nisi separata exhibeatur. Inde Baldus: quando, inquit, obstaculum in medio est, debet prius agi ad remotionem obstaculi. Hic interea notanda est actio, qua petimus separari rem nostram alteri conjunctam. *l.* 23. §. 5. ff. *de rei vind.*

58 Vide *l.* 1. ff. *de tigno.*

59 Vide *d. l.* 1. §. 1. & *l.* 62. ff. *de verb. sign.*

60 Dixi ad leges XII Tabularum.

61 Quæ & nasus. vide *Festum in nasiterna.*

62 Vide *l.* 3. §. 1. ff. *de tritic.*

63 *Al.* intexueris.

64 Vide *l.* 23. §. 2. ff. *de rei vind.*

65 Universitas ad exhibendum teneri potest.

66 *l.* 2. ff. *de adqu. possess.*

67 Id est, exceptio, *tua non interest*, actori etiam post litem contestatam opponi non potest, si juri opponatur, secus si personæ. *Zas.*

68 Et quidem peculiariter. *l.* 13. *l.* 6. & *l.* 3. §. 7. *h. t.* Ans.

69 Actoris in hoc judicio interesse debet, & litis contestatæ & condemnationis tempore.

70 Hinc colligunt, possessionem heredi supervenientem parere condemnationem ex instantia cœpta cum defuncto.

71 Heres possessoris, suo nomine tenetur. *l.* 12. *in fi.* ff. *eod.*

72 *l.* 5. *C. eod.*

73 Vide *l.* 27. §. 15. ff. *ad l. Aquil.*

74 Vide quæ notavi *ad l.* 15. *in fi.* ff. *eod.*

75 *l.* 1. ff. *de glande.* adde quæ scripsi *ad l. ult. C. de errore advoc.*

76 Vide *l.* 5. *C. eod.*

77 Puta à se vulneratum hominem. vid. *l.* 133. *in fin.* ff. *de verb. oblig. l.* 7. *C. eod.*

78 Vide *l.* 76. ff. *de judiciis.*

79 *Substantia* hic species est composita ex materia & forma: quæ interit abeunte forma. significatur & *materia*, ut in *l.* 9. §. 2. ff. *de contrahend. empt.* more Stoicorum, qui *materiam* dicebant dupliciter appellari, materiam & substantiam, ut Lærtius scribit *in Zenone*: hæc, abeunte forma, non interit simpliciter, sed secundum quid, ut quæ subeat aliam formam: Ideoque *hic*, & in *d. l.* 9. §. 2. adjicitur vox *prope*.

80 Si est identitas materiæ, diversitas formæ, res *diversa* esse dicitur, *l.* 18. §. *pen.* ff. *de pignoratit.* hinc legatum non durat, quod in sua specie non permanet, *l.* 6. *in fin.* ff. *de auro.* e contrario, quando species eadem consistit, res eadem esse existimatur. *l.* 76. *in fin.* ff. *de judiciis.*

81 Improprie sumptus. *l.* 28. ff. *de usufructu.*

82 Cautio apud eum, cui interposita est, pro re ipsa (cujus restituendæ nomine cautio interponitur) aut vice rei est.

83 Heres, qui unius ejusdemque rei nomine, uni legatario sub conditione, alteri pure tenetur, uni rem legatam solvere non debet, nisi exacta cautione. *l.* 5. §. 1. ff. *usufr. quemad. cav. argum. l.* 9. *in fin. de tributor. l.* 41. ff. *ad l. Falcid.*

84 Ususfructus pecuniæ proprietatem ejus, forma ipsa, secum trahit, adeo ut fructuarius pecuniæ ejus proprietatem adipiscatur quoque, neque tamen ex eo sequitur, proprietatis esse legatarium, cum cautio, quæ ab eo interponitur, seu præstatur ipsi proprietario, proprietatis loco sit apud ipsum proprietarium.

85 Vide *l.* 9. *C. de leg.*

86 Cum agere possis ex stipulatu. *arg. l.* 75. §. 7. ff. *de verb. oblig.*

87 *l.* 63. ff. *de leg.* 2.

88 *l.* 48. ff. *de leg.* 1. Goth. Adde *l.* 2. *h. t. & l. fin.* ff. *de verb. significat.* Ita res commodata deterior reddita non videtur reddita, *l.* 3. §. 1. *ff. commodat.* Ans.

89 Est qui legat *actionem suam*.

90 *Hal. nulla causa.* Sane hic locus parum sincerus videri possit.

91 §. 3. *Inst. de offic. jud.* vid. *l.* 2. ff. *eod.*

92 Id est, retrorsum petita.

93 *l.* 10. *l.* 11. ff. *eod.*

94 *Quanti res, & utilitas actoris*, hic separantur: nam utilitas interdum minoris est, quam res est.

95 Interdum majoris, *l. fin.* ff. *de act. empt. l.* 11. ff. *de rejudicata.*

96 Id est, ob hoc, quod servus meus heres institutus, hereditatem sibi relictam meo jussu adire non potuit hoc ipso, quod ab adversario non fuit exhibitus.

97 *l.* 9. *l.* 10. ff. *eod. l.* 23. ff. *ad l. Aquil.*

98 Vide *l.* 12. §. 1. ff. *depositi. l.* 10. ff. *de rei vind.*

99 Sive res ibi extet sive non extet: sed hoc casu, actor sumptus itineris, navigationis, & alimenta debet, *ut hic.* quemadmodum & is, qui deposuit, *d. l.* 12. & qui commodatum accepit, *l.* 5. §. 12. *in fi.* ff. *commodati.* qui testes advocavit ad actionem, vel accusationem, *l.* 11. *C. de test.* sumptus debet.

100 ἐυεργέτην, id est, reum. *Synopsi. Basilic. eod. cap.* 11. unde mox sequitur *actorem.*

1 Possessor, si dolo malo rei possessionem transtulit, debet suis sumptibus rem ibi exhibere, ubi petitur. *ut hic, l.* 12. ff. *de rei vind. l.* 47. ff. *de leg.* 1.

2 Id est, translatum.

3 Si quis etiam sine dolo malo post contestationem possidere desinat, condemnatur ad restituendum ea, quæ apud ipsum extant. *Synopsi. Basil. dict. c.* 11. *in fi.*

4 *l.* 5. *in fi.* ff. *eod.*

5 Qui vindicare quem in libertatem, suamve potestatem velit, actionem ad exhibendum habet. *Synopsis Basil. eod. c.* 12.

6 Si pecuniariter interest: alias interdicto agitur. *l.* 13. ff. *eod.*

7 Secus si ex nova. *l.* 3. *C. eod.*

8 *l.* 3. *C. eod.*

9 *l.* 3. §. 10. *in fin.* ff. *eod.*

10 Notarum vitio, hujus vocis loco, *testimonio* apud aliquos legi notat Petrus Faber, 1 *semestr.* 14. *fol.* 125. sed *testamentum* interdum pro testimonio sumitur.

11 *l.* 49. *in fin* ff. *de rei vind.* vide *l.* 25. ff. *de verb. sign.*

12 Si post litis contestationem. *Synopsi. Basilic. eod. c.* 12. Goth. Ad intellectum hujus §. vid. Bellon. *supput. lib.* 4. *c.* 8. Ans. Adde Robert. 2 *sententiar. cap.* 23. S. L.

13 *l.* 5. §. *fin.* ff. *eod.* §. 3. *Inst. de offic. judic.*

14 In solidum: quoniam realis possessio sequitur possessorem.

15 *l.* 5. *l.* 18. ff. *eod.*

16 *l.* 3. §. 9. ff. *de homine libero.*

17 Differentia interdicti de exhibendo, & actionis ad exhibendum.

18 Nisi peculiariter interfit. vide *l.* 12. ff. *eod.*

19 Pecuniariter.

20 Vel è contra. *l.* 3. §. 12. ff. *de donat. inter virum.*

21 Nam quæ inter virum & uxorem donationis causa geruntur, ipso jure nullius sunt momenti. *l.* 3. §. 9. 10. ff. *de donatio. inter virum.*

22 Improprie hæc vox usurpatur, ut in *l.* 22. ff. *familiæ.* proprie, ut in *l.* 31. *in fi.* ff. *de adquir. rerum.*

rum *facias mihi* [11], *quo minus eum thesaurum effodiam, tollam, exportem.* Quod si etiam furtivus iste thesaurus est, etiam furti agi potest.

Si quid servus tenet, aut dolo fecit, quo minus habeat.

XVI. PAULUS lib. X ad Sabinum.

CUm servus tenet aliquid [14], dominus ad exhibendum suo [15] nomine tenetur: si autem servus, citra scientiam domini, dolo fecit, quo minus habeat, vel furti actio, vel de dolo malo noxalis, servi nomine danda est: ad exhibendum autem utilis nulla [16] constituenda est [17].

De re deteriorata.

XVII. ULPIANUS lib. IX de omnibus Tribunalibus.

SI quis hominem debilitatum exhibeat, vel elusearum, ad exhibendum quidem absolvi debet: exhibuit enim, & nihil impedit directam actionem talis exhibitio: poterit tamen agere actor ex lege Aquilia de hoc damno.

De instrumentis.

XVIII. IDEM lib. VI Opinionum.

SOlutione chirographo inani [18] facto, & pignoribus liberatis [19], nihilominus creditor [20], ut [21] instrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio, quam debitore [22] exhibeantur, agere potest.

De eo, quod interest.

XIX. PAULUS lib. IV Epitomarum Alfeni.

AD exhibendum possunt agere omnes, quorum interest. Sed quidam consuluit, an possit efficere hæc actio, ut rationes adversarii [23] sibi exhiberentur, quas exhiberi magni ejus interesset? Respondit, * non oportere jus civile calumniari [24], neque verba captari, sed, qua mente quid diceretur, animadvertere convenire: Nam illa ratione etiam studiosum alicujus doctrinæ posse dicere, sua interesse, illos aut illos libros sibi exhiberi: quia, si essent exhibiti, cum eos legisset, doctior & melior futurus esset [25].

De servo quæstionis causa exhibendo.

XX. ULPIANUS lib. II Regularum.

QUæstionis habendæ causa [26] ad exhibendum agitur ex delictis servorum ad [27] vindicandos [28] conscios suos.

11 Actio ad petendum patrimonium compet. ff. de rei vind. quod factum non est, fiat, agatur, eaque petitur, ut possessor laudatum me rem tollere & auferre, puta thesaurum effodere, *ut hic.* sterem, quod in arcam ejus congessit, l. 5 § 3. ff. eod. glandem meam, quæ in ejus fundum decidit, l. 9 § 1 ff. eod. l. uva. ff. de glande legend. res meas, quæ vi fluminis in ejus agrum importatæ sunt. l. 9. § 1 ff. de damno. fructus in ejus fundo lectos, creatas, lapidem exemptum ejus voluntate tollere, l. 34. ff. de dolo. l. 16. § fin. ff. de præscript. ire agere per ejus fundum, aut alia servitute uti. l. 15. in fin. ff. de serv. 24 Voluntate domini. 25 Quia dominus tenere intelligitur. 26 Atqui exhibendi servi facultatem habet: hic non agitur de exhibitione servi, sed de rei exhibitione. 27 Cur? servus voluntate domini non tenuit, nec ejus consensu tenere desiit. 28 Inane sit chirographum solutione debiti facta creditori. vide l. ult. C. eod.

29 Fit debiti solutione chirographum inane reddituri, & pignori liberantur, potest tamen creditor agere cum extraneo, ut chirographum exhibeatur: cum de eo restituendo debitori teneatur. vide l. ult. C. eod. eoque judici possit probare pecuniam non fuisse indebitam. l. 27. ff. de furtis.

30 Debitor. Cujac. 9 observ. 7. & merito ita legendum est. Debitor enim eo soluto, quod debet, ad exhibendum actionem habet adversus creditorem: nempe, ut exhibeat & chirographum, & instrumenta cætera, quæ ad contractum & obligationem debitoris pertinent, ac non modo, ut ea exhibeat, sed ut exhibita restituat. S. nost. Basil. eod. cap. 18. 31 l. 27. ff. de furtis. 32 Creditore. Cujac. ibid. 33 Vide l. 11 C. de petit. hered. 34 Id est, falso & scienter impugnare. 35 Hic ergo id, quod cujusque interest, non attenditur, nisi honesta & probabilis causa videatur. l. 3. § 11. in fin. ff. eod. Goth. De librorum affectione, vide Tholosan. de republic. lib. 16. cap. 10. Ansi 36 l. 2. C. eod. 37 Adde l. 6. ff. de custod. reor. l. 6. C. de servis fugit. l. 5. C. ad l. Jul. majest. l. 12. C. de Mathematicis. l. 1. C. de falsa moneta. l. ult. C. de accusat. l. 10. C. de testibus. adde Oldend. cap. 4. de testib. 38 Al. Judicandos.

LIBER UNDECIMUS.

TIT. I.

DE INTERROGATIONIBUS IN JURE FACIENDIS, ET INTERROGATORIIS ACTIONIBUS 4.

De herede interrogando. 1. De usu interrogationis.

1. CALLISTRATUS lib. II Edicti monitorii.

DIotens heres [in jure] interrogandus est, *qua ex parte heres sit*, quoties adversus eum actio instituitur, & dubitat [6] actor, qua ex parte is, cum quo agere velit, heres sit. Est autem interrogatio tunc necessaria, cum in personam sit actio [7], & ita, si certum petetur: ne dum ignoret actor, qua ex parte adversarius defuncto heres exstiterit, interdum plus [8] petendo aliquid damni sentiat. §. 1. Interrogatoriis autem actionibus hodie [9] non utimur: quia * nemo cogitur ante judicium [10] de suo jure aliquid respondere [11]: ideoque minus frequentantur, & in desuetudinem abierunt: sed tantummodo [12] ad probationes litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab adversa parte expressa [13] fuerint apud judices, vel in hereditatibus, vel in aliis rebus, quæ in causis versantur.

Ratio hujus edicti.

II. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

EDictum de interrogationibus ideo Prætor proposuit, quia sciebat difficile [14] esse ei, qui heredem, bonorumve possessorem convenit, probare aliquem esse heredem, bonorumve possessorem [15].

III. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

QUia plerunque difficilis probatio [aditæ] hereditatis est.

1. Interpretatio verbi in jure.

IV. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

VOluit Prætor adstringere eum, qui convenitur, ex sua in judicio responsione, ut vel confitendo vel mentiendo sese oneret: simul etiam portionis, pro qua quisque heres extitit, ex interrogatione certioretur. §. 1. Quod ait Prætor [16]: *Qui in jure interrogatus responderit*: sic accipiendum est, apud Magistratus populi Romani, vel Præsides provinciarum, vel alios judices: *Jus* enim [17] eum solum locum esse, ubi juris dicendi vel judicandi gratia consistat; vel si domi [18] vel itinere hoc agat.

De tempore petendo ad interrogandum.

V. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

QUi interrogatur, *an* [19] *heres, vel quota ex parte sit*, vel *an in potestate habeat eum, cujus nomine noxali judicio agitur*, ad deliberandum tempus [20] impetrare debet: quia, si perperam confessus fuerit, incommodo adficitur [21].

1. Quo casu interrogatus non cogitur respondere.

VI. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

ET quia hoc * defunctorum interest, ut [22] habeant successores, interest & viventium, ne præcipitentur, quamdiu juste deliberant. §. 1. Interdum interrogatus quis, *an heres sit*, non cogitur respondere: utputa, si controversiam hereditatis ab alio patiatur (& ita D. Hadrianus constituit) ne aut negando [se] heredem, prætudicet sibi, aut dicendo heredem, illigetur [23] etiam ablata sibi hereditate.

Interrogatio de quadrupede.

VII. IDEM lib. XVIII ad Edictum.

SI quis in jure interrogatus, *an quadrupes* [24], *quæ pauperiem fecit, ejus sit*, responderit: tenetur.

Interrogatio de servo.

VIII. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SI quis interrogatus de servo, qui damnum dedit, respondit, *suum* [25] *esse servum*: tenebitur lege Aquilia, quasi dominus [26]: & si cum eo actum sit, qui respondit, dominus ea actione liberatur [27].

1 Il, qui tenet aliquid, quæ res, & actiones pertinent. 12 Synopsi. Basil. 4. 2 V. l. 4. § 1. ff. eod. in διαταγμ. Synops. Basil. eod. alias, in Synops.

3 Interrogatoria actio, quæ adversus interrogatum ex responso datur actio: ut confessoria, quæ datur adversus sponte confitentem.

4 Non quibus cogitur respondere adversarius, sed quæ ex interrogati responsione dantur, perinde ac si obligatus esset, l. 11. §. 9. l. ult. ff. eod. confessoriæ ob hanc causam vocantur. l. 25. §. 1. ff. ad legem Aquil. vide Duaren. 1 disp. 43.

5 l. 10. ff. eod.

6 Propter periculum plus petitionis, ut ff. eodem. Vicissim spatium reo dabatur, antequam interrogatus responderet. Sen. 9 de benef. 26. Permitte me interloqui, ne interrogatione insidiosa capiar.

7 Qua procurator etiam tenetur. l. 39. ff. de procuratoribus.

8 De plus petitionibus, & earum periculo, dixi ad rubricam tituli C. de plus petitionib. l. 36. ff. de solutionibus.

9 Frequenter sc. vide Robertum, 4 sent. 18. Zasius sic interpretatur: Interrogationes hodie non more actionis, ut olim, sed summatim proponuntur. Verisimile est autem hanc particulam, *hodie*, non esse Callistrati, sed Triboniani veterа jura ad tempus suum accommodantis.

10 Nisi interrogetur, an sit heres, & pro qua parte, l. 5. & qualiter, l. 9. §. 6. an fundum, & pro qua parte. l. 20. §. penult. an ædes possideat, quarum nomine caveri sibi postulet, & pro qua parte, l. 10. an sua sit quadrupes, l. 7. an peculium penes se habeat, l. 9. in fin. an eum in potestate habeat, de quo noxaliter agitur, l. 5. cujus ætatis sit, l. 11. nisi denique æquitas judicem moverit, ut interroget. l. pen. ff. eod. 11 Vide l. 11. C. de petit. hered. 12 Ad solam probationem sufficit adversæ partis interrogatio, tam in hereditatibus, quam in aliis rebus. Synops. Basil. 42. tit. 4. c. 2. Harmenop. 1. tit. 2. §. 31. 13 Et confessa. l. 6. §. 2. ff. de confessis. 14 Probatio hereditatis aditæ, & bonorum possessionis, difficilis est, *ut hic.* sic alibi dicitur esse difficilis probatio ejus, quod interest. l. ult. ff. de prætor. stipul. 15 Cum extraneus heres nuda voluntate fiat, & contraria voluntate repellatur. §. ult. in fin. Inst. de heredum qualitate. 16 Reprehenditur hic Hotom. à Joann. Robert. lib. 1 sent. cap. 13. & Jacob. Cujac. lib. 14 obs. cap. 11. S. L.

17 Adde l. pen. in fin. ff. de Justit. & Jur. 18 Non si domi, Hotom. 1 obs. 40. reprehensus à Cujac. 14 obs. 11. in fin. & à Robert. 1 recept. 19 l. 1. §. 12. ff. de successorio edicto. 20 l. 1. §. 12. in fin. ff. de jurisdict. 21 V. l. 11. §. 3. ff. eod. 22 l. 1. in pr. ff. de successorio. §. 2. vers. adhuc. Inst. de bonor. possess. 23 Qui laqueum timet captionis, non cogitur respondere. Zasi.

24 l. 1. §. antepen. ff. si quadrupes 25 l. 2. §. 1. ff. de noxalib. hoc est, bona fide à se possessum. Ut hinc constet, noxali lege Aquilia facto servi, bonæ fidei possessori eum conveniri. de quo vide plura, quæ scripsi ad l. 27. §. 3. ff. ad l. Aquil. 26 Adde l. 6. §. 2. vers. si alia. ff. de confessis. 27 l. 20. ff. eod.

Responsio sine interrogatione. 1. Si Prætor vel adversarius interroget. 2. De servo. 3. Si quis pro alio interrogetur. 4. De defensore. 5. Interpretatio responsionis. 6. Quid respondendum. 7. De fideicommissario universali. 8. Si de peculio agatur.

IX. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

SI sine interrogatione quis responderit *se heredem*, pro [28] interrogato habetur [29]. §. 1. Interrogatum non solum à Prætore accipere debemus, sed & ab adversario. §. 2. Sed si servus interroget, nulla erit interrogatio: non magis, quam si servus interroget. §. 3. Alius pro alio non debet respondere cogi, *an heres sit*: de se [30] enim debet quis in judicio interrogari: hoc est, cum ipse convenitur. §. 4. Celsus lib. v Digestorum scribit. Si defensor in judicio interrogatus, *an is, quem defendit, heres, vel quota ex parte sit*, falso responderit: ipse quidem defensor adversario tenebitur [31]; ipsi autem, quem defendit, nullum facit præjudicium. Veram itaque esse Celsi sententiam dubium non est. † An ergo non videatur defendere, si non responderit, videndum? Quod utique & consequens erit dicere: quia non plene defendit.

§. 5. Qui interrogatus, *heredem se* responderit, nec adjecerit, *ex qua parte*, ex asse [32] responsisse dicendum [33] est: nisi forte ita interrogatur, *an ex dimidia parte heres sit*, & responderit, *heres sum*: hic enim magis [eum] puto ad interrogatum responsisse.

§. 6. Illud quæritur, an quis cogatur respondere, *utrum ex testamento heres sit, & utrum suo nomine ei quæsita sit hereditas; an per eos, quos suo juri subjectos habet, vel per eum, cui heres extitit?* Summatim igitur Prætor cognoscere debebit, cum quæratur, an quis respondere debeat, quo jure heres sit: ut, si valde interesse compererit, plenius responderi jubeat [34]: quæ obtinere debent non solum in heredibus, sed etiam in honorariis [35] successoribus. §. 7. Denique Julianus scribit, eum quoque, cui est hereditas restituta, debere in jure interrogatum respondere, *an ei hereditas sit restituta.*

§. 8. Si de peculio agatur, non oportere responderi à patre, vel domino [36], *an in potestate habeat filium vel servum*: quia hoc solum quæritur, *an peculium apud eum, cum quo agitur, est.*

Interrogatio de ædibus.

X. PAULUS lib. XLVIII ad Edictum.

NOn alienum est, eum [37], à quo damni infecti stipulari velimus, interrogare in jure *an ædes ejus vel locus sit, ex quo damnum timeatur: & pro* [38] *qua parte*: ut, si neget [39] suum prædium esse, nec caveat damni infecti, aut [40] cedere aut resistendum putaverit, quasi dolo versatus, tradere compellatur.

Interrogatio de ætate. 1. De falsa responsione. 4. De silentio. 5. De incepta responsione. 6. De eo, qui respondit se heredem esse ex parte. 7. De negatione, silentio, & obscura responsione. 8. Quibus casibus succurritur ei, qui respondit. 9. Effectus interrogationis. 10. De errore, 11. Et culpa. 12. De pœnitentia.

XI. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

DE ætate quoque interdum interrogatus respondere debebit [41]. §. 1. Si quis [42], cum heres non esset, interrogatus responderit, *ex parte heredem esse*: sic convenietur [43], atque si ex ea parte heres esset: fides enim ei contra se habebitur [44]. §. 2. Qui ex quadrante heres, vel omnino cum heres non esset, responderit *se heredem ex asse*, in assem institutа actione convenietur. §. 3. Si cum esset quis ex semisse heres, dixerit se *ex quadrante*: mendacii hanc pœnam feret, quod in solidum [45] convenitur [46]: non enim debuit mentiri [47], dum se minoris portionis heredem adseverat. † Interdum tamen justa ratione potest opinari esse [48] heredem ex minore parte. Quid enim, si nesciat sibi partem adrevisse, vel ex incerta parte fuit institutus, cur ei responsum noceat?

§. 4. Qui tacuit [quoque] apud Prætorem, in ea causa est, ut instituta actione in solidum conveniatur, quasi negavit se heredem esse: nam qui omnino non respondit, contumax est [49]: contumaciæ autem pœnam hanc ferre debet, ut in solidum conveniatur, quemadmodum si negasset: quia Prætorem contemnere videtur [50]. §. 5. Quod autem ait Prætor: *Omnino non respondisse*: posteriores sic excuperunt, ut * omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit, id est, οὐκ [51] ἐπ' ὦ. §. 6. Si interrogatus quis, *an ex asse heres esset*, responderit *ex parte*: si ex dimidia esset, nihil ei nocere responsum: quæ sententia humana est. §. 7. Nihil [52] interest, neget quis, an taceat interrogatus, an

28 Interrogatus quis nonnunquam fingitur.

29 Qui ultro respondet non interrogatus, se obligat. idem est in tutore. l. 3. ff. de autor. tut.

30 Ideoque filius de patre interrogari non debet. l. 19. ff. eod.

31 Ut in eum detur ex hoc titulo confessoria actio. l. 25. §. 1. ff. ad l. Aquil.

32 Qui simpliciter respondet, super toto responsisse censetur, nisi prius de parte interrogatus, postea simpliciter respondeat. Zasi.

33 Licet appellatio *rei*, non genus, sed speciem significet, l. 6. ff. de rei vind. licet meum aliquid pro parte esse possit. l. 21. ff. de condict. insf.

34 Ubi majus versatur interesse, ibi plenius, & distinctius est responsum. Zasi.

35 Honorarii successores, Prætorii.

36 Hinc colligit Zasi. impertinenti interrogationi non esse respondendum; eum tamen, qui responderit, obligari. Addit etiam hinc emergere practicam peritorum procuratorum, qui cum respondent, protestantur de salvo jure imperantientium potitionum. Hæc ille n. 10. 11.

37 l. 20. in fin. ff. eod.

38 l. 1. ff. eod.

39 Damni infecti non cavet, qui interrogatus prædium suum esse negavit.

40 Al. aut si cedere.

41 Adde l. 32. ff. de minoribus. ideoque sua ex confessione tenebitur, nisi restituatur. l. 6. §. pen. ff. de confessis.

42 Synopsi. Basil. eod. c. 11.

43 l. 12. ff. eod.

44 V. l. 7. C. de probat. Novell. 48. c. 1. §. 1.

45 l. 1. §. 3. ff. de ventre inspiciendo.

46 Mentientis hæc est pœna, ut si primo pro parte tenebatur, postea in solidum teneatur. Bart.

47 Confer l. 2. C. si contra jus vel utilitat. publ. & l. 29. in fin. ad leg. Cornel. de falsi. Ans.

48 Esse, id est, esse sci. 49 Vide l. 19. eod. l. 18. §. 2. ff. de prob. 50 Baldus addit: Tacentem injuste post judicis interrogationem, aliquando pro contumace, aliquando pro confesso, sæpe pro negante haberi. 51 Ὑπόστασις, id est, ad verbum, non respondet, qui factæ sibi interrogationi congruenter non respondet. Fit vero species paremiæ, dixi ad §. 21. constitut. de confirmatione Digestorum. Cicero pro Flacco dixit, respondere ad rogatum. 52 Negare, tacere, obscure respondere, parta sunt.

an obscure respondeat, ut incertum dimittat interrogatorem 53.

§. 8. Ex causa succurri ei, qui interrogatus respondit, non dubitamus: nam & si quis interrogatus, *an patri heres esset*, respondit; mox probato 54 testamento, inventus sit exheredatus, æquissimum est succurri ei 55: Et ita Celsus scribit. Hic quidem & alia ratione, quod *ea, * quæ postea emerguntur, auxilio indigent* 56. Quid enim, si occultæ tabulæ, & remotæ, postea prolatæ sunt? cur noceat ei, qui id responderit, quod in præsentiarum videbatur? Idem dico & si, qui 57 *heredem se* responderit, mox falsum, vel inofficiosum, vel irritum testamentum fuerit pronunciatum: non enim improbe respondit, sed scriptura ductus. §. 9. Qui interrogatus responderit, sic 58 tenetur, quasi ex contractu obligatus, pro quo pulsabitur 59, dum ab adversario interrogatur. Sed & si a Prætore fuerit interrogatus, nihil facit Prætoris autoritas: sed ipsius responsum, sive mendacium 60. §. 10. Qui justo errore ductus negaverit, *se heredem*, venia dignus est 61. §. 11. Sed & si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit, absolvi eum debere: nisi 62 culpa dolo proxima sit. §. 12. Celsus scribit, licere 63 responsi pœnitere, si nulla captio ex ejus pœnitentia sit actoris 64. Quod verissimum mihi videtur: maxime si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis, vel epistolis amicorum juris sui edoctus.

De filio, qui se abstinuit paterna hereditate. 1. *De exceptionibus.*

XII. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

SI filius, qui abstinuit se paterna hereditate, in jure interrogatus responderit *se heredem* [*esse*,] tenebitur: nam 65 ita respondendo, *pro herede gessisse* videtur. † Sin autem filius, qui se abstinuit, interrogatus tacuerit, succurrendum est ei: quia hunc, qui abstinuit, Prætor non habet heredis loco. §. 1. Exceptionibus 66, quæ institutis in judicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is 67 uti potest, qui ex sua responsione convenitur, veluti pacti conventi, rei judicatæ, & cæteris.

De falsis confessionibus.

XIII. IDEM lib. II ad Plautium.

COnfessionibus 68 falsis respondentes, ita obligantur, si ejus nomine, de quo quis interrogatus sit, cum aliquo sit actio: quia quæ cum alio actio esset, si dominus esset, in nostræ confessione nostra conferemus. Et si eum, qui in potestate patris esset, respondissem, *filium meum esse*, ita me obligari, si ætas 69 ejus pateretur, ut filius meus esse possit: quia * falsæ 70 confessiones naturalibus convenire deberent: propter quæ fiat, ut patrisfamilias nomine respondendo, non obliger. §. 1. Eum, qui patremfamilias, *suum esse* responderit *servum*, non teneri noxali actione: ac ne si bona fide liber 71 homo mihi serviat, mecum noxali judicio agi potest: & si actum fuerit, manebit integra actio eum ipso, qui admisit 72.

XIV. JAVOLENUS lib. IX ex Cassio.

SI is, cujus nomine noxæ judicium acceptum est, manente judicio liber judicatus est, reus absolvi debet: nec quidquam interrogatio in jure facta proderit: * quia ejus personæ, cujus nomine quis cum alio actionem habet, obligationem transferre non potest in eum, qui in jure suum esse confitetur, velut alienum servum, *suum esse* confitendo: liberi autem hominis nomine, quia cum alio actio non est, ne per interrogationem quidem aut confessionem transferri poterit. Quo casu eveniet, ut non recte hominis liberi nomine actum sit cum eo, qui confessus est. §. 1. In totum autem confessiones ita ratæ sunt, si id, quod in confessionem venit, & jus & naturam recipere potest 73.

De servo hereditario. 1. *De morte servi.*

XV. POMPONIUS lib. XVIII ad Sabinum.

SI ante aditam hereditatem, servum hereditarium *meum esse* respondeam, teneor: quia domini 74 loco habetur hereditas 75. §. 1. Mortuo servo, quem in jure interrogatus *suum esse* confessus sit, non tenetur is, qui respondit: quemadmodum, si proprius ejus fuisset, post mortem ejus non teneretur 76.

De servo capto ab hostibus. 1. *Si servus respondentis esse non potuit.*

XVI. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI servus ab hostibus captus sit, de quo quis in jure interrogatus responderit, *in sua potestate esse*, quamvis jura postliminiorum possint efficere dubitare nos 77, attamen non puto locum esse noxali actioni: quia non est in nostra potestate 78. §. 1. Quanquam autem placet, etiam eum teneri, qui *alienum servum suum* falsus esset, attamen rectissime placuit, eum demum teneri, qui suum potuit 79 habere: cæterum, si dominium quærere non potuit, non 80 teneri.

De pluribus dominis.

XVII. IDEM lib. XXXVIII ad Edictum.

SI servus non sit unius, sed plurium, & omnes mentiti sunt, *eum in sua potestate non esse*: vel quidam ex illis: aut dolo fecerunt, quo minus sit in potestate; unusquisque illorum tenebitur in solidum 81: quemadmodum tenerentur, si haberent in potestate. Is vero, qui nihil dolo fecerit, quo minus in potestate haberet, vel non negavit, non tenebitur.

An confessio unius liberet alium.

XVIII. JULIANUS lib. IV ad Ursium Ferocem.

QUi ex parte 82 dimidia heres erit, cum absentem coheredem suum defendere vellet, ut satisdationis onus evitare posset, respondit *se solum heredem esse*, & condemnatus est: quærebat actor, cum ipse solvendo non esset, an, rescisso superiore judicio, in eum, qui revera heres erat, actio dari deberet? Proculus respondit, rescisso judicio posse agi 83. Idque est verum.

Si filius pro patre agens non responderit.

XIX. PAPINIANUS lib. VIII Quæstionum.

SI filius, cum pro patre suo ageret 84, taceat interrogatus, omnia perinde observanda erunt, ac si non esset interrogatus 85.

An confessio unius liberet alium. 1. *Interrogatio de fundo*, 2. *Vel de ædibus.*

XX. PAULUS lib. II Quæstionum.

QUi servum alienum responderit *suum esse*, si noxali judicio conventus sit, dominum liberat 86: aliter atque si quis confessus sit, *se occidisse servum*, quem alius occidit: vel si quis responderit *se heredem*: nam his casibus non liberatur, qui fecit, 87 vel qui heres est. Nec hæc inter se contraria sunt: nam superiore casu ex persona servi duo tenentur: sicut in servo communi dicimus, ubi alterо convento alter quoque liberatur 88: at is, qui confitetur 89 *se occidisse* vel vulnerasse, suo nomine tenetur. nec debet impunitum esse delictum ejus, qui fecit, propter eum, qui respondit: nisi quasi defensor ejus, qui admisit vel heredis litem subiit hoc genere 90, tunc enim in factum exceptione data, sumpmovendus est actor: quia ille negotiorum gestorum vel mandati actione recepturus est quod præstitit. † Idem est in eo, qui mandatu heredis *heredem se esse* respondit, vel cum eum alias defendere vellet.

§. 1. In jure interrogatus, *an fundum possideat*: quæro, an respondere cogendus sit, & quota ex parte fundum possideat? Respondi: Javolenus scribit posse sponsorem fundi 91 cogi debere respondere, *quota ex parte fundum possideat*: ut, si minore ex parte possidere se dicat, in aliam partem, quæ non defenderetur 92, in possessionem actor mittatur. §. 2. Idem & si damni infecti 93 caveamus: nam & hic respondere debet, *quota ex parte ejus sit prædium*, ut ad eam partem stipulationem accommodemus. Pœna autem non repromittentis hæc est, ut in possessionem eamus: & ideo [eo] pertinet scire, an possideat.

Quibus casibus interrogari oporteat.

XXI. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

VBicunque 94 judicem æquitas 95 moverit, æque oportere fieri interrogationem 96, dubium non est.

De effectu responsionis.

XXII. SCÆVOLA lib. IV Digestorum.

PRocuratore Cæsaris ob debitum fiscale 97 interrogante, unus ex filiis, qui nec bonorum possessionem acceperat, nec heres erat, respondit, *se heredem esse*: an quasi interrogatoria creditoribus cæteris teneatur? Respondit *, ab his, qui in jure non interrogasset, ex responso suo conveniri non posse 98.

---

53 Obscure, & nihil respondere, parum sunt. *Bart.*

54 Ita *Flor.* *l. prolato.*

55 Ex causa justi erroris potest quis suam confessionem revocare. §. 10. *ff. eod.* vide *l.* 57. *ff. de oblig. & act.*

56 Emergentia, novo egent auxilio. *l.* 10 *in fin. ff. qui satisdare. l.* 7. *in fin. ff. de feriis. l.* 12. *in fin. ff. de transact. l.* 8. *in fin. l.* 5. *& seq. ff. de procurat. l.* 16 *ff. de arbitr. l.* 19. *circa fin. ff. de inoffic. l.* 12. *ff. de cond. indeb. l.* 1. *in fin. ff. quando actio de peculio. l.* 4. *in fin. ff. de testam. tut. l. fin. in fin. ff. de hered. inst. l.* 3. *in fin. ff. de adimendis. l.* 12. *ff. ad Trebi. l.* 11. *ff. de except. rei judic. l.* 1. §. *ult. ff. de quæstionib. l.* 27. *in princ. ff. de pœnis. l. fin. C. de rebus cred. l.* 1. 2. *C. si ex falsis instrumentis.* §. 5. *in fin. Inst. de hereditat. qualitate. cap. utili. de electionibus. in* 6.

57 *Al.* quis.

58 Respondens interroganti, contrahere videtur.

59 *l.* 4. *ff. eod.*

60 Confessio judicialis obligat: extrajudicialis, habens causam, probat, non obligat: causam non habens, nec probat, nec obligat. *Bologn.*

61 V. §. 8. *ff. eod.*

62 Adde *l.* 11. *in fin. ff. de incendio.*

63 *Synopf. Basil.* §. 32. Goth. Vide Aut. Auguft. *lib.* 1 *emendat. c.* 6. S. L.

64 Pœnitere, re integra, interrogato licet, id est, si actori jus non fiat deterius. vide tamen *Accurf. hic.*

65 *Pro herede gerit*, qui interrogatus in jure respondet *se heredem.*

66 Vide Cujac. 22 *obf.* 27.

67 Et ita quisq; sua confessione uti quadam ex consequentia potest.

68 *Synopf. Basil. eod. cap.* 13.

69 V. *l.* 14. *in fi. ff. eod.*

70 Falsæ confessiones naturalibus convenire debent, *ut hic.* Ita confessiones non aliter ratæ sunt habendæ, quam si jus & naturam recipiant. *l.* 14. *in fin. ff. eod.*

71 *l.* 21. *in fin. C. de furtis.*

72 Adde *l.* 42. *ff. de noxali.*

73 *l.* 13. *ff. eod.* confessio, quæ actu & potentia falsa est, non præjudicat. *Zaf.*

74 Domini loco hereditas habetur.

75 V. *l.* 31. *in fin. ff. de heredib. instituend.*

76 *l.* 39. *in fin. ff. de noxalib.*

77 Et quia spem postliminii habemus, *l.* 22. 23. *ff. familiæ.* usque absentis pendet. *l.* 15. *ff. de ritucap.*

78 Est enim hostium.

79 Simplex confessio minime nos dominos constituit, sed ut res ipsi in nostro dominio esse possit, amplius exigitur.

80 Cur? falsæ confessiones naturalibus convenire debent. *l.* 13. *ff. eod.*

81 V. *l.* 5. *ff. de noxalib.*

82 *l.* 24. *ff. de fidejussoribus:* 83 Qui confessioni tuæ adhæret in uno judicio, potest ab ea recedere in alio judicio, quod fuerit cum aliquo tertio intentatum. Imo fortius, confessio tua in uno judicio facta, tibi ipsi non nocebit in alio judicio, respectu eorum, quos prius judicium non tangebat: non enim prodest confessio tua tertio absenti à judicio. *l. fin. ff. eod.* si tamen aliud judicium inter easdem personas sit, noceret: *hæc Zaf. hic. num. ult.* 84 *Al.* agens. 85 Vide *l.* 9. §. 3. *ff. eod.* 86 Vide *l.* 23. *ff. de solutionib.*

87 Hoc fit si in uno pupillum, verum. Loquitur dum non excutitur à persona. *Rebuf.*

88 *l.* 146. §. 2. *ff. de verb. corrupto.*

89 Ex duobus Seius unus Sejchum interfecit: qui de ipfo non interfecit, quafi verus homicida capite plexus eft, cum verus homicida liberatur. Ergo liberatur, & non liberatur, ut argumento hujus dicto colligit Baldi. *c.* 1. §. *injuria. de pace juramento firmanda in feudis. & in l. duobus.* §. 2. *ff. de juramento.* Angelus & Imola, in *l. quoties. ff. solutio.* Cortefus, *singulari Homicid.*

90 Poteft enim procurator noftro nomine interrogari & refpondere. *l.* 39. *ff. de procurat. curatoris.*

91 *l.* 36. *ff. de rei vindic. v. l.* 11. *C. de petit. heredit.*

92 *l.* 7. §. 17. *ff. quibus ex cauffis in poffeff.*

93 *l.* 10. *ff. eod.*

94 Judex in quacunque parte judicii, etiam poft concluſionem in cauſa, ex officio ſuo nobili & principali, mere in perſona ejus reſidente, poteſt facere poſitiones & interrogationes. Bart. *interpretatione hujus legis. num.* 7. 95 Utilitas publica, cauſæ cognitio, æquum & bonum, quod judici ſæmper ob oculos eſſe debet, *l.* 4. *ff. de eo, quod cer. loco.* non cerebrinum tamen, ſed jure informatum, & ſtricto juri præferendum. *l. placuit.* 8. *C. de judiciis.* ut & ſatisfidari & caveri, etiam ante diem & conditionis eventum; *l.* 12. *in fin. ff. qui ſatisfidare. l.* 41. *ff. de judiciis. l.* 31. *ff. de reb. aut. jud.* facta per reſtitutionem revocari, *l.* 3. *l.* 7. *in princ. ff. de reſtit. in integr.* reſtitutiones concedi etiam majoribus, *l.* 3. *in fin. l.* 26. §. *ult. l.* 27 *l.* 28 *ff. ex quib. cauſ. major.* edi inſtrumenta, rationes, tabulas, ἀναγνῶσιν adverſario, vide *l.* 1. *C. de edend.* vel ex iis deſcribi, *l.* 15. *ff. de rei. aut. jud.* vel eorum editionem differri etiam pluries, *l.* 7. *l. ult. ff. de feriis.* excuſari quem judicio ſiſtendi cauſa, *l.* 2. 3. 4. 5. *ff. qui cautio judicio. l.* 7. *ff. de reſtit.* tranſactiones alimentorum probari, vel improbari, *l.* 8. *ff. de tranſact.* & pacta, *l.* 7. §. 7. *ff. de pactis.* abſentium nomine geſtoras admitti, eoque nomine abſentes obligari. vide *l.* 5. *ff. de obl. & act.* reſtitui, ſi læſi ſint: in poſſeſſionem mitti legatorum ſervandorum cauſa, ventris nomine, damni infecti, ſi non caveatur, *l.* 1. 2. *ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ.* bona pupillorum vendi, *l.* 22 *C. de adminiſt. tutor.* & contumacium bona diſtrahi & exerti, *l.* 7. §. 1. *ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. l.* 20. *ff. comm. divid.* impartiri judicem officium ſuum non petitum: vide quæ notavi ad *l.* 4. § *antepen. ff. de damno.* adjudicationes fieri bonorum coheredi, ſocio, vicino, v. §. 4. 5. 6. *Inſt. de off. jud.* bonorum poſſeſſionem dari, in poſſeſſionem mitti, tutores pupillis, judices litigantibus, *l.* 1. *ff. de juriſd.* & Advocatos dari, vide *l.* 1. §. 4. *ff. de poſtul.* & quæ hujuſmodi Advocatis deſunt, ſuppleri. *C. ut quæ deſ. ador. part.* poſſe me aggerem in agro alieno reſtituere, qui factus mihi prodeſſe poterit, domino vero fundi nihil nociturus, *l.* 2. §. 5. *ff. de aqu. pluv.* condemnati nomine pecuniam recluſam in arca capi, ut judicato ſatisfiat, *l.* 15. *in fin. ff. de rejudicata.* teſtes & ſubſignatores teſtari volentibus dari, *l.* 22. *ff. de teſtib. l.* 27. *ff. de verb. ſignif.* adde de officio judicis, *l.* 25. §. 38. *l.* 31. §. 1. *ff. de ædilitio edicto.* 96 Fruſtra hoc non adjectum: Procuratoris enim Cæſaris erat, debita fiſcalia exigere, *l.* 47. *in fin. ff. de jure fiſci.* adde quæ ſcripſi ad *tit. de procurator. Cæſaris.* 98 Confeſſio præjudicat quoad perſonam interrogantis, non quoad alios: vel, Reſponſio facta in judicio non præjudicat reſpondenti, niſi reſpectu interrogantis. *Bart.* Confeſſio per errorem facta, probato errore revocari poteſt. vide tamen Socinum, *regula* 69.

TIT. II.

DE QUIBUS REBUS AD EUNDEM JUDICEM EATUR.

De judiciis: quibus rebus dividuntur, aut distinguuntur.

1. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI inter 2 plures familiæ ercifcundæ agetur, & inter eoſdem communi dividundo, aut finium regundorum, eundem judicem ſumendum. Præterea, quo facilius coire coheredes vel ſocii poſſunt 3, in eundem locum omnium præſentiam fieri oportet.

De tutoribus.

II. PAPINIANUS lib. II Quæſtionum.

CUm ex pluribus 4 tutoribus unus, quod cæteri non ſint idonei, convenitur, poſtulante eo, omnes ad eundem judicem mittuntur 5: & hoc reſcriptis Principum continetur.

---

1 De reconventione & mutuis actionibus, adde *l* 11. *ff. de juriſdict. & l.* 22. *ff. de judiciis.* Goth. De actorum cumulatione, & ne continentia cauſæ dividatur, v. Joann. Yaneſ. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 9. Anſ. Adde Rebuff. ad *conſt. reg. in proœm. gloſſ.* 5. *num.* 117. Cujac. ad *Novell.* 96. *cap.* 2. & *in fin. Nov.* 99. S. L.

2 Connexæ natura ubi ſunt cauſæ, ut in familiæ ercifcundæ, communi dividundo, finium regundorum judicio, hujuſmodi negotia coram uno judice explicari debent, etiamſi perſonæ ſint diverſæ juriſdictionis, ſeu fori: vel ideo, quod continentia cauſſæ dividi non debeat, *l.* 10. *C. de jud.* quod reconventio ejuſdem cauſæ eundem judicem effugiat, utpote jam antea de cauſa inſtructum: ut denique evitetur abſurditas, ne in quo unus judex condemnat, alter abſolvat, & contrariæ ſententiæ ferantur in una & eadem cauſa, *l.* 14. *C. de ſent.* tum etiam, quod omnibus præſentibus ſententiam ferri magis expedit: quinetiam cauſa conventionis & reconventionis eadem ſententia terminanda eſt. vide Socin. *reg.* 41.

3 Poſſint.

4 *l.* 5. *C. arbitr. tutelæ.* 5 Cur? ut ſciatur quatenus locupletes ſint; facit *l.* 6. §. 1. *in fin. ff. de edend.*

TIT. III.

DE SERVO CORRUPTO 6.

Edictum. 1. *De bona fidei poſſeſſ.* 2. *Quid ſit recipere.* 3. *Quid ſit perſuadere. De dolo perſuadentis.* 4. *De ſervo bono, vel malo.* 5. *Quibus modis ſervus corrumpitur.*

1. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

AIt Prætor: QUI 7 SERVUM, SERVAM, ALIENUM, ALIENAM RECEPISSE 8, PERSUASISVE QUID EI DICETUR DOLO MALO, QUO EUM, EAM DETERIOREM FACERET, IN EUM, QUANTI 9 EA RES ERIT, IN DUPLUM JUDICIUM DABO. §. 1. Qui bona fide ſervum emit, hoc Edicto non 10 tenebitur 11: quia nec ipſe poterit ſervi corrupti agere: quia nihil ejus intereſt, ſervum non corrumpi: & ſane, ſi quis hoc admiſerit, eveniet, ut duobus actio ſervi corrupti competat: quod eſt abſurdum. Sed nec eum, cui bona fide homo liber ſervit, hanc actionem poſſe exercere opinamur. §. 2. Quod autem Prætor ait, RECEPISSE 12, ita accipimus, ſi ſuſceperit ſervum alienum ad ſe: & eſt 13 proprie *recipere*, refugium 14 ſubſecondendi cauſa ſervo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificave.

---

6 VI. C. II. §. 8. *Inſt. de obligat. ex delicto. Synopſ. Basil.* 60. *tit.* 6.

7 *Synopſ. eod* c. 1.

8 V. §. 2. *ff. eod.*

9 *l.* 9. §. 2. *eod.*

10 Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur actione ſervi corrupti, *ut hic.* Imo tenetur noxali. *l.* 28. *de noxalib.* Die, bonæ fidei poſſeſſorem ſervi corrupti actione non conveniri, quia ſua re abuti & exiſtimavit: neque dolo malo ſervum corrupit in fraudem domini: noxali vero conveniri ex facto ipſius ſervi. 11 Atqui tenetur lege Aquilia. *l.* 38. *ff. ad l Aquil.* 12 *In princ.* 1. *ff. eod. l.* 2. *l.* 9. *C. ad l. Fav. de plagia.*

13 *l.* 13. §. 7. *ff. de uſufr.* 14 Recepti ſervi tenetur, qui abſcondendi cauſa ſervum recepit in ſuo vel alieno. *Synopſ. eod. cap.* 1.

11 *Subaudi* ; eum recepere.

10 *Persuadere* plus est, quam recipere, quæ recipit fervum, religionem aut malum præbet, aut persuadet, impellit, atque cogit illos obtemperare. Plus est etiam persuadere fervo aliquid mali, quam eum vi ad malum compellere & cogere. Hoc enim cum fervi animo innocens esse potest: Imo est, quia vi cogitur, priore cæli, prorsus corruptus est.

17 *Al.* Sed persuasisset etiam bonum consilium quis dando, potest suadere & malum. Judicis ita conatur emendare: sed persuadet, Græce κακοτροπεῖ, etiam bonum consilium, quam lectionem jejunus velut jejunam & inanem relinquo.

18 Vocabula hæc Gellius 12 *cap.* 9, appellat *media, communia*, quæ significare & capere possint duas intra se res contrarias: ancipitia, ex utroque versu. Hujus generis sunt tempestas, valetudo, lucrum, dolus, gratia, industria, periculum, venenum, contagium, honor. Gellius *dicto loco.* Ita jure nostro, dolus, *l. 1. ff. de dolo.* Festus *in Deli* vet. Venenum *l. 35. §. 2. ff. de contrah. empt. l. 3. §. 2. ff. de fcurtis. l. 236. ff. de verb. fign. ubi ad eum vem citatur Homeri versus.* & apud autorem *Synopf. Basil. 2. c. 236.* τῶν μέσων ἐστὶ τὰ δυνάμει τὰ φαῦλα, ἢ δὲ προαίρεσις αὐτῷ καλὸν ἢ κακόν.

19 Adde *l. 52. §. 19. in fin. ff. de furt.*

20 *l. 4. C. de furt.*

21 Καλὸν, *bonum. Synopf. Basil. cod. c. 2.* Porro frugi dicebantur, confummate probi. Ita L. Calpurnius Piso, Frugi appellatus ob mores, Pedanius *in Pisonianam*, Cicero *in Verrem.* Porro à fruendo, frux frugis est.

22 Corrumpit, qui facit deteriorem, ut si quis fugituro modum monstret, aut fugam ejus laudet. *Synopf. cod. cap. 1.* Corrumpit denique, qui vel ex bono malum, vel ex malo deteriorem facit.

23 *d. l. 52. §. 19.*

24 Vide *l. 225. ff. de verb. fign.*

25 Κυνόπιγος. *Synopf. Basil. ibid. cap. 1.*

26 Minus.

27 *Subaudi*, fervo. Actoris enim fervi munus rationes dominicas conficere, *ut hic.* vide *l. ult. ff. de offic. Præf.* 28 Suasio fit pretio, vel verbis. 29 ἀπειλήσῃ, ἢ κλαυσίσῃ, ἢ ἀγχάσῃ, hoc est, *deleat, adulteret, turbet. d. c. 1.* 30 *Adulterare* dicit μιξοσοφιστὴς, pro corrumpere (ad metaphoras autem, vel neceſſitatis & penuriæ, vel elegantiæ causa descendimus) sic, adulterina moneta, nummi adulterini, pro falsis: ambulatoria voluntas, pro libera: cunabula, pro initiis, & fexcenta alia in jure, de quibus v. Alciatum, *tr. de verb. fign.* & Oldend. *in fin. oper.* 31 ἀκολοῦθον, id est, *prodigum. Synopf. Basil. ibid.* vide *l. 15. ff. de curat furiof.* 32 Erga dominum. *arg. l. 5. ff. de extraord. crim.* 33 ἡ ὑποκρεμμένη. *Synopf. ibid.* ubi Scholiastes exponit τὰ τῶν γυναικῶν ὑπερμένα. 34 *l. 6. ff. de adult.* 35 *l. 1. §. 2. ff. de dolo.* 36 Lusus gratia quod fit delictum, non obligat eum, qui fecit, ut *hic.* alias nemo lusu & joco obligatur. dixi ad *l. 3. in fin ff. de oblig. & act.* 37 Si modo lusus non fuit pernicioſus. *l. 10. ff. ad l. Aquil.* 38 *§. ult. Inst. de l. Aquil.* 39 Adde *l. 54. ff. de act. empt.* 40 *d. §. ult.* 41 *l. 1. ff. de receptatoribus.* 42 Recepit. 43 *Synopſis cod. cap. 3.* adde *l. 43. §. 4. ff. de furtis.* 44 Misericordia qui alienum fervum retinet, non tenetur, *ut hic.* at is, qui misericordia ductus solvit compeditum, in factum actione tenetur, *l. 7. §. 7. ff. de dolo. §. ult. in fin. Inst. de l. Aquil.* & qui eadem misericordia custodiam mittit, militiam murat. *l. ult. §. 2. ff. de custod. reor.* 45 *Synopf. Basil. cod. c. 4. de servo corrupto. & lege Aquilia. l. 45. §. 2. ff. ad l. Aquil.* 46 Vide *l. 9. §. 2. ff. cod.* 47 Servi corrupti actio in duplum coërcet contintentem: Aquilia, inficiantem, *ut hic. d. c. 4.* 48 Simplo. *l. 23. §. 10. ff. ad l. Aquil.* 49 Hoc est, sollicitasse alium, ὑποτιθέναι, Græcis, *d. c. 4.* 50 Vide *l. ult. ff. arborum furtim cæsarum.* 51 *l. 56. ff. de oblig. & act.* adde *l. 55. in fin. ff. ad l. Aquil.* 52 Ut & nequam liberi à patre interdum cum convicio instituuntur heredes, & ex ejus testamento aliquid percipiunt. *l. 48. §. 1. ff. de heredib. inst. l. 13. C. quibus ex caus. infamia.* 53 *l. 13. in pr. & §. 1. ff. cod.* 54 Idem in actione furti. *l. 47. ff. de furt.* 55 Socius, si quid in re communi commisit, tenetur socio. *l. 16. §. 4. ff. famil. l. 10. ff. commun. divid. l. 47. ff. pro socio.* 56 Socius non agit adversus socium, servi recepti vel corrupti tantum. Cur? quia socius recepti vix teneri potest, qui suum fervum recepit: nisi celandi animo recepierit. 57 Vide *l. 51. ff. pro socio.* 58 Ergo & ad adulteria. vide *l. 6. ff. de adulteriis.* adde *l. 1. in fin. l. 2. ff. cod.* adde & exempla ex *l. 52. §. 23. & 24. ff. de furtis.* tametsi apertius hic legeretur *omnium*, quam *omnes*: omnium, inquam, ut referas ad proprietarium, & fructuarium, de quibus in hac facti specie agitur. 59 *l. 11. in fin. ff. ad l. Aquil.*

§. 3. *Persuadere* autem est plus [15], quam [16] compelli, atque cogi sibi parere. Sed [17] persuadere *i. plures* [18] *est*, id est, *ex multis* (scilicet verbis) *est*: nam & bonum consilium quis dando potest suadere, & malum: & ideo [19] Prætor adjecit, DOLO MALO, QUO RUM DI PEJORI M FACI RET: neque enim delinquit, nisi qui tale aliquid servo persuadet, ex quo eum faciat deteriorem. Qui igitur servum sollicitat [20] ad aliquid vel faciendum vel cogitandum improbe, hic videtur hoc Edicto notari.

§. 4. Sed utrum ita demum tenetur, si bonæ [21] frugi servum perpulit ad delinquendum, an vero & si malum hortatus est, vel malo monstravit, quemadmodum faceret? Et est verius, etiamsi malo monstravit, in quem modum delinqueret, teneri eum. Imo & si erat servus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic vero laudator hujus propositi extitit, tenetur: *Non enim oportet laudando augeri malitiam.* Sive [22] ergo bonum servum fecerit malum, sive malum fecerit deteriorem, corrupisse videbitur. §. 5. Is quoque deteriorem facit, qui servo persuadet, ut injuriam faceret, vel furtum [23], vel fugeret, vel alienum servum ut sollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator existeret, vel erro [24], vel malis [25] artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius [26], vel seditiosus, vel si actori [27] suasit verbis, sive [28] pretio, ut rationes dominicas intercideret [29], adulteraret [30], vel etiam ut rationem sibi commodam turbaret:

II. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

VEl luxuriosum [31] vel contumacem [32] fecit: quive, ut stuprum [33] pateretur [34], persuadet.

De dolo persuadentis, & lusu. 1. *Si quis persuaserit servo in tectum ascendere, vel in puteum descendere.*

III. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

DOLO MALO adjecto calliditatem [35] notat Prætor ejus, qui persuadet. Cæterum, si quis sine dolo deteriorem fecerit, [non notatur]: Et si lusus [36] gratia fecit, non tenetur [37].

§. 1. Unde quæritur, si quis servo alieno suaserit *in tectum ascendere*, vel *in puteum* [38] *descendere*: & ille parens ascenderit vel descenderit, & ceciderit, crusque [39] vel quid aliud fregerit, vel perierit, an teneatur? Et, si quidem sine dolo malo fecerit, non tenetur: si dolo malo, tenebitur.

IV. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

SEd commodius est, utili lege Aquilia eum teneri [40].

De dolo recipientis. 1. *Si quis persuaserit servo, quem liberum putabat.* 2. *De confitente.* 3. *Si servus scisse dicetur.* 4. *Ad quod tempus refertur hæc actio.*

V. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

DOli verbum etiam ad eum, qui recepit [41], referendum est: ut non alius teneatur, nisi qui dolo malo fecerit [42]. cæterum si quis, ut [43] domino custoditet, recepit vel humanitate vel misericordia [44] ductus, vel adprobata atque justa ratione, non tenebitur. §. 1. Si quis dolo malo persuaserit quid servo, quem liberum putabat, mihi videtur, teneri [45] eum oportere: majus enim delinquit, qui liberum putans corrumpit: & ideo, si servus fuerit, tenebitur. §. 2. Hæc actio etiam adversus fatentem *in duplum* est [46], quamvis [47] Aquilia inficiantem duntaxat coërceat [48].

§. 3. Si servus servave fecisse [49] dicetur, judicium cum noxæ deditione redditur. §. 4. Hæc actio refertur ad tempus servi corrupti, vel recepti, non ad præsens: & ideo [&] si decesserit, vel alienatus [50] sit, vel manumissus, nihilo minus locum habebit actio: nec extinguitur manumissione semel nata actio [51]:

VI. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

PRæteritæ enim utilitatis æstimatio in hoc judicium versatur:

VII. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

NAm & mali servi forsitan consequuntur libertatem [52]: & posterior causa interdum tribuit manumissionis justam rationem.

An heres agat.

VIII. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

SEd & heres ejus, cujus servus corruptus est, habet hanc actionem [53]: non solum si manserit in hereditate servus, sed & si exierit, forte legatus [54].

De servo communi. 1. *Aut cujus ususfructus alienus est, recepto vel corrupto.* 2. *De duplo.* 3. *De servo deprætiato.*

IX. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

SI quis servum communem meum & suum corruperit, apud Julianum lib. IX Digestorum quæritur, an hac actione teneri possit? Et ait, teneri eum socio [55]: præterea, poterit & communi dividundo, & pro socio, si socii [sint], teneri, ut Julianus ait. Sed cur deteriorem facit Julianus conditionem socii, si cum socio agat, quam si cum extraneo agit? nam qui cum extraneo egit, sive recepit, sive corruperit, agere potest: qui cum socio, sine [56] alternatione; id est, si corrupit? nisi forte non putavit Julianus, hoc cadere in socium [57]: nemo enim suum recipit: sed si celandi animo recepit, potest defendi, teneri eum. §. 1. Si in servo ego habeam usumfructum, tu proprietatem, si quidem à me sit deterior factus, poteris mecum experiri: si tu id feceris, ego agere utili actione possum: ad omnes [58] enim corruptelas hæc actio pertinet: & interesse fructuarii [59] videtur, bonæ frugi servum esse, in quo usumfructum habet. Et si forte alius eum receperit, vel corruperit, utilis actio fructuario competit. §. 2. Datur autem actio, *quanti* [60] *ea res erit, ejus dupli* [61]. §. 1. Sed quæstionis est, æstimatio utrum ejus duntaxat fieri debeat, quod servus in corpore vel in animo damni senserit, hoc est, quanto vilior servus factus sit, an vero & cæterorum? Et Neratius ait, tanti [62] condemnandum corruptorem, quanti [63] servus ob id, quod subreptus sit, minoris sit.

De rebus, quas secum servus abstulit.

X. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

IN hoc judicium etiam rerum æstimatio [64] venit, quas secum servus abstulit: quia omne damnum duplatur [65]: neque intererit, ad eum perlatæ fuerint res, an ad alium: sive etiam consumptæ sunt: etenim justius est, eum teneri, qui princeps [66] fuerit delicti, quam eum quæri, ad quem res perlatæ sunt.

De furtu postea facto. 1. *De instrumento corrupto.* 2. *De concursu hujus, & aliarum actionum.*

XI. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

NEratius ait, postea furta facta in æstimationem non venire; Quam sententiam veram puto: nam & verba Edicti, QUANTI [67] EA RES ERIT, omne detrimentum recipiunt.

§. 1. Servo persuasi, *ut chirographa debitorum corrumpat*, videlicet tenebor. Sed si consuetudine peccandi postea & rationes [68], cæteraque similia instrumenta subtraxerit vel interleverit [69], deleverit, dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri.

§. 2. Quamvis autem, rerum subtractarum nomine, *servi corrupti* competat actio, tamen & [70] *furti* agere possumus: *ope* enim *consilio* sollicitatoris videntur res abesse [71]: nec sufficiet, alterutra actione egisse: quia altera alteram non minuit. Idem & in eo, qui servum recepit [72], & celavit, & deteriorem fecit, Julianus scribit: Sunt enim diversa [73] maleficia furis, & ejus, qui deteriorem servum facit. Hoc amplius, & *conditionis* nomine tenebitur. Quamvis enim condictione hominem, pœnam autem furti actione consecutus sit, tamen & quod interest, debebit consequi actione servi corrupti:

XII. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

QUia manet reus obligatus, etiam rebus redditis.

De tempore hujus actionis, de successoribus. 1. *De servo hereditario corrupto.*

XIII. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

HÆc actio perpetua [74] est, non temporaria: & heredi [75], cæterisque successoribus competit: in heredem non dabitur, quia pœnalis est. §. 1. Sed & si quis servum hereditarium corruperit, hac actione tenebitur: sed & petitione [76] hereditatis [77], quasi prædo, tenebitur:

1. *De filiosam. corrupto.* 2. *Si communis.* 3. *Vel fructuarius servus corruperit.* 4. *De servo pignerato corrupto.* 5. *De duplo.* 6. *De furto.* 7. *De damno, de servo locato.* 8. *De servo deprætiato.* 9. *Vel facto inutili.*

XIV. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

UT tantum veniat in hereditatis petitionem, quantum in hanc actionem. §. 1. De filio filiave familias corruptis huic Edicto locus non est [78]: quia *servi corrupti* constituta actio est, qui [79] in patrimonio nostro esset: & pauperiorem se factum esse dominus probare potest, dignitate & fama domus integra manente: sed [80] utilis [81] competit, officio judicis æstimanda: quoniam *interest nostra [82], animum liberorum nostrorum non corrumpi.

§. 2. Si servus communis, meus & tuus, proprium meum servum corruperit [83], Sabinus, non posse agi cum socio: perinde atque si proprius meus servus corrupisset conservum. Item, si servus communis extraneum corruperit, videndum est, utrum cum duobus agi debeat, an & cum singulis, exemplo cæterarum noxarum? Et magis est, ut unusquisque in solidum teneatur, altero autem solvente, alterum liberari [84]. §. 3. Si is, in quo usumfructum habeo, servum meum corruperit, erit mihi actio cum domino proprietatis. §. 4. Pignoris dati nomine debitor habet hanc actionem [85]. §. 5. In hac actione non [86] extra rem duplum est: id enim, quod damni datum est, duplatur [87].

§. 6. His consequenter & illud probatur, [ut], si servo meo persuaseris, ut Titio furtum faciat, non [88] solum in id teneris, quo deterior servus effectus est, sed & in id, quod Titio præstaturus sim. §. 7. Item non solum, si mihi damnum dederit consilio tuo, sed etiam [89] si extraneo, eo quoque nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia obnoxius sim: aut si ex conducto [90] teneor alicui [91], quod ei servum locavi, & propter te deterior factus sit, teneberis & hoc nomine. Et si qua talia sint. §. 8. Æstimatio autem habetur in hac actione, quanti [92] servus vilior factus sit: quod officio judicis expedietur. §. 9. Interdum tamen & inutilis sit, ut non expediat talem servum habere. Utrum ergo & pretium cogitur dare sollicitator, & servum dominus lucrifaciat? an vero cogi debet dominus restituere servum, & pretium servi accipere? Et verius est, electionem domino dari: sive servum detinere cupit, & damnum, quanti deterior servus factus est, in duplum accipere: vel, servo restituto, si copiam hujus rei habeat, pretium consequi: quod si non habeat, pretium quidem simili modo accipere debet: cedere autem sollicitatori, periculo ejus, de domino servi, actionibus. Quod tamen de restitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum de homine vivo agitur. Quid autem si de manumisso eo agatur? non facile apud judicem audietur, dicendo, ideo se manumisisse, quoniam habere noluerat domi: ut & pretium habeat, & libertum.

De contemptione domini.

XV. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

COrrumpitur [93] animus servi, & si persuadeatur ei, ut dominum contemneret [94].

De servo manumisso.

XVI. ALFENUS [Varus] lib. II Digestorum.

DOminus servum dispensatorem [95] manumisit: postea rationes ab eo accepit: &, cum eis non constaret, comperit apud quan-

60 *l. 1 in pr. ff. cod.*

61 *d. l. 1. l. 5. §. 2. ff. cod. l. 13. l. 14. in princ. §. 3. ff. eod.*

62 *Synopf. Inſtit. cod. c. 8.*

63 *l. 1. ff. cod. l. 14. §. 8. ff. cod.*

64 *V. l. 8. ff. ne bonorum furtim cæſarum*

65 *V. l. un. C. de ſent. qua pro eo, quod intereſt.*

66 Facit *l. 1. §. 11. ff. ſi quadrupes. l. 52. §. 1. ff. ad leg. Aquil.*

67 *Quanti res eſt* formula omne detrimentum continetur.

68 *l. 1. §. 5. ff. cod.*

69 *V. l. 12. C. de teſtament. ordin.*

70 *l. 16. in fin. ff. cod.*

71 *V. l. 36. ff. de furtis.*

72 *V. l. 14. C. de furtis.*

73 Id est, duo: facit *l. 2. §. penult. ff. de privatis delict. l. 4. C. hoc tit.*

74 *Synopf. Basil. cod. c. 11*

75 *l. 8. ff. cod.*

76 *l. 11. l. 14. ff. de petit. hered.*

77 In quam tantum venit, quantum in hanc actionem, servi corrupti scil. & ita in duplum actio hereditaria servi corrupti datur, cum tamen actio legis Aquiliæ in petitionem hereditatis ad simplum veniat, *l. 20. §. 4. ff. de petit. heredit.* non ad duplum, quod ex inficiatione crescit. Cur tam varie? vel ideo quod hæc, servi corrupti scilicet actio pœnalis est, illa non item. Hæc igitur in hereditate inventa est: illa, non æque. Reus enim à defuncto nondum conventus, negare nihil potuit, & ita hereditati dupli nomine teneri non debuit, cum Aquilia in duplum adversus solum inficiantem sit concepta. Est autem receptum, ut, quæ in corpore hereditatis non includuntur, ea heredem non respiciant. v. Zas. *1 Reſp. 14.*

78 Cur potius, quam servi? vel ideo, quod servo corrupto minuitur solum domini patrimonium, dignitate salva familiæ: in filio omnino secus. Prætor autem neminem sanum existimavit provulgaturum suam infamiam: poterit tamen parens in corruptorem filii utili actione experiri verbis obscuris, temperatis, mollioribus, ut non faciat mentionem probri, quod sæpe contigit domui, in qua officio judicis æstimabitur quidquid ex filio commodi perciperet pater, si esset bonus & frugi: adde *l. 14. §. 13. ff. de furt.* vide Cujac. 17 *obſ. 13.*

79 Servi corrupti actio constituta est de servo, qui sit in nostro patrimonio: unde constat ob filium, & filiam corruptam, directam saltem non competere corrupti actionem: ut qui non sint in nostro patrimonio, sed utilem. adde *Synopſ. Basil. cod. c. 11.* 80 Actio utilis de filiofamilias corrupto competit, *ut hic.* ut & Aquilia de eo vulnerato. *l. 5. in fin. ff. ad l. Aquil.* 81 *V. l. 11. ff. de præſcriptis.* 82 Ex eo tentat Zas. hic probare, hanc actionem hodie locum habere in iis, qui nobis serviunt. 83 *V. l. 27. §. 1. ff. ad l. Aquil.* 84 *l. 20. ff. de interrog.* 85 *l. 30. §. 1. ff. ad l. Aquil.* 86 Id est, duplum, seu dupli pœna non præstatur ultra rem ipsam: sed res ipsa tantum duplatur. 87 *V. l. 9. §. penult. ff. eod.*

88 *Synopſ. Basil. d. c. 18.* 89 *d. c. 11.* 90 *V. l. 52. §. 3. ff. de furtis.* 91 Adde *l. 45. in fin. ff. locati.* 92 *V. l. 9. in fin. ff. eod.* 93 *Synopſ. Basil. cod. cap. 13.* 94 Puta ut contumax esset, peculium intricaret, rationes dominicas intercideret, adulteraret, turbaret, *l. 1. in fin. l. 2. ff. eod.* ad infamandum dominum confugeret ad statuam. *l. 5. ff. de extr. crim.* 95 *Diſpenſator* is dicebatur, cujus munus διοικεῖν, ἢ δανείζειν τὰ διοπτικὰ χρήματα, administrare, vel fœnori occupare pecuniam domini. *Synopſ. Basil. cod. c. 14.*

96 *l.* 11. §. 2. *ff. eod* nec enim manumissione extinguitur semel nata actio. *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

97 Favor is est nuptiarum, aut potius matrimonii, ut actio conjugi in alterum conjugem detur in simplum, quæ in alium daretur in duplum.

98 Id est, de damno in factum.

quandam mulierculam pecuniam eum consumpsisse: Quærebatur, posséetne agere servi corrupti cum ea muliere, cum is servus jam liber esset? Respondi, posse: sed etiam [96] furti de pecuniis, quas servus ad eam detulisset.

Si uxor conveniatur.

XVII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

SErvi corrupti nomine, & constante matrimonio, marito in mulierem datur actio: sed, favore [97] nuptiarum, in simplum [98].

l. 2. *C. rerum amotarum.*

TIT. IV.

DE FUGITIVIS [1].

De eo, qui fugitivum celat. 1. De his, qui fugitivum admittunt, aut protegunt, & de his, qui reddunt vel exhibent. 2. De fugitivo inquirendo. 3. Et in publicum deducendo, 4. Et custodiendo. 5. Qui dicuntur fugitivi. 6. Quid sit in publicum deducere. *7. De fugitivo custodiendo. 8. Et ad Magistratum deducendo, ejus nomine, & notis, domino edendis.*

I. ULPIANUS lib. I ad Edictum.

IS, qui fugitivum celavit, fur est [2]. §. 1. Senatus censuit: *Ne fugitivis* [3] *admittantur in saltus* [4]: *neque protegantur à villicis* [5], *vel procuratoribus possessorum*: [&] *multam* statuit: *his autem, qui intra viginti* [6] *dies fugitivos vel dominis reddidissent, vel apud Magistratus exhibuissent, veniam in ante actum dedit.* † Sed & deinceps eodem Senatusconsulto *impunitas* [7] *datur ei, qui intra præstitutæ temporis, quam repperit fugitivos in agro suo, domino vel Magistratibus tradiderit.*

§. 2. Hoc autem Senatusconsultum *aditum* [8] etiam *dedit militi vel pagano, ad investigandum fugitivum in prædia Senatorum vel paganorum* [9]. Cui rei etiam lex Favia prospexerat, & Senatusconsultum Modesto [10] Consule factum, *Ut fugitivos inquirere volentibus literæ* [11] *ad Magistratus dentur: multa etiam centum solidorum in Magistratus statuta, si, literis acceptis, inquirentes non adjuvent. Sed & in eum, qui quæri apud se prohibuit, eadem pœna statuta.* † Est etiam generalis Epistola Divorum Marci & Commodi, qua declaratur, & Præsides, & Magistratus, & milites stationarios [12] dominum adjuvare debere in inquirendis fugitivis: & ut inventos redderent, & ut hi, apud quos delitescant, puniantur, si crimine contingantur [13].

§. 3. Unusquisque eorum, qui fugitivum adprehendit, in publicum deducere debet. §. 4. Et merito monentur Magistratus, eos diligenter [14] custodire, ne evadant. §. 5. *Fugitivum* accipe, & si quis erro sit. Fugitivi autem appellatione, ex fugitiva natum non contineri, Labeo lib. 1. ad Edictum scribit. §. 6. *In publicum deduci* intelliguntur, qui [15] Magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis. §. 7. Diligens custodia etiam vincire permittit. §. 8. Tamdiu autem custodiuntur, quamdiu ad Præfectum Vigilum [16], vel ad Præsidem deducantur: eorumque nomina, & notæ, & cujus se quis esse dicat, ad Magistratus deferantur: ut facilius adgnosci & percipi fugitivi possint. *Notæ* [17] autem verbo etiam cicatrices continentur. Idem juris est, si hæc [18] in scriptis publice vel in ædes proponas.

Pœna fugitivi.

II. CALLISTRATUS lib. VI Cognitionum.

FUgitivi simplices [19] dominis reddendi sunt: sed si pro libero se gesserint, gravius [20] coërceri solent.

De fugitivo inquirendo.

III. ULPIANUS lib. VII de officio Proconsulis.

DIvus Pius rescripsit, eum, qui fugitivum vult requirere in prædiis alienis, posse adire Præsidem, literas [21] ei daturum, &, si ita res exegerit, apparitorem quoque, ut ei permittatur ingredi [22], & inquirere: & pœnam eundem Præsidem in eum constituere, qui inquiri non permiserit. † Sed & Divus Marcus Oratione, quam in Senatu recitavit, facultatem dedit ingrediendi tam Cæsaris, quam Senatorum [23], & paganorum prædia volentibus fugitivos inquirere: scrutarique cubilia atque vestigia occultantium.

De fugitivo custodiendo, & ad Præsidem transmittendo.

IV. PAULUS lib. I Sententiarum.

LImenarchæ [24], & stationarii [25] fugitivos deprehensos recte in custodia retinent. Magistratus municipales ad officium Præsidis provinciæ vel Proconsulis comprehensos fugitivos recte transmittunt.

Si fugitivus in arenam se dederit.

V. TRYPHONINUS lib. I Disputationum.

SI in arenam fugitivus servus se dederit, ne isto quidem periculo discriminis [26] vitæ tantum [27] sibi irrogato potestatem domini evitare poterit: nam Divus Pius rescripsit, omnimodo eos dominis suis reddere [28], sive ante pugnam ad bestias, sive post [pugnam], quoniam interdum, aut pecunia interversa, aut commisso aliquo majore maleficio, ad fugiendam inquisitionem, vel justitiam animadversionis, in arenam se dare mallent. Reddi ergo eos oportet.

1 VI. C. 1. *Synops. Basilic. lib.* 60. *tit.* 7. *c.* 1. Goth. Adde Cujac. *lib.* 21 *observ.* 11. S. L.

2 *l.* 6. *ff. de plagiariis.*

3 *l.* 12. *C. de agricolis.*

4 Inde saltuarius, qui Glossis ἀγροφύλαξ & ὀρεοφύλαξ.

5 Mulctantur οἰκονόμοι καὶ ἀρχιπράκτορες τῶν κτημάτων, id est, œconomi & procuratores possessorum, qui fugitivum recipiunt, & celant. *Synopsis Basil. eod. c.* 1. Fuerint igitur Villici, de quibus *hic*, οἰκονόμοι: unde Glossis Villicus, οἰκονόμος, ἐνοικολόγος, ὃς κατὰ ἀγρὸν οἰκονόμος.

6 *Synopsis Basil. d. c.* 1.

7 Vide *l.* 65. *ff. de furtis.*

8 *l.* 3. *in fin. ff. eod.*

9 Et hoc speciale est, nam hodie requisitio rei furtivæ non admittitur, ut olim, §. 4. *circa fin. Inst. de oblig. quæ ex delicto.* vide *tamen l.* 3. *ff. eod.*

10 Senatusconsultum Modestinum observa. adde *l.* 3. *ff.*

11 *l.* 3. *ff. eod.*

12 *l.* 4. *ff. eod.*

13 Contingi crimine, est criminis conscium, aut participem esse.

14 ἀσφαλῶς, tuto. *Synops. Basil. d. c.* 1.

15 *l.* 3. §. 9. *ff. de tab. exhib.*

16 *l. ult. in fin. ff. de off. præf. vig.*

17 Solebant fugitivi notis, vel literis compungi. Tales *stigmatiæ*, seu *subverbustæ* dicebantur: subverbustæ, inquam, quasi verubus usti, seu subveruustæ. *Festus, Plautus.* Tertull. de *pallio*: Libertinos, in equestribus: subverbustos, in liberalibus: deditios, in ingenuis: rupices, in urbanis: scurras, in forensibus: paganos, in militaribus. Hinc illud τὸ δρομεῖον (inquit Clemens Alexand. 3 παιδαγ.) σίγμασι διδυσιν & Petronius Arbiter, *Notum fugitivorum epigramma*: & Quintilianus: *si quis fugitivo stigmata scripserit.* Solebant interdum pedum amputatione multari, si ad barbaricum confugissent. *l.* 3. *C. hoc tit.* ita desertoribus crura & poplites incidi jussit Cassius, *Volcatius Gallicanus in ejus vita.* Plerique reorum in cruribus, suris & frontibus notabantur, veluti lege Remmia, quorum postremum sublatum fuit. vide *l.* 17. *C. de pœnis.* Porro, ut ad σίγμασι revertar, stigmata etiam fabricensibus & aquariis inurebantur. vid. quæ notavi ad *l.* 3. *C. de fabricensib.* vid. *Auf. Epist.* 3. adde *Ulpianum in fragmentis* 1. *tit. de libertis.* §. 11. & tironibus: qua de re alias dixi ex Vegetio. Huc refer Phocylidis versum: σίγμασι μὴ γράφῃς ἱπποκλέπτου στράτου. 18 Fugitivis conquirendis, domini publice, vel in ædes fugitivum sibi esse proferibebant. 19 Fugitivi simplices opponuntur fugitivis, qui pro liberis se gerunt. *hac lege.* 20 *l.* 5. *in fin. ff. de manum.*

21 *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* 22 Fugitivos nostros, vel in alienis ædibus invito domino conquirere possumus, *ut hic.* Quod jus Tholosæ & Biturigibus non servatur; ubi servi ipso ingressu civitatis, speciali privilegio, fiunt liberi: ita ut non possint vindicari à suis dominis. *Boërius*, §. 1. *cons. Bituricensium.* 23 *d.* §. 2. 24 Portuum maritimorum (ex quibus frequens erat trajectus ad exteras nationes) custodes, *l.* 18. §. 10. *ff. de muneribus. l.* 38. *C. de liberali.* Aristoteles eos vocat, 6 *Politic.* λιμένος ὕλακας: horum munus videtur adumbrari in *l.* 2. §. 2. *C. de off. Præf. Præt. Af.* 25 Et hoc speciale est: nam utcunque crimina deferrent judicibus, vetiti sunt tamen aliquem (licet pro manifesto crimine) apud se habere in custodia. *l.* 1. *in fi. C. de curiosis. l.* 1. *C. de cohort. lib. lib.* 12. forte quod eorum officium abjectum esset. *l.* 6. *C. de dignitatibus.* hoc interea constat, limenarchis adfuisse suos stationarios, ita ductos à portuum statione. *arg. l.* 59. *ff. de verb. sign.* 26 Quod subit in arenam se dando. 27 Lego *tanto*: magnum enim periculum vitæ sibi irrogat, qui se dat in arenam.

28 Id est, reddendos.

TIT. V.

DE ALEATORIBUS [1].

Edictum. 1. De mutuis rapinis collusorum. 2. De loco & tempore. 3. Quæ actiones furto facto negantur. 4. De eo, qui compulit ludere.

I. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

PRætor ait: SI [2] QUIS EUM, APUD QUEM ALEA LUSUM ESSE DICETUR, VERBERAVERIT, DAMNUMVE EI DEDERIT: SIVE QUID EO TEMPORE DOLO [3] EJUS SUBTRACTUM EST, JUDICIUM NON DABO [4]: IN EUM, QUI ALEÆ LUDENDÆ CAUSA VIM INTULERIT, UTI QUÆQUE RES ERIT, ANIMADVERTAM. §. 1. Si rapinas fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio: *susceptorem* enim duntaxat prohibuit vindicari, non & collusores, quamvis & hi indigni videantur. §. 2. Item notandum, quod susceptorem *verberatum* quidem, & *damnum passum*, ubicunque & quandocunque, non vindicat: verum furtum factum domi, & eo tempore, quo alea ludebatur, licet lusor non fuerit, qui quid eorum fecerit, impune fit. *Domum* autem pro habitatione & domicilio [5] nos accipere debere, certum est. §. 3. Quod autem Prætor negat, *se furti actionem daturum*, videamus, utrum ad pœnalem actionem solam pertineat: an & si ad exhibendum velit agere, vel vindicare, vel condicere? Et est relatum apud Pomponium, solummodo pœnalem actionem denegatam, quod non puto verum: Prætor enim [6] simpliciter ait, SI QUID SUBTRACTUM ERIT, JUDICIUM NON DABO. §. 4. IN EUM, inquit, QUI ALEÆ LUDENDÆ CAUSA VIM INTULERIT, UTI QUÆQUE RES ERIT, ANIMADVERTAM. Hæc clausula pertinet ad animadversionem ejus, qui compulit ludere, ut aut multa multetur, aut in lautumias [7], vel in vincula publica ducatur.

De ludis tam concessis, quam vetitis.

II. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

SOlent enim quidam & cogere ad lusum, vel ab initio, vel victi, dum tenent. §. 1. Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere: præterquam [8] si quis certet hasta [9], vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo [10], luctando [11], pugnando: quod virtutis causa fiat.

III. MARCIANUS lib. V Regularum.

[IN] quibus rebus ex lege Titia, [& Publicia] & Cornelia etiam sponsionem [12] facere licet: Sed ex aliis [13], ubi pro virtute certamen non fit [14], non licet.

1. Si servus, aut filiusfamilias luserit. 2. De parente & patrono.

IV. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

QUod in convivio [15] vescendi causa ponitur, in eam rem familiæ ludere permittitur. §. 1. Si servus, vel filiusfamilias victus fuerit, patri, vel domino competit repetitio [16]. Item si servus acceperit pecuniam, dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis: quia ex negotio gesto agitur. Sed non amplius cogendus est præstare, quam id, quod ex ea re in peculio sit.

§. 2. Adversus parentes & patronos repetitio ejus, quod in aleâ lusum est, utilis ex hoc Edicto danda est.

1 III. C. XLIII. ubi de aleatoribus quædam notavi. adde *Nov. Leon.* 87. & *Synops. Basil.* περὶ κυβείας. 3 *tit.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 8. *p.* 34.

2 Vide quæ scripsi *ad l.* 1. *C. de furtis. l.* 12. *C. de plagiariis*: adde *Synops. Basil. cod. cap.* 1.

3 Ita quoque *Flor.* sed male: scribendum enim *Domo*, ut docet §. 2. *ff.* & *Synopsis Basil. lib.* 3. *tit.* 2

4 Susceptori aleatorum impune furtum & injuria fieri potest.

5 *l.* 5. §. 2. *ff. de injuriis. l.* 8. *in fin. l.* 22. §. 2. *ff. de adulteriis.* §. 8. *vers. domum. Inst. de injur.*

6 Generaliter & sine distinctione prolata, generaliter & sine distinctione accipiuntur. *Accurs.*

7 Alii *lautumiæ*, & ita legitur 5 *in Verr.* duobus locis, quos vide: sed aliter apud Senecam: *ne nunc quemquam vestrum*, inquit, *decipiat nomen lautumiæ: illa amœna lauta res est. Seneca* 9 *decl.* vide Cujac. 6 *observ.* 7. adde quæ scripsi *ad l.* 9. *ff. ex quibus caus. major. Græci reddunt* ὡς λιθοτομίας. 3 *Synopsis Basil.* 2 *ex lib.* 60. *tit.* 8.

8 Vide *l.* 2. *C. eod.* & *quæ ibid. notavi.*

9 *Al.* difco: & ita Forcatulus legit, *c.* 20. *Cupidinis Juriisperiti.* Ex vero Festus *in voce Pentathlum*, & *Quinquertium* πένταθλον, seu Quinquertium, his quinque artibus constare scribit, jactu disci, jaculatione, cursu, saltu, lucta. Isidorus 18. *c.* 18. & *seq.* jactum, virtutem, cursum, saltum, luctationem numerat, *l.* 1. & *ultim. C. eod.* totidem ludos recensetque, hos nimirum, μονόδουλον, κονταμονόδουλον, κίνησιν, πάντακα χωρὶς τῆς πύρπυρης, πυριχθίτην, ἱππικήν. Hic totidem numerantur, hasta vel pili jactus, cursus, saltus, lucta, & si voce *pugnando*, quæ in hac lege est, pugilatum intelligimus, aut sextus ludus erit, aut idem erit hastam & pilum jacere. Quod si ita fuerit, vix superiora conciliari poterunt. 10 *Al.* saltando.

11 Luctabantur toto corpore, pugnabant ipsis tantum pugnis. 12 Adde *l.* 108. *ff. de verb. obl.*

13 Sponsionem facere (*gager, parier*) non in omnibus ludis licet. 14 Adde *l.* 18. *in fin. ff. de præscr.* 15 Alea ludere convivii causa licet. 16 *l.* 26. *ff. de injur. l.* 225. *ff. de verb. sign.*

TIT. VI.

SI [1] MENSOR [2] FALSUM MODUM DIXERIT.

1. De dolo, culpa, imperitia mensoris. 2. De renunciatione.

I. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

ADversus mensorem agrorum Prætor in factum actionem proposuit, à quo falli nos non oportet: nam interest [3] nostra, ne fallamur in modi renunciatione: si forte vel [4] de finibus contentio sit, vel emptor scire velit vel venditor, cujusmodi ager veneat. Ideo autem hanc actionem proposuit, quia non crediderunt Veteres, inter talem personam [5] locationem [& [6] conductionem] esse; sed magis operam beneficii loco præberi, & id, quod datur, ei ad remunerandum dari, & inde *honorarium* appellari; si autem ex locato [conducto] fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem. §. 1. Hæc actio *dolum* [7] *malum* dumtaxat exigit: visum est enim, satis abundeque coërceri mensorem, si dolus malus * solus * conveniatur ejus hominis, qui civiliter obligatus non [8] est: proinde, si imperite versatus est, sibi [9] imputare debet, qui eum adhibuit; sed & si negligenter, æque mensor securus erit. * Lata culpa plane dolo comparabitur [10]. Sed & si mercedem accepit, non omnem culpam eum præstare, propter verba Edicti: utique enim scit Prætor, & mercede eos intervenire.

§. 2. Is autem tenetur hac actione, qui *renunciavit*: sed renunciasse & eum accipere debemus, qui per [11] alium renunciavit,

1. De dolo ejus, cui mensor mandavit.

II. PAULUS lib. XXV ad Edictum.

VEl [12] per literas [13]. §. 1. Sed si ego tibi, cum esses mensor, mandaverim, ut mensuram agri ageres, & tu id Titio delegaveris [14], & ille dolo [malo] quid in ea re fecerit, tu teneberis: quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti [15].

De dolo plurium mensorum. 1. De eo, cujus interest. 2. Si emptor, 3. Aut venditor plus dederit. 4. De mensore propter judicium adhibito. 5. De successoribus. 6. De servo mensore.

III. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

SI duobus mandavero, & ambo dolose fecerint, adversus singulos in solidum agi poterit: sed altero convento, si satisfecerit, in alterum actionem denegari oportebit. §. 1. Competit autem hæc actio ei, cujus interfuit falsum modum renunciatum non esse, hoc est, vel emptori, vel venditori [16], cui renunciatio offuit.

§. 2. Pomponius tamen scribit, si emptor plus dederit venditori propter renunciationem, quia condicere potest quod plus dedit, agi cum mensore non posse: nihil enim emptoris interesse, cum possit condicere; nisi solvendo venditor non fuit, tunc enim mensor tenebitur [17]. §. 3. Sed si venditor majorem modum tradiderit fraudatus à mensore, consequenter dicit Pomponius, non esse

1 περὶ μετρητῶν ψευσμένων περὶ τὰ μίκτον. *Synops. Basil.* 60. *tit.* 9. *p.* 507.

2 De mensore machinario agitur *l.* 7. §. 1. *ff. eod.* de architecto *ibid.* §. 3.

3 Interest nostra non falli in renunciatione modi.

4 Mensor assumitur in finalibus quæstionibus, aut si quæstio sit, cujusnodi ager veneat.

5 Agriculturam & rem rusticam maximo honore inter veteres habitam hinc fuisse constat: hic enim mensoris opera beneficii loco accipitur. Idem esse, ait Bartolus in advocato, doctore, & medico, ut illis non locati, sed in factum competat actio.

6 Mensor, qui falsum modum agri litigiosi, aut venditi dixerit, in duplum tenetur. Nec enim est locatio, sed & in eum inutiliter locati conducti agitur. Nam quod mensori datur, non est merces, sed remuneratio, seu ἀντίδωρον. *Ita Synopsis Basilic.* c. 1.

7 Mensor ex dolo tantum, & magna negligentia tenetur, etiamsi mercedem acceperit. *Synops. Basilic.*

8 Sed ex delicto ob dolum & latam culpam.

9 Negligenti qui quid committit, si damnum accidat, de se quereri debet. §. 3. *Inst. quib. mod. re.* §. *ultim. in fine. Inst. de societat.* 10 *l.* 29. *ff. mandati.* adde *l.* 8. §. 3. *ff. de precario.* 11 Per alium qui modum agri renunciat mensor, ipse renunciasse videtur.

12 Renunciat igitur modum mensor per se, per alium, per literas, hoc est, præsens vel absens.

13 Literis quod agimus, ipsimet reapse feciisse intelligimur. 14 Id est, mandaveris. *Synops. d. c.* 1. 15 Electio mala culpæ species est. *l.* 21. *in fi. ff. de negotiis.* 16 Vide *l.* 40. *ff. de contr. empt.* 17 In residuum. adde *l.* 5. §. 1. *ff. eod.*

esse actionem adversus mensorem: quia est ex vendito actio advertus emptorem: nisi & hic emptor solvendo non sit.

§. 4 Idem Pomponius scribit, si propter judicium adhibitus mensor fraudaverit me in renunciatione, teneri eum, si ob hoc de judicio minus tuli. Plane si à Judice adhibitus, contra me renunciaverit dolo malo, dubitat, an teneri mihi debeat. Quod magis admittit [18]. §. 5. Hanc actionem heredi, similibusque personis dandam, Pomponius scribit: sed in heredem, similesque personas denegandam, ait [19]. §. 6. Servi autem nomine magis noxale, quam de peculio, competere ait: quamvis civilis actio de peculio competat.

De tempore hujus actionis.

IV. PAULUS lib. XXV ad Edictum.

HÆc actio perpetua est: quia initium rei non à circumscriptione, sed a suscepto negotio originem accepit [20].

De renunciatione dilata. 1. Si cum venditore actum sit. 2 In quibus rebus hac actio locum habet.

V. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

SI mensor non falsum modum renunciaverit, sed traxerit [21] renunciationem, & ob hoc evenerit, ut venditor liberetur [22], qui adsignaturum se modum intra certum diem [23] promisit, hæc actio locum non habet. Sed nec dari utilem debere, Pomponius ait. Erit ergo ad actionem de dolo decurrendum [24]. §. 1. Si, cum falsus modus renunciatus esset, emptor cum venditore ex empto egisset: agere poterit etiam cum mensore. Sed, si nihil ejus interest, condemnari mensorem non oportet. Quod si non de toto modo, qui deerat, cum venditore egerit, sed de minore: consequenter scribit Pomponius, de residuo cum mensore agi posse.

§. 2. Hoc judicium latius [25] Prætor porrexit: nam, & si cujus alterius rei [26] mensuram falsam renunciavisse dicetur, hæc actio competit. Proinde, si in ædificii mensura fefellit, vel [in] frumenti, vel [in] vini;

VI. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

SIve de itineris latitudine, sive de servitute immittendi projiciendique quæratur, sive aream, vel tignum, vel lapidem metiendo mentitus fuerit;

1. De mensore machinario. 2. De non mensore. 3. De architecto redemptore. 4. Tabulario.

VII. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

VEl cujus alterius rei: tenebitur. §. 1. Et si mensor machinarius [27] fefellerit, hæc actio dabitur. §. 2. Necnon illud quoque Pomponius dicit, etiam in eum, qui mensor non fuit, fefellit tamen in modo, competere hanc actionem. §. 3. Hoc exemplo etiam adversus architectum [actio] dari debet, qui fefellit: nam & Divus Severus, adversus architectum [28] & redemptorem [29] actiones dandas, decrevit. §. 4. Ego etiam adversus tabularium [30] puto actiones dandas, qui in computatione fefellit.

TIT. VII.

DE RELIGIOSIS [1] ET SUMPTIBUS FUNERUM [2], ET UT FUNUS DUCERE LICEAT.

I. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

QUi propter funus [3] aliquid impendit, cum defuncto contrahere creditur, non cum herede [4].

De servo sepulto. 1. De illatione in locum alienum. De fructuario, de socio. 2. Edictum de eo qui mortuum, ossave intulit, quo non debuit. 3. Definitio illationis. 4. Loci puri. 5. Sepulchri. 6. Monumenti. 7. De loco, in quo ususfructus alienus est. 8. De loco serviente. 9. De agro pignerato.

II. IDEM lib. XXV ad Edictum.

LOcum, in quo *Servus* [5] sepultus est, religiosum esse, Aristo ait [6]. §. 1. *Qui mortuum in locum alienum intulit, vel inferre curavit, tenebitur in factum actione: In locum alterius* accipere debemus, sive in agro, sive in ædificio [7]. Sed hic sermo [8] *domino* dat actionem, non bonæ fidei possessori [9]: nam cum dicat, *in locum alterius*, apparet de domino eum sentire, id est, eo, cujus locus est. Sed & fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis. † An & socius teneatur, si ignorante socio intulerit, tractari potest? Est tamen verius, familiæ ercisciundæ, vel communi dividundo, conveniri eum posse. §. 2. Prætor ait, SIVE HOMO MORTUUS, OSSAVE HOMINIS MORTUI, IN LOCUM PURUM ALTERIUS, AUT IN ID SEPULCHRUM, IN QUO JUS NON FUERIT, ILLATA ESSE DICENTUR: QUI HOC FECIT, IN FACTUM ACTIONE TENETUR: ET POENÆ PECUNIARIÆ SUBJICIÆTUR. §. 3. De ea autem *illatione* Prætor sensit, quæ sepulturæ causa fit. §. 4. *Purus* [10] autem *locus* [11] dicitur, qui neque sacer, neque sanctus [est], neque religiosus: sed ab omnibus hujusmodi nominibus vacare videtur.

§. 5. *Sepulchrum* est [12], ubi corpus ossave [13] hominis condita sunt. Celsus autem ait: Non totus, qui sepulturæ destinatus est, locus religiosus fit, sed quatenus [14] corpus humatum est.

§. 6. *Monumentum* [15] est [16], quod memoriæ [17] servandæ gratia exstitit. §. 7. Si usumfructum quis habeat, religiosum locum non facit. Sed & si alius proprietatem, alius usumfructum habuit, non faciet locum religiosum: Nec proprietarius; nisi forte ipsum, qui usumfructum legaverit, intulerit, cum in alium locum inferri eum opportune non posset: Et ita Julianus scribit. Alias autem invito fructuario, locus religiosus non fiet: sed si consentiat fructuarius, magis est, ut locus religiosus fiat [18].

§. 8. Locum, qui servit, nemo religiosum facit; nisi consentiat is, cui servitus deberetur. Sed si [19] non minus commode per alium locum servitute uti potest, non videtur servitutis impediendæ causa id fieri: & ideo religiosus fit: Et sane habet hoc rationem. §. 9. Is, qui pignori dedit agrum, si in eum suorum [20] mortuum intulerit, religiosum eum facit: sed & si ipse inferatur, idem est: cæterum alii concedere non potest;

III. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

EX consensu tamen omnium, utilius est dicere, religiosum posse fieri: idque Pomponius scribit.

De loco defuncti hereditario, vel legato.

IV. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

SCriptus hæres prius, quam hereditatem adeat, patremfamilias mortuum inferendo, locum facit religiosum. Nec quis puret, hoc ipso *pro herede* [21] eum gerere: finge enim, adhuc eum deliberare de adeunda hereditate: Ego, etiamsi non heres eum intulerit, sed quivis alius, herede vel cessante, vel absente, vel verente ne pro herede getere videatur, tamen locum religiosum facere puto: plerumque enim defuncti ante sepeliuntur, quam quis heres * eis * existet. Sed tunc locus fit religiosus, cum defuncti fuit: * naturaliter enim videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur: præsertim si in eum locum inferatur, [in] quem ipse delinavit: Usque adeo, ut, etiamsi in legatum locum sit illatus ab herede, inlatione tamen testatoris fit religiosus: si modo [22] in alium locum tam opportune inferri non potuit.

De sepulchris familiaribus, & hereditariis.

V. GAIUS lib. XIX ad Edictum provinciale.

FAmiliaria [23] sepulchra dicuntur, quæ quis *sibi, familiæque suæ* constituit: *Hereditaria* [24] autem, quæ quis *sibi, heredibusque suis* constituit:

De monumento & cenotaphio.

VI. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

VEl quod paterfamilias jure hereditario adquisiit [25]. Sed in utroque [26], heredibus quidem, cæterisque successoribus, qualescunque [27] fuerint, licet sepeliri [28], & mortuum inferre: etiam si ex minima parte heredes ex testamento vel ab intestato sint: licet non consentiant alii. Liberis [29] autem cujuscumque sexus, vel gradus, etiam filiisfamilias, & emancipatis, idem jus [30] concessum est: sive extiterint heredes, sive sese abstineant [31]. Exheredatis autem, nisi [32] specialiter testator justo odio commotus eos vetuerit, humanitatis gratia tantum sepelri, non etiam alios præter suam posteritatem inferre, licet. † *Liberti* [33] autem nec [34] sepeliri, nec alios inferre poterunt [35], nisi heredes extiterint patrono: Quamvis [36] quidam inscripserint [37], *monumentum sibi libertisque* [38] *suis feciſſe*: & ita Papinianus respondit: & sæpissime idem constitutum est. §. 1. Si adhuc monumentum purum [39] est, poterit quis hoc & vendere & donare. Si [40] Cenotaphium sit, posse hoc venire, dicendum est: nec enim esse hoc religiosum, Divi Fratres rescripserunt.

De eo, qui mortuum intulit in locum. 1. Aut monumentum alienum.

VII. GAIUS lib. XIX ad Edictum provinciale.

ITS [41], qui intulit mortuum in alienum locum, aut tollere id, quod intulit, aut loci pretium præstare cogitur per in factum actionem, quæ tam heredi, quam in heredem competit, & perpetua est. §. 1. Adversus eum, qui in alterius arcam [42] lapidem [43], in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulerit, utilem [44] actionem in factum Proconsul [45] dat: quia non proprie vel in sepulchrum, vel in locum alterius, intulisse dici potest.

Si loci dominus ossa aut corpus illatum effodiat. 1. De eo, qui locum religiosum pro puro vendidit. 2. De illatione in locum publicis usibus destinatum. 3. Quid sit locus purus. *4. Quibus datur hæc actio. 5. De eo, qui prohibitus est inferre, quo jus inferendi habuit.*

VIII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

OSsa [46], quæ ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere vel eruere sine decreto Pontificum [47], seu jussu Principis, quæstionis est? Et ait Labeo, expectandum [48] vel permissum Pontificale [49], seu jussionem Principis [50]: alioquin injuriarum [51] fore actionem adversus eum, qui ejecit. §. 1. Si locus religiosus pro [52] *puro* veniſſe dicetur, Prætor in factum actionem in eum dat ei, ad quem ea res pertinet: quæ actio & in heredem competit, cum quali ex empto actionem contineat.

§. 2. Si in locum publicis usibus [53] destinatum intulerit quis mortuum, Prætor in eum judicium dat, si dolo fecerit: [&] erit extra ordinem plectendus, modica tamen coercitione: sed, si sine dolo, absolvendus est. §. 3. In hac autem actione, *loci puri* appellatione continentur liberti, & intra annum instituti. 45 Proconsulis cur fit hic mentio? scribit Gaius ad Edictum provinciale. 46 Adde *l.* 38. ff. *eod. & Ciceronem 2 de legibus.* 47 *Pontifices* de sepulturis cognovere. Fuit igitur his & causa Pontificalis, sepultura. adde *l.* 1. §. 6. *l. ultima.* ff. *de mortuo. Paulum 1 sent.* 21. *c.* 2. *l.* 2 *C. Theod. de sepulch. viol.* 48 Idque favore religionis. secus in aliis causis. vide *l.* 29. §. 1. ff. *ad legem Aquiliam.* 49 Vide *l. ult. in fin.* ff. *tit. prox.* 50 *l.* 14. *C. eod.* adde *l. ult.* ff. *ut in possess. legat.* adde *l* 44. *in fin.* ff. *hoc tit.* 51 Adde *l.* 1. §. 6. ff. *de injur.* 52 Purus enim locus est, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus. *l.* 1. §. 4. *l.* 6. §. 1. ff. *eod.* 53 His affine, in urbem, apud veteres, corpus inferri non licuisse, ne ea fuit persuasio Gentilibus, sacra civitatis funestarentur, *de quo dixi l.* 12. *C. eod.*

---

1 *Subaudi* locis. III. C. XII. IV. & 13 *quæst.* 2 & 3. *Extra* 9 & 3 *sext.* 17. *Graphis Basilic. 60. tit.* 1 περὶ μνημάτων ἐξαιρέτως ταφῆς, de monumentis & sumptu funeris, apud Paul. 1 *sent.* 21. *de sepulchris & lugendis.* Sane sepulchra, loca religiosa: imo & sacra, lege duodecim Tabul. inde mortui sacri *Plutarcho in Numa, & Plin.* 2. inde etiam sacrum esse suspicio est, ut thesauri in sepulchro, velut in sacro corderentur. *Apuleius 4 Metamorph. Plautus in Pseudolo.* inde etiam natum proverbium ἄκινητα κινῶ, id est, non movenda moves, Zenodotus opinatus est. Cæterum, de ratione sepulturæ, quando mortuus dicere tur esse super terram, de ustrina, funere denicali sacro, humatione, sepultura, & sito cadavere, dixi *ad l.* 28. *in fin.* ff. *de stipulat. servorum. & Varronem 5 de lingua Lat.* adde *Platonem* 1 περὶ νόμων. 2 Id est, de actione funeraria, Paul. 1 *sent.* 21. *de sepulchris & lugendis. l.* 14. §. 6. ff. *eod.* 3 ὁ ταφῶν, *Synops. eod. c.* 1. & morbum. *l.* 3. *C. eod.* 4 Ab eo tamen recipit, ut & a patre, vel domino. Paul. *d. loco.* §. *ultim. l.* 12. §. 2. *l.* 14. *in fin. l.* 31. §. 1. ff. *eod.* idque primo loco deducitur. *l. pen.* ff. *eod.* 5 *Servus* tametsi jure civili nullus sit, sepultura tamen ejus, locus fit religiosus. 6 Dubitandi rationem præbebat abjecta servorum conditio, de qua vide *l.* 3. *in fin.* ff. *de capite minutis.* 7 Adde *l.* 7. §. 1. *l.* 8. §. 3. ff. *eod.* 8 Edicti *scil.* 9 Hinc constat, aliud esse bona fide rem possidere: & ejus dominium habere. 10 Vide *Macrob.* 3 *Saturnal.* 3. 11 *l.* 1. §. 2. ff. *tit. prox. l.* 6. §. 6. ff. *comm. divid.* id est, in quem nemo illatus, *l.* 6. ager purus, *l.* 9. pura possessio, *l.* 2. *C. eod.* purum monumentum, *l.* 6. *in fi.* ff. *eod.* alias interdum *purus locus* ædificato opponitur: hinc etiam puræ areæ Varroni 4 *de lingua.* 12 *l.* 3. §. 2. ff. *de sepulchro.* 13 *Sepulchrum*, religiosum fit corpore aut ossibus hominis conditis. 14 Vide *l.* 4. *C. eod.* Non fit locus religiosus, nisi in eum mortuus sit reipsa illatus. *l.* 4. §. 6. *ad leg. Jul. peculat.* Ideoque κ ναταξιν, non est locus religiosus. dixi ad *l.* 6. *in fin.* ff. *eod.* quinimo, locus omnis, ubi mortuus quis erat, non erat religiosus, sed is tantum, cui injecta gleba. *Cicer. 2 de legibus.* sic purus ager monumenti, profani juris est, *l* 4. *l.* 9. *C. eod.* & lapides, quibus monumentum ædificatur, etiam exempti, religiosi, *l* 43. ff. *de rei vindic.* at non spatium circa sepulchrum, *l.* 13. ff. *de contr. empt. Siculus Flaccus*, nisi speciatim testator designabat monumentum, quantum terræ spatium religioni cederet. vide *Cic. Philip.* 9. Hinc illæ notæ I.N.F.R.P.X.I.N.A.G.R.P.X.X. id est, in fronte pedes decem: in agrum, pedes 20, patere. Hinc Horatius 1 *Satyr.* 8. *Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum, Hic habit: heredes monumentum ne sequeretur.* Quibus locis *in fronte*, est in latitudine: *in agrum*, est in longitudine. Atque ita certo ambitu sepulchri locus titulo id testante, concludebatur. Aggenus Urbicus *in lib. de limitibus agrorum cap. de locis sacris.* Mœsilea vero habent juris sui hortorum modum circumjacentem, vel præscriptum agri finem. adde 2 *Briss. select.* 15. 15 Magis lov. *Synopsis eodem cap.* 2. 16 Vide *l.* 42. ff. *eod.* 17 Ut sunt fama porticus, scripta carmina, quæ quamvis mortui cum facta sint, non tamen hujusmodi sepultum. *Festus in Monimentum.* 18 Proprietarius invito usufructuario, & e contra, purum locum non facit religiosum, *ut hic & l.* 3. *& l. ult.* ff. *eod.* dominus fundi servientis facit, si jus servitutis non impedit. §. 8 ff. *eod.* & 18, qui pignori dedit, si vel ipse, vel ejus familia inferatur. §. 9. ff. *eod.* 19 Vide quæ scripsi *ad l.* 45. §. 2. ff. *mandati.* 20 *Al.* suum. 21 Sepeliens mortuum. non se gerit pro herede. *Bart.* vide *l.* 14. §. 1. ff. *eod.* adde *l* 49. *in fi.* ff. *familiæ ercisciundæ. l.* 20. §. 1. ff. *de adq. hered.* 22 *l.* 53. §. 7. ff. *de legat* 1. 23 *l* 4. *l.* 8. *l* 13. *C. eod.* Sepulchra habere communia magnum est. *Cicero 7 Oriatorum.* 24 *l.* 3. §. 3. ff. *de sepulchro.* 25 Ergo per alium aperiri non debent sepulchra, nec alius in iis sepeliendus est domino invito. 26 An id significatur, tam in eo, quod sibi, suisque heredibus constituit, quam in eo, quod hereditario jure adquisit? vide Brissonium 2 *selectar.* 14. Imo tam in familiari, quam in hereditario. 27 Ut si eis bona adjecta sint, aut bonorum sint possessiones *l.* 4. §. 21 ff. *de ritu. libert.* 28 *Al.* Sepelire. 29 An ad agnatos & cognatos familiares sepulcra transeant? vide mox, nisi heredes instituti sint. *l.* 8 *C. eod.* 30 *l* 8 *C eod.* 31 Renuncians hereditati paternæ, jus sepulchri paterni non amittit, *ut hic. sed* nec is, cui ut indigno aufertur hereditas, jus sepulchri amittit. *l.* 33. ff. *eod.* 32 *Exheredati* liberi retinent jus hereditarii sepulchri, quamvis jus heredum & filiorum amiserint: nisi testator specialiter odio commotus eos jure sepulchri quoque uti vetuerit, *ut hic.* Cæterum testatores cavere interdum solebant, *Ne monumentum heredes sequeretur*, idque his notis scribebatur, H. M. H. N. S. quæ à Valerio Probo in antiquis inscriptionibus exponuntur, Heredes monumentum hoc ne sequatur. Horatius 1 *Satyr.* 8. *heredes monumentum ne sequeretur.* Idem probatur ex veteri inscriptione, quæ in Italia visitur, quæque relata à Brissonio 2 *select.* 16. 33 *l.* 6. *C. eod.* 34 Cur? liberti in familia patroni sui ea parte esse non censentur. 35 Imo poterunt, quia *Familiæ* appellatione continentur liberti, *l. ult. C. de verb. signif.* deinde gentilitium nomen patronorum ferunt, & eorum originem sequuntur. *l.* 108 ff. *de condit & demonstrat.* 36 Hic vult Ulpianus, testatorem id nominatim cavere debere: Itaque respondet hac objectione: *Etsi quidem*, &c. 37 Probant publice in ea inscripta, seu inscriptiones publicæ. vide quæ notavi ad *l.* 10. ff. *de prob.* 38 Hinc illa inscriptio, *Telamone Gentilius nummularius, de Basilica Julia testone Best. sibi & conjugi, liberis, libertis libertabusque deinceps de domo sua descendentibus posuit.* vid Brissonium 2 *select.* 14. 39 *Purum* monumentum, in quod nullus adhuc illatus est *l.* 5. §. 10 ff. *de donat. inter virum.* 40 *l.* 42. *in fin.* ff. *eod. l.* 6. *l.* 7. ff. *de rerum divis.* 41 Synopsis Basilicon, 59. *tit.* 1. *c.* 4. 42 Adde *l.* 39. ff. *eod.* plebeium sepulchri genus. *Lucanus* 8. Da vilem marmo plebei funeris arcam. *& Horatius*, Conservus vili portanda locabat in arca. vide *Cujacium*, 11 *observat* 21. Et tamen Scipionis corpus arca conditum legimus apud Senecam *lib.* 13 *epistolarum.* De hoc sepeliendi genere in arca vide Cassiodorum, *Variarum* 3. Frontinum *de mensuris agrorum.* Cæterum hunc locum Græci *d. cap.* 4, interpretantur de eo, qui sepultus sit ἐν ἀλλοτρίᾳ σορῷ in alterius ossuario. 43 Vide *l.* 2. §. 1. *in pr.* ff. *eod.* 44 Scholiastes *d. c.* 4 notat hanc actionem esse συνηθῆ, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ κινηθεῖσαν, continuam, & intra annum institui. 45 Proconsulis cur fit hic mentio? scribit Gaius ad Edictum provinciale. 46 Adde *l.* 38. ff. *eod. & Ciceronem 2 de legibus.* 47 *Pontifices* de sepulturis cognovere. Fuit igitur his & causa Pontificalis, sepultura. adde *l.* 1. §. 6. *l. ultima.* ff. *de mortuo. Paulum 1 sent.* 21. *c.* 2. *l.* 2 *C. Theod. de sepulch. viol.* 48 Idque favore religionis. secus in aliis causis. vide *l.* 29. §. 1. ff. *ad legem Aquiliam.* 49 Vide *l. ult. in fin.* ff. *tit. prox.* 50 *l.* 14. *C. eod.* adde *l. ult.* ff. *ut in possess. legat.* adde *l* 44. *in fin.* ff. *hoc tit.* 51 Adde *l.* 1. §. 6. ff. *de injur.* 52 Purus enim locus est, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus. *l.* 1. §. 4. *l.* 6. §. 1. ff. *eod.* 53 His affine, in urbem, apud veteres, corpus inferri non licuisse, ne ea fuit persuasio Gentilibus, sacra civitatis funestarentur, *de quo dixi l.* 12. *C. eod.*

54 Adde *l.* 2. §. 1. *in pr.* §. 4. *ff. eod.*

55 *l.* 1. §. 7. § 8. *ff. eod.*

56 Edictum secundum.

57 *l.* 1. §. 1. *ff. de mortuo inferendo.*

58 Vel emptor, vel colonus, vel inquilinus. *l.* 12. *l.* 18. *l. ult. ff. de ri & vi.*

59 *Intellectu alliquo* prohiberi, est vi ipsa, effectu ipso, per consequentias.

60 De mortuo inferendo. *l.* 1 §. 4. *ff. de mortuo inferendo.*

61 Id, quod interest in hac actione, aut specie, quemadmodum computetur.

62 Hinc constat, non omnium, quæ à majoribus constituta essent, rationem à prudentibus redditam fuisse. vide *l.* 20. *ff. de legibus.*

63 *Subaudi*, funerariam.

64 Heredibus, & in heredes dantur pecuniariæ actiones.

65 *l.* 31. *in fin. ff. eod.*

66 Vide *l.* 5. *ff. de sepulchro.*

67 *l.* 12. *ff. eod.* vide *l.* 53. §. 1. *de act. empt.*

68 At enim quodcunque pactum traditioni appositum valet. *l.* 48. *ff. de pactis.*

69 Pœnali, sc. ex qua & etiam agit, cujus nihil interest, *l.* 38. §. 2. *ff. de verb. obligat.* adde *l.* 7. *ff. de ferris exportandis. l.* 48. *ff. de pact.*

70 Sed, si ita sit, cur alibi dicitur illa servitus consistere non posse, ut certus hominum numerus in uno loco humetur? *l.* 4. *ff. comm. prad.*

71 Hinc colligunt, pro his qui possessiones habent in medio aliorum bonorum immobilium, vicinos cogi in loco minus damnoso iter præstare, quo illi ad possessionem suam accedant, si aliunde accedere non possint. ut in *l.* 81. §. 3. *ff. de leg.* 1. *l.* 23. §. *fin. ff. de servitut. prad.* v. Corn. Benincas, *tract. de paupertate.* 7. *Special. num.* 13. Ans. Adde *l.* 1. §. *fin. ff. de via publ.* & de moribus Censur. Forens. nostr. *lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 34. S. L.

72 V. *l.* 10. *ff. eod.* & *l.* 53. §. 1. *ff. de act. empt.*

73 *Interpelletur Præses, &* is, &c.

74 Id est, vero rei pretio, non ejus dimidio. idem in communi dividundo, *l.* 10. *in fin. ff. commun. divid.* an idem est, ut rescindatur venditio? vide quæ notavi ad *l.* 2. & 8. *C. de rescind. vend.*

75 Et venditionibus, obligationibus, *l.* 2. *in fin. C. eod.* sic legari non possunt monumenta, sed jus inferendi mortui, *l.* 14. *C. de legat.* Græci in *Synops. Basil.* 59. *tit.* 1. *c.* 9. hunc locum ita paucis explicant: sepulchra in alium usum non commutantur.

76 *Al.* Alienæ: *al.* alius.

77 Quæ sequuntur usque ad *l.* 33. optime cohærent, & pertinent ad actionem funerariam, seu sumptuum repetitionem.

78 Successorem, patrem, dominum. vide *l.* 1. *ff. eod.*

79 Funeraria ad sumptus funeris recipiendos datur.

80 *l.* 1. 2. *ff. eod.* adde *l.* 12. *in fin. ff. mandati.*

81 Funus non faciens ex præscripto testatoris, relictum amittit. adde *l.* 14. §. 2. *ff. eod.*

82 Aliquod.

83 Vide *l. pen. in fin. C. de legatis.*

84 Funus facere is debet, qui à testatore electus est: si nullus sit electus, heres scriptus: si nullus sit scriptus, heres legitimus.

85 *l.* 14. §. 6. *in medio & fine. ff. eod.*

86 *d. l.* 14. §. 6. *in prine. l.* 21. *ff. eod.* vide *l.* 12. *ff. de administ. tut.*

87 In aliis causis, præter hæc attenditur consuetudo defuncti in sumptibus faciendis. *l.* 54. *in fin. ff. de petit. heredit.*

88 Ordinem elegantem distrahendorum bonorum alienorum observa & vide in *l.* 15. §. 2. *ff. de re judicata.*

89 Retentio eorum, quæ tempore persitura sunt, onerat hereditatem.

90 Infecti scil.

91 *Al.* At.

92 Atque ita funeris impensa pignori tacito præfertur, *ut hic.* quin etiam deti: & generaliter omni credito sive creditori. *l.* 45. *ff. eod.*

93 §. 13. *ff. eod.*

94 *Sed*, id est, *sed &.* Pertinet enim versiculus hic ad initium.

95 Et qui eo autore possidet. *l.* 11. *ff. de acquir. possess.*

96 Vide *l.* 41. *ff. de regul. jur.*

97 Adde *l.* 12. §. 4. *ff. eod.*

pellatio & 54 ad ædificium producenda est. §. 4. Nec solum domino hæc actio competit, verum ei quoque, qui ejusdem loci habet usumfructum, vel aliquam servitutem 55: quia jus prohibendi etiam hi habent. §. 5. *Ei* 56, *qui prohibitus* 57 *est inferre in eum locum, quo ei jus inferendi esset, in factum actio competit*, & interdictum: etiam si non ipse prohibitus sit, sed procurator ejus 58: quia intellectu 59 aliquo ipse prohibitus videtur.

IX. Gaius lib. XIX ad Edictum provinciale.

Liberum est ei, qui prohibetur, mortuum [ossave mortui] inferre, aut statim interdicto 60 uti, quo prohibetur ei vis fieri, aut alio inferre, & postea in factum agere: per quam consequitur actor, quanti ejus interfuerit, prohibitum non esse: in 61 quam computationem cadit loci empti pretium, aut conducti merces: item sui loci pretium, quem quis, nisi coactus [est,] religiosum facturus non esset. Unde miror 62, quare constare videatur, *Neque heredi, neque in heredem dandam hanc actionem* 63: nam 64, ut apparet, pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur: Certe, perpetuo 65 ea inter ipsos competit.

De Via ad sepulchrum.

X. Ulpianus lib. XXV ad Edictum.

Si venditor fundi exceperit 66 locum sepulchri ad hoc, *Ut ipse, posterique ejus illo inferrentur*, si via uti prohibeatur, ut mortuum suum inferret, agere potest: * videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem & vendentem, *Ut ei* 67 *per fundum sepulturæ causa ire liceret.*

De lege Venditionis, ne mortui inferantur.

XI. Paulus lib. XXVII ad Edictum.

Quod si locus monumenti hac lege venierit, *Ne in eum inferrentur, quos jus est inferri*, pactum quidem ad hoc non sufficit 68: sed stipulatione 69 id caveri oportet 70.

Si via ad sepulchrum non sit. 1. De usu sepulchri. 2. Edictum de actione Funeraria. *3. Et ejus ratio. 4. Qui funus facere debent. 5. De* Quantitate *sumptus funeris. 6. De* magistratu *sumptus decernente. Qua pecunia funus fit.*

XII. Ulpianus lib. XXV ad Edictum.

Si quis sepulchrum habeat, viam autem ad sepulchrum non habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antoninus cum Patre rescripsit 71, *Iter ad sepulchrum petis precario* 72, *& concedi solere: ut quotiens non debetur, impetretur ab eo, qui fundum adjunctum habeat.* Non tamen hoc Rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem civilem inducit: sed extra ordinem interpelletur 73. Præses etiam compellere debet, justo pretio 74 iter ei præstari: ita tamen, ut Judex etiam de oportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum. §. 1. Senatusconsulto cavetur, *Ne usus sepulchrorum permutationibus* 75 *polluatur*; id est, ne sepulchrum aliæ 76 conversationis usum accipiat. §. 2. Prætor ait 77: Quod funeris causa sumptus factus erit, ejus recuperandi nomine, in eum, ad quem 78 ea res pertinet, judicium dabo.

§. 3. Hoc Edictum justa ex causa proposituum est: ut 79 qui funeravit, persequatur id 80, quod impendit. Sic enim fieri, ne insepulta corpora jacerent: neve quis de alieno funeretur.

§. 4. Funus autem eum facere oportet, quem decedens elegit: sed, si non ille fecit, nullam esse hujus rei pœnam, nisi 81 aliquid 82 pro hoc emolumentum ei relictum est: tunc enim, si non 83 paruerit voluntati defuncti, ab hoc repellitur. Sin 84 autem de hac re defunctus non cavit, nec ulli delegatum id munus est, scriptos heredes ea res contingit: si nemo scriptus est, legitimos, vel cognatos quosque suo ordine, quo succedunt.

§. 5. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus 85, vel dignitate 86 defuncti 87. §. 6. Prætor, vel Magistratus municipalis ad funus sumptus decernere debet; si 88 quidem est pecunia in hereditate, ex pecunia: si non est, distrahere debet ea, quæ tempore peritura sunt, quorum retentio onerat hereditatem 89: si minus, si quid auri, argentique 90 fuerit, distrahi, aut pignerari jubebit, ut pecunia expediatur:

XIII. Gaius lib. XIX ad Edictum provinciale.

Vel à debitoribus, si facile exigi possit.

2. Si is, cui testator mandavit, funus non duxerit. 3. Qui sunt sumptus funeris. 5. Qua non debent cum corporibus condi. 6. Qualis sit actio funeraria: quid in eam veniat. 7. Et quibus competit. 8. De his, qui testantur se pietatis causa facere. 9. De parte sumptus recuperanda. 10. De modico sumptu. 11. De eo, qui se heredem putat, funerante. 12. An actio funeraria cum aliis concurrat. 13. Si qui heredi prohibente, 15. Vel mandato alicujus, 16. Vel quasi negotium heredi gerens funeraverit. 17. Adversus quos datur funeraria, & primum de successoribus.

XIV. Ulpianus lib. XXV ad Edictum.

Et 91 si quis impediat eum, qui emit, quo minus ei res tradantur, Prætorem intervenire oportere, tuerique hujusmodi factum, si quid impediat, quo minus ei res venditæ tradantur.

§. 1. Si colonus, vel inquilinus sit is, qui mortuus est, nec sit, unde funeretur, ex invectis illatis eum funerandum Pomponius scribit: &, si 92 quid superfluum remanserit, hoc pro debita pensione teneri. † Sed & si res legatæ sint à testatore, de cujus funere agitur, nec sit, unde funeretur, ad eas quoque manum mittere oportet: * *Satius* 93 *est enim, de suo testatorem funerari, quam aliquos legata consequi.* † Sed 94 si adita fuerit hereditas, res emptori auferenda non est: quia bonæ fidei possessor est, & dominium habet, qui auctore Judice comparavit 95. Legatarium tamen legato carere non oportet, si potest indemnis ab herede præstari: Quod si non potest, * *melius* 96 *est legatarium non lucrari, quam emptorem damno adfici.* §. 2. Si 97 cui funeris sui curam testator mandaverit, & ille, accepta pecunia, funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scripsit: Credo tamen, & extra ordinem eum à Prætore compellendum funus ducere.

§. 3. *Funeris causa sumptus factus* videtur is demum, qui ideo 98 fuit, ut funus ducatur, sine quo funus duci non possit, utputa si 99 quid impensum est in delationem 100 mortui: sed & si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferetur, funeris causa videri impensum Labeo scribit: quia necessario locus paratur, in quo corpus conditur. §. 4. Impensa peregre 1 mortui, quæ facta est, ut corpus perferretur, funeris est, licet nondum humo funeretur. † Idemque & si quid ad corpus custodiendum, vel etiam commendandum 2 factum sit, vel si quid in marmor, vel vestem 3 collocandam 4. §. 5. Non 5 * autem oportet ornamenta cum corporibus condi 6: nec quid aliud hujusmodi, quod homines 7 simplioriores 8 faciunt. §. 6. Hæc actio, quæ *funeraria* dicitur, ex bono & æquo oritur: continet 9 autem *funeris causa* tantum *impensam*, non etiam cæterorum sumptuum. † *Æquum* 10 autem accipitur ex dignitate 11 ejus, qui funeratus est, ex causa, ex tempore, & ex bona fide: ut neque plus imputetur sumptus nomine, quam factum est: neque tantum, quantum factum est, si immodice factum est: deberet enim haberi ratio facultatium ejus, in quem factum est: & ipsius rei 12, quæ *ultra modum* sine causa consumitur. Quid ergo, si ex voluntate testatoris impensum est? Sciendum est, nec voluntatem sequendam 13, si res egrediatur *justam* sumptus rationem: pro modo autem facultatium sumptum fieri. §. 7. Sed interdum is, qui sumptum in funus fecit, *sumptum non recipit*, si pietatis 14 gratia fecit, non hoc animo, quasi recepturus sumptum, quem fecit: & [ita] Imperator Noster rescripsit. Igitur æstimandum erit arbitro, & perpendendum, quo 15 animo sumptus factus sit: utrum negotium quis vel defuncti, vel heredis gerit, vel ipsius humanitatis 16: an vero misericordiæ, vel pietati tribuens, vel affectioni. Potest tamen distingui & misericordiæ modus, ut in hoc fuerit misericors, vel pius, qui funeravit, ut eum sepeliret, ne insepultus jaceret, non etiam, ut suo sumptu 17 fecerit: quod si judici liqueat, non debet eum qui convenitur, absolvere: * *Quis* 18 *enim sine pietatis intentione alienum cadaver funerat?* Oportebit igitur testari 19 quem, quo animo funerat: ne postea patiatur quæstionem. §. 8. Plerique filii, cum parentes suos funerant, vel alii, qui heredes fieri possunt, licet ex hoc ipso neque pro herede geritio 20, neque aditio præsumitur, tamen ne vel *misciusse* se necessarii, vel cæteri *pro herede gessisse* videantur, solent testari; *Pietatis gratia facere se sepulturam.* Quid si supervacuo fuerit factum? ad illud se munire videntur, ne miscuisse se credantur: ad illud non, ut sumptum consequantur: quippe protestantur, *pietatis gratia id se facere:* plenius igitur eos testari oportet, *ut & sumptum possint servare.* §. 9. Fortassis quis possit dicere, interdum partem sumptus facti posse reciperari, ut quis pro parte quasi negotium gerens, pro parte pietatis gratia id faciat. Quod est verius: partem igitur sumptus consequetur, quem non donandi animo fecit. §. 10. Judicem, qui de ea æquitate cognoscit, interdum sumptum omnino non debere admittere modicum factum, si 21 forte in contumeliam defuncti hominis locupletis modicus factus sit 22: nam non debet hujus rationem habere, cum contumeliam defuncto fecisse videatur, ita eum funerando 23. §. 11. Si quis, dum se heredem putat, patremfamilias funeraverit, funeraria actione uti non potest: quia non hoc animo fecit, quasi alienum negotium gerens: & ita Trebatius & Proculus putat. Puto tamen, & ei ex causa dandam actionem funerariam 24. §. 12. Labeo ait, quotiens quis aliam 25 actionem habet de funeris impensa consequenda, *funeraria* eum agere non posse: & ideo, si *familiæ erciscundæ* agere possit 26, funeraria non acturum: plane, si jam familiæ erciscundæ judicio actum sit, posse agi. §. 13. Idem Labeo ait, si prohibente 27 herede funeraveris testatorem, ex causa competere tibi funerariam: Quid enim, si filium testatoris heres ejus prohibuit? Huic contradici potest, *Ergo pietatis gratia funeravi*: sed pone me testatum: *Habiturum me funerariam actionem*: de suo 28 enim expedit mortuos funerari: & quid, si testator quidem funus mihi mandavit, heres prohibet, ego tamen nihilominus funeravi? nonne æquum est, mihi funerariam competere? & generaliter puto, * judicem [justum] non meram 29 negotiorum gestorum actionem imitari, sed solutius æquitatem sequi; cum hoc ei & actionis natura indulget. §. 14. Divus autem Marcus rescripsit, *Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, non recte facere: pœnam tamen in eum statutam non esse* 30. §. 15. Qui mandatu alterius funeravit, non habet funerariam actionem, sed is scilicet, qui

98 Al. *qui ideo fit, ut*; adde *l.* 37. *ff. eod.* vel, *qui ideo fuit*, factus scil.

99 Funeris hæ sunt impensæ, elatio mortui, loci sepulturæ pretium, delatio mortui ex peregrino loco, cadaveris custodia, vestitus, arca, depositio. *hic. &* §. 4. *ff. eod. Synops. eod. cap.* 10.

100 *Elationem*, ἐκφορὰν. *Synopsis Basil.* Porro delatio mortuorum fiebat lectica, ut ex Asconio, Martiali 2. & 6. & Gellio probat Lipsius, *Elector.* 19. honestiorum lectica hexaphoros: tenuiorum sandapila, cui subjuncti saltem homines quatuor.

1 *l.* 112. §. *pen. ff. de condit. & demonstr.*

2 Commendandum 12 Columell. 18. hinc *pollinctorum* munus. vide Cujac. 2 *obs.* 17. ὁ τὸ βυσσινοῦν ἀναδούμενος, *Basil.* Cujac. 11 *obs.* 11. Potest tamen apte dici commendare, nihil aliud esse, quam deponere, quoad justæ sepulturæ tradatur. Cujac. 2 *obs.* 17.

3 Κ. τὴν σινδόνα. *Synops. l. c.* 10. Cadavera honestissima veste efferri mos erat, quæ in vulgo civium & ecorum funere, vulgata: in Magistratibus, toga prætexta: in censoribus, purpurea tota. Polyb. 6. Adde Sueton. *in Augustus*, *c.* 100. cum purpura crematos fuisse mortuos testatur Livius 34. Adde de vestibus funerariis, & mortuorum. §. 5. *ff. eod. l.* 113. *in fin. ff. de legatis. l. l. ult. in fin. ff. de auro.*

4 Elocandam.

5 Rebuffus tamen hoc permittit Episcopis.

6 Vestes una cum mortuo cremari superius ostendi ex Livii 34. De vestium mortuis injectione adde *l.* 113. *in fin. ff. de legat. l. l. ult. in fin. ff. de auro.* Plutarch. *de doctrina Epicuri.* Solon apud Plutarchum, οὐκ ἄκοντι συνδίδοντι πολλὰ ἱμάτιον τεθνῶν. Cicer. 2 *de legibus*, extenuatum sumptum tribus riciniis dicit.

7 Ineptæ voluntates defunctorum circa sepulturam non valent, *ut hic. & l.* 113. *in fin. ff. de legatis. l.* (talis jussus testatoris extat in *l. ult. in fin. ff. de auro.* adde Lactantium 2 *Inst.* 4.) idem dicendum, si testator jusserit, ne mancipium, ne domus, ne vestis, ne res aliæ periculo subjectæ vendantur, *l.* 5. §. *pen. ff. de admin. tut.* ut reliquiæ ejus in mare abjiciantur ab herede, *l.* 27. *ff. de condit. inst.* ut sumptus fiat in fraudem creditorum, §. 6. *in fin. ff. eod. arg. l. l. in fin. ff. ad leg. Falcid.* ut spectaculum edatur in civitate, quod ibi non liceat edere, puta inhouestum. *l.* 16. *ff. de usufruct. leg.* Quod diligenter heredibus, legatariis, executoribus, curatoribus notandum est. Ubi obiter dicam, lectori diligenter spectandum esse, quod in casu *d. l.* 16. refertur, hujusmodi legatum, heredum lucro non cedere: sed consensu & judicio primorum civitatis in rem aliam converti debere, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur: adde, non semper pupillum morari teneri, ubi mater jusserit. vide *l.* 7. *in fin ff. de annuis.* 8 Simplicior, superstitiosus: est autem superstitio vitanda in omni religione. *arg. l.* 30. *ff. de pœnis.*

9 *Funeraria* actio funeris impensas petit, non cæteras: neque plus petit, quam sit impensum. Æquum ergo sumptum spectat ex dignitate, facultatibus, tempore, & bona fide, 59 *Synops. l.* 1. *cap.* 10. 10 Æquum (quod Græcis hic δίκαιον) circumstantias admittit dignitatis, causæ, temporis, bonæ fidei, facultatum, modi. 11 Dignitatis, id est, τῆς ἀξίας. vide *l.* 12. §. 5. *ff. eod.*

12 Id est, hereditatis. 13 Adde *l.* 1. *in fin. ff. ad l. Falcidiam.* 14 Vel humanitatis & misericordiæ gratia, *ut ff. eod.* vel rei, quæ insumi jubetur. *Goth.* Vide text. in *l.* 27. §. 1. *de negot. gest. l.* 32. §. *pen. de condict. indebit.* Ans. 15 Donare sumptus etiam funeris, nemo præsumitur. adde *l.* 20. §. 1. *ff. de adq. hered.* 16 Heruldus legit, *hereditatis*, quam lectionem probat Grot. *Flor. Sparf. hic.* S. L. 17 Sed defuncti. *h. l.* §. 1. *ff. eod.* 18 *Pius* esse præsumitur, qui cadaver funerat. Ita Christus *Marci* 14. *initio*, defendens mulierem, à qua nardo pistica delibutus, καλὸν ἔργον, inquit, ἀφ' ὅσον ἐὰν ποιήσωσιν εἰς ἐμὲ. & post προέλαβε μυρίσαι μου τὸ σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν, bonum opus operata est erga me, prævenit enim ungere corpus meum in sepulturam. 19 Protestatio nostræ voluntatis sententiam arguit, ut & contestatio, seu inventarii confectio, non modo impedit, ut in majorem summam non obligemur, sed ut etiam nobis sumptu sepeliatur, *ut hic. Evantiam ff. de usufruct. & quemadmodm.* sic testatione referre debet, qui novum opus nunciat, quid jam operis factum sit, cum nunciat: ut appareat, quid postea factum erit, *l.* 8. §. 1. testatum facit, qui modulis sumptis opus factum dimensus est, §. 5. *ff. de novi operis nunc.* tales protestationes efficiunt, ut avia à nepotibus, mater à liberis, *l.* 34. *ff. de negotiis. l.* 11. gener à socero, *l.* 13. vitricus à privignis, *l.* 15. fruter à sorore factos sumptus repetere possit, *l.* 16. *C. de negotiis gestis.* & impensas ab alio factas ne lucremur. *l. ult. C. de negotiis gestis.* 20 Vide *l.* 4. §. *eod. l.* 20. §. 1. *ff. de adqu. hered.* 21 *Synopf. eod. cap.* 10. *in fin.* 22 Diviti fit injuria, si modico sumptu sepeliatur, *ut hic.* Etsi de ea re superius quædam notavi ad *l.* 4 *ff. commun. prædior.* hoc tamen addo; recte scripsisse Senecam, Non defunctorum causa, sed vivorum, inventam esse sepulturam: ut corpora & visu & odore fœda amoverentur: in eo non defunctis, sed nostris oculis pareri. *lib. de remed. fortuit.* 23 An ut eo casu heredi & exceptio, *ut hic.* & actio competat, *arg. l.* 1. §. 6. *ff. de injur.* hoc extremum improbatur: satis est enim, si in amici defunctique rebus vel in paucis consulamus, *l.* 20. *C. de negot. gest.* nec cuiquam homini, utcunque locupleti, si prout potuit, amicum hominem sepeliit, imputatur. 24 *l.* 32. *ff. eod.* vide *l.* 50. *ff. de petit. hered.*

25 Puta mandati. §. 15. *in fin. ff. eod.* 26 Ut *l.* 49. *in fin. ff. familiæ.* 27 Aliud est in aliis causis non piis. *arg. l. ult. C. de negot.* 28 §. 1. §. 7. *in fin. ff. eod.* 29 Mera negotiorum gestorum actio est, strictæ & exacte considerata, cui opponitur id, quod solutius, ex æquitate, & actionis natura, indulgere possumus. 30 Leges, quæ quid prohibent, & factum non coercent, *imperfectas* vocat Ulpian. *in fragm. tit.* 1. id est, inutiles: ut quas nemo metuat: Pœnæ, sanctiones & minæ legum efficiunt, ut eas quisque metuat, & à vitio saltem metu abstineat. Justinian. *item in Instit. l. sanctio. ff. de pœnis.*

qui mandavit funerandum, [sive] solvit ei, cui mandavit, sive debet. Quod si pupillus mandavit sine tutore autore, utilem funerariam dandam adversus heredem ei, qui impendit: lucrari enim heredem iniquum est. Si autem pupillus sinus ad se pertinens sine tutoris autoritate mandavit, dandam in eum actionem arbitror, si & heres extitit ei, qui funeratus est, solvendoque hereditas est. Contra si quis mandatu heredis funeravit, non posse eum funeraria agere, Labeo scribit: quia habet mandati actionem.

§. 16. Si tamen quasi negotium heredis gerens funeravit, licet ratum non habeat, tamen funeraria eum agere posse, Labeo scribit. §. 17. Datur autem hæc actio *Adversus eos, ad quos sinus pertinet*, utpura adversus heredem, bonorumve possessorem, cæterosque successores 33.

De Patrono, *qui petit bonor. possess. contra tab.*

XV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

FUneris impensam & patronus 34, qui bonorum possessionem perit contra tabulas, præstat.

De marito & patre.

XVI. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

IN eum, ad quem 35 dotis nomine quid pervenerit, dat Prætor funerariam actionem: * æquissimum enim visum est veteribus, mulieres, quasi de 36 patrimoniis suis, ita de dotibus funerari: & eum, qui morte mulieris dotem lucratur, in funus conferre debere: sive pater mulieris est, sive maritus.

XVII. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

SEd si nondum pater dotem reciperaverit, vir solus convenietur: reputaturus patri, quod eo nomine præstiterit.

XVIII. JULIANUS lib. X Digestorum.

IMpensa enim funeris, æs alienum 37 dotis est.

XIX. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

IDeoque etiam dos sentire hoc æs alienum debet.

XX. IDEM lib. XXV ad Edictum.

NEratius quærit, si is, qui dotem dederat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus sit, *ne quid maritus in funus conferret*, an funeraria maritus teneatur? Et ait, si quidem ipse stipulator mulierem funeravit, locum esse pacto, & inutilem ei funerariam fore: si vero alius funeravit, posse eum maritum convenire: quia * pacto hoc publicum jus infringi non possit 38. Quid tamen, si quis dotem hac lege dederit pro muliere: *Ut ad ipsum redeat, si in matrimonio mortua esset, aut quoquo modo soluto matrimonio?* nunquid hic 39 in funus non conferat 40? Sed cum dos morte mulieris ad eum pervenerit, potest dici, conferre eum. §. 1. Si maritus 41 lucratur dotem, convenietur funeraria: pater autem, non. Sed in hunc casum puto, si dos, quia permodica fuit, in funus non sufficit, in superfluum in patrem debere actionem dari 42. §. 2. Cum materfamilias decedit, nec [est] ejus solvendo hereditas, funerari eam ex dote tantum 43 oportet: & ita Celsus scribit.

XXI. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

IN patrem 44 cujus in potestate fuerit is, cujus funus factum erit, competit funeraria actio, pro dignitate & facultatibus 45.

XXII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

CElsus scribit: Quotiens mulier decedit, ex dote, quæ penes virum remanet, & cæteris 46 mulieris bonis, proportione 47 funeranda est.

XXIII. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

VEluti si in dote centum sint, in hereditate ducenta, duas partes heres, unam vir conferet.

XXIV. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

IUlianus scribit, non deductis legatis,

XXV. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

NEc pretiis manumissorum,

XXVI. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

NEc ære alieno deducto.

XXVII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

SIc pro rata & maritum & heredem conferre in funus oportet.

§. 1. Maritus funeraria non convenietur, si 48 mulieri in matrimonio dotem solverit, ut Marcellus scribit: Quæ sententia vera est: in his tamen casibus, in quibus hoc ei facere legibus permissum 49 est. §. 2. Præterea maritum puto funeraria in id demum teneri, quod facere potest: id enim lucrari videtur, quod præstaret mulieri, si conveniretur.

XXVIII. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

QUod si nulla dos esset, tunc omnem impensam patrem 50 præstare debere, Atilicinus ait: aut heredes ejus mulieris, puta emancipatæ. Quod si neque heredes habeant, neque pater solvendo sit, maritum in quantum facere potest, pro hoc 51 conveniri: ne injuria ejus videretur, quondam uxorem ejus insepultam 52 relinqui.

XXIX. GAIUS lib. XIX ad Edictum provinciale.

SI mulier post divortium alii nupta decesserit, non putat Fulcinius priorem maritum, licet lucri dotem faciat, funeris impensam præstare. §. 1. Is, qui filiamfamilias funeravit, antequam 53 dos patri reddatur, cum marito recte agit: reddita dote patrem obligatum habet. Utique autem, si cum marito actum fuerit, is eo minus patri mulieris restituturus est.

XXX. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

COntra quoque, quod pater in funus filiæ impendit, aut alio agente secum funeratitia [præstitit, ipse actione de dote à marito recipit 54.] §. 1. Sed si emancipata in matrimonio decedat, collaturos heredes, bonorumve possessores, & patrem, [pro portione dotis, quam recipit, & virum] pro portione dotis quam lucratus est.

Si funeretur filiusfamilias miles. 1. *De* Domino *funerati, funeratæve.* 2. *De tempore hujus actionis. De successoribus.*

XXXI. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

SI filiusfamilias miles sit, & habeat castrense peculium, puto successores ejus ante teneri: sic deinde ad 55 patrem venire.

§. 1. Qui *servum* alienum vel *ancillam* sepelivit, habet adversus dominum 56 funerariam actionem. §. 2. Hæc actio non est annua, sed perpetua 57: & heredi, cæterisque successoribus, & in successores datur.

Si possessor hereditatis *funus fecerit.* 1. *De viro & uxore eodem momento mortuis.*

XXXII. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

SI possessor hereditatis funus fecerit, deinde victus, in restitutione non deduxerit quod impenderit, utilem esse ei funerariam 58. §. 1. Si eodem momento 59 temporis vir & uxor decesserit, Labeo ait, in heredem viri pro portione 60 dotis dandam hanc actionem: quoniam id ipsum dotis nomine ad eum pervenerit.

Cui erepta, ut indigno, hereditas, retinet jus sepulchri.

XXXIII. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

SI quis fuit heres, deinde hereditas ablata sit ei, quasi indigno, magis est, ut penes eum jura sepulchrorum remaneant 61.

Heres in locum sub conditione legatum pendente conditione inferre non potest.

XXXIV. PAULUS lib. LXIV ad Edictum.

SI locus sub conditione legatus sit 62, interim heres inferendo mortuum, non facit locum religiosum.

Lugeri qui non debent, seu de non LUGENDIS 63.

XXXV. MARCELLUS lib. V Digestorum.

MInime majores lugendum 64 putaverunt eum 65, qui ad patriam delendam, & parentes, & liberos interficiendos venerit: quem 66 si filius patrem, aut pater filium occidisset 67 sine scelere, etiam præmio adficiendum omnes constituerunt.

Per hostes capta loca, ut desinant esse religiosa.

XXXVI. POMPONIUS lib. XXVI ad Quintum Mucium.

CUm loca capta sunt ab hostibus 68, omnia desinunt religiosa vel sacra 69 esse: sicut homines liberi in servitutem perveniunt. Quod si ab hac calamitate fuerint liberata, quasi [quodam] postliminio reversa, pristino statui restituuntur 70.

Qui sunt sumptus funeris. 1. *De monumento.*

XXXVII. MACER lib. I ad legem XX hereditatum.

FUneris sumptus accipitur, quidquid 71 corporis causa, veluti unguentorum 72, erogatum est: & pretium loci, in quo defunctus humatus est: & si qua vectigalia 73 sunt, vel sarcophagi 74, & vectura 75: & quidquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est, funeris impensam esse existimo. §. 1. *Monumentum* 76 autem sepulchri id esse, Divus Hadrianus rescripsit, quod 77 monumenti 78, id est, causa muniendi ejus loci factum sit, in quo corpus impositum sit. Itaque si amplum 79 quid ædificari testator jusserit, veluti in circum 80 porticationes 81, eos sumptus funeris causa non esse.

Mora ne fiat sepulturæ, Præsidis officium est.

XXXVIII. ULPIANUS lib. IX de omnibus Tribunalibus.

NE corpora aut ossa mortuorum detinerentur 82, aut vexarentur 83, neve prohiberentur, quo minus via publica transferrentur, aut quo minus 84 sepelirentur, Præsidis provinciæ officium est.

De non inquietando corpore condito, id est, non commovendo, transferendo.

XXXIX. MARCIANUS lib. III Institutionum.

DIvi Fratres 85 Edicto 86 admonuerunt, *Ne justæ* 87 *sepulturæ traditum, id est* 88, *terra conditum, corpus inquietetur* 89. Videtur autem terra conditum, & si in arcula 90 conditum hoc animo sit, ut non alibi 91 transferatur. Sed arculam ipsam, si 92 res exigat, in locum commodiorem licere transferre, non est denegandum.

XL. PAULUS lib. III Quæstionum.

SI quis [enim] eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde alio postea transferre, magisque temporis gratia deponere, quam quod ibi sepeliret mortuum, & quasi æterna sede 93 dare destinaverit: manebit locus profanus.

De Communi *pluribus loco religioso.*

XLI. CALLISTRATUS lib. II Institutionum.

SI plures sint domini ejus loci, ubi mortuus infertur, omnes consentire debent, cum extranei inferantur: nam ex ipsis dominis quemlibet recte ibi sepeliri constat, etiam sine cæterorum consensu 94: maxime, cum alius non sit locus, in quo sepeliretur.

Definitio monumenti, sepulchri, cenotaphi.

XLII. FLORENTINUS lib. VII Institutionum.

Monumentum 95 generaliter 96 res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus *vel reliquæ* 97 inferantur, fiet *sepulchrum*: si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci κενοτάφιον 98, id est, *inane sepulchrum* appellant.

De

92 Patrem etiam & dominum l. Paul. 1 *sent. ult.* §. *ult.* & patronum l. 15. §. *ult. ff. de bon. libert.* 34 *l.* 6. *in fin. ff. si pars hered.* 35 *l.* 17. 18. 19. 20. §. 2. *ff. eod. l.* 13. *C. de negot.* 36 Dos ipsius filiæ proprium patrimonium est. v. *l.* 3. §. 5. *ff. de minoribus. l.* 4. §. *de collationibus.* 37 Funeris impensa, dotis, æris alieni loco habetur. *Goth.* Exigendi privilegium habet, qui in funus impendit: sive funeraria sive quacunque alia experiatur. *l.* 17. *ff. de reb. aut. jud.* Duaren. *de privileg. credit.* Anf. 38 *l.* 38. *ff. de pactis. l.* 1. §. 9. *ff. de Magistr. conveniendis. l.* 15. *in pr. ff. ad l. Falcid.* 39 Qui dotem dedit. 40 *Al.* conferet. 41 *l.* 16. *ff. eod. arg. l.* 29. *in fin. ff. eod.* 42 Aut eo non solvendo existente, in maritum. *l.* 28. *ff. eod.* 43 Ut ita funeris impensa omne creditum excludat. *l.* 45. *ff. eod.* & ex superfluo satisfiat creditoribus defunctæ. 44 *l.* 16. 17. 18. *ff. eod. l.* 28. *l.* 31. *ff. eod.* 45 *V. l.* 12. §. 5. *ff. eod.* id est, pro dignitate familiæ & patris: ut sic immodici sumptus ne serventur. 46 Quæ præter dotem habet. *l.* 16. *ff. eod.* Uxor cujus sumptibus funeranda sit, dixi ad *l.* 4. *C. soluto matrimonio.* 47 Quando maritus lucratur dotem. *l.* 23. 24. 25. 26. 27. *l.* 30. *in fin. ff. eod.* 48 Adde *l.* 29. *in fin. ff. eod.* 49 Ut si maritus dote abutatur: tunc enim dotis administrationem ei auferri, eamque sequestrari oportet, exque ea uxorem cum familia ali. *l.* 22. §. 8. *in fin. ff. soluto.* 50 *l.* 20. §. 1. *l.* 21. *ff. eod.* 51 Hæc lex regulæ exceptio est, quæ continetur in *l.* 13. *ff. de negot.* 52 Insepultum relinqui, injuria est. *l.* 43. *ff. eod.* Hæc tamen injuria adfecti patriæ proditores. Xenophon, ὑβριν. Thucydid. 1. Sane sepulturæ actionem, pium opus esse omnibus confessum, idque testatur Paulanias *in Atticis*; Ammianus Marcellinus, *lib* 31. Autor dialogi, qui *Philopatris* inscribitur, tradit, Charontem insepultos ultra Acherontem fluvium minime trajicere. Hinc laudi datum Herculi; quod hostium cadavera sepeliri primus permiserit. Ælian. *lib.* 12. *de varia historia.* Proinde merito detestandi, qui sepulturam contemnunt, quales apud veteres Diogenes & Demosthenes, teste Strabone & Luciano. 53 Adde *l.* 17. *l.* 20. §. 1. *l.* 27. §. 1. *ff. eod.* 54 Statim, pro ea parte, qua funeravit: superfluum dotis, statuta die. vide *l.* 60. *ff. solut. matr.* 55 Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus ejus aliquid impenderit, recipere id ab herede, vel à patre, vel à domino potest. Paul. 1 *sent. ult. §. ult.* 56 Paul. 1 *sent. ult.* §. *ult.* 57 *l.* 9. *in fin. ff. eod.* 58 Quia ignarus sepelivit. vide *l.* 14. §. 11. *ff. eod.* 59 *V. l.* 9. §. 3. *ff. de rebus dubiis.* 60 *V. l.* 22. *ff. eod.* 61 Quemadmodum & penes eum, qui hereditate se abstinuit. v. *l. 6. ff. eod.* 62 Id est, quamvis pendente conditione heres dominus habeatur. *l.* 12. §. 2. *ff. famil.* 63 Ita habet titulus apud Paul. in *sent. de sepulchris & lugendis.* 64 *l.* 11. §. 1 *ff. de lib.* 65 Proditor suæ patriæ non lugetur: sed & absque vituperatione filius patrem, qui talis sit, interficit: ac vice versa: quinetiam præmiis dignus censetur. *Synopf. Basil eod. c.* 37. Goth. De luctu hostium, perduellium, & capite damnatorum, v. Edm. Merill. *lib.* 1 *observ. c.* 32. Anf. Adde Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *qu.* 90. *num.* 46. S. L. 66 Quin. 67 Quod olim duos nobiles de Falckenstein fecisse, ait Zas. *hic. n.* 12. 68 Lex hæc est de locis, quæ *hostes* ceperunt: *lex* 4. *ff. de sepulchr. viol.* est de his, quæ *ab hostibus* capimus. 69 Ideoque lapides inde sublatos in quemcunque usum convertere possumus: nec sepulchri violati competit actio. *l.* 4. *ff. de sepulchro violato.* Id Christianos invalescente religione Christiana fecisse in Gentilium lucis & sepulchris, testatur Aggenus Urbicus, *lib. de limit. agror.* 70 Vide apud Quintilianum 5. *c.* 10. Hot. 5 *illust.* elegantissimam & doctissimam quæstionem: An scilicet civitas bello capta, si in libertatem vindicetur, jura quoque sua pristina omnia recuperet? 71 *V. l.* 14. §. 3. 4. 5. *ff. eod.* Goth. vid. Leon. *emendat. lib.* 3: *cap.* 10. *num.* 1. Anf. Adde Cujac. *lib.* 11 *obs. c.* 2. *& lib.* 5. *cap.* 40. S. L. 72 Ungebantur mortuorum corpora. v. *l.* 7. §. 3. *ff. de in rem verso.* 73 Vestiaria: sed Cujac. 5 *obs. ult.* ex Basilic. legi ait, ϗ τὰ τἰλφα, ϗ ἡ σορὸς, ϗ ἡ σοληᾶ. Intelligit autem vectigalia, quæ in itinere præstantur, dum corpus ex uno loco in alium defertur: quæ sublata esse testatur *l. ult. C. eod.* vide Cujac. 11 *obs.* 21. 74 Vide *l.* 18. *in fin. ff. de aliment.* Sarcophagus lapis, in quo condita corpora quadragesimo die absumuntur, exceptis dentibus: cui contrarius est Chernites, qui cadavera à putredine vindicat. Plin. 2. *c.* 96. & 37. *c.* 17. & 16. Isidor. 4. Nonio sarcophagus est sepulchrum *c.* 1. *in v. capulum.* 75 ϗ σοληᾶ, Græci ita legunt, id est, vestiaria. Circumpotationum non meminit, an quod legibus XII Tabularum sublatæ? De hujusmodi comporationibus Varro ita loquitur: Funus exequiarii laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est, περιδεῖπνον, quo prassi discedentes dicimus alii aliis, Vale. & Tertullianus: Quo differt ab epulo Jovis silicernium? vide Cujac. 11 *obs.* 21. Adde, in circumpotationibus funebribus, leguminibus usos fuisse, ut & in mortuorum evocationibus: cum alias castimoniam servantes leguminibus abstinerent. vide Plutarch. *Romanic qu.* 95. 76 Monimentum. 77 *l.* 2. §. 6. *ff. eod. l.* 42. *ff. eod.* 78 Munimenti. 79 *l.* 27. *ff. de condit. & demonst.* 80 Circuitum. 81 Porticus. *l.* 5. *C. de sepulchro.* Goth. Lege, *Circumpotationes*: solebant enim veteres unćto & delibuto cadavere potationes circa illud instituere, ordineque omnes invitare. Vid. Pancirol. *rer. memorab. tit. de exequiis mortuorum. in notis.* Anf. 82 *l.* 3. §. 4. *ff. de sepulchro.* vide *Novell.* 60. *c.* 1. 115. *c.* 5. 83 Puta eruantur, extrahantur, *l. ult. ff. de sepulchro.* contrectentur. *l.* 4. *in fin. C. de sepulchro.* Imo hic *vexandi* appellatione intelligo moram, quam injiciebant forte creditores. 84 *l.* 8. *ff. de sepulchro.* vide *l.* 6. *C. de sepulchro.* 85 Hi fuere Marcus Aurelius Philosophus, & Lucius Verus, fratres adoptivi. *Anf.* 86 Vide *l.* 3. *ff. de sepulch. violat.* 87 *Justæ* sepulturæ traditus dicebatur, qui terra conditus erat. Imo, qui perpetuæ sepulturæ traditus, non temporariæ. 88 Terra conditi, aut sepulti, aut humati: *sepulti* dicebantur, qui quoquo modo contecti: *humati*, qui humo. Plin. 7. *c.* 54. 89 Id est, commoveatur, atque ita quies defuncti turbetur. 90 Vide quæ scripsi ad *l.* 7. §. 1. *ff. eod.* 91 Id est, alio. 92 Plerunque enim, ob incursum fluminis vel metum, corpus etiam perpetuæ sepulturæ traditum transferri in alium locum poterat. Poterat, inquam, per noctem, & solennibus redditis sacrificiis. Paul. 1 *sent.* 21. §. 1. Huc referri potest hoc Epitaphium vetus Crestinæ: *Ne quis nos inquietet ex arca nostra, neque ante alium ponat, aut commutet.* 93 Et quasi æternam sedem daret. *Halo.* Æternam sedem hic appellat, quæ *perpetua* alibi dicitur. *l.* 10. *C. eod. l.* 3. §. 4. *ff. de sepulchro.* 94 Religionis favore in communi fundo invito socio sepelire socium licet: ut & ex causa necessitatis. adde *l.* 2. *C. de commun. verum. l.* 1. *C. de communi servo.* 95 *l.* 2. §. 6. *ff. eod.* 96 *Monumentum* vox generis est & speciei, est enim aliud sepulchrum, aliud monumentum, seu κενοτάφιον. 97 Ita hic, & *l.* 44. §. 1. *ff. & l. ult ff. tit. prox.* pro reliquiæ. vide *l.* 1. *C. eod.* 98 *l.* 6. *in fin. ff. eod.* Ex hujusmodi cenotaphiis templa initium sumpsisse fusspicio est. Nam ex sepulchris templa initium sumpsisse tradit Eusebius & Lactantius, & Clemens Alexandrinus, ἐν τῷ προτρεπτικῷ, ex 9 historiarum Antiochi.

De his, qui religiosum locum facere non possunt, interdicto tamen de mortuo inferendo utiliter agunt, puta de proprietario & socio.

XLIII. PAPINIANUS lib. VIII Quæstionum.

SUnt personæ, quæ quanquam religiosum locum facere non possunt, interdicto tamen *de mortuo inferendo* utiliter agunt: utputa dominus proprietatis 99, si in fundum, cujus fructus alienus est, mortuum inferat, aut inferre velit: nam, si intulerit, non faciet justum sepulchrum: sed, si prohibeatur, utiliter interdicto, qui 100 de jure dominii queritur, aget. Eademque sunt in Socio, qui in fundum communem invito socio mortuum inferre vult: nam *propter* 1 *publicam utilitatem* 2, *ne insepulta* 3 *cadavera jacerent, strictam rationem insuper habemus* 4: *quæ nonnunquam* 5 *in ambiguis religionum quæstionibus omitti solet: nam summam* 6 *esse rationem, quæ pro religione facit.*

99 *l.* 2. §. 8. *ff. eod. l.* 1. §. 2. *ff. tit. prox.*

100 *Al.* quo.

1 Prater. *Halo.*

2 De qua v. *l.* 51, *in fin. ff. ad l. Aquil.*

3 De insepultis dixi *l.* 28. *ff. eod.*

4 Insuper habemus. *Haloand.* Sed Balduinus *ad l. Falcid.* unicam esse vocem ait, quæ idem sit, quod *neglegimus*. Eum reprehendit Robertus 2 *recept.* 5. sed tamen eo sensu Cujacius 3 *obs.* 22. ait dici insuper haberi fructus. *l.* 17. *ff. de his, quæ ut indign.* & lacrymas Apuleius 4 *de Asino*, judicium defuncti. *l.* 2. *C. si omissa sit causa.* Quo nomine ab eodem Roberto, 3 *Animad.* 15 notatur, defenditur tamen ab Anton. Mercatore, 3 *nov.* 15. Omiseram, eundem Cujac. 11 *observ.* 11, ex Basilicis id confirmare, quæ sic habent, παροφᾷ τὸ ἀκριβὲς, ut insuper habere, sit παροφᾶν vel πλημμελεῖν addit Hieronym. 19 *Eccles.* Agellium 1. & Symmachum hoc verbo uti.

5 Quæ nunquam *Haloander. Hugo à Porta*, eamque lectionem defendit Robertus 2 *recept.* 5. 6 Religionem quæ conservat ratio, summa ratio est. 7 Unius. *Hal.* 8 Caput, id est, unde qualis cujusque imago sit, cognoscitur. ita legit *Haloand.* Hinc capiunt initium sensus, & nervi sinde *caput* dictum, ut Varro *ad Cicer.* scribit apud Lactant. 1 *de opificio*). & ut Plinius 11. *c.* 37 scribit, hanc habent sensus arcem: huc venarum omnis a corde vis tendit: hic desinit: hic culmen altissimum: hic mentis est regimen: Omnium animalium, in priora pronum, quia & sensus ante nos tendunt. Ab eo proficiscitur somnus, hinc capitis nutatio. 9 His, quæ de capite diximus adde quæ de facie & ejus commendatione extant *l.* 17. *C. de pœnis.* 10 Hinc Ambrosius, sola æreæ fusi Principum capita, & ductos vultus de ære vel marmore adorari. vide Cujac. 21 *obs.* 4. 11 *Fit & inde*: fit, id est, fieri assolet à pictoribus & statuariis: vel, *fit, sic inde*; vel, *cujus cum imago fit, mole negotiosior*; vel, *cujus imago sit fit.* 12 Reliquiarum, seu cadaveris translatio imperatur. adde *l.* 25. *ff. eod.* 13 *Al.* reliquiæ. 14 Religiosus locus esse desinit cadaveris in alio loco translatione. 15 Pignoris tuciti, *l.* 14. §. 1 *ff. eod.* & dotis: est enim actio funeraria privilegiata, *l. ult. in fin. ff. eod.* & breviter quidquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducitur. Paul. 1 *sent. ult.* §. 4. 16 Gratificationi interdum locus est: ita ut uni ex legatariis possit interdum heres gratificari magis, quam alteri. 17 *l.* 17. *ff. de usufruct. l.* 66. §. 4. *ff. de leg.* 2. 18 Vestimenta.

TIT. VIII.

DE MORTUO[1] INFERENDO[2] ET SEPULCHRO ÆDIFICANDO.

Interdictum de mortuo inferendo. 1. *Quid sit prohibere inferre.* 2. *De domino proprietatis.* 3. *Si quis via prohibeatur, & de aliis servitutibus.* 4. *Quale sit hoc interdictum.* 5. *Interdictum de* sepulchro ædificando. 6. *Et ejus ratio.* 7. *De sepulchro vel monumento faciendo.* 8. *Quid sit prohibere ædificare.* 9. *Quid sit ædificare.* 10. *De eo, qui agit, ut labatur sepulchrum.*

1 3 *Extr.* 28. & 59 *Synops. Basil.* 2 2 *Subaud.* in sepulchrum.

1. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor 3 ait: QUO QUAVE ILLI MORTUUM INFERRE INVITO TE JUS EST, QUO MINUS ILLI EO EAVE MORTUUM INFERRE, ET IBI SEPELIRE LICEAT, VIM FIERI VETO. §. 1. Qui inferendi mortuum jus habet, non prohibetur inferre 4. Prohiberi autem inferre videtur, sive in locum inferre prohibeatur, sive itinere arceatur. §. 2. Hoc interdicto 5 de mortuo inferendo dominus proprietatis 6 uti potest: quod etiam de loco puro competit.

§. 3. Item si mihi in fundum via debeatur, in quem fundum inferre volo, & via prohibear 7, hoc interdicto posse me experiri, placuit: quia inferre prohibeor, qui via uti prohibeor: idque erit probandum, & si alia servitus debeatur. §. 4. Hoc interdictum prohibitorium 8 esse palam 9 est. §. 5. Prætor 10 ait: QUO ILLI JUS EST INVITO TE MORTUUM INFERRE, QUO MINUS ILLI IN EO LOCO SEPULCHRUM SINE DOLO MALO ÆDIFICARE LICEAT, VIM FIERI VETO. §. 6. Interdictum hoc propterea propositum est, quia * religionis interest 11, monumenta exstrui & exornari. §. 7. Facere sepulchrum, sive 12 monumentum in loco, in quo ei jus est, nemo prohibetur. §. 8. *Ædificare* 13 videtur *prohibere*, & qui prohibet eam 14 materiam convehi, quæ ædificio necessaria sit: proinde &, si operi necessarios prohibuit quis venire, interdictum locum habet: & si machinam alligare quis prohibeat, si tamen eo loci prohibeat, qui servitutem debeat: cæterum si in meo solo velis machinam ponere, non tenebor interdicto, si jure 15 te non patiar. §. 9. Ædificare 16 autem non solum, qui novum opus molitur, intelligendus est, verum is quoque, qui vult reficere.

§. 10. Is, qui id agit, ut labatur sepulchrum, hoc interdicto 17 tenetur.

De prægnante defuncta non ante humanda, quam partu exciso.

II. MARCELLUS lib. XXVIII Digestorum.

NEgat lex Regia 18, mulierem, quæ prægnans 19 mortua sit, humari, antequam partus ei excidatur: qui 20 contra fecerit, spem animantis 21 cum gravida peremisse videtur.

Si propius ædificium alienum aut ædificetur sepulchrum.

1. *Aut mortuus inferatur.*

III. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SI propius 22 ædes tuas quis ædificet [&] sepulchrum, opus novum [tu] nunciare poteris: sed facto opere 23, nullam habebis actionem, nisi *quod vi, aut clam.* §. 1. Si propius ædificium alienum intra legitimum 24 modum mortuus illatus sit, postea eum prohibere non poterit ædificii dominus, quo minus alium mortuum eo inferat, vel monumentum ædificet, si ab initio domino sciente hoc fecerit.

De jure sepulchri acquirendo.

IV. ULPIANUS lib. II Responsorum 25.

LOnga 26 possessione jus sepulchri non tribui ei, cui jure non competit 27.

De monumento perficiendo, 1. reficiendo.

V. IDEM lib. I Opinionum.

SI in eo monumento, quod imperfectum esse dicitur, reliquæ hominis conditæ sunt, nihil 28 impedit, quo minus id perficiatur 29. §. 1. Sed si religiosus locus jam factus 30 sit, Pontifices 31 explorare debent, quatenus, salva 32 religione, desiderio reficiendi operis medendum sit.

3 Primum Edictum.

4 *l.* 8. *in fin. ff. tit. prox.*

5 *l.* 8. *in fin. ff. de religios.*

6 V. *l.* 43. *ff. tit. prox.*

7 *Al.* prohibeatur.

8 *l.* 9. *ff. de religios.* §. 1. *Inst. de interdict.*

9 Ait enim Prætor in edicto, *Vim fieri veto.*

10 Secundum Edictum.

11 Interest religionis monumenta extrui, & exornari, *ut hic.* Causæ igitur sepulchrorum Pontificiæ, & ad jus Ecclesiasticum pertinent. v. *l.* 8. *ff. de religiosis.*

12 Sepulchrum aliud fuit à monumento. v. *l.* 42. *ff. tit. prox. l.* 4. *C. de religiosis.*

13 Ædificia fieri vetare is videtur, & qui convectam jam materiam ædificio imponi vetat: sed & qui nondum conveetam, convehi non patitur.

14 Eo. *Haloand.* adde *l.* 4. *l.* 5. *ff. de itinere, actuque privato.*

15 Sed jure. *Hal.* si ire. *Hugo à Porta.*

16 Ædificare is etiam videtur, qui reficit tantum, licet novum ædificium non posuerit. hoc quid comprehendatur, vide *in l.* 3. §. *pen. ff. de itinere.*

17 Et sepulchri violati. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de sepulchris.*

18 Lex Regia de Regis imperio & potestate est. *l.* 1. *ff. de constitut. Principum. Instit. de jure naturali.* §. *sed & quod Principi. l.* 1. §. 7. *vers. cum enim. C. de veteri jure enucleando. l.* 2. §. *noviss. ff. de origine jur.* Hic autem videtur lex Regia dici, quæ ab aliquo Regum lata fuerit: & fortassis hæc lex Regia Numæ fuerit, Regis nimirum religiosi. eo etiam refero Numæ Regis posthumiam legem: fortassis eo dicta fuit, quod ad posthumos, hoc est, mortuos & humatos pertineret; quæ est apud Plin. 14. *c.* 12. Vino rogum ne respergito: quam legem funerariam fuisse colligimus ex Festo in *Respersum*. Respersum, inquit, vinum dicebant, quia vino sepulchrum spargebatur, unde sepulchralis illa lex apud Cic. *de legib. Ne sumptuosa respersio fieret.* 19 *l.* 18. *ff. de statu homin. l.* 3. *ff. de pœnis.* v. quæ notavi *ff. tit. de ventre in possess.* 20 Prægnantem qui mortuam humat prius, quam ei partus excidatur, perimere partum videtur. *Synops. Basil.* 16. *tit.* 2. *c.* 3. 21 Refert enim Valer. 1. *c. ult.* Gorgiam quendam Epirotam in funere matris suæ utero elapsum, & inopinato vagitu suo, lectum ferentes consiluere coegisse: & ita matrem fato functam peperisse: Gorgiam ante elatum, quam natum fuisse. 22 *l.* 9. *l.* 11. *C. de ædific. privat.* 23 Multa enim facta tolerantur, quæ fieri non permittuntur, *l.* 8. *ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* & ibi Jason *n.* 11. & favent Prætores jam factis operibus. *l.* 3. §. 1. *ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* Alciat. ad *l.* 1. *ff. de oper. nov. nunciat. n.* 3. Surd. *decis. Mantuan.* 168. Quædam huc spectantia vide apud Thoming. *decis.* 54. Ans.

24 V. *l. ult. ff. finium regundorum.* 25 Respondit sc. 26 In sepulchris longa possessio non prodest ei, qui nullum jus habet. *Synops. eod. c.* 4. 27 Imo, præscriptio libertos in eo jure tuetur. *l.* 6. *C. de religiosis.* 28 Non enim videtur sepulchrum violari perfectione, aut *refectione*, si quis id reficiat vel etiam perficiat. 29 Reficere sepulchra sine notione Pontificum non licuit: de potestate Pontificum in causis sepulchralibus, & funerum, vide *l.* 8. *ff. de religios.* 30 Id est, perfectus. 31 Ad quos cura sepulchrorum pertinebat. *l.* 8. *ff. tit. prox. l.* 50. *in fin. ff. de pactis. hared.* & huc refer *l.* 3. §. 4. *vers. divus. ff. de sepulchr.* 32 Clausulam observa, *salvis religionis sepulchri, id refici permitto.* Salva religione, id est, ne piaculum admittatur.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

PARS TERTIA[1].

LIBER DUODECIMUS.

1 Quam Græci Ἀνθυπατικὴν appellant, quod ea tradatur juris discipulis, vice librorum Papiniani, ex constitutione Justinlani, vid. Cujac. 7 *obs.* 3. Quarta pars incipit *ff. à lib.* 20. *tit. de pignor.*

TIT. I.

DE REBUS CREDITIS[2], SI CERTUM[3] PETETUR, ET DE CONDICTIONE[4].

Expositio tituli de rebus creditis.

I. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

ERe est, prius quam ad verborum[5] interpretationem perveniamus, pauca de significatione ipsius Tituli[6] referre. Quoniam igitur multa ad contractus varios pertinentia jura sub hoc Titulo[7] Prætor inseruit, ideo *rerum creditarum* titulum præmisit. omnes enim contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur: nam, ut lib. 1 Quæstionum Celsus[8] ait, *credendi* generalis appellatio est: ideo[9] sub hoc titulo Prætor, & de commodato, & de pignore edixit: nam cuicunque rei adsentiamur alienam fidem secuti[10], mox recepturi quid ex hoc contractu, *credere dicimur.* † *Rei*[10] quoque verbum, ut generale[11], Prætor elegit.

2 Ad Rubric. & singulas leges, v. Bellon. *supput. lib.* 2. *c.* 20. Loriot. Zaz. Purpurat. & P. Corn. *h. t.* Ans. Adde Anton. Augustin. *lib.* 3 *emend. c. fin.* S. L.

3 IV. C. 11. & *Inst. quib. modis re contrah. in princ.*

2 Paul. 1. 5 Harmenop. 5.

4 *Conditionem* Græci definiunt, τὸν ἀπαιτητικὸν λόγον τῆς οἰκείας δικαίου. 5 Mutui, *l.* 2. certi. *l.* 6. *ff. eod.* 6 Titulorum juris significatione, juris interpretibus non negligendæ. 7 Tituli seu Rubricæ juris num vim legis obtinent? Sic videtur: modo perfectam orationem habeant, nec à textu restringantur, amplientur, suppleantur. vide Everard. *in loco à Rubro* 92. 8 Artifici sua in arte credi oportere hinc colligunt, de quo vide quæ notavi ad *l.* 36. *ff. de solut.* 9 An id innuit, hunc titulum esse generalem? Negat Cujacius, 7 *observ.* 32. ut & passim in Pandectis ullum titulum generalem reperiri. Idem sentit 2 *ad African.* sed Robertus, 2 *animadversion.* 6. eum reprehendit. Idque etiam sentit Hugo Donellus *hic, num.* 11. *& seqq.* Cujacium defendit Antonius Mercator, 2 *notab.* 26. Certe si propius spectemus, qui de in integrum restitutionibus, tutelis, legatis, bonorum possessionibus, manumissionibus, exceptionibus, prætoriis stipulationibus, privatis delictis, & publicis judiciis inscripti sunt, specierum suarum tractationem antecedunt. Hic autem titulus, & de pignoribus, mixti sunt: in quibus vox crediti, mutui, pignoris expressi tractationem antevertit, ut merito mixti videantur.

10 Et debiti, τὰ χρεῖα καθολικώτερον ἐστι τῶν δανείων. 3 *Harmenop.* 5.

11 *Rei* verbum generale. Quid enim in hac universa natura reperiri potest, quod *res* non sit? Quare ut vocabulum transcendens pecuniam, *l.* 5. *ff. de verbor. signif.* deli-

cta, *l.* 4. *ff. de oblig. & act.* contractus, obligationes, *l.* 6. *ff. de verb. signific.* mancipia & homines, *l.* 32. §. 2. *in fin. ff. de legat.* 2. & negotia, *arg. l.* 36. *ff. de reg. jur.* complectitur, & quæ sunt extra patrimonium, *Inst. de rerum divis.* sed in rei vindicatione res corporales, *l.* 1. §. 1. *ff. de rei vindicat.* in legato, & donatione rerum, immobilia. *l.* 79. §. 1. *ff. de legat.* 3. & è contra, legato eorum, quæ sunt in domo, *l.* 86. *ff. de legat.* 2. & rerum mearum actiones, *l.* 27. §. 2. *ff. de auro.* & servitutes, *l.* 73. *ff. de legatis.* 3. non continentur, secus est in universili rerum mearum fideicommisso, *l.* 39. §. 1. *ff. ad Trebellian.* tunc enim fideicommissarius personam defuncti repræsentat. Porro de latissima *rei* significatione v. Franciscum de las Caldas, *in repetitione legis* Si minorem. *in verbo* Res. *C. de in integrum restit. minorum.* 12 Vide Theophilum, §. 2. *Inst. quibus alienare. in princ. & Inst. quib. mod. re contr.* 13 *Species* hic aliter, quam apud Philosophos sumitur: Philosophis species est id, quod de pluribus individuo differentibus prædicatur: hic species, est ipsum individuum. Contra genus, de quo mox, species est, non genus Philosophis. Docendi causa species & genus sumamus, ut à jurisconsulto hic usurpatur. Species eadem est id ipsum triticum, quod mutuum datum est: Idem genus, triticum Africanum pro Africano: aliud genus, triticum pro vino: his positis, tritico mutuo dato, non id agitur, ut idem ipsum, quod mutuo datum est, reddatur, sed ut idem genus, non aliud: idem Africanum pro Africano: non idem vinum pro tritico. 14 Id est, non eadem res est in individuo, sed in eadem specie. 15 Nota, Rerum traditiones fieri, vel ut *nihil* (hinc donatio); vel ut *idem* (hinc commodatum, precarium, depositum, pignus, mandatum, locatio); vel ut *aliud* in diverso genere (hinc permutatio, emptio); vel ut aliud in eodem genere nobis reddatur, ut mutuum, *ut hic.*

Mutuum quomodo, 1. *Et quibus in rebus contrahitur.* 2. *De Etymologia, & effectu mutui.* 3. *Quid interfit inter creditum, & mutuum.* 4. *Qui mutuum dare possunt.* 5. *Si verbis credatur.*

II. PAULUS lib. XXVIII ad Edictum.

MUtuum[12] damus recepturi non eandem speciem[13], quam dedimus (alioquin commodatum erit, aut depositum): sed idem genus[14]: nam[15] si aliud genus, veluti, ut pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. §. 1. Mutui datio consistit in his

16 Consistet igitur in omnibus rebus mutuum, in vestibus, supellectile, lapidibus, & liguis. Nihil enim dici fingique potest in hoc universo, quod non vel pondere, vel numero, vel mensura consistet. Sic ceseo. *Res pondere, numero, & mensura consistentes*, hic appellari, non res omnes passim, sed quæ usu hominum exigente, & commercium dari nominatim ad pondus, ad numerum, & mensuram solent, hoc est, pondere, numero, & mensura expressius si quis mutuo det certum olei pondus, mille solidos, tot frumenti modios: sunt enim quædam, quæ aliis damus nullo neque pondere, neque numero, nulla denique mensura expressis. 17 *An earum*: nam loquitur de rebus? sed nil necesse. 18 *In creditum ire*, hic, est in mutuum ire, mutuum contrahere: sic alibi, in creditum ire, pro mutuum dare, *l.19. §.5 circa finem. ff. ad Velleian.* & creditum, pro mutuo, *l.3. §. 3. ff. de Senatusc. Macedon.* sic credita pecunia, pro mutuo data. *l.6. §.6. ff. mandati.* 19 In genere suo magis, quam specie functionem ea per solutionem, seu cum solvuntur, recipere dicuntur, quorum genus si solverit debitor, speciem non solverit, statim liberatur: vel, quorum ea natura est, ut hi idem eorum genus præstetur, liberatio contingat debitori. Hunc locum ita interpretor vere, &, ut opinor, facillime, qui a multis aliis misere tractatus est. Nec enim placet, quod Forcatul. *cap. 13. penur.* ita dispungit, eorum datione possumus in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt per solutionem, quam specie. 20 Id est, in rebus ejusdem naturæ, nominis, & usiæ. Cicer. *1 de oratore.* Roscius in suo genere. 21 *Functionem recipere*, est alterius loco & vice fungi, commutari, *l. 2. ff. de Senatusc. Macedon.* vice mutua funguntur, quæ tantundem præstant. *l. 6. ff. eod.* Hujus locutionis exemplum Tertullianus quoque totus quantus jurisconsultus suppeditat. 22 Id est, solutio non idem, quod acceptum est (nisi eventu, occasione, accidenti, præter primum propositum debitor, reparatis aliunde pecuniis, eosdem nummos, quos accepit, creditori restituat) reddat, sed tantundem, Seneca *6 de benef. 5.* tantundem, inquam, quia id, quod ex causa mutui redditur, substantia, quantitate, genero, seu qualitate, *l. 1. § 2. ff. de obligat.* vi, bonitate, usu & valore subit, sustinet, & repræsentat rem ipsam, quæ mutuo data fuit. 23 *Al.* magis, quam per speciem: qua ex lectione Zasius colligit, mutuum etiam in specie consistere, sed minus frequenter, quam in genere. In specie, inquam, mutuum consistere existimat, dummodo solutio uniformis sequatur: hoc est, ut id, quod datum est, numero ad numerum, mensura ad mensuram reddatur. Atqui non hic quæstio est, an specie mutuo dari, sed an eadem species solvi possit. Species sane, in mutuo esse, seu mutuo dari potest, at non eadem solvi potest: speciem damus, idem genus solvimus. An ideo aliud? Non aliud, quia genus solutum fungitur plane loco speciei mutuo datæ. Ita res in mutuo comparatæ sunt, ut si loco speciei mutuo datæ genus solvas, idem solvas: imo magis idem solvas, quam si speciem eandem solveres. Vix enim fit, aut raro, ut eadem species mutuo accepta, dum mutuo debitor ipse utitur, aut abutitur, ad eundem debitorem revertatur, & eandem omnimodo creditor reddat. Est igitur *vē Magis* particulæ, quæ hic ab aliquibus reponitur, ab aliis recte subintelligitur, hoc loco vis ea, ac potestas, ut non comparet, sed eligat, ut in *l. 1. ff. comm. dividund.* æque ac in illo, magis volo esse dives, quam pauper. Plautus *in Persa*, *Adolescens tu vendere ipsam? S. magis lubet, quam perdere*, dixi ad *l. 31. §. 23. ff. de aedilitio.* 24 Per solutionem in genere suo, quam in specie res functionem recipiunt, quarum species magis, quam individuum, forma, quam materia; quantitas, vis, & valor, quam corpus respicitur: quæque vel natura, vel hominum artificio ad hoc formatæ reperiuntur, ut in iis altera sine cujusquam injuria, aperte & evidenter, & citra fictionem aut impostaram, alterius loco vice fungatur, ac tantundem præstet homini in eodem usu, quantum altera: quia in iis pondus ponderi, quantitas quantitati, qualitas qualitati, usus usui exæquatur. 25 Cur in cæteris rebus, quæ non ad pondus, numerum & mensuram dantur, in creditum ire, seu mutuum dare non possumus: hoc est, cur si speciem in illis acceperis, genus reddere non possis, ut in mutuo? quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest, *ut hic.* hoc est, hæ res ita comparatæ sunt natura, ut eadem species accepta restitui debeat. In his rebus genus non fungitur loco speciei: si genus redderetur pro specie, aliud pro alio solveretur creditori. Vel ita: in cæteris rebus, hoc est, in negotiis, & contractibus cæteris damus quidem res, quæ pondere, numero vel mensura consistunt: quia tamen eas non ad pondus, non ad numerum, aut mensuram damus, ut fiant accipientis, sed ut usum, & utilitatem aliam ei præbeant, non in creditum imus, seu mutuum contrahitur, sed aliud negotii genus: cujus ea lex est, & natura, ut eadem omnimodo species reddi debeat: cujus loco etiamsi genus idem redderes, aliud tamen redderes: Ut ecce, libros non ad pondus, numerum, aut mensuram tibi dedi ut tui essent, sed ut essent tibi pignori, deposito, commodato, precario, locato: in hac hypothesi eosdem libros reddere teneris, neque liberari poteris ejusdem generis præstatione. Cur tam varie? in his negotiis, quia res semper mea mansit, nunquam tua fuit, si non eandem, sed idem genus reddas, aliud reddas. In mutuo res mea esse desiit, tua facta est non ea lege, ut eandem speciem redderes (id enim fieri non potest, cum jus rei a me tibi mutuo datæ, alienandæ habeas, & eo fini rem a me accipias, ut eam in alium transferas) non ut pro tritico pecuniam redderes (id enim venditio est) sed ut idem genus, id enim superesti in rerum natura quo liberari possis, cum rem tibi donare noluerim. 26 Id est, in mutuum.

27 Ut pro pecunia, nomen. *l.16. C. de solut.* vide *l. 3. ff. eod.* 28 Secus si consentiat: tunc enim pro pecunia numerata, res, vide *l.17.* operæ, *l. 20. C. de solutionib.* pecora in solutum dari possunt. *l. 9. C. de rescindenda vendit.* 29 Ita tamen, ut idem à te sim recepturus (alias hæc definitio donationi competeret) ejusdem bonitatis, & qualitatis. *l.1. §. 2. ff. de obligat. & actionib.*

30 Τὸ χρεῶν κατηγορικώτερον ἐστι δανεῖν. *Creditum* appellatio latius patet, quam mutui. Creditum, genus est: mutuum, species, *ut hic.* In credito aliud interdum non recipimus: in mutuo aliud recipimus, *ut hic.* Creditum, extra pecuniam etiam consistit: mutuum vero, nisi pecunia interveniat, non consistit, *verf. Item mutuum.* Creditum est interdum, etsi nihil proficiscatur: in mutuo à nobis aliquid proficisci oportet, *verb. creditum.* In credito dantem dominum esse oportet: in mutuo necesse non est. §. 4. j. Creditum etiam verbis: mutuum damus non item. §. 5. j. adde 3 *Harmenopul. 5. §. 1.* 31 Ita *populus* à *plebe* differt. §. 4. *Inst. de jure naturali.* 32 *l. 10. ff. de verb. signif.*

33 Id est, nisi re ipsa fiat numeratio, mutuum naturale non contrahitur. vide quæ notavi ad *princ. Inst. quib. mod. re.* 34 *Pecunia*, id est, res pondere, numero & mensura consistens. §. 1. ff. *eod. l. 30. ff. de leg. 1* (de hac dictione vide *l. 2. in fin. C. de constit. pecun.*) vel loco pecuniæ res æstimata. *l. 4. l. 11. ff. eod. & l. 8 C si cert. pet.* 35 Id enim licet. vide *l. 1. ff. de pactis dotalibus.* eoque casu maritus creditor jure civili censetur, licet ab eo nihil sit profectum. *l. 21. ff. de verb. oblig.* Paulus scripserat, *dicatur.* vide Cujac. *23 obs. 18.* 36 Nec enim de non meo, mutuum fieri potest. Sed tamen utilitatis causa receptum est, ut certus casibus mutuum, & si ab initio non constitit, convalescat, puta, conditionis eventu (quando mutuum sub conditione datum est. *l. 7. l. 8. in prine. ff. eod.* si dominium rei mutuatæ adipiscamur, *d. l. 8. in fin.* si dominus pecuniæ mutuatæ ratum habeat. *arg. l. 6. ff. de condict. indeb.* si mandet mihi suas actiones. *l. 2. C. si cert. pet.* si is, cui credidi, pecuniam consumpsit, *l. 13. ff. eod. l. 56. §. 2. ff. de fidejussorib.* vel usucepit. *l. 15. §. 1. ff. de conditione indebiti.* 37 Vide *l. 2. C. per quas personas.* Tale mutuum vicile dicitur. Quæ vox, ne quem turbet, sciendum est, *mutuum naturale* dici, quoties res intercedit: *civile*, quoties numeratio non intervenit, sed spes ejus. Illud, vel merum ac nudum est, vel adjutum à jure civili: mere naturali mutuo mihi obligaris, cum meos nummos à me accipis: adjuto à jure civili, cum paternos vel dominicos à me accipis. Civiliter vero tantum mihi obligaris, quoties spe futuræ numerationis mihi chirographum tradis (hucque pertinent *tit. C. de non numerata. de dote cauta. si pignoris conventionem*) vel verbis fateris debitum. *§. ult. ff. eod.* Civiliter vero, & postea naturaliter, quoties traditionem chirographi pecuniæ numeratio sequitur. 38 Et mutuum damus civiliter scil. *ut ff. eod.* 39 Id est, præcedente interrogatione, & subsequente congrua responsione. vide *l. 52. §. 2. ff. de oblig. & act.* 40 *Apertius legeretur*, non licet tamen debitori; *ut sit sensus*: In mutuo, ex eodem genere, seu idem genus debitor potest solvere, at non ex eodem genere rem deteriorem. Vinum novum & vetus, genere ipso eadem: sed ubi Romano genus deterius reddit, qui pro veteri vino, novum reddit. Itaque idem genus quidem redditeris, sed quia deterius sit, non idem genus videbitur: non idem, inquam, id est, non eadem bonitate seu qualitate genus. 41 Deteriorem rem in mutuo reddit, qui aliud pro alio, *l. 2. §. 1. ff. eod.* partem pro toto. *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* vide Hotom *quæst. illustr. 20.* nomen pro pecunia, *l. 16. C. de solut.* acetum pro vino: æs pro auro; plumbum pro argento, *l. 9. in fin. ff. de contrab. empt.* vinum pro tritico, & è contra, *l. 2. ff. eod.* novum vinum pro vetere, *ut hic.* (non idem è contrario esse putat Accurs.) vetus acidum, pro veteri vino, quod optimum datum est. *l. 15. in princ. ff. de periculo.* (Non idem est in novo frumento, quod veteris loco solvi potest, at non è contra: novum enim melius est, *l. 1. C. de conditis in publ. hor.*) invito creditori offert. Aureos debes? æroſam pecuniam, & edicto publico sublatam, creditori offerens, nihil agis. *l. 102. ff. de solutionib.* Æstimatos debes? æstimatione liberaris, *arg. l. 7. in fin. ff. de usufruct. earum rerum. l. 1. in fin. ff. de æstimatoria.* vide *l. 22. ff. rerum amotarum.* & Aresium Parisiense apud Lucium *10 Placit. 6. num. ult.* Nominatim in specie aureos debes? speciem redde, non æstimationem: lex enim contractus servanda est. *l. 1. §. 6. ff. depositi.* Atqui à tempore contracti mutui, aureorum potestas excrevit? poterat & eadem lege vel communi rerum omnium utilitate, vel edicto Principis decrescere creditoris detrimento, quod commodum cum adversari damno consequi potuerit, æquissimum est, ut talionis æquitate ipse quoque utatur. *ff. quod ghisque jur.* Hucque refero *l. 99. ff. de solution.* quæ negat creditorem in alia forma cogendum nummos accipere. At neque æstimatos, neque nominatim in specie debes, sed decem aureos simpliciter? Puto, te æstimationem offerentem creditori, audiendum: sibi enim creditor imputet, qui legem contractui non dixit apertius, *l. 97. ff. de solutionib. l. 39. ff. de pactis.* adversus debitorem, cui nominatim leges his rebus, quæ 16 pondere, numero, mensura consistunt: quoniam eorum datione possumus in 18 creditum ire: quia 19 in genere 20 suo functionem 21 recipiunt 22 per solutionem, quam 23 specie 24: nam in 25 cæteris rebus ideo in creditum 26 ire non possumus, quia aliud pro alio 27 invito 28 creditori solvi non potest. §. 2. Appellata est autem *mutui datio* ab eo, quod de meo tuum fit 29: & ideo si non fiat tuum, non nascitur obligatio.

§. 3. *Creditum* ergo à 30 *mutuo* differt, qua 31 genus a specie: nam creditum consistit extra eas res 32, quæ pondere, numero, mensura continentur: sicut, si eandem rem recepturi sumus, creditum est. † Item mutuum non potest esse, nisi proficiscatur 33 pecunia 34: creditum autem interdum, etiamsi nihil proficiscatur, veluti si post nuptias dos promittatur 35. §. 4. In mutui datione oportet dominum esse dantem 36: nec obest, quod filius familias & servus, dantes peculiares numinos, obligant: id enim tale est, quale, si voluntate mea tu des pecuniam: nam mihi actio adquiritur, licet 37 mei nummi non fuerint. §. 5. Verbis quoque credimus 38, quodam actu 39 ad obligationem comparandam interposito: veluti stipulatione.

Qualis res in mutuo reddi debet.

III. Pomponius lib. XXVII ad Sabinum.

Cum quid mutuum dederimus, etsi non cavimus, *ut æque bonum nobis redderetur*, non 40 licet debitori deteriorem rem 41, quæ ex eodem genere sit, reddere: veluti, vinum novum pro vetere 42: nam * *in 43 contrahendo quod agitur 44, pro tanto 45 habendum est 46*: id autem agi intelligitur, ut ejusdem generis, & eadem bonitate solvatur, qua datum sit.

De deposito futuri mutui causa contracto. De eo, qui rem vendendam accepit, ut pretio uteretur. 1. De pignore & fructibus. 2. De his, quæ flumen abstulit.

IV. Ulpianus lib. XXXIV ad Sabinum.

Si quis nec causam, nec propositum fenerandi habuerit, & tu empturus prædia, desideraveris mutuam pecuniam, nec volueris 47 creditæ nomine, antequam emisses, suscipere, atque ita creditor, quia necessitatem forte proficiscendi habebat, deposuerit apud te hanc eandem pecuniam, *ut, si emisses, crediti nomine obligatus esses*, hoc depositum periculo est ejus, qui suscepit. Nam & qui rem vendendam acceperit, *ut pretio uteretur*, periculo 48 suo rem habebit. §. 1. Res pignori data, pecunia soluta condici potest 49: & fructus ex injusta 50 causa percepti condicendi sunt. Nam & si colonus post lustrum 51 completum, fructus perceperit, condici eos constat 52: ita demum, si non ex voluntate domini percepti sunt: nam, si ex voluntate, proculdubio cessat condictio.

§. 2. Ea, quæ vi 53 fluminum importata sunt 54, condici 55 possunt 56.

De re perempta, & de mora.

V. Pomponius lib. XXII ad Sabinum.

Quod te mihi dare oporteat 57, si id postea perierit, quam per te factum erit, quo minus id mihi dares, tuum fore id detrimentum constat 58. † Sed cum quæratur, an per te factum sit, animadverti debebit, non solum in potestate tua fuerit id, necne, aut dolo 59 malo feceris, quo minus esset vel fuerit, necne, sed etiam, si aliqua justa causa sit, propter quam intelligere deberes te dare oportere.

Certi *definitio.*

VI. Paulus lib. XXVIII ad Edictum.

Certum est 60, cujus species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demonstratione, quæ nominis vice 61 fungitur, qualis quantaque sit 62, ostenditur. Nam & Pedius libro primo de stipulationibus * nihil 63 referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito 64 ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur: quatenus 65 mutua vice fungantur, quæ tantundem præstent 66.

Quæ inseri stipulationibus possunt. De mutuo conditionali.

VII. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

Omnia, quæ inseri stipulationibus possunt, eadem possunt etiam numerationi pecuniæ: & ideo & 67 conditiones 68.

VIII. Pomponius lib. VI ex Plautio.

Proinde mutui datio interdum pendet, ut ex postfacto confirmetur 69: veluti, si dem tibi mutuos nummos, *ut si conditio 70 aliqua extiterit, tuos fiant, si quæ mihi obligatus*: Item, si legatam pecuniam heres crediderit, deinde legatarius eam noluit ad se pertinere: quia heredis 71 ex die aditæ hereditatis videntur nummi fuisse, ut credita pecunia peti possit. Nam Julianus ait, & traditiones ab herede factas ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit, cum repudiatum sit legatum aut adpositum 72.

Quibus ex causis certi condictio competit. 2. De obligatione suo vel alieno nomine. 4. Si numerationem sequatur stipulatio inutilis. 8. De pecunia credita nomine alieno. 9. Si depositario permittatur uti re deposita.

IX. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

Certi condictio competit ex omni causa 73, ex omni obligatione 74, ex qua certum petitur: sive ex certo 75 contractu petatur, sive ex incerto: licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præsens sit obligatio: cæterum si in diem sit vel sub conditionem obligatio, ante diem 76 vel conditionem 77 non potero agere. §. 1. Competit hæc actio etiam ex legati causa, & ex lege Aquilia: sed & ex causa furtiva 78 per hanc actionem condicitur. Sed & si ex Senatusconsulto agetur, competit hæc actio: veluti si is, cui fiduciaria 79 hereditas restituta est, agere pit, si modo ultra annum servari non possit. 43 In contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est, hoc est, Cum contrahimus, quædam, etsi non sine verbis nominatim expressa, subintelliguntur tamen ex natura ipsius actus, quem agimus, seu gerimus: ea pro cautis & expressis habenda sunt: perinde præstantur ea, ac si cauta & expressa fuissent. 44 *Sub.* tacite, ut *tit. C. Plus valere quod agitur, quam quod simulate conciptur.* Verbis interdum quædam extrinsecus exprimimus, aliud tamen agimus re ipsa. Id quod ita agitur, seu subintelligitur, plus valet, quam quod simulate conceptum: τὸ itaque *agitur* hic, idem est, quod *subintelligitur.* 45 Hoc est, pro expresso, pacto, convento, promisso. 46 De tacito vide quæ notavi ad *tit. in quibus causis pign. ff.*

47 Nec voluerit crediti nomine accipere. vide *l. 11. ff. eod.* 48 An, ut præstet etiam casum fortuitum? Sic puto: casus enim fortuiti ad dominum rei pertinent, *l. 6. C. de pigneratit.* qualis est in hac hypothesi is, qui accipit: ideoque non obstabit *l. 1. §. 35. ff. depositi.* quæ negat eum, qui deposito se obtulit, de casu fortuito teneri: nec enim depositarius in ea lege dominus est. Sed demus in hac specie, accipientem dominum non fuisse, quod hic venditio non antea contracta fuisse videatur, quam res vendita fuerit, quod minime fuccessit: id tamen constabit, hoc negotium, de quo nunc quæritur, innominatum esse, *l. 20. ff. de præscript.* in contractibus innominatis deperditæ rei, ante venditionem, periculum ad eum pertinere, qui deposito se obtulit, *l. 17. in fin. ff. de præscript.* depositum autem de quo in *d. l.* agitur) nominatus est contractus: & ita cum Lorioto adversus Zasium sentire possis. 49 Quæ creditor, qui soluto debito pignus non restituit, fur est. vide *l. 54. ff. de furtis.* atqui furi res etiam nostras condicimus. vide *l. 1. in fin. de condict. triticaria. l. 1. ff. de condict. furti.* 50 Justa. *Haloand.* & male. 51 Id est, quinquennium, ut *l. 13. in fin. ff. locati. l. 67. in fin. ff. de furtis. l 30. §. 1. ff. de legat. 3.* dixi ad Varronem & Festum. 52 Tunc enim, qui invito domino percipit, furtum facit. *l. 67. in fin. ff. de furtis.* 53 Aliud si non vi, sed per latens incrementum, seu alluvionem. *l. 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dominio.* Cur ita? an quia vis videtur, non alluvio? an potius quod vim fluminis repellere non ita quis possit, ut latens incrementum facto fluminis impedire? 54 *Sub.* in alienum fundum. 55 Et interdicto peti: quale datum fuit à Prætore, cum Tiberis abundasset, & res multas multorum in aliena prædia importasset. *l. 9. §. 1. ff. de damno.* 56 Licet nostra romaneant, quod speciale est. 57 Actione personali scilicet, *§. 15. Inst. de actionibus.* 58 Debitor, qui moram admisit, rei peremptæ æstimationem præstat, *ut hic.* sed & omnes accessiones, quales sunt fructus, usuræ, & id, quod interest, vide *l. 23. l. 82. in fin. ff. de verb. obligat.* nisi præstationis difficultas, aut alia justa causa eum excuset. *v. hic interpretes de mora tractantes.* 59 *l. 17. §. 1. verf. quod si dolo. ff. de rei vindicat.* 60 *Certum* est, quod ex se, vel ex circumstantiis suis apparet, quid, quale quantumque sit. *l. 74. §. 1. l. 75. ff. de verb. oblig.* 61 Vide *l. 34. ff. de cond. & demonstr.* 62 *Certum censeri* etiam dicendum est, quod ad aliud refertur, puta ad testamentum, *l. 5. §. 1. ff. de re jud.* ad locum certum. *l. 74. §. 1. ff. de verbor. obligat.* 63 Certa res sit proprio nomine, digiti demonstratione, aut vocabulo, quo mutua vice, hoc est, proprii nominis vice fungatur. Digito quod monstratur, certum est. 64 Ad rei certitudinem sufficit digito demonstrari, *ut hic.* & ad certam possessionem adprehendendam, oculo percipi. *l. 18. §. antepenult. ff. de adq. poss.* 65 Quatenus, id est, quia, ut in *l. Antæus. ff. de aqua pluv.* 66 Æquipolluerit ubi aliquid fiat interdum nihil interest. adde *l. 11. ff. de leg. 3.*

67 Mutuum non tantum pure, sed & sub conditione potest contrahi. 68 Nam pure, vel in diem stipulamur. §. 2. *Inst. de verb. obligat.* 69 Vide *l. 19. ff. eod.* Item pendet mutuum, cum is qui dat, consensu caret, ut furiosus, pupillus; vel quum error intervenit. quibus casibus non consistit initio mutuum, sed consumptione. *l. 12. l. 19. §. 1. l. 32. ff. eod.* Sed tamen utilis condictio competit, *l. 4 C. si cert. pet. d. l. 32.* Cujac. *5 obs. 29.* Anf. 70 In conditionali mutuo, res ex futuro eventu fieri potest mea. vide quæ notavi ad *l. 2. §. 4. ff. eod. l. 19. ff. eod.* 71 *l. 44. §. 1.* vide *l. 86. §. 2. ff. de legat. 1.* 72 Agnitum, *Baro.* adquisitum, *Duarenus.* adquisitum, Cujac. *8 observ. 7.* vide *l. 18. ff. de rebus dubiis.* 73 Et contractu. *§. 3. ff. eod.* 74 Contractu, maleficio vel quasi, *Accurs. Bart. Zas. §. 3. ff. eod.* facto, *Alciat.* æquo & bono, *Lorior.* 75 Vide *l. 74. ff. de verb. oblig.* 76 Vide *l. 46. ff. de verb. oblig.* 77 *l. 36. l. 40. in fin. ff. eod. l. 213. ff. de verbor. sign. l. 169. in fin. ff. de reg. jur.* 78 Vide *l. 1. in fin. ff. de condict. triticaria.* 79 *Fiduciaria hereditas* est, quæ ex fideicommisso restituitur.

favere ibi ambiguis scire potuit vide *l. 47 ff. de obligationibus.* eaque interpretatio, non unius contrahentis desiderio, sed communi omnium hominum usu constituta est: inter quos, quicunque in proximo fuerunt certa lege æstimatos pallium cum sua ac publica æstimatione permutari constat: tales autem interpretationes, præsertim in rerum pretiis recipiendæ sunt, quæ communiter intelliguntur. vid. *l. 63. ff. ad l. Falcid.* At hic quæritur, a quo tempore æstimatio sit ducenda, an contractus, quo initium: an solutionis, quo majoris pretii aurei sunt? an & sententiæ? si dictum sit, quo tempore reddantur, quanti nunc fuissent: si non, quanti tunc, cum petitum esset, *l. 22. ff. eod.* Tentari potest, ut in aliis rebus, quam pecunia, id verum sit, & in pecunia (cujus valor & æstimatio non a privatis, sed a magistratibus pendet) contractus initium spectandum esse æquius sit in hoc enim, quod præsens fuit, magis consensisse contrahentes verisimilius est, quam in id, quod sub incerto esse potuit, *arg. l. 7. ff. de aur.* idque in legatis locum habet, ut in iis legati municipii æstimatio, a tempore facti testamenti, non mortis testatoris, ducatur, *l. 41. §. 4. ff. de legat. 3.* & *d. l. 7.* excipe tamen casum *l. penult. ff. de instructo.* & vide Hotom. *quæst. illustr.*

42 *Vetus vinum* est anni prioris: nisi aliud ex usu testatoris colligitur: dixi ad *l. 9. in fin. l. 10. l. 11. l. 12. ff. de tritico, & vino legato.* Decipitur itaque hac lege Bartolus, qui putat vinum vetus dici, cum primum clarum esse incipit. Quæ creditor, qui soluto debito pignus non restituit, fur est. vide *l 54. ff. de furtis.* atqui furi res etiam nostras condicimus. vide *l. 1. in fin. de condict. triticaria. l. 1. ff. de condict. furti.* 50 Justa. *Haloand.* & male. 51 Id est, quinquennium, ut *l. 13. in fin. ff. locati. l. 67. in fin. ff. de furtis. l 30. §. 1. ff. de legat. 3.* dixi ad Varronem & Festum. 52 Tunc enim, qui invito domino percipit, furtum facit. *l. 67. in fin. ff. de furtis.* 53 Aliud si non vi, sed per latens incrementum, seu alluvionem. *l. 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dominio.* Cur ita? an quia vis videtur, non alluvio? an potius quod vim fluminis repellere non ita quis possit, ut latens incrementum facto fluminis impedire? 54 *Sub.* in alienum fundum. 55 Et interdicto peti: quale datum fuit à Prætore, cum Tiberis abundasset, & res multas multorum in aliena prædia importasset. *l. 9. §. 1. ff. de damno.* 56 Licet nostra romaneant, quod speciale est. 57 Actione personali scilicet, *§. 15. Inst. de actionibus.* 58 Debitor, qui moram admisit, rei peremptæ æstimationem præstat, *ut hic.* sed & omnes accessiones, quales sunt fructus, usuræ, & id, quod interest, vide *l. 23. l. 82. in fin. ff. de verb. obligat.* nisi præstationis difficultas, aut alia justa causa eum excuset. *v. hic interpretes de mora tractantes.* 59 *l. 17. §. 1. verf. quod si dolo. ff. de rei vindicat.* 60 *Certum* est, quod ex se, vel ex circumstantiis suis apparet, quid, quale quantumque sit. *l. 74. §. 1. l. 75. ff. de verb. oblig.* 61 Vide *l. 34. ff. de cond. & demonstr.* 62 *Certum censeri* etiam dicendum est, quod ad aliud refertur, puta ad testamentum, *l. 5. §. 1. ff. de re jud.* ad locum certum. *l. 74. §. 1. ff. de verbor. obligat.* 63 Certa res sit proprio nomine, digiti demonstratione, aut vocabulo, quo mutua vice, hoc est, proprii nominis vice fungatur. Digito quod monstratur, certum est. 64 Ad rei certitudinem sufficit digito demonstrari, *ut hic.* & ad certam possessionem adprehendendam, oculo percipi. *l. 18. §. antepenult. ff. de adq. poss.* 65 Quatenus, id est, quia, ut in *l. Antæus. ff. de aqua pluv.* 66 Æquipolluerit ubi aliquid fiat interdum nihil interest. adde *l. 11. ff. de leg. 3.*

67 Mutuum non tantum pure, sed & sub conditione potest contrahi. 68 Nam pure, vel in diem stipulamur. §. 2. *Inst. de verb. obligat.* 69 Vide *l. 19. ff. eod.* Item pendet mutuum, cum is qui dat, consensu caret, ut furiosus, pupillus; vel quum error intervenit. quibus casibus non consistit initio mutuum, sed consumptione. *l. 12. l. 19. §. 1. l. 32. ff. eod.* Sed tamen utilis condictio competit, *l. 4 C. si cert. pet. d. l. 32.* Cujac. *5 obs. 29.* Anf. 70 In conditionali mutuo, res ex futuro eventu fieri potest mea. vide quæ notavi ad *l. 2. §. 4. ff. eod. l. 19. ff. eod.* 71 *l. 44. §. 1.* vide *l. 86. §. 2. ff. de legat. 1.* 72 Agnitum, *Baro.* adquisitum, *Duarenus.* adquisitum, Cujac. *8 observ. 7.* vide *l. 18. ff. de rebus dubiis.* 73 Et contractu. *§. 3. ff. eod.* 74 Contractu, maleficio vel quasi, *Accurs. Bart. Zas. §. 3. ff. eod.* facto, *Alciat.* æquo & bono, *Lorior.* 75 Vide *l. 74. ff. de verb. oblig.* 76 Vide *l. 46. ff. de verb. oblig.* 77 *l. 36. l. 40. in fin. ff. eod. l. 213. ff. de verbor. sign. l. 169. in fin. ff. de reg. jur.* 78 Vide *l. 1. in fin. ff. de condict. triticaria.* 79 *Fiduciaria hereditas* est, quæ ex fideicommisso restituitur.

re volet. §. 2. Sive autem suo nomine quis obligatus sit, sive alieno, per hanc actionem recte convenitur. §. 3. Quoniam igitur ex omnibus contractibus hæc certi condictio competit, sive re fuerit contractus factus, sive verbis, sive conjunctim [80], referendæ sunt nobis quædam species, quæ dignum habent tractatum, an hæc actio ad petitionem eorum sufficiat. §. 4. Numeravi tibi decem, & hæc alii [81] stipulatus sum [82]: nulla est stipulatio [83]. An condicere decem per hanc actionem possim [84], quasi duobus [85] contractibus intervenientibus: uno, qui re factus est, id [86] est, numeratione: alio, qui verbis, id est, inutiliter: quoniam alii [87] stipulari non potui? Et puto, posse [88]. §. 5. Idem erit, si à pupillo fuero sine tutoris autoritate stipulatus, cui tutore * autore ' credidi: nam & tunc manebit mihi condictio ex numeratione [89]. §. 6. Item quæri potest, & si, quod tibi numeravi, sub impossibili conditione stipuler: cum enim nulla sit stipulatio, manebit condictio [90]. §. 7. Sed &, si ei numeravero, cui postea bonis interdictum est, mox ab eo stipuler, puto pupillo cum comparandum: quoniam & stipulando sibi adquirit [91]. §. 8. Si nummos meos tuo nomine dedero, velut tuos absente te & ignorante, Aristo scribit, adquiri tibi condictionem [92]. Julianus quoque de hoc interrogatus libro x scribit, veram esse Aristonis sententiam: nec dubitari, quin, si meam pecuniam tuo nomine, voluntate tua, dedero, tibi adquiratur obligatio: cum quotidie [93] crediturі pecuniam mutuam, ab alio poscamus, ut nostro nomine creditor [94] * meus & * futuro debitori nostro. §. 9. Deposui apud te decem, postea permisi tibi uti [95]: Nerva, Proculus, etiam antequam moveantur, condicere, quasi [96] mutua, tibi hæc posse aiunt: Et est verum, ut & Marcello videtur: animo enim cœpit possidere [97]: ergo transit [98] periculum ad eum, qui mutuum rogavit, & poterit ei condici.

80 Re & verbis. 81 *Sub.* reddi. 82 Hic præcedit numeratio, sequitur stipulatio. 83 *l.* 3. *C. de condict. ob. stipul.* 84 Possum, ut una obligatio videatur. vid. *l.* 126. § 2. *ff. de verb. oblig.* 85 Uno utili, altero inutili. Ex hoc loco apparet, utilem stipulationem per inutilem non vitiari. 86 Re fit contractus per numerationem. 87 Vide *l.* 38. §. 17. *ff. de verb. oblig.* 88 Rei conditione agere, ubi scilicet numeratio præcessit. vide *d. l.* 126. Obligatio nascitur ex numeratione, ubi inutilis est stipulatio. *l.* 126. §. 2. *ff. de verb. oblig.* 89 Non ex stipulatione: atque ita pupillus solus promittendo id, quod etiam tutore autore debet, non obligatus est: vel ideo, ne plurium actionum damno afficiatur. Alii hinc notant, pupillum non obligari *hic*: etiamsi res ejus facta non sit deterior. 90 Aliud est in testamentis, in quibus conditio impossibilis non vitiat legatum, sed rejicitur. *l.* 1. *ff. de cond. inst.* 91 Is cui bonis est interdictum, non potest se obligare, quia redigitur ad instar furiosi. vide *l.* 6. *ff. de verb. oblig.* 92 Qui suam pecuniam absentis nomine, mutuo dat, absenti adquirit condictionem. *l.* 2. § *penult. ff. eod.* vide *l.* 2. *C. per quas personas. l.* 126. §. 2. *vers. plane. ff. de verb. oblig.* 93 Argumentum à solitis & consuetis valet. adde *l.* 6. *in fin. ff. de precario. l.* 2. *in fine. ff. de eo, quod certo loco. l.* 60. §. 2. *ff. de legatis.* 3. 4. §. 2. *ff. de penu legata.* licet interdum ab eo, quod usitatum est, discedi possit ex æquo & bono. *l.* 21. *in fin. ff. de appellat.* 94 *Hæl.* creditor numeret futuro debitori nostro. *quæ lectio mihi non hæc placet: quid enim hic confert nos creditor? Rescribo potius*, credamus futuro debitori nostro, *vel*, credatur futuro debitori nostro. 95 Vide *l.* 24. *ff. depositi: Hotom.* 4 *observ.* 1. 96 Si deposita pecunia vel commodata postea tibi uti permisero, etiam antequam mota sit, dicitur mutua. 97 Idque facile est, cum pecuniæ corporalis adprehensio prius fuerit penes depositarium: alias, solo animo nemo possidere incipit. *l.* 8. *ff. de adquirenda possessione:* qua in specie non apprehensio pecuniæ mutatur, sed ejus causa. §. 44. *Inst. de rerum divis.* 98 Vide *l.* 4. *ff. eod.* 99 Qui initio depositæ rei, ejus usum accipientis arbitrio permittit, depositum non mutat, aut vertit in mutuum, antequam accipiens deposito utatur, *ut hic.* At si post contractum depositum accipiens usum petit, solo illo consensu, depositum naturam mutui recipit, etiam antequam depositarius re deposita usus fuerit. *l.* 9. *ff. eod.* 100 Alia etiam in re, quam pecunia, mutuum consistere potest, *ut hic. & l.* 4. *ff. eod.* vide *l.* 8. *C. eod. l.* 12. 23. 25. *C. de usur. l.* 1. *ff. de æstimatoria. l.* 20. *ff. de præscript.* 1 Lex enim celeritate conjungendarum inter se actionum unam actionem occultat. *l.* 3. §. 12. *ff. de donat. inter virum & uxor.* & me *brevi manu* pretium ab emptore accepisse, tibique illud credidisse fingit. *l.* 15. *ff. eod. l.* 43. §. 1. *ff. de jure dot.* 2 Imo, qui cum mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dedit, nihilo magis pecuniam creditam petet, *l.* 34. *ff. mandat.* vide quæ notavi *ad l.* 15. *ff.* similem hic esse distidii rationem Cujacius *tractatu* 8. *ad African. fol.* 176. scribit, quæ fuit *in d. l.* 15. 3 Vide *l.* 9. *C. de non numerata pecunia.* 4 Decem sc. 5 Dixi *ad l.* 9. *C. de non numerata pecunia.* 6 Servus peculiatus mutuum dare potest. *l.* 28. *in fin. ff. de pact.* 7 Quia fugitivus amittit liberam peculii administrationem. *l.* 48. *ff. de pecul.* Goth. *l.* 13. *l.* 16. *ff. eod. l.* 54. *ff. de reg. jur.* Ans. 8 Tui nummi apud Titium extant? vindica. Dolo malo desiit possidere? age ad exhibendum. Consumpti sint? condicere potes. 9 Vide *l.* 24. *ff. de oblig.* 10 Id est, licet furiosus pecuniam credendo non faciat accipientis, si tamen ea consumpta est, mutuum convalescit. vide quæ notavi *ad l.* 2. §. 4. *ff. eod.* vide *l.* 24. *in pr. ff. de oblig. & act.* 11 *d. l.* 24. §. 1. 12 Vide *d. l.* 24. §. *penultim.* 13 Idem si pignorandi animo. *l.* 22. §. 2. *ff. de pign.* vel commodandi. *l.* 16. *ff. commodati.* deponendi. *l.* 1. §. 39. *ff. depositi.* vel si juratum est in litem. *l.* 64. *ff. de judic.* 14 Vide *l.* 94. §. 2. *ff. de solut.* 15 Tenetur enim furti. vide *l.* 1. *in fi. ff. de condict. furtivaria.* 16 *Al.* in quinum. 17 *l.* 94. §. 1. *ff. de solut.* 18 Adde *l.* 62. *in fin. ff. pro socio.*

X. Idem lib. II ad Edictum.

QUod si ab initio 99, cum deponerem, *uti tibi, si voles*, permisero, creditam non esse, antequam mota sit: quoniam debitum iri non est certum.

Si res vendenda detur futuri mutui causa. 1. De credito, ut minus vel plus debeatur. 2. Si servus crediderit.

XI. Idem lib. XXVI ad Edictum.

ROgasti me, *ut tibi pecuniam* 100 *crederem*, ego; cum non haberem, lancem tibi dedi, vel massam auri, ut eam venderes, & nummis uterèris: si vendideris, puto [1] mutuam pecuniam factam [2]. Quod si lancem, vel massam sine tua culpa perdideris prius, quam venderes, utrum mihi, an tibi perierit, quæstionis est? mihi videtur Nervæ distinctio verissima, existimantis, multum interesse, venalem habui hanc lancem, vel massam, necne: ut, si venalem habui, mihi perierit; quemadmodum si alii dedissem vendendam: quod si non fui proposito hoc, ut venderem, sed hæc causa fuit vendendi, ut tu utereris, tibi eam periisse; & maxime, si sine usuris credidi. §. 1. Si tibi dedero decem [sic,] *ut novem debeas*: Proculus ait, & recte, non amplius te ipso jure debere, quam novem 3. Sed si dedero 4, *ut* 5 *undecim debeas*, putat Proculus, amplius, quam decem condici non posse. §. 2. Si fugitivus servus nummos tibi crediderit, an condicere tibi dominus possit, quæritur? Et quidem si servus meus, cui concessa est peculii administratio, crediderit tibi, erit mutua 6: Fugitivus autem, vel alius servus, contra voluntatem domini credendo, non facit accipientis 7. Quid ergo? Vindicari nummi possunt, si extant: aut, si dolo malo desinant possideri, ad exhibendum agi: Quod si sine dolo malo consumpsisti, condici tibi poterunt 8.

An furioso detur hæc actio.

XII. Pomponius lib. VI ex Plautio.

SIà 9 furioso, cum eum compotem mentis esse putares, pecuniam quasi mutuam acceperis, eaque in rem tuam versa fuerit, condictionem furioso adquiri 10, Julianus ait: nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex iisdem etiam furioso adquiri. † Item si is, qui servo crediderat, furere cœperit: deinde 11 servus in rem domini id verterit, condici furioso nomine posse. † Et si alienam pecuniam 12 credendi causa quis dederit, deinde furere cœperit, & consumpta sit ea pecunia, condictionem furioso adquiri.

Si fur crediderit. 1. De nummis alienis. 2. Si servus communis crediderit, de pecunia communi.

XIII. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

NAm & si fur nummos tibi credendi 13 animo dedit, accipientis non facit: sed consumptis 14 eis, nascitur condictio 15.

§. 1. Unde Papinianus lib. VIII Quæstionum ait: Si alienos nummos tibi mutuos dedi, non ante mihi teneris, quam eos consumpseris: Quod si per partes eos consumpseris, an per partes tibi condicam, quærit? Et ait, condicturum, si admonitus alienos nummos fuisse, ideo per partem condico, quia nondum totos consumptos compereram. §. 2. Si servus communis decem crediderit, puto, sive administratio servo concessa est, sive non, & consumantur nummi, quinum 16 competere actionem: Nam & si communes 17 tibi nummos credidero centum, posse me quinquaginta 18 condicere; lib. VIII Quæstionum Papinianus scribit: etiamsi singula corpora communia fuerint.

Si filiusfam. pecuniam mutuatus solverit.

XIV. Idem lib. XXIX ad Edictum.

SI filiusfamilias contra Senatusconsultum 19 mutuatus 20 pecuniam solverit 21, patri nummos vindicanti nulla exceptio objicietur 22: sed si fuerint consumpti a creditore 23 nummi, Marcellus 24 ait, cessare condictionem: quoniam * totiens condictio datur, quotiens ex ea causa numerati sunt, ex qua actio esse potuisset, si dominium ad accipientem transisset: in proposito autem non esset. Denique per errorem soluti 25 contra Senatusconsultum crediti magis est cessare repetitionem.

19 Macedonianum: de quo *ff.* suo titulo *de senatusconsulto Macedoniano.* 20 Id est, mutuam accepit. 21 Creditori suo. 22 Cur ita? vide *l.* 19. *ff. de cond. indebiti.* 23 Cui pecuniam solvit. 24 Julianus rei vindicationem videtur concedere. *l.* 9. §. 1. *ff. de Senatusconsulto Macedoniano.* 25 Vide *l.* 9 §. 1. *l.* 10. *de Senatusconsulto Macedoniano.*

Quibus modis contrahitur mutuum.

XV. Idem lib. XXXI ad Edictum.

SIngularia 26 quædam recepta 27 sunt circa pecuniam creditam: Nam si tibi debitorem meum jussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis 28 meos nummos non acceperis. Quod 29 igitur in duabus personis recipitur, hoc & 30 in eadem persona recipiendum est: ut, cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & convenerit 31, *ut credita nomine eam retineas*, videatur mihi data pecunia, & à me ad te profecta.

26 ἐπὶ τῷ δοῦλο τινὰ παρὰ τὴν ἀγορᾶσιν ἢ παρὰ κανόνας ἐξαγόρασιν, In mutuo quædam contra jus strictum, & regulas generales recepta sunt: ita Basilica *apud Cujacium* 8. *ad Africanum.* Porro *singularia* recepta, idem quod benigna. *ut l.* 23. §. 3. *ff. de fideicommiss. libert.* Goth. Ad hanc leg. vid. Goedd. *de contr. stipulat. cap.* 5. *num.* 67. Leonin. *Emendat. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 9. Charond. *verosimil. lib.* 3. *c.* 14. Ans. 27 *Al.* præcepta, *male.* nam mox sequitur, *recipiendum est.* 28 Ratio hæc dubitandi sumitur ex *l.* 2. §. 2. *ff. eod.* Nam mutuum hoc casu fit, etiamsi tuum fiat non ex meo, sed ex alieno. 29 Singularia duo hac lege proponuntur in mutuo. Mutuum proprie est, quod ex meo tuum fit, *l.* 2. §. 2. *ff. eod.* Atqui si jussero tibi debitorem meum dare pecuniam, mutuum mihi debebis: licet quod meo jussu tibi datum fuit, meum non fuerit, sed alienum, *ut ff. eod.* Hoc in duabus personis cernitur: Idem in una esse potest: Pecuniam ex aliqua causa mihi debes, convenit inter te & me, ut eam crediti nomine retineres, mutuum debes, licet id, quod crediti nomine accepisti, neque meum, neque alienum fuerit, sed tuum. Sunt hæc singularia: & tamen recepta. Videtur enim, vel potius fingitur, utroque casu mihi data pecunia à meo debitore, vel à te ipso, & à me eodem momento ad te profecta, tibique numerata.

Si filiusfamilias viaticum suum crediderit.

XVI. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

SI socius propriam pecuniam mutuam dedit, omnimodo creditam [pecuniam] facit, licet cæteri dissenserint: Quod si communem numeravit, non alias creditam efficit, nisi cæteri quoque consentiant: quia suæ 32 partis tantum alienationem habuit 33.

Si filiusfamilias viaticum suum crediderit.

XVII. Ulpianus lib. I Disputationum.

CUm filiusfamilias viaticum 34 suum 35 mutuum dederit, cum studiorum causa Romæ ageret, responsum est à Scævola, extraordinario 36 judicio esse illi subveniendum.

De dissensu in specie contractus.

XVIII. Idem lib. VII Disputationum.

SI ego pecuniam tibi quasi donaturus dedero, tu quasi mutuam accipias: Julianus scribit, donationem non esse: Sed an mutua sit, videndum. Et puto 37, nec mutuam esse: magisque nummos accipientis non fieri, cum 38 alia opinione acceperit. Quare, si eos consumpserit, licet condictione teneatur, tamen doli exceptione uti poterit: quia secundum voluntatem dantis nummi sunt consumpti. §. 1. Si ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuam accipias: nec depositum, nec mutuum est. Idem est, & si tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi commodatam ostendendi 39 gratia accepi. Sed in utroque casu, consumptis nummis, condictioni sine doli exceptione locus erit.

An numeratio obliget accipientem. 1. Si pupillus crediderit, aut solverit.

XIX. Julianus lib. X Digestorum.

NOn omnis numeratio eum, qui accepit, obligat, sed quotiens idipsum agitur, ut confestim obligaretur: Nam & is, qui *mutui causa* pecuniam donat, numerat pecuniam, sed non aliter obligavit 40 accipientem, quam 41 si exstitisset casus, in quem obligatio collata fuisset: veluti, si donator convaluisset 42, aut is, qui accipiebat, prior decessisset. Et cum pecunia daretur, *ut aliquid fieret*, quandiu in pendenti esset, an id futurum esset, cessabit obligatio: cum vero certum esse cœpisset futurum id non esse, obligabitur, qui accepisset: veluti, si Titio decem dedero, *ut Stichum intra Calendas manumitteret*, ante Kalendas nullam actionem habebo, post Kalendas ita demum agere potero, si manumissus non fuerit. §. 1. Si pupillus 43 sine tutoris autoritate crediderit 44, aut solvendi causa dederit, consumpta 45 pecunia condictionem habet, vel liberatur: non alia ratione, quam quod facto ejus intelligatur ad eum, qui acceperit, pervenisse: quapropter si eandem pecuniam is, qui in creditum vel in solutum acceperat, alii porro in creditum vel in solutum dederit, consumpta ea, & ipse pupillo obligatur, vel eum à se liberabit; & eum, cui dederit, obligatum habebit *, vel se ab eo liberabit *: nam omnino qui alienam pecuniam credendi causa dat, consumpta ea habet obligatum eum, qui acceperit: item qui in solutum dederit, liberabitur ab eo, qui acceperit.

De pecunia donata, ut donatori credatur.

XX. Idem lib. XVIII Digestorum.

SI tibi pecuniam donassem 46, *ut tu mihi eandem crederes*, an credita fieret? Dixi, in hujusmodi propositionibus non propriis verbis nos uti: nam talem contractum neque donationem esse, neque pecuniam creditam: donationem 47 non esse, quia non ea mente pecunia daretur, ut omnimodo penes accipientem maneret; creditam 48 non esse, quia exsolvendi causa magis daretur, quam alterius obligandi. Igitur si is, qui pecuniam hac conditione accepit, ut mihi in creditum daret, acceptam dederit, non fore creditam: magis enim meum accepisse intelligi debeo. Sed hæc intelligenda sunt propter subtilitatem verborum: Benignius tamen est, utrumque valere.

De

2 *sent.* 5. ac si diceret Ulpianus: Africanus perperam ait, si debitorem meum jussero, sibi ipsi retinere pecuniam, quasi creditam, creditam non fieri, *l.* 34. *ff. mand.* Cur? nam si per alium possum pecuniam, non meam, tibi credere, & per te ipsum, igitur etiam tuam, nulla etiam interposita persona: Quinimo, facilior fictio, breviorque manus ibi est, ubi una tantum est manus, ut tu scilicet videaris mihi solvisse, & brevi manu protinus à me accepisse. *arg. l.* 43. §. 1. *ff. de jure dot.* At Africanus accipit benigne receptum illud esse, ut per alium possim pecuniam tibi credere: ideoque non esse simile in hac hypothesi, vel trahendum in exemplum. *d. l.* 34. Ulpianus, qui post eum scripsit, fatetur non esse producendum ad ea, quæ minus sunt probabilia, sed ad ea, quæ sunt verisimilia & probabilia: magis probabilius esse, fictionem induci in una persona, quam in duabus. Et breviter, audentior est Ulpianus, qui, quod uno casu receptum est, vult etiam recipi in altero: Africanus religiosior juris: Sed tamen Ulpiani opinio prævaluit. Unde possis generaliter constituere, hodie ex quolibet contractu, nuda pactione, creditam pecuniam fieri posse, admissa in omnibus fictione brevis manus. Et recte Fulgosius & Molinæus censent, nullam esse quærendam inter interpretes rationem componendi dissidii inter Ulpian. & Africanum: Quam dant enim interpretes, quis probaverit? Hoc ideo ex Cujacii doctissimis in Afric. commentariis, *tract.* 8. *fol.* 175, 176, scripsi, quod difertissime, verissime, ac breviter, ex omnibus visus est mihi hanc legem explicasse. 31 Vide *l.* 1. *ff. de novationibus.* 32 Non majoris. *l.* 63. *ff. pro socio.* 33 Vide *l.* 2. §. 1. *ff. de succ. edicti.* vide elegans exemplum apud Ciceronem, *oratione pro Roscio Comœdo.*

34 Pecuniam sibi datam ad alimenta. vide *l.* 36. *ff. ad municip.* 35 Sibi datum à patre. 36 An utili? in factum? judicis officio? Principis beneplacito? vide Loriotum *hic*, ubi notat, filium sine patre agere posse, actione in factum, depositi, commodati, bonorum possessionis, castrensis peculii causa. vide *l.* 9. *l.* 13. *l.* 39. *ff. de obligat.* 37 Imo fiunt, & proprietas transit in accipientem. *l.* 36. *ff. de acquir.* 38 Vide *l.* 57. *ff. de oblig. & act.* 39 Ostentandi. *l.* 3. *in fin. ff. commodati.* 40 Ad restituendam pecuniam acceptam mortis causa. 41 *l.* 8. *ff eodem.* 42 *l.* 30. *ff. de mort. causa donat.* 43 §. 2. *& ibi Theophil. inst. quib. alienare non licet.* 44 Vide *l.* 9. *ff. de aut. tut.* 45 *l.* 94. §. 2. *ff. de solut.* 46 *l.* 1. §. 1. *ff. de donationibus.* 47 Donatori ea mens est, ut res donata omnimodo penes accipientem maneat. 48 Creditor ea mente credere intelligitur, ut sibi alium obliget, non ut se liberet, hoc est, obligare alium sibi, non se ab alio liberare intelligitur: & breviter mutuum quidem numeratio pecuniæ est, at non solutio.

De partis solutione.

XXI. IDEM lib. XLVIII Digestorum.

QUidam [49] existimaverunt, neque eum, qui decem peteret, cogendum quinque accipere, & reliqua persequi: neque eum, qui fundum suum diceret, partem dumtaxat judicio persequi: sed in utraque causa humanius [50] facturus videtur Prætor, si actorem compulerit ad accipiendum id, quod [51] offeratur: cum ad officium ejus pertineat [52], lites diminuere [53].

[49] Creditor partem debiti accipere non cogitur, *ut hic*. Vide tamen exceptiones apud Sonnium *regula creditor.* 75. & Negusantium 3 *de pignorib. membr.* 5. n. 17.

[50] Quod enim si partem debiti fatearur, alteram neget? Seneca 2. *de benefic. cit.* 17. Male audire solet fenerator, si acerbe exigit, æque si in recipienda tardus ac difficilis, moras quærit.

[51] Id est, partem, *l.* 8. *in fin. ff. si pars hereditatis. l. ult. quib. mod. pign.*

[52] Immo non pertinet. vid. *l.* 41. §. 1. ff. *de usuris.*

[53] Dirimere. vide *l.* 1. §. 10. ff. *de novi operis nunciatione.*

Cujus temporis & loci æstimatio fit.

XXII. IDEM lib. IV ex Minicio.

VInum, quod mutuum datum erat, per judicem petitum est: quæsitum est, cujus temporis æstimatio fieret: utrum cum datum esset, an cum litem contestatus fuisset, an cum res judicaretur? Sabinus respondit, si [54] dictum esset, quo tempore redderetur, quanti tunc [55] fuisset: (si [56] non, quanti tunc) cum petitum esset [57]. † Interrogavi, cujus loci pretium sequi oporteat? Respondit, si convenisset, *ut certo* [58] *loco redderetur*, quanti eo loco esset. si dictum non esset [59], quanti ubi [60] esset petitum.

[54] Vini pretium, si nullum sit conventum, quanti cunq; petitur eo loco, ubi dari vinum convenit, præstatur. Quid si locus nullus adjectus fuit? quanti eo loco est, ubi petitur, *ut hic.*

[55] Vide *l.* 23. ff. *de condict. furtiv.*

[56] Vide *l.* 1. ff. *de usur.*

[57] Vide *l. ult. in fin.* ff. *de condict. furtivar.*

[58] Imo non ibi. *l.* 3. *in fin.* ff. *de act. empt.*

[59] Vide ad hanc *l. Cujac.* 2. *ad Africanum.*

[60] Quia pretium rei tuæ habui.

De servo alieno vendito, & mortuo.

XXIII. AFRICANUS lib. II Quæstionum [61].

SI eum servum, qui tibi legatus sit, quasi mihi legatum possederim, & vendiderim: mortuo eo, posse re mihi pretium condicere, Julianus ait: quasi [62] ex re tua locupletior factus sim [63].

[61] Ergo condictione, ex obligatione naturali: an indebiti? ob rem dati sine causa? de bene depensis? sine causa? *Cujac. ibid.*

[62] Vide *l.* 74. ff. *de verb. obl.*

[63] Vide *Instit. de verborum oblig.*

De stipulatione certi.

XXIV. ULPIANUS lib. sing. Pandectarum.

SI quis *certum* [64] stipulatus fuerit, ex [65] stipulatu actionem non [66] habet [67]: sed illa condictitia actione id persequi debet, per quam certum petitur.

[64] Atqui certum stipulatus est, cur non certi ex stipulatu aget? *arg. l.* 14. *C. de pactis. l. unica.* §. 1. *C. de rei uxoriæ act.* §. *fuerat. Inst. de act. l.* 28. ff. *de act. empti.* Dic, ibi agere certi condictione ex stipulatione, & actionem ex stipulatu plerumque accipi pro certi condictione. *l.* 83. §. 6. ff. *de verb. oblig.*

[65] Actione ex stipulatu, incertum: ex stipulatione certum stipulanti promissum petitur. *Zas.* 68 *l.* 1. ff. *in quibus causis pign. l.* 1. ff. *de cess. bon. l.* 24. §. 1. ff. *de rebus aut. jud.* ad rem conservandam, puta ad navem armandam, reficiendam, & nautas ejus alendos, *l.* 5. 6. ff. *qui potiores.* navem exstruendam, instruendam, emendam, *l.* 26. ff. *de reb. aut. jud. poss.* fabricandam, vel ob venditam, vel quoquo modo credidit, *l.* 34. ff. *de rebus aut. jud.* vel si domino mandante redemptori nummos administravit. *d. l.* 1. ff. *in quibus caus. l.* 24. §. 1. ff. *de reb. aut. jud. possid.* 69 Temporis, ut quamvis sit posterior tempore, priores excludat, *d. l.* 5. & 6. & post fiscum tamen *d. l.* 34. succedat, quia fiscus tacitam semper hypothecam habet. 70 Tutor, pupillo: curator, juveni: procurator, militi mutui condictionem & fidejussorem adquirere possunt. 71 In cujus personam obligatio collata fuit: idque sine cessione: quæ omnia in pagano non sunt. vide *Zas. hic.* 72 Et pignoris. *l.* 11. ff. *de pign. l.* 3. §. 4. ff. *quod vi.* 73 Et delicto. *l.* 9. §. 1 ff. *quod met. caus.* 74 *l.* 13. *C. eod.* nemo igitur civitatis creditor prius existimabitur, quam probaverit creditum in utilitatem civitatis versum, *Novell.* 120. *c.* 6. §. 2. *circa finem. & c.* 1. *Authent. hoc jus. in fine. C. de sacrosanctis Eccles.* quod tamen secus esse arbitratur Zasius, si per eos, qui civitatem repræsentant, pecunia fuerit accepta. 75 Si pecuniæ ad utilitatem ejus versæ non sunt. 76 Creditor pignus minoris vendens, residui petitionem habet, *ut hic.* Quid si pluris vendidit pignus? superflui petitio competit debitori. *l.* 24. §. 2. ff. *de pignorat.*

77 Ita *Flor.* al. *amittet.* 78 Ut debitor eo casu non audiatur, pignori cedens creditoribus. *l.* 1. *C. de pign.* vide *l.* 26. ff. *de solut.* 79 *l.* 17. *in fine.* ff. *de institoria.* §. *fin. Inst. quod cum eo.*

80 Futuro creditori spondere possumus pecuniam ab eo mutuam nos accepturos: in potestate tamen nostra est pœnitere, & eam non accipere mutuam: quod notandum propter *l.* 5. *C. de oblig.* ubi contractus ex postfacto dicuntur necessitatis esse. 81 *l.* 11. ff. *qui potiores.* 82 Vide *l.* 4. *in fin.* ff. *quæ res pign.* Idem, ex correlativorum doctrina, servandum esse in creditore, post Jasonem tradit Zasius. 83 At, inquit, creditor, nisi tua causa pecuniam bona fide tibi servassem, aliis eam credendo lucrum fecissem: Jasoni & Zasius tradunt, id, quod interest, hic agenti solvendum esse.

84 Vide *l.* 8. §. 6. ff. *de precario.* 85 In bonæ fidei judiciis à tempore moræ, veniunt accessiones & fructus, & commoda, *l.* 32. §. 2. ff. *de usuris.* in stricti juris judiciis, paucis exceptis, secus est. Jason tamen & Zasius, bodie omnes contractus esse bonæ fidei fribunt: idque ex æquo bonoque: præsertim, si cum Principe habiti fuerint. 86 *l.* 2. ff. *de usuris.* 87 *Judicium acceptum* dicitur, cum lis est contestata. 88 *l.* 24. §. 1. ff. *de act. empt.* 89 Id est, servum. 90 ἀκροσθένησις, de qua in *l.* 48. ff. *de legatis.* 2. 91 *l.* 13. §. 8. ff. *de act. empt. l.* 8. *in fin. C. de act. empt.*

Si quis à debitore alius, quasi à debitore alterius, mutuum acceperit.

XXXII. CELSUS lib. V Digestorum.

SI [&] me, & Titium mutuam pecuniam rogaveris, & ego meum debitorem tibi promittere jusserim, tu stipulatus sis, cum putares eum Titii debitorem esse, an mihi obligaris? Subsisto: si quidem nullum negotium mecum contraxisti: Sed propius est, ut obligari te existimem: non [92] quia pecuniam tibi credidi (hoc enim nisi inter consentientes fieri non potest); sed quia pecunia mea, [quæ] ad te pervenit [93], eam mihi a te reddi bonum & æquum est.

92 Id est, non ex mutuo.

93 Qui rem meam sine causa detinet, mihi condictione tenetur: adde *l.* 4. *in fin. C. si certum.*

De præside, & his, qui circa eum sunt, & officialibus.

XXXIII. MODESTINUS lib. X Pandectarum.

PRincipalibus constitutionibus cavetur, *Ne* [94] *hi, qui* [95] *provinciam regunt, quive circa* [96] *eos sunt, negotientur* [97], *mutuamve pecuniam dent, fœnusve exerceant.*

94 Vide quæ scripsi ad Novellam 95. *c.* 1. §. 1. vide *l.* 3. *C. eod.*

95 οἱ ἄρχοντες, τῶν ἐπαρχιῶν, provinciarum præsides. 3 *Harmen.* 1. §. 2. *Synopsis Basilic.* 6. *tit.* 1. *ex lib.* 23. *tit.* 1. *c.* 3.

96 Adsessores? an domestici? vide *C. de contract. judicum.*

97 Præsidibus provinciarum in suis provinciis tria hæc interdicta, negotiatio, mutuum, fœnus: quod Græcis πραγματεύεσθαι, δανείζειν, τοκίζειν, hoc loco. adde legem Thebanorum, cujus meminit Aristoteles, 3 *Politic.* 3.

XXXIV. PAULUS lib. II Sententiarum.

PRæsidis provinciæ officiales [98], qui perpetui [99] sunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere possunt. §. 1. Præses provinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur [100].

98 Ταξιῶται, *Synopsis ibid.* unde constat, hæc verba apud Harmenopulum loco superiore, ἢ ζῶσι τὰς ὑπ' αὐτὸ τάξεις, perperam ab interprete reddita, nimirum cum vertit, *magistratus*: cum sint nihil aliud illi, quam τάξεται, seu officiales præsidum.

99 Officiales perpetui possunt mutuo dare, ut & accipere, etiam sub usuris: temporales non possunt, nisi casus, vel necessitas aliud suadeat, *ut hic.* Ideoque hæc lex Gallis parum utilis est, apud quos perpetui sunt magistratus, utpote pretio comparati.

De periculo nominum.

XXXV. MODESTINUS lib. III Responsorum.

PEriculum [1] nominum ad eum [2], cujus culpa deterius factum probari potest, pertinet.

100 Immo eo casu creditor, quasi emptor legum atque provinciæ intelligitur. *l.* 16. *C. eod.*

1 Non casus fortuitus.

2 Puta ad negotiorum gestorem, si quædam nomina contraxit, *l.* 37. §. 1. ff. *de negot. gest.* ad tutorem, si chirographis pupillaribus exustis debitores non convenit, aut ad solutionem, aut ad novationem faciendam, *l.* 57. ff. *de adminis. tut.* vide *l.* 2. *C. arbit. tutelæ.* 3 *Ut in l.* 30 *in fine.* ff. *de pactis.*

Si pecunia debita promittitur alteri sub conditione, voluntate creditoris.

XXXVI. JAVOLENUS lib. I Epistolarum.

PEcuniam, quam mihi sine conditione debebas, jussu meo promisisti Attio *sub conditione* 3: cum, pendente conditione, in eo statu sit obligatio tua adversus me, tanquam sub contrariam conditionem 4 eam mihi spopondisti: si pendente conditione petam, an nihil acturus sum? Respondit: Non dubito, quin mea pecunia, quam ipse sine conditione stipulatus sum, etiamsi conditio in persona Attii, qui ex mea voluntate eandem pecuniam sub conditione stipulatus est, non extiterit, credita esse permaneat: perinde est enim, ac si nulla stipulatio intervenisset: pendente autem causa conditionis 5, idem petere non possum 6: quoniam autem incertum sit, an ex ea stipulatione deberi possit, ante tempus petere videor.

4 Tanquam sub contraria conditione. *Haloand. l.* 13. *in fin.* ff. *de statuliberis.* 5 Vide *l.* 9. *supra eodem.* Pura obligatio, sub conditione in personam tertii ex intervallo collata, interea suspendi-tur, nec peti ex ea poterit: at vero existente conditione, novatur. 6 Fiscus tamen ob necessitatem publicam, *l.* 1. *C. de condict. ex lege*: privatus, ob fugam debitoris, *arg. l.* 14. ff. *de pignoribus.* ante diem agere & cautionem exigere potest. vide quæ notavi ad *l.* 21. ff. *de interrog. in jure.* Non tantum autem agi, sed etiam quis sisti corporaliter potest ante diem & conditionem justa de causa, *arg. l.* 54. *C. de decurionibus. l.* 10. §. 16. ff. *quæ in fraudem creditoris.* 7 *Præsens conditio* actum non suspendit. Cur? impropria conditio est. *l.* 39. ff. *eod.* 8 Est enim jam vera vel falsa: ideoque statim agi potest. Hinc constat, conditionem de præterito & præsenti mutuum non suspendere: cum de futuro suspendat. adde *l.* 38. 39. ff. *eod. l.* 16. ff. *de injusto. l* 80. ff. *de condit. & demonst. l.* 100. *l.* 120. ff. *de verborum oblig.* §. 6. *instit. de verb. oblig.* 9 Dubitandi ratio ab errore contrahentium ducitur. vide *l.* 57. ff. *de oblig.* 10 Conditiones hujusmodi *de vita regis Parthorum* in usu Romanis fuisse suspicio est, cum Romanis bellum esset adversus Parthos. 11 Ratio decidendi ea est: In affirmatione de præsenti, aut præterito, ad naturam, id est, ad facti veritatem recurrendum est, *ut hic*, in ea, quæ de futuro est, naturæ occulta & secreta non sunt intuenda, sed id, quod fieri aliquando solet. Atque ita hanc legem concilia cum *l.* 28. *in fin.* ff. *de judiciis.* 12 *Conditiones* proprie dicuntur, quæ in futurum, non in præsens tempus conceptæ, *ut hic. & l.* 37. ff. *eod.* nam quæ in præsens tempus conceptæ, aut statim perimunt obligationem, aut non differunt: Perimunt, si ita non sit: non differunt, si ita sit. 13 *Conditio* proprie dicitur, quæ futurum tempus respicit.

An civitas mutui datione obligetur.

XXVII. IDEM lib. X ad Edictum.

CIvitas mutui [72] datione [73] obligari potest, si ad utilitatem ejus pecuniæ versæ sunt [74]: alioquin [75] ipsi soli, qui contraxerunt, non civitas, tenebuntur.

De pignore non idoneo.

XXVIII. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

CReditor [76], qui non idoneum pignus accepit, non amittat [77] exactionem ejus debiti quantitatis, in quam pignus non sufficit [78].

De contractu cum servo institore.

XXIX. PAULUS lib. IV ad Plautium.

SI institorem servum dominus habuerit, posse dici Julianus ait, etiam condici ei [79] posse: quasi jussu ejus contrahatur, à quo præpositus sit.

De promissione ob pecuniam accipiendam.

XXX. IDEM lib. V ad Plautium.

QUi pecuniam creditam accepturus, spopondit creditori futuro [80], in potestate [81] habet [82], ne accipiendo se * ei * obstringat [83].

Quid restituendum sit hoc judicio. 1. Si servus furtivus bona fide emptus, ex peculio, quod ad dominum pertinebat, hominem emerit.

XXXI. IDEM lib. XVII ad Plautium.

CUm fundus vel homo per condictionem petitus [84] esset, puto, hoc nos jure uti, ut post [85] judicium acceptum [86] causa omnis restituenda sit: id est, omne, quod habiturus esset actor, si litis contestandæ [87] tempore solutus fuisset. §. 1. Servum tuum imprudens [88] à fure bona fide emi; is ex peculio, quod ad te pertinebat, hominem paravit, qui mihi traditus est: Sabinus, Cassius, posse te mihi hominem [89] condicere: sed, si quid mihi abesset ex negotio, quod is gessisset, invicem me tecum acturum: Et hoc verum est: nam & Julianus ait, videndum, ne [90] dominus integram ex empto actionem habeat, venditor autem condicere possit bonæ fidei emptori. Quod ad peculiares nummos attinet, si exstant, vindicare eos dominus potest, sed actione de peculio tenetur venditori, ut pretium solvat: si consumpti sint, actio de peculio evanescit. Sed adjicere debuit Julianus, non aliter domino servi venditorem ex empto teneri, quam si [91] ei pretium solidum, & quæcumque, si cum libero contraxisset, deberentur, dominus servi præstaret. Idem dici debet, si bonæ fidei possessori solvissem: si tamen actiones, quas adversus eum habeam, præstare domino paratus sim.

72 Ita *Flor.* al. *amittet.* 73 Ut debitor eo casu non audiatur, pignori cedens creditoribus. *l.* 1. *C. de pign.* vide *l.* 26. ff. *de solut.* 74 *l.* 17. *in fine.* ff. *de institoria.* §. *fin. Inst. quod cum eo.*

75 Futuro creditori spondere possumus pecuniam ab eo mutuam nos accepturos: in potestate tamen nostra est pœnitere, & eam non accipere mutuam: quod notandum propter *l.* 5. *C. de oblig.* ubi contractus ex postfacto dicuntur necessitatis esse. 76 *l.* 11. ff. *qui potiores.* 77 Vide *l.* 4. *in fin.* ff. *quæ res pign.* Idem, ex correlativorum doctrina, servandum esse in creditore, post Jasonem tradit Zasius. 78 At, inquit, creditor, nisi tua causa pecuniam bona fide tibi servassem, aliis eam credendo lucrum fecissem: Jasoni & Zasius tradunt, id, quod interest, hic agenti solvendum esse.

79 Vide *l.* 8. §. 6. ff. *de precario.* 80 In bonæ fidei judiciis à tempore moræ, veniunt accessiones & fructus, & commoda, *l.* 32. §. 2. ff. *de usuris.* in stricti juris judiciis, paucis exceptis, secus est. Jason tamen & Zasius, bodie omnes contractus esse bonæ fidei fribunt: idque ex æquo bonoque: præsertim, si cum Principe habiti fuerint. 81 *l.* 2. ff. *de usuris.* 82 *Judicium acceptum* dicitur, cum lis est contestata. 83 *l.* 24. §. 1. ff. *de act. empt.* 84 Id est, servum. 85 ἀκροσθένησις, de qua in *l.* 48. ff. *de legatis.* 2. 86 *l.* 13. §. 8. ff. *de act. empt. l.* 8. *in fin. C. de act. empt.*

XXXVII. PAPINIANUS lib. I Definitionum.

CUm ad præsens 7 tempus conditio confertur, stipulatio non suspenditur 8: &, si conditio vera sit, stipulatio tenet: quamvis 9 tenere contrahentes conditionem ignorent, veluti, *si* [10] *rex Parthorum vivit, centum* [millia] *dare spondes?* Eadem sunt, & cum in præteritum conditio confertur.

7 Præsens conditio actum non suspendit. Cur? impropria conditio est. *l.* 39. ff. *eod.* 8 Est enim jam vera vel falsa: ideoque statim agi potest. Hinc constat, conditionem de præterito & præsenti mutuum non suspendere: cum de futuro suspendat. adde *l.* 38. 39. ff. *eod. l.* 16. ff. *de injusto. l* 80. ff. *de condit. & demonst. l.* 100. *l.* 120. ff. *de verborum oblig.* §. 6. *instit. de verb. oblig.* 9 Dubitandi ratio ab errore contrahentium ducitur. vide *l.* 57. ff. *de oblig.* 10 Conditiones hujusmodi *de vita regis Parthorum* in usu Romanis fuisse suspicio est, cum Romanis bellum esset adversus Parthos. 11 Ratio decidendi ea est: In affirmatione de præsenti, aut præterito, ad naturam, id est, ad facti veritatem recurrendum est, *ut hic*, in ea, quæ de futuro est, naturæ occulta & secreta non sunt intuenda, sed id, quod fieri aliquando solet. Atque ita hanc legem concilia cum *l.* 28. *in fin.* ff. *de judiciis.* 12 *Conditiones* proprie dicuntur, quæ in futurum, non in præsens tempus conceptæ, *ut hic. & l.* 37. ff. *eod.* nam quæ in præsens tempus conceptæ, aut statim perimunt obligationem, aut non differunt: Perimunt, si ita non sit: non differunt, si ita sit. 13 *Conditio* proprie dicitur, quæ futurum tempus respicit.

XXXVIII. SCÆVOLA lib. I Quæstionum.

[1]SPiciendum enim esse, an, quantum in natura [11] hominum sit, possit scire eam debitum iri.

XXXIX. PAPINIANUS lib. I Definitionum.

ITaque tunc [12] potestatem conditionis obtinet, cum in futurum confertur [13].

14 Vide in hanc legem Petr. Libriot. & Jul. Pac. *Synopf.* 46. Goedd. *de contr. stipulat. cap.* 8. *n.* 58. *& seqq.* Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 9. Alciat. *lib.* 2 *disjunct. cap.* 2. Zas. Philip. Corn. & Butrigar. *Anf.* 15 Debitoris cavebat enim creditori suo, qui pecuniam accipiebat. vide *l. Titius*, 4. ff. *quæ res pign.* 16 Sortis mutuo datæ in hoc casu quantitatem observa. Porro hoc verbum *scripsi*, usitatissimum in cautionibus, *l. cum qui.* 5. §. *Julianus.* ff. *de pecunia constituta.* 17 De domo, *ut hic.* & ex arca, *l. quidam.* 26. ff. *de constituta pecunia.* pecuniam se numerasse creditores profitebantur, ad differentiam ejus pecuniæ, quam debitoribus plerique numerabant ex mensæ scriptura. *Donat. in Adelph. Terent. act.* 2. *scena* 4. *& in Phormionem, Act.* 5. *scena* 8. Seneca 1 *Epistolar.* 26. Exspecta pusillum, & de domo fiet numeratio. 18 Subaudi millia denariorum, *ut in l.* 40. § 3. ff. *de statuliberis.* ἄνευ χιλιάδος, Græci exponunt. 19 Probos nummos reddi promittebant debitores, ut *l.* 24. ff. *de pecunia constituta.* 20 *Recte dari* quid, & de hac voce scripsi, *ad l.* 11. *in fin.* ff. *de duob. reis.* 21 Stipulationem sortis reddendæ observa. 22 Stipulatio usurarum ob moram sortis non solutæ hic observetur. 23 Si ea die. *Cujac. in quadam præfectione.* 24 *l.* 1. §. 3. ff. *de pignoribus. l.* 13. §. 26 ff. *de actio. empt. l.* 9. §. 1. ff. *de usuris.* Cæterum hanc pactionem esse usurariam, notat Paponius, 12 *Arestorum.* 7. §. 8. 25 Stipulari usuras in dies 30 veteribus mos interdum fuit, *ut hic. & l. si ita quis promiserit.* 125. ff. *de verb. oblig.* 26 Usura hæc centesima est, & legitima, *l. si pro mutua.* 8. *C. si certum petatur. & C. Rhod. de usuris.* 27 Pactum de sorte per menses solvenda observa. 28 Ut P. Mævio *subjungat.* quam lectionem probat Cujac.

29 Solutionem plerumque per menses promittebant, *ut in l.* 122. ff. *de verb. oblig.* per tres menses, *ut in l. Seia.* 12. *de usuris.* 30 Heredibus suis quoque solvi stipulantur plerumque creditores: ne forte videantur personalis stipulatio. In dubio tamen sibi suisque stipulari præsumuntur.

31 Quæritur, an & à quo tempore usuræ debeantur. 32 Ita *Flor.* al. mensium.

§ 3 Paulus Papiniani, Præfecti Prætorio, adfessor, putor forte interrogatus, sententiam suam ita profert, reo, eidemque debitori utilem. Pacta, inquit, incontinenti stipulationi adjecta, stipulationis antecedentis vim obtinent adeo ut stipulatione in scripturam redacta, scriptæ cautionis partem, non diversum, aut aliam cautionem efficiant: Posteriorum stipulationum eam esse vim, atque naturam, ut prioribus detrahant, easque immutent: hinc consequi, ut hujusmodi pacto sortis solutione per vices, inque singulos menses distributa, ante primum mensem nullæ usuræ debeantur: finito vero primo mense, ejus tantum summæ debeantur, quæ ex lege cautionis creditori præstanda fuit, non sortis ipsius integræ ac universæ. Nam si integri sors priori mense, nec debita fuit, nec peti potuit, sequitur sortis integræ usuras non recte peti, cum in sorte solvenda nulla mora à debitore fuerit commissa. Nec enim mora fieri dici potest, ubi est quidem actio, sed inanis. *l.* 127. *ff. de verb. oblig.* Præpostere igitur hic usuras peti ante sortem, cum usuras hac in lite, ex mutua partium conventione, non ex mora, venire constet, *vers. igitur. ff. eod.* Quidam autem (forte *Ulpianus*) creditoris partes, ejusdemque actoris sustinens dicebat, superioris pacti longe aliam vim esse, quam Paulus ipse dicebat: Pactum enim illud, sortis integræ solutionem in singulos menses distribuisse: usuras vero, earumque legem secundæ stipulatione comprehensam minime fuisse: ideoque tale pactum debitori ad exceptionem tantum profuturum, si creditor finito primo mense integram sortem petiisset, & statutæ pensionis illationem antevertere voluisset: Id cum non evenerit, sequi, à debitore (ex lege ac die prioris stipulationis) deberi integræ sortis usuras, non autem pro rata portionis atque pensionis ab eo inferendæ. *verse. Factum autem.* Atqui, inquit Paulus, hoc interim semper constat, pacto hujusmodi sortis solutionem dilatam esse, igitur & usurarum, quæ sortis solutionem sequerentur. Sortem integram primo mense indebitam, non recte peti potuisse, & ideo nec usuras. Quinetiam, si tale pactum reo ad exceptionem tantum prodesset, ut ipse Ulpianus diceret, non recte tamen usuras peti ab eo, qui exceptione tutus sit. Porro reum creditori agenti ad integram sortem post primum mensem, pacti legem objicere posse: Moram sortis solvendæ ab eo non committi, à quo peti non possit. Se interea largiri, in cautionem hoc deduci posse, ut si conditio extiterit, usuræ & fructus creditori præstentur, non à die conditionis, sed contractæ stipulationis. *l.* 64. *ff. de verbor. obligat.* Quid juris sit? Pauli sententiam, ut veriorem hic referri constat. Hinc consequitur, Pactum incontinenti appositum, quo differtur dies solutionis in stipulatione mutui antecedente adjectus, & in sorte, & in usuris moram committi impedire, nisi natura conventionis aliud exegerit. 34 Quo tardius, *vulgat.* 35 Moram in solvendo non admittit is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest. vide *l.* 88. *ff. de regulis juris.* 36 *Al.* quod. 37 *Alii*, quod competit. 38 Vide *l.* 64. *ff. de verborum oblig.* 39 Vide doctissimam & elegantem hujus legis interpretationem apud Cujacium 8. *tractatu ad Africanum, fol.* 150. *& seq.* 40 Dispensatorem scilicet, cujus officium erat credere & exigere: unde hic nascitur quæstio de creditis & exactis ab eo post mortem domini pecuniis. adde *l.* 62. *ff. de solutionibus.* 41 Id est, fœneratitiis cautionibus, & pecuniis destinatis fœnori: solebant enim creditores stipulari usuras *in kalendas singulas*, ut hac scilicet ratione usuræ duplum excederent: nam per partes solutæ supra duplum deberi poterant. *l.* 10. *C. de usuris.* Quod tamen est sublatum à Justiniano *in Novellis*: & eam ob rem menses à Basilio dicuntur νόμων πατέρας: & fœneratores, mensitrui exactores: & ait Lactantius, similes esse fœneratores dæmonibus, qui, recurrente Luna, morbo comitiali homines quosdam afflictant: & in Comœdiis Aristophanis, quidam debitor optat Lunæ carcerem & vincula, quod si nunquam redierit ea in orbem, nunquam sit debiturus. Solebant enim veteres differre usurarum exactionem in Idus, *argum. l.* 89. *in fin. ff. de solution. Cicero in Catil.* 4 & 14. *ad Attic.* 2. *in Ant.* Hinc Horat. *Epod.* 2. *Omnem relegit Idibus pecuniam, quærit Calendis ponere.* inde etiam *Calendarium*, *Iduarium* dicitur. Calendarium, ex conventione: Iduarium vero, ab exactione. *Cujac. ibid.* De Idibus adde quæ scripsi *ad l.* 24. *ff. de pecunia constituta.* 42 Testari fœneratores & usurarios Romæ potuisse hinc colligit Covarruvias 3 *Resolutionum* 3. *n.* 8. Graffus §. *Testamentum. quæst.* 23. 43 Et ita post manumissionem. *l.* 18. *ff. de solutionibus.* 44 *l.* 32. *ff. de solut.* 45 Vide *l.* 12. §. 2. *ff. de solutionib.* 46 Ita Flor. *al.* discessisse. 47 Imo competit, *l.* 52. §. 1. *ff. familiæ erciscundæ.* vide *hic Zas. n.* 20. *Cujacium* 8. *ad Afr.* 48 Quia non gesserunt. *l.* 16. §. 4. *l.* 49. *in fin. ff. famil.* 49 *l.* 31. *ff. de procurat.* 50 *l.* 2. §. 6. *ff. de donat.* 51 Qualitas & accidens sine subjecto esse non potest. vide *l.* 83. *ff. de reg. jur.* 52 *l.* 2. *C. si certum.* 53 Vide *l.* 16. *ff. de stipul. serv.* 54 Argumentum à toto accidentis: non possidet, nec igitur quidem bona fide. 55 *l.* 21. *ff. de solut.* Goth. Conciliationem hujus *l.* 42. *cum l.* 36. *ff. de acq. rer. dom.* vide apud Leonin. *Emendat. lib.* 3. *cap.* 4. S. L. 56 *l.* 16. *ff. de verbor. oblig.* 57 *l.* 67. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 58 *l.* 21. *ff. de constitut. pecunia.*

facta stipulationi inesse creduntur 33, perinde esse, ac si per singulos menses certam pecuniam stipulatus, quoad tardius 34 soluta esset, usuras adjecisset: igitur, finito primo mense, primæ pensionis usuras currere: & similiter post secundum & tertium tractum usuras non solutæ [pecuniæ] pensionis crescere: nec ante sortis non solutæ usuras peti posse, quam ipsa sors peti potuerat. † Pactum autem, quod subjectum est, quidam dicebant ad sortis solutionem tantum pertinere, non etiam ad usurarum, quæ priore parte simpliciter in stipulationem venissent: pactumque id tantum ad exceptionem prodesse: & ideo, non soluta pecunia statutis pensionibus, ex die stipulationis usuras deberi, atque si id nominatim esset expressum. † Sed cum sortis petitio dilata sit, consequens est, ut etiam usuræ ex eo tempore, quo moram fecit, accedant: &, si (ut ille putabat) ad exceptionem tantum prodesset pactum (quamvis sententia diversa obtinuerit), tamen usurarum obligatio ipso jure non committetur: non 35 enim in mora est is, à quo pecunia propter exceptionem peti non potest. Sed * si * quantitatem, quæ medio tempore colligitur, stipulamur, cum conditio exstiterit, sicut est in fructibus, idem & in usuris potest exprimi, ut ad diem non soluta pecunia, quod 36 competit 37 usurarum nomine, ex 38 die interpositæ stipulationis præstetur.

Si dispensator ignorans se à domino liberum, & ex parte heredem scriptum, pecunias exigat, vel credat.

XLI. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum 39.

EJus, qui in provincia Stichum servum 40 Kalendario 41 præposuerat, Romæ testamentum 42 recitatum erat, quo idem Stichus liber, & ex parte heres erat scriptus: qui status sui ignarus 43, pecunias defuncti aut exegit, aut credidit, ut interdum stipularetur, & pignora acciperet: consulebatur, quid de his juris esset? Placebat, debitores quidem, ei qui solvissent, liberatos 44 esse: si modo ipsi quoque ignorassent 45 dominum decessisse 46: earum autem summarum nomine, quæ ad Stichum pervenissent, familiæ erciscundæ quidem actionem non 47 competere coheredibus 48, sed negotiorum gestorum dari debere 49: Quas vero pecunias ipse credidisset, eas non ex majore parte, quam ex qua ipse heres sit, alienatas esse. Nam & si tibi in hoc dederim nummos, *ut eos Sticho credas*, deinde, mortuo me, ignorans dederis, accipientis non facies 50: Neque enim sicut illud receptum est, ut debitores solventes ei liberentur, ita hoc quoque receptum, ut credendo nummos alienaret. Quare, si 51 nulla stipulatio intervenisset, neque, [ut] creditam pecuniam, pro parte coheredis peti posse, neque pignora teneri. Quod si stipulatus quoque esset, referret, quemadmodum stipulatus esset: nam si nominatim, forte *Titio decumo suo*, mortuo jam, *dari* stipulatus sit 52, proculdubio inutiliter esset stipulatus. Quod si *sibi* 53 *dari* stipulatus esset, dicendum hereditati eum adquisisse: Sicut enim nobismetipsis ex re nostra per eos, qui liberi, vel alieni servi bona fide serviunt, adquiratur, ita hereditati quoque ex re hereditaria adquiri: post aditam vero à coheredibus hereditatem, non æque idem dici [potest:] utique si scierint eum sibi coheredem datum: quoniam tunc 54 non possunt videri bonæ fidei possessores esse, qui nec possidendi animum haberent. Quod si proponatur, coheredes ejus id ignorasse, quod forte ipsi quoque ex necessariis fuerint: potest adhuc idem responderi: Quo quidem casu illud eventurum, ut, si suæ conditionis coheredes iste servus habeat, invicem bona fide servire videantur.

De promissione quanto minus à debitore exigi poterit.
1. *De stipulatione* decem curari.

XLII. CELSUS lib. VI Digestorum.

SI ego decem stipulatus à Titio 55, deinceps stipuler à Seio, *quanto minus* 56 *à Titio consequi possim*, si decem petiero à Titio, non liberatur Seius: alioquin nequicquam mihi cavetur: at si judicatum fecerit Titius, nihil ultra Seius tenebitur. Sed si cum Seio egero, quantumcumque est, quo minus à Titio exigere potuero eo tempore, quo judicium inter me & Seium acceptum est, tanto minus à Titio postea petere possum. §. 1. Labeo ait, cum *decem curari* 57 stipulatus sis, ideo non posse te decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletiorem 58 dando promissor liberari possit: quo scilicet significet, non esse cogendum eum accipere judicium, si reum locupletem offerat.

§

TIT. II.

DE JUREJURANDO 1, SIVE VOLUNTARIO, SIVE NECESSARIO, SIVE JUDICIALI.

Usus & effectus jurisjurandi.

1. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

MAximum remedium expediendarum litium 2 in usum venit jurisjurandi religio 3: qua vel ex 4 pactione ipsorum litigatorum, vel ex auctoritate 5 Judicis, deciduntur controversiæ.

II. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

IUsjurandum 6 speciem transactionis 7 continet: majoremque 8 habet auctoritatem, quam res judicata 9.

Prima verba Edicti, de reo, quo juravit. De eo, cum quo agitur, de delatione. 1. Quæ actiones jurejurando tolluntur. 2. De conditione personæ. 3. De ventre. 4. Quibus modo juratur.

III. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

AIt Prætor, SI IS, CUM QUO AGETUR, CONDITIONE DELATA, JURAVERIT. EUM, CUM QUO AGETUR, accipere debemus ipsum reum. Nec frustra adjicitur, CONDITIONE DELATA 10: nam si reus juravit, nemine 11 ei jusjurandum deferente, Prætor id jusjurandum non tuebitur: sibi enim juravit: alioquin 12 facillimus quisque ad jusjurandum decurrens, nemine sibi deferente jusjurandum, oneribus actionum se liberabit. §. 1. Quacumque 13 autem actione quis conveniatur, si juraverit, proficiet ei jusjurandum: sive 14 in personam, sive in rem, sive in factum, sive pœnali actione, vel quavis alia agatur: sive de 15 interdicto. §. 2. Sed & si de conditione personæ fuerit juratum, Prætor jusjurandum tuebitur: utputa, detuli jusjurandum, & juravit, *in potestate mea te non esse?* tuendum erit jusjurandum. §. 3. Unde Marcellus scribit, etiam de eo jurari posse, *an* 16 *prægnans sit mulier*, vel *non sit*: & jurijurando standum. Denique, ait, si de possessione erat quæstio, servari oportere: si forte quasi prægnans ire in possessionem volebat, & cum ei contradiceretur, vel ipsa juravit *se prægnantem*, vel contra eam juratum est: nam si ipsa, ibit in possessionem sine metu; si contra eam, non ibit, quamvis vere prægnans fuerit; proderitque, inquit Marcellus, mulieri juranti jusjurandum, ne conveniatur, quasi calumniæ causa ventris nomine fuerit in possessionem, neve vim patiatur in possessione: Sed an jusjurandum eo usque prosit, ut post editum partum non quæratur, ex eo editus, an non sit, cujus esse dicitur, Marcellus tractat? Et ait, veritatem esse quærendam: quia * *jusjurandum alteri* 17 *neque prodest, neque nocet*: matris igitur jusjurandum partui 18 non proficiet; nec nocebit, si mater detulerit, & juretur ex eo prægnans non esse. §. 4. Jurare autem oportet, ut 19 delatum est jusjurandum: cæterum, si ego detuli, ut *per* 20 *Deum* jurares, tu *per* 21 *caput tuum* jurasti,

IV. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

VEl *filiorum tuorum* 22,

1. *De effectu jurisjurandi.* 3. *De jurejurando illicito.* 4. *Si neque juratum sit, neque remissum jusjurandum.*

V. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

NOn erit juratum 23 habendum jusjurandum. Quod si exegi, ut *per* 24 *salutem tuam* jurares, & juraſti, stabitur: omne 25 enim omnino licitum jusjurandum, per quod voluit quis sibi jurari, idoneum est: &, si ex eo fuerit juratum, Prætor id tuebitur.

§. 1. Divus Pius jurejurando, quod propria 26 superstitione 27 juratum est, standum rescripsit. §. 2. Dato jurejurando, non aliud quæritur, quam an 28 juratum sit: remissa 29 quæstione, an debeatur: quasi satis probarum sit jurejurando. §. 3. Sed si quis illicitum jusjurandum detulerit, scilicet improbatæ 30 publicæ religionis, videamus, an pro eo habeatur, atque si juratum non esset? Quod magis existimo dicendum. §. 4. Si neque juratum est, neque remissum jusjurandum, pro eo debet haberi, atque si res in jusjurandum admissa non esset: proinde si 31 postea jurare paratus sit, nihil ei hoc jusjurandum proficiet: quia ex eo, quod delatum est, juratum non est.

Quid sit remittere jusjurandum.

VI. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

REmittit 32 *jusjurandum*, qui deferente se, cum paratus esset adversarius jurare, gratiam 33 ei facit, contentus voluntate susceptı jurisjurandi. Quod si non susceperit jusjurandum, licet postea 34 parato jurare actor nolit deferre, non videbitur remissum: nam, quod 35 susceptum est, remitti debet.

Reti-

1 II. C. tit. 12. & IV. C. 1. *Synopsis Basilic.* 22. *tit.* 5. *Harmenop.* 7. Goth. Ad hunc tit. vid. Tonsor. purpural. Philipp. Corn. & Buttingar. *Anf.*

2 Vide *l. rem non novam* 14. *C. de judiciis. & tit. de jurejurando propter calumniam dando.* Suet. *in Julio* 85. Apud eam longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere perseveravit. Minus sane dicitur, Jusjurandum emplastrum æris alieni, 16 *Gell.* 17. & Pacuvio, jusjurandum esse traditur nihil aliud, quam mantile, quo noxæ quotidianæ extergantur. Talis apud Aristoph. *in Nebulis* Strepsiades, & apud Plautum Bassio: Hesychius ἐφόρκιος appellat faciles ad jurandum.

3 Religio sita jurijurando est.

4 Jusjurandum etiam privatus deferre potest.

5 Compendium litium, *l.* 2. §. 8. *C. de jurejurando propter calumn.* Paulus 2 *sent.* 1. §. 1. ὁ διάκοσις πάσας ἀντιλογίας πέρας ἐπιφέρει. *Hebr. δ.* τὸν μεγίστον τῶν παρ' ἀνθρώποις πέρας vocarunt Ægyptii. *Diodor.* finis dicitur, *l.* 4. *vers. curatores. ff. tit. prox.* Definitur autem ab Aristotele μετὰ δίκης ἀγωνίσασθαι ἢ ἀπὸ ὁμολογίας καὶ ἀναγκαίας μετὰ πίστεως δίκης. à Cicerone, affirmatio sancta. adde *Novell.* 73. *c.* 3. adde *l.* 3. *C. hoc tit.*

6 Jusjurandum, vel ab adversario vel à judice delatum, controversiam decidit. Nam similitudinem transactionis habet, & majus quiddam est, quam res judicata. *Synopf. Basil.* 12. *tit.* 2. *c.* 1. 1 *Harmenop.* 7. §. 3.

7 Jusjurandum, transactionis species; qui jurat, transigit: ut transactione, ita jurejurando exceptionem adquirit, *hic*, qui jurat solvisse intelligatur. *l.* 26. *ff. eod.* quasi sententiam obtinet, *ut hic.*

8 Jusjurandum majorem vim obtinet, quam res judicata, *ut hic.* denique vim habet pacti, solutionis, judicii. *l.* 35. §. 1. *ff. eod.* acceptilationis. *l.* 40. *ff. eod.* 9 *l.* 13. *in fin. ff. quib. mod. pign. solvitur. l.* 1. *ff. quarum rerum actio.* 10 *l.* 25. §. 1. *ff. de constituta.* 11 Id est, ultro, *l.* 23. *ff. de dolo.* Jusjurandum nemine deferente præstitum, nihil proficit, *ut hic. Synopf. eod. c.* 1. *in fin.*

12 Suspectus est, qui ad jurandum se offert: sic alibi, Suspectus, qui operas ingerit.

13 *l.* 34. *in pr. ff. eod.* Jurans, in quacumque actione juraverit, liberatur. *Synopf. ibid. c.* 3.

14 Juramentum in actione præstatur, sive in personam, sive in rem, vel in factum sit.

15 Juratur etiam in interdictis, *ut hic.* ut & de possessione. §. 3. *ff. eod.* 16 *l.* 10. *ff. de Carbonianis.*

17 *l.* 9. *in fin.* vide *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *in fin. ff. eod. l.* 7. *C. eod. l.* 7. §. 7. *ff. de Publicana.*

18 Vide *l.* 1. *ff. si mulier ventris nomine.* 19 Jurare ita oportet, uti jusjurandum delatum est, *ut hic. Synopf. Basilic. eod. c.* 3. *l.* 33. *ff. eod.* 20 Jurare per Deum veteres quoque solti, licet multitudinem Deorum faterentur, ut *l.* 33. *ff. eod. Tertull. de testimonio animæ. Lactantius* 2. *c.* 1.

21 Jurare *per caput suum*, ut & *per caput alterius*, veteres soliti. *Ovid.* 5 *Tristium* 8. & *in epistola Briseidis*, & 3 *de Ponto* 3. *Martial.* 9 *epigr.* 49. *Silius Italicus* 16. *Juvenalis Satyr.* 6. *Apuleius* 3 *de Asino.* Goth. Jure Canonico per creaturas jurare non licet, *cap.* 8. 9. 22. 9. 1. Juratur nihilominus per sanctas scripturas, per altaria, & reliquias sanctorum. *cap.* 11. 12. *eadem.* Adde quæ scripsi in commentariis ad *Edict.* 1611. *art.* 10. §. 7. Ans. 22 Per caput filiorum tuorum. 23 *Al.* ratum. 24 Jurabant interdum veteres *per salutem suam, ut hic*, & *l.* 33. *ff. eod. ubi dixi.*

25 Jusjurandum non omne licitum, sed id demum licitum, quod delatum, ab adversario probatum est. 26 Jurant enim aliter Judæi, aliter Ethnici. Denique cuique genti sua in jurando religio & formula est. 27 *Superstitio* pro religione, & secta religionis cujusque hic sumitur: ut sit sensus, Juramentum cujuscunque sectæ & religionis sit, inter eos, qui ita juraverint, ratum haberi oportere: & breviter, Propria superstitio jurantem eo casu, vel obligat, vel excusat. Judæis in Camera Spirensi quemadmodum jusjurandum deferatur, ut jurare tecto Decalogo debeant, vide apud Minsingerum 5 *observ.* 6. & 6 *obs.* 20. 28 *l.* 29. *in fin. ff. eod.* §. 11. *Inst. de act.* 29 *l.* 9. *l.* 28. *in fi. ff. eod.* 30 Religionis publicæ improbatæ jusjurandum, pro juramento non habetur: ut hinc quoque constet, Religionum quasdam publice probatas, quasdam improbatas: facit *l.* 4. §. 1. *ff. familiæ erciscund.* Imo non alii dii admissi, quam qui à Senatu probati, *Tertul. c.* 5 *Apologetici.* Unde novos Deos & advenas non admittit suis in legibus Cicero *lib.* 2 *de legibus.* 31 Non admittitur juramentum, quod delatum, incontinenti non susceptum est. *Zas.* inest ergo juramento voluntario & judiciali tacite hæc conditio, si incontinenti juretur, *idem Zas.* ideoque si reus, cui jusjurandum defertur, deliberandi tempus impetraverit, actor poterit interea, si voluerit, revocare delationem juramenti. Tutius itaque erit reo, si juramentum protinus susceperit, & deliberandi spatium postulaverit, ut de modo jurandi cogiter, & negotii, quo de agitur, circumstantias spectet diligentius. *Bart. Z. s.*

32 *Remittit jusjurandum*, qui ejus à se delati jurare parato gratiam facit. *Goth.* Quid sit gratiam jurisjurandi facere, vid. Revard. *Var. lib.* 5. *c.* 2. 33 *Gratiam jusjurandi facere* quid. adde *l.* 22. *l.* 41. *ff. eod.* 34 *l.* 5. *in fin. ff. eod. Paulus* 2 *sent.* 1. §. 3. 35 Et è contrario, si non fuit susceptum, non potest dici remissum. *Zas.*

Reliqua verba Edicti de reo, qui juravit.

VII. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

AIt Prætor: EJUS REI, DE QUA JUSJURANDUM DATUM FUERIT, NEQUE IN IPSUM, NEQUE IN REM, AD QUEM EA RES PERTINET, ACTIONEM DABO. EJUS REI sic [37] erit accipiendum, sive tota de re, sive de parte sit juratum: Nam de [38] eo, quod jutarum est, pollicetur se actionem non daturum: neque in eum, qui juravit, neque in eos, qui in locum ejus, cui jusjurandum delatum est, succedunt [39].

VIII. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

ETiamsi in rem successerint.

De actione, vel exceptione ex jurejurando. 2. De condemnatione post jusjurandum. 3. De actione perpetuanda. 4. De jurejurando delato à minore. 5. Vel in fraudem creditorum. 6. De jurejurando defensoris, vel procuratoris. 7. De jurejurando petitoris. Quibus nocet jusjurandum.

IX. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

NAm, postquam juratum est, denegatur actio: aut si controversia erit, id est, si ambigitur, an jusjurandum datum sit, exceptioni locus est. §. 1. Jurejurando dato, vel remisso, reus quidem adquirit exceptionem [40] sibi, aliisque: actor vero actionem adquirit: in qua hoc solum quæritur, *an juraverit, dari sibi oportere*: vel, cum jurare paratus esset, jusjurandum ei remissum sit.

§. 2. Si damnetur quis post [41] jusjurandum [42] ex [43] famoso judicio, famosum esse magis est [44]. §. 3. Si is, qui temporaria [45] actione mihi obligatus erat, detulerit jusjurandum, ut jurem *eum dare oportere*, egoque juravero, tempore non liberatur: quia post [46] litem contestatam cum eo perpetuatur adversus eum obligatio.

§. 4. Si [47] minor vigintiquinque annis detulerit, & hoc ipso captum se dicat, adversus exceptionem jurisjurandi replicari debebit, ut Pomponius ait. Ego autem puto, hanc replicationem non [48] semper esse dandam; sed plerumque ipsum Prætorem debere cognoscere, an captus sit, & sic in integrum restituere: nec [49] enim utique, qui minor est, statim & circumscriptum [50] se docuit. Præterea exceptio ista, sive cognitio, statutum tempus [51] post [52] annum XXV non debet egredi. §. 5. Sed & si quis in [53] fraudem creditorum jusjurandum detulerit debitori, adversus exceptionem jurisjurandi, replicatio fraudis creditoribus debet dari. Præterea si fraudator detulerit jusjurandum creditori [54], ut juret *sibi decem dari oportere*, mox, bonis ejus venditis, experiri volet, aut denegari debet actio, aut exceptio opponitur fraudatorum creditorum. §. 6. Jusjurandum defensoris [55] vel procuratoris, ei ab adversario delatum, prodesse, exceptionemque domino parere [56], Julianus scribit. † Idem ergo dicendum erit, & si datus ad petendum procurator, reo deferente, juraverit *dari mihi oportere*: nam actionem mihi parit. Quæ sententia habet rationem. §. 7. Si petitor [57] juravit, possessore deferente, *rem suam esse*, actori dabitur actio: Sed hoc dumtaxat adversus eum, qui jusjurandum detulit; eosque, qui in ejus locum successerunt: cæterum adversus alium [58] si velit prærogativa jurisjurandi uti, nihil ei proderit.

X. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

QUia [59] non deberet alii nocere, quod inter alios actum [60] esset.

De jurejurando possessoris, rem petitoris non esse, 1. *Aut* suam esse. 2. *De usufructu.* 3. *De hereditate. quibus noceat jusjurandum.*

XI. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

SEd si possessori [61] fuerit jusjurandum delatum, juraveritque *rem petitoris non esse*, quamdiu quidem possidet, adversus eum, qui detulit jusjurandum, si petat, exceptione jurisjurandi utetur; si vero amiserit possessionem, actionem non habebit, ne quidem si is possideat, qui ei jusjurandum detulit; non enim *rem suam esse* juravit, sed *ejus non esse* [62]. §. 1. Proinde si, cum possideret, [&] deferente petitore *rem suam* juravit, consequenter dicemus, amissa quoque possessione, si is, qui detulit jusjurandum, nanctus sit possessionem, actionem in factum ei dandam: & fructus perceptos ex re, quam *meam esse* juravi, restitui mihi placuit: sed & partum editum, fœtusque pecorum restituendos constat post jusjurandum delatum. §. 2. Item si juravero, *usumfructum alicujus rei* vel *meum esse*, vel *dari mihi oportere*, eatenus mihi, competit actio, quatenus [63], si vere [64] usumfructum haberem, duraret [65]: quibus vero casibus amitteretur, non competit mihi actio. Sed si [66] rerum, in [67] quibus usufructus propter abusum constitui non potest, juraverit *usumfructum se habere*, vel *sibi deberi*, effectum [68] jurisjurandi sequendum arbitror [69]: ideoque tunc quoque videri eum recte jurasse: puto & ex eo jurejurando posse petere usumfructum, cautione oblata [70]. §. 3. Si, cum de hereditate inter me & te controversia esset, juravero *hereditatem meam esse*, id consequi debeo, quod haberem, si secundum me de hereditate pronunciatum esset [71]: & non solum eas res restituere debes, quas tunc possidebas, sed & si quas postea cœpisses possidere: perindeque haberi, quod juratum est, atque si probatum esset: idcirco utilis [72] actio mihi competit. Quod si ego ex eadem hereditate possiderem, tuque cœpisses petere eam à me, cum adversus te jurasse m, exceptione me uti debere jurisjurandi. † Plane si alius à me hereditatem petere cœperit, dubium non erit (ut & Julianus scribit) nihil mihi jusjurandum prodesse [73].

XII. JULIANUS lib. IX Digestorum.

IDem est & si ego [a] quolibet alio possidente res hereditarias petere velim: quia & si petissem à te hereditatem, & probassem meam, nihilominus ab altero petendo, idipsum probare necesse haberem.

De duobus patronis. 1. De longi temporis præscriptione. 2. De furto. 3. De venditione. 4. De societate. 5. De pignore, de dote. 6. De perjurii pœna.

XIII. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

SI duo patroni essent, & libertus altero deferente [74] jurasset, *se [75] libertum ejus non esse*, utrum alteri [totius] debitæ patronis portionis, an vero dimidiæ debitæ eis partis bonorum possessio competeret? Et ait, si is, cui juratum est, patronus fuisset, alteri suæ partis bonorum possessionem competere: nec ei prodesse, quod adversus alterum libertus jurasset [76]: multum tamen fidei & auctoritatis apud judicem patronum habiturum, quo magis solum se patronum probaret, quod libertus jurasset, alterum patronum non esse. §. 1. Julianus ait, eum, qui juravit *fundum suum esse*, post longi temporis præscriptionem [77] etiam utilem actionem habere debere. §. 2. Idem Julianus scribit, eum, qui juravit *furtum se non fecisse*, videri de toto jurasse [78]: atque ideo neque furti [79], neque [80] condictitia tenetur: quia condictitia (inquit) solus fur tenetur. † Nunquid ergo, qui juravit *se furtum [81] non fecisse*, hoc solo nomine, condictione si conveniatur, exceptione utatur? cæterum si contendat, qui condicit, quasi cum herede se furis agere, non debet repelli, & quasi [82] μονομανὴς, id est, *unimembris* [83] condictio dari debet adversus furis heredem [84]: nec pati eum judex debet, si cœperit [85] tentare [86], probare furem. §. 3. Si quis juraverit, *vendidisse me ei rem centum*, ex [87] empto agere poterit, ut ei cætera [88] præstentur: id est [89], res tradatur, & de evictione caveatur. An [90] tamen ad pretium consequendum, ex vendito conveniri possit, videndum? Et si quidem [&] de hoc ipso juratum est, quod pretium solutum est, nulla pro pretio actio superest: si vero hoc non fuerit juratum, tunc consequens est, de pretio eum teneri. §. 4. Idem dicemus, & si quis *societatem fecisse* juraverit: nam & is pro socio poterit conveniri. §. 5. Marcellus etiam scribit, si quis juraverit *ob decem pignori dedisse fundum*, non alias eum pignoratitia agere posse, quam si decem solverit [91]: sed & illud adjecit, fortassis eum etiam in decem ex jurejurando suo posse conveniri. Quod magis probat: cui Quintus Saturninus consentit: argumentoque utitur ejus, qui juravit, eam, *quæ uxor sua fuerit, rem sibi in dotem dedisse*: nam & hic uxori ait utilem de dote actionem dandam: quæ non esse extra æquitatem posita, non negaverim. §. 6. Si quis juraverit in re pecuniaria *per [92] genium Principis, dare se non oportere*, & pejeraverit: vel, *dari sibi oportere*: vel *intra certum tempus* juraverit *se solutorum*, nec solvit: Imperator noster cum Patre rescripsit [93], fustibus [94] eum castigandum [95] dimittere: & ita ei superdici [96] σωφρονιστικῶς μὴ ὄμνυε, id est, *temere ne jurato.*

De jurejurando propter rem non remittendo.

XIV. PAULUS lib. III ad Edictum.

QUotiens [97] propter rem juratur, nec parenti, nec patrono remittitur jusjurandum: *propter [98] rem* autem jusjurandum exigitur veluti de pecunia credita, cum jurat actor, *sibi dari oportere*; vel reus, *se dare non oportere*. Idem est, cum de pecunia constituta jusjurandum exigitur.

Ad quos domum mittitur jurandi causa.

XV. IDEM lib. VI ad Edictum.

AD personas [99] egregias [100], eosque, qui valetudine [1] impediuntur, domum mitti oportet [2] ad jurandum.

An patronus jurare cogatur.

XVI. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

SI *Patronus* libertam suam uxorem duxerit, non compelletur [3] jurare de rerum amotarum judicio: sed & si ipse deferat jusjurandum libertæ suæ, de calumnia non debet jurare.

De jurejurando extra judicium delato. 1. Si jusjurandum detulerit pupillus, 2. Vel tutor, vel procurator, vel curator.

XVII. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

JUsjurandum [4], quod ex conventione extra judicium defertur, referri non potest [5]. §. 1. *Pupillus* tutore autore jusjurandum deferre debet: quod si sine [6] tutore autore detulerit, exceptio quidem obstabit, sed replicabitur [7]: quia rerum administrandarum jus ei non competit. §. 2. Si *tutor* [8], qui tutelam gerit, aut curator furiosi prodigive, jusjurandum detulerit, ratum id haberi debet:

---

36 Dat etiam exceptionem. *l.* 40. *ff. eod.*

37 *Rei* appellatione res totalmo & pars intelligitur.

38 Jurans liberat se ab actione adversari. Postquam juratum est, denegatur in eum, qui juravit, actio, *ut hic. l.* 8. *l.* 9. *ff. eod.*

39 Ex jureiurando actoris. *l.* 1. § 2. *ff. quarum rerum actio.*

40 *l.* 40. *ff. eod.*

41 Id est, si ultra id, quod juratum est adversus eum, contigerit, ut judicium, in quo juratum est, famosum fit.

42 Reus enim potuit quodam errore omittere exceptionem jurisjurandi a se quondam præstiti.

43 Recte: nam si damnetur actione in factum ex jurejurando, famosus non efficitur.

44 Sententia contra juramentum lata, valet: & in causa famosa, famosum reddit. *Zas.*

45 Vide *Inst. de perpetuis & temporalibus actionibus.*

46 Vide *l.* 28. §. 2. *ff. de judic. l.* 26. *in fin. ff. eod. l.* 29. *ff. de novationibus.* Juramentum vim habet litis contestationis. *dixi l.* 2. *l. sed etsi restituatur.* 28. §. *ex quibus. ff. de judiciis.*

47 Jusjurandum, quod non debebat, si minor per circumscriptionem detulerit, intra statutum tempus restituitur. *Synopsis eod. cap.* 7.

48 Restitutio in integrum datur minori causa cognita; neque statim restituitur, quod minor fuerit, sed quod captus, & deceptus. vide *l.* 1. *C. si adversus venditionem. l.* 3. *circa fin. C. si minor se major.*

49 Minor non ideo restituitur, quod minor, sed quod captus & deceptus.

50 Probare circumscriptionem debet, qui se deceptum conqueritur.

51 Quadriennii, *l.* 7. *C. de temporibus in integrum. l.* 4. *C. de in integr. restit. minor. Novell.* 155. *c.* 1.

52 Adversus jusjurandum minor potest restitui.

53 Jusjurandum in fraudem creditorum deferre debitori suo non licet: quod si juratum fit, habent creditores replicationem fraudis adversus eum, qui juravit. *Synopsis eod. c.* 8. 54 Jusjurandum ei, qui non est creditor, debitor deferre non potest in fraudem veri creditoris, *ut hic. & Synops. ibid. c.* 8. 55 Vide *l. ult. §. pen. ff. eod.* 56 Imo exceptionem domino non parit. *l.* 39. §. 1. *ff. de procuratoribus.* 57 Jurans *rem suam esse* petitor, actionem tantum habet adversus possessorem, qui detulit juramentum, ejusque successores, at non adversus alium. Nam quæ inter aliquos acta sunt, aliis non nocent, *ut hic. l.* 10. *ff. eod. Synopsis eod. c.* 8. 58 *l.* 3. *§. pen. ff. eod.* 59 Juramentum uno deferente præstitum, aliis, qui non id detulere, non nocet. 60 Id est, juratum. vide *d. l.* 3. pactum, *l.* 7. *C. de reb. cred. l.* 19. *C. de jure dotium.* stipulatum, *l.* 38. §. 17. *ff. de verb. oblig.* actum, *l.* 1. *C. res inter alios gestas.* 61 *l.* 7. §. 7. *vers. sed si possessori. ff. de Publiciana.*

62 Cum possessor jurat rem non esse petitoris, eo non infertur rem ad eum pertinere. Hinc colligit Zasius, ab oratione negativa argumentum à contrario sensu non fumi. 63 Juramentum occasione usufructus, vel quasi, delatum, vivit, & moritur ad veri usufructus similitudinem. *Zas.* 64 Juramentum habetur pro veritate ficta, vel præsumpta. 65 Sicut usufructus verus finitur morte & capitis diminutione, & aliis modis; ita etiam juratus tanquam fictus & præsumptus non latius durat, quam si esset verus. *Zas.* 66 Juramentum intelligitur secundum actus, cui interponitur, naturam. *Zas.* 67 Usufructus verus non constituitur in rebus, quæ abusu consumuntur.

68 Sententia super inepto libello lata, ipso quidem jure nulla est. *Gloss. Inst. de act. in pr.* verum hoc fallit, nisi libellus servata improprietate verborum defendi possit, *ut hic.* Tres alias exceptiones vide apud Socinum, *reg.* 368. 69 Atque ita appellatione usufructus venit quasi usufructus commentitius & improprius: hinc etiam concludit Zasius, libelli, id est, actionis verbis propriam interpretationem non admittentibus, ad impropriam decurrendum; & impropriæ saltem verba interpretanda esse. Præterea, non solum verba impropriè sumi, ut juramentum sustineant, sed etiam, ut probent: duo enim operatur juramentum: venit impropriè, & vim probationis nihilominus habet. 70 Vide *l.* 2. *ff. de usufructu. earum rerum.* 71 Juramentum vim sententiæ obtinet. *l.* 2. *ff. eod.* tantum igitur ea, quantum sententia definitiva consequemur: proinde & fructus hic venient. §. 1. *ff. eod.* 72 Ex juramento oritur utilis vindicatio, vel petitio hereditatis: sum enim dominus præsumptus, postquam juravi.

73 An probationes unius cedere in altera valeant, alibi dicam.

74 Adde *l.* 30. *§. pen. ff. eod.*

75 Jurabat libertus deferente patrono, se libertum ejus non esse; *ut hic. & l.* 30. § 4. *ff. eod.*

76 Si plures ejusdem liberti se patronos in solidum adserunt, unius ex iis per juramentum facta exclusio, alteri, quod ad jus adcrescendi, non prodest, nisi quod ad præsumptionem. *Zas.*

77 Præscriptionis effectus concurrere cum effectu juramenti potest. Alterum igitur altero non tollitur: & sic potest post juramentum præscriptio, & è contra; currere.

78 Jurans negative super facto, conveniri non potest aliqua actione, quæ ex illo facto fluat. Nam cum factum removetur, intelligitur remota omnis actio inde descendens. *Zas.*

79 Bifariam enim pro furto agitur.

80 Imo condictitia tenetur. *l.* 52. §. 27. *ff. de furtis.*

81 *Al.* Non fuisse.

82 Μονομερὴς causa dicitur, quod ex hac tantum parte conditur, qua furis est heres; non ex illa, qua & fur est ipse, remque dolo malo contrectavit. v. Cujac. 4 *obs.* 32. *l. ult. ff. ad Trebell.*

83 Id est, qui absolutus est, ut principalis, adhuc teneri potest, ut heres defuncti.

84 Apud quem res furtiva refedit: alias ex delictis in heredes non agitur. *Iunic. C. ex delict. defunctorum*

85 Judex controversiam de re juramento decisa admittere non debet. *Zas.*

86 Judex positiones impertinentes admittere non debet: nec testes ultra productos articulos

---

examinare. *Zas.* 87 Cur non actionem in factum de jurejurando, *ut l.* 8. *C. de jurejur. §. item si quis postulante. Inst. de actionibus?* Hic causa adjecta juratum est. vide quæ scripsi *ad d. l.* 8. *n.* 1 *Cujacius. & l.* 25. §. 1. *ff. de pecunia constituta. l.* 7. §. 7. *ff. de Publiciana.* 88 Verbum, *Et cetera*, in jure & apud Notarios, includit ea, quæ naturalia sunt contractus & disjositionis. adde *l.* 5. §. 7. *ff. de rebus eorum.* 89 Ex juramento secundum formam contractus venditionis præstito, venit in consequentiam rei traditio, & evictio. 90 Ex juramento præstito secundum formam contractus (nam iniformiter præstatur, cum nulla causa contractus exprimitur, datur actio utilis ex eo contractu, ex quo, si esset vere probatus contractus, daretur actio directa. *Alexand.* 91 Qui jurat se rem pignori ob certam summam dedisse, vel dotem accepisse, pignus fatetur: nec solutionem factam esse jurat: & de dote restituenda ex eo juramento tenetur. 92 Jurabant nonnunquam veteres *per Genium principis.* de quo dixi *ad l.* 2. *C. de reb. credit.* adde *Senecam* 1 *Epistol.* 11. *Tertul.* 28. *apologetici in fin. Minutium Felicem in Octavio: Suetonium in Julio c.* 85. 93 *l.* 16 *C. ex quibus causis infamia.* 94 Ex quadam Novella Leonis & Constantini, perjurio lingua abscinditur. vide Cujac. 7 *observ.* 14. vide *Harmenopul. 1. tit. 7. §. 21.* 95 Imo perjurii nulla pœna est. *l.* 2. *C. de reb. cred.* Goth. Si sc. quodam calore pejeratum sit; alias si præmeditate, secus, ut hic. *S. L.*

96 *Superindici*, estne scripto, ut putat Duarenus, utque crucis Christi inscriptio innuit? an vero per præconem, ut Contius existimat? *arg. d. l.* 16. utrumque factum videtur. vide quæ notavi *ad d. l.* 16. Posterius tamen verius est, & huic loco aptius. Similis vox est Præconis, ἐσκωφάντησας. *in l. Fustibus. C. ex quibus causis infamia.* Legatum P. Romani homo plebeius temere amplecti noli, *apud Spartianum.* Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. *Lamprid. in Alexandro.* Fumo punitur, qui fumum (fulicum scilic.) vendidit. *ibid.* Impostturam fecit & passus est, *Trebell. Pollio in Gallieno.* Polycarpus tertio confessus est se Christianum esse. *Euseb. 4. cap.* 5. Agnes sacrilega virgo, Diis blasphemiam inferens, scortum lupanaribus data. *Ambros. sermon.* 90. adde Zonaram 3 *Annalium in Valentiniano*, ubi de Rhodano præposito, mosque ille superdicendi præconianus adumbratur. Præter id genus superindictionis, *Titulus* nonnunquam appensus vel affixus erat, qui causam pœnæ indicaret: qui inde ἀτίας *Matthæo*, 27. ἐπιγραφὴ *Marco*, 15. & *Luc* 23. τίτλος *Joanni*, *cap.* 19. Titulus, *Suetonio in Caligula* 33. πινὰξ *Eusebio*, 5 *histor.* 1. Formula vero hujusmodi fuit: Hic est rex Judæorum: Rex Judæorum: Jesus Nazarenus Rex Judæorum. *Matth. Marc. Luc. Joan. ibid.* Impie locutus parmularius. *Suet. ibid.* Hic est Attalus Christianus. *Euseb. d. loco.* 97 Jusjurandum de re, non remittitur. 98 Jusjurandum de re, est de mutuo, seu pecunia credita.

99 *Egregiæ personæ* Græci appellant ἐυδόξους, hoc sensu, Jurare domi illustres, & valetudinarios. *Synopsis Basilic. 22. tit. 5. cap.* 11. *in princ.* 100 Puta Episcopos. *Novell.* 123. *cap.* 7. adde & mulieres honestas, *Novell.* 124. *c.* 1. *vers. si vero mulier.* Publicanos. *l.* 19. *ff. de testibus.* adde *l.* 2. §. 1. *C. de jurejur. propter calumniam.* vide plura apud Menochium 2 *de arbitrar. judic. q. casu* 70.

1 Adde & senes, *arg. Novell. 1. c.* 2. §. 1. 2 Imo non oportet. *l.* 37. *in fin. C. de episcopis.*

3 *l.* 34. § 4. *ff. eod.* 4 Jusjurandum, quod extra judicium defertur, non refertur. *Synops. eod. c.* 11. *in fin.* 5 Quidni? *arg. l.* 38. *ff. eod.* 6 *l.* 1. §. 1. *ff. quarum rerum actio.* 7 Idem dicendum est, si tutori detulerit. *l.* 4. *C. eod.* 8 *l.* 35. *ff. eod.*

debet: nam & alienare res, & solvi eis potest: & agendo, rem in judicium deducunt. §. 3. *Procurator* quoque quod detulit, ratum habendum est: scilicet [9], si aut [10] universorum bonorum administrationem sustinet, aut si idipsum nominatim mandatum sit, aut si in [11] rem suam procurator sit.

XVIII. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

Alias autem procuratorem deferentem jusjurandum non esse audiendum, Julianus lib. x Digestorum scribit: nec [12] postea reus, qui semel juravit, à domino conveniatur: nec multum ei proficere, si fuerit ei de rato cautum: sive enim dominus petat, cogetur docere reus *liquido* [13] *se jurasse*, posita scilicet exceptione: sive ex stipulatione de rato agat, necesse habebit ipse de perjurio suo docere.

XIX. Idem lib. XXVI ad Edictum.

Si itaque mandatum fuit procuratori, ut petat, ille jusjurandum detulit, aliud [14] fecit, quam quod mandatum est.

De servo, & filiofamil.

XX. Paulus lib. XVIII ad Edictum.

Servus quod detulit vel juravit, servetur [15], si peculii administrationem habuit.

XXI. Gaius lib. V ad Edictum provinciale.

Huic [16] enim solvi [17] quoque recte potest: & [18] novandæ [19] obligationis jus habuit.

XXII. Paulus lib. XVIII ad Edictum.

Quidam [20] & de peculio actionem dandam in dominum, si actori detulerit servus jusjurandum. † Eadem de *Filiofamilias* dicenda sunt.

XXIII. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

Si servus juraverit, *dominum dare non oportere*, exceptio domino [21] indulgenda est, sibique adversarius imputabit, qui servo detulit jusjurandum.

XXIV. Paulus lib. XXVIII ad Edictum.

Multo magis proderit patri [22] religio [23] filii, cum quo etiam judicium consistere potest. † Ipsi autem referentes, conditionem eorum, quibus subjecti sunt, non faciunt deteriorem.

XXV. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

Sed & si servus [24] meus, delato vel relato [ei] jurejurando, juravit *rem domini esse*, vel *ei dare oportere*, puto dandam mihi actionem vel pacti exceptionem, propter religionem & conventionem.

De sexu, & ætate jurantis. 1. De effectu jurisjurandi.

XXVI. Paulus lib. XVIII ad Edictum.

Qui [25] jurasse dicitur, nihil refert, cujus sexus [26], ætatisve [27] sit: omni enim modo custodiri debet jusjurandum adversus eum, qui contentus [28] eo, cum deferret, fuit: quamvis pupillus non videatur pejerare: quia [29] sciens [30] fallere non videatur [31].

§. 1. Si pater, *filium dare non oportere* juraverit, Cassius respondit, & patri & filio dandam exceptionem jurisjurandi. Si pater juraverit, *in peculio nihil esse*, filius conveniri poterit: sed & pater ita convenietur, ut post adquisiti peculii ratio habeatur.

§. 2. Jurisjurandi conditio ex numero esse potest videri novandi [32], delegandive: quia proficiscitur ex conventione: quamvis habeat & instar judicii [33].

XXVII. Gaius lib. V ad Edictum provinciale.

Usjurandum etiam loco [34] solutionis cedit [35].

De duobus reis stipulandi. 1. De reo & fidejussore. 2. De eo, qui debitorem exhibere promisit. 3. De duobus reis promittendi. 4. Quæ actiones jurejurando tollantur. 9. De furto & condictione furtiva. 10. De actione & exceptione jurisjurandi, si & actor, & reus juraverit.

XXVIII. Paulus lib. XVIII ad Edictum.

In [36] duobus reis stipulandi, ab altero delatum jusjurandum etiam alteri nocebit. §. 1. Quod reus juravit [37], etiam fidejussori proficit, à fidejussore exactum jusjurandum, prodesse etiam [38] reo, Cassius & Julianus aiunt: nam quia in locum [39] solutionis succedit, hic quoque eodem loco habendum est: si modo ideo interpositum est jusjurandum, ut de ipso contractu, & de re, non de persona jurantis ageretur. §. 2. Si ei [40], qui debitorem meum in judicium exhibere promisit, jusjurandum detulerim, isque juraverit, *se omnino exhibitionem ejus non promisisse*, prodesse debitori [41] meo id non debet: si vero juraverit, *se nihil mihi præstare oportere*, distinguendum sit, & replicatione emendandum, utrum ideo juraverit, [an] quia post promissionem exhibuerit, an vero quia solverit. Quod & in fidejussore debiti distinguendum est.

§. 3. Ex duobus reis [42] promittendi ejusdem pecuniæ alter juravit? alteri quoque prodesse [43] debebit. §. 4. Exceptio jurisjurandi, non tantum si ea actione quis utatur, cujus nomine exegit jusjurandum, opponi debet: sed [44] etiam si alia, si modo [45] eadem quæstio in [hoc] judicium deducatur, forte si ob actionem mandati, negotiorum gestorum, societatis, cæteraque similes [46] jusjurandum exactum sit: deinde ex iisdem causis certum condicatur: quia per alteram actionem altera quoque consumitur.

§. 5. Si quis juraverit, *se non rapuisse*, non [47] debet adjuvari hoc jurejurando in actione furti, aut condictione: quia aliud est furtum feciſse, quod vel clam fieri potest. §. 6. Colonus, cum quo propter succisas [48] forte arbores agebatur ex locato, si juraverit *se non succidisse*, sive [49] è lege duodecim tabularum de arboribus succisis, sive è lege Aquilia damni injuria, sive interdicto *quod vi aut clam* postea convenietur, per exceptionem jurisjurandi defendi poterit. §. 7. Quæ juravit, *divortii causa rem sibi non amovisse*, non debet defendi per exceptionem, si cum ea in rem agatur: & si contendat *suam esse*, alio jurejurando opus est: contra, si juraverit *suam esse*, debet in actione rerum amotarum defendi. Et omnino hoc observandum est, licet [50] per aliam actionem eadem quæstio moveatur, ut exceptio jurisjurandi locum habeat. §. 8. Igitur si quis juravit, *se non esse condemnatum*, etiamsi ex stipulatu judicatum solvi ob rem judicatam conveniatur, defendetur per exceptionem. Contra, si cum ex stipulatu judicatum solvi conveniretur, juravit *se dare non oportere*, agenti judicati non utique obstabit exceptio: potest enim fieri, ut non sit commissa stipulatio, licet res judicata sit: nisi ideo jurasset, quod nec damnatum se esse diceret. §. 9. Item Pomponius ait, cum, qui *furtum sibi factum à licujus rei* juravit, non statim [51] etiam condictionis causam nancisci. §. 10. Item cum ex hac parte jusjurandum & [52] actionem & exceptionem inducat: si forte reus extra judicium, actore inferente, juraverit, *se dare non oportere*, & actor, reo deferente, *dare sibi oportere*, vel contra: posterior [53] causa jurisjurandi potior habebitur: nec tamen præjudicium perjurio alterius fiet: quia non quæretur, *an dare eum oportet* [54], sed *an actor juraverit*.

XXIX. Tryphoninus lib. VI Disputationum.

Quod si juravi te deferente, *non jurasse te dare tibi oportere*, [&] adversus utilem actionem, qua hoc quæritur, an juraveris, *tibi dari oportere*, opponenda est exceptio jurisjurandi perimentis quæstionem actione comprehensam.

De actione, quæ inficiando crescit. 1. De servo mortuo. 2. De dote. 3. De popularibus actionibus. 4. De liberto. 5. De usufructu.

XXX. Paulus lib. XVIII ad Edictum.

Eum, qui juravit, ex ea actione, quæ inficiando crescit [55], aliquid sibi deberi, simpli, non dupli perfecutionem sibi adquirere [56] Pedius ait: abunde enim sufficere, exonerare petitorem probandi necessitate: cum, omissa hac parte Edicti, dupli actio integra maneat: & potest dici, hoc judicio non principalem causam exerceri, sed jusjurandum actoris conservari. §. 1. Si juravero, *te Stichum mihi dare oportere*, qui non sit in rerum natura, nec æstimationem mihi præstare reus debet, nisi ex causa furtiva vel propter moras: tunc enim etiam post mortem servi æstimatio præstatur. §. 2. Si mulier juraverit, *decem dotu sibi deberi*, tota ea summa præstanda est: sed si juravit, *decem se dedisse in dotem*, hoc solum non erit quærendum, an data sint, sed, quasi data sint, quod ex eo reddi oporteat, præstandum erit. §. 3. In popularibus [57] actionibus jusjurandum exactum ita [58] demum adversus alios proderit, si bona fide exactum fuerit: nam & si quis egerit, ita demum consumit publicam [59] actionem, si non per collusionem actum sit.

§. 4. Si libertus [60], deferente patrono, juravit *se* [61] *libertum non esse*, ratum habendum est jusjurandum: ut nec operarum petitio, nec bonorum possessio contra tabulas dari debeat. §. 5. Si juravero *usumfructum mihi dari oportere*, non aliter dari debet, quam si caveam *boni viri arbitratu me usurum, & finito usufructu restituturum*.

An causa post jusjurandum retractetur.

XXXI. Gaius lib. XXX ad Edictum provinciale.

Admonendi [62] sumus, interdum [63] etiam post jusjurandum exactum permitti Constitutionibus Principum, ex integro [64] causam agere, si [65] quis nova instrumenta [66] se invenisse dicat, quibus nunc solis usurus sit: sed hæ Constitutiones tunc videntur locum habere, cum à judice aliquis absolutus fuerit: solent [67] enim sæpe [68] judices in dubiis [69] causis, exacto [70] jurejurando, secundum eum judicare, qui juraverit. Quod si alias [71] inter ipsos jurejurando transactum sit negotium, non conceditur eandem causam retractare.

De remissione jurejurandi.

XXXII. Modestinus lib. (III) Differentiarum.

Urisjurandi gratiam [72] facere pupillus non potest.

XXXIII. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Qui *per salutem* [73] *suam* jurat, licet *per* [74] *Deum* jurare videtur (respectu enim divini numinis ita jurat); attamen, si non ita specialiter jusjurandum ei delatum est, jurasse non videtur [75]: & ideo ex integro solenniter jurandum est.

Quibus de rebus juratur, si promissor Stichi putet eum decessisse. 1. De defensore universitatis. 2. De pupillo. 3. De procuratore & defensore. 4. De jurejurando calumniæ. 5. De forma juramenti. 6. Edictum, ut reus solvat, aut juret. 7. De relatione jurisjurandi. 8. Et ejus forma. 9. De absolutione vel condemnatione.

XXXIV. Idem lib. XXVI ad Edictum.

Usjurandum [76] & *ad pecunias* & *ad omnes res* [77] locum habet. † Etiam *de operis* jusjurandum deferri potest: nec de injuria queri adversarius potest, cum possit jusjurandum referre. † Quid tamen, si ideo dicat reus se liberatum, quoniam Stichum, quem promiserat, putat decessisse? Non erit tutus per relationem: & ideo ex hac causa putat Marcellus, & recte, aut remittendum ei jusjurandum, aut spatium [78] dandum, ut certioretur, & sic juret.

§. 1. Defensor municipum vel cujusvis corporis, jusjurandum deferre potest, si super hoc mandatum [79] habeat. §. 2. Pupillo [80] non defertur jusjurandum. §. 3. Procurator [81] non [82] compellitur jurare, nec defensor: & ita Julianus scribit lib. x Digestorum, defensorem jurare non compelli [83]: sufficereque ad plenam

9 Procuratoris universorum bonorum speciale mandatum habentis, & in rem suam dati.

10 *l.* 58. *l.* 63. *ff. de procurat.*

11 Adde *l.* 33. *in fin. ff. de procurat.*

12 *Al.* ne postea.

13 Aperte, *Accurs.* quod non debeat: σαφῶς, Cujac. 5 *obs.* 33. ex Demosth. 2 *in Aphobum.* & notis Petr. Diac. Q. D. R. P. L. JU. id est, qua de re peto, liquido jures: *& libro Magnonis ad Carolum.* Duarenus vero, *liquido jurare* idem esse ait, quod vere, 1 *disp.* 2. *ex.* 4. *in Verrem* 37. Plin. 2. Ovidio 3 *de Ponto* 3. 4. *Eleg.* 6. Senec. 7 *de benef.* 9. hinc liquida fides apud Valer. 6. *c.* 5. liquido dicere, Cicero 3 *Verr.* Sed Robertus Accursium defendit, quem v. 3 *sent.* 2. Glossis συφῶς, liquido juro.

14 Vide *l.* 13. *ff. de pactis.*

15 *V. l.* 23. *l.* 24. *ff. eod.*

16 Peculii administrationem habens solutum accipere potest, & ideo novare, de quo dixi plenius. *l.* 25. *ff. de novationib.*

17 *l.* 35. *ff. de solut.*

18 *l. ult. ff. de novationib.*

19 Imo, novandæ obligationis jus non habet. *l.* 27. *ff. de pactis. l.* 10. *ff. de novat.*

20 Ex Proculianis scilicet. vide Cujac. 8 *obs.* 11.

21 *V. l.* 20. *ff. eod.*

22 *l. ult. ff. de exceptionib.*

23 *Religio* pro jurejurando hic sumitur.

24 Vide *l.* 20. *ff. eod.*

25 Idem autor Synopseos, *Basil. eod. c.* 20. *Harmenop. 1. tit. 7. c.* 1.

26 Jurare mulier potest.

27 Jurare pupillus potest.

28 Volenti non fit injuria, *l.* 9. *ff. de aqu. pluv.* & quod semel placuit, amplius displicere non potest. *l.* 9. *ff. de negot.*

29 Pejerare non videtur, qui sciens non fallit. Pejerare igitur is videtur, qui sciens decipit.

30 Jurisjurandi hæc interdum solennis formula, Si sciens fallo, ita me diespiter salva urbeque arceque, bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Cic. 7 *famil.* 1. & *Acad.* Livius 2, & 21. Plaut. 3, *Amphit.* 2. Seneca *de consolatione ad Albinam.* Ovid. 5 *Fast.* Tacit. 1 *Annal.* Propert. 2 *Eleg.* 15. & 4 *eleg.* 7. *& ult.* Apul. 10 *de asino.* Plinius *in Panegyrico.* Eumenius Rhetor *in oratione pro scholis instaurandis.* Festus *in Feretrius.* Polyb. 3 *histor.* & in execrationibus addebatur, ut dii irati essent fallentibus. Halicarnass. 6, Plutarch. *in vita.* adde Cujac. 1 *observat.* 21. adde *l.* 2. §. 2. *C. de jurejur. propter calumniam. l. ult. ff. de juris & facti ignorantia.* 31 Nam is demum perjurii reus est, qui sciens fefellit. 32 Juramentum vim habet novationis, *ut hic.* facit *l.* 21. *ff. eod.* & delegationis, *ut hic.* translationis, *l.* 2. *ff. eod.* judicii, *ut hic.* solutionis, acceptilationis. *l.* 40. *ff. eod. l.* 27. *l.* 28. §. 1. *ff. eod.* actionem & exceptionem inducit. *l.* 28. §. 10 *ff. eod.* 33 An quod deferatur invito, ut in invitum judicium redditur? *l.* 83. §. 1. *ff. de verb. obl.* 34 *l.* 28. §. 1. *ff. eod.* 35 Substitutum vel subrogatum ejus naturæ est, cujus est id, cui substituitur. v. Socin. *reg.* 23. Goth. Adde quod negocium jurejurando voluntario decisum detecto etiam perjurio, & reperta novis instrumentis, non retractetur. *l.* 1. *C. de veb. cred. l.* 31. *h. t. l.* 21. *& ff. de dolo malo.* Anſ. 36 *Al.* Duobus reis. 37 *l.* 42. *in fin. ff. eod.*

38 *V. l.* 23. *in pr. ff. de pactis.* 39 *l.* 27. *ff. eod.* 40 Id est, fidejussori, ut in *l.* 1. §. 3. *ff. quarum rerum actio.* 41 Juramentum ab uno reorum stipulandi delatum, alteri correo nocet, *ut hic.* quemadmodum per contrarium, juramentum præstitum ab uno reorum promittendi, alteri prodest. §. 3. *ff. eod.* 42 *l. ult. §. antepen. ff. eod. l.* 1. §. 3 *ff. quarum rerum actio.* 43 Et non reo: adde quæ scripsi *initio hujus legis.* 44 §. 7. *ff. eod.* 45 Adde *l.* 22. *ff. de except. rei judicatæ.*

46 Pro *similes.* 47 Quia à remotione speciei, non sequitur remotio generis. *Bart.* 48 Vide Cujac. 9 *obs.* 12. *in fin.* 49 *V. l.* 1. *ff. arbor. furtim cæsar.* 50 §. 4. *ff. eod.*

51 Qui jurat furtum factum sibi fuisse, non semper habet condictionem furtivam. *Jason.*

52 Jusjurandum actionem & exceptionem inducit.

53 Ultimo juramento stari oportet: ultimum enim primo derogat. *Jaſ.*

54 *l.* 5. §. 2. *ff. eod. l.* 29. *ff. eod. l.* 1. *C. eod. l.* 21. *ff. de dolo.*

55 Id est, quæ inficiando duplatur, hac sententia, Si juravero mihi deberi ex actione, quæ inficiando duplatur, simplum duntaxat ex jurejurando petam. Possum autem & post jusjurandum præstitum causam principalem exercere, probatoque aliunde debito, duplum perfequor. *Synopſ. Basil. eod. cap.* 26. & 1 *Harmen.* 7. §. 16.

56 In actionibus, quæ in duplum inficiando crescunt, licet reus primo negaverit, si tamen postea detulit actori juramentum, non fit condemnatio ad duplum: vel ideo, quod actor non est gravatus onere probandi, sed relevatur potius per juramentum. *Jaſ.*

57 Velut de aliis corpto. *l.* 7. *ff. de juriſd.* vel sepulchri violati. *l.* 3. *in fin. ff. de sepulch. violat.*

58 Vide Socin. *regula* 566.

59 Adde *l.* 27. §. 4. *ff. de pact.*

60 *V. l.* 13. *in pr. ff. eod.*

61 Idem in *l.* 13. *ff. eod.*

62 Hanc legem diffuse tractat Jason, Ripensis, & alii. vide Cujac. 18 *obs.* 25. & Accurs. *in l* 3. *C. de rebus creditis.* Lanfranc. *in reper. hujus legis.* Goth. Adde Coraſ. *tom.* 1. Duaren. *lib.* 1 *disput. anniverſ. cap.* 33. Gutierr. *part.* 3 *reſol. c.* 6. *num.* 10. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 193. S. L.

63 Non regulariter. ut sciamus hanc litis decisionem esse contra juris regulas. *Interdum.* 29. *ff. de conditione indebiti. I. ſub ſpecie. C. de rejudicata.*

64 Imo, ex integro agi non debet. *l.* 1. *C. de rebus creditis.*

65 1 *Harmen.* 7. §. 2. *Synopſ. Baſil. eod. c.* 28.

66 Imo, eo præsertim non debet. *l.* 29. *C. de tranſact.*

67 Jusjurandum inopia probationum à judicibus defertur, idque in actionibus iis, quæ aliunde veritatem certam non habent, 1 *Harmenopul.* 7. §. 1. 68 Igitur non semper. 69 Id est, cum iis non liquet, & eo redacti sunt propter paritatem probationum, ut hæsitent, & in utramque partem propendeant, & incliuent. Duaren. 2 *diſput.* 33. alii volunt his verbis innui, ob semiplenam probationem (puta ei, qui unum testem habent) jusjurandum à judice deferri, idque vel actori, vel reo supplendæ probationis causa, quod, ut iniquum, reprehendit ibid. Duaren. & observari tamen id, & fieri hodie plerumque solet. 70 Jusjurandum hoc, inde *ſuppletorium* dicitur interpretibus. 71 Jusjurandum hoc voluntarium & extrajudiciale.

72 Gratiam jurisjurandi pupillus facere non potest. *Synopſ. eod. cap.* 29. adde *l.* 6. *ff. eod. l.* 41. *ff. eod.* Princeps potest. *l. ult. ff. ad municipalem.* 73 Jurabant *per ſalutem ſuam* quoque veteres, *l.* 5. *ff. eod. Synopſ. eod. cap.* 30. 2 *Harmenopul.* 7. §. 11. Plinius 2 *epiſtol. ultim.* Per salutem filii qui pejeravit. *& poſt*, Iram deorum in caput infelicis pueri detestatur. Religiosissimum vero erat parentum jusjurandum, ut supertitres filios relinquerent. Terent. *Heautontimorum. act.* 5. *ſcena* 4. Seneca, 9 *controverſ.* 4. *& lib.* 5. 74 De juramento per Deum dixi ad *l.* 3. *in fin. ff. eod.* Goth. Quid sit jurare per salutem, & quid per Jovem, vide Rævard. *Var. lib.* 5. *c.* 5. Anſ. 75 Forma delati juramenti adeo præcise servanda est, ut non sufficiat jurare per æquipollens: ideoque de povo jurandum est. *Jaſon.* vide *l.* 3. *in fin. ff. eod.* 76 Jusjurandum deferre ac referre licet de pecuniis, de rebus, de operis. *Synopſ. eod. cap.* 31. 77 De omni re potest jusjurandum deferri. *Jaſon.* 78 In juramento veritatis deferendo tempus seu dilationem ad deliberandum. *Jaſon.* 79 *l.* 17. §. 3. *ff. eod.* 80 *Synopſ. eod. cap.* 31. 1 *Harmenopul.* 7. §. 12. adde *l.* 32. *ff. eod.* 81 Procurator hic συνήγορος, Id est, advocatus, dicitur autori Synopseos *eod. cap.* 31. *& Harmenopulo*, 1. *titul* 7. §. 13. Defensor vero ἔκδικος & διοικητής. 82 Compellitur tamen, si mandatum non habeat, intra certum tempus efficere, principales ut personæ jurent. *l.* 2. §. 5. *C. de jurejur. propter calumn.* 83 *l* 11. §. 1. *ff. rerum amot.*

plenam defensionem, si paratus sit judicium accipere. §. 4. Qui jusjurandum defert, priùs de calumnia debet jurare, si hoc exigatur: deinde sic ei jurabitur. Hoc jusjurandum de calumnia neque de patrono, neque parentibus remittitur. §. 5. Si de qualitate juramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio ejus in arbitrio judicantis est. §. 6. AUT PATOR EUM, A QUO JUSJURANDUM PETETUR, SOLVERE, AUT JURARE COGAM. Alterum itaque eligat reus: aut solvat, aut juret: si non jurat, solvere cogendus erit à Prætore. §. 7. Datur autem & alia facultas reo, ut, si malit, referat jusjurandum: & si is, qui petet, conditione jurisjurandi non utetur, judicium ei Prætor non dabit: æquissime enim hoc facit, cum non deberet displicere conditio jurisjurandi ei, qui detulit, sed nec jusjurandum de calumnia referenti desertur: quia non est ferendus actor, si conditionis, quam ipse detulit, de calumnia velit sibi jurari.

§. 8. Non semper autem consentanea est, per omnia referri jusjurandum, quale defertur: formam ex diversitate rerum vel personarum, quibusdam emergentibus, quæ variatæram induxerunt: ideoque, si quid tale inciderit, officio judicis concepta hujusmodi jurisjurandi terminetur. §. 9. Cum res in jusjurandum demissa sit, judex jurantem absolvit: referentem audiet, & si actor juret, condemnet reum: nolentem jurare reum, si solvat, absolvit: non solventem condemnat: ex relatione, non jurante actore, absolvit reum.

De tutore. 1. De prodigo, & simil. 2. Qui jurare non coguntur.

XXXV. PAULUS lib. XXVIII ad Edictum.

TUtor pupilli, omnibus probationibus aliis deficientibus, jusjurandum deferens [1] audiendus est: quandoque [2] enim pupillo denegabitur actio. §. 1. Prodigus [3], si deferat jusjurandum, audiendus non est 4. † Idemque in cæteris similibus ei dicendum est: nam sive pro [5] pacto convento, sive pro solutione, sive pro judicio hoc jusjurandum cedit, non ab aliis delatum probari debet, quam qui ad hæc habiles sunt [6]. §. 2. Qui [7] non compelluntur Romæ [8] judicium accipere, nec [9] jurare compellendi sunt: ut Legati provinciales [10].

De constituta pecunia, & priore obligatione.

XXXVI. ULPIANUS lib. XXVII ad Edictum.

SI actor deferat jusjurandum de sola constituta pecunia, & reus juraverit, exceptione utetur, si de constituta conveniatur: sed, si de sorte, id est, de priore obligatione, conveniatur, exceptio cessabit [11]: nisi de hac quoque juraverit, adveriario deferente.

De jurejurando calumniæ.

XXXVII. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

SI non fuerit remissum jusjurandum ab eo, qui detulerit, sed [12] de calumnia non juratur [13], consequens est, ut debeat denegari ei actio [14]: sibi enim imputet, qui processit ad delationem jurisjurandi, nec prius de calumnia juravit: ut sit iste remittenti similis [15].

Si quis nec juret, nec referat.

XXXVIII. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

MAnifestæ turpitudinis, & confessionis [16] est [17], nolle [18] nec jurare, nec jusjurandum referre [19].

De causa in jusjurandum deducta.

XXXIX. JULIANUS lib. XXX Digestorum.

SI quis cum debitore suo pepigerit, ne ab eo pecunia peteretur, si jurasset *se Capitolium non ascendisse*, vel aliud quodlibet feciſſe, vel non feciſſe, isque juraverit, & exceptio jurisjurandi dari debebit, & solutum repeti poterit: est enim [20] justa [21] conventio, si quælibet causa in conditione jurisjurandi deducta fuerit.

De jurejurando de bitoris.

XL. IDEM lib. XIII Digestorum.

IUsjurandum a debitore exactum efficit, ut pignus liberetur [22]: est enim hoc acceptilationi [23] simile: perpetuam certe exceptionem parit: idcirco pœnam quoque petentem creditorem exceptione summoveri oportet: & solutum repeti potest; utpote cum interpositio eo, ab omni controversia discedatur.

De remissione jurisjurandi.

XLI. POMPONIUS lib. singul. Regularum.

LAbeo, etiam absenti [24], & ignoranti jurisjurandi gratiam [25] fieri posse, respondit: sed & per epistolam [26] gratia jurisjurandi fieri potest.

De jurejurando pupilli. 1. Fidejussoris. 2. Defensoris. 3. Rei.

XLII. IDEM lib. XVIII Epistolarum.

CReditore, qui de mutua pecunia contra pupillum contendebat, jusjurandum deferente, pupillus juravit, *se* [27] *dare non oportere*: eandem pecuniam à fidejussore ejus petit: an excludendus sit exceptione jurisjurandi? Quid tibi placet, rescribe mihi. Eam rem apertius explicat Julianus: nam si controversia inter creditorem & pupillum fuerit, an omnino pecuniam mutuam accepisset, & convenit, ut ab omni conditione discederetur, si pupillus jurasset, isque juraverit *se dare non oportere*, naturalis [28] obligatio hac pactione tolletur, & soluta pecunia repeti poterit: sin vero creditor quidem se mutuam dedisse contendebat, pupillus autem hoc solo defendebatur, quod tutor ejus non interveniſset [29], & hoc tale jusjurandum interpositum est, hoc casu fidejussorem Prætor non tuebitur. Si autem liquido probari non potest, quid actum sit, & in obscuro erit (ut plerunque [fit]) de facto [30], an de jure, inter creditorem & pupillum controversia fuerit, deferente creditore pupillum jurasse, intelligere debemus, id actum inter eos, ut si jurasset se dare non oportere, ab omni conditione discederetur [31]: atque ita & solutam pecuniam repeti posse: & fidejussoribus exceptionem dari debere existimavimus. §. 1. Si fidejussor juraverit, *se dare non oportere* [32], exceptione jurisjurandi reus promittendi [33] tutus [34] est. Atquin si [35], quasi omnino idem non fidejussisset, juravit, non debet hoc jusjurandum reo promittendi prodesse. §. 2. Sed & si actore deferente, defensor [36] absentis vel præsentis juravit, eum, quem defendit, *dare non oportere*, exceptio jurisjurandi ei, cujus nomine juratum fuerit, dari debebit. † Eadem ratio est & [37], si fidejussoris defensor juraverit: reo enim datur exceptio. §. 3. Item, si reus juravit [38], fidejussor tutus sit: quia & res judicata secundum alterutrum eorum, utriquе proficeret.

22 *l.* 13. *ff. quib. mod. pign. solv.*
23 *l.* 7. 9. *l.* 34. *in fin. ff. eod.* §. 4. *Inst. de exception.*
24 *l.* 12. §. 4. *C. eod.*
25 V. *l.* 6. *l.* 32. *ff. eod.*
26 Epistola, seu absens per epistolam jurisjurandi gratiam facere quis potest, *ut hic*, ut hinc conflet, juncta non exigi præsentia remittentis in ejus generis actu per contrarium, absenti gratia jurisjurandi fieri posse, *ff. eod.* ut nec ejus quoque præsentia exigatur.
27 Ex his verbis nascitur causa dubitandi: talis enim formula juramenti, nunc ipsi solam personam pupilli juantis, ideoque ejus fidejussori non utilis, *arg. l.* 7. § 8. *ff. de pact.* nunc in rem concepta, & ita utilis videri potest. *l.* 40. *in princ. ff. de pact.*
28 *l.* 95. §. 4. *ff. de solut. v. l.* 59. *ff. de oblig.*
29 Distinguendæ sunt in hac lege duæ illæ responsiones pupilli: Una, non deberi: Altera, non deberi, quia tutor non intervenit: Prior, liberat fidejussorem jurando: Altera, non æque; illa facti, hæc juris est: ideoque pupillus liberatur, non ejus fidejussor. v. *l.* 25 *ff. de fidejussorib. Inst. de autor tutor. in princ.*
30 Controversiæ & causæ, aliæ facti, aliæ juris
31 Nam in dubio favendum est reo. *l.* 47. *ff. de oblig. & act* & juramentum in rem præsumitur potius, quam in personam.
32 Se dare oportere, *Hal.* vide Augustum. *4 emend.* 17.
33 Promitteptis. Ant. August. 4. *c.* 17
34 Vide *l.* 28. §. 1. *ff. eod.*
35 Adde *l.* 28. §. 2. *ff. eod.*
36 *l.* 9. §. *penult. ff. eod. l.* 12. §. 4. *C. eod.*
37 *l.* 28. §. 1. *ff. eod.*

TIT. III.

DE [1] IN LITEM [2] JURANDO.

1 Ἐχεν ἐκδικήσεων ἢ ἰκδικον appellat *Synopf. Basilic.* 22. *tit.* 6. adde speciem *l.* 5. *ff. si quid in fraudem patroni.*

2 V. C. LIII. Id est, de jurejurando actori a judice delato, ejus rei, quæ in judicium deducta est, æstimandæ causa. Cujac. *hic.* Porro, per in litem jusjurandum, interdum res ipsa controversa æstimatur ex affectione agentis, *ut hic.* Interdum vero secundum justam æstimationem rei: interdum etiam præter veram rei æstimationem, utilitas quædam petitur: primum, affectionis: secundum, veritatis, quod persequitur extra rem interesse: tertium, commune, ac veritatis dicitur. *Zas.* Goth. Ad hunc tit. vid. Coraf. *lib.* 6 *miscellan. cap.* 1. 2. 2. Charond. *lib* 3 *verisimil. cap.* 8. Petr. Loriot & Philipp. Corn. *Anf.* Adde Menoch. *de arbitr. jud. caf.* 207. & *ſeq.* S. L.

De effectu jurisjurandi.

1. ULPIANUS lib. LI ad Sabinum.

REm in judicio deductam non [3] idcirco pluris esse opinamur, quia crescere [condemnatio] potest, [ex] contumacia non restituentis, per jusjurandum in litem [4]: non enim res pluris sit per hoc, sed ex contumacia æstimatur ultra rei pretium.

1. De culpa, & dolo, aut contumacia.

II. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

SIve nostrum quid petamus, sive ad exhibendum agatur.

§. 1. Interdum [5] quod interfit agentis, solum æstimatur, veluti cum culpa non restituentis, vel non exhibentis punitur [6]: cum vero dolus, aut contumacia non restituentis, vel non exhibentis, quanti in litem juraverit actor.

De nummis depositis.

III. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

NUmmis depositis, judicem non [7] oportet in litem jusjurandum deferre, ut juret quisque, quod sua interfuit: cum [8] certa [9] sit nummorum æstimatio: nisi [10] forte de eo quis juret, quod sua interfuit [11], *nummos sibi sua die redditos esse*: quid enim, si sub pœna pecuniam debuit, aut sub pignore, quod, quia deposita ei pecunia adnegata [12] est, distractum est.

De pupillo, & ejus tutore vel matre. De adolescente, & ejus curatore. 1. De delatione jurisjurandi. 2. De modo. 3. De effectu jurisjurandi. 4. De culpa.

IV. IDEM lib. XXXVI ad Edictum.

VIdeamus in tutelari causa quis jurare, & adversus quem possit? Et quidem ipse pupillus, si impubes est, non potest [13]: hoc enim sæpissime rescriptum est. Sed nec tutorem cogendum, vel matrem pupilli admittendam [14], etsi parata esset jurare, D. Fratres rescripserunt: grave enim videbatur, & ignorantes [15], & invitos tutores, sub alieni [16] compendii emolumento, etiam perjurium anceps subire. † Curatores quoque pupilli vel adulescentis non esse cogendos in litem jurare, rescriptis Imperatoris nostri, & D. Patris ejus continetur: si tamen tantam affectionem pupillo suo, vel adulescenti, tutores vel curatores præstare volunt, autoritas juris non refragabitur, quin judicio, quod inter ipsos acceptum est, finis ejusmodi possit adhiberi [17]: non [18] enim ad suam utilitatem jurisjurandi

3 Non quia res pluris æstimari potest per jusjurandum in litem, & rei contumacia, idcirco & pluris fit. *Synopf. cod. cap.* 1. 4 Ideoque fidejussores rei contumacis in amplius non tenentur, quam fidejusserint. *l. ult. ff. de fidejuss.* 5 Si culpa non restituit, aut exhibet reus, rei vindicatione, vel ad exhibendum actione condemnatur actori ad id, quod interest: sin autem dolo, quanti juraverit in litem actor. *Synopſis Basilic. eod. cap.* 2. Priore igitur casu ita punitur culpa: posteriore, dolus non restituentis vel non exhibentis. 6 Si culpa quis non restituit, ad interesse: si dolo, aut contumaciam, in litem juratur. 7 Si nummi depositi non restituuntur, juratur in litem à deponente, non ex affectione: est enim certa nummorum æstimatio. Ei tamen permittitur præter veram nummorum æstimationem, quanti sua vere interfit, petere. *ff. cod.* Goth. v. Ant. Fabr. *de re nummar. c.* 10. *n.* 14. Anf. 8 Jurari in litem, in re certa non solet. 9 Certa *nummorum* æstimatio est, *l.* 42. *in fin. ff. de fidejuss.* vide Theophilum, §. 2. *Inst. de usufructu.* 10 Pecunia, licet certa, incertam tamen ex accidenti æstimationem complecti potest, veluti si sua die non fit reddita ei, qui pecuniam alteri debuit sub pœna vel pignore. 11 In damno, & etiam in lucro, si deponens mercator fuit, & negotiari solitus: tunc enim etiam venit interesse lucri. 12 *Al.* abnegata, *al.* negata. 13 Adde *l* 9. *ff. de adquirenda heredit.* 14 An quia nimia est affectio matris in filium, ut Glossa ait? An quia nemo juramentum in litem præstat, nisi litis dominus vel quasi, *l.* 7. *ff. eod.* ut Zas scribit? 15 Hinc fit, ut heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non possit; quoniam, ut inquit Paulus, contractum ignorare potest, *lib.* 2 *ſentent.* 1. §. 4. vide *l.* 11. §. *penultim. ff. rerum amotar.* Jurare autem oportet scientem animo suo. Jusjurandum heredis differt admodum à principali. 16 Pupillus perjurio tutoris locupletari non debet: nec eo adigere debet tutorem suum, ut juret, si tutor pejerare metuat. 17 Sunt enim quasi domini litis. vide quæ notavi ad *l.* 7. *ff. eod.* 18 Vide quæ scripsi ad *l. penult.* 3. *ſi quis cautionibus.*

83 *Al. neque.* 84 Jurare prius de calumnia oportet, qui jusjurandum defert *l* 37. *in fin. ff. eod. l.* 6. *C. de Novat. l.* 10. *n.* 3. *Novell. l.* 99. De quo jurejurando hoc notandum est, veteres olim decima parte litis multasse eum, qui temere egisset. § 1. *In l. de pœna temere litigantium* Ordo ab illatum condicibilibus, ut de calumnia jusjurandi religione deterreretur à temere litigando. *d.* § 1. *l.* 9. *C. hoc tit. l.* 37. *ff. eod. l.* 11. §. 1. *ff. rerum amotar. l. de pupillo.* §. *qui opus.* ff. *ac operis novi nunciat. l. qui tonsa* 13. §. *qui damni.* 3. ff. *damno infecto. l. Trifanius.* ff. *ad exhibend. l.* 44. §. 4. ff. *famil. erciscund. l. cum plures.* §. *ult.* ff. *de rebus autor. jud. poſſiden.* Paul. 2 *ſent.* 1. §. 2. Cujus jurisjurandi formula conditioque à Justiniano postea perpolita, *l.* 1. *l.* 2. *C. de jurejurando propter calumniam dando. & Novell.* 49. *c.* 3. 124. *c.* 1. Hac mirum sententia, ut qui scripturas, aut probationes ab alio exigit, id jusjurandum præstet, ut & is, qui servum alienum ad quæstionem postulat, ut ejus confessione res hereditariæ detegantur. Idque quotcunque exigebat actor, præstare cogebatur, *d. l.* 1. Hodie sufficit actorem initio litis juraſſe, nihil se calumnioſe in toto negotio exacturum. *d. c.* 1. *Authentica Hoc ſacramentum. C. de jurej. propter calum.* Ita restricta laxitas superioris jurisjurandi: strictius coërcita est jure Feudistico, ut quo vasallus à domino, ut per contrarium dominus a vasallo id jusjurandum non exigat. 2 *Feudor.* 33. §. 1. quemadmodum etiam jure civili non id exigit a patrono libertus, non a parente filius, *hac lege. & l* 16 ff. *eod. l. licet.* ff. *de obſequiis.* quemadmodum & usu Galliæ id genus jurisjurandi non exigitur. Rebuff. *in proœmio Gallic. conſtitut. Gloſſ. num.* 50. Hoc deinde distinctius adjecit Justinianus, ut scripturis ante judicem propositis, id jusjurandum prius præstetur ab actore, deinde à reo, postremo ab Advocatis actoris & rei. *d. l.* 2. §. 1. *Inſt. de pœna temere litig.* Cujus formale elegans extat apud Julianum Patricium, *conſtit.* 44. *cap.* 183. Quin eo jurejurando vult Justinianus litigatores hoc complecti, Nullam in tota lite se exacturos probationem nisi necessariam. *Authent. in ipſo. C. de jurejurando propter calumn. Novell.* 49. *cap.* 3 ut hinc conster, in notoriis de calumnia non jurari, quod & a Castrense notatum est, *dict. l.* 1. Quin & hoc litigatores jurare debent, Nihil judici aut alii patrocinii nomine dediſſe, promiſiſſe, aut post daturos per se, vel per alium, his exceptis, quæ jure licet judici vel patrono dare. *Authent. principales perſonæ. C. de jurejur. propter calum. Novell.* 124. *c.* 1. Quin hoc jusjurandum non apud judices tantum, sed etiam in consistorio Principis præstari ab eo, qui in consistorio Principis litigat vel consulit. *diff. Authent. principales.* §. 1.

85 *Al.* æque. 86 Imo patrono remittitur, *l.* 16. ff. *eod.* vide quæ scripsi ad *l.* 13. §. 14. ff. *de damno.* 87 An quia de re est, & tale non remittitur? *l.* 14 ff. *eod.* Sane Cujacio id displicet, ait enim juramentum de calumnia esse de persona, non de re. Et tamen Leunclavius & Cujac. 9 *obſervat.* 37 notant, in Basilicis contrarium legi his verbis, ὃν ὲκ ὄμνυσι πάλιν, ἢ πάσιν. & ita vero legitur apud autorem Synopseos Basilic. *cod. cap.* 32. quod non jurat pater, & patronus: & Noricus Codex ita legit, *hoc jusjurandum de calumnia æque patrono & parentibus remittitur.* & ita legit Baldus, *in l.* 2. *C. de jurejur. propter calumn.* id etiam confirmat *l.* 16. *in fin.* ff. *eod. l.* 7. §. 3. ff. *de obſeq.* 88 Verbi gratia, an tactis scripturis, an in Ecclesia, an domi apud se? *l.* 12. §. 5. *C. cod. l.* 2. §. 1. *C. de jurejur. propter calumn.* 89 Juramenti deferendi forma a judice petenda, si de ejus qualitate dubitabitur, *ut hic.* Eadem ratione, relati jurisjurandi disceptatio in arbitrio judicis fuit §. 8. ff. *eod.* 90 *l.* 38. ff. *eod. l.* 9. *C. eod. l.* 21. §. 2. ff. *de nox.* 91 Jurare, aut solvere, aut referre jusjurandum reus cogitur, *ut hic. Synopſ. eod. cap.* 31. 92 Vide *l.* 10. *in fin.* ff. *de jure dot.* 93 Jusjurandum relatum recusans condemnatur. *Synopſ. ibid. cap.* 32. 94 Jusjurandum relatum præstans, jusjurandum de calumnia non exigit. *Synopſ. ibid. cap.* 32. 95 Jusjurandum uti defertur, non per omnia ita refertur. Itaque judex hujusmodi quæstionem definit. *Synopſ. Basil. d. c.* 2. 96 Ex causa potest juramentum referri aliter, quam delatum sit. *Joſ.* 97 Adde *l.* 4. §. 1. *in fin.* ff. *de incend.* 98 Officio judicis relati jurisjurandi forma concipitur, *ut hic.* ut ejus delatio. §. 5 ff. *eod.* 99 §. 5. ff. *eod. l.* 12. *circa fin. C. eod.* 100 Adde *l.* 40. ff. *eod.* 1 *l.* 17. §. 1. ff. *eod.* 2 Id est, quandocunque.

3 Jusjurandum non deferunt prodigi, & eis similes. Cui? illi duntaxat deferunt, qui pacisci, vel solvere, vel experiri possunt. *Synopſ. Basil. cod. c.* 32. *in fin.* 4 Quia rerum suarum administrationem non habet. *arg. l.* 17. §. 1. §. 2. ff. *eod.* 5 Jusjurandum vim pacti, solutionis, judicii habet, *ut hic. v. l.* 1. *l.* 2. ff. *eod.* 6 Licet juramentum habeat executionem paratam, adeo ut omnis exceptio intelligatur exclusa, potest tamen, his non obstantibus, semper opponi de inhabilitate personæ, quæ detulit juramentum. *Jaſon.* 7 Verbi gratia, legati provinciales Romani missi publici negotii causa. 8 *l.* 28. §. 2. ff. *de jud.* 9 Exceptionem fori habens, non cogitur jurare, nec respondere interrogationi judicis, nec positionibus adversarii. *Jaſon.* 10 *l.* 21. §. 4. ff. *de tutorib. datis.*

11 Juramentum restringitur ad eam causam, super qua juratum est. *Jaſ.* 12 *Al.* nec de. sed præstat legi, & de, hac sententia, Qui defert juramentum, vel id remittere debitum debet, vel prior de calumnia jurare: si neutrum præstat, denegatur rei actio, & remittenti similis est, hæc est, perinde ac si jusjurandum delatum remisisset. adde *l. delata.* 9. *C. eod.* vel ita, jusjurandum remittere videtur, & actione cadit, qui jusjurandum detulit, neque de calumnia juravit. *Synopſ. Basil. cod. c.* 34. 1 *Harm.* 7. §. 10. 13 Nec de calumnia juretur, consequens est, &c. *Halo.* 14 Deferre jusjurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia reo competit. Paul. 2 *ſent.* 1. §. 2.

15 Deferens juramentum, & de calumnia non jurans, remittenti similis est. 16 Pro confesso est, qui nec jurat, nec jusjurandum refert. *Synopſ. Basil. 12. tit.* 5. *c.* 35. non tamen habetur pro confesso, nisi secuta super hoc sententia. *l.* 29. *verſ. ſed enim. in fin.* ff. *de jure fiſci.* 17 Imo non est: quia nemo cogitur referre jusjurandum. *l.* 17. *l.* 31. ff. *eod.* Sed ibi de voluntario, & judiciali: hic de necessario agitur. Verum his opponitur *l.* 12. *l.* 13. *l.* 14. ff. *rerum amotarum.* dixi *ibid.* 18 Interdum tamen juramentum recusari potest, puta ratione deferentis, *l.* 17. §. 1. *& ult l.* 26. ff. *eod.* ejus, cui defertur, *l.* 34. §. 2. 3. ff. *eod.* loci ubi defertur, *l.* 35. *in fin* ff. *eod.* actionis, super qua defertur, *l.* 16. ff. *eod.* exceptionis propositæ, *l.* 14. §. 3 *C. de non numerata.* ignorantiæ, & erroris, *l.* 34. *verſ. quid tamen.* ff. *eod.* metus periurii, *l* 18 ff. *eod.* damni actoris, *l* 30. ff. *eod.* qualitatis, ac modi delati juramenti, *l.* 34. §. 5 §. *pen.* ff *eod.* Bart. adde Socin. *reg.* 205. Bessianum *in conſuet. Arvernia. c.* 3. *art.* 1. 19 Hæc lex restringitur per *l.* 12. §. 2. *C. eod.* non autem tollitur, *d. l.* 12. ait cuique liberum esse recusare juramentum, si causas habeat non jurandi. hæc autem manifestæ turpitudinis esse, si cum nullam recusandi juramenti causam habeas, jurare nolis. 20 Ut in *l.* 6. *C. comm. utriuſque.* 21 Imo, injusta videtur. *l.* 8. ff. *de cond. inſt.*

jurandi referenda æstimatio est, sed ad domini: cujus nomine tutelæ ratio postuletur [19]. Adulescens vero, si velit jurare, potest.

§. 1. Deferre [20] autem jusjurandum judicem oportet [21]: cæterum si alius detulerit jusjurandum, vel non delato juratum sit, nulla erit religio: nec ullum jusjurandum. Et ita constitutionibus expressum est Imperatoris nostri & Divi Patris ejus.

§. 2. Jurare autem in [22] infinitum [23] licet. Sed, an judex modum jurijurando statuere possit, ut intra certam quantitatem juretur, ne arrepta occasione, in immensum juretur, quæro? Et quidem in [24] arbitrio esse judicis, deferre jusjurandum, necne, constat. An igitur, qui possit jusjurandum non deferre, idem possit & taxationem jurijurando adjicere, quæritur? Arbitrio tamen bonæ fidei judicis etiam [25] hoc congruit. §. 3. Item [26] videndum, an possit judex, qui detulit jusjurandum, non sequi id: sed vel prorsus absolvere, vel etiam minoris condemnare, quam juratum est? Et magis est, ut ex magna causa, & postea repertis probationibus possit. §. 4. Ex [27] culpa autem non esse jusjurandum deferendum, constat: sed æstimationem à judice faciendam [28].

De actionibus in rem, & ad exhibendum, & bonæ fidei. 1. De modo, 2. Et effectu jurisjurandi. 3. De dolo, & culpa. 4. De judicio stricto.

V. Marcianus lib. IV Regularum.

IN actionibus in [29] rem [30], & in ad exhibendum [31], & in bonæ fidei judiciis [32] in litem juratur. §. 1. Sed judex potest præfinire certam summam, usque ad quam juretur: licuit [33] enim & à primo nec deferre. §. 2. Item & si juratum fuerit, licet judici vel absolvere, vel minoris condemnare. §. 3. Sed in his omnibus ob [34] dolum solum in litem juratur, non [35] etiam ob culpam: hæc enim judex æstimat. §. 4. Plane interdum & in actione stricti judicii [36] in litem jurandum est: veluti, si promissor Stichi moram fecerit, & Stichus decesserit: quia judex æstimare, sine relatione jurisjurandi, non potest rem, quæ non extat.

VI. Paulus lib. XXVI ad Edictum.

ALias, si ex stipulatu vel ex testamento [37] agatur, non solet in litem jurari.

Qui jurant.

VII. Ulpianus lib. VIII ad Edictum.

VOlco præsumitur, alium in litem non debere jurare, quam dominum [38] litis: denique Papinianus ait, alium non posse jurare, quam eum, qui litem suo nomine contestatus est.

Si tutor rem adulto restituere nolit.

VIII. Marcellus lib. VIII Digestorum.

TUtor rem adulti, quam possidet, restituere ei non vult: Quæro, utrum, quanti res est, an quanti in litem juratum fuerit, condemnari debet? Resp. Non est æquum pretio (id est, quanti res est) litem æstimari: cum [39] & contumacia [40] punienda sit: & arbitrio potius domini rei pretium statuendum sit, potestate petitori in litem juranti concessa.

De actione furti, & forma jurisjurandi.

IX. Javolenus lib. XV. ex Cassio.

CUm [41] furti agitur, jurare ita oportet, tanti rem fuisse, cum furtum factum sit; non [42] adjici, EO, PLURISVE [43], quia [44] quod res pluris est, utique tanti est.

De instrumentis exhibendis.

X. Callistratus lib. I Quæstionum.

IN instrumentis [45] quæ quis non exhibet, actori permittitur in litem jurare, quanti sua interest ea proferri: ut tanti condemnetur reus: idque etiam Divus Commodus rescripsit.

De perjurio.

XI. Paulus lib. III Responsorum.

DE [46] perjurio ejus, qui ex necessitate [47] juris in litem juravit, quæri facile [48] non solere.

19 Sed qua forma jurabunt? An pupillum tali summa nolle carere? *ut Accurs.* An si essent loco pupilli, sc. tanti rem æstimaturos? *ut Bart.* An id tantum pupillo prodesse potuisse, idque se certo æstimare, cum pupilli facultates notas habeant? *ut Zas.*

20 Jusjurandum in litem solus judex defert, in cujus arbitrio est deferre vel differre. *Synopsis Basil. eod. c. 4.* adde *l. 5. §. 1. ff. eod.*

21 Jusjurandum in litem à judice defertur, non ab adversario.

22 Infinitum in jurejurando in litem nonnunquam admittitur.

23 Jurare in infinitum licet, modo tamen prius à judice adjecto, intra quem juretur. *ff. eod.* alias, ut in naturalibus, sic in moralibus infinitas vitanda, *l. 11. §. 18. ff. de leg. 3.* ideoque usufructus municipibus relictus centum annis finitur: nec admisso infinito usufructu proprietas sit inutilis, *l. 8. ff. de usu & usufr.* præstatio tamen rei perpetua legari potest. *l. 20. in fin. ff. de annuis.*

24 *l. 5. §. 1. ff. eod.*

25 Cur? si potest non deferre, potest & modum jurandi deferre.

26 Jurejurando in litem exacto, potest judex ex magna causa, & postea repertis probationibus, reum vel ex parte, vel prorsus absolvere. *Synopf. eod. cap. 4.*

27 Jusjurandum in litem ex culpa non defertur: sed judex æstimationem facit. *Synopf. d. c. 4. l. 5. §. 3. ff. eod.*

28 Quæ per testes, non per juramentum, probabitur. *Zas.*

29 Et sic in actione furti. vide *l. 38. ff. de jurejur.* 30 In rei vindicatione, *l. 68. ff. de rei vind. l. 16. §. 3. in fin. ff. de pign.* ergo & in Publiciana. *l. 7. §. 8. ff. de Publiciana.* & hypothecaria. *l. 16. §. 3. ff. de pignorib.* 31 *l. 3. §. 2. ff. ad exhib.* 32 *l. 3. C. de jurejur.* quæ enumerantur in §. 28. *Inst. de act.* ut in depósito, *l. 1. §. 26. l. 5. ff. depositi.* petitione hereditatis, *l. 25. §. 10. ff. de pet. hered.* & in venditione, si venditor potestatem restituendi habet, nec restituit: sic enim potest intelligi *lex 1. ff. de act. empt.* in obligatione facti post sententiam. *Zas. hic.* 33 *l. 4. §. 2. ff. eod.* 34 *l. 41. §. 1. ff. de re judicata.* 35 *l. 4. in fin. ff. eod.* Goth. Levem scilicet. Duaren. *hic.* Corasius *miscell. c. 5. num. 11.* Ans. 36 Ut in obligatione facti post sententiam in Faviana, *l. 5. in fin. ff. si quid in fraud. patr.* contra eum, qui vocatum in jus eximit. *l. penult. §. 3. ff. ne quis eum, qui in jus.*

37 *l. 60, §. 1. ff. ad l. Falcid.* Actio testamenti actioni ex stipulatu comparatur, *ut hic.* quæ stricti juris est: habet tamen multa accidentia cum judiciis bonæ fidei. *l. 3. C. in quib. caus. in integrum restit. & C. de usuris, & fructibus legatorum.* 38 Vel quasi: exemplum pone in tutore, *arg. l. 21. §. 5. ff. de nox. l. 7. §. 4. in fin. ff. pro empt. & l. 4. in princ. ff. eod.* 39 Pupillus pubes factus, contra tutorem suum rem non restituentem, jurat in litem. 40 *l. 68. & seqq. ff. de rei vindicat.*

41 Jurare in actione furti oportet, tanti rem fuisse, quum furtum fieret, non pluris fuisse. *Synopf. Basil. eod. c. 9.* 42 Oportet scilicet: potest tamen cautionis majoris gratia. *l. 17. C. de testam.* 43 Certa tamen reddenda est in processu hæc clausula. vide *l. 19. §. 3. ff. de furt.*

44 Sensus est; cum furti agitur, non juratur rem pluris valuisse, sed tanti: vel ideo, quod qui jurat rem minus valere quam valeat, perjurus non sit. 45 Contra non exhibentem instrumenta juratur in litem. vide *l. 4. C. eod.* vel ita: Jusjurandum in litem etiam is præstat, qui de instrumentis agit, interesse sua scilicet ea proferri: & tanti reus condemnatur. *Synopf. eod. c. 10.* 46 De perjurio ejus, qui juravit in litem, non facile quæritur. *Synopf. Basil. eod. c. 11.* 47 Atqui unicuique favori suo, & sic, ut non juret in litem, renunciare licet. *l. 29. C. de pactis.* 48 Sed ex magna tantum causa.

Tit. IV.

DE CONDICTIONE [1] CAUSA [2] DATA CAUSA NON SECUTA.

De emancipatione, manumissione, discessione à lite. 1. De conditione hereditatis vel legati.

I. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

SI ob rem non inhonestam data sit pecunia, ut filius emanciparetur, vel servus manumitteretur, vel à lite discederetur, causa secuta repetitio cessat. §. 1. Si parendi conditioni causa, tibi dedero decem [3], mox repudiavero hereditatem vel legatum, possum condicere.

II. Hermogenianus lib. II Juris Epitomarum.

SEd & si falsum testamentum sine scelere ejus, qui dedit, vel inofficiosum pronuncietur, veluti causa non secuta, decem repetentur.

De pecunia data, ne ad judicem eatur. 1. De manumissione. 5. De eo, qui bona fide servit. 6. De statulibero opinato, aut vere statulibero. De spe remunerationis vel amicitiæ.

III. Ulpianus lib. XXVI ad Edictum.

DEdi tibi pecuniam, *ne ad judicem iretur*: quasi [4] decidi. An possim condicere, si mihi non caveatur, ad judicem non iri? Et est verum, multum interesse, utrum ob hoc solum dedi, *ne eatur*, an *ut & mihi repromittatur, non iri*? si ob hoc, *ut* [*&*] *repromittatur*, condici poterit, si non repromittatur: si, *ut ne eatur*, condictio cessat [5], quandiu non itur. §. 1. Idem [6] erit, & si tibi dedero, *ne Stichum manumittas*: nam secundum distinctionem supra scriptam, aut admittenda erit repetitio, aut inhibenda. §. 2. Sed si tibi dedero, *ut Stichum manumittas*, si non facis, possum condicere: aut si me [7] pœniteat, [condicere possum]. §. 3. Quid, si ita dedi, *ut intra certum tempus manumittas*? si nondum tempus præteriit, inhibenda erit repetitio, nisi pœniteat [8]: quod si præteriit [9], condici poterit. † Sed si Stichus decesserit, an repeti, quod datum est, possit? Proculus ait, si post id temporis decesserit, quo manumitti potuit, repetitionem esse: si [10] minus, cessare. §. 4. Quinimo & si nihil tibi dedi, ut manumitteres, placuerat tamen, ut darem, ultro tibi competere actionem, quæ ex hoc contractu nascitur, id est, condictionem, defuncto [11] quoque eo. §. 5. Si liber homo, qui bona fide serviebat, mihi pecuniam dederit, *ut eum manumittam*, & fecero: postea liber probatus, an mihi condicere possit, quæritur? Et Julianus lib. XI Digestorum scribit, competere manumisso repetitionem. Neratius etiam libro Membranarum refert, Paridem pantomimum à Domitia Neronis filia [12] decem, quæ ei pro libertate dederat, repetisse [13] per judicem: nec fuisse quæsitum, an Domitia sciens liberum accepisset. §. 6. Si quis, quasi statuliber, mihi decem dederit, cum jussus non esset, condicere eum decem Celsus scribit. §. 7. Sed si servus, qui testamento heredi jussus erat *decem dare, & liber esse*, codicillis pure libertatem accepit, & id ignorans dederit heredi decem, an repetere possit? Et refert, patrem suum Celsum existimasse, repetere eum non posse. Sed ipse Celsus naturali æquitate motus, putat repeti posse. Quæ sententia verior est: quanquam [14] constet (ut & ipse ait) eum, qui dedit ea spe, quod se ab eo, qui acceperit, remunerari existimaret, vel amiciorem sibi esse eum futurum, repetere non posse, opinione falsa deceptum. §. 8. Subtilius quoque illud tractat, an ille, qui se statuliberum putaverit, nec [15] fecerit nummos accipientis: quoniam heredi dedit, quasi ipsius heredis nummos daturus, non quasi suos, qui utique ipsius fuerunt, adquisiti scilicet post libertatem ei ex testamento competentem? Et puto, si [16] hoc animo dedit, non fieri ipsius: nam & cum tibi nummos meos, quasi tuos do, non facio tuos. † Quid ergo, si hic non heredi, sed alii dedit, cui putabat se jussum? Si quidem peculiares dedit, nec fecit accipientis: si autem alius pro eo dedit, aut ipse dedit jam liber factus, fient accipientis. §. 9. Quamquam permissum [17] sit statulibero, etiam de peculio dare implendæ conditionis causa, si tamen vult heres nummos salvos facere, potest eum vetare dare: sic enim fiet, ut [&] statuliber perveniat ad libertatem, quasi impleta conditione, cui parere prohibitus est: & nummi non peribunt: sed is, quem testator accipere voluit, adversus heredem in factum actione agere potest, ut testatori pareatur.

De acceptilatione.

IV. Idem lib. XXXIX ad Edictum.

SI quis accepto tulerit [18] debitori suo, cum [19] conveniret, *ut* [20] *expromissorem* [21] *daret*, nec ille det, potest dici, condici posse ei, qui accepto sit liberatus.

Si per accipientem non stetit, quo minus iret. 1. De manumissione.

V. Idem lib. II Disputationum.

SI pecuniam ideo acceperis, *ut* [22] *Capuam eas*, deinde parato tibi ad proficiscendum conditio temporis vel valetudinis impedimento fuerit, quo minus proficiscereris, an condici possit, videndum [23]? Et, cum per te non steterit, potest dici repetitionem cessare: sed cum liceat pœnitere [24] ei, qui dedit, proculdubio repetetur id quod datum est: nisi forte tua interfit, non accepisse te ob hanc causam pecuniam: nam si ita res se habeat, ut licet nondum profectus sis, ita tamen rem compositeris [25], ut necesse habeas proficisci, vel sumptus, qui [26] necessarii fuerunt ad profectionem, jam feciti, ut manifestum sit te plus forte, quam accepisti, erogasse, condictio cessabit; sed si minus erogatum sit, condictio locum habebit: ita tamen, ut indemnitas tibi præsteatur ejus, quod expendisti. §. 1. Si servum quis tradiderit alicui ita, *ut ab eo intra certum tempus manumitteretur*, si pœnituerit [27] eum, qui tradiderit, & super hoc eum certioraverit [28], & fuerit manumissus post pœnitentiam; attamen actio propter pœnitentiam competit ei, qui dedit. Plane si non manumiserit, constitutio succedit, facitque eum liberum, si nondum pœnituerat eum, qui in hoc dedit.

§. 2. Item si quis dederit Titio decem, *ut servum emat, & manumittat*, deinde pœniteat, si quidem nondum emptus est, pœnitentia dabit condictionem, si hoc ei manifestum fecerit: nec [29], si postea emat, damno adficietur [30]: si vero jam sit emptus [31], pœnitentia non facit injuriam ei, qui redemit, sed pro [32] decem, quæ accepit, ipsum servum, quem emit, restituet: aut si ante decessisse proponatur, nihil præstabit: si modo per eum factum non est: quod si fugit, nec culpa ejus contigit, qui redemit, nihil præstabit: plane repromittere eum oportet, *si in potestatem suum pervenerit, restituturi*. §. 3. Sed si accepit pecuniam, *ut servum manumittat*, isque fugerit prius, quam manumittatur, videndum an condici possit, quod acceperit? Et, si quidem distractorus erat [33] hunc servum, & propter hoc non distraxit, quod acceperat, ut manumittat, à lege? idem, *l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2.* Quid, si ea traditione aliqua liberatio contigerit? Idem quoque, *l. si ego. 18. ff. de reb. cred.* Quid, si error in recipiente, non in tradente? Æque idem. *l. regula. 9. §. qui ignoravit. 4. ff. de juris & facti ignorantia. l. ejus, qui. 41. ff. si cert. pet.* Cætera vide apud Socinum, *regul. 98.* 17 *l. 20. in fine. ff. fam. erciscund.* 18 Liberatio facta ob causam, causa non secuta, condicitur. *l. 10. ff. eod.* 19 Id est, cum conveniret, & sic hæc acceptilatio facta fuerat sub conditione. 20 Acceptilatio fieri potest sub modo: An in diem? an sub conditione? vide quæ notavi ad *l. 5. ff. de accept.* 21 *Expromissor* est, qui pro non obligato, veluti pro servo, *l. 7. §. 8. ff. de dolo.* ut fidejussor, qui pro obligato datur. Interdum tamen illa duo confunduntur. Conjunge huic legi *l. 9. ff. de præscript.* 22 Id est, si dedi, ut faceres. An hic contractus est innominatus, an potius nominatus, locatio sc. & conductio? v. *l. 5. §. 2. ff. de præscr.* 23 In contractibus innominatis ei, qui implevit, licet pœnitere altero invito, autequam is sua ex parte impleat, idque jure civili, *ut hic.* & Canonico. *Jas. Zas.* nisi agatur de pia causa, de dote, libertate, de lite renovanda, nisi post dationem aliquid fieri ex intervallo conveuit, nisi pœnitendi facultati renunciatum sit, nisi de permutando, nisi sub conditione, nisi de contractu aliquo innominato, non respectivo actum sit, nisi talis contractus sit vestitus publica scriptura, aut juramento partium. *Jas. Zas.* 24 In contractibus innominatis datum condicimus, vel ex pœnitentia, vel si causa non sit secuta.

25 Itineris causa in contractu innominato ab uno contrahentium parata & erogata ea faciunt, ut res non sit integra: ideoque, datum eo nomine condici non potest, nisi hujusmodi res emptæ, pecuniam acceptam faciendi causa non consumant, *ut hic.* & nisi nuptiarum, reipublicæ, vel necessitatis causa non agatur. 26 Ut si equum, ocreas, vestes, pileum, bulgam, ensem, & his similia emerit. 27 Pœnitere etiam licet in causa libertatis, & sic in negotio favore digno, ut *l. 3. §. 1. ff. eod.* 28 Quoties mandatum revocatur, certiores faciendi sunt ii, quorum interest scire mandatum revocatum. vide tamen *l. 11. §. 1. ff. de actionib. empti.* 29 Denunciandi animi, seu voluntatis mutatio est ei, cujus interest, qui nisi admonitus esset, damnum pateretur, *ut hic. l. si pater. 4. ff. de manumissis vindicta.* 30 *Al.* Adficiatur. 31 Pœnitentiam seu condictionem dati ob causam non impediunt sumptus in ipsum rem jam facti, & instituti ab eo, qui ob causam accepit.

32 Id est, non ipsi decem, quæ accepit, restituturus est, sed servum ipsum, quem emit: atque ita condictio ob causam in id non competit, quod datum non fuit, sed in aliud. Cur ita? servus, quasi datus videtur. 33 Accepta pecunia, ut venalis servus manumittatur, non potest reperi servo fugiente. *Zas.*

1 iv. C. vi.

2 *Causa* hic quibuscunque idem videtur esse, quod res, *arg. l. 1. ff. eod.* Atqui contra potius videtur *res* ibi esse idem, quod causa vel factum: *causa* nihil aliud est hic, quam res, cujus intuitu datur aliquid, puta, ut invicem des vel facias aliquid.

3 Si dedi tibi pecuniam ob aliquam causam eventuram, & per me stat, quo minus eveniat (puta quia repudio hereditatem) possum repetere. *Zas.*

4 Id est, perinde est, ac si transegisseu.

5 Imo, cautio Mutiana videtur admittenda. *l. 7. ff. de cond. & demonst.*

6 Datum, ne fires ad judicem, in *princ. ff. eod.* vel, ne Stichum manumitteres, *ut hic.* repeti non potest, licet mihi non caveris, de non eundo, aut de non manumittendo: nisi &c, ut caveretur, datum sit.

7 Si dedi, ut manumitteres, *ut hic.* vel, ut intra certum tempus manumitteres, licet mihi pœnitere re integra, & datum condicere. Res non est integra, si post tempus conditionis mortuus est. §. 3. *ff. eod.* An idem erit si dedero Ecclesiæ pieve alicujus causæ gratia? Ludovicus Romanus ita censet exemplo libertatis, *ut hic.* quam piam causam esse constat: Zasius contra.

8 Pœnitentiæ re integra locus est in contractibus innominatis: imo locus pœnitentiæ esse non videtur. *l. 4. C. si mancipia fuerit alien.*

9 Nec fit manumissus sc.

10 Id est, si manumissus ante id tempus.

11 Quoties causa per casum fortuitum non potest impleri, tantum abest, ut dati competat condictio, *l. 10. C. eod.* ut si non datum sit, promissum tamen condici possit, *ut hic.*

12 Amita, Tacit. 1. Dion *in Nerone.* vide Cujac. *18 obs. 23.*

13 Qui bona fide mihi serviens, vel quasi, non vere tamen statuliber pretium manumittendi sui causa dedit, liber detectus pretium repetit.

14 Quod spe mei favoris consequendi solvitur, non repetitur. Hinc Zas. propositum animo retentum propter captandam benevolentiam repetitionem non inducit. Ita verba honorifica non inducunt obligationem.

15 Errans non transfert dominium.

16 Dominium traditione non transfertur, quoties error intervenit, *ut hic.* Quid, si traditio facta est autoritate judicis? *l. Pomponius. 13. §. si ususfru. 9. ff. de adquir. possess.* vel arbitri? *l. cum specialis. 18. C. de jud.* aliud. Quid, si à lege? idem, *l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2.* Quid, si ea traditione aliqua liberatio contigerit? Idem quoque, *l. si ego. 18. ff. de reb. cred.* Quid, si error in recipiente, non in tradente? Æque idem. *l. regula. 9. §. qui ignoravit. 4. ff. de juris & facti ignorantia. l. ejus, qui. 41. ff. si cert. pet.* Cætera vide apud Socinum, *regul. 98.* 17 *l. 20. in fine. ff. fam. erciscund.* 18 Liberatio facta ob causam, causa non secuta, condicitur. *l. 10. ff. eod.* 19 Id est, cum conveniret, & sic hæc acceptilatio facta fuerat sub conditione. 20 Acceptilatio fieri potest sub modo: An in diem? an sub conditione? vide quæ notavi ad *l. 5. ff. de accept.* 21 *Expromissor* est, qui pro non obligato, veluti pro servo, *l. 7. §. 8. ff. de dolo.* ut fidejussor, qui pro obligato datur. Interdum tamen illa duo confunduntur. Conjunge huic legi *l. 9. ff. de præscript.* 22 Id est, si dedi, ut faceres. An hic contractus est innominatus, an potius nominatus, locatio sc. & conductio? v. *l. 5. §. 2. ff. de præscr.* 23 In contractibus innominatis ei, qui implevit, licet pœnitere altero invito, autequam is sua ex parte impleat, idque jure civili, *ut hic.* & Canonico. *Jas. Zas.* nisi agatur de pia causa, de dote, libertate, de lite renovanda, nisi post dationem aliquid fieri ex intervallo conveuit, nisi pœnitendi facultati renunciatum sit, nisi de permutando, nisi sub conditione, nisi de contractu aliquo innominato, non respectivo actum sit, nisi talis contractus sit vestitus publica scriptura, aut juramento partium. *Jas. Zas.* 24 In contractibus innominatis datum condicimus, vel ex pœnitentia, vel si causa non sit secuta.

25 Itineris causa in contractu innominato ab uno contrahentium parata & erogata ea faciunt, ut res non sit integra: ideoque, datum eo nomine condici non potest, nisi hujusmodi res emptæ, pecuniam acceptam faciendi causa non consumant, *ut hic.* & nisi nuptiarum, reipublicæ, vel necessitatis causa non agatur. 26 Ut si equum, ocreas, vestes, pileum, bulgam, ensem, & his similia emerit. 27 Pœnitere etiam licet in causa libertatis, & sic in negotio favore digno, ut *l. 3. §. 1. ff. eod.* 28 Quoties mandatum revocatur, certiores faciendi sunt ii, quorum interest scire mandatum revocatum. vide tamen *l. 11. §. 1. ff. de actionib. empti.* 29 Denunciandi animi, seu voluntatis mutatio est ei, cujus interest, qui nisi admonitus esset, damnum pateretur, *ut hic. l. si pater. 4. ff. de manumissis vindicta.* 30 *Al.* Adficiatur. 31 Pœnitentiam seu condictionem dati ob causam non impediunt sumptus in ipsum rem jam facti, & instituti ab eo, qui ob causam accepit.

32 Id est, non ipsi decem, quæ accepit, restituturus est, sed servum ipsum, quem emit: atque ita condictio ob causam in id non competit, quod datum non fuit, sed in aliud. Cur ita? servus, quasi datus videtur. 33 Accepta pecunia, ut venalis servus manumittatur, non potest reperi servo fugiente. *Zas.*

33 Fugitivus alio loco vitiatur est. *Zas.*

34 Offensa, non est justa causa recedendi à contractu. *Zas.*

35 Nam rem distracturus erat, nisi tibi commodassem, aque perit, casus fortuitus ei repetit; Zasius id tentat his ex verbis colligere.

36 Excæcatur à negligentia is, qui custodire debet hominem, si præscriptio erat hominem ipsum non fugiturum. *Zasius.* nec enim tanta est custodia necessaria est in persona servi manumissionem expectantis, quam alterius. *Jason.* non etiam tam arcte custodiendus est is, qui in carcere est, mox tamen absolvendus: aut qui genere vel dignitate conspicuus sit, vel nobilis, aut miles. Ideoque judex satisfacere videtur statuto disponenti, ut accusatus delicti causa in carcerem conjiciatur, si ei ut nobili, integrum palatium, vel totam civitatem, carceris custodiæque loco destinaverit vel adsignaverit. *Jason.*

37 Vide *l. ult. in fin. ff. quarum rerum actio.*

38 Non omnis igitur, qui in itinere moritur, semper præsumitur ex itinere mortuus, nisi rei isti aliud probationis adminiculum accedat.

39 Damnum in profectione aut itinere alterius causa institutis acceptum, condici ab eo potest, cujus causa institutæ profectio est. Unde notant, jacturam in altero defendendo acceptam, ab eo sarciri oportere. Bart. *in l. quoniam multi: C. ad l. Juliam. de vi.* Bald. *in l. fidejussi. C. mandati.* Barrigat. *in cap. olim de restitutione spoliat.*

40 Qui tenetur dotem restituere soluto matrimonio, eandem matrimonio nunquam secuto restituere tenetur: Nam casus finiti morte vel divortio matrimonii, casum etiam nunquam contracti matrimonii continent.

41 Dotis promissioni tacita hæc inest conditio, si nuptiæ sequantur. *l. 4. §. 1. ff. de pact.* 42 Verisimilia in causis definiendis sequimur: ut per contrarium, non verisimilia non sequimur, ut falsa, vel falsi imaginem. Unde colligunt: verisimilia ea jure censeri, in quibus par, aut major sit ratio. Quid enim verisimilius, quam ut extraneus, qui dotem dedit, ea mente fuerit, ut dotem non secuto matrimonio reciperet, qui ea mente fuit, ut eam reciperet secuto etiam matrimonio? facit *l. Titius. 25. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. l. ult. C. de posthumis.*

43 Expressum in casum qui sibi prospicit, idem & in omissum sibi prospexisse intelligitur, si par sit ratio, vel major, *Zasius.* quem si in specie cogitasset, sine dubio non omisisset: tunc enim talis casus omissus habetur pro expresso: vel ita, Omissus casus, omissus quidem intelligitur, verum dispositioni juris communis committitur: ad ejus decisionem, jus commune quærimus: facit *lex commodissime. 10. ff. de liberis & posthumis.* Bart. *in l. Gallus. §. & quid, si tantum. d. tit. de liber. & posth.* unde rursus notant, Cautionem hominis, cautionem legis ordinariam non impedire. adde *l. ult. C. de pactis conventis.* 44 Id est, in eum casum, quo nunquam matrimonium secutum fuerit: atque ita, matrimonium finitum fingitur, quod nunquam fuit contractum: qua fictione dicitur id definere, quod nunquam cœpit. *l. 3. §. 1. ff. ususfr. quemadmod. caveat.* 45 Argumentum à contrario sensu constare hinc colligunt. adde *l. inter socerum. 26 §. cum inter. 2. ff. de pactis dotalibus.*

46 Qui ob matrimonium dedit, matrimonio non secuto datum condicere potest, quasi causa non secuta. 47 Quia oneratur præsumptionibus juris. Probationibus igitur evidentissimis utendum est adversus eum, qui pro se juris præsumptionem habet. facit *l. ult. ff. quod metus causa.* 48 Vide quæ scripsi ad *l. 31. §. 23. ff. de ædilitio edicto.* 49 Potest enim filiæ dotem donare, etiamsi matrimonium non sequatur. Eaque dos veræ dotis privilegium habitura est. *v. l. 17 18. 19. ff. de rebus autorit. judic.* 50 Cur competit? nempe quia donare filiæ in potestate pater non potest. *Gloss. & Doctores in l. si donatione. C. de collat.* nisi donet filiæ pro dote. *l. Pomponius. 8. ff. familiæ.* 51 Qui se putans debitorem, jussu mulieris, ejus marito dotis nomine solvit, nuptiis non secutis repetit, non mulier. 52 *Donare* videtur, qui scienter indebitum solvit. *v. l. 53. ff. de reg. jur.* 53 Conditione causa dati repetitur non modo res ipsa, sed omnis etiam fructus, & naturalis accessio. Cur ita? Condictiones hæ, licet re contrahantur & stricti juris sint, *§. Item Inst. quib. mod. re contrah.* æquitate tamen constant: ut id condicamus, quo adversarius factus locupletior est. *l. 26. §. 6. ff. de condict. indebiti. l. 12. in fin. ff. eod. l. 38. ff. de usuris.* 54 *V. l. 4. ff. de ritu nupt.* 55 Id est, repudium. sponsa dotem numeratam non repetit, nisi misso repudio: nec uxor, nisi facto divortio.

56 Idem habitus matrimonii, idem matrimonium. 57 Improprie sumpta, *v. l. 4. §. 3. ff. de gradibus.* huc refer *l. 5. C. de heredib. instituendis.* 58 Adfinitatem inter sponsum & sponsam, virum & uxorem esse hinc colligitur. 59 Dos data non repetitur, donec matrimonium seu sponsalia sperantur effectum sunm consecutura. *Zas.* 60 Conditio ob causam mulieri adquiritur per liberam personam, dotem ei constituentem animo donandi. An id receptum favore dotis, ut Baldus putat? An potius jure seu vi ipsius numerationis, ut Jason, *arg. l. 1. C. de adquir. possess. l. 1. C. per quas personas. l. traditio. 20. in fin. ff. de adquir. rer. dom.*? 61 *l. 7. vers. sed si cum. ff. eod.* 62 *V. l. 78. in fin ff. de jure dotium.* 63 Exceptio, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui facta est delegatio ex causa onerosa. *Angel.* 64 *V. l. 55. ff. de reg. jur.* 65 Lucrum dotis merum lucrum non est, cum oneris in matrimonio sustinendi causa concedatur. 66 Quod esse non oportet. *l. 4. §. 21. ff. de dote male excepta.*

tat, non oportet ei condici. Plane cavebit, *ut, si in præstatem suam per venerit servus, restituat id, quod accepit,* eo minus, quo vilior 33 servus factus est propter fugam. † Plane si adhuc eum manumitti velit is, qui dedit, ille vero manumittere nolit propter fugam offensus 34, totum, quod accepit, restituere cum oporteat. Sed si eligat is, qui decem dedit, ipsum servum consequi necesse est, aut ipsum ei dari, aut, quod dedit, restitui. Quod si distracturus non 35 erat eum, oportet id, quod accepit, restituisse: nisi forte diligentius 36 eum habiturus esset, si non accepisset, ut manumitteret: tunc enim non est æquum, eum & servo, & 37 toto pretio carere.

§. 4. Sed ubi accepit, *ut manumitteret*, deinde servus decessit, si quidem moram fecit manumissioni, consequens est, ut dicamus refundere eum, quod accepit: quod si moram non fecit, sed, cum profectus esset ad Prasidem, vel apud quem manumittere posset, servus in itinere decesserit, verius est, si quidem distracturus erat, vel quo ipse usurus, oportere dici, nihil eum refundere debere: enimvero si nihil eorum facturus, ipsi adhuc servum dicimus obisse: decederet enim & si non accepisset, ut manumitteret: nisi 38 forte profectio 39 manumissionis gratia, morti causam præbuit: ut vel à latronibus sit interfectus, vel ruina in stabulo oppressus, vel vehiculo obtritus, vel alio quo modo, quo non periret, nisi manumissionis causa profiscisceretur.

De eo, quod datum est nomine dotis.

VI. IDEM lib. III Disputationum.

SI extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset, *ut quoquo modo finitum esset matrimonium, dos ei redderetur* 40, nec fuerint nuptiæ 41 secutæ, quia de his casibus solummodo fuit conventum, qui matrimonium sequuntur, nuptiæ autem secutæ non sint, quærendum erit, utrum mulieri condictio, an ei, qui dotem dedit, competat? Et verisimile 42 est 43, in hunc 44 quoque casum, eum, qui dat, sibi prospicere: nam 45, quasi causa non secuta, habere potest condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato 46: nisi forte evidentissimis probationibus 47 mulier ostenderit, hoc eum ideo fecisse, ut ipsi magis 48 mulieri, quam sibi prospiceret. §. 1. Sed & si pater pro filia det, & ita convenit, nisi evidenter aliud 49 actum sit, condictionem patri competere 50 Marcellus ait.

Error dantis facit, ut ei competat condictio, non mulieris. Duarenus.

VII. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

QUi se debere pecuniam mulieri putabat, jussu ejus, dotis nomine promisit sponso, & solvit: nuptiæ deinde non intercesserunt: quæritur est, utrum ipse potest repetere eam pecuniam, qui dedisset, an mulier? Nerva & Atilicinus responderunt, quoniam putasset 51 quidem debere pecuniam, sed exceptione doli mali tueri se potuisset, ipsum repetiturum: sed si 52 cum sciret se nihil mulieri debere, promisisset, mulieris esse actionem: quoniam pecunia ad eam pertineret: si autem vere debitor fuisset, & ante nuptias solvisset, & nuptiæ secutæ non fulsserit, ipse posse condicere: causa debiti integra mulieri ad hoc solum manente, ut ad nihil aliud debitor compellatur, nisi ut cedat ei condictitia actione. §. 1. Fundus dotis nomine traditus, si nuptiæ insecutæ non fuerint, condictione repeti potest: fructus 53 quoque [condici] poterunt. Idem juris est de ancilla, & partu ejus.

Datum causa dati non repetitur, donec matrimonium putatur subesse, vel spes est, quod contrahetur. Bartolus.

VIII. NERATIUS lib. II Membranarum.

QUod Servius *in libro de doribus* scribit, *si inter eas personas, quarum altera nondum justam ætatem habeat, nuptiæ factæ sint, quod dotis nomine interim datum sit, repeti posse*, sic intelligendum est, ut si divortium 55 intercesserit prius, quam utraque persona justam ætatem habeat, sit ejus pecuniæ repetitio: donec autem in eodem 56 habitu matrimonii permanent, non magis id repeti possit, quam quod sponsa sponso dotis nomine dederit, donec maneat inter eos 57 adfinitas 58: quod enim ex ea causa, nondum colto matrimonio datur (cum sic detur, tanquam in dotem perventurum) quamdiu 59 pervenire potest, repetitio ejus non est.

De eo, quod promissum est per errorem nomine dotis.

IX. PAULUS lib. XVII ad Plautium.

SI donaturus mulieri, jussu ejus sponso numeravi 60, nec nuptiæ secutæ sunt, mulier 61 condicet. Sed si ego contraxi cum sponso, & pecuniam in hoc dedi, *ut si nuptiæ secutæ essent, mulieri dos adquireretur: si non essent secutæ, mihi redderetur*, quasi ob rem datur, & re non secuta, ego à sponso condicam. § 1. Si quis indebitam 62 pecuniam, per errorem, jussu mulieris, sponso ejus promisisset, & nuptiæ secutæ fuissent, exceptione doli mali uti non potest 63, maritus enim suum 64 negotium gerit: & nihil dolo facit nec decipiendus 65 est: quod fit, si cogatur indotatam 66 uxorem habere: itaque adversus 67 mulierem condictio ei competit, ut aut repetat ab ea quod marito dedit: aut ut liberetur, si nondum solverit. Sed si, soluto matrimonio, maritus peteret, in eo duntaxat exceptionem obstare * debere *, quod mulier receptura esset.

De acceptilatione.

XI. JAVOLENUS lib. I ex Plautio.

SI mulieri ei, cui nuptura erat, cum dotem dare vellet, pecuniam, quæ sibi debebatur, acceptam 68 fecit, neque nuptiæ insecutæ sunt, recte ab eo pecunia condicetur: quia nihil interest 69, utrum ex numeratione pecunia ad eum sine causa, an per 70 acceptilationem 71 pervenerit.

De monumento faciendo.

XII. JULIANUS lib. X Digestorum.

SI heres *arbitratu* 72 *liberti tertia summa monumentum* jussus *facere*, dederit liberto pecuniam, & is accepta pecunia monumentum non faciat, condictione tenetur 73.

De mortis causa donatione.

XIII. PAULUS lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

CUm quis mortis causa donationem, cum convaluisset donator, condicit 74, fructus 75 quoque 76 donatarum rerum, & partus, & quod adcrevit rei donatæ, repetere potest.

De collatione.

XIII. MARCIANUS lib. III Regularum.

SI filius contulerit 77 fratri, quasi adgnitarus bonorum possessionem, & non adgnovit 78, repetere eum posse, Marcellus lib. V Digestorum scribit.

De indebito soluto falso procuratori.

XIV. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SI procuratori falso indebitum solutum sit, ita demum à procuratore reperi non potest, si dominus ratum habuerit 79: sed ipse dominus tenetur, ut Julianus scribit. Quod si 80 dominus ratum 81 non habuisset, etiam si debita pecunia soluta fuisset, ab ipso procuratore repetetur: non enim quasi indebitum datum [repetetur,] sed quasi ob rem datum, nec res secuta sit, ratihabitione non intercedente: vel quod furtum faceret pecuniæ falsus procurator: cum quo non tantum furti agi, sed etiam condici 82 ei posse.

Si res data pereat.

XV. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

CUm servus tuus in suspicionem furti Attio venisset, dedisti 83 eum in quæstionem sub ea causa, *ut, si id reperiatur in eo non esset, redderetur tibi*: is eum tradidit 84 Præfecto 85 Vigilum, quasi in facinore deprehensum: Præfectus Vigilum eum summo 86 supplicio adfecit. Ages cum Attio, *dare eum tibi oportere*: quia & ante mortem dare tibi eum oportuerit: Labeo ait, posse etiam ad exhibendum agi, quoniam fecerit, quominus exhiberet: sed Proculus dari oportere ita ait, si fecisses ejus hominem: quo casu ad exhibendum agere te non posse: sed si tuus mansisset, etiam furti te actum cum eo: quia re aliena ita sit usus, ut sciret se invito domino uti, aut dominum, si sciret, prohibiturum esse.

De pecunia data, ut Stichus detur.

XVI. CELSUS lib. III Digestorum.

DEdi tibi pecuniam, *ut* 87 *mihi Stichum darres*, utrum id contractus genus pro 88 portione emptionis & venditionis est? an nulla 89 hic alia obligatio est, quam ob rem dati re non secuta? In quod 90 proclivior sum: & ideo, si mortuus est Stichus, repetere possum 91, quod ideo tibi dedi, ut mihi Stichum dares 92. Finge alienum esse Stichum, sed re tamen eum tradidisse: repetere à te pecuniam potero, quia 93 hominem accipientis non feceris: & rursus si tuus est Stichus, & pro evictione ejus promittere non vis, non liberaberis, quo minus à te pecuniam repetere possim 94.

67 *l. 57. in fin. ff. de cond. indebiti. l. 1. C. de condict. indebit.*

68 *Donat*, qui debitum remittit. *l. 4. ff. eod.*

69 Numerationis, & acceptilationis similitudo. Remittere, & dare, pulsa, *cap. veniens extra de testibus.*

70 Purum debitum accepto latum statim exigi potest, si causa non fuerit secuta.

71 Qui fert accepto, *dare* intelligitur. *v. l. 115. ff. de reg. jur.*

72 Arbitratu heredis aut liberti testatores plerunque sibi tumus, epulum, aut monumentum fieri jubebant, *l. 6. l. 40. §. 5. ff. de condition. & demonstrationib.* unde arbitrium seu arbitratitia, pro funeris impensa: dixi ad Ciceronem *in Oratione post reditum*; & in *Personiana*.

73 Executores testamentarios cogi reddere rationem administrationis suæ hinc Zasius colligit: & ab ea regula ne quidem excipi fratres, qui vivo parente res paternas administrarunt: super expensis tamen credi eorum juramento, ubi probatio sit difficilis. *arg. l fin. §. in computatione. C. de jure delib.*

74 Et etiam vindicat. *l. 29. ff. de mortis causa donat.*

75 Aliud est in eo, cui inter vivos donatum est, & à quo postea donatio propter ingratitudinem revocatur. Titulus enim mortis causa donationis, vel a fuit fonte revocabilis est: inter vivos autem donatio à principio simplex, & sine conditione est.

76 Donator mortis causa convalescens, non modo rem ipsam, sed & fructus rei ita donatæ in quibus permissa

natæ condicit, *ut hic.* In donatione inter vivos aliud est: nec enim iis casibus est rerum donatarum revocatio, fructus ipsi quoque revocantur. *l. ult. C. de revocand. donat.*

77 Conferre bona sua fratribus, non est bonorum possessionem adgnoscere: non hoc facit, qui illud facit. Causa hæc est, Bonorum possessio, judicis præsentiam exigit. *l. ult. C. qui admitt.* Quid, consortium adire? non consetur: cum adire nemo possit, nisi qui jus & nomen heredis habeat. *Bald. Angel. Salicet. Alex. Jas. hic.* Quid, si non contulit, sed vel conditionem implevit, ut *l. 1. ff. eod.* vel querelam inofficii propefuit, ut *l. qui de inofficios. 20. ff. de inoffic. testamentum* fallam vel nullum dixit? Idem Bart. *in l. cum quidam. 14. ff. de bonorum possess. l. cum saltum. 46. ff. de adq. heredit.*

78 Vide *l. 3 §. penult. ff. de collat. bonorum.* 79 *l. 6. §. 9. 10. ff. de negotiis. l. 57. in fin. ff. de condict. indebit. l. 80. §. 5. ff. de furtis.* 80 Ea lege sc. vide *l. 14. ff. de solutionib.* 81 *l. 6. §. 1. ff. de condict. indebit.* vide *l. 58. ff. de solutionib.* 82 Adde *l. 22. §. 2. ff. de pignorat.* 83 *l. 15. in pr. ff. de præscriptis.* 84 Sine ulla probatione scilicet: cum alius ei imposuisset, servum illum suum esse. 85 *Præfectus vigilum* imperium habuit in servos, *ut hic. & l. 3. §. 2. ff. de officio Præfecti vigilum.* & viles personas. *l. 3. §. 1. ff. de officio Præfecti vigilum.* 86 Id est, morte: hinc constat falli eos, qui negant jure civili pœna mortis interdum fures affectos fuisse: huc facit *l. 56. §. 1.) de furtis.* vide Cujac. *9 obs. 37.* Vetat certe Justinianus, *Novell. 134. c. 13.* furi mortem infligi, aut membrum aliquod abscindi: sed aliter puniri: nec ibi furis nomine raptor intelligitur.

87 Datur hic pecunia, non ut pretium, sed ex mutuo quodam officio: nam si ut pretium daretur, emptio & venditio esset omnimodo. *l. ult. C. de prædiis decurionum.* 88 *Pro portione* quid hic est? an symmetria, seu analogia servata, ut quidam obscure volunt? an pro parte, ut alii? *l. 2. §. adeo. ff. locati.* An quia species pro quantitate promittitur, non genus? ut Bart. *l. 2. ff. si certum.* Corasius *2. Miscell. 6.* An idem, quod emptio, aut emptionis species? quod magis censeo: nam proportione (sic lego conjunctim) contractus emptionis & venditionis est, qui alterutrius species est.

89 Cur in hac specie nulla alia obligatio, quam ob rem dati? An non pecunia data est, ut Stichus daretur, & sic emptio contracta? Putant nonnulli promitti hic speciem pro quantitate, & ita contractum esse immoderatum: secus fore, si genus pro quantitate promitteatur. Atqui verisimilius est, ut ante dixi, pecuniam hic non numerari, ut pretium, sed ex mutuo quodam officio. Unde rursus observatur, permutationem interdum nummis fieri, *l. 8. §. 24. ff. de transactionib. l. 26. ff. de jure dotium. l. 21. ff. de pactis dotalibus. §. constituitur. Inst. de usufructu.* 31 Plin. 8. & eodem modo emptionem sine nummis. vide Forcatulum *29 Necyomant.* 90 Imo id genus contractus emptio est, & venditio, *l. 5. §. 1. ff. de præscriptis.* vide Zas. *2 Antinom. 3.* vide Forcatulum, *40 Necyomantiæ 5.*

91 Imo tuo periit periculo. *l. 5. §. 1. ff. de præscriptis verbis.* 92 Id est, meum faceres, quod in emptione non requiritur. *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* 93 Vide *l. 167. ff. de reg. jur.* 94 Atque ita tria consequuntur contractum dandi: quod scil. casus fortuitus non liberet ab interitu speciei: quod alienam rem dando nihil agatur: quod proprie res non ceseatur data, nisi de evictione cavetur. *Zas.*

TIT. V.

DE CONDICTIONE [1] OB TURPEM, VEL INJUSTAM CAUSAM.

De datis ob causam *vel* rem. 1. *De dato, ob rem honestam.* 2. *De turpitudine accipientis.*

1. PAULUS lib. X [2] ad Sabinum.

OMne [3], quod datur, aut ob rem datur, aut ob causam: & ob rem, aut turpem aut honestam: turpem autem, aut ut dantis sit turpitudo, non accipientis: aut [ut] accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusque. §. 1. Ob rem [4] igitur honestam datum ita repeti potest, si res, propter quam datum est, secuta non est. §. 2. Quod si turpis [5] causa accipientis fuerit, etiamsi res secuta sit, repeti potest.

2. De

RIT. C. VII.

[1] *Al.* vicesimo.

[2] Condictio, re in causam honestam collata, locum habet causa non secuta, *ut hic.* in turpem vero causa collata si fuerit, non repetetur pecunia, nisi

[3] accipientis duntaxat versabitur turpitudo. §. 2. *ff. eod.* Zas. [4] *l. 23. l. 52. l. 65. §. 4. ff. de cond. indeb. indeb.* [5] *l. 4. C. eod.*

2. De eo, quod datur judici.

II. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

VT puta dedi tibi, *ne furtivum faceas, ne furtum, ne hominem occidas*: in qua specie Julianus scribit, si tibi dedero, *ne hominem occidas*, condici posse. §. 1. Item si tibi dedero [6], *ut rem mihi reddas depositam apud te*, vel *ut instrumentum [mihi redderes]*.

§. 2. Sed si dedi, *ut secundum me in bona causa judex* [7] *pronunciaret*, est quidem relatum, condictioni locum esse: sed hic quoque crimen contrahit: judicem enim corrumpere videtur: & non ita pridem Imperator noster constituit, litem eum perdere.

De turpitudine dantis, & accipientis.

III. PAULUS lib. X ad Sabinum.

VBi autem & dantis [8] & accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus, veluti si pecunia detur, *ut* [9] *male judicetur.*

2. De turpitudine accipientis. 3. De meretrice. 4. De indicio.

IV. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

IDem, si *ob stuprum* datum sit, vel si quis in adulterio deprehensus, redemerit se: cessat [10] enim repetitio, idque Sabinus & Pegasus responderunt. §. 1. Item si dederit fur, *ne prodderetur*, quoniam utriusque turpitudo versatur, cessat repetitio.

§. 2. Quotiens autem solius accipientis turpitudo versatur, Celsus ait, repeti posse, veluti, si tibi dedero, *ne mihi injuriam faciat*.

§. 3. Sed quod meretrici datur, repeti non potest, ut Labeo & Marcellus scribunt: sed nova ratione [11], non ea, quod utriusque turpitudo versatur, sed solius dantis: illam enim turpiter facere, quod sit meretrix, non turpiter accipere, cum sit meretrix.

§. 4. Si tibi indicium [12] dedero [13], *ut fugitivum meum indices* vel *furem rerum mearum*, non poterit repeti [14], quod datum est: nec enim turpiter accepisti. Quod si [15] a fugitivo meo acceperis, *ne eum indicares*, condicere tibi hoc, quasi furi, possim: sed si ipse fur indicium a me accepit, vel furis, vel fugitivi socius, puto condictionem locum habere.

V. JULIANUS lib. III ad Urseium Ferocem.

SI a servo meo pecuniam quis accepisset, *ne* [16] *furtum ab eo factum indicaret*, sive indicasset, sive non, repetitionem fore ejus pecuniæ [17], Proculus respondit.

De eo, quod ex injusta causa apud aliquem est.

VI. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

PErpetuo Sabinus probavit veterum opinionem existimantium, * *id, quod ex injusta causa apud aliquem sit, posse condici.* In qua sententia etiam Celsus est.

De stipulatione per vim extorta.

VII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

EX ea stipulatione, quæ per vim extorta esset, si exacta esset pecunia, repetitionem esse constat.

De promisso ob turpem causam.

VIII. PAULUS lib. III Quæstionum.

SI ob turpem causam promiseris Titio, quamvis, si petit, exceptione doli mali, vel in factum summovere eum possis, tamen, si [18] solveris, non posse [te] repetere: quoniam sublata proxima causa stipulationis, quæ propter exceptionem inanis [19] esset, pristina causa, id est, turpitudo, superesset: porro autem si & dantis & accipientis turpis causa sit, possessorem [20] potiorem esse: & ideo repetitionem cessare, tametsi ex stipulatione solutum est.

De dato, ut reddatur, quod gratis reddi debuit.

IX. IDEM lib. V ad Plautium.

SI vestimenta utenda tibi commendavero [21], deinde pretium, *ut reciperem*, dedissem, condictione me recte actorum [22], responsum est: quamvis enim propter rem datum sit, & causa secuta sit, tamen turpiter datum est. §. 1. Si [23] rem locatam tibi, vel venditam à te, vel mandatam, ut redderes, pecuniam acceperis, habebo tecum ex locato, vel vendito, vel mandati actionem: quod si, ut id, quod ex testamento [24], vel ex stipulatu debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim, condictio duntaxat [25] pecuniæ datæ eo nomine erit: idque & Pomponius scribit.

IIII. C. V.

TIT. VI.

DE CONDICTIONE INDEBITI [2].

Continuatio. 1. De ignorantia & scientia solventis.

I. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

NUnc videndum de indebito soluto. §. 1. Et quidem, si [3] quis indebitum ignorans solvit, per hanc actionem condicere potest: sed si sciens [4] se non debere solvit, cessat repetitio.

De soluto, ut, si appareat indebitum, reddatur. 1. De soluto ex testamento.

II. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

SI quis sic solverit, *ut* [5], *si appareret esse indebitum vel Falcidia emersisset, reddatur*, repetitio locum habebit: negotium enim contractum est inter eos. §. 1. Si quid *ex testamento* solutum sit, quod postea falsum [6], vel inofficiosum, vel irritum, vel ruptum apparuerit, repetetur [7]: vel si post multum temporis emerserit ab alio num, vel codicilli [8] diu celati, prolati, qui ademptionem continent legatorum solutorum, vel deminutionem per hoc, quia aliis quoque legata relicta sunt: Nam Divus Hadrianus circa inofficiosum & falsum testamentum rescripsit, actionem [9] dandam [10] ei, secundum quem de hereditate judicatum est.

III. PAPINIANUS lib. XXVIII Quæstionum.

IDem est, & si solutis legatis nova & inopinata causa hereditatem abstulit: veluti nato [11] posthumo, quem heres in utero fuisse ignorabat: vel etiam ab hostibus reverso filio, quem pater obisse falso præsumserat: nam utiles actiones posthumo vel filio, qui hereditatem evicerat, dari oportere in eos, qui legatum perceperunt, Imperator Titus Antoninus rescripsit: scilicet quod bonæ [12] fidei possessor, in quantum locupletior factus est, tenetur, nec periculum hujusmodi nominum ad eum, qui sine culpa solvit, pertinebit.

IV. PAULUS lib. III ad Sabinum.

IDem Divus Hadrianus rescripsit, & si [13] aliud testamentum proferatur.

V. ULPIANUS lib. XVI ad Sabinum.

NEc novum, ut [14], quod alius solverit, alius repetat: nam & cum minor viginti quinque annis, inconsulte [15] adita hereditate, solutis legatis [16], in integrum restituitur, non ipsi repetitionem competere, sed ei [17], ad quem bona pertinent, Arrio Titiano rescriptum est [18].

De procuratore, & tutore.

VI. PAULUS lib. III ad Sabinum.

SI procurator tuus indebitum solverit, & tu ratum non habeas, posse repeti, Labeo libris posteriorum scripsit: quod si debitum fuisset, non [19] posse repeti. Celsus: ideo, * quoniam [20] cum quis procuratorem rerum suarum constituit, id quoque mandare videtur, ut solvat [21] creditori: neque [22] postea exspectandum sit, ut ratum habeat. §. 1. Idem Labeo ait, si procuratori indebitum solutum sit, & dominus [23] ratum non habeat, posse repeti.

§. 2. Celsus ait, eum, qui procuratori debitum solvit, continuò liberari: neque ratihabitionem considerari: quod si indebitum acceperit, ideo exigi ratihabitionem, quoniam [24] nihil de hoc nomine exigendo mandasse videretur: [&] ideo, si ratum non habeatur, à procuratore repetendum. §. 3. Julianus ait, neque [25] tutorem, neque [26] procuratorem solventes [27], repetere posse: neque interesse, suam pecuniam, an pupilli vel domini solvant.

Quid repetatur.

VII. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

QUod indebitum per errorem solvitur, aut ipsum [28], aut tantundem [29] repetitur.

De eo, quod mulieri debetur à marito, qui non est solvendo.

VIII. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

QUod nomine mariti, qui solvendo non sit, alius mulieri solvisset, repetere non potest: adeo debitum esset mulieri.

IX. ULPIANUS lib. LXVI ad Edictum.

NAm & maritus, si [30], cum facere nihil possit, dotem solverit [31], in ea causa est, ut repetere non possit [32].

De debito in diem.

X. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

IN [33] diem debitor, adeo debitor est, ut ante [34] diem solutum [35] repetere non possit [36].

---

6 *l. final. ff. depositi. l. 5. ff. de tutelæ & rationibus distrahendis.*

7 Die idem in tribe. *Zas.*

8 *l. 4. §. 3. l. 8. in fin. ff. cod. l. 2. C. eod. l. 5. §. 1. ff. de administrat. l. 9. ff. de dolo malo & exceptione.*

9 Vide Socin. *regul.* 3. Goth. Adde *l. 1. & ant. seq. C. de pœn. jud. qui male jud.* & Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 343. Ans.

10 Imo, non cessat. *l. 7. l. 8. ff. quod metus causa.*

11 Id est, quamvis ignominiosa conditio turpiter suscipiatur, merces tamen ejus conditionis non turpiter accipitur, ideoque nec condici poterit, *ut hic.* & de hujusmodi quæstu quis testari poterit, ut olim Flora meretrix testata est. Ad hæc, ejusmodi conditio non eam portionem repellit a successionibus testamentariis, & ab intestato. *Zas. hic.* Idem tamen negat, ex promissione stupri causa facta, eam agere posse: quinimo eo nomine datum pignus, ait non retineri, cum pignus non possit adjici obligationi, quæ per se nulla sit.

12 *Indicium*, præmium est, quod judici præstatur, *l. 43. §. 8. §. 9. ff. de furtis.* ubi dixi, *l. 15. in fin. ff. de præscript.* Adde quæ de mercedulis scripsi ad Edictum Justiniani *de Alexandrinis.*

13 Ob indicium comprehendendi furis præmium promissum, jure debetur. Paulus *sent.* 2. 31. §. 10.

14 Judicium accipere licet. *d. l. 15.*

15 Hinc colligi posse videtur, jure civili neminem teneri furem indicare, *ut hic.* non igitur furti conscius erit, si non indicaverit. *l.* 48. §. 1. *ff. de furtis.* Atque illud est, quod Julius Clarus, *lib. 5 sent. §. fin. quæst.* 89 tradit, hanc quæstionem examinans, regulariter solam scientiam non esse punibilem. Zasius addit, ne quidem jure Canonico & conscientiæ, *Episcopo furtum alicujus denunciandum.* An judici, vel domino ex officio inquirentibus delictum indicandum est? indicandum est. An etiam non inquirentibus? quid si in eos conjuretur, aut crimen sit publicum? Bartolus detegendum putat maleficium. Quod multis non placet: dicam quod sentio: in primis spectandum esse, quibus legibus vivas: ut si lege municipali denunciatio delicti cujusque a quovis exigatur, id præstetur: sin minus, non passim judicis inquisitionem antevertas, *arg. l. 31. in princ. ff. depositi.* nec in omnibus alterum deferas, sed in gravioribus, *l. 2. l. 7. ff. ad l. Pompeiam de parricid.* & futuris præsertim delictis. *arg. l. 6. ff. de pœnis.* Item, ne solus, sed cum alio testa deferas: quid enim si solus denuncias, & reus (verus alioquin) sed non manifestus, actione *l. 5. C. de ingen.* te convenire velit? Et indignum quoque est, te invidiam ac pœnam pati, legis præscripto servientem. Ex contrario, si denunciasse, vel alium detulisse sufficerit, quis innocens tandem futurus erit? 16 *l. 4. in fin. ff. eod. l. 1. 2. ff. de receptatoribus.*

17 Quinimo, rem si evulgaverit, suspendi posse, Bartolus existimat. 18 Solutio spontanea (etiam usurarum, *Jas.*) post metum adhibitum, metum purgat, & turpitudinem commissam in contractu, *l. 2. C. de his, quæ vi metusve caus.* etiam residui ratione, ut in illud competat actio. An & Principis voluntaria coronatio ejusdem meticulosam electionem purgat? Sic putat Jason.

19 De inani dixi ad *l. 6. ff. de dolo.* 20 In pari causa turpitudinis potior est causa possidentis.

21 *Al.* commodavero. 22 Gratuitam qui restitutionem debet, turpiter pecuniam restituendi causa accipit. 23 *Al.* si ob rem. *Hal.* 24 Actio ex testamento stricti juris est. Jason ex *l. 6. ff. de in litem jurando.* in eam tamen veniunt fructus & usuræ a tempore moræ, nec angustiis temporis vitiatur, ad instar actionum bonæ fidei, quas in eo imitatur. Jason, ad *l 5. de eo, quod certo.*

25 Non usuræ, ut in bonæ fidei judiciis, *in pr. ff. eod.* nec actio ex eo contractu, *Accurs.* cum tamen actio quoque bonæ fidei detur, si debitum ex bonæ fidei contractu non dederis. *Alberic. hic.*

---

1 Indebitum est quadruplex. Naturaliter, & civiliter: naturaliter, non civiliter: civiliter, non naturaliter: ope exceptionis, non naturaliter, & civiliter.

3 Indebitum qui per ignorantiam non sciens & prudens solvit, condicit. *Synopf. Basil. 52. tit. 3. ex lib. 24. tit. 6. c. 1.*

4 Sciens qui indebitum solvit, non repetit. vide *l. 6. C. eod.* 5 Id est, si quis dubitans solverit. vide *l. 11. C. eod.* aut potius animo conferendi alterius jus. *l. 15. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* 6 Testamenti hæc vitia: falsum, inofficiosum, irritum, ruptum. 7 Hoc in legato ad pias causas non admittit Baldus, *l. 2. C. de fideicommiſſar. libert.* quod Jasoni displicet *hic.* cum non sit eadem semper ratio libertatis, & piæ causæ. 8 Prolatis codicillis, vel alio testamento, quibus ademptum est legatum, vel certe rescissum, perperam soluta repetuntur. Paul. *3 sent. 6. §. ult.*

9 Condictionem indebiti. Unde colligas, testamento ob falsum viriato, seu falso pronunciato, legatorum futuram solutionem non jam impediri, sed etiam præteritam jam revocari, *ut hic.* Quid, si libertas bona fide ex testamento præstita, & id testamentum post falsum pronunciatum est? hic casus excipitur: libertas non retractatur. *l. 2. C. de fideicommiſſ. libertat.*

10 *l. 5. in fin. ff. eod.*

11 *l. 7. in fin. ff. familiæ.*

12 Locupletior factus bonæ fidei etiam possessor, tenetur. Dicamus apertius: bonæ fidei possessor, & legatarius, quibus bona fide soluta legata sunt, non tenentur, nisi, quatenus facti locupletiores sunt. Ideoque legata consumpta non tenentur, *ut hic.* Cur ita? indebiti condictio extenuata datur, quatenus accipiens factus locupletior est. *l. 26. §. 12. l. 65. §. 6. hoc tit.*

13 Legata ex primo testamento soluta, possunt per heredem in secundo testamento instituto repeti. 14 *l. 2. in fin. l. 3. 4. ff. eod. l. 46. ff. eod.*

15 Minor in integrum restituitur adversus hereditatem inconsulte aditam: ut eam nimirum omittat. *C. si minor ab hereditate se abstinuerit. l. 44. ff. de re judicata. l. 44. ff. de adquir. hered.*

16 *Subaudi*, indebitis: nam debita soluta non repeterentur. *l. in integ. ff. de minorib.* 17 *d. l. 2.* hic minor heres solvit, cognati repetunt. 18 Hoc notandum, datas ab eo interim libertates, ex fideicommisso, non revocari, *l. 31. ff. de minorib. l. 30. §. 10. §. 11. ff. de fideicomm. libert.* nec pretium servorum manumissorum a minore acceptum restitui. *l. 22. ff. de minorib.* Sed nec ea pecunia, quæ quibusdam creditoribus hereditaris soluta erit, communicabitur cæteris creditoribus. *d. l. 31.* 19 *l. 87 ff. de solutionib.* 20 *d. l. 87. ff. de solutionib.* adde *l. 46. ff. de pecul.* 21 Procurator generale mandatum habens, mandatum quoque solvendi habere intelligitur, *ut hic.* solvendi, inquam, quod civiliter deberur, non quod natura tantum. *l. si is, cui. 94. §. Paulus. 3. ff. de solutionib.* 22 Procurator secutus mandatum, quod facit, ratum per se est, neque indiget alia ratihabitione: unde notant clausulam rati mandato adjectam, supervacuam esse, cum tacite intelligatur. At Angelus putat superiore clausula concedi generalem & liberam administrationem, eo effectu, ut possit transigere, compromittere, & procuratorem constituere. *l. quam Tiberonis. 7. §. 1. ff. de peculio.* Verum communiter explosa ea opinio est, hac sententia: liberam potestatem procuratori nunquam concessam intelligi, nisi expresse concessa sit, *d. l. 7. §. 1.* ut post Glossas juris Canonici, Cuneum, Bartolum, Baldum, Salicetum, Geminianum, Ludovicum, tenet Jason. 23 *l. 14. ff. de conditione caus. dat.* 24 Mandato quantumcunque generali, & cum libera, & irrevocabili, nunquam intelligitur mandatum procuratori, ut indebitum recipiat, *ut hic. & l. 57. §. 1. ff. eod.* aut illicitum faciat, aut id, quo dominus incidat in pœnam: item, ut opponat exceptiones calumniosas, & articulos criminosos: ut possit compromittere, appellare ab executione sententiæ, recusare judicem, in carcerem conjicere debitorem mandantis, indignum eligere suo loco, negare, aut facere aliquid in præjudicium mandantis, & ejus famæ: & breviter, Procurator generaliter datus non censetur datus ad illicita, *Jason hic.* apud quem v. *de limitat. hujus regulæ.* v. etiam *l. 46. ff. de pecul. l. 6. ff. de pign.* Canonistæ addunt, generali mandato, & concellione, non intelligi ea concedi, quæ mandanti reservata sunt, jure privilegii. Quæ omnia obtinent, etiamsi procurator mandatum habeat cum libera, *l. si pater. 12. ff. de his, quæ in fraudem.* etiamsi dominus juraverit ratum habiturum gestum à procuratore: nam cum juramentum juris sit divini, merito extendi non debet ad res juri divino contrarias, hoc est, iniquas, & injustas. Quid, si procurator, quod remere litigaret, quod contumax esset, quod peteret eam rem, quam non peti dominus ipse sub pœna promisit, in pœnam incidit? Quid, si gestum a procuratore dominus ratum habuit, tacite vel expresse? Quid, si procuratorem injusta postulantem dominus ipse sciens vel præsens non prohibuit? Quid, si conflictam pœnam promisit? Quid, si justo errore ductus indebitum sine ulla culpa sua, & diligentissimus alias, recepit? Procuratoris facto dominum in pœnam incidere, ipsum denique procuratorem recte indebitum recipere, notat Jason *hic.* 25 *Synopf. Basil. 37. tit. 11. ex lib. 24. tit. 7. c. 4. 5. Harmenop. 11. §. 46.* adde *l. 13. §. 2. ff. de administr. tutorum.* 26 Imo potest, si ratum non habeat dominus, *l. 6. C. eod.* Die, directa non posse, *ut hic.* utili & subsidiaria posse, *ut hic.* 27 Indebitum solvere videtur. 28 Si species est. 29 Si quantitas. *l. 26. in fin. ff. de præscript.* 30 Dotis nomine non convenitur maritus in solidum, sed quatenus possit facere, ne egeat. *l. maritum. 12. & seq. ff. soluto matrim. & l. 20. ff. de rejudicata. l. in condemnatione. 173. ff. de regulis.* Quid, si pauper maritus totam dotem solvit? non repetit: superius enim beneficium maritus habet retinendo, non repetendo, *ut hic.* Quid, si dos in re immobili consistat, eaque exstet? ut extraneus conveniri potest. *l. 1. §. cum autem. C. de rei uxor. act.* Quid, si mulier ipsa æque inops? Quid, si maritus ideo inops, quod decoxerit? Quid, si eum dotem recuperet, se idoneum, & solvendo professus est? in solidum conveniri posse, notat hic Jason. Quid, si dote fisco vindicata, a fisco convenianur? Bartolus putat in solidum recte conveniri: a quo Alexander & Jason dissentiunt. Recte: nihil enim speciale fingendum est in fisco, nisi lex id nominatim adjiciat. *Gloss. in l. 1. C. de petit. hered.* Deinde fiscus succedens priv ato, privati jure utitur. *l. fiscus. 6 ff. de jure fisci.* Postremo textus apertus est in *l. si marito. 31. ff. soluto.* 31 *l. 5. §. 2. in fin. ff. de liberatione legata.* 32 Eo neglecto, quod egere posit: An quod deducendi privilegium marito tantum competat retinendo, non autem repetendo, ut post Baldum ait Jason? 33 Exceptione temporali & sic dilatoria tutus per errorem solvens, repetit: quod non modo verum in exceptione quavis aperta, sed etiam in tacita, & a lege præsumpta, seu quam lex dilatoriam præsumit, *Jason hic.* 34 Quid, nunc ante diem solvere cogi quis potest? in genere non est cogendus, nisi debitor sit fisci, & magnæ fisco necessitates imminent. *l. 1. C. de cadūc. ex lege.* 35 Rone ante diem solvisse eum, qui 40 post annos summam certam sive quantitatem solvere debuit: num interusurium quoque temporis repetet? Negat Bart. in *l. 1. ff. eod. & ib. l. cum quis. 10. C. de jure & facti ignorant. arg. l. nam si cum moriar. 17. ff. eod.* ut & Baldus. hoc argumento, quod eum sortem ipsam repetere non possit, non possit & usuras. *l. eos 26. C. de usuris.* In eadem sententia est Angelus & Salicetus *hic.* & Alexander in *l. 1. ff. eod.* Jac. Butrigarius & Albericus communem esse putant. Contra Jason putat posse repeti, post Glossam in *d. l. cum quis.* Butrigarium quoque, Baldum, Raphaelem Fulgos. Martinum Silium, Albericum, Imolam, imo, & Bartolum in ea sententia sibi varios fuisse, in *l. si socer. 44. §. Lucius. ff. soluto.* Movetur autem, quod plus tempore solutum æque repeti debeat, ut plus quantitate, seu re, solutum, cum dies pars sit obligationis, *l. 1. §. editiones. ff. de edendo. l. 19. in fin. l. 23. in fin. ff. l. 25. l. 40. ff. eod.* cum argumento a re ad tempus valeat, *l. milites. 81. ff. de testam. milit.* eo magis, quod indebiti condictio æquitate & natura consistat. *l. 14. ff. eod. l. non debet. 41. §. 1. ff. de reg. jur.* Et alias interusurium temporis deduci, quoties quis coactus aut per errorem solvit, jure constare. *l. si constante. 24. §. quæries. 2. ff. soluto. l. ult. 10. §. si cum. 12. l. omnes. 17. in fin. ff. quæ in fraud. cred.* Gloss. & Bart. *in l. 1. C. de condict. ex lege. l. 39. ff. eod. l. si mandavero tibi, ut pro me fidejubeas. 22. ff. mandati. l. mulier. 7. l. rerum. 29. ff. rerum amot.* Postremo indebiti condictione id omne repeti, quo quis factus est locupletior. *l 26. §. 12. ff. eod.* 36 Non idem est in debito conditionali, quia pendente conditione solutum repeti potest. *l. 16. ff. eod.*

Si de peculio condemnatus plus, quam in eo sit, solverit.

XI. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

SI is [36], cum quo de peculio [37] actum est, per imprudentiam plus [38], quam in peculio est, solverit [39], repetere [40] non [41] potest [42].

De herede.

* XII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI fundi mei usumfructum tibi dedero, falso existimans me eum tibi debere, &c. antequam repetam, decesserim, condictio ejus [43] ad heredem quoque meum transibit.

De naturali obligatione servi, & Vel pupilli.

XIII. IDEM lib. X ad Sabinum.

NAturaliter [44] etiam servus obligatur: & ideo si quis nomine ejus solvat, vel ipse manumissus [45] (ut Pomponius scribit) ex peculio, cujus liberam administrationem habeat, repeti non [46] poterit: & ob id & fidejussor pro servo acceptus [tenetur [47]]: & pignus pro eo datum tenebitur: & si servus, qui peculii administrationem habet, rem pignori in id, quod debeat, dederit, utilis pigneratitia reddenda est. §. 1. Item quod pupillus sine tutoris autoritate mutuum accepit, & locupletior [48] factus est, si pubes factus solvat, non repetit.

XIV. POMPONIUS lib. vicesimo * primo * ad Sabinum.

NAm * hoc natura [49] æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem [50].

Quid repetatur. 1. De nummis alienis. De possessione. 2. De re, cujus ususfructus alienus est.

XV. PAULUS lib. X ad Sabinum.

Ndebiti soluti condictio naturalis [51] est: Et ideo etiam quod rei solutæ accessit, venit in condictionem: ut puta partus [52], qui ex ancilla natus sit; vel quod alluvione accessit; imo & fructus, quos is, cui solutum est, bona fide percepit, in condictionem veniunt.

§. 1. Sed & si nummi alieni dati sint, condictio competet, ut vel possessio eorum reddatur: quemadmodum si falso existimans possessionem me tibi debere alicujus rei, tradidissem [53], condicerem. Sed & si possessionem tuam fecissem, ita ut tibi per longi temporis præscriptionem avocari non possit, etiam sic [54] recte tecum per indebitam [55] condictionem agerem. §. 2. Sed & si ususfructus in re soluta alienus sit, deducto usufructu à te condicam.

De debito sub conditione, vel sub die incerto.

XVI. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

SUb conditione debitum, per errorem solutum [56], pendente [57] quidem conditione repetitur, conditione autem existente repeti non potest. §. 1. Quod autem [58] sub incerto die debetur, die existente [59] non repetitur:

XVII. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

NAm si, *cum moriar*, dare promisero, & antea solvam, repetere me non posse, Celsus ait: Quæ sententia vera est [60].

XVIII. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

QUod si ea conditione debetur, quæ omnimodo existatura est, solutum repeti non potest: licet sub alia conditione, quæ an impleatur, incertum est, si ante solvatur, repeti possit.

De debitore ob pœnam creditoris liberato. 1. Si non debitor creditori solvat. 2. De communi pecunia soluta. 3. De soluto quasi ex alternata obligatione. 4. De duobus reis. De reo, & fidejussore.

XIX. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

SI pœnæ [61] causa ejus, cui debetur, debitor liberatus est, naturalis obligatio [62] manet: & ideo solutum repeti non potest.

§. 1. Quamvis debitum sibi quis recipiat, tamen si is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit [63]: veluti si [64] is, qui heredem se, vel bonorum possessorem, falso existimans, creditori hereditario solverit: hic enim neque [65] verus heres liberatus erit, & is, quod dedit, repetere poterit: quamvis enim debitum sibi quis recipiat, tamen si is, qui dat, non debitum dat, repetitio competit [66].

§. 2. Si falso [67] existimans debere, nummos solvero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt, ejus summæ partem dimidiam, non [68] corporum, condicam. §. 3. Si putem, me Stichum aut Pamphilum debere, cum Stichum debeam, & Pamphilum solvam, repetam [69] quasi indebitum solutum: nec enim pro eo, quod debeo, videor id solvisse. §. 4. Si duo rei, qui decem debebant, viginti pariter solverint: Celsus ait, singulos quina repetituros: quia, cum decem deberent, viginti solvissent: & quod amplius ambo solverint, ambo repetere possunt.

XX. JULIANUS lib. X Digestorum.

SI reus & fidejussor solverint pariter, in hac causa non differunt à duobus reis promittendi: quare omnia, quæ de his dicta sunt, & ad hos [70] transferre licebit.

XXI. PAULUS lib. III Quæstionum.

PLane si duos reos non ejusdem pecuniæ, sed alterius obligationis, constitueris, ut puta Stichi, aut Pamphili, & pariter duos datos, aut togam, vel denaria mille, non idem dici poterit in repetitione, ut partes repetant: quia nec solvere ab initio sic [71] poterunt [72]: Igitur hoc casu electio est creditoris, cui velit solvere, ut alterius repetitio impediatur.

Si quis quasi adjecto solverit. 1. De itinere.

XXII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

SEd * & * si me putem tibi aut Titio promisisse, cum aut neutrum factum sit, aut Titii persona in stipulatione comprehensa non sit, & Titio [73] solvero, repetere à Titio potero. §. 1. Cum iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi: Incerti condicam [74], ut iter mihi concedatur.

De transactione. 4. De actione dupli vel quadrupli.

XXIII. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

ELegantèr Pomponius quærit: si [75] quis suspiceatur transactionem [76] factam [vel] ab eo, cui heres est, vel ab eo, qui [77] pro curatore est, & quasi ex transactione dederit, quæ facta non est; an locus sit repetitioni? Et ait, repeti posse: ex falsa enim causa datum est. † Idem puto dicendum, & si transactio secuta non fuerit, propter quam datum est. † Sed & si resoluta sit transactio, idem erit dicendum. §. 1. Si post [78] rem judicatam quis transegerit, & solverit, repetere poterit: idcirco, quia placuit transactionem nullius esse momenti: Hoc enim Imperator Antoninus cum D. Patre suo rescripsit: retineri tamen [79], atque compensari in causam judicati, quod ob talem transactionem solutum est, potest. † Quid ergo, si appellatum sit: vel hoc ipsum incertum sit, an judicatum sit, vel an sententia valeat? Magis est, ut transactio vires habeat: tunc enim rescriptis locum esse credendum est, cum de sententia indubitata, quæ nullo remedio adtemptari [80] potest, transigitur. §. 2. Item si ob transactionem alimentorum testamento relictorum datum sit, apparet posse repeti, quod datum est: quia transactio Senatusconsulto [81] infirmatur. §. 3. Si quis post transactionem nihilominus condemnatus fuerit, dolo quidem id fit, sed tamen sententia valet: potuit autem quis, si quidem ante litem contestatam transegerit, volenti litem contestari opponere doli exceptionem: sed si post litem contestatam transactum est, nihilominus poterit exceptione doli uti post secuti [82]: dolo enim facit, qui contra transactionem expertus, amplius petit: & ideo condemnatus repetere potest, quod ex causa transactionis dedit. Sane quidem [83] ob causam dedit: neque repeti solet, quod ob causam datum est, causa secuta: Sed hic non videtur causa secuta, cum transactioni non stetur. Cum igitur repetitio oritur, transactionis exceptio locum non habet: neque [84] enim utrumque debet locum habere, & repetitio, & exceptio. §. 4. Si qua lex ab initio dupli vel quadrupli statuit actionem, dicendum est, solutum ex falsa ejus causa repeti posse.

De exceptione perpetua.

XXIV. IDEM lib. XLVI ad Sabinum.

SI is, qui perpetua exceptione tueri se poterat, cum sciret [85] sibi exceptionem profuturam, promiserit aliquid, ut liberaretur: condicere non potest.

De reo, & fidejussoribus.

XXV. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

CUm duo pro reo fidejussissent decem, deinde reus tria solvisset, & postea fidejussores [86] quina, placuit eum, qui [87] posterior solvit, repetere tria posse: hoc merito, quia tribus a reo solutis septem sola debita superabant, quibus persolutis, tria indebita soluta sunt.

De usuris. 3. De exceptione perpetua. 4. Si plus solutum sit. 7. De exceptione perpetua. 8. De peculiari debitore, & peculio adempto. 9. Si filiusfamilias mutuatus solverit. 10. De oppugnata condemnatione ex compromisso. 11. De successoribus. 12. De operis libertorum. 13. De obligatione alternata.

XXVI. IDEM lib. XXVI ad Edictum.

SI [88] non sortem quis sed usuras indebitas solvit, repetere [89] non poterit, si sortis debitæ solvit: sed si supra legitimum modum solvit, D. Severus rescripsit (quo jure utimur) repeti quidem non posse, sed sorti imputandum [90]; & si postea sortem solvit, sortem quasi indebitam repeti posse. Proinde & si ante [91] sors fuerit soluta, usuræ [92] supra legitimum modum solutæ, quasi sors indebita, repetuntur. Quid, si simul solverit? Poterit dici, & tunc repetitionem locum habere. §. 1. Supra [93] duplum [94] autem usuræ, & usurarum [95] usuræ, nec in stipulatum deduci nec exigi possunt: & solutæ repetuntur: quemadmodum futurarum usurarum usuræ. §. 2. Si quis falso se sortem debere credens, usuras solverit, potest condicere: nec videtur sciens indebitum solvisse.

§. 3. *Indebitum* autem *solutum* accipimus, non solum si omnino non debeatur, sed & si per aliquam exceptionem perpetuam [96] peti non poterat: quare hoc quoque repeti poterit: nisi sciens [97] se tutum exceptione, solvit. §. 4. Si centum debens, quasi ducenta deberem, fundum ducentorum solvi: competere repetitionem Marcellus lib. XX Digestorum scribit, & centum manere stipulationem. Licet enim placuit, rem [98] pro pecunia solutam parere liberationem; tamen si ex falsa debiti quantitate majoris [99] pretii res soluta est, non fit confusio partis rei cum [100] pecunia *: nemo enim invitus [1] compellitur ad communionem: Sed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta: ager autem retinebitur, donec debita pecunia solvatur. §. 5. Idem Marcellus ait, si pecuniam debens, oleum dederit pluris pretii, quasi plus debens, vel cum oleum deberet, oleum dederit, quasi majorem modum debens, superfluum olei esse repetendum, non totum: & ob hoc peremptam esse obligationem. §. 6. Idem Marcellus adjicit, si cum fundi pars mihi deberetur, quasi totus deberetur æstimatione facta, solutio pecuniæ solidi pretii fundi facta sit, repeti posse non totum pretium, sed partis indebitæ [pretium].

§. 7. Adeo autem perpetua [2] exceptio parit condictionem, ut Julianus lib. X scripsit, si emptor fundi damnaverit heredem suum, ut venditorem nexu venditi liberaret, mox venditor ignorans rem tradiderit, posse eum fundum condicere. Idemque, & si debitorem suum damnaverit liberare, & [ille] ignorans solverit.

§. 8. Qui filiofamilias solverit, cum esset ejus peculiaris debitor, si quidem ignoravit [3] ademptum ei peculium, liberatur: si sciet [4], & solvit, condictionem non habet: quia sciens [5] indebitum solvit. §. 9. Filiusfamilias contra Macedonianum mutuatus [6] si solverit, & patri suo heres effectus, velit vindicare nummos, exceptione summovebitur à vindicatione nummotum. §. 10. Si quis quasi ex compromisso condemnatus, falso solverit, repetere potest. §. 11. Hereditatis [7] vel bonorum possessori, si quidem defendat hereditatem, indebitum solutum condici poterit: si vero is non defendat, etiam debitum solutum repeti potest. §. 12. Libertus, cum se putaret *operas* [8] patrono debere, solvit; Condicere [9] eum non [10] posse, quamvis pu-

1 Vide *l. ult. C. commun. dividund.* 2 *Feud.* 55. §. 2. excipe casum Novellæ Leonis 102.

2 Perpetuum qui exceptionem habet, solutum per errorem repetere potest. *l.* 40 §. *eod.* 3 Ignorántia, ac justus error, solutionem factam filiofamilias excusat. *l.* 27. *in pr. ff. de pactis.* adde *l.* 14. §. *pen. ff. quando dies legat.* 4 *l.* 21. §. 1. *ff. de inofficios.* 5 Ideoque videtur donare: proinde non repetit. 6 *Mutuatus* dicitur, qui mutuum accepit. 7 Al. *heredi.* 8 De operis libertorum vide *hic Bartol. Jason. & Zasium* 1 *Resp.* 3. 9 Si per errorem operæ indebitæ datæ sint, ipse repeti non possunt. *l.* 25 *seu pen. ff. de præscriptis.* 10 Facta repeti regulariter non possunt. *arg. d. l. penult.* ff. *de præscriptis.* Quin illud notant: Obligationem antidoralem, id est, qua ad *dotis* usum patrono obligatus est, in liberto ita potentem esse, ut si operas officiales patrono præstiterit, quas sola natura ei debet, non repetat. Vide inter ea hic Jasonem, sedecim effectus enumerantem naturalis seu antidoralis obligationis.

75 *Transactio* post rem judicatam, & tantum hujus nullius est momenti. Itaque si quis ex tali transactione solvent, repetit, vel potius, quod solutum est, in satisfactionem computatur: si vero post sententiam sequatur hic appellatio, vel incertum sit, an omnino judicatum sit, vel an sententia valeat, vires habet transactio, *Synopsis Basil.* 11 *tit.* 2. *ex lib.* 24. *tit.* 6 *c.* 18. adde 1 *Harmen.* 10. §. 4.

76 Aut comprehensum. *l.* 26. §. 10. *ff. eod.*

77 *Cui.*

78 Vide *l.* 32. *C. de transactionibus.*

79 *l.* 7 §. 1. 2. *ff. de transact.*

80 Ita *Flor. al.* temperari. *al.* adtemperari.

81 Imo oratione Divi Marci, *l.* 8. *ff. de transact.* Die utrumque verum, vel ideo quod orationes principum in senem recitatas senatusconsulta sequebantur, *Cujac.* dixi plenius ad *l.* 16 *ff. de ritu nuptiar. l.* 7. *C. de prædiis minor.*

82 Cur ita? vide *l.* 2. *C. sententiam rescind.*

83 *Al.* sane si quid ob eam.

84 Duæ lucrativæ causæ non concurrunt.

85 Vide *l.* 26. §. 3. *ff. eod.*

86 Singuli sc.

87 *l.* 67. § 2. *ff. eod.*

88 Indebitas usuras qui solvit, cum sortem deberet, non repetit. Quod si supra legitimum modum usuras solvit, non repetit quidem, sed sorti imputat. Quod si sortem quoque solverit, repetet solutas, ut qui sortem non debeat: sive adeo ante sortem usuras solverit, sive post, sive simul. *Synopsis Basilic.* 52. *tit.* 3. *ex lib.* 24. *tit.* 6. *c.* 20.

89 *l.* 3. *in fin. C. de usuris.*

90 *l.* 102. *in fin. ff. de solutionibus.*

91 *l.* 18. *C. de usuris.*

92 Usuræ, quæ centesimam excedunt, per errorem solutæ repeti possunt. *Paul.* 2 *sent.* 14. §. 4.

93 *l.* 4. *in fin. ff. de nautico fœnore.* v. *Paul.* 2 *sent.* 14. §. 2 *& ibidem Cuj.*

94 Usuris sortem adæquantibus, usurarum ratio finitur. Ea ratione, in centesimas Kalendas rectè stipulari usuras licuit: hoc enim temporis spatio sortem adæquabant usuræ centesimæ legitimæ. *l. centesimis.* 46 *ff. de verb. oblig.*

95 *l.* 28. *C. de usuris.*

96 *l.* 40. *ff. eod.*

97 *l.* 24. *ff. eod. l.* 21. §. 1. *ff. de inofficios.*

98 Vide *l.* 17. *C. de solutionibus.*

99 *l.* 84. *ff. de regulis juris.*

100 Hæc verba, *cum pecunia*, Homanus expungit, 3 *observ.* 5.

putans se obligatum solvit, Julianus lib. x Digestorum scripsit: Natura [11] enim operas [12] patrono libertus debet. † Sed & si [13] non operæ patrono sunt solutæ, sed, cum officium ab eo desideraretur, cum patrono decidit [14] pecunia, & solvit, repetere non potest. † Sed si *operæ* patrono exhibuit, non officiales [15], sed fabriles [16], veluti pictorias [17], vel alias, dum putat se debere, videndum, an possit condicere [18]? Et Celsus lib. VI Digestorum putat, eam esse causam operarum, ut non sint eædem, neque ejusdem hominis, neque eidem exhibentur [19]: nam plerumque [20] robur hominis, ætas temporis [21], oportunitasque naturalis [22] mutat causam operarum: & ideo nec volens quis reddere potest. Sed hæ (inquit) operæ recipiunt æstimationem [23], & interdum licet aliud [24] præstemus (inquit) aliud condicimus: ut puta fundum indebitum dedi, & fructus [25] condico: vel hominem indebitum, & hunc sine fraude modico distraxisti: nempe hoc solum refundere debes, quod ex pretio habes: vel meis sumptibus pretiosiorem hominem feci: nonne [26] æstimari hæc debent? Sic & in proposito ait, posse [27] condici, quanti operas essem conducturus. Sed si [28] delegatus [29] sit à patrono officiales [30] operas, apud Marcellum lib. xx Digestorum quæritur? Et dicit Marcellus, non [31] teneri eum: nisi [32] forte in artificio [33] sint: hæ enim, jubente patrono, & alii edendæ sunt: Sed si solverit officiales delegatus, non potest [34] condicere, neque ei, cui solvit, creditori [35] (cui alterius contemplatione solutum est, quique suum recipit) neque patrono: quia natura ei debentur. §. 13. Si *decem aut Stichum* stipulatus, solvam quinque: quæritur, an possim condicere? Quæstio ex hoc descendit, an liberer in quinque: nam, si [36] liberor, cessat condictio: si non liberor, erit condictio? Placuit autem (ut Celsus lib. VI. & Marcellus lib. x x Digestorum, scripsit) non perimi partem dimidiam obligationis: ideoque eum qui quinque solvit, in [37] pendenti habendum, an liberaretur, petique ab eo posse reliqua quinque, aut Stichum: &, si præstiterit residua quinque, videri eum & in [38] priora [39] debita solvisse: si autem Stichum præstitisset, quinque eum posse condicere, quasi indebita: Sic posterior solutio comprobabit, priora quinque utrum debita, an indebita solverentur. Sed & si post soluta quinque, & Stichus solvatur, & malim ego habere quinque, & Stichum reddere, an sim audiendus, quærit Celsus? Et putat, natam esse quinque [40] condictionem: quamvis utroque simul soluto, mihi [41] retinendi, quod vellem, arbitrium daretur. §. 14. Idem ait, & si duo heredes sint stipulatoris, non sic posse, alteri quinque solutis, alteri partem Stichi solvi. Idem & si duo sint promissoris heredes: Secundum quæ liberatio non contingit, nisi aut utrique quina, aut utrique partes Stichi fuerunt solutæ.

[11] Cur natura? quia lex est naturæ, beneficio beneficium pensare, *l. sed & si. 25. §. consuluit. 11. ff. de testit. hered.*

[12] Operas patrono libertus natura debet, *ut hic.* operas officiales, *in fin. §.*

[13] Operarum & officii discrimen.

[14] Transigere & compromittere de operis cum patrono suo libertus potest.

[15] Operarum aliæ officiales, aliæ fabriles.

[16] Operæ fabriles, an eæ sint, quæ sine ulla disciplina præstantur? Bartolus ita putat: Jason contra sentit, argumento hujus loci.

[17] Val victorias. *Cujac. ad tit. de adquisit. per adrogationem.* ut *in l. 22. 24. ff. de operis libert.*

[18] Dic posse condicere, quando esset conducturus. *vers. sic in proposito.*).

[19] *Al.* exhibeantur.

[20] Varietate circumstantiarum variantur ejusdem hominis operæ, ut nec eædem, neque ejusdem sint, neque eidem præstentur. adde *l. nemo. 5. ff. de duobus reis. l 31. ff. de solutionibus.* vide tamen *l. 15. in fin. C. de contr. stipulat.*

[21] Alias tempus operæ unius, & ejusdem hominis uno die præstitæ, ab operibus ejusdem alterius diei distinguuntur. Sed & hoc notant, quæ tempore distinguantur, eadem semper non esse.

[22] *Al.* naturalem.

[23] Æstimatio rei condicitur, quoties res ipsa condici non potest, *l. pen. ff. de præscript. verb. l. ult. ff. de offic. præsid. l. non amplius, l. 26. §. cum bonor. 2. ff. de legat. 1.*

[24] Indebitum ipsum non semper condicimus, sed nonnunquam ejus loco aliud.

[25] *l. 15. ff. eod. l. 65. §. 5. ff. eod.*

[26] *Aliæ* non æstimari hæc debent. *& ita est in vulgata editione.* Unde colligunt, eum, qui indebitum servum acceperit, & eum pretiosiorem fecerit, sumptus non posse repetere, aut retinere æstimationem ejus, quo pretiosior est: hac nimirum ratione, quod hujusmodi conditio intrinseca sit. [27] Indebitum omni jure, solutum condici potest. [28] *Al.* sed si delegat: *alii*, sic a patrono: *mallem ita*, sed si delegatus sit a patrono ad officiales operas. [29] Delegari operæ officiales non possunt, *ut hic. & l. 4. ff. de novat.* Quid ita? cohærent personæ patroni. *l. operæ. 9. ff. de operis libert.* [30] *Aliæ* in officiales: *sed & ita*, ad officiales. [31] Cur non tenetur: cum liberto consentiente fiat delegatio, *l. 11. ff. de novationib.?* Operæ officiales a persona patroni separari non possunt. *l. 41. ff. de operis libert.* adde tamen *l. si libertus. 27. ff. de operis libert.* Goth. Interpretationem hujus §. vide apud Roderieum, *de redditibus quæst. 17. num. 86.* Anf. [32] Operæ artificiales, sicut reales operæ, transeunt ad filios, imo & ad extraneos. *Jason.* & sic delegari possunt. [33] Operæ artificiales delegari possunt, *ut hic.* cur possunt? nempe quia personæ patroni non cohærent: sed ab eo possunt separari.

[34] *Al.* non poterit. [35] Delegatio creditori fieri solet. [36] Eadem solutio non potest operari liberationem, & inducere repetitionem. *l. 32. §. 3. in fin. ff. eod. l. 34. in fine. ff. de solut.*

[37] *l. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.* [38] Alibi abest hæc particula. [39] Vide *l. 51. ff. de fidejussoribus.* [40] *Al.* in quinque. [41] Creditori scilicet: verum Id abrogatur *l. 10. in fin. C. eod.* data ei electione recipiendi, qui & dandi habuit. vide *l. 32. ff. eod.* [42] Et etiam in quo solvit indebitum: & sic non tantum ratione contractus, sed quasi forum sortimur. Gloss. Jason, & quos ille vocat Citramontanos, à quibus dissentiunt Ultramontani. Hi moventur, quod errantes non contribuant jurisdictionem: quod qui repetit, ante gesta improbet, & ita quodlibet forum attributum reo: quod in loco domicilii rei, res sit petenda, *l. 65. ff. de judiciis. l. 2. C. de Jurisd. o. f.* Illi vero, & ex quasi contractu (puta negotiorum gestorum) sortiri quemque forum probant, *l. 33. ff. eod. l. 1. 2. C. de variocinio oper.* ut ubicunque quis obligetur, ibi contrahere videatur. *l. 20. ff. de judiciis.* 43 Debitorem meum scilicet. Goth. Intellectum hujus l. vide apud Zanger. *de Except. part. 3. cap. 1. num. 46.* Anf. 44 Absolutus per sententiam injustam debitor, si solvit, non repetit: licet indebitum solverit. *Indebitum* etiam dici potest, quod quis injusta sententia judicis solvere jussus est. 45 Id est, non coactus in judicio. 46 Creditori suo, cui reipsa debebat, quique cum provocare seu appellare à sententia absolutoria deberet, ab ea non appellaverat. 47 *l. 60. ff. eod. l. 1. C. eod.* Imo potest, *l. 2. ff. de condict. sine causa.* & res judicata, pro veritate accipitur. *l. 207. ff. de regulis juris.* 48 Vox *interdum*, à regula excipit. vide *l. 78. ff. de verb. significe.* 49 *l. 14. in fine. ff. de solut. §. fin. Inst. quibus alienare.* 50 Quid repetitio hæc, daturne per in integrum restitutionem, ut Ultramontanis videtur? an sine restitutione, ut Placentino & Citramontanis? Et si per in integrum restitutionem datur, an ad ipsam condictionem indebiti datur, ut quidam putant? an ad ipsam rem omnimodo, ut Butrigarius? an ad obligationem naturalem, ut Jacobus Aretinus? An ad id, quod civiliter tantum debitum solutum est, ut Jacobus Arena & Ultramontani? An ad ipsam solutionem, quam consecuta est consumptio: ut Ray. & Sal.? Placentini & Citramontanorum opinionem sequitur Bartolus & Jason, hoc sensu, Personas hic enumeratas indebite solutum, condictione indebiti repetere, ubi aliæ personæ non repeterent. 51 *l. 46. in fine. l. 53. in fin. ff. eod.* 52 Qui tutus exceptione compensationis solvit, condicere solutum, ut indebitum, non potest: ut creditum, potest: credisti non vero indebiti condictionem habet. 53 Ut puta debebas decem ex mutuo, ego decem ex causa depositi. *l. ult. in fin. C. de compensationibus.* vide *l. 2. C. de compensat.* 54 Cautiones factæ per errorem, condici possunt. *l. 3. C. eod. l. 5. in fin. ff. de act. empt. l. 2. §. 3. 4. ff. de donat.*

De obligatione alternata. 1. De fidejussore. 2. De eo, quod mulier dedit nomine dotis. 3. De obligatione generis.

XXXII. JULIANUS lib. x Digestorum.

CUm is, qui *Pamphilum aut* [55] *Stichum* debet, simul utrumque solverit, si posteaquam utrumque solverit, aut uterque, aut alter ex his desiit in rerum natura esse, nihil repetet [56]: id enim remanebit in soluto, quod superest. §. 1. Fidejussor cum pacisceitur, *ne ab eo pecunia petatur*, & per imprudentiam solverit, condicere stipulatori poterit: & ideo [57] reus quidem manet obligatus, ipse autem sua exceptione tutus est: nihil autem interest, fidejussor an heres ejus solvat: Quod si huic fidejussori reus heres extiterit & solverit, nec repetet [58], & liberabitur. §. 2. Mulier [59], si [60] in ea opinione sit, ut credat se pro dote obligatam, quicquid dotis nomine dederit, non repetit: sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis [61] causa [62], ex qua solutum repeti non potest. §. 3. Qui *hominem generaliter* [63] promisit [64], similis [65] est ei, qui *hominem aut decem* debet [66]: & ideo, si, cum existimaret se Stichum promisisse, eum dederit, condicet [67]: alium autem quemlibet [68] dando, liberari poterit.

[55] Alternationis debitor, si reus utramque solverit, & una res apud accipientem perierit, eam, quæ superest, ut indebitam condicere non poterit. Quæ perierit, illi solventi perierit: quæ superavit, in soluto apud eum, qui accepit, manebit, *ut hic.* Ut ea ratione præfrimatur perisse res indebite soluta potius, quam debita. Quid, si sub alternatione non species, sed speciem & quantitatem debuit? Speciem eum repetere posse notant: eum quantitas perire non possit. *arg. l. incendium. C. si certum.* Quid, si creditor in mora recipiendi fuerit? vide *l. Stichum aut Pamphil. 95. ff. de solut.* Quid, si utraque species non eodem momento soluta? vide *l. cum duo. ff. eod.* Quid, si creditor mala fide utramque accepit? Aliud: hoc est, ubi superiora occurrent, re una perempta, ea, quæ supererit, poterit condici.

[56] Quid, si neuter delisit in rerum natura esse, cuinam jus eligendi erit? Hæc lex Julianum habet auctorem, quem lex 10. *C. eod.* testatur dodisse electionem debitori. vide *Cujac. 8 obsrv. 35.* vide etiam quæ notavi *ad l. 26. §. pen. in fin. ff. eod.*

[57] Eadem solutio non inducit repetitionem fidejussori, & liberationem reo principali: pareret enim effectus contrarios, quod nulli actui tribuitur. *l. 26. §. 4. §. 13. ff. eod.*

De

[58] Vide quæ notavi *ad l. 26. §. 13. in princ. ff. eod.* [59] Mater, *arg. l. 34. ff. de negot.* cie emendat Cujac. *in quadam prælectione ad me transmissa.* [60] Vide quæ scripsi *ad l. 26. ff. de donat. inter virum.* [61] Pietatis ratio efficit, ut indebiti soluti cesset repetitio. Ex hoc quoque loco notant, Dotis causam piam esse, non ex se, sed si a matre vel sorore promissa fuerit. [62] Vide *l. 5. ff. de servo corrupto. l. 14. §. 7. ff. de religiosis.* [63] *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* 64 Quemlibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, est debitoris: æque ac in stipulatione alternativa. *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* [65] Generalis obligationis & alternativæ similitudo, *ut hic, & l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* Interdum tamen differunt, de quo vide Zasium. 2 *Responsor. ult.*

[66] Is enim (utpote debitor sub disjunctione, electionem habet solvendi, quem velit.

[67] Imo, nihil repetet, *l. 19. in fi. ff. de legat. 2.* vide Cujac. 8 *obsrv. 35.* [68] *l. 52. ff. mandati.* adde *l. 35. C. de donat.* 69 Impensas in alieno faciens, eas servar non condicendo, sed retinendo, *ut hic.* Atqui indebitum qui accipit, tenetur condictione: cur non eodem jure qui fundum suum occupavit, in quo alius expensas fecit, expensarum ratione condictione indebiti non tenebitur? Is, cui non debitam pecuniam solvi (ita hic legendum videtur) hoc ipso quod indebitum accipit, aliquid negotii gerit: Cum autem ædificium in sua area ab alio positum, occupat, nullum negotium contrahit. *vers. nam.* Cur tam varie? Cui indebitam pecuniam solvi, hoc ipso, quod omnimodo indebitum accipit, negotium gerit, contrahere & contractu obligari videtur. Posteriore casu haud omnino non suum, nec omnino indebitum accipit: Nam etsi ædificium quidem ab alio positum accipit, quia tamen in area sua positum occupat, non tam indebitum, quam suum occupasse intelligitur: Quidquid enim areæ alienæ inædificatur, solo cedit. Pouamus areæ dominum ejus possessionem non occupasse, sed ab eo, qui ædificium posuit, accepisse: Ne hoc quidem casu qui ædificium posuit, condictionem habiturus sit. Quo jure? condicere ea quisque solet, quæ accipientis fecit. In hac specie qui possessionem tradidit, nihil accipientis fecit, cum rem suam dominus habere coperit, *vers. sed etsi.* Ex his constat, eum, qui cum se heredem existimaret, insulam hereditariam fulserit, impensas nullo alio modo, quam per retentionem servare posse, *vers. & ideo.* Quod uti verum sit, stricto, an æquo jure, mox explanabo. 70 Qui in alieno ædificat, si possidet, repetit: si non possidet, non condicit stricto jure, *ut hic.*

[69] Ut competat condictio indebiti, requiritur, ut aliquod negotium gestum sit inter partes: & merito, quia condictiones sunt actiones personales, quæ præsupponunt obligationem inter partes. *Jason.* 72 *Forte legendum*, cui non debitam pecuniam solvi, ut *notatum est.* nisi dicas indebitam pecuniam solventem obligare sibi accipientem. 73 Imo habebit. vide *l. 40. §. 1. ff. eod.*

[70] Ad expensas factas bona fide in rem alienam nullum aliud habeo remedium ad eas consequendas, quam retentionis. *Jason.* nisi ex æquo & bono, *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Castrens.* Sed Molinens *ad consf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 101. & seq.* ait etiam malæ fidei ædificatorem ad eas sumptus repetendos (quibus sc. domini fundi conditio facta est melior) actionem habere: idque probat, *l. 6. §. 3. ff. de negot. l. 38. ff. de petit. her. l. 2. in fin. C. de rei vind. l. 14. ff. de donationibus.* & leges omnes contrarias ad jus strictum & juris rigorem refert. 75 Retentione tantum quæ dam servantur. 76 *Subaudi*, ipsius heredis proprius. 77 Hereditate relicta ex causa futura, condictione ob causam: ex causa præterita, indebiti condictione agitur. 78 Heres, qui invitus hereditatem fideicommisso obnoxiam adit, neque incommodum, neque lucrum ex ea hereditate consequitur. *l. quia paterat. ff. ad Treb.* 79 Cur non habet? nempe quia decem dare jussus est, non hereditatis, sed fundi nomine, ac præterea hereditatem fideicommisso obnoxiam ab herede invito, & adire coacto accepit: ut ea de causa decem quoque præstare ei non debuerit. Non fundi quoque nomine decem dedit, quem hic subintelligere debemus ab herede non præstitum. adde *l. 65. §. 3. ff. eod.* 80 Adde *l. 14. §. ult. ff. jud. solvi.* 81 Facta executione a lege, *l. 19. ff. de leg. 2.* vel ab homine, non admittitur purgatio more, *ut hic Jas.* 82 Moræ purgatio non admittitur post executionem factam a lege, vel homine. *d. l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2. l. trajectitia. §. de illo. ff. de oblig. Bart. in l. insulam. ff. de verb. oblig.* 83 Id est vas, quo farina subigitur. *Pollux*, 6 *c.* 12. alias μαγὶς, vel lancem, *Ælius. 13. c. 11.* (dictam magidem à magnitudine Varro testatur 4 *de lingua:*) vel mensam significat. *Pollux*, 6 *c.* 12. 84 Qui rem alienam pignori sciens accipit, is furtum committit, *ut hic. & arg. l. 12. in fin. C. de furtis.* An aliud erit, si nesciens accipit? Sic putat Castrensis (ut merito Jason statutum Judæorum reprehendat, apud quos nemo cogitur pignus furtivum restituere), atque ita videtur retineri pignus posse, quousque eredita pecunia restituatur: si ita est, hoc casu restringitur. *l. 2. C. de furt.* 85 Vide quæ dixi ad *l. 1. C. de furt.*

XXXIII. IDEM lib. XXXIX Digestorum.

SI in area tua ædificassem, & [69] tu ædes possideres, condictio locum non habebit [70]: quia [71] nullum negotium inter nos contraheretur: nam is, qui [72] non debitam pecuniam solverit, hoc ipso aliquid negotii gerit: cum autem ædificium in area sua ab alio positum dominus occupat, nullum negotium contrahit. † Sed [&] si is, qui in aliena area ædificasset, ipse possessionem tradidisset, condictionem non [73] habebit: quia nihil accipientis faceret, sed suam rem dominus habere incipiat: Et ideo constat, si quis, cum existimaret se heredem esse, insulam hereditariam fulsisset, nullo [74] alio modo, quam per retentionem [75] impensas servare posse.

[71] Mala fide utramque accepit? Aliud: hoc est, ubi superiora occurrent, re una perempta, ea, quæ supererit, poterit condici.

[72] Quid, si uterque scit? Quid, si creditor mala fide utramque accepit? Aliud: hoc est, ubi superiora occurrent, re una perempta, ea, quæ supererit, poterit condici.

[73] Quemlibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, est debitoris: æque ac in stipulatione alternativa. *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* 64 Quemlibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, est debitoris: æque ac in stipulatione alternativa. *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* [65] Generalis obligationis & alternativæ similitudo, *ut hic, & l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* Interdum tamen differunt, de quo vide Zasium. 2 *Responsor. ult.*

[74] Ad expensas factas bona fide in rem alienam nullum aliud habeo remedium ad eas consequendas, quam retentionis. *Jason.* nisi ex æquo & bono, *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Castrens.* Sed Molinens *ad consf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 101. & seq.* ait etiam malæ fidei ædificatorem ad eas sumptus repetendos (quibus sc. domini fundi conditio facta est melior) actionem habere: idque probat, *l. 6. §. 3. ff. de negot. l. 38. ff. de petit. her. l. 2. in fin. C. de rei vind. l. 14. ff. de donationibus.* & leges omnes contrarias ad jus strictum & juris rigorem refert. 75 Retentione tantum quædam servantur. 76 *Subaudi*, ipsius heredis proprius. 77 Hereditate relicta ex causa futura, condictione ob causam: ex causa præterita, indebiti condictione agitur. 78 Heres, qui invitus hereditatem fideicommisso obnoxiam adit, neque incommodum, neque lucrum ex ea hereditate consequitur. *l. quia paterat. ff. ad Treb.* 79 Cur non habet? nempe quia decem dare jussus est, non hereditatis, sed fundi nomine, ac præterea hereditatem fideicommisso obnoxiam ab herede invito, & adire coacto accepit: ut ea de causa decem quoque præstare ei non debuerit. Non fundi quoque nomine decem dedit, quem hic subintelligere debemus ab herede non præstitum. adde *l. 65. §. 3. ff. eod.* 80 Adde *l. 14. §. ult. ff. jud. solvi.* 81 Facta executione a lege, *l. 19. ff. de leg. 2.* vel ab homine, non admittitur purgatio more, *ut hic Jas.* 82 Moræ purgatio non admittitur post executionem factam a lege, vel homine. *d. l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2. l. trajectitia. §. de illo. ff. de oblig. Bart. in l. insulam. ff. de verb. oblig.* 83 Id est vas, quo farina subigitur. *Pollux*, 6 *c.* 12. alias μαγὶς, vel lancem, *Ælius. 13. c. 11.* (dictam magidem à magnitudine Varro testatur 4 *de lingua:*) vel mensam significat. *Pollux*, 6 *c.* 12. 84 Qui rem alienam pignori sciens accipit, is furtum committit, *ut hic. & arg. l. 12. in fin. C. de furtis.* An aliud erit, si nesciens accipit? Sic putat Castrensis (ut merito Jason statutum Judæorum reprehendat, apud quos nemo cogitur pignus furtivum restituere), atque ita videtur retineri pignus posse, quousque eredita pecunia restituatur: si ita est, hoc casu restringitur. *l. 2. C. de furt.* 85 Vide quæ dixi ad *l. 1. C. de furt.*

Si quis in alieno solo ædificaverit, aut insulam alienam fulserit.

XXXIV. IDEM lib. XL Digestorum.

IS, cui hereditas tota per fideicommissum relicta est, & præterea fundus [76], *si* [77] *decem dedisset heredi*, & heres suspectam [78] hereditatem dixerit, & eam ex Trebelliano restituerit, causam dandæ pecuniæ non [79] habet: & ideo quod eo nomine, quasi implendæ conditionis gratia dederit, condictione repetet.

[76] Furti tenetur, qui scit rem alienam apud se pignori deponi: qui sciens rem alienam pignori accipit. Quod quidam extendunt ad eos, qui alea pecuniam alienam scientes lucrantur, puta dominicam à servo vel institore, patriam seu paternam à filio. 87 Depositi species est pignori positum, *ut hic.* & apud Paulum 2 *sent. 5. §. 1.* Quid ita? Pignus est contractus, quo res apud creditorem deponitur: hypotheca vero, quo res tantum ei obligatur. 88 Si tamen consumpta est; vel ratum habuit dominus, vel solvi noluit: alias, si extaret, vindicatur. *Albericus.*

De conditione fideicommissi.

XXXIV. IDEM lib. XL Digestorum.

IS, cui hereditas tota per fideicommissum relicta est, & præterea fundus [76], *si* [77] *decem dedisset heredi*, & heres suspectam [78] hereditatem dixerit, & eam ex Trebelliano restituerit, causam dandæ pecuniæ non [79] habet: & ideo quod eo nomine, quasi implendæ conditionis gratia dederit, condictione repetet.

[77] Eadem solutio non inducit repetitionem fideijussori, & liberationem reo principali: pareret enim effectus contrarios, quod nulli actui tribuitur. *l. 26. §. 4. §. 13. ff. eod.*

[78] Vide quæ notavi *ad l. 26. §. 13. in princ. ff. eod.* [79] Mater, *arg. l. 34. ff. de negot.* cie emendat Cujac. *in quadam prælectione ad me transmissa.* [60] Vide quæ scripsi *ad l. 26. ff. de donat. inter virum.* [61] Pietatis ratio efficit, ut indebiti soluti cesset repetitio. Ex hoc quoque loco notant, Dotis causam piam esse, non ex se, sed si a matre vel sorore promissa fuerit. [62] Vide *l. 5. ff. de servo corrupto. l. 14. §. 7. ff. de religiosis.* [63] *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* 64 Quemlibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, est debitoris: æque ac in stipulatione alternativa. *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* [65] Generalis obligationis & alternativæ similitudo, *ut hic, & l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* Interdum tamen differunt, de quo vide Zasium. 2 *Responsor. ult.*

[79] Ad expensas factas bona fide in rem alienam nullum aliud habeo remedium ad eas consequendas, quam retentionis. *Jason.* nisi ex æquo & bono, *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Castrens.* Sed Molinens *ad consf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 101. & seq.* ait etiam malæ fidei ædificatorem ad eas sumptus repetendos (quibus sc. domini fundi conditio facta est melior) actionem habere: idque probat, *l. 6. §. 3. ff. de negot. l. 38. ff. de petit. her. l. 2. in fin. C. de rei vind. l. 14. ff. de donationibus.* & leges omnes contrarias ad jus strictum & juris rigorem refert. 75 Retentione tantum quædam servantur. 76 *Subaudi*, ipsius heredis proprius. 77 Hereditate relicta ex causa futura, condictione ob causam: ex causa præterita, indebiti condictione agitur. 78 Heres, qui invitus hereditatem fideicommisso obnoxiam adit, neque incommodum, neque lucrum ex ea hereditate consequitur. *l. quia paterat. ff. ad Treb.* 79 Cur non habet? nempe quia decem dare jussus est, non hereditatis, sed fundi nomine, ac præterea hereditatem fideicommisso obnoxiam ab herede invito, & adire coacto accepit: ut ea de causa decem quoque præstare ei non debuerit. Non fundi quoque nomine decem dedit, quem hic subintelligere debemus ab herede non præstitum. adde *l. 65. §. 3. ff. eod.* 80 Adde *l. 14. §. ult. ff. jud. solvi.* 81 Facta executione a lege, *l. 19. ff. de leg. 2.* vel ab homine, non admittitur purgatio more, *ut hic Jas.* 82 Moræ purgatio non admittitur post executionem factam a lege, vel homine. *d. l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2. l. trajectitia. §. de illo. ff. de oblig. Bart. in l. insulam. ff. de verb. oblig.* 83 Id est vas, quo farina subigitur. *Pollux*, 6 *c.* 12. alias μαγὶς, vel lancem, *Ælius. 13. c. 11.* (dictam magidem à magnitudine Varro testatur 4 *de lingua:*) vel mensam significat. *Pollux*, 6 *c.* 12. 84 Qui rem alienam pignori sciens accipit, is furtum committit, *ut hic. & arg. l. 12. in fin. C. de furtis.* An aliud erit, si nesciens accipit? Sic putat Castrensis (ut merito Jason statutum Judæorum reprehendat, apud quos nemo cogitur pignus furtivum restituere), atque ita videtur retineri pignus posse, quousque eredita pecunia restituatur: si ita est, hoc casu restringitur. *l. 2. C. de furt.* 85 Vide quæ dixi ad *l. 1. C. de furt.*

Si servus, qui rem commodavit creditori, cui commodatarius eam rem pignoraverit, pecuniam dederit.

XXXVI. PAULUS lib. V Epitomarum Alfeni Digestorum.

SErvus cujusdam, insciente domino, *magidem* [83] commodavit; is, cui commodaverat, pignori eam posuit, & fugit; qui accepit, non aliter se redditurum aiebat, quam si pecuniam accepisset [84]; accepit à servulo, & reddidit magidem: *Quæsitum* est, an [85] pecunia ab eo repeti possit? *Respondit*, si is, qui pignori accepisset magidem, alienam scit [86] apud se pignori [87] deponi, furti eum se obligasse: ideoque, si pecuniam à servulo accepisset redimendi furti causa, posse repeti [88]: sed si nescisset alienum [89] apud se deponi, non esse furem. † Item si pecunia ejus nomine, à quo pignus acceperat, à servo ei soluta esset, non posse ab eo repeti.

[80] Is enim (utpote debitor sub disjunctione, electionem habet solvendi, quem velit.

[81] Imo, nihil repetet, *l. 19. in fi. ff. de legat. 2.* vide Cujac. 8 *obsrv. 35.* [82] *l. 52. ff. mandati.* adde *l. 35. C. de donat.* 69 Impensas in alieno faciens, eas servar non condicendo, sed retinendo, *ut hic.* Atqui indebitum qui accipit, tenetur condictione: cur non eodem jure qui fundum suum occupavit, in quo alius expensas fecit, expensarum ratione condictione indebiti non tenebitur? Is, cui non debitam pecuniam solvi (ita hic legendum videtur) hoc ipso quod indebitum accipit, aliquid negotii gerit: Cum autem ædificium in sua area ab alio positum, occupat, nullum negotium contrahit. *vers. nam.* Cur tam varie? Cui indebitam pecuniam solvi, hoc ipso, quod omnimodo indebitum accipit, negotium gerit, contrahere & contractu obligari videtur. Posteriore casu haud omnino non suum, nec omnino indebitum accipit: Nam etsi ædificium quidem ab alio positum accipit, quia tamen in area sua positum occupat, non tam indebitum, quam suum occupasse intelligitur: Quidquid enim areæ alienæ inædificatur, solo cedit. Pouamus areæ dominum ejus possessionem non occupasse, sed ab eo, qui ædificium posuit, accepisse: Ne hoc quidem casu qui ædificium posuit, condictionem habiturus sit. Quo jure? condicere ea quisque solet, quæ accipientis fecit. In hac specie qui possessionem tradidit, nihil accipientis fecit, cum rem suam dominus habere coperit, *vers. sed etsi.* Ex his constat, eum, qui cum se heredem existimaret, insulam hereditariam fulserit, impensas nullo alio modo, quam per retentionem servare posse, *vers. & ideo.* Quod uti verum sit, stricto, an æquo jure, mox explanabo. 70 Qui in alieno ædificat, si possidet, repetit: si non possidet, non condicit stricto jure, *ut hic.*

[83] Furti tenetur, qui scit rem alienam apud se pignori deponi: qui sciens rem alienam pignori accipit. Quod quidam extendunt ad eos, qui alea pecuniam alienam scientes lucrantur, puta dominicam à servo vel institore, patriam seu paternam à filio. 87 Depositi species est pignori positum, *ut hic.* & apud Paulum 2 *sent. 5. §. 1.* Quid ita? Pignus est contractus, quo res apud creditorem deponitur: hypotheca vero, quo res tantum ei obligatur. 88 Si tamen consumpta est; vel ratum habuit dominus, vel solvi noluit: alias, si extaret, vindicatur. *Albericus.*

[84] Vide quæ notavi *ad l. 26. §. 13. in princ. ff. eod.* [59] Mater, *arg. l. 34. ff. de negot.* cie emendat Cujac. *in quadam prælectione ad me transmissa.* [60] Vide quæ scripsi *ad l. 26. ff. de donat. inter virum.* [61] Pietatis ratio efficit, ut indebiti soluti cesset repetitio. Ex hoc quoque loco notant, Dotis causam piam esse, non ex se, sed si a matre vel sorore promissa fuerit. [62] Vide *l. 5. ff. de servo corrupto. l. 14. §. 7. ff. de religiosis.* [63] *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* 64 Quemlibet dandi facultatem habet. Nam electio, in obligatione generis, est debitoris: æque ac in stipulatione alternativa. *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* [65] Generalis obligationis & alternativæ similitudo, *ut hic, & l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.* Interdum tamen differunt, de quo vide Zasium. 2 *Responsor. ult.*

[85] Ad expensas factas bona fide in rem alienam nullum aliud habeo remedium ad eas consequendas, quam retentionis. *Jason.* nisi ex æquo & bono, *arg. l. 32. ff. de reb. cred. Castrens.* Sed Molinens *ad consf. Par. tit. 1. §. 1. gloss. 5. n. 101. & seq.* ait etiam malæ fidei ædificatorem ad eas sumptus repetendos (quibus sc. domini fundi conditio facta est melior) actionem habere: idque probat, *l. 6. §. 3. ff. de negot. l. 38. ff. de petit. her. l. 2. in fin. C. de rei vind. l. 14. ff. de donationibus.* & leges omnes contrarias ad jus strictum & juris rigorem refert. 75 Retentione tantum quædam servantur. 76 *Subaudi*, ipsius heredis proprius. 77 Hereditate relicta ex causa futura, condictione ob causam: ex causa præterita, indebiti condictione agitur. 78 Heres, qui invitus hereditatem fideicommisso obnoxiam adit, neque incommodum, neque lucrum ex ea hereditate consequitur. *l. quia paterat. ff. ad Treb.* 79 Cur non habet? nempe quia decem dare jussus est, non hereditatis, sed fundi nomine, ac præterea hereditatem fideicommisso obnoxiam ab herede invito, & adire coacto accepit: ut ea de causa decem quoque præstare ei non debuerit. Non fundi quoque nomine decem dedit, quem hic subintelligere debemus ab herede non præstitum. adde *l. 65. §. 3. ff. eod.* 80 Adde *l. 14. §. ult. ff. jud. solvi.* 81 Facta executione a lege, *l. 19. ff. de leg. 2.* vel ab homine, non admittitur purgatio more, *ut hic Jas.* 82 Moræ purgatio non admittitur post executionem factam a lege, vel homine. *d. l. si is, cui. 19. ff. de leg. 2. l. trajectitia. §. de illo. ff. de oblig. Bart. in l. insulam. ff. de verb. oblig.* 83 Id est vas, quo farina subigitur. *Pollux*, 6 *c.* 12. alias μαγὶς, vel lancem, *Ælius. 13. c. 11.* (dictam magidem à magnitudine Varro testatur 4 *de lingua:*) vel mensam significat. *Pollux*, 6 *c.* 12. 84 Qui rem alienam pignori sciens accipit, is furtum committit, *ut hic. & arg. l. 12. in fin. C. de furtis.* An aliud erit, si nesciens accipit? Sic putat Castrensis (ut merito Jason statutum Judæorum reprehendat, apud quos nemo cogitur pignus furtivum restituere), atque ita videtur retineri pignus posse, quousque eredita pecunia restituatur: si ita est, hoc casu restringitur. *l. 2. C. de furt.* 85 Vide quæ dixi ad *l. 1. C. de furt.*

De eo, qui suum servum emit.

XXXVII. JULIANUS lib. III ad Urseium Ferocem.

SErvum meum [90] insciens à te emi [91], pecuniamque tibi solvi: Eam me à te repetiturum, & eo nomine condictionem mihi esse, omnimodo puto: sive scisses meum esse, sive ignorasses.

De eo, quod frater fratri, 1. Vel filius patri, 2. Vel pater filio naturaliter debet. 3. De fidejussore.

XXXVIII. AFRICANUS lib. IX Quæstionum.

FRater [92] à fratre [93], cum [94] in ejusdem potestate essent, pecuniam mutuatus [95], post mortem patris ei solvit: *quæsitum est*, an repetere possit? *Respondit*, utique quidem pro [96] ea parte, qua ipse patri heres extitisset, repetiturum [97]: pro ea vero, qua frater heres extiterit, ita [98] repetiturum, si [99] non minus ex peculio suo ad fratrem pervenisset: naturalem [100] enim obligationem, quæ [1] fuisset, hoc ipso sublatam videri, quod [2] peculii partem frater sit consecutus: adeo ut, si prælegatum [3] filio, eidemque debitori [id] fuisset, deductio hujus debiti à fratre ex eo fieret: idque maxime consequens esse ei sententiæ; quam Julianus probaret, si extraneo quid debuisset, & ab eo post mortem patris exactum esset, tantum judicio eum familiæ [4] erciscundæ recuperaturum à coheredibus fuisse, quantum ab his creditor actione [5] de peculio consequi potuisset. Igitur, [&] si [6] re integra familiæ erciscundæ agatur, ita peculium dividi [7] æquum esse, ut ad quantitatem ejus indemnis [8] à coherede præstetur: porro [9] eum, quem adversus extraneum defendi oportet, longe magis in eo, quod fratri debuisset, indemnem [esse] præstandum. §. 1. *Quæsitum* est, si [10] patet filio crediderit, isque emancipatus [11] solvat, an repetere possit? *Respondit*, si nihil ex peculio apud patrem remanserit, non repetiturum: nam manere naturalem [12] obligationem, argumento esse, quod extraneo agente intra annum de peculio, deduceret pater, quod sibi filius debuisset. §. 2. Contra [13] si pater, quod filio debuisset, eidem emancipato solverit, non repetet: nam hic quoque manere naturalem [14] obligationem, eodem argumento probatur: Quod si extraneus intra annum de peculio agat, etiam quod pater ei debuisset, computetur. Eademque erunt & si extraneus heres exheredato filio solverit id, quod ei pater debuisset. §. 3. Legati [15] satis accepi [16], & cum fidejussor mihi solvisset, apparuit indebitum fuisse legatum: Posse eum repetere existimavit.

De cautione amissa.

XXXIX. MARCIANUS lib. VIII Institutionum.

SI quis [17], cum à fideicommissario sibi cavere poterat, non caverit [18], quasi indebitum [19] plus debito eum solutum repetere posse, Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

De exceptione perpetua. 1. De impensis deducendis. 2. De operis liberti.

XL. IDEM lib. III Regularum.

QUi* exceptionem [20] *perpetuam* [21] *habet, solutum per errorem repetere potest* [22]. Sed hoc non est perpetuum: nam si quidem ejus [23] causa exceptio datur cum quo agitur, solutum repetere potest; ut accidit in Senatusconsulto [24] de interconstionibus [25]: ubi [26] vero in odium ejus, cui debetur, exceptio datur, perperam solutum non repetitur; veluti si filiusfamilias contra Macedonianum mutuam pecuniam acceperit, & paterfamilias factus solverit, non repetit.

§. 1. Si pars domus, quæ in diem per fideicommissum relicta est, asserit ante diem fideicommissi cedentem, & eam heres sua impensa refecerit, deducendam esse impensam ex fideicommisso constat: & si [27] sine deductione domum tradiderit, posse incerti [28] condici [29], quasi plus debito dederit. §. 2. Si pactus fuerit patronus cum liberto, *ne operæ ab eo petantur*, quidquid postea solutum [30] fuerit à liberto, repeti potest [31].

De pupillo.

XLI. NERATIUS lib. VI Membranarum.

QUod pupillus [32] sine tutoris autoritate stipulanti promiserit [33], solverit, repetitio est: quia [34] nec natura debet [35].

De pœnis.

XLII. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

POEnæ [36] non solent repeti, cum depensæ sunt [37].

De exceptione jurisjurandi.

XLIII. PAULUS lib. III ad Plautium.

SI [38] quis juraſſet *se dare non oportere*, ab omni contentione discedetur [39]: atque ita solutam pecuniam repeti posse dicendum est.

De eo, qui suum recepit.

XLIV. IDEM lib. XIV ad Plautium.

REpetitio nulla est ab eo, qui suum [40] recepit, tametsi ab alio [41], quam vero debitore, solutum est.

De

90 Suæ rei emptio non valet, eo quòd nomine soluti non pretium recipiat.

91 *l.* 18 *l.* 24. §. 2. *ff. de reb. cred.*

92 Non pigebit post rot. Interpretes, ad hanc legem, satis involutam, aliquid etiam proferre. Statum ejus ad usum fori accommodatiſſe nunc ſufficiet. & vero paucis: Nam ſentio me voluminis hujus brevitate circumſcriptum: Et extant aliquin doctiſſimorum auctorum ſelectiſſimi ad hanc legem commentarii. Secundus filius, mortuo Pertio patre (cui duodecim ſolidos facto Primi fratris debebat) peculium profectitium (aliud enim in castrensi, vel quali, *l.* 21. *C. de collation.*) totidem ſolidis conſtans, hereditati intulit. Primo fratri coheredi communicandum, *l.* 13. *C. familiæ erciſcundæ*. Dividitur hereditas. Primus, unum ſemiſſem: Secundus, alterum capit: Eidem Primo Secundus ignoratione ſumma illa duodecim, quæ patri quondam ita debuerat, integra ſolvit; quæ poſtea juris ſui admonitus, Primo ut indebite accepta condicit. Hujus actionis *prima* ſit hæc *intentio*: Primus, ſemiſſem unum recte repeti a Secundo, pro qua parte is patri heres extitiſſet, non negat: ſed alterum injuſte, cum eum habeat à Secundo, diſſolvendæ obligationis naturalis cauſa: Naturalis enim obligationis eam eſſe vim, ut à patre ſemel adquiſita non tantum in ejus perſona conſiſtat, ſed ut in ejus hereditate relicta, vel in eam reflexa, ipſis liberis, ideoque & ipſi Primo, pro ſua parte communicata cenſeatur: Juris diſpoſitione receptum eſſe, ut quæ diſſolvendæ naturalis obligationis cauſa ſoluta ſint, minime repetantur. Hujus exceptionis ſubſtantia, ex replicatione Secundi nunc ſequente colligitur: Hic obiter monebo, magnas controverſias, hujuſce *Naturalis obligationis* ratione, inter doctiſſimos interpretes motas fuiſſe. Alii filium patri naturaliter obligari poſſe, aiunt: alii negant, quod ſit una perſona cum patre: Alii peculiarum filium patri obligari poſſe naturaliter per alterum filium peculiarum negant, quod inde ſequatur, unum & eundem patrem ſibi peculiarum credere, & accipere: alii fieri poſſe aiunt, puta Accurſius inter veteres, & inter Neotericos Zaſius: Nec enim eſſe ἀδύνατον, ut unus & idem pater, diſtinctis filiorum peculiis unus per alterum obligetur, & unum per alterum ſibi obliget; ſibi, inquam, ac maxime quidem, ſi filiorum peculia ſeparatim: Nihil impedire, quominus in una, & eadem perſona, unius ejuſdemque rei ratione, actio & paſſio reperiatur; utque unus & idem pater unius filii miniſterio alterum ſibi obliget naturaliter: unum & eundem avum neptis ſuæ miniſterio, progenerum; pronepotis vero ſui, pronurum accipere: unum & eundem uxorem pronepoti accipere, pronepotem autem eidem nepti matrimonio conjungere. vide *l.* 67. §. 1. *ff. de ritu nuptiarum*: Nullam conventionem eſſe, in qua quis ſeipſum voluntarie non obliget, ac alteri volens etiam non obligetur: Nihil obſtare, quominus deſignatione patris diſtincti bonorum peculia, conventiones & obligationes juris naturæ mutuas admittant, perinde ac ſi à diverſis & extraneis hominibus contractæ fuiſſent: utque ipſe pater in ſua perſona, neque filiorum diſtinctis peculiis hujuſmodi conventiones ſervet, quas in aliorum perſonis admitteret. pacta juris naturæ alia talia eſſe, ut etiam inter parentes & liberos ſint ſervanda: Æquitatis eam eſſe vim & poteſtatem, ut ſolutius & *in wakrì* res ipſius conſideret, & ſic deſignatione patris, diſtinctis filiorum peculiis in iis eundem naturaliter obligari permittat. Fictione juri non inimica, duos, ſi fas eſt dicere, homines in uno homine, ob diverſa filiorum ejus peculia conſiderari poſſe, licet ad eundem, eumque unum, dati & accepti jus integrum, brevi manu, redeat: Medii civilis interventu naturalem obligationem contrahi poſſe: Tribus locis hac in lege naturalis obligationis inter parentem & filios mentionem fieri, eamque à fratre fratri objici: fruſtra & male ſiblatam, & remanere dici, niſi quædam exiterit: cum nec manere, nec tolli quidquam poſſit, niſi antea fuerit: Ad hæc, vel ipſo jure naſcendi, ac re ipſa, filium non eſſe eundem, qui ſit pater: patrem non eum eſſe, qui ſit filius: inde conſtare, identitatem perſonæ parentis ac filii, non tam naturalem eſſe, quam civilem, ac fictitiam. Et cum pater ac filius duo ita ſint, hujuſmodi naſcendi legem nihil obſtare, quominus inter ipſos naturalis obligatio recte contrahatur: Duas enim reipſa perſonas eſſe, quarum una alteram obligare, altera obligari poſſit: Id etiam magis perſpici, quod alter alteri pietatem & alimenta debeat: Neminem debitorem eſſe, niſi vel jure naturæ, gentium, vel civili: Quod ſi receptum ſit, ut unus liberorum patri obligari poſſit, admittendum eſſe, ut reliqui liberi eidem obligari poſſint: Fratrem fratri mutuum dando, facto ipſo eum ſibi obligare, utcumque patri res credita acquiratur. Hinc ſequi, ut frater, qui mutuum accipit, patri obligetur, cum cum nemo patri obligare poſſit, quin pariter obligetur. Sed hæc plus ſatis: nam, ſi licet dicere, plus utilitatis eſſe puto, ſi, neglectis hujuſmodi controverſiis, quæ ſiverimus potius, ecquid hodie filii parentibus adquirant, uſu reducto *l.* 6. *C. de bon. quæ lib.* Sed ad rem redeo. Secundus duo illa priora enunciata fratri Primo ultro concedit, ſaltem in his non diſputat: ſed interea, cuique hoc conſtare ait, fruſtra naturalem obligationem à Primo fratre ſibi objici, quæ ſit extincta, quæque ideo nullas vires habeat. Extinctam ex eo animadverti, quod ipſe Primus, non minus iſto ſemiſſe (contentioſo ſcilicet ac controverſo ex peculio Secundi conſequutus ſit (his verbis innuens ſe ſua ſolutione ſatis liberatum eſſe). Hæc ſit replicatio Secundi, quam expreſſit Jaſon his verſibus, *Ad reliquam partem Mevio* id eſt, Primo: *manet actio* (id eſt, obligatio) *ſalva: Sed perit obventu facti cum fratre peculii*. Quid hic Primus faciat, niſi forte reſpondeat, debiti præſtatione naturalem obligationem generaliter extingui, ſed in cauſa peculii, ac judicio familiæ erciſcundæ, præſertim inter fratres, jus quoddam eſſe ſingulare? Hæc ſit Primi duplicatio. Si pater inquit Secundus mihi duodecim vel aſſem crediditſet, peculiumque aſſe conſtans mihi prælegaſſet, ex eo prælegato atque aſſe ſemiſſem, ut heres patris creditoris mei, dividi tibi poſtulaſſes? hinc conſtat, legato peculio à patre non ceſſari liberationem filio legatam. Quod ſi tui ſemiſſis conſervandi cauſa, tibi de meo peculio ſatisfieri poſtulaſſes, æquum quoque nunc eadem ratione fuerit, ut idem ſemis peculii mei à te percepeus, extinguat in hac ſpecie naturalem obligationem, quam tu mihi paulo ante opponebas. Quorſum enim ex peculio meo ſemiſſem poſtulaſſes, niſi ut aliquam obligationem extingueres? Præterea, ſi extraneo quid debuiſſem (res ita habet, filiumfamilias peculiatum, patre mortuo, à creditoribus peculii nomine conveniri, *l.* 18. §. 1. *ff. familiæ erciſcundæ*. & iiſdem condemnari poſſe, *l.* 13. *C. famil.* condemnatum actiones ſibi cedi à creditoribus recte poſtulare, *dict. l.* 18. ut a coheredibus tantum judicio familiæ erciſcundæ recuperet, quantum creditores ab iis actione de peculio fuiſſent conſecuti, *ut hac l.* i. e. tantam quantitatem, in quantam creditoribus condemnatus fuerit, *dict. l.* 13.) & à me poſt mortem patris extinctum eſſet, tantum judicio familiæ erciſcundæ à te coherede meo recuperurus fuiſſem, quantum à me creditor actione de peculio conſequi potuiſſet. Unde conſtat mutuum à filiofamilias peculiato contractum ex ejus peculio ſolvendum eſſe: Atque ita ejus perceptione obligationem filiifamilias extingui. Igitur cum ſemiſſem ex eo perceperis, ſequitur naturalem illam ac meam obligationem extinctam eſſe. Quod ſi iterum contendas, nihil ex ſuperioribus ſequi, quod nullus in hac ſpecie extraneus debitor reperiatur, hoc tamen honeſtatis & æquitatis ratione evincetur, me non deterioris conditionis adverſus fratrem eſſe oportere, quam adverſus extraneum. Extraneus ſi ageret, de peculio ſatisfieret. Ex peculio igitur, ſi experiri cœperis, tibi ſatisfieri neceſſe fuerit: Si extraneo ex peculio fuiſſet ſemel ſatisfactum, extincta ejus obligatio diceretur. Quinetiam & adverſus patrem, extraneus, imo, ipſe emancipatus, peculio tale mutuum imputaſſem. §. 1. & 2. *ff. eod.* Quod cum hic ſit, conſtat ſemiſſem alterum, de quo mota quæſtio eſt, apud te eſſe ex nulla obligatione, ne quidem naturali, cum ea ſit extincta, eumque tibi tanquam indebitum, à me juſte condici: Jaſon his id verſibus ſic expreſſit, *Namque profectitio ſic ſunt affixa pecula* (id eſt, peculia) *Jura*, (id eſt, onera) *quod id ſemper, velut ægrum lepra, ſequatur*. Goth. Ad hanc legem vid. Zaſ. & Donell 14. *comm.* 19. Charond. *veriſimil. lib.* 1. *cap.* 9. Bellon. *ſuppur. lib* 4. *cap.* 9. Anſ. 93 Quid? hæc lex num locum tantum habet in duobus fratribus? an etiam locum habitura eſt in pluribus? Bartolus & Angelus hic negant in pluribus locum habere. Quid, locumne habet in duobus ſervis unius & ejuſdem domini? Baldus in *l. ult. C. quod cum eo.* ita putat: contrarium vero exiſtimat Jaſon, ex *l.* 1. *in fin. C. an ſervus ex ſuo facto.* 94 Mutuum frater in poteſtate, à fratre in poteſtate quoque poſito, mutuum, inquam, accipere poteſt. Atqui in poteſtate filius, nihil ſuum habere poſſe videtur? Imo poteſt, idque varie. Primum enim peculium caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe habere poteſt: quod ſi habeat, & uſumfructum, & dominium quoque habet, *l. ultim. C. de inofficioſo. l. advocati. C. de advocatis diverſ. jud. & titul. de caſtrenſi peculio. ff.* Deinde peculium adventitium habere poteſt, hoc eſt, quod neque caſtrenſe, neque quaſi caſtrenſe, neque à patre profectum, ſed aliunde, *l. cum oportet. 6. C. de bonis, quæ liberis.* cujus proprietas veteri jure patris erat: hodie, nudus uſusfructus. *dict. l. cum oportet. 1. placit.* 79. *ff. de adquir. hereditate.* Præterea profectitium peculium, hoc eſt, à patre acceptum, habere poteſt: Imo & pecuniam paternam. Hæc à rationibus patris ſeparata non eſt, peculium profectitium ſeparatum eſt. *l. peculium.* 39. *ff. de peculio.* In pecunia paterna patrem non obligat: in peculio obligare poteſt. *ff. de peculio.* unde publicatis bonis patris, ſeparatur peculium profectitium, tanquam filii fuerit. *l.* 3. §. *ſed utrum.* 4. *in fin. ff. de minoribus.* 95 Frater mutuam pecuniam ex ſuo peculio profectitio (cujus dominium eſt patris) mutuans fratri, dominium transfert: id enim mutui naturæ eſt, *l.* 2 §. *appellata. ſupra de reb. creditis.* Imo non transfert dominium in fratrem: aut certe momentarie tantum transfert: Nam qui eam pecuniam accipit frater, ſtatim adquirit patri. Quid, num dicemus hic pecuniam non peculii ſed ex peculio partam mutuo dari? An momentaneam illam dominii amiſſionem, & recuperationem, vel legis, non hominis fieri dicemus? An potius momentaria illa omnia à lege non negligi, quod ſecum trahant utilitatem ſuam, hoc eſt, jus pecuniæ ita accepræ commodius adminiſtrandæ per unum filium, quam per alium? An vero momentariam illam tranſlationem pecuniæ à ſeipſo in ſeipſum toleari, cum expreſſe ita contrahatur, non tacite? An ejus dominium adquiri per accipientem, non per eum, qui mutuum dedit, ſi modo pater id habeat? An potius adquiri, ſi pecunia ipſa ab accipiente conſumpta? 96 Creditore debitori ſuccedente, vel è contra, obligatio ſimul & actio permiſcetur, *l. Uranius. 71. ff. de fidejuſſoribus. l. debitori tuo. 7. C. de pactis*. Nam cum obligatio ſit vinculum, quo quis adſtringitur, *Inſt. de oblig.* conſtat, neminem ſeipſum ſibi recte obligare poſſe, ſive initium, ſive conſequentia omnia, ſeu poſtfacta ſpectemus, *l. pen. ff. de arbitris.* ne idem inveniatur creditor & debitor. 97 Non repetiturum Hotom. reprehenſus à Roberto 1 *recept.* 30. & Cujac. 9 *ad Africanum.*

98 Obligatio naturalis non præcit actionem, ſed reſtitutionem. *l ſi pœna. 19. l. ſi non ſortem. 16. ff. eod.*

99 Peculium enim filii, patre mortuo, inter omnes liberos defuncti dividituri & ſic, pro ea quantitate, qua peculium ad aliquem venit, præeadem tranſit onus debitorum & creditorum: Tranſit autem, non pro quota hereditatis, ſed quatenus eſt peculium, & in eo differt utilitas ex peculio percepta, ab utilitate hereditatis.

100 Obligationem naturalem tantum inter patrem & filium eſſe hinc colligunt civilem vero nullam recte contrahi putant, *l interpoſitar. 13. de tranſact.* cum jure civili pater & filius ſint una & eadem perſona, *l. nam civium 4. ff. de his, qui ſunt ſui. l. ult. C. de inſtit.* ſed & hoc colligitur, Naturalem obligationem naſci inter fratres in eadem poteſtate exiſtentes, ſi inter ſe contraxerint.

1 Quid, quæ naturalis obligatio eſſe poteſt inter patrem & filium? Peculii ratione, patrem naturaliter obligat. Obligatio ita contracta, peculii onus eſt, peculium adficit: æs contractum a filio peculiato, ex eo ſolvendum eſt.

2 Peculium a patre acceptum, eo mortuo, fratribus conferendum, ſeu communicandum: quo nomine judicio familiæ erciſcundæ, qui peculium habet, conveniri poteſt. *l. certum eſt. 13. C. familiæ. l. 12. C. de collat.*

3 *l.* 12. *C. de collat.* Prælegato peculio uni liberorum omne peculium ejus eſt, non aliorum heredum.

4 *l.* 13. *C. familiæ.* Heres quidquid neceſſitate ſolvit, id judicio familiæ repetit à reliquis coheredibus. Hoc amplius notatur, Heredibus pluribus uni exiſtentibus quemque heredem pro ſua parte poſſe ſolvere, licet defunctus pro parte ſolvere non potuiſſet. *l.* 2. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 5 Qui extraneus cum filio contrahit, filium ipſum in ſolidum obligatum habet, ac prætorea patrem ipſum, non inſolidum, ſed de peculio, *l. ſi quis cum filiofamiliæ. 44. ff. de peculio.* Ea ratione fit, ut filius ita peculiatus indemnis ſit ſervandus per heredes coheredes. 6 Retentio facilius re integra concedituar, quam actio poſt rem non integram. 7 Peculium dividi inter heredes poteſt, ut quævis alia res hereditaria. *l. filiæ licet. C. de collat. l. certum. C. familiæ.* 8 Heres unus damnatus aliquid ex ipſa hereditate ſolvere tempore diviſionis, id ex ipſa hereditate deducere non poteſt, ſed à coheredibus indemnitatem tantum exigere. vide *Jaſonem hic.* 9 Qui quem adverſus extraneum defendere & indemnem præſtare debet, eum multo magis à ſe indemnem præſtare debet, *l. venditrici. C. de reb. alienis non alien.* Nam qui defendere debet, impugnare non debet.

10 Mutuum filio peculiato pater dare poteſt, atque ita ſibi filium obligare naturaliter.

11 Mutuum, quod quis a patre filiusfamilias accipit, ſi id emancipatus ſolverit, petet, ſi peculium apud patrem remanſit: ſi nihil peculii apud patrem remanſit, non repetet, *ut hic.* Cur non repetet? quia ſemel naturali jure patri debuit, id debitum nulla peculii redditione ſuſtulit, ſi peculium Pater occupaſſet, naturale & id debitum ſuſtuliſſet. Cum igitur in hac ſpecie filius patri ſolvit, quod ex naturali obligatione debuit, non repetet, *ut hic. ibi, ſi nihil ex peculio.* Poſſis quærere, quo jure conſtet obligationem illam naturalem manere inter patrem & filium poſt ipſius filii emancipationem? manere hinc conſtat, quod filio emancipato, occupans ejus peculium pater, creditoribus filii agentibus teneatur intra annum, *ff. quando actio de peculio eſt annalis.* quod ea actione pater mihi deducere poſſet, quod mihi filius debuit, *ut hic in fine.* 12 Si pater filio peculiato, *ut hic.* & econtra, mutuum crediderit, contrahitur inter eos naturalis obligatio, quæ etiam poſt emancipationem filii durat, ſi nihil apud patrem ex peculio remanſerit. §. *prox. ff. eod.* 13 Mutuum, quod pater a filiofamilias ſuo accepit, ſi id emancipato ſolverit, non repetit. Goth. Vide Anton. Merend. Controv. *lib.* 1. *c.* 26. Anſ. 14 Pater filio naturaliter obligatur ex mutuo. 15 Id eſt, mihi ſatis datum fuit ab herede legati nomine. *l.* 8. §. 4. *ff. qui ſatisdare.*

16 Fidejuſſori indebitum ſuo nomine ſolventi competit repetitio. *l. indebitum. 47. ff. eod.*

17 *Sub.* heres. 18 Id eſt, non conſecutus eſt cautionem: unde notant, ſolventem non recepta cautione, ſolutum repetere. 19 Cautio omiſſa, ſeu non petita per errorem, condici poteſt. *l.* 3. §. 5. §. *ult. ff. ſi cui plus, quam.* 20 Vide hic Albericum. 21 Aut quaſi perpetuam, ut infra dicetur. 22 *l.* 26. §. 3. *ff. eod. l.* 54. *ff. eod. l.* 34. *in fin. ff. de ſolutionib.*

23 Velleiani exceptio indúcta eſt ejus cauſa, cum quo agitur, hoc eſt, mulieris, ſeu mulierum gratia: Macedoniani vero ejus cauſa, qui agit, hoc eſt, fœneratoris. 24 De quo dixi *l.* 10. *C. ad Velleianum. & l.* 15. *ff. ad Velleianum.* 25 Mulierum ſc. feu Velleiano: hinc collige, ſenatuſconſultum Velleianum conſtitutum eſſe favore ejus perſonæ, cum qua agitur, *ut hic.* Macedonianum vero in odium ejus, qui agit. *ff. eod.* priori caſu, ſolutum repetitur: Altero, non repetitur, *ut hic. & l.* 19. *in princ. ff. eod. l.* 9. §. *pen. & ult. ff. de ſenatuſconſ. Macedon.*

26 Præſumimus quid odio ſingulariter inductum eſſe, quoties dolo alicui lex occurrit: Contra, favore inducturn præſumimus, quoties aliquid lex conſtituit, mora imbecillitate ejus, cui fit conceſſio. 27 Omiſſa deductio impenſarum condici poteſt. 28 Id eſt, poſſeſſio condicitur. adde *l.* 21. *ff. ad Trebell.* condictione incerti repetit heres, quod retinere potuit. 29 Imo non condicetur. *l.* 33. *ff. eod.* 30 Facti juriſque ignorantia. *l.* 5. *in fin. C. de pactis.* 31 *l.* 32. §. 1. *ff. eod.*

32 Infantiæ proximus. 33 Ne quidem naturaliter in eo ſe obligaverit: ideoque quod ex causa ſolverit, recte condicet. 34 *l.* 1. §. 2. *de conſtituta. l.* 59. *ff. de obligationibus.*

35 Imo, natura debet. *l.* 21. *ff. ad l. Falcidiam.* 36 Pœna depenſa non reperitur. *Synopſ. Baſil. 52. tit. 3. ex lib. 24. tit. 6. cap.* 37. *l.* 35. *ſupr. eod.* 37 *l.* 46. *ff. de regul. jur.* vide *Cujac. 8. obſerv.* 29. *l.* 22. *de pignorat.* 38 Qui juravit ſe non debere, ſi jam ſolvit, repetit. *Synopſ. ibid.* Quid ita? Juramenti vis hæc eſt, ut qua in re juratum ſit, ea parte naturalem obligationem tollat. Igitur, ſi quid inde, hoc eſt, à præſtito jurejurando ſolutum erit, indebitum fuerit, ut indebitum mentio condicetur. 39 *l.* 3. §. 1. *ff. de jurejurando.* 40 An rem propriam, ut Stella ſentit? An ſuum debitum, ut Albericus & Zaſius, *tract. adverſus Stellam. & 1 Antinomiar. 14. l.* 5. §. 5. *ff. de doli except. l.* 12. *ff. de donat.*? 41 Imo ſi ab eo recepit, condicet. *l.* 19. §. 1. *ff. eod.* vide *Zaſium in tractatu adverſus Stellam.* Goth. Videtur obſtare *l.* 19. §. 1. *h. t.* conciliat Del Rio. *h. l.* Zaſ. *part. 1 antinomiar. num.* 14. Charond. *veriſimil. lib.* 2. *cap.* 15. Cujac. *lib.* 8 *obſ.* 9. Anſ.

De eo, quod debetur venditori hereditatis.

XLV. JAVOLENUS lib. II ex Plautio.

SI is, qui hereditatem vendidit, & emptori tradidit, id, quod sibi mortuus debuerat [42], non retinuit, repetere poterit [43]: quia * plus debito solutum per condictionem recte recipietur.

De eo, qui legata solvit nomine heredis.

XLVI. IDEM lib. IV ex Plautio.

QUi heredis nomine legata non debita ex nummis ipsius heredis solvit, ipse quidem repetere non potest [44], sed si ignorante herede nummos ejus tradidit, dominus [ait] eos recte vindicabit. † Eadem causa rerum corporalium est [45].

Si fidejussor indebitum solverit.

XLVII. CELSUS lib. VI Digestorum.

INdebitam pecuniam per errorem promisisti; eam, qui pro te fidejusserat, solvit: Ego existimo, si nomine tuo solverit fidejussor, te fidejussori, stipulatorem tibi obligatum fore, nec exspectandum est [46], ut ratum habeas: quoniam [47] potes videri idipsum mandasse, ut tuo nomine solveretur: sin autem fidejussor suo nomine solverit quod non debebat, ipsum à stipulatore repetere posse: quoniam indebitam jure gentium pecuniam solvit: quo minus autem consequi poterit ab eo, cui solvit, à te mandati judicio consecuturum; si modo per ignorantiam petentem exceptione non summoverit.

De eo, quod sub conditione vel sub die incerto debetur.

XLVIII. IDEM lib. VI [48] Digestorum.

QUi promisit, *si aliquid à se factum sit*, vel [49], *cum aliquid factum sit, dare se decem*, si prius [50], quam id factum fuerit, quod promisit, dederit, non videbitur feciſſe, quod promisit: atque ideo repetere potest [51].

Quibus condicitur.

XLIX. MODESTINUS lib. III Regularum.

HIs solis pecunia condicitur, quibus quoquo [52] modo soluta est [53]: non quibus proficit [54].

De eo, qui sciens solvit.

L. POMPONIUS lib. V ad Quintum Mucium.

QUod quis sciens [55] indebitum dedit hac mente [56], ut postea repeteret, repetere non potest.

De his, quæ retineri, non peti possunt.

LI. IDEM lib. VI ad Quintum Mucium.

EX * quibus causis retentionem [57] quidem habemus, petitionem autem non habemus, ea, si solverimus [58], repetere non possumus.

Quid interſit inter datum ob causam, & datum ob rem.

LII. IDEM lib. XXVII ad Quintum Mucium.

DAmus [59] aut ob causam, aut ob rem. † Ob causam præteritam: veluti cum ideo do, *quod* [60] *aliquid à te consecutus sum*, vel *quia aliquid à te factum est*: ut etiam si falsa causa sit, repetitio ejus pecuniæ non sit. † Ob rem vero datur, *ut aliquid sequatur*: quo non sequente [61], repetitio competit.

De conditione libertatis legatæ.

LIII. PROCULUS lib. VII Epistolarum.

DOminus testamento servo suo libertatem dedit, *si decem det* [62]; servo ignorante id testamentum non valere, data sunt mihi decem [63]: Quæritur, quis repetere potest? Proculus respondit: Si ipse servus peculiares [64] nummos dedit, cum ei à domino id permissum non [65] esset, manent nummi domini, eosque non per condictionem, sed in rem actione petere debet: si autem alius rogatu servi suos nummos dedit, facti sunt mei, eosque dominus servi, cujus nomine dati sunt, per condictionem petere potest. Sed tam benignius, quam utilius [66] est, recta [67] via [68] ipsum, qui nummos dedit, suum recipere.

Quibus ex causis condictio competit.

LIV. PAPINIANUS lib. II Quæstionum.

EX his omnibus [69] causis, quæ jure non valuerunt [70], vel [71] non habuerunt effectum, secuta per errorem solutione, condictioni locus erit.

Si prædoni solutum sit.

LV. IDEM lib. VI Quæstionum.

SI urbana prædia locaverit prædo, quod mercedis [72] nomine ceperit ab eo, qui solvit, non repetetur [73]: sed domino erit obligatus. † Idemque juris erit in vecturis navium, quas ipse locaverit, aut exercuerit: Item mercedibus servorum, quorum operæ per [74] ipsum fuerint locatæ: nam si servus non locatus mercedem, ut domino, prædoni retulit, non fiet accipientis pecunia: quod si vecturas navium, quas dominus locaverat, item pensiones insularum acceperit, ob indebitum ei tenebitur, qui non est liberatus solvendo. Quod ergo dici solet, *prædoni fructus posse condici*, tunc locum habet, cum domini fructus fuerunt.

Si incertum sit, temporaria sit an perpetua exceptio.

LVI. IDEM lib. VIII Quæstionum.

SUfficit ad causam indebiti, incertum [75] esse [76], temporaria sit an perpetua exceptionis defensio [77]: nam si qui, *ne conveniatur, donec* [78] *Titius Consul fiat*, pacisceatur [79], quia potest Titio decedente [80] perpetua [81] fieri exceptio, quæ ad tempus est, Titio Consularum ineunte, summa ratione dicetur [82], quod interim solvitur, repeti? ut [83] enim pactum [84], quod in tempus certum collatum est, non magis inducit condictionem, quam si ex [85] die debitor solvit, ita [86] prorsum defensio [87] juris, quæ causam incertam habet, condictionis instar obtinet.

De tutore, de procuratore.

LVII. IDEM lib. III Responsorum.

CUm indebitum [88] impuberis nomine tutor numeravit, impuberis [89] condictio est. §. 1. Creditor, ut procuratori suo debitum redderetur, mandavit: Majore [90] pecunia soluta, procurator indebiti [91] causa convenietur: quod si nominatim, ut major pecunia solveretur, delegavit, indebiti cum eo (qui) delegavit, erit actio: quæ non [92] videtur perempta, si frustra cum procuratore lis fuerit instituta.

De conditione impossibili.

LVIII. IDEM lib. IX Responsorum.

SErvo manumisso fideicommissum ita reliquit, *si* [93] *ad libertatem ex testamento* [94] *pervenerit*; post acceptam [95] sine judice pecuniam, ingenuus [96] pronunciatus est: indebiti fideicommissi repetitio erit [97].

De fidejussore, & reo.

LIX. IDEM lib. II Definitionum.

SI fidejussor jure [98] liberatus, solverit errore pecuniam, repetenti non oberit: si vero reus promittendi per errorem, & ipse postea pecuniam solverit, non repetet: cum prior [99] solutio [100], quæ fuit inrita, naturale [1] vinculum non dissolvit, nec civile, si reus promittendi tenebatur.

Si debitor post litem contestatam solverit. 1. De debito pure, & sub conditione.

LX. PAULUS lib. III Quæstionum.

IUlianus [2] verum debitorem post litem contestatam, manente adhuc judicio, negabat solventem repetere posse: quia [3] nec absolutus, nec condemnatus repetere posset: licet enim absolutus sit, natura [4] tamen debitor permanet: similemque esse ei dicit, qui ita promisit [5], *sive navis ex Asia venerit, sive non venerit*: quia ex [6] una causa alterius solutionis origo proficiscitur. §. 1. Ubi autem quis, quod pure debet, * sub conditione * novandi animo promisit, plerique putant, pendente novatione solutum repetere posse: quia, ex qua obligatione solvat, adhuc incertum sit: idemque esse, etiam si diversas personas ponas eandem pecuniam pure, & sub conditione, novandi animo promisisse: sed hoc dissimile est: in stipulatione enim pura & conditionali, eundem debiturum certum est.

De tutore, qui plus solvit, deinde pupillum abstinuit.

LXI. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

TUtores pupilli quibusdam creditoribus patris ex patrimonio paterno solverunt: sed postea, non sufficientibus bonis, pupillum abstinuerunt [7]: Quæritur, an quod amplius creditoribus per tutores pupilli solutum est, vel totum quod acceperunt, restituere debeant? Respondi, si nihil dolo factum esset, tutori quidem, vel pupillo non deberi: creditoribus autem [8] aliis in id, quod amplius sui debiti solutum est, teneri.

De fideicommisso in stipulationem deducto.

LXII. MÆCIANUS lib. IV Fideicommissorum.

FIdeicommissum in stipulatione [9] deductum [10], tametsi non debitum fuisset [11], quia [12] tamen à sciente [13], fidei [14] explendæ [15] causa promissum esset, deberur.

Si hominem debens, statuliberum dederit.

LXIII. GAIUS lib. singulari de casibus.

NEratius casum refert, ut quis id, quod solverit, repetere non possit: quasi debitum dederit, nec tamen liberetur, velut, si is, qui cum certum hominem deberet, statuliberum [16] dederit: nam quæ possibilis visa est testatori, impossibilis tamen erat, pro possibili habetur, & vitiat dispositionem, seu legatum, *ut hic*, secus si putaret testator possibilem, cum impossibilis esset: hoc enim casu, vitiatur dispositio legati, non legatum. *l.* 3 ff. *de cond. & demonstr.* §. 10 *Inst. de heredib. inst.* Quid, si [17] seu per id, quod tantundem valeat vel efficiat, impleri possit ea conditio? ut *l. hujusmodi.* 84. §. *si ita.* ff. *de leg.* 1. Quid, si finem honestum & licitum conditioni adjecit testator? ut *l. legatum civitati.* 16 ff. *de usufruct. legato.* Quid si post impossibilem scivit, & tamen eam factis codicillis confirmavit, ut post Angel. & Aretinum tenet Jason? Quid, si incertus fuit impossibilem esse eam conditionem? ut Bartolus notat in *l. ab omnibus.* 104. §. *in testam.* ff. *de legat.* 1. (a quo Raphael dissentit.) Quid, si de libertate? ut *l. cum tale.* 72. §. *Sallam.* ff. *de condit. & demonst. l. Stichus.* 24. ff. *de statulib.* Quid, si de pia causa agitur? *arg. l.* 1. *in fin. C. de commun. servo.* Aliud esse dicitur. *Gorb.* Intellectum hujus l. vid. apud Zarmient. *lib.* 2. *cap.* 1. & 2. & quando impossibilis conditio vitiet dispositionem, Goedd. *de contrab. stipul. cap.* 8. *num.* 191. Ans. 94 *Subaudi*, in quo relictum erat fideicommissum.

95 *Subaudi*, ab herede. 96 Ingenuus legatum non capit, quod ei, ut liberto relictum est: & si ceperit, tenetur condictione indebiti. 97 Cur erit? nempe quod testatoris verba interpretari nos oporteat, ex ejusdem testatoris sententia & opinione *l. quo loco.* 20. §. 1 ff. *de hered. instit.* Unde notant testimonia inter se contraria, una parte sustineri posse: si una parte, id quod verum sit, spectabitur: altera vero id, quod in opinione. 98 Non acceptilatione, non in rem pacto, sed in personam. *Accurs. l.* 32. §. 1. ff. *eod.* alias liberatur reus. *l.* 13. § 7 ff. *de acceptilat.* 99 Quod fidejussor solvit jure liberatus, id ipse condicere potest. Quod reus promittendi principalis post eidem creditori solvit, non potest. At solutio facta jam erat creditori per fidejussorem? facta quidem, sed contra jus: unde irrita. Solutio autem irrita fidejussoris, nullam dissolvit rei principalis obligationem: Nullam, hoc est, neque naturalem, neque civilem. Natura debuit, quia accepit: civili jure debuit, quia stipulanti promisit. 100 Pacto liberati fidejussoris per errorem solutio, rei principalis debito non est imputanda. 1 Stipulationi inesse vinculum etiam naturale hinc colligunt, seu ex stipulatione etiam oriri naturalem obligationem, licet stipulatio sit juris civilis. §. *de constituta.* 9. *Inst. de actionibus.* hoc ideo, quod stipulatio sine consensu fieri non possit, & quæ consensu perficiuntur, ea juris sint gentium & naturæ. *l.* 1. ff. *de pactis.* 2 Diffuse hanc legem interpretantur Bart. Albericus & Jas. vide etiam ad hanc legem Antonium Fabrum 4 *conjecturar. ult.* 3 Quod lite contestata, & adhuc manente judicio, verus debitor solvit, repetere non potest: quia sive absolutus sive condemnatus solverit, repetere non possit. At iniquum dixeris eum, qui sententia judicis absolutus, solverit, solutum repetere non posse: iniquum non est; cum id, quod natura (hic enim agitur de vero debitore, *ibi, verum debitorem.* ff. *eod.*) debuit, solverit. At sententia judicis absolutus fuit? sententia, quæ verus debitor absolvitur, naturalem obligationem non tollit. *arg. l.* 1. *C. de legib. l. placuit. C. de judiciis. l.* 1. ff. *si is qui testamento.* Solutum non repetitur, quod vel sola natura debitum fuit, licet jure civili indebitum. Id ut melius intelligamus, jungendus est superiori is, qui ita promisit: Centum dabo, sive navis ex Asia venerit, sive non venerit. *verf. similemque.* promissio hæc duabus conditionibus contrariis constat. Quod ita promittitur, pure debetur, ut si solvatur, repeti non possit: *l. necessario.* §. 1. ff. *de periculo & commodo rei venditæ.* ex una causa alterius solutionis origo proficiscitur, *ut hic.* hoc est, quod ex una earum solutum ante diem dicetur, ex altera recte solutum intelligetur: si ex priore perperam solutum dixeris, ex posteriore non inutiliter solutum dixeris: quod ex una deficit, ex altera suppletur. Utravis causa solutum fuerit, si non ex hac subsistet solutio, ex illa recte subsisteriet. 4 Civilis tolli per se sola potest, manente naturali, *ut hic.* & naturalis, manente sola civili; veluti pacto de non petendo. Duplex itaque civilis obligatio, ut & naturalis. Naturalis civilis, quæ actionem parit: & naturalis, quæ inhibet repetitionem. Cujac. ad *l.* 127. ff. *de verb. oblig.* 5 An idem in testamentis? non idem. *Gloss. d.* §. 1. Jason, *his. n.* 4. & 27. 6 Hæc verba paulo ante interpretatus sum. 7 Vide *C. si minor ut ab hered.* 8 Non solum ipsi solventi (puta tutori ejusque pupillo) datur indebiti condictio, sed & iis, ad quos ex postfacto (ut sunt etiam creditores patris pupilli) negotium cœpit pertinere. *Jas.* facit *l.* 5. ff. *eod.* 9 Stipulationi inesse etiam naturalem obligationem hinc colligitur.

10 Potest enim deduci in stipulationem. *arg. l.* 23. *C. de fideicommiss.* 11 *Subaudi* cum effectu. 12 Debitum natura à sciente promissum vel solutum debetur, & non repetitur.

13 *l.* 21. §. 1. ff. *de inofficioso.* 14 *l.* 5. §. 15. ff. *de donat. inter virum.* 15 Fidem bonam qui agnoscit, licet non sit obligatus, non repetit: sed & hoc additur, Æquum esse bonam fidem etiam præstare in iis, ad quæ præstanda jure stricto non sis obligatus. Inde fieri, ut ex æquo bono, ex nudo pacto obligatio & actio oriatur, licet aliud sit stricto jure. *l. juris gentium.* 7. §. *sed cum nulla.* ff. *de pactis.* 16 *l.* 72. §. *pennis. l.* 73. ff. *de solut.*

41 Venditor hereditatis si sibi debitum (etiam naturaliter, ut notat Bartolus, *argum. l. Stichum.* 95. §. 2. *verf. aliquando.* ff. *de solutionib.*) non retinuit, id ab emptore potest petere.

43 *l.* 2. §. *penult.* ff. *de hered. vel act. vend.*

44 Quod quis meo nomine, sciente me indebitum solvit, condico, quod ignorante, vindico. priori casu dominium, altero non transfertur.

45 Res corporales à nummis (quorum superius mentionem fecit) distinguere hic videtur. Nummos autem esse rem incorporalem ex eo constat, quod is, qui nummos debeat, quantitatem debeat, non corpora. adde *l.* 94. ff. *de solutio.*

46 Ratihabitio in his, quæ vi expressi vel taciti mandati gesta sunt, non exigitur. *Jason.*

47 Mandatum habens, ut se obliget, is etiam habens mandatum, ut solvat, intelligitur. *Bald.*

48 *libr.* 26. Petr. Fabr. apud Cujac. *l.* 38. ff. *de verbor. oblig.*

49 Dictiones *Si* & *Cum* faciunt condictionem. *Jason.* obstat *l.* 100. *in fin.* ff. *de verb. oblig.*

50 V. *l.* 38. §. 16. ff. *de verb. oblig.*

51 Incertum in diem, quod promissum est, ante diem tuto vel irrevocabiliter non solvitur: potest enim condici, quia debitum iri non est certum. *l.* 56. ff. *eod.*

52 V. *l.* 75. *in fi.* ff. *de verb. oblig.*

53 Condictio indebiti est personalis, non in rem scripta. Oritur enim ex quasi contractu.

54 *l.* 44. ff. *eod.* V. *l.* 13. *C. de oblig. & act.*

55 *l.* 9. *C. eod.*

56 *l.* 7. *C. de condict. ob caus.* Solvens scienter indebitum non repetit, etiamsi animum repetendi habuerit. Unde notant, propositum seu intentionem animi intrinsecam, repetitionem non inducere: facit *l. si repetendi.* 7. *C. de condictio. ob caus.*

57 Facti, non juris: nam ex quibus causis retentionem non habemus, petitionem ipso jure habemus, ea, si solverimus, certi condictio est. *l.* 30. ff. *de act. empt. l.* 5. §. *penult.* ff. *de impens.* Cujac. *Inst. de rer. div.* 58 Per errorem scilicet. 59 *Causa*, præteritum & præsens: *Res*, futurum respicit, vide Bartolum in *l. demonstratis falsa.* 17. ff. *de condictionib. & demonstrat.* Ex hac differentia causæ & rei nascitur condictionis indebiti & ob rem quoque dissimilitudo. Indebiti condictio datur ob causam præteritam: ob rem vero datur ex causa futura. 60 *l.* 65. §. 2. ff. *eod.* 61 *l.* 1. §. *pen.* ff. *de condict. ob turp.*

62 Tertio cuidam, non heredi. 63 Ea repeti possunt. *l.* 54. ff. *eod.* 64 Peculiares nummos, si conditionis libertatis testamento sibi relictæ adimplendæ causa servus extraneo dederit, heres eos vindicabit: sin vero extraneus suos nummos, rogatus ab ipso servo, extraneo dedit, servi quidem ipsius dominus jure strictо: extraneus ipse, ex æquo & bono eos nummos repetet.

65 Cur hic dicimus servo non fuisse permissum conditionis implendæ causa nummos peculiares solvere? An quia testamentum in hac facti specie non valuit, *Ibi testamentum non valere.* ff. *eod.* ut putat Baldus? An potius, quod nulla ejusce rei facta mentio est, ut Jason refert? 66 Ex æquo & bono. 67 Circuitus vitandi sunt, æquo & bono id nobis ita præscribente. adde *l. si ita.* 37. ff. *de statuliber. l.* 4. §. 6. *C. de arbitris. l. ult. C. de adopt. l.* 1. §. 3. ff. *si pars hereditatis petatur. l.* 15. ff. *si certum.* 68 Ut vitentur circuitus, Jas. *arg. Nov.* 39. *in pr.* 69 Junge *l.* 27. ff. *de obligat.*

70 *l.* 40. *in pr. l.* 53. ff. *eod.* 71 Paria sunt jure nullum, & inefficax, *ut hic.* unde dicitur, obligationi, quæ nulla sit, pignus accedere non posse. *Gloss. l.* 2. ff. *de condict. ob turpem.* vide Jas. *in l. ult.* ff. *de offic. ejus, cui mandata est jurisdict.* 72 Furtum facit prædo, hoc etiam ipso, quod fructus & mercedes rei alienæ percipit. 73 Solutum prædoni ex ejus contractu, liberat solventem bona fide, nec repetitur ut indebitum, *l.* 88. ff. *de solutio.* nec solvens convenietur à domino, quia cum eo nullum contractum habuit. vide quæ notavi ad *l.* 2. ff. *de Senatusc. Macedon.* 74 Solutæ mercedes & vecturæ prædoni, eidemque locatori rei alienæ, an conductorem solventem liberant? si conductor contraxit cum ipso prædone, eaque ex causa prædoni solvit, liberatur conductor, nisi sciens prædonem ei solveret. Sin vero, cum contraxisset seu cohduxisset ab ipso domino ejusve servo, prædoni solvit, non liberatur. *facit l. filiæ.* 88 ff. *de solutionibus.* Cur tam varie? priore casu contraxit cum ipso prædone, licet in re aliena; suo ex contractu prædoni obligatus fuit, nec ipsi domino. adde *l. servus.* 33. ff. *depositi. l. commodare.* 15. *cum l. seq.* ff. *commodati. l. si pignore.* 22. §. *si prædo.* 2. ff. *de pignoratitia. l.* 1. §. *si rem.* 32. ff. *depositi.* 75 Dubia & incerta exceptio soluti condictionem parit. 76 V. quæ notavi ad *l.* 48. ff. *eod.* 77 *Subaudi* cujus eventus vinculum naturale dissolvit. 78 *Donec* particula an & quomodo inducat conditionem, & suspendat, vide *hic* apud Jason. 79 Hæc dictio conditionem facit. vide *Jas. hic.*

80 *Subaudi*, ante consulatum.

81 Dubia & incerta (ut sunt suppositiones, dignitates, honores & similia) præsumuntur esse peremptoria, & perpetua.

82 In re dubia magis favendum repetitioni, quam adventitio lucro. *Jas.* & causæ magis impedienti. *Barr. l. non aliter.* 41. §. *in re obscura. l.* 1. ff. *de reg. jur.*

83 Similitudo à contrariis, ut quemadmodum dies certus in obligatione contrahenda & dissolvenda repetitionem non parit, ita & incertus.

84 *Subaudi*, de non petendo: ut hinc colligatur, diem incertum in contractibus, ut in ultimis voluntatibus pro conditione haberi. *l. dies incertus.* 75. ff. *de condit. & demonstrat.*

85 *Al.* Ex ea die.

86 Hinc Jason colligit: ea, quæ fine, effectu & forma conveniunt & differunt, simpliciter convenire vel differre.

87 Id est, exceptio.

88 V. *l.* 13. §. 2. ff. *de administr. tutor.*

89 In hac igitur specie tutor solvit, impubes condicit.

90 Indebitum solutum procuratori non habenti mandatum, repetitur ab ipso procuratore, non a domino.

91 V. *l.* 6. §. 1 ff.

92 In electione personarum conveniendarum non nocet mala actio: secus in electione remediorum vel actionum. Jas. *l. quod in herede.* §. *eligere.* 1. ff. *de tributor.* vel item male instituta adversus unum actio, non efficit, ut me adversus verum debitorem agi possit.

93 Conditio, quæ possibilis visa est testatori, impossibilis tamen erat, pro possibili habetur, & vitiat dispositionem, seu legatum, *ut hic.* secus si putaret testator possibilem, cum impossibilis esset: hoc enim casu, vitiatur dispositio legati, non legatum. *l.* 3 ff. *de cond. & demonstr.* §. 10 *Inst. de heredib. inst.* Quid, si [17] seu per id, quod tantundem valeat vel efficiat, impleri possit ea conditio? ut *l. hujusmodi.* 84. §. *si ita.* ff. *de leg.* 1. Quid, si finem honestum & licitum conditioni adjecit testator? ut *l. legatum civitati.* 16 ff. *de usufruct. legato.* Quid si post impossibilem scivit, & tamen eam factis codicillis confirmavit, ut post Angel. & Aretinum tenet Jason? Quid, si incertus fuit impossibilem esse eam conditionem? ut Bartolus notat in *l. ab omnibus.* 104. §. *in testam.* ff. *de legat.* 1. (a quo Raphael dissentit.) Quid, si de libertate? ut *l. cum tale.* 72. §. *Sallam.* ff. *de condit. & demonst. l. Stichus.* 24. ff. *de statulib.* Quid, si de pia causa agitur? *arg. l.* 1. *in fin. C. de commun. servo.* Aliud esse dicitur. *Gorb.* Intellectum hujus l. vid. apud Zarmient. *lib.* 2. *cap.* 1. & 2. & quando impossibilis conditio vitiet dispositionem, Goedd. *de contrab. stipul. cap.* 8. *num.* 191. Ans. 94 *Subaudi*, in quo relictum erat fideicommissum.

95 *Subaudi*, ab herede. 96 Ingenuus legatum non capit, quod ei, ut liberto relictum est: & si ceperit, tenetur condictione indebiti. 97 Cur erit? nempe quod testatoris verba interpretari nos oporteat, ex ejusdem testatoris sententia & opinione *l. quo loco.* 20. §. 1 ff. *de hered. instit.* Unde notant testimonia inter se contraria, una parte sustineri posse: si una parte, id quod verum sit, spectabitur: altera vero id, quod in opinione. 98 Non acceptilatione, non in rem pacto, sed in personam. *Accurs. l.* 32. §. 1. ff. *eod.* alias liberatur reus. *l.* 13. § 7 ff. *de acceptilat.* 99 Quod fidejussor solvit jure liberatus, id ipse condicere potest. Quod reus promittendi principalis post eidem creditori solvit, non potest. At solutio facta jam erat creditori per fidejussorem? facta quidem, sed contra jus: unde irrita. Solutio autem irrita fidejussoris, nullam dissolvit rei principalis obligationem: Nullam, hoc est, neque naturalem, neque civilem. Natura debuit, quia accepit: civili jure debuit, quia stipulanti promisit. 100 Pacto liberati fidejussoris per errorem solutio, rei principalis debito non est imputanda. 1 Stipulationi inesse vinculum etiam naturale hinc colligunt, seu ex stipulatione etiam oriri naturalem obligationem, licet stipulatio sit juris civilis. §. *de constituta.* 9. *Inst. de actionibus.* hoc ideo, quod stipulatio sine consensu fieri non possit, & quæ consensu perficiuntur, ea juris sint gentium & naturæ. *l.* 1. ff. *de pactis.* 2 Diffuse hanc legem interpretantur Bart. Albericus & Jas. vide etiam ad hanc legem Antonium Fabrum 4 *conjecturar. ult.* 3 Quod lite contestata, & adhuc manente judicio, verus debitor solvit, repetere non potest: quia sive absolutus sive condemnatus solverit, repetere non possit. At iniquum dixeris eum, qui sententia judicis absolutus, solverit, solutum repetere non posse: iniquum non est; cum id, quod natura (hic enim agitur de vero debitore, *ibi, verum debitorem.* ff. *eod.*) debuit, solverit. At sententia judicis absolutus fuit? sententia, quæ verus debitor absolvitur, naturalem obligationem non tollit. *arg. l.* 1. *C. de legib. l. placuit. C. de judiciis. l.* 1. ff. *si is qui testamento.* Solutum non repetitur, quod vel sola natura debitum fuit, licet jure civili indebitum. Id ut melius intelligamus, jungendus est superiori is, qui ita promisit: Centum dabo, sive navis ex Asia venerit, sive non venerit. *verf. similemque.* promissio hæc duabus conditionibus contrariis constat. Quod ita promittitur, pure debetur, ut si solvatur, repeti non possit: *l. necessario.* §. 1. ff. *de periculo & commodo rei venditæ.* ex una causa alterius solutionis origo proficiscitur, *ut hic.* hoc est, quod ex una earum solutum ante diem dicetur, ex altera recte solutum intelligetur: si ex priore perperam solutum dixeris, ex posteriore non inutiliter solutum dixeris: quod ex una deficit, ex altera suppletur. Utravis causa solutum fuerit, si non ex hac subsistet solutio, ex illa recte subsisteriet. 4 Civilis tolli per se sola potest, manente naturali, *ut hic.* & naturalis, manente sola civili; veluti pacto de non petendo. Duplex itaque civilis obligatio, ut & naturalis. Naturalis civilis, quæ actionem parit: & naturalis, quæ inhibet repetitionem. Cujac. ad *l.* 127. ff. *de verb. oblig.* 5 An idem in testamentis? non idem. *Gloss. d.* §. 1. Jason, *his. n.* 4. & 27. 6 Hæc verba paulo ante interpretatus sum. 7 Vide *C. si minor ut ab hered.* 8 Non solum ipsi solventi (puta tutori ejusque pupillo) datur indebiti condictio, sed & iis, ad quos ex postfacto (ut sunt etiam creditores patris pupilli) negotium cœpit pertinere. *Jas.* facit *l.* 5. ff. *eod.* 9 Stipulationi inesse etiam naturalem obligationem hinc colligitur.

10 Potest enim deduci in stipulationem. *arg. l.* 23. *C. de fideicommiss.* 11 *Subaudi* cum effectu. 12 Debitum natura à sciente promissum vel solutum debetur, & non repetitur.

13 *l.* 21. §. 1. ff. *de inofficioso.* 14 *l.* 5. §. 15. ff. *de donat. inter virum.* 15 Fidem bonam qui agnoscit, licet non sit obligatus, non repetit: sed & hoc additur, Æquum esse bonam fidem etiam præstare in iis, ad quæ præstanda jure stricto non sis obligatus. Inde fieri, ut ex æquo bono, ex nudo pacto obligatio & actio oriatur, licet aliud sit stricto jure. *l. juris gentium.* 7. §. *sed cum nulla.* ff. *de pactis.* 16 *l.* 72. §. *pennis. l.* 73. ff. *de solut.*

nam ideo [17] eum non [18] liberati, quod non [19] in [20] plenum stipulatoris hominem fecerit: nec tamen repetere eum posse, quod debitum dederit.

De naturali obligatione.

LXIV. TRYPHONINUS lib. VII Disputationum.

SI quod dominus servo debuit, manumisso solvit, quamvis existimans ei [se] aliqua teneri actione, tamen repetere non poterit: quia naturale [21] adgnovit debitum: ut [22] enim libertas [23] naturali jure continetur, & dominatio [24] ex gentium jure introducta est [25], ita debiti vel non debiti ratio in condictione naturaliter intelligenda est.

In quibus causis de repetitione quaeritur. 1. De dato ob transactionem, 2. Ob causam, 3. Propter conditionem, 4. Ob rem. 5. De accessionibus. 6. De frumento. 7. De habitatione. 8. De servo manumisso ab eo, cui indebite solutum est. 9. Quid sit indebitum.

LXV. PAULUS lib. XVII ad Plautium.

IN * summa [26], ut generaliter de repetitione tractemus, sciendum est dari, *aut* [27] *ob transactionem* [28], *aut ob causam* [29], *aut propter conditionem* [30], *aut ob rem* [31], *aut indebitum* [32]: in quibus omnibus quaeritur de repetitione. §. 1. Et quidem quod transactionis nomine datur, licet res [33] nulla media fuerit, non repetitur [34]: nam si [35] lis fuit, hoc ipsum, quod a lite discederitur, causa videtur esse. Sin [36] autem evidens calumnia [37] detegitur, & transactio [38] imperfecta est, repetitio [39] dabitur. §. 2. Id quoque, quod ob causam datur, puta quod negotia mea adjuta ab eo putavi, licet non sit factum: quia donari [40] volui, quamvis falso [41] mihi persuaserim, repeti non posse. §. 3. Sed agere per condictionem propter conditionem legati vel hereditatis [42], sive non sit mihi legatum, sive ademptum legatum, possum, ut repetam, quod dedi: quoniam [43] non contrahendi animo dederim: quia causa, propter quam dedi, non est secuta. † Idem & si hereditatem adire nolui [44] vel non potui. Non idem potest dici, si servus meus sub conditione heres institutus sit, & ego dedero; deinde manumissus adierit: nam hoc casu secuta res est. §. 4. Quod ob rem [45] datur, ex bono & aequo habet repetitionem: veluti, si dem tibi, *ut aliquid facias* [46], nec feceris. §. 5. Ei qui indebitum repetit, & fructus [47] & partus restitui debent, deducta [48] impensa.

§. 6. In frumento indebito soluto & bonitas [49] est: &, si consumpsit frumentum, pretium reperet. §. 7. Sic habitatione data [50], pecuniam condicam: non quidem quanti locare potui, sed quanti tu conducturus fuisses [51]. §. 8. Si servum indebitum tibi dedi, eumque manumisisti, si sciens hoc feci sti, teneberis ad pretium ejus: si nesciens, non [52] teneberis: sed propter operas ejus liberti, & ut hereditatem ejus restituas. §. 9. *Indebitum* [53] est non tantum, quod omnino non debetur, sed & quod alii debetur, si alii solvatur: aut si id, quod alius debebat, alius [54], quasi ipse debeat, solvat.

Ratio & effectus hujus condictionis.

LXVI. PAPINIANUS lib. VIII Quaestionum.

HAEC condictio [55] ex bono [56] & aequo [57] introducta, quod alterius apud alterum sine causa deprehenditur, revocare consuevit.

De conditione libertatis legatae. 1. Si tutor plus solverit. 2. Cui ex duobus idem debitum solventibus repetitio datur. 3. De pacto partus non adscripto. 4. An restitutio minoris, ne solvat, prosit, ut solutum repetatur.

LXVII. SCAEVOLA lib. V Digestorum.

SI Tichus testamento ejus, quem dominum suum arbitrabatur, libertate accepta, *si decem annis ex die mortis annuos denos heredibus praestitisset*, per octo [58] annos praefinitam quantitatem, ut jussus erat, dedit: postmodum se ingenuum comperit: nec reliquorum annorum dedit: & pronunciatus est ingenuus: Quaesitum est, an pecuniam, quam heredibus dedit, ut indebitam datam repetere, & qua actione possit? Respondit, si eam pecuniam dedit, quae neque ex operis suis, neque ex re ejus, cui bona fide serviebat, quaesita fit, posse [59] repeti [60]. §. 1. Tutor creditori pupilli sui plus [61], quam debebatur, exsolvit [62]: & tutelae judicio [63] pupillo non imputavit [64]: Quaero, an repetitionem adversus creditorem haberet? Respondit, habere. §. 2. Titius, cum multos creditores haberet, in quibus & Seium, bona sua privatim facta venditione Maevio concessit, ut satis creditoribus faceret [65]: sed Maevius solvit pecuniam Seio, tanquam debitam, quae jam a Titio fuerat soluta: Quaesitum est, cum postea reperiantur apochae [66] apud Titium debitorem partim solutae pecuniae, cui magis repetitio pecuniae indebitae solutae competit, Titio debitori, an Maevio, qui in [67] rem suam procurator factus est? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, ei [68], qui postea solvisset. §. 3. Idem quaesiit, an pactum, quod in pactionibus [69] adscribi solet [70] in hunc modum, NE [71] HOC CONTRACTU NULLAM [72] INTER SE CONTROVERSIAM AMPLIUS ESSE, impediat repetitionem? Respondit, nihil proponi, cur impedisset [73]. §. 4. Lucius Titius Gaio Seio minori annis vigintiquinque pecuniam certam credidit, & ab eo aliquantum usurarum nomine accepit [74]: [&] Gaii Seii minoris heres adversus Publium [75] Maevium a Praeside provinciae in integrum restitutus est, ne debitum hereditarium [76] solveret: [&] nec [77] quicquam de usuris ejusdem sortis, quas Seius minor annis vigintiquinque exsolverit, repetendis tractatum apud Praesidem [78], aut ab eo est pronunciatum. Quaero, an usuras, quas Gaius Seius minor annis vigintiquinque, quoad viveret, creditori exsolveret, heres [79] ejus repetere possit? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, condici id [80], quod usurarum nomine defunctus solvisset, non posse. † Item quaero, si existimes repeti non posse, an ex [81] alio debito heres retinere eas possit? Respondit, ne hoc quidem.

70 Ab eo qui solvit indebitum per errorem, *d. l.* 40. §. 3. 71 *l.* 13. 72 Generalis remissio non extenditur ad ea, de quibus non est cogitatum. 73 Quid in omni promissione & renunciatione, verbi gratia, exceptionis non numeratae pecuniae, clausula *salvo jure erroris* intelligitur. Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem valere debent: quin etiam nullus consensus errantis est. Dicet, renunciantem, condictionem indebiti in genere non ignorasse, cum renunciaret: Respondeo, eandem causam erroris, quae principales promissiones irritas facit & solutiones, eandem quoque renunciationes erroris proponendi in ipsis principalibus irritas facere. Verum aetas pejor avis mox datura progeniem vitiosiorem, remedium illis attulit: dum plus aequo vigilantes Notarii, instrumentis inserunt unam & alteram clausulam. Talis: *Sciens* (v. *l.* 76 *pr. de regul.*) *se ad infra scripta non teneri, promisit.* Item: *Si postmodo apparuerit praedicta indebite, vel sine causa soluta, ex nunc, prout tunc dedit & donavit l.* 6, *C. de solutionib. quicquid per conditionem indebiti, vel sine causa, vel praetextu cujuscunque erroris posset repetere.* Jas. 74 Hinc duae nascuntur quaestiones: Una, an minori, utique heredibus detur restitutio adversus creditores? respondetur dari. vide *C. si adversus credit. l.* 6. *T. de in integr.* Altera, an restitutio adversus sortem heredibus concessa, ad usuras sortis jam illatas condemnas aut compensandas extendatur? respondetur non extendi.

75 L. Titium. Hotom. *observ.* 13... 76 Seu principale vel sortem... 77 Judex nihil ex suo officio in judicio restitutionis in integrum supplere potest. 78 Cognoscentem de causa restitutionis in integrum. 79 Restitutionis beneficium competens minori, tranfit ad ejus heredem. *l. non solum. 6. T. de in integrum.* 80 Restitutio legitima rei principalis, ad ejus accessiones extenditur: *Authentica Idem. C. de haereticis.* An idem in restitutione hominis? non idem. *Romanus singularis* 545, *vel* 533. 81 Restitutio in integrum ad usuras consequendas impetrari potest: antequam tamen impetrata sit restitutio, earum nomine compensatio objici non potest: cum nullo jure debeantur, licet deberi speretur. Unde notant, restitutionem in integrum incidenter, jure compensationis opponi non posse. Sed & id colliguut, Quae speciali jure impetrari solent, ea negligi, antequam impetrata sint. *arg. l.* 4. *in fin. T. de fidei. lib. I. exceptiones, quae personae. 7. T. de exceptionibus.*

TIT. VII.

DE CONDICTIONE SINE CAUSA [1]. 1 IV. C. IX.

De promissione sine causa, & solutione indebiti. 1. De causa non secuta. 2. De promissione sine causa. De causa finita vel non secuta. 3. De non justa causa.

1. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

EST & haec species condictionis, si quis sine causa promiserit, vel si solverit quis indebitum [2]: Qui [3] autem 4promisit sine causa, condicere quantitatem non [5] potest, quam [6] non dedit: sed ipsam [7] obligationem. §. 1. Sed etsi ob causam promisit, causa tamen secuta non est, dicendum est, condictionem locum habere. §. 2. Sive ab initio sine causa promissum est, sive fuit causa promittendi, quae finita est vel secuta non est, dicendum est, condictioni locum fore. §. 3. Constat id demum posse condici alicui, quod vel non ex justa causa ad eum pervenit, vel [8] redit [9] ad non justam causam.

De fullone.

II. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

SI fullo [10] vestimenta lavanda [11] conduxerit [12], deinde, amissis eis, domino pretium, ex locato conventus [13], praestiterit, postea quam dominus invenerit [14] vestimenta: qua [15] actione debeat consequi pretium [16], quod dedit? Et ait Cassius, eam non solum ex conducto agere, verum condicere domino posse: Ego puto ex conducto [17] omnimodo eum habere actionem. An autem & condicere possit, quaesitum est: quia non indebitum dedit? Nisi forte, quasi sine causa datum, [sic] putamus condici posse: etenim vestimentis inventis, quasi sine causa datum videtur [18].

De obligato sine causa.

III. JULIANUS lib. VIII Digestorum.

QUi sine causa obligantur, incerti condictione consequi possunt, ut [19] liberentur: nec [20] refert, utrumne quis obligationem sine causa suscipiat, an majorem [21] quam suscipere eum oportuerit: nisi [22] quod alias condictione id agitur, ut omni obligatione liberetur [23], alias, ut exonererur [24], veluti qui decem promisit: nam, si quidem nullam causam promittendi habuit, incerti condictione consequitur, ut tota stipulatio accepto fiat: at si, cum quinque promittere deberet, decem promisit, incerti condictione consequetur, ut [in] quinque liberetur.

De dato sine causa, & de causa non secuta.

IV. AFRICANUS lib. VIII Quaestionum [25].

NIhil [26] refert [27], utrumne ab initio sine causa quid datum sit, an causa, propter quam datum sit, secuta non sit.

De pecunia in dotem ob nuptias illicitas, quae secuta non sunt, data.

V. PAPINIANUS lib. XI Quaestionum.

A Vinculo [28] nuptura [29], pecuniam in dotem dedit [30], neque nupsit,

2 Condictio sine causa generalissima est: cum contineat in se condictionem indebiti, *ut hoc tit.* & condictionem ob causam, quae sequuta postea non est. §. 1. *T. cod.*

3 Condicimus sine causa quantitates, & obligationes: quantitates, numeratas: obligationes, quantitatis non numeratae.

4 Ex hac adversativa quidam colligunt, condictionem indebiti non dari ad promissa non soluta, hoc est, non ad incerta, cum hic locum habeat condictio sine causa.

5 Cur? Privatio habitum praesupponit. *l.* 116. *T. de verb. oblig. l. mannumissiones. T. de justitia.*

6 Condici pecunia non potest, nisi data sit.

7 V. *d. l.* 3. *T. cod.*

8 *l.* 54. *T. de cond. indeb. l.* 6. *T. de donat. inter virum.*

9 Causa redacta ad non causam, jus retinendi non parit. adde §. 2. *T. cod.*

10 *l.* 13. §. 6. *T. locati. γναφεύς.*

11, 12 *l. penult. T. de via publ. l.* 12. *l.* 8. *T. de furt.* adde

13 Solutum per sententiam, cujus causa reducta est ad non causam, repeti potest: qua in specie in ipsa sententia iniquitas non natatur, sed causae cessatio. 14 Pretio vestimentorum amissorum recepto a fullone, potest etiam ipsa dominus vestimenta reperta furi condicere. 15 An ex conducto? an condictione sine causa? An utraque, seu alterutra? 16 In contractibus bonae fidei venit ex aequo & bono etiam id, de quo cogitatum non est. Hoc enim in contractu fullo de mercede a domino vestimentorum accipienda tantum cogitaverat, & tamen pretium vestimentorum, quod locatori dedit, condicit, adde *l. si, qui.* 13. *in fin. l. ix commodato.* 17. *in fin. T. commodati.* de quo contractu ipsius initio non cogitavit. 17 Ad refolvendum contractum, agi potest actione ex eo contractu descendente. 18 Vel potius ratio non redit ad justam causam. *l.* 3. *in fin. T. cod.* 19 *l.* 1. *T. cod.*

20 Totius ad totum eadem, quae partis ad partem, ratio est; *l. quae de tota.* 76. *T. de rei vind. l. an pars. T. pro derelicto. l. si servone.* 14. *T. de adquir. possess.* 8c divisio, *l. tres.* 55. *T. de administr. tut.* Cujus sententiae sex exceptiones. vide *hic* apud Jasonem. 21 *l.* 4. *C. de cond. ob caus. dat.* 22 Libelli alia ratio est in totius, & partis petitione. 23 Quoties totum sine causa promisit.

24 Quoties partem sine causa promisit. Vide Cujac. *in hanc leg* & *ad African.* 26 In condictione sine causa sufficit, quia haec semper datur: ad haec pavia sunt ab initio tale esse, vel ex postfacto tale fieri. *l.* 1. §. 2. *T. cod.* 27 Ex causa, quae non fit secuta, & sine causa aliquid habere, paria sunt... 28. Datum ob causam jure impossibilem, quae tamen secuta non fuerit, repetitur, si ab ignorante factum. *c. eb si necesse. de donat. inter virum.* 29 Contra juris regulas. vide *l.* 39. *T. de ritu nupt.* Hi tamen factum reiverunt, & jus ignoraruut. 30 Ei scil.

17 Speciei hoc integre solutae liberationem non inducit.

18 Imo liberatur. *l.* 92. *in fin. T. de solutionibus.*

19 Quid ita? qui dat Naturi horum hominem, cum non in plenum fecit accipientis, quia statuliber evenienti conditione libertatis, liberatem adipiscitur. *l.* 5. *in fin. T. de statuliber.*

20 In plenum alicujus hominem facere, est totum facere mirerius.

21 Dominus obligatur servo naturaliter: eaque obligatio sequitur eum in omnem manumissum. *Jas.*

22 Servo natura obligatur dominum: jure gentium, neque obligari, neque debere potest, nec civili vide Senec. 2 *de beneficiis.* 29.

23 Libertas a natura cuique est: unde Natura omnes liberi fumus. *l.* 4. *T. de just. & jure. l.* 4. *T. de liberis hom. pr. Inst. de libertinis.* Natura omnes aequales sunt. *l. quod attinet.* 32. *T. de reg. jur.* Varro apud Nonium, *Natura, humana omnia sunt paria.* Natura civilibus comparatis: & ideo parricidii tenetur, qui parentes naturales, seu servos occidit, ac si legitimus occidisset. *l.* 12. §. 3. *T. de accusat.*

24 Dominatio, *potestas*, vel dominium fabrici, quod & *potestas*, servitus, jus servitutis.

25 Libertas ut jure naturali constituitur, & servitus jure gentium quod & ipsum naturale est sitae in condictionem condictione, debitum & indebitum naturaliter accipitur, id est, jure gentium, non civiliter: & indebitum quidem natura condicitur: debitum natura non condicitur. Cujac. ad *tit. de jure personarum.*

26 In summa, seu qui summarie dicit, aut dicere jussus est, omnia membra, omnes praecipuas partes complectit, nullas denique id genus omittere debet.

27 Transactionis, causae, conditionis, rei, sive litis & indebiti differentia. 28 §. 1. *T. cod.* 29 §. 2. *T. cod.* 30 §. 3. *T. cod.* 31 §. 4. *T. cod.* 32 §. 8. *T. cod.* quia debitum putavi, debitum tamen non fuit.

33 *Res*, id est, lis: hinc apparet verbum transactionis hic improprie sumi: est enim transactio *rei litigiosae. l.* 1. *T. de transact.* Alii, ut Accursius *res* vocabulo debitum hic intelligunt. Quin, ex hoc loco notant, beneficium, *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* in transactionis contractu non dari. de quo vide Socin. *reg.* 510. *&* 436. Goth. Adde Pinell. *de rescind. vend. p.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. Merend. *Controvers. lib.* 2. *c.* 26. Anf. 34 Ut & in proximo casu. *v. l.* 2. *C. cod.* 35 Transactionis causa datum, ideo non repetitur, quod dari intelligatur ob causam veram: nempe ut a lite discedatur.

36 Transactio ipso jure nulla est, quae evidenti adversari calumniae interpolita est, *ut hic.* fucus si tacita calumnia intercessit, aut non ita evidens. *l. sub praetextu.* 19. *C. de transactionib.* 37 Ambitio. *l.* 12. *C. de transact.* 38 Transactio stricti quidem juris est, si tamen dolus transigentis evidens in ea fuerit, ipso jure nulla fuerit 39 Et repetitio. *Hal.* alias quaeri potest, quando transactio imperfecta dicatur. 40 *Al.* donare. 41 Etiamsi dandi falsa causa sit, condictio impeditur. *l.* 32. *T. cod.* 42 Vel testamenti. *l.* 2. *T. de condict. causa dat.* 43 *Quamquam non contrahendi* ut sit sensus: Ea, quae dantur conditionis implendae causa, ab herede scripto omissa hereditate, quasi ob rem data, re non secuta condici. Cujac. ad *l.* 19. *T. de usucap.* adde *l.* 34. *T. cod.* 44 Adde *l.* 61. *T. eod.*

45 Futuram: quae non secuta, quaeque vel mihi vel alteri utilis. *l.* 52. *T. cod.* 46 *l.* 1. §. *pen. T. de cond. ob turp.* 47 *l.* 15. *l.* 26. §. 12. *T. cod.* 48 Cur? fructus sunt, qui deducta impensa supersunt. 49 Bonitas in frumento indebite dato spectatur, non sola mensura vel quantitas. *l.* 9. *T. de reb. cred.* 50 Indebite sc. idque vel a me, vel alio concedente. Si ab alio habueris, eique solveris, satis tutus es, *l.* 55. *T. cod.* si a me, sub spe tamen recipiendae pensionis; recurretur ad arbitrium boni viri. *arg. l.* 2. *T. de extraord.* Quid, si ab inquilino, pignori domum meam habeas: an tanti mihi teneberis, quanti conducturus fuisset, ut vult Speculator? An quanti locari communiter potuisset, ut alii volunt? v. *Jas. hic.* In summa, qui indebite domum meam inhabitat, ex bona fide pensionem restituere debet: non quanti locaturus fuissem, sed quanti ipse fuisset ab alio conducturus, *arbitr.* 51 Quod ex persona & qualitate habitantis judex aestimabit. 52 Vide quae scripsi ad *l.* 31. §. 2. *T. de verb. oblig.* 53 *Indebitum* variis modis tibi solvo, vel quod omnimodo tibi non debetur, vel quod alii debetur, non tibi, vel quod alius tibi debet, non ego. Est igitur indebitum simplex, & secundum quid. 54 Puta heres. *l.* 5. *C. cod.* 55 An indebiti? an sine causa? indebitique hic lex titulo respondeat: Indebitum a me si accepisti, sine causa etiam accepisti. 56 Condictio ex aequo & bono introducta revocat, quod alterius sine causa apud alterum deprehenditur.

57 *l.* 65. §. 4. *T. cod. v. l.* 25. *in fin. T. rerum amotar.* 58 Octo qui etiam annis indebitum solvit, repetere potest. *Jason.* 59 Datum pro libertate, sub pro conditione implenda relictae sibi libertatis; ab eo, qui repetitur ingenuus, repetitur. *Bart.* 60 An condictione ob causam fidetrami; ut Accursius & Castrensis putant? An indebiti, ut Bartolus, Albericus, Fulgosius, Jason? hoc verius, & ad titulum magis. 61 Vide *l.* 13. §. 2. *T. de administ. tut.* 62 Pecunia sua vel pupilli, ejusque nomine. 63 Contrario vel directo. 64 Quod per tutorem non est rationibus pupilli adscriptum, ad rationem tutoris pertinet: & sic quod indebitum pupilli nomine solvit tutor, neque imputavit pupilli rationibus, id ipse tutor exigere potest. *Jas.*

65 Et superfluum accipientis esset. 66 *Apocha*, solventi: *antapocha*, recipienti datur. vide *l. plures apochae.* 19. *C. de fide instrum.* 67 Procurator in rem suam etiam a reo potest constitui, adde Accurs. in *l. si actor.* 29. *T. de procuratoribus.*

68 Fit dubius, idem debitum sequentibus, ultimo solventi competit condictio. adde *l.* 75. *T. cod.*

69 *Pactionibus*, id est, computationibus hinc & inde ita factis, ut nihil debeatur. adde *l.* 81. *T. de condict. & demonst.*

70 *l.* 40. *in fin. T. de statuliber. Pariatio* est, cum par est summa accepti & dati. *Goth.* Quid sit pariatio, pariare, & pariator, explicat Anton. Augustino. *emendat. lib.* 4. *c.* 12.. S. L. *C. de solution.*

71 Quis in omni promissione & renunciatione, verbi gratia, exceptionis non numeratae pecuniae, clausula *salvo jure erroris* intelligitur. Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem valere debent: quin etiam nullus consensus errantis est. Dicet, renunciantem, condictionem indebiti in genere non ignorasse, cum renunciaret: Respondeo, eandem causam erroris, quae principales promissiones irritas facit & solutiones, eandem quoque renunciationes erroris proponendi in ipsis principalibus irritas facere. Verum aetas pejor avis mox datura progeniem vitiosiorem, remedium illis attulit: dum plus aequo vigilantes Notarii, instrumentis inserunt unam & alteram clausulam. Talis: *Sciens* (v. *l.* 76 *pr. de regul.*) *se ad infra scripta non teneri, promisit.* Item: *Si postmodo apparuerit praedicta indebite, vel sine causa soluta, ex nunc, prout tunc dedit & donavit l.* 6, *C. de solutionib. quicquid per conditionem indebiti, vel sine causa, vel praetextu cujuscunque erroris posset repetere.* Jas. 74 Hinc duae nascuntur quaestiones: Una, an minori, utique heredibus detur restitutio adversus creditores? respondetur dari. vide *C. si adversus credit. l.* 6. *T. de in integr.* Altera, an restitutio adversus sortem heredibus concessa, ad usuras sortis jam illatas condemnas aut compensandas extendatur? respondetur non extendi.

75 L. Titium. Hotom. *observ.* 13... 76 Seu principale vel sortem... 77 Judex nihil ex suo officio in judicio restitutionis in integrum supplere potest. 78 Cognoscentem de causa restitutionis in integrum. 79 Restitutionis beneficium competens minori, tranfit ad ejus heredem. *l. non solum. 6. T. de in integrum.* 80 Restitutio legitima rei principalis, ad ejus accessiones extenditur: *Authentica Idem. C. de haereticis.* An idem in restitutione hominis? non idem. *Romanus singularis* 545, *vel* 533. 81 Restitutio in integrum ad usuras consequendas impetrari potest: antequam tamen impetrata sit restitutio, earum nomine compensatio objici non potest: cum nullo jure debeantur, licet deberi speretur. Unde notant, restitutionem in integrum incidenter, jure compensationis opponi non posse. Sed & id colliguut, Quae speciali jure impetrari solent, ea negligi, antequam impetrata sint. *arg. l.* 4. *in fin. T. de fidei. lib. I. exceptiones, quae personae. 7. T. de exceptionibus.*

31 *l. 3. de condition. ob turpem.* 32 *V. l. 2. C. de cond. ab turpem.* 33 Id est, quæ destinavit avunculo nubere, eique pecuniam eo nomine in dotem dedit, non tam ex turpi, quam ex nulla causa, id facere videtur. Ideoque hæc dandi species non est comparanda cum ea causa, ex qua datur aliquid turpiter. 34 Causæ turpis, & nullius differentia. Turpe & nullum separantur.

nupsit, an eadem repetere possit, quæsitum est? Dixi, cum ob turpem causam dantis & 31 accipientis pecunia numeretur, cessare condictionem: & in delicto 32 pari potiorem esse possessorem: quam rationem fortassis aliquem secutum respondere, non habituram mulierem condictionem. Sed recte defendi, non tam turpem causam in proposito 33, quam 34 nullam fuisse: cum pecunia, quæ daretur, in dotem converti nequiret 35: non 36 enim stupri, sed matrimonii 37 gratia datam esse. §. 1. Noverca privigno, nurus socero pecuniam dotis nomine dedit, neque nupsit: Cessare condictio prima facie videtur, quoniam jure 38 gentium incestum 39 committitur: Atquin [vel] magis in ea specie nulla 40 causa dotis dandæ fuit. Condictio igitur competit.

35 Quia nuptiæ prohibitæ dotem non habent. §. 12. *Inst. de nupt.* 36 Titulus colorandus excusat maleficium, verbis tantum contractum, non tamen re ipsa perfectum. adde *l. si adulterium cum incestu.* 38. ff. *de adulteriis.* 37 Id est, alia ob turpem causam, alia ob matrimonium dandi & repetendi causa est. 38 *l. ult. ff. de ritu.* 39 Inter hujusmodi personas, *l. 17. C. de nupt.* 40 Id est, hic idem dicendum est, quod in casu superiore hujus legis dictum est.

LIBER TERTIUSDECIMUS.

TIT. I.

DE CONDICTIONE FURTIVA [1].

Cui datur hæc actio.

1. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

IN furtiva re, soli domino [2] condictio competit.

De furiosis, & infantibus.

II. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

CONdictioni [3] ex causa furtiva & furiosi, & infantes obligantur [4], cum [5] heredes necessarii exstiterunt: quamvis cum eis agi non possit [6].

De servo condicendo.

III. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI condicatur servus ex causa furtiva, id venire in condictionem certum est, quod interfit agentis: veluti si heres sit institutus [7], & periculum subeat dominus hereditatis perdendæ: Quod [&] Julianus scribit. † Item si mortuum hominem condicat, consecuturum ait pretium hereditatis [8].

De servo, & filiofamilias.

IV. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI servus vel filiusfamilias furtum commiserit, condicendum est domino [9] id, quod ad eum pervenit: in residuum, noxæ servum dominus dedere potest.

V. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

EX furtiva [10] causa filiofamilias [11] condici potest [12]: nunquam [13] enim ea condictione alius, quam qui fecit [14], tenetur, aut heres ejus.

VI. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

PROinde & si ope [15] consiliove alicujus furtum factum sit, condictione non tenebitur [16]: etsi furti [17] tenetur.

De furti decisione. 1. De concursu hujus actionis, & aliarum. 2. De herede furis. De interitu rei furtivæ.

VII. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

SI pro fure damnum decisum [18] sit, condictionem non impediri [19] verissimum est: decisione [20] enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur. §. 1. Furti [21] actio pœnam [22] petit legitimam: condictio, rem ipsam: ea res facit, ut [23] neque furti actio per condictionem, neque condictio per furti actionem consumatur. Is itaque, cui furtum factum est, habet [24] actionem furti, & condictionem, & vindicationem: habet & ad exhibendum actionem. §. 2. Condictio rei furtivæ, quia [25] rei habet persecutionem, heredem [26] quoque furis obligat: nec tantum, si vivat servus furtivus, sed etiam si decesserit: sed & si apud furis heredem diem suum obiit servus furtivus vel non apud ipsum, post mortem tamen furis, dicendum est condictionem adversus heredem durare. † Quæ in herede diximus, eadem erunt & in cæteris successoribus [27].

De interitu, 1. Et æstimatione rei furtivæ. 2. De fructibus.

VIII. IDEM lib. XXVII ad Edictum.

IN re furtiva [28] condictio ipsorum corporum competit: sed utrum tamdiu, quamdiu exstent: an vero & si defierint esse in rebus [29] humanis? Et, si quidem obtulit fur, sine dubio nulla erit condictio: si non obtulit, durat condictio æstimationis [30] ejus: corpus enim ipsum præstari non potest. §. 1. Si ex causa furtiva res condicatur, cujus temporis æstimatio fiat, quæritur. Placet tamen, id tempus spectandum, quo [31] res unquam plurimi fuit: maxime, cum deteriorem rem factam fur dando non liberatur: * semper [32] enim moram fur facere videtur [33].

§. 2. Novissime dicendum est, etiam fructus in hac [34] actione venire.

Quatenus heres tenetur.

IX. IDEM lib. XXX ad Edictum.

IN condictione ex causa furtiva non pro parte, quæ pervenit, sed in solidum [35] tenemur, dum soli heredes sumus: pro parte autem heres, pro ea parte, pro qua heres est, tenetur.

1 IV. C. VIII. condictio hæc dominis datur odio furum: alias dominus rem suam non condicit. §. *sic itaque differetis.* 14. *Inst. de actionibus.* Datur heredi, *l.* 10. *in fin. l.* 11. ff. *eod.* Facit *l. cum heredes.* 23. ff. *de adquirend. possess.* datur & tutoribus nomine pupilli: datur & quasi dominis, seu utile dominium habentibus. *l. 1.* ff. *si ager vectigal.* Interim nota hanc actionem differre ab actione furti. vide *l. 7.* §. 1. ff. *eod.* 2 V. *d. l.* 11. ff. *eod.* 3 *Al.* condictione. 4 Imo, non obligantur. *l. quod infans.* 60. ff. *de rei vindic.* Dic in delictis, quæ ex re descendunt, obligari, *l. furiosus.* 46. ff. *de obligat.* vel obligantur, ut heredes, non ex proprio facto. *l. impuberem.* ff. *de furtis.* 5 Licet alias furtum non committere intelligantur. 6 Sed cum eorum tutoribus & curatoribus. *l.* 48. *in fin.* ff. *de legat.* 2. 7 Id, quod interest nostra lucri ratione, seu extra rem, consideratur. Imo non consideratur. *l.* 2. §. *portio.* 4. ff. *ad l. Rhodiam. l. ratio.* 3. §. *si per venditionem.* 3. ff. *de action. empt.* An hic casus specialis: ille generalis? An potius hic id, quod interest, certum est: ibi incertum? An id, quod hic interest, circa rem est? An quia hic agitur adversus furem non ex non facto, sed ex re furto subtracta? An quia in re mea aliquid facit me invito? 8 *l.* 52. §. 28. ff. *de furtis.* adde *l.* 23. §. 2. 3. ff. *ad l. Aquil.* 9 Vel patri. *l.* 19. ff. *eod.* 10 Obligatur etiam filiusfamilias, non tantum ex delicto, *ut hic.* sed etiam ex contractu, vel quasi, præterquam ex mutuo & voto. *l. filiusfam.* 39. ff. *de obligat. l.* 1. ff. *de Senatusconsl. Macedon. l.* 2. §. 1. ff. *de pollicitat.* 11 Filiusfamilias obligari ex delicto potest. *l.* 3. §. *pen.* ff. *de peculio.* 12 *Subaudi*, in solidum: non patri, ad quem nihil pervenit. 13 *Subaudi*, etiam noxaliter: licet in domino secus. §. *ult. Inst. de noxalib.* 14 *Subaudi*, furtum. 15 Vide *l.* 53. ff. *de verb. sign.* 16 Condictio furtiva strictior est furti actione: Furti actio datur adversus eum, cujus ope consilio furtum factum est: condictio vero furtiva, non datur. Contrarium videbatur dicendum, hoc est, furti actionem, utpote pœnalem, & magis odiosam, non dari adversus eum, cujus ope consilio furtum factum esset: contra, hanc dari, cum rei persecutoria sit. Differentiæ causam vide apud Accursium, in *l. sed nec legatarius.* 11. ff. *eod.*

17 Is, cujus ope consilio furtum committitur, furti tenetur. adde *l.* 52. §. 19. ff. *de furt.* 18 Hinc illud legis XII Tab. *Duplione damnum decidito.* licebat enim de furto pacisci, *l.* 7. §. 14. *in fin. l.* 17. §. 1. ff. *de pact.* hinc *l.* 13. *C. de furt.* post decisionem furti leges agi prohibent. Porro, quod lex XII Tab. furem domino addixerit. 11 *Gell. ult.* intellige, nisi quis pro fure damnum decideritv. Cuj. 10 *obs.* 11. 19 Id est, extingui. 20 Pacto tollitur ipso jure furti actio, at non condictio. Qui de furto pacisci tur, ut ne furti teneatur, hoc tantum sibi adquirit, ut ne fur habeatur, at non hoc adquirit, ut ne rem furtivam restituat: A pœna furti liberat se: at non à rei furtivæ restitutione: hæc enim distant. §. 1. ff. *eod.* Ut hinc constet, pactum in actione furti interpositum, non extendi ad furtivæ rei condictionem. Cæterum *decisionis* verbo, quidam recte transactionem: alii male sententiam interpretantur. 21 Furti actionis, & condictionis furtivæ differentia: Prior pœnam, posterior rem ipsam tantum persequitur. 22 *l. ult. in fin. C. de noxalibus. l.* 12. *C. de furt. l.* 1. ff. *de privat. delictis.* 23 Persecutoria actio pœnali, & è contra, non tollitur, quoties ex delicto descenditur (cum utrumque peti possit, & res, & pœna): secus si ex contractu: tunc enim alterutrum petendum, *l. rescriptum.* 10. §. 1. ff. *de pactis. l. apud Celsum.* 4. §. *item Labeo.* 5. ff. *de doli mali, & met. except.* nisi dictum fuerit, rato manente pacto. *l. qui fidem.* 16. ff. *de transact.*

24 Furto facto, ei, cui furtum factum est, variæ competunt actiones, actio furti, condictio, vindicatio, ad exhibendum actio. 25 Ad heredes transeunt actiones rei persecutoriæ. 26 Heres furis furti actione tenetur. adde *l.* 1. ff. *de privatis delictis.* adde *l.* 9. ff. *eod.* Goth. Vide *l. ult. ad leg. Jul. peculat.* Dissentit Cujac. *obs. lib.* 7. *cap.* 37. & *lib.* 13. *c.* 37. Ant. 27 Furis successores furti tenentur, *ut hic. l.* 9. §. 1. ff. *de edendo.* 28 Vid. Goedd. *de contrah. stipul c.* 11. *n.* 107. Ant. 29 *l. ult.* ff. *eod.* 30 Restitui clausula, factum & quidem primo continetur: deinde id, quod interest. Zas. 2 *Responsor.* 20. 31 *l. pen. in fin.* ff. *de rerum amotar. l.* 2. §. 3. ff. *de privatis delictis.* 32 Excipe *leg.* 29. *in fin.* ff. *de verb. obl.* 33 *d. l. ult. in fin.* 34 In hanc act. onem.

35 Tentat Cujacius probare 7 *obs.* 37. condictionem furtivam in heredem in solidum non dari: Hoc tamen improbat Antonius Faber, 4 *conjectur.* 1.

De fure. 1. De bonorum raptore. 2. De re alienata, 3. Vel legata.

X. IDEM lib. XXXVIII ad Edictum.

SIve manifestus fur, sive nec manifestus sit, poterit ei condici. Ita demum autem manifestus [36] fur condictione tenebitur, si deprehensa non fuerit à domino possessio ejus. Cæterum * nemo furum condictione tenetur, posteaquam [37] dominus [possessionem] adprehendit: & ideo Julianus, ut procedat in fure manifesto tractare de condictione, ita proponit: furem deprehensum aut occidisse, aut fregisse, aut effudisse id, quod interceperat.

§. 1. Ei quoque [38], qui vi bonorum raptorum [39] tenetur, condici posse Julianus lib. XXII Digestorum significat. § 2. Tamdiu [40] autem condictioni locus erit, donec domini facto dominium ejus rei ab eo recedat: & ideo si eam rem alienaverit [41], condicere non poterit. §. 3. Unde Celsus lib. XII Digestorum scribit, si rem furtivam dominus pure [42] legaverit furi, heredem ei condicere non posse. † Sed & si non ipsi furi, sed alii, idem dicendum est, cessare condictionem, quia dominium facto testatoris, id est, domini, discessit.

XI. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

SEd nec legatarius condicere potest: * ei enim competit condictio, cui [43] res subrepta est, vel heredi ejus: sed vindicare rem legatam ab eo potest.

Si res mihi subrepta, tua maneat vel non. De rei subreptæ æstimatione.

XII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

ET ideo eleganter Marcellus definit lib. VII; ait enim: Si res mihi subrepta, tua remaneat, condices [44]: sed & si dominium non tuo facto amiseris, æque condices. §. 1. In communi igitur re eleganter ait interesse, utrum tu provocasti communi dividundo judicio, an provocatus es: ut si provocasti communi dividendo judicio, amiseris condictionem: si provocatus es, retineas.

§. 2. Neratius libris membranarum [45] Aristonem existimasse refert, eum, cui pignori res data sit, incerti condictione acturum, si ea subrepta est [46].

Etiam species facta ex materia mea venit in hac condictione, & in ea habetur ratio meliorationu factæ, etiam sumptibus furis. Bart.

XIII. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

EX [47] argento subrepto pocula [48] facta condici posse Fulcinius ait: Ergo in condictione poculorum 49, etiam cælaturæ [50] æstimatio fiet, quæ impensa furis facta est: quemadmodum, si infans [51] subreptus adoleverit, æstimatio fit adolescentis: quamvis cura & sumptibus furis creverit.

De servo furtivo sub conditione legato. 1. An reo cavendum sit. 2. De bove, & ejus corio, carne, cornibus. 3. De uvis, musteque, & vinacio.

XIV. JULIANUS lib. XXII Digestorum.

SI servus furtivus sub conditione legatus fuerit, pendente ea heres [52] condictionem habebit: & si lite contestata, conditio exstiterit, absolutio sequi debebit, perinde ac si idem servus sub conditione liber esse jussus fuisset, & lite contestata conditio exstitisset: nam nec petitoris jam interest hominem recipere, & res sine dolo malo furis ejus esse desiit. † Quod si pendente conditione judicaretur, judex æstimare debebit, quanti emptorem [53] invenerit. §. 1. Cavere autem ex hac actione petitor ei, cum quo agitur, non debebit. §. 2. Bove subrepto, & occiso, condictio [54] & bovis, & corii, & carnis, domino competit: scilicet si & corium, & caro contrectata fuerunt: cornua quoque condicentur [55]. Sed si dominus condictione bovis pretium consecutus fuerit, & postea aliquid eorum, de quibus supradictum est, condicet, omnimodo exceptione summovetur. † Contra si corium condixerit, & pretium ejus consecutus, bovem condicet, offerente fure pretium bovis, detracto pretio corii, doli mali exceptione summovebitur. §. 3. Idem juris est, uvis subreptis [56]: nam & mustum, & vinacia [57] jure condici possunt.

De fure manumisso.

XV. CELSUS lib. XII Digestorum.

QUod [58] ab alio servus subripuit, ejus nomine liber furti tenetur [59]: condici autem ei non potest [60], nisi liber contrectavit.

De commodatario, & depositario.

XVI. POMPONIUS lib. XXXVIII ad Quintum Mucium.

QUi furtum [61] admittit, vel re commodata [62], vel deposita [63] utendo, condictione quoque ex furtiva causa obstringitur: quæ differt [64] ab actione commodati hoc, quod etiamsi [65] sine dolo malo & culpa ejus interierit [66] res, condictione * tamen * tenetur: cum * in commodati actione non facile [67] ultra culpam, & in depositi [non [68]] ultra dolum [68] malum teneatur is, cum quo [depositi] agetur.

36 *Fur manifestus* dicitur, qui in furto deprehensus est, licet ei res præcepta non fuerit a domino: vide *l.* 2. *l.* 3. & *seq.* ff. *de furtis.* 37 *l.* 54. §. 3. ff. *de furtis.* 38 Cur? quia fur est, & quidem improbissimus. *Inst. vi bonorum raptorum.* 39 *l.* 1. *in fin.* ff. *de condict. furtiv.* 40 *Tamdiu* particula quam vim habeat, vide Gothofred. *in l. fundi.* 56. ff. *de evict. indeb.* 41 *l.* 56. *in fin.* ff. *de oblig. & actionib.* 42 Secus, si sub conditione. *l.* 24. ff. *eod.* 43 *l.* 1. ff. *ubi l.* 14. §. 16. *in fin.* ff. *de furtis.* Differentiam interim observa successoris universalis, & particularis: hanc condictio furtiva non datur: illi datur. 44 Datur enim condictio furtiva dominis contra naturam condictionis. vide *l.* 1. ff. *eod. l.* 1. *in fin.* ff. *de condictione furtivar. l.* 2. §. 26. ff. *vi bonor. raptorum.* 45 Membranarum libros Septuaginta hic Neratius legit. 46 Quia ejus interest rem salvam esse, *l.* 22. ff. *de pignorat.* depositario vero, commodatario, & similibus rei detentatoribus in factum actione, vel officio judicis consulitur: bonæ fidei possessoribus, triticaria. *l.* 2. ff. *de tritic.* Accurs. 47 Furtiva actione conditur res facta ex materia furtiva: quod si res non restituitur, petitur æstimatio. Sed & habetur ratio rei melioris factæ furis opera. 48 Atque ita & hæc contrectata: vide pariter *l.* 52. §. 14. ff. *de furtis.* 49 *Subaudi*, peremptorum ante moram purgatam. 50 *l.* 19. §. 11. ff. *de auro.* 51 V. *l.* 67. §. 2. ff. *de furtis.* 52 Quia pendente conditione heres rei legatæ dominium habet. *l.* 12. §. 2. ff. *famil. l.* 45. §. 1. ff. *de legat.* 2. *l.* 66. ff. *de rei vendic. l.* 34. ff. *de relig. l.* 36. ff. *de rebus creditis.* 53 Id est, quanti vendi potest, *l.* 1. §. 16. ff. *ad Trebell.* Valere res quæque dicitur, quantum vendi potest. 54 Vide *l.* 53. §. 5. ff. *de legat.* 1. 55 Aliud est in usufructu: nec enim caro, & corium mortui pecoris in fructu est. *l.* 30 ff. *quibus modis usufructus. l.* 49. *in princ.* ff. *de legatis.* 2. 56 *l.* 52. §. 14. ff. *de furtis.* 57 *Vinacia*, gramula uvarum: interdum & reliquiæ uvæ tortæ. Colum. & Varro. 58 Furtum si servus alii fecit, actione furti in duplum post libertatem tenetur, non condictione furtiva, nisi liber contrectaverit. *Synopsis Basil.* 15. *tit.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 10. *cap.* 12. 59 Quia interest maleficia puniri, & ne cum aliena jactura locupletetur. *Bart.* 60 Quia condictio furtiva similitudinem habet cum contractibus: servus autem ex contractibus post manumissionem non tenetur. *Bart.*

61 Furtum facit, qui commodato vel depositio in alium usum utitur. 62 V. *l.* 5. §. 8. ff. *commodati.* 63 §. 6. *Inst. de oblig. quæ ex delict.* 64 Furtum committit, qui re commodata abutitur. Quid, qua actione in hac specie tenebitur? furtiva condictione, *ut hic.* An eadem illa fuerit, quæ commodati? non eadem: nam commodati actione non facile ultra culpam agitur: furtiva vero condictione, etiam si sine culpa commodatarii, qui ea abusus est, res perierit, peti potest. 65 Si prius, quam fur rem offerat, rem perire contigerit, furis periculum est. *Synops. d. tit. cap.* 17. 66 V. *l. ult.* ff. *eod.* 67 Commodatarius non facile ultra culpam tenetur, *ut hic.* ut tamen ultra culpam teneatur; & sic, ut casum etiam præstet, patiendo fieri potest. *l.* 7. §. 15. *l.* 27. §. 3. ff. *de pact.* 68 *l.* 13. §. 1. ff. *depositi.* Depositarius non facile ultra dolum malum tenetur. 69 Imo depositarius tenetur, etiamsi sine dolo malo res perierit. *l.* 1. §. 25. ff. *depositi.*

69 Fur non liberatur condictione furtiva, nisi rem præsentem domino offerat. v. l. 72. §. 2. ʃ. de solutionib. Atqui absentis servi potest fieri novatio, ut hac l. vide quæ scripsi ad l. 1. ʃ. de contr. empt. Cur non eadem opera liberari poterit, servo absente domino offerendo?
70 l. 9. C. de furtis.
71 Novare dicitur, qui in aliud, novumque nomen, veterem obligationem mutat. v. l. 1. ʃ. de novat.
72 Puta stipulationis. l. 29. §. fin. ʃ. de verb. obl.
73 Vide Cujac. ad l. 29. in fin. ʃ. de verb. obl.
74 l. 18. §. 1. ʃ. de solutio. adde l. 21. §. 1. ʃ. de furtis.

De oblatione, & novatione.

XVII. PAPINIANUS lib. X Quæstionum.

PArvi refert ad tollendam 69 condictionem, offeratur 70 servus furtivus, an in 71 aliud nomen, aliumque statum obligationis 72 transferatur. Nec me movet, præsens 73 homo fuerit, necne: cum mora, quæ eveniebat ex furto, veluti quadam delegatione finiatur.

De procuratore solvente indebitum sciente.

XVIII. SCÆVOLA lib. IV Quæstionum.

QUoniam furtum fit, cum 74 quis indebitos nummos sciens acceperit, videndum, si procurator suos nummos solvat, an ipsi furtum fiat? Et Pomponius Epistolarum lib. VIII ipsum condicere ait ex causa furtiva: sed & me condicere, si ratum habeam, quod indebitum datum sit: sed altera condictione altera tollitur.

De filia, quæ res amovit.

XIX. PAULUS lib. III ad Neratium.

JUlianus ex persona filiæ, quæ res amovit, dandam in patrem 75 condictionem in peculium respondit.

De rei interitu.

XX. TRYPHONINUS lib. XV Disputationum.

LIcet fur paratus fuerit excipere condictionem, & per me steterit, dum in rebus humanis res fuerat, condicere eam, postea autem perempta est 76, tamen durare condictionem *Veteres* voluerunt: quia videtur qui primo invito domino rem contrectaverit, semper in restituenda ea, quam nec debuit auferre, moram 77 facere.

75 Vide l. 4. ʃ. eod. 76 l. 7. §. 2 l. 8. l. 16. ʃ. eod. l. ult. C. eod. l. 30. ʃ. de act. empt. l. 1. §. 34. ʃ. de vi, & vi armata. l. 46. l. 67. in fin. ʃ. de furtis. l. 7. C. de condict. ob turpem. 77 l. 8. §. 1. in fin. ʃ. eod.

TIT. II.

DE CONDICTIONE EX 1 LEGE 2.

1 Condictiones ex legib. quædam nasci solent. Theophilus, §. 24. Inst. de act.

PAULUS lib. II ad Plautium.

SI obligatio lege nova 3 introducta sit, nec cautum eadem lege, *quo genere actionis experiamur*, ex lege 4 agendum est 5.

2 IV C. IX. Actiones in personam, aut civiles sunt, aut Prætoriæ, aut ex legibus vel constitutionibus, l. 2. C. de quad. præscript. circa finem principii. adde & ex moribus, & statutis: quales sunt hodie actiones feudales, retractus, municipales, statuariæ actiones, quibus fœminæ masculis exstantibus a successione excluduntur. adde nonnunquam ex mente legis dari actionem utilem vel in factum. Item ex Principis rescripto vel constitutione, Theoph. d. § 24. quinetiam ex iniquo jure, quale est, *ut quod quisque juris in alium statuerit, eodem ipse jure utatur*. 3 *Lex nova* dicitur, quæ de novo introducta. Aliis lex Nova, quæ post legem XII Tabularum lata sit. vide l. 1. ʃ. de hered. petit. Goth. exemplum est in Novell. 162. cap. 1. Ans. 4 Talis est condictio ex lege Julia, & Cincia, & legibus Talariis, quibus condictio est ejus, quod in aleam lusum est. Cuj. hic. & C. eod. adde l. 35. §. 5. C. de donat. adde l. 46. C. de Episc. Tales quoque sunt actiones, quæ ex novo statuto vel consuetudine nova competunt. 5 Nova scilicet sed tamen vetere actione etiam uti possumus: nisi nova nominatim id vetuerit. l. 41. ʃ. de obl.

TIT. III.

DE CONDICTIONE TRITICIARIA 6.

6 Triticiaria sic dicta, quod qui hanc actionem primus dari sibi postulavit, forte res ei fuit de æstimando tritico. Cujac. hic. & Stephanus, Græc. interpr.
7 Condictio si certum petetur, datur ex pecunia numerata: triticiaria ex aliis rebus numeratis, hæc prima differentia observetur.
8 Differentiam secundam hujus actionis, sive condictionis a condictione si certum petetur, observa. Illa condictione certum petimus: hac, incertum.
9 Differentiam tertiam hujus actionis à condictione si certum petetur, observa: condictione si certum petetur, quantitas pecuniæ petitur: hac condictione, omnis alia quantitas præter pecuniam.
10 Quarta differentia per hanc actionem, res immobiles, incertæ, & incorporales petuntur: actione si certum petetur, non æque. Quinta differentia: In illa judex inservit contractui, arbitrii inops: in hac triticiaria rem petitam æstimat habita ratione loci & temporis. Cujac. hic. ut merito condictionis hujus usus hodie non sit supervacuus.

De pecunia numerata, & aliis rebus. 1. De re sua. De re furtiva vel vi rapta.

I. ULPIANUS lib. XXVII ad Edictum.

QUi 7 certam pecuniam numeratam petit, illa actione utitur, SI CERTUM PETETUR. Qui 8 autem alias res, per triticiariam condictionem petet. † Et 9 generaliter dicendum est, eas res per hanc actionem peti, [si] quæ sint præter pecuniam numeratam 10: sive [in] pondere, sive [in] mensura constent: sive mobiles sint, sive 11 soli. Quare fundum quoque per hanc actionem petimus, & si vectigalis sit, sive jus stipulatus quis sit, veluti usumfructum 12 vel servitutem utrorumque prædiorum. §. 1. Rem autem suam 13 per hanc actionem nemo petet, nisi ex causis [ex] quibus potest, veluti ex causa furtiva 14 vel re mobili vi abrepta 15.

De fundo vi possesso.

II. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

SEd & ei 16, qui vi aliquem de fundo dejecit, posse fundum 17 condici Sabinus scribit. Et ita & Celsus: Sed ita, si dominus sit, qui dejectus condicat: cæterum, si non sit, possessionem 18 eum condicere Celsus ait.

De rei petitæ æstimatione.

III. IDEM lib. XXVII ad Edictum.

IN hac actione 19 si quæratur, res 20, quæ petita 21 est, cujus temporis æstimationem recipiat, verius 22 est, quod Servius ait, condemnationis 23 tempus spectandum 24. Si vero desierit esse in rebus humanis 25, mortis 26 tempus 27, sed ἐν πλάτει 28, secundum Celsum, erit spectandum: non 29 enim debet novissimum vitæ tempus æstimari: ne ad exiguum pretium æstimatio redigatur in servo forte mortifere vulnerato 30. † In 31 utroque autem, si post moram deterior res facta sit, Marcellus scribit lib. XX habendam æstimationem, quanto deterior res facta sit. Et ideo, si quis post moram servum eluscatum 32 dederit, nec liberari 33 eum: Quare ad tempus moræ 34 in his erit reducenda æstimatio.

De tempore ad locum idem est judicium. Bart.

IV. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI merx 35 aliqua 36, quæ certo die dari debebat, petita 37 sit, veluti vinum, oleum, frumentum: tanti 38 litem æstimandam Cassius ait, quanti fuisset eo die 39, quo dari debuit: si de die nihil convenit, quanti tunc 40, cum judicium acciperetur. † Idemque juris in loco esse: ut primum æstimatio sumatur ejus loci 41, quo dari debuit: si de loco nihil convenit, is locus spectetur 42, quo peteretur. Quod & de cæteris rebus juris est.

11 Differentiam sextam observa. Condictione si certum petetur, pecunia, quæ est res corporalis, & mobilis, petitur: hac vero condictione, etiam immobilis, ut hic. & incorporales, ut jura. vers. sive jus. 12 Quia, qui usumfructum stipulatur, incertum stipulatur. l. 75. §. 3. ʃ. de verbor. obligat. 13 Differentiam septimam observa. Condictione si certum rem debitam nobis poscimus: hac condictione, interdum propriam, ut hic. ejusve possessionem. l. 2. ʃ. eod. 14 Odio furum receptum est, ut furibus etiam res nostras condicamus, l. 1. ʃ. de condict. furt. l. 9. §. 1. ʃ. de rebus credit. & creditori, qui pignus non reddit, l. 4. §. 1. ʃ. de reb. credit. tunc enim fur habetur, l. 54. ʃ. de furtis. & prædoni, ut hic. & l. 10. §. 1. ʃ. de condict. furtiva. & malæ fidei possessori, d. l. 4. & colono, qui post tempus conductionis finitum fructus percipit: item si quid vi fluminis nobis ablatum. d. l. 4. 15 V. l. 2. §. 26. ʃ. vi bonor. raptor. l. 25. §. 1. ʃ. de furtis. 16 Id est, ab eo. 17 Id est, possessionem: nec enim fundi dominium amissum condici potest. 18 Quam non habet, ut l. 56. §. 6. ʃ. de verb. oblig. seu rei possessionem.
19 Subaudi *triticiaria*: adde huic legi, quæ dicturus sum ad l. 1. ʃ. de eo quod. Goth. V. ad hanc legem Goed. de contrah. stipulat. c. 11. n. 92. & seqq. Ans. 20 Id est, species: & vero hic agitur de mancipio, ut ex sequentibus constat. 21 Subaudi dari ex contractu bonæ fidei vel stricti juris. 22 Id est, verum. l. ult. C. de furtis. l. 1. §. 2. ʃ. de dolo. 23 V. l. 4. ʃ. eod. 24 Subaudi, si tunc res plus valuit, nec culpa, nec mora præcessit. 25 Subaudi culpa possessoris.
26 Si tunc pluris fuit a mora: idque si culpa præcessit, non dolus. 27 Nec enim rei æstimatio unquam crescit post ejus interitum. Bald. adde l. pen. ʃ. de rei vind. 28 ἐν πλάτει, spectare aliquid, est solutius latiusque id spectare, non ita exacte. l. 28. ʃ. de prob. l. 13. ʃ. de solut. l. 11. § 2. ʃ. ratam rem. 29 Tempus mortis ἐν πλάτει, non ipsum momentum mortis, sed quod circa mortem paulo ante. 30 Vel longo tempore infirmo, ut postea perierit. 31 Nisi mora præcessit. 32 De eluscato adde l. 5. § ult. in pr. ʃ. ad l. Aquil. 33 Ab actione de dolo. 34 Judicandæ per litis contestationem. 35 Al. res. 36 Ut vinum, oleum, frumentum, ʃ. eod. & breviter vel aliqua quantitate consistens.

37 Post moram debitoris: & quidem hac actione.
38 Solutio hic est ipsius rei æstimationis; hæc, illius subsidiaria est de cujus forma tota hæc quæstio est in qua finienda, nobis hæc duo maxime spectanda: tempus, & locus. Quod ad tempus attinet, priore loco æstimationem rei metimur ex eo die, quo dari res debuit, hoc est, quo rem dari convenit, ut hic. Quid, si de die nihil convenit? tanti res æstimanda, quanti tunc fuit, cum judicium acciperetur, hoc est, quanti tunc fuit, cum res peteretur, l. 22. ʃ. si certum. l. 18. ʃ. de constituta. imo verius est tempus condemnationis spectari, & ad id tempus æstimationem referri rei. l. 3. ʃ. eod. Sic sentio, tempus litis contestatæ spectari, si tunc plurimi res fuit, ut hic. sin minus, tempus condemnationis, & sententiæ. d. l. 3. Quid, si non quantitas, sed species debebatur, & culpa possessoris res esse desiit? æstimationem a rei peremptæ tempore, seu a morte rei vel speciei ducemus ut quanti tum fuerit, cum esse desiit, tanti præstetur ejus æstimatio. l. 3. vers. si vero desierit. §. eod. Quid, mortis tempus ipsumne moriendi momentum accipimus, an potius quoddam tempus non ita strictum, sed latius, quod ante mortem fuerit? non ipsum momentum mortis inspicimus, sed id, quod etiam paulo ante, ne ad exiguum pretium æstimatio redigatur: Periniquum est enim æstimari servum mortifere vulneratum tunc, cum mortuus fuerit, ac non potius qualis fuit, antequam vel vulneraretur, vel moreretur ex vulnere. d. l. 3. vers. mortis tempus. Et breviter in utroque, id est, sive condemnationis, sive mortis tempus spectemus, habenda semper æstimatio est, quanto res deteriores factæ sint. Quid enim, si post moram debitor servum eluscatum det? utique eum liberari non dicemus. Ut hinc constet, ad tempus moræ reducendam semper esse æstimationem. vers. in utroque. Et hæc de die ac tempore. De loco videamus. nam pro locorum varietate rerum varia sunt pretia. Si de loco convenit, æstimatio sumetur ejus loci, si nihil de loco convenit, ex eo loco inibitur æstimatio, quo res petita fuerit. ut hac l. 39 l. vinum. 22. ʃ. de reb. cred. De æstimatione mercis ad certum diem promissæ nec traditæ v. Joann. a Sande, decis. lib. 3. tit. 4. defin. 8. Ans. 40 l. 3. ʃ. eod. l. 22 ʃ. de reb. cred. 41 Vide l. 1. in princ. ʃ. de usuris. 42 l. 22. in fin. ʃ. de reb. cred. l. 22. ʃ. de verb. oblig.

TIT. IV.

DE 1 EO, QUOD CERTO LOCO DARI OPORTET 2.

1 Actio hæc arbitraria est. l. 2. l. 4 in fin. ʃ. eod.
2 III. C. XVIII. Id est, num id, quod certo loco debetur, alio loco peti potest?
3 Qui certo loco dari sibi stipulatus est, alio quoque loco actione utili experiri potest, ut hic. spectante tam ad rei, quam ad actoris utilitatem, eaque de causa quantitas augetur vel minuitur. l. 2. ʃ. eod. Synops. Basil. 24. tit. 1. c. 9.
4 l. 8. C. de solut. hinc constat, Solutionis destinatæ ratione forum sortiri nos in alio, quam domicilii loco. Goth. ad intellectum hujus legis & materiæ v. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. num. 137. Ans.
5 Stipulationem quamque ita interpretari nos oportet, ut non inutilis sit. l. quoties. 80. ʃ. de verb. oblig. Præsumptiones in dubio non ducimus ad ea, quæ acta gesta dicuntur impugnanda. adde l. Divus. 22. ʃ. de usur.
6 Debitor alio, quam destinato loco potest conveniri ex mora, neque eum excusat, quod aliis locis distringatur: moram enim committit, etiamsi aliis locis distringatur.

Ratio hujus actionis.

I. GAIUS lib IX ad Edictum provinciale.

ALio 3 loco 4, quam in quem sibi dari quisque stipulatus esset, non videbatur agendi facultas competere: sed quia 5 iniquum erat, si promissor ad eum locum, in quem daturum se promisisset, nunquam accederet, (quod vel data opera faceret, vel quia aliis 6 locis necessario distringeretur 7) non posse stipulatorem ad suum pervenire, ideo 8 visum est, utilem actionem 9 in eam rem comparare 10.

De utilitate actoris, & rei. 1. De causa hujus actionis. 2. De forma libelli in obligatione alternata. 3. De effectu promissionis alternatæ. 4. De stipulatione Ephesi, & Capuæ. 5. De insula facienda. 6. De die expresso vel subaudito. 7. De adjecto. 8. De utilitate rei, & actoris, & de officio judicis.

II. ULPIANUS lib. XXVII ad Edictum.

ARbitraria 11 actio utriusque 12 utilitatem continet, tam actoris, quam rei. Quod si 13 rei interest, minoris fit pecuniæ condemnatio, quam intentatum est: aut si actoris 14, majoris [pecuniæ] fiat. §. 1. Hæc 15 autem actio ex illa stipulatione venit, ubi stipulatus sum à te, *Ephesi decem dari*. §. 2. Si quis *Ephesi decem, aut Capuæ hominem dari* stipulatus experiatur, non debet, detracto altero loco, experiri: ne auferat loci utilitatem reo.

§. 3. Scævola lib. XV Quæstionum ait, Non 16 utique ea, quæ tacite 17 insunt stipulationibus, semper in rei esse potestate, sed quid debeat, esse in ejus arbitrio: an debeat, non esse. Et ideo eum 18, qui 19 *Stichum* 20 *aut* 21 *Pamphilum* promittit, eligere 22 posse, quod solvat, quamdiu ambo vivunt: cæterum ubi 23 alter decessit, extingui ejus electionem 24: ne sit in arbitrio ejus, an debeat, dum non vult vivum præstare, quem solum debet. Quare & in proposito eum, qui promisit *Ephesi, aut* 25 *Capuæ*, si fuerit in ipsius arbitrio, ubi ab eo petatur, conveniri non potuisse: semper enim alium locum electurum: sic evenire, ut sit in ipsius arbitrio, an debeat: quare putat posse ab eo peti altero loco, & sine loci adjectione: damus igitur actori electionem 26 petitionis. Et generaliter definit Scævola *, petitorem electionem habere 27, ubi petat: reum, ubi solvat: scilicet ante petitionem. Proinde mixta 28 (inquit) rerum alternatio 29 locorum alternationi, ex necessitate facit actoris electionem, & in rem propter locum: alioquin tollis ei actionem, dum vis reservare reo optionem. §. 4. Si quis ita stipulatur, *Ephesi, & Capuæ*, hoc ait 30, ut Ephesi partem, & Capuæ partem petat. §. 5. Si quis *insulam fieri* stipuletur, & locum 31 non adjiciat, non valet stipulatio. §. 6. Qui ita stipulatur, *Ephesi decem dari*, si ante diem, quam Ephesum pervenire possit, agat:

7 Ut debitor possit alibi conveniri, non est necesse, ut is in mora fuerit ad locum destinatum solutioni accedendi, alioqui carcere vel custodia qui continetur, moram nunquam committeret, ut qui carcere sive custodia necessario distringatur. l. 23. ʃ. de usuris. Jas. l. 80. ʃ. de verb. oblig. 8 Ne alioquin stipulatio reddatur inutilis, id enim in dubio est. 9 Arbitrariam. l. 2. l. 3. in princ. l. 4. in fin. ʃ. eod. § 33. ver. loco. Inst. de act. 10 Ut ubicunque repertus fuerit, in eum agi possit. Potestne reus petere, suo ut ex domicilio destinatæ solutionis ad locum remittatur? non potest, nisi reus juramento interposito certo loco solutionem promisit, nisi lis loco destinato inchoata, nisi fori privilegio renunciavit, nisi promisit se judicio sistere, petente quandocunque adversario, seu creditore, nisi junctim certo loco, die certa adjecta solutionem promiserit. Jas. 11 Arbitraria actio est hæc, de eo, quod certo loco. l. 3. l. 4. in fin. ʃ. 12 Id est, ἐκκλήτου. in hanc actionem venit æstimatio ejus, quod alterutrius interfuit. l. 8. ʃ. eod. l. un. C. eod. In arbitrariis actionibus ratio habetur ejus, quod interest actoris, & rei. 13 §. ult. in princ. ʃ. eod. id est, in hac actione habetur ratio utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solvisset, quo se soluturum spopondit. §. 33. vers. propter quam causam. Inst. de act. 14 l. un. C. ubi conveniatur, qui certo loco. 15 Actio, loci ratione, arbitraria est, si est stricti juris (ut si ex stipulatione, mutuo testamento): secus est, si est bonæ fidei. Jas. 16 Tacite quæ insunt stipulationi, non semper sunt in rei potestate. 17 Inesse dicuntur, quæ verbis non expressa, ut electio, tempus, locus. 18 In *alternatione rerum* (puta cum quis *Petrum aut Paulum* promittit) quamdiu superstites ambo sunt, reus electionem habet, utrum præstare velit. Cæterum ubi decessit alter, altarum præstare cogitur. In alternatione vero locorum, electionem reus habet, ut, ubi velit, solvat: cum autem non solvit, actor, ubi vult, petit. Quod si mixta fuerit alternatio rerum, & locorum, actor electionem habet, quid, & quo loco petere velit. & ita quidem Synops. Basil. 24. tit. 9. C. 2. 19 Antea legebatur, *cum qui*. August. 1 Emend. 9. 20 Alternatio hæc rerum est. Cæterum hic notandum, alternativas non unius esse generis, sunt enim rerum, personarum, temporis, locorum. Est & mixta ex loco, & tempore, vel ex rebus, locis, & personis: ut, *promittis mihi dare Stichum aut Pamphilum, mihi Titiove, Lutetiæ vel Lugduni*. Est & mixta ex rebus, personis, loco, & tempore simul. 21 In alternativa rerum, quamdiu utraque res superest, debitoris electio est, l. 10. in fin. ʃ. de jure dotium. in locorum vero, (vers. Quare. ʃ. eod.) & in mixta (vers. proinde. ʃ. eod.) rerum & locorum alternativa, creditori electio competit. 22 In alternativa rerum, electio est debitoris, quamdiu utraque superest: una perempta, desinit ejus esse electio. l. plerumque. 10. in fin. ʃ. de jure dotium. 23 l. 95. in princ. & §. 1. ʃ. de solutionibus. 24 Postquam una res alternativæ promissionis sublata est, tollitur debitori electio, & altera præcise remanet in obligatione. 25 *Locorum alternatio* hæc est. In hac alternativa electio est semper creditoris: quia posset reus alioqui semper variare. Eadem ratione in pluribus judicibus defensoris seu rei, creditoris electio est, nisi reus vel juris studiosus sit. Authent. habita. C. ne filius pro patre. vel judicium antevertit, ex l. diffamari. C. de ingenuis. 26 l. 19. §. fin. ʃ. de judic. contra est arg. l. 5. §. 1. in fin. ʃ. depos. Ans. 27 Interdum reo fit potestas agendi, ubi velit, puta si privilegium habeat, ut scholaris: item si alium prævenit, ut in specie d. l. 5. C. de ingen. manumiss. 28 *Alternatio mixta* est, quæ ex rebus & locis est. In hac alternatione electio est creditoris: ut cum loci electionem habeat, idem & rei quoque electionem consequatur. 29 Alternativam rerum & locorum mixtam observa. 30 Copula, &, posita inter plura loca, dividit solutionem pro rata. l. reos. 11. §. cum tabulis. ʃ. de duobus reis. Jason. Goth. Vide Zanger. de except. part. 3. cap. 2. num. 31. & Burrigar. h. l. Ans. 31 Vide l. 84. 115. ʃ. de verb. oblig. sic incertitudo loci vitiat stipulationem insulæ faciendæ: ut & alius relictum. arg. l. 71. ʃ. de leg. 1.

agat: perperam ante diem agi: quia & Julianus putat, diem tacite 32 huic stipulationi inesse. Quare verum puto, quod Julianus ait, eum, qui Romæ stipulatur, *hodie Carthagine dari*, inutiliter 33 stipulari. §. 7. Idem Julianus tractat, an is, qui *Ephesi sibi aut Titio dari* stipulatus est, si alibi Titio solvatur, nihilominus possit intendere, sibi dari oportere? Et [Julianus] scribit, liberationem non contigisse 34: atque ideo posse peti, quod interest. Marcellus autem & alias tractat, & apud Julianum notat, posse dici, & si mihi alibi solvatur, liberationem contigisse, quamvis invitus accipere non cogar; plane, si non contigit liberatio, dicendum ait, superesse petitionem integræ summæ; quemadmodum si quis insulam alibi fecisset, quam ubi promiserat, in nihilum liberaretur. Sed mihi videtur summæ solutio 35 distare à fabrica insulæ: & ideo, quod interest, solum petendum. §. 8. Nunc *officio judicis* hujus actionis loquendum est: utrum quantitati contractus debeat servire 36, an vel excedere vel minuere quantitatem debeat: ut si interfuisset rei, Ephesi potius solvere, quam eo loci, quo conveniebatur, ratio ejus haberetur? Julianus Labeonis opinionem secutus, etiam actoris habuit rationem: cujus interdum potuit interesse, Ephesi recipere. Itaque utilitas quoque actoris veniet: quid enim, si trajectitiam 37 pecuniam dederit, Ephesi recepturus, ubi sub pœna debebat pecuniam, vel sub pignoribus: & distracta pignora sunt, vel pœna commissa mora tua vel fisco aliquid debebatur, & res stipulatoris vilissimo distracta est? in hanc arbitrariam, quod interfuit, veniet: & quidem ultra legitimum 38 modum usurarum. Quid 39, si merces solebat comparare? & an & lucri ratio habeatur, non solius damni? Puto & lucri 40 habendam rationem.

III. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

IDeo in 41 arbitrium 42 judicis refertur hæc actio, quia scimus, quam varia 43 sint pretia rerum per singulas civitates, regionesque: maxime vini, olei, frumenti: pecuniaram quoque, licet videatur una & eadem potestas ubique esse, tamen aliis locis facilius, & levibus usuris inveniuntur, aliis difficilius, & gravibus usuris.

De reo absolvendo.

IV. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

QUod si Ephesi petetur, ipsa sola summa petetur, nec amplius quid: nisi si quid esset stipulatus, vel si temporis 44 utilitas intervenit. §. 1. Interdum judex, qui ex hac actione cognoscit, cum sit arbitraria 45, absolvere reum debet, cautione ab eo exacta de *pecunia ibi solvenda, ubi promissa* est: quid enim, si ibi vel oblata pecunia actori dicatur, vel deposita, vel ex facili solvenda? Nonne debebit interdum absolvere? In summa, æquitatem 46 [quoque] ante oculos habere debet judex, qui huic actioni addictus 47 est.

De jussu testatoris.

V. Paulus lib. XXVIII ad Edictum.

SI heres à testatore jussus sit, *certo loco quid dare*, arbitraria 48 actio competit 49:

De mutuo.

VI. Pomponius lib. XXII ad Sabinum.

AUt mutua pecunia [sic] data fuerit, ut certo loco reddatur.

VII. Paulus lib. XXVIII ad Edictum.

IN 50 bonæ fidei judiciis, etiam 51 si [in] contrahendo convenit, *ut certo loco quid præstetur*, ex empto vel vendito vel depositi actio competit 52: non 53 arbitraria actio. §. 1. Si tamen *certo loco traditurum se* quis stipulatus sit, hac actione utendum erit.

De bonæ fidei judiciis. De stipulatione.

VIII. Africanus lib. III Quæstionum.

CEntum Capuæ dari stipulatus, fidejussorem accepisti: ea pecunia ab eo 54 similiter, ut ab ipso promissore peti debebit: id est, ut si alibi 55, quam Capuæ petantur, arbitraria agi debeat, lisque tanti æstimetur, quanti 56 ejus vel actoris interfuerit eam summam Capuæ potius, quam alibi solvi. Nec oportebit, quod forte per reum steterit, quo minus tota centum Capuæ solverentur, obligationem fidejussoris augeri 57: nec 58 enim hæc causa recte comparabitur obligationi usurarum: ibi enim duæ 59 stipulationes sunt, hic autem una pecuniæ [creditæ] est: circa cujus exsecutionem, æstimationis ratio arbitrio judicis committitur. Ejusque differentiæ manifestissimum argumentum esse puto, quod si post moram factam pars pecuniæ soluta sit, & reliquum petatur, officium judicis tale esse debeat, ut æstimet quanti actoris interfuit, eam duntaxat summam, quæ petetur, Capuæ solutam esse.

Ubi solvi debet.

IX. Ulpianus lib. XLVII ad Sabinum.

IS, qui certo loco dare promittit, nullo 60 alio loco, quam in quo promisit, solvere invito stipulatore potest.

De fidejussore post moram accepto.

X. Paulus lib. IV Quæstionum.

SI post moram factam, quo minus Capuæ solveretur, cum arbitraria vellet agere, fidejussor acceptus sit ejus actionis nomine, videamus, ne ea pecunia, quæ ex sententia judicis accedere potest, non debeatur: nec sit in obligatione, adeo ut nunc quoque sorte soluta vel si Capuæ petatur, arbitrium judicis cesset: Nisi [si] quis dicat, si judex centum & viginti condemnare debuerit, centum solutis ex universitate 61, tam ex sorte, quam ex pœna, solutum videri: ut superfit petitio ejus, quod excedit sortem, & accedat pœna pro eadem quantitate? Quod non puto admittendum: tanto magis, quod * creditor accipiendo pecuniam 62 etiam remisisse pœnam videtur.

niam sub pœna promissam accepit, venditioni sub pœna contractæ renunciat. *l.* 28. *l.* 49. *ff. de act. empt.* Goth. Vide Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 12. Aust.

Tit. V.

DE PECUNIA CONSTITUTA 3.

Ratio, 1. *Et verba edicti. De muliere.* 2. *De pupillo.* 3. *De filiofam.* 4. *De stipulatione inutili.* 5. *Si aliud pro debito constituatur.* 6. *De debito ex contractu*, 7. *Vel naturaliter*, 8. *Vel jure prætorio. De hu, qui de peculio tenentur.*

I. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

HOc Edicto Prætor favet naturali 4 æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit: quoniam * grave est 5 fidem 6 fallere. §. 1. Ait Prætor: QUI PECUNIAM DEBITAM 7 CONSTITUIT. QUI 8 sic accipiendum est, QUÆVE: nam & mulieres 9 de constituta tenentur, si non interfecerint. §. 2. De pupillo 10, etsi nihil sit expressum Edicto, attamen sine tutoris autoritate constituendo non obligatur 11.

§. 3. Sed si filiusfamilias constituerit, an teneatur, quæritur? Sed puto verum, & ipsum constituentem teneri, & patrem de peculio. §. 4. Eum, qui inutiliter 12 stipulatus est, cum stipulari voluerit, non constitui sibi, dicendum est de constituta experiri non posse: quoniam non 13 animo constituentis, sed promittentis factum sit. §. 5. An potest aliud 14 constitui, quam quod debetur, quæritum est? Sed cum 15 jam placet, rem 16 pro re solvi posse 17, nihil prohibet, & aliud pro debito constitui: denique si quis centum debens, frumentum ejusdem pretii constituat, puto valere constitutum 18. §. 6. *Debitum* autem ex quacunque causa 19 potest constitui, id est, ex quocunque contractu 20, sive certi 21, sive incerti 22: & si ex causa emptionis quis pretium debeat, vel ex causa dotis, vel ex causa tutelæ, vel ex quocunque alio contractu. §. 7. Debitum autem vel 23 natura sufficit 24.

§. 8. Sed & is, qui honoraria 25 actione, non 26 jure civili 27 obligatus est 28, constituendo tenetur: * videtur enim debitum, & quod jure honorario debetur: & ideo & pater & dominus de peculio obstricti, si constituerint, tenebuntur usque ad eam quantitatem, quæ tunc fuit in peculio, cum constituebatur: cæterum, si plus suo nomine constituit, non tenebitur in id, quod plus est.

II. Julianus lib. XI Digestorum.

QUod si filii nomine constituerit se decem soluturum, quamvis in peculio quinque fuerint, de constituta in decem tenebitur.

De marito. 1. De obligatione civili tantum. 2. De obligatione in diem.

III. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

QUod si maritus plus 29 constituit ex dote, quam facere poterat: quia debitum constituerit, in solidum quidem tenetur, sed mulieri, in quantum facere potest, condemnatur. §. 1. Si quis autem constituerit, quod jure civili debebat, jure 30 prætorio non debebat, id est, per 31 exceptionem, an constituendo teneatur, quæritur? Et est verum, ut [&] Pomponius scribit, eum non teneri: quia *debita juribus* 32 non est pecunia, quæ constituta est.

§. 2. Si is, qui [&] jure civili, & prætorio debebat, in diem 33 sit obligatus, an constituendo teneatur? Et Labeo ait, teneri [constitutum]: quam sententiam & Pedius probat: & adjicit Labeo, vel propter 34 has potissimum pecunias, quæ nondum peti possunt, constituta inducta: quam sententiam non invitus probarem: habet enim utilitatem, ut ex die obligatus, constituendo se eadem die soluturum, teneatur.

IV. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

SEd &, si citeriore 35 die constituat se soluturum, similiter tenetur. De

60 *l.* 2. §. 2. *ff. eod. l.* 9. §. 1. *ff. depositi. l.* 122. *ff. de verb. oblig. l.* 15. §. 1. *ff. de fidejuss. l.* 9. *C. de fidej.*

61 Centum solutis ex universitate, &c. sic emendavit Cujac. in *quadam prælectione ad me transmissa.*

62 Vel hominem, *l.* 4. §. 7. *in fin. ff. de doli except.* sic qui usuras accipit, sortis petitionem differt. vide *l.* 2. §. 6. *d. tit.* e contrario, qui pecuniam, quæ ex causa depositi debetur, non petit, usuras non cogitur solvere. *l.* 24. *ff. de usur.* Sed & qui pecuniam, quæ ex causa depositi debetur, non petit, usuras non cogitur solvere. *l.* 24. *ff. de usur.*

1 IV C. XVIII. & §. 8. *Inst. de actionib.* Paul. 2 *Sent.* 2.

2 Pecuniæ appellatione in hoc edicto continentur omnes res quæ pondere, numero & mensura constant. *l.* 88. *l.* 122. *l.* 178. *ff. de verb. signif.* Anf

3 *Constituta* est conventio, qua quis respondet citra stipulationem se soluturum, quod ipse vel alius debet. Cujac. *hic.* Porro, constitutum à fidejussione differt, quod quis & pro se, & nudo pacto, & absens, & aliud pro alio constituere possit, fidejussio vero ita non admittat. vide Oldend. *class.* 4. *act.* 8. *in princ.* & quod constituti reus decem dies ad solvendum habeat, *l.* 21. §. 1. *ff. eod.* cum qui stipulanti promisit, itatim potest exigi. *l.* 118. §. 1. *ff. de verb. oblig.*

4 A naturali ratione edicta Prætorum commendantur plerumque, *ut hic. & l.* 1. *ff. de pactis.*

5 Imo non est grave certis casibus fidem fallere: dixi ad *l.* 38. *ff. de rei vindic.*

6 Fidem fallere grave est. *l.* 25. *ff. eod. l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. §. 4. *ff. depositi.*

7 *Subaud.* ab alio, Paul. 2 *sentent.* 2. §. *ult.* si id, quod mihi Lucius debet, solvatur tibi te constituas, teneris actione pecuniæ constitutæ.

8 Vide *l.* 1. *ff. de verb. sign. l.* 3. §. 1. *ff. de homine libero.*

9 *Mulier* constituere pro alio potest, si tamen non intercesserit, *ut hic. Synopf. Basil.* 26. *tit.* 7. *c.* 1.

10 *Pupillus* constituere tutore autore potest: eo non autore, non potest. 11 Ne quidem natura. v. *l.* 41. *ff. de condict. indebit. l.* 1. *ff. de novat.* 12 Inutilis stipulatio vim non habet constituti. *l.* 1. §. 2. *ff. de verb. oblig.* 13 Intercessit quidem stipulatio & promissio, at non constituendi animus. Unde notant, Constitutum, ex interrogatione & responsione fieri posse. adde *l.* 7. §. 12. *ff. de pactis.*

14 Constituti aliud potest, quam quod debetur. Nihil interest, an id, quod constituitur, sit debitum, dummodo constituatur nomine debiti. 15 Argumentum à solutione ad constitutum. 16 Solvi res una pro alia re potest. 17 Creditori volenti, non invito. 18 At non fidejussio. *l.* 42. *ff. de fidejussorib.* 19 Constituti potest debitum ex quocunque contractu. 20 Etiam delicto. *l.* 29. *ff. eod.* vide quæ notavi ad *l.* 16. *ff. eod.* 21 Contractuum alii certum, alii incertum continent. adde *l. un. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.* 22 Incertum etiam potest constitui. v. quæ scripsi ad *l.* 14 *ff. eod.* 23 Id est, faltem. Constituti potest etiam id, quod natura tantum debetur. 24 Naturaliter eodem modo legata debentur, propter testatoris voluntatem, etiamsi testamentum non sit solenne. v. *l.* 12. *l.* 17. *ff. de injusto.* ideoque debitum ex testamento constitui potest. Zas. ad *d.* §. 9. *n.* 8.

25 Constituti potest id, quod jure tantum honorario debetur. 26 Jus honorarium aliud a civili. Porro *honorarium* jus, prætorium. 27 Nam quod jure civili tantum debetur, constitui non potest: quia dici potest indebitum, quod est jure tantum civili debitum. v. *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

28 Quid ita? cum civili debito fidejussor possit accedere: cur non & eadem ratione civile debitum constituti poterit? omnes pene tradunt nullam rationem afferri posse. Sed Zas. *ibid.* ait, constituti eam esse naturam, ut confirmet: nihil autem confirmari posse, nisi id, quod firmabile sit: confirmat, inquam, id est, adjicit alias qualitates, monetam, tempus, locum, & his similia: fidejussionis non eam esse vim, ut ita firmet, cum in ea plus esse non possit, quam in debito sit. Zas. Minsing. ad *d.* §. 9. *Inst. de actionib.* 29 Constituere uxori solidum dotem maritus quidem potest: ut ex constituto in solidum teneatur, non tamen in solidum condemnatur. Solida quidem obligatio est, condemnatio non est. Ut his consset, paria non esse promittere, & solvere. contra *l. ult. C. ad l. Falcid.*

30 Debentur quædam civili jure, quæ prætorio jure non debentur, *ut hic. & l.* 30 *ff. eod.* Dedi tibi mutua decem, pactus sum postea ea abs te non peti. Civili jure manes obligatus, *l.* 3. *l.* 27. §. 2. *l.* 51. *in fin. ff. de pact. l.* 5. *C. de pactis.* §. 3. *Inst. de except.* at non prætorio ob pactum, & naturalem æquitatem. Eodem sensu legimus, nihil interesse, ipso jure quis actionem non habeat, an habeat, sic tamen, ut per exceptionem infirmetur. *l.* 112. *ff. de reg. jur.* Per jocum qui spopondit, jure civili obligatus est, at non prætorio. v. tamen *l.* 3. *in fin. ff. de oblig.* Juraffi me deferente, vel servus in suo peculio contraxit: Prætorio jure obligatus sum. 31 *l.* 14. *ff. de compensationib.* Constituti debitum non potest, cujus petitio exceptione elidi potest. 32 *Vulg.* viribus. Quid, si legas, *quæ debita jure prætorii non est pecunia, quæ constituta est?* 33 Non solum debitum purum, sed etiam in diem, constitui potest, *ut hic.* de quo tamen à veteribus dubitatum fuit. *l.* 2. *verf. & dubitabatur. C. de constituta pecunia.* 34 Constituendi tenet, licet in eo plus sit tempore vel loco, *ut hic.* At fidejussor in duriorem causam obligatus, quam reus ipse obligatus sit, teneri non potest. *l. Græce. ff. illud. ff. de fidejuss.* An hoc ideo sit, quod fidejussor accessionis locum magis subeat, quam qui constituit, (nec enim potest esse sine principali, *l. si heres pecuniam. 73. ff. ad Treb.*) ut ea ratione naturam sui principalis eo magis consequatur, quam qui constituit? 35 *Citerior* dies, qui nobis vicinior.

32 Tempus tacite inest promissioni certo loco dandi. *l.* 2. §. *penult. ff. si quis caut. l.* 1. *in fin. ff. de cond. ex demonst. l.* 24. *ff. de oper. libert. l.* 41. §. *pen. l.* 73. *l.* 137. §. 2. *ff. de verb. obligat.* §. *loca.* 5. *Inst. de verb. oblig.*

33 Angustiæ temporis vitiant stipulationem. *Faf.*

34 Debitor solvens adjecto alibi, quam in loco destinato, non liberatur.

35 Quia factum certo loco promissum, substantialiter vitiatur ex locorum diversitate: præstatio autem summæ, non æque: quia quocunque loco præstatur, recipiendi commodum præbet, & continet. *Bart.*

36 Officium judicis interdum actioni deservit, interdum eam excedit, interdum minuit.

37 Usurarum centesimarum ratio in trajectitiis pecuniis non servatur: quin etiam duplum in iis excedi potest; secus ac in eo, quod intercit.

38 De quo dixi ad *l.* 1. §. 3. *ff. de pignoribus.*

39 Hinc colligunt, interesse lucri cessantis per locum à solutis probari. *Faf.* vide quæ scripsi ad *l.* 9. §. 8. *ff. si certum.* De loco à solutis vide Everardum, *in loco à solutis.* 104.

40 V. *l.* 13. *ff. rat. rem hab.* vide *l.* 8. §. 1. *ff. de negot. l.* 36. *ff. mandati.*

41 *l.* 2. *ff. eod.*

42 Ex. hac lege modum articulandi circa valorem rerum colligunt. *Bald.* Articulandus rerum valor uti quove modo sit, ex hac lege colligas.

43 Vide *l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* §. 33. *Inst. de act.*

44 V. *l.* 24. *ff. de reg. jur.*

45 *l.* 2. *l.* 3. *ff. eod.*

46 Jure informatum, & quæ ex jure possit colligi, non cerebrinam. *Abbas apud Jason.* de æquitate. vide *l.* 21. *ff. de interrog.*

47 Interdum judex actioni inservit, interdum eam excedit, interdum minuit.

48 Actiones arbitrariæ propter locum, sunt quatuor: ex stipulatione, ex testamento, ex mutuo, *l.* 6. *ff. eod.* ex constituto. *Faf.* 49 *Sub.* si agatur alio loco. 50 In bonæ fidei judiciis actio arbitraria quod certo loco, locum non habet. 51 Loci adjectione bonæ fidei actio non fit arbitraria, nec eo judicis potestas restringitur. 52 Id enim, quod interest, ex earum actionum natura consequitur. 53 Nulla actio bonæ fidei, propter adjectionem loci potest fieri arbitraria. *Faf. in pr.* nisi contractus bonæ fidei deducatur in stipulationem: tunc enim assumit naturam contractus stricti juris, *ut hic.* §. 1. *ff. eod.* Jas. *n.* 4. ubi notat Bartolum ea in re fuisse sibi contrarium: additque, eam in rem utile esse, ut tabelliones & notarii suis instrumentis stipulationem inserant. 54 Fidejussore. v. *l.* 3. *ff. de fidejussorib. tutorum.* 55 Loco certo qui debet, invitus alibi conveniri potest: sic ut arbitraria actione tanto minus solvat, quanti interest ejus condicto potius loco, quam quo convenitur, solvere. v. *l.* 2. §. 3. *ff. eod.* 56 Is sit causæ nostræ status: Secundus centum Capuæ se mihi Primo, Kalend. Martiis daturum promisit: & eam ob causam mihi fidejussorem Tertium dedit: Neuter Kal. Martiis Capuæ satisfacit: Hic Ephesi Tertium offendo, cui sortem supradictam condico: sed & amplius, quanti mea interfuit eam summam Capuæ potius, quam hic Ephesi solutam esse. Non disputabo (inquit Tertius, tibi jus sit, necne, principali debitore neglecto, in me unum agere: Item, recte necne postules sortem, quodque tua interfuit: hoc unum postulo, ut eo minoris tibi tenear, quo mea interfit, eam summam potius Capuæ, quam alibi solvi, cum mihi libertas Capuæ solvendi sit prærepta, ubi levioribus usuris pecuniæ mutuo possunt accipi, quam hic Ephesi; idque eo magis, quod in hac actione, non tui, sed mei, mœstque utilitatis habenda sit ratio. v. *l. un. C. eod.* Quin, si præterea nimium urges, tanti me ulla obligatione tibi teneri negari potest, cum per me non steterit (impeditum sc. reipubl. causa, & adversa valetudine graviter afflictum), sed per ipsum reum principalem, quominus tibi Capuæ satisfactum fuerit: Notum quippe, non omnem dilationem moræ adnumerari, *l.* 21. *ff. de usuris.* sed justis de causis moram excusari. *l.* 5. *ff. de reb. cred.* Ut res ita sit (inquit Primus) hoc tamen constat, moram principalis, ejus fidejussori nocere, ut in usuras ipse quoque teneatur. *l.* 54. *ff. locati. l.* 49. *ff. de verb. signif.* Hæc ita sint (inquit Tertius) sed nihil ad me pertinent: cum hæc causa valde dissimilis ab eo sit casu, quem nunc profers: Porro, quæ dissimilia sunt, eundem effectum non obtinent, sed eorum diversa decisio est. Non recte comparari hanc præsentem causam, in qua agis ad interesse, cum obligatione usurarum, id est, ei negotio, in quo usuræ petuntur à fidejussore, eo constat, quod illo casu duæ obligationes reperiuntur: una sc. sortis, altera usurarum. *l.* 4. *C. depositi.* Hic una tantum stipulatio & obligatio, sortis sc. & usurarum nulla: quod si dixeris hic interesse peti, non repugnabo: sed adde, id genus interesse sive utilitatis à solo judicis arbitrio, *l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.* non ab ulla obligatione, descendere. Sint igitur ista arbitrio judicis dijudicanda ex æquo & bono: ut ne putes judicem ulli tuæ obligationi adstrictum: petatur id quanti tua interest judicis arbitrio, non ex obligatione: non hoc enim, sed illo tibi teneor. Hæc eo quoque manifestiora sequentibus erunt, si partem sortis acceptasse, ad residuum egisse, & officio judicis postulasse æstimari, quanti tua interfuisset residuum illud Capuæ tibi solutum esse. *ff. eod. in fin.* Quod si jus illud in residui petitione servatum fuisset, idem sane nunc quoque fuerit nulla parte debiti soluta, toto ac integro manente debito: ut quod jus in parte recipi potuisset, idem totius ratione, & in toto recipi debeat. 57 Mora rei obligatio fidejussoris non augetur, *ut hic.* licet perpetua usurarum adversus fidejussorem obligatio: & tamen mora, de qua hic agitur, non augetur fidejussoris obligatio. Cur tam varie? usuræ stipulanti promissæ, à reo debentur: igitur & à fidejussore. Id verum, quod interest, in arbitrariis actionibus, non stipulatione, non promissione rei, sed officio tantum judicis debetur: ut hinc colligas, id ipsum, quod interfit, à fidejussore promissum non esse.

59 Vide *l.* 4. *C. depositi. l.* 18. *ff. de acceptilat. l.* 9. §. 4. *ff. de reb. cred.*

De loco. 1. *De legato.* 2. Debitum *quomodo accipiatur.* 3. *De epistola.* 4. *De persona substituta.* 5. *Et eius solvendum est.* 6. *De procuratore, tutore, actore municipum, curatore.* 10. *De servo.*

V. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

EUm, qui Ephesi promisit se soluturum, si constituat alio [36] loco se soluturum, teneri constat. §. 1. Julianus Legatum Romæ constituentem quod in provincia acceperat, putat conveniri debere [37] quod & verum est. Sed [&] si non cum Romæ esset, sed in provincia adhuc, constituit se Romæ soluturum, denegatur in eum actio de constituta. §. 2. Quod exigimus [38], ut sit debitum, quod constituitur, in rem exactum est: non utique ut is, cui constituitur, creditor sit: nam & quod ego debeo [39], tu constituendo teneberis [40], & quod tibi debetur, si mihi constituatur, debetur. §. 3. Julianus quoque lib. XI scribit: Titius epistolam [41] ad me talem emisit: *Scripsi* [42] *[me] secundum* [43] *mandatum Seii, si* [44] *quid tibi debitum adprobatum erit, me tibi cauturum, & soluturum sine controversia:* tenetur Titius de constituta pecunia.

§. 4. Sed si quis constituerit *alium soluturum*, non se pro alio, non [45] tenetur: & ita Ponponius lib. VIII scribit. §. 5. Item, si mihi constituas te soluturum, teneberis. Quod si mihi constitueris, *Sempronio te soluturum*, non teneberis. §. 6. Julianus lib. XI Digestorum scribit, procuratori [46] constitui posse [47]: quod Pomponius ita interpretatur, ut ipsi [48] procuratori constituas te soluturum, non domino 49. §. 7. Item [50] tutori [51] pupilli constitui potest, & actori municipum, & curatori furiosi. §. 8. Sed & ipsi constituentes tenebuntur [52]. §. 9. Si actori [53] municipum, vel tutori [54] pupilli, vel curatori furiosi, vel adolescentis ita constituatur, MUNICIPIBUS SOLVI, vel PUPILLO, vel FURIOSO, vel ADOLESCENTI, utilitatis gratia puto dandam municipibus, vel pupillo, vel furioso, vel adolescenti utilem [55] actionem. §. 10. Servo quoque constitui posse constat [56]: & si servo constituatur, *domino solvi* vel *ipsi servo*, qualem qualem [57] servum domino adquirere obligationem.

De eo, qui bona fide servit.

VI. Paulus lib. II Sententiarum.

IDem est & si ei [58], qui bona fide mihi servit, constitutum fuerit.

De filiofam. 1. *De adjecto.*

VII. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

SEd & si filiofamilias [59] constituatur, valet constitutum.

§. 1. *Si mihi aut* [60] *Titio* stipuler, Titio constitui suo nomine non posse, Julianus ait: quia [61] non habet petitionem [62], tametsi [63] solvi [64] ei possit.

VIII. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

SI vero *mihi*, *aut Titio* constitueris *te soluturum*, mihi competit actio. Quod si posteaquam soli [65] mihi te soluturum constituisti, solveris Titio, nihilominus mihi teneberis [66].

IX. Papinianus lib. VIII Quæstionum.

TItius tamen indebiti condictione tenebitur: ut quod ei perperam solutum est, ei, qui solvit, reddatur.

De duobus reis stipulandi.

X. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

IDem [67] est & si duobus reis stipulandi post alteri constitutum, alteri postea solutum est: quia loco ejus, cui jam solutum est, haberi debet is, cui constituitur.

Si non apparet debitor. 1. *Si plus* XVIII *vel minus constituatur, quam debitum sit.*

XI. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

HActenus igitur constitutum valebit [68], si quod constituitur, debitum sit, etiam [69] si nullus apparet, qui interim debeat: utputa, si ante aditam hereditatem debitoris [70], vel capto eo ab hostibus [71], constituat quis se soluturum: nam & Pomponius scribit valere constitutum, quoniam debita pecunia constituta est [72]. §. 1. Si quis centum aureos debens, *ducentos* constituat, in centum tantummodo [73] tenetur: quia [74] ea pecunia debita est: ergo & is, qui sortem, & usuras, quæ [75] non debebantur, constituit, tenebitur in sortem duntaxat.

XII. Paulus lib. XIII ad Edictum.

SEd & si decem debeantur, *& decem & Stichum* constituat, potest dici, decem tantummodo [76] nomine teneri.

XIII. Idem lib. XXIX ad Edictum.

SEd si quis viginti debens, *decem* constituit se soluturum, tenebitur [77].

De certa vel incerta quantitate. 1. *De pignore*, 2. *Vel fidejussore dando.* 3. *Quibus modis, per quas personas constitutum.*

XIV. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

QUi autem constituit se soluturum, tenetur, sive adjecit certam quantitatem, sive non [78]. §. 1. Si quis constituerit *se pignus* [79] *daturum*, cum utilitas pignorum irrepserit [80], debet etiam hoc constitutum admitti. §. 2. Sed & si quis *certam personam sisti fidejussuram pro se* constituerit [81], nihilominus tenetur, ut Pomponius scribit. Quid tamen, si ea persona nolit fidejubere? puto teneri eum, qui constituit: nisi aliud actum est. Quid, si ante decessit? Si mora interveniente, æquum est teneri eum, qui constituit, vel in id, quod interest [82], vel ut aliam [83] personam [84] non minus idoneam fidejubentem præstet: si nulla mora interveniente, magis puto non teneri. §. 3. Constituere autem & præsentes & absentes [85] possumus: sicut [86] pacisci [87], & per nuncium [88], & per nosmetipsos, & quibuscunque [89] verbis [90].

XV. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

ET licet libera [91] persona sit, per quam tibi constitui, non erit impedimentum, quod per liberam personam adquirimus [92]: quia [93] ministerium [94] tantummodo hoc casu præstare videtur.

De duobus constituentibus. 1. *De loco, & tempore.* 2. *Verba edicti.* 3. *Si per rerum naturam factum sit, quo minus fieret.* 4. *Quo tempore consideratur, an reus fecerit.*

XVI. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

SI duo, quasi [95] duo rei, constituerimus, vel cum altero agi poterit in solidum [96]. §. 1. Sed & certo [97] loco & tempore constituere quis potest: nec solum eo loci [posse eum] petere, ubi ei constitutum est: sed, exemplo arbitrariæ actionis, ubique potest. §. 2. Ait Prætor, SI APPAREAT, EUM, QUI CONSTITUIT, NEQUE SOLVERE, NEQUE [98] FECISSE, NEQUE [99] PER ACTOREM STETIT, QUOMINUS FIERET, QUOD CONSTITUTUM EST. §. 3. Ergo, si non stetit per actorem, tenet actio: etiam [100] si per rerum naturam [1] steterit: sed magis dicendum est, subveniri reo debere [2].

§. 4. Hæc [3] autem verba Prætoris, NEQUE FECISSE REUM, [QUOD CONSTITUIT,] utrum ad tempus constituti pertinent, an vero usque ad litis contestationem trahimus [4], dubitari potest? Et puto, ad tempus constituti [5].

XVII. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

SEd & si alia die offerat, nec [6] actor accipere voluit, nec ulla causa justa fuit non accipiendi, æquum est, succurri reo aut exceptione, aut justa [7] interpretatione: ut factum actoris usque ad tempus judicii [8] ipsi noceat: ut illa verba, NEQUE FECISSE, hoc significent, ut neque in diem, in quem constituit, fecerit, neque postea [9].

Quo tempore consideratur, an per actorem steterit, 1. *Vel an debitum sit.* 2. *Quid persequantur hæc actio.* 3. *An qui hac actione egit, sortis obligationem consumat.*

XVIII. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

ITem illa verba Prætoris, NEQUE PER ACTOREM STETISSE, eandem recipiunt dubitationem: Et Pomponius dubitat, si forte ad diem constituti per actorem non steterit, ante stetit vel postea? & puto, & hæc ad diem constituti referenda: proinde si [10] valetudine impeditus, aut vi, aut tempestate peritor [11] non venit, ipsi nocere Pomponius scribit. §. 1. Quod adjicitur, EAMQUE PECUNIAM, CUM CONSTITUEBATUR, DEBITAM [12] FUISSE, interpretationem pleniorem exigit. Nam primum illud efficit, ut si [13] quid tunc debitum fuit, cum constitueretur, nunc non sit, nihilominus teneat constitutum: quia retrorsum se actio refert. Proinde temporali actione obligatum constituendo, Celsus & Julianus scribunt teneri debere: licet post constitutum dies temporalis actionis exierit. Quare & si post [14] tempus obligationis se soluturum constituerit, adhuc idem Julianus putat: quoniam eo tempore constituit, quo erat obligatio, licet in id tempus, quo non tenebatur. §. 2. Et re autem est hic subjungere, utrum pœnam contineat hæc actio, an rei persecutionem? Et magis est, ut etiam Marcellus putat, ut rei [15] sit persecutio [16]. §. 3. Vetus fuit dubitatio, an, qui hac actione egit, sortis [17] obligationem consumat? Et tutius est dicere, solutione [18] potius ex hac actione facta liberationem contingere, non [19] litis contestatione: quoniam solutio ad utramque obligationem proficit.

1. *De conditione.* 2. *De peculio.*

XIX. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

ID, quod sub [20] conditione [21] debetur, sive pure [22], sive certo die constituatur, eadem conditione suspenditur: ut existente conditione teneatur [23]: deficiente, utraque actio depereat.

§. 1. Sed is, qui pure debet, si sub conditione constituat, inquit Pomponius, in hunc utilem [24] actionem esse. §. 2. Si pater vel dominus constituerit se soluturum, quod fuit in peculio, non minuetur peculium, eo quod [25] ex ea causa obstrictus esse cœperit: & licet interierit peculium, non tamen liberatur.

XX. Idem lib. IV ad Plautium.

NEc enim, quod crescit peculium, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam [26] actionem.

---

35 Constitui alio loco potest, quod alio loco debetur.

36 Imo, non conveniendus. *l. 8. §. 8. ff. de exercit.* vide Cujac. 13 *obs.* 17.

37 *l. 2. C. eod.*

38 Non solum debitum proprium, sed etiam alienum constitui potest.

39 An hoc casu constituenti beneficium discussionis pofulare permittitur? Post Fabrum ita tenet Zasius, *ad §. 6. Inst. de act. arg. N. 9. 4. cap. 1. & Authentica Præsente. C. de fidejussorib.* qua beneficium discussionis, cuivis pro alio intercedenti permittitur, & nominatim constituentibus id beneficii datur *l. ult. C. hic tit.* hinc Faber, *amne* quod in jure de fidejussore disponitur, habere etiam locum in constituente. *l. 2. C. eod.* Quid, si constituta sit pecunia incerti debiti, & debitor moriatur: antequam putatis rationibus debitum certum appareat, num constituens tenebitur? Non teneri videtur. *v. l. 122. §. antepen. ff. de verb. oblig.*

40 *V. l. 24. ff. eod.*

41 *Scripsi* particula, seu vox hæc *scripsi* usitata in cautionibus debitorum, ut *l. 40. ff. de rebus creditis.* Possis ex hoc loco colligere, quibusvis verbis & scripto constitutum heri posse, de quo dixi ad *l. 14. in fine. ff. eod.*

42 Idem si sine mandato. *l. 27. ff. eod.*

43 Constitutum verbis futuri temporis concipi hiue colligunt: hac tamen parte mentem potius, quam verba spectari.

44 *V. l. 38. ff. de verb. oblig.* sed omnium maxime *Authenticam Si quando. C. eod. & Novell. 115. c. 6.*

45 Procuratori creditoris constitui potest.

46 Voluntate domini.

47 Id est, ut etiam ipsi.

48 Qui consentit procuratori solvi.

49 Differentiam observa procuratoris vulgaris à tutore, procuratore, aut, proprie magis ut loquaris, actore municipum, & curatore furiosi. Huic constituimus recte etiam ignorantibus dominis: illi non recte constituimus, nisi consentiente domino.

50 Constituatur tutori, an pupillo, utrum interfit, vide Albericum, in *l. quoties. 9. ff. de admin. tutor.*

51 Utili actione. §. 9. *ff. eod.*

52 *Actori municipum* constitui potest, quod municipibus debetur.

53 *Tutori & curatori* constitui potest, quod pupillo, furioso vel adulescenti debetur.

54 *V. l. 2. §. quando ex facto tutoris.*

55 *Servo* constitui potest, quod domino debetur.

56 Qualisqualis servus hic dicitur, qualiscunque, sive ordinarius (qui & actor dicitur, & dispensator, sive vicarius: nec enim idem de constituta, quod de soluta pecunia dicimus; actori namque solvi potest, non vicario, *arg. l. 19. C. de solut.* constitui autem potest tam actori, quam vicario. *v. Cujac. 11 obs. 35.*

57 *Bonæ fidei possessori* constitui potest, quod ei debetur, qui bona fide possidetur.

58 *Filiofamilias* constitui potest, quod ejus patri debetur.

59 *Adjecto* constitui non potest, quod quis præsens sibi & adjectis stipulatur.

60 Constitui non potest, quod quis petitionem habeat, neque obligationem.

61 Facit *l. 56. §. 1. ff. de verb. oblig. Subaudi*, nec aliquam obligationem. *l. 1. in pr. ff. eod. l. 16, qui promisit. 33. ff. de pignorib.*

62 Constituti & solutionis non est eadem ratio.

63 Aliud erit, si mihi tantum fuerit constitutum, tunc enim poterit adhuc adjecto solvi. *l. 59. ff. de solution.*

64 *V. l. 59. ff. de solut.*

65 *Subaudi*, ut liberatio non contingat, & ut solvens repetere possit.

66 Hinc constat, scienter constituentem indebitum, nunquam actione de constituta pecunia teneri: quod constitutum non valeat, nisi præcedat debitum. *l. 2. C. eod.*

67 Constitutum valet, etiamsi nulla adhuc persona appareat, quæ debeat. *v. tamen Novell. 115. cap. 6. Auth. si quando. C. de constit. pecunia.*

68 *Subaudi* defuncti.

69 Pendente, id est, vacante per mortem dignitate quæ fiunt, valere hinc colligitur, cum & præscriptio jacente hereditate currat. *l. si servus. 4. ff. de diversis & temporalibus præscription.*

70 An vero constituens scienter indebitum, donare intelligitur? sic videtur. *arg. l. 53. ff. de reg. jur. l. 9. C. de condict. indeb.* Et Dynus ait, constitutum super indebito, si à sciente fiat, donatum præsumi. Id tamen negant Faber, Jason, & Zasius.

71 Utile constitutum per inutile non vitiatur.

72 *Quantitas* ea constituti tantum potest, quæ debetur, *hac l. in pr. & l. 2. vers. ut pro jam debito. C. eod.*

73 Constituti non possunt, quæ non debentur.

74 Et sic utile per inutile non vitiatur. *l. 1. §. pen. ff. de verb. obl.*

75 *V. l. cum furii. 9. ff. de in litem jurando.* Cur ita? in eo, quod plus est, minus est.

76 Incertum constitui etiam potest, *ut hic.* si tamen relatio fiat ad certum. *l. Quintus 28. ff. depositi. l. cum post. 69. §. gener. 4. ff. de jure dot.* Nec obstat *l. 1. §. debitum. 6. ff. eod.* quia debitum ibi erat certum.

77 Hoc est, constituti actione qui pignus constituit, *ut hic.* Pignus enim si non sorti accedit, sortis firmandæ gratia adjicitur. Dicamus apertius: in constituto plus esse potest, quam in debito principali, si modo plus illud ad cautionem obligationis refertur, non ad eam augendam: enimvero constituti possunt debiti accessoria, licet principaliter non sint debita. *Bart.* Pignus, licet non debeatur, accedit tamen debito, & ideo potest constitui. *Goth.* Vid. Bellon. *supput. lib. 3. c. 13.* Ansi.

78 Id est, in usum venit ex edicto Prætoris *l. si decem dem tibi. 17. §. de pignore. 2. ff. de pact.*

79 Id est, si citatorum certam personam pro se fidejussuram: alias nemo factum alienum promittendo obligatur. *l. 38. ff. de verb. oblig.*

80 *Subaudi*, creditoris.

81 *l. 25. in fin. ff. de arbitr.* vide quæ scripsi ad *l. 45. §. 2. ff. mandati.*

82 Idoneum æque qui præstat; conventioni satisfacere videtur.

83 *Alijsens* constituere potest. *l. 27. ff. eod.*

84 Argumentum à pacto ad constitutum.

85 *l. 2. ff. de pactis.*

86 Nuncio uti possumus in constituto faciendo, seu constituenda alteri pecunia. adde *l. 24. ff. eod.*

87 *Subaudi*, idoneis: generale enim ad id tantum, quod idoneum sit; tacite restringere debemus.

88 Verborum solennitas non exigitur in constituto, *ut hic.* poterit & alio verbo, quam *constituendi* fieri; & si vox ea omissa sit, constitutum tenet *arg. l. 5. §. 3. ff. eod. l. 24. l. 26. ff. eod. l. si sub una. 136. ff. de verb. oblig.*

89 *V. l. 24. §. 2. ff. de usur. l. 3. ff. quod vi, aut clam.*

90 Non adquirimus, Hotom. 4 *obs. 12. l. judicium. 58. ff. de judiciis.*

91 Nunciі & procuratoris differentia hæc est: Nuncius in persona domini conventionem concipit: procurator in suam, & propriam. Ille nudum ministerium præstat, alter præter ministerium, quod præstat, ipse quoque intervenit: de hac differentia procuratoris & nunciі, adde *cap. bonæ memoriæ ad ipsum. de elect. cap. cum dilecti. extra de dolo. l. multum. 6. C. si quis alteri, vel sibi.*

92 *l. 18. ff. de adquir. possess.*

93 Constitui duo rei promittendi possunt.

94 Stricto jure, si pro alio constituerint: alias habent beneficium Epistolæ Divi Adriani, *l. ult. c. 10.* sin autem pro se constituerint, opponere possunt beneficium *Novell. 99. cap. 1.* ut sic pro rata parte conveniantur.

95 Constituente se aliquo certo loco soluturum actio arbitraria. *Goth.* Vide Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. num. 207.* Ansi.

96 Solvere & facere differunt. Hinc tamen colligit Joannes, constitui factum pro dato posse.

97 *Subaudi*, neque per eum, ut mora admittenti noceat.

98 Vide quæ notavi ad *l. 3. ff. de verbor. obligat.*

99 Natura justas excusationes præstat.

100 Vide quæ notavi ad *l. 3. ff. de verbor. obligat.*

1 Re perempta nisi fuerit in mora.

2 De quibus §. 2. *ff. eod.*

3 *Subaudi*, ut si tunc creditori non offerat, inde constituatur in mora.

4 Cur ita? ne reus de interitu teneatur, nisi lite adversus eum contestata.

5 Mora constituta, quemadmodum purgetur. 7 Id est, ipso jure, quæ species erat in obligatione, quæ oblata periit. 8 Id est, usque ad litem contestatam, *l. in tribus ipsis judiciis. 13. ff. de judic.* ut in *l. 17. §. ultim. ff. de damno.* vide Cujac. ad *l. 84. ff. de verbor. obligat.* quasi diceret, mora constituentis ad litem usque contestatam purgari potest: post contestationem, secus: nisi intra paucos dies moram suam purgare velit. 9 Cum quodam scilicet temperamento. *l. 105. ff. de solutionibus.* 10 Difficultas non excusat creditorem à mora, *ut hic.* Debitorem excusat. *l. quod te. 5. ff. si certum.* Cur tam varie? hic de damno, ille de lucro sollicitus est.

11 Solutionem offerre creditori debitor debet, si ejusdem sit fori: si diversi fori, creditor in foro debitoris solutionem exigere debet. *Interpretes hic. arg. l. juris ordinem. 2. C. de jurisdict.*

12 Hactenus enim constituta pecunia valet, si id, quod constituitur, debitum sit. *l. 11. ff. eod. l. 2. in princ. circa med. C. eod.*

13 Constituti tempore sufficit esse debitum, licet postea desinat esse debitum. Actio de constituta pecunia adjicit, non novat.

14 Vide *l. 37. ff. de fidejussorib.*

15 Tantum, non pœnæ. 16 Si prima rei persecutoria fuit: secus, si pœnalis, ut *l. 29. ff. eod.* 17 Id est, principalem actionem. 18 Sola. 19 Petitione sola ex hac actione non tollitur vetus actio, sed solutione. *l. 4. ff. de his, qui dejecer.* 20 Constitutum accedens conditionali debito, nihil ei adjicit: nam si conditio extabit, valebit, si non extabit, non valebit etiam.

21 Constituti non solum re, sed etiam spe debitum potest, ut conditionale: sed tunc constitutum naturam primi debiti imitatur, & recipit omnes conditiones, & qualitates admittit, quæ principali contractui insunt. Alciat. ad *l. 18. ff. de adquir. possess. num. 20.* ut antea non competat hujus actionis exercitium, quam principalis actio possit exerceri. Oldendorp. *classf. 4. act. 8. num. 8.*

22 Constituti pure potest, quod sub conditione debetur. *ut hic.* & è contra sub conditione quod pure debetur. §. 1. *ff. eod.* adde *l. 2. vers. & dubitaretur, an pro debito sub conditione. versic. & licet pro debito pure. C. eod.*

23 Hac actione & principali.

24 Id est, efficacem.

25 Constituti tempus consideratur.

26 Constitutoria actio datur ex constituto, sive antiphona, quoties quis alieno nomine se solutorum constituit: tametsi interdum locus esse possit huic actioni, si suo nomine constituit. Græcis constitutoria actio, ἐπὶ τῇ ἀνυπευθύνῳ λογῇ. *Synops. Basil. 26. tit. 3. c. 1.* 3 *Harm. 6. §. 2. & 5. Theoph. §. 8. inst. de action.*

De pretio rei peremptæ post moram. 1. *De constituto sine die.* 2. *Quomodo satisfaciendum est constituto.*

XXI. IDEM lib. XXIX ad Edictum.

PRomissor Stichi, post moram ab eo factam, mortuo Sticho, si constituerit se pretium [27] ejus soluturum, tenetur. §. 1. Si fine die constituas, potest quidem dici, te non teneri, licet verba Edicti late pateant; alioquin & confestim agi tecum poterit, si statim, ut constituisti, non solvas: sed modicum tempus statuendum est, non minus decem [28] dierum [29], ut exactio celebretur [30].

§. 2. Constituto satis non facit, qui [31] soluturum se constituit, si offerat satisfactionem. † Si quis autem constituat *se satisfacturum*, fidejussorem [32] vel pignora det, non tenetur: quia nihil interest, quemadmodum satisfaciat.

27 Constituti pretium hominis mortui potest ab eo, cui is homo post moram mortuus est, *ut hic*. Quid homo mortuus? vide *l.* 23. *ff. eod.*

28 Constitutum factum sine die, in decimum diem collatum videtur. Constituens sine die, seu pure, decem dies ad solvendum habet. Omne enim constitutum est ad diem, idque *constituendi* verbum significat. Aliud est in stipulatione: hac enim die promissum potest etiam statim exigi. *l.* 114. §. 1. *ff. de verb. oblig. l.* 14. *ff. de reg. jur.*

29 Ut petatur sc. nam quatuor mensium spatium datur judicato satisfaciendo. *l.* 3. *in fin. C. de usur. rei judic.* Bart.

30 Nec enim creditor cum sæco debitorem adire debet. vide *l.* 105. *ff. de solut.*

31 *Solvere* non videtur, qui satisfactionem offert. Aliud igitur est satisfacere; aliud, solvere.

32 Constituens se satisdaturum, pignus aut fidejussorem dare debet, *ut hic. Synops. Basil. 26. tit. 5. ex tit. 7. cap.* 22.

De Testamentis.

De hereditate restituta vel evicta.

XXII. IDEM lib. VI Brevium.

SI post constitutum [33] sibi pecuniam, hereditatem [34] ex Senatusconsulto Trebelliano restitueris, quoniam sortis petitionem transtulisti ad alium, denegandæ est tibi pecuniæ constitutæ actio. † Idem est in hereditatis possessore post evictam [35] hereditatem. Sed magis est, ut fideicommissario, vel ei qui vicit, decernenda esset [36] actio [37].

33 A debitore hereditatis.

34 V. quæ scripsi ad *l.* 37. *ff. ad Trebell.* Hereditatis restitutione facta, actiones heredi ex proprio contractu quæsitæ, ex æquo & bono transeunt in fideicommissarium. Idem est in eo, qui hereditatem evicit possessori.

35 A substituto directo vel herede legitimo testatoris.

36 *Al.* sit.

37 Utilis ex facto possessoris: atqui ejus conventio, neque nocet, neque prodest evincentibus. *l.* 17. *in fin. ff. de pact.* Solve, constitutum est accessio principalis obligationis: sequitur ergo heredem, penes quem est sortis obligatio. Pactum autem accessio dici nullo modo potest. vide Cujac. *d. l.* 17.

De Pretio rei peremptæ post moram.

De Rebus creditis.

De re post moram perempta.

XXIII. JULIANUS lib. XI Digestorum.

PRomissor hominis [38], homine mortuo [39], cum per eum staret, quo minus traderetur, etsi hominem daturum se constituerit, de constituta pecunia tenebitur [40], ut pretium ejus solvat.

38 Certi.

39 Mortuus homo, licet in stipulationem deduci non possit, quia tamen post moram remanet in obligatione, ideo in constitutum deduci potest. *Bart.*

De Epistola.

XXIV. MARCELLUS lib. singul. Responsorum.

TItius [41] Seio [42] epistolam emisit in hæc verba: *Remanserunt* [43] *apud me* [44] *quinquaginta ex credito tuo, ex contractu pupillorum meorum, quos* [45] *tibi reddere debebo Idibus* [46] *Maiis proximis* [47]: *Quod si ad diem suprascriptum non dedero, tunc dare debebo usuras* [48] *tot.* Quæro, an Lucius Titius in locum pupillorum hac cautione [49] reus successerit? Marcellus respondit, si intercessisset stipulatio [50], successisse [51]. † Item quæro, an, si non successisset [52], de constituta teneatur? Marcellus respondit, in sortem teneri [53]: est enim humanior & utilior ista interpretatio.

40 Constitui etiam mortuus homo potest ab eo, cui is post moram mortuus fit, *ut hic.* homo, inquam, certus. Quid pretium ejus? v. *l.* 21. *ff. eod.*

41 Tutor.

42 Creditori pupillorum.

43 V. quæ scripsi ad *l.* 14. *in fin. ff. eod. & l. Lucius* 24. *ff. depositi.*

44 Qui sum tutor tuorum debitorum.

45 Epistola inducit obligationem, si verbis dispositivis concepta fit, *ut hic.* secus si enunciativis. *l. Fabia.* 26. *in fin. ff. depositi.*

46 Idus veteribus solutionis dies fuit usitatus, ut in quem solutionis diem conferrent. *l. ex pluribus* 89. *in fin. ff. de solut.* Cic. 10 *ad Attic. ep.* 8 & 14. *ep.* 20. Sed & pueri, qui in ludum ibant, singulis Idibus octonos asses æris referebant pro disciplinæ mercede. Horat. 1 *Satyr.* 6.

47 Probos nummos creditori dari, & solvi, debitores plerique in cautionibus promittebant. v. *l.* 40. *ff. de reb. cred.* Plaut. *Persa, act.* 3. *sc.* 3. Nummi sexcenti hic erunt, Probe numerati. & *ib. act.* 4. *sc.* 3. Probum & numeratum argentum, ut accipiat, face. Idem Bacchid. *act.* 4. *sc.* 8. Ducentos numinos aureos Philippos probos, Dabin? Probi autem nummi redduntur, qui sunt ejusdem bonitatis.

48 *Subaudi*, certas, ne obstet *l. tutor.* 41. *in fin. l. quod in stipulatione.* 31. *ff. de usuris.*

49 Epistolam prius vocavit. vide *l. ult. ff. eod.* Sed tamen Bart hinc colligit, Epistolam inducere obligationem in his, quæ geri possunt per epistolam, ut inter mercatores, non in aliis. *l.* 26. *in fin ff. depositi.*

50 Atqui per epistolam non contrahitur stipulatio. *l.* 1. *ff. de verb. obl. l.* 52. *ff. de pactis.* Ut id fit, probatur tamen inducta. *Bart.*

51 In sorte, & usuris.

52 Per stipulationem: quia nulla stipulatio interposita fuit.

53 Vide tamen *l. ult. ff. de institoria.*

54 Constitui pars una potest obligationis sub alternatione conceptæ, quia in alternativis utrumq; est in obligatione.

55 V. *l.* 1. *in pr. ff. eod.*

56 Constitui potest, quod ex jurejurando delato vel relato debetur.

57 *l.* 3. *l.* 38. *ff. de jurejur. l.* 12. §. 1. *C. de reb. cred.*

58 Jusjurandum *relatum*, Modestino est *delatum.*

59 Formulam constituendæ pecuniæ serva. Sic Paulus Epist. ad Philemonem, v. 18, 19. *Quæ te læsit te Philemo, aut quod is tibi debet, mihi imputato: ego Paulus manu mea scripsi, ego reddam.* adde *l.* 5. § 3. *ff. eod. Auth. si quando. C. eod.*

60 *Ex arca sua numerasse* ii dicebantur, qui de domo sua numeraverant, ut *l.* 40. *ff. de reb. cred.* ad eorum differentiam, quæ quis numeraverat ex mensa, seu ex mensæ scripturâ, *ut ibid.* dixi.

61 Quæ debebantur ex primo contractu.

62 V. quæ scripsi ad *l.* 14. *in fin. ff. eod.*

63 Constitutum per epistolam potest contrahi, vide *l* 24. *ff. eod.* 64 Etiam ad usuras.

65 Constitui debitum potest absente ipso debitore, *ut hic.* Imo & invito, *vers. hoc amplius. ff. eod.* ut absentia vel dissensus obligationem impedire non possit. *Goth.* Hinc collige, cambii literas acceptantem acceptationem suam revocare non posse. *Asf.*

66 Debitore scil *l.* 91. *ff. de solutionib.* Atqui beneficium in invitum non confertur, *l* 19. § 2. *ff. de donation.* non confertur, quoties ejus solum commodum spectatur, *ut ibi.* secus quoties alterius, *ut hic. l.* 39 *ff. de negot.*

67 Nisi solutum sit debitum. *l.* 18. *in fin. ff. eod.*

68 Constitutum primam actionem non tollit, sed potius aliam adjicit. *l.* 15. *ff. de in rem verso.*

69 Constitui debitum ex delicto potest. 70 Quia debitum ex quacunque causa constitui potest. *l.* 1. §. *antepen ff. eod.*

71 *Sub.* Obligatus tibi principali creditori simpliciter, non subalternatione: hac enim postrema parte Accursius peccat.

72 Priori actioni, Cujac. 13 *obs.* 20. *in fin.* verum reprehenditur ab Ant. Fabr. 5 *Conject.* 3.

73 Actio pecuniæ constitutæ est, in quam venit pecunia in constitutum deducta.

De errore constituentis.

XXXI. SCÆVOLA lib. V Digestorum.

LUcius Titius [74] Seiorum debitor decessit: hi persuaserunt Publio Mævio, quod hereditas [75] ad eum pertineret [76], & fecerunt, ut epistolam [77] in eos exponeret [78], debitorem sese esse, quasi heredem patrui sui [79], confitentem: qui & addidit epistolæ suæ, *quod in* [80] *rationes* [81] *suas eadem pecunia pervenit*: Quæsitum est, cum ad Publium Mævium ex hereditate Lucii Titii nihil [82] pervenerit, an ex scriptura proposita de constituta pecunia conveniri possit? & an doli exceptione uti possit? Respondit, nec civilem eo nomine actionem competere: sed nec de constituta, secundum ea, quæ proponerentur. † Idem quæsiit, usurarum nomine quod ex causa suprascripta datum sit, an repeti possit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, posse [83].

74 Petrum P. Mævii, de quo *ff.*

75 *Subaudi*, I. Titii.

76 *Subaudi*, quæ non pertinebat.

77 Id est, cautionem, ut *l.* 24 *ff. eod.* quæ inter præsentes etiam perficitur. *l.* 1. *C. de contrahend. stipul.* Talibus epistolis nomen suum veteres præponebant. vide & notata *l.* 35. *ff. de pign.* vide Duar. 1 *Disput.* 45.

78 Hoc est, ut constitueret se debitorem esse.

79 Lucii Titii.

80 Vide quæ scripsi ad *l. Lucius.* 24. *ff. depositi.*

81 Hoc est, utilitatem suam.

82 Constituens alienum debitum, tanquam debitum proprium, non tenetur. re soliti videntur. vide *l.* 26. §. *ult. in princ. ff. depositi.* sed & diem & consulem. *ff. de pign.* vide Duar. 1 *Disput.* 45.

83 Qua condictione? indebiti. *l. si non sortem.* 26. *ff. de cond. indeb.*

TIT. VI.

COMMODATI, VEL CONTRA.

Edictum. 1. *De commodato, & utendo dato. De rebus mobilibus, & immobilibus. De habitatione.* 2. *De pupillo, & furioso.*

1. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

AIt Prætor [2], QUOD QUIS COMMODASSE DICETUR, DE EO JUDICIUM [3] DABO [4]. §. 1. Hujus Edicti interpretatio non est difficilis: Unum solummodo notandum: quod qui Edictum concepit, *commodari* fecit mentionem, cum Pacuvius [5] *utendi* fecit mentionem. Inter commodatum [6] autem, & utendum datum Labeo [7] quidem ait tantum interesse, quantum inter genus [8], & speciem: commodari enim rem mobilem, non etiam soli: utendam dari etiam [9] soli: Sed, ut apparet, proprie commodata res dicitur, & [10] quæ soli est [11], idque [&] Cassius [12] existimat: Vivianus [amplius] etiam [13] habitationem [14] commodari posse ait [15]: §. 2. Impuberes commodati actione non tenentur [16]: quoniam nec [17] constitit commodatum in pupilli persona sine tutoris auctoritate: usque adeo, ut, etiam [18] si pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione non [19] tenetur, quia ab [20] initio non constitit [21].

1 IV C. XIII. §. 2. *Instit. quib. mod re.* Paul. 2 *sent.* 4.

2 Quid? actio commodati est ne Prætoria? non est, sed civilis, Accurs. & Dinus *ff. de act.* §. *fin ff.*

3 Directum, & contrarium. Nam ex commodato datur directa commodanti, & contraria actio, qui commodatum accepit, *ut in rubrica Commodati, vel contra.*

4 Hoc ad approbationem non ad originem referendum est; quia actio commodati ex contractu juris gentium descendit.

5 *Al.* Pacurrius.

6 Commodati & utendum dati differentia: hoc, generis: illud speciei vicem sustinet.

7 Inter tres Jurisconsultos hæc pugna est. Labeo putabat non commodari res soli: Cassius, contra: Vivianus hoc amplius, servitutes etiam commodari posse.

8 Generis & speciei differentia.

9 *Etiam* particula inclusiva, quasi diceret, Dari utenda, non modo quæ mobilia sunt, sed etiam immobilia.

10 Commodantur res etiam soli, fundi, immobilia, habitationes.

11 Mobilia, immobilia, & incorporalia commodari possunt.

12 Notans Labeonem.

13 Commodari etiam servitutes possunt, *ut hic.* ut & precario concedi. *l.* 3. *l.* & *habet.* 15. §. *precario.* 2. *ff. de precario.*

14 Non ut domus transeat in commodatarium, sed commodum habitandi. Quid, quæ actio eo nomine competit? Commodati, *ut hic.* non præscriptis verbis, ut male sentit Accursius, *arg. l. si gratuitam.* 17. *ff. de præscriptis.* datur enim præscriptis verbis actio, cum alia deficit. *l.* 1. 2. *ff. de præscript.* Datur autem hic commodati. Quid, qui habitationem gratis habet, qui usum habet, qui servitutem urbanam vel rusticam habet, potestne eam commodare? Prior non potest: Secundus potest. Tertius rusticam servitutem commodare potest. *l. si habitatio.* 10. *ff. de usu. l. arboribus.* 12. §. *usufructu* 2. *ff. de usufructu.* vide Alberic. *hic.* Quid, cui habitatio commodatur, habetne servitutem vel jus servitutis? hoc velle videtur Accurs. contra Gulielmus & Andreas apud Albericum *hic.*

15 Ergo & commodati agi poterit. Idem tamen Vivianus ait, tutius esse eo casu præscriptis verbis agi. *l.* 17. *ff. de præscript.*

16 Nisi facti locupletiores sint. *l* 3. *ff. eod.*

17 Impubes commodati non tenetur, sine tutoris auctoritate.

18 Atqui paria sunt dolum admittere, & locupletiorem factum, *l.* 1. §. *ult in pupillum ff. depositi.* posteriore casu tenetur pupillus, *l.* 3 *ff. eod.* ergo & priore, maxime in delictis. *l.* 1. *l.* 2. *C. si adversf. delict.* An hic locus corrigitur per dictam *l* 3 *ff. eod.* An potius hic de infante: ibi de majori infante agitur?

19 Imo doli tenetur, *l.* 1. *C si adversus de delictum.* etiam in commodato. *l.* 2 *ff. de fidejussorib.*

20 Nullum ab initio, ex postfacto non fit validum.

21 Quoties contractus ab initio ratione inhabilitatis personæ non tenet, nunquam confirmatur, aut reconvalescit. *Bald.*

22 Etiamsi sit locupletior. *l. in negotiis.* 5. *ff. de regulis.*

23 *l.* 13. *ff. de condict. indeb. l.* 10. *ff. de institoria. l.* 5. *in pr. &* §. 1. *ff. de auctoritate tutor.*

24 Vere, non fiete.

25 *Subaudi*, culpa commodatarii. *l.* 10. *ff. eod.*

26 Deterior redditur res, cui jus aliquod decst: quæ evictioni obnoxia, cujus forma mutata.

27 Res reddita, quæ non deterior redditur, Hotom. 5 *obs.* 3. Atqui res eodem redit, ut necessaria non sit mutuatio. Non solvit, qui deterius reddit: solvit, qui deterius non reddit. *l.* 18. § 1. *ff. eod. l.* 1. §. 16. *ff. depositi.*

28 V. *l.* 5. *ff. de in litem jurando.*

29 V *Novell.* 115. Imo obligationis. *l. hominem.* 37. *mandati.* Imo moræ vel litis contestatæ. *l. in hac. ff. de condict. triticiaria.*

30 Idem in deposito. 31 Commodati actio in heredem datur. *l.* 17. §. 2. *ff. eod. l.* 3. *C. eod.*

32 Ob eandem causam unus heres interdum cogitur rationes solus reddere. *l.* 6. §. 1. *ff. de edendo.*

33 Ante litem contestatam.

34 *Sub.* in solidum, at non cum servo.

35 *l.* 28. *ff. de peculio.*

36 *Sub.* adversus patrem vel dominum ratione doli, vel culpæ.

37 Commodari non dicitur, quod usu consumitur: nisi non consumendi, sed ostentandi potius animo accipiatur.

38 Quia in commodato res eadem restituenda est, *l* 2. §. 1. *in fin. ff. de reb. cred. l.* 16. *C. de solut.* sed quæ usu consumuntur, eadem reddi non possunt.

39 Ad pompam & ostentationem accipere, est idem, quod dicis gratia accipere. *l* 4 *ff. eod.* ut quasi fucum facias, & imponas spectatori, ut eo utaris ad breve admodum tempus.

40 *l.* 3 § 4. *ff. de Sila.* Varr. 5 *de ling. Lat.* ex Græcis, & in Lexico B. Germani ὑμιν χαειν, id est, ut satisfiat legis solennitatibus: alii λόγον χαειν, id est, verbi gratia, id est, ut sic dicere possint numeratis. Cujac. 10 *obs.* 37. adde eundem 5 *obs.* 31. Modest. ἀφορισμῶν χαειν. 13. § 6. *ff. de excusat.* & δοὺς χαειν. v. *l.* 2. *ff. qui pet. tut.* v. Aug. 1 *Emend.* 2. Varr. 5 *de ling Lat.* dicis ergo, dicis causa. Ambr. 3 & 4 *contra centres.* hanc vocem casu genitivo reperiri docet Charisi. 1 *Gramma.* apud Duar. 1 *disp* 47. v. etiam Turneb. 11 *Adversf.* 12. Cic. *ad Attic.* 1 *epist.* 15. & Corn. Nep. *in Attici vita.* Ditis gratia, *Halo.* & *adde* quæ res effecit, ut Accursius pro divite eam vocem usurpet. Dantis gratia, Alciat. 4 *disp.* 15. adde Pet. Pith. 2 *adversf.* 8. Certe hic, *dicis gratia*, nihil aliud, quam vel ad pompam & ostentationem, *l.* 3. *in fin. ff. eod.* ut publice ac palam pauciſſimas ad horas vel aliquot tantum momenta uteris. Sic dicis causa epulari apud Plin. 28. *c.* 2. est publice pro populo. Hoc ipso dicendi genere usus Apulei. *lib. de Philosophia.* adde quæ scripsi ad Varronem 5 *de ling.*

De loco, & tempore. 1. *De litis æstimatione facienda.* 2. *De dolo, culpa, diligentia.* 3. *De re æstimata.* 4. *De senectute, morbo, vi latronum, incendio, ruina, damno fatali.* 5. *De custodia.* 6. *Homini commodati.* 7. *De morte. De servo, qui de machina cecidit.* 8. *De usu rei commodatæ.* 9. *De re, qua sequitur rem commodatam.* 10. *Quibus casibus dolus tantum præstatur.* 11. *In quibus speciebus agitur commodati.* 12. *De re data, ut pignori detur, vel pro alio pignorata.* 13. *De servo commodato cum lance.* 14. *De triclinio sterato, & argento ibi relicto.* 15. *De re duobus commodata.*

V. Ulpianus lib. XXVIII ad Edictum.

SI, *ut certo loco vel tempore reddatur commodatum*, convenit, officio [41] Judicis inest, ut rationem loci vel temporis [42] habeat.

§. 1. Si quis hac actione egerit, & oblatam [43] litis æstimationem [44] susceperit, rem offerentis facit [45].

§. 2. Nunc videndum est, *Quid [46] veniat in commodati actione:* utrum dolus, an & culpa? an vero & omne [47] periculum? Et quidem in contractibus [48] interdum dolum solum, interdum & culpam præstamus: dolum [49], in depositо: nam, quia [50] nulla *utilitas* ejus versatur apud quem deponitur, merito dolus præstatur solus [51], nisi forte & merces [52] accessit: tunc enim (ut est & constitutum) etiam culpa [53] exhiberur: aut si hoc ab initio convenit [54], ut & culpam, & periculum præstet is, penes quem deponitur [55]. Sed ubi utriusque utilitas vertitur, ut in empto [56], [ut] in locato, [ut] in dote, [ut] in pignore, [ut] in societate, & dolus & culpa [57] præstatur.

† Commodatum autem plerumque [58] solam utilitatem continet ejus, cui commodatur: & ideo verior est Quinti [Mutii] sententia, existimantis, & culpam [59] præstandam, & diligentiam [60].

§. 3. Et si forte res æstimata [61] data sit, omne periculum [62] præstandum ab eo, qui æstimationem se præstaturum recepit.

§. 4. Quod vero senectute contigit, vel morbo, vel vi latronum ereptum est, aut quid simile accidit, dicendum est, nihil [63] eorum esse imputandum ei, qui commodatum accepit: nisi aliqua culpa interveniat. Proinde & si incendio [64], vel ruina aliquid contigit, vel aliquod damnum fatale [65], non tenebitur: nisi [66] forte, cum posset res commodatas salvas facere, suas [67] prætulit.

§. 5. Custodiam plane commodatæ rei etiam diligentem [68] debet præstare. §. 6. Sed, an etiam hominis commodati custodia præstetur, apud *veteres* dubitatum est [69]: nam interdum & hominis custodia præstanda est, si [70] vinctus [71] commodatus est, vel ejus ætatis [72], ut custodia indigeret: Certe si [73] hoc actum est, ut custodiam is, qui rogavit, præstet, dicendum erit, præstare.

§. 7. Sed interdum & mortis [74] damnum ad eum, qui commodatum rogavit, pertinet: nam si tibi equum commodavero, *ut ad villam adduceres*, tu [75] ad bellum duxeris, commodati teneberis. Idem erit & in homine. † Plane, si sic commodavi, *ut [76] ad bellum duceres*, meum erit periculum. † Nam & si servum tibi tectorem [77] commodavero, & de machina ceciderit, periculum meum esse Namusa ait: Sed ego ita hoc verum puto, si tibi commodavi, *ut [&] in machina operareris:* cæterum si, ut de plano [78] opus faceret, tu eum imposuisti in machina, aut si machinæ culpa factum minus diligenter non [79] ab ipso ligatæ, vel funium, pertinacumque vetustate, dico periculum, quod culpa contigit rogantis commodatum, ipsum præstare debere. Nam & Mela scripsit, si servus lapidario commodatus sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligavit. §. 8. Quinimo & qui alias re commodata utitur, non solum commodati, verum furti [80] quoque tenetur, ut Julianus lib. XI Digestorum scripsit. † Denique ait, si tibi *codicem* [81] commodavero, & in eo chirographariam debitorem tuum cavere feceris, egoque [hoc] interlevero, si quidem ad hoc [82] tibi commodavero, ut caveretur tibi in eo, teneri me tibi contrario judicio [83]: si minus, neque me certiorasti [84] ibi [85] chirographum esse scriptum, etiam teneris mihi (inquit) commodati: Imo (ait) etiam furti [86]: quoniam aliter re commodata usus es: Quemadmodum qui equo (inquit) vel vestimento aliter, quam commodatum est, utitur, furti tenetur.

§. 9. Usque adeo autem diligentia in re commodata præstanda est, ut etiam in ea [87], quæ sequitur [88] rem commodatam [89], præstari debeat; utputa, Equam tibi commodavi, quam pullus [90] comitabatur: etiam [91] pulli [te] custodiam præstare debere, *Veteres* [92] responderunt. §. 10. Interdum plane dolum solum [93] in re commodata [94], qui rogavit, præstabit; utputa si quis ita convenit: vel si sua dumtaxat causa commodavit, sponsæ [95] forte suæ, vel uxori, quo honestius [96] culta ad se deduceretur [97]: vel si quis ludos edens Prætor scenicis commodavit [98], vel [ipsi] Prætori quis ultro commodavit. §. 11. Nunc videndum, *In quibus [99] speciebus commodati actio locum habeat?* Et est apud *Veteres* de hujusmodi speciebus dubitatum. §. 12. Rem tibi dedi, *ut creditori tuo pignori dares:* dedisti: non repignoras [100]: Ut mihi reddas, Labeo ait, commodati actionem locum habere [1]: Quod ego puto verum esse, nisi [2] merces [3] intervenit, tunc enim, vel in factum [4], vel ex locato [5] conducto agendum erit: Plane, si ego pro te rem pignori dedero tua voluntate, mandati erit actio. † Idem Labeo recte dicit, si à me culpa absit *repignerandi*, creditor autem nolit reddere pignus, competere tibi adhuc dumtaxat commodati, ut tibi actiones [6] adversus eum [7] præstem. Abesse autem culpa à me videtur, sive jam solvi pecuniam, sive solvere sum [8] paratus. Sumptum plane litis [9] cæteraque æquum est [10] eum agnoscere, qui commodatum accepit [11]. §. 13. Si me rogaveris, *ut servum tibi cum [12] lance commodarem*, & servus lancem perdiderit, Cartilius ait, periculum ad te respicere: nam & lancem videri commodatam: quare culpam in ea quoque præstandam. Plane, si servus cum ea fugerit, eum qui commodarum acceperit, non teneri, nisi fugæ præstitit culpam. §. 14. Si de [13] me petisses, *ut triclinium [14] tibi sternerem, & argentum ad ministerium [15] præberem*, & fecero: deinde petisses, ut idem sequenti die faceremi, & cum commode argentum domi referre non possem, ibi hoc reliquero, & perierit: qua actione agi possit, & cujus esset periculum? Labeo de periculo scripsit [16], multum [17] interesse, custodem posui, an non: si posui, ad me periculum spectare: si minus, ad eum, penes quem [18] relictum est. Ego puto commodati quidem agendum, verum [19] custodiam eum præstare debere, penes quem res relictæ sunt: nisi aliud nominatim convenit. §. 15. Si [20] duobus vehiculum commodatum sit, vel locatum simul, Celsus filius scripsit lib. VI Digestorum, quæri posse, utrum unusquisque eorum in solidum, an pro parte teneatur? Et ait, * duorum quidem in solidum [21] dominium [22], vel [23] possessionem [24] esse non posse, nec quemquam partis corporis dominum esse: sed totius corporis pro indiviso [25] pro parte dominium habere: Usum autem balnei quidem, vel porticus, vel campi uniuscujusque in solidum esse: neque enim minus me uti, quod & alius uteretur: Verum in [26] vehiculo commodato, vel locato, pro parte quidem effectu [27] me usum habere, quia non omnia loca vehiculi teneam, sed esse verius ait, & dolum, & culpam [28], & diligentiam [29], & custodiam in totum me præstare debere: Quare duo quodammodo [30] rei habebuntur [31]: etsi alter conventus præstiterit, liberabit [32] alterum: & ambobus competit furti actio [33].

VI. Pomponius lib. V ad Sabinum.

VT [34] alterutro agente, alterius actio contra furem tollatur [35].

VII. Ulpianus lib. XXVIII ad Edictum.

VNde quæritur, si alter furti egerit, an ipse solus debeat commodati conveniri? Et ait Celsus, si alter conveniatur, qui furti non egit, & paratus sit periculo suo conveniri alterum, qui furti agendo lucrum sensit ex re commodata, debere eum audiri [36], & absolvi. §. 1. Sed si legis Aquiliæ [37] adversus socium ejus habuit commodator actionem [38], videndum erit, ne cedere debeat [39], si forte damnum dedit [40] alter, quod hic, qui convenitur, commodati actione sarcire compellitur: nam & si adversus ipsum habuit Aquiliæ actionem commodator, æquissimum est, ut commodati agendo remittat actionem: Nisi forte quis dixerit [41], agendo eum è lege Aquilia, hoc minus consecuturum, quam ex causa commodati consecutus est: Quod videtur habere rationem.

De possessione & proprietate rei commodatæ.

VIII. Pomponius lib. V ad Sabinum.

REi [42] commodatæ & possessionem, & proprietatem retinemus [43].

IX. Ulpianus lib. II ad Edictum.

NEmo enim commodando, rem facit ejus [44], cui commodat.

De usu rei. De culpa. De deterioratione. 1. *De re inspectori data.*

X. Idem lib. XXIX ad Sabinum.

EUm, qui rem commodatam accepit, si in [45] eam rem usus est, in quam accepit, nihil præstare, si eam in nulla parte culpa sua deteriorem [46] fecit, verum est: nam si culpa [ejus] fecit deteriorem, tenebitur. §. 1. Si rem inspectori [47] dedi [48], an similis [49] sit ei, cui commodata res est, quæritur: Et, si quidem mea [50] causa dedi, dum volo pretium exquirere, dolum mihi tantum præstabit: si sui, & custodiam: & ideo [51] furti habebit actionem. Sed & si, dum refertur [52], periit, si quidem ego mandaveram per [53] quem remitteret, periculum meum erit: si vero ipse, cui voluit, commisit, æque culpam mihi præstabit, si sui causa accepit,

XI. Paulus lib. V ad Sabinum.

QUi non tam idoneum [54] hominem elegerit, ut recte id perferri possit.

De

---

41 Officium judicis defervit actionibus bonæ fidei.

42 Moræ. In bonæ fidei judicio mora habetur ratio. *l.* 7. §. *de re, quod certo.*

43 Æstimationem rei commodatæ recipiens, dominium rei ipsius transfert in commodatarium.

44 Litis æstimatio similis est emptioni vide *l.* 3. §. *pro empt.*

45 Cur ita? vide *l.* 3. §. *pro emptore.*

46 Commodati actione commodatarius præstat regulariter dolum, culpam latam, & levissimam. Quid, si commodatum utriusque gratia factum est? levem tantum præstabit. Quid, si commodantis tantum? latam. Quid? casum nunquam præstabit? Imo præstabit, si ejus mora, culpa, vel conventio in id concepta casum præcessit

47 Etiam casus fortuiti.

48 In contractibus, qui dantis tantum gratia habentur, venit dolus, & lata culpa: qui accipientis tantum, levis, & levissima: qui utriusque, lata & levis; de casu fortuito quis non tenetur, nisi conventione æstimatio, vel culpa præcedens aliud induxerit. *Bart.*

49 *l.* 1. §. 8. *in fin. depositi. l.* 23. §. *de regul. jur.*

50 Depositum non fit gratia depositarii.

51 *Sub.* & lata culpa. *l. quod Nerva.* 32. §. *depositi.*

52 Non proprie, sed improprie: tunc enim esset locatio. *d. l.* 1. §. 9.

53 *Sub.* levis.

54 *d. l.* 1. §. 6. *l.* 7. §. 15. §. *de pactis.*

55 Idem in commodatario. *l.* 1. *in fi. C. eod.*

56 *l.* 23. §. *de regul.*

57 *Sub.* levis.

58 Id est, regulariter, *l. tutela plerumque.* 16. §. *de tutelis.*

59 *Sub.* levissimam. 60 Vide *l. si cum.* 13. *in fin.* §. *de pignor. l.* 8. §. 3. §. *de precario.*

61 Vide *l.* 1. *in fin.* §. *de æstimatoria.* 62 Ex culpa proveniens. 63 Sunt enim casus fortuiti, quos nullum humanum consilium prævidere potest, *l.* 4. *C. de peric. inst.* quos nullus regulariter præstat. *l.* 23. *in fin.* §. *de regul. jur. l.* 6. *C. de pignorat.* Paul. 2 *sent.* 4. §. 2. 64 *l.* 1. §. 4. *de oblig.*

65 Fatale damnum non imputatur commodatario. 66 Culpa est, si quis res suas salvas fecit, & commodatas amisit. adde *l.* 13. §. 1. §. *de admin. tut.* 67 Commodatarius res commodatas non minus custodire debet, quam suas, hoc est, rerum commodatarum custodiam suis præferre debet. adde *c. bona fides. extr. depositi.* Verum id usu prævaluisse videtur, ut suas præferre possit. *l. qui servandarum.* 14. §. *de præscriptis. l. præses.* 6. *C. de servitutibus.* 68 Sed quæ diligens custodia, vide *l.* 1. §. *diligens.* 7. §. 8. §. *de fugitivis.* 69 Id est, minus quis tenetur de custodia in homine, quam in alia re: potest enim seipsum custodire. *Bart.* 70 Custodia majore digni sunt, qui vincti commodantur. 71 *l.* 21. *in pr.* §. *de rei vind.* adde quæ *de vinctis* scripsi *ad l.* 7. §. 7. §. *de dolo.*

72 Custodiendi sunt diligentius juvenes, quam senes. adde *l. si hominem.* 7. §. *depos. l. qui petitorio.* 36. §. 1. §. *de rei vindic.* 73 Pacto custodiæ legem dicere possumus. 74 Mortis damnum quemadmodum præstet commodatarius. 75 Commodatarius casum præstat quoties culpa præcessit casum. *Bart.* 76 Vide *quæ not.* §. 10. *in fin.* §. *eod.* 77 Vide *l.* 27. *in fin.* §. *ad l. Aquil.*

78 Id est, æquo loco, non edito, ut *l.* 9. §. 3. §. *de off. proconf.* κωλύειν, *l.* 13. §. 10. §. *de excus. tutor.* vide *l.* 11. §. 3. §. *de institoria.* 79 Fabri male reficientes machinam vel pontes tenentur. 80 *l.* 16. §. *de condict. furtiva. l.* 34. §. 1. §. *de obligat. & act. l.* 76. §. *de furtis.* 81 Furti etiam tenetur, qui codice alium ad usum, quam concessum utitur, *ut hic. junctо verf. imo.* §. *eod.*

82 Id est, ad cautionem. 83 Non furti. 84 Certiorandus est, qui ignorat vide *l.* 1. *in fin.* §. *de act. empt.* 85 Chirographum, rationum libro inscribi potest. 86 Furti tenetur, qui commodato abutitur. 87 Vel quæ ei adgnata, ut est servo vestis. *l.* 14. §. 15. §. *de furt.*

88 In accessionibus quoque commodati custodiam præstare commodatarius tenetur. 89 Vel precario datam. v. *l.* 10. §. *de precario.* An idem in depositо? v. *l* 1. §. *quæ depositis.* §. *depositi.* 90 *V. d. l.* 14. 91 Pullus an censeatur venditus equa vendita, vide *hic. Alber.* 92 *Veteres* illi, qui fuere? Forte Brutus, Sabinus, Cassius, *l. vetus.* 68. §. *de usufr.* Labeo, *l. veterib.* 39. §. *de pact. l. Labeo* 21. §. *de contr. empt.* §. 11. §. *eod.* Veterum appellatione hi solent intelligi. 93 Commodatarius dolum tantum & latam culpam præstat, quoties quis sua ipsius causa rem commodavit, §. 2. §. *eod. l.* 12. §. vel ita convenit. 94 Aliud est in re dotali. *l.* 6. §. *de pact. dotalib.* 95 Jocalia, & vestes heredibus mariti uxorem restituere cogi, hinc colligitur. 96 Vide *l.* 11. *C. de pact. convent.*

97 More vetusto novæ nuptæ deducebantur in domum mariti: de quo more dixi *ad leg. pen.* §. *de don. inter vir. l.* 15 §. *de cond. & demonst.* 98 Quid, si quis alicui equos & armas ad bellum commodaverit, & is ibidem ea amiserit, an commodati competet in eum actio? non competit, §. 7. §. *eod.* neque commodatarius eo casu sines commodati excesserit, cum eo usu arma & equos acceperit. Idem dicendum, si eodem sine arma & equos conduxero, & in acie perierint. *l.* 13. §. 3. *in fin.* §. *locati.*

99 Commodati, an alia actio detur certis casibus dubitatur. 100 *l. pen. C. eod.* repigneras.

1 In id, quod revera interest.

2 *l.* 19 *in fin.* §. *de præscriptis verbis.*

3 Atqui debet esse gratuitum commodatum.

4 Id est, præscriptis verbis, quoties fallaci mercedes est vel incerta, vel non in pecunia numerata.

5 Quando merces certa est, & in pecunia numerata constituit.

6 Directas.

7 Creditorem.

8 *l.* 9. §. 1. §. *quibus modis pignus.*

9 Movendæ contra ipsum creditorem.

10 Nempe commodatarium: aliud est in deponente. vide *l.* 12. §. 1. §. *depositi. l.* 11. §. 1. §. *ad exhib.*

11 At non commodantem, qui agit pure: esto

12 Commodatario periculo est servus, cum lance commodatus.

13 Id est, à me, ut *l. hujusmodi.* §. *Stichum.* §. *de legat.* 1.

14 *Triclinium*, locus tribus lectis conclinctus, sive in quo tres lecti constituti *l.* 28. §. *de servit. urban.* Nonio, inquit Varro, 8 *de lingua*, fuit triclinii lectos, nisi pares & materia, & altitudine, & figura. κλίνη Græce lectus est. *Isidor.* 15 *Orig.* 3. potest & accipi pro tribus ipsis lectis. vide *Forcat. cap.* 6. *penus.*

15 Triclinii forte, vel aliud.

16 Male secundum Azonem: bene, secundum Joannem.

17 *l.* 51. §. *de adq. poss.*

18 Non penes custodem An quia nullus fuit, ut Martinus putat? an quia aliquis, ut Accursius?

19 Appositio custodis facta, ex postfacto onus custodiæ commodatario non remittit. *Bart.*

20 Duo in solidum non habent ejusdem rei dominium, vel possessionem: usum habere possunt.

21 Domini in solidum plures ejusdem rei vel juris esse non possunt, *ut hic. & l.* 3. §. *ex contrario.* §. *de adquir. poss.* Immo possunt, si res communis sit, *l. ea, quæ.* 6. *C. famil. l. in rebus.* 30. *C. de jur. dot.* sed & unus vere, alter fictе, *l. in suis.* 11. §. *de liberis & posthu.* unus natura, alter jure civili, seu diverso respectu, *l.* 1. §. *si ager vectig.* unus actu, alter habitu, *l.* 1. *C. comm. de leg. l. cum filius.* 76. §. *variis.* 8. §. *de leg.* 2 Quatuor alios casus vide apud Socinum *regula* 99. adde *hic Alber.* 22 Atqui duobus in solidum pecunia dari potest. *l.* 5. *C. de reb. cred. l.* 19. §. 3. §. *de castrens. pec.* 23 Ligius vasallus duorum eodem modo quis esse non potest: quia impossibile est, duos esse in solidum dominos, eodem jure. *Laudensis, 1 feudorum.* 24 Civilem, seu naturalem eandem. *l.* 3. §. 5. §. *de adquir. poss.* 25 *Pars pro indiviso*, quid sit, alias dixi. 26 Sic duo rei locationis esse possunt. *l.* 13. §. 9. §. *locati.*

27 *Al.* evectus, *id est*, evectionis. *Hor.* 28 Levem. 29 Id est, culpam levissimam.

30 *Quodammodo*, improprietatis nota: nec enim vere sunt duo rei 31 Vehiculo amisso. dixi *l.* 9. §. *de duobus reis.* 32 Bona enim fides non patitur idem bis exigi. *l.* 57. §. *de regulis juris.*

33 In solidum: quia cum uterque teneatur in solidum, utriusque interest in solidum.

34 *Al.* Et. 35 Quia cum utrique in solidum ex una, eademque causa defertur furti actio, uni per alterum præjudicatur. *Accurs.* 36 Ex æquo. *Goth.* An, qui cum alio principaliter se obligavit, nec tamen ad eum pecunia pervenit, beneficium ordinis habeat, vide Casp. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. 8. & 15. Auf. 37 Vide quæ notavi ad *l.* 18. §. 1. §. *eod.*

38 Ob damnum ab eo datum in re commodata. 39 *Sub.* actionem Aquiliæ.

40 Culpa, vel negligentia. 41 Et male. *Jacob. de Arena*, ut verba hæc, in fine hujus legis, *quod videtur habere rationem*, huc non referantur, sed ad superiora. 42 Seneca *epist.* 63. Rebus non me trado, sed commodo. Commodans rei proprietatem, & possessionem non amittit: contra commodatarius neutrum habet, sed detentionem tantum. 43 In eo commodatum differt à mutuo. *l.* 2. §. *de reb. cred.* 44 *l.* 8. §. *eod. l.* 2. *inst. quib. mod. re.* adde *l.* 2. §. 1. §. *pro hærede. l.* 2. *in fin.* §. *de precario.* 45 Commodato qui ad fui & verum usum utitur, interitum rei non præstat. 46 *l.* 18. §. 1. §. *eod.* 47 *Inspector* est is, cui rem inspiciendam trado, ut rei verum pretium ab eo explorem, vel qui ultro rem à me petiit, ut eam inspicerem.

48 Vide *l.* 18. *in princ.* §. *de præscriptis.* 49 Commodatarii, & inspectoris, an, & quæ similitudo sit, seu, an idem sit rem commodare, & inspiciendam dare? utilis enim hæc eo quæstio est, ut sciatur, an, & quatenus inspector teneatur. 50 Inspiciendas res nostras alteri damus, vel nostra causa, vel accipientis. Nostra causa, quoties per accipientem acquirimus nostræ rei pretium. 51 Inspiciendam rem qui accepit suo periculo, furti agere potest. *l.* 78. §. *de furtis.*

52 Remittens rem domino, an & quomodo tenetur de interitu rei, si res, dum remitteretur, perierit? Dic remitti periculo mandantis, si nihil sit mandatum: periculo remittentis, si modo sui causa accepit. 53 *l.* 12. §. *eod.* 54 Electio mala culpæ tribuitur.

De eo, qui missus est, ut rem commodatam repeteret.

XII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

SI mei causa, dolum tantum. §. 1. Commodatam rem missus qui repeteret, cum 54 recepisset, aufugit: Si 55 dominus ei dari jusserat, domino perit: si commonendi 56 causa miserat, ut referretur res commodata, ei, qui 57 commodatus est.

De re non apparente. 1. De quæstu. 2. De eo, qui bona fide servit commodanti.

XIII. POMPONIUS lib. XI ad Sabinum.

IS, qui commodatum accepit, si non 58 apparentis 59 rei nomine, commodati condemnetur, cavendum ei est, *ut repertam dominus ei præstet*. §. 1. Si quem quæstum fecit is, qui experiendum 60 quid accepit, veluti si jumenta fuerint, eaque locata sint, idipsum præstabit, qui experiundum dedit: neque 61 enim ante eam rem quæstui cuique esse oportet, [prius] quam periculo ejus sit.

§. 2. Si libero homini, qui mihi bona fide serviebat, quasi servo, rem commodavero, videamus, an habeam commodati actionem: Nam & Celsus filius aiebat, si jussissem 62 eum aliquid facere 63, vel mandati cum eo vel præscriptis verbis experiri me posse. Idem ergo & in commodato erit dicendum. † Nec obstat, quod non hac mente cum eo, qui liber bona fide nobis serviret, contraheremus, quasi eum obligatum habituri: plerumque 64 enim id accidit, ut 65 extra id, quod ageretur, tacita obligatio nascatur, veluti, cum per errorem indebitum solvendi causa datur.

De servo commodante.

XIV. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

SI servus meus rem meam tibi, scienti 66 nolle me tibi commodari, commodaverit, & commodati 67 & furti nascitur actio, & 68 præterea condictio ex causa furtiva.

De re aliena.

XV. PAULUS lib. XXIX ad Edictum.

COmmodare possumus 69 etiam alienam rem, quam possidemus: tametsi scientes alienam possidemus.

XVI. MARCELLUS lib. V Digestorum.

ITa ut, & si fur 70 vel prædo 71 commodaverit, habeat commodati actionem 72.

De pacto, ne dolus præstetur. 1. *Si contraria actio moveatur sine principali.* 2. *De herede commodatarii.* 3. *De effectu commodati.* 4. *De duabus rebus commodatis.* 5. *De pretio soluto.*

XVII. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

IN commodato 73 [hæc] pactio 74, *ne dolus præstetur*, rata non est 75. §. 1. Contraria commodati actio etiam 76 sine principali moveri potest 77, sicut & cæteræ, quæ dicuntur *contrariæ* 78.

§. 2. Si ex facto heredis 79 agatur commodati, in 80 solidum condemnatur, licet ex parte heres 81 est. §. 3. * Sicut 82 autem voluntatis & officii magis, quam necessitatis est, commodare, ita modum commodati, finemque præscribere, ejus est, qui beneficium tribuit. Cum autem id fecit (id est, postquam commodavit) tunc finem præscribere, & retro agere, atque intempestive 83 usum commodatæ rei auferre, non officium tantum impedit, sed & suscepta obligatio inter dandum accipiendumque: geritur enim negotium invicem: & ideo invicem propositæ sunt actiones, ut appareat, quod principio beneficii ac nudæ voluntatis fuerat, converti in mutuas præstationes actionesque civiles 84: ut accidit in eo, qui absentis negotia gerere inchoavit: neque 85 [enim] impune peritura deseret: suscepisset enim fortassis alius, si is non cœpisset: * *voluntatis est enim suscipere mandatum, necessitatis* 86 *consummare.* † Igitur si pugillares 87 mihi commodasti, *ut debitor mihi caveret*, non recte facies importune repetendo: nam si negasses, vel emisisses, vel testes adhibuissem. † Idemque est, si ad fulciendam insulam tigna commodasti, deinde protraxisti, aut etiam sciens vitiosa 88 commodaveris: * *adjuvari quippe nos, non decipi, beneficio oportet.* Ex quibus causis etiam contrarium judicium utile esse dicendum est. §. 4. Duabus rebus commodatis, recte de 89 altera commodati agi posse Vivianus scripsit: Quod ita videri verum, si separatæ sint, Pomponius scripsit: nam eum, qui carrucam puta, vel lecticam commodavit, non 90 recte 91 acturum de singulis partibus. §. 5. Rem commodatam perdidi 92, & pro ea pretium dedi, deinde 93 res in potestate 94 tua venit: Labeo ait, contrario judicio aut 95 rem mihi præstare te debere, aut, quod à me accepisti, reddere.

De dolo, culpa, diligentia casibus, quibus restiti non potest. 1. *De re deteriorata.* 2. *De impensis à commodatario factis.* 3. *De casibus vitiosis.* 4. *De contrario judicio, & jure pensationis.*

XVIII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

IN 96 rebus commodatis talis 97 *diligentia* præstanda est, qualem 98 quisque diligentissimus 99 paterfamilias suis rebus adhibet: ita ut tantum eos casus non præstet, quibus resisti non possit; veluti mortes servorum, quæ sine dolo & culpa ejus accidunt, latronum hostiumve incursus, piratarum insidias, naufragium, incendium, fugas servorum 100, qui custodiri non solent. Quod autem de latronibus, & piratis & naufragio diximus, ita scilicet accipiemus, si in hoc commodata sit alicui res, ut eam rem peregre secum ferat: alioquin si cui ideo argentum commodaverim, quod 1 is amicos ad cœnam invitaturum se diceret, & id peregre secum portaverit, sine ulla dubitatione, etiam piratarum 2, & latronum, & naufragii casum præstare debet. Hæc ita, si dumtaxat accipientis gratia commodata sit res: † At si utriusque, veluti si communem amicum ad cœnam invitaverimus, tuque ejus rei curam suscepisses, & ego tibi argentum commodaverim, scripturn quidem apud quosdam invenio, quasi dolum tantum præstare debeas. Sed videndum est, ne & culpa præstanda sit: ut ita culpæ fiat æstimatio, sicut in rebus pignori datis & dotalibus æstimari solet. §. 1. Sive autem pignus, sive commodata res, sive deposita, deterior 3 ab eo, qui acceperit, facta sit, non solum istæ sunt actiones, de quibus loquimur: verumetiam legis Aquiliæ 4: sed, si qua earum actum fuerit, aliæ tolluntur 5. §. 2. Possunt justæ causæ intervenire, ex quibus cum 6 eo, qui commodasset, agi deberet 7, veluti de impensis in valetudinem 8 servi factis, quæve post fugam requirendi, reducendique ejus causa factæ essent: nam * cibariorum 9 impensæ, naturali scilicet ratione, ad eum pertinent, qui utendum accepisset. Sed & id, quod de impensis valetudinis 10 aut fugæ diximus, ad majores impensas pertinere debet: modica 11 enim impendia verius est, ut, sicuti cibariorum 12, ad eundem pertineant. §. 3. Item qui sciens *vasa vitiosa* 13 commodavit, si ibi infusum vinum, vel oleum corruptum effusumve est, condemnandus eo nomine est. §. 4. Quod 14 autem contrario 15 judicio consequi quisque potest 16, id etiam recto 17 judicio, quo cum eo agitur, potest salvum habere jure 18 pensationis 19: Sed fieri 20 potest, ut amplius 21 esset, quod invicem aliquem 22 consequi oporteat 23, aut Judex pensationis 24 rationem non habeat, aut ideo de restituenda re cum eo non agatur, quia ea res casu intercidit, aut sine Judice restituta est: dicemus necessariam esse 25 contrariam 26 actionem.

De damno injuria dato.

XIX. JULIANUS lib. I Digestorum.

AD eos, qui servandum aliquid conducunt 27, aut utendum accipiunt 28, damnum injuria ab alio datum non pertinere, proculdubio est: Qua 29 enim cura aut diligentia consequi possumus, ne aliquis damnum nobis injuria det?

De re ei, qui perseverat, intercepta.

XX. IDEM lib. III ad Urseium Ferocem.

ARgentum 30 commodatum 31 si tam idoneo 32 servo 33 meo 34 tradidissem ad te perferendum, ut 35 non debuerit quis æstimare futurum, ut à quibusdam malis hominibus decipereris, tuum, non meum, detrimentum erit, si id mali homines intercepissent.

De domino, 1. Aut ejus servo rem commodatam surripiente.

XXI. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

REm mihi commodasti, eandem subripuisti: deinde, cum commodati ageres, nec à te scirem esse subreptam, Judex me condemnavit, & solvi: postea comperi à te esse subreptam. *Quæsitum* est, quæ mihi tecum actio sit? *Respondit*, furti quidem non esse, sed 36 commodati 37 contrarium judicium utile mihi fore.

§. 1. In exercitu contubernalibus 38 vasa utenda communi periculo dedi: ac deinde meus servus, subreptis his, ad hostes profugit: & postea sine vasis receptus est: Habiturum me commodati actionem cum contubernalibus constat, pro cujusque parte: sed 39 & illi mecum furti, servi nomine, agere possunt: quando & noxa caput sequitur: Et si tibi rem periculo tuo utendam commodavero, eaque à servo meo subripiatur, agere mecum furti possis servi nomine.

Si servus commodatus commodatario furtum fecerit.

XXII. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SI servus, quem tibi commodaverim, furtum 40 fecerit, utrum sufficiat 41 contraria commodati actio, quemadmodum competit, si quid in curationem 42 servi impendisti: an furti agendum sit, quæritur? Et, furti quidem noxalem habere, qui commodatum rogavit, proculdubio est: contraria autem commodati tunc eum teneri, cum sciens 43 talem esse servum, ignoranti commodavit.

De equo deteriorato.

XXIII. POMPONIUS lib. XXI ad Quintum Mucium.

SI 44 commodavero tibi equum, quo utereris usque ad certum locum, si 45 nulla 46 culpa tua interveniente, in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneris commodati: nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodavi, qui cum laborem sustinere non potuit.

TIT.

---

54 Vide quæ scripsi ad *l. 7. C. de furtis.*

55 Nuncio commodatum impune redditur, si recipiendi, non commonendi tantum mandatum habuit: commonendi tantum mandatum habet, qui jussus est monere commodatarium, ut remitteret, *ut hic.* Quid, si ad recipiendum commodatum se missum dixerit? non statim ei credere commodatarius debebit.

56 Tantum scil.

57 Cui commodata res est. *Ital.*

58 Commodata re non apparente, commodatarius recte conveniri potest.

59 *Subaud.* culpa ejus.

60 *l. 20. in princ. ff. de præscript.*

61 Lucrum & quæstum ex re commodata commodatarius facere non potest, nisi cum periculum commodati ad eum spectat.

62 Vide *l. 54. §. 3. ff. de adquir. rer. dom.*

63 Puta, ut gereret mea negotia. *l. 19. §. 2. ff. de negot.*

64 *Plerumque* vox, regulæ index.

65 Tacita plerumque obligatio nascitur extra id, quod agimus.

66 Vide *l. 14. C. de furtis.*

67 Ut hæc verba accipienda sint, vide Cujac. 27 *observ.* 12.

68 Actiones exercitio non origine contrariæ, ex eodem facto nasci possunt. vide *Dynum, cap. nullius pluribus. de regulis.*

69 Commodare rem etiam alienam, qui non dominus est, potest. *l. 16. ff. cod.*

70 Fur commodare rem furtivam potest.

71 Prædo commodati actionem adquirit, cum rem a se raptam commodat.

72 Ad æstimationem rei, vel id, quod sua interfuit. *l. 64. ff. de judiciis. l. 13. ff. de reb. cred. l. 31. circa fin. ff. depositi.*

73 Idem in deposito. *l. 1. §. 7. ff. depositi.*

74 Pactum, *ne dolus futurus præstetur*, non valet: occasio enim delicti pacto adquiri non potest.

75 *l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 1. §. 7. ff. depositi. v. l. 23. ff. de regulis.*

76 Commodati contraria agi potest, etiam sine directa. Porro directæ, & utiles actiones propria non sunt nomina actionum, sed qualitates tantum. vide *l. 47. ff. de negot.*

77 Pro expensis factis in re commodata. *l. 18. §. 3. §. 4. ff. cod. l. 10. ff. de negot.* vide *l. 1. in fin. ff. de cont. tutel.* 79 Commodatarii: puta, quod rem deteriorem fecerit. 80 Heres ex suo facto convenitur in solidum. 81 Alias datur in heredem. *l. 3. §. 3. ff. cod.* 82 Commodatum ab initio officii est, & voluntatis, ex postfacto necessitatis.

83 Commodatum (quia in eo certus usus præfinitus est) non potest ante tempus expletum revocari: in quo differt à precario, *l. 1. in fin. ff. de precario.* hoc est, commodatum à precario differt in revocatione, seu revocandi facultate: Precarium enim, vel intempestive revocari potest, nec contraria pactione impediri. *l. 12. ff. de precario.* 84 Commodati actio an cui ilis? dixi *ad l. 1. ff. cod.*

85 *l. 6. in fin. ff. de negot.* 86 Vide *l. 5. §. 1. & seq. l. 22. ff. mand.* 87 *Pugillares*, tabellæ cereæ. Instrumentum tabulis cereis scribi posse hinc colligunt: & ita perscriptum instrumentum à tabellione, successor ejus in mundum referre tenetur, ut & edere contrahenti. 88 Adde *l. 18. §. pen. ff. cod.* 89 Separatæ res commodatæ, separatim peti possunt. 90 Adde *l. 3. ff. famil. l. 5. §. 7. ff. judic. sol.* 91 *Sub.* culpa mea. 92 *Facit l. 21. ff. cod.* 93 Cur? quia lectica, vel carrucæ, corpus est, cujus partes separatæ nullum usum præstant. vide *l. 3. ff. fam. ercisc.*

94 *Al.* potestatem. 95 Commodatarius pretio rei commodatæ soluto commodanti, ad rem commodatam varias actiones habet: in rem utilem, *l. si culpa. 63. ff. de rei vind.* ad æstimationem, condictionem sine causa, *l. 2. ff. de condictione sine causa.* ad rem vel æstimationem alternative, commodati contrariam, de qua hic: ut ea parte sit electio commodatarii. Nam cum habeat electionem actionum, rerum quoque ipsarum electionem habere debet, *l. rescriptum. 10. §. si pacto. 1. ff. de pact. l. 3. §. 1. ff. de eo, quod certo.* 96 *Synopsis Basil. 13. Tit. 1. cap. 17.* 97 In commodato commodatarius præstat dolum, & culpam omnem, hoc est, latam, levem, levissimam (nisi utrumque gratia commodatum factum sit, tunc enim levis tantum culpa præstatur): casum vero, si culpa ejus præcessit casum. Porro *lata culpa* est omittere, quod omnis: *levis*, quod diligens: *levissima*, quod diligentissimus quisque faceret. *l. si merces. 25. §. pen. ff. locati.*

98 Imo majorem. *l. 1. §. 4. ff. de oblig. & act.* 99 Vide quæ scripsi *ad l. 35. ff. de contrah. empt.* & sic levissimam culpam præstat. 100 Qui custodiri non solent. adde *l. 5. §. 13. ff. cod. l. 1. §. 4. ff. de oblig.*

1 *l. 4. §. 4. in fin. l. 13. §. 1. ff. nautæ. Novell. 134. cap. 13. imperat, in Oxero, &c.* Seneca 4 *de benefic. 25.* si deos imitaris, da & ingratis omnibus. Nam & sceleratis sol oritur, & piratis patent maria. Vox autem pirata vel à πειρῶ, quod deceptionem significat: vel a πειράω, id est, perambulo, deducitur. De piratarum crudelitate Seneca, 2 *de clement. cap. 4.* nec contenti interficere sæviunt, ut Busiris ille, & Phœrasses, & pirate, qui captos verberant, & ignem vivos imponunt. & *alibi 1 declam. 2.* ita rapæ pejerent pirate, ut testimoni veniendum. *Cic. 3 off.* Pirata, *inquit*, non est ex perduellium numero definitus, sed communis hostis omnium: cum hoc nec fides esse debet, nec jusjurandi ratio communis.

2 *l. 3. §. 1. l. 10. ff. cod.*

3 *l. 7. ff. cod.*

4 Nisi forte aliquid superfit, quod per alteram actionem non fuerit consecutus commodator. *l. 7. ff. de dol. l. 71. ff. de furt.*

5 Commodati contraria datur adversus eum, qui commodavit.

7 Restituendo. *vide l. ult. C. cod.*

8 Ut curationem. vide *l. 22. ff. cod.*

9 Alimentorum expensas naturali ratione præstare is debet, ad quem usus vel hominis vel equi pertinet, adde *l. cui. 6. §. 2. C. de appell.* Quid libertus & vasallus: num suo sumptu operas præstant? dixi *l. suo 2. & 18. ff. de oper. libert.*

10 Adde *l. 30. ff. de ædilitio.*

11 Imo modica curantur, *l. si proprietarius. 22. ff. de damno. §. gallinarum. 16. Inst. de rer. divis. l. id est. 10. ff. de dolo. l. fin. 4. ff. de in integrum.*

12 *l. 17. §. 3. in fin. ff. cod.*

13 Vitiosa res commodata a commodatore ignorante, si noceat commodatario, commodator non tenetur: fit enim commodatum accipientis causa, *ut hic. & l. pen. ff.* Quid, si deposita res vitiosa ab ignorante? tenetur deponens. fit enim depositum ejus causa, & officium depositario noxium esse incivile est. *l. si servum. 61. §. quod vero. 5. ff. de furt.* Quid, si res vendita vitiosa nocuit emptori? Venditor indistincte tenetur, quia vitiosum vendere non debuit, etiam ignorans, cum pretium recipiat. si tamen ignorans vendidit, quanto minoris ea pro re emptu rus fuisset: si sciens, id omne, quod emptoris interest, præstat. *l. tenetur. 6. §. si vas. 4. §. si mancipium. in princ. 13. & §. 1. ff. de act. empt.* Quid, si locata? si vitiosum mancipium sciens locavit: id id omne, quod interest: si ignorans, noxaliter tantum tenetur, *l. si domum. 45. §. 1. l. cum in ædes. 60. §. fin. num. 7. ff. locati.* si res alia à mancipio, id omne, quod interest, præstabit, *l. si fullo. 19. §. 1. ff. locati.* Cur tam varie? fugitivi vitium facilius ignoramus, quam doli. 14 Commodatarius conventus actione commodati, quod sibi debetur, compensare potest: sin illud amplius sit, aut judex compensationem non admittet, aut commodatum casu intercideriit, aut extra judicium restitutum sit, actioni contrariæ locus est. *Synopsis Basilic. 13. Tit. 1. c. 57.* 15 Contraria commodati actio, quibus ex causis introducta, vide *Oldendor. Classe 4. actione 15. c. a Jure remedia. n. 6.*

16 Ut expensas magnas. 17 *Rectum* judicium, directum. 18 *Vide C. cod.* vide *l. 10 in fin. ff. de adquir. possess.* 19 Opponendæ ab homine. 20 Id est, fieri potest, ut commodator commodatario plus debeat, quam ei debeatur à commodatario. 21 Atque ita commodatarius sibi compensare non potest: ut ea de causa necessaria sit illi contraria commodati actio.

22 *Sub.* commodatorium. 23 *Sub.* ratione expensarum. 24 Petitæ, *l. 7. §. 1. ff. de compensat.* 25 Vide *l. 17. §. 1. ff. cod.* 26 Contraria agi potest, etiamsi non agatur directa. *l. 17. §. 1. ff. cod.* 27 Damnum, quod prævideri non potuit, conducter, & commodatarius non præstat.

28 *Sub.* gratis. 29 *l. 41. ff. locati.* 30 In massa: alias mutuum esset. 31 A te mihi.

32 Vide *l. 11. ff. cod.* 33 Eligi communi opinione idoneum sufficit ad commodatum perferendum commodatori.

34 Vel tuo, *l. 20. in fin. ff. de præscript.* 35 Communis opinio excusat.

36 Vide *l. 17. in fin. ff. cod.* 37 Cur non furti? an quia ejus non interfit, cum sit liberatus actione commodati: ut aliud futurum sit, si ejus interfit? An quia nemo furtum rei suæ facit? Prima verior videtur. 38 *Contubernium*, teste Vegetio, *de re militari*, significat decem milites sub uno papilione degentes: *contubernales* autem dicuntur à tabernis, quæ fiebant ex tabulis: unde & *tabernacula* dicta sunt, licet extentis pellibus fiant: sic enim legit apud Festum Joseph. Scaliger. Quin Isidorus 9 *orig. ult.* Contubernium ad tempus coëundi conventionem appellat. & tabernacula, quæ modo huc & illuc præfigantur. Contubernales itaque sunt commilitones, qui eodem tabernaculo utuntur, *qui sont camarades ensemble.* 39 Atque ita dolus servi non præjudicat commodatori, licet pro eo noxaliter teneatur. *Bart.* 40 Vide *l. 61. §. 1. ff. de furt. & l. 45. §. 1. ff. locati.* quæ est ejusdem libri, ut ibi dixi. 41 Id est, competat: hoc enim sensu verbum *sufficere* sumitur *in l. 29. ff. comm. divid. l. Titius. 43. ff. de act. empt. l. si domum. 45. §. 1. ff. de act.* Cui contrarium est, *deficit.* 42 Quidquid in rem commodatam ob morbum, vel aliam rationem, impensum est, à domino recipi potest. Paul. 2 *sent.* 4. adde *l. 18. §. 2. ff. cod.* 43 Adde *l. 31. ff. præscr.*

44 *Synopsi. Basil. 13. tit. 1. c. 20. §. 4. & 1 Harmen. 10. §. 4.* 45 Commodatarius non est in culpa, qui re commodata ad usum sibi concessum utitur. 46 *Vt in casu l. ult. ff. ad l. Aquil.* adde *l. 7. §. pen. d. tit.*

TIT. VII.

DE PIGNERATITIA [1] ACTIONE, VEL CONTRA [2].

De traditione, & nudo consensu. 1. Si as pro auro obligetur.

1. ULPIANUS lib. XL. ad Sabinum.

PIgnus contrahitur non [3] sola traditione [4], sed etiam [5] nuda [6] conventione [7], etsi non traditum est. §. 1. Si igitur contractum [8] sit pignus nuda conventione, videamus, an si [9] quis aurum ostenderit, quasi pignori daturus, & æs [10] dederit, obligaverit aurum pignori? Et consequens est, ut aurum obligetur, non autem æs: quia in hoc non consenserint. §. 2. Si quis tamen, cum æs [11] pignori daret, adfirmavit [12] hoc aurum esse, & ita pignori dederit, videndum erit, an æs pignori obligaverit: & numquid, quia in corpus consensum est, pignori esse videatur? Quod magis est: tenebitur tamen pigneratitia contraria actione qui dedit: præter [13] stellionatum [14], quem fecit.

Si pignus venditum appignoretur secundo creditori.

II. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

SI [debitor] rem pignori datam vendidit, & tradidit, tuque ei nummos credidisti, quos ille solvit ei creditori, cui pignus dederat, tibique cum eo convenit, *ut ea res, quam jam venderat, pignori tibi esset*, nihil te egisse constat: quia [15] rem alienam pignori acceperis [16]: ea enim ratione emptorem pignus liberatum habere cœpisse: neque ad rem pertinuisse, quod tua pecunia pignus sit liberatum.

De dolo debitoris in solutione.

III. IDEM lib. XVIII ad Sabinum.

SI quasi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, redditi ei pignus, isque per feneſtram id misit [17] excepturo eo, quem de industria ad id posuerit, Labeo ait, furti te agere cum debitore posse [18], & ad exhibendum: & si agente [te] contraria pigneratitia, excipiat debitor de pignore sibi reddito, replicabitur de dolo & fraude, per quam nec redditum, sed per fallaciam ablatum id intelligitur.

De venditione pignoris.

IV. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI [19] convenit de distrahendo pignore, sive ab initio, sive postea, non [20] tantum venditio valet, verum incipit emptor dominium rei habere. † Sed etsi non convenerit de distrahendo pignore, hoc tamen jure utimur, ut [21] liceat distrahere: si modo non convenit, *ne liceat*. Ubi [22] vero convenit, *ne distraheretur*, creditor, si distraxerit, furti [23] obligatur: nisi ei ter fuerit denunciatum, ut solvat, & cessaverit.

V. POMPONIUS lib. XIX ad Sabinum.

IDque juris est, sive omnino fuerint pacti, *ne veneat*, sive in summa, aut conditione, aut loco contra pactionem factum sit [24].

Creditor non cogitur vendere pignus, sed cogitur ostendere, cautione accepta.

VI. IDEM lib. XXXV ad Sabinum.

QUamvis convenerit, *ut fundum pigneratitium tibi vendere liceret*, nihilo [25] magis cogendus es vendere, licet solvendo non sit is, qui pignus dederit: quia tua causa id caveatur. Sed Atilicinus, ex causa cogendum [26] creditorem esse ad vendendum, dicit: Quid enim, si multo minus sit, quod debeatur, & hodie pluris venire possit pignus, quam postea? Melius autem est dici, eum [27], qui dederit pignus, posse vendere, & accepta pecunia solvere id, quod debeatur: ita tamen, ut creditor necessitatem habeat ostendere rem pigneratam, si mobilis sit; prius idonea cautela [28] à debitore pro indemnitate [29] ei præstanda: invitum [30] enim creditorem cogi vendere, satis inhumanum est. §. 1. Si creditor [31] pluris [32] fundum pigneratum vendiderit, si id [33] fœneret [34], usuram ejus pecuniæ præstare debet ei, qui dederit pignus: Sed & si ipse usus [35] sit ea pecunia, usuram præstari oportet: Quod si [36] eam depositam [37] habuerit [38], usuras non debet [39].

VII. PAULUS lib. II Sententiarum.

SI autem tardius superfluum restituat creditor [id.] quod apud eum depositum est, ex mora [etiam] usuras debitori hoc nomine præstare cogendus est.

De impensis à creditore factis. 1. De venditione pignoris.

VIII. POMPONIUS lib. XXXV ad Sabinum.

SI necessarias [40] impensas fecerim in servum, aut in fundum, quem pignoris causa acceperim, non tantum retentionem [41], sed etiam contrariam [42] pigneratitiam actionem habebo: Finge enim medicis [43], cum ægrotaret servus, dedisse me pecuniam, & eum decessisse: item insulam fulsisse, vel refecisse, & postea deustam esse: nec [44] habere, quod possem retinere [45]. §. 1. Si pignori [46] plura mancipia data sint, & quædam certis pretiis ita venditerit creditor, *ut evictionem eorum præstaret*, & creditum suum habeat, reliqua mancipia potest [47] retinere, donec ei caveatur, quod evictionis nomine promiserit, indemnem eum futurum.

§. 2. Si unus ex heredibus portionem suam solverit, tamen tota [48] res pignori data venire poterit: quemadmodum si ipse debitor portionem solvisset [49]. §. 3. Si annua, bima, trima die, [triginta] stipulatus, acceperim pignus, precluſque sim, *ut, nisi sua* [50] *quaque die pecunia soluta esset, vendere eam mihi liceret*, placet, antequam omnium pensionum dies veniret, non posse me pignus vendere: quia eis verbis omnes [51] pensiones demonstrarentur: Nec verum est, sua quaque die non solutam pecuniam, antequam omnes dies venirent: sed omnibus pensionibus præteritis, etiam [52] si una portio soluta non sit, pignus potest venire. Sed si ita scriptum sit, SI QUA PECUNIA SUA DIE SOLUTA NON ERIT, statim [53] competit ei pacti conventio. §. 4. De vendendo pignore in [54] rem pactio concipienda est [55], ut omnes contineantur: Sed & si creditoris duntaxat persona fuerit comprehensa, etiam heres ejus jure vendet, si nihil in contrarium [56] actum est.

§. 5. Cum [57] pignus ex pactione venire potest, non solum ob sortem non solutam venire poterit, sed ob cætera quoque, veluti usuras [58], & quæ in id impensa sunt [59].

De re aliena. 1. Ob quam causam pignus dari potest. 2. Quid interſit inter pignus & hypothecam. 3. De solutione, & satisfactione. 4. De re aliena. 5. Si ante solutionem agatur.

IX. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

SI rem alienam mihi debitor pignori dedit, aut malitiose [60] in pignore versatus sit, dicendum est, locum [61] habere contrarium judicium. § 1. Non tantum autem ob pecuniam, sed [62] & ob aliam causam pignus dari potest; veluti si [63] quis pignus alicui dederit, *ut pro se fidejubeat*. §. 2. Proprie [64] *pignus* [65] dicimus, quod ad creditorem transit: *hypothecam*, cum non transit, nec possessio ad creditorem. §. 3. Omnis [66] pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum [67] [esse], ut nascatur pigneratitia actio: * *Satisfactum* [68] autem accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum: sive aliis [69] pignoribus sibi caveri voluit, ut ab hoc recedat [70], sive fidejussoribus, sive reo dato, sive pretio aliquo, vel nuda conventione, nascitur pigneratitia actio. Et generaliter dicendum erit, quotiens [71] recedere voluit creditor a pignore, videri ei satisfactum, si, ut ipse voluit, sibi cavit, licet in hoc deceptus sit. §. 4. Is quoque, qui rem alienam pignori dedit, soluta pecunia potest pigneratitia experiri. §. 5. Qui ante solutionem egit pigneratitia, licet non rede egit, tamen, si offerat in judicio pecuniam, debet rem pigneratam, & quod sua interest, consequi.

X. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

QUod si non solvere [72], sed alia ratione satisfacere paratus est, forte si expromissorem dare vult, nihil ei prodest.

De litis contestatione. 1. De novatione. 2. De pecunia non credita. De acceptilatione. De conditione deficiente. De pacto. 3. De sorte, & usuris. 4. De pluribus heredibus creditoris. 5. Cui solvendum. 6. De procuratore, & tutore.

XI. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

SOlutum non videtur, si lis [73] contestata [74] cum debitore sit de ipso debito, vel si fidejussor conventus fuerit. §. 1. Novata [75] autem debiti obligatio, pignus perimit: nisi [76] convenit, ut pignus repetatur. §. 2. Si quasi daturus tibi pecuniam, pignus accepero, nec dedero, pigneratitia actione tenebor, & nulla [77] solutione facta: Idemque, si accepto [78] lata sit pecunia, vel conditio defecit, ob quam pignus contractum est, vel si pactum 79, cui standum est, de pecunia non petenda factum est. §. 3. Si in sortem duntaxat [80], vel [81] in usuras obstrictum est pignus, eo soluto, propter quod obligatum est, locum habet pigneratitia. Sive autem usuræ in stipulatum sint deductæ, sive non [82]: si tamen pignus & in eas obligatum fuit, quamdiu quid ex his debetur, pigneratitia [83] cessabit. Alia causa est earum, quas [84] quis supra licitum [85] modum promisit: nam hæ penitus illicitæ sunt. §. 4. Si creditori plures heredes exstiterint, & uni [86] ex his pars ejus solvatur, non debent cæteri heredes creditoris injuria adfici: sed possunt totum [87] fundum vendere, oblato debitori eo, quod coheredi eorum solvit: Quæ sententia non est sine ratione. §. 5. *Solutum* [autem] pecuniam accipiendum, non solum si ipsi, cui obligata res est, sed & si alii [88] sit soluta voluntate ejus, vel ei, cui heres exstitit, vel procuratori ejus, vel servo pecuniis exigendis præposito. † Unde si domum conduxeris, & [89] ejus partem mihi locaveris, egoque locatori tuo pensionem solvero [90], pigneratitia adversus te potero experiri: Nam Julianus scribit, solvi ei posse: & si partem tibi, partem ei solvero, tantundem erit dicendum. Plane in eam [91] duntaxat summam invecta mea & illata tenebuntur, in quam cœnaculum [92] conduxi: non enim credibile est hoc convenisse,

---

1 LV C. XXIV. §. *ult. Inſt. quib. non.* Vet. Paul. 2 *recept.* 5. huic actioni æmulam esse hypothecariam (de qua *ff. de pignor.*) testatur Justinianus, *l.* 2. §. 5. *C. de veterib. jure* sunt tamen in effectu hæc debitoribus adversus creditorem fere eodem debito diverse agit, in cum vero creditor ob fimptus, contraria: hypothecaria autem creditor in quemlibet possessorem directo experitur.

2 De qua, *l.* 16. §. 1. *C. eod.*

3 Id est, non solum: sic Græci, ἐὰν μὴ δοθῇ. *Synopf. Baſil.* 25. *Tit.* 1. *cap.* 1.

4 Rei *fr. l.* 1. §. 6. *ff. de obligat.*

5 *l.* 4. *ff. de pignorib.* *l.* 17. §. 2. *ff. de pact.*

6 Imo non solo consensu perficitur pignus. *l.* 26. *ff. eod.*

7 Quid? pignore nudo consensu contracto, num jus in re, vel actio realis adquiritur? Gulielmus ita putat. *arg. l.* 1. *l. gregis.* 13 §. *& in superficiario. ff. de pign. l. cum, qui.* 14. *ff. de furtis. & ff. ut. de Salv. nuncupatione interdicto.*

8 Contractum pignus, nihil aliud est, quam hypotheca: atque ita impropriè pignus. Pignus enim traditur: hypotheca constituitur, sive sit mobilis, sive immobilis *l. secundum.* 15. §. *creditor.* 12 *ff. qui satisdare.* Nam quod ait Jurisconsultus, pignus, rei mobilis proprie esse, *l.* 238. §. 2. *ff. de verb. signif.* propriissime dicere voluit.

9 Æris pro auro subjector, stellionatus crimine tenetur, *ut hic.* apud Paul. 5 *ſent.* 25. §. 4. qui æs mutuavit, argentavit, quive cum argento vel aurum poneret, æs stannumve subjecerit, falsi pœna coercetur.

10 *l.* 36. *ff. eod.*

11 Qui offenso auro, quasi hoc pignori daturus, æs dederit, non æs, sed aurum obligatum est: si vero quis æs, quod aurum adfirmavit esse, pignori dederit, & actione pigneratitia tenetur, & ea lege, quæ stellionee, (ἐπιβουλίου) punit. *Synopf. Baſil.* 25. *tit.* 1. *cap.* 1.

12 Et ita sciens dedit. v. *l.* 22. *ff. de verb. oblig.*

13 *Præter* dictio an includat, vel excludat, vide *l. nullum.* 9. *ff. de repud.*

14 Stellionatus crimine tenentur æris pro auro subjectores, *ut hic. l.* 16. §. 1. *ff. eod.* Imo falli, ut paulo ante dixi ex Paulo: & eo quidem magis, quod stellionatus crimen subsidiarium sit, & ei locus sit, ubi nulla alia pœna lege constituta sit. An hoc scripsit Ulp. nondum ea edita superiore constitutione? an potius ignorata?

15 *l.* 2. *l.* 6. *in fi. l.* 7. *l.* 8. *C. si res aliena pignori. l.* 6. *C. quæ res pignori. l.* 13. *in fi. C. de donat. inter virum.* vide *l. ult. in fin. C. de pactis.*

16 Potest tamen res aliena obligari sub conditione. *l.* 16. §. *antep.* adde *l.* 18 *ff. de pignoribus.* voluntate domini. *l.* 20 *ff. eod.* Num vero rem alienam mihi inscienti pigneratam, retinere possum adversus dominum, donec mutuam pecuniam recepero? vide *l.* 36. *ff. de cond. indeb.*

17 Id est, demisit pecuniam.

18 Fidem de pretio non habet, qui putat statim sibi solvi. *Bart.*

19 Pignus creditor vendere potest, si ita convenit, ut liceret vendere, *ut hic.* Quid, si nihil convenit de venditione? Recte creditor distrahit, & emptorem dominum facit, *ut hic.* Quid, si nominatim convenit, *ne distraheretur*, & tamen creditor distraxerit? furti tenebitur, nisi quum ter debitori denunciatum esset, ut solveret, is cessaverit: sive omnino convenerit, ne distractio fiat, sive in conditione, sive in summa, sive in loco contra pactionem fecerit. *Synopf. Baſil* 25. *tit.* 1. *c.* 4.

20 Vide *l.* 3. *C. de jure dominii impetr l.* 1. *C. de pactis pignorum.*

21 *l.* 9. *l.* 14. *C. de distr. pign.* Creditor si simpliciter id est, nulla distrahendi vel non distrahendi stipulatione interposita, sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante debitori suo denunciare debet, ut pignus luat, ne a se distrahatur Paul. 2 *ſent.* 5. *c.* 1.

22 Si inter creditorem & debitorem convenerit, ut fiduciam sibi vendere non liceat, non solvente debitore, creditor denunciare ei solemniter potest & distrahere. Nec enim ex tali conventione fiduciæ actio nasci potest. Paul. 2 *ſent.* 13. §. 4 vide quæ scripsi ad *l.* 1. *l.* 3. *C. de jure dominii impetr.*

23 *l.* 66. *ff. de furt.* id est, eo nomine creditor debitori fiduciæ actione non tenetur.

24 Et si conventum est de non vendendo pignore, pignus tamen vendi poterit, trina denunciatione præmissa. *Bart.* vide Paul. 2 *ſent.* 5. §. 1. *& tit.* 13. §. 5.

25 *l.* 51. §. *antepen. ff. de fidejuſſ.* id est, non cogitur pignus vendere, cum possit, si velit, uti actione personali. vide *l.* 4. §. 4 *ff. de rejudicata.*

26 *l.* 15. §. 4. *ff. de re judicata.*

27 *Novell.* 112. *c.* 1.

28 *l.* 8. §. 10. *ff. quib. modis pignus.*

29 Et superfluo debiti, de quo *l.* 36. *ff. mandati.*

30 Invitus creditor, hoc est, sine causa cogi non potest, pignus, quod habet, divendere.

31 Privatus, quinimo & fiscus. *ut l.* 45. §. 12. *ff. de jure fiſci.*

32 *l.* 7. *l.* 24. *ff. eod. l.* 4. *C. eod. l.* 21. *in fin. ff. de pignorib.*

33 *Al.* si id, quod plus est, fœneret.

34 Quid, si rem emit? vide *l. ult. C. de distract. pignor.*

35 Usuras præstat pecuniæ ex pignoris venditione redactæ creditor, si ea usus sit: usus igitur ratio usuram parit.

36 Uti re non videtur, qui eam tantum apud aliquem deposuit.

37 Nomine debitoris.

38 Imo, ut depositam habuerit, usuras debet. *l.* 2. *C. de usuris.*

39 Nisi ex mora.

40 Vide *l.* 25. *ff. eod.* aliud in non necessariis. *l.* 7. *in fin. C. eod. l.* 6. *C. de pignoribus.* Idem tamen in utilibus.

41 Retentio pignoris datur creditori, *l.* 25. *ff. de pignorib. l. unica. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri poſſe.*

42 Contraria pignoratitia: cujus plus tribuit, quam jus retinendi

43 Impensa *necessaria* est, quod quis pro ægroto medicis præstat, vel pro insula fulcienda, vel reficienda.

44 *l* 3 *C. de distr. pign.*

45 *l.* 12. *ff. de us, & us armata l.* 65. *ff. de rei vindicat.*

46 *l.* 7. *in fi. C. eod. l.* 6. *C. de pignor.*

47 Pignus retinere creditori potest, non modo propter impensas in ipso pignore factas, sed ob futuras imminens periculum evictionis rei pignoratæ.

48 Individua est pignoris liberatio. *l.* 11 §. 4. *in fi. ff. eod. l.* 65. *ff. de evictionib.*

49 Qui pro parte heres exstitit, nisi totum debitum solvat, suam portionem pignoris recipere non potest, *l.* 1. *C. de luitione pign.* vel actionis ex heredibus debitoris, id solvendo, quod ab eo actione personali peti potuit, facultatem distrahendi res obligatas creditori non adimit *l.* 16 *C. de distract. pignor.*

50 Vide *l.* 12. *ff. de usuris.*

51 Oratio universalis, unius falsitate, tota falsa redditur: particularis, non item. vide *l.* 29. *ff. de acquir. hær.* adde *l. ſi is, qui decem.* 13. §. *utrum. ff. de reb. dub.*

52 Quandiu non est integra pecunia creditori numerata, distrahendi facultatem creditor non amittit. *l.* 6. *C. de distr. pign.*

53 Ut initio primi dici possit vendere. vide *l.* 122. *in fin. pr. ff. de verb. oblig.*

54 Pactum in rem transit ad heredes.

55 Pacti in rem efficacia ad heredes transit. *l.* 7. §. 8. *l.* 40. *ff. de pactis.*

56 Die, ut *l.* 4. *in fin. l.* 5. *ff. eod.*

57 *Synopſis Baſil.* 25 *tit.* 1. *c.* 8.

58 Facit *l.* 11. §. 3. *ff. eod. & l.* 13. *in fin. ff. de pign.*

59 Vide 3 *Harmenop.* 5. §. 14.

60 Vide *l.* 54. *ff. de fidejuſſoribus.*

61 Id est, actione pignoratitia tenetur. *Synopf. Baſil. ibid. c.* 8.

62 Res hypothecæ dari potest, pro quacumque obligatione. *l.* 52. *ff. de pignorib.*

63 Pignus pro facto obligari potest. facit *l* 5. *ff. de pignoribus. l.* 15, vel mandatum. *l.* 19. *in fi. ff. de præscriptis verbis.*

64 *Pignus* est, quod creditori traditur: *hypotheca*, quod non est traditum, sed quod tantum convenit. *Synopf. Baſilic. eod. c.* 9. 3 *Harmenop.* 5 §. 7.

65 Vide *d. l.* 5. *in fin.*

66 Pignoratitia nascitur soluto debito, vel satisfacto. vide *l* 2. *C. debitorem venditionem pignoris.*

67 Vide *l.* 13. §. 4. *ff. de pignorib.*

68 Adde *l.* 5. §. 17. *ff. ut in poſſeſſ. legat.*

69 Repudiata Atilicini sententia. *l.* 6. *in fin. ff. quibus modis pignus solvit. l.* 50. *in fin. ff. de jure dotium.* Goth. Hinc collige etiam si creditor æque idoneum pignus offerat, invito tamen creditori, prius pignus non liberari. Junge interpretationem *l.* 59. §. 1. *ff. mandati.* & facit *l.* 14. §. 1. *de conſtit. pecun.* Anf.

70 Vide Romanum *singulari* 552. *incipiente*, *Ego lego.*

71 Vide *l.* 5. *ff. quib. mod. pign. ſolvitur.*

72 Vide *l.* 6. §. 1. *ff. quib. mod. pignus ſolvit.*

73 Solvisse non videtur, qui super debito litem contestatus est.

74 Die amplius, etsi judicatus sit debitor. *l.* 13. §. 4. *ff. de pignoribus. l. unica. C. etiam ob chirographar.*

75 Pignus tollitur novatione, nisi dictum fuerit, ut nihil in causa pignoris novatum esset, hoc est, ut pignus maneret. *l.* 18. *ff. de novationib.*

76 Novatione, seu in novanda obligatione pignus antiquum pacto retineri potest.

77 Pignus citra ullam solutionem repetere a creditore potest debitor, cui nihil creditum fuerit ab adversario.

78 Acceptilatio quippe vim naturalis solutionis habet.

79 *l.* 5. *ff. quibus modis pignus ſolvit.*

80 Pignus limitatum fines suos non excedit: ut dissoluta speciali causa pignoris, pignus ipsum ob aliam causam retineri non possit.

81 Nec in usuras: Cujac. 5 *obſerv.* 28 reprehensus a Roberto 1 *Receptæ lectionis* 27. v. ejusdem Cujac. *replicationem in* 19 *obſ* 27. & ejusdem Roberti *duplicationem* 1 *animadverſ.* 26. triplicationem vero pro Cujac. apud Anton. Mercat. 1 *Notator.* 26.

82 Pignus etiam pro debito tantum naturali obligari potest.

83 Directa.

84 *l.* 1. §. 3. *ff. de pign.*

85 Usurarum licitus modus, centesima usura: dixi *ad d.* §. 3.

86 Individua est, ut debitori, ita creditori, pignoris liberatio.

87 Vide *l.* 8. §. 2. *ff. eod.* ubi dixi.

88 Pignus liberatur solutione debiti, sive ipsi creditori, sive alii ejus voluntate expressa, vel tacita, solvatur.

89 Conductor relocare potest, *ut hic.* nisi aliud convenit. *l.* 6. *C. de locato.*

90 Conductor secundus, solvendo suam pensionem primo locatori, liberatur.

91 Imo, in nullam. *l.* 5. *ff. in quib. cauſ. pignor.*

92 Cœnacula Festo dicuntur, ad quæ scalis ascenditur.

nisse, ut ad universam pensionem insulæ frivola 93 mea tenerentur. Videtur autem tacite & cum domino ædium hoc convenisse, ut non pactio cœnacularii proficiat domino, sed sua propria.

§. 6. Per liberam autem personam pignoris obligatio nobis non 94 adquiritur: adeo, ut ne per procuratorem plerumque 95 vel tutorem 96 adquiratur: & ideo ipsi actione pignoratitia convenientur. Sed nec mutat, quod constitutum est ab Imperatore 97 Nostro, *posse* 98 *per liberam personam possessionem adquiri*: nam hoc eo 99 pertinebit, ut possimus pignoris nobis obligati possessionem per procuratorem vel tutorem adprehendere; ipsam autem obligationem libera persona nobis non semper adquiret. §. 7. Sed si procurator meus, vel tutor rem pignori dederit, ipse agere pigneratitia poterit. Quod in procuratore ita procedit, si 100 [ei] mandatum fuerit pignori dare.

XII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

VEL 1 universorum bonorum administratio ei permissa est ab eo 2, qui sub pignoribus solebat 3 mutuas pecunias accipere.

De pacto creditoris cum emptore. 1. De dolo, culpa, custodia, vi majore.

XIII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

SI, cum venderet creditor pignus, convenerit inter ipsum, & emptorem, *ut* 4, *si solverit debitor pecuniam pretii emptori, liceret ei recipere rem suam*: scripsit Julianus, & est rescriptum, ob hanc conventionem pigneratitiis actionibus teneri creditorem, ut debitori mandet ex vendito actionem adversus emptorem: sed & ipse debitor aut vindicare rem poterit, aut in factum actione adversus emptorem agere. §. 1. Venit autem in hac actione 5 & dolus 6, & culpa 7, ut 8 in commodato; venit & 9 custodia: vis major 10 non venit.

De diligentia.

XIV. PAULUS lib. XXIX ad Edictum.

EA 11 igitur, quæ diligens 12 paterfamilias in suis 13 rebus præstare solet, a creditore exiguntur.

De repromissione creditoris restituentis pignus.

XV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

CReditor 14, cum pignus reddit 15, de dolo debet debitori repromittere 16: & si prædium fuit pigneratum, & de jure ejus repromittendum [est,] ne forte servitutes 17, cessante uti creditore, amissæ sint.

De tutore, & curatore. 1. Si res aliena, vel obligata, vel morbosa pignori datur. 2. De vectigali vel superficiario prædio.

XVI. PAULUS lib. XXIX ad Edictum.

TUtor, lege non refragante 18, si dederit rem pupilli pignori, tuendum 19 erit: scilicet 20 si in 21 rem pupilli pecuniam acciat. Idem [est] & in curatore adolescentis, vel furiosi.

§. 1. *Contrariam* 22 pigneratitiam creditori 23 actionem competere 24 certum est: Proinde si rem alienam, vel alii pignoratam, vel in publicum obligatam dedit, tenebitur: quamvis & stellionatus 25 crimen committat. Sed utrum ita demum si scit, an & si ignoravit? Et quantum ad crimen pertinet, excusat 26 ignorantia: quantum ad contrarium judicium, ignorantia [eum] non excusat: ut Marcellus lib. VI Digestorum scribit. Sed si 27 sciens creditor accipiat, vel alienum, vel obligatum, vel morbosum, contrarium ei non competit. §. 2. Etiam 28 vectigale 29 prædium pignori dari potest: Sed & superficiarium 30: quia hodie utiles actiones 31 superficiariis dantur.

XVII. MARCIANUS lib. singulari ad formulam 32 hypothecariam.

SAne Divi Severus & Antoninus rescripserunt, ut sine 33 deminutione mercedis soli obligaretur.

De nomine debitoris. 1. De eo, quod accedit rei pignoratæ. 2. De venditione pignoris. 3. De navi facta ex silva pignorata. 4. De servo, & filiofam.

XVIII. PAULUS lib. XXIX ad Edictum.

SI convenerit, ut *nomen* 34 *debitoris mei pignori tibi sit*, tuenda est à Prætore hæc conventio: ut & te in exigenda pecunia, & debitorem adversus me, si cum eo experiar, tueatur. Ergo, si 35 id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum pensabis: si vero corporis alicujus, id, quod acceperis, erit tibi pignoris loco.

§. 1. Si nuda 36 proprietas pignori data sit, ususfructus, qui postea adcreverit, pignori erit. Eadem causa est alluvionis 37.

§. 2. Si fundus pignoratus venierit 38, manere 39 causam pignoris: quia cum sua causa 40 fundus transeat; sicut in partu 41 ancillæ, qui post 42 venditionem natus sit. §. 3. Si quis caverit, *ut silva* 43 *sibi pignori esset*, navem, ex ea materia factam, non esse pignoris, Cassius ait: quia aliud 44 sit materia 45, aliud navis: & ideo nominatim in dando pignore adjiciendum esse ait, QUÆQUE EX SILVA FACTA NATA [VI] SINT. §. 4. Servus rem peculiarem 46 si pignori dederit, tuendum 47 est 48, si liberam 49 peculii administrationem habuit: nam 50 & alienare eas res potest 51.

XIX. MARCIANUS lib. singul. ad Formulam hypothecariam.

EAdem & de filiofamilias dicta intelligemus.

De re aliena pignori data. 1. Si pluribus simul pignori datur. 2. Quibus ex causis pignoratitia competit. 3. Vel non.

XX. PAULUS lib. XX ad Edictum.

ALiena res pignori dari voluntate 52 domini potest: sed & si ignorante eo data sit, & ratum 53 habuerit 54, pignus valebit 55. §. 1. Si pluribus res simul pignori detur, æqualis 56 omnium 57 causa est. §. 2. Si per creditorem steterit 58, quo minus ei solvatur, recte agitur pigneratitia. §. 3. Interdum & 59 si soluta sit pecunia, tamen pigneratitia actio inhibenda est, veluti si creditor pignus suum emerit 60 a debitore.

De domo, & area.

XXI. IDEM lib. VI Brevium 61.

DOmo pignori data, & area 62 ejus tenebitur: est enim 63 pars ejus: & contra 64, jus soli sequetur ædificium.

De eo, quod creditor ob pignus subreptum, 1. Aut metus causa traditum, percepit. 2. De prædone, & fructibus. 3. Si debitor possessionem distracti pignoris non restituat. 4. De creditore, qui duplam, vel simplam præstitit.

XXII. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

SI pignore subrepto, furti 65 egerit creditor, totum 66 quicquid 67 percepit, debito [eum] imputare Papinianus 68 confitetur 69: Et est verum, etiamsi culpa creditoris furtum factum sit. Multo magis hoc erit dicendum in eo, quod ex condictione 70 consecutus est. Sed quod ipse debitor furti actione præstitit creditori, vel condictione 71, an debito sit imputandum, videamus? Et quidem non 72 oportere id ei restitui 73, quod ipse ex furti actione præstitit, peræque relatum est, & traditum. Et ita Papinianus lib. IX Quæstionum ait. § 1. Idem [Papinianus ait], & si metus causa servum pigneratum debitori tradiderit, quem bona fide pignori acceperat: nam si egerit 74, quod metus causa factum est, & quadruplum sit consecutus, [nihil] neque restituet ex eo, quod consecutus est, nec debito imputabit. §. 2. Si prædo 75 rem pignori dederit, competit ei & de fructibus pigneratitia actio, quamvis ipse fructus suos non faciet: à prædone enim fructus & vindicari extantes possunt, & consumpti condici 76: proderit 77 igitur ei, quod creditor bona fide possessor fuit. §. 3. Si post distractum 78 pignus debitor, qui precario 79 rogavit, vel conduxit pignus, possessionem non restituat, contratio judicio tenetur 80. §. 4. Si creditor, cum venderet pignus, duplam promisit (nam usu 81 hoc evenerat, [&] conventus ob evictionem [erat], & condemnatus): an haberet regressum pigneratitiæ contrariæ actionis? Et potest dici, esse regressum, si modo sine dolo & culpa sic vendidit; & ut paterfamilias diligens 82 id gessit: si vero nullum emolumentum talis venditio 83 attulit, sed tanti venderet, quanti vendere potuit, etiamsi hæc non promisit, regressum non habere.

Creditor usuras à debitore stipulatus, si duplum præstet, eas consequetur; si simplum tantum, nequaquam. Hot.

XXIII. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

NEc enim amplius à debitore, quam debiti summam, consequi poterit 84. Sed si stipulatio usurarum fuerat, & post quinquennium forte, quam pretium ex re obligata * consecutus est *, victus eam emptori restituit, etiam medii temporis usuras à debitore petere potest; quia nihil ei solutum esse, ut auferri non possit, palam factum est: sed si simplum præstitit, doli exceptione repellendus erit ab usurarum petitione; quia habuit usum pecuniæ pretii, quod ab emptore acceperat.

De jure dominii impetrato, & de evictione. 1. De reprobis nummis solutis. 2. De pignore plures vendito, quam debitum erat. 3. De pignore deteriorato à creditore.

XXIV. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

ELeganter apud me quæsitum est, si 85 impetrasset creditor 86 à Cæsare, *ut* 87 *pignus possideret* 88, idque evictum 89 esset, an habeat

---

93 Vafa fictilia, *Volter. Ferrabola, Ipsidor. & orig. in hoc.* Catulus *ait*, frivola, *excerpsor.* vasculum. Seneca 2 *controversf.* Eo illos in frivola invitavi nostra. Quibusdam videntur vocari lumen unicum, & brevis supellex, *in l. 6. §. 5. ff. de offic. præf.* Malim tamen illo loco lumen unicum accipere, pro habitatione unam tenebram habente. Frivola sunt aliquæ res minimi momenti. Ea forma tributulum, in *l. 32. §. 12. ff. de donat. inter vir.* videtur summendum pro ira leviuscula.

94 Vide *l. 1. C. per quas person. nob. adquir.* imo adquiritur. Potest enim pignoribus obligatis inter absentes contrahi. *l. 23. in fin. ff. de pignoribus.*

95 *Plerumque* dixit, quoniam certus casibus obligatio nobis adquiritur per procuratorem.

96 *l. ult. C. quan. ex fact. tut.*

97 Alexandro Severo. *l. 1. C. de acquir. possess.*

98 Vide *l. 20. in fin. ff. de acquir. rer.*

99 Possessionem pignoris nobis jam obligati per alium: puta per procuratorem, vel tutorem adquirimus: Pignoris novam obligationem non adquirimus.

100 Procurator pignori dare potest, si mandatum habuerit, *ut hic.* vel si universorum bonorum administrationem habuerit ab eo sibi commissam, qui sub pignoribus solebat mutuas pecunias accipere. *l. 18. in fin. ff. eod.*

1 Procuratoris mandatum habentis, & universorum bonorum similitudo.

2 Id est, Ex consuetudine mandamus *l. 13. in fi. ff. de usufr.*

3 Consuetudinem domini in pignore dando procurator sequi, seu imitari potest, *ut hic*, adde *l. 3. C. de episcop. aud.*

4 Pignus vendens creditor, potest stipulari debitori pignoris ita venditi redhibitionem, quoties debitor petierit. *l. 7. §. 1. ff. de distract. pignor.*

5 *Sub.* directa.

6 Vide *l. 19. C. de pign.*

7 Vide *in hanc l.* Cujac. 19 *obs.* 24.

8 Al. *sicut.* & ita Albericus legit, notans hanc particulam *sicut* non innuere omnem omnino similitudinem.

9 Quatuor hic consideramur: custodia, dolus, culpa, vis major. 10 Cui resisti non potest. adde *l. 30. ff. eod. l. 2. ff. quod metus.* 11 Culpam levem in pignore præstat creditor. 12 Diligens paterfamilias quis. adde *l. 25. §. 4. ff. de contrab. empt.* 13 Ergo non exactissimam, quam alii exactissimi præstant. 14 Ut & emptor, qui redhibet. *l. 21. §. 1. ff. de ædilit.* 15 Et maritus cum dotem. *l. 25 §. 1. ff. soluto matrimon.* 16 Pignus debitori reddens creditor, cavere debet pignus suo facto suave negligentia deterius factum non esse. 17 Debitæ ipsi prædio. 18 Adde *l. 7. §. 5. ff. de reb. eorum, qui sub tutela.* 19 *Al.* tuendus, *l. 27 §. 1. ff. de reb. eorum, qui sub tutela.* 20 *l. 3. C. si aliena res pignori.* 21 Pignus pupillo accipere tutor potest: dare pupilli nomine non potest, si lex refragetur. Hodie necessaria est inquisitio, tam in rebus mobilibus, pretiosis præsertim, quam soli. *l. 22. C. de adminis. tut.* 22 De qua *l. 9. ff. eod. l. 32. ff. eod.* 23 Contraria pignoratitia creditori competit, si à debitore in pignore deceptus sit. 24 In id, quod interest. 25 Stellionatus tenetur, qui sciens pignorat rem alienam, vel alii obligatam, vel in publicum obligatam. *l. 1. in fi. ff. eod. l. 36. ff. eod. l. ultim. ff. de crimine stellionat. l. 2. C. de crimine stellionat.* 26 Ignorantia excusat à crimine stellionatus eum, qui rem alienam, vel obligatam, pignorat. 27 Scienti dolus non infertur. 28 Quasi diceret, non solum directum sed utile dominium pignorari potest. 29 Pignorare potest etiam is, qui utile tantum dominium habet, salvo tamen jure directi domini. *l. 31. ff. de pign. l. 1. C. de fundis patrimon.* vide quæ notavi *ad l. 1. C. de pactis inter empt. l. 1. & passim. ff. si ager vectigalis.* 30 Superficiarium prædium. v. *l. 13. §. 3. ff. de pignorib. & tit. de superficiebus. ff.*

31 *l. 74. & l. 75. ff. de rei vindicat.* 32 Formula hypothecaria, est actio hypothecaria, vel actionis hypothecariæ formula hujusmodi, Si paret convenisse, ut ea res mihi pignori esset, nec solutam mihi esse pecuniam, neque res restituatur, aut pecunia solvatur, condemna eum judex. Cujac. *ff. de pignoribus.* 33 *l. 42. ff. de pactis*, id est, id pignus non nocet directum dominium habenti.

34 *l. 13. §. 2. in fin. ff. de pignorib. l. 4. C. quæ res pignori.* eodem modo rem mihi pignoratam, alteri pignorare possum. *l. 13 §. 2. ff. de pignorib.* 35 Pignoris nomen obligari potest. Hujus obligationis effectus is est, ut quod ex eo creditor exegit, in suum debitum imputare, vel loco pignoris retinere teneatur. Indebitum imputare, si pecunia sit: loco pignoris retinere, si species sit, vel corpus aliud. 36 Pignorata proprietate, ususfructus ei adcrescens, imo quidquid proprietati alluvione adcrevit, pignoratum quoque intelligitur: ut proprietas augetur, ita & pignus. 37 Ut scilicet alluvione ager major factus, totus obligetur. Alluvio pignus auget. *l. 16. ff. de pignoribus.*

38 A debitore. 39 Cum suo pignore aut pignoris onere vendita res transit. *l. 25. §. penult. in fin. ff. de donationibus. l. 14. l. 15. C. de pignor. l. 3. l. 10. C. de remiss. pignor. l. 12. C. de distract. pignor. Novell. 111. c. 1.* 40 Causa pignoris, ejus accessio: sic partus ancillæ, causa est, *ut hic.* 41 *V. l. 1. C. de partu pignoris.*

42 Partus pignoratæ ancillæ apud debitorem conceptus, est in causa pignoris, *ut hic. & l. 1. C. de partu pignoris.* & apud extraneum non est. *l. 29. §. 1. ff. de pignorib.*

43 Pignorata silva, *ut* is ex ea silva facta non sit pignori. non illa ex pignorata sit, quæque ex silva facta natave sint.

44 Imo, non est aliud. *l. 7. in fin. princ. ff. de excepr. rei jud. acta.*

45 Si sit identitas materiæ, diversitas formæ, res diversa esse dicet. de materia navis. *l. 12. ff. de rei vindic.*

46 Res peculiares obligare creditori filiofamilias servus peculiatus potest, si liberum peculii administrationem habuerit.

47 *Al.* tuendus.

48 Imo, non est tuendus, cum non possit pignori dare. *l. 1. §. 1. ff. quæ res pignori.*

49 *l. 11. C. quod cum eo.*

50 Vide *l. 9. §. 1. ff. de pignorib.* Pignorare potest, qui potest alienare: plus enim est in alienatione, quam in pignore.

51 Non tamen donare. *l. 28. §. ult. ff. de pactis.*

52 *l. 27. in fin. ff. eod.*

53 Pignorare rem alienam possumus voluntate ipsius domini præcedente, vel sequente.

54 *l. 16. §. 1. ff. de pig.*

55 Ab eo tempore, quo convenit. v. *l. 25. in fin. C. de donat. inter virum.*

56 Pares tempore, pares jure. Imo pares non sunt. v. *l. 16. §. 8. ff. de pignorib.*

57 Potest ergo res pluribus esse obligata: non tamen pluribus esse in dominio. *Bart.*

58 Pignus tollitur oblatione debiti judiciaria facta à debitore creditori: sic ut ab ea oblatione, pignus pignoratitia actione possit persequi. Atqui confignatio & depositio præterea requiritur. *l. acceptum. 19. C. de usuris.* Quid, num dicemus legem contrariam ad oblationem extra judicium factam pertinere? *ut in l. 34. ff. eod.*

59 Pignoratitia etiam soluto debitore experiri non potest, si pignus ipsum creditori ipse vendidit.

---

60 V. *l. 11. in fin. ff. de pignoribus.* 61 Al. *Brevis edict.* 62 Area pignorata intelligitur domo pignorata. *l. 29. §. pen. ff. de pignorib.* 63 Toto pignorato, pars pignorata intelligitur. 64 Ædificio pignorato, area: area pignorata ædificium pignoratum intelligitur. Prioris ratio eo, quod totius sui rationem sequatur: posteriorís, quod ædificium soli conditionem sequatur. vide *l. 29. §. 2. ff. de pign.* 65 Creditori furti actio pignoris nomine competit, *ut hic.* Aquila non competit, *l. qui occidit. 30. § 1. ff. ad l. Aquil.* hoc ideo, quia Aquilia soli domino datur. 66 Pignoris causa quidquid (sive id sit rei æstimatio, vel pœna) ab extraneo creditor consequitur, id ipsum debito imputat: sed & superfluum debitori reddit. Quod, si pœnam ab ipso debitore consequutus sit? neque debito imputat, neque reddit. 67 *l. 24. §. pen. ff. eod.* 68 Adde *l. 15. ff. de furt. l. 1. l. 2. l. 3. l. ult. C. eod.* 69 Imo, id videtur non imputare. Nam commodatarius non imputat, *l. ult. §. sed 3. vers. tamen. C. de furtis. §. item. Inst. de oblig. quæ ex delicto.* differunt: commodatarius usus, rei est, non creditoris. 70 Furtiva. 71 Incerti: hæc enim etiam datur non domino: furtiva, soli domino. *l. 1. ff. de condict. furt.* 72 Pœnæ depensæ repeti non possunt. *l. 42. ff. de cond. indebiti. l. 1. §. 2. ff. ad leg. Juliam de ambitu. l. 3. §. condemnatio. ff. de tabulis exhibend. l. 79. ff. de furtis.* Imo possunt, *l. 23. §. 8. ff. de ædilitio.* sed ibi de redhibitoria actione agitur, quæ ejus est naturæ, ut in ea omnia in integrum restituantur. 73 Nec enim pœnæ repeti solent, cum depensæ sunt. *l. 42. ff. de condictione indebiti.* depensæ à debitore, lucro creditoris cedunt. *l. 74. ff. de solut.* nullo modo recipiuntur. *l. 79. ff. de furtis.* non restituuntur debitori. *l. 46 ff. de reg. jur.*

74 Atqui agere posse non videtur. *l. sed & partus. 12. §. 1. ff. quod metus causa.*

75 Adde *l. 9. §. pen. ff. eod.* 76 *l. 13. ff. de rebus creditis. l. 14. in fin. ff. de cond. causa. l. 3. C. de condict. ex lege.* 77 Imo, prodesse non videtur. *l. si navis. 62. ff. de rei vindicat.*

78 Contractum. *Hot. 5 observ. 12.* 79 Precario habere, & conducere rei nostræ possessionem possumus ab eo, cujus ea possessio est. 80 In id, quod interest: jurare etiam in litem hoc casu actorem posse quidam existimant: & cum de fide rupta agat, reum fieri infamem, *l. furti. §. mandari. ff. de his, qui notantur infamia.* Habet etiam possessor hoc casu interdictum de precario, hypothecariam, & interdictum unde vi, quasi expulsus, Azo, & Accursius *hic.* 81 Non est in culpa, qui facit, quod consuetum est fieri. 82 *l. 9 in fi. C. eod.* 83 Conditio. *Hot. 5 observ. 12.*

84 Quare si quid à creditore, plus debito recepturn fuerit, non ei proficiet, sed debitoris lucro erit. *l. 12. §. 1. ff. de distract. pignorum.* 85 Vide quæ scripsi ad *l. 8. C. de sententiis, & interlocutionibus.* 86 Vide *l. 2. C. de jure dominii impetr. l. 59. ff. ad Trebell. l. 63. in fi. ff. de adqu. rer. dom.*

87 Princeps dominium rei privatis auferre potest legem condendo, vel rescribendo, *l. omnes. 2. C. de quadr. præscr.* judicando, *ut hic.* contrahendo. *l. bona à Zenone. 3. C. de quadr. præscr.* 88 *Ut in l. 59. ad Trebell.* 89 Atqui res vendita à principe evinci non potest. *d. l. bona à Zenone.*

beat contrarium pigneratitium? Et videtur finita [86] esse pignoris obligatio [87], & à contractu [88] recessum: Imo utilis [89] ex empto accommodata est, quemadmodum si pro soluto ei res data fuerit, ut in quantitatem debiti ei satisfiat, vel in quantum ejus interfit: & compensationem habere potest creditor, si forte pigneratitia, vel ex alia causa cum eo agetur. §. 1. Qui reprobos [90] nummos solvit creditori, an habet pigneratitiam actionem, quasi soluta pecunia, quæritur? Et constat, neque pigneratitia eum agere, neque liberari posse: quia [*] reproba pecunia [91] non liberat solventem, reprobis videlicet nummis reddendis [92]. §. 2. Si [93] vendiderit quidem creditor pignus pluris, quam debitum erat, nondum autem pretium ab emptore exegerit: an pigneratitio judicio conveniri possit [94] ad superfluum reddendum? an vero vel expectare debeat, quoad emptor solvat, vel suscipere actiones adversus emptorem? Et arbitror, non esse urgendum ad solutionem creditorem; sed aut expectare debere debitorem, aut si non exspectat, mandandas ei actiones adversus emptorem, periculo tamen venditoris. Quod si accepit jam pecuniam, superfluum [95] reddit.

§. 3. In pigneratitio judicio venit & si res pignori datas male [96] tractavit creditor, vel servos debilitavit. Plane si [97] pro maleficiis suis coercuit, vel [98] vinxit, vel obtulit Præfecturæ [99], vel Præsidi, dicendum est, pigneratitia creditorem non teneri: quare si [100] prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coegit, illico piguus ancillæ solvitur.

[86] Imo non videtur finita, sed prima competere [illegible] C. de fruct. & lit. expens. l. [illegible] & l. 17. ff. de evict.

[87] Propter consortium, quia res pignorata effectus habet creditori. Bart.

[88] Imo non videtur à contractu recessum. V. Bach. l. 19. ff. ad Treb. l. cujus autem. 30. §. Lautius. 3. de usur. [illegible]

[89] Qui pignus ex judicati causa habet, emptoris loco est, ideoque evicto in debitorem non pigneratitia, sed utili ex empto experietur.

[90] Solvere non videtur, qui reprobos nummos solvit.

[91] Et res. l. 3. §. 1. ff. commodati. l. 1. §. 16. ff. depositi. l. 33. in fi. ff. de solut.

[92] Ut eos donasse non videatur. l. 40. ff. de solution.

[93] Debitor distractis fiduciis à creditore de superfluo adversus eum habet actionem. Paul. 2 sent. 13. §. 1. Quid, si minoris vendidit? reddit pretio creditori superest. l. 28. ff. de rebus credit.

[94] Debitor distractis fiduciis à creditore, de superfluo adversus eum habet actionem. Paul. 2 sent. 13. §. 1. l. 22. ff. ead. l. 30. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. 31. in fi. ff. de pign. l. 15. ff. de furtis. l. 20. C. de distr. pignor.

[95] Dixi ad l. ult. C. de distract. pignorum.

[96] Vide l. 3. in fin. l. 7. C. eod.

[97] Vide l. 23. §. 1. ff. de usufruct. vide l. 96. ff. de verb. oblig.

[98] Castro pignori accepto, jus esse creditori jurisdictionem exercere, hinc colligit Romanus singulari 554. incipiente, quæritur à me.

[99] Urbana, l. 1. §. 5. ff. de officio præfect. urb. vel vigilum. l. 15. ff. de condict. causa data.

[100] Adde l. 12. C. de epise. audientia. l. 6. C. de Spectaculis.

1 l. 8. ff. eod. vel disciplinis. v. l. 13. §. 22. ff. de act. empt.

2 Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quæ impendit, judicio fiduciæ debitorem habebit obnoxium. Paul. 2 sent. 13. §. 7.

3 Consuetudo superstitis domini in impensis ejus, in rebus faciendis servatur. adde l. 1. §. si defunctus. ff. de rebus eorum.

4 Impensas in pignore factas creditor repetit, si cœptas à debitore ipse ejus voluntate expressa, vel tacita perfecit, vel si necessarias fecit, non tamen immodicas. 5 Vide l. 7. in fi. C. eod.

6 Vide l. 38. ff. de rei vindicat. 7 Creditor pignus negligere non debet. l. 29. §. pen. ff. ad l. Aquil. 8 Vide l. 10. de negot. gest. l. 31. famil. erciscund. l. 7. §. 13. ff. ad Macedonian. Anf.

9 Vide quæ notavi ad l. 15. §. 34. ff. de damn. 10 Hoc est, temperamento servato. facit l. 137. §. 1. ff. de verb. oblig. Virtus est medium vitiorum & utrinque reductum, Horatius. Medium, est virtus inter duo extrema. l. 6. §. 3. ff. de officio proconsul. 11 l. si bene. 33. ff. de usuris. l. 1. C. de commerciis. Cujus extat exemplum in l. 105. ff. de solut. 12 Ob causam judicati pignus teneri potest. l. 3. §. 1. ff. de rebus eorum. l. 1. C. si in causa judicati. 13 Vide l. 5. ff. ut in possessionem.

14 Argumentum à testamento ad contractum. vide l. 46. ff. de leg. 1. 15 l. 12. ff. de alimentis. Quin, qui legat tacite, pignori ea obligat legatariis. l. 1. C. com. de legatis. l. creditoribus. 4. ff. de separat. l. heres servo. 58. ff. de evict. 16 Pignus prætorium jussu magistratus constituitur. v. l. 1. C. de prætorio pignore. 17 Imo, etsi ventum non sit in possessionem, sed solus jussus intercesserit c. continet. extr. de dolo. 18 Species auri, est aurum factum, puta vas aureum, vel quid tale: alio sensu species auri est id, quod auri speciem refert, non tamen aurum est: Aurum accepisti, aurum redde: nolo, mihi alia pro aliis subjicias: nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam plane. Vincen Lirinadu profanas novat. 19 l. 20. ff. eod.

20 l. 65. ff. de rei vindic. l. 2. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. l. 7. §. 12. ff. comm. divid. l. 1. in fin. C. si vendito pign. 21 Potest enim pecario rogare. l. 35. in fin. ff. eod. 22 V. l. 45. ff. de regul. jur. Imo definere posse non videtur, cum ab initio non teneretur. l. 1. in fi. ff. quibus modis usufructus. l. Titio. 71. ff. de condition. & demonstrat. Dicendum est hic tenuisse pignus, cum debitor bona fide rem emisse hic dicatur, & eo nomine Publicianam habuisse. l. ult. ff. de Publiciana. l. si ab eod. 18. ff. de pignorib. 23 Quod esse non debet, nisi conventio, vel jussus magistratus præcedat. l. 11. C. eod. Quid, si ex pacto propria auctoritate pignus detinuit creditor, utrum culpæ tenebitur? Accursius negat: hoc tamen Albericus non probat. 24 Pactum valet, ut creditori liceat propria auctoritate pignus capere. 25 Vis enim major à nemine præstatur. l. 13. in fi. ff. eod.

De furto admisso, si vo pignorato.

XXXI. Africanus lib. VIII Quæstionum.

SI servus pignori datus, creditori furtum faciat, liberum est debitori servum pro noxæ [26] deditione relinquere. Quod si sciens [27] furem, pignori mihi decerpit, etsi paratus fuerit pro noxæ dedito apud me relinquere, nihilominus habiturum me pigneratitiam [28] actionem, ut indemnem me præstet. † Eadem [29] servanda esse Julianus ait, etiam cum depositus [30] vel commodatus [31] servus furtum faciat.

De re aliena.

XXXII. Marcianus lib. IV Regularum.

CUm debitore, qui alienam rem pignori dedit, potest creditor contraria pigneratitia agere, etsi [32] solvendo debitor sit [33].

De antichresi.

XXXIII. Idem lib. singul. ad Formulam Hypothecariam.

SI pecuniam debitor solverit [34], potest pigneratitia actione uti ad reciperandam ἀντίχρησιν [35]: nam, cum pignus sit [36], hoc verbo [37] poterit uti.

Si creditor pignus emerit.

XXXIV. Marcellus lib. singul. Responsorum.

TItius [38], cum credidisset pecuniam Sempronio, & ob eam pignus accepisset, futurumque esset, ut distraheret [eam] creditor, quia pecunia non solveretur, petiit a creditore, *ut* [39] *fundum certo pretio emptum haberet*; &, cum impetrasset, epistolam [40], qua se vendidisse fundum creditori significaret, emisit: *Quæro*, an hanc venditionem debitor revocare possit, offerendo sortem, & usuras, quæ debentur? *Marcellus respondit*, secundum ea, quæ proposita essent, revocare [41] non posse.

De pecunia redacta ex venditione pignoris. 1. De proprietate & possessione pignoris.

XXXV. Florentinus lib. VIII Institutionum.

CUm & sortis nomine, & usurarum aliquid debetur ab eo, qui sub pignoribus pecuniam debet, quidquid ex venditione pignorum recipiatur, primum [42] usuris, quas jam tunc deberi constat, deinde, si quid supereset, sorti accepto ferendum est: Nec audiendus est debitor, si, cum parum idoneum se esse sciat, eligit, quo nomine exonerari pignus suum malit. §. 1. Pignus [43], manente [44] proprietate debitoris, solam [45] possessionem transfert [46] ad creditorem: potest tamen & precario [47], & pro conducto [48] debitor re sua uti.

De ære subjecto pro auro. 1. *De re aliena, vel alio obligata.*

XXXVI. Ulpianus lib. XI ad Edictum.

SI quis in pignore pro auro æs [50] subjecisset creditori, qualiter teneatur, quæstium est? In qua specie rectissime Sabinus scribit, si quidem dato auro æs subjecisset, furti [51] teneri: quod si in dando æs subjecisset, turpiter fecisse, non furem esse: Sed [&] hic puto pigneratitium judicium locum habere: Et ita Pomponius scribit. Sed & extra ordinem stellionatus [52] nomine plectetur, ut est sæpissime rescriptum. §. 1. Sed & si quis rem alienam mihi pignori dederit sciens prudensque, vel si quis alii obligatam [53] mihi obligavit, nec me de hoc certioraverit, eodem crimine plectetur. Plane si ea res ampla est, & ad modicum æris fuerit pigneratâ, dici debebit, cessare non solum stellionatus crimen, sed etiam pigneratitiam, & dè dolo actionem: quasi in nullo captus sit, qui pignori secundo loco accepit.

Si debitor pignus conduxerit.

XXXVII. Paulus lib. V ad Plautium.

SI pignus mihi traditum locassem domino, per [54] locationem retineo possessionem [55]: quia, antequam conduceret debitor, non fuerit ejus possessio: cum & animus mihi retinendi sit, & conducenti non [56] sit animus possessionem adipiscendi.

De pupillo pignus accipiente.

XXXVIII. Modestinus lib. I Differentiarum.

PUpillo capienti pignus, propter metum pigneratitiæ actionis, necessaria est tutoris auctoritas [57].

Si debitor signaverit testamentum creditoris, in quo se emisse pignus creditor expressit.

XXXIX. Idem lib. IV Responsorum.

GAius Seius ob pecuniam mutuam fundum suum Lucio Titio pignori dedit; postea pactum inter eos factum est, *ut creditor pignus suum* [58] *in compensationem pecuniæ suæ certo tempore possideret*; Verum ante expletum tempus creditor cum suprema [59] sua ordinaret [60], testamento cavit, *ut alter ex filiis suis haberet eum fundum*, & addidit, QUEM DE LUCIO [61] TITIO EMI, cum non [62] emisset; hoc testamentum inter cæteros signavit & Gaius Seius, qui fuit debitor: Quæro, an ex hoc, quod signavit [63], prædicium [64] aliquod sibi fecerit, cum nullum instrumentum venditionis proferatur, sed solum pactum, *ut creditor certi temporis fructus caperet*? Herennius Modestinus respondit,* contractui pignoris non obesse,

[26] Pignor tuo Servus [illegible] noxæ, dominum obligat: liberatur tamen ipse dominus noxæ deditione; nihilominus furem pignoravit: hoc casu debitor pignoratitia actione creditorem indemnem præstare cogitur.

[27] l. 22. in fin. ff. hic. prox.

[28] Su andi, contrariam.

[29] Pignoris, depositi, & commodati similitudo.

[30] Vide l. 61. §. 5. ff. de furt.

[31] d. l. 22.

[32] Adde l. si quis stipulatus. 112. in fin. ff. de verb. oblig.

[33] Potest enim postea solvendo non esse, eamque ob causam actio ei permittitur, arg. l. 35. ff. de re jud. est autem plus cautionis in rem, quam in personam. l. 25. ff. de rei vind.

[34] Pigneratitia competit, soluto debito.

[35] ἀντίχρησις, pignoris species. Pignus enim aliud simplex, cujus usum creditor non habet, aliud ἀντίχρησις, cujus usum habet. vide l. 11. §. 1. ff. de pignorib. l. 39. ff. eod.

[36] Imo ἀντίχρησις non est pignus, sed quidam diversum. l. 11. §. 1. ff. de pignorib. Dic, non idem esse proprie: vel ἀντίχρησις conditio est pignori adjecta, vel est pignus utilitatem utendi fruendi in vicem debiti continens.

[37] Id est, hac pigneratitia actione.

[38] Si debitor pignus creditori vendiderit, non potest post solvendo sortem, & usuras, venditionem rescindere. Synops. Basil. 25. titul. 1. cap. 27. Goth. V. ad hanc l. Pinell. ad l. 2. de rescind. num. 20. Zanger. de except. part. 3. c. 1. n. 149. Roderic. de reditib. lib. 2. quæst. 2. num. 23. & 37. Anf.

[39] Vide l. 20. in fin. ff. eod.

[40] Vide l. ult. ff. de constitut. pecunia.

[41] Aliud erit, si pignus debitoris creditor per suppositam imaginarii emptoris personam emit, & ita semper possessionem tenuit. l. 10. C. de distract. pignorum. adde l. ult. ff. de contrahen. empt.

[42] Pecunia ex pignore redacta, primo in usuras: secundo in sortem imputatur. l. 5. §. pen. in fi. l. 101. in fi. ff. de solut.

[43] Conventio-

nale. 44 l. 9. C. eod. 45 l. 16. ff. de usuc. 46 Imo non transfert: cum ipse possideat. l. 36. ff. de adqu. possess. 47 Precario re sua pignorata uti debitor ipse potest, consentiente ita creditore. vide l. 6. in fin. ff. de precario. 48 Conducere rem suam pignoratam debitor potest. vide l. 16. ff. de peculio. 49 Alii pignori obligata. 50 l. 1. §. ultim. l. 9. ff. eod. l. 54. ff. de fidejuss. l. 20. ff. de furtis. vide quæ notavi ad l. 27. ff. eod. 51 Ut & pignoratitia contraria. 52 V. l. 16. §. 1. ff. eod. l. 3. §. 1. vers. sed etsi. ff. stellionatus. 53 V. l. 3. ff. de stellionat. Imo falsi, non stellionatus. l. qui duob. 21. ff. de falsis. 54 Et per debitorem possidere videor, l. 37. ff. de adquir. possess. ut condictio idem præstet, quasi apud creditorem res esset. l. 33. in fin. ff. de usucap. 55 Possessionem ei retinet, qui rem locat. 56 Deficiente animo possidendi (qui causa possessionis est desicit possessio. 57 Si factus sit locupletior. arg. l. ult. C. de usucap. pro empt. 58 Id est, pignoris fructus, quod tacite intelligitur. l. 2. l. 3. C. eod. l. 1. C. de distract. pign. nisi forte hic de ἀντιχρήσει agatur. Goth. V. l. 9. §. fin. de supell. leg. l. 11. §. 1. de pignorib. l. 14. 17. C. de usur. Treutler. de pign. thes. 6 Johann. Decher. lib. 1. dissert. 1. num. 51. Jacob. Butrigar. h. l. Anf. 59 Suprema vocat ultimam voluntatem, testamentum. 60 Ordinat testamentum qui jd vel scribit, vel nuncupat.

61 Legendum videtur, C. Seio. Hot. 5 observ. 13. 62 Sed ut fructibus debitum compensarer.

63 Subscribens, seu signans instrumentum, vel testamentum non voluntate, sed quasi necessitate, vel ut testis, sibi non præjudicat, l. 34. §. 2. ff. de legat. 2. non id signat, quasi contrahens, aut ut se contrahendo obliget: unde notant, Quæ nobis invitis possunt fieri, ea consensum, nobis etiam præsentibus, non inducere. & breviter: Qui ut testis subscribit, probare ea non intelligitur, quibus subscripsit. vide l. 14. C. si certum petetur. l. 6. C. de fidejussoribus. vide Socinum regula Subscribens. 385. 64 Potest enim minus esse in pignore, quam in debito. adde l. 26. §. 1. ff. de pign.

obesse, quod [65] debitor [66] testamentum creditoris, in quo se emisse pignus expressit, signasse proponitur [67].

Si debitor, 1. Aut ejus filius pignus emerit à creditore. 2. De effectu solutionis.

XL. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

DEbitor à creditore pignus, quod dedit, frustra [68] emit, cum *rei suæ nulla* [69] *emptio sit*: nec si minoris emerit, & pignus petat, aut dominium vindicet, ei non totum debitum offerenti creditor possessionem restituere cogetur. §. 1. Debitoris filius, qui manet in patris potestate, frustra pignus à creditore patris peculiaribus nummis comparat: & ideo si patronus debitoris contra tabulas ejus possessionem acceperit, dominii partem obtinebit: nam pecunia, quam filius ex re patris in pretium dedit, pignus liberatur. §. 2. Soluta [70] pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis [71] apud eum fuit, restituere debet: nec quicquam amplius præstare cogitur. Itaque si medio tempore pignus [72] creditor pignori dederit, domino solvente pecuniam, quam [73] debuit, secundi pignoris neque persecutio dabitur, neque retentio relinquetur.

De re aliena.

XLI. PAULUS lib. III Quæstionum.

REm alienam pignori [74] dedisti [75]: deinde dominus [76] rei ejus esse cœpisti: Datur utilis [77] actio pigneratitia creditori.

† Non [78] est [79] idem dicendum, si ego Titii, qui rem meam obligaverat sine mea voluntate, heres exstitero: hoc enim modo pignoris persecutio concedenda non est creditori [80]: Neque utique sufficit ad [81] comperendam utilem pigneratitiam actionem, eundem esse dominum, qui etiam pecuniam debet: sed si convenisse de pignore, ut ex suo mendacio arguatur, improbe resistit, quo minus utilis actio moveatur.

De pignore pluris vendito, quam debitum erat.

XLII. ULPIANUS lib. III Responsorum.

CReditor judicio, quod de pignore dato [82] proponitur, ut superfluum [83] pretii cum usuris [84] restituat, jure cogitur: nec audiendus erit, si velit emptorem delegare: cum in venditione, quæ fit ex facto [85], suum creditor negotium gerat.

Si ob Instrumenta *sibi à creditore non tradita damnum passus sit debitor. 1. De* Interttitura *rei pigneratæ.*

XLIII. SCÆVOLA lib. V Digestorum.

LOcum purum [86] pignori creditori obligavit: eique instrumentum [87] emptionis tradidit: &, cum eum locum inædificare vellet, mota sibi controversia a vicino de [88] latitudine, quod alias probare [89] non poterat, petit à creditore, *ut instrumentum* [90] *a se traditum auctoritatis* [91] *exhiberet*: quo non exhibente, minorem [92] locum ædificavit: atque [ita] damnum passus est: Quæritum est, an si creditor pecuniam petat, vel pignus vindicet, doli exceptione posita, judex hujus damni rationem habere debeat? Respondit, si operam non dedisset, ut instrumenti facultate subducta, debitor caperetur, posse debitorem, pecunia soluta, pigneratitia agere: opera autem in eo data, tunc & ante pecuniam solutam in id, quod interest, cum creditore agi. §. 1. Titius [cum] pecuniam mutuam accepit à Gaio Seio sub pignore culleorum [93], istos culleos cum Seius in horreo haberet, missus ex Officio [94] annonæ Centurio culleos ad annonam sustulit: [ac] postea instantia [95] Gaii Seii creditoris reciperati sunt: Quæro, interttituram [96], quæ ex operis [97] facta est, utrum Titius debitor, an Seius creditor, adgnoscere debeat? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, ob id, quod eo nomine intertrimenti [98] accidisset, non teneri.

[65] *l. 8. in fin. ff. de rescind.*

[66] Putant quidam hic esse scriptum *adversarius* & hic vocari debitorem, qui prius vocatus sit creditor: male. adde *l. 65. ff. de verb. oblig.*

[67] Filio tamen obesse, cum patris justu, pignori, manu sua subscribendo, domum suam subjicit. *l. 26. §. 1. ff. de pign.*

[68] Nullum ipso jure, nullum effectum habet: ideoque actus nullus, alium actum tollere non potest.

[69] *l. 22. §. 2 ff. mandati. l. 16. ff. de contrab. empt.*

[70] *l. 13. §. 2. ff. de pign. l. 6. ff. quib. mod. pignus.*

[71] Pignus corporaliter possidet creditor. *l. 9. §. 2. ff. eod.* §. 2. ff. *de pignorib.*

[72] Pignus pignori dare creditor potest. *l. 1. C. si pignus pignori datum sit. l. 13.*

[73] Pignus acceptum creditor alteri majorem in quantitatem pignori dare non potest, quam ipse debitori crediderit: eam igitur solvente debitore, pignus liberatur: neq; jus est creditori creditoris pignus vel retinere, vel actione persequi. 74 *l. 20. ff. eod.* idem, si vendidisti. *l. 46. ff. de act. empt.* Goth. Conciliationem hujus l. cum *l. 22. ff. de pignorib.* apud Aurpach. *epist. jurid. 8.* Charond. *verisimil. lib. 1. c. 20.* Anf. Adde Alciat. *lib. 7 parerg. cap. 14.* Duar. *lib. 1 disp. c. 4.* Joh. Rob. *recept. jur. civ. lect. lib. 2. c. 1. S. L.* 75 *Sub.* ignoranti. 76 Contractu inter vivos, ut differat à specie §. seq. 77 *l. 1 ff. de pign.* 78 Si heres extitero ei, qui rem meam me ignorante obligavit, ex postfacto pignus non convalescet directo, sed utilis tantum actio in me dabitur. Modest. in *l. si Titio. 22 ff. de pign.* Imo hoc modo, seu in hac specie pignoris persecutio concedenda non est creditori, *hac leg* Varius ad hanc antinomiam solvendam rationes adferunt varii, Accurs. Bart. *hic.* Conan. *4 Comm. 13.* Alciat. *7 parerg. 14.* Duar. *2 disp. 4.* Rob. *2 receptar. 1.* Cuj. *19 obs. 26.* Hot. *5 obs. 7.* Sic censeo, Tribonianum Pauli verba nonnihil hic immutasse; nec tamen ad conciliandam hanc l. cum *l. 22. ff. de pignorib.* necessarium esse dicere Modestini sententiam velut recentioris jurisconf. tandem prævaluisse, & usu obtinuisse, ut qui sub Gordiano vixerit. *l. 5. C. ad exhibend.* Hoc potius nobis tentandum est, ut dicamus Modestinum à Paulo non dissentire, quod ex Pauli speciebus hic subjectis, & expositis fidelius liquido patere poterit: Rem meam Titio pignori dedisti: tu mihi postea successisti: quæ pignoratitia Titio ab initio non competit, ea ex postfacto in te convalescit, qui dominium rei pignoratæ mihi succedendo confessitus es, *l. 1 in pr.* Tua voluntate initio pignus constitit: at nunc dominium rei confectus es: hic concursus dominii & voluntatis tunc facile efficit, ut pignus convalescat, ut in te utilis pignoratitia detur. Num idem dicendum est, si me invito rem meam Titio pignoraris, & postea tibi succedis? Prima facie dixerit aliquis, Titio creditori pignoratitiam adversus me actionem non convalescere: nec enim utiq; sufficere ut Paulus hic ait, ad competendam utilem pignoratitiam actionem, eundem esse dominum, qui etiam pecuniam debet, id est, aut sane ita legendum est, non utique sufficit, dominum (rei pignoratæ sc.) heredem esse ejus, qui pecuniam debuit. Cur? quia hic, seu in hoc casu, ne quidem initio inspecto obligatio in me constitit: defuncto rem me invito obligante. Si tamen æquum bonumque quis intuebitur, dicendum est, etiam hoc casu utilem in me pignoratitiam Titio creditori concedendam esse: nam si defunctus convenit de pignore rei meæ, improbe sane resisto, quominus utilis actio pignoratitia in me moveatur: quia sic retisendo Titio efficio, ut defunctus, cui successi, ex mendacio suo arguatur, *versf. sed si convenit.* Qui defuncto debitori successi, factum ejus probare debeo, obligationem rei meæ per eum factam improbare non debeo, ne mendacii arguatur, qui rem meam obligando, suam esse adfeveravit: salvam defuncti, cui successi, æstimationem tueri & conservare debeo, ideoque in hac specie eam ob causam utilis pignoratitia in me actio creditori defuncti dabitur. Hæc est Pauli sententia: à qua sane sententia non dissentit Modest. in *l. 22. ff. de pign.* ait enim in hac specie (me succedente ei, qui rem meam alteri obligavit, ex post facto (cum ita videlicet debitori succedo, pignus quidem directo non convalescere; sed utilem pignoratitiam tamen dari creditori. Ergo Modestinus a Paulo non dissentit: ait enim Modestinus in me utilem dari, non directam: Paulus ait improbe me facere, creditori defuncti agenti in me pignoratitia, resistendo, & contradicendo, quia efficio, ut defunctus, qui me heredem fecit, mendacii sui arguatur. His verbis Paulus satis innuit creditori defuncti utilem in me pignoratitiam actionem dari. Et ita re nunc melius perfecta, quam olim ad hunc locum feci, Modestinum Paulo conciliandum existimo.

[74] Num est idem dicendum? Alciat. *7 parerg. 14.* reprehensus a Roberto, *2 recept. 1.*

[75] Pacto, ita legit Cujacius, *C. de distract. pignor. ad* § *creditor.*

[76] Datur tacite utilis. *l. 22. §. de pign.* vide Cuj. *19 obs. 26.* Hunnius. *5 obs. 7.* Conan. *4 Comm. 13.*

[77] Vel hæc fictio potest fieri, ut bona omnium in hanc legem **adtentasse**, & scripta sit ita Pauli sententia.

[78] *Videtur legendum*, vendito. Nam hæc species ponenda est in pignore vendito ex cujus pretio creditor, primo quidem loco pecuniam sibi debitam **ducere: postremo**, quid **plus erit**, **debitori** cum oneris **restituere** cogitur. Sed vel [illegible] quod de [illegible] pignore dato, plegiatum [illegible], est [illegible] [illegible] pignoratitia [illegible] pignoratitia, vel pignus vindicet, dolique exceptione [illegible] agere, quasi ego [illegible] creditorem, qui pignus **meum** vendidit, & cum ea distractione plus pretii consecutus est, **quam** ei deberetur, ut videlicet **illud** superfluum **cum** [illegible] **restituat**.

[79] *l. 13. §. 4 ff. sin autem minus. C. de jure dominii.*

[80] *l. 40. ff. de usuris.*

[81] Pacto, ita legit Cujacius, *C. de distract. pignor. ad* § *creditor.*

Inst. quibus alienare. quia sit ex pacto. *l. 7. C. de distract. pignorum.* 86 Purus locus hic opponitur ædificato. Fuerit igitur purus locus, non ædificatus. 87 Ut *l. 20. ff. de tritic.*

88 Sine ædificio probantur fines & spatia prædiorum per instrumenta. adde *l. Titius. ff. de act. empt.* 89 Vide *l. 5. ff. famil. erciscund.* 90 Originale, id est, Autheticum instrumentum interdum exhiberi necesse est. *l. 1. in princ. ff. de edend. l. 5. in princ. ff. fam.*

91 Auctoritatis instrumentum, est venditionis instrumentum. 92 Hoc est, minus spatium ædificio occupavit. 93 Frumentariorum scilicet. ut *l. 12. §. 1. in fin. ff. de instruct.* Est autem culleus uter ex corio factus, Isidor. *5. cap. 27.* erant alii vinarii, de quibus *l. 17. ff. de annuis.* Varro, *4 de lingua*: cum in dolium aut culeum vinum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc, multa. & Columella, *3. cap. 3.* in prædiis Senecæ vinearum jugera singula culleos octonos reddidisse compertum est. Alias significat vasculum parricidale. ut *l. 9. ff. de parricid.*

94 Officium annonæ, officiales Præfecti annonæ, in cujus cura annona. vide *l. 102. ff. de solut.* 95 *Instantia* hic, opera, cura, sollicitudo. 96 *Interttitura* idem, quod intertrimentum, *ff. eod.* utrumque est rei deminutio: sed cum loquatur de culleorum intertrimento, cur mentionem facit interttiturae ex operis factae? Aut operas referemus ad culleos, ut operarum interrimentum sit usus deminutio, ac depretiatio culleorum: Aut legendum erit, intertritura, quae culleis facta est. 97 Usu, vel utendo, id est, ex subvectione horum culleorum, *de l'employ.* 98 *Intertrimentum*, cum de argento agitur, est evanida argenti pars, quae in excoctione deperit. Livius, *42. cap. 44.* Terentius, *Heaut. 3. sem. 1.* Galli, *emplrance, rare.* Hic vero est depretiatio, seu deminutio rei ob usum.

LIBER QUARTUSDECIMUS.

TIT. I.

DE [1] EXERCITORIA ACTIONE.

Utilitas hujus edicti. 1. Magistri navis definitio. 2. De contractibus & delictis nautarum. 3. Quibus rebus magister imponitur. 4. De conditione & ætate magistri. 5. Qui magistrum præponunt. 6. De navi. 7. Quibus ex causis datur exercitoria. 13. De pluribus magistris. 15. Exercitoris definitio. 16. Sexus, conditio, ætas. 17. De concursu actionis exercitoriæ, & directæ. 18. An detur actio exercitori. 19. Si exercitor sit in alterius potestate. 24. De concursu actionis exercitoriæ, & directæ. 25. De pluribus exercitoribus.

1. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

VIlitatem [2] hujus Edicti [3] patere, nemo est, qui ignoret: nam cum interdum ignari [4], cujus sint conditionis vel quales, cum magistris [5] propter navigandi necessitatem contrahamus, æquum fuit, eum [6], qui magistrum navi imposuit, teneri: ut [7] tenetur, qui institorem tabernæ vel negotio præposuit: cum [8] sit major necessitas contrahendi cum magistro, quam institore: quippe res patitur, ut de conditione quis institoris dispiciat, & sic contrahat: in navis magistro non ita: nam interdum [9] locus [10], tempus [11] non patitur plenius deliberandi consilium.

§. 1. *Magistrum* [12] *navis* accipere debemus, cui totius navis cura mandata est [13]. §. 2. [Sed] si cum [14] quolibet nautarum sit contractum, non datur actio in exercitorem [15]: quamquam ex delicto cujusvis eorum, qui navis [16] navigandæ causa in nave sint, detur actio in exercitorem: alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi: siquidem qui magistrum præponit, contrahi cum eo permittit: qui nautas adhibet, non contrahi cum eis permittit, sed [17] culpa & dolo carere eos curare debet. §. 3. Magistri autem imponuntur locandis navibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisve [18] emendis: sed etiam si mercibus emendis vel vendendis fuerit præpositus, etiam hoc nomine obligat exercitorem. §. 4. Cujus autem conditionis [19] sit magister iste, nihil interest: utrum liber, an servus: & utrum exercitoris, an alienus: sed nec, cujus ætatis sit, intercrit: sibi imputaturo, qui præposuit. §. 5. *Magistrum* autem accipimus, non solum quem [20] exercitor præposuit, sed [21] & eum, quem magister: & hoc consultus Julianus in ignorante exercitore respondit. Cæterum si scit [22], & passus est, eum in nave magisterio fungi, ipse eum præposuisse videtur [23]: quæ sententia mihi videtur probabilis: * omnia enim facta magistri debet præstare, qui [24] eum præposuit: alioquin contrahentes decipientur: & facilius [25] hoc in magistro, quam institore, admittendum propter utilitatem. Quid tamen, si sic magistrum præposuit, ne alium ei liceret præponere? an adhuc Juliani sententiam admittamus, videndum est? finge enim & nominatim eum prohibuisse, *ne Titio magistro utaris*? Dicendum tamen erit, eo usque producendam utilitatem navigantium. §. 6. *Navem* accipere debemus, sive [26] marinam [27], [sive fluviatilem [28],] sive in aliquo stagno naviget, sive schedia [29] sit. §. 7. Non [30] autem ex omni causa Prætor dat in exercitorem actionem, sed [31] *ejus rei nomine, cujus ibi præpositus fuerit*, id est, [si] in eam rem præpositus sit, utputa, si [ad] onus vehendum locatum sit, aut aliquas res emerit utiles naviganti, vel si quid reficiendæ navis causa contractum vel impensum est, vel si quid nautæ, operarum nomine, perent. §. 8. Quid [32], si mutuam pecuniam sumpserit? an ejus rei nomine videatur gestum? Et Pegasus existimat, si ad usum ejus rei, in quam præpositus est, fuerit mutuatus, dandam actionem: quam sententiam puto veram. Quid enim, si ad armandam instruendamve navem, vel nautas exhibendos, mutuatus est? §. 9. Unde quærit Ofilius, si ad reficiendam [33] navem mutuatus, nummos in suos usus converterit, an in exercitorem detur actio? Et ait, si hac [34] lege acceperit, quasi in navem impensurus, mox mutavit voluntatem, teneri exercitorem, imputaturum sibi, cur talem præposuerit: quod si ab initio consilium cepit fraudandi creditoris, & hoc specialiter non expresserit, *quod ad navis causam accipit*, contra esse: quam distinctionem Pedius probat. §. 10. Sed & si in pretiis rerum emptarum fefellit magister, exercitoris erit damnum, non creditoris. §. 11. Sed si ab alio mutuatus, liberavit eum, qui in navis refectionem crediderat, puto etiam huic dandam actionem, quasi in navem crediderit. §. 12. Igitur præpositio [35] certam [36] legem [37] dat contrahentibus cum magistro, & ita ius præpositionis spectanda. 36 Certa indefinite accipi non debent, ne [illegible] 37 Formula præpositionis egressus magister, exercitorem non obligat.

[1] IV C. XXV. Paul. *2 sent. 6. §. 2. Inst. quod cum eo, qui in aliena.* Exercitoria hæc actio nomen habet ab eo, qui præposuit: institoria, ab eo, qui præpositus est. Ratio diversitatis esse potest, quia a magistro, quem exercitor navi præponit, magisterianæ actionis nomen inelegans videbatur. Cuj. *C. eod.* Goth. Ad tit. & materiam. v. Stracch. *de mercatura. tit. de mandato. n. 25.* Afflict. *decis. 82.* Tholosan. *Syntagmat. lib. 29. c. 9.* Anf.

[2] Pertinet enim ad summam Rempublicam. §. 20. *ff. eod.*

[3] Formula hujus edicti hæc, vel similis videtur fuisse: Quod cum magistro navis gestum esse dicetur, in exercitorem, qui eum præposuit, in solidum judicium dabo.

[4] Adde *l. 1. ff. quod falso tutore.*

[5] Vide §. 1. §. 3. §. 5. *ff. eod.* 6 Id est, exercitorem dominum, vel possessorem navis, ad quem quotidiani navis quæstus & obventiones pertinent: quique navem per magistrum & præfidem exercet. 7 Quid enim interest navi aliquem præponas, an tabernæ, an negotio? 8 Die, ut *in versiculo quippe. ff. eod.* 9 Ut in specie *l. 1. §. 2. ff. depositi.*

10 Mare ipsum. 11 Ipsa tempestas. 12 Magister navis, Græcis πύξιδος, τῆ ναῦς. *Synopf. Basilic. 53. tit. 1. cap. 16. 2 Harmenop. 11. §. 7. & lib. 6. tit. 2. §. 15.* 13 Est que exercitoris institor, πύξιδος. *Harmenop. 2. tit. 11.* 14 Ex contractu nautarum exercitor non tenetur: ex delictis autem ipsorum tenetur: Nam facere debet, ut dolo, & culpa, hoc est, ut malitia careant. *Synopf. Basil. 53. tit. 1. cap. 15. 2 Harmenop. 11. §. 5. 6.* 15 Dominum vel possessorem navis.

16 Simile dicendi genus in *l. 3. ff. de nautico fœnore.* 17 *l. 7. §. 4. ff. naut. caupones. v. l. 45. in fin. ff. famil. erciscund. §. ultim. Inst. de oblig. quæ ex quasi delict.* 18 Nonnulli strenue fabricant navigia, nec consummata pervide instruunt armamentis, ministrisque. Columell. *4. cap. 3. in princ.* Porro armamenta sunt navium instrumenta. *l. 3. §. 1. ff. de rei vindic. l. 6 ff. de l. Rhodia.* Hic obiter notandum, patres civitatum, armamentariorum curam habuisse, quæ *Novell. 85. cap. 2. διοικηταὶ ἀπλοΐσκων* vocat: & ab Isidor. *5 orig. 5.* armamentarium vocari locum, ubi tenent tela armorum. Cæterum armamentum Græci ἐξαρτίαν appellant, *Harm. 2. tit. 11.* exarmatur navis, cum armamentis spoliatur. *l. 2. §. 1. ff. de l. Rhodia.*

19 In conditione cujusque hæc spectantur, ut sepius, utrum liber, an servus sit: an hujus vel illius: cujus ætatis.

20 Magistri navium ab exercitoribus præficiebantur.

21 Magister navis a magistro ejusdem navis primo secundarius constitui poterat.

22 Sciens & patiens exercitor submagistrum a magistro imponi, ipse submagistrum imposuisse intelligitur.

23 *l. 18. ff. mandati.*

24 *l. 1 C. eod.*

25 Qui magistrum navi præposuit, tenetur, vel ut is, qui institorem tabernæ vel negotiationi præposuit. *Synopf. Basil. 53. tit. 1. c. 16.*

26 Navium aliæ marinæ, fluviatiles, stagnorum, schediæ.

27 De qua *l. 5. §. 5. ff. de jure immunitatis.*

28 Quales piscatoriæ, actuariæ, voluptatis causa paratæ, & similes. *l. secund. ff. de adpromiss.* rates *l. 1. §. 14. ff. de statuminibus.*

29 *Schedia* navigia inconditum, trabibus inter se tantum nexis factum, vide Festum in *scheda.*

30 Ex iis magistri contractibus exercitor tantum tenetur, qui ad eam rem pertinent, cui præpositus fuit. 31 *l. 7. vers. ita illud. ff. eod.* 32 Magister si mutuam pecuniam sumpserit reficiendæ navis causa, vel ad alendos nautas, & pecuniam in suos usus converterit, exercitor tenetur, *ut hic.* non itidem, si ab initio fraudulentum animum adhibuit, nec expresit se ad navis causam accipere, §. 9. sed & si in rerum emptarum pretiis fefellerit, exercitorem damno adficit §. 10 *ff. eod. Synopf. Basil. 53. tit. 1. cap. 16* 33 Vide quæ notavi ad *l. 25. ff. de reb. cred.* 34 *l. 7. in pr. ff.*

trahentibus. Quare si eum præposuit navi ad hoc solum, ut [38] vecturas exigat, non ut locet, quod forte ipse locaverat, non tenebitur exercitor, si magister locaverit [39]: vel si [40] ad locandum tantum, non ad exigendum, idem erit dicendum; aut si ad [41] hoc, ut vectoribus locet, non ut mercibus navem præfiet, vel contra, modum [42] egressus, non obligavit exercitorem. † Sed &, si, ut certis mercibus eam locet, præpositus est, puta legumini, cannabe [43], ille marmoribus, vel alia [44] materia locavit, dicendum erit, non teneri: quædam [45] enim naves onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) ὑπηρεσιακαὶ [46], id est, *vectorum ductrices*, sunt, & plerosque mandare scio, *ne vectores recipiant*: & sic, *ut certa regione, & certo mari negotietur*: ut ecce, sunt naves, quæ Brundusium à Cassiopa [47], vel à Dyrrachio vectores trajiciunt, ad onera inhabiles: item, quædam fluvii capaces, ad mare non sufficientes. §. 13. Si plures sint magistri, non [48] divisis officiis, quodcunque cum uno gestum erit, obligabit exercitorem: si divisis, ut alter locando, alter exigendo, pro cujusque officio obligabitur exercitor. §. 14. Sed & sic [49] præposuit, ut plerumque faciunt, *ne* [50] *alter sine altero quid gerat*, qui contraxit cum uno, sibi imputabit. §. 15. *Exercitorem* [51] autem eum dicimus, ad quem obventiones [52], & reditus omnes perveniunt, sive is dominus navis sit, sive à domino navem per aversionem [53] conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

§. 16. Parvi autem refert, qui exercet, masculus sit, an mulier [54], paterfamilias, an filiusfamilias [55] vel servus: pupillus autem si navem exerceat, exigemus tutoris auctoritatem. §. 17. Est autem nobis electio, utrum exercitorem an magistrum convenire velimus. §. 18. Sed ex contrario, exercenti navem adversus eos, qui cum magistro contraxerunt, actio non pollicetur [56]: quia non eodem auxilio indigebat. Sed aut ex locato [57] cum magistro, si mercede operam ei exhibet: aut, si gratuitam, mandati agere potest. † Solent plane Præfecti propter ministerium annonæ, item in provinciis Præsides provinciarum, extra ordinem [58] eos juvare ex contractu magistrorum. §. 19. *Si* [59] *is* [60], *qui navem exercuerat, in alienæ* [61] *potestate* [62] *erit, ejusque* [63] *voluntate navem exercuerit, quod cum magistro* [64] *ejus gestum erat, in* [65] *cum, in cujus potestate is erit, qui navem exercuerit, judicium* [66] *datur* [67]. §. 20 Licet autem detur actio in eum, cujus in potestate est, qui navem exercet, tamen ita demum datur, *si voluntate ejus exercuit*. Ideo autem ex voluntate in solidum tenentur, qui habent in potestate exercitorem: quia ad summam [68] Rempublicam [69] navium exercitio pertinet. At institorum non idem usus est: ea propter in tributum duntaxat vocantur qui contraxerunt cum eo, qui in merce peculiari sciente domino negotiatur: sed si sciente duntaxat, non etiam volente, cum magistro contractum sit. utrum quasi in volentem damus actionem in solidum, an vero exemplo tributoriæ dabimus? * In re igitur dubia melius est, verbis [70] Edicti servire, & neque scientiam solam, & nudam patris dominive in navibus onerare: neque in peculiaribus mercibus voluntatem extendere ad solidi obligationem. Et ita videtur & Pomponius significare: si sit in aliena potestate, si quidem voluntate gerat, in solidum eum obligari: sin minus, in peculium. §. 21. *In potestate* autem [71] accipiemus utriusque sexus, vel filios, vel filias, vel servos, vel servas. §. 22. Si tamen servus peculiaris, volente filiofamilias, in cujus peculio erat, vel servo, vicarius ejus navem exercuit, pater, dominusve, qui voluntatem non accommodavit, duntaxat de peculio tenebitur: sed filius ipse in solidum. Plane, si voluntate domini vel patris exerceant, in solidum tenebuntur: & præterea & filius, si & ipse voluntatem accommodavit, in solidum erit obligatus. §. 23. Quanquam autem, *si cum magistro ejus gestum sit*, duntaxat pollicetur Prætor actionem, tamen (ut Julianus quoque scripsit) etiam si cum ipso exercitore sit contractum, patet [72] dominusve in solidum tenebitur. §. 24. Hæc actio ex [73] persona magistri in exercitorem dabitur: & ideo, si cum utro eorum actum est, cum altero agi non potest: sed si quid sit solutum [74], si quidem à magistro, ipso [75] jure minuitur obligatio: sed & si ab exercitore, sive suo nomine, id est, propter honorariam obligationem, sive magistri nomine solverit, minuetur obligatio: quoniam & alius [76] pro me solvendo me liberat. §. 25. Si [77] plures navem exerceant, cum quolibet [78] eorum in solidum agi potest:

II. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

Ne in [79] plures [80] adversarios destringatur, qui cum uno contraxerit.

III. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

Nec quicquam facere, quotam quisque portionem in nave habeat: eumque qui [81] præstiterit, societatis judicio à cæteris consecuturum.

2. De servo plurium exercitore. 3. De alienatione aut morte servi exercitoris. De morte magistri. 4. De tempore harum actionum. De heredibus.

IV. Ulpianus lib. XXIX ad Edictum.

Si tamen plures per se navem exerceant, pro proportionibus exercitionis conveniuntur: neque enim invicem sui magistri videntur. §. 1. Sed si plures exerceant, unum autem de numero suo magistrum fecerint, hujus nomine in solidum poterunt conveniri. §. 2. Sed si servus plurium [82], navem exerceat voluntate eorum, idem placuit, quod in pluribus exercitoribus: plane si unius ex omnibus voluntate exercuit, in solidum ille tenebitur: & ideo puto, & in superiore casu in solidum omnes teneri.

§. 3. Si servus sit, qui navem exercuit voluntate domini, & alienatus [83] fuerit, nihilominus is, qui eum alienavit, tenebitur: proinde, & si decesserit servus, tenebitur: nam & magistro defuncto tenebitur. §. 4. Hæ actiones [84] perpetuo, & heredibus, & in heredes dabuntur: proinde & si servus, qui voluntate domini exercuit, decesserit, etiam post annum dabitur hæc actio, quamvis de peculio ultra annum non detur.

Si quis cum servo suo exercuerit ore alterius, vel cum servo communi, 1. Vel cum servi sui magistro contraxerit, 2. Si unus ex multis exercitoribus cum magistro contraxerit.

V. Paulus lib. XXIX ad Edictum.

Si eum, qui in mea potestate sit, magistrum navis habeas, mihi quoque in te competit actio, si quid cum eo contraxero. Idem [est], si communis servus nobis erit: ex locato [85] tamen mecum ages, quod operas servi mei conduxeris: quia & si cum alio contraxisset, ageres mecum, ut actiones, quas eo nomine habui, tibi præstarem: quemadmodum cum libero, si quidem conduxisses, exhibueris: quod si gratuitæ operæ fuerint, mandati ages.

§. 1. Item si servus meus navem exercebit [86], & cum magistro ejus contraxero; nihil obstabit [87], quominus adversus magistrum experiar actione [88], quæ mihi vel jure civili [89] vel honorario competit: nam & cuivis alii non obstat hoc Edictum, quo minus cum magistro agere possit: hoc enim Edicto non transfertur actio, sed adjicitur [90]. §. 2. Si unus ex his exercitoribus cum magistro [91] navis contraxerit, agere cum aliis exercitoribus poterit [92].

Si servus non voluntate domini exerceat. 1. De servo communi.

VI. Paulus lib. VI Brevium.

Si servus non [93] voluntate [94] domini navem exercuerit, si sciente [95] eo, quasi [96] tributoria: si ignorante, de peculio actio dabitur. §. 1. Si communis [97] servus voluntate dominorum exerceat navem, in singulos dari debebit in solidum actio.

Si quæratur, an creditum sit in id, cui magister, 2. Vel institor præpositus erat.

VII. Africanus lib. VIII Quæstionum.

Lucius Titius Stichum magistrum navis [98] præposuit: is pecuniam mutuatus, cavit, *se* [99] *in refectionem navis eam accepisse*: Quæsitum est, an non aliter Titius exercitoria teneretur, quam si creditor probaret [100], pecuniam in refectionem navis esse consumptam? Respondit, creditorem utiliter actūrum [1], si [2], cum pecunia crederetur, navis in ea causa fuisset, ut refici deberet: etenim ut non oportet creditorem ad hoc adstringi, ut ipse reficiendæ navis curam suscipiat, & negotium domini gerat (quod certe futurum sit, si necesse [3] habeat probare, pecuniam in refectionem erogatam esse); ita illud exigendum, ut sciat in hoc se credere, cui rei magister quis sit præpositus: quod certe aliter fieri non potest, quam si illud quoque scierit, necessariam refectioni pecuniam esse: quare etsi in ea causa fuerit navis, ut refici deberet; multo tamen major pecunia credita fuerit, quam ad eam rem esset necessaria, non debere in solidum adversus dominum navis actionem dari. §. 1. Interdum etiam illud æstimandum, an in eo loco pecunia credita sit, in quo id, propter quod credebatur, comparari potuerit: quid enim (inquit) si ad velum emendum in ejusmodi insula pecuniam quis crediderit, in qua omnino velum comparari non potest? Et in summa aliquam [4] diligentiam in ea creditorem debere præstare. §. 2. Eadem fere [5] dicenda ait &, si, de institoria actione quæratur: Nam tunc quoque creditorem scire debere, necessariam esse mercis comparationem, cui emendæ servus sit præpositus, & sufficere, si in hoc crediderit: non etiam illud exigendum, ut ipse curam [6] suscipiat, an in hanc rem pecunia eroganda est.

---

[1] *Exercitoria actio datur, servo exercitoris etiam alienato vel mortuo.*

[84] *Exercitoria, ut hic.* Institoria, *l. 15. ff. de institoriis.* Tributoria, *l. 8. ff. de tributoriis.* de in rem verso, *l. 1. in fine. ff. quando actio de peculio.*

[85] *l. 1. §. 18. eod.*

[86] *Al.* exercuerit.

[87] *l. 1. ff. de institoriis.*

[88] *Subaudi,* competente ex contractu cum eo celebrato.

[89] Non tamen in ipsum servum meum. *l. 11. in fine. ff. de institoriis.*

[90] Augmenta; quæ inducunt, deminutionem inducere non debent. *l. cum tale 72. in fin. ff. de condit. & demonst.*

[91] *Subaudi,* comm.

[92] *Subaudi,* pro iis partibus, quas habeat in merce navis.

[93] *l. 42. ff. de furtis.*

[94] *Subaudi,* expressa.

[95] *l. 20. vers. si filiusfamilias. eod.*

[96] Quasi tributoria teneatur, qui scit servum suum navem exercere.

[97] *l. 4. §. 2. eod.*

[98] *Al.* navi.

[99] Ut *l. 1. §. 9. eod.*

[100] Probare an & quando teneatur creditor, pecuniam à se mutuo datam, in rem utilitatemque accipientis, vel ejus domini versam fuisse.

[1] Quatuor ei, qui credidit ad refectionem navis, consideranda sunt: ut nominatim mutuet ad refectionem, ut res in ea causa sit, ut necessario debeat reficī, ut ei, qui sit ad eam rem præpositus, credat: ne plus necessario

credat: ut autem curam suscipiat, ut in eam rem pecunia credita erogetur, non est necessarium, *ut hic.* vide tamen *l. 5. ff. qui potiores.* [2] Credens pecuniam ad refectionem navis, hæc observare diligenter debet. Primo, ut cum eam pecuniam credat, navis in ea causa sit, ut refici debeat. Non autem cogitur ipse navis reficiendæ curam suscipere, *ut hic.* Deinde ut sciat se credere magistro navis ad eam rem præposito. *vers. ita illud exigendum.* Tertio ut sciat necessariam refectioni pecuniam esse, *vers. quod certe.* Quarto, ut non majorem pecuniam credat, quam quæ ad eam rem necessaria sit, *vers. quare etsi.* Interdum etiam requiritur, ut sciat se credere ad eas res, quæ in ea provincia, ubi credit, comparari possint. §. *interdum.* 1. ff. *eod.* [3] Aliud est in minorum causa, *l. 2. C. si adversus credit.* & civitatis interdum. vide *l. 27. ff. de rebus credit.* [4] Curiosum creditorem esse oportet, quoties pecuniam credit ad navis refectionem. [5] *Fere,* hæc particula, inquam, non est περίλογον: temperat enim comparationem, quæ fit institoris, & magistri, qua non licet semper uti. *l. 1. §. 5. §. 19. ff. eod.* unde hæc particula ab Accursio temperamentum vocatur. Macrob. *l. in somnium.* Vocem, inquit, quæ hanc definitionem temperat, adjecit, *Fere.* [6] Id est, ut sit curiosus. vide *l. 3. §. 9. ff. de in rem verso.*

TIT. II.

DE LEGE RHODIA [1] DE JACTU.

Summa hujus legis.

1. Paulus lib. II [2] Sententiarum.

Lege Rhodia cavetur, *Ut* [3] *si levandæ* [4] *navis gratia jactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod* [5] *pro omnibus datum est.*

Quæ actiones dantur pro contributione. 1. De nave deteriorata, aut armamentis spoliata. 2. Qui, & quantum, & pro quibus rebus conserunt. 3. De navi à piratis redempta, de rebus ablatis à prædonibus. 4. Quantum conferri debet. 5. De servis, qui in mari perierunt. 6. Si quis ex vectoribus solvendo non sit, & res jactæ apparuerint. 8. De dominio rei jactæ.

II. Idem lib. XXXIV ad Edictum.

Si laborante nave, jactus factus est, amissarum mercium domini, si merces vehendas locaverant, ex locato cum magistro navis agere debent; is deinde cum reliquis, quorum merces salvæ sunt, ex conducto, ut detrimentum pro portione communicetur, agere potest. Servius quidem respondit, ex locato agere cum magistro navis debere, ut cæterorum vectorum merces retineat, donec portionem damni præstent. Imo, etsi retineat [6] merces magister, ultro [7] ex locato habiturus est actionem cum vectoribus: quid enim, si vectores sint, qui nullas sarcinas habeant? plane commodius est, si sint, retinere eas. † At, si non [&] totam navem conduxerit, ex conducto aget [8]: sicut vectores, qui loca [9] in nave conduxerunt: æquissimum enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum, consecuti sunt, ut merces suas salvas haberent. §. 1. Si conservatis mercibus deterior facta

---

[1] *Al.* ad legem Rhodiam, *Halo.* adde Paul. 2 *sentent. 7. Synops. Basil. 53. tit. 3.* 2 *Harmenop. 11. 13. C. Theod. 9.* Tertull. 3 *adversus Marcionem*: scilicet Nauclero illi, non quidem Rhodia lex, sed Pontica caverat, Errare Judæos. *Goth.* Ad hunc tit. v. Pece. *tract. de re naut.* Tholosan. *Syntagm. lib. 29. c. 10.* Anf.

[2] *Tit. 7. §. 1.*

[3] Extat hæc sententia apud Paulum, *d. §. 1.*

[4] Vexatam fluctibus navem jactura levis defendit. *l. 4. C. Theod. eod.*

[5] τὸ βιῶσιν, id, quod adjectum est. *Synops. Basil. eod. c. 1.*

[6] Alii legendum volunt, *etsi non retineat.* Ann. Vinn. ad Pece. hic. contra Cujac. *lib 3 obs. 2.* Ita etiam Haloander, sed reprehensus à Russardo. *S. L.* [7] Id est, prior, ut in *l. 1. §. 6. in fin. ff. uti possidetis.* sic ultro accusare. Liv. 1. ultro arridere, Donat. Cujac. 3 *observ. 2.* & in *l. 10. in princ. ff. de negotiis.* sed an ultro? &c. id est, num gestor negotiorum prior agere potest?

[8] Conduxerint, ex conducto agent. Cujac. *ibid.* & 13 *observ. 11.* id confirmat ex Basilicis, ὃ ἐστὶ μὴ τὸ πλοῖον ὅλον. *Goth.* Malim tamen hunc locum ita salvari, ut hic conductio pro locatione sit, & locatio pro conductione, quo verbo veteres promiscue uti solebant, *l. 20. ff. de act. empt.* vide Brisson. *in verb. locationis.* S. L. [9] Hinc locarium Varro, 4 *de lingua.* & locare Martiali. vide quæ notavi ad *l. 15. in fin. ff. qui potiores.*

---

[38] Præpositus ad navis vecturas tantum exigendas, navem locare non potest.

[39] Cur ita? colligе ex *l. 5. §. 10. ff. de instit.*

[40] Præpositus ad locandum, mercedem ipsam locationis exigere non potest.

[41] Præpositus ad navem locandam vectoribus, eandem mercibus præstare non potest, vel contra.

[42] Mandatarius modum mandati egredi non debet. Unde fingitur, quod non habenti mandatum ad solvendum non recte solvatur pretium. Rom *singular. 23. l. 86. ff. de solut. l. 12. ff. eod.* Sarmient. *lib. 3 sel. c. 12. n. 9.* vid. *not. ad l. 12. 35. 88. ff. de solut.* Anf.

[43] Canaba, *ut hic.* vel cannabum. 3 *Paul. 5.* κάνναβος, *cannabum*, Isidor. *16 orig. 27.* unde Canabetum in vetere inscriptione sepulchri, *Retro ripam qua ad Canabetum, huic aream cedent.* vide Brissonium, 2 *sel. c. 16.*

[44] *Al.* alii materiæ.

[45] Navium aliæ ad onera ferenda, aliæ ad vecturas, aliæ marinæ, quibus certo tantum mari negotiantur homines, aliæ fluviatiles. adde §. 6. *ff. eod.*

[46] ὑπηρέσιος, *Halo. ad Bud.* ὑπηρέτης, quasi scansiles, & vectoribus trajiciendis aptæ: hinc dici ὑπηρετικὸν, *l. ult. §. 2. ff. naut.* videntur. Florentina lectio probatur ab Ant. Aug. 4 *emend. 16.* Budæus legit emphractæ. Sunt igitur naves onerariæ, & ἐκβολάδες, utiles, comparatæ, & destinatæ tantum ad deve hendos homines, oneribus ferendis plerumque inhabiles, *hesternæ passagieri, ut hic.* aliæ sunt etiam ὑπολαγίδες quibus *l. 55. §. 5. ff. de legat. 3.*

[47] Alii Cassopa, vel Capua: & male, cum apud Strabonem constet *lib. 7*, Κασσιόπην, portum Epiri à Brundusio distare stadiis 1300, & totidem a Tarento, idem Ptolemæus testatur.

[48] Individuis in officiis, quod unus gerit, alterum obligat: in dividuis, secus, *ut hic. & §. 14. ff. eod.*

[49] Id est, si sic. *Goth.* ad hunc §. vide Cottam, *in memorabil. verb. legatur. & in verbo Emphractæ.* Alciat. *lib. 1 parerg. c. 43.* Anf.

[50] Consilium adjuncti sui quemque sequi cogi, hinc colligunt. de quo vide Alberic. *hic.* [51] Exercitor quis dicatur. [52] Obventiones hic separantur a reditibus. [53] ἐν ὑμάδι, id est, *in universo.* vide quæ notavi ad *l. 4. §. 1. ff. de peric. l. 62. in fin. ff. de contrab. empt.* [54] *l. 4. C. eod.* Goth. Aversio quid sit, vid. *l. fin. §. fin. ff. tit. 1. l. 62. §. 2. & ibi not. ff. de contrab. empt.* Anf. [55] §. 19. §. 21. *ff. eod.* [56] Passive, hoc est, non promittitur: nisi hic legas, actionem non pollicetur. [57] *l. 5. ff. eod.* [58] Imo, officio judicis id fit. *l. cum filiusfam. 17. ff. de reb. cred. l. Salar. 7. ff. mandati.* [59] Videntur hæc verba edicti fuisse. *Goth.* Vid. hic Bart. & Bald. Afflict. *decis. 82. n. 1.* Bellon. *supput. lib. 4. cap. 14.* Anf

[60] Quid, si plures exerueriint? v. §. 25. *l. 2. l. 3. l. 4. ff. eod.* quid, si servus plurium? *l. 4. §. 2.* quid, si ut mas, ita fœmina? §. 21. *ff. eod.* [61] Ut filius, v. §. 23 *ff. eod.* vel servus. [62] V. §. 21 *ff. eod.*

[63] In cujus potestate est. [64] V. §. 24. *ff. eod.* quid, si cum ipso exercitore contractum? idem §. 23. *ff. eod.* [65] §. 20. *ff. eod.* [66] Quatenus? in solidum. *l. 1. l. 2. C. de institoria. §. 2. Inst. quod cum eo.* Diversum est in institoria. Nam si voluntate patris filius merces peculiares exerceat, tum ex ejus contractu vel institoris à filio præpositi, pater non tenetur in solidum, sed vocatur in tributum, id est, tenetur actione tributoria, *ut hic. & §. 21. ff. eod. l. 3. §. si filiusfam. ff. naut. 2 sent. 6. §. un.* [67] Quousque? etiam post annum. *l. 4. §. 4 ff. eod.* [68] De hoc genere loquendi, ad summam rempublicam pertinere, alias scripsi. [69] Reipublicæ: ideo hujus tituli utilitas summa est, *l. 1. in pr. ff. eod.* hanc tamen lectionem defendit ingeniosissime & doctissime Cujac. 12 *observ. 32.* [70] *l. 69. ff. de legat. 3. l. 12. §. 1. ff. qui, & à quibus manumiss.* non tamen id semper verum est. [71] §. 16. *ff. eod.* [72] §. 19. *ff. eod.* filiusfamilias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum, ob ea, quæ salva receperit, obligat. §. 19. *ff. eod.* Paul. 2 *sent. 6.* [73] Exercitoriæ origo est ex persona magistri: objectum, exercitor ipse. [74] *l. 23. ff. de solut.* [75] Ipso jure obligatio tollitur per solutionem. [76] *l. 38. l. 39. ff. de negotiis. l. 91. ff. de solut. Inst. quibus modis tollitur obligatio. l. 8. in fin. ff. de novationibus.* [77] Ubi plures ex contractu unius conveniuntur, quilibet convenitur in solidum: secus, si plures ex suo contractu proprio. [78] *l. 2. l. 4. ff. eod. l. 1. in fin. de his, qui dejecerunt.* [79] *l. 38. ff. de procuratoribus.* [80] Domino moriente relictis pluribus heredibus vasallos non cogi hominium nisi uni præstare, hinc colligitur. vid. tamen Accurs. in *l. si cujus. 13. §. 1. ff. de usufructu.* [81] *l. 13. in fin. ff. de institoria.* [82] *l. 6. ff. eod.*

[83] Exercitoria actio durat, servo exercitoris etiam alienato vel mortuo.

[84] Exercitoria, *ut hic.* institoria, *l. 15. ff. de institoriis.* Tributoria, *l. 8. ff. de tributoriis.* de in rem verso, *l. 1. in fine. ff. quando actio de peculio.*

[85] *l. 1. §. 18. ff. eod.*

[86] *Al.* exercuerit.

[87] *l. 1. ff. de institoria.*

[88] *Subaudi,* competente ex contractu cum eo celebrato.

[89] Non tamen in ipsum servum meum. *l. 11. in fine. ff. de institoria.*

[90] Augmenta; quæ inducunt, deminutionem inducere non debent. *l. cum tale 72. in fin. ff. de condit. & demonst.*

[91] *Subaudi,* comm.

[92] *Subaudi,* pro iis partibus, quas habeat in merce navis.

[93] *l. 42. ff. de furtis.*

[94] *Subaudi,* expressa.

[95] *l. 20. vers. si filiusfamilias. ff. eod.*

[96] Quasi tributoria teneatur, qui scit servum suum navem exercere.

[97] *l. 4. §. 2. ff. eod.*

[98] *Al.* navi.

[99] Ut *l. 1. §. 9. ff. eod.*

[100] Probare an & quando teneatur creditor, pecuniam à se mutuo datam, in rem utilitatemque accipientis, vel ejus domini versam fuisse.

[1] Quatuor ei, qui credidit ad refectionem navis, consideranda sunt: ut nominatim mutuet ad refectionem, ut res in ea causa sit, ut necessario debeat reficī, ut ei, qui sit ad eam rem præpositus, credat: ne plus necessario

credat: ut autem curam suscipiat, ut in eam rem pecunia credita erogetur, non est necessarium, *ut hic.* vide tamen *l. 5. ff. qui potiores.* [2] Credens pecuniam ad refectionem navis, hæc observare diligenter debet. Primo, ut cum eam pecuniam credat, navis in ea causa sit, ut refici debeat. Non autem cogitur ipse navis reficiendæ curam suscipere, *ut hic.* Deinde ut sciat se credere magistro navis ad eam rem præposito. *vers. ita illud exigendum.* Tertio ut sciat necessariam refectioni pecuniam esse, *vers. quod certe.* Quarto, ut non majorem pecuniam credat, quam quæ ad eam rem necessaria sit, *vers. quare etsi.* Interdum etiam requiritur, ut sciat se credere ad eas res, quæ in ea provincia, ubi credit, comparari possint. §. *interdum.* 1. ff. *eod.* [3] Aliud est in minorum causa, *l. 2. C. si adversus credit.* & civitatis interdum. vide *l. 27. ff. de rebus credit.* [4] Curiosum creditorem esse oportet, quoties pecuniam credit ad navis refectionem. [5] *Fere,* hæc particula, inquam, non est περίλογον: temperat enim comparationem, quæ fit institoris, & magistri, qua non licet semper uti. *l. 1. §. 5. §. 19. ff. eod.* unde hæc particula ab Accursio temperamentum vocatur. Macrob. *l. in somnium.* Vocem, inquit, quæ hanc definitionem temperat, adjecit, *Fere.* [6] Id est, ut sit curiosus. vide *l. 3. §. 9. ff. de in rem verso.*

[1] *Al.* ad legem Rhodiam, *Halo.* adde Paul. 2 *sentent. 7. Synops. Basil. 53. tit. 3.* 2 *Harmenop. 11. 13. C. Theod. 9.* Tertull. 3 *adversus Marcionem*: scilicet Nauclero illi, non quidem Rhodia lex, sed Pontica caverat, Errare Judæos. *Goth.* Ad hunc tit. v. Pece. *tract. de re naut.* Tholosan. *Syntagm. lib. 29. c. 10.* Anf.

[2] *Tit. 7. §. 1.*

[3] Extat hæc sententia apud Paulum, *d. §. 1.*

[4] Vexatam fluctibus navem jactura levis defendit. *l. 4. C. Theod. eod.*

[5] τὸ βιῶσιν, id, quod adjectum est. *Synops. Basil. eod. c. 1.*

[6] Alii legendum volunt, *etsi non retineat.* Ann. Vinn. ad Pece. hic. contra Cujac. *lib 3 obs. 2.* Ita etiam Haloander, sed reprehensus à Russardo. *S. L.* [7] Id est, prior, ut in *l. 1. §. 6. in fin. ff. uti possidetis.* sic ultro accusare. Liv. 1. ultro arridere, Donat. Cujac. 3 *observ. 2.* & in *l. 10. in princ. ff. de negotiis.* sed an ultro? &c. id est, num gestor negotiorum prior agere potest?

[8] Conduxerint, ex conducto agent. Cujac. *ibid.* & 13 *observ. 11.* id confirmat ex Basilicis, ὃ ἐστὶ μὴ τὸ πλοῖον ὅλον. *Goth.* Malim tamen hunc locum ita salvari, ut hic conductio pro locatione sit, & locatio pro conductione, quo verbo veteres promiscue uti solebant, *l. 20. ff. de act. empt.* vide Brisson. *in verb. locationis.* S. L. [9] Hinc locarium Varro, 4 *de lingua.* & locare Martiali. vide quæ notavi ad *l. 15. in fin. ff. qui potiores.*

cta sit navis, aut si quid exarmaverit [10], nulla facienda est collatio: quia dissimilis earum rerum causa sit, quæ navis gratia parentur, & earum, pro quibus mercedem aliquis acceperit: nam & si faber incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei, qui locaverit opus: sed si voluntate vectorum vel propter aliquem metum id detrimentum factum sit, hoc ipsum sarciri oportet. §. 2. Cum in eadem nave varia mercium genera complures mercatores coegissent, prætereaque [11] multi vectores servi liberique in ea navigarent, tempestate gravi orta, necessario jactura facta erat: Quæsita deinde sunt hæc: an omnes [12] jacturam præstare oporteat: & si qui tales merces imposuissent, quibus navis non oneraretur, velut gemmas, margaritas? & quæ portio præstanda est? & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat? & qua actione ea res expediri possit? *Placuit* *, omnes, quorum interfuisset jacturam fieri, conferre oportere, quia id tributum observatæ [13] res deberent: itaque dominum etiam navis pro portione obligatum esse: jacturæ summam pro rerum pretio distribui oportet: corporum liberorum æstimationem [14] nullam fieri posse: ex [15] conducto dominos rerum amissarum cum nauta, id est, cum magistro, actoros. † Itidem *agitatum* est, an etiam vestimentorum cujusque, & anulorum æstimationem fieri oporteat? Et omnium visum est, nisi si qua consumendi causa imposita forent: quo in numero essent cibaria, eo magis, quod, si [16] quando ea defecerint in navigationem, quod quisque haberet, in commune conferret. §. 3. Si navis à piratis redempta sit, Servius, Ofilius, Labeo, omnes conferre debere aiunt. Quod [17] vero prædones abstulerint [18], eum perdere, cujus fuerint: nec conferendum ei, qui suas merces redemerit.

§. 4. Portio autem pro æstimatione rerum, quæ salvæ sunt, & earum, quæ amissæ sunt, præstari solet: nec [19] ad rem pertinet, si hæ, quæ amissæ sunt, pluris veniri [20] poterunt [21]: quoniam detrimenti [22], non lucri, fit præstatio. Sed in his rebus, quarum nomine conferendum est, æstimatio debeat haberi, non quanti emptæ sint, sed quanti venire possunt. §. 5. Servorum quoque, qui in mare perierunt, non magis æstimatio facienda est, quam si [qui] ægri in nave decesserint, aut aliqui sese præcipitaverint.

§. 6. Si quis ex vectoribus solvendo non sit, hoc detrimentum magistri navis non erit: nec enim fortunas cujusque nauta excutere debet. §. 7. Si res quæ jactæ sunt, apparuerint [23], exoneratur collatio: quod si jam contributio facta sit, tunc hi, qui solverint, agent ex locato cum magistro, ut is ex conducto experiatur, & quod exegerit reddat. §. 8. Res autem jacta domini manet, nec fit adprehendentis: quia pro derelicto non habetur.

De instrumento navis dejecto.

III. PAPINIANUS lib. XIX Responsorum.

CUm arbor [24], aut aliud navis instrumentum, removendi communis periculi causa, dejectum est, contributio debetur.

De mercibus in scapham trajectis. 1. De mercibus per urinatores extractis. 2. De mercibus, quæ in navi remanserunt, deterioratis.

IV. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

NAvis [25] onustæ levandæ causa, quia intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, si quædam merces in scapham [26] trajectæ sunt, ne aut extra flumen periclitetur, aut in ipso ostio vel portu, eaque scapha summersa est, ratio haberi debet inter eos, qui in nave merces salvas habent, cum his, qui in scapha perdiderunt: proinde, tanquam si jactura facta esset. Idque Sabinus [quoque] lib. II Responsorum probat. † Contra, si scapha cum parte mercium salva est, navis periit, ratio haberi non debet eorum, qui in navi perdiderunt: quia jactus in tributum nave salva venit.

§. 1. Sed si navis [27], quæ in tempestate, jactu mercium unius mercatoris, levata est, in alio loco submersa est, & aliquorum mercatorum merces per urinatores extractæ sunt data mercede, rationem haberi debere ejus, cujus merces in navigatione levandæ navis causa jactæ sunt ab his, qui postea sua per urinatores [28] servaverunt, Sabinus æque respondit [29]: Eorum vero, qui ita servaverunt, invicem rationem haberi non debere ab eo, qui in navigatione jactum fecit, si quædam ex his mercibus per urinatores extractæ sunt: eorum enim merces non possunt videri servandæ navis causa jactæ esse, quæ periit. §. 2. Cum autem jactus de nave factus est, & alicujus res, quæ in navi remanserunt, deteriores factæ sunt, videndum, an conferre cogendus sit: quia non debet duplici [30] damno onerari, & collationis, & quod res deteriores factæ sunt? Sed defendendum est, hunc conferre debere pretio præsente rerum: itaque (verbi gratia) si vicenum merces duorum fuerunt, & alterius [31] aspergini [32] decem esse cœperunt, ille, cujus res integræ sunt, pro viginti conferat, hic pro decem. Potest tamen dici etiam illa sententia, distinguentibus nobis deteriores ex qua causa factæ sunt, id est, utrum propter jacta nudatis rebus damnum secutum est, an vero alia ex causa: veluti quod alicubi jacebant merces in angulo aliquo, & unda penetravit: tunc enim conferre debebit. † An 33 ex priore causa, collationis onus pati non debet: quia jactus etiam hunc læsit? Adhuc numquid & si aspergine propter jactum [res] deteriores factæ sunt? Sed distinctio subtilior adhibenda est, quid plus sit in damno, an in collatione: [si] (verbi gratia) hæ res viginti fuerunt, & collatio quidem facit decem, damnum autem duo: deducto hoc, quod damnum passus est, reliquum conferre debeat. † Quid ergo, si plus in damno erit, quam in collatione? Utputa decem aureis res deteriores factæ sunt: duo autem collationis sunt? Indubitate utrumque onus pati non debet. Sed hic videamus num & ipsi conferre oporteat: quid enim [34] interest, jactatas res meas amiserim, an nudatas deteriores habere cœperim? Nam sicut ei, qui perdiderit, subvenitur: ita & ei subveniri oportet, qui deteriores propter jactum res habere cœperit: hæc ita Papirius Fronto [35] respondit.

De mercibus ex naufragio liberatis. 1. De arbore cæsa.

V. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

AMissæ [36] navis damnum, collationis consortio non [37] sarcitur per eos [38], qui merces suas naufragio liberaverunt: nam hujus æquitatem tunc admitti placuit, cum jactus remedio cæteris in communi periculo, salva navi, consultum est. §. 1. Arbore cæsa [39], ut navis cum mercibus liberari possit, æquitas contributionis habebit locum.

De sumptu instruendæ navis causa facto.

VI. JULIANUS lib. LXXXVI Digestorum.

NAvis [40] adversa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis [41], & arbore [42], & antemna, Hipponem [43] delata est, ibique tumultuariis [44] armamentis ad [45] præsens comparatis, Ostiam [46] navigavit, & onus integrum pertulit. Quæsitum est, an hi, quorum onus fuit, nautæ pro damno conferre debeant? Respondit, non debere: hic enim sumptus instruendæ magis navis, quam conservandarum mercium gratia factus est.

De servatu ex nave depressa vel dejecta.

VII. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

CUm [47] depressa navis aut dejecta esset, quod quisque ex ea suum servasset, sibi servare respondit, tanquam ex incendio.

De rei jactæ dominio.

VIII. JULIANUS lib. II ex Minicio.

QUi levandæ navis gratia res aliquas projiciunt, non [48] hanc mentem habent, ut eas pro [49] derelicto habeant; quippe si invenerint eas ablaturos; & si suspicati fuerint, in quem locum ejectæ sunt, requisituros: ut perinde sint, ac si quis onere pressus, in [50] viam rem abjecerit, mox cum aliis reversurus, ut eandem auferret.

De his, qui naufragium fecerunt, direptis à Publicanis. De auctoritate legis Rhodiæ.

IX. VOLUSIUS MÆCIANUS ex lege Rhodia [51].

Αἴσωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως περὶς Ἀντωνίνου βασιλέα. Κύμεις βασιλεῦ Ἀντωνῖνε, ναυφραγίον [52] ποιησάσης ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. Ἐγὼ μὲν τῷ [53] κόσμῳ κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς Θαλάσσης [54], τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρίνεσθαι τὰ ναυτικά, ἐν οἷς μή τι τῷ ἡμετέρῳ αὐτῶ νόμῳ ἐναντίον ᾖ, τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν. *Id est*, Deprecatio Eudæmonis Nicomediensis ad Antoninum Imperatorem. *Domine Imperator Antonine, naufragium in Italia facientes, direpti fumus à Publicanis Cyclades insulas habitantibus.* Respondit Antoninus Eudæmoni: *Ego quidem mundi Dominus* [55], *lex autem maris, lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præscripta est, judicetur, quatenus* [56] *nulla nostrarum legum adversetur. Hoc idem Divus quoque Augustus judicavit.*

De morte manicipi in navem impositi. 1. De rebus, quæ cum nave perierunt, aut die statuto non sunt eo loci, quo vehi debuerunt, expositæ.

X. LABEO lib. I Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI vehenda [57] mancipia conduxisti, pro eo mancipio, quod in nave mortuum est [58], vectura tibi non debetur. Paulus: Imo [59], quæritur, quid actum est: utrum [ut] pro his, qui impositi, an pro his, qui deportati essent, merces daretur: quod si hoc apparere non potuerit, satis erit pro nauta, si probaverit impositum esse mancipium. §. 1. Si ea conditione navem conduxisti, *ut ea merces tua portarentur*, easque merces nulla nauta necessitate coactus, in [60] navem deteriorem, cum id sciret, te fieri nolle, transtulit, & merces tuæ cum ea nave perierunt, in qua noviſſime vectæ sunt, habes ex conducto [locato [61]] cum priore nauta actionem. Paulus: Imo contra, si modo ea navigatione utraque navis periit, cum id sine dolo & culpa nautarum factum esset. † Idem juris erit, si prior nauta publice retentus, navigare cum tuis mercibus prohibitus fuerit. † Idem juris erit, cum ea conditione à te conduxisset, *ut certam pœnam tibi præstaret, nisi ante constitutum diem merces tuæ eo loci exposuisset, in quem devehendas ea merces locasset* [62], nec per eum staret, quo minus remissa [63] sibi [ea] pœna spectaret. † Idem juris in eodem genere cogitationis [64] observabimus: si probatum fuerit [65], nautam morbo impeditum, navigare non potuisse. † Idem dicemus, si navis ejus vitium fecerit sine dolo malo, & culpa ejus. §. 2. Si conduxisti navem amphorarum duo milium, & ibi amphoras portasti, pro duobus milibus amphorarum pretium [66] debes. Paulus: Imo si [67] aversione [68] navis conducta est, pro duobus milibus debetur merces [69]: si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contra se habet: nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti.

TIT.

[10] Armamentis spoliaverit. de armamentis dixi ad *l.* 1. §. 3. ff. *tit. pr.* ff.

[11] Omnibus contribuentibus sarcientur res jactæ: quin & navis ipsi pro rerum jactarum æstimatione contributioni subjacet, exceptis liberis capitibus, & cibariis.

[12] Omnes res, etiam eæ, quibus navis non onerarur, & ipsa quoque navis pro æstimatione sua, nomine contributionis obligatæ sunt, exceptis liberis capitibus, & annona. Nam ea confertur in commune pro iis, qui sunt in navi, & victu destituuntur. *Synopf. Basil. cod. c. 1.* adde 2 *Harmenopul.* 11. §. 16.

[13] *Al.* ob servatas res.

[14] *l.* 3. ff. *si quadrupes pauperiem.*

[15] Datur adversus magistrum navis actio dominis amissarum mercium. *Synopsis ibid. cap.* 1.

[16] Hinc colligit Bartolus in caritate annonæ, id est, arctioris annonæ tempore, omnia esse communia. Baldus paulo lepidius negat furtum committi, si quis eo casu panem vescendi causa subripiat.

[17] Differentia piratæ & prædonis.

[18] Pretium redemptionis, non rerum perditarum, ab omnibus conferendum.

[19] In contributione, res amissæ, quanti emptæ sunt, æstimantur, non quanti venire potuerunt: non enim lucri, sed detrimenti habetur ratio. Res salvæ, quanti venire possunt, æstimantur. *Synopf. ibid. cap.* 3. Cur tam varie? Dainum, quoad ejus fieri potest, minuendum, lucrum vero propagandum. Ita denique utrisque consulitur, & iis, qui jacturam fecerunt, & iis, qui res suas salvas habent. 2 *Harm.* 11. §. 11. & 17.

[20] *Al.* venire.

[21] *Al.* poterant.

[22] Contra quam in *l.* 2. *in fin.* ff. *de eo, quod certo loco.*

[23] Hæ dominorum permanent. *l.* 9. *in fin.* ff. *de adquirendo rerum dominio. l.* 43. §. *penult.* ff. *de furtis.*

[24] *l.* 5. *in fin.* ff. *eod.* sic expressit Paulus, navem vel arbore vi tempestatis amissa, vectores ad contributionem non tenentur, nisi, ipsis arborem salutis causa eruentibus, navis salva sit. 2 *sent.* 7. §. 3.

[25] Levandæ navis gratia merces in scapham trajectas, atque ideo amissas, in tributione earum, quæ in navi salvæ sunt, refici convenit; nave autem perdita, conservatæ cum mercibus scaphæ ratio non habetur, Paulus 2 *sentent.* 7. §. 4. ut sit sensus: Mercibus trajectis in scapham (navis levandæ causa) scapha submersa, nave salva, contributioni locum esse: Nave amissa, scapha salva, contributioni non esse locum, quia naufragium factum est. 26 Quæ vulgo βάλλα, & κανλαὶς dicitur, *Harmenopul.* 2. *tit.* 11. §. 9. Barcæ meminit Isidorus, 19. *cap.* 1. à qua cuncta navis commercia ad littus portari ait. 27 Vide Anton. Augustin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 3. Aust.

[28] Urinatores sunt, qui subter aqua natantes, tempore in illo continent spiritum, & in ea urinantur, id est, merguntur. Varro, *de lingua Latina.* Plinius. 29 Paulus autem sic exprimit, 2 *sentent.* 7. §. 2. Jactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, ejus quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave jactavit. 30 Sic punitus fatis, non debet ex ea causa iterum puniri. *l.* 43. *in fin.* ff. *de vulgari & pupillari substitut.* huc referri possunt *l.* 14. ff. *de officio præsidis. l.* 23. *C. de pœnis.* 31 *Al.* Alterius merces adspergine.

[32] Adspergine, *Haloand.* est autem vitium ex pluvia vel unda contractum, quibusdam περιλυσμα, ὑδρορία. & aspergines parietum, guttæ sunt illæ, quæ ex humiditate contractæ sunt. Hinc Virgil, 3 *Æneid. Saisa spumant aspergine cautes.* hæc vox uti pingi solita sit, vide apud Cujacium, 12 *observat. ult.* 33 *Al.* At. 34 Æquipollentibus aliquid fiat, nihil interest. vide *l.* 6. ff. *de reb. cred.* 35 Cujus meminit *l.* 220. §. 1. ff. *de verb. sign.*

[36] Amissa nave qui res suas naufragio liberaverunt, non conferunt. Tunc enim fit contributio, quum salva nave jactus, ut cætera serventur. *Synopf. cod. c.* 12.

[37] Cur? quod quisque ex naufragio sibi servat, id sibi servat, velut ex incendio. *l.* 7. ff. *eod.*

[38] *l.* 7. ff. *eod.*

[39] *V. l.* 3. ff. *eod.* Contributio fit, malo cæso servandæ navis & mercium causa. *Synopf. ibid. cap.* 12.

[40] Quum instrumentum navis tempestate perfit, & aliud exercitor comparavit, atque ita navigans merces integras pertulit, dominis earum eo conferre debent. *Synopf. ibid. cap.* 12. Si nova navis [illegible] ab exercitore comparata sunt, collationi locus non est. 2 *Harmenop.* 11. §. 13.

[41] *l.* 2. §. 1. ff. *eod.* vide quæ de armamentis notavi ad *l.* 1. §. 3 ff. *de exercitoria.*

[42] Id est, malo. vide *l.* 242. ff. *de verb. sign.*

[43] Quidam volunt esse Locrorum coloniam, cujus meminit 3 Phn. 5. quam Strabo 6 vocat ἱππώνιον, à qua Hipponiates sinus. non male tamen poteſt intelligi altera duarum Hipponum Africæ, cujus meminit Polybius 1. quarum in una, quæ Diarthitos Melæ 1, Tritos Straboni 7 dicitur, præfuit episcopatui D. Augustinus. Fuit & hæc memorabilis Delphini manſuetudine ex hominis manu cibum capientis, 9 Plin. 8. refert Augustin. 16 *de civit* 8 in ea fuisse natum hominem, quasi lunatas habentem plantas, & in eis binos tantummodo digitos, similes 8 manus.

[44] Subitis

[45] Id est, ad præsentem usum.

[46] *Ubi*, Strab. 3, ab Anco ædificata, Romæ navale fuit.

[47] Navæ depressa quod ex ea quisque de suis rebus servaverit, sibi servar, tanquam ex incendio. *Synopf. Basil. ibid. cap.* 14. Goth. Vide Sebast. Medic. *tract. de cas. fort. p.* 1. *q.* 11. *n.* 51. Santern. *de ſtonf merc.*

p. 4. *n.* 42. Aust. 48 *l.* 2. *in fin.* ff. *eod. d. l.* 9. *in fin.* ff. *de adquir. rer. l.* 21. §. 1 ff. *de adqu. poſſeſſ. l.* 7. ff. *pro derelicto. l.* 43. §. *pen.* ff. *de furtis.* §. *ult. Inſt. de rer. diviſ.* Imo aliquando habet. 3. 43. §. *pen.* ff. *de furtis.* 49 Vide *Authenticam Navigia. C. de furtis.* 2 *Harmen.* 11. §. 19. 50 *Al.* unam rem. 51 Leges nauticas complures à Rhodiis (quorum disciplina navalis & gloria tunc maxime excellebat) Romani sumpsere. Et *Harm.* 2. *tit.* 15. testatur nauticarum omnium legum Rhodias esse vetustissimas. *Strabo* 1. maris imperium eos habuisse testatur. Idem *l.* 14. Rhodum omnibus maritimis urbibus anteponit, & Rhodiorum in maritimis legibus ὑπομίαν, & ἐπιμέλειαν, puta de architectis, instrumentis, armamentariis, Massilienſibus & Cyzicenis comparatur. Rhodi appellatione Cyclades intelliguntur. *Nov.* 41. earum enim caput erat. Claram fuisse testatur Horat. in *Odas*, id est, quod soli exposita, *Porphyr. ibid.* aut, ut apertius id exponamus, quod Rhodi (ut & Syracusis) nunquam tanta nubila obducantur, ut non aliqua hora sol cernatur, 2 Phn. 62. Fuit porro Rhodus nobilis ob studia, & in ea professores, in quibus Apollonius clarissimus dicendi magister, cujus auditores Julius Cæsar, & Cicero, teste *Plutarch. & Sueton.* 52 *Al.* ναυάγιον. *Goth.* Vid. ad hanc leg. Sellen. *mare clauſ. lib.* 1. *cap.* 25. 26. Alcinat. *lib.* 2 *diſp. cap.* 5. Aust. 53 ἐκριζωλὰς. Nec enim Scythis, Persis, & Sarmatis Antoninus imperavit, de hyperbole dixi ad *l. ult. C. de probat.*

54 Legendum est ita, Θαλάσσης, ut sit sententia, Mundi sive terræ lex, Principes ipse quidem est: lex maris, ex lege Rhodia petenda, in his, in quibus nullis ipsius principis lex contraria est. Hunc locum ita nobis exprimit *Harm.* 2. *tit.* 11. §. 1. Nautica omnia, & quæcunque in mari controversiæ incidunt, lege Rhodia decidentur, & ex præscripto legum Rhodiarum disceptantur atque judicantur, ubicunque lex alia non extiterit, quæ Rhodiis adverſetur. Sunt enim legum nauticarum omnium leges Rhodiæ vetustissimæ. 55 V. quæ notavi de Principis jure ad *Nov.* 85. & 105. Nemo quicunque reges sunt, Imperatori subsint, quæstionis est? v. Bart. ad *l.* 1. §. *ex hac.* ff. *de rei vindic.* Goth. Mundi dominus dicitur quoad protectionem & generale imperium, non quoad proprietatem rerum. v. Bronchorst. *cent.* 2. *aſſert.* 63. Tholosan. *lib.* 6 *de republica c.* 13. *n.* 14. Aust. 56 Quod & nos Galli de Romanorum jure prorsus censemus, eo sc. uti nos, quatenus ei lex Gallica non adversatur, Cujac. apud Paul. 2 *ſent* 7. 57 Hujus legis interpretationem vide apud Cujac. 4 *obſ.* 2.

58 Et è contrario natum: idem pro infante. *l.* 19. §. 7. ff. *locati.* 59 Conduxisti vehenda mancipia: mancipium unum in navi mortuum est: quæritur, num vectura debeatur? si de mancipiis vehendis inita conventio est, non debetur: si de mancipiis tantum navi imponendis, debetur: quemadmodum & si dubitetur de verbis conventionis, *ut hic. Romanus ſingulari* 555. *incipiente, Conduxi mulionem.* 60 *l.* 13. §. 1. ff. *locati.* 61 Sic enim appellatum actio ex conducto. Cujac. 3 *obſ.* 2. ex Varr. 2 *de re ruſt.* 62 Locasses. *Cujac.* 63 Remissam sibi eam pœnam. *Cujac.* 64 Cogitationis. *Cujac.* 65 Vide *l.* 2. §. 3. ff. *ſi quis cautionib.* 66 Id est, mercedem. vide *l.* 2. ff. *locati.* 67 Differentiam observa conductæ navis per aversionem, & pro numero impositarum amphorarum. 68 Aversione conducere & vendere quid, dixi ad *l.* 62. §. 2. ff. *de contrahend. emption.*

69 Id est, merces, de qua convenerit, integra debebitur, etiamsi parum aut nihil in navem conductor immiserit. *Cujac.*

TIT. III.

DE [1] INSTITORIA [2] ACTIONE.

De actionibus ei, qui institorem præposuit, aut in eum competentibus.

I. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

ÆQuum [3] Prætori visum est, sicut [4] commoda sentimus ex actu institorum, ita [5] etiam obligari nos ex contractibus ipsorum, & conveniri. † Sed non idem facit circa eum, qui institorem præposuit, ut experiri possit: sed si quidem servum proprium institorem habuit, potest esse securus, adquisitis sibi actionibus: si autem vel alienum servum, vel etiam hominem liberum, actione deficietur; ipsum tamen institorem vel dominum ejus convenire poterit, vel mandari, vel negotiorum gestorum. Marcellus autem ait, debere dari [6] actionem ei, qui institorem præposuit, in eos, qui cum eo contraxerint,

II. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

EO nomine, quo institor contraxit, si modo aliter rem suam servare non potest.

Institoris etymologia. Qui dicuntur institores.

III. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

INstitor appellatus [7] est ex eo, quod negotio gerendo instet: nec multum refert, taberнæ sit præpositus, an cuilibet [8] alii [9] negotiationi:

IV. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

CUm interdum etiam ad homines honestos adferant merces, & ibi vendant [10], [*] Nec mutat causam actionis [11] locus [12] vendendi, emendive, cum utroque modo verum sit, institorem emisse, aut vendidisse.

8. De libitinario, & pollinctore. 9. De servo pistoris vendente panem. 10. De discipulo fullonis. 11. Quibus ex causis hæc actio competit. 16. De fidejussore institoris. 17. Si decesserit is, qui præposuit. 18. Si procurator, tutor, curator præposuerit.

V. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

CUicunque [13] igitur negotio præpositus sit, institor recte appellabitur. §. 1. Nam & Servius libro primo ad Brutum ait, si quid cum insulario [14] gestum sit, vel eo, quem quis ædificio præposuit, vel frumento coëmendo, in solidum eum teneri.

§. 2. Labeo quoque scripsit, si quis [15] pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturisque [16] faciendis præposuerit, in solidum eum teneri. §. 3. Sed & si in mensa habuit quis [17] servum præpositum, nomine ejus tenebitur. §. 4. Sed etiam eos institores dicendos placuit, quibus vestiarii, vel linteарii [18], dant vestem circumferendam & distrahendam; quos vulgo *circitores* [19] appellamus. §. 5. Sed & muliones quis proprie institores appellet. §. 6. Item fullonum & sarcinatorum præpositus, tabularii quoque loco institorum habendi sunt. §. 7. Sed & si tabernarius servum suum peregre mitteret ad merces comparandas, & sibi mittendas, loco institoris habendum Labeo scripsit.

§. 8. Idem ait, si libitinarius [20], quos Græce νεκροδάπτας [21], id est, *mortuorum sepultores*, vocant, servum pollinctorem [22] habuerit, isque mortuum spoliaverit, dandam in eum quasi institoriam actionem: quamvis & furti & injuriarum actio competeret.

§. 9. Idem Labeo ait, Si quis pistor servum suum solitus fuit in certum locum mittere ad panem vendendum, deinde is pecunia accepta præsenti, *ut per dies singulos eu panem præstaret*, conturbaverit, dubitari non oportet, quin, si permisit ei ita dari summas, teneri debeat. §. 10. Sed & cum fullo peregre proficiscens rogasset, *ut discipulo suo* [23], *gratuis tabernam instructam traderet, imperaret*, post cujus profectionem vestimenta discipulus accepisset, & fugisset, fullonem non teneri, si quasi procurator fuit relictus: sin vero quasi institor, teneri eum: plane si [24] affirmaverit mihi, recte me credere operariis suis, non institoria, sed ex locato tenebitur. §. 11. Non tamen omne, quod cum institore geritur, obligat eum, qui [25] præposuit: sed [26] ita, si ejus rei gratia, cui præpositus fuerit, contractum est, id est, duntaxat ad id, ad quod eum præposuit. §. 12. Proinde si præposui *ad mercium distractionem*, tenebor nomine ejus ex empto actione. † Item si forte *ad emendum* [eum] præposuero, tenebor duntaxat ex venditio. Sed neque, si *ad emendum*, & ille vendiderit: neque, *si ad vendendum*, & ille emerit, debebit teneri. Idque Cassius probat.

§. 13. Sed si pecuniam quis crediderit institori, *ad emendas merces* præposito, locus est institoriæ. † Idemque [27], & si *ad pensionem* [28] *pro* [29] *taberna exsolvendam*: quod ita verum puto, nisi prohibitus fuit mutuari. §. 14. Si ei, quem *ad* [30] *vendendum emendumve oleum* præposui, mutuum oleum datum sit, dicendum erit institoriam locum habere. §. 15. Item si [31] institor, cum oleum vendidisset, anulum [32] arræ nomine acceperit, neque eum reddat, dominum institoria teneri: nam ejus rei, in quam præpositus est, contractum est: nisi [33] forte mandatum ei fuit, præsenti pecunia vendere. † Quare [34] si forte pignus [35] institor ob pretium acceperit, institoriæ locus erit. §. 16. Idem fidejussori [36], qui pro institore intervenerit, institoria competit: ejus enim rei sequela est. §. 17. Si [ab alio] institor sit præpositus, is tamen decesserit, qui præposuit, & heres [37] ei exstiterit, qui eodem institore utatur, sine dubio teneri eum oportebit: nec non, si aute adtam hereditatem cum eo contractum est, æquum est ignoranti dari institoriam actionem. §. 18. Sed & si procurator meus [38], tutor, curator, institorem præposuerit, dicendum erit, veluti a me præposito, dandam institoriam actionem.

VI. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SEd & in ipsum procuratorem, si [39] omnium rerum procurator est, dari debebit institoria.

Si negotiorum gestor præposuit. 1. De institore & præponente sexu, conditione, 2. Et ætate.

VII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

SEd & si quis meam rem gerens præposuerit, & ratum [40] habuero, idem erit dicendum. §. 1. Parvi [41] autem refert, quis sit institor: masculus, an fœmina; liber [42], an servus, proprius vel alienus: Item, quisquis [43] præposuit: nam & si mulier præposuit, competet institoria, exemplo [44] exercitoriæ [45] actionis: & si mulier [46] sit præposita, tenebitur etiam ipsa. † Sed & si [47] filiafamilias sit, vel ancilla præposita, competit institoria actio.

§. 2. Pupillus autem institor obligat eum, qui eum præposuit [48], institoria actione: quoniam sibi [49] imputare debet, qui eum præposuit.

VIII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

NAm [&] plerique pueros puellasque tabernis [50] præponunt.

IX. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

VErum si ipse pupillus præposuerit, si quidem tutoris auctoritate, obligabitur: si minus [51], non.

X. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

ETenus tamen dabitur in eum actio, quatenus [52] ex ea re locupletior est.

1. De præscriptione, ne contrahatur. 7. An concurrant institoria, & tributoria. 8. Si vicarius servi sui institorem fecerit, tuque cum eo contraxeris.

XI. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

SEd si pupillus heres [53] exstiterit ei, qui præposuerat, æquissimum erit, pupillum teneri, quamdiu præpositus manet: removendus [54] enim fuit a tutoribus, si nollent opera ejus uti.

§. 1. Sed & si minor viginti quinque annis erit, qui præposuit, auxilio [55] ætatis utetur non sine causæ [56] cognitione. §. 2. De quo palam [57] proscriptum fuerit, *ne cum eo contrahatur*, is præpositi loco non habetur: non enim permittendum erit cum institore contrahere: sed, si quis nolit contrahi, prohibeat: cæterum, qui præposuit, tenebitur ipsa præpositione. § 3. *Proscribere palam* [58] sic accipimus, claris [59] literis, unde de plano [60] recte legi possit, ante [61] tabernam scilicet vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed in evidenti. Literis, utrum Græcis, an Latinis? Futo secundum [62] loci conditionem: ne [63] quis causari possit ignorantiam literarum: Certe si quis dicat, ignorasse [64] se literas vel non observasse, quod propositum erat, cum multi [65] legerent, cumque palam esset propositum, non audietur. §. 4. Proscriptum [66] autem [67] perpetuo [68] esse oportet. Cæterum si [per] id temporis, quo propositum non erat, vel obscurata [69] proscriptione, contractum sit, institoria locum habebit. Proinde si dominus quidem mercis proscripsisset, alius [70] autem sustulit, aut vetustate vel pluvia, vel quo simili [71] contingit, ne proscriptum esset, vel non pareret, dicendum, eum, qui præposuit, teneri. † Sed si ipse institor decipiendi mei causa detraxit, dolus [72] ipsius præponenti nocere debet, nisi [73] particeps doli fuerit, qui contraxit. §. 5. Conditio [74] autem præpositionis servanda est: quid enim, si [75] certa lege vel interventu cujusdam personæ, vel sub pignore voluit cum eo contrahi, vel ad certam rem? Æquissimum erit, id servari, in quo præpositus est. † Item si plures habuit institores, vel cum omnibus simul contrahi volunt, vel cum uno solo; sed & si denunciavit [76] cui, ne cum eo contraheret: non debet institoria teneri: nam & certam personam possumus prohibere contrahere, vel certum genus hominum, vel negotiatorum; vel certis hominibus permittere. Sed si [77] alias cum alio contrahi vetuit, continua [78] variatione [79], danda est omnibus adversus eum actio: neque enim decipi [80] debent contrahentes.

§. 6. Sed si [81] in totum prohibuit cum eo contrahi, præpositi loco non habetur: cum magis [82] hic custodis sit loco, quam institoris.

---

1 IV C. XXXV. Paul. 2 *Sent.* 8.

2 *Synesi Basil.* 8. *tit.* 1. ab institore præpolito præpositio sic dicta, ut exercitoria a præponente, quia magistratus actionis nomen indelegans videtur, ut dixi ff. *de exercitoria.*

3 Qui præposuit institorem tabernæ, conveniri quidem potest ab iis, qui cum eo contraxerunt, *ut hic.* non autem experiri potest adversus eos, nisi proprium servum tabernæ præfecerit, *vers. sed non Idem. Synesi. d. t.* 8. c. 1. *Harmen.* lib. 2. §. 57. si vero servus alienus, aut homo liber est, habet adversus ipsum ante dominum actionem mandati, vel negotiorum gestorum *vers. si autem.* Habet & actionem in eos, qui cum tabernæ præposito contraxerunt. *vers. Marcellus.* si aliter rem suam servare non potest. *l.* 2. ff. *eod. Synesi. Basil.* 18. *tit.* 1. *cap.* 1.

4 Sicut commoda sentimus ex actu præpositi institoris, ita & incommoda sentire debemus. Et ideo qui servum, sive filium, filiamve familias, sive ancillam præposuit negotiis, vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur. Paul. 2 *sent.* 8. §. 1.

5 *l.* 149 ff. *de reg. jur.*

6 Cur ita? vide *l.* 79. ff. *de verbor. oblig. l.* 5 ff. *de pact. stipul.*

7 Institor, qui negotio instat. *l.* 18 ff. *eod.*

8 Institor, qui præest tabernæ, vel cuilibet alii negotiationi, *ut hic. & l.* 5 ff. *eod.* Cuilibet, puta insulæ, ædificio, frumento coëmendo, pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturis, mensæ, vestibus, & linteis circumferendis, mulis, fullonicæ, farciendis vestibus, stabulo, mercibus emendis, libitinæ, pani. *l.* 5 ff. §. 1. & *seq.* ff.

9 Etiamsi tabernæ alicui præpositus.

10 Adde *l.* 27. *in fin.* ff. *de petit. hered.*

11 Locus non mutat causam actionis institoriæ. adde *l.* 18 ff. *eod.* 13 Facit *l.* 16 ff. *eod.* 14 Insularius, insulæ custos. v. quæ scripsi ad *l.* 16. §. 1 ff. *de usu & habit.* 15 V. Paul. 2 *sent.* 8. §. 2. 16 Forte captivorum. 17 Argentarius &c.

18 Ita junguntur vestiarii, & linteарii, in *l.* 7 *C. de excusat. muner.* 19 Circuitores, sive Circitores, qui vestem circumferunt distrahendam. 20 Libitina, (quæ alia est a Libentina, cujus meminit Varro, 5 *de Ling.* Aug. 4 *de civit.* 8.) de dea Venere dicitur: in cujus templo vendebantur ea, quæ ad sepulturam pertinebant. v. Plut. in *Probl. Roman. n.* 23. an tu Arruntium, & Aterium, & cæteros, qui captandorum testamentorum artem profess sunt, non putas eadem habere, quæ designatores, & libitinarios, vota? Sen. 6 *de benef.* 38. Hinc Romæ Libitinensis porta. Lamprid. in *Commodo*, per quam efferebantur cadavera: quoniam lege cautum erat, ne quis in urbe sepelretur. Libitina sumitur etiam pro sepulturæ impensis: vix libitina suffecit, Liv. 40. pro arte sepelendi. hinc libitinam exercere. 5 Val. 2. libitinæ quæstus. Horat. 2 *serm.* 6. pro lecto mortuorum. Horat. 3 *Carm.* 30. Goth. Vide Cottam in memorabil. verb. *libitinarii*: & verb. *pollinctores*. Auf. 21 Κρεμέων legit *Halo.* quem Græci παρὰ. Alciat. ad *l. Maximarum. C. de excus. muner.* Glossis νεκροδάπται, vespillo, Libitinarius, νεκροκάδους, rogarius, bustuarius: alibi ἐνταφιαστὴς, Libitinarius. 22 *Vulg.* pollicitator, male. Pollinctor Nonio est, qui pollincit, lavat, & abluit corpora mortuorum, de quo v. *l.* 14. § 4 ff. *de relig.* & Tertull. *in Apologet.* mortuis parari silicernium, obbam, pollinctorem, scripsit unde pollinctorum negotiatio. Alciat. *in l. Maximarum. C. de excusat. muner.* pollinctores eos esse putat, qui in funeribus cœnas opiparas, & panes ex polline comparant, quique Polluci, & Græcis ἐνταφιαστὰς, Glossis Pollinctor, ἐνταφιαστὴς. 23 Huc refero Pauli sententiam. 2 *sent.* 8. §. *ult.* Quod cum discipulis, inquit, eorum, qui officinis vel tabernis præsunt, contractum est, in magistros vel institores tabernæ in solidum actio datur. 24 V. *l.* 12. §. 13 ff. *mand.* 25 Qui præposuit, non eorum omnium nomine tenetur, quæ ab institore contracta, sed quæ ab eo ita contracta, ut ad id pertinerent, ad quod ipse institor præpositus. *Synopf. Basil. eod.* c. 3. 26 *l.* 11. § 5 ff. *eod.* 27 Præpositio ad emendum pecunia credi potest ad pensionem tabernæ solvendam. Qui ita crediderit, institoriam actionem habet etiam adversus eum, qui præposuit, nisi prohibitus fuit mutuari. *Synopf. ibid. cap.* 3.

28 ἐνοίκιον Græcis *illo loco.* 29 Id est, pro pensione tabernæ solvenda. 30 Præposito ad vendendum & emendum oleum mutuo oleum dari potest: eoque nomine institoria actione tenebitur, qui eum præposuerit oleo vendendo & emendo. Cur ita? qui permittit emere, idem mutuum accipere quoque permisisse dicendus est. 31 Præpositus ad vendendum arram accipere seu fidem de pretio habere potest, nisi mandatum sit, ut præsenti pecunia vendereet, ut statim pretium acciperet. *Synopf. ibid.* 32 Annulus interdum dabatur arræ gratia, ut in *l.* 11. § 6. *vers. ego illud* ff. *de act. empt.* 33 Fidem de pretio habero non potest, qui jussus est præsenti pecunia vende e.

34 Ut idem jus sit in pignore dato, quod in arra data. 35 Præpositus ad vendendum, pignus ob pretium accipere potest.

36 Præpositus ad vendendum vel emendum, & fidejussor eo vendere vel pretio nomine dare potest, qui ita fidejussit ac tionem institoriam habet adversus eum qui præposuit *Synopf. ibid.*

37 *l.* 15 ff. *eod.*

38 *l.* 1. *in fin.* ff. *quod jussu.*

39 Ut *l.* 58 ff. *de procurat.*

40 Ratihabitio tantundem facit post negotium, quantum mandatum ante.

41 *l.* 1. § 16 ff. *de exercitoria.* Institoria actione tenetur is dicet, si præpositus vel præposita fuerit; & pupillus, si modo ad id fecerit auctoritate tutoris. 1 *Harmen.* 2. § 58.

42 §. 2. *in fin. Inst. quod cum eo.*

43 Quisquis ea tionem præponit. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 2. *c.* 4.

44 Institoriæ & exercitoriæ actionis similitudo.

45 *l.* 1. § 16 ff. *de exercitoria* quis tenetur is, qui servum suum magistratum navi præposuit. *Synopf. dict. cap.* 4. 46 *d.* §. 16.

47 Institoria tenetur, qui quem præposuit tabernæ, etiam filiumfamilias, ancillam, pupillum. §. 2. *l.* 8 ff. *eod. Synopf. dict. c.* 4.

48 Is autem non obligatur. *d.* §. 16. *in fine.*

49 Ut in *l.* 27. § 2 ff. *de arbitris.*

50 Procuratores eodem modo esse possunt pueri, & puellæ.

51 *d.* § 16.

52 Nota da est hæc regula, ut nec in institoria, in vendit one, *l. ult. C. de usucap. pro empt.* in indebito accepto, *l.* 12. *in fin.* ff. *de condict. indeb.* commodato, *l.* 3. *in princ.* ff. *commodati.* in solutione, *l.* 4. § 4. ff. *de fer. except.* *l.* 47 ff. *de solut.* & generaliter in quocunque contractu facto a pupillo. § *ult. circa finem. Inst quib. ex cau. non licet.* Idem in heredibus dicendum vide *l.* 7 *in fin de tribut.*

53 *l.* 17 § 2 ff. *eod.*

54 Institoria tenetur pupillus, si heres exiterit ei, qui præposuit, donec eum tutores removeant. *Synopf. ibid. c.* 14.

55 Id est, restituetur in integrum, non sine justa causa. *Synopf. ibid.* 56 Nec enim passim minoribus subveniur, sed causa cognita. *l.* 11. § 3 ff. *de minoribus.* 57 Institoria tenetur, qui præposuit, nisi proscriptione prohibuit, ne cum præposito contraheretur. *Synopf. ibid. cap.* 5 § 3. ff. *eod.* § 5. *vers. sed & si denunciavit.* ff. *eod. l.* 17 § 1. *in fin.* § *penult.* ff. *eod.* 58 Palam proscribit, qui has sequentes conditiones in proscribendo servat, qui videlicet claris literis, qui quod de plano recte legi possit, qui ante tabernam vel locum, in quo negotiatio exercetur, qui ibidem, non in loco remoto, sed evidenti, qui literis eo loco frequentius usitatis, seu idiomate eo loco usitato proscribit, *ut hic.* quippe si hæc observantur, dicere non potest is, qui contraxit, non propositas fuisse literas, aut eas se non vidisse. *Synopf. Basil. 17. tit.* 2. *cap.* 5. & *ibi Scholiastes.* 59 Claræ literæ, hic opinor, quæ non per notas scriptæ. 60 ἐξ ἐπιπέδου. *Synopf. ibid.* vide *l.* 5 § 7 ff. *commodati.* Ex antiquo ære regiæ Francorum, & incomparabilis Bibliothecæ, hæc verba citat Cujacius, *apud forum palam, unde de plano recte legi possitur, proscriptam habuerint.* & ex Josepho 19. Βίου ἐξ ἐπιπέδου κειμένης ἀναγνωσθῆναι δυνάμενον. Hæc est proponendarum legum conditio vulgaris: unde apud Suetonium *in Cæsa*, cap. 41. Caius Cæsar Caligula culpatur, quod minutissimis literis, & angustissimo loco, legem de vectigalibus proposuit, uti ne cui describere liceret. Cujac. 7 *observ.* 29. vide quæ notavi ad *l.* 13. § 10 ff. *de excusat. tut* 61 *l.* 27 ff. *de peculio.* 62 Loci consuetudo in proscriptionibus spectanda. 63 Ignorantia supina non toleratur. Supina est, id ignorare, quod propositum eo loco sit, ubi contrahas, quodque ibidem multi legunt. 64 Ignorantia an præsumatur, & toleretur, dixi ad *l.* 6. *C. quæ militare.* Sane hic scientia (quæ animi invisibilis qualitas est) signis aut conjecturis colligitur.

65 Præsumitur nemo ignorare, quod multi legunt, quodque palam propositum. At id mihi generalius, quam par sit, videtur. Turpius ita loquamur, Præsumitur nemo proscriptum id ignorasse, quod eo loco propositum est, ubi contrahas, quodque ibidem multi legerunt. vide *l.* 9. § 2 ff. *de juris & facti ignor.* 66 Proscriptio semper proposita esse debet, ac lecta facilis. Proinde si quum vetustate, vel pluvia, vel qua re alia (tumo scilicet vel pulvere) fuerit obscurata, vel ab ipso præposito fublata, contraxerit cum eo quispiam, doli minime particeps, actionem adversus eos, qui præposuerunt, habet. *Synopf. Basilic. cap.* 5. 67 Hinc & ex §. Superiori collige, quinque necessaria in hac proscriptione: ut proscriptio claris literis, quæque intelligi possit, ante locum negotiationis, de plano posita, perpetuo maneat. 68 Vide Accursium, in *l.* 2. *in fin* ff. *quibus ex caus. in possess.* 69 Idem si vetustate, pluvia vel fumo contigit, ne proscriptum esset, ff. *eod.* 70 Tertius. 71 Fumo, vel luto. 72 Dolus institoris nocet præponenti. 73 Dolus dolo compensatur, verbi gratia, emptoris cum venditore. 74 ὅρος, modus, finis, potestas, lex. *Synopf. ibid.* Conditio, in qua quis præponitur, servanda.

75 *l.* 5 § 11 ff. *eod.* 76 De eo dixi § 2 ff. *eod.* 77 Institoria actione qui præposuit institorem, tenetur, si interdum cum institore contrahi permittit, interdum prohibet: idque propter continuam variationem. *Synopf. ibid.* 78 Variationis continuæ exemplum hoc profertur a Græcis. Hodie proscribendo vetuit quis de vino cum institore contrahi, cras de oleo, hoc modo varie proscriptio mutatur. Scholiastes apud auctorem *Synopf ibid.* 79 Variatio continua in homine seu præponente institorem non ferenda. 80 Deceptio contrahentibus nocere non debet.

81 Qui cum institore in totum contrahi prohibet, non præpositus, sed custos est. nec alienare quidquam potest. *Synopf. ibid.* 82 Custodis & institoris differentia: Custos tabernæ, vendere mercem non potest: institor potest.

stitoris: Ergo nec vendere mercem hic poterit, nec modicum quid ex taberna. §. 7. Si [83] institoria recte [84] actum est, tributoria ipso jure locum non habet: neque enim potest habere locum tributoria in merce dominica: quod si non fuit institor dominicæ mercis, tributoria superest actio. §. 8. Si a servo tuo operas vicarii ejus conduxero, & eum merci meæ institorem fecero, isque tibi mercem vendiderit, emptio est: nam, cum [85] dominus à servo emit, est emptio, licet [86] non sit dominus obligatus, usque adeo, ut etiam pro emptore & possidere & usucapere [87] dominus possit.

XII. JULIANUS lib. XI Digestorum.

ET ideo utilis [88] institoria actio adversus me tibi competet: mihi vero adversus te, vel de peculio dispensatoris, si ex conducto agere velim: vel de peculio vicarii, quod ei mercem vendendam mandaverim: pretiumque quo emisti, in rem tuam versum videri poterit, eo quod debitor servi tui factus esses.

Si sæpius agatur institoria. 1. De novatione. 2. De pluribus præponentibus.

XIII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

HAbebat quis servum merci [89] oleariæ [90] præpositum Arelatæ [91]: eundem & mutuis pecuniis accipiendis: acceperat mutuam pecuniam: putans creditor ad merces eum accepisse, egit proposita [92] actione: probare non potuit [93], mercis gratia eum accepisse: Licet consumpta est actio, nec amplius agere poterit, quasi pecuniis quoque mutuis accipiendis esset præpositus, tamen Julianus utilem ei actionem competere ait. §. 1. Meminisse autem oportebit, institoria dominum ita demum teneri, si non novaverit [94] quis eam obligationem, vel ab institore, vel ab alio novandi animo, stipulando. §. 2. Si duo plureve tabernam exerceant, & servum, quem ex disparibus partibus habebant, institorem [95] præposuerint, utrum pro dominicis partibus teneantur, an pro æqualibus: an pro portione mercis, an vero in solidum, Julianus quærit? Et verius esse ait, exemplo exercitorum, & de peculio actionis, in solidum unumquemque conveniri posse: & quidquid is præstiterit, qui conventus est, societatis judicio [96], vel communi dividundo consequetur: quam sententiam & supra probavimus.

XIV. PAULUS lib. IV ad Plautium.

IDem erit, & si alienus servus communi merci præpositus sit: nam adversus utrumque [97] in solidum actio dari debet, & quod quisque præstiterit, ejus partem societatis, vel communi dividundo judicio consequetur: certe ubicunque actio societatis vel communi dividundo cessat, quemque pro parte sua condemnari oportere constat, veluti si is, cujus servo creditum est, duobus heredibus institutis, ei servo libertatem dederit: nam heredum [98] quisque pro sua parte conveniendi sunt, quia cessat inter eos communi dividundo judicium.

De tempore harum actionum. De herede.

XV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

NOvissime sciendum est, has 99 actiones perpetuo [100] dari, & in heredem [1], & heredibus.

De villico.

XVI. PAULUS lib. XXIX ad Edictum.

SI [2] cum villico [3] alicujus contractum sit, non datur in dominum actio [4]: quia villicus propter [5] fructus percipiendos, non [6] propter quæstum præponitur. Si tamen villicum distrahendis quoque mercibus præpositum habuero, non erit iniquum, exemplo [7] institoriæ actionem in me competere.

Si quis mancipiis vel jumentis, pecoribusve emendis, vendendisve præpositus sit. 1. De servo alieno præposito. 2. De morte ejus, qui præposuit. 4. De denunciatione, ne institori credatur. 5. De actione directa.

XVII. IDEM lib. XXX ad Edictum.

SI quis mancipiis vel jumentis, pecoribusve emendis vendendisque præpositus sit, non solum institoria competit adversus eum, qui præposuit, sed etiam redhibitoria vel ex stipulatu duplæ simplæve in solidum actio danda est. §. 1. Si servum Titii institorem habueris, vel tecum ex hoc Edicto, vel cum Titio ex inferioribus Edictis agere potero: sed si tu cum eo contrahi vetuisti [8], cum Titio duntaxat agi poterit. §. 2. Si impubes patri habenti institores, heres exiterit, deinde cum his contractum fuerit, dicendum est, in pupillum dari actionem, propter utilitatem promiscui usus [9]: quemadmodum ubi post mortem tutoris, cujus auctoritate institor præpositus est, cum eo contrahitur [10].

§. 3. Ejus contractus certe nomine, qui ante aditam hereditatem intercessit, etiam si furiosus heres existat, dandam [esse] actionem etiam Pomponius scripsit: non enim imputandum est ei, qui sciens [11] dominum decessisse, cum institore exercente mercem contrahat. §. 4. Proculus ait, si denunciavero tibi, *ne servo à me præposito crederes*, exceptionem dandam [12], SI ILLE ILLI NON DENUNCIAVERIT, NE ILLI SERVO CREDERET. Sed si ex eo contractu peculium habeat [13], aut in rem meam versum sit, nec velim, quo locupletior sim, solvere, replicari de dolo [malo] oportet: nam videri [14] me dolum [malum] facere, qui ex aliena jactura lucrum quæram. §. 5. Ex hac causa [15] etiam condici [16] posse verum est.

Definitio institoris.

XVIII. IDEM lib. singul. de Variis lectionibus.

INstitor [17] est, qui tabernæ, locove [18], ad emendum, vendendumve præponitur [19], quique sine loco [20] ad eundem [21] actum præponitur.

De procuratore accipiendu pecuniis præposito. 1. De manumissione institoru. 2. Si pater pro filio institore fidejusserit. 3. Quibus ex causis institoria competit.

XIX. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

IN eum, qui [22] mutuis accipiendis pecuniis procuratorem præposuit, utilis ad [23] exemplum institoriæ dabitur actio: quod æque faciendum erit & si procurator solvendo sit, qui stipulanti pecuniam promisit. §. 1. Si [24] dominus, qui servum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum negotium exercuit, varietate status [25] non mutabitur periculi causa. §. 2. Tabernæ præpositus à patre filius, mercium causa mutuam pecuniam accepit: pro eo pater fidejussit: Etiam [26] institoria ab eo petetur, cum [27] acceptæ pecuniæ speciem [28] fidejubendo negotio tabernæ miscuerit.

§. 3. Servus [29] pecuniis tantum [30] fœnerandis præpositus, per intercessionem æs alienum suscipiens, ut institorem [31], dominum in solidum jure Prætorio non adstringit: quod autem pro eo, qui pecuniam fœneravit [32], per delegationem [33] alii promisit, a domino recte petetur: cui pecuniæ creditæ contra eum, qui delegavit, actio quæsita est.

De morte præponentis.

XX. SCÆVOLA lib. V Digestorum.

LUcius Titius mensæ nummulariæ, quam exercebat, habuit libertum [34] præpositum: is Gaio Seio cavit in hæc verba: *Octavius* [35] *Terminalis, rem agens Octavii* [36] *Felicis, Domitio Felici salutem. Habes* [37] *penes mensam patroni mei denarios mille, quos denarios vobis numerare debebo pridie Kalendas Maias*: Quæsitum est, Lucio Titio defuncto sine herede, bonis ejus venditis, an ex epistola jure conveniri Terminalis possit? Respondit, nec jure his verbis obligatum, nec æquitatem conveniendi eum superesse: cum id institoris officio, ad fidem mensæ præstandam, scripsisset.

---

83 Institoria qui agit, ex contractu in merces dominicas experitur: Tributoria vero in peculio datur, non in merce dominica. Priore qui recte agit, ad aliam redire non potest. Unde notant contrarias actiones simul non oriri: sed & eum, qui priore loco, justa actione experiatur, ad inceptam recurrere non posse: qui inepta utatur, apta, ut subsidiaria, uti posse. *arg. l. 1. C. de furtis.*

84 Quia contraxerunt in merce dominica.

85 Vide *l. 5. §. 1. ff. de exercitoria.*

86 Facit *l. 4. ff. de judiciis.*

87 Usucapionem perfici ex contractu, qui jure civili non valeat, hinc colligunt.

88 *l. 19. ff. cod. l. penult. C. cod.*

89 Servos etiam præficiebant veteres mercibus, & mutuis pecuniis dandis.

90 *l. 5. §. 14. ff. eod.*

91 Arelati *Halo.* urbs ea Ἀρήλατον Straboni dicitur *lib. 3.* in quam pater Tiberii Cæsaris colonias deduxit, teste Suetonio in *Tiberio*: in eadem Constantinus magnus Synodum convocavit. Euseb. 10 *Histor. Eccles. 5.* Junius Constantinus Theatrales ludos sumptuosissime edidit anno imperii sui 30. teste Ammiano 14. Justinianus Germanis eam attribuit, ut iis adversus Gothos uteretur. Procop. 3 *de bello Got.* Plinius Coloniam Sextanorum eam vocat: quoniam ex sexta legione coloni eo deducti sunt. Reipublicæ Arelatensium meminit *lex* 34. *ff. de usufruct. legato.*

92 Institoria.

93 Agens ex certa causa non obtinet ea non probata, licet aliam probet. Pinell. ad *l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 3. n. 28. & seq.* Radelant. *de cas. Ultraject. 17. num. 20.* Gail. *de pace publica. lib. 1. cap. 13. num. 16.* E contra, agentem ex una & probantem ex alia obtinere debere tenent Surd. *decis. 284. n. 14.* Cravet. *consil. 198. n. 7.* Parlador. *rer. quotid. lib. 2. cap. 10.* Anf.

94 Vide Bartol. in *l. civitates. 27. ff. de reb. cred.*

95 Institoria contra dominum non competit, ubi prima actio novatur.

96 *l. 3. ff. de exercitoria.*

97 *l. 4. §. 1. ff. de exercitoria.*

98 *l. 15. ff. eod.*

99 Institorias & exercitorias.

100 Etiam mortuo institore vel magistro.

---

1 *l. 5. §. pen. ff. eod.* 2 Ex villici contractibus non datur in præponentem actio: est enim fructuum tantum susceptor: nisi forte permissum ei sit aliquid distrahere. *Synops. Basil. 18. tit 1. c. 9.* 3 Villicus, qui Græcis διοικητὴς χωρίου, actor fundi. *Synops. Basil. eod. c. 9.* est præpositus rationibus rusticis, fructibus percipiendis, universoque operi rustico. *l. 8. ff. de instructo. l. 31. ff. de admin. leg.* Sed Poëtæ transferunt eam appellationem ad præfectos quoslibet, ut Juvenal. ad Præfectum urbi, *Satyr. 4.* & Patavina inscriptio, ad Præfectum ærarii. v. Cuj. 10 *obs. 37.*

4 *Subaudi*, institoria. Est enim villicus alius ab institore. 5 Villicus propter fructus percipiendos præponitur, non propter quæstum. 6 Custodes castrorum fundos in emphyteusim dare non posse, ex hoc loco colligit vetus interpres Gulielmus Cuneus. 7 Cur ita? collige ex *l. 5. ff. eod.* v. *l. 19. ff. eod.* 8 V. *l. 11. §. 2. 3. ff. eod.* 9 Commerciorum. Liv. 34. 38. adde *l. 24. §. 1. ff. de minor. l. 12. §. 1. in fin. ff. de administr. tut.* 10 Hinc collige, morte ejus, qui institorem præposuit mercaturis faciendis, non finiri præpositionem, & institoris officium, sed institorem removendum esse. *l. 11. ff. eod.* Interim notandum, si tibi in hoc dederim nummos, ut Sticho crederes, & me mortuo ignorans dederis, te non eos facere accipientis. *l. pen. ff. de reb. cred.* Cur tam varie? an quod institor à dispensatore separandus sit? Qua in re tandem? quod illius negotium ad rempub. spectet, *l. 1. §. 20. ff. de exercit.* hujus autem mandatum privatæ potius accedit, quam præpositioni publicæ. v. Cujac. 8 *ad Afr.* 11 Nesciens: & ita emendandum putat Ant. Fab. 2 *conject. 11.* 12 *Subaudi*, si velis me in solidum convenire institoria. 13 Id est, in peculium vertat. 14 Dolo facit, qui aliena jactura lucrum quærit. v. *l. 14. ff. de cond. indeb.* 15 *l. 29. ff. de reb. cred.* 16 Directo. v. *l. 5. §. 1. ff. de exercitoria.* 17 Institor est, qui ad emendum vendendumve præpositus est loco alicui, vel sine loco. *Synops. Basil. cod. c. 11.* 18 Alicui, sc. alteri. 19 Quique institit. *l. 3. l. 5. ff. cod. §. 2. vers. institoria. Inst. quod cum eo.* 20 Facit *l. 4. ff. cod.* 21 Emendi, vendendi.

---

22 Ut *l. 5. l. 6. C. cod.*

23 *l. 16. in fin. ff. cod. l. 5. C. cod. l. 10. §. 5. ff. mandati.*

24 Si præpositus a me servus post libertatem quoque datam permanserit in negotiatione, institoria obligatus maneo. *Synops. ibid. cap. 12.*

25 *l. 58. §. 2. ff. pro socio.*

26 *Etiam*, dictio implicativa.

27 Institoriam actionem fidejussoria obligatio non tollit, id est, etiamsi pro filio in causa mercium paternarum contrahente, ipse fidejusserit pater, datur institoria etiam actio in patrem, non tantum ex fidejussione. Qui ita fidejubet, non tollit naturam institoriæ, seu actionem institoriam. 28 Id est, causam. 29 Atqui pro seipso fidejussisse pater videtur. *Hæres. 21. §. servo. 2. ff. de fidejuss.* Imo pro filio. *l item si. 7. §. interdum. 11. ff. ad Macedon.* 30 *l. ult. ff. quod cum eo.* 31 Ut institor. *Hal.* id est, institror non obligat dominum, nisi in id, ad quod præpositus est. *Bart.* Contrahens apposito nomine officii, in dubio contemplatione officii, non suo nomine contrahere videtur. *Bart.* Ideoque, si curator, citra fraudem, dotem nomine pupillæ, ut curator polliceatur, post æs alienum pupillæ emergens, supra vires patrimonii ejus non tenebitur, *l. 43. §. 1. ff. de adm. tut.* idem dicendum est, si eo, quem diximus, modo curator vel tutor pecuniam se foluturum cavit. vide *l. 5. in pr. & ff. ff. quando ex facto tut.* secus, si ut procurator, & proprio nomine se obligavit. *l. ferunt. 49. ff. mandati.* 32 An fœnori recepit? an potius fœnori dedit? Illud verius. 33 Fœnerandis tantum pecuniis præpositus fidejubendi pro alio mandatum habere non intelligitur: neque si fidejussoris, institoria dominum obligabit. Quid, si cum fœnori pecuniam dare vellet Titio, ab eodem delegatus fuerit Seio? recte Seius pecuniam petierit ab institoris domino: cui vicissim actio datur adversus Titium, quo delegante institor Seio pecuniam promisit. 34 Octavium Terminalem, de quo ff. 35 Prænomen patroni liberti adfumebant, *ut hic.* Octavius Terminalis libertus rem agens Octavii Felicis. 36 Qui & paulo ante Lucius Titius dictus est: ut hinc colligas, veteres interdum quadranomios fuisse. 37 Vide quæ scripsi ad *l. Lucius. 24. ff. depositi. l. 64. ff. de procurat.*

TIT. IV.

DE TRIBUTORIA [1] ACTIONE.

Utilitas edicti. 1. Mercu appellatione quid contineatur. 2. Differentia mercu peculiaru, & peculii. 3. De scientia & patientia domini. 4. Potestatis verbum quomodo accipitur. 5. De hu, qui bona fide servuint vel in quibus usumfructum habemus.

1 Sic enim legendum est, non Tributaria. §. 2. ff. *eod.* §. 3. *Inst. quod cum eo.* Cur ita appellatur? vide *l. 1. ff. eod.*

I. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

HUjus [2] quoque 3 Edicti non minima utilitas est: Ut 4 dominus, qui alioquin in servi [5] contractibus privilegium [6] habet (quippe cum de peculio duntaxat teneatur, cujus peculii æstimatio, deducto 7, quod domino debetur, fit), tamen, si scierit [8] servum peculiari merce negotiari, velut extraneus creditor, ex hoc Edicto in 9 tributum vocatur [10]. §. 1. Licet *mercu* [11] appellatio angustior sit, ut neque ad servos, fullones, vel sarcinatores, vel textores, vel venaliciarios [12] pertineat, tamen Pedius lib. XV scribit, ad omnes negotiationes porrigendum Edictum. §. 2. *Peculiarem* autem *mercem*, non [13] sicuti *peculium* accipimus: quippe peculium deducto [14], quod domino debetur, accipitur: merx peculiaris, etiamsi [15] nihil sit in peculio, dominum * juri * subjecti, porrigendum erit. §. 5. Non solum ad servos pertinebit tributoria actio, verum ad eos quoque, qui [21] nobis bona fide serviunt: sive liberi, sive servi alieni sunt, vel in quibus usumfructum habemus:

2 Qui sequitur.

3 Hic sermo ad superiores titulos refertur. *l. 1. in princ. ff. de exercit. l. 1. ff. de institor.*

4 Actione de peculio mota, deducit dominus, quod sibi debetur, siquidem ignorabat: si vero scibat servum negotiari in merce peculiari, veluti extraneus creditor, venit id in actionem (quæ tributoria διαιρετικὴ dicitur, quæ inter dominum, & eos, qui cum servo contraxerunt, pro rata locum dividit, qualiscunque sit tandem negotiatio, sive terra, sive mari, verbi gratia, si contigerit servum diversis, atque etiam domino suo debere, cogitur in medium proferre merces suas, quarum pro rata æris alieni fit divisio: nec in ulla dominus potior est, sed debitum æqualiter dividitur. *Synops. Basil. 18. tit. 2. c. 1. & ibid. Scholiastes apud auctorem Synops.* 1. *Basil. 18. tit. 1. c. 1.*

5 Vide §. 2. ff. *eod. l. 3. ff. eod.*

6 Ut sit prior, *l. 52. in pr. ff. de pecul.* 7 Peculium æstimatur deducto eo, quod domino debetur, *ut hic. & §. 2.* 8 Differt hæc actio in eo ab exercitoria. Nam in exercitoria, voluntate domini servum contrahere oportet: hic *patiente* tantum. *l. 1. §. licet. l. 6. ff. de exercit.* 9 ἀναλόγως διαιρέται τὰ φορτία. *Synops. Basil. dict. c. 1.* Tributoria actio ab institoria differt: Institoria agitur in solidum adversus eum, qui præposuit: Tributoria ad peculium. Et institoria quidem semper agitur adversus eum, qui præposuit: Tributoria vero ad merces peculiares servi, qui magnum æs alienum contraxit, quæ quidem inter creditores atque dominum merces pro rata dividit. *Scholiastes apud auctorem Synops. 1. Basil. 18. tit. 1. c. 1.*

10 Ad æquam tributionem primum vocatur: si iniquæ partitus fuerit, hac etiam actione tenebitur, quæ correctoria est iniquæ tributionis mercium peculiarium à patre vel domino factæ dolo malo inter eum & alios mercium creditores, in quibus eo sciente filiusfam. vel servus negotiabatur. Cujac. *hic* 11 Merces appellatione proprie non continentur mancipia, sed lata significatione. adde *l. Mercie. 66. & l. Mercis. 207. ff. de verb. sign.* 12 *l. 5. §. 14. ff. cod. l. 207. ff. de verbor. sign.* 13 Peculii & peculiaris mercis differentia. 14 Peculium dicitur, quod superest, eo deducto, quod domino debetur. 15 Tributoria actio locum habet, etiamsi nihil sit in peculio. *Synops. ibid. cap. 1.* 16 Scientiam in tributoria actione accipimus, non pro voluntate, sed pro patientia, quippe si dominus sciat, nec protestetur, aut contradicat, actione tributoria tenetur. *Synops. ibid.* 17 Patientia quid est? nec est velle expresse, sed non nolle, non protestari, aut contradicere. 18 Nolle est scienter & palam refragari. Velle ei contrarium: non nolle, medium est, & patientiam denotat, & factum tacendo comprobare. vide quæ notavi ad *l. 4. ff. de reg. jur.*

19 *l. 215. ff. de verb. sign.* 20 Tributoria actio competit de quovis, qui juris alieni est, bonaque fide servit, *ut hic.* tam libero, quam servo alieno, & in quo usumfructum habemus, §. 5. *ff. eod.* si tamen peculiaris merx, qua negotiatur, ad rem pertineat. *l. 2. ff. eod. Synops. Basil. ibid.*

21 *l. 1. in fin. ff. de peculio.* 22 *Al.* in qua. 23 Vide *l. 11. §. ult. ff. de peculio*

tletur, * dolum quidem tutoris vel curatoris nocere pupillo [24] vel furioso non debere puto: nec tamen lucrosum esse debere: Et ideo hactenus cum ex dolo tutoris tributoria teneri, si quid ad eum pervenerit. Idem & in furioso puto: quamvis Pomponius lib. VIII [25] Epistolarum, si solvendo tutor sit, ex dolo ejus pupillum teneri sui ipsi. Et sane hactenus tenebitur, ut actionem, quam contra tutorem habeat, præstet. §. 2. Sed & si ipsius pupilli dolo factum sit, si ejus ætatis [26] sit, ut doli capax sit, efficere, ut teneatur: quamvis scientia ejus non [27] sufficiat ad negotiationem. Quid ergo est? Scientia quidem tutoris & curatoris debet facere locum huic actioni: dolus autem, quatenus noceat, ostendi [28].

IV. Paulus lib. XXX ad Edictum.

SI pupillus, cujus tutor scierit, pubes factus vel furiosus, sanæ mentis [29], dolo admittant [30], tenentur ex hoc Edicto.

De scientia & dolo procuratoris. 1. *De servo vicario.* 2. *De ancilla.* 3. *De institore servi.* 4. *De merce, & eo, quod est extra mercem.* 6. *Quæ vocantur in tributum.* 7. *De causa, ex qua domino debetur.* 8. *De merce pignerata.* 9. *Si domino vel eu debeatur, qui sunt in ejus potestate.* 10. *De pluribus dominis.* 11. *De peculio, & merce, & præter mercu.* 13. *De instrumento tabernæ, & cæteris, quæ servus habet extra peculium.* 14. *De nominibus.* 15. *De pluribus creditoribus separatis.* 16. *De duabus tabernis ejusdem negotiationis.* 17. *Qui sunt potiores vel non.* 19. *De tribuendo pro rata, si unus agat tributoria.*

V. Ulpianus lib. XXIX ad Edictum.

PRocuratoris [31] autem scientiam & dolum nocere debere domino, neque Pomponius dubitat, nec nos dubitamus.

§. 1. Si vicarius servi mei negotietur, si quidem me sciente, tributoria tenebor: si me ignorante, ordinario sciente, de peculio ejus actionem dandam, Pomponius libro sexagesimo scripsit: nec deducendum [32] ex vicarii peculio, quod ordinario debetur: cum id, quod mihi debetur, deducatur. † Sed si uterque scierimus, & tributoriam & de peculio actionem competere ait: tributoriam, vicarii nomine: de peculio vero, ordinarii: eligere tamen debere agentem, qua potius actione experiatur: sic tamen, ut utrumque tribuatur, & quod mihi & quod servo debetur: cum, si servus ordinarius ignorasset, deduceretur integrum, quod ei à vicario debetur. §. 2. Sed & si ancilla [33] negotiabitur, admittendam tributoriam dicimus. §. 3. Item parvi refert, cum ipso servo contrahatur, an cum institore ejus. §. 4. Mercis [34] nomine merito adjicitur [35], ne [36] omnis negotiatio cum eo facta tributoriam inducat. §. 5. Per hanc actionem tribui jubetur, quod [37] ex ea merce, & quod eo nomine receptum est.

§. 6. In [38] tributum autem vocantur, qui in potestate habent, cum creditoribus mercis. §. 7. Sed est quæstirum, dominus utrum ita demum partietur ex merce, si quid ei mercis nomine debeatur, an vero & si ex alia causa? Et Labeo ait, ex quacunque causa [39] ei debeatur: parvique referre, ante mercem, an postea ei debere quid servus cœperit: sufficere enim, quod privilegium deductionis perdidit. §. 8. Quid, tamen si qui contrahebant, ipsam mercem pignori acceperint? Puto debere dici præferendos [40] domino jure pignoris. §. 9. Sive autem domino, sive his, qui in potestate ejus sunt, debeatur, utique erit tribuendum.

§. 10. Sed si duo plurésve domini sint, utique omnibus tribuetur pro rata debiti sui. §. 11. Non [41] autem totum peculium venit in tributum: sed [42] id duntaxat, quod ex ea merce est, sive merces manent, sive pretium earum receptum, conversumve est in peculium. §. 12. Sed & si adhuc debeatur mercis nomine à quibusdam, quibus solebat servus distrahere, hoc quoque tribuetur, prout fuerit receptum. §. 13. Si præter mercem servus iste in taberna [43] habeat instrumentum, an hoc quoque tribuatur? Et Labeo ait, & hoc tribui, & est æquissimum: plerumque enim hic apparatus [44] ex merce est: imo semper [45]. Cætera tamen, quæ extra hæc in peculium habuit, non tribuentur: ut puta argentum habuit vel aurum: nisi si hæc ex merce comparavit. §. 14. Item si [46] mancipia in negotiatione habuit ex merce parata, etiam hæc tribuentur. §. 15. Si plures habuit servus [47] creditores, sed quosdam in mercibus certis [48], an omnes in iisdem confundendi erunt [49], & omnes in tributum vocandi: utputa, duas negotiationes exercebat, puta sagariam [50], & linteariam, & separatos habuit creditores? Puto, separatim eos in tributum vocari: unusquisque enim eorum merci magis, quam ipsi, credidit. §. 16. Sed si [51] duas tabernas ejusdem negotiationis exercuit, & ego fui tabernæ (verbi gratia) quam ad Hucinum [52] habuit, ratiocinator: alius ejus, quam trans Tiberim, æquissimum puto, separatim [53] tributionem faciendam: ne ex alterius re merceve alii indemnes fiant, alii damnum sentiant. §. 17. Plane, si in eadem [54] taberna merces deferebantur, licet hæ, quæ existent, ex [55] unius creditoris pecunia sint comparatæ, dicendum erit, omnes in tributum venire, nisi fuerint creditori pigneratæ. §. 18. Sed si dedi mercem meam vendendam, & exstat, videamus, ne iniquum sit, in tributum me vocari? Et si quidem in creditum ei abii, tributio locum habebit: enimvero si non abii, quia res venditæ non alias desinunt esse meæ, quamvis vendidero, nisi [56] ære soluto vel fidejussore dato, vel alias satisfacto, dicendum erit, vindicare [57] me posse.

§. 19. Tributio autem fit pro [58] rata ejus, quod cuique debeatur: & ideo, si unus creditor veniat desideratus tribui integram portionem, consequitur: sed quoniam fieri potest, ut alius quoque vel alii existere possint mercis peculiaris creditores, cavere [59] debet creditor iste, *pro rata se restituturum, si forte alii emerserint creditores.*

VI. Paulus lib. XXV ad Edictum.

NOn [60] enim hæc actio, sicut de peculio, occupantis [61] meliorem causam facit, sed æqualem [62] conditionem quandoque agentium.

1. *Si dominus tribuere nolit.* 2. *Si minus tributum sit.* 3. *Si dominus mercem perire passus est, aut avertit, aut vilius distraxit, aut pretium non exegit.* 4. *Si negaverit cuiquam deberi.* 5. *De tempore hujus actionis. De successoribus.*

VII. Ulpianus lib. XXIX ad Edictum.

ILlud quoque cavere debet, *si quid aliud domini debitum emerserit, restiturum se ei pro rata.* Finge enim conditionale debitum imminere vel in occulto esse; hoc quoque admittendum est: nam injuriam dominus pati non debet, licet in tributum vocatur.

§. 1. Quid tamen, si [63] dominus tribuere nolit, nec hanc molestiam suscipere: sed peculio vel mercibus cedere paratus sit? Pedius refert, audiendum eum: Quæ sententia habet æquitatem: & plerumque arbitrum in hanc rem Prætor debebit dare, cujus interventu tribuantur merces peculiares. §. 2. Si cujus dolo malo factum est, quo minus ita tribueretur, in eum tributoria [64] datur, ut quanto minus tributum sit, quam debuerit, præstet: quæ actio dolum malum coërcet domini. † *Minus* [65] autem *tribuere* videtur, etiam si nihil tributum sit. † Si tamen ignorans in merce servum habere, minus tribuit, non videtur dolo minus tribuisse, sed [66] re comperta si non tribuat, dolo [nunc] non caret: proinde si sibi ex ea merce solvi fecit, utique dolo videtur minus tribuisse.

§. 3. Sed & si mercem perire passus est, aut eam avertit, aut vilioris data opera distraxit, vel si ab emptoribus pretium non exegerit, dicendum erit, teneri eum tributoria, si dolus intervenit.

§. 4. Sed etsi negaverit dominus cuiquam deberi, videndum erit, an tributoriæ locus sit? Et est verior Labeonis sententia, tributoriam locum habere: alioquin expediet domino negare [67].

§. 5. Hæc actio & perpetuo [68] & in heredem datur, de [69] eo duntaxat, quod ad eum pervenit.

VIII. Julianus lib. XI Digestorum.

QUia [70] non de [71] dolo est, sed rei persecutionem continet: Quare etiam mortuo servo dominus, item heres ejus, perpetuo teneri debebit, propter factum defuncti: quamvis non aliter, quam dolo interveniente, competat.

De concursu actionis de peculio & tributoriæ. De herede.

IX. Ulpianus lib. XXIX ad Edictum.

QUod in herede dicimus, idem erit & in cæteris successoribus. §. 1. Eligere [72] quis debet, qua actione experiatur, utrum de peculio, an tributoria: cum scit [73] sibi regressum ad aliam non futurum [74]. Plane, si quis velit ex alia causa tributoria agere, ex alia causa de peculio: audiendus erit. §. 2. Si [75] servo testamento manumisso peculium legatum sit, non debere heredem tributoria teneri, quasi neque ad eum pervenerit, neque dolo fecerit, Labeo ait: Sed Pomponius lib. LX scripsit, heredem, nisi curaverit caveri sibi a servo vel deduxit à peculio, quod tribuendum erat, teneri tributoria: Quæ sententia non est sine ratione: ipse enim auctor doli est, qui [id] egit, ne tribueret: Totiens [76] enim in heredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur, non quotiens ex suo.

De emptore servi.

X. Paulus lib. XXX ad Edictum.

DE peculio actione etiam [77] cum emptore servi agi potest, tributoria non potest.

Collatio actionis de peculio & tributoriæ.

XI. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

ALiquando [78] etiam agentibus expedit potius [79] de peculio agere, quam tributoria: nam in [hac] actione, de qua loquimur, hoc [80] solum in divisionem venit, quod in mercibus est, quibus negotiatur: quodque eo nomine receptum est: at in actione de peculio totius peculii quantitas spectatur, in quo & merces continentur, & fieri potest, ut dimidia forte parte peculii, aut tertia vel etiam minore negotietur: fieri præterea potest, ut patri, domineve nihil debeat.

Si quis ab uno de peculio, ab alio tributoria, conveniatur.

XII. Julianus lib. XII Digestorum.

ALius duntaxat de peculio, alius tributoria, servi nomine cum domino agit: Quæsitum est, an deducere dominus de peculio debeat, quod Tributoria agenti præstaturus sit? Respondit, Tributoria actione tunc demum agi potest, cum [81] dominus, in distribuendo pretio mercis, Edicto Prætoris non satisfecit, id est, cum majorem partem debiti sui deduxit, quam creditoribus tribuit, veluti si cum in merce triginta fuisset, in quam ipse quidem quindecim crediderat, duo autem extranei triginta, tota quindecim deduxerit, & creditoribus reliqua quindecim dederit, cum deberet sola decem deducere, extraneis dena tribuere: cum igitur hoc fecit, nec intelligendus est servum à se liberasse: eo quod quinque adhuc nomine ejus tributoria actione præstaturus sit: Quare si agi de peculio cœperit, cum forte extra mercem peculium esset, quinque tanquam adhuc creditor servi deducere debebit.

---

24 Vide *l.* 3. *§. quando ex facto tut.*

25 Vide *l.* 60. *l.* 61. *§. de admin. tut.* quæ sunt ex eodem libro.

26 Vide *l.* 2. *§. ult. §. si ab ea. rapt.*

27 Vide *l.* 110. *§.* 1. *§. de reg. jur.*

28 Debet fc. ab eo, qui dolo dicit factum esse. *l.* 18. *§.* 1. *§. de probat.*

29 Factus fc.

30 De malitia & dolo pupillorum supplente ætatis defectum, quatenus in contractibus & delictis considerentur, vide *cap. de illis. §. de pœnis. cumpub.* Cravett. *cons.* 936. *num.* 11. & *consil.* 335. *num.* 53. Ansl.

31 Generalis, *l.* 58. *§. de procur.* cui omnium rerum administratio data est, *l. ult. in fin. l.* 6. *§. de institoria.* alias, si talis non sit procurator, dolus ejus minime nocebit. *l.* 4. *§.* 18. *in fi. de doli except.*

32 Imo deducendum est. *l.* 17. *in fin. §. de peculio.*

33 Vide *l.* 7. *§.* 1. *l.* 8. *§. de institor.* *l.* 27. *§. de pecul.*

34 Tributoriam actionem inducit non omnis contractus, sed is, qui mercis nomine initur. *Synopf. cod. c.* 9.

35 *l.* 1. *§.* 1. *§. eod.*

36 Vide *l.* 1. *§.* 2. *§. eod.*

37 Tributoria actione tribuitur, quod ex mercibus & quod eo nomine servus habet. *Synopf. ibid.*

38 Μερίζεται. Partitur ex merce is, qui habet in potestate contrahentem, cum creditoribus, *ut hic.* sive mercis nomine debeatur, sive quacunque alia ex causa, sive tam ipsi domino, quam aliis, qui in ejus potestate sunt, deberi cœperit, antequam negotiaretur [18], qui est in potestate, sive postea. *§.* 7. *§.* 9. *§.* 10. *§. eod.* quod si merces ex traneis oppignoratæ sint, domino præferuntur. *§.* 8. *§. eod. Synopf. ibid.*

39 Sive ex contractu, sive ex rationum libris, sive ex delicto. *l.* 9 *§.* 6. *§. de peculio.*

40 Creditorem, qui semen ad fœminandum dedit, aliis etiam anterioribus creditoribus præferri hinc colligunt, cum sit causa fructum percipiendorum. Petr. de Ferrariis, *in forma libelli. §. sub ea. verf. quid autem.*

41 Non totum peculium, sed quidquid ex merce est, tributur: tum, quod ex ea receptum est, quodque comparatum est ex ea peculium, quæque sunt in taberna instrumenta. Hæc enim semper domini esse creduntur, *ut hic.* §. 11. 12. 13. 14. *Synopf. ibid.*

42 §. 5. §. *eod.* §. 13. §. *eod. l.* 11. §. *eod.*

43 *Al.* in tabernam.

44 V. *l.* 12. §. *de instructo.*

45 Dixit paulo ante *plerunque*, nunc mutata oratione dicit *semper.*

46 *l.* 1. §. 1. §. *eod.*

47 Cujus nomine dominus tributoria convenitur.

48 Et quoddam in aliis.

49 Ut omnes simul merces contribuant.

50 Hinc sagaria communio, *l.* 52. §. 4. §. *pro socio* sagarius, sagorum venditor.

51 Duas si quis negotiationes exercet, vel in diversis locis tabernas habet, quarum diversi sunt ratiocinatores, ac separatim earum nomine mutuum sumit: alterius negotiationis aut tabernæ creditores in tributionem mercium alterius non vocantur, *ut hic.* si in eandem tabernam omnia deferantur, vocantur omnes: etiamsi videantur ex unius pecunia omnia comparata, nisi forte pignorata illi fuerunt. §. 17. §. *eod.* Quod si mercium vendendarum nomine dedi, siquidem dominium transtuli, vocantur in tributum omnes: sin minus, non tribuuntur: sed ego eas vindico, quippe res venditoris esse non desinunt, nisi vel pretium, vel satisfationem, vel fidejussorem acceperit, *ut hic. Synopf. ibid.*

52 Buccinum. *Hal.* quod magis placet, nam Publius Victor in quarta urbis Romæ regione, Buccinam aureum, vel Buccinum aureum collocat.

53 Separata conjungi non oportet. *Accurf.*

54 *Al.* eandem tabernam.

55 Meum statim non est, quod ex mea pecunia comparatum est, *l.* 1. *C. si quis sibi, vel alteri.* nisi sim miles. *l.* 8. *C. de rei vind.* Quid, si pupilli, vel minoris pecunia res comparata est? v. *l.* 52. *verf. plane. §. de pecul. l.* 88. §. *de solut. l.* 3. *C. arbitr. tutel. l.* 2. *C. quando ex facto tut.* Quid, si pecunia Ecclesiæ res empta sit? vide *l.* 32. *C. de Epise.* Quid, si pecunia uxoris? v. *l.* 12. *C. de jure dotium. l. ult C. de servo pignori dato manum. l.* 54. §. *de jure dotium.* Quid, si pecuniam apud mensam argentarii vel mei fabri fab fide publica deposui, & ea pecunia rem tibi emeris? v. *l.* 24. §. 2. §. *de reb. auct. judicis.* v. etiam quæ notavi ad *l.* 48. *in fin. §. de furtis.*

56 §. 41. *Inst. de rer. divis.*

57 Vide quæ notavi ad *l.* 24. §. 2. *in fin. §. de reb. auctor. jud.*

58 *l.* 7. §. 2. §. *eod.* §. 3. §. 5. *verf. is quoque. Inst. quod cum eo.*

59 Adde *l.* 57. *in fin. §. de petit. hered.*

60 Tributoria & de peculio actionis differentia.

61 Occupantis non semper melior est conditio. *l.* 109. *l.* 152. §. *de peculio.*

62 Cur æqualem? An quia merces videntur credidisse, non perſonæ?

63 Cedere bonis posse eum etiam, qui solvendo sit, hinc colligunt: hac admirum ratione, ne in bonis suis dividendis laborem infumere cogatur. Quod ut falsum, merito rejiciendum est. Est enim cessionis beneficium inductum in subsidium, & inopia tantum bono. *l. cum & plusquam 7. C. qui bonis cedere.*

64 §. *pen.* §. *cod. l.* 1. *in fin.* §. *cod. l.* 10. *l.* 12 §. *cod. l.* 1 §. *tit. prox.* §. 3. *Inst. quod cum eo.* non tributoria, ut in Epigraphe Florentina hujus tituli. *Goth.* Vide Ant. Augustin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 6. & Zeraphin. *de servoleg. juram. c.* 10. *n.* 16. Ansl.

65 Minus etiam facit, qui nihil facit: atque ita comparativus non semper facit comparationem, *l.* 12. *in fin. l.* 32. *l.* Sa. *l.* 117. §. *de verb. signif.* unde notant pœnam committendam ei, qui ex duobus minus cucurrerit, præstari etiam ab eo, qui omnimodo non cucurrerit.

66 *l.* 13. §. *depositi.*

67 Negatione melioris conditionis quem fieri hinc notant: sane interdum qui negat, deterioris est conditionis, & à lege punitur. *l* 10. §. 1. §. *de fidejuss. l. cum de indebito.* 25. §. *de prob. Auth. Contra qui propr. C. de non numerata.*

68 Tributoria actione perpetuo dominus tenetur, *ut hic.* actione vero de peculio, intra annum. *Scholiastes apud auctorem Synopf. Basilic.* 18. *tit.* 2. *c.* 3.

69 *l.* 26 §. *de dolo.*

70 Doli actio perpetuo non datur.

71 Est tamen propter dolum. *Cast.*

72 Electionem creditor habet, utrum actione de peculio, an tributoria, velit experiri. Regredi quidem ad alteram non potest: diversis autem ex causis utraque potest agere. *Synopf. Basil. l.* 18. *tit* 2. *c.* 3. vel ita: Quoties actiones plures eligere: qua electa ad alteram redire non potest: secus, si ex diversis competant. Electionem actori nonnunquam competere hinc etiam colligunt. *l. est in arbitrio.* 14. *C. de oblig.* dixi *l.* 2. §. 3. §. *de eo quod certo loco.*

73 Vide *l.* 6. §. *de except. rei jud.*

74 Nisi contrarium antea fuerit protestatus, *l.* 1. §. 4. §. *quod legatorum.* nisi errore fuerit deceptus. *l.* 4. *in fin.* §. *tit. prox.*

75 Heres ex dolo proprio, vero, vel præsumpto, tenetur, etiamsi nihil ad eum pervenit, vel apud eum reperiatur: ex dolo defuncti non convenitur, nisi quatenus ad eum pervenit.

76 Vid. *l.* 44 §. *de reg. jur.*

77 *l.* 32. §. *pen. §. de peculio.*

78 Tributoria actione interdum expedit agere potius, quam actione de peculio: & e contra. Nam in tributoriam merces negotiationis veniunt, & quod ex iis receptum est. At in actionem de peculio, totum peculium pariter, & merx: atque etiam usfurenire potest, ut patri dominove nihil debeant. *Synopf. Basil. ibid. c.* 4. §. 5. *verf. si quoque. Inst. quod cum eo.*

79 §. 5. *verf. rursus. Inst. quod cum eo, qui in aliena.*

80 *l.* 5. §. 11 §. *eod.*

81 *l* 7 §. 2. §. *eod.* nec enim scientia sola huic actioni dominum subjicit, sed dolus, id est, iniqua divisio. *l.* 3. §. *pen. & ult. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. §. *eod. l.* 3. §. *quando ex facto tutoris.*

TIT. V.

QUOD [1] CUM EO, QUI IN ALIENA [2] POTESTATE [3] EST, [NEGOTIUM] GESTUM [4] ESSE DICETUR.

Actiones competentes ex contractibus eorum, qui in aliena potestate sunt.

1. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

OMnia Proconsul [5] agit, ut, qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate sit, etiamsi deficient superiores actiones (id est, exercitoria, institoria, tributoriave), nihilominus tamen, in quantum ex bono & æquo res patitur, suum consequatur:

1 IV C. XXVI. & 4 *Inst.* 7.

2 Patris vel domini: est enim hic Titulus generalis ad utrosque *l. penult. & ult.* §. *cod.*

3 Vide *l.* 215. §. *de verbor. signif.*

4 Id est, contractum.

5 Cur *Proconsul?* sumpta hæc est lex ex Gaii libris ad edictum provinciale.

tur: sive [6] enim *jussu* ejus, cujus in potestate sit, negotium gestum fuerit, in solidum eo nomine judicium pollicetur: sive non jussu, sed tamen in *rem* ejus *versum* fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem ejus versum fuerit: sive neutrum eorum sit, *de peculio* actionem constituit.

Edictum. 1. *De filio citra emancipationem sui juris effecto, vel in adoptionem dato, vel ex minima parte instituto.*

II. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

AIT Prætor, IN FUM, QUI EMANCIPATUS[7], AUT EX HEREDATUS[8] ERIT, QUIVE[9] ABSTINUIT SE HEREDITATE EJUS, CUJUS IN POTESTATE, CUM MORITUR, FUERIT, EJUS[10] REI NOMINE, QUÆ CUM EO CONTRACTA ERIT, CUM [IS] IN POTESTATE ESSET, SIVE SUA VOLUNTATE, SIVE JUSSU EJUS, IN CUJUS POTESTATE ERIT, CONTRAXERIT, SIVE IN PECULIUM IPSIUS, SIVE IN PATRIMONIUM EJUS, CUJUS IN POTESTATE FUERIT, EA RES REDACTA FUERIT, ACTIONEM, CAUSA COGNITA, DABO[11] IN QUOD FACERE POTEST. §. 1. Sed & si citra[12] emancipationem sui juris factus sit, vel in adoptionem datus, deinde pater naturalis[13] decesserit: item, si quis ex minima[14] parte sit institutus, æquissimum est, causa cognita etiam in hunc dari actionem in id, quod facere potest.

An in hac actione detrahi debeat, quod debetur alii, vel postea contrahentibus non alii. Bart.

III. IDEM lib. III Disputationum.

SEd an hic detrahi debeat, quod aliis debetur, tractari potest? Et si quidem sint creditores, qui, cum esset alienæ potestatis, cum eo contraxerunt, recte dicetur, occupantis [15] meliorem esse conditionem: nisi si quis privilegiarius veniat: hujus enim non sine ratione prioris ratio habebitur. Quod si qui sint, qui, posteaquam sui juris factus est, cum eo contraxerunt, puto horum rationem habendam.

De filio ex parte non modica instituto. 1. *De eo, qui patremfamilias se mentitus est.* 2. *De delicto.* 3. *De herede filii.* 4. *Si ex continenti vel post multos annos agatur.* 5. *Si is, qui de peculio egit, quod jussu agere velit.*

IV. IDEM lib. XXIX ad Edictum.

SEd si ex parte [16] non modica sit heres scriptus filius, in arbitrio est creditoris, utrum pro portione hereditaria, an in solidum eum conveniat. Sed & hic judex æstimare debet, ne forte in id, quod facere potest, debeat conveniri. §. 1. Interdum autem, & si exheredatus filius vel emancipatus sit, in solidum actio adversus eum dabitur: utputa, si [17] patremfamilias se mentitus [18] est, cum contraheretur cum eo: nam libro secundo Digestorum Marcellus scripsit, etiamsi facere non possit, conveniendum propter mendacium [19]. §. 2. Quamquam autem ex contractu in id, quod facere potest, actio in eum datur, tamen ex delictis [20] in solidum convenietur. §. 3. Soli autem filio succurritur, non [21] etiam heredi [22] ejus: nam [&] Papinianus lib. IX Quæstionum scribit, in heredem filii in solidum [23] dandam actionem. §. 4. Sed an etiam temporis haberi debeat ratio, ut si [24] quidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id, quod facere potest: sin vero post multos annos, non debeat indulgeri? Et mihi videtur rationem habendam esse: in hoc enim causæ cognitio vertitur.

§. 5. Is, qui de peculio egit, cum posset quod jussu, in ea causa est, ne [25] possit quod jussu postea agere. Et ita Proculus existimat. Sed si deceptus de peculio egit [26], putat Celsus succurrendum ei: quæ sententia habet rationem.

Si filiusfam. vivo patre condemnatus fuerit. 1. *Si fideicommissum acceperit,* 2. *Aut restituerit.*

V. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SI filiusfamilias, vivo patre, conventus & condemnatus sit; in emancipatum, vel exheredatum, postea judicati [27] actio in id, quod facere potest, danda est. §. 1. Si filio exheredato, ex Senatusconsulto Trebelliano hereditas patris restituta [28] sit, non debebit in quantum facere potest, sed in solidum condemnari: quia effectu [29] quodammodo heres est. §. 2. Sed si coactus [30] immiscuerit se, ut restituat hereditatem, perinde observandum, ac si se abstinuisset.

De eo, qui se patremfam. simulavit.

VI. ULPIANUS lib. II Disputationum.

EUm, qui se patremfamilias simulavit [31], & mandante aliquo stipulatus est, mandati teneri, Marcellus scripsit, quamvis rem præstare non possit: & sane verum est, teneri eum debere, quia dolo fecit. Hoc & in omnibus bonæ fidei judiciis dicendum erit.

Si pater filio permiserit, ut mutuam pecuniam acciperet, & creditori mandavit, ut ei crederet.

VII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

PAter filio permisit mutuam pecuniam accipere: & per epistolam creditori mandavit [32], *ut ea crederet*: filius ex minima parte [33] patri heres exstitit: Respondi, esse in potestate creditoris, utrum filium, cui credidisset, in solidum [34], an heredes, pro qua parte quisque successisset, mallet convenire, sed filius condemnatur in quantum facere potest.

Si dispensator pro emptore debitum susceperit.

VIII. PAULUS lib. I Decretorum.

TItianus primus præposuerat [35] servum mutuis pecuniis dandis, & pignoribus accipiendis: is servus etiam negotiatoribus hordei solebat pro emptore susceipere debitum, & solvere: cum fugisset servus, & is, cui delegatus fuerat dare pretium hordei, convenire dominum nomine institoris, negabat, eo nomine se conveniri posse: quia [36] non in eam rem præpositus fuisset: cum autem & alia quædam gessisse, & horrea conduxisse, & multis solvisse idem servus probaretur, Prætectus annonæ contra dominum dederat sententiam: Dicebamus, quasi [37] fidejussionem * esse * videri, cum pro alio solveret debitum [non pro aliis suscipit debitum]: non solere autem ex ea causa in dominum dari actionem: nec videtur [38] hoc dominum mandasse: sed quia [39] videbatur in omnibus eum suo nomine substituisse, sententiam conservavit [40] Imperator.

aut alium in omnibus suo nomine substituit, de ejus contractibus tenetur. *Hal.* sed Florentinum lectionem defendit Cujac. 17 *obs. 20. in fin.*

TIT. VI.

DE [1] SENATUSCONSULTO [2] MACEDONIANO [3].

Senatusconsulti verba. 1. *Si pendeat jus potestatis.* 2. *De emancipatione arrogatis.* 3. *De dignitate filiusfam. De castrensi peculio.*

I. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

VErba Senatusconsulti Macedoniani hæc sunt: CUM [4] INTER CÆTERAS SCELERIS CAUSAS MACEDO, QUAS ILLI NATURA[5] ADMINISTRABAT[6], ETIAM ÆS ALIENUM ADHIBUISSET, ET SÆPE MATERIAM PECCANDI MALIS MORIBUS PRÆSTARET, QUI PECUNIAM (NE QUID AMPLIUS DICERETUR) INCERTIS[7] NOMINIBUS CREDERET. PLACERE[8], NE CUI, QUI FILIOFAMILIAS[9] MUTUAM PECUNIAM [10] DEDISSET, ETIAM [11] POST MORTEM PARENTIS EJUS, CUJUS IN POTESTATE FUISSET, ACTIO PETITIOQUE DARETUR: UT SCIRENT [12], QUI PESSIMO EXEMPLO [13] FŒNERARENT, NULLIUS POSSE FILIIFAMILIAS BONUM [14] NOMEN [15] EXPECTATA PATRIS MORTE FIERI. §. 1. Si pendeat, an sit in potestate *filius*, utputa quoniam patrem apud hostes habet, in pendenti [16] est, an in Senatusconsultum sit commissum: nam si reciderit in potestatem, Senatusconsulto locus est: si minus, cessat: interim igitur deneganda est actio. §. 2. Certe [17], si adrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde sit restitutus, ut emanciparetur, Senatusconsultum locum habebit: fuit enim filiusfamilias. §. 3. In filiofamilias nihil [18] dignitas [19] facit, quo minus Senatusconsultum Macedonianum locum habeat: nam etiamsi Consul sit [20], vel cujusvis dignitatis, Senatusconsulto locus est: nisi forte castrense [21] peculium habeat, tunc enim Senatusconsultum cessabit.

II. IDEM lib. LXIV ad Edictum.

VSque ad quantitatem castrensis peculii: cum * filiifamilias in [22] castrensi peculio vice patrumfamiliarum fungantur [23].

De filiofamilias, qui paterfamilias existimabatur. 1. *Puta, quæ vectigalia conducta habebat.* 2. *Si minor, vel pupillus, vel filiusfam. se credidit.* 3. *De mutuo, & aliis contractibus.* 4. *Si quis a filiofamilias stipulatur, & patrisfamilias facto numeret.*

III. IDEM lib. XXIX ad Edictum.

SI quis patremfamilias esse credidit [24], non vana simplicitate deceptus, nec juris ignorantia, sed quia publice [25] paterfamilias plerisque [26] videbatur, sic agebat, sic contrahebat, sic [27] muneribus fungebatur: cessabit Senatusconsultum. §. 1. Unde Julianus lib. XII in eo, qui vectigalia conducta habebat, scribit, & est sæpe constitutum, cessare Senatusconsultum. §. 2. Proinde & in eo, qui scire non potuit, *an * filiusfamilias sit, Julianus lib. XII cessare Senatusconsultum ait: utputa [28] in pupillo vel minore [29] vigintiquinque annis. Sed [30] in minore, causa [31] cognita, & à Prætore succurrendum. In pupillo autem etiam alia ratione debuit dicere cessare Senatusconsultum: quod * mutua pecunia non fit, quam sine tutoris auctoritate pupillus dat: quemadmodum ipse dicit Julianus lib. XII: Si filiusfamilias crediderit [32], cessare Senatusconsultum: quod mutua pecunia non fit, quamvis liberam peculii administrationem habuit: non [33] enim perdere [34] ei peculium pater concedit, cum peculii administrationem permittit: & ideo vindicationem nummorum patri superesse ait. §. 3. Is autem solus [35] Senatusconsultum offendit, qui *mutuam pecuniam filiofamilias dedit*: non [36] qui alias contraxit, puta vendidit, locavit, vel alio modo contraxit [37]: nam pecuniæ datio pernicioſa parentibus eorum visa est: & ideo etsi in creditum abii filiofamilias [38], vel ex causa emptionis, vel ex alio contractu, in quo pecuniam non numeravi, & [si] stipulatus sim, licet cœperit esse mutua pecunia, tamen quia pecuniæ numeratio non concurrit, cessat Senatusconsultum. Quod ita demum erit dicendum, si non fraus [39] Senatusconsulto sit cogitata: ut [40], qui credere non potuit, magis ei venderet, ut ille rei pretium haberet in mutui vicem.

§. 4. Si

---

6 Filius tuus negotiatione sua in rem tuam aliquid vertit? de in rem verso. Jussisti quacunque in re filium negotiari? quod jussu: in rebus maritimis? exercitoria: in taberna? institoria: in peculio suo negotiari passus es? de peculio creditoribus, & contrahentibus in te dabitur actio. Quid, si ipsemet ei peculiato credidisti? Tributoria uti poteris. Nec peculium habuit, nec in rem tuam vertit, nec jussu tuo mutuum accepit? non teneris. J. *ad SC. Macedon.*

7 Emancipatus non tenetur ex contractu ante emancipationem habito, *ut hic*. Quid si post contracta debita illico in fraudem creditorum emancipatus sit? Aliud, *arg. l. 1. J. si is qui testam. lib. esse jussit. l. 32. §. 3. J. de legat. 2.* Quid, si pro parte heres sit, vel non ex contractu, sed ex delicto obligatus? Aliud, *l. 4. §. 2. J. cod.* v. Socin. *reg. 157.* Quid, si cum contraheret, se patremfamilias mentitus est? Non juvatur hoc edicto. *l. 4. §. 1. J. eod.*

8 V. *l. 49. J. de re judic.*

9 *l. 2. l. 4. C. eod.*

10 Renunciare huic beneficio ut sæpius solent filiifam. quoties se una cum parente obligant, & eodem momento renunciant huic legi. Hanc formulam refert Alberic. *renunciavit ipse filius beneficio, quo factus sui juris non tenetur in solidum, sed quatenus facere possit.*

11 Adde *l. 2. C. eod.*

12 Ut *l. 1. §. 4. J. quando actio de peculio.* idque vel facerdotio Vestali, vel sacerdotio Diali. 1 *Gell.* 13.

13 Pater adoptivus. Cujac. *hic.*

14 Heres in minima parte institutus, heres non videtur. *Minima autem pars* videtur, quæ minor legitima. vide *l. 4. J. eod.*

15 Occupantis melior conditio. vide *l. 10. J. de peculio.*

16 *l. 2. in fin. l. 7. J. eod.*

17 *l. 6. J. eod.*

18 Mendacium punitur. *l. 6 J. eod.* dixi *l. 3. J. de Senatusconsult. Macedoniano.*

19 Mendacii nomine quis interdum in solidum convenitur, qui non in solidum poterat alias conveniri. Mendacium ut puniatur, vide *Novell. 18. c. 10.*

20 Emancipatus, post emancipationem tenetur ex delictis, cum sui juris non esset, à se admissis.

21 Ut in casu *l. 63. §. 2. J. pro socio.*

22 Heredi filii non datur beneficium hujus edicti. *l. 12. l. 13. J. solut. matrimon.*

23 Et ita quædam accuratius observantur in herede, quam in defuncto.

24 Emancipatus, ob contractus à se initos, cum esset in potestate, factus sui juris non convenitur, nisi quatenus facere potest. Imo etiam quatenus facere potest, non convenitur, nisi in continenti: post multos annos ab emancipatione, non potest in id, quod facere possit, conveniri, nisi causa cognita.

25 Cur ita? collige ex *l. 22. J. de except. rei judic.*

26 Existimans eam actionem tantum sibi competere.

27 Utrum exceptio hujus edicti possit in executione sententiæ objici.

28 Hereditatem paternam non obtinere, aut nudo tantum nomine, seu sine re, vel effectu obtinere, paria sunt, ideoque alteri restituta hereditate patris filius effectu heres non est, unde non convenitur factus sui juris eorum nomine, quæ in potestate patris positus contraxerit jussu patris.

29 *Novell. 1. cap. 1. §. 1.* id est, qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes exstiterunt, non minus *heredes* intelliguntur, quam qui principaliter heredes exstiterint. *l. 194. J. de regul. jur.*

30 *l. 21. in fin. J. quod metus caus.* Anf.

31 *l. 4. §. 1. J. eod.* adde *tit. C. si minor se major. dixer.* vide *l. 10. J. de rejudic.*

32 *l. 9. C. eod.*

33 Adde *l. 4. J. eod.*

34 *l. 1. J. quod jussu.*

35 Cujacius putat, hanc legem fugitivam esse, id est, aberrare à titulo *de institoria.* ut & *leg. penult. J. quæ res pignori.* à titulo sequ. *qui potiores in pignore.*

36 *l. 19. §. ult. J. de institoria.*

37 Paria f. * dejubere, expromittere, & judicium pro alio suscipere. Cujac. 13 *obs. 5 in fin.*

38 Nec videri.

39 Qui servum,

40 Confirmavit.

1 *l. 8 Synopf. 4. Theoph. §. 7. Inst. quod cum eo.* Duaren. *reg. 369. Goth. de exceptione Senatusconsulti Maced.* v. Zanger. *de except. part. 3. cap. 11.* Anf.

2 IV C. XXVIII. *§. 7. Inst. quod cum eo.* Paul. 20 *sententt.* 10.

3 A Macedone quodam, *l. in pr. J. eod.* unde constat, non omnia Senatusconsulta (ut nec omnes leges, cujus rei exemplum exstat in lege Scantinia, & Senatusconsulto Papyriano) denominari ab eo Consule, qui ea referebat, sed ab eo, in cujus odium lex facta est, vel qui legi causam dedit. Porro hoc Senatusconsultum latum fuisse sub Claudio 4, & Vitellio 3 Coss. anno urbis 799 tradit Petrus Faber, 1 *Semestr. ult.*

4 Ex præfatione Legis vel Senatusconsulti colligitur ratio & mens legislatoris, vel statuentis. adde *l. ult. J. de bered. Inst.*

5 *Natura* hic pro impetu naturæ.

6 Suggerebat.

7 *Nomen incertum*, num est cautio in qua causa ac tituli credendi particulares non exprimuntur, ne si tituli expressi essent, eorum turpitudo detegeretur, cui contrarium sit, *nominibus certis* pecuniam debere, Cic. 3 *Verr.* An vero cautio in mortem parentis concepta, cujus dies incerta est. *J. eod. in fin.*

8 Qui filiofamilias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam credederit, post mortem patris ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest. Paul. 2 *sent.* 10.

9 Vel nepoti, vel pronepoti. *l. 6. C. eod.*

10 Imo & alias res. *l. 7. §. 3 J. eod.* Anf.

11 Mutuam pecuniam dans filiofamilias, ne quidem post mortem parentis ejus pecuniæ petitionem habet. *Synopf. eod. c. 1.* 12 Macedonianum inductum, non favore filiorumfamilias, sed odio fœneratorum. 13 Exempli pessimi contractus in Republica non ferendi. 14 *Nomen bonum*, est debitor idoneus, ut *l. 13. §. 2. J. mandati. l. 19. §. 4 J. ad Vell. l. 13. §. 1. l. 135. l. 143 J. de administ. tut. l. 21. §. Lucius J. de annuis. l. 89 J. ad l. Falcid. l. 102. in pr. J. de solut. l. 2. J. de custodia.* Columella, Alphius fœnerator optima nomina non appellando fieri mala diviti. Nomini bono malum & deterius opponitur. *l. 35. J. si certum. l. 30. J. ad l. Falcid. l. ult. in fin. J. de administr. ver.* 15 Filiusfam. non est idoneus pecuniæ mutuæ debitor, & sic filiofam. credere, prope perdere est. 16 *§. 1. Inst. quib. mod. jus patr. potest.* 17 Hic agitur de restitutione in integrum, quæ retro non ducit, sed novum jus inducit: superiore paragrapho agitur de postliminio, quod fingit retro fuisse jus. Et hæc differentia fictionis & restitutionis in integrum est. 18 Nec enim dignitate quavis jus patriæ potestatis solvitur. 19 Mutuum accipere prohibetur filiusfam. cujuscunque dignitatis sit, *ut hic Synopf. eod.* 20 Hodie id abrogatum est. *Novell 81.* Nam his & aliis quibusdam dignitatibus patria potestas hodie tollitur. *Goth.* Vide Alcian. *Clement. de patr. potestat. c. ult.* Anf. Adde Censur. Forens. nostr. *lib. 1 c. 9. n. 10.* S. L. 21 Mutuum pecuniam ad castrensis usque peculii quantitatem filiusfamilias hinere potest, *ut hic, & l. 2. J. eod. Synopf. eod. Inst. C. eod.* 22 Filiusfamil. in castrensi peculio, vice patrisfamil. fungitur. *d. l. ult.* 23 *Fungi vice alterius*, est vicem alterius obtinere, τάξιν ἄλλου *Synopf. eod. l. 6. J. de rebus cred.* 24 Adde *l. 52. §. 15. J. de furtis.* 25 Juste creditur, quod communiter creditur. Communis, atque publica opinio excusat in mutuo dando, *l. 7. §. 8. l. 19 J. eod. l. 1. C. eod. l. 7. C. arbitr. tut.* Sententias latas à servo sustinet, *l. 3. J. de off. Præt.* contagium ad asylum, *l. 17. §. 12. J. de ædilit.* solutionem factam institori, *l. 17. §. 2. J. de instit.* servo, *l. 19. J. de solut.* matrimonium contractum contra leges, *l. 4. C. de incestu.* contractum cum furioso, *l. 7. §. 2. J. de publ.* vel putativo possessione initum, *l. 15. J. de cond. indeb.* additionem hereditatis, *l. 30. §. 4 J. de adqu. hered.* sustinet. 26 *Fama* est, quod a plerisque, aut a majore parte, dicitur, vel vox totius populi intenerata. v. *l. 3. §. 2. J. de testib.* fama excusat.

27 Frequentia actuum publicorum facit, ut personæ habilitas præsumatur. vide *Basil. 1. eod.*

28 Mutuum dans pupillus dominium pecuniæ non transfert, ut *J. eod. & vers. in pupillo. J. eod.* minor seu pubes transfert: unde non alias juvatur, quam si restitutus sit in integrum, *ut hic.*

29 *l. 11. in fin. J. de minor. l. 9 J. de juris & facti ignor.* 30 Præsumitur ignorantia facti in pupillo & minore. 31 *l. 44 J. de minor.* 32 Id est, mutuum dederit. *l. 2 J. de rebus credit.*

33 Administrationem rei habens jus perdendi non habet. 34 Filiusfamilias, qui credit, mutuum perdere dicitur. 35 *l. 7. §. 3 J. eod.* 36 *l. 3. C. eod.* 37 Puta fidejussit, *l. 7. in pr. J. eod.* novavit, *l. 13. J. eod.* 38 *Al.* filiusfamilias. *Abire in creditum filiusfamil.* dicitur, qui ex credito obligatur; vel, *abire in creditum filiofamilias ex causa emptionis* dicor, si ei credidi ex causa emptionis. 39 *l. 7. §. 3. vel colon. d. l. 7. J. eod.* 40 *Fraus* fit, de contractu ad contractum. Prohibetur autem hic venditio in fraudem mutui: ut si quis vendat filiofamilias rem aliquam, ut ea rursus alteri vendita pretium consequatur.

§. 4. Si à filiofamilias ſtipulatus ſim, & patrifamilias facto crediderim, ſive capite diminutus ſit, ſive morte patris, vel alias ſui juris ſine [41] capitis diminutione fuerit effectus, debet dici ceſſare Senatuſconſultum: quia mutua jam [42] patrifamilias data eſt.

IV. SCAEVOLA lib. II Quæſtionum.

QUia quod vulgo dicitur, filiofamilias credi non licere, non [43] ad verba [44] referendum eſt, ſed ad numerationem [45].

V. PAULUS lib. III Quæſtionum.

ERgo hic, & in ſolidum damnabitur [46], non in id, quod facere poteſt.

Si quis à patrefamilias ſtipuletur, & filiofamilias facto numeret.

VI. SCAEVOLA lib. II Quæſtionum.

COntra etiam recte dicitur, ſi à patrefamilias ſtipulatus [ſis], credas poſtea filiofamilias facto, Senatus poteſtatem exercendam, quia explera eſt [47] numeratione ſubſtantia obligationis.

De filiofamilias fidejuſſore, 1. Vel correo. 2. Si patre abſente dotem pro filia promiſerit, & rem patris pignori dederit. 3. De re mutuata. 4. Si filiusfamilias poſt mutuum acceptum in alterius poteſtate eſſe cœperit. 5. Si pater in civitate eſſe deſierit. 6. De ſucceſſoribus mutuantis. 7. Si alius mutuum dedit, alius ſtipulatus eſt. 8. De duobus filiisfamilias reis. 9. De mutuo, & fœnore. 10. De herede & patre mutuati. 11. De filiofamilias inſtitore. 12. De in rem verſo. 13. De eo, qui mutuatus eſt ſtudiorum cauſa, 14. Vel ut creditori ſuo ſolveret. 15. Si quid ſolutum ſit mutuanti.

VII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

ITem ſi filiusfamilias fidejuſſerit [48], Neratius lib. I & II Reſponſorum ceſſare Senatuſconſultum ait. Idem Celſus lib. IV. Sed Julianus adjicit, ſi color [49] quæſitus ſit, ut filiusfamilias, qui mutuam accepturus erat, fidejuberet, alio reo dato, fraudem Senatuſconſulto factam nocere, & dandam exceptionem tam filiofamilias, quam reo: quoniam & fidejuſſori filii ſubvenitur.

§. 1. Idem ait, ſi duos reos accepero, filiumfamilias, & Titium, cum ad filiumfamilias eſſet perventura pecunia, ideo autem reum Titium acceperim, ne quaſi fidejuſſor auxilio Senatuſconſulti uteretur, utilem eſſe exceptionem adverſus fraudem dandam.

§. 2. Sed [&] ſi filiusfamilias patre ſuo relegato vel longo tempore abſente, dotem pro filia [50] promiſerit [51], & rem [52] patris pignori dederit, Senatuſconſultum ceſſabit: patris tamen res non tenebitur. † Plane, ſi patri heres exſtiterit filius, & pignus perſequatur, exceptione doli ſummovebitur. §. 3. *Mutui dationem*, non ſolum numeratæ pecuniæ, verum omnium, quæ mutuo dari poſſunt, an accipere debeamus, videndum? Sed verba videntur mihi ad numeratam [53] pecuniam referri: ait enim Senatus, MUTUAM PECUNIAM DEDISSET: ſed [54] ſi fraus ſit Senatuſconſulto adhibita, puta frumento, vel vino, vel oleo mutuo dato, ut his diſtractis fructibus uteretur pecunia, ſubvenien-dum eſt filiofamilias. §. 4. Si filius in alterius erat poteſtate, cum mutua daretur, nunc in alterius, mens Senatuſconſulti non ceſſat: dabitur itaque exceptio. §. 5. Sed & ſi patri ejus non mors, ſed alia [55] cauſa inciderit, quo minus ſit in civitate, dicen-dum Senatuſconſulto locum eſſe. §. 6. Non ſolum ei, qui mu-tuam dediſſet, ſed & ſucceſſoribus [56] ejus, deneganda eſt actio.

§. 7. Proinde & ſi alius mutuam dedit, alius ſtipulatus eſt, da-bitur adverſus eum exceptio, licet hic non dederit. Sed & ſi alter-uter eorum ignoravit in patris eſſe poteſtate ſe, verius dicendum eſt, utrique nocere. [Idem eſt & in duobus reis ſtipulandi].

§. 8. Item, ſi duos filiosfamilias accepero reos, ſed alterum putavi [57] patremfamilias, intererit, ad quem pecunia pervenit, ut ſi eum ſcivi filiumfamilias, ad quem pervenit pecunia, exceptione ſummovear: ſi ad eum, quem ignorem, non ſummovear [58].

§. 9. Sive autem ſub [59] uſuris mutua data ſit, ſive ſine uſuris, ad Senatuſconſultum ſpectat. §. 10. Quamquam [60] autem non declaret Senatus, cui exceptionem det, tamen ſciendum eſt, & heredem [61] filii, ſi paterfamilias deceſſerit, & patrem ejus, ſi fi-liusfamilias deceſſerit, exceptione uti poſſe. §. 11. Interdum tamen [62], etſi Senatuſconſulto locus ſit, tamen in alium datur actio: ut puta [63], filiusfamilias inſtitor [64] mutuam pecuniam ac-cepit: ſcribit enim Julianus lib. XII. ipſum quidem inſtitorem exceptione Senatuſconſulti uſurum, ſi conveniatur, ſed inſtito-riam actionem adverſus eum, qui præpoſuit, competere: Quan-quam (inquit) ſi ipſe pater eum præpoſuiſſet merci ſuæ, vel pecu-liarem exercere paſſus eſſet, ceſſaret Senatuſconſultum: quoniam patris voluntate contractum videretur: nam ſi ſcit eum negotiari, etiam hoc permiſiſſe videtur, ſi non nominatim prohibuit merces accipere. §. 12. Proinde [65] ſi acceperit pecuniam, & [66] in rem patris vertit, ceſſat Senatuſconſultum: patri enim, non ſibi accipit. † Sed & ſi ab initio non ſic accepit, verum poſtea in rem patris vertit, ceſſare Senatuſconſultum lib. XII Digeſtorum Julia-nus ait: intelligendumque [67] ab initio ſic accepiſſe, ut in rem ver-teret. Non tamen vertiſſe videbitur, ſi mutuam pecuniam acce-ptam patri in proprium debitum ſolvit: & ideo, ſi pater ignoravit, adhuc Senatuſconſulto locus erit. §. 13. Quod dicitur, *in eo, qui ſtudiorum* [68] *cauſa abſens mutuum acceperat, ceſſare Senatuſconſultum*, ita locum habet, ſi probabilem [69] modum in mutua [70] non exceſ-ſit: certe eam quantitatem, quam pater ſolebat ſubminiſtrare.

§. 14. Si filius accepit mutuum pecuniam, ut [71] eum liberaret, qui, ſi peteret, exceptione non ſummoveretur, Senatuſconſulti ceſſabit exceptio. §. 15. Hoc amplius ceſſabit Senatuſconſul-tum, ſi pater ſolvere [72] cœpit, quod filiusfamilias mutuum ſum-ſerit: quaſi [73] ratum habuerit. §. 16. Si [74] paterfamilias fa-ctus ſolverit [75] partem [76] debiti [77], ceſſabit Senatuſconſultum: nec [78] ſolutum repetere poteſt.

VIII. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

CUm tamen à curatore per ignorantiam ſolutum ſit, repeti debet.

Si paterfamilias factus rem pignori dederit. 1. Si filius pecuniam ſibi do-natam ſolverit. 2. De filiafam. 3. Quibus ſuccurritur. 4. An ſolutum repetatur, de exceptione poſt ſententiam opponenda.

IX. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SEd ſi paterfamilias factus rem pignori dederit [79], dicendum erit, Senatuſconſulti exceptionem ei denegandam uſque ad pi-gnoris quantitatem. §. 1. Si [80] ab alio donatam ſibi pecuniam filius creditori ſolverit, an pater vindicare vel repetere poſſit? Et ait [81] Julianus, ſi quidem hac conditione ei donata ſit pecunia; *ut creditori ſolvat*, videri à donatore profectam protinus ad credi-torem, & fieri [82] nummos accipientis: ſi vero ſimpliciter ei do-navit, alienationem eorum filium non habuiſſe, & ideo, ſi ſolvé-rit, condictionem patri ex omni eventu [83] competere.

§. 2. Hoc Senatuſconſultum [&] ad [84] filias quoque familia-rum pertinet. Nec [85] ad rem pertinet, ſi adfirmetur, ornamenta ex pecunia comparaſſe: nam & ei quoque, qui filiofamilias credidit, decreto ampliſſimi ordinis actio denegatur: nec inter-eſt, conſumpti ſint nummi, an exſtent in peculio. Multo igitur magis, ſeveritate [86] Senatuſconſulti, ejus contractus improbabi-tur, qui filiæfamilias mutuum dedit. §. 3. Non ſolum filiofa-milias & patri [87] ejus ſuccurritur, verum fidejuſſori [88] quoque, & mandatori ejus, qui & ipſi mandati [89] habent [90] regreſſum: niſi [91] forte donandi animo interceſſerunt: tunc [92] enim, cum nullum regreſſum habeant, Senatuſconſultum locum non habe-bit. Sed [93] [&] ſi non donandi animo, patris tamen voluntate [94], interceſſerunt, totus [95] contractus à patre videbitur comprobatus.

§. 4. Et hi tamen, qui pro filiofamilias ſine voluntate patris ejus interceſſerunt, ſolvendo [96] non repetent. Hoc enim & Divus Ha-drianus conſtituit, & poteſt dici, non repetituros: Atquin perpe-tua [97] exceptione tuti ſunt, ſed & ipſe filius: & tamen non repe-tit: quia * hi demum ſolutum non repetunt, qui [98] ob [99] pœ-nam [100] creditorum actione liberantur, non quoniam exonerare eos lex voluit. §. 5. Quanquam autem ſolvendo [1] non repetant [2],

X. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

QUia naturalis [3] obligatio manet;

XI. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

TAmen [4], ſi [5] non oppoſita exceptione condemnati [6] ſunt, utentur Senatuſconſulti exceptione. Et ita Julianus ſcribit in ipſo filiofamilias, exemplo [7] mulietis intercedentis [8].

De ſcientia, juſſu & pœnitentia patris.

XII. PAULUS lib XXX ad Edictum.

SI, tantum ſciente [9] patre, creditum ſit filio, dicendum eſt, ceſ-ſare Senatuſconſultum. Sed ſi juſſerit [10] pater filio credi, dein-de ignorante [11] creditore mutaverit [12] voluntatem, locus Sena-tuſconſulto non erit: quoniam * initium [13] contractus ſpectan-dum eſt.

Si filiusfam. novandi cauſa promiſerit.

XIII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI, quod alii mutuum dedimus, à filiofamilias novandi cauſa ſtipulemur, non [14] eſſe impedimento Senatuſconſultum, Ju-lianus ſcribit.

Si nepos juſſu patris mutuum acceperit.

XIV. JULIANUS lib. XII Digeſtorum.

FIlium habeo, & ex eo neporem: nepoti meo creditum eſt juſſu patris ejus: Quæſitum eſt, an contra Senatuſconſultum fieret? Dixi, etiamſi verbis Senatuſconſulti filii [15] continerentur, tamen & in perſona nepotis [16] idem ſervari debere. Juſſum autem hu-jus patris non efficere, quominus contra Senatuſconſultum credi-tum exiſtimaretur, cum ipſe in ea cauſa eſſet, ut pecuniam mu-tuam invito patre ſuo accipere non poſſit.

Si civitas crediderit.

XV. MARCIANUS lib. XIV Inſtitutionum.

NIhil intereſt, quis filiofamilias crediderit, utrum privatus, an civitas [17]: nam in civitate quoque Senatuſconſultum locum habere D. Severus & Antoninus reſcripſerunt.

De ſcientia patris.

XVI. PAULUS lib. IV Reſponſorum.

SI filiusfamilias, abſente patre, *quaſi ex mandato* [18] *ejus pecuniam acceperit*, caviſſet, & ad patrem literas [19] emiſit, *ut eam pecu-niam*

---

41 Puta Flaminio Dialis, aut Veſtali ſacerdotio.
42 *Cod.* 10. *l.* 2. *in fi. C. quod cum eo, qui in al. p.*
43 Tempus numerationis, non ſtipulationis, aut mutui, in Macedoniano inſpicitur.
44 *Credendi* verbum ad verba & numerationem refertur.
45 Cur ita? vide *l.* 5. *C. de leg.* 46 *d. l.* 7. §. 3. *ff. cod.*
46 Quia cum patrefamilias facto contraxit. *l.* 3. *in fin. ff. ut. quod.* 47 Vide *l.* 7. *ff. de novat.*

48 Fidejubendo filiusfamilias obligatur, niſi in fraudem Macedoniani fidejuſſerit.
49 *Color quæſitus*, id eſt, fraus quæſita. *l.* 3 §. *pen. in fin. ff. cod.* Porro *color*, hoc loco prætextum, & ra-tionem ſignificat, *l.* 2. *ff. de inoff. l.* 49. *ff. de donat. inter virum.* ſic apud Senecam 10 *Controverſ.* 5. colori facere: Colorem quærere, eſt fa-ctum diſſimulare, ac tegere, *l.* 2. *ff. de inoff.* vel, ſub titulo facere. *l.* 21. *ff. de captivis.*
50 Ut & pro ſorore. *l.* 17. *ff. cod.*
51 Adde *l.* 5. §. 8. *ff. de jure dot.*
52 Filiusfamilias mutuum in rem patris acci-pere poteſt, licet non poſſit res pa-tris obligare: & ideo pignoratitia pater non tenebi-tur, ſed perſonali tantum.
53 *Pecuniæ* verbum in Macedo-niano ſtricte ſu-mitur, pro pecu-nia, ſeu nummis: patet alias latiſſi-me pecuniæ ver-bum. *l.* 5. *l.* 88. *l.* 97. *l.* 178. *l.* 222. *ff. de verb. ſign.*
53 *Ut l.* 3. §. 3. *in fin. ff. cod.*
55 Puta deportatio. §. 1. *Inſtit. quibus modis jus patr. poteſt.*
56 Macedoniani exceptio eſt in rem, ex parte ejus; cui opponi-tur, hoc eſt, oppo-ni ſucceſſoribus & creditoribus poteſt.
57 Dic, *ut ff. cod. in princ.*
58 Et ita igno-rantia hic prodeſt, nec nocet. *v. l.* 3. *ff. cod.* adde *l.* 3. §. *fenult. ff. de Silanian. l.* 18. §. *pen. ff. de injuriis.*
59 Vide *l.* 3. *C. cod.*
60 Exceptio in dubio præſumitur realis, hoc eſt, he-reditolis etiam competere.
61 §. 6. *ff. cod.*

62 Hæc particula, *tamen*, bis hic repetitur, ut *l.* 1. §. 3. *ff. de uſufr. accreſc.* & particula *ſi*, in *l.* 1. §. 3. *ff. de extr. cognit.* & particula *eos*, in *l.* 79. *ff. de legat.* 3. 63 *l.* 9. §. 3. *in fin. ff. cod.* adde *l.* 7. §. 1. 2. *l.* 19. §. 1. *ff. de inſtitoria.* & *l.* 1. §. 16. *ff. de exercitoria.* 64 Macedoniano non juva-tur filiusfamilias, ejuſve pater, quoties ipſi filiofamilias, ut inſtitori patris mutua pecunia data eſt, *ut hic.* Vel ita, ſi filiusfamilias inſtitor mutuam pecuniam acceperit, ille quidem, qui eum præpo-ſuit, actione inſtitoria convenitur: ipſe vero Senatuſconſulti exceptionem habet, niſi pater eum merci ſuæ præpoſuit, vel in peculio negotiari paſſus eſt. Nam ſi ſcit eum negotiari, etiam hoc per-mittere videtur, niſi nominatim prohibuerit. *Synopſ. Baſilic.* 18. *tit.* 4. *c.* 3. §. 7. 65 Filiusfami-lias mutuum in rem patris vertit: Quamvis hoc animo mutuum non acceperit, Senatuſconſultum ceſſat. Sin pecuniam ignoranti patri mutuatam in proprium debitum ſolvit, in rem patris vertiſſe non videtur, & Senatuſconſulto locus eſt. *Synopſ. ibid.* 66 *l.* 17. *ff. cod.* 67 Præſumitur animus contrahendi ab initio fuiſſe ex poſtfacto, ſeu ex iis, quæ quis poſt facit: vel ita, Præſumitur pecu-niam quiſque in eam cauſam ſumpſiſſe, in quam ea pecunia verſa reperitur. 68 *Studiorum* is eſt favor, ut Macedoniani Senatuſconſulti auctoritas petitionem ejus pecuniæ non impediat, quæ filio-famil. ſtudiorum cauſa credita eſt. *l.* 2. & 5. *C. cod.* Unde colligitur, mutuum filio ſtudioſo factum poſſe ab ejus patre repeti: Macedoniani exceptionem ceſſare, quoties filiofam. credita pecunia eſt ſtudiorum cauſa, *ut hic. & d. l. Macedoniani.* 5 *C. cod.* niſi invito patre ſtudiis det operam: hoc tamen caſu credi in ejus alimenta poſſe putant, pro ea parte, quam domi apud patrem expenſurus erat, *l.* 3. §. *proinde. ff. de in rem verſ. l. Stichus.* 12. *ff. de legat.* 3. niſi quantitatem à patris conſuetudine deſtinatam creditor exceſſit, *ut hic.* niſi ultra vires patrimonii patris crediderit, *ut hic.* niſi ſumptus jam præſtiti à patre filio fuerint: qua tamen in ſpecie mutuum ab ignorante creditore factum, peti à patre quidam exiſtimant, *l. ſed ſi pupillus.* 11. §. *proſcribere.* 3. *ff. de inſtit. l. ult. ff. pro ſoc.* Duenaz. *reg.* 370. notat lege Regia apud Hiſpanos mutuum ſtudioſo datum ipſi filio condici, non patri.
69 Id eſt, ſi neceſſarios ſumptus, quos pater filio non recuſavit, crediderit. *d. l.* 5. 70 *Al.* in mutua pecunia non exceſſit maxime eam, *&c.* 71 Macedoniani exceptio ceſſat, quoties filiusfamil. pecuniam mutuam accipit in cauſam neceſſariam.

72 Macedoniani exceptio non competit ei, qui partem mutui ac-cepti ſolvere jam cœpit: Partis ſol-lutio Macedonia-num impedit. Partis ſolutione; an quis teneatur alteram partem ſolvere, *v. in l.* 4. *C. ne uxor pro marito.* adde *l.* 9. §. 4. *ff. cod.*
73 Quaſi ratum mutuum habet, qui mutui partem ſolvit: partis ad-probatione to-tum adprobamus. *v. l.* 7. *C. cod.*
74 Filiusfamilias ſc.
75 Vel rem pignori dederit. *l.* 9. *ff. cod.*
76 Adde *l.* 4. *C. de non numerata.*
77 Contracti, cum eſſet filiusfa-milias.
78 An nondum ſolutam alteram partem ſolvere cogitur? Id non videtur.
79 Vel ſolverit; *l.* 7. *in fi. ff. cod.* vel ſe obligaverit; *l.* 2. *C. cod.*
80 Si filiusfami-lias donatam ſibi pecuniam credi-tori ſolverit, o-mnimodo pater eam repetit. Non enim filius ejus alienationem ha-bebat: niſi dona-tor ea conditione donaverit, ut cre-ditori ſolveret. *Synopſ. ibid.*
81 Multi juris auctores, cum quid veriſſimum eſſe ſignificare vo-lunt, & Julianum id dicunt ſcribere, & veriſſimum eſſe, cum & Marcellus diſſentiat, *l.* 27. §. 3. *ff. ad leg. Aquil. l.* 2. *in fin. ff. de noxali.* diſſentit autem Marcellus *in l.* 14. *ff. de reb. cred.* ab hoc reſponſo Ju-liani. vid. Cujac. 14 *obſerv.* 35.
82 *l.* 22. §. 8. *ff. mandati.*
83 Id eſt, ad ex-tremum omnimo-do condictionem competere. Cujac. 14 *obſerv.* 35.
84 *Filiasfami-lias* appellatio-ne in Macedonia-no filiæfamil. quoque continen-tur.
85 Macedonia-num locum ha-bet, etiam in filia-familias, quamvis ex pecuniis credi-tis ornamenta comparaverit. Nam & in filio, ſive mutuum con-ſumptum ſit, ſive in peculio exſtet, ſenatuſconſulto locus eſt. *Synopſis, & Scholiaſtes, ibid.*
86 *V. l.* 7. §. 7. *ff. cod.*
87 Exceptio Macedoniani etiam patri com-petit.

88 Macedoniani exceptio etiam fidejuſſoribus & mandatoribus filiorumfam. competit, & ea parte realis eſt: niſi fidejuſſerint animo donandi. *l.* 7. §. 1. *ff. de except.* 89 Mandati regreſſum habent adverſus reum principalem fidejuſſor, & mandator. 90 Id eſt, habere poſſunt. 91 Macedoniani exceptio competit fidejuſſoribus & mandatoribus filiifamilias, ἃ διὰ ὁλοσχέρη παρδίαν ἐκπεπόνηκεν ὅλον τὸ συνάλλαγμα βεβαιῶσθαι, id eſt, niſi toto animi propoſito interceſſerunt, ut totum contractum ratum faceret. *Scholiaſtes apud auctorem Synopſeos.* 18. *Tit.* 4. *c.* 3. §. 7. 92 Donator nullum regreſſum mandati adverſus donatarium habet. 93 *Al.* ſed ſi non donandi. 94 Ut ſi fuit inſtitor patris. *l.* 7. §. 11. *ff. cod.* 95 Contraxiſſe ipſe pater videtur, quod filiusfamilias ejus voluntate contra-xit. 96 Macedoniano renunciat filiifamilias fidejuſſor ſolvendo. adde *l.* 7. §. 15. *ff. cod.*

97 Macedoniani exceptionem quidem perpetuam habet ipſe filiusfam. mutuum accipiens, & qui pro eo intercedit: ſi tamen ſolverint, non repetent. Nam talis exceptio, non eorum favore, ſed acto-ris odio introducta eſt, & naturaliter tenentur. *Synopſ. Baſil.* 18. *Tit.* 4. *c.* 6. 98 *l.* 40. *ff. de condict. indeb.* 99 Macedonianum inductum in odium creditorum. 100 Exceptio Macedoniani pœ-nalis eſt. 1 Id eſt, ſi ſoluta pecunia ſit. *l.* 19. *ff. cod. l.* 40. *in fin. ff. de cond. indeb. l.* 10. *ff. de oblig. & act.* 2 Ipſi filiifamilias. 3 *l.* 16. §. 4. *ff. de fidejuſſorib.* 4 Id eſt, ipſo quidem jure eſt actio, ſed opponenda eſt exceptio SC. ne ſequatur condemnatio. Cujac. *apud* Paul. 2 *ſent.* 10.
5 Tamen etſi. *Hal.* male. *arg. l.* 9. *ff. cod.* 6 Macedoniani, ut & Velleiani exceptio, etiam poſt ſententiam objici poteſt, quia utraque exceptio peremptoria eſt. dixi *l.* 43. *ff. de fidejuſſ.* 7 Mace-doniani, & Velleiam ſimilitudo, ſeu argumentum à muliere, cove, quod in muliere conſtitutum ad filiosfamil. 8 Sed mulier poteſt renunciare Velleiano, ergo & filiusfamil. Macedoniano: idque maxime, cum renunciatio non ſit donatio. *arg. l.* 28. *in fin. ff. de pact.* vide *Zaſ.* 1. *Reſp.* 28.
9 Macedoniano non juvatur pater, quo ſciente vel juvante filiusfamil. contrahit. 10 *l. ult. C. cod.*
11 *V. l.* 12. §. 2. *ff. de ſolut.* 12 Mutare vel voluntatem nemo poteſt, eo ignorante, qui lædi poſſit. 13 *l.* 1. §. 13. §. 30. *ff. depoſiti. l.* 8. *ff. mandati. l.* 58. §. 2. *ff. pro ſocio.* 14 Cur ita? collige *ex l.* 3. §. 3. *ff. cod.* 15 *Filii* appellatio in Macedoniano extenditur ad nepotes, ut utriſque competat Macedoniani exceptio. 16 *l.* 6. *in fi. C. cod.* 17 Macedoniani exceptio poteſt objici ut creditori privato, ita & civitati. Quod adverſus eos facit, qui putant contractus civitatis vim le-gis habere. 18 Aliud eſt in minore: minor enim adverſus filiumfamilias reſtituitur, *ut in l.* 11. *in fin. ff. de minor.* unde colligitur, civitates ipſis minoribus minus eſſe privilegiatas. 19 Literas qui recipit, conjunctionis favore, præſumitur probare ea omnia, quæ in literis comprehenſa, niſi continuo ſen illico contradicat. adde *l.* 34. *ff. mandati.*

20 *Al.* in provincia.
21 Probare enim actum is videtur, qui non rejicit, qui contra non protestatur. v. *l. unic. ff. furti adversus nautas.*
22 *Continuo*, hoc arbitrio judicis finitur, ut recipienti literas non denegetur legendi, cogitandi, & consulendi peritiores tempus: verisimilis enim consensus esse debet, qui præsumptioni legis innititur. Pone, eum, ad quem literæ scriptæ sunt, literas ipsas recepisse, mortuo jam scribente: potest enim id casu evenire: Ancharanus *t. qu.* 48, negat, recipientem teneri, cum mortuo scribente defendi possit scripturam ejus non loqui. Quid, si literæ, de quibus agitur, neque scriptæ manu propria mittentis, aut ejus signo signatæ? Qui literas id genus recipit, non obligatur. *Anchar. ibid.* Quid, si testibus præsentibus literæ traditæ, receptæ, lectæ? Recipientem & legentem obligari, nisi contra protestetur, putat Cepola, *cautela* 24. 23 Ut & pro filia. *l. 7. §. 2. ff. eod.* 24 *Sub.* sine liberis. unde à contrario notant, Dotem profectitiam mortua muliere ad ejus liberos pertinere, non ad eum, qui dedit, reverti. *dixi ad Ulpianum. 6. §. 4.* 25 Dotem sorori si filius accepta pecunia mutuo dederit, teneatur pater, quasi creditum in rem ejus versum esset. Nam filia in matrimonio moriente, patri dotis repetitio datur. *Synopf. Basil. 18. Tit. 4. cap. 10. & ibi Cyrillus Scholiastes.*
26 *Sub.* profectitiæ.

mam in provinciam [20] *solveret*, debet [21] pater, si actum [filii sui] improbat, continuo [22] testationem interponere contrariæ voluntatis.

Si filiusfam. pecuniam mutuatus sit, ut eam pro sorore sua in dotem daret.

XVII. IDEM lib. II Sententiarum.

FIliusfamilias si in id acceperit mutuam pecuniam, *ut eam pro sorore* [23] *sua in dotem* [24] *daret*, pater ejus de in rem verso actione tenebitur: ipsi enim, mortua [25] in matrimonio puella, repetitio dotis [26] datur.

De fidejussore post mortem filiisfam. accepto.

XVIII. VENULEIUS lib. II Stipulationum.

CReditorem filiifamilias, mortuo eo, fidejussorem [27] accipere non [28] posse, Julianus scribit: quia [29] nulla obligatio aut civilis aut naturalis superest, cui fidejussor accedat: Plane a patre, ejus actionis nomine, quæ de peculio adversus eum competat, fidejussorem recte accipi.

De scientia vel ignorantia creditoris.

XIX. PONPONIUS lib. VII ex Variis lectionibus.

IUlianus scribit, exceptionem Senatusconsulti Macedoniani nulli obstare, nisi [30] qui sciret [31], aut [32] scire potuisset, filiumfamilias esse eum, cui credebat.

De novatione.

XX. IDEM lib. V Senatusconsultorum.

SI is, cui, cum in potestate patris esset, mutua pecunia data fuerat, paterfamilias [33] factus, per [34] ignorantiam facti, novatione facta, eam pecuniam expromisit, si petatur ex ea stipulatione, in factum excipiendum erit [35].

27 *l. 11. l. 12. ff. de fidejuss.*
28 Cur non potest? quia hoc jure filiusfamilias non habebat heredem: hodie habet, & ita fidejussor potest accipi. *Bald. hic.*
29 Fidejussor esse non potest, nisi civilis aut naturalis aliqua superstit obligatio.
30 *l. 3. ff. eod.*
31 Macedoniani exceptio recte objicitur creditori, qui sciens filiofamilias credidit.
32 Paria sunt scire, aut scire potuisse.
33 Macedoniani exceptio competit ei, qui cum filiofamilias mutuum accepisset, paterfamilias factus per errorem mutuum confirmavit: per errorem, hoc est, cum nesciret Macedoniani exceptionem sibi competere. 34 *L. 8. ff. eod.* secus si scienter. *l. ultim. C. eod.* Quid, si ignorans solvit? non idem, *l. 9. l. 19. ff. eod.* 35 Quis imprudenter, non ut heres, & sciens, quemadmodum in *l. 2. C. eod.* ut hæc lex cum *d. l.* conciliatur.

LIBER QUINTUSDECIMUS.

TIT. I.

DE [1] PECULIO.

Continuatio. 1. *Divisio*, 2. *Et verba edicti.* 3. *De sexu*, 4. *Et ætate personæ peculiatæ.* 5. *Potestatis verbum quomodo accipitur.* 6. *De servis propriis, vel alienis; de his, qui bona fide serviunt.*

1. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

ORDINARIUM [2] Prætor arbitratus est, prius eos contractus exponere eorum, qui alienæ potestati subjecti sunt, qui [3] in solidum tribuunt actionem: sic deinde ad hunc pervenire, ubi de peculio datur actio. §. 1. Est autem triplex [4] hoc Edictum: aut enim *de peculio*, aut *de in rem verso*, aut *quod jussu*, hinc oritur actio. §. 2. Verba autem Edicti talia sunt: QUOD CUM EO, QUI IN ALTERIUS POTESTATE ESSET, NEGOTIUM GESTUM ERIT. §. 3. De eo loquitur, non de ea: sed [6] tamen, & ob [7] eam, quæ est feminini sexus, dabitur ex hoc Edicto actio. §. 4. Si cum impubere filiofamilias, vel servo contractum sit: ita dabitur in dominum vel patrem de peculio, si [8] locupletius eorum peculium factum est. §. 5. *Potestatis* [9] verbum communiter accipiendum est, tam in filio [10], quam in servo. §. 6. Nec magis dominium servorum [esse] spectandum, quam facultatem [11] habendi eos: non [12] enim solum servorum propriorum nomine conveniemur, item communium, verum [13] eorum quoque, qui bona fide nobis serviunt, sive liberi [sint,] sive servi alieni.

1 IV C. XXVI. & §. 4. *Instit. quod cum eo, qui in aliena.* adde *lib.* 33. *ff. tit.* 8.
2 Id est, ordine fieri, *ut l. 1. ff. de poss. hered. petit.* ex ordine, *l. 1. ff. de fideic. hered. pet.*
3 Vide *l. 1. ff. quod cum eo.*
4 Edictum de peculio triplex, id est, ex hoc edicto potest tripliciter agi adversus dominum, vel patrem: vel dic, Edictum hoc tribus capitibus constat.
5 De peculio actionem habet, qui cum servo, vel ancilla contrahit. *Synopf. Basilic. 18. tit. 5. c. 1.*
6 Masculina appellatione, fœmina hic continetur.
7 *l. 27. ff. eod. l. 5. §. 2. ff. de tributoria. l. 11. C. quod cum eo.*
8 Si qui contraxit, filiusfamilias, aut servus, impubes est, tunc competit hæc actio, cum peculium locupletius factum est. *Synopf. ibid.* vide *l. 11. C. eod. l. 10. ff. de institoria.* adde *l. 6. §. 7. ff. de negot.*
9 *Potestatis* verbo continentur servi proprii, communes, alieni, bona fide possessi, fructuarii: sed & domini utriusque sexus, majores, minores, fuæ, & sanæ mentis, furiosi.
10 Peculii actio datur ex contractu filii, & servi.
11 Vide quæ notavi ad *l. 21. §. 3. ff. de noxalibus.*
12 *Synopsis Basil. ibid.*
13 *l. 1. in fi. ff. de tributoria.*

2. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

LIcet tamen Prætor, *si cum eo, qui in potestate sit, gestum sit*, polliceatur [15] actionem, tamen sciendum est, & si in nullius sit potestate [16], dari de peculio actionem: utputa, si cum servo hereditario [17] contractum sit ante aditam hereditatem. §. 1. Unde Labeo scribit, & si secundo tertiove gradu substitutus sit servus, & deliberantibus primis heredibus cum eo contractum sit, mox repudiantibus eis ipse [18] liber heresque exstiterit, posse dici, de peculio eum conveniri, & de in rem verso. §. 2. Parvi autem refert [19], servus quis masculi [20] an mulieris fuerit: nam de peculio & mulier convenietur. §. 3. Pedius etiam impuberes dominos de peculio obligari ait: non enim cum ipsis impuberibus contrahitur, ut tutoris auctoritatem spectes. † Idem adjicit, pupillum [21] non posse servo peculium constituere, nec tutoris auctoritate. §. 4. In furiosi [22] quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem: nam & hujus servus peculium habere potest: non si fuerit concessum, ut habeat; sed [23] si non fuerit prohibitum, ne habeat. §. 5. Si filiusfamilias [24], vel servus pro aliquo fidejusserint [25], vel alias intervenerint [26], vel mandaverint: tractatum est, an sit de peculio actio? Et est verius, in servo causam [27] fidejubendi vel mandandi spectandam: Quam sententiam & Celsus libro sexto probat in servo fidejussore. Si igitur quasi [28] intercessor servus intervenerit, non [29] rem peculiarem agens, non obligabitur dominus de peculio. §. 6. Julianus quoque lib. XII Digestorum scribit, si servus mandaverit, *ut creditori [meo] solveretur*, referre ait, quam causam mandandi habuerit: si pro creditore suo solvi [30] mandavit, esse obligatum dominum de peculio: quod si [31] intercessoris officio functus sit, non obligari dominum de peculio. §. 7. Cui congruit, quod idem Julianus scribit, Si à filio meo fidejussorem accepero, quidquid à fidejussore accepero, id me non de in rem verso, sed de peculio actione mandati præstaturum. Idem accipias & in servi fidejussore. Idemque, si alius mihi pro filio meo debitore solvisset. † Quod si filius meus debitor non fuisset, exceptione doli fidejussorem usurum: &, si solvisset, condicturum scribit. §. 8. Si servus, cum se pro libero gereret, compromiserit [32], quæritur, an de peculio actio ex pœna [33] compromissi, quasi ex negotio gesto, danda sit, sicuti trajectitiæ [34] pecuniæ datur? Sed hoc & Nervæ filio & mihi videtur verius [35], ex compromisso servi non [36] dandam de peculio actionem: quia [37] nec, si [38] judicio condemnetur servus, datur in eum actio. §. 9. Sed si filius fidejussor vel quasi interventor acceptus sit, an de peculio patrem obligat, quæritur? Et est vera Sabini & Cassii sententia existimantium, semper [39] obligari [40] patrem de peculio; & dictare [41] in hoc à [42] servo. §. 10. Quare [&] ex compromisso [43] pater tenebitur. Et ita Papinianus quoque lib. IX Quæstionum scribit: nec interesse ait, ex qua causa compromiserit, utrum ex ea causa, ex qua potuit cum patre de peculio agere, an vero ex ea, qua non potuit: cum ex stipulatu pater conveniatur. §. 11. Idem scribit, judicati quoque patrem de peculio actione teneri. Quod [&] Marcellus: Putat etiam ejus actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati: nam sicut [44] [in] stipulatione contrahitur cum filio, ita [45] judicio contrahi: proinde [46] non [47] originem [48] judicii spectandam, sed ipsam judicati velut obligationem [49]. Quare & si quasi defensor condemnatus sit, idem putat. §. 12. Ex furtiva causa [50] filio quidem familias condici posse constat: an vero in [51] patrem, vel in dominum de peculio danda est, quæritur? Et est verius, in quantum [52] locupletior dominus factus esset, ex furto facto actionem de peculio dandam. Idem Labeo probat: quia * iniquissimum est, & ex furto [53] servi dominum locupletari [54] impune. Nam & circa [55] rerum amotarum actionem, filiæfamilias nomine, in id, quod ad patrem pervenit, competit actio de peculio. §. 13. Si filiusfamilias Duumvir [56] *pupillo rem salvam fore* caveri non [57] curavit, Papinianus lib. IX Quæstionum, de peculio [58] actionem competere ait: Nec quicquam mutare arbitror, an [59] voluntate patris Decurio factus sit: quoniam rempubl. salvam fore pater obstrictus est [60].

14 Imo, ex omnibus in fructuarium. *l. 19. §. 1. ff. eod.*
15 Actio de peculio dativa est. *Bart.*
16 Extraneus, v. *l. 28. in fin. ff. de stipul. servorum.* nam res hereditariæ, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt. vide *l. 1. ff. de ver. divis.*
17 Hereditarius servus ante aditam hereditatem est in potestate heredis jure, non facto. Nam hereditas factum non habet. *l. si prædio. 15. ff. de in diem. l. 1. §. Scævola. ff. si quis testamento liber.* adde *l. 31. ff. de heredibus instituendis.* Atque ita verbum *potestatis* in edicto positum, *in l. 1. §. 2. ff. eod.* locum habet in eo, qui in nullius est potestate, si factum spectes. Nam hereditas jure repræsentat heredem. 18 *l. 30. §. 2. ff. eod.* 19 Facit *l. 3. §. 1. ff. quibus ex caus. in poss.* 20 Verbum *alterius* locum habet in sexu utroque. 21 *l. 7. §. 1. ff. eod.* 22 Libellus in personam curatoris concipitur, quoties agitur in furiosum. 23 Peculium concedit non tantum is, qui nominatim concedit, sed & qui non prohibet, ne peculium habeatur. Igitur non prohibere, ne quid habeas, & connivere, concedere est. 24 *l. 5. C. quod cum eo.* 25 Fidejubentis, intervenientis, & mandantis similitudo. 26 *Negotium geri* dicitur, cum quis fidejubet, intervenit, mandat.
27 Causa fidejubendi & mandandi spectanda. 28 *§. 6. ff. eod. l. 20. ff. de fidejussoribus.*
29 Extra causam peculiarem. 30 *l. 47. §. 1. ff. eod. l. 30. §. 1. ff. de pactis.* 31 *§. 5. ff. eod.*

3. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

LIcet tamen Prætor, *si cum eo, qui in potestate sit, gestum sit*, polliceatur [15] actionem, tamen sciendum est, & si in nullius sit potestate [16], dari de peculio actionem: utputa, si cum servo hereditario [17] contractum sit ante aditam hereditatem. §. 1. Unde Labeo scribit, & si secundo tertiove gradu substitutus sit servus, & deliberantibus primis heredibus cum eo contractum sit, mox repudiantibus eis ipse [18] liber heresque exstiterit, posse dici, de peculio eum conveniri, & de in rem verso. §. 2. Parvi autem refert [19], servus quis masculi [20] an mulieris fuerit: nam de peculio & mulier convenietur. §. 3. Pedius etiam impuberes dominos de peculio obligari ait: non enim cum ipsis impuberibus contrahitur, ut tutoris auctoritatem spectes. † Idem adjicit, pupillum [21] non posse servo peculium constituere, nec tutoris auctoritate. §. 4. In furiosi [22] quoque curatorem dicimus dandam de peculio actionem: nam & hujus servus peculium habere potest: non si fuerit concessum, ut habeat; sed [23] si non fuerit prohibitum, ne habeat. §. 5. Si filiusfamilias [24], vel servus pro aliquo fidejusserint [25], vel alias intervenerint [26], vel mandaverint: tractatum est, an sit de peculio actio? Et est verius, in servo causam [27] fidejubendi vel mandandi spectandam: Quam sententiam & Celsus libro sexto probat in servo fidejussore. Si igitur quasi [28] intercessor servus intervenerit, non [29] rem peculiarem agens, non obligabitur dominus de peculio. §. 6. Julianus quoque lib. XII Digestorum scribit, si servus mandaverit, *ut creditori [meo] solveretur*, referre ait, quam causam mandandi habuerit: si pro creditore suo solvi [30] mandavit, esse obligatum dominum de peculio: quod si [31] intercessoris officio functus sit, non obligari dominum de peculio. §. 7. Cui congruit, quod idem Julianus scribit, Si à filio meo fidejussorem accepero, quidquid à fidejussore accepero, id me non de in rem verso, sed de peculio actione mandati præstaturum. Idem accipias & in servi fidejussore. Idemque, si alius mihi pro filio meo debitore solvisset. † Quod si filius meus debitor non fuisset, exceptione doli fidejussorem usurum: &, si solvisset, condicturum scribit. §. 8. Si servus, cum se pro libero gereret, compromiserit [32], quæritur, an de peculio actio ex pœna [33] compromissi, quasi ex negotio gesto, danda sit, sicuti trajectitiæ [34] pecuniæ datur? Sed hoc & Nervæ filio & mihi videtur verius [35], ex compromisso servi non [36] dandam de peculio actionem: quia [37] nec, si [38] judicio condemnetur servus, datur in eum actio. §. 9. Sed si filius fidejussor vel quasi interventor acceptus sit, an de peculio patrem obligat, quæritur? Et est vera Sabini & Cassii sententia existimantium, semper [39] obligari [40] patrem de peculio; & dictare [41] in hoc à [42] servo. §. 10. Quare [&] ex compromisso [43] pater tenebitur. Et ita Papinianus quoque lib. IX Quæstionum scribit: nec interesse ait, ex qua causa compromiserit, utrum ex ea causa, ex qua potuit cum patre de peculio agere, an vero ex ea, qua non potuit: cum ex stipulatu pater conveniatur. §. 11. Idem scribit, judicati quoque patrem de peculio actione teneri. Quod [&] Marcellus: Putat etiam ejus actionis nomine, ex qua non potuit pater de peculio actionem pati: nam sicut [44] [in] stipulatione contrahitur cum filio, ita [45] judicio contrahi: proinde [46] non [47] originem [48] judicii spectandam, sed ipsam judicati velut obligationem [49]. Quare & si quasi defensor condemnatus sit, idem putat. §. 12. Ex furtiva causa [50] filio quidem familias condici posse constat: an vero in [51] patrem, vel in dominum de peculio danda est, quæritur? Et est verius, in quantum [52] locupletior dominus factus esset, ex furto facto actionem de peculio dandam. Idem Labeo probat: quia * iniquissimum est, & ex furto [53] servi dominum locupletari [54] impune. Nam & circa [55] rerum amotarum actionem, filiæfamilias nomine, in id, quod ad patrem pervenit, competit actio de peculio. §. 13. Si filiusfamilias Duumvir [56] *pupillo rem salvam fore* caveri non [57] curavit, Papinianus lib. IX Quæstionum, de peculio [58] actionem competere ait: Nec quicquam mutare arbitror, an [59] voluntate patris Decurio factus sit: quoniam rempubl. salvam fore pater obstrictus est [60].

32 Compromissio obligari non potest, qui judicio obligari non potest. Servus compromittere in arbitrum non potest. *Goth. V.* ad hunc §. 8. Cujac. 8 *observ.* 11. S. L.
33 Nullum quod est compromissum, pœnam committi non facit. Pœnam itaque non præstat, qui compromisso, quod nullum sit, non stat.
34 Id est, sicuti teneretur dominus, si servo trajectitia pecunia credita fuisset, *l. 1. §. 16. ff. de exercitoria.* ratio diversitatis est, quod negotiis privatis domini servi interesse potest: judiciis, non potest, *ut hic. l. 13. ff. si quis cautionib.*
35 De peculio actio non datur in dominum ex compromisso servi cum pœna, *ut hic.*
36 *l. 32. §. 8. ff. de arbitr.*
37 Ergo & ex intercessionis causa fidejussor à servo datus non tenetur. vide in hanc *l.* Cujac. 8 *observ.* 11. Interim hic argumentum sumitur a judiciorum ratione ad arbitria & compromissa: ut qui judicio obligari non possunt, iidem non possint etiam obligari compromittendo: sed nec eum compromittere posse, qui mandatum negotii gerendi habeat.
38 Actio de peculio non datur in dominum, ex eo ipso, quod servus ejus suscepit judicium.
39 Eodem numero est obligatio, qua tenentur pater & filius. 40 Nisi filius donaverit, *l. 28. in fin. ff. de pact. l. 2. ff. de donat.* 41 De peculio actio non datur in dominum ex fidejussione servi: & in eo distat servus a filio, qui patrem actione de peculio obligat, sive contrahat, sive fidejubeat, sive compromittat, etiam sine consensu patris.
42 Qui dominum de peculio tenus non semper obligat fidejubendo. *l. 19. ff. de fidejuss.*
43 Compromittere filius potest etiam sine consensu patris, *ut hic.* licet in judicio esse non possit sine consensu patris. *l. ult. in fin. pr. C. de bonis, quæ liberis.* 44 Judicii & stipulationis similitudo.
45 In judicio, quasi contrahitur, *ut hic.* ut & per jusjurandum. *l. 5. §. 2. ff. eod.* 46 In judicio duplex contractus est, instantiæ, quæ fit per litis contestationem: debiti, per sententiam. Contestatio litis, origo judicii: finis, judicatum, seu sententia. *l. 11. in fi. ff. de novat. l. 5. C. de novat.*
47 Imo non origo judicii, seu titulus actionis, sed ipsa judicati obligatio, seu debiti causa respicitur. *l. 69. ff. de fidejuss.* 48 Substituta & subrogata actio, non semper ejusdem est naturæ, cujus ea actio est, cui fit subrogatio. 49 Sententia obligationem parit. 50 *l. 5. ff. de condict. furtiva.*
51 *l. 58. ff. de reg. jur.* 52 *l. 4. ff. de condict. furtiva. l. 16 ff. de vi, & vi.* 53 Actio de peculio non datur ex maleficio, nisi qua peculium locupletius est. 54 Locupletari ex furto servi dominos iniquissimum. 55 Citra, *mitigata.* adde *l. 3. §. 4. ff. rer. amot. l. 19. ff. de condict. furt.*
56 V. *l. 1. in fin. ff. de magistr. convenien.* Goth. Ad hunc §. v. Cujac. *lib. 7 observ. c. 31. & quæ Papiniau. lib. 9. tom. 4.* S. L. 57 Et ita litem suam fecit. 58 Tantum. 59 Adde *l. 3. C. ne uxor. l. 1. C. quod cum eo, qui in aliena.* 60 Non rem pupilli. vide in hanc *l.* Cujac. 7 *obs.* 31.
61 Vide *l. 5. §. ult. ff. eod.* Peculii natura tota, atque conditio a voluntate & destinatione unius, id est, ipsius domini dependet, unde non continuo peculium erit, quod servus ipse habet forsitan a ratione domini, sed quod ipse dominus peculium esse voluit. Peculium sola voluntate domini constituitur, interveniente vera traditione, vel ficta. 62 *Alias* sum a servi ratione discernens.
63 Liberationis & obligationis differentia est: Hæc facti excusationem requirit, non illa.
64 Remittere est dare. *Bart. arg. l. 10. in fi. ff. de condict. causa data.* 65 Peculium re, non verbis augendum. Verbis auget peculium dominus, quoties se peculii debitorem facit, cum non sit ipse debitor; re auget, cum debitum remittit servo peculium habenti. Remittere duo sunt. Quis remittit, donat. Cui debitum remittitur, peculium auget. *l. 8. ff. eod. v. l. 26. ff. de don. inter vir.*
66 Peculium domino ignorante constitui non potest, licet diminui possit. 67 Peculum minuit servus delinquendo, cum ex delicto obligetur 68 V. *l. 9. §. 1. ff. de pecul. legat.*
69 Peculium delicto minuit servus, non tantum cum furtum facit, sed & cum opem fert furtum facienti 70 Adde *l. 11. §. 6. ff. eod.*

minus ob rem subreptam consequi possim. §. 5. Si ære alieno dominico exhauriatur peculium servi, res tamen in causa peculii [21] manent [22]: nam si aut servo donasset debitum dominus, aut nomine servi alius domino intulisset, peculium suppleturi, nec est nova concessione domini opus. §. 6. Non [23] solum id in peculio vicariorum [24] ponendum est, cujus rei à domino, sed etiam id, cujus ab eo, cujus in peculio sint, seorsum rationem habeant.

De Deposito. 1. De precario. 2. De jurejurando. 3. Etymologia, 4. Et definitio peculii.

V. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

DEpositi [25] nomine, pater [26] vel dominus [27] dumtaxat de peculio conveniuntur, & si quid dolo malo eorum captus sum.

§. 1. Sed etsi precario res filiofamilias vel servo [28] data sit, dumtaxat de peculio pater dominusve obligantur. §. 2. Si filiusfamilias jusjurandum detulerit, & juratum sit, de peculio danda est actio, quasi [29] contractum sit. Sed [30] in servo diversum [31] est. §. 3. *Peculium* dictum est, quasi pusilla [32] pecunia, sive patrimonium [33] pusillum. §. 4. Peculium autem Tubero quidem sic definit [34] (ut Celsus lib. VI Digestorum refert), quod servus domini permissu [35], separatum [36] à rationibus dominicis habet [37], deducto [38] inde si quid domino debetur.

VI. CELSUS lib. VI Digestorum.

DEfinitio *peculii* [39], quam Tubero exposuit, [ut] Labeo ait, ad vicariorum [40] peculia non pertinet. Quod falsum est: nam eo [41] ipso, quod dominus servo peculium constituit, etiam vicario constituisse existimandus est.

1. De domino pupillo vel furioso. De libera administratione peculii. 2. De scientia domini. 3. De ætate & furore peculiari. 4. Quæ in peculio computantur.

VII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

QUam Tuberonis [42] sententiam & ipse Celsus probat. §. 1. Et adjicit, pupillum [43] vel furiosum constituere quidem peculium servo non posse: verum [44] ante constitutum (id est ante furorem, vel à patre pupilli,) non admetur ex his causis: Quæ sententia vera est. Et congruit eum eo, quod Marcellus apud Julianum notans adjicit, posse fieri, ut ex dominis servus peculium habeat apud alterum, apud alterum non; utputa si alter ex dominis furiosus sit, vel pupillus: si, ut quidam (inquit) putant, peculium servus habere non potest, nisi concedente domino: Ego autem puto, non esse opus concedi peculium a domino servum habere, sed [45] non adimi, ut habeat. Alia causa est peculii liberæ administrationis: nam [46] [hæc] specialiter [47] concedenda est.

§. 2. Scire [48] autem non utique singulas res debet [49], sed παχυμερέστερον, id est, *pinguius* [100]. Et in hanc sententiam Pomponius inclinat. §. 3. Pupillum autem, tam filium, quam servum, peculium habere posse, Pedius lib. XV scribit, cum [in] hoc (inquit) totum ex domini constitutione pendeat. Ergo & si furere cœperit servus, vel filius, retinebunt [1] peculium. §. 4. In peculio autem res esse possunt omnes, & mobiles, & soli: vicarios [2] quoque in peculium potest habere, & vicariorum peculium: hoc amplius [3], & 4 nomina [5] debitorum. §. 5. Sed & si quid furti actione servo deberetur, vel alia actione, in peculium computabitur; hereditas quoque & legatum, ut Labeo ait. §. 6. Sed & id quod dominus sibi debet, in peculium habebit, si forte in domini rationem impendit [6], & dominus ei debitor manere voluit: aut si debitorem ejus dominus convenit: quare si forte ex servi emptione evictionis nomine, duplum dominus exegit, in peculium servi erit conversum, nisi forte dominus eo proposito fuit, ut nollet hoc esse in peculium servi. §. 7. Sed & si quid ei conservus [7] debet, erit peculii, si modo ille habeat peculium, vel [prout] habebit.

De nuda voluntate domini, & de traditione.

VIII. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

NOn [8] statim, quod dominus voluit ex re sua peculii esse, peculium fecit: sed si [9] tradidit, aut cum apud eum esset, pro [10] tradito habuit: desiderat enim res naturalem dationem: Contra [11] autem, simul atque noluit, peculium servi desinit peculium esse.

Si dominus, 1. Vel conservus damnum vel furtum fecerit. 2. De eo, quod debetur domino. 3. Aut hu, qui sunt in ejus potestate. 4. Aut tutela, aut cura, vel quorum negotia administrant. 5. Si creditor succedat ei, qui tenetur de peculio. 6. De causis, ex quibus servus domino debet. 7. De damno dato a servo in sua persona. 8. De eo, quod dominus debet, aut præstitit pro servo.

IX. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SEd si damnum servo dominus dederit, in peculium hoc non imputabitur, non magis, quam si subripuerit [12]. §. 1. Plane si conservus dedit [13] damnum, vel subripuit, in peculium videtur haberi. Et ita Pomponius libro undecimo scribit: nam & si quid dominus ab eo, qui rem peculiarem subripuit, vel consecutus est, vel consequi potest [14], in peculium esse ei imputandum, Neratius lib. II Responsorum scribit. §. 2. Peculium [15] autem deducto [16], quod [17] domino debetur, computandum esse, quia prævenisse [18] dominus, & cum servo suo egisse [19] creditur.

§. 3. Huic definitioni Servius adjecit, *& si quid his debeatur, qui sunt in ejus potestate*; quoniam hoc quoque domino deberi nemo ambigit. §. 4. Præterea id etiam deducetur, quod his personis debetur, quæ sunt in tutela vel cura domini, vel patris; vel quorum negotia administrant; dummodo dolo careant, quoniam & si [20] per dolum peculium vel ademerint vel imminuerint, tenentur: nam si semper prævenire dominus & agere videtur, cur non dicatur etiam hoc nomine eum secum [21] egisse, quo [nomine] vel tutelæ, vel negotiorum gestorum, vel utili actione teneantur? Nam, ut eleganter Pedius ait, ideo hoc minus in peculio est, quod [22] domino vel patri debetur, quoniam [23] non est verisimile [24], dominum id concedere servo in peculium habere, quod sibi debetur: Sane cum ex cæteris causis [25] ipsum à [26] semetipso exegisse dicimus, qui negotia vel tutelam gerat, cur non etiam in specie peculiari exegerit, quod exigi debuit? Defendendum igitur erit, quasi [27] sibi eum solvere, cum quis agere de peculio conabitur. §. 5. Sed & creditor servi, qui heres exstitit domino ejus, deducit de peculio, quod sibi debetur [si conveniatur], sive libertatem servus acceperit, sive non. Idemque & si legatus sit pure servus: nam quasi prævenerit, & ipse secum egerit, sic deducet, quod sibi debetur: licet nullo [28] momento dominium in manumisso vel legato pure habuerit. Et ita Julianus lib. XII scribit. † Certe si sub conditione servus libertatem acceperit, minus dubitanter Julianus eodem loco scribit, heredem deducere: dominus enim factus est. Ad defensionem sententiæ suæ Julianus etiam illud adfert, quod si ei, qui post mortem [29] servi vel filii intra annum potuit conveniri de peculio, heres exstitero, proculdubio deducam [30], quod mihi debetur. § 6. Sive autem ex contractu [31] quid domino debeat, sive ex rationum reliquis, deducet dominus. Sed & si ex delicto ei debeat, utputa ob furtum, quod fecit, æque deducetur. † Sed est quæstionis, utrum ipsa furti æstimatio, id est, [id] solum, quod domino abest, an vero tantum, quantum si alienus servus commisisset, id est, cum furti pœnis? Sed prior sententia verior est, ut ipsa furti æstimatio sola deducatur.

§. 7. Si [32] ipse servus sese [33] vulneravit, non debet hoc damnum deducere; non magis, quam si se occiderit, vel præcipitaverit: licet [34] enim [etiam] servis naturaliter [35] in suum corpus sævire: Sed si [36] à se vulneratum servum dominus curaverit, sumptuum nomine debitorem eum domino puto effectum: quanquam si ægrum eum curasset, rem suam potius egisset

§. 8. Item deducetur de peculio, si [37] quid dominus servi nomine obligatus est, aut præstitit obligatus: ita, si quid ei creditum est jussu domini: nam hoc deducendum, Julianus lib. XII Digestorum scribit: Sed hoc ita demum verum puto, si non in rem domini, vel patris, quod acceptum est, pervenit: alioquin secum debebit compensare. Sed & si pro servo fidejusserit, deducendum Julianus lib. XII Digestorum scribit: Marcellus autem in utroque, si nondum quicquam domino abfit, melius [38] esse ait, præstare creditori, ut [39] caveat [ille], *refusurum se, si quid præstiterit dominus hoc nomine conventus*, quam ab initio deduci: ut medii temporis interusurium magis creditor consequatur. † Sed si de peculio conventus dominus, condemnatus est, debebit de sequenti actione de peculio deduci: cœpit enim dominus vel pater judicati teneri: nam & si quid servi nomine non condemnatus præstitisset creditori, etiam hoc deduceret.

De occupatione.

X. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI vero adhuc in suspenso est prius judicium de peculio, & ex posteriore judicio res judicaretur, nullo modo debet prioris judicii ratio haberi in posteriore condemnatione, quia [*] in actione de peculio occupantis [40] melior est conditio: *Occupare* autem videtur, non qui prior litem contestatus est, sed qui prior [41] ad [42] sententiam judicis pervenit.

De judicio noxali. 1. Si dominus pro servo aut servus domino promiserit. 2. Si servus à debitore domino exegerit. 3. An idem debitum sæpius deducatur. 6. An dominus de peculio deducat, quod aliunde consequi potest. 7. De servo vendito cum peculio. 8. Si quis servum emerit, cum quo contraxerat. 9. An dominus deducat, quod alii debetur.

XI. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI noxali judicio conventus dominus, litis [43] æstimationem obtulerit, de peculio deducendum est: quod si noxæ dederit, nihil est deducendum [44]. §. 1. Sed & si quid dominus soluturum se servi nomine repromisit [45], deduci oportebit: quemadmodum si [46] quid domino servus pro debitore expromiserat. † Idem est & si pro libertate quid domino expromisit, quasi debitor domino sit effectus: sed ita demum, si manumisso eo agatur [47]. §. 2. Sed si à debitore dominico servus exegerit, an domini debitorem se fecerit, quæritur? Et Julianus lib. XII Digestorum, non [48] aliter dominum deducturum ait, quam si ratum habuisset, quod exactum est. Eadem & in filiofam. dicenda erunt. Et puto veram Juliani sententiam: naturalia [49] enim debita spectamus in peculii deductionem: est autem naturæ æquum, liberari filium vel servum obligatione, eo [50] quod indebitum videtur exegisse.

§. 3. Est autem quæstionis, an id, quod dominus semel [51] deduxit, cum conveniretur, rursus, si conveniatur de peculio, eximere debeat: an vero veluti solutum ei videatur, semel facta deductione? Et Neratius & Nerva putant: Idem Julianus lib. XII scribit, si [52] quidem abstulit hoc de peculio, non debere deduci: si vero eandem positionem [53] peculii reliquit, debere eum deducere [54]. §. 4. Denique scribit, si servus vicarium [55] quinque valentem in peculium habuit, & domino quinque deberet, pro quibus vicarium dominus deduxisset, & mortuo postea vicario alium ejusdem pretii servus comparaverit, non desinere domini esse debitorem, quasi vicarius ille domino decesserit; nisi forte, cum eum servo ademisset, & sibi solvisset, tunc decesserit. §. 5. Idem recte ait, si cum vicarius valeret decem, dominus conventus de peculio, quinque pro servo præstitisset, quoniam quinque ipsi debebantur; mox vicarius decessisset: adversus alium agentem de peculio, decem dominum deducturum, quia [&] in eo, quod jam pro eo solvit, debitorem servum sibi fecerit: Quæ sententia vera est, nisi servo ademit vicarium, ut sibi solveret. §. 6. Quod autem

---

21 *Al.* peculiari. 22 Jus universale minui potest, etsi corpora ipsa universitatis non minuantur. 23 In peculio voluntas domini & servi ordinaria inspicitur. 24 *l.* 6. §. *eod.* 25 Peculio tenus obligantur patres & domini, ex filiorum vel servorum deposito, precario, jurejurando. 26 *l.* 1. §. 42. §. *depositi. l.* 3. §. 4. §. *commodati.* 27 *l.* 26. §. *eod.* 28 *l.* 13. §. *de precar.* 29 Per jusjurandum quasi contrahitur, sicut per sententiam. *Bald.* adde *l.* 3. §. 11. §. *eod.* 30 Argumentum à liberto ad servum corruit data dissimilitudine. dixi *l.* 1. §. 1. §. *si certum.* 31 Imo idem est in servo. *l.* 23. §. *de jurejurando.* 32 Facit *l.* 79. §. *de leg.* 3. Peculium, pecuniæ præsidii causa repositæ, *d.l.* 79. interdum [illegible] universæ facultates, *l.* 16. §. *ad Trebell.* quod olim Romæ maximi reditus & census in pecore, *l. cens.* Est & peculium, patrimonium parsimonia quæsitum. *l.* 39. §. *eod.* 33 *l.* 39. §. *eod.* 34 Vide *Theoph.* §. 10. *Inst. de act.* 35 Id est, voluntate. *l.* 4. §. 2. §. *eod.* 36 *l.* 4. §. *eod.* 37 Traditum non nuda voluntate. v. *l.* 4. §. *eod.* 38 *l.* 53. §. *soluto.* 39 V. Revard. *lib.* 5 *Variar. c.* 10. S. L. 40 *l.* 4. *in fi.* §. *eod. l.* 6. §. 2. §. *de pecul. legato.* 41 Peculium qui ordinario servo constituit, idem & ordinarii servi vicario peculium constituisse intelligendus est. 42 *l.* 5. *in fi. l.* 6. §. *eod.* Goth. V. ad hunc §. Vital. *lib.* 2 *var. lect. c.* 23. Augustin. *lib.* 1 *emendat. c.* 4. S. L. 43 *l.* 3. §. 3. §. 4. §. *eod.* 44 Furore domini superveniente, peculium servo adimi non intelligitur. 45 Peculium constituitur, non tantum si concederetur, sed & si non adimitur. 46 Procurator, ut habeat libertatem, oportet dominum ei liberam concedere. *Bald.* 47 Specialiter libera rei administratio concedenda est servo peculiato, *ut hic.* ut & procuratori. 48 Scientia duplex: Una specialis, & exacta, rerum etiam singularum: Altera generalis, qua παχυμερίστερον, id est, pinguius & solutius res scimus. 49 V. *l.* 40. *in pr.* §. *eod.* 100 Hoc Latino verbo utitur Jurisconsultus, *l.* 49. *in fi.* §. *de rejud. l.* 14. §. *de except. rei jud.* pinguius autem est crassius, solutius, non ita exacte ac specialiter. 1 Furore patris peculiatus filiusfamilias peculium non amittit, *ut hic.* eodem modo furore domini servus peculium non amittit. §. 1. §. *eod.* 2 Et sic res moventes. 3 Mobilium & immobilium appellatione nomina non continentur: hæc enim tertiam rerum speciem constituunt. adde *l. moventium.* 93. §. *de verb. signif.* 4 Et sic res incorporales. 5 V. *l.* 25. §. *soluto.* 6 Venit autem in hanc actionem, quod in rem domini versum est. *l.* 19. *in fi.* §. *de in rem verso.* 7 *l.* 9. §. 1. *l.* 17. *in fi.* §. *eod. l.* 8. §. 2. §. *de peculio legato.* 8 Separata à rationibus domini, quæ dicantur. 9 Peculium constituitur traditione naturali, vel quasi: admitur vero etiam nudis verbis. *l.* 4. §. 1. *in fi.* §. *eod. l.* 26. §. *de donat.* Goth. De vi vocabuli traditionis vide Wurmser. *lib.* 1 *obs. tit.* 3. *obs.* 6. Ansl. 10 Pro tradito habetur, quod quasi traditur, ut si rem meam esse apud te patior. 11 Facilior est peculii ademptio, quam datio: hæc naturalem rationem requirit, ut & illa, simul atque noluit dominus, fit. 12 V. *l.* 9. §. 1. §. *de peculio legato.* 13 *l.* 9. §. 1. §. *de pecul. legat.* 14 *l.* 11. §. 2. §. *eod.* 15 Deducere seu deduxisse ex peculio, quando dominus dicatur, & quibus ex personis deducat. 16 Dominus enim privilegium habet in peculio servi, *l.* 3. *in pr.* §. *de tributoria.* 17 Peculium intelligitur eo deducto, quod dominus debetur, 18 Qui deducit, cepisse intelligitur. 19 *l.* 11. §. 2. §. *eod.* Cur ita? v. §. 4. §. *eod.* 20 *l.* 21. *in pr.* §. *eod. l.* 19. §. *de in rem verso.* 21 Secum agere quis interdum dicitur. 22 *l.* 9. §. 4. §. *de peculio legato.* 23 In peculio servi esse non videtur, quod ipsi domino debetur. 24 Verisimilia quoque In causis decidendis sequimur. 25 Puta negotiorum gestorum. *l.* 6. *in fin. l.* 8. *l.* 38 §. *de neg. gest.* 26 A semetipso quis etiam exigere potest. 27 Quasi sibi solvit, qui debitori succedit. 28 Legatæ rei dominium nullo momento est penes heredem. Nam legata rectâ via ab eo, qui legavit, transeunt ad eum, cui legata sunt. *l.* 64. *in fi.* §. *de furtis.* 29 Vel manumittendum. *l.* 6. §. *qui, & à quibus manumiss.* 30 §. *ult.* §. *eod.* 31 *l.* 30. §. *de action. empti. l.* 5. §. 7. §. *de tributoria.* 32 Hoc modo servus nocet domino; verum hic modus facti est, non juris, ut dixi *l.* 3. *C. de patiis.* 33 *Ut l.* 23. §. 3. §. *de ædilitio edicto.* 34 Atqui nemo dominus est membrorum suorum, *l. liber homo.* 13. §. *ad l. Aquil.* Licet; id est, diligentia domini vix id prohiberi vel impediri potest. 35 Naturaliter in seipsum sævit, qui se vulnerat. 36 Ex peculio servi dominus deducit id omne, quod impendit in servum, qui seipsum vulneravit, curando: at non quod impendit in eum ægrum tantum curandum. *Goth.* De medicamentorum sumptib. v. Garf. *de expens. c.* 3. Marc. Mantuan. *singul. obs. cap.* 16. *circa med.* Ansl. 37 Ex peculio servi vel filii deducit pater vel dominus id, quod servi vel filii nomine præstitit, aut præstare cogitur, nisi superiores personæ id in rem patris vel domini verterint. §. 6. §. *eod.* Goth. De jure deductionis vide Menoch. *Consil.* 704. *n.* 14. & 22. *lib.* 8. Ansl. 38 Hæc duo verba, *melius esse*, Hoto. putat superesse. 5 *obs.* 16. 39 *l.* 52. *in fin.* §. *eod. l.* 57. *in fi.* §. *de pecit. l. cred. l.* 2. §. 2. §. *de coll.* 40 Occupantis melior est conditio, ubi æqua omnium conditio est. *l.* 52. §. *eod. l.* 6. §. *de tributoria. l.* 3. §. *quod cum eo, qui in aliena.* 41 *l.* 14. §. *de noxalib. action. l.* 9. §. *de verb. oblig.* 42 Qui prior sententiam obtinuit. 43 De peculio servi deducit dominus litis æstimationem noxali judicio præstitam, seu id, quod

---

noxali judicio, servi nomine conventus præstitit, *ut hic.* An idem si servum ipsum pro noxa dederit? Non idem, *vers. quod si noxæ.* 44 In hoc casu: sed in vicario distingue ex *l.* 16. §. *de peculio legato.* 45 De peculio servi deducit dominus, quod servi nomine expromisit.

46 De peculio deducit dominus, quod servus ipse pro alio debitore apud ipsum dominum expromisit: sed &, si quid domino pro libertate obtinenda expromisit. 47 *Sub.* inter vivos: ne obstet lex *denique.* 8. §. *his consequenter.* 5. §. *de peculio legato.* 48 Vide *l.* 9. §. 1. §. *eod.*

49 Non civilia, *l.* 41. *l.* 49. *in fin.* §. *eod.* 50 *l.* 9. §. 2. §. *eod.* 51 Semel re & verbo deductum ex peculio, amplius deduci non potest: verbis vero tantum deductum, deduci postea potest. 52 Re ex peculio deducit, qui aufert ex peculio debitum: verbis tantum, qui eandem positionem peculii relinquit. 53 *Positio* eadem peculii, est idem status peculii apud Albericum. A quibusdam legitur *possessionem.* Cæterum idem status peculii est, cum nihil dum deductum est per dominum. 54 Quia videtur eam partem in compensationem destinasse. *l.* 13. §. *de compensationibus.* 55 *Vicarius*, servi ordinarii servus. *Scholiast. Synops. Basil.* 18. *Titul.* 5. *c.* 16. *Theophr.* §. 4 *Institut. quod cum eo.*

tem deduci debere diximus [58] id, quod debetur ei, qui de peculio convenitur, ita accipiendum est, si non [59] hoc aliunde consequi potuit. §. 7. Denique Julianus scribit, venditorem, qui servum cum peculio vendidit, si de peculio conveniatur, non debere deducere, quod sibi debetur: potuit enim hoc ex ratione peculii detrahere, & nunc condicere quasi indebitum: quoniam non [60] est in peculio, quod domino debetur: potest (inquit) etiam ex vendito agere: Quod ita erit probandum, si [61] tantum fuit in peculio, cum venderet, ut satisfacere debito dominus possit: cæterum, si postea quid accessit, conditionibus debiti existentibus, quod dominus non distraxerat [62], contra erit dicendum.

§. 8. Idem scribit, si quis servum, cujus nomine de peculio habebat actionem, comparasset, an possit deducere, quod sibi debetur, quoniam [63] adversus venditorem habeat actionem de peculio? Et recte ait, posse: nam & quivis alius potest eligere, utrum cum emptore [64], an cum venditore agere: Hunc igitur eligere pro actione deductionem: Nec video, quid habeant creditores, quod querantur; cum possint ipsi venditorem convenire, si quid forte putant esse in peculio. §. 9. Non solum autem, quod ei debetur, qui convenitur, deducendum est; verumetiam si [65] quid socio ejus debetur. Et ita Julianus lib. XII Digestorum scribit: nam * qua ratione in solidum alteruter convenitur, pari ratione deducere eum oportet, quod alteri debetur: Quæ sententia recepta [66] est:

XII. JULIANUS lib. XII Digestorum.

QUia hoc casu etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est.

XIII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SEd in emptore, & venditore vera non est; item in fructuario, & proprietario, & cæteris, qui [67] non sunt socii; & in domino, & bonæ fidei emptore: nam & Julianus libro duodecimo scribit, neutrum horum deducere id, quod alteri debetur.

XIV. JULIANUS lib. XII Digestorum.

ITem cum testamento, præsenti die servus liber esse jussus est [68], cum omnibus heredibus [69] de peculio agendum [70] est: nec quisquam eorum amplius deducet, quam quod ipsi debeatur.

§. 1. Item cum servus vivo domino mortuus est, deinde dominus intra annum plures [71] heredes reliquit, & de peculio actio, & deductionis jus scinditur [72].

XV. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SEd si duo sint bonæ fidei possessores, adhuc dicendum erit, neutrum plus deducturum, quam quod sibi debetur: Idemque & si duo sunt fructuarii: quia nullam [73] inter se habent societatem. Idem dicetur interdum & in sociis, si forte separata apud se peculia habeant, ut alter alterius peculii nomine non conveniatur: ceterum si commune sit peculium, & in solidum convenientur, & deducetur, quod utrique debetur.

Quibus casibus peculium servi communis non est commune.

XVI. JULIANUS lib. XII Digestorum.

QUis [74] ergo casus est, quo peculium servi communis ad alterum ex dominis solum pertineat? In primis, si quis servi partem dimidiam vendiderit, nec peculium ei concesserit [75]: Deinde, si quis servo communi pecuniam, vel res aliquas ea mente dederit [76], ut proprietatem eorum retineret, administrationem autem servo concederet, *Marcellus notat*. Est etiam ille casus, si alter ademerit, vel si omni quidem modo concesserit dominus; sed in [77] nominibus erit concessio [78].

De peculio vicarii, & ordinarii.

XVII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI servus meus ordinarius [79] vicarios habeat, id, quod vicarii mihi debent, an deducam ex peculio servi ordinarii? Et prima illa quæstio est, an hæc peculia in peculio servi ordinarii computentur? Et Proculus, & Atilicinus existimant, sicut ipsi vicarii [80] sunt [81] in peculio, ita etiam peculia eorum: & id quidem, quod mihi dominus [82] eorum, id est, ordinarius servus debet, etiam ex peculio eorum detrahetur; id vero, quod ipsi vicarii debent, dumtaxat ex ipsorum peculio: sed & si quid non mihi, sed ordinario servo debent, deducetur de peculio eorum, quasi conservo debitum; id vero, quod ipsis debet ordinarius servus, non [83] deducetur de peculio ordinarii servi; quia peculium eorum in peculio ipsius est. Et ita Servius respondit: sed peculium eorum augebitur [84], ut opinor: quemadmodum si dominus [85] servo suo debeat.

XVIII. PAULUS lib. IV Quæstionum.

CUi consequens est, ut si Sticho [86] peculium suum legatum sit, isque ex testamento agit, non aliter cogetur id, quod vicarius ejus testatori debet, relinquere, nisi is, id [est,] vicarius, peculium habeat.

1. De servo dotali, aut fructuario, aut bona fide a duobus possesso. 2. De fructuario, & domino. De duobus dominis.

XIX. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

HInc quæritur, si ordinarii servi nomine actum sit de peculio, an agi possit & vicariorum? Et puto non posse. Sed si actum sit de peculio vicarii, agi poterit & de peculio ordinarii [87].

§. 1. Potest esse apud me duplicis [88] juris peculium: utputa servus est dotalis [89]: Potest habere peculium, quod ad me respiciat, potest & quod ad mulierem: Nam * quod [90] ex re mariti quæsiit, vel ex operis suis [91], id ad maritum pertinet: & ideo si respectu [92] mariti heres sit institutus, vel ei legatum datum, id eum non debere restituere, Pomponius scribit. Si igitur mecum agatur ex eo contractu, qui ad me respicit, utrum omne deducam, quodquod debetur mihi, sive ex mea causa, sive ex ea, quæ ad uxorem respicit? An vero separamus 93 causas, quasi in duobus peculiis, ut & causa debiti, quod petitur, spectetur: Ut si quidem ex eo peculio agatur, quod ad mulierem spectat, id deducam, quod ex eo contractu debeatur; si ex eo contractu, qui ad me respicit, meum deducam? † Quæ quæstio dilucidius est in fructuario 94 tractata: utrum ex eo demum contractu potest de peculio conveniri, quod ad se pertinet, an ex omni? Et Marcellus etiam fructuarium teneri scribit, & ex omni contractu 95: eum enim, qui contrahit, totum servi peculium, velut patrimonium, intuitum: Certe illud admittendum omni modo dicit, ut priore convento, ad quem * res * respicit, in superfluum is, cui quæstum non est, conveniatur: Quæ sententia probabilior est, & a Papiniano probatur. Quod & in duobus bonæ fidei emptoribus erit dicendum. Sed in marito melius est dicere, simpliciter eum de peculio teneri. Sin autem maritus, hujusmodi servi nomine, aliquid præstiterit 96, an adversus mulierem agentem dotis nomine deducere id possit? Et ait, si id, quod creditori præstitum est, ad utriusque generis peculium pertinebit, pro rata utrique peculio decedere debere: Ex quo intelligi potest, si ad alterum peculium contractus pertinebit, modo soli uxori detrahi, modo non detrahi, si ad id peculium pertinuit contractus, quod apud maritum resedit. §. 2. Interdum 97 & ipsi 98 fructuario 99 adversus dominum datur actio de peculio, utputa si apud eum habeat peculium, apud ipsum vero aut nihil, aut minus, quam fructuario debetur. Idem etiam contra [100] eveniet: quamvis in duobus dominis sufficiat pro socio [1], vel communi dividundo actio.

XX. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

NAm inter se agere socii de peculio non possunt.

De dolo domini, 1. Vel tutoru, vel curatoris, vel procuratoris, 2. Vel venditoris, vel defuncti, 3. Ante, vel post judicium acceptum. 4. Si recusetur actio de peculio.

XXI. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SUmma cum ratione etiam hoc *peculio* Prætor *imputabit*, *quod dolo* [2] *malo domini factum est*, *quo minus in peculio esset*. † Sed *dolum malum* accipere debemus, si ei ademit peculium: Sed & si eum intricare [3] peculium in necem creditorum passus est, Mela scribit, dolo malo ejus factum. Sed & si quis, cum suspicaretur alium secum acturum, alio peculium avertat, dolo non caret: Sed si alii solvit, non dubito de hoc, quin non teneatur; quoniam creditori solvitur, & * licet creditori vigilare [4] ad suum [5] consequendum.

§. 1. Si dolo [6] tutoris, vel curatoris furiosi, vel procuratoris, factum sit, an pupillus, vel furiosus, vel dominus, de peculio conveniatur, videndum? Et puto, si solvendo tutor sit, præstare pupillum ex dolo ejus: maxime, si quid ad eum pervenit. Et ita Pomponius lib. VIII Epistolarum scribit. Idem [&] in curatore, & procuratore, erit dicendum. §. 2. Emptor autem ex dolo venditoris non tenebitur, nec heres, vel alius successor, nisi in id, quod ad se pervenit. §. 3. Sive autem post judicium acceptum 7, sive ante, dolo factum sit, continetur officio Judicis. §. 4. Si dominus vel pater recuset de peculio actionem, non est audiendus, sed cogendus [8] est, quasi aliam quamvis personalem actionem suscipere.

De cautione damni infecti ædium peculiarium nomine. De judicio noxali, vicarii nomine.

XXII. POMPONIUS lib. VII ad Sabinum.

SI damni infecti, ædium peculiarium nomine, promiserit dominus, ratio ejus haberi debet. Et ideo 9 ab eo, qui de peculio agit, domino cavendum est.

XXIII. IDEM lib. IX ad Sabinum.

ÆDium autem peculiarium nomine in solidum damni infecti promitti debet [10]: sicut vicarii nomine noxale judicium in solidum pati: quia [11] pro pignore eas, si non defendantur, actor [abducit vel] possidet.

De curatore furiosi.

XXIV. ULPIANUS lib. XXVI [12] ad Sabinum.

CUrator furiosi administrationem peculii [13] & dare & denegare potest tam servo furiosi, quam filio.

De vestimentis servo concessis.

XXV. POMPONIUS lib. XXIII ad Sabinum.

ID vestimentum [14] peculii esse incipit, quod ita dederit dominus, ut eo vestitu servum perpetuo [15] uti vellet, eoque nomine ei traderet, ne quis alius eo uteretur, idque ab eo ejus usus gratia custodiretur. Sed quod vestimentum servo dominus ita dedit utendum, ut non semper, sed ad certum usum, certis temporibus eo uteretur, veluti cum sequeretur eum, sive cœnanti ministrabit, id vestimentum non esse peculii.

De dolo domini.

XXVI. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SI semel ex ea causa, [id est,] quod dolo [16] fecerit, dominus præstiterit de peculio conventus, cæteris ex eadem causa nihil [17] præstabit [18]. Si tantundem servus ei debeat, quantum dolo minuit, non erit condemnandus. His consequens erit, ut manumisso quoque vel alienato servo, ex causa [etiam] doli intra annum teneatur.

De ancilla & filiafamil. 1. Quid deducit heres. 2. De servo alienato. 3. De servo communi.

XXVII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

ET ancillarum [19] nomine [20], & filiarumfamilias *in peculio* actio datur: maxime, si qua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium, quod in re mobili, hinc Jacobus Aretinus & Baldus colligunt adversus Glossam *l. item si servum. 6. §. de Publiciana. & in l. jubere. 4. §. de jurisd. arg. l. quæ legatorum. 14. §. ut in possess.* 12 Junge ex eodem libro *l. 17. §. de adopt. l. 4. §. de divortiis. l. 9. §. de ritu.* 13 Non potest autem ipsum peculium dare. *l. 3. §. 3. in fin. §. 4. & argum. l. 7. §. 1. §. cod.* 14 Peculii ea vestis est, quam dominus servo dederit, ut ea solus ipse perpetuo uteretur, & apud ipsum ejus usus gratia custodiretur. Si vero ad certum usum, certumve tempus dedit, ut ea scilicet uteretur, quum eum sequeretur, vel ministraret, non est peculii. *Synops. Basil. 18. tit. 5. c. 22.* 15 Id est, quandiu durabit. Nam alioquin vestimenta usu deteruntur. §. 2. *Inst. de usufr.* vide quæ scripsi ad *l. 66. §. soluto.* Goth. Adde Anton. Fabr. *ad hanc leg. & l. 40. §. 1. §. h.t.* Ansl. 16 Puta, minuerit, averterit, consumpserit peculium. *l. 21. §. cod.* Goth. V. Cujac. *ad lib. 30 Pauli ad Edictum tom. 1. S. L.* 17 Compensationem hic ipso jure fieri notat Albericus. 18 Quia ipso jure plusquam semel deberi non potest. *l. 18. §. de verb. oblig. l. 57. §. de reg. jur.* 19 De peculio actio adversus patrem vel dominum datur, etiam ancillarum & filiarum nomine. *l. 1. §. 3 §. cod. l. 5. §. 2. §. de tributor. act.* Goth. Vide Cavalcan. *part. 1. decis. 26. num. 1.* Ansl. 20 *l. 14. §. de negotiis.*

58 *l. 9. §. 2. §. eod.*

59 De peculio deduci non potest, quod aliunde, aliave actione dominus potest consequi. *l. 4. §. antepenult. §. eod.* Goth. V. Munoch. *de remedio adipiscend. 4. n. 423.* Ansl.

60 In peculio non est, quod domino debetur.

61 Facit *l. 35. §. 1. §. 2. §. de negotiis.*

62 *Al.* detraxerat, & ita notat quoque legi Albericus.

63 Excipere de jure tertii, nisi ab eo causam habeat, neminem posse hinc Baldus colligit.

64 *l. 32. §. penultim §. cod.*

65 Ex peculio socius deducit, non tantum quod sibi debetur, sed & quod socio, ubi nimirum communio ei cum socio est servi ipsius, & ejus peculii: secus si vel servi vel neutrius est communio. *l. 51. circa finem. §. cod. l. 4. §. de tributor.*

66 Inter Jurisconsultos in foro, & judicando.

67 Veluti quod pariter ei donata sit, vel legata, §. 3. *Inst. de obligat. quæ ex quasi contractu.*

68 *Sub.* à domino peculii nomine obligato.

69 *Sub.* domini.

70 *Sub.* pro parte hereditaria.

71 Adde *l. 30. §. 1. §. cod.*

72 Quia servus desiit esse communis. *l. 29. §. cod.*

73 *d. §. 3. v. l. 25. §. 16. §. fam. erc.*

74 *l. 37. §. 2. §. eod.* v. Bart. *in l. solutum. 11. §. per liberam. §. de pignoratitia.*

75 Debet enim specialiter concedi: nam quoties servus venit, cum peculio non distrahitur. *v. l. 29. §. de contr. empt.*

76 Vide *l. 37. §. 1. §. de adq. rerum dom.*

77 Obligationes & nomina non ita transferuntur, ut jura realia. *l. 1. in fi. l. 2. l. 3. §. pro socio.* Cur ita? obligationes, & actiones magis inhærent personæ.

78 Cessio nominum facienda est. vide quæ scripsi *ad d. l. 3.*

79 Servus servi, & peculium ejus sunt primi servi. (primus servus hic, *ordinarius*: servus servi, *vicarius* dicetur). Quod igitur domino debetur à primo servo, ex ejus quoque peculio deducitur, qui servi servus est: quod autem à servo servi debetur, non ex primi servi, sed ex ipsius tantum peculio deducitur, sive domino, sive primo servo debeat. Quod autem primus servus servo suo debet, non deducitur illud quidem, sed ejus tamen, qui servi servus est, peculium auget: quemadmodum si dominus servo suo debeat. *Synopsis Basil. & ibid. Scholiastes 18. tit. 5. c. 16.* Goth. De servorum vicariis vide Revard. *var. lib. 5. c. 20.* Ansl. Adde Cujac. *lib. 4 quæst. Pauli. tom. 1. S. L.* 80 *Vicarius* una cum suo peculio in peculio est servi ordinarii. *l. 4. in fin. l. 6. §. cod. l. 6. §. 2. §. de peculio legato. §. 4. in fin. Inst. quod cum eo qui in aliena.* adde *l. 5. §. de evictionibus.* adde quæ scripsi *ad l. 2. C. qui manumittere.*

81 Peculiares inde servi dicti. *l. 21. §. de pecul. legat.* 82 Est igitur ordinarius dominus vicarii, id est, veluti dominus (sicuti peculium est, quasi patrimonium servi. *l. 39. §. cod.* Alia sunt in jure naturalia nomina, alia civilia: *Peculium*, est naturale nomen: *patrimonium*, civile. *Contubernium*, naturale: *matrimonium*, civile. *Cognatio*, naturale, *adgnatio* civile.) Veluti dominus, quia conservus est alter alteri. Horat. 1 *serm. 7.* Sive vicarius est, qui servo paret, uti mos vetter ait, seu conservus. Et alio loco, Conservus, ubi portanda locabit in arca, Cujac. 8. *ad Afric. ad l. 38. §. 2. §. cod.* 83 Imo non deducendum ex vicarii peculio, quod conservo debetur. *l. 5. §. 1. §. de tributoria.* 84 Hujusmodi debito. *l. 7. in fin. §. eod.* 85 Servus ordinarius, servi sui vicarii quasi dominus: Unde notant, *Dominum* dici nuda ratione præeminentiæ, seu prærogativæ. Inde rursus notant, uxore domina, & magistra relicta, dominium rei non intelligi ei relictum, sed usumfructum tantum. 86 *l. 38. §. 2. §. eod.* 87 Quia majori summæ ineste minor. vide *l. 37. §. 3. §. eod.* 88 Peculium duplici jure apud aliquem esse potest. 89 De peculio servi dotalis maritus tenetur indistincte: sive ejus sive uxoris sit peculium in servo.

90 Mariti est, quidquid dotalis servus ex re ipsius vel operis suis adquisivit.

91 Et sic fructus servi dotalis mariti est. *l. ult. §. soluto matrimonio.*

92 Contemplatione cujus quidque fiat, considerandum: ut ecce, dotalis servus, non ipsius dominæ, sed ejus mariti contemplatione heres institutus est, aut quid ei legatum est, id non dominæ, sed ejus domino adquiritur.

93 Separamus. Nam quæ servi dotales ex quacunque causa (nisi ex re mariti, vel operis suis adquisierunt, ad mulierem pertinent. *l. unic. §. 9. C. de rei uxor. act.*

94 De peculio servi fructuarii, quemadmodum quis teneatur.

95 Imo, non ex omni. *l. 2. in fin. §. cod.*

96 Et ita crediderit. vide *l. 27. §. 6. §. cod.*

97 Ut *l. 37. in fi. §. cod.*

98 De peculio actio datur fructuario contrahenti cum ipso servo fructuario peculium a proprietatis domino habente.

99 *Sub.* qui contraxit cum servo peculium habente a proprietario.

100 De peculio servi fructuarii, adversus fructuarium dominum experiri potest, qui proprietatem in servo habet: quoties proprietarius ipse contraxit cum ipso servo fructuario, peculium habente ab ipso fructuario domino.

1 *l. 27. in fi. §. cod.*

2 Actio de peculio datur, in id, quod dolo conventi desiit esse in peculio. *l. 9. §. 4. §. cod. l. 26. l. 36. §. cod.* Dolo facit, qui rem in alium transfert, cum suspicatur alium secum acturum.

3 Dolo facere videtur dominus, qui servum intricare peculium patitur, ut *l. 17. §. 1. §. quæ in fraudem creditorum. l. ult. in fin. §. de stipulat. servorum.*

4 Vigilare creditoribus licet ad suum consequendum. vide *l. 24. §. quæ in fraudem creditorum.*

5 Suum, id est, sibi debitum.

6 Ex dolo tutoris, & curatoris, procuratoris, & breviter gestoris, quis teneatur, quatenus locupletior factus est.

7 *l. 7. §. 11. §. de pactis.*

8 Invitum libello respondere, & litem contestari quemque cogi hoc ex loco notant.

9 *l. 5 in fin. l. 6. §. de tributoria.*

10 Quia ædes, cum decidunt, quasi deliquisse videntur. *l. 7. §. 1. §. de damno.*

11 Decretum primum, & secundum in causa noxali interponi, in

artificium vulgare exerceat, datur propter eam actio: Depositi quoque & commodati [21] actionem dandam earum nomine, Julianus ait: Sed & *tributoriam* [22] *actionem*, si peculiari merce sciente patre dominove negotientur, dandam esse. Longe magis non dubitatur, & si *in rem versum est*, *quod jussu* [23] patris dominive contractum sit. §. 1. Constat heredem domini id [24] quoque deducere debere, quod servus, cujus nomine cum eo de peculio ageretur, ante [25] aditam hereditatem ex bonis hereditariis amovisset, consumpsisset [26], corrupisset. §. 2. Si servus alienatus sit, quamvis in eum, qui alienaverit, intra annum Prætor de peculio actionem polliceatur, tamen nihilominus & in novum dominum actio datur: & nihil interest, aliud apud eum adquisierit peculium, an, quod pariter cum eum emerit vel ex donatione accepe-rit, eidem concesserit. §. 3. Illud quoque placuit, quod & Julianus probat, omnimodo permittendum creditoribus [27], vel in [28] partes cum singulis agere, vel cum uno in solidum. §. 4. Sed ipsi [29], qui vendiderit servum, non putat Julianus, de eo, quod ante venditionem crediderit, cum emptore de peculio agere permittendum. §. 5. Sed & si alieno credidero, eumque redemero, deinde alienavero, æque non putat mihi in emptorem dari debere [judicium]. §. 6. In [30] venditorem autem duntaxat intra annum post redemptionem numerandum, de eo, quod adhuc alieno crediderim, dandam esse mihi actionem existimat: deducto [31] eo, quod apud me peculii servus habebit. §. 7. Sicut autem de eo, quod ipse crediderim [32] servo meo, non putat Julianus in emptorem, alienato eo, actionem mihi dari debere, ita & de eo, quod servus meus servo meo crediderit, si is, cui creditum fuerit, alienatus sit, negat permitti mihi debere cum emptore experiri.

§. 8. Si [33] quis cum servo duorum [34] pluriumve contraxerit, permittendum est ei, cum quo velit dominorum in solidum experiri: * est enim iniquum in plures [35] adversarios distringi [36] eum, qui cum uno contraxerit: nec hujus duntaxat peculii ratio haberi debet, quod apud eum, cum quo agitur, is servus haberet, sed & ejus, quod apud alterum: Nec tamen res damnosa futura est ei, qui condemnatur: cum possit rursus ipse judicio societatis [37] vel communi [38] dividundo, quod amplius sua portione solverit, à socio sociisve suis consequi. Quod Julianus ita locum habere ait, si apud alterum quoque fuit peculium: quia eo casu solvendo [39] quisque etiam socium ære alieno liberare videtur: at si nullum sit apud alterum peculium, contra esse: quia nec liberare ullo modo ære alieno eum intelligitur.

XXVIII. JULIANUS lib. XI [40] Digestorum.

QUare & si socio neque heres, neque bonorum possessor, extitisset, eatenus damnari debet is, cum quo actum fuerit, quatenus [41] peculium apud eum erit: & quantum ex bonis consequi potest.

Si plures creditores domino succedant. 1. De prohibitione domini.

XXIX. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI quis servum testamento *liberum esse* jusserit, relictis heredibus his, qui cum servo contraxerunt, possunt inter se coheredes vel de peculio agere: quia de eo quisque peculio, quod apud eum esset, quolibet alio agente teneatur. §. 1. Etiamsi prohibuerit [42] contrahi cum servo dominus, erit [43] in eum de peculio actio.

Quo tempore spectatur, an sit in peculio de actione ad exhibendum vel in rem. 1. Quatenus tenetur heres. 4. Si sapius agatur. 5. De servo vendito. 6. Si dolus objiciatur domino, 7. Vel heredi.

XXX. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

QUæsitum est, an teneat actio de peculio, etiam [44] si nihil sit in peculio, cum [45] ageretur, si [46] modo sit [47] rei judicatæ tempore? Proculus & Pegasus nihilominus teneri aiunt: intenditur enim recte, etiamsi nihil sit in peculio. † Idem & circa ad exhibendum & in rem actionem placuit: quæ sententia & à nobis probanda est. §. 1. Si cum ex parte [48] herede domini vel patris agatur, duntaxat de peculio condemnandum, quod apud eum heredem sit, qui convenitur. Idem & de in [49] rem verso pro parte: nisi si quid in ipsius heredis rem vertit: nec quasi unum ex sociis esse hunc heredem conveniendum, sed pro parte duntaxat.

§. 2. Sed si ipse servus sit [50] heres ex parte institutus, æque cum eo agendum erit. §. 3. Si vero filius sit, quamvis ex parte institutus, nihilominus in solidum actionem patietur: Sed, si velit pro parte nomen coheredis redimere, audiendus est. Quid enim, si in rem patris versum sit? cur non consequatur filius à coherede, quod in patris re est? Idem & si peculium locupletes sit. §. 4. Is, qui semel [51] de peculio egit, rursus, aucto peculio, de residuo debiti agere potest. §. 5. Si annua exceptione [52] sit repulsus à venditore creditor, subveniri ei adversus emptorem debet: sed si alia exceptione, hactenus [subveniri], ut deducta ea quantitate, quam à venditore consequi potuisset, ab emptore residuum consequatur. §. 6. In dolo objiciendo temporis ratio habetur: fortassis enim, post [53] tempus de dolo actionis, non patietur dolum malum objici Prætor: quoniam [54] nec de dolo actio post statutum tempus datur. §. 7. In heredem [55] autem doli clausula in id, quod ad eum pervenit, fieri debet: ultra, non:

XXXI. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SEd si ipse heres dolo fecit, solidum præstat.

Electione unius ex pluribus non habentibus communionem servi & peculii, alii liberantur: sed de æquitate in residuo cæteri tenebuntur, & quantum sit in peculio sententiæ tempore inspicitur. Bartolus.

An uno convento cæteri liberentur. 1. Quo tempore spectatur quantitas peculii. 2. De servo vendito.

XXXII. ULPIANUS lib. II Disputationum.

SI ex duobus vel pluribus heredibus ejus, qui manumisso servo, vel libero esse jusso, vel alienato, vel mortuo, intra annum conveniri poterat, unus fuerit conventus, omnes heredes liberabuntur: quamvis non in majorem quantitatem ejus peculii, quod penes se habet, qui convenitur, condemnetur. Idque ita Julianus scripsit: idemque est & si in [56] alterius rem fuerit versum. Sed & si plures sint fructuarii vel bonæ fidei possessores, unus conventus cæteros liberat: quamvis non majoris peculii, quam penes se est, condemnari debeat. Sed * si * licet hoc jure [57] contingat, tamen æquitas [58] dictat, judicium in eos dari, qui occasione juris [59] liberantur, ut [60] magis eos perceptio, quam intentio [61] liberet: nam * qui cum servo contrahit, universum peculium ejus, quod ubicunque est [62], veluti [63] patrimonium, intuetur. §. 1. In hoc autem judicio, licet restauretur præcedens [64], tamen & augmenti & decessionis rationem haberi oportet: & ideo, sive hodie nihil sit in peculio, sive accesserit aliquid, præsens status peculii spectandus est. Quare circa venditorem quoque, & emptorem, hoc nobis videtur verius, quod accessit peculio, posse nos ab emptore [65] consequi: nec retrorsus, velut in uno judicio, ad id tempus conventionem reducere emptoris, quo venditor conventus sit.

§. 2. Venditor servi, si cum peculio servum vendidit, & tradiderit peculium, ne intra annum quidem de peculio convenietur: neque enim hoc pretium servi, peculium est, ut Neratius scripsit.

XXXIII. JAVOLENUS lib. XII ex Cassio.

SEd si quis servum ita vendidit, *ut pretium pro peculio acciperet*, * penes [66] eum videtur esse peculium, ad quem pretium peculii pervenit [67]:

XXXIV. POMPONIUS lib. XII ex variis Lectionibus.

NOn penes quem res peculiaris sit.

XXXV. JAVOLENUS lib. XII ex Cassio.

AT cum heres jussus est *peculium dare, accepta certa summa*, non videtur [68] penes heredem esse peculium.

De contractibus bon. fid. & dolo.

XXXVI. ULPIANUS lib. II Disputationum.

IN bonæ fidei contractibus [69] quæstionis est, an [70] de peculio, an in solidum pater vel dominus tenentur, ut est in actione de dote agitatum, si filio dos data sit, an pater duntaxat de peculio conveniretur? Ego autem arbitror, non solum de peculio, sed & si quid præterea dolo malo patris [71] capta fraudataque est mulier, competere actionem: nam si habeat res, nec restituere sit paratus, æquum est, eum quanti ea res est condemnari: nam quod in servo, cui res pignori [72] data est, expressum est, hoc & in cæteris bonæ fidei judiciis accipiendum esse, Pomponius scripsit: namque si servo res pignori data sit, non solum de peculio & in rem verso competit actio, verum hanc quoque habet adjectionem, ET SI QUID DOLO MALO DOMINI CAPTUS FRAUDATUSQUE ACTOR EST. * Videtur autem dolo facere dominus, qui [73], cum haberet restituendi facultatem, non vult restituere.

Si pater creditori filii succedat & hereditatem vendat. 1. De servo vicarium emente pecunia domini. 2. De venditione servi communis. 3. De servo, cujus ususfructus alienatus est.

XXXVII. JULIANUS lib. XII Digestorum.

SI creditor filii tui heredem te instituerit, & tu hereditatem ejus vendideris, illa parte stipulationis, QUANTA [74] PECUNIA EX HEREDITATE AD TE PERVENERIT, teneberis de peculio. §. 1. Si servo tuo permiseris [75], vicarium [76] emere aureis octo [77], ille decem [78] emerit, & tibi scripserit [79] *se octo emisse*, tuque ei permiseris eos octo ex tua pecunia solvere, & is decem solverit, hoc nomine duos aureos tantum vindicabis, sed hi venditori præstabuntur duntaxat de peculio servi. §. 2. Servum communem quem cum Titio aut cum Sempronio habebam [80], Titio vendidi, antequam ejus nomine ageretur mecum de peculio: quæsitum est, si de peculio cum Titio aut cum Sempronio ageretur, an ejus peculii quod apud me esset, ratio haberi deberet? Dixi, si cum Sempronio ageretur, nunquam rationem ejus peculii quod apud me esset, haberi debere: quia is nullam adversus me actionem haberet, per quam id quod præstitisset, consequi posset. Sed & si cum Titio post annum quam vendidissem, ageretur, similiter non esse [81] computandum peculium, quod apud me est: quia jam mecum agi de peculio non posset: Sin autem intra annum ageretur, tunc quoque habendam hujus peculii rationem: postquam placuit, alienato homine, permittendum creditori & cum venditore & cum emptore agere. §. 3. Si actum sit de peculio cum eo, qui usumfructum [82] in servo habet, & minus consecutus sit creditor, non est iniquum, ut ex universo ejus peculio, sive apud fructuarium sive apud proprietarium erit, rem consequatur. Nihil interest, operas suas conduxerit [83] servus à fructuario, an pecuniam mutuam ab eo acceperit: dari itaque debebit actio ei [84] adversus dominum proprietatis, deducto [85] eo quod servus peculii nomine apud fructuarium habet.

De pecunia deposita apud filiumfam. 1. Si soluto matrimonio petatur liberatio à promissione dotis. 2. De eo, quod vicarius non peculiatus domino debet. 3. De servo vendito.

XXXVIII. AFRICANUS lib. VIII [86] Quæstionum.

DEposui apud filiumfamilias decem, & ago depositi de peculio: quamvis nihil patri filius debet, & hæc decem [87] teneat [88], nihilo magis tamen patrem damnandum existimavit, si nullum præterea peculium sit: hanc enim pecuniam, cum [89] mea maneat, non esse peculii. Denique quolibet alio agente de peculio, minime dubitandum ait, computari non oportere: itaque [90] ad exhibendum [91] agere me, & exhibitam vindicare debere. §. 1. Si [92] nuptura filiofamilias, dotis nomine certam pecuniam promiserit: & divortio facto agat de toto cum patre: utrumne tota promissione, an deducto eo quod patri filius debeat, liberari eam oporteret? Respondit, tota promissione [93] eam liberandam esse: cum certe & si [94] ex promissione cum ea ageretur, exceptione doli mali tueri se posset. §. 2. Stichus [95] habet in peculio Pamphilum, qui est decem: idem Pamphilus debet domino quinque: Si agatur de peculio Stichi nomine, placebat, æstimari debere pretium Pamphili [96]: & quidem totum, non deducto eo, quod domino Pamphilus debet: neminem [97] enim posse intelligi ipsum in suo peculio esse. Hoc ergo casu damnum dominum passurum, ut pateretur, si cuilibet alii servorum suorum peculium non habenti credidisset: idque ita se habere evidentius appariturum ait, si [98] Stichо peculium legatum esse proponatur, qui certe, [si] ex testamento agat, cogendus non est, ejus quod vicarius suus debet, ali-

---

21 *l.* 3. § *antep. ff. ff. commodati.*
22 *d. l.* 5. § 2. ff. *de tributoria.*
23 *l.* 1. ff. *si is qui testamento.*
24 Id est, æstimationem.
25 *l.* 1. ff. *si is qui testamento.*
26 *l.* 1. ff. *si is qui testamento.*
27 *l.* 13. *in fin.* ff. *eod.*
28 De peculio actio creditori datur contra servi peculiati venditorem & emptorem: in partes, si cum singulis: in solidum, si cum uno egerit.
29 Actio de peculio datur venditori servi adversus ejus emptorem, non de eo, quod ante venditionem cum servo contraxit, sed quod post.
30 Actio de peculio quatenus emptori servi detur adversus ejusdem servi venditorem.
31 *l.* 15. *in fin.* ff. *eod. l.* 37. *in fin. l.* 47. §. *antepen.* ff. *eod.*
32 Quomodo credens eidem habere censeatur & traditione dominium & rem amittat, vid. Cujac. *lib.* 11 *obs.* 19. Joseph. Ludovic. *comm. conclus.* 75. Anf. Adde not. *ad l.* 19. ff. *de contr. empt.* S. L.
33 Ubi est communio servi & peculii, quilibet potest conveniri in solidum. *Bart.*
34 Actione de peculio in solidum quis tenetur, ubi servi & peculii ejus communionem cum alio habet.
35 In plures adversarios distringi iniquum est.
36 *Distringendi* verbum reperitur in *l.* 2. ff. *de exercit. l. ult.* ff. *rem pupilli. l.* 5. §. 7. ff. *judicatum solvi.*
37 *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.*
38 Quod unus sociorum plus parte sua solvit, potest id à socio communi dividundo repetere. *l.* 8. *in fin.* ff. *comm. dividundo.*
39 Solvendo pro socio, socius socium liberat.
40 Duodecimo.
41 *l.* 1. §. 8. ff. *quando de peculio actio annalis est. l.* 1. §. 10. ff. *de dote prælegata.*
42 Invitum etiam dominum servus actione de peculio obligat. *l.* 47. ff. *eod.*
43 *l.* 47. ff. *eod.* Imo non erit, quia novo pacto, in deterius causam domini reformare servus non potest, *l.* 3. *C. de pactis.* & prohibitio domini obstat. *l.* 19. §. 3. ff. *de institoria.*
44 *l.* 14. ff. *de negotiis.*
45 Vide *l.* 1. ff. *de in litem jur. l.* 61. ff. *de judiciis.*
46 *l.* 16. ff. *de petit. hered. l.* 27. § 1. ff. *de rei vindicat.*
47 Peculii quantitas, seu quantum in peculio sit, inspicitur tempore rei judicatæ.
48 *l.* 14. *in fin.* ff. *eod.* Goth. Vide Be lon. *lib.* 4 *disp. c.* 9. S. L.
49 *l.* 32. ff. *eod.*
50 *l.* 3. §. 1. 2. ff. *eo.*
51 De peculio actor iterum experiri potest, qui prima actione vel non solidum exegit, vel nihil exegit, cum nihil esset in ipso peculio.
52 Exceptio auctori competens in successorem non transit, si in persona ipsius auctoris deficiat causa exceptionis.
53 Imo, sine temporis præfinitione de dolo replicari potest, *l.* 6. *C. de exceptionibus.* & actio de dolo in heredem datur, *l.* 17. ff. *de dolo.* Cujac. *in d. l.* 17. negat, *legem* 17 de replicatione doli intelligendam.
54 Replicationi ita præscribitur, ut actioni: & ita æque tempore finiuntur replicationes, ut actiones.
55 Actio de peculio datur in heredem, quatenus locupletior factus est.
56 *l.* 30. §. 1. ff. *eod.*
57 Id est, ipso jure. vide quæ notavi ad *l.* 122. §. 5. ff. *de verb. oblig.*
58 Æquitas dicta juri positivo contraria. *l.* 8. ff. *de leg. Rhod. de jact.*
59 Stricti.
60 *l.* 4 ff. *de his qui dejecerunt.*
61 Actio instituta.
62 *Ita* alienum non loci est, sed universarum facultatum. *l.* 50. §. 1. ff. *de judic. lib. l.* 19. §. 1. ff. *hoc tit.*
63 Peculium servi ejus quasi patrimonium. *l.* 47. *in fin.* ff. *eod.*
64 Recedens. *Fulg.*
65 *l.* 11. §. *pen. l.* 27. § 2 ff. *eod. l.* 10. ff. *de tributoria.* Goth. Sunt tamen casus, quibus quia servus nec naturaliter obligatur, ideo in iis nec actio de peculio in dominum dabitur. quos vid. apud Cujac. *lib.* 8 *obs.* 11. Anf.
66 Peculium penes quem esse intelligatur.
67 Eam qui rei pretio fruitur, non minus rem habere intelligitur, quam qui principali re fruitur. *l.* 39. ff. *de usufructu.*
68 Imo, peculium penes eum est, qui in tradendo à legatario se liberavit. *l.* 1. §. 7. ff. *quando de peculio.*
69 *Subaudi*, à filio vel servo initis.
70 De peculio actio datur in bonæ fidei contractibus adversus patrem & dominum, quatenus in ipso tantum peculio est: nisi alteruter eorum admiserit dolum, tunc enim in solidum tenentur.
71 *l.* 1. §. 42. ff. *depositi.*
72 Et commodata. *l.* 3. §. 4. ff. *commodati.*
73 *l.* 1. *in fin.* ff. *depositi*
74 Adde *l.* 2. §. 6. ff. *de hereditate vendita.*
75 Permissu domini vicarium servum ordinarii interdum emebant.
76 *Vicarius* est servus ordinarii.
77 Pretium servi observa, aureorum octo: aliud pretium vide in *l.* 1. *C. de communi servo manumisso.*
78 Permissionem tuam excesserit.
79 Falso, & sic tibi imposuerit.
80 Communem quem cum Sempronio habebam, Cujac. *obs. lib.* 13. *cap.* 8.
81 Cur ita? vide *l.* 32. *in fin.* ff. *eod.*
82 Si de peculio agitur cum fructuario, eatenus proprietarius liberatur, quatenus à fructuario poscipitur, seu solvitur.
83 *l.* 25. §. *antepen.* ff. *de usufr.*
84 Fructuario. *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.*
85 *l.* 27. §. 6. ff. *eod.*
86 Vide Cujac. 8 *ad Africanum.*
87 Vide *l.* 36. ff. *de petit. hered.*
88 *Tenere* naturalis possessionis est verbum: ut *possidere*, civilis: *habere*, & *incubare*, utriusque: hoc tamen postremum malam in partem solet accipi. vide *l. ultim. in fin. C. ne rei dominicæ*, *vel templorum. l.* 7. *tit.* 38.
89 Vide quæ notavi ad *l.* 24. §. 2. *in fin.* ff. *de reb. auctor. judic.*
90 De peculio non agitur, ubi nihil est in peculio, sed alia actione.
91 *l. penult.* ff. *depositi.*
92 Vide Cujac. *d. loco in hunc* §. 93 *l.* 30. *in fine* ff. *soluto matrimonio.*
94 *Debitor* non est, qui exceptione se tueri potest. *l. vel obligatus.* 20. §. 3. ff. *de liberali causa.*
95 Servus scilicet, qui & ordinarius ac dispensator: vix est autem ordinarius sine peculio, cujus est quasi dominus. *l.* 17. ff. *eod.* Cujac. *ibid.*
96 Num omnis vicarius servus peculiaris est: non è contra: siquidem filiifamilias peculiaris servus, non est vicarius. Hujus rei is effectus erit, ut si Titius Sempronio suos servos, Pamphilo peculium cum libertate legaverit, vicarius sequatur Pamphilum, non Sempronium. *l.* 73. *in fin.* ff. *de leg.* 3. *l.* 15. ff. *de peculio legato.*
97 *l.* 16. *in fin.* ff. *de peculio legato.*
98 *l.* 18. ff. *eod.*

ter quam ex peculio ipsius deductionem pati: alioquin futurum, ut si tantundem vicarius domino debeat, ipse nihil in peculio habere intelligatur: quod certe est absurdum. §. 3. Servo [99] quem tibi vendideram, pecuniam credidi: Quæritur est, an ita mihi in te actio de peculio dari debeat, ut deducatur id, quod apud me ex eo remanserit. Quod quidem minime verum est: nec intererit, intra annum, quam vendiderim, an postea experiar; nam nec cæteris quidem, qui tunc cum eo contraxerint, in me actio datur. In contrarium quoque, agentibus mecum his qui antea cum eo servo contraxissent, non deducam id [100] quod postea mihi debere cœperit. Ex quo apparet, onus ejus peculii, quod apud me remanserit, ad posterioris temporis contractus pertinere non debere.

99 Vide Cujac. in hunc §. *ibid.*

100 *l.* 47. §. *pennit. ff. eod.*

Quæ sunt in peculio.

XXXIX. Florentinus lib. XI Institutionum.

Peculium & ex eo consistit, quod parsimonia sua quis paravit [1], vel officio meruerit à quolibet sibi donari: idque velut [2] prorium patrimonium servum suum habere quis voluerit.

1 Vel, ut nit Terentius, *in Phorm. act. 1 scen. 1.* Quod ille unciatim vix de demenso suo suum defraudans gentum comparsit miser.

2 De eo dixi ad *l.* 17. *ff. eod.* adde *l.* 47. *in fin. ff. eod.* Alius dixit, *ex se aliquid peculi cogit.*

De ortu, augmento, decremento & interitu peculii.

XL. Marcianus lib. V Regularum.

Peculium nascitur, crescit, decrescit [3], moritur [4]: ideo eleganter Papirius Fronto dicebat, *peculium simile esse hominis.*

§. 1. Quomodo autem peculium *nascitur*, quæsitum est? Et ita veteres distinguunt: si id adquisiit servus, quod dominus necesse non habet præstare, id esse peculium: si vero tunicas, aut aliquid simile, quod ei dominus necesse habet præstare, non esse peculium: ita igitur nascitur peculium. † *Crescit*, cum auctum fuerit. † *Decrescit*, cum servi vicarii moriuntur, res intercidunt. † *Moritur*, cum [5] ademptum sit.

3 Id est, non tantum habet suas accessiones & decessiones in partu, fœtu, fructu, sed etiam decedit, cum admitur. §. 1. *ff. eod. l. ult. ff. quando act. de peculio.*

4 Num prætermittit ἀκμὴν, cujus Aristot. meminit, [6] *de anima. illo loco.* Ἀνάγκη τὸ γιγνόμενον αὔξησιν ἴσχειν, ἡλικίαν, καὶ φθίσιν. Cujac. [7] *ad Africanum.* Mihi non videtur: eam enim satis expressisse verbo *crescendi* intelligitur Jurisconsultus.

5 *l.* 8. *in fin. ff. eod.*

6 *Factum* & *jus* opponuntur.

7 Vide *l.* 49. §. *ult. ff. eod.*

De adrogatore.

XLII. Idem lib. XII ad Edictum.

In adrogatorem [11] de peculio actionem dandam, quidam recte putant: quamvis Sabinus, & Cassius, ex ante gesto de peculio actionem non esse dandam existimant.

8 Servus ratione juris non debet, nec ei debetur. Nam, quæ ipsi debentur, dominus petit. De iis vero quæ servus debet, actione de peculio, vel de in rem verso convenitur. *Synops. Basil. 18. tit. 5. c. 32.*

9 §. 1. *Inst. de stipulat. servorum.* §. 1. *Inst. per quas personas.*

10 *l.* 7. *C. quod cum eo.*

11 De peculio actio datur in patrem adrogatorem, ut in patrem legitimum. *l.* 45. *ff. de adoptionibus. l.* 7. *ff. de peculio legato.*

De servo vendito post litem contestatam.

XLIII. Paulus lib. XXX ad Edictum.

Si [12], posteaquam tecum de peculio egi, ante rem judicatam servum vendideris, Labeo ait, etiam ejus peculii nomine, quod apud emptorem [13] quæsierit, damnari te debere: nec succurrendum tibi: culpa enim tua [id] accidisse, qui servum vendidisses.

12 Si post litem in actione de peculio contestatam, servus venditus fuerit, ejus quoque peculii nomine venditor tenetur, quod apud emptorem quæsitum erit, seu quod deinde quæsitum erit. *Synopsis ibid. & Scholiastes, c. 33.*

13 Vide *l.* 23. *in fin. ff. de actionibus empti.*

De contractu filiifam.

XLIV. Ulpianus lib. LXIII ad Edictum.

Si quis [14] cum filiofamilias contraxerit, duos [15] habet debitores: filium in solidum, & patrem duntaxat de peculio.

14 Idem *Synops. ibid. c. 33.*

15 *l.* 57. *ff. de judiciis. l.* 39. *ff. de oblig. & actionib.*

De prohibitione domini. 1. De servo fidejubente. 2. De futuro incremento peculii. 3. De servo alienato.

XLVII. Idem lib. IV ad Plautium.

Quotiens in taberna [18] ita scriptum fuisset, cum Januario servo meo geri negotium veto: hoc solum consecutum esse dominum constat, ne institoria teneatur, non etiam de peculio. §. 1. Sabinus respondit, non [19] alias dandam de peculio actionem in dominum, cum servus fidejussisset, nisi in rem domini, aut ob rem peculiarem fidejussisset. §. 2. Si semel actum sit de peculio, quamvis minus inveniatur rei judicandæ tempore in peculio quam debet, tamen cautionibus locum esse non placuit de futuro incremento peculii: hoc enim in pro socio actione locum habet [20]: quia socius universum debet. §. 3. Si creditor servi ab emptore esset partem consecutus, competere in reliquum in venditorem utile judicium Proculus ait: Sed re integra [21] non esse permittendum actori dividere [22] actionem, ut simul cum emptore & cum venditore experiatur: satis enim esse, hoc solum ei tribui, ut rescisso superiore judicio, in alterum detur ei actio, cum electo reo minus esset consecutus: Et hoc jure utimur. §. 4. Non tantum autem quivis creditor cum venditore ex ante gesto agere potest, sed & ipse emptor: idque & Juliano videtur: quamvis & deducere ipse potest adversus alium agentem: dum tamen id, quod apud se habet, computet. §. 5. Si servus, deducto peculio, venditus sit, procedit, ut venditor & deductione uti possit: &, si post [23] venditionem cœperit aliquid venditori servus debere, non minuit peculia: quia non domino debet.

§. 6. Quæ diximus in emptore & venditore, eadem sunt & si alio quovis genere dominium mutatum sit: ut legato [24], doris datione: quia, quasi [25] patrimonium liberi hominis, peculium servi intelligitur, ubicunque esset.

18 Proscriptiones ad tabernas fieri solitæ ad impediendam negotiandi facultatem, *ut hic.* qua de re vide quæ notavi ad *l.* 11. §. 2. 3. *ff. de Institoria.* Adde etiam, hujusmodi proscriptiones ad ædes fieri solitas recuperandi servi fugitivi, *l.* 1. *in fin. ff. de fugitivis.* indicandæ rei amissæ, & repertæ, *l.* 42. §. 8. 9. *ff. de furtis.* & denunciationis faciendæ gratia. *l.* 4. §. 5. *in fin. ff. de damno.* 19 Idem *Synopf. ibid. c.* 37.

20 In qua socius promittere debet de eo, quod in futurum socius facere non poterit. *l.* 63. §. 4. *ff. pro soc.* Eodem modo maritus cavere debet, se, si meliorem ad fortunam pervenerit, quod minus persolvit, id restiturum. *l. un.* §. 7. *C. de rei uxoriæ.* 21 Id est, si nondum partem consecutus sit. 22 Atqui licet alibi adversus mandatorem & debitorem agere. *l.* 60. *ff. mandati.*

23 *l.* 58. *ff. eod.* 24 *l.* 20. *ff. de verb. signif.* Ulp. *in fragmentis.* 19. §. 17. 25 Vide *l.* 39. *ff. eod.* 26 *l.* 11. *in fin. ff. de reb. credit.* 27 Cur ita? hæc omnia collige ex *l.* 38. *ff. de solutionib.*

28 *l.* 15. *ff. de solution. l. ult. in princ. ff. de novationib.*

Quæ sunt in peculio. 1. De servo negotia domini ignorantis gerente. 2. Quibus ex causis servus domino debet, vel contra.

XLIX. Pomponius lib. IV ad Quintum Mucium.

Non solum id peculium est, quod dominus servo concessit: verum [29] id quoque, quod ignorante quidem eo adquisitum sit, tamen si resciisset, passurus [30] erat esse in peculio. §. 1. Si ignorante me servus meus negotia mea administraverit, tantidem debitor mihi intelligetur, quanti tenebatur, si liber negotia mea administrasset. §. 2. Ut debitor vel servus domino vel dominus servo intelligatur, ex causa civili [31] computandum est: ideoque si dominus in rationes suas referat, *se debere servo suo*, cum omnino neque mutuum acceperit, neque ulla causa præcesserat debendi, nuda [32] ratio non facit eum debitorem.

29 *l.* 7 §. 2. *ff. eod.*

30 *l.* 39. *ff. eod. l.* 17. *ff. de alimentis. l.* 5. §. 2. *C. de necessariis servis.*

31 Id est, quoties quæritur, num servus domino obligetur, & è contra, toties nos loqui de obligatione civili intelligendum est. nam civili jure inter dominum, & servum nulla est obligatio. *l.* 41. *ff. eod.*

Si nihil sit in peculio. 1. Si pater creditori filii succedat. 2. De obligatione servi. 3. De eo, quod bon. fid. possess. accepit ut manumitteret.

L. Papinianus lib. IX Quæstionum.

Eo tempore, quo in peculio nihil est, pater latitat: In bonorum possessionem ejus, rei servandæ causa, mitti non possum [33], qui de peculio cum eo acturus sum: quia * *non* [34] *fraudationis causa latitat, qui, si judicium acciperet, absolvi deberet.* Nec ad rem pertinet, quod fieri potest, ut damnatio sequatur: nam & si in diem vel sub conditione debeatur, fraudationis causa non videtur latitare, tametsi potest judicis injuria [35] condemnari. † Sed fidejussorem datum eo tempore, quo nihil in peculio est, teneri putat Julianus: quoniam fidejussor futuræ [36] quoque actionis accipi possit: si tamen sic acceptus est. §. 1. Si creditor patrem, qui de peculio tenebatur, heredem instituerit: quia mortis tempus in Falcidiæ ratione spectatur, illius temporis peculium consideratur.

32 *l.* 26. *ff. de donationibus.* Goth. Excipe mercatores, quorum rationes contra ipsos Extheri ex iisdem Latinis ad intelligi hic de ratione quæ nuda est actorum, *cap. si cautio. extr. de fide instrument. l. fi de hisdebito. §. pen. ff. de probat.* vel a præsentia partis. Bart. *in l. nuda. ff. de donat.* five illud sit paganum, quod privato; five castrense quod militi conceditur; five quasi castrense, quod militi forensem militiam obeunti permittitur. *l. ult. C. de inofficios. testam. l.* 4. *C. fam. ercisc. und.* Auf.

33 Imo, tametsi nihil sit in peculio, possunt tamen eo casu petitionis bona possideri, & venire. *l.* 7. §. 15. *ff. qui jur. ex causa in possessionem.*

34 Latitare animo fraudandi non videtur, qui si judicium acciperet, absolvendus esset.

35 De quo vide *l.* 6. §. 2. *ff. ad Trebel.*

35 *l.* 35. *in fin. ff. de judic. l.* 4. §. *ff. de pignor. act.*

36 Vide litem contestatam *l.* 8. §. 3. *ff. de fidejussoribus.*

De eo, quod extranei debent.

LI. Scævola lib. II Quæstionum.

Quod debetur servo ab extraneis, agenti de peculio, non [44] omnimodo dominus ad quantitatem debiti condemnandus est: cum & sumptus in petendo, & eventus executionis possit esse incertus: & cogitanda sit mora temporis [45], quod datur judicatis, aut venditionis bonorum, si id magis faciendum erit: ergo, si paratus sit actiones mandare, absolvetur: Quod enim dicitur, si [46] cum uno ex sociis agatur, universum peculium computandum, quia sit cum socio actio: in eodem redibit, si actiones paratus sit præstare, & in omnibus, quos idcirco teneri dicimus, quia habent actionem, delegatio pro [47] justa præstatione sit.

37 Naturaliter enim servus obligatur, non civiliter. *l.* 41. *ff. eod.*

38 Ita *Fierent.* sed reponendum, quomodo Haloander cum.

39 Ita *Fierent.* sed reponendum, quomodo Haloander cum.

40 Id est, eo casu verus dominus servi à creditore conveniendus est, qui mox ad exhibendum servum, ac pecuniæ a me acceptæ mecum est acturus.

41 Domitio tenus *arg. l.* 43. *ff. de adquir. rer. dom. l.* 1. §. 6. *ff. de adquir. poss.*

42 *Propter* & ex dictionum differentia: *Propter*, causam remotam: *Ex*, proximam demonstrat: adde *l. un. C. si servus extero.* Quod diximus de voce *propter*, idem est de dictione *ob. l. non dubium. C. de legibus.* Dictioni vero *Ex*, respondet particula *De. l.* 1. §. *nunc videamus. ff. de conjungendis cum emancipato liberis.*

43 Similis pene locutio est in *l.* 1. §. 14. *ff. de conjungendis cum emancipato.*

44 Actionis non ea æstimatio est, quæ quantitatis in ipsa actione comprehensæ: minus enim æstimantur actio ob sumptus in eam faciendus, & dubium actionis eventum.

Si

45 *l.* 15. *in pr. ff. ut in poss. legat.*

De servo qui domino debebant, prælegatis.

LIV. Scævola lib. I Responsorum.

Filiofamilias uni ex heredibus [55] prædia prælegavit, *ut instructa erant, cum servis:* hi servi domini debitores fuerunt: Quæritur est, an cæteris heredibus adversus eum actio de peculio competat? Respondit, non competere.

46 *l.* 11. *in fin. ff. eod.* 47 *l.* 16. §. *ult. l.* 20. §. 17. *ff. de petit. hered. l.* 2. §. 3. *ff. de bonis vendita.* 48 *l.* 1. *ff. de tributoria.* Goth. Adde *l.* 22. §. *fin. ff. solut. matrimon.* Auf. 49 Id est, ubi cæteri creditores agunt. 50 Vide *l.* 10. *ff eod.* 51 *l.* 2. *C. quando ex facto tutor.* Goth. Adde *l.* 3. *C. arbitr. tutel.* Auf. 52 *l.* 9. *in fin. ff. eod.* 53 Peculium sequitur servum manumissum inter vivos. *l.* 3. *ff. de manumissionibus, qui servus. l. un. C. de peculio eorum, qui libertatem.*

54 Invitus quis interdum cogitur actionem cedere. 55 *l. ult. ff. eod.*

Si conventus de peculio vi eximatur.

I.V. NERATIUS lib. I Responsorum.

56 *l.12.§.1.ff. quæ in fraud. cred.*

IS cum quo de peculio agebam, à te vi exemptus est: Quod 56 tunc, cum vi eximeres, in peculio fuerit, spectari.

Si servus domino expromiserit.

LVI. PAULUS lib.II ad Neratium.

57 De peculio servi dominus deducit, quod servus mihi pro debitore meo expromisit.

58 *l.56.§.1.ff. de fidejussoribus.*

QUod servus meus pro 57 debitore meo mihi exptomisit, ex peculio deduci debet, & à debitore nihilo 58 minus debetur. † Sed videamus, ne credendum sit, peculiare fieri nomen ejus, pro quo expromissum est: Paulus, Utique, si de peculio agente aliquo deducere velit, illud nomen peculiare facit.

Quo tempore quantitas peculii spectatur.

LVII. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

59 Is, de cujus peculio agitur, lite pendente decesserit, peculii quantitatem ad ipsum mortis tempus referemus, *ut hic.* Quid, si legatum ei sit peculium? tempus, quo cedit legati dies, inspiciemus una cum omni suo incremento. §.1.ff. *eod.* Quid, si extraneo legatum sit? vide §.2.ff. *eod.*

60 *l.8.§. ult. ff. de peculio legato.*

61 Actione de peculio heredibus testatoris non tenetur is, cui à testatore servus legatus est: Non tenetur, inquam, ob id, quod servus ita legatus domino suo debuit.

62 Prædia prælegavit. *Haloand. l.54.ff. eod*

63 Vide quæ notavi ad *l.41.3. de rebus creditis.*

SI filius vel servus, cujus nomine duntaxat de peculio actum est, ante 59 finitum judicium decesserit, id peculium respicietur, quod aliquis eorum, cum moriebatur, habuit. §.1. Sed eum, qui servum testamento *liberum esse* jubet, & ei peculium legat, ejus temporis peculium legare intelligi Julianus scribit, quo libertas competit, ideoque omnia incrementa 60 peculii quoquo modo ante aditam hereditatem adquisita ad manumissum pertinere. §.2. At si quis extraneo peculium servi legaverit, in conjectura voluntatis testatoris quæstionem esse, & verisimilius esse id legatum, quod mortis tempore in peculio fuerit, ita ut, quæ ex rebus peculiaribus ante aditam hereditatem accesserint, debeantur, veluti partus ancillarum, & fœtus pecudum: quæ autem servo donata fuerint, sive [quid] ex operis suis adquisierit, ad legatarium non pertinere.

De servo, qui domino debebant, prælegatus.

LVIII. SCÆVOLA lib. V Digestorum.

VNi 61 ex heredibus *prædia* legavit 62, *ut instructa erant, cum servo, & cæteris rebus, & quidquid ibi esset:* Hi servi domino debitores fuerunt, tam ex aliis causis, quam ex ratione Kalendarii 63: Quæsitum est, an cæteris heredibus adversus eum pecuniæ [ab] his debitæ actio de peculio competit? Respondit, non competere.

TIT. II.

QUANDO DE PECULIO 1 ACTIO ANNALIS 2 EST 3.

Edictum. 1. *Quibus casibus actio de peculio est perpetua, vel annalis.* 2. *Quomodo annus computatur.* 3. *Ratio edicti.* 4. *Quibus ex causis incipit actio esse annalis.* 5. *De speciebus alienationum.* 7. *De servo legato.* 8. *Si hereditas præcepto servo & peculio restituatur.* 9. *De usufructu extincto.* 10. *Si post actionem annalem agatur perpetua.*

I. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

PRætor ait, *Post mortem 4 ejus, qui in alterius potestate fuerit, postea quam vi manu emancipatus 5, manumissus 6, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, & si quid dolo malo ejus, in cujus potestate est, factum erit, quo minus peculi esset, in 7 anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit, judicium dabo.* §.1. Quamdiu servus vel filius in potestate est, de peculio actio perpetua 8 est: Post 9 mortem autem ejus, vel postquam emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, temporaria esse incipit, id est, annalis. §.2. *Annus* 10 autem utilis computabitur: Et ideo [&] si conditionalis sit obligatio, Julianus scripsit, ex eo computandum annum, non ex quo emancipatus est, sed ex quo peti potuit conditione existente. §.3. Merito autem temporariam in hoc casu fecit Prætor actionem: nam, cum morte 11 vel alienatione extinguitur peculium, sufficiebat, usque ad annum produci obligationem. §.4. *Alienatio* autem, & *manumissio*, ad servos pertinet, non 12 ad filios: *Mors* autem tam ad servos, quam ad filios, refertur: *emancipatio* 13 vero ad solum filium. Sed & si alio modo 14 sine emancipatione desierit esse in potestate, annalis erit actio. † Sed & si morte patris vel deportatione, sui juris fuerit effectus filius, de peculio intra annum heres patris vel fiscus tenebuntur. §.5. In alienatione 15 accipitur utique venditor, qui actione de peculio intra annum tenetur.

§.6. Sed & si donavit servum, vel permutavit, vel in dotem dedit, in eadem causa est. §.7. Item heres 16 ejus, qui servum legavit non cum peculio: nam si cum peculio vel legavit, vel liberum esse jussit, quæstionis fuit: Et mihi verius videtur, non dandam neque in manumissum, neque in eum, cui legatum sit peculium, de peculio actionem. An ergo teneatur heres? Et ait Cæcilius teneri: quia peculium penes 17 eum sit, qui tradendo id legatario, se liberavit. Pegasus autem caveri heredi debere ait, ab eo, cui peculium legatum sit: quia ad eum veniunt creditores: ergo, si tradiderit sine cautione, erit conveniendus. §.8. Si, præcepto servo & peculio, rogatus sit heres restituere hereditatem: si de peculio conveniatur, Trebelliani exceptione non utetur, ut Marcellus tractans admittit: Is autem, cui restituta est hereditas, non tenetur, ut Scævola ait: cum 18 peculium non habeat, nec 19 dolo fecerit, quo minus haberet. §.9. Usufructu quoque extincto, intra annum actionem dandam in usufructuarium Pomponius lib. LXI scripsit. §.10. Quæsitum est apud Labeonem, Si, cum filius viveret, tu credens eum mortuum, annali actione egeris: &, quia annus præterierat, exceptione sis repulsus, an rursus experiri tibi, competto errore, permittendum est? Et ait, permitti debere duntaxat de peculio, non etiam 20 de in rem verso: nam priore judicio de in rem verso recte actum est, quia annua exceptio ad peculium, non 21 ad in rem versum, pertinet.

Quæ actiones sint annales post mortem filii. 1. De servo, qui est apud hostes.

II. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

CUm 22 post mortem filiifamilias annua adversus patrem actio est, quemadmodum adversus eum esset perpetua vivo filio, ideo, si ex causa redhibitionis erat de peculio actio, sex mensum 23 erit post mortem filii: [Idemque] dicendum in omnibus temporalibus actionibus. §.1. Si servus, cui creditum est, apud hostes sit, de peculio actio in dominum non anno finienda est, quamdiu postliminio reverti potest.

De augmento & decremento peculii post servi mortem.

III. POMPONIUS lib. IV ad Quintum Mucium.

DEfinitione *peculii* interdum utendum est, etiam 24 si servus in rerum natura esse desiit, & actionem Prætor de peculio intra annum 25 dat: nam & tunc 26 & accessionem, & decessionem, quasi peculii, recipiendam, quamquam jam desiit, morte 27 servi vel manumissione, esse pecullum: ut possit ei accedere ut peculio, fructibus, [vel] pecorum fœtu, ancillarumque partubus: & decedere, veluti si mortuum sit animal, vel alio quolibet modo perierit.

24 Mortuus interdum fingitur habere peculium.

25 Scilicet utilem *l.1.§.2.ff. eod.*

26 Vide quæ notavi ad *l.40.ff. de peculio.*

27 Peculium liget morte & manumissione servi desinat, tamen si post mortem ejus annalis actio moveatur, tanti incrementum, quam decessio peculii consideratur. *Synopf. Basilic. ibid. c.2. in fin.*

TIT. III.

DE IN REM 1 VERSO.

Quibus casibus locum habet hæc actio, & quid differt ab actione de peculio.

1 IV C. XXVI.

I. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI hi, qui in potestate aliena sunt, nihil in peculio habent, vel habeant, non in solidum tamen, teneantur 2 qui eos habent in potestate, si in rem eorum, quod acceptum est, conversum sit: quasi 3 cum ipsis potius contractum videatur.

§.1. Nec 4 videtur frustra de in rem verso actio promissa, quasi sufficeret de peculio: Rectissime enim Labeo dicit, fieri posse, ut & in rem versum sit, & cesset de peculio actio: Quid enim, si dominus peculium ademit sine dolo malo? Quid, si morte servi exstinctum est peculium, & annus utilis præteriit? de in rem verso namque actio perpetua 5 est, & locum habet, sive ademit sine dolo malo, sive 6 actio de peculio anno finita est. §.2. Item si plures agant de peculio, proficere hoc ei 7 cujus pecunia in rem versa est, debet, ut ipse uberiorem 8 actionem habeat. † Certe, si 9 præventum sit ab aliquo, & actum de peculio, de in rem verso actio an cesset, videndum? Et refert Pomponius, Julianum existimare, de peculio actione perimi de in rem verso actionem: quia in peculium conversum est, quod in domini rem erat versum; & pro servo solutum est, quemadmodum si ipsi servo à domino fuisset solutum: Sed ita demum, si præstiterit ex actione de peculio dominus, quod servus in rem ejus verterat: cæterum, si non præstiterit, manet 10 actio de in rem verso.

1. Tenentur.

2 *l.1.§. ult. Inst. quod cum eod.* Paul. 2 *sent. 9. Synopf. Basil. 8 tit.7* Illud diligenter observandum est, quod scribit Cujac 8 *ad Africanum ad l.17. §. ult.ff. eod.* unam esse actionem de peculio, & de in rem verso: de peculio principalem intentionem esse: de in rem verso, adjectionem, quæ tamen necessaria est, & transit in proprium nomen actionis, cum post mortem servi actio de peculio finiatur anno.

3 *§. ult. Inst. quod cum eod.*

4 Actio de in rem verso creditori necessaria est, quum servus id, quod accepit, in rem domini vertit. Quid enim, si nullum sit peculium? vel minus sit debito? vel sine dolo malo ademptum? vel is, qui erat in potestate, mortuus sit, & annus præterierit, ut actio de peculio locum non habeat? Quippe de in rem verso, & perpetua est actio, & competit exstincto quoque peculio. *Synopsis cod. c. 1.*

5 *l.7. C. quod cum eod.* & sic intra 30 annos moveri potest.

6 *l.10.§.3.ff. eod.*

7 *l.52. vers. plane. ff. de peculio.*

8 Actionum aliæ aliis uberiores sunt.

9 *l.10. in fin.ff. de peculio.*

10 Cur, peculio & actione peculi finitis, non finitur actio de in rem verso: Potest enim dici in peculio servi esse, quod servus in rem domini vertit? Ut differentia sit inter peculium, & mercem peculiarem, *l.1.§. peculiarem. ff. de tributoria.* peculium, & servum peculiarem, *l.1.§.4.ff. de peculio legato.* ita inter peculium, & in rem versum, quamvis & hoc ipsum in peculio sit. Quod si finita non sit actio de peculio, inest ei actio de in rem verso, id est, qui agit de peculio, agit etiam de in rem verso. 11 *In rem versum* non videtur, quod pro libertate datum est, nisi quod servus ipse dederit, pretium excedat ipsius servi. *Synopf. Basil. 7. tit.6. ex 18. tit.7. c.2.* 12 Nummis acceptis *vulgat.* & ita Græci, ἐ κεφῶν νομίσματος. Alii ita legunt, *qui minus accepit*, & quidem ab alio, non à servo. *l.54.ff. mandati.* 13 Datum pro irbertate, non videtur in rem versum, nisi quatenus excedit servi pretium. *Bart.* 14 *l.10.§.4.ff. eod.* 15 Indebiti à servo soluti repetitio domino competit: at si negotiorum gestor indebitum solvit, ei, cujus negotium gestum est, non competit *l.23.ff. de negotiis.* 16 Hic enim sumptus necessarius est. *l.22.ff. de negotiis.* 17 *l.5. in fin.ff. eod.* 18 Hanc regulam sic expressit Paulus, 2 *sent.9. Servus, vel filiusfamilias, si acceptam pecuniam, in rem patris vel domini verterit hoc modo, agrum puta colendo, hominum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quod tale faciendo, de in rem verso sibi solidum dominum vel patrem obligat si tamen ob hanc causam pecunia data fit.* 19 Actioni de in rem verso, tunc regulariter locus est, quum homo liber, qui in rem vertit, negotiorum gestorum actionem habiturus est, & quoties servus, qui consumpsit, meliorem, aut non deteriorem rem domini fecerit, *ut hic. Synopf. ibid. c.2.* 20 *l.19. l.20. l. ult.ff. eod.* 21 *In rem domini vertisse* intelligitur, qui mutuam pecuniam accepit, ut se aleret, & vestiret. 22 Alimenta & vestitum servis dominus præstare & præbere debet, & quidem justa. 23 Consuetudo patrisfamil. spectanda: ut eatenus mutuum servo patrisfamil. factum subsistat, quatenus consuetudinem domini secutus est creditor in mutuo dando. 24 Actio de in rem verso datur ex contractu filii, vel servi, *ut hic. Synopf. d. c.2.* Argumentum interim observa, à servo ad filiumfamilias. 25 Cui si quis mutuum dederit, ut se aleret, vestimenta haberet, & necessaria, pater obligatur de in rem verso, *arg. l.19.ff. eod.* adde *l.5. C. ad SC. Macedon.* 26 In rem domini mutuum acceptum vertisse non videtur servus, qui ex mutuo accepto opera ad voluptatem fecit, quæ dominus facturus non erat. Quid igitur? licentiam habet dominus permittendi, ut ea opera sine domus injuria creditores auferant, ne cogatur propter restitutionem domum vendere: quippe nec procurator citra voluntatem mandatumve domini sumptus hujusmodi faciens repetitionem habet. *Synopf. ibid.*

27 Procurator contra mandatum non imputat impensas voluptuarias. *l.27.ff. de negotiis.*

28 Id est, ratihabitionem. Ratihabitio, est voluntatis, *ut hic. l.16.§.1.ff. de pignorib. l.9.§.2.ff. de donationib. l.46.§.8.ff. de jure fisci.* 29 *l.10. l.11. ff. de negotiis.* 30 Potest tamen ea quæ impendit, auferre. *l.38. de rei vind. l.10.§.10.ff. mandati.*

1 *Suhaudi*, liberorum, & servorum.

2 Adversus parentes, & dominos? Dic, post mortem, emancipationem, manumissionem, & alienationem eorum: est enim aliis perpetua de peculio actio.

3 Nec ultra annum datur: & in eo differt ab exercitoria, *l.4. in fin. ff. de exercitoria.* institoria, & de in rem verso.

4 Peculium his modis extinguitur, morte, emancipatione, manumissione, alienatione, ut §.3.ff. *eod.*

5 Ad filios hoc referendum. §.4. ff. *eod.*

6 Ad servos hoc refertur. §.4.ff. *eod.*

7 §.1.ff. *eod. l.7. C. quod cum eo. l.5. C. ad Senatusc. Maced.*

8 In perpetuum competit. *Synopf. Basil. 18. tit.6. c.1.*

9 Vide *l.6.ff. qui, & à quibus.*

10 Actionis de peculio annalis annus continuus est, incipiens ex quo facultatem agendi quis habuit. Ideoque annus in conditionali debito, non ab ipsa filii emancipatione computabitur, sed ex quo condicio extitit. *Synopf. ibid. c.1. in medio.* Utilis autem annus, qui hic constituitur, continuus hodie factus est. vide *l. ult. C. de temp. in integrum restit.*

11 Peculium servi morte vel alienatione extinguitur.

12 Manumitti & alienari non dicuntur liberi, sed servi, *ut hic.* Imo liberi etiam manumitti dicuntur.

13 *§. si à parente quis manumissus sit.*

14 Ut *l.2.ff. quod cum eo.* id est, sacerdotio Vestali, aut Flaminio Diali, 1 Gell. 13. 15 *l.47.§. ult.ff. de peculio.* 16 *l.3 in pr.ff. de peculio.* Alienat, qui vendit, *ut hic.* qui donat, permutat, in dotem dat. §.6.ff. *eod.* 17 Cum heres jussus est dare peculium accepta certa summa, non videtur penes eum esse peculium. *l.35.ff. tit. prox.* 18 *l.28. ff. de pecul.* 19 In actione de peculio etiam id agitur, in quantum minus factum est peculium dolo ejus, qui hominem in potestate habet. *Synopf. Basil. ibid. c.1. in fin.* 20 V. *l.4.ff. de in rem verso.* 21 V. quæ notavi ad *l.4. in fin.ff. de exercitoria.* 22 Cum de debitis post filiifamilias mortem pater convenitur, siquidem de peculio est actio, annalis est: sin redhibitoria rei vitiosæ, sex mensium datur actio post mortem filii. Idem & in omnibus temporalibus actionibus dicendum. *Synopf. Basil. ibid. c.2. in pr.* 23 Vide *l.19. in fin. l.55.ff. de ædilitio.*

videlicet injuria 31, ne 32 cogendus sit dominus vendere domum, ut, quanti pretiosior facta est, id præstet. §. 5. Idem Labeo ait, si servus mutuatus nummos a me, alii eos crediderit, de in rem verso dominum teneri, quod 33 nomen ei adquisitum est: quam sententiam Pomponius ita probat, si non peculiare nomen fecit, sed quasi dominicæ rationis, ex qua causa hactenus erit dominus obligatus, ut, si non putat sibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actionibus, procuratoremque eum faciat.

§. 6. Necnon illud quoque in rem domini versum Labeo ait, quod mutuatus servus, domino emit volenti 34 ad luxuriæ materiam, unguenta forte, vel si quid ad delicias, vel si quid ad turpes sumptus subministravit: neque enim spectamus, an bono domini cesserit, quod consumptum est, sed an in negotium domini.

§. 7. Unde recte dicitur, & si frumentum comparavit servus ad alendam domini familiam, & in horreo dominico reposuit, & hoc periit, vel corruptum est, vel arsit, videri 35 versum. §. 8. Sed & si servum domino necessarium emisset 36, isque decessisset vel insulam 37 fulsisset, eaque ruisset, dicerem, esse actionem de rem in verso. §. 9. Sed si [sic] accepit, quasi in rem domini verteret, nec vertit, & decepit creditorem, non videtur versum, nec, tenetur dominus: * ne credulitas 38 creditoris domino obesset vel calliditas servi noceret. Quid tamen, si is fuit servus, qui solitus erat accipiens vertere? Adhuc non 39 puto nocere domino, si alia mente servus accepit: aut si, cum hac mente accepisset, postea alio vertit: curiosius 40 igitur debet esse creditor, quo vertatur. §. 10. Si mutuatus sit pecuniam servus ad vestem 41 comparandam, & nummi perierint, quis de in rem verso agere possit? utrum creditor, an venditor? Puto autem, si quidem pretium numeratum sit, creditorem de in rem verso acturum, etsi vestis perierit: si autem non fuit pretium solutum, ad hoc tamen data pecunia, ut vestis emeretur, & pecunia perierit, vestis tamen familiæ divisa est, utique creditorem de in rem verso habere actionem. An & venditor habeat, quia res ejus pervenerunt in rem domini? Ratio hoc facit, ut teneatur, unde incipit 42 dominus teneri ex una 43 causa duobus 44: proinde etsi tam pecunia, quam vestis periit, dicendum erit, utrique dominum teneri, quoniam ambo in rem domini vertere voluerunt.

De occupatione.

IV. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SEd dicendum est, * occupantis 45 meliorem conditionem esse debere: nam, utrisque 46 condemnari dominum de in rem verso, iniquum est.

De re empta domino. 1. De ratihabitione domini. 2. De re empta domino. 3. Si servus ab initio negotium peculiare gesserit.

V. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI 47 res domino non necessarias emerit servus quasi domino necessarias, veluti servos, hactenus videri in rem ejus versum Pomponius scribit, quatenus servorum 48 verum 49 pretium facit: cum, si necessarias emisset, in solidum, quanto venissent, teneretur. §. 1. Idem ait, sive ratum habeat servi contractum dominus, sive non, de in rem verso esse actionem. §. 2. Quod servus domino emit, siquidem voluntate ejus emit, potest *quod jussu* agi: sin vero non ex voluntate, siquidem dominus ratum 50 habuerit, vel alioquin rem necessariam vel utilem domino emit, *de in rem verso* actio erit: si vero nihil eorum est, *de peculio* erit actio. §. 3. Placet, non solum eam pecuniam in rem verti, quæ statim à creditore ad dominum pervenerit, sed & quæ 51 prius fuerit in peculio: Hoc autem totiens verum est, quotiens servus rem domini gerens, locupletiorem 52 eum facit nummis peculiaribus: alioquin si servo peculium dominus adimat, vel [si] vendat eum cum peculio, vel rem ejus peculiarem & pretium exigat, non videtur in rem versum.

VI. TRYPHONINUS lib. I Disputationum.

NAm si hoc verum esset, etiam antequam venderet rem peculiarem, de in rem verso teneretur: quia hoc ipso, quod servus rem in peculio haberet, locupletior fieret 53: quod aperte falsum est.

3. De erogatis in funus ad dominum pertinentibus. 4. Si dominus evincat hereditatem, quam servus vendiderat. 5. De pecunia in dotem data.

VII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

ET ideo, & si donaverit servus domino rem peculiarem, actio de in rem verso cessabit: Et sunt ista vera. §. 1. Plane si mutuum servus acceperit, & donandi animo solvit 54, dum 55 non vult eum debitorem facere peculiarem, de in rem verso actio est.

§. 2. Illud verum non est, quod Mela scribit, si servo meo argentum dederis, ut pocula tibi faceret ex quolibet argento: mox, factis poculis servus decesserit, esse tibi adversus me de in rem verso actionem, quoniam 56 possum pocula vindicare. §. 3. Illud plane verum est, quod Labeo scribit, si odores 57, & unguenta servus emerit, & 58 ad funus erogaverit, quod ad dominum suum pertinebat, videri in rem domini versum. §. 4. Idem ait 59, & si hereditatem à servo tuo emero, quæ ad te pertinebat, & creditoribus pecuniam solvero, deinde [hanc] hereditatem abstuleris mihi, ex empto actione me idipsum consecuturum: videri enim in rem tuam versum, nam & si hereditatem à servo emero, ut quod mihi ab ipso servo debebatur, compensarem, licet nihil solvi, tamen consequi me ex empto, quod ad dominum pervenit: ego autem non puto, de in rem verso esse actionem emptori, nisi hoc animo gesserit servus, ut in rem domini verteret. §. 5. Si filiusfamilias pecuniam mutuatus, pro 60 filia sua dotem 61 dederit, in rem versum patris 62 videtur, quatenus 63 avus pro nepte daturus fuit: Quæ sententia ita demum mihi vera videtur, si hoc animo dedit, ut patris negotium gerens.

VIII. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

ET nihil interesse Pomponius ait, filiæ suæ nomine, an sororis 64, vel neptis ex altero filio natæ dederit. † Idem ergo dicemus, & si 65 servus mutuatus fuerit, & domini sui filiæ nomine in dotem dederit.

IX. JAVOLENUS lib. XII ex Cassio.

SI vero pater in dotem daturus non fuit 66, in rem patris versum esse non videtur.

Si filius pro patre obligatur vel judicium suscipiat. 4. De parte. 5. De sorte & usuris. 6. Si duret versum vel non. Si dominus vel extraneus solverit servo vel filio. 7. De eo, quod servus debet domino, & de eo, quod creditori dominico ipsi solvit. 8. Si servus, postquam in rem domini versit, deinde ejus debitor, mox creditor factus sit. 10. Si filius solvat, quod & ipse & pater debet.

X. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI 67 pro patre filius fidejusserit, & creditori solverit, in rem patris videtur versum: quia patrem liberavit. §. 1. Cui simile est, quod Papinianus lib. IX Quæstionum scribit: si 68 filius quasi defensor patris judicium susceperit, & sit condemnatus, de in rem verso teneri patrem: namque filius eum judicio 69 suscepto liberavit. §. 2. Idem tractat Papinianus, & si, quod patrem dare oporteret, à filio sim stipulatus, & ita convenerim filium: nam * & * hic de in rem verso fore actionem: nisi si donare patri filius voluit, dum se obligat. §. 3. Quare potest dici, etsi de peculio actionem quasi defensor patris susceperit, teneri patrem de in rem verso usque ad peculii quantitatem: cujus sententiæ id erit emolumentum, ut si finita sit actio de peculio 70, de in rem verso conveniatur: Ego & ante condemnationem, post judicium patris nomine accepturum, de in rem verso patrem teneri puto.

§. 4. *In rem* autem *versum* videtur, prout 71 aliquid versum est: proinde, si pars versa est, de parte 72 erit actio. §. 5. Sed utrum in sortem duntaxat tenebitur dominus, an & in usuras? Et si quidem promisit usuras, Marcellus lib. V Digestorum scribit, dominum præstaturum: sed si non sint promissæ, utique non debebuntur, quia in stipulatum deductæ non sunt. † Plane, si contemplatione domini pecuniam dedi non gerenti servo negotia domini, sed ipse gerens, negotiorum gestorum actione potero etiam de usuris experiri. §. 6. *Versum* autem sic accipimus, ut 73 duret 74 versum 75: Et ita demum de in rem verso competit actio, si non sit à domino servo solutum, vel filio. † Si tamen in necem 76 creditoris, id est, perdituro servo vel filio solutum sit, [quamvis solutum sit,] desinit quidem versum: æquissimum autem est, de dolo malo adversus patrem vel dominum competere actionem. Nam & peculiaris debitor, si fraudulenter servo solverit, quod ei debebat, non liberatur. § 7. Si domini debitor sit servus, & ab alio mutuatus, ei solverit, hactenus non vertit, quatenus 77 domino debet: quod excedit, vertit: Proinde si, eum dominus deberet triginta, mutuatus quadraginta, creditori ejus solverit, vel familiam exhibuerit 78, dicendum erit, de in rem verso in decem competere actionem: aut, si tantundem debeat, nihil videtur versum: nam (ut Pomponius scribit) adversus lucrum 79 domini videtur subventum: Et ideo, sive debitor fuit dominus, cum in rem verteret, nihil videri versum: sive postea debitor esse domino cœperit, desinere versum: idemque & si solverit ei. † Plus dicit, etsi tantundem ei donavit dominus, quantum creditori solvit pro se, si quidem remunerandi animo, non videri versum: si vero alias donavit 80, durare versum. §. 8. Idem quærit, si decem in rem domini vertit, & postea tantandem summam à domino mutuatus sit, habeat præterea & peculium decem, videndum ait, utrum desiit esse versum? An vero, quoniam est peculium, unde trahatur debitum, de in rem verso non tollimus actionem? An potius ex utroque pro rata detrahimus? Ego autem puto, sublatam de in rem verso actionem: cum debitor domini sit constitutus. §. 9. Idem quærit, si in rem tuam verterit, & debitor tuus factus sit, mox creditor ejusdem summæ, quam tibi debuit, an renascatur de in rem verso actio, an vero ex post facto non convalescat? Quod verum est 81. §. 10. Idem tractat, an ex 82 eventu possit in rem patris filius vertere: veluti si duo rei pater & filius fuerint, & filius mutuatus suo nomine solvat: vel si filio jussu patris crediderit, & filius creditum tibi solvisset? Mihi videtur 83, si quidem pecunia ad patrem pervenerat, videri in rem versum: quod si non fuit, & suum negotium gerens filius solvit, non esse de in rem verso actionem.

Si servus creditori suo solvit.

XI. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

QUod servus in hoc mutuatus fuerit, ut creditori suo solveret, non erit in rem versum: quamvis actione de peculio liberatus sit dominus.

De re empta patri vel domino.

XII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI 84 fundum patri dominove emit servus vel filiusfamilias, versum quidem esse videtur; ita tamen, ut sive minoris 85 sit, quam est emptus, tantum videatur in rem versum, quanti dignus sit: sive pluris sit, non plus videatur in rem versum, quam emptus est.

De servo communi.

XIII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI in rem alterius ex dominis versum sit, utrum is solus 86, in cujus rem versum est, an & socius possit conveniri, quæritur? Et Julianus scribit, eum solum conveniri, in cujus rem versum est, sicuti cum 87 solus jussit: quam sententiam puto veram.

XIV. JULIANI lib. XI Digestorum Marcellus notat.

INterdum & propter hoc, quod in rem alterius socii versum est, de in rem verso cum altero agi potest: qui conventus, à socio petere potest id, in quo damnatus fuerit. Quid enim dicemus, si peculium servo ab altero ademptum fuerit 88? Paulus, Ergo hæc quæstio ita procedit, si de peculio agi non potest.

De constituto.

XV. ULPIANUS lib. II Disputationum.

SI filiusfamilias constituerit 89, quod pater debuit, videndum est, an de in rem verso actio dari debeat? Atquin non liberavit patrem:

---

31 Id est, si ea recipiunt separationem. vide *l.* 38. *in fin.* ff. *de rei vind. l.* 9. ff. *de impensis.*

32 Id est, finge pauperem, cui, si id reddere cogatur, laribus, sepulchrisque avitis sit carendum. *l.* 38. ff. *de rei vindic.*

33 Id est, quia actio domino adquiritur, videtur in rem versum.

34 Fallit in minore mandante, *l.* 12. §. 11. ff. *mandati.* & muliere. *l.* 11. ff. *de impensis.*

35 Sufficit enim utiliter cœptum fuisse. *l.* 10. *l.* 12. *l.* 22. ff. *de negotiis.*

36 Vide *l.* 11. §. 4. ff. *de minorib.* vide *l.* 31. ff. *famil.* vel curatt. *l.* 10. ff. *de negotiis. l.* 10. C. *de negotiis.*

37 *l.* 10. ff. *de negotiis.*

38 Imo utiliter cœptum fuisse videtur, *l.* 12. *in fin.* ff. *de negotiis.* sed & creditoras creditori prodesse posse videtur. vide *l.* 3. ff. *ad Senatusc. Macedon.*

39 Imo, eam ob causam videtur creditor esse juvandus. §. 3. ff. *eod.*

40 Contra quam in exercitoria receptum est. *l. ult. in fin.* ff. *de exercitoria.*

41 In vestes servorum mutuum dominum obligat. adde §. 3. ff. *eod.*

42 Dic ut *l.* 4. ff. *eod.*

43 Id est, quia in unius utilitatem versa est: alias hic ex duabus causis tenetur, mutuo scilicet & venditione.

44 Imo videtur unus tantum de in rem verso agere posse. *l.* 18. ff. *eod.*

45 Occupantis melior est conditio, ubi pluribus competit actio de in rem verso.

46 Vide *l.* 26. ff. *de peculio. l.* 18. ff. *de verb. oblig. l.* 57. ff. *de reg. jur.*

47 In iis, quæ necessario emuntur, in solidum quidquid expenditur, in rem versum est: quamvis dominus ratum non habuerit: sin res non necessarias, sed quasi necessarias tamen, emantur, eatenus in rem versum est, quatenus est verum pretium: quippe si non servum, sed fundum, servus emebat, & præsumptione putabat, se illum quasi necessarium emisse, quanti dignus est emptus ille fundus, in tantam quantitatem dominus tenetur, *Synopf. Basil. & ibi Scholiastes.* 18. *t.* 7. *cap.* 2. vel ita, In rebus necessariis, justum: in non necessariis, conventum pretium insicitur.

48 V. *l.* 12 ff. *eod.*

49 *Verum pretium* quid est? commune. *l. pretia.* 63. ff. *ad l. Falcidiam.*

50 *l.* 1. §. 6. ff. *quod jussu.*

51 *l.* 3. §. 1. *in fin.* ff. *eod.*

52 Hæc enim exceptio, *locupletior factus es*, justissime objicitur. vide quæ notavi ad *l.* 10. ff. *de institoria. l.* 1. §. 4. ff. *de peculio.*

53 Esse in peculio servi, & in rem domini versum esse, diversa sunt.

54 Domino suo.

55 Atqui servus dominum sibi obligare non potest. *l.* 41 ff. *eod.* Jure, non potest, *ut ibi.* facto, potest, *ut hic.*

56 In rem verso actione non utitur, cui rei vindicatio competit.

57 Vide *l.* 37. ff. *de religiosis.*

58 Vide *l.* 30. ff. *de religiosis.*

59 Et male. *ut recte. ego autem non puto.*

60 Si ut gerens negotium pro patre meo, pecuniam mutuatus, pro filia mea dotem dedero, in rem versum est, *ut hic.* Idem est, si pro sorore vel nepte patris mei, ex alio fratre dotem dedero. *l.* 8. ff. *eod. Synopf.* 18. *titul.* 7. *cap.* 3. §. 2.

61 Dos, seu dotandi onus, res, seu onus patris est.

62 Id est, avi, ut videatur dos ab avo profecta. *l.* 5. §. 8. ff. *de jure dotium.*

63 *l.* 5. §. 8. ff. *de jure dotium.*

64 Non uterinæ, sed consanguineæ. *arg. l.* 12. §. *pen.* ff. *de Administr. tut.*

65 In rem domini vertisse intelligitur, qui ex pecunia, quam mutuo accepit, filiam domini dotavit, *ut hic. Synopf. ibid.*

66 Quid, quando pater dotem dare non tenetur, cum semper dare teneatur. *l. fin. verf. neque enim leges incognitæ. C. de dotis promiss. nec l.* 19. ff. *de ritu nuptiarum.* vide tamen casum in *l.* 11. §. 1. *C. de haereticis.* Respondeo, avus maternus non cogitur, quia nec mater cogitur, *l.* 14. *C. de jure dotium.* nec naturalis pater. *arg. l.* 41. ff. *de legat.* 3.

67 Filius, si pro patre fidejusserit, & solverit, *in rem versum est*: quippe liberat eum. *l.* 15. ff. *eod. Synopf. ibid. c.* 5.

68 In rem patris vertisse videtur, qui suscepta patris defensione condemnatus fuit. Namque filius eum judicio suscepto liberat. *Synopf. Basil. dict. c.* 5.

69 Vide *l.* 23. ff. *de solutionib.*

70 *l.* 1. ff. *eod.*

71 *l.* 3. §. 1. ff. *eod.* §. 4. *Inst. quod cum eo.*

72 Parte in rem alicujus versa, datur de in rem verso pro parte actio.

73 Versum & factum censetur, quod durat, *l.* 6. §. *pen.* ff. *quod cujusque univers. l.* 5. §. 1. ff. *de inofficios. l.* 2. §. 6. ff. *de hered. vendit. l.* 4. §. 12. ff. *de usucap.* vide tamen *l.* 17. ff. *eod.*

74 Versum num videtur, si momento quodam versum fuerit? Minime: versum non videtur, quod momento tantum aliquo versum fuit. dixi plura *l. ult. C. de bonis, quæ liberis.*

75 Vide conciliationem antinomiarum ad hunc locum apud Zas. *2 Antinom.*

76 Id est, in fraudem.

77 In rem accipientis vertisse non videtur, qui quod ipse debuit, accipienti solvit, *ut hic.* Quid, si quod accepit, id reddidit? desinit versum. §. 8. ff. *eod. l.* 16 ff. *eod. l.* 20. ff. *de dolo.*

78 Id est, aluerit.

79 Actione de in rem verso creditori servi subvenitur adversus lucrum domini.

80 Principaliter, non animo remunerandi, ut *l.* 12. ff. *mandat.*

81 Non revivisset semel extincta obligatio, *l.* 98. §. *ult.* ff. *de solut.*

82 Ex eventu in rem versum & lucrum non æstimamus, sed ex consilio servi. Nec enim tam exigimus, ut lucrum fecerit ex negotio servi dominus, quam ut negotium illud domino gerere servus voluerit, & caverit sibi accipere in rem domini, *ut hic.* ita demum obligatur dominus, si in eam rem pecunia credita sit. Paulus 2 *sententiarum tit.* 9. Exigimus, ut sciat creditor in rem domini pecuniam sumi, imo & consumi. *l.* 3. §. *sed si accepit.* ff. *eod.*

83 Id est, lucrum, vel in rem versum non æstimamus ex eventu, & lucro domini, sed ex consilio servi, id est, an dominum negotium gerere voluerit.

84 In rem versum est, si fundum patri dominove servus aut filiusfamilias emit. Quid, si fundus pretii minoris est? Verum pretium computatur in rem versum. Quid, si pluris, quam pretium? Tantum id, quod solutum est. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 7. *cap.* 6.

85 *l.* 5. ff. *eod.*

86 Solus is tenetur ex domini actione de in rem verso, & jussu, in cujus solius rem versum est, aut qui solus jussit.

87 *l. ultim.* ff. *quod jussu.*

88 Non fuerit, ita emendat Cujac. 8 *ad Africanum, in explicatione legis* 17 *hujus tituli.* sed ab Antonio Fabro reprehenditur 1 *conjectur.* 9.

89 Filius, si pro patre constituerit, tunc in rem patris vertit, quum solverit. Etenim pecunia videtur in rem ejus verti, cumque solum spectat. Nam quod a patre cum effectu debebatur, filiusfamilias constituit. *Synopf. Basil.* 18 *tit.* 7. *cap.* 5. *ibidem Scholiastes. l.* 10. ff. *eod.*

patrem: nam qui constituit [90], se quidem obligat, patrem vero non liberat: plane si solvat post constitutum, licet pro se videatur solvisse (hoc est, ob id, quod constituit), in rem [91] tamen vertisse patris merito dicetur.

De re vendita, aliaque ejusdem generis empta.

XVI. ALFENUS lib. II Digestorum.

QUidam fundum colendum servo suo [92] locavit, & boves ei dederat: cum hi boves non essent idonei, jusserat eos venire: & his nummis, qui recepti essent, alios reparari [93]: servus boves vendiderat [94], alios redemerat, nummos venditori non solverat: postea conturbaverat: qui boves vendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini versum esset, cum boves, pro quibus pecunia peteretur, penes [95] dominum essent: *Respondit*, non videri peculii quicquam esse: nisi si quid, deducto [96] eo, quod servus domino debuisset, reliquum fieret: Illud sibi videri, boves quidem in rem domini versos esse, sed pro ea re solvisse tantum, quanti priores boves venissent: si quo amplioris pecuniæ posteriores boves essent, ejus oportere dominum condemnari [97].

Si in rem domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdidit. 1. De vicario.

XVII. AFRICANUS lib. VIII [98] Quæstionum.

SErvus in rem domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdidit: Nihilominus posse cum domino de in rem verso agi, existimavit [99]: nam & si procurator [100] meus [1] in negotia mea impensurus, pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderat, recte [2] eum hoc nomine mandati, vel negotiorum [3] gestorum actu rum. §. 1. Cum Sticho vicario servi tui Pamphili contraxi: Actio de peculio, & in rem verso, [ita] dari debet, ut quod [4] vel in tuam ipsius rem, vel in peculium Pamphili, versum sit, comprehendatur: Scilicet, etiam si mortuo vel alienato Sticho, agatur: Quod si Pamphilo mortuo agam, magis est, ut quamvis Stichus vivat, tamen de eo, quod in peculio Pamphili versum est, non nisi intra annum [5] quam is decesserit, actio dari debeat: etenim quodammodo de peculio Pamphili tum experiri videbor: sicuti, si quod jussu ejus credidissem, experiter. † Nec nos movere debet, quod Stichus, de cujus peculio agatur, vivat, quando non aliter ea res in peculio ejus [6] esse potest, quam si Pamphili peculium maneat. † Eadem ratio efficiet, ut id, quod in peculio Pamphili versum * sit *, ita [7] præstari debere dicamus, ut prius ejus, quod tibi Pamphilus debuerit, deductio fiat: quod vero in tuam rem versum fuerit, præstatur etiam non deducto eo, quod Pamphilus tibi debet.

De fidejubente pro servo.

XVIII. NERATIUS lib. VII Membranarum.

QUamvis in eam rem pro servo meo fidejusseris, quæ ita contracta est, ut in rem meam versaretur [8]: veluti, si cum servus frumentum emisset, quo familia aleretur, venditori frumenti fidejusseris: Propius est tamen, ut de peculio eo nomine, non de in rem verso agere possis: ut unius [9] duntaxat in quoquo contractu, de in rem verso sit actio, qui idipsum credidit, quod in rem domini versum est.

De toga, quam filius emit, & pater dedicavit in funus ejus.

XIX. PAULUS lib. IV Quæstionum.

FIliusfamilias togam emit: mortuo deinde eo, pater ignorans, & putans suam esse, dedicavit [10] eam in funus ejus: Neratius libro Responsorum ait, in rem patris versum videri: in actione autem de peculio, quod in rerum natura non esset, uno modo æstimari debere, si dolo [11] malo ejus, quo cum agatur, factum esset: atquin si filio pater togam emere debuit [12], in rem patris [res] versa est, non nunc, quo funerabitur, sed quo tempore emit: funus enim filii, æs alienum patris est: Et [hoc] Neratius quoque, qui de in rem verso patrem teneri putavit, ostendit, negotium hoc (id est sepulturam [13], & funus filii) patris esse æs alienum, non filii: Factus est ergo debitor peculii, quamvis res non exstet: ut etiam de peculio possit conveniri: In quam actionem venit, & [14] quod in rem versum est, quæ tamen adjectio [15] tunc necessaria esset, cum annus post mortem filii excessit.

De filiafam. quæ pecuniam à viro creditam consumpsit in alimenta. 1. De verso in rem pupilli. De promissione tutoris.

XX. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

PAter pro filia dotem promisit: & convenit, ut [16] ipse filiam aleret [17]: non præstante patre, filia à viro mutuam pecuniam accepit, & mortua est in matrimonio: *Respondi*, si ad ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quibus aut se tueri, aut servos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso utilem [18] actionem. §. 1. Servus absentis Reipublicæ causa pupilli [19] servis pecuniam credidit, subscribente tutore, stipulatione in personam tutoris translata: *quæsitum est*, an adversus pupillum competat actio? Respondi, si, cum in rem pupilli daretur, id in rem ejus versum est, & quo magis actu servorum confirmaretur, tutor spopondit, posse nihilominus dici, de in rem verso cum [20] pupillo actionem fore.

De filiafam. quæ pecuniam à viro creditam, aliamque ejus pecuniam consumpsit in alimenta.

XXI. IDEM lib. V Digestorum.

FIliamfamilias duxit uxorem, patre dotem promittente: & convenit inter omnes personas, uti eam [21] pater, aut ipsa se tueretur [22]: maritus ei mutuos nummos dedit [23], cum juste putaret, patrem ejus ministraturum tantum salarium, quantum dare filiæ suæ instituerat: eos nummos illa in usus necessarios sibi, & in servos, quos secum habebat, consumpsit: aliquantum & cum ei res familiares creditæ essent, ex pecunia mariti in easdem causas convertit: deinde prius, quam pater salarium exploret, moritur filia: pater impensam recusat: maritus res mulieris retinet [24]: *Quæro*, an de in rem verso adversus patrem actio competat? *Respondit*, si ad ea id, quod creditum est, erogatum esset, sine quibus aut se tueri, aut servos paternos exhibere non posset, dandam de in rem verso utilem actionem.

[90] Constituere non est proprie obligare quidem se, tamen liberat ea re eum, cujus nomine constituit.

[91] Vide quæ notavi ad *l.* 30. §. *de fidejuss.*

[92] Peculium habenti.

[93] Reparare vina, est in locum priorum alia emere, ut *l.* 122. §. 1. §. *de verbor. oblig.* Sic Horat. 1 Odar 31. vina Syra reparata merce.

[94] Et tradiderat fide habita de pretio.

[95] *l.* 36. §. *de pet. hered.*

[96] *l.* 10 §. 7. §. *eod.*

[97] Vide ad hunc locum Bart. ad *l.* 22. *in fin.* §. *solut.*

[98] Vide Cujac. ad hanc *legem* 8 *ad Africanum.*

[99] Cur ita? colligе ex iis, quæ notavi ad *l.* 10. *in fin.* §. *eod.*

[100] Sæpe fit in hoc titulo procuratoris comparatio cum servo. *l.* 3. §. 2. §. 4. §. *eod.*

[1] Id est, privati: secus est in Ecclesiæ procuratore: hic enim sufficit creditori probare creditum, cum ulterius probare versum teneatur. *Novell.* 120. *l.* 27. §. *de reb. creditis.*

[2] Imo, non recte. Nam vel hoc titulo versum intelligitur, quod durat versum *l.* 10. §. *versum.* §. *eod.* Dic, durare versum satis, quod durat in extremam usque fortunam, & casum, *ut hic.*

[3] Procuratorem itaque hoc casu accipe pro voluntario procuratore, id est, negotiorum gestore, qui mandatum non habeat. *l.* 6. §. 2. *l.* 38. §. *de negotiis: l.* 51. §. *de ædilitio.*

[4] Vide *l.* 7. §. *de jurè & facti ignor.*

[5] Sciendum est, actionem de peculio, vivo servo, esse perpetuam: mortuo annalem: actionem vero de in rem verso, tam mortuo, quam vivo servo, perpetuam esse. Cujac. *ibid.*

[6] Id est, vicarii, ut ex Joanne hic notat Cujacius.

[7] Quod versum est in peculium Pamphili, debet Pamphilus Stricho, ut alius dominus servo. Joann. *ibid.*

[8] *Al.* verteretur. Actio de in rem verso competit ei, qui principaliter contrahit, ut in rem domini vertatur.

[9] V. *l.* 3. *in fin.* §. 4. §. *eod.*

[10] Id est, destinavit. vestibus olim utebantur in funeribus & cum vestimentis etiam mortuos sepeliebant. vide *l.* 14. §. 4. §. *de religiosis.*

[11] *l.* 9. §. 4. §. *de peculio.*

[12] Vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 3. §. *eod.*

[13] *l.* 7. §. 3. §. *eod.*

[14] Actio de peculio licet una sit, duas tamen habet condemnationes. §. 4. *Inst. quod cum eo.* [15] De in rem verso, de peculio, tributoria, institoria formulæ: actionum propria non sunt nomina, sed adjectiones tantum.

[16] Adde *l.* 3. §. 3. §. *eod. l.* 21. *in pr.* §. *eod. l.* 17. §. *de dolo except.* [17] Actione de in rem verso pater tenetur, quoties mutuum filiafamilias in alimenta vertit. [18] Utilis actio hic nihil aliud, quam efficax. [19] Actionem de in rem verso contra pupillum promissio tutoris non tollit.

[20] *l.* 2. §. *quod jussu.* [21] Vide *l.* 20. *in pr.* §. *eod.*

[22] Id est, se defenderet: *l.* 5. §. *in fin l.* 17. §. *de pact. dotalib.*

[23] Jocum nomine adversus patrem agere potest, *ut hic.*

[24] De retentionis jure competentibus consuetudo vid. Coller. *de proc. executiv. part* 1. *c.* 2. *n.* 197. 207. & 225. & *seqq.* Add.

TIT. IV.

QUOD [1] JUSSU [2].

Ratih edicti. 1. Quibus modis jubetur. 2. De jussu vel mandato revocando. 3. De mandato, 4. Vel subscriptione, 5. Vel fidejussione, 6. Vel ratihabitione domini vel patris. 7. De jussu pupilli, 8. Vel fructuarii, vel bon. fid. possessoris, 9. Vel curatoris, vel procuratoris.

I. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

MERITO *ex jussu domini in solidum* 3 *adversus eum judicium datur:* Nam * quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet [4]. §. 1. *Jussum* autem accipiendum est: sive [5] testato quis, sive per epistolam [6], sive verbis, aut per nuncium, sive specialiter in uno contractu jusserit, sive generaliter: & ideo, & si fic contestatus sit, QUOD [7] VOLES CUM STICHO SERVO MEO NEGOTIUM GERERE PERICULO MEO, videtur ad omnia jussisse, nisi certa lex [8] aliquid prohibet. §. 2. Sed ego quæro, an revocare [9] hoc jussum, antequam credatur, possit? Et puto, posse: quemadmodum [10] si mandasset, & postea ante contractum contraria voluntate mandatum revocasset, & me certiorasset. §. 3. Sed & si mandaverit [11] pater, dominusve, videtur ad omnia jussisse. §. 4. Sed & si servi chirographo subscripserit [12] dominus, tenetur [13] quod jussu. §. 5. Quid ergo, si fidejusserit [14] pro servo? Ait Marcellus, non teneri quod jussu: quasi extraneus enim intervenit: Neque [15] hoc dicit ideo, quod tenetur ex causa fidejussionis; sed quia aliud est jubere. † Denique idem scribit, etsi inutiliter [16] fidejusserit, tamen eum non obligari, quasi jusserit: Quæ sententia verior est. §. 6. Si ratum [17] habuerit quis, quod servus ejus gesserit, vel filius, quod jussu actio in eos datur.

§. 7. Si pupillus dominus jusserit, utique non [18] tenetur, nisi tutore auctore jussit. §. 8. Si jussu fructuarii erit cum servo contractum; item ejus, cui bona fide servit: Marcellus putat, quod jussu dandam in eos actionem: Quam sententiam & ego probo. §. 9. Si curatore adulescentis, vel furiosi, vel prodigi jubente, cum servo contractum sit, putat Labeo dandam quod jussu actionem in eos, quorum servus fuerit: Idem & [19] in vero procuratore. † Sed si procurator verus non sit, in ipsum potius dandam actionem, idem Labeo ait.

De jussu tutoris. 1. De ancilla, & filia. 2. Si is, qui jussit, postea dominus fiat.

II. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SI, tutoris jussu, servo pupilli creditum sit, puto, si ex utilitate [20] pupilli fuerit creditum, in pupillum esse dandam actionem, quod jussit tutor. §. 1. Si jussu domini ancillæ, vel jussu patris filiæ creditum sit, danda est in eos quod jussu actio.

§. 2. Si jussu meo cum alieno servo contractum fuerit, eumque postea redemero, quod jussu non tenebor; ne actio, quæ ab initio inutilis fuerit, eventu confirmetur.

De mutuo, & pignore.

III. ULPIANUS lib. II Responsorum.

DOminum, qui jussit semissibus [21] usuris servo suo pecuniam mutuam credi, hactenus teneri, quatenus jussit: nec pignoris obligationem locum habere in his prædiis, quæ servus non ex voluntate domini obligavit.

De jussu administratoris rerum civitatis.

IV. IDEM lib. X ad Edictum.

SI jussu ejus, qui administrationi rerum civitatis præpositus est, cum servo civitatis negotium contractum sit, Pomponius scribit, quod jussu [22] cum eo agi posse.

Si pecuniam accepturus jusserit servo filiove numerari. 1. De servo communi.

V. PAULUS lib. IV ad Plautium.

SI dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, jusserit servo filiove numerari, nulla quæstio est, quin ipsi condici possit: Immo hoc casu de [23] jussu actio non [24] competit. §. 1. Si unus ex servi dominis jussit contrahi cum eo, is solus tenebitur: sed si duo jusserunt, cum quovis in solidum agi potest: quia similes sunt duobus mandantibus.

[1] 17 C. XXVI. §. 1. *Inf. quod cum eo. Synopf. Basil* 18 *tit.* 8. Ab hac voce incipiebant nonnullæ apud veteres formulæ.

[2] Domini vel patris fit hoc contractum fuerit cum ejus filio, vel servo.

[3] *l pen.* §. *quod cum eo.* §. 1. *Inst. quod cum eo.*

[4] Et mandat. *l.* 152. §. 1. *l.* 169. §. *de reg. jur.*

[5] Sive quis testato (*ἐν διαθήκαις*) jusserit, ut cum ipsius servo contraham, sive per epistolam, sive nudis verbis, sive per mutuum, sive in uno negotio, sive generaliter, sive his verbis, *Quod voles, cum hoc servo meo contrahe:* in solidum, sicut & is, qui contraxit, tenetur, nisi quod lex specialis prohibeat. *Synopf. Basil.* 18. *tit.* 8. *c.* 1.

[6] Epistola, & sic absens jubere quis potest. *l* 1. §. *mandati.*

[7] Generalis jussus his verbis concipitur.

[8] Id est, vel specialiter expressa, vel tacite intellecta: nam utcunque libera peculii administratio concedatur servo, non potest tamen donare. *l.* 28. §. 2. §. *de pact.*

[9] Jussum revocare licet, priusquam contrahatur cum servo jubentis, & contractum ea de re certiorem facere: sic enim in mandato est.

[10] Mandati & jussus in revocando similitudo, *ut hic.* Non tamen eadem vis, idemque effectus mandati, & jussus. Nam quum jussit dominus, potest is, qui facere jussus est, jussum exsequi. Verum ubi mandans injunxerit, recusare factum vel mandatum non potest, quod semel recepit, propter generalem mandatorum naturam. Nam jubere quidem domini vel patris est, juberè vero servi, & filii. *Scholiastes apud auctorem Eclog.* 18. *tit.* 8. *cap.* 1.

[11] Jubet, qui mandat. Actioni quod jussu locus est, ex mandato patris vel domini. *Synopsis ibid. l.* 8. *C. quod cum eo. l.* 7. §. *quod cum eo.* [12] Subscribens jubere videtur. facit *l.* 3. *C. quod cum eo.* [13] Jubere etiam videtur, qui subscribit, qui mandat, *l.* 3. *C. quod cum eo. l.* 8. §. 15. §. *quibus modis pignus solvitur.* qui ratum habet, *l.* 60. §. *de regulis juris.* ergo & qui sigillo suo contractum confirmavit. Hinc colligunt, Recognosci debere non modo subscriptiones, sed etiam sigilla. *l.* 4. §. *quemadmod. testam. aper. l.* 20. *C. de fide instrum.*

[14] Jussu actione non obligatur, qui pro suo servo fidejussit. *Synopf. ibid.* [15] Id est, non negat dominum teneri ex fidejussione: tenetur enim. [16] Inutilis fidejussio pro jussu non habetur. [17] Jussu actione tenetur, qui ratum habuit, quod à filio vel servo gestum est. *Synopf. ibid. l.* 5. §. 2. §. *de in rem verso. l.* 7. *in fin. C. quod cum eo.* Qui ratum habet, jubere intelligitur, ut hac actione teneatur. *Goth.* Vide *l.* 60. *ff. de reg. jur. cap. ratihabitionem. de reg. jur. in* 6. Et ratihabitio retrotrahit quod actum est. *l.* 4. *l.* 5. *C. de pign. l* 6. *ff. de reg. jur.* Anf. [18] Imo, teneri videtur. *l.* 3. §. 1. *in fin.* §. *ex quib. causis in possess.* [19] *l.* 5. *in fin.* §. *de institoria.* [20] *l.* 20. *in fin.* §. *tit. prox.* [21] Semisses usuræ sunt, cum semis aurei in centenos quot mensibus penditur: nam Centesima (cujus pars dimidia est semis usura) dicitur, cum in centenos aureos, unus aureus singulis mensibus penditur: & sic centesima usura centesimo; semis, ducentesimo mense sortem exæquat. [22] Administrator rerum civitatis ex suo jussu tenetur. adde *l.* 3. §. 2. §. *de administr. rerum.* [23] Hæc actio, & de jussu, *ut hic.* & quod jussu, appellatur, ut §. *eod toto tit.*

[24] Si pater vel dominus pecuniam mutuam accepturus, jusserit servo, filiove numerari, non actione quod jussu, sed ex credito convenitur. *Synopf. Basil. ibid. cap.* 5.

LIBER SEXTUS DECIMUS.

TIT. I.

AD SENATUSCONSULTUM[1] VELLEIANUM.

Summa, 1. *Et ratio SC.* 2. *Quomodo mulieri succurritur.*

1. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

VELLEIANO Senatusconsulto plenissime comprehensum est, *Ne pro ullo fœminæ intercederent* [2].

§. 1. Nam sicut moribus [3] civilia [4] officia adempta sunt fœminis, & pleraque ipso jure non valent, ita multo magis adimendum eis fuit id officium, in quo non sola opera [5] nudumque ministerium [6] earum versaretur: sed etiam periculum rei familiaris [7]. §. 2. Æquum autem visum est, ita mulieri succurri [8], ut in veterem debitorem, aut in eum, qui pro se constituisset mulierem ream, actio daretur: magis enim ille, quam creditor, mulierem decepit.

De edictis Augusti, & Claudii. 1. *Senatusconsulti verba,* 2. *Et ejus commendatio.* 3. *De mulieribus deceptis, vel decipientibus.* 4. *De contractibus.* 5. *De defensione alterius.*

11. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

ET primo quidem temporibus Divi Augusti, mox deinde Claudii, Edictis eorum erat interdictum, *Ne fœminæ pro viris suis intercederent.* §. 1. Postea factum est Senatusconsultum [9], quo plenissime fœminis omnibus subventum est, cujus Senatusconsulti verba hæc sunt, QUOD MARCUS SILANUS, ET VELLEIUS TUTOR, CONSULES, VERBA FECERUNT DE OBLIGATIONIBUS FOEMINARUM, QUÆ PRO ALIIS REÆ FIERENT, QUID DE EA RE FIERI OPORTET, DE EA RE ITA CONSULUERUNT [10]: QUOD AD FIDEJUSSIONES [11] ET MUTUI DATIONES [12] PRO ALIIS, QUIBUS INTERCESSERINT FOEMINÆ, PERTINET, TAMETSI ANTE VIDETUR ITA JUS DICTUM ESSE, NE EO NOMINE [13] AB HIS [14] PETITIO [15] NEVE IN EAS ACTIO DETUR, CUM EAS VIRILIBUS [16] OFFICIIS FUNGI, ET EJUS GENERIS OBLIGATIONIBUS OBSTRINGI NON SIT ÆQUUM, ARBITRARI [17] SENATUM, RECTE ATQUE ORDINE FACTUROS, AD QUOS DE EA RE IN JURE ADITUM ERIT, SI DEDERINT OPERAM, UT IN EA RE SENATUS VOLUNTAS SERVETUR. §. 2. Verba itaque Senatusconsulti excutiamus, prius providentia Amplissimi Ordinis laudata: quia opem tulit mulieribus, propter sexus imbecillitatem [18], multis hujusce modi casibus suppositis, atque objectis.

§. 3. Sed ita demum eis subvenit, si non callide [19] sint versatæ. Hoc enim Divus Pius & Severus rescripserunt. nam deceptis [20], non decipientibus, opitulatur: Et est & Græcum Severi [tale] rescriptum, Τῆς ἀπατώσης γυναικὶν τὸ δόγμα τῆς συγκλήτου βοηθεῖ· id est, *Decipientibus mulieribus Senatusconsultum auxilio non est:* infirmitas enim fœminarum, non calliditas [21], auxilium demit [22]. §. 4. *Omnis* [23] *omnino obligatio* Senatusconsulto Velleiano comprehenditur: sive verbis, sive re, sive quocunque alio contractu interceserint. §. 5. Sed etsi mulier defensor [24] alicujus exstiterit [25], proculdubio intercedit [26]: suscipit [27] enim in se alienam obligationem: quippe cum ex hac re subeat condemnationem: Proinde neque [28] maritum [29], neque [30] filium, neque patrem [31] permittitur mulieri defendere.

111. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

SEd si [32] eum defendat, qui damnatus regressum ad eam habeat (veluti cum venditorem hereditatis sibi venditæ [33] vel fidejussorem suum defendat) intercedere non videtur.

De ignorantia creditorii. 1. *Si mulier donatura mutuetur, aut rem suam vendat.*

IV. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SEd si ego cum muliere ab initio contraxerim, cum ignorarem [34], cui hæc factum vellet, non dubito Senatusconsultum cessare: & ita Divus Pius & Imperator Noster rescripserunt.

§. 1. Proinde, si dum vult Titio donatum [35], accepit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donavit, cessat Senatusconsultum. Sed & si tibi donatura, creditori tuo nummos numeraverit [36], non intercedit: Senatus enim obligatæ [37] mulieri succurrere voluit, non donanti: Hoc ideo, quia * facilius [38] se mulier obligat, quam alicui donat.

V. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

NEc interest, pecuniam solvendi causa numeret, an quamlibet suam [39] rem in solutum det: nam etsi vendiderit rem suam, sive pretium acceptum pro alio solvit, sive emptorem delegavit creditori alieno, non puto Senatusconsulto locum esse.

De his, qui mandato mulieru fidejusserunt.

VI. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

SI fidejussores pro defensore absentis filii, [ex] mandato [40] matris ejus intercesserint, *quæritur*, an etiam his Senatusconsulto subveniatur? Et ait Papinianus lib. IX Quæstionum, exceptione eos usuros: Nec multum facere, quod pro defensore fidejusserunt: cum contemplatione mandati matris intervenerint.

† Plane (inquit) si qui accepit eos fidejussores, matrem eis mandasse ignoravit, exceptionem Senatusconsulti replicatione doli repellendam.

VII. PAPINIANUS lib. IX Quæstionum.

QUanquam igitur fidejussor, doli replicatione posita, defensionem exceptionis amittat, nullam tamen replicationem adversus mulierem habebit [41]: quia [42] facti non potest ignorationem prætendere. Sed [43] non erit iniquum, dari negotiorum [44] gestorum actionem in defensorem: quia mandati causa per Senatusconsultum constituitur irrita, & pecunia fidejussoris liberatur.

De pignore dato, vel reddito. 1. *De promissione indemnitatis.* 2. *De duabus intercessionibus subordinatis.* 3. *De repetitione soluti. De delegatione.* 7. *De acceptilatione. De solutione.* 11. *Quibus & in quos actio restituitur.* 12. *Si creditor mulieri,* 13. *Vel mulier debitori successerit.* 14. *Si mulier pro alio contraxerit.* 15. *De intercessione pro pupillo, vel minore* XXV *annis, vel filiofam.* IX, *Vel servo alieno.*

VIII. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

QUamvis pignoris [45] datio intercessionem faciat, tamen Julianus lib. XII Digestorum scribit, redditionem [46] pignoris, si creditrix mulier rem, quam pignori acceperat, debitori liberaverit, non esse intercessionem. §. 1. Si mulier intervenerit apud [47] tutores filii sui, ne [hi] prædia ejus distraherent, & indemnitatem eis repromiserit, Papinianus lib. IX Quæstionum non putat eam intercessisse: nullam enim obligationem alienam recepisse, neque [48] veterem, neque novam, sed ipsam feciste hanc obligationem [48]. §. 2. Si mulier [50] apud Primum pro Secundo intervenerit, mox pro Primo apud creditorem ejus, duas intercessiones factas, Julianus lib. XII Digestorum scribit: unam pro Secundo apud Primum, aliam pro Primo apud creditorem ejus: & ideo [&] Primo restitui [51] obligationem, & adversus eum. *Marcellus* autem *notat*, esse aliquam differentiam, utrum hoc agatur, ut ab initio mulier in alterius locum subdatur, & onus debitoris, à quo obligationem transferre creditor voluit, suscipiat: an vero quasi debitrix delegetur; scilicet, ut si quasi debitrix delegata est, una sit intercessio: proinde secundum hanc suam distinctionem, in prima visione [52], ubi quasi debitrix delegata est, exceptionem ei Senatusconsulti Marcellus non daret, sed condemnata, vel ante condemnationem, condicere utique ei, à quo delegata est, poterit, vel quod ei abest, vel, si [53] nondum abest, liberationem. §. 3. Interdum intercedenti mulieri & condictio competit, puta si contra [54] senatusconsultum obligata, debitorem [55] suum delegaverit: nam hic ipsi competit condictio: quemadmodum si pecuniam solvisset, condiceret *: solvit [56] enim & qui reum delegat [57]. §. 4. Sed si is, qui à muliere delegatus est, debitor ejus non fuit, exceptione [58] Senatusconsulti poterit uti, quemadmodum mulieris fidejussor. §. 5. Plane si mulier intercessura, debitorem suum delegaverit, Senatusconsultum cessat: quia, etsi pecuniam numerasset [59], cessaret Senatusconsultum: mulier enim per Senatusconsultum relevatur: non quæ [60] deminuit, restituitur. §. 6. Sed si eum delegaverit, qui debitor ejus non fuit, fraus [61] Senatusconsulto facta videbitur: & ideo exceptio datur. §. 7. Quoties pro debitore interceſſerit mulier, datur in eum priſtina actio, etſi ille prius acceptilatione liberatus ſit, quam mulier interceſſerit. §. 8. Si convenerit cum debitore, ut expromiſſorem [62] daret, & acceptum ei latum ſit, deinde is dederit mulierem, quæ auxilio Senatuſconſulti munita eſt, poteſt ei condici, quaſi non dediſſet: quid enim intereſt, non det, an talem [63] det? Non erit igitur actio utilis neceſſaria, cum condictio competat. §. 9. Marcellus quoque ſcribit, ſi mulieri poſt interceſſionem accepto tulerit creditor, nihilominus reſtitutoriam actionem ei dari debere: inanem [64] enim obligationem dimiſit [65]. §. 10. Si mulier poſt interceſſionem ſic ſolverit, ne repetere poſſit, juſte prior debitor actionem recuſat: Sed cum relevatur reus, ſi mulier ſic ſolvit, ut repetere non poſſit, & cum ei mulieri, quæ repetere non poterat, ſi ſolviſſet, accepto tulit creditor, ſimiliter relevatur reus. §. 11. Quamquam in omnes [66], qui liberati ſunt, reſtituitur [67] actio, non tamen omnibus [68] reſtituitur, utputa duo rei ſtipulandi fuerunt: apud alterum mulier interceſſit: Ei ſoli reſtituitur obligatio, (apud) quem interceſſit.

§. 12. Si mulieri [69] heres exſtiterit creditor, videndum, an reſtitutoria uti non poſſit? Et ait Julianus lib. XII reſtitutoria eum nihilominus uſurum: Non immerito, cum non obligatæ cum

---

1 IV C. XXIX Paul. 2 *ſent.* 11.

1 Harmenop. 13. Hujus tituli Epitome ea eſt. In omni genere negotiorum, & obligationum, tam pro viris, quam fœminis, intercedere mulier prohiberur. Paulus 2 *ſent.* 11. §. 1. niſi pro libertate, *l. pen C. eod.* dote. *l. fin.* niſi poſt biennium ſecundo caveat. *l.* 22. *C. eod.* niſi pretium fidejubendi nomine capiat. *l.* 23. *C. eodem* niſi in rem ſuam accepit. *l.* 3. *f.* 13. niſi ei ſucceſſit, cujus nomine interceſſit. *l.* 8. §. 13. niſi decipiat, *l.* 30. *f. eod.* niſi renunciavit, *l. final.* §. *pen. f. eod.* poteſt enim ſenatuſconſulto renunciare: quod non eſt in Macedoniano. Præterea Velleiano non juvatur, ſi renunciat in jure, aut juris auctoritate, ſi juramento interpoſito fidejuſſit: vide Socinum *reg.* 274. Porro ut ſe mulieres obligent utiliter, requiritur, ut in inſtrumento publice confecto tribus præſentibus teſtibus fidejubeant. *l.* 23 *circa fi. C. eod.* Goth. De exceptione Senatuſc. Vellei. v Zanger. *de Except. part.* 3. *c.* 11. Anſ.

2 Id eſt, alterius obligationem in ſe transferrent. *l.* 4. *f.* 14. *C. eod.*

3 De jure moribus recepto vide quæ not. *ad l.* 1. *f. de don. int. vir. l.* 2. *f. de vulgari & pupillari ſubſtitut.*

4 Vide caſus, in quibus mulier viro deterioris conditionis eſt, à me obſervatos *ad lib.* 10. *C. tit.* 62.

5 Civilis.

6 Civile.

7 Eadem pene ratio extat *in d. l.* 1.

8 Succurritur mulieribus exceptione ſi nondum ſolverint: vel replicatione, *ut in ſpecie l.* 17. §. 1. *l. ultim.* §. 2. *f. eod.* condictione, ſi ſolverint. *l.* 8. §. *interd. l.* 24. §. 2. *l.* 31. *f. eod.*

9 Nota quatuor tempora in hac mulierum fidejuſſione, Auguſti, Claudii, hujus Senatuſconſulti, & fidejuſſit, ejus in utilitatem vertatur. 10 Cenſuerunt. Hot. 1 *obſ.* 14. *in fin.* 11 Interceſſionis duo genera hic inveniuntur: nimirum veteris & novæ obligationis ſuſceptio. Quæ fidejubet, veterem: Cui mutuum datur, novam pro alio obligationem in ſe ſuſcipit. dixi *ad l.* 8. §. 1. *f. eod.*

12 Mutuationes, Hot. 1 *obſ.* 5. & 4 *obſ.* 14. nec enim Senatuſconſultum prohibet, ne mulieres dent mutuam pecuniam, ſed ne pro aliis accipiant. Hot. 1 *obſ.* 14. *in fin.* ſed Cujac. 4 *ad Aſr. ad l.* 17. *ad Velleian.* ſic accipit, mutui dationes, id eſt, cum mulier alii datura, vel ab eo, qui alii daturus erat, mutuum accepit: & eodem tract. *ad l.* 19 *f. eod.* oſtendit fidejuſſione pro alio, recipi veterem alienam obligationem: mutui datione pro alio novam recipi. 13 His verbis, *Eis*, ut & mox, *In eos*, ſignificantur actiones activæ, & paſſivæ, id eſt, quas dicamus, quaſque patimur. His verbis autem, *Ab his*, & *In eos*, actiones in rem, & in perſonam: Vindico à te: Ago in te. 14 Hæc verba, *Ne ab his petitio, neve actio*, non impediunt obligationem aut actionem oriri, ſed exceptionem parant, ut & *l. 1. f. de SC. Macedoniano.* 15 *Petitionis* nomine, vindicatio: *actionis*, condictio hic intelligitur: & ita ex interceſſionis cauſa, alias datur condictio, alias vindicatio, ſed utrique obſtat exceptio interceſſionis. Vindicatio autem hic datur, ſi res ſuas pignori dedit. 16 *l.* 2 *f. de reg. jur.* 17 Hac formula, *Arbitrari*, Senatus utebatur in Senatuſconſulti conceptione. Plin. 11 *epiſt.* 2. Cicero 5 *Philip.*

18 Qualitas hæc, imbecillitas, inquam, in fœminis, naturalis eſt: de qua dixi *ad l.* 1. §. 10. *f. ſi quadrupes.* 19 Mulieribus non decipientibus, in omni obligatione ſubvenitur. *Synopſ. Baſil. 26. tit. 7. c.* 33. 20 Proviſio facta favore alicujus, propter ejus dolum amittitur. *Bart. l.* 30. *f. eod. l.* 43. §. 1. *verb. præterea f. de adminiſt. tut. l* 37. §. 1. *f. de minor. l. 1. l.* 2. *C. ſi minor ſe maj.* Deceptis, non decipientibus, ſubvenitur. 21 Dolo ſeu ob dolum ſuum mulier amittit privilegium. 22 *Meruit.* 23 Id eſt, aliena, vetus, nova. *l.* 18 *C. eod.* Et breviter, *Interceſſionis* verbo, omnis obligatio intelligitur. Intercedit mulier, quæ quoquo modo pro alio ſe obligat. 24 Mulieri ſubvenitur, etiam cum alium defendit. *Synopſis d. c.* 33. 25 Sine mandato. 26 Intercedit pro alio, qui eum defendit, qui defenſione ſua condemnationem ſubit. 27 Intercedit, qui alienam obligationem in ſe ſuſcipit. 28 Mulieri maritum, filium, vel patrem defendere non eſt permiſſum. *Synopſis ibid.* & ideo ſi defenderit, Velleiano juvabitur. 29 In cauſa libertatis. *l.* 3. §. 2. *f. de lib. cauſ.* 30 *l.* 3. *C. eod.*

31 Imo mulier pro parente & liberis poſtulare poteſt, *l.* 1. *in fin.* §. *de poſtul.* & eorum negotia gerere. *l.* 41. *f. de procuratoribus.* 32 Mulier intercedere, ſeu conſtituere (id Græcis ἀντιχρωνᾶν) non dicitur, quoties eum defendit, qui adverſus eam experiri poteſt. *Synopſis Baſil. ibid.* 33 Quidam monet hoc loco ſegendum eſſe, *veluti cum emptorem hereditatis à ſe venditæ, vel fidejuſſorem*, &c. nec enim is, qui vendit hereditatem mulieri, damnatus regreſſum habet in mulierem, ſed emptor. *arg. l.* 17. §. 1. *l.* 32. §. *de pactis.* 34 Aliud eſt, ſi ſciam. *l.* 11. *f. eod.* Ita mulier intercedendo Velleiano juvatur, ſi creditor ſcivit eam intercedere; ſecus ſi ignoravit: hoc eſt, Velleiano non juvatur, quæ apud ignorantem creditorem interceſſit. 35 *l.* 5. *l.* 8. §. 5. *f. eod l.* 1. *l.* 4. *C. eod.* 36 *l.* 21. *in fin. f. eod.* 37 Quæ donat, Velleiano non juvatur. 38 Facilius quæ fiunt, eo diligentius ſunt tollenda, & prohibenda. Pronis & promiſcuis deceptionibus occurrendum eſt magis, quam raris, vel raro contingentibus, ut ſunt mulierum donationes. Jus ſe. ad id aptatur magis, quod ſæpe fit, vel accidit. *l.* 3. *& ſeq. f. de legibus. & l.* 3. *f. ſi pars hered.*

39 Velleiano non juvatur, quæ rem ſuam agit.

40 Velleiano juvatur mulier, ſive fidejubeat, ſive alteri fidejubere mandet, *l.* 4 *C. eod. l.* 30. *in fin. f. hoc titulo.* vide tamen *l.* 8. *in pr. f. eod.*

41 Pro pecunia creditori ſoluta.

42 Ignorantia in facto proprio non tolerabilis, *ut hic.* niſi de damno vitando agatur. *ut leg.* 22. *in fin. f. de condictione indebiti.* Parcitur enim juſtæ ignorantiæ, non ſcienti, aut qui ſcire debuit. Præſumitur quiſque memor eorum eſſe, quæ fecit. adde *l. filia.* 31. *f. de adimendis magnam.* 12. *C. de contrahenda ſtipulatione. l. ſi quis. f. de novationibus.* An & in factis antiquis? v. *l.* 44. *f. de adquirenda poſſeſſione.*

43 Inutile mandatum non impedit actionem negotiorum geſtorum oriri.

44 Negotiorum geſtorum actionem habet, qui alienum negotium gerit.

45 *Intercedere* videtur, qui pignus dat, at non qui reddit. Plus eſt dare pignus, quam reddere: pignus obligare, quam liberare. Unde in hac ſpecie mulier interceſſiſſe non videbitur, cum pignus reddiderit: proinde nec Velleiano juvabitur adde *l.* 5. *l.* 7. *C. eod.*

46 Ideoque conſtante etiam matrimonio, jus hypothecæ ac pignoris marito remittere mulier poteſt. *l.* 11. *C. eod.* adde *l.* 17. §. 1. *f. hoc tit.*

47 Intercedere mulier non dicitur, quæ indemnitatem promittit. *l.* 6. *C. eod.*

48 *Intercedere*, eſt recipere alienam obligationem veterem, aut novam. *l.* 2. §. 1. *f. eod. ubi dixi. l.* 6. *C. eod.* Veterem obligationem mulieres recipiunt participando, aut eam in ſe transferendo. *l.* 4. *C. eod.* Participando, ut ſi fidejubeant, conſtituant, mandent, pignori dent: Transferendo vero, per expromiſſionem, novando, vel in judicio alium defendendo. *l.* 21. *in fin. f. eod. l.* 2. *C. de pactis.* Novam autem obligationem recipit mulier, quam alius erat ſubiturus, niſi ipſa interveniſſet.

49 Suum quo-

---

dammodo negotium geſſiſſe, *d. l.* 6. Paul. 2 *ſent.* 11. §. 2. ſic expreſſit; *Mulier, quæ pro tutoribus filiorum ſuorum indemnitatem promiſit, ad beneficium Senatuſconſulti non pertinet.* 50 Velleiano juvatur mulier adverſus primum debitorem, ut & adverſus eum, cui delegata eſt. 51 V. *l.* 16. *C. eod.*

52 Id eſt, quæſtione. vide quæ notavi ad *l.* 25. §. 15. *f. de petit. hered.* Haloander legit, *in Primi fidejuſſione.* 53 Exceptio actioni adfinis: prior tamen facilius datur. *l.* 166. *f. de regulis.* adde *l.* 8. *f. de doli mali except.* 54 Velleiani exceptione utitur mulier, quoties ſolvit juris ignorantia: quod in aliis non eſt. vide *l.* 10. *C. de juris & facti ignorantia.* 55 Velleiano juvatur mulier, ſi pro alio obligata, pro eodem vel ſolvat, vel deleget debitorem ſuum, vel non ſuum, *ut hic.* Quid, ſi quid horum fecerit non obligata? cum donaſſe videatur, Velleiano non juvabitur.

56 *Solvit*, qui reum delegat. 57 Ideoque bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. vide *l.* 18. *f. de fidejuſſor. l.* 26. §. 2. *f. mandati. l.* 187. *f. de verb. ſign.* 58 De qua dixi ad *l.* 23. *f. eod.* 59 V. *l.* 4. *in fin. f. eod.* 60 Non in his, quæ, &c. *Hal.* 61 In fraudem Velleiani facta reſcinduntur, perinde, ac ſi facta non eſſent. 62 *l.* 22. *f. eod.*

63 Paria ſunt, nullum dare expromiſſorem, vel mulierem dare, *ut hic.* Ita paria ſunt non cavere, & vitioſe cavere. *l.* 6. *f. qui ſatisd.* Nam qui promittit, id facere tenetur, quod jure valere poſſit, adde *l. ſi nomen.* 4. *f. de hered. vend.* & vitioſa cautio, cautio non eſt. Eodem modo paria ſunt, non extare actionem, & extare, ſed inutilem, *l.* 6. *f. de dolo.* non eſſe tranſactionem, & eſſe, ſed imperfectam, *l.* 1. *in fin. f. ad Tertul.* & ut paucis dicatur, inutile, & nullum, paria ſunt. An idem eſt ad adquirendam vel excludendam cauſam retractus, ſi quis imperfecte pretium offerat? vide *Imbertum in Enchiridio, in verbo, Retract.* 64 De *inani* dixi ad *l.* 6. *f. de dolo.* 65 Obligationem ei diſſam. *Hal.* Mulier eſt inanis fidejuſſor, ideoque acceptilatio ei facta, non prodeſt reo principali.

66 Reos debendi. 67 De hac reſtitutoria actione vide §. 14. *f. eod* 68 Reis ſtipulandi. 69 *Sub.* quæ debet.

cum effectu successerit. Denique in Falcidia hoc æs alienum non imputabitur. §. 13. Plane si mihi proponas, mulierem veteri debitori successisse, dicendum erit, restitutoria eam conveniri posse: Sed & directa actione: nihil enim ejus interest, qua actione 70 conveniatur. §. 14. Si cum essem tibi 71 contracturus, mulier intervenerit, ut cum ipsa potius contraham, videtur interc̃essisse: quo casu datur in te actio, quæ instituit 72 magis, quam restituit obligationem; ut perinde 73 obligeris eodem genere obligationis, quo mulier est obligata. Verbi gratia, si per stipulationem mulier, & tu, quasi ex stipulatu convenieris. §. 15. Illud videndum est, si mulier pro 74 eo intervenit, qui, si cum ipso contractum esset, non obligaretur, an hac actione ille debeat teneri, utputa si 75 pro pupillo intercessit, qui sine tutoris auctoritate non obligatur? Et puto, non obligari pupillum, nisi locupletior factus est ex hoc contractu. † Item si minor vigintiquinque annis sit, pro quo mulier intercessit, in integrum restitutionem poterit implorare, vel si filius contra Senatusconsultum contracturus est.

IX. Paulus lib. VI Regularum.

Sed si pro alieno 76 servo intercedit, quemadmodum in patremfamilias priore rerum restituitur actio, ita in dominum quoque restituenda erit.

De successoribus, de rei persecutione, de tempore harum actionum.

X. Ulpianus lib. XXIX ad Edictum.

Hæ 77 actiones 78, quæ in eos, pro quibus mulier intercessit, dantur, & heredibus 79, & in heredes 80, & perpetuo competunt: habent enim 81 rei persecutionem: cæteris quoque honorariis successoribus 82 dabuntur, & adversus eos.

De scientia vel ignorantia creditoris.

XI. Paulus lib. XXX ad Edictum.

Si mulier, tanquam 83 in usus 84 suos pecuniam acceperit, alii 85 creditura, non est locus Senatusconsulto: alioquin nemo cum fœminis 86 contrahet: quia ignorari potest, quid acturæ sint.

XII. Idem lib. VI Brevium.

Immo tunc locus est Senatusconsulto, cum 87 scit creditor eam intercedere.

Quibus casibus mulier obligatur. 1. De pignore prioris debitoris. 2. De intercessione conditionali, vel in diem.

XIII. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

Aliquando 88, licet alienam obligationem suscipiat mulier, non adjuvatur hoc Senatusconsulto: Quod tum accidit, cum primâ facie quidem alienam, re 89 vera autem suam obligationem suscipiat, ut ecce, si ancilla ob pactionem libertatis expromissore 90 dato, post manumissionem id ipsum suscipiat, quod expromissor debeat: aut si hereditatem emerit 91, & æs alienum hereditarium in se transcribat 92: aut si pro fidejussore suo intercedat.

§. 1. De pignoribus prioris debitoris non est creditori nova 93 actione opus: cum quasi 94 Serviana (quæ [&] hypothecaria vocatur:) in his utilis sit, quia verum est, convenisse de pignoribus, nec solutam esse pecuniam. §. 2. Si sub conditione vel in diem mulier pro alio intercesserit, etiam 95 pendente conditione, volenti creditori, cum priore actio danda est restitutoria: Quo 96 enim bonum est, expectare conditionem, vel diem, cum in ea causa sit prior iste debitor, ut omnimodo ipse debeat suscipere actionem?

In quos actio restituitur.

XIV. Julianus lib. XII Digestorum.

Si mulier contra Senatusconsultum intercesserit, æquum est, non solum in 97 veterem debitorem, sed & in fidejussores 98 ejus actionem restitui: nam *, cum mulieris persona subtrahatur creditori propter Senatusconsultum, integra 99 causa pristina restituenda est.

Si mulier alii debitum exegerit, & de eo caverit.

XV. Idem lib. XV Digestorum.

Si mulieri solvero id, quod tibi debebam, & ab ea ratam rem te habiturum, stipulatus fuero, & forte te ratum non habente, agere ex stipulatu instituero, exceptio Senatusconsulti, quod de intercessionibus fœminarum factum est, non proderit mulieri: non enim videri potest alienam 100 obligationem recusare, cum maneam debito obligatus, & ipsa 1 de lucro 2 agat: ac potius reddere cogatur, quod non debitum acceperat, quam pro alio solvere.

Si debitor mulieri intercedenti solverit. 1. De fidejussore.

XVI. Idem lib. IV ad Ursеium Ferocem.

Si mulier contra Senatusconsultum [Velleianum] pro me intercessisset Titio, egoque mulieri id solvissem 3, & ab ea Titius eam pecuniam peteret, exceptio [hujus] Senatusconsulti non est profutura mulieri: neque enim eam periclitari, ne eam pecuniam perdat, cum 4 jam eam habeat. §. 1. Si ab ea muliere, quæ contra Senatusconsultum intercessisset, fidejussorem 5 accepissem, Gaius Cassius respondit, ita 6 demum fidejussori exceptionem dandam, si à muliere rogatus fuisset: Julianus autem rectè putat, fidejussori exceptionem 7 dandam, etiamsi mandati actionem ad versus mulierem non habet: quia totam 8 obligationem Senatus improbat: & à Prætore restituitur 9 prior debitor creditori.

De ignorantia creditoris. 1. Si mulier consentiat obligationi rei sibi pignoratæ. 2. Si mulier una cum alio mutuata sit XVIII, vel intercesserit.

XVII. Africanus lib. IV 10 Quæstionum.

Vir uxori 11, donationis causâ 12, rem viliori 13 pretio addixerat 14, & in id pretium creditori suo delegaverat: *Respondit*, venditionem nullius momenti esse: & si creditor pecuniam à muliere peteret, exceptionem utilem 15 fore 16: quamvis creditor existimaverit, mulierem debitricem mariti fuisse: Nec id contrarium videri debere ei, quod placeat, si quando in hoc mulier mutuata 17 est, ut marito crederet, non obstaturam exceptionem, si creditor ignoraverit, in 18 quam causam mulier mutuaretur: quoniam quidem plurimum interest, utrum cum muliere quis ab initio contrahat, an alienam obligationem in eam transferat: tunc enim diligentiorem 19 esse debere. §. 1. Si mulier dixisset 20, sibi rem dotis nomine obligatam, & creditor curasset ei pecuniam dotis solvi, qui idem pignus 21 acciperet, mulieri 22 etiam pecunia credita deberetur: [si] possessor creditor adversus eam Serviana agentem exciperet, SI NON VOLUNTATE EJUS PIGNUS DATUM ESSET, replicationem 23 mulieri Senatusconsulti non 24 profuturam: nisi creditor scisset, etiam aliam pecuniam ei deberi. §. 2. Mulier, & Titius, cum in rem communem mutuarentur, ejusdem pecuniæ rei facti sunt: Non omnimodo mulierem pro 25 parte socii videri intercessisse dicebat: nam si 26 ob eam 27 causam mutuati fuerint, ex 28 qua, si creditor pecuniam non dedisset, majus damnum mulier passura fuerat (veluti quod communis insula fulta non esset, vel quod fundus communis in publicum committeretur), potius esse, ut Senatusconsulto locus non sit 29: at si in 30 aliquam emptionem mutua pecunia sit accepta, tunc pro parte intercessionem factam videri: & ideo creditorem partem dumtaxat pecuniæ à muliere petere posse: Quod si totum petierit, exceptione pro parte summovetur.

XVIII. Paulus lib. VIII ad Plautium.

Idem 31 & si pro debitore meo Titius, & mulier, duo rei intercesserint.

De promissione indemnitatis. De hereditate adita mandato mulieris. 3. De emptione hereditatis. 4. De promissione, Quanto minus a debitoribus hereditariis servari poterit. 5. De creditore delegato à muliere.

XIX. Africanus lib. IV 32 Quæstionum.

Tutor pupilli decesserat, herede instituto Titio: cum de adeundâ hereditate dubitaret 33, quoniam male gesta 34 tutela existimaretur, persuadente 35 matre pupilli, ut suo periculo adiret, adiit: stipulatusque de ea est, *indemnem* 36 *se eo nomine præstari*: Si ex ea causa Titius pupillo aliquid præstitisset, isque matrem conveniret, negavit 37 exceptioni Senatusconsulti locum esse: quando vix sit, ut aliqua apud 38 eundem pro eo ipso intercessisse intelligi possit. §. 1. Nec dissimilem huic propositioni 39 ex facto agitatam 40, cum quidam vir prætorius decessisset duobus filiis superstitibus, quorum alter impubes [esset], & alter legitimus 41 tutor fratri esset, & cum paterna hereditate abstinere vellet, mandatu uxoris defuncti, quæ mater pupillo esset, abstento pupillo solum se hereditati miscuisse: ubi similiter se respondisse [Julianus] ait, si, ex [ea] causa agente pupillo, damnum eo nomine passus esset, non impediri eum Senatusconsulto, quominus à muliere rem servaret. §. 2. In proposita specie & illud tractandum est, an is, qui mandato mulieris adierit, si damnum ob id patiatur, quod debitores hereditarii solvendo non fuerint, Senatusconsulto locus sit, quasi quodammodo eorum obligationes mulier susceperit? Magis autem est, ut ne ob hanc quidem causam Senatusconsultum locum habeat: quando non ea mente fuerit, ut pro his intercederet: sed tutoris adversus pupillum, & cæteros forte creditores, indemnem hereditatem 42 præstaret. §. 3. Denique si ponamus, mulierem in emptionem 43 hereditatis eo nomine damnum pati 44, quod debitores hereditarii solvendo non sint, nulla (puto) dubitatio erit, quin Senatusconsulto locus non sit: etiamsi maxime creditoribus aliquantum præsiterit. §. 4. Quid ergo, si, cum propterea de adeunda hereditate dubitaret Titius, quod parum idonea nomina debitorum viderentur: mulier hoc ipsum repromisit, *ut quanto minus à quoquo eorum servari posset, ipsa præstaret*? Prope est, ut sit intercessio. §. 5. Cum haberes Titium debitorem, & pro eo mulier intercedere vellet, nec tu mulieris nomen propter Senatusconsultum sequereris, petiit à me mulier mutuam pecuniam solutura tibi: & stipulanti mihi promisit ignoranti 45 in quam rem mutuaretur: atque ita numerare me tibi jussit: Deinde ego, quia ad manum nummos non habebam, stipulanti tibi promisi: *Quæsitum est*, si eam pecuniam à muliere petam, an exceptio Senatusconsulti ei prosit? *Respondit* 46, videndum, ne non sine ratione dicatur, ejus loco, qui pro muliere fidejusserit, haberi me

---

70 Id est, an directa, ex qua promissione; vel utili, id est, restitutoria, qua defunctus tenebatur: atque ita hæredi fidejussoria obligatio non tollitur, si fidejussor debitori heres extiterit. Cujac. 13 *observ.* 11.

71 Id est, tecum.

72 Mulieri à vetere, quam susceperat, obligatione, vi Velleiani liberatæ, pristina actio in veterem debitorem restituitur, quæ restitutoria & ἀποκαταστατικὴ dicitur: Eadem à novo, quam suscepérat, obligatione liberata, in rem principalem magis instituitur actio, quam restituitur, eaque actio, institutoria. Accurso dicitur: utraque, muliere ex obligatione subducta, creditori datur à Prætore. vide Cujac. 16 *observ.* 27.

73 Proinde. Hor. 5 *obs.* 23.

74 Puto pro pupillo, *ut hic.* & 26. *Synops.* 7. *c.* 33.

pro minore, *ver. Item.* ff. an idem si pro servo alieno? v. *l.* 9. *l. ult.* §. 5. ff. *eod.*

75 Si pro eo, qui obligari non potest (puta pro pupillo, qui sine tutoris auctoritate non obligatur) mulier intervenerit, cessat actio restitutionis in integrum, nisi pupillus ex hoc contractu locupletior factus est. *Synops.* 26. *tit.* 7. *c.* 39. §. 9.

76 *l. ult. in fin.* ff. *eod.*

77 Institutoria, & restitutoria. *l.* 8. §. 14. ff. *eod.*

78 Id est, actionum adjectiones: nec enim propria sunt actionum nomina, sed cognomina, ut exercitoria, institoria, de peculio, & similes.

79 *l.* 20. C. *eod.* Cur ita? habet enim mulier rei vindicationem. *Oldend. in tract. de jure fisc.*

80 Debitoris.

81 Heredibus, & in heredes dantur actiones rei persecutoriæ.

82 Id est, bonorum possessoribus. dixi *ad l.* 24. *in fi.* ff. *familiæ.*

83 Id est, cum ignorarem, cui hoc factum vellet, *l.* 4. ff. *eod. l.* 19. §. 5. *in princ.* personam mulieris secutus, *l.* 27. ff. *eod.* cum illa negotium gesturus. *l.* 10. C. *eod.*

84 Tunc enim non juvatur, cum est principalis debitrix. *l.* 10. *l.* 13. C. *eod.*

85 Cum id factum vellet alteri.

86 Eadem est ratio in minore. *l.* 24. §. 1. ff. *de minoribus.*

87 Velleianum non objicitur creditori, nisi sciens mulieri intercedenti credidit. Nec enim continuo, qui credit mulieri, eidem, ut intercedenti credit: cum possit eidem, ut res suas ac proprias gerenti credere. 88 Velleiano non juvatur, quæ in rem suam intercedit. *Goth.* V. *l.* 16. ff. *eod.* Zang. *de Except. part.* 3. *c.* 11. *num.* 21. Anf.

89 Quoties ei & effectu obligatio spectat ad mulierem, Velleiano mulier non juvatur. vide *l.* 3. ff. *eod.* 90 *Expromissor* est, qui pro non obligato datur, *ut in l.* 7. §. 8. ff. *de dolo.* ut differat expromissor à fidejussore, v. quæ notavi ad *l.* 37. *in fin.* ff. *de oper. lib.* 91 Ut *l.* 32. ff. *eod.*

92 *Transferibat*, id est, suscipiat: de hoc vocabulo dicam, *l.* 41. §. 9. ff. *de leg.* 3. 93 Atqui eædem res a posteriore debitore non possunt obligari sine consensu prioris, *ut l.* 30. ff. *de novationib.*

94 Pignora & hypothecas quasi Serviana actione persequimur. 95 Conditio non exspectatur, cujus eventus nihil operatur, *ut hic. & l.* 24. §. 2. ff. *eod. l.* 24. ff. *de liberis & posthum.* v. *l.* 5. ff. *de injusto.* 96 *Quo bonum*, id est, cui bono, ut *in l.* 13. §. 2. ff. *de usufr. & quemad. quis utatur.* ubi dixi. 97 V. *l.* 9. ff. *eod.* 98 Etiam fidejussori mulieris, quæ intercessit, subvenitur: licet adversus eam mandati actionem non habet, nam obligatio tota fit irrita, & creditor restituitur in primum debitorem. *Synopsis Basil. tit.* 36. *ex lib.* 26. *tit.* 7. *c.* 47. 99 Restitutionis hæc natura est, ut in integrum pristinam causam restituat. vide *l.* 22. *l.* 35. *l.* 73. *l.* 75. *l.* 81. *l.* 246. §. 1. ff. *de verb. signific.* 100 Velleiano non juvatur mulier, cum propriam obligationem defendit. Propriam defendit, cum alienum accipiens, promittit dominum rem ratam habiturum. In hac enim specie pro alio non solvit, sed magis indebitum accepit, quod danti restituere postea cogitur, domino factum illud ratum non habente, *ut hic.* 1 Et ego de damno. 2 Mulier de præda sollicita Velleiano non juvatur. *l.* 16. *l.* 22. *in fin.* ff. *eod. l.* 25. *in fin.* ff. *de admiss. tut.* 3 Idem dicendum, si mulieri pecuniam dedi, ut eam creditori meo solvat. *l.* 22. ff. *eod.* 4 Perdidisse nemo censetur, quod ipse habeat. 5 Fidejussor pro fidejussore potest accipi. *l. Grace.* 8. *in fin.* ff. *de fidejussorib.* 6 Id est, Exceptio Velleiani mulieri competens, & ejus fidejussori voluntario competit. *Bart.*

7 *l.* 9. *in fin.* ff. *de except.*

8 Id est, omnem: quocunque modo intercesserit præd alio.

9 Restituitur actio, *ut hic.* vel institutor. ut *l.* 29. ff. *eod.*

10 Vide in hanc legem Cujac. 4 *ad Africanum.*

11 Constante scilicet matrimonio.

12 V *l.* 38. ff. *de contra empt.* id est, donandi animo.

13 Vendere pretio viliori rem alicujam extraneus extraneo potest, *l. si quis donationis.* 38. ff. *de contr. empt.* vir uxori non potest: inter maritos non valet hæc venditio. Fit enim in fraudem juris civilis, quo inter maritos prohibitæ sunt donationes. *l.* 1. ff. *de donat. inter virum.*

14 Vendiderat.

15 Mulieri.

16 Oportet enim creditorem in hac specie curiosum esse: alias non cogitur. vide *l.* 19. *in fi.* ff. *de novationibus.*

17 Mutuum accepit.

18 *l.* 28. *in fi.* ff. *eod.*

19 Id est, curiosiorem. Curiosius enim creditor esse debet, quo vertatur hujusmodi pecunia, *l.* 3. § *sed si accepit.* ff. *de rem verjo. l. ult.* ff. *de exercitor.* alias in creditore curiositatem non exigimus. *l. doli.* 19. § *ult.* ff. *de noxor.*

20 Hodie nihil est necesse pignus dari mulieri propter dotem, quia mulier habet tacitam hypothecam. vide Cujac. 4 *ad Africanum in hanc legem.* Goth. V. in hunc § Zanger. *de Except. p.* 3. *c.* 11. *n.* 111. & Gasp. Roderic. *de ann. redditib. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 24. & 28. Anf.

21 Pignus propter dotem maritus hic uxori dat: de quo plenius dixi.

22 Et cum mulieri. *Balouod.*

23 Mulier intercedens, inter cætera juvatur replicatione, *ut hic.* & *l. ult.* §. 2. ff. *eod.*

24 Quia redhibitio pignoris non est intercessio. *l.* 8. *in pr.* ff. *eod.*

25 Quia duo rei debendi non videntur vice mutua fidejubere, nisi id actum sit nominatim. *l.* 11. ff. *de duobus reis.*

26 *Al.* Nisi ob eam causam, &c.

27 Velleiano non juvatur mulier mutuum cum alio accipiens in rem communem necessariam, *ut hic.* Quid, si in causam voluntariam? Non tenetur, nisi pro parte. 28 Causa hæc necessaria est 29 Utcumque id etiam ignoraverit creditor, tunc enim doli mali replicatio mulieri opponi potest. *l.* 18. C. *eod.* 30 Causa hæc voluntaria est. 31 Immo, non idem est: nam in specie hujus legis, nullam partem à muliere petere creditor debet, *l.* 48. ff. *de fidejuss.* in specie vero *l.* 17. *in fin.* ff. *eod.* partem petit. *Goth.* Conciliationem hujus *l.* 18. *cum l.* 48. *de fidejuss.* v. apud Joann. Sande, *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 10. *defin.* 2. Anf. 32 V. Cujac. in hanc legem, 4 *ad Afric.* 33 Titius.

34 Per tutorem. 35 Ex hac persuasione non nascitur obligatio (ut nec alias, nisi dolus malus intervenit, *l. ult.* ff. *de dolo.* sic alias ex dicto non nascitur, *l. nam quod.* 14. §. *ult. l. cagi.* §. *idem quærit.* ff. *ad Treb.* licet ex mandato nascatur, *l. si hereditatem.* 32. ff. *mandati*) sed ex cautione indemnitatis: cautio igitur hic necessaria. 36 Utrum cautio indemnitatis præstita hic à mulliere, intercessionem facit? Non facit. Cur non facit? mulier in hac specie obligationem propriam facit, non alienam recipit. Est vero intercedere, alienam in se suscipere. *l.* 8. §. 1. ff. *eod.* At hic pro herede tutoris se obligavit: Imo heredi potius, quam pro herede se obligavit. Quod si heredi, non pro herede, quia nemo se eidem pro eodem obligat. *l. Graviter.* 71. ff. *de fidejuss.* Intercessor mediis quidam & sequester inter duos est. 37 Mulier, quæ pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium Senatusconsulti non pertinet. Paul. 2 *sent.* 13. §. 2. si videlicet pro tutoribus non pro filiis, sed tutoribus ipsis, indemnitatem repromisit. 38 Nemo potest se eidem pro eodem obligare. 39 *Propositio* hic, quid fit, dixi *in l.* 20. §. 1. ff. *de heredit. vend.* 40 *Ag tare* est tractare, respondere: Verbum Africano familiare. *l.* 45. ff. *de act. empt.* 41 Id est, fiduciarius. *Accusf.* & male: nam cum uterque manet in eadem potestate, ut in hac specie, pubes impuberi tutor est legitimus, *l.* 1. ff. *de legit. tut. l.* 9. §. 1. ff. *de tut. & ration. l.* 3. C. *de except.* quemadmodum ex constitutione Anastasii, emancipatus fratri suo impuberi legitimus est. *l.* 4. C. *de legit. tut. l.* 5. C. *de curat. furios.* Cujac. *d. loco.* Emancipato impuberi pubes frater suus, aut emancipatus, tutor est fiduciarius. 42 Emptio hereditatis, & quæ eam consequitur indemnitatis cautio, intercessio non est: licet penuria debitorum muller oneretur, nec enim id agitur principaliter, ut pro eis interredat. Et ad summam, quæ per consequentias venit intercessio, neque principaliter fit, non pertinet ad Velleianum: excipe tamen casum sequentem. *Cuj. ibi.* 43 *Heredem.* 44 Ut in specie *leg.* 18. ff. *de hered. vend.* 45 Hinc nascitur quæstio, an ignoranti creditori nocent exceptio interc̃essionis.

46 Julianus sc. cujus auctoritas etiam sine ratione Africano valet. *Cujac.*

me debere: ut, quemadmodum illi, quamvis ignoraverit mulierem intercedere, exceptio adversus creditorem detur, ne in mulierem mandati actio competat, ita mihi quoque adversus te utilis exceptio detur, mihique in mulierem actio denegetur, quando hæc actio 47 periculo mulieris futura sit: Et hæc paulo expeditius dicenda, si prius, quam ego tibi pecuniam solverim, compererim eam intercessisse: cæterum si ante solverim, videndum utrumne nihilominus mulieri quidem exceptio adversus me dari debeat, & ego tibi condicere pecuniam possim: an vero perinde habendum sit, ac si initio ego pecuniam mulieri credidissem, ac rursus tu mihi in [48] creditum isses [49]: Quod quidem magis dicendum existimavit [50], ut sic Senatusconsulto locus non sit: sicuti & cum debitorem suum mulier deleget, intercessioni locus non sit: Quæ [51] postea non recte comparari ait, quando delegatione debitoris facta, mulier non obligetur, at in proposito alienam obligationem in se transtulerit: quod certe Senatus fieri noluerit.

47 Obligatio.

48 Id est, in mutuum. *l.* 2. §. *de reb. cred.*

49 *In creditum ire*, est mutuum, aut promutuum contrahere: promutuum contrahit, qui vice debitoris se reum creditori delegat. *Cujac.*

50 Julianus sc.

51 Sed & postea, &c. hinc colligę Jurisconsultos interdum in suis opinionibus variasse. Cujac. 4 *ad Afric. & 20 obs.* 17. *l.* 75. ff. *de reg. jur.*

De intercessione pro uno ex duobus rei.

XX. IDEM lib. VIII Quæstionum.

SI pro uno reo [52] intercessit [53] mulier, adversus utrumque [54] restituitur [55] actio creditori.

52 *Subandi*, debendi.

53 Puta expromisit, vel judicium suscepit, quasi defensor.

54 Cur in utrumque? quia intercedendo mulier utrumque liberaverat: proinde rescissa post intercessione mulieris, in utrumque est actio utilis restitutoria creditori.

Si actio mulieris intercedentis vertatur. 1. De donatione pro patre.

XXI. CALLISTRATUS lib. III Institutionum.

SI pro aliquo mulier intercesserit, sed in rem ejus, quod acceptum est, versaretur, exceptio Senatusconsulti locum non habebit, quia [56] non fit pauperior. §. 1. Item si quid liberaliter fecerit, veluti ne judicatus pater ejus propter solutionem vexetur, non erit tuta Senatusconsulto: oneribus [57] enim earum Senatus succurrit.

55 Interceſſerat igitur mulier novandi animo, alioquin non restitueretur actio. vide Cujac. in hanc *l.* 8. *ad Afric.* adde *l.* 8. §. 11. ff. *cod.*

56 Ut in casu *l.* 3. *l.* 13. ff. *eod. l.* 22. ff. *cod.*

57 *l.* 4. *in fin.* ff. *eod.*

Si mulier pecuniam accepit, ut solveret vel expromitteret.

XXII. PAULUS lib. VI Regularum.

SI mulieri dederim pecuniam, ut eam creditori meo solvat [58] vel expromittat [59], si ea expromiserit, locum non esse Senatusconsulto Pomponius scribit: quia mandati [60] actione obligata, in rem suam videtur obligari.

58 Adde *l.* 16. ff. *eod.*

59 Pro alio, idque novandi animo. *l.* 8. §. 8. ff. *eod.*

60 Mandati obligatur, qui ab aliquo pecuniam accepit, ut eam alteri solvat. Quæ pecuniam mulier ita accipit, intercedere non videtur, sed rem suam agere, & in rem suam obligari.

De interrogatione in jure.

XXIII. IDEM lib. singul. ad Senatusconsultum Velleianum.

SI mulier in jure interrogata, responderit *se heredem esse*; si sciens [61] se heredem non esse, responderit, minime [62] intercessisse videri, quia [63] decepit; quod si existimavit se heredem, & [64] eo nomine decepta responderit; in eam actionem quidem dari, plerique existimaverunt, sed exceptione Senatusconsulti adjuvari.

61 Et sic dolo. *Gorb.* Vide in hanc *l.* 23. Butrigar. & Zanger. *de excep. part.* 3. *c.* 11. *n.* 133. Ans.

62 Imo, videtur intercessisse. *l.* 26. ff. *eod.*

63 Vide *l.* 30. ff. *eod.*

64 Ut in casu *l.* 30. ff. *eod.*

De muliere delegata, 1. Vel pecuniam promittente, ne delegetur. 2. De restituenda actione, 3. Temporali.

XXIV. IDEM lib. singulari de intercessionibus fœminarum.

DEbitrix [65] mulier à creditore delegata, pro eo, cui delegata est, promisit: Non utetur exceptione. §. 1. Sed si pecuniam promisit [66], ne [67] delegetur, intercessisse videtur. §. 2. Si Senatusconsulti beneficium intervenerit, utrum statim, cum mulier intercesserit, actio in priorem debitorem competit, an, si mulier solutum condicat? Puto, statim [68], & non exspectandam solutionem. §. 3. Si pro eo, qui temporali [69] actione teneretur, mulier intercesserit, temporalis actio restituetur [70]: fiet tamen, ut ex præcedenti causa, continua [71] tempora numerarentur post restitutionem: quamvis [72] statim, atque intercessit mulier, competierat [73].

65 Velleiano non juvatur, quæ vere debitrix delegatur, *ut hic.* secus, si quid promittat, ut ne delegetur. §. 1. ff. *eod.* Priore casu à priore creditore liberatur: posteriore non liberatur, sed novo etiam se adstringit, ut in *l.* 2. *C. eod.*

66 Promittens pecuniam, ne delegetur, intercedit.

67 Id est, intercessisse videtur mulier, si maluit promittere, quam delegari.

68 §. 3. ff. *eod. l.* 13. *in fin.* ff. *eod.* Actio directa, & utilis (quæ & restitutoria, & rescissoria) ipso jure mulieri competit, statim atque ipsa mulier intercessit: legitimæ restitutiones sine ullo temporis intervallo fiunt: factum hominis non exspectant. 69 Vide *l. ult.* ff. *de minorib.* 70 Interdebitorem. 71 Competit actio, quæ nascitur: Competere enim est nasci. 72 Quoniam statim. Cujac. *ad l. ult.* ff. *de minor.* 73 Id est, continuata. 74 Ἱερὶ ὑφηµαλικῶν. *Halo.* Euremarica sunt, quæ hodie vocantur *Cautelæ.* 75 Id est, quod jussu. *Accurs.* 76 Ut *l.* 3. ff. *eod.* 77 Animus facta distinguit, *ut hic.* Mulier scienter respondens Erotem servum suum esse, cum non esset ejus servus, intercessisse videtur, ideoque juvatur Velleiano, *ut hic.* Imo non juvatur, quia decepit. *l.* 23. ff. *eod.* Dici potest, actorem scivisse, mulierem falsum respondere, proinde scientem non videri deceptum. *l.* 1. §. 1 ff. *de act. empt.* 78 Sine mala fide, & non animo decipiendi. 79 Est enim decepta. *l.* 23. *in fin.* ff. *eod.* 80 Sunna esse. 81 Color quæsitus inter mulierem, & debitorem, creditori non nocet. adde *l. fi fœnebris.* 13. *C. eod.*

De confessione testatoris. 1. De muliere mutuata, ut pro marito solvat.

XXVIII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

SEia mancipia emit, & mutuam pecuniam accepit sub fidejussore [87] marito, eamque solvit venditori: postea maritus decedens non solvendo, in fraudem creditoris cavit [88] testamento, *se eam pecuniam universam debere*: Quæritur, an intercessisse mulier videretur? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur [89], non intercessisse. §. 1. Fundum uxoris suæ maritus obligavit [90] Sempronio ob conductionem: mox mulier a Numerio sua fide mutuam pecuniam acceptam sub obligatione ejusdem fundi solvit [statim] Sempronio pro marito suo: Quæritur, an adversus Senatusconsultum obligata sit? Respondi, si Numerius scisset [91], eam intercedere [92], fore Senatusconsulto, de quo quæreretur, locum.

81 Et ita falsa testatoris confessio veritati non præjudicat. *l.* 39. *in fin.* ff. *de pignorat. l.* 3. §. 1. ff. *de Silaniano.*

86 Vid. Rodaric. *de reditib. lib.* 2. *quæst* 5. *num.* 34. & 35. Ans.

87 *l.* 8. §. 14. ff. *eod.* Velleiani exceptio nocet creditori scienti, non ignoranti: scienti, inquam, id est, qui scivit, in quam rem mulier mutuaretur.

88 Id est, intercessisse pro marito suo.

89 Id est, fidejussionem mulieris colorare voluit [illegible] creditorem [illegible] mulieri intercessisse. Ita Scævola lator Senatusconsulto latio favetur.

De muliere mutuata pro alio, pignusque creditori dante, & à debitoribus accipiente. 1. Si fraus Senatusconsulto fiat.

XXIX. PAULUS lib. XVI Responsorum.

QUidam voluit heredibus Lucii Titii mutuam pecuniam dare, & cum eis contrahere: sed quoniam facultates eorum suspectas habuit, magis [93] voluit uxori testatoris dare pecuniam, & ab ea pignus accipere: mulier eandem pecuniam dedit heredibus, & ab his pignus accepit: Quæro, an intercessisse videatur, & an pignora, quæ ipsa accepit, teneantur creditori? Paulus respondit, si creditor, cum contrahere vellet cum heredibus Lucii Titii, evitatis his, magis mulierem ream elegit, & in ipsius persona Senatusconsulto, quod de [94] intercessionibus factum est, locum esse [95]: & pignora [ab ea] data non teneri. Eas autem res, quas mulier ab his, pro quibus intercedebat, pignori accepit, creditori mulieris obligatas non esse: sed non sine ratione Prætorem facturum, si non tantum [in] persona, subducta muliere, in principales debitores dederit [96] actionem, sed etiam in res, quæ mulieri obligatæ sunt. §. 1. Paulus respondit, ea, quæ in [97] fraudem Senatusconsulti, quod de intercessione fœminarum factum est, excogitata probari possunt, rata haberi non oportere.

92 Id est, intercessisse pro marito suo.

93 Id est, fidejussionem mulieris colorare voluit [illegible] creditorem [illegible] mulieri intercessisse. Ita Scævola lator Senatusconsulto latio favetur.

94 *l.* 2. *C. eod.*

95 Cur ita? vide *l.* 8. §. 14. ff. *eod.*

96 Actio duplex mulieri, directa vel restitutoria instituitur, seu datur, & restituitur per Prætorem, *ut hic. & l.* 8. §. 14. *l.* 16. *in fin.* ff. *eod.*

97 In fraudem Senatusconsulti Velleiani facta, rata non habentur, *ut hic.* Idem in Macedoniano. *l.* 3. §. 3. *l.* 7. ff. *de SC. Macedon.*

De dolo mulieris. 1. De procuratore, qui mandato mulieris intercessit.

XXX. IDEM lib. II Sententiarum.

SI decipiendi [98] animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei Senatusconsulti non datur: actionem [99] enim, quæ in dolum mulieris competit, Amplissimus Ordo non excludit. §. 1. Procurator, si mandatu mulieris pro alio intercesserit, exceptione [100] Senatusconsulti Velleiani adjuvatur: ne alias actio intercidat.

98 *l.* 2. §. 1. 23. ff. *eod. l.* 116. *in fin.* ff. *de reg. jur.*

99 Velleiano non utitur mulier, quæ decepit. Velleianum Senatusconsultum dolo actionem, qua teneri, potest mulier, non excludit.

100 Hic obiter nota, Senatusconsulto Velleiano multifariam mulieribus subveniri, puta exceptione, si nondum solverint: replicatione, *l.* 17. §. 1. *in fin.* ff. *cod. l. ult.* §. 2. ff. *cod.* & condictione, si solverint. *l.* 8. §. 3. *l.* 24. §. 2. ff. *cod. l.* 40. ff. *de condict. indeb.*

Si mulier nolit solutum repetere, sed mandati agere.

XXXI. IDEM lib. I ad Neratium.

[PAulus], Si mulier, quod ex intercessione solvit, nolit repetere, sed mandati agere, & cavere velit de indemnitate reo, audienda est.

De aditione hereditatis. 1. De pignore. 2. De venditione in fraudem Senatusconsulti. 3. Si quis intercedat mandato mulieris. 4. De muliere judicium suscipiente. De renunciatione exceptionis. 5. De intercessione pro servo alieno.

XXXII. POMPONIUS lib. I Senatusconsultorum.

SI mulier hereditatem [1] alicujus adeat, ut æs alienum ejus suscipiat, vix est, ut succurri ei debeat: nisi si fraude creditorum id conceptum sit: * *nec* [2] *enim loco minorum viginti quinque annis circumscriptis per omnia habenda est mulier.* §. 1. Si mulier rem à se pignori datam per [3] intercessionem recipere velit, fructus [4] etiam liberos [5] recipit: & si res deterior facta fuerit, eo nomine magis æstimetur [6]. † Sed si creditor, qui pignus per intercessionem accepe-[rit], hoc alii [7] vendidit [8], vera est eorum opinio, qui petitionem dandam ei putant & adversus bonæ fidei emptorem *: *ne melioris conditionis emptor sit, quam fuerit venditor* 9. §. 2. Item si [10] mulier creditori viri fundum vendidit [& tradidit] ea conditione, *ut emptor acceptam pecuniam viro referret*, & hunc fundum vindicat, exceptio quidem opponitur [11] ei de re empta, & tradita, sed replicabitur [12] à muliere, AUT [13] SI EA VENDITIO CONTRA SENATUSCONSULTUM FACTA SIT. Et hoc procedit, sive ipse creditor emerit, sive interposuerit alium, quo mulier ea ratione careat re sua. † Idem est & si non pro viro, sed pro alio debitore rem suam tradidit. §. 3. Si mulier, ne ipsa intercederet, alii [14] mandaret, ut id faceret, an in hujus persona locus huic Senatusconsulto sit, qui rogatu mulieris id faceret, totus enim sermo Senatusconsulti ad petitionem non dandam adversus ipsam mulierem spectat? Et puto, rem ita esse distinguendam: ut si quidem creditor, cui me obligavi, mandante muliere hoc in fraudem Senatusconsulti egisset, ne ipsa interveniret contra Senatusconsultum, daret autem alium, excludendum eum exceptione fraudis Senatusconsulti factæ: si vero is ignorasset, ego autem scissem, tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum esse: me autem creditori teneri. §. 4. Si mulier, pro eo, pro quo intercesserit, judicium parata sit accipere, ut non in veterem debitorem actio detur: quoniam Senatusconsulti exceptionem opponere potest, cavere debebit [15], *exceptione se non usuram*, & sic ad judicem ire. §. 5. *Intercedere* mulierem intelligendum est, etiam pro eo, qui obligari non possit, veluti, si pro servo alieno intercedit: sed rescissa [16] intercessione, in dominum restituenda est actio.

1 Et sic. *Halo.*

2 Restitutio in integrum, quæ ætatis ratione datur, circumscriptis non datur solius sexus ratione. vide *l.* 12. ff. *de minorib.*

3 Id est, ex causa intercessionis, & fidejussionis à se factæ.

4 Velleiano utens mulier non tantum pignus suum revocat, sed & pignoris fructum.

5 Integros.

6 *Al.* Æstimabitur, id est, habenda rei erit ratio, quæ deterior facta est.

7 Velleiano utitur mulier non modo adversus

TIT. eum, cum quo ἀµέσως, seu immediate contraxit (puta cum fundum proprium, pro tertio quodam intercedens, vendidit); sed & cum eo, qui mediate causam ab ipsa muliere habet, hoc est, adversus emptorem, & successorem emptoris. 8 Adde *l.* 7. *C. cod. l.* 39. *in fin.* ff. *de rei vind.* 9 Quod esse non debet. *l.* 45. ff. *de reg. jur.* 10 Intercedit pro alio mulier, quæ pro eodem fundum proprium vendit. 11 suo, non opponitur. *l.* 4. *C. eod.* 12 V. *l.* 17. §. 1. ff. *eod.* quia sollicitata fuit ab emptoribus, secus, si eos sollicitavit, ut in *l.* 4. *C. eod.* ut eo pacto utræque leges concilientur. 13 Ac si ea. *Halo.*

14 Intercedere videtur mulier, non tantum cum ipsa palam & aperte intercedit, sed & cum alicui mandat, ut intercedat: proinde, & in hac quoque specie Velleiano juvabitur.

15 Potest igitur mulier non tantum in judicio, sed & extra judicium renunciare beneficio hujus Senatusconsulti, *ut hic. & l.* 21. *C. eod. l. ult. & auth. matri, & aviæ. in pr. C. quando mul. tut. off. Nov.* 118. *c.* 5. quod Bartolus reprehendit: nam qua facilitate mulier pro alio obligari, eadem renunciare Velleiano potest: atqui priore casu mulieribus Senatusconsultum subvenit: ergo, & altero illis subvenire æquum est. Ad hæc, Renunciatio alieno nomine ex facto emergens (nam tacite renunciare Velleiano videtur mulier, quæ obligatione pro alio suscepta creditori solvit) ei, quæ verbis contrahitur, comparatur: sed illo casu mulier juvatur: solutum enim eo nomine condicit *l.* 8. §. 3. ff. *eod.* Cur non æque juvabitur in hujus legis specie Velleiano renuncians? sed hæc summa juris ratio dictare videtur, cui consuetudo, legesque superiores repugnant. Est tamen mulier sui beneficii monenda à Notariis cum Velleiano renunciat. *Accurs.* quod in qualibet renunciatione admittendum videtur. *arg. l.* 5. ff. *de transact.* Sunt enim renunciationes strictæ juris, in quibus ea tantum veniunt, quæ sunt nominatim expressa, *arg. l.* 35. *l.* 47. §. 1. ff. *de pactis. l.* 9. *in fin.* ff. *de transact. l. quidquid adstringendæ.* ff. *de verb. oblig.* & eo quidem magis, quod renunciationes ejusmodi leviter plerumque fiant, & sine causæ cognitione, & ex quadam potius Notariorum consuetudine, quam certa eorum, qui contrahunt, scientia. Quid, si eam renunciasse Velleiano, si ripto constiterit? Præsumitur ex monita. *arg.* §. 16. *Inst. de tutil. stip.* §. *ult. Inst. de fidejuss. l.* 30. *l.* 134. §. *pen.* ff. *de verb. oblig. l.* 1. *C. de contrab. stipul.* Aliud putandum, si non constiterit instrumento eam Velleiano renunciasse: ut in dubio renunciasse non præsumitur, *ut hic Bart.* eoque in dubio interrogari potest Notarius à judice, de privilegio Velleiani. Quod si ignoraverit, haud dubie mulier, neque renunciasse, neque monita fuisse intelligitur. Addunt interpretes, mulierem in jurata renunciatione præsumi admonitam, eoque casu Velleiano non juvandam. *arg. Authent. Sacramenta puberum. C. si adversus vend.* nisi immodice læsa sit: tunc enim circumscriptam præsumi, & juramentum vinculum iniquitatis esse non oportere. 16 De rescissoria hac actione dixi *l.* 8. §. 14. ff. *eod.*

87 Et ita falsa testatoris confessio veritati non præjudicat. *l.* 39. *in fin.* ff. *de pignorat. l.* 3. §. 1. ff. *de Silaniano.*

88 Testatoris verba enunciativa creditoribus non præjudicant.

TIT. II.

DE COMPENSATIONIBUS [1].

Definitio compensationis.

1. MODESTINUS lib. VI Pandectarum.

COmpensatio, est debiti * & crediti inter se contributio [3].

Effectus.

II. JULIANUS lib. XC Digestorum.

VNusquisque [4] creditorem suum, eundemque debitorem, petentem summovet [5], si paratus est [6] compensare [7].

Utilitas.

III. POMPONIUS lib. XXV ad Sabinum.

IDeo compensatio necessaria [8] est, quia interest [9] nostra potius non solvere [10], quam solutum repetere.

Fidejussor *compensare potest.*

IV. PAULUS lib. III ad Sabinum.

VErum est, quod & Neratio placebat, & Pomponius ait, ipso jure [11] eo minus fidejussorem [12] ex omni [13] contractu debere, quod ex compensatione reus retinere potest: sicut enim cum totum peto à reo, male peto, ita & fidejussor [14] non tenetur ipso [15] jure in majorem [16] quantitatem, quam [17] reus condemnari potest.

V. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI quid à fidejussore petetur, æquissimum est, eligere fidejussorem, quod ipsi, an quod [18] reo debetur, compensare malit: sed &, si utrumque velit compensare, audiendus est [19].

Naturale *debitum compensari potest.*

VI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

ETiam quod natura [20] debetur, venit in compensationem [21].

In diem *debitum, ante diem compensari non potest.* 1. Non admissa *compensatione utrum salva mancat petitio.*

VII. IDEM lib. XXVIII ad Edictum.

QUod in [22] diem debetur [23], non compensabitur, antequam [24] dies venit, quanquam dari oporteat. §. 1. Si rationem compensationis judex non habuerit [25], salva manet petitio: nec enim rei [26] judicatæ exceptio objici potest: Aliud dicam, si reprobavit [27] pensationem, quasi non existente debito: tunc enim rei judicatæ mihi nocebit exceptio.

De litis contestatione.

VIII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

IN compensationem etiam id deducitur [28], quo [29] nomine cum actore lis [30] contestata est [31], ne [32] diligentior [33] quisque deterioris conditionis habeatur, si compensatio ei denegetur.

De debito peculiari. 1. *De eo, quod patri res debetur.*

IX. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

SI cum filiofamilias [34] aut servo contracta sit societas, & agat dominus vel pater, solidum per compensationem servamus: quamvis, si ageremus, duntaxat de peculio præstaretur. §. 1. Sed si cum [35] filiofamilias agatur, an, quæ patri debeantur, filius compensare possit, quæritur? Et magis est admittendum: quia unus contractus est: sed cum conditione, ut caveat, *patrem suum ratum habiturum:* id est, non exacturum, quod is compensaverit.

De socio. 1. *De condictione indebiti.* 2. *De maleficio.* 3. *De stipulationibus prætoriis.*

X. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

SI ambo socii [36] parem negligentiam societati adhibuimus, dicendum est, desinere nos invicem esse obligatos, ipso jure compensatione negligentiæ [37] facta. † Simili modo probatur, si alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam exhibuerit, quæ eadem quantitate æstimatur, compensationem factam videri, & ipso jure [38] invicem liberationem. §. 1. Si quis igitur compensare potens [39], solverit, condicere [40] poterit, quasi indebito soluto. §. 2. Quotiens ex maleficio oritur actio, utputa ex [41] causa furtiva [42], cæterorumque maleficiorum, si de ea pecuniarie [43] agitur, compensatio locum habet. Idem est [44] & si condicatur ex causa furtiva. † Sed & qui noxali judicio convenitur, compensationem opponere potest. §. 3. In stipulationibus quoque, quæ instar [45] actionum habent, [id est, prætorias], compensatio locum habet: & secundum Julianum, tam in ipsa stipulatione [46] quam in ex stipulatu [47] actione poterit objici compensatio.

De usuris. De fisco.

XI. IDEM lib. trigesimo*secundo* ad Edictum.

CUm alter alteri pecuniam sine usuris [48], alter usurariam debet, constitutum est à Divo [49] Severo, concurrentis [50] apud utrumque quantitatis usuras non esse præstandas [51].

XII. IDEM lib. LXIV ad Edictum.

IDem [52] juris est non solum in privatis verumetiam in causa [53] fisci constitutum. † Sed & si invicem sit usuraria pecunia, diversæ tamen [sint] usuræ, compensatio nihilominus locum habet ejus, quod invicem debetur.

Si sæpius objiciatur compensatio.

XIII. IDEM lib. LXVI ad Edictum.

QUod Labeo ait, non est sine ratione: ut, si [54] cui petitioni specialiter destinata est compensatio, in cæteris [55] non objiciatur.

De obligatione, cui obstat exceptio.

XIV. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

QUæcunque [56] per exceptionem [57] perimi possunt, in compensationem non veniunt.

De eo, quod certo loco.

XV. IDEM lib. II Epistolarum.

PEcuniam certo [58] *loco à Titio dari* stipulatus sum: is petit à me, quam ei debeo, pecuniam: Quæro, an hoc quoque pensandum sit, quanti mea interfuit, certo loco dari? Respondit, Si Titius petit, eam quoque pecuniam, quam certo loco promisit, in compensationem deduci oportet: sed cum sua causa, id est, ut ratio habeatur, quanti Titii [59] interfuerit [60], eo loco, quo convenerit, pecuniam dari [61].

De eo, quod alius quam actor debet. 1. *De re judicata.*

XVI. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

CUm [62] militi castrensium bonorum alius, cæterorum [63] alius heres exstitit, & debitor alteri heredum obligatus, vult compensare, quod ab [64] alio debetur, non audietur. §. 1. Cum intra diem ad judicati [65] executionem datum judicatus Titio agit cum eodem Titio, qui & [66] ipse pridem [67] illi judicatus est, compensatio admittetur: aliud est enim, diem obligationis non venisse: aliud [68], humanitatis [69] gratia tempus indulgeri solutionis.

De Ædili condemnato ob arctiorem annonam prabitam.

XVII. IDEM lib. I Responsorum.

IDeo [70] condemnatus, quod arctiorem [71] annonam Ædilitatis [72] tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor non videbitur: & ideo compensationem habebit.

De procuratore in rem suam. 1. *De eo, quod alii quam reo debetur.*

XVIII. IDEM lib. III Responsorum.

IN [73] rem suam [74] procurator datus, post litis contestationem si vice mutua conveniatur, æquitate compensationis utetur.

§. 1. Creditor [75] compensare non cogitur, quod [76] alii quam debitori suo debet: quamvis creditor ejus pro eo, qui conventus ob debitum proprium, velit compensare.

De pecunia soluta servo publico.

XIX. IDEM lib. XI Responsorum.

DEbitor pecuniam publicam servo publico citra [77] voluntatem eorum solvit, quibus debitum recte solvi potuit: obligatio pristina manebit, sed dabitur ei compensatio peculii fini [78], quod [79] servus publicus habebit.

De curatore rei frumentariæ condemnato.

XX. IDEM lib. XIII Responsorum.

OB negotium copiarum expeditionis tempore mandatum curatorem [80] condemnatum, pecuniam jure compensationis retinere non placuit: quoniam ea non compensatur.

---

1 IV C. XXXI. 2 *Hunc sup.* n. §. 30. *Inst. de act.* qui modo ipso tempore, tam in bonæ fidei, quam stricti juris judiciis fiunt, excepta depositi actione, vide *l. ult. C. eod. d.* §. 30. Possunt etiam in causa appellationis compensationem petere & opponere. vide Capellam Tholosan. *q.* 262. *n.* 6. Vid. ad hunc titulum Cornet. Bardage & Zanger. *de except. & rep.* 3. *cap.* 8. Anf.

3 Liquidi, &c. die, ut notavi ad *l.* 22. *ff. eod.*

3 *Debiti.* Theoph. *d.* §. 30. *Inst. de act.* est etiam inter solutionis. *l.* 4. *ff. de pactis.*

4 *Subaudi*, creditor. & debitor in genere & quantitate.

5 *Subaudi*, opposita compensationis exceptione.

6 Et debitum ipsum, qua de re agitur, compensari debeat vel possit: idque concurrentem scil. ad usque quantitatem.

7 In vicem debiti: ita tamen, ut si quid amplius debeatur, judicialiter offeratur, & deponatur. *l.* 12. *C. eod.*

8 Compensatio necessaria, id est, utilis est, quoties debitum jure Civili exigi potuit: quod si jure tantum naturæ exigi potuit, civili non potuit, tunc proprie ac vere necessaria est compensatio. *l. si amb.* 10. §. *si quis igitur. ff. eod. l. fidejuss.* 16. §. *fidejussor.* 3. *ff. de fidejussoribus.*

9 Id est, cum lis posset uno judicio definiri, scil. per actionem, & exceptionem, pluralitas, seu multitudo judiciorum non debet admitti, ut quæ incommoda, sumptusque adferat: quinetiam compensationem æquitas poscere videtur: nam dolo facit, qui petit quod restituturus est. *l.* 8. §. *de except. doli.* Interim sciendum est, ibi reconventionem locum habere, ubi non potest fieri compensatio. De reconventione extat tit. *extra de mutuis petitionibus.* vide *l.* 11. §. 2. *ff. de jurisdict.* 10 §. 39. *Inst. de act. l.* 15. §. *de fidejussor.* Cicero, 3 *in Verrem.* Utrum æquius est decumanum petere, an curatorem repetere? judicium integra re, an perdita fieri? 11 Ut ministerium operave judicis non exigatur, sed extrajudicialis conventio sufficiat. *Bart.* quod ad impediendam causam usurarum valere debet, *l.* 11. *ff. eod. l.* 5. *C. eod.* & pœnæ ob moram solvendæ. Hic effectus compensationis diligenter notandus est, emphyteutæ canonem non solventi, si dominus ei quid debeat: tunc enim expelli ab emphyteusi non poterit, ob hujus compensationis effectum. Faber, ad *d.* §. 30. An idem est in eo, qui juravit intra certum tempus se soluturum, ut evitet perjurium, exceptionem compensationis opponens? ait Faber *ibidem.* negat Zasius ex *c. ad nostram. extra De jurejurando.* ad evitandam tamen condemnationem judicis, opponenda est judicialiter. An & post condemnationem opponi potest compensatio? Videtur opponi posse: ideoque oppositæ sententiæ executionem impediet. Cur? omnis exceptio peremptoria non impugnans sententiam, sed eam moderans, etiam post sententiam opponi potest. *l.* 6. *ff. eod.* Compensatio autem non impugnat sententiam, cum compensans fatisfacere videatur: solvit enim, qui compensat. 12 Compensare fidejussor potest id, quod etiam reo principali debetur: perinde ac si ei deberetur, *ut hic. & l.* 5. *ff. eod.* 13 Vide quæ scripsi ad *l.* 36. *ff. de administr. tut.* 14 Fidejussoris interest compensare potius, quam solvere, & post solutum repetere. Hac ratione colligitur, fidejussorem in negotio, causave principalis debitoris testimonium dicere non posse, cum ejus causa sua fisque proprie esse videatur. adde *l. omnib.* 10. *C. de testibus.* 15 Ipso jure non obligari in majorem quantitatem est, non teneri in majorem quantitatem, non modo in judicio, sed & si extra judicium verseris, quamvis extra judicium facta denunciatione, compensationem posse objici, ut & ea extra judicium etiam facta, obligationem tolli ipso jure videatur. 16 Fidejussor in majorem quantitatem obligari, quam reus ipse debeat, non potest. 17 Vide §. 5. *Inst. de fidejussoribus.* 18 *l.* 4. *ff. eod.* 19 Eodem modo pater filio debitum, ut & dominus, quod servo suo debetur, *l.* 9 *ff. eod.* & procurator in rem suam, quod cedenti debitum fuit tribus casibus, *l.* 18. *ff. eod.* ut & socius, quod socio debetur, *l.* 10. *ff. de duobus reis.* compensare potest: alias aliena debita non compensantur. *l.* 9. *C. eod.* 20 Compensari potest etiam id, quod sola natura debetur. *Goth.* Vid. ad hanc leg. Joann. Robert. *sentent. lib.* 1. *cap.* 6. S.L. 21 Nisi exceptione peremptoria perimi possit, *l.* 14. *ff. eod.* veluti si debitum præscriptione vel sententia absolutoria inane redditum sit. *Castrens.* 22 Compensari id, quod in diem debetur, potest, sed non antequam dies venerit: statim quidem debetur, *l. cedere diem.* 213. *ff. de verbor. significat.* sed non ante diem compensatur. 23 *l.* 16. §. 1. *ff. eod.* 24 Compensatio fit liquidi tantum confessi & præsentis, *ut hic. l.* 10. §. 2. *l.* 22. *ff. eod. l. ult. C. eod.* 25 Compensatio à judice repudiata, post objici non potest, omissa potest. *l.* 8. § 2. *ff. de negot. l.* 1. §. 4. *ff. de contrar. tutelæ. l.* 18. *in fin. ff. commodati.* 26 Sententia dicta in principali, non præjudicat incidenti: nisi sua sententia incidenti quoque præjudicium facere judex voluerit. 27 Adde *l.* 9. *ff. de except. rei jud.* 28 Officio judicis. *l.* 7. *ff. eod.* 29 Id est, id, cujus nomine. 30 Litem contestantis deterior esse conditio non debet, quam non contestantis. 31 Olim sc. vel in alio judicio.

32 In compensationibus deterioris conditionis esse non debet diligens, quam negligens. *l.* 29. *ff. de novationibus. l.* 86. *ff. de regulis juris.* 33 Diligentioris causa melior. 34 Vide *l.* 5. *ff. eod.* 35 Compensationem filius potest suo nomine objicere ejus, quod patri debetur, dummodo de rato caveat. 36 Compensatio in societate ipso jure locum habet. 37 Compensatio in delictis ipso jure fit. Negligentiæ ad negligentiam fit compensatio, *ut hic.* hic dolus dolo compensatur, *l.* 36. *ff. de dolo. arg. l.* 4. §. 3. *ff. de except. doli.* & delictum. vide §. 2. *ff. eod.* 38 Ipso jure fit compensatio, etiamsi ab homine non objiciatur. 39 Si qui compensare potuit, nec tamen compensavit, sed solvit, solutum potest condicere: nam ubi lege compensatio fit, solutum repetitur, tanquam indebitum. 40 *l.* 5. §. *pen. ff. de impensis.* si modo res talis sit, ut compensari possit. vide *l.* 30. *ff. de condit. indeb.*

41 Condictio furtiva datur ex maleficio, *ut hic.* licet alias potuerit ex variis causarum figuris oriri. *l.* 1. *ff. de obligat.*

42 Vel rebus amotis. *l.* 1 *C. rerum amot. l.* 7. §. *ult. ff. donationes. ff. solutis.*

43 Id significat, pecuniarias actionis esse infinitio, compensationem opponi, non pœnam, id est, criminali. Hic quæri potest utiliter, an injuria, ut si fur appellatus à Titio, eum Latronem appellaverit) compensari debeant? Id textus affirmare videtur, ut Bart. & *lex* 25. *ff. de procur.* purgare convitium cuique permitti, eo magis, quod vita & fama æquiparantur, *l.* 9. *ff. de manumiss. vind.* & non quere crimen in alium sit permissum. Ad hæc *lex* 14. §. 6. *ff. de bon. libert. & l.* 39. *ff. solutis.* tradit, paria delicta mutuo inter virum & uxorem compensari: sed superioribus obstat *lex* 19. *C. qui accus.* quæ negat facultatem accusatis recriminandi in pari vel majore crimine: ideoque notat Speculator, eo casu quemlibet de injurta sibi illata agere posse.

44 Id ait Cujac. 13 *obs.* 37. idque confirmari Balticis ait; quæ ita habent, ὁ ἀνὴρ ἐκ κλοπῆς, κρατούμενος ὑπὸ τοῦ παθόντος ἀκούσιος, ἢ ἑκούσιος ἀποτίνυσθαι ἐκτίσει.

45 Stipulationes prætoriæ instar judiciorum habent, quod ab invitis extorqueantur. *l.* 1. §. *cautionales. ff. de prætoriis stipul.*

46 *Subaudi*, interponenda.

47 Hoc est, interposita jam stipulatione.

48 Compensare qui potest, usuras non præstat, sive eas ex mora, sive ex stipulatione debuit, ut notat *hic Albert.* Quid, qui compensandi jus habet, num eteam pœnam, quam debere potest, compensare potest? Richardus Malumbranus ita censuit, exemplo superiore usurarum, *l. lecta. ff. de reb. cred. l. Gaius.* 11. *ff. de usuris. l. pen. ff. de condit. indeb. c. constitutus. extr. de pœnis.* unde dicitur, Emphyteutam, mora in solvendo canone admissa, emphyteusi non decidere, si quid ei vicissim à domino debeatur, si moram suam eum mora sibi debiti compensare possit. 49 Id est, Alexandro. Cujac. 8 *observ.* 16. 50 Vide *l.* 4. *ff. l.* 5. *C. eod. l.* 1. *ff. quæ sent. sine app. l.* 7. *C. de solut.* 51 Mutui in judicio (licet stricti judicium sit) fit etiam compensatio ipso jure. vide *l.* 21. *ff. eod.* 52 Compensantur usuraria debita hinc inde ut in privatis negotiis, ita & in fiscalibus. 53 Vide *l.* 1. *C. eod.* 54 Compensationes plures fieri non possunt ejusdem debiti: vel ita, Compensatio, quæ unicum debitum perimit, alii debito objici non potest: cum semel effectum suum sit sortita. Non potest autem una causa diversos effectus sortiri. 55 Una causa non potest operari circa diversos effectus. *Bart.* 56 Compensationem nemo recte petit eorum, quæ petere quidem potest stricto jure, non potest tamen cum effectu petere, cum exceptione possit repelli. *Goth.* V. in hanc leg. Bellon. *lib.* 2 *supput. c.* 1. S.L. 57 Vide *l.* 6. *ff. eod.* 58 Compensari ubique potest, quod certo loco debetur, si modo præstetur adversario id, quod ejus interest debitum suo loco solvi. unde notant, Compensationes non modo sortis, sed & eorum, quæ forti accedunt, puta ejus, quod interest, posse peti: & breviter, necdum liquida debita interdum compensari. *Goth.* Vide in hanc l. Ant. Augustin. *lib.* 2 *emend. cap.* 1. S. L. 59 *Quanti tua* vulgata, quæ lectio defensa à Molineo, *tractatu de eo, quod interest. n.* 10. *Quanti tua* autem hic est, quanti tua, qui agis, interest. 60 *l.* 2. §. *ult. ff. de eo, quod certo loco.* 61 *Al.* restituiri: *Florentina*, daturi: *Antonius Augustinus* datuiri. 62 Si cum militi. *vulg. Haloand.* 63 Id est, non castrensium. 64 Vide *l.* 18. §. *ult. ff. eod.* 65 Tempus ad judicati executionem datum judicatis primum fuit unius mensis: tum, duorum: ad extremum, quatuor. vide *l.* 2. *C. de usuris rei judic.* 66 Vide *l.* 2. *in fin. C. eod.* 67 *Pridem*, pro quatuor mensibus hic accipi notat post Richardum Baldus. 68 Compensationem non impedit tempus quod humanitatis gratia indulgetur. 69 Ut & Græci dicunt φιλανθρωπίαν. Cujac. ad *l.* 118. *ff. de verb. oblig.*

70 Compensatio criminali condemnationi objicitur ex debito civili. *Bald. Goth.* Vid. in hanc l. Duaren. *lib.* 3 *disp. anniversf. cap.* 25. Cujac. *lib.* 2 *observ. cap.* 23. & *lib.* 14. *cap.* 13. & Joan. Robert. *lib.* 3 *sent. jur. cap.* 26. S. L. 71 Arctiorem annonam præbet, qui de ea frumenti quantitate subduxit, quam viritim populo præberi oportet. Robert. 3 *sent. ult.* de quo vide *l.* 53. *ff. de jud.* Livius 25. Adsidendo diutius arctiorem annonam sociis, quam hosti faciebat. Interim nota, Ædilem à Curatore rei frumentariæ differre: hic, si ex curationis causa condemnetur, compensatione uti non potest, *l.* 20. *ff. eod.* Ædilis vero, quam curator annonam redegerit, in ea præbenda ipse operam navat: & si annonam fraudavit, compensatione adversus fiscum uti potest. *d. l.* 53. Præterea curatori pecunia datur: ædili annona, non pecunia. vide Cujac. 2 *observ.* 23. *in fin.*

72 Budæus, Alciatus & Haloander legunt *edulitatis*: quo vocabulo intelligunt, rerum edulium largitionem & præbitionem fieri solitam à Principe tempore carioris annonæ. Lamp. Alexand. vide Duar. *disp.* 25. & male: *Ædilitatis tempore*, hic est, cum in ædilitate esset. Cujac. 2 *observ.* 23. *in τῷ ἀγορανομῶν.* Cujac. 14 *obs.* 13. *ex Basilic.* ubi reprehendit Duarenum, monetque apud Lampridium legendum esse *ædilitatem*: & veteres *edulitatem* promiscue scripsisse. Hinc illud Tertulliani in *Apologetico*, Philosophi tyrannidem affectant, Christianus vero nec ædilitatem.

73 Compensare procurator in rem suam potest, quod ei debetur ex mandato, cessaque ei actione. 74 Vide Cujac. 24 *obs.* 38. 75 Vide Rom *singul.* 534. incipiente *Debitor meus.* 76 Vide *l.* 9. *C. eod. l.* 16. *ff. eod.* 77 *l.* 12. *C. de solut.* 78 Imo in solidum. *l.* 9 *ff. eod.* Cæterum *peculii fini* compensationem dari, hic nihil aliud est, quam ad quantitatem peculii dari.

79 Qua. Duaren. 1 *disput.* 12. 80 *l.* 3. *C. cod. l.* 46. §. 5. *ff. de jure fisci.* vide quæ notavi ad *l.* 17. *ff. eod.*

De procuratore convento.

XXI. PAULUS lib. I Quæstionum.

POstea quam placuit inter omnes, id,quod invicem debetur,ipso jure [82] compensari, si procurator absentis conveniatur, non debebit de rato cavere, quia nihil compensat, sed ab initio minus ab eo petitur.

De debito alternato.

XXII. SCÆVOLA lib. II Quæstionum.

SI debeas decem [millia], aut [83] hominem, utrum adversarius volet, ita [84] compensatio hujus debiti admittitur, si [85] adversarius palam dixisset [86], utrum voluisset.

De eo, quod tutor debet, qui pro pupillo agit.

XXIII. PAULUS lib. IX Responsorum.

ID, * quod [87] pupillorum nomine debetur, si tutor petat, non posse compensationem objici ejus [88] pecuniæ, quam ipse tutor suo nomine adversario debet.

De fisco.

XXIV. IDEM lib. III Decretorum.

IUssit Imperator audiri adprobantem sibi à fisco [89] deberi, quod ipse [90] convenitur.

82 Ut exceptionem doli opponi non sit necesse: quinetiam, utcunque per errorem soluta sit pecunia, condici potest. *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

83 Et sic sub alternatione posita in stipulantis electione.

84 Cur? debitum sub alternatione est incertum. *l.* 75. *ff. de verb. oblig.*

85 Non fit compensatio, nisi debiti liquidi, confessi, præsentis: nam controversi vel incerti compensatio non fit, *ut hic, & l.* 3. *ff. de tutelæ & rat.* ut nec in deposito, etiam ante Justinianum. 2 Paul. 12. §. *ult. l.* 3. *ff. de tutelæ & rationib. distrah.* adde *l. ult. C. eod. hoc tit.* 86 Cur? Electione res sit certa.

87 Non compensatur tutoris proprium debitum, tutore petente quod pupillis debetur. *Synopf. Basil. l.* —. *tit.* 6. *& tit.* 10. *cap.* 13. 88 ὁ συμψηφίζεται χρέι& ἰδικὸν τῦ ἐπιτρόπυ. *Eclog. l.* 7. *tit.* 6. *ex Basil.* 10. *c.* 23. 89 Compensationem fisco subire, si petit, & debeat. *Synopf. ibid. cap.* 24.

90 Quod & ipse, *Haloand. l.* 13. *C. eod. l.* 46. §. 5. *ff. de jure fisci. legendum videtur*, id in quod; *vel*, in quo ipse.

TIT. III.

DEPOSITI [1] VEL CONTRA.

Definitio & Etymologia depositi. 1. *Edictum.* 2. *Ratio edicti.* 3. *Quid sit deponere tumultus vel cæterarum causarum gratia.* 4. *Ratio edicti.* 5. *De his, quæ accedunt rei depositæ.* 6. *Factum de culpa,* 7. *Vel dolo.* 8. *De vestimentis servandis balneatori datis.* 9. *De servo in pistrinum conjecto.* 11. *De re perferenda.* 13. *De re recipienda & custodienda.* 14 *De re jussu unius deposita apud alium.* 15. *De pupillo depositario.* 16. *De re deteriorata.* 17. *De servo deponente,* 18. *Vel recipiente.* 19. *De successoribus.* 20. *De dolo præterito vel futuro.* 21. *Quo tempore spectatur facultas restituendi.* 22. *De eo, qui non reddit depositum.* 23. *De bona fide.* 24. *De fructibus & omni causa.* 25. *De venditione & redemptione.* 26. *De interitu rei depositæ.* 26. *De jurejurando in litem.* 27. *Si servus noster, vel is qui bona fide servit,* 28. *Vel servus fructuarius,* 29. *Vel hereditarius deposuit.* 30. *De morte, manumissione, alienatione servi, qui deposuit.* 31. *Si servus communis deposuit.* 32. *De re domino ejus adempta reddita.* 33. *De pecunia deposita à servo, ut pro ejus libertate detur domino. Quid sit reddere depositum.* 34. *De usu,* 35. *Et periculo rei depositæ.* 36. *De heredibus depositum repetentibus.* 38. *De testamento recitato à depositario.* 39. *De prædone vel fure deponente.* 40. *De forma libelli.* 42. *De filiofam. & servo.* 43. *De duobus depositariis,* 44. *Vel depositoribus.* 45. *De tempore præstituto.* 47. *De dolo, de venditione rei depositæ.*

1 IV C. XXXIV. §. 3. *Inst. quibus modis re contrahitur obligatio. l.* 1. §. 5. *ff. de oblig. Novell.* 88. 2 Paul. 4. & 12. 13. *Ecloga.* 2. 3 *Harm.* 9. 3. *extr.* 16.

2 *Synopf. Basil.* 13. *tit.* 2. *cap.* 1.

3 *De* præpositio auget significationem verbi, ut sit idem, quod *valde*. Festus in Deculamant, valde occularunt. Idem in Dedita, Defrui, Deperto. Nonius in Deamare, & Demagis. Deproperus *in C. Toxod.*

4 Ita tamen, ut & proprietas & possessio maneat penes deponentem. *l.* 17. *in fin. ff. eod.*

5 De iis, quæ tumultus, vel incendii, vel ruinæ, vel naufragii causa deposita sunt, in eum quidem, qui accepit, in duplum actio competit: in heredem, quod dolo testatoris factum est, in simplum: quod ipsius, in duplum. De cæteris vero depositis in simplum actio datur. *Synopf. ibid. c.* 1.

6 Alias, si tumultus causa depositum est, dupli agetur. §. 17. *in fin. Inst. de act.*

7 §. 17. *Inst. de act.*

8 *l.* 18. *ff. eod.*

9 Actionem depositi.

10 Tumultus, incendii, ruinæ, naufragii.

11 Est ergo duplex deponendi causa, voluntas, & necessitas. necessitas, ut in his casibus: adde sequestrum: adde & illud depositum, quod fit impediendarum usurarum causa, de quo *l.* 19. *C. de usuris. l.* 9. *C. de solutionib.*

12 Deponere tumultus, incendii, ruinæ, vel naufragii causa videtur, qui duntaxat propter imminens ex hisce periculum, non ullam aliam ob causam deponit. *Synopf. Basil. ibid.* 13 Id est, instans, ut *l.* 1. *ff. quod metus causa.* 14 Et sic pœna criminis. 15 Publica utilitate coërcendum est, &c. *vulg.* utilitas coërcendo vindicanda. *Ital.* publica inutilitas coërcenda. Cujac. ad *l.* 2. *C. de jure, & jure hastæ.* reprehensus à Robert. 1 *recept.* 31. adde quæ notavi ad *l. ult. C. de servitutib.* & Robert. 22 *Animad.* 26. Ant. Mercator. 2 *Notar.* 26. legendum videtur, *coërcenda, & vindicanda, respublica causa.*

16 *Al.* lucivile. Sed Duarenus, 1 *disp.* 11 putat, *Inutile* hic esse idem, quod repugnans utilitati. Præstat tamen *inutile* hic sumi pro molesto & incommodo; imo pro inhonesto, pernicioso, & gravi: quo sensu Græci ἀχρεῖον, & ἀχρεῖαν usurpant. 5 Pollux 30. Suidas. Hesych. Et certe gravius est depositum negare, quam mutuum. Aristt. *in Probl.* Herodot. *in Erato.* adde Stobæum, *in sermone περὶ ἀνιαρχίας*, item *sermone περὶ σφοδρότητος.* 17 *l.* 1. *ff. de constituta.* 18 Quæ depositum comitantur, non sunt depositum, puta servi vestis, & capistrum equi. *Synopf. ibid.* 19 Imo sunt deposita, quæ rebus depositis accedunt. v. *l.* 10. *ff. de precario.* 20 Pro iis tamen, quæ ita accedunt, competet actio. v. §. 41 *ff. eod.* 21 * *l.* 1. *C. eod.* 22 V. *l.* 52. *ff. de verb. oblig. Nov.* 136. *c.* 1. *& c.* 85. *de reg. in* 6. 23 Pactum, *ut ne quis doli actione teneatur*, in deposito non valet. vide *l.* 17. *ff. commodati.* 24 Optima hæc ratio est. vide *l.* 6. *C. de pactis.* 25 Si vestimenta servanda balneatori data perierunt, si quidem sine mercede servanda accepit, locus est actioni depositi, duntaxat ex dolo: sin cum mercede, locati in duplum actio competit. *Synopf. ibid.* 26 *l.* 5. §. 12. *ff. commodati.*

27 Id est, levem culpam præstat. *arg. §. ult. Inst. de locat. & conduct.* S. L. 28 In pistrinum conjiciebant nonnunquam servos suos domini, custodiendos ibidem, & coërcendos: eoque nomine mercedem pistrinario dabant. *Goth.* In hunc §. vid. Corraf. *lib.* 2 *miscell. cap.* 12. S. L.

29 Servum custodiendum dedi: si mercedem dedi, ex conducto; si mercedem accepturus, ex locato: si operæ ejus cum custodia pensabantur, quasi genus locati & conducti est: non tamen datur locati aut conducti actio, sed præscriptis verbis. Cur? qui nulla pecunia hic intervenit, quod in locatione necessarium est. Quid, si nihil de operis servi convenit, & servo cibaria præstita sint à custode? depositi actio erit. Ex hac actionum varietate notant, contractum innominatum ex natura contractus nominati, cui magis convenit, censeri.

1. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

DEpositum [2] est, quod custodiendum alicui datum est. Dictum ex eo, quod ponitur: præpositio enim *de* [3] auget depositum, ut ostendat, totum [4] fidei ejus commissum, quod ad custodiam rei pertinet. §. 1. Prætor ait, QUOD [5] NEQUE TUMULTUS, NEQUE INCENDII, NEQUE RUINÆ, NEQUE NAUFRAGII CAUSA DEPOSITUM SIT, IN SIMPLUM [6], [EX] EARUM AUTEM RERUM, QUÆ SUPRA COMPREHENSÆ SUNT, IN IPSUM IN DUPLUM [7]: IN HEREDEM EJUS, QUOD DOLO MALO EJUS FACTUM ESSE DICETUR, QUI MORTUUS SIT, IN SIMPLUM [8]: QUOD IPSIUS, IN DUPLUM JUDICIUM [9] DABO. §. 2. Merito has [10] causas deponendi separavit Prætor, quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendentem, non [11] ex voluntate proficiscentem.

§. 3. Eum [12] tamen *deponere tumultus vel incendii, vel cæterarum causarum gratia* intelligendum est, qui nullam aliam causam deponendi habet, quam imminens [13] ex causis suprascriptis periculum.

§. 4. Hæc autem separatio causarum justam rationem habet: quippe cum quis fidem elegit, nec depositum redditur, contentus esse debet simplo: cum vero extante necessitate deponat, crescit perfidiæ crimen [14]: & publica utilitas coërcenda est [15], vindicandæ reipublicæ causa: est enim inutile [16] in causis hujusmodi fidem [17] frangere. §. 5. Quæ [18] depositis rebus accedunt, non [19] sunt deposita, ut puta si homo vestitus deponatur, vestis enim non est deposita, nec si equus cum capistro: nam solus equus depositus est [20]. §. 6. Si convenit, *ut in deposito & culpa* [21] *præstetur*, rata est conventio: contractus enim legem [22] ex conventione accipiunt. §. 7. Illud non probabis, dolum [23] non esse præstandum, si convenerit: nam hæc conventio contra bonam fidem, contraque bonos [24] mores est: & ideo nec sequenda est. §. 8. Si [25] vestimenta servanda balneatori data perierunt, si quidem nullam [26] mercedem servandorum vestimentorum accepit, depositi eum teneri, & dolum duntaxat præstare debere puto: quod si accepit, ex conducto [27]. §. 9. Si quis servum custodiendum conjecerit forte in pistrinum [28], si [29] quidem merces intervenit custodiæ, puto esse actionem adversus pistrinarium ex conducto: si vero mercedem accipiebam [30] ego pro hoc servo, quem in pistrinum accipiebat, ex locato me agere posse: Quod si operæ ejus servi cum custodia pensabantur, quasi genus locati & conducti intervenit: sed [31], quia pecunia non datur, præscriptis verbis datur actio: si vero nihil aliud, quam cibaria præstabat, nec de operis quicquam convenit, depositi actio est. §. 10. In conducto & locato, & in negotio, ex quo diximus præscriptis verbis dandam actionem, & dolum [32], & culpam præstabunt, qui servum receperunt: at si cibaria tantum dabant, dolum duntaxat: sequemur tamen (ut Pomponius ait), & quid habuerunt proscriptum, aut quid convenerit: dummodo sciamus, & si quid fuit proscriptum, dolum tamen eos præstaturos, qui receperunt, qui solus [33] in depositum venit. §. 11. Si [34] te rogavero, *ut rem meam perferas* [35] *ad Titium, ut is eam servet*, qua actione tecum experiri possum, apud Pomponium quæritur? Et putat, recum mandati, cum eo vero, qui eas res receperit, depositi: Si vero tuo nomine receperit, tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depositi: quam actionem mihi præstabis [36], mandati judicio conventus. §. 12. Quod si [37] rem tibi dedi, *ut, si Titius [rem] non recepisset, tu custodires*, nec eam receperit, videndum est, utrum depositi tantum, an & mandati actio sit? Et Pomponius dubitat: puto [38] tamen, mandati esse actionem: quia plenius fuit mandatum, habens & custodiæ legem. §. 13. Idem Pomponius quærit, si tibi mandavero, *ut rem ab aliquo meo nomine receptam custodias*, idque feceris, mandati an depositi tenearis? Et magis probat, mandati esse actionem, quia hic est [39] primus contractus. §. 14. Idem [Pomponius] quærit, si [40] apud te volentem me deponere, *jusseru* [41] *apud libertum tuum deponere*, an possim tecum depositi experiri? Et ait, si tuo nomine, hoc est, quasi te custodituro, depossuissem, mihi tecum depositi esse actionem: si vero suaseris mihi, *ut magu apud eum deponam*, tecum nullam [42] esse actionem: cum illo depositi [actio est]: nec mandati teneris: quia rem meam gessi. Sed si mandasti mihi, *ut periculo tuo apud eum deponam*, cur non sit mandati actio, non video. † Plane si fidejussisti [43] pro eo, Labeo omnimodo fidejussorem teneri ait: non tantum si dolo fecit is, qui depositum susceptt, sed & si non fecit, est tamen res apud eum: quid enim, si fuereet is, apud quem depositum sit? vel pupillus sit? vel neque heres [44], neque bonorum possessor, neque successor ejus exstaret? tenebitur ergo, ut id præstet, quod depositi actione præstari solet. §. 15. An in pupillum [45], apud quem sine tutoris auctoritate depositum est, depositi actio detur, quæritur? Sed probari oportet, si apud doli mali jam capacem deposueris, agi posse, si dolum commisit: nam [&] in quantum [46] locupletior factus est, datur actio in eum, & si dolus non intervenit. §. 16. Si res deposita deterior [47] reddatur, quasi non reddita, agi depositi potest: cum enim deterior [48] redditur, potest dici 49, dolo malo redditam non esse. §. 17. Si servus meus deposuerit, nihilominus depositi habebo actionem. §. 18. Si [50] apud servum deposuero, & cum manumisso agam, Marcellus ait, nec tenere actionem [51]: quamvis solemus dicere, *doli etiam in servitute commissi teneri quem debere:* quia & * delicta & noxæ caput [52] sequuntur: erit igitur ad alias actiones competentes decurrendum. §. 19. Hæc actio bonorum possessoribus, cæterisque successoribus, & ei, cui ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est hereditas, competit [53]. §. 20. Non tantum præteritus dolus in depositi [54] actione veniet, sed etiam futurus, id est, post litem contestatam.

§. 21. Inde scribit Neratius, si res deposita sine dolo malo amissa sit, & post [55] judicium acceptum recuperaretur [56], nihilominus recte ad [57] restitutionem reum compelli, nec debere absolvi nisi restituat. † Idem Neratius ait, quamvis tunc tecum depositi actum sit, cum restituendi facultatem non habeas, horreis forte clusis, tamen [58], si ante condemnationem restituendi facultatem habeas, condemnandum te, nisi restituas: quia res apud te est: tunc enim quærendum, an dolo malo feceris, cum rem non habes. §. 22. Est autem & apud Julianum lib. XIII Digestorum scriptum, eum, qui rem deposuit, statim posse depositi actione agere: hoc enim ipso dolo [59] facere eum, qui suscepit, quod reposcenti rem non reddat: Marcellus autem ait, * non semper videri posse dolo facere eum, qui reposcenti non reddat: quid enim, si in provincia res sit, vel in horreis, quorum aperiendorum condemnationis tempore non sit facultas? vel conditio [60] depositionis non exstitit? §. 23. Hanc actionem bonæ fidei esse [61], dubitari non oportet. §. 24. Et ideo [62] [&] fructus [63] in hanc actionem venire, & omnem causam, & partum, dicendum est: ne nuda res veniat. §. 25. Si rem depositam vendidisti, eamque postea redemisti [64], in causam depositi, etiamsi sine dolo malo postea perierit, teneri te [65] depositi: quia semel dolo fecisti, cum venderes. §. 26. In depositi quoque actione [66] in litem [67] juratur [68]. §. 27. Non solum si servus meus, sed & si is, qui bona fide mihi serviat, rem deposuerit, æquissimum erit, dari mihi actionem, si rem ad me pertinentem deposuit.

§. 28. Simili modo, & si usumfructum in servo habeam, si id, quod deposuit, ex eo peculio fuit, quod ad me pertinebat, vel res mea fuit, eadem actione agere potero. §. 29. Item si servus hereditarius [69] deposuerit, heredi postea adeunti competit actio.

§. 30. Si servus deposuit, sive vivat, sive decesserit, utiliter dominus hac actione experietur: ipse autem servus manumissus non [70] poterit agere: sed & si fuerit alienatus, adhuc ei competit actio,

30 Cur? sine mercede locatio esse non potest. *l.* 3. §. 1. *ff. nauta, caupones. l.* 9. §. 2. *ff. de præscriptis. l.* 52. *ff. de donat. inter virum.*

31 Notandum est, contractum fere ad locationem pertinentem, præscriptis verbis actionem parere. *l.* 1. *ff. de præscriptis verb.*

32 *d. l.* 3. §. 1. *ff. nauta.*

33 Vide *l.* 23. *ff. de regul. jur.*

34 Si te rogavero, *ut rem meam perferas ad Petrum, ut is eam servet*, adversus te quidem mandati actionem habeo, sed adversus Petrum, qui eam recepit, actionem depositi, quam mihi per actionem mandati præstas. *Synopf. ibid.* Et videntur ita, cui res debet perferenda, mandati: cui custodienda, depositi teneri.

35 Cui res perferenda datur, mandati: cui custodienda, depositi tenetur.

36 Ut in *l.* 16. *ff. eod.*

37 Si tibi dixi, *ut Petro rem meam non receperit, tu eam mihi custodires*, ille vero non accepit, tantum adversus te mandati actionem habeo; velut, si tibi commisero, ut rem ab aliquo meo nomine recipias, & custodias: Prior est enim mandati contractus, *ut hic. & §.* 13. *ff. eod. Synopf. ibid.*

38 Quoties contractus perfectus præcedit, & adjicitur conventio, quæ potest cadere in nomen contractus, potius indicatur informatio primi, quam novus contractus. Bart. *hic.* Bald. *in rubrica. C. eod. n.* 7.

39 Vide *l.* 12. *ff. de SC. Maced.*

40 Si me volente apud te rem deponere, jusseris apud libertum tuum deponere, si, quasi te custoditoro, deposui, tecum mihi depositi actio est: si vero suaseris mihi, ut apud libertum deponam, cum illo quidem mihi depositi actio est, tecum vero nec depositi nec mandati actionem habeo: nisi mihi mandaveris, ut periculo tuo apud eum deponam. *Synopf. ibid.*

41 Tres quæstiones hic oriuntur ex his verbis, jusseris, suaseris, mandasti tuo periculo deponi.

42 Cur? nemo ex consilio obligatur. *l.* 2. *in fin. ff. mandati.*

43 Depositi actio contra pupillum doli capacem datur, si dolum committit, vel est locupletior. 3 *Harmenop.* 9. §. 19. 44 *l.* 95. §. 1. *in fin. ff. de solutionib.* Imo, fidejussor non tenetur, quoties persona obliganda est. *l.* 5. *in princ. ff. ut legatorum.* 45 Adde *l.* 3. *in fin. ff. quando ex facto tutoris.* 46 V. *l.* 10. *ff. de institoria. l.* 1. §. 4. *ff. de peculio. l.* 3. *in fin. ff. de in rem verso.* 47 *l.* 42. *ff. ad leg. Aquil. l.* 17. §. 3. *ff. commodati.* 48 Paria sunt, deposita non reddi, & deterius reddi, hoc est, nullum, & deterius. 49 Vide *l.* 24. §. 1. *ff. de pignoratitia.* Cur? Reddi non videtur, quod deterius, quam sit datum, redditur. 50 Servus, qui depositum accepit, post manumissionem actione depositi non convenitur: quamvis & de dolo, deque commissis in servitute teneatur, quippe delicta caput sequuntur: ideoque actionibus aliis utendum erit. *Synopf. ibid.* 51 Nisi rem teneat. *l.* 21. *ff. eod.* 52 Id est, personam delinquentis. *l.* 21. *in fin. ff. commodati. l.* 4. *C. an servus ex suo facto.* 53 Singulis tamen pro portione hereditaria. *l.* 2. *C. de hered. act.* Anf. 54 Ut in petitione hereditatis. *l.* 25. §. 7. *in fin. ff. de petit. hereditatis.*

55 Depositi actione veniunt, quæ post litem contestatam accidunt. 56 *l.* 3. *ff. eod.* 57 Finis hujus actionis est, ut res deposita restituatur, *ut hic. & l.* 1. §. 5. *ff. de obligat.* & ideo rei perfectoria dicitur. *l.* 7. §. 1. *ff. eod.* 58 Idem est in eo, qui agit ad exhibendum. *l.* 7. *in fin. ff. ad exhib.*

59 §. *ult ff. eod. l.* 36. *ff. de peculio.* 60 Si depositum est sub conditione, ante conditionis eventum agi non potest depositi, *l.* 5. *C. eod.* vide tamen §. *pen. ff. eod.* 61 Depositi actio bonæ fidei est. *Synopf. d. loco.* §. 28. *Inst. de act.* 62 In bonæ fidei judicio venit fructus, omnis causa, partus. *Synopf. lib.* 3. *Harm.* 9. §. 3. 63 *l.* 65. *in fin. ff. de furtis. l.* 38. §. 10. *ff. de usuris.* 64 Dolus commissus in vendendo non purgatur rem redimendo. 65 Atqui redempta in potestatem deponentis redit, *l.* 4. §. 10. *ff. de usucap.* res autem domino perit: præterea depositarius dolum suum purgavit redimendo, nec tenetur ultra dolum. *l.* 16. *ff. de cond. furt.* 66 Directa Ed. non contraria. vide *l.* 5. *ff. eod.* 67 Jurijurando in litem locus est in actione depositi. *Synopf. Basil* 22. *tit.* 6. *ex l.* 13. *tit.* 2. *c.* 2. 68 Est enim bonæ fidei, §. 23. *ff. eod.* in his actionibus in litem juratur. *l.* 3. *ff. de in litem juranda. l.* 9. *C. unde vi.* 69 *l.* 9. *C. eod. l.* 16. *ff. de obligat. & act.* 70 Datur tamen ei doli exceptio. *l.* 7. §. *pen. ff. de pactis.*

actio, cujus fuit servus cum deponeret: initium [70] enim contractus spectandum est. §. 31. Si duorum servus sit, qui depositi, unicuique [71] dominorum in partem competit depositi. §. 32. Si rem à servo depositam Titio, quem dominum ejus putasti [72], cum non esset, restituisses, depositi actione te non teneri, Celsus ait: quia nullus dolus intercesserit: cum Titio autem, cui res restituta est, dominus servi ager [73]: sed si exhibuerit, vindicabitur: si vero, cum sciret esse alienum, consumpserit, condemnabitur: quia dolo fecit, quo minus posslideret. §. 33. Elegantèr apud Julianum quæritur, si pecuniam servus apud me deposuit, *tu ut domino pro libertate ejusdem*, egoque dedero, an tenear depositi? Et lib. XIII Digestorum scribit, si quidem sic dedero, quasi [74] ad hoc pecunes me deposítam, teque certioravero, non competere tibi depositi actionem, quia [75] sciens recepisti: carco igitur dolo: si vero quasi meam pro libertate ejus numeravero, tenebor: Quæ sententia vera mihi videtur: hic enim non tantum sine dolo malo non reddidit, sed nec reddidit aliud [76]: est [77] enim reddere, aliud quasi de suo dare. §. 34. Si pecunia [78] apud te ab initio hac lege deposita sit, *ut si voluisses, uteretur*, priusquam utaris, depositi tenebéris. §. 35. Sæpe evenit, ut res depósita vel nummi periculo [79] sint ejus, apud quem deponuntur: utputa si [80] hoc nominatim [81] convenit: sed & si ſe quis depósito obtulit [82], idem Julianus scribit, periculo " se " depositi illigasse: ita tamen, ut non solum dólum, sed etiam culpam & custódiam [83] præstet, non tamen casus fortuitos [84]. §. 36. Si pecunia in sáculo [85] signato deposita sit, & unus ex heredibus ejus, qui depoſuit, veniat repetens, quemadmodum [86] ei satisfiat videndum est: Promenda pecunia est vel coram Prætore [87], vel intervenientibus [88] honestis [89] personis, & exſolvenda pro parte hereditaria: sed etsi resignetur, non contra legem depositi fiet: cum vel Prætore auctore, vel honestis personis intervenientibus hoc eveniet: resíduo [90] vel apud eum remanente, si hoc voluerit: sigillis videlicet prius ei impressis, vel à Prætore, vel ab his, quibus coram signacula remota sunt: vel si hoc recuſaverit, in æde [91] deponendo. Sed si res sunt, quæ dividi [92] non possunt, omnes debebit tradere, satisfdatione idonea à petitore ei præstanda in hoc, quod supra ejus partem est: satisfdatione autem non interveniente, rem in [93] ædem deponi, & omni [94] actione depositarium liberari. §. 37. Apud Julianum lib. XIII Digestorum talis species relata est, ait enim, Si depositor decesserit, & duo [95] existant, qui inter ſe contendant, unuſquisque solum ſe heredem dicens, ei [96] tradendam rem, qui paratus est, adversus alterum, reum defendere [hoc est, eum, qui depositum suſcepit]: quod si neuter hoc onus suſcipiat, commodissime dici ait, non esse cogendum à Prætore judicium suſcipere: oportet igitur rem deponi in [97] æde aliqua, donec de hereditate judicetur.

§. 38. Si quis tabulas testamenti apud ſe depositas pluribus præsentibus [98] legit [99], ait Labeo depositi actione recte de tabulis agi posse: Ego arbitror & injuriarum agi posse, si hoc animo recitatum testamentum est quibuſdam præsentibus, ut judicia secreta [100] ejus, qui testatus est, divulgarentur. §. 39. Si *prædo* [1] vel *fur* deposuerint, & hos Marcellus lib. VI Digestorum putat recte depositi [2] acturos: nam interest eorum, eo quod teneantur. §. 40. Si quis *argentum* vel *aurum* depositum petat, utrum speciem [3], an & pondus complecti debeat? Et magis est, ut utrumque complectatur: scyphum forte, [vel] lancem, vel pateram dicendo, & materiam, & pondus addendo: sed & si purpura sit infecta vel lana, pondus similiter adjiciendum [4]: salvo eo, ut si de quantitate pondéris incertum est, juranti succurratur. §. 41. Si *cista* [5] signata deposita sit, utrum cista tantum petatur, an & species comprehendæ sint? Et ait Trebatius [6], ciſtam repetendam, non singularum rerum depositi agendum: Quod [&] si res ostensæ sunt, & sic depositæ, adjiciendæ sunt & species veſtis. Labeo [7] autem ait, eum, qui ciſtam deponit, singulas [8] quoque res videri deponere: Ergo & de rebus agere eum oportet. † Quid ergo, si ignoraverit is, qui depositum suſcipiebat, res ibi esse? Non multum facere, cum suſcepit depositum: Ego [9] & rerum depositi agi posse existimo, quamvis [10] signata cista deposita sit. §. 42. Filiumfamilias [11] teneri depositi constat: quia & cæteris actionibus tenetur: sed & cum patre ejus agi potest duntaxat de peculio. † Idem & in servo [12]: nam cum domino agetur. Plane & Julianus scripſit, & nobis videtur: Si eorum nomine, qui sunt in potestate, agatur, veniat in judicium, & si quid per eum, in cujus jure sunt, captus fraudatusve est, ut & dolus eorum veniat, non tantum ipsorum, cum quibus contractum est. §. 43. Si [13] *apud* [14] *duos* sit deposita res, adversus unumquemque eorum agi poterit: nec liberabitur alter, si cum altero agatur [15]: non enim electione, sed solutione liberantur. Proinde si ambo dolo fecerunt, & alter, quod interest, præstiterit, alter non convenietur, exemplo duorum [16] tutorum. Quod si alter vel nihil vel minus facere possit, ad alium pervenietur. † Idemque & si alter dolo non fecerit, & idcirco sit absolutus: nam ad alium pervenietur. §. 44. Sed si duo [17] deposuerint, & ambo agant, si quidem sic deposuerunt, ut vel unus tollat totum, poterit in solidum agere: sin vero pro [18] parte, pro qua eorum interest, tunc dicendum est, in partem condemnationem faciendam. §. 45. Si deposuero apud te, *ut* [19] *post mortem tuam reddas*, & tecum [20], & cum herede tuo, possim depositi agere; possum [21] enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere. §. 46. Proinde & si sic deposuero, *ut post mortem meam reddatur*, potero & ego, & heres meus, agere depositi: [ego] mutata [22] voluntate. §. 47. Quia autem dolus [23] duntaxat in hanc actionem venit, quæritur est, si heres [24] rem apud testatorem depositam vel commodatam distraxit, ignarus depositam, vel commodatam, an teneatur? Et quia dolo non fecit, non tenebitur de re. An tamen vel de pretio [25] teneatur, quod ad eum pervenit? Et verius est, teneri eum: hoc enim ipso dolo [26] facit, quod id, quod ad ſe pervenit, non reddit.

II. Paulus lib. XXXI ad Edictum.

Quid ergo, si pretium nondum exegit? Aut minoris, quam debuit, vendidit? Actiones [27] suas tantummodo [28] præstabit.

III. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

Plane si possit rem redimere [29], & præstare, nec velit, non caret culpa: quemadmodum si redemptam, vel alia ratione suam factam noluit præstare, causatus, quod semel ignarus vendiderit.

IV. Paulus lib. V ad Plautium.

Sed etsi non sit heres, sed putavit ſe heredem, & vendidit, simili modo lucrum [30] ei extorquebitur.

De actione contraria & jurejurando in litem. 1. De sequestro.

V. Ulpianus lib. XXX ad Edictum.

Ei, apud quem depositum esse dicetur, contrarium [31] judicium depositi datur [32]: in quo judicio merito in [33] litem non juratur: non [34] enim [35] de fide rupta agitur, sed de indemnitate ejus, qui depositum suſcepit. §. 1. In [36] *sequestrem* [37] depositi actio competit; si tamen cum sequestre convenit, ut certo loco rem depositam exhiberet, nec ibi [38] exhibeat, teneri eum palam est. Quod si de pluribus locis convenit, in arbitrio [39] ejus est, quo loci exhibeat: sed si nihil convenit, denunciandum est ei, ut apud Prætorem exhibeat. §. 2. Si velit *sequester* officium deponere [40], quid ei faciendum sit? Et ait Pomponius adire [41] eum [42] Prætorem oportere, & ex ejus auctoritate denunciatione facta his, qui eum elegerant, ei rem restituendam, qui præsens fuerit. Sed hoc non semper verum puto: nam plerumque non est permittendum, officium, quod semel suſcepit contra legem depositionis deponere: nisi justissima [43] causa interveniente, & cum permittitur, raro [44] ei res restituenda est, qui venit: sed oportet eam, arbitratu judicis, apud ædem [45] aliquam deponi.

VI. Paulus lib. II ad Edictum.

Proprie [autem] in *sequestre* est depositum, quod à pluribus [46] in solidum certa conditione [47] custodiendum reddendumque traditur.

1. De heredibus depositorum. 2. De nummulariis.

VII. Ulpianus lib. XXX ad Edictum.

Si hominem apud ſe depositum, ut quæstio de eo [48] haberetur, ac propterea vinctum, vel ad malam mansionem extensum, sequester solverit misericordia [49] ductus, dolo proximum esse, quod factum est, arbitror: quia, cum sciret cui rei pararetur, intempestive misericordiam exercuit, cum posset non suſcipere talem causam, quam [50] decipere. §. 1. Datur actio depositi *in heredem* ex dolo [51] defuncti in solidum [52]: Quanquam enim alias ex dolo defuncti non solemus teneri, nisi pro ea parte, quæ ad nos pervenit, tamen hic dolus ex contractu reique persecutione descendit: ideoque in solidum unus heres tenetur: plures vero pro [53] ea parte, qua quisque heres est. §. 2. Quotiens foro [54] cedunt nummularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum, hoc est, eorum, qui depositas pecunias habuerunt, non [55] quas fœnore apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipsos exercebant: & ante [56] privilegia igitur, si bona venierint, depositariorum ratio habetur: dummodo eorum, qui vel postea usuras [57] acceperunt, ratio non habeatur, quasi renunciaverint depósito. §. 3. Item quæritur, utrum ordo ſpectetur eorum, qui depoſuerunt [58] an vero simul omnium depositariorum ratio habetur? Et constat, simul admittendos [59]: hoc enim Rescripto Principali significatur.

VIII. Papinianus lib. IX Quæstionum.

Quod privilegium exercetur non in ea tantum quantitate, quæ in bonis argentarii, ex pecunia depósita reperta est, ſed in omnibus fraudatoris facultatibus: idque propter necessarium [60] usum argentariorum ex utilitate publica [61] receptum est. Plane sumptus causa, qui necessarie [62] factus est, semper præcedit: nam, deducto eo, bonorum calculus subduci solet.

De heredibus.

IX. Paulus lib. VII ad Edictum.

In depositi actione, si [63] ex facto defuncti agatur adversus unum ex pluribus heredibus, pro [64] parte hereditaria agere debeo: si vero ex suo delicto, pro parte non ago: merito, quia æstimatio refertur ad dolum, quem in solidum ipse heres admisit.

X. Ju-

---

70 Vide *l.* 12 §. *de Sc. Macedon.*

71 *l.* 4. §. *de fiduciis concurrent.*

72 Depositum putativo domino ignoranter restituens liberatur.

73 Ad exhibendum. *l.* 1. *C. eod.*

74 Depositum reddere non videtur, qui quasi de suo rem reddit.

75 *V. l.* 1. *in fin.* §. *de act. empt.*

76 Reddere & dare de suo differunt.

77 Imo, qui reddit, dare intelligitur. *l.* 94. §. *de verb. signif.*

78 Vid. ad hunc §. Revard. *lib.* 1 *variar. c.* 15. S. L.

79 *l.* 5. §. 2. §. *commodati. l.* 39. §. *mandati. l.* 7. §. 15. §. *de pactis.*

80 Depositarius culpam etiam levissimam præstat, ſi ita conveuit.

81 Idem dicendum, ſi vel mora, vel culpa, vel dolus præcesſit casum, aut depositum fuit causa accipiendi. *Accurſ.*

82 Depositarius culpam quoque levissimam præstat, ſi ſe depósito obtulit.

83 An ut leviſſimam culpam præstet? plerique ita putant: hic enim dicitur, eum præstare etiam culpam (quo nomine levem culpam intelligunt) & custódiam, & sic leviſſimam culpam. Alii vero, &, hic accipiunt pro, *id est*.

84 Qui à nemine præstantur regulariter. *v. l.* 5. *C. de pignoratitia.*

85 *l.* 29. §. *cod. l.* 82. §. *de condit. & demonstr.*

86 Sigillum deponentis resignare licet, vel coram Prætore, vel honestis personis, *ut hic*, adversus eum, qui hac forma neglecta id fecerit, dolus præsumitur. adde *edictum Justiniani.* 9. *c.* 4.

87 Ut ita dolo caruisse videatur. *l.* 81. §. *de solut. l.* 2. *C. quemadm. testam. aperiat.*

88 Præsentia honestarum personarum idem præstat, quod præsentia judicis.

89 *Interveniſſe* dicuntur hic, qui rogati fuere: ut intervenire, & rogari, idem sit. *Novell.* 90. *c.* 1.

90 Dividuum depositum uni reddi potest. Atque ita dividua eandem utilitatem præstant in parte, respectu partis, quæ tota in toto, respectu totius.

91 *l.* 5. *in fin.* §. *cod. l.* 7. §. 2. *circa medium.* §. *de minoribus.* adde *l.* 5. *in fin.* §. *familiæ. l.* 77. §. 26. §. *de legat.* 2.

92 §. 5. *Inſt. de officio judicis.* Dividuum depositum, uni ex heredibus repetenti solvi potest: individuum, solvi solidum potest, ſi modo ipſe heres caveat; ſin minus, depositarius apud alium recte deponi postulabit. 93 De in ædem seu templum depositione adde §. 37. §. *cod. l.* 5. *in fin.* §. *cod. l.* 5. §. *Ad l. Jul. peculatus.* 94 *Al.* Omnino. quam vocem pro eo, quod ipſo jure valeat, accipit Accursius, & Baldus, *hic.* Roman. *singular.* 1. ut in *l. obligationes.* 9. *C. de solutionibus.*

95 Depositum duobus heredibus repetentibus, & ſe heredes esse mutuo contendentibus, depositarius uni depositum reddere potest, exacta ab eo defensionis cautione. 96 Id est, ſi duo ſe heredes contendant, licet debitori solvere, cui eorum voluerit, exacta cautione ſe adversus alium defensum iri. *Bart.* 97 Ut §. dictum est. §. 37. 98 Ut *l.* 41. *verſ. ſed & ſi quis.* §. *ad l. Aquil.* 99 Depositi & injuriarum tenetur, qui tabulas testamenti apud ſe depositas (ne secreta testatoris vulgarentur) legit. 100 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 2. *C. De alimentis pupillo præſt.*

1 Depositi agere potest etiam fur, & prædo. *l.* 3. §. 1. §. *cod. l.* 31. §. 1. §. *cod. l.* 64. §. *de judiciis.* 2 Vide *l.* 13. §. *de rebus creditis.* 3 Depositam speciem argenteam petens, libello speciem & pondus complecti debet, niſi ſe ignorare juraverit. vide *l.* 6. §. *de rei vindic.*

4 Imo, non est adjiciendum. *l.* 19. §. 1. §. *de furtis.* 5 *Cista* vas est, veſtis ponendæ causa, dicitur ἀπὸ τοῦ ἰσχειν. Pollux, 6. & Heſych. *Goth.* Vid. Cujac. *lib.* 8 *obſerv. cap.* 1. S. L.

6 Dic, ut in *verſ. ego.* §. *cod.* 7 Dic, ut *dict. verſ. ego.* §. *cod.* 8 Deponens ciſtam plenam, & ſignatam, rerum singularum nomine experiri potest, ſi modo cum ciſtam deponeret, depositario res singulas ostendit: ſin minus, ciſtam in genere repetet. 9 Hæc Ulpiani verba, Trebatii & Labeonis sententiam emendant, ut depósita ciſta, non sit necesse ciſtam præcise petere, id est, sufficere, si res ipſæ petantur. 10 Quid, quibus modis rerum in ciſta depositarum numerus probabitur? Si ciſta depósita à depositario, dolo adhibito, aperta fuit, juramento deponentis ſtabitur, §. 26. §. *cod.* ut deponens non plene probare cogatur de rebus omnibus in ciſta politis: ſin autem culpa, aut caſu fortuito, onus probandi in depositarium transfertur, Bart. *hic.* & ita intellige §. §. §. *cod.* 11 *l.* 5. §. *de peculio.* 12 Si apud eum ſit depositum, §. 18. §. *cod. l.* 21. §. *cod.*

13 Si apud duos depósita res fuerit, & unus conveniatur, alter electione non liberatur, ſed solutione. Quare ſi ambo dolo fecerunt, & alter, quod interest, præſtiterit, alter exemplo tutorum liberatur. *Synopſ. Baſil. c.* 3. 14 Depositarii plures, depositi in ſolidum tenentur, ſed & doli, ſi modo illi omnes dolum admiſerint; ſecus, ſi unus tantum. Quarum obligationum prior illa depositi, primaria est: ſecunda doli, ſecundaria. 15 Imo, in duobus reis hoc receptum est, ut ſi ab uno petatur, ipſo jure alter liberetur. *l.* 2. §. *de duobus reis.* 16 *l.* 15. §. *de tutela, & rationibus.* Argumentum obſerva à duobus tutoribus ad duos depositarios. 17 Deponentes plures in ſolidum experiri possunt, niſi actum ſit, ut uni ſolvi poſſit. 18 *l.* 17. *in pr.* §. *ed.*

19 In dicta dos ponit put. al.

20 Depositum etiam ante tempus ſtatutum, & conventum, repetitur. *l. ult. &* §. *prov.* §. *cod.*

21 Ut ſequester, ſi causa ſuſta sit. *l.* 5. *in fin.* §. *cod.*

22 §. 22. §. *cod.*

23 Depositarius non tenetur, niſi de dolo & lata culpa. *l.* 23. §. *de rei. jur.*

24 Heres rem depositam apud defunctum vendens, juſtam ignoranti ea causam habet, *ut hic. & l.* 42. §. *de regulis* proinde hac ſpecie non tenebitur, niſi de eo, quod ad eum pervenit.

25 Pretium ſuccedit loco rei, & ſi exactum non sit, ceſſio actionis ſuccedit, *ut hic. & l.* 2. §. *cod.*

26 §. 22. §. *cod. l.* 36 *in fin.* §. *de peculio.*

27 Ceſſio actionum ſuccedit loco pretii non exacti & rei.

28 Niſi dolum admiſerit. *l.* 7. §. *penult.* §. *de tributoria.*

29 *l.* 1. §. 21. §. *cod.*

30 *l.* 10. §. 2. *in fine.* §. *mandati. l.* 28. §. *de petit. hered.*

31 Depositi contraria actio depoſitario datur, directa deponenti. *Goth.* Vid. in hanc leg. Bellon. *lib.* 2 *ſupput. cap.* 14. & Butrig. *l.* 1. Anſ. Adde Duaren. *de in litem jur. n.* 20. S. L.

32 Vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 26. §. *cod.* adde *l.* 6. *in fin.* §. *de his, qui notantur.*

33 Jurare in litem depositarius non potest: non juratur in litem in contraria depositi actione.

34 Depositi contraria actione non agitur de fide rupta, ſed de indemnitate depositarii.

35 Juratur in litem, ubi de fide rupta agitur, ſeu adverſum eum, qui fidem rupit.

36 Depositi etiam in ſequeſtrem actio datur: qua actione rem exhibere in loco convento, vel aliis ex locis convenitis cogitur.

37 *l.* 12. §. 2. §. *cod.*

38 *l.* 9. §. *de eo, quod certo loco.*

39 Vide *l.* 10. *in fin.* §. *de jure dot.*

40 Ut *l.* 1. §. 45. §. *cod.*

41 Sequeſter ſuum officium ſua ſponte deponere non potest, niſi ex causa, & judice intervenſente.

42 Vide *l.* 81. §. 1. §. *de ſolutionibus.*

43 Causa ſequeſtro juſtiſſima ſequeſtrarii munera deponendi est, ſi abfuturus sit, aut ſimilis causa. *l. filiusfamilias. In fin. cum l. ſeq.* §. *de procurat.*

44 *Cito*, ita videtur legiſſe Bartolus, quærens, quando cito dicatur. adde *l.* 9. §. 3. §. *de dolo.*

45 *V. l.* 1. §. 37. §. *cod.* 46 *l.* 17. §. *cod. l.* 110. §. *de verb. ſign.* 47 Et certo ordine ſervato. *l. un. C. de prohib. ſequeſt. pecun.* 48 De qua in *l.* 15. §. 41. §. *de injuriis.* Græcis malam manſionem, τὸ δέσμιον, appellari ſcribit Forner. 2 *ſelect.* 1. *Mali* vero vocabulo ſignificari quæſtionem apud Terent. in *Eunuch. act.* 4. *ſc.* 4. & in *Hecyra, act.* 3. *ſc.* 1. *in fin.* & Nonium in *dictione Patibulum.* 11. *Conſt. hiſt. lib.* 4. malæ manſionis deſcriptionem contineri in Toxari Luciani: huic non diſſimile eſſe ſupplicium apud Socratem, 2 *hiſt.* 42. Cujac. 9 *obſ.* 37. malam manſionem notat in Baſilicis vocari ζητεῖον, ἢ ξύλον, de ſi ἐμβάλωμι τὸν πόδα; eandem Cedreno κακοῦργον. Plauto, *ligneam cuſtodiam* appellari: apud acta Apoſtolorum ξύλον lignum dici apud Prudentium, *ligno plantas inſerit divaricatis cruribus*: ξύλον, inquam: hinc apud Euſebium, τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διαζεύξεις τῶν ποδῶν, & Lucianus, τὸ σκέλη ἐν τῷ ξύλῳ κεχλασμένα, ποδοκάκην. Ut res ſit nota extendi ſolitos fuiſſe reos ad malam manſionem, *ut hic.* 49 Miſericordiam intempeſtive exercens, dolum committere præſumitur, id facere dolus eſt pro ſumptus. *v. l.* 5. §. *de ſervo corrupto.* 50 Id eſt, potius quam. 51 *l.* 49. §. *de oblig. & act.* 52 In ſimplum tamen, nam actio depositi, in duplum, quum pœnalis sit, non tranſit. *l.* 18. *h. t.* Anſ. 53 *l.* 18. §. *cod.* 54 Foro cedunt nummularii. vide quæ notavi ad *l. ult.* §. *de cur. bon. dando. l.* 15. §. 7. §. *de injuriis.* 55 Deponi duobus modis ſolent apud nummularios pecuniæ, nimirum cuſtodiæ, aut fœneris gratia, *ut hic. & l.* 50. §. *de admin. tutor.* Hujus meminit Plautus Moſtellaria: illius vero, in Captivis. 56 *l.* 8. §. *cod. l.* 24. §. 2. §. *de reb. auct. judic. poſſid.* Imo poſt *l.* 14. §. 2. §. *de reb. auctor. judic. poſſid.* 57 Dixi ad *l.* 2. *C. de jure dominii impetrando.*

58 Deponentium eadem inter ſe conditio eſt. Ipſi tamen præferuntur fœneratoribus. *l.* 24 §. 2. §. *de reb. auct. jud. poſſid.* 59 Occupantis tamen melior erit conditio. *l.* 19. §. *de rejud.* 60 Argentariorum uſus neceſſarius. *Nov.* 136. 61 De qua v. quæ notavi ad *l.* 51. §. *ult.* §. *ad l. Aquil.* 62 In conſervandis, verbi gratia, bonis foro cedentis: & eorum venditione facienda. *Bart.* 63 Heres ex dolo defuncti tenetur pro portione hereditaria: ex proprio, in ſolidum. 64 *l.* 18. §. *cod.*

X. JULIANUS lib. II ex Minicio.

NEc adversus coheredes ejus, qui dolo carent, depositi actio competit.

De servo deponente.

XI. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

QUod [65] servus deposuit, is, apud quem depositum est, servo [66] rectissime reddet ex bona fide: nec enim convenit bonæ fidei, abnegare id, quod quis accepit, sed debebit reddere ei, à quo accepit: sic tamen, si sine dolo omni reddat, hoc est, ut nec culpæ quidem suspicio sit: Denique Sabinus hoc explicuit, addendo, *nec ulla causa intervenit, quare putare possit, dominum* [67] *reddi nolle*: hoc ita est, si potuit suspicari, justa scil. ratione motus: cæterum sufficit bonam fidem adesse: sed & si ante ejus rei furtum fecerat servus, si tamen ignoravit is, apud quem deposuit, vel credidit dominum non invitum fore hujus solutionis, liberari potest: bona enim fides exigitur. Non tantum autem si remanenti in servitute fuerit solutum, sed etiam si manumisso vel alienato, ex justis causis liberatio contingit: scilicet, si quis ignorans [68] manumissum vel alienatum, solvit: Idemque & in omnibus debitoribus servandum Pomponius scribit.

Res ibi debet restitui, ubi deposita est, nisi alibi expensis petentis petatur. Bart.

De loco. 1. De actione sequestraria. 3. De periculo rei depositæ.

XII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

SI in Asia depositum fuerit, *ut Romæ reddatur*, videtur [69] id actum, ut non impensa ejus id fiat, apud quem depositum sit, sed ejus, qui deposuit [70]. §. 1. Depositum *eo* [71] *loco* restitui debet, in quo sine dolo malo ejus est, apud quem depositum est: ubi vero depositum est, nihil interest. † Eadem dicenda sunt communiter & in omnibus bonæ fidei judiciis. Sed dicendum est, si velit actor suis impensis, suoque periculo perferri rem Romam, ut audiendus sit: quoniam & in ad exhibendum actione id servatur.

§. 2. Cum sequestre [72] recte agetur depositi sequestraria [73] actione: quam & in heredem ejus reddi oportet [74]. §. 3. Quemadmodum quod ex stipulatu vel ex testamento dari oporteat [75] post judicium acceptum cum detrimento rei periret, sic depositum quoque eo [76] die, quo depositi actum sit, periculo ejus, apud quem depositum fuerit, est, si judicii accipiendi tempore potuit id reddere reus, nec reddidit.

De inficiatione depositarii. 1. De condictione.

XIII. PAULUS lib. XXXI ad Sabinum.

SI quis inficiatus sit non adversus dominum, sed quod [77] eum, qui rem depositam petebat, verum procuratorem non putaret, aut ejus, qui deposuisset, heredem: nihil dolo malo fecit: postea [78] autem [79] si cognoverit, cum eo agi poterit: quoniam nunc [80] incipit dolo malo facere, si reddere eam non vult. §. 1. Comperit etiam condictio [81], depositæ rei nomine: sed [82] non antequam id dolo admissum sit: non enim quemquam hoc ipso, quod depositum accipiat, condictione obligari, verum quod dolum malum admiserit.

De heredibus depositarii. 1. De naturali interitu rei depositæ.

XIV. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SI plures heredes exstiterint ei, qui deposuerit, dicitur si [83] major pars [84] adierit, restituendam rem præsentibus. *Majorem* [85] autem *partem* non ex numero utique personarum [86], sed ex magnitudine portionum hereditariarum intelligendam, cautela idonea reddenda. §. 1. Sive autem cum ipso, apud quem deposita est, actum fuerit, sive cum herede ejus, & sua [87] natura res ante rem judicatam interciderit, veluti si homo mortuus fuerit, Sabinus & Cassius, absolvi debere eum cum quo actum est, dixerunt: quia æquum esset, naturalem interitum ad actorem [88] pertinere: utique, cum [89] interitura esset ea res, etsi restituta esset actori.

De eo qui rem suam ex posito vel alia causa accepit.

XV. JULIANUS lib. XIII Digestorum.

QUi rem suam [90] deponi apud se patitur [91], vel utendam rogat, nec depositi [92] nec commodati actione tenetur: sicuti qui rem suam conducit, aut precario rogat, nec precario tenetur, nec ex locato.

De depositario deponente.

XVI. AFRICANUS lib. VII Quæstionum.

SI is [93], apud quem res deposueris, apud alium eam deponat, & ille dolo quid admiserit, ob dolum ejus, apud quem postea sit depositum, eatenus eum teneri apud quem tu deposueris, ut actiones [94] suas tibi præstet.

Apud sequestrem plures tantum deponunt: & tunc possessio amittitur. Delegatio pro justa præstatione hic fuerit. Bart.

De sequestre, proprietate, & possessione rei depositæ.

XVII. FLORENTINUS lib. VII Institutionum.

LIcet deponere tam plures quam unus possunt, attamen [95] apud sequestrem nonnisi plures [96] deponere possunt: nam tum [97] id fit, cum aliqua res in controversiam deducitur [98]: itaque hoc casu in [99] solidum unusquisque videtur deposuisse [100]: Quod [1] aliter [2] est, cum rem communem plures deponunt. §. 1. Rei depositæ proprietas apud deponentem manet, sed [3] & possessio: nisi [4] apud sequestrem deposita est: nam tum demum sequester possidet [5]: id enim agitur ea [6] depositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat [7].

De re deposita ex quatuor causis edicti.

XVIII. NERATIUS lib. II Membranarum.

DE [8] eo, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum est, in heredem [9] de dolo mortui actio est pro hereditaria [10] portione, & in simplum [11], & intra annum quoque: in ipsum, & in solidum, & in duplum, & in perpetuum datur.

De filiofamilias.

XIX. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

IUlianus & Marcellus putant, filiumfamilias [12] depositi [13] recte agere posse.

De re amissa à depositario.

XX. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

SI sine [14] dolo malo rem depositam [tibi], amiseris, nec depositi teneris, nec [15] cavere debes, *si deprehenderis, eam reddi*: si tamen ad te iterum pervenerit, depositi teneris.

De emancipatione, 1. Vel manumissione depositarii.

XXI. IDEM lib. LX ad Edictum.

SI apud filium familias res deposita sit, & emancipatus [16] rem teneat, pater nec intra annum de peculio debet conveniri: sed ipse filius. §. 1. Plus Trebatius existimat, etiam si apud servum depositum sit, & manumissus rem teneat, in ipsum [17] dandam [18] actionem, non in dominum, licet ex cæteris causis in manumissum actio non datur.

De heredibus depositarii.

XXII. MARCELLUS lib. V Digestorum.

SI duo heredes rem apud defunctum depositam dolo interverterint, quodam utique casu in partes tenebuntur: nam si [19] diviserint [20] decem [millia], quæ apud defunctum deposita fuerant, & quina [millia] abstulerint, & uterque solvendo est, in partes obstricti erunt: nec enim amplius actoris interest. Quod si lancem conflaverint, aut constari ab aliquo passi fuerint, aliave quæ species dolo eorum interversa fuerit, in solidum [21] conveniri poterunt, acsi ipsi servandam suscepissent: nam certe verum est in solidum quemque dolo fecisse: &, nisi pro solido, res non potest restitui: Nec tamen absurde sentiet, qui hoc putaverit, plane, nisi integræ rei restitutione, eum, cum quo actum fuerit, liberari non posse; condemnandum tamen, si res non restituetur, pro qua parte heres exstitit.

De impensis factis à depositario.

XXIII. MODESTINUS lib. II Differentiarum.

ACtione [22] depositi conventus [23], servo constituto [24] cibariorum [25] nomine, apud eundem Judicem utiliter experitur.

De commodato. De restitutione corporis, vel tantidem. De usuris.

XXIV. PAPINIANUS lib. IX Quæstionum.

LUcius Titius Sempronio salutem: *Centum nummos, quos hac die commendasti mihi, adnumerante servo Stycho actore, esse apud* [26] *me ut* [27] *notum haberes, hac epistula, manu mea scripta, tibi notum facio: quæ, quando voles, & ubi voles, confestim tibi numerabo.* Quæritur, propter usurarum incrementum? *Respondi*, depositi actionem locum habere: quid est enim aliud *commendare* [28], quam deponere? Quod ita verum est, si id actum est, ut corpora [29] nummorum eadem redderentur: nam si, ut tantundem solveretur, convenit, egreditur ea res depositi notissimos terminos. In qua quæstione, si depositi actio non teneat, cum convenit tantundem, non idem reddi, rationem [30] usurarum haberi, non facile dicendum est. Et est quidem constitutum, in [31] bonæ fidei judiciis, quod ad usuras attinet, ut tantundem possit officium arbitri [32], quantum stipulatio: sed contra bonam fidem & depositi naturam est, usuras ab eo desiderare temporis [33] ante moram, qui beneficium in suscipienda pecunia dedit: si tamen ab initio de usuris præstandis convenit [34], lex contractus servabitur.

De patre res puellæ obsignatas accipiente. 1. De restitutione tantidem. De usuris.

XXV. IDEM lib. III Responsorum.

DIe sponsaliorum aut postea res oblatas puellæ, quæ sui juris fuit, pater [35] suscepit: Heres [36] ejus, ut exhibeat, recte convenietur etiam actione depositi [37]. §. 1. Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantundem redderet, depositam, ad usus proprios [38] convertit, post moram in [39] usuras quoque judicio depositi condemnandus est.

Reddendum esse depositum. 1. Pactum de usuris. 2. De epistola, quæ quis faterur se res accepisse, & creditorem esse.

XXVI. PAULUS lib. IV Responsorum.

PUblia Mævia, cum proficisceretur ad maritum suum, arcam clusam [40] cum veste & instrumentis commendavit [41] Gaiæ Seiæ, & dixit ei: *Cum salva sanave venero, restitues mihi: certe, si* [42] *aliquid mihi humanum* [43] *contigerit, filio meo, quem ex alio marito suscepi*: Defuncta ea intestata, desideto, res commendatæ, cui restitui debeant: filio, an marito? *Paulus respondit*, filio [44]. §. 1. Lucius Titius ita cavit: Ἐλαβον, ἐγὼ εἰς λόγον τῆς καταδικης τὰ πορογραμμένα τῶ ἀργυρεῖα σκεύεα μωϊα, ἃ πάντα ποιήσω, ἃ συμφωνῶ, ἃ ὠμολ-

---

65 Depositum reddi ei, qui deposuit, justissime potest, etiamsi servus sit, nisi justa causa fuerit credendi dominum id permissurum non fuisse.

66 Vide *l.* 35. §. *de solutionibus.*

67 *l.* 5. *in fin.* §. *de reb. cred.*

68 *l.* 18. §. *de solutionib.* adde §. 10. *Instit. de mandato.*

69 Depositi pactitia exportatio, seu alium in locum translatio, expensis deponentis fieri debet. merito: res enim ejus est.

70 Quo nomine competit depositario actio. *l.* 23. §. *eod.* Goth. Vide *l.* 22. §. *cod. & l.* 7. *ff. quem testam. ap.* Auct.

71 Depositum eo loco restitui debet, quo depositum fuit, nisi alio loco, idque actoris expensis, petatur. *l.* 38. §. *de judiciis. l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. §. *de rei vindicat. l.* 11. *in pr.* §. *ad exhib. l.* 3. *in fin.* §. *de act. empt. l.* 47. *in pr. vers. sed si alibi.* §. *de legat.* 1.

72 *l.* 5. §. 1. §. *eod.*

73 Sequestraria actio in sequestrem datur.

74 Sequestraria actio etiam in heredem sequestri datur. *l.* 25. §. *eodem. l.* 8. *C. eod.* v. *Robertum* 1 *sent.* 23.

75 Depositarius periculum rei depositæ præstat post litem contestatam. *Goth.* Vid. in hunc §. Joann. Robert. *lib.* 1 *sent.* 23. S. L.

76 Casum præstat depositarius, si culpa ejus præcessit casum.

77 Vide *l.* 2. §. *quod falso tutore.*

78 Dolo malo facere quis ab ea die videtur, qua non justam litigandi causam habuit.

79 *l.* 7. §. 2. *in fin.* §. *de tributoria. l.* 2. §. 5. §. *de doli except.*

80 Ab initio quis delegetur, an ex post facto, nihil interesse, hinc colligunt. *l.* 17. §. 4. §. *de ædilitio. l.* 25. §. 5. §. *de heredit. petit.*

81 Depositarius furtiva & sine causa condictione teneri potest.

82 *l.* 16. §. *de condict. furt.*

83 Depositum dividuum majori parti heredum reddi debet, *ut hic.* Dividuum enim uni reddi potest. *l.* 1. §. *idem Pomponius.* §. *eod.*

84 Pars major heredum, quod facit, petitve, præferendum, *ut hic. Pars* ita major quod decernit, de rerum Ecclesiasticarum alienatione, sequendum est. *Nov.* 120. *c.* 6. *vers. si vero noluerit.*

85 Major pars heredum non ex numero personarum æstimatur, sed ex magnitudine portionum hereditariarum.

86 Vide *l.* 8. §. *de pactis.*

87 Deposita res, si eo modo perit apud depositarium, quo peritura erat apud deponentem, depositarius liberatur.

88 Id est, ad dominum, cui res perire solet. *l.* 6. *C. de pignoratitia.*

89 *l.* 14. §. 11. §. *quod metus causa. v. l.* 44. §. *ex quibus causis majores.*

90 Depositum suæ rei non consistit, neque eo casu depositi agitur.

91 Ignorans sc. ut *l.* 31. §. 1. *vers. si tamen ignorans.* §. *eod. v. l.* 82. §. *de verb. oblig.* alias, rei suæ nemo depositarius est. *l.* 45. §. *de reg. jur.* ordinarie sc. & proprie.

92 Suam rem, ex depositi, commodati, conducti, precariive causa nemo habere potest.

93 Depositarius si apud alium deposuerit, tenetur depositori præstare quanti ejus interest, vel suas actiones adversus secundum depositarium cedere.

94 *l.* 1. §. 11. §. *eod.*

95 Sequestri & depositi differentia. Deponere etiam unus potest: apud sequestrem vero non deponunt, nisi plures, *ut hic. Synopsis Basil.* 13. *c.* περὶ μισθωτῶν. Goth. Ad hanc leg. vid. Corras. *lib.* 1 *miscell. cap.* 2. Zas. *part.* 2 *Antinom. n.* 4. S. L.

96 Vide *l.* 6. §. *eod.*

97 Sequestro locus est, cum aliqua res in controversiam deducitur: cum deponi res ultro possit.

98 Vel expectatur cautio. *l.* 7. *in fin.* §. *qui satisdare.*

99 Apud sequestrem qui deponunt, singuli in solidum deponunt, non pro parte.

100 Et tenetur depositi sequestraria. *l.* 5. §. 1. §. *eod.*

1 Sequestri à deposito secunda differentia. Qui rem communem deponunt, pro parte: qui apud sequestrem litigiosum deponunt, singuli, non in solidum deponunt.

2 Tunc enim quilibet pro sua parte depositum esse videtur. *l.* 1. §. 44. §. *eod.*

3 Vide *l.* 2. §. 1. §. *pro herede.*

4 Sequestri & depositi tertia differentia. Qui deponit simpliciter, proprietatem & possessionem retinet: qui apud sequestrem consensu deponunt, possessionem amittunt, *ut hic. l. Interesse.* 39. §. *de adquir. possess.* nisi auctoritate judicis res sequestratur, invito possessore. *arg. l.* 3. *de adqu. possess.* Butrigarius, Aret. Cynus. *l.* 1. 2. *C. de prohibita sequestr.*

5 Neuter ergo possidet, ut quoties inter eos conflictus est de possessione, fiat hic sequestratio, *ut hic.* secus si confessum est ab iis: quæ enim sequester possidet in vicem commodum. *l.* 39. §. *de adquir. possess.*

6 Sequestrum est species depositi

7 Vide Leonin. *Emend. lib.* 7. *c.* 1. *n.* 3. Auct.

8 V. *l.* 1. §. 1. §. *eod.*

9 *l.* 7. §. 1. §. *eod.*

10 *l.* 9. §. *eod.*

11 *l.* 1. §. 1. *in fin.* §. *eod.*

12 Filiofamilias etiam reddendum est depositum. *l.* 9. §. *de oblig.*

13 Nec tantum depositi, sed de omnibus adventitiis. *l. ult. C. de bonis, quæ liberis.*

14 V. *l.* 1. *C. eod.*

15 Imo, cavendum videtur. *l.* 3. §. 2. *in fin.* §. *de cond. causa data.*

16 Depositi post emancipationem filius: post manumissionem, servus etiam tenetur.

17 V. *l.* 1. §. 18. §. *eod.*

18 Imo non datur. *l.* 1. §. *si apud.* §. *eod. l. Pomponius.* 9. §. *de negotiis.*

19 Heredes depositarii defuncti, si pecuniam depositam diviserint inter se, pro parte; si non diviserint, sed ex pecunia deposita lancem, vel cala quid conflaverint, in solidum tenentur.

20 Eodem modo tenentur tutores, si inter se diviserint pecuniam. *l.* 55. *in pr. vers. plane.* §. *de administr. tut.*

21 Adde *l.* 3. §. 3. §. *commodati.*

22 Directa.

23 Is videlicet, apud quem deposita sunt mancipia, vel animalia.

24 Hæc duo verba *servo constituto*, desunt in fragmentis collationis legum Mosaicarum, tit. 10. Pet. Pithœus, vir doctissimus, mihique amicus, *ibid.* notat, superiora verba non recte legi: reponit itaque *servo restituto.*

25 Depositi actione impensæ in depositum factæ repetuntur: nec enim depositarius ad impensas circa depositum faciendas tenetur. *l.* 12. §. *eod.*

26 Apud se res alienas esse, qui scribit, depositum fateri, seu agnoscere videtur.

27 Nummularii ad fidem mensæ conteitandam plerunque notum creditoribus faciebant, quantum penes se esset pecuniæ adnumeratæ, vel ab ipso creditore, vel ejus actore, *ut hic. & l.* 28. §. *eod. l. emptor.* §. 1. §. *de pactis. l.* 24. *l. ult.* §. *de pecunia constituta. l. ult.* §. *de institoria actione. l.*

---

ult. §. *de obligationibus. l.* 34. §. *mandati.*

28 *l.* 186. §. *de verb. signif.* Commendatum, idemque Cujac. *ad* 2 Paul. 12. §. *ult.* notat, juris compositores, *in l. ult. C. commodati.* perperam legisse *commodati*, pro *commendati.* Ambros. in *lib. de Tobia, c.* 20. Pignus dicunt, quod pro mutuo ære susceptum est: Commendatum autem, & depositum, quod custodiatur causa alicujus commissi. Hæc ille: & Paul. 2 *sent. apud collectorem collationis legum Mosaicarum, tit.* 10. deponere videtur, qui rem custodiendam commendat.

29 Corpora nummorum hic distinguuntur à quantitate. vide *l.* 94. §. *de solutionibus.* Corpus, idem: quantitas, tantundem efficit.

30 V. Horom. § *obs.* 1. *& l.* 9. §. *ult.* §. *de rebus creditis.*

31 Usuræ à tempore mortis in depositi actione debentur officio judicis: quod in bonæ fidei judiciis tantundem præstat, quod in stricti juris stipulatio expressa, *ut hic.*

32 V. *l.* 54. §. *locati.* v. *quæ notavi de officio judicis ad l.* 21. §. *de interreg.* De judice id proditum. *l.* 7. §. *de negotiis.*

33 *l.* 40. *in fin.* §. *de rebus creditis.*

34 Ut *l.* 26. §. 1. §. *eod.* Usuræ in deposito nuda etiam conventione debentur. v. *l.* 30. §. *de usuris.*

35 Depositi tenetur, qui ine præsente rem meam recipit. v. tamen *l. fidejussor.* 32. §. *ignorante.* 1. §. *de negotiis.*

36 *l.* 14. §. 2. §. *eod.*

37 Imo, non depositi, sed actione negotiorum. *l.* 32. *in fin.* §. *de negotiis.*

38 V. *l.* 1. §. *eod.*

39 V. *l.* 32. §. 2. §. *de usuris.* Paul. 2 *sent.* 12. §. 2.

40 Clusam, id est, clausam. Goth. Ad hanc leg. vid. Decher. *lib.* 2 *differt.* 11. *n.* 26. *& seq.* Auct. Adde Alciat. *lib.* 1 *paradox. c.* 1. & Cujac. *lib.* 27. *c.* 18. S. L.

41 Commendare idem, quod deponere.

42 Depositum in hac specie filio restituendum, non ex pacto matris (mater enim filio utiliter stipulari, aut actionem acquirere non potest, *l.* 26. *C. de jure dotium.*), sed ex fideicommisso: quod hæc verba ostendere videntur. v. *Antonium Fabrum* 1 *Conjecturar.* 4.

43 His verbis mors innuitur. *l.* 162. §. *de verb. signif.* §. 1. *Inst. de donationib.*

44 Heredi. *l.* 8. *C. ad exhibendum.*

ἀπολόγησαι, ἀπ παρέχεις, ἢ συνθήκαις χρησάμενοι σοι τὸν τόκον λήψῃ μετὰ τοῦ κεφαλαίου δύο ἐνιαυτοῖς, μάχεται τῇ διαθέσει πάντως ἀφυρ- εῖς: id est, *Suscipi, habeoque apud me titulo depositi suprascripta denaria argenti decem mille: meque ad prescriptum omnia præstaturum & promitto, & profiteor 45: conventione facta ut nulla, ut quoad omne argentum redditur, in singulos menses, singulasque libras, usurarum nomine, quaternos tibi obolos subministrem. Quæro*, an usuræ peti possunt? *Paulus respondit*, eum contractum, de quo quæritur, depositæ pecuniæ modum excedere 46: [&] ideo secundum 47 conventionem usuræ quoque actione depositi peti possunt. §. 2. Titius Sempronii salutem 48, *Habere me à vobis auri pondo plus minus decem, & discos duos, saccum signatum: ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium deposuistis: item quos Trophimati 49 decem: item ex ratione patris vestri decem, & quod exciderit 50: Quæro* 51, an ex hujusmodi scriptura aliqua obligatio nata sit, scilicet quod ad solam pecuniæ causam attinet? *Respondit*, ex 52 epistula, de qua quæritur, obligationem quidem nullam natam videri, sed probationem depositarum rerum impleri posse: An 53 autem is quoque, qui deberi sibi cavit in eadem epistula decem, probare possit hoc, quod scripsit, Judicem æstimaturum.

Si detur in dotem servo, & sub titulo depositi in cautionem conferatur.

XXVII. IDEM lib. VII Responsorum.

LUcius Titius, cum haberet filiam in potestate Seiam, Pamphilo servo 54 alieno in matrimonium collocavit: cui etiam dotem dedit, quam sub 55 titulo depositi in cautionem contulit, & postea, nulla denunciatione à 56 domino facta, pater decessit: mox & Pamphilus servus 57: *Quæro*, qua actione Seia pecuniam petere possit, cum ipsa patri heres extiterit? *Paulus respondit*, quoniam dos constitui non 58 potuit, ex causa depositi actione de peculio pecuniam repetendam.

De usuris.

XXVIII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

QUintus Cæcilius Candidus ad Paccium Rogatianum epistulam scripsit in verba infra scripta: *Cæcilius Candidus Paccio Rogatiano suo salutem. Viginti quinque nummorum, quos apud 59 me esse voluisti, notum tibi [ita] hac epistola facio, ad rationem meam ea pervenisse, quibus ut primum prospiciam, ne vacua 60 tibi sint, [id est, ut usuras eorum accipiam,] curæ 61 habebo. Quæsitum est*, an ex ea epistula 62 etiam usuræ peti possunt? *Respondi* 63, deberi ex bonæ fidei judicio [usuras], sive 64 percepit, sive pecunia in re 65 sua usus est.

De contrectatione, I. Et usu rei depositæ. De usuris.

XXIX. PAULUS lib. II Sententiarum 66.

SI facculum 67 vel argentum signatum depositum fuero, & is, penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit, & depositi 68 & furti actio mihi in eum competit. §. 1. Si [ex] permissu 69 meo deposita pecunia is, penes quem deposita est, utatur, ut in cæteris bonæ fidei judiciis, usuras 70 ejus nomine præstare mihi cogitur.

De litis æstimatione.

XXX. NERATIUS lib. I Responsorum.

SI fidejussor pro te, apud quem depositum est, litis æstimatione damnatus sit, rem 71 tuam fieri.

Bona fides quomodo accipitur. I. De re deposita apud dominum.

XXXI. TRYPHONINUS lib. IX Disputationum.

BOna 72 fides, quæ in contractibus 73 exigitur, æquitatem summam desiderat. Sed eam utrum æstimamus ad merum 74 jus

45 Valet talis conventio. *l. 24. in fin. ff. eod.*

46 Non excedere. Hotoman 4 *obs.* 10.

47 Plane pacto etiam nudo in bonæ fidei contractibus deberi. *l. 7. C. de pactis inter emptorem, & venditorem.* adde *l. 24. in fin. ff. eod. l. 30. ff. de usuris.*

48 Epistolæ salutatione dignoscuntur. *Duar.* 1. *disp.* 46. non necessario tamen: extant enim multæ antiquorum epistolæ sine inscriptione. Deinde mandatorum scripturæ inscriptiones habent, *l. 6. pro procuratore cum. 65. ff. de procurat. l. si vero non remunerandi. 12. §. cum quidam. 12 l. si mandatu. 59. §. 5. ff. mandati.* ut & Imperatorum rescripta, & Jurisconsultorum responsa, *l. interdum. 16. in pr. & §. pen. ff. de publican. & vectig. l. Domitius. 27. ff. de testam. l. Proculus. 67. ff. de jure dotium.* & tamen epistolæ non sunt. vide Rob. 4 *sent.* 20. Goth. Pro intellectu hujus text. vid. Alciat. *lib. 1. disjunct. cap.* 19. Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. cent. 1. cas.* 93. *num.* 16. Cujac. *lib. 1 obs. cap.* 11. S. L.

49 Id est, nutricii. *Aug. 4 Emend. 16.* legit, κυβερνήτου. *Hal.* κηροκοπίου. male: Trophimas enim nomen est viri, cui Sempronii decem dederant ex causa depositi: dicitur, & τροφιμᾶς, 2 *ad Timoth. in fin.*

50 Id est, quod ordinem, numerum, & mensuram egreditur. hinc Auguſt. 12 *de civitate, Quod nos modo quærimus post quinque millia, & quod excurrit, annorum. & lib.* 15. *nunquid credibile est, per mille quadringentos, & quod excurrit, annos*, &c. Hinc Cicero *in Oratore, excurrentia* verba appellat, quæ ultra rhythmum legitimum adduntur: & Quintilianus, 4. *quadrans dicitur summa, & solida, in qua nihil excurrit.* Budæus hic. Voluſius Mæcianus *in libro de asse, Ingeniosissime*, inquit, *cum ad denarium ratio conficitur, excurrentia æris nota inventa est.* Oratus, 1 *ad Parmenianum, Ferme ante annos 60, & quod excurrit, per totam Africam perfectionis est denegata potestas: & lib.* 3. *Ante annos 60, & quod excurrit, fuerat Annulinus.* Vegetius 1. *ad finem: Post primum Punicum bellum vigenti, & quod excurrit, annorum, pax ita Romanos otio onerauit, ut secundo bello Punico Hannibali pares esse non possent.* Cujac. 1 *obs. ult.* 51 Epistola an & quemadmodum fidem faciat pro scribente, & adversus eundem, vel tertium, dixi ad *l.* 34. §. 1. *ff. de pignor. l.* 24. *ff. de fidejuss.* 52 Verba enunciativa non inducunt dispositionem in contractibus, sed probationem. vide quæ notavi ad *l.* 29. *ff. de probat.* 53 Epistola interdum pro scribente probat: nimirum quoties capita debiti & crediti connexa habet, ut unum pro scribente, alterum adversus scribentem faciat: hujusmodi epistolam is, ad quem missa est, si recepit, nec improbavit, nec contradixit, vel si adversus id caput non protestatus est, intelligitur eam epistolæ partem comprobasse. *arg. l. filiusfamilias. ff. ad Macedonianum.* sic tamen, ut eo casu plurimum posse judicis arbitrium dicamus. ff. *eod. judicem æstimaturum.* hic adde, quæ tradit Socinus *regula* 186. Goth. An liber scribentis pro scribente probet, v. Fachin. *contr. lib. 11. c.* 33. Ans. Et Epistola an & quando probet pro, aut contra scribentem, vid. Johann. de Plasserib. *de privat. scriptura. lib.* 3. *c.* 1. S. L. 54 *V. l. unic. C. de SC. Claudiano. 11. Ulpian. 11.* 55 Vide Titulum Cod. plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur. 56 Nulla denunciatione domino facta. Hotom. 5 *obs.* 23. *ex l.* 3. *C. de mulieribus. & Tertull. 2 ad uxorem.* 57 An liber fuerit, v. *Nov* 22. *c.* 10. 58 Nupsit enim libera servo: quo casu dos non est. *§. ult. Inst. de nupt.* 59 V. quæ scripti ad *l* 24. ff. *eod.* 60 Vacua pecunia, otiosa, ut *l.* 13 ff. *de usuris.* 61 Curam depositæ pecuniæ intra certum tempus fœneratæ promittens, usuras ejus pecuniæ præstat. 62 Epistola usuræ constitui possunt. 63 Depositarius usuras debet, si usuras ex deposito percepit, aut rebus depositis usus fuit. Idem & in aliis bonæ fidei judiciis. *Synops. Basil. 13. tit. 2. c. 28. in pr.* 64 *l.* 29. §. 1. ff. *eod.* 65 *l.* 25. *in fin.* ff. *eod. l.* 3. 4. *C. eod.* 66 *Tit.* 12. §. 1. 67 Σύνοψις, *Ecloga ibidem.* sicellum. *tit.* 10. *collationis legum Mosaicarum.* ut sit sensus, eum, qui deposito à me argento, vel sicco signato utatur præter voluntatem meam, tam depositi, quam furti in duplum teneri. *Synops. ibid. c.* 28. *in fin.* §. 23. *Inst. de act.*

68 *l.* 3. *C. eod.* 69 Nec enim aliter potest, sine furti vitio. §. 6. *Inst. de oblig. ex delicto.*

70 Dic ut in *l.* 28. *in fin.* ff. *eod.* 71 *V. l.* 46. ff. *de rei vindic.* 72 Bona fides in contractibus æquitatem summam desiderat, hoc est, id exigit, ut res deposita deponenti restituatur, nisi extrinseca & specialis ratio id impediat. 73 *l.* 4. *C. de oblig.* 74 *Merum jus*, ipsum jus.

gentium 75, an 76 vero cum præceptis civilibus, & prætoriis: veluti reus 77 capitalis judicii depositi apud te centum, is deportatus est, bona ejus publicata sunt; utrumne ipsi hæc reddenda, an in publicum deferenda sint 78? Si 79 tantum naturale jus & gentium intuemur, ei, qui dedit, restituenda sunt: si 80 civile jus, & legum ordinem, magis 81 in publicum deferenda sunt: Nam male meritus publice, ut 82 exemplo 83 aliis ad deferrenda maleficia sit, etiam egestate laborare deber. §. 1. Incurrit hic & alia inspectio, an bonam fidem inter 84 eos tantum, inter quos contractum est, nullo extrinsecus 85 adsumpto 86, æstimare debeamus, an respectu etiam aliarum personarum, ad quas id, quod geritur, pertinet; exempli loco, latro 87 spolia, [quæ] mihi abstulit, posuit apud Seium inscium de malitia deponentis, utrum 88 latroni, an mihi restituere Seius debeat? Si per se dantem, accipientemque intuemur, hæc est 89 bona fides, ut commissam rem recipiat is 90, qui dedit: Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis, quæ negotio isto continguntur, impletur, mihi 91 reddenda sunt, quo facto scelestissimo adempta sunt: & probo *hanc esse justitiam, quæ suum 92 cuique tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione.* Quod si ego ad petenda ea non veniam, nihilominus ei restituenda sunt, qui depositi, quamvis male quæsita deposuit: Quod & Marcellus in prædone & fure scribit. Si tamen ignorans latro, cujus filio, vel servo rem abstulisset, apud patrem dominumve ejus deposuit ignorantem, nec 93 ex jure gentium consistet depositum; cujus hæc est potestas, ut alii, non domino sua ipsius res quasi aliena servanda detur: Et si rem meam fur, quam me ignorante subripuit, apud me etiam nunc delictum ejus ignorantem deposuit, recte dicetur non contrahi depositum: quia * non est ex fide bona, rem suam dominum prædoni restituere compelli: sed & si etiam nunc ab ignorante domino tradita sit, quasi ex causa depositi, tamen indebiti dati condictio competet.

De lata culpa.

XXXII. CELSUS lib. XI Digestorum.

QUod Nerva diceret, *latiorem 94 culpam dolum esse*, Proculo displicebat, mihi verissimum videtur. Nam & si quis non 95 ad eum modum, quem hominum 96 natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum 97 modum curam in deposito præstat, fraude non 98 caret: nec 99 enim salva fide minorem iis, quam suis rebus, diligentiam præstabit.

De servo deponente apud sequestrem.

XXXIII. LABEO lib. VI Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

SErvus 100 tuus pecuniam cum Attio in 1 sequestre posuit apud Mævium, ea conditione, *ut ea tibi redderetur, si tuam esse probasset: si minus, ut Attio [redderetur]*: Posse dixi eum eo, apud quem deposita esset, incerti agere, id est, ad 2 exhibendum, & exhibitam vindicare: quia servus in deponendo tuum jus deterius 3 facere non potuisset.

De deposito non gratu reddito.

XXXIV. IDEM lib. II Pithanon.

POtes agere depositi 4 cum eo, qui 5 tibi non 6 aliter, quam nummis à te acceptis depositum reddere voluerit, quamvis sine mora & incorruptum reddiderit.

75 *Gentium jus*, quod naturale etiam paulo post appellat.

76 Bona fides in deposito, an æstimanda sit ex jure gentium, civili, vel prætorio?

77 Depositum, an sit restituendum reo capitalis judicii, deportato & bonis ejus publicatis?

78 Ante inquisitionem bonorum rei. v. quæ notavi ad *l.* 4. §. *ultim. ff. de condict. ob turpem.*

79 Juris naturalis seu gentium cum civili hæc pugna est: Naturali jure, depositum ei, qui deposuit, reddendum: civili jure, non est reddendum, si reus capitis damnatus sit, & bona ejus publicata: Depositum quippe eo casu in publica cum deferendum est: Jus civile publicum, præfertur privato. Ita debitores hominis damnati, cujus bona publicata sunt, fisco, non privato, solvere debent.

80 Quod prævalet, præferendumque est.

81 *Æquitas* non ex mero jure naturali, & gentium, cuique consideranda, sed ex jure civili potius; & prætorio.

82 V. *l.* 6. *in fin.* ff. *de custodia. l.* 1. *in pr. C. ad legem Juliam. repetund.*

83 Pœnarum exemplo à delictis homines deterrentur.

84 Officium judicis bonæ fidei actioni deferviens, ultra personas actoris, & rei porrigitur.

85 Extraneæ personæ in judiciis adhibituntur ex æquo & bono, quod naturaliter ex æquo & bono, non obligant. *Bart. ad l.* 24. ff. *de fidejussor.* nisi pericule suo literas deferenti,

puta, si eorum interest. 86 Ut in *Novell.* 88. *c.* 1. 87 *l.* 1. §. 39. ff. *eod.* 88 Deponenti latroni dominus præferendus est, hoc est, depositum vero domino potius restituendum, quam latroni, qui deposuit. 89 Notanda est hic æqui & boni pugna. 90 *l.* 11. ff. *eod.*

91 Domino sc. non prædoni. 92 Imo, deponenti potius, quam domino, restituenda res videtur. *arg. l.* 1. §. *pen.* ff. *nautæ, caupones.* 93 Vide *l.* 15. ff. *eod.* 94 Comparativus pro positivo hic sumitur. *Zas. glos. in hanc legem. & Corras.* 4 *Miscell.* Est tamen qui legat, leviorem. Hotom. 3 *observ.* 2. ineptissime: Hic enim agitur de latiore, id est, lata culpa. *ver. Nam & si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est.* ff. *eod.* quæ latioris culpæ definitio est. Quemadmodum & *lata culpa* speciem possis dicere, hanc vocem tantum, sine consequentibus legisse: quod is facit, qui pro latiore culpa leviorem hic substituit. Veteres interpretes quinque Culparum species constituunt, latissimam, latiorem, latam, levem, levissimam; quod Zasius reprehendit, quod majus & minus non constituant diversas species. Oldendorpius levem, & leviorem: Corrasius levem, leviorem, levissimam, *ibid.* admittit. *Goth.* Vide in hanc l. Loriot. Butrig. & Charond. *verisimil. lib.* 3. *cap.* 9. Ans. Adde Corras. *lib.* 4. *miscell. cap.* 1. 2. Joann. Robert. *recept. jud. cap.* 7. & Cagnol. *ad l. contractus.* 23. *ff. de reg. jur.* S. L. 95 Hanc negativam, sive relinquas, sive expungas, sensus est, *Latam culpam* duobus indiciis deprehendi: Primo, si quis quid non ad eum modum faciat, quo omnes homines faciunt: altero, si quis non eodem modo in re aliena, ac in suis rebus, versetur. *ut* ff. *eod.* utrumque dolo proximum est. *Lewis* est, quoties eandem in alienis, quam in suis rebus diligentiam, & fidem præstat, non tamen eam, quam circumspectiores homines, & diligentissimi adhibent: Et ut paucis dicam, *levis culpa* est consuetudo in rebus suis & alienis negligentia, *l.* 22. §. 3. ff. *ad Trebell. Lata*, est in suis diligentia, in alienis negligentia. *Levissima*, si quæ est, ex imperitia non affectata nascitur. Similis est, quæ ratione ætatis, sexus, rusticitatis, facile excusatur. 96 Omnium sc. 97 Quem in suis rebus servat. 98 Fraude caret. Hot. 3 *observ.* 1. Et hic alterum quoque erratum est, dempta negatione hunc locum adfirmatione substituta legere, cum hoc disertim velit Jurisconsultus, Eum, qui non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens sit, fraude non carere: Generalis hæc sententia est, à qua hunc casum illico Jurisconsultus excipit, nisi tamen ad suum modum curam in deposito præstat. Vides, quisquis hæc lecturus es, Lector, apertam Jurisconsulti sententiam esse, fraude non carere, qui non ad eum modum diligens sit, quem hominum natura desiderat; & tamen fraudem in aliena re & deposito excusari, si quis ad suum modum curam in deposito custodiendo præstet, hoc est, si non minorem in deposito, quam in suis rebus diligentiam præstitit, *ut hic.* Sed hæc satis. 99 Qui in deposito non præstat eam diligentiam, quam in suis rebus, dolum committit. *Synops. Basilic. 13. tit. 2. c. 2. 3. Harm. 9. §. 14.* 100 Deposita apud sequestrum per servum potest ipse servi dominus petere. 1 *In sequestre*, est apud sequestrum. 2 *l.* 38. ff. *de peculio.* 3 *V. l.* 27. §. 1. ff. *ad Velleian. l.* 122. §. 1. ff. *de verb. oblig. l.* 133. ff. *de reg. jur.*

4 Quem in finem? ut pecuniam, quam apud eum deposuisti, recipias. 5 Depositi tenetur, qui pecuniam accepit, ut depositum redderet. 6 *l.* 2. §. 1. ff. *de condict. ob turpem.*

LIBER SEPTIMUSDECIMUS.

TIT. I.
MANDATI[1], VEL CONTRA.

De consensu. 1. De nuncio, & epistola. 2. De verbis mandati. 3. De die, & conditione. 4. De gratuito, & mercede.

1. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

OBligatio mandati, consensu[2] contrahentium consistit. §. 1. Ideo 3 per nuncium quoque vel per epistolam mandatum suscipi potest. §. 2. Item sive ROGO 4, sive VOLO, sive MANDO, sive alio 5 quocunque verbo 6 scripserit, mandati 7 actio est. §. 3. Item

1 IV C. XXXV. & III *Inst.* XXVII. & Paul. 2 *sent* 5. Vide elegantem locum de mandato apud Ciceronem *pro Roscio Amerino.*

2 *Inst. de oblig. ex contractu.* vel patientia, *l.* 6. §. 2. ff. *eod.* τῆς περὶ συμφωνίας ἕξεως, est ex earum actionum numero, quæ consensu contrahuntur. *Synopsis Basil. 14. tit. 1. c. 1.* 3 Per nuncium, & epistolam suscipere & contrahere possumus, quæcunque solo consensu possunt contrahi. adde *l.* 2. §. 2. ff. *de oblig.* 4 Mandatum uno rogante, altero recipiente, perficitur. Hæc duo verba, *Rogo* & *Recipio* citra stipulationem perficiunt mandatum. adde *l. quidam.* 45. ff. *de heredibus inst. l.* 1. §. *exceptionem.* ff. *quarum rerum actio non detur. l. si negotia.* 11. *l. si servi mei.* 42. ff. *de negotiis.* Virgil. Idem orans mandata dabat. Nam & *mando*, verbum est precarium. Mandamus libero homini, imperamus villico, aut servo. *Cic.* 1 *de Oratore.* Cuj. *C. eod.* 5 *Mandat*, qui rogat, qui imperat, qui velle se ait. 6 Mandandi verba libera. 7 Modo non sit rei inhonestæ. *l.* 6. §. 3. ff. *eod.* Notandum est interea per verba commendatoria, exhortatoria, vel consilii, mandatum non contrahi. *l.* 12 §. 12. ff. *eod. l. fin. C. quod cum eo, qui.* Idem tradunt esse interpretes in literis credentiæ genemandatum 8 & in 9 diem differri, & sub conditione contrahi potest. §. 4. Mandatum 10, nisi gratuitum 11 nullum est: nam 12 originem 13 ex officio, atque amicitia 14 trahit: contrarium ergo est officio 15 merces: interveniente 16 enim 17 pecunia 18, res ad locationem 19 & conductionem potius respicit.

Cujus

ralibus, quæ, quod nimis generales & obscuræ sint, non obligant.

scribens credi voluerit, vel nisi generalitas laxitasque literarum, quibuslam circumstantiis ad speciem aliquam certam restringatur, veluti, si institor ipse literas credentiæ deferat, qui scripsit, præsumitur ei mandasse facultatem in ea merce negotiandi. 8 Sic procurator ad lites in diem, & sub conditione constitui potest. *l.* 3. & 4. ff. *de procurat.* 9 Mandare in diem, & sub conditione possumus: mandatum diem & conditionem recipit. adde §. 12. *Inst. eod. Synops. eod. c.* 1. 10 Commodatum eadem ratione gratuitum. *l.* 5. §. 12. ff. *commodati.* §. 2. *Theophil. Inst. quibus modis re contrahitur obligatio.* 11 Nam si datur pecunia, locatio: si res alia, contractus erit nominatus, *do, ut faciat.* excipe tamen, quod remunerandi gratia datur. *l.* 6. ff. *eod.* 12 *Gratuita* dicimus, quæ originem ex officio & amicitia trahunt. Proinde quod quis ex officio & amicitia fecerit, ejus nomine mercedem jure non postulabit. 13 Ex origine cujusque rei naturas rerum metimur. *Goth.* Adde *l.* 12. *in fin.* ff. *ad Senat. Maced. l.* 8. ff. *eod. & l.* 58. ff. *pro socio.* Ans. 14 Amicitia factum non videtur, quod sit mercede interposita. 15 Officio contraria est merces. 16 *Gratuitum* non est, quod pecunia intervenerit. 17 Mandatum gratuitum esse oportet: nam interveniente pecunia, locatio est. *Synopsis eod. cap.* 1. 18 Aut quavis re alia. *l.* 22. ff. *de præscriptis verbis.*

19 Locatio & conductio proprie sit intercedente pecunia & mercede.

Cujus causa mandatum contrahitur.

II. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum, * sive aureorum *.

MAndatum inter nos contrahitur, sive mea tantum gratia tibi mandem, sive aliena tantum, sive mea & aliena, sive mea & tua, sive tua & aliena. Quod si tua tantum gratia tibi mandem, supervacuum est mandatum, & ob id nulla [20] ex eo obligatio nascitur. §. 1. *Mea tantum gratia* intervenit mandatum, veluti, si tibi mandem, ut negotia mea geras, vel ut fundum mihi emeres, vel ut pro me fidejubeas. §. 2. *Aliena tantum*, veluti, si tibi mandem, ut Titii negotia gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo fidejubeas. §. 3. *Mea & aliena*, veluti, si tibi mandem ut mea, & Titii negotia gereres: vel ut mihi & Titio [21] fundum emeres: vel ut pro me & Titio fidejubeas. §. 4. *Tua, & mea*, veluti, si mandem tibi, ut sub usuris crederes ei, qui in rem meam mutuaretur. §. 5. *Tua, & aliena*, veluti, si [tibi] mandem, ut Titio sub usuris crederes: Quod si, ut sine usuris crederes; aliena tantum gratia intervenit mandatum. §. 6. *Tua* autem *gratia* intervenit mandatum, veluti, si mandem tibi, ut pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diverso, ut fœneres potius, quam in emptiones prædiorum colloces; cujus generis mandatum, magis consilium est, quam mandatum: & ob id non est [22] obligatorium: quia nemo ex consilio [23] obligatur, etiamsi non expediat ei, cui dabatur: quia liberum est cuique, apud se explorare, an expediat sibi consilium.

Si melior vel deterior fiat causa mandantis.
1. De re empta pluris.

III. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

PRæterea in [24] causa mandati etiam illud vertitur, ut interim nec [25] melior causa mandantis fieri possit, interdum melior [26], deterior vero nunquam. §. 1. Et quidem si mandavi tibi, ut aliquam rem mihi emeres, nec [27] de pretio quidquam statui, tuque emisti, utrinque actio nascitur. §. 2. Quod si pretium statui, tuque pluris emisti, quidam [28] negaverunt [29], te mandati habere actionem, etiamsi paratus esses, id, quod excedit, remittere: namque iniquum [30] est [31], non esse mihi cum illo actionem, si nolit; illi [32] vero, si velit, mecum esse.

IV. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum, * vel aureorum *.

SEd Proculus recte eum, usque ad pretium statutum [33] acturum existimat: Quæ sententia sane benignior est.

De finibus mandati custodiendis. 1. De mandato non impleto. 2. De emptore alterius rei. 3. De re minoris vendita. 5. De re minoris empta, vel tantidem, ut tamen aliud accederet.

V. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

DIligenter [34] igitur fines [35] mandati custodiendi [36] sunt: nam qui excessit [37], aliud [38] quid facere videtur. §. 1. Et si susceptum non [39] impleverit, tenetur. §. 2. Itaque si mandavero tibi, *ut domum Seianam* [40] *centum emeres*, tuque Titianam emeris longe majoris pretii, centum tamen, aut etiam minoris, non videris impleste mandatum. §. 3. Item si mandavero tibi, *ut fundum meum centum venderes* [41], tuque eum nonaginta vendideris, & petam fundum; non obstabit mihi exceptio [42], nisi & reliquum mihi, quod deest, mandatu meo præstes, & indemnem [43] me per omnia conserves. §. 4. Servo quoque dominus si præceperit, *certa summa rem vendere*, ille minoris vendiderit, similiter vindicare eam dominus potest, nec ulla exceptione [44] summoveri [45], nisi indemnitas [46] ei præsterur. §. 5. *Melior* [47] autem *causa* mandantis fieri potest, si cum tibi mandassem, *ut Stichum decem emeres*, tu eum minoris emeris, vel tantidem, ut [48] aliud quicquam servo accederet: utroque enim casu, aut non [49] ultra pretium, aut intra pretium feci sti.

De honorario. 1. De negotiis gerendis. 2. De tacito consensu. 3. De re turpi. 4. De eo, quod interest. 6. De mandato generali, vel specialis. 7. De eo, qui mercede pacta vel accepta fidejubet. De redemptore litis.

VI. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

SI remunerandi gratia honor [50] intervenit [51], erit mandati actio. §. 1. Si cui fuerit mandatum, *ut* [52] *negotia administraret*, hac actione erit conveniendus: nec recte negotiorum gestorum cum eo agetur: nec enim ideo est obligatus, quod negotia gessit, verum idcirco, quod mandatum susceperit: denique tenetur, etsi non gessisset. §. 2. Si passus [53] sim [54], aliquem pro me fidejubere, vel alias intervenire, mandati teneor: & nisi pro invito [55] quis interesserit, aut donandi animo, aut negotium gerens, erit mandati actio. §. 3. Rei turpis [56] nullum mandatum est: & ideo hac actione non agetur. §. 4. Si tibi mandavero, quod mea [57] non [58] intererat [59], veluti, *ut pro Stio intervenias*, vel *ut Titio*

[20] Ex contractu, obligatio: ex obligatione actio nascitur. *l.* 42. §. 2. *ff. de procurat.*

[21] Hoc casu mandati, in mandatarium: negotiorum vero gestorum in Titium erit actio. *l.* 14. *C. de negotiis.*

[22] Nisi alias non contracturo consilium dederis. *l.* 6. §. 5. *ff. eod.* Quid, si contracturus erat? adhuc teneberis, si fraudulenter in consilio mihi dando fis versatus. Fraus adhibetur, si lucri captandi causa consilium dederis. *l.* 8. *ff. de dolo.* Citra fraudem, *l.* 47. *ff. de reg. jur.* aut cautionem de damno præstitam, non teneris: quo refert *l.* 6. §. 5. *l.* 32. *ff. eod.* Quid in delictis? utroque modo qui consuluit, tenetur damnum passo. Nam sive consultor non alias commisserus erat delictum, teneris, quod ex bono malum: si facturus erat, ex malo deteriorem feceris, *l.* 1. §. 3. *ff. de servo corr.* consultori tamen non tenetur, quia liberum habuit non parere.

[23] Consilio nudo ac non fraudulento nemo obligatur. adde *l.* 47. *ff. de reg. jur. c.* 62. *de reg. jur. in* 6.

[24] Mandatarius interdum meliorem facit conditionem mandantis: deteriorem vero nunquam. *Synopf. eod. cap.* 3.

[25] Mandatum emendi habens, nullo pretio sibi constituto a mandatore, etiamsi pluris emerit, mandantem obligat, *ut hic.* Certo pretio adjecto emendi mandatum habens, qua pluris emerit, ea mandantem non obligat, sed ad pretium usque constitutum tantum: nam eatenus tantum obligat. §. *proximo. & l. sequenti*

[26] Meliorem mandantis causam non facit, qui id præcise præstat, quod rogatus sit, qui sines mandati non egreditur. *l.* 5. *ff. eod.* [27] *l.* 5. §. 5. *ff. eod.* [28] Sabinus, & Cassius. §. 8. *Inst. eod.*

[29] Hoc emendatur *l.* 4. *ff. eod.* [30] Est enim mandati actio ex æquo, & bonæ fidei. vid. *l.* 5. *ff. de oblig.* [31] Claudicaret enim contractus. *l.* 21. §. *penultim ff. de arbitr.* Certo tamen casu claudicat mandati actio. *l. eo tempore.* 50. *in fin. ff. de peculio.* [32] V. *ff. quod quisque juris* [33] Id est, si remittat mandatori superfluum statuti pretii. *l.* 5. *in fin. ff. eod.* Eadem ratione dabimus utilem actionem mandatori ad rem recipiendam, qui ratum habet, quod excedit, id est, qui integrum pretium reddere paratus est invito altero. Cujac. 12 *obf.* 34. [34] Mandati fines custodiri diligenter oportet, *ut hic.* nisi sint actus inter se cohærentes, & alia ab aliis, quasi dependentes: tunc enim uno mandato, alterum quoque mandatum intelligitur. *l. qui procuratorem. 57. ff. de procuratorib.* Idem est, si procurator præsente domino & tacente mandatum excedit. v. *Socinum regula* 252.

[35] *Finis* hic, forma est, *l.* 41. *ff. eod.* hinc illa lex mandatario datur in Tragœdia Sophoclis, ἔρπε, χ' ὡς κάλιστ' πράττοι μὴν μόνον, τὰ μὴ πιθόμεν', πομπὸς ὢν, πανοῦργ' ἔρᾷν. Goth. Adde Aul. Gell. *lib.* 1. *c.* 13. S. L. [36] *l.* 10. §. 9. *ff. eodem.* [37] Præscriptos fines scilicet. Idem si contra mandatum revocatum & denunciationem fecerit. *l.* 30. *ff. eod.* [38] Mandati fines non implet, qui aliud facit: Formæ omissio vitiat. [39] *l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 4. *l.* 22. *in fin. l.* 27. §. 2. *ff. eod. l.* 9. *l.* 11. *C. eod.* §. 11. *Inst. eod. l.* 17. §. 3. *ff. commodati.* [40] Aliud emitur re, vel quantitate. Mandatum itaque non servat, qui vel aliud, vel non eadem quantitate emit, qua rogatus est emere.

[41] Mandatum vendendi habens constituto certoque pretio, minoris vendere non potest, *ut hic.* & §. *sequente.* [42] Certo pretio jussus rem distrahere, si minoris vendiderit, mandati judicio, pretii summam poterit integrare: venditionem enim dissolvi non placuit. Paul. 2 *sent.* 13. §. *ultimo.*

[43] Indemnitatis præstatione satisfit adversario, *ut hic. & §. proximo.* [44] Rei venditæ & traditæ meo mandato. [45] A rei vindicatione. [46] Id est, nisi fuppleatur pretium, vel id futurum promittatur. [47] Meliorem causam mandantis facit, qui vel non ultra pretium, cum accessione tamen rei alicujus, vel intra pretium facit. [48] Sic tamen ut. [49] Vide *l.* 4. *ff. eod.*

[50] Id est, salarium. *Honor* seu *remuneratio* distinguitur à *mercede*. [51] Promissus sit.

[52] Ex mandato gerendi, non negotiorum, fed mandati actio oritur. [53] Quid, si vetui? vide *l.* 40. *ff. eod.* [54] Qui patitur pro se alium fidejubere, vel intervenire, mandare videtur: mandati denique tenetur. Mandati actio fidejussori in reum principalem competit. vide *l.* 18. *l.* 40. *l.* 53. *ff. eod.* §. 6. *Inst. de fidejuss.* [55] *l.* 40. *ff. eod.* [56] Turpis rei nullum mandatum est. *Synopsis Basil.* 14. *tit.* 1. *c.* 6. §. 3. *l.* 22. §. 6. *ff. eod.* §. 7. *Inst. eod. l.* 35. §. 2. *ff. de contrah. empt. l.* 26. *ff. de verb. oblig.* [57] *Al.* Quod mea interrerat. Græci hunc locum ita reddunt, si tibi mandavero, ut pro alio aliquid agas, mandati actio inter te & me nascitur, *ut hic.* sin pro te solum, non tamen extra, quam si facturus non fuisses, nisi ego mandassem, vel si mea quoque interfuit. *Synopsis eod. dicto §. tertio.* Albericus ita, Quod mea non intererat, nec tua, sed tertii. [58] Peculiariter. [59] Principaliter scilicet. Hotom. 4 *observ.* 30.

eredas, erit [60] mihi tecum mandati [61] actio (ut Celsus lib. VII Digestorum scribit), & ego tibi sum obligatus. §. 5. Plane si tibi mandavero, quod tua intererat, nulla erit mandati actio, nisi [62] mea quoque interfuit: aut si non esses facturus, nisi ego mandassem [63], etsi mea non interfuit, tamen erit mandati actio.

§. 6. Apud Julianum lib. XIII Digestorum quæritur: Si dominus jusserit *procuratorem suum certam pecuniam sumere* [64], *& fœnerare periculo suo, ita ut certas usuras domino penderet* [*dumtaxat*,] si pluris fœnerare potuisset, ipse lucraretur. In creditam [65] pecuniam videtur (inquit) accepisse. Plane [66], si omnium negotiorum erat ei administratio mandata, mandati quoque eum teneri: quemadmodum solet mandati teneri [debitor], qui [67] creditoris sui negotia gessit. §. 7. Marius Paulus quidam fidejusserat pro Daphnide, mercedem pactus ob suam fidejussionem; & sub nomine alterius ex [68] eventu litis caverat, sibi certam quantitatem dari: hic à Claudio Saturnino Prætore majores [69] fructus inferre jussus erat: [&] advocationibus [70] ei idem Saturninus interdixerat: Videbatur autem mihi [71] judicatum solvi fidejussisse, & quasi redemptor litis extitisset [72], velle à Daphnide mandati judicio consequi, quod erat condemnatus: Sed rectissime Divi fratres [73] rescripserunt, nullam [74] actionem eum propter suam calliditatem habere: quia mercede pacta accesserat ad talem redemptionem. Marcellus autem sic loquitur de eo, qui pecunia accepta spoponderit, ut si quidem [hoc] actum est, ut suo periculo sponderet, nulla actione agat: sin vero non hoc actum est, utilis [75] ei potius actio competat: Quæ sententia utilitati rerum consentanea est.

De salario procuratoris.

VII. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

SAlarium [76] procuratori constitutum [77], si extra ordinem peti cœperit, considerandum erit, laborem dominus remunerare voluerit [78], atque ideo fidem adhiberi placitis [79] oporteat; an eventum [80] litium, majoris pecuniæ præmio, contra [81] bonos mores procurator redemerit.

De procuratore non reddente instrumenta. 1. De collusione procuratoris. 2. De executione litis. 3. Si procurator procuratorem faciat. 4. Si tutor contutori mandaverit. 5. De mandato bona fide servienti, ut redimatur, & manumittatur. 6. De eo, quod interest. 7. Si fidejussores ex substantia debitoris solverunt. 8. Vel condemnati non appellarunt. 9. Quid est restituendum. 10. De emptione servi.

VIII. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

SI procuratorem dedero, nec [82] instrumenta [83] mihi causæ reddat, qua actione mihi teneatur? Et Labeo putat, mandati eum teneri: nec esse probabilem sententiam existimantium, ex hac causa agi posse depositi: uniuscujusque enim contractus initium [84] spectandum, & causam. §. 1. Sed [85] & si per collusum [86] procuratoris absolutus sit adversarius, mandati eum teneri: sed si solvendo non sit, tunc de dolo [87] actionem adversus eum, qui per collusionem [88] absolutus sit, dandam ait. §. 2. Sed & de lite [89], quam suscepit [90] exsequendam, mandati eum teneri constat.

§. 3. Si quis mandaverit alicui *gerenda negotia ejus* [91], *qui ipse sibi mandaverat*, habebit mandati actionem, quia & ipse tenetur [92]: tenetur autem, quia agere potest: Quanquam enim vulgo dicatur, *procuratorem ante litem contestatam facere procuratorem non posse*, tamen mandati actio est: ad [94] agendum enim dumtaxat hoc facere non potest. §. 4. Si tutores mandaverint contutori [95] suo *mancipium emendum pupillo*, & ille non emerit, an sit mandati actio? Et utrum tantum mandati, an vero & tutelæ? Et Julianus distinguit: referre enim [ait], cujus generis servum tutores uni tutorum mandaverint, ut emeret: nam si supervacuum servum, vel etiam onerosum, mandati actione tantum eum teneri, tutelæ non teneri: si vero necessarium servum, tunc & tutelæ eum teneri, [non] solum, sed & cæteros: nam & si * non * mandassent, tenerentur tutelæ, cur servum pupillo necessarium non comparaverunt. Non sunt igitur excusati [96], quod contutori mandaverunt, quia emere deberunt: plane habebunt nihilominus mandati actionem, quia mandato non est obtemperatum. Contra [97] quoque Julianus ait, tutorem, qui emit, mandati actionem habere adversus contutores suos. §. 5. Si liber [98] homo, cum bona fide serviret, mandaverit Titio, *ut redimeretur*, & nummos [99] ex eo peculio dederit, quod ipsum sequi, non apud bonæ fidei emptorem relinqui debuit: Titiusque pretio soluto liberum illum manumiserit, mox ingenuus pronunciatus est: habere eum mandati actionem, Julianus ait, adversus eum, cui se redimendum mandavit: sed hoc tantum inesse mandati judicio, *ut sibi* [100] *actiones mandet, quas habet adversus eum, à quo comparavit.* † Plane si [1] eam pecuniam dederit, quæ erat ex peculio ad bonæ fidei emptorem pertinente, nullæ ei (inquit Julianus) mandari actiones possunt, quia [2] nullas habet, cum 3 ei suos nummos emptor dederit: quinimo (inquit) ex vendito manebit obligatus: sed & hæc actio inutilis est, quia quantum 4 fuerit consecutus, tantum empti judicio necesse habebit præstare.

§. 6. Mandati actio tunc competit, cum 5 cœpit interesse 6 ejus, qui mandavit: cæterum, si nihil intersit, cessat mandati actio: & eatenus 7 competit, quatenus interest: Utputa mandavi tibi, *ut fundum emeres*, si intererat mea emi, teneberis: cæterum, si eundem hunc fundum ego ipse emi, vel alius mihi, neque intersit aliquid, cessat mandati actio. † Mandavi, *ut negotia gereres*: Si nihil deperierit, quamvis nemo gesserit, [nulla actio est:] aut si alius idonee gesserit, cessat mandati actio. Et in similibus hoc idem erit probandum. §. 7. Si ignorantes [8] fidejussores debitorem solvendo, non [9] à debitore, sed à creditore liberati sunt, mandati actione [10] eum sibi indemnem præstare debet.

[60] Atqui mandati actio tunc competit, cum cœpit interesse mandantis. *l.* 8. §. 6. *ff. eod.* vid. Cujac. 17 *obf.* 29.

[61] Ut eam scilicet cedam ei, cujus interest. *l. ult. C. de jure dotium. Alberic.*

[62] Mandatum convalescit, cum primum interesse incipit.

[63] Et caviffem damnum tibi præstari. v. *l.* 32. *ff. eod.* alias non teneor. vide quæ notavi ad *l.* 2. *in fin. ff. eod.*

[64] Adde *l.* 10. §. 13. *ff. eod.* Goth. In hunc §. v. Bellon. *lib.* 4 *suppos. cap.* 7. Anf.

[65] Id est, mutuam. *l.* 2. *ff. de rebus creditis.*

[66] Id est, superiore hoc casu mandati, *ex* mutuo tenebitur.

[67] Vide *l.* 38. *in princ. ff. de negot.*

[68] *Pactum de quota litis*, non est obligatorium, *ut hic. & l.* 7. *ff. eod.* ut fidejubeas, obligatorium est, & actionem mandati parit.

[69] Id est, duplos: dixi *l.* 12. *ff. de distract. pignorum.* v. Cujac. 5 *observ.* 21.

[70] Potest enim. *l.* 6. *in fine. ff. de postulando. l.* 9. *ff. de pœnis.*

[71] Mihi quasi judicatum solvi fidejussisset, non quasi redemptor litis extitisset. Hot. 5 *observ.* 9.

[72] *Extitisse*, &c.

[73] M. Aurelius Antonius & L. Verus Fratres Adoptivi. *Anf.*

[74] V. *l.* 134. *in fin. ff. de reg. jur.*

[75] Non mandati, quia merces intervenit, *l.* 1. *in fin. ff. eod.* sed præscriptis in factum, *de, ut fidejubeat.* adde *l.* 19. §. 1. 2. *ff. de donationibus.* Bart.

[76] Ἀξιώσεως, Salarium procuratori litis constitutum extra ordinem petitur, & considerat Judex, an pro labore de eo conveneritz tunc enim solvi debet: non quia litis eventum multa pecunia procurator nefarie redemit. 14. *Synopf. Basil. t. c. f.*

[77] Promissum. *l.* 1. *C. eod.*

[78] Considerandum est etiam, certumne fuerit, an incertum. vide *l.* 17. *C. eod. l.* 1. *l.* 2. *ff. de præscriptis.* adde *l.* 56. §. 3. *ff. eod.* adde Cujac. 16 *obf.* 16.

[79] Pacto etiam nudum salarium promissum debetur.

[80] *l.* 6. *in fin. ff. eod.*

[81] *l.* 53. *ff. de pactis.*

[82] Procurator instrumenta litis non reddens, mandati tenetur, non depositi. Cur ita? Hujus contractus origo est à mandato, non à depositio. [83] V. *l.* 10. *ff. de edendo.* [84] Initium contractus spectandum. facit *l.* 10. §. 4. *ff. eod. v. l.* 12. *ff. de Senatusconsulto Macedoniano.* [85] Procurator colludens cum adversario, mandati conveniri potest: in subsidium vero ejus is, qui collusione procuratoris absolutus est. [86] Collusionem. [87] V. *l.* 7. §. 9. *ff. de dolo.* [88] Collusio duorum, tertio non nocet. [89] Procurator, qui litem susceptam non exequitur, tenetur mandati. Ita tria hic vitia sunt procuratorum, instrumenta non reddere, colludere, *ut ff. eod.* litem susceptam non exequi.

[90] Adde *l.* 6. *in fin. ff. de negotiis. l.* 17. §. 3. *ff. commodati.* [91] Procurator ad negotia substituere suo loco alium procuratorem potest, ad judicia procurator non potest, nisi post litem contestatam. *l.* 28. *ff. de negotiis.* [92] *l.* 14. *ff. eod.* si res non magni sit præjudicii: alias primi mandatoris permissio requiritur. *l.* 15. §. 2. *ff. de diversis.* [93] *l.* 4. *in fin. ff. de appellat. l.* 8. *l.* 11. *circa finem. C. de procuratoribus.* [94] Id est, procurator ad judicia constitutus. [95] Procuratorem eum facere contutorem meum possum. [96] Cur ita? v. *ult. C. si tutor non gesserit.* [97] Mandante aliquid tutore contutori, hinc inde inter mandantem & mandatarium nascitur actio mandati, non tutelæ. [98] Vide *l.* 54. §. *ult. ff. eod.* [99] *l.* 7. *C. de act. empt.* [100] Procurator actionem sibi quæsitam occasione mandati mandanti cedere tenetur. *l.* 45. *ff. eod.* [1] Quoties pecunia soluta pretii nomine non sit accipientis, & res tradita evincitur, cessant hinc inde actiones.

[2] Nullum quod est, cedi non potest. [3] *l.* 22. §. 8. *in fin. ff. eod.* [4] §. *ult. ff. eod.*

[5] Imo etiam si non interfit. v. *l.* 6. §. 4. *ff. eod.* Goth. Vide Cujac. *lib.* 17 *obf.* 29. S. L.

[6] Mandati actio ei, cujus interest, datur: ubi nihil interest, cessat. [7] Mandati actio, quatenus interest, datur. [8] Fidejussori, qui ignorantes solvit indebitum, consulitur, agendo, & exigiendo, *ut hic. & §.* 8. *ff. eod. l.* 29. §. 2. *ff. eod.*

solvisse [9], vel etiam acceptilatione [10] sive pacto [11] liberatum, ex [12] substantia debitoris solverunt, non tenebuntur mandati.

§. 8. Quod & ad actionem fidejussoris pertinet. Et hoc ex rescripto Divorum Fratrum [13] intelligere licet. Hujus verba hæc sunt Catullo Juliano; *Si hi, qui pro te fidejusserant, in majorem quantitatem damnati, quam debiti ratio exigebat, scientes [14] & prudentes suis iudicium appellationis omiserunt [15], potestis mandati agentibus his, æquitate iudicis tueri te.* Igitur, si ignoraverunt, excusata ignorantia est: si sciérunt, incumbebat eis necessitas [16] provocandi: cæterum dolo versati sunt, si non provocaverunt: Quid tamen, si paupertas eis non permisit? Excusata est [17] eorum inopia. Sed & si testato convenerunt debitorem, ut, si ipse putaret, appellaret, puto rationem eis constare. §. 9. *Dolo* autem *facere* videtur, qui id, quod potest restituere, non [18] restituit. §. 10. Proinde si tibi mandavi, *ut hominem [19] emeres*, tuque emisti, teneberis mihi, ut restituas.

† Sed & si dolo emere [20] neglexisti (forte enim pecunia [21] accepta alii cessisti, ut emeret) aut si lata culpa (forte si gratia [22] ductus, passus es alium emere) teneberis: Sed & si servus, quem emisti, fugit, si quidem dolo tuo, teneberis: si dolus non intervenit, nec culpa, non [23] teneberis, nisi ad hoc, ut caveas, *si in potestatem tuam pervenerit, te restituturum.* † Sed & si restituas, [&] tradere debes, & si cautum est de evictione, vel potes desiderare, ut tibi caveatur, puto sufficere, si mihi hac actione cedas, ut procuratorem me in rem meam facias, nec amplius præstes, quam consecuturus sis.

IX. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

De tuo etiam facto [24] cavere debes.

De emptione fundi, 1. Vel servi. 2. De fructibus. 3. De usuris. 4. De mutuo. 5. De fidejussione. 6. De stipulatione. De dote. 7. De monitione, & consilio. 8. De usuris. 9. De fructibus, & impensis. 11. De solutione. 12. De exceptione omissa à fidejussore. 13. Si creditor fidejussori acceptum ferat, aut donet, aut liberationem leget, aut cum herede instituat.

X. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

Idemque & in fundo, si fundum emit procurator: nihil enim [25] amplius, quam bonam [26] fidem [27] præstare eum oportet, qui procurat. §. 1. Sed & si de sanitate servi procuratori cautum est, aut caveri potest, aut de cæteris vitiis, idem erit dicendum: aut si culpa caveri non curaverit, condemnabitur. §. 2. Si ex fundo, quem mihi emit procurator, fructus [28] consecutus est, hos quoque officio Judicis præstare eum oportet. §. 3. Si procurator meus pecuniam meam habeat, ex mora utique usuras [29] mihi pendet [30]. Sed & si pecuniam meam fœnori dedit, usuraſque consecutus est, consequenter dicemus, debere eum præstare, quantuncunque emolumentum sensit; sive ei mandavi, sive non: quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiat: Quod si non exercuit pecuniam, sed ad usus suos convertit, in usuras conveniet, quæ [31] legitimo [32] modo in regionibus frequentantur.

† Denique Papinianus ait, etiam si usuras exegerit procurator, & in usus suos convertit, usuras [33] eum præstare debere.

§. 4. Si quis Titio mandaverit, *ut ab actoribus suis mutuam [34] pecuniam acciperet*, mandati eum non actúrum, Papinianus lib. III responsorum scribit: quia [35] de mutua pecunia eum habet obligatum: & ideo usuras eum petere non posse, quasi ex causa mandati, si in stipulationem deductæ non sunt. §. 5. Idem Papinianus libro eodem refert, fidejussori condemnato, qui ideo fidejussit, quia dominus procuratori mandaverat, ut pecuniam mutuam acciperet, utilem actionem dandam, quasi [36] institoriam; quia & hic quasi præposuisse eum mutuæ pecuniæ accipiendæ videatur.

§. 6. Si cui mandavero, *ut à Titio stipuletur*, potero [37] cum eo, cui mandavi, agere mandati, ut eum accepto liberet, si hoc velim: vel si malim, in hoc agam, ut eum [38] deleget mihi, vel [si] cui alii voluero. † Et Papinianus libro eodem scribit, si mater pro filia dotem dederit, eamque mandante filia vel illico [39] stipulata sit, vel etiam postea, mandati [40] eam teneri, quamvis ipsa sit, quæ dotem dederit. §. 7. Si quis ea, quæ procurator suus & servi gerebant, ita demum rata esse mandavit, *Si interventu Sempronii gesta essent*, & male pecunia credita sit, Sempronium, qui nihil dolo fecit, non teneri: & est verum, eum, qui non animo [41] procuratoris intervenit, sed affectionem amicalem [42] promisit in monendis procuratoribus, & actoribus, & in regendis consilio, mandati [43] non teneri: sed si quid dolo fecerit, non mandati, sed magis de dolo teneri. §. 8. Si mandavero procuratori meo, *Ut Titio pecuniam meam credat sine usuris*, isque non sine usuris crediderit [44], an etiam usuras mihi restituere debeat, videamus? Et Labeo scribit, restituere eum oportere, etiamsi hoc mandaverim, ut gratuitam pecuniam daret: quamvis, si [45] periculo suo credidisset, cessaret (inquit Labeo) in usuris actio mandati. §. 9. Idem Labeo ait, & verum est, reputationes [46] quoque hoc judicium admittere, & sicuti fructus [47] cogitur restituere is, qui procurat, ita sumptum [48], quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet: sed & si ad vecturas suas, dum excurrit in prædia, sumptum fecit, puto hos quoque sumptus reputare eum oportere: nisi [si] salariarius [49] fuit, & hoc convenit, ut sumptus de suo faceret ad hæc itinera, [hoc est, de salario.] §. 10. Idem ait, si quid procurator citra mandatum in voluptatem [50] fecit, permittendum ei [51] auferre, quod sine damno domini fiat, nisi rationem sumptus istius dominus admittit. §. 11. Fidejussores & mandatores [52], etsi sine [53] judicio solverint, habent actionem mandati.

§. 12. Generaliter Julianus ait, si fidejussor [54] ex sua persona omiserit exceptionem, qua reus uti non potuit, si [55] quidem minus [56] honestam [57], habere eum mandati actionem: quod si eam, qua reus uti potuit, si sciens [58] id fecit, non habiturum mandati actionem: si modo habuit facultatem rei convemendi, desiderandique, ut ipse fusciperet potius judicium [59] vel suo vel procuratorio nomine. §. 13. Si fidejussori donationis [60] causa [61] acceptum factum sit à creditore, puto si fidejussorem remunerari voluit creditor, habere eum mandati actionem: Multo [62] magis, si mortis causa accepto tulisset creditor, vel si eam [63] liberationem legavit.

XI. Pomponius lib. III ex Plautio.

Si ei, cui damnatus ex causa fidejussoria fueram, heres postea exstitero, habebo mandati [64] actionem.

1. Si fidejussori & filiofam. vel servo donaturus pro eo solvit. 3. De servo, 4. vel filiofamil. fidejussore. 5. Si filiofam. mandetur, ut solvat. 7. Cui datur actio contraria. 8. Si patronus prædium emens, & partem pretii solvens, jusserit liberto reliquum soluturo tradi, isque reliquum solverit, deinde patrono prædium vendenti consenserit. 9. De sumptibus à mandatario factis, & de usuris. 10. De pecunia data, ut creditori solvatur. 11. De mandato adolescentis luxuriosi. 12. De epistola commendatoria. 13. De eo, qui pro filiofam. mutuante fidejussit. 14. De mandato post pecuniam creditam. 15. De mandato tutoris. 16. De revocatione mandati. 17. De monumento faciendo.

XII. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

Si vero [65] non [66] remunerandi causa, sed principaliter donando [67], fidejussori remisit actionem, mandati [68] eum non actúrum [69]. §. 1. Marcellus autem fatetur, si quis donaturus [70] fidejussori, pro [71] eo solverit creditori, habere fidejussorem mandati actionem. §. 2. Plane, inquit, si filiusfamilias vel servus fuit fidejussor, & pro his solvero donaturus eis, mandati patrem vel dominum non [72] acturos: hoc ideo, quia non patri donatum voluit, * qui solvit *. §. 3. Plane si [73] servus fidejussor solverit, dominum mandati acturum. §. 4. Idem Marcellus ibidem ait, si filiusfamilias non jussu patris fidejusserit [74], cessat mandati actio, si nihil sit in peculio: quod si jussu vel ex peculio solutum est, multo magis habet pater mandati. §. 5. Si filiofamilias mandavi, *ut pro me solveret*, patrem, sive ipse solverit, sive filius ex peculio, mandati acturum Neratius ait: Quod habet rationem: nihil [75] enim mea interest, quis solvat. §. 6. Si filiofamilias mandavero, *ut pro me solveret*, & emancipatus solvat, verum est in [76] factum actionem filio [77] dandam: patrem [78] autem, post emancipationem solventem, negotiorum gestorum actionem habere. §. 7. Contrario [79] judicio experiuntur, qui mandatum susceperunt, utputa qui rerum vel [80] rei unius procurationem susceperunt. §. 8. Inde Papinianus quærit, si patronus prædium, quod emerat, pro quo pretii besſem [81] exsolverat, jusserit liberto suo tradi [82], *ut ille residuum [83] pretii redderet*, deinde, reddito pretio, vendenti fundum patrono libertus consenserit, trientis pretium an libertus possit repetere? Et ait, si mandatum susceperit initio libertus, non donatum accepit, contrario judicio posse eum pretium repetere, quod deductis mercedibus, quas medio tempore percepit, supereſt: quod si donationem patronus in libertum contulit, videri [84] & postea libertum patrono donasse. §. 9. Si mihi mandaveris, *ut rem tibi aliquam emam*, egoque emero meo pretio [85], habebo mandati actionem de pretio reciperando: sed & si tuo pretio impendero [86] tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio; aut si rem emptam nolis recipere: Simili modo, & si quid aliud mandaveris, & in id sumptum fecero. Nec tantum id [87], quod impendi, verum [88] usuras [89] quoque consequar. Usuras [90] autem non tantum ex mora esse admittendas, verum Judicem æstimare debere, si exegit à debitore suo quis, & solvit, cum uberrimas usuras consequeretur (æquissimum enim erit rationem ejus rei haberi); aut si ipse mutuatus gravibus usuris, solvit. † Sed & si reum usuris non relevavit, ipli autem & usuræ absunt; vel si minoribus relevavit, ipse autem majoribus fœnus accepit, ut fidem [91] suam liberaret; non dubito, debere eum mandati judicio & usuras consequi: Et (ut est constitutum) totum hoc ex æquo & bono judex arbitrabitur. §. 10. Dedi [92] tibi pecuniam, *ut creditori meo exsolvas*, non feciſti: Præstabis mihi [93] usuras [94]: quo casu & à me creditor pecuniam debitam cum usuris recepturus sit; Et ita Imperator Severus Hadriano Demonſtrati

---

9 Et ita naturaliter & civiliter liberatum.

10 Et ita civiliter.

11 Et ita naturaliter

12 Fidejussores bona debitoris principalis distrahere possunt, ne in custodiam publicam vel carcerem conjiciantur. *Bart. & Castrensis in Authen. si captus fidejuss. l. 49. C. de Episcopis.*

13 Sunt hi M. Antonius & L. Verus Fratres adoptivi. *Auct.*

14 Idque contra bonam fidem. *l. 10. in fi. C. eod.*

15 Et ita defertа fuit appellatio.

16 *l. 31. §. 2. in fi. ff. de negotiis. l. 17. C. de procuratorib.*

17 Paupertas & inopia excusat a provocatione, *ut hic.* à multa. *l. 6. in fi. ff. de officio præsid.*

18 *l. 55. ff. eod.*

19 Certum scilicet, puta Stichum.

20 *l. 5. §. 2. ff. eod.*

21 Dolum pecunia accepta, *ut hic.* latam culpam gratia arguit. *ff. eod.*

22 Procuratorem gratiam facere non posse hinc colligit Baldus.

23 Improvisus enim casus a mandatario non præstatur. *l. 13. C. eod.*

24 Cedens jura tenetur cessionario procuratorem facere in rem suam. adde *l. quod si minor. 24. ff. de minorib. l. plane. 3. ff. familiæ.*

25 Puta quod ante traditionem non obligaveris, non manumiseris, servitutem non imposueris, *l. 2. in princ. ff. de hered. vend.* facit *l. 20. ff. de adq. rer. dom. l. si quis à multis. 14. ff. de noxalib.*

26 *l. 59. §. 1. ff. eod.*

27 Procurator bonam fidem præstare debet.

28 §. 9. *ff. eod. l. 13. §. 1. ff. de usuris.*

29 Usuræ, actione mandati veniunt. Procurator usuras præstat ex mora, *ut hic.* si pecuniam domini fœnori dedit. *ver. sed etsi. ff. eod.* si in usus suos pecuniam vertit. *vers. quod si. ff. eod.*

30 Quæ sc. legitimo modo in regionibus frequentantur. *ut ff. eod.* eamque verborum hic trajectionem notat Cujac. 13 *observ. 15.*

31 Usuras legitimas præstat procurator, quibus casibus eas præstare mandanti cogitur.

32 De usurarum legitimo modo dixi *ad l. 1. §. 3. ff. de pignor.*

33 Centesimas, exemplo tutorum, & curatorum, & Duumvirorum, qui reipub. negotia gesserunt: nam ab his procuratores vel gestores differre non finit *lex 38. ff. de negotiis.* Cujac. *d. loco.* Porro quod de anatocismo hic adfertur, nimis contrarium est. Dixi interim de anatocismo *ad l. 28. C. de usuris.*

34 *Ut l. 6. §. 6. ff. eod.*

35 Mandati non agit, cui ex mutuo competit actio. Cur ita? Agendum ex eo contractu est, qui præcipue geritur, non ex alio. *facit l. 8. in princ. ff. eod.*

36 *l. 31. ff. de negot. l. 19. ff. de inst. l. pen. & ult. C. de institoria. l. 13. §. 25. ff. de act. empt.*

37 Cedenda nobis actione, hoc est, quæ nobis cedenda est à procuratore, etiam abuti possumus. Proinde mihi adversus eum, qui actionem quæsitam cedere debet, experiri licet, vel ut debitorem ipsum liberet, vel ut eum mihi vel alii deleget.

38 *l. 45. ff. eod.*

39 Illico facit, qui eodem momento facit.

40 Dos mandati actione restituenda non matri, etsi numeravit, sed filiæ, quæ matri mandavit dotem stipulari.

41 Mandatum est conventio, qua is, qui quid rogatur, procuratoris animo, in se recipit gratuito daturum, facturumve, *ut hic. & l. 2. ff. de proxeneticis.*

42 Adde *l. 41. ff. de negotiis.*

43 Mandati non tenetur, qui rogatus est consilium alteri impertiri. Si tamen dolo quid fecerit, doli tenebitur. *v. l. 2. in fin. ff. eod.*

44 Quid, si majores, quam testator rogaverit, usuras tutores stipulati sint, an eis lucro an vero eorum pupillis cedent? *v. l. 47. §. 4. ff. de administr. tut.*

45 Usuras fortis creditæ voluntate domini, procurator non restituit, si fortem suo periculo credidit, hoc est, nisi consensu domini, suo ac proprio periculo credidit: cur enim dominus usuras ex ea pecunia exspectet, quam suo periculo credi noluit?

46 Mandati judicio continentur mutuæ præstationes, ut fructuum, ita sumptuum, & impensarum.

47 §. 2. ff. eod. *l. 59. §. 1. ff. eod.*

48 *l. 12. §. 9. ff. eod.* Goth. Adde *l. 9. §. 4. ff. de negot. gest.* Ans.

49 Salariarius ea forma dicitur, qua fideicommissarius, legatarius. alii legunt, *salarium fuit*, forte legendum, *salariatus fuit*, ut salariatus sit, qui salarium habet, ut peculiatus, qui peculium.

50 Ad voluptatem fecit. *Haloand.*

51 Vide *l. 3. §. 4. ff. de in rem vers.*

52 Id est, mandatarii, qui alterius mandato alicui pecuniam credunt. vel dic, mandatores, qui mandarunt alicui pecuniam credi.

53 Id est, sponte, & sine controversia.

54 Fidejussor mandati actionem habet, etiamsi sciens omiserit exceptionem minus honestam, qua ipse uti potuit ex persona sua, reus non potuit. Mandati actionem non amittit, qui exceptionem inhonestam rei principalis judicio omisit: potest enim fidejussor inhonestam exceptionem omittere. *Goth. Vid. Cujac. lib. 11 obs. cap 40. Gutierr. 3 pract. resolut. cap. 13. n. 15. 16. S. I.*

55 Quæ sit minus honesta exceptio, hic quæritur. Potest simi exemplum de exceptione ex edicto, *quod quisque juris*, quam Græci vocant exceptionem stellionatus, videlicet cum is, qui decoxit creditoribus, impetratis novis tabulis, agit cum debitoribus suis. Repellitur enim exceptione stellionatus: quia ut stellionatus est in creditore, qui non numerat pecuniam, vel numeratam iterum accipit, etiamsi ex sententia judicis ei solvatur, *l. 29. in fin. ff. eod.* ita & in debitore, qui decoquit creditoribus, licet legis beneficio: id est, novarum tabularum ei debitum remittatur. *l. bonæ fidei. 50. ff. de act. empt.* Decoctor autem adversus decoctorem hac exceptione non utitur, quia absurdum est, vitium, in quo ipse sit, objicere ipsum alteri. cætera v. apud Cujac. 11 *observ. 40.*

56 Quid, si honestam omisit? Mandati exceptionem non habebit, ut ἐξ ἀντιδιαστολῆς hic colligitur: ut si omisit exceptionem patroni in suam personam concepti, vel intercessionis, vel temporis, qua reus uti non potuit quod ita procedit, nisi reo cavere velit de indemnitate, *l. 29. in fin. ff. eod. l. pen. ff. ad Velleian.* quæ cautio non desideratur ab eo, qui exceptionem inhonestam omisit. Cujac. *ibid.*

57 Cur licet ei minus honestam omittere? Excusatus est pudor ejus, qui minus honesta exceptione uti noluit. *l. 48. ff. eod.*

58 *l. 29. ff. eod.*

59 Vide *l. 1. in fin. ff. de eo, qui pro tutore.*

60 Mandati actione adversus reum principalem fidejussor experiri potest, cui creditor remunerandi animo, debitum rei principalis inter vivos, vel mortis causa donatione accepto tulit, vel liberationem legavit, *ut hic.* Secus, si simpliciter ei donavit. *l. 12. ff. eod.*

61 *l. 9. l. 10. l. 11. ff. pro socio.* facit *l. 29. §. 1. ff. de donationib.*

62 Remunerandi causa præsumitur fieri mortis causa donatio, & legatum.

63 *Al.* ei.

64 Imo ex stipulatu, non mandati. *l. 21. in fin. ff. de fidejuss.*

65 *Vero*, particula adversativa.

66 Remunerationis & donationis simplicis differentia. Qui principaliter donat, citra obligationem ullam novum beneficium refert: qui remuneratur, donat, sed provocatus. Hinc etiam colligunt, in donatione remuneratoria, donatorem evictionis non teneri. vide *Bart. l. 131. §. 1. ff. de verb. obligat.*

67 *Sub.* inter vivos.

68 Imo, si creditori fidejussoris acceptum tulero, fidejussor ex mandato agere poterit. *l. 26. §. 3. ff. eod.*

69 Cur ita? Ei nihil abest: creditori vero nihil adest: Remissæ actionis ea conditio est.

70 *Sub.* inter vivos.

71 Solvit creditori fidejussor, si per alium solvit, & sic solutione utroque modo facta, mandati actio est fidejussori in rem principalem.

72 Cur non acturi? Patri vel domino donatum noluit, qui solvit. Qui fingitur filio vel servo donare, patri vel domino donare non intelligitur: fictionis fictio non est. *l. cum post. 69. §. genet 4. ff. de jure dotium.*

73 Mandati agit dominus ex solutione servi fidejussoris.

74 Et condemnatus sit pater.

75 Mandati patet agit, sive ipse, sive ejus filius fidejussoria ex causa solverit.

76 Quæ utilis dicitur. *l. 46. ff. de heredib. inst.* ex æquo.

77 Vide quæ scripsi ad *l. 78. ff. de verb. oblig.*

78 Mandatum filiofamilias factum pater exequi potest, filio ipso emancipato: qua in specie patri negotiorum, non mandati, actio competit.

79 Mandati contrario judicio experiuntur procuratores, sive omnium rerum, sive unius rei procuratores sint.

80 Rerum consideratione duæ sunt mandati species, generalis, & specialis, *ut hic.* consensu inspecto, tres, *l. 1. in princ. & §. 1. ff. eod.* puta, si quis vel mandet, vel non prohibeat, vel ratum habeat. *l. 60. ff. de reg. jur.* Personarum vero contemplatione, quinque. *ut l. 2. ff. eod. Inst. eod. in princ.*

81 Bes, octo unciæ. *§. hereditat. Inst. de hered. inst.*

82 Et ita donari. *ut l. 8. C. de revoc. donat.*

83 Id est, tertiam partem.

84 Unus actus donationis facit altam donationem præsumi. *Bart.*

85 Mea pecunia. Paul. 2 *sentent. 15. §. 2.* adde *l. 10. §. 7. ff. eod.*

86 Mandati actione pretium, *ut ff. eod.* impensas, *ut hic.* sumptus, *vers. simili modo.* usuras eo: sequimur. *ver. nec tantum.*

87 *l. 10. l. 27. §. 4. l. 56. in fin. ff. eod. l. 11. in fin. l. 14. l. 20. C. eod.*

88 Paulus *ibid.*

89 *l. 1. C. eod.*

90 Usuras mandati judicio procurator consequitur, etiamsi in solvendo moram dominus ipse non admiserit, verbi gratia procurator exegit fortem à debitore suo, ex qua forte uberrimas usuras consequebatur: eas, pecunia accepta, mandantis creditori solvit, eaque solutione mandantem liberavit, *ut hic.* Item procurator mutuum accepit gravibus usuris, & ex ea pecunia mandantem, qui usuras alteri debuit, liberavit. *vers. aut si ipse.* his casibus usuras procurator consequetur. Quid, si solutione nullis usuris mandantem liberavit? Etiam usuras, si quæ ipsi abfuerint, consequetur. *vers. sed etsi.* Quid, si procurator majoribus usuris pecuniam accepit, & minoribus usuris mandantem liberavit? Et hoc quoque casu usuras procurator consequetur, cum, ut fidem suam liberaret, seu ut munus mandati susceptum exequeretur, eas solutiones fecerit. *vers. vel si minoribus.*

91 Fidem suam liberare procurator periculo mandantis debet.

92 Adde *l. si tibi. 25. ff. de donat.*

93 Usuras mandati præstat etiam procurator, ut si pecuniam acceptam à mandante, ut usuras creditori mandantis solveret, non solvit.

94 Actione mandati. *l. 17. ff. de solut.*

strati rescripsit. §. 11. Si adulescens [95] luxuriosus mandet tibi, *ut* [96] *pro meretrice fidejubeas*, idque tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem: quia simile [97] est, quasi [98] perdituro pecuniam sciens credideris. † Sed & si ulterius directo mandaverit tibi, *ut meretrici pecuniam credas*, non 99 obligabitur mandati; quasi adversus bonam fidem mandatum sit.

§. 12. Cum quidam talem epistolam [100] scripsisset amico suo, *Rogo te, commendatum* [1] *habeas Sextilium Crescentem amicum meum*, non obligabitur [2] mandati: quia [3] commendandi magis [4] hominis quam mandandi [5] causa scripta est. §. 13. Si quis mandaverit *filiofamilias credendam pecuniam*, non [6] contra Senatusconsultum accipienti, sed ex ea causa, ex qua de peculio, vel de in rem verso, vel quod jussu pater teneretur, erit licitum mandatum. † Hoc amplius dico, si cum dubitarem utrum contra Senatusconsultum acciperet, an non, nec essem daturus contra Senatusconsultum accipienti, interesserit, qui diceret, non accipere [7] contra Senatusconsultum, & *periculo meo crede*, dicat, *bene* [8] *credis*, arbitror locum esse mandato, & mandati eum teneri [9]. §. 14. Si post creditam pecuniam mandavero creditori credendam, nullum [10] esse mandatum rectissime Papinianus ait: Plane, si, *ut expectares, nec* [11] *urgeres debitorem ad solutionem*, mandavero tibi, ut ei des intervallum, periculoque meo pecuniam fore dicam, verum puto, omne nominis periculum debere ad mandatorem pertinere. §. 15. Idem ait, si tutor mandet, *suscipi vel probari nomen* [12], *quod fecerat*, teneri eum mandati, scilicet quondam pupillo suo vel curatori ejus.

§. 16. Si mandavero *exigendam pecuniam*, deinde voluntatem mutavero [13], an sit mandati actio vel mihi, vel heredi meo? Et ait Marcellus, cessare mandati actionem, quia extinctum [14] est mandatum, finita voluntate: quod si mandaveris exigendam, deinde prohibuisti, exactamque [15] recepisti, debitor liberabitur.

§. 17. Idem Marcellus scribit, Si, *ut* [16] *post mortem sibi monumentum fieret*, quis mandavit, heres ejus poterit mandati agere [17]: illum vero, qui mandatum susceperit, si sua pecunia fecit, puto agere mandati, si non ita ei mandatum est, ut sua pecunia faceret monumentum: potuit enim agere etiam cum eo, qui mandavit, ut [18] sibi pecuniam daret ad faciendum: maxime [19], si jam quædam ad faciendum paravit.

De fundo heredibus emendo.

XIII. Gaius lib. X ad Edictum provinciale.

IDem est & si mandavi tibi, *ut post mortem* [20] *meam heredibus meis emeres fundum.*

Si heres fidejussoris aut emptor hereditatu solverit. 1. Si heres fidejussoris a coherede emens hereditatem, totum solverit.

XIV. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

HEredem [21] fidejussoris [22], si solverit, habere mandati actionem dubium non est. † Sed si vendiderit hereditatem, & emptor [23] solverit, an habeat mandati actionem, quæritur? Et Julianus lib. XIII scribit, idcirco heredem habere mandati actionem [24], quia [25] tenetur judicio ex empto [26], ut præstet actiones [27] suas. idcircoque competere ex empto actionem, quia [28] potest præstare. §. 1. Si fidejussori duo heredes exstiterint, & alter eorum a coherede emerit hereditatem, deinde omne, quod defunctus fidejusserat, stipulatori solverit, habebit aut ex stipulatu aut ex empto obligatum coheredem suum: idcireo is [29] mandati actionem habebit.

De revocatione mandati.

XV. Paulus lib. II ad Sabinum.

SI mandatum [30] tibi, *ut fundum emeres*, postea scripsissem, *ne emeres*, tu antequam [31] scias me vetuisse, emisses, mandati tibi obligatus ero: ne damno adficiatur is, qui suscipit mandatum.

De mandato, ut quid fiat in loco mandatarii.

XVI. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

SI quis [mihi] mandaverit, *in meo* [32] *aliquid facere*, & fecero: Quæritum est, an sit mandati actio [33]? Et ait Celsus lib. VII Digestorum, hoc respondisse se, cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, *ut in horto ejus, quos Ravennæ habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphæristerium* [34], *& hypocaustum* [35], *& quædam ipsius voluptati apta, sua impensa faceret*: Deducto igitur, quanto sua ædificia pretiosiora feciset, quod amplius impendisset, posse eum mandati judicio persequi.

Quo tempore spectatur, an mandatarius exegerit.

XVII. Paulus lib. VII ad Sabinum.

SI mandavero tibi, *ut a Titio decem exigeres*, &, ante exacta ea, mandati tecum egero: si ante [36] rem judicatam exegeris, condemnandum te esse constat.

De tacito consensu.

XVIII. Ulpianus lib. XL ad Sabinum.

QUi [37] patitur [38] ab alio mandari, *ut sibi credatur*, mandare intelligitur.

Si servus se emi mandaverit.

XIX. Idem lib. XLIII ad Sabinum.

SErvus meus *si de semet* [39] *emendo* mandaret, ut redimatur, Pomponius eleganter tractat, an is, qui servum redemerit ultro, convenire possit venditorem [40], ut servum recipiat: quoniam mandati actio ultro [41] citroque est? Sed esse iniquissimum Pomponius ait, ex [42] facto servi mei cogi me servum recipere, quem in perpetuum alienari volueram: nec magis in hunc casum debeo mandati teneri, quam ut eum tibi venderem.

De lucro vel damno mandatarii. 1. De fidejussore absentis.

XX. Paulus lib. XI ad Sabinum.

EX mandato, apud eum, qui mandatum suscepit, nihil [43] remanere oportet, sicuti nec damnum pati debet, si exigere fœneratam pecuniam non potuit. §. 1. Fidejussori negotiorum gestorum [44] est actio, si pro [45] absente fidejusserit [46]: nam mandati actio non potest competere, cum non anteceserit mandatum [47].

Si quis pro aliquo, mandato alieno, fidejusserit vel sponderit.

XXI. Ulpianus lib. XLVII ad Sabinum.

CUm, mandatu alieno [48], pro te [49] fidejusserim, non possum adversus te habere actionem mandati, quemadmodum qui alienum mandatum intuitus, spopondit: sed si non utique unius, sed utriusque mandatum intuitus id fecerim, habebo mandati actionem etiam adversus te: quemadmodum si duo mihi mandassent, *ut tibi crederem*, utrumque haberem obligatum.

De fidejussore solvente ante diem. 2. Si mandetur de re mandatarii. 5. De mandato ejus, cujus bona publicata sunt. 6. De turpi. 7. De pecunia data, ut alteri detur. 8. Si debitor servo creditoru mandat, ut solvat. 9. De re empta a servo fugitivo & tradita extraneo. 10. De venditione bonorum, & de creditoribus tam præsentibus, quam absentibus. 11. De mandato suscipiendo & implendo vel renunciando.

XXII. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

SI mandavero tibi, *ut pro me in diem fidejubeas*, tuque [50] pure [51] fidejusseris, & solveris, utilius respondebitur, interim non esse tibi mandati actionem: sed cum [52] dies venerit. §. 1. Item tractatum est, si, cum in diem deberem, mandatu meo in diem fidejusseris, & ante diem solveris, an statim habeas mandati actionem? Et quidam putant [53], præsentem quidem esse mandati actionem, sed tanti minorem, quanti mea interfit, superveniente die solutum fuisse: sed [54] melius est dici, interim [55] nec hujus summæ mandati agi posse: quando nonnullum adhuc commodum meum sit, ut [56] nec hoc ante diem solvam. §. 2. Interdum evenit, ut meum negotium geram [57], & tamen [58] utilem habeam mandati actionem, veluti, cum debitor meus periculo suo debitorem suum mihi delegat, aut cum [59] rogatu fidejussoris cum reo experior: nam quamvis debitum meum persequar, nihilominus & illius negotium gero: igitur, quod minus servavero, consequar mandati actione. §. 3. Si hi [60], quorum res veneunt, quas pignori dederunt, suppositerunt emptores, & eis emendas res mandent, mandatum intelligitur [61]: licet, quantum ad meram rationem, mandatum non constitit: nam cum rem tuam emas, nulla [62] emptio est in tua persona rei tuæ. §. 4. Julianus scripsit, mandati obligationem constitere etiam [63] in rem ejus, qui mandatum suscipit, ex eo maxime probari: quod si pluribus heredibus vendentibus uni mandavero [64], ut rem hereditariam emeret, etiam pro [65] ea parte, qua heres sit, obligatur mandati [66] actione, & obligat [67]: & sane, si ille propter hoc extraneo rem non addixerit, quod mandatum susceperat, ex bona fide esse, præstare ei pretium, quanti vendere poterat: & contra, si emptor ad emptionem rei sibi necessariæ idcirco non accesserat, quod heredi [68] præcepisset, *se ei empturum*, æquissimum esse, mandati judicio præstari, quanti ejus interfuit, emptam rem habere.

§. 5. Is, cujus bona publicata sunt [69], mandare alicui potest, ut ea emat, & si emerit, utilis erit mandati actio, si non præstet fidem: quod ideo receptum est, quia publicatis [70] bonis, quidquid postea adquiritur, non sequitur fiscum [71]. §. 6. Qui ædem [72] sacram spoliandam, hominem vulnerandum, occidendum, mandatum suscipiat, nihil mandati judicio consequi potest, propter turpitudinem mandati. §. 7. Si tibi centum dedero, *ut* [73] *ea Titio dares*, tuque [74] non dederis, sed consumpseris, & mandati [75] & furti teneri te, Proculus ait: Aut si ita dederim, ut quæ velles, dares [76], mandati tantummodo [77]. §. 8. Si mandaverim servo tuo [78], *ut quod tibi debeam, solveret meo nomine*, Neratius scribit, quamvis mutuatus servus pecuniam, rationibus tuis quasi à me receptam intulerit, tamen si nummos à creditore non ita acceperit, ut meo nomine daret [79], nec liberari me [80], nec te mandati [81] mecum acturum: quod si sic mutuatus sit, ut pecuniam meo nomine daret, utrumque contra esse [82]: nec referre [83], alius [quis], an idem ipse servus nomine tuo, quod pro me solvebatur, acceperit: & hoc verius est, quoniam [84], * quotiens suos [85] num-

prædecere obligationem debet, non sequi, ut sit mandati actio, requiritur, ut res sit futura. nam facti præteriti ratihabitio quidem, sed non mandatum esse potest, *ut hic.* adde & illa duo requiri, ut mandatum scilicet sit gratuitum, & res honesta: adde quæ scripsi ad §. 3. *Theoph. Inst. de fidejussoribus.* 11 *l.* 58. §. 1. *ff. eod.* 12 Ut in *l.* 16. *ff. de administ. tut.* 13 Non sufficit tamen mandatorem mutasse voluntatem: requiritur amplius, ut mandatario voluntatis indicetur mutatio: alias qui cœpit gerere negotium, post revocatum etiam mandatum recte agere poterit.

14 Mandatum extinguitur voluntate finita. 15 Vide *l.* 31. *in fin. ff. de petit. hered.*

16 Mandatum, quod post mortem confertur, morte non finitur. 17 *l.* 12. §. 3. *ff. de religios.* 18 Procurator agit mandati, ut pecuniam consequatur, ad negotii mandati executionem. 19 Mandati agit fidejussor, si solvit: imo non tantum fidejussor, sed & ejus heres.

20 Contraria mandati actione mandatarius non solum excipiendo reputat sumptus, & usuras, sed etiam eas persequitur per actionem: quinimo agere potest, ut pecuniam a mandatore accipiat ad exequendum mandatum. 21 Atqui mandatum morte finitur. *l.* 26 *ff. eod.*

22 Et tutoris. *l. penult. ff. de contr. tutelæ.* 23 Revocati mandati justa ignorantia procuratori mandatum exequenti non nocet. adde *l.* 12. §. 2. *ff. de solutionibus.* 24 Adversus reum principalem, debendi scilicet. 25 Conventus hypothecaria. 26 Eadem est ratio in *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* 27 Emptori scilicet. *l.* 11. *in princ. ff. de act. empt.* 28 Quæ scilicet post hujusmodi solutionem factam, non prius, fidejussori in mandatorem competere cœperunt. hinc collige, in emptorem hereditatis transferri eas tantum actiones, quæ tunc temporis competebant, cum hereditas ei venderetur. Bart. *hic.* Et licet cessiones non sint stricti juris, sed extendantur ad suas consequentias, hoc tamen intelligi oportet de iis consequentiis, quæ tempore venditionis existebant, non de aliis, quæ postea cœperunt competere: Bald. ad *l.* 6. *C. de solut.* notat tamen Bartolus dicto loco, hodie in contractibus emptionis & venditionis venditorem cedere jus omne, quod habet, & habere sperat. 29 Ait. 30 *Al.* mandassem. 31 *l.* 11. §. 2. *ff. de act. empt.* 32 Mandatum, ut in meo ædificem ad tuum commodum, mandati actionem parit: atque ita vel in re mandantis mandatum consistit. 33 Est: sed quomodo? vide *l.* 22. §. 2. *ff. eod.* 34 Sphæristerium, & hypocaustum, apta valetudini, utrumque recte balneis jungitur: 5 Plinius *epistol.* 6. *Ibidem:* Cubiculum, hyeme tepidissimum, quja plurimo sole perfunditur: cohæret *hypocaustum*, & si dies nubilus, immissus vapor, solis vicem supplet. Inde *apodyterium* balnei laxum excipit cella frigidaria. *& post:* Apodyterio supposítum est *sphæristerium*, quod plura genera exercitationis pluresque circulos capit, nec procul a balineo scalæ, *&c.* Erat ergo locus balinei rotundus, in quo veteres frictiones latas, & varia exercitationum genera facere solebant. Sueton. *in Vespasiano*, *c.* 20: Valetudine prosperrima usus est, quamvis ad tuendam eam nihil amplius, quam fauces cæteraque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret. Erat etiam Sphæristerium locus ad pilæ exercitium aptissimus. Lamprid. *in Alexandro*: post lectionem operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui aut luctaminibus dabat. 35 De Hypocaustis vide *l.* 55. §. 3. *ff. de legatis* 3. 36 Actio superveniens pendente judicio ex causa præterita, actori ad condemnationem rei prodest.

37 Mandat, qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur.

38 Patientia habetur pro mandato & consensu in his, quæ utilia sunt ei, qui patitur: ideo mandati tenetur. *l.* 6. §. 2. *ff. eod. l.* 6. *C. eod. l.* 53. *ff. eod. l.* 60. *ff. de reg. jur. l.* 5. §. 10. *ff. de his, qui dejecerunt. l.* 8. §. 5. *ff. de exercit. l.* 1. §. *fin. ff. de feminibus.*

39 *l.* 54. *ff. eod.*

40 *Subaudi*, mandati contraria.

41 *l. Labeo.* 19. *ff. de verb. sign.*

42 Facto servi mandantis, domini conditio deterior fieri non potest. vide *l.* 133 *ff. de reg. jur.*

43 Mandatum gratuitum esse debet: Procurator neque lucrum neque damnum sentire debet. *l.* 10. §. 2. *ff. eod.*

44 *l.* 3. 4. *ff. de negotiis.*

45 Vide *l.* 3. *in fin. ff. de negotiis*, *l.* 30. *ff. de fidejussoribus.*

46 Et solverit. §. 6. *Inst. de fidejussoribus.*

47 Secus, si antecesserit. *l.* 22. *l.* 56. §. 1. *ff. eod.*

48 Mandati actio constitit inter mandantem, & mandatarium, ut non cum eo, qui mandatum exequitur ab alio susceptum.

49 *l.* 53. *ff. eod.*

50 Mandatum excedit, qui vel pure fidejubet: vel solvit, cum in diem fidejubendi mandatum acceperit: his casibus procurator mandati actionem non habet, mandatum enim excessit.

51 *l.* 51. *ff. eod.*

52 V. *l.* 5. *C. de conditione ex lege.*

53 Et male, ut *ff.*

54 Mandati agitur ex forma fidejubendi præscripta, non ex forma solutionis: hoc est, procurator mandato fidejubendi in diem accepto ante diem solvens, mandati non agit. Nam solvendo, commodum diei præscripti, id est, abitulit mandatori.

55 Id enim tempus intermedium liberum est promissori. *l.* 38. §. 6. *ff. de verb. oblig. l.* 31. *ff. de fidejuss.* adde *l.* 43. §. *pen. ff. de addil.*

56 In obligatione ante diem non nascitur obligatio, nisi post diem.

57 Ut in *l.* 16. *ff. eod.*

58 Mandati utilem actionem habet interdum, qui negotium gerit. *l.* 45. §. *fin. ff. eod.* §. 2. *Inst.*

eod. 60 Mandatum de re mea à tertio (qui eam jure potest vendere) emenda valet. Unde colligitur, in publica fibbastatione quemque dominum pignus suum emere posse: posse, inquam, ut quivis potest: nam ut dominus non potest. 61 De æquitate, *Accurs.* ex æquo, & bono. 62 Vide *l.* 40. *ff. de pignorat.* 63 Mandatum etiam in re mandatarii consistit. 64 Ut *l.* 35. *ff. eod.*

65 Mandare tibi possum, ut id emas, quod pro parte tuum est. 66 *Subaudi*, directa.

67 *Subaudi*, contraria. 68 *Al.* quod heres recepisset. 69 Sine capitis diminutione, maxima & media sc., puta relegati, non deportati, ut infra dicetur. 70 Publicatis bonis, futura seu post quæsita bona non publicantur. Publicatio bonorum ad præsentia tantum bona restringitur, *l. certa forma. 4. C. de jure fisc.* & ita deportatus adquirit ex contractu, jure gentium. 71 Secus est in deportato (deportatio autem facessit in locum aquæ & ignis interdictionis), hinc enim sequitur omnium bonorum publicatio, & quæ adquirit post sententiam, fisco adquirit, *l* 2. *C. de bonis proscriptorum.* quam legem cum hac ita conciliat Cujac. in *l.* 8. *ff. de test.* hoc etiam probatur ex iis, quæ notavi ad *l.* 7. *in fin. ff. de bon. dam.* huc pertinet proprie *l.* 11. §. 4. *ff. de publicanis.* Goth. Vide Accurs. *hic.* Pinell. *de bonis matern. part.* 1. *n.* 3. Jul. Pac. *Enantiophan. cent.* 5. *tit. mandat. qu.* 81. Cujac. *lib.* 6 *obs.* 22. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 14. *tit. de confiscat. bon. num.* 1. Farinac. *de delict. & pœn. qu.* 25. *n.* 138. Ans. 72 Mandatum rei turpis non parit mandati actionem. *v. l.* 6. §. 3. *ff. eod.* 73 *l.* 7. *C. de furtis. l.* 12. §. 10. *ff. eod.* 74 Mandati non agit, qui mandatum non implevit. 75 V. quæ scripsi ad *l.* 3. *C. depositi. l.* 1. *C. de furtis.* 76 Ac poltea consumpseris.

77 Non furti, nam cum arbitrio tuo mandator usum ejus pecuniæ reliquerit, non videris eam consumendo contra ejus voluntatem contrectasse. 78 Qui mihi pecuniam credidisti. 79 Sed ut in peculio haberet. 80 Quia dominium mihi non fuit quæsitum. 81 *Subaudi*, contraria.

82 Quia eo casu, mihi per eum quæsitum inane est dominium pecuniæ mutuo acceptæ. *l.* 1. §. 19. §. 20 *ff. de adq. possess.* 83 Solvere creditori ut per quemcunque alium, ita per servum ejusdem creditoris ipse debitor potest. 84 Si servus tuus meo nomine pecuniam tuam tibi solvit, non liberor, *ut hic.* si ab alio mutuo acceptam, meo nomine, tibi solvit, liberor: habes tamen adversus me actionem, ut servum tuum indemnem reddam. Quid, si mutuam accepit, non meo nomine, & eam tibi solvit? non liberor: nec in te adversus me mandati est actio. *ut ff. eod.* 85 Solvendo non liberatur debitor, qui nummos ipsos creditoris ipsi creditori solvit, *l.* 8. §. 5. *ff. eod.* vide *l.* 7. *in fin. C. de act. empt.*

nummos accipit creditor, non contingit liberatio debitori.

§. 9. Fugitivus meus, cum apud furem esset, pecuniam adquisiit, & ex ea servos paravit, eosque Titius per traditionem à venditore accepit: Mela ait, mandati actione me consecuturum, ut restituat mihi Titius: quia servus meus mandasse Titio videbatur, ut per traditionem acciperet, si modo [86] rogatu servi hoc fecerit: quod si sine voluntate ejus venditor Titio tradiderit, tunc posse me ex empto agere, ut mihi eos venditor traderet, venditoremque per condictionem [87] a Titio repetiturum, si servos tradiderit Titio, quos non debuerit, cum debere se existimaret.

§. 10. Si [88] curator [89] bonorum venditionem quidem fecerit, pecuniam autem creditoribus non solverit, Trebatius, Ofilius, Labeo responderunt, his, qui presentes fuerunt, competere adversus eum mandati actionem: his autem, qui absentes fuerunt, negotiorum gestorum actionem esse: Atquin si præsentium mandatum exsecutus, id egit, negotiorum gestorum actio absentibus non est, nisi [90] forte adversus eos, qui mandaverunt curatori, tanquam si negotia absentium gesserint: quod si, cum soli [91] creditores se existimarent, id mandaverint, in factum actio absentibus danda est in eos, qui mandaverint. §. 11. Sicut [92] autem liberum [93] est, mandatum non suscipere, ita susceptum consummari oportet, nisi renunciatum sit. Renunciari autem ita [94] potest, ut integrum [95] jus mandatori reservetur, vel per se, vel per alium eandem rem commode explicandi, aut si redundet in eum captio, qui susceperit mandatum. Et quidem si is, cui mandatum est, ut aliquid mercaretur [96], mercatus non sit, neque renunciaverit, *se non emp turum*, idque sua non alterius culpa fecerit: mandati actione teneri eum convenit: hoc amplius tenebitur (sicuti Mela quoque scripsit) si eo tempore per fraudem renunciaverit, cum jam recte emere non posset.

XXIII. Hermogenianus lib. II juris Epitomarum.

SAne [97] si valetudinis [98] adversariæ [99] vel capitalium inimicitiarum,

XXIV. Paulus lib. II Sententiarum [100].

SEu ob inanes [1] rei actiones,

XXV. Hermogenianus lib. II juris Epitomar.

SEu [ob] aliam [2] justam causam excusationes alleget, audiendus est.

De morte mandantis. 2. De fidejussore delegante, 3. Vel per donationem liberato, 4. Vel solvente, 5. Procuratori creditoris. 6. De damno fortuito. 7. Si servus ex mandato emptus mandatario furtum fecerit. 8. De servo empto, evicto, & vendito à mandatario.

XXVI. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

INter causas omittendi mandati etiam mors [3] mandatoris est: nam mandatum solvitur morte: si tamen per ignorantiam impletum est, competere actionem utilitatis [4] causa dicitur. Julianus quoque scripsit, mandatoris morte solvi mandatum: sed [5] obligationem aliquando [6] durare. §. 1. Si quis debitori suo mandaverit, *ut Titio solveret*, & debitor, mortuo [7] eo, cum [8] id ignoraret, solverit, liberari eum oportet. §. 2. Adeff. intelligitur pecunia fidejussori, etiam [9] si debitor ab eo delegatus [10] sit creditori: licet is solvendo non fuerit: quia * bonum [11] nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum [12]. §. 3. Si is, qui fidejussori donare vult, creditorem ejus habeat debitorem suum, eumque liberaverit, continuo aget [13] fidejussor mandati: quatenus [14] nihil interfit, utrum nummos solverit creditori, an eum liberaverit. §. 4. Præterea sciendum est, non [15] plus fidejussorem consequi debere mandati judicio [16], quam [quod] solverit.

§. 5. Mandatu tuo fidejussi in decem, & procuratori creditoris solvi: si verus procurator fuit, statim mandati agam: quod si [17] procurator non est, repetam ab [18] eo. §. 6. Non [19] omnia [20], quæ impensurus non fuit, mandator imputabit, veluti quod spoliatus [21] sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, vel languore suo suorumque adprehensus, quædam erogaverit: nam [22] hæc magis casibus quam mandato imputari oportet. §. 7. Sed cum servus, quem mandatu meo emeras, furtum tibi fecisset, Neratius ait, mandati actione te [23] consecuturum, ut servus tibi noxæ dedatur: si tamen sine culpa tua [24] id acciderit: quod si ego sciissem talem esse servum, nec prædixissem, ut possis præcavere, tunc [25], quanti tua interfit [26], tantum tibi præstari oportet.

§. 8. Faber mandatu amici sui emit servum decem, & fabricam docuit: deinde vendidit eum viginti [27], quos mandati judicio actus est solvere: mox, quasi homo non erat sanus, emptori damnatus est [28]: Mela ait, non præstaturum [29] id ei mandatorem, nisi, posteaquam emisset, sine dolo malo ejus hoc vitium habere cœperit servus: sed si [30] jussu mandatoris eum docuerit, contra fore [31], tunc enim & mercedem & cibaria consecuturum: nisi [si], ut gratis doceret, rogatus sit.

De liberatione. 1. De manumissione. De pœnitent a mandantis. 2. De mandato implendo vel renunciando. 3. De morte mandatarii. 4. De impensis à mandatario factis. 5. De mutuo.

XXVII. Gaius lib. IX ad Edictum provinciale.

SI quis alicui scripserit, *ut* [32] *debitorem suum liberet*, seque eam pecuniam, quam is debuerit, soluturum, mandati actione tenetur. §. 1. Si servum ea lege tibi tradidero [33], *ut cum post* [34] *mortem meam manumitteres*, constitit obligatio: potest autem & in mea quoque persona agendi causa intervenire, veluti si, pœnitentia acta [35], servum reciperare velim. §. 2. Qui mandatum suscepit, si potest id explere [36], deserere promissum officium [37] non debet: alioquin, quanti [38] mandatoris interfit, damnabitur: si vero intelligit explere se id officium non posse, idipsum, cum primum poterit, debet mandatori nunciare: ut is, si velit, alterius opera utatur: quod si, cum posset nunciare, cessaverit, quanti mandatoris interfit, tenebitur: si aliqua [39] ex causa non poterit nunciare, securus erit. §. 3. *Morte* [40] quoque [41] ejus, cui mandatum est, si is integro adhuc mandato decesserit, solvitur mandatum [42]: & ob id heres ejus, licet exsecutus fuerit mandatum, non habet mandati actionem. §. 4. *Impendia* [43], mandati exsequendi gratia facta, si bona fide facta sunt, restitui omnimodo debent: nec [44] ad rem pertinet [45], quod is, qui mandasset, potuisset, si ipse negotium gereret, minus impendere. §. 5. Si, mandatu [46] meo, Titio credideris, & mecum mandati egeris, non aliter condemnari debeo, quam [47] si actiones [48] tuas, quas adversus Titium habes, mihi præstiteris: sed si cum Titio egeris, ego [49] quidem non liberabor, sed in [50] id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio servare non potueris.

De mandatore solvente.

XXVIII. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

PApinianus lib. III Quæstionum ait, mandatorem debitoris solventem, ipso jure [51] reum non liberare: propter [52] mandatum enim suum [53] solvit & suo nomine: ideoque mandatori actiones putat adversus reum cedi debere.

De exceptione omissa à fidejussore. 1. De solutione. 4. De exceptione procuratoria. 5. De repetitione indebiti, 6. De fidejussore solvente.

XXIX. Idem lib. VII Disputationum.

SI fidejussor conventus, cum [54] ignoraret non fuisse debitori numeratam pecuniam, solverit ex causa fidejussionis, an mandati judicio persequi possit id, quod solverit, quæritur? Et si quidem sciens [55] prætermiserit exceptionem vel doli, vel non numeratæ pecuniæ, videtur dolo versari: * dissoluta [56] enim negligentia prope [57] dolum est. Ubi vero ignoravit, nihil, quod ei imputetur [58]. Pari ratione & si aliqua exceptio [59] debitori competebat, pacti forte conventi, vel cujus alterius rei, & ignarus hanc exceptionem non exercebit [60], dici oportet, ei mandati actionem competere: potuit enim atque debuit reus promittendi certiorare [61] fidejussorem suum, ne forte ignarus solvat indebitum.

§. 1. Non male tractabitur, si, cum ignoraret fidejussor inutiliter se obligatum, solverit, an mandati actionem habeat? Et siquidem factum [62] ignoravit, recipi ignorantia ejus potest: si vero jus [63], aliud dici debet. §. 2. Si, cum debitor solvisset, ignarus fidejussor solverit, puto eum mandati habere actionem: ignoscendum est enim ei, si non divinavit [64] debitorem solvisse: debitor enim debuit [65] notum facere fidejussori, jam se solvisse, ne forte creditor obrepat [66], & ignorantiam ejus circumveniat, & excutiat ei [67] summam in quam fidejussit. §. 3. Hoc idem tractari & in fidejussore potest: si [68] cum solvisset, non certioravit reum, sic deinde reus solvit, quod solvere eum non oportebat: & credo, si, cum posset [eum] certiorare, non fecit, oportere mandati agentem fidejussorem repelli: Dolo enim proximum est, si post solutionem non nunciaverit debitori: cedere autem reus indebiti actione fidejussori debet, ne [69] duplum creditor consequatur.

§. 4. Quædam tamen etsi sciens omittat fidejussor, caret fraude, utputa, si exceptionem procuratoriam [70] omisit, sive sciens, sive ignarus: * de bona fide enim agitur, cui [71] non congruit de apicibus [72] juris [73] disputare, sed de hoc tantum, debitor fuerit, necne. §. 5. In omnibus autem visionibus [74], quæ propositæ sint, ubi creditor vel non numeratam pecuniam [accipit], vel numeratam iterum accepit, repetitio contra eum competit, nisi ex condemnatione fuerit ei pecunia soluta: tunc [75] enim propter auctoritatem rei judicatæ, repetitio quidem cessat [76], ipse autem [77] stellionatus [78] crimine propter suam calliditatem [79] plectetur.

§. 6. Fidejussor, si solus tempore liberatus, tamen solverit creditori, recte mandati [80] habebit actionem adversus reum: quamquam enim jam liberatus solvit, tamen fidem [81] implevit, & debitorem liberavit: si igitur paratus sit defendere reum adversus creditorem, æquissimum est, mandati judicio eum, quod solvit, reciperare: Et ita Juliano videtur.

De

---

[86] *l.* 19. *vers. sed si adv. ff. de solut.*

[87] Solutio indebite facta inducit repetitionem.

[88] Id est, ut curator bonis datus distrahens mandato quorundam creditorum, eis & ceteri mandati: & illi rebus distractis creditoribus eo nomine tenentur actione in factum, si fit solus creditores existimarunt: negotiorum, si esse alios creditores non ignoraverunt.

[89] Vide *ff. de curatore bonis dando.*

[90] Negotium proprium facimus ratihabitione.

[91] *l. ult. ff. de curatore bonis dando.*

[92] Mandatum suscipere, voluntatis: susceptum perficere, necessitatis: nisi justa causa sit renunciandi.

[93] *l.* 27. §. 2. *ff. eod.* §. 11. *Inst. eod.* vide Cicer. pro Rosc. Amerino. *l.* 17. §. 3. *ff. commod.*

[94] Renunciare mandatum intempestive mandatarius non potest.

[95] Renunciat intempestive, qui re non integra renunciat, qui renunciat mandatori eo tempore, quo vel ipse per se, vel per alium rem æque commode explicare non potest.

[96] *l.* 5. §. 2. *ff. eod.*

[97] Renunciandi mandati quæ justæ causæ sint.

[98] Adde *l.* 24. *l.* 25. *ff. eod. l.* 20. *l.* 21 *ff. de procurat.* ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam, & inanes rei actiones, integra adhuc causa mandati, negotio renunciari potest. Paul. 2 *sentent.* 15. §. 1.

[99] Adversæ.

[100] *Tit.* 15.

[1] Inanes sunt, quæ vel inopia vel exceptione debitoris excluduntur. De inani dixi ad *l.* 6. *ff. de dolo.* 2 *l.* 16. 17. 18. *ff. de procurat.*

[2] V. *l.* 27. §. 3. *ff. eod. l.* 16. *ff. de procur.*

[3] Utilitatis causa, quæ hic dicitur, est, ne officium, seu benignitas mea, mihi noceat, ut *l.* 140. *ff. de reg. jur. l.* 7. *quem. test. aper. l.* 61. §. 5. *ff. de furtis. l.* 19. *C. de testib.* neve mandati usus, utilitatis gratia inter homines inventus, retardetur.

[4] *l.* 58. *ff. eod.*

[5] Quia ille est casus, quo mortæ mandatoris solvitur mandatum, obligatio tamen mandati durat: non est certe ille, quem posuit Paulus ante, si per ignorantiam impletum sit mandatum, sed qui proponitur in *l.* 34. §. 1. *ff. eod.*

[6] Mandati actio, finito etiam mandato morte vel capitis deminutione mandatoris, re nondum secuta duobus casibus competit: Uno casu, quoties procurator ignorans mortem domini, mandatum explevit, *ut hic.* Altero, de quo in *l.* 34. §. 1. *ff. eod.*

[7] *l.* 19. §. 3. *ff. de donat.*

[8] Mandati fidejussor agit, quoties ei aliquid abest. Abest autem aliquid fidejussori, si suum debitorem rei principalis creditori delegavit.

[9] *l.* 18. *ff. de fidejuss.*

[10] Solutionis vice est delegatio. Solvit, qui delegat. Solutum accipit, qui delegatum accipit.

[11] Sibi imputaturus, quod non magis idoneum admiserit. *l.* 1. §. 11. *ff. de separationibus.*

[12] Imo, non aget mandati. *l.* 12. §. 1. *ff. eod. l.* 14. *C. de fidejuss.*

[13] Id est, quandoquidem, quoniam, ut *l.* 3. §. 1. *ff. de in rem verso.*

[14] Mandati judicio fidejussor plus non consequitur, quam quod vere vel quasi solverit, nisi accessione nominis, quod amplius debeatur.

[15] Adde *l.* 8. §. 8. *l.* 22. *in princ. & §. 1. ff. eod.*

[16] Fidejussor mandati tum demum agit, cum solvendo reum liberavit. Reum non liberat, qui solvit falso creditoris procuratori.

[17] Condictione ob causam. *l.* 14. *in fin. ff. de condict. causa data.*

[18] Mandatarius non repetit ea, quibus spoliatus est à latronibus, vel quæ naufragio amisit, vel quæ in suorum morbum erogavit. Nam hæc casu non ex mandato acciderunt. *Synopsis Basil.* 14. *tit.* 1. *lib.* 53. *tit.* 1. *cap.* 35. §. 3.

[19] Quædam tamen. §. 7. *ff. eod.*

[20] Mandatarius, mandatum exsequendo, si quid damni (captivitate puta, vel similibus) senserit, mandatori non imputat, licet alias (si mandatum illi non fuisset) id damni percepturus non erat, *ut hic.* non idem est in causa societatis. *l.* 52. §. 4. *ff. pro socio.* Placet tamen, quod Accursius hic notat, hunc paragraphum, de curialitate, ut loquitur, non observari, id est, à bono & honesto mandatore negligi.

[21] Mandati actione procurator non consequitur damna, quæ magis casu, quam ex mandati causa accepit.

[22] Justissime enim procurator allegat, se id damni non fuisse passurum, si id non fuisset mandatum. *l.* 61. §. 5. *ff. de furtis.*

[23] *Mea:* ita emendat Anton. Faber, 3 *conjectur.* 5. Simili errore putat, in *l.* 45. §. 7. *ff. eod.* legendum *, tuam*, pro *meam.*

[24] Mandatu meo à te emptus servus si tibi furtum fecerit (me furem eum esse ignorante), noxæ eum tibi dedendo liberor; si furem esse scivi, nec prædixi, quanti tua interfit, teneor.

[25] Præter servum noxæ tibi deditum scil.

[26] Vulgari sc. servorum pretio. *l.* 1. *C. de communi servo manumiss.*

[27] Id est, mandatario mandator pretium servi restituet eo casu: si modo sine dolo mandatarii, is servus tale vitium contraxerit. facit *l.* 8. *in fin. ff. eod.*

[28] Mandatum docendi suscipiens, intelligitur mandatum ea lege suscepisse, ut ne gratis doceret, sed mercede accepta.

[29] Id est, tenebitur mandatario, etiamsi ante emptionem fuerit vitiosus. Quid ita? quia factum mandatarii videtur ad probasse mandator, cum de servo empto sc. docendo, mandatarium rogaverit. *Joann. Accurs.*

[30] Id est, mandatario mandator pretium servi restituet eo casu: si modo sine dolo mandatarii, is servus tale vitium contraxerit. facit *l.* 8. *in fin. ff. eod.*

[31] Mandatum docendi suscipiens, intelligitur mandatum ea lege suscepisse, ut ne gratis doceret, sed mercede accepta.

[32] Mandatario, quod ei mandati nomine absit, mandator præstare cogitur.

[33] Qui tradit, dominum facit.

[34] Talia mandati possunt. *l.* 12. *in fin. l.* 13. *ff. eod.*

[35] Finitur enim mandatum mutata voluntate. *l.* 12. §. *pen. l.* 22. §. *ult. ff. eod.* huc refer *l.* 2. §. 2. *ff. de condict. causa data.*

[36] *l.* 5. §. 1. *ff. eod.*

[37] Officium præstat mandatori procurator.

[38] Mandatum deficiens, quanti mandatoris interfit, tenetur.

[39] Impotentia non demutatum tem excusat.

[40] Morte mandatum revocatur. *ut hic. l.* 26. *ff. eod. l.* 57. *ff. eod. l.* 15. *C. eod.* §. 10. *Inst. eod. l. ult. ff. de solut. l* 8. *C. de oblig. & act.* Quid, si res desiit esse integra? Aut mandatum interposito jurejurando factum? Aut ejus rei tit, quam tradi necesse est? Quid, si mandatum factum est a judice? Aut ad pias causas? Quid, si mandator procuratori, seu mandatario satisfecerit, cum eo casu res integra desiisse videatur? Aut mandatum in post mortem tempus collatum? Quid, si institori mandatum, ut *l. si quis mancipiis.* 17. §. *si impubes.* 2. *ff. de institorial.* Mandatum morte non revocari notat Socin. *reg.* 254.

[41] Hoc est, non tantum mandatoris, ut *l.* 26. *ff. eod.* Mandatum finitur morte mandatarii, ut mandatoris.

[42] Vide tamen *l.* 58. *ff. eod.*

[43] *l.* 12. §. 9. *ff. eod.* Goth. Adde *l.* 45. §. 6. *ff. eod.* Etiamsi negotium aliquo casu implere non potuerit. *l.* 56. *in fin. ff. eod. l. etsi mfi. C. eod.* Anf.

[44] Mandatarius impensas bona fide factas repetit, licet mandator minoris fecisset.

[45] Imo inspiciendum est, quod dominus facere solitus est. *l.* 54 *ff. de petit. hered. l.* 38. *ff. de rei vindicat. l.* 12. *ff. de pignorat.* Goth. Confer *l.* 10. *& l.* 11. *ff. de negot. gest. l.* 25. *ff. de negot. act.* Anf.

[46] *V. l.* 7. *C. eod.*

[47] *l.* 36. *in fin. ff. de fidejuss.*

[48] Cedendæ sunt mandatori actiones à mandatario adversus reum principalem.

[49] *l.* 71. §. 2. *ff. de fidejuss.*

[50] Vide *l.* 13. *ff. de fidejuss.*

[51] Sed per exceptionem. adde *l.* 36. *ff. de fidejussoribus.* Goth. Vide Gœdd. *de contrab. stip. cap.* 9. *num.* 119. & 126. Anf.

[52] Eadem est ratio in *l.* 31. *ff. de petit. hered.*

[53] Præsumitur quisque suo nomine facere, quod facit, etiamsi id potuit alieno quoque nomine facere. *arg. l. pro herede.* 20. *ff. de adqu. hered.*

[54] Vide *l.* 42. *ff. de reg. jur.*

[55] *l.* 8. §. 8. *ff. eod. l.* 48. *in princ. ff. eod. l.* 10. *in fin. C. eod.*

[56] Negligentia dissoluta est, non intelligere, quod omnes intelligunt. *l.* 213. *in fin. ff. de verb. sign.* lata culpa, *l.* 223. *ff. de verb. sign.* latior culpa, *l.* 32. *ff. depositi.* quæ contrahitur etiam in non faciendo, *l.* 91. *ff. de verb. oblig. l.* 1. §. 1. *ff. si mensor.* lata culpa dolo proxima. *l.* 11. *ff. de incend.*

[57] Id est, dolo proxima, *l.* 1. §. 2. *ff. si ss, qui testam. lib.* dolo comparatur. *l.* 1. §. 1. *ff. si mens.*

[58] Quia hæc ignorantia supina non est. *Bart.*

[59] Adde *l.* 8. §. 7. *ff. eod.*

[60] *Al.* exercebat. *al.* non exercuit.

[61] Vide §. 2. *ff. eod.*

[62] Ignorantia facti excusat.

[63] *l.* 23. *ff. de negot.*

[64] Divinare nemo cogitur. *l.* 31. *in fin. ff. ad l. Aquil. c. unico. Extr. ut Eccles. beneficia sine diminutione conferantur.*

[65] *In princ. ff. eod. l.* 8. §. 7. *in fin. l.* 22. §. *ult. ff. eod. l.* 5. §. 2. *ff. de cond. causa data. l.* 11. §. 3. *ff. de institoria.* adde *l.* 42. *ff. de reg. jur.*

[66] Obrepit fidejussori creditor, cum celat sibi satisfactum esse. vide *l.* 29. *ff. de falsis.*

[67] Iterum.

[68] Fidejussor solvens, reum principalem certiorem facere solutionis debet: alioquin, solvente post reo principali, fidejussor mandati actionem non habet in ipsum reum principalem, nisi ut cessione accipiat condictionem indebiti adversus creditorem.

[69] Id enim bona fides non patitur. *l.* 57. *ff. de reg. jur.*

[70] Procuratoris exceptio ad juris apices pertinet.

[71] Adde *l.* 51. *in fin. ff. ad l. Aquil.*

[72] Apices juris fidejussor recte omittit, hoc est, fidejussori non imputatur, si omisit exceptiones, quæ ad juris apices pertinent. Apices dicuntur, qui sola in juris subtilitate positi sunt. Apices hujusmodi juris bona fides negligit, neque de apicibus disputat.

[73] Et verborum. *l.* 2. *in fin. C. de constituta pecunia.*

[74] Visio, quæstio. dixi ad *l.* 20. §. 15. *ff. de pet. hered. l.* 25. §. 3. *ff. de prob.*

[75] *l.* 60. *in pr. ff. de cond. indeb. l.* 1. *C. de cond. indeb.*

[76] Imo non cessat. *l.* 5. §. 7. *ff. de donat. inter virum.*

[77] Stellionatus tenetur creditor, qui non numeratam pecuniam, vel numeratam iterum accepit, etiamsi ex sententia judicis ei solvatur, *ut hic.* adde quæ scripsi ad *l.* 10. §. 12. *ff. eod.*

[78] Cur potius stellionatus, quam alio? collige ex *l.* 3. §. 1. *ff. stellionatus.*

[79] Calvitatem. *Haloand.* facit *l.* 233. *ff. de verbor. significat.* al. *calliditatem.*

[80] Vide *l.* 37. *ff. eod.*

[81] Post præscriptionem, hoc est, etsi tutus sis præscriptione, licet bonam fidem implere. faciet *l.* 48. *ff. eod.*

De procuratore prohibente, quod à domino mandatum est.

XXX. JULIANUS lib. XIII Digestorum.

SI hominem tibi dedero, *ut eum manumitteres*, & postea procurator meus prohibuerit [82], *ne manumitteres*, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? Respondi: Si procurator justam causam habuit interpellandi manumissionem servi, quem in hoc solum acceperam, ut manumitterem, veluti [83] si compererit eum postea falsas rationes confecisse, insidias vitæ prioris domini struxisse, tenebor [84], nisi denunciationi procuratoris paruero: si vero nulla justa causa procuratori fuit denunciandi, *ne servus manumitteretur*, non poterit mecum agi, quamvis ad libertatem eum perduxerim.

Si procurator à se non exegerit.

XXXI. IDEM lib. XIV Digestorum.

SI negotia mea mandavero gerenda ei, qui mihi actione in quadruplum tenebatur [85], post annum vero in simplum, etsi post annum cum eo mandati agam, præstare mihi quadruplum debebit: nam * qui alterius negotia administranda suscepit, id [86] præstare debet in [87] sua persona, quod in aliorum.

De aditione hereditatis. De legato.

XXXII. IDEM lib. III ad Ursium Ferocem.

SI [88] hereditatem [89] aliter aditurus non essem [90], quam cautum mihi fuisset, *damnum præstari*, & hoc [91] mandatum intercessisset, fore mandati actionem existimo: si quæ [92] autem mandaverit alicui, *ne legatum à se repellat*, longe ei dissimile esse: nam * legatum acquisitum nunquam [93] illi damno esse potuit, hereditas [94] interdum damnosa est [95]. † In summa quicunque contractus tales sunt, ut [quicunque] eorum nomine fidejussor obligari posset, & mandati obligationem consistere puto: neque enim multum referre, præsens [96] quis interrogatus fidejubeat, an absens mandet: præterea volgo [97] animadvertere licet, mandatu creditorum [98] hereditates suspectas adiri, quos mandati judicio teneri proculdubio est.

De summa, in quam obligatur fidejussor.

XXXIII. IDEM lib. IV ex Minicio.

ROgatus, *ut fidejuberet*, si [99] in minorem summam se obligavit, recte tenetur [100]: si in majorem, [Julianus] verius putat, quod à pletisque responsum est, eum, qui majorem summam, quam rogatus erat, fidejussisset, hactenus mandati actionem habere, quatenus [1] rogatus esset: quia id fecisset, quod mandatum ei est: nam usque ad eam summam, in quam rogatus erat, fidem ejus spectasse videtur, qui rogavit.

De procuratore, qui pecuniam, quam exegit, se debiturum scripsit. 1. De emptione rei communis mandato cum alio.

XXXIV. AFRICANUS [2] lib. VIII Quæstionum.

QUi negotia [3] Lucii Titii procurabat [4], is, cum à debitoribus ejus pecuniam exegisset, epistolam ad eum emisit, qua significaret, *certam summam ex administratione apud [5] se esse, eamque creditam sibi se debiturum cum usuris semissibus*. Quæsitum est, an ex ea causa, credita pecunia peti possit? Et an usuræ peti possint? Respondit, non [6] esse creditam: alioquin [7] dicendum [8], ex omni contractu, nuda pactione [9], pecuniam creditam fieri posse. † Nec [10] huic [11] simile esse, quod si pecuniam apud te depositam [12] convenerit, ut creditam habeas, credita fiat, quia [13] tunc nummi, qui mei erant, tui fiunt: Item [14], quod si à debitore meo jussero te accipere pecuniam, credita fiat, id enim benigne [15] receptum est: his [16] argumentum esse, eum, qui cum mutuam pecuniam dare vellet, argentum [17] vendendum dedisset, nihilo magis [18] pecuniam creditam recte petiturum, & tamen pecuniam ex argento redactam, periculo ejus fore, qui accepisset argentum: [Et] in proposito igitur [19] dicendum [20], actione mandati obligatum fore procuratorem, ut, quamvis ipsius periculo nummi fuerint, tamen usuras, de quibus convenerit, præstare debeat [21]. §. 1. Cum heres ex parte esses, mandavi tibi, *ut prædium hereditarium mihi emeres certo pretio*: emisti [22]: pro coheredum quidem partibus non dubie mandati actio est inter nos: pro tua autem parte posse dubitari ait, utrumne [23] ex empto, an mandati, agi oporteat: neque [24] enim sine ratione quem existimaturum, pro hac parte sub [25] conditione contractam emptionem: quod quidem maxime quæri pertinere ait, ut si forte prius, quam emptio fieret, decesserim, & tu, cum scires me decessisse, propter mandatum meum alii vendere nolueris, an heres meus eo nomine tibi sit obligatus? Et retro, si alii vendideris, an heredi meo tenearis? Nam si quidem sub conditione [26] emptio facta videtur, potest agi [27], quemadmodum si quævis alia conditio post mortem extitisset: sin vero perinde mandati agendum sit, ac [28] si alienum fundum emi mandassem, morte insecuta, cum id scieris, resoluto mandato, nullam [29] tibi actionem cum herede meo fore: sed & si mandati agendum esset [30], eadem præstanda, quæ præstarentur, si ex empto ageretur.

Si mandavero, ut emas rem, quam habes communem cum alio, certo pretio: aliorum partibus emptu, tuam pro residuo pretio dare teneris; sed si pretium determinatum non fuerit, tua pars viri boni arbitrio æstimabitur, h. d. cum princ. l. seq. Bart.

XXXV. NERATIUS lib. V Membranarum.

SI fundum, qui ex parte tuus est, mandavi tibi, *ut emeres mihi*: verum est, mandatum posse ita consistere, ut mihi, cæteris partibus redemptis, etiam tuam partem præstare debeas: sed si quidem certo pretio emendas eas mandaverim, quantacunque aliorum partes redemeris, sic [31] & tua pars coæstabitur, ut non abundet mandati quantitatem [32], in quam tibi emendum totum mandavi: sin autem, nullo certo pretio constituto, emere tibi mandaverim, tuque ex diversis pretiis partes cæterorum redemeris, & tuam partem, viri [33] boni arbitratu æstimato pretio [34], dari oportet.

De emptione partium.

XXXVI. JAVOLENUS lib. VII ex Cassio.

ITa [35] ut omnes summas, majores & minores coacervet, & ita portionem ei, qui mancipium suscepit, præstet. Quod & plerique probant. §. 1. Simili modo & in illa specie, ubi *certo* [36] *pretio tibi emere* mandavi [37], & aliarum partium nomine commode [38] negotium gessisti, & vilius [39] emeris, pro tua parte tantum tibi præstatur, quanti [40] interest tua [41], dummodo intra id pretium, quod mandato continetur: quid enim fiet, si exiguo pretio hi, cum quibus tibi communis fundus erat, rem abjicere [42] vel necessitate rei familiaris vel alia causa [43] cogerentur? non etiam tu ad idem dispendium deduceris: sed nec lucrum [44] tibi ex hac causa adquirere debes: cum mandatum [45] gratuitum esse debet: neque enim tibi concedendum est, propter [46] hoc venditionem impedire, quod animosiorem ejus rei emptorem esse, quam tibi mandatum est, cognoveris. §. 2. Quod si fundum, qui per partes venit, emendum [tibi] mandassem, sed ita, *ut non aliter priusquam mandato tenear, quam si totum fundum emeres*, si totum emere non potueris, in partibus emendis tibi negotium gesseris: sive habueris in eo fundo partem, sive non: & eveniet, ut is, cui tale mandatum datum est, periculo suo interim partes emat, & nisi totum emerit, ingratus [47] eas retineat. Propius est, ut cum hujusmodi incommodis [48] mandatum suscipi possit, præstarique officium & in partibus emendis, perinde atque in toto debet ab eo, qui tale mandatum sua sponte suscepit. §. 3. Quod si mandassem tibi, *ut fundum mihi emeres*, non addito eo, *ut non aliter mandato tenear, quam si totum emeres*, & tu partem, vel quasdam partes ejus emeris, tum habebimus sine dubio invicem mandati actionem, quamvis reliquas partes emere non potuisses.

De tempore æstimationis ineundæ.

XXXVII. AFRICANUS [49] lib. VIII Quæstionum.

HOminem certum [50] pro te dari fidejussi, & solvi: Cum mandati agatur [51], æstimatio ejus ad id [52] potius tempus [53], quo solutus sit, non quo agatur [54], referri debet: & ideo, etiam si [55] mortuus fuerit, nihilominus utilis ea actio est. † Aliter [56] in stipulatione [57] servatur: nam tunc id tempus [58] spectatur, quo agitur: nisi forte, aut per promissorem steterit, quo minus sua die solveret, aut per creditorem, quo minus acciperet: etenim neutri eorum fructratio [59] sua prodesse debet.

---

81 Procurator generalis revocare non potest ea, quæ per ipsum dominum gesta sunt, hoc est, factum domini: nisi causa aliqua superveniat, ex qua, si dominus ipse præsens fuisset, revocasset.

82 Procurator generaliter datus potest ea immutare, quæ à domino specialiter cauta sunt ex ea causa, quam, si fuisset dominus, revocasset.

83 Hoc verbum, nt & sequentia (puta *paruero*, *perduxerim mecum*) commodius meo judicio in secunda persona legentur, quam in prima.

84 Puta ob res vi raptas, vel ob calumniam, metumve. *Accurs.*

85 Vide *l.* 38. *in pr. ff. de negot.*

86 Procurator à se ipso exigere debet, ut ab extraneo: in sua persona præstare debet, quod in aliorum persona præstat.

87 *l.* 90. *ff. de adquir. hered.*

88 Mandans adiri hereditatem, mandati obligatur: legatum vero agnoscit mandans, vel non repelli, consilium dat potius, quam mandat: ideoque nec obligatur. Est igitur illud mandatum obligatorium: hoc, non item.

89 *l.* 6. §. 5. *ff. eod.* §. 6. *in fin. Inst. eod. l.* 4. *in princ. ff. de doli except.*

90 Adeundæ sc. hereditatis.

91 Quis.

92 Imo interdum legatum onus habet, *l.* 70 *ff. de legat.* 2. & in eo quis fallitur. *l.* 7. §. 7. *ff. de minorib.*

93 Hereditatis & legati differentia. Legatum semper lucrosum: hereditas interdum damnosa. Illam adiri mandans, onus mandat: legatum vero agnoscit, non æque.

94 Hereditatis & legati differentia. Legatum semper lucrosum: hereditas interdum damnosa. Illam adiri mandans, onus mandat: legatum vero agnoscit, non æque.

95 *l.* 7. §. 5. *ff. de minor ib.* Interdum etiam lucrosa, ut merito dici possit titulus lucrativus, si sit solvendo hereditas. *arg. l.* 108. §. 4. *ff. de legat.* 1. *l.* 83. §. 6. *ff. de verb. oblig.* §. 6. *in fin. Inst. de legat.*

96 Fidejussor verbis tantum & per stipulationem obligatur.

97 Argumentum à consuetudine, & eo, quod vulgo fit.

98 *l. ult. ff. de dolo. l.* 4. *ff. de doli except. l.* 7. §. 17. *ff. de pactis.*

99 Fidejubens in minorem mandati quantitatem, mandati recte agit: in majorem, hactenus tantum, quatenus rogatus sit.

100 Quippe majori summæ minor inest. §. 8. *Inst. eod.* 1 *l.* 4. *ff. eod.* 2 V. Cujac. ad hanc *leg.* 8 *ad Afric. fol.* 173. & 8 *obs.* 8. Alciat. ad *l.* 31. *ff. de reb. cred.* Corras. 6 *Miscellan.* 16. Molin. *tr. de usuris.* 6. Robert. 2 *sent.* 4. 3 De procuratore ad negotia, non ad lites, hic agi observa. 4 Titii mandato scil. 5 Vid. quæ scripsi ad *l.* 24. *ff. depositi.* 6 Imo credita esse potest. *l.* 7. *in fin. ff. de donat. inter virum.* 7 Argumentum ab absurdo. Creditum nuda pactione contrahi non potest: quia pactione nuda non transfertur dominium: non est autem creditum, nisi transferatur dominium. Creditum fit re, id est, traditione, numeratione, alienatione, translatione dominii, non pactione nuda. 8 Quidni dicatur? *l.* 7. *in fin. C. si cert.* 9 Epistola, cui consentit is, ad quem mittitur, pro pacto est, ut in *l.* 15. *ff. de fundo dotali. l.* 16. *ff. de SC. Macedon.*

10 Cur non simile est? Quod tibi ex causa depositi debeo, tuum est. Et quia tuum, meum fieri ex mutuo potest: ea enim natura mutui est, ut ex tuo meum fiat. At quod ex causa mandati tibi debeo, tuum non est: minus itaque in mutuum verti potest. Qua enim ratione mutuum fiat, hoc est, meum, quod nunquam tuum fuit, *ut hic. ibi, quia tunc nummi.* Atqui si jussero te à debitore meo pecuniam accipere, credita fit pecunia, & mutuum recte ita contrahitur? Contrahitur quidem: sed benigna ratione, h. e. contra rationem juris, jure singulari: quod cum singulare jus sit, & singulariter receptum, non continuo dixeris, in hac quoque specie recipiendum esse. Nam quæ benigne sunt recepta, singularia sunt, nec ad alios casus producenda. *verb. id enim benigne. ff. eod.* Cur benigne (inquies) hoc receptum est? Fictione brevis manus. *l. licet.* 43. §. 1. *ff. de jure dotium.* Fingitur ea pecunia mihi à debitore soluta, & mox à me tibi credita. *l.* 3. §. *sed si debitorem. ff. de don. inter vir. & uxor.* Atenim, si hæc ita sint, dices, in tribus personis, ut quod debitor mihi debeat, id fingatur brevi manu ad me primum, non inde ad te, perveniss: cur non in duobus tantum id quoque recipiendum esse dixeris, ut quod ipse mihi ex mandato debeas, id in mutuum possis quoque vertere? Ita sane Ulpianus sensit. *l.* 15. *ff. de reb. cred. & l. rogasti. ff. de præscr. verbis.* Africano contraria sententia est, *ut hic.* male. Cur enim negemus benigne recepta esse producenda ad ea, quæ verisimilia sunt, & probabilia magis? Africanus juris strictis, Ulpianus æqui religiosior est: Africanus opinionem suam nondum receptam recipi cupit, Ulpianus sententiam juris proponit. Patet vero sententia juris latius, quam opinio. Et hæc inter utrumque Jurisconsultum diffidii componendi ratio est, ut ne cum interpretibus putes, in specie hujus legis pecuniam consumptam esse, in *d. l.* 15. non consumptam. Nam si in eo cardo rei verteretur, Jurisconsulti ipsi non prætermisissent. Deinde, *ut hic*, esset consumpta pecunia, obligatio tamen consumptæ pecuniæ superesset. Postremo ne quidem in *d. l.* 15. pecunia in mutuum verteretur. Nam si consumpta pecunia ex specie hujus legis non sit credita: multo minus non consumpta, in specie *d. l.* 15. Ex his itaque Ulpiani sententia sic constabit. Hodie ex quolibet contractu nuda pactione creditam pecuniam fieri posse, admissa in omnibus fictione brevis manus. v. Cujac. *ad African. in hac lege.*

11 Imo simile esse debet. v. quæ notavi ad *l.* 15. *ff. de reb. cred.*

12 Depositum in mutuum verti potest. Potest conveniri, ut pecunia mea apud te deposita, sit tibi credita: quia ex meo tuum fit in illa specie.

13 Item, ut pecunia, quam à debitore acceperis, tibi sit creditа.

14 Eo casu sc. *l.* 9. *in fin. ff. de reb. cred.*

15 Contra rationem juris, ideoque produci non potest ad consequentias. Etenim communia, non singularia, ad similia producuntur: hæc strictius accipiuntur.

16 In depositо nummi mei sunt, & quia mei, à me tibi mutuo dari possunt: ac quod meum non est, à me tibi mutuum esse non potest.

17 Vel massam auri. *l.* 11. *ff. de reb. cred.*

18 Quidam exponunt, *nihilominus*: male. v. quæ scripsi ad *l.* 2. §. 1. *ff. si bon. rapt.*

19 Conclusio superiorum est. Quid autem concludat, videndum est. Pecunia ex mandati causa debita, in mutuum verti non potest, & pacto tamen potest effici, ut ea pecunia sit debitoria periculo, imo ut & usuras præstet ejus pecuniæ.

20 Probaturus Africanus pecuniam, quæ apud me sit ex causa mandati, in mutuum verti non posse, ita argumentatur: pacto non potest effici, ut pecunia ex mei argenti venditione à te redacta, tibi sit credita; nec igitur pacto potest pecunia ex causa mandati debita in creditum verti. Et tamen quia pacto potest effici, ut pecunia ex argenti mei venditione redacta, tuo sit periculo, potest quoque pacto effici, ut pecunia mihi à te ex causa mandati debita, tuo periculo sit: Actum hoc, licet inutile sit ad debitum ex causa mandati in mutuum vertendum, non est tamen inutile, ut pecunia ex ea causa debita, periculo sit ejus, qui eam debet.

21 Non debeat, Hottom. 1 *obs.* 34. reprehensus à Roberto 1 *recep.*

22 Si tibi heredi ex parte mandavero, ut mihi fundum hereditarium emeres, etiam pro tua parte tenearis mandati actione: in qua idem venit, quod in actione empti, etiamsi decessero, antequam emeres, & scires me decessisse. Summum hujus tituli à Græcis sita lingua redactum sic translulit & supplevit Cujac. 8 *ad Afric.*

23 Si tibi heredi ex parte mandavero, ut mihi fundum hereditarium emeres, etiam pro tua parte tenearis mandati actione: in qua idem venit, quod in actione empti, etiam si decessero, antequam emeres, & scires me decessisse. hoc casu dura actio mandati, quia habetur pro actione empti, & huc efficacius, quo mandatum quidem solvitur, obligatio tamen dura. de quo in *l.* 26. *ff. eod.*

24 I. e. potest in hac specie defendi, agi ex empto, quia videtur emptio partis tuæ contracta sub conditione, ut mox dicetur.

25 Quæ hæc conditio fuit? si cæterorum partes emerentur. Conditio hæc tacita fuit, quia scilicet non potes partem tuam emere, quin emas & cæterorum.

26 Emptio sub conditione contrahi potest. *l. sicut* 20. *ff. locati. § fin. Inst. de empt.* quod ad differentiam mancipationis notandum est.

27 Potest enim ita contrahi emptio. *d. l.* 20. *ff. locati.*

28 Neque enim in hac specie mandavi, ut alienum simpliciter emeres, sed ut mihi tecum hereditarium emeres.

29 Mandati actio soluto interdum mandato, morte vel capitis minutione mandatoris finitur, duobus casibus: Uno, si heredi ex parte mandaverim, ut fundum hereditarium emeret, & emerit sciens post mortem meam, *ut hic.* Aut altero, de quo in *l.* 26. §. 1. *ff. eod.* ut non abs re olim dubitatum fuerit, an actio mandati daretur in heredem, quæ non cœpisset in defunctum. Constat enim ex Cicerone ad Herennium, Drusum Prætorem reddidisse judicium, Quod cum herede mandati ageretur: Sextum vero Julium non reddidisse. 30 Sicuti agendum est in specie initio contractus, quamvis morte mandatoris resolutum mandatarius scierit esse mandatum: instar tamen esse eam actionem judicii empti venditi: nec esse necesse potius agi ex empto vendito, cum non minus illa, quam ista contineatur.

31 Vide *l. seq.* §. 1. *eod.*

32 Id est, summam, ac pecuniam mandato comprehensam vid. Robert. 3 *sent.* 6.

33 Viros bonos præcepta accipere a Jurisconsultis, hic locus indicio est. Et vero, quis vir bonus, nisi Jurisconsultus, æquitatis magister, & sacerdos?

34 Pretium uti æstimare vir bonus debeat, explicat mox sequenti lege. Quin recte Joannes notat, media pretia esse, quæ inter majora & minora sint.

35 Vide Cujacium *ad Africanum.* & ad *l.* 34. § *cum heres. in fin. ff. eod.*

36 Puta centum.

37 Fundum tibi cum aliis communem.

38 ἐπιτροπῶς *Basilic.* Cujac. ad *l.* 34. *ff. eod. tract.* 8. *ad African.*

39 Puta viginti.

40 Vendere suam hereditatis partem nemo cogitur eo pretio, quo aliorum partes redemit.

41 Id est, justum pretium, non integra 80, ut lucrum facias ex mandato.

42 Addicere, *Budæus*, bene reprehensus a Cujac. *ibid.* Nam *abjicere* & *projicere* proprium est verbum vendentium vilissimo pretio, *l.* 50. *ff. de evict.* & prodigentium, non donantium. Seneca *in epist. Multi sunt, qui non projiciunt, sed donant.*

43 Id est, æris alieni.

44 Lucrum est emere exiguo pretio. Martialis, *Lucrificii, adeo bene emit.* & alio loco, *lucrifieri bombycina possunt*, id est, exiguo pretio emi. M. Tull. *pro Flacco*, *Emit aliquid, quod multo pluris esset, dat de lucro.*

45 Gratuitum mandatum esse debet. *l.* 1. §. 4. *ff. eod.*

46 Sensus est, non ideo licere mandatario augere pretium partis suæ, quod cognoverit mandatorem ea duci cupiditate habendæ ejus rei, ut sit multo pluris empturus, quam mandaverit, si quis difficiliorem se præbeat.

47 Id est, invitus, non grato, seu lubenti animo. Terent. *in Eunucho, Ingratus ut dormiam*: alius *ingratis* eodem sensu legit, & apud Terent. *in Heautont. act.* 3. *scen.* .... legi ait. *ingratis, post illa cæpit victum vulgo quærere.* Sed Cujacius dicto loco legit *ingratiis.* & ita Latinos omnes locutos fuisse, non Comicos tantum, sed & Ciceronem *pro Quintio, Exterquendum est invito, atque ingratiis.* & 6 *in Verrem, Dicent, quæ necesse erit ingratiis.* & simili forma *gratiis* Plautus *Captivis, Cujus vultum nunquam tranquillum gratiis.*

48 Invitus emere quis interdum cogitur, ut *hic.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de distract. pign.*

49 Cujac. 8 *ad Afric. f.* 178.

50 An idem, si incertum? Accurs ius ita putat: quo nomine à Cujacio notatur *ibid. arg. l.* 23. *ff. de verb. oblig. l. pennit. C. de usuris rei.*

51 Per fidejussorem adversus reum principalem debendi.

52 Vide quæ notavi ad *l.* 59. *& l.* 60. *ff. de verb. oblig.*

53 Pretium rei cujusque pro tempore est. Senec. 3 *de benef.*

54 *Subaudi*, mandati, seu litis contestatæ: recte. Possit enim minoris esse servus tempore institutæ mandati actionis adversus reum, qui pluris fuerit, cum creditori solveretur à fidejussore. Proinde ut pretium servi ita soluti fidejussor consequatur, pretii initur æstimatio à die soluti servi. Sicut per cantrarium augetur fidejussoris actio, si servi pretium à die solutionis creverit.

55 *l.* 50. *in fin. ff. eod. l.* 9. *ff. comm. divid.*

56 In stipulationibus pretium servi promissi reducitur ad tempus litis contestatæ, hoc est, tanti homo æstimatur, quanti fuerit, quantique est litis contestatæ tempore: nisi post moram promissoris deterior factus fuerit, hoc enim casu ad tempus moræ refertur æstimatio. Atqui in actione mandati non spectatur litis contestatæ tempus, sed solutionis? Causas differentiæ alias attuli, de quibus vide Cujacium *ad Africanum ad hanc l.*

57 Certi hominis, puta Stichi.

58 Pretium cujusque rei pro tempore est. Seneca, 3 *de benefic.* Cujac. *ibid.*

59 Fructratio, mora est: qui fructratur, moratur. vide *l.* 3. *in fin. ff. de usurit.*

An reus teneatur liberare pignus, 1. Vel fidejussorem.

XXXVIII. Marcellus lib. singul. Responsorum.

LUcius Titius Publio Mævio filio naturali domum communem permisit, non donationis causa, creditori filii obligare: postea Mævio defuncto, relicta pupilla, tutores ejus judicem adversus Titium acceperunt, & Titius de mutuis [69] petitionibus: Quæro, an domus pars, quam Titius obligandam filio suo accommodavit, arbitratu [61] judicis liberari debeat? Marcellus respondit, an, & quando debeat liberari, ex persona debitoris, item que ex eo, quod inter contrahentes actum esset, ac tempore [62], quo res, de qua quæreretur, obligata fuisset, judicem æstimaturum: est enim earum specierum judicialis quæstio, per quam res expediatur.

§. 1. Non absimilis [63] illa, quæ frequentissime agitari solet, Fidejussor [64] an, & prius, quam solvat, agere possit, ut liberetur? Nec tamen semper exspectandum est, ut solvat, aut judicio accepto condemnetur, si diu in solutione reus cessavit, aut certe bona sua dissipavit [65]: præsertim si domi pecuniam fidejussor non habebit, qua numerata creditori, mandati actione conveniat.

Pactum de rei periculo.

XXXIX. Neratius lib. VII Membranarum.

ET Aristoni & Celso patri placuit, posse rem hac conditione deponi [66], mandatumque [67] suscipi, *ut res periculo ejus sit, qui depositum vel mandatum suscepit*: Quod & mihi verum esse videtur.

De fidejubente pro invito.

XL. Paulus lib. IX ad Edictum.

SI pro te præsente & vetante [68] fidejusserim, nec mandati actio, nec negotiorum gestorum est: sed quidam utilem putant dari [oportere]: quibus non consentio, secundum quod & Pomponio videtur.

De finibus mandati non custoditis.

XLI. Gaius lib. III ad Edictum provinciale.

POtest & ab una [69] duntaxat parte mandati judicium dari: nam si is, qui mandatum suscepit, egressus [70] fuerit mandatum, ipsi quidem mandati judicium non competit, at ei, qui mandaverit, adversus eum competit.

De dolo mandatarii.

XLII. Ulpianus lib. XI ad Edictum.

SI mandavero tibi, *ut exceptores vires hereditatis* [71], & tu, quasi [72] minor sis, eam à me emeris, mandati mihi teneberis. Tantundem & si tibi mandavi, *ut vires exceptores ejus, cui eram crediturus*, & renunciaveris, eum [73] idoneum esse.

De pecunia in diem credenda. De actionibus à mandatario cedendis.

XLIII. Idem lib. XXIII ad Edictum.

QUi mandatum [74] suscepit, *ut pecuniam in diem* [75] *collocaret*, isque hoc fecerit, mandati conveniendus est, ut cum dilatione [76] temporis actionibus [77] cedat.

De dolo.

XLIV. Idem lib. LXII ad Edictum.

DOlus [78] est, si quis nolit persequi, quod persequi potest [79], aut si quis [80] non exegerit, quod exigere, solvere [81].

De emptione fundi, & pretio nondum soluto. 1. De judicio. 2. De promissione mandatarii. 3. De obligatione. 6. De sumptibus factis à fidejussore. 7. De donatione. 8. Si mandato fidejussoris cum reo agatur.

XLV. Paulus lib. V ad Plautium.

SI mandatu meo fundum emeris, utrum, cum dederis pretium, ageres [82] mecum mandati, an & antequam [83] des, ne necesse habeas res tuas vendere? Et recte dicitur, in hoc esse mandati actionem, ut [84] suscipiam obligationem, quæ adversus te venditori competit: nam & ego tecum agere possum, ut præstes mihi adversus venditorem empti actiones. §. 1. Sed si mandatu meo judicium suscepisti, manente judicio, sine [85] justa causa non debes mecum agere, ut transferatur judicium in me: nondum enim perfecisti mandatum. §. 2. Item si, dum negotia mea geris, alicui de creditoribus meis promiseris, & antequam [86] solvas, dicendum est, te agere posse, ut obligationem suscipiam, aut, si [87] nolit creditor obligationem mutare, cavere tibi debeo, defensurum [88] te. §. 3. Si judicio te sisti promiseris, nec exhibuero, & antequam præstem, mandati agere possum, ut [89] me liberes, vel si pro te reus promittendi factus sim. §. 4. Sed si mandavero tibi, *ut creditori meo solvas*, tuque expromiseris, & ex ea causa damnatus sis, humanius est & in hoc casu mandati actionem tibi competere. §. 5. Quoriens [autem] ante [90] solutam pecuniam mandati agi posse diximus, faciendi causa [91], non dandi tenebitur reus: & est æquum, sicut mandante aliquo actionem nacti cogimur [92] eam præstare judicio mandati, ita ex eadem causa obligatos habere mandati actionem, ut liberemur. §. 6. Si fidejussor multiplicaverit [93] summam, in quam fidejussit, sumptibus [94] ex justa ratione factis, totam eam præstabit is, pro quo fidejussit.

§. 7. Quod mihi debebas, à debitore [95] stipulatus sum periculo [96] tuo: posse me agere tecum mandati in id, quod minus ab illo servare potero, Nerva, Atilicinus aiunt: quamvis [97] id mandatum ad tuam [98] rem pertineat: Et merito: tunc enim liberatur is, qui debitorem delegat [99], si nomen ejus creditor secutus [est], non cum periculo debitoris ab eo stipulatur. §. 8. Idem juris est, si mandatu [100] fidejussoris cum reo egissem, quia sequenti mandato liberaretur ex priore causa.

Quamodo implendum sit mandatum.

XLVI. Idem lib. LXXIV ad Edictum.

SI quis pro eo sponderit, qui ita promisit, *si Stichum non dederis, centum milia dabis*, & [1] Stichum redemerit vilius [2], & solverit, ne centum milium stipulatio committatur, constat, posse eum mandati agere. Igitur commodissime illa forma in mandatis servanda est, ut, [3] quotiens certum [3] mandatum sit, recedi [4] à forma non debeat: at quotiens incertum [5] vel plurium causarum, tunc licet aliis præstationibus exsoluta sit causa mandati, quam quæ ipso mandato inerant [6], si tamen hoc mandatori expedierit, mandati erit actio.

Si creditor fidejussori ex titulo oneroso promittat, quod ei debet ex causa fidejussoris. 1. Si fidejussor alienum hominem dederit.

XLVII. Pomponius lib. III ex Plautio.

IUlianus ait, si fidejussori uxor doti [7] promiserit, quod ei ex causa fidejussoria debeat, nuptiis secutis confestim mandati adversus debitorem agere eum posse: quia intelligitur abesse [8] ei pecunia, eo quod [9] onera matrimonii sustineret. §. 1. Si is, qui pro te hominem dare fidejussit, alienum [10] hominem stipulatori dederit, nec ipse liberatur, nec te liberat: & ideo mandati actionem tecum non habet: sed si stipulator eum hominem usuceperit, dicendum esse Julianus ait, liberationem [11] contingere: eo ergo casu mandati actio post usucapionem demum tecum erit.

De fidejussore, qui usuras solvit. 1. De mandato, quod sit gratia mandantis, 2. Vel mandatarii.

XLVIII. Celsus lib. VII Digestorum.

QUint. Mucius Scævola ait, Si quis sub usuris creditam pecuniam fidejussisset, & reus in judicio conventus eum recusare vellet sub usuris creditam esse pecuniam, [&] fidejussor solvendo usuras potestatem recusandi eas reo sustulisse [12], eam pecuniam à reo non petiturum: sed si reus fidejussori denunciasset, *ut recusaret*, sub usuris debitam esse, nec is propter [13] suam existimationem recusare voluisset, quod ita solverit, à reo petiturum. Hoc bene censuit Scævola: * parum enim fideliter facit fidejussor in superiore casu, quod potestatem eximere reo videtur, suo [14] jure uti: cæterum in posteriore casu non oportet esse noxiæ fidejussori, si ipse pepercisset pudori suo [15]. §. 1. Cum mando tibi, *ut credendo pecuniam, negotium mihi geras, mihique id nomen præsies* [16], [meum [17] in eo] periculum, meum emolumentum sit: puto mandatum posse consistere. §. 2. Cæterum, *ut* [18] *tibi negotium geras, tui arbitrii sit nomen*, id est, *ut cuivis credas, tu* [19] *recipias usuras*, periculum duntaxat ad me pertinet, jam extra mandati formam est [20]: quemadmodum si mandem, *ut mihi* [21] *quemvis fundum emas.*

Si quis rem suam nomine procuratorio vendiderit, aut rem suam ex aliqua causa, quasi suam ex alia causa vendi mandaverit.

XLIX. Marcellus lib. VI Digestorum.

SErvum Titii emi ab alio bona fide [22], & possideo: mandatu meo eum Titius vendidit, cum ignorarer [23] rem suam esse: vel contra, ego vendidi illius mandatu, cum forte is, cui heres extiterit, eum emisset: de jure evictionis, & mandato, *quæ situm est*. Et puto, Titium, quamvis [23] quasi procurator vendidisset, obstrictum [24] emptori, neque si rem tradidisset, vindicationem ei concedendam, & idcirco mandati agere posse, si quid ejus interfuisset, quia forte venditurus non fuerit. † Contra, mandator, si rem ab eo vindicare velit, exceptione doli summovetur, & adversus venditionem [25] testatoris sui habet ex empto, jure hereditario, actionem.

Si quis pro fidejussore solverit. 1. Quid repetit fidejussor.

L. Celsus lib. XXXVIII Digestorum.

SI is, qui negotia fidejussoris [26] gerebat, ita solvit stipulatori, *ut reum, fidejussorem que liberaret*, idque utiliter fecit, negotiorum gestorum actione fidejussorem habet obligatum [27]: nec refert, ratum habuit necne [28] fidejussor [29], etiam antequam solveret procuratori pecuniam, simul [30] ac ratum habuisset, haberet tamen mandati actionem. §. 1. Sive, cum frumentum deberetur, fidejussor Africum [31] dedit, sive quid ex necessitate [32] solvendi plus impendit, quam est pretium solutæ rei, sive Stichum solvit, isque decessit, aut debilitate flagitiove ad nullum pretium sui redactus est, id mandati judicio consequeretur [33].

De fidejussore solvente ante diem.

LI. Javolenus lib. IX ex Cassio.

FIdejussor [34], quamvis per errorem ante [35] diem [36] pecuniam solverit, petere [37] tamen ab eo non potest: ac ne mandati quidem actionem, antequam dies solvendi veniat, cum reo habebit.

De bonitate rei solutæ à fidejussore.

LII. Idem lib. I Epistolarum.

FIdejussorem, si fine [38] adjectione bonitatis tritici, pro altero triticum spopondit [39], quodlibet triticum dando [reum] liberare posse existimo: à reo autem non aliud triticum repetere poterit, quam quo pessimo tritico liberare se à stipulatore licuit: itaque si paratus fuerit reus, quod dando ipse creditori liberari potuit, fidejussori dare, & fidejussor id, quod dederit (id est, melius triticum) condicet, exceptione eum doli mali summoveri existimo.

60 Vide *l. 1. in fin. ff. de nexis, & extra. cognit. l. 1. l. rerum arct.*

61 Fidejussor dic, necne pignore sua obligata habuerit, seu, an diu steterit obligatus, arbitrio judicis finitur. Illud autem *Dion* colligit ex persona debitoris, ex conventione, ex tempore rei obligatæ, *ut hic*. si diu in solutione ejus cessavit, si bona sua dissipavit, aut dissipare cœpit, præsertim si pecuniam præsentem domi fidejussor ipse non habeat. §. 1. *ff. eod.*

62 Id est, si desu cessatum est in solutione. *l. 24. §. 2. & §. 6. ff. solut. matrim.*

63 Fidejussorem enim & pignus dare, pene paria.

64 Fidejussor & mandatarius agere possunt adversus mandatorem, prius quam solvat, si reus in solutione diu cessavit, si bona sua dissipat, *ut etc.* si id inter reum & fidejussorem seu mandatarium convenit, si creditor sit condemnatus, ut *ff. eod.* adde *l. 10. C. eod. l. 44. ff. de fidejuss.* Goth. Vide Censur. Forens. nostram, *lib. 4. c. 17. n. 27. & ibi alleg.* S. L.

65 *l. 10. C. eod.* vel dissipare cœpit! qua in specie vulgi opinio spectanda. *l. ult. C. de jure dot.*

66 *l. 7. §. 15. l. 27. §. 3. ff. de pact.* vide *l. 1. §. 35. ff. depositi. l. 5. §. 2. ff. commodati. l. 1. C. de commodato. l. 6. in fin. C. de pignerat.*

67 Mandatum, mandatarii, ut depositum, depositarii periculo ex conventione esse potest. *l. 22. C. de negotiis.*

68 *l. 6. §. 2. ff. eod. l. 53. ff. eod. l. ult. C. de negotiis.* Prohibitio tollit actionem mandati.

69 Claudicare mandati contractus ex justa causa potest.

70 *l. 5. ff. eod. l. 10. ff. locati.*

71 *Subaudi*, mihi delatæ.

72 Mandatarius decipiens mandatorem, mandati tenetur.

73 *l. 9. ff. de dolo.*

74 *l. 8. ff. de dolo.*

75 Adde *l. 22. ff. eod.*

76 Id est, ut actiones cedas in illam diem, in quam contraxisti, & ita hic prius agitur, ut fiat, quam ut detur. *l. 45. §. 5. ff. eod.*

77 Cedere actiones etiam ante diem procurator debet, *ut hic.* unde notant in negotio in diem, ante diem nasci obligationem.

78 Dolus est non persequi, non exigere, non solvere, quod possis. Qui hæc facit procurator, dolum admittit.

79 *l. 11. C. eod.*

80 Aut si quis nolit solvere, quod exegerit, editio Roberti Stephani, à qua facit *l. 8. § 9. ff. eod.* si quis non exegerit, quod exigere potest, aut solvere. *Hal.*

81 Forte legendum, *solet*, vel *soleret*.

82 *Al.* ages.

83 Mandatarius mandati non agit ante impletum mandatum. vide *l. ult. ff. de contr. tutel.*

84 Vide *§. 5. ff. eod.*

85 Multæ sunt autem hujusmodi causæ. *l. 8. in fin. ff. de procurat.*

86 *In pr. ff. eod. v. §. 5. ff. eod.*

87 Invitus nemo pecuniam fidejussoris mutare cogitur: etiamsi æque idoneus offeratur. Quidam putant creditorem accepti jam fidejussoris personam mutare cogi non posse, nondum accepti cogi. *l. 14. §. 1. ff. de pecun. const.* Decius eandem in accipiendo, quæ in accepto sit, rationem esse existimat. perperam: cum ex *d. §. 1.* tum quod differentia sit inter facta, & nudum factum. Nec illum juvat *lex 10. ff. quod metus causa.* quia fidejussores per vim liberati cogantur se in obligationem reponere. Non obstat *lex 19. in fin. ff. locati.* Ubi locator, qui non potest domum alienam, te conductore inscio locatam conductori, ob evictionem ipsius domus secutam præstare, aliam domum præstando liberatur. Non obstat *lex 2. §. 8. ff. de religiosis*: est enim specialis illic casus favore religionis. Non obstat regula, qua dicitur, Nobis id facere permitti, quod nobis prosit, alteri non noceat, *l. 1. §. denique. ff. de aqua pluvia.* quoniam superior illa regula locum non habet in jure alteri jam quæsito, *l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico.* vid. Pyrrh. *disp. pan. ad consuet. Aurelian.*

88 *Al.* Defensum iri te.

89 Fidejussor, si nondum solvit, ad factum, non ad solutionem agit.

90 V. *§ 2. ff. eod.*

91 Factum petit, qui se liberari postulat. Qui in id agit, ad factum, non ad dandum experitur.

92 *In pr. ff. eod. l 8. §. 5. l. 10. l. 43. ff. eod. l. 59. ff. eod.*

93 Fidejussori reus præstat id omne, quo crevit obligatio, seu condemnatio. *l. 50. in fin. ff. eod.*

94 Fidejussor à reo sumptus litis repetit.

95 *Al.* à debitore tuo.

96 Novatio, quæ sit periculo debitoris, debitorem ipsum non liberat.

97 Cur ita? collige ex *l. 22. §. 2. ff. eod.*

98 Meam, & ita *pal. Acutilium* legendum putat *Ant. Fab. 3 conjectur. 6. ut ff. l. 26. §. 7.* una pro mea.

99 Solvit enim, & qui rem debitor. *l. 8. §. 3. ff. ad Tertull.*

100 Aut rogatu. *d. l. 22. §. 2. ff. eod.*

1 Fidejussor interdum solvere potest, quod in obligatione non sit in effectu, ut si id solverit, & reum ipsum principalem liberet, & id mandati quoque actione a reo principali consequatur.

2 Fidejussor solvens vile quiddam, ut majori obligatione reum liberet, mandati actione a reo repetit, quod ita solutum fuerit.

3 Certa mandati forma exceditur non potest: incertum utiliter expediri fas est.

4 Forma mandati interdum potest negligi. vide *l. 5. ff. eod.*

5 V. *l. 3. ff. eod.*

6 *Al.* inerat. *Hal.*

7 *Al.* dotem. Sed veteris juris reliquiæ hic hærent. Scripserat enim Pomponius, *doti dixerit.*

8 Abesse dos ei videtur, qui onera matrimonii sustinet.

9 Lucrativa causa non videtur dotis expromissio. *l. 19. ff. de oblig. & act.*

10 *l. 17. l. 78. de solut.*

11 Ut eo casu minime de evictione teneatur. *l. 54. ff. de evict.*

12 Quod non potest invito reo. *l. 29. ff. eod.*

13 Excusatus est pudor ejus, qui minus honesta exceptione uti nolit. adde quæ scripti ad *l. penult. §. 10. ff. eod.*

14 Suo jure uti nemo recte prohibetur. Jus id alteri non auferitur recte. *l. 26. ff. de damno. l. 3. §. 7. ff. de incendio. l. 55. ff. de regulis. l. 13. §. 1. ff. de injuriis.*

15 Cur? est enim pudori fidejussori promissas usuras præstare nolle.

16 Præstes, & ut periculum, & emolumentum sit. *Hal.*

17 *Al.* & meum.

18 Si ut t. n. g. tuique arbitrii, &c.

19 *Al.* & tu.

20 Est enim potius consilium, quam mandatum. *Accurs.*

21 Tibi *Hal.*

22 Hanc & præcedentem legem explicat Butrigar. v. Leonin. *emendat lib. 3. cap. 2. num. 1.* & Joann. à Sande, *decis. Frisic. lib. 3. tit. 7. defin. 1.* Anf.

23 Qui velut procurator vendit, evictionis tenetur, & ideo si evincit, tenetur. *Bart.*

24 Atqui, ut obstringatur procurator, videtur requiri, nominatim fidem ut suam ejus causa evictionis obstrinxerit, *l. 67. ff. de procur.* ad hæc dominus (procurator rei suæ per errorem) rem suam per ignorantiam vendit, sed nemo errans rem suam amittit. *l. 7. in fin. ff. de rescindenda. l. 35. ff. de acquir. rer. l. 18. C. de rei vind.*

25 *Al.* venditorem. *Hal.*

26 Solvens pro fidejussore, non ipsum tantum fidejussorem, sed & ipsum reum principalem obligatum habet.

27 Ratihabitio non est necessaria, ubi præcessit mandatum.

28 Qui pro fidejussore creditori solvit procurator, potest id a fidejussore repetere. Quid, si fidejussor à creditoris procuratore convenitur? Habet eo nomine, vel antequam solvat procurator, mandati actionem adversus reum principalem.

29 *Al.* sed fidejussor.

30 Ratihabitio desideratur in iis, quæ alicui sine cessione adquiruntur.

31 Frumentum Africanum pro meliore hic poni videtur: licet Plin. Italico principatum det.

32 Ex justa ratione. *l. 45. §. 6. ff. eod.*

33 Consequetur. *Hal.*

34 Fidejussor à reo plus petere non potest, quam possit ipse creditor à reo.

35 *l. 22. ff. eod. l. 31. ff. de fidejussorib.*

36 Solvens ante diem procurator, neque ante diem mandati agere, neque solutum repetere potest.

37 Repetere. *Hal.*

38 Solvendo etiam id, quod minimum sit, liberatur generis debitor, veluti qui in genere tritici, frumentum debet, vel quid simile.

39 *l. 4. ff. de tritico. v. l. 75. ff. de verb. oblig. v. l. 32. ff. de cond. indeb.*

De

De eo, qui mandato alterius pro alio fidejussit vel solvit.

LIII. PAPINIANUS lib. IX Quæstionum.

QUi fide alterius pro alio fidejussit præsente [40], & [41] non recusante, utrosque [42] obligatos habet jure mandati. Quod si pro invito [43] vel ignorante, alterutrius mandatum secutus fidejussit, eum solum convenire potest, qui mandavit, non etiam reum promittendi: nec me movet, quod pecunia fidejussoris reus liberetur, id enim contingit, etsi meo mandato pro alio solvas.

Si servus, 1. Aut bona fide serviens se emi mandaverit.

LIV. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

CUm servus [44] extero se [45] mandat emendum, nullum mandatum est. Sed si in hoc mandatum intercessit, *ut servus manumitteretur*, nec manumiserit, & pretium consequetur dominus ut venditor; & affectus ratione, mandati agetur: Finge filium naturalem vel fratrem esse: * placuit enim *Prudentioribus*, affectus [46] rationem in bonæ fidei judiciis habendam [47]. Quod si de suis [48] nummis emptor pretium dederit (neque enim aliter judicio venditi liberari potest), quæri solet, an utiliter de peculio agere possit? Et verius & utilius videtur, Prætorem de hujusmodi contractibus servorum non cogitasse, quo se ipsi mala [49] ratione dominis auferunt [50]. §. 1. Si liber homo bona fide serviens, redimi se mandaverit, idque nummis emptoris factum sit, contraria mandati actione agi posse constat, ut tamen actiones præstentur, quas habet emptor adversus venditorem: finge, non manumisisse liberam personam emptorem.

De rebus reddendis à procuratore.

LV. IDEM lib. I Responsorum.

PRocurator, qui [51] non res inclusas subtraxit, sed traditas non reddidit, judicio mandati, non furti [52], tenetur.

De mandatore conveniendo. 1. De fidejussore, qui pecuniam debitam publice deposuit. 2. De bona fide. De instauratione mandati. 3. De promissione salarii incerti. 4. De sumptibus à procuratore factis.

LVI. IDEM lib. III Responsorum.

QUi mutuam pecuniam dari mandavit, omisso reo promittendi, & pignoribus non distractis, eligi [53] potest [54]: quod uti liceat, si [55] literis exprimatur, distractis quoque pignoribus, ad cum creditor redire poterit [56]: etenim quæ dubitationis [57] tollendæ causa contractibus inseruntur, jus commune [58] non lædunt. §. 1. Fidejussor, qui pecuniam in jure obtulit [59], & propter ætatem ejus qui petebat, obsignavit [60], ac publice deposuit, confestim agere mandati [61] potest. §. 2. Non ideo minus omnis temporis bonam fidem explorari oportet, quod dominus post annos quinque provincia reversus [62], mox Reipubl. causa profecturus, non acceptis rationibus mandatum instauraverit [63]: cum igitur ad officium procuratoris pertinuerit, quidquid [64] ex prima negotiorum gestorum administratione debuit, ad secundam rationem transferre, secundi temporis causa priorem litem suscipiet.

§. 3. Salarium incertæ [65] pollicitationis neque [66] extra ordinem recte petitur, neque judicio mandati, ut salarium tibi constituar.

§. 4. Sumptus [67] bona fide necessario factos, etsi [68] negotio finem [69] adhibere procurator non potuit, judicio mandati restitui necesse est.

De morte mandatarii.

LVII. IDEM lib. X Responsorum.

MAndatum distrahendorum [70] servorum, defuncto, qui mandatum suscepit, intercidisse constitit [71]: quoniam tamen heredes ejus errore lapsi, non animo furandi, sed exsequendi, quod defunctus suæ curæ [72] ceserat, servos vendiderant, eos ab emptoribus usucaptos videri placuit: sed venaliciarium [73] ex provincia reversum, Publiciana [74] actione non utiliter [75] acturum, cum exceptio [76] justi dominii causa cognita detur *, neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum, adfici damno.

De morte mandantis, de negotiis hereditariis. 1. An decretum Prætoris noceat creditori absenti.

LVIII. PAULUS lib. IV Quæstionum.

SI præcedente mandato Titium defenderas, quamvis mortuo eo, cum hoc ignorares, [ego] puto mandati actionem adversus heredem Titii competere, quia * *mandatum morte mandatoris, non* [77] *etiam mandati actio solvitur.* Quod si sine mandatu defensionem suscepisti, negotium quodammodo defuncti gerere instituebas, [&] quemadmodum, si illum liberasses, competeret tibi negotiorum gestorum actio, ita potest dici, & heredem ejus eadem actione teneri. §. 1. Lucius Titius creditori suo mandatorem [77] dedit, deinde defuncto debitore, majore [78] parte creditorum consentiente [79], à Prætore decretum est, ut portionem creditores ab heredibus ferant, abiente eo creditore, apud quem mandator exstiterat [80]: Quæro, si mandator conveniatur, an eandem habeat exceptionem, quam heres debitoris? Respondi: Si præsens apud Prætorem ipse quoque consensit, pactus [81] videtur justa ex causa: eaque exceptio & fidejussori danda esset, & mandatori: sed cum proponas eum affuisse, iniquum est auferri ei electionem, sicut pignus [82], aut privilegium, qui potuit præsens idipsum proclamare, nec desiderare decretum Prætoris: nec enim, si quis dixerit summovendum creditorem, heredi consulitur, sed mandatori vel fidejussori, quibus mandati judicio eandem partem præstaturus est: plane si ab herede partem accepisset, an in reliquum permittendum esset creditori fidejussorem convenire, dubitatum est? sed videbitur consentire decreto, conveniendo heredem.

De eo, qui stipulatur mandato alterius. 1. Fidejussore emente rem pignoratam. 2. De die adjecto in mandato. 3. De pluribus mandatoribus. 4. De pignore evicto. 5. De die adjecto in mandato. De morte rei. 6. De cautione idonea.

LIX. IDEM lib. IV Responsorum.

SI mandatu Titii Calpurnius pecuniam, quam Titius credebat, stipulatus esset, non donandi [83] animo, mandati judicio eum ab herede Titii posse conveniri, ut actiones [84] suas præstet. † Idem est & si exacta est à Calpurnio pecunia [85]. §. 1. Paulus respondit, fidejussorem, qui rem pignoris jure obligatam a creditore emit [86], mandati judicio conventum ab herede debitoris, ablato [87] omni debito restituere cum fructibus [88] cogendum; neque [89] habendum similem extraneo emptori: cum * in omni contractu bonam [90] fidem præstare debeat. §. 2. Paulus respondit, die [91] adjecto in mandato, intra quem præstaturum se Lucius Titius scripsit, non esse impedimento, quo minus [92] etiam post eum diem conveniri mandati judicio possit. §. 3. Paulus respondit, unum ex mandatoribus [93] in solidum eligi posse, etiamsi non sit concessum in mandato: post [94] condemnationem autem in duorum personam collatam, necessario ex causa judicati singulos pro parte [95] dimidia conveniri posse, & debere. §. 4. Creditor [96] pignus vendidit, quæro, an si evicta sit possessio emptori, regressum creditor ad mandatorem habere possit? Et an interfit, creditoris jure [97] vendiderit, an communi jure [98] promiserit? Paulus respondit, si creditor ex pretio pignorum debitum consecuturus [99] non sit, mandatorem liberum non videri. Ex hoc responso apparet, si evictionis [100] nomine non teneatur, proficere eum rem ad liberationem. §. 5. *Ille illi salutem. Mando tibi, ut Blasio Severo adfini meo octoginta credas, sub pignore illo* [& illo], *in quam pecuniam, & quidquid usurarum nomine acceserit, indemnem rationem tuam me esse ex causa mandati* [1] *in eum diem, quoad vixerit Blasius Severus, præstaturum.* postea sæpe conventus mandator, non respondit: Quæro an morte debitoris liberatus sit? Paulus respondit, mandati obligationem perpetuam [2] esse, licet in mandato adjectum videatur, *indemnem rationem tuam esse ex causa mandati, in eum diem, quoad vixerit Blasius Severus, præstaturum.* §. 6. Paulus respondit, non videri mandati conditione [3] paritum, cum in mandato adjectum sit, *ut idonea* [4] *cautio à debitore exigeretur*, si [5] neque fidejussor [6], neque pignora accepta sint.

Si mandator appellaverit. 1. De mandatore, qui pro alio, non tamen ejus causa, promisit. 2. De duobus mandatariis. 3. De exhibitione uxoris. 4. De libera administratione concessa.

LX. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

CReditor [7] mandatorem convenit, is condemnatus, provocavit. Quærendum est, an manente appellatione debitor a creditore conveniri potest? Respondi [8], posse. §. 1. Ad eum, qui uxorem ducturus erat, literas fecit tales: *Titius Seio salutem. Sempronium pertinere ad animum meum cognovisti: ideoque cum ex voto meo nuptura tibi sit, velim certus sis, secundum dignitatem tuam contrahere te matrimonium: & quamvis idonee repromissuram tibi Titiam matrem puella dotem sciam, tamen & ipse, quo magis conciliem animum tuum domui* [9] *meæ, fidem* [10] *meam interponere non dubito: Quare sciat quodcunque ab ea ex hac causa stipulatus fueris, id me mea fide esse jussisse, salvum te habiturum:* Atque ita Titia, quæ neque Titio mandaverat, neque ratum habuerat, quod scripserat, domum Seio promisit: Quæro, si heres Titii ex causa mandati præstiterit, an actione mandati heredem Titiæ convenire possit? Respondi, secundum ea, quæ proponuntur, non [11] posse. Item quæsitum est, an nec negotiorum gestorum? Respondi, nec hoc nomine jure agere posse: palam enim facere Titium, non [12] tam Titiæ nomine, quam quod consultum vellet [13], mandasse. Item, si maritus adversus mandatorem ageret, an aliqua exceptione summoveatur? Respondi, nihil proponi, cur summovendus sit. §. 2. Duobus quis mandavit negotiorum administrationem: quæsitum est, an unusquisque mandati judicio in solidum teneatur? Respondi, unumquemque [14] pro solido conveniri debere: dummodo ab utroque non amplius debito exigatur.

§. 3. Si inter [15] maritum, & socerum, id actum esset vel tacito [16] intellectu, ut onus exhibendæ [17] uxoris ad maritum rediret, præstante patre dotis usuras, nullam actionem superfore ad recipiendum, quod negetur consumptum [18]: quod si pater puellæ exhibitionem mandasse se doceat, actionem mandati competere.

§. 4. Lucius Titius fratris filio commisit rerum suarum administrationem ita: *Σείω τιτιῳ χαίρειν. Ἐγὼ μὲν καὶ φύσιν δὴ νομίζω, τὸ ὑπὲρ πάσης, καὶ μὴ δὲ πάσης ὑμῶν προφυλάττειν δίκαιόν τινα ὑπάρχειν αὐτεῖν· εἰ δὲ δεῖ καὶ τοῦτο τινὸς, ὑπομίμνησκε σοι ἀφεὶς τὰ πανταχοῦ, ὡς θελεῖς, προφυλάττειν, εἴ τε πωλεῖν θελεῖς, εἴ τε ὑποτίθεσθαι, εἴ τι ἀγοράζειν, εἴ τε ὑπεν προφέρειν, ὡς κυρίῳ ὄντι μοῦ ἐμοῦ, ἐμὲ πάντα κύριε εἶ τὰ ὑπάρχα γινόμενα ἡγεμόνι, καὶ μηδὲν ἀνταλλαγὸς σοι πρὸς μηδέμιαν προφέρειν*, id est, *Seio filio suo S. Ego quidem secundum* [19] *naturam esse existimo pro patre, & patris filiis negotiari sine aliqua concessionis inquisitione: si autem necessitas alicujus talis erit, concedo tibi de omnibus meis* [20], *ut* [21] *vis* [22], *negotiari, sive vendere vis, sive pacisci, sive emere, sive quodcunque operari, ut domino omnium meorum, me omnia firma esse à te facta exsti-*

---

40 *l.* 6. §. 2. *ff. eod.* addo *l.* 40. *ff. eod.*

41 *v. l.* 18. *ff. eod.*

42 Fidejussor solvens pro aliquo mandato alterius, utrumque, hoc est, & mandatorem, & reum ipsum principalem, obligatum habet.

43 *v. l.* 40. *ff. eod.*

44 Servi mandantis se emi, mandatum nullum est.

45 *v. l. un. C. si servus extero se emi mandaverit.* & Cyn. *ibid.*

46 Affectus ratio in bonæ fidei judiciis habetur, *ut l. ii. & l. 7. ff. de serv. expor. l. 35. ff. de minor. l. 36 ff. de bon. lib.* Imo non est habenda. *l.* 33. *ff. ad l. Aquil.*

47 Ideoque vel in delictis, qui adfinem aut cognatum receptat, mitius punitur. *l.* 2. *ff. de receptatoribus.* De interesse affectionis, vid. Bart. in *l. un. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.*

48 *v. l.* 7. *C. de act. empt.*

49 Malo more, malaque ratione, servi se dominis suis ignorantibus auferunt, dum extraneo se emi mandant, & manumitti. de quo vide *tit. C. si servus extero se emi mandaverit.* sic malo more pecuniam sibi promissam probabetur petere, qui de lite pactum se esse confitetur. *l.* 1. §. 12. *ff. de var. & extraor. cognit.*

50 Et ita de peculio servi sui domini non tenentur, *ut hic. & l.* 1. 2. *ff. de in rem verso.* Item si servus intercedat, non in causa peculiari, *l.* 19. *ff. de fidejuss.* si donet, *l.* 28. §. *fin. ff. de pact.* si voveat, *arg. l.* 2. §. 2. *ff. de polliceit.* si judicium vel arbitrium suscipiat, *l.* 3. §. 8. *ff. de pec.* vid. Cujac. 13 *obser.* 32.

51 Furtum non committit procurator, cum id non restituit, quod domino debet. Qua igitur actione eo casu conveniri poterit? Mandati. Cur ita? Ab initio consensum domini habuit.

52 Quia furtum sine contrectatione non committitur. adde *l.* 8. §. 9. *ff. & l.* 59. *ff. eod.*

53 *l.* 51. §. 3. *ff. de fidejuss.*

54 Hodie non potest. *Novell.* 4. *cap.* 1.

55 Supervacua cautio contractum non restringit. 56 *l.* 25. *C. de fidejussor.* 57 Dubitationis tollendæ causa addita jus commune non lædunt. *l.* 46 *in fin. ff. de cond. & demonst. l.* 81. *ff. de reg. jur. l.* 17. *C. de testament. l. i. §.* 7. *ff. de adilit.* 58 Jus autem commune est, ut creditor, vel reum, vel ejus fidejussorem, vel eorum pignus eligere possit, & ut uno electo possit ad alium redire. *v. l.* 3. *l.* 5. *l.* 23. *C. de fidejuss.* ut superstituum ac residuum sui debiti ab alio obtineat. *l.* 25. *C. de fidejussor.* 59 Solvere videtur, qui pecuniam in jure offert, & obsignat, unde mandati actio pervinde fidejussori pecuniam offerenti & obsignanti competit, ac si solvisset. Paria enim hæc sunt solvisse, & ita obsignasse.

60 Vide *l.* 64. *ff. de fidejuss.* 61 *l.* 64. *ff. de fidejuss.* 62 Mandatum revocatum intelligitur, domino revertente, ac præsente. *c. si quem extr. de procu. in* 6. si modo dominus reversus judiciis ac negotiis ipsis seipsum immiscuerit. Ideoque notarii actis advocati causæ inserunt, *Titium comparere in judicio non animo revocandi suos procuratores.* vide *Bart.* 63 Mandatum instauratur, quod antea revocatum interventu atque præsentia ipsius domini, absentia nova ejusdem instaurari videtur: absentia, inquam, maxime si reversus nondum rationes à procuratore accepit, & rursus abesse cœpit. 64 Mandato revocato, post iterato, seu redintegrato, debitum ex priore mandato, in iteratum seu redintegratum devolvitur. 65 Incerta salarii pollicitatio non obligat. *l.* 17. *C. eod. Goth.* Excipe eos, qui accipere solent salaria. *l. i. in fin. C. eod. l. i. C. de assess rog. l.* 1. §. *in honorar. ff. de extraord. cognit.* Anf. 66 Imo extra ordinem petitur. *l. Divus.* 4. *ff. de var. & extraor. cognit.* 67 *l.* 12. §. 9. *ff. eod.* 68 Vide *l.* 4. *C. eod. l.* 10. *ff. de neg.* Officium feciste sufficit, tametsi finem non fis adsecutus. Ita finis ab officio secernitur. Finis, scopus ipse; officium, justa ac legitima ad finem via. 69 Procurator sumptus necessarios repetit, etiamsi litis eventus non successerit, vel nondum lis finita sit. 70 Mandans distrahi, indusirium personæ eligit. Id itaque genus mandati ad heredem non transit. *Goth.* Ad intellectum hujus leg. vide Ant. Augustin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 2. Joann. Robert. *lib.* 2 *recept. lect. cap.* 16. Cujac. *lib.* 10 *Responsi. Papiniani. tom.* 4. S. L. 71 Quia videtur electa personæ industria. 72 Mangonem, qui & venalitius, *l.* 44. §. 1. *ff. de ædilit.* ubi pro *ex venalitio* Basilica παρὰ σωματεμπόρου. Cic. pro Cornel. multi venulitii, mercatoresque. Sueton. *de claris Rhetor.* venalitii cum gregem venalitium navi educerent. vid. Cujac. 10 *obs.* 6. 73 Quia Publiciana non competit contra dominum.

74 Non inutiliter, Aug. 1 *emend.* 2. Zoanetus, *cap.* 18. Russat. Ranconet. Char. reprehensi à Roberto, 2 *recept. lect.* 16. 75 Putativus procurator usucapiendi conditionem, & Publicianam præstat, non tamen excludit dominum exulem. vide quæ scripsi ad *l.* 16. *ff. de Publiciana.*

76 Mandatum morte finitur, at non mandati actio, vel negotiorum gestorum. *l.* 26. *ff. eod.*

77 Mandatores hujusmodi plerumque creditori mandabant, non tantum debitori credi, verum etiam debitorem non urgeri ad solutionem, sed expectari. *l.* 12. §. 14. *ff. eod.* 78 *v. l.* 7. *in fin. ff. de pactis.* 79 *Subaudi*, ante aditam hereditatem. *l. jurisgentium* 7. *in fin. ff. de pactis.* 80 Ita Flor. *al.* exisserat. 81 Pacisci videtur se statuum decreto, qui ei consentit.

82 Imo privilegium absentibus auferri potest. *l.* 10, *in pr. ff. de pact.* Hic Paulus respondet ex ratione juris: ibi Ulpianus ex Principis rescripto, quod Paulus ignoravit, Cujac. *ibid.*

83 Donare mandatario rem non præsumitur, qui eum ad stipulandum adhibuit.

84 *l.* 45. *in pr. ff. eod.*

85 Hanc enim restituere cogitur. *l.* 55. *ff. eod.*

86 Pignus a creditore emere fidejussor rei principalis potest, ut *l. 2. C. de dolo.* vid. *l.* 26. *ff. de pignorib.*

87 *Al.* oblato.

88 *V. l.* 10. §. 9. *ff. eod.*

89 Quod quis, ut ipse non potest, ut alius non potest, *ut hic.*

90 *V. l.* 10. *in pr. ff. eod. l.* 26. *in pr. ff. de pignorib.*

91 Dilatio, seu id, quo quid differtur, non tollit obligationes. dies differendæ obligationis causa adjectus, obligationem non tollit.

92 Qui potest ut procurator intra diem solutionis adversus debitorem agere, idem & post eundem diem agens citra mandatum non agit.

93 Vide Cujac. 1 *obs.* 14 *in fin.*

94 Plures mandatores in solidum ab initio conveniri possunt: à sententia pro parte tantum.

95 Vide quæ notavi ad *l.* 43. *ff. de rejudicata.*

96 *l.* 16. *C. de fidejussoribus.* §. 4. *Inst. de fidejuss.*

97 Quo creditor vendeus pignus, evictionem non præstat. *v. l.* 2. *C. creditorem pignoris evictionem non præstare.*

98 Quo venditor evictionis tenetur.

99 Ita Flor. *al. consecutus.*

100 Evictionis nomine non tenetur, qui jure creditoris vendit. *v. l.* 10. *ff. de dist. pign.*

1 Mandatum temporarium post mortem perpetuum efficitur: vel ita, incerto non conditio, sed demonstratio non reddit obligationem temporariam.

2 Mandatum tempore finitum, post moram fit perpetuum.

3 Conditioni.

4 Idonea cautio fit dato fidejussore vel pignore: *Idonee* vox cautioni adjecta, promissorem obligat, vel ad pignus vel ad fidejussorem præstandum.

5 Atqui cautionis nomine tacite non venit fidejussor. *l.* 3. *C. de verb. sign.*

6 Adde *l.* 48. *ff. de fidejuss. lib.* Goth. junge *l.* 4. §. 8. *ff. de judicio commissi.*

---

stibert. l. 21. §. *fi. ff. de const. pecun.* Anf. 7 Lis appellationis adversus mandatorem institura non impedit, quominus reus principalis conveniri possit. 8 *l.* 116. *ff. de verbor. obligat.* 9 *Al.* domi. 10 Atenim fidejussores, vel mandatores dotium non dantur. *l.* 2. *C. ne fidejussores, vel mandatores dotium.* 11 Cur non possit? Mandatum, quod sit mandatoris gratia, adversus tertium mandati actionem non parit. 12 Id est, non tam Titiæ, quam suum egit negotium.

13 Consultum sibi vellet. *Haloand.* adde *l.* 6. §. 3 *ff. de negot.* 14 Mandatarii universales, ut in solidum mandatum habent, ita in solidum conveniri possunt. 15 Doris usuras maritus suas facit, quas jure mariti percipit; suas, inquam, facit, tametsi universis in uxorem non erogeet, impendatve. Quid, si nudum ministerium usuris percipiendis præstitit? aliud. etiam tacite. 17 Alendæ. 18 Id est, ad recipiendum id, quod minus erogarum fuerit: multum autem interest, an conveniat inter socerum, & generum, *ut ex usurie dotis maritus alat uxorem*: an cum pater ipse alere deberet, mandavit alendam marito. Priore casu residuum, si quod est, maritus non reddit: posteriore reddit, quia ut minister est electus, *Accurs. l.* 8. §. 1. *ff. de leg.* 2. 19 Exemplum vide in *l.* 2. *ff. de curat. furios. & aliis.* 20 Vel concedo plenam potestatem. *l.* 10. *C. de procur.* volo te facere, quidquid ego coram possem. *l.* 122. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 21 *Volo* verbum liberam administrationem seu liberum arbitrium confert. 22 Etsi his verbis innuitur concedi libera administratio, non ideo dolus permittitur, *ut hic.* potest tamen indignus à procuratore eligi citra dolum. *l.* 24. *ff. de leg.* 2. Mandato igitur generali tacite inest, ut mandatarius dolum non committat, ut boni patrisfamilias vicem sustineat, ne protule dilapidet donando vel perdendo.

11 Hinc colligit Accurs. in generali mandato bonam fidem interesse, quæ dolo sit contraria. arg. *l.* 11. §. 2. *ff. de cond. & dem.* Generalis administrationis concessione dolum non remitti, sed potius id mandatum videri, ut res bona fide geratur.

13 *l.* 5. §. 7 *ff. de administr. tut.*

14 Mandatum sibi eo emancipatu non exprat. *l.* 46. §. 1. *in fin. ff. de rei.*

15 Nulla scriptura.

16 Eventum litis qui communicare cogitur, idem transactionis instrumentum communicare cogitur: hoc ideo, quod ex eventu litis percipi intelligitur, quod ex transactione percipitur.

17 Adde *l.* 1. *C. de comm. ff. sol.*

18 *V. l.* 38. *ff. de oblig. & act.*

19 Ut mea fide dicas. *Hal.* Fidem autem dicere, est fidejubere. 30 Hinc colligit Accursius, nihil interesse quid fiat ex æquipollentibus. adde *l.* 28 §. 2. *ff. de judic.* hinc Alexander quoque *cons.* 40. *volum.* 5. ex hac lege infert, eum, qui mandatum habeat compromittendi, tranligere posse, quod compromissum & transactio æquipollentia sint. 31 Fidejubere mandatarius videtur, etiam cum mandat creditori: Idem enim effectu fidejubere, & mandare: mandato satisfit re persimili: Cum ita satisfit, mandati potest agi. 32 Hæc l. male intellecta ab his, quos citat Gothofred. Quæstio enim est, si mandatarius aliud quid egerit, an mandatori competat actio, cui affirmative respondetur, mandatarium teneri: minime vero, ut per aliud æquipollens liberetur. vide *l.* 5. *l.* 41. *ff. eod.* S. L.

evenisse, & non contrarium dicere tibi ad ullam operationem. Quæsitum est, si quid non administrandi animo, sed [12] fraudulenter alienasset vel mandasset, an valeret? Respondi, eum, de quo quæreretur, plene quidem, sed quatenus res ex fide [23] agenda esset, mandasse. † Item quæro, an cum Servus magistratu functus, debitor extitisset, Lucius Titius eo nomine conveniri possit vel res ejus obligatæ essent, propter verba epistolæ suprascripta? Respondi, neque conveniri posse, neque res obligatas esse.

Si filiusfamilias mandatur.

LXI. Paulus lib. II ad Neratium.

Quod filiofamilias, ut peteret mandavi, emancipatus exegit: de peculio [24] intra annum utiliter agam, Paulus: Sed & cum filio agendum est.

De literis, quibus declaratur commune futurum, quod ex eventu litis pervenit. 1. Si is, cui mandatum est, ut fidejubeat, mandaverit.

LXII. Scævola lib. VI Digestorum.

Cum controversia esset de hereditate defunctæ, inter scriptum heredem, & patruum Mævium, & amitas, Mævius, literis ad sorores suas factis [25], declaravit *commune futurum, quidquid ad eum ex* [26] *eventu litis hereditaria pervenisset*: neque stipulatio [27] literas secuta est: Quæsitum est, cum transegerit idem Mævius cum scripto herede, ita ut prædia, & aliæ quædam res ex ea transactione ad eum pervenirent, an [28] ex literis suis possit à sororibus conveniri? Respondit, posse. §. 1. Mandavi in hæc verba, *Lucius Titius Gaio salutem, Peto, & mandabo tibi, ut fidem dicas* [29] *pro Publio Mævio apud Sempronium: quæque à Publio soluta tibi non fuerint, me repræsentaturum, hac epistola, manu mea scripta, notum tibi facio*: quæro, si non fidejussisset [30], sed [31] mandasset creditori, & alias egisset, quam [quod] ei mandatum esset, an actione mandati teneretur? Respondit * teneri * [32].

TIT. II.

PRO [1] SOCIO.

Quibus modis societas contrahitur. 1. De societate omnium bonorum.

1. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

Societas coiri potest vel in perpetuum [2], id est, dum vivunt [3], vel ad [4] tempus, vel ex tempore, vel sub [5] conditione.

§. 1. In [6] societate omnium bonorum omnes [7] res, quæ coëuntium sunt, continuo communicantur [8].

11. Gaius lib. X ad Edictum provinciale.

Quia, licet [9] specialiter traditio non interveniat, tacita [10] tamen creditur intervenire.

2. De justa hereditate. 3. De dolo.

III. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

Ea vero, quæ in nominibus [11] erunt, manent in suo statu [12], sed actiones invicem præstare debent. §. 1. Cum specialiter omnium [13] bonorum societas coita est, tunc & hereditas [14], & legatum, & quod donatum est, aut quaqua ratione adquisitum, communioni adquiretur. §. 2. De illo quæritur, si ita societas [15], *ut si* [16] *qua justa hereditas alterutri obvenerit, communis sit*: quæ *justa hereditas*? utrum quæ jure legitimo [17] obvenit, an etiam ea, quæ testamento? Et probabilius est, ad legitimam hereditatem tantum [18] hoc pertinere. §. 3. Societas, si dolo [19] malo, aut fraudandi causa coita sit, ipso jure nullius momenti est: quia * fides bona contraria [20] est fraudi, & dolo.

Quibus modis contrahitur, 1. Vel dissolvitur societas.

IV. Modestinus lib. III Regularum.

Societatem [21] coire & re [22], & verbis [23], & per nuncium [24] posse nos, dubium non est. §. 1. Dissociamur renunciatione [25], morte [26], capitis minutione [27], & egestate [28].

Quarum rerum contrahitur. 1. De his, qui non sunt æquis facultatibus. 2. De donatione.

V. Ulpianus lib. XXXI ad Edictum.

Societates [29] contrahuntur sive universorum [30] bonorum, sive negotiationis [31] alicujus, sive vectigalis [32], sive etiam rei [33] unius [34]. §. 1. Societas autem coiri potest, & valet etiam inter eos, qui [35] non sunt æquis facultatibus, cum plerumque pauperior [36] opera [37] suppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deest. §. 2. Donationis causa societas recte non [38] contrahitur [39].

De partibus lucri & damni.

VI. Pomponius lib. IX ad Sabinum.

Si societatem [mecum] coieris, ea conditione [40], *ut partes societatis constituerem*, ad boniviri arbitrium ea res redigenda est: & conveniens [41] est viri boni arbitrio, ut non utique ex æquis partibus socii simus, veluti ti [42] alter plus operæ, industriæ, pecuniæ in societatem collaturus sit.

De societate simpliciter contracta.

VII. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Coïri [43] societatem & [44] simpliciter [45] licet: & si non fuerit distinctum [46], videtur coita esse universorum, quæ ex quæstu [47] veniunt, hoc est, si [48] quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit.

De quæstu.

VIII. Paulus lib. VI ad Sabinum.

(Quæstus enim intelligitur, qui ex opera [49] cujusque descendit.)

IX. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Nec adjecit Sabinus, *hereditatem* [50], *vel legatum, vel donationes mortis causa, sive non mortis causa*: Fortassis hæc ideo, quia [51] non sine causa obveniunt, sed ob [52] meritum [53] aliquod accedunt.

X. Paulus lib. VI ad Sabinum.

Et quia plerunque vel a parente vel a liberto, quasi [54] debitum nobis hereditas obvenit.

XI. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Et ita de hereditate, legato, donatione, Quintus Mucius scribit.

XII. Paulus lib. VI ad Sabinum.

Sed nec æs [55] alienum, nisi quod ex quæstu pendebit, veniet in rationem societatis.

De lucro.

XIII. Idem lib. XXXII ad Edictum.

Sed & si adjiciatur, *ut & quæstus* [56] *& lucri socii sint*, verum est, non ad aliud lucrum, quam quod ex quæstu venit, hanc quoque adjectionem pertinere.

De pacto, ne res dividatur, aut ne abeatur à societate.

XIV. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Si convenerit inter socios, *ne* [57] *intra certum tempus communis res dividatur*, non videtur convenisse, ne societate abeatur. Quid tamen, si hoc convenit, *ne* [58] *abeatur*? an valeat? Eleganter Pomponius scripsit, frustra hoc convenire: nam etsi non convenit, si tamen intempestive [59] renuncietur societati, esse pro socio actionem: sed etsi convenit, *ne* [60] *intra certum tempus societate abeatur*, & ante tempus renuncietur, potest rationem habere renunciatio, nec [61] tenebitur pro socio, qui ideo renunciavit, quia conditio [62] quædam, qua societas erat coita, ei non præstatur: aut quid, si ita [injuriosus [63] &] damnosus socius sit, ut non expediat eum pati?

XV. Pomponius lib. XIII ad Sabinum.

Vel quod [64] ea re frui non liceat, cujus gratia negotiatio suscepta sit?

1. Jus excipiendi transit contra singularem successorem. Bartol.

XVI. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

Idemque erit dicendum, si [65] socius renunciaverit societati, qui Reipublicæ [66] causa diu, & invitus sit abfuturus, quamvis nonnunquam ei objici possit, *quia potuit & per alium societatem administrare vel socio commutare*: sed hoc non alias, nisi valde sit idoneus socius, aut facilis [67] abfuturo etiam per alium societatis administratio. §. 1. Qui igitur paciscitur, *ne dividat* [68], nisi aliqua justa [69] ratio intercedat, nec [70] vendere poterit, nec alia [71] ratione efficiet, ut dividatur: Et [72] sane potest dici venditionem quidem non impediri, sed exceptionem [73] adversus emptorem locum habere, si ante dividat, quam divideret is, qui vendidit.

Si renuncietur absenti. 1. Pactum de renunciatione.

XVII. Paulus lib. VI ad Sabinum.

Sed & socius, qui alienaverit, contra pactionem accipit [74], committit, & tenetur societatis, aut [75] communi dividundo judicio. §. 1. Si [76] absenti renunciata societas sit, quoad [77] is scierit, quod is adquisivit, qui renunciavit, in commune redigi; detrimentum autem solius ejus esse, qui renunciaverit: sed quod absens adquisiit, ad [78] solum eum pertinere; detrimentum ab eo factum, commune esse. §. 2. In societate autem coëunda, nihil attinet de renunciatione cavere [eundem], quia ipso [79] jure societatis intempestiva [80] renunciatio in æstimationem venit.

---

1 IV C. XXXVII. III Inst. XXVI. Paul. *sent.* 16. *Synops. Basil.* 12. *tit.* 1. *Harmenop* 3. *tit.* 10.

2 *Perpetuum*, pro vitæ justo. adde quæ notavi ad *l.* 9 §. 46. *C. de epis. & cler.*

3 Dum vivunt, qui eam contraxere. *Harmenop.* alias nulla in æternum societatis coitio est, *l.* 70. *ff. eod.* nulla ultra mortem porrigitur, *l.* 52. §. 9. *ff. eod.* nec ad heredes extenditur.

4 Societas diem & conditionem recipit. *Synops. eod. c.* 1.

5 *l.* 6. *C. eod.*

6 Societate omnium bonorum, res continuo omnes sunt communes, tanquam tacite traditæ, exceptis nominibus, *ut hic. l.* 2. *l.* 3. *ff. eod. Synops. eod. cap.* 2.

7 *l.* 52. §. 16. *ff. eod.*

8 Ut dominium, & possessio de uno in alium æquis portionibus transeat. *Accurs.*

9 Societas omnium bonorum consensu nudo ita contrahitur, ut necessaria non sit traditio, non mancipatio: sed quasi ea intervenerit, dominia rerum inter socios statim communicantur. *ut hic.* 10 Id est, ficta: aliud est in vera, ad quam refer *l.* 10. *C. de pact.* 11 Incorporalia (ut nomina, jura, & actiones) sine cessione non transferuntur, *ut hic.* Cur ita? Veram traditionem non recipiunt: igitur nec fictam: Nec enim, nisi veri fictio esse potest. *l.* 4. *in fin. ff. de hereditate, vel act. vend.* Goth. Adde *l.* 16. & *l.* 53. *in fin. ff. de peculio.* S. L. 12 Hinc nota, difficilius jura & actiones separari, quam res corporales. 13 Societate omnium bonorum inita, communicatur hereditas, legatum, donatio, omne lucrum. *Synops. eod.* 14 *l.* 37. *ff. eod.* 15 Coita sit sc. 16 Pacisci de hereditate viventis generaliter licet, at non specialiter. 17 *V. l.* 1. *ff. de petit. hered.* 18 Imo & ad testamentariam, quum & hæc dicatur legitima. *l.* 130. *ff. de verb. sign* Ant. 19 Societas malo dolo, vel fraude inita nullius est momenti. Nam his fides contraria est. *Synops. eod. c.* 3. 20 Contraria fides est fraudi, & dolo. *Goth.* Vide Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 3. *num.* 141. Ans. 21 *Synops. eod. cap.* 4.

22 Id est, tacito consensu. Cujac. *hic.* rebus in commune relatis. Idque colligitur ex actibus ipsi societati convenientibus, veluti si duo simul habitant, si quæstus & lucra simul participant, si damna communiter tolerant, si ad societatem contrahendam apti sint, & idonei: tunc enim active & passive sunt socii. v. Rollan. à Valle, *cons* 91. *n.* 27. 23 Expresso consensu. Cujac. *hic.* Nam uere & verbis contrahere, duo sunt genera contrahendi inter præsentes, ita inter absentes dupliciter contrahitur: per Nuncium (id est, epistolam vivam) & per epistolam (id est, nuncium tacitum). Quid enim est epistola? tacitus nuncius, inquit Epictetus. Hæc Cujac. Porro verba cum hic dicimus, solennem verborum formulam non exigimus. *l.* 2. *ff. de oblig.* 24 Per nuncium societas potest contrahi, *ut hic.* igitur & inter absentes: nam quæ per nuncium possumus, absentes gerimus. *v. l.* 1. §. 1. *ff. mandati. l.* 2. §. 2. *ff. de oblig. & act.* 25 Contrario consensu. *v. l.* 5. *C. eod.*

26 *l.* 65. §. 6. *ff. eod.* 27 *V. l.* 63. §. *ult. ff. eod.* 28 *V. l.* 65. §. 12. *ff. eod.* 29 *Synops. d. c.* 4. 30 Nomine & signo universali. Prudentius tamen faciunt Notarii, qui addunt, *societatem generalem contrahi super omnibus bonis, præsentibus & futuris, quocunque modo, licito tamen & honesto, adquisitis, & adquirendis, tam ex industria, quam fortuna, tam ex contractibus inter vivos, quam ultimis voluntatibus. l.* 3. §. 1. *ff. eod. Inst. eod. in pr. Ferrariens.* 31 Puta vini, frumenti, lanæ. in hujusmodi societate communicantur ea omnia, quæ ex ea proveniunt, non aliunde, puta industria personæ vel fortuna quæsita. *l.* 52 §. 5. *ff. eod.* 32 *l.* 63. §. 8. *ff. eod. l.* 3. *C. eod.* 33 Puta equi vendendi.

34 Etiam minimæ. Sen. 10 *ep.* 74. socium efficit, etiam quod ex minima parte commune est. adde quartam speciem, de qua *l.* 7 *ff. eod.* 35 Societas jus quidem quodammodo fraternitatis. *l.* 63. *ff. eod.* constare tamen potest vel inter eos, qui non sunt æquis facultatibus, *ut hic.*

36 Vide *l.* 29. §. 1. *ff. eod.* quid si legas, *pauperioris opera*? Sed nil necesse: *pauperior operæ*, & *opera* in ablativo. 37 Opera pauperis, vel opera pauper, plerunque supplet patrimonii defectum.

38 Vide *l* 35. *in fine penultimum ff. de mort. caus. donat.*

39 Quid, valebitne ut donatio, si non valet ut societas? Ita credet Accursius: quod Jacobus Aretio non probatur. Cur enim valeat ut donatio, quod ut societas principaliter initum est? *l.* 1. §. *cum. ff. de constit.* Quid, quod communio hic nasceretur, si donationis nomine hic contractus subsistisset, ac proinde societas esset? quod tamen hic negatur. Alioqui id mirum, cum transactio nullo dato, ne quidem jure pacti, valeat. *l.* 3. *C. de repud. hered. l. si ego.* 18. *ff. de reb. cred.*

40 Sub conditione fit societas, *ut hic.* qua de re tamen dubitabatur, propterea quod societati mancipatio inest, ut in emptione, quæ etiam imaginaria conditionem non recipiebat. Verum hodie imaginariæ emptiones sublatæ, *l. contractus.* 34. *ff. de oblig.* & consequenter placet hodie venditionem contrahi sub conditione. *l. sicut.* 20. *ff. locat. §. empt. Inst. de empt. & vend.*

41 Potestas alicui concessa, in dubio significat arbitrium boni viri, *ut hic. &* in emptione, *l.* 7. *ff. de contrab. empt.* & in locatione. *l.* 24. *ff. locati.*

42 *l.* 29. *l.* 80. *ff. eod. Novell. Leon.* 103.

43 Tota *Sabini* est hæc lex, ut ostendit *lex* 9. *ff.*

44 Societate simpliciter coita, re non expressa, inita videtur societas lucri descendentis ex emptione, venditione, locatione, conductione, *Synops. eod. cap.* 7. hoc est, ad res industria quæsitas, & lucra personalia, at non ea, quæ extra personæ industriam posita, ut sunt donationes & legata.

45 Non adjecto signo universali, non expresso certo genere negotiationis, sive ea sit expresse contracta vel tacite: quod ultimum notat Rol. à Valle, *1 cons.* 91. *n.* 28. 29. 30. 31.

46 *Al.* dictum.

47 Id est, ex operis, non ex fortuna, & ultimis voluntatibus: ideoque hereditates, legata, & donationes in tali

De

---

societate non communicantur. *l.* 8. *& seq. ff. eod.* 48 Quæstus lucrum continet. 49 Ergo & ex causa militiæ factus quæstus continebitur. Quid, si thesaurus inventus sit? alibi dicam. Quid, si nulla opera interceßit, sed amicitia impellente, vel sponte aliquis nobis donaverit? non communicabitur. *l.* 9. *ff. eod.* adde *l.* 45. §. 2. *ff. de acq. hered.* 50 *l.* 71. *in fin ff. eod.* 51 Beneficium præsupponit ac præsumit merita. *Bart.* 52 Imo interdum sine merito venit hereditas. *l.* 48. §. 1. *ff. de heredit.* Dic extraneis non sine merito obvenire: suis, quodam semper merito. *d.* §. 1. *ff. eod.* 53 Præsumitur liberalitas conferri in meritum. *ut hic.* ut pœna in demeritum. adde *l. Centurio ff. de milit. testam.* 54 Hereditas parentum, liberis; libertorum, patronis quasi debita. adde *l.* 6. *ff. de bon. libert.*

55 *V. l.* 27. *ff. eod.* 56 Lucrum, alias generale vocabulum, hic restringitur ratione adjuncti sui, puta quæstus. 57 Pactum ne intra certum tempus res communis dividatur, hoc præstat, ut ne sine justa causa ante id tempus renunciari possit societati. 58 Pactum, ne à societate discedatur, hoc præstat, ut ne à societate discedatur sine justa & legitima causa. 59 *l.* 17. *in fin. l.* 63. §. 5. *ff. eod.* 60 *l.* 14. §. 2. §. 3 *ff. comm. divid.* 61 Fidem frangenti fidem servari non est necesse. *v. l.* 21. *C. de pact.* 62 Conditio tacita inest societati, ut hinc inde fides servetur. Quid, si non servetur? poterit abiri à societate, quasi conditione non servata: etiamsi ita contracta fuerit societas, *ne abeatur.* 63 Societati injurioso hominis & damnosi socii renunciare licet. adde *l.* 7. *ff. de reb. eor.*

64 Hæc, & superior causa, fratribus diligenter notanda gravatis à patre, *ne dividant.* Bart.

65 Absentia diuturna, justa causa est dissolvendæ ante tempus societatis, si, qui absfuturus est, societatis negotia per alium æque commode explicare non possit. 66 Sponsalibus ob hanc causam ut renuncietur. *v. l.* 2. *C. de repud.* 67 Excusatur, qui procuratorem non misit, si facile nancisci procuratorem non potuit. Id hinc Bald. colligit. 68 Ne dividatur. *Hal.* 69 Generalis promissio justas semper exceptiones admittit. 70 Cum aliquid prohibetur, prohibentur etiam media ad illud tendentia. *l.* 16. *ff. de sponsal.* 71 Prohibita societatis dissolutione, prohibentur & omnia, quæ ad eam dividendam pertinent. 72 Et, *al.* sed. 73 Excipiendi jus transit in singularem successorem. *v. l.* 17. §. 5. *ff. de pact.* 74 Contra pactionem committit. *Hal.* 75 Quoties scil. res desinit esse sociorum communis. *l.* 1. *comm. div.* 76 Absenti socio renunciata societate, quæcunque renuncians adquirit, quoad absens scierit, in commune rediguntur: hoc detrimentum non sit commune, sed ejus tantum, qui renunciavit. Per contrarium, quod absens ille socius lucri sum facit, sibi tantum, non socio facit; detrimentum, commune. *Synops. eod. ca.* 17. 77 Renunciatio socio renuncianti præjudicat statim: absenti, non ante, quam renunciationis facti admonitus.

78 *l.* 67. §. 1. *ff. eod.* 79 Καλὰ φύσιν τῆς κοινωνίας, &c. natura societatis tenetur, qui intempestive societati renunciavit *Synops. ibid.* 80 Vide *l.* 14. *ff. eod.*

De renunciatione societatis à servo contractæ.

XVIII. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI servus societatem coierit, non [80] sufficiet, si jubeatur à domino servus abire à societate: sed socio renunciandum est.

De socio socii. De servo præposito societati, de compensatione lucri & damni.

XIX. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

QUi admittitur socius, ei [81] tantum socius est, qui admisit, & recte: cum enim societas consensu [82] contrahatur, socius mihi esse non potest, quem ego socium esse nolui: Quid ergo, si socius meus eum admisit? Ei soli socius est:

XX. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

NAm socii [83] mei socius, meus socius non est [84];

XXI. IDEM lib. XXX ad Sabinum.

ET quidquid fuerit de societate nostra consecutus, cum illo, qui eum adsumpsit, communicabit: nos [ei] cum eo non communicabimus: sed factum ejus præstabitur societati, id est, aget socius, & societati præstabit, quod fuerit consecutus.

XXII. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

EX contrario factum quoque socium debet ei præstare, sicuti suum: quia ipse adversus eos habet actionem. Item certum est, nihil vetare, prius [quam] inter eum, qui admiserit, & eum, qui admissus fuerit, societatis judicio agi, quam agi incipiat inter cæteros, & eum, qui [85] admiserit.

1. *Qui tenetur ratione culpæ, non liberatur cedendo actionem; & lucrum contingens ex industria, non compensatur cum damno contingente ex culpa.* Bald.

XXIII. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

DE illo Pomponius dubitat, utrum actionem eum mandare socius sufficit, ut, si facere ille non possit, nihil ultra socii præstet: an vero indemnes eos præstare debeat: & puto, omnimodo [86] eum teneri ejus nomine, quem ipse solus admisit, quia difficile est negare, culpa ipsius admissum. §. 1. Idem quærit, an [87] commodum, quod propter admissum socium accessit, compensari cum damno, quod culpa præbuit, debeat: Et ait, compensandum: Quod non [88] est verum [89]: Nam & Marcellus lib. VI Digestorum scribit, si servus unius ex sociis, societati à domino præpositus, negligenter [90] versatus sit, dominum societati, qui præposuerit, præstaturum: nec compensandum commodum, quod per servum [91] societati accessit, cum damno: Et ita Divum Marcum pronunciasse: nec [92] posse dici [93] socio, ABSTINE COMMODO, QUOD PER SERVUM ACCESSIT *SI* DAMNUM [94] PETIS [95].

XXIV. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

PLane si ambo socii servum alterius præposuerint, non tenebitur dominus ejus nomine, nisi duntaxat de peculio [96]: commune [97] enim periculum esse oportet, cum ambo eum præponamus [98].

XXV. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

NOn ob eam rem minus ad periculum socii pertinet, quod negligentia [99] ejus periisset, quod in plerisque aliis industria ejus societas * aucta * fuisset: Et hoc ex appellatione Imperator pronunciavit.

XXVI. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

ET ideo, si socius quædam negligenter in societate egisset, in plerisque autem societatem auxisset, non compensatur compendium cum negligentia, ut Marcellus lib. VI Digestorum scripsit.

De ære alieno.

XXVII. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

OMne æs alienum [100], quod manente societate contractum [1] est, de communi solvendum est [2]: licet, posteaquam societas distracta est, solutum sit [3]: igitur & si sub conditione promiserat [4], &, distracta societate, conditio extitit, ex communi solvendum est: ideoque si interim societas dirimatur, cautiones [5] interponendæ sunt.

XXVIII. IDEM lib. LX ad Edictum.

SI socii sumus, & unus ex die pecuniam debeat [6], & dividatur [7] societas, non debet hoc deducere socius, quemadmodum præsens debet, sed omnes dividere, & cavere [8], *cum dies venerit defensuri socium.*

De partibus lucri & damni.

XXIX. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

SI non fuerint partes [9] societati adjectæ, æquas [10] eas esse constat [11]. Si vero placuerit, ut quis duas partes vel tres habeat, alius unam, an valeat? Placet valere: si modo aliquid plus contulit societati vel pecuniæ, vel operæ, vel cujuscunque alterius rei [causa.] §. 1. Ita coiri societatem posse, ut nullius partem [12] damni [13] alter sentiat, lucrum vero commune sit, Cassius putat: Quod ita [14] demum valebit (ut & Sabinus scribit [15]) si tanti sit opera, quanti damnum est *: plerunque enim tanta est industria socii, ut [16] plus societati conferat, quam pecunia: Item si solus naviget, si solus peregrinetur, periculo [17] subeat solus.

§. 2. Aristo refert, Cassium respondisse, societatem [18] talem coiri non posse, ut alter lucrum tantum, alter damnum sentiret: & hanc societatem *leoninam* [19] solitum appellare: Et nos consentimus, talem societatem nullam esse, ut alter lucrum sentiret, alter vero nullum lucrum, sed damnum sentiret *: Iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non [20] etiam lucrum spectet [21].

Lucrum dicitur deducto damno, & damnum dicitur deducto lucro. Bald.

XXX. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

MUcius lib. XIV scribit, non posse societatem coiri, ut aliam damni, aliam lucri partem socius ferat. Servius in notatis Mucii ait, nec posse societatem ita contrahi *: neque [22] enim lucrum intelligitur, nisi omni damno [23] deducto [24]; neque damnum, nisi omni lucro deducto: Sed potest coiri societas ita, ut ejus lucri, quod reliquum in societate sit, omni damno deducto, pars alia feratur: & ejus damni, quod similiter relinquatur, pars alia capiatur.

De actione pro socio, & judicium divisorium.

XXXI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

UT sit pro socio actio, societatem intercedere oportet: nec enim sufficit, rem esse communem, nisi societas intercedit: Communiter autem res agi potest etiam citra [25] societatem: [ut] puta cum non affectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata: item [26] si à duobus simul empta res sit: aut si hereditas vel donatio communiter nobis obvenit: aut si à duobus separatim emimus partes eorum, non socii futuri.

XXXII. IDEM lib. II ad Edictum.

NAm cum [27] tractatu [28] habito societas coita est, pro socio actio est: cum sine tractatu, in re ipsa & negotio communiter gestum videtur:

XXXIII. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

UT in conductionibus publicorum [29], item in emptionibus: nam qui nolunt inter se contendere, solent per nuncium rem emere in commune: Quod à societate longe remotum est, & ideo, societate sine tutoris auctoritate coita, pupillus non [30] tenetur: attamen [31] communiter gesto tenetur.

XXXIV. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

QUibus casibus, si quid forte unus in eam rem impenderit, sive fructus mercedesve unus perceperit, vel deteriorem fecit rem, non societatis judicio locus est: sed inter coheredes quidem familiæ erciscundæ judicio agitur: inter cæteros, communi dividundo. † Inter [32] eos quoque, quibus hereditario jure communis res est, posse & communi dividundo agi.

De heredibus.

XXXV. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

NEmo potest societatem heredi [33] suo sic parere [34], ut ipse heres socius sit. † In heredem [35] autem socii proponitur actio, ut [36] bonam fidem præstet;

XXXVI. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

ET acti etiam culpam [37], quam is præstaret, in cujus locum successit, licet [38] socius (non) sit.

XXXVII. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

PLane si hi, qui sociis heredes exstiterint, animum inierint [39] societatis in ea hereditate novo consensu; quod postea gesserint, efficitur, ut in pro socio actionem deducatur.

Cautiones de futuro damno, vel lucro. 1. De impensis & fructibus.

XXXVIII. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

PRo socio arbiter [40] prospicere [41] debet cautionibus [42] in futuro damno vel lucro pendente ex ea societate: Quod Sabinus in [43] omnibus bonæ fidei judiciis existimavit: sive generalia [44] sunt, veluti pro socio, negotiorum gestorum, tutelæ: sive specialia, veluti mandati, commodati, depositi. §. 1. Si tecum societas [45] mihi sit, & res ex societate communes, quam impensam [46] in eas fecero, quosve fructus ex his rebus ceperis, vel pro socio, vel communi dividundo [47], me consecuturum; & altera actione alteram tolli [48] Proculus ait.

XXXIX. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI fundus mihi tecum communis sit, & in eum mortuum intuleris, agam [49] tecum pro socio [50].

De herede.

XL. IDEM lib. XVII ad Sabinum.

HEres socii, quamvis [51] socius non est, tamen ea, quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem explicari debent [52]: in quibus [53] dolus [54] ejus admitti potest [55].

De stipulatione pœnali.

XLI. ULPIANUS lib. XX ad Edictum.

SI quis à socio pœnam [56] stipulatus sit, pro socio non aget, si [57] tantundem in pœnam sit, quantum ejus interfuit.

XLII. IDEM lib. XLV ad Sabinum.

QUod si ex stipulatu [58] eam consecutus sit, postea pro socio agendo, hoc minus accipiet, pœna ei [59] in sortem imputata.

De concursu actionis pro socio, & communi dividundo.

XLIII. IDEM lib. XXVIII ad Edictum.

SI actum sit communi dividundo [60], non tollitur pro socio actio, quoniam [61] pro socio & nominum [62] rationem habet [63], & adjudicationem non admittit [64]: sed si postea pro socio agatur, hoc minus

80 Societatem ferre, si justus dominus non dissolvit, cum ea res etiam factum ipsius servi exigat.

81 Socii socius, non est mihi socius. *l.* 19. *eod. l.* 105. *ff. de verb. sign. l.* 57. *§. fin. ff. de reg. jur.*

82 *l.* 31. 32. *l.* 37. *l.* 44. *ff. cod.* Anf.

83 Socius socii, non est socius meus, *ut hic.* sic libertus liberti, non est meus libertus: vasallus vasalli, non est meus vasallus. Doctores in *l. Pater.* 38. *§. duob. 1. ff. de leg.* 3. Contra, amicus inimici, aut inimicus amici, inimicus esse videri potest. facit *l.* 1. *§. cum patronus. ff. de offic. Præf. urb.*

84 Nec socius potest socius mihi invito socium parare, *ut hic.* non potest servitutem fundo communi imponere, *l.* 2. *ff. de servit.* (contra est in usufructu. *l.* 5. *ff. de usufruct.*) rem communem celare, amovere. *l.* 45. *l.* 46. alienare plus parte sua, *l.* 68. damnum in ea dare, *l.* 47. 48. 49. in eam, nisi sit sepulchrum, mortuum inferre, *l.* 39. nec socium obligare æris recepti, nisi æs in communem arcam intulerit, *l.* 82. an & filiam dotare ex communi pecunia? vide *l.* 81. *hoc tit.* potest tamen partem rei communis pro indiviso alteri donare, *l.* 12. *C. de donationib.* at non parietem demoliri, & reficere. *l.* 8. *ff. de servit. urban.* Item prohibere potius quam facere potest. *l.* 11. *ff. si servit. vind.*

85 Quem, *Florentina.*

86 Cedendo actiones, non liberatur, qui culpa sua obligatus est.

87 Lucrum industria contingens non compensatur cum damno contingente ex culpa.

88 Imo est, & est compensatio. *l.* 6. *ff. de compens.*

89 Imo, verum est. *l.* 11. *in fin. ff. de negotiis.*

90 Ita ut ejus negligentia obfuerit societati.

91 Id est, per industriam servi.

92 Socio in hoc casu dici non potest, Si vis me universum damnum servi per me præpositi negligentia contractum subire, commodo per eum adquisito abstine, *ut hic.* nec enim cum lucro negligentia compensatur. 12 *Eclog. 1. cap.* 125.

93 *Sub.* per eum, qui servum præposuit.

94 Id est, quod interest.

95 *Al.* non petis.

96 Si damnum culpa intulit societati.

97 Commune esse debet, quod communiter fit a pluribus.

98 Cum præposuerint. *Italo.*

99 Negligentia socii in uno excusatur, quod in aliis rebus diligens fuerit. Ex hac lege & sequenti restitui potest *cap.* 25. 12 *Eclog. tit.* 1. quod mutilum esse constat.

100 *l.* 12. *ff. cod. l.* 213. *§.* 1. *ff. de verb. signif.*

1 Ab uno sociorum, in societatis commodum.

2 Vide tamen *l.* 82. *ff. cod.*

3 *Sub.* pretium rei in societatem emptæ.

4 Societate constante contractum debitum, ea dissoluta, creditori solvendum est in præsenti, si purum est debitum: si vero sub conditione, vel in diem, interponitur cautio.

5 De socio se defendendo eveniente conditione, sub qua obligatus est nomine societatis. *l.* 28. *l.* 38. *l.* 67. *ff. eod.*

6 *Sub.* societatis causa.

7 Pendente die.

8 *Sub.* socio in diem obligato.

9 Lucri, & damni.

10 Præsumitur æquis partibus coita societas, *ut hic. Synopsis cod. c.* 29. Ita lex partes tacite colligit, quæ expressæ à contrahentibus non sunt.

11 Si æquale fuit capitale, id est, si uterque eandem fortis pecuniæve quantitatem vel easdem operas contulit: Si inæquale fuit, partes lucri & damni inæquales erunt juxta quantitatem capitalis, sive fortis: id enim tacite actum intelligitur. *l.* 13. *in fi. ff. cod. l.* 80. *in fin. ff. cod.*

12 Ut nullam partem. *Ital.*

13 Pecuniæ ab alio socio collatæ, ut si ea pereat, socio non teneatur: cum tuas operas in vicem rei pecuniæve per socium collatæ perdideris. Nam & si ea duntaxat salva fuerit, tota revertetur ad eum, qui eam contulit. Atenim, inquies te operam perdidisse: Res ita est: sed alter vicissim pecuniam otiosam in societate habuit.

14 Vide Theophilum, *§.* 2. *Inst. eod.*

15 Societas potest ita iniri, ut nullam partem damni sentias, & tamen lucri partem sentias, si tu nti opera tua est, quanti damnum, veluti si solus naviges, peregrineris, vel pericula subeas. *Synopsis. ibid. c.* 29. *in fin. eod.*

16 *l.* 1. *C. eod. l.* 5. *§.* 1. *ff. eod. l.* 80. *ff. eod. §.* 2. *Inst. eod.*

17 *Al.* pericula.

18 Societas ea pactione contrahi non potest, ut tu damnum tantum capias, alter lucrum. *Synopsi. d. c.* 29.

19 Nam leo (ut est in Apologo) communem ex venatione prædam sic dividebat cum vulpe, ut sibi ferme totam retineret, vulpi vix minimam concedens partem: *Seneca epist. ult.* sine amico visceratio leonis ac lupi vita est. *Goth.* De societate Leonina vide *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 6. tit.* 8. Anf.

20 Vide *l.* 55. *in fi. ff. eod.*

21 *Al.* speret.

22 Lucri norma, damnum: damni, lucrum: *Lucrum* est, quod damno deducto superest: *damnum*, quidquid lucro deducto reliqui est.

23 *Sub.* casuali, fortuito.

24 Imo, lucrum percipitur damno non deducto. *l.* 23. *in fi. ff. eod.*

25 Actio pro socio oritur ex contractu, non ex nuda communione: & ex antecedenti conventione fit, non ex incidenti. *l.* 2. *ff. communi. divid. l.* 4. *C. communi. divid. §.* 3. *Inst. de obligat. ex quasi contr.*

26 *l.* 2. *C. eod.*

27 Societas seu κοινωνία fit tractatu habito, seu conventione: κοινωνία, seu communiter gestum, sine tractatu, & conventione. *Synops. eod. cap.* 32.

3 *Harm.* 10. *§.* 3.

28 Id est, quoties conventio contractum præcedit, κατὰ συνωνυμίαν. *Synopf. c.* 32.

29 Puta vectigalium. *ut l.* 5. *ff. eod. l.* 63. *§.* 8. *ff. eod.*

30 Cur ita? vid. *l.* 110. *§.* 2. *ff. de reg. jur.*

31 Cur ita? collige *ex l.* 29. *vers. denique. ff. comm. divid. l.* 46. *ff. de oblig. & act.*

32 *l.* 20. *§.* 4. *l.* 44. *ff. fam.*

33 Societas ad heredem non transit, nisi dictum sit. *l.* 59. *ff. eod.*

34 *Al.* parare.

35 *l.* 63 *§.* 8 *ff. eod.*

36 Societas non transit ad heredem, licet eo, quod ipse gesserit, teneatur, & cœpta à defuncto perficere teneatur: hæc enim bonæ fidei propria sunt. *l.* 40. *ff. eod.*

37 *l.* 40. *ff. eod.*

38 *d. l.* 63. *§.* 8. *ff. eod.*

39 Adde *l.* 44. *ff. eod.*

40 Datus à Prætore. vide *l.* 10. *in fi. ff. qui satisdare.*

41 Futuri cautio ad Judicem pertinet in judiciis, sive generalia sint, sive specialia, scilicet, quoties æquitas suadet.

42 *l.* 27. *in fi. ff. eod.*

43 Vide *l.* 41. *ff. de judiciis.*

44 Judiciorum bonæ fidei alia generalia, alia specialia.

45 *Sub.* conventionalis.

46 *l.* 52. *§.* 4. *ff. eod.* Pro socio actione expensas pro socio factas socius consequitur.

47 *l.* 43. *v. l.* 47. *ff. eod.*

48 *l.* 41. *l* 50 *in fin. ff. eod.*

49 An ut tollas mortuum? An ut partis fundi æstimatio præstetur? An potius, ut omne damnum, quodque mea plane interest?

50 Alibi in factum. *l.* 6. *§.* 6. *ff. commun. divid.*

51 Heres socius non est. *l.* 36. *in fin. eod. l.* 63. *§.* 8. *ff. eod.*

52 Ut & heres tutoris & negotiorum gestoris. *l.* 1. *l. qui heredes. C. de hered. tut. l.* 21. *§.* 2. *ff. de negot. gest.* Anf. Imo, non cogitur. *l.* 19. *ff. de accusationibus.*

53 *Sub.* explicandis.

54 *Dict. l.* 36.

55 Ideo tenetur.

56 Pœna conventionalis succedit loco rei; ideoque pœna exacta, res: ut per contrarium, re exacta, pœna peti non potest, nisi plus in re, quam in pœna sit. adde *l. ult. ff. de rebus cred.* Goth. Euo. dationem hujus & præcedentis legis vid. apud Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *cap. 5. n.* 108. Anf.

57 Cur ita? vide *l.* 38. *in fi. ff. eod.*

58 Hoc est, certi condictione ex stipulatione, si certa: ex stipulatu, si incerta.

59 Imo, quod pœnæ nomine à debitore exactum est, huic debet cedere creditoris. *l.* 74. *ff. de solut. v. l.* 4. *§.* 7. *ff. de doli except.*

60 *l.* 38. *in fin. ff. eod. v. l.* 47. *ff. eod.*

61 Pro socio actionis, & communi dividundo, hæc differentia est: pro socio actio, qua nominum rationem habet à socio contractorum, ea parte superat actionem communi dividundo: qua vero adjudicationem non admittit, in eo superatur à communi dividundo actione.

62 Ab uno sociorum contractorum.

63 Possunt enim communicari nomina, non dividi. Interim nota differentias actionis pro socio, & communi dividundo: est enim mutua inter eas relatio, ut excedentis, & excessi.

64 Quia pro socio actio efficit, ut conferatur in communionem, quod antea commune non fuit: ad quam communionem nihil facit adjudicatio. Communi dividundo judicium versatur circa res, quæ communes sunt, æqualiter dividendas.

minus ex ea actione consequitur, quam ex prima actione consecutus est.

De re vendenda data.

XLIV. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

SI margarita tibi vendenda dedero, ut, *si ea decem vendidisses, redderes mihi decem: si pluris, quod excedit, tu haberes*; mihi videtur, si [65] animo [66] contrahendæ [67] societatis id actum sit, pro socio esse actionem: si minus, præscriptis verbis [68].

XLV. IDEM lib. XXX ad Sabinum.

REi communis nomine cum socio furti [69] agi potest, si per fallaciam dolove malo amovit, vel rem communem celandi animo contrectet: sed [70] & pro socio actione obstrictus est: nec [71] altera actio alteram tollet [72]: Idemque in omnibus bonæ fidei judiciis dicendum est.

XLVI. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

IDem est & [73] in colono [74], & in eo, qui negotia gerit [75], & qui mandatum nostrum exequitur, & in tutore [76].

De damno dato in re communi.

XLVII. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

SEd si ex causa furtiva condixero, cessabit pro socio actio, nisi si pluris mea interfit. §. 1. Si damnum [77] in re communi socius dedit, Aquilia [78] teneri eum, & Celsus, & Julianus, & Pomponius scribunt:

XLVIII. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

SEd nihilominus & pro socio tenetur,

XLIX. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

SI hoc facto societatem læsit: si verbi gratia negotiatorem servum vulneraverit, vel occidit [79].

L. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

SEd actione pro socio consequitur, ut altera [80] actione contentus esse debeat, quia utraque actio ad rei persecutionem respicit: non, ut furti, ad pœnam dumtaxat.

De furto. 1. De plagio.

LI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

MErito autem adjectum est [81], *ita demum furti actionem* [82] *esse, si per fallaciam & dolo malo amovit* [83]: quia, cum sine dolo malo fecit, furti non tenetur: & sane * plerunque credendum est, eum [84], qui partis dominus est, jure potius suo [re] uti, quam furti consilium inire. §. 1. Et ideo videbimus, an Favia [85] teneatur? Et ratio [86] quidem facit, ne teneatur: verum, si plagium fecit [87], vel suppressit, Favia teneri [88].

Si is, qui mandavit alteri, ut emeret, & sibi partem cederet, ipse emit. 1. De bona fide. 2. De dolo, culpa, & casu fortuito. 5. De argentario socio. 6. De fratribus parentum hereditates indivisas habentibus. 7. De socio, quorum unus pecuniam, alter operam contulit. 8. De fratribus socio. 9. De morte socii. 10. De refectione communis insulæ. 11. De societate ad emendum. 12. De refectione rei communis. 13. De usu rei communis. 14. De pluribus societatibus inter eosdem. 15. De sumptibus. 16. De societate omnium bonorum. De delictis.

LII. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

CUm duobus [89] vicinis fundus [conjunctus] venalis esset, alter ex his petit ab altero, *ut eum fundum emeret, ita ut ea pars, quæ suo fundo juncta esset, sibi cederetur*: mox ipse eum fundum, ignorante vicino, emit. Quæritur, an aliquam actionem cum eo vicinus habeat? Julianus scripsit, implicitam [90] esse facti quæstionem: nam [91] si hoc solum actum est, *ut fundum Lucii Titii vicinus emeret & mecum communicaret*, adversus me, qui emi, nullam actionem vicino competere: si vero id actum est, ut quasi commune negotium gereretur [92], societatis judicio tenebor, ut tibi, deducta parte [93], quam mandaveram, reliquas partes præstem. §. 1. Venit autem in hoc judicium pro socio bona fides [94]. §. 2. Utrum ergo tantum dolum, an etiam culpam [95], præstare socium oporteat, *quæritur*? Et Celsus lib. VII Digestorum ita scripsit, * Socios inter se dolum [96] & culpam præstare oportet: Si [97] in coëunda societate (inquit) artem [98] operamve pollicitus est alter, veluti cum pecus in commune pascendum, aut agrum politori [99] damus in commune quærendis [100] fructibus: nimirum ibi etiam [1] culpa præstanda est: pretium enim operæ artis [2] est velamentum [3]. Quod si, rei communi socius nocuit, magis admittit, culpam quoque venire. §. 3. Damna [4], quæ imprudentibus [5] accidunt, hoc est, damna fatalia, socii non cogentur præstare: Ideoque si pecus æstimatum datum sit, & id latrocinio aut incendio perierit, commune damnum est, si nihil dolo aut culpa acciderit [ejus, qui æstimatum pecus acceperit]: Quod si a furibus [6] subreptum sit, proprium ejus detrimentum est: quia custodiam præstare debuit, qui æstimatum accepit. Hæc vera sunt, & pro socio erit actio; si modo societatis contrahendæ causa pascenda data sunt, quamvis æstimata. §. 4. Quidam [7] sagariam [8] negotiationem [9] coierunt, alter ex his ad merces comparandas profectus in latrones incidit; [suamque] pecuniam perdidit: servi ejus vulnerati sunt, resque proprias perdidit: Dicit Julianus damnum esse [10] commune, ideoque actione pro socio damni partem dimidiam agnoscere debere, tam pecuniæ, quam rerum cæterarum, quas secum non tulisset socius, nisi ad merces communi [11] nomine comparandas profecisceretur: Sed & si quid in medicos impensum est, pro parte socium agnoscere debere, rectissime Julianus probat: Proinde & si naufragio quid periit, cum non alias merces, quam navi, solerent [12] advehi, damnum ambo sentient; nam * sicuti [13] lucrum, ita damnum quoque commune esse oportet, quod non culpa socii contingit. §. 5. [Cum] duo erant argentarii socii, alter eorum aliquid separatim [14] quæsierat, & lucri [15] senserat: *quærebatur*, an commune esse lucrum oporteret? Et imperator Severus Flavio Felici in hæc verba rescripsit *: *Etiam si maxime argentaria societas inita est, quod quisque tamen* [16] *socius non ex argentaria causa quæsit, id ad communionem non pertinere, explorati juris est.* §. 6. Papinianus quoque lib. III Responsorum ait: Si fratres [17] parentium indivisas [18] hereditates ideo retinuerunt [19], *ut emolumentum ac damnum in* [20] *his commune sentirent*, quod aliunde [21] quæsierint, in commune non redigetur. §. 7. Item ex facto consultum respondisse se, ait lib. III Responsorum: Inter Flavium Victorem [22] & Vellicum Asianum placuerat [23], *ut, locis emptis pecunia Victoris monumenta fierent opera & peritia Asiani: quibus distractis, pecuniam Victor cum certa quantitate reciperet, superfluum Asianus acciperet, quis operam in societatem contulit*: Erit pro socio [24] actio. §. 8. Idem Papinianus eodem libro ait [25], si inter fratres voluntarium consortium [26] initum fuerit, & stipendia [27], cæteraque salaria in commune redigi judicio societatis: quamvis filius emancipatus hæc non cogatur conferre fratri (inquit) in potestate manenti: quia, etsi in potestate maneret, præcipua [28] ea haberet. §. 9. Idem respondit, societatem [29] non [30] posse ultra [31] mortem porrigi: & ideo nec libertatem [32] de supremis judiciis constringere quis poterit, vel cognatum ulteriorem proximioribus præferre. §. 10. Idem respondit, Socius [33], qui cessantis [34] cessantiumve portiones insulæ restituerit [35], quamvis aut fortem cum certis usuris [36] intra quatuor menses, postquam opus refectum erit, recipere potest, exigendoque privilegio utetur, aut [37] deinceps propriam rem habebit, potest tamen pro socio agere ad hoc, ut consequatur, quod sua intererant. Finge [38] enim, malle eum magis suum consequi [39], quam dominium insulæ: Oratio [40] enim D. Marci idcirco quatuor mensibus finit certas usuras, quia post [41] quatuor dominium tledit. §. 11. Si qui societatem ad emendum [42] coierint, deinde res alterius dolo vel culpa empta non sit, pro socio esse actionem constat: Plane, si conditio sit adjecta, SI INTRA ILLUM DIEM VENIRET, & dies sine culpa socii præterierit, cessabit actio pro socio. §. 12. Item si in communem rivum reficiendum impensa facta sit, pro socio esse actionem ad reciperandum sumptum, Cassius scripsit. §. 13. Item Mela scribit, si vicini semipedes [43] inter se contulerunt, ut ibi cratitium [44] parietem inter se ædificarent ad onera utriusque sustinenda, deinde ædificato pariete alter in eum immitti non patiatur, pro socio agendum. † Idemque, & si aream in commune emerint, ne luminibus suis officeretur, & alteri tradita sit, nec præstet alteri, quod convenit, pro socio actionem esse. §. 14. Si plures sint inter eosdem societates coitæ, ad omnes societates sufficere [45] hoc unum [46] judicium rigitur. *Bart.* 17 3 Harm. 10. §. 27. non minores sc. nec enim id fieri debet sine auctoritate tutoris. *l.* 33. ℨ. *eod.* 18 Societas tacite omnium omnino bonorum, non censetur contracta inter fratres, hoc ipso quod hereditatem paternam inter se non diviserint, hac mente, ut emolumentum & damnum in his commune sentirent. Cujus rei is effectus est, ut non teneantur eo nomine inter se judicio societatis conferre quidquid lucri extrinsecus fecerint. 19 Expresse: quid, si tacite? & si tacite, quibus signis atque argumentis deprehenduntur societatem iniisse? non satis est, ut qui negotiatur, major sit: requiritur enim consensus tutoris, si aliqui minores sint, *dict. l.* 33. & inter majores non sufficit ad præsumendam tacitam societatem, quod unius & ejusdem parentis hereditatem possideant. *Bart. hic. n.* 3. Item non sufficit, ut simul vivant, utque eorum unus negotietur alterius nomine. Requiritur ergo, ut res solitæ sint semper in commune redigiri. *v. l.* 4. ℨ. *eod.* ut interea moneamus non censeri inter eos contractam societatem omnium bonorum, sed illius tantum actus, qui gestus est. adde superioribus præsumi tacitam societatem inter duos, si inter se communiter negotiati sint: si confecta negotiatione unus eorum res societatis distraxerit: si ambo interfuerint rationibus, quas calculatas sive computatas oportebat cum creditoribus subducere: si reus, societatis judicio, habitationis & alimentorum nomine, pro actore ejusdem judicii solverit: si pluries idem diversis locis & coram diversis personis communionem agnoverit: si ambo promiscue societate usi fuerint: si constabit actorem negotiationi præfuisse. adde superioribus, si ambo simul habitaverint, de quo v. *Minsin.* 2 *Resp.* 18. *n.* 33. *& sequent.* 20 Lucri societas in rebus certis, non extenditur ad lucra aliunde quæsita. 21 Adde *l.* 4. ℨ. *de castrensi.* 22 Hi duo referuntur in *l.* 13. §. 5. ℨ. *de action. empt.* nisi quod non Flavius Victor, *ut hic.* sed Terentius Victor appellatur: sed forte hic Flavius Victor coheres fuit Terentii. 23 Ut observetur societatis pactum, competit actio pro socio, *ut hic. & l.* 17. ℨ. *eod.* 24 Pro socio actione petimus pacta societatis nomine inita conservari. 25 Quamvis frater emancipatus non conferat in potestate manenti ea, quæ adquirit in militia, nec etiam stipendia (quando, tametsi maneret in potestate, patri tamen non adquireret), tamen si societatem fratres inierint, etiam hæc in commune rediguntur. *Synopf. eod. c.* 49.

26 Omnium quæstuum sc. *Accurf.* 27 De quibus *l.* 9. *C. de procur.* 28 V. *l.* 1. §. 15. ℨ. *de collat. bon.* 29 Societas ultra mortem sociorum porrigi non potest, *ut hic.* Imo nec id mandari a testatore potest. v. Clarum, 3 *sent.* §. 1. *quæst.* 60. 30 Imo potest. *l.* 65. §. 9. ℨ. *eod.*

31 V. *l.* 59. ℨ. *eod.* 32 Nemo etiam per indirectum, libertatem testandi sibi auferre potest perpetuæ societatis conventione habita, *ut hic.* v. Cujac. *obf.* 10. 21. responsione ad stipulationem facta, *l.* 61. ℨ. *de verb. oblig.* donando, *l. ult. circa fin. C. de pactis.* sed nec jurando, quia contra bonos mores eripitur alicui libertas testandi, *d. l.* 61. *d. l. ult.* & juramentum contra bonos mores præstitum, non est obligatorium: etiam in testamentis, cum nemo possit efficere, ut leges locum in sua dispositione non habeant. vid. *l.* 55. ℨ. *de legat.* 1. ideoque tale juramentum nec impediet, quominus secundum sint testamentum. v. *l. 1. C. qui testamenta.* v. *hic* Bart. v. *ramen l.* 59. ℨ. *eod.*

33 Si socius cessantibus aliis, communem domum restituerit, optionem habet, vel ut impensas recipiat cum usuris, intra quatuor menses post refectionem (& tunc privilegium in exigendo nomine refectionis habet), vel ut post quadrimestre tempus dominium domus consequatur: aut potius actione pro socio domum retinet. Propterea vero quatuor mensibus usuræ definitæ sunt, quoniam post quadrimestre lex dominium refectori dat. *Synopf. Basilic. eo. c.* 50. 3 Harm. 12. §. 20.

34 Quid in non faciente? v. *l.* 4. *C. de ædific. privat.* 35 Depositas reposuerit. *l.* 25. ℨ. *de reb. cred.* 36 τόκων Græci; centesimis usuris quidam legunt apud Accursium. *arg. l.* 4. *C. de ædific. privat.* 37 Id est, qui ædificium socii absentis restituit, jus sumptuum & usurarum reperendarum habet, & privilegium hypothecæ, de quo v. *l.* 5. ℨ. *qui potiores*, & post quatuor menses, dominii jus. v. *d. l.* 4. *C. de ædific. priv.* adde *l.* 46. *in fi.* ℨ. *de damno infecto.* 38 Plures vias habens leviorem eligere potest. *Bart.* 39 Suum non confequi. *Hal.* 40 Senatusconsultum in *l.* 1. ℨ. *in quibus caus. pignus.* Cujac. 10 *obf.* 10. 41 Statim dederat Hadrianus. *d. l.* 5. 42 Societas ad emendum coiri potest. v. *l.* 69. ℨ. *eod.* 43 Atque ita murus, semipede à quoquo sociorum collato, pede constabat. Huc referendum quod Vitruvius *lib.* 2. legibus publicis vetitum fuisse commemorat, majores crassitudines, quam sesquipedales loco communi conſitui: lateritios verò, nisi diffplinthii aut trisplinthii fuissent, sesquipedali crassitudine non potuisse plus quam unam contignationem sustinere. *Plin.* 3. *c.* 13. & hæc de crassitudine parietum. Dixi de altitudine ad *l.* 1. ℨ. *de ædific. privatis.* 44 Craticius paries, Festo Concratitius. adde 2 *Vitr.* 8. *& lib.* 7. *cap.* 3. intergerinus 35 *Plin.* 25. *Festus in Intergerinus*, *mur mitayen*, μεσότοιχος *Glos.* medius paries. 45 Una judicio, ac libello plurium nomine societatis agi potest. 46 *l.* 25. §. 3. ℨ. *fam. l.* 10. *circa fi.* ℨ. *de act. empt.*

65 Socius & fuci & pro socio actione teneri potest, nec alteram altera actio tollit. *Synopf. eod. c.* 43.

65 Ut / 37 ℨ. *eod.*

66 Id est, societas tum demum contrahitur, cum societatis contrahendæ animus adest, qui ex qualitate personæ colligitur.

68 Ut, quia ego rem, tu operam contulisti.

69 *l.* 61. ℨ. *eod.*

70 Hoc est, do, ut facias.

71 Actio rei persecutoria tollitur alia rei persecutoria, pœnali non tollitur, & e contra.

72 Si pluris mea interfuit. *l.* 47 ℨ. *eod.*

73 Id est, & colono. Cujac. 9 *obf.* 15. *in fi.*

74 *l. fi. locatum tibi* 22 ℨ *locati.*

75 *Sub.* sine mandato.

76 Vide tamen *l. tres tutores.* 55. ℨ. *de administr. tut.* 77 *l.* 59. *in fin.* ℨ. *ad. l.* 9. ℨ. *de servo corrupt.*

78 Adfinia remedia actionis pro socio sunt, legis Aquiliæ, *ut hic.* communi dividundo, *l.* 38. *in fin. l.* 42. ℨ. *eod.* & furti actiones. *l.* 45. ℨ. *eod. l.* 51. ℨ. *eod.*

79 Vide *l.* 19. ℨ. *ad l. Aquil.*

80 V. *l.* 38. ℨ. *eod.*

81 *l.* 45. ℨ. *eod.*

82 *Sub.* contra fociom.

83 *Sub.* rem communem.

84 Adde *l.* 9. §. 1. ℨ. *de servo corrupt. l.* 15. §. 36. ℨ. *de injur.*

85 De plagiariis.

86 Prima quidem facie fcilicet. *Accurfius.* adde tamen *l.* 14. *C. ad l. Fabiam.* Die potius, *rationis* voce hic intelligi præsumptionem illam, de qua paulo ante dictum est.

87 Præsumitur in dubio casu quisque suo jure potius uti, quam alteri nocere, aut obesse velle. adde *l.* 4. *C. si servo. exportand.* v. Alciatum, 3 *præsumpt.* Interpretationem in dubio accipimus, quæ delicto careat. *cap. ejtote. de regulis.* Actus à providis & honestis personis interpositus præsumitur juste ac legitime factus. *cap. nisi essent viri providi. de præbendis. dist. cap. ejtote.* Et cum actus referri ad delictum & non delictum potest, ad eam partem potius referre eum oportet, quæ delicto careat, quam quæ delictum habeat, vel inducat. *Gloss. in cap. abjit.* 11. *quæst.* 3. Magna enim præsumptio ex qualitate personarum ducitur. & breviter, Dolus regulariter non præsumitur, nisi probetur. *l. dolum. C. C. de dol.* 88 Vendendo servum dolo malo. 89 Vide Leonin. *Emendat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. 90 *Sub.* criminaliter, & civiliter.

91 Implicita facti quæstio, in qua facti controversia accurate spectanda est, & breviter. Mandati agitur, ubi mandatum: pro socio, ubi animus societatis contrahendæ fuit. 92 Id est, si mandavi vicino meo, ut fundum venalem Titii vicinum mihique utilem emeret, eumque emi, convenirique non possum. Quod si ei mandavi, ut eum fundum emeret, futurum nobis communem, eumque postea emi, adversus contractam societatem venio, ideoque actione pro socio teneor. Cur tam varie? In mandato pœnitere licet: in societate, non æque. 93 Proxima fundo meo. 94 Ideoque socius socio de dolo & culpa tenebitur. §. 2. ℨ. *eod. l.* 3. *C. eod.* utrumque enim bonæ fidei contrarium est. 95 Latam, & levem. 96 Socius doli tenetur. *Synopf. Basilic. eod. c.* 49.

97 *Ecloga. c.* 49. 98 *Ars* hic pro industria, pro opera denique. 99 Pollicitori. *Haloand. Budæus*, licitatori, id est, colono partiario plurimo omnium licitanti: reprehensi ab Antonio Augustino, 4 *Emend.* 9. Politores sunt, qui agros excolere atque polire consueverunt. Hinc Nonius, *politiones agrorum.* Ennius 3 Satyr. *Africa campos politos gerit.* & annal. nono, *roftros dente fabros carpsit causa poliendi agri.* Varro, *ex aeri depolitionibus ejiciuntur.* & apud Catonem de re rustica, *Tolitor ordeum quinto modio dividat*: adde *Festum in Polimenta.* Huc refer poliendi verbum *ex l.* 9. §. 5. ℨ. *locati.* Politio vero est, cum ager colendus, alicui locatur pactione certæ partis frugum, ut sextæ, aut septimæ, aut nonæ. *Turnebus* 30 *adverf. ex Catonis* 163. 100 Colonus partiarius non dedueit impensas factis ratione fructuum, cum teneatur præstare operam, ac partem. 1 Socius etiam culpam præstat, si in coëunda societate artem vel operam pollicitus est. *Synopf. Ibid.* Artifex culpam præstat. 2 Operæ, & artis. *Hal.* & meo judicio recte. Hoc sensu, Qui boves pastori dat animo societatis in bobus contrahendæ, rem ipsam præstat: pastor autem, operam: valet hæc societas. Nam velamentum, id est, præstatio collatioque operæ & artis, pretium est. Perinde est, ac si pretium pastor conferret: quippe industria ejus, ac opera vicem pretii sustinet: Ac ut societas valet uno rem, altero pretium, seu pecuniam conferente, ita hoc casu valebit, uno boves, altero operas, & artem conferente. *Velamentum*, id est, præstatio operæ, & artis, pretium est: pretii loco est.

3 Quidam *hostimentum*. * *Valementum* Budæus posse legi monet, etsi barbare, ut sic τὴν ἀνταξίαν, ἢ τὴν τιμήν. Sed Arnoldus Ferronius *apud* Cujac. *Inst. eod.* legit *levamentum*, id est, examen, sive facoma, eademque voce usum Ulpianum monet in *l.* 3. §. 2. ℨ. *si familia.* Interim perfsime hunc locum is interpretatur, qui eum ita reddit: Pecunia supplet, & velat, quod & in arte & opera deest. cum sit omnino ita reddendum, ars & opera velat, & supplet, quod in pecunia deest. Hotom *de usur.* 7. *& 4. obsery.* 7. æquamentum legi à nonnullis notat, & ita quidem Avellanus quoque legendum existimat, *cap.* 24 *Restitutionum integr.* 4 Socius casus fortuitos non agnoscit. Ideoque si pecus æstimatum datum sit, idque à latronibus raptum sit, commune damnum est: si à furibus subreptum sit, tantum ejus detrimentum, qui pecus habuit: quippe custodiam præstare debet, qui æstimata accepit. Datur itaque in eum pro socio actio, si modo societatis causa pascenda data sunt, quamvis æstimata. *Synopf. Basilic. eod. c.* 49. & 3 Harmenop 10. §. 24. 5 Prudentibus, Gilbertus Regius 2 *Enantiopb.* 40. reprehensus à Roberto 2 *recepta.* 31. Hotomanus quoque egit *prudentibus*, 4 *obf.* 16. *ubi, qui sint casus fatales, vide.*

6 Sociis furtum non præstat damnum fatale à latronibus acceptum, licet à furibus præstet. Cur? adversus latrones parum præsidesse custodia, adversus furem præsidesse potest, si quis advigiler. Latrocinium, fatale damnum, sua casus fortuitus est: at non furtum.

7 Sócius, communis negotiationis causa peregre profectus, in latrones incidit, & pecuniam reliquas suas perdidit, quasi nisi negotiationis causa secum non tulisset: respondetur, socium partem damni adgnituram, ac præterea impensarum in medicos factarum, *ut hic.* Idem est &, si navigans cum mercibus naufragium fecerit, & damno adfectus sit: quum non nisi mari merces advehi consueverint. *Synopsis eod. c.* 49.

8 Sagaria negotiatio quid sit, v. *l.* 5. §. 15. ℨ. *de tributoria.*

9 Sic negotiatio lignaria *Capitolinus in Pertinace*: negotiatio Asiatica Ciceroni 16 *epistol. famil.*

10 Aliud est in casu *l.* 26. §. 6. ℨ. *mandati.*

11 *Al.* non communi nomine, *male.*

12 Culpa facere non videtur, qui facit consueta, id est, ut solet fieri.

13 Paulus, 2 *sent.* 16. ait, lucrum ita & damnum inter socios communicari, nisi quid culpa socii vel fraude eversum est.

14 Actione pro socio non præstantur, quæ alter ex sociis extra societatem quæsiit.

15 *Al.* lucrum.

16 Unius negotiationis societas ad aliud non porrigitur. *Bart.* 17 3 Harm. 10. §. 27. non minores sc. nec enim id fieri debet sine auctoritate tutoris. *l.* 33. ℨ. *eod.* 18 Societas tacite omnium omnino bonorum, non censetur contracta inter fratres, hoc ipso quod hereditatem paternam inter se non diviserint, hac mente, ut emolumentum & damnum in his commune sentirent. Cujus rei is effectus est, ut non teneantur eo nomine inter se judicio societatis conferre quidquid lucri extrinsecus fecerint. 19 Expresse: quid, si tacite? & si tacite, quibus signis atque argumentis deprehenduntur societatem iniisse? non satis est, ut qui negotiatur, major sit: requiritur enim consensus tutoris, si aliqui minores sint, *dict. l.* 33. & inter majores non sufficit ad præsumendam tacitam societatem, quod unius & ejusdem parentis hereditatem possideant. *Bart. hic. n.* 3. Item non sufficit, ut simul vivant, utque eorum unus negotietur alterius nomine. Requiritur ergo, ut res solitæ sint semper in commune rediguntur. *v. l.* 4. ℨ. *eod.* ut interea moneamus non censeri inter eos contractam societatem omnium bonorum, sed illius tantum actus, qui gestus est. adde superioribus præsumi tacitam societatem inter duos, si inter se communiter negotiati sint: si confecta negotiatione unus eorum res societatis distraxerit: si ambo interfuerint rationibus, quas calculatas sive computatas oportebat cum creditoribus subducere: si reus, societatis judicio, habitationis & alimentorum nomine, pro actore ejusdem judicii solverit: si pluries idem diversis locis & coram diversis personis communionem agnoverit: si ambo promiscue societate usi fuerint: si constabit actorem negotiationi præfuisse. adde superioribus, si ambo simul habitaverint, de quo v. *Minsin.* 2 *Resp.* 18. *n.* 33. *& sequent.* 20 Lucri societas in rebus certis, non extenditur ad lucra aliunde quæsita. 21 Adde *l.* 4. ℨ. *de castrensi.* 22 Hi duo referuntur in *l.* 13. §. 5. ℨ. *de action. empt.* nisi quod non Flavius Victor, *ut hic.* sed Terentius Victor appellatur: sed forte hic Flavius Victor coheres fuit Terentii. 23 Ut observetur societatis pactum, competit actio pro socio, *ut hic. & l.* 17. ℨ. *eod.* 24 Pro socio actione petimus pacta societatis nomine inita conservari. 25 Quamvis frater emancipatus non conferat in potestate manenti ea, quæ adquirit in militia, nec etiam stipendia (quando, tametsi maneret in potestate, patri tamen non adquireret), tamen si societatem fratres inierint, etiam hæc in commune rediguntur. *Synopf. eod. c.* 49.

26 Omnium quæstuum sc. *Accurf.* 27 De quibus *l.* 9. *C. de procur.* 28 V. *l.* 1. §. 15. ℨ. *de collat. bon.* 29 Societas ultra mortem sociorum porrigi non potest, *ut hic.* Imo nec id mandari a testatore potest. v. Clarum, 3 *sent.* §. 1. *quæst.* 60. 30 Imo potest. *l.* 65. §. 9. ℨ. *eod.*

31 V. *l.* 59. ℨ. *eod.* 32 Nemo etiam per indirectum, libertatem testandi sibi auferre potest perpetuæ societatis conventione habita, *ut hic.* v. Cujac. *obf.* 10. 21. responsione ad stipulationem facta, *l.* 61. ℨ. *de verb. oblig.* donando, *l. ult. circa fin. C. de pactis.* sed nec jurando, quia contra bonos mores eripitur alicui libertas testandi, *d. l.* 61. *d. l. ult.* & juramentum contra bonos mores præstitum, non est obligatorium: etiam in testamentis, cum nemo possit efficere, ut leges locum in sua dispositione non habeant. vid. *l.* 55. ℨ. *de legat.* 1. ideoque tale juramentum nec impediet, quominus secundum sint testamentum. v. *l. 1. C. qui testamenta.* v. *hic* Bart. v. *ramen l.* 59. ℨ. *eod.*

33 Si socius cessantibus aliis, communem domum restituerit, optionem habet, vel ut impensas recipiat cum usuris, intra quatuor menses post refectionem (& tunc privilegium in exigendo nomine refectionis habet), vel ut post quadrimestre tempus dominium domus consequatur: aut potius actione pro socio domum retinet. Propterea vero quatuor mensibus usuræ definitæ sunt, quoniam post quadrimestre lex dominium refectori dat. *Synopf. Basilic. eo. c.* 50. 3 Harm. 12. §. 20.

34 Quid in non faciente? v. *l.* 4. *C. de ædific. privat.* 35 Depositas reposuerit. *l.* 25. ℨ. *de reb. cred.* 36 τόκων Græci; centesimis usuris quidam legunt apud Accursium. *arg. l.* 4. *C. de ædific. privat.* 37 Id est, qui ædificium socii absentis restituit, jus sumptuum & usurarum reperendarum habet, & privilegium hypothecæ, de quo v. *l.* 5. ℨ. *qui potiores*, & post quatuor menses, dominii jus. v. *d. l.* 4. *C. de ædific. priv.* adde *l.* 46. *in fi.* ℨ. *de damno infecto.* 38 Plures vias habens leviorem eligere potest. *Bart.* 39 Suum non confequi. *Hal.* 40 Senatusconsultum in *l.* 1. ℨ. *in quibus caus. pignus.* Cujac. 10 *obf.* 10. 41 Statim dederat Hadrianus. *d. l.* 5. 42 Societas ad emendum coiri potest. v. *l.* 69. ℨ. *eod.* 43 Atque ita murus, semipede à quoquo sociorum collato, pede constabat. Huc referendum quod Vitruvius *lib.* 2. legibus publicis vetitum fuisse commemorat, majores crassitudines, quam sesquipedales loco communi conſitui: lateritios verò, nisi diffplinthii aut trisplinthii fuissent, sesquipedali crassitudine non potuisse plus quam unam contignationem sustinere. *Plin.* 3. *c.* 13. & hæc de crassitudine parietum. Dixi de altitudine ad *l.* 1. ℨ. *de ædific. privatis.* 44 Craticius paries, Festo Concratitius. adde 2 *Vitr.* 8. *& lib.* 7. *cap.* 3. intergerinus 35 *Plin.* 25. *Festus in Intergerinus*, *mur mitayen*, μεσότοιχος *Glos.* medius paries. 45 Una judicio, ac libello plurium nomine societatis agi potest. 46 *l.* 25. §. 3. ℨ. *fam. l.* 10. *circa fi.* ℨ. *de act. empt.*

cium constat. §. 15. Si quis ex sociis propter societatem profectus sit, veluti ad merces emendas, eos dumtaxat sumptus 47 societati imputabit, qui in eam *48 pensi sunt. Viatica igitur, & meritoriorum, & stabulorum 49, jumentorum, carrulorum vecturas, vel sui, vel farcinarum suarum gratia, vel mercium, recte imputabit. §. 16. Socium 50, universa 51 in societatem conferre debere, Neratius ait, si omnium bonorum socius sit: & ideo, sive ob injuriam sibi factam, vel ex lege Aquilia, sive ipsius sive filii corpori nocitum sit, conferre debere respondit. §. 17. Ibidem ait, socium omnium bonorum non cogi conferre, quæ ex prohibitis 52 causis adquisierit. §. 18. Per 53 contrarium quoque apud veteres tractatur, an socius omnium bonorum, si quid ob injuriarum actionem damnatus præstiterit, ex communi consequatur, ut præster? Et Atilicinus, Sabinus, Cassius responderunt, si injuria Judicis damnatus sit, consecuturum 54: si ob maleficium suum 55, ipsum tantum damnum sentire debere:. Cui congruit quod Servium respondisse, Aufidius refert, si socii bonorum fuerint, deinde unus, cum adjudicium non adesset, damnatus sit, non debere eum de communi id consequi, si vero præsens injuriam Judicis passus sit, de communi farciendum.

LIII. IDEM lib. XXX ad Sabinum.

QUod autem ex 56 furto, vel ex alio maleficio quæsitum est, in societatem 57 non 58 oportere conferri palam est: quia * delictorum turpis atque fœda communio est: Plane, si in medium collata sit, commune erit lucrum;

LIV. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

QUod enim ex maleficio contulerit socius, non aliter recipere debet, quam 59 si damnatus sit.

LV. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

SI igitur ex hoc conventus fuerit, qui maleficium admisit: id, quod contulit, aut solum, aut cum pœna auferret. [solum auferret,] si mihi proponas, insciente socio eum in societatis rationem hoc contulisse: quod si sciente, etiam pœnam socium agnoscere oportet: * æquum est enim, ut cujus participavit lucrum 60, participet & damnum.

LVI. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

NEc quicquam interest, utrum manente 61 societate præstiterit ob furtum, an dissoluta ea. † Idemque est in omnibus turpibus 62 actionibus: veluti injuriarum, vi bonorum raptorum, servi 63 corrupti, & similibus; & in omnibus pœnis pecuniariis 64, quæ ex publicis judiciis accidunt.

De re honesta, vel inhonesta.

LVII. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

NEc prætermittendum esse, Pomponius ait, ita demum hoc esse verum, si honestæ & licitæ rei societas coita fit: cæterum, si maleficii societas coita sit, constat, nullam esse societatem: * Generaliter enim traditur, *rerum inhonestarum 65 nullam esse societatem 66.*

De interitu rei in societatem collatæ. 2. De emancipatione filiifam. 3. Vel alienatione servi, qui societatem contraxerat.

LVIII. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

SI id, quod quis in societatem contulit, extinctum 67 sit, videndum, an pro socio agere possit? Tractatum ita est apud Celsum lib. VII Digestorum, ad Epistolam Cornelii Felicis: Cum tres equos haberes, & ego unum, societatem coimus, *ut accepto equo meo*, quadrigam *venderes, & ex pretio quartam mihi redderes:* Si igitur ante 68 venditionem 69 equus meus mortuus sit, non putare se Celsus ait, societatem manere, nec ex pretio equorum tuorum partem deberi: non enim habendæ quadrigæ 70, sed 71 vendendæ coitam societatem: cæterum si id actum dicatur, ut quadriga fieret, eaque communicaretur, tuque in ea tres partes haberes, ego quartam, non dubie adhuc socii sumus. §. 1. Item Celsus tractat, si pecuniam 72 contulissemus *ad mercem emendam*, & mea pecunia periisset, cui perierit ea? Et ait, si post collationem evenit, ut pecunia periret, quod non fieret, nisi societas coita esset, utrique perire; utputa si pecunia, cum peregre portaretur ad mercem emendam, periit: si vero ante collationem, posteaquam eam destinasses 73, tunc perierit, nihil eo nomine consequeris, inquit, quia non societati periit. §. 2. Si filiusfamilias societatem coierit: deinde emancipatus 74 à patre fuerit, apud Julianum quæritur, an eadem societas duret? an vero alia sit, si forte post emancipationem in societatem duratum est? Julianus scripsit lib. XIV Digestorum, eandem societatem durare 75: initium 76 enim his contractibus inspiciendum: duabus autem actionibus agendum esse, una adversus patrem, altera adversus filium: Cum patre, de eo, cujus dies ante emancipationem cessit, nam ejus temporis, quo post emancipationem societas duravit, nihil præstare patrem oportet: cum filio autem, de utroque tempore, id est, de tota societate: nam & si quid (inquit) socius filii, post emancipationem filii, dolo fecerit, ejus, non patri, sed filio actio danda est.

§. 3. Si servus meus societatem cum Titio coïerit, & alienatus in eadem permanserit, potest dici, alienatione servi & priorem societatem finitam, & ex integro alteram inchoatam; atque ideo & mihi, & emptori, actionem pro socio competere: item tam adversus me [quam adversus emptorem], ex his causis, quæ ante alienationem inciderunt, dandam actionem ex reliquis, adversus emptorem solum.

De morte socii. 1. De eo, quod socius male perdidit. De dolo.

LIX. POMPONIUS lib. XII ad Sabinum.

A Deo morte 77 socii solvitur societas, ut nec 78 ab initio pacisci 79 possimus, *ut heres [etiam] succedat societati.* Hæc [ita] in privatis societatibus ait: In societate vectigalium nihilominus manet societas 80, & post mortem alicujus: sed 81 ita demum, si pars defuncti ad personam heredis ejus adscripta sit, ut heredi quoque conferri oporteat: quod 82 ipsum ex causa æstimandum est: Quid enim, si is mortuus sit, propter cujus operam maxime societas coita sit? aut sine quo societas administrari non possit?

§. 1. Quod in alea 83 aut adulterio perditeris socius, ex medio non est latutus 84: si quid vero dolo nostro socius damni ceperit, à nobis repetat 85.

De usuris, & eo, quod interest. 1. Quæ communicantur, vel non.

LX. IDEM lib. XIII ad Sabinum.

SOcium 86, qui in eo, quod ex societate lucri faceret 87, reddendo moram adhibuit, cum ea 88 pecunia ipse usus sit, usuras quoque [eum] præstare debere, Labeo ait, sed 89 non quasi usuras 90, sed quod socii interfit, moram eum non adhibuisse 91: sed si aut usus ea pecunia non sit, aut moram non fecerit, contra esse. Item post mortem socii nullam talem æstimationem ex facto heredis faciendam; quia morte 92 socii dirimatur societas. §. 1. Socius, cum resisteret communibus [servis] venalibus ad fugam erumpentibus, vulneratus 93 est: impensam, quam in curando se fecerit, non 94 consecuturum pro socio actione, Labeo ait: quia id non 95 in 96 societatem, quamvis propter 97 societatem, impensum sit, sicuti si 98 propter societatem eum heredem quis instituere desisset, aut legatum prætermisisset, aut patrimonium suum negligentius administrasset; nam nec compendium, quod propter 99 societatem ei contigisset, veniret in medium, veluti si propter 100 societatem heres fuisset institutus, aut quid ei donatum esset:

LXI. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

SEcundum Julianum 1 tamen, & quod medicis pro se datum est, recipere potest. Quod verum est.

De pretio rei communis diviso inter verum socium, & opinatum.

LXII. POMPONIUS lib. XIII ad Sabinum.

SI Titius, cum quo mihi societas erat, decesserit, egoque, cum putarem 2 Titii hereditatem ad Seium pertinere, communiter cum eo res vendiderim, & partem pecuniæ ex venditione redactæ ego, partem Seius abstulerit, te, qui revera Titio heres es, partem ad me redactæ pecuniæ societatis judicio non consecuturum, Neratio & Aristoni placebat: quia meæ 3 dumtaxat partis pretia percepissem: Neque interesse, utrum per se 4 partes meas vendidissem, an communiter cum eo, qui reliquas partes ad se pertinere diceret: alioquin eventurum, ut etiamsi duo socii rem vendiderint, unusquisque quod ad se pervenerit, partem alteri societatis judicio præstare debeat: Sed nec te ex parte, quam hereditatis petitione forte à Seio consecuturus sis, quicquam mihi præstare debere: quia quod ad Seium pervenerit, tuarum partium pretium sit: nec ad me, habentem meum, quicquam ex eo redire debeat.

Quatenus condemnatur socius, 1. Vel eius fidejussor, vel defensor, 2. Vel pater, vel dominus, vel successor. 3. De æstimatione ejus, quod socius facere potest. 4. De cautione ejus, quod facere non potest. 5. De occupatione. 6. Quo tempore spectatur, an socius facere possit. 7. De æstimatione ejus, quod facere potest. 8. De herede. 9. Si socius servo communi legaverit. 10. Quibus modis societas solvitur.

LXIII. ULPIANUS lib. XXXI ad Edictum.

VErum est, quod Sabino videtur, etiam 5 si non universorum bonorum socii sunt, sed unius rei, attamen in id, quod facere possunt 6, quodve dolo malo fecerint, quo minus possint, condemnari oportere: hoc enim summam rationem habet, cum * societas jus quodammodo 7 fraternitatis 8 in se habeat. §. 1. Videndum est, an & fidejussori socii id præstari debeat? an vero personale beneficium sit? Quod magis verum est: Sed si hic fidejussor, quasi defensor 9 socii, judicium susceperit, proderit sibi: namque Julianus lib. XIV Digestorum scripsit, defensorem socii in id, quod socius facere potest, condemnari oportere. † Idemque & in patroni defensore accipere debere ait. † Et utique idem erit in universis, qui in id, quod facere possunt, conveniuntur.

§. 2. Patri 10 autem vel domino socii, si jussu eorum societas contracta sit, non esse hanc exceptionem dandam, quia nec heredi socii cæterisque successoribus hoc præstabitur: quia 11 nec cæterorum

47 Impensis judicio societatis consequitur à socio socius.

48 Hoc in socio omnium bonorum fallit. Is enim impensas in dotandas filiabus factas societati imputat, v. quæ notavi ad *l.* 81. ff. *eod.* vide *Rolandum à Valle*, 1 *Consil.* 91. *num.* 49.

49 *Al.* stabulariorum.

50 Universorum bonorum sc. idque expressim, *l.* 3. §. 1. ff. *eod.* non simpliciter. *l.* 7. ff. *eod.* adde *l.* 73. ff. *eod. l.* 3. ff. *eod.*

51 Socius omnium bonorum societati confert universa, etiam ea, quæ ex injuriarum actione veniunt, & quæ ex lege Aquilia sive ipsius, sive filii corpori nocitum sit, *ut hic.* non tamen confert ea, quæ ex prohibitis causis adquisivit. §. 17. ff. *eod. Synopf. d. cap.* 50.

52 *l.* 53. *l.* 54. ff. *eod.*

53 Socio, vel injuriarum, vel quod ad judicium non adfuisset, injuria judicis damnato ex communi societatis, condemnatio præstatur: juste damnato non præstatur. *Synopf. eod. l. c.* 50.

54 Hinc constat, socio illatam injuriam sociun contingere, *ut hic.* & ff. *eod. in fi.* quod non est inter emptorem, & venditorem. *l.* 51. ff. *de evict.*

55 *l.* 59. *in fi.* ff. *eod.* v. *l.* 46. *l.* 203. ff. *de reg. jur. l.* 24. ff. *communi divid.*

56 Socius adquisita ex furto, vel maleficio sociis non communicat: turpis enim delictorum communio est, *ut hic.* Quid, si contulerit 5 commune fiet: nec aliter judicio societatis recipiet, quam si damnatus fit. *vers. plane.* ff. *eod. l.* 54. ff. *eod.* Tunc enim res ita collatas solum aufert, si insciis sociis intulit: sin scientibus, pœnam quoque participat, *l.* 55. ff. *eod. Synopf. eod. cap.* 50.

57 Et bonæ fidei judicia. *l.* 5. ff. *de usuris.*

58 Atqui inhonestos quæstus possessor heredi tatis heredi restituere cogitur. *l.* 52. ff. *de pet. hered.*

59 12 *Synopsis Basil.* 1. *c.* 50. *in fi.* adde *l.* 2. §. 10. ff. *de hered. vend.* 60 Lucrum qui sentit, idem & damnum participare debet. *l.* 29. *in fi.* ff. *eod. l.* 2. §. 9. ff. *de hered. vendita. l.* 10. ff. *de reg. jur.* 61 Vid. *l.* 17. *in pr.* ff. *eod.* 62 Famosæ & turpes actiones quæ. 63 Corrupti servi actio famosa. *l.* 6. ff. *de obsequiis.* 64 Possumus enim vel civiliter vel criminaliter agere ex publico judicio. *l.* 16. *l. pen. l. ult. C. de falsis.* 65 Inhonestarum rerum nulla societas est. Seneca 2 *de beneficiis* 14. 66 *l.* 52. §. *pen. l.* 53. *l.* 54. ff. *eod. l.* 35. §. 2. ff. *de contrab. empt.* emptionem, mandatum, *l.* 1. §. 14. ff. *de tutel. & rationib.* fidejussionem. *l.* 70. *in fin.* ff. *de fidejussorib.* 67 *l.* 63. §. *ult.* ff. *eod.* 68 Si res perit, antequam coita societas sit, res ipsa ei, cujus est, perierit: sin post perfectam jam societatem, communiter.

69 Sic quadrigæ legatum mortuo equo perit. *l.* 65. §. 1. ff. *de legatis* 2. 70 Rei societas, rerum ipsarum collatione perficitur: quæ contractu initur, eo perfecto celebrata intelligitur.

71 Habendæ & vendendæ quadrigæ diferimen. Haberi quadriga ante venditionem potest. Interest inter illa duo: quod societate tantum habendæ quadrigæ inita, ut primum ea habita est, quicquid ex ea perit, societati pereat: vendendæ inita, quidquid pereat, non ante pereat societati, quam ipsa quadriga sit vendita, unde Baldus interesse notat, societas concepta sit pretii futuri, an corporum ipsorum. 72 Pecuniæ jam communicatæ periculum est commune: communicandæ, solius proprietarii, hoc est ejus, cujus pecunia est. 73 Destinatio sola non reponendæ, sed nunc primum faciendæ alicujus rei, non facit rem esse in actu: ac proinde destinata ad affigendum, non habenda pro affixis. *l.* 17. §. *pen. & ult. l.* 18. ff. *de action. empt.* sic carbonibus legatis lignum destinatum ad carbones faciendos, *l.* 55. §. 7. ff. *de legatis.* 3. argento facto, cœptum: libris legatis, cœpti. *l.* 52. *in fin.* ff. *de legat.* 3. cinctorum appellatione, cingendi: mobilium nostrorum, pecuniæ destinatæ, ut mutuæ darentur, non continebuntur. *l.* 79. §. 1. ff. *de legat.* 3. Hinc Baldus decidit, determinationem non fumi ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est. Quod verum esse ait Zasius, nisi destinatio ad rem reponendam in usitatum morem referatur, *d. l.* 17. nisi res destinata parum absit, & modicum à sua perfectione disset. Ut liber nondum claviculatus, seu malleatus, pro compacto: cingendus proxime, pro cincto, *l. penult.* ff. *de militari testamento:* contractis sponsalibus fundus in dotem datus, habeatur pro dotali: eadem ex causa, citra mendacium, & crimen falsi, (*de quo l. pen. C. de falsis,*) destinatus ad officium scribæ, vel Doctoris, potest Doctor, & scriba appellari. v. Zazium *ad l.* 41. *in fin.* ff. *de legat.* 1. E contrario, pecunia destinata in emptionem prædiorum, prædii naturæ, id est, rei immobili comparatur, v. *tamen l.* 3. §. 6. ff. *de contraria tutele.* 74 Emancipatione, societatis judicium non evitat filius. Ideoque societatis, cum in potestate esset, nomine contractæ tenetur, etiamsi emancipatus sit, hoc est, etiam post emancipationem. 75 V. *l.* 63. §: 10. ff. *eod.* adde *l.* 8. ff. *de cap. minut. l. penult.* §. 2. ff. *de institoria.* 76 Initium spectandum. *l.* 8. ff. *mandati.* Goth. Adde *l.* 1. *in fin.* ff. *mandati, l.* 21. ff. *ad Senat. Macedon.* Anf.

77 *l.* 52. §. 9. ff. *eod. l.* 60. *l.* 63. §. 8. *l.* 65. §. 9. ff. *eod.* Goth. V. Thoming. *decis.* 13. Cujac. 10 *obs.* 29. *Anf.*

78 Imo possumus. *l.* 65. §. 9. ff. *eod.*

79 Pacto societas in post mortem tempus prorogari etiam non potest. v. *l.* 12. ff. *de Macedon.*

80 V. quæ notavi ad *l.* 52. §. 9. ff. *eod.* & Cujac. 10 *obs.* 29.

81 Id est, societas ut ad heredem transeat, requiritur, ut sit vectigalium conductio, ut ea lege facta sit conductio, ut heredes in eandem conductionem succedant, *ut hic.* addit Accursius, ut persona succedens sit idonea, ut ipsi socii non tantum cum locatore vectigalium, sed id inter se pacisc antur.

82 Morte solvitur societas: nec pacisci permittitur, ut ad heredes transeat, nisi publicis in vectigalibus: quod ipsum cum ratione æstimandum est: quid enim, si propter operam mortui, societas coita sit, & sine ipso administrari non possit? *Synopsis Basilic. eod. cap.* 53.

83 Alea res turpis. Lucrum aleæ socius socio non communicat.

84 Cur ita? *collige ex l.* 52. *in fin.* ff. *eod.*

85 Cur? ex dolo nostro obligamur.

86 Usuram lucri socius non præstat, nisi ex mora, vel si lucro usus sit. De heredibus nihil ejusmodi dicimus, quippe soluta societas est: quin & socius superstes non quasi usuras, sed ut id, quod interest, præstat. *Ita Græci hunc locum explicant. Synopsis Basilic. 12. tit. 1. c.* 54. adde 3 Harmen. 10. §. 11. vel ita, usuræ post moram veram, vel fictam, actione *pro socio* præstantur à socio, at non ab herede socii.

87 Al. *fecit.*

88 *Ante cum* Cujac. 13 *obs.* 15. ea.

89 Usuræ, & ejus, quod interest, discrimen est.

90 Nam si quasi fœnus, etiam citra moram, aut

abusionem ejus pecuniæ proculdubio deberentur. *l.* 17. §. 3. *in fi.* ff. *de usuris.* Cujac. *ibid.*

91 Id est, non paruisse interpellationi, aut non feciste moram in re ipsa, pecunia versa in suos usus, nam hic moræ nomine comprehendi volumus utramque eam, quæ fit ex persona, quæ proprie est mora, & eam, quæ fit ex re ipsa. Cujac. *ibid.* 92 *l.* 59. ff. *eod.* 93 Impensis vulneris, occasione societatis accepti, socius à socio consequitur, ut *l.* 61. ff. *eod.* quæ hanc emendat.

94 Hoc emendatur *l. penult.* ff. *eod.* 95 *In societatem venit*, quidam ita legunt. 96 In societatem quod imponditur, actione *pro socio* peti potest: at non continuo, quod propter societatem sit impensum. Hæc enim distinguuntur, ut Græcis, περὶ τὴν κοινωνίαν, & διὰ τὴν κοινωνίαν. *Synopsis ibid. cap.* 54. 97 *Propter*, causam remotam ostendit, & occasionem potius, quam causam.

98 Sicuti nec si. *Hal.* 99 Atqui maritus præstare cogitur quicquid ad eum, quasi patronum ex bonis liberti pervenerit. *l.* 64. §. 5. ff. *soluto.* adde *casum l.* 59. *in fin.* ff. *ad Trebell.* 100 Id est, ex occasione quadam remota societatis, ex ista persona tamen: veluti si occasione quadam socio, vel legato apud Principem, res societatis agenti, cultrum sit donatum: fœcus si propter societatem, id est, contemplatione societatis: bifariam enim possunt intelligi hæc verba. *Bart. hic.*

1 Cujus sententia prævaluit Labeonis sententiæ, de qua *l.* 60 *in fi.* ff. *eod.* 2 Si pretium rei communis cum socio putativo diviso, à vero socio putativo ille conveniretur, non ego: cum partem meam receperim. *Bart.* 3 V. *l. ult. C. depositi.* 4 Id est, separatim. 5 Imo, universorum bonorum socio tantum id privilegii dari videtur. *l.* 16. ff. *de rejud.* 6 Condemnatur socius socio, non in solidum, sed in quantum facere potest, nisi erogaverit bona sua in fraudem futuræ hujus actionis, *l.* 68. nisi negaverit se socium esse, *l.* 69. *in fin.* nisi agatur adversus ejus fidejussorem, §. 1. ff. *eod.* 7 Societas non est propriæ fraternitas, seu communio, sed per societatem inducitur communio justa lucri, & damni, *l.* 1. §. *plane.* ff. *de tutele, & rationibus distrab.* jus quodammodo fraternitatis in se continet, non est tamen vera fraternitas. 8 *Cic. pro Roscio Amerino. Fraternitatis* nomine etiam communitas significatur in Panegyrico Flavienssum: *Fraterum* quoque nomine, & communitas apparet, & æqualitas dignitatis. Quintilian. *declamat.* 320. fiera res est unitas, & quædam fraternitas animorum. 9 Vide *l.* 23. ff. *de rejudicata.* 10 Privilegium socii (ut ne conveniatur, nisi in quantum facere possit) non transit ad ejus patrem, dominum, heredem.

11 Similium idem est judicium. §. 7. ff. *eod.*

12 Para. fibi. l. 4. §. 2. C. quod cum eo, qui marti. l. 25. in fin. l. 35. l. 41. ff. de rec.

13 Adde l. 39. ff. de rec. qui arb.

14 Socius, cum in quantum facere potest, convenitur, ex aliorum eius non damnatur, nisi ob ipsam focietatem fit contractum.

15 Socius, cum in quantum facere potest, convenitur, cavere debet de folida quantitate præstanda, cum ad meliorem fortunam pervenerit. adde l. 47. §. 2. ff. de pecul. l. unic. §. 1. C. de rei uxor. actione. l. 8. C. folut.

16 *Cautionis* verbo nuda pronuntio intelligitur.

17 l. 67. ff. eod.

18 Socius utrum folidum facere poffit, necne, fpectandus tempus rei judicatæ. l. 31. ff. de re judic.

19 Facere poffe videtur, qui dolo fecit, ne poffet facere: fecus fi culpa.

20 Dolo proprio nemo relevatur.

21 Similium eadem ratio eft. §. 2. ff. eod.

22 Culpa mitius punitur, quam dolus.

23 l. 35. in fi. l. 36. l. 40. ff. eod. l. 65. §. 9. ff. eod. l. 3. C. eod.

24 Heres focii non eft focius, licet fit emolumenti fucceffor. adde l. 69. §. 3. ff. eod.

25 l. 3. C. eod.

26 Quid? an non vectigalium cæterorumque focietates voluntariæ funt? Refpondeo, voluntarias fuiffe cum defuncto: nego effe voluntarias cum herede: & ita cum effet inter Sextum Nævium & G. Quintium coita focietas rerum, quæ in Gallia comparabantur, mortuo Gaio, cum herede ejus P. Quintio non fuit focietas voluntaria, fed, ut Cic. loquitur, hereditaria: communio enim neceffario eft cum herede, non focietas voluntaria. Hæc Cujac. 10 *obf.* 25.

27 Communi fervo cum libertate & fine libertate relinqui poteft, totumque legatum focio teftatoris adquiritur. Paul. 3 *fent.* 6. §. 4. l. 49. ff. ad l. Falc. Dip. 2. tit. 7.

28 Societas folvitur intereuntibus perfonis, rebus, voluntate, vel actione. 3 Harm. 11. §. 1.

29 Peremptis fc. vel publicatis.

30 Renuntiatione, *in fi.* ff. eod. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 5. C. eod.

31 l. 65. ff. eod.

32 Moritur homo, feu perfona, cum damnatus mortis, aut relegationis, aut publicationis pœnam fubiit, aut etiam communi morte decefferit. Harm. *ibid.* & breviter, mors eft à natura, vel lege.

33 Id eft, non tantum naturaliter, puta morte, fed etiam civiliter, puta maxima & media capitis deminutione, cum libertatem & jus civitatis amittunt, fic deportati mortuorum loco habentur. v. l. 1. §. *pen.* ff. de contra tabulas.

34 Moritur res, cum prorfus nulla relicta eft, aut condemnatio mutat. Mutat autem, fi confecrata, vel publicata. Harm. *ibid.*

35 Adde l. 3. ff. de religiofis.

36 V. l. 65. §. 12. ff. eod.

37 Societas voluntate diftrahitur expreffe, vel tacite. Expreffe fi focii renunciaverint focietati, *ut hic.* Tacite, cum feparatim unufquifque fibi negotiari cœperit. l. 64. ff. eod. Harmen *ibid.*

38 Expreffa, l. 65. §. 3. ff. eod. vel tacita, l. 64. ff. eod. male fit abfenti, l. 17. §. 1. ff. eod. abfens autem non eft, qui procuratorem reliquit, ideoque procuratori abfentis renunciari poteft focietas, l. 65. §. 8. ff. eod. male fit etiam ante tempus conventum, nifi focius contra pacta focietatis quid faciat, vel rixofus fit, vel damnofus focietati, l. 14. *in fi.* ff. eod. male fit etiam dolo: qui ut adhibeatur. v. l. 65. §. 3. ff. eod.

39 Societas actione diffolvitur, cum, aut ftipulatione, aut judicio mutatur focietatis caufa. Qui enim ideo judicium dictat, ut focietas diftrahatur, haud dubie focietati renunciat. Harm. *ibid.*

40 Per ftipulationem, interrogando, & refpondendo, contractus focietatis transfunditur in novam obligationem, & conventionis formulam, priore peremptâ, l. 1. ff. de novationibus. vel fi alius focius delegetur. l. 11. *in fin.* ff. de novationibus.

41 Idque, fi actio pro focio ideo dicetur, ut focietas diftrahatur. Oldendorp. 4 *Claff. act.* 20. *n.* 8.

42 Societas unius etiam rei effe poteft: cujufmodi frequens eft inter venalitarios. l. 44. §. 1. ff. de ædilitio. *Inft. de fo cietate. in pr.*

43 Vel ceffione bonorum §. 8. *Inft. eod.*

44 l. 63. *in fi.* ff. eod.

45 Societas folvitur, fi omnes focii renuncient, *ut hic. Synopf. Baflic. eod. c.* 57. §. 3.

46 Hoc eft, conftituunt, ut à focietate recedatur.

47 Ut in hoc exemplo, & §. 4. ff. eod. & l. 17. §. 1. ff. eod. §. 4. *Inftit. eod.*

48 Dolum ad futura, de quibus cogitatum non erat, extendi hinc colligit *Baldus.*

49 Societatis renunciatio, etiam intempeftiva, punitur: ut res fit, renunciantem non liberat.

50 Vide *hic Accurf.*

51 Actionem. *Hal.*

52 Societati quid expediat, non quod uni figillatim ex fociis expedit, fpectamus. *Synopf. dict.* §. 3. Societatem ipfam fpectamus, non fingulos focios. Sic utilitas communis privatæ præfertur. adde l. 21. ff. communi. divid.

corum 12 heredibus, fucceffóribufve, quos in id, quod facere poffunt, convenimus, idem præftatur. §. 3. *Id, quod facere focius poteft*, quemadmodum 13 æftimandum fit? Et placuit, non debere deduci æs alienum, quod debetur à focio: ita & Marcellus lib. VII Digeftorum fcripfit: nifi 14 forte (inquit) ex ipfa focietate debeatur. §. 4. Item videndum, an cautio 15 veniat in hoc judicium ejus, quod facere focius non poffit, fc. 16 nuda promiffio? Quod magis dicendum arbitror. §. 5. Si, cum tres focii eſſent, egerit cum uno ex fociis focius, & partem fuam integram fit confecutus: deinde alius focius cum eodem agat, & partem confequi integram non potuerit, quia facere folidum non poteft, an hic, qui minus confecutus eſt, cum eo agere poſſit, qui ſolidum accepit, ad 17 communicandas partes inter eos [id eſt] exæquandas: quaſi iniquum ſit, ex eadem ſocietate, alium plus, alium minus conſequi? Sed magis eſt, ut pro ſocio actione conſequi poſſit, ut utriuſque portio exæquetur: Quæ ſententia habet æquitatem. §. 6. Tempus autem ſpectamus, quantum facere ſocius poſſit, rei 18 judicandæ. §. 7. Hoc 19 quoque facere quis poſſe videtur, quod dolo fecit, quo minus poſſit: nec 20 enim æquum eſt, dolum ſuum quemquam relevare. Quod & 21 in cæteris, qui in id, quod facere poſſunt, conveniuntur, accipiendum eſt. Si 22 tamen non dolo, ſed culpa ſua, facere poſſe deſiit, dicendum eſt, condemnari eum non debere. §. 8. In heredem 23 quoque ſocii pro ſocio actio competit, quamvis heres 24 ſocius non ſit: * licet enim ſocius non ſit, attamen emolumenti ſucceſſor eſt: Et circa ſocietates vectigalium 25 cæterorumque idem obſervamus, ut heres ſocius non ſit, niſi fuerit adſcitus: verumtamen omne emolumentum ſocietatis ad eum pertineat, ſimili modo & damnum adgnoſcat, quod contingit, ſive adhuc vivo ſocio vectigalis, ſive poſtea. Quod non ſimiliter in voluntaria 26 ſocietate obſervatur. §. 9. Si ſervo 27 communi legatum ſine libertate unus ex dominis reliquit, hoc ad ſolum ſocium pertinet. An tamen pro ſocio judicio communicari debeat cum herede ſocii, quæritur? Et ait Julianus Sextum Pomponium referre Sabinum reſpondentem, non communicari: & poſſe hanc ſententiam defendi, Julianus ait: non enim propter communionem hoc acquiſitum eſt, ſed ob ſuam partem, nec oportet id communicari, quod quis non propter ſocietatem, ſed propter ſuam partem adquiſierit. §. 10. Societas ſolvitur ex perſonis 28, ex rebus 29, ex voluntate 30, ex actione 31. Ideoque ſive homines, ſive res, ſive voluntas, ſive actio interierit, diſtrahi videtur ſocietas. † Intereunt 32 autem homines quidem maxima aut media capitis deminutione 33, aut morte. Res 34 vero, cum aut nullæ relinquantur, aut conditionem mutaverint: neque [enim] ejus rei, quæ jam nulla ſit, quiſquam ſocius eſt: neque ejus, quæ conſecrata 35 publicatave 36 ſit. † Voluntate 37 diſtrahitur ſocietas, renunciatione 38.

LXIV. CALLISTRATUS lib. I Quæſtionum.

ITaque cum ſeparatim ſocii agere cœperint, & unuſquiſque eorum ſibi negotietur, ſine dubio jus ſocietatis diſſolvitur

2. *De morte.* 3. *De renunciatione.* 7. *Si procurator renunciet,* 8. *Aut ei renuncietur.* 9. *De morte.* 10. *De negotio finito.* 11. *De arrogatione, & emancipatione.* 12. *De publicatione.* 13. *De impenſis.* 14. *Si cui ſociorum quid abſit.* 15. *Quibus caſibus manente ſocietate agitur pro ſocio.* 16. *De dote.*

LXV. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

ACtione 39 diſtrahitur, cum aut ſtipulatione 40 aut judicio 41 mutata ſit cauſa ſocietatis: Proculus enim ait, hoc ipſo, quod judicium ideo dictatum eſt, ut ſocietas diſtrahatur, renunciatam ſocietatem: ſive totorum bonorum ſive unius 42 rei ſocietas coita ſit. §. 1. Item bonis à creditoribus venditis 43 unius ſocii, diſtrahi ſocietatem Labeo ait. §. 2. Si in rem certam emendam conducendamve coita ſit ſocietas, tunc etiam poſt alicujus mortem quidquid lucri detrimentive factum ſit, commune eſſe Labeo ait. §. 3. Diximus 44, diſſenſu ſolvi ſocietatem; hoc ita eſt, ſi 45 omnes diſſentiunt 46: Quid ergo, ſi unus renunciet? Caſſius ſcripſit, eum, qui renunciaverit ſocietati, à ſe quidem liberare ſocios ſuos, ſe autem ab illis non liberare: Quod utique obſervandum eſt, ſi dolo 47 malo renunciatio facta ſit, veluti ſi, cum omnium bonorum ſocietatem iniiſſemus, deinde cum obvenifſet uni hereditas, propter hoc renunciavit: ideoque ſiquidem damnum attulerit hereditas, hoc ad eum, qui renunciavit, pertinebit; commodum autem communicare cogetur actione pro ſocio: Quod ſi quid poſt renunciationem adquiſierit, non erit communicandum: quia nec dolus 48 admiſſus eſt in eo. §. 4. Item, ſi ſocietatem ineamus ad aliquam rem emendam, deinde ſolus voluerit eam emere, ideoque renunciaverit ſocietati, ut ſolus emeres, teneberis, quanti intereſt mea: Sed ſi ideo renunciaveris, quia emptio tibi diſplicebat, non teneberis, quamvis ego emero: quia hic nulla fraus eſt: Eaque & Juliano placent. §. 5. Labeo autem Poſteriorum libris ſcripſit, ſi renunciaverit ſocietati unus ex fociis eo 49 tempore 50, quo interfuit ſocii non dirimi ſocietatem, committere eum in pro ſocio actione 51: nam ſi emimus mancipia, inita ſocietate, deinde renuncies mihi eo tempore, quo vendere mancipia non expedit, hoc caſu, quia deteriorem cauſam meam facis, teneri te pro ſocio judicio: Proculus hoc ita verum eſſe, * ſi * ſocietatis non interfit dirimi ſocietatem: ſemper enim non 52 id, quod privatim intereſt unius ex fociis, ſervari ſolet, ſed quod ſocietati expedit: Hæc ita accipienda ſunt, ſi nihil de hoc in coëunda ſocietate convenit. §. 6. Item qui ſocietatem in tempus coit, eam ante tempus renunciando, ſocium à ſe, non ſe à ſocio liberat. Itaque, ſi quid compendii poſtea factum erit, ejus partem non fert: at ſi diſpendium, æque præſtabit portionem, niſi renunciatio ex neceſſitate 53 quadam facta ſit. Quod ſi tempus finitum eſt, liberum eſt recedere: quia ſine dolo [malo] id fiat.

§. 7. * Renunciare ſocietati etiam per alios poſſumus: & ideo dictum eſt, procuratorem 54 quoque poſſe renunciare ſocietati. † Sed utrum de eo dictum ſit, cui omnium bonorum adminiſtratio conceſſa eſt, an de eo, cui hoc 55 ipſum nominatim mandatum eſt, videamus? An vero per utrumque recte renuncietur? Quod eſt verius, niſi [ſi] prohibuerit eum dominus ſpecialiter renunciare. §. 8. Item ſcriptum eſt, poſſe procuratori 56 quoque meo ſocium meum renunciare: quod Servius apud Alfenum ita notat, eſſe in poteſtate domini, cum procuratori ejus renunciatum eſt, an 57 velit ratam habere renunciationem: igitur is, cujus procuratori renunciatum eſt, liberatus eſſe videbitur: An autem ipſe quoque, * qui * renunciavit procuratori, liberetur, in poteſtate ejus erit: quemadmodum diximus in eo, qui ſocio renunciat.

§. 9. Morte 58 unius ſocietas diſſolvitur, etſi conſenſu omnium coita ſit, plures 59 vero ſupereſſint: niſi 60 in coëunda ſocietate aliter convenerit, nec heres 61 ſocii ſuccedit: Sed quod ex re communi poſtea quæſitum eſt: item dolus & culpa in eo, quod ex ante geſto pendet, tam ab herede, quam heredi, præſtandum eſt.

§. 10. Item ſi alicujus rei ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus, finitur ſocietas: Quod ſi, integris omnibus manentibus, alter deceſſerit, deinde tunc ſequatur res, de qua ſocietatem coierunt, tunc eadem diſtinctione utemur, qua in mandato; ut ſi quidem ignota fuerit mors alterius, valeat ſocietas: ſi nota, non valeat.

§. 11. Societas quemadmodum ad heredes 62 ſocii non tranſit, ita nec ad adrogatorem: ne alioquin invitus 63 quis ſocius efficiatur, cui non vult: Ipſe autem adrogatus ſocius permanet, nam etſi filiusfamilias emancipatus 64 fuerit, permanebit ſocius.

§. 12. Publicatione 65 quoque 66 diſtrahi ſocietatem diximus, quod videtur ſpectare ad univerſorum bonorum publicationem, ſi ſocii bona publicentur: nam, cum 67 in ejus locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur. §. 13. Si poſt diſtractam ſocietatem 68 aliquis 69 in rem communem impenderit, Socius actione pro ſocio id non conſequitur: quia non eſt verum, pro ſocio, communiterve, id geſtum eſſe: ſed communi dividundo judicio hujus quoque rei ratio habebitur: nam, etſi diſtracta eſſet ſocietas, nihilominus diviſio rerum 70 ſupereſt. §. 14. Si communis pecunia penes aliquem 71 ſociorum ſit, & alicujus 72 ſociorum quid abſit, cum eo 73 ſolo agendum, penes quem ea pecunia ſit: qua deducta, de reliquo, quod cuique debeatur, omnes 74 agere poſſunt 75. §. 15. Nonnunquam 76 neceſſarium eſt & manente ſocietate agi pro ſocio, veluti cum ſocietas vectigalium 77 cauſa coita eſt: propterque varios contractus neutri expediat 78 recedere à ſocietate, nec refertur in medium 79, quod ad alterum pervenerit. §. 16. Si unus ex ſociis maritus ſit, & diſtrahatur ſocietas manente 80 matrimonio, dotem 81 maritus præcipere debet 82, quia apud 83 eum eſſe debet, qui onera ſuſtinet: Quod ſi jam diſſoluto matrimonio ſocietas diſtrahatur, eadem die recipienda eſt dos, qua & ſolvi debet.

LXVI. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

QUod ſi eo tempore, quo dividitur ſocietas, in ea cauſa dos ſit, ut certum ſit, eam, vel partem ejus reddi non oportere, dividere 84 eam inter ſocios Judex debet.

De venditione rei communis. 1. *De uſuris.* 2. *De impenſis.* 3. *Quatenus ſocius condemnatur.*

LXVII. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

SI unus ex ſociis rem communem vendiderit 85 conſenſu ſociorum, pretium dividi debet ita, ut ei caveatur, *indemnem eum futurum.* Quod ſi jam damnum paſſus eſt, hoc ei præſtabitur: Sed ſi pretium communicatum ſit ſine cautione, & aliquid præſtiterit is, qui vendidit, an, ſi non omnes ſocii ſolvendo ſint, quod à quibuſdam ſervari non poteſt, à cæteris debeat ferre? Sed Proculus putat *, hoc ad cæterorum 86 onus pertinere, quod ab aliquibus ſervari non poteſt: rationeque defendi poſſe: quoniam ſocietas cum contrahitur, tam lucri, quam 87 damni communio initur.

§. 1. Si unus ex ſociis, qui non 88 totorum bonorum ſocii erant, communem pecuniam fœneraverit, uſuraſque perceperit, ita demum uſuras partiri debet, ſi ſocietatis 89 nomine fœneraverit: nam ſi ſuo nomine, quoniam 90 ſortis periculum ad eum pertinuerit, uſuras ipſum retinere oportet. §. 2. Si quid unus ex ſociis neceſſario de ſuo impendit in communi negotio, judicio ſocietatis ſervabit; & uſuras 91, ſi forte mutuatus 92 ſub uſuris, dedit: Sed & ſi ſuam pecuniam dedit, non ſine cauſa dicetur, quod uſuras quoque percipere debeat, quas 93 poſſit habere, ſi alii mutuum dediſſet. §. 3. Non alias ſocius in id 94, quod facere poteſt, condemnatur, quam 95 ſi confitetur ſe ſocium fuiſſe 96.

Do

53 Ut l. 14. *in fine.* ff. eod. vel ſi contraxit matrimonium, vel potius ei mortuus fuerit. *Bart.*

54 Procurator, ſive ſpecialis, ſive generalis ſit, ſocietati renunciare poteſt, niſi prohibitus ſit renunciare. l. ult. C. eod. Quidam etiam hæc legunt, *per procuratorem poſſe renunciari.*

55 Proteſtatio poteſt fieri per procuratorem, ſi juſta cauſa ſit, etiamſi non habeat ſpeciale mandatum. *Bart.* adde l. 20. §. 11. ff. de pet. hered. l. 2. *in fi.* ff. de divortiis.

56 Procuratori ſocietas renunciari poteſt.

57 Ratihabitio domini interdum neceſſaria eſt, ubi procurator intervenit.

58 Morte unius ſocii ſocietas extinguitur, etiam quod ad alios, & ſuperſtites ſocios, niſi actum fuerit, ut duraret. Durat tamen communio, & agitur communi dividundo. l. 1. *in pr.* l. 4. §. 1. l. 59. ff. eod. Goth. Vide Cujac. *lib.* 10 *obſ. cap.* 26. Anſ.

59 l. 59. ff. eod. Morte unius ſocii ſocietas omnium diſſolvitur, & ſi plurium conſenſu coita ſit, plures vero, &c. Cujac. 10 *obſerv.* 26.

60 l. 35. ff. eod. Atqui conventione id effici non poteſt. l. 52. §. 9. l. 59. ff. eod.

61 l. 63. §. 8. ff. eod. atqui reliqui contractus legem ex conventione accipiunt, & active ac paſſive ad heredes tranſeunt: quin, unuſquiſque ſibi & ſucceſſoribus proſpicere recte poteſt: Cur tam varie? Faber exiſtimat, ſocietatem ad heredes non tranſire, quod ſocietas diſcordiam pariat (ſit autem diſcordia legibus inimica) neve libertas teſtandi tollatur. l. 52. §. 9. ff. eod. Paſſit tamen ſuperior regula in ſocietate vectigalium, l. 59. ff. eod. niſi quis ſocietatem pro ſe, & ſuis heredibus juramento inierit, idque jure canonico. Faber per c. *contingat. extra de jurejurando.* adde & reſtrictionem. l. 63. §. 8. ff. eod.

62 Societas, mutata perſona, ad alium non tranſit. 63 Invitus nemo fit ſocius. 64 Poſt ſocietatem ab eo contractam.

65 l. 63. *in fin.* ff. eod. §. 7. *Inſt. eod.* & ſic egeſtate, l. 4. *in fi.* ff. eod. vide §. 7. *Inſt. eod.* adde l. 1. ff. de bonis damnatorum.

66 Mors civilis, & naturalis comparantur, ſi eundem effectum habent.

67 Pro mortuo habetur, cui vivo etiam ſuccedituir, *ut hic.* Deportato, cui omnia bona confiſcata ſunt, fiſcus ſuccedit.

68 Adde l. 11. ff. comm. divid.

69 Aliquid. *Hal.*

70 Quæ remanſerunt in communi dividundo.

71 Hoc Albericus refert ad maſſarium & cantevarium ſocietatis, *arg. l. verum.* §. *ſi cum tres.* ff. eod.

72 Al. alicui.

73 Adde l. 6. §. 1. ff. de eden.

74 Is etiam, qui egit pro expenſis factis. 75 *Sub.* contra eundum.

76 Aliud ergo regulariter.

77 l. 5. l. 63. §. 8. ff. eod.

78 Vel, ut olim, non liceat. v. l. 11. *in fin.* ff. de publicanis.

79 In communem ſocietatis utilitatem.

80 Societate diſtracta manente matrimonio ſocius dotem uxoris præcipuam aufert: diſſoluto matrimonio, diſtracta ſocietate, dotem ea die percipiet maritus, qua dotem ipſam uxori reſtituere debet, *ut hic.* quod ſi dos uxori reddi non debebur, dividetur inter ſocios. l. prox. ff. eod.

81 l. 81. ff. eod. l. 2. C. familiæ erciſcund.

82 *Sub.* ex ipſa ſocietate, de communi. Dos apud eum eſſe debet, qui onera matrimonii ſuſtinet.

83 l. 20 §. 2. l. 46. *in fin.* l. 51. ff. familiæ. l. 7. *in princ.* l. 56. §. 1. ff. de jure dotium. l. 2. C. famil. adde l. 10. ff. de regulis. *Inſt. de legit. patr. tut.*

84 Ergo à contrario; ut ſocius dotem ſocio adquiſitam lucretur, ejus quoque filiam dotare ex communi pecunia cogitur.

85 Sociius vendens rem communem, pretium ex venditione redactum ſociis communicare cogitur.

86 Unus ex ſociis tenetur pro alio, quando non eſt ſolvendo. *Bald.*

87 Tunc duo rei dicuntur ſocii. *Aretin. Bart.*

88 Uſuras ex fœnore perceptas ſociis non communicat ſocius particularis: niſi communi nomine ſociorum fœneraverit.

89 Quod ſocius non univerſorum bonorum emit, vel mercatus eſt, vel mutuum dedit nomine communi, ex pecunia communi, alteri ſocio adquiritur pro ſua parte: ſi proprio nomine adquiſivit, non communicabit, *ut hic.* ff. eod. niſi pupillo. *Bart. ad l.* 52. §. 6. ff. eod. adde l. 17. §. 1. ff. eod. l. 62. *in fin. pr.* ff. de rei vind. l. 10. §. 8. ff. mandati.

90 Uſuras is ſolus ſibi percipit, qui ſuo periculo ſortem fœnori datam habet.

91 Uſuras nomine ſocietatis à ſe depenſas ſociis à ſociis repetit. l. 52. §. 10. ff. eod.

92 Sub uſuris mutuum accipere, ſocietatis explicandæ cauſa ſocius poteſt.

93 Uſuras propriæ pecuniæ nomine ſocietatis numeratæ ſocius à ſociis conſequitur: quas nimirum habere potuiſſet, ſi alii mutuum dediſſet.

94 De eo dixi l. 63. §. 1. ff. eod.

95 Igitur ſi ſe ſocium negaverit, ultra id, quam facere poſſit, condemnabitur, *ut hic.* ita mendacii ratione fidejuſſor beneficium diviſionis amittit. l. 10. §. 1. ff. de fidejuſſ.

96 Vel adſcitum in ſocietatem fuiſſe. l. 63. §. 8. ff. eod.

De alienatione. 1. Quid sit facere, quo minus facere possit.

LXVIII. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

NEmo ex sociis plus 97 parte 98 sua 99 potest alienare, etsi 100 totorum bonorum socii sint. §. 1. Illud quæritur, utrum is demum facere videtur, quo minus facere possit, qui erogat bona sua in fraudem futuræ actionis; an & qui occasione [1] aquirendi [2] non utitur? Sed verius est, de eo sentire Proconsulem, qui erogat bona sua: Idque ex interdictis colligere possumus, in quibus ita est, QUOD DOLO FECISTI, UT DESINERES POSSIDERE.

De societate ad emendum, & epulu præstandis.

LXIX. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

CUm socictas ad emendum [3] coiretur, & conveniret, *ut unus reliquis nundinas (id est epulas) præstaret* [5], *eosque à negotio dimitteret* [6], si eas eis non solverit [7], & pro socio [8], & ex vendito [9], cum eo agendum est.

De tempore societatis.

LXX. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

NUlla societatis [10] in æternum [11] coitio [12] est [13].

De stipulatione pœnali. 1. De lucro, quæstu, compendio.

LXXI. IDEM lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

DUo societatem coïerunt, ut [14] Grammatica [15] docerent, & quod ex eo artificio [16] quæstus fecissent, commune eorum esset: de ea re, quæ voluerunt fieri, in pacto convento societatis proscripserunt [17]: deinde inter se his verbis stipulati sunt, HÆC, QUÆ SUPRA SCRIPTA SUNT, EA ITA DARI, FIERI, NEQUE ADVERSUS EA FIERI: SI EA ITA DATA, FACTA NON ERUNT, TUM VIGINTI MILIA DARI: Quæsitum est, an, si quid contra factum esset, societatis actione agi posset? Respondit, si quidem pacto convento inter eos [de] societate facto ita stipulati essent, HÆC ITA DARI, FIERI SPONDES? futurum fuisse, ut [18], si novationis causa id fecissent, pro socio agi non possit, sed tota res in stipulationem translata videretur: sed quoniam non ita essent stipulati, EA ITA DARI, FIERI SPONDES [19], sed SI EA ITA FACTA NON ESSENT, DECEM DARI, non videri sibi, rem in stipulationem perveniisse, sed duntaxat pœnam: non enim utriusque rei promissorem obligari, ut ea daret, faceret: & si non feciſſet, pœnam sufferret, & ideo societatis judicio agi posse. §. 1. Duo colliberti societatem coierunt *lucri* [20], *quæstus* [21], *compendii*: postea unus ex his à patrono heres institutus est, alteri legatum datum est: Neutrum [22] horum in medium referre debere respondit.

De culpa.

LXXII. GAIUS lib. II Cottidianarum rerum, sive * Aureorum *.

SOcius socio etiam [23] culpæ nomine tenetur, id [24] est, desidiæ, atque negligentiæ. *Culpa* [25] autem non [26] ad exactissimam [27] diligentiam dirigenda est: sufficit etenim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet; quia qui parum diligentem sibi socium adquirit, de se queri debet.

De societate universarum fortunarum.

LXXIII. ULPIANUS lib. I Responsorum Maximino respondit.

SI [28] societatem universarum [29] fortunarum coïerint [30], id est, earum quoque rerum, quæ postea cuique adquirentur, hereditatem cuivis eorum delatam, in commune redigendam [31].

† Idem Maximinæ respondit, si societatem universarum fortunarum ita coïerint, *ut quidquid erogaretur, vel quæreretur* [32], *communis lucri atque impendii esset*, ea quoque, quæ in honorem alterius liberorum erogata sunt, utrinque imputanda.

De re empta à socio.

LXXIV. PAULUS lib. LXII ad Edictum.

SI quis societatem contraxerit, quod emit [33], ipsius fit, non [34] commune: sed societatis judicio cogitur rem communicare [35].

De partibus societatis collatis in arbitrium alterius.

LXXV. CELSUS lib. XV Digestorum.

SI coita sit societas *ex his partibus quas Titius arbitratus fuerit*; si Titius, antequam arbitrareturn, decesserit, nihil agitur [36]: nam idipsum [37] actum est, ne aliter societas sit, quam ut Titius arbitratus sit.

Sententiæ arbitri omnino est parendum: Sententia vero arbitratoru reducitur ad arbitrium boni viri. Bart.

LXXVI. PROCULUS lib. V Epistolarum.

SOcietatem mecum coisti, ea conditione, *ut* [38] *Nervæ amicus communi partem societatis constitueret*: Nerva constituit, *ut tu ex triente socius esses, ego ex besse*: Quæris, utrum [39] ratum id jure societatis sit, an nihilominus ex æquis partibus socii simus? Existimo autem melius te quæsturum fuisse, utrum ex his partibus socii essemus, quas is constituisset, an ex his, quas virum [40] bonum constituere oportuisset *: Arbitrorum [41] enim genera sunt duo, unum [42] ejusmodi, ut [43] sive æquum sit, sive iniquum, parere debeamus; quod observatur, cum ex compromisso ad arbitrum irum est: alterum ejusmodi, ut ad boni [44] viri arbitrium redigi debeat; etsi nominatim [45] persona sit comprehensa, cujus arbitratu fiat:

LXXVII. PAULUS lib. IV Quæstionum.

VEluti cum lege locationis [46] comprehensum est, ut opus arbitrio locatoris fiat.

LXXVIII. PROCULUS lib. V Epistolarum.

IN proposita autem quæstione arbitrium viri boni existimo sequendum esse: eo [47] magis, quod judicium pro socio bonæ [48] fidei est.

LXXIX. PAULUS lib. IV Quæstionum.

VNde si Nervæ arbitrium ita pravum est, ut manifesta iniquitas ejus appareat, corrigi potest per [49] judicium bonæ fidei.

LXXX. PROCULUS lib. V Epistolarum.

QUid enim, si Nerva constituisset, *ut alter ex milleſima parte, alter, ex duo* [50] *milleſimus [partibus] socius esset*? Illud potest conveniens esse viri boni arbitrio, ut non utique ex æquis partibus socii simus, veluti si alter [51] plus operæ, industriæ, gratiæ, pecuniæ in societatem collaturus erat.

Pactum de filia dotanda ex pecunia communi.

LXXXI. PAPINIANUS lib. IX Quæstionum.

SI socius pro filia dotem promisit, & prius, quam solveret, herede ea relicta decesſit, quæ postea [52] cum marito de exigenda dote egit, accepto liberata est: Quæsitum est, an si pro socio ageret, dotis quantitatem præcipere deberet, si forte [53] convenisset inter socios, *ut* [54] *de communi dos constitueretur*? Dixi, pactum non esse iniquum, utique si [55] non de alterius tantum filia convenit: nam si commune hoc pactum fuit, non interesse, quod alter solus filiam habuit: cæterum, si numeratam dotem pater, defuncta in matrimonio filia, reciperasset, reddi pecuniam societati debuisse; pactum ex æquitate sic nobis interpretantibus: quod si, salva societate, divortio matrimonium solutum foret, cum [56] sua causa dotem reciperari, scilicet ut ea vel alii [57] marito dari possit, nec, si prior maritus facere non posset, denuo de societate constituendam dotem: nisi [si] nominatim ita convenisset. Verum in proposito largiter esse [58] videbatur, dos numerata [59] esset, an vero promissa: nam si filia datam dotem, posteaquam patri heres extitit, jure suo recepisset, non esse referendam pecuniam societati, quam [60] mulier habitura fuit, etsi alius heres extitisset: quod si accepto à marito liberata esset, nequaquam imputari posse societati, non solutam pecuniam.

De ære alieno.

LXXXII. IDEM lib. III Responsorum.

IUre societatis per socium ære alieno socius non obligatur: nisi [61] in communem arcam [62] pecuniæ versæ sunt [63].

De

---

97 Hoc locum habet, quoties unus est in dolo, *l. 63. ff. eod.* & cæteri contradicunt. *Bart.* ideoque hæc lex locum non habet in socio, filiam suam ex communi pecunia dotante, nec enim dolum committit, qui filiam dotat. vide quæ notavi ad *l. 81. ff. eod. v. l. 12. ff. comm. divid. l. 16. in fin. ff. de reb. cred.*

98 Socius partem suam alienare, & de ea transigere cum extraneo potest, *ut hic. & l. 16. ff. de reb. credit.* Cujus rei elegantem tractatum vide apud Ciceronem, *pro Roscio Comœdi.*

99 Mercium scilicet, atque venalium rerum: & quidem dolo, contradicentibus reliquis sociis: In aliis rebus non venalibus nullo modo potest, nisi procuratoris generalis exemplo, cui tantum permittitur, res, quæ servando servari non possunt, diminuere: Ideoque, licet socii inter se à lege tacitum mandatum gerendi habere videantur, hujusmodi tamen mandatum porrigitur ad ea tantum faciendа, quæ societati expediunt, funtque utilia. *Bart.*

100 Multo igitur minus, si quorundam tantum bonorum. *l. 16. de reb. cred.*

1 V. *l. 30. §. 4. ff. de legat. 3.* socius non affectare præsumitur, quominus facere possit, occasione adquirendi non utendo, sed bona sua tantum erogando, *l. 6. ff. ma in fin.* excipe *l. 25. §. 8. ff. de petit. hered.*

2 Adquirere socius non cogitur: non tenetur denique socius socio ex eo, quod non adquisivit: hoc tantum præstat, quod erogavit, abstinavit, dissipavit.

3 Ut *l. 52. §. 11. ff. eod.*

4 *Nundinæ*, pro epulis nundinalibus. Ita Græcis ἀγορὰ sunt species annonariæ, Polyb. *lib. 1. prin. 27.* ἀγοράς, ἢ σίτου συνεχῶς τὰς ἀγορὰς, apud Xenophontem in adsensu Cyri. *lib. 6.* τὴν ἀγορὰν ἵνα μακκωνίζων, quod minus recte docti vertunt, *forum ad urbem transiunt*, cum sensus sit, omnes annonæ species intra mœnia comportatas. Polybio & passim Græcis ἀγορά, non quævis annona, sed quæ venum exponitur. in eodem libro Xenophontis leges ἀγορᾷ πωλοῦσιν ἀφικνεῖσθαι ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν πόλεων. Thucydides in 7 dixit, τὴν ἀγορὰν τῶν πολεμίων, annonam promercalem. & addit: ᾗ ἄσιτοι τὸ ἔτι ἐδοδίμουν, significans de ESCULENTIS proprie intelligi ἀγορὰν. Julius Frontinus Græcos imitatus vocem *commercium* ita accipit *lib. 5. certior factus hostem inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deserui.* Commercio laborare est τῆς ἀγορᾶς ἐν ἔνδειᾳ, sive σπανίζων ἀγορᾶς. Guntherus *Ligurini 4. neque enim commercia rerum Indigne afflicto sperabat miles ab hoste.* Ad vocem ἀγορὰ accedit proprie adhuc magis *mercatus* vox, quæ etiam pro annona usurpatur à posterioribus Latinis scriptoribus: *mercatum conferre* in appendice Frisingensis, plane quod Thucydidi, Xenophonti, aliis ἀγορὰς παρέχειν, Frid. Imp. *in epistola ad Ottonem Frisingensem ibi dum à Mediolanensibus mercatum quæremus, & ipsi nobis dum negarent:* sic Gr. historia vetus αὐτὸν ἀγορᾶς ἢ ἀγορᾷ δίσχεσθαι. Ottho de gestis Friderici, *lib. 1. super littus ejus, unde mercatum expetebamus, oppida parva.* Sic Galli nos *Nundinas* vocamus dona, quæ nundinarum occasione vel tempore fiunt, *donner la foire.* 5 *Subaudi*, cæteris ad negotiandum euntibus: 6 Ut unus reliquis nundinatis epulas præstaret, eosque ad negotium admitteret. *Hal.* dimitteret. Cujac. quem v. 4 *obs. 17.* adde tamen Anton. Fab. 5 *conject. 4.* 7 *Subaudi*, pretio epularum sibi soluto, satisfacto. 8 *Subaudi*, actione informata tali pretio. 9 Cur ex vendito? Emptum, quod socio communicant socii, ei vendidisse videntur. *l. 74. ff. eod.* 10 Vel communionis. *l. 14. §. 2. ff. communi. divid.* 11 Æterna nulla societas esse potest: in perpetuum tamen, id est, dum vivent socii, esse potest. *l. 1. ff. eod.* 12 *Al.* conventio, ut *l. 14. §. si convenerit. ff. comm. divid.* Græcis est συνέλευσις. *Synopsis eod. c. 63.* Verum coïtio societatis dici recte potest. *l. 1. ff. eod.* 13 Est enim ex consensu, nec re, ut communio, perficitur. 14 Societas professionis & artificii esse potest. Similе quiddam est apud Ciceronem *orat. pro Roscio Comœdo.* 15 Ita Flor. *al.* Grammaticam.

16 Grammaticæ profectio, artificium dicitur, *ut hic.* unde colligunt, Quasi castrensia non esse, quæ ex Grammatices professione quæstus sint. 17 Huic pacto stipulatio subjicitur. 18 Pacto stipulatio incontinenti adjecta, novum contractum parit, seu novationem inducit, si hoc actum fuerit, si novandi animus non fuit, tantum est pœnalis. Priori casu & res principalis, & pœna, quæ in pacto, & subsequente stipulatione comprehensa fuerit, petitur: altero pœna tantum. 19 Nota diversitatem harum formularum, prior puta, novatio est, & in ea res pacto comprehensa continetur: altera, ut mere pœnalis non novat: nec rem pacti continet, sed pœnam tantum. Unde colligunt nonnulli, pœnalem stipulationem non semper censeri novationem. *v. l. 28. ff. de act. empt.* 20 V. *l. 13. ff. eod. l. 45. §. 2. ff. de adq. her.* 21 Societas lucri, quæstus, & compendii non extenditur ad ea, quæ extrinsecus quæsita, sed ea, quæ ex operis tantum quæsita. *Lucri* quidem generalis vox est: restringitur tamen vocibus his, *quæstus, compendii*, subsequentibus, unde volunt generale verbum restringi per speciale: genus denique per speciem subsequentem restringi. Quid, si genus antecedat, individua sequantur? genus restringitur ad individua expressa. *v. Dynum. c. generi. de reg. in 6.*

22 *l. 9. ff. eod.* 23 Id est, non tantum doli, sed culpæ. *l. 52. §. 2. ff. eod. §. ult. Inst. eod.*

24 *Culpa* est desidia, atque negligentia, hoc est, levis: id enim *culpa* verbum in dubio demonstrat.

25 Culpam levem, non levissimam socio præstat socius. 26 Socius socio magnam diligentiam non præstat, sed qualem suis rebus adhibet. *Synopsf. eod. c. 65.* 27 Μεγάλην. *Eclog. c. 65.* 28 Societate inita omnium rerum, etiam futurarum, hereditas, *ut hic.* lucrum, & damnum, etiam quod in honorem liberorum unius erogatum est, omnibus imputabitur. §. 1. *f. eod. Synopf. eod. c. 66.*

29 Non simplex, ut *l. 7. ff. eod.* 30 Aliqui sc. 31 Cur ita? v. *l. 3. §. 1. l. 52. §. 16. ff. eod.*

32 *Eclog. 16. c. 66.* 33 V. *l. 67. §. 1. ff. eod.* 34 Ipso jure, dixi *l. 9. C. si quis alteri vel sibi. l. 47. §. 6. ff. de admin. tutor.* 35 Imo, non tenetur communicare. *l. 4. C. comm. utriusque jud.*

36 Idem est in emptione, *l. ult. in fin. C. de contr. empt.* in locatione, *l. 25. ff. locat.* & stipulatione. *l. 43. l. 44. ff. de verb. obl.*

37 Ita arbitrium hoc, licet in contractu bonæ fidei, stricte interpretabimur: nempe, quia ita convenit. vide quæ scripsi ad *l. 76. ff. eod.*

38 In arbitrium tertii, tanquam boni viri, modus & forma contractus conferri potest.

39 Arbitri sententiæ standum: arbitratoria vero stari non est necesse, cum possit reduci ad arbitrium boni viri.

40 *l. 24. ff. locati.*

41 *Arbitrium* (qui & arbitratus, Græcis διαίτησις, & διαιτητικὸν) duplex: Merum, quod stricte accipitur; & arbitrium boni viri: Merum in personam certam confertur: Boni viri, modo in certam, modo in incertam. Mero adstringuntur, etiam iniquo, qui se illi subjecerunt: Boni viri, non adstringuntur, *ut hic.* illius iniquitas non corrigitur: nisi dolus adversarii intervenerit. *l. 3. C. de arbitr. l. ita demum. 31. ff. de arbitr.* Hujus iniquitas quælibet corrigitur. Illud personam non egreditur. *l. in compromissis. 45. ff. de arbitris.* Hoc egredi personam potest, quia etsi cessæ personæ nomen inferatur, tamen non tam personæ, quam ipsum æquitatis arbitrium tuferi videtur. Æquitas autem certus personis non circumscribitur. Igitur si hic, cujus nomen insertum est, æquum non statuerit, alium adire licebit. *l. ult. C. de contrab. stipul. l. ult. §. sed & si quis. C. comm. de legatis.* In stipulationibus

---

stricte, in bonæ fidei contractibus (nisi aliud convenit, *l. 75. ff. eod.* aut natura rei sit incerta, *l. ult. C. de contrab. empt.*) & testamentis, (nisi pœna sit adscripta: pœnas enim stricte accipimus, *l. §. ult. ff. de verb. oblig. l. 27. ff. de condit. & demonst.*) arbitrium latius accipimus, *ut hic.* adde Cujac. ad *l. 23. ff. de verb. oblig.* 42 V. *l. 13. §. 2. ff. de arbitris.* 43 V. *l. 27. §. 2. ff. de arbitr.* 44 V. *l. 18. ff. judicat. solvi.* 45 Ut in *l. 43. ff. de verb. oblig.* Priores, ut judices ordinem judiciarium servant in procedendo & definiendo: Secundi non ut judices eliguntur, nec servant ordinem judiciarium, sed ex æquo & bono judicant: Coram eis non est judicium, ideoque, vel ipse principalis adversarius arbitrator esse potest, non arbiter, aut judex; *C. ne quis in sua causa. l pen. ff. de arbitr.* ab eis ideo non appellatur (nisi ex justa causa, ut vult *Bart.*); sed eorum sententia reducitur ad arbitrium boni viri in qua reductione gravatus observare tempora appellationis non cogitur. Ferrar. *formul. 19 summar. 14. n. 4. vers. de arbitru, & arbitratoris.* v. hic Bart. & Corraf *novum opinion. 4 Miscell. 18.* 46 V. *l. 25. ff. de cert.* 47 Præsumimus viri boni arbitrium intercedere debere in bonæ fidei judiciis. 48 *l. 52. §. 1. ff. eod. l. 3. C. eod. §. 28. Inst. de act.* 49 Arbitratus iniquus ad boni viri arbitrium reduci potest ex eo contractu, quo prius agi poterat. 50 Enormiter lasus quis dicitur, quando fit ultra dimidiam partem excessus, *v. l. 27. §. 2. ff. de arbitris.* & ultra dimidiam partem lasus est. *l. 2. l. 8. C. de rescind.*

51 Ex duobus. *l. 6. ff. eod.* ut *l. 29. §. 1. ff. eod.* 52 Postea quam. *Hal.* 53 Ergo à contrario sensu colligitur, filiam unius socii non esse dotandam de communi, nisi ex pacto ita actum sit inter socios, ut de communi dos constitueretur, *ut Lic.* ut dotandi facultas non ex ipso jure societatis sed pacti descendat, *l. fin. C. de dotis promiss.* cum onus dotandæ filiæ personæ patris cohæreat, eamque afficiat, *l. fin. C. de dotis promiss.* (talia ad alium non transeunt): quinetiam, cum in communem arcam ea pecunia non vertatur, nec directe vel indirecte societatis ad commodum pertineat, *l. 52. §. 15. ff. eod. l. 82. ff. eod.* cum ei personæ præstetur, quæ operas societati non tribuit, *l. 8. ff. eod.* cum nemo alterius partem, aut plus sua parte donare possit, *l. 68. ff. eod.* cum socius quinque filiarum parens contra legem societatis inæqualitatem servet quinque filias dotando in præjudicium alterius socii, trium tantum filiarum, aut forte nullius parentis. Hæc inæqualitas magis perspicitur, quod illæ quinque filiæ dotem suam præcipuam habituræ sint: & præterea, mortuo filo parente, æqualiter res societatis cum socio divisuræ. Adhæc, expensas profusas pro fratris studio ab altero fratre socio factas non imputari societati: eamque pene communem esse opinionem refert Rolland. à Valle, *t. conf. 91. num. 1. ad 31.* à qua tamen idem mox discedit. Movetur autem, quod omnis impensa societati imputetur, *arg. l. 52. in fin. ff. eod.* ergo & dotis: sed & ea, quæ in honorem alterius liberorum erogantur. *l. 73. ff. eod.* Non esse novum, ut socius onus non proveniens ex societate, sed ex facto fratris, etiam sentiat, *l. 39. §. 3. ff. fam.* & quod magis est, quod actione injuriarum socius præstiterit, *l. 13. in fin. ff. eod.* socio omnium bonorum, spe falsum, & jure, adquiri hereditatem socio delatam, *l. 3. §. 1. ff. eod.* & consequenter onus hereditatis, puta dotandæ filiæ socii, ad eum delatæ transferendum: & ex hujus legis fine, ibi *non est referendam pecuniam societati*, perspici filiam, etiam citra pactum initum à parente cum ejus socio, dotem præcipuam habere, si modo ei soluta fuerit: Amplius, in societate bonorum omnium non attendi, utrum unus plus lucretur, quam alius; vel unus plus impendat, quam alter, sed omnia generaliter partienda: dotem ab uno socio rum adquisitam socio communicari, *l. 66.* eadem lege dotata ab uno socio rum filia, hujusmodi onus societati imputandum: familias sociorum ex communi alendas, ergo & dotandas: nam qui tenetur alere, tenetur & dotare, quod de uno ad aliud argumentum valeat. *l. fin. ff. de his quib. ut indign.* Idem Rolland. *n. 45.* fusissime ostendit, hanc esse communem opinionem, ut in societate omnium bonorum hæc lex habeat locum, citra pactum. Qui hanc opinionem negent vel admittant, v. Mafurium apud Ferrarienf. *hoc tit.* 54 Pactum initum inter socios, ut *filiæ dotentur de communi*, validum est.

55 Tunc enim æqualitas inter socios servatur, ut *l. 22. §. pen. ff. de arbit. l. ult. C. de fruct. & lit. expenf.* 56 *l. 65. in fin. ff. eod.* 57 Dotem priorem, seu eandem viduæ filiæ pater reddere rentur, si secundas nuptias contrahat. v. *l. 68. ff. de jure dot.* 58 *Al.* interesse. 59 *Dotis numeratæ & promissæ* differentia. Dos ex ipsa societate soluta matrimonio per mortem soluto ad societatem redit: secus, si promissa tantum. 60 Nam filia exheredata dotem semper præcipuam habet. *l. un. §. 11. C. de rei uxor. act.* 61 Fi μὴ ἐς τὰ κοινὰ, nisi in commune pecuniæ venerint. *Synopf. c. 75.* Extra societatem gesta socios vel consortes non obligant, sed ipsos tantum contrahentes. 62 Arcam communem socii habere possunt, licet non sint collegiati, licet non faciant collegium. adde *l. verum. 63. §. si cum. ff. eod. l. 1. §. quib. ff. quod cujusque univers.* 63 Et sic intelligo *l. 27. ff. eod.*

De his, quæ erant in confinio, exempta.

LXXXIII. PAULUS lib. I Manualium.

ILlud quærendum est, arbor [64], quæ in confinio [65] nata est, item lapis, qui per utrumque fundum extenditur, an cum succisa arbor est vel lapis exemptus [ejus sit], cujus fundus: pro ea quoque parte singulorum esse debeat, pro qua parte in fundo fuerat: an, qua [66] ratione duabus massis [67] duorum dominorum constatis, tota massa communis est, ita arbor hoc ipso, quo separatur à solo, propriamque substantiam in unum corpus redactam accipit, multo magis pro indiviso [68] communis sit [69], quam massæ sed naturali convenit rationi, & postea tantam [70] partem utrumque habere, tam in lapide, quam in arbore, quantam & in terra habebat.

64 Quantam partem quis in solo ac terra habet, tantam in arboribus, & lapidibus separatis habet. adde *l. arbor.* 19. *ff. comm. divid.* Goth. In hanc leg. vid. Edm. Merill. *lib. sing. differ. cap.* 8. Roland. à Valle, *lib.* 1. *cons.* 9. *n.* 1. Anf. 65 Duorum fundorum. 66 *Separatio* aliud à *specificatione.* 67 Distingue, ut in §. 25. *Inst. de rer. divis.*

68 Sicut dum terræ cohærebat, communis erat pro indiviso.

69 Ita ut. 70 *l.* 19. *ff. comm. divid. l.* 7. *in fi l.* 8. *ff. de adq. rer.*

De societate jussu alicujus contracta.

LXXXIV. LABEO lib. VI Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

QUoties jussu alicujus vel cum filio ejus, vel cum extraneo societas coitur, directo [71] cum illius persona agi posse, cujus persona in contrahenda societate spectata sit.

71 Directo agi potest cum eo, qui jussit. §. *ult. Inst. quod cum eo.* Inde notant, jubentem in contractibus non ex interpretatione tantum sed etiam directo teneri: In delictis secus. *l.* 1. §. *dejecisse.* 12. *ff. de vi, & vi armata.*

LIBER OCTAVUS DECIMUS.

TIT. I.

1 IV C. XXXVIII. & III Inst. XXIV. *Edict.* 39. *tit.* 1. 3. *Harm.* 3. & 3 *Extra.* 17. Goth. Epitomen hujus tit. v. apud Charond. *Verisimil. lib.* 3. *c.* 11. & Petr. Loriot *sec. t.* Anf.

DE CONTRAHENDA [1] EMPTIONE, ET DE PACTIS [2] INTER EMPTOREM, ET VENDITOREM COMPOSITIS, ET QUÆ [3] RES VENIRE NON POSSUNT.

2 IV C. LIV.

3 IV C. XL.

4 Origines notare, & ab origine res quasque repetere, ut contractus, *l. ex hoc jure.* 5. *ff. de justitia.* Magistratus, & similia, jurisconsulti, & legislatores etiam solent. *Ll.* 2. *ff. de origine juris.* Goth. De intellectu hujus *l.* 1. v. Covarruv. *de veter. numismat. collat. cap.* 7. *num.* 2. Anf. Adde Mudæum, *de contract. rubr. de empt. & vend.* Forcatul. *in Nucyomant. jur. dialog.* 48. S. L.

De origine emptionis & venditionis, ejusque & permutationis differentia. De nummo. 1. *Quibus modis emptio contrahitur.*

1 PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

ORigo [4] emendi vendendique à permutationibus cœpit [5]: olim enim non ita [6] erat nummus [7]: neque aliud *merx* [8], aliud *pretium* vocabatur: sed unusquisque secundum necessitatem temporum, ac rerum, utilibus inutilia [9] permutabat, quando plerunque evenit, ut, quod alteri supereſt, alteri desit: Sed [10] quia non semper, nec facile concurrebat, ut, cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem haberem, quod tu accipere velles, electa materia [11] est, cujus publica ac perpetua [12] æstimatio difficultatibus [13] permutationum, æqualitate [14] quantitatis subveniret: ea[que] materia [15] forma [16] publica [17] percussa, usum dominiumque non [18] tam ex substantia [19] præbet, quam ex quantitate [20]: nec [21] ultra *merx* utrumque, sed alterum *pretium* vocatur.

§. 1. Sed, an sine nummis venditio dici hodieque [22] possit, dubitatur [23], veluti si ego togam dedi, *ut tunicam acciperem*? Sabinus & Cassius esse emptionem & venditionem putant [24]: Nerva & Proculus permutationem, non emptionem hoc esse: Sabinus Homero teste utitur, qui exercitum Græcorum ære [25], ferro, hominibusque vinum emere refert illis versibus [26].

Ἐντεῦθεν ἀπ' οἰνίζοιο [27] κάρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἰθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι [28],
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσιν. Id est,

Hinc quidem vinum emebant comati Achivi:
Alii quidem ære, alii autem splendido ferro,
Alii vero pellibus, alii autem ipsis vaccis,
Alii autem mancipiis. ——

Sed hi versus permutationem significare [29] videntur, non emptionem, sicut illi [30]:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
Ὃς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἀμείβετ'. Id est,

Hinc rursus Glauco Saturnius mentes exemit Jupiter,
Qui cum Tydide Diomede arma mutavit.

Magis autem pro hac [31] sententia illud diceretur, quod alias idem Poëta dicit [32]

—— πρίαλο κλυτὰ τεύχεα χρυσοῦ. id est,
—— *emit* possessionibus *suis.*

Sed verior est Nervæ & Proculi sententia: nam ut aliud est *vendere* [33], aliud *emere*, alius *emptor*, alius *venditor*, sic aliud est *pretium*, aliud *merx*, quod in permutatione discerni non potest [34], uter emptor, uter venditor sit. §. 2. Est autem emptio juris gentium [35]: & ideo [36] consensu [37] peragitur: & inter [38] absentes contrahi potest, & per nuncium [39], & per literas.

7 Nummus initio non ita fuit, ut nunc est. Quid? bocne innuitur, nummos initio non fuisse ex argento vel metallo? Jason ex corio primum fuisse censet, atque ita jure gentium nummum fuisse. Verum coriaceus nihilo plus, quam metallicus, à jure gentium est. sed nec in nummo hic substantia inspicitur. (Coriaceorum autem meminit Sen. *5 de benefic.* 14. queis & usos Lacedæmonios scribit. Ita coriacea moneta sub Friderico II cusa, *Pandulphus Collenuccius, Antoninus Chronic. ann.* 1240. *addit. ad Chronic. Urspperg. Naucl. generat.* 42. Helmoldus *Chronic. c.* 395 refert, apud Ranos, panno lineo commercia iniri. Quid? & num dicemus potius id significari, Nummos ab initio non ita fuisse, hoc est, nullo modo? nam & hæc verba, *non ita*, alibi sumuntur pro nullo modo. *l. edil.* 38. §. *sed enim.* 7. *ff. de ædilitio.* Græcorum interpretatio mihi multo simplicior videtur, Olim permutationem rebus hinc inde traditis constitisse: postea sequutam fuisse venditionem nummis subministratis. *Synops. Basil.* 19. *tit.* 1. *c.* 1. 7 De *nummi* usu & inventione v. Aristot. 1 *Polit.* 9. & 5 *Ethic.* 5. A Græca voce νόμος dicitur, neinpe quod à lege sit, non a natura. Lydis inventionem nummi tribuit Herodotus *lib.* 1. Indubie constat, apud alias atque alias gentes citius ac tardius nummorum usum receptum esse. Vix sane nummi apud Germanos, seculo Taciti, ut ipse Tacitus refert *libello de morib. German.* 8 Notanda est differentia utriusque. In permutatione species certa pro specie: in venditione, pretium in gestere, pro specie datur. 9 Inutilia nobis utilibus contrahendo & permutando adquirere solemus Est vero inutile, quod nobis supereſt: quod aut penitus inutile, aut minus utile. Vicissim quod permutatione ab alio accipio, ut mihi utile, adversario minus est utile. Ita necessitate atque penuria effectum est, ut quod nobis desit, utiliter apud alios quæreremus; per contrarium ut a nobis alius quærat, quod ibi desit: quærat, inquam, inutilis cum utili permutatione. 10 Nummus cur inventus? ἐξ ἀνάγκης ἡ τοῦ χρεῖος ἐπιφορὰ γέγονε. Aristot. 1 *Pol.* 9. 11 In nummo hæc spectamus, materiam, seu substantiam, æstimationem ejus, & quidem publicam & perpetuam, *ut hic* formam publicam, usum.

12 *Perpetua æstimatio* hic non est generalis, ut putat Accursius, sed nullo tempore mutabilis: ne si mutetur in horas, ipsis possessoribus nummorum usus noceat. 13 Permutatio fit difficilius, quam emptio. Fuit tamen & initio in nummis & venditione sua difficultas, mensurabantur enim, expendebantur, appendebantur, metiebantur per trutinam, cujus rei vestigium hoc refert Varro, trutinam id genus in æde Saturni mansisse. Hinc Ennius, Pœni stipendia pendunt. & apud Livium extat locus elegans de ære Gallis appenso. Ex ambigua illa consuetudine libripens in venditionibus & testamentis adhibitus, §. 1. *Inst. de testamentis.* 14 Nummi usus in eo versatur, ut cum re permutatus æquitate quantitatis tantum præstet venditori emptor, quantum ipse venditor emptori tradidit: æqualitate quantitatis id perficitur, *ut hic.* non tam ex substantia, quam ex quantitate. *J. eod.* Quantitas nummi, ipsa æstimatio est publica, & perpetua. *ff. eod.* Igitur æqualitate quantitatis, non sua substantia nūminus venditori id, quasi re præstat, quod ipse emptori tradit, æqualitate, inquam, quam fieri potest maxime: interdum enim usus exigit, ut ab ea recedi possit. *l.* 2. *C. de rescind. vend.*

15 Materia nummi, metallum: forma publica, non tantum figura nummi, aut effigies insculpta, sed æstimatio publica. 16 Moneta forma publica percussa esse debet (& quidem in monetis publicis, *l.* 2. *C. de falsa moneta.*) aut adultera est. 17 Monetam seu nummos cudere non cujusvis est, non privati, non cujusvis civitatis, sed ejus tantum, qui Magistratum gerit. Id enim jus inter regalia jura censetur. *l.* 1. *l.* 2. *C. de falsa moneta. tit. Quæ sint regalia in feudis. & tit. C. de veteris numismatis potestate.* 18 A permutatione distinguitur emptio, & venditio. Permutatio ex ipsa substantia usum præbet: nummus, ex quantitate. 19 *Substantia*, cui opponitur hic *quantitas*, paulo ante *materia* dicta est, ut *l.* 4. §. 20. *ff. de usurpat.* 20 Vide *l.* 94. §. 1. *ff. de solut. qualitate. Budæus.* Florentinam defendit Duaren. 1 *dissert.* 6. atque, *quantitatem* hic significare æstimationem publicam, & pecuniæ valorem: cujus signum & nota sit character nummo impressus: alii hac voce pondus nummi intelligunt. Ferrandus 1 *Explic.* 19. putat nummum non ex sua substantia, sed ex sua qualitate æstimari: ut quo major sit ejus qualitas, eo majorem usum præbeat. Sed Robert. 3 *sent.* 6. quantitatis nomine, illam metiendi sive æstimandi vim, quæ nummo tributa sit, intelligit. Hujus disputationis progressum Aristot. 1 *Polit.* 9, sic definit, τὸ μὲν πρῶτον ἁπλῶς ἐλαύνων μαχόμενον τῷ συμφέρῳ τὸ τοιοῦτον ἢ χρηματιστικὴ ἐπιβάλλουσιν ἵνα ἀπολύσῃ τῆς μεθόρου αὐτός. ὑπὸ χρηματιστικῆς ἐτέθη τὸ τόσου σημεῖον.

21 Venditio in hoc quoque differt à permutatione, quod in permutatione utrumque merx sit: in venditione unum merx, alterum vero pretium. 22 Venditio olim sine nummis fuit. An hodie esse possit? Sabinus & Cassius aiunt: Nerva & Proculus negant. Illi & olim, & hodie, sine nummis putabant: Hi olim, at non hodie, sine nummis posse perfici existimabant. *Goth.* Vide Alciat. *lib* 9 *pareg. cap.* 17. S. L. 23 Hodie non potest, ut *l. pen. C. de rer. permut.* 24 De hæresibus Cassianorum, Sabinianorum, & Proculianorum adde *l.* 2. *in fin. ff. de origine juris. l.* 40. *ff. de petitione hered. l.* 7. §. 7. *ff. de adquirend. rer. l.* 3. §. 3. *ff. de adquirend. possess.* 25 Speciebus, non nummis. 26 Ilιαδ. η. *vers.* 482. 27 Venditionem sine nummis dici posse ex hoc verbo, οἰνίζοιο, & alio sequente πρίαλο, probabat Sabinus, aut potius permutationem esse emptionem. Potest Sabini sententia ex eo quoque probari, quod emptio sit juris gentium. *l. ex hoc.* 5. *ff. de Justitia.* Nummus autem a jure civili, *ff. eod. ibid. forma publica.* & Plinius, 7. *cap.* 56. emptionis antiquam esse originem refert. Idem probatur ex versibus Ulyssis in Cyclope, ubi narrat Ulysses Silenum agrum pro scypho uno sibi vendidisse. & Justinus 2 refert Lycurgum statuisse, ut omnia emerentur compensatione mercium. sic Virgilius *Mutandi* verbum pro *Emendi* voce usurpat, teste Servio, 3 *Georgicor.* ibi, *vellera mutantur.* & eo sensu *mutandi* verbum apud Plinium est 7, *cap.* 56. Vice versa, Permutatio cum pecunia signata esse potest. *l. ult. ff. de condict. causa data.* 28 Cave de nummo bove id intelligas cum Budæo, & Alciat. 9 *Pareg.* 17. Nam manifesta hic esset plane venditio; de quo tamen dubitatur. vide Pollucem, *lib.* 6. 29 Hoc est, comprobare sententiam Nervæ & Proculi. 30 Ιλιαδ. ζ. *versu* 234.

De pacto, ut, si res displicuisset, esset inempta.

III. IDEM lib. XXVIII ad Sabinum.

SI res ita distracta sit, *ut* [50] *si displicuisset, inempta esset*, constat, non esse sub conditione [51] distractam, sed resolvi [52] emptionem sub conditione [53].

De his, quæ non sunt in commercio.

IV. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

ET liberi hominis, & loci sacri, & religiosi, qui haberi non potest, emptio intelligitur, si [54] ab ignorante emitur.

V. PAULUS lib. V ad Sabinum.

QUia difficile [55] dignosci potest liber homo à servo.

De lege commissoria. 2. De pacto contrario.

VI. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SEd Celsus filius ait, hominem liberum [56] scientem [57] te emere non posse: nec cujuscunque [58] rei, [si] scias alienationem * non * esse [59], ut [60] sacra [61], & [62] religiosa loca, aut quorum commercium non sit, ut publica, quæ non in [63] pecunia populi, sed in publico usu habeantur, ut est Campus Martius. §. 1. Si fundus annua [64], bima, trima die, ea [65] lege venisset [66], *ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fundus inemptus foret: & ut, si interim emptor fundum colucrit, fructusque ex eo perceperit, inempto eo facto restituerentur, & [ut] quanti minoris postea alii venisset, ut id emptor venditori præstaret*, ad diem pecunia non soluta, placet venditori [67] ex vendito eo nomine actionem esse: nec conturbari debemus, quod inempto fundo facto dicatur, actionem ex vendito futuram esse: in emptis enim & vendiris potius id, quod actum [68], quam id, quod dictum sit, sequendum est [69]; & cum lege id dictum sit, apparet hoc duntaxat actum esse, ne venditor emptori, pecunia ad diem non soluta, obligatus esset: non [70] ut omnis obligatio empti & venditi utrique [71] solveretur. §. 2. Conditio, quæ initio contractus dicta est, postea alia [72] pactione immutari [73] potest: sicuti etiam abiri tota [74] emptione potest, si [75] nondum impleta sunt, quæ utrinque præstari debuerunt.

De conditione in arbitrium collata. 1. De emptione, quanti emisti, vel quantum pretii in arca habeo, 2. Vel centum & quanto pluris ab emptore vendetur.

VII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

HÆc venditio servi, SI RATIONES DOMINI COMPUTASSET ARBITRIO, conditionalis est: * conditionales autem venditiones tunc perficiuntur, cum [76] impleta fuerit conditio.

31 Hoc est, Sabini & Cassii.

32 Odyss. *a versu* 430.

33 In quibus conveniant, vide *l.* 2. *C. de rer. permut.*

34 Hæc sit Prima differentia. Secunda, emptionem consensu, permutationem re perfici. *l.* 1. §. 2. *ff. de rer. permut.* Item, emptio, nominatus: permutatio, innominatus (hoc tamen non fatetur Corrasius) contractus est. *l.* 7. *ff. de pactis.* In hoc, re integra admittitur pœnitentia: in illo, non æque. *l.* 5. *ff. de condict. causa data.* Præterea venditor, re tradita, emptore pretium non solvente, ad pretium tantum agit, non ad rem ipsam, *l.* 12. *C. de rei vind.* in permutatione secus. *d. l.* 5. & *l.* 1. *in fin. ff. de rer. permut.*

35 *L.* 5. *de justit. & jure.*

36 *Synops. Basilic.* 19. *tit.* 1. *cap.* 1. *Harmen.* 3. §. ἀγορεύει. facit *l.* 7. *in princ. ff. de pactis.* Quæ juris sunt gentium, & consensu, & inter absentes, & per nuncium, & per literas possunt contrahi.

37 Vide *l.* 2. & *l.* 48. *ff. de oblig. & actionib.*

38 *l. ult. C. si quis alteri, vel sibi.*

39 Διὰ μέσου, per intermediam personam. *Synops. ibid.*

40 *Synops. eod. c.* 2. 3 *Harm.* 3.

41 *Subandi*, in potestate positum.

42 Ut obligatio vel actio cum effectu nascatur: nisi in castrensi peculio. *l.* 5. *l.* 53. *ff. de jud.* S. L.

43 Nec lis. *l.* 4. *ff. de judiciis.*

44 *d. l.* 4. *Inst. eod. in fin. princ.*

45 Venditio inter patrem & filium non contrahitur, nisi de re castrensi vel quasi, *ut hic.* Cur in castrensi vel quasi? filiusfamilias in id genus peculii vicem patrisfamilias obtinet. *l.* 2. *ff. de SC. Macedoniano.*

46 Vide *l.* 9. *C. eod. Synops. ibid. & Harmenop.* Ideoque si instrumentum factam fuisse venditionem continet, nec pretii mentionem facit, tale instrumentum venditionem non probat. Hinc etiam innuitur, quod ubicunque in aliqua dispositione fit mentio *pretii*, intelligitur proprie de emptione & venditione. 47 Venditio sine pretio nulla est. Pretium nota emptionis, *ut hic.* Vel, conductionis: aut potius nummus in conductione non est pretium, sed merces. 48 Venditio sine scripto contracta, nuda etiam conventione pretii perficitur, neque requirit traditionem pretii, *ut hic.* Quæ scripto contrahitur, alias & majores solennitates requirit. *l.* 17. *C. de fide instrument. Synopsis Basil.* 19. *titul.* 1. *cap.* 2. *& ibi Scholiastes.* 3 *Harmenopul.* 3. 49 Potest enim sine scripto fieri. vide *l.* 10. *C. de fide instrumentorum.* 50 *l.* 4. *C. de ædilitiis actionibus.* 51 Conditio, quæ emptionis dissolutionem spectat, non ipsam emptionem, contractum ipsum conditionalem non reddit, sed purum esse finit. 52 *l.* 2. *ff. de in diem addict.* 53 Quid, quod discrimen est emptionis puræ, & sub conditione contractæ? In pura, emptor fructus lucratur & præscribit. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de in diem addict.* 54 Vendi ignoranti potest liber homo, locus sacer, religiosus, res denique, cujus non est commercium: vendi, inquam, non ut transferatur res in emptorem (nec enim possunt res hujusmodi in alium transferri), sed ut venditor teneatur emptori in id, quod interest. §. *ult. Inst. eod.* vide *l.* 7. *ff. eod.* 55 Difficultas cognoscendi excusat: quo jure excusari censent eum, qui bannitos receperit, cum difficile sit bannitos & servos ab aliis distinguere. 56 *l.* 34. §. 2. *ff. eod.* 57 Emere rem, cujus non sit commercium, scienti emptor non potest. 58 *l.* 34. §. 1. *ff. eod.* 59 Vel prohibitam esse. *Haloand. al.* esse.

60 In commercio non sunt sacra, religiosa, publica. 61 Adde *l.* 22. *l.* 23. *ff. eod.*

62 Aut. 63 In pecunia populi non esse dicuntur, quæ non sunt singulorum, sed in publico tantum usu. 64 Annua, bima, trima die. adde *l. si necessariæ.* 8. §. *si annua. ff. de pign.*

65 Tria hic pacta adjiciuntur. 66 Id est, lege commissoria. *l.* 38. *ff. de minorib. l.* 2. *ff. de diversis & temporalib. præscriptionib.* 67 Ubi contractus ex conventione resolvitur, agitur actione ex eo contractu ad id, quod actum est. vide *l.* 4. *ff. de lege commissoria.* 68 *Id quod actum*, in contractibus, nihil aliud, quam veritas: *dictum* vero id, quod quocunque modo dictum sit, & simulatum esse potest, aut calumniosæ interpretationi obnoxium. 69 Id est, judex à Prætore datus, non eatenus hic judicat, quatenus lingua nuncupatum est, sed ex æquo & bono, *l.* 11. §. 1. *ff. de act. empt.* secus, quam in stipulatione, *l.* 99. *ff. de verb. oblig.* 70 Claudicare contractus emptionis potest, hoc est, una tantum parte rescindi. 71 *Al.* Utrimque. 72 Pacto contrario mutari conditiones possunt, quæ pacto sunt contractæ. 73 Vide *l.* 72. *ff. eod.* 74 A parte potest recedere, qui potest à toto: & à qualitate, qui potest ab ipsa substantia recedere. 75 Id est, antequam res fuerit secuta. *l.* 3. *ff. de rescindenda vendit.* 76 Conditionalis venditio perficitur impleta conditione. *l.* 37. *in fin. ff. eod. l.* 8. *ff. de pericul. & commodo rei vend.* Goth. Vide Joann. Robert. *lib.* 2 *sent. jur. cap.* 12. S. L.

ditio. Sed [76] utrum hæc est venditionis conditio, *si ipse dominus pretaſſet ſuo arbitrio?* an vero, *ſi arbitrio viri boni?* nam ſi arbitrium domini [77] accipiamus, venditio nulla eſt: quemadmodum ſi quis ita vendiderit, SI VOLUERIT[78]: vel ſtipulanti [79] ſic ſpondeat, SI VOLUERO [80], DECEM DABO: neque enim debet in arbitrium rei [81] conferri, an ſit obſtrictus. Placuit itaque *veteribus*, magis in [82] viri boni arbitrium id collatum videri, quam domini: ſi igitur rationes potuit accipere, nec accepit, vel accepit, fingit autem ſe non accepiſſe, impleta conditio emptionis eſt: & ex empto venditor conveniri poteſt. §. 1. Hujuſmodi emptio, QUANTI [83] TU EUM EMISTI, QUANTUM PRETII IN ARCA HABEO, valet: nec enim incertum [84] eſt pretium tam evidenti [85] venditione: magis enim ignoratur quanti emptus ſit, quam in rei veritate incertum eſt. §. 2. Si quis ita emerit, EST MIHI FUNDUS EMPTUS CENTUM, ET QUANTO [86] PLURIS EUM VENDIDERO, valet venditio, & ſtatim [87] impletur: habet enim [88] certum pretium [89], centum: augebitur autem pretium, ſi [90] pluris emptor fundum vendiderit.

De re vendita, de re futura. 1. De ſpe.

VIII. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

NEc emptio nec venditio *ſine re* [91], quæ veneat, poteſt intelligi: Et tamen [92] fructus 93 & partus futuri 94 recte emuntur [95]; ut, cum editus eſſet partus, jam tunc, [cum contractum eſſet negotium], venditio facta intelligatur: ſed ſi id egerit venditor, ne naſcatur, aut fiant, ex empto agi poſſe. §. 1. Aliquando [96] tamen & *ſine re* venditio intelligitur, veluti cum quaſi [97] alea emitur: quod [98] fit, cum captus piſcium [99], vel avium vel miſſilium [100] emitur: emptio enim contrahitur, etiamſi nihil incidit: quia ſpei [1] emptio eſt: & quod miſſilium [2] nomine eo caſu captum eſt, ſi evictum [3] fuerit, nulla eo nomine ex empto obligatio contrahitur [4]: quia id actum intelligitur.

De conſenſu & diſſenſu, & errore contrahentium.

IX. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

IN venditionibus & emptionibus *conſenſum* [5] debere intercedere palam eſt: Cæterum ſive [6] in ipſa emptione diſſentient, ſive in pretio, ſive in quo alio, emptio imperfecta eſt: Si igitur ego me fundum emere putarem Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putaſti, quia *in corpore* [7] diſſentimus [8], emptio [9] nulla [10] eſt. † Idem eſt, ſi ego me Stichum, tu Pamphilum abſentem vendere putaſti: nam cum in corpore diſſentiatur, apparet nullam eſſe emptionem [11]. §. 1. Si *in nomine* diſſentiamus, verum de corpore conſtet, nulla dubitatio eſt, quin valeat emptio & venditio: * nihil enim facit error nominis [12], cum [13] de corpore conſtat. §. 2. Inde quæritur, ſi *in ipſo corpore* non erratur, ſed [14] *in ſubſtantia* error ſit, ut puta ſi acetum pro vino veneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, vel quid aliud argento ſimile, an emptio & venditio ſit? Marcellus ſcripſit lib. VI Digeſtorum, emptionem eſſe & venditionem, quia in corpus conſenſum eſt, etſi in materia ſit erratum: Ego in vino quidem conſentio, quia eadem prope [15] οὐσία, id eſt, *ſubſtantia* eſt, ſi [16] modo vinum acuit: cæterum ſi vinum non acuit, ſed ab initio acetum fuit, ut embamma [17], id eſt, *intinctus*, aliud pro alio veniſſe videtur: in cæteris [18] autem nullam eſſe venditionem puto, quotiens in materia [19] erratur.

X. PAULUS lib. V ad Sabinum.

ALiter, atque ſi aurum [20] quidem fuerit, deterius autem quam emptor exiſtimaret: tunc enim emptio valet:

XI. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

ALioquin quid dicemus, ſi cæcus emptor [21] fuit? vel ſi in materia erratur? vel [22] in minus perito [23] diſcernendarum materiarum? In corpus eos conſenſiſſe dicemus? Et quemadmodum conſenſum [24], qui non vidit [25]? §. 1. Quod ſi ego me virginem emere putarem, cum eſſet jam mulier [26], emptio valebit: *in ſexu* [27] enim non eſt erratum. † Cæterum ſi ego mulierem venderem, tu puerum emere exiſtimaſti, quia in ſexu error eſt, nulla emptio, nulla venditio eſt.

Inſpicitur diſſenſus vel conſenſus contrahentis: non autem illorum, quibus acquiritur. Bald.

XII. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

IN hujuſmodi autem quæſtionibus [28] perſonæ ementium & vendentium ſpectari debent, non [29] eorum, quibus adquiritur ex eo contractu actio: nam ſi ſervus meus vel filius, qui in mea poteſtate eſt, me præſente, ſuo nomine emat, non eſt quærendum, quid ego exiſtimem: ſed [30] quid ille, qui contrahit.

XIII. IDEM lib. IX ad Sabinum.

[SEd] ſi ſervo meo, vel ei, cui mandavero, vendas ſciens fugitivum, illo ignorante, me ſciente: non teneri te ex empto verum eſt.

XIV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

QUid tamen dicemus, ſi in materia [31] & [32] qualitate ambo errarent? utputa ſi & ego me vendere aurum putarem, & tu emere, cum æs eſſet? utputa coheredes viriolam [33], quæ aurea dicebatur, pretio exquiſito uni heredi vendidiſſent, eaque inventa eſſet magna ex parte æ̃nea? Venditionem eſſe conſtat: ideo, quia [34] auri aliquid habuit: nam ſi inauratum aliquid ſit, licet ego aureum putem, valet [35] venditio: ſi [36] autem æs [37] pro auro veneat, non valet.

De interitu rei. 1. De ignorantia emptoris. 2. De emptione rei ſuæ.

XV. PAULUS lib. V ad Sabinum.

ETſi conſenſum fuerit in corpus, id tamen in rerum natura ante venditionem eſſe deſierit [38], nulla emptio eſt. §. 1. Ignorantia [39] emptori prodeſt, quæ non in ſupinum [40] hominem cadit. §. 2. Si rem meam mihi ignoranti [41] vendideris, & juſſu meo alii tradideris, non putat Pomponius, dominium [42] meum tranſire: quoniam non [hoc] mihi propoſitum [43] fuit, ſed quaſi tuum dominium ad eum tranſire: & ideo etiam ſi [44] donaturus [45] mihi rem meam, juſſu meo alii tradas, idem dicendum erit.

1. De re, cujus uſusfructus eſt emptoris.

XVI. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SUa [46] rei emptio non valet, ſive ſciens ſive ignorans emi: ſed ſi ignorans emi, quod ſolvero repetere potero, quia [47] nulla obligatio fuit. §. 1. Nec tamen emptioni [48] obſtat, ſi in ea re uſusfructus [49] duntaxat mentis ſit:

XVII. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

OFficio [50] tamen [51] judicis [52] pretium minuetur.

De emptione rei communis. 1. De finium demonſtratione. De vacua poſſeſſione.

XVIII. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SEd ſi communis ea res emptori cum alio ſit, dici debet, ſciſſo pretio pro [53] portione, pro parte emptionem valere, pro parte non valere [54]. §. 1. Si ſervus [55] domini juſſu, in demonſtrandis finibus [56] agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonſtraverit, id tamen demonſtratum accipi oportet, quod [57] dominus ſenſerit: Et idem Alfenus ſcripſit de vacua [58] poſſeſſione per ſervum tradita.

De tranſlatione dominii in emptorem.

XIX. IDEM lib. XXXI ad Quintum Mucium.

QUod vendidi, non aliter ſit accipientis, quam [59] ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum [60]: vel etiam fidem [61] habuerimus emptori ſine ulla ſatisfactione.

Differentia emptionis & locationis.

XX. IDEM lib. IX ad Sabinum.

SAbinus reſpondit, ſi [62] quam rem nobis fieri velimus [etiam], veluti ſtatuam, vel vas aliquod, ſeu veſtem, ut nihil aliud, quam pecuniam daremus, emptionem videri: nec poſſe ullam locationem eſſe, ubi [63] corpus ipſum non detur ab eo, cui id fieret: aliter, atque ſi aream daremus, ubi inſulam ædificares, quoniam tunc à me ſubſtantia proficiſcitur.

De pacto obſcuro.

XXI. PAULUS lib. V ad Sabinum.

LAbeo ſcripſit [64], obſcuritatem [65] pacti nocere potius debere venditori, qui id dixerit, quam emptori: quia potuit re integra apertius dicere.

De pacto, Si quid ſacri vel religioſi eſt, ejus venit nihil.

XXII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

HAnc legem venditionis, SI QUID SACRI VEL RELIGIOSI EST, EJUS VENIT NIHIL, ſupervacuam [66] non eſſe, ſed ad [67] modica loca pertinere: Cæterum [68] ſi omne religi-

---

[76] Venditio collata in arbitrium unius contrahentium, para venditoris vel emptoris, intelligitur collata in arbitrium boni viri: ita, *Arbitrio* appellatione, boni viri arbitrium intelligitur. Quod ſi arbitrium contractui ſit adjectum conditionis modo, contractus non perficitur, niſi arbitrio ſecuto.

[77] V. *l.* 13. *C. eod.* Venditio nulla eſt, quæ collata eſt in merum arbitrium emptoris vel venditoris.

[78] V. *l.* 8. *ff. de obl. & act.*

[79] V. *l.* 17. *l.* 46. *in fin. & l.* 141. *ff. de verb. oblig.*

[80] An idem eſt, ſi dicatur, *Si voluero*? vide *l.* 8. *ff. de obligat.*

[81] *d. l.* 17.

[82] *l.* 1. *ff. de leg.* 2. adde *l.* 58. *ff. de verb. ſignif.*

[83] *Certum eſt* pretium, cum ita emitur, *quanti tu eum emiſti, emo*: hujus enim pretii quantitas re ipſa certa eſt. Certum ſit aliquid relatione: certa denique pretii quantitas eſt, per relationem ad aliud, quod certum ſit.

[84] *Incertum* non videtur, quod ex alio poteſt certum fieri. Bart. *l.* 75. §. 5. *ff. de verb. obl.*

[85] Evidentia dicuntur, quæ ad aliud relatione facta certa & explorata ſunt.

[86] Ut in *l.* 13. §. 24. *ff. de act. empt.*

[87] Statim, quod impletur, purum eſt.

[88] Venditio pura eſſe poteſt, & tamen pars pretii conditionalis.

[89] Pretium autem in emptione certum eſſe debet. §. 1. *Inſt. eod.*

[90] Pluris adjectio incerta, niſi alterius relatione certa fiat.

[91] Venditio ſine re, quæ veneat, non eſt. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

[92] *Res*, proprie non eſt, quæ nondum eſt, ut fructus futuri.

[93] Frumentum in herba num vendi poteſt? dixi ad *l.* 78. *in fin. ff. eod.*

[94] Futura recte emuntur, *ut hic.* *l.* 34. § 2. *ff. eod.* ita vendita re non valet venditio, niſi res exiſtat. Si dubius eventus venditus ſit, tenet quidem venditio, etſi nihil evenerit: denique emptio conſtitit recte, ſive res, ſive ſpes vendatur.

[95] Et pignorantur, vide *l.* 15. *ff. de pignorib.* legantur, *l.* 24. *ff. de legat.* 1. §. 7. *Inſt. de legatis.* promittuntur, *l.* 37. *ff. de verb. oblig.* ſed tamen ſemper ineſt tacita conditio, ſi naſcantur. *l.* 1. *in fin. ff. de conditionib. & demonſtrationibus.*

[96] *l.* 11. §. *ultim. ff. de act. empt.*

[97] Quaſi alea emi poteſt: quæ ſit ita venditio, rem præſentem non habet, ſed futuram.

[98] Aleæ ſpeciea captus piſcium, avium, miſſilium.

[99] *l.* 12. *ff. de act. empt.*

[100] *Miſſilia* ſunt nummi, qui à Magiſtratu liberalitatis ſeu largitionis titulo in populum ſparguntur. §. 46. *Inſt. de rerum diviſ. Novell.* 105. *c.* 2. §. 1.

[1] *Spei* emptio eſt: ſpes pretio emi poteſt. *l.* 11. *in fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ.*

[2] Vide *l.* 5. *in fin. ff. pro derelicto.*

[3] Evictio non debetur, ubi ſpes vendita eſt.

[4] Vide *l.* 10. *in fin. ff. de hered. vend.*

[5] Venditio ſine conſenſu non eſt, *l.* 5. *ff. de action. empt. l.* 116. *ff. de reg. jur.* ſubſtantialia emptionis, ac venditionis ſunt conſenſus, *ut hic. & l.* 2. *C. eod.* res, & merx, *l.* 8. *ff. eod.* pretium certum. *leg.* 2. *ff. eod.*

[6] Venditio non eſt, ubi diſſenſus eſt, vel in ipſa emptione, vel pretio, vel quo alio, puta corpore.

[7] *l.* 4. *ff. de legat.* 1.

[8] Diſſenſus venditionis probatur, ſi oſtenditur error (vel in corpore, ſubſtantia, materia, ſexu, *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* pretio, contractu ipſo, *ut hic.*) infantia, §. 9. *Inſt. de inutil. ſtipul.* furor, *l.* 2. *C. eod.* cæcitas, *l.* 11 *ff. eod.* ſomnus, aut morbus vehemens, *l.* 1. *in fin. ff. de aut. tut. l.* 1. §. 3. *ff. de adqu. poſſ.* ebrietas, *l.* 11. §. 2. *ff. de panis.* ironica, aut per jocum facta reſponſio, vide *l.* 3. *ff. de obligat. & action.* adde *l.* 55. *ff. eod. l.* 21. *C. de tranſact.* proteſtatio, v. *l.* 16. *ff. de Senatuſc. Macedon.* impoſſibilis conditio, *l.* 31. *ff. de obligat. & action.* juſtus metus. *l.* 1. *l.* 3. *ff. quod met. cauſ.* dolus. *l.* 7. *in princ. ff. de dolo.*

[9] Vide *l.* 34. *ff. de adqu. poſſeſſ.*

[10] Imo, talis ſtipulatio valet. vide *l.* 22. *ff. de verb. oblig.*

[11] Et uſucapionem. *l.* 2. §. 6. *ff. pro emptore.*

[12] Eri or nominis reo non obeſt, ſi de re ipſa, ejuſque corpore conſtiterit. vide *l.* 4. *C. de teſtam.*

[13] Quia rei venditæ corpus certum eſt.

[14] *Subſtantia*, quæ & materia, & οὐσία. *ff. eod.* materia in *l.* 3. §. 20. *ff. de uſurpat.* quid eſſet, dixi ad *l.* 9. §. 3. *ff. ad exhibendum.* ſane, hic diſtinguitur à corpore ipſo. *Goth.* Vide Forcat. in *penu jur. cap.* 9. Cujac. *lib.* 15 *obſ. c.* 27. S. L.

[15] Recte *prope* adjecit. Per ſe enim incorrupta vini οὐσία manet, ſed per accidens corrumpitur. dixi ad *d.* §. 3.

[16] *Acetum*, vel fit, vel ab initio tale eſt: Fit, ex vino acido: Ab initio eſt, ex omphacio, ſeu uvis immaturis. Prioris generis acetum οὐσίᾳ prope idem eſt, quod vinum: ſi id vendas pro vino, venditio eſt, neque in corpore, neque in ſubſtantia erratum eſt: Vinum denique prope venditum illo caſu intelligitur. In alterius generis aceto ſecus eſt, cum ab initio acetum fuerit, nunquam vinum. Primum illud ὄξος ἀπὸ οἴνου. Alterum, σκεύασμα ἐξ ἀρχῆς ὄξους, τυχὸν ὑφ' ἡμῶν γενόμενον. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 1. *cap.* 7. *& ibi Scholiaſtes.* 3 *Harm.* 3. §. 8.

[17] *Embamma* quid, vide *l.* 9. *ff. de tritico.*

[18] Puta, ſi æs pro auro veneat, *l.* 14. *in fin. ff. eod.* menſa cooperta auro, pro ſolido auro, *l.* 41. *in fin. ff. eod.* menſa quaſi citrea, pro vere citrea. *l.* 21. §. 2. *ff. de act. empt.*

[19] Error in materia rei, vitiat emptionem.

[20] In materia auri non errat, qui aurum quidem præſtat, ſed deterius.

[21] Emptori igitur conſulitur? v. *l.* 1. §. 12. *ff. ſi quid in fraud. patron.*

[22] Videre vere non poteſt cæcus: præſumptive vero non videt minus peritus diſcernendi: ut paria ſint hic cæcus, & minus peritus diſcernendi.

[23] Erretur à minus perito, &c. *Hal.*

[24] Quemadmodum conſenſit. *Halo.*

[25] *Conſentit* e non videtur, qui non vidit.

[26] Vel virginem ducere, cum ſit corrupta vel meretrix. Idem putant dicendum 29. *qu.* 1. *in fin.* matrimonium ſcil. valere: Sed tamen Moſes *Deut.* 22. jubet hujuſmodi mulierem ſupplicio affici: ad hæc *l.* 11. §. 5. *ff. de actionib. empt.* ait quidem eſſe eo caſu emptionem, ſed actione ex empto reſolvi. adde *Novell. Leon.* 93.

[27] In ſexu errat, qui puerum ſe emere putat, venditore fœminam vendente: hujuſmodi error emptionem vitiat. At in ſexu non errat, qui virginem emit, quæ tamen mulier ſit, ideoque hujuſmodi error emptionem non vitiat. Error in ſexu vitiat emptionem. Cur? ſexu differentia admodum differunt.

[28] Erroris ſc. ſeu opinionis in emptione.

[29] Ementium & vendentium ſcientia & conſenſus inſpicitur, non eorum, quibus ex contractu adquiritur.

[30] *l.* 7. § 3 *ff. de Publiciana. l.* 51. *ff. de aedilitio.*

[31] Nec quis decipitur his vocibus in *hac leg. & l.* 1. *ff. eod.* vinum, acetum, æs, aurum, corpora ſunt, licet illa liquida, hæc metalla. Corpore ita conveniunt: Alia tamen rerum earum eſt ſubſtantia, materia, & οὐσία intrinſeca. Corpore conveniunt, quia rebus illis ſunt eædem qualitates inter ſe ſpecie tenus, & extrinſecus quodammodo reſpondentes, *l.* 14. *ff. eod. l.* 21. §. 2. *ff. de act. empt* intrinſecus tamen & ſpecie differentes. *Goth. l.* 45. *ff. eod.* Vid. Good. *de cont. ſtipulat. c.* 3. *n.* 30. 31. ubi conciliat *l.* 41. §. 1. *ff. eod.* Anſ. Add. Alciat. *lib.* 4 *pareg. c.* 8. Cujac. *lib.* 8 *obſ. cap.* 9. S. L.

[32] *Materia* & *qualitas* hic pro eodem.

[33] Viriola, *hic. & l.* 8. §. 1. *ff. de optione. l.* 25. §. 10. *l.* 40. *in fin. ff. de auro.* ornamenti genus, Cuj. 2 *obſerv.* 4. manuum ſcil. non colli, ex gemmis viridibus, ut putat Baiſius. Hinc etiam conſtat viriolas ex auro factitari, Graeci ψέλλια, κάκκια, περιχείρια. *Virias* etiam dicuntur, ut probat ex Tert. *de pallio*, & Ambroſio. 1. *de Abrahame.* Cujacius, 39 *obſerv.* 17. *in fin.* vide Alciat. 4 *Pareg.* 8. ex Iſidoro.

[34] Auri aliquid habere in ſe, & inauratum eſſe, differunt. Auro vendito, valet venditio, ſi id, quod venditum eſt, ita præſtetur, ut auri aliquid habeat; ſecus, ſi inauratum tantum præſtetur. Priore caſu non erratur in materia, & qualitate; poſteriore, erratur plane. Sufficit ja aliqua parte rei venditæ verum fuiſſe conſenſum contrahentium.

[35] Imo, non valet, *l.* 41. *in fin. ff. eod.* vide conciliationem apud Cujac. 2 *obſerv.* 4. &

[36] *l.* 9. §. 2. *ff.*

[37] Ignorantia lupina emptori non prodeſt.

[38] Vide *l.* 8. *ff. eod.*

[39] Ignorantia lupina emptori non prodeſt. 40 Supinus homo, ſumme negligens, & nimio plus ignorans, quam par ſit. ut in *l.* 43. § 1. *ff. eod. l.* 55 *ff. de ædilitio edict. l.* 9. §. 2. *ff. de jur. & facti.*

[41] *l.* 16 *ff. eod. l.* 10. *C. eod. l.* 41. §. 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 45. *ff. de reg. jur. l.* 54. *ff. de rei vind. l.* 18. *C. de rei vind.*

[42] Error dominii tranſlationem impedit: ſi ignorans rem meam emi, juſſuque meo alii tradideris, non abſcedit a me rei dominium.

[43] Propoſitum ſeu animus in contrahente inſpicitur. *ff. de donationib.*

[44] V. *l.* 9. *in fin. ff. de donationib.*

[45] Donari mihi mea res non poteſt.

[46] *l.* 45. *ff. de reg. jur. l.* 15. *in fin. ff. eod.* excipe *l.* 34. §. 4. *ff. eod.*

[47] Condicere poſſumus, quod ex nulla obligatione ſolvimus.

[48] Totius fundi, qui uſufructuarii reſpectu alienus eſt. *l.* 1. §. 1. *ff. de Silan.*

[49] Emere id, quod meum ſit, non poſſum: rem tamen, in qua nudum uſumfructum habeo, poſſum emere.

[50] Διαιρεῖσθαι, cognitione. *Synopſ. eod. c.* 17.

[51] §. 9. *Inſt. de legat. l.* 82. §. 2. *ff. de legat.* 1.

[52] Officio judicis pretium venditionis, quæ nulla eſt, minui poteſt ex pacto, ſi pactum contractui adjectum. *l.* 2. §. 1. *ff. eod.*

[53] Pro parte contractus valere poteſt.

[54] Cur ita? collige ex *l.* 13. *in fin. ff. de in diem addict.*

[55] *Eclog. c.* 14.

[56] Confinium error, emptionem non vitiat: Finium falſa demonſtratio nihil adjicit contractui.

[57] Procurator ſpecialis quid ſenſerit contrahendo, non inſpicimus, ſed quid dominus vel mandator.

[58] *l.* 68. §. 2. *ff. eod.*

[59] Venditor tribus caſibus rei venditæ dominium amittit, ſi pretium rei ei ſolutum ſit, vel ſatisfactum eo nomine, vel fidem de pretio habuerit, quod tamen ultimum ceſſat in iis negotiis, in quibus fidem de pretio habere non poteſt, *l.* de pretio. 8. *ff. de Publiciana. l. ſi curator.* 5. *ff. de jure fiſci. l. qui Romæ.* 122. §. *Callimachus. ff. de verb. obl.* & hunc quidem in modum ſine ſcriptis venditio peragitur: ſcripta vero, cum inſtrumentum venditionis abſolutum. *Synopſ. eod.* 5. 15. *& ibi Scholiaſtes.* Goth. Conciliationem hujus *l.* 19. *cum* §. 41. *Inſt. de rer. diviſ.* & quando fides de pretio habita ſit, v. Cenſur. Forenſ. noſtr. *lib.* 4. *cap.* 19. *& in addend. n.* 24. S. L.

[60] *l.* 53. *ff. eod. l.* 38. §. 2. *ff. de rer. diviſ.*

[61] *d.* §. 41. facit *l.* 12. *C. de rei vind.*

[62] Emptio eſt, ubi nullum corpus do, ſed nudam pecuniam, ut mihi quid fiat: ubi pecuniam ſimul & corpus aliquod do, ut mihi quid fiat in eo corpore, conductio eſt. His ſignis dignoſcitur à conductione emptio. In emptione facti, nudum pretium do, nullum corpus: in conductione operarum, ſeu facti, ſubſtantia quædam à me proficiſcitur, & corpus aliquod à me datur, ac præterea pecunia, *ut hic. l.* 65 *ff. eod.*

[63] Adde *l.* 65. *ff. eod. v. l.* 2. *in fin. ff. locati.* §. 4. *Inſt. de locat.*

[64] Obſcuritas pacti nocet venditori, non emptori. Cur venditori? quia pactum ejus cauſa adjectum eſt. Eadem ratione oberit emptori, ſi pactum ab emptore ejus ve gratia adjectum fuerit.

[65] *Obſcurum eſt*, quod nullo modo: *ambiguum*, quod duobus vel tribus modis intelligi poteſt: In illo, quid dictum ſit: In hoc, utrum dictum ſit quid, quærimus. Porro obſcuritatis in hac ſpecie hoc exemplum Græci adferunt, Vendidi alicui agrum duodecim libris, & dixi, me tribus annis hujuſmodi quantitatem recipere velle: Completo igitur anno petebam 4 libras: Ille reſpondit, ſe 4 annis totum ſoluturum: Quoniam ergo non perſpicue dixi in venditione, quomodo accipere debuerim, mihimet nocui.

[66] Sacra res penitus vendi non poteſt. Quid, ſi quid, in quo ſacrum aliquid ſit, venditum ſit? ſi eam partem, quæ ſacra ſit, vendas nominatim, venditio non valebit. Quod ſi pars ſacra excepta ſit, vendita non erit, ſive proprietatem ipſam, ſive jus ſepulchri ſpectes, & ſpecie vel ad menſuram vendas. Quod ſi ita vendidero, *ſi quid ſacri vel religioſi erit, venit, id præſtare nolo*: Sacræ & religioſæ partes, una cum aliis partibus non ſacris, una denique, & cum ipſa univerſitate transferentur, conſequentia alterius, pars ſacra tranſit: per ſe non eſt in commercio, cum alio eſt. Unde hæc notant: ſpiritualia jura, cum univerſitate temporali transferri, donato vel vendito caſtro, ſive in ſpecie, ſive ad menſuram rem conſtitutas venditam. Sed & illud, ſacrum non eſſe quidem in commercio, & tamen à commercio poſſe excipi.

[67] *Quod* particula ad modica refertur. Ita qui fundum vendit hac lege, *ut ne, ſi quid ſacri vel religioſi fuerit, teneatur*, non tenebitur, ſi quæ partes ſacræ modicæ fuerint. Hac itaque exceptione venditor inuuit, modicas quaſdam partes ſacras eſſe poſſe, at non majorem partem. Forte, ne nihil vendidiſſe intelligatur. adde *l.* 24. *ff. eod.*

[68] *l.* 6. *ff. eod.*

religiosum, vel sacrum, vel publicum venierit, nullam esse emptionem:

XXIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

ET quod solverit eo nomine, emptor condicere [69] potest.

XXIV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

IN modicis autem ex empto esse actionem: quia non specialiter locus [70] facet [71] vel religiosus venit, sed emptioni majoris partis accedit [72].

De venditione alternata. 1. De translatione dominii in emptorem vel stipulatorem.

XXV. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

SI ita distrahatur ILLA, AUT ILLA RES, utram [73] eligeret [74] venditor, hæc erit empta. §. 1. Qui [75] vendidit, necesse non habet fundum emptoris facere: ut cogitur [76], qui fundum stipulanti spopondit [77].

De eo, qui vendendi jus non habet. de venditione in fraudem creditorum.

XXVI. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

SI sciens emam ab eo, cui [78] bonis interdictum sit, vel cui tempus ad deliberandum de hereditate ita datum sit, ut ei deminuendi [79] potestas non sit, dominus non ero. Dissimiliter atque si à debitore sciens creditorem fraudati emero [80].

De bona fide.

XXVII. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

QUi à quolibet rem emit, quam [81] putat [82] ipsius esse, bona fide emit: At qui sine [83] tutoris auctoritate [84] à pupillo emit [85], vel falso tutore auctore, quem scit tutorem non esse, non videtur bona fide emere, ut [&] Sabinus scripsit.

De re aliena.

XXVIII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

REm alienam [86] distrahere quem posse, nulla dubitatio est: nam emptio est & venditio: sed res emptori auferri [87] potest [88].

De servo vendito & de peculio.

XXIX. IDEM lib. XLIII ad Sabinum.

QUotiens servus venit, non [89] cum peculio distrahitur: Et ideo, sive non sit exceptum, sive exceptum sit, [*ne cum peculio veneat*], non cum peculio distractus videtur: Unde [90] si qua res fuerit peculiaris à servo subrepta, condici potest, videlicet quasi furtiva: hoc ita, si res ad emptorem pervenerit:

XXX. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

SEd ad exhibendum agi posse nihilominus, & ex vendito, puto.

XXXI. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

SEd & si quid postea [91] accessit peculio, reddendum est venditori, veluti partus, & quod ex operis vicarii perceptum est.

De hu, quæ sunt in solo publico.

XXXII. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

QUi tabernas [92] argentarias, vel cæteras, quæ in solo publico sunt, vendit, non solum, sed [93] jus vendit: cum [94] istæ tabernæ publicæ sunt, quarum usus ad privatos pertinet.

De pacto, Servitutes, uti nunc sunt, uti ita sint.

XXXIII. POMPONIUS lib. XXXIII ad Sabinum.

CUm in lege [95] venditionis ita sit scriptum, FLUMINA, STILLICIDIA, UTI NUNC SUNT, UT [96] ITA SINT, nec additur, quæ flumina [97], vel stillicidia: primum [98] spectari oportet, quid acti sit; si non id appareat, tunc id accipitur, quod venditori [99] nocet: ambigua [100] enim oratio est.

De dissensu contrahentium in accessorio. 1. Quæ res vendi possunt vel non. 2. De libero homine. 3. De re furtiva. 4. De emptione rei suæ, seu possessionis. 5. De gustu & mensura. 6. De alternatione. de rei interitu. 7. De tutore, curatore, procuratore, negotiorum gestore.

XXXIV. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

SI in emptione fundi dictum sit, *accedere* [1] *Stichum servum*, neque intelligatur, quis ex pluribus accesserit, cum de alio emptor, de alio venditor senserit, nihilominus fundi venditionem valere constat: Sed Labeo ait, eum Stichum deberi, quem venditor [2] intellexerit: Nec refert, quanti sit accessio [3], sive plus in ea sit, quam in ipsa re, cui accedat, an minus: plerasque [4] enim res aliquando propter accessiones eminus, sicut cum domus propter marmora, & statuas, & tabulas picturas ematur. §. 1. Omnium [5] rerum, quas quis habere [6], vel possidere [7] vel persequi [8] potest, venditio recte fit, quas vero natura, vel gentium [9] jus, vel mores [10] civitatis commercio exuerunt, earum nulla venditio est [11].

§. 2. Liberum [12] hominem scientes emere non possumus: Sed nec talis [13] emptio, aut stipulatio admittenda est, CUM SERVUS ERIT: quamvis dixerimus, futuras [14] res emi posse: Nec enim fas est, ejusmodi casus [15] exspectare. §. 3. Item si & [16] emptor & venditor scit furtivum [17] esse quod venit, à neutra parte obligatio contrahitur. Si emptor solus scit, non obligabitur venditor: Nec tamen ex vendito quidquam consequitur, nisi ultro quod convenerit, præstet: Quod si venditor scit, emptor ignoravit, utrimque obligatio contrahitur [18]: Et ita Pomponius quoque scribit. §. 4. Rei suæ [19] emptio tunc valet, cum ab initio agatur, ut possessionem emas, quam forte venditor habuit: & in judicio possessionis potior [20] esset. §. 5. Alia causa est degustandi [21], alia metiendi: gustus enim ad hoc proficit, ut improbare liceat: mensura [22] vero non eo proficit, ut aut plus, aut minus veneat, sed ut appareat, quantum ematur. §. 6. Si emptio ita [23] facta fuerit, EST MIHI EMPTUS STICHUS [24], AUT PAMPHILUS, in potestate est venditoris, quem velit dare, sicut [25] in stipulationibus: sed uno [26] mortuo, qui superest, dandus est: ideo prioris periculum ad venditorem, posterioris ad emptorem respicit: sed & si pariter decesserunt, pretium debebitur: unus enim utique periculo emptoris vixit. Idem dicendum est, etiam [27] si emptoris fuit arbitrium, quem vellet habere: si modo hoc solum arbitrio ejus commissum sit, ut, quem voluisset, emptum haberet, non & illud, an emptum haberet. §. 7. Tutor rem pupilli emere non potest [28]: Idemque porrigendum est ad [29] similia [30], id est, curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerunt [31].

De arrhis. 1. De pretio collato in arbitrium emptoris. 2. De venenis. 3. De servo fugitivo. 4. De periculo res venditæ. 5. De specie & quantitate. 6. De grege. 7. De periculo vini venditi. 8. Si venditor confinem eclaverit.

XXXV. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

QUod sæpe [32] *arrhæ* [33] nomine pro emptione datur, non eo [34] pertinet, quasi sine arrha conventio nihil proficiat: sed ut evidentius [35] probari possit, convenisse de pretio. §. 1. Illud constat, imperfectum [36] esse negotium, cum emere volenti sic venditor dicit, QUANTI VELLIS [37], QUANTI ÆQUUM PUTAVERIS, [QUANTI ÆSTIMAVERIS.] HABEBIS EMPTUM. §. 2. *Venenum mali* [38] quidam putat non contrahi emptionem: quia [39] * nec societas [40], aut mandatum flagitiosæ rei, ullas vires habet: quæ [41] sententia potest sane vera videri de his, quæ nullo modo, adjectione alterius materiæ, usu nobis esse possunt: de his vero, quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, ut ex his antidoti [42], & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest. §. 3. Si quis amico peregre euntí mandaverit [43], *ut fugitivum suum quærat, & si invenerit, vendat*, nec ipse contra Senatusconsultum committit, quia non [44] vendidit, neque amicus ejus, quia præsentem vendit, emptor quoque, qui præsentem emit, recte negotium gerere intelligitur. §. 4. Si res vendita per furtum perierit [45], prius animadvertendum [46] erit, quid [47] inter eos de custodia rei convenerat: Si nihil appareat convenisse, talis [48] custodia desideranda est à venditore, qualem bonus

---

69 Vide *l.* 41. *in fin. ff. eod.*

70 *d. l.* 6. *l.* 22. *ff. eod.*

71 V. quæ scripsi ad *l. quæ religiosis. ff. de rei vindicat.*

72 Facit *l.* 63. §. 1. *ff. de actionib. empti.*

73 In alternativa venditione electio est venditoris, *ut hic.* Cur venditoris? quia debitor. adde *l. plerumque. ff. de jure dotium. c. in alternativis de regulis Goth.* Vide Revard. *lib.* 4 *variar. cap.* 19. quem refellit Joann. Robert. *lib.* 1 *recept. jur. civil. cap.* 23. S. L.

74 *l.* 35. §. 6. *ff. eod.*

75 Venditor rem emptoris facere non tenetur: promissor tenetur, *ut hic.* Cur tam varie? Speciale est in venditione: nec enim necessario venditor cogitur rem facere accipientis, nisi ipse rei sit dominus. Dare in executione esse potest, licet non sit in obligatione. In cæteris contractibus, promissor rei dandæ debitor est, & jus, non merum factum promittit. adde *l. cum stipulatur.* 113. *ff. de verb. oblig. l. cum notæ.* 6. *C. de transact.*

76 Necesse habet, &c. vel sic, necesse non habet fundum emptoris facere, vel non cogitur. Revard. 4. *Varr.* 19. reprehensus à Robert. 1 *recept.* 23.

77 Ut etiam cogitur pretium venditoris facere is, qui emit. *l.* 11. *ff. de act. empt. l.* 75. *in fin. ff. de verb. oblig.*

78 Vendendo is, cui bonis à judice vel lege interdictum, vel deminuendi potestas est negata, dominium non transfert: utravis prohibitio, dominii translationem impedit, *ut hic.* Quid enim si prodigus sit, cui interdictis bonorum administratio est? *Goth.* Intellectum hujus *l.* 26. vide apud Joann. Decher. *lib.* 2 *differ.* 8. *numer.* 7. Anf.

79 *l.* 10. *ff. de curatore furiosi.*

80 Tunc enim fio dominus, sed res per Paulianam revocatur. Dominii revocandi translatio facilius permittitur, quam perpetuo mansuri.

81 Emisse bona fide tum dicimur, cum opinione nostra à domino accepimus: nec tantum à domino, sed & ab eo, qui bonorum suorum administrationem habeat. *Synopf. cod. cap.* 22.

82 *l.* 2. *C. de præscr. longi.*

83 Emere bona fide is non videtur, qui vel à pupillo sine tutoris auctoritate quid comparat: vel alio auctore, quem scit falsum esse tutorem.

84 *l.* 9. *C. de usucap. pro emptore.*

85 Pariasunt nullo tutore auctore emere, & eo auctore quem falsum tutorem esse scias.

86 Alienum emi vendi potest, *ut hic.* An legari? *l.* 10. *C. de legat. ff.* donari? *l.* 13. 33. *ff. de mortis causa donat.* pignorari? *l.* 20. *ff. de pignorat.* mandari? *l.* 6. §. 4. *ff. mandati.* permutari? vide *l.* 1. §. 3. *ff. de rerum permutat.* in feudum dari, & quidem in concedentis præjudicium? Laudensis, 1 *feud.* 27. *in fine.* precario rogari? *l.* 21. *in fin. ff. de acquirenda possessione.*

87 An semper id verum sit, vide quæ notavi ad *l.* 36. *ff. de cond. indeb. l.* 2. *C. de furt. & C. de reb. alien.*

88 Eaque evicta emptor in venditorem aget, ut defendatur, *l.* 74. §. 2. *ff. de evict. l.* 6. *C. de evictionibus.* sed & de evictione, *l.* 16. *ff. de evict.* ante evictionem etiam venditorem convenire potest, ab eoque petere, quanti sua interfuit dominum rei in se fuisse translatum: idque maxime, si stipulatio interceffit dolum malum abfuturum, *l.* 30. §. 1. *ff. de act. empt.* ea remedia emptor habet in venditorem rei alienæ.

89 Vendens servum, servi peculium una vendidisse non intelligitur, nisi nominatim cum peculio distrahat: & breviter, venditum servum peculium ipsius non sequitur, *Synopf. cod. cap.* 23. *l.* 16. *ff. de peculio. l.* 3. *ff. de evict. l.* 1. §. 1. *ff. de pignoribus. l.* 24. *ff. de peculio legato.* Cur accessorium hic non sequitur suum principale? An quia peculium non ejusdem naturæ, cujus est servus? An quod servo non cohæret? An potius, quod peculium ipso servo plerumque pretiosius sit? An quod venditæ rei conditionem non extendamus advertus venditorem?

90 Venditus servus non cum peculio, si rem aliquam peculiarem subripuerit, eaque ad emptorem pervenerit, venditori adversum emptorem competit eo nomine condictio furtiva, *ut hic.* ad exhibendum, & ex vendito. *l.* 30. *ff. eod.* Ex vendito, inquam, ad pretium. *Synopf. d. cap.* 23. Imo ultra pretium: tametsi id officio judicis petatur, ut post Petrum & Cynum tenet Albericus.

91 Et ante. *arg. l.* 2. *C. de act. empt.*

92 Vendens tabernam in publico solo positam non solum ipsum, sed jus vendit, *ut hic. l.* 23. *ff. de instructo.* sic qui legat fundum vectigalem, non ipsum fundum, sed jus, quod in fundo habet. *l.* 71. *in fin. ff. de legat.* 1.

93 Superioribus casibus soli ipsius proprietas, vel publici, vel alterius est: jus in solo, venditoris. In dubio autem id tantum quisque vendere intelligitur, quod suum sit, non alienum. adde *cap. quod autem. extr. de jure patr.* Adde quæ de tabernis scripsi ad *l.* 15. §. 7. *ff. de injuriis.*

93 Quod in dubio præsumitur. Bart. *l.* 71. *in fin. ff. de legat.* 1. *l.* 15. §. 6. *ff. de damno.*

94 Eadem ratione Bartolus tradit, præscribi posse in fossis urbis jus horti: in templo jus inferendi mortui, quinetiam jus fodendi. adde *l.* 18. *C. de operib. public.*

95 *Lex* pro pacto hic usurpatur.

96 Formula hæc vetus servitutum recipiendarum fuit, quæ extat apud Varronem, 4 *de lingua.* de eadem dixi ad Ciceronem, 1 *de oratore. l.* 17. §. 3. *ff. de servitut. urban.*

97 Stillicidia & flumina in dubio dominantia intelligimus potius, quam servientia.

98 In contractibus priore loco spectamus quid actum sit, hoc est, id, quod nominatim lingua nuncupatum atque expressum: deinde quod verisimile.

99 *l.* 21. *ff. eod. l.* 17. *in fin. ff. de servit. urban.*

100 Ambiguam orationem interpretamur contra venditorem, *ut hic. & l.* 21. *ff. eod.* cur adversus venditorem? nempe quia ipse eam protulit: imputare sibi merito debet, quod non locutus sit apertius.

1 In fundi venditionibus plerunque hoc addebatur, fundo vendito servos quosdam accedere. *Goth.* Vide Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 2. *num.* 18. 19. Bart. *in l. ab emptione. ff. de pact.* Pinell, *de rescind. vend. part.* 2. *c.* 2. *num.* 12.

2 Quem emptor. Cujac. *obf.* 10. quam emendatione non repudiandit Bonerius 2 *fel.* 18. veteres interpretes hunc locum ita accipiunt, ut in incerto de certis electio sit debitoris. Atqui, si quis hunc locum quoque diligentius inspicit, comperiet haud dubie emptoris esse electionem, quod hæc verba satis manifestant, *nec refert, quanti jet accessio.* & post, *plerasque res aliquando propter accessiones emimus* unde recte Albericus notat, non quærendum esse, à quo pactum venditioni adjectum proferatur, sed in cujus favorem: hic autem constare pactum adjectum esse emptoris intuitu.

3 *l.* 44. *ff. de ædilitio.* licet accessorium sit majoris pretii, ac valoris.

4 Accessionum interim plerunque res ipsas principales eminus, veluti domum, propter marmora, statuas, tabulas picturas: fundum propter servos.

5 Vendi res quælibet potest, cujus sit nobis proprietas, vel possessio vel perfecutio.

6 *Habere* ea dicimur, quorum proprietas: *possidere*, quorum possessio: *persequi*, quorum actio nobis competit. Alii *latere*, civilis, *possidere*, naturalis possessionis verbum esse notant.

7 Vendi possessio potest.

8 Vendere actiones possumus. vide *ff. de hered vend.*

9 *l.* 6. *ff. eod.*

10 Venditio statuto prohiberi potest. *l. in quorum. ff. de pignorib.*

11 Et breviter, omnes res vendi possunt, & emi, nisi expressim à lege sint prohibitæ. Hæ res vendi & emi non possunt, res sua, *ut hic.* aliena, vide *l.* 28. *ff. eod.* litigiosa, *l. ult. C. de litigios.* quæ non est unquam futura, *l.* 44. *l.* 57. *ff. eod.* ad usum sacrum vel publicum perpetuo destinata, §. *ult. Inst. eod.* fundus dotalis, *princ. Inst. quib. alienare.* res minorum pretiosæ sine decreto, *l.* 3. *C. de præd. min.* & beneficium militare sine permissu domini, *tit. de prohib. feud. alien.* per Lothar. & Frideric. liber homo, *l.* 4. *ff. eod.* arma hostibus imperii, *l.* 2. *C. quæ res exportari.* frumentum exercitui missum, *l. fin. C. quæ res vendi.* res furtiva a sciente, *l.* 34. §. 3. *ff. eod.* venena. *l.* 35. §. 2. *ff. eod.*

12 *l.* 6. *ff. eod.*

13 Liber homo non potest: Quid, si ita emero, *Cum servus erit?* non erit emptio, *ut hic.* Atqui liberum, qui se vendiderit, emere licet? fit ea venditio à volente: absente eo, de cujus venditione agitur, non ita vendi potest. Ut liberum eum, ita nec, cum servus erit, possis vendere: inhonesta utrobique actio & cogitatio est, sive liberum vendas, sive cum servus erit. Cur? collige ex *l.* 83. §. 5. *ff. de verb. obligat.*

14 Futuras res emere possumus, *l.* 8. *ff. eod.* adde quæ scripsi ad *l.* 22. §. 9. *ff. de falsis.*

15 Tristes scil., verbi gratia servitutes & similes. *d.* §. 5.

16 Furtivæ rei venditio utroque, id est, emptore & venditore sciente facta, neutram partem obligat: sciente tantum emptore facta, emptorem obligat, venditorem non obligat: sciente tantum venditore facta utrumque, hoc est, emptorem & venditorem, obligat.

17 §. 2. *Inst. de usucap.*

18 Imo, nulla est obligatio. *l.* 57. §. 1. *ff. eod.*

19 De eo dixi *l.* 16. *ff. eod.*

20 Suæ rei possessionem ab alio emere potest, qui à venditore possessionem ipsam avocare nullo interdicto potest: quod si possit avocare, non possit eam quoque emere. Tum demum autem possessionem interdicto avocare non posse intelligitur, cum adversarius in judicio possessionis est potior, *ut hic.* Græci vero ita hanc legem reddunt, Venditoris mei possessionem utiliter emo ab eo, qui eam habet, & in judicio possessionis potior esse possit. *Synopf. cod. cap.* 27.

21 *Gustandi & metiendi* vini in venditione differentia: Gustu, quale sit vinum: mensura, quantum vini venditum sit, probamus. Gustus allicit emptorem, non mensura, nisi forte iniqua sit. Ideo gustatur vinum, ut gustu constet, emptio contracta sit, an non sit: mensuratur, ut appareat quantum vini emptum sit: gustatur denique, ut judicemus emptum futurum sit, necne: mensuratur non ut emptum sit, sed quia jam emptum: Græci *eod. cap.* 27. ita hunc locum reddunt, Qui emit, improbare potest: Qui sub mensura emit, nec addere, nec demere potest. *l.* 4. §. 1. *ff. de periculo.*

22 *l.* 1. *in fin. ff. de periculo.*

23 Vide *l.* 25. *ff. eod.*

24 In alternativa venditione electio est venditoris, utra res vendita sit, utpote debitoris: una tamen perempta, altera vendita intelligitur. Prioris periculum ad venditorem, alterius ad emptorem pertinet. Quid, si ambæ perierint? pretium debebitur, *ut hic. Synopsis Basilic. eod. cap.* 27. *in fin.*

25 *l.* 95. *in princ. ff. de solutionibus.*

26 Vide *l.* 10. *in fin. ff. de jure dotium.*

27 *d. l.* 95.

28 5 *Harmenop.* 5. *cap.* 40. nisi in auctione publica, & palam, cum ipse, tum ejus uxor. *l.* 5. *C. eod. l.* 18. *ff. de aut. tutorum.*

29 Similium eadem est ratio.

30 Sit hoc primum exemplum eorum, qui emere vetantur, puta tutor vel curator à pupillo, *ut hic.* parens à filio, & è contra. vide tamen *l.* 2. *ff. eod.* furiosus, *l.* 2. *C. eod.* prodigus, *l.* 6. *ff. de verb. oblig.* administrator publicus vel privatus eas res, quas in sua administratione habet, emere prohibetur. *l.* 46. *l.* 62. *ff. eod.* An invitus quis emere vel vendere cogi potest? vide quæ notavi ad *l.* 11. *C. eod.*

31 *l.* 8. §. 1. *ff. de reb. eor. qui sub tutela.*

32 *Inst. eod. in pr.*

33 *Arrha* venditio non contrahitur, sed probatur: Arrha emptionis probatio est, non substantia: non desinit res esse integra arrha data. *l.* 2. *C. quando liceat ab empt.* Quid, arrhæ contractus quis naturæ est? alii nominatum, alii pignoris contractum esse putant: impropriæ tamen. *l.* 1. *C. si rector. l. Julianus.* 13. §. *offerri.* 8. *ff. de act. empt.*

34 Arrha solet duobus modis dari: uno modo, ut sit argumentum & probatio emptionis, *ut hic.* altero, ut sit pars pretii: priore casu, venditore invito emptor pœnitere potest, sed arrham datam amittit: altero, non licet ei pœnitere.

35 Etiamsi neget adversarius, probatur tamen conventum esse de pretio per arrham, *ut hic.* per scripturam, & testes, *l.* 17. *C. de fide instr.* si aliquid pecuniæ, pretii nomine sit acceptum. *l.* 12. *ff. de evict.*

36 Incertum est pretium ita conceptum, *quanti voluerit, quanti æquum putaverit, quanti æstimaverit. ut hic.* Aliis certum videtur, verba illa accipientibus pro boni viri arbitrio, quod semper certum est. v. quæ scripsi ad *l.* 25. *ff. locati.*

37 Pretium conferri non potest in arbitrium contrahentis. *l.* 3. *in princ. ff. de fidejuss.*

38 *l.* 57. *ff. pro socio. l.* 1. §. 14. *in fin. ff. de tutela, & rationibus. l.* 70. *in fin. ff. de fidejussoribus.*

39 Argumentum à societate & mandato ad venditionem.

40 *l.* 57. *ff. pro socio. l.* 1. §. 14. *in fin. ff. de tutela, & rationibus. l.* 70. *in fin. ff. de fidejussoribus.*

41 Venenum emere non possumus, nisi adjectione alterius materiæ usui nobis esse possit.

42 Et recte: male quidam & parum prudenter legunt, Antidota. *Antidoti* fit mentio in *l.* 5. *ff. de penu legata.* hac voce utitur Quintilianus 1 *Inst.* 10. Antidotus, Gellio 17.

43 *l.* 2. §. 1. *ff. de plagiariis.*

44 Cur non vendidit, qui vendi mandavit? An quia procurator, quod facit, contractu in suam personam concepto facit, ut ne dominus fecisse seu contraxisse videatur? An quod directe venditio fit a procuratore, oblique à mandatore? *l. quæcunque.* 11. *ff. de oblig.* Inde tamen notant, personaliter non comparere, qui per procuratorem judicio se sistat, *l. ult. C. de procur.* nec ut sicarium teneri, qui interfici mandaverit, sed ut mandantem.

45 *Periisse* dicitur, quod furto subreptum: unde emphyteutica res periisse dicitur, quæ à prædonibus occupata est: ut in ea specie pensionem emphyteuta præstare non teneatur, quasi re perempta.

46 §. 3. *vers. quod si fugerit. Inst. eod.*

47 Pacto, custodiæ lex definiri potest.

48 *l.* 3. *l.* 21. *in fin. ff. de periculo.* adde *l.* 11. *ff. de incendio.*

nus 49 paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & tamen rem perdidit, securus esse debet, ut 50 tamen [scilicet] vindicationem rei & condictionem exhibeat 51 emptori: unde videbimus in personam ejus, qui alienam rem vendiderit: cum is nullam vindicationem aut condictionem habere possit, ob id 52 ipsum damnandus est: quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre 53. §. 5. In his, quæ pondere, numero, mensurave constant (veluti frumento, vino, oleo, argento), modo 54 ea servantur, quæ in cæteris, ut simul atque de pretio convenerit, videatur perfecta venditio: modo ut, etiam si de pretio convenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quam 55 si admensa, adpensa, adnumeratave sint: Nam si omne vinum vel oleum, vel frumentum, vel argentum, quantumcunque esset, uno 56 pretio 57 venierit, idem juris est, quod in cæteris rebus. Quod si vinum ita venierit, ut in singulas amphoras: item oleum, ut in singulos metretas: item frumentum, ut in singulos modios: item argentum, ut in singulas libras certum pretium diceretur: quæritur, quando videatur emptio perfici: Quod similiter scilicet quæritur & de his, quæ numero constant, si pro numero corporum pretium fuerit statutum? Sabinus & Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnumerata, admensa, adpensave sint: quia venditio quasi sub hac conditione videtur fieri, ut in singulos metretas, aut in singulos modios, quos, quasve admensus eris, aut in singulas libras, quas adpenderis: aut in singula corpora, quæ adnumeraveris. §. 6. Ergo & si grex 58 venierit: si quidem universaliter uno pretio, perfecta videtur, postquam de pretio convenerit: si vero [in] singula corpora certo pretio, eadem erunt, quæ proxime tractavimus. §. 7. Sed & si ex doleario 59 pars vini venierit, veluti metretæ centum, verissimum est (quod & constare videtur) antequam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere: Nec interest, unum pretium omnium centum metretarum an semel dictum sit, an in singulos eos. §. 8. Si quis in vendendo prædio confinem 60 celaverit 61, quem emptor si 62 audisset, empturus non esset, teneri venditorem 63.

49 Custodia & diligentia boni patrisfamilias hic desideratur, ut alibi, diligentis, *l. 14 §. de pignorat. actio*, alibi diligentissimi, *l. 18. §. commodat.* hanc qui non præstat, levissimam: qui priorem, levem culpam admittit. Supina est, non intelligere, quod omnes intelligunt, *l. 213. §. de verb. signif.* usitatam in suis rebus diligentiam, in aliorum rebus non servare. *l. 32. §. depositi.*

50 *Tantum ut.* add. *l. 31. §. de act. empt.*

51 Cedi rei vindicatio & condictio furtiva potest.

52 An ut actiones cedat? an ut eo nomine teneatur emptor, quod suas actiones ei cedere non possit? vide *l. 80. §. de furt.*

53 *l. 80. §. de furt.*

54 Venditio earum, quæ ponderе, numero & mensura constant, dupliciter perficitur: Priore modo, si res superiores simpliciter venduntur: Posteriore, si ad pondus, numerum & mensuram. Cum simpliciter venduntur, vel ab initio quamprimum de pretio convenit, contractus perfectus existimatur, sive actionem, sive periculum emptoris spectes: cum ad pondus, numerum & mensuram, sub conditione contractum videtur ponderandi, numerandi, mensurandi. Ut enim conditio, cum quid ex futuro speratur nasci.

55 *l. 1. §. 1. §. de periculo. §. 6. eod.*

56 Venduntur res plures vel uno pretio in omnes, vel singulis pretiis in singulas res constitutis: In res singulas, hoc est, in singulas amphoras, singulos metretas, singulos modios, singulas libras, aut si pro numero corporum pretium sit statutum, *§. eod.* si in singula corpora certum pretium sit, cui opponitur universaliter unum pretium. *§. 6. §. eod.*

57 Non ad mensuram, pondus, ac numerum, sed in universum. *l. 2. C. de periculo.*

58 Grex, universum quid est: grex corpus efficit quoddam ex capitibus distantibus.

59 Doliario. *Hal.* doliari. *Bud.*

60 Vicinum, confinem, ut Columella loquitur, conterminum malum qui celat in vendendo, emptori actione ex empto tenetur, *ut hic.* dixi ad *l. 1. §. 6. §. si quid in fraudem patroni. Nov. 36. c. 1. in fin.* Minoris enim res valet propter vicinum malum. Themistoclem ferunt, cum ædes distraheret, per præconem jussisse id edici, Ædibus, quas auctioni subjiceret, bonum esse vicinum. *Plutarch.* Hinc Columella 1. c. 3. *Malum*, inquit, *ibi fortunam facit, qui nequam vicinum suis nummis parat: cum à primis cunabulis, si modo liberis parentibus est orinundus, audisse potuerit, μηδὲ ἂν δοῦς ἀπόλοιτ', ὁ μὴ γάιτων κακὸς ὢν· quod non solum de bove dicitur, sed de omnibus pariebus rei nostræ familiaris. adeo quidem ut multis prætulerint cavere penatibus, & propter injurias vicinorum ædibus profugere relicto patrio solo, ut Achæi, Iberi, Albani, Siculi, Pelasgi, Aborigines, Arcades.* & post: *Ne vicinum meum nominem, qui nec arborem proximorem stare nostræ regioni, nec inviolatum seminarium, nec pedamenti quidquam adnexum vineæ, nec etiam pecudes negligentius pasci finit.* Jure igitur, quantum mea fert opinio, M. Porcius talem pestem vitare censuit. Virgilius, *Et mala vicini pecoris contagia ledent.* Hesiodus σῶμα κακὸς γείτων ἐσθλοῦ τε ἀγαθὸς μέγα ὄνημα. v. Erasmum in proverbio, *Aliquid mali propter vicinum malum.* adde Gaillium, 2 *obs. 69. n. 20.*

61 Celare malum fraus est, falsum committitur, ut falsum dicendo, ita & tacendo verum, facit *Authent. presbyteri. C. de Episcopis. l. 21. §. 1. §. de actionib. empti.*

62 V. *l. 39. §. de act. empt.*

63 *Al.* teneri venditorem dicimus. *vulgat.* ubi Accursius subintelligit ad interesse, quæ verba interpretes textum esse existimantes putarunt, *Interesse* vocem esse Latinam, de quo dixi ad *l. 82. §. de legat 2.*

64 *l. 3. 19. C. eod.* Venditio donandi animo facta, simulata est, venditio non est, *ut hic. & l. 3. 19. in fin. C. eod.* Venditio quidem expressa est, sed re ipsa & effectu tacita donatio est. Prem quidem mentio fit, non tamen ut exigatur: adde *§ nupf. Basil. eod. c. 30.* An idem est, si in instrumento venditionis vel transactionis illa verba apposita reperiuntur, *quod plus valet, Semproinus dedit & donavit Titio emptori, meritorum fuorum ratione?* ut in eo contractu locum non habeat *lex 8. C. de rescindenda.* idem esse nit Bart. in *l. 36. §. de verb. oblig. n. 4. 5.*

65 Quid? videturne donare, ut actus valeat, ut donatio? sic sane: quia donandi animus fuit. adde quæ scripsi ad *l. 5. in fin. §. pro socio.* valet ut donatio, quod non valet ut emptio, quia donandi animus fuit: si non fuit, secus.

66 Conditione venditionis deficiente, deficit venditio.

67 *l. 7. §. eod.*

68 Venditio minori seu viliori pretio facta venditionem non infirmat: donationis causa, penitus infirmat. Donationis causa venditio est, in qua nullum pretium; quippe mera largitio, merum denique beneficium est donatio. Et hæc inter cæteros valent: non inter virum & uxorem. Porro minore pretio possis rem vendere, & hypothecam, seu hyperocham pretii donare, quod quia usitatum, summe notandum est. *Goth.* Vide Covarruv. *var. resolut. lib. 2. cap. 4.* Sarmient. *lib. 1 select. cap. 11.* S. L.

69 *l. 17. §. ad Vellejan. l. 12. §. de jure dot.*

70 *V. l. 36. §. eod.* vel uno nummo, *l. 46. §. locat. l. 10. in fin §. de adq. possess.* quibus contraria quodammodo videtur *lex 66. de jure dotium.*

71 Venditio viliore pretio inter virum & uxorem facta non consistit: licet inter cæteros valeat, *ut hic.* Diversitatis hæc est ratio, quod viliore pretio donandi animo facta venditio, donationis species sit. Inter virum autem & uxorem donationes prohibitæ. *l. 5. §. 5. §. tit. de donat. inter virum.*

72 *l. 40. §. de pignorat.* Goth. V. Cujac. *lib. 2 obs. c. 12.* S. L.

73 Emens rem suam pignoratam à creditore suo, actione ex vendito ab eo conveniri non potest. Cur non potest? suæ rei emptio non est: si non est emptio, neque venditio est: ita fit, ut ex vendito creditor experiri non possit, quasi nulla venditione.

74 Hæc verba, quod natum erit, adde *l. 5. §. de tritic.* quod adnumsum, *l. 40. §. 2. §. eod.* quidquid ad te pervenit, *l. 41. §. 1. §. de leg. 2.* taxationis sunt loco. *Taxationes* dicuntur in testamentis & contractibus, præscriptiones quædam verborum, quibus oratio aut coërcetur, aut dilatatur: quæ plerunque efficiunt, ut minus, quam dictum sit, debeatur interdum, aut plus. *l. 40. §. 2. §. eod.* Sic, quod veteres in vino diis offerendo soliti erant dicere, Macte vino inferio esto, Cato, *de re rustica.* Arnob. 7 *adversus gentes.* taxationis vim habebat. vid. Cujac. 2 *obs. 2.* Taxationis, inquam, id est, conditionis. Hinc colligit Bart. relativum *Qui, Quæ, Quod*, junctum verbo futuri temporis, facere conditionem, ut perinde sit dici, *quod natum erit*, atque illud, *si natum erit*: Item, in talibus formulis relativa inducere conditionem distributive, id est, quatenus natum erit, sive in totum, sive in partem: Item, verbum præteriti imperfecti, vel pluſquam perfecti, optativi, vel subjunctivi modi, *ut hic.* quod natum esset, trahi ad futurum tempus.

De pacto, ut emptor intra certum tempus metiatur, & de modo agri renunciet. 1. De pacto ut aqua accedat. 2. De stipulatione pretii in singula jugera agri venditi. 3. De exceptione manus satorum. 4. De exceptione fructuum. 5. Pactum de dolu. 6. De rota per quam aqua trahitur, & situla.

XL. PAULUS lib. IV Epitomarum Alfeni Digestorum.

QUi fundum vendebat, in lege ita dixerat, *ut emptor in diebus 75 triginta proximis fundum metiretur, & de modo renunciaret, & si ante eam diem non renunciasset, ut venditoris fides soluta esset:* emptor intra diem mensuræ, quo minorem modum esse credidit, renunciavit, & pecuniam pro eo accepit: postea eum fundum vendidit: & cum ipse emptori suo admetiretur, multo minorem modum agri, quam putaverat, invenit: Quærebat, an id quod minoris esset, consequi à suo venditore posset? Respondit, interesse, quemadmodum lex diceretur: nam si ita dictum esset, *ut 76 emptor diebus triginta proximis fundum metiatur, & domino renunciet, quanto modus agri minor sit:* quo † post diem trigesimum renunciasset, nihil ei profuturum: Sed si ita pactum esset, *ut emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renunciet:* & 77 si in diebus triginta renunciasset, minorem modum agri esse, quamvis multis post annis, posse eum quo minor is modus agri fuisset, repetere. §. 1. In lege fundi *aquam 78 accessuram* dixit: Quærebatur, an etiam iter 79 aquæ accessisset? Respondit, sibi videri id actum esse: & ideo iter quoque venditorem tradere oportere. §. 2. Qui agrum vendebat, dixit, *fundi jugera decem & octo esse: & quod 80 eius admensum erit, ad singula 81 jugera certum pretium stipulatus erat:* viginti inventa sunt: Pro 82 viginti debere pecuniam respondit. §. 3. Fundi venditor *frumenta manu 83 sata* receperat 84, in eo fundo ex stipula seges erat enata: Quæsitum est 85, an pacto contineretur? Respondit, maxime referre, quid est actum: cæterum secundum verba esse 86 actum, quod ex stipula 87 nasceretur, non magis, quam si quid ex sacco saccarii [cecidisset], aut ex eo quod avibus ex aëre cecidisset, natum esset. §. 4. Cum fundum quis vendiderat, & *omnem 88 fructum* receperat, & arundinem 89, cæduam & silvam, in 90 fructum esse, respondit. §. 5. *Dolia, quæ in fundo domini 91 essent, accessura 92* dixit: Etiam ea, quæ servus, qui fundum coluerat, emisset, peculiaria 93 emptori cessura respondit. §. 6. Rota 94 quoque, per quam aqua traheretur, nihilo 95 minus ædificii est, quam situla 96.

75 Quid, si de mensurando fundo convenit, nec dies mensurandi fit adjectus? Intra 60 dies fiet dimensio. *l. 31. §. 22. §. de adil.* Quid, si nihil de mensuratione dictum est, usque ad triginta annos, de modo agri querela perferri poterit, *arg. l. 3. C. de præscript.* 30. Costalius. adde *l. 5. §. si mensor.* sed quæ mensura, aut qui modus servabitur? v *l. 18. §. eod.* Goth. Pro intellectu hujus *l. 40.* vid. Nicol. Burgund. *tract. de pericul. & culp c. 7. num. 36.* Ans. Adde Ant. Augustin. *emendat. lib. 4. cap. 17.* S. L.

76 Venditioni duplex hæc mensurandi conditio potest adjici, videlicet, *ut in dies 30 proximis fundum metiatur emptor, & modum renunciet:* vel ita, *ut in diebus proximis metiatur & renunciet.* Priore casu emptor post trigesimum diem de modo agri renuncians, non admittitur: posteriore, etiam si post trigesimum diem admensus fuerit, & renunciaverit, poterit, quo minor modus agri fuerit, repetere: etsi non illis diebus ita negatione adjecta hunc locum legendum puto, renunciaverit minorem modum agri esse, quamvis etiam post multis annis. Diversitatis hæc ratio est: quod quæ certo ac finito temporis spatio concedantur, ea finitum spatium excedere non possint, quippe certa ac finita egredi non oporteat: indefinite dicta, quocunque tempore possunt recte perfici. Et alias inane est, quod Baldus hic existimat, tempus priore casu adjectum mensurationi & relationi: posteriore, mensurationi tantum.

† Quod qui.

77 Hæc participia, *sata, enata, cecidisset, natum esset*, vulgatæ editioni. 78 Aqua vendita, venditum iter ad aquam intelligitur. *Symphos. eod. cap. 34.* 79 *l. 3. §. fin. §. de servit. rustic.* adde *l. 5. §. de sepulchro.* 80 Vide quæ notavi ad *l. 29. §. 1. §. eod.* Goth. Adde Pinell. *de rescind. vend. part. 3. cap. 2. num. 11.* Ans.

81 Fundus cum ad mensuram venditur, si major modus inventus, quam dictus fuerit, totius pretium debebitur. 82 In venditionibus, pro majore modo mensuræ, fundi pretium augetur: pro minore minuitur. 83 Manu sata, seu sata non videntur, quæ ex stipula enata, ut nec fatum videtur, quod vel ex sacco saccarii, vel avium ore ex aëre in agrum cecidit. Proinde qui manu sata (seu pendentes fructus) exceperit, quæ ita in agro enata fuerint, excepisse non videbitur.

84 Id est, exceperat: alias, si non recepisset, fructus sati ad emptorem pertinerent, *l. 13. §. 10. §. de act. empt. l. 13. C. de act. empt.* & legatarium. *l. 27. §. de usufruct.* An idem dicendum de pensionibus & censibus, vide quæ notavi ad *l. ult. §. de jure fisci.* 85 Vide ad decisionem hujus casus, *l. 80. §. eod.* 86 Non esse actum, &c. *Hal.* non esse significatum. 87 Stipula quid sit, vide *l. 30. §. 1. §. de verb. signif.* 88 Fructu omni excepto, arundineti & sylvæ fructibus intelligitur exceptus. 89 Vide *l. 10. §. de usufruct.* 90 *Al.* In fructu. 91 Domui. fuisse dolia in fundo videntur, vel ea, quæ servus ejus fundi colonus emerit. 92 Ergo nisi dictum fuerit, fundo vendito, dolia emptoris non erunt. Cur ita? collige ex *l. 17. §. de act. empt.*

93 Doliorum fundi venditione, dolia à servo, ejusdem fundi colono empta, emptori cedunt. 94 *l. 2. §. comm. prad.* 95 Ædificio cedit rota aquaria & situla. 96 Vide *l. 47 §. eod.* Situla, antlia, haustrum. 97 *Ut* particula, natura sua modum, interdum conditionem facit. *Instr. consuet.* 80. *§. de cond. & demonst.* Goth. Vid. ad hanc leg. Goedd. *de contrab. stip. cap. 3. n. 46.* Ans.

98 *Ante kalendas* idem quod *intra kalendas.* & è contra, *l. si ita quis.* 135. §. *Scia. 2. §. de verb. obligat.* 99 Ex his verbis Antonius Augustinus, 4 *Emendat.* 4. notat à Ciceronis ætate consuetum fuisse apud Romanos kalendis Quintilibus, seu Julii, è domo conducta migrare, eumque diem conductionum primum fuisse. Cic. 2 *epist. ad Qu. frat.* Martial. 2 *Epigramm.* Suet. *in Tiberio. l. 60. §. locati. l. 9. §. qui potiores. l. 12. §. de precario.* 100 Solida ex argento non sunt, quæ coperta tantum: *Solidum* dicitur, cui nihil deest. 1 Est enim erratum in materia, ut in *l. 45. in fin. §. eod.* Separanda sunt autem inaurata & inargentata ab iis, quæ auro vel argento coopertæ sunt: illis aurum vel argentum immixtum & infusum est: ideoque qui rem inauratam emit pro aurea, non omnino errat in materia: nam in ea inest auri aliquid. His autem quæ argento coopertæ sunt, argentum infusum vel immixtum non est: talia cum emuntur ab aliquo pro auro, erratur in materia: nulla enim parte aurea sunt, sed operimento duntaxat laminæ vestita (ut de quadam Tiberii mensa lignea loquutus est Plin. 13. *cap. 15.*) vel inclusa argento. *l. 9. §. 1. in fin. §. de supellectile.* Et ita conciliat Cujacius, 2 *observat.* 4. hanc legem cum *leg. 14. in fin. §. eod.* quæ ait, valere venditionem eum rem auream puto me emere, & inauratam reperitur. 2 *l. 16. l. 23. §. eod. l. 52. in medio. l. 57. in princ. §. eod. l. 7. §. de hered. vendita. l. 8. §. de periculo. l. 11. §. §. 1. §. de action. empt.* 3 *Saltem*, pro etiam, hoc sensu, Vendere servum suum etiam criminosum dominus non potest, ut cum bestiis pugnet: Est enim inhumana feraque nimis hujusmodi adjectio: turpis autem conditio vel modus venditioni non debet adjici. 4 *l. 11. §. 1. §. de scar.* adde *§. ult. Inst. de his qui sui. l. servius. 7. §. de servis export.* 5 *l. 37. §. de dolo l. 19. §. de ædilitio.*

6 Commendatio generalis rei venditæ, non refertur ad ea vitia, quæ emptor non ignorat: qualia sunt ea, quæ palam apparent. 7 Qui tamen sit deformis. 8 Quæ tamen male ædificata sit. 9 Palam videri vel in momento potest servus si speciosus sit, vel domus bene ædificata: literatus vero vel artifex servus sit, an non sit, non ita videri potest: Ita fiet, ut commendatio persuasoria venditorem non obliget priore casu: posteriore vero obliget.

10 Ut *l. 13. §. 4. §. de act. empt.* 11 Ita enim non videntur. 12 An vendit, id est, *vendidit?*

13 *In promptu*, quid est? in oculis, visu, præsentia, conspectu vel sensu aliquo.

te [14] stipuletur [15]: nam de extera [16] parte corporis potius stipulatus videtur, quam de eo, in quo se [17] ipse decipiebat.

§. 2. Dolum malum [18] à se abesse præstare venditor debet: qui non tantum in eo est, qui fallendi causa obscure loquitur [19]: sed etiam qui [20] insidiose obscure dissimulat.

De interitu unius ex rebus venditis.

XLIV. MARCIANUS lib. III Regularum.

SI duos quis servos emerit pariter uno pretio, quorum alter ante venditionem mortuus est, neque in vivo constat emptio [21].

De ignorantia vel scientia contrahentium.

XLV. IDEM lib. IV Regularum.

LAbeo libro posteriorum scribit, si vestimenta interpola [22] quis pro novis emerit, Trebatio placere, ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit: quam sententiam & Pomponius probat, in qua & Julianus est: qui ait, siquidem [23] ignorabat venditor, ipsius rei nomine teneri: si sciebat, etiam damni, quod ex eo contingit: quemadmodum si vas aurichalcum [24] pro auro vendidisset ignorans, tenetur, ut aurum, quod vendidit, præstet.

De administrantibus officia.

XLVI. IDEM lib. singulari de Delatoribus.

NOn licet ex officio [25] quod administrat quis emere quid vel per se, vel per [26] aliam personam: alioquin non tantum rem amittit, sed & in quadruplum convenitur secundum constitutionem Severi & Antonini: Et hoc ad Procuratorem [27] quoque Cæsaris pertinet. Sed hoc ita se habet, nisi [28] specialiter [29] quibusdam hoc [30] consensum [31] est.

Quæ sequuntur prædium venditum.

XLVII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

SI aquæ ductus debeatur prædio, [&] jus aquæ [32] transit ad emptorem, etiamsi nihil dictum sit: sicut [33] & ipse fistulæ [34], per quas aqua ducitur.

XLVIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

LIcet extra [35] ædes sint.

XLIX. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

ET quamquam jus aquæ non sequatur, quod amissum est: attamen fistulæ & canales, dum [sibi] sequuntur, quasi [36] pars [37] ædium ad emptorem perveniunt: Et ita Pomponius lib. X putat.

Si per emptorem stet quominus conditio compleatur.

L. IDEM lib. XI ad Edictum.

LAbeo scribit, si mihi bibliothecam [38] ita vendideris, *si Decurriones Campani locum mihi vendidissent, in quo eam ponerem*, & per [39] me stet, quo minus id à Campanis impetrem, non esse dubitandum, quin præscriptis [40] verbis agi possit: Ego, etiam [41] ex vendito agi posse, puto, quasi impleta conditione, cum per [42] emptorem steterit, quo minus impleatur.

De his, quæ non sunt in commercio, coherentibus fundo vendito.

LI. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

LItora [43], quæ fundo vendito conjuncta sunt, in modum non computantur, quia nullius [44] sunt: sed jure gentium [45] omnibus vacant: Nec viæ [46] publicæ, aut loca religiosa vel sacra: Itaque, ut proficiant venditori, caveri solet, *ut viæ, item litora, & loca publica in modum cedant.*

Ne ædificium diruatur venditionis causa.

LII. IDEM lib. LIV ad Edictum.

SEnatus censuit, *Ne quis* [47] *domum villamve rueret, quo plus sibi adquireretur: neve quis negotiandi causa eorum quid emeret, venderet ve:* pœna [48] in eum, qui adversus Senatusconsultum feciset, constituta [est], ut duplum ejus, quanti emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum vero qui vendidisset, ut irrita fieret venditio. † Plane, si mihi pretium solveris, cum tu duplum ærario debeas, repetes [49] à me, quod à mea parte irrita facta est venditio. † Nec solum huic Senatusconsulto locus erit, si quis suam villam vel domum, sed & si alienam vendiderit.

De translatione dominii in emptorem.

LIII. GAIUS lib. XXVIII ad Edictum provinciale.

VT res emptoris fiat, nihil [50] interest, utrum solutum sit pretium, an [51] eo nomine fidejussor datus sit. Quod autem de fidejussore diximus, plenius [52] acceptum est, qualiter ratione [si] venditori de pretio satisfactum est: veluti expromissore [53], aut pignore dato, proinde sit, ac si pretium solutum esset.

De rescindenda venditione.

LIV. PAULUS lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

RE bona fide vendita, propter [54] minimam [55] causam inempta fieri non debet.

De nuda & imaginaria venditione.

LV. IDEM lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

NUda [56] & imaginaria [57] venditio pro non facta est: & ideo nec alienatio [58] ejus rei intelligitur [59].

De pacto primi venditoris.

LVI. IDEM lib. I ad Edictum.

SI quis sub hoc pacto vendiderit ancillam, *ne* [60] *prostituatur, &, si contra factum esset, uti* [61] *liceret* [62] *ei abducere?* Etsi per plures emptores mancipium cucurrerit [63], ei qui [64] primo vendit [65] abducendi [66] potestas fit.

De domo exusta.

LVII. PAULUS lib. V ad Plautium.

DOmum emi, cum eam & ego & venditor combustam ignoraremus [67]? Nerva, Sabinus, Cassius, nihil venisse, quamvis area [68] maneat: pecuniamque solutam condici [69] posse aiunt. † Sed si pars domus maneret, Neratius ait in hac quæstione multum interesse, quanta pars domus incendio consumpta permaneat: ut si quidem amplior [70] domus pars exusta est, non compellatur [71] emptor perficere emptionem: sed etiam quod forte solutum ab eo est, repetet. Sin vero vel dimidia pars, vel minor quam dimidia exusta fuerit, tunc coartandus est emptor venditionem adimplere, æstimatione viri boni arbitratu habita, ut quod ex pretio propter incendium decrescere fuerit inventum, ab hujus præstatione liberetur. §. 1. Sin autem venditor quidem sciebat domum esse exustam, emptor autem ignorabat, nullam [72] venditionem stare [73], si tota domus ante venditionem exusta sit: si vero quantacunque pars ædificii remaneat, & stare venditionem, & venditorem emptori quod interest restituere. §. 2. Simili quoque modo ex diverso tractari oportet, ubi emptor quidem sciebat, venditor autem ignorabat, & hic enim oportet, & venditionem stare, & omne pretium ab emptore venditori, si non depensum est, solvi: vel, si solutum sit, non repeti. §. 3. Quod si uterque sciebat, & emptor & venditor domum esse exustam totam, vel ex parte, nihil actum fuisse, dolo [74] inter utramque partem compensando: & judicio, quod ex bona fide descendit, dolo ex utraque parte veniente, stare non concedente.

De arboribus dejectis vel absumptis.

LVIII. PAPINIANUS lib. X Quæstionum.

ARboribus [75] quoque vento dejectis vel absumptis igne, dictum est, emptionem fundi non videri esse contractam, si [76] contemplatione illarum arborum (veluti oliveti) fundus comparabatur: sive sciente sive ignorante venditore: sive autem emptor sciebat vel ignorabat, vel uterque eorum, hæc obtinent, quæ in superioribus casibus pro ædibus dicta [77] sunt.

Qualis præstatur fundus à venditore.

LIX. CELSUS lib. VIII Digestorum.

CUm venderes fundum, non [78] dixisti, ITA UT OPTIMUS MAXIMUSQUE: Verum est, quod Quinto Mucio placebat, non [79] liberum, sed qualis esset, fundum præstari oportere: Idem & in urbanis prædiis dicendum est.

De electione.

LX. MARCELLUS lib. VI Digestorum.

COmprehensum erat lege venditionis [80], *dolia sexaginta emptori accessura*, cum essent centum: in venditoris [81] fore potestate responsum est, quæ [82] vellet dare.

De emptione conditionali rei suæ.

LXI. IDEM lib. XX Digestorum.

EXistimo posse me id, quod meum est, sub [83] conditione emere [84]: quia forte speratur [85] meum esse desinere.

De his, qui officii causa in provinciis sunt. 1. De his, quæ non sunt in commercio. 2. De aversione.

LXII. MODESTINUS lib. V Regularum.

QUi officii [86] causa in provincia agit, vel militat, prædia comparare in eadem provincia non potest: prætereaque si paterna [87] ejus [88] à fisco [89] distrahantur. §. 1. Qui nesciens [90] loca sacra, vel religiosa, vel publica, pro privatis comparavit, licet emptio non teneat, ex [91] empto tamen adversus venditorem experietur, ut consequatur, quod interfuit ejus, ne deciperetur.

§. 2. Res in [92] aversione [93] empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit: etiam si res adsignata [94] non sit.

Si alii vendatur, quam cui dominus jusserit. 1. De demonstratione fundi & nominatione finium.

LXIII. JAVOLENUS lib. VII ex Cassio.

CUm servo dominus rem vendere certæ personæ jusserit, si alii vendidisset, quam cui jussus erat, venditio non valet [95]. Idem [96] juris in libera persona est, cum perfici venditio non potuit in ejus persona, cui dominus venire eam noluit. §. 1. Demonstratione fundi facta [97], fines nominari supervacuum est [98]: si nominentur, etiam ipsum venditorem nominare oportet, si forte alium agrum confinem possidet.

---

14 Sanus quidem non est, qui hominibus est infestus: qui tamen eos, cum quibus ita contrahit, & de fundis stipulatur, damno alio frustratis generare sibi ignorato incredibile potius videtur, quam de eo quod non ignoravit.

15 Cur ergo qui furtivum emit, *eo nomine actionem non esse* stipulatur, agere ex stipulatu potest. *l. v. §. 3. ff. de dol. mal.*

16 Quam de oculis ipsius

17 Et ideo de se, non de alio queri debet.

18 *l. 1. §. 1. ff. de act. empt.*

19 Fallit, & qui obscure loquitur, & qui dissimulat insidiose vel obscure.

20 Falsum committit, qui tacet quod dicere debuit, vel loquitur insidiose, ut testis: facit *l. 8 in fin. C. de Episcopis*, ut notarius. adde Cicer. 3 *Offic. l. 39. ff. de act. empt.*

21 Quia, ut familiæ, ita & servorum, in hoc casu una fuit stipulatio & emptio. v *l. 29. ff. de verb. oblig.*

22 Poliendo prope renovata, *frigore*, & *regratez*. Facit *l. 37. ff. de ædil.* Goth. Vide ad hanc leg. Goed. *de committend. stipulat. c. 3. n. 43. & seq.* Ans.

23 *l. 21. §. 2. ff. de act. empt.*

24 Ut æs pro auro, *l. 9. §. 2. l. 14. v. l. 41. in fin. ff. eod.* *Aurichalcum* autem hic adjective sumi observa pro *aurichalcino*. de aurichalco adde quæ scripsi ad *l. 4. ff. de legat. 1.* Goth. Vide Panciroll. *rer. memorabil. tit. de Aurichalco.* Ans.

25 Officialis nihil quidquam horum quæ administrat jure, emere per se vel per alium potest, nisi specialiter ei sit concessum. vide varias exceptiones apud Socinum, *regula 278. l. 62. ff. eod. l. 8. ff. repetundarum. l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.* vid. *l. unic. C. de contrahlib. judicium.*

26 Διὰ μέσου, *Synopsf. lib. 19. tit. 1. c. 39. 3 Harmen. 3.* Supposita etiam per personas emere is vetatur, qui per se emere prohibetur. *l. 91. ff. de adqu. hered. l. 46. §. 2. ff. de jure fisci. l. 1. C. de contract. judic. l. 2. §. 1. ff. de admin. rer. ad civit. pertinent. l. 3. C. si certum. l. 34. in fin. ff. de pœnis. l. 20. C. Th. de Episc. l. 48. C. Th. de hæret.*

27 Procurator Cæsaris nihil quidquam emere potest quæ Cæsaris sunt, nisi specialiter ei sit concessum. 28 *Harm. 3. tit. 3. §. 11. §. 12. quem vide.* 29 Specialiter concedi interdum emptio debet: alias in genere emptio jusque emendi omnibus permissum. 30 *Novell. Leon. 84.* id abrogat. v. Cuj. 16 *obs. 13.* 31 Concessum. 32 Aquæ servitus transit una cum prædio in emptorem (nisi forte jus aquæ sit amissum, *l. 49. ff. eod.*) etiamsi nihil dictum sit: est enim jus reale. 33 *l. 40. in fin. ff. eod. l. 48. l. 49. l. 78. ff. eod. l. 38. in fin. ff. de act. empt.* 34 Aquæductus fistulis ducitur, *ut hic.* aquæ hausti sine fistulis, in ipso fonte vel lacu fit. 35 Extra ædes positæ fistulæ aquæductus, emptorem ædium sequuntur. Quid, si aquæductus non utendo sit amissus? etiam fistulæ emptorem sequuntur. Quid ita? fistulæ pars ædium sunt.

36 Et sic jure accessionis aliquid debetur. *l. 78. ff. eod. l. 38. in fin. ff. de act. empt. l. 41. §. 6. l. 84. l. 91. §. pen. & ult. ff. de legat. 3.* 37 Pars suum totum consequitur. 38 Bibliothecæ olim venditæ. Est vero bibliotheca, numerus librorum. v. *l. 52. §. 7. ff. de legat. 3.* 39 Conditio impleta videtur ei, per quem stat quo minus impleatur. v. *l. 24. ff. de cond. & demonst.* 40 Præscriptis verbis agere potest, cui conditio non servatur. 41 Præscriptis verbis actio potest concurrere cum actione ex vendito. '42 V. *l. 7. ff. eod.* 43 Litora & viæ publicæ in modum & mensuram venditi agri non computantur, *ut hic.* aggeres & fossæ computantur. *l. prædia. 27. §. ita legat. 4. ff. de instru.*

44 Litora nullius sunt & omnibus vacant. 45 *l. 7. §. 1. ff. de periculo.* 46 Nullius quæ sunt, omnibus vacant. 47 *Synopsf. Basf. 19. tit 1. ex lib. 61. tit. 48. c. 42. v. l. 41. §. 1 §. 3. §. 5. ff. de legat. 1. Iault. ff. de damno.* 48 Pœna est contractus irritatio. 49 V. *l. 41. in fin. ff. eod.* 50 Paria sunt emptorem solvisse pretium venditori & fidejussorem dedisse. 51 *l. 19. ff. eod.* 52 Satisfit venditori, solutione debiti, fidejussore, expromissore vel pignore: fatisfactionis sunt hæc genera. adde *l. 52. ff. de solutionib.* 53 *Expromissor à fidejussore* distinguitur. adde *§. 41. Inst. de rer. divis.* 54 V. *l. 4. ff. de in integr. restit. l. 3. l. 8. C. de rescind.* 55 Minima causa irritam venditionem non facit bona fide contractam, *ut hic.* ut nec minor pensio locationem. *l. 23. ff. locati. l. 21. C. de transactionib.*

56 *l. 12. ff. de aqua pluvia. l. 54. ff. de oblig. l. 16. ff. de reg. jur. l. 21. C. de transactionibus.*

57 Εἰκονικὴ, *Synopsf. Basil. 19. tit. 1. & lib. 58. tit. 1. c 45. Harm. 3.* Quæri potest, quibus indiciis probetur simulata & imaginaria? Respondeo, si donandi animo fiat. *l. 36. ff. eod.* si uno nummo fiat. *arg. l. 46. ff. locat.* si læsio ultra dimidium pretii: si pactum sit de retrovendendo: tunc enim præsumitur contractus, non venditionis, sed fœneratitius, etiamsi emptor non sit solitus fœnerari. vide Minsing. 3 *observ. 62.* 58 Nec transfatio dominii vel possessionis. Bart. ad *l. 12. ff. de aqua pluvia.* Atqui ex inutili contractu possessio transfertur: Merito, quia in contractu inutili non deficit consensus: in simulato deficit, & sic substantia deficit: nam in adquirenda possessione animus requiritur. *l. 3. §. 3. ff. de adq. poss.* Quid? hujusmodi actus tametsi non valeat ut emptio, num valebit ut donatio? Textus hic videtur id negare: si quidem, qui donat, alienat: hic autem negatur, imaginaria venditione alienationem rei intelligi. Num saltem ut locatio, vel alius contractus valebit? Non videtur, cum hic animus agentium non fuerit. Et utilis tamen fuerit venditio, si donandi animo facta, resque tradita fuerit: inde eo casu exactio pretii nulla competet. *l. 3. l. 9. in fi. C. eod. l. ult. ff. pro donato.* 59 Quid? qui imaginarium contractum habuit, potestne de eo simulato conqueri? Potest. Goffredus, 11. *qu. v. tit. C. plus valere quod agitur.*

60 V. *l. 1. C. si mancip. Ita venierit, ne prostituatur.*

61 Adde casum *l. 3. C. de pignoribus.*

62 Pactum manus injectionis rem ipsam persequitur, penes quem ea sit. adde *l. creditores. 3. C. de pignoribus.*

63 Ambulaverit, ut in *l. 25. §. 8. ff. de petit. hered.*

64 V. quæ scripsi ad *l. 1. C. si servus extero.*

65 An vendit, id est, *vendidit?*

66 Redit dominium ad eum sine traditione. dixi *l. 20. C. de pactis.*

67 Venditio domus combustæ, inter ignorantes facta, ita nullius est momenti, ut ne in area quidem domus ipsius combustæ subsistat, *ut hic.* Quid, si pars aliqua ipsius domus combustæ supereft? Si pars amplior combusta fuerit, emptor non cogetur perficere emptionem: Imo si quid pretii nomine prorogavit, repetere poterit. *vers. sed si pars. ff. eod.* Quid, si vel dimidia, vel minor dimidia? Emptor venditionem implere cogitur, æstimatione viri boni arbitratu habita. Quid? ea æstimatione quid continetur? hoc scilicet, ut quod ex pretio propter incendium decrevisse fuerit inventum, ab hujus præstatione liberetur. Quid, si venditor sciebat domum esse exustam? vide §. 1. ff. eod. Quid, si emptor? v. §. 2. ff. eod. Quid, si uterque? v. §. 3. ff. eod. Goth. Ad hanc *l. 57.* vide Molin. *in Nov. intellect.* Hotomann. *lib. 1 obs. cap. 34.* Joan. Robert. *recept. jur. civil. lect. c. 16.* Cujac. *lib. 9 obs. cap. 17. & lib. 14. cap. 11.* Conan. *comment. lib. 7. c. 6. pag. 489. A. B. C. D. E. S. L.*

68 Cur non in area, quæ major pars domus est non consistit, ut *l. qui res. 98. §. aream. 8. ff. de solutionibus?* Empta hic domus fuit, non solo fini sui contemplatione fundi ac soli, sed ædificii.

69 Vide *l. 41. in fin. ff. eod.*

70 Pars amplior dicitur, quæ dimidiam superat, *ut hic.*

71 Non tantum compellatur. *Hal,* non tantum non compellatur. Hotom. 1 *obs. 34.* reprehensus à Robert. 1 *recept. 16.* Florentinam defendit Cujac. adversus eundem, 14 *obs. 11.* & adversus quendam jurisconsultum, quem Christiano-Judæum vocat, 9 *obs. 17.* puto Emanuelem Zoaren intelligi. 1 *obs. 17. & 34.* 72 Imo, utrimque obligatio oritur. *l. 34. §. 3. ff. eod.* 73 *l. 9. ff. de periculo & commod. rei vend.* 74 Compensatur utrimque dolus. v. *l. ult. in fin. ff. de eo per quem.* 75 Vide *l. 9. ff. de periculo & commodo rei venditæ.*

76 Contractus nominati (ut emptio & venditio) interdum resolvuntur, quando sub modo contractum est, sine quo pars alia non fuit contractura. 77 *l. 57. ff. eod.* 78 Quid, si *fundum optimum maximum* vendidisti? Fundum non servire, præstare debes: at non ei serviri: quod tamen Siculus Flaccus libro de conditionibus agrorum non admittit. adde *l. 20. §. 1. ff. de adquir. rerum dominio.* 79 Qui fundum vel urbanum prædium vendit, non cogitur eum liberum præstare: liberatur, si eum liti est, præstiterit. *l. 35. ff. de servit. urb. l. 6. §. 3. ff. comm. prædior. l. 22. ff. de cond. indeb. l. 8. in princ. ff. de act. empt. l. 75. ff. de evictionib. l. 90. ff. de verb. sign.* 80 *Fundi* scil. 81 Cur venditoris? quia debitor. Electio est in re dubia debitoris. 82 Integra tamen. *l. penult. in fin. ff. de act. empt.* 83 Sub conditione res etiam nostras emere possumus. 84 Ut & stipulari. *l. 31. ff. de verb. oblig.* 85 *Spei* habetur ratio. 86 *Synopsis Basil. 1. tit. 1. c. 61.* vide *l. 46. ff. eod. &* Cic. *act. 6 in Verrem.* 87 Cur paterna bona militi vel officiali in sua provincia jus est emere? Affectionem singularem in hujusmodi rebus habere præsumitur. *l. si in empt. 35. ff. de minorib.*

88 *Harmenop. 3. tit. 3. §. 11.* 89 Vel ab alio distrahente propter tributa vel alia debita non soluta. 90 Adde *l. 70. ff. eod.* 91 Ex empto agitur in id, quod interest adversus venditorem, qui sciens rem sacram ignoranti vendidit. 92 Quid, si junctim legas, *inaversione? l. ult. in fin. ff. ad l. Rhod.* 93 Quid sit in aversione emere, vide Revard. *var. lib. 2. cap. 7.* Ans. Adde Anton. Augustin. *lib. 3 emend. cap. 6.* Govean. *lib. 2 variar. lect. cap. 14.* Cujac, *lib. 8 observ. cap. 15,* & Hotoman. *observat. lib. 1. cap. 19.* S. L. *l. 1. §. 15. ff. de exercitoria.* vide *l. 4. §. 1. 2. ff. de peric. l. 36. ff. loc. ἐν ὅμιλῳ, in universo. ἐν κοπῷ, Edict. 13. 53. Synopf. 17. cap. 10.* in alea, in aggere, ἀφόβα τὰ φόβῃσι σύστροφῶμ, *en gros, en bloc*: cui opponitur κοπολίζειν, & τιμαχίζειν. Cujac. 8 *observ. 15. διὰ τὴν ἐπικλώσιαν*, uno pretio, quod scilic. quasi averti quodammodo negotium contrahamus, re omni neque perspecta, neque explorata bene. Non uno vero pretio venire res dicuntur, cum in singula fundi jugera pretium statuitur. Cujac. *Instit. de empt.* In hujusmodi venditione res empta non confuse perspicitur, sed exploratur diligentissime. 94 Tradita: atqui re emptori non tradita, venditoris res manet, *l. 14. ff. de furtis. l. ult. C. de commodo, & periculo* ergo & ejus periculum esse debet, non autem emptoris. *l. 14. ff. de furtis.* 95 Alias enim venditurus non erat. 96 Mandati fines in emendo excedere nemo debet, sive liber sit, sive servus. 97 Sufficienter scil. 98 Alias confines non sunt celandi. *l. 35. in fin. ff. eod.* & ad eos ostendendos actione tenetur venditor. *l. 48. ff. de act. empt.* Error eorum in legato legatum non vitiat. *l. 35. §. 1. ff. de leg. 3.*

Si quis sibi & alii emerit.

LXIV. IDEM lib. II Epistolarum.

FUndus ille est mihi & Titio 99 emptus. Quæro, utrum in partem, an in totum 100, venditio consistat, an nihil actum sit? Respondi: Personam Titii supervacuo [1] accipiendam [puto]: ideoque [2] totius [3] fundi emptionem ad me pertinere.

Differentia emptionis & locationis.

LXV. IDEM lib. XI Epistolarum.

CONvenit mihi tecum, *ut certum numerum tegularum mihi dares certo pretio*: quod ut [4] faceres, utrum emptio sit, an locatio? Respondit: Si [5] ex meo fundo tegulas tibi factas ut darem, convenit, emptionem puto esse. non conductionem: * totiens [6] enim conductio alicujus rei est, quotiens materia, in quo [7] aliquid præstatur, in eodem statu ejusdem manet: quotiens vero & immutatur, & alienatur, emptio magis, quam locatio intelligi debet.

Quid præstat venditor fundi. 1. De venditore, qui sciens servitutem deberi, reticuit. 2. De rutis cæsis.

LXVI. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

IN vendendo fundo quædam [8], etiamsi [9] non condicantur, præstanda sunt: veluti [10], *ne fundus evincatur*, aut, *ususfructus ejus*. quædam ita demum, si dicta sint [11]: veluti viam, iter, actum, aquæ ductum præstatu iri. Idem & in servitutibus urbanorum prædiorum. §. 1. Si cum servitus venditis prædiis deberetur [12], nec [13] commemoraverit venditor, sed sciens esse reticuerit, & ob id per ignorantiam rei emptor non utendo per statutum tempus eam servitutem amiserit, quidam recte putant venditorem teneri ex empto ob dolum. §. 2. Quintus Mucius [scribit, qui] scripsit RUTA [14] CÆSA, [QUÆQUE] ÆDIUM FUNDIVE NON SUNT, bis [15] idem scriptum: nam *ruta* [16] *cæsa* ea sunt, quæ neque ædium neque fundi sunt.

De causa rei.

LXVII. IDEM lib. XXXIX ad Quintum Mucium.

ALienatio [17] cum fit, cum sua causa [18] dominium ad alium transferimus, quæ esset futura, si apud nos ea res mansisset: Idque toto jure civili ita se habet, præterquam si aliquid nominatim sit constitutum.

De dolo & culpa venditoris.

LXVIII. PROCULUS lib. VI Epistolarum.

SI, cum fundum venderes, in lege dixisses [19], *quod mercedis nomine à conductore exegisses, id emptori accessurum esse*: existimo te in exigendo non [20] solum bonam fidem, sed etiam diligentiam [21] præstare debere, id est [22], non solum, ut à te dolus malus absit, sed etiam ut culpa. §. 1. Fere aliqui solent hæc verba adjicere, DOLUS MALUS A VENDITORE ABERIT: qui, etiam [23] si adjectum non est, abesse debet. §. 2. Nec videtur abesse, si per eum factum est, aut [24] fiet [25], quo minus fundum emptor possideat: Erit ergo ex empto actio, non ut [venditor] vacuam [26] possessionem tradat, cum multis modis accidere poterit, ne tradere possit, sed ut si quid dolo malo fecit, aut facit, dolus malus ejus æstimaretur.

Si lacus venditus creverit.

LXIX. IDEM lib. XI Epistolarum.

RUtilia Polla emit [27] lacum Sabatenem angularium [28], *& circa* [29] *eum lacum pedes decem*: Quæro, nunquid [30] [&] decem pedes, qui tunc accesserunt, sub aqua sint, quia lacus crevit, an proximi pedes decem ab [31] aqua Rutiliæ Pollæ juris sint? Proculus respondit: Ego existimo, eatenus lacum, quem emit Rutilia Polla, venisse, quatenus [32] tunc [33] fuit, & circa eum decem pedes, qui tunc fuerunt: nec ob eam rem, quod lacus postea crevit, latius eum possidere debet, quam emit.

De emptione hominis liberi.

LXX. LICINNIUS RUFINUS lib. VIII Regularum.

LIberi hominis emptionem contrahi posse plerique existimaverunt: si modo inter [34] ignorantes [35] id fiat. Quod idem placet, etiam [36] si venditor sciat, emptor autem ignoret: Quod si emptor sciens liberum esse, emerit: nulla [37] emptio contrahitur.

De mensura & pretio vini.

LXXI. PAPIRIUS JUSTUS lib. I Constitutionum.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti Sexto Vero in hæc verba rescripserunt: *Quibus mensura* [38] *aut pretiu negotiatores vina compararent, in* [39] *contrahentium potestate esse: neque enim quisquam cogitur vendere, si aut pretium aut mensura displiceat: præsertim si nihil* [40] *contra consuetudinem* [41] *regionis fiat.*

De pacto ex intervallo. 1. De pacto, si quid sacri, aut religiosi, aut publici est, ejus vent nihil.

LXXII. PAPINIANUS [42] lib. X Quæstionum.

PActa conventa [43], quæ postea [44] facta detrahunt [45] aliquid emptioni, contineri contractu [46] videntur: quæ vero adjiciunt [47], credimus [hoc] non inesse [48]. Quod locum habet in his, quæ adminicula [49] sunt emptionis, veluti *ne* [50] *cautio duplæ præstetur*: aut, *ut* [51] *cum fidejussore cautio duplæ præstetur*: sed [52] quo casu agente [53] emptore non valet pactum, idem vires habebit jure exceptionis, agente [54] venditore. † An [55] idem dici possit, aucto postea [56] vel diminuto pretio, non immerito quæsitum est: quoniam emptionis substantia [57] constitit ex pretio [58]. Paulus notat, Si omnibus integris [59] manentibus, de augendo vel diminuendo pretio rursum convenit, recessum a priore contractu, & nova [60] emptio intercessisse videtur [61]. §. 1. Papinianus, Lege venditionis illa facta, SI [62] QUID SACRI, AUT RELIGIOSI, AUT PUBLICI EST, EJUS NIHIL VENIT, si res non in usu publico, sed in patrimonio fisci erit, venditio ejus valebit [63]: nec venditori proderit exceptio, quæ non habuit locum.

De ade diruta. 1. De locis puris intra maceriam sepulchrorum.

LXXIII. IDEM lib. III Responsorum.

ÆDe sacra [64] terræ motu diruta, locus ædificii non est profanus [65], & ideo venire non potest. §. 1. Intra [66] maceriam sepulchrorum hortis vel cæteris culturis loca pura servata, si [67] nihil venditor nominatim excepit, ad emptorem pertinent.

De traditione clavium.

LXXIV. IDEM lib. I Definitionum.

CLavibus [68] traditis, ita mercium in horreis [69] conditarum possessio tradita videtur [70], si claves [71] apud horrea traditæ sint: quo facto, confestim emptor dominium & possessionem adipiscitur, etsi non aperuerit horrea: quod si venditoris merces non fuerunt, usucapio [72] confestim inchoabitur.

De pactu implendo.

LXXV. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

QUi fundum vendidit, *ut* [73] *cum* [74] *certa mercede conductum ipse habeat*; vel, *si vendat, non alii, sed sibi* [75] *distrahat*; vel simile aliquid pacisca tur, ad [76] complendum [id], quod pepigerunt; ex vendito agere poterit.

De doliu defossis. 1. De successore emptoris.

LXXVI. PAULUS lib. VI Responsorum.

DOlia [77] in horreis [78] defossa [79], si non sint nominatim in venditione excepta, horreorum venditioni [80] cessisse videri.

§. 1. Eum, qui in locum emptoris successit, iisdem defensionibus [81] uti posse, quibus venditor [ejus] uti potuisset: sed & longæ [82] possessionis præscriptione [83], si utriusque possessio impleat tempora constitutionibus statuta.

De lapidicinis exceptis.

LXXVII. JAVOLENUS lib. IV ex Posterioribus Labeonis.

IN lege fundi vendundi *lapidicinæ in eo fundo, ubique* [84] *essent, exceptæ erant*: [&] post [85] multum temporis in eo fundo repertæ erant lapidicinæ: eas quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo, referre quid actum sit: si non [86] appareat, non videri eas lapidicinas esse exceptas: * neminem enim nec vendere, nec excipere, quod non [87] sit, & lapidicinas nullas [88] esse, nisi [89] quæ [90] appa-

99 *l.* 110. ff. *de verb. oblig.* ff. l.
100 Imo, in totum. ff. *eod.*
1 Copulam cuique partem tribuere hinc colligunt: ne aliquod absurdum consequatur. adde *l.* 5. §. 5. ff. *de constitut. l.* 1. ff. *comm. præd.*
2 Juri adscribendi in contractibus locus est, quoties promissoris interest, *ut hic.* alias non est. *l. si mihi, & Titio.* 110. ff. *de verb. oblig. l. Juliano.* 13. §. *idem Celsus.* 17. ff. *de act. empt.* Alii ita, in contractibus ex causa onerosa dividua jus adscribendi locum habet.
3 Imo partis. *l.* 41. §. 9. ff. *de legat.* 3.
4 Quas tu faceres.
5 Venditio tegularum est, cum quis ex suo fundo tibi tegulas præstat: cum ex tuo, conductio. Cur ita? in venditione materiam præstat, qui vendit. In conductione operarum, operas præstat conductor, non materiam. Hac nota venditio ab operarum conductione distinguitur. adde *l.* 20. ff. *eod.* ubi alienatur materia, venditio est: ubi ejusdem manet, cujus fuit, alio operas tantum præstante, conductio.
6 Id est, in hoc casu, si tua materia est, ex qua fiunt tegulæ, venditio est: sin mea, conductio est. Nam in venditione dominium materiæ immutatur; in conductione, ejusdem manet. *Synopf. eod. c.* 54.
7 Ita Flor.
8 Vendens simpliciter fundum, & si neque dixit *liberum esse*, vel *optimum maximum*, præstare tamen hoc debet, *ut ne pars fundi vel ususfructus evincatur*: continet enim fundi emolumentum ususfructus, etsi pars fundi non sit, *ut hic.* An & id præstare cogitur, ne servitus rustici vel urbani prædii evincatur? non tenetur. *vers. quædam.* ff. *eod.* Cur tam varie? qualis fundus fuit, talem vendidit. Servitus læreat prædio, qualitasque prædii est. Ut hæc tamen ita sint, neque venditor empti actione teneatur in id quod interest, æstimatoria tamen tenetur, id est, quanto minoris. *l.* 61. ff. *de ædilitio edicto.* 9 Naturaliter quæ insunt, pro expressis habentur.
10 Excipe *l.* 1. 2. *C. de evict.* 11 Si condicta sint, *Haloa.* si nominatim dicta. *l.* 75. ff. *de evict. l.* 6. §. 5. ff. *de act. empt.* 12 Servitutes prædii venditor indicare emptori tenetur: Ideoque si emptor eas servitutes non utendo amiserit, tenebitur emptori venditor ex empto ob dolum.
13 Fundo vendito, *l.* 1. §. 1. vel tributum celavit, *l.* 21. § 1. ff. *de action. empt.* & libertatem rei emptæ. *l.* 69. §. 5. ff. *de evict.* 14 De rutis & cæsis v. *l.* 17. §. 6. *l.* 38. *in fin.* ff. *de act. empt.*
15 Bis idem scripsisse cur intelligitur? quia ruta cæsa, neque ædium sunt, neque fundi.
16 Vide *l.* 17. §. 6. ff. *de action. empt.* 17 Traditio. *l.* 20. ff. *de adquir. rer.* 18 Id est, non tantum dominium, *l.* 20. ff. *de acquir. rer. dom.* sed & fructus, *l.* 13. *C. de act. empt.* & è contra, onera, *l.* 23. §. 2. ff. *de servit. rustic. l.* 12. §. 2. ff. *famil. l.* 54. ff. *de reg. jur.* Porro, *causa*, hic onus est, & quidquid rei cohæret. 19 Lex enim dicebatur à venditore. vide *l.* 34. ff. *eod.* non semper tamen. 20 *l.* 13. §. 16. ff. *de act. empt.* 21 Diligentiam in mercede domus venditæ emptori promissa exigenda venditor præstare cogitur. 22 Diligentiam qui præstat, dolo & culpa carere debet. 23 Facit *l.* 66. §. *penult. in fin.* ff. *eod.* 24 Dolum ante contractum, in contractu, & post contractum præstat venditor emptori. 25 In futurum. vide *l.* 7. §. 3. ff. *de dolo.*
26 *Vacua possessio est*, quæ à nemine tenetur, *l.* 18. *in fin.* ff. *eod. l.* 52. ff. *de adqu. possess. l.* 4. §. 22. ff. *de usucap. l.* 18. ff. *de vi, & vi. l.* 52. *l.* 75. §. 7. ff. *de verb. oblig. l.* 3. *C. de adq. possess.* Cicer. 3 *de orat. Quintil. declam.* 12. 27 Privilegia venditorum ad emptorem transeunt. 28 Sabatianensem angullarium. *Haloand. Angularius* autem forte est, qui in angulo fundi positus. Horat. *O si angulus ille proximus accedat, qui nunc denormat agellum.* 29 *Circa*, est circumcirca, utrinque. *Bald.* 30 Vide *l.* 24. *in fin.* ff. *de aqu. pluv.* Goth. De dictione *circa*, vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 45. Anf. 31 *Ab* separationis nota. 32 Verba contractus referuntur ad tempus contractus. *Bart.* adde *l.* 2. §. 1. ff. *de her. vend.* 33 Tempus contractus in venditionis causa dubia inspicimus potius, quam consequens ullum aliud. Unde notant, monetam, quæ tempore contractus habiti usitata fuerit, solvendam creditori. Vide id genus plura apud Albericum, ubi probat, præsentem rerum statum in dubiis inspiciendum esse. 34 Imo, utcunque ignoranter homo liber ematur, naturali ratione inutilis est venditio. *argum. l.* 1. §. 9. ff. *de obligat.*
35 *l.* 4. 5. 62. ff. *eod.* §. *fin. Inst. eod. l.* 4. *vers. respondit.* ff. *quibus ad libertatem.* 36 Liberum hominem quis sciens vendere potest, *ut hic.* emere non potest, *vers. quod si emptor.* Priore tamen casu liber non ita venditus censetur, ut præstetur, sed ut obligetur. 37 Imo aliqua. *C. de patribus, qui filios distrab.* 38 Quibus mensuris res venditæ mensurentur, in arbitrio est contrahentium. 39 *l.* 18. §. 3. ff. *de dolo.* 40 Hinc constat, re ad mensuram vendita, mensuram loci contractus sequendam. His ex verbis etiam constat, licet admittatur & toleretur deceptio in pretio, nulla tamen toleratur in pondere, vel mensura, cum sit semper certa regionis mensura. 41 Consuetudini renunciari vel derogari potest per pactum, *ut hic.* nisi consuetudo sit prohibitoria. *l.* 1. *C. ne fidejussor. &c.*

42 Vide Cont. 3 *disp.* 27. Hotom. 1 35.
43 Quæ & nuda, quasi sola, sine nomine & causa; qua in re differunt a contractu. Contractus enim nomen habet, aut si nomine vacat, certe causam habet. Causam, ut si dationem vel facto sumpsit effectum. Cujac. 2 *obs.* 15. Goth. Vid. in hanc *l.* 72. Ant. Corr. *disput. jur. civil. cap.* 17. Revard. *variar. lib.* 2. *c.* 2. Anf.
44 Postea facta, hoc est, ex intervallo: est enim verbum *postea* interalli nota.
45 Pacta detrahunt emptioni, quæ non tantum pretium minuunt, sed augeut. Mutato enim pretio, natura emptionis mutatur. Detrahere itaque hic, est recedere ab emptione. Cujac. 14 *observ.* 28. Idem quoque 2 *obs.* 15. notat, pactis detrahentibus leviorem fieri conditionem emptoris; adjicientibus, graviorem. Sic sentio, ea pacta detrahere emptioni, quæ emptori detrahunt, quæ emptoris conditionem minuunt, quæ emptori nocent, prosunt venditori: cujus generis hic adfertur pactum, *ne cautio duplæ præstetur*. vel, *ut ne teneatur venditor ob evictionem*: Id genus sane pacti nocet quam maxime emptori; prodest venditori; detrahit emptionis adminiculis, detrahit emptori. Pacta vero ea adjicunt emptioni, quæ emptori prosunt, nocent venditori, ut est hoc pactum, *ne cum fidejussore eam*
tionem duplæ præstet venditor. Hoc enim pactum adjicit emptioni, meliorem facit conditionem emptoris, prodest emptori, nocet venditori. Neutrum pactum est de substantia emptionis, sed de adminiculis tantum: Non est de substantia, quia non est de consensu vel pretio. Est de adminiculis, quoniam ad evictionem pertinet. 46 Sunt ex eodem contractu, ex natura emptionis, quæ his potissimum constat, re, pretio, consensu: id est, insunt ex parte actoris, informant actionem, insunt etiam ex parte rei, quia reum ipso jure eutum reddunt, etiam non opposita exceptione pacti. vide *l.* 3. ff. *de rescind.* 47 *Adjicere*, est pacisci de adminiculis & accessionibus, & ut Justinianus loquitur, pedissequis emptionis, salva & integra emptionis substantia. Cuj. 14 *observat.* 28. 48 Et ex parte actoris (ut pariant & forment actionem) & rei: quia licet ad exceptionem proficiant, ad exceptionem tamen opponi necesse est: Nec enim ipso jure rutus est reus: & *inesse* ea tantum dicuntur ex parte rei, quorum exceptionem opponi necesse non est, id est, quæ reo etiam tacenti nec ea alleganti proficiunt, *l.* 3 ff. *de rescind.* valent ergo tantum ad exceptionem. Ne dicas autem detrahere emptioni pacta negativa, adjicere adfirmativa: nam adjiciunt etiam negativa. Cujac. *ibid.* 49 Et pedissequa, non ex ipso contractu. *Adminicula emptionis* dicuntur, quæ non perficiunt ipsam emptionem, sed quæ jam perfectæ emptioni subsidio & auxilio sunt. Hujus generis evictio est, seu evictionis pactum, quod emptionem nec perficit, sed ei tantum adjumento est. 50 Id est, ne venditor teneatur ob evictionem. *l.* 37. ff. *de evict.*
51 Id est, ut venditor satisfaciat de evictione, cum non cogatur nisi repromittere. 52 Pactum, quod inutile est emptori ad actionem, utile est venditori ad exceptionem. 53 Ηλοιδ, id est, *litem faciente.* 54 Id est, defendente venditore causam suam adversus emptorem, qui agit de evictione, vel de evictionis cautione præstanda, & est similis ωλοιδ in *l.* 1. ff. *de edendo.*
55 Quæ sequuntur pacta, referenda sunt ad substantialia emptionis, non ad adminicula: pertinent enim ad pretium auctum vel minutum. 56 Id est, an idem est in pactis detrahentibus, quod in eis, quæ adjiciunt? 57 *Substantia emptionis*, pretium, *ut hic.* res, consensus; quibus nimirum emptio ipsa perficitur. Pactum circa substantiam emptionis interpositum ex intervallo, si res non sit integra, nullam parit actionem: si sit integra, emptio tollitur mutuo dissensu vel etiam reformatur, renovatur, repetitur: & hoc quidem casu datur actio, non quidem ex pacto, sed nova emptione. 58 Et re, & consensu. 59 Id est, nondum implotis, quæ utrinque præstari debent, vel in integrum restitutis. *l.* 55. ff. *de pact.* 60 *l.* 27. §. 2. ff. *de pact.* & repeti. *l.* 7. §. 6. ff. *de pact. l.* 2. ff. *de rescind.* 61 Hæc opinio vulgaris est: subtilis est reformari tantum, renovari, repeti, *d. l.* 7. §. 6. 62 V. *l.* 5. ff. *de sepulchro.* 63 Imo, non valebit. *arg. l.* 39. *in fin.* ff. *de leg.* 1. 64 Sacrum manet solum, etiam æde diruta. 65 Nisi sit holtium. *l.* 36. ff. *de religiosis.* 66 Sepulchro excepto, non intelligitur locus circa sepulchrum purus excepto, et ad sepulchrum tantum destinatus. 67 Vid. *l.* 53. §. 1. ff. *de act. empt.* Hujusmodi loca religiosa non erant. vide quæ scripsi ad *l.* 2. §. 5. ff. *de relig.* Interim ex hoc loco possis observare, ossaria sepulchra includi olim consuevisse, quod ex duabus inscriptionibus probat Brisson. 2 *select.* 6.
68 V. *l.* 1. §. 21. *in fin.* ff. *de adq. poss.* 69 Adde quæ scripsi ad *l.* 7. ff. *de usufructu.* 70 Tradita censetur, id est, *Quasi tradito* (quæ fictione juris civilis perficitur) in translatione dominii idem operatur, quod vera, *l.* 77. ff. *de rei vind.* de vera sit mentio in *l.* 2. *C. de pactis.* Quasi traditio fit, si claves tradantur, *ut hic.* per precarii constitutionem, *l.* 21. ff. *de adq. poss. l.* 15. ff. *de reb. cred.* confessionem, *arg. l.* 57. ff. *de pact* instrumenti consignationem, *l.* 1. *C. de donat.* usufructus formalis retentionem, *l.* 28. *C. de donat.* per patientiam, præcedente contractu, *l.* 2. *C. de adq. poss.* celeritatem alicujus actus, qui alium occultet. *arg. l.* 3. §. 10. ff. *de donat. int. vir.* appositionem custodis, *l.* 51 ff. *de adq. poss.* per investiturum. vide Bald. in *l.* 20. *C. de pact.* 71 Clavibus apud horrea traditis, videtur tradita possessio eorum, quæ sunt sub clavibus: symboli namque traditione res symbolo significata tradita intelligitur. 72 Adde *l.* 46. ff. *de adq. rer. dom.* 73 *l.* 21. §. 4. ff. *de act. empt.* 74 Venditor ea etiam lege fundum vendere potest, *ut conductum ipse ab emptore habeat* (qua in specie agere potest, ut conductum habeat, *vel ut nulli alii, quam ipsimet venditori vendat.* 75 Id est, venditori ipsi. *l.* 122. §. 3. ff. *de verb. oblig.* 76 *Arg. l.* 2. *C. de pact. inter emptorem & venditorem.* 77 An & torcularia? 78 Vel cellis. Varro, Manio, apud Nonium. *c.* 15. v. *dolia. Hæc adeo emptoribus accedunt, cellæ, claves, claustra, carnaria,* DOLIA. 79 *l.* 18. ff. *de act. empt.* defixa. *l.* 93. §. 4. ff. *de leg.* 3. & sic immobili solo cohærentia: eis contraria sunt infossa. *l. pen. in fin.* ff. *de act. empt.* 80 Imo, quæ sunt defossa, fundo vendito, aut villa distracta vel legata, emptorem non sequuntur. *l.* 17. ff. *de act. empt.* Et legatarium, *l.* 93. §. 4. ff. *de leg.* 3. Tiraquell. *de retractu.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 8. tradit, mendum esse in *d. l.* 93. Albericus de doliis immobilibus agi hic existimat. 81 Emptori venditoris jura prosunt. *l.* 3. § 2. ff. *pro empt. l.* 156. §. 2. ff. *de reg. jur. l.* 28 *C. de evict.* Jura, ut tempus ad usucapiendum, *l.* 2. §. 2. ff. *pro empt.* inter eos enim conjunguntur tempora. §. 12. *in fin. Inst. de usucap.* 82 Emptori venditoris jura prosunt, ut & possessio ad longi temporis præscriptionem. *Synopf. eod. c.* 65. adde *l.* 177. ff. *de reg. jur.* 83 Jus excipiendi transit ad emptorem. In jure excipiendi par conditio est successoris singularis, & universalis. 84 Ubicunque, *Hal.* quod probatur ab Ant. August. 3 *emend.* 7. & Cujac. *Inst. de servit.* qui addit *l.* 20. *in fin.* ff. *de operis libert.*
85 Exceptio generalis lapidicinarum referenda est ad eas lapidicinas, quæ parent, non quæ occultæ. 86 Paria sunt, *non esse*, & *non apparere.* Bart. 87 Quod nondum sit. 88 Paria *nullum* & *non apparens.* 89 Nisi præsentes. 90 Tempus contractus in omni exceptione jaspicimus.

91 Hic non ex vi termini exceptus lapis, qui non erat. Atqui ususfructu legato transfertur lapis, & metallum, quæ nondum erant. *l. 9. §. 3. S. quæritur.*

92 Ablanda interpretatio, ut & omnia, quæ nimia, vitianda.

93 Ædes. Mare, a mittere dicta aqua. *19. §. ult.* alii à fundendo hinc *l. 1. §. 6. de aqua.* fistula aquæ, tubus aquæ.

94 Imo, ut non dicatur, id intelligi videtur, ut accedant emptori. *l. 47. 48. 49. S. cod.*

95 Excepto aliquo, ea quoque excepta intelliguntur, quibus ad pertinentur.

96 Implicite: implicite tamen continetur *Bald.*

97 Vide quæ scripsi ad *l. 8. C. qui dare tutores.* Goth. Adde Bellon. *lib. 3 supput. cap. 15.* Anf. Corraf. *miscell. lib. 6. cap. 15.* Guter. *reflut. part. 1. c. 22. S. 1.*

98 Hodie creditor pupilli tutelam ejus gerere non potest. *Authentic. minorum debitor. C. qui dare tutores.*

99 Imo tutori, eodem auctore, non potest à pupillo restitui hereditas. *l. 1. §. 13. ff. ad Trebell.* Corrasius 6 *Miscell. 15. n. 4.* novo intellectu tradit, hic non requiri solennitatem judicis, vel contutoris: quod tutor hic exsequatur contractum cum patre pupilli defuncto habitum. *l. 1. C. quando decreto opus non est.* Sed tamen passim hoc videtur recipi, ut sibi solvat. *l. 9. §. 5. ff. de admin. tut. l. 8. C. qui dare tutores.* Alia objectio afferri potest, quod inter dantem & accipientem debeat esse diversitas. vide *Bart. ad l. 2. ff. de stipul. servor.*

100 Possessionem sibi debitam tutor potest sibi propria auctoritate sine decreto judicis tradere, si tamen pupillus ipse non cum sua familia extra possessionem fundi prius decesserit: nam quamdiu quis in fundo est, vacua non est possessio. Ita tradere possessionem videtur is, qui è fundo decedit ea mente, ut alius in eum ingrediatur. *l. 57. ff. de ædilit.*

appareant 91, & exdantur: aliter 92a interpretantibus, totum fundum lapidicinarum fore, si forte toto eo sub terrâ esset lapis: hoc probo.

De fistulâ & castello. 1. *De emptore, qui tutelam filii venditoris gerere coepit.* 2. *De pacto, ut, soluta pecunia, tradatur emptori possessio.* 3. *De eo, quod vi, aut clam factum est.*

LXXVIII. Labeo lib. IV Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

Fistulas 93 emptori accessurus in lege dictum 94 erat: Quærebatur, an castellum, ex 95 quo fistulis aqua duceretur, accederet? Respondi, apparere id actum esse, ut id quoque accederet, licet scriptura non continetur 96. §. 1. Fundum ab eo emisti, cujus 97 filii postea tutelam administrans 98, nequaquam accepisti possessionem: Dixi tradere te tibi 99 possessionem 100 hoc modo posse, ut pupillus & familia ejus decedat de fundo, tunc demum tu ingrediaris possessionem. §. 2. Qui fundum ea lege emerat, *ut soluta pecunia traderetur ei possessio*, duobus heredibus relictis decessit: Si unus omnem pecuniam solverit, partem familiæ erciscundæ judicio servabit: nec 1, si partem solvat, ex empto cum venditore aget: quoniam ita contractum ex alienum dividi 2 non potuit. §. 3. Frumenta, quæ in 3 herbis erant, cum vendidisses, dixisti 4, te, *si quid vi, aut tempestate factum esset, præstaturum*: ea frumenta nives corruperunt: Si immoderatæ fuerunt, & contra 5 consuetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit.

De pacto, ut is, qui emit, alteram partem conductam habeat.

LXXIX. Javolenus lib. V ex posterioribus Labeonis.

Fundi partem dimidiam ea lege vendidisti, *ut emptor alteram partem, quam 6 retinebat, annua decem certa pecunia in annos singulos conductam habeat?* Labeo & Trebatius negant, posse ex vendito agi, ut id, quod convenerit, fiat. Ego contra puto: si modo ideo vilius fundum vendidisti, ut hæc tibi conductio præstaretur: nam hoc ipsum, pretium fundi videretur, quod eo pacto venditus fuerat: eoque jure utimur.

De exceptione manu satorum. 1. *De servitutibus.* 2. *De sylva cædua.* 3. *Si actum sit, ne dominium ad emptorem transeat.*

LXXX. Labeo lib. V Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

Cum *manu satis* 8 in venditione fundi excipiuntur, non quæ in perpetuum sata sunt, excipi videntur, * sed * quæ singulis annis seri solent, ita ut fructus eorum tollatur: nam aliter 9 interpretantibus, vites & 10 arbores omnes exceptæ videbuntur.

§. 1. Hujus rei emptionem posse fieri dixi, QUÆ EX MEIS ÆDIBUS IN TUAS ÆDES PROJECTA SUNT, UT EA MIHI ITA HABERE LICEAT; deque ea re ex empto agi.

§. 2. Sylva cædua 11 in quinquennium 12 venierat: Quærebatur, cum glans decidisset, utrius esset? Scio Servium respondisse, primum sequendum esse, quod appareret actum esse: quod si in obscuro esset, quæcunque glans ex his arboribus, quæ cæsæ non essent, cecidisset, venditoris esset: eam autem, quæ in arboribus fuisset eo tempore, cum hæ cæderentur, emptoris. §. 3. Nemo 13 potest videri eam rem vendidisse, de cujus dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut alius 14 genus contractus.

De pacto, ut si fidejussor pro reo solverit, emptum habeat prædium pigneratum. 1. *De fundo, ex quo venditor frumentum annuum alii promiserat.*

LXXXI. Scævola lib. VII Digestorum.

Titius 15, cum mutuos acciperet tot aureos sub usuris, dedit pignori sive hypothecæ prædia & fidejussorem Lucium: cui promisit, *intra triennium proximum se eum liberaturum: quod 16 si id non fecerit dise suprascripta, & solverit debitum fidejussor creditori, jussit 17 prædia empta esse, quæ creditoribus obligaverat.* Quæro, cum * non * sit liberatus Lucius fidejussor à Titio, an, si solverit creditori, empta haberet suprascripta prædia? Respondit, si non ut in causam obligationis, sed ut empta habeat, sub conditione emptio facta est, & contractam 18 esse obligationem. §. 1. Lucius Titius 19 promisit de fundo suo centum milia modiorum frumenti annua præstare prædiis Gaii Seii: postea Lucius Titius vendidit fundum, additis verbis his: QUO JURE, QUAQUE CONDITIONE EA PRÆDIA LUCII TITII HODIE SUNT, ITA VENEUNT ITAQUE HABEBUNTUR: Quæro, an emptor Gaio Seio ad præstationem frumenti sit obnoxius? Respondit, emptorem Gaio Seio, secundum ea, quæ proponerentur, obligatum 20 non esse.

1 *l. 57. ff. de ædilit.*

2 Individua venditio, invito venditore, facto plurium heredum emptoris dividi non potest.

3 Frumentum in herbis vendi potest. *Goth.* V. Pinell. *de rescind. vend. part. 1. cap. 3. n. 29. & seq.* Anf. 4 Id est, te venditorem periculo subjecisti. *l. 1. in princ. vers. sed si vendit. ff. de periculo.* 5 *Casus fortuitus*, intelligitur opinatus, non ex consuetudine eveniens. *Bart.* Hinc nonnulli etiam colligunt, sermonem quantumvis generalem nunquam intelligi de insolitis. Generalem renunciationem casuum fortuitorum non complecti casum insolitum, & contra consuetudinem, veluti siccitatis. adde *l. Seio. 10. §. medico. ff. de annuis legatis.* Schenkius 1 *Viridarii* 38. adde Gaill. 2 *obs.* 23. & 18. vide quæ notavi ad *l. 8. C. de locato.* Sane, casu in emptorem frumenti in herbis pactione rejecto, casum insolitum non patitur emptor, sed venditor, *ut hic.* 6 Reservatio, seu exceptio (quæ Gallis *grace, & retenue*) partem facit contractus, *ut hic.* unde colligit Imbertus *in Enchiridio in verbo Retraict.* venditorem, qui sibi facultatem jusque retrahendi reservavit, id est, excepit, tali conventione propinquiorem excludere, vel dominum, jure gentilitio vel dominico fundum venditum retrahere volentes, licet realiter, & ante eum pretium emptori obtulerint. 7 *l. 40. §. 3. ff. eod.* 8 *Sata manu* intelliguntur, non quæ perpetuo fata, sed quæ singulis annis seri solent: Perpetuo fata, arbores & vites: singulis annis, frumenta.

9 Interpretationes absurdæ vitandæ. 10 Differentia inter ea, quæ singulis annuis, & quæ in perpetuum seruntur, notanda. 11 Sylva cædua vendita, glans seu omnes fructus, *ff. de glande legenda.* emptoris sunt. *l. Julianus. 13. §. si fructibus. 10. ff. de act. empt.* Jure cædendæ sylvæ de quinquennio in quinquennium vendito, glans, quæ decidit ante tempus cædendi, est venditoris, *ut hic.* nec enim hic proprie sylva venditur, sed jus sylvæ. 12 Et sic in diem. 13 Venditio non est, cum id agitur, ut ne dominium rei venditæ transeat in emptorem. Quid igitur? vel locatio, vel alius contractus. Cur non est venditio, cum pretii facta hic sit mentio? quia hoc agitur, ne hac venditione dominium transferatur, quod venditionis proprium est. 14 *Alius*, id est, alterius. 15 Intellectum hujus l. vid. apud Gaspar. Roderic. *de reditibus. lib. 2. quæst. 2. n. 6.* Anf.

16 *l. 16. in fin. ff. de pignoribus.* 17 Fidejussor, ex pacto cum ipso debitore principali inito, potest pignus ejus emere, *ut hic.* An citra pactum emere possit? v. *l. 1. 1. 2. C. de distractione pignorum.* 18 Valet ergo pactum commissorium, seu lex commissoria in pignore, si, & quatenus utile fuerit tertio, *ut hic.* adde si convenit, ut pignus ematur justo pretio. *l. 16. in fin. ff. de pignoribus.* si ex intervallo id convenit. *l. 34. ff. de pignorat.* 19 Intellectum hujus §. vide apud Joann. à Sande, *decis. Frisicar. lib. 3. tit. 12. defin. 8.* Anf. 20 Personalis obligatio non sequitur fundum, nec ejus possessorem. *l. 1. §. si heres. ff. ad Trebellian. l. ult. C. de haered. act. l. 15. C. de donat.*

Tit. II.

DE IN DIEM ADDICTIONE 1.

Quomodo *in diem addictio sit.*

1. Paulus lib. V ad Sabinum.

In diem addictio ita 2 fit, Ille fundus centum esto tibi emptus, nisi si quis intra Kalendas Januarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res a domino ablat.

Utrum sit emptio, an conditionalis. 1. *Commodum & periculum rei pure addictæ ad quem pertineat?*

II. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Quotiens fundus in diem addicitur, utrum pura 4 emptio est, sed sub conditione resolvitur; an vero conditionalis sit magis emptio, quæstionis est? Et mihi videtur verius, interesse 5 quid actum sit: nam si quidem hoc actum est, *ut meliore allata conditione, discedatur*, erit pura emptio, quæ 6 sub conditione resolvitur: Sin autem hoc actum est, *ut perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur*, erit emptio conditionalis. §. 1. Ubi igitur, secundum quod distinximus, pura venditio est, Julianus scribit, hunc, cui res in diem addicta est, & usucapere posse, & fructus 7, & 8 accessiones lucrari, & periculum ad eum pertinere, si res interierit:

III. Paulus lib. V ad Sabinum.

Quoniam 9 post interitum rei jam nec adferri possit melior conditio.

Commodum rei sub conditione addictæ. 1. *De interitu rei.* 3. *De dominio, & oppignoratione ei addictæ.* 4. *Quod vi, aut clam.* 5. *Quæ requiruntur, ut à priore emptione abeatur.* 6. Meliorem conditionem *afferre quid sit.*

IV. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Vbi 10 autem conditionalis venditio est, negat Pomponius usucapere eum posse, nec fructus ad eum pertinere. §. 1. Idem Julianus lib. XV quærit: Si res in diem addicta interciderit, vel ancilla decesserit, an partus vel fructus ejus nomine adjectio admitti possit? Et negat admittendam adjectionem, quia 11 alterius rei, quam ejus, quæ distracta est, non solet adjectio admitti.

§. 2. Idem Julianus eodem libro scribit: Si ex duobus servis viginti venditis, & in diem addictis, alter decesserit, deinde unius nomine, qui supererit, emptor extiterit, qui supra viginti promitteret, an discedatur à priore contractu? Et ait, dissimilem esse anc 12 speciem partus 13 specie 14, & ideo hic discedi à priore emptione; & ad secundam 15 perveniri. §. 3. Sed & Marcellus lib. V Digestorum scribit, *pure vendito, & in diem addicto fundo, si melior conditio allata sit, rem pignori 16 esse desinere, si emptor eum fundum pignori dedisset.* Ex quo colligitur, quod emptor medio 17 tempore dominus esset: alioquin nec pignus teneret. §. 4. Idem Julianus lib. octogesimo 18 octavo Digestorum scripsit, *eum, qui emit fundum in diem, interdicto quod vi aut clam uti posse*; nam hoc interdictum ei competit, cujus interest opus non esse factum: *Fundo autem* (inquit) *in diem addicto, & 19 commodum, & incommodum omne ad emptorem pertinet, antequam venditio transferatur*: & ideo, si quid tunc vi aut clam factum est, quamvis melior conditio allata fuerit, ipse utile interdictum habebit; sed eam actionem, sicut fructus 20, inquit, quos percepit, venditi judicio præstaturum. §. 5. Cum igitur tunc recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; vel tunc non impleatur, ubi sub conditione fit, cum melior conditio sit allata: si falsus 21 emptor subjectus sit, eleganter scribit Sabinus, priori rem esse emptam; quia non videatur melior conditio allata esse, non existente vero emptore: sed & si existat alius emptor, meliorem tamen conditionem non adferat, æque dicendum erit, perinde haberi, ac si non existeret. §. 6. *Melior* 22 autem *conditio adferri* videtur, si 23 pretio sit additum. † Sed & si nihil pretio addatur, solutio tamen afferatur facilior pretii, vel maturior, melior conditio adferri videtur. † Præterea, si 24 locus opportunior solvendo pretio dicatur, æque melior conditio allata videtur; & ita Pomponius lib. IX ex Sabino scribit. † Idem ait & si persona 25 idoneior accedat ad emptionem, æque videri meliorem conditionem allatam. † Proinde, si quis accedat ejusdem pretii emptor, sed qui levioribus emat conditionibus, vel qui satisdationem nullam exigat, melior conditio allata videbitur. Ergo idem erit probandum & si viliori pretio emere sit paratus, ea tamen remittat, quæ venditori gravia erant in priore emptione.

V. Pomponius lib. IX ad Sabinum.

Quidquid 26 enim ad utilitatem venditoris pertinet, pro *meliore conditione* haberi debet.

De fructibus.

VI. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Item quod dictum est 27, *fructus* 28 *interea captos emptorem priorem* 29 *sequi*, totiens verum est, quotiens nullus emptor existit, qui

1 *Eclog. 19. tit. 4. cap. 3.*

2 In hoc modo frequentia sunt hæc tria verba. Primum *addicere*, quod est projecere. *l. 59. ff. de evictionibus.* Gallis *effrouffer.* Secundum *adjicere*, *abjicere*, id est, adjectionem non recipere. *l. 9. ff. eod. l. 1. C. de vend. reb. civit. l. penult. C. de omni agro deserto. l. 2. C. de lucrativa prædi. civil. Addicere*, est auctione constituta rem penes eum collocare, qui pluris licitus fuerit: *In diem addicere*, est rem penes emptorem collocare, *hac lege, nisi quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit.* Cujac. *ad l. 18. ff. eodem.* addictiones προσκυρώσεις, adjectiones ὑποψηφισμάτων Græci vocant. Tertull. *in Apologet. Sub eadem annotatione quæsoris, divinitas adducta conducitur.* Cujac. *ad tit. de fide, & jure hastæ*, hæ ad pretium, illæ ad rem referuntur. In diem addictio hoc sensu à Græcis definitur: Emptio & venditio ea lege contracta; ut secuta licitatione sive auctione pretii (γενομένης ὑποψηφίσεως, ἤτοι ἐπιπωλήσεως) intra diem; de quo in contrahenda venditione convenit, venditio, resciandatur. *Synops. Basil. 19. tit. 2. c. 3.* Goth. De Emendatione hujus tituli v. apud Ant. Augustin. *lib. 2. Emendat. c. 3. in pr.* & ad *l. 1.* adde Covarruv. *var. resolut. lib. 3. c. 8.* Anf.

3 Formula in diem addictionis. adde *l. 2. §. 4. ff. pro empt.* Plaut. Captivis. *Act. 1. scena 2.* Agesis, roga emptum, nisi quis meliorem adferet, quæ tibi, atque amicis placeat conditio magis, Quasi fundum vendam, me eis addicam legibus. adde *l. si quis hac lege. 41. ff. de rei vindicat. l. si res. 3. ff. quibus modis pignus.*

4 Pura emptio sub conditione interdum resolvi potest, quod etsi accidat, non tamen conditionalis est emptio. Si hoc convenit, *ut meliore allata conditione discedatur ab emptione*, pura emptio est, quæ sub conditione resolvitur: sin ita, *ut perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur*, conditionalis est emptio: verbum enim *nisi*, facit conditionem. 5 *l. 2. l. 3. §. de contrab. empt.*

6 Differentiam inter contractum conditionalem, & purum, resolvendum sub conditione observa, ut *l. 1. 2. ff. de leg. commissor.* Priori casu, licet res sit tradita, pactum tamen in diem additionis (quod & formula ejusdem satis ostendit) ipso jure contractum resolvit; etsi non interveniat retro traditio. Jason *ad l. 58. ff. de pact. n. 7.* Alias differentias v. *in §. 1. ff. eod. l. 3. 4. ff. eod.*

7 Vid. *l. 6. ff. eod.* 8 Statim atque res in diem addicta, & pura venditio est (quod ut accidat, ff. diximus), is, cui res addicta est, ut usucapit, fructus & accessiones lucratur, ita periculum rei, ejus est (is effectus est in diem additionis, quæ puram venditionem continet, *ut hic.*) Cur ejus est periculum? Quia post interitum rei, nulla amplius melior conditio adferri potest. *l. 3. ff. eod.* Quid, si in diem additio conditionalis est? is, cui res addicta, neque usucapit, neque fructus suos facit: *l. 4. ff. eod.* His constat, puræ & conditionalis venditionis magnum discrimen esse. 9 Adde *l. 4. §. 1. ff. eod.* 10 *l. 2. §. 4. ff. pro empt.* 11 Adde *l. 2. in fin. l. 3. ff. eod.* 12 Ita Flor. pro *hanc.* 13 Alias, *à partus specie.* 14 De qua dictum est §. 1. ff. eod. 15 Principali uno sublato, aliud æque principale constare potest. Interim observa ita legi in Flor. *secunda*, non *secundam.* 16 *l. 3. ff. quibus mod. pign.* adde *l. 3. ff. de pign.* 17 *l. 41. in pr. ff. de rei vind.*

18 Quadragesimo. 19 *l. 11. §. 10. ff. quod vi, aut clam.* 20 Vid. *l. 6. ff. eod.* 21 *l. 55. ff. de contrab. empt.* & falsus tutor. *l. 221. ff. de verb. signif.* 22 *Melior conditio* venditionis intelligitur, si *pretii* additio, si *solutio* pretii facilior, vel maturior, si *locus* opportunior solvendi pretii, si *idoneior persona* sit novi emptoris, si emptor novus *remittat satisdationem* venditori, aut non eas *conditiones* exigit, quas prior emptor. & breviter, melior conditio, quæ utilior venditori, *ut hic. & l. 5. ff. eod.* considerata pretii, temporis, loci, personæ, & conditionum qualitate. *ut hic. Synopf. Basil. eod. c. 3.* 23 Propria & vera est hæc adjectio. 24 V. quæ notavi ad *l. 8. ff. quod certo loco.*

25 Persona, quo magis idonea est, eo plus esse in obligatione efficit. adde *l. 112. in fin. ff. de verb. obl. 4 Eclog. c. 3.* 26 Melior conditio censetur venditoris, quæ utilior, ac magis conducit venditori. *Synopf. eod. c. 3. in fin.* Harm. 3. 27 *l. 2. in fin. ff. eod. l. 16. ff. eod. l. 2. § 4. pro emptore.*

28 Adde *l. 5. ff. de lege commissoria. l. fructus. ff. soluto matr.* v. Berouin, q. 59. 29 Prior emptor hic est, cui priori res vendita sub pacto in diem additionis, post quem admitti solet alius rueliorem conditionem afferens.

qui 30 meliorem conditionem adferat, vel falsus * exiſtit *: ſin vero exiſtit emptor poſterior, fructus refundere priorem debete conſtat, [ſed venditori]: Et ita Julianus lib. XLVIII Digeſtorum ſcripſit. §. 1. Si quis extiterit, qui meliorem conditionem adferat, deinde 31 prior emptor adverſus eum licitatus ſit, & penes eum emptorem manſerit, dubitari poterit, utrum fructus 32 ipſe habeat, quaſi nulla meliore conditione allata? An vero 33 venditoris ſint, licet eadem ſit perſona, quæ meliorem conditionem attulit? Quod ratio facere videtur: Intererit tamen, quid acti ſit: Et ita Pomponius ſcribit.

De effectu adjectionis.

VII. Paulus lib. V ad Sabinum.

Licet autem venditori, meliore allata conditione, addicere 34 poſteriori: niſi 35 prior paratus ſit plus adjicere 36.

Monendus emptor meliore conditione allata.

VIII. Idem lib. XXXIII ad Edictum.

Neceſſe autem habebit venditor, meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere, ut, ſi quid alius adjicit, ipſe 37 quoque adjicere poſſit.

De effectu adjectionis.

IX. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Sabinus ſcribit, *licere venditori* 38 *meliorem conditionem oblatam abjicere* 39, *ſequique primam, quaſi meliorem.* Et ita utimur. † Quid tamen, ſi hoc erat nominatim actum, *ut liceret reſtituere emptori meliore conditione allata?* Dicendum erit, diſſolutam priorem emptionem, etiamſi venditor ſequentem non admittat.

De diſtractione pignoris.

X. Julianus lib. XIII Digeſtorum.

Sed ſi proponatur, à creditore pignus in diem addictum, non poteſt videri bona fide negotium agi, niſi adjectio recipiatur. Quid ergo eſt, ſi inops 40 emptor, & impediendæ tantummodo venditionis cauſa intervenit? Poteſt creditor, ſine periculo, priori emptori addicere.

An res addicta poſſit iterum addici. 1. De pluribus venditoribus.

XI. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Quod autem Sabinus ſcribit, *Fundum in diem addici non poſſe rurſus, qui ſemel fuerit in diem addictus*, ratione ejuſmodi defendit: *quia prioris*, inquit, *emptoris ſtatim ſit, ſcilicet quaſi non videatur melior conditio allata, ſi non ſecure ſecundo emptori fundus addicitur, ſed alia licitatio proſpicitur.* Sed Julianus 41 lib. XV Digeſtorum ſcripſit, intereſſe multum, quid inter contrahentes actum ſit, nec impedire quicquam, vel hoc agi, ut 42 ſæpius [fundus] collocetur 43: dum vel prima, vel ſecunda, vel tertia adjectione res à venditore diſcedat. §. 1. Item quod Sabinus ait, *ſi, tribus vendentibus, duo poſteriori addixerint, unus non admiſerit adjectionem, hujus partem priori, duorum poſteriorum emptam*, ita demum verum eſt, ſi variis pretiis partes ſuas diſtraxerunt.

XII. Pomponius lib. IX ad Sabinum.

Etſi diſpares partes vendentium fuerint.

XIII. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Quod ſi uno pretio vendiderint, dicendum eſt, totam priori emptam manere: quemadmodum ſi quis mihi totum fundum ad diem addixiſſet, poſtea vero pretio adjecto, dimidiam 44 alii addixerit. Celſus quoque lib. VIII Digeſtorum refert, Mucium, Brutum, Labeonem, quod Sabinum exiſtimare. Ipſe quoque Celſus idem probat: & adjicit, mirari ſe, à nemine animadverſum, quod ſi prior emptor ita contraxit, *ut 45 niſi 46 totum fundum emptum nollet habere*, non habere eum partem emptam, quam unus ex ſociis poſteriori emptori addicere noluit.

§. 1. Verum eſt autem, vel unum 47 ex venditoribus poſſe meliorem adferre conditionem: emere enim cum 48 tota re etiam noſtram partem poſſumus.

De adjectione ſimulata. 1. De emptore non idoneo. 3. De pupillo, vel ſiliofamilias, vel ſervo plus offerentibus. 5. De fructibus.

XIV. Paulus lib. V ad Sabinum.

Si venditor ſimulaverit 49 meliorem allatam conditionem, cum minoris 50, vel etiam tantidem alii venderet, utrique emptori in ſolidum erit obligatus 51. §. 1. Sed ſi emptor alium non idoneum ſubjecerit, eique fundus addictus eſt, non video (inquit) quemadmodum priori ſit emptus, cum alia venditio, & vera poſtea ſubſecuta ſit: Sed verum eſt, venditorem deceptum ex vendito actionem habere cum priore emptore, quanti ſua interſit, id non eſſe factum: per quam actionem & fructus, quos prior emptor percepit, & quo deterior res culpa vel dolo malo ejus facta ſit, recipiet venditor: Et ita Labeoni & Nervæ placet. §. 2. Sed ſi neuter ſubjecit emptorem, majore autem pretio addictum eſt prædium ei, qui ſolvendo non eſt, abitum eſt à priore emptione, quia ea 52 melior intelligitur, quam venditor comprobavit, cui licuit non addicere. §. 3. Sed & ſi pupillus poſtea ſine tutoris auctoritate pluris emerit, conſentiente venditore abibitur 53 à priore emptione. Idem & de ſervo alieno. † Aliter 54 atque ſi ſervo ſuo 55, vel filio, quem in poteſtate habet, vel domino rei per errorem id addixerit: quia non eſt emptio his caſibus. Quod ſi alieno ſervo, quem putaverit liberum eſſe, addixerit, contra ſe habebit, & erit hic ſimilis egenti. §. 4. Emptorem, qui meliorem conditionem attulerit, præter 56 corpus nihil ſequitur, quod venierit.

§. 5. Non tamen ideo, ſi tantumdem pretium alius det, hoc ipſo, quod fructus 57 eum non ſequantur, qui ſecuturi eſſent priorem emptorem, melior conditio videtur allata, quia non id agitur inter emptorem, & venditorem.

De morte venditoris ante adjectionem. 1. Quid ſit meliorem conditionem afferre.

XV. Pomponius lib. IX ad Sabinum.

Si prædio in diem addicto, ante diem venditor mortuus ſit, ſive poſt diem heres ei exiſtat, ſive omnino non exiſtat, priori prædium emptum eſt: quia * melior conditio allata, quæ domino placeat, intelligi non poteſt, cum 58 is, qui vendat, non exiſtat: Quod ſi intra diem adjectionis 59 heres exiſtat, melior conditio ei adferri poteſt. §. 1. Si 60 fundus in diem addictus fuerit pluris, ut quædam ei 61 accedant, quæ non acceſſerint priori emptori, ſi non minoris ſint hæ res, quam quo pluris poſtea fundus venierit, prior venditio valet; quaſi melior conditio allata non ſit, ſi minoris ſint. † Idemque æſtimandum eſt, ſi dies longior pretii ſolvendi data fuerit; ut quæratur, quantum ex uſura ejus temporis capi potuerit.

Fructus, & ſumptus.

XVI. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

Imperator Severus reſcripſit, *Sicut fructus* 62 *in diem addicta domus, cum melior conditio fuerit allata, venditori reſtitui neceſſe eſt, ita rurſus quæ* 63 *prior emptor medio tempore neceſſario probaverit* 64 *erogata, de reditu retineri: vel, ſi non ſufficiat, ſolvi æquum eſt:* Et credo 65 ſenſiſſe Principem de empti venditi 66 actione.

De duabus rebus duobus ſeparatim addictis.

XVII. Julianus lib. XV Digeſtorum.

Cum duo ſervi duobus ſeparatim denis in diem addicti ſint, & exſtiterit, qui pro utroque triginta det, refert 67, unius pretio decem, an ſingulorum quina adjiciat: Secundum ſuperiorem adjectionem, is ſervus inemptus erit, cujus pretio adjectio facta fuerit: ſecundum poſteriorem [adjectionem], uterque ad poſteriorem emptorem pertinebit: Quod ſi incertum 68 ſit, ad utrius pretium addiderit, à priore emptione non videbitur eſſe diſceſſum.

De re addicta duobus ſocis.

XVIII. Africanus lib. III 69 Quæſtionum.

Cum in diem duobus 70 ſociis fundus ſit addictus, uno ex his pretium adjiciente, etiam pro ipſius parte a priore venditione diſcedi rectius exiſtimatur.

Si præter rem in diem addictam alia quoque veneat.

XIX. Javolenus lib. II ex Plautio.

Fundo in diem addicto, ſi 71 poſtea pretium adjectum eſt, & venditor, alio 72 fundo applicito, eum ipſum fundum poſteriori emptori addixit, & id ſine dolo malo fecit, priori emptori obligatus 73 non erit: nam quamvis non id tantum, quod in diem addictum erat, ſed aliud quoque cum eo venierit, tamen, ſi venditor dolo caret, prioris emptoris cauſa abſoluta eſt 74: id enim ſolum intuendum eſt, an 75 priori venditori bona fide facta ſit adjectio.

Actio priori emptori contra ſecundum an detur, ob pretii partem prorogatam.

XX. Papinianus lib. III Reſponſorum.

Prior 76 emptor poſt meliorem conditionem allatam, ob pecuniam in exordio venditori de pretio ſolutam, contra ſecundum emptorem, citra delegationem jure ſtipulationis interpoſitam, agere non poteſt 77.

58 Adde *l.* 3. *ff. eod.* & morte finitur voluntas. *nolit* autem non dicitur, qui velle non poteſt. *l.* 4. *ff. de acquirenda hereditat.*

59 Ant. Auguſtin. *lib.* 2 *Emendat. cap.* 3. veretur ne in Florentina lectione recte dicatur *adjectionis*, pro *additionis*: quod tamen non placet, *arg. d. l.* 3. *ff. eod.* S. L.

60 Si de novo res acceſſerit ei, qui plus adjicit, quæ res [illegible] minoris ſit, eam id, quod ab ipſo adjectum eſt, prior venditio non reſcinditur: quemadmodum & die longiore pretii ſolvendi conceſſo, non tanta capi uſura poterit, quanti eſt facta acceſſio, *Synopſis Baſil. eod. c.* 11. 3 Harmen. 3. §. 111.

61 *Leg.* 19. *ff. eod.*

62 *V leg.* 6 *ff. eod.*

63 Fructus percepti per emptorem, ut melior conditione allata reſtituuntur venditori, ita primo eidem emptori reſtitui oportet, quod bona fide impenderit.

64 Sumptus neceſſarii reſtitui debent emptori, cui res aufertur.

65 Argumentum à Tituli diſpoſitione. Ita lex quæque ad eam actionem referenda, de qua titulus ipſe loquetur.

66 Sic dicitur *empti venditi.*

67 Cui duæ res venduntur duplici pretio, hoc pacto, *ut aliquid addatur ad pretium*, illius venditio reſolvitur, ad cujus pretium fuit additum: quod ſi non apparet, neutra. vide *l.* 34. *ff. de adilitio. l.* 19. *ff. de verborum obligationib.* 68 Incertitudinis ratione, actus irritus efficitur. 69 V. Cujac. 3. *ad Afric. fol.* 30. 70 Duobus ſociis emendibus, quibus res in diem communiter addicitur, unus ex eis adjicere poteſt, ac ſimiliter eum tota re partem ſuam emere, *ut hic.* adde *l.* 13. §. 1. *ſupr. eod.*

71 Commodius hunc locum ita legemus, *ſi poſtea pretium adjectum eſt alio fundo applicito, & venditor eum ipſum fundum poſteriori emptori addixit, & id ſi ſine dolo malo facit, priori emptori obligatus non erit.* Hac ſententia, licet venditor priori emptori fundum in diem addixerit, poteſt tamen venditor, fundo ita vendito alium applicare, eoque ita applicato, novum emptorem, qui plus pretio adjiciat, quærere: Id, inquam, poteſt venditor facere bona fide. In hac ſpecie, id ſolum intuendum eſt, an poſteriori à venditore bona fide facta ſit adjectio: ſic enim videtur legendum in fine hujus legis. 72 Ut in *l.* 15. §. 1. *ff. eod.* 73 *Sub.* venditor. 74 Id eſt, à prima venditione videtur receſſum eſſe. 75 *Ita videtur legendum*, an poſteriori. *ſubaudi*, emptori à venditore bona fide facta ſit adjectio: id eſt, id ſolum inſpicimus in hac hypotheſi, an venditor bona fide fundo priori emptori vendito, fundum alium adjecerit, ut priorem melius venderet: ſi bona fide id fecerit, nullum dubium eſt, à priori venditione receſſum eſſe. 76 Prior emptor, cui in diem res addicta eſt à venditore, licet ipſi venditori pretium rei ſolverit, contra ſecundum emptorem (cui plus adjicienti res à venditore addicta eſt) agere non poteſt, niſi ei ſtipulanti venditor ſecundum ipſum emptorem delegaverit. Cur prior emptor in ſecundum experiri non poteſt? quia perſonalis actio fundum non ſequitur. 77 Niſi in ſubſidium, venditore non ſolvendo. *l.* 2. 3. 4. *C. quando ſiſc. vel privat.*

Tit. III.

De lege commissoria.[1]

Effectus.

1. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

Si fundus commiſſoria[4] lege venierit[5], magis eſt, ut ſub[6] conditione reſolvi[7] emptio, quam ſub conditione contrahi videatur[8].

1 19 *Eclog.* 3. facit 2 Paul. *ſent.* 3. & IV C. LIV. *l.* 3.

2 Id eſt, conventione commiſſoria: ideo minus Latine dicitur *pactum legis commiſſoriæ.* Duarenus.

De

Lex enim eſt conventio, quæ contractui adjicitur. Cujac. *hic.* 3 *Lex committitur*, ut ſtipulatio committitur, cum adverſus ſtipulationem aliquid factum eſt. Hæc pactio olim & veteribus dicebatur *fiducia.* Eſt autem *fiducia* pignus, quod creditori mancipatur, aut in jure ceditur, ea lege, ut ſoluta ad diem pecunia remancipetur; non ſoluta, creditori pleno jure committatur. vide Cujac. *apud* Paul. 2. *ſent.* 13. *Commiſſoriam* dici idem auctor hic notat, quod qui in eam committit, in univerſam venditionem committat. Ideoque ſtatim atque hæc committa lex eſt, hoc eſt, cum per culpam emptoris, qui eam commiſit, locum habere cœpit pactum, puta, elapſo die in ea comprehenſo ſtatuere debet venditor, atque eligere, utrum commiſſoriam exercere malit adverſus emptorem, an potius verum pretium petere, nec poteſt poſt electionem variare. *Goth.* Ad hunc tit. v. Caſpar. Roderic. *de ann. redit. lib.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 25. *& ſeqq.* Anſ. 4 Formulam commiſſoriæ legis v. *in l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 8. *ff. eod.* 5 Quid? pignus poteſtne lege commiſſoria contrahi, ut venditio? non poteſt. Pactum commiſſorium, ſeu lex commiſſoria in pignoribus reprobatur, ne fœneratoribus graſſandi via pateat. *l. ult. C. de pactis pignorum.* 6 *Sub conditione reſolvi, & contrahi*, differunt. Sub conditione contrahitur venditio, quæ ab initio eſt conditionalis: ſub conditione vero reſolvitur, quæ initio pura eſt, exitu conditionalis. 7 Illud omnium longe utiliſſimum eſt quæri: An ita reſoluta venditione, venditor ſit immunis à laudiniis domino ac patrono præſtandis? Molineus, 1 *conſuet.* §. 23. *n.* 10. *& ſequentib.* tradit, venditione facta ſub clauſula reſolutiva cadente in legem commiſſoriam, pecunia in diem non ſoluta, reſolvi contractum: Ideoque omnia ejus acceſſoria, & ab illo dependentia reſoluta eſſe: Conſequens eſſe, ut eo caſu, jura feudalia ex eodem contractu orta, exceptionis hujus, vel actionis ope reſolvantur. Hic enim, per non ſolutionem, venditionem ipſo jure retro annullatam eſſe, & ad non cauſam redactam: Quod idem Molineus confirmat, 2 *conſuet.* §. 55. *gloſſ.* 1. *n.* 162. ubi *n.* 165. 166. 167. tradit ſuperiora intelligi, quando lex commiſſoria ad modicum tempus relata eſt: tunc enim non dici alienatum, quod brevi revertitur: ſecus ſi in ſeptennium, vel amplius hæc lex lit concepta, tunc enim ex conditione tam inſolenti fraudem præſumi: & aliud agi videri, ut dominus directus toto decennio, nec tute retrahere poſſit, nec ullo modo laudimia petere, tunc autem ſtatim, & ſemel jura dominicalia de venditione deberi, non de reſolutione. Quid, ſi laudimia per errorem ſoluta, an repetentur? vide quæ notavi *ad l.* 4. *C. de pact. inter empt.*

8 *l.* 2. §. 3. *ff. pro emptore.* interim tamen eſt pura. *Lorich. hic.*

De electione venditoris.

11. POMPONIUS lib. XXXV ad Sabinum.

CUm venditor fundi in lege ita [9] caverit, SI AD DIEM PECUNIA SOLUTA NON SIT, [UT] FUNDUS INEMPTUS [10] SIT, ita accipitur *inemptus esse fundus*, si venditor inemptum eum esse velit, quia [11] id venditoris causa caveretur: nam si [12] aliter acciperetur, exusta villa in potestate emptoris futurum, ut non dando pecuniam inemptum faceret fundum, qui ejus periculo fuisset.

9 De formula legis commissoriæ addes *l. 1. §. 2. C. de pact. l. ult. C. Theodos. de fid. instr. l. 51. §. 6. de l. 4. §. 8. ff. cod.* Goth. Vide ad hanc leg. Iacobum Fornerium *lib. 4. c. 12. n. 8.* Anf. 10 Vocabulo *Synops. ff. tit. 3. c. 2. Inempti* verbum solemne in lege commissoria. *l. 4. l. 5. l. ult. ff. eod. l. 2. Emitur.* 38 *ff. de m. nov. l. sed Celsus. 6. §. si fundus. l. 3. de contr. empt. l. 6. si duobus. §. 1. ff. de diversi. & temp. præscr. l. trajectitias. ff. de oblig.* ut & *vendidit* vox, *l. ult. §. 1. ff. de rescindenda vendit.* Sed & illud usitatum, ut res reddatur, si dissicuerit, *l. 6. ff. de rescindenda.* aut si contractus rescindatur. *Synops. Basilic. 19. tit. 3.* Idem dicendum est, si aliis verbis directis lex enim nudis verbis vix est imponenda. *l. 2. C. commun. de legat.* ita conventum fuit, *res habeatur pro infecta*, vel *res sit inempta.* Utrumque enim verbum est directum: consequenter ideo fuerit, si verba executionem facti demonstrantia, vel importantia addita fuerint: talia namque resolutionem ipso facto testantur, & arguunt: ut si ita conventum sit, *vendi rem posse sine ministerio justitiæ, se reinsinuare*, id est, reassumere, remque possidere & ea propria auctoritate. Idem dicendum, si ita venditio concepta fuerit, *si ad diem pecunia non soluta sit, alteri vendere mihi licebit*: quia expresso effectu, pariter ipsum efficiens censetur expressim. Ut hinc constet hæc verba, *sit inemptus*, non esse formalia, cum sufficiant quæcunque importantia resolutionem contractus ipso jure. *Molinæus i consuet. §. 23. n. 10. & sequentibus.*

11 Adde *l. 6. ff. de pignoratitia.* quæ est ex eodem libro Pomponii ad Sabinum. vide *l. 6. C. de legibus.* 12 Interpretationes absurdæ vitandæ. 13 Si venditor legem commissoriam non exercet invitus, ea uti liberum est venditori. Pactum legis commissoriæ adjicitur gratia venditoris. 14 Alias quod in favorem ejus introductum fuisset, in ejus injuriam retorqueri iniquum esset, *l. 6. C. de legibus.* volens tamen ei renunciare, potest. *l. penult. C. de pactis.* 15 V. *l. 2. ff. eod.* 16 V. *l. 6. §. 1. ff. de servis exportandis.* 17 Lex enim commissoria conditionalem emptionem non facit, sed eam puram eveniente conditione resolvit. *Bald.* 18 Lege commissoria venditioni adjecta, & emptore intra statutum tempus pretium non solvente, finita intelligitur emptio, *ut ff.* Rem autem ipsam, rei fructus, damna rei illata ab emptore venditor repetit actione ex vendito, *ut hic.* & ita Sabinus censuit. *l. 5. ff. de rescindenda.* Proculiani vero, ut & Paulus, id factum dabant. *d. l. 6.* sed res est jam decisa, ex pacto legis commissoriæ clari ex empto vendito actiones, *ut hic.* & ita verbum *decisa* hic accipe. Pro Ulpiano etiam facit *l. 2. C. de pactis inter emptorem.* Quid, si partem pretii emptor venditori numeravit? fructus lucratur eo casu. *§. 1. ff. eod.* & ita obtinuisse refert Romanus *singulari* 538. 540.

19 *l. 6. §. 1. ff. de contrahend. empt. l. 3. C. de pactis inter empt.* 20 Nota humanum esse, emptorem fructus lucrari, si pretii partem perdidit. Quid, si partem pretii intulit, & nullos fructus percepit? partem fructuum amittit. Est igitur lex commissoria odiosa. 21 Lege commissoria statim uti debet venditor: statim, inquam, seu cum primum lex ipsa commissa est. 22 Commissoriam elegit, qui pretii usuras petiit, aut percepit, ideoque hujusmodi petitione commissoriæ renunciare videtur. v. *l. 4. C. de pactis inter empt.* 23 Variatio regulariter prohibita. *l. 7. ff. eod.* quia electione jus est quæsitum emptori, quod variatione venditoris interveniente illi nequit. v. *l. 20. ff. de optione legat.* 24 Confueta adjici contractibus, non præsumi adjecta si aliquid adjiciant obligationi, hic notat *Bald.* adde *l. ult. C. de fidejuss. l. sciendum. 30. ff. de verb. oblig.* 25 *l. 6. §. 1. ff. de contrahenda emptione.* 26 Lege commissoria qui vult se liberare emptor, intra statutum solutioni tempus solutionem offerre debet: neque exigitur, ut à venditore, solutionis nomine interpelletur: cum primum ad diem statutum solutum pretium non est, statim venditio committitur, & fit irrita, neque convalescit oblato postea pretio, nisi oblatum accipiat venditor, vel non oblatum petat. *l. 6. l. 7. ff. eod.* 27 Dies enim interpellat, *ut hic.* ut & eum, qui sub pœna aliquid debet, *l. 12. C. de contrah. & commit. stipul.* vel sub usuris. *l. 9. §. ult. ff. de usuris.* vel ex causa emphyteuseos *l. 2. circa finem. C. de jure emphyteutico.* Eodem modo judex appellanti, licet non petenti, apostolos concedere debet. *l. 6. in fin. C. de appellationibus.* 28 Ei non imputabitur, neque dicetur lex esse commissa. v. *l. ult. & fin. ff. eod. l. cum quidam. 17. §. si pupillo. 3. ff. de usuris. l. si rem. 73. ff. de procurat.* 29 Ea lex est commissoria. *l. 2. ff. eod.* 30 Fructus, dum legis commissoriæ tempus exspectatur, sunt emptoris: lege tamen commissa restituendi sunt venditori: Resoluto contractu, fructus restituendi sunt venditori. vide *l. 6. ff. de in diem addictione. ubi dixi.* 31 *Revenire* dicitur res, quæ revertitur. 32 Excipe *l. 4. §. 1. ff. eod.* 33 Fidem qui fefellit, omni commodo indignus est. 34 Commissoria electa à venditore emptor, quod arrhæ aut pretii nomine dedit, amittit, *l. 4. ff. eod. ut hic.* facit *l. 25. in prine. ff. de pet. hered.* 35 Ratio: nempe ejus est, ut cum rescissa sit in principali emptio, non teneat in accessorio. 36 Præsumitur venditor remittere legem commissoriam emptori, cum ab ea post diem statutum solutionis, solutionem, seu rei pretium recipit, *ut hic.* Eadem ratione remitti legem commissoriam vasallo notant, si post statutum tempus, hominium, seu homagium à vassallo recipiat dominus. 37 V. *l. 4. C. de pact. int. empt.*

38 Renunciare legi commissoriæ videtur, qui post legem commissam pretium rei venditæ exigit. vide *l. 4. C. de pactis inter empt.* 39 Imo non videtur. *l. 2. in verbo licere. C. de jure emphyteutico. ubi dixi.* 40 V. *l. 4. §. 2. in fin. ff. eod.* 41 Arrhæ nomine interdum certa summa, *ut hic.* interdum etiam annulus dabatur. *l. 11. §. 6. ff. de act. empt.* 42 *l. ult. C. quando liceat ab emptione.*

cuniæ; quibus si non paruisset emptor, pactus est [43], *ut arrham perderet, & inemptæ* [44] *villæ essent*: die statuto emptor testatus est, *se pecuniam omnem reliquam paratam fuisse exsolvere*, & sacculum cum pecunia signatorum [45] signis obsignavit; defuisse [46] autem venditricem: posteriore autem die nomine fisci testato [47] conventum emptorem, *ne* [48] *ante mulieri pecuniam exsolveret, quam fisco satisfaceret*: Quæsitum est, an fundi non sint in ea causa, ut à venditrice vindicari debeant ex conventione venditoris? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, non [49] commississe in legem venditionis emptorem.

43 *l. 1. C. de pactis inter empt.* 44 Vide quæ notavi *ad l. 39. ff. de solutionibus.* 45 Vide quæ notavi *ad l. 39. ff. de solutionibus.* 46 *l. 4. in fin. ff. eod.* 47 Protestatio facta per judicem, vel officialem debitori, *ne solvat creditori*, excusat eum, ne in moram incidat. Quid, si à privato? idem videtur, si justa causa inhibendi fuerit, *l. 4. in fin. ff. quæ res pignori. l. 3. C. de novationibus.* alias non ita valet facta protestatio, vel inhibitio, *l. 14. ff. de Publiciana. l. 27. ff. de constit.* 48 *Dixi ad Authenticam Sed jam. l. 11. C. depositi.* 49 Quia per eum non stetit, quominus antea solveret. *l. 23. circa finem. ff. de obligat. & actionibus.*

TIT. IV.

DE HEREDITATE, VEL ACTIONE VENDITA.

1 IV C. XXXIX. *Ecl. 19. tit. 4.*

De hereditate, quæ non est.

1. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SI hereditas venierit ejus qui vivit [2], aut nullus [3] sit, nihil esse acti: quia in 4 rerum natura non sit, quod venierit.

De satisfactione à venditore hereditatis præstanda. 1. Quo tempore spectatur quantitas hereditatis. 2. De hereditate testatoris, & impuberis. 3. De eo, quod ad venditorem hereditatis vel ad ejus heredem pervenit. 5. Vel ob eorum dolum aut latam culpam non pervenit. De re deperdita aut deminuta. 6. De eo, quod servus filiusve venditoris defuncto debuit. 7. De debito, quod heres exegit, vel solvit. 8. De obligationibus & actionibus hereditariis, vel ab herede constitutis. 9. De lucro, & damno. 10. De re hereditaria ab herede vendita. 11. Si quid absit venditori hereditatis, vel non. 12. De servo excepto sine peculio, 13. Vel cum peculio. 14. De adibus, quarum nomine damni infecti promissum fuerat, exceptis. 15. De venditore hereditatis, qui emptori successit, & ejus hereditatem vendidit. 16. De vectigalibus, & tributis. 17. De impensa funeris. 18. De eo, qui vendit hereditatem debitoris sui. 19. De servitutibus. 20. De venditore obligato propter hereditatem.

11. ULPIANUS lib. XLIX ad Sabinum.

VEnditor hereditatis satisdare [5] de evictione [6] non debet: cum [id] inter ementem & vendentem agatur, ut neque [7] amplius, neque minus juris emptor habeat, quam apud heredem futurum esset: Plane, de [8] facto [9] suo venditor satisdare [10] cogendus est. §. 1. In hereditate vendita utrum ea quantitas spectatur, quæ fuit mortis tempore, an ea, quæ fuit, cum aditur hereditas? an ea, quæ fuit, cum hereditas venundatur, videndum erit? Et verius est, hoc esse servandum, quod actum est: plerumque autem hoc agi videtur, ut quod ex hereditate pervenit, in [11] id tempus, quo venditio fit, id videatur venisse. §. 2. Illud potest quæri, si etiam impuberi sit substitutus is, qui vendidit hereditatem testatoris, an etiam id, quod ex impuberis hereditate ad eum, qui vendidit hereditatem, pervenit, ex empto actioni locum faciat? Et magis est, ne [12] veniat: quia alia [13] hereditas est: licet enim unum testamentum sit, alia tamen, atque alia hereditas est. Plane, si hoc actum sit, dicendum erit, etiam impuberis hereditatem in venditionem venire, maxime si jam delata impuberis hereditate venierit hereditas. §. 3. *Pervenisse* [14] *ad venditorem hereditatis* quomodo videatur, quæritur: Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum perveniſſe, quatenus [15] mandare potest earum rerum persecutionem, actionesque tribuere: enimvero ubi corpora nactus est, vel debita exegit, plenius [16] ad eum videri perveniſſe. † Sed & si rerum venditarum ante hereditatem venditam pretia fuerit consecutus, palam est ad eum pretia rerum pervenisse. † Illud retinendum est, cum [17] effectu videri pervenisse, non prima ratione: idcirco quod [18] legatorum nomine quis præstitit, non videtur ad eum perveniſſe: sed & si quid æris alieni est, vel cujus alterius oneris hereditarii, perveniſſe merito negabitur. Sed & rerum ante venditionem donatarum [19] pretia præstari, æquitatis ratio exigit. §. 4. Non tantum autem quod ad venditorem hereditatis [pervenit], sed & quod [20] ad heredem ejus ex hereditate pervenit, emptori restituendum est: Et non solum quod jam pervenit, sed & quod quandoque pervenerit, restituendum est. §. 5. Sed & si quid dolo malo eorum factum est, quo [21] minus ad eos perveniat, & hoc emptori præstandum est: *Fecisse* [22] autem *dolo malo, quo minus perveniat*, videtur, [sive] alienavit aliquid, vel etiam accepto quem liberavit, vel id egit dolo malo, ne [23] de hereditate adquireretur, vel ne possessionem adipisceretur, quam [24] posset adipisci. † Sed & si non dolo malo sed lata [25] culpa admiserit aliquid, utique tenebitur. † Deperdita [26] autem & deminuta sine dolo malo venditoris non præstabun-

2 Viventis hereditas non est, *ut hic. & l. 1. ff. pro herede.* 3 Aut nullius sit, *Haloan.* puto legendum esse, aut quæ nulla sit, *ex l. 7. & l. 8. ff. eod.* quod etiam extremis hujusce legis verba satis innuunt: vel hanc vocem accipe, pro eo, qui nunquam fuerit. vide *l. 29. §. 1. ff. de liberis, & posthum.* 4 Quod in rerum natura non est, aut esse non potest, vendi non potest. 5 Id est, cavere, fidejussores dare: nam neque alias venditor de evictione dat fidejussorem. *Goth. Vid. Cujac. lib. 2 obs. 30. S. L.* 6 Evictionem emptori non præstat hereditatis venditor, de facto tamen suo satisdat, *ut hic.* Cur non præstat evictionem? quia quoties hereditas venditur, id tacite agitur inter emptorem, & venditorem, ut jus omne venditoris penes emptorem sit, *ut hic.* 7 *l. 23. ff. eod. l. 5. C. eod. l. 95. ff. de legat. 3.* 8 De facto suo satisfiare, *de fes ftiéts & promesses.* adde *l. de tuo. 9. ff. mandati.* de dolo suo. *§. 5. ff. eod.* 9 Vide *l. 9. ff. mandati.* 10 Repromittere: Repromissionis verba illa sunt, Quanta pecunia ex hereditate, &c. v. *l. 50. ff. de verbor. oblig.* vide Cujac. *2 obs. 30.* venditor enim etsi præstare debeat hereditatem esse, & se heredem esse, si quid tamen ex corporibus hereditariis evincatur, ut eo nomine cavere non debet, ita nec eo nomine tenetur, quoniam hoc agitur, ut id ex ea tantum venditione emptor habeat, quantum habiturus foret venditor. Cujac. *ibid.*

11 Tempus contractæ venditionis hic inspicitur, at non mortis defuncti, aut aditæ hereditatis, *ut l. 69. l. 77. ff. de contrah. empt.* in hereditatis venditionem veniunt, non ea tantum, quæ fuerunt mortis, vel aditionis tempore, sed etiam, quæ post mortem aut aditionem accesserunt. Quid, si heredis facto quid decesserit, ante factam venditionem, puta venditum sit, vel donatum sit? Pretium ejus præstare debet. Ex his apparet, in inquirenda quantitate hereditatis ita venditionis tempus spectari, ut accessiones hereditatem augeant, decessiones vero heredis facto non contingentes, diminuant: Quod in ponenda ratione legis Falcidiæ non observatur, in qua mortis tempus inspicitur, nec vel accessionibus augetur, vel decessionibus minuitur hereditas. Tempus quidem mortis hoc etiam casu, vel saltem aditionis spectari conveniebat, ut in lege Falcidia, sed ideo venditionis tempus inspicitur, quia plerumque id inter venditorem & ementem agi videtur. Cujac. *ibid.* 12 Venditor hereditatis, jus substitutionis, quod habet in ea hereditate, in dubio non intelligitur vendere. Cur non intelligitur vendere? quia alia est hereditas. Quid, si hoc actum sit, ut veniret? venditum censebitur, maxime si jam delata impuberis hereditate venierit, *ut hic.*

13 Hereditas substitutione delata, non est hereditas testatoris, sed instituti; alia est à testatoris hereditate, licet uno testamento sit delata. 14 *l. 17. ff. quod metus. l. 23. §. 1. ff. de pet. hered. l. 171. ff. de verb. sign.* 15 *l. 51. in fin. ff. de pecul.* perveniſſe res ad aliquem videtur, si ejus persecutionem & actionem mandare potest. 16 Perveniſſe plenius, seu cum effectu ad aliquem res videtur, cujus corpus ipsum possessor nactus est, *ut hic.* aut si pretium rei nactus sit, *verf. sed etsi. ff. eod.* minus plene, qui rei persecutionem, & actionem tantum mandare potest. *ff. eod.*

17 Perveniſſe cum effectu res dicitur, cujus corpus aut pretium ad aliquem pervenit: sine effectu, si persecutio, aut actio. *l. 63. in fin. ff. de verb. sign.* 18 Perveniſſe id ad heredem non videtur, quod alii restituere coactus est, titulo vel legati, vel mutui, vel alterius oneris hereditarii. *l. 165. ff. de verb. sign.* 19 Hereditatis venditor, si quid ante venditionem ipsius hereditatis ex eadem donaverit, rei ita donatæ pretium emptori præstare cogitur. 20 Hereditatis venditoris heres etiam emptori tenetur id omne, quod ad eum pervenit, aut quandocunque pervenerit, restituere, *ut hic.* imo & id, quod dolo malo ad eum non pervenerit, restituendum est emptori.

21 Vide *l. 4. ff. rerum amotarum.* 22 Dolo malo facit, ne ad se res perveniat, qui alienat, vel accepto liberat; qui non adquirit hereditatem, quam potest, aut non adipiscitur possessionem, quam potest adipisci. 23 Adquirendi occasionem omittere, doli species est. vide *tamen l. 134. ff. de reg. jur.* 24 *l. 7. §. 3. ff. de tributoria. l. 44. mandati.* 25 Hereditatis venditor latam culpam præstat in non adquisitis. Est vero lata culpa dolo proxima. 26 Hereditatis venditor non præstat emptori res deperditas, aut diminutas sine dolo suo.

buntur. §. 6. Illud quæsitum est, an venditor hereditatis [27] ob debitum à filio suo, qui in potestate ejus esset, servove, ejus, cujus hereditatem vendidisset, præstare [28] debeat emptori? Et visum est, quidquid dumtaxat de peculio filii, servive, aut in suam rem versum inventatur [29], præstare eum debere. §. 7. Solet quæri, an &, si quid lucri occasione hereditatis venditor senserit, emptori restituere id debeat? Et est apud Julianum [30] hæc quæstio tractata lib. VI Digestorum, & ait, quod non debitum exegerit [31], retinere heredem: & quod non debitum solverit [32], non reputare: nam hoc servari, ut heres emptori non præstet, quod non debitum exegerit: neque ab eo consequatur, quod non debitum præstiterit: Si autem condemnatus præstiterit, hoc solum heredi sufficit, esse eum condemnatum [33] sine [34] dolo malo suo, etiamsi maxime creditor non fuerit is, cui condemnatus est heres: Quæ sententia mihi placet. §. 8. Non solum autem hereditarias actiones, sed [35] etiam eas obligationes, quas ipse heres constituit, dicendum erit præstari emptori debere: Itaque & si fidejussorem acceperit ab hereditario debitore, ipsam hanc actionem, quam habet heres, præstare [emptori] debebit: sed & si novaverit, vel in judicium deduxerit actionem, præstare debebit hanc ipsam actionem, quam nactus est. §. 9. Sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis respicit, ita [36] damnum quoque debet ad eundem respicere.

§. 10. Denique si rem hereditariam heres vendiderit, ac per hoc fuerit condemnatus, non habet contra emptorem actionem: quia non [37] ideo condemnatur, quod heres esset, sed quod vendiderit. Sed si pretium rei distractæ emptori hereditatis dedit, videamus, an locus sit ex vendito [38] actioni? Et putem esse.

§. 11. Sive ipse venditor dederit aliquid pro hereditate, sive procurator ejus, sive alius quis pro eo, dum negotium ejus gerit, locus erit ex vendito actioni: dummodo aliquid absit [39] venditori hereditatis: cæterum, si nihil absit venditori, consequens erit dicere, non competere ei actionem. §. 12. Apud Julianum scriptum est, si venditor hereditatis exceperit *servum sine* [40] *peculio*, & ejus nomine cum eo fuerit actum de peculio, & in rem verso, id dumtaxat eum consequi, quod [41] præstiterit ejus peculii nomine, quod emptorem sequi debeat, aut quod in rem defuncti versum est: His enim casibus æs alienum emptoris solvit: ex cæteris causis suo nomine condemnatur. §. 13. Quid ergo, si *servum cum* [42] *peculio* exceperit venditor hereditatis, conventusque de peculio præstitit? Marcellus lib. VI Digestorum, non petere eum scripsit, si modo hoc actum est, ut, quod superfuisset ex peculio, hoc haberet: at si contra actum est, recte repetere [43] eum posse ait: si vero nihil expressim inter eos convenit, sed tantummodo peculii mentio facta est, cessare ex vendito actionem constat. §. 14. Si venditor hereditatis *ædes sibi* exceperit, quarum nomine damni infecti promissum fuerat, interest, quid acti sit: nam si ita excepit, *ut damni quoque infecti stipulationis onus sustineret*, nihil ab emptore consequeretur: Si vero id actum erit, *ut emptor hoc æs alienum exsolveret*, ad illum onus stipulationis pertinebit: si non apparebit quid acti sit, verisimile [44] erit, id actum, ut ejus quidem damni nomine, quod [45] ante [46] venditionem datum fuerit, onus ad emptorem, alterius temporis ad heredem pertineat. §. 15. Si Titius Mævii hereditatem Seio vendiderit, & à Scio heres institutus, eam hereditatem Attio vendiderit, an ex prioris venditione hereditatis cum Attio agi possit? Et ait Julianus *, quod venditor hereditatis petere à [47] quolibet extraneo [48] herede potuisset, id [49] ab hereditatis emptore consequatur: & certe, si Scio alius heres exstitisset, quidquid venditor Mævianæ hereditatis nomine præstitisset, id ex vendito actione consequi ab eo potuisset: nam & si duplam hominis à Scio stipulatus fuissem, & ei [50] heres exstitissem, eamque hereditatem Titio vendidissem, evicto homine, rem à Titio servarem. §. 16. Si quid publici [51] vectigalis nomine præstiterit venditor hereditatis, consequens erit dicere, agnoscere emptorem [ei] hoc debere: namque hereditaria [52] onera [etiam] hæc sunt: & si forte tributorum nomine aliquid dependat, idem erit dicendum. §. 17. Quod si funere facto heres vendidisset hereditatem, an impensam funeris ab emptore consequatur? Et ait Labeo, emptorem impensam funeris præstare debere: quia & ea, inquit, impensa hereditaria [53] est: cujus sententiam & Javolenus putat veram: & ego arbitror. §. 18. Cum quis debitori suo heres exstitit, *confusione* [54] creditor esse desinit: sed si vendidit hereditatem, æquissimum videtur, emptorem [55] hereditatis [56] vicem [57] heredis obtinere, & idcirco teneri venditori hereditatis, sive cum moritur, testator debuit, quamvis post mortem debere desiit, adita à venditore hereditate, sive quid in diem debeatur, sive sub conditione, & postea conditio exstitisset: ita tamen, si ejus debiti adversus heredem actio esse poterat, ne forte etiam ex his causis, ex [58] quibus cum herede actio non est, cum emptore agatur. §. 19. Et si servitutes [59] amisit heres institutus adita hereditate, ex vendito poterit experiri adversus emptorem, ut servitutes ei restituantur. §. 20. Sed & si quid venditor nondum præstiterit, sed quoquo [60] nomine obligatus sit propter hereditatem, nihilominus agere potest cum emptore.

De pecunia à venditore hereditatis exacta & perdita.

III. Pomponius lib. XXVII ad Sabinum.

SI venditor hereditatis exactam pecuniam sine [61] dolo malo & culpa perdidisset, non [62] placet cum emptori teneri.

Quid præstat venditor nominis.

IV. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

SI [63] nomen [64] sit distractum, Celsus lib. IX Digestorum scribit, locupletem [65] esse debitorem, non debere præstare: debitorem autem [66] esse, præstare, nisi aliud convenit.

V. Paulus lib. XXXIII ad Edictum.

ET quidem sine [67] exceptione quoque, nisi in contrarium actum sit: sed, si certæ [68] summæ debitor dictus sit, in eam summam tenetur venditor: si incertæ [69], & nihil debeat, quanti [70] interlit emptoris.

VI. Idem lib. V Quæstionum.

EMptori nominis etiam [71] pignoris persecutio præstari debet: ejus quoque quod postea [72] venditor accepit *. nam beneficium [73] venditoris prodest emptori [74].

De hereditate, quæ non est, vel non ad venditorem pertinet.

VII. Idem lib. XIV ad Plautium.

CUm hereditatem aliquis vendidit, esse [75] debet hereditas, ut sit emptio: nec [76] enim alea emitur, ut [77] in venatione, & similibus [78], sed res, quæ si non est, * non * contrahitur emptio, & ideo pretium condicetur.

VIII. Javolenus lib. II ex Plautio.

QUod si nulla hereditas ad venditorem pertinuit, quantum emptori præstare debuit [79], ita distingui oportebit, ut si est quidem aliqua hereditas, sed ad venditorem non pertinet, ipsa æstimetur: si nulla est, de qua actum videatur, pretium dumtaxat; & si quid [80] in eam rem impensum est, emptor à venditore consequatur.

IX. Paulus lib. XXXIII ad Edictum.

ET si [81] quid emptoris interest.

X. Javolenus lib. II ex Plautio.

QUod [82] si in venditione hereditatis id actum est, *si quid* [83] *juris esset venditori, venire, nec postea quidquam præstaturis*, quamvis ad venditorem hereditas non pertinuerit, nihil tamen [eo] præstabitur, quia id actum esse manifestum est, ut quemadmodum emolumentum negotiationis, ita periculum ad emptorem pertineret.

XI. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

NAm hoc [84] modo admittitur esse venditionem, *si qua hereditas est tibi empta*, & quasi [85] spes [86] hereditatis: ipsum enim incertum [87] rei veneat, ut in retibus [88].

XII. Gaius lib. X ad Edictum provinciale.

HOc autem sic intelligendum est, nisi sciens [89] ad se non pertinere, ita vendiderit: nam tunc ex dolo tenebitur.

XIII. Paulus lib. XIV ad Plautium.

QUod si [90] sit hereditas, [etsi] non ita convenit, *ut quidquid* [91] *juris haberet venditor, emptor haberet*, tunc heredem se esse, præstare debet: illo vero adjecto, liberatur venditor, si ad eum hereditas non pertineat.

De nomine filiifam. 1. De rebus hereditariis, & quantitate hereditatis.

XIV. Idem lib. XXXIII ad Edictum.

QUi filiifamilias [92] nomina vendidit, actiones [93] quoque, quas [94] cum patre [95] habet, præstare debet. §. 1. Si hereditas venierit, venditor res hereditarias tradere [96] debet: quanta [97] autem hereditas est, nihil interest.

XV. Gaius lib. X ad Edictum provinciale.

NIsi de substantia ejus affirmaverit [98].

Si fideicommissarius quasi heres vendiderit.

XVI. Paulus lib. XXXIII ad Edictum.

SI quasi [99] heres [100] vendideris hereditatem, cum tibi ex Senatusconsulto Trebelliano [1] restituta esset hereditas, quanti emptoris interfuit, teneberis [2].

De nominibus sub conditione, vel in diem.

XVII. Ulpianus lib. XLIII ad Edictum.

NOmina eorum, qui sub [3] conditione [4] vel in diem debent, & emere & vendere [5] solemus: ea enim res est, quæ emi & venire potest.

Si venditor hereditatis pro parte quoque coheredum solverit.

XVIII. Julianus lib. XV Digestorum.

SI ex pluribus heredibus unus, antequam cæteri adirent hereditatem, pecuniam, quæ sub [6] pœna debebatur à testatore, omnem

27 Si creditor filii patrem heredem scripsit, & is porro hereditatem vendiderit, emptori de peculio tenebitur, quod fuit venditionis tempore. *l. 37. §. de peculio.*

28 Præstandi verbum solemne est stipulationis emptæ & venditæ hereditatis, & actionis ex empto. dixi *in l. pen. §. eod.*

29 Id est, versum durat. v. *l. 10. §. 6. §. de in rem verso.*

30 *l. 20. §. 18. in fin. §. de pet. hered.*

31 Venditor hereditatis id, quod indebitum exegit, emptori non præstat, & breviter, injusta lucra emptori non restituit.

32 Venditor hereditatis id, quod indebitum solvit, emptori non imputat, *ut hic.* nisi sine dolo suo condemnatus, & sententia judicis coactus, indebitum solverit, *vers. sin autem condemnatus.* ita injusta sententia in causa hereditatis venditæ lata, nocet emptori, at non venditori: hoc ideo, quod omne periculum hereditatis ad emptorem pertineat.

33 Fidejussorem condemnatum indebitum solvere, id a reo principali posse repetere, hoc ex loco notant.

34 Aliud, si dolo. §. 10. §. *eod.*

35 Venditor hereditatis emptori, non solum actiones in hereditate repertas cedere debet, sed etiam actiones proprias ex suo, ac proprio facto competentes. *Bal* ut si quid constituit, novavit, in judicium deduxit.

36 Lucri & damni par ratio. v. *l. 55. in fin. §. pro socio. l. fin. C. de furt.*

37 §. 7. *in fin. §. eod.*

38 Hereditatis emptor venditori tenetur pretium, quod ab eo accepit rei hereditariæ alicujus distractæ, restituere, si venditor per judicem id restituere damnatus fuerit.

39 Puta, quod sit obligatus. §. *ult. §. eod.*

40 Hereditatis venditor, qui servum excipit sine peculio, quidquid actione de peculio, servi nomine, alii præstiterit, ab emptore hereditatis recuperat. *Goth.* ad hunc §. v. Ræverd. *lib. 2 variar. cap. 13. S. L.*

41 Aut venditor solvit pro onere, quod sequi debet emptorem; & repetit: aut pro onere, quod sequi ipsum venditorem debet; & non repetit. 42 Hereditatis venditor, qui servum excipit cum peculio, quatenus onera peculii agnoscit, eatenus non repetit ab emptore quidquid ei venditor hereditatis solvit pro onere: quod emptorem sequitur, id ab emptore potest repetere: quod-pro re ad suum & proprium onus pertinet, id non repetit, *ut hic.*

43 Dubitationis enim tollendæ causa, quæ contractibus inferuntur, jus commune non lædunt. *l. 56. in pr. §. mandati.* 44 Verisimilia magis in interpretationibus sunt spectanda. 45 V. *l. 1. in fin. C. de periculo.* 46 Damnum ante & post venditionem contingens, an & quando periculo sit emptoris, vel venditoris. 47 Hereditatis emptor id venditori præstat, quod extraneus heres præstaret. 48 Cui hereditatem non vendidisset. 49 Hinc collige, defuncto, si venditori quid debuit, hoc ab emptore posse repetere, & venditorem hereditatis ea duntaxat bona alienare, quæ in hereditate fuerunt, non ea autem transferre, quæ sibi debita fuerunt à defuncto. Ea igitur ab emptore hereditatis petere potest, non minus, quam à quovis herede. 50 *l. 48. §. ad leg. Falc.*

51 Hereditatis venditor, quæ vectigalia ac tributa solvit, ab emptore repetit. 52 Vectigalia, & tributa, inter onera hereditaria numerantur. facit *l. 42. §. de pactis.* adde *l. 45. §. de condict. indeb.* 53 Vel ideo, quod qui in funus impendit, contrahere videtur cum defuncto, non cum herede. *l. 1. §. de religiosis.* 54 *l. 95. §. 2. §. de solut. l. 7. C. de pactis.* 55 Ita fideicommissarius, cui restituta est hereditas, vicem heredis obtinet, *l. si filiusfamilias. 5. §. 1. §. quod cum eo. v. l. 1. §. 4. l. 42. §. 1. §. ad Trebell.* 56 Qui alius est ab emptore bonorum. de quo Caius, & Imperator, *in Institutionibus.* bonorum enim emptor est, qui emit ea, quæ distrahuntur creditores.

57 Hereditatis emptor vicem heredis obtinet, *ut hic. & l. 9. in fin. §. commun. prædior.* Immo non obtinet. *l. 2. C. eod. l. æris. 15. C. de donat.* 58 Puta delictis. §. 1. *Inst. de perpet. & temporalibus.*

59 Quæ debebantur à prædio hereditario, prædio venditoris hereditatis. *l. 9. §. comm. prædiorum.*

60 Emptor hereditatis (utpote quasi heres) quemcumque ejusdem hereditatis fidejussorem tenetur liberare. Ergo & ipsum venditorem ejusdem hereditatis, si hereditatis nomine fidejusserit. §. 14. §. *eod.* 61 *l. 2. §. 7. in fin. §. eodem.* 62 Cur? res empta perit emptori.

63 Incipit tractare de hujus tituli altera parte, nempe *de actione vendita.*

64 An quodcunque? an injuriarum? sic videtur, quia licet injuriæ actio non transmittatur ad heredes ante litis contestationem, quod ea non sit in bonis, *l. 28. §. de injuriis.* & post factam contestationem sit res litigiosa, ideoque nullo actu in alium transmitti possit, *l. 2. C. de litigiosis.* eam proponimus per nos, & per alios, & talem actionem cedere possumus. *arg. l. 17. §. 20. §. de injuriis.* Accurs.

65 Emptori nominis, de periculo in substantia, non in qualitate venditor tenetur. *l. §. eod. l. 74. §. ult. §. de evict. l. 4. §. 6. §. de doli mali excepi.*

66 Nomen qui vendit, debitorem præstare cogitur: at non idoneum debitorem, nisi aliud convenit: vendi enim ita potest, *ut hic. & l. 5. l. 6. l. 17. l. 19. l. 23. §. 1. §. eod.*

67 *Creditor* improprie dicitur, cui exceptio potest objici. *leg. vel obligatur. 20. §. de liberali.*

68 Nomen certæ summæ venditum, ad eam summam, quæ dicta est, præstari debet.

69 Nomine incertæ summæ vendito, nomen aliquod est præstandum, quod si nullum sit nomen, venditor quantum emptoris interest, præstat.

70 Adde *l. 9. in fin. §. eod.*

71 Pignus persequi potest, qui nomen emit. *l. 6. §. 7. C. de oblig.* Emptori nominis cedi actio adversus fidejussorem debet: Cui personalis cedituræ, eidem cedi debet & hypothecaria.

72 Sine cessione hypothecaria non transit in emptorem, quæ a venditore post venditionem factam quæsita est.

73 Beneficium venditoris prodest emptori, *ut hic.* dum ne sit personale. *l. locatio. 9. in fin. §. de public.*

74 *l. 5. C. eod.*

75 V. *l. 1. §. eod. l. 8. §. de contrab. empt. excipe l. 10. §. eod.*

76 Hereditatis venditio ab aleæ conditione differt, *ut hic.* Imo non differt. *l. 11. in fin. §. eod.* 77 Id est, non ita est accipienda hereditatis venditio, quasi alea aut spes vendatur, nisi aliud actum sit. *l. 10. §. eod.* 78 Puta piscatione, *l. 12. §. de act. empt.* & sic alea emi potest, *ut hic.* venatio, *ut hic.* piscatio, *d. l. 12.* spes missilium: spei enim emptio est, *l. 8. in fin. §. de contrab. empt.* ut ita sine re interdum venditio consistat, *ut hic.* sed & donari spes potest. *l. 3. C. de donationib.* 79 *Al.* debeat. 80 V. *l. 18. §. de liberat. legata.* 81 *l. 5. in fin. §. eod.* si venditor alienam hereditatem vendidit, ad se non pertinentem, ejus æstimationem debet, & in id, quod emptoris interest, tenetur. 82 *Vendere hereditatem, & quidquid juris habeas in hereditate, differunt.* posterior venditio titulum non confert, nisi de jure auctoris sit probatum: Incerto enim auctoris jure, jus successoris incertum est: Emptor jure emptionis uti non potest, nisi de jure venditoris probaverit.

83 Adde *l. 12. & 13. §. eod* 84 Hereditas vendi potest, ut jactus retis. Quum ita venditur hereditas, venditor hereditatem aliquam esse emptori non præstat. 85 Quasi spes hereditatis jam delatæ vendi potest, etsi incerta sit. 86 *l. 8. §. de contrab. empt.* 87 Incertum hereditatis vendi potest. *l. 1. C. de pact.* 88 *l. 12. §. de act. empt.* 89 *l. 6. in fin. §. de act. empt.* 90 Si prius ita non convenit, ut quidquid juris haberet venditor, id venditum esset, emptor se heredem probare cogitur. *Synopf. Basilic. 19 t. 4. c. 1.* 91 *Ut in l. 10. §. eod.* 92 Hoc est, idipsum, quod filiusfamilias debet. 93 *l. 23. §. eod.* 94 Nomine debitoris vendito, venditum nomen & adversus ejus fidejussorem intelligi hinc colligitur. facit *l. 23. §. eod.* 95 Fidejussor filii forte fuit pater. *l. cum filiusfamiliar. 49. §. de verb. oblig.* adde *l. 3. §. sed utrum. §. de minoribus.* 96 Si hereditas vendita sit, emptori ad eam tradendam empti actio competit, nisi viventis sit, *l. 1.* vel nisi hereditas nulla sit, aut ad venditorem non pertineat, *l. 7. §. eod.* nisi nondum solutum pretium, *l. 22. §. eod.* nisi venditor persuasus ab emptore fuerit exiguam esse hereditatem, quæ erat alioqui ampla. v. *l. 4. C. eod.*

97 Quanta hereditas est, tanta præstanda. 98 *l. 18. §. de edil. rio.* 99 Quasi heres est fideicommissarius universalis, cui restituta est ex Senatusconsulto Trebelliano hereditas. 100 Hereditatem, ut heres directus, fideicommissarius vendere non potest: Proinde si eam vendiderit, eo nomine emptori tenebitur in id, quod interest. Unde notant *Heredis* nomen in quocumque actu adjectum, direktum heredem innuere. 1 Id est, vendens tanquam heres, cum sit fideicommissarius, tenetur in id, quod interest emptoris. *Bald.* 2 Actione ex empto. 3 *l. 19. §. eod.* 4 Nomen conditionalis, vel in diem debitoris, vendi emique potest. 5 Et donare. *l. 3. C. de donationib.*

6 Qui pecuniam à defuncto debitam sub pœna, solvit, vendita hereditate eam pecuniam à suis coheredibus repetit: aut si ii solvendo non sint, ab ipso emptore repetit.

mnem solverit, & hereditatem vendiderit, nec à coheredibus suis propter egestatem eorum quidquam servare poterit, cum 7 emptore hereditatis, vel ex stipulatu, vel ex vendito recte experietur: omnem enim pecuniam hereditario nomine datam, eo manifestius est, quod in judicio familiæ erciscundæ ducitur 8, per quod 9 nihil amplius unusquisque à coheredibus suis consequi potest, quam quod tanquam heres impenderit.

7 Venditor hereditatis, quod à coheredibus suis servare non potest, id omne ab ejusdem hereditatis emptore recuperat, puta expensas, & si quæ similia.

8 *Al.* deducitur, *& ita vulgat.*

9 Judicio familiæ erciscundæ nihil amplius unusquisque à coheredibus consequatur, quam quod ut heres impenderit. *l.* 16. § 4. *in fin. l.* 16. § 4. *com. medium. C. famil.*

De conditione.

XIX. Idem lib. XXV Digestorum.

MUltum 10 interest 11, sub conditione aliqua obligatio veneat, an, cum ipsa obligatio sub 12 conditione sit, pure veneat. Priore casu, deficiente conditione nullam [esse] venditionem: posteriore 13, statim venditionem consistere: nam si Titius tibi decem sub conditione debeat, & ego abs te nomen ejus emam, confestim ex 14 empto vendito agere potero, ut vel acceptum ei facias.

10 Pure debitum, sub conditione: debitum sub conditione, pure vendi potest. Priore casu, si conditio defecerit, nulla: Posteriore statim venditio consistit.

11 Obligatio sub conditione vendi potest: potest & obligatio sub conditione pure vendi. Inter hæc duo discrimen est: priore casu, pura obligatio venditur, venditio tamen ipsa conditionalis est. Posteriore, obligatio conditionalis: pura vero venditio. Priore casu ante eventum conditionis emptor agere non potest: posteriore statim potest.

12 Sub conditione contracta sit, *ita Fulgosius.*

13 Obligatione sub conditione vendita, statim venditio non consistit, sed deficiente conditione nulla est venditio.

14 Obligatio conditionalis, seu nomen conditionale, pure vendi potest. Vendito ita nomine emptor statim agere potest.

15 Actio ex empto, *ex empto vendito* dicitur nonnunquam, ut *leg.* 33. *ff. de act. empt. ubi dixi.*

Si venditor hereditatis debitori defuncti successerit. 1. De eo, qui vendidit hereditatem creditoris sui.

XX. Africanus lib. VII Quæstionum.

SI hereditatem mihi Lucii Titii vendideris, ac post debitori 16 ejusdem heres existas, actione ex empto teneberis.

§. 1. Quod simplicius 17 etiam in illa propositione 18 procedit, cum 19 quis ipse creditori suo heres exstitit, & hereditatem vendidit.

16 Pure debitum, sub conditione vendi potest. Vide notata ad præcedentem.

17 Obligatio sub conditione vendi potest & obligatio sub conditione pure vendi. Inter hæc duo discrimen est: priore casu, pura obligatio venditur, venditio tamen ipsa conditionalis est. Posteriore, obligatio conditionalis: pura vero venditio. Priore casu ante eventum conditionis emptor agere non potest: posteriore statim potest.

18 Sub conditione contracta sit, *ita Fulgosius.*

19 Obligatione sub conditione vendita, statim venditio non consistit, sed deficiente conditione nulla est venditio.

Quid præstat venditor emptori.

XXI. Paulus lib. XVI Quæstionum.

VEnditor ex hereditate, interposita stipulatione, rem 20 hereditariam persecutus, alii vendidit: Quæritur, quid ex stipulatione præstare debeat: nam bis 21 utique non committitur stipulatio, ut & rem & pretium debeat? Et quidem si, posteaquam rem vendidit heres, intercessit stipulatio, credimus, pretium in stipulationem venisse: quod si antecessit stipulatio, deinde rem nactus est, tunc rem debebit. Si ergo hominem vendiderit, & is decesserit, an pretium ejusdem debeat? non enim deberet Stichi promissor 22, si eum vendidisset, mortuo eo, si nulla mora processisset: sed ubi hereditatem [vendidi], & postea rem ex ea vendidi, potest videri, ut negotium ejus agam, quam 23 hereditatis: Sed 24 hoc in re singulari non potest credi: nam si 25 eundem hominem tibi vendidero, &, nec dum tradito eo, alii quoque vendidero, pretiumque accepero, mortuo eo; videamus, ne nihil tibi debeam ex empto, quoniam motam in tradendo non feci: pretium enim hominis venditi, non 26 ex re, sed propter negotiationem, percipitur: & sic fit, quasi alii non vendidissem: tibi enim rem debebam, non 27 actionem: at cum heredi is venit, tacite 28 hoc agi videtur, ut si quid tanquam heres feci, in præstem emptori, quasi illius negotium agam: quemadmodum fundi venditor fructus præstet bonæ fidei ratione: quamvis, si neglexisset 29, ut alienum, nihil 30 ei imputare possit: nisi culpa ejus argueretur. Quid, si rem, quam vendidi, alio possidente, petii, & litis æstimationem accepi: utrum pretium illi debeo, an rem? Utique rem: non enim actionem ei, sed rem, præstare debeo. Et si 31 vi dejectus, vel propter furti actionem duplum abstulero, nihil hoc ad emptorem pertinebit: nam si sine 32 culpa desiit detinere venditor, actiones suas præstare debebit, non rem, & sic æstimationem quoque: nam & aream tradere debet, exusto ædificio.

20 Pure debitum, sub conditione: debitum sub conditione, pure vendi potest. Priore casu, si conditio defecerit, nulla: Posteriore statim venditio consistit.

21 Obligatio sub conditione vendi potest & obligatio sub conditione pure vendi. Inter hæc duo discrimen est: priore casu, pura obligatio venditur, venditio tamen ipsa conditionalis est. Posteriore, obligatio conditionalis: pura vero venditio. Priore casu ante eventum conditionis emptor agere non potest: posteriore statim potest.

22 Sub conditione contracta sit, *ita Fulgosius.*

23 Obligatione sub conditione vendita, statim venditio non consistit, sed deficiente conditione nulla est venditio.

24 Obligatio conditionalis, seu nomen conditionale, pure vendi potest. Vendito ita nomine emptor statim agere potest.

25 Actio ex empto, *ex empto vendito* dicitur nonnunquam, ut *leg.* 33. *ff. de act. empt. ubi dixi.*

Si pars pretii soluta sit.

XXII. Scævola lib. II Responsorum.

HEreditatis venditæ pretium pro parte accepit, reliquum emptore non solvente: Quæsitum est, an corpora hereditaria pignoris 33 nomine teneantur? Respondi, nihil proponi, cur non teneantur 34.

26 Quid, si ex contrario ejus creditori succedat? *l.* 23. *ff. eod.*

27 Ut in *l.* 35. *in fin. ff. locati*, id est, rudius, detracta scrupulositate, controversia, distinctione omni: nam scrupulosius in priori parte ex Juliano (quantum existimo) ponitur, tempore venditionis debitum non fuisse confusum. Cujac. 7 *ad Afric. in hanc legem.*

28 Propositio, hypothesis facti species. *l.* 20. *ff. de reb. cred.* Sic Rhetoricam, non dialecticam quæstionem Africanus & Julianus vocant, *hic. & d. l.* 20. *l.* 19. §. 1. *ff. ad Senatusc. Velleian. l. si pecunia. S. ff. ut in possess.*

Quid præstat venditor actionis.

XXIII. Hermogenianus lib. II Juris Epitomarum.

VEnditor actionis 35, quam adversus principalem reum habet, omne jus, quod ex ea causa ei competit, tam adversus ipsum reum 36, quam adversus intercessores hujus debiti cedere debet, nisi aliud actum est. §. 1. Nominis venditor quidquid vel compensatione vel exactione 37 fuerit consecutus, integrum emptori restituere compelletur.

29 Negligere alienum quis potest. Unde notant, eum, qui rem actione personali debeat, fructus tollere non cogi: neque de fructibus percipiendis teneri. 30 Qui debet rem actione personali, non tenetur eam tradere, & sic non tenetur de fructibus percipiendis. *Bart.* 31 Venditor hereditatis quidquid pœnæ nomine occasione hereditatis consequitur, id emptori ejusdem non præstat. 32 Hinc colligit Molineus, post Odofredum, vendentem rem duobus, non incidere in crimen falsi, si primus emptor pecuniam non solvit. 1 *Cons.* §. 23. *n.* 18. 33 Pignoris loco venditor rem venditam retinere potest, donec emptor satisfaciat *l.* 31. §. 8. *ff. de ædilit. l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt. l.* 14. §. 1. *ff. de furt. dixi ad Novell.* 136. *c.* 3. 34 Cur ita? *collige ex l.* 13. §. 8. *ff. de action. empt.* 35 Actione vendita, jus omne adversus eum, ejusque intercessores venditum intelligitur. *Synopf. Basilic. lib. tit.* 4. *c.* 20. 36 Ut *l.* 14. *ff. eod.* 37 Facit *l.* 3. *in fin. C. de novat.* 38 Hereditatem Cornelii vendidi Titio: Attius (cui legatum reliquerat idem Cornelius) antequam legatum peteret à Titio hereditatis Cornelii emptore, heredem me instituit: quæritur, utrum à Titio (cui hereditatem Cornelii vendidi) legatum, quod Attio in ea hereditate debebatur, possim petere? Sic sane. At eidem hereditatem (quæ id legatum debet) vendidi: Sane vendidi, sed eo minus, ut ea ratione Titius ipse legatum Attio præstaret. Itaque mihi Titius emptor in hac specie tenebitur legati nomine, ut teneretur, si Attio non legatum esset, sed pecunia ex mutuo vel alio contractu deberetur, *nec. nec quicquam interfit. ff. eod.* 39 *Præstare*, verbum solenne stipulationis emptæ, & venditæ hereditatis, & actionis ex empto, *ut hic.* facit *l.* 2. §. 6. *ff. eod. l. ii, à quo. 57. ff. de rei vindic.* Cicero 3 *de legibus*: Tu, si tabellariam tuleris, ipse præstabis. *&* 3 *officiorum*: Qui scire debuit de fuga, & furtis, præstat edicto Ædilium.

De eo, quod venditor hereditatis acquisierit nomine fundi excepti.

XXV. Idem lib. II Pithanon.

SI, excepto 41 fundo hereditario, veniit hereditas, deinde ejus fundi nomine venditor aliquid adquisiit, debet id præstare emptori hereditatis. *Paulus:* Imo semper quæritur in ea re, quid actum fuerit: si autem id non apparebit, præstare eam rem debebit emptori venditor; nam idipsum ex ea hereditate ad eum pervenisse videbitur, non secus, ac si eum fundum in hereditate vendenda non excepisset.

41 *Sub.* à venditore hereditatis.

TIT. V.

DE RESCINDENDA 1 VENDITIONE, ET QUANDO LICET 2 AB EMPTIONE DISCEDERE.

1 IV C. XLIV. *Inst. de empt. in fin. pr. 19. Eclog. 5.*

2 Harmen. 3. 4. C. 45.

De re peculiari.

I. Pomponius lib. XV ad Sabinum.

CElsus filius putabat 3, si vendidisset mihi filiusfamilias rem peculiarem, etiamsi conveniat, *ut abeatur ab ea venditione*, inter patrem, & filium, & me convenire debere, ne, si cum patre solo pactus sum, filius non possit liberari: & quæratur, utrumne nihil agatur ex ea pactione, an vero ego quidem liberer, filius maneat obligatus: sicuti 4 si pupillus sine 5 tutoris auctoritate pacisceatur, ipse quidem liberatur, non etiam, qui cum eo pactus est: nam quod Aristo dixit, posse ita pacisci, ut unus maneat obligatus, non 6 est verum: quia pro 7 una parte contrahentium abiri pacto ab emptione non possit, & ideo, si ab una parte renovatus sit contractus, dicitur non 8 valere ejusmodi pactionem, sed dicendum est, * patre 9 pacisente, & liberato adversario, filium quoque obiter liberari.

3 Et male, ut *in fin. eod.*

4 Contractus interdum non sunt reciproci, neque utrinque obligatorii.

5 *l.* 7. §. 1. *in princ. ff. eod.*

6 Imo verum est. *l. si convenerit, 56. ff. de pactis.*

7 Multo minus altero invito, ne quidem rescripto Principis, *l.* 3. *C. eod.* quamvis duplum offeras pretium, *l.* 6. quamvis tu emptor emptioni satis non feceris, *l.* 14. quamvis inæquali pretio res distracta. *l.* 4. *C. eod.*

8 Imo, valere videtur hujusmodi pactio. *l.* 56. *ff. de pact.*

9 Ab emptione contracta cum solo filio in re peculiari potest recedi pacto inito cum solo patre.

De iterata emptione.

II. Idem lib. XXIV ad Sabinum.

SI quam rem à te emi, eandem rursus [à te] pluris minorisve emero, discessimus à priore emptione: * potest enim, dum 10 res integra est, conventione nostra, infecta fieri emptio, atque ita consistit posterior emptio, quasi nulla præcesserit: sed non poterimus eadem ratione uti post 11 pretium solutum emptione repetita, cum post pretium solutum 12 infectam emptionem facere non possumus 13.

10 Venditio re integra, sola conventione infecta fieri potest: re non integra, non potest. adde *l. pact.* 72. *ff. de contrab. empt. l.* 7. §. 6. *l.* 58. *circa finem. ff. de pact. §. ult. Institut. quib. mod. tollit. l.* 1. 2. *C. quando lic. ab empt.*

11 In venditione res non est integra post pretium solutum.

12 Vel rem traditam. *l.* 1. *C. quando lic. ab empt.*

13 *Possimus.*

De contrario consensu.

III. Paulus lib. XXXIII ad Edictum.

EMptio & venditio, sicut 14 consensu contrahitur, ita contrario 15 consensu resolvitur, antequam fuerit res secuta.

† Ideoque quæsitum est, si emptor fidejussorem 16 acceperit, vel venditor stipulatus fuerit, an nuda voluntate resolvatur obligatio? Julianus scripsit, ex empto quidem agi non posse, quia * bonæ fidei judicio exceptiones 17 pacti insunt 18: An autem fidejussori utilis sit exceptio, videndum? Et puto, liberato 19 reo & fidejussorem liberari. † Item venditorem ex stipulatu agentem, exceptione sumnoveri oportet. † Idemque juris esse, si emptor quoque rem in stipulationem deduxerit.

14 Contrariis suis quæque dissolvuntur. Consensu emptio contrahitur, consensu dissolvitur, si res non sit secuta. Nam re secuta, res quasi contrahi dicitur. *Goth.* Vid. Good. *de contrab. stipulat. c.* 8. *n.* 79. Ans.

15 *d. l.* 7. *d. l.* 58. *l.* 6. §. *ult. ff. de contrab. empt. l.* 100. *ff. de regulis juris. l.* 12. *C. de pactis. l.* 8. *C. de pact. int. empt. §. fin. Inst. quib. mod. tollitur.*

De venditione alternata.

IV. Lib. VIII Digestorum Juliani Paulus notat.

SI emptio contracta sit, togæ (puta) aut lancis, & pactus sit venditor, *ne alterutrius 20 emptio maneat*, puto resolvi obligationem hujus rei nomine dumtaxat 21.

16 Integra res esse non desinit, vel fidejussore emptori dato, vel stipulatione à venditore interposita.

17 Id est, habetur à judice ratio pacti, etiamsi ejus pacti exceptionem reus omiserit. *Cujac.* 18 *Inesse contractui* id dicitur, quod nomine exprimi non est necesse: Sic exceptiones pacti bonæ fidei judiciis ineste dicuntur, quia vi sua insunt, licet non sint expressæ. 19 Fidejussor liberatur, reo liberato. 20 Venditionis sub alternatione conceptæ pars etiam una tantum conventione resolvi potest. 21 Imo, exceptio pacti conventi in totum obstabit. *l.* 27. §. 6. *ff. de pact.* 22 *l. ult. ff. de acceptilat.* 23 In contractibus qui hinc inde obligant, contractu una parte resoluto, & altera quoque parte resolutus intelligitur. 24 Imo, unus petere posse ab altero videtur. *l.* 56. *ff. de pact.* 25 Hinc nonnulli colligunt, stipulationem inutilem habere vim pacti: Moventur etiam *l.* 27. §. *pen. ff. de pact. l.* 8. *l.* 19. *ff. de acceptilat.* Sed illæ leges loquuntur de acceptilatione, non de stipulatione: stipulatio obligationem parit, acceptilatio liberationem: propensiores sumus ad liberandum, quam ad obligandum. Inutilis acceptilatio habet pactum: inutilis stipulatio non habet pactum. Cujac. *ad l.* 1. *ff. de verb. oblig.* 26 Id est, quatenus est acceptilatio, non tollit nisi obligationem verbis contractam: quatenus consensum habet, valet, ut pactum ad exceptionem. 27 Nuda conventione, si res non sit secuta, emptio dissolvi potest. *l.* 2. *ff. eod.* 28 Ante traditionem. 29 Quæ? ut periculum hominis ante traditionem pertineat ad venditorem. 30 Adde *l.* 31. §. 22. *ff. de ædilit.* Goth. Vide Donell. *de præscript. verb. c.* 2. *n.* 2. Ans. 31 Vendebatur res plerunque hunc in modum, ut si displicuisset, redderetur, *ut hic.* redhiberetur, *l. quod nolit.* 31. §. *si quid ita.* 22. *ff. de ædilitio.* inempta esset. *l.* 3. *ff. de contr. empt.* 32 In factum actio proxima empti actioni. v. quæ scripsi ad *l.* 4. *ff. de lege commissoria.* 33 Contractus purus contractu conditionali non resolvitur. Emptum pure, sub conditione emere amplius non possumus. 34 Non idem e contra: quia per plenam à semiplena, non per semiplenam à plena emptione receditur, *argum. l.* 11. *in fin. princ. ff. de in diem addict. l.* 108. §. 9. *ff. de leg.* 1. vide *huc Accurs.* 35 *l.* 1. *ff. eod.*

tore auctore emit, nihil actum est posteriore emptione. † Idem potest *quæri*, si sine tutoris auctoritate pactus fuerit, ut discedatur ab emptione, an proinde [35] sit, atque si ab initio sine tutoris auctoritate emisset, ut scilicet ipse non teneatur, sed agente eo retentiones competant? Sed nec illud sine ratione dicetur, quoniam initio recte emptio sit contracta, vix bonæ fidei convenire, eo pacto stari, quod alteri captiosum sit: & maxime, si justo errore [36] sit deceptus.

35 *Perinde.*

36 Errans nemo rem suam amittit. *l.* 35. ff. *de acq. rer.* *l.* 18. *C. de rei vind.*

De subscriptione per errorem facta.

VIII. Scævola lib. II Responsorum.

TItius Scii procurator, defuncto Seio, ab eo scriptus heres, cum ignoraret, fundum vendente servo hereditario, quasi procurator subscripsit: Quæsitum est, an cognito eo, prius quam emptio perficeretur, à venditione discedere possit? Respondit, Titium, si non ipse vendidit, non idcirco actionibus civilibus teneri, quod servo vendente subscripserat [37], sed servi nomine prætoria [38] actione teneri.

37 Subscribens per errorem, & sic errans in subscribendo, sibi non præjudicat, *l.* 39. ff. *de pign.*

38 Servi contractu dominus tenetur prætoria actione, non civili. adde §. *in personam. Inst. de act.*

De sententia Præsidis.

IX. Idem lib. IV Digestorum.

FUndus, qui Lucii Titii erat, ob vectigale [39] Reipublicæ veniit: sed cum Lucius Titius debitor professus esset [40], paratum se vectigal exsolvere solidum, cum minore [41] venisset fundus, quam debita summa esset, Præses [42] provinciæ rescidit [43] venditionem, eumque restitui jussit Lucio Titio: Quæsitum est, an post sententiam Præsidis, antequam [44] restitueretur, in bonis Lucii Titii fundus emptus esset? Respondit, non prius [45] quam emptori pretium esset illatum, vel si pretium nondum esset ab emptore solutum, in vectigal satisfactum esset.

39 Hinc colligit Baldus, subhastationem semper requiri, ubi res absentis venditur. *l.* 3. *C. de exec. rei jud.* Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 2. *n.* 52. Ans.

40 Rescisso per sententiam contractu petente id venditore potest emptor excipere, atque etiam postulare, ut pretium & expensas recipiat.

41 *l.* 3. *C. si adversus fiscum. l.* 3. *C. si vendito pignore agatur.* vide *l.* 3. *C. de jure fisci.*

42 Imo Procurator Cæsaris. *l.* 3. *C. de jure fisci.* Provinciarum aliæ Proconsulares, aliæ Præsidiales. Sueton. *in Augusto.* 1 Harm. 2. In quibus Procurator Cæsaris non erat, in eis Præses erat, quoties de fiscali causa agebatur: ut erret Alciatus *in d. l.* 3. dum in Proconsulares, Procuratores missos esse scribit: Nam indifferenter ὁ τὰ ἴδια καὶ τὰ τοῦ ἄρχοντος. *teste Dione* 53. Procuratores Cæsaris missi fuere.

43 Rescissum satis superque intelligi contractum, si judex dixerit, *se jubere rescissum esse*, hinc colligit Baldus. de quo vide Albericum.

44 Antequam ei, *Haloand.* 45 V *l.* 28. ff *de pign.* Hinc colligit *Bart.* non impediri alienationem & subhastationem, si quis tantum dicat se paratum offerre pretium: sed requiri ut pecunia offeratur. 46 Tenetur autem in sua persona, & in se præstare, quod adversus alios. *l.* 69. ff. *de fidejussorib.* Et breviter, solvendi pupillo potestatem tutor habuisse intelligitur, qui contutoribus suis solvere potuit: Ita fiet, ut tutor in legem commissoriam incidere possit, qui intra conditum solutioni ex causa emptionis tempus, partem pretii contutoribus suis non solverit. Alioquin in legem commissoriam non incidit, qui non habuit, cui pretium solveret. 47 Fidejussor ob evictionis suspicionem recte petitur. 48 Interdum tamen conveniebat, uti ne venditor vadem fidejussorem daret. dixi ad Varronem 5 *de lingua.* 49 *Invendi* vox nota legis commissoriæ: dixi ad *l.* 2. ff. *de lege commissoria.* 50 *l.* 18. §. *ult.* ff. *de periculo & commodo.*

Tit. VI.

DE [1] PERICULO [2] ET COMMODO REI VENDITÆ 3.

De vino. 2. De dolio signato. 3. De die ad metiendum præstituto. 4. De vino doliari.

1. Ulpianus lib. XXVIII ad Sabinum.

SI vinum venditum 4 acuerit 5, vel quid aliud vitii 6 sustinuerit, emptoris erit damnum: quemadmodum si vinum esset effusum, vel vasis contusis, vel qua alia ex causa. † Sed si venditor 7 se periculo 8 subjecit, in id tempus periculum sustinebit, quoad se subjecit: Quod si non designavit tempus, eatenus periculum sustinere debet, quoad degustetur vinum: videlicet quasi tunc plenissime veneat, cum fuerit degustatum 9. Aut igitur convenit, *quoad periculum vini sustineat*, & eatenus sustinebit: aut non convenit, & usque ad degustationem sustinebit: Sed si nondum sunt degustata, signata [10] tamen ab emptore vasa vel dolia, consequenter dicemus, adhuc periculum esse venditoris: nisi [si] aliud convenit. §. 1. Sed & custodiam ad diem mensuræ venditor præstare debet: priusquam enim admetiatur vinum, [prope] quasi nondum venit: post mensuram factam, venditoris desinit esse periculum, & ante mensuram periculo liberatur, si [11] non [12] ad mensuram venditit, [sed] forte amphoras, vel etiam singula dolia. §. 2. Si dolium signatum [13] sit [14] ab emptore, Trebatius ait, traditum id videri: Labeo, contra. Quod & verum est: magis enim ne summutetur [15] signari solere, quam ut tradere [16] tum videatur. §. 3. Licet [17] autem venditori vel effundere vinum, si diem ad metiendum præstituit, nec intra diem admensum est: effundere autem non statim poterit, prius quam testando [18] denunciet [19] emptori, *ut aut tollat vinum, aut sciat futurum, ut vinum effundere tur* [20]; si [21] tamen, cum posset effundere, non effundit, laudandus [22] est potius: ea propter mercedem quoque doliorum potest exigere; sed ita demum, si interfuit ejus inania [23] esse vasa, in quibus vinum fuit, veluti si locaturus ea fuisset, vel si necesse habuit alia conducere dolia: commodius [24] est autem conduci vasa, nec reddi vinum, nisi, quanti conduxerit, ab emptore reddatur; aut vendere vinum bona fide, id est, quantum sine ipsius incommodo fieri potest, operam dare, ut quam minime detrimento sit ea res emptori. §. 4. Si doliare [25] vinum emeris, nec de tradendo [eo] quicquam convenerit, id videri actum, ut ante evacuarentur, quam ad vindemiam opera eorum futura sit necessaria: quod si non sint evacuata, faciendum [26], quod Veteres putaverunt, per corbem [27] venditorem mensuram facere, & effundere: Veteres enim hoc propter mensuram suasserunt, si quanta mensura esset, non appareat, videlicet ut appareret quantum emptori perierit.

1 iv C. xlviii. *Eclog.* 6.

2 Interitu sc. & incommodo accidente, vel dolo, vel culpa, vel negligentia, vel casu fortuito.

3 Perfectæ aut minus. Baro hujus edicti formulam sic restituit, futuram huic titulo vice summæ, *Ante perfectam emptionem, venditoris: post emptionem perfectam, emptoris (nisi aliud convenit) periculum commodumque erit.*

4 Perfecte. *l.* 8. ff. *eod. ut in specie l.* 35. §. 5. ff. *de contrahend. empt.* Goth. V. ad hanc l. Nicol. Burgund. *de peric. & culpa. c.* 7. *n.* 23. & Butrigar. *h. l.* Ans.

5 Vino vendito, periculum est emptoris: Periculum, puta acoris: vitia item, cujusmodi effusio, vaforum contusio, similis denique causa, *ut hic.* 6 Puta mucoris, ut superius acoris. *l.* 4. ff. *eod.* 7 Vini venditi periculum in se venditor potest suscipere. Quid, si susceperit ad certum usque tempus? intra tempus constitutum tantum periculum præstat, non post tempus. Quid, si non designato tempore, vini venditi periculum in se suscepit? eatenus periculum præstabit, quatenus vinum degustatum fuerit. Cur ad vini degustationem usque? quia tunc plenissime vinum venisse intelligitur, *ut hic.* Ante degustationem igitur plene venditum non videtur. Quid, si non degustatum vinum, sed signata vasa, vel dolia vini fuerint ab emptore? periculum vini est emptoris, nisi aliud convenit, *ut hic.* Magnum igitur discrimen est degustati vini, & vaforum signatorum. Atqui signatione doliorum facta ab emptore, traditum ei vinum censetur, §. 2. ff. *eod.* proinde ei, ut domino, vinum perierit: Ita Trebatius sensit, à Labeone tamen notatus est, *ibidem.*

8 Vide *l.* 78. *in fin.* ff. *de contrah. empt.* 9 Degustatio sola non facit vinum esse venditum: degustationem sequi debet voluntas & consensus emendi. Et hoc ita est, si singulatim emptæ sint vini amphoræ. At si quis ad certam mensuram vinum emerit, ita ut in singulas amphoras pretium sit statutum, talis emptio generis, non speciei esse videtur, habens eam conditionem, *ut quantum admensum fuerit, tantum sit emptum:* ita fiet ut ad mensurationem usque periculum sit venditoris non emptoris: Periculum (inquam) non qualitatis (puta acoris, aut mucoris, *l.* 4. ff. *eod.*) sed substantiæ, ut si vinum pereat, non emptori, cui nihil est admensum, sed venditori pereat: & ita concilianda sunt jura, quæ hac de re varie loquuntur, *hæc lex* scil. & *l.* 4. §. 1. *in fin. l.* 15. ff. *eod. l.* 34. §. 5. *l.* 35. §. *penult.* ff. *de contrah. empt.* Wesemb. *hic.* 10 Quia non videntur tradita: materia contra tradita videtur, quoties signata. *l.* 14. *in fin.* ff. *eod.* vide Hotom. *quæst. illustr.* 12.

11 Vide *l.* 2. §. 1. ff. *eod.* 12 Vino ad amphoras vel dolia vendito, vini periculum venditor non præstat: neque vinum ad mensurationem usque custodire cogitur: quia non ad mensuram, sed ad amphoras & dolia venditum est, *ut hic.* Sin autem ad mensuram sit venditum, ad diem mensuræ, custodiam præstare debet. Hoc enim casu priusquam vinum sit admensum, prope quasi nondum venit, *ut* ff. *eod.* imo ne quidem venit, quia ad mensuram venditum.

13 *l.* 2. *C. eod. l.* 35. §. 5. ff. *de contrah.*

14 *Signatione doliorum* facta ab emptore, vinum emptori non intelligitur traditum. Quid ita? Signare vinum emptor non intelligitur, ut vinum ei traditum videatur, sed ut ne summutetur, *ut hic.*

15 Submitteretur. *Haloand.* id est, supponeretur alia pro alia amphora.

16 Tradi.

17 Prædorum quidem, sed ita scriptum est. M. Cato inter leges venditi vini similem refert licentiam: *dominus*, inquit, *vino quod velit, faciet.*

18 Al. *testato*; adde *casum l.* 9. ff. *de actionib. empt.*

19 Atque ita cogere emptorem non potest ut tollat: quia res etiam tum venditoris est. v. Zasium *ad l.* 9. §. 1. ff. *de damn.*

20 Al. effundatur.

21 Laude dignus est, qui cum, etiam jure, alteri nocere possit, non noceat tamen.

22 Vinum igitur non effundet venditor, sed vel mercedem suorum doliorum ab emptore vini exiget (si modo ejus interfuit vasa esse inania, puta quod vel ea locaturus erat, aut necesse habuit alia novis forte vindemiis, conducere, ita venditor non præcise mercedes doliorum suorum exigit ab emptore, sed illis duobus casibus), vel alia vasa conducet (qua in specie, vinum emptori reddere non cogetur, quam ab eo conductore mercedem receperit), vel vinum ipsum bona fide vendet, quam minimo emptoris adversarii incommodo, *ut hic.* quo ex loco satis constat, falli & errare eos toto via qui putant hac specie, venditorem vinum emptoris effundere posse. Major sine religio hic Jurisconsulto fuit, quam ut vinum effundere venditori patiatur. His enim gradibus, ad æquitatem quasi ascendit, ut venditor dolia sua emptori gratis concedat, vel locet: aut si neutrum faciat, aliena locet dolia: si id etiam non procedat, ut vinum vendat bona fide, minimo adversarii detrimento: Neque huic sententiæ repugnabit, qui mox sequetur paragraphus. Quod consilium Jurisconsulti quoties apud me diligentius retracto, audenter jam dicam, inter Jurisconsultum & virum bonum nihil interesse: certissimam denique ad cœlum viam esse nostram juris professionem, si ad æquum & bonum revocetur.

23 Inania vasa, vacua, evacuata, §. 4. 24 Humanius consilium, ne malitiis indulgeatur. *l.* 38. *circa fin.* ff. *de rei vind.* Cæterum Accursius ait, hoc vocabulo necessitatem venditori non imponi. quod improbo: Laudator enim facti & præpositi à monitore & suasore minime differt. *l.* 1. §. 4. ff. *de servo corrupto.* vide Rob. 3 *sent.* 12.

25 *Doliare vinum* seu *de dolio & cupa*, novum, nondum diffusum ex dolio in amphoras & cados. De hac vendendi lege, vide Catonem *c.* 148. *de re rustica.* Budæus vero ait, doliare vinum emi, cum in doliis emitur sine mensuratione, ad differentiam vini pendentis, quod adhuc in uvis est: ut doliare vinum sit vinum, quod dolio continetur.

26 Vinum igitur effundere venditori licebit? Facetias hic & joces, nisi sententia, molestissimo lectori reponit Ulpianus: Nam superiore paragrapho dixit venditorem laudandum esse, si non effundat cum possit effundere: hortatur eum denique, ut dolia gratis concedat, aut si id nolit, locet: si neutrum placeat, aliena conducat: si ne ista quidem venditori fedeant, ut vinum vendat minimo adversarii detrimento. Ut ad rem redeam, mera hic ἐφυμία est, qualis illa Virgiliana, I, sequere Italiam ventis. 9 Quintil. 2. 27 Facere dictum, ac si diceret, per cribrum: corbis enim fit ex viminibus, colligendis retinendisque liquidis inepta. *Varro* 1 *de re rustica* 22. & ut maxime fiat ex viminibus (quemadmodum nuces fieri Cæsar, Plinius, Lucanus auctores sunt) corbis tamen mensuræ genus non est: Cujac. 2 *observ.* 36. quæ tamen sententia cuidam anonymo (cujus extant notæ ad hanc legem impressæ cum reliquis Duareni) displicet. 28 Præfumitur tempus adjectum, ex qualitate personarum. adde *l. nec semel.* 12. §. *fi in habitatione. §. l. Firmo.* 26. ff. *quando dies legati. l. cum qui certarum.* 138. ff. *de verb. oblig.* 29 *l.* 1. §. 1. ff. *eod.* qualem, v. *l.* 3. ff. *eod.* 30 Plena custodia non tantum dolum abfuturum, sed & diligentiam continet.

31 *Al.* ut fatali damno vel vi magna sit excusatus. 32 Fatale damnum excusat. vide *l.* 31. ff. *de act. empt.* 33 *Al.* excusata. *al.* eum excuset: vide quæ scripsi ad *l.* 2. *C. eod.* 34 Venditor custodiam vini debens, eam diligentiam præstare debet, quam commodatarius in rebus commodatis: quam quisque in suis rebus. 35 *l.* 11. *in fin.* ff. *eod. l.* 35. §. 4. ff. *de contrab. empt.*

36 *l.* 5. §. 2. ff. *commodati.* 37 Venditor vini moram degustando vino adferens, emptori periculum vini præstat, non modo quod ante diem degustando vino præfinitum, sed & post eum diem, quia per ipsum factum est. 38 §. 1. *in fin.* ff. *eod. l.* 1. *in pr.* ff. *eod.* 39 Vide quæ notavi ad *l.* 62. *in fin.* ff. *de contrab. empt.* 40 Vinum qui ita vendit ut degustetur, hoc est, ut emptum sit cum degustatum fuerit, acorem & mucorem præstat: si non ea lege venditerit, neutrum præstat, *ut hic.* 41 Vina, ut sæpius ea conditione emebantur, ut degustarentur: raro, ut ne degustarentur.

42 Vino degustando die non adjecta, potest emptor quandoque seu quandocunque degustare: ita accidit ut dies degustationi non præstitutus (ita Paulo post videtur legendum) meliorem conditionem emptoris faciat. 43 *Forte legendum*, non præstitutus, *ut paulo ante dixi.* & ita quoque legit Cujac. 23 *obs.* 34. 44 *Avertione vinum vendere* quid, dictum *l.* 62. *in fin.* ff. *de contrab. empt.*

45 Ut in cæteris finis negotii spectatur, dum approbetur, tollatur, evehatur, restituatur. *Baro.*

46 Infinitam custodiam vini avertione venditi venditor non præstat. 47 *l.* 1. ff. *eod.*

48 Protestatio efficit, ut ne qui protestatus est, infinitam custodiam præstet. *d. l.* 1. §. 3. ff. *eod.*

49 Vinum avehere emptor debet, antequam dolia ad vindemiam fuerint necessaria.

50 In eadem causa est is per quem stetit, & cui tradita res; & è contrario, qui tradidit, & qui obtulit. *l.* 17. ff. *eod. l.* 2. *l.* 4. *C. eod.* 51 *l.* 17. ff. *eod.* Igitur venditor post moram emptoris, culpam non præstat, adde *l.* 16. *in fin.* ff. *eod.*

non debet ab eo præstari: si, verbi gratia, amphoræ centum ex eo vino, quod in cella esset, venierint, si admensum est; donec admetiatur [52], omne periculum venditoris est, nisi id per emptorem fiat.

De exceptione facta gratia emptoris.

VI. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SI vina emerim, *exceptis acidis, & mucidis*, & mihi expediat [53] acida quoque accipere, Proculus ait, quamvis id emptoris [54] causa exceptum sit, tamen acida & mucida non venisse: nam quæ invitus emptor accipere non cogeretur, iniquum [55] esse, non permitti venditori vel alii ea vendere.

De alluvione & fluminis occupatione. 1. Quæ cedunt in modum agri.

VII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

ID quod post emptionem fundo accessit [56] per alluvionem [57], vel periit, ad emptoris commodum incommodumque pertinet: nàm & si [58] totus ager post emptionem flumine occupatus esset, periculum esset emptoris: sic [59] igitur & commodum ejus esse debet. §. 1. Quod venditur, in modum [60] agri cedere debet: nisi [si] id actum est, ne cederet: At quod non venit, in modum cedendum [61], si idipsum actum est, ut cederet, veluti [62] viæ publicæ, limites, luci, qui fundum tangunt. Cum vero neutrum dictum est, cedere non debet: & ideo nominatim caveri solet, *ut luci, via publica, quæ in fundo sint, tota in modum cedant.*

De perfecta vel imperfecta emptione, & quæ requirantur, ut perfecta dicatur, & quæ sint effecta perfectæ venditionis.

VIII. IDEM lib. XXXIII ad Edictum.

NEcessario sciendum [est,] quando perfecta sit emptio: tunc enim sciemus, cujus periculum sit: nam * [64] perfecta [65] emptione periculum ad emptorem respiciet. † Et, si [66] id, quod venierit, appareat [67], quid [68], quale, quantum sit [69], [sit] & pretium, & pure venit, perfecta est emptio. † Quod si [70] sub conditione res venierit, si quidem defecerit [71] conditio, nulla est emptio, sicuti nec stipulatio: Quod si exstiterit, Proculus & Octavenus emptoris esse periculum aiunt. Idem Pomponius lib. IX probat. † Quod [72] si pendente [73] conditione, emptor vel venditor decesserit; constat, si exstiterit conditio, heredes quoque obligatos esse, quasi [74] jam contracta emptione in præteritum. Quod si pendente conditione res tradita sit [75]; emptor non [76] poterit eam usucapere pro emptore, & [77] quod pretii solutum est, repetetur [78], & fructus [79] medii temporis venditoris sunt: sicuti stipulationes [80], & legata conditionalia perimuntur, si pendente conditione [81] res exstincta fuerit. Sane [82] si exstet res, licet deterior effecta, potest dici, esse damnum emptoris. §. 1. Si ita venierit, *est ille servus emptus, sive* [83] *navis ex Asia venerit, sive non venerit*, Julianus putat, statim [84] perfectam esse venditionem, quoniam certum sit eam contractam. §. 2. Cum usumfructum mihi vendis, interest, utrum [85] jus [86] utendi fruendi, quod solum tuum sit, vendas, an vero in ipsum corpus, quod tuum sit, usumfructum mihi vendas: nam priore casu, etiamsi statim morieris, nihil mihi heres tuus debebit, heredi autem meo debebitur, si tu vivis: posteriore casu, heredi meo nihil debebitur [87], heres tuus debebit.

De arboribus ante fundi emptionem dejectis.

IX. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

SI post [88] inspectum [89] prædium, antequam emptio contraheretur, arbores vento [90] vi dejectæ sunt, an hæ quoque emptori tradi debeant, quæritur? Et responsum est, non deberi, quia [91] eas non emerit, cum, antequam fundum emerit, desierint fundi esse: Sed si ignoravit emptor dejectas esse arbores, venditor autem scivit [92], nec admonuit, quanti emptoris interfuerit, rem æstimandam esse, si modo venit.

De emptione conditionali, & pacto. 1. De loci interitu ante mensuram.

X. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

SI in venditione conditionali hoc ipsum convenisset [93], *ut res periculo emptoris servaretur*; puto pactum valere [94]. §. 1. In libro septimo Digestorum Juliani *Scævola notat*: Fundi [95] nomine emptor agere non potest, cum prius, quam mensura [96] fieret, inundatione [97] aquarum, aut chasmate [98], aliove quo casu pars fundi interierit.

De insula combusta.

XI. ALFENUS [Varus] lib. II Digestorum.

SI vendita insula combusta [99] esset, cum incendium sine culpa [100] fieri non [1] posset, quid juris sit? Respondit: Quia sine patrisfamilias [2] culpa fieri potest, neque si servorum negligentia factum esset, continuo dominus in culpa erit: Quamobrem si [3] venditor eam diligentiam adhibuisset in insula custodienda, quam debent homines frugi [4] & diligentes præstare, si quid accidisset, nihil [5] ad eum pertinebit.

De lectis in via publica positis, & ab Ædili concisis.

XII. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni * Digestorum *.

LEctos [6] emptos Ædilis, cum in via [7] publica positi essent, concidit [8]: Si traditi essent emptori, aut per [9] eum steriſſet [10], quominus traderentur, emptoris periculum esse placet;

XIII. JULIANUS lib. III ad Urseium Ferocem.

EUmque cum Ædili [11], si id [12] non jure fecisset, habiturum actionem legis Aquiliæ: aut certe cum venditore ex empto agendum esse, ut is actiones suas, quas cum Ædile habuisset, * ei * præstaret.

1. De furto. De traditione.

XIV. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni Digestorum.

QUod si neque traditi essent, neque [13] emptor in mora fuisset, quo minus traderentur, venditoris periculum erit.

§. 1. Materia [14] empta si furto perisset, postquam tradita esset, emptoris esse periculo, respondit: si minus, venditoris: Videri [15] autem trabes traditas, quas emptor signasset [16].

De vino corrupto.

XV. GAIUS lib. II Cottidianarum rerum.

SI vina, quæ [17] in doliis erunt, venierint, eaque, antequam ab emptore tollerentur, sua natura corrupta fuerint: si quidem de bonitate eorum adfirmavit [18] venditor, tenebitur emptori: quod si nihil adfirmavit, emptoris erit periculum: quia, sive [19] non degustavit, sive [20] degustando male probavit, de se queri debet: Plane, si, cum intelligeret venditor non duraturam bonitatem eorum usque [ad] in eum diem, quo tolli deberent, non [21] admonuit emptorem, tenebitur ei, quanti [22] ejus interesset admonitum fuisse.

De re ab emptore conducta, donec pretium solvat.

XVI. JAVOLENUS lib. VII ex Cassio.

SErvi emptor, si eum conductum [23] rogavit, donec pretium solveret, nihil per eum servum adquirere poterit: quoniam * non videtur traditus is [24], cujus possessio per locationem retinetur à venditore: Periculum ejus servi ad emptorem pertinet, quod tamen sine [25] dolo venditoris intervenerit.

De mora.

XVII. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

ILlud sciendum est, cum [26] moram emptor adhibere cœpit, jam non culpam, sed dolum [malum] tantum præstandum à venditore. Quod si per venditorem & emptorem mora fuerit, Labeo quidem scribit [27], emptori potius nocere, quam venditori, moram adhibitam: Sed videndum est, ne posterior [28] mora damnosa ei sit. Quid enim, si interpellavero venditorem, & non dederit id, quod emeram; deinde, posteriore [29] offerente illo, ego non acceperim? Sane hoc casu nocere mihi deberet. Sed si per emptorem mora fuisset, deinde, cum omnia in integro essent, venditor moram

---

51 *l. 1. §. 1. ff. eod.*

52 Acetum vero interdum utilius esse potest. Martialis *Amphora Nicæe non sit tibi vilis acetri: Esset enim vinum, vilior illa fuit.*

54 Exceptum emptoris causa non potest emptor invito venditore petere: ita quod ejus favore inductum est, in ejus damnum recidit.

55 Opponit autem æquitatem in contractibus bonæ fidei servare.

56 Vide *l. 1. C. eod.*

57 Alluvio perfecta emptione, sive quid adjicit, sive quid aufert, emptori prodest vel nocet. *l. 10. ff. eod. l. 1. C. eod.* Nam post venditionem fundi, tam lucrum quam damnum emptorem respicit. Quid enim, si per alluvionem accessio facta sit, vel pars ejus, aut totus adeo flumine sit occupatus? a *Synops. 19. tit. 6. c. 1.* Harmen. *tit. 3. §. 14.* Theophil. *§. 3. Inst. de empt.*

58 § 3. *Inst. de empt.*

59 §. 3. *Inst. de emptione l. 10. ff. de reg. jur.*

60 Modus in fundorum venditione plerumque dicebatur, *leg. 2. ff. de act. empt.* Agrenus Urbicus, *Soliti erant antiqui in conductionibus, & emptionibus modum comprehendere, atque ita cavere, fundum illum, jugera tot, in singulis jugeribus tantum. Itaque si in ea regione agitur, ubi hæc erit consuetudo, aut cautiones scilicet, aut emptiones, intuendæ erunt.*

61 *Al.* cedendum est.

62 In modum agri non cedebant viæ publicæ, limites, luci, qui fundum tangebant, nisi id actum esset, ut cederent: cum vero neutrum dictum erat, cedere non debebant, *ut hic. & l. litera 51. ff. de contrab. empt.*

63 Fundo ad mensuram venditio, num aggeres, & fossæ mensurandæ sint? Bartolus ait, *in l. 51. ff. de contrahend. emption.* in via aliud esse ait, *ad l. 27. §. 4. ff. de instructo.* quod & Baldus sentit, *C. de contr. empt. in princ. quæst. 4.* nec enim venire in commercium, vel contractum, licet aliqua utilitas ex eis percipiatur: dominos prædiorum in illis non habere titulum, sed solam utendi commoditatem: accessorie magis venire ex agrorum cohærentia, quam contractus potestate: id liquere magis, quod per se vendi non possint. Baldus distinguit: negat enim ripas mensurandas, si exceptæ sint: sin comprehensæ in termino, vendi posse: eam conventionem admitti venditoris gratia, qui certiens in ripa commoditatem (puta faliceti, arboreti) pluris fundum vendere voluerit, ut alter emere: res enim ut interdum emimus propter accessiones, *l. 34. in pr. ff. de contrab. empt.* ita & easdem pluris isdem de causis vendimus. Huic quæstioni subnotabo, quod *ibid.* Baldus notat, colonum, ad fundi fossas, quæ ad perpetuam rei memoriam constructæ sint, reficiendas non teneri: teneri vero, si faciant ad utilitatem ejus anni, quo conduxerit. 64 Perfectæ venditionis is est effectus, ut ab ea periculum rei spectet ad emptorem. 65 Vide *l. 1. C. eod.* 66 Perfectam venditionem facit rei certitudo, ejus pretium, & si pure venit, aut si sub conditione venit, & conditio extitit. 67 *l. 9. C. de contrahenda emption.* 68 *Certum* censetur, de quo apparet, quid, quale, quantum. *l. 74. l. 75. ff. de verb. oblig.* 69 *l. 9. C. de contrab. empt.* 70 Venditio sub conditione contracta, deficiente conditione nulla est: existente perfecta est, & periculum ad emptorem pertinet. Si ea pendente venditor vel emptor mortuus sit; obligatio transit ad heredes: quod si res tradita sit pendente conditione, emptor eo spatio rem ipsam usucapere non poterit, quia pendente conditione non est emptio: Si interierit, venditoris; Si deterior tantum facta, emptoris erit periculum. 71 *l. 7. in princ. ff. de contrab. empt.* 72 Initium legis, est hic paragraphus apud Fulgosium. *in l. pecuniam. 36. ff. de reb. creditis.* 73 *l. 5. C. eod* 74 Conditione venditionis existente, venditio in præteritum retrotrahitur, ut quasi pure facta videatur. *l. 11. §. 1. ff. qui potiores.* Conditionis eventus facit, ut quasi purum fuisse negotium videatur. 75 Alii quam emptori. 76 *l. 2. §. 2. ff. pro empt.*

77 *Al.* sed. 78 *l. 41. in fin. ff. de contrab. empt.* 79 *l. 6. circa fin. C. de pactis inter empt.*

80 *l. 23. ff. de verb. oblig.* 81 V. *l. 33. ff. de verb. obl.* 82 Conditione venditionis pendente, si res interreat, periculum est venditoris: si sit deterior, emptoris, *ut hic.* Quid ita? Ubi res non extat, fictio non habet, ubi hæreat: secus, ubi extat, licet deterior sit. *l. huic. 15. ff. ad leg. Aquiliam.* Atqui venditore vel emptore mortuis pendente condicione, non interiit venditio, vel emptio: Recte: nam ipsi heredes ipsam defunctorum personam repræsentant, & una eademque persona censentur cum defuncto. *ff. eod. l. si prædio. ff. de in diem addict.* 83 Dixi ad *l. 60. ff. de condict. indeb.*

84 Legatum tamen ex simili conditione non transit. *l. 13. ff. quando dies.* 85 Jus utendi fruendi, si mihi ab usufructuario venditum sit, fructuario ipso mortuo, heres venditoris non amplius mihi debebit, & tamen heredi meo debebit. Si vero proprietarius usumfructum mihi vendiderit, & post mortuus sit, heres venditoris mihi debebit, heredi meo nihil. 86 Idem vendi potest. §. 1. *in fin. Inst. de usu.* 87 Sed mihi. *l. 3. C. de usufruct.* 88 Fundo inspecto tantum, necdum empto, arbores interim, dum emptio perficeretur, dejectæ, emptori non debentur. Quid ita? quia non emit. Cur non emit? Quia antequam emit, fundi esse delierunt. Quid, si emptor nescivit dejectas, venditor scivit, nec admonuit? Quanti emptoris interfuerit, res æstimabitur, *ut hic.* Quid, si quis emit fundum, & emptione jam perfecta, arbores vi dejectæ, vel igne consumptæ? Emptio fundi non videbitur contracta, si contemplatione arborum fundus comparatus est. *l. 58. ff. de contrab. empt.* 89 Inspecti ab emptore fundi tempus non inspicimus, sed contractus.

90 Vide *l. 58. ff. de contrab. empt.* 91 Venditor fundi emptori id præstare non cogitur, quod ante venditionem perfectam fundi esse desierit. 92 *l. 58 ff. de contr. empt.*

93 Aliud si non convenit. *l. 5. C. eod.* Interim colligunt, conventionem nudam vestiri contractus unitione, etiamsi conditionalis sit. 94 Et ita pactum nudum, vestitum cohærentia contractus, valet.

95 Ut in rebus mobilibus, ita in immobilibus non dicitur perfecta venditio, antequam mensurentur. *Bart.*

96 Ante mensuram, de qua facienda convenit, non est fundi venditio.

97 Aquæ inundatione, aut chasmate fundi, & immobilia interire dicuntur. v. *leg. 23. ff. de reg. jur.*

98 Terræ motu. *l. 47. in fine. ff. de leg. 1.* v. Plin. 2. *cap. 26.*

99 *l. 5. C. eod.*

100 Levissima scilicet, & quidem inhabitantium; quod plerumque accidit. *leg. 3. §. 1. ff. de offic. Præf. vigil.* ergo non semper eorum culpa id accidit.

1 Fieri posset. Hotom. 4 *obs.* 32. Goth. Sed male, ut cum reprehendit Arnold. Vinn. *Select. quæst. lib. 1. c. 33.* S. L.

2 Non tamen sine alicujus culpa. Cujac. 17 *obs. 29. in fine.*

3 Incendium rei alienæ, frugi homo, & diligens custos non præstat.

4 *Frugi homo*, cui opponitur *nequam.*

5 Si venditoris dolo & lata culpa incendium acciderit, tenetur de incendio, *l. 11. ff. de incendio.* si diligens fuit, ad instar eorum, qui sunt frugi, & diligentes, in custodienda re vendita, non tenetur de incendio, utcumque servi ejus negligentia incendium acciderit, *ut hic.* id enim fortuito accidit, id est, extra ejus dolum, & latam culpam, ideoque venia indiget, *l. 11. ff. de incendio.* & hæc quidem de venditore. Quid de *conductore* dicendum est? Eum scil. eodem exemplo non teneri, si contra præsumptionem (negligentiæ scil. latæ, & doli) probaverit se diligentem fuisse, quo probato securus est, *ut hic.* Quanquam nonnulli distinguunt, ut conductor teneatur, in-

---

cendii servis convictis, si in officio sibi commisso deliquerint, puta lucernam in stabulo custodiendo habuerint: si in alio loco extra munus suum, non teneatur: Quis enim hæc præstare possit? v. Andr. Gail. 2 *obs.* 21. Quid? an incendio probato servi conductoris illico tenebuntur, tanquam plane convicti? ut continuo necesse sit ab eis incendium ortum fuisse, si non ab eorum domino fuerit admissum? utique conductore absoluto locator probationes suas afferre debet: ergo & certum ex iis aliquem omnino nominare tenetur, ne alioquin incerta feratur sententia. Num vero eo casu conductor vicinis tenebitur incendii nomine, si incendii ratione eis nocitum fuerit? distingue, ut supra. Quid, si quis ædes incendio proximas intercidit, ne ignis ad suam domum perveniret? non tenetur. v. *l. 3. §. 7. ff. de incendio.* Is vero, cujus ædes ita destructæ fuerint, vicinæ servandæ causa, num exemplo contributionis, quæ jactus causa fit, in vicinos aget? v. *d. l. 3.* 6 Ut & alibi mensuras. v. *l. 11. §. 8. ff. locati.* v. Suetonium, *in Claudio. c. 16. in fin.* Goth. Intellectum hujus legis vid. apud Nicol. Burgund. *de peric. & culpa. c. 7. n. 45.* Anf. Adde Joann. Robert. *lib. 3 sent. c. 4.* Brisson. *lib. 4 select. c. 4.* S. L. 7 Viarum enim cura ædilibus commissa erat. *leg. 1. ff. de via publica.* De viarum curatoribus tractat Paulus *5 sent. 6. §. 2.* qui & *viocuri* dicuntur.

8 Vide *l. 102. ff. de solutionibus.* Injuria rei emptæ illata à judice, emptori nocet, si vel ei traditæ fuit, aut per eum stetit, quominus traderetur, *ut hic. & l. 14. ff. eod.* 9 Mora emptoris ipsi nocet auctori. 10 *l. 13. l. 14. ff. eod. l. 4. & ult. C. eod.* 11 Poterat enim in jus vocari, quia non erat summus magistratus, & cum imperio. Cic. 2 *in Verrem*, 13. Gell. 13. *ex Varrone.*

12 Litem suam facit judex, cum potestate abutitur. adde *l. ædiles. ff. de via publica.*

13 *l. 2. ff. eod.* 14 Si vendita materia furto perierit ante traditionem, venditoris damno sit: si post, emptoris: videntur autem trabes traditæ, quas emptor signavit. *Synops. Basilic. 19. tit. 6. c. 7. De materia* dixi *ff. ad leg. 12. ff. de usufruct.* Materia autem hic, ligna ad ædificandum parata. §. 29. *Inst. de rerum divis.* adde *l. 167. l. 168. ff. de verb. signif. l. 7. ff. ad exhibend.* 15 Imo signatione res non videtur tradita. *l. 1. §. 2. ff. eod.* An hic aliud in trabibus quam in doliis vini signatis? Si aliud, cur aliud? An quia vini dolia signari in alium finem possunt, quam ut tradita habeantur: trabes non possunt signari ob alium finem? 16 Signatio interdum habetur pro traditione: vide quæ notavi ad *l. 1. in pr. ff. eod.* 17 Id genus vini dolare. *l. 1. §. ultim. ff. eod.* 18 Vide quæ notavi de adfirmatoribus ad *l. 12. §. 13. ff. mandati.* 19 Vini doliaris venditi periculum emptoris est, etiam ante degustationem. 20 Paria sunt, male degustare, & non degustare. 21 Decipit emptorem venditor, qui eum non admonet vitiorum rei emptæ. adde *l. 14. in fin. ff. de liberali.* qui denique eum certiorem non facit, rem duraturam non esse. 22 V. *l. 3. C. eod.* 23 Emptor servi, cum conductum à venditore rogare potest, donec pretium solvat. adde *l. 37. ff. de acquir. possess.* idem precario rogare potest. *l. 20. ff. de precario.* Id genus possessionis, neque unum est, neque plenum. Itaque qui servum ita conductum aut precario habet, nihil per eum adquirit. Quid ejus servi, cujus periculum est, an venditoris, aut emptoris potius? emptoris, *ut hic.* 24 Per colonum enim possidemus, *l. 25. §. 1. l. 37. ff. de adq. possess.* ut & per ipsum rei emptorem, donec pretium rei nobis ab eo solvatur, *ut hic.* & è contra. Nam etsi venditor non teneatur præcise transferre dominium rei venditæ, si tamen venditor in instrumento fatetur se constituere nomine emptoris rei venditæ possessorem, his verbis rei possessionem se ei tradidisse demonstraverit: Nihil enim interest, an quis per seipsum rem venditam prehendat, ingrediaturve, an per alium. Quid, si venditor constituit se nomine emptoris precario possidere? in emptorem sola civilis possessio, non naturalis, transfertur. *Ferrariensis, formula 37. summa 12.* Bartol. post Accursium notat requiri, ut aliquis possideat civiliter, & naturaliter, ad hoc, ut faciat fructus suos, id est, neminem fructus rei suos facere, nisi civiliter & naturaliter possideat. 25 V. *l. 5. §. eod. l. 37. ff. de act. empt.* 26 Mora ubi solius est emptoris, ipsi tantum auctori nocet, *ut hic.* ubi emptoris, & venditoris, qui postremus eorum moram admiserit, moræ is tenebitur. *vers. quod si.* adde *Synopsin Basilic. 19. tit. 6. c. 9. 3* Harm. 3. §. 21. Goth. Restituitur hæc lex à Nicol. Burgund. *tract. de peric. & culpa. c. 7. n. 43.* Anf.

27 *l. 51 ff. de act. empt.* 28 Mora posterior nocet. vide tamen Socinum, *regula 27.* 29 *Al.* postea.

ram adhibuerit, cum posset se exsolvere, æquum est, posteriorem moram venditori nocere.

De oneribus habitationum finitis. 1. *De evictione.*

XVIII. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

HAbitationum oneribus morte libertorum finitis, emptor domus ob eam causam venditori non tenetur, si nihil aliud convenit, quam ut habitationes secundum defuncti voluntatem super pretium libertis præstarentur. §. 1. Ante [30] pretium solutum dominii quæstione mota, pretium emptor solvere non cogetur, nisi [31] fidejussores idonei à venditore ejus evictionis [32] offerantur.

De mora in pretio solvendo.

XIX. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

VEnditori si emptor in pretio solvendo moram fecerit, usuras [33] dumtaxat præstabit, non omne omnino, quod venditor, mora non facta, consequi potuit, veluti si negotiator fuit [34], &, pretio soluto, ex mercibus plus [35], quam ex usuris, quærere potuit.

30 V. *l.* 17. §. 2. *in fin.* ff. *de doli except. l.* 24. *C. de evict.*

31 Evictione initio venditionis immittente, emptor pretium alias solvere non cogitur, nisi fidejussores idoneos à venditore accipiat; *ut hic.* Quid in hac specie, num recte potuit abire fidejussorem adversus quoscumque, qui postea litem movere possunt, vel poterunt? an adversus eum tantum, qui tum agat? etiam in quoscumque, *l. ult.* §. 1. ff. *tit. prox. v. interpretes in l. fin. post perfectam.* 24. *C. de evict.* & ita Jacobus de Arena, Richardus Malumbra, & Cynus putant. Unde quidam hoc ἄρρημα, hanc cautelam emptori suggerunt, uti ne pretium ita venditori solvat, certos homines summittat, qui litem rei venditæ nomine venditori moveant. 32 Gratia scilicet. 33 Usuras pretii, ob moram in eo venditori numerando, præstat emptor. An & lucrum omne, quod venditor ex pretio etiam supra legitimum usurarum modum facere potuit? non præstabit, *ut hic.* adde *Synopsis Basil.* 19. *tit.* 6. *c.* 11. 3 Harm. 3. §. 63. 34 Imo eo casu lucri cessantis aut spei lucri habenda ratio est. *l.* 2. *in fin.* ff. *quod certo.* Respondeo, certi lucri initur ratio in eo, qui negotiari solitus est, quique si pretium habuisset, lucrum præsens habere potuisset: Aliud est in eo, qui negotiari non est solitus: tunc enim incerti lucri habenda non est ratio: Multa enim accidere possunt, quæ lucrum impediant: & in lege Aquilia non consideratur futurum lucrum, quod spe tantum erat, propter ejus incertitudinem, *l.* 29. §. 3. ff. *ad leg. Aquil.* & ita Corrasius has leges conciliat. 3 *Miscell.* 14. Sed præstat, dictam legem secundam ad trajectitiam pecuniam referri. 35 Lucrum ex mercibus suis negotiator facere etiam supra legitimum usurarum modum potest: neque id cum facit, injuria facit, aut ut improbus fœnerator. Id enim lucri genus jure licitum.

TIT. VII.

DE SERVIS EXPORTANDIS [1], VEL SI ITA MANCIPIUM VENIERIT, UT [2] MANUMITTATUR, VEL CONTRA [3].

De servo exportando, & legis remissione.

1. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

SI fuerit distractus servus, *ne aliquo loci moretur*, qui vendidit, in ea conditione est, ut possit 4 legem remittere, ipse Romæ [5] retinere: Quod & Papinianus lib. III respondit, *propter* [6] *dominorum* (inquit) *securitatem custoditur lex, ne* [7] *periculum subeat.*

De interdictione Italiæ.

II. MARCIANUS lib. II Publicorum.

EXportandus si venierit ab Italia, in provincia [8] morari potest: nisi specialiter prohibitum fuerit.

III. PAULUS lib. L ad Edictum.

SI quis hac lege veniit, *ut intra certum tempus manumittatur*, si non sit manumissus, liber fit: si tamen is, qui vendidit, in [9] eadem voluntate [10] perseveret, heredis voluntatem non esse exquirendam.

De minore vendente servum, ut manumittatur.

IV. MARCELLUS lib. XXIV Digestorum.

SI [11] minor viginti annis servum tibi in hoc vendiderit, [& tradiderit,] *ut eum manumitteres*, nullius [12] momenti est traditio, quamquam ea mente tradiderit, *ut* [13], *cum viginti annos ipse explesset, manumitteres:* non enim multum facit, quod distulit libertatis præstationem, lex quippe consilio ejus quasi [14] patum firmo restitit.

De interdictione pomerii.

V. PAPINIANUS lib. X Quæstionum.

CUi, pacto venditoris, *pomerio* [15] *cujuslibet civitatis interdictum est*, urbe [16] etiam interdictum esse videtur. Quod quidem alias cum Principum mandatis præciperetur, etiam naturalem [17] habet intellectum, ne scilicet qui careret [18] minoribus, fruatur majoribus.

De pacto, ne ancilla manumittatur, neve prostituatur, & de stipulatione pœnali. 1. *De eo, quod interest.*

VI. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

SI venditor ab emptore caverit, *ne serva manumitteretur, neve prostituatur*, & aliquo facto, contra quam fuerat exceptum, evincatur, aut libera judicetur, & ex stipulatu pœna petatur, doli exceptionem quidam obstaturam putant: Sabinus, non obstaturam: Sed ratio faciet, ut jure [19] non teneat stipulatio, si *ne manumitteretur*, exceptum est: nam incredibile est, de actu manumittentis, ac [20] non potius de effectu beneficii cogitatum: cæterum si, *ne prostituatur*, exceptum est, nulla ratio occurrit, cur pœna peti, & exigi non debeat, cum & ancillam contumelia adfecerit, & venditoris affectionem [21] forte, simul & verecundiam læserit: etenim alias, remota quoque stipulatione, placuit ex vendito esse actionem. §. 1. Si quid emptor, contra quam lege venditionis cautum est, fecisset, [aut non fecisset,] nobis aliquando [22] placebat, ejus initio resistit, *ut hic.* secus si prohibitio ad effectum, non ad initium refertur. *l. in tempus.* 62. ff. *de hered. inst.* 14 Consilium minoris viginti annis, parum firmum lege præsumitur. 15 Κωλύειν τὴν προαστίου, *Ecloga. c.* 5. Est igitur προαστίον, pomerium, suburbanum, anteurbanum. de pomerio Urbis v. Varronem, Livium 1. & 13. Gell. 14. & 15. c. 27. Tacitum 12. *Aggenum Urbicum, & Frontinum, Pollucem* 9. *Majoragium* 3 *Miscell.* 13. 16 Patria sua, *l.* 7. §. 13. ff. *de interdictis, & releg.* Roma sc. *Duar.* adde *l. ult. C. si servus export.* urbe, qua venit, quod Demostheni & Æliano est vendere ἐν' ἐξαγωγῇ. 17 *Naturalis intellectus* est, qui à natura: *A natura*, hoc est, quæ omnibus hominibus, & in omnes homines ex æquo fusa est. adde *l.* 13. §. 7. ff. *de excus. tutor.*

18 Scil. majoribus removetur, qui à minoribus est remotus. *l.* 4. ff. *de senatoribus. d. l.* 7. *in fine.*

19 Jure non tenent, quæ ipso jure non tenent. v. *l.* 122. §. 5. *in fin.* ff. *de verborum obligationibus.*

20 *Actus & effectus* differentia: *Actus*, facti: *Effectus*, juris est. 21 Affectionis sinceræ & honestæ in actionibus ratio habetur. adde *l.* 7. ff. *eod.* 22 *l.* 7. ff. *eod.* quæ est desumpta ex libro decimo quæstionum ejusdem Papiniani: hæc autem lex ex vigesimo septimo. & ita lex sequens *septima* ab hac corrigitur. Ita sane quidam putant esse. At mihi primum non tanti librorum Papiniani, quanti hæc Pandectarum dispositio est. Dicemus itaque hanc, ut priorem, proximam, & posteriore lege mutari: eo magis, quod sequentis legis ratio tota ab æquitate, & bono sit: & alioquin, hæc etiam lex, à viro bono. Hæc cum exstent, tanti nobis non fuerit contraria Sabini auctoritas, quanti æquum ipsum & bonum. Et vero denegatæ hoc casu actionis hanc rationem adferunt Græci, *Synopsi. cod. c.* 5. *in fine*, ἐργὸς ἀποπλήρωσις ἐκ τῶν διαφόρων. *Ire satisfactio non habet quod interfit.* Addunt tamen illo loco Græci actionem dari venditori eo casu, si propterea minoris servum vendidit, ut indignationi, dolori, duritiei, & inhumanitati satisfieret. Hoc illi casu venditorem utiliter agere posse existimant. Ego contra, propter superiores, quas protuli rationes, ac maxime vero, quod juris & injuriæ summum sit discrimen, neque hanc potestatem injurioso homini jus faciat, ut vindictam suam exerceat, vel ut juris nomine abutatur ad sævitiam suam in servos exercendam. Id eo magis nobis amplectendum est, quod immanis sævitia domiuorum novis legibus sit restricta: ut sævitiæ nomine, servos etiam abalienare cogantur domini, & quidem bonis conditionibus, non sibi tantum, sed & servo. *l.* 2. ff. *de his, qui sunt sui.* Contra qui senserint, Læstrigonum & Cyclopum gentem, conscientia victi, auxerint: nisi citra vindictam, aut sævitiam, interfit venditoris servum venditum, ne in Italia esset, ut à quo forte insidias aut quid tale metuat.

non alias ex vendito propter pœnam homini irrogatam agi posse, quam si pecuniæ ratione venditoris interesset, veluti quia pœnam promisisset: cæterum viro bono non convenire credere, venditoris interesse, quod animo sævientis satisfactum non fuisset. Sed [23] in contrarium me vocat Sabini sententia, qui utiliter agi ideo arbitratus est, quoniam hoc [24] minoris homo veniisse videatur.

Si pœna promittitur pacto nudo, non potest exigi, nisi interfit. Bart.

VII. IDEM lib. X Quæstionum.

SErvus ea lege venit, *ne* [25] *in Italia esset: quod si aliter factum esset, convenit citra* [26] *stipulationem, ut pœnam præstaret emptor:* Vix [27] est, ut eo nomine vindictæ ratione venditor agere possit: acturus utiliter, si non servata lege, in pœnam, quam alii promisit, inciderit. Huic consequens erit, ut hactenus agere possit, quatenus alii præstare cogitur: quidquid enim excedit, pœna [28], non [29] rei persecutio est. Quod si, *ne pone causa exportaretur*, convenit, etiam affectionis [30] ratione recte agetur. Nec [31] videntur hæc inter se contraria [32] esse, *cum beneficio* [33] *adfici hominem, interfit* [34] *hominis:* enimvero [35] pœnæ non [36] irrogatæ indignatio solam duritiem [37] continet.

Si venditor voluntatem mutaverit.

VIII. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

QUæsitum est, si quis proprium servum vendidisset, &, *ut manumitteretur intra certum tempus*, præcepisset, ac postea mutasset voluntatem, & emptor nihilominus manumisisset, an aliquam eo nomine actionem haberet? Dixi, ex vendito actionem, manumisso servo, vel mutata venditoris voluntate, evanuisse [38].

Si emptor servum vendiderit eodem, vel diverso pacto.

IX. PAULUS lib. V Quæstionum.

TItius servum vendidit ea lege, *ut, si Roma moratus esset, manus* [39] *injicere* [40] *liceret:* emptor alii eadem lege vendidit: servus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur: Quæro, an sit [41] manus injectio [42], & [43] cui? Respondi: In fugitivo non est dubitandum, nihil contra legem factum videri, quia [44] nec domino auferre se potest, nec [45] qui in fuga est, ibi moratur: quod si [ex] voluntate [46] secundi emptoris, contra legem moratus sit, potior [47] habendus est, qui auctor fuit legis: & [48] posterior, magis admonendi emptoris, & liberandi se eandem legem repetierit: nec poterit aliquo modo auferre legem sui venditoris, cujus conditio exstitit: nam & si pœnam promisisset, tenetur, licet ipse quoque stipulatus esset: sed in pœna promissa duæ [49] actiones sunt: manus autem injectio in servum competit. † Quod si prior ita vendidit, *ut prostituta libera esset*, posterior, *ut manus injicere liceret*, potior est libertas, quam manus injectio. † Plane, si prior lex manus habeat injectionem, posterior libertatem, favorabilius dicetur, liberam fore, quoniam utraque conditio pro mancipio additur, & sicut manus injectio, ita libertas eximit eam injuriam [50].

De libertate collata in tempus mortis emptoris.

X. SCÆVOLA lib. VII Digestorum.

CUm [51] venderet Pamphilam, & Stichum, venditioni inseruit pactum conventum, *uti ne eadem mancipia, Pamphila & Stichus, quos minorato* [52] *pretio vendidit, alterius servitutem, quam Seii paterentur, post* [53] *mortemque ejus in libertate morarentur* [54]: Quæsitum est, an hæc mancipia, de quibus inter emptorem & venditorem convenit, post mortem emptoris jure ipso liberata sint? Respondit, secundum constitutionem *Divi Adriani* super hoc prolatam, Pamphilam & Stichum, de quibus quæreretur, si manumissi non sint, liberos non esse: *Claudius.* Divus Marcus ex lege dicta libertatis in vendendo, quamvis [55] non manumissos fore liberos in Semenstribus [56] constituit, licet in mortis tempus emptoris distulit venditor libertatem.

LIB.

23 Hic locus ostendit Papinianum variasse, *l.* 22. §. 3. *C. de furt.* v. Cujac. in hunc locum, 2 *obs.* 37. *præsertim in fin. & 4 ad Africanum. fol.* 39. Porro variare an & quatenus liceat, v. *l.* 75. ff. *de reg. jur.*

24 Res vendita cum pacto aliquo, minus valet, quam cum libera vendita est. adde *l.* 3. ff. *de verb. oblig.* pacto quippe hujusmodi minuitur rei libertas. Pactum rei additum, pro eius intelligitur.

25 Et sic, ut exportaretur.

26 Ut in casu *l.* 11. *in fin.* ff. *de religiosis.* & in usuris. *l.* 3. *C. de usuris.*

27 Observa jus æquum & humanum; nec puta per legem superiorem id corrigi, ut ibidem plenius ostendi.

28 Vindicta.

29 Aliud pœna, aliud *res persecutis.*

30 Affectionis ratione interdum actio permittitur, *ut in l.* 54. ff. *mandati.* adde *l.* 6. 12 *fin. princ.* ff. *eod.*

31 Stipulari pœnam, si servus in Italia fuerit, & si pœnæ causa fuerit exportatus, ita non contraria sunt, ut suo tamen modo contraria sint, vel diversa. Priore casu, pœnam possis petere, quatenus alii præstare cogeris, *ut hic.* hoc est, si tua interfuit pecuniæ ratione, *l.* 6. ff. *eod.* non alias: Durus enim homo videre, si ob id agas, quod sævitiæ tuæ non sit satisfactum. Posteriore casu pœnam possis recte petere, etiamsi nihil pecuniæ ratione tua interfuit: Nam cum stipularis ab emptore pœnam, si servum exportaverit, pœnæ causa, viri boni officio atque munere fungeris. *l.* 6. ff. *eod.* Tua interest id non fieri, qua vir bonus es, qua cujusque hominis interest, hominem beneficio adfici: affectionis justæ, non injustæ, habetur hæc ratio: Justa affectio est, servum non exportari: Injusta, animo tuo sævienti satisfieri, *d. l.* 6. vindictæ & duritiei tuæ rationem haberi, *hac lege.*

32 Contraria postulans non audiendus. 33 Beneficio adfici hominem, hominis interest, ut *in l.* 1. §. *pen. & ult.* ff. *de periculo.* v. Cic. 2 *Officiorum.* 34 Interest hominis hominem beneficio adfici: societatem & cognationem quandam inter nos constituit natura. *l.* 3. ff. *de iustitia & jure.* 35 *Durus* homo est, qui hoc ipso indignatur, quod ex animi sui sententia ac sævitia alteri pœna non sit irrogata, *ut hic.* Ita Caius Fimbria notatur merito, quod, cum in funere C. Marii curasset Scævolam vulnerari, sanctissimum atque ornatissimum civitatis Romanæ virum, ei diem dixit, postquam comperit eum posse vivere: Cum ab eo quæreretur, quid tandem accusaturus esset eum, quem pro dignitate ne laudare quidem quisquam satis posset, dicunt hominem, ut erat furiosus, respondisse, quod non totum telum corpore recepisset. Vide Ciceronem *pro Sexto Roscio Amerino*, 9 Valer. 11. 36 Id est, vindictæ. 37 Καὶ ἀπάθεια, 19 *Synops. l.* 17. *c.* 7. σκληρότητα ἢ ἀπανθρωπίαν vocavit, *c.* 5. 38 Cur? Quia quando pactum de non manumittendo servo apponitur tertii gratia, puta emptoris, non potest per venditorem in ejus præjudicium revocari. *Balduc.* 39 *Manus injectio* (quæ Græcis χειρὸς ἐπιβολὴ, *Synops. ead. in inscript. tituli*) in legibus duodecim Tabularum permittebatur adversari in jus vocandi, itemque addicti vindicandi causa, ut illo loco, *manus injectio esto.* & alio, *si calvitur, pedemve struit, manum endo jacito.* qua de re scripsi ad leges duodecim Tabularum. Interdum manus injectio permittitur domino, servi sui vindicandi causa. vid. *l.* 1. *C. si servus export.* interdum auxilii causa, *ut in fine hujus legis.* adde *l.* 20. ff. *de manum. l.* 54. *C. de decurionibus.* Tertull. 1 *adversus Marcionem.* quodammodo injecta manu detines adversarii sensum. 40 *Ecloga ibidem, in Epigraphe l.* 1. *l.* 2. *C. si servus exportandus.*

41 In servum Romæ morantem. 42 Vel an servus commissus sit. *l.* 16. §. 4. ff. *de publicanis.*

43 An primo venditori, an secundo? 44 ἐνεργεῖ utitur Paulus: Servus domino se auferre fuga, seu fugiendo non potest: servus dominum possessione sua privare per fugam non potest, seu domino subvertere possessionem non potest. *l.* Pomponius. 13. *l. rem.* 15. ff. *de adquir. possess. l. ult.* §. *servi.* 4. ff. *de public. l. non solum.* 33. §. *si rem.* 5. ff. *de usucap.* 45 ἀνατρεπτικῶς hac utitur Paulus; etiamsi servus per fugam se domino auferre posset, qui tamen in fuga est, ibi, ubi in fuga sit, morari dici non potest: Ibi non moratur, ubi agit ad fugam. *l. servus.* 82. ff. *de leg.* 3. Hæc sunt contraria, demorari, & esse in fuga: stare, & fugere. Fugitivi & erronis nullæ sunt sedes certæ. 46 Vide quæ scripsi ad *l.* 12. *in fin.* ff. *quæ in fraudem creditorum.*

47 Pactum manus injectionis adjectum contractui, rem venditam ita afficit, ut à quolibet possessore vel successore possit auferri. 48 Nec posterior, qui magis admonendi emptoris & liberandi gratia, eandem legem repetierit, poterit aliquo modo, &c. *Hal.*

49 Non una ex vendito, alia ex stipulatu, sed una, qua ipse, altera, qua alius ei tenetur. *Accurs.*

50 *Al.* injuria. Ita manus injectio plerumque fiebat, auxilii ferendi causa adversus injuriam servorum judiciariæ vel similibus modis illatam. 51 Vide quæ scripsi ad *l.* 122. §. *Flavius.* ff. *de verb. oblig.* Goth. Adde Hotomann. 4 *obs.* 4. Cujac. *lib.* 11. *obs.* 20. Aut. Fab. *conject. lib.* 14. *cap.* 4. Anf. 52 Id est, minor. 53 Pactum valet, ut ne servus venditus fiat liber, non post mortem emptoris. 54 Ad hanc clausulam, *ut in libertate morarentur*, referenda est constitutio D. Hadriani, non D. Marci, de qua ff. *eod.* vide Cujac. 10 *observ.* 21.

55 Constitutio divi Marci & Commodi (ad quorum ætatem pervenit Cerbidius Scævola hujusce legis auctor) servum ea lege venditum, *ut manumitteretur*, cessante emptore, ipso jure liberum facit, atque ideo repræsentat, quod facere emptor debuit. *l. ult. C. si mancip.* Cujac. 10 *obs.* 21. adde *l.* 11. §. 1. ff. *de minoribus.* vide Hotomannum. Cujac. 4 *observ.* 4.

56 Semenstria, vel semestria D. Marci, *l.* 46. ff. *de pactis. l.* 12. ff. *de acqu. hæredit.* §. 1. *Inst. de excus.* ubi Theophilo dicuntur ἐξαμηνιαὶ διατάξεις, *ibid. scripsi.* quæ in semestribus consiliis constituta, & ab eo rescripta. Nam semestria Augustum sibi consilia instituisse, Suetonius in Augusto, c. 35. & Dion, *lib.* 55. & Zonaras in Augusto scribunt. Glossis veteribus utriusque testamenti semestria dicuntur liber, in quo sex mensium actiones continentur.

LIBER NONUSDECIMUS.

TIT. I.

DE ACTIONIBUS EMPTI, ET VENDITI.

Si non tradatur. 1. *De servitute celata.*
De bona fide.

1. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

SI res vendita non tradatur [4], in id [5], quod interest [6], agitur: hoc est, quod rem habere interest emptoris: hoc [7] autem interdum [8] pretium egreditur, si pluris interest, quam res valet, vel empta est. §. 1. Venditor, si, cum [9] sciret deberi servitutem, celavit [10], non evadet ex empto actionem: si modo eam rem emptor ignoravit: omnia enim, quæ contra bonam fidem [11] fiunt, veniunt in empti actionem. Sed scire venditorem, & celare [12], sic accipimus, non solum si non admonuit [13], sed & si negavit servituteм istam deberi, cum esset ab eo quæsitum: sed & si proponas, eum ita dixisse, *Nulla quidem servitus debetur, verum, ne* [14] *emereat inopinata servitus, non tenco*r, puto eum ex empto teneri: quia servitus debebatur, & scisset [15]: sed si id egit, ne cognosceret emptor aliquam servitutem deberi, opinor, eum ex empto teneri. Et generaliter dixerim, si improbato more versatus sit in celanda servitute, debere eum teneri, non si securitati suæ prospectum voluit. Hæc ita vera sunt, si emptor ignoravit servitutes: quia * non videtur esse celatus, qui scit, neque certiorari [16] debuit, qui non ignoravit [17].

De modo fundi. 1. *De possessione.*

11. PAULUS lib. v ad Sabinum.

SI in emptione *modus* [18] dictus est, & non præstatur [19], ex empto [20] est actio. §. 1. *Vacua* possessio emptori tradita non intelligitur, si alius in ea legatorum fideive commissorum servandorum causa in possessionem est, aut creditores bona possideant. Idem dicendum est, si venter in possessione sit: nam & ad hoc pertinet vacui [21] appellatio.

De fructibus. 2. *De servitutibus.* 3. *De mora.*
De rei æstimatione.

111. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

RAtio [22] possessionis, quæ à venditore fieri debeat, talis est, ut, si quis eam possessionem jure [23] avocaverit [24], tradita possessio non intelligatur. §. 1. Si emptor *vacuam possessionem tradi* stipularus sit, & ex stipulatu [25] agat, fructus non venient in eam actionem: quia [26] & qui *fundum dari* stipularetur, vacuam [27] quoque possessionem tradi oportere, stipulari intelligitur, nec [28] tamen fructuum præstatio ea stipulatione continetur [29], neque rursus plus debet esse in stipulatione, sed ex empto supereſſe ad fructuum præstationem. §. 2. Si iter, actum, viam, aquæductum per tuum fundum emero, vacuæ possessionis traditio nulla est: itaque cavere debes, per [30] te non fieri, quo minus utar. §. 3. Si [31] per venditorem vini mora fuerit, quo minus traderet, condemnari eum oportet, utro tempore pluris vinum fuit [32], vel quo venit, vel quo lis in condemnationem deducitur, item quo loco pluris fuit, vel quo venit, vel ubi agatur. §. 4. Quod si per emptorem [33] mora fuisset, æstimari oportet pretium, quod sit, cum agatur, & quo loco minoris sit. Mora autem videtur esse, si nulla difficultas venditorem impediat, quo minus traderet, præsertim si [34] omni tempore paratus fuit tradere. Item non oportet ejus loci pretia spectari, in quo agatur: sed [35] ejus, ubi vina tradi oportet: nam [36] quod à [37] Brundusio vinum venit, etsi venditio alibi facta sit, Brundusii tradi oportet.

De dolo promissoris, de dupla. 1. *De modo agri.*

IV. PAULUS lib. v ad Sabinum.

SI servum mihi ignoranti, sciens [38] furem, vel noxium esse, vendideris, quamvis duplam promiseris, teneris mihi ex empto, [39] quanti mea interierit scisse, quia ex stipulatu eo nomine agere tecum non [39] possum, antequam [40] mihi quid abesset. §. 1. Si [41] modus [42] agri minor inveniatur, pro numero jugerum auctor [43] obligatus est: quia ubi modus minor invenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui [44] non exstat: sed non solum, si modus agri totius minor est, agi cum venditore potest, sed etiam de partibus ejus, utputa si dictum est, vineæ jugera tot esse, vel oliveti, & minus inveniatur. Ideo [que] his casibus pro bonitate loci fiet æstimatio.

De venditione ex voluntate, 1. *Vel quasi ex voluntate testatoris.*

V. IDEM lib. v ad Sabinum.

SI heres testamento quid *vendere damnatus* sit [45], & vendiderit [46], de reliquis [47], quæ per consequentias [48] emptionis propria sunt, vel ex empto, vel ex testamento, agi cum eo poterit.

§. 1. Sed si falso [49] existimans *se damnatum vendere*, vendiderit, dicendum est, agi cum eo ex empto non posse, quoniam doli mali exceptione actor summoveri potest [50]: quemadmodum si falso existimans *se damnatum dare*, promisisset, agentem doli mali exceptione summoveret: Pomponius etiam incerti [51] condicere eum posse ait, ut liberetur.

De modo fundi. 1. *De pacto, ut quid fiat.* 3. *De ædificatione prope locum venditum.* 4. *De vase.* 5. *De itinere.* 7. *De filiafamil. vendente.* 8. *De dolo venditoris.*

VI. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

TEnetur ex empto venditor, etiam si [agnoverit [52]] minorem fundi modum esse. §. 1. Si vendidi tibi insulam certa pecunia, & *ut aliam insulam meam reficeres*, agam ex [53] vendito, ut reficias: si autem hoc solum, *ut reficeres eam*, convenisset, non [54] intelligitur emptio & venditio facta, ut [&] Neratius scripsit.

§. 2. Sed si aream tibi vendidi certo pretio, & tradidi ita, *ut insula ædificata partem* [55] *dimidiam mihi retrades* [56], verum est, & ut ædifices, agere me posse ex vendito [57], & ut ædificatam mihi retradas: quamdiu enim aliquid ex re vendita apud te supereſſet, ex vendito me habere actionem constat. §. 3. Si locum sepulchri emeris, & propius [58] eum locum, antequam mortuus ibi inferatur, ædificatum à venditore fuerit, poteris ad eum reverti.

§. 4. Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris *certum* [59] *mensuram capere*, vel *certum pondus habere*, ex empto tecum agam, si minus præstes: sed si vas mihi vendideris, *ita ut adfirmares integrum*, si id integrum non sit, etiam id, quod eò nomine perdideris, præstabis mihi: si vero non id actum sit, ut integrum præstes, dolum malum dumtaxat præstare te debere: Labeo contra [putat], & illud solum observandum, ut [60], nisi in contrarium id actum sit, omnimodo integrum præstari debeat: & est verum. Quod & in locaris [61] doliis præstandum, Sabinum respondisse, Minicius refert. §. 5. Si tibi iter vendidero, ita demum auctorem me laudare [62] poteris, si tuus [63] fuerit fundus, cui adquirere servitutem voluerit: iniquum est enim me teneri, si propter hoc adquirere servitutem non potueris, quia dominus vicini fundi non fueris.

§. 6. Sed si fundum tibi vendidero, & *ei fundo iter accessurum* [64] dixero, omnimodo tenebor itineris nomine, quia utriusque rei quasi unus venditor obligatus sum. §. 7. Si filiusfamilias [65] rem vendiderit mihi, & tradiderit, sicut paterfamilias tenebitur [66].

§. 8. Si dolo malo aliquid fecit venditor in re vendita, ex empto, eo nomine, actio emptori competit: nam & dolum [67] malum eo judicio æstimari oportet, ut id, quod præstaturum se esse possitus sit venditor, emptori præstari oporteat. §. 9. Si venditor sciens obligatum [68] aut alienum vendidisset, [&] adjectum sit, *neve* [69] *eo nomine quid præstaret*, æstimari [70] oportet [71] dolum malum ejus, quem semper abesse oportet [72] in judicio empti, quod bonæ fidei sit.

De mendacio venditoris.

VII. IDEM lib. X ad Sabinum.

FUndum mihi cum venderes, *deducto usufructu*, dixisti, [*eum*] *usumfructum Titii esse*, cum [73] is apud te remansurus esset: Si cœperis eum usumfructum vindicare, reverti adversus te non potero [74], donec [75] Titius vivat, nec [76] in [ea] causa esse cœperit, ut, etiam si ejus usufructus esset, amissurus eum fuerit: nam tunc (id est, si capite deminutus vel mortuus fuerit Titius), reverti potero ad te venditorem. † Idemque juris est, si dicas eum usumfructum Titii esse, cum sit Seii.

Si prædium liberum pro servo traditur,
1. *Vel contra.*

VIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

SI tibi liberum prædium tradidero, cum serviens tradere debe-rem, etiam condictio incerti [77] competit mihi, ut patiaris eam servi-

---

1 18 C XII IX. Paulus Sent. V. 19. *Synopsis Basil. sed. cap.* 1.

2 *Ex empto* actione utitur is, qui emit. *l.* 11. *J. eod.*

3 *Ex vendito* actione utitur venditor ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet. *l.* 13. §. 13 *J. eod.*

4 Tradi res, & relictum stipulationes, interdum factum continere, hinc colligit Zasius, à Bajlio ad cum id, quod interest, hic succedat loco rei.

5 *l.* 11. §. 9 *J. eod. l.* 4. 10 11. *C. eod. l.* 68. *in fin. ff. de contrahend. empt.*

6 Id, quod interest, nihil aliud est, quam utilitas, quæ mihi abest, quamque adipisci potui, quæ vel jurejurando actoris, vel officio judicis, æstimatur. *leg.* 15. §. 7 *J. quod vi.* & modo tanti, quanti res est, *l.* 11. *J. de re judicat.* sed ita plane tunc idem sit rei pretium, & id, quod interest, modo minoris eil quam res, *leg.* [illegible] *J. ad* [illegible] modo pluris, *ut in hac lege.* & hoc postremo genere pluris æstimatur utilitas, quam sit res: sane, quod excedit verum pretium, pœna est: cui tamen modus injectus est à Justiniano. Cuj. 9 *obs.* 31. *leg. unic. C. de sententias, quæ pro eo. v. l.* 5. *ff. de in lit. jurand.*

7 Id, quod interest, pretium rei egredi potest, si pluris interfit, quam res valeat, vel empta est. *Synopsis Basil. sed. c.* 1.

8 Imo, nunquam. *l.* 21. §. 3. *J. eod.*

9 Tunc enim dolum committit, idcoque tenetur. *v. l.* 6. §. 8. *J. eod.*

10 Celans servitutem venditor ignoranti emptori, empti actione tenetur: scienti, non tenetur.

11 Mala fides est celare emptorem.

12 Celat servitutem, & qui non admonet, & qui interrogatus negat servitutem deberi, sed & qui id agit, ne cognosceret emptor aliquam servitutem deberi: & breviter, qui improbato more versatur in celanda servitute.

13 ὑποφοιτᾶν. Is enim celat emptorem, qui interrogatus non tantum negat mendaciter servitutem deberi, sed & qui ultro non admonet. v. Cic. 3 *Off.* adde *l.* 39. *in princ. J. eod.*

14 *Forte legendum*, ut emergat, sed si emerget.

15 *Al.* scivit.

16 *c.* 31. *de reg. in 6. l.* 43. §. 1. *ff. de contrab. empt. l.* 12. *in fin. C. de contrab. stipulatione.*

17 Tunc enim non ab alio, sed à seipso decipitur. *l.* 26. *ff. de rei vind.* & volenti dolus non infertur, *l.* 9. *C. eod. l.* 145. *J. de reg. jur.* etiam in transactione, & donatione. *l.* 34. *C. de transact.*

18 Modus agri in fundorum venditionibus plerumque dicebatur, *ut hic. l.* 43. §. 14. *l.* 42. *J. eod. dixi ad l.* 7. *in fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. qui fundum.* 40. §. *qui agrum.* 2. *ff. de contrab. empt.* Modum ita dictum venditor præstare actione ex empto cogitur emptori, *ut hic. Synopsis sed. c.* 2.

19 Non præstatur, quoties minor inventur. *l.* 4. §. 1. *l.* 6. §. 4. *J. eod. l.* 45. adde *& leg.* 69. *in fin. J. de evictionibus.*

20 Olim in duplum: Hinc Paulus 2 *sent.* 17. distracto, inquit, fundo, si quis de modo mentiatur, in duplo ejus, quod mentitus est, officio judicis æstimatione facta convenitur. *& lib.* 1. *tit.* 19. §. 1. Quædam actiones, si à reo inficientur, duplantur, veluti judicati, depensi restitutæ *depositi*: item de modo agri, cum à venditore emptor deceptus est, *& l.* 5. *tit.* 5. §. 7. dixi ad Ciceronem 3 *Offic.*

21 Vacua possessio non traditur emptori, si in ea sit tertius aliquis qui ventris, legati, fideicommissi, vel debiti nomine, de vacua possessione agit. *l.* 12. *C. de probation.*

22 *Al.* datio, *al.* traditio. Cujac. 13 *obs.* 35. & Hotom. *quæst. illust.* 11. Hinc Cujac. 11 *obs.* 19. definit, *traditionem esse dationem possessionis.*

23 Non *traditur* possessio, quæ jure avocari potest: nec enim videtur datum, quod ita datur, ut habere non possis. *l.* 19. §. 3. *J. de leg.* 3. facit *l.* 12. *J. de acquir. possess. l.* 4. §. 12. *J. de usurp. & usucap.*

24 *Traditum* non videtur, quod jure avocari potest. adde *l.* 1. *C. fin. regund.*

25 Qui simpliciter *fundum* (non conjunctim rem, vacuamque possessionem, *l.* 4. *J. de usuris*) *tradi* stipulatur, vacuam possessionem: sed vacuam possessionem sine fructibus stipulatur, licet mora in tradendo sit commissa, *ut hic.* Imo, qui eo casu agit ex stipulatu, non sine fructibus, si moram committi contigerit, possessionem stipulatur, cum quanti sua interfit, consequi debeat. *l.* 114. *J. de verb. oblig.* Respondeo, tunc interesse venire, non fructus: hi cum petuntur, omnes: illud quoties petitur, quatenus mea interest, dumtaxat consequor. Atqui fructus consequor ob moram eo casu, si ex empto egero, *ut hic. in fine:* Cur tam varie? actio ex empto, bonæ fidei: ex stipulatu, stricti juris est.

26 Dandi fundi promissor vacuam quoque possessionem ejus debet tradere.

27 Vacuam rei possessionem tradere emptori quid est? A quemine occuparam: sic qui castrum restituere alteri promittit, arcem in eo à se ædificatam retinere non potest. *Bartolus.*

28 Stipulatione, *vacuam possessionem tradi*, fructus non veniunt. *l.* 78. *in fin. J. de verbor. obligat.*

29 Imo, continetur. *l. si stipulatus* 4. §. 1. *J. de usuris:* Ibi rem dari, & vacuam possessionem tradi, convenit; hic, vacuam possessionem tantum. Possis & meo judicio recte dicere, hæc verba Sabini esse, à cujus sententia Pomponius mox recedit his verbis, *sed ex empto supereſſe ad fructuum præstationem*: quasi dicat, Sabinus putat hac stipulatione *vacuam possessionem tradi*, fructus non contineri, sed ego contra puto actionem ex empto ad fructuum præstationem competere.

30 Cur *patientia* in incorporalibus, pro traditione habetur? quia in incorporalibus plena non est traditio.

31 *V. l. vinum. ff. si cert. petat. l. ultim. ff. de cond. triticaria.*

32 Venditor à tempore moræ tenetur, quanti plurimi res fuit, loci & temporis ratione: Temporis, inquam, rei venditæ, vel sententiæ, vel intermedii loci, quo venit, vel in quo res vendita petitur.

33 Emptor, si moram committit in re empta accipienda, nec possit ei venditor rem tradere, æstimationem rei à venditore recipiet. Quam? quanti res valet, cum agitur, & quo loco minoris sit.

34 *Moram committit*, qui nulla difficultate impeditus, cum potuit, rem non tradidit.

35 *Lege* 12. §. *primo. ff. depositi. l.* 3. *J. de rebus auct. judic.*

36 Ut si à Brundusio v. v. e. v. a. f. f. B. tradi oporteat.

37 A Brundusio vinum veniſſe num id dicitur, quod Brundusii tradi oportet? num quod Brundusii venit? An potius, quod Brundusii est, ut in Comœdia, *ab Andria hæc ancilla est?*

38 Idem si ignorans. *l.* 11 §. 7. *v. l.* 13. §. 1. *J. eod.*

39 Cur non possim? Duplex stipulatio juris vel facti evictionem exigit. *l.* 3. *J. de except. doli.*

40 Sed ex empto. *v. l.* 30. §. 1. *J. eod.*

41 Modus agri si minor inveniatur, pro numero jugerum venditor obligatur, & pro modo pretium minuitur: sin vero non totius agri, sed partis ejus minor est modus (puta vineæ), tunc & bonitatis habetur ratio. *Synops. eod. c.* 4.

42 V. quæ notavi ad *l.* 2. *J. eod.*

43 *Auctor*, est venditor, qui auctoritatem debet. *l. ult. de evict.*

44 Quod non est, non habet bonitatem, nec malitiam. *Bartolus.* Qualitas enim non potest esse sine subjecto. *Bald.* Æstimari non potest, quod non est.

45 Potest enim ad id damnari: quod ut intelligatur, *v. l.* 49. §. 8. *J. de leg.* 1.

46 Ex ea causa scilicet, quæ necessaria est.

47 *Ut l.* 27. *J. de solutionibus.*

48 De quibus *l.* 13. *in fin. & seq. J. eod.*

49 Atque ita minime cousentiens. *l.* 9. *J. de contrab. empt.*

50 Qui petit, quod redditurus est. *l.* 8. *J. de doli except.*

51 Sine causa. *l.* 3. *ff. de condict. sine causa.*

52 Ignoraverit. *Hist.* ut *l.* 11. §. 7. *J. eod.*

53 Cur ex vendito? Actione, quæ ex ipso contractu est, utimur ad ea, quæ ex pacto contractui incontinenti adjecto sunt promissa. *l. pacta.* 72. *J. de contrab. empt.* Goth. V. Goedd. *de contrab. disp. c.* 9. *n.* 47. Anf.

54 Cur non emptio facta intelligitur? quia hoc tantum actum est, ut insulam meam refecceres.

55 Si rem tibi à me venditam tradO, ut in ea quid facias, eoque facto ejus rei pretii partem dimidiam retradas, non est locatio, aut permutatio, sed venditio: quia in hac conventione nominatim, ut §. 1. *J. eod.* facta est mentio venditionis. Quod si nominatim venditionis non est facta mentio, & pecunia rem superet, emptio: si res pecuniam, permutatio: si utrinque res & pecunia sit æqualis, in dubio intelligitur contractus innominatus. *Bart. ad l.* 1. *J. de rerum permutat.*

56 *Retradere*, est retro dare.

57 Atqui eo casu venditio non fuit. *l.* 13. §. 1. *J. de præscr.*

58 Quam lege statutum. *v. l. ult. ff. finium.*

59 Certa & integra promissa emptori sunt præstanda: Certa, puta, certa mensura, certum pondus, integrum. *v. l.* 2. *J. eod.*

60 In venditione, locatione, & commodato vasis alicujus, *leg.* 18. §. 3. *J. commodati.* in dubio intelligitur, ut incorruptum præsterur. *Bartolus.* Quid, si quis nesciens vitiosum vendiderit, vel locaverit? tenebitur in id, quod interest accipientis. *v. l.* 19. §. 1. *J. locati.*

61 *l.* 19. §. 1. *J. locati.*

62 *Laudare auctorem* quid est? nominatim citare, & ad sui defensionem accersere, appellareque eum, qui tibi vendidit, vel à quo rem habuisti, quod vulgo *summare* dicitur. Budæus ex Gell. 2. Macr. 16. Nam *laudare* apud veteres nihil aliud, quam nominare. Festus in *Laudare.* Nonius, *Laudare est verbis efferre*: & rursus, *laudare etiam significat nominare.*

63 Est enim hæc justa causa impedimenti. *l.* 1. *ff. comm. præd.*

64 *l.* 27. *J. eod.*

65 *Filiusfamilias* vendeus, sicut paterfamilias, tenetur. *Synopsis Basil.* 19. *tit.* 8. *c.* 6.

66 Venditi nomine, *ut hic.* ut & alibi, depositi, *l.* 1. §. 42. *ff. depositi.* & generaliter ex omnibus causis, ut paterfamilias obligatur. *l.* 39. *J. de obligationib. & actionib.*

67 *l.* 1. *in princ. ff. eod. l.* 11. §. 15. *in fine. l.* 13. §. 6. *& l.* 39. *in fin. J. eod. lege* 43. *l.* 68. *ff. de contrab. empt.*

68 Qui alienum, vel obligatum sciens vendidit, tenetur: quamvis pactus fuerit, ne quid eo nomine præstaret. *Synops. eod. c.* 6.

69 Id est, ne de evictione teneretur.

70 Et ita pactum, *Ne quis teneatur de evictione*, non prodest venditori, qui casum, ex qua res evinceretur, scivit, & tacuit, *ut hic.* neque emptori res ea nocebit, si modo ignoravit evictionem. *l.* 1. *in fine. ff. eod.* Bart.

71 Non ut agat de evictione adversus venditorem pactum enim contrarium interpositum est) sed ex empto, ex clausula doli, quia sciebat servum alienum, & tacuit. *l.* 30. *in fine. J. eod.* Baldus *ad l.* 4. *C. eod. quæst.* 5. paulo aliter distinguit, sed meo judicio, male.

72 *l.* 11. *in fin. J. eod. l.* 12. *ff. de heredit. vendit. l.* 14. §. 9. *J. de ædilitio. l. fin. C. cred. evict. pignor.*

73 Et ita venditor in dolo fuisse videtur, cum pactum contrahat nomine proprio, partim ut nuncius, cum nuncius non esset.

74 Eoque modo, supervacua adjectio personæ inutilis, aut falsi demonstratio personæ non vitiat contractum, sed in totum valet. *lege* 64. *ff. de contrab. empt.*

75 Ut eo pacto usufructus mihi adquiratur sub iisdem omnibus qualitatibus & conditionibus, quibus personæ nominatæ quæsitum esset. *Bart. hic.* Bald. *ad l.* 6. *C. si quis alteri.*

76 *Al.* vel.

77 *l.* 35. *ff. de servitut. urbanorum. l.* 12. *in fine. ff. de condict. indebiti.*

servitutem, quam debuit, imponi. §. 1. Quod si [78] servum prædium in traditione fecero, quod liberum tibi tradere debui, [tu] ex empto habebis actionem, remittendæ ejus servitutis gratia, quam pati non debeas.

De emptore, qui non vult rem tollere.

IX. POMPONIUS lib. XX ad Sabinum.

SI is, qui lapides ex fundo emerit, tollere eos nolit, ex vendito agi cum eo potest, ut eos [79] tollat [80].

De concursu actionum.

X. ULPIANUS lib. XLVI ad Sabinum.

NOn [81] est novum [82], ut duæ obligationes in ejusdem persona, de eadem re concurrant [83]: cum enim is, qui venditorem obligatum habebat, ei, qui eundem venditorem obligatum habebat, heres exstiterit, constat, duas [84] esse actiones in ejusdem persona concurrentes, propriam, & hereditariam [85], & debere heredem institutum, si velit separatim duarum actionum commodo uti, ante aditam hereditatem proprium venditorem convenire: deinde, adita hereditate, hereditarium: quod si prius adierit hereditatem, unam [86] quidem actionem movere potest, sed [87] ita, ut per eam utriusque contractus sentiat commodum. Ex contrario quoque si venditor venditori heres exstiterit, palam est, duas evictiones eum præstare debere.

Cui datur actio ex empto. 1. Quid in eam venit. 2. De traditione rei, & solutione pretii. 3. De redhibitione. 4. De sanitate animalis. 5. De muliere empta pro virgine. 6. De repetitione arrharum. De emptione distrahenda. 7. Qualis præstatur servus a venditore. De cautione, habere licere. De traditione. 12. Si emptor noxali judicio damnetur. 13. Si quæstio de possessione moveatur emptori. 14. De dupla. De evictione. De dolo venditoris. 17. De eo, quod accedit rei venditæ. 18. De promissione, habere licere. De evictione. De alea.

XI. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

EX [88] empto [89] actione is, qui emit, utitur. §. 1. Et in primis sciendum est, in hoc judicio id demum deduci, quod præstari convenit [90]: cum enim sit bonæ fidei judicium, *nihil magis bonæ fidei* [91] *congruit, quam id* [92] *præstari, quod inter contrahentes* [93] *actum est*: quod si nihil convenit, tunc ea [94] præstabuntur, quæ naturaliter [95] insunt hujus judicii potestate. § 2. Et in primis [96] ipsam rem [97] præstare venditorem oportet, id est, tradere [98]: quæ res, siquidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum: si non fuit, tantum [99] evictionis nomine venditorem obligat [100]: si modo pretium est numeratum, aut eo nomine satisfactum. Emptor autem nummos venditoris [1] facere cogitur. §. 3. Redhibitionem [2] quoque contineri empti judicio, [&] Labeo & Sabinus putant, & nos probamus. §. 4. Animalium quoque venditor cavere debet, *ea sana* [3] *præstari*: & qui jumenta vendit, solet ita promittere, *esse, bibere, ut oportet*. §. 5. Si quis *virginem* se emere [4] putasset, cum mulier venisset, & sciens errare eum venditor passus sit, redhibitionem quidem ex hac causa non esse, verumtamen ex empto competere actionem ad [5] resolvendam emptionem, & pretio restituto mulier reddatur. §. 6. Is, qui vina emit, *arrhæ* nomine certam summam dedit: postea convenerat, ut emptio irrita fieret: Julianus, ex empto agi posse ait, *ut arrha restituatur*: * utilemque esse actionem ex empto etiam [6] ad distrahendam, inquit, emptionem. Ego illud quæro, si anulus [7] datus sit arrhæ nomine, & secuta emptione, pretioque numerato, & tradita re, anulus non reddatur, qua actione agendum est: utrum condicatur, quasi ob causam datus [sit,] & causa finita sit: an vero ex empto agendum sit? Et Julianus diceret, ex empto agi posse: certe etiam condici [8] poterit, qui jam sine causa apud venditorem est anulus. §. 7. [Venditorem,] etiam si ignorans [9] vendiderit, *fugitivum* [10] *non esse*, præstare emptori oportere, Neratius ait.

§. 8. Idem Neratius, etiamsi alienum servum vendideris, *furtis* [11], *noxisque* [12] *solutum* præstare [te] debere, ab omnibus receptum ait, & ex empto actionem esse, *ut habere* [13] *licere* emptori caveatur [14], sed & ut tradatur [15] ei possessio. §. 9. Idem ait, non tradentem, quanti interfit [16], condemnari: satis autem non dantem [17], quanti plurimum auctorem [18] periclitari oportet.

§. 10. Idem Neratius ait, propter omnia hæc satis esse, quod plurimum est, præstari, id est, ut sequentibus actionibus, deducto eo, quod præstitum est, lis æstimetur. §. 11. Idem recte ait, si quid horum non præstetur, cum cætera facta sint, nullo deducto condemnationem faciendam. §. 12. Idem lib. 11 Responsorum ait, Emptorem noxali [19] judicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti [20] minimo [21] defungi potuit. Idemque putat, & si ex stipulatu aget, & sive defendat noxali judicio, sive non, quia manifestum fuit noxium servum fuisse, nihilominus vel ex stipulatu, vel ex empto, agere posse. §. 13. Idem Neratius ait, venditorem in re tradenda debere præstare emptori, ut in lite de [22] possessione potior [23] sit: Sed Julianus libro XV Digestorum probat, nec videri traditum, si superior in possessione emptor futurus non sit: erit igitur ex empto actio, nisi hoc præstetur. §. 14. Cassius ait, eum [24], qui ex duplæ [25] stipulatione, litis æstimationem consecutus est, aliarum rerum nomine, de quibus in venditionibus caveri solet, nihil consequi posse. Julianus, deficiente dupla [26], ex empto agendum putavit.

§. 15. Denique libro X [27] apud Minicium ait, si quis servum ea conditione vendiderit, *ut intra triginta dies duplum promitteret, postea ne quid præstaretur*, & emptor hoc fieri intra diem non desideraverit, ita demum non teneri venditorem, si ignorans alienum vendidit: tunc enim in hoc fieri, ut per ipsum, & per heredem ejus, emptorem habere liceret: qui [28] autem alienum sciens vendidit, dolo (inquit) non caret, & ideo empti judicio tenebitur.

§. 16. Sententiam Juliani verissimam esse arbitror in pignoribus quoque: nam si jure [29] creditoris venditi, deinde hæc fuerint evicta, non tenetur, nec ad pretium restituendum ex empto actione creditor: hoc enim multis constitutionibus effectum est. Dolum plane venditor præstabit: denique etiam repromittit de dolo, sed etsi non repromiserit, sciens [30] tamen sibi non obligatam, vel non esse ejus, qui sibi obligavit, vendiderit, tenebitur ex empto, quia dolum eum præstare debere ostendimus.

§. 17. Si quis rem vendiderit, & *ei accessarum* [31] *quid dixerit*, omnia quidem, quæ diximus in re distracta, in hoc quoque sequenda sint [32], ut tamen evictionis nomine non in duplum teneatur, sed in hoc tantum obligetur, ut emptori habere liceat, & non solum per se, sed per omnes. §. 18. Qui autem *habere* [33] *licere* vendidit, videamus, quid debeat præstare: Et multum [34] interesse arbitror, utrum [hoc] polliceatur, *per se* [35], *venientesque a se personas non fieri, quo minus habere liceat: an vero per* [36] *omnes*: Nam si per se, non videtur id præstare, ne alius evincat; proinde si evicta res erit, sive stipulatio interposita est, ex stipulatu non tenebitur, sive non est interposita, ex empto non tenebitur: sed Julianus lib. XV Digestorum scribit, etiam [37] si aperte venditor pronunciet, *per se heredemque suum non fieri, quo minus habere liceat*, posse defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emptoris interest; verumtamen [38], ut pretium reddat, teneri. Ibidem ait, idem esse dicendum * & si aperte in venditione comprehendatur, *nihil* [39] *evictionis nomine præstatum iri*, pretium quidem deberi [40] re evicta, utilitatem non deberi: Neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conventionem, ut emptor rem amitteret [41], & pretium venditor retineret: Nisi forte (inquit) sic quis omnes istas suprascriptas conventiones recipiet, quemadmodum recipitur, *ut venditor nummos accipiat, quamvis merx ad emptorem non pertinêat*, veluti [42] cum futurum [43] jactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel pantheram [44] ab aucupe: nam etiamsi nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit, sed in suprascriptis conventionibus contra erit dicendum, nisi forte sciens alienum vendit; tunc enim, secundum supra à nobis relatam Juliani sententiam, dicendum est, ex empto eum teneri, quia dolo fecit.

De jactu retis.

XII. CELSUS lib. XXVII Digestorum.

SI jactum [45] retis [46] emero, & jactare retem piscator noluit [47], incertum [48] ejus rei æstimandum est: si quod extraxit piscium, reddere mihi noluit, id æstimari debet, quod extraxit [49].

De vitio rei venditæ. De scientia vel ignorantia venditoris. 4. De mendacio venditoris. 5. De dolo emptoris, 6. Vel vendentis, 7. Tutoris. 8. De obligatione pretii. 9. De parte pretii soluta, & re evicta. 10. De fructibus. 11. De pensionibus. 12. De actionibus emptori cedendis. 13. De operis servorum, & vecturis, de peculio aucto. 14. De alluvione. 15. De acquisitione rei emptæ ex causa lucrativa. 16. De dolo & culpa venditoris. 17. De parte fundi pro indiviso vendita. 18. De acquisitis per servum venditum. 19. Quid veniat in actionem ex vendito. 20. De pretio, & usuris. 21. De possessione. 22. De sumptibus in re distracta factis. 23. De pacto, ut emptor reum locupletem det. 24. De pacto, ut si prædium emptor heresve ejus pluris vendiderit, ejus pars venditori præstetur. 25. De procuratore. 26. De pœna in fraudem legitimarum usurarum. 27. De collusione procuratoris vendentis. 28. De minore circumvento. 29. De pupillo vendente. 30. De habitatione vel fruitione excepta. 31. Quæ sunt prædii venditi, vel non.

XIII. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

IUlianus lib. XV inter eum, qui sciens quid, aut ignorans vendidit, differentiam [50] facit in condemnatione ex empto: ait enim, qui [51] pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, siquidem ignoravit, Emptorem noxali [19] judicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti [20] minimo [21] defungi potuit. Idemque putat, & si ex stipulatu aget, & sive defendat noxali judicio, sive non, quia manifestum fuit noxium servum fuisse, nihilominus vel ex stipulatu, vel ex empto, agere posse. §. 13. Idem Neratius ait, venditorem in re tradenda debere præstare emptori, ut in lite de [22] possessione potior [23] sit: Sed Julianus libro XV Digestorum probat, nec videri traditum, si superior in possessione emptor futurus non sit: erit igitur ex empto actio, nisi hoc præstetur. §. 14. Cassius ait, eum [24], qui ex duplæ [25] stipulatione, litis æstimationem consecutus est, aliarum rerum nomine, de quibus in venditionibus caveri solet, nihil consequi posse. Julianus, deficiente dupla [26], ex empto agendum putavit.

§. 15. Denique libro X [27] apud Minicium ait, si quis servum ea conditione vendiderit, *ut intra triginta dies duplum promitteret, postea ne quid præstaretur*, & emptor hoc fieri intra diem non desideraverit, ita demum non teneri venditorem, si ignorans alienum vendidit: tunc enim in hoc fieri, ut per ipsum, & per heredem ejus, emptorem habere liceret: qui [28] autem alienum sciens vendidit, dolo (inquit) non caret, & ideo empti judicio tenebitur.

§. 16. Sententiam Juliani verissimam esse arbitror in pignoribus quoque: nam si jure [29] creditoris venditi, deinde hæc fuerint evicta, non tenetur, nec ad pretium restituendum ex empto actione creditor: hoc enim multis constitutionibus effectum est. Dolum plane venditor præstabit: denique etiam repromittit de dolo, sed etsi non repromiserit, sciens [30] tamen sibi non obligatam, vel non esse ejus, qui sibi obligavit, vendiderit, tenebitur ex empto, quia dolum eum præstare debere ostendimus.

§. 17. Si quis rem vendiderit, & *ei accessarum* [31] *quid dixerit*, omnia quidem, quæ diximus in re distracta, in hoc quoque sequenda sint [32], ut tamen evictionis nomine non in duplum teneatur, sed in hoc tantum obligetur, ut emptori habere liceat, & non solum per se, sed per omnes. §. 18. Qui autem *habere* [33] *licere* vendidit, videamus, quid debeat præstare: Et multum [34] interesse arbitror, utrum [hoc] polliceatur, *per se* [35], *venientesque a se personas non fieri, quo minus habere liceat: an vero per* [36] *omnes*: Nam si per se, non videtur id præstare, ne alius evincat; proinde si evicta res erit, sive stipulatio interposita est, ex stipulatu non tenebitur, sive non est interposita, ex empto non tenebitur: sed Julianus lib. XV Digestorum scribit, etiam [37] si aperte venditor pronunciet, *per se heredemque suum non fieri, quo minus habere liceat*, posse defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emptoris interest; verumtamen [38], ut pretium reddat, teneri. Ibidem ait, idem esse dicendum * & si aperte in venditione comprehendatur, *nihil* [39] *evictionis nomine præstatum iri*, pretium quidem deberi [40] re evicta, utilitatem non deberi: Neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conventionem, ut emptor rem amitteret [41], & pretium venditor retineret: Nisi forte (inquit) sic quis omnes istas suprascriptas conventiones recipiet, quemadmodum recipitur, *ut venditor nummos accipiat, quamvis merx ad emptorem non pertinêat*, veluti [42] cum futurum [43] jactum retis à piscatore emimus, aut indaginem plagis positis à venatore, vel pantheram [44] ab aucupe: nam etiamsi nihil capit, nihilominus emptor pretium præstare necesse habebit, sed in suprascriptis conventionibus contra erit dicendum, nisi forte sciens alienum vendit; tunc enim, secundum supra à nobis relatam Juliani sententiam, dicendum est, ex empto eum teneri, quia dolo fecit.

De jactu retis.

XII. CELSUS lib. XXVII Digestorum.

SI jactum [45] retis [46] emero, & jactare retem piscator noluit [47], incertum [48] ejus rei æstimandum est: si quod extraxit piscium, reddere mihi noluit, id æstimari debet, quod extraxit [49].

De vitio rei venditæ. De scientia vel ignorantia venditoris. 4. De mendacio venditoris. 5. De dolo emptoris, 6. Vel vendentis, 7. Tutoris. 8. De obligatione pretii. 9. De parte pretii soluta, & re evicta. 10. De fructibus. 11. De pensionibus. 12. De actionibus emptori cedendis. 13. De operis servorum, & vecturis, de peculio aucto. 14. De alluvione. 15. De acquisitione rei emptæ ex causa lucrativa. 16. De dolo & culpa venditoris. 17. De parte fundi pro indiviso vendita. 18. De acquisitis per servum venditum. 19. Quid veniat in actionem ex vendito. 20. De pretio, & usuris. 21. De possessione. 22. De sumptibus in re distracta factis. 23. De pacto, ut emptor reum locupletem det. 24. De pacto, ut si prædium emptor heresve ejus pluris vendiderit, ejus pars venditori præstetur. 25. De procuratore. 26. De pœna in fraudem legitimarum usurarum. 27. De collusione procuratoris vendentis. 28. De minore circumvento. 29. De pupillo vendente. 30. De habitatione vel fruitione excepta. 31. Quæ sunt prædii venditi, vel non.

XIII. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

IUlianus lib. XV inter eum, qui sciens quid, aut ignorans vendidit, differentiam [50] facit in condemnatione ex empto: ait enim, qui [51] pecus morbosum, aut tignum vitiosum vendidit, siquidem igno-

78 *l. 7. §. 3. ff. de dolo. l. 6. §. 4. ff. commun. præd.*

79 Sic est in vino vendito. *l. 1. §. 3. ff. de peric. &c.*

80 Eadem ratione agi potest adversus creditorem, ut debitum recipiat.

81 Cur? quia utraque par est, & æque principalis. *l. 5. ff. de fidejussoribus.*

82 *l. 21. §. 1. ff. de fidejussoribus.* Hinc colligit Bartolus, duas actiones inseri posse in uno & eodem libello: Diversarum enim rerum nomine posse quem diversis actionibus uti. *Goth. V. cap. 2 & 3. extr. de causa poss. & proprie.* & *c. 43. extr. de rescript.* & *ibi Gloss.* Anf.

83 *Concurrere* dicuntur *actiones*, quæ uno & eodem libello contineri possunt: Unum autem libellum dici Baldus notat, cujus unica sit conclusio.

84 Imo, una est. *l. 5. ff. de fidejussoribus.*

85 Adde *l. 14. in princ. & §. 2. ff. de except. rei judic.*

86 Facit *l. 52. §. 14. ff. pro socio.*

87 Quoties quis petitionem unius actionis dividit, potest opponi, & peti, ut totum in unum judicium deducat. *Bart. hic.*

88 2 *Feudor. 55. verf. nos autem. in fine.*

89 Cui opponitur ex vendito. de qua in *l. 13. §. 19. ff. eod.*

90 Contractus enim conventione partium legem accipiunt. *l. 1. §. 6. ff. depositi. v. l. 13. ff. commun. prædior.*

91 *l. 1. ff. de pactis.* esteque grave sibi fallere. *l. 1. ff. de constituta.*

92 Si modo res, personæ, & similes circumstantiæ venditionem non impediant.

93 Quo vocabulo intelligo successores ipsorum contrahentium. Nam qui emptori succedit, cum emptoris creditoribus quasi contrahere videtur. *arg. l. 5. §. 2. ff. de obligat.*

94 Id igitur, quod in re ipsa interest, debebitur tantum, non quod extra rem.

95 Naturaliter insunt judicii seu actionis empti potestate, quæ naturalia sunt emptionis.

96 Baldus *ad legem tertiam C. de pericul.* notat, emptorem ex emptionis contractu sex principaliter consequi oportere à venditore: ut ex contractu habeat actionem, *l. 7. ff. de dolo.* ut à venditore habeat rei etiam furtivæ traditionem, *idem ad leg. 34. §. 3. ff. de contrahend. empt.* ut non patiatur decessionem (tunc enim consequitur quanto pluris servum emisset, *l. 13. §. 4. ff. eod.*) ut habeat dominium rei, vel usucapiendi conditionem: ut res vendita vitio careat (tunc enim tenetur in id quod interest, & in rem *l. 13. ff. eod.*) ut propter evictionem rei emptor damnum non sustineat, sive ut dolus venditoris non ei noceat ante rem emptam. *Bald.*

97 Et vacuam possessionem. *l. 2. §. 1. ff. eod.* Rem, inquam, cum fructibus, & reliquis accessionibus à tempore venditionis, ut quidam indistincte volunt: sed tamen æquius est id intelligi, si modo venditor pretii partem saltem acceperit *l. 13. §. 10. & §. 20 ff. eod. l. pen. C. eod.* 2 Paul. *sent. 27. §. 7.* 98 Principaliter (scil. & ipso facto, non dare, id est, dominium, & jura dominii transferre: quemadmodum enim venditor dare posset (id est, proprietatem utiliter transferre: *Dare* enim id significat, *l. 75. in fin. ff. de verb. obligat.*) rem alienam, quam vendidit? at iniquum esse dixeris rem alienam emptori tradi: Sed hujusmodi traditione in emptorem nihil aliud, quam usucapiendi conditio transfertur, venditore interim de evictione obligato. Quid, si res evicta sit? empti utetur actione, ut id, quod sua interest, consequatur. Dixi principaliter venditorem teneri tradere: nam per consequentiam dominium ipsum venit tacite, veluti si venditor sit dominus, *ut ff. eod.* 99 Ut tunc loco rei succedat obligatio in id, quod interest.

100 Venditor non tenetur dominium transferre, *ut hic.* nisi genus vendat. vide Socinum *reg.* 438. Bart. *ad l. 2. ff. si cert. petat.* 1 Id est, dare. Cur tam dispariter & varie sit, ut videlicet emptor nummos dare teneatur, id est, accipientis facere, venditor vero rem dare non cogatur? Ille generis, hic speciei debitor est, quæ gravius eum onerat, quam si genus deberet, merito relevandus est in eo, ut tradere, non dare, teneatur. *Accurs.* Bart.

2 Ut *in §. 4. ff. eod.* Goth. Redhibitio quid sit, vid. *l. 21. l. 60. ff. de ædilit. edict.* Anf.

3 Venditor animalium cavebat, *ea sana* præstari. *l. 14. C. eod.* 4 Vel virginem ducere, cum scortum esset. vide *quæ de eo not. ad l. 11. in fin. & l. 41. in fin. ff. de contrah. empt.* Goth. Adde *Novell. Leon. 93. l. 11. §. 1. ff. de contrah. empt.* Goedd. *de contrah. stipulat. c. 3. n. 147.* Anf.

5 Nota hoc verbum ad decisionis quæstionis nunc proximè à me propositæ.

6 Et arrham repetendam. *l. 3. C. eod. l. ult. C. quand. lic. ab empt. reced.*

7 Ut *in l. 5. §. 15. ff. de institoria.* Anulus interdum dabatur arrhæ nomine, *ut hic. & d. l. 15.* Plinius 33. *c. 1.* Argumento est consuetudo vulgi ad sponsiones etiam anulo exiliente, ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior. 8 Arrhæ repetuntur condictione sine causa. *l. ult. C. quando liceat ab empt. discedere.* 9 *l. 4. ff. eod.* vid. *l. 13. §. 1. ff. eod.* 10 Fugitivum non esse præstare emptori cogitur, qui servum vendit. *l. 225. ff. de verb. signif. l. 14. C. hoc tit.*

11 Μὴ ὑποκεῖσθαι αὐτὸν κλοπῇ, ἢ ἀνοχῇ. *Synopf. Basilic. 19. tit. 1. c. 8.* 12 *l. 17. §. 1. ff. de ædilit.*

13 Habere licere venditor emptori præstare debet. *l. 8. ff. de oblig. & act. v. l. 38. ff. de verb. oblig.* vel ita, Agitur ad traditionem rei venditæ, & ut caveatur emptori habere licere. *Synopf. eod. c. 11.*

14 *l. 37. §. 1. in fin. ff. de evict.* 15 Eoque tradito teneatur emptori venditor ad interesse. *l. 44. in fin. ff. de ædilit.* 16 *l. 1. ff. eod.* 17 Id est, non repromittentem, idque sine fidejussore. *d. l. 37. in princ. §. 1.* 18 Id est, emptorem agentem de evictione.

19 *V. l. 7. C. eod.*

20 Venditi servi nomine noxali judicio conventus ac condemnatus emptor non plus consequitur, quam quantum præstitit: nam sive defendat noxali judicio, sive non (hoc est, sive condemnetur, sive non, & æstimationem litis solvat, habet actionem, quæ rem petit (id est, ex empto), & actionem de damno infecto (hoc est, ex stipulatu), si manifestum sit servum esse noxium. *Ita Græci, Author Synopf. Basilic. 19. tit. 1. c. 11.*

21 Minimo defungi potuit emptor servum noxæ dedendo, quam centum solidos dando.

22 *l. 2. l. 3. ff. eod.*

23 *l. 1 in fin. C. creditorem evict. pign.*

24 In judicio de possessione, venditor duplum solvens aliarum rerum nomine, de quibus in venditionibus caveri solet, non obligatur. *Synopsis Basil. eod. c. 11* Pretium, ut id, quod reapse interest, consecutus.

25 Puta, si fundus, domus, vel homo, vel alia res pretiosa vendita sit, de qua promitti soleat dupla.

26 *l. 19. ff. de evict. l. 8. l. 25. C. de evict.*

27 Quinto. Sex enim tantum libros ad Minicium scripsit.

28 Dolo non caret, qui sciens alienum vendit.

29 *l. 10. ff. de distrab. pig. l. 50. ff. de evict. l. 1. C. credit. evict.* Goth. Vide Kinschot. *Responf. 42.* Anf.

30 *l. 2. C. credit. evict. pign.*

31 *l. 27. ff. eod.*

32 *Al.* sunt.

33 Vide integram *l. 38. ff. de verb. obl.* Goth. Adde Goedd. *de contr. stipulat. c. 5. n. 268.* Anf.

34 Imo, non interest, *simpliciter habere venditor* promiserit, an *habere licere per omnes* promiserit. *Accurs. arg. l. 38. ff. de verb. oblig.* cum & indefinita universali æquipolleant.

35 *Habere licere per se, & venientes suos* promittens, de evictione extraneorum, id est, ab extraneis facta, non tenetur.

36 *Habere licere per omnes* stipulari & promittere possumus.

37 Si tibi venditum, *quamvis futurum, quamvis habere tibi liceat*, & alius rem venditam evicerit: non teneor actione empti venditi, nec actione in rem in id, quod interest, sed ad restitutionem pretii, nisi pactum fuerit, nihil præstitum iri, si res evincatur, dum ignorans rem alienam vendo: quippe qui scit, quamvis ita sit conventum, in rem actione tenetur, non is, qui ignoravit: Nam fieri potest, ut venditor pretium lucretur, & emptor rem nullam consequatur, velut in piscatione & venatione: Nam tametsi nihil captum fuerit, tamen emptor pretium præstat. 19 *Synopf. 8. d. c. 11. in fin.* 38 Qui promisit de evictione pro se, & herede tantum, tertio evincente non tenetur, nisi ad pretium, *ut hic.* si modo aliud conventum non sit. *arg. l. 22. ff. de pactis.* 39 Hoc pactum non est utile, si venditor in dolo fuerit, si ejus heres agat, aut si pretium repeti potest: nisi expresse dictum fuerit venditorem ad pretii restitutionem non teneri. *Bart. hic.* 40 Fallit, si ita pactum inter coheredes. v. Nicol. van der Hoogh, *Singular. jur. 9.* Anf. 41 Imo, hoc videtur fieri posse. *l. 25. §. 17. ff. de petit. hered.*

42 Jactus retis à piscatore, indago à venatore, panthera ab aucupe, emi potest. 43 *l. 12. ff. eod.*

44 Id est, universam venationem. *Alciat. 1 Parerg. 42.* sunt, qui putant legendum *Panthera* pluralí numero, quod πάνδηρον sit genus retis, quod omnes aves concludere solet. 45 *l. 11. in fin. ff. eod. l. 8. in fin. ff. de contrab. empt. v. l. 7. ff. de hered. vend.* 46 Retis jactus vendi potest.

47 Quid, si vi ventorum impacti nautæ in aliam navim piscatoriam, exque ea nisi præcisis funibus, se explicare non potuerint, ob eamque causam nulli pisces capti sint, an piscium non captorum habebitur ratio? non habebitur. *l. 29. §. 3. ff. ad l. Aquil.* Est igitur hic aliud, quam in lege Aquilia. 48 Id est, quantum verisimiliter capi potuisset: quod colligitur ex consuetudine piscatoris. *Accurs.* Incertum ita æstimatur: ita id, quod interest, seu lucrum cessans piscatoris certæ, & indubitatæ, *ut hic.* venationis & aucupii, peti potest, *l. 2. in fin. ff. quod certo loco.* secus si captura erat incerta. *arg. l. quemadmodum. 29. §. 3. verf. plane. 3. ad l. Aquil. M. licuit, tract. de Venatione 1 quæst.* 18. 49 Ut redderit, non tenebitur de evictione, quia in hoc genere venditionis non ad aliud, quam ad ipsam spem simpliciter respicimus. *Bald. ad l. 3. C. de donat.*

50 Qui rem vitiosam ignorans vendit, quanto minoris emptor fuisset empturus, qui sciens, quod interfuit emptoris rem idonee venisse, præstabit, id est, tenebitur ad interesse extra rem. *Bart.*

51 Si pecus morbosum vitiosumve tignum vendidero, si quidem ignorans fecero, id tantum ex pretio restituo, quanto minoris emptor, si vitium sciret, empturus erat: si vero sciens, ad id, quod interest, teneor. Quid enim, si ædes vitio tigni corruerint, vel pecora contagione morbosi pecoris perierint? *Synopf. eod. c. 13.*

ignorans fecit, id tantum ex empto actione præstaturum, quanto minoris essem empturus, si id ita esse scissem: si vero sciens reticuit [12], & emptorem decepit, omnia [13] detrimenta, quæ ex ea emptione emptor traxerit, præstaturum ei: sive igitur ædes vitio tigni corruerunt, ædium æstimationem; sive pecora contagione [14] morbosi pecoris perierunt, quod interfuit idonee [15] venisse, erit præstandum. §. 1. Item [16] qui furem vendidit, aut fugitivum, si quidem sciens [17], præstare debebit, quanti emptoris interfuit non decipi: si vero ignorans [18] [vendiderit], circa fugitivum quidem tenetur, quanti minoris empturus esset, si eum [esse] fugitivum scisset: circa furem non tenetur: Differentiæ [19] ratio est, quod fugitivum quidem habere non licet, & quasi evictionis [20] nomine tenetur venditor; furem autem habere possumus.

§. 2. Quod autem diximus, *quanti emptoris interfuit non decipi*, multa [21] continet, & si alios secum sollicitavit, ut fugerent, vel res quasdam abstulit. §. 3. Quid tamen, si ignoravit quidem furem esse, adseveravit autem bonæ [22] frugi, & fidum, & [23] caro vendidit? Videamus, an ex empto teneatur? Et putem, teneri. Atqui ignoravit: sed [24] non debuit facile, quæ ignorabat, adseverare. Inter hunc igitur, & qui scit, interest: qui scit, præmonere debuit furem esse; hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem [25]. §. 4. Si venditor dolo fecerit, ut [rem] pluris venderet, puta de artificio mentitus est, aut de peculio, empti eum judicio teneri, ut præstaret emptori [26], quanto [27] pluris servum emisset, si ita peculiatus esset, vel eo artificio instructus. §. 5. Per contrarium [28] quoque idem Julianus scribit: Cum Terentius Victor decessisset, relicto herede fratre suo, & res quasdam ex hereditate, & instrumenta, & mancipia Vellicus [quidam] subtraxisset, quibus subtractis facile quasi [29] minimo valeret hereditas, ut sibi ea venderetur, persuasit, an venditi judicio teneri possit? Et ait [Julianus] competere actionem ex vendito in tantum, quanto pluris hereditas valeret, si hæ [res] subtractæ non fuissent.

§. 6. Idem Julianus, dolum [30] solere à venditore præstari, etiam in hujusmodi specie ostendit: si [31] cum venditor sciret fundum pluribus municipiis legata [32] debere, in tabula [33] quidem conscripserit, *uni* [34] *municipio deberi*, verum postea legem consignaverit, *si quæ tributorum* [35], *aut vectigalis, indictionisve quid nomine, aut ad viæ* [36] *collationem præstare oportet, id emptorem dare, facere, præstareque oportere*: ex empto eum teneri, quasi decepisset emptorem: Quæ sententia vera est. §. 7. Sed cum in facto proponeretur, tutores hoc idem [37] feciſſe, qui rem pupillarem vendebant: quæstionis esse ait, an tutorum [38] dolum pupillus præstare debeat? Et si quidem ipsi tutores vendiderunt, ex [39] empto eos teneri, nequaquam dubium est. Sed si pupillus, auctoribus eis vendidit, in tantum tenetur, in [40] quantum locupletior ex eo factus est, tutoribus in residuum perpetuo condemnandis, quia nec transfertur in pupillum post pubertatem hoc, quod dolo tutorum factum est. §. 8. Offerri [41] pretium ab emptore debet, cum ex empto agitur: & ideo [&] si pretii partem [42] offerat, nondum est ex empto actio: Venditor enim, quasi [43] pignus, retinere potest eam rem, quam vendidit. §. 9. Unde quæritur, si pars sit pretii soluta, [&] res tradita, postea evicta sit, utrum ejus rei consequetur pretium integrum ex empto agens? an vero, quod numeravit: Et puto magis id, quod numeravit, propter doli exceptionem [44]. §. 10. Si fructibus jam maturis ager distractus sit, etiam fructus [45] emptori cedere, nisi aliud convenit, exploratum est. §. 11. Si [46] in locatis ager fuit, pensiones [47] utique ei cedent, qui locaverat: Idem & in prædiis urbanis [48]: nisi si quid nominatim conveniſſe proponatur. §. 12. Sed & si quid præterea rei venditæ nocitum [49] est, actio emptori præstanda est: damni forte infecti, vel aquæ pluviæ arcendæ, vel Aquiliæ, vel [50] interdicti *quod vi, aut clam*.

§. 13. Item si quid ex operis servorum, vel vecturis jumentorum vel navium quæstium est, emptori præstabitur: & si quid peculio eorum accessit, non tamen, si quid ex re venditoris.

§. 14. Si Titius fundum, in quo nonaginta jugera erant, vendiderit, & in lege emptionis dictum est, *in* [51] *fundo centum* [52] *esse jugera*, &, antequam modus manifestetur, decem jugera alluvione 93 adcreverint, placet mihi Neratii sententia existimantis, ut, si quidem sciens vendidit, ex empto actio competat adversus eum, quamvis decem jugera adcreverint: quia dolo fecit, nec dolus purgatur: si vero ignorans vendidit, ex empto actionem non competere. §. 15. Si fundum mihi *alicnum* 94 vendideris, & hic ex causa 95 lucrativa meus factus sit, nihilominus ex empto mihi adversus te actio competit. §. 16. In his autem 96, quæ cum re empta præstari soleut, non solum *dolum*, *sed & culpam* præstandam arbitror: nam & Celsus lib. VIII Digestorum scripsit, cum convenit, ut venditor præteritam 97 mercedem exigat, & emptori præstet, non solum dolum, sed & culpam eum præstare debere.

§. 17. Idem Celsus libro eodem scribit: Fundi, quem cum Titio communem [98] habebas, partem tuam vendidisti: & antequam traderes, coactus [99] es communi dividundo judicium accipere, si socio fundus sit adjudicatus, quantum ob eam rem à Titio consecutus es, id tantum emptori præstabis: quod si tibi fundus totus adjudicatus est; totum [100] (inquit) eum emptori trades [1]: sed ita, ut ille solvat, quod ob eam rem *Titio* condemnatus es: Sed ob eam quidem partem, quam vendidisti, pro evictione cavere debes: ob alteram autem, tantum de dolo malo repromittere: æquum est enim, eandem esse conditionem emptoris, quæ futura esset, si cum ipso actum esset communi dividundo: Sed si certis regionibus fundum inter te, & Titium judex divisit, sine dubio partem, quæ adjudicata est emptori, tradere debes. §. 18. Si quid [2] servo distracto venditor donavit ante traditionem, hoc quoque restitui debet: hereditates quoque per servum adquisitæ, & legata omnia: nec distinguendum [3], cujus respectu ista sint relicta. Item quod ex operis servus præstitit venditori, emptori restituendum est: nisi ideo dies traditionis è pacto prorogatus est, ut ad venditorem operæ pertinerent. §. 19. *Ex vendito* [4] *actio* venditori competit ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet.

§. 20. Veniunt [5] autem in hoc judicium infra scripta: In primis pretium, quanti res venit: item usuræ [6] pretii post diem traditionis: nam [7] cum re emptor fruatur, æquissimum est eum usuras pretii pendere. §. 21. Possessionem autem traditam accipere debemus, etsi [8] precaria sit possessio: hoc enim solum spectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi. §. 22. Præterea, ex vendito agendo, consequetur etiam sumptus [9], qui facti sunt in re distracta: utputa si quid in ædificia distracta [10] erogatum est: scribit enim Labeo, & Trebatius, esse ex vendito hoc nomine actionem: Idem & si in agri [11] servi curationem impensum est ante traditionem, aut [si quid] in disciplinas [12], quas verisimile [13] erat etiam emptorem velle impendi: Hoc amplius Labeo ait &, si quid in funus [14] mortui servi impensum sit, ex vendito consequi oportere: si modo sine culpa venditoris mortem obierit. §. 23. Item si [15] convenerit, cum res veniret, *ut locuples ab emptore reus* [16] *detur*, ex vendito agi posse, ut id fiat. §. 24. Si inter emptorem prædiorum & venditorem convenisset [17], *ut* [18] *si ea prædia emptor, heresve ejus, pluris vendidisset, ejus partem dimidiam venditori præstaret*: & heres emptoris pluris ea prædia vendidisset, venditorem, ex vendito agendo partem ejus, quo pluris vendidisset, consecuturum. §. 25. Si *procurator* vendiderit, & caverit emtori: quæritur, an domino, vel adversus dominum actio dari debeat: Et Papinianus lib. III Responsorum putat, cum domino [19] ex empto agi posse utili actione, ad [20] exemplum [21] institoriæ actionis, si modo rem vendendam mandavit: ergo & per contrarium [22] dicendum est, utilem [23] ex empto actionem domino competere. §. 26. Ibidem Papinianus respondisse se refert: si convenerit, *ut* [24] *ad diem pretio non soluto, venditori duplum præstaretur*, * in fraudem [25] constitutionum videri adjectum, quod [26] usuram legitimam excedit, diversamque [27] causam commissoriæ [28] esse ait, cum [29] ea specie (inquit) non fœnus illicitum contrahatur, sed lex contractui non improbata dicatur. §. 27. Si quis colludente procuratore meo, ab eo emerit, an possit agere ex empto? Et puto, hactenus, ut [30] aut stetur emptioni, aut discedatur.

§. 28. Sed & si quis, minorem vigintiquinque annis circumvenerit, & huic hactenus dabimus actionem ex empto [31], ut diximus, in superiore casu. §. 29. Si quis à pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere [32] constat contractus: nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum sibi non [33] obligat [34]. § 30. Si venditor habitationem exceperit [35] *ut* [36] *inquilino liceat habitare*, vel *colono, ut perfrui liceat ad certum tempus*, magis esse Servius putabat, ex vendito [esse] actionem: denique Tubero ait, si iste colonus damnum dederit, emptorem ex empto agentem [37] cogere posse venditorem, ut [38] ex locato cum colono experiatur, ut quicquid fuerit consecutus, emptori reddat. §. 31. Ædibus dirtractis, vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, ut puta puteal:

XIV. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

ID est, quo puteus [39] operitur.

XV. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

Si quid in fraud. patron. Goth. Ad hunc §. 4. & 5. v. Goed. *de contrab. stipulat. c. 3. n. 116. 144. & 145.* Anſ. [67] Vel, ut apud Paulum. est *x. sent. 11. §. 6.* quanto minoris valuisset, emptori præstare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. adde *l. 43. ff. de contrab.* 68 Relativa, contrariorum species. §. 25. ff. *eod.* dixi ad *l. 41. ff. de regulis.* 69 *l. 9. ff. de dolo.* 70 Dolum venditor præstare cogitur, tenetur de dolo, *ut hic.* Idem in locatore, ut in specie propositæ, & agitata à Beroo, *quæst.* 62. quem vide. Goth. Vid. Johann. à Sand. *decis. Frisic. lib. 2. tit. 4. defin. 6.* Anſ.

71 *V. l. 39. ff. eod.* si venditor sciens diversis tributis obnoxium esse fundum, in venditione unum dumtaxat dixerit, & adjecerit, *si quid hujus fundi nomine, tributum fcilicet, aut vectigal, aut inditionem, aut ad viæ refectionem præstare oporteat, id emptorem dare facere oportere*, actione scil. ex empto tenebitur doli mali causa, *ut hic.* si vero tutor erat, qui hoc fecit in venditione rei pupillaris, si quidem ipse vendidit, tenetur: si vero pupillo vendenti auctor fuit, pupillus quidem, in quantum locupletior factus est, tenetur: tutor autem in residuum, perpetuo: Nam quod ipsius dolo factum est, post pubertatem in pupillum non transfertur. §. 7. ff. *eod.* 72 Vectigalia. Cujac. *5 obs. ult.* quod Græca metaphrasis indicat, quæ sic habet: ἐὰν ὁ σφάτης εἴδους διαφόρους ὑποκειμένων τέλεσι τῶν λιμένων. *Synopſ. 19. tit. 8. cap. 13.* 73 Tabulam suspendi in auctionibus ædium faciendis mos erat. dixi ad *l. 15. §. 32. ff. de injuriis.* 74 Μόνον τὸ ἓν, duntaxat unum deberi, 19 *Synopſ. 8. c. 13.* scil. hoc modo, si venditor sciens diversis tributis fundum obligatum esse, in venditione *unum dumtaxat deberi* dixerit, & adjecerit, *si quod hujus fundi nomine tributum, aut vectigal, aut inditionem, aut ad viæ refectionem præstare oporteret, id emptorem dare facere oportere*, actione ex empto tenetur doli mali causa. 75 Δημόσιον, ἢ ἐκζετάμια, ἢ τέλεσμα, ἢ ὑπὲρ ὁδοφωσίας. *Synopſ. Basilic.*

76 Vide quæ scripsi ad *l. 27. §. 3. ff. de usufructu.* 77 Celsisse tributa & vectigalia fundi pupillaris venditi. 78 Tutoris vendentis dolo, an & quatenus pupillus teneatur. 79 Actione ex empto tenetur is, qui vendidit: ex vendito is, qui emit: datur ex empto, emptori: ex vendito, venditori. 80 Ut *l. 15. ff. de dolo.* 81 *l. 8. in fin. C. eod. l. 31. circa finem. ff. de rebus creditis.* 82 *l. 57. ff. de ædilitio.* vide Hotom. *quæst. illust. 20.* 83 Quasi pignus retinere potest venditor rem, quam vendidit. adde *l. 1. §. 14. ff. de furtis. l. 22. ff. de hereditate vendita.*

84 Id, quod interest, pretium potest egredi. *l. 1. ff. eod.* 85 Et operæ servorum, & fœtus pecorum, & ancillarum partus. Paul. *x sent. 17. §. 7.* quinetiam id, quod ipsemet venditor donavit servo ante traditionem: sed & hereditatem, & legata per eumdem servum adquisita, §. 18. *ff. eod. l. pen. C. eod.* vide *l. ult. in fin. ff. de jure fisci.* 86 Si is ager locatus fuit. *Hal.* 87 Vide quæ scripsi ad. *l. ult. in fin. ff. de jure fisci. & l. 13. eod.* 88 Locatis scilicet. 89 *l. 16. ff. de aqua, & aquæ pluviæ.* 90 *l. 11. §. 8. ff. quod vi, aut clam.* 91 Modum agri in venditionibus veteres plerumque definiebant. dixi ad *l. 2. ff. eod.* 92 Et sic plura jugera expressit, dixitve, quam essent re ipsa. 93 Alluvio superveniens ante traditionem prodest venditori ad mensuram, si fuit ignoranse: secus, si sciens. *Bart.* 94 Vide *l. 9. ff. de evictionibus.* 95 Lucrativa causa non extinguit onerosam, *ut hic.* uti nec onerosa aliam onerosam, *l. 10. ff. eod.* extinguit tamen etiam lucrativam in eadem persona, vel diversis, inter quas juri adcrescendi locus est, *l. 22. ff. de legat. 2.* non inter quas jus adcrescendi non est. *Bald. hic. & l. omnes. ff. de oblig.* 96 Non solum hic præstatur dolus & culpa in re vendita, sed & in ejus accessoriis. 97 *l. 68. ff. de contrab. empt.*

98 *l. 7. §. 13. ff. comm. divid.*

99 *l. 7. ff. de rei vind.* vel quæ scripsi ad *l. 150. ff. de regul.*

100 Juri adcrescendi in contractibus etiam locus est si emptoris interesse non alias, scripsi ad *l. 64. ff. de contrab. empt.*

1 Atque ita quis cogitur rem suam vendere.

2 *V. §. 10. ff. eod. l. 23. ff. eod. l. 51. in fin. ff. de evict.*

3 *l. 23. in fin. ff. de ædilitio.*

4 *l. 1. l. 2. C. eod.* cui opponitur ex empto actio, de qua *in l. 11. in princ. ff. eod.*

5 Venditi actione venditor ab emptore hæc consequitur, pretium; usuras pretii post diem traditionis; *ut hic.* sumptus factos in rem distractam ante traditionem (puta in ædificia, curationem ægroti servi, disciplinas, funus) §. 22. *ff. eod. Synopſ. eod. c. 13.*

6 Post rem traditam, nisi emptor pretium statim exolvit, usuras ejus præstare cogendus est Paul *x sent. 17. §. 9. l. 5. C. eod. l. 2. C. de usuris.*

7 Fructuum & usurarum æqua vicissitudo: quod fructus rei venditæ percepit, usuras pretii nondum soluti præstat venditori. *l. 5. C. eod.*

8 Possessionem rei emptæ emptor accepisse videtur à venditore, etiamsi precario rem emptam ab eo possideat: habet enim precaria illa possessione fructus percipiendi facultatem.

9 Sumptuum varia exempla, in ædificia, medicos, disciplinas, funus; *l. 10. in fine. ff. de negotiis. l. 10. C. de negotiis.*

10 ἐς χωρῶσιν οἴκου, in ædibus instaurandis. *Synopſ. ibid.* quæ erant destructæ.

11 *l. 38. §. 1. ff. eod. l. 16. C. eod.* Sumptus facti in re vendita per actionem ex vendito repetuntur. *Bart.*

12 Sumptus factos in disciplinas venditi servi ab emptore actione ex vendito venditor ipse consequitur. *l. 27. §. 2. ff. de usufructu. l. 25. ff. de pignoratitia.* 13 Verisimiles sumptus facile repetuntur. 14 Sic venditor hereditatis funeris impensas emptori imputat. *l. 2. §. 17. ff. de hered. vend.* 15 Interpositionibus sæpe hoc conveniebat, *ut locupletior reus ab emptore daretur. Synopſ. eod.* 16 Expromissor. *Accurſ.* fidejussor pretii. 17 Inter venditorem & emptorem plerumque hoc conveniebat; ut si pluris rem emptor ejusve heres venderet, ejus, quod amplius numeratum esset, partem venditori præstaret. *Synopſis ibid.* 18 Ut augeatur pretium, si pluris emptor vendiderit, *l. 7. in fin. ff. de contrahend. emptio.* vel ut quantum pluris fundus dotalis venierit, id in dote sit. *l. 12. §. 3. ff. de pactis dotalibus.* 19 Ex procuratoris venditione, *ut hic.* & divisione inter coheredes suos facta; dominus obligatur. *l. 66. in fin. ff. de evict.* 20 *l. 31. ff. de negotiis.* 21 Utilis ex vendito, in dominum, exemplo institoriæ actionis datur actio, *ut hic. l. 2. l. 19. ff. de institoria. l. 5. ff. de stipulat. l. 31. ff. de negotiis. l. 10. §. 5. ff. mandati. l. 5. l. 6. C. de institoria.* 22 Relativorum hæc est natura, ut §. 5. ff. *eod.* dixi ad *l. 41. ff. de reg. jur.* 23 *l. 5. ff. de stipul. prat. l. 79. ff. de verb. obl.*

24 In venditionibus & hoc plerumque conveniebat, ut duplum præstaret emptor, nisi ad certum diem pretium solvisset: quod cum usuram legitimam excedebat, emptorem non obligabat. *Synopſ. ibid. c. 14.* 25 Id autem vetitum est. *l. 5. C. de legib. l. 7. §. 3. ff. de Macedonian.*

26 *l. 9. l. 29. l. 44. ff. de usuris. l. 15. in fin. C. de usuris.* 27 *Sub.* à pœna in fraudem leguni adjecta: hic aliud pœna, aliud fœnus. *l. 9. §. 1. ff. de usuris.* 28 Quæ in venditionibus quidem recipitur. *l. 3. ff. de lege commiss.* atque ita dupli stipulatio, si ad diem pretium non solvatur, non coalescit. *Accurſ.* sed in locatione & conductione non improba est conventio, dupli in hac hypothesi stipulatio, fœnus illicitum censetur. 30 Agere possum, ut procuratoris factum ratum habeas, vel reprobes, similis est agendi forma in *l. 16. ff. rem ratam hab.* facit *l. 8. §. 5. ff. de negotiis.* ut domini voluntas dignoscatur, ratum, necne habeat. Hinc constat contractum interdum non tenere, id est, inutilem esse, & tamen ex eo agi. 31 Minor enim restituitur adversus emptionem, si prædium plus, quam oporteat, emerit, *l. 27. §. 1. vers. prædium. ff. de minoribus.* si rem non necessariam. *l. 41. §. 4. ff. de minoribus.* Adde, minorem non tantum restitui adversus emptionem, si ejus eum pœniteat: sed si eam adversus alium affectet: Quid enim, si de re, quæ majorum ejus fuerit, emenda, agatur? *l. 35. ff. de minoribus.* Quid, si ab ejus tutoribus commissoria lex neglecta? *l. 38. ff. de minoribus.* non restituetur tamen, si rem necessariam, licet mortalem emerit, aut locupletior factus sit. 32 *Sic* interdum locator non obligatur, conductor obligatur, *l. 20. in fin. ff. locati.* sic fieri potest, ut venditor pretium accipiat, meyx ad emptorem non pertineat, *l. 11. §. ultim. ff. eodem.* & sic claudicat contractus, si fit cum pupillo. *Bart.* Cujac. *16 obsery. 21.*

33 Cur non obligat sibi pupillum? Quia scire debebat pupillum contrahere non posse sine tutoris auctoritate, *l. qui à quolibet. 27. ff. de contrahend. empt. l. 8. ff. de adq. hared.* vide *l. unic. C. de reput. quæ fiunt in judicio.* Goth. *pr. Inſt. de auct. tut. l. 9. ff. eod. l. 11. ff. de acq. rer. dom. l. 28. ff. de pact. l. 14. §. 8. ff. de solut.* S. L. 34 Emendo: ut non sit securus, qui à pupillo tutore absente rem emerit. *l. 1. l. 7. in fin. ff. de rese.* Quid, si ancillas ab eo emptas statim manumiserit? tunc quidem non revocatur libertas, verum empror minori, quanti ejus intererit, tenetur. *l. 48. §. 1. ff. de minoribus.* Securus erit, si minor patris defuncti voluntate & damnatione rem vendit, *l. 3. C. quando decreto.* aut si locupletior factus sit, *l. 10. ff. de institoria. l. 1. §. 4. ff. de pecul. l. 1. §. 15. ff. depositi.* Utcumque sit, sciendum est, decretum judicis & solemnitatem in hujusmodi venditionibus exigi.

35 In venditionibus venditores quædam nonnunquam solebant excipere, *ut hic* habitatio excipitur: alibi frumenta manu sata, *l. qui fundum. 40. §. fundi. 3. ff. de contrab. empt.* omnes fructus, *d. l. qui fundum. 40. §. cum fundum. 4.* Lapidicinæ. *l. 77. ff. de contr. empt.* 36 Venditor fundi plerumque excipiebat colono suo jus fruendi, nempe, ut eum perfrui & habitare emptor permitteret, *ut hic.* 37 Agendi modum singularem observa: ago contra te, ut agas. *Bart.* facit *l. 2. §. pen. ff. de lege Rhodia. l. 60. §. 5 ff. locati. l. 15. in fin. ff. de leg. 1. l. 2. §. 28. ff. ne quid in loco publ.* adde *l. 5. C. de ingenuis.* sed tamen hoc casu reus liberatur cedendo actionem. *Bart. hic.* 38 Agi interdum potest, ut agatur, *ut hic.* dixi ad *l. 60. §. 5. ff. locati.* 39 *l. 17. §. 8. ff. eod.* τὸ φρέαρ ὃ ἐκκαυοῦσι οἱ *Synopſis 8. c. 15.* dicitur & περιξήλιον φρέαρ, puteale. *Puteal* veteres sigillis solebant exornare. Hinc Cicero, tibi mando putealia sigillata duo.

XV. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

LInes,40 [&] labra41, salientes42, fistulæ quoque, quæ salientibus junguntur, quamvis longe43 excurrant extra ædificium, ædium sunt. Item canales. Pisces autem, qui sunt in piscina44, non sunt ædium, nec fundi:

XVI. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

NOn magis, quam pulli, aut cætera animalia, quæ in fundo sunt.

XVII. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

FUndi nihil est, nisi45 quod terra se tenet. † Ædium46 autem multa esse, quæ ædibus adfixa47 non sunt, ignorari non oportet, utputa seras48, claves, claustra: Multa etiam defossa49 esse50, neque tamen fundi, aut villæ51 haberi, utputa vasa vinaria, torcularia52: quoniam hæc instrumenti53 magis sunt, etiamsi ædificio cohærent. §. 1. Sed & vinum, & fructus perceptos54, villæ non esse constat. §. 2. Fundo vendito, vel legato, sterculinum55 & stramenta, emptoris & legatarii sunt: ligna autem, venditoris vel heredis: quia non sunt fundi, tametsi ad eam rem comparata sunt. In sterculino autem distinctio Trebatii probanda est: ut, si quidem stercorandi agri causa comparatum sit, emptorem sequatur: si vendendi, venditorem: nisi si aliud actum est. Nec interest, in stabulo jaceat, an acervus sit. §. 3. Quæ tabulæ pictæ pro tectorio includuntur56, item [que] crustæ marmoreæ, ædium sunt. §. 4. Reticuli circa columnas, pluteicirca parietes, item Cilicia57 vela, ædium non sunt. §. 5. Item quod insulæ causa58 paratum est, si nondum perfectum est, quamvis positum in ædificio sit, non59 tamen videtur ædium esse. §. 6. Si *ruta*60 *& cæsa* excipiantur in venditione, ea placuit esse ruta61, quæ eruta sunt, ut arena, creta, & similia: cæsa ea esse, ut arbores cæsas, & carbones, & his similia. Gallus autem Aquilius, cujus Mela refert opinionem, recte ait, frustra62 in lege venditionis de rutis & cæsis contineri: quia, si non specialiter venierunt, ad63 exhibendum de his agi potest: neque enim magis de materia cæsa, aut de cæmentis aut de arena cavendum est venditori, quam de cæteris, quæ sunt pretiosiora. §. 7. Labeo generaliter scribit, *ea, quæ perpetui* 64 *usus causa in ædificiis sunt, ædificii esse: quæ vero ad præsens, non esse ædificii*, utputa fistulæ, temporis quidem causa positæ, non sunt ædium: verumtamen, si perpetuo fuerint positæ, ædium sunt.

§. 8. Castella65 plumbea, putea66, opercula67 puteorum, epitonia68 fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamvis non sint adfixa, ædium esse constat. §. 9. Item constat, sigilla69, columnas quoque, & personas70, ex71 quarum rostris72 aqua salire solet, villæ esse. §. 10. Ea, quæ ex ædificio detracta73 sunt, ut reponantur, ædificii sunt: at quæ parata sunt, ut imponantur, non sunt ædificii. §. 11. Pali, qui vineæ causa74 parati sunt, antequam collocentur, fundi non sunt; sed qui exempti sunt hac mente, ut collocentur, fundi sunt.

XVIII. JAVOLENUS lib. VII ex Cassio.

GRanaria, quæ ex tabulis75 fieri solent, ita ædium sunt, si76 stipites eorum in terra defossi sunt: quod si supra terram sunt, rutis 77 & cæsis cedunt. §. 1. Tegulæ, quæ78 nondum ædificiis impositæ sunt, quamvis tegendi gratia allatæ sunt, in rutis & cæsis habentur 79: Aliud juris est in his 80, quæ detractæ sunt, ut 81 reponerentur: ædibus enim accedunt.

De significatione emptionis, & venditionis, & locationis, & conductionis.

XIX. GAIUS ad Edictum Prætoris titulo de publicanis.

VEteres in emptione, venditioneque, appellationibus promiscue 82 utebantur:

XX. IDEM lib. XXI ad Edictum provinciale.

IDem est 83 [&] in locatione, & conductione.

De partu vendito ejus, quæ parere nequit. 1. De reticentia venditoris. 2. De errore in qualitate rei. 3. De mora venditoris. 4. De pacto, ut fundus venditus venditori locetur: 5. Aut ne alii vendatur, quam venditori. 6. De exceptione alternata.

XXI. PAULUS lib XXXIII ad Edictum.

SI sterilis 84 ancilla sit, cujus partus 85 venit, vel major annis quinquaginta 86, cum id emptor ignoraverit, ex empto tenetur venditor. §. 1. Si prædii venditor non dicat 87 de tributo 88 sciens, tenetur ex empto: quod si ignorans non prædixerit, quod forte hereditarium 89 prædium erat, non tenetur. §. 2. Quamvis supra 90 diximus 91, cum in corpore 92 consentiamus, de qualitate 93 autem dissentiamus, emptionem esse 94: tamen venditor teneri debet, quanti 95 interest non esse deceptum: & si venditor quoque nesciet, veluti si mensas, quasi citreas 96 emat, quæ non sunt. §. 3. Cum per venditorem steterit quo minus rem tradat, omnis utilitas emptoris in æstimationem venit, quæ 97 modo circa 98 ipsam rem consistit: neque enim, si potuit ex vino 99 (puta) negotiari, & lucrum facere, id æstimandum est 100, non magis quam si triticum 1 emerit, & ob eam rem, quod non sit traditum, familia ejus fame laboraverit: nam pretium 2 tritici, non 3 servorum fame necatorum, consequitur: nec major fit obligatio, quod tardius agitur 4, quamvis crescat si vinum hodie pluris sit: Merito: quia 5 sive datum esset, haberet emptor, sive non: quoniam saltem hodie dandum est, quod jam olim dari oportuit.

§. 4. Si tibi fundum vendidero, *ut 6 eum conductum certa summa habeam:* ex vendito, eo nomine, mihi actio est, quasi in 7 partem pretii ea res fit. §. 5. Sed etsi ita fundum tibi vendidero, *ut nulli* 8 *alii eum, quam mihi venderes,* actio eo nomine ex vendito est, si alii vendideris. §. 6. Qui 9 domum vendebat, *excepit sibi habitationem, donec viveret, aut* 10 *in singulos annos decem*, emptor primo anno maluit 11 decem præstare, secundo anno habitationem [præstare.] Trebatius ait, mutandæ 12 voluntatis potestatem eum habere 13, singulisque annis alterutrum præstare posse; & quamdiu paratus sit alterutrum præstare, petitionem non esse.

De mendacio venditoris.

XXII. JULIANUS lib. VII Digestorum.

SI in qualitate 14 fundi venditor mentitus sit, non 15 in modo ejus, tamen tenetur emptori 16: pone enim dixisse eum, *quinquaginta jugera esse vineæ, & quinquaginta prati:* & in vinea minus, & in prato plus inveniri: esse tamen omnia centum jugera.

De manumissione servi vendita cum peculio.

XXIII. IDEM lib. XIII Digestorum.

SI 17 quis servum, quem cum 18 peculio vendiderat, manumiserit, non solum peculii nomine, quod servus habuit tempore quo

---

40 Quidam legunt, *tines*, vel *tines*, *ut l. 17. §. 1. ff. si servitus*: Haloander, *fines*, quod vocabulum Budæus ad fines hausiorios refert. *Lines*, Græci διξάμενος, id est, lacus aquam continentes: Quo sensu, λουδὰ, & λαυδὸς Græci dicunt, ut in Eparchico περὶ φυτῶν φυτώσεως, quod Harmenop. refert 2 *Epitomat.* Afranius, & Laberius apud Nonium. *Labella, Lemet.* Cujac. 6 *obs. 7. Martial.* 1. *Tepida natabis Lene Congedi vada.* Cujac. 10 *observ.* 15. Auctor. Synopseos ibidem ita hunc locum exprimit, ἡ διξάμενος ἐστὶν ὅπου οἱ λουτῆρες, ἢ οἱ κυμαίνει τοῖς ἀνωφερέσι σωλῆσι.

41 Non aquæ, ut Accursius ait: sunt enim hic *salientes*, crateres lapidei, quibus aqua saliens siphunculis excipitur. Bud. lapides, vel personæ, ex quibus aquæ saliunt, Basilicis ἐκβρυτοὶ, veteribus silvani: vide *l. 17. §. 9. ff. eod.* Festus *in Tullios.*

42 *l. 12. §. 24. ff. de instructo.* sunt lapides, ex quibus aquæ saliunt.

43 Græci hunc locum exprimunt hunc in modum: ἀφ' οὗπερ τῆς οἰκίας ἐκτέτανται, quamvis longe ab ædificio porrigantur.

44 Paulus certe differentiam facit, ut pisces in piscinam conjecti à nobis possideantur: qui in stagno sint, non possideantur. *l. 3. §. 14. ff. de adquir. poss.* & Molinæus, gravis auctor, pro consuetudine Parisiensi adversus jus Romanum, pro Guidone Papæ, & aliis, *l Consuet. §. 1. gloss. 8. n.* 18. 19. 20. ait, aliud esse, si pisces, non in piscinam, sed in stagnum, aut vivarium conjecti, non custodiæ causa, sed ad multiplicandum, & reddendum fructum fundo sint destinati, tunc esse partem fundi, & censeri inter immobilia. 45 ἐὰν μὲν ἐξ τοῦ ἀγροῦ ἕμβ ἡνται τῇ γῇ, Fundi nihil est, nisi quod terræ adfixum. *Synopf. eod. c.* 15. 46 Serræ, claves, falientes canales, crateres, domus magis portio, quam domus instrumentum sunt. *l. 12. §. 24. ff. de instructo.* 47 Vide *l. 12. §. 23. ff. de instructo.* 48 Μοχλοὶ, κλεὶς, κλεῖθρα, *Synopf. ibid.* 49 Κατωρυγμένα. *Synopsis.*

50 Atqui *fundo, ut optimus, maximusque esset*, legato, machinæ, vasa vinaria, id est, cupæ, & dolia in cella defixa legato non continentur, *l. 93. §. pen. ff. de leg. 3.* & vino legato, dolia depressa in cella vinaria non debentur, ut nec vasa immobilia, *l. 3. §. 1. ff. de tritico.* Imo, fundo locato, dolia cum reliquo instrumento colono sunt præstanda. *l. 19. §. 2. ff. locati.* Item dolia fictilia, item plumbea, quibus terra congesta est, & in his viridaria posita, ædium sunt: si ita alligata sint ædibus, ut ibi perpetuo sint. *l. 21. l. 25. ff. de instructo.* Ad hæc, Dolia in horreis defossa horreorum venditioni cedunt, nisi nominatim excepta sint. *l. 76. ff. de contrahenda.* ea igitur, quæ defossa sunt, fundi habentur: Tiraquellus de retractu, §. 1. *gloss. 7. n.* 98. hic mendum esse ait. 51 ἐπωνίῳ. Est vero ἐπώλιον, ἢ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκία, domus in agro. 52 Est vero *torcular*, lignum, quo premuntur, & torquentur uvæ. Lignum maximum, quod olearum fructibus imponitur, ut oleum, & vinum exprimatur, *Scholiastes Synopseos illo loco.* 53 Quid ita, cum sigilla, & statuæ adfixæ, instrumento domus non contineantur, sed domus portio sint. *l. 12. §. 23. ff. de instructo?* 54 Aliud si penderent. *l. 44. ff. de rei vindic.* 55 *Sterculinum* vendendi causa, quod habitum fuit, non sequitur emptorem fundi, sive in stabulo jaceat, sive acervus sit: stercorandi agri causa habitum, debetur. 56 Ea, quæ tectorio non continentur, in rutis sunt, non sunt ædium. *l. 241. ff. de verborum signif.* 57 *l. 12. §. 17. ff. de instructo.* 58 Nunc primum, *ut hic. & §. ult ff. eod.* aliud si, ut reponatur. *d. §. ult. l. 18. in fin. ff. eod.* 59 Imo sunt, quia cœpta pro factis habentur, *l. 19. §. 11. ff. de auro.* Sed ibi de ultima voluntate agitur, resque latius extenditur: hic de contractu, qui strictæ accipiendus est: vel ibi de principali, hic de accessoriis agitur. 60 De *rutis & cæsis* adde *l. 18. l. 38. in fin. ff. eod. l. 241. ff. de verb. signif. l. 66. ff. de contr. empt. l. 5. §. 2. ff. ad exhib. Festus, & Nonius in Ruta*, Cicero 2. *de Orator. Partitionibus, & Topicis.* 61 *l. 18. in fin. l. 38. in fin. ff. eod.* ea non sunt ædium, *l. 66. in fin. ff. de contrah. empt.* terra non continentur. *l. 241. ff. de verborum signif.*

62 Ruta cæsa, etsi non sint expressa nominatim, sunt tamen tacite venditoris. 63 *l. 5. §. 2. ff. ad exhibendum.* 64 Perpetua vim majorem habent, quam temporaria. Ex perpetua destinatione rei qualitatem fumimus, ac finimus. Quæ sunt alicubi ad tempus, non videntur ibi esse, sed quæ perpetuo, *l. quæsitum. 78. in fin. l. si ita. 86. ff. de legat. 3. v. l. 32. in fin. ff. de pig.* perpetuo, id est, ut exiitimo, ea mente posita, ut illic essent, vivente eo, qui intulit. *argum. l. 1. ff. pro socio.* ut & durante conductione. *d. l. 32.* 65 *l. 38. in fin. ff. eod.* 66 *Al.* putealia, ut *l. 13. in fin. l. 14. ff. eod.*

67 Varro 3 *de re rusti.* epitoniis versis. Vitruvius 20: Frequens compressus epitoniorum. Sunt autem *Epitonia*, instrumenta, quibus chordæ funesique tenduntur. 68 Quid, si putealia, id est, opercula puteorum, seu ἐπιστόμια, legamus? ut *l. 13. in fin. l. 14. ff. eod.* 69 *Sigilla*, parva signa.

70 Id est, salientes, qui & ἐκβρυτοὶ *Basilic.* qui & *silvani* veteribus, ut non male, qui glossemata interpretati, dixerint silvanum κρήνην hinc Cornel. *lib. 3.* confert etiam aliquid ad somnum silvanus juxta cadens: & Lucretius 6. Corpora silvanos ad aquarum ftrata jacebant & in fabulis Hygini *c. 66. 70:* Tres silvani sunt fecati, qui Amymonius fons appellatus est. & Festus, *Tullios Alii dixerunt silanos:* ubi *silvanos* legendum esse monet Cujac. 11 *obs. 2.* & veteres glossæ interpretatæ sunt silvanum, fontem, vel κρήνην. Cujac, 14 *obs. 13.* 71 Pentameter est versus, *ex quarum vestra aqua salire solet.* Nam in aqua prior producitur. Cicero Prognosticis, Vos quoque signa videt aquai dulcis, & aurææ. Lucretius 6. Quæ calidum faciunt aquæ tactum, atque saporem. 72 Rostra personarum etiam sunt, seu de personis dicuntur. Nonius 6. *n.* 41. 73 Detracti, ut reponatur: & parati, ut imponatur, differentia: Illud, non hoc, ædificii est. Forte, quod quæ reponuntur, ædificii ante fuerunt: quæ imponuntur, nunquam fuerunt ædificii. adde *l. 18. §. 1. ff. eod.* 74 V. §. 5 ff. eod.

75 Adde *l. 1. §. 8 ff. de vi, & vi armata.* Goth. V. Alciat. 3 *parerg.* 22. Anf. 76 Ut stipites non sint defossi, si tamen ita positi, ut tolli possint æstate, vel hyeme, ædium erunt. *l. 241. in fin. ff. de verb. signif.* 77 Mobilibus, *l. 60. ff. de adquir. rer.* 78 Dixi ad *l. 17. §. 10. ff. eod.* ubi de differentia recens impositorum & detractorum, ut reponerentur. 79 Facit *l. 241. de verb. sign.* 80 Ut & in plumbo, quod pro tegulis ponitur. *l. 242. §. 2. ff. de verb. signif.* 81 Aliud est, si ut nunc primum imponereturur. *v. l. 17. §. 5. ff. eod.* Idem vero est in causa pignoris, si res in fundum inducta est, ut perpetuo esset. *l. 32. in princ. ff. de pig.* 82 Id est, vespecti quarundam alienationum, & aliorum contractuum, quos emptio, & venditio in se complectitur. *l. 29. in fin. ff. de statuliberis.* Hinc Varro *de re rustica*, in emptionibus dominum legitimum sex fere perficiunt: hereditatis aditio, mancipium in jure cessio, usucapio, aut si quid ex præda sub corona emit, aut si ex bonis sectioneque publice venit. Alciat. 3 *parerg.* 22. An etiam in se relatione habita, ejusque vi? ait Alciatus: nam ubi emptor, ibi venditor: idque cum sit, contractus, non autem personæ falia est enim emptoris, alia venditoris persona) aut res utrinque accepta (est enim aliud res, aliud rei pretium) considerantur. *Alciat. 5 parerg.* 15. ubi etiam probat apud auctores principium sumi pro fine. Cujacius vero negat, ut notabe *l. proxim. ff. eodem.*

83 *Id est*, Conjuncta ita restituit 9 *observ.* 15. ut si sensus, Veteres promiscue ut sunt emptionis venditionisque verbo; Promiscue, id est, ut & conductionem intelligerent (hinc *emptores fundorum* pro *conductoribus* accipiuntur. *l. 21. ff. de annuis.*) & in locatione, & in conductione veteres locationem sæpe venditionem appellarunt, & conductorem emptorem: quinetiam interceden, sive pensionem, sive pretium: idque propter vicinitatem emptionis, & locationis, ideoque Aggen. 2 *de limitibus*, mancipium ementibus, id est, conducentibus in annos singulos. *Festus*, Venditionem olim dicebantur bonorum locationes. Huic forte legi occasionem dedit, quod cum Publicani (ad quos referitur inscriptio *l. proxim. ff. eodem*) emptores, sive redemptores dicerentur, monuerunt juris interpretes, veteres *emendi & vendendi* verbo promiscue usos, etiam in locatione, & conductione. Non enim ut emptionem pro venditione, & emptorem pro venditore, & è contrario, acciperent, ita locuti sunt. Quod si hic cum Florentino exemplari legas *Idem est*, sensus erit, Veteres, ut emptionis sic locationis verbo promiscue usos, ut alios contractus significarent. eoque pertinet, quod *ibid.* Cujacius obfervat, fœnus videri esse locationem, & conductionem. Hinc Horatius *Conducitis nummis*, id est, sumptis fœnori, *quinas mercedes exegit.* id est, usuras: & tamen fœnus proprie locatio non est. vide in hunc locum Robert. 1 *animad. 7. 8. 9. 10. adversus* Cujac. & Anton. Mercatorem *pro eodem* Cujac. 2 *not. 7. 9. 10.* 84 Qui vendidit partum nasciturum, qui nasci non poterat, tenetur in id, quod interest emptoris, si sciebat, *ut hic.* sin ignorabat, restituere pretium tenetur. *l. cum hereditatem. 7. ff. de hered. vendita.* 85 Raro tamen ob id emitur. *l. 27. ff. de petitione hered.* 86 Mulier major annis 50 sterilis dicitur: post 50 annum non gignit, *ut hic.* ideoque si ea ætate pariat, partus dicitur mirabilis: recipitur tamen, effique legitimus, *l. 12. C. de legit. heredibus:* ideoque lege Julia & Papia maribus sexagenariis, fœminis quinquagenariis nuptiæ interdictæ erant. Ulp. *in fragm. tit. 16. in fin. ubi dixi.* quod postea sustulit Justinianus *l. penult. C. de nuptiis.* Differentiæ ratio fuit, quod sexagenarii apti sint ad generandum, quinquagenariæ mulieres non item. Arist. 5 περὶ ζώων. 87 Vide *l. 39. ff. eod.* 88 De tributo non dicit, qui minorem capitationem dicit, cum major esset. *l. 9. C. eod.* 89 Idque merito: nam qui alterius in locum succedit, justam habet causam ignorandi. *l. 42. ff. de reg. jur.* 90 Id est, *l. 9. & l. 14. ff. de contrab. empt.* non autem hoc refertur ad Pauli libros. Cujac. 2 *observ. 5.* Goth. Vide ad hunc §. Goedd. *de contrab. stipulat. c. 3. n. 37. & seqq.* Anf. 91 Hæc verba funt Tribuniani, non Pauli. Cujac. 2 *obs. 5.* 92 *Error* in corpore consensum venditionis impedit: in qualitate, non impedit. Et tamen ut qualitatis error non impediat venditionem, potest tamen emptor agere adversus venditorem, & ab eo consequi quanti sua interfit, non esse deceptum: Et vero decipitur emptor, qui mensas quasi citreas emit, quæ non citreæ: si corpora spectes, mensa est, etiam quæ non citrea: si qualitatem, non videtur vendita, nisi quæ citrea esset. 93 Non accidente, sed materia, vel genere. *Vigelius.* 94 Emptionem non esse. Halo. 4. Augustt. 17. Cujac. 2 *obs. 5.* Hotom. *ad tit. de act. empt.* Conn. 7. *comm.* 6. Molinæus *de eo, quod interest. n.* 36. Robert. 1 *animad.*

95 *l. 62. §. 1. ff. de contrab. empt.* 96 *Mensæ citreæ* magno in pretio veteribus fuerunt; ut Plinius indicat *lib. 13. c. 15.* cujus capitis hic est titulus, *de Atlantis arboribus & cedrinis mensis.* sed cum in *lib. 1.* legatur *citreis*, non *cedrinis*: & Petronius dicat, *Afris ebur terris Citrea mensa*: & cum Tertullian. *lib. de Pallio*, mensam à M. Tullio emptam (cujus meminit Plinius eo capite) orbem citri appellet, assentiendum Philandro, qui *lib. 8.* Vitruvii 3. emendat in Plinio (*d. c. 15. & lib. 16. c. 15. & 16.*) citreis, citri, & citrum. Repositoria è citro. 13 Plin. 11. Citri arbores sunt frugiferæ: Cedri sunt (ut Suidas scribit) δένδρα ὑψικομα, ἃ ἄκαρπα, αἷς ἀπικάζει Δαβὶδ τὰν εὐδαιμονίαν. Cujac. 2 *obs. 15.* Has emendationes, etsi eo non assentior, ab Anton. Mercat. 1. *Not. 1.*) tamen & hoc addit de citreis mensis, à Cicerone *Verrina de signis.* Verri objectum, quod citream mensam à Q. Luctatio, omnibus scientibus Lilybei abstulisset: Citreas mensas, à Martiali inter pretiosam supellectilem numerari *lib. 9 in Mamurram. & lib. 10 de Erote.* 97 Id est, hic non attendantur lucra, sed damna, ut & *l. ult. ff. de peric. l. 16. in fin. ff. de damno. l. 3. §. 21. in fin. ff. de aqua pluv. l. 71. in fin. ff. de furt.* facit *l. 13. §. 4. in fin. ff. de injuriis.* Imo, omnia detrimenta veniunt. *l. 13. ff. eod.* sed, & quantum mihi abest, & quantum lucrari, *l. 13. ff. rem rat. hab.* quantum consequi ipse potui, *l. 13. in fin. pr. ff. eod.* vel meo nomine potuisti, *l. 7. C. arbitr. tut.* (puta hereditatem, *l. 23. in pr. ff. ad l. Aquil.* puta quantum depretiatum fuit par occisi. §. 10. *Inst. del. Aquil.* non unius anni, sed quinquennii fructus, *ut in l. 24. §. 4. ff. locati.*) lucri denique habenda est ratio, *l. 2. in fin. ff. quod certo loco.* damnum enim incurrere videtur, qui lucrum amittit. *l. 2. §. 11. ff. ne quid in loco publ.* Ut paucis dicam, & veteres & novi juris auctores id, quod interest, & ex damno & ex lucro statuerunt, *l. unic. in fin. C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest.* Quid juris sit? In pecunia numerata, id locum habere quidam aiunt. *arg. l. 118. in fin. ff. de verb. oblig.* Accursius certe ait, casus illos omnes speciales esse, standum esse hodie dictæ *legi unicæ.* 98 Utilitatem circa rem, Interpretes nostri, *interesse intrinsecum* appellant. Molinæus tamen id non admittit: cum aliud sit circa rem & intra rem: Vult igitur interesse circa rem, esse æstimationem quanti plurimi à tempore moræ. Et indubie quæ hic circa rem vini dicitur utilitas, paulo post, dicitur crescens obligatio, vinum, quod hodie pluris est. 99 *l. 12. C. eod.* 100 Imo est, & habetur hodie pluris, *l. unic. in fin. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest.* Goth. Adde *l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco.* Quæ sit vera facti seu rei æstimatio, vid. Vanef. *rer. quotidianar. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 10. 11. 12.* Anf.

1 Vide *l. 10. C. eod.* 2 Pretium tritici hic non interpretor, pretium ab emptore venditori numeratum, sed æstimationem tritici, ad id tempus relatam, quo hodie pluris sit. Emptor non consequitur à venditore id, quod potuit negotiari ex vino: non consequitur quoque pretium servorum fame necatorum: pretium consequitur, *ut hic.* quod hodie vinum pluris est: vini forensem, atque adeo summam æstimationem, quæ à negotiatione vini hic ita separatur. 3 Emptor tritici solum pretium à venditore, moram in tradendo committente, accipit, non servorum fame necatorum, *ut hic.* Atenim dices, emptorem à venditore consequi pretium ædium, quæ corruerunt, si forte hæ vitiosæ traditæ sint. *l. 13. ff. eod.* Pejus est, inquit Accursius, male (*ut in dict. l. 13.*) quam nullo modo, *ut hic.* tradere. 4 Vel solvatur à reo. *l. 8. ff. quod certo loco.* 5 Quia si datum esset, hoc haberet emptor: quoniam vero non dedit, saltem hodie, &c. *Haloand.* 6 *l. 6. §. 1. ff. de servis exportandis. l. 16. ff. de periculo.* 7 Id est, quia vilius ideo fundum vendidisti. *l. 75. l. 79. ff. de contrahenda empt.* 8 *Dicta l. 75. ff. de contrab. empt.* 9 Lex plerunque dicebatur à venditore, dixi *l. 14. ff. de contr. empt.* 10 Pactum hoc alternativum. 11 Ejus enim, ut & rei, electio est. *l. 10. in fin. ff. de jure dot.* 12 In obligationibus annuis alternative conceptis, licitum est emptori singulis annis variare: de *variandi* facultate vide quæ notavi ad *l. 20. ff. de optione.* 13 Vide *l. 75. ff. de regulis juris.* 14 *Qualitas* alia est prati, alia vineæ: *modus*, est ipsa fundi quantitas. 15 *Modi & qualitatis* differentia. Modus agri, ejusdem quantitas: Qualitas, vinea, pratum. His cognitis dicimus: si non in modo sed qualitate venditor mentitus sit, tenetur. Nam forte quum centum essent jugera, vineam 50 jugerum dixit, quum non sit. *Synopf. eod. cap. 20.* 16 An ut quoquo modo centum præstare jugera sufficiat? pro bonitate loci fiet æstimatio. vide *l. 42. in fin. ff. eod.* 17 Si servum, quem cum peculio vendidi, manumiserit, teneor & eorum nomine, quæ postea manumissus adquisivit: si quidem adquisiturus ea fuisset emptor, si manumissus non esset: simul etiam caveo, si quid ex hereditate liberti ad me provenerit, emptori restituturum iri. *Synopf. eod. cap. 21.* 18 Servus cum peculio suo vendi potest.

quo manumittebatur, sed & eorum quæ postea adquirit, tenetur, & præterea cavere 19 debet, *quidquid 20 ex hereditate liberti ad eum pervenerit, restituturum esse.* Marcellus notat: Illa præstare venditor ex empto debet, quæ haberet emptor si homo manumissus non esset; non continebuntur igitur, quæ 21, si manumissus non fuit, adquisiturus non esset.

De servo fructuario emente. 1. Si servus furtivus, bona fide emptus, hominem emerit ex peculio, quod ad dominum pertinebat. 2. De servo vendente.

XXIV. JULIANUS lib. XV Digestorum.

SI servus, in quo ususfructus tuus erat, fundum emerit, & antequam pecunia numeraretur, capite minutus fueris: quamvis pretium solveris, actionem ex empto non habebis, propter talem capitis deminutionem, sed indebiti actionem 22 adversus venditorem habebis: ante capitis autem minutionem nihil interest, tu solvas, an servus ex eo peculio, quod ad te pertinet: nam utroque casu actionem ex empto habebis. §. 1. Servum tuum 23 imprudens à fure bona fide emi: is ex peculio, quod ad te pertinebat, hominem paravit, qui mihi traditus est: Posse te eum hominem mihi condicere, Sabinus dixit; sed si quid mihi abesset ex negotio, quod gessisset, invicem me tecum acturum de peculio: Cassius veram opinionem Sabini retulit, in qua ego quoque sum.

§. 2. Servo vendente hominem, fidejussor venditionis omnia 24 præstare debet, in quæ obligaretur, si 25 pro libero fidejussisset: nam & in dominum actio sic datur, ut emptor eadem consequatur, quæ, libero vendente, consequi debuisset: sed ultra peculii taxationem dominus non condemnatur.

De vindemia pendente.

XXV. IDEM lib. LIV Digestorum.

QUi pendentem 26 vindemiam emit, si uvam legere prohibeatur à venditore, adversus eum petentem pretium, exceptione 27 uti poterit, *Si ea pecunia, qua de agitur, non pro ea re peritur, quæ venit, neque tradita est.* Cæterum post traditionem sive lectam uvam calcare, sive mustum evehere prohibeatur 28, ad exhibendum, vel 29 injuriarum 30 agere poterit: quemadmodum si aliam quamlibet rem suam tollere prohibeatur.

De mendacio venditoris.

XXVI. ALFENUS VARUS lib. II Digestorum.

SI quis, cum fundum venderet, *dolia 31 centum, quæ in fundo esse affirmabat, accessura 32* dixisset, quamvis ibi nullum dolium fuisset, tamen dolia emptori debebit.

De qualitate rei accessoriæ.

XXVII. PAULUS lib. III Epitomarum Alfeni.

QUidquid venditor 33 *accessurum* 34 dixerit, id integrum ac sanum tradi oportet, veluti si fundo dolia 35 accessura dixisset, non quassa, sed integra dare debet.

De pacto, ut emptor faciat, & stipulatione pœnali adjecta.

XXVIII. JULIANUS lib. III ad Ursеium Ferocem.

PRædia mihi vendidisti 36, & convenit, *ut aliquid facerem: quod si non feciſſem, pœnam promiſi.* Respondit, venditor, antequam pœnam ex stipulatu petat, ex vendito agere potest: si confectus fuerit, quantum pœnæ nomine stipulatus esset, agentem ex stipulatu 37 doli mali exceptio summovebit: si ex stipulatu pœnam consecutus fueris, ipso jure ex vendito agere non poteris: nisi in id, quod pluris ejus interfuerit, id fieri.

De emptione rei sub conditione legatæ.

XXIX. IDEM lib. IV ex Minicio.

CUi res sub conditione legata erat, is eam 38 imprudens ab herede emit: actione ex empto poterit consequi emptor pretium, quia non 39 ex 40 causa legati rem habet.

Si servus venditus venditori furtum fecit. 1. De eo, qui sciens rem alienam vendit.

XXX. AFRICANUS lib. VIII 41 Quæstionum.

SErvus 42, quem de me cum peculio emisti, prius quam tibi traderetur, furtum mihi fecit. Quamvis ea res, quam subripuit 43, interierit, nihilo 44 minus retentionem eo nomine, ex peculio me habiturum ait, id est, ipso 45 jure ob id factum minutum 46 esse peculium, eo scilicet, quod debitor meus ex causa 47 condictionis sit factus: Nam licet, si jam traditus furtum mihi feciſſet, aut omnino condictionem eo nomine de peculio non haberem, aut eatenus haberem, quatenus ex re furtiva auctum peculium fuisset, tamen in proposito & retentionem 48 me habiturum, & si omne periculum penes te sit, vel, quasi plus debito solverim, posse me condicere. Secundum quæ dicendum, si nummos, quos servus iste mihi subripuerat, tu, ignorans furtivos esse, quasi peculiares ademeris, & consumpseris, condictio eo nomine mihi adversus te competat, quasi 49 res mea ad te sine 50 causa pervenerit. §. 1. Si 51 sciens alienam rem ignoranti mihi vendideris: etiam 52, prius quam evincatur, utiliter me ex empto acturum putavit in id, quanti mea interfuit meam esse factam: * quamvis enim alioquin verum sit, venditorem 53 hactenus teneri, ut rem emptori habere liceat, non etiam ut ejus faciat, quia tamen dolum malum abesse præstare debeat, teneri eum, qui sciens [alienam] non suam ignoranti vendidit. Idem [est] maxime, si manumissuro vel pignori danturo vendiderit.

De re vi adempta venditori. 1. Quid præstat venditor servi. 2. De duobus emptoribus.

XXXI. NERATIUS lib. III Membranarum.

SI ea res, quam ex empto præstare debebam, vi mihi adempta fuerit, quamvis eam custodire 54 debuerim, tamen propius est, ut nihil amplius, quam 55 actiones persequendæ ejus præstari à me emptori oporteat: quia * custodia adversus vim 56 parum proficit: actiones autem eas non solum arbitrio, sed etiam periculo tuo [tibi] præstare debebo, ut omne lucrum ac dispendium te sequatur. §. 1. Et non solum, quod ipse per eum adquisii, præstare debeo, sed & id, quod emptor, jam tunc sibi tradito servo, adquisiturus fuisset. §. 2. Uterque nostrum eandem rem emit à non domino, cum emptio, venditioque sine dolo malo fieret, traditaque est: sive ab eodem emimus, sive ab alio, atque alio, is ex nobis tuendus est, qui prior 57 jus ejus adprehendit, hoc est, cui primum tradita est: si alter ex nobis à domino emisset, is omnimodo tuendus est.

De falsis ponderibus.

XXXII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

SI quis à me oleum, quod emisset, adhibitis iniquis 58 ponderibus accepisset, ut in modo me falleret, vel emptor circumscriptus sit à venditore ponderibus minoribus, Pomponius ait, posse dici venditorem sibi dare oportere, quod plus est, perere: quod habet rationem. Ergo & emptor ex empto habebit actionem, qua contentus esse possit.

De pluribus rebus emptis uno pretio.

XXXIII. IDEM lib. XXIII ad Edictum.

ET si uno pretio plures res emptæ sint, & singulis ex empto, & 59 vendito 60 agi potest.

De qualitate rei.

XXXIV. IDEM lib. XVIII ad Edictum.

SI, fundo vendito, in qualitate 61 jugerum captio est, ex empto erit actio.

De servitute evicta.

XXXV. IDEM lib. LXX ad Edictum.

SI quis fundum emerit, quasi per eum fundum eundi agendi jus non esset, & interdicto 62 de itinere actuque victus sit, ex empto habebit actionem: licet enim stipulatio de evictione non committatur, quia 63 non est de jure servitutis in rem actione pronunciatum, tamen dicendum est, ex empto actionem competere.

De custodia rei & stipulatione damni infecti.

XXXVI. PAULUS lib. VII ad Plautium.

VEnditor domus 64, antequam eam tradat, damni infecti 65 stipulationem interponere debet: quia antequam 66 vacuam possessionem tradat, custodiam & diligentiam 67 præstare debet, & * pars 68 est custodiæ, diligentiæque, hanc interponere stipulationem: & ideo, si id neglexerit, tenebitur emptori.

De dolo venditoris.

XXXVII. IDEM lib. XIV ad Plautium.

SIcut æquum est, bonæ 69 fidei emptori alterius dolum non nocere, ita non est æquum, eidem personæ venditoris 70 sui dolum prodesse.

XXXVIII. CELSUS lib. VIII Digestorum.

SI 71 venditor hominis dixit, *peculium eum habere decem, nec quemquam adempturum:* & si plus habet, totum præstet; nisi hoc actum est, ut duntaxat decem præstaret: si minus est, præstet esse decem, & talem servum esse, ut tantum peculii habeat. §. 1. Si per emptorem steterit 72, quo minus ei mancipium traderetur pro 73 cibariis, per arbitrium 74 indemnitatem posse servari, Sextus Ælius, Drusus dixerunt: quorum & mihi justissima videtur esse sententia. §. 2. Firmus à Proculo quæsit 75, si de plumbeo castello fistulæ 76 sub terram missæ, aquam ducerent in æneum 77 lateribus circumstructum, an hæ ædium essent? an ut ruta 78 cæsa vincta 79 fixaque 80, quæ ædium non essent? Ille rescripsit, referre, quid acti esset. Quid ergo, si nihil de ea re neque emptor neque venditor cogitaverunt, ut plerunque in ejusmodi rebus evenisse solet? nonne propius est, ut inserta & inclusa ædificio partem ejus esse existimemus?

De reticentia venditoris.

XXXIX. MODESTINUS lib. V Regularum.

QUæro: si quis ita fundum vendiderit, *ut venum datum esse videatur, quod intra terminos ipse possedit;* sciens tamen aliquam partem certam se non possidere, non certioraverit emptorem: an ex empto judicio teneatur, cum hæc generalis adjectio ad ea quæ specialiter novit qui vendidit, nec excepit, pertinere non debeat: ne alioquin emptor capiatur 81, qui forsasse, si 82 hoc cognovisset vel empturus non esset, vel minoris empturus esset, si certioratus de loco certo fuisset: cum hoc & apud veteres sit relatum in ejus persona, qui sic exceperat, *Servitutes* 83, *si quæ debentur, debebuntur:* etenim juris auctores responderunt, si certus venditor quibusdam personis certas servitutes debere, non admonuisset emptorem, ex empto eum teneri debere, quando hæc causa 84 exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ venditor novit, quæ [que] specialiter excipere & potuit, & debuit, sed ad ea quæ ignoraverit, & de quibus emptorem certiorare nequivit? Herennius Modestinus respondit: si quid circumveniendi emptoris causa venditor in specie de qua quæritur, fecit, ex empto actione conveniri posse.

De

---

19 Ita cavet mater uxori duris nomine. *l. 24. §. 4. ff. solvo.*

20 Atqui placuit de facta hæreditate non valet. *l. 4 C. de inutil. stipulat. l. ult. C. de pactis conv. Solve.* Quod fieri in pactis conventis de hereditatis initis. v. Paul. Bud. in *l. 61. ff. de evict. obligr.* & Butrigar. *hic.* Add. 21 *V. l. 11. ff. de min. mac. l. 43. ff. solut.*

22 Condictionem. *l. 41. in fin. ff. de contrab. empt.*

23 *l. 31. §. 1. ff. de rebus creditis.*

24 Adde *l. 84. ff. de solut.*

25 §. 1. *Instit. de stipul.*

26 Pendentes fructus qui emit, potest eos propria authoritate colligere, suis tamen impensis.

27 Doli. *l. 5. in fin. C. de evictionibus. l. 5. §. 4. ff. de doli except.*

28 Injuriarum agi ob vim turbativam hinc colligit Castrensis: sed & vim illam, si mala fide fiat, maleficium esse notat. Ita injuriarum agetur, qui jure suo uti prohibetur.

29 Cur non ex empto? Castrensis putat venditorem post rem traditam ex empto, non convenirí, sed aliis actionibus.

30 Qui alium re sua uti impedit, injuriarum tenetur. vide Bald. *in Rubr. C. de usufructu. v. l. 13. §. 17. ff. de injuriis.*

31 *V. l. 27 ff. eod.*

32 *V. l. 27 ff. eod.*

33 *l. 34. ff. de contrahend. empt.*

34 *l. 6. §. 6. l. 11. §. 17. l. 26. ff. eod.*

35 Dolia fundo accedere plerunque venditores fundi nominatim dicebant, *ut hic. & l. 26. ff. eod. l. 54. in fin. ff. eod. l. 60. l. 76. ff. de contrab. empt. l. 33. ff. de ædilitio.*

36 Notandus est hujus propositionis progressus. *Contractus* venditionis habetur: *pactum* adjicitur, ut aliquid fiat, *stipulatio pœnæ*, si id factum non erit, subsequitur. Factum non impletur ab emptore. Quid juris? venditor agere potest ex pacto (vestitio scil. cohærentia contractus; ut emptor faciat. Demus venditorem id non fecisse: venditori duæ restant actiones: una, ex vendito: altera, ex stipulatu. Quid? num utraq; simul uti poterit? Julianus respondet, venditorem priore prius uti posse: altera electa, pœnaque percepta pœnam sine dolo petere non posse. At minus in pœna consecutus est, quam ejus interfuit? Julianus hic ait ex priore (puta ex vendito) agi posse, si pluris eius interfuit, adde *l. 47 in fin. ff. eod.* Si ita est, hoc consequi videtur, per stipulationem pœnæ præcedentem contractum non novari. Nam si hic facta novatio, seu nova debendi causa esset, ex ea tantum nova obligatione, non ex ea partim, partim ex anteriori bus ageretur, & pœnæ stipulatio sufficere videretur. vide apud Hotom. *quæst. illustr.* 10. Interim sic habendum est, principalem obligationem pœnali stipulatione non novari: nisi id actum sit. *l. 8. §. 3. ff. de novationib. §. 3. versic. Sed cum hoc. Inst. quibus mod. toll. oblig. l. ult. C. de novat.* 37 *V. l. 4. §. 7. ff. de except. doli mali.* 38 Si ab herede imprudens emero rem mihi sub conditione legatam actione ex empto pretium consequor. *Synopsis. Basil. eod. cap. 26. l. 16. ff. de contrab. empt.* 39 Quia nunc ex causa legati rem habet. Ita emendat Antonius Faber, 5 *Conjectur. 14.* Nunc (inquam) id est, tempore existentis conditionis.

40 Non ex lucrativa causa. 41 Vide Cujac. 8 *ad Africanum.* 42 Si servum cum peculio tibi vendam, isque furtum ante traditionem mihi fecerit, ipso jure peculium minuitur. Quod si forte jam peculium tibi tradiderim, id ipsum recipio, *ut hic.* Sin post traditionem servi furtum acciderit, actionem eo nomine tecum non habeo, nisi eatenus, quatenus ex re furtiva peculium auctum est, *vers. Nam licet. ff. eod.* Quod si tu ignorans nummos istos furtivos esse, servo quasi peculiares ademeris, & consumpseris, de iis mihi teneris. *vers. secundum. ff. eod. Synops. eod. c. 27. in pr.*

43 *V. l. ult. ff. de condict. furt.* 44 Obligatio naturalis oritur ex malitiosa inter dominum & servum: eaque diminuit peculium ipso jure. 45 Ὑπὸ δικαίου. *Synops. eod. cap. 27.* Peculium ipso jure minuit id, quod domino vel patri debetur. 46 *Minui*, est detrahi, retineri, deduci, recidi. Igitur *ipso jure minui legata*, hic nihil aliud est, quam ex lege Falcidia quarta retentionem esse, qua heres utitur suo jure, quasi heres & dominus: & ideo retineri dicitur Falcidia jure hereditatio, *l. 14. ff. ad l. Falcid.* jure testamenti. *l. 42. ff. de vulgar.* 47 Adde *l. 9. §. 6. ff. de pecul.*

48 Vide quæ notavi ad *l. 51. ff. de cond. indeb.* 49 Ut *l. 32. in fin. ff. de rebus cred.* 50 Condictione sine causa repetimus res nostras, quæ apud alium sunt sine causa. *l. si me, & Titium. 32. ff. si certum.* 51 Qui sciens ignoranti rem alienam vendit, etiam prius quam evincatur, ex empto convenitur in id, quantum emptoris interest rem ejus esse factam, maximè si velit emptor manumittere vel pignorare, quod emit. Qui vero imprudens rem alienam vendit, non tenetur, ut emptorem dominum faciat, sed ut ei habere liceat. *Synopf. eod. cap. 27. in fin.* 52 Vide *l. 4. ff. eod.* Ante evictionem potest interdum agi. adde *l. 19. §. 3. ff. de negotiis.* 53 Vide *l. 25. ff. de contrahend. empt.*

54 Vide *l. 36. ff. eod.*

55 *l. 35. §. 4. ff. de contrahend. empt. l. 14. in princ. ff. de furtis.*

56 Re per vim ablata, venditor liberatur, nisi vis ei sit illata ob ejus inimicitias: tunc enim videtur res amissa, aut interiisse culpa venditoris. *l. 25. §. 4. ff. locati. l. 66. in princ. ff. soluto matrimonio.*

57 *l. 9. §. 4. ff. de Publiciana. l. 15. C. de rei vind.*

58 *l. 32. §. 1. ff. de fals.* adde *l. 18. §. 3. ff. de dolo.*

59 *Al.* ex empto vendito, ut *l. 19. ff. de hereditate, vel action.* sic Varro, 2 *de re rustica. 2.* ex conducto locato.

60 Idem, si plures commodatæ sint. *l. 17. §. 4. ff. commodati.*

61 Vide *l. 41. in fin. ff. eod.*

62 Adde *l. 3. §. 2. ff. de itinere, actuq.*

63 Evicta servitute agitur ex empto, non ex evictione. *l. 75. ff. de evict.*

64 Venditor etiam in immobilibus custodiam debet, antequam ipsa immobilia tradat.

65 *l. 18. §. 7. ff. de damno.*

66 *l. 35. § 4. ff. de contrahenda emptione. l. 14. ff. de furtis.*

67 *l. 31. ff. eod.*

68 Custodiam venditæ domus qui debet, damni infecti stipulationem ejus domus nomine negligere non debet: pars enim custodiæ est, ac diligentiæ, stipulari de damno infecto: qui id omisit, negligens fuit.

69 Bonæ fidei emptori dolus venditoris, neque nocet neque prodest.

70 Vide *l. 3. C. de periculo.* Dolus suus nemini prodest.

71 Quum venderem servum, dixi eum habere peculium decem aureorum, si minus est, decem aureos impleo: si plus habet, totum emptor accipit: nisi convenit, ut decem ei duntaxat præstarentur. *Synops. Basilic. eodem. cap. 33.*

72 Expensas agnoscit, seu præstat, qui moram admittit.

73 *l. 13. §. 22. ff. eod.* ut in commodato. *l. 18. §. 2. ff. commodati.*

74 *Al.* arbitrium.

75 Ut *l. 17. §. 8. ff. eod.*

76 Ut *l. 47. ff. de contrahend. empt.*

77 Ut *l. 19. §. 2. ff. locat.* æneum. *Accurs.* fpecum, *Budæus.* Florentina videtur esse melior, ut æneum sit miliarium, *l. 19. §. 12. ff. de auro. Miliarium* autem male Berualdus, Nebrissensis & Accursius vas esse tradunt ad milium coquendum sine ullo auctore: probandum potius, quod Athenæus *libr. 3* διπνοσοφιστῶν scribit, τὰ μιλιάρια καλούμενα ὑπὸ Ῥωμαίων τὰ δε Δωρικῶς ὄβελοι καλούμενοι breviter, miliarium cocinatorium nihil aliud est, quam æneum, in quo aqua ad potandum calefit. *l. 18. §. 3. ff. de instructo.* In balneatorio instrumento miliarium Paulus etiam numerat, in quo aqua ad lavandum calefit. Paulus 2 *sentent. 6 §. 65.* & ibi Cujac. & 2 *observat. 6.* Æneum etiam, id est, in quo aqua culida lavatur olea. *l. 19. §. 2. ff. locati.* Miliarii meminit Seneca, 3 *Naturalium, 24. & 4. c. 9.* Vas igitur fuit ad calefaciendam aquam potui usitatam. Glossis *Sigmatico.* Nam veteres aqua usi, alias calida in potu. Seneca, 1 *de ira 12. & 2 de ira 25.* adde *l. 18. §. 3. ff. de instructo.* 78 Vide *l. 17. §. 6. ff. eod.* 79 Juncta, & *ita vulgata.* Fixa & juncta hic opponit rutis & cæsis; fixis & junctis Livius 29 adjicit immolita, quo nomine quæque citra ædificii formam, molita sunt significantur, ut in legibus linitum, *Ne quis eos limites decumanos obsepito, neve qui in eis immolitum, neve quid ibi positum habeto.* 80 Infixa, inficta, divi ad *l. 7. ff. de incendio.* 81 Captiosa exceptio nocet excipienti. 82 *l. 13. §. 6. l. 21. §. 1. ff. eodem. l. 35. in fin. l. 43. in fin. ff. de contrahend. empt. l. 9. ff. de periculo.* 83 Servitutum reciprocarum hæc generalis fuit formula. His etiam modis recipiebantur, *Quibus est servitus, utique est. l. 10. ff. comm. præd.* De speciali servitutum receptione dixi ad *l. 17. §. 2. ff. de servit. urban.*

84 Generalis exceptio permissa est ignoranti: specialis à sciente exigitur.

De arboribus stantibus.

XL. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Muclum.

QUintus Mucius scribit: Dominus fundi de prædio arbores stantes vendiderat, [&] pro his rebus pecuniam accepit, & tradere nolebat: emptor quærebat, quid se facere oporteret: & verebatur, ne hæ arbores ejus non viderentur factæ? Pomponius: * Arborum [85], quæ in fundo continentur, non est separatum corpus à fundo: & ideo, ut [86] dominus suas specialiter arbores [87] vindicare emptor non [88] poterit, sed ex empto [89] habet actionem.

De reticentia venditoris.

XLI. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

IN venditione, super annua [90] pensitatione [91] pro aquæductu infra domum Romæ constitutam [92], nihil [93] commemoratum est: Deceptus ob eam rem ex empto actionem habebit: itaque, si conveniatur ob [94] pretium ex vendito, ratio improvisi oneris [95] habetur.

De compensatione lucri & damni.

XLII. PAULUS lib. II Quæstionum.

SI duorum fundorum venditor separatim de modo [96] cujusque pronunciaverit, & ita utrumque [97] uno pretio tradiderit, & alteri aliquid desit, quamvis in altero exsuperet, forte si dixit, unum centum jugera, alterum ducenta habere, non proderit ei, quod in altero ducenta decem inveniuntur, si in altero decem desint: Et de his ita apud Labeonem relatum est. † Sed an exceptio doli mali venditori profutura sit, potest dubitari? Utique si exiguus modus silvæ desit, & plus in vineis habeat, quam repromissum est, an non facit dolo, qui jure [98] perpetuo utitur? nec enim hic, quod amplius in modo invenitur, quam alioquin dictum est, ad compendium venditoris, sed ad emptoris pertinet; & tunc tenetur venditor, cum minor modus invenitur. Videamus tamen, ne nulla [99] querela sit emptoris in eodem fundo, si plus inveniat in vinea quam in prato [100], cum universus modus constat. † Similis quæstio esse potest ei, quæ in duobus fundis agitata est, & si quis duos statuliberos uno pretio vendat & dicat, unum decem dare jussum, qui [1] quindecim dare debebat: nam & hic tenebitur ex empto actione, quamvis emptor à duobus viginti accepturus sit. Sed rectius est [2], & in omnibus suprascriptis casibus lucrum [3] cum damno compensari [4]: & si quid deest emptori, sive pro modo, sive pro qualitate [5] loci, hoc ei resarciri.

De venditione servorum, quibus fideicommissaria libertas debetur. De sumptibus ab emptore factis, cui res evincitur.

XLIII. IDEM lib. V Quæstionum.

TItius, cum decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, Arescusam, per fideicommissum relinquit, ejusque fidei commisit, ut *omnes ad libertatem post annum* [6] *perduceret*: cum legataria fideicommissum ad se pertinere noluisset, nec tamen heredem à sua petitione liberasset, heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla [7] commemoratione fideicommissæ libertatis facta: emptor, cum pluribus annis mancipia suprascripta sibi servissent, Arescusam manumisit: [&] cum cæteri quoque servi cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petiissent, & heredem ad Prætorem perduxissent, jussu [8] Prætoris, ab herede sunt manumissi: Arescusa quoque, nolle [9] se emptorem patronum habere, respondetur: cum emptor pretium à venditore, empti judicio, Arescusæ quoque nomine repeteret, lectum [10] est responsum Domitii Ulpiani, quo continebatur, Arescusam pertinere ad rescriptum sacratum constitutionum, si nollet [11] emptorem [12] patronum habere: emptorem tamen nihil [13] posse post manumissionem à venditore consequi: Ego cum meminissem & Julianum in ea sententia esse, ut existimaret, post manumissionem quoque empti actionem durare: quæro, quæ sententia vera est? Illud etiam in eadem cognitione nomine emptoris desiderabatur, ut sumptus, quos in unum ex his quem erudierat, fecerat, ei restituerentur. † Item quæro, Arescusa, quæ recusavit emptorem patronum [habere], cujus sit liberta constituta, an possit vel legatariam, quæ non [14] liberavit, vel heredem patronum habere: nam cæteri duo ab herede manumissi sunt? Respondi, semper probavi Juliani sententiam putantis [15], [manumissione [16] non amittitur [17] eo modo.] *De sumptibus* vero, quos in erudiendum hominem emptor fecit, videndum est: nam empti judicium ad eam quoque speciem sufficere existimo: non enim pretium continet tantum, sed [18] omne [19] quod interest emptoris, servum non evinci: Plane, si in tantum pretium excedisse [20] proponas, ut non sit cogitatum à venditore [21] de tanta summa: veluti [22] si ponas [23] agitatorem [24] postea factum vel pantomimum [25], evictum esse eum qui minimo veniit pretio, iniquum videtur, in magnam quantitatem obligari venditorem.

XLIV. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

CUm [&] forte idem mediocrium [26] facultatium sit, [&] non [27] ultra duplum [28] periculum subire eum oportet:

XLV. PAULUS lib. V Quæstionum.

IDque [&] Julianum agitasse [29] Africanus refert: quod justum est: sicut minuitur [30] præstatio, si servus deterior apud emptorem effectus sit, cum evincitur [31]. §. 1. Illud expeditius videbatur, si mihi alienam aream vendideris, & in eam ego ædificavero, atque ita eam dominus evincit: nam, quia [32] possum petentem [dominum], nisi [33] impensam ædificiorum solvat, doli mali exceptione summovere, magis est, ut ea res ad periculum venditoris non [34] pertineat: Quod & in servo dicendum est [35], si in [36] servitutem, non in libertatem evinceretur, ut dominus mercedes & impensas [37] præstare debeat: Quod si emptor non possideat ædificium vel servum, ex empto habebit actionem. In omnibus tamen his casibus, si sciens [38] quis alienum vendiderit, omnimodo [39] teneri debet. §. 2. Superest *tertia* [40] *deliberatio*, cujus debet esse liberta Arescusa, quæ recusat emptorem? Et non sine ratione dicetur, ejus debere effici libertam, à quo vendita est, [id est heredis], quia & ipse ex empto actione tenetur: Sed hoc ita, si non Arescusa elegerit [41] emptoris patronatum: tunc etenim & illius remanet libertæ, & ille ex empto actionem non habet, quia nihil ejus interest, cum eam libertam habet.

Si alienæ rei venditor domino successerit.

XLVI. IDEM lib. XXIV Quæstionum.

SI quis alienam rem vendiderit, & medio [42] tempore heres domino rei extiterit, cogetur implere [43] venditionem.

De pœna & usuris.

XLVII. IDEM lib. VI Responsorum.

LUcius Titius [44], accepta [45] pecunia ad materias [46] vendendas [47] sub pœna certa, *ita ut si non integras præstaverit* [48] *intra statuta tempora, pœna conveniatur*, partim datis materiis, decessit: cum igitur testator [49] in [50] pœnam commiserit, neque [51] heres ejus reliquam materiam exhibuerit, an & [52] in pœnam, & in usuras conveniri possit: præsertim cum emptor mutuatus pecuniam [53], usuras gravissimas expendit? Paulus respondit, Ex contractu, de quo quæritur, etiam heredem [54] venditoris in pœnam conveniri posse [55], in actione quoque ex empto [56], officio judicis, post [57] moram intercedentem, usurarum [58] pretii rationem haberi oportere.

De instrumentis fundi & finibus.

XLVIII. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

TItius heres [59] Sempronii fundum Septicio vendidit ita: *Fundus Sempronianus, quidquid Sempronii juris fuit, erit tibi emptus tot nummis*: vacuamque possessionem tradidit, neque fines ejus demonstravit: Quæritur, an empti judicio cogendus sit ostendere ex instrumentis hereditariis, quid juris defunctus habuerit, & fines ostendere? Respondi, id ex scriptura præstandum, quod sensisse intelliguntur: Quod si non appareat, debere venditorem & instrumenta [60] fundi, & fines ostendere [61]: hoc etenim contractui bonæ fidei consonat.

De venditore, qui colonum per collusionem supposuit. 1. De usuris.

XLIX. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

QUi per collusionem imaginarium colonum, circumveniendi emptoris causa, subposuit [62], ex empto tenetur: Nec defenditur, si, quo facilius excogitata fraus occultetur, colonum & quinquennii pensiones in fidem suam recipiat. §. 1. Pretii sorte [63], licet post moram, soluta [64], usuræ peti non possunt, cum hæ non sint in obligatione, sed officio [65] judicis præstentur.

De emptore liberalo beneficio legis.

L. LABEO lib. IV Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

BOna [66] fides non patitur, [ut,] cum [67] emptor alicujus legis [68] beneficio pecuniam rei venditæ debere desisset, antequam res ei tradatur, venditor tradere compelletur & re sua carere: possessione autem tradita futurum est, ut rem venditor [69] æque amitteret, utpote cum petenti eam rem emptor exceptionem rei

85 Arbores quæ in fundo sunt, non efficiunt corpus à fundo separatum. Unde notant, Dominium arborum solo cohærentium, sine solo transferri non posse.

86 Qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipsius dominus est. *l.* 8. *C vod. l.* 50. *ff. de rei vindic. l.* 20. *C. de pactis. l.* 27. *C. de rei vindic. l.* 3. *C. de his, qui à non domino. l.* 14. *ff. de furtis.* §. 3. *in fin. Inst. de empt.*

87 *l. ult. ff. de rei vindic.*

88 Emptor adversus creditorem non traditum, non utitur rei vindicatione, sed ex empto actione personali. Cur ita? Ex contractu generaliter non transfertur dominium ante traditionem. *l. si ager.* 50. *ff. de rei vindic. l.* 25. *ff. de pignor. l. penult. C. de rei vindic.* licet jus pignoris sola conventione transferatur. *l.* 1. *ff. de pignorat. act.*

89 Ad patientiam sc. quæ habetur loco traditionis. Bald. *ad titul. C. de contrab. empt. qu. ult.* adde *l.* 25. *ff. eod.*

90 De annua præstatione scripsit Jacobus Venantius Bononiensis.

91 Pro aquæductu Romæ annuæ pensitationes præstabantur. *l.* 27. §. 3. *ff. de usufruct. l.* 1. *C. de aquæductu.*

92 *Lege* constituto.

93 Venditor ut commoda, ita fundi vitia emptori indicare cogitur.

94 Ex vendito actio datur ad pretium.

95 Id est, celatæ pensitationis domino fundi servientis præstandæ, quæ actio non tendit ad evictionem, sed ad pretii exonerationem, sive ex empto, quanto minoris: quod verba antecedentia, *si conveniatur ob pretium*, ostendunt. v. Cujac. ad *l.* 28. *ff. de verb. obligat.* Hinc posse colligi videtur, venditorem teneri tradere rem liberam à servitute. Item, emptori decepto competere actionem & exceptionem.

95 Modum agri in venditionibus fundorum plerunque veteres dicebant. dixi ad *l.* 2. *ff. eod.* Goth. Pro intellectu hujus legis vid. Joann. Decher. *lib.* 2. *differt.* 7. *n.* 19. Anf. 97 *l.* 47. *ff. de evictionib.* 98 Actione ex edicto perpetuo. 99 Si per ignorantiam venditor in una re decipitur, & in alia decipit (in uno scil. contractu, non in pluribus) debet horum fieri compensatio, *Bart.* ad hanc legem. Baldus ad *l.* 12. *C eod.* dicit alibi non esse. 100 Vineæ quippe reditus longe amplior est quam prati: ita judicant Jurisconsulti: ita Columella, 3. *c.* 3. Vulgus aliter, quod pratum sine opere paratum sit, & quod ei quam minime noceri possit: sed, ut ille docet, quod vinea infamis est, hoc non suo, sed hominum vitio contingit, qui vineta per avaritiam, vel inscitiam, vel negligentiam perdunt: qui, si cum scientia fociaverint diligentiam, omnes illos, qui fœnum suum & olera amplexantur, incremento patrimonii facile superarent. v. Cujac. 8 *ad Afric.* & Catonem, *c.* 2 *de re rustica.* & Varronem, *l.* 1. *c.* 7. 1 Hæc fraus dimidium non superat, & ita tolerabilis est. *l.* 10. *ff. de statuliberis.* 2 Verba sunt Triboniani, non Pauli. Cujac. 8 *ad Afric. fol.* 202. 3 *l.* 11. *in fin. ff. de neg.* 4 Compensatio qualitatum admittitur. 5 *l.* 4. *in fin. l.* 22. *l.* 34. *ff. eod.*

6 Et sic in diem, talis non est statuliber, sed quasi, *l.* 51. §. 3. *ff. de fideicomm.* Statuliber, si ei libertas obtigerit, nullum habet patronum: is cui obtigerit fideicommissaria, nullum habet duriorem vel ingratum. *l.* 24. *in fin. ff. de fideicomm. libert.* Cujac. 8 *ad Africanum.* 7 Et suo damno, *l.* 10. §. 1. *l.* 15. *l.* 24. *in fin. ff. de fideicomm. libert.* 8 Ut *dicit. l.* 24. §. *ult.* 9 Recusare sibi aliquem patronum. Nolle legatum, non idem quod repudiare, cum possit deliberare, hic notat Bald.

10 Legebantur apud Prætorem responsi jurisconsultorum, ut intelligerent, quid consuluissent, *ut hic.* vide & *l. un. C. Theod. de respons. prud.* ut & cautiones, *l. lect. ff. si certum.* 11 Habet enim electionem. *l.* 45. *in fin. ff. eod.* 12 Sed venditorem, id est, heredem. *l.* 45. §. *ult. ff. eod. & d. l.* 24. 13 Paulus ab opinione Ulpiani in sententiam Juliani declinat. *ff. eod.* 14 Quæ eam non liberavit, &c. *Hal.* 15 *Al.* dicentis, manumissione non amitti eo modo ex empto actionem, *& ita vulgata.* 16 Manumissione ex empto actionem eo modo non amitti. *Haloand.*

17 Patronatus jus qui amittit, cum peculiariter ejus interfit, actionem habet ex empto. *Bart.* alias qui libertum habet, non dicitur locupletior: cum libertus non possit æstimari. *l.* 5. *in fin. ff. de præscript.* 18 Empti judicium non tantum pretium, sed & id, quod interest emptoris, continet. *l.* 70. *ff. de evictionibus.* 19 Non tamen ultra duplum, *l.* 44. *ff. eod.* nisi dixeris hujus legis, & *l.* 44. & 45, casum esse specialem, quia retentione emptor in servo manumisso uti non potuit.

20 *Al.* excessisse. 21 *Sub.* mediocrium facultatum, *l.* 44. *ff. eod.* qui non possit emptori refundere tantos sumptus, ac meliorationes. *l.* 27. *l.* 28. *ff. de rei vind.* 22 Dic idem, si librarius aut pictor. *l.* 28. *ff. de rei vindic.* 23 *Agitatores*, inter servos pretiosos numerati & habiti. vide tamen *l.* 4. *C. de spect.* 24 *l.* 25. §. 1. *ff. de oper. libert.* de agitatoribus & pantomimis vide quæ notavi ad *l.* 4. *C. de spectac. lib.* 11. *tit.* 40. 25 Vel pictorem librarium. *l.* 28. *ff. de rei vindicat.* 26 Extremus primorum Horatiis mediocris patrimonii. *l.* 25. *ff. de oper. libert.*

27 Evicta re interesse impensarum ab emptore factarum, extra judicium &c. (nam judiciales victus victori universis præstare debet, *l.* 79 *ff. de judiciis.*) non debet excedere duplum pretii conventi vel communis, *l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. in princ.* nisi agatur contra scientem. *l.* 45. §. 1. *in fin. ff. eod.*

28 *l.* 2. *ff. de evict. l. quod si nolit.* 31. §. *quia assidua.* 20. *ff. de actilitio.* id est, quanti res empta est, tantum solvit venditor emptori: ut duplum hic non sumatur extra pretium rei, Cujacius *in l.* 8 *ad Africanum.* id est, cum pretio tantundem solvit. Hanc enim significationem duplum habet in victionibus, *l.* 46. *l.* 56. *ff. de evict.* nisi aliud conveneriti; potest enim conveniri de triplo & quadruplo. *l. si dictum.* 56. *ff. de evict. l. si curator.* 5. *ff. de jure fisci. l.* 4. *in fin. ff. si quis cautionibus idem ibidem.*

29 *Agitasse* est, respondisse: verbum Africano usitatum, *l.* 19. §. 1. *ff. ad Velleianum.* qui & sæpe quoque Juliani auctoritate utitur, *ut hic.*

30 *l.* 65. *l.* 70 *ff. de evict.* Imo non minuitur. *l.* 64. *ff. de evict.*

31 Ut è contrario non augetur quantitas evictionis, si res melior fuerit effecta. *l.* 64. *ff. de evict.* Hinc collige, Quoties agitur ex empto de evictione, æstimationem spectari rei, quo tempore res evincitur, *ut hic.* secus si ex stipulatione ageretur re evicta. Bartol. *hic.*

32 *l.* 14 *ff. communi. divid. l. sumptus.* 48. *ff. de rei vindic. l. Paulus respondit.* 14. *ff. de doli except. item. l.* 16. *C. de evict. l. si fidejussor.* 29. §. 1. *ff. mandati.*

33 Vide *l.* 16. *C. de evictionib.* atque ita utitur retentione. *l.* 14. §. 1. *ff. commun. divid.* 34 Imo pertinet. *l.* 43. *l.* 44. *l.* 45. *ff. eod.*

35 Imo non idem dicendum in servo, quod in area. *l.* 27. *in fin. ff. de rei vindic.* Solve: idem dicendum, si dominus habet, quod solvat: secus, si non habet. 36 Evinci in serviturem & libertatem differunt. Cum servi evincuntur in libertatem, emptor relatione uti non potest: cum in servitutem, uti potest relatione. 37 V. *l.* 1. *C. de insantib. expos.* 38 *l.* 13. *ff. eod.* 39 Id est, etiam ultra duplum. quod notari debet. 40 De qua in *l.* 43. *vers. item quæro, Arescusa.* 41 Potest enim eligere, *l.* 25. *ff. de fideicommissariis*: ideo posse nolle dicitur, *l.* 43. *ff. eod.* nam ut nolle possit, debet posse velle. vide *l.* 3. *ff. de reg. jur.* 42 Dominium accedens venditori, prodest emptori.

43 Id est, rem tradere & ea facere, quæ in venditione desiderari solent & exigi. *Accurs.*

44 Venditor scilicet. 45 Ab emptore sc. 46 *Materia* quid esset, dixi ad *l.* 72. *ff. de usufr.*

47 Id est, tradendas, ut emptori materias, puta lignum vel lapides venderet. 48 Præstiterit, *vulgat.* repræsentaverit. Cujac. 3 *obs.* 15. us in *l.* 22. *ff. ad Trebell. Repræsentare*, est exhibere vel præmature dare. idemque paulo post *ff. eod.* neque heres ejus reliquam materiam exhibuerit. Verum idem Cujac. *c.* 13. *obs.* 35. ab ea emendatione discedit, & verbum *præstandi* amplectitur: nam ut Plauto & Catoni, & nostris auctoribus, resolvere, est rem solvere; ita *præstare*, est rem præstare, *ut l.* 6. *ff. quod cum eo.* 49 *Testator* hic accipitur pro defuncto: nec enim ulla hic causa testamentaria est.

50 *Committit in pœnam*, qui in stipulationem pœnalem, cui pœna sit adjecta, committit.

51 Quid, si heres reliquam partem mulieri exhibuerit, seu tradiderit, post tempus, cum purgaret moram, ut ne pœnam conventam præstaret? non purgaret, *l. magnam.* 12. *C. de contr. stipul. l. trajectitiæ.* 23. §. *de illo. ff. de obligat. l.* 2. *C. de jure emphyteut.* hoc est, tametsi heres post moram offerret, tamen pœnam ejus præstat, *ut hic.* at non ita, quod interest: oblatio hæc pœnam conventam non sistit, sed id, quod interest tantum: non pœnam, quia in contractibus ubi dies est, & pœna, lapso die mora purgari non potest. Stipulationem inter contrahentes ita placitam lex non potest immutare, nisi cum magna fraude stipulatoris. vide Alciat. 8 *Resp.* 4. 52 Vendita res si non traditur, agi potest, & in pœnam pactitiam, seu promissam, & ad pretium recipiendum cum usuris, si id pretium accepit emptor ab alio sub usuris, *ut hic.* Atqui pœnam & usuram simul præstare, id in fraudem legitimarum usurarum esse videtur: quia & majores nemo recte stipulari possit. *l. cum allegat.* 15. *C. de usuris.* Sed utrumque hic simul petitur, cum ad res diversas referatur. Petit itaque pœnam ex stipulatione: pretium, actione ex empto: pretii usuras, officio judicis. 53 Sub usuris scilicet, ut venditori pretium lignorum solveret. 54 *l.* 52. §. 1. *ff. eod.* 55 Actione ex stipulatu.

56 Quæ emptori competit, præter superiorem ex stipulatu. Hinc colligit Bartolus, stipulationem pœnalem non perimere (cum ex empto agi possit) actionem descendentem ex contractu venditionis, & ita non novare. 57 Id est, ob moram commissam à venditore. 58 Hinc constat emptorem, & rem ipsam à venditore petere posse, & usuras pretii illati, si pretium a tertio, solvendi causa, sub usuris accepit. vide Bald. ad *l.* 4. *C. eod. qu.* 4. & ad *l.* 2. *C. de usuris.* 59 Vid. in hanc legem Leonin. *lib.* 3 *emend. c.* 20. *n.* 1. & Innocent. in *cap. finali. extr. de empt. & vend.* Anf.

60 His enim jura fundi declarantur ac demonstrantur. 61 Sed & instrumenti descriptionem ei permittere, *l.* 15. *ff. de rebus auctor.* vide quæ notavi ad *l.* 4. *ff. familiæ.* adde *l.* 52. *ff. eod.*

62 Facit exemplum Cannii & Pythii apud Cicer. 3 *off.* 63 Officium judicis mercenarium extinguitur sorte soluta. *Bald.* 64 Soluta sorte, usuræ debitæ ob moram post sententiam eodem tempore cedentem, *l.* 4. *C. depositi. l. ult. in fine princ. C. de usur. rei judic.*) non petuntur, *ut hic. Synops. eod. cap.* 42. 65 *l.* 8. *ff. quod certo loco.* Hinc colligunt, officium judicis non præsupponere vel fingere obligationem vel actionem, adde *l.* 3. *in fin. ff. de annuis.* idque in restitutionibus concedendis apparere, *l.* 17. *in fin. l.* 24. *in fin. ff. de minor.* adde *l. dedudta.* 58. §. *accepta. ff. ad Trebell. l. quæro.* 84. *in fin. ff. locati.* 66 Emptio & venditio contractus est bonæ fidei: Unde notant fide sua emptore soluto venditorem fide sua liberari, ut si unus alteri fidem servare non cogatur, alter alteri quoque eandem servare non teneatur. 67 Emptor si quo beneficio pretium solvere non cogitur, nec cogitur venditor ad rem emptori tradendam. 68 An restitutionis, aut quod jus iniquum impetravit, ut Accursius fentit? an acceptilationis, ut Bartol. *l. ult. ff. de acceptilationibus?* An potius novarum tabularum, quibus debitum ei remittitur, ut hunc locum accepit Cujac. 11 *observ.* 40.

69 Venditor eam amittat, utpote, &c. *Haloand.*

70 Sed sua est, Restituto minore adversus venditionem, venditor non modo ei rem præstare non cogitur sine pretio, *l.* 35. §. 1. *ff. de minoribus.* sed & traditam repetere potest. *l.* 27. §. 1. *ff. de minoris.* perinde ac si neque vendidisset, neque tradidisset, *ut hic.* At, inquies, minore restituto fidejussores ejus non jurari, perinde ac si nunquam fidejussissent, sed eos creditori minoris adhuc adstringi. *l.* 1. 2. *C. de fidejussor. minor. l.* 13. *ff. de minor. lib.* Ista non pugnant invicem: siquidem hæc lex restituto minore restituit & ejus adversarium: Leges autem superiores restituunt minorem, non ejus fidejussorem, quia de nece ejus detrimento tertii, puta creditoris, agitur, in quem, etiam si dolo cum minore contraxit, *l.* 7. §. 1. *ff. de exceptionibus. l.* 2. *in fine. C. de fidejussoribus minor.* etsi nihil illi deperit restituto minore, fidejussor restituitur, ut in casu *l.* 89. *ff. de adquirendæreditate.*

71 Et sic, cum certo die ac certo loco tradi vinum oporteret, nullus interfuerit.

72 Emptoris mora tollit effectum moræ venditoris. Vel ita, in pari, hoc est, ejusdem temporis, mora emptoris & venditoris, deterior est agentis conditio: in successiva, ultima mora nocet.

73 Mora emptoris seu debitoris non inspicitur, cum venditor, id est, creditor, est in mora. Bart. *l.* 17. *ff. de periculo.*

74 Nisi ipse venditor dolo fecerit: atque ita mora posterior (puta ab emptore admissa, post moram venditoris) nocet; *ut hic.* nisi dolus adversarii interesserit. *ff. eod. in fin.* 75 Quandoque *pro* quandocunque. 76 Mora ultima quando, & cui noceat, dixi ad *l.* 17. *ff. de periculo & commodo.* 77 *Antapocha* hic videtur definiri. Est autem antapocha chirographum tributi à debitore retro soluti. adde *l.* 2. *C. de cond. ex lege.* atque ita dominus per antapocham probat tributum sibi deberi. 78 Propter tributa non soluta potest fieri venditio fundi. *C. si propt. public. pensitat. venditio fuerit celebrata. & C. de capiend. & distrahend. pignor. tribut. causa. lib.* 10. *tit.* 21. 79 Conductor seu collector tributorum alicujus provinciæ vel syndicus villæ, vel castri, qui collectam pro omnibus castri sui solvere cogitur, possessionem non solventium potest vendere. *Bart.* ut qui emit vectigal vel fructus, reditus & proventus vectigalium à communi, videatur emisse pœnas transgressorum sive contumacium. *Cynus.* seu mulctas eorum, qui tenentur solvere vectigal, *l.* 60. §. 8. *ff. locati.* eoque casu sive cessæ sint actiones, sive non; tacite tamen videntur cessæ actu ipso emptionis & venditionis. Bald. ad *l.* 17. *C. de usuris.*

80 *Saltus*, pascua, loca pastionibus addicta, *l. penult.* §. 1. *ff. si servitus. l.* 25. *ff. de pignorat. l.* 8 *ff. de instructo.* Varro 4 *de lingua.* Quos agros non colebant propter sylvas, aut id genus, ubi pecus pasci posset, & possidebant, ab usu suo saltus nominarunt. Ælius Gallus apud Festum *in Saltum*, Saltum definit ubi sylvæ & pastiones sint, quarum causa casæ quoque ibi sunt: si qua particula in eo saltu, pastorum aut custodum causa aratur, ea res non perimit nomen saltus, non magis quam fundi, qui est in agro culto: & ejus causa habet ædificium, si qua particula in eo habet sylvam. Cætera vide in *l.* 19. §. 1. *ff. locati.* 81 Venditor cogitur emptori exhibere instrumenta, quæ ad defensionem rei venditæ pertinent. adde *l.* 48. *in fin. ff. eodem.* vide *l.* 6. *ff. de fide instrum. & l.* 5. *ff. famil.* 82 Æstimatam dotem accipiens maritus, ad eam agit actione ex empto, *ut hic.* quasi videatur emisse. adde *l.* 1. *C. de jure dotium. l. ex conventione.* 11. *C. de pactis. l. quoties.* 16. *ff. de jure dotium.* 83 Heres sc. *l.* 47. *ff. eod.* 84 Vide *l.* 41. *ff. de contr. empt. l.* 5. *C. de evictionibus.* Si filia ab hereditate patris se abtineat, debet dotale prædium ab herede defendi. *Bart.*

85 *Liber fundus* præstatur, cum nemini obligatus est. 86 De *militiæ* venditione. vide *l.* 27. *C. de pignor. Nov* 53. *c.* 5. Cæterum *militia* est officium eorum, qui in aliqua schola inter statutos relati sunt, & ab ea salarium accipiunt. 87 Id est, a collegio, aut corpore aliquo, puta advocatorum: & sic militiarum salarium non à sola Principis liberalitate promanat, ut ait *Nov* 53.

88 Injunctam molibus jactis pilam constituit. *Halo.* 89 Domum qui vendit vel legat, uti à se venditore & testatore possessa est, *l.* 1. *ff. de servit. leg.* & ideo pilas & columnas extra domum ei conjunctas, vel adjacentes, vendere, vide *l.* 38. *in fin. ff. eod.* legue intelligitur, *l.* 41, §. 6. *ff. de leg.* 3. omnia denique quæ ibi fuerunt, quibusque domus fuerit instructior. *l.* 91. §. 1. *ff. de leg.* 3.

90 Facit *l.* 30. *ff. de acquir. rer. domin.* 91 Ut *l.* 58. *in princ. ff. locati.* 92 Imo, ut dictum non sit, videtur accedere. vide quæ notavi ad *l. ult. ff. de jure fisci.* 93 *Sub.* a quocunque: & in eo erravit Labeo. 94 A Paulo in tribus notari Labeonem hac lege observa. 95 *Uno nomine* insulam locat, qui totam locat, ut *ff. eod.* nec cum veteribus quibusdam hic legas, *tuo nomine.*

96 Vendit æ insulæ qui mercedem accessuram dicit, de mercede fibi debita a primo conductore cogitasse intelligitur, non de mercede, quam primus conductor ab aliis secundis conductoribus relocando insulam stipulatus est. Potest enim conductor relocare insulam: & quidem ampliori mercede. 97 Bartolus id extendit ad facellum, ut si fundo vendito facellum cohæreat, venditum videatur, nisi aditum habeat ex publico. adde *l.* 43. *ff. de rei vindicat.* 98 Parum habet cautum, qui sibi parum cavit vel prospexit. 99 *l.* 10. *ff. de religiosis.* alias emptori cedere videtur, *l.* 24. *l.* 73. *in fin. ff. de contr. empt.* adde *l.* 30. *in fin. ff familiæ.* 100 Hic agitur de via publica dividente sepulchrum à fundo. *l. Attius.* 38. *ff. de adquir. rerum dominio.* Quippe via publica, finis est intra rem, non extra. *l. id quod.* 7. §. 1. *ff. de periculo.* 1 Vide *Romanum singul.* 27.

2 *Recipi* dicuntur, quæ excipiuntur. 3 Domum tibi vendidi ea lege, ut qui in ea habitant, habitationem habeant: in ea Titius mercede, Caius gratis, quinetiam & ego simul habitamus: Titio recte excepta est habitatio: quia licet regulariter nemo alteri stipulari possit (*l.* 38. §. 17. *ff. de verb. obligationib.*) fallit tamen in traditione rei suæ. *l. pen. C. ad exhibend.* An & Titio & mihi? nullo modo: Ut hinc constet, in generali exceptione non comprehendi personam loquentis. Accurs. Bart. *hic.* Quid, si nullus in ea domo præter me habitabat? id videtur intelligi, ut ipse venditor habeat jus inhabitandi. Bart. ad *l.* 72. (*quæ illi est* 73.) *ff. de legat.* 1. Nisi malis in tres casus totam hanc legem dividere. quorum primus hic fuerit: Venditor excipiens habitationem habitatoribus; aliis non sibi excepisse intelligitur: quippe in generali sermone non continetur persona loquentis. *l. inquisitio.* 18. *C. de solut.* 4 Gratuitam habitationem habentibus venditor habitationem excepisse non intelligitur, cum generaliter excipit habitatoribus habitationem. adde *l. Aquilius.* 27. *ff. de donat.* Ita fiet, ut qui gratuito habitent, specialiter excipi oporteat. Si tamen propius hanc legem considerabimus, satius dici fuerit eum generali exceptione habitatorum eos excipi quoque, qui gratis habitent: at non hac exceptione speciali, *aut quam quisque diem conductum habet*, gratuitos habitatores exceptos: Hac enim speciali antecedentem generalem restringi ad eos tantum, qui conductum habent, non ad eos, qui gratis habitant, pertinere: Nec enim qui gratis habitat, conductum habet.

rei venditæ & traditæ objiciat, ut perinde 70 habeatur, ac si petitor ei neque vendidisset, neque tradidisset.

De mora.

LI. IDEM lib. V Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

SI & per emptorem & venditorem mora 71 fuisset, quominus vinum præberetur & traderetur, perinde esse ait, quasi 72 si per emptorem solum stetisset *: non enim potest videri mora per venditorem emptori facta esse, ipso 73 moram faciente emptore.

§. 1. Quod si fundum emisti ea lege, *uti des pecuniam Kalendis Julii*, etsi ipsis Kalendis pecunia ei venditorem esset factum quo minus pecunia ei solveretur, deinde per te staret, quo minus solveres: uti posse adversus te lege sua venditorem *dixit* 74: quia in vendendo hoc ageretur, ut quandoque 75 per emptorem factum sit, quo minus pecuniam solvat, legis pœnam patiatur: Hoc ita verum puto, nisi 76 si quid in ea re venditor dolo fecit.

De instrumentis exhibendis. 1. *De prædio æstimato in dotem dato.* 2. *De militia.* 3. *De ripa domui venditæ junctæ.*

LII. SCÆVOLA lib. VII Digestorum.

CReditor fundum sibi obligatum, cujus chirographa 77 tributorum à debitore retro solutorum apud se deposita habebat, vendidit Mævio ea lege, *ut si quid tributorum nomine debitum esset, emptor solveret*: Idem fundus ob causam 78 eorum tributorum quæ jam soluta erant, à conductore 79 saltus 80, in quo idem fundus est, venit: eumque idem Mævius emit, & pretium solvit: Quæritum est, an empti judicio, vel aliqua actione, emptor à venditore consequi possit, ut solutionum suprascripturam chirographa [ei] dentur? Respondit, posse emptorem empti judicio consequi, ut instrumenta de quibus quæreretur, exhibeantur 81. §. 1. Prædium æstimatum 82, in dotem à patre filiæ suæ nomine datum, obligatum creditori deprehenditur: Quæritum est, an filius 83, qui hereditatem patris retinet, cum ab ea se filia abstinuisset, dote contenta, actione ex empto teneatur, ut à creditore 84 lueret, & marito liberum 85 præstaret? Respondit, teneri. §. 2. Inter venditorem & emptorem militiæ 86 ita convenit, ut salarium quod debeatur ab illa persona 87 emptori cederet. Quæritum est, emptor militiæ quam quantitatem à quo exigere [debet], & quid ex ejusmodi pacto venditor emptori præstare debeat? Respondit, venditorem actiones extraordinarias eo nomine, quas haberet, præstare debere. §. 3. Ante domum mari junctam, molibus jactis ripam 88 constituit: & *uti* 89 *ab eo possessa domus sunt*, Gaio Seio vendidit: Quæro, an ripa, quæ ab auctore domui conjuncta erat, ad emptorem quoque jure emptionis pertineat? Respondit, eodem jure fore venditam domum, quo 90 fuisset prius, quam veniret.

De mercede insulæ venditæ: de sepulchro non excepto. 2. *De habitatione excepta.*

LIII. LABEO lib. I Pithanon.

SI *mercedem* 91 *insulæ accessuram [esse] emptori* dictum est 92, quanti insula locata 93 est, tantum emptori præstetur. Paulus 94: Imo si insulam totam uno 95 nomine locaveris & amplioris conductor locaverit, & in vendenda insula *mercedem emptori cessuram* esse dixeris, id 96 accedet, quod tibi totius insulæ conductor debebit.

§. 1. Si eum fundum vendidisti, in quo sepulchrum 97 habuisti, nec nominatim tibi sepulchrum excepisti, parum 98 habes eo nomine cautum. Paulus: Minime, si 99 modo in sepulchrum 100 iter publicum transit. §. 2. Si 1 *habitatoribus habitatio* lege venditionis recepta 2 est, omnibus in ea habitantibus, præter 3 dominum, recte recepta habitatio est. Paulus: Imo, si cui in ea insula quam vendideris, gratis 4 habitationem dederis, & sic receperis, *habitatoribus, aut* 5 *quam quisque diem conductum habet*, patum caveris: nominatim enim de his recipi oportuit: itaque eos 6 habitatores emptor insulæ habitatione impune prohibebit.

De eo quod servus venditus fecit jussu venditoris. 1. *De dolio fundo accedentibus.*

LIV. IDEM lib. II Pithanon.

SI servus quem vendideras, jussu tuo aliquid fecit, & ex eo cruc 7 fregit, ita demum ea res tuo periculo non est, si id imperasti quod solebat ante venditionem facere, & si id imperasti quod etiam non vendito servo imperaturus eras. Paulus: Minime: nam si 8 periculosam rem ante venditionem facere solitus est, culpa tua id factum esse videbitur: puta enim eum fuisse servum, qui per catadromum 9 descendere 10 aut in cloacam dimitti solitus esset. Idem juris erit, si eam rem imperare solitus fueris 11, quam prudens & diligens paterfamilias imperaturus ei servo non fuerit. † Quid, si hoc exceptum fuerit? Tamen potest ei servo novam rem imperare, quam imperaturus non fuisset, si (non) venisset: veluti si ei imperasti, *ut ad emptorem iret, qui peregre esset*: nam certe ea res tuo periculo esse non debet: itaque tota ea res ad dolum malum duntaxat, & culpam venditoris, dirigenda est. §. 1. Si *dolia* 12 *octoginta accedere fundo, quæ insossa* 13 *essent*, dictum erit, & plura erunt, quam ad eum numerum, dabit emptori ex omnibus, quæ vult, dum 14 integra det: si sola octoginta sunt, qualiacunque emptorem sequentur, nec pro non integris quicquam ei venditor præstabit.

De servo qui est apud hostes.

LV. POMPONIUS lib. X Epistolarum.

SI servus, qui emeretur vel promitteretur, in 15 hostium potestate sit, Octavenus magis putabat, valere emptionem & stipulationem: quia inter ementem & vendentem esset commercium: potius enim difficultatem 16 in præstando eo inesse, quam 17 [in] natura: etiam si officio 18 judicis sustinenda esset ejus præstatio, donec præstari possit.

Accursio credimus, cursus fluentium erit. Budæus *decursorium* ad verbum interpretatur. Hinc Tranquillus, *in Nerone*, *c.* 11. Nobilissimus eques Romanus elephanto superfedens per catadromum (quod etiam Græci hippodromon, Galli *liceas* & *torneamenta*, vocant) decucurrit. Sed cum catadromus nihil habeat commune cum cloaca, servus cum decursione equestri, mendum hic ideo esse putat Alciatus, 1 *Parerg.* 20. & ex quarto Pollucis 19 decursionem gruis sic dictam scribit, cum ex sublimi theatri parte, per machinam quis delapsus, aliquem rapit & sursum secum asportat, ut cum Aurora Memnonem rapiebat, Jupiter Ganymedem; metaphora sumpta a gruibus, quæ in terram descendunt, subripiendi alicujus lapidis causa. Hinc grus machina Vitruvio, qua architecti saxa ingentia sublevant. Verum Turnebus 27 *adverf.* 18. *in fin.* catadromum funem intelligit, qui summo theatro alligatus, declivis ad imum theatri pertingebat solum, defigebaturque; per quem descendere maximi periculi & artis, atque adeo miraculi erat: hinc Dio, ὅτι δὴ ἡ ἱλιγξις ἀνέῤῥηξε τὸν ἀνωτάτην τοῦ θεάτρου λῆξιν, ἣ ἐκάθητο ἐπὶ χρυσίου καλλιστεύων ἀνωκάτην φέρων. *hac ille.* Sed nos aliquando certius hunc locum explicabimus. V. interim Græcos in *l.* 4. §. *ad l. Aqu.* qui hunc locum aceipiunt de filio, qui servum meum jussit, τὸν σκαλωσίαν, scalationem quandam periculosam conscendere: vel κλίβανον δόδον τινὰ τῶν μιλήτων. *l.* 3. *l.* 6. *C. de Metallariis.* 10 Facit *l.* 3. §. 1. *ff. de servo.*

11 Culpa est, si quis imperet servo, quod prudens & diligens paterfamilias non sit imperaturus. 12 Dixi ad *l.* 27. *ff. eod.* 13 Vide *l.* 18. *ff. eod. l.* 76. *ff. de contr. empt.* 14 Venditor dolia octoginta infossa vendidit. Si plura fuerint, octoginta dabit, sed ea tamen integra: si tantum octoginta sint; qualiacunque ea fuerint præstando liberabitur. 15 *l.* 9. *l.* 38. *l.* 104. §. 2. *ff. de legat.* 1. *l.* 103. *ff. de verb. oblig.* 16 *Difficile* & *impossibile* differunt, *ut hic. & leg. cum heres.* 4. §. 1. *ff. de statuliber.* Impossibile, in re ipsa: Difficile, in persona: Unde Aristoteli definitur, Difficile λέγεται, ἡ καλῶς χρῆσθαι, hoc est, id esse quod summo labore vel prolixo tempore fit. Impossibile id efficit, ut ne stipulatio committatur: at non difficile. Difficultas non facit inutilem stipulationem, *ut hic. l.* 2. §. *ex hoc ff. de verb. oblig.* Impossibilitas inutilem facit. 17 Facit *l.* 137. §. 4. *ff. de verb. oblig.* 18 Officio judicis dantur dilationes. Dantur autem justa ex causa, donec recte negotium possit expediri.

TIT. II.

LOCATI 1 CONDUCTI 2.

Cujus juris est locatio, & quomodo contrahitur.

1. PAULUS lib. XXXIV ad Edictum.

LOcatio & conductio, cum naturalis 3 sit, & omnium 4 gentium, non verbis 5, sed consensu 6 contrahitur: sicut 7 emptio & venditio.

Collatio locationis & emptionis.

II. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum.

LOcatio & conductio proxima 8 est emptioni & venditioni: hiisdemque 9 juris regulis constitit. Nam ut emptio & venditio [ita] contrahitur, si de pretio 10 convenerit: sic 11 & locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede 12 convenerit.

§. 1. Adeo autem familiaritatem 13 aliquam habere videntur emptio & venditio, item locatio & conductio, ut in quibusdam quæri soleat 14, utrum emptio & venditio sit, an locatio & conductio: ut ecce, si cum aurifice [mihi] convenerit, *ut is ex auro suo annulos mihi faceret certi ponderis, certæque formæ*, & acceperit (verbi gratia) trecenta: utrum emptio & venditio sit, an locatio & conductio? Sed placet 15, unum 16 esse negotium, & magis emptionem & venditionem esse. Quod si ego aurum dedero, mercede pro opera constituta, dubium non est, quin locatio & conductio sit.

De æstimatione.

III. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

CUm fundus locetur, & æstimatum instrumentum colonus accipiat, Proculus ait id 17 agi, ut instrumentum emptum habeat colonus: sieuti 18 fieret, cum quid æstimatum in dotem daretur.

De

1 IV C. LXV. & 20. *Eclog.* 1. adde 11 *C.* 70. 71. & 3 *Inst.* 25. & 2 *Extrav.* 18. & 3 *Harm.* 8. & *Paul.* 2 *sentent.* 18. Huc referre visum est, perpetuam locatoris & conductoris differentiam non fumi ab eo, qui dat aut accipit; Magis perpetua erit, si dixerimus *locatorem* esse eum, qui rem (puta domum) vel se utendum (puta professorem aut magistrum) præbet: *conductorem*, qui rem ab alio accipit utendam. vide Cujac. 2 *observ.* 28.

2 De conducti actione v. *l.* 15. *ff. eod.*

3 Naturalis locatio est, hoc est, contractus locationis, jure naturali, quod & gentium, inductus est.

De

4 *l.* 5. *ff. de justitia.*

5 Tantum, ut stipulatio. *l.* 1. §. 7. *ff. de obligationibus & actionibus.* 6 *l.* 2. *ff. de obligationibus & actionibus.* 7 Locationis cum venditione, conductionis cum emptione, similitudo quædam est. adde *l.* 2. *ff. eod.* 8 Nam in utraque intervenit pretium. *l. ultim. in fin. ff. de leg. Rhodia. l.* 10. *in fin. ff. de adqu. poss.* Pretium locationis, interduin merces (ut in operis, Græci μισθὸν, interdum pensio, redactus, ut in prædiis, Græci pretium habitationis, ἐνοίκιον ἢ στεγανόμιον. *Novell.* 43. 88. 120. *Harmenop.* 3. *Epitom.* 8. Clem. Alexand. 1 *Stromaton.* τῷ μὲν ναυκλήρῳ δ' ἂν λέγοιμεν ναῦλον· τῷ δὲ τελώνῃ, τέλος· ἢ ἐνοίκιον μὲν τῷ φαμίλῃ, μισθὸν δὲ τῷ διδασκάλῳ, ἢ τῷ σιτηρεσίου λαβόντι. Cujac. 4 *observ.* 26. 9 Differunt tamen: nam in venditione, traditio: in locatione factum venit. *Bart.*

10 Pretium in emptione & venditione requiritur: neque emptio est aut venditio sine pretio. Ita pretium nota est emptionis. 11 Pretium in vendítione præstatur pro ipsa re: in locatione & conductione, merces præstatur pro usu rei: Ita fit, ut ex quantitate pretii, contractus locationis à venditione distinguatur. Pretium enim majus datur pro ipsa re & in emptione, quam pro usu rei in conductione. 12 Tria sunt substantialia hujus contractus: consensus, *l.* 1. *ff. eod.* merces seu pensio, *ut hic.* res quæ locatur. *l.* 20. *ff. de contr. empt.* Quid? merces, qua in re esse debet? id pecunia numerata. *l. naturalis.* §. *at cum do.* 2. *ff. de præscriptis.* Quid, si in frumento? si convenit quotam fructuum dares (puta tertiam, quartam) locietas est, *l. si mercet.* 25. §. *vis major.* 6. *ff. eod. l. cum duobus.* 52. §. 2. *versic. si in communa. ff. pro socio.* si ut certam mensurationem seu mediationem, contractus est innominatus, & agitur præscriptis verbis. *l.* 3. *ff. de præscriptis verbis. l. si olei.* 21. *C. eod.* Merces quoque in locatione certa esse debent. *l.* 52. *ff. de donat. inter virum.*

13 Familiarium eadem pene jura sunt: alia ab aliis vix distinguuntur. 14 Ut *l.* 65. *ff. de contrab. empt.* 15 Id est, cum pecuniæ loco rem aliquam tradis & dominium in me transfers, emptio: si nudas operas, locatio erit. 16 *Unum negotium*, sin hic proprium est negotium, aut proprius contractus ex se, qui ab aliis sit sejunctus? An potius hic legendum est, *Sed placet primum negotium magis emptionem & venditionem esse*? Nam duæ species hic proponuntur, quarum prior, venditio: altera, locatio est? 17 Siquidem æstimatio, emptio est. vide *l. un. ff. de æstimatoria.* 18 Æstimata quæ quis in dotem accipit, empta ea habere intelligitur, hac l. & *l.* 10. §. 5. *ff. de jure dotium.*

De voluntate & morte locatoris ejusque qui precario concessit.

IV. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

LOcatio precariive rogatio ita facta, *quoad* [19] *is, qui eam locasset, dedisset ve, vellet* [20], morte [21] ejus qui locavit, tollitur.

De pensione remissa.

V. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

SI tibi habitationem locavero, mox pensionem [22] remittam [23], ex locato & conducto agendum erit.

De eo quod conductor furti actione consecutus est.

VI. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

IS qui rem conduxerit [24], non [25] cogitur restituere [26] id, quod rei nomine furti actione consecutus est.

De locatione alienæ insulæ per plures personas ambulante.

VII. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

SI tibi alienam insulam locavero quinquaginta, tuque eandem sexaginta Titio locaveris, & Titius à domino prohibitus fuerit habitare, agentem te ex conducto, sexaginta consequi debere placet: quia [27] ipse Titio tenearis in sexaginta.

VIII. TRYPHONINUS lib. IX Disputationum.

NOs videamus, ne non sexaginta præstanda, nec quinquaginta sint, sed quanti interest perfrui conductione: tantumdemque consequatur medius, quantum præstare debeat ei qui à se conduxit: quoniam emolumentum conductionis, ad comparationem uberioris mercedis computatum, majorem efficit condemnationem: & tamen primus [28] locator reputationem [29] habebit quinquaginta, quæ ab illo perciperet, si dominus insulæ habitare novissimum [30] conductorem non vetuisset. Quo jure utimur.

De evictione prædis locati. 1. De morte fructuarii, qui locavit. De ædificio exusto. 2. De vi majore. 3. De igni innocente habendo. 4. De grege abacto. 5. De imperitia. 6. De acquisitione rei conductæ.

IX. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

SI quis domum bona fide emptam vel fundum locaverit mihi, isque sit evictus sine dolo malo culpaque ejus, Pomponius ait, nihilominus eum teneri ex conducto ei qui conduxit: *ut* [31] *ei præstetur, frui quod conduxit licere.* Plane, si dominus non patitur, & locator paratus sit [32] aliam habitationem non [33] minus commodam præstare, æquissimum esse ait, absolvi locatorem. §. 1. Hic subjungi potest, quod Marcellus lib. VI Digestorum scripsit: si fructuarius [34] locaverit [35] fundum in quinquennium, & decesserit, heredem ejus non teneri, ut frui præstet: non magis quam insula [36] exusta teneretur locator conductori. † Sed an ex [37] locato teneatur conductor, ut [38] pro rata temporis, quo fruitus est, pensionem præstet, Marcellus quærit: quemadmodum præstaret, si fructuarii servi operas conduxissent vel habitationem? Et magis admittit, teneri eum: & est æquissimum. † Idem quærit, si sumptus [39] fecit in fundum, quasi quinquennio [40] fruiturus, an recipiat? Et ait, non recepturum: quia [41], hoc evenire posse prospicere [42] debuit [43]. † Quid tamen, si non quasi fructuarius ei locavit, sed [si] quasi [44] fundi dominus? Videlicet tenebitur: decepit enim conductorem: Et ita Imperator Antoninus cum Divo Severo rescripsit. † In exustis quoque ædibus, ejus temporis, quo ædificium sterit, mercedem præstandam rescripserunt. §. 2. Julianus lib. XV Digestorum dicit: Si quis fundum locaverit, *ut etiam si quid vi* [45] *majore accidisset, hoc ei præstaretur*, pacto standum esse.

§. 3. Si colonis prædiorum lege locationis, *ut innocentem* [46] *ignem habeant*, denunciatum [47] sit, siquidem fortuitus casus incendii causam intulerit, non præstabit periculum locator: si vero culpa locatoris [48], quam præstare necesse est, damnum fecerit, tenebitur.

§. 4. Imperator Antoninus cum Patre, cum [49] grex esset abactus, quem quis conduxerat, ita rescripsit: *Si capras latrones citra tuam fraudem abegisse probaris* [50] *potest, judicio locati* [51] *casum præstare non cogeris: atque temporis* [52], *quod insecutum est, mercedes ut indebitas recuperabis* [53]. §. 5. Celsus etiam imperitiam [54] culpæ adnumerandam libro VIII Digestorum scripsit: si quis vitulos pascendos vel sarciendum quid poliendumve [55] conduxit, culpam eum præstare debere: & quod imperitia peccavit, culpam esse: quippe ut [56] artifex (inquit) conduxit. §. 6. Si alienam domum mihi locaveris, eaque [57] mihi [58] legata vel donata fit, non tenen me tibi ex locato ob pensionem. Sed de tempore præterito videamus, si quid ante legati diem pensionis debetur? Et puto solvendum.

X. JULIANUS lib. III ad Fetocem.

ET ego ex conducto recte [59] agam, vel in hoc, *ut me* [60] *liberes.*

De culpa eorum quos conductor in fundum induxit. 1. De igne. 2. De deterioratione. 3. De depositione rei conductæ ob controversiam proprietatis. 4. De fœno in villa urbana non componendo.

XI. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

VIdeamus, an & servorum culpam & quoscunque induxerit, præstare conductor debeat? & quatenus præstat, utrum ut servos noxæ dedat, an vero suo nomine teneatur? & adversus eos quos induxerit, utrum præstabit tantum actiones, an quasi ob propriam culpam tenebitur? Mihi ita placet, ut culpam etiam eorum quos [61] induxit, præstet suo nomine, etsi nihil convenit: si tamen culpam in inducendis admittit, quod tales habuerit, vel suos [62], vel hospites: Et ita Pomponius libro sexagesimo [tertio] ad Edictum probat. §. 1. Si hoc in locatione convenit, *ignem* [63] *ne habeto*, & habuit, tenebitur, etiamsi fortuitus [64] casus admisit incendium, quia non debuit ignem habere: Aliud [65] est enim *ignem innocentem* [66] *habere*: permittit enim habere, sed innoxium ignem.

§. 2. Item, prospicere debet conductor, ne aliquo vel jus rei, vel corpus deterius faciat vel fieri patiatur [67]. §. 3. Qui *vinum de Campania transportandum* conduxisset, deinde, mota à quodam controversia, signatum [68] suo & alterius sigillo in apothecam deposuisset [69], ex locato tenetur, ut locatori possessionem vini sine controversia *reddat [70]*, nisi culpa conductor careret. §. 4. Inter conductorem & locatorem convenerat, *ne* [71] *in villa Urbana fœnum componeretur*: composuit: deinde servus igne illato [se occidit [72]]: Ait Labeo, teneri conductorem ex locato: quia ipse causam præbuit, inferendo contra conductionem.

XII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

SEd etsi quilibet extraneus ignem injecerit, damni locati habebitur ratio.

De cisio everso. 1. De nave submersa. 3. De servo peregre ducto. 4. De magistro qui discipulum percussit. 5. De gemma fracta. 6. De vestimentis rosis vel permutatis. 7. De conductore qui migravit. 8. De mensuris jussu magistratus fractis. 9. De duobus reis. 10. De relocatione. 11. De tacita renovatione conductionis.

XIII. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

ITem quæritur, si cisiarius [73], [id est, carrucarius [74],] dum cæteros [75] transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit vel occidit? Puto ex locato esse in eum actionem: temperare enim debuit: sed & utilis Aquilia [76] [ei] dabitur. §. 1. Si naviculario onus Minturnas vehendum conduxerit [77], &, cum flumen [78] Minturnense navis ea subire non posset, in aliam [79] navem merces transtulerit, eaque navis in ostio fluminis perierit, tenetur primus naviculario: Labeo, si culpa caret, non teneri ait: cæterum si vel invito domino fecit, vel quo non debuit tempore, aut si minus idoneæ navi * imposuit * [80], tunc ex locato agendum. §. 2. Si magister [81] navis sine [82] gubernatore [83] in flumen navem immiserit, & tempestate orta temperare non potuerit, & navem perdiderit, vectores habebunt adversus eum ex locato actionem. §. 3. Si quis servum docendum [84] conduxerit [85], eumque duxerit [86] peregre, & aut ab hostibus captus sit, aut perierit, ex locato esse actionem placuit: si [87] modo non sic conduxit, *ut & peregre duceret.*

§. 4. Item Julianus libro octogesimosexto Digestorum scripsit, si sutor [88] puero parum bene facienti forma [89] calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur [90], ex locato esse actionem patri ejus: quamvis enim magistris levis castigatio concessa sit, tamen hunc modum non tenuisse: Sed & de Aquilia [91] supra diximus. Injuriarum autem actionem competere, Julianus negat [92]: quia non injuriæ faciendæ causa hoc fecerit, sed præcipiendi. §. 5. Si gemma [93] includenda [94] aut insculpenda data sit, eaque fracta sit, si quidem vitio materiæ factum sit, non exit ex locato actio: si imperitia [95] facientis, erit: Huic sententiæ addendum est, nisi periculum [96] quoque in se artifex receperat: tunc enim, etsi vitio materiæ id evenit, erit ex locato actio. §. 6. Si fullo vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint [97], ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cavere [98]: & si [99] pallium fullo permutaverit, & alii alterius dederit, ex locato actione tenebitur: etiamsi ignarus fecerit. §. 7. Exercitu veniente [100] migravit conductor: deinde hospitio milites fenestras, & cætera sustulerunt: Si domino non denunciavit [1], & migravit, ex locato tenebitur: Labeo autem si resistere [2] potuit, & non restitit, teneri ait: Quæ sententia vera est: Sed [&] si denunciare non potuit, non puto eum teneri. §. 8. Si quis mensuras conbuerit: deinde servus ejus aut extraneus ignem intulerit & succenderit, ex pacto actioni locus est.

---

19 Locatio valet ita concepta, *quod ad voluero, res locata tibi sit.*

20 Quid si ita fuerit concepta: *locatis erit, quoad eam revocavero?* Baldus *post Cynum & Ray.* notat, morientem in hac specie non revocare. *l. cum precario.* 12. ff. *de precario.*

21 Tunc enim velle desiit. adde *l.* 9. ff. *qui sine manumiss.* Morte finitur voluntas, ejusve continuatio. vide tamen *c. si gratiose. de rescriptis. in* 6. Goth. Pro novo intellectu hujus l. vid. Bart. in *l. & aqua. circa fin. ff. de jurisdict.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.* 60. *n.* 18. & 20. Bald. *l.* 1. *num.* 5. *C. commodati.* Ans.

22 Ut *l.* 16. ff. *de liberatione.*

23 *Sub.* ex justa causa.

24 Vel commodaverit, *l. ult.* §. 3. *C. de furtis.* secus est in creditore. *l.* 22. ff. *de pignorat.* In hunc locum vide Cujac. 8 *obs.* 39.

25 Cur ita? Quas utilitates ex re conducta percipit conductor, eas non restituit locatori, ex natura ipsius contractus: omnis enim utilitas rei, conductoris est.

26 Pœnam sibi dependsam.

27 Conductor Impeditus uti frui, non modo à locatore mercedem conventam, numeratam forte, repetit, sed & eo amplius mercedem ab eodem exigit, quam relocando, ab aliis sibi stipulatus est: Imo & id quanti interest sua perfrui conductione, *ut hic. & l.* 8. ff. *eod.*

28 Et sic locator conductori tenetur ad interesse, ut *l. sequi.*

29 Exoneration em. *l.* 15. §. 7. adde *l.* 30. §. 1. ff. *eod.*

30 Id est, ultimum.

31 Hac formula utitur conductor adversus locatorem. Conductor ita agit ad factum adversus locatorem, *ut ei præstetur uti frui licere domo conducta.* 32 Locator præstans conductori domum, æque idoneam uti est, quæ locata conductori fuit, & evicta, liberatur, ut *l.* 60. ff. *eod.* 33 An ea ratio locum habitura est in emptore & venditore? non ita. vide *l.* 42. ff. *de act. emp.* An & in fidejussoribus? vide *l.* 25. *in fin.* ff. *de arbitris.* dixi plenius in *l.* 45. §. 2. ff. *mandati.* 34 Usufructuarius ædes fructuarias locare potest: quo mortuo heres fructuarii non tenetur conductori, ut ei præstet uti frui: quippe usufructus ea natura est, ut morte fructuarii extinguatur, *ut hic.* nisi forte fructuarius locaverit, ut proprietarius. *vers. qui tamen.* 35 Potest enim locare. *l.* 13. §. 8. *l.* 27. §. 1. ff. *de usufructu.* §. 1. *in fin. Inst. de usu.* 36 Locator non tenetur conductori insula exusta.

37 Locati actione tenetur conductor locatori. 38 Conductor usufructus in quinquennium, præmortuo ante quinquennium fructuario locatore, non præstat pensionem, nisi pro rata temporis quo fruitus est, *ut hic.* Idem in prædendæ possessore. *c. querelam. extra ne prælati vices suas, vel Ecclesiæ sub annuo censu concedant.* 39 Sumptus ejusce rei gratia factos repetere colonum hinc notant: at non sumptus factos fructuum cogendorum causa. *c. tuam. extr. de decimis.* 40 Usufructuarius potest locare ædes fructuarias in quinquennium, *ut hic.* Quid, si in quinquennium locavit, & conductor impensas aliquas fecit, & ante id quinquennium fructuarius sit mortuus? Conductor expensas neque ab herede fructuarii, neque à proprietatis domino, ad quem ususfructus rediit, recipiet: prospicere enim debuit conductor evenire posse, ut ante quinquennium moreretur fructuarius. 41 Evictio conductori non præstatur, si eam prævidere debuit. 42 Prospicere debemus quod evenire potest, & rem ordinatam ad casum fortuitum esse. Bart. *l.* 27. §. 2. ff. *ex quibus causis major.* 43 Non tamen omnes ad id adstringuntur, ut in *l.* 11. §. 5. ff. *de minor. l.* 31. ff. *ad leg. Aquil.* 44 Uti quisque contrahat inspiciendum: an, ut fructuarius, vel dominus, vel emphyteuta, vel proprietarius. 45 Hinc colligo regulariter: Non omnem sterilitatem & cœli injuriam accidentem, coloni sed domini periculo esse, nisi aliud convenerit. *l.* 8. *C. eod.* 3 *Harm.* 8.

46 Ἠῦφ ἀδλαβές. *Synopsf. eod. cap.* 8. §. 5. qui & innoxius. *l.* 11. §. 1. ff. *eod.* Ita plerunque locator stipulabatur ne conductor in villa fœnum haberet. *d. l.* 11. §. *ult.* ff. *eod.* 47 Si convenerit, ut domus conductores innocentem ignem haberent, & si incendium fortuito accideret, conductor an tenetur? Si ejus culpa cohtigit, tenetur. *Synopsf. eod. c.* 8. §. 5. Ita denunciatio & admonitio (aut conventio potius) efficit ut conductor de casu fortuito teneatur. 48 Puto legendum: *si vero culpa locatori, quam præstare necesse est, damnum fecerit, tenebitur.* 49 Gregem, qui conduxit non tenetur, si probatum fuerit, citra fraudem ejus latrones eum abegisse. Quin, & mercedes pro infequuto tempore solutas recuperat. *Synopf. ibid. & Harmen.* 8. §. 15. Ita caprarius non tenetur ad capras restituendas locatori, quas latronés ei subripuerint. 50 Præsumitur culpa in omni custode, qui gregis sui omnia capita non restituit. Quod placet magis, quam quod à Richardo & Guilielmo veteribus interpretibus dicitur, Caprarium ea parte innocentem præsumi, nisi probetur nocens. 51 Conductor solutam jam mercedem repetere potest, ubi remissio mercedis ei facienda est. 52 Pro tempore, quo conductor non potest uti re, fit remissio mercedis non solutæ, & soluta repetitur. Nam eo casu, quo pro futuro tempore mercedes non debentur, solutæ, ut indebitæ repetuntur. 53. *l.* 172. ff. *de reg. jur.* medici, *l.* 6. §. 7. ff. *de off. Præf.* mulionis, §. 8. *Inst. de leg. Aquil.* judicis & adsessoris, ut *C. de pœnis judicis, l.* 2. ff. *quod quisque.* 54 Pastor & bubulcus pericitam artis suæ præstare cogitur. Verum, in hujusmodi hominibus plerunque inanis est actio ob eorum inopiam. 55 *Politio* quid esset, dixi ad *l.* 52. §. 2. ff. *pro socio.* ad eam significationem Anton. Augustin. 4 *Emend.* 9. hoc verbum refert. Possis tamen & hanc vocem ad fullonem referre, ut *l.* 13. §. 6. *l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* siquidem reperio, 20 *Synopf. l.* 19. *in fin.* hanc sententiam: ὁ ποιμὴν, ἢ ὁ ἁλιεὺς, ἢ ὁ κυναγὸς ἐὰν ἀμελήσας ἢ ἁπερῴας ἀπόλεσεν, id est, *pastor, faxinator, & fullo ex culpa & imperitia tenentur.* Idem quoque sentit *Harm. 3. tit.* 8. *c.* 61. 56 Imperitus autem nemo præsumitur in eo, in quo semel probatus est industriæ plenus, ut Advocatus in judicialibus, negotiator mercatorum matriculæ adscriptus. vide Bart. ad *l.* 1. *C. qui & adversf. quos.* 57 Conductor conductionis contractu liberatur, superveniente ei rei conductæ dominio quoquo titulo, puta legati vel donati. 58 *l.* 21. ff. *de usucapionibus. l.* 45. ff. *de reg. jur.*

59 Conductor tametsi in futurum ex conductione non teneatur (nimirum adquisito rei conductæ dominio) potest tamen agere adversus locatorem, ut ab eo liberetur contractu conductionis.

60 Id est, ut instrumentum liberationis facias: nam conductio sublata est mero jure, cum res facta est conductoris. *d. l.* 21. ff. *de usurp. & usucapion.* Bart.

61 *l.* 3. ff. *de publicanis.* mala electio in culpa est. vid. *hic.* Accurs.

62 Id est, proprios & domesticos, sive servos, ut *l.* 4. §. 1. ff. *de offic. Proconf.* & ita Basilica habent, ὁ μισθωτὴς τὴν ἰδίαν καὶ τῶν ἰδίων οἰκετῶν ἐπιμέλειαν. Cujac. 11 *obs.* 1.

63 *l.* 9. §. 3. ff. *eod.*

64 Fortuitum casum præstat conductor, quoties quid facit in re conducta adversus pacta & conventa.

65 Prohibere aliquid simpliciter, & cum modo, differunt, *ut hic.* aliud est prohibere ne ignem habeas, & ne habeas nocentem.

66 *l.* 9. §. 3. ff. *eod.* Quid, innocentem ignem habere quid est? an non omnis nocet, aut nocere potest? Ignem nocentem habet, qui ea parte fundi, aut ædium habet, ubi maxime ac facile nocere possit propter ἁψιδωτὸν vicinam vel similia.

67 Quam ob rem dixit. Quid, si ejus inimicitia deterius factum est? v. *l.* 25. §. 4. ff. *eod.*

68 Sequestratæ res nonnunquam sigillo sequestratis & adversarii obsignatæ in apothecam cujusdam tertii deponebantur.

69 Carrucarius vini transportandi conductor, si culpa sua vinum ipsum sequestratum tenetur locatori, hoc est, vini domino actione ex locato: qua cogitur sequestro vinum ipsum liberare.

70 Facit *l.* 25. *C. eod.*

71 Si conductor promiserit, se fœnum in domo non habiturum, & habuerit: deinde servus ejus aut extraneus ignem intulerit & succenderit, ex pacto actioni locus est. *Synopf. eod. c.* 2. *in pr.* 72 Illato succendit. *Hal.* κἀκῶνη. *Eclog. c.* 12. 73 Cisium erat vehiculum binarum rotarum, quo utebantur Romani, cum iter celeriter erant confecturi. Cicero *pro Rosc.* decem horis nocturnis 500000 passuum cisiis pervolavit. & 2 *Philipp.* inde cisio celeriter urbem advectus. De cisio & aliis generibus vehiculorum, vide Festum *in Ploximum.* v. Corras. 3 *Miscell.* 20. 74 ἁμαξάριος. *Eclog.* 20. *tit.* 1. *c.* 12. 75 Φιλονεικῶν ἁμαξευτῶν. Si carrucarius dum cæteros antevertere contendit, carrucam everterit & servum attriverit, quem in curru pro mercede vehebat, actione locati tenetur. *Synopf. eod.* 12. *in fin.* 76 Utilis Aquilliæ. *Haloand.* Cur utilis? vel ideo, quod qui cisium evertens alium occidit, cum non corpore suo damnum dederit, non directa: cum non in corpus damnum dederit, non in factum actione teneatur: corpori tamen ejus, qui occisus est, damnum dedit, ideoque utilis Aquilia in eum dari debet. & ita intelligo §. *ult. Inst. de l. Aquil. utcunque obscurum.* adde quæ notavi ad *l. pen. C. de l. Aquil.* 77 Conducit vehendum naviculario, ac mercedem accipit: In ædificiis qui conducit, mercedem præstat, non accipit. 78 Id est, Lirim. Horat. 3 *Car.* 17. & *ibid. Acron.* Minturnas paludstres vocat idem Horat. 1 *Epist.* 5. fuit enim Minturnis palus ubi Marius latuit, Acron. *ibi.* de Minturnensibus v. *l.* 8. §. 5. ff. *si servitus.* 79 Etiam idoneam. *l.* 36. *in fin.* ff. *de rei vind. arg. l. pen.* ff. *de usufr.*

80 Id est, deteriori, ut in *l.* 10. §. 1. *in pr.* ff. *de lege Rhodia.* 81 Quid sit, vide *l.* 1. §. 1. ff. *de exercitoria.* 82 Et ita culpam admisit. 83 Culpam admittit navis magister, navem in flumen sine gubernatore mittendo. 84 Conducens servum docendum, eum peregre ducere non potest.

85 Ut eo nomine mercedem acciperet. 86 Vide *l.* 40. ff. *de furtis.* 87 *l.* 5. §. 10. ff. *commodati.* 88 V. *l.* 5. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.* 89 Quæ Mustricola Festo. 90 *Al.* effoderetur, *al.* perfunderetur, ut *l.* 5. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.* 91 *l.* 5. §. 7. ff. *ad l. Aquil.* 92 Cædi discentes (quanquam & acceptum sit, & Chrysippus non improbet) minime velim: quia decore atque servile est. & *post*, hoc dixisse satis est, in ætatem infirmam & injuriæ obnoxiam nemini debet nimium licere, Quintil. 1 *Inst. 3. in fin.* 93 Ar Sium legit *Ecloga c.* 13. vel calicem, ut *l.* 27. §. 29. ff. *ad l. Aquil.* 94 Si quis gemmam acceperit includendam vel insculpendam; eaque fracta sit: siquidem artificis imperitia, locus erit actioni ex locato: sin vitio materiæ, non tenetur, nisi periculum in se receperat. *Synopf. eod. cap.* 43. adde *l.* 59. & *l. ult.* ff. *eod.* 95 *l.* 9. §. 5. ff. *eod. l.* 7. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.* 96 Periculum in se recipere conductor artifex potest. 97 Mures si roserint, quod fulloni datum erat, ex locato actioni locus erit. *Synopf. eod.* adde *l.* 59. *l.* 60. §. 2. ff. *eod.* Placet quod hoc loco notat Baldus, fœneratores, quibus plerunque vestes pignoris causa mancipari à debitoribus solent, cogi vestes ita pignoratas purgare, & à tineis defendere: ne si eam diligentiam ac custodiam omittant, periculi teneantur. Quid, si mures roserint testamenti tabulas? v. *l.* 1. *in fin.* ff. *de bon. possess. secundum tabulas.* 98 Id est, in locum tutiorem transferre, ut *l.* 34. *in fin.* ff. *de damno.*

99 Si fullo quod alterius erat, alteri dederit, vel aliud quid vetus, quamvis ignarus fecerit, ex locato actioni locus erit. *Synopf. eod.* 100 Vide *l.* 1. *in fin.* ff. *de eo qui pro tutore.* 1 Notanda est hæc distinctio, si domino non denunciavit & migravit: si resistere potuit & non restitit, si denunciare non potuit. Ego magis probaverim distinctionem ejusdem Labeonis, in *l.* 9. ff. *quod met. causa.* v. quæ ibi notavi. facit *l.* 15. §. 2. *in fin.* ff. *eod.* 2 V. *l.* 50. ff. *de reg. jur.*

1 Puta ædilis, ut *J. eod. l. 12. §. de periculo. l. 13. §. de decim. vendend.* Plautus *in Rudente.* Neptunus ita solet, quamvis fallidicus ædilis est: & *in Stichо*, Si quis improbus fuit merces, jactat omnes, ædilitatem gerit. & Persius, *Satyr. 1.* Sese aliquem credens, Italo quod honore supinus Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas. & Juvenalis, *Sat. 10.* Hujus qui trabitur prærextam sumere mavis? An Fidenarum Gabiorumque esse potestas, Et de mensura jus dicere, vasa minora Frangere, pannosus vacuis ædilis Ulubris? v. Duar. *1 disp. 26. in fine.*

4 Mensuræ inquæ frangendæ sunt a Magistratu.

γ Mensuræ inquæ, μέτρα κολοβα. *Hahn. §. in Georgicis. §. ultimo* ναῦς, falsi. *Synag. 10. tit. 2 ex hab. 60. t. 22. c. 6.*

6 Ædilis qui hic dicitur, paulo ante Magistratus dictus est, ut in Magistratu municipali exemplum hic poni colligamus. de quo dixi *l. 20. J. eod.*

7 *l. 47. J. eod.*

8 *l. 9. J. de duob. reis.*

8 Relocandi pactum eadem lege & conditione, utiprius, fieri debet.

9 Relocandi jus pacto quæsitum, ante pacti diem exerceri non potest.

10 Neque enim ante suam diem conditio committitur.

11 Rustici prædii. *arg. vers. ult J. eod. subi agitur de urbano)* vel reipublicæ. *vers. eod. J. eod.*

12 Sciente domino sc., alias si vel ignoravit, non videtur consensisse, multo minus si invito: tunc enim furti tenetur colonus fructus percipiens. *l 67. in fin. J. de furtis.* & sic fructus condicuntur. *l. 4. §. 2. D. de reb. cred.* Hinc legimus conductorem legantem fructus conducti prædii ad lustrum usq; *l. 30. §. 1. J. de leg. 3.* 13 An idem in precario? omnino, *l. 4. in fin J. de precar.* an idem in Emphyteusi? vid. Jul. Clar. *lib. recept. sent.* 14 Ejus sc. non ejus fidejussoris, ut *J. eod.* 15 *l. 16. C. eod.* in annum sc. dic ut *J. vers. quod autem.* 16 Idem in precario. *l. 4. in fin J. de precario.* 17 Id est, expressus, atqui novus conductoris vel locatoris consensus expressim non requiritur: & merito, cum is circa rem suam patiatur id agi, ad quod ex natura contractus tenebatur: Ille vero tacite reconduxisse præsumitur, potius quam deliquisse. Bart. *hic.* 18 Argumentum seu extensio à privatis ad Reipublicæ locationem.

19 Ut sc. scientibus & patientibus iis, qui potestatem ejusmodi prædiorum locandorum habent, inducatur tacita reconductio. Idem dicendum in prælatis & tutoribus, ut eorum sententiæ & patientia inducat tacitam relocationem, *Bart.* 20 Conductor in rustico prædio habitans post tempus conductionis in annum videtur prædium rusticum reconduxisse: non in amplius: etiamsi forte in lustrum seu quinquennium fuit prima conductio. Idem erit dicendum, si secundo anno in conductione mansérit, ut in eadem specie videatur tantum in annum reconduxisse, *ut hic.* His casibus pignora in prædium rusticum invecta à colono, & ejusdem coloni propria, tacito quoque pignori locatori tenebuntur: at non ea quæ à tertio, conductoris coloni nomine data fuerint. Ita fiet, ut aliena pignora in tacita reconductione non obligentur, nisi accedat domini consensus. 21 Si prædium ejus erat naturæ, ut annuatim fructus redderet. Quid, si bis in anno, aut lustratim? eadem reconductio censebitur.

22 Quinquennii spatium. v. *l. 24. §. 2 J. eod.* 23 Reconductio tacita in urbanis prædiis, prout vel uti quibus; habitavit post finitam conductionem, ita contracta intelligitur, si conductio seu locatio ipsa non scripta fuit. Nam si locationis contractus, non ad probationem tantum conscriptus est, sed ut esset locatio plane scriptis inita, qui post tempus conventum habitat urbanum prædium conductor, reconduxisse non intelligitur. Cur tam varie? Priore casu, facile est solo consensu contractam conductionem solo ac tacito consensu reconciliari seu continuari: Posteriore, solo consensu non fit tacita reconductio, quæ nominatim scriptura interposita, ab initio contracta est: atq; ita Joannis opinio defendi potest. Ita constituendum erit, tacitum reconductorem prædii urbani, non in amplius locatori obligari, quam habitaverit: liberum ei integrumq; esse quoties voluerit, habitationem relinquere, etsi forte anni, biennii, vel majoris temporis fuerit prima ipsa conductio. Quid, tamen si neglecta Joannis sententia, de qua paulo ante, dicamus, conductorem, ubi non scripta fuerit conductio, non amplius obligari, quam ipse habitaverit: ubi vero scripta est locatio vel conductio, tacite reconduxisse intelligi in id omne tempus quod scriptum conductioni sit adjectum: atq; ita adscriptum tempus conductionis, non scripto, hic opponamus: ut ubi nullum fuerit adscriptum tempus, libera sit reconductio: ubi adscriptum, coacta? 24 Cur tam varie? cur non idem in urbanis ac in rusticis? in his solum uno tempore: in illis qualibet anni parte fructus percipiuntur. *Bart.* 25 An hoc significet, ut in nullum tempus, aut in id omne videatur reconduxisse, quo primo conduxerit? an potius in id, in quo habitavit? Posterioum placet, *Bart.* 26 Ne ita accipias, nisi primus contractus fuit celebratus in scriptis: nec enim locatio scripturam requirit, *l. 17. C. de pactis.* aut ita, nisi in scriptis iterum expresse conducat: quis enim dubitet eo casu conductionem recte consistere? Sed ita, nisi ab initio conveneriit ut scriptura interposita, locatio fieret, & ad ejus substantiam pertineret, ut *l. 17. C. de fide instrum.* Idem dicendum, si ab initio convenerit, ut locatio stipulatione iniretur. *v hic Bart. n. 13.* 27 Certa plerunque tempus præstitutum egredi nitur: *ut hic.* Qui ad certum tempus conduxit, finito quoq; tempore colonus est, tacita domini voluntate. 28 Tacite, ut *l. 13. in fi. J. eod.* Patientia inducit tacitum consensum. 29 Eo sc. tempore, quo colendus ager est, idq; non modico tempore, quod arbitrio boni viri inspici oportet. *Bart.* Quid, si citra Emphyteusim quadraginta aut amplius annis, passus fuerit colonum pensiones annuatim solvere? jus proprietatis domino integrum manet, *l. 2. C. de præscr. 30 annor.* Angelus tamen ait locationem præscribi & fieri perpetuam, ut ulteriùs non possit colonus expelli, vel ex locato actione, vel ullo interdicto: cum habeat talis colonus causam detinendi, velut perpetuus colonus, Bald. *ibid.* Idem quoq; sentit Harmenop. 30 Renovare locationem: renovare, inquam, pro eodem pretio, salario, cum omnibus pactis, modis, & clausulis quæ erant in prima. 31 Tacita pacta neque verba, neq; scripturam, neq; præsentiam contrahentium requirunt. 32 V. *l. 24. C. aud. l. 17. C. de pactis.* 33 Reconductio tacita in rusticis (idem in urbanis) prædiis fieri non intelligitur, locatore in furorem verso. Quid ita? Conductio, tametsi tacita, consensum exigit: furiosus autem nullum habet consensum. 34 Ad quod se porrigit lex naturæ, ad id se porrigit legis fictio. Bart. *hic.* v. *l. 8. §. 2. J. de opt. legata.* fictio naturam imitatur. 35 Imo furiosus consentire posse intelligitur. *l. 2. in fin. J. solutо.* 36 Mors inducit tacitam voluntatis, ut ita loquamur, mortem, h.e. voluntatis privationem. Quid, si heres defuncti, vel curator furiosi, finitum conductoris tempus esse scierint, conductorem tamen passi sint etiam in conductione morari? Conductio tacite renovata intelligitur. *arg. l. plane. 24. D. pro socio.* 37 V. *l. 6. J. de precario.* Ita legis fictio ac præsumptio in iis nihil præstat, in quibus veritati locus esse non potest. adde *l. 16. J. de adoptionib.* 38 Sic enim appellatur, *l. 24. in fin J. eod.* vel conducti, *Inst. eod. in pr.* cui opponitur ex locato, *Inst eod.* 39 Locator ædes conductori præstare idotnee debet, h. e. ad eum usum ad quem locatæ & conductæ sunt. 40 Idem in conductore ad longum tempus. Aretin. *consil. 111.* non idem est in Emphyteuta. *Idem consil. 55.* Bald. *in l. 1. in secunda differentia. C. de jure Emphyteut.* & usufructuario. *l. 7. §. 2. J. de usufr.* 41 Locarium, quod datur in stabulo & taberna, ubi consistunt. Varr. 4 *de ling.* 42 Calamitas proprie culmorum. 43 Graculi, quod gregatim pascuntur, Varr. 4 *de ling.* à voce tamen sibi familiari graculos dictos notat Fabius, 1 *c. 6.* 44 Volitant enim gregatim graculi. Varro *de re rust. 12.* Hesid. 7. & Aratus ait, φῦλα κολοιῶν φωνησαι ἀγχιγάλοιο. nec igitur esse μαλακοκεφάλους, qui non sunt σύνεγγυς ἀκουστικοί. Adde inter cæteras segetum calamitates, passerum & gruum agmina, murum & locustarum similiter. v. *l. 18. C. eod.* Cujac. 15 *obs. 28.* Cott. *In memorab. in dictione* Graculorum. 45 Pensionis remissio conductori fit, non solum ob casum vi divina contingentem, sed & si vi humana aliquid accidat: vi humana, puta incursu hostium, *ut hic.* Qui casus summe notandus est, nisi forte, damnum ab hostibus illatum, lege sit.

conduxerit, casuque Magistratus 2 frangi 3 jusserit, si quidem inquæ 4 fuerunt, Sabinus distinguit, utrum scit conductor, an non: si scit, esse ex locato actionem: si minus, non: Quod si æquæ sunt, ita demum eum tenen, si culpa ejus id fecit Ædilis 5: Et ita Labeo & Mela scribunt. §. 9. Duo 7 rei locationis in solidum esse possiunt. §. 10. Si lege operis locandi comprehensum esset, *ut, si ad diem effectum non esset, relocare* 8 *id liceret*, non alias prior conductor ex locato tenebitur, quam si eadem lege relocatum esset: nec 9 ante 10 relocari id potest, quam dies efficiendi præteriisset.

§. 11. Qui impleto tempore conductionis 11, remansit 12 in conductione, non solum reconduxisse 13 videbitur, sed etiam pignora 14 videntur durare 15 obligata. Sed hoc ita verum est, si non alius pro eo in priore conductione 16 res obligaverat: hujus enim novus 17 consensus erit necessarius. Eadem 18 causa erit, & si Reipublicæ prædia locata fuerint 19. † Quod autem diximus, *tacite utrumque partis colonum* 20 *reconduxisse videri*, ita accipiendum est; ut in ipso anno 21 quo tacuerunt, videantur eadem locationem renovasse, non etiam in sequentibus annis: & si lustrum 22 forte ab initio fuerat conductioni præstiturum: Sed & si secundo quoque anno post finitum lustrum nihil fuerit contrarium actum, eandem videri locationem in illo anno permansisse: hoc enim ipso quo tacuerunt, consensisse videntur, & hoc deinceps in unoquoque anno observandum est 23. † In urbanis 24 autem prædiis tho jure utimur: ut, prout 25 quisque habitaverit, ita [&] obligetur: nisi 26 in scriptis certum tempus conductione comprehensum est.

XIV. Idem lib. LXXI ad Edictum.

QUi ad certum 27 tempus conducit, finito quoque tempore colonus est: Intelligitur 28 enim dominus, cum patitur 29 colonum in fundo esse, ex integro locare 30: & hujusmodi contractus neque 31 verba, neque scripturam 32 utique desiderant, sed nudo consensu convalescunt: & ideo si interim dominus 33 furere 34 cœperit 35 vel decesserit 36, fieri non 37 posse Marcellus ait, ut locatio redintegretur: Et est hoc verum.

Alio ex conducto cui datur, 1. Et quibus ex causis competit. 2. De vi tempestatu, fluminum, avium, incursu hostium, corruptione fructuum, terræ motu. 3. De incendio fundi. 4. De mercede remissa ob sterilitatem. 5. De fructuum exigutate & vindarum vetustate. 6. De navi amissa. 7. De remissione mercedu. 8. Si dominus frui non patiatur. 9. Si pupillus abstentus hereditate locatoris restituatur.

XV. Idem lib. XXXII ad Edictum.

EX conducto 38 actio conductori datur. §. 1. Competit autem ex his causis fere, ut puta si re, quam conduxit, frui ei non liceat: forte quia possessio ei aut totius agri aut partis non præstatur, aut 39 villa non 40 reficitur vel stabulum 41, vel ubi greges ejus stare oporteat: vel, si quid in lege conductionis convenit, si hoc non præstatur, ex conducto agetur. §. 2. Si vis tempestatis calamitosa 42 contigerit, an locator conductori aliquid præstare debeat, videamus? Servius omnem vim, cui resisti non potest, dominum colono præstare debere ait, ut puta fluminum, graculorum 43, sturnorum 44, & si quid simile accideric: aut 45 si incursus hostium fiat: Si qua tamen vitia 46 ex ipsa 47 re oriantur, hæc damno coloni esse: veluti si vinum coacuerit: si 48 raucis 49, aut herbis 50 segetes corruptæ sint: sed & si labes 51 facta sit, omnemque 52 fructum tulerit, damnum coloni non esse, ne supra damnum 53 seminis [amissi] mercedes agri præstare cogatur: Sed & si uredo 54 fructum oleæ corruperit, aut solis fervore 55 non adsueto id acciderit, damnum domini futurum: Si vero nihil extra 56 consuetudinem acciderit, damnum coloni esse: Idemque dicendum, si exercitus 57 præteriens per lasciviam 58 aliquid absstulit: Sed [&] si ager terræ motu 59 ita corruerit, ut nusquam sit, damno domini esse: oportere enim agrum præstari conductori, ut frui possit. §. 3. Cum quidam incendium 60 fundi 61 allegaret, & remissionem desideraret, ita ei rescriptum est: *Si prædium coluisti, propter casum incendii repentini non immerito subveniendum* 62 *tibi est.* §. 4. Papinianus lib. IV Responsorum ait. Si uno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem, deinde sequentibus annis contigit 63 ubertas, nihil obesse domino remissionem: sed integram pensionem, etiam ejus anni quo remisit, exigendam 64. Hoc idem & in vectigalis 65 damno respondit. Sed [&] 66 si verbo *donationis* 67 dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem 68 erit dicendum: quasi non sit donatio 69, sed 70 transactio. † Quid tamen, si novissimus erat annus sterilis 71, in quo ei remiserit? Verius dicetur, ersi superiores uberes fuerunt, & scit locator, non debere eum ad computationem vocari. §. 5. Cum quidam de fructuum exiguitate 72 quereretur, non esse rationem ejus habendam, rescripto Divi Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur: *Novam rem desideras, ut propter vetustatem* 73 *vinearum remissio tibi detur.* §. 6. Item 74 cum quidam nave amissa vecturam, quam pro mutua 75 acceperat, repeteret, rescriptum est ab Antonino Augusto, non immerito Procuratorem Cæsaris ab eo vecturam repetere 76, cum munere vehendi functus 77 non sit: Quod in omnibus personis similiter observandum est. §. 7. Ubicunque tamen remissionis 78 ratio habetur 79 ex causis supra 80 relatis, non 81 id quod sua interest conductor consequitur, sed mercedis exonerationem 82 pro 83 rata: supra 84 denique damnum 85 seminis ad colonum [pertinere] declaratur.

§. 8. Plane si forte dominus frui non patiatur, vel cum ipse cesset, vel cum alius alienum, vel quasi procurator, vel quasi suum, quod interest præstabitur: Et ita Proculus in procuratore respondit 86. §. 9. Interdum ad hoc ex locato agetur, *ut quis locatione liberetur*, Julianus lib. XV Digestorum scripsit, utputa Titio fundum locavi, isque pupillo herede instituto 87 decessit: & cum tutor constituisset abstinere 88 pupillum hereditate, ego 89 fundum pluris locavi: deinde pupillus restitutus 90 est in bona paterna 91: Ex conducto nihil 92 amplius eum consecuturum, quam ut locatione liberetur: mihi enim justa causa fuit locandi 93;

XVI. Julianus lib. XV Digestorum.

CUm eo tempore in pupillum actiones nullæ darentur.

XVII. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

TUtelæ tamen cum 94 tutore judicio, inquit, aget, si abstinere non debuit:

XVIII. Julianus lib. XV Digestorum.

IN quo inerit etiam hoc, quod ex conductione fundi lucrum 95 facere potuit.

1. De vitio rei. 2. De instrumentis fundi locati. 3. De pacto ut locator certum modum frumenti certo pretio acciperet. 4. De adjectu, 5. Vel illatu ab inquilino tollendu. 6. De eo qui pensionem prorogavit, aut plus quam debuit, solvit. 7. De mulliere quæ in navi peperit. 8. De herede. 9. De morte conductoris. 10. De morte legati Cæsaris & salario comitum.

XIX. Ulpianus lib. XXXII ad Edictum.

SEd addes hoc Juliani sententiæ, ut, si colluси ego cum tutore, ex conducto teneat in id quod pupilli interfuit. §. 1. Si quis dolia

46 Vitia alia naturalia, accidentia, sublata, insolitta, magna, parva.

47 Colono non remittitur pensio, ob vitia ex ipsa re nascentia.

48 Ita videtur distinguendum: coacuerit. Si raucis, aut herbis segetes corruptæ: sed etsi labes facta sit, &c. ut prius illud vitium corruptarum raucis vel herbis segetum, ad damnum coloni non pertineat. Tametsi defendi posse videatur, id genus vitii, quasi negligentiæ coloni, adscribi posse, qui raucis vel herbis, agrum suum non purgaverit: ut merito id vitium ejus damno esse debeat. Ita fiet remissio pensionis ob sterilitatem, non ob fructuum vitia.

49 Id est, vermiculis quibus segetes obnoxiæ sunt, 17. *Plin.* 18. Alciatus reposuit *erucis.* A raucis diversæ sunt volucræ, fallicis, pampinis & uvis infestæ. vide Cujac. 15 *obs. 28.* Cottam, *in memor. In voce* Rauca.

50 Hic à Græcis inter herbas noxias numeratur ἄγρωστις & ἀστραγαλίσκος. Cujac. 8 *ad Africanum.* de avena, v. Cottam *in memor. in voce* avena. de tribulis, vide *eundem in voce* tubi.

51 Vide quæ notavi ad *l. ult J. eod.*

52 Non partem tantum. vide §. 4. §. 5. *J. eod.*

53 Colonus semen præstare, hoc est, sup ac proprio frumento fundum serere cogi in dubio intelligitur.

54 Vide Hotom. 4 *obs. 7.*

55 Id est, rubigine sive rubellione. Fit autem ex rore concreto ad solis auroram & silente cœlo, Græcis ἐρυσίβην, de qua Orpheus, χ ὡς τε ῥυσίβην ἐρυσίβην ἢ τε καλεῦσιν ἄστρωσιν ἀστραγάλοισι πολὶ κακηδὲς ἐρυθεῖν. Ἀμφὶ περὶ ζαχάτοιστ πυρετογνώμονα κάθηκε. Uredo vero, de qua vide Cottam *in memorabilib. in voce* uredo. ex rore putrefacto, si in segetibus: si in vineis, carbunculus dicitur sive nebula aëris, 18 Plin. 29. Galli *siellam*, quasi nebulam vocant. de rubigine sic Horatius 1 *Carmin.*: Nec pestilentem sentiet Africum fœcunda vitis, nec sterilem seges rubiginem. Hinc robigalia dicta, & Robigius, cui publicæ feriæ siebant ad 7 Kalend. Maii, & cui, ut Deo (Deam facit August. 4 *de civit. 21.*) sacrificabatur canis, *Ovid. 4 Fast.* ne rubigo occuparet segetes, Varro 5 *de lingua Latina.* idem 1 *de re rustica.*

56 Vide *l. 18. C. eod.* Goth. Adde *l. 4. §. 1. ff. de cenſib.* Anſ. 57 *l. 13. §. 7. J. eod.* 58 Lasciviæ militaris frequens. 59 Chasmate. v. *l. 11. §. 5 J. de minorib.* 60 Quid, si pestem regionis accidisse quis conquerator? Quid, si vitiosi fructus redditi? v. Hippolytum de Marsilliis *sing. 85.*

61 Id est, fructuum pendentium. An & eorum qui a solo separati, in area sunt nondum triturati? sic putat Fulgos. v. Catel. Cottam *in verbo* conductor. 62 Nisi conductor ita renunciarit conductioni sine causa etiam justa & omnibus exceptionibus, per quas relevaretur à pensionis solutione & omni legum auxilio, jurane, &c. quod memoria notandum est adversus publicanos & vectigalium conductores. v. Cottam *in memorab. in dictione*, conductor. 63 V. *l. 8. C. eod.* 64 V. *l. 4. J. de cessione. l. 6. §. ult. vers. remissa. J. de off. Præfid.* 65 Pensio ob sterilitatem remittitur vectigali seu emphyteuticario Reip. *ut hic.* at non emphyteuticario privati. de quo in *l. 1. C. de jure emphyt.*

66 V. quæ scripsi ad *l. 14. C. de don. inter vir.* 67 Argumentum à privato conductore, ad publicum vectigalium conductorem. 68 Donandi verbo interdum non donatio, sed transactio intelligitur. Qui dicit dono, non semper donat, *ut hic.* Sic qui debitum naturaliter, & civiliter scienssolvit, donat, etiamsi dixerit solvo, non dono. Cur hic impropriè accipitur verbum donandi? nempe quia additum fuit à locatore, id sterilitatis causa donari. 69 Ut verba contractuum pro rei qualitate contra proprietatem verborum intelligantur, *l. 29. J. eod.* 70 Verba contractus ex ejus natura, uti & subjecta materia, intelligere debemus. 71 Quid? sterilitas quæ est? quoties si mercedem præstaret conductor, deceptus esset ultra dimidium justi pretii. *arg. l. 2. C. de rescind. vendit.*

72 Id est, de modico damno. *l. 25. §. 6. J. eod.* 73 Id enim colono imputandum magis, quam in eo sublevandus est. *arg. l. 22. in fin J. de negotiis.* 74 V. Cuj. 3 *obs. 1.* 75 Ut *l. 34. in fi. J. de legat. 3.* & apud Cæsarem 3 *de bello civili.* pro invecto nauta acceperat, &c. *Hahn.* præ manu, ἐν χερσαρίᾳ, vel χερσαρίᾳ. & ita Græci, *Harmenop. 2. tit. 14. §. 1.* Auctor *Synopſ. Baſil. 20. tit. 1. cap. 15. in l. 2. C. de fumento urbis Conſtantinopolitanæ.* & in *l. 40. §. ſervius. J. de ſtatulib.* Theodor. Hermopol. ad *l. 1. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt.* Mutuum dicitur in *d. l. 2.* In antecessum Latini dicerent. adde Cujac. 3 *obs. 1.* 76 Imo non repetit. v. *l. 59. J. eod.* 77 Casus contingens operas præstanti, conditionem inducit ei, qui mercedem prorogavit. 78 Colono faciendæ. 79 Id est, propter insperatam, improvisam, & inopinatam calamitatem. dixi *l. 43. J. de damno.* 80 Pensionis remissionem colonus impetrat, ob fructuum sterilitatem, *ut hic.* impetrat quoque remissionem, si fundus chasmate periit. *l. 15. §. 2. J. eod.* Goth. Vide ad hunc §. Molin. *de eo quod interest. n. 49. & ſeq.* Anton. Guibert. *lib. quæſt. 1. cap. 13. num 1.* Anſ. 81 Id quod interest excedit mercedis exonerationem. 82 Ut ita reputetur, adde *l. 8. J. eod.* & sic conductor propter casum non agit ad interesse, sed ad exonerationem mercedis. 83 Pro rata *ſubandi* temporis & conductionis. Est igitur pro rata, hic, pro ea parte temporis, qua conductor & colonus fuisti. 84 §. 2. *vers. ſed & ſi labes. J. eod.* 85 Seminis damnum semper ad colonum pertinet, quantamcunque sterilitatem passus sit: non pertinere, Hotom. 4 *obſ 21.* 86 Quid respondit? Eum &. qui tanquam procurator aliquid efficiat, cum non sit, in id quod interest, teneri. *Bart.* 87 Conductio decedit in heredem etiam pupillum. 88 Abstinendi beneficium, de quo vide *C. ſi minor ab her. ſe abſtinent.* 89 Locatam rem uni, possum alteri justa ex causa locare. Justa causa hæc est: Titio fundum locavi: Tizius filium eundemque pupillum heredem instituit: pupillus hereditate patris abstinuit tutore auctore: Cum id ita esset, fundum alteri locavi: Ab ea locatione, beneficio in integrum restitutionis minor restitutus est in bona paterna: quæritur an factam à me alteri locationem revocare possit, aut certe, eo nomine in me agere: & si agere possit, quid conseqni debeat? Nihil amplius consequetur, quam ut locatione liberetur, ut eo jure, quod pluris secundo locavi, ne quidem consequatur, cum eo abstinente, justa locandi alteri causa fuerit. Hunc in modum, restitutus minor, non rescindit ea quæ à tertio legitime facta sunt. 90 V. *l. 1. 2. C. ſi ut omiſſam hereditat.* 91 Hinc dubitandi ratio oritur. Quippe minore restituto, omnia jura defuncti videntur ei restituta, eaque lege, jus locationis defuncto adquisitum. 92 Locator justo rem alteri locare potest, quoties in primum conductorem nullam habuit actionem, *ut hic. & l. 16. J. eod.* 93 *l. 24. §. 4. l. 30. l. 32. J. eod.* eoque casu re non integra, minor restitutionem inutiliter postulat. *l. 24. §. 2. J. de minoribus.*

94 *l. 7. C. arbitrium tutel.* 95 Facit *l. ult. J. de adminiſtr. tut.*

dolia [96] vitiosa ignarus locaverit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id quod interest: nec ignorantia ejus erit excusata: Et ita Cassius scripsit. Aliter atque si saltum [97] pascuum locasti, in quo herba mala [98] nascebatur: hic enim si pecora vel demortua sunt, vel etiam deteriora facta, quod interest præstabitur, si scisti: si ignorasti, pensionem non petes: Et ita Servio, Labeoni, Sabino placuit. §. 2. Illud [99] nobis videndum est, si quis fundum locaverit, quæ soleat *instrumenti* [100] nomine conductori præstare: quæque si non præstet, ex locato teneatur? Et est epistola Neratii ad Aristonem, dolia utique colono esse præstanda, & prælum & trapetum [1], instructa funibus: si minus, dominum instruere ea debere: Sed & prælum vitiatum dominum reficere debere: Quod si culpa coloni quid eorum corruptum sit; ex locato eum teneri. Fiscos [2] autem quibus ad prementem oleam utimur, colonum sibi parare debere [Neratius scripsit]: quod si regulis [3] olea prematur, & prælum, & suculam [4], & regulas, & tympanum [5], & trochleas, quibus relevatur prælum, dominum parare oportere: Item aënum, in quo olea calda aqua lavatur, ut cætera vasa olearia, dominum præstare oportere, sicuti dolia vinaria: [quæ] ad præsentem usum colonum picare oportebit. Hæc omnia sic sunt [accipienda], nisi si quid aliud specialiter actum sit. §. 3. Si dominus exceperit in locatione, *ut* [6] *frumenti certum modum certo pretio acciperet*, si dominus nolit frumentum accipere, neque pecuniam ex mercede deducere: potest quidem totam summam ex locato petere, sed utique consequens est existimare, officio Judicis hoc convenire, habere rationem, quando conductoris interetat, in frumento potius, quam in pecunia solvere pensionis exceptam portionem. Simili modo, & si ex conducto agatur, idem erit dicendum. §. 4. Si inquilinus ostium vel quædam alia ædificio adjecerit, quæ actio locum habeat? Et est verius, quod Labeo scripsit, competere ex conducto actionem, *ut 7 et tollere liceat*: sic tamen, ut damni infecti caveat, ne in aliquo dum aufert, deteriorem causam ædium faciat, sed ut pristinam faciem ædibus reddat.

§. 5. Si inquilinus arcam æratam [8] in ædes contulerit, & ædium aditum [9] coangustaverit dominus, verius est, ex conducto eum teneri, & ad exhibendum actione, sive scit, sive ignoraverit: officio enim judicis continetur, ut cogat eum, aditum [10] & facultatem inquilino præstare ad arcam tollendam, sumptibus scilicet locatoris.

§. 6. Si quis, cum in annum habitationem [11] conduxisset, pensionem totius [12] anni dederit, deinde insula post sex menses ruerit vel incendio consumpta sit, pensionem residui temporis, rectissime Mela scripsit, ex conducto actione repetituram [13]: non quasi indebitum conducturam: non [14] enim per errorem dedit plus, sed ut sibi in causam conductionis proficeret: aliter atque si quis cum decem conduxisset, quindecim solverit; hic enim, si per errorem solvit, dum putat se quindecim conduxisse, actionem ex conducto non habebit, sed solam condictionem: nam inter eum qui per errorem solvit, & eum qui pensionem integram prorogavit [15], multum interest. §. 7. Si quis mulierem vehendam navi conduxisset, deinde in nave infans natus [16] fuisset, probandum est, pro infante nihil deberi: cum neque vectura ejus magna sit, neque [17] is omnibus utatur, quæ ad navigantium usum parantur.

§. 8. Ex conducto actionem etiam ad [18] heredem transire palam est. §. 9. Cum quidam exceptor [19] operas suas locasset [20], deinde is qui eas conduxerat, decessisset, Imperator Antoninus cum Divo Severo rescripsit ad libellum exceptoris, in hæc verba: *Cum per te non steterit proponas, quo minus locatas operas Antonio Aquilæ solveres, si* [21] *eodem anno mercedes ab alio non acceperit, fidem contractus impleri æquum est.* §. 10. Papinianus quoque lib. IV Responsorum scripsit. Diem functo Legato Cæsaris, salarium Comitibus [22] residui [23] temporis præstandum [24]: modo si [25] non pactea Comites cum aliis eodem tempore fuerunt.

De conditione. 1. De donatione. 2. De emptore conducente, donec pretium solvat.

XX. Paulus lib. XXXIV ad Edictum.

Sicut emptio [26], ita & locatio [27], sub conditione [28] fieri potest. §. 1. Sed donationis [29] causa contrahi non potest. §. 2. Interdum locator non obligatur [30], conductor obligatur, veluti cum emptor fundum conducit, donec [31] pretium ei solvat [32].

XXI. Javolenus lib. XI Epistolarum.

Cum venderem fundum, convenit, *ut donec* [33] *pecunia omnis persolveretur, certa mercede emptor fundum conductum haberet*: an soluta pecunia, merces accepta fieri debeat? Respondit, Bona fides exigit, ut, quod convenit [34], fiat: sed non amplius præstat is venditori, quam pro portione [35] ejus temporis, quo pecunia numerata non esset.

De eo, quod datur faciendum. 2. De eo, qui insulam sua impensa faciendam conduxit. 3. De quantitate pensionis.

XXII. Paulus lib. XXXIV ad Edictum.

Item [36] si *pretio non soluto, mercata res facta sit*, tunc ex locato erit [37] actio. §. 1. Quotiens autem faciendum aliquid datur, locatio est. §. 2. Cum insulam ædificandam loco, *ut sua impensa conductor omnia faciat*, proprietatem [38] quidem eorum ad me transfert, & tamen locatio est: locat enim artifex operam suam [39], id est, faciendi necessitatem [40]. §. 3. Quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter [41] concessum est, quod pluris sit, minoris emere: quod minoris sit, pluris vendere, & [ita] invicem se circumscribere [42]; ita in locationibus quoque & conductionibus juris est.

XXIII. Hermogenianus lib. II Juris Epitomarum.

Et ideo, prætextu minoris [43] pensionis, locatione facta, si nullus dolus adversarii probari possit, rescindi locatio non potest.

De opere probando. 1. Si colonus locaverit. 2. De conductore deserente prædium. 3. De his qua præsens die colonus præstare debet. 4. Si colono frui non liceat. 5. De herede damnato, ut liberet conductorem.

XXIV. Paulus lib. XXXIV ad Edictum.

Si in lege locationis comprehensum sit, *ut arbitratu* [44] *domini opus adprobatur*, perinde habetur, ac si viri [45] boni arbitrium comprehensum fuisset: Idemque servatur, si alterius cujuslibet arbitrium comprehensum sit: nam fides bona exigit, ut arbitrium tale præsteturum, quale viro bono convenit: idque arbitrium ad qualitatem operis, non [46] ad prorogandum tempus quod lege finitum sit, pertinet: nisi idipsum [47] lege comprehensum sit. Quibus consequens est, ut irrita sit adprobatio dolo [48] conductoris facta, ut ex locato agi possit. §. 1. Si colonus locaverit [49] fundum, res [50] posterioris conductoris domino non obligantur: sed fructus [51] in causa pignoris manent, quemadmodum esset, si primus colonus eos percepisset. §. 2. Si domus vel fundus *in quinquennium* [52] *pensionibus* locatus sit, potest dominus, si deseruerit [53] habitationem vel fundi culturam colonus vel inquilinus, cum eis statim [54] agere.

§. 3. Sed & de his, quæ præsenti die præstare debuerunt, (velut opus [55] aliquod efficerent, propagationes facerent), agere similiter potest. §. 4. Colonus, si ei frui non liceat, totius quinquennii nomine statim [56] recte aget, etsi reliquis annis dominus fundi frui patiatur [57]: nec enim semper liberabitur dominus, eo quod secundo vel tertio anno patietur fundo frui: nam & qui expulsus à conductione, in aliam se coloniam [58] contulit, non sufficturus duabus, neque ipse pensionum nomine obligatus erit: & quantum per [59] singulos annos compendii [60] facturus erat, consequetur: * Sera [61] est enim patientia fruendi, quæ offertur eo tempore, quo frui colonus, aliis rebus illigatus, non potest. Quod si paucis [62] diebus prohibuit, deinde pœnitentiam agit, omniaque colono in integro sunt, nihil ex obligatione, paucorum [63] dierum mora minuet. Item utiliter ex conducto agit is [64], cui secundum conventionem non præstantur, quæ convenerant: sive prohibeatur frui à domino, vel ab extraneo, quem dominus prohibere [65] potest. §. 5. Qui in plures [66] annos fundum locaverat, testamento suo damnavit heredem, *ut conductorem liberaret* [67]: Si [68] non patiatur heres eum reliquo tempore frui, est ex conducto actio: quod si patiatur, nec mercedes remittat, ex testamento tenetur.

De mercede collata in arbitrium alterius. 1. De venditione prædii locati. 2. De luminibus obscuratu. De ostiis vel fenestris corruptis. 3. De officio conductoris. 4. De arboribus excisis ab inimicis conductoris. 5. Vel a conductore. 6. De vi majore. De damno & lucro. 7. De fractione rei transportanda. 8. De re amissa.

XXV. Gaius lib. X ad Edictum provinciale.

Si merces promissa sit generaliter *alieno arbitrio*, locatio & conductio contrahi non videtur: sin autem *quanti* [69] *Titius* [70] *æstimaverit*, sub hac conditione stare locationem, ut si quidem ipse qui nominatus est, mercedem definierit, omnimodo secundum ejus æstimationem & mercedem persolvi oporteat, & conductionem [71] ad effectum pervenire: sin autem ille vel noluerit [72] vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo esse conductionem, quasi nulla mercede statuta. §. 1. Qui fundum fruendum vel habitationem alicui locavit, si aliqua ex causa fundum vel ædes vendat, curare [73] debet, ut apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui & inquilino habitare liceat [74]: aliquin

---

95 V. *l.* 6. §. 4. *ff. de action. empt.* Goth. Adde *l.* 18. §. 3. *ff. commodati.* Ans.

97 Saltus, locus pascuus & pastionibus accommodatus, ut dixi ad *l. creditor.* 52. *ff. de action. empt.* unde hic, Saltus pascuus & alibi saltus pastionesque, *l.* 8. *ff. de instructo.* ex his per greges & pastiones fructus percipiebantur. *l.* 9. *ff. de instructo. l.* 32. *ff. de usufructu.* Imo & ex venatione, *l.* 62. *ff. de usufructu.* hinc saltuenses fundi principis; nemora pastioni deputata & locari solita. *C. de fundis patrimonialib. & saltuens.* Saltuarius, saltus custos. *l.* 12. §. *saltuarium ff. de instructo.* Horum saltuum alii æstivi, alii hyberni. *l.* 67. *ff. de legat.* 3. *l.* 3. §. *saltus. l.* 44. *in fin. ff. de adquir. poss. l.* 1. §. 3. *vers. æstiva. ff. de aqua quotidiana.*

98 Pestibilis vel lethifera. *l. penult. C. de ædificiis actionibus.*

99 Vide Forcatulum, *c.* 11. *Pœnis.* Goth. Adde Cottam *in voce Tympanum.* Anton. Augustin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 7. & 11. Guillelm. Budæum, *ad hunc* §. Ans.

100 Locans vineam vel olivetum, vel aliud prædium, conductori præstare omnia instrumenta debet necessaria colono ad fructus percipiendos & vindemiam faciendam, ut si ea non præstet, teneatur ex conducto actione, *ut hic.* Secus in venditore. *l. fundum mihi.* 7. *ff. de act. empt.*

1 Mola est olearia, Virgil. *in Georgic.* venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis. Varroni, 4 *de lingua:* Trapetes, molæ olearicæ. vide Budæum, Cottam *in memorabilib. in dictione* trapetum.

2 Intrita oliva novo fisco includitur & prælo subjicitur. v. Columellam, Budæum, Cottam, *in dictione* fiscus.

3 Male *regulis* quidam legunt, nam mox additur *regulæ.* Regula est instrumentum, ad oleum conficiendum paratum, Columell. 1. aut regulis (inquit) si consuetudo regionis, aut certe novis fiscis, exprimi debent. *Idem*, oleam frangito, eamque vel in regulas vel in novos fiscos adjicito. vide Budæum, Cottam *in memorabilib. in dictione* regula.

4 Machinam tractorii generis artemoni similem. Cato *de re rustica*; in instrumento torcularis tradit esse debere suculas quinque, funes ductorios quinque, trochleas decem. v. Budæum, Cott. *in memorabilib. in voce* sucula.

5 Eo utimur hodie ad calcem, lapident & cæmenta in magnificis ædificiis submoliranda ad formam rotæ, quæ à calcantibus versatur: vide Cottam *ibid. in dictione* tympanum: Budæus, machinam haustoriam interpretatur, quæ dum versatur, aquam, adnexis permultis modiolis, haurit, & iterum circumacta effundit.

6 Pactum ut colonus det locatori certam quantitatem fructuum certo pretio, non adstringit ipsum locatorem, ut eam quantitatem invitus recipiat; cogit tamen ut tantum è pensione remittat, quantum interfuerit conductoris fructus potius solvisse, quam pecuniam numeratam. 7 Conductor fenestras, ostia, & similia domui conductæ à se adplicita, si vult, tollere potest. *l. in fundo.* 38. *ff. de rei vindic.* Si non vult tollere, expensas à locatore recipit, *l. dominus.* 55. §. 1. *ff. eod.* aut tanto minus ex pensione solvit. *l.* 1. §. 3. *vers. quicunque. ff. de via publ.* Invito tamen locatore, superiora sic adplicita ædificio, alteri vendere non potest. *l. habitator.* 59. *ff. de rei vind. leg. sed si quid inædificaverit.* 15. *ff. de usufr.* 8 Ita *Halea.* cameram arcuatam, *vulgat.* conformicatam, *Budæus.* concameratam, *al.* Camerum Festo, est curvum. 9 Locator conductori ædium seu inquilino aditum præstare debet ad res suas inductas exportandas: alias de damno infecto cavere cogitur. 10 *l.* 27. *ff. eod.* alioqui videretur dominus inquilinum migrare prohibere. *l.* 33. 34. *ff. de damno.* 11 Vel balneum. *Eclog. c.* 33.

12 Conductor pensionem initio solvere non tenetur: si tamen initio solverit, & post re conducta frui non poterit, solutum repetet actione conducti. Si plus pensione solverit, indebiti condictione. Cur non initio solvitur pensio? quia ante usum solvereturus. Ita notanda ac detestanda quorundam fœneratorum ratio est, qui usuras in ipso momento & limine mutui fœneratitii à debitore recipiunt. 13 *l.* 30. §. 1. *ff. eod.* 14 Optima ratio. *l.* 21. §. 1. *ff. de inofficioso.* 15 Ante diem erogavit, ut *l.* 53. *ff. de pactis. l.* 4. §. 1. *ff. de manumissionib.* 16 Idem è contrario si mortuus sit in navi aliquis. *l. ult. ff. de l. Rhod.* ut sit nati infantis & mortui eadem ratio. 17 Castrensis has addit rationes, quod vectura solvatur pro impositis tantum rebus: infantem in hac specie nunquam fuisse impositum, licet mater imposita fuerit. Deinde infantem per id tempus, quo per matrem lactatur, unum & idem corpus cum matre æstimari. 18 *l.* 10. *l.* 29. *l.* 34. *C. eod.* 19 Νοσοκόμος. *Eclog.* 2 *cap.* 15. *in fin.* 20 Locat artifex operam suam. *l.* 22. §. 2. *ff. eod.* & mercedem accipit: conductor mercedem præstat. His cognitis, sensus hic fuerit: Locatorem operarum mercedem pactam atque conventam à conductore accipere, si per ipsum conductorem steterit, ne opus perficeretur. 21 Locans alteri fundum à colono suo desertum, non potest experiri adversus primum colonum, qui eum fundum deseruit. Cur ita? quia qui locat secundo, damnum non patitur, & ita Bartolus, Fulgosius & Jason censent, licet aliud Castrensis notet in *l.* 28. §. 2. *ff. eod.* 22 Adde *l.* 16. *ff. de offic. Præsid.* adde Ciceronem, 11 *ad Atticum* 1. & 2 *Verrina.* 23 *l.* 4. *ff. de offic. assess.*

24 Finguntur enim serviisse, cum per eos non steterit, quominus servirent. 25 Duobus cum eodem tempore servire non possint, à duobus salarium non accipient: lex enim non potest fingere super casu impossibili. *Bart.* nam ubi non potest cadere veritas, ibi non cadit fictio. v. *l.* 8. §. 2. *ff. de optione.* quinetiam cessat eorum damnum seu interesse cum alii serviverint. vid. Jas. in *d. l.* 4. *ff. de offic. assess.* 26 §. 4. *Inst. de emptione & vendit.* 27 Societas. *l. G. pro socio.* 28 *Eclog. c.* 16. 29 *l.* 46. *ff. eod.* 30 Claudicat interdum contractus, ut in *l.* 5. *l.* 41. *ff. mandati. l.* 13. §. 29. *ff. de act. empt.* 31 *V. l.* 21. *ff. eod.* id est, lege commissoria, *l.* 22. *ff. eod.* quæ huic jungenda est. v. Cujac. 16 *obs.* 21. 32 Pretium exolvat. *Hotom.* & merito: quia illa pensio magis debetur pro pretio, quod non solvitur, quam pro re: eoque casu non soluto pretio, reque inempta, ex locato erit actio. 33 *Donec* particula discretiva & distributiva temporis.

34 *l.* 20. *in fin. ff. eod. v. l.* 3. *l.* 75. *l.* 79. *ff. de contrah. empt. l.* 16. *ff. de periculo. l.* 11. *ff. de act. empt.*

35 *l.* 1. *ff. de pactis.*

36 Id est, si pretio, &c. Cujac. *ib.* & hujus legis initium jungendum immediate cum fine *leg.* 20. *ff. eod.* quod Roberto displicet. 11 *animad.* 2. sed Cujac. defenditur ab Ant. Merc. 1 *notat.* 11.

37 Non erit autem tibi in me ex conducto actio, ut frui liceat, quia finita simul conductio & empti, eit commissa per te. Cujac. *ibid.*

38 *l.* 5. §. 2. *ff. de præscript.* locator operæ mercedem accipit. *l.* 19. §. 9. *ff. eod.*

39 Quæ magis inspicitur, quam dominii translatio.

40 Locator operarum necessitate adstringitur ad faciendum.

41 Naturaliter, hoc est, jure gentium, *l.* 16. *in fin. ff. de minorib.* ubi vide quæ notata sunt plura. *l.* 8. *C. de rescind. vend. circa med.*

42 In quantitate scil. *Eclog. cap.* 16. nam sublata spe quæstus, languet mercatus. Seneca, vid. Robert. 3 *sentent.* 12 *in fin.* alias datur restitutio, eaque temperata, *l.* 16. §. 4. *ff. de minorib. l.* 2. 4. 8. 10. 11. *C. de rescind. l.* 3. *C. com. utriusque judicii.* Quinimo hæc circumventio jure quoque Canonico obtinet. *c. penult. de empt.* Hinc emptor viliore comparandi, venditor cariore distrahendi votum gerentes, ad emptionem accedere dicuntur. *l.* 8. *C. de rescind.*

43 *l.* 21. *C. eod.* minor autem pensio non intelligitur, in qua deceptio est ultra dimidiam justi pretii. *arg. l.* 2. *C. de rescind.*

44 Arbitrium varie fimitur, vel ut iniquum æquo præferas. *l. fideicommiss.* 11. §. *quanquam.* 7 *ff. de leg.* 3. vel ut solennitatibus juris fis solutus, *l.* 34. *in fin. ff. de testamilit.* ut voluntati morem geras. *l. si quis major.* 41. *C. de transact.*

45 Arbitrii nomine continetur arbitrium boni viri, *l.* 76. *ff. pro socio. l.* 7. *ff. de contrah empt. l.* 75. *ff. de legat.* 1. *l.* 44. *ff. de fidejussorib.* non aliter arbiter judicare debet, quam in se vellet judicari. *arg. l.* 12 *ff. de solutionib.* 46 Arbitrium approbandæ obligationis qui habet, non potest prorogare terminum vel arctare. *Bart.* 47 Hoc cum accidit, quid juris sit, v. Cass. Cott. *in memorab. in dictione*, arbiter cui data est. 48 Arbitrium dolo malo prolatum nullius est momenti. 49 Id enim potest, nisi aliud conenerit. *l. G. C eod.* 50 Locatori res inuectæ secundi conductoris non sunt obligatæ pro pensione. 51 Locator fructus coloni, pro pensione pignoris nomine retinere potest, etiam secundi. 52 In id tempus veteres solebant locare prædia: idque vocabatur lustrum, *l.* 4. §. 1. *ff. de reb. cred. l.* 13. §. 11. 12. *ff. l. b. t. l.* 30. §. 1. *ff. de leg.* 3. *l.* 67. *in fin. ff. de furt.* Imitatione lustri publici, quo vectigalia luebantur, id est, solvebantur. Varro 5 *de lingua.* Porro lustrum illud non de quinquennio integro intelligitur, sed de quarto exacto & quinto ineunte. 53 Sine justa causa scil. v. *l.* 27. *in fin. l.* 55. *in fin ff. eod.* Justa causa est, si vitium sit in ipsa re conducta. Ut migrare necessitas sit conductori: secus, si voluntaria migratio, ut si migrare velit quod uxorem duxerit, vel alia privata utilitate perductus. 54 Locator etiam statim agere potest adversus conductorem vel inquilinum habitationem deserentem. 55 Ut in *l.* 14 *l.* 22. *C. eod.* 56 Conductor etiam statim agere potest, ubi frui uti non potest. 57 Locator conductori non tantum habere, sed & pati eum perfrui cogitur. 58 Colonia quid, vid. in *l.* 2. §. 23. *ff. Ne quid in loco publico.* 59 Id quod nostra interest ob non factum id quod fieri convenit, & ad rem totam referetur, statimque committitur. Ita conductor impeditus uti fruì per locatorem eumve, quem locator prohibere potuit, statim agere potest ad remissionem pensionis, imo & ad id quod sua intererit, hoc est ad lucrum, quod ex conductis ædibus facere potuit. 60 Seu lucri quod facturus erat relocando. *l.* 18. *ff. eod. l.* 30. *l.* 33. *ff. eod. l.* 35. *in fin. ff. eod.* 61 Sero offert, qui offert re non integra. 62 Mora potest purgari intra paucos dies. *Bart.* 63 Paucorum dierum mora non spectatur vel officit. 64 *V. l.* 15. *ff. eod.* 65 Aliud si non potest. *d. l.* 33. *in fin.*

66 *l.* 32. *ff. eod.* 67 Ut *l.* 16. *ff. de liberatione.* 68 Ex conducto actione agimus ad conductionis pacta servanda: ex testamento actione, ad remissionem mercedis testamento nobis relictæ.

69 Certum pretium locationis ut venditionis esse debet. Quid, pretium ita constituturn, *quanti Titius æstimaverit*, esne certum? Quibusdam videtur certum esse, accipientibus hæc verba pro boni viri arbitrio, quod semper est certum, & emptionem locationemque valere, etiam pretium non definiente Titio, *l.* 1. *ff. de legat.* 2. Sane boni viri arbitrium certum est: quia & ipsa æquitas. Attamen ratio pretii certi non apparet, antequam eam definierit aliquis. Itaque taxari quantitatem in venditione & locatione exigimus omni modo, & ob id videtur irrita esse venditio pretium non definiente Titio. quod Justinianus probat magis. *l. ult. C. de contr. emptione. l.* 35. §. 1. *ff. de contrab. empt.*

70 Adde *l. ult. C. de contr. empt.* 71 Eadem verba Justiniani extant in *C. de contr. empt.* ut & collatione liqueat Tribonianum hic Gaio tribuere verba Tribuniani, & alioqui loquendi modus satis auctorem prodit. 72 Vide *l.* 44. *ff. de verb. oblig.* 73 Locatoris successor singularis non tenetur stare ejus colono. de quo plura vide hic apud Bald. 74 *l.* 9. *C. eod. Eclog. cap.* 24. adde *l. ult. ff. de jure fisci.*

quin prohibitus is ἀγειν cum eo ex conducto [76]. §. 2. Si, vicino ædificante, obscurentur [77] lumina cœnaculi, teneri locatorem inquilino: Certe, quin liceat [78] colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio est. De mercedibus quoque, si cum eo agatur, reputationis ratio habenda est. † Eadem intelligimus, si ostia [79] tenestrasve nimium corruptas locator non [80] restituat. §. 3. Conductor omnia secundum [81] legem conductionis facere debet; & ante omnia colonus curare debet, ut opera [82] rustica suo [83] quoque tempore faciat, ne intempestiva [84] cultura deteriorem fundum faceret: Præterea villarum curam agere debet, ut eas incorruptas [85] habeat. §. 4. Culpæ autem ipsius & illud adnumeratur, si [86] propter inimicitias [87] ejus [88] vicinus arbores exciderit. §. 5. Ipse quoque si exciderit, non solum ex locato tenetur, sed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim tabularum *arborum furtim cæsarum* [89], & interdicto *quod vi aut clam*: Sed utique Judicis, qui ex locato judicat, officio continetur, ut cæteras [90] actiones locator omittat. §. 6. *Vis major* [91], quam Græci Θεῖα βία [92], id est, *vim divinam* appellant, non debet [93] conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile [94] est, læsi fuerint fructus [95]: alioquin [96] modicum [97] damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Apparet autem de [98] eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin partiarius [99] colonus, quasi societatis [100] jure, & damnum & lucrum cum domino fundi partitur. §. 7. Qui [1] columnam transportandam conduxit, si ea dum tollitur aut portatur, aut reponitur, fracta sit, ita id periculum præstat, si qua ipsius eorumque quorum opera uteretur, culpa acciderit: * culpa autem abest [2], si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque observaturus fuisset. † Idem scilicet intelligimus &, si dolia vel tignum [3] transportandum aliquis conduxerit. † Idemque etiam ad cæteras [4] res transferri potest. §. 8. Si fullo aut sarcinator vestimenta [5] perdiderit, eoque nomine domino satisfecerit, necesse est domino vindicationem eorum & condictionem cedere.

De operis duobus simul locatis.

XXVI. ULPIANUS lib. II Disputationum.

IN operis duobus simul [6] locatis, convenit priori [7] conductori ante satisfieri.

De demolitione partis ædium. 1. De conductore qui migravit, vel non.

XXVII. ALFENUS lib. II Digestorum.

HAbitatores non, si paulo [8] minus commode aliqua parte cœnaculi uterentur, [ſtatim] deductionem ex mercede facere oportet: ea enim conditione habitatorem esse, ut, si quid transversarium [9] incidisset, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem parvulam incommodi sustineret: non ita tamen, ut eam partem cœnaculi dominus aperuisset, in qua magnam partem usus habitator haberet. §. 1. Iterum *interrogatus [est,]* si quis timoris [10] causa emigrasset [11], deberet mercedem, necne? Respondit: si causa [12] fuisset, cur periculum timeret, quamvis [13] periculum vere non fuisset, tamen non debere mercedem: sed si [14] causa timoris justa non [15] fuisset, nihilominus debere.

De domo quæ vitium fecit. Si inquilinus potestatem conducendi habuit.

XXVIII. LABEO lib. IV Posteriorum Epitomatorum à Javoleno.

QUod si [16] domi [17] habitatione [18] conductor æque usus fuisset, præstaturum. §. 1. Etiam [19] ejus domus mercedem, quæ vitium fecisset, [deberi [20] putat.] §. 2. Idem [21] juris esse, si potestatem conducendi habébat, ut pretium conductionis præstaret [22]. Sed si [23] locator conductori potestatem conducendæ domus non fecisset, & is in qua habitaret, conduxisset, tantum ei [24] præstandum putat, quantum sine dolo malo præstitisset [25]. Cæterum, si [26] gratuitam habitationem habuisset [27], pro portione [28] temporis ex locatione domus deducendum esse.

Sinere *quid sit.*

XXIX. ALFENUS lib. VII Digestorum.

IN lege [29] locationis scriptum erat, REDEMPTOR [30] SILVAM NI CÆDITO, NEVE CINGITO [31], NEVE DEURITO, NEVE QUEM CINGERE, CÆDERE, URERE SINITO: Quærebatur, utrum redemptor, si quem quid eorum rerum facere vidisset, prohibere deberet; an etiam ita silvam custodire, ne quis id facere possit? Respondi, verbum SINERE [32] utramque [33] habere significationem: sed locatorem potius id videri voluisse, ut redemptor non solum, si quem casu vidisset silvam cædere, prohiberet; sed uti curaret & daret operam, ne quis cæderet.

De demolitione insulæ. 1. De balneo exusto. 2. De mulis ruptis. 3. De pretio promisso in singulos pedes. 4. De vi excepta.

XXX. IDEM lib. III Digestorum à Paulo Epitomatorum.

QUi insulam triginta conduxerat, singula [34] cœnacula ita [conduxit [35]] ut quadraginta ex omnibus colligerentur: dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam: Quæsitum est, quanti lis æstimari deberet, si * is * qui totam conduxerat, ex conducto ageret? Respondit, si [36] vitiatum ædificium necessario [37] demolitus esset, pro portione, quanti dominus prædiorum locasset, quod ejus temporis habitatores habitare non potuissent, rationem duci, & tanti litem æstimari: sin [38] autem non fuisset necesse demoliri, sed, quia melius ædificare vellet id fecisset, quanti [39] conductoris interesset, habitatores ne migrarent, tanti condemnari oportere. §. 1. Ædilis [40] in municipio balneas conduxerat, *ut [41] eo anno municipes gratis [42] lavarentur:* post tres menses incendio facto [43], Respondit posse agi cum balneatore ex conducto, ut pro portione [44] temporis, quo lavationem non præstitisset, pecuniæ contributio fieret. §. 2. Qui [45] mulas *ad certum pondus oneris* locaret, cum majore onere conductor eas rupisset [46], *consulebat* de actione? Respondit, vel lege Aquilia, vel ex locato recte eum agere: sed lege Aquilia tantum [47] cum eo agi posse, qui tum mulas agitasset: ex locato, etiam si alius eas rupisset, cum conductore recte agi. §. 3. Qui ædem faciendam locaverat, in lege [48] dixerat: QUOAD IN OPUS LAPIDIS [OPUS] ERIT, PRO LAPIDE ET MANUPRETIO [49] DOMINUS REDEMPTORI IN PEDES SINGULOS SEPTEM DABIT: Quæsitum est, utrum factum opus, an etiam imperfectum, metiri oporteret? Respondit, etiam [50] imperfectum. §. 4. Colonus villam hac lege acceperat, *ut incorruptam redderet, præter vim [51] & vetustatem:* coloni servus villam incendit, non fortuito casu: Non videri eam vim exceptam respondit: nec id pactum esse, ut si aliquis dome-

[76] Adde *l. 13. in fin. ff. de off. & a.*

[77] Obscuratio nimio plus ædibus conductis à locatore, potest inquilinus migrare.

[78] Eo casu &.

[79] Locator ostia ac fenestras domus locatæ reficere suis impensis cogitur.

[80] *l. 19. §. 2. ff. eod.*

[81] *l. 19. C. eod. §. 1 in f. eod.*

[82] Fundi deterioris facti & cultura non exercitati, & ædificiorum non refectorum culpa, arbitrio judicis domino à conductore præstari potest. *Paul. 2 sent. 18. §. ult.*

[83] Colonus opera rustica suo quoque tempore facere debet, ac præterea villæ ita curam gerere, ut incorruptam habeat.

[84] Intempestiva dicuntur, quæ suo tempore non sunt.

[85] *l. 11. §. 2. ff. eod.*

[86] Culpa coloni ipsius fieri videtur, quod ejus inimicus fecit in fundo conducto.

[87] *l. 11. §. 3. ff. eod. Ecloga c. 25. l. 66. ff. soluto l. 20. ff. comm. divid.*

culpa autem debetur, *l. 52. §. 4. in fin. ff. pro socio.*

[88] Non patriæ, non latronum. *Bart. hic.*

[89] In duplum, *l. 7. in fin. ff. arbor. furtim cæs.*

[90] V. *l.* 130. ff. *de reg. jur.*

[91] Sic appellatur. *l. 9. §. 2. ff. eod.* à Cicerone 2 *de inventione.* Plinio 18. *cap.* 28. *in fin.* Columella 1. *c.* 7 1. Seneca 1 *de beneficiis* 10. fatum, *l. 11. §. 3. ff. de minorib.* fatale damnum, vis magna, *l. 2. in fin. ff. de periculo.* ratio, seu casus qui vim habeat divinam, *l. 24. §. 4. ff. de damno.* vis tempestatis calamitosæ, vis cui resisti non potest. *l. 15. §. 2. ff. eod.* [92] ἐκ τῆς λεγομένης θειομηνίας, *Ecloga c. 26. tit. 8.* utroque loco sic exprimitur hæc sententia. Qui pecunia conduxit, damnum immodicum, quod frugibus accidit vi majore & ea quæ θειομηνία dicitur, nequaquam agnoscit, sed modicum duntaxat. At partiarius colonus quasi jure societatis, lucrum & damnum cum domino fundi partitur. 93 Cur non debeat? nonne statim ut res vendita est, periculum ad emptorem pertinet? nonne locatio similis emptioni? *l. 2. §. 1. ff. eod.* Respondeo: Si fructus futuri vendantur, nec nascantur, pretium non debetur, *l. 8. ff. de contr. empt.* qui fundum conducit, fructus ejus emere videtur, ideoque si non nascantur, non debetur pensio. *Bart.* 94 Intolerabile damnum estne ultra dimidium justi pretii, ut vult Jacobus de Aretio? an vero cum colonus supra damnum seminis amissi mercedes præstare cogitur? *l. 15. §. 2. ff. eod.* an potius, cum nihil superest colono deducta impensa? *l. 7. ff. soluto.* ut vult Bartolus. Postrema hæc opinio æquior videtur. 95 Quorum æstimatio inibitur, non à die sterilitatis sed contractus habiti. *arg. l 8. C. de rescind. vendit.* 96 Pensionis remissio non fit ob modicum damnum. 97 Justa hæc est exceptio locatoris adversus conductorem, quemadmodum si vim majorem colonus in se susceperit. *l. 9. §. 2.* si fundum deseruit. *l. 15. in fin. l. 16.* si altero anno ubertatem colonus sensit. *l. 15. §. 4. ff. eod.* 98 Colonorum alii ad pecuniam numeratam conducunt, alii partiarii sunt, & partem fructuum præstant. *ut hic.* 99 Partiarius colonus est, qui non pecuniam præstat locatori, sed fructuum partem. Plinius 9 Epist. Non nummo, sed partibus locavi. Hic γεωργὸς μεριτὴς ἢ μέτοχος, quæ fructuum est partitio. 6 Harmen. *in* Georgicis 1. § 20. Idem ἡμισεὰς, *ibid.* § 24. forte quod medias fructuum præstaret domino, qui ibidem χωρδωνὰς, fundum colendum præstans. Hic vero partiarius μεταξιωτὴς μισθωτὴς auctori *Synopf.* dicitur, *eod. c. 26.*

100 Ut eo casu servetur hic idem quod in socijs: & ita hic contractus non transeat in heredem coloni. *l. 52. §. 4. ff. pro socio.* Igitur si conventio talis sit, ut dominus partiarium admittat colonum, quasi societas: si ut mercedem in pecunia accipiat, vera locatio: si ut mercedem in frumento, vino aut oleo habeat, erit contractus, do, ut des, vel facias. *Bart.* 1 Architectus culpam factorum operariorum suorum præstat. 2 Culpa caret, qui ea facit quæ diligens faceret. *l. 31. ff. ad l. Aquil.* Goth. Imo non tenetur locator de levissima culpa. *l. 3. §. 2. ff. naut. caupon. stabul.* Sed ibi de locatione operis. Hotoman. ad §. *fin. Inst. b. t.* Alii dicunt non regulariter venire levissimam culpam, sed saltem ratione circumstantiarum, aut pactionum. vid. Treutler. *de locat. th. 6. litt. f.* Anſ.

3 Græci videntur legisse *lignum.* τὸ αὐτὸ ἢ ἐπὶ πίθων ἢ ξύλων ἢ ἄλλων ὡρισμένων. 3 Harmenop. 8. §. 28. Et tamen Hotomanus legit *signum*, 4 *obs.* 22. 4 Transportandas scil. 5 *l. 60. §. 2. ff. eod. l. 5. in fin. ff. naut.* 6 Ne dicas eodem tempore (alias hæc lex sibi contraria esset, neuter prior esset; sed ab uno & eodem homine, diversis tamen temporibus, id est, si eædem operæ & pluribus, &c. *Accurſ.* 7 Prior in obligatione facti, potior est jure. 8 Modica incommoditas conductoris non inducit remissionem mercedis. *Bart.* Sed nec causa idonea est conductori migrandi.

9 Transversarium quidam hic exponunt, adversarium. 10 Instantis præsertim, idque saltem specietenus. Est enim receptum, ut propter justum metum impune inquilinus migrare possit. *l. 28. ff. de damno.* Talis est metus damni infecti. *l. 13. §. 6. ff. de damno.* ignis, *l. 49. in fin. ff. ad leg. Aquil.* exercitus. *l. 13. §. 7. ff. eod.* pestis. v. Bart. *ad l. 8. C. eod.* Memini me adolescente Ludovicum Sanctonium disertissimum in foro Parisiensi advocatum, curatorem & cognatum meum, clienti cuidam suo remissionem pensionis impetrasse conquerenti, se propter spectra, idola, seu φάσματα domui conductæ infesta, frui non posse: Movebat, quod cum conductio emptioni similis esset, conductio statim in conductorem periculum rei locatæ transferre videretur. Ille hanc hypothesim emptioni fructuum futurorum comparabat, qui si nulli extitissent, constabat nullam venditionem esse: igitur nullam hic conductionem esse, quod ejusmodi spectra habitationem impedirent. Dicebam conductorem eo casu non ferendum, qui sibi sponte metum accerseret, cum constaret ex Plinio *epist. 7. c. 27,* Athenodorum philosophum Athenis minime eas res expavisse: metum autem eum non esse considerandum, qui in constantem virum non possit cadere. Ille non exemplis, sed legibus judicandum esse: quinetiam illum unicum Athenodorum proferri, non unum aut alterum. Raros reperiri qui non talibus spectris occurrentibus expavescant, hinc liquere metum hic non minus verum esse, quod unicus Athenodorus in hoc casu talia spectra non reformidaverit. nec enim quæ semel vel iterum eveniunt, a legislatore considerari: ad hæc dicebat argumentum feciſſe judicibus, quod hujusmodi spectris domus non modo, sed & regiones desertæ fuerint redditæ. utebatur autem testibus omni exceptione majoribus, scriptura divina scil. & Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8. locum ex Plinio juniore citabat 27 *Epist. 7.* proferebat pariter historiam umbræ Samuelis, jussu Saülis evocatæ: & Augustini locum insignem *ex libris de cura pro mortuis agenda:* quod eo lubentius adscripsi, ut vel hoc loco bene merenti cognato, quondam curatori, gratiam non immemoris animi qualem qualem referrem: quem summa & exacta juris nostri cognitio, ut & mores placidi & integerrimi, ad majores post honores, non in patria tantum Lutetiæ, sed & apud ipsum patriæ patrem, hoc est Regem, commendatissimum provexerunt. His adde quæ ad hanc quæstionem: An remissio pensionis vel emigratio peti possit ob pestem, larvas & strigas, quæ scribit Arnoldus Ferronus ad §. 3 consuetudinum Burdigalensium. Titul. de locato. Christophorus Porcus ad §. *ult. Inst. de locato.* Guido Papæ *Decis.* 630. Vide etiam Gregorium 3 *Dialog. c.* 4. Lucianum *in dialogo Philopseude.* Alexandrum ab Alexandro 5 *genial.* 23. Paulanium 2 *Eliacon*, ubi de Temesseniibus. Ælianum 8 *de varia historia.* Leonicum 1 *de varia historia. c.* 42. Ita oculto Dei judicio dæmonibus etiam provinciæ totæ infestantur. Vide Augustinum 18 *de civitate.* 18. Gregor. 3 *Dial.* 21. Thomam 1 *parte quæst.* 114. *art. 1. & 4.* vide etiam 3 Regum ultim. Epistolam ad Ephesios *c.* 9. *c. Episcopi. 26. quæst. 5.* Auctorem Mallei maleficorum. Hanc etiam quæstionem sæpius agitatam in Prætorio Granatensi Didacus refert Covarr. 4 *Variar. 6.*

[11] Conductor domus potest propter justum metum emigrare: ita ut ea exigitantes possit pro rata temporis pensionis remissionem petere. 12 Adde *l. 1. §. 4. ff. de migranda.* 13 In justo metu non consideratur eventus, sed justa opinio.

14 Conductor domus citra justam metus causam emigrans, pensionis remissionem non impetrat.

15 V. *l. 24 §. 2. ff. eod.* adde *leg. 9. ff. quod met. caus.*

16 Conductor domus si justam emigrandi causam habens, non emigravit, non consequitur mercedis remissionem: sibi enim imputare debet, quod non emigravit: quod denique usus sit ædibus, à quibus emigrare propter justum metum potuit.

17 Domus habitatione, &c. *Hal.*

18 Mendum est se puto in his verbis, sic itaque lego: Et æque, ac si domus habitatione conductor usus fuisset, præstaturum.

19 Conductor remissionem pensionis impetrat ejus domus quæ vitium fecit.

20 A quo? non à conductore, cui eo nomine ex conducto actio competit, *l. 13. §. 6. ff. de damno*, non à locatore. Is enim mercedem conductori non præstat, sed ab eo accipit. Accursius post Azonem monet, hæc verba, *deberi putat*, esse cancellata in libro Johannis. & bene. Adhæc, particulam, *etiam*, non esse paragraphi initium in vulgata editione animadverto, sed principio hujus legis omnino cohærere: si ita est, sensus erit, eum qui sine justa causa emigraverit, non minus debere pensionem, quam si ipsa re vere usus sit, utcumque vel antea vel postea contigerit eam domum vitium facere. antea, inquam: hoc enim sibi imputare debet, qui sciens vitiosam conduxit. *dicta leg. 13. §. 6.* postea vero cum

id post moram suam acciderit. 21 Conductor remissionem pensionis non modo obtinet, quoties coactus emigrare aliam conduxit, permittente locatore, sed & id omne quod plus impendit, in alia domo conducenda. 22 Præstaret dominus, *Hal.* mendum hic esse suspicor: sic restitui posse puto. Idem juris e. s. p. c. h. ut & contrario pretium conductionis præstaret locator, si conductori potestatem, &c. 23 Conductor coactus emigrare ex domo conducta, potest invito locatore aliam conducere. Ea in specie locator tenetur conductori tantum præstare, quantum conductor sine dolo malo alterius domus conducendæ causa præstiterit, *ut hic.* Quod si conductor aliam domum non conduxerit, sed gratuitam habuerit etiam ab alio, locator conductori nihil damni nomine præstabit, sed pro portione temporis quo conductor perfrui non potuerit, deducta ei ex pensione.

24 Id est, conductori. 25 Id est, quanti conducturus fuisset. *arg. leg. 65. §. 7. ff. de conditione indeb.*

26 Facta emigratione sc. puta mense Martio. cum à primo Januarii ad finem Decembris domum conduxisset. 27 Conductor scil. idque ab aliquo ad finem Decembris. 28 Id est, pro decem mensibus, ut in hypothesi quam attuli, non pro integro anno. facit *l. 30. §. 1. ff. eod.* 29 Leges ita certæ seu conventiones dicebantur redemptoribus, *ut hic. l. 30. §. 3. ff. eod. l. 15. ff. de publican.*

30 Redemptor, qui quid pecunia sua redemit, *ut hic.* redemptor silvæ. & *l. 30. §. 3. ff. eod.* redemptor ædis, *in l. 15. ff. de publican.* redemptor cotoriarum, *in l. 60. §. 8. ff. eod.* redemptor pontis, redemptor ædificii qui suis cœmentis ædificat, *l. 39. ff. de rei vind.* cui si quid mandante domino ædificii restituendi creditor mandet, privilegium exigendi habeat. *l. 1. ff. in quibus causis tacite pignus.*

31 Hoc quid sit, vide *l. 5. ff. arborum furtim cæsarum.* adde *l. 15. ff. de publican. l. 203. ff. de verborum signif.* 32 Vide *l. 15. §. 4. ff. eodem.* Goth. Ubi ex natura & qualitate contractus intelliguntur. *S. L.* 33 Sinendi debitor non modo præsens prohibere facientem debet, sed & absens curare debet, ne quis faciat. 34 Locare per singula cœnacula, & locare domum averſione, contraria sunt. nam averſione, est totam locare uno pretio. 35 Ita locavit. *Halaander.*

36 Locator necessaria ex causa domum locatam reficiens deducit ex pensione conductoris pro rata temporis, quo conductor non potuit ædibus perfrui. 37 *l. 3. C. eod.* & sic dominus potest ex causa necessaria inquilinum expellere. ergo eadem lege, si justa causa fuerit, inquilinus ante conductionis tempus emigrare poterit. vide *l. 24. §. 2. l. 27. in fin. ff. eod. l. 55. in fin. ff. eod.*

38 Locator citra necessariam causam domum locatam reficiens tenetur conductori in id, quod interest, præter remissionem pensionis pro portione temporis, quo frui conductor non potuit.

39 Vide quæ notavi ad *l. 28. ff. de damno.* Lucrum & in eo continetur. *l. 24. §. si colonus. ff. eod. l. 33. ff. eod.* 40 Ædiles erant in municipiis: His inter cætera fori & mensurarum cura erat, *l. 13. §. 8. ff. eod.* ut & balnearum conductio publicarum, *ut hic.* Porro in municipiis etiam Ædiles fuisse, Festus & Cicero 13 *Epist. ad Brutum.* & Spartianus testantur *in Adriano.* sic Areti Ædiles apud Persium Satyr. 1. Fidenæ, Gabii, Ulubris. *Juvenalis Satyr. 1. 10.* Novarius, Suetonius *libro de Claris Grammaticis*, ubi de Gaio Albula, ideoque de municipalibus ædilibus intelligi potest. *l. 13. §. 8. ff. eod. l. 17. §. 1. ff. de excusat. tutorum. l. 12. ff. de decurionibus.* In inscriptionibus occurrit sæpe vox *Ædilis* separata à Duumviris: forte quia diversi Ædiles & Duumviri. v. Brissonium 3 *select. c. 11.* 41 Si balneum conducam, ut anno toto laver, idque tertio mense comburatur, residui temporis mercedem repeto. *Synopf. eod. c. 3.* 42 Conductori fit remissio pensionis pro rata temporis quo fruitus non est, etiamsi usum domus conductæ aliis gratis concedebat. 43 Factor combusta sunt, *vulgatus:* ἢ κατὰ τὸ τέτοφ μηνὶ, *Eclog. c. 33.* 44 V. *l. 28. in fin. ff. eod.*

45 Si quis jumentum conduxerit (ἄλογον, *Synopf. eod. c. 33.* ζῶον. 3 Harmen. 8. §. 29.) ad certum onus gestandum, idque impositio graviori pondere læsum fuerit, ex locato eum eo quidem agitur, qui damnum dedit; Aquiliæ vero locus est in eum duntaxat, qui jumentum egit. 46 *Ut l. 27. §. 9. ff. ad l. Aquil.* 47 Imo, & cum ipso domino, si gravius onus jumento imponi mandavit. *arg. l. certe. 6. §. 1. ff. de precario.* 48 Leges hujusmodi redemptoribus dicebantur, ut *in l. 29. ff. eod.* dixi. 49 *Manus pretio*, Haloand. *manu pretio*, Brisson. 4 *select. 13.* In manus pretio plerumque plus est, quam in re, *l. 13. §. 1. ff. de verb. signif.* pretium operæ artis, *l. 52. §. 2. in fine. ff. pro socio.* dicitur 33 Plin. 11: Nec copia tantum argenti quærirur vitæ, sed validius pene manu pretium. Idem dixit manui pretium 35. *c. 11.* proponimus militiam & castrensium laborum tarda manu petere. *Seneca 17 Epist. 102.* 50 Quo nomine id tacite venit, ut pro modo mensuræ fiat solutio. *Castal.* Ita quotics merces præstatur in singulas mensuras, potest agi etiam ante opus perfectum, *ut hic.* Idem est, si prius in universum opus merces constituta sit, & redemptor operis sit ejus conditionis, ut non possit opus perficere, nisi pecunia accepta; *l. 2. C. eod. l. si vero non remunerandi. 12. in fin. l. si mandatu meo. 45. ff. mandati.* 51 *Sub.* illatum ab extraneo, non à domestico. Ita fit, ut in generali exceptione non contineatur persona loquentis, ne fraus & dolus consequatur, adde *l. 29. in fi. ff. de pign. l. 18. C. de solut.*

domesticus [52] eam incendisset, ne præstaret, sed extrariam [53] vim utrosque excipere voluisse.

De onere aversi.

XXXI. IDEM lib. V Digestorum à Paulo Epitomatorum.

IN navem Saufeii cum complures frumentum confunderant [54], Saufeius uni [55] ex his frumentum reddiderat de communi, & navis perierat: Quæritum est, an cæteri pro sua parte frumenti, cum nauta agere possunt oneris aversi [56] actione? Respondit [57], rerum locatarum duo genera esse: ut aut idem redderetur, sicuti cum vestimenta fulloni curanda locarentur: aut ejusdem generis [reddereturl], veluti cum argentum pusullatum [58] fabro [59] daretur, ut vasa fierent, aut aurum, ut annuli: ex superiore causa rem domini manere: ex posteriore, in [60] creditum iri. † Idem [61] juris esse in depositо: nam si quis pecuniam numeratam ita deposuisset, *ut neque clusum, neque obsignatam traderet*, sed *adnumeraret*, nihil aliud eum debere, apud quem depositа esset, nisi [62] tantundem pecuniæ solveret: Secundum quæ videri triticum factum Saufeii, & recte datum. Quod si separatim tabulis, aut heronibus [63], aut in alia culpa clusum uniuscujusque triticum fuisset, ita ut internosci posset quid cujusque esset, non potuisse nos permutationem [64] facere, sed tum posse eum cujus fuisset triticum, quod nauta solvisset, vindicare: & ideo se [65] improbare actiones oneris aversi: quia sive ejus generis essent merces, quæ nautæ traderentur, ut continuo ejus fierent, & mercator in creditum iret, non videretur onus esse aversum, quippe [66] quod nautæ fuisset: sive eadem res quæ tradita esset, reddi deberet, furti esse actionem locatori, & ideo [67] supervacuum esse judicium oneris aversi. Sed si ita datum esset, *ut in simili re solvi posset*, conductorem culpam dumtaxat debere: nam in re, quæ [68] utriusque causa contraheretur, culpam deberi, neque [69] omnimodo culpam esse, quod uni reddidisset ex frumento, quoniam alicui primum reddere eum necesse fuisset, tametsi meliorem ejus conditionem faceret, quam cæterorum.

Si fundus locatus, vel venditus legetur.

XXXII. JULIANUS lib. IV ex Minicio.

QUi fundum colendum *in plures* [70] *annos* locaverat, decessit: & eum fundum legavit: Cassius negavit [71] posse cogi [72] colonum, ut eum fundum coleret, quia [73] nihil heredis interesset: Quod si colonus vellet colere, & ab eo cui legatus esset fundus, prohiberetur [74], cum herede [75] actionem colonum habere, & hoc detrimentum ad heredem pertinere: sicuti si quis rem quam vendidisset, necdum tradidisset, alii legasset, heres ejus emptori & legatario esset obligatus.

Si colono frui non liceat.

XXXIII. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

SI fundus quem mihi locaveris, publicatus [76] sit [77], teneri te actione ex conducto, ut mihi frui liceat, quamvis per te non stetit, quo minus id præstes: Quemadmodum [78], inquit, si insulam [79] ædificandam locasses, & solum corruisset, nihilominus teneberis: Nam [80] & si vendideris mihi fundum, isque prius, quam vacuus traderetur, publicatus fuerit, tenearis [81] ex empto [82]: Quod hactenus verum erit, ut pretium restituas, non ut etiam id præstes, si quid pluris mea interfit, eum vacuum mihi tradi. † Similiter [83] igitur & circa conductionem servandum puto, ut mercedem quam præstiterim restituas, ejus scilicet temporis, quo fruitus non fuerim: nec ultra actione ex conducto præstare cogeris. † Nam & si colonus tuus fundo frui à te aut ab eo prohibetur quem tu prohibere [84] ne id faciat possis, tantum ei præstabis, quanti [85] ejus interfuerit frui: in [86] quo etiam lucrum [87] ejus continebitur [88]: Sin [89] vero ab eo interpellabitur, quem tu prohibere propter vim majorem, aut [90] potentiam ejus non [91] poteris, nihil amplius ei quam mercedem remittere, aut reddere debebis.

XXXIV. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

PErinde ac latronum incursu id acciderit.

De duobus quorum uterque fundum communem aut fundum alterius conductum habet.

XXXV. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

ET hæc distinctio convenit illi, quæ à Servio introducta, & ab omnibus fere probata est, ut, si *aversione* [92] insulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui possit, effecerit, animadvertatur, necessario [93] nec ne id opus demolitus est: * Quid enim interest [94], utrum locator insulæ propter vetustatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre injuriam ejus quem prohibere non possit? intelligendum [95] est autem, nos hac distinctione uti de eo, qui & suum prædium fruendum locaverit, & bona fide negotium contraxerit: non de eo qui alienum prædium per fraudem locaverit, nec resistere domino possit, quominus is colonum frui prohibeat. §. 1. [Cum] fundum communem habuimus, & inter nos convenit, *ut alternis annis certo pretio* [96] *eum conductum* [97] *haberemus*: tu, cum tuus annus exiturus esset, consulto fructum insequentis anni corrupisti [98]: agam tecum duabus actionibus, una ex conducto, altera ex locato: locati enim judicio mea pars propria [99], conducti autem actione tua dumtaxat propria in judicium venient. Deinde ita *notat*: Nonne, quod ad meam partem attinebit, communi dividundo præstabitur à te mihi damnum? Recte quidem [notat:] Sed tamen etiam Servii sententiam veram esse puto; cum [100] eo scilicet, ut, cum alterutra actione rem servaverim, altera perimatur. † Quod ipsum simplicius [1] ita quæremus, si proponatur inter duos, qui singulos proprios fundos haberent, convenisse, *ut alter alterius ita conductum haberet, ut fructus mercedu nomine pensaretur.*

De aversione.

XXXVI. FLORENTINUS lib. VII Institutionum.

OPus [2], quod *aversione* [3] locatum est, donec adprobetur, conductoris periculum est. Quod vero ita conductum sit, *ut in pedes, mensurasve præstetur*, eatenus conductoris periculo est, quatenus [4] admensum non sit: & in utraque causa nociturum locatori, si [5] per eum steterit, quominus opus adprobetur, vel admetiatur. Si tamen vi [6] majore opus prius interciderit, quam adprobaretur, locatoris [7] periculo est: nisi si aliud actum sit: non enim amplius præstari locatori oporteat, quam quod sua cura atque opera consequutus esset.

De opere antequam probetur, consumpto.

XXXVII. JAVOLENUS lib. VIII ex Cassio.

SI prius quam locatori opus probaretur, vi aliqua consumptum est, detrimentum ad locatorem ita pertinet, si [8] tale opus fuit, ut probari deberet.

De operis non præstitis.

XXXVIII. PAULUS lib. singul. Regularum.

QUi operas suas locavit, totius temporis mercedem [9] accipere debet, si [10] per [11] eum non stetit, quominus operas præstet.

§. 1. Advocatis [12] quoque, si per eos non steterit, quominus causam agant, honoraria [13] reddere non debent.

De dominio rei locatæ.

XXXIX. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

NOn [14] solet [15] locatio [16] dominium [17] mutare [18]. De

---

52 Factum suæ familiæ quis præstat, ubi ejus culpa arguitur, non ubi casus accidit. *Cod.* Conductori vis fieri non intelligitur, quæ a domesticis fit eisimo potius id culpæ suæ adscribere debet, quam casui, quod hujusmodi personarum opera utatur.

53 Extraria vis hic, quæ ab extraneo, non à domestico illata. Sic extrarii heredes. *l.* 36. ff. *de bonis libertorum.*

54 *Al.* confuderant.

55 Vide *l. ult. C. depositi.*

56 Onus avertere, est diltrahere & permutare. Oneris aversi actio in duplum fuisse videtur imitatione furti: nihil proprium habuisse constat, ut in actione in factum de publicanis, nisi forte id actum est, ut innotesceret, curæ legibus esse improbitatis hoc genus hominum coërcere. Cujac. 7 *obs.* 39. Goth. Quid sit aversione vendere aut locare, vid. Charond. *verisimil. lib.* 3. *cap.* 5. Alciat. *lib.* 6 *paterg. c.* 28. Hottomann. *lib.* 1 *obs. c.* 19. Ans.

57 Locatarum rerum duo genera sunt. Unum ut idem: alterum, ut ejusdem generis reddatur: Idem, puta idem vestimentum: Ejusdem generis, puta vas ex meo argento, annulus ex auro meo. Priore casu res domini manet: posteriore, in creditum itur.

58 Quidam *pusillatum* legunt apud Accursium, *postulatum* legit Alciatus 6 *Paterg.* 4. Inde dictum arbitratur, quod ut victoribus in circo daretur, à quovis postularetur. hinc Juvenalis, *Accice, victori populus quod postulat aurum*: & Marcialis 6. *Nulla venit à me argenti tibi libra postulati.* Budæus hic *pastillatum*, id est, in pastillos formatum, id est, infectum. sunt enim pastilli, massæ cujusque materiæ. Hujusmodi argentum Germanos afferre, Galli *condreae* vocant. *Postulatum* tamen quod & Haloander habet, idem rectius legi monet. Hinc Suetonius *in Nerone*: aurum postulatum exegit, id est, purgatissimum, excoctissimum τὸ πεπολίσθαι, quod & purum dicitur, quale Carthaginenses Romanis dare cogebantur, *ex* 6 *Gell.* Citat autem Gellius Alfenum hujus legis auctorem: quæ res facit, ut Cotta, *in memorabilibus suis. in dictione Argentum.* existimet hic legendum *argentum purum*, ut apud Gellium. Cuj. 7 *obs.* 39. monet idem esse, pusulatum, postulatum, pusulatum. Pustulain pusulam, & postulam dici. *Tibullus*: Læderet, ut teneras postula rupta manus. Pustulatum dici non sensu Alciati, sed quod soleat argentum merum in coquendo in pusulas adsurgere, Gallice dicitur, *argent de coupelle.* vide *ibidem* Cujac. Idem quoque video ab Adriano Turnebo notari 24 adversariorum 2. citatque Plinium 26. *c.* 8. 59 Vasculario. *l.* 39. ff. *de auro.*

60 Imo in locatione & conductione iri in creditum non potest, nec enim locatio transfert dominium. *lege non solet.* 39 ff. *eod.* An hic casus specialis est: an vero hoc negotium contractus innominatus fuerit, non locatio? An potius dicendum est, mixtum esse negotium: ut qua parte spectaveris operas sit locatio: qua dominii translationem, non sit locatio, sed alius contractus? 61 Depositarum rerum duo genera sunt: unum, ut idem plane reddas: alterum, ut tantundem. Idem, puta eandem pecuniam clusam & obsignatam. Tantundem, puta pecuniam, neque clusam & obsignatam, depositam, adnumeratam. 62 Atqui in depositо non tranlit, dominium. *l.* Lucius 24. ff. *depositi.* Dic hoc genus depositi egredi proprios depositi terminos. 63 Centonibus, Haloander beronibus vel peronibus. Bud. *hic*, id est, faecis, quo verbo usus fuit Plin. 36. *c.* 54. & Vitruv. 5 *in fin.* Cotta in dictione, *argentum*, opinionem eandem adfert suppresso Budæi nomine. Cujac. 7 *obs.* 39. Florentinam tuetur, additque Græcos in hanc legem interpretari herones cophinos. Turneb. 24 *adverf.* 2. *legit.* Eronibus. Erones accipit, texta quædam storiarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebantur. hujusmodi vasa φερμοὶ à Græcis dicuntur. Apud interpretem Terentii, id est, Donatum in Phormione legi, Phormionem, non à formula, sed à Phormione dici sparteo, quem nos Eronem dicimus trivialiter, & pro consuetudine. 64 Frumentum unius alteri dare. 65 Oneris aversi actiones improbat, & cur. 66 Onus avertisse non dicitur, qui rem suam avertit. Ita oneris aversi actione nemo tenetur, nisi quis alienum onus avertit. In hac autem specie nauta ea lege merces mercatorum accepit, ut ipsius nautæ fierent. 67 Oneris aversi actione in avertentes non utitur, qui suum consequi ab eo potest furti actione.

68 Culpam in re communi quisque præstare cogitur. 69 Gratificationi locus est. *l. ult. ff. de religiosis.* 70 *L.* 24. *in fin. ff. eod. leg.* 60. ff. *eod.* plureis quam quinque, Siculus Flaccus: Alii per singula lustra locare soliti: alii in plures annos; pauciores decem: nam qui in plures, utile dominium habet, *leg.* 1. ff. *si ager.* & habet jus in re, nec potest repelli ab emptore, legatario, vel successore singulari. *Bartol.* 71 Colonus non cogitur stare successori singulari locatoris, *ut hic.* nam & eadem ratione singularis successor locatoris non cogitur stare colono: potest tamen eo casu colonus prohiberi colere à successore singulari. 72 *Subaudi*, per heredem locatoris (quia ejus non interest coli fundum: postquam legatus est fundus:) Imo nec per legatarium, seu singularem successorem locatoris: quoniam actiones personales locatoris, in ejus singularem successorem non transeunt, nisi legaverit fundum cum omni suo jure, & actione sibi competente: tunc enim videtur actionem ipsam legasse, actionem utilem in legatarium transtulisse, *lege, ex legato nominis.* 18. *C. de legat.* vel nisi heres actionem cederet. *l. si rem quam.* 29. ff. *de evict.* quod minus probo. Qui enim cedat heres, quod ipse non habeat? 73 Is cujus non interest, non admittitur ad agendum. Nemo admittitur ad agendum nisi ejus interfit. Exceptio tua non interest, agentem repellit.

74 Colonus à successore singulari locatoris expelli potest, *ut hic.* nisi forte colonus jus habeat pignoris in re ipsa. *l.* 54. §. 2. ff. *eod.* 75 *l.* 120. *in fin.* ff. *de legat.* 1. 76 Ut & alibi militibus adsignatus. *l.* 15. §. 2. ff. *de rei vindic.* 77 Locato fundo publicato, locator conductori tenetur ad solam pensionis remissionem: Sed & hinc notare possis, fiscum non cogi stare colono.

78 Locati fundi publicati, & chasmate perempti collatio: alterutro casu, solam pensionis remissionem conductori præstat locator. 79 *l.* 59. ff. *eod.* 80 Locati & venditi fundi publicati collatio: illo casu locator, vel pensionem acceptam reddere, vel remissionem nondum acceptæ facere conductori tenetur. Hoc autem casu venditor emptori, vel pretium acceptum reddit, vel nondum recepto liberationem facit emptori. Neutro casu agit in id, quod sua interfuit conductor, vel emptor. 2. Publicato post traditionem fundo, nulla adversus venditorem emptori actio.

81 Cur? quia fuisti in mora. *l. ult. C. de periculo.* 82 Atqui res perit domino: fundus autem emptoris fuit ante traditionem, *l.* 8. ff. *de periculo.* & statim periculum ad eum dicitur pertinere. §. 3. *Inst. de empt.* Cur tam varie? non ideo quod in institutionibus regulæ juris, & hic jus summum tradatur in Pandectis æquitas. Nam idem *in l.* 8. ff. *de periculo.* decidit ur: sed quod utrobique ex stricto jure, hic ex æquitate. Sensus itaque erit, ante traditionem, publicato fundo, vel perempto, etiam impedito emptore vi majore, aut potentia, in hoc tantum esse actionem emptori, ut pretium venditor remittat, vel restituat: aliud si post traditionem aliquis rem evicerit, jure dominii, hypothecæ, possessionis, usus, usufructus, superficiei. Cujac. 8. *ad Afric.*

83 Est enim frequens emptionis & conductionis inter se collatio. *l.* 7. 8. ff. *de peric.*

84 Prohibere qui potest, neque prohibet cum prohibere debeat, tenetur adversario in id, quod ejus interest. *l.* 7. ff. *qui sine manumissione. l.* 199. ff. *de reg. jur.*

85 Conductor si frui à locatore impeditur, agit etiam in id, quod sua interest, *ut hic.* Jas. 1 *conf.* 109. Paul. 1 *conf.* 38. ut & si à tertio, si modo locator obsistere tertio potuit. *Romanus conf.* 178. Socinus 1. *conf.* 88. & 120. & 2. *conf.* 9. Imo si quid dolo fecit adversus locationem, locatori doli tenetur, *l. permissio.* 16. §. *permissio.* 2. ff. *de præscript. verb.* Quid si locator in re aliqua conductorem impedit, & rem æque idoneam conductori offert? purgatum ejus factum dici potest. *l.* 15. *l.* 24. §. 4. ff. *eod. l.* 60. ff. *eod.*

86 Id quod interest lucrum etiam continet, puta fructus quos ex fundo percepturus erat conductor. quod plures locare fundum alteri potuit. l. 30. ff. *eod.*

87 *l.* 13. *l.* 30. *l.* 24. ff. *eod.* vide Cuj. *ad hanc leg.* 8. *ad Africanum.*

88 *l.* 24. §. 4. ff. *eod.* Imo non continetur: nec enim continetur in emptione, quæ locationi similis est. *l.* 21. §. 3. ff. *de act. empt.*

89 Cur locato fundo publicato conductori tenetur locator, vel ad pensionem reipsa restituendam: vel ad remissionem pensionis faciendam: non in id, quod conductoris interest? Quia si ipse fundus chasmate periisset, non amplius teneretur, *vers. quemadmodum.* ff. *eodem*: quia vendito fundo & publicato, venditor non in amplius tenetur emptori. *vers. Nam etsi vendiderit.* quia si prohiberetur conductor frui ab eo, quem ipse prohibere propter vim majorem, aut potentiam, aut latrocinium non possis, non in amplius teneris, *ut hic. & l.* 34 ff. *eodem.* quia si locator necessaria ex causa domum suam reficere cogeretur, non in amplius teneretur conductori, *l.* 35. *in princip.* ff. *eod.* Ita fundi locati publicatio comparatur fundo, qui chasmate periit: comparatur fundo vendito publicato: comparatur vi majori: comparatur denique necessariæ ædium refectioni. Ita locator non publicationem, non vim majorem, non vitia rei præstabit conductori. Quid si locator cum hæc sciret omnia, nempe publicationem, vim majorem ac potentiam, & insulæ mox reficiendæ vitia? tenebitur in id, quod interest conductoris. *l.* 35. *vers. Intelligendum.* ff. *eod.* 90 Vide *Papianum* 10 *Arrestorum* 7. *in fin.*

91 Vide *l.* 50. ff. *de reg. jur.* 92 Id est, totam uno pretio, non in singula cœnacula: de aversione dicam *l.* 36. ff. *eod.* 93 Hæc necessitas vi proxima est. Imo vis nihil aliud est, quam necessitas contraria voluntati: & rerum, necessitas vis contraria voluntati, vis cui inviti succumbimus, ut est *in l. pen.* ff. *ult. ff. de exceptat.* 94 Διάφορον τῆς διαλύσεως ἐπιθέσθαι ἢ ἐφ' ἃ βία ὑπεροράσθαι. Cujac. *tractatu* 8. *ad Africanum ex Græcis.* 95 Hic versiculus expositus est *l.* 33. *in fin.* ff. *eod.* Goth. Nota quod qui est dominus, pro indiviso potest elocare totum fundum. vid. Bald. *ad l. ult. C. qui testamenta.* Ad intellectum hujus l. vid. Anton. Augustin. *lib.* 3 *emend. cap.* 6. Charond. *lib.* 3 *verisimil. cap.* 5. Cujac. *lib.* 1. & 8 *ad Africam.* 96 Sine certa mercede locatio nulla est.

97 Locare socius socio partem pro indiviso communem potest. Ita fiet, ut si inter socios convenerit fuerit, ut alternis annis fruerentur, illo casu competat ex locato & conducto actio.

98 Immisso forte pecore, *l.* 23. ff. *comm. divid.* vide quæ notavi ad *l.* 48. ff. *de usufructu.* vel contra legem vulgarem locationis, ne colonus capra natum in fundo pascat; finge enim eum fundum fuisse vineam, vel agrum furcularium. Cujac. *ibid.* 99 Sum enim meæ partis locator, tuæ conductor, & tu utriusque partis fructus maligne corrupisti. 100 Ea conditione, *ut l.* 39. ff. *de flut.* Haloander legit in eo, & male. 1 Detracta communione fundi, detracta actione communi dividundo. Græci δίχα τινὸς συκοφαντίας ἢ διαιρέσεως. Cujac. *ibid.* simplicius & rudius, detracta scrupulositate, controversia, distinctione omni, ut *l.* 20. ff. *de hered. vel action. vend.*

2 Lolati operis aversione periculum est ejus, qui opus facere tenetur, non in infinitum, sed donec opus approbetur: in pedes vero, mensurasve operis periculum est, & ejusdem non donec approbetur, sed donec mensuretur. 3 ὑφ' ἁμάξαι. Latine quasi averso vultu, ut Græci τὸ προσώπου διαστροφὴν totum uno pretio non in pedes mensurasve. vide quæ scripsi *ad l.* 62. *in fin.* ff. *de contrah empt.* 4 Si merces est præstanda ad operis mensuram, periculum est conductoris donec mensuretur. vide quæ notavi ad *l.* 59. ff. *eod.* 5 Si dominus est in mora mensurandi, vel approbandi opus, tenetur redemptori. 6 Periculum qui in se suscipit, casus fortuitos non præstat.

7 Vide *l.* 59. ff. *eod.* 8 *l.* 36. ff. *eod. l.* 59. *l. ult.* ff. *eod. l.* 5. ff. *nautæ, caup.* 9 Locator operarum mercedem accipit. 10 Exceptionis genus observa: Per me non stetit, quo minus operas præstarem. 11 Vide *l.* 24. ff. *de cond. & demonst.* 12 *Eclogæ* 38. 13 Τὰ μισθώματα, mercedem. *Synopsis eod. cap.* 38. 14 Imo interdum mutare solet. *l.* 31. ff. *eod.* 15 Mihi scil. qui rem alteri loco, vel ab alio ignarus conduco. *l.* 28. ff. *de adquir. possess.* adde 7. 8. 9. ff. *ex quib. ad.* ff. *de reg. jur.* 16 Locatio non est modus amittendi dominii, *ut hic.* Ita commodando nemo rem facit ejus, cui commodat: retinet enim rei commodatæ possessionem & proprietatem. *l. rei.* 8. *l. nemo.* 9. ff. *commodati.* Porro locationis verbum hic Albericus refert ad locationem modici temporis. Modica autem Paulo Castrensi intra decennium. Nam quæ ultra est, utile dominium transfert. *l.* 1. §. *qui in perpetuum.* ff. *si ager vectigal.* Imo & possessionem naturalem, quod in usufructuario apparet. *l. naturaliter.* 12. ff. *de adquir. poss.* 17 Ex locatione tamen in longum tempus, vel in perpetuum transferre possessio naturalis. vide Bart. *ad l.* 1. ff. *si ager.* Quid? locatio mutare possessionem civilem vel naturalem? minime, sed mutat detentionem tantum. *leg. non solum.* 33. ff. *quod vulgo.* 1. ff. *de usucap.* Nam locator retinet civilem per se, aut animo suo naturalem per corpus colloni. *l.* 1. *C. de usucap.* 18 Excipe *l.* 22. §. 2. *l.* 31. ff. *eod.*

D. custodia & periculo.

XL. GAIUS lib. v ad Edictum provinciale.

QUi [16] mercedem accipit pro custodia alicujus rei, is hujus periculum [17] custodiæ [18] præstat.

XLI. ULPIANUS lib. v ad Edictum.

SEd de damno ab alio dato agi cum eo non posse, Julianus ait: Quia [19] *enim custodia consequi potuit, ne damnum injuria ab alio dari posset?* Sed Marcellus interdum esse posse ait, sive custodiri [20] potuit, ne damnum daretur, sive ipse custos damnum dedit: Quæ sententia Marcelli probanda est.

Si conductor rem conductam subripiat.

XLII. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

SI locatum [21] tibi servum subripias, utrumque [22] judicium adversus te est exercendum, locati [actionis], & furti.

Si servum conductum vulneret.

XLIII. IDEM lib. XXI ad Edictum.

SI vulneraveris [23] servum tibi locatum, ejusdem vulneris nomine, legis Aquiliæ, & ex locato actio est: sed alterutra contentus actor esse debet: idque officio judicis continetur, apud quem ex locato agetur.

De servitute.

XLIV. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

LOcare [24] servitutem [25] nemo [26] potest.

De servis locatoris damnum aut furtum facientibus. 1. De servo corrupto conducto, qui furtum fecit.

XLV. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SI domum tibi locavero, & servi mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint, non teneor tibi ex conducto, sed noxali actione. §. 1. Si hominem tibi locavero, *ut habeas in taberna*, & is furtum fecerit, dubitari potest, utrum ex conducto [27] actio sufficiat, quasi longe sit à bona fide [actum], ut quid patiaris detrimenti per eam rem quam conduxisti: an adhuc dicendum sit, extra causam conductionis esse furti crimen: & in propriam [28] persecutionem cadere hoc delictum? Quod magis est.

De quantitate mercedis.

XLVI. ULPIANUS lib. LXIX ad Edictum.

SI quis conduxerit [29] nummo uno, conductio [30] nulla est: quia & hoc donationis [31] instar inducit.

De duobus reis.

XLVII. MARCELLUS lib. VI Digestorum.

CUm apparebit emptorem conductoremve pluribus [32] vendentem, vel locantem [33], singulorum in solidum intuitum personam: ita demum ad præstationem partis singuli sunt compellendi, si constabit esse omnes solvendo: Quamquam fortasse justius sit, etiamsi solvendo omnes erunt, electionem [34] conveniendi quem velit, non auferendam actori, si actiones suas adversus cæteros præstare non recuset.

De conductore locante, 1. Vel non restituente.

XLVIII. IDEM lib. VIII Digestorum.

SI cui locaverim faciendum, quod [35] ego conduxeram, constabit habere me ex locato actionem. §. 1. Qui servum conductum, vel aliam rem [non [36] immobilem] non restituit, quanti [37] in litem [38] juratum fuerit, damnabitur.

De tutoribus & curatoribus.

XLIX. MODESTINUS lib. VI Excusationum.

Οἱ ὑπὸ ἔθνους γενόμενοι, ἢ κεφάτορες, περὶ ἐν πόσει τοῦ τὰ κληρονομίας, μισθοῦται Καίσαρος γενέδε κωλύονται, κἂν τις δοτκρυφᾶ μενος τοῦτο, φορολόγησεν τὴν μισθώσεως τοῦ τὸ Καίσαρος χωρίων, ὡς ἀλλοτρίους κολαζεται. Τὰ τὸ ἐκέλδυσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος. §. 1. Κἂν παῦτα ὦσι χαιρίζοντες ὑπηρέτας, ἢ κεφατορίας εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι τὰ τοῦ τὰ ταμεία χωρία. id est, *Tutores curatoresve constituti, prius* [39] *quam officii sui rationes reddant, prohibentur ne quid de patrimonio Cæsaris conductum habeant: ac si quis id dissimulans, nihilominus ad conducenda Cæsaris prædia accesserit, perinde ut falsarius pœna afficitur. Hocque sanxit Imperator Severus.* §. 1. *Secundum quæ sane prohibiti erunt & à fisco conducere, qui tutelam curamve gerunt.*

De milite.

L. IDEM lib. X Pandectarum.

SI ignorans [40] quis militi [41] quasi pagano locaverit, exigere [42] illum posse probandum est: * non [43] enim contemnit disciplinam, qui ignoravit militem [44].

De relocatione. 1. De vitio operis facti.

LI. JAVOLENUS lib. XI Epistolarum.

EA lege fundum locavi, *ut si non ex lege coleretur, relocare* [45] *eum mihi liceret: & quo minoris locassem, hoc mihi præstaretur:* [nec convenit, ut, si pluris locassem, hoc tibi præstaretur:] & cum nemo [46] fundum colebat, pluris tamen locavi: Quæro, an hoc ipsum præstare debeam? Respondit: In hujusmodi obligationibus id maxime spectare debemus, quod inter utramque partem convenit: videtur autem in hac specie id silentio [47] convenisse, *ne* [48] *quid prætaretur, si ampliore pecunia fundus esset locatus:* id est, ut hæc ex conventione pro locatore [49] tantummodo interponeretur.

§. 1. Locavi opus faciendum, *ita ut pro opere redemptori* [50] *certam mercedem in dies singulos darem*: Opus vitiosum factum est [51]: an ex locato agere possim? Respondit: Si ita opus locasti, *ut bonum ejus tibi a conductore approbaretur* [52], tametsi convenit, *ut in singulos operas certo pecunia daretur*, præstari tamen tibi à conductore debet, si id opus vitiosum factum est: * non enim quidquam interest, utrum uno pretio opus, an in singulas operas collocatur: si modo universitas [53] consummationis ad conductorem pertinuit: poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitiosum opus fecerit: nisi [si] ideo in operas singulas merces constituta erit, ut arbitrio domini opus efficeretur: tum enim nihil conductor præstare domino de bonitate operis videtur.

De errore in mercede.

LII. POMPONIUS lib. XXXI ad Quintum Mucium.

SI decem tibi locem fundum, tu [54] autem existimes quinque te conducere, nihil agitur [55]. Sed & si ego minoris me locare sensero, tu pluris te conducere, utique non pluris erit conductio, quam [quanti] ego putavi.

De fidejussore coloni apud mancipem.

QUi fidejussor extitit apud mancipem [56] pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locavit, Reipublicæ [57] non [58] tenetur: sed fructus [59] in eadem causa pignoris manent.

An fidejussor conductionis teneatur in usuras. 1. De pensione non soluta. 2. De periculo servi æstimati.

LIV. PAULUS lib. V Responsorum.

Quæro, an fidejussor conductionis, etiam in [60] usuras, non illatarum pensionum nomine teneatur: nec prosint ei constitutiones, quibus cavetur, *eos qui pro aliis pecuniam exsolvunt, sortis solummodo damnum agnoscere oportere?* Paulus respondit, si in [61] omnem [62] causam conductionis etiam fidejussor se obligavit, eum quoque, exemplo coloni tardius illatarum per moram coloni [63] pensionum præstare debere usuras: * usuræ [64] enim [65] in bonæ fidei judiciis etsi non [66] tam ex obligatione proficiscantur, quam [67] ex officio Judicis applicentur; tamen cum fidejussor in [68] omnem causam se applicuit, æquum videtur ipsum quoque agnoscere onus [69] usurarum, ac si ita fidejussisset, IN QUANTUM ILLUM CONDEMNARE [70] EX BONA FIDE OPORTEBIT, TANTUM FIDE TUA ESSE JUBES? vel ita, INDEMNEM [71] ME PRÆSTABIS? §. 1. Inter locatorem fundi, & conductorem convenit, *ne* [72] *intra tempora locationis Seius conductor de fundo invitus repelleretur: & si pulsatus esset, pœnam decem præstet Titius locator Seio conductori:* vel *Seius conductor Titio, si intra tempora locationis discedere vellet, æque decem Titio locatori præstare vellet:* quod invicem de se stipulati sunt: Quæro, cum Seius conductor bienni [73] continui pensionem non solveret, an sine metu pœnæ expelli possit? Paulus respondit: quamvis nihil expressum sit in stipulatione pœnali de solutione pensionum, tamen verisimile esse, ita convenisse de non expellendo colono intra tempora præfinita, si pensionibus paruerit, &, ut oportet, coleret: & ideo [74] si pœnam petere cœperit is, qui pensionibus satis non fecit, profuturam [75] quinque locator non fuit contentus: idque locum obtinet quoties locator aliud, aliud conductor intellexit. At si quis viginti stipulatus promissionem in decem acceptet, consistet stipulatio, *leg.* 1. §. 4. *in fin. ff. de verb. oblig.* quæ huic ita concilianda est. 56 Manceps est, qui publica prædia colono locat, *ut hic.* manceps etiam dicitur, qui quid à populo emit conducitve: qui manu sublata significat se auctorem emptionis esse: idem præs dicebatur. Festus *in diction. manceps. Aggen. 2. de limit. agror.* hinc mancipes, id est, publicani. Symmachus 2 *Epistol.* vasorum transvectionem cupiditati mancipum (non mancipii) subtrahas: hinc mancipes, *l.* 18. *C. de cursu publico.* cursus publici sc. qui & mancipes mutationum à Cassiodoro dicuntur, ubi Cujacius, & mancipes, comites horreorum, *l.* 1. *C. de pistorib. lib.* 11. *tit.* 16. *qui in Novell.* 80 dicuntur ὁριστὰς τῶν ἀρτοσιτικῶν ἀργαστηρίων, Cujac. 13 *de diversis temporibus. & ab* Harmen. *tit. de dignit.* quod sumpsit ex libris Basilic. 6. *c.* 1. *& in l.* 1. *ff. quod cujusque.* libri Basil. habent *mancipium.* Eodem modo dicuntur mancipes carceris, *apud* Prudentium: sutrinæ *apud* Plinium: Divinitatis, *apud* Tertullianum. 57 Seu vico, *Accurs.* 58 Fidejubens pro conductore secundi locatoris, primo locatori non tenetur, ita fiet, ut res secundi conductoris primo locatori non sint obligatæ, sed secundo tantum, *vel ita* fidejubere apud fiscum non intelligitur, qui fidejubet apud debitorem fisci, *l.* 24. §. 1. *ff. eod.* vel ita, Fidejubens apud Reipub. mancipem pro colono, cui publicos fundos locavit Reipub. non tenetur. 59 Conductoris secundi fructus tacite obligantur primo locatori. *l.* 7. *ff. in quibus causis tacite pignor.* in urbanis vero invecta secundi conductoris obligata sunt quidem primo locatori, non tamen in pensionem integram, sed pro quæ parte secundus conductor habitavit. *l.* 11. §. 5. *ff. de pignorat.* 60 Vide Paponem 10 *Arestorum* 10. *in fin.* Goth. Adde Goed. *de contrab. stipulat. cap.* 4. *n.* 71. 73. *& c.* 11. *n.* 128. Ans.

61 Fidejussor non tantum in sortem sed & in usuras tenetur his tribus casibus: si in omnem causam fidejussit, *ut hic.* si judicatum solvere, vel indemnitatem promisit. *vers. in quantum. ff. eod.*

62 Observa interecedendi modum non simplicem, sed in omnem causam, qui diversus est à *l.* 8. *quod certo loco.* quæ huic legi ita concilianda est. Placentinus apud Corraf. 2 *Miscell.* 12. *n* 9. Qui in omnem causam se obligat, & ad sortem, & ad usuras tenetur. Quid, si simpliciter quis fidejussit pro aliquo? Placentinus putat usuras non ex mora, sed ex stipulatione tantum debitas præstare, *d. l.* 8. Joannes putat, teneri in sortem & usuras: Azo censet teneri tantum in præteritas, & jam debitas, quæ ante fidejussionem currere cœperunt, non in alias. Sed Joannis sententia communiter magis recepta est. 63 Vid. *l.* 56. §. 2. *ff. de fidejuss. & l.* 52. §. 2. *ff. eod. junct. l.* 2. *C. de usur. publ.* S. L.

64 *l.* 7. *ff. de negot. d. l.* 8. *l.* 24. *in fin. depositi. l.* 32. *ff. de usuris. l.* 2. *C. depositi.* 65 Usuræ in bonæ fidei judiciis officio judicis magis applicantur, quam ex obligatione proficiscuntur. Ita usuræ vel obligatione, vel officio judicis debentur, duæ illæ causæ sunt *usurarum.* 66 Imo ex obligatione ipsa debentur. *l. usura.* 121. *ff. de verb. sign.* 67 Officium judicis, obligationem non præsumere hinc colligunt. *l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.* 68 Fidejussor qui in omnem causam fidejussit, fidejussisse quoque in usuras videtur. *Causæ* vocabulo etiam usuræ continentur. 69 Qui promisit universam judicati causam solvi, sortis & usurarum nomine se obstringit. 70 Fidejubens judicatum solvi, in sortem & usuras obligatur. 71 Indemnitatem qui tibi promittit, & in sortem & usuras obligatur. vide *l.* 1. 2. *C. si mater indemn.* 72 Hæc clausula conducere volentibus scitu utilis est: quemadmodum & illa, cujus meminit Bart. *in l.* 35. *ff. eod. n.* 1. 2. nempe ut conductori locator in instrumento locationis ipsius obliget, non tantum omnia bona sua pro contractus implemento, vel observatione, sed ut ipsum rem quoque eamque actualiter hypothecæ tradat, vel quasi: his enim interpositis colonum posse dicere: Ego rei fundoque ipso jure pignoris & hypothecæ pro meo jure, vel interesse insisto. Hypotheca vel pignus, jus est reale, quod transit ad quemcumque successorem. Idem quod in superioribus casibus dicendum est, si fundus locatus fuit in plures, quam decem annos: tunc enim colono utile dominium adquisitum est. *l.* 1. *ff. si ager. l.* 1. *ff. de superfic.* Idem dicendum, si colonus expensas in fundo fecit: tunc enim jus detinendi, quousque sibi solvatur, habet. *l.* 12 *ff. de vi & vi.* In partiario idem dicendum est, ut expelli non possit eo anno quo fevit: alias, eo finito nemo societatem inire cum aliquo tenetur. *l.* 16. *ff. pro socio.* 73 Vide *l.* 56. *in fin ff. eod.* Et ita, promissio de non expellendo conductore intelligitur, si colonus in solutione pensionis non cessarit. Quædam enim tacite intelliguntur. Promisi me te non offensurum? intellige nisi causam offensionis mihi dederis, *leg.* 96. *ff. de verb. oblig.* non exheredaturum? nisi causam exheredandi dederis. *l.* 132. *ff. de verb. obl.* non revocare arbitrium? nisi injuste arbitratus fis. *l.* 30. *ff. de oper. libert.* Et generaliter ad omnes contractus hoc pertinet, ut quis ad pœnam cum effectu non teneatur, si per adversam partem promissa pactaque non fuerint servata. adde *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* vide & adde *l.* 76 §. 7. *ff. de leg.* 2. 74 Fidem frangenti, fidem non servandam esse hinc colligunt: quod Hippolytus Marsilius *sing.* 42. verum esse putat, etiamsi promissio iterata vel jurata sit. Hoc enim casu notat promissionem simplicem & nudam non servanti promissionem iteratam, vel juratam impune non servari, *argum. l. cum proponas. C. de pact. leg. sive.* 28. *C. de transact.* adde *l.* 154. *ff. de reg. jur. c.* 75. *de reg. jur. in* 6. *l. penult. & ultim. ff. de rescindenda.* Eadem conditio in juramento subintelligitur, *c. queralam. de jurejurando.* Ita omnis promissio alteri facta hanc tacitam in se conditionem continet, si is, cui facta promissio est, pacta servaverit, ut in hac specie: Promissio de non expellendo colono, tacitam hanc conditionem complectitur, dum colonus pensionem præstet. Finge: transactio facta est novandi animo: pignus ex ea dediti: transactionem tamen non servas? Pignus retinere non potes pro obligatione novata, putat Marsilius, *sing.* 115. post Angelum *in l. est differentia. ff. in quib. caus. pig-*

16 Qui pro alicujus rei custodia mercedem accipit, is hujus periculum custodiæ præstat, excepto damno ab alio dato, nisi custodiri potuit; quod si & custos ipse damnum dedit, tenetur. *Synopf. eod. c.* 40. & 3 Harmenop. 8. §. 20.

17 Id est, culpam levissimam non autem casum fortuitum.

18 Periculum pro custodia. Haban. *l.* 5. *in fin. ff. nautæ.*

19 *l.* 19. *ff. commod.* vide *l.* 6. *C. de pignor.*

20 Et prævideri, *l.* 29. *in fin. ff. eod.*

21 *l.* 24. §. 1. *ff. de contr.*

22 Ex delicto in re conducta à se admisso, conductor hac actione potest conveniri: neque tantum hac actione locati, sed & actione ex ipso delicto admisso: sic tamen, ut una per alteram tollatur, quia rei ambæ persecutoriæ sunt, & pœnalis tollitur per rei persecutoriam, vel contra, *ut hic. & l.* 43. *ff. eod. l. si pro fure. ff. de condict. furt.*

23 *l.* 25. §. 5. *ff. eod. l.* 27. §. 11. *ff. ad l. Aquil.*

24 Au & pignori dare. *v. l.* 21. §. 2. *& ult. ff. de pignoribus.*

25 Realem scil. vel prædiorum cohærentem solo, ad ejus utilitatem: nam personalem potest, *l.* 12. §. 2. *ff. de usufruct.* §. 5. *inst. de usufr.* sed & ea jura, quæ solo quidem cohærent, non tamen sunt ad utilitatem soli, ut jura vectigalium, *l. fin. C. de vectig.*

26 Id est, neque dominus, neque is cui debetur. Cur non potest? omnis locatio fit ad tempus: servitus ad tempus constitui non potest, *l.* 4. *de servit.* & tamen vendi potest, *l. cum manu.* 80. §. 1. *ff. de contrab. empt. l.* 3. §. *fi iter.* 2. *l. tenetur.* 6. §. *fi tibi.* 5. *ff. de act. empt.* Quin & pignori dari potest, tam a domino, quam ab eo, cui servitus debetur, *l.* 12. *ff. de pignor.* vide quæ scripsi *ad l.* 11. 12. *ff. de pignor.*

27 Adde *l.* 14. §. 7. *ff. de servo corrupto.*

28 Furti noxalem, *Accurs.*

29 *l.* 10. *in fin. ff. de adq. poss.*

30 2 *Feud.* 9. §. 1. & emptio. *l.* 38. *ff. de contrab. empt.* quæ non de uno nummo, sed de vili pretio interpretanda est. Nec obstat *l.* 66 *ff. de jure dot.* quæ ait venditionem uno nummo fieri posse, quia ea venditio, cujus fit mentio *in d. l.* 66. fit necessitate, ut quia res non erat digna majori mercede. *Accurs.* Bart.

31 *l.* 20. §. 1. *ff. eod.* cujus vero donationis? usus sc. *Ferra. tit.* 52. *art.* 5. *in fin.* Ita locatio facta uno nummo, quæ nugatoria est, valet, ut usus donatio. Qui rem locat uno nummo, usum donat rei, non rem ipsam. Cur? locare voluit, locatio autem dominium non transfert. *l.* 39. *ff. eod.*

32 *l.* 13. §. 9. *ff. eod.* 33 V. *l.* 13. §. 9. *ff. eod.* 34 Hodie in partem debiti conveniendi sunt. *Novell.* 99. *c.* 1. 35 *Leg.* 38. §. 21. *ff. de verb. oblig.* id enim possumus. *l.* 6. *C. eod. Eclog. c.* 66.

36 Κυρτὸν ἢ ἀντοκίνητον. *Synopf. eod. c.* 95. 37 Juratur in litem adversus conductorem, rem conductam non restituentem. adde *l.* 55. *in fin. ff. eod.* 38 Ἐκδικον ὅρκον appellant Græci jusjurandum in litem. *Synopf. illo loco.* 39 *l.* 1. §. 9. *ff. de falsis.* vide *l. unic. C. ne tutor vel curator vectigal. cond.* 40 Vide quæ notavi ad Accursium in *l.* 3. *C. de Fabriceuf.* 41 Vide *l.* 31. *C. eod.*

42 Locans militi rem ignoranter, exigere ab eo pensionem potest: neque punitur: imo valet contractus, *ut hic.* secus si scienter, ignorans tamen, hoc est, nesciens prohibitos esse milites conducere res alienas. *l. milites.* 31. *C. eod.* Jus enim ab omnibus sciri necesse est. Atque ita Castrensis putat.

43 Animus delicta distinguit. Delictum cessat, ubi delinquendi animus non est. Adde Aristot. 3. *Ethic.* 1. 44 Vel clericum. *l.* 52. §. 1. *C. de Episc.* Goth. Adde *l.* 15. §. 15. *ff. de injuriis.* S. L.

45 V. *l.* 13. *in fin. ff. eod.* 46 Non ex lege fundum colit, qui neminem ei colendo adhibet.

47 Silentio conventio, tacitum pactum. 48 Locavi fundum, ut si non ex lege coleretur, alteri relocarem, & quo minoris locassem, id mihi præstaretur: pluris elocavi, quæritur, an id tuo, an meo potius cedat commodo? Cedit meo: At convenit, ut si minoris locassem, id mihi præstares: igitur & si pluris locavi, id tibi præstabitur? Contrariorum non est eadem semper ratio: & fallitur Accursius *in l. si merces.* 25. §. *vis major. G. ff. eod.* cum putat pensionem majorem deberi locatori propter ubertates, cum minuere ac remittere etiam cogatur propter sterilitates.

49 Pactum appositum pro locatore non extendendum est, ut sæpe docuit. *Bart.* Quod & in dispositione quavis legitima obtinet favore alterius inducta. Quod, si quis jus nunquam impetravit sibi utile? ipse quoque eo uti adversarium pati debet, *ff. quod quisque juris. l. in ratione* 30. §. *lamelli.* 7. *in fin. ff. ad l. Falcid.*

50 Redemptores operum, magistri operis, architecti. *in l.* 29 *ff. eod.*

51 Ex aliis causis, quam in *l.* 24. *ff. eod.*

52 Arbitrio boni viri. *l.* 24 *ff. eod.*

53 Si universitas consummandi operis ad te pertinet, de vitio operis teneris: at si in operas singulas mercedem tibi constituti, ut arbitrio meo opus efficeretur, quatenus singulæ operæ præstitæ fuerint, nec a me reprobatæ, eas tacite videbor approbasse: ideoque opere perfecto, si virtum in opere apparuerit, amplius reprobare non potero, quod semel probavi. *l.* 9. *ff. de negot.*

54 Quoties locator majorem pensionem sibi præstandam putat, conductor minorem: neque locatio, neque conductio est: sin minorem locator existimat sibi præstandam conductor majorem, valet locatio, *ut hic.* Priore enim casu fieret injuria conductori: posteriore neque conductori, neque locatori fit injuria.

55 Quia illis

74 Cur exceptio locatori competit? quia non est verisimile locatorem pœnam promissi conductori in eum casum, quo à conductore pensionem non acciperet.

75 Et ita venditus intelligitur. *l.* 3. ff. *cod. l.* 1. ff. *de æstimatoria.*

76 *Al.* colonæ.

77 Horrea effracturis obnoxia, *l.* 1. *l.* 4. *C. eod. l.* 3 § 2. ff. *de offic. Præfect. vigil.* adde quæ scripsi *ad l.* 7. ff. *de inspic.* Goth. ad hanc l. vid. Salicet. *l. ex diversis fin. C. locat.* Cujac. *lib.* 16 *obs. c.* 21. Bald. *l.* 1. *in pr. C. locati.* Ans.

78 Expilatis horreis. *Haloand.* de quibus cognoscit Præfectus vigilum. *l.* 3. § 2. ff. *de offic. Præfect. vigil.*

79 *l.* 60. *in fin.* ff. *eod.*

80 Præsumi non solet ignorantia facti domestici in domesticis personis & vicinis. adde *l.* 9. *C. de nupt. l.* 9. *C. qui militare.*

81 Baldus hinc colligit, furto aut delicto alicui bi admisso, præsumi ejus notitiam habere vicinos & domesticos: atque ideo præ aliis torquendos esse delicti indicandi causa.

82 Suis impensis.

83 V. *Novell.* 46. *cap.* 1.

84 Puta ostium adjecerit, *l.* 19. § 4. ff. *eod.* vineas posuerit, *l.* 61. ff. *eod.* nec enim conductor tenetur reficere villæ stabula, ostia, fenestras, sed agit contra locatorem, ut reficiat, *l.* 15. § 1. ff. *eod.* nisi conductor ipse ea destruxerit, *l.* 29. *C. eod.* viam quidem ante domum reficere cogitur, sed expensis locatoris, *l.* 1. § 3. *in fin.* ff. *de via pub.* sed & tributa soluta locatori imputabit, sicut creditor pignori. *l.* 6. *C. de pignorib.* Adde, locatorem reficiendo, lumina conductoris obscurare non posse, nec ei multum incommodare licere. *l.* 25. § 1. *l.* 27. ff. *eod.*

85 Vide *l.* 61. ff. *eod.*

86 Conducti actione conductor expensus necessarias, vel utiliter factas in fundo conducto potest petere, aut in pensionem imputare, si non sint solutæ, *l. ædiles.* 1. § 3. *vers. quicumque.* ff. *de via public.* vel etiam exportare, si possint efferri commode, & hoc ipse velit. *l. sed addes.* 19. § *si inquilinus.* ff. *eod.* 87 V. *l.* 24. § 2. ff. *eod.* 20. *Synops. Basil.* 1. *c.* 52. 88 Conductor deferens fundum conductum ad pensionem totius temporis conveniri potest: imo & in id, quod interest: ut ea parte deceptus sit Azo, existimans ad pensionem totius temporis agi non posse. 89 Vide *l.* 48. *in fin.* ff. *de usur. l.* 17. *C. eod.* 90 Hic videtur deesse lex antiqua de creditore pignoratitio, qui debitori rem obligatam locavit, donec pretium solveret, ut distracto forte aut soluto pignore sit creditori actio mercedis, non debitori actio, ut conducto uti frui liceat, quasi finita conductione. Et verba Basilicon hæc sunt, ἐὰν ὁ δανειστὴς μισθώσῃ τῷ χρεώστῃ τὸ ἐνέχυρον, αὐτὸς μὲν ἔχει κατὰ ξ μισθωτὴ λεγωγὴν, ὁ δὲ χρεώστης οὐκ ἔχει κατὰ ξ μισθώσεως ἀγωγήν. Cujac. 16 *obs. l.* 21. *in fin.* 91 *Diu*, id est, biennio, ff. *eod.* alias *diu* decennium significat, *l.* 16. § 3. ff. *qui & à quibus manumiss.* 92 In singulari συγκωλιον habet Harmen. 3. *tit.* 8. § 35. quod est, teste Suida, μεσῦλη, ὁ ὑπὲρ τῆς μονῆς τῷ πανδοχεῖ διδόμενον. 93 *Synopsi. c.* 14. & Harmen. 3. *tit.* 8. ex quibus hanc legem ita restitue: licet iis quorum interest aperire, publicisque personis præsentibus, ea quæ ibi sunt, describere: alias non licet locatori in ædibus inquilini rimari. 94 Conductore non apparente & cessante in solutione pensionis per biennium potest locator domum vel horrea aperire, & quæ ibi posita sunt coram publicis personis describere: descriptio enim fieri debet manu publici notarii. 95 *l.* 54. § 1. ff. *eod.* adde *Novell.* 7. *c.* 3. *Novell.* 120. *c.* 8. *Authent. qui rem. C. de sacrosanct. Eccl. ante l.* 15. 96 Areæ injunctæ domui & ædificiis. 97 Vel sterquilinium. *v. l.* 17. § 2. ff. *si servet.* 98 Quæ ex quadrato lapide non erant, sed ex puro cæmento. 99 Legendum est *servent.* 100 *l.* 18. 19. ff. *de servitut. urbanor.* 1 Damnum dans conductor non immediate ex eo, quod facit, sed occasionem damni mediate præstans, non tenetur lege Aquilia, sed ex locato actione. 2 Damnum hoc mediatum est, non immediatum. 3 Damnum immediatum lege Aquilia vindicatur, non mediatum. *Mediatum est*, quod sit extrinsecus alia causa subiacta.

4 *Insula* est ædificium, quod proprio ambitu constat. vide *Festum in Insula.* erant junctæ plerumque domui insulæ, *l.* 91. *in fin.* ff. *de legat.* 3. res pretiosissimæ in iis reponebantur, *l.* 3. § 2. ff. *de offic. Præfect. vigil.* inde insularius, insulæ custos, *l.* 17. § 1. ff. *de usufr. l.* 5. § 1. ff. *de instit. l. ult.* ff. *de offic. Præfect. vigil.* 5 Id est, aversione vide *l.* 30. ff. *eod.* 6 *l.* 53. ff. *de actionib. empt.*

7 *Sub.* tantum. 8 Ante quem diem. *Hal.* 9 *l.* 137. § 5. ff. *de verb. oblig.* 10 *l.* 14. *l.* 137. § 3. ff. *de verb. oblig.* 11 Hæc dictio *ad* fucit modum. *l.* 40. *in fin.* ff. *de cond. & demonst.*

12 Cautionem de modo implendo in contractibus debitor cogitur præstare: facit *l. hujusmodi.* ff. *de leg.* 1. *l.* 40. § 5. ff. *de cond. & demonst.* Est vero cautio cum fidejussore. *dict. l.* 40. vide *hic* Bart.

13 Puta, faber, architectus. 14 Fundi domino. 15 Qua lege? est enim distinguendum, an aversione, an in singulos pedes facta sit conductio: Item an tale fuerit opus jam factum, ut probandum esset, *ut l.* 36. 37. ff. *eod.* 16 Terræ motu, quæ vitia accidunt operi, ea non pertinent ad redemptorem, seu architectum operis. 17 Terræ motus vis naturalis est. 18 Id est, domini fundi: id enim locatoris periculo est. *l.* 36. *in fin.* ff. *eod.* 19 Non tamen architectus plene liberatur: debet enim opus de novo reficere. Facti enim stipulatio individua est, ideoque partis præstatione debitor non liberatur. vide *l.* 15. *l.* 72. ff. *de verb. oblig. l.* 12. § 5. *l.* 15. § 6. *l.* 35. *l.* 36. *l.* 37. ff. *eod. l. ult.* ff. *cod. l.* 14. § 1. ff. *de aqua pluvia.* 20 Vid. *l.* 32. ff. *eod.* 21 Locator tenetur pati conductorem utentem fruentem: imo & ablocantem. 22 *l.* 15. § 1. ff. *eod.*

23 Kalendis Junii *Hal.* v. quæ notavi ad *l.* 41. ff. *de contr. empt.*

24 Conductor ablocare potest, non tamen in majus tempus, quam ipse conduxit. *l.* 6. *C. eod.*

25 *Al.* fracta, *al.* rupta. *Hal.*

26 Ex Kalendis Juliis fracta usque ad Kalendas Junias permansisset. *Hal.*

27 Vide quæ notavi *ad l.* 41. ff. *de contr. empt.*

28 *Hal.* ne ostendi alicui posset.

29 *l.* 9. ff. *eod.*

30 Kalendis Juliis. *Hal.*

31 Conductor oblatam post tempus conventum habitationem recipere non cogitur.

32 Imo heres conductoris in jus defuncti succedit. *Inst. eod. in fin.*

33 Locator retinet possessionem etiam per eum qui colonus non est, puta per heredem coloni. Id ideo fieri putat Baldus, quod in hoc herede relinquæ ipsius coloni quædam sint. *l.* 30. § *pen.* ff. *de adq. post.*

34 *l.* 13. § 6. ff. *eod.*

35 Et ita: Qui contra duos agere potest, cogitur ex causa unum magis eligere. *Accurs.*

36 Locator (cujus vestimenta culpa, & facto fullonis amissa sunt) potest agere condictione furtiva adversus furem qui ea vestimenta subripuit, idque expensis & periculo fullonis; adversus ipsum vero fullonem, actione locati.

37 *l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* v. *l.* 12. ff. *de furtis. l.* 5. ff. *naut.*

38 Formam contractus non immutat, qui ab eo discedit voluntate adversarii. Ita potest forma operis constituendi mutari partium voluntate: ergo & à solennitatibus inter volentes discedi. v. interpretes in *l.* 9. *C. de testib.* 39 Locatoris quædam permutata essent. *Haloand.* 40 Architecto, redemptori. 41 Mihi scilicet. 42 Mendacium ob conductoris locator potest à contractu recedere: atque ita pœnitere: Quod adversus redemptores ædificiorum, ut scepius mendaces, fumme notandum est. 43 Placet valde lex, quæ fuit Ephesi (cujus Vitruvius meminit initio libri ultimi) ut bona architecti (qui publicum opus curandum recepisset, & indicasset, quanto sumptu id reipubl. esset futurum) reipubl. obligentur, donec opus sit perfectum, & eo perfecto, si ad indicationem impensa respondeat, ut publice decreto honoribus exornetur: si non amplius quam quarta parte superet impensa, ut non teneatur: si supra quartam partem, ut de suo quod superat, quartam impleat: Et hoc etiam jure æquius esse nos uti in locandis privatis operibus: ait Cujac. 19 *obs.* 22.

44 Id est, quinquaginta. Sensus est: si me architectus vel redemptor in indicatione fefellerit, mihi licet à locatione recedere, & repetere quod ei (indicatione secuta) prærogavi. An & id quod interest? Sic fane: si temere vel dolose mihi indicationem fecit. Cujac. *ibid.* 45 Colonus partiarius actionem furti non habet, sed agit contra dominum ut agat. 46 *l.* 52. § 8. ff. *de furtis.*

47 Agi potest interdum adversus aliquem, ut in alium agat: denique ut agitur, *ut hic. & l.* 13. § 30. ff. *de act. empt. l.* 2. *in fin.* ff. *ad l. Rhodiam. l. si fic.* 75. *in fin.* ff. *de legat.* 1. Quid, si hac parte reus cedat actionem? liberatur. *l.* 2. § *idem Labeo.* ff. *ne quid in loco publico.* Quid? non & exceptione id obtinere possum ut agas interdum, *ut* § 2. ff. *eod. l. unde quæritur.* 7. ff. *commodati.*

48 Ne dixeris, propositum in mente retentum (ut post Cynum putat Bartolus). Quis enim est tam stupidus, qui putet tacitam contrahentis cum aliquo voluntatem in contractibus spectandam esse? Propositum hic significat prosciptum in horrei foribus. v. *l.* 11. § 2. ff. *de insp. l.* 47. ff. *de pecul.* v. Govean. 2 *variar. lection.* 23. Ut dicam quod sentio, puto negationem huic loco deesse, ut ita sit legendum: propositum non habuit: quam sententiam hic paragraphus tuetur, in illa adversativa, *ac si propositum fuit*: ut sit sensus: locator horrei non habuit propositum se aurum, &c. ea inferri passus est: tenetur de periculo: at si propositum fuit, remissum videtur. Sed hunc locum in commentariis nostris paulo aliter emendabimus & explicabimus sua die. Notas enim ad jus tantum subscivas nunc damus: posthac autem, Deo favente, pleniores juris commentarios.

49 Nam in horreis res pretiosissimas reponi solitas testatur Jurisconsultus *in l.* 3. ff. *de offic. Præfecti vigil.* ubi diximus de horreis. 50 Patientia contrarii actus id efficit, ut qui patitur, obligetur, & à contrario actu recessum videatur. Id ex hoc loco notant interpretes. At ego id potius colligo, eum qui sciens in horreum aurum inferri patiatur, custodiam præstare, etiamsi propositum non habuit se aurum non recipere sito periculo: quod si propositum id habuit, & inferri passus est, prosciptum seu propositum remissis quoque intelligitur. 51 Quia imperitum pro peperito locavi. *l.* 27. § 34. ff. *ad l. Aquil.* 52 Eorum quos eligimus culpa facta præstanda esse docet Cicero 1 *Epist. ad Quintum Fratrem.* 53 Iter faceres, & cum pontem. *Haloand.*

54 Redemptor pontis non est architectus ipsius pontis, sed publicanus qui portoria in ipsis pontibus exigebat. 55 Portoria in ipsis quoque pontibus exigi solita hic locus indicio est. Seneca libello, in sapientem non cadere injuriam. 2 *de Tranquillitate*: cogitans & in pontibus quædam pro transitu dari. 56 Mulio, carruearius, & similes, portorium muli vel currus nomine solvere tenentur. An & pro rebus in curru positis? earum dominus portorium solvere debebit. *Bart.*

57 Horrea locari solita erant mercium reponendarum causa, quarum custodiam conductoribus horrearii præstabant. 58 *l.* 55. ff. *eod. v. l.* 12. *in fin.* ff. *de vi, & vi arm.*

59 Instituere vineas, est eo loco novas vineas ponere, ubi ante non fuerunt: adde *l.* 55 ff. *eod.* Ciceronem *in Rullum.* 60 Si colonus contra legem locationis conferendo, majorem fundo reditum adquisierit, expensas consequitur, vel ex cum pensione compensantur. *Synopsis Basilic. eod. cap.* 59. 61 Colonus ejectus pensionum non solutarum nomine, repetere potest expensas utiliter factas. Quis & hoc notant, Dominum fundi propria auctoritate posse fundo expellere emphyteutam ob non solutum canonem. 62 *Dict. l.* 55. § 1. ff. *eod.* 63 Aliud in emphyteuti, *l.* 2. *C. de jure emphyt.* 64 Aliquis scilicet. 65 Puta quia merces vetitæ erant.

66 Nauta, Cujac. 3 *obs.* vel navicularius.

De horreorum effractu & compilatis. 1. De impensis à conductore factis. 2. De colono deserente fundum.

LV. IDEM lib. II Sententiarum.

DOminus horreorum, effractis 77 & compilatis 78 horreis, non tenetur, nisi 79 custodiam eorum recepit: servi tamen ejus, cum quo contractum est, propter ædificiorum notitiam 80 in quæstionem 81 peti possunt. §. 1. In conducto fundo, si conductor sua opera 82 aliquid necessario vel utiliter 83 auxerit 84, vel ædificaverit, vel instituerit 85, cum id non convenisset, ad recipienda ea quæ impendit 86, ex conducto cum domino fundi experiri potest. §. 2. Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine 87 justa ac probabili causa deseruerit, ad solvendas totius 88 temporis pensiones ex conducto conveniri potest, quatenus locatori in id, quod ejus interest 89, indemnitas servetur 90.

De absentia conductoris non solventis.

LVI. IDEM lib. singul. de officio Præfecti vigilum.

CUm domini horreorum insularumque desiderant, diu 91 non apparentibus, nec ejus temporis pensiones 92 exsolventibus conductoribus, aperire 93, & ea quæ ibi sunt, describere, a publicis 94 personis, quorum interest, audiendi sunt: Tempus autem in hujusmodi re biennii 95 debet observari.

Quid intersit inter hanc actionem & legem Aquiliam.

LVII. JAVOLENUS lib. IX ex Posterioribus Labeonis.

QUi domum habebat, aream injunctam 96 ei domui vicino proximo locaverat: Is vicinus, cum ædificaret in suo terram 97 in eam aream amplius quam fundamenta cæmentitia 98 locatoris erant 99, congessit, & ea terra adsiduis pluviis inundata, [ita] parieti ejus qui locaverat humore 100 præstituto [malefacto], ædificia corruerunt: Labeo ex 1 locato tantummodo actionem esse ait, quia non ipsa congestio, sed 2 humor ex ea congestione postea damno fuerit: damni 3 autem injuriæ actio ob ea ipsa fit, per quæ non extrinsecus alia causa oblata damno quis adfectus est. Hoc probo.

De mercede insulæ venditæ. 1. De pœna promissa, nisi quid intra diem fiat. 2. De pecunia conductori ad rei refectionem danda.

LVIII. LABEO lib. IV Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

INsulam 4 uno 5 pretio totam locasti, & eam vendidisti, *ita ut* 6 *emptori mercedes inquilinorum accederent.* Quamvis eam conductor majore pretio locaret, tamen id emptori accedit 7, quod tibi conductor debeat. §. 1. In operis locatione erat dictum, *ante quam* 8 *diem effici deberet*: deinde, *si ita factum non esset, quanti locatoris interfuisset, tantam pecuniam conductor promiserat.* Eatenus eam obligationem contrahi puto, quatenus vir 9 bonus de spatio temporis æstimasset: quia id actum apparet esse, ut eo 10 spatio absolveretur, sine quo fieri non possit. §. 2. Quidam in municipio *balneum præstandum annuis viginti nummu* conduxerat: & ad 11 refectionem fornacis fistularum, similiumque rerum, centum nummi ut præstarentur ei convenerat: conductor centum nummos petebat: ita ei deberi dico, si in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi satisdaret 12.

De parte operis concussa.

LIX. JAVOLENUS lib. V Labeonis Posteriorum.

MArcius 13 domum faciendam à Flacco 14 conduxerat 15: deinde operis parte effecta terræ 16 motu concussum erat ædificium. Massurius Sabinus, si vi 17 naturali, veluti terræ motu, hoc accideret, Flacci 18 esse periculum 19.

Si conductor nec habitare nec locare possit. 1. De herede coloni. 2. De vestimentis quæ fullo perdidit. 3. De mutatione operis facta ex voluntate locatoris. 4. De pœnitentia ejus qui opus faciendum locavit. 5. De messe sublata. De condictione furtiva. 6. De locatore qui contra suum propositum inferre passus est. 7. Si culpa servi conducti mulus perit. 8. De portorio. 9. De custodia.

LX. LABEO Posteriorum lib. V à Javoleno Epitomatorum.

CUm in 20 plures annos domus locata est, præstare locator debet, ut non 21 solum habitare 22 conductor ex Calendis Julis 23 cujusque anni, sed etiam locare 24 habitatori, si velit, suo tempore possit. Itaque si ea domus ex Kalendis Januariis fulta 25 in Kalendis Junii 26 permansisset, ita ut 27 nec habitare quisquam, nec 28 offendere alicui posset, mihil locatori conductorem præstaturum: adeo 29 ut nec cogi quidem posset, ex Kalendis Julii 30 refecta domo habitare, nisi 31 si paratus fuisset locator commodam domum ei ad habitandum dare. §. 1. Heredem coloni, quamvis colonus non 32 est, nihilominus domino 33 possidere existimo. §. 2. Vestimenta tua fullo perdidit 34: & habes unde petas, nec repetere vis: Agis nihilominus ex locato cum fullone. Sed 35 judicem æstimaturum, an possis adversus furem magis agere, & ab eo tuas res consequi, fullonis videlicet sumptibus 36; sed si hoc tibi impossibile esse perspexerit, tunc fullonem 37 quidem tibi condemnabit: tuas autem actiones te ei præstare compellet. §. 3. Lege dicta, domus facienda locata erat, ita, *ut probatio aut improbatio locatoris aut heredis ejus esset*: redemptor, ex 38 voluntate locatoris quædam in opere permutaverat. Respondi, opus quidem ex lege dicta non videri factum, sed quoniam ex voluntate locatoris permutatum esset 39, redemptorem absolvi debere. §. 4. Mandavi tibi 40 *ut excuteres, quanti* 41 *villam ædificare velles*: renunciasti 42 mihi ducentorum expensam excutere: certa mercede opus tibi locavi: postea 43 comperi non posse minoris trecentorum eam villam constare: data autem tibi erant centum, ex quibus cum partem impendisses, vetui te opus facere. *Dixi*, si opus facere perseveraveris, ex locato recum agere, ut pecuniæ mihi reliquum 44 restituas. §. 5. Messem, insciente colono 45, cum alienam esse non ignorares, sustulisti? Condicere tibi frumentum dominum posse 46 Labeo ait: & *ut* 47 *id fecisti*, colonum ex conducto cum domino acturum. §. 6. Locator horrei propositum 48 habuit *se aurum* 49, *argentum, margaritam non recipere sine periculo*: deinde cum sciret has res inferri, passus est 50. Proinde eum futurum tibi obligatum dixi, ac si propositum fuit remissum [videtur.] §. 7. Servum meum mulionem conduxisti: negligentia ejus mulus tuus periit. Si ipse se locasset, ex peculio dumtaxat, & in rem versum damnum tibi præstaturum [dico]: sin autem ipse eum locasset, non ultra me tibi præstaturum, quam 51 dolum malum & culpam meam abesse: Quod si fine definitione personæ mulionem à me conduxisti, & ego eum tibi dedissem, cujus negligentia jumentum perierit, illam quoque culpam me tibi præstaturum *aio*, quod eum elegissem 52, qui ejusmodi damno te adficeret. §. 8. Vehiculum conduxisti, *ut onus tuum portaret, & secum iter faceret*: id cum pontem transiret 53, redemptor 54 ejus pontis portorium 55 ab eo exigebat: Quærebatur, an etiam 56 pro ipsa [sola] reda portorium daturus fuerit? *Puto*, si mulio non ignoravit ea se transituram, cum vehiculum locaret, mulionem præstare debere. §. 9. Rerum custodiam, quam horrearius 57 conductoribus præstare deberet, locatorem totorum horreorum horreario præstare non debere puto: nisi 58 [si] in locando aliter convenerit.

De impensis à colono factis. 1. De nave conducta & navigatione impedita.

LXI. SCÆVOLA lib. VII Digestorum.

COlonus, cum lege locationis non esset comprehensum, *ut vineas poneret*, nihilominus [in fundum] vineas instituit 59, & propter earum fructum 60 denis amplius aureis annuis ager locari cœperat: Quæsitum est, si dominus istum colonum fundi ejectum 61 pensionum debitarum nomine conveniat, an sumptus utiliter factos in vineis instituendis reputare possit opposita doli mali exceptione? Respondit, vel expensas 62 consecuturum 63, vel nihil amplius præstaturum. §. 1. Navem 64 conduxit, *ut de provincia Cyrenensi Agusteiam navigaret, olei metretis tribus millibus impositis, & frumenti modiis octo millibus, certa mercede*: sed evenit ut onerata navis in ipsa provincia novem mensibus retineretur, & onus impositum commisso 65 tolleretur: Quæsitum est, an vecturas, quas convenit, à conductore secundum locationem exigere navis 66 possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse.

De

De rivo corrupto, antequam probatur.

LXII. LABEO lib. I Pithanorum.

69 *l.* 15. §. 2. *ff. rod.* Id eſt, ſolo tegor non rudo, ut vult Budæus & Cotta *in notis ad vet. Labeo.* Labeo plerunque accidit vi ventorum & ſtatu, & pluviarum incurſu, aut alio caſu ſuperiore. Ita enim habent, ἐὰν ἀπὸ ἐπιπολῆς ὑπὸ ἀνέμων ἢ ὑετῶν ἐπιπέσῃ ἡ ἄμμος ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον. Cuiac. 18. *obſ.* 28. idem auctor 8 *ad Aſſicianum* notat hujuſmodi labem non ex imo venire, ut tandem abſorbeat: ſed ex ſummo ut decidat, eamque in Baſilicis ἐπιπόλασιν, appellari, ut *ff. l. labem* aliter, eſt agri ſuperficiem ſeu cruſtam auferre. Hotom. 4 *obſ.* 7. Aliud ſignificat labes apud Feſtum 68 Redemptori operis opus perit, ſi ipſum opus proprio vitio perierit: ſin ſoli vitio, ſoli domino. 69 *l.* 14. §. 1. *ſ. de aqua & aquæ pluviæ. l.* 36. *in fin. l.* 59. *ff. eod.* adde *l.* 15. *ſ. de verb. obligat.*

TIT. III.

1 19 *Exhg.* 9.

DE ÆSTIMATORIA[1].

Cur actio introducta ſit. Quibus caſibus competit. Quid in eam venit.

I. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

2 Dubitationibus tollendis leges conſtitui ſolent maximè nec enim eorum quæ cuique nota ſunt, lex ferri debet, ſed eorum quæ dubitationem habent. Dubitationis porro tollendæ cauſa quæ adjiciuntur, jus commune non hæſit. *l.* 56. *ff. mandati.*

3 Et ne periclitaretur actor ineptam actionem proponendo.

4 *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 9.

5 Rem æſtimatam vendendam tibi dedi: ſi non vendas, aut ſi non reſtituas pretium, quæri poſſit: quæ actio mihi competat? Non ex vendito competit, quia res ea mente non eſt data ut perpetuo jure eſſet apud accipientem: ſed ut eam reſtitueret vel pretium: Non ex locato, quia non data eſt utenda: Non ex conducto, maxime ſi non conſuevit operas locare: Non mandati, quia hic poteſt intervenire merces, *l.* 2. *ſ. eod.* quod mandato repugnat, *l.* 1. *ff. mandati.* Quid igitur? recurretur ad generalem hanc de æſtimato. Cur de æſtimato? quia res æſtimata data eſt. Hæc deciſio dubitationem omnem in agendo tollit.

6 Æſtimatio quippe venditio eſt. *l.* 10. §. 5. *in fin. ſ. de jure dot. l.* 3. *ff. locati.* 7 Vide *l.* 54. *in fin. ff. locati.* 8 Quotes dubitatur de nomine contractus, deſcenditur ad actionem præſcriptis verbis. 9 Ut quoties. *Hal.* 10 Datur æſtimatoria præſcriptis verbis actio: eſſe enim negotium, &c. *Hal.* dandam præſcriptis verbis actionem. Hotom. 5 *obſ.* 16. putat enim hanc vocem *æſtimatoriam* ex Gloſſis irrepſiſſe. 11 *l.* 3. §. 3. *ff. commodati* perinde atque res vendita. *l.* 51. *ſ. ſoluto.*

12 Æſtimato poſſeſſorem dominum facit, *ut hic.* adde *l.* 10. *ſ. de jure dot.* 13 Imo, præciſe non facit, ſed diſtinguendum videtur, ut *l.* 17. §. 1. *ſ. de præſcriptis.* utcunque ſit, hinc conſtat hanc ſpeciem actionis valde differre à locatione. 14 Libellum concipiendi in actione æſtimatoria formam obſerva. 15 Ut non tam habeatur ratio mercedis, quæ locationem ſolet inducere, *l.* 1. *ff. mandati.* quam æſtimationis, quæ venditionem facit. *l.* 10. 11. 12. *ſ. de jure dotium. l.* 2. *in fin. ſ. pro empt.*

TIT. IV.

1 IV C. LXIV. 20 *Exhg.* 3. 3 *Extr.* 19. Cur *rerum* vocabulum hic addidit? Nempe quia *permutatione* nomen ad omnes contractus extenditur, in quibus res, merces, operæ, imo, & pecunia cum re permutatur. At hic de rerum inter ſe permutatione agitur: ut ſi ſpecies cum alia ſpecie permutetur, puta veſtis cum alia veſte. Nam ſi genus cum genere, veſtis cum panno permutabitur, contractus fuerit innominatus.

DE RERUM[1] PERMUTATIONE.

Differentiæ emptionis, & permutationis: ac primum, De merce, & pretio. 1. De evictione. 2. De nudo conſenſu. 3. Si res aliena detur. 4. De traditione facta ex altera parte.

I. PAULUS lib. XXXII ad Edictum.

2 Permutatio his inter cætera differt à venditione: *Contractu*, nam una parte dicitur venditio, altera emptio: *Perſonis*, ille venditor, hic emptor: *Rebus*, una enim parte merx eſt, altera pretium: In permutatione nihil horum eſt. Idem nomen *contractus* utringue eſt: Utrique *perſonæ* dicuntur permutare: utrinque *merx* eſt. 3 Nam uterque permutat, id eſt, rem dat, *l.* 5. §. 1. *ſ. de præſcript. l.* 19. §. *pen. ſ. de ædilit. l.* 1. §. 1. *ff. de contrab. empt.* puta, unus frumenti certam modationem dat, alter olei deſignatum pondus. *l.* 7. *C. cod.* in emptione, uterque non emit: in locatione, uterque non locat: & ita differt forma ab illis contractibus permutatio. 4 Permutatio à venditione differt *præſtatione.* Emptor dominium pretii transferre cogitur in venditorem: venditor rei dominium transferre non cogitur: ſufficit enim ut tradat, & de evictione promittat. In permutatione utrinque dominium transferri debet. 5 Hic ab *effectu* ſumitur differentia emptionis & permutationis. adde *l.* 25. *ff. de contr. empt.* 6 Dolum malum à venditione abeſſe venditor plerunque promittit: quod etſi non ſit adjectum, præſtari tamen debet, *ut hic. & l. ſi cum fundum.* 68. §. 1. *ff. de contr. empt.* Ambroſ. 3 *offic.* 16. Quid loquar de contractibus cæteris, ac maxime de conceſſione prædiorum vel tranſactionibus atque pactis? Non honeſtatis formulæ ſunt, *dolum malum abeſſe?* 7 Imo, ut non ſit evicta, tenetur. *l.* 30. *in fin. ff. de act. empt.* 8 Senſus eſt: Permutatio, ut locatio, aut emptio, non eſt: Nam in empt one alius eſt venditor ab emptore: ille pretium, hic rem accipit: ille pretium accipientis facit, hic rem non facit accipientis. In permutatione num id agitur, ut uterque emat? uterque eſtne emptor? ſi ita eſt, utriuſque res fiet (nam in venditione emptor cogitur nummos facere accipientis): atqui hoc abſurdum eſt: non eſt igitur emptio. Quid? in permutatione num id agitur; ut res ab utroque detur loco mercedis? nullo modo: nam ubi datur merces, res in ejus vicem accipitur: in permutatione vero uterque rem dat. Igitur permutatio non eſt locatio. 9 Poteſt diſcerni, quod eorum ſit merx, &c. *Hal.* 10 Ex cauſa permutationis. 11 V. *l.* 1. *C. eod.* 12 Permutatio à venditione quoque diſtat in *ipſa actione danda:* Nam evicta re vendita actio ex empto datur: permutata re evicta, datur actio in factum præſcriptis verbis. 13 *Sexta* differentia emptionis & permutationis ſumpta *à cauſa efficiente* venditio ſolo conſenſu perficitur & parit actionem: permutatio re perficitur, neque parit actionem ante rem traditam. 14 *Septima* permutationis à venditione differentia: venditio, contractus eſt nominatus: permutatio, innominatus. 15 Aliena res permutari non poteſt, *ut hic.* adde quæ ſcripſi ad *l. rem alienam. ff. de contrab. empt.* 16 Id eſt, neutrius ex parte. 17 Nota: re ab uno tradita ex cauſa permutationis, licere ei, qui non dedit, pœnitere, *ut hic.* ex ſimplici placito permutationis nulla re ſecuta nullam dari actionem. *l.* 3. *l.* 4. *C. cod.* Ex placito permutationis veſtito ſtipulatione, etiam nulla re ſecuta actionem naſci, *d. l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *C. cod.* eoque puto referendam *l.* 7. §. 7. *ff. de pactis.* ubi dicitur naſci civilis obligatio, quoties rem tibi dedi, ut aliam dares. Plus igitur eſt ſubjecta contractui permutationis ſtipulatio, quam partis ſubſecuta traditio. Hinc dici ſolet, contractus innominatos ſtipulationis ſubjectione vim nominatorum conſequi: ab uno contrahentium facta rei traditio non facit permutationem nominatum eſſe contractum: ſubſecuta inter utroſque ſtipulatio, ſecus. In innominatis pœnitere licet altero invito, *ut hic.* in nominatis non permittitur. *d. l.* 3. *& l.* 7. *C. eod.*

rem nolit [18] tradere, non [19] in hoc agemus, ut intereſt noſtra illam rem accepiſſe, de qua convenit, ſed, ut res contra nobis reddatur, condictioni locus eſt, quaſi re non ſecuta.

Similia venditionis, emptionis, & permutationis, & quæ res non præſtanda.

II. IDEM lib. V ad Plautium.

18 *Octava* differentia permutationis à venditione hæc eſt. In permutatione ſi rem tuam accepi, & meam invicem tibi non dedi, non potes me invitum cogere, ut contractum impleam, quia pœnitere poſſum: ſed ut rem tuam reſtituam tibi, condictione tantum uti potes, *ut hic.* At in venditione qui rem dedit vel pretium, datum repetere non poteſt, ſed in id agere debet, ut contractus impleatur, *l. in civile.* 12. *C. de rei vind.* nec enim habet locum condictio ob cauſam in contractibus nominatis, *l. ult. ff. de condict. cauſ. dat. Nona* hæc differentia à quibuſdam aſſertur in venditione venditorem non transferre dominium, niſi vel pretium receperit, vel ſatisfactum eſt fuerit vel ſidem habuerit de pretio: In permutatione dominium rei traditæ transferri in accipientem, etiamſi fides non ſit ei habita rei in vicem ejus, quæ tradita eſt, accipiendæ: Accurſius ita putat *hic.* & in *l.* 2. & *l. cum precibus. C. eod.* Qui tamen contrarium ſentit in *l. cum proponas.* 4. *C. de dolo.* Quod poſtremum verius eſt: Nullo enim contractu dominium rei traditæ transfertur, niſi ſaltem fides habita ſit. 19 Hanc negationem expungit Hotomanus, 3 *obſ.* 2. Goth. Ut ſcilicet conveniat cum *l.* 5. §. 1. *ff. de præſcript. verb.* quæ pugnare videtur. Accurſius intelligit, non, pro, non tantum: Baſilica ſecundum *d. l.* 5. unii ex permutantibus electionem dant, utrum ad intereſſe agat, an, ut rem ſuam recipiat conditione, velit. Sed neutrum placet, poteſtque commodius ſalvari, ſi text. ad traditionem rei alienæ reſtringas, quam à permutatione conſtitui præcedenti §. negat Pedius. *S. L.* 20 Eſt enim juriſcentium, ut emptio, *argum. l.* 5. *ſ. de juſtit. l.* 2. *C. eod. l.* 15. *ſ. ex quibus cauſis in poſſeſſion.* ab ea cœpit emptio, *l.* 1. *ſ. de contrahend.* non eſt tamen contractus nominatus, ut emptio. At enim dices, *permutationis* elegans eſſe vocabulum? Reſpondeo, emptionis vocabulum ita ſpeciale eſſe, ut ſe. ei negotio tantum ſerviat, in quo res cum pretio permutatur: at permutationis vocabulum generis eſt, ſaltem ſubalterni, cujus ambitu ipſa & emptio & locatio comprehenditur, in quibus cum re vel pretium, vel merces permutatur. Bart. ad *l.* 9. *ſ. de pactis.* ideoque vox permutationis ad certam ſpeciem non reducitur. Veſemb. *hic.* cum omnis pene contractus conſtet, veluti permutatione quadam: Quapropter Ariſtoteles dixit, medium arrogantiæ carere nomine: licet alio loco ſcribat, veritatem eſſe medium arrogantiæ; propterea quod veritatis nomen latius patet: ità recte dicam, negotium *do, ut des*, carere nomine, licet *permutatio* appelletur, Cujac. *hic.* Corraſius 1 *Miſcell.* 23. *num.* 4. ait permutationem dici poſſe nominatum contractum: a qua tamen opinione videtur recedere 2 *Miſcellan.* 15. *in fin.* & merito: liquidem nominatis contractibus in *l.* 7. §. 1. *ſ. de pactis.* relatis in §. 2. ſubjicitur permutatio, quæ in alium contractum non tranſire dicitur. Quorſum hæc pertineat quæſtio, vide *l.* 1. *in fin. ſ. eod.* 21 Ut venditor ſervi, ſanum, ſolutum fundis, ac noxis, non fugitivum denique præſtare cogitur, ita qui permutat.

TIT. V.

1 IV C. LXIV. 2 Inventa eſt actio præſcriptis verbis (quæ & *Incerti Civilis* dicitur, *l.* 7. §. 2. *in fin. ſ. de pactis. Incerti*, quia id, quod intereſt perſequitur, cujus æſtimatio incerta eſt, & arbitraria. Cujac. *C. cod. Civilis*, non quod lege nominatim ſit prodita; ſed quia ad exemplum civilium actionum comparata eſt: Nam *do, ut des*, emptioni: *do, ut facias*, locationi: *facio, ut facias*, mandato, commodato & precario proximum eſt: eaque ratione utilis dicitur, Cujac. ad *l.* 7. *ſ. de pactis.*) propter controverſias Juriſconſultorum certantium de nomine actionis. Nec enim poſſunt tolli eæ, aut ovitari melius, quam ſi egeris ſine nomine; ſecundum quod

DE[1] PRÆSCRIPTIS[2] VERBIS, ET IN FACTUM[3] ACTIONIBUS[4].

Si vulgaris actio ceſſet. 1. De domino mercium, De magiſtro navis. 2. De re data à pretii explorandi cauſa.

I. PAPINIANUS lib. VIII Quæſtionum.

NOnnunquam evenit, ut ceſſantibus judiciis proditis & vulgaribus [5] actionibus, cum proprium [6] nomen invenire non poſſumus, facile 7 deſcendamus [8] ad eas, quæ in factum appellantur. Sed, ne res exemplis egeat, paucis agam. §. 1. Domino mercium in magiſtrum navis, ſi ſit incertum [10], utrum [11] navem conduxerit, an merces vehendas locaverit, civilem actionem in factum eſſe dandam, Labeo ſcribit. §. 2. Item ſi quis pretii explorandi [12] gratia rem tradat, neque depoſitum [13], neque commodatum [14] erit: ſed, non exhibita fide, in factum [15] civilis ſubjicitur actio.

Si vulgaris actio ceſſet.

II. CELSUS lib. VIII Digeſtorum.

NAm [16], cum deficiant [17] vulgaria [18] atque uſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt:

De contractibus innominatis.

III. JULIANUS lib. XIV Digeſtorum.

IN quam [19] neceſſe eſt confugere, quotiens contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ jure [20] civili proditæ ſunt.

IV. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

NAtura [21] enim rerum conditum [22] eſt, ut plura ſint negotia, quam [23] vocabula.

De

conventione præſcriptum eſt, narrata convention e, narrato facto. Cujac. ad *l.* 24. *ſ. eod.* 8 *ad Aſſicianum.* Dicitur autem *præſcriptis verbis*, quia datur ex conventione, uti ſcripta eſt, Cujac. *eod.* item quod in ejus formula, quemadmodum ſe res haberet, deſcribebatur, tum quæ contractus ſpecies eſſet, præſcriptum reperiebatur. Alciat. 4 *diſp. ult.* Denique præſcriptis verbis actio eſt τῶν ἀγράφως γεγραμμένων συμφώνων, ut Græci interpretantur rectè, quia ex conventionibus tantum datur, quæ ſc. alio nomine non appellantur: ſimiles tamen ſunt civilibus, quæ ſuum nomen habent: Nihil eſt enim aliud actio præſcriptis verbis, quam actio in factum civilis, quæ naſcitur ex contractibus, qui non appellantur proprio nomine. Cuiac. *hic.* aliter demonſtrari non poteſt ea actio, quam ſi dicatur, agi ſecundum verba conventione præſcripta, Cujac. *C. eod.* Verum Hotom. in ſua de præſcriptis verbis conjectura, ait, ſibi videri, non *præſcriptis*, ſed *perſcriptis verbis* legendum, vel ideo, quod veteres, pervulgatæ, ſolennes, uſitatæ, ac legitimæ actiones notis tantum & ſyllabis deſignarentur, ut nimium in vulgus, ac præſertim iis, qui in foro verſabantur, notæ: Notis præſcribi ſolitas, conſtare ex eo, quod Cic. *pro Murena* Juriſconſultos exagitans, veriti, inquit, ne ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt: Item conſtare ex *l.* 1. *C. de formulis.* has aucupationes ſyllabarum, & juris formulas tolli: Legi apud Manilium in *Aſtronomicis* illis verſibus: *Hic etiam legis titulos & condita jura Noverit, atque notis levibus pendentia jura:* Earum notarum reliquias eſſe in Pauli Diaconi, & Valerii Probi libellis: apud hunc autem, inter veteres hanc perſonalis actionis formulam referri; *A. T. M. D. O.* id eſt, *aio te mihi dare oportere*: De notis caput eſſe apud Iſidorum 22. *e.* 1. earum quoque fieri mentionem in *Novell.* 47. *cap.* 2. Has autem actiones, de quibus hoc titulo agitur, ideo *perſcriptis verbis* appellari, quod plenis, & integris verbis perſcriberentur, non certa, aut compendioſa formula, ut illæ antiquæ, ſed diſerte, plene, ac dilucide: &, ut Theophilus dicere ſolet, διηγηματικῶς, factum, conventionem, negotium, rem geſtam exprimebant. *hæc Hotom.* 3 Cur in *factum* dicuntur actiones? quia quod certo & peculiari nomine non poſſunt exprimere negotium, id rei geſtæ enarratione declarant, citra formulam, aut ſolennitatem ullam. *l.* 6. *in fin. C. de tranſact.* Cujac. *hic.* Factum res geſta vocatur in *l.* 6. *C. de tranſact.* à Conſtantino ſic definitur, τὸ κεφάλαιον, ἢ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἀνυπόκλισμα, Cujac. ad *l.* 7. *ſ. de pactis.* qui hæc interim verba *in factum* ad Prætorias refert actiones, quæ non ex contractibus dantur, ſicut *præſcriptis verbis*, ſed ex aliis cauſis *hoc tit.* Alii *in factum* interpretantur, quaſi ex tali facto. Alii, *in factum*, quaſi infectum & indefectum: quo nihil magis ridiculum proferri potuit vel poſſit. 4 Sunt enim plures: Æſtimatoria & ſtum: quo nihil magis ridiculum proferri potuit vel poſſit. 4 Sunt enim plures: Æſtimatoria & ex permutatione, actiones, bonæ fidei ſunt: cæteræ, de quibus hic agitur, ſtricti juris. Cujac. *hic.*

5 Atque uſitatis, *l.* 23. *ſ. eod.* de quibus in *l.* 5. *ſ. de juſtitia. l.* 7. §. 1. *ff. de pactis.* quibus ob fui frequentiam inter homines, & neceſſitatem inter eos uſum, formam, & nomen facile Juriſperiti reperierunt. 6 Id eſt, ſpeciale, non ſimum, id eſt, generis. *d.* §. 1. 7 Hinc conſequitur, in factum actiones non eſſe judicia prodita, & vulgares actiones: hic enim opponuntur vulgaribus actionibus in factum actiones. 8 Deſcendamus. *Hal.* 9 Præſcriptis verbis actio datur ex negotio geſto, quod certum eſt in contractum aliquem nominatum incidere: dubium eſt tamen in quem incidat, idque propter facti ipſius ambiguitatem. Interdum quoque datur ex negotio geſto, quod certum eſt caderein contractum innominatum. 10 Secus ſi certum ſit. *l.* 2. *in pr. ff. de l. Rhod.* 11 Merces magiſtro navis tradidi: Incertum eſt, an navem conduxerim, an vero merces vehendas locaverim. Quæritur quæ actio mihi competat? Neque ex conducto, neque ex locato, ſed præſcriptis verbis: quia dubitatur de facto ipſo. 12 Rem qui tradit pretii explorandi cauſa, neque deponit, neque commodat. Non deponit, quia non tradidit, ut res cuſtodiatur: Non commodat, quia non tradidit, ut accipiens ea uteretur. *v. l.* 17. §. 4. *ſ. eod.* v. Alciat. 5 *parerg.* 15. Igitur eo caſu datur recte præſcriptis verbis actio. 13 Nec enim datur cuſtodienda. *l.* 1. *ff. depoſiti.* 14 Quia non datur utenda. *Jaſ.* 15 Imo, mandatum videtur, ſi nihil aliud mando, quam ut inquiras, quanti poſſis vendi res, quæ datur vendenda. *Jaſ.* 16 Martinus putabat, commodati, & depoſiti actiones cumulari poſſe, falſo: ſunt enim contrariæ: nam in commodato uſus eſt, qui non eſt in depoſito. Ac præterea dicitur hic recurrendum ad præſcriptis verbis actiones, quoties dubitatur de actione. 17 Cum deficiunt. *Hal.* 18 Id eſt, propria. *l.* 7. §. 1. *ff. de pactis.* 19 Ad quam. *Hal.* 20 A legiſlatoribus. An ob hujuſmodi contractuum raritatem, ut vult Hotomanus? an potius quod varii ſint & late pateant, ac in mille rerum circumſtantias ſingulis horis varientur, quod denique non tam præguanent præciſumve cauſam in ſe continere videantur, ut ad neceſſitatem exequendi trahendi ſint, ut impoſſibile ſit eos ſpeciali nomine deſignare, certave forma comprehendere, ut vult Oldend. *in jure actionum tractatu?* 21 Ariſt. 2 *Eth.* 7. Cic. *pro Cæcinna.* 22 Inductum eſt. 23 Cic. 3 *de Finib. in pr.* Græcia magis tamen nobis verba parienda fuit, imponendaque nova novis rebus nomina. *& poſt,* in omni arte, cujus uſus vulgaris communiſque non ſit, multa novitas nominum eſt.

De contractu, manumisi, ut manumittas. Do quatuor contractibus innominatis. 1. Do, ut des. 2. Do, ut facias. 3. Facio, ut des. 4. Facio, ut facias. 5. *Manumisi, ut manumittas.*

V. Paulus lib. V Quæstionum.

NAturalis meus filius servit [24] tibi, & tuus filius mihi: convenit inter nos, *ut & tu meum manumitteres & ego tuum*: ego manumisi: tu non manumisisti: qua actione mihi teneris, quæsitum est [25]. In hac quæstione totius ob rem [26] dati tractatus inspici potest: qui in his competit speciebus. Aut enim *do* [27] *tibi, ut des*: aut *do, ut facias*: aut *facio, ut des*: aut *facio, ut facias*: In quibus quæritur, quæ obligatio nascatur. §. 1. Et si quidem *pecuniam* [28] *dem, ut rem accipiam* [29], emptio & venditio [30] est [31]: sin autem [32] *rem do, ut rem* [33] *accipiam*, quia non [34] placet permutationem rerum emptionem esse, dubium non est, nasci civilem [35] obligationem: in qua actione id veniet, non [36] ut reddas, quod acceperis, sed *ut* [37] *damneris mihi, quanti interest mea, illud, de quo convenit, accipere*: vel [38], si meum recipere velim, repetatur quod datum est, quasi ob rem [39] datum, re non secuta. † Sed si *scyphos tibi dedi, ut Stichum mihi dares*, periculo meo Stichus erit [40]: ac tu duntaxat culpam præstare debes. [Explicitus est articulus ille, *do, ut des.*]

§. 2. At *cum do, ut facias*, si tale sit factum, quod [41] locari solet, puta *ut tabulam pingas*, pecunia data, locatio erit: sicut superiore casu emptio: si res, non erit locatio, sed nascetur vel civilis actio in hoc, quod mea interest, vel ad repetendum condictio. † Quod si tale [42] est factum, quod locari non possit, puta *ut servum manumittas*, sive certum tempus adjectum est, intra quod manumittatur, idque cum potuisset manumitti, vivo servo transierit, sive finitum non fuit, & tantum temporis consumptum sit, ut potuerit debuerítque manumitti, condici ei potest, vel præscriptis verbis agi. Quod his, quæ diximus, convenit. † Sed si dedi tibi servum, *ut servum tuum manumitteres*, & manumisisti, & is, quem dedi, evictus est: si sciens dedi, de dolo in me dandam actionem Julianus scribit: si ignorans, in factum civilem [43]. §. 3. Quod *si faciam, ut des*, & posteaquam feci, cessas dare, nulla erit civilis actio, & ideo de [44] dolo dabitur. §. 4. Sed, *si facio, ut facias*, hæc species tractatus [45] plures recipit. † Nam si pacti sumus, *ut tu à meo debitore Carthagine exigas* [46], *ego à tuo Romæ*: vel, *ut tu in meo, ego in tuo solo ædificem*, & ego ædificavi & tu cessas: in priorem speciem mandatum [47] quodammodo interveniisse videtur: sine quo [48] exigi pecunia alieno nomine non potest: quamvis [49] enim & impendia sequantur, tamen mutuum [50] officium præstamus: & potest mandatum [51] ex pacto etiam naturam suam excedere. † Possum enim tibi mandare, *ut & custodiam mihi præstes, & non plus impendas in exigendo, quam decem*: Et si [52] eandem quantitatem impenderemus [53], nulla dubitatio est: Sin autem alter fecit, ut & hic mandatum interveniisse videatur, quasi refundamus invicem impensas: neque enim de re tua tibi mando. Sed tutius [54] erit, & in insulis fabricandis & in debitoribus exigendis, præscriptis verbis dari actionem: quæ actio similis [55] erit mandati actioni: quemadmodum in superioribus casibus, locationi & emptioni.

§. 5. Si ergo hæc sunt, ubi de faciendo ab utroque convenit, & in proposita quæstione idem dici potest: & necessario sequitur, ut ejus fiat condemnatio quanti interest mea, servum habere, quem manumisi. An deducendum erit, quod libertum habeo? Sed hoc non [56] potest æstimari.

Vendo, ut reficiat.

VI. Neratius lib. I Responsorum.

INsulam hoc modo, *ut aliam* [*insulam*] *reficeret*, vendidi [57]: Respondit [58], nullam [59] esse venditionem: sed civili intentione incerti agendum [est].

Do, ut manumittat.

VII. Papinianus lib. II Quæstionum.

SI tibi decem dedero, *ut Stichum manumittas* & cessaveris, confestim agam præscriptis [60] verbis, ut solvas, quanti [61] mea interest: aut, si nihil interest, condicam tibi, ut decem reddas.

De servo, qui quæstionis habendæ causa æstimatus datus est.

VIII. Idem lib. XXVII Quæstionum.

SI dominus servum, cum furto [62] argueretur, quæstionis [63] habendæ [64] causa æstimatum [65] dedisset, neque de eo compertum fuisset, & is non redderetur, eo nomine civiliter agi posse, licet aliquo [66] casu servum retenturus esset, qui traditurum [67] accepisset. Potest [68] enim retinere servum sive dominus pro eo pecuniam elegisse, tsive in admisso [69] deprehensus fuisset: tunc enim [&] datam [70] æstimationem reddi à domino oportere. Sed quæsitum est, qua actione [71] pecunia, si eam dominus elegisset, peti posset? Dixi, tametsi quod inter eos ageretur verbis quoque stipulationis conclusum non fuisset, si tamen lex contractus non lateret, præscriptis verbis incerti & hic agi posse: nec videri [72] nudum pactum interveniisse, quotiens [73] certa lege dari probaretur.

Accepto tuli, ut deleges.

IX. Idem lib. XI Responsorum.

OB [74] eam causam accepto [75] liberatus, *ut nomen Titii debitoris delegaret*, si fidem contractus non impleat, incerti [76] actione tenebitur: Itaque judicis officio non vetus obligatio restaurabitur [77], sed promissa [78] præstabitur, aut condemnatio sequetur.

De usufructu & cautione omissa.

X. Javolenus lib. XIII Epistolarum.

PArtis tertiæ [79] usumfructum legavit: heredis bona ab ejus creditoribus distracta sunt: & pecuniam, quæ ex æstimatione partis tertiæ fiebat, mulier accepit fruendi causa: & per ignorantiam stipulatio [80] prætermissa [81] est: Quæro, an ab herede mulieris pecunia, quæ fruendi causa data est, repeti possit, & qua actione? Respondi, in [82] factum actionem dari debere.

Quibus casibus dantur actiones in factum.

XI. Pomponius lib. XXXIX ad Quintum Mucium.

QUia [83] actionum non plenus numerus esset, ideo plerumque actiones in factum desiderantur. Sed & eas actiones, quæ legibus proditæ sunt, si lex justa ac necessaria sit, supplet Prætor in eo, quod legi deest: Quod facit in lege Aquilia [84], reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ: idque utilitas ejus legis exigit.

De transcriptione rei venditæ.

XII. Proculus lib. XI Epistolarum.

SI vir [85] uxori suæ fundos vendidit, & in venditione comprehensum est, conveniisse [86] inter eos, *si ea nupta ei esse desisset, ut eos fundos, si* [87] *ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet* [88] *viro*, in factum existimo judicium esse reddendum: idque & in aliis personis observandum.

De re data, ut certo pretio vendatur & superfluum venditor lucretur.
1. *De area data, ut ædificetur. De puero docendo vel nutriendo. De pecore pascendo.*

XIII. Ulpianus lib. XXX ad Sabinum.

SI tibi rem vendendam certo pretio dedissem, *ut, quo pluris venderes, tibi haberes*, placet, neque [89] mandati [90], neque pro socio esse actionem: sed in factum, quasi alio negotio gesto: quia & mandata gratuita esse debent; & societas non videtur contracta in eo, qui te non admisit socium distractionis, sed sibi certum pretium excepit. §. 1. Julianus [lib. XI Digestorum] scribit. Si tibi areæ [91] meæ dominium [92] dedero, *ut insula ædificata partem mihi reddas*, neque emptionem esse, quia pretii loco partem rei meæ recipio: neque mandatum, quia non est gratuitum [93]: neque societatem, quia * nemo societatem contrahendo rei suæ dominus esse desinit [94]. † Sed *si puerum docendum*, vel *pecus* [95] *pascendum* tibi dedero, vel *puerum nutriendum, ita ut, si post certos annos venisset, pretium inter nos communicaretur*, abhorrere hæc ab area; eo quod hic dominus esse non desinit, qui prius fuit: competit igitur pro socio [96] actio. † Sed si forte puerum dominii tui fecero, idem se, quod in area, dicturum: quia dominium definit ad primum dominum pertinere. Quid ergo est? in [97] factum putat actionem Julianus dandam, [id est, præscriptis verbis]. Ergo si quis areæ dominium non transtulerit, sed passus sit te sic ædificare, ut communicaretur vel ipsa, vel pretium, erit societas. Idemque, & si partis areæ dominium transtulerit, partis non, & eadem lege ædificare passus sit.

---

24 Potest enim filius meus naturalis non tibi tantum, sed & mihi servire: possum etiam stipulari, ut eum manumittas, *ut hic. & l. 2. C. si mancip. ita fuer. alien. ut manumitt.*

25 Dic præscriptis verbis actionem dari in id, quod mea interesse potest, qui servum manumisi, *ut in fin. ff. eod.* vel ut manumittas servum tuum, quia meum manumisi, *l. 9 ff. eod.* vel ad id, quod mea interest, servum à te non manumitti. *§. 1. ibi, quanti interest mea. ff. eod.*

26 Dationem vel factum.

27 *l. 7. § 2. ff. de pact. l. 33. § 3. ff. de donat.*

28 Certam sc. & numeratam.

29 Hoc casu præcise non cogeris dominium transferre, *l. 11. §. 1. ff. de act. empt.* secus si pecuniam dedi, *ut rem dares*: nam *dare* est dominium transferre.

30 Cur? pecuniam dedi, ut rem traderes. *§. 2. vers. sicuti. ff. eod.*

31 Imo non est venditio, aut emptio, sed obligatio ob rem datam causa non secuta. *l. ult. ff. de condict. causa data.* Sed ibi dedi pecuniam, non ut pretium, sed ut officium: adde Forcatulum, *c. 19. Necyomant.*

32 In articulo dandi has differentias observa. Do interdum pecuniam, ut rem accipiam. *h. §.* interdum rem do, ut rem inanimatam accipiam, *ut hic.* vel ut scyphum accipiam. *vers. sed si.*

33 Aliam ab homine, ut hæc species differat à *versic. Sed si Scyphos.*

34 Jurisconsultis. *v. l. 1. §. 1. ff. de contr. empt. l. 1. ff. de rer. permut.*

35 Præscriptis verbis, quam *nativam* dixeris, ut hinc colligitur, licet alibi *datiua* dicatur. *l. 1. ff. tit. prox.*

36 Id est, non cogor præcise agere, ut tu mihi reddas rem, quam à me accepisti: quia possum agere in id, quod mea interest, si velim. Cæterum si velim datum recipere, id condicere sine potero. *vers. vel si meum.*

37 Innominatis in contractibus id, quod interest succedit loco dandæ rei, *ut hic. & §. 2. & §. 5. ff.* In nominatis non item: cogitur enim rem præcise dare, aut si id non possit, æstimationem præstare. Alberic. *l. 23. ff. de constitut. pecun. l. 75. in fi. ff. de verb. oblig. l. 9. in fin. ff.*

38 Possum igitur eligere, utrum datum condicam, an vero id, quod interest mea agam, *ut ff.*

39 Ut rem acciperem.

40 Imo, periculo meo non erit, sed tuo, qui dominus rei fuisti. *l. ult. ff. de condict. causa data.* Erat quidem meo periculo, ut rem non petam, *ut hic.* non tamen, ut datum amittam. *d. l. ult.* adde Coraf. 2 *Misc.* 9.

41 Factorum quædam locari possunt, quædam non. adde quæ scripti ad *l. 2. C. de rer. permut.*

42 *Pingere* tabulam, factum est, quod locari solet, *in pr. ff. eod.* servum manumittere, factum est quod locari non potest, *ut hic.* Priori casu nominatus, locatio fuit. altero, innominatus contractus est. Quæritur quibus indiciis facta locabilia ab his, quæ locari non possunt, discernamus? an ex modo contractus, ut vult Accursius? an ex modo implendi, ut qui Ultramontani nuncupantur, existimant, v. Bald. & Alberic. *hic?* an consuetudine, id est, quod persona solita sit locare operas, ut putat Bart. ad *l. 5. in pr. n. 23. ff. de condict. causa data?* an vero, quod ex eo potest sequi emolumentum pecuniarium, ut vult Jason *hic. n. 2. in fin.?*

43 Imo, Julianus scripsit in factum actionem à Prætore dandam, non incerti civilem, id est, præscriptis verbis, quo nomine à Mauritiano reprehenditur, *l. 7. § 2. ff. de pact.* Cujac. ad *l. 7.* monet hanc vocem *civilem* imperite hic à Triboniano adjici. Nam si in ignorantem detur actio in factum civilis, *ut hic.* hæc eadem in scientem danda est, non de dolo: quod hic tamen dicitur: Et è contra, si in scientem de dolo datur, ergo & in ignorantem prætoria. Hanc itaque vocem Tribonianus ex nota Mauriciani adscripsit, quomodo & nota Marcelli Juliano in *Novell. 87.* Pauli Labeoni, *l. 2. §. 9. in fin. ff. de aqua pluvia.* Ulpiani Marcello, *l. pen. ff. de jure codicill.* adscribitur. Coveanus, 2 *var. 27.* merito conqueritur improbatam Juliani sententiam in *d. l. 7.* in hoc paragrapho poni. Id tamen sæpius factum à Triboniano notat. In duobus itaque dic Julianum errasse, qui doli actionem sic dedit, cum tamen alia possit dari, & qui dandam à prætore censuit, cum tamen ipso jure civili per se competat. *d. §. 2.*

44 V. *l. 4. C. de dolo.*

45 *Tractatus*, membra, quæstiones.

46 Pactum hoc, *ut à debitore meo Carthagine exigas, ego à tuo Romæ*, estne factio, ut facias? An potius mandatum? Mandatum dixeris, quoniam neuter nostrum mutuo nomine exigere pecuniam potest sine mandato. *vers. in priorem. ff. eod.* Atqui in hac specie qui exigit nomen, suis impensis exigit; mandatarius autem, impensis mandatoris. *l. idemque. 10. §. idem Labeo. 9. ff. mandati. l. qui proprie. 46. §. litis. ff. de procur.* Dici potest, neque eo mandatum mutare suam naturam, licet pacto possit naturam suam excedere. *l. 1. §. si convenerit. l. Lucius. 27. ff. depositi.* Quid juris sit? tutius est in hoc negotio ita perplexo dare actionem præscriptis verbis. *vers. sed tutius. ff. eod.*

47 Contractus innominatus habet vim mandati, Bald. apud Jas. *hic. n. 8.*

48 Mandato sc. in quo domini voluntas continetur. *l. 39. ff. de negot.*

49 Id est, quamvis hic casus non mere gratuitum officium contineat (nam qui hic exigunt, suis impensis nomen exigunt: quod non est in mandato) eum tamen sit quasi mandatum, procuratori ex eo agenti non poterit, quod non sit procurator, opponi. vid. Jas. *hic. n. 2.* & Curtium juniorem *hic. n. 11.*

50 Mutuum officium qui præstant, commodatarii sunt, id est, mutuum mandatum suscipiunt.

51 Mandatum potest ex pacto naturam suam excedere. Quomodo? possum tibi mandare, ut custodiam mihi præstes, ubi custodiam non debeas. *l. qui mercedem. 40. ff. locati.*

52 Locus est meo judicio corruptus, cujus vim etsi sentio, ulcus tamen sanare non possim.

53 Impenderimus. *Hal.*

54 Quoties dubium est, an sit contractus nominatus, ratione dubii recurrimus ad innominatum. Jas. *hic. n. 3.* facit *l. 24. circa fin. ff. eod.*

55 Contractus innominati assimunt naturam contractus nominati, cui assimilantur, Jas. *hic. n. 4.*

56 Patronatus qui jus habet, non dicitur habere jus æstimabile, nec per hoc dicitur factus locupletior. Jas. *hic. n. 1.* Eorum enim, quæ sunt inæstimabilia, qualia sunt libertas, potestas patria, dominica, jus patronatus, necessitudinis ratio non habetur in judiciis: quia & haberetur frustra. Cujus enim ratio non est, nec iniri potest: nec enim alia ratione actio ingrati jure civili prodita non est, quam quod difficilis æstimatio ejus sit. Quemadmodum enim judex inibit æstimationem? verba sunt Senecæ docentis non posse dari actionem ingrati. Et in *l. 41. in pr. ff. ad l. Aquil.* Marcellus, deletis tabulis testamenti testatori non dari actionem injuriæ: quemadmodum enim, inquit, æstimatio inibitur? Cujac. 8 *ad Afric. in explicatione l. 30. de act. empt.*

57 Talis conventio, proprie non est venditio, quia consistit sine pretio.

58 Si contractui locationis inseritur verbum, *vendo*, non mutatur natura contractus, *ut hic.* Ita error in nomine contractus, vel falsa denominatio contractus non vitiat contractum. Jas. *hic.* Goth. Pro intellectu hujus legis v. Bart. *in l. si quis ante ff. de acq. poss.* Jason in *l. qui Romæ. num. 27. ff. de verb. oblig.* Anf.

59 Cur nulla est venditio? quia hic nulla pretii mentio ac numeratio: sed insula data est, ut alia reficeretur. Cæterum ubi pretium deest, ibi venditio dici fingive non potest. *l. 2. C. de contr. empt.* Itaque fuerit hic contractus innominatus, do ut facias: rejecto e contractu venditionis verbo, tanquam inutili.

60 Præscriptis verbis actio in eum, qui, cum id tamen recepisset, servum non manumisit, datur in id, quod interest, si interfit ejus, qui dedit, servum manumitti: si non interfit, datur condictio ob causam.

61 *l. 5. in fin. ff. eod.*

62 *Al.* furti, vel de furto.

63 *l. 15. ff. de cond. causa data.*

64 Præscriptis verbis actio datur ex contractu, do ut facias.

65 Servi quoties dabantur quæstionis habendæ causa, dabantur æstimati.

66 De quo die *ut ff. eod.*

67 *Traditum* hic appellat, quod paulo ante *datum* dixit: unde Forcatulus colligit, 49 *Necyomant.* 4. pro subjecta materia verbum *dare* sumi pro *tradere*, quod adverso Alciatum 2 *Paradox.* 9 notat.

68 Hoc enim casu intelligitur ab eo, ut non redderetur servus quæstionis habendæ causa datus, si convictus sit.

69 Admissum est flagitium.

70 Quid, *si pecuniam æstimationem*, vel *dictam æstimationem* legamus? nam hic agitur de servo, qui æstimatus datus est habendæ quæstionis causa.

71 Ad id repetendum, quod est datum, vel ejus æstimationem, competit actio præscriptis verbis, quando hoc pactum est. *Bart.*

72 Pactum appositum juxta traditionem rei, non est nudum: velatur enim traditionis cohærentia. *Jas.* adde *l. 48. ff. de pactis.* vel ita, præscriptis verbis actio datur, ut fiat, quod convenit in pacto incontinenti adjecto.

73 *l. 6. C. de rer. permut.*

74 Præscriptis verbis actio datur ex contractu, *facio ut facias*, ut fiat, quod convenit.

75 Si tibi accepto tuli decem, ut mihi debitorem tuum delegares, nec deleges, hac actione teneberis.

76 *Incerti actio* dicitur, quæ datur ad factum.

De *l. 16. ff. eod.*

77 Imo, vetus restauratur, cum ex ea datum condici possit. *l. 4. ff. de condict. causa data.*

78 Hac actione non tantum id, quod interest, sed promissa servari, petere possumus.

79 Dixi ad *l. 4. C. quando dies legatorum.*

80 Cautio interponitur ab usufructuario rei, quæ usu consumitur, de quantitate eadem restituenda, finito usufructu. *ff. de usufruct. earum rerum, quæ usu consumuntur.*

81 Pecunia data ad fruendum, omissa cautione finito usufructu repetitur per actionem in factum. *v. l. 5. §. 1. ff. de usufruct. earum rerum.*

82 Cur in factum? quia heres testatoris ab herede fructuariæ eam pecuniam fructuariam repetit, quam non ipse, sed creditores hereditarii ipsi fructuariæ numerarunt: Nam si ipsa pecunia fuisset ipsi fructuariæ ab herede testatoris numerata, eam repeteret finito usufructu, certi condictione generali, vel sine causa. *l. hæc Sententia tuiconsultum. 5. ff. de usufr. ear. rerum.*

83 *Actiones in factum subsidiariæ* ob eam causam inventæ sunt a Prætore, quod æquum esset actionem dari, non quod ulla actio prodita erat: sed & inventæ ad supplenda Prætorum edicta, & leges civiles, quibus minus commode eique prospicitur, ut in hoc exemplo: Aquilia actio directa datur in eum, qui suo corpore in corpus alterius damnum dedit: Quoties non corpore in corpus, vel corpore in non corpus damnum datur, nulla Aquilia comparata est. Ea res movit Prætorem, ut in hac specie daret in factum actionem loco actionis legis Aquiliæ, *ut hic.*

84 Ubi lex Aquilia deficit, jus suppletur per actionem in factum. Bart. adde *§. fin. Inst. de l. Aquil.* In factum ex lege Aquilia datur, cum nec oratio, nec sententia legis convenit, hoc est, cum neque damnum, vel corpore, vel corpori datum fuit. *d. §. ult. l. 33. in fin. l. 53. ff. ad l. Aquil.*

85 Vendere vir uxori potest, valet inter virum & uxorem venditio. vide quæ scripsi ad *l. 31. §. 3. ff. de donat. inter virum.*

86 Ex pacto de retrovendendo appositio in venditione non tantum potest agi actione innominata præscriptis verbis, *ut hic.* sed & ex vendito actione informata ex pacto. *l. 6. ff. de rescindenda vendit. l. 2. C. de pactis inter empt.*

87 Aut si pretium offerret. *l. 2. C. de pactis inter empt.* Ita plerumque venditores stipulabantur ab emptore, ut nulli alii, quam ipsi venditori revenderet. *l. qui fundum. 40. ff. de contr. empt. l. si sterilis. 21. §. si tibi. 4. ff. de act. empt.*

88 Præscriptis verbis innominata actione agi potest ex pacto retrovendendi, venditioni adjecto, *ut hic.* quinimo ex vendito actione pacto informata agi etiam potest. *l. 2. C. de pactis convent. l. si convenit. 6. ff. de rescindenda. l. sed Celsus. 6. §. 1. ff. de contrab. empt.*

89 Qui rem accipit certo pretio vendendam, ut quo pluris vendiderit, id sibi habeat, neque mandati, neque pro socio obligatur: Non mandati, quia mandatum gratuitum esse debet, hic autem lucrum sentit: Non pro socio, quia in lucro, quod facit, nullum habet socium. Quid igitur? in factum actione tenebitur.

90 Adde *l. 5. §. 4. ff. eod.* & *§. 1. ff. eod.*

91 Areæ meæ tibi dominium dedi, ut insulam ædificata partem mihi reddas: estne emptio? non est, quia pretii loco partem rei meæ recipio.

92 Aliud erit, si non dominium dedi, sed vendidi, ut in *l. 6. §. 2. ff. de act. empt.*

93 Tale est autem mandatum. *l. 1. §. 4. ff. mandati.*

94 Partem tamen communicat socio. *l. 1. §. 1. ff. pro socio.*

95 Ut *l. 8. C. de pactis.*

96 Cum is, qui acceperit pecora partiaria, pascenda acceperit. *d. l. 9.*

97 Sensus est: Si res ad meliorandum ita datur, ut transfato ejus integro dominio ea postea dividatur, præscriptis verbis: si, ut pars tantum transferretur, actum est, pro socio erit actio. *Bart.*

De mercibus alienis in mare projectis. 1. Si servus spoliatus frigore moriatur. 2. De fidejussore præstando ei, qui prædium pro alio obligavit.

XIV. IDEM lib. XLI ad Sabinum.

QUi servandarum mercium [fuarum] causa alienas merces in mare projecit, nulla [98] tenetur actione: [Sed] si sine [99] causa id feciſſet, in factum: ſi dolo, de dolo [tenetur]. §. 1. Sed & ſi [100] ſervum quis alienum ſpoliaverit, iſque frigore [1] mortuus ſit, de veſtimentis quidem furti agi poterit, de ſervo vero in [2] factum [agendum], criminali [3] pœna adverſus eum ſervata.

§. 2. Sed [4] & ſi calicem argenteum quis alienum in profundum [5] abjecerit, damni dandi cauſa, non lucri faciendi, Pomponius lib. XVII ad Sabinum ſcripſit, neque furti, neque damni injuriæ actionem eſſe: in [6] factum tamen agendum. §. 3. Si glans [7] ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit, non ſibi occurrere legitimam actionem [8], qua experiri poſſim: nam neque ex lege [9] duodecim tabularum *de pauperie pecoris*, quia non in tuo [10] paſcitur; neque de pauperie, neque de damni injuria [11] agi poſſe: in factum [12] itaque erit agendum.

98 Imo, vel ex locato vel conducto. *l. 2. §. ult. ff. de leg. Rhodia.*

99 Præſcriptis verbis tenetur, qui hinc dolo ſuarum mercium ſervandarum cauſa meas in mare projecit: doli, ſi dolo.

100 Servum tuum Titius ſpoliavit. Servus frigore mortuus eſt: de veſtimentis in duplum tibi actio in Titium eſt: de ſervo ipſo dupli petitio: criminali quoque actione ſervata. *Synopſ. Baſilic. 19. tit. 10. ex lib. 20. tit. 4. c. 13. in pr.*

1 *Schol. 19. titul. περὶ ζημιώσεων ἀνθρώπων τε, ἢ ἀλλοτρίων ζώων, &c.*

2 Cur in factum? Qui ſervum alienum ſpoliat, etſi is frigore poſtea moriatur, corpori quidem damnum datum eſt, non tamen corpore ipſo damnum dedit: ſpoliavit quidem, at non illa ſpoliatio ſervum interfecit immediate, ſed frigus. Ubi non corpore in corpus damnum datur, ibi, quia directa Aquilia non competit, in factum præſcriptis verbis competit actio.

3 Legis Corneliæ, de qua in *l. 23. §. 9. ff. ad l. Aquil.*

4 Si vas alienum in profundum abjecero, non lucri faciendi cauſa, ſed damni dandi domino in duplum teneor; non tamen furti in duplum actione vel Aquilia. *Synopſis eod. cap. 13. in medio.*

5 *l. 27. §. 21. ff. ad l. Aquil.* adde *l. 55. in fin. ff. de adqu. rer. dom.*

6 Cur in factum? Corpore in non corpus damnum datum eſt. Corpore calicem tuum in profundum abjeci: Corpus calicis nullum damnum recepit, ſed tu, qui calicis es dominus. Aquilia autem directa non datur, ubi corpore in non corpus damnum datur. Itaque in factum hæc actio fuerit neceſſaria.

7 Glans tua ſi cadit in fundum meum, eamque immiſſo pecore depaſco, locus erit actioni in factum, non de paſtu pecoris (quia non in agro tuo pavi) ſed Aquiliæ. *Synopſ. eod. c. 13. in fin.*

8 Imo eo caſu ad exhibendum actio competit, teſte Pomponio, Ariſtonique in eo diſſimili. *l. 9. §. 1. ff. ad exhibendum.* Cur tam varie? ibi dolo, hic ſine dolo. *Accurſ.*

9 Erat autem & actio de paſtu ex lege XII Tabul. adde Paul. *l Sentent. 15 §. 1.*

10 De paſtu actio ex leg. XII Tab. locum non habet, cum in meo glandem tuam pecore meo depaſco. facit *l. pen. C. de l. Aquil.*

11 Neque damni injuriæ. *Haloand.* Cur damni injuriæ? potuit enim glans immatura depaſci. *l. 27. §. 25. ff. ad leg. Aquil.*

12 Actione ſcil. eaque prætoria, non civili. Cujac. ad *l. 7. ff. de paſtis.*

13 Fures, ac fugitivos indicare nemo cogitur. Poſſis eorum indicandorum cauſa, pecuniam licite accipere: non autem, ut ne eos indices. vide Albericum *hic*. Goth. Adde Cont. *lib. 1 diſput. cap. 14.* Donell. *ad hunc tit. cap. 12. & 18.* Anſ.

14 *Fur* non eſt, qui furem ita indicat: qui quid eo nomine accipit, ob cauſam non improbam accipit, condictionem non timet.

15 Quæ *indicium* dicitur. *l. 4. §. 4. ff. de cond. ob turpem. l. 1. ff. de proxenet.* vide Cujac. *5 obſervat. 18.* Contium 1 *ſubſeſivar. 13. 14.*

16 Contractum innominatum fieri per dictionem *ſi*, hinc colligit Baldus. adde *l. apud Labeon ff. eod. l. ſi quis cum debitore. 39. ff. de jurejur. l. 1. Intra. 41. ff. de pactis.*

17 Ex pacto nudo non oritur actio.

18 *Nuda pactio* non eſt, quæ habet in ſe negotium aliquod.

19 Actio non eſt dativa, ſed nativa, quam negotium aliquod antecedit.

20 Præſcriptis verbis actio civilis eſt.

21 Indicia promiſſa recte petuntur, vel actione doli, vel actione in factum prætoria, *ut hic*. Imo & ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interceſſerit. adde Paul. *2 ſentent. 31. §. 60.*

22 Doli actio locum toties habet, quoties dolus argui poteſt.

23 Dolus autem hic arguitur, ſi vel dolo induxit dominum ad indicium promittendum, vel ſi ipſi ſervo fugæ, vel occultationis cauſa fuit.

24 Præſcriptis verbis actio competit adverſus eum, qui cretæ eximendæ ex certo loco facultatem gratuito habuit, nec locum replevit: ex vendito, ſi vendita ea facultas fuit: ad exhibendum, adverſus eum, qui non patitur eam tolli.

25 Adde *l. 34. ff. de dolo. l. 6. ff. de donation.*

26 Et ſic dediſti, *ut faceremus.*

27 Aliud fuerit, ſi ſumptum tantum feci, necdum exemi, ut *l. 34. ff. de dolo.*

28 Incerti actio datur ad factum, *ut hic & l. 9. ff. eod.*

29 Hic plenus eſt contractus. Imo, nulla eſt alia, quam de dolo. *d. l. 34.*

31 Facit *l. 35. §. ult. C. de donat.*

32 Id eſt, quaſi traditione. *d. l. 6.*

33 Ut patientiam præſtes, ut patiaris fructus tollere: ad hanc actionem de dolo & ad patientiam præſtandam, refer affines ejus actiones: nam ſi rem meam in tuo fundo poſitam congeſtam non patieris tollere, & actione ad exhibendum, *l. 5. §. 3. l. 9. §. 1. l. 15. ff. ad exhibend.* & interdicto de glande legenda, ſi de glande legenda agitur, *d. l. 9. §. 1. & l. un. ff. de gland. interdicto*, de theſauro meo tollendo, *d. l. 15.* & confeſſoria de ſervitutibus, ut ire agere patiaris, utar, *l. 15. in fin. ff. de ſervitutib.*

34 Gratuitam habitationem qui accipit, non commodati, ſed præſcriptis verbis actione convenitur, *ut hic*. Sic qui gratuitam habitationem occupat, non patitur in rebus ſuis invectis & illatis tacitam hypothecam, ut qui conducit. *l. 5. ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacite contr.* Cur in factum actione hic convenitur, qui gratuitam habitationem accipit? An quia conſtat non habitantis commodo aut precibus datam eſſe, ut neque commodatum ſit, aut precarium, ſed concedentis, cujus intererat domum habitari, ut ne vacua & deſerta periret? *Goth.* Vide hic Bellon. *ſuppurat. lib. 2. cap 13.* Anſ. Adde Stephan. Forcatul. *necyo. dialog. 46. num. 9. S. L.*

35 Poteſt enim habitatio commodari, *l. 1. §. 1. in fin. ff. commod.* & gratuito dari. *l. 27. ff. de don.*

36 Sic recedit à ſententia Juliani, ut hic caſus ſit contractus innominatus & merito: nam quoties dubitatur de intellectu alicujus legis, ille ſenſus eſt accipiendus, qui rubricæ illius tituli convenit. Vide alias præterea rationes apud Bellon. *2 ſuppur 13. n. 2. 3. 4. 5.* Verum die melius cum Forcatulo, 49 *necyomant. in fin.* Tutius hic dicit, quia dando habitationem non convenerat expreſſe, ut eandem mihi redderes: & ita concilia huic legi *l. ult. ff. eod.* Vel die: dubium hic erat utrum gratuita habitatio data fuiſſet ad certum uſum vel incertum: ideoque præſcriptis verbis datur: nam ſi conſtaret, ad certum uſum datam fuiſſe, commodati competeret actio: ut & de precario, ſi ad certum tempus. *Alberic.*

37 Si tibi rem æſtimatam dedero, ut eandem mihi referres, aut pretium ejus, & perierit ante venditionem, actionem præſcriptis verbis habeo. Et ſi quidem ego te rogavi, ut acciperes, meum eſt periculum: ſin tu me rogaſti, tuum: ſi neuter noſtrum, dolum & culpam mihi præſtas. *Synopſ. Baſil. 24. tit. 4. c. 15. 2 Harm. 2. §. 11.*

38 Sic alibi, Eoſdem ſcyphos, vel ejuſdem ponderis argentum. *l. ult. ff. eod.*

39 Imo æſtimatio præciſe periculum ejus facit, qui accipit, *l. 1. in hic & ff. de æſtimatoria.* quid? Imo re æſtimata accepta, ne quidem debetur periculum, niſi receptum fuerit. *l. 5. §. 3. ff. commodati.*

40 Præſcriptis verbis actione tenetur, qui recepit rem inſpiciendam & eam culpa perdidit: quod ſi non perdidit, ſed ſe perdidiſſe dixerit, furti, & condictione furtiva, & ad exhibendum tenetur.

41 Non ſtatim el creditur, qui dicit ſe rem inſpiciendam accepiſſe & eam perdidiſſe.

42 *l. 78. ff. de furtis.*

43 Traditione facta, recipientis gratia, levitima; dantis, dolus, & lata; utriuſque; levis tantum culpa præſtatur.

44 Aliam diſtinctionem v. in *l. 10. §. 1. ff. commodati.* adde *l. 23. ff. eod.*

45 *§. 2. Inſt. de locato.*

46 Si commodo, ut commodes, agitur præſcriptis verbis. *Bart.*

47 Cur præſcriptis verbis, non commodati? quia hinc inde res commodatæ, quod quoties accidit, gratuitum non eſt commodatum: ita, cum non ſit verum commodatum, commodati non agitur, ſed præſcriptis verbis.

48 *Venderes*, id eſt, vendere velles. Idem genus loquendi in jure ſæpe occurrit. de quo dixi ad *l. 3. §. 2. ff. de injuſto.*

49 Pretii explorandi cauſa. *l. 1. in fin. ff. eod.*

50 Cuſtodiam qui præſtat, levem culpam præſtat, non leviſſimam. hoc ideo, quia pro cuſtodia mercedem principaliter non recipit: alias ſæcus. *l. qui mercedem. 40. ff. locati.*

51 Præſcriptis verbis actione tenetur, qui rem recepit, ut alteri reſtitueret in certum temporis eventum; tenetur, inquam, poſt tempus completum niſi ob cauſam inhoneſtam traditio fieri debeat.

52 Cujus exemplum eſt apud Plinium 9. *c. 35.* ubi loquitur de unionibus, quos Cleopatra una cœna abſumere voluit, ut ſponſione cum Antonio facta vinceret. adde Macrobium 3 *Saturn. 17.* Hujuſmodi ſponſio fiebat pignoribus depoſitis, & plerunque judicia eſſe ſolebat: eratque permiſſa ex lege Titia & Cornelia. *l. 3. ff. de aleatorib.* vide Budæum, ad *l. 2. ff. de orig. juris.*

53 Adde *l. 1. in fin. ff. de diſtract. pign.*

54 Furti agere non poteſt, qui rei neque poſſeſſionem, neque dominium habuit, *ut hic*. niſi ejus interfit cuſtodiæ cauſa, quam alteri debeat.

55 *Al.* non. v. *l. 6 in fin. C. depoſiti.*

56 Adde *l. 15. ff. eod.*

57 Hoc verbum extat in *l. 1. in fin. C. Theod. ſi vagum petatur mancipium. lib. 10. tit. 12.* Erant autem *fugitivarii*, qui fugitivos perſequebantur: quod L. Annei Flori locus indicat, *l. 3.* Ita, inquit, qui per fugitivarios retrahi debuiſſent, prætorios duces profugos prælio ipſi ſequebantur. & ita Varro 3 *de re ruſtic. c. 14.* loquens de cochleis: Aqua finiendæ (id eſt eludendæ), ne fugitivarius ſit parandus: Cujac. *5 obſ. 8.* id eſt, ne locus fugæ pateat cochleis, & cogaris poſtea tanquam fugitivos ſervos, ſic cochleas fugitivas perſequi, & uti miniſterio reprehenſorum. *Fugitivarius* autem dicitur eadem analogia, qua thunnarius, & anataria aquila apud 10 Plin. 3. Anataria, id eſt, anatum infectatrix. Bud. *hic*. Varro 4 *de lingua*. illa, quæ jam majoribus noſtris ademit oblivio fugitiva, ſecuta fedulitas Marii & Bruti retrahere nequit. Terentius, Fugitivum retraham argentum. 58 Facit *l. 9. §. 3. ff. de dolo.*

59 Facit *l. 11. ff. de reb. cred.* Goth. Vide Donell. *h. t. c. 23. num. 8.* Joann. Robert. *2 ſentent. jur. cap. 5.* Bellon. *lib. 2 ſtipput. cap. 13.* Anſ.

60 Quid ſi acceperit? mutuum erit, atque ita pretium ex re vendita redactum, in mutuum pacto converti poteſt, *ut hic. & l. rogaſti. 11. ff. de reb. cred.* quod Africanus negat in *l. 34. ff. mandati.* ubi dixi.

61 Utilius eſt, *Hal.* an id elective ponitur, vide Bellonum *2 ſtipput. 13.*

62 Diſtincti à mutuo.

63 Præſcriptis verbis agitur ex pacto incontinenti appoſito: quin & actione ex contractu informata, ſi quæ hujus generis fuerit.

64 Id eſt, ſi feci, ut faceres. *l. 5. § 4. ff. eod.*

65 *V. l. 9. §. 1. ff. de pign. act.*

66 Mercedes locationem præſupponit, *l. 5. §. 12. ff. commodati.* id eſt, arguit & demonſtrat.

67 Præſcriptis verbis actione tenetur equum reſtituere, qui, cum experiendum recepit, & eam conventionem exceſſit. *§. 1. ff. eod. l 10. l. 13. §. 1. ff. comm.*

68 *Deſultor* erat, qui duos equos abſque ephippiis agitans, ex altero in alterum mira pernicitate deſiliebat. hunc Ælianus, *lib. 20. de actibus inſtruendis*, ἀκροβάτην vocat: quod genus hominum aciei contra Barbaros inſtruendæ valere ait: Ex aliis enim equis in alios tranſiliare confueverunt, hinc *deſultoria levitas*. Hic tamen Deſultores eſſe videntur, qui equis in certamine decurrebant victoriæ cauſa; quoſque Græci κέλητας appellabant, Tranquill. *in Cæſare. c. 39.* Plin. 4. *c. 5.* & Varro 2 *de re ruſt. 7.* peritus belli aliter equos eligit, atque docet, aliter quadrigarius & deſultor. Budæus. *v. Iſid. 18. c. 39.* & Manil.

69 In certamine publico, ut *ff. eod.*

70 Rem experiendam qui recipit, perfecta emptione tenetur ad pretium actione ex vendito, vel præſcriptis verbis ad id, quod convenit.

71 Facit *l. 20. ff. commod.*

72 *Synopſ. Baſil. 24. tit. 4. c. 19. 2 Harm. 3. §. 12.*

73 Qui vaſa aurea & argentea facit, ſunt enim inter aurifices vaſcularii. Bud. *hic.*

74 *V. l. 10. l. 11. l. 12. l. 20. ff. commodati.*

75 Is, cui res inſpiciendæ data eſt, caſum, fortunamque non præſtat rei, cum eam perferendam dedit. Quid igitur? dolum & culpam præſtabit, hac præſcriptis verbis actione.

76 Imo mandati. *§. ult. Inſt. mandati.*

77 Præſcriptis verbis generalis actio & exceptio datur, ubi ſpecialis deficit. 78 Directa ſc. *Directæ exceptiones* dicuntur, quæ titulum aliquem vel deſcriptionem in jure habent, unde certo poteſt intelligi, qua forma proponendæ ſint. Oldend. in *Enchir. except. cap. 3. num. 2.* 79 In factum. ſcilicet, de qua *l. 4. §. 5. l. 4. §. 32. ff. de doli except.* quod factum tale eſt, ut licet nominatim nullam pariat exceptionem reo convento, æquitate tamen defendendus ſit. Huic exceptioni ſimilis eſt exceptio doli mali. *d. §. 32. d. l. 4. §. 5. ff. de doli except.*

80 Quoties quis gratis operas præſtat, mandati: quoties dicta ac certa mercede, locationis: quoties ſpe mercedis, innominatus ille contractus, ex quo oritur hæc præſcriptis verbis actio.

ro mercede data, aut constituta, locationis conductionisque negotium geritur. Quod si neque gratis hanc operam susceperis, neque protinus [80] aut data aut constituta sit merces, sed eo animo negotium gestum fuerit, ut postea tantum mercedis nomine daretur, quantum inter nos statutum sit, placet, quasi de novo [81] negotio, in factum dandum esse judicium, id est, præscriptis verbis.

Si anulus ei, cui ostensus est, exciderit.

XXIII. ALFENUS lib. III Digestorum à Paulo Epitomatorum.

DUo secundum Tiberim cum ambularent, alter eorum ei, qui secum ambulabat, rogatus [82] anulum [83] ostendit, ut respiceret: illi excidit anulus, & in Tiberim devolutus est: Respondit, posse agi cum eo in factum actione.

De pecunia data, ut fœnori detur & ex ejus usuris tributum solvatur.

XXIV. AFRICANUS [84] lib. VIII Quæstionum.

TItius Sempronio triginta [85] dedit [86], pactique sunt [87], *ut ex reditu* [88] *ejus pecuniæ tributum, quod* [89] *Titius pendere deberet* [90], *Sempronius præstaret, computatis* [91] *usuris semissibus: quantoque* [92] *minus tributorum nomine præstitum foret, quam earum usurarum quantitas esset, ut id Titio restitueret: quod* 93 *amplius præstitum esset, id ex sorte decederet: aut* 94, *si ex sortem & usuras summa tributorum excessisset, id quod amplius esset, Titius Sempronio præstaret*; neque de ea re ulla stipulatio interposita est: Titius *consulebat* 95, id quod amplius ex usuris Sempronius redegisset, quam tributorum nomine præstitisset, qua actione ab eo consequi possit? Respondit, * pecuniæ 96 quidem 97 creditæ usuras nisi in stipulationem deductas, non deberi: Verum in proposito videndum, ne 98 non tam fœnerata pecunia intelligi debeat, quam quasi 99 mandatum inter eos contractum, nisi 100 quod ultra semissem consecuturus esset: sed [1] ne ipsius quidem sortis petitionem pecuniæ creditæ fuisse: quando, si Sempronius eam pecuniam sine dolo malo vel amisisset, vel vacuam [2] habuisset, dicendum, nihil eum eo nomine præstare debuisse: Quare tutius [3] esse, præscriptis verbis in factum actionem dari: præsertim cum illud quoque convenisset, *ut, quod amplius præstitum esset, quam ex usuris redigeretur, sorti decederet*: quod ipsum jus, & causam pecuniæ creditæ excedat.

De operis. De conditione indebiti.

XXV. MARCIANUS lib. III Regularum.

SI operas fabriles [4] quis servi [5] vice [6] mutua dedisset, *ut totidem reciperet*, posse eum præscriptis [7] verbis agere: sicuti si *pensulas dedisset, ut tunicas acciperet*. Nec esse hoc contrarium, quod si per errorem operæ indebitæ datæ sunt, ipsæ repeti [8] non possunt: nam aliud [9] dando, ut aliud reddatur, obligari jure gentium possumus: quod autem indebitum datur, aut ipsum repeti debet, aut tantundem ex eodem genere: quorum [10] neutro modo operæ repeti possunt.

De scyphis datis, ut iidem vel ut tantundem ponderis, vel ut alterutrum reddatur.

XXVI. POMPONIUS lib. XXI ad Sabinum.

SI tibi scyphos dedi [11], *ut eosdem mihi redderes*, commodati [12] actio est: si [13] *ut pondus argenti redderes*, quantum in illis esset, tantidem ponderis petitio est per actionem præscriptis verbis; tam boni tamen argenti, quam illi scyphi fuerunt: sed si, ut *vel hos scyphos*, *vel* [ut] *ejusdem ponderis argentum dares*, convenit, (idem) dicendum est.

80 Id est, initio contractus.

81 Nec enim est mandatum, cum non sit gratuitum: non locatio, quia certa merces non est constituta in pecunia numerata. *Jus.*

82 Adde *l.* 17. §. 2. ff. *eod.*

83 Anulum tuum accepi, ut inspicerem, & in lumen excidit: hac actione teneor. *Synopf. Basilicon* 24. *titul.* 4. *c.* 22. 2 *Harmen.* 3. §. 33. hoc est præscriptis verbis actione, si nulla alia superfit, tenetur, qui rem alienam culpa sua perdidit.

84 Vide Cujac. 8 *ad African.*

85 Triginta millia scil. *Goth.* Vtd. Cujac. *ad African.* 8. Forcatul. *dialog.* 4. *num.* 5. *verf. quando.* Bart. & Decium *in l. quod te. num.* 4. *ff. si cert. pet.* Anf.

86 Hæc datio contractus est: fit enim certa lege. 87 Incontinenti sc. ut eam pecuniam Sempronius fœnori occuparet, quanto maximo posset, & ut ex reditu, &c. Cujac. *ib.* 88 Id est, usura, *Nov.* 160. usura siquidem (brevis est & certa hæc definitio) est reditus sortis debitæ, vel usufructus nomine, *l.* 3. ff. *de usuf. earum rerum.* id est, quasi usus fructus. Cuj. *ibid.* 89 Ita pecunia hic non datur, ut recipiens sibi ipsi negotietur, sed pro adnumerante: unde colligas, hac pecuniæ adnumeratione mutuum non esse contractum. Imo nec societatem, cum dominium pecuniæ translatum fuerit in accipientem: sed nec mandatum, cum spes lucri fuerit. 90 Fisco sc. 91 Id est, ad finem & modum semissis usuræ. 92 Id est, & hoc pepigere inter se, ut si plus esset in usuris, quam tributi nomine solvendum esset, ut superfluum illud usurarum Titio daretur. 93 Id est, & hoc etiam pepigere, ut si plus esset in tributo, quam in usura semisse, ut id ne sumeret Sempronius ex eo, quod superaret semisses usuras (si forte gravioribus usuris pecuniam collocasset) sed ex sorte, id est, ut tanto minus Titio redderet ex sorte. *Cujac.* 94 Id est, & hoc tertio pepigere. 95 Id est, finge Sempronium plus redegisse ex usuris, quam solverit tributi nomine: An ex eo pacto agere cum eo Titius potest, ut superfluum præstet ad finem modumque semissis usuræ sc. uti convenit? Poterit. Nec enim hæc conventio tam pactum nudum est, quam contractus, cui inest pactum *ut l.* 8. ff. *eod.*

96 Si pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti. Ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non nascitur. Paulus 2 *sent.* 34. §. 1. *l.* 3. *C. de usuris.* 97 Strictis in judicus usuræ non veniunt, nisi sint in stipulationem deductæ, *ut hic. & l.* 3. *C. de usur. v.* Cuj. *confict.* 16. 98 Id est, ut intelligamus quæ hic actio detur, constituere prius debemus, datio illa pecuniæ quis contractus sit: Non est *creditum*, nam initio legis non dicitur *Titius credidit*, sed *Titius dedit*: Crediti lex est, ut tantundem reddatur: hujus conventionis jus fuit, ut quandoque minus redderetur vel nihil. Jus crediti est, ut periculum ad accipientem pertineat, quod in hac conventione non fit. Jus crediti est, ut usuræ ex pacto non debeantur: hic debentur: quia initio contractus pactæ sunt. Cujac. *ibid.* 99 Id est, hic contractus est mandatum pecuniæ fœnerandæ & solvendi tributi, atque ideo secundum naturam mandati periculum pertinet ad mandantem. 100 Nisi quid. *Haloa.* Ratio dubitandi, cujus hic sensus est, Superiori sententiæ hoc objici potest, hanc conventionem, de qua agitur, non esse *mandatum*, quod convenerit, ut compendium graviorum usurarum accipientis fieret, id enim abhorret à natura mandati, quod debet esse gratuitum: non est *liberalitas*, quam sequitur lucrum; nec ea res esse mihi debet lucro, quæ non est periculo meo. *Cujac.*

1 Ratio decidendi secundum unam opinionem. Sensus est: Lucrum hujusmodi non adeo certum est, ut tolerari non possit hoc colore, quod sit incertum & pendeat ex casu: Nec enim forte inveniet, qui velit gravioribus usuris pecuniam accipere, sicut semissium toleratur hoc colore, quod sit honor, non merces: & ut depositi actio est, licet conventio intercedat depositi modum, *l.* 24. *l.* 26. §. 1. ff. *depositi.* & ita hoc fortiter de mandato defendi potest. Sed tamen tutius est agere præscriptis verbis, & repetere ea actione quod amplius fuerit in usuris semissibus, quam in tributo, *ut* ff. *eod.* dicetur.

2 *Vacua pecunia*, quæ ab usuris vacua est, aut fœneri non data.

3 Ratio decidendi secundum alteram opinionem. Cur tutius vero? Inventa est actio præscriptis verbis propter controversias Jurisconsultorum certantium de nomine actionis, quæ non possunt melius evitari, quam si egeris sine nomine secundum quod conventione præscriptum est, narrato facto. Cujac. *ibid.* 4 De operis servorum vide Zazium, *Respons.* 3. Goth. Adde Bellon. *lib.* 2 *supput. cap.* 60. & *lib.* 1. *cap.* 50. Rom. *singul.* 48. Anf. Alciat. *paradox.* 9. S. L.

5 Servi sui. *Haloand.* 6 Præscriptis verbis agitur, si operæ præstentur, pro tot operis in vicem præstandis. 7 Cur præscriptis verbis? quoniam qui operas servi sui alteri pollicetur, ut ab ejus servo totidem operas fabriles accipiat, id non possit condictione indebiti recipere: Condictione indebiti id ipsum quod dedimus, petimus. In hac specie operas fabriles fervi mei condicere non possum easdem. Cur non easdem? quia non extant. Igitur cum eo casu non sit condictio ejus, quod datum sit, superest, ut alia, hoc est, præscriptis verbis actione ad operas alias servi les experiar. 8 *l.* 26. §. 12. ff. *de condict. indeb.* 9 Præscriptis verbis actio potest ex manifestaria conventione ad aliud omnino diversum competere, quam datum sit: Condictio vero illa debiti non competit, nisi in id idem, quod datum sit, aut in id, quod ejusdem generis sit tantundem. 10 Nec enim operæ semel à quoque exhibitæ, præstari possunt eædem, vel etiam ejusdem generis, quia ejusdem etiam hominis operæ haud similes sunt, ut in hoc propositio necesse omnino alias exigi. 11 Id est, dominium transtuli. Alciat. 2 *Parad.* 19. reprehensus à Bellono. 2 *supput.* 6. Dedi, id est, tradidi. *Goth.* Vide Bellon. *supput. lib.* 1. *cap.* 6. Anf.

12 Cur non præscriptis verbis? Nam si gratuitam habitationem tibi dedi, cur non commodati, sed præscriptis verbis agitur. *l.* 17. ff. *eod.*? An hic actum est, ut iidem scyphi redderentur, ut eo nomine competat commodati actio? In dicta vero *l.* 17. non actum est, ut eadem redderetur habitatio? An tacite id actum dixeris? recte: ideo Vivianus dicit commodati agi posse: Ulpianus, consideratis circumstantiis tutius esse agi præscriptis verbis. 13 Scyphos dedi, ut eosdem redderes: Dedi, ut vel pondus argenti redderes, vel sub alternatione eosdem scyphos, vel ejusdem ponderis argentum: præscriptis verbis actio est. Cur præscriptis verbis, non commodati? quia aut non iidem omnino redduntur, aut iidem reddi non possunt. Debes pro scyphis pondus: non est commodatum, quia aliud reddis. Debes pro scyphis vel eosdem scyphos, vel idem pondus: tua electio est, ut pondus debeas, scyphos non debeas. Commodati autem pura natura est, quia idem reddere debes sine alteratione, quod accepisti.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM
PARS QVARTA [1].
LIBER [2] VIGESIMUS.

TIT. I.

DE [3] PIGNORIBUS [4] ET [5] HYPOTHECIS [6]: [ET] QUALITER [7] EA CONTRAHANTUR: ET DE PACTIS [8] EORUM.

De re aliena. 1. *De peculio servi pignerati.* 2. *De prædio cum fructibus pignerato, deinde vendito.* 3. *De compensatione fructuum cum usuris.* 4. *De muliere, quæ prædium suum pro viro pigneravit.*

1. PAPINIANUS lib. XI Responsorum.

CONventio *generalis* in pignore dando [9] bonorum vel [10] postea quæsitorum [11] recepta est: in speciem autem alienæ [12] rei collata conventione, si non fuit ei, qui pignus dabat, debita, postea [13] debitori dominio quæsito, difficilius [14] creditori, qui non ignoraverit alienum, utilis [15] actio dabitur: sed [16] facilior erit possidenti retentio.

§. 1. Servo pignori dato [17] peculium ejus creditor, citra conventionem specialiter super eo conceptam, frustra distrahit: Nec interest, quando [18] servus domino peculium adquisierat.

§. 2. Cum prædium pignori daretur, nominatim [19], *ut fructus quoque pignori essent*, convenit. Eos consumptos [20] bona fide emptor utili [21] Serviana restituere non cogetur: pignoris [22] etenim [23] causam nec usucapione [24] perimi placuit: quoniam quæstio pignoris ab intentione [25] dominii separatur [26]: Quod in fructibus dissimile [27] est, qui nunquam debitoris fuerunt.

§. 3. Pacto placuit, *ut, ad diem usuris non solutis, fructus hypothecarum usuris compensarentur* [28] *fini* [29] *legitimæ* [30] *usuræ*: Quamvis exordio conventionem, perfectionem, usucapione perimi non placet, *ut hic. & l.* 7. *C. eod. l.* 44. §. 5. ff. *de usucap.* licet dominium usucapi possit. Non si pignus ipsum usucapi potest, ita jus pignoris potest usucapi: Nam ut alia natura est pignoris, alia dominii, ita modus quærendi utriusque, ac tollendi diversus est. Itaque, hoc casu, usucapto pignoris dominio adversus debitorem principalem, nondum tamen usucaptum est jus pignoris adversus debitorem. Temporis majus spatium in hoc, quam in illo tollendo requiritur. Dicet aliquis: Cur non in hac specie creditori actio erit ad fructus consumptos, ut ei actio est ad jus pignoris? Obscure respondet Papinianus, in fructibus dissimile esse, qui nunquam debitoris fuerunt: quasi diceret, jus, quod in bonis suis habuit debitor, facile in creditorem suum transferre potuit, translatum creditor facile conservare potuit. Jus tale fuit pignoris, at non fructuum, illud saltem debitoris fuit: Fructus vero nunquam ejus fuerunt. Non mirum itaque, si quod nunquam debitoris fuit, id creditor facile amittere potuerit. 23 Objectionem observa: cujus hic sensus est: Atenim dices, non esse potioris juris eum, qui non usucepit, quam qui usucepit, & tamen adversus usucapientem pignus persequimur, *ut hic. l* 7. *C. eod. l.* 44. §. 5. ff. *de usuc. l.* 12.). *pro empt. l.* 2. ff. *pro herede* & multo igitur magis hoc nostro casu persequemur: vel hunc locum sic accipe: Atenim (inquit) dices usucapionem non extinguere pignoris conventionem: & proinde creditorem fructus prædii sibi pignorati, licet consumptos, bonæ etiam fidei possessorem condicere posse: sed respondet Papinianus, in fructibus hoc esse dissimile, facilius enim fructus prædii pignorati usucapi, quam ipsum prædium. Cur? quia hoc debitoris fuit: fructus autem nunquam debitoris fuerunt, & hæc quidem hujus §. (quem decurtatum esse certissimum est. sententia perspicua est. 24 Triennii sc. non decennii, vicennii, tricennii. *Iulc. C. de oblig. & act.* Auctor Synopf. Basil. hanc leg tic exprimit, ἓξ χρόνοις ἀνωφθ τι ἀνίχνευτον, id est, *longi temporis possessio pignus non extinguit*. Dic melius: Rem mihi obligasti: eam tertius bona fide, & tit. decem annis libere possedit: hypothecariam amisi, at non personalem adversus te actionem. Extraneus rem mihi obligatam possidens decem annis etiam contra hypothecariam meam præscribit: at neque tu, neque heres tuus liberati à me estis. *l.* 1. *C. si adversus creditorem.* Objectionis hæc ratio civilis est: pignus mihi obligatum usucapere non potes: ergo nec jus meum pignoris: Quinimo ut pignus usucapere possis adversus debitorem meum, jus tamen meum pignoris non usucaperes, quia quæstio mei pignoris ab intentione dominii separatur, *ut hic.* & nulla societate cum dominio conjungitur. *l.* 44. §. 5. ff. *de usucap.* Res illa mihi officere non potest. Licet pignus adversus debitorem usuceperis, non tamen jus mei pignoris usucepisti, & proinde possum hypothecaria fructus, per te consumptos licet, persequi. Hæc est vis hujus objectionis, quam pauci advertunt recte. 25 Hoc est, petitione, natura, qualitate, conditione & adquisitione.

26 *l.* 44. §. 5. ff. *de usucap.* 27 Usucapere facile fructus pignoris potest possessor: jus pignoris, non item. 28 Pactum valet, ut non solutis usuris minoribus fructus usurarum legitimarum loco cedant, *l.* 9. ff. *de usur.* Bart. & hæc ἀντίχρησις est *l.* 11. §. 1. ff. *eod.* 29 Id est, ad modum. Id genus loquendi reperitur in *l.* 19. *in fin.* ff. *de compenfat.* ubi plenius dixi, sed in Robertl Stephani editione ita legitur, *nisi legitimæ usuræ sua die solvantur*, &c. 30 *Legitimæ usuræ*, centesimæ. Appellatione enim legitimæ usuræ (nisi de usura nautica agatur. *l.* 26. §. 1. *C. de usuris.*) centesima usura intelligitur, ut supra quam stipulari non licuit. Atque hic modus centesimæ videtur definitus lege Gabinia, teste Cic. 5 *ad Attic.* quod & in Cilicia edicto translatitio caviste fe, cum eam provinciam Proconsule obtineret, Cicero refert. Ejusmodi edictum in multis Asiæ provinciis propositum, refert Plutarch. *in ejus vita.* Hinc usuræ licitæ, *l.* 44. ff. *de usuris.* modus, *l.* 11. §. 3. ff. *de pign. act.* status modus usurarum, *l.* 29. ff. *de usuris.* modus legitimæ usuræ, *l.* 17. ff. *de usuris. l.* 3. *in fin.* ff. *de eo, quod certo loco. l.* 10. §. 3. ff. *mandati. l.* 8. ff. *in quib. causs pignus. l.* 3. *in fin.* ff. *de annuis legatis.* legitimæ usuræ, *l.* 4. §. 1. ff. *de nautico fœnore.* maximæ, *l.* 38. ff. *de negotiis.* graviffimæ, *l.* 7. §. 8. ff. *de administr. tutorum.* centesimæ sunt. Est vero notandum constitutionibus specialem modum usuris injectum. *l.* 10. *C. de usuris.*

19 Fructus nominatim tibi obligatos, sed consumptos à bona fidei emptore creditor utili Serviana evocare non potest.

20 Et maxime feminatos per emptorem.

21 Quasi Serviana. §. 7. ff. *de act.*

22 Hoc est, pignoris causam,

ordio minores in stipulatum venerint, non esse tamen irritam conventionem placuit: cum, ad diem [32] minore fœnore non soluto, legitimæ majores [33] usuræ stipulanti recte promitti potuerunt. §. 4. Cum prædium uxor viro donasset [34], idque prædium vir pignori dedisset, post divortium mulier possessionem prædii sui reciperavit: & idem prædium ob debitum viri pignori dedit: In ea duntaxat [35] pecunia recte pignus à muliere contractum apparuit, quam offerre [36] viro debuit, meliore prædio facto: scilicet, si [37] majores sumptus, quam fructus fuissent, quos vir ex prædio percepit: etenim in ea quantitate proprium mulier negotium gessisse, non [38] alienum suscepisse videtur.

De fidejussore, qui creditori solvit & pignus suscepit.

11. IDEM lib. III Responsorum.

FIdejussor, qui pignora vel hypothecas suscepit, atque ita pecunias solvit, si mandati agat [39], vel cum eo agatur, exemplo creditoris, etiam culpam æstimari oportet: Cæterum judicio, quod [40] de pignore dato proponitur, conveniri non potest.

An sententia lata contra debitorem præjudicet creditori.

111. IDEM lib. XX Quæstionum.

SI superatus [41] sit debitor [42], qui rem suam vindicabat, *quod suum non probat*: æque servanda erit creditori actio Serviana [43], probanti, *res in* [44] *bonis eo tempore, quo pignus contrahebatur, illius fuisse*: Sed & si victus sit debitor vindicans hereditatem, judex actionis Servianæ, neglecta de hereditate dicta sententia, pignoris causam inspicere debebit: Atquin aliud [45] in legatis & libertatibus dictum est: cum secundum [46] eum, qui legitimam hereditatem vindicabat, sententia dicta est. Sed creditor [47] non bene legatariis per omnia [48] comparatur: cum [49] legata quidem aliter valere non possunt, quam si testamentum ratum esse constaret: enimvero fieri potest, ut & pignus recte sit acceptum, nec tamen ab eo iis bene instituta. §. 1. Per injuriam [50] victus [51] apud judicium, rem, quam petierat, postea pignori obligavit: non [52] plus habere creditor potest, quam habet, qui pignus dedit: Ergo summovebitur rei [53] judicatæ exceptione; tametsi maxime nullam [54] propriam, qui vicit, actionem exercere possit: non [55] enim quid ille non habuit, sed quid in ea re, quæ pignori data est, debitor habuerit, considerandum est.

De nuda conventione.

IV. GAIUS lib. singul. de formula hypothecaria.

COntrahitur [56] hypotheca per [57] pactum [58] conventum [59], cum quis paciscatur, *ut res ejus propter* [60] *aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ*: Nec [61] ad rem pertinet quibus fit verbis: sicuti [62] est [&] in his obligationibus, quæ [63] consensu contrahuntur: Et ideo & sine scriptura [64] si convenit, *ut hypotheca sit*, & probari poterit, res obligata erit, de qua conveniunt [65]: Fiunt enim de his scripturæ, ut quod actum est, per eas facilius probari poterit, & sine his autem valet quod actum est, si habeat probationem: Sicut [66] & nuptiæ [67] sunt, licet testationes in scriptis habitæ non sunt.

Pro quibus obligationibus res pignorari possunt. 2. Differentia pignoris & hypothecæ.

V. MARCIANUS lib. singul. ad Formulam hypothecariam.

REs hypothecæ dari posse sciendum est pro quacunque [68] obligatione: sive pecunia mutua datur, sive dos, sive emptio vel venditio contrahatur, vel etiam locatio & conductio, vel mandatum: & sive pura est obligatio, vel in diem, vel sub conditione, & sive in præsenti contractu, sive etiam præcedat: sed & futuræ [69] obligationis nomine dari possunt: sed [70] & non solvendæ omnis pecuniæ causa, verum etiam de parte [71] ejus: & vel pro civili obligatione vel honoraria, vel tantum [72] naturali: sed [&] in conditionali [73] obligatione non alias obligantur, nisi conditio extiterit. §. 1. Inter *pignus* autem & *hypothecam* tantum [74] nomini sonus differt. §. 2. Dare autem quis hypothecam potest, sive pro sua obligatione, sive pro aliena.

Quæ non continentur generali obligatione.

VI. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

OBligatione generali [76] rerum, *quas quo habuit, habiturusve sit*, ea non [77] continebuntur, quæ verisimile [78] est quemquam specialiter [79] obligaturum non fuisse: utputa supellex [80]: item vestis [81] relinquenda est debitori: & ex mancipiis, quæ in eo usu habebit, ut certum sit, eum pignori daturum non fuisse: proinde de ministeriis ejus perquam ei necessariis [82], vel quæ ad affectionem [83] ejus pertineant.

VII. PAULUS lib. LXVIII ad Edictum.

VEl quæ in usum [84] cottidianum habentur, Serviana non competit.

VIII. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

DEnique concubinam [85], filios [86] naturales [87], alumnos [88] constitit generali obligatione non contineri, & si qua alia sunt hujusmodi ministeria.

Quæ possint pignerari.

IX. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

SIc & quod ad eas res, quas eo tempore, quo paciscebatur, in bonis habuit, idem observari debet. §. 1. Quod emptionem venditionemque recipit, etiam [89] pignorationem recipere potest.

De re duobus simul obligata.

X. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

SI debitor res suas duobus [90] simul pignori obligaverit, ita ut utrique in solidum [91] obligatæ essent, singuli in solidum adversus extraneos [92] Serviana utentur: inter ipsos autem si quæstio moveatur, possidentis [93] meliorem esse conditionem: dabitur enim possidenti hæc exceptio, *Si non convenit, ut eadem res mihi quoque pignori esset*: Si autem id actum fuerit, ut pro partibus res obligarentur, utilem actionem competere, & inter ipsos, & adversus extraneos: per quam dimidiam partis possessionem [94] apprehendant singuli.

De administratione bonorum Reip. 1. De antichresi. 2. De usufructu. 3. De servitutibus urbanis.

XI. MARCIANUS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

SI is, qui bona Reipublicæ jure administrat [95], mutuam pecuniam pro ea accipiat [96], potest [97] rem eius obligare. §. 1. Si ἀντίχρησις [98], id est, *mutuus pignoris usus pro credito*, facta sit, & in fundum, aut in ædes aliquis inducatur, eousque retinet possessionem [99] pignoris loco, donec illi pecunia solvatur, cum in [100] usuras fructus percipiat, aut locando, aut ipse percipiendo, habitandoque: Itaque, si amiserit possessionem [1], solet [2] in factum actione uti. §. 2. Usus fructus [3] an possit pignori hypothecæve dari, quæstium est, sive dominus proprietatis convenerit, sive ille, qui solum usumfructum habet? Et scribit Papinianus lib. XI Responsorum, tuendum creditorem: & si velit cum creditore proprietarius agere, *Non esse ei jus uti frui invito se*, tali exceptione cum Prætor tuebitur, *Si non inter creditorem, & eum ad quem ususfructus pertinet*, certum tempus non cogitur: Cur enim agat, aut agere teneatur, cum possideat? ita fiet, ut si vel centum annis pignus possideat, neque pignoratitia egerit, pignoratitiam non amittat. Est & hæc summa, & quarta quidem pignoris, & hypothecæ differentia: Hypothecarius creditor adversus tertium possessorem hypothecaria experiri non potest principali non discusso. *Novell. de fidejussoribus. 4. c. 2. Anath. hoc si debitor. C. de pignor.* Pignoratitius creditor etiam principali non discusso tertium pignoris possessorem convenire potest. *l. ult. C. de pretorio pignore.* His quatuor modis pignus & hypotheca differunt non tantum nominis sono, sed & re ipsa.

75 De eo dixi ff. *hoc tit.* ad inscriptionem. adde *l. 9. §. 2. ff. de pignorat. §. 7. Inst. de actionibus. l. 238. §. 2. ff. de verb. sign.*

76 *Generalis obligatio rerum* dicitur, cum quis res obligat, quas habeat, qualque habiturus est, hoc est, cum præsentia non modo sed etiam futura obligat.

77 *c. in generali. de regulis juris in 6.*

78 *Verisimilitudo*, in rebus pignorandis, *l. 1. C. quæ res pignor.* in legato attenditur, ut *l. 38. §. 3. ff. de legat. 3.* & in potestate administrandi concessa. *l. 7. ff. de donationib.* Hinc clausula generalis privilegii non comprehendit non verisimilia. Sed unde verisimilitudo sumitur? Id arbitrio judicis relinquendum, qui ex affectione necessitatis, usuque quotidiano debitoris, animum suum informabit: nam quod dicitur verisimile, id ab arbitrio judicis potissimum pendet.

79 Generali obligatione nemo ea obligare intelligitur, quæ non verisimile sit, etiam specialiter obligare solere vel velle, *ut hic.* Nemo præsumitur aut solere, aut velle supellectilium, aut vestes obligare. Ita ex generali obligatione & hypotheca, quædam tacito intellectu excipiuntur. *Nov. 39. c. 1.* Goth. Non continentur quæ prohibita sunt alienari, ut feudum, *cap. 1. de prohibit. feudi alienat.* bona fideicommisso subjecta. *l. 3. §. 2. C. commun. de legat.* Tessaur. *decis. 193.* Item bona ejus qui heres est pignorantis. *l. 29. ff. eod.* Res dotales. *l. unic. §. & cum. C. de rei uxor. act.* Jus patronatus. *cap. Berthold. extr. de jurejudicat.* Anf. 80 Siquidem nemo præsumitur velle carere necessariis ad usum communem & quotidianum: qualia supellex continet. *l. 6. ff. de supellect.* Ergo lecti, & eorum accessoria, *l. 52 in fin. ff. de leg. 3.* non continentur in obligatione generali. 81 Quæ non est in supellectili, *l. 10. ff. de supellect. (vestis* nomen quid contineat, vide *l. 24. ff. de auro.)* In obligatione generali (idem dic in cessione bonorum. Bald ad *l. fin. C. qui bon. ced.*) nemo vestes suas, *ut hic.* maxime hyemales obligat. v. *l. 1. C. de militari veste. lib. 12. tit. 40.* Vestes tamen etiam necessarias, voci præconis subjectas refert Cicero *pro Quintio.* 82 Ideoque potest iis libertatem dare: secus in iis, qui specialiter obligati sunt. v. *l. 3. C. de servo pignori dato.* 83 Affectionis ratione colligimus voluntates contrahentium.

84 Quotidiani res usus nemo verisimiliter obligat. 85 Puta ancillam, cum qua poterat esse concubinatus, v. Cujac. *§ obs. 6.* 86 Atqui filius à patre vendi potest, *C. de patrib. qui filios distraxerunt.* ergo & pignorari, *l. unic. C. rem alienam gerentibus.* Vendi possunt certo casu, certisque conditionibus, quæ sunt expressæ. *C. de patrib.* 87 De naturalium liberorum adfectione, adde *l. 2. C. de patrib. qui filios distraxerunt. l. 7. §. 3. ff. de leg. 1. l. 41. §. 2. in fin. ff. de legat. 3. l. 3. ff. de liberali causa.* vide Paul. *5 sent. 6. in fin. Nov. 157. c. 1.* 88 *l. 1. C. quæ res pignori.* 89 Quæ expressim vendi, ea pignorari & obligari possunt, *l. 18. in fin. ff. de pignoratitia. l. un. C. rem alienam gerentib.* & è contrario quæ non sunt in commercio, pignorari non possunt. *l. 1. §. 2. ff. quæ res pignori.* An servitutes urbanæ & rusticæ? v. *l. 11. in fin. ff. eod.* an ususfructus? v. *l. 11. §. 2. in fin. ff. eod.* an homo liber, alienus, an filius mortuus vel vivus, volens, aut invitus vasallus? v. quæ notavi ad *l. 1. ff. de plagiariis.* an pignus? v. *l. 1. C. si pign. pign.* an feudum inscio domino? v. *2 Feud. 55.* an spes præmiorum publicorum? v. *l. 5. C. quæ res pignor.* an stipendia militiæ, vel quasi, pura doctorum & advocatorum? v. *l. 4. C. de evocat. ex judic.* an mercedes diurni laboris? v. *d. l. 4.* an prædendæ & fructus beneficiorum? v. *d. l. 4.* an res sacræ, religiosæ, hospitales, jus sepulchri? v. *l. 2. C. de religiosis.* an res subjectæ restitutioni fideicommissi, præsertim si sit redimendus is, qui fideicommisso gravatus est, aut ejus liberi? v. *l. 9. §. 3. ff. ad Trebell.* an res litigiosa? v. *l. 1. in fin. ff. quæ res pign.* an bona minorum sine decreto? vid *l. 22. C. de administr. tut.* an boves aratorii, & agricolarum instrumenta? v. *l. 7. C. quæ res pign.* an flumina, mare, maris litora, palatia, theatra, turres, universitates pignori possunt extraneo principi vel subjectis? v. *l. 4. §. 2. ff. de rejudic.* 90 Conjunctim & quidem scientibus: id enim potest. Quid, si duobus separatim obligarit ignorantibus & diversis contractibus diffimulata obligatione? Stellionatus tenetur: nisi res, quæ pluribus fuit obligata, tanta sit, ut omnibus ea creditoribus satisfieri possit, *l. 36. in fin. ff. de pignoratitia.* aut nisi priori creditori satisfecerit: tunc enim in secundi creditoris persona pignus convalescit, estque utile. *l. 4. ff. qui potiores.* Quid si vendiderit, permutaverit, in solutum dederit? Falsi: si modo rogatus negavit, ulli obligatas esse: & sic intellige, *l. 21. ff. de falsis.* & stellionatus, si hypothecam tacuit: & ita intellige. *l. 3. ff. stellionatus.* 91 Quid, si solidi nulla facta sit mentio? an in solidum, an pro parte res erunt eis obligatæ? v. *l. 16. §. 8. ff. eod.* 92 *l. 2. ff. de Salviano interdicto.*

93 Possidens plus juris habet, quam qui non possidet, *l. 1. §. 1. ff. de Salviano interdict. l. 128. ff. de reg. jur.* Agenti hypothecaria contra tertium possessorem incumbit onus probandi suam hypothecam tempore priorem esse: alias absolvendus possessor. An idem est, si fiscus agat? vide quæ notavi ad *l. 1. C. de jure fisci.* 94 Per actionem hypothecariam avocatur nuda possessio, *l. 66. ff. de evict.* quod in libello hypothecariæ actionis notandum est, ac minus prætereundum. 95 Juro quodam & munere proprio, non ut Curator Reipublicæ, & Præses. vide *l. 3. §. 4. ff. quod vi.* nec enim ad eam rem præpositi censentur. facit *l. ult. ff. quod cum eo.* 96 Et in rem utilitatemque Reipublicæ vertit, *l. 27. ff. de rebus creditis.* vel speciale mandatum habuit. adde *l. 3. §. 4. ff. quod vi.*

97 Imo non potest: nam ne quidem inter privatos magister societatis paciscendo, societati nocet. *l. 14. ff. de pactis.* Imo potest: quia vel delicto curatoris collegii collegium obligatur. *l. 10. in fin. C. de sacrof. Eccles.* 98 *l. 1. l. 26. l. 33. ff. de pignoratitia. Harmenop. 3. tit. 3. & §. 122. & 3. Novell. Michaëlis*: Sic conventio licita est, etiamsi pluris domus locari soleat, quam efficiat usurarum legitimarum ratio admissa propter incertum eventum fructuum, eorumque incertum pretium: etiamsi aliquo anno possit fructuum emolumentum legitimum modum excedere. *arg. l. 23. C. de usuris.* De antichresi, vide *tractatum commerciorum & contractuum usurariorum Molinæi, quæstione trigesima quinta.* de tacita antichresi. vide *l. 8. ff. in quib. causis pign.* Porro tutile est, quod nonnulli hic legunt ἀνέχρησις & ἀνέχωσις. Et hæc ἀνθίχρησις pignoratitia expressa, vide *l. penult. ff. tituli prox.* de antichresi, vide etiam Hotoman. *1 obs. 4.* Goth. Dissentit hac in parte Jus Canon. *cap. 1. 2. cap. conquestus. 8. & cap. salubriter. 16. extr. de usur.* Anf. 99 Et fructus ejus possessionis.

100 ἀνθίχρησιν ædium qui habet creditor, loco usurarum, quas perciperet ex suis nummis, fructus ex ædibus pignoratis percipit his modis vel locando, vel percipiendo, vel habitando. *l. 39. ff. de pignoratit. l. 6. C. quod cum eo. l. 14. l. 17. C. de usuris.* 1 Sensus est, Creditorem qui amisit possessionem ἀνθιχρήσεως, non hypothecaria, sed in factum actione uti solere, nimirum quod ἀντίχρησις proprie hypotheca non sit. Cujac. 3 *observ. 35. in fin.* 2 Nam id tentari potest, hypothecarium creditori competere. Azorius. Cujacius *ibid.* 3 Piguori usumfructum dare potest fructuarius invito etiam proprietario.

31 Valet pactum, ut non solutas ad diem usuras immoribus, curratur majores. *Barr.* Pacta sunt enim, placita, ut fructus usurarum loco fumantur, licet plus colligantur: & pacisci de majoribus usuris, si die sua non solvantur minores. *Accurs.*

32 *l. 13. §. 26. ff. de act. empt.*

33 *Sub.* constante matrimonio.

34 Id est, uxor potest rem propriam obligare pro marito quondam suo, quatenus est ejus debitrix. *Barr.* vel ita: Non potest rem suam pro viro quondam suo obligare, nisi quatenus est debitrix viri: vel ita: Mulier non potest res suas obligare, nisi obliget in rem suam. alias juvatur Velleiano.

36 Id est, debere, restituere, refundere.

37 Adde *l. 48. l. 68. ff. de rei vindic.*

38 Et ideo cessat Velleianum. *l. 21. l. 27. in fin. ff. ad Velleianum.*

39 Potest enim mandati agere. *arg. l. 26. §. ff. de fidejussoribus.*

40 Id est, contra fidejussorem, qui pignus (cujus nomine fidejussit at) à creditore soluta ei pecunia recepit, debitor agit non pignoratitia, sed mandati actione, *ut hic.* At si fidejussor pignus solvit alterius contractus, qui personam ejus non contingebat, non mandati, sed negotiorum gestorum actione convenietur. *l. 32. ff. de negot.*

41 Creditori, quoad pignus non obest sententia adversus debitorem suum dicta, v. *l. 5. C. eod.* atque ita, pignoris jus creditori non depert, ex sententia adversus debitorem lata. *Goth.* Vide Joann. Robert. *1 sentent. cap. 21.* Cujac. *lib. 2 observ. cap. 7.* Gloss. *in cap. quamvis. extr. de sentent. & rejudicat.* Anf.

42 Ignorante creditore: secus, si sciente. & sic intellige *l. 63. ff. de rejudic.* 43 Quasi Serviana hæc est. §. 7. *Inst. de act.* 44 Vide *l. 15. §. 1. ff. eod.* 45 Sententia lata pro herede legitimo adversus scripturam heredem, legatis & libertatibus testamento relictis officit, *ut hic.* Ergo & sententia lata adversus debitorem, creditoribus ejus nocebit. vide *l. 50. §. 1. ff. de legat. 1.*

45 Quid, si contra scripturam heredem collusorie agentem sententia dicta sit, ea sententia non nocebit legatariis. vide *d. l. 5. C. de pign. l. 50. §. 1. ff. de legat. 1.* v. tamen Cujac. *2 observ. 7.*

47 Videtur legendum, *debitor*: nam hic supra & infra agitur de debitore male litem instituente, non de creditore. 48 In quibusdam tamen comparatur. vide quæ notavi ad *l. 1. ff. qui testam.*

49 Sententia lata adversus heredem scripturæ, cui legatariis & libertatibus nocet, & tamen lata adversus debitorem creditoribus non nocet? Quia lata sententia adversus scripturam heredem, testamentum ipsum irritum facit, & consequenter legata eo testamento relicta, quæ ex heredis institutione dependent: At victo debitore non possis ita dicere sententiam adversus eum latam creditoribus ejus nocere: quia litem male instituere adversus rerum possessores potuit, & tamen res eas creditoribus suis jure obligasse. Ex his colliges creditores & legatarios non per omnia comparari. 50 An injusta sententia effectum habeat. vide quæ notavi ad *l. 65. §. 2. ff. ad Trebell.* 51 Si non appellavit. *l. 50. §. 1. ff. de legat. 1.* 52 Vide *l. 20. ff. de adquir. rer.*

53 Adde *l. 28. ff. de except. rei judicatæ.* tametsi injuriosa fuerit sententia: Quam rem per sententiam licet injuriosam amisi, eam tibi obligare postea non possum: licet eam postea obligavero, jus pignoris utile tibi non tribuet. *ut hic.* 54 Sententia iniqua, victori præbet retentionem tantum rei non actionem, sive persecutionem, *ut hic.* adde *l. 11. ff. de jurejurando.* Sententia nocet ei, qui à victo rem habet: vincenti vero retentionem tantum præbet, non actionem vel persecutionem. Quæ duo jura sane singularia, notandaque sunt. 55 Non inspicimus jus ejus, cujus commodo injuriosa sententia lata est: sed jus ejus potius, in quem lata est. Superatus apud judicem injuria, non appellavit: superatus jure suo decidit: ideoque rem, in qua victus est, utiliter postea pignorare non potuit. *arg. l. 67. ff. de contr. empt. l. 20. ff. de adquir. rer. domin.* 56 Hypotheca quemadmodum, seu quot modis possit contrahi. *Goth.* Vide Anton. Augustin. *lib. 1 emendat. cap. 2.* Anf. 57 *l. 17. §. 2. ff. de pactis. l. 1. ff. de pignorat. l. 2. C. quæ res pign.*

58 *Pactum conventum* à *pacto* quidam an recte separent, dicetur alibi commodius. Sane Græcis 22 *Eclog. 2. c. 4.* hæc sententia ita exprimitur, ἡ ὑποθήκη συμφώνῳ συνίσταται. Quidam pactum conventum accipiunt, pro expresso pacto, non pro tacito. 59 Per stipulationem etiam contrahitur, ut per scripturam. *l. 26. §. 1. ff. eod.* 60 Obligatio bonorum debet fieri propter aliquam obligationem, *ut hic.* 61 Idem extat in *l. 4. ff. de fide instrument.* id est, in contrahenda obligatione bonorum non requiruntur solennitates verborum & scripturæ. *Bart.* 62 Hypothecaria, est obligatio ex consensu. 63 Intelligit opinor, aut actionem de constituta pecunia, *Novell. 115. cap. 6.* aut fidejussoriam potius: nisi quis hic malit legere, sicuti est in his obligationibus, quæ verbis contrahuntur. Aut τὰ *sicuti*, comparat plane hypothecariam ex consensu actionibus. 64 *Scriptura* non est de substantia contractus hypothecarii, sed magis fit ad probandum, *ut hic. l. 4. ff. de fide instrum. Novell. 136. cap. 6.* 65 *Al.* convenit. 66 Vide tamen *l. 9. C. de nupt.* 67 Et omnes pene contractus. vide *l. 17. C. de pactis.* 68 *l. 9. §. 1. ff. de pignoratit. l. ult. in pr. C. quæ res pignori.* etiam naturali, *l. 14. in fin. ff. eod.* quinetiam pro usuris. *l. 13. in fin. ff. eod.* Idem est in fidejussore. §. 1. *Inst. de fidejussorib.* 69 Pignus futuræ obligationi accedere potest: de eo dixi *l. 1. ff. eod.* 70 Et non solum solvendæ omnis pecuniæ causa, &c. *Haloand.*

71 *l. 5. §. 1. ff. in quibus causis pignus.* 72 *l. 14. in fin. ff. eod.* 73 Conditionali obligatione non alias tenemur, quam si conditio extiterit. 74 Cur nominis tantum sono differunt? An quia *Pignus* Latina vox, *hypotheca* Græca est, ut scripsit initio hujus tituli? Sed videamus an id absque verum sit, quod hic dicitur, pignus & hypothecam solo nominis sono distare. Iudubie pignus & hypotheca actionem æque pariunt, *ut ff.* at pignus vulgo, mobilis: hypotheca rei immobilis est, *l. 238. §. 2. ff. de verbor. significat. §. 7. Inst. de action.* Item, plus est cautionis in pignore, quam hypotheca, ut qui idoneam cautionem accipere jussus sit, mandato satisfecisse non videatur, nisi vel pignus, vel fidejussorem acceperit, *l. 59. in fin. ff. mandati.* Tertio hypothecaria creditor intra certum tempus experiri cogitur, intra quod nisi experiatur, actione hypothecaria decidit: Nam tertius hypothecæ possessor titulum habens, præscribit hypothecam adversus creditorem præsentem decennio: absentem, vicennio, *l. 2. C. si adversus creditorem præscr.* titulum non habens tricennio, *l. cum novissimi. 7. C. de præscr. 30 annorum.* debitor vero, ejusve heres, annis quadraginta, *l. 1. §. 1. C. de annal. except.* at qui pignus habet, pignoratitia experiri intra

5 Argumentum à conditione usus-fructus ad ejus pignorationem. Usumfructum vendere fructuarius potest: ergo & pignorare.

6 Vendi potest (ut & cedi *l.* 12. §. 2. *I.* 63. *ff. de usufruct.*) utiliter usufructus: ergo & pignorari, *l.* 9. *in fin. ff. eod.* Imo, ususfructus formalis vendi & cedi nequit, *l.* 66. *ff. de jure dot.* §. 3. *Instit. de usufructu.* nec causalis, quia non separatur a causa: qua non transiata non potest transferri: Quid juris? Bartolus, & alii usumfructum cedi & pignorari posse existimant, non quatenus est servitus, sed quatenus commoditatem utendi in se continet.

7 An aliud in rusticis prædiis? Putat Bartolus, has esse differentiæ rationes: quod urbanæ perpetuam causam contineant, id est, urbanæ constituti sub quadam perpetuitate debeant, *l.* 4. *ff. de servitutibus.* (verum id competit etiam rusticis, *d. l.* 4.) Deinde ne urbs deformetur, *l. ult. ff. ne quid in loco publico.* & si in his admittatur pignus, posset evenire, ut tigna auferantur, quod in rusticis non est, ut vult idem Bartolus. (Imo, idem esse videtur in urbanis, quod in rusticis: Potest enim servitus urbana precario dari, *l.* 3. *ff. de precario.* ergo, & pignori dari, & rusticæ, & urbanæ contrariæ non sunt, sed diversæ tantum: Eadem est ratio in ambabus, unde hic à contrario sensu argumentum sumi non potest. Id existimo; non solas urbanas servitutes esse, quæ pignorari non possint, sed hic tantum innui, urbanas hypothecæ subjici non posse, ex quo pignorari non possunt, *ut hic.* Ratio? quia ea tantum pignorari possunt, quæ sunt in bonis nostris (in quibus non sunt servitutes, *l.* 1. *ff. de usufruct. leg.*) Pignorari proprie non possunt, quæ tractari non possunt aut possideri: Proprie, si rem in abstracto, non in concreto, & accessorie consideremus: Possunt alioquin servitutes obligari, fundo, cui cohærent obligato. *argum. l.* 1. *ff. commun. præd.* & sic nihil impedit, quominus ego, qui vicinum domum habeo, possim uti commoditate luminis tui, vel prospectus, vel tigni immissi in tuo habendi. Hæc Ripensis ad *l.* 9. *in fin. num.* 62. *ff. eodem.* Nisi si dicamus id jus eo casu non sumi, tanquam servitutem, sed tanquam commoditatem utendi: utilitatem quoque superioribus non obstare, *l.* 12. *in fin. ff. eodem.* ut interea dicamus, alii quam ei, qui vicinus est, tales servitutes urbanas pignorari non posse: constare etiam minus utilitatis in tali servitutum urbanarum, quam rusticarum pignore: nam cui rustica servitus (puta viæ, vel itineris), pignorata est, is alteri quam vicino fundi servientis eam pignorare potest: etiam magno. Quid enim, si creditoris fundus intermedius ejus iter impediat? In urbanis id esse non potest, contra propriam pignoris naturam. Quam enim remotus à fundo mihi serviente utilitatem habere possit tigni immittendi in meum vicinum? vide tamen Cujacium, 15 *observat.* 6. vide Duarenum, 2 *disput.* 13. qui hanc legem refert ad servitutem jam constitutam: proximam vero, ad constituendam: atque ita putat prospectus, aut tigni immittendi servitutem ad aliquod tempus debitorem creditoris gratia, pati posse, & precarii nomine, *l.* 3. *ff. de precario.* vel pignori dare, *ut hic.* hoc autem jus adquisitum creditorem alteri pignorare amplius non posse. Apertius rem totam ita exponamus: Accursius & Bartolus censent servitutes urbanas ideo pignorari non posse, quod earum causa sit perpetua: pignus, temporarium sit. Verum, si ea ratio constaret, rusticæ quoque pignorari non possent, quæ tamen pignorantur recte, *l.* 12. *ff. eod.* nam servitutum rusticarum causa quoque perpetua esse debet, *l.* 4. *ff. de servitutib.* Duarenus putat *dicta* 2 *disput.* 13. & urbanas & rusticas pignorari posse, cum possint utræque precario concedi, *leg.* 3. *ff. de precario.* Quid igitur? quæ Duareni sententia est? Paulum Jurisconsultum ita putare, *l.* 12. *ff. eod.* debitorem in suo fundo servitutem rusticam creditori suo vicinum fundum habenti pignorare posse: qui interrogatus, idem esse in urbano prædio non negaret: Marcianum vero hic negare, debitorem fundi urbani, servitutem alii non vicino posse pignorare, qui interrogatus idem responderet in rustico prædio: Item creditorem jus servitutis pignoratum sibi, alteri pignorare non posse. Quibus sententiis duæ contrariæ opponuntur à Cujacio, 15 *observation.* 5. Prima est. Creditorem servitutem rusticam pignoratam sibi, alteri posse pignorare: Fructum enim rei esse, posse dare pignori. *l. ultim. ff. de usuris.* Altera est: Ne quidem ab ipso domino servitutes urbanas pignorari posse, *ut hic.* rusticas posse. *l.* 12. *ff. eodem.* Cur enim priore casu non possis servitutem rusticam mihi pignorare, qui tuus sum vicinus, ut per meum ac pignoratum tuum fundum, ad alios fundos meos remotiores perveniat meus creditor pignoratitius? Cur non servitutem rusticam mihi pignoratam licebit mihi pignorare creditori meo hunc in modum? At non recte similiter dixeris, servitutem urbanam mihi pignoratam, posse me creditori meo vicino pignorare: Qui enim possit vicinus meus creditor, tigunm recte immittere in prædium urbanum mihi pignoratum? Atqui precarium in utriusque servitutibus esse potest. *l. si quis sepulchrum.* 12. *ff. de relig. l. & habet.* 15. §. *precario.* 2. *ff. de precario.* Pignoris utilitas est in alienandi, & pignorandi facultate, etiam invito debitore, qui pignus dedit. *l.* 4. *ff. de pignorat. action. l. mulier. C. de distr. pignor.* Precarium pendet omnino à voluntate ejus, qui dedit. Ut hæc ita sint, nondum tamen dissoluta est hujus loci difficultas: nimirum cur possint pignorari rusticæ servitutes, urbanæ non possint? nam & rusticæ ne quidem pignorari posse videntur, cum pignus ad tempus consistat: ad tempus autem, servitus non possit constitui. *l.* 4. *ff. de servitut. l.* 44. *ff. locati.* An id in rusticis ideo dicemus esse, quod ad earum perpetuitatem sufficiat hoc spectare, quod in perpetuum possint distrahi, debitore post certam monitionem in solvendo moram admittente? *d. l.* 4. *in fin.* Paul. *v. sentent.* 5. §. 1. *& tit.* 1. §. 5. 8 Nec legari. *l.* 1. *ff. de usufruct. legato.* 9 Atqui vendi possunt: possunt igitur hypothecæ dari. *l.* 9. *in fin. ff. eod.*

10 Argumentum à pignore ad hypothecam: pignus datur, hypotheca fit conventione, *ut hic.* pactum tantum conventum de hypotheca intervenit, in pignore possessio traditur, *l.* 13. §. 3. *ff. eod.* quod dari pignori non potest, id hypothecæ dari quoque non potest. 11 Servitutem rusticam fundum vicinum habenti creditori debitor pignorare potest: sibi constitutam creditor alii vendere potest, *ut hic.* Imo & pignorare. *l.* 13. §. 2. *l. eod.* Goth. Vide Molin. *de divid. & individ. p.* 3. *num.* 336. Duaren. *lib.* 2 *disputat. cap.* 13. Cujac. 15 *observat. cap.* 6. Anf.

12 Græci notant posse nos καθ'ἑκάστην τῶν δηλέων ὠνητικὴν κατηγόν. Cujac. 15 *observ.* 6.

13 Fructus est, vendere pignus posse. 14 Cur non eadem utilitas facit contra subtilem docendi rationem, ut idem sit in urbanis? Duaren. *ibid.* De utilitate, vide *l.* 51. §. *ult. ff. ad l. Aquil.* 15 Græc pignorari potest, *ut hic.* legari, §. 18. *Inst. de legat.* vindicari. *l.* 1. §. 3. *l.* 2. *l.* 5. *ff. de rei vindic.* 16 *l.* 29. §. 1. *ff. eod. l.* 21. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *in fin. ff. de legat.* 3. *l.* 3. *ff. de instructo.* 17 Ex illo grege scil., ut & alia qualibet universitate. 18 Et ita mutatus. *l.* 16. §. 2. *ff. eod.* 19 Cur tenebitur? Grex ipse substantiam non mutat, quod substituta ei sint alia capita. *l.* 22. *ff. de legat.* 1. *l.* 76. *ff. de judiciis.* 20 Cur potest? quia pendente conditione servus est, non liber. *l.* 26. §. 5. *l.* 45. *in fin. ff. de fideic. libert. l.* 12. *in fin. ff. famil. l.* 16. *l.* 25. *ff. de statulib. l.* 3. *C. de fideic. libert.* 21 Pignus pignori dari potest, *l.* 1. *l.* 2. *C. si pignus pignori* (id Græcis μεθυποθήκευσιν) ut & nomen debitoris. *l.* 4. *C. quæ res pignor. l.* 3. *l.* 7. *C. de hered. vend.* Goth. Vide Edmund. Merill. *lib.* 1 *obs. cap.* 36. Anf. 22 *l.* 18. *ff. de pignorat.* 23 Ergo & dari. *C. si pign. pignori datum sit.* 24 Quid? an in duriorem causam, aut majorem summam? minime, *l.* 4. *in fin. C. quæ res pignori.* Quatenus, hic, est per id tempus; ut ad tempus non ad summam referatur. 25 *Synopsi* 7. *c.* 18. 13 *Harmenop.* 7. §. 18. 25 Id est, utriusque debitoris. 26 Una tamen solutione liberatur primus debitor: tunc enim desinit ei esse in causa pignoris. & ita intellige *l.* 1. *C. si pignus pignori. l.* 40. *ff. de pignor.* 3 *Harmenop.* 5. §. 18. 27 Hypothecaria se. 28 Adversus primum debitorem. 29 Cui? Titio suo creditori? an Sempronio creditoris sui creditori? Utrique potest. Num vero tibi pignoris domino Sempronius, ne Titio solvas, utiliter denunciare potest? Utique: textus in *l.* 4. *C. eod.* quod tamen Bartolus negat hic, *num.* 3. Num Titius, ne Sempronio? puto non posse: nam quo jure prohiberit quominus pignus tuum ab eo, qui illud detinet, recipias? 30 Pignus dedi Titio in centum: Titius idem pignus Caio pignoravit: Me centum Caio solvente possum liberare pignus meum: qua etiam specie, Caius in summam à Titio sibi debitam, centum à me accepta imputabit. Quid, si Titio debui non pecuniam, sed Stichum? Eidem Caio si Stichum tradam, liberabo meum pignus ea lege, ut Stichum pignoris nomine retingere possit, tantisper dum ei satisfaciat Titius. 31 Nomen acceptum pignori dare possumus. *l.* 18. *ff. de pignorat. l.* 4. *C. quæ res pignori.* 32 *Al.* Exactam eam. 33 Id est, quam pecuniam creditori creditoris mei, luendi mei pignoris causa solvo, creditorem meum ea summa exonerat ipso jure, *ut hic.*

34 Puta equum (cujus loco pignori vestimenta dederat) sibi commodatum. 35 Vide *l.* 15. *ff. qui potiores.* 36 Hypotheca pacto tantum convento contrahitur: in pignore, possessio traditur: adde quæ scripsi ad *l.* 11. *in fin. ff. eod.*

venerit, sive etiam possessio tradita [fuerit], deinde amissa sit.

§. 4. Etiam 37 si creditor judicatum 38 debitorem 39 fecerit, hypotheca manet obligata, quia 40 suas 41 conditiones habet hypothecaria actio: id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum [est]: quibus cessantibus tenet: Et 42 si cum defensore in personam egero, licet is mihi satis dederit & damnatus sit, æque hypotheca manet obligata: Multo magis ergo si in personam actum sit, sive cum reo, sive cum fidejussore, sive cum utrisque pro parte; licet damnati sint, hypotheca manet obligata. * Nec 43 per hoc videtur satisfactum creditori, quod habet judicati actionem. §. 5. Si sub conditione 44 debiti nomine, obligata sit hypotheca, dicendum est, ante conditionem non recte agi, eum nihil interim 45 debeatur: sed, si sub conditione debiti conditio venerit, rursus agere poterit. Sed si præsens sit debitum, hypotheca vero sub conditione, & agatur ante conditionem hypothecaria, verum quidem est, pecuniam solutam non esse, sed auferri hypothecam iniquum est: ideoque arbitrio judicis cautiones interponendæ sunt: *si 46 conditio exstiterit, nec pecunia solvatur, restitui hypothecam, si in rerum natura sit.* §. 6. Propter usuras 47 quoque, si obligata sit hypotheca, usuræ solvi debent. Idem 48 & in pœna dicemus.

De obligatione in diem. 1. *De casibus, ex quibus naturalis obligatio consistit.*

XIV. Ulpianus lib. LXXIII ad Edictum.

Quæsitum est, si nondum dies pensionis venit, an & medio tempore persequi pignora permittendum sit? Et *puto*, dadam 49 pignoris persecutionem: quia 50 interest mea: Et ita Celsus scribit. §. 1. Ex quibus casibus naturalis 51 obligatio consistit, pignus perseverare constitit.

De rebus futuris. 1. *De re aliena.* 2. *De re sæpius obligata.*

XV. Gaius lib. singul. de formula hypothecaria.

Et quæ nondum sunt, *futura* 52 tamen sunt, hypothecæ 53 dari possunt: ut fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum, & ea quæ nascuntur, sint hypothecæ obligata. Idque servandum est, sive 54 dominus [fundi] convenerit aut de usufructu, aut de his, quæ nascuntur: sive is, qui usumfructum habet, sicuti Julianus scribit. §. 1. Quod dicitur 55 creditorem probare debere 56, *cum conveniebat, rem in 57 bonis debitoris fuisse*: ad eam conventionem pertinet, quæ specialiter facta est, non 58 ad illam 59, quæ cottidie inseri solet 60 cautionibus, *ut specialiter 61 rebus hypotheca nomine datis, cæteris 62 etiam bona teneantur debitoris, quæ nunc habet & quæ postea adquisierit, perinde atque si specialiter hæc res fuissent obligata.* §. 2. Qui res suas jam obligaverint, & alii secundo obligant creditori, ut effugiant periculum 63, quod solent pati, qui sæpius eadem res obligant 64, prædicere 65 solent, *alios nulli rem obligatam esse, quam forte Lucio Titio, ut in id, quod excedit priorem obligationem, res sit obligata*, [ut sit pignori, hypothecæve id quod pluris est], aut solidum, cum 66 primo debito liberata res fuerit. De quo videndum est, utrum hoc ita se habeat, si & conveniat: an & si simpliciter convenerit de eo quod excedit, ut sit hypothecæ? Et solida res ineffe conventioni videtur, cum à primo creditore fuerit liberata. An adhuc pars? Sed illud magis est, quod prius diximus.

De alluvione. 1. *De re aliena & ratihabitione.* 2. *De mutatione rei obligatæ.* 3. *De convento hypothecaria absolvendo vel condemnando.* 4. *De fructibus.* 5. *De præscriptione hypothecæ adjudicatæ.* 6. *De debitore condemnato ob pignus non restitutum.* 7. *De re aliena.* 8. *De re duobus obligata.* 9. *De pacto, ut non soluto debito res justo pretio æstimanda sit debitoris.*

XVI. Marcianus lib. singul. ad formulam hypothecariam.

Si fundus hypothecæ datus sit, deinde alluvione 67 major factus [est, totus obligabitur 68]. §. 1. Si nesciente domino, res

37 Hinc dubitandi ratio fumitur. Videbatur enim pignus non manere creditoris post condemnatum factum debitorem: Nam per sententiam fit novatio, *l. ult. C. de usur. vel judic.* Novatione, nova adquiritur actio priore sublata, *l.* 1. *ff. de novat.* & pignus perimitur. *l.* 11. §. *novata.* 1. *ff. de pignoratitia.* Verum dici potest, sententia quidem novam adquiri obligationem & actionem, nec tamen veterem tolli. Potest & hæc esse ratio. Pignus novatione voluntaria tolli posse: at non judiciali seu judicii accepti. Judicatum enim debitorem facientes, us & litem consentantes nunquam deteriorem nostram causam facimus. *l.* 29. *ff. de novationib.*

38 Judicatum debitorem, vel condemnatum creditor facit, quoties vincit, & a judice obtinet, ut reus satisfaciat, *ut hic. l.* 8. *C. de pignorib. l. unic. C. etiam ob chirographiam pecuniæ.*

39 Suum scil.

40 Hypothecaria actio tamdiu durat, quamdiu soluta non est pecunia creditori, aut ei non satisfactum.

41 Vide *l.* 6. *ff. quibus modis pign.*

42 Hypothecariam actionem non amittit creditor, etiamsi judicatum fecit debitorem, *ut ff. eod.* etiamsi cum defensore debitoris in personam egerit, & is satisfecerit ac damnatus fuerit, *ut hic.* etiamsi in personam egerit cum reo, vel fidejussore, vel cum utroque, & hi damnati sint, *verf. multo magis.*

43 Satisfactum creditori non videtur, hoc ipso vel solo, quod habeat judicati actionem adversus debitorem. Porro satisfactio habetur pro solutione. *l.* 52. *ff. de solut.* 44 Hypotheca pura præsensque constituta potest, licet debitum sit sub conditione, *ut hic.* & è contra præsens debitum esse potest, hypotheca sub conditione: Priore casu, hypothecaria experiri non potest creditor, ante conditionem debiti: post conditionem vero agere potest: Posteriore casu, nondum soluta pecunia ante conditionem hypothecæ, debitor hypothecam creditori auferre non potest. Et breviter, illo casu creditor ante conditionem debiti: hoc casu, debitor ante conditionem hypothecæ non experietur. *Goth.* Confer *l.* 41. *ff. de judic. tot. tit. C. ut legator.* quibus propter debitum conditionale potest peti cautio. *Anf.*

45 *l.* 213. *ff. de verb. sign.* 46 Formula cautionis. 47 Hypotheca non tantum propter sortem, sed & propter usuras, & pœnam obligari potest. adde *l.* 8. *in fin. ff. de pign. act.* Imo pignus quod sortis nomine obligatur, facile & pro usuris obligatum intelligitur, 3 *Harm.* 5. §. 14. Quin & hoc notandum est, pignus in sortem tantum, vel in usuras obligari: Priore casu, sorte soluta debitorem pignus repetere posse: idem pignus, usurarum nomine à creditore non posse retineri: posteriore quoque solutis usuris pignus repeti posse, & injuste retineri à creditore. *l.* 11. §. *si in sortem duntaxat. ff. de pignorat. l.* 3. *C. de usuris.* Quid ita? limitatum pignus naturam suam egredi non debet. In his speciebus, pignus vel in sortem tantum, vel in usuras tantum obligatum ponitur. *l.* 8. *in fin. l.* 11. §. 3. *ff. de pignorat.* 48 *Pœne & usuræ* cognatio Est enim pœna usuræ species. 49 Imo danda non est: Nam ante diem pignoratitia agi non potest, *l.* 4. *ff. de distract. pign. l.* 5. §. 1. *ff. quib. modis pignus.* Regulariter, hoc est, sine justa causa non potest: seu nisi suspectus sit debitor, *arg. l. ait Prætor.* 10. §. *si debitorem.* 16. *ff. quæ in fraudem. l.* 21. *ff. de interrog. action.* Ante conditionem agi non potest, *l.* 13. §. 5. *ff. eod. Diei & conditionis* differentia est: Debitum *sub conditione*, ante eventum conditionis omnino indebitum est, ideoque agi non potest: Debitum *in diem*, statim debeti incipit atque promissum est, licet ante diem agi non possit. *l. cedere.* 213. *ff. de verb. sign.* 50 Quoties mea interest possum pignus persequi, etiam ante diem pensionis & conditionis eventum: mea interest si debitor suspectus esse incipit, vide *l.* 36. *ff. de reb. credit.* alias ante diem pignus vendi non potest. *l.* 4. *ff. de distract. pign. l.* 5. §. 1. *ff. quibus modis pignus.* Goth. Sicut in fallitis ante diem peti potest. v. Stracch. *de decoctor. p.* 7. *num.* 12. Anf. Adde Bart. Bald. & Costal. *hic.* Caccialup. *tract. de debitore suspecto.* Mosf. *de contract. rubr. de pignoribus. verf. quæ actio. num.* 12. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *caf.* 87. Pecc. *de jure fisci ndi. cap.* 4. *num.* 6. S. L. 51 *l.* 5. *in fin. pr. ff. eod.* adde *l.* 16. §. 3. *ff. de fidejuss.* 52 Futura, fructus pendentes, partus ancillæ, fœtus pecorum & similia. v. *l.* 1. §. 1. *ff. eod. l.* 8. *ff. de contr. empt. l.* 73. *ff. de verb. oblig.* 53 *Futura* ad eum modum stipulari possumus & promittere, *l.* 73. *ff. de verb. oblig.* emere, *l.* 8. *ff. de contrab. empt.* legare, *l.* 24. *ff. de leg.* 1. hic, quod ex fundo apparuerit, quod agri alluvione accesserit, pignorare possumus, *l.* 16. *ff. eod.* quod in flumine enatum, *l.* 15. *l.* 16. *l.* 17. *de legat.* 3. quæ omnia effectum habent, utiliaque cum in rerum natura esse cœperint. Subest enim tacita hæc conditio, si nata sint, *l.* 7. *in fin. ff. de tritico. l.* 1. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 54 *l.* 11. §. 2. *ff. eod.* 55 In *l.* 3. *ff. eod. l.* 23. *ff. de probation. arg. l.* 4. *in pr. ff. de aqua pluv.* 56 Id est, tempore contractus & pignoris contracti. 57 Adde *l.* 3. *ff. eod. l.* 23. *ff. de prob.* Hoc latius patet, quam *in dominio fuisse*: nam *in bonis sient*, non ea tantum, quæ in dominio nostro sint, sed & quæ bona fide possidemus, ut & superficiaria. *l.* 49. *ff. de verb. sign.* Ita hic sufficit creditorem probare rem à debitore fuisse bona fide possessam, aut eundem rei utile dominium habuisse. Falsus est itaque Accursius in §. *item Serviana. Inst. de act.* dum putat creditorem cogi probare rem in dominio debitoris fuisse. 58 Id est, non ad generalem, quam speciali subjicere solent contrahentes, & Notarii, requiritur, ut res obligata tunc fuerit in bonis debitoris: nam in generali rerum obligatione sufficit, si postea res quandocunque inveniatur in bonis obligantis. Hinc interim formam contrahendi in hypothecaria observa. 59 Mixtam hanc hypothecam possis dicere, ex generali & speciali. 60 Notanda est hæc Notariis usitatissima alicujus obligandi formula. 61 Ut in *l.* 4. §. 4. *ff. si quis cautionib.* 62 Non expressa specialiter. 63 Stellionatus, *l.* 3. *ff. stellionatus. l.* 16. *in fin. ff. de pignor.* & falsi. *l.* 21. *ff. de falsis.* 64 Et venditat: nam de venditionibus loquuntur *d. l.* 3. *d. l.* 21. 65 Tunc enim volenti creditori non fit injuria, quem admodum si res debitoris ampla sit. *d. l.* 16. Num vero necessitas imponitur Notario (cujus ministerio vel opera, vel quo teste seu præsente debitor forte alii obligatus fuit) ut id secundo debitoris creditori indicet? 66 *l.* 4. *in fin. ff. qui potiores.* 67 *Alluvio* pignus auget; crescit pignus alluvione, *l.* 18. §. 1. §. 3. *in fin. ff. de pignoratit.* & hereditas. *l.* 16. §. 3. *ff. fam. ercisc.* ususfructus. *l.* 9. §. 4. *ff. de usufructu.* Crescit & alluvione legatum, dos, fideicommissum, feudum. *l.* 34. *ff. de rei vind. l.* 16. §. 3. *ff. comm. divid. l.* 4. *in fin. ff. de jure dot. l.* 29. §. 2. *ff. de l.* 2. *l.* 16. *ff. de legat.* 3. *t. Feudor.* 4. §. 5.

68 Atqui alluvio in agris limitatis locum non habet. *l. in agris.* 16. *ff. de adquir. rer. dom.* Recte: eorum enim limitata est natura.

res [68] ejus hypothecæ data sit, deinde postea dominus [69] ratum [70] habuerit, dicendum est, hoc [71] ipsum [72], quod ratum habet, voluisse [73] eum retro [74] recurrere [ratihabitionem] ad illud tempus, quo convenit: Voluntas autem fere [75] eorum demum servabitur, qui & pignori dare possunt. §. 2. Si res hypothecæ data, postea mutata [76] fuerit, æque hypothecaria actio competit: veluti de domo data hypothecæ & horreo facta [77]. Item si de loco convenit & domus facta sit. Item de loco dato, [deinde] vineis in eo positis. §. 3. In vindicatione [78] pignoris quæritur, an rem, de qua actum est, possideat is, cum quo actum est? Nam si non possideat, nec [79] dolo fecerit, quo minus possideat, absolvi debet. Si vero possideat & aut pecuniam solvat [80], aut rem restituat, æque absolvendus est. Si vero neutrum horum faciat, condemnatio sequetur [81]. † Sed [82] si velit restituere, nec possit forte quod res abest, & longe est vel in provinciis, solet [83] cautionibus res explicari: nam, si caverit se restituturum, absolvitur. Sin vero dolo quidem desiit possidere, summa [84] autem ope nisus non potuit rem ipsam restituere, tanti [85] condemnabitur, quanti actor in litem juraverit, sicut [86] in cæteris [87] in rem actionibus: nam [88] si tanti [89] condemnatus esset, quantum deberetur, quid [90] prodesset in rem actio, cum [&] in personam agendo idem consequeretur? §. 4. Interdum [91] etiam de fructibus arbitrari debet Judex: ut [92] ex quo lis inchoata sit, ex eo tempore etiam fructibus 93 condemnet. Quid enim, si minoris sit prædium, quam deberur? nam de antecedentibus fructibus nihil potest pronunciare, nisi exstent 94, & res non sufficit. §. 5. Creditor hypothecam sibi per sententiam adjudicatam quemadmodum habiturus sit, quæritur: nam dominium [95] ejus vindicare non potest. Sed hypothecaria agere potest: & si exceptio objicietur à possessore rei judicatæ [96], replicet [97], *si* [98] *secundum me judicatum non est*.

§. 6. Si pluris [99] condemnatus sit debitor non restituendo pignus, quam computatio sortis & usurarum faciebat, an si tantum solverit, quantum debebat, exoneretur hypotheca? Quod ego, quantum quidem ad subtilitatem legis & auctoritatem sententiæ, non [100] probo: Semel [1] enim causa transire videtur ad condemnationem, & inde pecunia deberi. Sed humanius [2] est, non amplius eum, quam quod revera debet, dando, hypothecam liberare. §. 7. Aliena [3] res utiliter potest obligari sub conditione, *si debitor ea facta fuerit*. §. 8. Si duo [4] pariter [5] de hypotheca paciscantur: in quantum quisque obligatam hypothecam habeat, utrum pro quantitate debiti, an pro partibus dimidiis, quæritur? Et magis est, ut pro quantitate debiti pignus habeant obligatum. Sed uterque, si cum possessore agat, quemadmodum? utrum de patre quisque, an de toto, quasi utrique in solidum res obligata sit? Quod erit dicendum, si eodem [6] die pignus utrique datum est separatim [7]: sed si simul illi & illi, si [8] hoc actum est, uterque recte in solidum aget: si minus, unusquisque pro parte.

§. 9. Potest ita [9] fieri pignoris datio, hypothecæve, *ut, si intra certum tempus non sit soluta pecunia, jure emptoris possideat rem justo* [10] *pretio* [11] *tunc æstimandam*: hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio: Et ita Divus Severus & Antoninus rescripserunt.

Qualis sit actio hypothecaria.

XVII. Ulpianus lib. XV ad Edictum.

Pignoris [12] persecutio [13] in [14] rem [15] parit [16] actionem creditori.

De eo, cui competit Publiciana.

XVIII. Paulus lib. XIX ad Edictum.

Si ab eo [17], qui Publiciana [18] uti potuit, quia dominium [19] non habuit, pignori accepi: sic [20] tuetur me per Serviannm Prætor, quemadmodum debitorem per Publicianam.

De pluribus rebus pigneratis.

XIX. Ulpianus lib. XXI ad Edictum.

Qui pignori plures res accepit, non [21] cogitur unam liberare, nisi [22] accepto universo, quantum debetur.

De pensione obligata.

XX. Idem lib. LXIII ad Edictum.

Cum convenit, *ut u, quas ad refectionem* [23] *ædificii credidit, de pensionibus jure pignoris ipse creditum recipiat*, etiam actiones utiles adversus inquilinos accipiet, cautionis [24] exemplo [25], quam debitor creditori pignori dedit.

De procuratore & negotiorum gestore. 1. De eo, qui habet Publicianam. 2. De periculo & commodo pignoris. 3. De litis æstimatione.

XXI. Idem lib. LXXIII ad Edictum.

Si inter colonum & procuratorem [26] meum convenerit de pignore, vel ratam [27] habente me conventionem vel mandante: quasi [28] inter me & colonum meum convenisse videtur. §. 1. Si debitor servum, quem à non domino [29] bona fide emerat & pignoravit [30], teneat, Servianæ locus est, & si adversus eum agat creditor, doli replicatione exceptionem elidet [31]: [&] ita Julianus ait: & habet rationem [32]. §. 2. Quidquid pignori commodi, sive incommodi fortuito [33] accessit [34], id ad debitorem pertinet.

§. 3. Si res pigneratа non restituatur, lis adversus possessorem erit æstimanda: sed utique aliter [35] adversus ipsum debitorem, aliter adversus quemvis possessorem: nam adversus debitorem non pluris, quam quanti debet, quia non pluris interest: adversus cæteros possessores etiam pluris, & quod amplius [36] debito consecutus creditor fuerit, restituere debet debitori pigneratitia actione.

Si dominus ei, qui pignoravit, successerit.

XXII. Modestinus lib. VII Differentiarum.

Si Titio, qui rem meam ignorante me creditori suo pignori obligaverit, heres [37] exstitero, ex postfacto pignus directo [38] quidem non convalescit, sed utilis [39] pigneratitia dabitur creditori.

De locatione. 1. De absentibus.

XXIII. Idem lib. III Regularum.

Creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris locare [recte [40] poterit]. §. 1. Pignoris obligatio etiam inter absentes [41] recte [42] ex contractu obligatur.

De eo,

---

[68] Pacta alienari vult. Dynum ad c. 9. de rec. in C. Goth. Adde Dd. mund. Menill. ad Mynsing. 3. 36 Ant. Gaill. 2. obs. 70. Rutilius. our negotium gestum confirmatur, 4. c. 6. §. 9. l. 9. l. 44. ff. de negotiis. l. 60. ff. de judic. l. 15. C. de donat. inter virum. mutuum à filiusfamilias contractum, l. ult. C. de senatusconsult. Macedon. vendito, l. 44. §. 1. ff. de usucap. donatio, d. l. 25. solutio, l. 71. §. 1. ff. de solut. delictum. l. 152. § 2. ff. de reg. jur. l. 6. C. d. tit. nupt.

[70] Ratihabitio pignus constituit. l. 10. *in fin. princ.* ff. *de pignoratitia.*

[71] Voluntas quæ sequitur, ratihabitio est, *ut hic. & l. 9. §. pen. ff. de donat. l. 3. §. sed si mutua. ff. de in rem verso. l. Pomponius. 40. §. ult. ff. de proc. l. ult. C. ad Senatusc. Macedonianum.*

[72] *Al.* hoc ipso.

[73] Ratihabitio, voluntatis species, dixi l. 3. §. 4. ff. *de in rem verso.*

[74] Ratihabitio retrotrahitur ad tempus conventionis. vide Dyn. in c. *rationabilibus. de reg. in* 6.

[75] Nam & is regulariter, qui pignori obligare non potest, pignoranti consentiendo nihil agit. Usufructuarius tamen pignorandi proprietatem jus non habens, l. 6. C. *de usufruct.* potest obligationi proprietatis consentire.

[76] Puta si domus ad aream sit redacta, & iterum post extructa, v. l. 29. §. 2. ff. *eod.* domus in hortum vel horreum: locus, in domum vel vineam sit mutatus. ff. *eod.* Hypotheca non tollitur domus, si ea hortus facta sit: loci, si domus ibi ædificata, aut vineæ ibi positæ. 77 Et horreo facto. *Haloand.* 78 Pignus creditor vindicare potest. l. 17. ff. *eod.*

[79] Pacta sunt *possidere*, & *dolo desiisse possidere*. 80 Ut l. 6. ff. *quibus modis pignus.*

[81] Scilicet, ut possessor rem restituat, eaque jure pignoris à creditore retineatur, ut hinc colligere possis hypothecaria formula qualis esse debeat, id est, quemadmodum concipiendi libelli, & ferendæ sententiæ in actione hypothecaria sint. 82 Summa hujus legis hæc est: Pignus vendicat creditor à non possessore, eove qui dolo non desiit possidere: reus absolvendus. A possessore [2] aut pecuniam debitam creditori solvere, aut pignus restituere possessor debet: si neutrum facere velit, condemnandus est, *ut* ff. *eodem.* si velit restituere, nec possit, cavens se restituturum, absolvetur: si restituere non poterit, quia dolo desiit possidere, tanti condemnandus, quanti in litem creditor juraverit, *ut hic.* Et hæ rei persecutoriæ utilitates sunt, restitutio rei, pecuniæ debitæ solutio, cautio, juramentum in litem. 83 Eo casu scilicet. § 2 *Instit. de offic. judic.* Cautionés commodo reorum inventæ. 84 Quo magis inutilis est diligentia post dolum, eo minus doli effectum purgat. 85 Juratur in litem contra non restituentem pignus, sicut in cæteris in rem actionibus. vide l. 5. ff. *de in litem jurando.*

86 Juratur in litem adversus non restituentem in actionibus in rem. l. 5. ff. *de in litem jurand.*

87 Pignus actionem in rem parit. l. 17. ff. *eod.* 88 Jusjurandum in litem plus quam debetur, hoc est, plus debito continet. 89 Imo, tanti condemnandus videtur, l. 21. *in fin.* ff. *eodem.* vide æquitatis sententiam in §. 6. ff. *eodem.* 90 Quasi Serviana in rem actio, creditori utilior est, quam personalis. 91 Nam hæc distinctio servanda, de qua hic agitur.

92 Pignoris fructus post litem contestatam perceptos possessor debitori restituit arbitrio judicis, si minoris sit prædium, quam debeatur: antecedentes, hoc est, ante litem contestatam perceptos non restituit: nisi exstent, & res pignorata non sufficiat. adde l. 3. C. *in quibus causis pignus.* 93 Etiam de fructibus. *Haloand.* extantibus scilicet, non de consumptis à bonæ fidei possessore. l. 1. §. 2. ff. *eod.* 94 Dixi ad *leg.* 3. C. *in quibus causis pignus.*

95 Pignus sibi adjudicatum, creditor persequitur, non rei vindicatione, sed hypothecaria. Quid ita? Hæc adjudicatio jus dominii non tribuit. 96 Quasi agere teneatur creditor actione rei judicatæ. l. *minor annis, cui fideicomm.* 40. ff. *de minoribus.* 97 Evidenter enim iniquissimum est proficere rei judicatæ exceptionem ei, contra quem judicatum est. l. 16. ff. *de except. rei judicatæ.* 98 Formula replicationis. 99 l. 21. ff. *eodem.* & male: nec enim pluris condemnari potest. d. l. 21. 100 Adversus debitorem pignus non restituentem in litem juratum est. §. 3. ff. *eodem.* l. 21. *in fin.* ff. *eodem.* Pluris ita condemnatus est, quam sors & usuræ sortis faciebant: hæc enim potest egredi jusjurandum in litem. Quæritur, si ab ea condemnatione sortis & usurarum veram quantitatem solverit, an pignus liberet, etiamsi non solverit, quanti in litem juratum est? si subtilitatem legis, & auctoritatem sententiæ spectamus, non exoneratus est, nisi quanti in litem fuerit juratum, solverit: humanius est tamen liberare, si id, quod revera debeat, solvent, *ut hic.* Humanius agitur adversus debitorem, quam adversus extraneum possessorem. Ille non pluris, quam debuit: hic etiam pluris condemnatur. l. 21. *in fin.* ff. *eod.*

1 Prioris judicii pronunciatione res transit in rem judicatam. dixi ad *Novell.* 93. Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 94. Ans. 2 *Subtilitas* est juris, debitorem teneri in veram quantitatem sententiæ, licet ea sortem & usuras debitas excedat: *humanitas est*, eum liberari dando id, quod revera debet. Ratio? quia si creditor ab extraneo plus suo debito exegisset, debitori redderet. l. 21. *in fin.* ff. *eod.* Igitur plus debito ab ipso debitore eum exigere iniquum fuerit. 3 l. 41. ff. *de pign.* vide l. 5. C. *si aliena res.* 4 Vide l. 10. ff. *eod.* 5 *Pariter*, hic non est eodem momento, sed eadem die, diversis momentis. 6 *Simul* dicitur fieri, quod eodem die fit, licet diversis momentis. *Bart.* 7 Id est, diversis momentis, eadem tamen die.

8 Imo, ut hoc non actum sit, cum res pluribus simul daretur, æqualis tamen omnium causa erit in pignore, l. 20. §. 1. ff. *de pignoratitia.* & ita pro sua parte, non in solidum. 9 Vide quæ notavi ad l. 81. *in fin. princ.* ff. *de contr. empt.* 10 De *justo pretio*, adde quæ scripsi ad l. 50. ff. *de furtis.* 11 Atqui pretii quantitas conferri non potest in alterius, vel ipsius emptoris arbitrium. l. 25. ff. *locati.* l. 35. §. 1. ff. *de contrahenda emptione.* Hic pretii æstimatio refertur ad justum pretium, hoc est, vel ad commune, seu forense, vel judicis arbitrio finiendum: qui tanquam vir bonus arbitratur, l. ult. C. *de jure dominii impetr.* electis justis æstimatoribus, exacto que ab eis jurejurando, *arg.* l. 20. C. *de fide instrum. Novell.* 7. *cap.* 2. Si minus ipsi litigatores æstimatorem justu judicis eligent. *argum. legis hac edictali.* §. *his illud.* C. *de Jesundo nuptiis.* 12 Id est, hypothecæ. l. 18 C. *de pignoribus.* 13 Quasi Serviana scilicet. l. 16. §. 3. ff. *eod.* l. 18. C. *eod.* l. 2. C. *si unus ex pluribus hær.* §. 7. *Instit. de actionibus.* 14 l. 16. §. 3. *in fin.* ff. *eod.* l. un. C. *de alien. jud. mut. caus.* l. ult. C. *de obligat.* §. *item Servianæ. Instit. de act.* l. ult. C. *si unus ex pluribus hæredibus creditor.* 15 Imo non parit in rem actionem. Nam pignus consensu contrahitur. l. 1. ff. *de pignoratitia actione. l si decem dom tibi.* §. *de pignore.* ff. *de pactis.* Consensu jus reale non acquiritur, sed traditione, l. 20. C. *de pactis.* l. 3. §. 1. *l. si partem.* ff. *quemadmodum servitut.* Num dicemus pignore adquiri in rem actionem, quod pignoris securitas sit minimi momenti, ut ideo facile nascatur? An potius, quod pignus mutuo, aut alii contractui sæpe adjici soleat? Mutuum & similes contractus ex se jam personalem actionem pariant, ut nisi pignus realem pariat, supervacua futura sit pignoris adjectio? 16 Adeo ut vindicatio creditori competat. l. 10. *in fin.* C. *de pign.* l. 16. §. 3. ff. *eod.*

17 Id est, si à non domino, ut l. 21. §. 1. ff. *eod.*

18 Publicianam, & quasi dominium habens, pignus dare potest, *ut hic.* Atqui Publicianam habens, rem in bonis non habet: Creditor autem, qui pignus accipit, ut pignus fiat recte tuetur, probare debet rem fuisse in bonis ejus à quo accepit pignus. l. 15. §. 1. ff. *eod.* Dicendum est, eum, qui utile rei dominium habeat, rem in bonis habere. l. 49. ff. *de verb. signif.*

19 Sed quasi tantum, & utile, seu, si ita licet loqui, indirectum. l. 21. § *si debitor.* ff. *eod.* l. 1. & *tot. tit.* ff. *de Publiciana.* §. 3. §. 4. *Instit. de act.*

20 Pignus qui accepit à non domino, Publicianam tamen habente, ita defendetur per Servianam, ut is, à quo accepit, per Publicianam, *ut hic.* At non defenditur per Publicianam. l. 13. §. 1. ff. *de Publiciana.* Non defenditur quoque Serviana adversus verum dominum pignoris. l. 18. ff. *de rei vindicatione.* Exceptio dominii repellit Publicianam, l. ult. ff. *de Publiciana.* l. 24. ff. *de except. rei judic.* multo igitur magis, qui pignus accepit à Publicianam habente.

21 Pignoris liberatio individua est. l. 85. ff. *de evictionib.* nec enim creditor pignus, ejusve partem reddere tenetur, nisi

---

accepto universo, quod debetur, *ut hic. & l.* 8. §. 2. l. 9. §. 3. ff. *de pignor.* l. 85. §. *penult.* ff. *de verbor. oblig.* l. 1. C. *de hist. pignoris.* l. 16. C. *de distract. pignorum.* Universo, hoc est, sorte & usuris; l. *acceptam.* C. *de usuris.* l. 41 §. *Lucius.* ff. *de usuris.* expensis litis, l 65. ff. *de rei vindicatione.* l. ult. §. *in computatione.* C. *de jure deliberandi.* l. 2. C. *si antiquior credit.* eo omni, quo deterius sit jus creditoris. l. *eleganter.* 7. §. *non solum* 3. ff. *de dolo.* Quid tamen si ita conventum sit, ut parte sortis, vel debiti soluta, creditor pignus, ejusve partem restituere? aliud dicendum. d. l. 41. §. 1. Quid, si debitor partem offerat, partem aliam neget? vide l. 21. ff. *si certum.* Quid, si libertas, pia causa aliud suadet? Quid, si debitor non sit solvendo? vide *Authent. hoc nisi debitor.* C. *de solut.* Quid, si debitor Emphyteuta sit patrimonii Cæsaris? vide l. *placuit.* C. *de collat. fundi patrim. lib.* 11. Quid, si volenti publicano pars soluta, an nocebit fisco? vide l. *ult.* C. *de apochis publ.* Quid, si debitor diversis locis, non uno loco debeat? vide l. 2. §. *si quis ita.* ff. *de eo, quod certo loco.* Quid, si unum ex pluribus fidejussoribus liberare velit debitor? vide l. 5. §. 1. ff. *de solut.* Quid, si lege quiddam debeatur? vide *Auth. hoc nisi debitor.* l. 5. ff. *de verbor. obligat.* Quid, si pro parte solvat, pro altera parte compensationem petat? vide l. 5. l. 12. C. *de compensat.* Quid in specie l. ult. ff. *quibus modis pignus?* Partis oblatione integrum pignus liberari dicendum est. 22 Cui ob eam causam competit exceptio non impleti tractatus pignoris, *ut hic. &* l. 9. §. 3. ff. *de pignoratitia.* l. 1. C. *de luit. pign.* l. 85. §. *penult.* ff. *de verb. oblig.* ut & aliis casibus, puta non impletæ emptionis, l. 1. ff. *de in diem addict. & tit. de l. commiss.* l. 13. §. 8. ff. *de act. empt.* venditionis, l. 2. §. 1. l. 29. l. 50. ff. *de act. empt.* locationis, l. 9. l. 15. l. 24. §. 4. ff. *locati.* l. 16. C. *de locato.* conductionis, l. 1. ff. *de migrando.* l. 1. ff. *si ager vectig.* l. 2. C. *de jure emphyt.* societatis. l. 19. *in fin.* ff. *pro socio.* 23 De hoc dicam ad l. 23. ff. *qui potiores.* 24 Potest enim cautio & nomen pignori dari. l. 13. §. 2. *in fin.* ff. *eod.* l. 42. ff. *de pignoratit.* 25 Qui ad refectionem ædificii credit pecuniam, plerunque ita stipulatur, *ut ædificii refecti pensiones jure pignoris recipiat*: quo nomine adversus inquilinos perinde utili actione experiri potest, ut is, qui cautionem, seu nomen à debitore pignoris accepit. Potest enim creditor in hac specie experiri adversus debitores, à quibus cautio emissa, aut nomen scriptum est. adde l. 13. §. 2. *in fin.* ff. *eod.* l. 18. ff. *de pignoratitia act.* l. 4. C. *quæ res pignori.* 26 Procurator privati, *ut hic.* & reipublicæ ut pignori dare potest, l. 11. ff. *eod.* ita & accipere. adde l. 23. ff. *eod.* l. 42. ff. *de pignoratit.* 27 Qui ratum habet vel mandat, ipse pignorare videtur, adde l. 16. §. 1. ff. *eod.* Ratihabitione potest pignus contrahi. 28 Quasi convenisse videtur, qui per procuratorem pactus est: non ipse quidem convenit, sed quasi. *Quasi* cum hic dicimus, non pene dicimus, aut prope, sed vere per interpretationem tamen. 29 Vide l. 18. ff. *eod.* 30 Ignoranti, ne contraria lit *lex* 1. ff. *eod.*

31 Debitor non potest referre quæstionem dominii. 32 Cur habet rationem? quia debitor pignus emit ab eo, qui id vendidit, ut dominus, l. *optimam.* 14. C. *de contrab. stipulat.* vel ita, Debitor generali hypotheca conventus potest excipere rem illam, ad quam agitur, non fuisse nec esse suam, sed alterius, & laudare dominum, à quo possidet, fructus denique percipere: quod cum fecerit, potest accidere, ut mendacii non accusetur: cum neque ea res fuerit in ejus bonis: fecus fuerit: si speciali jure rem eam obligaverit: hoc enim casu quæstionem dominii objicere, citra mendacii suspicionem, non potest. Mendacii enim convincitur, qui rem ipsam in specie obligavit.

33 V. l. 24. §. 2. ff. *de pignorat.* 34 Pignori quidquid accedit commodi vel incommodi, debitoris est, *ut hic.* Cur debitoris? quia dominus est pignoris. l. 6. l. *pignus.* 9. C. *de pignoratit.* l. *sicut enim majorem.* 19 C. *de pignoribus.* §. *ult. Inst. quibus modis re contrahit.* l. 23. ff. *de reg. jur.*

35 Dixi ad l. 16. §. 6. ff. *eod.* 36 V. l. 6. C. *de pignorat.* Pignoris fructus & omnes ejus utilitates debitori restituere creditor debet. Quin si pignus plus vendidit, acceptæ quantitatis partem imputat primum in usuras, deinde in sortem. Postremo id, quod superest, reddit. l. 35. ff. *de pignor. act.* Si illam ipsam quantitatem, quæ plus continet, fœneravit, vel ea usus sit, usuras præstat. l. 6. §. 1. ff. *de pignoratit.* Quid, si creditor ex eo, quod plus esse diximus? fundum comparavit, Debitor in ea specie non in fundum ipsum, sed in personam creditoris experitur. l. ult. C. *de distract. pignor.* Quid, si plus quidem vendidit pignus, nondum tamen pretium exegit? vide l. 24. §. 2. ff. *de pignorat.* Paul. 2 *sent.* 13. §. 1. & d. l. ult. Quid, si minus redegit ex venditione? vide l. 3. l. 5. l. 6. C. *de distr. pignor.* l. 9. *in fin.* ff. *de distr. pign.* l. 28. ff. *de reb. credit.* l. 8. C. *si certum.* l. 10. C. *de obligat.*

37 Hujus legis sententia explicata est in l. 16. §. 7. ff. *eod.* 38 Quia nihil ipse pactus sum de pignore. 39 Ad exemplum hypothecariæ: idque ex æquo & bono. l. 5. C. *si res aliena.* Atqui Paulus ait, pignoris persecutionem non esse dandam creditori adversus dominum pignoris cauti, sive obligati à debitore post ei succedentem. l. 41. *in pr.* ff. *de pignorat. act.* Et ita est: nam de directa loquitur: sed in fine adjicit utilem dari: vide quæ notavi ad d. l. 41. vide Alciat. 7 *Parer.* 14. Duar. 1 *disp.* 4. Cujac. 19 *obs.* 26. vide tamen Horom. 5 *obs.* 7. Goth. Contra l. 41. ff. *de pign.* Ubi vide Goth. Vult. 1 *disc.* 17. Trentler. *de pignor. th.* 5. *in pr.* Joann. Aurpach. *epist. juvid* 8. Anf.

40 Imo non poterit: Nam qui locat, fruitur. l. 12. §. *usufructuarius.* 13. *in fin.* l. 15. §. 4. §. 5. ff. *de usufructu.* Creditor autem citra furtum pignore uti non potest. l. 54. ff. *de furtis.* §. 6. *Inst. de oblig. ex delicto.* An hunc locum referemus ad creditorem, cui jus sit ἀναχώρησις in pignore? An potius ad res eas, eaque pignora, quæ nisi locentur per creditorem, noxia futura sint ipsi debitori. adde l. 1. l. 2. l. 3. C. *de pignorat. act.* 41 V. l. 4. ff. *eod.* hoc est, per nuncium, epistolam, procuratorem. l. 21. ff. *eod.* l. 2. ff. *de pact.* l. 1. §. 2. ff. *commodati.* l. 1. ff. *de contrab. empt.* 42 Imo non recte: Nec enim per liberam personam pignoris obligatio nobis adquiri potest. l. 11. §. 6. ff. *de pignoratit.* Ipsi obligatio adquiri per liberam personam nobis non potest, pignoris jam obligati ipsa possessio potest, ut manifestis verbis Ulpiani, constat in d. §. 6. Quod si rursus causam differentiæ quæsiveris, dici potest possessionis adquirendæ rationem naturalem esse, à traditione: obligationis, à jure civili: hanc ab his, qui in potestate nostra sint, tantum adquiri, illam passim à quovis. l. 53. ff. *de adqu. rerum dom.* Quin obligationes cohærere proximis personis obligantibus. l. 1. l. 2. l. 3. ff. *pro socio.*

De eo, qui prohibetur emere.

XXIV. IDEM lib. V Regularum.

IN [23] quorum finibus emere [24] quis prohibetur [25], pignus accipere non [26] prohibetur.

De retentione.

XXV. IDEM lib. VIII Regularum.

CUm vitiose [27] vel inutiliter contractus pignoris intercedat, retentioni [28] locus non [29] est: nec si bona creditoris ad fiscum pertineant.

De fidejussore, qui pignora suscepit & non solvit. 1. De eo, qui scripsit instrumentum obligationis rei suæ. 2. De re substituta in locum rei obligatæ.

XXVI. IDEM lib. IV Responsorum.

FIdejussor impetravit à Potestate [30], *ut ex antequam solveret, pignora ipsi possiderent, quasi satisfacturus creditoribus*, nec satisfecit: modo heres debitoris paratus est solvere creditoribus: Quæro, an pignora fidejussor restituere cogendus sit? Modestinus respondit, cogendum [31] esse. §. 1. Pater Seio emancipato filio facile [32] persuasit, ut, quia mutuam quantitatem acciperet à Septitio creditore, chirographum perscriberet sua manu filius [ejus], quod ipse impeditus esset scribere, sub commemoratione domus ad filium pertinentis pignori dandæ: Quærebatur, an Seius inter cætera bona etiam hanc domum jure optimo possidere possit, cum patris se hereditate abstinuerit, nec metuiri [33] ex hoc solo, quod mandante patre manu sua perscripsit instrumentum chirographi, cum neque consensum suum accommodaverat patri, aut signo suo, aut alia scriptura [34]? Modestinus respondit, cum sua [35] manu pignori domum suam futuram Seius scripserat, consensum ei obligationi dedisse [36] manifestum est. §. 2. Lucius Titius prædia & mancipia, quæ in prædiis erant, obligavit: heredes ejus prædiis inter se divisis, illis mancipiis defunctis, alia substituerunt: creditor postea prædia cum mancipiis distraxit: Quæritur, an ipsa mancipia, quæ sunt modo in prædiis constituta, hoc est [in] hypothecis, emptor vindicare recte possit? Modestinus respondit, si neque pignorata sunt ipsa [37] mancipia, neque [38] ex pignoratis [39] ancillis nata, minime creditoribus obligata esse.

De pignore deteriorato à debitore.

XXVII. MARCELLUS lib. V Digestorum.

SErvum, quem quis pignori dederat, ex levissima offensa vinxit, mox solvit: & quia debito non satisfaciebat creditor minoris [40] servum vendidit: an aliqua actio creditori in debitorem constituenda sit, quia crediti ipsius actio non sufficit ad id, quod deest persequendum? Quid si eum interfecisset, aut elusasset? Ubi quidem interfecisset, ad exhibendum [41] tenetur: ubi autem elusasset [42], quasi damni injuriæ dabimus actionem ad [43] quantum interest, quod debilitando aut vinciendo, persecutionem pignoris exinanierit. Fingamus nullam crediti nomine actionem esse, quia forte causa cecideral: non existimo indignam rem animadversione & auxilio Prætoris. Ulpianus notat: si [44] ut [45] creditori noceret, vinxit, tenebitur: si merentem, non tenebitur.

Si pater ob legatum filio sub conditione relictum pignus acceperit.

XXVIII. PAULUS lib. III Quæstionum.

SI legati conditionalis [46] relicti filiofamilias, pater ab herede rem propriam ejus pignori [47] accepit, & mortuo patre [48], vel [49] emancipato filio, conditio legati exstiterit: incipit [50] filio legatum deberi [51], & neque pater potest pignus vindicare [52], neque filius qui nunc habere cœpisset actionem, nec ex præcedente tempore potest quicquam juris habere in pignore, sicut in fidejussore dicitur.

De generali conventione & de bonis heredis. 1. De partu pignoris. 2. De domo exusta & iterum extructa. 3. De servo, qui domini bona generaliter obligavit.

XXIX. IDEM lib. V Responsorum.

PAulus respondit, generalem [53] quidem conventionem sufficere ad obligationem pignorum: sed [54] ea, quæ ex bonis defuncti non fuerunt, sed postea ab herede ejus ex alia [55] causa adquisita sunt, vindicari non posse à creditore testatoris. §. 1. Si mancipia in causam pignoris ceciderunt [56], ea quoque [57] quæ ex his nata [58] sunt, eodem jure habenda sunt: Quod tamen diximus *etiam adgnata teneri*, sive specialiter de his convenerit, sive non [59], ita procedit, si [60] dominium eorum ad eum pervenit, qui obligavit, vel heredem ejus: Cæterum, (si) apud alium dominum peperierint [61], [non erunt obligata.] §. 2. Domus pignori data exusta [62] est, eamque aream emit Lucius Titius & extruxit [63]; Quæsitum est, de jure pignoris? Paulus respondit, pignoris persecutionem perseverare [64]: & ideo jus [65] soli [66] superficiem secutam videri, id est, cum [67] jure pignoris: sed bona [68] fide [69] possessores non [70] aliter cogendos creditoribus ædificium restituere, quam sumptus in exstructione [71] erogatos, quatenus pretiosior [72] res facta est, reciperent. §. 3. Si sciente & consentiente domino servus, *ut omnia bona domini pignori obligata essent*, convenit, ipsum [73] quoque [74], qui cavit obligatum esse pignoris jure.

De periculo pignorum nominis venditi.

XXX. IDEM lib. VI Responsorum.

PEriculum [75] pignorum [76] nominis venditi ad [77] emptorem [78] pertinere [79], si [80] tamen [81] probetur eas res obligatas fuisse.

De fundo vectigali.

XXXI. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

LEx vectigali [82] fundo dicta erat, ut, *si* [83] *post certum temporis vectigal solutum non esset, is fundus ad dominum redeat*: postea is fundus à possessore pignori [84] datus est: Quæsitum est, an recte [85] pignori datus est? Respondit, si pecunia intercessit, pignus esse. † Item quæsitum est: si cum in exsolutione vectigalis tam debitor, quam [86] creditor [87] cessassent & propterea pronunciatum [88] esset, *fundum secundum legem domini esse*, cujus potior causa esset? Respondit, si (ut proponeretur) vectigali non soluto, jure suo dominus usus esset, etiam pignoris jus evanuisse [89].

De inducta in prædium.

XXXII. IDEM lib. V Responsorum.

DEbitor pactus est, *ut quæcunque in prædia pignori data, inducta* [90], *invecta, importata, ibi nata, paratave essent, pignori essent*: Eorum prædiorum pars fine colonis fuit, eaque actori [91] suo colenda debitor [ita] tradidit, adsignatis & servis culturæ necessariis: Quæritur, an & Stichus villicus, & cæteri servi ad culturam missi, & Stichi vicarii [92] obligati essent? Respondit, eos duntaxat, qui hoc animo à domino inducti essent, ut ibi perpetuo [93] essent, non [94] temporis causa accommodarentur, obligatos.

22 Ita Magistratus in sua provincia emere vetiti. *l. qui officii causa. 62. ff. de contrab. empt.* Cicer. 4 *Verrina*. Neminem, qui cum potestate, aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum, dabatur enim de publico: vel vestem, præbebatur enim legibus. Mancipium putaverunt, quo & omnes utimur, & non præbetur populo. Sanxerunt, Ne quis emeret mancipium nisi in demortui locum. *Et post*: Non enim te instruere domum tuum voluerunt, sed illum usum provinciæ supplere. Quæ fuit causa, cur tam diligenter nos provinciis ab emptionibus removerent? Hæc judices, quod putabant ereptionem, esse non emptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret in provinciis: intelligebant, si is, qui cum imperio esset, quæ apud quemcunque essent, emere vellet, idque liceret, fore, ut quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, auferret.

24 Emere prohiberi minus est, quam commercium rei, aut alienationem interdici. Emptione prohibita, non interdicitur pignoris capio: alienatione tamen, aut commercio rei interdictis, pignus accipi non potest. Hoc ideo, quod pignoris acceptio, commercii & alienationis species est, *l. 1. §. 2. ff. quæ res pignori. l. ult. C. de reb. alienis non alienandis.*

25 Ratione officii ac Magistratus, *l. 46. §. de contr. empt.* fit interdum à judice. *l. 9. §. 6. ff. de pœnis.* 26 Imo, qui prohibetur emere, prohibetur pignori accipere, *l. 1. §. 2. ff. quæ res pign. l. ult. C. de reb. alien.* quia pignus inutile est creditori, nisi possit id vendere. *l. 4. ff. de pignorat.* 27 Vitiosa pignoratio jus retentionis non tribuit. vitiosa sic cautio non est cautio. ut *l. 6. ff. qui satisd.* 28 Vitiosus & inutilis contractus jus hypothecæ non tribuit. 29 Imo, retentioni locus est. *l. 1. in fin. princ. ff. eod. l. 8. C. de pignorat.* 30 *l. 2. ff. de distr. pign.* Idem est, si emit à creditore. *l. 59. §. 1. ff. mandati. l. 1. in pr. C. de dolo.* 31 *l. 1. in fin. C. de dolo.* 32 Persuadet facile filio suo pater, *l. 22. ff. de ritu nuptiar.* ut & patronus liberto. *l. 1. §. 5. ff. quarum rerum actio.* Goth. Intellectum vide apud Joann. Decher. *lib. 1 differt. 11. n. 51.* Anf. 33 Nec metuere debeat ex hoc, &c. *Ha'oand.* 34 Sed fola reverentia, v. *l. 22. ff. de ritu nupt.* quæ fola metum non arguit. 35 Scribens instrumentum obligationis rei suæ, obligationi ejus consentire videtur, etiamsi filius sit, qui patre id jubente faciat.

36 Imo, contractui pignoris non obest, quod debitor testamentum creditoris, in quo se emisse pignus expressit, signasse proponitur, *l. 39. in fin. ff. de pignor.* Ita qui divisioni bonorum intereft velut testis, repudiare jus non censetur, quod in illis bonis sperat, aut sperare potest. *l. 34. §. 2. ff. de legat. 2.* 37 Sed ab heredibus empta aliunde: Hinc collige, defunctum res heredis pignorare posse. 38 Subrogata res rei pignoratæ ab alio, quam à pignorante, non censetur obligata, nisi ex ipsa re pignorata suum ortum habuerit. 39 *l. 13. ff. eod.* 40 Cur minoris vendidit? Forte quia minoris vendebantur servi vincti, quam non vincti. Ulp. *l. 8. §. 11. l. 43. ff. de fidejuss. libert.* ubi dixi: adde Paul. *4 sent. 12. §. 4.* Cur minoris? quia deterioris conditionis erant, quam qui non vincti: enim vero manumissi non Cives omnino, sed Dediticii fiebant. Gaius *1. tit 1. §. 4. l. un. C. de dedit. libert. §. 3. Inst. de libert.* 41 Aquilia & ad exhibendum, *l. 7. §. 4. ff. de dolo. l. 9. ff. ad exhibendum.* in factum etiam. *v. l. 5. in fin. l. 17. ff. ad l. Aquil. l. 3. ff. de condict. triticar.* 42 *l. 5. §. ult. ff. ad l. Aquil. d. l. 3. in fin. ff. de condict. triticar.* 43 Ad id quantum. *Hal.* Quoties æstimandum est id, quod interest actoris, ejus tantum damni ratio habetur, quod revera abest, quod rei cohæret, ut Rogerius dixit, quod rem comitatur, quod circa rem consistit, & ut Græci interpretantur ad *l. 21. §. 3. ff. de act. empt.* τὸ δι' ἀκριβοῦς ἐξ ὅλων τῶν παρεγομένων, non ejus, quod venit, aut venire potuit extrinsecus. Cuj. 8 *ad Afric. fol. 189. in fin.* 44 Pignoratum servum creditoris debitor vincire non potest, ut creditori noceat: merentem potest, *ut hic. & d. l. 5. l. 17. d. l. 3.* 45 Mens debitoris servum pignoratum vincientis, aut coërcentis spectanda est. 46 Conditionalis nomine, *Hal.* conditio fuit, *lego Titio centum, si juris sui effectus fuerit.* 47 Legati conditionalis nomine recte exigitur cautio, & pignus accipitur, *ut hic. & l. 1. §. 14. l. 5. §. si dies, aut conditio. l. 15. ff. ut legatorum.*

48 Alterutro casu filius factus est sui juris. 49 Id est, filio sui juris facto, patris morte, vel sui emancipatione. 50 Quia conditio extitit, sub qua illi legatum est. v. *l. 18. ff. de reg. jur.* Ex contractu patri in adventitiis filii interposito, utilem actionem filio competere hinc etiam colligunt.

51 Legatum relictum est Titio filiofamilias sub conditione: in id legatum pignus accepit pater: filiofamilias morte patris, vel emancipatione sui juris facto, conditio legati extitit: Duæ quæstiones hic oriuntur: Prima, cui id legatum adquiratur? Altera, an pignus, de quo diximus, filio sit quæsitum, si legatum ei adquiratur? Quod ad primam quæstionem attinet, legatum Titio adquiritur, quoniam tempore conditionis legati, sui juris fuit, *ut hic. & l. 5. C. de condit. insertis. l. 14. in fin. ff. quando dies leg. l. 18. ff. de reg. jur.* In legatis, statum filii tempore conditionis legati inspicimus, ut si eo tempore sui juris fuerit, sibi adquirat: sin minus, patri: licet in stipulationibus factis à filiofamilias sub conditione, filiofamilias facto sui juris tempore conditionis, utilitas stipulationis adquiratur patri, non filiofamilias; quoniam in stipulationibus, non tempus conditionis, sed quo contrahimus, inspicimus, ut dixi ad *l. 78. ff. de verb. oblig.* Quod ad *alteram quæstionem* attinet, respondetur, ad pignus à patre acceptum, nullam ejus filio Titio actionem competere. At legati commodum transit in ipsum filium: legati ejus nomine pignus acceptum est: Igitur & pignoris persecutio danda fuerit ipsi Titio? Verisimile est, ideo pignoris persecutionem Titio non competere, quod pater sibi non filio pignus acceperit: sibi accepit, cum putaret legatum sibi adquiri posse: qua spe falsus, & morte vel emancipatione filii pater jure proprio pignus accepit: filius jure alio, proprio pignus persequitur. Ita hypotheca per patrem accepta proprio nomine, filio non prodest, qui jure suo nititur. Atqui quod in re filii pater stipulatur, non sibi sed filio adquirit. *l. 1. l. 2. C. quando ex facto tutoris.* Respondeti potest: hoc jure, patribus fuisse adquisita, quæ per filios quærebantur: novo jure, patres jus tantum adminiftrationis in bonis filiorum consequi, ut in specie hujus legis defendi possit, pignoratitiam competere filio ex patris stipulatione, aut pignoris acceptione. 52 Filio emancipato. Quid ita? quia nunc demum tenuit, cum extitit conditio.

53 *Generale plenius* extenditur ad ea quæ post obligationem adquisivit ipse debitor: at non ad ea quæ post eandem obligationem adquisivit ipse heres aliunde, quam ex bonis defuncti auctoris. *l. 1. in princ. ff. eod. l. 15. ff. eod.* Quid, si defunctus bona sui heredis obligavit? Quidam putant, debitorem scienter bona heredis (utpote aliena) obligare non posse: neque eam obligationem editione heredis confirmari. *arg. l. rem alien. 41. ff. de pignor.* Alii putant, heredis bona ea obligari, quæ tempore obligationis à defuncto contractæ, & post aditam hereditatem adquisiverit: at non ea quæ jacente hereditate adquisivit: quia id genus obligationem, neque testatoris, neque heredis fuerit: Nam jacente hereditate nondum est heres. Alii putant, heredem adeundo pignus rerum suarum à defuncto contractum confirmare, quod est verius, *l. si fundum. 16. §. 1. ff. eod.* nisi facto inventario heres fuerit: tunc enim ultra vires hereditatis non obligatur. *l. ult. C. de jure deliberandi.*

54 Id est, quilibet generaliter bona sua obligare

Si

poteft: sed tamen hujusmodi obligatio non porrigitur ad bona heredis. 55 Quam ex re testatoris. 56 Id est, si mancipia pignorata sunt. 57 Imo ancillæ pignoratæ partus non est pignori. *vers. cæterum. ff. eod.* Respondeo, ut partus pignori censeatur esse creditori, partum fuisse conceptum apud debitorem sufficit: Nam si apud alium peperit, & concepit (hoc enim postremum verbum huic legi nostræ in fine adjiciendum est) pignoratæ ancillæ hujusmodi partus non est pignori creditori: cum ejus sit, apud quem & conceptus & editus sit. Nullo denique tempore fuit in bonis debitoris hujusmodi partus. Cæterum venditæ ancillæ partus quoque una cum matre venditus emptoris fit. *l. ult. ff. de adquir. rerum domin. l. 12. C. de rei vindic.* 58 *l. 13. ff. eod. l. 1. ff. de Salvian. l. 1. C. de partu pign. l. 18. §. 2. ff. de pignoratit.* 59 Adde *l. 7. ff. in quibus causis pignus.* 60 Hoc est, si apud debitorem saltem partus conceptus est. *l. 1. C. de partu pignoris. l. 18. §. 2. ff. de pignor. act.* 61 Et conceperint. 62 Et ita interiisse pignus videtur. *Goth.* Vide *l. fin. ff. eod. l. 21. ff. de pignorat. act. l. 8. ff. quibus mod. pign. vel hypoth.* Anf.

63 Cur convalescit pignus? quia hujusmodi extructio fecit ne res interiisse videatur, sed eam renovat restituitque potius. *l. 15. §. 2. ff. eod.* 64 *l. ult. ff. eod.* Imo, non perseverat, quia ædibus legatis exultis ususfructus perit. *l. 5. §. 2. ff. quibus mod. usufr.* Jus usufructus fragile est, nec restituitur facile. 65 *Superficies* jus soli sequitur: id est, ejus conditionis est superficies, cujus est solum: si solum, areave pignorata est, superficies quoque pignorata intelligitur.

66 *l. 21. ff. de pignoratitia.* 67 Pignoratus fundus una cum jure suo pignoris transit in emptorem. 68 Atqui bonæ fidei possessor est: Is autem si insulam pignoratam emit impensas non deducit. *l. 44. in fin. ff. de damno.* adde *l. 6. l. 8. ff. eod.* Distinguendi sumptus: ibi, de sumptibus refectionis: Hic, de sumptibus novi ædificii agitur. 69 An & mala fide? vide *l. 38. ff. de petit. hered.* 70 Imo aliter: quippe emptor sumptus in domo pignorata factos, adversus creditorem hypothecaria agentem non servat etiam ædium retentione. *l. 44. §. damni. ff. de damno.* An dicemus emptorem illa lege, malæ fidei fuisse? An potius jus strictum id esse, ut sumptus non repetat? An illa lege emptor ædificii, pretio, quod numeravit, decidet: hic autem expensas in ædificio factas servabit? An potius dicendum, ibi sumptus refectionis non præstari possessori à creditore, cum eos repetere possit à venditore: hic autem novæ extructionis sumptus repetere etiam à creditore, cum sine his sumptibus, nullius utilitatis pignus habeat creditor? 71 Aliud in refectione. *l. 44. in fin. ff. de damno.* 72 Vide *l. 10. ff. de institoria.* Goth. Contra *l. 44. §. 1. vers. cur ergo. ff. de damno infecto.* Sed ibi fciens emerat rem alienam, hic ignorans. S. L. 73 Id est, fervum ipsum, qui promisit. Hinc collige: Generali sermone personam loquentis contineri, *l. 53. in fin. ff. de act. empt.* vide *l. 30. in fin. ff. locati. l. 18. C. de solut.* ut hic fervus, qui omnia bona domini obligat, ipsum quoque obligare intelligitur. facit *l. 10. ff. de distr. pignor. l. 17. ff. de evict.* 74 Imo is, qui loquitur, non continetur, *l. 53. in fin. ff. de act. empti.* unde vafallus non cogitur juvare dominum (licet ei fidelitatem adverfus omnes promiserit) contra feipfum: An saltem contra patrem, filium & descendentes? Durum fuerit id in vafallo exigi. v. *l. 30. C. de fideic. l. 6. l. 7. l. 8. ff. eod.*

75 Periculum pignoris est, si perimitur, si debitor fiat non solvendo: si pignus ipsum evincitur. 76 *Pignora nominis venditi*, ea pignora sunt, quæ nomine vendito continentur: quæ denique obligatia fortis causa in ipso nomine comprehensa: Ne alioqui putes cum Accursio, nomen pignoratum.

77 Imo, ad debitorem. *l. 21. §. 2. ff. eod.* Solve: est debitoris, quamdiu pignoris ipsius dominus est. 78 Etiamsi nondum solvit venditori pretium. *l. 68. ff. de evictionib.* 79 Tacite sc. multo magis si expresse id conventum sit: & sic intellige *d. l. 68.* 80 Facit *l. 4. §. de hered. vendita.*

81 Pignus vendens creditor, evictionem pignoris non præstat emptori nisi pignus ipsum fuit sibi non esse obligatum. adde *l. 50. l. 60. ff. de evictionibus. l. 11. §. sententiam. ff. de act. empt. l. 2. C. creditorem evict. pignor. non debere. l. etsi 10. ff. de distr. pignor.* 82 *Vectigalis fundus*, ex quo vectigal certis temporibus præstatur. v. *ff. tit. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius. l. 71. §. si fundus. §. sed etsi. ff. de legat. 1.* Goth. Vid. ad intellect. hujus l. Surd. *decis. 286. n. 5.* Alex. *vol. 2 conf. 38. Dec. conf. 320. num. 3.* Anf. 83 Vectigalis fundus seu emphyteuticarius plerunque ea lege dabatur, *ut nisi certo tempore vectigal domino solutum esset, fundus ad dominum rediret.* 84 Vectigalis fundus pignori dari potest, *ut hic.* ut & superficiarius. *l. 13. §. 3. ff. eod.* Quod generale in iis, qui utile dominium habent feudis excepta. *c. 1. de prohibita feudi alien. per Fridericum.* 85 Vectigalis, id est, emphyteuticarius fundus potest etiam non requisito domino (non idem est in feudo, *c. 1. de prohibita feud. alien. per Frideric.* ac quamvis à feudo ad emphyteusim argumentum ducatur, non licet tamen a juribus feudalibus argumentari ad correctionem juris communis) pignorari, *l. 16. in fin ff. de pign.* nisi res emphyteuticaria in eam quantitatem pignoretur, ut ejus in posterum luendæ, id est, liberandæ nulla fit amplius spes, *l. 101. in pr. ff. de legat. 3.* vel nisi emphyteuta pacto prohibitus sit rem obligare: tunc enim ea in re constituere pignus prætorium vel judiciale non potest. *arg. ff. eod.* An vero res vectigalis potest pro executione rei judicatæ capi, & creditori adjudicari? Potest: salvo tamen jure domini. vide *l. 15. §. 26. 27. ff. de damno infecto. Ripensis.* 86 Census, seu vectigal fundi, per alium quoque solvi potest. 87 Potest igitur per creditorem coloni mora purgari ipsi domino fundi vectigalis. 88 Num eo casu sententia præcise requiritur? 89 Resoluto jure tradentis, resolvitur jus accipientis. Idem dicendum, quoties resolvitur contractus ex *l. 2. C. de rescind.* tunc enim jus patrono quæsitum pro laudimiis resolvitur: Idem est etiam, quando rediment. bus nobis ex veteri pacto retrovendendi, ab initio adjecto, resolvuntur hypothecæ. vide Molin. 8 *consuet. 21. num. 45.* 90 *Inducuntur* servi, *ff. eod. in fin. Invehuntur* res mobiles majores, vehiculis, *Importantur*, quæ dorso gestari possunt: *Asportantur* autem in prædio, quæ è terra oriuntur: ibi *parantur*, quæ neque è terra producta, neque inducta, invecta vel importata, sed quæ labore vel industria ibidem parta, quæstinque. Et hæc differentiæ sunt inducti, invecti, importati, nati in prædio, parative. 91 *Actor*, qui & *villicus* servus, *ff. eod.* cui servi adsignantur culturæ necessarii: cum quo servi ad culturam mittuntur. *ff. eod.* 92 Vicarii servi adtributi actoribus, ac villicis, *Vicarius* est servus servi. 93 *V. l. 17. §. 7. ff. de action. empt. l. 7. ff. tit. prox. l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. l. 41. §. 6. ff. de legat. 3. l. 25. ff. de pecul. l. 40. ff. de religiosis. arg. ff. eod.* An vero res vectigalis potest pro executione rei judicatæ capi, & creditori adjudicari? Potest: salvo tamen jure domini. vide *l. 15. §. 26. 27. ff. de damno infecto. Ripensis.* 86 Census, seu vectigal fundi, per alium quoque solvi potest. 87 Potest igitur per creditorem coloni mora purgari ipsi domino fundi vectigalis. 88 Num eo casu sententia præcise requiritur? 89 Resoluto jure tradentis, resolvitur jus accipientis. Idem dicendum, quoties resolvitur contractus ex *l. 2. C. de rescind.* tunc enim jus patrono quæsitum pro laudimiis resolvitur: Idem est etiam, quando rediment. bus nobis ex veteri pacto retrovendendi, ab initio adjecto, resolvuntur hypothecæ. vide Molin. 8 *consuet. 21. num. 45.* 90 *Inducuntur* servi, *ff. eod. in fin. Invehuntur* res mobiles majores, vehiculis, *Importantur*, quæ dorso gestari possunt: *Asportantur* autem in prædio, quæ è terra oriuntur: ibi *parantur*, quæ neque è terra producta, neque inducta, invecta vel importata, sed quæ labore vel industria ibidem parta, quæstinque. Et hæc differentiæ sunt inducti, invecti, importati, nati in prædio, parative. 91 *Actor*, qui & *villicus* servus, *ff. eod.* cui servi adsignantur culturæ necessarii: cum quo servi ad culturam mittuntur. *ff. eod.* 92 Vicarii servi adtributi actoribus, ac villicis, *Vicarius* est servus servi. 93 *V. l. 17. §. 7. ff. de action. empt. l. 7. ff. tit. prox. l. 35. §. 3. ff. de hered. inst. l. 41. §. 6. ff. de legat. 3. l. 25. ff. de pecul. l. 40. ff. de religiosis. l. si nudum pertetua. 10. C. de religiosis.* 94 Imo & qui temporis causa adcommodati. *arg. l. 4. ff. de instructo. l. 39. §. 1. ff. de auro.* Dixi ibidem, emendavi.

Si pignus detur adjecto.

XXXIII. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

IS, qui promisit *tibi aut* 95 *Titio*, solutum quidem Titio repetere non 96 potest, sed pignus ei datum, & 97 ante solutionem recipit 98.

De taberna. 1. De epistola non signata, & sine die, & Consule. 2. De hypotheca generali, & pecunia postea mutuo accepta.

XXXIV. SCAEVOLA lib. XXVII Digestorum.

CUm tabernam debitor creditori pignori dederit, quæsitum est, utrum eo facto nihil 99 egerit, an tabernæ 100 appellatione merces 1, quæ in ea erat, obligasse videatur 2? & si eas merces per tempora distraxerit, & alias comparaverit, easque in eam tabernam intulerit & decesserit, an omnia, quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere possit, cum & mercium species mutatæ sint, & res aliæ illatæ? Respondit: Ea 3, quæ mortis 4 tempore debitoris in taberna inventa sunt, pignori obligata esse videntur. §. 1. Idem quæsiit, cum epistola 5 talis emissa sit: Δικαιοπάτωρ Φιλήμονι τῷ συνδούλῳ πλεῖστα, παρακελεύσει σε, μὴ βεβαιωτῆναι ἀλλ' ὑποθήκῃ παρ' ἐμοῦ λαβεῖν· οἶδας γὰρ ἀκριβῶς, ὅτι οὐ πιστὴν, οὐ δὲ καλοὶ μὲν ἐσθῆτι καλλίχροιαι, ἢ σοι οὐ πρὸς βλάπτουσιν ἀνθρώπου ὄντες εἰσίν. Id est, *Mutuatus abs te quingentos denarios, rogavi, ne sponsorem, sed pignus à me acciperes: exalte enim, & pro certo nosti, nemini* 6 *alii tabernam. servosque meos, quam tibi esse obligatos, & quod tanquam honesto viro fidem habueris*: an pignus 7 contractum sit? an vero [ea] epistola nullius momenti sit, cum 8 sine die & Consule sit? Respondit, cum convenisse 9 de pignoribus videtur, non idcirco obligationem pignorum cessare, quod dies 10 & Consules additi vel tabulæ signatæ 11 non sint. §. 2. Creditor pignori accepit à debitore *quidquid in bonis* 12 *habet, habiturusve esset*: Quæsitum est, an 13 corpora pecuniæ, quam idem debitor ab alio mutuam accepit, cum in bonis 14 ejus facta sint, obligata creditori pignoris esse cœperint? Respondit, cœpisse.

De insula combusta & restituta.

XXXV. LABEO lib. I Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI insula, quam tibi ex pacto convento licuit vendere, combusta 15 est, deinde à debitore suo 16 restituta; idem in nova insula juris habes.

95 Adjecto solùm quidem potest, *l. 38. l. 95. §. 5. 6. & ff. de solut.* nec tamen possunt ei obligari bona, aut pignori dari.

96 Adjecto pignus dari non potest: quin, datum revocatur.

97 Multo magis post solutionem.

98 Imo non recipit: Nam inutiliter promissa, pignore accepto, retentione servamus. *l. 4. C. de usur.*

99 Cur nihil egisse videri possit? An quia taberna, de qua hic agitur, aut in solo publico posita est: aut de publico conducta: ut ejus generis tabernam pignori obligare non possis magis quam res ipsas, quæ vere publicæ sunt. *arg. l. 32. ff. de contrab. empt.* An potius quia taberna tantum hic pignori data intelligitur: nec taberna cum instrumento: quæ si ita pignorata esset, nullum dubium foret merces tabernæ quoque pignoratas. *arg. l. 7. l. 12. l. 15. l. 23. ff. de instruct.*

100 Taberna pignorata, hæc una pignorata intelliguntur, merces tabernæ præsentes & futuræ, sive de novo emptæ, sive in venditarum locum substitutæ, *ut hic.* Imo substitutæ pignori esse non videntur, nisi dictum sit. *l. 26. in fin. ff. eod.* An dicemus hic merces mutatas esse ab ipso debitore, non ab ejus herede? An potius mutatione individuorum, universitatis corpora (ut est taberna ob id non mutata intelligi. *arg. l. greg. 13. ff. eod. l. peculium. 65. ff. de legat. 2?* 1 Imo merces non videntur pignoratæ. *arg. l. 32. §. 2. ff. de usufr. legato.* Num dicemus in legatis strictam nos rationem sequi: in pignoribus uberiorem? Atqui rursus dixeris, generali obligatione supellectilem non videri obligatam. *l. 6. ff. eod.* Aliud supellex, aliud merx est. 2 Si quidem merces reddunt tabernam instructiorem. *l. 185. ff. de verborum significatione.* Goth. Vide quæ notat Bart. *in l. generali. §. 1. ff. de usufr. legat. Covarr. lib. 3 variar. cap. 10. n. 46.* Alciat. *lib. 9 dis. c. 17.* Anf.

3 *Tabernam* qui pignorat, ipsas etiam merces pignorat: Moritur debitor: num in merces, quas vivus vendidit, creditor jure pignoris agere potest? non potest, *ut hic.* At forte ad earum pretium aget? Quidam ita putant, quod in universitate pretium succedit loco rei. *l. 70. in fin. ff. de legat. 2. v. Ripens. ad l. 1. ff. eod. n. 8. 9.* 4 Quid ita? cum legato *omnium rerum, quæ in domibus erunt*, non debeantur omnia quæ in domibus reperiuntur tempore mortis testatoris, & excipiantur tacite merces, *l. 32. §. 2. ff. de usufr. legat.* & supellex generali pignoratione non contineatur. *l. 6. ff. eod.*

5 *Epistola* potest pignus contrahi: v. quæ scripsi ad *l. 17. ff. de jure codic. l. 75. ff. de legat. 2.*

6 Id est, honesto & gravi homini. *Hal.* 7 His verbis pignus inducitur, & verba enunciativa per modum causæ prolata dispositionem inducunt. 8 Scriptura privata diem, annum, & signationem, quod contrahentes ipsos & eorum heredes astringat, non exigit: secus fuerit si de jure πρωτοτυπίας seu prælationis in bonis debitoris agetur. *l. 11. C. qui potior.* Bart. quoties enim controversia fit prioritatis, id est, prælationis, tempus probari necesse est. 9 Tacite sc. ex verbis superioribus ex parte debitoris: ex parte vero creditoris, litterarum acceptatione. Is autem literas accepter, qui eas retinet. *v. leg. 16. ff. de SC. Macedon.* 10 *Epistola* sine die & consule ad contrahendum pignus valet: ex ea tamen jus πρωτοτυπίας non confertur, *arg. l. scripturæ. C. qui potior.* v. quæ scripsi ad *l. 2. §. diem autem & consulem. ff. testam. quemad. aperiantur.* v. Mathesilanum, *sing. 43.*

11 Epistola pignus utiliter contrahitur, etsi non sit signata. 12 Vide *l. 5. in pr. ff. eod.*

13 Qui *quæ in bonis habet habiturusve est*, obligat, etiam eam pecuniam obligat, quam mutuo accepit, cujus per mutuum factus est dominus, *ut hic. & l. 2. de reb. cred.* Quid? in illis corporibus pecuniæ quæ extat, num præfertur is qui eam dedit? an potius anterior creditor? an potius simul admittentur? Anterior præfertur: Nam jure singulari depositoribus id privilegii datum est. *l. 24. §. 2. ff. de reb. auct. jud. possid. l. 7. in fin. ff. depositi.* 14 Et recte *in bonis*: Nam in mutuo pecunia fit accipientis mutuum. adde *l. 7. in fin. ff. qui potior.* 15 V. *l. 29. §. 2. ff. eod.* 16 *Al.* tuo.

TIT. II.

IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA TACITE [1] CONTRAHITUR [2].

Ob ædificii restitutionem credita vel redemptori submINISTRATA pecunia pignus tacite contrahitur.

I. PAPINIANUS lib. X Responsorum.

SEnatusconsulto, quod sub Marco 3 Imperatore factum est, pignus 4 insulæ creditori datum 5, qui pecuniam ob restitutionem 6 ædificii 7 exstruendi mutuam dedit, ad eum quoque 8 pertinebit 9, qui redemptori 10, domino mandante, nummos ministravit.

Ob locationem urbani ædificii invecta & illata tacite pignori sunt.

II. MARCIANUS lib. singul. ad formulam hypothecariam.

POmponius lib. XL Variarum lectionum scribit, Non 11 solum pro pensionibus, sed & si deteriorem 12 habitationem fecerit culpa sua inquilinus 13, quo nomine ex locato cum eo erit actio, invecta & illata pignori erunt obligata.

1 VIII C. XV. *Περὶ τῶν συνεπῶς ὑποκειμένων ἐνεχύρων τε ἢ ὑποθηκῶν. Eclog. 25. tit. 3.* tacite, id est, silentio. *l. 51. in princ. ff. locati.* juris potestate, *l. 13. §. 2. ff. de hered. inst.* & justa præsumptione legis, *l. ult. C. eod.* tacitam enim hypothecam lex inducit aut præsumit, *l. 3. 4. ff. eod. l. 3. C. eod.* nam alia hypotheca manifestaria est, alia tacita. Cujac. *hic. & C. eod.* Tacita est igitur quæ à lege inducta, etiamsi lex eam expressam appellet, etiamsi lex velit eam hypothecam eandem vim obtinere quam fortitur hypotheca instrumento aliquo comprehensa. Idem dixeris, si verbis fictionem significantibus inducta sit hypotheca. *l. 7. ff. eod.* Quid, potestne testibus probari tacite hypotheca? directo non potest, sed oblique tantum, *Bald. in l. conventionalis. in fin. C. de episcopis.* 2 *Et de effectu taciti pignoris.* id huic titulo addendum. 3 Divus Marcus, *l. 24. §. 1. ff. de re auct. jud.* oratio divi Marci. *l. 52. §. 10. ff. pro socio.* 4 Tacitum scil. hoc enim titulo de pignore tacito agitur.

5 Quo plures essent qui ad refectionem domuum (quas refici publice interest,) mutuo darent. *l. 46. ff. de damno.* 6 *Ut l. 25. ff. de reb. cred.* refabricationem. *l. 5. C. de ædific. privat.*

7 Vel ædificiorum. *d. l. 25.* 8 Secundus casus est privilegii dati mutuanti ad refectionem domus: nam prior ad eum qui domino, secundus ad eum qui redemptori pecuniam numeravit, pertinet, *ut hic.* Tertius (hic enim addi potest) ad eum qui ultro ædificat cessante domino. vide *d. l. 25. & l. 5. C. de ædific. privat.* 9 Cur pertinebit? nihil interest, domino, an redemptori ædificii, mandante domino ob restitutionem ædificii credi pecunia numeretur. Qui mandat numerari, ipse accepisse intelligitur. *l. 48. §. 1. ff. mandat.* Tacitum jus hypothecæ & privilegium exigendi, non definit esse privilegium, cum ita extenditur. Ob restitutionem denique ædificii mandatum fuisse hic præsumimus: ut ex responsionis qualitate, quæstionis qualitatem colligimus: ut ne novum sit, ab una persona ad aliam privilegium extendi: & præsumi mandatum, in eam nominatim causam, ut ædificium restitueretur.

10 Redemptor, qui cæmentis suis ædificat. *l. 39. ff. de rei vind.* Redemptori ædificii qui domino mandante mutuum dat, domum sibi obligatam habet: eamque si pro satisfactione adprehendere velit, reliquos creditores vincet. 3 Harm. 5. §. 37. 11 Id est, invecta non tantum tacite obligantur pro pensionibus, sed & pro quovis alio damno per conductorem dato.

12 *l. 25. §. 3. ff. locati.* 13 Urbani ædificii.

Item horrei, diversorii & areæ.

III. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

SI horreum 14 fuit conductum vel diversorium 15, vel area: tacitam conventionem de invectis illatis, etiam 16 in his locum habere, putat Neratius: Quod verius est.

De prædiis urbanis vel rusticis. 1. De stabulis.

IV. NERATIUS lib. I Membranarum.

EO jure utimur 17, ut quæ in prædia urbana *inducta* 18 *illata* sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite convenerit: In rusticis prædiis contra 19 observatur. §. 1. *Stabula* 20, quæ non sunt in continentibus ædificiis, quorum prædiorum ea numero habenda sint, dubitari potest? Et quidem urbanorum sine dubio non sunt, cum à cæteris ædificiis separata sint. Quod ad causam tamen [talis] taciti pignoris pertinet, non 21 multum ab urbanis prædiis differunt.

De eo qui gratuitam habitationem accepit à conductore. 1. De obligatione pignoris pro parte debiti. 2. Si debitor rem fidejussoris pignoraverit.

V. MARCIANUS lib. singul. ad formulam hypothecariam.

POmponius [libro XIII 22 Variarum lectionum scribit], Si 23 *gratuitam* 24 habitationem conductor mihi præstiterit, invecta à me domino insulæ pignori 25 non 26 esse. §. 1. Item illud, inquit, videndum est, voluntate 27 domini induci pignus ita posse, ut in partem 28 debiti sit obligatum. §. 2. Si quis 29 fidejubeat, cum 30 res illius à debitore, pro quo fidejussit, pignori data sit, bellissime intelligitur 31, hoc ipso quod fidejubeat, quodammodo mandare res suas esse obligatas. Sane si postea sint ejus res hypothecæ datæ, non erunt obligatæ.

Manumissio *servi tacite ob pensionem obligati valet.*

VI. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

LIcet in prædiis urbanis tacite solet 32 conventum accipi, ut perinde 33 teneantur *invecta & illata*, ac si specialiter conveniisset: certe liberrati 34 hujusmodi pignus non officit: Idque & Pomponius probat: ait enim, manumissioni 35 non officere ob habitationem 36 obligatum.

De fructibus fundi locati. 1. De illatis vel inductis.

VII. POMPONIUS lib. XIII ex variis Lectionibus.

IN prædiis rusticis fructus 37 qui ibi 38 nascuntur, tacite 39 intelliguntur pignori esse domino fundi locati, etiam 40 si nominatim 41 id non convenerit. §. 1. Videndum est, ne non omnia illata, vel inducta: sed ea sola, quæ, ut ibi sint 42, illata fuerint, pignori sint? Quod magis est.

De Antichresi tacita.

VIII. PAULUS lib. II Sententiarum.

CUm debitor gratuita 43 pecunia utatur 44, potest 45 creditor de fructibus rei sibi pigneratæ ad modum 46 legitimum usuras retinere.

Manumissio servi tacite ob pensionem obligati valet.

IX. IDEM lib. singul. de Officio Præfecti Vigilium.

EST differentia 47 obligatorum propter 48 pensionem 49, & eorum

14 Taciti pignoris jus videbatur non pertinere ad res invectas in horreum, diversorium, vel aream: quod jus id datum sit in res, quæ invectæ in prædia urbana. *l. 6. ff. eod.* Nihil autem horum videatur prædium urbanum, aut habitatio urbana: Nam *horreum* fructibus condendis; aut mercibus custodiendis comparatum est: *diversorio*, ad tempus, raptim ac festinanter utimur, ut merito separetur ab habitatione. Cicero *de senectute*: Commorandi autem natura diversorium, nobis dedit, non habitandi. *Area* vero, quæ sine ædificio est, habitatio non est: nam sine ædificiis non est habitatio.

15 Diversorium, *Hal.*

16 *l. 5. in fin. pr. ff. ad exhib.* adde *l. 6. §. 2. ff. qui potiores.*

17 *l. ult. C. eod.* consuetudinario sc. nam si exacta ratione quæras, nulla aut exigua differentia erit inter rusticæ & urbanæ prædia. vide Cujac. *ad l. 4. ff. de pact. l. 5. in pr. C. de locato.*

18 Invecta τὰ εἰσηνεγμένα ἐπὶ τῷ χρήσασθαι ἢ ἰσθῆτι, ἢ τοῖς λοιποῖς. Illata, τὰ ἐνσκευασθέντα, οἷον βόες, ἵππος, οἰκέται, ἢ τὰ βιβλία. *Scholia. Synops. Basil. 20. tit. 11.*

19 Jure moribus introducto magis quam ulla ratione. *ut l. eod.* quam enim hic afferunt interpretes, colonum pignus locum etiam habet in iis, quæ in tabulum invecta, licet stabulum hominis non sit habitatio, sed equorum. 21 Et recte, *l. 198. ff. de verb. sign.*

22 V. *l. 17.* 23 In quibusdam veteribus codicibus lex ab hac parte incipit, teste Baldo. *Goth.* Vid. ad hanc l. Neguzant. *de pignor. 2. part. 4. membri num. 6.* Anf. 24 Imo, idem videtur, si non gratuitam habitationem conductor mihi præstiterit. *l. 24. §. 1. l. 53. ff. locati.* 25 *Sub.* propter pensionem: nec enim ullam pensionem debet, qui gratis habitat: (sed propter deteriorationem tenetur. *l. 2. ff. eod.* 26 Imo, res meæ pignori sunt, si conductam domum mihi locasti. *l. 11. §. 5. in fin. ff. de pign.* 27 Id est, *pactione.* Cujac. *ad d. l. 4. ff. de pact.* 28 *l. 5. in fin. ff. de pign.*

29 Res mea apud te est à Titio pignorata, Titii nomine fidejubeo: tacite videor rem meam tibi pignorasse. 30 Aliud erit, si postquam fidejussi, debitor rem meam pignorarit. 31 Fidejubens, mandare intelligitur suas res obligatas esse. Pignori res meas dedisti: postea, pro te fidejubeo: bellissime intelligitur, hoc ipso quod fidejubeo mandare res meas esse obligatas. 32 Tacitum pignus non est, quod creditor subintellexit, sed quod omnes creditores in eadem facti specie subintelligere solent. Est & tacitum, quod usus, lex, consuetudo, vel ita tutum creditori tribuere solet, etiam si nominatim de eo nihil sit conventum. Pignus tacitum est ex legis dispositione & statuti, ut dixi *in rubr.* 33 Taciti & expressi an par sit virtus, *ut in c. expressa de reg. jur.* Datur Senatusconsulto, *l. 1. ff. eod.* præcipitur, lege introducitur. Datur primario donatur vel exemplo alterius, *ut hic, l. 1. C. comm. de leg. l. unic. §. 1. C. de rei uxor. l. 8. in fin. C. de secund. Nupt.* quasi scriptum *d. §. 1.* apud Concenatium 4. q. 8. 34 Tacitum pignus non impedit manumissionem, *ut hic. & l. 9. ff. eod. l. 3. C. de serv. pig. dato.* Comparatur quidem speciali pignori; hoc uno excepto, ut liceat servum manumittere, *ut hic.* favore libertatis id introductum. 35 Libertatis hic est favor, ut generalis, & tacita hypotheca non impediat servi ita nexi manumissionem. Similis est favor funeris in *l. 14. §. 1. ff. de relig.* ubi colonus & inquilinus dicuntur posse funerari ex invectis, & illatis suis, ut si quid superfluum manserit, hoc pro debita pensione teneatur. 36 Id, est, ob pignus tacitum. Sciendum est tamen, servos pecunia pupilli emptos, tacite pignoratos pupillo & eos post tacitam obligationem frustra à quopiam manumitti. *l. 6. C. de serv. pign. dat. manumiss.*

37 Invecta igitur in prædium rusticum numquam pignori fuerint locatori? Fuerint sane: non tacite, sed expressa conventione. qui sensus est *leg. 5. C. de locato.* 38 Aliud igitur in fructibus, aliud in invectis vel illatis. Quid fructus ibi natos, an naturales tantum intelligemus? an & artificiales, seu industria quæsitos? Sic sane, ut hoc postremo casu Jason sit deceptus, & eadem majorve ratio in industria quæsitis est, ut sint pignori locatori, quam in sponte natis ut quæ commodiora ad vitæ usum quam silvestria illa, quæ terra sponte nascuntur: & alioqui restringeretur hoc modo nimio plus jus taciti pignoris. An & fructus ibi nati obligati erunt, si eos ibi esse nesciverit locator? Accursius negat: quod non probo. 39 Hypotheca verbis fictitiis (ut est verbum, *intelligitur, creditur, videtur*) tacite inducta à lege, ficta non est, sed vera, *ut hic.* Quoties enim lex fictitiis verbis utitur in negotio legitimo, quod à lege descendit, toties veritas spectatur, non fictio: vere facit, non facit fictæ. *Butrigar. cons. 20.* 40 *Tacita* est hypotheca, de qua nihil nominatim convenit. *ut l. 4. ff. de pactis.* 41 *l. 24. §. 1. ff. locati.* 42 Perpetuo: non ad tempus. Nam perpetuitatis ratio nobis spectanda: adde quæ scripsi ad *l. 32. in fin. ff. de pignorib.* 43 Non gratuita. Hotom. 1 *obs. 4.* reprehensus à Roberto 1 *recepta.* 14. recte. Cur enim hic ponamus, debitorem non gratuita pecunia uti, & fructus pignoris ad legitimum usurarum modum amittere? Qua, inquam, æquitate & usuras pecuniæ præstabit (id enim est *non gratuita pecunia uti*) & fructus pignoris, ut antea dictum est, amittet? Ut hæc sententia non placet, ita nec quæ sequitur, tametsi à viro doctissimo sit, Cujacio 8 *obs. 17.* tacite id semper videri actum, ut pignoris fructus suos faciat, qui dat alteri mutuum. Quæro enim quemadmodum gratuita pecunia censeri possit, cujus nomine debitor fructus pignoris amittit, ad legitimum usurarum modum? Itaque dicendum magis est, eum qui ab initio gratuitæ pecunia utatur, si in ea solvenda moram fecerit, in id tacite videri consensisse, ut creditor pignoris ejus fructus suos faciat non omnes, sed ad legitimum usurarum modum. Nempe ita fit nonnunquam, ut quæ expressa conventione ab initio gratuita fuerit, ea ex accidenti, & mora debitoris, non sint gratuita, *l. 2. l. 18. ff. de usur.* 3 Harmen. 7. §. 15. Goth. Adde Brisson. *lib. 3 select. jur. cap. 1.* Anf. 44 Ut quia usuras ab eo pactus non sum, vel stipulatus.

45 Jure tacitæ ἀντιχρήσεως id enim vel hic titulus exigit, ita intelligi, qui *de tacitis pignoribus* conceptus est: Nam quoties ager traditur pignori, & nihil dicitur de fructibus, vel usuris, tacite videtur conventa antichresis. v. Cujac. 8 *obs. 17.* 46 Tacita ἀντίχρησις modum usurarum servat, expressa non item. *Cujac.* 47 Major est enim vis specialis, quam generalis pignoris: & major expressi, quam taciti: cum ea, quæ perfossorie, & tacito jure pignorantur, non ita nos obstringant. 48 *Tacitum* est pignus, quod pro pensione obligatum intelligitur: & è contra, expressum, quod ex conventione manifestaria est, *ut hic.* Aut potius conventio manifestarii pignoris hic nihil aliud est, quam pignus speciale: non, propter pensionem generale. Quos servos manifestaria, hoc est, speciali, conventione obligavimus, eos manumittere non possumus: quos inhabitantes, id est, propter pensionem, seu in genere obligavimus, manumittere possumus antequam pensionis nomine servi ipsi sint perclusi, vel præclusi. Præclusio servorum facta agente creditore, aut manu ab eo injecta, servos specialiter nectit obligatque: vim specialis habet pignoris: ideoque manumitti servi hujusmodi non possunt, *ut hic. & l. 6. ff. eod. l. 3. l. 8. C. de servo pignori dato manum. l. 44. §. 7. ff. de legat. 1. l. 66. ff. de furtis.* Præclusos servos intelligimus, statim atque ostium obseratum est, aut jussio eis facta, ne ædibus discederent, neque exigimus, ut in eam partem ædium sint retrusi, unde neque viam ex ostio, vel fenestra spectare possint. Nerva derisus est, in eo quod putaret servum præclusum non videri, cui per fenestras ædium ad viam publicam prospectus esset, compedes aut latumias nescio quas somnians, in queis essent mancipandi servi, specialiter ut nexi viderentur. 49 V. quæ scripsi *ad l. 4. ff. de pignorib.*

rum quæ ex conventione manifestarii [50] pignoris nomine tenentur: quod manumittere mancipia obligata [51] pignori non possumus: inhabitantes [52] autem, manumittimus: scil. [53] antequam pensionis nomine percludamur [54]: tunc enim pignoris nomine retenta mancipia non liberabimus: Et derisus [55] Nerva Jurisconsultus, qui per fenestram [56] monstraverat servos detentos ob pensionem, liberari posse [57].

50 Manifestaria. *Hal. Manifestarium* pignus non ita commode quidam interpretantur expressum pignus, cum nihil aliud sit manifestarium pignus hoc loco, quam speciale pignus: ut hinc directo non sumamus divisionem pignoris in expressum & tacitum, sed in generale & speciale; generale, inquam, quo tacite multa etiam non expressa veniunt: Nam qui res alicujus invectas tacite obligatas habet, non unam aut alteram rem habet obligatam, sed universitatem quandam bonorum. Et alioqui distat longe expressum pignus à speciali: ut plurimum interfit, hic manifestarium pignus accipiamus pro expresso, an pro speciali. Expressum pignus verbis contrahitur, & fit ex conventione, constituitur inter volentes, fit & interdum generaliter: Manifestarium vero hoc pignus, neque verbis semper contrahitur, sed re, puta præclusione, aut manus injectione, *ut hac lege*, non est ex conventione, constituitur invito conductore, in speciem est non generale. 51 Id est, expressim. *Goth.* Imo possumus. *l. 12. C. de distr. pignor.* Aust. Ad hanc l. vid. Cujac. *lib. 17 obs. cap. 39.* S. L. 52 Nam habitationis causa, servi duntaxat tacite obligati sunt locatori. 53 Speciale pignus rem magis afficit, quam generale. Generaliter obligatum servum manumittimus, at non eum, qui specialiter sit obligatus, *l. 6. ff. eod. l. 2. l. 3. C. de servo pignori dato manum. l. 44. §. 7. in fin. ff. de leg. 1. l. 66. ff. de furtis.* Libertatis favor id præstat, ut & alias præstat religionis causa, ut ex invectis, & illatis suis inquilini & coloni funerentur potius, quam pensio ex iis solvatur locatori. *l. 14. §. 1. ff. de religiosis.* 54 Moris erat non solvente inquilino pensionem, aperiri ædes, & describi à publicis officiis res omnes & mancipia, quæ in eas intulisset, *l. 56. ff. locati.* ac deinde ab iisdem officiis obsignari, *l. 20. ff. de injuriis. l. ult. C. Tocud. de admin. tut.* ac præcludi ostium ædium clausтro adhibito vel consepto, quod Græcis illo loco est, ἑλῶν ἀποφραξίων, quo genere videbatur locator ipse detinere mancipia, quæ intulerat, nec jam erat tacitum pignus, sed reale & corporale, & quasi manifestarium: ideoque à præsidiis, & inclusis ædibus jus non erat inquilino eorum mancipiorum manumittendorum. Cujac. *17 obs.* 39. 55 Non insultando sed argumentando, quo modo adnotationem Proculi Celsius derisit, *l. 10. §. 1. ff. de negot.* Cujac. *ibid.* Seneca *10 Controv. 5.* Hoc colore derisus est. 56 Puta in fenestra exhibito aut se offerente servo, & domino dicente, teste populo eum se liberum esse velle, Cujac. *ibid.* 57 Quasi non plene detineantur, quibus pateant fenestræ. Nam si ejus ratio esset vera, non tantum præfigendum esset ostium, sed præfigendæ, & obstruendæ essent fenestræ, & prospectus omnes, Cujac. *ibid.* 58 *Novell. 118. c. 5. in fin.* Goth. Explicationem hujus l. vid. apud Cujac. *lib. 7 obs. 19.* & Bald. *tract. de pign. Rubr. de vi & effect. pign. n.* 8. Anf. 59 Transigendo tacite intelligere videmur, ut ad primævam obligationem deveniatur, si transactioni non stetur.

60 Quis hic contractus? quo tutorum bona pupillis tacite obligata sunt, ob administrationem ipsam tutelæ, *l. pro officio. 20. C. de admiss. tut. l. cum oportet. in fin. C. de bonis quæ liberis.*

Tit. III.

QUÆ RES PIGNORI, VEL HYPOTHECÆ DATÆ OBLIGARI [1] NON POSSUNT [2].

De pupillo. 1. *De filiofam. vel servo, & re peculiari.* 2. *De re quæ non est in commercio.*

1. Marcianus lib. singulari ad formulam hypothecariam.

PUpillus sine [3] tutoris auctoritate [4] hypothecam [5] dare [6] non [7] potest. §. 1. *Si filiusfamilias* pro [8] alio rem peculiarem obligaverit, vel *servus*, dicendum est, eum non teneri, licet liberam [9] peculii sui administrationem habeant: sicut nec donare [10] eis conceditur: non enim usquequaque habent liberam administrationem. Facti [11] tamen [12] est quæstio, si quæratur, quousque eis permissum videatur peculium administrare.

§. 2. Eam [13] rem, quam quis emere non potest, quia [14] commercium ejus non est, jure pignoris accipere non potest, ut D. Pius Claudio Saturnino rescripsit. Quid ergo si prædium quis [15] litigiosum [16] pignori acceperit? an exceptione summovendus sit? Et Octavenus putabat, etiam in pignoribus locum habere exceptionem: Quod ait Scævola lib. III variarum Quæstionum procedere, ut in rebus mobilibus exceptio locum habeat [17].

De pignore dato pro muliere aut filiofamilias contra Senatusconsultum.

II. Gaius lib. singul. de formula hypothecaria.

SI alius pro muliere [18] quæ interfuit, dederit hypothecam, aut pro filiofamilias [19], cui contra Senatusconsultum creditum est: an [20] his succurritur, quæritur? Et in [21] eo quidem, qui pro muliere obligavit rem suam, facilius [22] dicetur, succurri ei: sicuti [23] fidejussori [hujus] mulieris eadem [24] datur exceptio. Sed [& in eo, qui pro filiofamilias rem suam obligavit, eadem [25] dicenda erunt, quæ tractantur & in fidejussore ejus.

De posteriore creditore, qui succedit in locum prioris.

III. Paulus lib. III Quæstionum.

ARisto Neratio Prisco scripsit, etsi ita contractum sit, ut [26] *antecedens* [27] *dimitteretur* [28], non aliter in jus pignoris succedet [29], nisi [30] convenerit, *ut sibi eadem res esset obligata*: neque enim in jus primi succedere debet, qui ipse nihil convenit de pignore: quo casu [31] emptoris [32] causa melior [33] efficietur. Denique si antiquior creditor *de pignore vendendo* cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo omisit, non per oblivionem, sed cum hoc ageretur, *ne* [34] *posset vendere*: videamus, an dici possit, hoc usque transire ad eum jus prioris, ut distrahere pignus huic [35] liceat? Quod admittendum existimo: *sæpe enim [36] quod *quis* ex sua persona non habet, hoc per extraneum [37] petere [38] potest [39].

De tempore cautionis, & tempore numerationis.

IV. Idem lib. V Responsorum.

TItius, cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mævio, cavit ei [40], & quasdam res hypothecæ nomine dare destinavit [41]: deinde postquam quasdam ex his rebus vendidisset, accepit pecuniam. Quæritum est, an & prius res venditæ creditori tenerentur? Respondit, cum in [42] potestate fuerit debitoris, post cautionem interpositam pecuniam non accipere [43], eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata [44] est: & ideo inspiciendum, quas [45] res in bonis debitor numeratæ pecuniæ tempore habuerit.

De filiofam. pignerato.

V. Idem lib. V Sententiarum.

CReditor, qui sciens filiumfamilias à parente pignori [46] accepit, relegatur [47].

1 viii C. xvi. xvii. xxi. xxiv. xxv. *Synopf. Basil. 4. & 3* Harmen *5. §. 27. & seq.*

2 *Et à quibus*: de hoc agitur. *l. 1. in pr. & §. 1.*

3 Quin, utcumque tutoris auctoritas intercedat, non potest pupillus immobilia sua fine decreto magistratus pignorare. *l. 1. §. 2. circa fin. ff. de reb. eorum.*

4 Igitur hypothecam tutoris auctoritate recte dederit pupillus, *ut hic.* multo magis auctore judice, *l. si pupillorum. 7. §. si pupillus. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. 3. C. de pignoribus.* vel patre, *l. ult. C. si adversf. vendit. pignorum. l. 4. C. de alienis reb. l. 1. §. 2. ff. de reb. eorum.*

5 Expresse, *ut hic.* Imo nec tacite: Nec enim obligantur ejus bona tutelæ nomine. *l. ult. C. de leg. tut.* non ejus invecta & illata, si domum conduxerit, ut notant interpretes *in l. item quia. 4. ff. de pactis.* 6 Imo, ne accipere quidem propter metum pignoratitiæ actionis. *l. 38. ff. de pignorat. action.* 7 Imo potest: Nam minor 25 annis mulier dotis promissæ nomine, recte sua bona pignerat expresse vel tacite: ut per contrarium, vir minor 25 annis sua quoque bona recte pignorat expresse vel tacite, ob dotem uxori restituendam: sed & donationis propter nuptias causa, ut adversus Bartolum quinque rationibus defendit Jason *in l. si constante. 24. n. 210. ff. soluto matr.* 8 Hoc est, pro creditore non peculiari, pro eo, qui cum eo nullo modo contraxit, potest alias in rem peculiarem, hoc est peculii sui pignus dare, si liberam peculii sui administrationem habuerit: & ita huic legi concilianda est lex *18. l. 19. ff. de pignoratitia. l. libera. 48. ff. de peculio.* 9 Imo, servus liberam peculii administrationem habens non tantum pignorare, sed & alienare potest. *l. 18. in fin. l. 19. ff. de pignorat.*

10 V. *l. 7. ff. de donationibus.* 11 Facti quæstionem hic interpretamur, non eam tantum, quæ ex verbis manifestissimis apparet, sed quæ ex mente est. *arg. l. 6. §. 1. ff. de verb. signif.* Nam liberam peculii administrationem habens potest etiam donare: sed eum modo, seu temperamento, si nominatim id ei permissum sit. *d. l. 7. §. item videamus. ff. de donat.* Sed & si justa ratione ductus fuerit, *d. l. 7. §. 1.* quasi tacite id actum videatur ut ex justa causa donare possit. 12 *d. l. 7. §. 1.* Liberam administrationem peculii habens, etiam donare potest, si id nominatim sit permissum.

13 V. *l. 9. in fin. ff. de pignorib.* 14 Compendio summo hanc legem ita finimus: Commercio vel alienatione rei interdictis, pignoris dationem prohibitam censeri: *ut hic & l. ult. C. de reb. alienis non alienandis.* (Nam & commercii & alienationis species est pignus. *d. l. ult.*) Emptione autem interdicta rei, non interdictam pignoris capionem, *l. in quorum finibus. 24. ff. de pignorib.* quoniam pignus, species est contractus ab emptione separata, cui neque ut species, neque ut subalternum quiddam subjicitur. Ita potest huic legi conciliari *d. l. 24.* Commentitium enim est quod Accursius putat, re per legem prohibita alienari, ejus rei pignoris capionem interdici: quæ non interdiceretur, si ejus alienatio interdicta esset ab homine. Falsum est quoque quod Jacob. Butrigarius putat commercio interdicto rei, pignori eam rem dari non posse, secus si alienatio sit interdicta: refellitur enim satis *d. l. ult.* Neque placet quoque quod Bartolus putat, rei alienatione prohibita, interdici pignus: secus si persona interdicta sit: Nam a quocunque quis alienare sit prohibitus, idem pignori dare non potest. *dicta lege ult.* 15 *Litigiosa* res sive immobilis, sive mobilis sit, pignori accipi non potest, *ut hic.* nisi in iis causis ex quibus res litigiosæ possunt in alium transferri: puta ex causa necessaria, dotis, donationis propter nuptias, transactionis, legati, divisionis. *l. ult. verf. exceptis. C. de litigiosis. l. peto. 69. §. prædium. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de fundo dotali.* Atque ita huic legi concilianda est lex *18. ff. de rei vindicat.* qua inmitur rem litigiosam posse pignori dari. 16 Litigiosum tamen potest justa ac necessaria ex causa vendi, puta dotis, donationis propter nuptias, divisionis, transactionis, legati: *l. 1. ff. de fundo dotali. l. peto. 69. §. prædium. ff. de legat. 2. l. ult. verf. exceptis. C. de litigiosis:* ut iisdem casibus pignerari posse videatur. 17 Imo non habet: potest enim res litigiosa pignori dari *l. 18. ff. de rei vindicat.* Potest, inquam, pignori dari, sed revocatur pignus. 18 Pignus obligans pro muliere quæ pro alio intercedit, juvatur Velleiano. 19 Pignus obligans pro filiofamilias, juvatur Macedoniano. 20 Et fidejussori mulieris, quæ contra Senatusconsultum Velleianum pro alio fidejubet, datur exceptio ipsi mulieri competens. *l. 6. l. 30. §. 1. ff. ad SC. Vellei. l. 14. C. ad SC. Velleian.* Ita fidejussori filiifamilias, qui adversus senatusconsultum Macedonianum mutuum accepit, competit exceptio ipsius filiifamilias. *l. 9. §. non solum. ff. ad SC. Macedoniano.*

21 Pignus dans pro muliere fidejubente, juvatur Velleiano ut juvatur qui pro muliere fidejussit. Est enim summa cognatio inter eum, qui alieno nomine dat pignus & fidejubet, *ut hic.* Ita pignus & fidejussio fuerit inefficax, si inutili obligationi principali accesserit. 22 Cur facilius succurritur fidejussori mulieris quam filiifamilias? Qui fidejussit pro muliere etiam donandi animo (qua in specie nullum regressum habet adversus mulierem) juvatur Velleiano: quia totam obligationem Senatus improbat, hoc est eam etiam fidejussionem improbat, quæ donandi animo facta est. *l. 16. §. 1. ff. ad SC. Vellei.* Qui pro filiofamilias fidejussit, si donandi animo fidejussit, Macedoniano non juvatur. *l. Sed si paterfam. §. non solum. ff. ad SC. Macedoniano.* Cur tam varie? Ratio quærenda est à constituentium voluntate.

23 Fidejubere, & pignus dare pro alio, paria.

24 Ut exceptio Velleiani prodest mulieris fidejussori. *l. 14. C. ad Vellei.* ita & rem suam pignoranti pro muliere, *ut hic.*

25 Ut Macedoniani exceptio prosit ei, qui pro filiofamilias fidejussit: nisi donandi animo intercesserit. *l. 9. §. 3. ff. de SC. Maced.*

26 Quoties secundus creditor in pignus primi creditoris succedere vult, non satis est, eum stipulari ut sua pecunia primus creditor dimittatur: hoc amplius exigitur, stipulari, ut sibi pignus primi creditoris sit obligatum, seu in illud pignus substituatur, *ut hic.* Quid, si primo licuit ex pacto pignus vendere, secundo non licuit (pacto nimirum in id interposito) & secundus in jus primi creditoris successit, an secundo licebit pignus vendere? licebit: Sæpe enim per alium quis consequitur, quod ex sua persona non habeat, *ut hic.* Jure suo secundus pignus vendere non potest, si pactum fuit ne venderet: hoc jus personam promittentis afficit, non alium. Jure vero primi creditoris, & ut ejus successor, poterit, quia jus illud reale est: hypothecaria in rem parit actionem. *l. 17. ff. de pignoribus.* In rem actiones successoribus cohærent, & ad eos descendunt. Nisi mavis dicere, pactum pignoris non vendendi, jure non omnimodo recipi: quod contra naturam & utilitatem pignoris sit. *l. 4. ff. de pign.* Paul. *2 sentent. 5.* Quo enim pignus, nisi vendere id liceat creditori, debitore ad diem non solvente? Proinde improbata hac conventione, secundus pignus vendiderit, jure alieno, non suo. 27 Id est, qui primus tibi credidit. 28 Pecunia ejus, qui secundo tibi crediderit. 29 Secundus ille creditor.

30 Nam si id actum est, ut subrogatus esset in locum prioris creditoris, in pignus & potestatem vendendi succedet. *Bart.* Hic casus loquens de creditorum ordine facit, ut doctissimus Cujac. *hic.* aberrare suspicetur hanc legem à titulo sequente, *qui potiores in pig.* sed & legem *ult. ff. quod cum eo.* à titulo *de institor.* 31 Id est, tunc enim cum nihil actum est de subrogando secundo creditore in locum prioris, &c. 32 Id est, ejus, qui emit à debitore. 33 Nec enim omnimodo succedunt in locum hypothecarii creditoris hi, quorum pecunia ad creditorem transit, *l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc.* sed & extraneus res debitoris obligatas liberando, numeratam à se pecuniam tantum petere potest, nec earum dominium adipiscitur, *l. 21. C. de pign.* ut merito dicat Accurs. quatuor necessaria esse secundo creditori, ut in locum prioris succedat: Primum, ut conveniat, ut sit res ei obligata: item, ut in locum primi succedat: item, ut in id mutuum det: postremo ut ad primum creditorem pecunia perveniat. 34 Pactum *ne possit vendi pignus*, contra naturam pignoris est. *v. l. 4. ff. de pign.* 35 Ei liceat. *Hal.* 36 Per extraneam personam eæque id habere quis potest, quod ex sua persona habere non possit, *ut hic. & l. 55. ff. de adq. hered. l 74. ff. de cond. & demonstr. l. 10. ff. quem. servit. amitt. l. 22. §. 3. ff. mandati.* 37 Hoc est, ex jure quod habet per extraneum. 38 Al. *habere.* 39 Imo, quod non possum per me, non possum per alium meo nomine gerentem. *l. 8. in fin. ff. de usucap. v. Dyn. in c. potest quis. de reg. jur. in 6.* 40 *Cavere* creditori suo is dicebatur, qui mutuam pecuniam accipiebat. Vetus Horatii commentarius ad eum versum *2 Satyr. 3. Dictantis, quod tu nunquam rescribere possis.* Dictantis aut credentis, quia cum dando dicimus, *Scribe cautionem pro ea pecunia.* 41 Longe aliud est rem destinare (spe futuri crediti) ad hypothecam, & actu ipso rem ipsam hypothecæ subjicere. Qui destinat, potest ante numerationem sibi factam rem destinatam alii vendere in præjudicium creditoris. *l. 1. ff. tit. prox.* Aliud est destinatio hypothecæ, aliud hypotheca ipsa: destinatas res hypothecæ debitor alii vendere potest: at non eas quæ sunt hypothecæ. Res ita venditæ, post destinationem hypothecæ, ante numerationem pecuniæ, non sunt pignori creditori. 42 In debitoris est potestate destinatam mutuo pecuniam, à creditore non accipere: licet ei pœnitere ante numerationem mutui.

43 Quoties sc. gratis pecunia datur, v. *l. 30. ff. de reb. cred.* secus si fit usuris. *Bert. hic.*

44 Tempus numerationis hic spectamus: non destinati pignoris. Mutuum à te accepi: mutuæ conventione res certa tibi pignori à me destinata est: Antequam numerares pecuniam, rem ita destinatam vendidi. Ea tibi pignori non est. Cur non est? quia tempore numerationis in meis bonis non fuit. Ante numerationem licet mihi pœnitere, & à te mutuum non accipere, *ut hic.* Quod satis firmo est argumento, rem integram esse debitori ante numeratam sibi pecuniam: adde quæ scripsi ad *l. 1. ff. tit. prox.* 45 Vide *l. 3. ff. de pign.* 46 Pignori dare filium pater non potest, *ut hic. & l. 1. C. de patrib. qui filios l. 6. C. quæ res pign.* (ut nec obsidem: durior enim est conditio obsidis, quam simpliciter nexi, *arg. l. obsides. ff. qui test.*) ac ne quidem etiam tacite. *arg. l. 2. & passim. C. Ne filius pro patre. l. 12. C. de oblig.* Potest tamen ob nimiam egestatem certis modis filios sanguinolentos seu recens natos vendere. *l. ult. C. de patrib qui filios distr.* 47 Paul. *5 sent. 1. §. 1.* scripsit deportari. *& l. 2. C. Th. de alim. quæ inop. par. de publico pet. deb.* ea res fecit, ut Cujac. ad *5* Paul. *sent. 25. §. 8.* hic legendum moneat, *deportatur.* adde *l. 6. C. eod.*

Tit. IV.

QUI POTIORES [1] IN PIGNORE, VEL HYPOTHECA [A] HABEANTUR, ET DE [2] HIS QUI IN PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

De tempore promissionis, & tempore numerationis.

I. Papinianus lib. VIII Quæstionum.

QUI [3] dotem pro muliere promisit, pignus sive hypothecam de [4] restituenda sibi dote accepit: subsecuta deinde [5] pro parte numerationc, maritus eandem rem pignori alii [6] dedit [7]: mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. Quæreba tur de pignore? Cum ex causa promissionis ad universæ quantitatis exsolutionem, qui dotem promisit, compellitur, non [8] utique solutionum observanda sunt tempora, sed [9] dies contractæ obli-

1 viii C. xviii. xxv. *Eclog. 5.* Potior est autem, qui prior jure ac die. Quid, si duo instrumenta eadem die conscripta reperiantur? vel hoc etiam casu certis indiciis nonnunquam potest colligi, quod eorum prius fuerit. Primum enim ordine naturæ id instrumentum præcessisse dicetur, in quo habitus continebitur: posterius vero id esse in quo privatio.

Secundo, publicum privato anterius præsumemus, *l. scripturæ. 11. C. qui potiores.* Tertio ex horarum diferimine prius & posterius distinguemus. *Soc. in l. 1. ff. soluto.* Ex ordine quoque protocolli deprehendere, quod prius, quodve posterius sit, possumus, *arg. l. si quis ex argentariis. 5. §. si initium. 6. ff. de edendo. l. quoties. 34. ff. de usuff.* 2 8. *C. 19.* 3 Sive pater, sive extraneus. 4 Pignus de restituenda dote accipere possumus, *l. quod autem. 7. §. si uxor. 6. ff. de donat. inter vir. l. res hypothecæ. 5. ff. de pig.* licet fidejussor non possit accipi, *l. 1. C. ne filiejussor. dotium.* Sunt tamen qui illo loco differentiam faciant inter dotem conservandam & restituendam: & priori casu fidejussorem dari non existimant. 5 Dotis restituendæ promissio interdum dotis numerationem præcedit.

6 Potest enim eam acceptam facere. *l. 49. ff. de jur. dot.* 7 *Ut l. pen. ff. tit. prox.*

8 Diversum est *in d. l. pen.* 9 Imo non dies contractæ obligationis: sed numeratæ pecuniæ spectandus est. *l. 4. ff. tit. prox.* Paulo plenius hanc legem retractemus: Promisi dotem pro muliere: Deinde pignus de restituenda mihi Titio dote accepi: postea pro parte dotem numeravi: Mox maritus eandem rem alii, puta Gaio pignori dedit: post hæc residuum dotis numeratum est (quinque tempora hic observanda sunt: promissæ dotis, pignoris accepti pro restituenda dote, dotis pro una parte numeratæ, pignoris ejusdem alii pignori dati, dotis pro residua parte numeratæ,) quæritur de pignore: quis in eo præferatur, Titius an Gaius? Respondetur: Titium potiorem esse. Cur potior? quia promissor dotis statim ad universæ quantitatis solutionem cogi potuerit: in ejus potestate non fuit, ne residuam pecuniam redderet. Si in ejus potestate fuisset, minus dotata mulier videretur. Igitur cum ab initio statim cogi potuerit, diem contractæ obligationis, non solutionum observabimus. Ubi numeratio necessaria est ab initio contractus, *ut hic.* ubi vero voluntaria, numerationis tempus spectamus. *d. l. 4.* Numeratio posterior necessaria trahitur retro: & hypothecam ab initio constitutam potiorem facit hypotheca in medio, seu inter duas medias numerationes constituta. Unde notant ob dotem tacitam, confessamque, bona ab initio ipso hypothecæ esse: idque verum in expressa hypotheca, non in tacita.

obligationis: Nec [probe [10]] dici, in potestate [11] ejus esse, ne pecuniam reliduam redderet [12], ut minus dotata mulier esse videatur. §. 1. Alia [13] causa est ejus [14] qui pignus accepit, ad eam summam, quam intra diem certum numerassет, ac forte prius, quam numeraret, alii res pignori data est.

De priore creditore habente generalem hypothecam, & posteriore habente specialem.

II. IDEM lib. III Responsorum.

QUi generaliter [15] bona debitoris pignori accepit, eo potior [16] est [17], cui postea prædium ex his bonis datur: quamvis [18] ex cæteris pecuniam suam redigere possit. † Quod si ea conventio prioris fuit, *ut ita demum cætera* [19] *bona pignori haberentur, si pecunia de his quæ generaliter* [20] *accepit, servari non potuisset*: deficiente secunda [21] conventione secundus creditor in pignore postea dato non tam prior quam solus invenietur.

De novatione. 1. De prædio oppignerato, antequam possideatur, uni & rei alii. 2. De pacto ut rem vendere liceat, & de parte rei pro indiviso pignerata.

III. IDEM lib. XI Responsorum.

CReditor acceptis pignoribus, quæ secunda conventione secundus [22] creditor accepit, novatione [23] postea facta [pignora] prioribus addidit [24]: Superioris temporis ordinem manere [25] primo creditori placuit, tanquam in suum locum succedenti.

§. 1. Cum [26] ex causa mandati prædium Titio, cui negotium fuerat gestum, deberetur [27], prius [28] quam ei possessio traderetur, id pignori dedit [29]: post traditam possessionem idem prædium alii denuo pignori dedit: Prioris causam esse potiorem apparuit, si [30] non creditor secundus pretium ei qui negotium gesserat, solvisset: verum in ea quantitate, quam solvisset, ejusque usuris, potiorem fore constaret: nisi forte prior ei pecuniam offerat: Quod si debitor [31] aliunde pecuniam solvisset, priorem præferendum.

§. 2. Post divisionem regionibus [32] factam inter fratres convenit, *ut, si frater agri portionem pro* [33] *indiviso pignori datam, à creditore suo non liberasset, ex divisione quæsita partis partem dimidiam alter distraheret* [34]: Pignus intelligi contractum existimavi: sed priorem secundo non esse potiorem: quoniam secundum pignus ad eam partem directum videbatur, quam ultra [35] partem suam frater non consentiente socio non potuit obligare.

Si satisfactum sit priori creditori.

IV. POMPONIUS lib. XXXV ad Sabinum.

[SI] debitor, antequam à priore [36] creditore pignus liberaret, idem illud ob pecuniam creditam alii pignori dedisset, & antequam utrique creditori solveret debitum, rem * aliam * priori creditori vendiderat, creditumque pensaverit [37] cum pretio rei venditæ: dicendum est perinde haberi debere, ac si priori creditori pecunia soluta esset. Nec enim interesse [38], solverit; an pensaverit: & ideo posterioris [39] creditoris causa est potior.

De pecunia credita in rem conservandam, & de mercede.

V. ULPIANUS lib. III Disputationum.

INterdum 40 posterior potior [41] est priori [42]: utputa, si in rem [43] istam conservandam [44] impensum est [45], quod sequens credidit: veluti si navis [46] fuit obligata, & ad armandam [47] eam [rem], vel reficiendam ego credidero.

VI. IDEM lib. LXXIII ad Edictum.

HUjus enim pecunia salvam [48] fecit totius [49] pignoris causam: Quod poterit quis admittere, & si in cibaria [50] nautarum fuerit creditum, sine [51] quibus navis salva pervenire non poterat.

§. 1. Item si quis in merces [sibi] obligatas crediderit, vel ut salvæ [52] fiant, vel ut naulum [53] exsolvatur, potentior erit, licet posterior sit: nam & ipsum naulum potentius est. §. 2. Tantundem dicetur & si merces horreorum, vel areæ, vel vecturæ [54] jumentorum [55] debetur: nam & hic potentior erit.

De eo, ex cujus nummis res est comparata. 1. De re aliena, uni generaliter, alteri specialiter, si debitoris fiet, obligata.

VII. IDEM lib. III Disputationum.

IDemque [56] est, si ex nummis [57] pupilli [58] fuerit res comparata. Quare, si duorum pupillorum nummis res fuerit comparata, ambo [59] in pignus concurrent pro his portionibus quæ in pretium rei fuerint expensæ. Quod si res non [60] in totum ex nummis cujusdam comparata est, erit concursus utriusque creditoris, id est & antiquioris, & ejus cujus nummis comparata est. §. 1. Si tibi, *quæ* [61] *habiturus sum*, obligaverim, & Titio specialiter fundum, *si* [62] *in dominium meum pervenerit*, mox dominium ejus adquisiero, putat Marcellus, concurrere [63] utrumque creditorem [&] in pignore. Non enim multum facit, quod de suo nummos debitor dederit: quippe cum res ex nummis pigneratis empta, non [64] sit [65] pignorata ob hoc solum, quod pecunia pignerata erat.

De fisco.

VIII. IDEM lib. VII Disputationum.

SI [66] pignus specialiter Respublica [67] acceperit, dicendum est, præferri eam fisco debere, si postea fisco [68] debitor obligatus est: quia [69] & privati [70] præferuntur.

De obligatione in diem, 1. Vel conditionali. 3. An priore pignore dimisso, sequens confirmetur.

IX. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

QUi balneum ex *Kalendis proximis* [71] conduxerat, pactus erat, *ut homo Eros pignori locatori esset, donec* [72] *mercedes solverentur*. Idem ante contra, quod verius videtur. Nec enim hic tollitur privilegium. *l. Assiduis. C. qui potiores.* Sed hoc casu tantum coërcetur. Deinde privilegium nostræ legis jure novo quoque confirmatum est. *Novell. 97. cap. 3.* Postremo cur hic non fruatur creditor privilegio, cum salvam totius pignoris dotalis causam fecerit? 43 Qualemcunque. 44 Rem conservat, qui armat. *J. cod. l. 7. in pr. §. de exercit.* (Hujus enim vocis meminit septies *d. l. 7.* negat tamen Antonius Mercator, *§ not. 14. adversus Robert.* errare qui scribunt, eum qui ad refectionem domus pecuniam credidit, habere in ea re tacitam hypothecam) qui in cibaria credit, *l. 6. J. eod.* qui restituit, *l. 25. §. de reb. cred. & l. 1. in quib. caus. pign. l. 24. §. 1. J. de reb. auth.* qui rem salvam facit, qui naulum, *l. 6. §. 1.* merces, & vecturas rerum præstat, §. 2. *J. eod.* cujus pecuniis debitor domum extruxit, *l. 1. §. in quib. caus. pign.* navis comparata, fabricata, reparata: domus ædificata, aut etiam emptus ager. *Nov. 97. c. 3.* Is ergo cujus pecunia emptus ager erit, cui comparatur is, qui nunc primum ad ædificandum domum debitori credit, hoc privilegio utetur. *d. c. 3.* Imo, non utetur, nisi specialiter vel generaliter agrum obligatum habeat. *l. 17. C. de pign. l. 7. C. qui potior. Nov. 136. c. 3.* Illis autem verbis quid aliud innuitur, quam ei denegari tacitam hypothecam: cum is expressim, specialiter aut generaliter hypothecam stipulari necesse habeat, denique minus privilegii habere eum, qui ad emendum agrum mutuum dederit, quam qui ejus causam salvam fecerit: & rursus ædificationem, quam reædificationem. *Gothofr.* Adde hic *l. in bello. 12. §. si pignori. ff. de capt. & postlim. reversi.* Et pro intellectu hujus *l. 5.* vide Joann. à Saud. *decis. Frisicar. lib. 3. tit. 12. defin. 7.* Ans. Adde Conan. *lib. 4 emendat. cap. 17.* Benven. Stracch. *de nat. navi. & navig. num. 2. S. L.* 45 Non igitur sufficit necessariam esse refectionem, & nosse pecuniam se nominatim in eam rem credere, *l. 7. §. de exercitoria.* sed & eam impensam esse re ipsa oportet, *ut hic.* quanquam *d. lex 7.* videtur creditorem non adstringere, ut probet pecuniam ad refectionem erogatam esse, sed ei sufficere si sciat se credere in rem necessariam. Demus impensam esse pecuniam in refectionem domus, quæ mox corruerit? Zasius *ad d. l. 25. post glossl. in l. 1. J. de cess. bon.* putat exigi domus ut reficienda duret: cessare hoc privilegium si domus non extiterit: adeo ut talis creditor privilegium non habeat in area ædificii. Ut libere dicam quod sentio: Video eum, qui mutuum dederit ad refectionem domus negotium creditoris egisse, *l. 6. J. eod.* negotiorum autem gestori sufficere, ut utiliter negotium cœptum sit, licet effectum non habuerit. *l. 10. §. 1. l. 12. in fin. l. 22. in fin. §. de negot.* Ad hæc, creditores minus esse favorabiles ipsis minoribus, quos tamen certum sit adversus creditorem non restitui, cujus pecunia servum necessarium emerint, licet postea mortuus sit servus, *l. 11. §. 4. §. de minor.* Demus te ampliorem summam credidisse, quam ad refectionem necessaria erat. Idem Zasius, *ibid. n. 7.* tradit in summa excurrente cessare hoc privilegium. 46 Navis ædificatori privilegium datur. Ulp. 3. §. 6. *Novell. 97. c. 3.* 47 Navem ad armandam qui credit, privilegium exigendi habet, *ut hic. l. 34. J. de re. aucti. jud.* ut & qui in navem extruendam, instruendam, fabricandam, *d. l. 34. & l. 26. J. de reb. auctor. jud.* reficiendam & conservandam, *ut hic.* Id utilitati publicæ datur. 48 Salvam fecisse totius pignoris causam, causam privilegii exigendi inducit, *ut hic. §. J. eod.* 49 Id est, omnium creditorum. 50 Cibariorum causa privilegiata est. Cibaria qui nautæ necessaria credit, privilegium exigendi habet. *ut hic.* 51 Cibaria non omnia privilegium merentur, sed necessaria tantum. 52 Dixi in *princ. hujus legis.* 53 Naulum qui solvit pro mercibus alienis, privilegium exigendi in illis mercibus habet, *ut hic.* Naulum autem, ex navi: ut operæ ex fervis: vecturæ, ex jumentis & navigiis, pensiones ex urbanis ædificiis, *l. 39. §. 1. J. de legat. 1.* mercedes, ex rusticis, *l. 29. §. de hered. pet.* horreis & area, *ut hic.* 54 Hinc colligit Cujac. *9 observ. 8.* vectori merces quas conduxit vehendas pro vectura tacito jure obligatas esse. *l. 5. §. ad exhib. l. 3. §. in quib. caus. pign.* 55 *Vecturæ* sunt jumentorum, *ut hic. & l. 39. §. 1. J. de leg. 1.* navis, *l. 19. §. 7. §. locati.* utriusque. *l. 29. §. de hered. pet.* 56 Pignus tacite pupillus habet in re comparata ejus pecunia, *ut hic.* Imo non habet, *l. quamvis. 17. C. de pignor.* Speciale est in pupillo. Imo idem est in majore, *l. licet. 7. C. qui potiores. Novell. 97. §. consequens:* Idem est, si modo id ita conventum nominatim. Atqui pupillus obligatam non habere videtur eam rem, sed jure suo ac proprium seu domini. *l. si ut proponis. 8. C. de rei vind. l. 1. l. 2. C. quando ex facto tutorie. l. si Curator. 3. C. arbitrium tutelæ.* Proprie non est pupilli, sed utiliter: cum eam possit avocare per hypothecam. *Goth.* Vide in hanc leg. Azon. *summ. tit. in quib. caus. pign. num.* 8. Neguzant. *de pignorib. 2. part. 4. membri.* Ans.

57 *l. 3. J. de reb. eor.* 58 Quin & cujusvis, *l. 17. C. de pignorib.* si modo specialiter, vel generaliter rem hujusmodi obligatam habet. 59 Pari jure censentur, & æqualiter in pignus admittuntur æquo jure privilegiati. 60 Pupillus in re suis nummis comparata pro ea parte privilegium habet, pro qua pecuniam contulit, nec enim fruitur privilegio in alterius jacturam. 61 Vide *l. 34. in fin. §. de pignor.* 62 *l. pen. in fin. §. de pignor.* 63 Imo non concurrunt. *l. 2. §. cod.* Non concurrunt, si diversis temporibus res fuerint eis obligatæ: Illo enim casu prior tempore potior est jure, *d. l. 2. l. ult. §. I. hac edictali. 6. §. omnib. 2. C. de sec. nupt. l. in rebus. 20. C. de jure dot.* & ita rejecta secunda opinione Accursii, tenet Bartol. & Bald. *hic.* & in *l. si qui. J. de jure fisci.* 64 Vid. *l. 48. in fin. J. de furtis.* 65 Nunc sit pignorata, &c. *Hel.* 66 Hypothecam specialem expressam habens priorem tempore, potior est posteriore habente expressam & tacitam. 67 Prior in tempore privatus, vel respubl. præfertur fisco in jure. Bart. *l. 3. C. cod. l. 2. C. de privileg. fisci.*

68 Vel respublicæ. *l. 3. C. de remiss. pign.* 69 In republica multo magis locum habet, quod in privato obtinet. 70 Pignus antiquius & speciale privatus habens præfertur etiam fisco. vide quæ notavi ad *l. 34. J. de reb. auct. jud.* 71 Kalendis Julii is: Græci ita legunt (interim vide quæ notavi ad *l. 41. §. de contr. empt.*) Hunc diem Politianus fuisse solennem inchoandis locationibus, & mercedibus exsolvendis notat. Vellem addidisset & Kalendas Martias: quod constat ex *l. 58. §. de usufr.* 1 Macrob. 12. mense Martio mercedes exsolvebant magistris, quas completus annus deberi fecisset. Cujac. 8 *ad Afric.* Goth. Vid. Ant. Augustt. *emend. lib. 4 cap. 14.* Ans. 72 Primus creditor in diem vel sub conditione, quo invito tenere potest contractus, præfertur secundo pure credenti. Unde notant, conditionem casualem vel mixtam retrotrahi posse: at non potestativam, quæ in potestate sit debitoris, *ut hic. §. J. cod.*

10 Imo, probe dici potest, in potestate mariti esse, dotem non accipere: potest enim eam accepta facere, *d. l. 49.*

11 Sensus est: Quando in potestate debitoris est pecuniam non recipere, solutionis *ut d. l. pen.* quando non est ejus in potestate, tunc obligationis contractæ tempus incipit, *ut hic.* non est in potestate promissoris dotis, utrum velit dotem numerare vel non: esset enim mulier indotata, *ut hic.*

12 At est in potestate mariti, ut dotem non accipiat: cum possit per acceptilationem promissorem dotis liberare. *l. vir ab eo. 49. J. de jure dot.* Dic: virum hoc commode non posse: ne mulier indotata maneat: aut si id faciat, mulieri teneri.

13 Cur alia? quia tunc posterior præfertur priori. In casu vero superiore, prior posteriori præfertur. Cur hic præfertur posterior? quia in potestate debitoris fuit se non obligare priori. vid. *l. 4. §. tit. prox.*

14 De quo *l. 9. §. 1. l. 11. J. eod. l. 4. §. tit. prox.* 15 Generalis hypotheca prior præfertur posteriori cuicunque, etiam speciali 16 *l. 6. C. eod.* Goth. Intellectum hujus *l. 2. & l. 2. C. de pignor.* v. apud Joan. à Sande, *decis. Frisic. lib. 3. tit. 12. defin. 26.* Ans. 17 Imo non est potior. Pares enim jure sunt habentes hypothecam generalem & specialem. *l. 7. §. 1. J. eod.* Dic pares esse, si eodem in tempore concurrunt, *ut ibi.* hic non simul concurrere, sed ordine. Imo is, cui specialis hypotheca data est, præfertur generalem habenti. *l. 2. C. de pign.* Die, ibi conventionem specialem præcedere generalem. Ita specialis obligatio posterior nihil detrahit generali anteriori.

18 Imo, si primus creditor ex cæteris bonis pecuniam suam redigere potest, secundo creditori bona quæ ei obligata sunt, auferre non poterit. *l. 2. C. de pign.* Has sententias ita conciliat Cujac. 11 *obs.* 32. Prima conventio primi creditoris, si fuerit specialis, & ejusdem secunda generalis, sub hac conditione tamen (*si specialis non sufficiet*) speciali idonea existente, secundus creditor in suo pignore non tam prior, quam solus futurus est. 19 His verbis generalis hypotheca significatur. Vide *l. 1. J. de distract. pign.* Sed Antonius Faber 6 *Conject. 16.* legendum putat, *certa*, quemadmodum & Baldum legisse paulo J. indicabo. 20 Et ita legunt Græci. (Cuj. tamen legit *specialiter* 21 *obs. 32.*) quæ vulgaris erat conventio. *l. 15. §. 1. J. de pign. l. 9. C. de distract. pign.* 21 Quæ fuit hæc secunda conventio? Ut secundam teneamus, prima nobis antea ponenda est. Titius generaliter bona debitoris sui pignori accepit. Potior est eo cui postea res ex his bonis pignori datæ sunt. Cur potior? quia prior. Quid, si ex cæteris bonis possit pecuniam suam redigere? potest & eo casu pignus possessori avocare. Quo jure? quia cum pignori bona debitoris generaliter acceperit, singulas eorum bonorum species obligatas habuit: ut & singulas à quibuscunque possessoribus peteret. Nihil ex illa generali, eo invito potuit minuere debitor, *ut hic.* Quid, si pignus ea lege accepit, ut si pecuniam de his quæ generaliter accepit, non servaret, certa bona (nam ita legendum videtur, non *cætera*: quemadmodum & legisse Baldus videtur quoque: ubi in rebus quibusdam specificatis pignus hic constitutum ponit) pignori haberet? Si hæc secunda conventio locum habuerit, & pecuniam servare ex cæteris bonis non potuerit, in certa bona poterit experiri. Casus hic diversus est à superiore: Nec enim certa hæc quædam bona per hypothecariam avocare possessori potest, nisi in subsidium & deficientibus aliis. Quid ita? quia pacto nominatim ea bona sunt excepta. Is ordo agendi communi conventione præstitus fuit, ut creditor prius ageret in bona sibi generaliter obligata, quam in certa quædam bona, *ut hic. verf. quod si.* Quid, si creditori junctim bona generaliter & specialiter sint obligata? Specialiter obligata prius persequi cogitur, antequam ad cætera bona veniat: Casus hic contrarius est superiori. Quippe illo casu specialia quædam bona in subsidium generaliter obligatis deficientibus avocari possunt: Hic, generalia: si nulla specialia sint. Ita cum hæc lege non pugnabit, *lex 2. C. de pign.* 22 Qui & Tertius commodius vocari potest: ut mox dicam. 23 *l. 12. §. 1. J. eod.* vide Cujac. 11 *observ. 32. in princ.* hoc loco quendam errorem Græcorum notantem. 24 Sensus est, pignora in obligatione novante repetita, intelligi repetita cum privilegio ordinis. 25 Novatione tollitur hypotheca & pignus, *l. 18. J. de novat.* Hac sententia præmissa, speciem ita constituimus. Primus creditor quædam pignora à debitore accepit, post paulo ab eodem alia pignora novatione interposita accepit, quæ debitor à Secundo (aut potius Tertio) quodam debitore liberaverat (ut Secundum pro Tertio accipiamus, novum esse non debet. Nam & omnes nuptiæ post primas, & Tertiæ & Quartæ, secundæ dici possunt, Azo, Cyn. Bart. *in rub. de secund. nupt.* substitutiones omnes post primam secundæ. Cujac. *ad rubr. de nuptiis.* Sic secunda electio, quæ Tertia, *cap. Cleros. 21. distinct.*) Novatione ita facta Secundus aliquis creditor pignora ea avocare Primo creditori studet, & quidem ea, quæ à Tertio liberata fuerint hac ratione, quod ipse Secundus ante Tertium fuerit: Ea autem quæ Primus initio habuit, quod per novationem ea desierint esse pignori, *d. l. 18.* novationis enim interventu superioris temporis ordinem amisisse: & ex priore posteriorem factum. Quid juris sit? Superioris temporis ordo Primo creditori manet. Quomodo manet? quia tanquam in suum locum successit, *ut hic. & l. 12. §. 5. J. eod.* Quomodo in locum suum? Si novatione facta in Primi pignus successisset quartus aliquis, utique in locum primi succederet. *d. l. 12. §. 9.* Si id novando fieri potuit, & jus id adquiri quarto, cur non potuit jus idem per novationem adquiri eidem Primo quasi in locum suum succedenti, ut ordinem suum suamque prærogativam retineat nec amittat. An hoc fit, quia nominatim in ipsa novatione cautum fuit, ut ne Primus creditor superioris temporis ordinem amitteret? Ita putat Bart. Ego etiam tacito intellectu id ita venire existimo. Cum debitum simpliciter novas, pignus quidem censetur liberatum. *d. l. 18.* Cum autem ita novas ut pignori, quod jam habes, pignus aliud accedat, tacito intellectu id ita venire existimo, ut non tantum pignus primum tibi maneat, sed ut cum sua causa, ac temporis prærogativa pignus tibi utile sit. Stipulatur Secundus, ut in tuum pignus succedat? Stipulari sane intelligitur, ut in id pignus succedat cum suo jure, cum sua temporis prærogativa. Stipularis novatione facta, ut primis tuis pignoribus nova quædam accedant? Videris non in tuum primum pignus tantum successisse, quod id expresse convenit: sed & in ejus pignoris privilegium: quasi tacite id convenerit. Ita in hac specie Primus creditor novando, jus ac privilegium superioris temporis non amittit, *ut hic.* An posterioris? quid enim si Tertii pignus accepit? sic videtur: Nam cum lex superioris temporis ordinem Primo creditori manere dicit, posteriores temporis ei utilem non esse satis innuit. 26 Prædium mihi quæsitum per procuratorem meum, & ita mihi debitum, antequam mihi traditum esset, Primo pignori dedi: postquam traditum fuit, idem prædium alii puta Secundo obligavi: quis potior in illo pignore? Primus. Quid, si Secundus procuratori meo pretium numeravit, & sic pretium prædii solvit? Secundus eo casu & in quantitate & in usuris potior est Primo: nisi forte Primus Secundo pecuniam offerat. 27 Pignorare rem nobis debitam etiam possumus. 28 Ratio dubitandi hinc sumi potest. Quia prædium Primo creditori obligavi, cum nondum meum esset, id est, debitum tantum nondum tamen meum obligavi. 29 *Subaudi*, Titius. 30 Succedi non tantum in locum prioris creditoris, sed & prioris domini hinc colligit *Bart.* 31 *Subaudi*, Titius: idemque emptor prædii. 32 Divisiones agrorum regionibus interdum fiebant: hoc autem casu ita fit divisio, non ut plena sit ac perfecta, sed commodioris tantum culturæ gratia. 33 Pars pro indiviso intellectu juris censitur magis, quam corpore aut oculis, *parsque* proprie est. Nam quæ pro diviso est, totum suum ac quoddam efficit: pars quæ ante fuit, nunc non est pars, sed totum. *adde l. 7. in fin. J. quibus modis pignus.*

34 Ego & tu fundum communem pro indiviso fratres habebamus: partem tuam pro indiviso Titio obligasti: postea arbitro sumpto, fundum illum regionibus divisimus, & inter nos placuit, ut si tu à Titio *partem illam tuam* non liberares, eam vendere possem. His verbis (tuam illam partem) jus hypothecæ quæsivi. *verf. pignus. J. eod.* Cur? quia si mihi partem tuam vendere permittis, eandem obligasse mihi eam in rem videris. Ex pacto jus vendendi conferente, contractum pignus intelligunt. *Bart.* ut & ex facultate mihi concessa bona tua auctoritate mea ingrediendi. vide Crement. *sing. 2.* Eritne Titius in illa parte me potior? Minime, *verf. sed priorem.* Cur? quia partem mihi obligasti, quam me invito ei obligare non potuisti. *verf. quoniam. J. eod.*

35 Vide *l. 2. C. comm. divid. l. 1. C. si comm. res pignori.*

36 *l. 15. in fin. §. de pignor.*

37 Solutum creditori censetur, si compensandi crediti causa domus illi vendita sit.

38 Solvit qui compensat.

39 Liberato debitore à priore creditore, qui secundus ab eo est creditor, potior est.

40 Id est, non semper: ut hæc lex exceptio sit regulæ, *Qui prior tempore, potior est jure. l. 4. C. qui potior. l. 15. C. de rei vindic. c. qui prior. de reg. in 6.* Nam privilegia non ex tempore semper, sed ex causa æstimantur. *l. 32. J. de reb. auct. jud.*

41 Id est, privilegium exigendi habet, *l. 25. §. de reb. cred.* exigendo privilegio utitur, *l. 52. §. 10. §. pro socio.* vel ut *Novell. 97. cap. 3.* de hujusmodi creditoribus ait, *κυριώτερα κεκτήσθαι.* Porro, privilegium illud plura capita habet: unum, tacitæ hypothecæ, *l. 1. §. in quib. caus. pign.* alterum, ut anterioribus tempore personalem actionem habentibus. Mynsin *observ. 60.* tertium, ut expressam habentibus creditor præferatur.

42 Quid? qui credidit in navem reficiendam, estne potior dote anteriorem etiam expressam habente? Salicetus negat, ut & Jason *in l. creditor. §. de reb. credit.* Cynus contra, quod verius videtur. Nec enim hic tollitur privilegium. *l. Assiduis. C. qui potiores.* Sed hoc casu tantum coërcetur. Deinde privilegium nostræ legis jure novo quoque confirmatum est. *Novell. 97. cap. 3.* Postremo cur hic non fruatur creditor privilegio, cum salvam totius pignoris dotalis causam fecerit? 43 Qualemcunque. 44 Rem conservat, qui armat. *J. cod. l. 7. in pr. §. de exercit.* (Hujus enim vocis meminit septies *d. l. 7.* negat tamen Antonius Mercator, *§ not. 14. adversus Robert.* errare qui scribunt, eum qui ad refectionem domus pecuniam credidit, habere in ea re tacitam hypothecam) qui in cibaria credit, *l. 6. J. eod.* qui restituit, *l. 25. §. de reb. cred. & l. 1. in quib. caus. pign. l. 24. §. 1. J. de reb. auth.* qui rem salvam facit, qui naulum, *l. 6. §. 1.* merces, & vecturas rerum præstat, §. 2. *J. eod.* cujus pecuniis debitor domum extruxit, *l. 1. §. in quib. caus. pign.* navis comparata, fabricata, reparata: domus ædificata, aut etiam emptus ager. *Nov. 97. c. 3.* Is ergo cujus pecunia emptus ager erit, cui comparatur is, qui nunc primum ad ædificandum domum debitori credit, hoc privilegio utetur. *d. c. 3.* Imo, non utetur, nisi specialiter vel generaliter agrum obligatum habeat. *l. 17. C. de pign. l. 7. C. qui potior. Nov. 136. c. 3.* Illis autem verbis quid aliud innuitur, quam ei denegari tacitam hypothecam: cum is expressim, specialiter aut generaliter hypothecam stipulari necesse habeat, denique minus privilegii habere eum, qui ad emendum agrum mutuum dederit, quam qui ejus causam salvam fecerit: & rursus ædificationem, quam reædificationem. *Gothofr.* Adde hic *l. in bello. 12. §. si pignori. ff. de capt. & postlim. reversi.* Et pro intellectu hujus *l. 5.* vide Joann. à Saud. *decis. Frisicar. lib. 3. tit. 12. defin. 7.* Ans. Adde Conan. *lib. 4 emendat. cap. 17.* Benven. Stracch. *de nat. navi. & navig. num. 2. S. L.* 45 Non igitur sufficit necessariam esse refectionem, & nosse pecuniam se nominatim in eam rem credere, *l. 7. §. de exercitoria.* sed & eam impensam esse re ipsa oportet, *ut hic.* quanquam *d. lex 7.* videtur creditorem non adstringere, ut probet pecuniam ad refectionem erogatam esse, sed ei sufficere si sciat se credere in rem necessariam. Demus impensam esse pecuniam in refectionem domus, quæ mox corruerit? Zasius *ad d. l. 25. post glossl. in l. 1. J. de cess. bon.* putat exigi domus ut reficienda duret: cessare hoc privilegium si domus non extiterit: adeo ut talis creditor privilegium non habeat in area ædificii. Ut libere dicam quod sentio: Video eum, qui mutuum dederit ad refectionem domus negotium creditoris egisse, *l. 6. J. eod.* negotiorum autem gestori sufficere, ut utiliter negotium cœptum sit, licet effectum non habuerit. *l. 10. §. 1. l. 12. in fin. l. 22. in fin. §. de negot.* Ad hæc, creditores minus esse favorabiles ipsis minoribus, quos tamen certum sit adversus creditorem non restitui, cujus pecunia servum necessarium emerint, licet postea mortuus sit servus, *l. 11. §. 4. §. de minor.* Demus te ampliorem summam credidisse, quam ad refectionem necessaria erat. Idem Zasius, *ibid. n. 7.* tradit in summa excurrente cessare hoc privilegium. 46 Navis ædificatori privilegium datur. Ulp. 3. §. 6. *Novell. 97. c. 3.* 47 Navem ad armandam qui credit, privilegium exigendi habet, *ut hic. l. 34. J. de re. aucti. jud.* ut & qui in navem extruendam, instruendam, fabricandam, *d. l. 34. & l. 26. J. de reb. auctor. jud.* reficiendam & conservandam, *ut hic.* Id utilitati publicæ datur. 48 Salvam fecisse totius pignoris causam, causam privilegii exigendi inducit, *ut hic. §. J. eod.* 49 Id est, omnium creditorum. 50 Cibariorum causa privilegiata est. Cibaria qui nautæ necessaria credit, privilegium exigendi habet. *ut hic.* 51 Cibaria non omnia privilegium merentur, sed necessaria tantum. 52 Dixi in *princ. hujus legis.* 53 Naulum qui solvit pro mercibus alienis, privilegium exigendi in illis mercibus habet, *ut hic.* Naulum autem, ex navi: ut operæ ex fervis: vecturæ, ex jumentis & navigiis, pensiones ex urbanis ædificiis, *l. 39. §. 1. J. de legat. 1.* mercedes, ex rusticis, *l. 29. §. de hered. pet.* horreis & area, *ut hic.* 54 Hinc colligit Cujac. *9 observ. 8.* vectori merces quas conduxit vehendas pro vectura tacito jure obligatas esse. *l. 5. §. ad exhib. l. 3. §. in quib. caus. pign.* 55 *Vecturæ* sunt jumentorum, *ut hic. & l. 39. §. 1. J. de leg. 1.* navis, *l. 19. §. 7. §. locati.* utriusque. *l. 29. §. de hered. pet.* 56 Pignus tacite pupillus habet in re comparata ejus pecunia, *ut hic.* Imo non habet, *l. quamvis. 17. C. de pignor.* Speciale est in pupillo. Imo idem est in majore, *l. licet. 7. C. qui potiores. Novell. 97. §. consequens:* Idem est, si modo id ita conventum nominatim. Atqui pupillus obligatam non habere videtur eam rem, sed jure suo ac proprium seu domini. *l. si ut proponis. 8. C. de rei vind. l. 1. l. 2. C. quando ex facto tutorie. l. si Curator. 3. C. arbitrium tutelæ.* Proprie non est pupilli, sed utiliter: cum eam possit avocare per hypothecam. *Goth.* Vide in hanc leg. Azon. *summ. tit. in quib. caus. pign. num.* 8. Neguzant. *de pignorib. 2. part. 4. membri.* Ans.

57 *l. 3. J. de reb. eor.* 58 Quin & cujusvis, *l. 17. C. de pignorib.* si modo specialiter, vel generaliter rem hujusmodi obligatam habet. 59 Pari jure censentur, & æqualiter in pignus admittuntur æquo jure privilegiati. 60 Pupillus in re suis nummis comparata pro ea parte privilegium habet, pro qua pecuniam contulit, nec enim fruitur privilegio in alterius jacturam. 61 Vide *l. 34. in fin. §. de pignor.* 62 *l. pen. in fin. §. de pignor.* 63 Imo non concurrunt. *l. 2. §. cod.* Non concurrunt, si diversis temporibus res fuerint eis obligatæ: Illo enim casu prior tempore potior est jure, *d. l. 2. l. ult. §. I. hac edictali. 6. §. omnib. 2. C. de sec. nupt. l. in rebus. 20. C. de jure dot.* & ita rejecta secunda opinione Accursii, tenet Bartol. & Bald. *hic.* & in *l. si qui. J. de jure fisci.* 64 Vid. *l. 48. in fin. J. de furtis.* 65 Nunc sit pignorata, &c. *Hel.* 66 Hypothecam specialem expressam habens priorem tempore, potior est posteriore habente expressam & tacitam. 67 Prior in tempore privatus, vel respubl. præfertur fisco in jure. Bart. *l. 3. C. cod. l. 2. C. de privileg. fisci.*

68 Vel respublicæ. *l. 3. C. de remiss. pign.* 69 In republica multo magis locum habet, quod in privato obtinet. 70 Pignus antiquius & speciale privatus habens præfertur etiam fisco. vide quæ notavi ad *l. 34. J. de reb. auct. jud.* 71 Kalendis Julii is: Græci ita legunt (interim vide quæ notavi ad *l. 41. §. de contr. empt.*) Hunc diem Politianus fuisse solennem inchoandis locationibus, & mercedibus exsolvendis notat. Vellem addidisset & Kalendas Martias: quod constat ex *l. 58. §. de usufr.* 1 Macrob. 12. mense Martio mercedes exsolvebant magistris, quas completus annus deberi fecisset. Cujac. 8 *ad Afric.* Goth. Vid. Ant. Augustt. *emend. lib. 4 cap. 14.* Ans. 72 Primus creditor in diem vel sub conditione, quo invito tenere potest contractus, præfertur secundo pure credenti. Unde notant, conditionem casualem vel mixtam retrotrahi posse: at non potestativam, quæ in potestate sit debitoris, *ut hic. §. J. cod.*

ante 73 Kalendas Julias eundem Erotem alii ob pecuniam creditam pignori dedit: Consultus, an adversus hunc creditorem petentem Erotem, locatorem Prætor 74 tueri deberet? Respondit, debere: licet enim eo tempore homo pignori datus esset, quo 75 nondum 76 quicquam pro conductione deberetur, quoniam 77 tamen jam tunc in ea causa Eros esse cœpisset, ut invito locatore jus pignoris in eo solvi non posset, potiorem ejus 78 causam habendam. §. 1. Amplius 79 etiam sub conditione creditorem tuendum *putabat* adversus eum, cui postea quicquam deberi cœperit, si modo non ea conditio sit, quæ 80 invito debitore impleri non possit. §. 2. Sed 81 & si heres ob [ea] legata, quæ sub conditione data erant, de pignore rei suæ convenisset, & postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit, ac post conditio legatorum exstitit, hic quoque tuendum eum, cui prius pignus datum esset, *existimavit*. §. 3. Titia prædium alienum Titio pignori dedit, post Mævio: deinde domina ejus pignoris facta 82, marito suo in dotem æstimatum 83 dedit: Si Titio soluta sit pecunia, non ideo magis Mævii pignus convalescere placebat: Tunc 84 enim, priore dimisso 85, sequentis confirmatur pignus, cum res in bonis debitoris inveniatur: in proposito autem maritus emptoris 86 loco est: atque ideo, quia neque tunc cum Mævio obligaretur, neque cum Titio solveretur, in bonis mulieris fuerit, nullum tempus 87 inveniri, quo pignus Mævii convalescere possit: Hæc tamen ita, si bona 88 fide in dotem æstimatum prædium maritus accepit, id est 89, si ignoravit Mævio obligatum esse 90.

De Prætorio pignore.

X. Ulpianus lib. I Responsorum.

SI & jure judicatum, & pignus in causa judicati ex auctoritate ejus qui jubere potuit, captum est, privilegiis 91 temporis fore potiorem heredem 92 ejus, in cujus persona pignus constitutum 93 est.

Si alter prius credidit, alter prius convenit de hypotheca. 1. De stipulatione conditionali. 2. De inductis in fundum. 3. De re futura. 4. Si posterior creditor priori solvere paratus sit.

XI. Gaius lib. singul. de formula hypothecaria.

POtior est in pignore, qui prius 94 credidit pecuniam, & accepit hypothecam, quamvis cum alio ante convenerat, *ut, si ab eo pecuniam acceperit, sit res obligata*: licet ab hoc postea accepit: poterat 95 enim, licet ante convenit, non accipere ab eo pecuniam.

§. 1. *Videamus*, an idem dicendum sit, si, sub conditione 96 stipulatione facta, hypotheca data sit, qua pendente alius credidit pure, & accepit eandem hypothecam, tunc deinde prioris stipulationis exsistat conditio, ut potior sit, qui postea credidisset? Sed vereor, num hic aliud sit dicendum: cum enim semel conditio exstitit, perinde habetur, ac 97 si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset: Quod & melius est.

§. 2. Si colonus convenit, *ut inducta in fundum, illata, ibi nata, pignori essent*, & antequam inducat, alii rem hypothecæ nomine obligaverit, tunc deinde eam in fundum induxerit, potior erit, qui specialiter pure accepit: quia non 98 ex conventione 99 priori obligatur, sed 100 ex eo, quod inducta res est: quod posterius factum est. §. 3. Si 1 de *futura* 2 re convenerit, ut hypothecæ sit, sicuti est de partu: hoc *quæritur*, an ancilla conventionis tempore in 3 bonis fuit debitoris 4 & in fructibus 5? Si convenit ut sint pignori: æque quæritur, an fundus 6, vel jus 7 utendi fruendi conventionis tempore fuerit debitoris? §. 4. Si paratus 8 est posterior creditor 9 priori creditori solvere, quod ei deberur, videndum est, an competat ei hypothecaria actio, nolente priore creditore pecuniam accipere 10? Et dicimus, priori creditori inutilem esse actionem, cum per 11 eum fiat, ne ei pecunia solvatur.

De actione, exceptione, & replicatione quæ dantur priori creditori contra secundum. Si secundus cum alio possessore agat. 1. Si possessor litis æstimationem solverit priori creditori. 2. Si primus creditor post secundum, aut in diem ante secundum, hypothecam accepit. 3. De eo qui ante & post secundum credidit. 4. Si voluntate primi hypotheca obligetur secundo. 5. De novatione. 6. De jure secundi creditoris in pignore adversus debitorem. 7. De secunda hypotheca simpliciter contracta. 8. De tertio succedente in locum primi. 10. Si secundus pactus sit de hypotheca vendenda, vel pignus ei tradatur sit.

XII. Marcianus lib. singulari ad formulam hypothecariam.

CReditor, qui prior hypothecam accepit, sive possideat eam, & alius vindicet hypothecaria actione, exceptio 12 priori utilis est, SI 13 NON MIHI ANTE PIGNORI 14 HYPOTHECÆVE NOMINE SIT RES OBLIGATA: sive alio possidente, prior creditor vindicet hypothecaria actione, & ille excipiat SI NON CONVENIT, UT SIBI RES SIT OBLIGATA, hic in modum supra relatum replicabit 15: Sed si cum alio possessore creditor secundus agat, recte aget, & adjudicari 16 ei poterit hypotheca, ut tamen prior cum eo 17 agendo, auferat ei rem.

§. 1. Si, quoniam 18 non restituebat 19 rem pigneratam possessor, condemnatus ex præfatis modis litis æstimationem 20 exsolverit 21, an perinde secundo creditori teneatur, ac si soluta sit pecunia priori creditori, quæritur? Et recte puto hoc admittendum esse. §. 2. Si primus, qui sine 22 hypotheca credidit, post secundum 23, qui utrunque 24 fecit, [ipse] hypothecam 25 accepit, sine dubio posterior in hypotheca est. Unde si in diem 26 de hypotheca convenit, dubium non est, quin potior sit: licet ante diem cum alio creditore pure de eadem re convenit. §. 3. Si idem 27 bis 28, id est, ante secundum, & post eum crediderit, in priore pecunia potior est secundo, in posteriore tertius est. §. 4. Si tecum 29 de hypotheca pacisceatur debitor, deinde [idem] cum alio tua voluntate 30: secundus potior erit: Pecunia autem soluta secundo, an rursus teneatur tibi, recte quæritur? Erit autem facti quæstio agitanda, quid 31 inter eos actum sit: utrum ut discedatur ab hypotheca in totum, (cum) prior concessit [creditor] alii obligari hypothecam: an ut ordo servetur, & prior creditor secundo loco constituatur. §. 5. Papinianus lib. XI respondit. Si prior 32 creditor postea novatione 33 facta eadem pignora cum aliis acceperit, in suum 34 locum eum succedere 35: sed si secundus non offerat pecuniam, posse priorem vendere, ut primam tantum pecuniam expensam ferat, non etiam quam postea credidit, & quod superfluum ex anteriore credito accepit, hoc secundo restituat.

§. 6. Sciendum est, secundo 36 creditori rem teneri etiam invito debitore tam in suum debitum, quam in primi creditoris 37, & in usuras suas, & quas primo creditori solvit: Sed tamen usurarum, quas creditori primo solvit, usuras non consequetur. Non enim negotium alterius gessit, sed 38 magis suum: Et ita Papinianus lib. III Responsorum scripsit: & verum est. §. 7. Si simpliciter conveniſſet 39 secundus creditor de hypotheca, ab omni possessore eam auferre poterit 40, præter 41 priorem creditorem, & qui ab eo 42 emit. §. 8. A Titio mutuatus, pactus est cum illo, *ut ei prædium suum pignori hypothecæve esset*: deinde mutuatus est pecuniam à Mævio, & pactus est cum eo, *ut* 43, *si Titio desierit prædium teneri, ei teneatur*: tertius deinde aliquis dat mutuam pecuniam [tibi], *ut Titio solveres*, & paciscitur [tecum], *ut idem prædium ei pignori hypothecæve sit, & locum ejus subeat*: Num hic medius tertio potior est, qui pactus est, ut, Titio soluta pecunia, impleatur conditio 44, & tertius 45 de sua negligentia 46 queri debeat? Sed tamen & hic tertius creditor secundo præferendus est 47. §. 9. Si tertius creditor pignora sua distrahi permittit 48 ad hoc, ut priori pecunia soluta, in aliud pignus priori succedat, successurum eum Papinianus lib. XI Responsorum scripsit: Et omnino secundus creditor nihil aliud juris habet, nisi ut solvat priori, & loco ejus succedat.

§. 10. Si 49 priori hypotheca obligata sit, nihil 50 vero de venditione venerit, posterior vero de hypotheca vendenda convenerit: vetius est priorem potiorem esse: Nam [&] in pignore placet, si prior convenerit de pignore, licet posteriori res tradatur, adhuc potiorem 51 esse priorem.

De venditione insulæ & rebus inquilini.

XIII. Paulus lib. V ad Plautium.

INsulam 52 tibi vendidi, & dixi, *priorum annipensionem mihi, sequentium tibi accessuram, pignorumque ab inquilino datorum jus ut rumque secuturum*: Nerva, Proculus, nisi ad utramque pensionem pignora sufficerent, jus omnium pignorum primum ad me pertinere: quia nihil aperte dictum esset, an communiter ex omnibus pignoribus summa pro rata servetur: si quid superesset, ad te. *Paulus*. Facti 53 quæstio est: Sed verisimile 54 est id actum 55, ut primam 56 quamque 57 pensionem pignorum causa sequatur.

Si duo à non domino, vel à non dominis pignori acceperint.

XIV. Idem lib. XIV ad Plautium.

SI non 58 dominus duobus eandem rem diversis temporibus pigneraverit, prior potior 59 est: quamvis, si à diversis non dominis pignus accipiamus, possessor 60 melior sit.

De superficie.

XV. Idem lib. LXVIII ad Edictum.

ETiam superficies 61 in alieno 62 solo posita, pignori dari potest: ita tamen, ut prior causa sit domini soli, si non solvatur ei solarium 63. *Si*

---

73 Id est, ante diem locationis, cum nondum quidquam deberetur propter locationem, pignus enim præcedere obligationem potest.

74 Nam ex pacto pignoris, etiam facto ex intervallo, id est, ex hypotheca jure prætorio datur actio. *l.* 17 §. 2. *ff. de pact. l.* 23. *C. de pign.*

75 Pignori res esse potest etiam eo tempore, quo nihil dum debetur.

76 Pensionem in fine anni solvendam esse, hinc colligunt. adde *l.* 19. §. 6. *ff. locat.*

77 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. eod.* & *l. pen. ff. tit. prox.*

78 Locatoris sc. cui pignus recte ab initio constitutum fuit, licet nondum cœpisset quidquam deberi ex locato & conducto: & adjicit Azo recte, *ut peti posset*. quippe nata statim erat obligatio, sed non actio. Cujac. *ibid.*

79 *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* Notanda est gradatio. Non tantum est potior locator, cui ante diem primum locationis pignori res obligata est (licet ante eum diem alii eadem obligata sit credenti pecuniam pure, *hac l. in pr.*) sed etiam stipulator conditionalis (cui pendente conditione pignus obligatum est) *ut hic*, & non tantum stipulator conditionalis, sed etiam legatarius conditionalis, *ut* § 2 *ff.* Cujac. *ibid.*

80 Id est, si modo sit conditio necessaria, non voluntaria, *Alberic.* dixi *initio hujus legis. & l.* 1. *ff. eod.*

81 Legatorum sub conditione nomine pignus dedi legatario: Idem pignus postea secundo meo creditori dedi: Quis potior? Legatarius potior fuerit in eo pignore, ubi conditio legati extiterit, *ut hic*. Conditio casualis, vel mixta retro facile trahi potest: at non potestativa, ut paulo ante diximus.

82 Convaluit hoc modo pignus utriusque, adquisitione dominii, etiam posterius. Nam quod valeret ab initio, si res fuisset debitoris, convaluisse postea, si res ejusdem facta sit. Cujac. *ibid.*

83 Id est, marito quasi vendidit, maritum ejus pignoris dominum fecit: nam æstimatio venditionem facit.

84 Pignus secundo creditori tum demum prodesse incipit, quoties dimisso primo creditore pignus in debitoris bonis fuit.

85 Id accidit, sive debitor ei solverit, sive posterior creditor obtulerit, obsignaverit, deposuerit debitam pecuniam. *l.* 4. *l.* 11. *in fin. ff. eod. l* 10. *C. eod.*

86 Æstimatam rem qui accipit, emptoris loco est. *l.* 10. *C. de jure dotium.*

87 Id est, non valuit, quo tempore contractum est: non convaluit, quo tempore dimissus est Titius: quia & hoc & illo tempore res fuit aliena: at forte medio tempore, ne tum quidem: quia & res aliena erat, & Titius prior erat. Cujac. *ibid.*

88 Quid, si mala fide? non videtur melior, qui sic possidere desiit, *cap. pro possessore. extr. de reg. jur.* & ita post Richardum Malumbram notat Bartolus *hic*.

89 Ignorans, bonam fidem habere, seu bonæ fidei esse intelligitur.

90 Alias sc. in maritum agetur, si dolo malo egit cum muliere, ut res æstimaretur fraudandi fecundi creditoris causa. Cujac. *ibid.*

91 De privilegiis quædam hoc eodem libro Ulpianus retulit, ut apparet ex *l.* 33. *ff. de jure fisci*. Goth. Vid. in hanc l. Forner. *select. lib.* 2. *cap.* 7. Cujac. *obs* 9. *c.* 37. Anf.

92 Decretum primum in heredem transire hinc colligit Baldus.

93 Hanc sententiam huic legi Fornerius attribuit 2 *select.* 7. Is ejusve heres, cui pignus a debitore constitutum est hoc enim verbum ad conventionale, non ad judiciale pignus referri debet, ei, qui postea auctoritate magistratus in rem venit, & eam cœpit pro pignore possidere, præfertur. Sed Cujac 9 *obs.* 7. ait hic innui in judiciali pignore eum potiorem esse, cujus nomine prius captum est pignus ex causa judicati: in Prætorio secus: cum missio illa proficiat omnibus possidere, & hoc genus pignoris in rem, & generaliter omnium creditorum causa constituatur, illud in personam.

94 Prior tempore, potior in pignore. *l.* 1. 2. 3. 4. 8. *C. eod. l.* 3. *C. ut in poss. legat. l.* 2. *C. de privileg. fisc.*

95 *l.* 30. *ff. de reb. creditis.*

96 *V. l.* 9. §. 1. *ff. eod.*

97 Conditio existens retrotrahitur ad tempus contractus.

98 *Tacitum* pignus, & ex conventione pignus, opponuntur: Tacitum enim est, quod ex inducto venit, *ut hic. & l. item quia.* 4. *ff. de pactis.*

99 *Sub.* sola.

100 *l.* 5. *C. locati.*

1 Pignus futuræ rei quoties datur, hoc semper priore loco quæritur, an res ipsa principalis rei futuræ tum fuerit in bonis debitoris pignus constituentis. verbi gratia quoties quæritur, an partus ancillæ, & fructus fundi recte pignoratus sit, id spectare solemus, num tempore contracti pignoris ancilla, vel fundus fuerint in bonis debitoris: Est enim ancilla, res principalis ex qua partus: fundus, ex quo fructus.

2 Vide *l.* 1. *ff. de pignoribus.*

3 Vide *l.* 3. *ff. de pignoribus.*

4 Quia tum tenet obligatio.

5 *Sub.* futuris.

6 Cujus fructus futuri fint obligati.

7 In bonis rem habere usufructuarius intelligitur.

8 Cum effectu puta, si pecuniam debitam offert, *l.* 10. *C. eod.* si consignat, si deponit, *l.* 20. *C. de pignor. l.* 19. *C. de usuris.* Offerens creditori debitum posterior creditor vel alius, jus hypothecæ ei adimit.

9 *Sub.* possidens pignus.

10 Sc. *l. qui pecun.* 30. *ff. de reb. cred.*

11 *l.* 20. §. 2. *ff. de pign. l.* 3. *C. de luit. pign.*

12 Prior creditor vincit secundum agendo, excipiendo, & replicando.

13 Formulam exceptionis hypothecariæ observa.

14 *Al.* pignoris.

15 *Sub.* de proprietate suæ obligationis.

16 Id est, pronunciari rem sibi obligatam esse, & possessionem restituendam, *Bart.*

17 *Sub.* Avocante.

18 *Al.* si quando: & ita legit Baldus, & Alberic.

19 *l.* 16. §. 3. *l.* 21. *in fin. ff. de pign.*

20 Soluta litis æstimatione priori creditori, jus prioris creditoris resolvitur: & confirmatur jus secundi: ac si debitor debitum solvisset.

21 *Sub.* priori creditori, & retinuit rem obligatam.

22 Hypothecarius potior eo est qui de debito tantum cum adversario convenit, ut ne tempus obligationis contractæ spectemus, sed hypothecæ.

23 *Sub.* qui accepit idem pignus.

24 *Id est, sub* hypotheca credidit.

25 *Sub.* eandem.

26 *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*

27 Prior & posterior respiciendo ad varios respectus quis in credendo esse potest, Verbi gratia, ante secundum Titio credidi: eidem Titio post eundem secundum quoque aliam summam credidi: In priori pecunia sum ante secundum: in posteriore, post secundum: hoc est in priore primus, in posteriore tertius.

28 *Ut l.* 20 *ff. eod.*

29 Si voluntate Titii, prioris creditoris tui, alteri, puta Mævio, pignus obligasti, quod ad Titium, hypotheca inutilis est: quod si postea hæc, Sempronio & Gaio rem obligasti, ac Mævio solveris, num in Titii persona pignus antiquum evanescit? Primum inspiciendum est, quid actum sit, *ut hic*. Si id non apparet, Titius videtur in totum pignoris jus remisisse. *Bart.* Quid, si Mævio secundo tuo creditori, sine consensu Titii prioris creditoris, Sempronio vero tertio creditori Titii consensu rem obligasti, an Titius postponendus Mævio? in dubio quibuslam ita videtur, *arg. leg.* 11. *ff. quib. mod. pign* in quo tamen subsisto.

30 *l.* 9. *in fin. ff. quib. mod. pign.*

31 Quid actum hoc casu videtur? In dubio videtur totum remittere: Accurſius *hic. & l.* 2. *C. de remiss. pignor.* cujus tamen contrarium notat Paul *l.* 12. *ff. quib. mod. pignus.* Prior sententia verior: excepto casu *l. jubemus.* 21 *C. ad Velleian.* Ita voluntas prioris creditoris ut obligetur res secundo, præjudicium ei facit adversus secundum.

32 *l.* 3. *ff. de distract. pignorum.* Goth. Conciliationem hujus §. cum *l* 1. *ff. de distrah. pign.* vid. apud Joann. à Sande, *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 27. Anf.

33 Novatione obligatio muratur, superioris temporis ordo non mutatur. Cujac. 11 *obs.* 32. adde *l.* 3. *ff. eod.* Jus ac privilegium exigendi locum habet in obligatione novante.

34 Ut *l.* 3. *ff eod.*

35 Cum privilegio exigendi.

36 Pignus secundo creditori tenetur, quoties primo creditori debitum solvit; tenetur, inquam, non modo sortis, sed & usurarum nomine, quæ à primo ei debitæ fuerint.

37 *V. l.* 12. *C. de pignoribus.*

38 *V. l.* 58. §. 2. *ff. ad Trebell.*

39 Id est, non consentiente primo creditore: quia si consensisset primus, secundus posset rem ei hypothecaria avocare.

40 Cur? hypothecaria est in rem. *l.* 17. *ff. de pignoribus.*

41 Secundus creditor primus est ante tertios, quartos, & deinceps: at non ante primum, & eum, qui à primo emptore comparavit.

42 *V. l.* 2. *ff. de cess. bon.*

43 Tertius creditor secundo potior, quoties succedit in locum primi.

44 *Sub.* obligationis.

45 Qui succeſſit in locum primi.

46 Id est, ei imputatur quod non de statu prædii inquisivit diligentius. *v. l.* 19. *ff. de reg. jur.* Bart.

47 Quia ejus pecunia pignus ab anteriore creditore liberatum fuit. *l.* 16. *ff. eod.*

48 Permittens pignus suum vendi, ut primo creditori satisfiat, perinde habetur, ac si ipse eidem solvisset: ideoque prioris in creditoris locum succedit.

49 Primus secundo potior est, etiamsi jus vendendi non habeat, secundus habeat: ita eo casu primus secundum prohibebit vendere volentem.

50 Nam quoties duobus in solidum prædium distrahitur, cui prius id traditum est, in dominio est potior. *l.* 15. *C. de rei vind.*

51 Ideoque prior posteriorem creditorem impedire potest, ne pignus vendat, licet ipse quantumvis prior vendere non possit.

52 *Sub.* ante locatam pro annua pensione.

53 Vide *l.* 24. *ff. de reg. jur.*

54 Vide *l.* 116. *ff. de verb. sign.* Verba non interpretamur adversus proferentem, quoties præsumptio aut conjectura quædam pro eo facit.

55 Conventio, *ut pignora pertineant ad utrumque*, intelligitur eo ordine quo solvi debitum principale debet. *Bart.* cum ita sit, verba pro venditore hic interpretamur contra *leg.* 39. *ff. de pact. l.* 21. *ff. de contr. empt.*

56 Pignora primo cedunt in primam pensionem, deinde in secundam, non autem in utramque. Ita ordo personarum trahit secum ordinem hypothecæ. Hinc etiam notant Regulam, *qui prior est tempore, potior est jure*, locum in tacitis etiam hypotheeis habere.

57 Primam quoque. *Hal.*

58 Atqui rei alienæ obligatio non valet: Hic, dominus quidem non erat, sed habebat Publicianam. *l. si ab eo. ff. de pignor.* Quod in Publiciana statuitur, idem in hypothecaria statuitur.

59 Imo non est potior. *l.* 9. §. 4. *ff. de Public.*

60 *l.* 15. *in fin. C. de rei vind.*

61 *Superficies* est quod supra soli faciem est: puta vinea, plantæ, *l.* 13. *ff. de servit. rustic.* ædificium, *l.* 23. *ff. de usucap. l.* 13. §. 3. *ff. de pign. l.* 16. *ff. de pign. act.* Ita superficiarius jus suum, hoc est, superficiem pignori obligare potest, *ut hic. & d. l.* 13. Datur enim superficiario actio in rem, *l.* 73. *l.* 74. *l.* 75. *ff. de rei vind. l.* 1. §. 6. *ff. de superficieb.* & interdictum. *d. l.* 1. §. 2.

62 Superficiem pignori dari non posse hinc argumentum duci potest: Nam superficies in alieno solo posita, *ut hic*, soli pars est ut area, solum autem sine superficie nec superficies sine solo potest usucapi, *l.* 26. *ff. de usucap. l.* 44. §. 1. *ff. de oblig.* ergo nec pignori dari.

63 *Solarium* hic & *l.* 2. §. 17. *ff. ne quid in loco publico.* melius, quam *in l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de usufr.* salarium: adde *l.* 39. §. 5. *ff. de legat.* 1. Solarium Græci τοπαρκιὰν, quod & locarium. *Locarium* Varroni 4 *de lingua*, *circa princ.* dicitur merces, quæ datur ab eo, qui locum, in quo consistit, in taberna vel stabulo, conduxit: adde & in navi, *ut in l.* 2. *in fin. ff. de lege Rhod.* Græci etiam vocant πρόδυρον κέρδος, vid. *Novell. Leonis.* 56. & 104. Cujac. 14 *obs.* 1.

Si primus creditor à tertio superetur.

XVI. PAULUS lib. III Quæstionum.

CIaudius Felix eundem fundum tribus [64] obligaverat [65], Euthychianæ primum, deinde Turboni, tertio loco alii creditori: cum Eutychiana de jure suo doceret, superata [66] apud judicem à tertio creditore non provocaverat: Turbo apud alium [judicem] victus appellaverat: Quærebatur, utrum tertius creditor etiam Turbonem superare deberet, qui [67] primam creditricem; an, ea remota, Turbo tertium excluderet? Plane [68] cum tertius creditor primum de sua pecunia dimisit, in [69] locum ejus substituitur in ea quantitate, quam superiori exsolvit: Fuerunt igitur qui dicerent, hic quoque tertium creditorem potiorem esse debere [70]: mihi nequaquam hoc justum esse videbatur. † Pone, primam creditricem judicio convenisse tertium creditorem: & exceptione [71], aliove quo [72] modo à tertio superatam: numquid adversus Turbonem, qui secundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam vicit exceptione rei judicatæ uti potest? aut contra, si post primum judicium, in quo prima creditrix superata est à tertio creditore, secundus creditor tertium obtinuerit, poterit uti exceptione rei judicatæ [73] adversus [primam] creditricem? Nullo modo, ut opinor. Igitur nec tertius creditor succedit in ejus locum, quem exclusit: nec *inter* [74] *alios res judicata aliis prodesse, aut nocere solet*: sed [75] sine [76] præjudicio prioris [77] sententiæ totum jus aliis creditoribus integrum relinquitur.

64 Si primus creditor à tertio superatur, non præjudicatur secundo, nec per hoc tertius succedit in locum prioris. *Bart.* Gothofr. Veram hujus l. lectionem atque interpretationem vide apud Comm. *Emendat. lib.* 1. c. 5. n. 1. & P. Jacob. Butigar. *Elect.* Anf.

65 *Sub.* ordine ac successive.

66 Tertius creditor qui primum per sententiam superavit, ut secundum vicisse non intelligitur, ita nec secundus primum vicisse intelligitur, etiamsi tertium superavit. *Bald.*

67 Superaverat se, hinc sumitur ratio pro tertio contra turbonem, quia si vinco vincentem te, & multo magis vinco te *l.* 14. §. 1. *ff. de adverf.* Bart.

68 Hoc quod sequitur, est adversus turbonem.

69 *l.* 6. *l.* 12 § 8. *ff. cod. l.* 17. *l.* 21. *in fin. ff. cod. l.* 3. *ff. de distr. pign. l.* 3. *C. de luitione pign.*

70 Quod in ejus locum substitutus sit.

71 Pacti vel præscriptionis. *Bart.*

72 Etiam per judicis injuriam. *Bart.*

73 Pro tertio adversus primum.

74 Res judicata adversus unum creditorem, alii neque præjudicat, neque prodest *l.* 1. *ff. de except. rei jud.*

75 Hac formula, *sine præjudicio*, utuntur multi in suis consiliis.

76 *l.* 1. *in fin. C. quibus res judicata non nocet.* & sic fallit regula, *si vince vincentem te.* Cur autem fallit? Tertius primum excluit, ac non ei succesit. Latet in his verbis acumen Pauli.

77 Latæ pro tertio adversus primum.

78 Non ut ejus fieret in præjudicium prioris creditoris. *v. l.* 30. *in fin. ff. de except. rei judicatæ.*

79 Pignoris emptor potest ex pacto succedere in locum prioris creditoris, si modo ad ipsum priorem creditorem pretium pervenerit.

80 Prior tempore in sorte, intelligitur etiam prior in usuris, *ut hic.* Imo non præfertur: Nam fiscus præfertur ratione sortis, non & usurarum, quia non præfertur in pœnis. *l.* 1. *C. de pœnis fiscalib. l. in summa.* 17. *ff. de jure fisci.* Privilegium temporis ut in sorte, ita & in usuris licitis obtinet, nisi quid aliud obstet. Minsing. 1 *obf.* 59. Pœna autem est usura. *l. lecta.* 40. *ff. si certum. l. pœna.* 42. *ff. de condict. indeb.* Hic præcessit usurarum conventio: ibi creditores præcesserant conventionem usurarum. 81 Vid. *l.* 129. *in fin. ff. de regulis.* 82 *Sub.* alii. 83 *Sub.* marito natos.

84 *Sub.* actione personali. 85 Ejusque justum possessorem. Atqui debitorem discuti prius oportuit. *Novell.* 4. *c.* 2. quinetiam vero domino non potest fieri cessio pignoris. *l.* 45. *ff. de reg. jur.* Fundi tamen nomine Baldus hic intelligit actionem hypothecariam, quæ nonnunquam inspicitur omissa personali. Albericus *fundum* proprie accipit, ne sola possessio per hypothecariam hic petatur. Unde notat ex Rossiensi, possessionem ipsam, si loqui posset, respondere cogi, non ipsum possessorem. 86 Imo & qualiscunque. *l.* 12. *in fin. ff. quib. mod. pign.* 87 Debitum & litis æstimationem. *l.* 2. *ff. quib. mod. pign.* 88 Omnis possessor justus, potest creditori pecuniam solvere, & ab eo petere, ut actionem cedat. 89 Hypothecam, *Hal.* & male. *Alciat.* 12. *Parer.* 1. *Hyperocha* Gallis *la plus-value* cujus exemplum extat *in l.* 15. *in fi. ff. de pign. l.* 6. *ff. de naut. fœnore*, est igitur Hyperocha, id quod plus est in pretio fundi, quam in prioris credito. Cujac. 4 *obf.* 15. Quoties hyperocha donatur, non competit beneficium. *l.* 2. *C. de rescind. vend.* 90 Secundus creditor confirmat sibi pignus, solvendo prius debitum primo creditori, nec tenetur secundum debitum ei offerre. 91 Pupilla tempore privilegiata præfertur fisco postea contrahenti. 92 Primus creditor præfertur secundo, etiam in bonis post secundam obligationem quæsitis debitori.

93 Imo non est præferenda in postea acquisitis, *l.* 28. *ff. de jur. fisci.* quod sentit Fornerius 2 *select.* 23. Sed Cujac. 10 *obf.* 22. secundam Accursii opinionem tuetur, negatque eas leges inter se pugnare: hanc legem loqui ait de quæsitis post priorem obligationem antequam cum fisco contraheretur. *d. l.* 28. de rebus quæsitis post priorem posterioremque obligationem, id est, post obligationem fisci. Conciliationem hujus legis v. apud Ant. Fab. 2 *Conject.* 10. 94 (Μαρμαρίων. 9 *Ecl.* 5. *cap.* 10. 95 Negotiator marmora à te emi: prætia marmorum Titius pro me solvit, & ea marmora sibi obligata esse voluit: postea conduxi horrea Cæsaris & pensiones tamen non solvi: In marmora, quorum superius facta est mentio, Titius fisco præferendus est. 96 Hypothecam expressam habens privatus præfertur fisco & Cæsari postea contrahenti: ubi ea ratione procuratori Cæsari se opponens efficiat, ne fisco bona debitoris fiscalis adcorpore[t] ejus, neglecto jure hypothecæ prioris. 97 In Fiscalibus ad executionem de facto procéditur. Bald. *Arg. l.* 52. *ff. de act. empt.*

98 Privatus habens expressam hypothecam, fisco vel Cæsari postea contrahenti præfertur. *Bart.*

TIT. V.

DE DISTRACTIONE PIGNORUM, ET HYPOTHECARUM.

De eo, qui prior est in speciali, & posterior in generali hypotheca.

I. PAPINIANUS lib. XXVI Quæstionum.

CReditor, qui prædia pignori accepit [2], &, post alium creditorem qui pignorum conventionem ad bona debitoris contulit, ipse quoque simile pactum bonorum [3] ob alium aut eundem [4] contractum interposuit, ante secundum creditorem dimissum [5], nullo jure cætera [6] bona [7] titulo [8] pignoris vendidit [9]: sed ob eam rem in personam actio contra eum creditori, qui pignora sua requirit, non competit [10]. nec utilis danda est. nec furti rerum [11] mobilium gratia recte convenietur: quia propriam causam, ordinis errore ductus [12], persecutus videtur: præsertim cum alter [13] creditor furto possessionem [14], quæ non fuit apud eum, non amiserit. ad exhibendum quoque frustra litem excipiet: quia [15] neque possidet, neque dolo fecit, ut desineret possidere. Sequitur, ut secundus creditor possessores interpellare debeat [16].

1 VIII C. XXVIII. & 25 *Eclog.* 7. & 3 Harm 4.

2 *Sub.* primo loco. *Goth.* Conciliationem hujus l. cum *l.* 12. §. 5. *ff. qui pot. in pign.* vid. apud Joann. a Sand. *de off. Fiscal. lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 27. Anf.

3 *Sub.* omnium.

4 Hinc colligit. Cujac. 11 *obf.* 32. Novatione obligationem mutari, superioris temporis ordinem non mutari. *v. l.* 3. *l.* 12. §. 5. *ff. qui potiores.*

5 *Dimisit* discussit creditori, cum ei solvitur.

6 His verbis *cætera bona* significatur generalis hypotheca, *ut l.* 2. *ff. qui potior.* Cuj. 11 *obf.* 32.

7 Quæ accesserunt tertiæ obligationi.

8 Improprie: nec enim proprie est titulus, sed quidam modus possidendi, nisi in subsidium re parempta vel præscripta.

9 Bona fide ignorans obligationem alterius.

10 Ad pretium pignoris quod percepit.

11 *l.* 17. *in fine. ff. de præscriptis.*

12 Putans se priorem tempore errore justo: quia in facto alieno justa est ignorantia. *v. l.* 51. *ff. pro socio.*

13 Secundus.

14 *V. l.* 1. *in fin. ff. de furtis.* sub. *pignoris venditi.*

15 Ad exhibendum non tenetur qui neque possidet, neque dolo fecit, ut desinat possidere.

16 Agendo hypothecaria adversus possessorem.

De fidejussore, qui emptionis titulo suscepit prædium pigneratum.

II. IDEM lib. II Responsorum.

FIdejussor conventus [17], officio [18] Judicis adsecutus est, ut [19] emptionis titulo prædium creditori pignori datum susciperet: Nihilominus alteri [20] creditori, qui postea sub eodem pignore contraxit, offerendæ [21] pecuniæ, quam fidejussor dependit, cum usuris medii temporis, facultas erit: nam hujusmodi venditio [22] transferendi [23] pignoris causa, necessitate [24] juris fieri solet.

17 Qui accesserunt tertiæ obligationi.

18 Improprie: nec enim proprie est titulus, sed quidam modus possidendi, nisi in subsidium re parempta vel præscripta.

19 Bona fide ignorans obligationem alterius.

20 Ad pretium pignoris quod percepit.

21 *l.* 17. *in fine. ff. de præscriptis.*

22 Putans se priorem tempore errore justo: quia in facto alieno justa est ignorantia. *v. l.* 51. *ff. pro socio.*

23 Secundus.

24 *V. l.* 1. *in fin. ff. de furtis.* sub. *pignoris venditi.*

De eo, qui emit à primo creditore, 1. Vel à debitore.

III. IDEM lib. III Responsorum.

CUm prior creditor pignus jure [25] conventionis vendidit, secundo creditori non [26] superesse jus offerendæ pecuniæ, convenit [27]. §. 1. Si tamen debitor, non interveniente creditore, pignus vendiderit, ejusque pretium priori creditori solverit, emptori poterit [28] offerri, quod ad alium creditorem de nummis ejus pervenit, & usuræ medii temporis: nihil enim interest, debitor pignus datum vendidit, an denuo pignori obliget.

25 Ad exhibendum non tenetur qui neque possidet, neque dolo fecit, ut desinat possidere.

26 Agendo hypothecaria adversus possessorem.

27 A priore creditore.

28 Cessio potest fieri officio Judicis.

De die solutionis dilato.

IV. IDEM lib. XI Responsorum.

CUm solvendæ pecuniæ dies pacto profertur, conveniisse videtur [29], ne [30] prius vendendi [31] pignoris potestas exerceatur.

29 Judicis auctoritas ex illicito licitum facere non potest.

30 Fidejussor emens pignus debitoris, secundo creditori restituere cogitur, accepto tamen prioris pretio, & usuris, *ut hic. & l.* 59. *ff. de fidejussorib. l.* 1. *C. de dolo.*

De secundo creditore vendente. 1. De fidejussore, vel secundo creditore ementibus.

V. MARCIANUS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

CUm secundus creditor, oblata [32] priori pecunia, in [33] locum ejus successerit, venditionem [34], ob pecuniam solutam & creditam, recte facit. §. 1. Si secundus creditor, vel fidejussor, soluta pecunia, pignora susceperint, recte eis [35] offertur, quamvis emptionis [36] titulo ea tenuerunt [37].

31 Prius tamen peti potest. *l.* 14. *ff. de pignoribus.*

32 Vide *l.* 12. *ff. quibus modis pignus.* & quæ scripsi ad *l.* 9. *C. de locato.*

33 *l.* 12. §. 6. *ff. qui potiores.* 34 Creditor potest vendere pignus pro suo debito, & pro eo quod obtulit priori creditori. 35 *l.* 3. *ff. cod.* 36 Imo emptoris loco non substituuntur. *l.* 59. *ff. de fidejussoribus.* 37 *V. l.* 3. *C. plus valere.* Cujac. 16 *obf.* 26. 38 Pignus emens à primo creditore secundus creditor, non proprietatem pignoris, sed jus obligationis comparat.

VI. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

CUm posterior creditor à priore pignus emit, non [38] tam adquirendi dominii, quam servandi pignoris sui causa intelligitur pecuniam dedisse: & ideo offerri [39] ei à debitore potest.

Si creditor juste pignus vendidit extraneo, non potest debitor recuperare rem, nisi ex pacto, vel ratione minoris ætatis. Bart.

VII. MARCIANUS lib. singul. ad formulam hypothecariam.

An debitor possit recuperare pignus venditum à creditore. 2. De alienatione pacto prohibita.

SI creditor pignus, vel hypothecam vendiderit hoc pacto [40], *ut liceat* [41] *sibi reddere pecuniam, & pignus reciperare*: an, si paratus sit debitor reddere pecuniam, consequi id possit? Et Julianus lib. XI Digestorum scribit, recte [42] quidem distractum esse pignus; cæterum agi posse cum creditore, ut si quas actiones [43] habeat, eas cedat [44] debitori: Sed quod Julianus scribit in pignore, idem [45] & circa hypothecam [46] est. §. 1. Illud inspiciendum est, an liceat debitori, si hypotheca vertierit, pecunia soluta [47] eam reciperare? Et si quidem ita venierit, *ut, si intra certum tempus à debitore pecunia soluta fuerit, emptio rescindatur*, intra illud tempus pecunia soluta recipit hypothecam: si vero tempus præteriit, aut si non eo pacto res venierit, non potest rescindi venditio, nisi minor [48] sit annis viginti quinque debitor, aut pupillus, aut Reipublicæ [49] causa absens, vel in aliqua eorum causarum [sit,] ex quibus Edicto [50] succurritur. §. 2. Quæritur, si pactum sit à creditore, *ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus*, quid juris sit: & an pactio nulla sit talis, quasi contra jus sit posita: ideoque veniri possit? Et certum est, nullam [51] esse venditionem, ut pactioni [52] stetur.

39 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 40 *Ut in l.* 13. *ff. de pignorat.* Goth. De pugna inter Bart. & Accurs. super veritate sectionis hujus testatur *Bart. in l.* 3. *n* 4. *C. de cond. ob caus. dator.* Anf. 41 *Licere* verbum interdum necessitatem innuit. 42 *l.* 1. *C. si antiq. cred.* 43 Ex vendito vel præscriptis verbis. 44 *l. pen. ff. eod.* 45 Argumentum à pignore ad hypothecam. 46 Specialem: non generalem. Vide Rolandum à Valle, 2 *consil.* 62. *n.* 111. ubi notat, hypothecam specialem pacto non alienandi adjectam, dominii translationem impedire: secus si generalis fuerit hypotheca. 47 Id est, solvere debitum. 48 *l.* 1. *C. si adv. vend. pign. l.* 9. *ff. de minorib.* 49 Aut militiæ. *l.* 4. 6. *C. de reject: milit.* 50 Quod continetur in *l.* 1. §. 1. *ff. ex quib. caus. major.* 51 Ita quoque *Haloand.* legit: alii tamen legunt, *nullam esse conventionem.* & male. 52 Imo, talis pactio, *ne me invito prædium tuum alienes*, non videtur admittenda. *l. penult. ff. de pactis.* Solutio est facilis, Qui jus habet in re (ut creditor) sibi à debitore ita paciscí potest, *ut hic.* extraneus cujus nullo modo interest, non potest, *ut dicì. l. pen.* His adde quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de condict. ob caus. dator.* num.

De

De electione pignorum distrahendorum.

VIII. MODESTINUS lib. IV Regularum.

CReditoris [53] arbitrio permittitur, ex pignoribus sibi obligatis, quibus [54] velit distractis, ad suum commodum pervenire.

De pignore minoris vendito, quam creditori debetur.

IX. PAULUS lib. III Quæstionum.

QUæsitum est, si creditor ab emptore pignoris pretium servare non potuisset [55], an debitor liberatus esset? *putavi*, si nulla culpa imputari creditori possit, manere [56] debitorem obligatum: quia ex necessitate facta venditio non liberat debitorem, nisi [57] pecunia percepta. §. 1. Pomponius autem Lectionum lib. II ita scripsit: Quod in pignoribus dandis adjici solet, *ut, quo minus pignus venisset, reliquum* [58] *debitor redderet*, supervacuum [59] est: quia ipso jure ita se res habet, etiam non adjecto eo.

De evictione.

X. IDEM lib. VI Responsorum.

ET si is, qui lege pignoris emit [60], ob evictionem [61] rei redire ad venditorem non potest: tamen [62] non [63] esse audiendum creditorem, qui fundum vendidit, si velit ejusdem rei ex alia causa quæstionem movere.

De nominibus, & pignoribus adjudicatis in judicio familiæ erciscundæ.

XI. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

ARbiter dividendæ [64] hereditatis, cum corpora hereditaria divisisset, nomina [65] quoque communium debitorum separatim singulis in solidum adsignavit: Quæsitum est, an debitoribus cessantibus, pro solido pignus vendere quisque posset? Respondi, posse.

Si creditor emat à debitore. 1. De re aliena pignerata. De lucro, quod occasione pignoris creditor consecutus est.

XII. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

REscriptum est ab Imperatore, libellos [66] agente Papiniano [67], creditorem à [68] debitore pignus emere posse: quia in dominio [69] manet debitoris. §. 1. Si aliena res pignori data fuerit, & creditor eam vendiderit [70]: videamus, an pretium, quod percepit creditor, liberet debitorem [71] personali actione pecuniæ creditæ? Quod vere responderetur, si ea lege [72] vendidit, *ne evictionis nomine obligaretur*: quia ex contractu, [&] quali quali obligatione à debitore interposita, certe ex occasione ejus redactum id pretium æquius [73] proficeret debitori, quam creditoris lucro cederet: Sed quantum quidem ad creditorem, debitor liberatur: quantum vero ad dominum rei, si necdum pignus evictum est, vel ad emptorem, post evictionem, ipsi debitor utili actione tenetur, ne ex aliena [74] jactura sibi lucrum adquirat: nam [&] si majores fructus [75] forte petens à possessore creditor abstulit [76], universos in quantitatem debitam accepto ferre debebit: & cum per injuriam judicis domino rem, quæ debitoris non fuisset, abstulisset creditor, quasi obligatam sibi, & quæreretur, an, soluto debito, restitui eam oporteret debitori? Scævola noster restituendam probavit. Quod si non ita vendidit, ut certum sit omnimodo apud eum pretium remansurum, verum obligatus [77] est ad id restituendum: arbitror interim quidem nihil à debitore peti posse, sed in suspenso haberi liberationem: verum, si actione ex empto conventus præstitisset creditor emptori, debitum persequi eum à debitore posse: quia apparuit non esse liberatum [78].

Quid præstat creditor emptori.

XIII. PAULUS lib. I Decretorum.

CReditor, qui jure [79] suo pignus distrahit, jus suum [80] cedere [81] debet: &, si pignus possidet, tradere utique [debet] possessionem.

De nominibus & pignoribus adjudicatis in judicio familiæ erciscundæ.

XIV. SCÆVOLA lib. VI Digestorum.

ARbitri [82] dividundæ hereditatis, inter heredes, cum corpora hereditaria divisissent, nomina quoque communium debitorum separatim [83] diversa singulis in solidum [84] adsignaverunt: Quæsitum est, an unusquisque eorum, debitore sibi addicto cessante in solutione, pro solvendo pignus sub eo nomine obligatum vendere posset? Respondit, potuisse.

53 *Sub.* unius qui bona generaliter habet obligata. Quin ex hoc loco notat Baldus, Filium pro sua legitima posse quancunque rem distrahere, exemplo creditoris: licet pater ei precariis verbis subtraxerit.

54 Pluribus ex pignoribus potest unum vel quodcumque vult creditor vendere. An & majus pro exigua pecunia? Sic putat Bartolus. Imo aliud videtur. *l. 5. §. 10. ff. de rebus eorum qui sub tutel.* Goth. Vide *l. quamdiu. C. eod.* Fr. Marc. *decis.* 928. *part.* 2. Ans.

55 Propter subitam inopiam ei supervenientem.

56 Pignoris nuda venditio non liberat debitorem, sed solutio facta creditori. adde *l.* 10. *C. de obligat. l. ult* §. 4. *C. de jure dominii impetr.*

57 *l.* 26. *ff. de solutionibus.*

58 *l.* 3. *C. eod.*

59 Adjectio eorum quæ tacite insunt, contractui nihil adjicit: adde *leg. non recte.* 3. *C. de fidejuss.* & *l.* 28. *ff. de reb. cred.*

60 *Sub.* à creditore.

61 Creditor idemque venditor pignoris, emptori evictionis nomine non tenetur, *ut hic. l.* 11. §. 16. *ff. de act. empt.*

62 Evictionis etsi non teneatur creditor pignoris venditi nomine, rescindere tamen ipse venditionem factam non potest.

63 Id est, etsi creditor non teneatur de evictione, neque promittat emptori nullam litem ei ab aliis motam iri, ipse tamen non potest evincere. *v. l.* 17. *ff. de evict.*

64 Eadem lex reperitur in *l. ult. ff. eod.*

65 V. *l.* 77 §. 18. *ff. de legat.* 2.

66 Vide quæ scripsi ad *tit. C. quando libellus Princ. datus.*

67 Papinianus libellos egit, id est, magister libellorum fuit.

68 *l.* 9. *ff. quibus modis.*

69 *l.* 9. *C. de pignoratitia act.*

70 *Sub.* non jure creditoris: ut ea ratione evictionem præstet. 71 *Sub.* in perpetuum.

72 Quæ semper tacite intelligitur. *l.* 2. *C. credit. evict. pign. non deb.* 73 *l.* 23. *ff. de pignorat.*

74 Adde *l.* 14. *l.* 66. *ff. de condict. indeb. l.* 206. *ff. de reg. jur.* Recte Calcagninus scripsit, paria esse, aliena jactura locupletari, & dolum expressum committere. 75 Fructus enim imputabit in usuras & sortem, *l.* 1. *C. eod. v. l.* 1. *C. de partu pign. l.* 1. 2. *C. de pignorat. act.* 76 *Sub.* per sententiam: & ita juste. 77 *Sub.* pacto expresso post evictionem interposito. 78 In perpetuum, sed ad tempus. *l.* 26. *ff. de solut.* 79 Ut quis jure pignus distrahat moram debitoris intervenire oportet, *l.* 4. *ff. eod.* ut sit in mora, prius conveniendus est denunciationibus, *l.* 10. *C. de pign.* mora commissa biennium expectandum est. *l.* 3. §. 1. *C. de jur. dom. imper.* 80 Id est, pignoratitiam actionem, *arg. l. in creditore.* 38. *ff. de evict.* vel hypothecariam, *l. penult. §. Latinum. ff. de except. rei judic.*

81 *l.* 7. *ff. eod.* & melius, *l.* 38. *ff. de evict.* 82 *l.* 11. *ff. eod.* Goth. Vid. Ant. Augustin. *lib.* 1. *emendat. c.* 7. Ans. 83 Nam ea, quæ in nominibus sunt, non recipiunt divisionem: cum ipso jure in portiones hereditarias ex lege 12 tabularum divisa sint. *v. l.* 6. *C. famil. erciscund. l.* 1. *C. si certum.* 84 *Al.* solvendum, & ita male in Pandectis Florentinis legi notat Brissonius. *in parergis.*

TIT. VI.

QUIBUS MODIS [1] PIGNUS, VEL HYPOTHECA [2] SOLVITUR.

De negotiorum gestore, qui liberavit pignus. 1. De donatione inutili. 2. De transactione judicii à defensore, qui cavit judicium solvi in dominum.

1. PAPINIANUS lib. XI Responsorum.

DEbitoris absentis amicus negotia gessit & pignora citra [3] emptionem pecunia [4] sua liberavit: Jus pristinum domino restitutum videtur. Igitur qui negotium gessit, utilem Servianam dari sibi non recte desiderabit [5]: si tamen possideat, exceptione doli defenditur. §. 1. Cum venditor [6], numerata sibi parte pretii, prædium quod venierat 7, pignori accepisset, ac postea residuum pretium emptori, litteris ad eum missis, donasset [8], eoque defuncto, donationem quibusdam [9] modis inutilem esse constabat: jure pignoris fiscum frustra [10] petere prædium, qui succesferat in locum venditoris, apparuit: cujus [pignoris] solutum esse pactum prima voluntate donationis [11] constabat. quoniam inutilem pecuniæ donationem lex [12] facit, cui non est locus in pignore liberando. §. 2. Defensor absentis cautionem [13] judicatum solvi præstitit. In dominum à judicio postea translato [15], fidejussores ob rem judicatam, quos defensor dedit, non tenebuntur, nec pignora quæ dederunt.

1 De remissione pignoris agitur VIII. C. XXVI. de luitione 8. *cap.* 31. & 25 *Eclog.* 8.

2 Solutione. vid. *l.* 1. *ff. eod.*

3 In pignus debitoris non succedit, qui pro debitore pecuniam solvit ejus creditori, licet eum liberet. Itaque ut in pignus succedat, nominatim id convenire oportet. *l.* 21. *C. de pign.* 4 Solutione pignus tollitur, *ut hic. l.* 6. §. 1. *in fin. ff. eod. l.* 19. *in fi. C. de usuris.* oblatione, *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* depositione, *dict. l.* 19. vide *l.* 9. *C. de solut.* donatione, §. 1. *ff. eod.* pacto de non petendo, *l.* 5. *ff. eod.* novatione, *v. l.* 11. §. 1. *ff. de pign.* satisfactione, *l.* 6. *in princ. ff. eod.* voluntate expressa, ac remissione, *l.* 5. *ff. eod.* tacite, si creditor consentiat venditioni qualicunque pignoris, *l.* 4. §. 1. *l.* 7. *ff. eod.* re extincta, *l.* 8. *ff. eod.* tempore convento finito, *l.* 6. *ff. eod.* mutatione personæ debitoris, §. *ult. ff. eod.* si juratum, *l.* 5. *in fin.* aut judicatum sit non deberi. *l.* 13. *ff. eod.* 5 Quia non succedit in jus debitoris, quoad actionem, sed quoad exceptionem. *Bart.*

6 *Al.* creditor, *& ita Alberic.*

7 Id est, tradiderat. *Alberic.*

8 *Donatione* etiam inutili pignus solvitur.

9 Ut igitur virum & uxorem pignoris remissio est, at non debiti, *leg. jubemus.* 8. *C. ad Velleianum.* Item pignus, 500 aureos excedens, remitti potest sine insinuatione; secus vero ejusdem quantitatis remitti non potest sine insinuatione. Adde hic præterea Accursium.

10 Immo, debito inutiliter remisso pignus vindicari potest. *l.* 5. *C. de remiss. pign.*

11 *Al.* donatoria.

12 Si forte remitto, dum contra legem Cinciam donatum volo, remissio inutilis est. Tacita hypothecæ remissio inutilis non est, quia remissa hypotheca nulla fieri donatio intelligitur.

13 Cautio judicatum solvi extinguitur mutata persona, hoc est, translato judicio ab uno in alium: fidejussores judicio sisti non tenentur.

14 *Sub.* ratum habentem, quem admittere auctor non tenebatur.

15 Mutatione personæ debitoris, pignus solvitur.

16 Eaque oblata actiones sibi cedi à creditore petierit. *l.* 19. *ff. qui potior.*

17 Alias est in dolo. *l.* 8. *in fi. ff. eod.*

18 Formula in diem addictionis, *l.* 1. 2. *ff. de in diem addictione.*

19 *l.* 4. §. 3. *ff. de in diem addictione.* Resoluto jure venditoris, relevitur jus emptoris, si modo ex causa ambigua, ac necessaria jus venditoris solutum est. *Goth. V.* Anton. Merend. *lib.* 1 *controv. cap.* 45. Ans.

20 *l.* 43. §. 8. *ff. de ædilitio.*

21 Tacite creditor discedit à jure pignoris, quoties consentit omni ejus alienationi. *ut hic. & l.* 9. *in fin. l.* 11. *in fin. l.* 12. *ff. eod. l.* 4. *C. de remiss. pign.* Goth. Adde *l.* 158. *ff. de reg. jur. l.* 18. *ff. de novat.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 119. Ans.

22 Negatio hæc est, cum quis verbis aliquid dicere videtur, efficitur vero, seu subsequitur nihil. Hic enim creditor consentit alienationi pignoris, salvo jure suo.

23 Protestatione conservari jus protestantis, hinc Bartolus colligit.

24 Probandum eum velle. Quæritur si forte, &c. *Hal.*

25 Actus (pone venditionis) cui consensus præstatur, si non tenet, nunquam nocet.

Venditori [14] autem non utimur. Attilicini sententia, qui putabat, si satisfetur [41] alicui [42] certæ pecuniæ, recedere eum à pignoribus debere.

Si venditioni consenserit creditor, vel tutor, 1. Vel procurator, vel servus actor. 2. De pacto cum debitoris procuratore, vel servo. 3. Si convenit de parte pro indiviso alienanda, & certa pars alienatur. 4. De divisione rei cujus pars fuerit pro indiviso obligata.

VII. GAIUS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

SI consensit [43] venditioni creditor, liberatur hypotheca: Sed in his pupilli consensus non debet aliter ratus haberi [44], quam si præsente tutore [auctore] consenserit, aut etiam ipse tutor: scilicet si commodum aliquid, vel satis ei fieri ex eo Judex æstimaverit.

26 Vide *l.* 4. *ff. tit. prox.* 29 *l.* 14. *ff. eod.* adde *l.* 76. *in fin. ff. de solut.* 30 *l.* 13. *ff. eod.*

31 *l.* 1. §. 2, 3. *eod. l.* 11. §. 3. §. 4. *ff. de pign. l.* 11. §. 1. *l.* 13. §. 2. *l.* 16. §. 3. *ff. de pign. l.* 9. *l.* 10. *C. de pign. l.* 3. *C. de luit. pign.* 32 Integrum, *l.* 20. *C. de pign.* 33 *l.* 13. §. 4. *ff. de pign. l.* 9. §. 3. *ff. de pign. l.* 52. *ff. de solut.* 34 Puta usucapione longi temporis: vide quæ notavi *ad l.* 1. §. 4. *ff. de pign. & l.* 7. *C. de pign.* 30 annorum ab extraneo titulum non habente, *l.* 3. *C. de præscript.* 30 *annorum.* quadraginta vero annorum ab ipso debitore, & ejus heredibus, *arg. dict. l.* 3. 35 Pone oblatione & consignatione in judicio facta, *de qua* ff. *proxim.* 36 *l.* 20. *C. de pign. l.* 10. *ff. de pign. l.* 9. *C. de pign.* 37 *Satisfacere* minus est quam solvere. 38 Vide *l.* 52. *ff. de solut.*

39 *Solvere*, plus est, quam *satisfacere.* 40 Cur? quia suo jure utitur. 41 Pignus liberare non videtur, qui satisfactionem tantum offert. Cur non liberat? Plus est cautionis in pignore, quam in fidejussore. 42 Invito scilicet: nam in volenti aliud est. *l.* 9. §. 3. *ff. de pign.* 43 *l.* 4. *ff. eod.* 44 *l.* 28. *ff. de pact.*

rit. §. 1 Videbimus, si procurator omnium bonorum consen-
44 Solli potest procurator omnium bonorum, ut & servo actori sed & ei qui id ad, ut solutionem recipere, p. positum est, l. 10. in fi. l. 11 ff. de pact. l. 34. § 3. de solut. & quod magis est, cui pignorare licet. l. 11. l. 12. ff. de pign.

45 Remittens pignus dare intelligitur. Liberam peculii administrationem habens servus, l. 28. in fi. ff. de pact. procurator, ut hic. & totorum bonorum, l. 63. ff. de procurat. alienare non possunt, nisi specialiter hoc eis mandatum sit, ut hic. eidem transigere in nostrum prædicium non possunt. l. 60. ff. de procur.

46 l. 17. 18. 19. ff. de pact.

47 Exceptionem prodesse debet. Haloand.

48 Id est, si corpus est. Accurs. adde l. 3. in fi. ff. qui potiores.

49 Obligans partem pro indiviso, postea dividendo non officit creditori. adde l. 3. § 2. ff. qui potiores.

50 l. 6. § 8. ff. comm. dividund.

51 Interitu rei extingeritur obligatio eo modo, pignoris, ut fit actus. Goth. Omnis res totius rei. vid l. 21. ff. de pignorat. act. l. 16. § 2. l. 29. § 2. l. fin. ff. de pignorat. l. 57. ff. de contrab. empt. Ans.

52 Imo, homine pignorato extincto agi potest ad exhibendum. leg. 27. ff. de pign.

53 Argumentum à re corporali ad incorporalem.

54 Potest enim pignorari usus-fructus. l. 11. § 2. ff. de pign.

55 Id est, pacto remittere jus pignoris.

56 Hereditario nomine, ita ut nec obligatio habeatur pro hereditaria: quod proficit cuicunque subeunti heredis locum. vide Cujac. ad l. 21. ff. de fidejuss. 7. tractatu ad Affric.

57 Id est, pacto remiserit

58 Pactum factum heredi transit ad fideicommissarium universalem. l. 20. ff. de petit. heredit. Bart. 59 Imo non competit fideicommissario. vide l. 73. ff. ad Trebell. Respondeo, quia suo nomine non hereditario contraxit, Cujac. ibid. Vel ita: Potest creditor pacisci, ut ne pignus obligatum habeat, de quo si cum herede pactus sit, dicendum fuerit eo pacto quoque juvari eum, cui Senatusconsulto Trebelliano fuerit restituta hereditas. Alii putant, Pactum superius factum defuncto & heredi ejus extendi ad fideicommissarium: at non extendi in fideicommissarium, si factum sit ipsi heredi, argum. l. si tibi decem. 17. §. cum possessor. 6. ff. de pactis. l. si heres pecuniam. 73. ff. ad Trebell. 60 Fideicommissarius universalis est, etiam heres, vide quæ notavi ad l. 1. §. 3. ff. quod legatorum. & quæ scripsi ad l. 43. ff. ad Trebell. Ita promissio in qua fit mentio heredis, extenditur ad fideicommissarium. 61 Procurator in rem suam, sive ex parte actoris, sive ex parte rei ipsius sit procurator, loco domini habetur. vide l. 55. ff. de procur. pacisendo officit sibi & credenti. 62 l. 13. in fi. ff. de pact.

63 d. l. 13. ut & jusjurandum. l. 7. in fi. ff. de jurejur. 64 l. 55. ff. de procur.

65 Pactum portionis divisæ non extenditur ad partem indivisam. 66 Pactum rei recte pignori obligatæ, rem ipsam non egreditur. 67 l. 1. §. 1. quæ res pign. 68 Cum peculiariter pignori hypothecam, &c. Hal. 69 Liberam habens administrationem peculii, donandi jus, aut remittendi gratuito pignoris non habet, sed transigendi tantum. 70 l. 3. §. 8. in fin. ff. de donat. int. vir. l. 7. ff. de donat. 71 Tunc enim donatio non est, ut hic. & breviter justa de causa liberam peculii administrationem habentes donare possunt, d. l. 7. §. 1. ff. de donat. ut & si specialiter hoc eis sit permissum. l. 7. §. 1. ff. eod. 72 Adde §. 3. ff. eod. 73 Vide l. 158. ff. de reg.

74 Sub. jure pignoris. 75 Qui consentit, ut pignus alienetur, tacite remittit jus pignoris, si alienatio sit secuta. Bart. 76 Consensus non officit, nisi actus in quem consensum est, effectum suum consequatus sit, & consummatus sit. Bald. 77 Agrum specialiter hypothecæ dedit Titio creditori Sempronius: Titius creditor hypothecaria in eum fundum experitur. Excipit Sempronius: ponit enim, permissu creditoris eum fundum venisse: itaque frustra in eum hypothecaria experiri. Replicat Titius creditor, verisimile non esse suo permissu fundum eum venisse, quem ipse debitor re possideat: cujus nec apud eum possessio sit. Contra duplicat ita debitor, fieri posse, ut is fundus permissu creditoris venditus sit, & tamen eum nunc possideat: nihil enim impedire permissu creditoris agrum venisse, deinde bona fide Sempronium debitorem ab emptore ejusve successore eundem redemisse. Quid, si debitor ipsi emptori heres extiterit? Quæstio hæc tota in conjectura posita est: Imo ne in conjectura quidem, cum ex se manifesta sit satis? Constat agrum, de quo agitur, hypothecæ datum, ut §. eod. Constat pecuniam solutam non esse, verisimile tamen. Quæ cum ita sint aperta, quis dubitat, doli mali suspicionem translatam esse ad præsens tempus, ut cum hoc tempore agrum, quem hypothecæ dedisti, quemque soluta pecunia creditori non liberavisti, ipse possideas, debitori nunquam eum agrum permissu creditoris vendidisse præsumaris. 78 Credere. 79 Rem possideat, Hal. male: re possidere, hic est, habere. 80 De translatione temporum, adde l. 17. §. 14. ff. de injuriis. 81 Imo, non potest: Nam qui semel consensit alienationi pignoris vel hypothecæ, hoc consensu pignoris jus suum extinxit. l. ult. C. de remiss. pign. 82 Verba exceptionis, de qua d. l. ult. in fi. C. de remiss. pign. 83 De qua vide l. 6. ff. de pign. 84 Venditionis & alienationis idem effectus. Qui legat, alienat, ut hic. Venditionis enim vocabulum omnem alienationem comprehendit, l. 29. in fi. ff. de statulib. Goth. Intellectum hujus §. tradit Johann. Decher. lib. 1 dissert. 1. n. 9. Ans.

sit, vel servus actor, cui & solvi 44 potest, & in id positus est: an teneat consensus eorum? Et dicendum est non 45 posse: nisi specialiter hoc eis mandatum est. §. 2. Sed si 46 cum debitoris pro curatore convenit, ne sit res obligata, dicendum est, id debitori per doli exceptionem prodesse. Cum autem cum servo ejus convenerit, per ipsam pacti * conventi * exceptionem debet 47.

§. 3. Si convenit de parte pro indiviso alienanda, si certa 48 res est, quæ venit, potest dici, de reliqua parte ab initio agi oportere, nec obstat exceptio. §. 4. Illud tenendum est, si quis communis rei partem pro indiviso 49 dederit hypothecæ, divisione facta cum socio, non 50 utique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtingit, qui pignori dedit, sed utriusque pars pro indiviso pro parte dimidia manebit obligata.

De interitu rei corporalis vel usufructus. 1. Si pacto remittatur pignus. 2. De pacto procuratoris in rem suam. 3. De remissi ne pignoris pro parte. 5. De filiofamilias & servo. 6. De venditione permissa. 7. Si pignus permissu creditoris venditum debitor, 8. Vel emptor, qui debitori successit, 9. Vel u, qui ab emptore pignori accepit, possideat. 10. De cautione creditori præstanda ab emptore. 11. De pignore legato, 12. Vel vendito, nec tradito, 13. Vel donato: vel in dotem dato, vel vendito. 14. Minoris aut pluris, quam creditor concesserit. 15. De creditoris scientia, subscriptione, & consensu sine scriptis. 16. Si heres debitoris, 17. Vel novus possessor vendiderit. 18. De venditione post tempus præfinitum à creditore. 19. De litis æstimatione soluta.

VIII. MARCIANUS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

SIcut 51 re corporali extincta 52 ita 53 & usufructu 54 extincto, pignus hypothecave perit. §. 1. Creditor, *ne pignori hypothecave sit res*, pacisci 55 potest: & ideo si heredi 56 pactus 57 fuerit, ei 58 quoque proderit 59 pactum, cui restituit 60 hereditatem ex Senatusconsulto Trebelliano. §. 2. Si procurator 61 debitoris in rem suam 62 sit, non puto dubitari debere, quin pactum 63 noceat creditori. † Itemque si à parte creditoris procurator in rem suam extiterit, paciscendo inutilem sibi faciet hypothecariam actionem: in tantum, ut putem recte dici, & dominis 64 litis hoc casu nocere hanc exceptionem. §. 3. Si convenerit, *ne 65 pars dimidia pro indiviso pignoris sit*, quæcumque fundi ejus pars à quolibet possessore petatur, dimidia non recte petetur. §. 4. Si plures dederint pro indiviso, & cum uno creditor paciscatur, *ne hypothecæ sit*, deinde ab eo petat, etiam si hic, cum quo pactus est, solidum fundum possideat pro indiviso: quia 66 de parte convenisset, non repellit eum à toto. §. 5. An pacisci possunt filiusfamilias 67, & servus, *ne res pignori sit*, quam peculiariter hypothecam 68 acceperint; & habent liberam 69 administrationem, videamus: an quemadmodum donare 70 non possunt, ita nec pacisci, *ne pignori sit*, possint? Sed dicendum est, ut concedere possint: scilicet si 71 pretium pro pactione accipiant: quasi vendant. §. 6. Si voluntate 72 creditoris fundus alienatus est, inverecunde 73 applicari 74 sibi eum creditor desiderat: si 75 tamen effectus 76 sit secutus venditionis: nam si non venierit, non est satis ad repellendum creditorem, quod voluit venire. §. 7. Supervacuum 77 est quærere 78, agrum specialiter hypothecæ datum, permissu creditoris venisse, si ipse debitor re possideat 79: nisi quod potest fieri, ut debitor permissu creditoris vendiderit, deinde postea bona fide redemerit ab eodem, vel ab alio, ad quem per successionem ea res pertinere cœpisset; aut si ipse debitor emptori heres exstiterit. Verumtamen, cum pecunia soluta non sit, doli mali suspicio inerit, translata 80 ad præsens tempus, ut possit 81 creditor replicationem doli mali objicere. §. 8. Illud videamus, si Titius debitor voluntate creditoris sui vendiderit Mævio, vel ei à quo Mævius emerit, & postea Mævius Titio heres exstiterit, & creditor ab eo petat, quid juris sit. Sed iniquum est auferri ei rem à creditore, qui non successionis jure, sed alio modo rem nactus est: Potest tamen dici, cum Titii dolus in re versaretur, ne creditor à possessore pecuniam recipiat, iniquissimum esse, ludificari eum. §. 9. Quod si is fundus à Mævio alicui obligatus possideatur, cui nondum satisfactum erit, tunc rursus æquum erit excipi, SI 82 NON VOLUNTATE CREDITORIS VENIIT: licet enim dolus malus debitoris interveniat qui non solvit, tamen secundus creditor qui pignori accepit, potior est. §. 10. Tutius tamen est, si debitor à creditore petat, *ut ei permittat pignus vendere, quo magis satisfaciat*, ante cautionem 83 accipere ab eo qui rem empturus erit, ut pretium rei venditæ usque ad summam debiti creditori solvatur.

§. 11. *Venditionis* autem appellationem generaliter 84 accipere debemus, ut & si legare 85 permisit, valeat quod concessit: Quod ita intelligemus, ut * & * si legatum repudiatum fuerit, convaleat 86 pignus. §. 12. Si debitor vendiderit 87 rem, nec tradiderit, annon repellatur creditor, quasi adhuc res in bonis sit debitoris: an vero eum teneatur ex empto, pignus extinguatur? Quod & magis est. Sed quid, si pretium venditor consecutus non sit, nec paratus sit emptor dare? Tantundem potest dici. §. 14. Sed si permiserit creditor *vendere*, debitor vero donaverit, an exceptione illum summoveat? An facti 88 sit magis quæstio, nunquid ideo venire voluit, ut pretio accepto, ipsi quoque res expediat? Quo casu non nocebit consensus. † Quod si in dotem dederit, vendidisse 89 in hoc casu recte videtur, propter onera matrimonii.

† In contrarium, si concessit donare, & vendiderit debitor, repelletur creditor. Nisi si quis dicat, ideo concessisse donari, quod amicus erat creditori is cui donabatur. §. 14. Quod si concesserit *decem vendere*, ille quinque vendiderit, dicendum est, non esse repellendum creditorem. In contrarium non erit quærendum quin recte vendit, si pluris vendiderit, quam concessit creditor.

§. 15. Non 90 videtur 91 autem consensisse creditor, si sciente eo debitor rem vendiderit 92, cum ideo passus est venire, quod sciebat ubique pignus [sibi] durare: sed si subscripserit 93 forte in tabulis emptionis, consensisse videtur: nisi manifeste appareat deceptum esse. Quod observari oportet & si sine scriptis consenserit. § 16. Si debitori concessum sit, & heres ejus vendiderit, potest facti quæstio esse, quid intellexit creditor? Sed recte 94 vènisse dicendum est: hæ enim subtilitates 95 ab judicibus non admittuntur. §. 17. Si debitor forte concessa venditione desierit 96 possidere, & novus possessor 97 vendiderit, an duret pignus, quasi 98 personæ permiserit creditor? Quod & magis est: nam si novo possessori, non debitori, à quo hypothecam accepit, concessit creditor vendere, dicendum est, nocere ei exceptionem.

§. 18. Sed si intra annum, aut biennium consenserit creditor vendere, post 99 hoc tempus vendendo, non aufert pignus creditori. §. 19. Si creditor hypothecaria usus, à possessore litis 100 æstimationem consecutus fuerit, & à debitore petat debitum, puto doli mali exceptionem 1 ei obstaturam.

De duobus creditoribus pignus in assem mentibus. 1. De primo creditore tacite remittente pignus, & tertio succedente in locum secundi.

IX. MODESTINUS lib. IV Responsorum.

TItius Sempronio fundum pignori dedit: & eundem [fundum] postea Gaio Seio pignori dedit: atque ita idem Titius Sempronio 2, & Gaio Seio fundum eundem in assem 3 vendidit, quibus pignori ante dederat in solidum singulis. Quæro, an, venditione interposita jus pignoris extinctum sit: ac per hoc jus solum emptionis apud ambos permanserit? Modestinus respondit, dominium 4 ad eos de quibus quæritur emptionis jure pertinere: cum consensum mutuo venditioni dedisse proponantur, invicem pigneratitiam actionem eos non 5 habere. §. 1. Titius Seio pecuniam sub pignore fundi dederat, qui fundus cum esset Reipublicæ ante obligatus, secundus creditor pecuniam Reipublicæ [eam] solvit: sed Mævius exstitit, qui dicebat, ante Rempublicam sibi fundum obligatum fuisse: inveniebatur autem Mævius, instrumento cautionis cum Republica facto 6 à Seio, interfuisse 7, & subscripsisse: quo caverat Seius *fundum nulli 8 alii esse obligatum*. Quæro, an actio aliqua in rem Mævio competere potest? Modestinus respondit, pignus, cui is de quo quæritur, consensit 9, minime eum retinere posse.

De venditione pignoris resoluta, vel quæ non habet effectum.

X. PAULUS lib. III Quæstionum.

VOluntate creditoris pignus debitor vendidit: & postea placuit inter eum & emptorem, *ut à venditione discederent*. Jus pignorum salvum erit creditori: nam sicut debitori, ita & creditori pristinum 10 jus restituitur: Neque omnimodo creditor pignus remittit, sed ita demum, si emptor rem retineat, nec reddat venditori: & ideo si judicio quoque accepto venditor absolutus sit, vel, quia non tradebat, in id quod interest condemnatus, salvum fore pignus creditori dicendum est: hæc enim accidere potuissent, etiam si non voluntate creditoris vendidisset. §. 1. Creditor quoque si pignus distraxit, & ex venditione recessum fuerit, vel homo redhibitus 11, dominium ad debitorem revertitur.

† Idemque est in omnibus, quibus concessum est rem alienam vendere: Non enim, quia dominium transferunt, ideo ab emptore jus [ejus] recipiunt, sed in pristinam 12 causam res redit, resoluta venditione.

De pignore dato in dotem consensu creditricis.

XI. IDEM lib. IV Responsorum.

LUcius Titius cum esset uxori suæ Gaiæ Seiæ debitor sub pignore, sive hypotheca prædiorum, eadem prædia cum uxore sua 13, [Seiæ] Septitiæ communis filiæ nomine, Sempronio marito ejus futuro in dotem dedit 14: postea, defuncto Lucio Titio, Septitia filia abstinuit [se] hereditate paterna. Quæro, an mater ejus hypothecam persequi possit? Paulus respondit, pignoris quidem obligationem prædiorum Gaiam Seiam, quæ viro pro filia communi in dotem eadem danti consensit 15, cum communis filiæ nomine darentur, remisisse videri, obligationem autem personalem perseverasse: sed adversus eam, quæ patris 16 hereditate se abstinuit, actionem non esse dandam.

Si

85 Testari potest de re mea, & eam legare meo consensu: ideoque consensus ille mihi nocebit. v. Bald. l. quotiès. C. de fideic. Ifi decem tibi: §. de pign. ff. de pact. Bart. l. cum quis. 27. ff. de leg. 3.

86 Utcunque tibi legandi potestatem feci, si tamen legatii, & legatum repudiatum est, pignus convalescit, ut hic. facit §. 6. 7. 8. 9. ff. eod.

87 Consentiente creditore.

88 Vide l. 24. ff. de rei. vin.

89 Non vendit, qui donat, quasi vendit, qui in dotem dat, ut hic. l. 19. ff. de oblig. & act. & ita si permittitur unus actus alienationis, permittitur omnis alius illi similis, & eundem effectum habens, vel meliorem (v. ff. in verbo & vendiderit) secus si deteriorem. §. 14. ff. eod.

90 Imo videtur is consentire venditioni & renunciare hypothecæ, quo sciente & non repugnante res distrahitur. l. 8. C. de remiss. pign. l. 4. §. 11. ff. de doli except.

91 Scientia sola & patientia creditoris venditionem pignoris non confirmat, sed subscriptio.

92 Vide l. 6. l. 8. C. de remiss. pign.

93 Subscribens in suo negotio principaliter, l. 9. in fi. ff. eod. consentit, ut hic. qui in alieno (ut notarius & testis, secus, l. 39. in fi. ff. de pign. vid. tamen l. 26. §. 1. ff. de pign.

94 Potestas vendendi debitori facta, & ejus heredi facta intelligitur, ut hic.

95 Subtilitates meræ judicibus invisæ. l. 47. in fi. ff. de neg. l. 20. C. de leg.

96 Rem desierit possidere.

97 Non habens ab eo causam, vel habens, sed singularem.

98 Qui debitori venditionem pignoris permittit, eidem & facultatem deferendæ possessionis non permittit, id est, permissio venditionis uni facta ad alium non extenditur. Bart. Determinata permissio, nominatam personam non egreditur. Alberic.

99 Permissio venditionis facta ad tempus, ultra tempus non porrigitur. Bart. Determinata tempore sc. permissio, tempus sumu non egreditur. Alberic.

100 l. 2. ff. eod.

1 Hypothecaria conventus possessor solvens litis æstimationem, liberat debitorem, quæ exceptionis,

non ipso jure. Cur non ipso jure? quia solvit, ut se liberet, & suum non debitoris negotium gerens. 2 Potest enim creditoribus debitor pignus vendere. l. 12. ff. de distr. pign. Goth. Vide ita hanc l. Alciat. l. 9 parerg. c. 33. Contra in memorabil. verb. Annona. Ans. 3 Hoc quid est, an in solutum? an in solidum? cui opponitur in aliquid, l. 1. §. 1. ff. de separationibus. quod etiam vult Cujac. An vili pretio? An ad justum calculum? an quanti vendi potuit? Quam posteriorem opinionem defendit Alciat. 2 Parerg. 33. an pro quota debiti, ut vult Ruffardus? 4 Pignoris jus in jus dominii venditione mutatur. 5 Juri in solidum agendi renunciat creditor, cui simul cum alio creditore debitor rem pro quota debiti vendidit. 6 Antea facto. Haloand. 7 Pignus creditori perit, quod eo consentiente alii venditur. 8 Juri pignoris renunciat primus creditor, qui fundum sibi obligatum nulli alii obligatum coram secundo creditore subscribit. vide l. 8. §. 15. ff. eod. 9. Subscribendo se. 10 Revalescit pignus alienatum creditoris consensu, si debitoris in potestatem redierit, ut hic. l. 8. §. 7. ff. eod. v. l. ult. C. de remiss. pign. l. 12. §. 12. ff. de captivis.

11 l. 4. in princ. ff. eod. l. 60. ff. de ædilitio edicto. 12 Si res cum eadem causa ad venditorem redit, pignus in statum pristinum redintegratur. Bart. 13 Si debitor consensu creditricis pignus ei supposuit, alteri obligat, creditrix eo consensu jus pignoris amittit. v. quæ notavi ad l. 12. §. 4. ff. qui potior. Goth. Vide quid per hanc l. consuluerunt Alexand. vol. 2 Consil. 12. & Socin. Consil. 266. facit l. 3. cum not. ff. de pact. Ans. 14 Quæ consentit, rem sibi, causa dotis obligatam, in dotem alteri dari, ea videtur pignus remittere, ut hic. etiam marito, l. 11. C. ad Velleian. 15 Vide l. 4. §. 1. ff. eod. 16 Dote filia contenta, patris hereditate abstinere potest: Unde colligunt, dotem in bonis patris non esse. vide l. 2. C. de revocand. his, quæ in fraud. erod.

Si debitor consensis creditoris pignus obliget tertio. 1. De oblatione pecuniæ debitæ.

XII. IDEM lib. V Responsorum.

PAulus respondit, Sempronium antiquiorem creditorem consentientem, cum debitor eandem rem tertio creditori obligaret, jus suum pignoris remisisse videri [17], non etiam tertium in locum ejus successisse: & ideo medii creditoris meliorem causam effectam. † Idem observandum [est] & si Respublica tertio loco crediderit. §. 1. Qui pignoris jure rem persequuntur, à vendicatione rei eos removeri solere, si qualiscunque [18] possessor offerre [19] vellet: neque enim debet quæri de jure possessoris, cum jus petitoris removeatur, soluto pignore.

17 Quantum ad tertium, non quantum ad alios. *l.21. C.ad Velleian.*

18 Hoc est, sive justus, sive injustus, ut oblato debito removeat agentem hypothecaria, Cujac. 11 *obs.* 35.

19 *l.16. §. 3. ff. de pignor. l.19. ff. qui potiores. l. 5. ff. de distract. pignor.* vide quæ scripsi ad *l.9. C. de locato.*

Jurejurando & sententia solvitur pignus.

XIII. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

SI deferente [20] creditore juravit debitor, *se dare non oportere*, pignus liberatur: quia perinde habetur, atque si judicio [21] absolutus esset: nam & si à judice, quamvis per injuriam, absolutus sit debitor, tamen pignus liberatur.

20 *l. 5. in fin. ff. eod. l.40. ff. de jurejur.*

21 *l. 2. ff. de jurejur.*

De fidejussore dato.

XIV. LABEO lib. V Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

CUm colono tibi convenit [22], *Ut invecta importata pignori essent, donec merces tibi soluta, aut satisfactum esset*: deinde mercedis nomine fidejussorem [23] à colono accepisti. Satisfactum tibi videri existimo: & ideo illata pignori esse desisse.

22 Recte additum est, *convenit*: nam sine conventione invecta & importata in prædium rusticum non sunt pignori locatori.

23 *l. 5. §. 2. ff. eod. l. 9. §. 3. ff. de pignor.*

Si debitor pecuniam primo creditori debitam offerat ei, qui in jus primi & secundi successit.

XV. SCÆVOLA lib. VI Digestorum.

PRimi creditoris, qui pignori prædia acceperat, & posterioris, cui quidam ex iisdem fundis dati erant, ad eandem personam hereditas devenerat: debitor offerebat quantum à posteriore creditore mutuatus fuerat: Respondit, cogendum [24] accipere *salvo* [25] *jure pignoris priora contractus.*

24 Et ita partis admittitur solutio. *l.21. ff. de reb. cred.*

25 Clausula, *salvo jure pignoris*, adde *l.4. §.1. ff. eod.*

LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

TIT. I.

DE [1] ÆDILITIO [2] EDICTO [3], ET REDHIBITIONE [4], ET QUANTI [5] MINORIS.

De rebus mobilibus vel immobilibus. 1. Edictum de venditione mancipiorum. 2. Ratio edicti: De dolo & ignorantia venditoris. 3. De venditionibus fiscalibus, 4. Vel factis à Republica, 5. Vel pupillaribus. 6. De vitio, seu morbo manifesto. 7. Morbi definitio & divisio, an differat à vitio. 8. De morbo impediente usum & ministerium, aut levi. 9. De fanaticis, phreniticis, & aliis vitiis animi. 11. De timidis, cupidis, avaris, iracundis, melancholicis, protervis, gibberosis, curvis, prurigino sis, scabiosis, mutis & surdis.

1. ULPIANUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

LAbeo scribit Edictum Ædilium curulium de venditionibus [6] rerum esse tam [7] earum quæ soli sint, quam [earum] quæ mobiles [8] aut se moventes [9].

§. 1. Aiunt Ædiles, QUI MANCIPIA VENDUNT, CERTIORES FACIANT EMPTORES, QUID MORBI VITIIVE CUIQUE SIT, QUIS FUGITIVUS [11], ERROVE SIT, NOXAVE [12] SOLUTUS NON SIT [13]: EADEMQUE OMNIA [14] CUM EA MANCIPIA VENIBUNT, PALAM RECTE PRONUNCIANTO. QUOD SI MANCIPIUM ADVERSUS EA VENISSET, SIVE ADVERSUS QUOD DICTUM PROMISSUMVE FUERIT, CUM VENIRET, FUISSET: QUOD EJUS PRÆSTARI OPORTERE DICETUR EMPTORI, OMNIBUSQUE [15], AD QUOS EA RES PERTINET, JUDICIUM DABIMUS, UT ID MANCIPIUM REDHIBEATUR [16]. † SI QUID AUTEM POST VENDITIONEM TRADITIONEMQUE DETERIUS [17] EMPTORIS OPERA FAMILIÆ [18], PROCURATORISVE [19] EJUS FACTUM ERIT: SIVE QUID EX EO POST VENDITIONEM NATUM, ADQUISITUM FUERIT [20]: ET SI QUID ALIUD VENDITIONE EI ACCESSERIT, SIVE QUID EX EA RE FRUCTUS PERVENERIT AD EMPTOREM: UT EA OMNIA RESTITUAT. † ITEM, SI QUAS ACCESSIONES [21] IPSE PRÆSTITERIT, UT RECIPIAT. ITEM SI QUOD MANCIPIUM CAPITALEM [22] FRAUDEM ADMISERIT, MORTIS CONSCISCENDÆ [23] SIBI CAUSA QUID FECERIT, INVE ARENAM [24] DEPUGNANDI CAUSA AD BESTIAS INTROMISSUS FUERIT: EA OMNIA IN VENDITIONE PRONUNCIANTO. EX HIS ENIM CAUSIS JUDICIUM DABIMUS. HOC AMPLIUS, SI QUIS ADVERSUS EA SCIENS DOLO MALO VENDIDISSE DICETUR, JUDICIUM DABIMUS. §. 2. Causa [25] hujus Edicti proponendi est, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus succurratur, quicunque decepti à venditoribus fuerint: dummodo sciamus venditorem, etiam [26] si ignoravit [27] ea, quæ Ædiles præstari jubent, tamen teneri debere: Nec est hoc iniquum, potuit enim ea nota habere venditor: neque enim interest emptoris, cur fallatur, ignorantia venditoris, an calliditate.

§. 3. Illud sciendum est, Edictum hoc non pertinere ad venditiones [28] fiscales [29]. §. 4. Si [30] tamen Respublica [31] aliqua faciat venditionem, Edictum hoc locum habebit. §. 5. In pupillaribus quoque venditionibus erit Edicto locus. §. 6. Si intelligatur vitium, morbusque mancipii, ut plerunque signis [32] quibusdam solent demonstrare vitia [33], potest dici, Edictum cessare: hoc enim tantum intuendum est, ne emptor decipiatur.

§. 7. Sed sciendum est, *morbum* apud Sabinum [34] sic definitum esse [35], *habitum* [36] *cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa natura nobis ejus corporis sanitatem dedit*: Id autem alias in [37] toto corpore, alias in parte accidere: namque totius corporis [38] morbus est, puta, φθίσις [39], id est, *tabes*, febris; partis, veluti cæcitas [40], licet homo itaque natus sit: *Vitiumque* [41] à *morbo* multum differre: utputa si quis [42] balbus [43] sit: nam hunc vitiosum magis esse, quam morbosum: Ego puto Ædiles tollendæ dubitationis [44] gratia bis κεῖσθαι [45], id est, *de eodem* idem dixisse, ne qua dubitatio superesset. §. 8. Proinde [46] si quid tale fuerit vitii, sive morbi, quod usum ministeriumque hominis impediat, id debit redhibitioni locum: Dummodo meminerimus, non utique quodlibet quam levissimum efficere, ut morbosus vitiosusve habeatur: Proinde levis [47] febricula, aut vetus [48] quartana, quæ tamen jam sperni potest, vel vulnusculum [49] modicum, nullum habet in se delictum, quasi pronunciatum non sit: contemni enim [hæc] potuerunt. † Exempli itaque gratia referamus, *qui morbosi vitiosique sunt*. §. 9. Apud Vivianum quæritur, si servus inter *fanaticos* [50] non semper caput jactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur? Et ait Vivianus, nihilominus hunc sanum [esse]: neque [51] enim nos (inquit) minus animi vitiis [52] aliquos sanos esse intellegere debere: alioquin (inquit) futurum, ut in infinito [53] hac ratione multos sanos esse negaremus, utputa [54] levem, superstitiosum [55], iracundum, contumacem, & si qua similia sunt animi vitia: magis enim de corporis sanitate, quam de animi vitiis promitti. Interdum [56] tamen, inquit, vitium corporale usque [57] ad animum pervenire & eum vitiare, veluti contingeret φρενῖτις, id est, *mente capto* [58], quia, id

1 Adde huic titulo de ædilitiis actionibus, ex 4 Gell. 2. & quod de Manilianis legibus (Manillo quodam juris nostri auctore: cujus meminit Pomponius *l. 2. ff. de origine juris.*) refert Cicero 1 *de Oratore*, nec quisquam est, inquit, eorum cui si jam sit sibi addiscendum aliquid, non Tencrum Pacuvii malit, quam Manilianas venalium vendendorum leges addiscere, Varro 2 *de re rustica*. Itaque stipulantur, paucis exceptis verbis, ac Manilius scriptum reliquit. Idem *c. 5.* Paulo verbosius hæc qui Manilii actiones sequuntur. Idem *c.7.* Iisdem rebus dominum in emptione mutant, ut in Manilii actionibus sunt præscripta.

2 *Ædilitium edictum* dicitur, quod Ædilibus curulibus curæ fuit in venditionibus, ut omnes fraudes amoverentur, ex triplici causa: Ex *reticentia*, si venditor vitium ignotum emptori reticuerit: *ex dicto promissove*, ut si dixerit abesse aliquid quod non abest, vel adesse quod non adest, *l. 27. ff. de dolo.* quod ea *non eavenantur* emptori, id est, non repromittantur emptori ea, quæ in rebus venalitiis edictum Ædilium curulium repromitti jubet, veluti, fugitivum non esse, recte sanum esse, hodie esse, recte bibere posse, habere licere, duplæ stipulationem. Cujac. *hic.* adde 19 *Eclog. cap.* 1. 3 De Ædilitiis actionibus IV. C. 7. VIII. quas Justinianus empti & venditi actionibus ait esse ἀσυμβολοποίητα. Atqui hæc actiones superfluæ videntur, cum sint civiles ex empto & vendito? Imo inductæ sunt, ut innotesceret Ædiles curam egisse, ne emptores à venditoribus circumvenirentur: Quin hoc edictum aliquanto durius est: quippe in duplum (hinc Ædilitiæ actiones pœnales dicuntur, *l. 23. §. 4. ff. eod.*) fit condemnatio nisi pareatur Ædilitio edicto, *l. 45. ff. eod.* in civilibus non item, nisi evictionis nomine; vel jure veteri, nisi venditor de modo agri mentitus sit. Paul. 1 *sentent.* 11. vel ex lege XII Tabularum, nisi inficietur, quæ dixit in faciendo nexu mancipioque. Ad hæc, hoc edictum datur in unum & multis, cujus major pars in venditione fuit, aut nulla parte minor, *l. 44. §. 1. ff. eod.* civiles pluribus sociis vendentibus in singulos dantur pro portione, qua socii sunt. *d. l. 44.* Hoc edictum in ignorantem datur, qui scire debuit. *l. 1. §. 2. ff. eod.* civiles non item, si rem emptori habere liceat. Ædilitiæ temporariæ (redhibitoria enim semestris, æstimatoria annalis, exceptis certis casibus), civiles perpetuæ, *l. 56. ff. de evictionibus.* Cujac. *hic.* 4 Quæ nostris ἀναφορὰ, Platoni ἀναγωγὴ. Cujac. *hic.* ἡ τὸ πραθὲν ἀναγκάζουσα ἀρνηθῆναι δόλῳ ἢ μωρίᾳ. 19 *Synopsi.* 10. Cæterum emptori ædilitiæ duæ actiones, redhibitoria & æstimatoria. *Redhibitoria*, venditionem rescindit in totum, reddita re vendita & pretio recepto, rebusque omnibus restitutis in integrum.

5 Seu *Æstimatoria*, quæ in parte rescindit venditionem, & qua emptor agit in hoc, ut quanto pluris emit ignorans rei qualitatem aut quantitatem, id venditor (qui etiam ignorat) damnetur sibi reddere. *l. 39. ff. de actionibus empt.* Hæc actio Græcis, ἡ μείωσα τὸ τίμημα ἴσης ἰσωθῆ. *Synopsi. ibid.* 3 *Harmenop.* 3. *cap.* περὶ ἀνωμοφρᾶς, actio qua minuitur pretium intra annum.

6 Non de locationibus. *l. 63. ff. eod.* 7 Ædilitio edicto agitur de venditionibus rerum, quæ mobiles & soli sunt. *Synopsi. eod. cap.* 1. 8 Inanimatæ, quæ motum in se non habent.

9 Quæ motum in se habent, ut animalia. *l. 48. §. 6. ff. eod. l. 93. ff. de verb. sign.* 10 Venditor pronunciare morbos & vitia servi cogitur, num fugitivus sit vel erro, vel noxa solutus non sit, *ut hic.* vel capitale quid admiserit, vel consciscendæ mortis causa quid fecerit, vel in arenam, vel theatrum descenderit, seu productus intromissusve fuerit, ut cum bestiis depugnaret. *vers. item si quod. ff. eod. Synopsi. ibid.* 11 V. *l. 17. ff. eod.* Horat. 2 *epist.* 2. pœnæ securum esse eum, qui in vendendo servo excepit fugam, *Des nummos, excepta nihil te si fuga ladat, Ille feret pretium pœnæ securus opinor, Prudens emisti vitiosum, dicta tibi est lex.* 12 Vide *l. 17. §. 17. ff. eod.* 13 Adde *Eclog. ibid. cap. 1.* vel capitale quid admiserit, vel mortis conscisceudæ sibi causa quid fecerit, vel in arenam descenderit, ut cum bestiis depugnaret, *ut ff. eod.* 14 Venditor servi qui superiora (quæ paulo ante enumeravimus) vitia non enumerat, vel in pronunciandis mentitur, obligatur in id, quod interest (id est, in quantum damno adfectus est emptor) & servum recipit, ac præterea id quod servus post traditionem emptori factam, factus opera emptoris familiæ, vel procuratoris ejus deterior: sed & ea recipit, quæ ex servo nata, quæ per eum adquisita, quæ ei vendito accesserunt, fructus ex eo perceptos, accessiones. *Synopsi. ibid.* 15 V. *l. 19. §. pen. ff. eod.* 16 V. *l. 21. ff. eod.*

17 Vide *l. 23. ff. eod.* 18 V. *l. 25. §. 1. ff. eod.* 19 V. *l. 25. §. 3. ff. eod.* 20 V. *l. 23. §. 1. l. 24. ff. eod.* 21 προσθήκας. *Synopsi. ibid.* 22 V. *l. 23. §. 3. ff. eod.* 23 V. *l. 23. §. 3. ff. eod.*

24 *Eclog. 10. cap. 1.* Εἰς κυνηγέσιον ἢ τὸ θηριομαχῆσαι, vel περιβῆναι τῷ θεάτρῳ, ἢ τὸ θηριομαχῆσαι. *Scholiastes ibid.* 25 *l. 38. §. 2. ff. eod.* 26 Ædilitiis tenetur venditor, etiamsi edictum ignoret. *Synopsi. ibid.* 27 Leges enim ab omnibus tenendæ. vide *l. 9. C. de legib.*

28 Ædilicium edictum locum habet ἐπὶ ψωλιῶν, καὶ ὀφθαλμῶν πρεκτῶν, καὶ μὴ ἡ ὑπουσία. *Synopsi. ibid.* in municipalibus, §. 4. pupillaribus venditionibus, §. 5. *ff. eod.* non tamen in fiscalibus, *ut hic*, nam si quid fiscus vendidit, non redhibetur, *Synopsi. ibid.* adde *l. 12. ff. de bonor. possess.* Curve an quod jurisdictio Ædilium ædilicium usque ad fiscum pertingit? an quod contractus fiscales tenendi sunt?

29 Fiscus edictum Ædilium curulium exercere non patitur, *ut hic*, (contra quam Respublica, §. 4. *ff. eod.*) sic fiscus ex contractibus usuras accipit, non dat, nisi in locum privati debitoris succedat. *l. 2. C. de fiscalib. usuris.*

30 Reipublicæ deterior est conditio, quam fiscæ *ut hic. junctis §. superiore.* de quo scripsi ad *l. 4. C. de de & jure hastæ fiscalis.*

31 Vide *l. 16. ff. de verb. signif.* 32 Morborum alii cernuntur palam, alii intelliguntur, signis quibusdam demonstrantur. 33 Sunt enim quidam morbi, qui omnibus possunt apparere, *l. 14. in fin. ff. eod.* & palam. *l. 43. ff. de contrab. empt.* 34 Puto legendum esse *morbum* à *Labeone apud Sabinum* (in libro scil. quem de edicto ædilium curulium scripsit) *sic definitum* 4 Gell. 2. 35 Cicero 4 *Tuscul.* sic definit, *morbum* totius corporis corruptionem. Galenus 2 *Therapeutic.* 3. & *de Symptomatibus. 4. cap.* 1. Avicenna, *Pisen 2. can.* 1. *doct.* 1. *cap.* 1. morbum affectum præter naturam vocat. Fuchs. 3 *Inst.* adde *l. 50. ff. de re judicat.* 36 Νόσος ἐστὶ συμπτωματικὴ κακοφορία παρὰ τὸν φύσιν ἡμῶν παραγινομένη, χρόνιός τινος ἀνωφελὴς, ἧς ἴσχυε φύσις ἡμῖν τὴν ὑγιᾶ συγχαρίσασθαι. *Synopsi. ibid.* hoc est, *morbus est constitutio corporis, quæ contra naturam nobis accidit, & usum ejus ad id facit deteriorem, cujus causa natura nobis sanitatem dedit.*

37 Morborum alii in toto corpore, alii in parte accidunt. 38 Morborum alii totius corporis, alii singularum partium sunt: totius corporis, quin & totius substantiæ, phthisis, gangræna; sic sphacelus in jecoris, lienis aliarumque partium corruptela positi sunt: putridæ febres non totius substantiæ, sed simplicis intemperiei morbi sunt. Fernel. 2 *de abditis.* 39 Celsus in *cap.* 1. Hujus plures sunt species: ἀτροφία, cum corpus non alitur, eamque ob causam summa in eo macies exoritur: κακοχυμία, cum ob omnium alimentorum corruptionem, alius corporis habitus est: φθίσις, proprie vocatur morbus periculosissimus, qui à capite oritur, inde in pulmonem distillat, quem frequens tussis sequitur, & in quo pus excreatur, aut cruentum aliquid, 3 Cels. 22.

40 Veluti cæcitas, aut pedum debilitas. 4 Gell. 2. 41 *Morbum*, inquit Cicero 4 *Tuscul.* appellant totius corporis corruptionem: *ægrotationem*, morbum cum imbecillitate: *vitium*, cum partes corporis inter se dissident, & *l. 101. §. 1. ff. de verb. sign. Morbus* est temporalis corporis imbecillitas: *vitium*, perpetuum corporis impedimentum, veluti si talum excussit, ita luscus utique vitiosus est. Hinc Gell. 4. *cap.* 2. In libris veterum, inquit, scriptum est morbum & vitium differre: vitium, perpetuum: morbus cum accessu discessuque fit. 42 *Balbus*, Græcis ψελλὸς, magis vitiosus, quam morbosus. 43 Ut & luscus. *d. l. 101.* de balbo *ff.* dicemus. *l. 10. in fin. ff. eod.*

44 Dubitationis tollendæ causa bis idem dicere & geminare dictiones licet. adde *l. 56. ff. mandati.*

45 ἐκ δευτέρου. Alciat. 2 *praetermiss.* & 4 *de verb. sign.* 46 Morbus, sive vitium, quod usum & ministerium hominis impedit, actioni redhibitoriæ locum dat, non tamen quodlibet, aut leve, veluti levis febricula, vel vetus quartana, vel modicum vulnus (puta in digito, quodque non sentitur). Nam hæc ne quidem pronunciari necesse est, uti quæ contemni possint. *Synopsi. eod. & ibid. Scholiastes.* 47 De qua *v. l. 4. in fin. ff. eod.* 48 *l. 60. in fin. de re judicata.* 49 Mediocre ulcus. *l. 4. in fin. ff. eod.* 50 *Fanaticus*, qui aliqua profatus est, *ut hic.* qui circa fana bacchatur, & quasi demens responsa reddit, §. *penult. ff. eod.* cujus vitium est, caput jactare, *ut hic.* hinc fanaticus error apud Horat. *lib. de arte Poët.* Solebant circa fana bacchari & comas rotare sacerdotes responsa & oracula daturi, Virgil. 6 *Æneid.* Lucan. 5. Juvenal. *satyr.* 2. Græcis ἐνθουσιῶντες & θεοφερούμενοι, quod non sua sponte, sed divino numine ferri crederentur. Hinc qui atræ bilis abundantia capiat jactant, fanatici. Lamprid. *in Heliogab.* jactavit capiat inter præcisos fanaticos: & genitalia sibi devinxit, & omnia fecit, quæ Galli facere solent. Senec. 10 *controv.* 5. multo vehementius insanit, quam nostri fanatici. *Græci* hic fanatici nomine intelligere videntur eum, qui ex vehementiori & ardenti febre se insolenter aut præter morem gerit: aut per vicos insanorum more curritat, ridicula loquens: quomodo etiam testatur *lex 4. §. 1. ff. eod.* Brisson. 2 *select.* 13. Fanaticos proprie dici notat, Magnæ Deum Matris sacerdotes: sic enim appellati. Livius 36. Juvenal. *satyr.* 2. Prudent. *in Roma.* & alii auctores: qui & fœcti & præcisi, quod virilia seu testes amputarent. Martial. 5 *epigramm.* Juvenal. *ibid.* unde & semiviri. Juvenal. *ibid.* Varro *Eumenidibus apud Nonium.* Tibi nunc semiviri teretem comam volantem jactant Galli: Lucanus 1. *Crinemque rotantes Sanguineis populis cecinerunt tristia Galli:* Quod à Lymphatis in Bacchanalium celebritate factum, vide Catullum, *poëmate de nuptiis Pelei.* Hinc jacere caput, Tacit. 11. Atque hæ sunt, quas Plutarchus Marias vocat, τὰς λεγομένους βιψώντους σὺν κλόνῳ. Hoc Lucianus dicit, σὺν τὴν κομὴν ἀεῖσθ erant enim capillati. Id autem præcipiebant, vindicarent terram colentes sedere non oportere, semper enim esse quod agant, Isidorus 8 *de Ceremoniis.* 51 Animi vitia non efficiunt, ut quis non sanus habeatur. 52 Vitiis, quæ corporis aliquos, &c. *Hist.* 53 Infinita fugere solemus. 54 Animi hæc vitia, levem, superstitiosum, iracundum, contumacem esse, *ut hic.* 55 *Superstitiosus*, qui inconsulto timore deum timet. Budæus *argum. l. 8. ff. de condit. instit.* hos Græci δεισιδαίμονας vocant. Plutarch. libellum scripsit, περὶ δεισιδαιμονίας. Plaut. *in Rudente 2 act. 4. sc. 4. Quid, si ista aut superstitiosa, aut ariola est. Modum quidam religionis est, nimium superstitiosum esse non oportet:* Cicero *pro domo* adde *eundem 1 de finibus in fine.* De superstitione dixi, *l. 30. ff. de pœnis.* Superstitiosi servi exemplum præbet Synesius *epist.* 32. quem vide, ut & Theophrasti characteres, *cap. de superstitione.*

56 Ob animi vitia locum non esse redhibitioni, nisi animi vitia ea sint, ut ad corpus usque perveniant, ut in phrenetico apparet: nam plerunque phrenesis accidit ex febribus. Hujusmodi morbus non est animi tantum, sed & corporis. Neque tamen hic improbaverim, si quis ordine inverso ita legeret, *Interdum tamen, inquit, usque ad vitium corporale, animi pervenire, & id vitiare, velut contingeret in phrenetico, quia inde febres accidant*: Cusam tamen lectionem tuetur *lex 4. §. 1. ff. eodem.* 57 *l. 4. §. 1. ff. eodem.* 58 Fuchsius, 1 *Institut. 11.* ex Galeno 2 *de Symptomatibus.* φρενῖτιν esse ait cerebri, aut ejus membranæ phlegmonem: hujus tria genera facit Celsus, 3. *cap.* 10. & quidem primum quod cum febre est, in cujus accessione ægri desipiunt, & aliena loquuntur. Alterum sine febre ex tristitia. Tertium quo homines, vel imaginibus, vel mente desipiunt. De phrenetide, ejusque causis, & differentiis ab insania, vide 1 Trallani 13.

id 57 ei ex febribus acciderit. Quid ergo est? si quid sit animi vitium tale, ut id à venditore excipi oporteat, neque id venditor, cum sciret, pronunciasset: ex empto eum teneri. §. 10. Idem Vivianus ait, quamvis aliquando quis *circa fana* 58 *bacchatus sit*, & responsa reddiderit, tamen, si nunc hoc non faciat, nullum vitium esse: neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio est: sicuti si aliquando febrem habuit: Cæterum, si nihilo minus permaneret in eo vitio, ut *circa fana* bacchari soleret, & quasi demens responsa daret, etiamsi per 59 luxoriam 60 id factum est, vitium tamen esse; sed vitium animi, non corporis: ideoque redhiberi non posse: quoniam Ædiles de corporalibus vitiis loquuntur: attamen ex empto actionem admittit. §. 11. Idem dicit etiam in his, qui 61 præter modum *timidi*, *cupidi*, *avarique* sunt, aut *iracundi*.

II. Paulus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

VEl *melancholici* 62:

III. Gaius lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

VEl *protervi* 63, vel *gibbersi*, vel *curvi*, vel *pruriginosi* 64, vel *scabiosi*: item *muti* 65 & *surdi*.

1. *De vitio corporis penetrante usque ad animum.* 2. *De aleatore, vinario, guloso, impostore, mendaci, litigioso.* 3. *De vitio animi. De fatuo vel moroso, errone, fugitivo. De jumentis pavidis vel calcitrosis.* 4. *De vitio animi vel corporis.* 5. *De morbo fontico vel non.* 6. *De morbo levi aut ex quo usus impeditur* πάθει κεκινοθυείας, πάθους, νόσου, ἀῤῥωστίας.

IV. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

OB quæ vitia negat redhibitionem esse, ex empto dat actionem. §. 1. Sed si vitium corporis usque 66 ad animum penetrat, forte si propter febrem loquantur aliena, vel [qui] per vinos more insanorum deridenda 67 [loquantur], in quo sit animi vitium ex corporis vitio accidit, redhiberi posse. §. 2. Item aleatores 68 & vinarios 69 non contineri Edicto, quosdam responsse, Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos 70, nec impostores 71, aut mendaces 72, aut litigiosos. §. 3. Idem Pomponius ait: quamvis non 73 valide sapientem servum venditor præstare debeat, tamen, si ita fatuum vel morionem 74 vendiderit, ut in eo usus nullus sit, videri vitium: * Et videmur hoc jure uti, ut vitii morbique appellatio non videatur pertinere, nisi ad corpora: animi autem vitium ita demum præstabit venditor, si promisit: si minus, non; & ideo 75 nominatim *de errone & fugitivo* excipitur: hoc enim animi vitium est, non corporis. Unde quidam jumenta pavida 76 & calcitrosa morbosis non esse adnumeranda dixerunt; animi enim, non corporis, hoc vitium esse. §. 4. In summa, si quidem animi tantum vitium est, redhiberi non potest, nisi 77 si dictum est, hoc abesse, & non abest: ex empto 78 tamen agi potest, si sciens id vitium animi reticuit: si 79 autem corporis solius vitium est, aut & corporis & animi mixtum vitium, redhibitio locum habebit. §. 5. Illud erit adnotandum, quod 80 de morbo generaliter scriptum est, non de *fontico* 81 *morbo*. Nec mirum hoc videri, Pomponius ait: nihil enim ibi agitur de ea re, cui 82 hic ipse morbus obsterit. §. 6. Idem ait: non omnem morbum dare locum redhibitioni, ut puta levis lippitudo, aut levis dentis auriculæve 83 dolor, aut mediocre 84 ulcus: non denique febriculam 85 quantulamlibet ad causam hujus Edicti pertinere.

V. Paulus lib. XI ad Sabinum.

ET quantum interest inter hæc vitia, quæ Græci κακοηθείαν 86, *vitiositatem*, dicunt, interque πάθος 87, id est, *perturbationem*, aut *νόσον*, id est, *morbum*, aut ἀῤῥωστίαν, id est, *ægrotationem*, tantum inter talia vitia & eum morbum, ex quo quis minus aptus usui sit, differt.

De morbo perpetuo vel temporali. 1. *De impetigine.* 2. *De spadone. De eo, qui unum testiculum habet.*

VI. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

POmponius recte ait, non tantum ad perpetuos 88 morbos, verum ad temporarios quoque hoc Edictum pertinere.

§. 1. Trebatius ait, impetiginosum 89 morbosum non esse, si eo 90 membro, ubi impetigo esset, æque recte 91 utatur. Et mihi videtur vera Trebatii sententia. §. 2. Spadonem morbosum non 92 esse, neque vitiosum, verius mihi videtur, sed sanum esse: sicuti illum, qui unum testiculum habet, qui etiam 93 generare 94 potest 95.

VII. Paulus lib. XI ad Sabinum.

SIn autem quis ita spado est, ut tam necessaria 96 pars corporis ei penitus ablit, morbosus 97 est.

De lingua abscissa.

VIII. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

SI cui lingua abscissa 98 sit, an sanus esse videatur, quæritur? Et extat hæc quæstio apud Ofilium, relata [apud eum] in equo: ait enim, hunc videri non esse sanum.

De muto & eo qui male loquitur.

IX. Idem lib. XLIV ad Sabinum.

MUtum 99 morbosum 100 esse, Sabinus ait 1: morbum 2 enim esse, sine voce esse, apparet: sed qui graviter 3 loquitur, morbosus non est: nec qui ἀσαφῶς 4, id est, *obscure*: plane, qui ἀσήμως, *sine ulla significatione vocis*, loquitur, hic utique morbosus est.

De digito abscisso & membro laccerato. 2. *De pluribus vel paucioribus digitis.* 3. *De myope.* 4. Περὶ νυκτάλωπος, hoc est, *de lusciioso.* 5. *De balbo, blæso, atypo, varo, vatio.*

X. Idem lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

IDem Ofilius ait, si homini digitus 5 sit abscissus, membrive quid laceratum, quamvis consanaverit 6, si tamen ob eam rem eo minus uti 7 possit, non videri sanum [esse.] §. 1. Catonem quoque scribere lego, cui digitus de manu, aut de pede præcisus sit, eum morbosum esse: Quod verum est, secundum supra scriptam distinctionem. §. 2. Sed si quis plures 8 digitos 9 habeat, sive in manibus, sive in pedibus 10, si nihil impeditur numero eorum, non est in causa redhibitionis: propter quod non illud spectandum est, quis numerus sit digitorum, sed an sine impedimento vel pluribus, vel paucioribus uti possit 11. §. 3. De myope 12 quæsitum est, an sanus esset? Et puto, eum redhiberi posse.

§. 4. Sed & νυκτάλωπα, id est, *lusciosum* 13, morbosum esse constat, id est, ubi homo neque matutino tempore videt 14, neque 15 vespertino: quod genus morbi Græci vocant νυκτάλωπα. Luscitionem 16 [eam esse] quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt. §. 5. Quæsitum est, an balbus 17 & blæsus 18 & atypus 19, isque, qui tardius loquitur, & varus 20, & vatius, sanus sit? Et opinor, eos sanos esse.

De eo, cui dens abest.

XI. Paulus lib. XI ad Sabinum.

CUi dens 21 abest 22, non est morbosus: magna enim pars hominum aliquo dente caret, neque ideo morbosi sunt: præsertim cum sine dentibus nascimur 23, nec ideo minus sani sumus, donec dentes habeamus; alioquin nullus senex sanus esset.

De eo, qus clavum habet: de polyposo. 1. *De membris inæqualibus.* 2. *De gutturoso. De eo, qui oculos prominentes habet.* 3. *De scæva & manco.* 4. *De oris fœtore, de hircoso, de strabone.*

XII. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

QUi clavum 24 habet, morbosus est: sed & polyposus 25.

§. 1. Eum, qui alterum oculum, aut alteram maxillam 26 majorem habet, si recte iis utatur, sanum videri, Pedius scribit: ait enim, inæqualitatem maxillarum, oculorum, brachiorum, si nihil ex ministerio præstando subtrahit, extra redhibitionem esse. Sed & latus vel crus brevius posse adferre impedimentum: ergo & hic erit redhibendus. §. 2. Si quis natura gutturosus 27 sit, aut ipse minus aptus sit, morbosi sunt. Masurius Sabinus 2 *juris civilis. lib.* 4 apud Gell. *in fin.* Lingua tamen abscissa quosdam Christianos loquutos fuisse retuli, in *l.* 1. *C. de offic. Præf. prat. Affric.*

99 De eo dixi. *l.* 3. §. *eod.* 100 Hinc dicitur esse in adversa valetudine. *l.* 43. §. *de vulgari.*

1 *Sib.* 2 *juris civilis.* 4 Gell. 2. 2 Morbus est sine voce esse. 3 *Graviter loquitur*, qui ægre ac difficulter loquitur. 4 *Vocis* quatuor hic *vitia*: mutum esse, graviter loqui, ὑπαγῶς ἢ ἄσημον, quorum extrema ædilitio edicto locum faciunt, at non intermedia illa duo. 5 Paulus 4 *sent.* 9. §. 45. *l.* 38. §. *de verb. sign.* ad digitos pertinet. §. 1. 2. §. 3. *l.* 14. §. 6. §. *eod.* Digitum porro membrum non esse, sed officium membri, hinc colligunt, ut abscindens digitum non teneatur statuto puniente abscindentem membrum. 6 Consolidaverit. *Hal.* 7 *d.* §. 1. 2. *d.* §. 3. *d.* §. 6. 8 *l.* 14. *in fin.* §. *de statu homin.* 9 Plinius 11. *c.* 43. Digiti quibusdam in manibus seni: ut Curiatii ex patricia gente fillas duas ob id Sedigitus appellatas accipimus: & Volcatium Sedigitum, illustrem in Poëtica: & *poll*, Brachia non omnibus paria secum, Studioso Thraci in C. Cæsaris ludo notum est, dextram fuisse proceriorem, Ibidem *c.* 52. Membra animalibus agnata inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus. Glossis ἑξδάκτυλος, sex digitus. 10 *l.* 38. §. *de verb. sign.*

11 Versus integer hic deest, qui extat in Norico textu. *Item de hydropico quæsitum est, an sanus esset, & puto redhiberi posse. Sed quid de myope*, &c. 12 *Myops* luscitiosus Latinis. 4 Gell. 2. Is ea, quæ prope sunt, cernit: quæ procul, non videt. Arist. *problem.* 35. Cæterum, qui non longe videt, tam sanus est, quam qui tardius currit. Gell. *ibi.* Aëtius 2 *Tetrab.* 3. *ca.* 4. 5. ait *myopes* dici, qui ex nativitate, parva quidem prope videnr, magna vero procul videre non possunt: & alios inæquales, alios æquales oculos habere; eamque affectionem incurabilem esse, limis, semiclusisque oculis aspicere etiamsi parva sint: remota vero quamvis magna, non vident. κατὰ τὸ νυκτάλωπι differt μύωψ· μύωψ enim natura talis: νυκτάλωψ, morbo. 13 Fulgentius, *libro de prisca sermone*, Luscitiosos dici volueruut, interdiu parum videntes, quos Græci μύωπας vocant. Plaut. *Militie:* Mirum est lolio victitare te, vili tritico. Quid jam? quia luscitiosus es. Dicunt enim quod lolium comedentibus oculi obscurentur. 14 Aëtius 2 *Tetrab.* 3. *cap.* 46. ait *nyctalopas* vocari, qui die quidem videant, occidente sole obscurius, deinde nocte nihil penitus cernant: quibusdam tamen contingere, ut noctu quidem melius videant, interdiu deterius; & si noctu luna appareat, nihil cernant. Idem ait Ægineta 3 Oribas. 8. *Synops.* 46. & 4. *de locis affect. c.* 18. *in fin.* Actuarius 4. *c.* 11. & 2. *c.* 7. eos vocat νυκτάλωπας ἐκτοπῶς, ubi interpres vertit, luscitiosos vernos. Marcellus *in lib. de re medica*, ubi tractat de remediis oculorum. Isidorus vero 4. *cap.* 8. νυκτάλωπίαν ait esse passionem, quæ per diem visum patentibus oculis denegat, nocte reddit καὶ è contra. 15 Sed meridiano forte. 16 Nuscitionem, *Hal.* Elusicationem, *al.* luscitationem, *al.* Nuscitiosum Aëtius Philologus appellat eum, qui propter oculorum vitium parum videt: Aëtius Stilo, qui plus videt vesperi, quam meridie, nec cognoscit, nisi quod usque ad oculos admoverit. Nuscitiones cæcitudines nocturnæ Poplio Aurelio, *Festus.* 17 Balbus qui literas vel syllabas exterit. 18 Blæsus, qui literas vix pronunciat,

19 Atypus, qui syllabam syllabæ propere jungere non potest. Balbus & Atypus, vitiosi magis, quam morbosi sunt, 4 Gell. 2. ubi Baptista Egnatius aphtiphum legit, id est, eum qui ulceribus in ore laborat. Sed Cotta, *triphone* legit; qui Græce *tripsonios*, qualis est is, qui ob linguæ celeritatem ita confuse loquitur, ut uno tempore tres simul voces videatur emittere, sed hæc meræ nugæ. Sed ibs aliquando de his omnibus plenius volente Deo, in Commentariis ad jus dicemus. 20 *Vari*, introrsus: *vatii* (qui & *valgi*) extrorsus introrsos pedes habent. *Bud.* Varro *de re rustica*, & potius varius, quam vatius. 21 Eum, cui dens abest, Servius redhiberi posse respondit: Labeo in causa esse redhibendi negavit, &c. 4 Gell. 2. Minimus defectus non vitiat: nec igitur impedit promovendum. 22 Quid? cui unum est solidum ac continuum os loco dentis? Qualis fuit Prusiæ filius, & Pyrrhus rex Epirotarum, qui à Græcis μονόδους. Festus *in Monodos.* Plin. 7. *cap.* 16. ubi Prusiæ filii meminit, notatque M. Curium (qui ob id Dentatus) & Cn. Papyrium Carbonem præclaros viros cum dentibus natos esse: in fœminis eam rem inauspicati fuisse exempli: Valeria ita nata. *v.* eundem. 23 Absurdum est autem, dicere homines non sanos nasci. 4 Gell. 2. 24 *Clavus*, est tuberculum in cute extans rotundum, callosum, clavi caput repræsentans, præduræ radici affixum, & in pedibus maxime nascitur, & in gradiendo dolorem inducit, *v.* Ægineta 30. *cap.* 80. & *lib.* §. *cap.* 78. Aëtium 4 *Tetrab.* 2. *c.* 82. Plin. 1 *Epist.* 51. alio sensu clavi. 1. 19. §. 1. 2. §. 1. *de auro.* 25 Πολύποσις, est tumor præter naturam in naribus obortus. Ægineta 3. *cap.* 24. a marini polypi similitudine nominatur: nam & illius carni assimilis est. Ægineta 6. *c.* 25. obstruit meatus, qui à colatu ῥῶμοειδῆ dicuntur. Actuarius 2. *c.* 28. 26 Maxillam altera majorem qui habet, non est morbosus. 27 *V. l.* 14. §. 8. §. *eod.* Goth. Vide ad hunc § Cujac. *lib.* 11 *observ. c.* 10. Forcat. *dialog.* 88. *n.* 5. S. L.

57 Idem Tralianus *ibid.* docet insanientes à phrenetecis hinc discerni, quod illi citra febrem, hi cum febri spectentur. Idem morbus *cerritus*, imaginosus etiam dicitur, quum *cerritus* animo occurrunt, de quo morbo Celf. *lib.* 3. & Cœlius Aurelianus. A quo morbo est alius quoque imaginosus, qui *ἀφροδισιακός*, à quo morbo *aphrodisiacus* dictus, quibus semper aures musica & carminum sonoribus videntur personari. de quo morbo vide plura apud Scaliger. *in Catullum.*

58 Vide §. 9. *eod.* Bacchari est insanire, Bacchantium more. Hinc Bacchari servili amore, §. *ult. Inst. de succes. sublat.* Bacchantes hujusmodi quasi dementes interdum responsa dabant, *ut ille* & §. *eod.* Sic fanaticus quidam in templo Sylvani tensis membris exclamavit, *Tacit. purpura, tacita purpura*, idque septimo, quod quidem postea omini deputatum est. *Vopiscus Floriano.* Goth. Vide ad hunc §. Forcat. *dial.* 88. Augustin. *lib.* 4 *emendat. cap.* 11. S. L.

59 Luxuriæ is plerunque fructus est, furor & desperatio.

60 Et si pluriariam. *Budæus.* reprehensus ab August. 4 *Emend.* 11. qui verbo luxuriæ abusum quemcunque intelligit, & morum solutionem, & effrenatam animi cupiditatem: vide quæ notavi ad *l.* 40. §. *de damn.* Porro *luxuriam* veteres verbo *ἀκόλαστον* comprehendebant. vide *l.* 2. §. *de curat. furios.* Goth. Adde *l. penult. ff. de incend. ruin. & naufrag.* S. L.

61 Animi vitio hi omnes laborant.

62 *Melancholici* qui atra bili vexantur. *Budæus.* Bilis atra, fæx est, & sedimentum sanguinis, cujus sedes est in lienis vena cava: flavæ seu pallidæ bilis sedes est in ea vesica, *quæ* subest jecori. melancholicis Venerem mederi scribit Aretæus 1. *c.* 5. *in fin.* Ægineta 1. *c.* 15. Oribas. 1. *c.* 16. 63 *l.* 9. §. *eod.* sed quid protervo cum gibbosis? itaque legendum puto, *vel pectorosi*: ut enim gibboso dorsum, ita pectoroso latum, & prægrande pectus est. Ea antithesis quadrat sequentibus pruriginosis, scabiosis, mutis, surdis. Juvenal. *Satyr.* 10. *Nec prætextatum rapuit Nero loripedem vel Strumosum atque utero pariter gibboque tumentem.* id est, utrimque gibbosum. ἀμφικυρτὸν Græci, figura lunæ non dum semiplenæ. 64 A prurigine, dicta a perurendo. 4 Isidor. 7. 65 Muti & surdi. *Hal.* forte muti nomine eum intelligit, qui graviter loquitur. Talis morbosus non est: non de muto qui *ἀσήμως*, quemque morbosum esse ait *lex* 9. §. *eod.* huic ita concilianda. 66 *l.* 1. §. 9. §. *eod.*

67 Κωφολάλους, Scholia. 19 *Eclog.* 10. *c.* 3. Deridenda qui loquitur, & sic ex sermone, quia præsumitur fatuus. *Aretinus.* 68 *Alentor*, hoc ipso quod aleator lit, non redhibetur. *l.* 22. §. *de verb. sign.* 69 *Vinarius* hic est οἰνοπότης non οἰνοφλυγής. est denique vinolentus & temulentus οἰνοβαρὴς, οἰνώδης, οἰνωμένος. 70 Comestores. *l.* 18. §. *eod. gluttos.* 71 Φενακισμοὺς Græcis impostura: *circumvenire*, imponere, à φενάκη, adulterina coma. Impostor etiam Græcis φαλάκρης. Matth. 27. Qualem Francisc. Villionum ætate suorum patrum fuisse scribit Budæus. 72 *l.* 65. §. *eod.* 73 *V. l.* 18. §. *eod.* 74 *Mutis* cui nullus sapientiæ usus inest. Hinc Martial. 8. *Mutio dictus erat, viginti millibus emi: Redde mihi nummos, Gargiliane, sapit.* Cotta *murgisonem* legit *in memorabilib. in voce* murgiso. Murgisonem, inquit Festus, dixerunt à mora & decisione, quasi moricisio. Isidor. *in glossis* murgiso callidus morator (non murmurator). 75 Exceptio firmat constituitque regulam in casibus non exceptis. 76 Τὰ θαλὰ ἢ λακτιστικὰ ὑποζύγια, ἃ οὐκ ἐμπαθῆ. 19 *Synopf.* 10. *c.* 3. Hinc Gell. 1. *c.* 2. equus mordax, aut calcitrosus vitiosus est, non morbosus. 77 Redhibitoria locum non habet, ubi animi tantum vitium est: nisi venditor animi vitium abesse dixerit: competit autem quanti minoris. *Synopf. d. c.* 3. Qui locus indicat non de corporis tantum, sed & animi vitiis caveri plerunque solitos veteres. Horat. 1 *Satyr.* 3. *Sanus utrisque Auribus atque oculis, mercator nisi litigiosus Exciperet dominus cum venderet.* ubi vetus interpres. Sumptum est hoc argumentum à dominis mancipia vendentibus, quorum omnia vitia cognita sibi tam corporis quam animi, debebant aperire emptori, nisi postea litigare vellent propter celatum vitium. Nudati ita servi plerunque à mangonibus vendebantur. Senec. *in epist.* 83. Suet. *Caligula. cap.* 36. Lucianus *Eunucho*: Claudianus *in Eutropium. Nudatus quoties medicum dum confulit emptor.* 78 *l.* 1. §. *penult.* §. *eod.* 79 Redhibitoria locum habet, ubi corporis vitium est, vel corpori & animo commune. *d. c.* 3. 80 In ædilitio edicto & redhibitoria, non quæritur de morbo fontico, sed de qualicunque vitio, quod obsit rei: nihil enim interest, cui rei morbus obstet. *d. c.* 3. 81 *Sonticus morbus*, an qui nocet, *l.* 113. §. *de verb. sign.* an qui vehementior, vim graviter nocendi habet? 20 Gell. 1. *sontes* enim sunt, qui nocent. an qui rei cuique agendæ impedimento est litiganti? *l. ult.* §. *de re judic.* an qui perpetuus? *l.* 6. §. *eod.* an qui in hominem incidit, postquam is natus est, *l. ult.* §. 1. §. *eod.* an certus cum justa causa? Ælius Stilo apud Festum. Glossariis, *sonticus morbus*, ἱερὰ νόσος. Hinc sontica causa à morbo dicitur, quæ quid agere non permittit. *Eclog. c.* 3. ἀλλ' ἔχω νόσον. Talis morbus diem judicii, ipso jure, differt etiam invito judice, *l.* 2. §. 3. *in fin.* §. *si quis cautionibus.* vide *l.* 60. §. *de re judicata.* Pro epilepsia Plinius accepit. Dicitur & νόσος ἱερὰ, & νόσημα παλαιὸν, ab Alcæo, quasi magni momenti. 82 Hæc verba *cui hic ipse morbus obstet*, tollenda videntur, aut obscure admodum à Triboniano hic adjecta. 83 Aurium vitia, surditas, tarditas, tinnitus, verminatio. vide apud Fuchsium 3 *Institut.* 13. 84 Vulnus minusculum. *l.* 1. §. 8. §. *eod.* 85 Levis febricula. *d.* §. 8. §. *eod.* levissima febris. *l. ult. ff. de re judic.* 86 Cicero id ita exprimit. Quomodo in corpore morbus (νόσος. §. *eod.*) ægrotatio (ῥώστια, §. *eod.*) & vitium (κακοηθὲς. *hic*). sic in animo morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum eum imbecillitate: vitium, cum partes totius corporis inter se dissident: & *post*, illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius corporis conquassatione & perturbatione gignuntur; vitium autem integra valetudine ex se cernitur: sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægritudine disjungere: vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans, & à seipso dissentiens. 4 *Tusculan. & lib.* 3. motum quemque in animo turbidum vocat. 88 Morborum alii perpetui, alii temporarii.

89 *Impetie*, sic *Impetigo*, Festus, est, vel sicca scabies, prominens à corpore, cum asperitate formæ, quam vulgus *Sarnam* appellat, 4 Isid. 8. Græcis λειχὴν, aut vitium cutis celeriter in lepram, & scabiem transiens. Celsus 5. lichenas, papulas, & leprâ, impetiginem vertit. Josephus λειχηνώδη impetiginosus. *v.* Plin. 26. Ante Tiberii principatum morbus hic incognitus: solo vel osculo proceres invadebat.

90 Putamento, menti impetiginis meminit Galenus 5 *de compos. med. c.* 7. quæ *mentagræ* Plinii omnino similis.

91 *l.* 12. §. 1. *eod.*

92 Quia multo magis venit, quam cæteri servi, *l. ult. C. comm. de leg. l.* 1. *C. de comm. serv.* & in vectigalibus rebus spadones numerantur, *l. ult.* §. *de publ.* vide 4 Gell. 2. excipe tamen *l.* 7. §. *eod.*

93 Hæc particula innuit spadonem, de quo supra, generare posse: quod negari videtur *l.* 2. §. 1. §. *de adoptionibus. Cainé Inst. de adopt.*

94 Generare non potest. *Hal.* reprehensus ab August. 3 *Emend.* 5. & 4. *c.* 17.

95 Et militare, *l.* 4. §. *de re militari.* uxorem ducere, *l.* 39. *in fin.* §. *de jure dotium.* testamentum facere, *l.* 5. *C. qui testam.* adoptare, posthumum heredem scribere, *l.* 6. §. *de lib. & post.* Glossis Μονόχρως unitestis, uniceleus.

96 Id est, uterque testiculus, id est, si est castratus.

97 Aliud in mulo castrato. *l.* 38. §. 7. §. *eod.*

98 Furiosus, mutusve, cuive quod membrum lacerum læsumque est, aut obest, quo

99 *Impotis*, Festus, est, vel sicca scabies, prominens à corpore, cum asperitate formæ, quam vulgus *Sarnam* appellat, 4 Isid. 8. Græcis λειχὴν, aut vitium cutis celeriter in lepram, & scabiem transiens. Celsus 5. lichenas, papulas, & leprâ, impetiginem vertit. Josephus λειχηνώδη impetiginosus. *v.* Plin. 26. Ante Tiberii principatum morbus hic incognitus: solo vel osculo proceres invadebat.

aut oculos eminentes [27] habeat, sanus videtur. §. 3. Item sciendum est, scævam [28] non esse morbosum vel vitiosum, præterquam si imbecillitate dextræ validius siniſtra utitur: Sed hunc non scævam, sed mancum esse. §. 4. Is, cui [29] os oleat, an sanus sit, quæsitum est? Trebatius ait, non esse morbosum, os alicui olere (veluti hircosum [30], strabonem [31]), hoc enim * alicui * ex illuvie oris accidere solere: Si tamen ex corporis vitio id accidit, veluti quod jecur, quod pulmo, aut aliud quid similiter dolet, morbosus est.

De claudo.

XIII. Gaius lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

ITem clodus [32] morbosus est.

De ea, quæ mortuos parit. 1. De prægnante. 2. De puerpera. 3. De sterili. 4. De eo, qui urinam facit. 5. De uva præcisa. 6. De digitis conjunctis. 7. De ea, quæ mulier fieri nequit, 8. περὶ ἀλλοδόξων, id est, *de tonsillis. 9. de morbo nominatim excepto. 10. De morbo apparente.*

XIV. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

QUæritur de ea muliere, quæ semper mortuos [33] parit, an morbosa sit? Et ait Sabinus, si vulvæ vitio hoc [34] contingit, morbosam esse. §. 1. Si mulier prægnans [35] venierit, inter omnes convenit, sanam [36] eam esse: * maximum enim, ac præcipuum munus fœminarum est, accipere, ac tueri [37] conceptum.

§. 2. Puerperam [38] quoque sanam esse, si modo nihil extrinsecus accidit, quod corpus ejus in aliquam valetudinem immitteret. §. 3. De sterili [39] Cælius distinguere Trebatium dicit: ut, si natura [40] sterilis sit, sana sit: si vitio corporis, contra.

§. 4. Item de eo, qui urinam [41] facit, quæritur? & Pedius ait, non ob eam rem sanum non esse, quod [42] in lecto, somno, vinoque pressus, aut etiam pigritia surgendi urinam faciat: Sin autem vitio vesicæ collectum humorem continere non potest, non quia urinam in lecto facit, sed quia vitiosam vesicam habet, redhiberi posse: & verius est. §. 5. Quod Pedius idem ait, si uva [43] alicujus præcisa sit, tollere magis, quam præstare redhibitionem, quod morbus minuitur: Ego puto, si morbus desinit, non esse redhibitioni locum: sin autem vitium perseveret, redhibitionem locum habere. §. 6. Si quis digitis [44] conjunctis nascatur, non videtur sanus esse: sed ita demum, si incommodatur ad usum manus. §. 7. Mulierem ita artam [45], ut mulier [46] fieri non possit, sanam non videri constat. §. 8. Si quis *ἀντιάδας* [47], id est, *tonsillas*, habeat, an redhiberi, quasi vitiosus, possit, quæritur? Et si *ἀντιάδες*, id est, *tonsillæ*, [hæ] sunt, quas existimo, id est, inveteratas [48]: & qui jam discuti non possint, faucium tumores: qui *ἀντιάδας*, id est, *tonsillas* habet, vitiosus est. §. 9. Si venditor nominatim exceperit de aliquo morbo, & de cætero *sanum esse* dixerit, aut promiserit, standum est eo quod convenit: * remittentibus [49] enim actiones suas non [50] est regressus dandus: nisi sciens venditor morbum, consulto reticuit: tunc enim dandam esse de dolo malo replicationem. §. 10. Si nominatim *morbus* exceptus non sit, talis [51] tamen morbus sit, qui omnibus potuit apparere, ut puta cæcus [52] homo veniebat, aut qui cicatricem evidentem [53], & periculosam habebat vel in capite, vel in alia parte corporis, ejus nomine non teneri, Cæcilius ait: [perinde] ac si nominatim morbus exceptus fuisset: ad eos enim morbos vitiaque pertinere Edictum Ædilium probandum est, quæ quis ignoravit [54] vel ignorare potuit.

De ea, quæ bis in mense, & ea, quæ nunquam purgatur.

XV. Paulus lib. XI ad Sabinum.

QUæ bis [55] in mense purgatur, sana non est: item quæ non purgatur, nisi per ætatem accidit.

De sanato.

XVI. Pomponius lib. XXIII ad Sabinum.

QUod ita sanatum [56] est, ut in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est, quasi nunquam morbosum fuisset.

Quis sit fugitivus. 10. De effectu fugæ. 11. Quis sit fugitivus. 14. Quis sit erro. 15. Quis sit fugitivus. 17. Noxa solutus quomodo accipitur. 19. De servo, qui manumitti non potest, vel sub pœna vinculorum distracto, vel à potestate damnato vel exportando. 20. De eo, quod venditor affirmavit.

XVII. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

QUis sit *fugitivus*, definit Ofilius: * Fugitivus [58] est, qui extra [59] domini domum fugæ causa, quo se à domino celaret, mansit. §. 1. Cælius autem fugitivum esse ait eum, qui ea mente [60] discedat, ne ad dominum redeat: tametsi, mutato consilio, ad eum revertatur: nemo enim tali peccato (inquit) pœnitentia [61] sua nocens esse desinit. §. 2. Cassius quoque scribit, fugitivum esse, qui [62] certo proposito dominum relinquat.

§. 3. Item apud Vivianum relatum est, fugitivum fere ab affectu animi intelligendum esse, non utique à fuga [63]: nam eum, qui hostem, aut latronem, incendium, ruinamve fugeret, quamvis fugisse verum est, non tamen fugitivum esse. † Item, ne eum quidem, qui à præceptore, cui in disciplinam traditus erat, aufugit, esse fugitivum: si forte ideo fugit, quia immoderate [64] eo utebatur. Idemque probat & si ab eo fugerit, cui erat commodatus, si propter eandem causam fugerit. Idem probat Vivianus, & si fœvius cum eo agebat: Hæc ita, si eos fugisset, & ad dominum venisset: Cæterum si ad dominum non venisset, sine ulla dubitatione fugitivum videri ait. §. 4. Idem ait interrogatus Proculus de eo, qui domi latuisset, in hoc scilicet, ut fugæ nactus occasionem se subtraheret: ait, tametsi fugere non [65] posset videri qui domi mansisset, tamen eum fugitivum fuisse: sin autem in hoc tantum latuisset, quoad iracundia domini effervesceret [66], fugitivum non esse, sicuti ne eum quidem, qui cum dominum animadverteret verberibus se adficere velle, præripuisset [67] se ad amicum, quem ad precandum [68] perduceret. Ne eum quidem fugitivum esse, qui in hoc progressus est, ut se præcipitaret. Cæterum etiam eum quis fugitivum diceret, qui domi in altum locum ad præcipitandum se ascendisset, magisque hunc mortem sibi conscisce voluisse: illud enim, quod plerunque ab imprudentibus (inquit) dici solet, eum esse fugitivum, qui nocte aliqua sine voluntate domini emansisset [69], non esse verum [70], sed ab affectu animi cujusque æstimandum. §. 5. Idem Vivianus ait, si à magistro puer recessit, & rursus ad matrem pervenit, cum quæreretur, num fugitivus esset, si celandi causa [quo], ne ad dominum reverteretur, fugisset, fugitivum esse: sin vero, ut per matrem faciliorem deprecationem haberet delicti alicujus, non esse fugitivum.

§. 6. Cælius quoque scribit, si servum emeris, qui se in Tiberim dejecit, si moriendi duntaxat consilio suscepto, à domino discessisset, non esse fugitivum: sed si fugæ prius consilium habuit, deinde mutata voluntate, in Tiberim se dejecit, manere fugitivum. Eadem probat & de eo qui de ponte se præcipitavit. Hæc omnia vera sunt, quæ Cælius scribit. §. 7. Idem ait, si servus tuus fugiens, vicarium suum secum abduxit, si vicarius invitus, aut imprudens secutus est, neque occasionem ad te redeundi nactus prætermisit: non videri fugitivum fuisse. Sed si aut olim, cum fugeret, intellexit [71] quid ageretur, aut postea cognovit quid acti esset, & redire ad te cum posset [72], noluit [73]: contra esse. † Idem putat dicendum de eo, quem plagiarius abduxit. §. 8. Idem Cælius ait: si servus, cum in fundo esset, exisset de villa ea mente, ut profugeret; & quis eum, prius quam ex fundo tuo exisset, comprehendisset: fugitivum videri: * animum [74] enim fugitivum facere. §. 9. Idem ait: nec eum, qui ad fugam gradum unum, alterumve promovit, vel etiam currere cœpit, si dominum sequentem non poterit evadere, non esse fugitivum. §. 10. Idem recte ait, libertatis [75] cujusdam speciem esse, fugisse: hoc est, potestate dominica in præsenti liberatum esse. §. 11. Pignori datus servus debitorem quidem dominum [76] habet: sed si, postea quam jus suum exercuit creditor, ei se subtraxit, potest fugitivus videri. §. 12. Apud Labeonem & Cælium quæritur, si quis in [77] asylum [78] confugerit, aut eo se conferat, quo solent venire, qui se [79] venales postulant, an fugitivus sit? Ego puto, non esse eum fugitivum, qui id facit, quod publice [80] facere licere arbitratur. Ne eum quidem, qui ad statuam [81] Cæsaris confugit, fugitivum arbitror: non enim fugiendi animo hoc facit. † Idem puto & in eum, qui in asylum, vel quod aliud confugit: quia non fugiendi animo hoc [facit]: si tamen ante fugit, & postea se contulit, non ideo magis fugitivus esse desinit. §. 13. Item Cælius scribit, placere, [eum] quoque fugitivum esse, qui eo se conferat, unde eum dominus recuperare [82] non possit: multoque magis illum fugitivum esse, qui eo se conferat, unde abduci [83] non possit.

§. 14. *Erronem* [84] [ita] definit Labeo, pusillum fugitivum esse: & ex diverso, *fugitivum*, magnum erronem esse: sed proprie *erronem* sic definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus [85] in res nugatorias consumptis, serius domum redit. §. 15. Apud Cælium scriptum est, Liberti apud patronum habitantis sic, ut sub una clave [86] tota ejus habitatio esset, servus ea mente, ne rediret ad eum, extra [87] habitationem [liber-

58 Adde §. 1, 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13, *ff. eod.*

59 Nec enim sufficit jactasse, ac fugæ consilium iniisse: assumpto actu id delictum intelligi oportet: non secundum propositionem, sed cum aliquo facto, *l.* 225. *ff. de verb. sign.* non solum consilii, sed & facti, fugæ nomen est, *l.* 43. §. 1. *ff. eod.* ab affectu intelligitur, non à fuga. §. 3. *ff. eod.*

60 Meus fugitivus dicitur, cujus fugam proposuerim, *l.* 65. *in fin. ff. de furtis.* Sera pœnitentia hic non prodest, ut nec in furto, impœna, apostasia, *Accurs.* hinc colligit Bartolus, furtum adhuc censeri, qui desistit fœnerari. *v. l.* 65. *ff. de furtis. l.* 19. *ff. de falsis.* Tractatum Guidonis Papæ, *de pœnitentia juris.* Gothofr. Vid. Tiraquell. *de pœn. temperand. cauſ.* 60. & 304. *n.* 10. & *cap.* 1. *in fin. extr. de summa trinitate.* Anſ.

61 Cæcilius propositum περαίρεσις.

62 *Fugæ* vocabulum hic videtur sumi pro justa causa & affectu fugiendi.

63 *Fugæ* vocabulum hic videtur sumi pro justa causa & affectu fugiendi.

64 *l.* 43. §. 1. *ff. eod.* adde *l.* 6. §. 2. *ad l. Aquil.*

65 His verbis restringendum est initium hujus legis.

66 *Deferveſcente*, nam effervescere homo dicitur, cum ira excandescit. *Budæus.* adde *l.* 43. §. 1. *ff. eod.*

67 Propiuſſet se. *Bud.*

68 Perfugia duo fuere servi habere, aram & deprecatorem, *ut hic.* & *l.* 43. §. 1. *ff. eod.* Terentius *Phormione:* Nunc ad deprecatorem abeam, qui mihi ſuccoret. Item, Nec hic tibi aliquam aram aut deprecatorem paravero.

69 Extra domum ſe. Hinc enim ratio dubitandi fumitur. *in princ. ff. eod.*

70 Non est verum. *Hal.*

71 V. *l.* 4. *ff. quæ in fraudem creditor.*

72 Qui non facit, quod facere potest, is videtur facere nolle. adde *l.* 19. *in fin. ff. de ritu.*

73 *Nolle* dicimur, cujus contrarium possumus.

74 Animus fugitivum facit.

75 Libertatis species est, fugisse.

76 *l.* 9. *C. de pignerat.*

77 Vel in eadem facam. §. *ult. Inſt. de his, qui ſunt ſui.* ad altaria, *l.* 3. *l.* 6. *C. de his, qui ad Eccleſ.* Goth. Vid. Revard. *conject. lib.* 2. *c.* 8.

78 Servius in 2 *Æneid.* ait, dici asylum, quasi ἄσυλον. ἄσυλον enim est trahere: ἄσυλον, locus, unde jus abstrahendi confugam non est, v. eundem in 8 *Æneid.* sed potius a συλάω, quod est eripio, derivatur.

79 *Catastam* intelligit, locum illum certum Romæ, in quo solebant venire, qui venales producebantur: cujus loci commeminit Cyprianus *epist.* 33. Tibullus 2 *Elegiar.* 6. *Quem ſæpe coëgit Barbara gypſatas ferre catasta pedes.* Quo ex loco quoque notandum est, venalium trans mare advectorum pedes *cretæ* notatos fuisse: quod & confirmat Ovidius, 1 *Amorum* 8. *Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemptor, Deſpice Gyſpſati nomen inane pedis.* & Juvenalis *Satyr.* 1. *Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.* Plinius 35. *cap.* 17. & 18. Est & hoc notandum, Captivos, qui lege vendebantur, *ſub corona*, & coronatos venisse, 7 Gell. 4 Varr. 2 *de re ruſt.* 10. Cæsar 3 *de bello Gall.* quemadmodum & servi, quorum nomine venditor nihil præstaret, pilenti veniebant, ut ex Cælio Sabino notat Gell. *d. loc.* Quin & plerunque nudabantur servi, ut eo melius vitia corporis emptor cognosceret, Senec. 11 *epiſt.* 81. Claudian. 1 *ad Eutropium.* Lucianus *in Eunucho.* Sueton. *Caligul.* 36. Quin & *cum titulo* venditabantur, ex quo cognoscebatur quid morbi vitiive in eis esset, 4 Gell. 2. Seneca 6 *epiſt.* 47. Apollonius 3 *apud Philoſtrat.* 80 Non peccat, qui id facit, quod publice facere licet. v. *l.* 3. *C. de Aluced. v. hic* Bald... 81 Ad statuas Cæsarum, *ut hic.* ad statuam, *l.* 5. *ff. de extraord. crim.* ad Imperatoris simulachra, *l. un. C. de his, qui ad ſtatuas confug.* ad imaginem Imperatoris, *l.* 38. *ff. de injuriis.* imaginem Cæsaris (quam interdum præferri a confugis moris erat) *l.* 28. §. 7. *ff. de pœnis.*

82 Id est, cum nulla publica cautio tibi prosit: est enim *recuperatio*, ut ait Gallus Ælius apud Festum, cum inter populos & reges, nationesque, & civitates peregrinas lex convenit, ut res privatæ reddantur. 83 Si nolit: abducimur enim & per vim, *l.* 15. §. 17. 18. 19. *ff. de injuriis.* volentes & inviti, & gremiis abducere pactas. Virg. *apud Donatum*, ut sit sensus, Si fugitivus est, quem non possis ab extraneo loco abducere: quod jus abducendi, tuæ civitati (puta quia nunquam id cum vicinis civitatibus pacta est) non competit: hinc magis fugitivus erit, si postquam jus illud abducendi tuæ civitati competierit, non possis ex eo (in quem fugit) loco, tuum servum abducere. Priore casu tibi fugitivus est: altero, & tibi, & tuæ civitati, quæ jus abducendi, & recuperandi habet. *Synopſis eod. cap.* 12. 6 *Harmenop. tit. de verb. ſign.* §. 16. *l.* 225. *ff. de verb. ſign.* adde *l.* 14. *C. de act. empt.* 85 *Eclog. cap.* 12. 86 *Habitatio una* dicitur, si est una clausula, quæ ultima claudat omnes domos & familiares. *Bart.* Clave sub eadem qui habitant, sub eadem familia esse intelliguntur. *Bald.*

87 *In princ. ff. eod.*

27 Qui Græcis ἐκ βοτρύων, cui contrarius κοιλοφθαλμῶν.

28 Scæva qui siniſtra loco dextræ utitur: Hinc Scævola dicitur, Varro, 9 *de lingua Latina*, Livius 2. *un gaucher.* Græci σκάιον siniſtram appellant. *Feſtus.*

29 *Putidus* dicitur Nonio, cui os fœtidum & grave, quod naribus probetur. *cap.* 6. *n.* 68.

30 Cui alæ male redolent.

31 Hircosum, τραγόδνιον. *Budæus.* Josephus Scaliger ad 6 Varron. *de lingua Latina*, legit raponem. Varro: cum hic rapo umbram quoque spei devoraſſet. Sed Cujac. 11 *obſerv.* 10. legit hircosum scabronem. Istque scabro, qui dentes, aut gingivas abluendi, & lavandi negligentia scabras & spurcas habet. adde Festum *in Hirquitalli*, ubi scripsi, qui ore hircum olet. Martialis hircoso premit osculo. Porro *Strabo* is dicitur, qui distortos oculos habet, sed de hoc alibi plenius.

32 Claudus *Halouud.* quasi clausus pedibus, hinc *Claudiorum* familia, à quibus Tribus Claudia. Isidorus 17 *Originum* 5. ut *Codex* dictus quasi caudex: sic & veteres *Clodium* pro *Claudium* dicebant. Idem *l.* 12. *cap.* 3. Antiqui fricen, fauricen dicebant, sicut Clodum, Claudum.

33 *l.* 129. *ff. de verb. ſign.*

34 Ut fœ. mortuos pariat, *ut hic.* Idem dicendum, si ea de causa concipere fœtum non potest. 4 Gell. 2.

35 Prægnans mulier sana est, *ut hic.* si modo nihil extrinsecus accidat. §. 2. *ff. eod.*

36 *l.* 2. §. 4. *ff. ſi quis cautionibus.*

37 *l.* 2. *C. de inſtitia viduitate.*

38 Puerpera sana est, si modo nihil extrinsecus accidat, quod invalidinem ei immittat. *Synopſis eod. cap.* 9. de qua in *l.* 163. *in fin. ff. de verb ſignific.* 39 4 Gell. 2. 40 Sterilis natura, sana est: vitio corporis, non sana. 41 Hi ὑπερῶν Græcis dicuntur, quibus luxatus cervicis vesicæ musculus hoc vitium parit. Parit autem frequentissime in pueris, Budæus *ex paulo Ægineta* 3. *cap.* 45. *in fin.* 42 Urinam in lecto faciens ex somno, vel quod ex vino, vel quod pigre surgit, sanus censetur: secus si vitio vesicæ id faciat. 43 Quo modo fieri hoc potest, cum Ruffus Ephesius, 1 *de appell. partium. cap.* 8. dicat σφυλὴν, id est, uvam non partem, sed affectum, nominari oportere: Idemque 2. *cap.* 4. ait supra epiglottidem superne columellam dependere, eamque vocari σφυλὴν, minimamque utilitatem afferre scribit, cui n ea resciſa nulla corporis actio vitiatur: Certe Fuchsius (hic enim cogimur peritos in arte medicos consulere, quod feciſſe veterès jurisconsultos constat) 3 *ſect.* 1. *cap.* 16 ait, uvam vitium esse columellæ, quo ea luxata, extrema sui parte major est, & livida: superne vero tenuis, ut similitudinem fructus uvæ (unde nomen accepit) præ se ferat: *columella* autem (quæ κίων & γαργαρεών, id est, *gurgulio*, Gallis *la luette*) particula est cartilaginosa, quæ in fine palati ad fauces suspensa apparet. & hoc de uvæ substantia. Vasseus *in ſuis tabulis* auctor est nonnullos, quibus ea ad basim usque esset amputata, non modo deterius locutos, sed etiam frigidiorem sensisse inspirationem: plerosque etiam pulmone ac thorace refrigerato periisse. Igitur *uvam* hic pro columella accipi constat. 44 Ut pauciores, quam quinque habeat (de curatione digitorum cohærentium, vide Cels. 7. *cap.* 32.) qui plures, ἑξαδάκτυλοι dicebatur, ut *ff.* dixi. 45 Quod vel nativitate, vel post accidit, variis modis: de quibus, ut & ejus vitii remediis, vide Aëtium 4 *Tetrab. cap.* 95. 96. Vitium huic contrarium in marito, cum ita natura imbecillis est, ut coire non possit, *l.* 10. *C. de repud.* ob eam causam mulier repudiari potest, quasi summe vitiosa & impar matrimonio, *l.* 60. §. 1. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* vide Damhouderium *in Enchiridio Pariim. in verbis maritus inutilis.* Goth. Adde Alexandr. Sperell. *deciſ.* 141. *num.* 37. *& ſeq.* Anſ. 46 Quid, si legas, *ut mater*, &c. quid, si mulier caustur, & dicat, volo esse mater, & filios procreare. vide *cap. requiſiſti.* 33. *quæſt.* 1. Græci *dict. cap.* 9. ita legunt, ἡ γυνὴ μὴ γονὴ ὦσι τὸ γυναικῶν μὴ ὑπομένουσα, ὃ ἐστιν ὑγιὲς. Mulier tam arcta, ut muliebria perpeti nequeat, sana non est. Ita hic elegans fuerit πλοκή, cujus priore loco vox *mulier*, sexum ipsum, posteriore, *ut mulier fieri non poſſit*, eam, quæ cognosci non possit, demonstrat integram, & quæ signata Nonio dicitur. Tertul. *lib.* 2. *de velandis virginibus.* Dicam, licet nolim, difficile semel mulier fit, quæ timet fieri. Ita Cicero objurgatus, quod senex virginem duxisset, Cras, inquit, mulier erit. Sic puella apud Theocritum, cum à Satyrisco mulier fieret, παρθένῳ ἔνδια βίσσεται γυνὴ δ' ἐς ὄλον ὡρεύσῃ. Cui Satyriscus, ἀλλὰ γυνὴ μηδὲ τυτλῶν ποδῶν, ἐκτὶ κώκυε. Id est, *Hue virgo adveni, mulier ecce domum redibo. At mulier mater puerum altrix, deſine virgo.* Interdum tamen *mulieris* appellatione virgo continetur. *l.* 13. *ff. de verborum ſignificatione.* Ut hic arta mulier, ita artatio syllabæ, Varro 4 *de lingua.* Hæc cum ita, vel anno 90 scripserim, & publice ediderim, miror scabiosum nescio quem, summa impudentia hominem ausum fuisse ann. 98. alicubi me notare, me hic πλοκὴν non vidisse. Illud perfidiosius in illo homine fuit, quod illo ipsomet tempore, quo me mendacissime notavit, literas honoris, laudisque plenas ad me scripsit, quas si effrons negare voluerit, prodam publice, ut impudentia, malitia, & perfidia hominis insulsissimi omnibus innotescat. 47 Faucium inflammationes cum tumore, *ff. eod.* glandularum, quæ in fine oris utrinque linguæ appositæ sunt, defluxu ex capite nati tumores. 48 ἔχουν χοιράδας πολλὰς ἀνίατας, id est, *habens ſtrumas inveteratas, & quæ diſcuti non poſſunt. Synopſ. eod. c.* 9. 49 Renunciari beneficio *l.* 2. *C. de reſcindenda venditione.* hinc colligunt, idque genus renunciationis firmum retumque esse, quod renuncians similis sit scienti, nisi renunciatio simplicitate, aut facilitate interposita sit: de quo vide Socin. *reg.* 226. & 346. 50 Remittens actiones, ad eas regressum non habet. *l.* 31. *ff. de pactis. l.* 20. *in fin. l.* 21. *ff. de minoribus. l.* 15. §. 5. *ff. de adulteriis. l.* 2. *ff. ad Turpil. v. l.* 4. *C. de pactis.* 51 *Morbi* nomine, qui omnibus apparere potuit, venditor non tenetur, velut si cæcus venditus sit, aut qui periculosam evidenti in loco cicatricem in capite, vel in alia parte corporis habebat. Nam edictum eos morbos, vitiaque complectitur, quæ quis ignoravit, vel ignorare potuit. *Synopſ. eod. c.* 9. *in fin.* 52 Adde *l.* 43. §. 1. *ff. de contrab. empt.* 53 Evidentia vim exceptionis habet: idem facit, & operatur, quod exceptio. *Eclog. c.* 9. 54 *l.* 1. §. 6. *ff. eod.*

55 Nota hic duo vitia ὑστερολέθειον seu ἀμυοῤῥαγίαν τῆς ὑγρᾶς, id est, *immodicam purgationem:* de qua vide Actuarium 1 *medicæ* 22. & ἐμμηνων ἀποχὴν, id est, *menſtruorum retentionem.* Budæus. De utrisque vide *Æginetam* 3 *de re medica.* 61. 62. 63. & Oribas. 14 *Meditin. c.* 65. 56 *l.* 10. *in pr. ff. eod.* Restitutus sanitati, par ei, qui semper fuit sanus.

[liberti] sunt; sed intra ædes patroni [&] tota nocte obliturit [88], videri esse fugitivum Cælius ait: Plane si talem custodiam ea habitatio non habuit & in ea cella [89] libertus habitavit, cui commune [90] & promiscuum plurium cellarium uter est, contra placere debere, Cælius ait, & Labeo probat. §. 16. Idem Cælius ait, servum in provinciam missum à domino, cum eum mortuum esse, & testamento se liberum relictum audisset [91], & in eodem officio permansisset, tantumque pro libero se gerere cœpisset: hunc non esse fugitivum: nec enim mentiendo se liberum (inquit) fugitivus esse cœpit: quia sine fugæ consilio id fecit. §. 17. Quod aiunt Ædiles [92], NOXA SOLUTUS NON SIT, sic intelligendum est, ut non hoc debeat pronunciari, *nullam cum noxam commisisse*, sed illud, *noxa solutum esse*: hoc est, noxali judicio subjectum non esse: ergo, si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus videtur. §. 18. *Noxa* [93] accipere debemus privatas, hoc est, eas, quæcunque committuntur ex delictis, non [94] publicis criminibus: ex [95] quibus agitur judiciis noxalibus: denique specialiter cavetur infra de capitalibus fraudibus: ex privatis autem noxiis oritur damnum pecuniarium, si quis forte noxæ dedere noluerit: sed litis æstimationem [96] sufferre. §. 19. Si quis talis sit servus, qui omnino manumitti non possit ex constitutionibus [97], vel si sub pœna [98] vinculorum distractus sit à domino, vel ab aliqua potestate damnatus, vel si exportandus: æquissimum erit etiam hoc prædici. §. 20. Si quis adfirmaverit, aliquid adesse servo, nec adsit; * vel abesse & adsit *: utputa si dixerit, *furem non esse*, & fur sit; si dixerit, *artificem esse*, & non sit: hi enim, quia quod adseveraverunt non præstant, adversus [99] dictum promissumve facere videntur.

88 Habitationem fugit, & intra ædes patroni tota nocte delituit. *Haloand.* obfuit. *al.*

89 Dixi ad l. ejus.

90 Vide quæ notavi de *exhedra*, & *mediano* ad *l.* 8. §. 2. *ff. de Lib. qui dicetur.*

91 Falso sc. *cæt. cens.*

92 *l.* 2. *in princ. ff. eod.*

93 *l.* 1-4. *ff. de noxal. act.* Noxalium, & publicis judiciis agi non potest. Vide Bald. *hic.*

94 *Delicti & criminis* differentia. adde *l.* 131 *in fin. ff. de verb. signif.*

95 *l.* 11. *in fin. ff. de evictionib. l.* 200. *ff. de verb. sign.*

96 *l.* 2. *C. de noxalib.*

97 V. *l.* 48. §. 2. *ff. de hered. inst.*

98 Facit *l.* 10. *C. de pœnis.* Vinculorum pœnam & jus meri imperii non esse, hinc colligunt nonnulli, cum privatis competat. vide tamen Bald.

99 *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

100 *l.* 16. *ff. de hered. vendit.*

1 *l.* 26. §. 1. *ff. de except. rei judicatæ.*

2 *Curax*, κύραξ. *Synes. cap.* 13. ut hinc constet ante perperam lectum, *curcerem.*

Ruffin. 8 *antiq.* 8. Nutriebantur autem equi, ut essent pulchri pariter, & curraces. sic Æschylus Jovis nuncium laudans, κύραξ appellat.

3 Propert. 4 *Elegia.* 7. *Jamne tibi exciderunt vigilacis furta Suburræ. Vigilax* autem Græcis, ἀγρυπνος.

4 Hic ασκεμπους Græcis. Est vero *peculii* definitio quod quis suum defraudans genium comparsit miser, Terentius *Phormon.*

5 Caudex, stipes, asinus, plumbeus, Terent. *Heautont. act.* 1. *sc.* 1.

6 Commessor. *Hal.* comessator. Bud. & Cotta Martialis. *Qui nec leno potes, nec commessator haberi.* Idem quod gulosus. *l.* 4. §. 2. *ff. eod.*

7 Id est, non valde, *l.* 4. §. 3. *ff. eod.* non perfecte, ad aliquem modum. *l.* 19. §. 4. *ff. eod. l.* 10. *in fin. ff. de bon. poss.*

8 Aut Jurisconsulto. *d. l.* 10.

9 *Vigilax* hic, ut & supra *curvax*, ea forma dicuntur, ut apud Catonem vendax & emax. Cato *c.* 2 *de re rustica.* Patrem familias vendacem esse oportet non emacem. Sic apud Ovidium 4 *de Tristibus.* Vivax, *Et modo carpebant vivax de cespite gramen.* Apuleius 9 *de Asino.* Sulphur vivax metallum. Sic apud Virgilium, sternax equus: sic furax apud Ciceronem 3 *offic. In* mancipio vendendo dicendane vitia? non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium jure civili, sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum.

10 Hæc voces diligenter notandæ, *modice, non amare, cum quodam temperamento, non exacte, ex bono & æquo, non quasi à philosopho.* adde *l.* 33. *ff. de usuris.* 11 De cocis loquens Livius, 9 *bell. Maced.* quod ministerium, inquit, fuerat, ars haberi cœpit. De cocis 9 Plin. 17. Triumphorum prætiis æstimantur, nullusque pluris æstimatur, quam qui pretiosissime cenſum domini mergit. Seneca, 1 *de benefic.* 10. Fœdissimum patrimoniorum exitium culina. Idem 14 *epist.* 91. Tam supervacuus est cocus, quam miles. vide Plinium *illo loco.* Porro cocorum nomina ea fuerunt veteribus, Antrax, Congrio, Macherio, Jul. Scal. 1 *poët.* 12 Artificum appellatione cocum contineri hinc colligunt; & proinde indicto artificibus vectigali, cocos contineri. v. Cremens. *sing.* 98.

13 Id est, cujus bonitas principatem gradum bonitatis habet. *l.* 75. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

14 Mediocrem rem præstando debitor liberatur. 15 *l.* 19. §. 4. *ff. eod.* 16 Minimum enim in summis sequimur. *l.* 83. §. 3. *ff. de verb. oblig.* 17 Cum quadam jactatione. §. 3. *ff. eod.* commendatione. *l.* 37. *ff. de dolo. l.* 43. *ff. de contrab. empt.* 18 Plin. 1 *epist.* 20. Credo decentes esse servos, qui sunt empti mihi ex consilio tuo: Superest, ut frugi sint, quod de venalibus melius auribus quam oculis judicatur. Apul. 4. & 8 *Metam.* Asinum, bovem frugi dixit. 19 *l.* 31. §. 1. *ff. eod.*

20 Ad statuam confugisse in servis nota improbitatis erat: ut non confugisse, probitatis. adde *l.* 37. §. 12. *ff. eod.* 21 Aliud est *promittere*, aliud *dicere*: multa dicuntur sine promissione: Promittimus pollicizando, vel altero nudum consensum præstante vel stipulante: dicimus verbis: Promittimus nuda etiam promissione, hoc est, etiam nudo consensu sine verbis. An potius dicta intelligimus, quæ stipulanti promittimus? Promissa quæ etiam non stipulanti? qualia sunt ea, quæ non stipulanti promittimus, quæ pollicemur, quæ spondemus? 22 Ad sponsionem. *Hal.* 23 Argumentum ab actionibus civilibus ad prætorias duci observa. 24 Aliud promissio, aliud jactatio. v. *ff. eod. in pr.* adde *l. ult. ff. de testamentis.* 25 *l.* 18. *in fin. ff. eod.* 26 V. *l.* 18. *ff. eod.* Artifex non dicitur, nisi qui peritiam artis habet. 27 *Al.* in artificio. 28 *Vulgi sententiam* in contrahendis sequimur, ut quales vulgo intelliguntur, tales præstentur artifices, quod in rerum pretiis observatur. *l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* Vulgi ad opinionem recurrendum. 29 *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 30 Pertinere dicuntur res defuncti, etiam ad successores ejus. 31 Id est, heredibus. *l.* 48. §. 5. *ff. eod.* sic enim definitur heres, & hereditas. v. *l.* 24. *ff. de verb. sign.* 32 *Emit* qui pretio comparat: emit & vendit, qui permutat. Emptionis enim vocabulo omnis alienatio intelligitur: at non pretii nomine. vide *l.* 19. *ff. de act. empt.* v. *l.* 1. *ff. de rer. permut. l.* 29. §. 1. *ff. de statulib.* 33 In permutatione utrique emptoris & venditoris loco est. *l.* 1. *ff. de rer. permut.* 34 V. *l.* 55. *ff. eod.*

beatur, sed quanto minoris agitur, annus [35] utilis est: Sed tempus redhibitionis ex die venditionis currit: aut, si dictum promissumve quid est, ex eo, ex quo dictum promissumve quid est.

De dicto præcedente & stipulatione sequente venditionem.

XX. GAIUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

SI vero ante venditionis tempus dictum intercesserit, deinde [36] post aliquot dies interposita fuerit stipulatio, Cælius Sabinus scribit, ex priore causa, quæ statim (inquit) ut veniit id mancipium, eo nomine posse agere cœpit.

Redhibitionis *definitio & Etymologia. 1. De cautionibus in redhibitione præstandis.*

XXI. ULPIANUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

REdhibere [37] est, facere ut rursus habeat venditor quod habuerit: &, quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio. §. 1. Cum redditur ab emptore mancipium venditori [38], *de dolo malo* promitti oportere ei, Pomponius ait: & ideo cautiones necessarias esse: ne forte aut pignori [39] datus sit servus ab emptore, aut jussu ejus furtum sive damnum cui datum sit. §. 2. Idem Pomponius ait, interdum etiam dupliciter [40] cautiones interponi debere: alias in præteritum, alias in futurum: utputa si ejus servi nomine qui redhibetur, emptor, procuratorve ejus judicium accepit; vel quod cum eo ageretur, vel quod ipse ejus nomine ageret. Cavendum autem esse ait, si quid sine dolo malo emptor condemnatus [fuerit, aut] dederit, his rebus recte præstari [41]: vel si quid ex eo quod egerit, ad eum pervenerit, dolove malo vel culpa ejus factum sit, quo minus perveniret, iisdem diebus [42] reddi. §. 3. Idem ait, futuri temporis nomine cautionem ei qui sciens vendidit, fieri solere, *si in fuga est homo sine culpa emptoris*, & nihilominus condemnatur venditor [43]: tum enim cavere [44] oportere, *ut emptor hominem persequatur, & in sua potestate redactum venditori reddat.*

XXII. GAIUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

ET *neque per se, neque per heredem suum futurum, quominus eum hominem venditor habeat.*

De servo deteriorato ab emptore. 1. De accessionibus. 2. De capitali fraude. 3. De servo qui mortu sibi consciscendæ causa quid fecit. 4. Si servus vel filiusfamilias vendiderit. 5. De heredibus. 6. Si bona fide possessus, vendiderit. 7. De effectu redhibitionis. 8. Si servus venditus furtum fecerit. 9. De eo quod ob servum pervenit ad emptorem, vel culpa ejus non pervenit.

XXIII. ULPIANUS lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

CUm autem redhibitio fit, si deterius mancipium sive animo sive corpore ab emptore factum est, præstabit emptor venditori: utputa si stupratum [46] sit, aut sævitia emptoris fugitivum esse cœperit: & ideo, inquit Pomponius, ut ex quacunque causa deterius factum sit, id arbitrio Judicis æstimetur & venditori præstetur: Quod si sine judice homo redhibitus sit, reliqua autem, quæ diximus, nolit emptor reddere, sufficiat venditori ex vendito actio. §. 1. Jubent Ædiles RESTITUI ET QUOD VENDITIONI ACCESSIT, ET SI QUAS ACCESSIONES [47] IPSE PRÆSTITERIT: ut uterque resoluta emptione, nihil amplius consequatur, quam [non] haberet, si [48] venditio facta non esset. §. 2. Excipitur etiam ille, qui capitalem [49] fraudem admisit. † *Capitalem fraudem admittere* est, tale aliquid delinquere, propter quod capite [50] puniendus sit: *Veteres* [51] enim *fraudem* pro pœna ponere solebant. Capitalem fraudem admisisse accipiemus [52], dolo malo [53] & per nequitiam: Cæterum si quis errore, si quis [54] casu fecerit, cessabit Edictum: Unde Pomponius ait, neque impuberem [55], neque furiosum [56] capitalem fraudem videri admisisse. §. 3. Excipitur & ille, qui mortis [57] consciscendæ causa quid fecerit. Malus servus creditus est, qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat: utputa laqueum torsit [58], sive medicamentum pro veneno bibit, præcipitemve se ex alto miserit, aliudve quid fecerit, quo facto speravit mortem perventurum: tanquam nonnihil in alium usurus, qui [59] hoc adversus se usus est. §. 4. Si servus sit, qui vendidit [60], vel filiusfamilias, in dominum, vel patrem de peculio Ædilitia actio competit: quamvis enim pœnales [61] videantur actiones, tamen [62] quoniam ex contractu veniunt, dicendum est, eorum quoque nomine, qui in aliena potestate sunt, competere: proinde & si filiafamilias vel ancilla distraxit, æque dicendum est actiones Ædilitias locum habere. §. 5. Hæ actiones, quæ ex hoc Edicto oriuntur, etiam adversus [63] heredes omnes competunt. §. 6. Etsi bona [64] fide nobis servient liberi forte homines vel servi alieni, qui vendiderunt, potest dici, etiam hos hoc Edicto contineri. §. 7. Julianus ait, judicium redhibitoriæ actionis utrumque [65], id est, venditorem & emptorem, quodammodo [66] in integrum restituere debere. §. 8. Quare sive emptori servus furtum fecerit, sive alii cuilibet, ob quod furtum emptor aliquid præstiterit, non [67] aliter hominem venditori restituere jubetur, quam [68] si indemnem eum præstiterit. † Quid ergo, (inquit Julianus) si noluerit venditor hominem recipere? non esse cogendum ait quicquam præstare: nec amplius [69], quam pretio condemnabitur: & hoc detrimentum sua culpa emptorem passurum, qui, cum posset hominem noxæ dedere, maluerit litis æstimationem sufferre: Et videtur mihi Juliani sententia humanior esse. §. 9. Cum redhibetur mancipium, si quid ad [70] emptorem pervenit, vel culpa ejus non pervenit, restitui oportet: non solum si ipse fructus percepit, mercedesve à servo vel conductore servi accepit, sed etiam si à venditore fuerit idcirco consecutus, quod tardius ei hominem restituit: sed & si à quovis alio possessore fructus [71] accepit emptor, restituere eos debebit. † Sed & si quid fructuum nomine consecutus est, id præstet. Item si legatum, vel hereditas servo obvenerit. Neque refert, potuerit hæc consequi venditor, an non potuerit, si servum non vendidisset. Potamus enim, talem esse, qui capere aliquid ex testamento non potuerat: nihil hæc res nocebit. † Pedius quidem etiam illud non putat esse spectandum, cujus [72] con-

35 *l.* 38. *ff. eod. l.* 2 *in fin. C. eod.* Cur minus durat redhibitoria, quam quanti minoris? illa datur ad rescindendum: hæc ad recipiendum. adde *l.* 35. *vers. sed cum. ff. de oblig.*

36 Præstationibus stipulationum quæ continentur, plerumque eadem & contractibus repetita intelliguntur, & ad tempus contractus referuntur. *l.* 134. §. 1. *ff. de verb. oblig.*

37 Tunc enim omnia retro aguntur. *l.* 9. *ff. de alien. judicii. l.* 10. *in fin. ff. quib. mod. pign.*

38 Vel a creditore debitori pignus. v. *l.* 15. *ff. de pignerat.*

39 Pignori dari potest fugitivus; *ut hic.*

40 Adde *l.* 30. *ff. eod.*

41 V. *l.* 71. *ff. de verb. sign.*

42 Iisdem de rebus. *Hal.* id reddi, v. *l.* 30. *ff. eod.* Cujac. 17 *observ.* 21. qui Triboniani error natus est ex singularibus litteris.

43 Ad pretium reddendum. *Accurs.*

44 Fugitivum qui sciens vendit, restituere pretium tenetur, etiamsi ei servus non restituatur; sed nuda cautio de eo reddendo præstatur, si captus fuerit: si ignorans, non aliter pretium, quam recepto servo. *l. ultim. C. eod.*

45 Tum eum cavere oportet. *Hal.*

46 Deterior ancilla, quæ stuprata, vel quæ fugitiva esse cœpit, redditur.

47 *l.* 1. §. 1. *ff. eod. l.* 61. §. 2. *ff. de furtis.* possessionem, *l.* 22. causam usucapionis & fructus, *l.* 35. *l.* 73. *ff. de verb. signif.* non tantum corpus, sed omnem rei conditionem & causam. *l. ult.* §. *ult. ff. de verb. signif.*

48 *l.* 75. *ff. de verb. sign.*

49 Cyprianus 2 *ad Donatum.* Hic testamentum subjicit, ille falsum capitali fraude conscribit.

50 *Capitalis fraus* in servo est, qui a capite punitur, *ut hic. l.* 12. *in fin. ff. de accusationib. Capitalis pœna* verbo, etiam decapitatio intelligitur. *Bald.*

51 Alias *Fraus* aliud est, aliud pœna. *l.* 131. *ff. de verb. sign.*

52 Capitalis pœna dolum exigit: ideoque impuberi imponi non potest, nisi sit doli capax.

53 Nam in malefactis spectatur voluntas, non exitus. v. *l.* 14. *ff. de sicariis.*

54 Error & casus excusat à pœna capitali, *ut hic*, v. *l.* 31. *l.* 52. §. 2. *ff. ad l. Aquil.*

55 Doli incapacem. nam aliud est in capaci. vide *l.* 7. *C. de pœnis. l. si arrogati.* 14. *ff. de tutel. l. excipiuntur.* 14. *ff. ad Silicianum.*

56 Vide *l.* 13. *l.* 14. *ff. de off. Præsidis.*

57 *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. eod.* adde *l.* 9. §. 7. *ff. de peculio.* 58 Ut se suspenderet. 59 Qui sibi non pepercit, multo minus alii parcet. *l. ult.* §. 6. *in fin. ff. de bon. eor.* Qui in se malum admisit, omne, & in omnes admittet multo magis. 60 *l.* 57. §. 1. *ff. eod.* 61 Ædilitiæ actiones quasi pœnales. Cur? ædilitium edictum durius est actione ex empto. dixi *l.* 1. *ff. eod.*

62 Pœnales actiones ex contractibus filiorum & servorum descendentes dantur in parentes, & dominos. 63 *l.* 48. §. 5. *ff. eod.* 64 Adde *l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. de peculio.* 65 Ut ita omnia in integrum restituantur. v. *l.* 60. *ff. eod.* 66 *Quodammodo*, diminutionis nota. 67 Ordo servatur in redhibendo. *l.* 25. *in fin. ff. eod.* 68 *l.* 29. *in fin. ff. eod. l.* 36. *in fin. ff. ad Trebell.*

69 *l.* 24. *ff. eod.* 70 *l.* 58. §. 1. *ff. eod.* 71 Adde §. 1. *ff. eod.* adde *l.* 28. *ff. de hered. petit.* 72 *l.* 13. §. 18. *ff. de act. empt.* adde *l.* 10. §. 6. *ff. de vulgari.*

contemplatione [72] testator servum heredem scripserit vel ei legaverit: quia, etsi venditio remansisset [73], nihil hæc res emptori proderat: & per contrarium (inquit) si contemplatione venditoris institutus proponeretur, tamen diceremus, restituere emptorem non [74] debere venditori, si nollet eum redhibere.

XXIV. Gaius lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

ET generaliter dicendum est, quidquid [75] extra rem emptoris per eum servum adquisitum est, id justum videri reddi oportere.

De mancipio deteriorato. 2. Familiæ *appellatione qui continentur.* 3. Procurator *quis hic dicatur.* 4. *De mancipio deteriorato.* 8. *De his, quæ præcedunt, vel sequuntur litem contestatam.* 9. *Alia verba edicti de venditione mancipiorum.* 10. *De ordine edicti.*

XXV. Ulpianus lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

ÆDiles etiam hoc *præstare emptorem* volunt, *si in aliquo deterior factus sit servus:* sed ita demum, *si post venditionem, traditionemque factus sit:* cæterum [si ante fuit], non pertinet ad hoc judicium, quod ante factum est. §. 1. Sive ergo ipse deteriorem eum fecit, sive familia [76] ejus, sive procurator, tenebit actio. §. 2. *Familiæ* [77] appellatione omnes, qui in servitio sunt, continentur: etiam liberi [78] homines, qui ei bona fide serviunt, vel alieni: accipe eos [79] quoque, qui in potestate ejus sunt. §. 3. *Procuratoris* [80] fit mentio in hac actione: Sed Neratius procuratorem hic [eum] accipiendum ait, non quemlibet, sed cui universa [81] negotia, aut idipsum, propter quod deterius factum sit, mandatum [82] est.

§. 4. Pedius ait [83], æquum fuisse, id duntaxat imputari emptori ex facto procuratoris & familiæ, quod non fuit passurus servus, nisi [ei] venisset: quod autem passurus erat, etiam si non venisset, in eo concedi emptori servi sui noxæ deditionem: & ex eo (inquit) quod procurator commisit, solum actionum præstandarum necessitatem ei injungi. §. 5. Quid ergo, si *culpa* [84], non etiam dolo emptoris servus deterior factus sit? Æque condemnabitur. §. 6. Hoc autem, quod *deterior* factus est servus, non [85] solum ad corpus, sed etiam ad animi vitia referendum est: utputa si imitatione [86] conservorum apud emptorem talis factus est; aleator forte, vel vinarius [87] vel erro evasit. §. 7. Sed notandum est, quod non permittitur emptori, ex hujusmodi causis noxæ dedere servum suum: nec enim factum servorum suorum, itemque procuratoris præstat. §. 8. Item sciendum est, hæc omnia, quæ exprimuntur Edicto Ædilium, præstare eum debere, *si ante* [88] *judicium acceptum facta sint:* idcirco enim necesse habuisse ea enumerari, ut, si quid eorum ante litem contestatam contigisset, præstaretur: cæterum post [89] judicium acceptum, tota causa ad hominem restituendum in judicio versatur: & tam fructus [veniunt], quam id, quo deterior factus est, cæteraque veniunt: * Judici enim, statim atque judex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in judicio versantur: ea autem, quæ ante judicium contingunt, non valde ad eum pertinent: nisi fuerint ei nominatim injuncta. §. 9. Præterea in Edicto adjicitur sic: ET QUANTA PECUNIA PRO EO HOMINE SOLUTA, ACCESSIONISVE NOMINE DATA ERIT, NON REDDETUR: CUJUSVE [90] PECUNIÆ QUIS EO NOMINE OBLIGATUS ERIT, NON LIBERABITUR.

§. 10. Ordine [91] fecerunt Ædiles, ut ante venditori emptor ea omnia, quæ supra scripta sunt, præstet: sic deinde pretium consequatur.

De redhibitione, quomodo res ordinanda sit.

XXVI. Gaius lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

VIdeamus tamen, ne iniquum sit, emptorem compelli dimittere corpus, & ad actionem judicati mitti, si interdum nihil præstatur propter inopiam venditoris: potiusque res ita [92] ordinanda sit, ut emptor caveat, si intra certum tempus pecunia sibi soluta sit, se mancipium restituturum.

Quæ pecunia emptori restituitur.

XXVII. Ulpianus lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

DEbet autem recipere pecuniam 93 quam dedit pro eo homine, vel si quid accessionis nomine. *Dari* 94 autem non id solum accipiemus, quod numeratur venditori, utputa pretium & usuras ejus: sed & si quid emptionis causa erogatum est: Hoc autem ita demum deducitur, si ex voluntate venditoris datur: cæterum, si quid sua sponte datum esse proponatur, non imputabitur: neque enim debet, quod quis suo arbitrio dedit, à venditore exigere: Quid ergo si forte vectigalis 95 nomine datum est, quod emptorem forte sequeretur? Dicemus, hoc quoque restituendum: indemnis enim emptor debet discedere.

Si venditor non cavet.

XXVIII. Gaius lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

SI venditor 96 de his, quæ Edicto Ædilium continentur, non caveat, pollicentur 97 adversus eum (ad) redhibendum judicium, intra duos 98 menses: vel quanti emptoris interfit, intra sex menses 99.

Si venditor, quæ in hac actione desiderantur, præstat, vel non. 1. *De eo, cujus nomine emptor obligatus est.* 2. *Quid contineat condemnatio venditoris.* 3. *Si emptor damnum sensit, vel pro servo impendit.*

XXIX. Ulpianus lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

ILlud sciendum est, si emptor venditori hæc [100] non præstat, quæ desiderantur in actione, non posse ei venditorem condemnari: si autem emptori venditor ista non præstat, condemnabitur ei.

§. 1. Item emptori præstandum est, ut pecuniæ [1], cujus nomine obligatus erit, liberetur: sive ipsi venditori obligatus sit, sive etiam alii. §. 2. Condemnatio autem fit, *quanti* [2] *ea res erit:* Ergo, excedet pretium, an non, videamus? Et quidem continet condemnatio pretium [3], accessionesque: An & usuras pretii consequatur, quasi [4] quod sua interfuit debeat accipere, maxime cum [5] fructus [6] quoque ipse restituat? Et placet consecuturum.

§. 3. Si quid [7] tamen damni sensit, vel si [8] quid pro servo impendit, consequetur arbitrio judicis: sic tamen, non ut ei horum nomine venditor condemnetur, ut ait Julianus: sed ne alias compellatur hominem venditori restituere, quam [9] si eum indemnem præstet.

Si servi redhibendi nomine emptor judicium accepit vel dictavit.
1. *De impensis ab emptore factis.*

XXX. Paulus lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

ITem si servi redhibendi nomine emptor judicium accepit, vel ipse ejus nomine dictavit, cavendum ex utraque [10] parte erit: ut, si quid sine dolo malo condemnatus sit, vel si quid ex eo, quod egerit, ad eum pervenerit, dolove malo ejus factum sit, quo minus perveniret, id reddat [11]. §. 1. Quas impensas necessario in curandum [12] servum post litem contestatam emptor fecerit, imputabit: præcedentes [13] impensas nominatim comprehendendas, Pedius; sed cibaria servo data non esse imputanda, Aristo *ait:* nam [14] nec ab ipso exigi, quod in ministerio ejus fuit.

Si nolit venditor hominem recipere. 1. *Si servus emptori furtum fecerit.* 2. *De partu.* 3. *De usufructu.* 4. *De peculio.* 5. *De pluribus heredibus emptoris.* 7. *Si servus communi emerit.* 9. *De mancipio deteriorato.* 10. *De pluribus heredibus venditoris, aut servo communi vendente, aut pluribus venditoribus, aut pluribus emptoribus, aut pluribus mancipiis venditis.* 11. *De morte mancipii redhibendi.* 14. *De his, qui ex officio pro emptore intervenient.* 15. *De familia emptoris.* 16. *Si sapius agatur æstimatoria.* 17. *De actione in factum ad pretium recuperandum.* 19. *De eo, quod servo in venditione accessit.* 20. *Si venditor de dupla non caveat.* 21. *De natione mancipii pronunciandæ.* 22. *De pacto*, ut nisi res placuerit, redhibeatur, *& de illius rei redhibitione.* 25. *De eo, quod emptioni accedit.*

XXXI. Ulpianus lib. 1 ad Edictum Ædilium curulium.

QUod si nolit venditor hominem recipere, non in majorem summam (inquit) quam [15] in pretium ei condemnandum. Ob hæc ergo, quæ propter servum damna sensit, solam dabimus ei corporis retentionem, cæterum poterit evitare præstationem venditor, si nolit hominem recipere: quo facto, pretii præstationem, eorumque, quæ pretium sequuntur [16], solam non evitabit.

§. 1. Si venditor pronunciaverit vel promiserit, *furem* [17] *non esse*, tenetur [18] ex sua promissione, si furtum servus fecit: esse [19] enim hoc casu furem, non tantum eum, qui extraneo, sed [& eum], qui domino suo res subtraxit, intellegendum est. §. 2. Si ancilla redhibeatur, & quod [20] ex ea post venditionem natum erit, redderur, sive unus *partus* sit, sive plures. §. 3. Sed & si forte *usufructus* [21] proprietati adcreverit, indubitate hic quoque restituetur. §. 4. Si *peculium* [22] quæsiit apud emptorem, quid de hoc dicemus? Et, si quidem ex [23] re emptoris accessit, dicendum est, apud ipsum [24] relinquendum: si aliunde crevit, venditori restituendum [25] [est]. §. 5. Si plures heredes sint emptoris: an omnes [26] ad redhibendum consentire debeant, videamus? Et ait Pomponius, omnes [27] consentire debere ad redhibendum: dareque unum [28] procuratorem: ne [29] forte venditor injuriam patiatur, dum ab alio partem recipit hominis, alii in partem pretii condemnatur, quanti [30] minoris is homo sit. §. 6. Idem ait, homine [31] mortuo vel etiam redhibito, singulos pro suis portionibus recte agere. Pretium autem, & accessiones pro parte recipient: sed & fructus [32] accessionis, & si quo deterior homo factus est, pro parte præstabitur ab ipsis: nisi forte tale sit, quod divisionem [33] non [34] recipiat: utputa ancillæ partus: in hoc enim idem servandum est, quod in ipsa matre [35] vendita, quam pro parte redhiberi posse negavimus. §. 7. Marcellus quoque scribit, si servus communis servum emerit, & sit in causa redhibitionis, unum ex dominis pro parte sua redhibere servum non posse: non magis (inquit) quam cum emptori plures heredes exstiterunt, nec [36] omnes ad redhibendum consentiunt. §. 8. Idem Marcellus ait, non posse alterum ex dominis consequi actione ex empto, ut sibi pro parte venditor tradat, si proportione pretium dabit: & hoc in emptoribus servari oportere ait: nam venditor [37] pignoris [38] loco, quod vendidit, retinet, quoad [39] emptor satisfaciat.

§. 9. Pomponius ait, si unus ex heredibus, vel familia [40] ejus, vel procurator [41] culpa vel dolo fecerit rem deteriorem, æquum esse in solidum eum teneri arbitrio judicis: Hoc autem expeditius esse, si omnes heredes unum [42] procuratorem ad agendum dederunt: tunc & si quo deterior servus culpa [43] unius heredum factus est, & hoc solutum est, cæteri familiæ ercisciundæ judicium adversus eum habent: quia, propter ipsum damnum sentiunt, impediunturque redhibere. §. 10. Si venditori plures heredes exstiterint, singulis [44] pro portione [45] hereditaria poterit servus redhiberi: & si servus plurium venierit, idem erit dicendum: nam si unus à pluribus, [vel plures ab uno], vel plura mancipia ab uno emantur, verius est dicere, si quasi plures rei fuerunt venditores, singulis [46] in solidum redhibendum: si tamen partes emptæ sint à singulis, recte dicetur, alteri quidem posse redhiberi, cum altero autem agi quanto minoris. Item si plures singuli partes ab uno emant, tunc pro parte quisque eorum experietur: sed si in solidum emant, unusquisque in solidum redhibebit. §. 11. Si mancipium, quod redhiberi oportet, mortuum [47] erit, hoc quæretur,

---

72 Contemplationis hic non habetur ratio, sed causæ effectivæ & immediatæ. *Bald.*

73 Venditoris mansisset. *Bud.*

74 Albericus hoc verum esse putat, si agatur actione ex empto, cum non habeat locum, nisi volente emptore: secus fore, si condictione sine causa agatur: tunc enim venditorem id posse petere, quasi rei suæ sit. *l. sed si plures* 10, §. *In arrog. C. de vulg. l. adhuc.* 45. *ff. de adq. ber. l. penult. ff. de stipul. serv.*

75 Omnis causa restituenda est ab emptore. *l.* 1. §. 1. *ff. eod. l.* 25. *l.* 31. §. 2. 3. *penult. ult. l.* 33. §. 5. *l.* 60. *ff. eod. l.* 32. *ff. de petit. hered. l.* 11. §. 7. *ff. ad l. Aquil.*

76 §. 2. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Familiæ factum nocet domino.

77 *Familiæ* appellatione qui continentur. adde *l.* 1. §. 18. *ff. de vi, & vi armata. l.* 5. §. 5. *C. de his, qui ad Eccles. jam. l.* 2. §. 14. *ff. de vi bon. raptor. l.* 195. §. 3. *ff. de verb. sign. l.* 1. §. *familiæ. ff. de public.* Goth. Adde Ferrand. *lib.* 1 *explicat. c.* 20. Anf.

78 Liberi homines in servitiis aliorum nonnunquam erant: neque tamen liberi esse desinebant. Varro 6 *de lingua.* liber, qui suas operas in servitute pro pecunia, quam debeat, dum solveret, præstat, *nexus* vocatur, ut ab ære, *obæratus*: liber ob hujusmodi ministerium esse non desinebat.

79 Et filiosfamilias, *l.* 31. §. 15. *ff. eod.* liberos, *l.* 40. §. 2. quin & ipsum principem familiæ, *l.* 196. *ff. de verbor. signif.* adde *l.* 195. §. 1. *cum seq. ff. de verb. sign. l.* 1. §. 18. *ff. de vi, & vi.* adde *l.* 2. §. 14. *ff. vi bonor. raptor.*

80 §. 1. *ff. eod.* §. 4. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. eod. subaudi*, habentis liberam, & ita post Richard. Malumbram interpretatur Bald. *Procurator* est, qui sufficiens mandatum, ad id quod agit, habet.

81 Vid. *l. quod si nolit.* 31. §. *quod in procuratore.* 14. *ff. eod. l. si procurator.* 9. *ff. de doli except.*

82 *Subaudi*, specialiter.

83 Vide Anton. August. *lib.* 3 *Emendat. c.* 7. S. L.

84 *l.* 23. §. *ult. in pr. ff. eod. l.* 31. §. 14. *ff. eod.*

85 Deterior non tantum redditur is, cujus corpus deterius redditur, sed & is cujus animus.

86 Imitatio mala in culpa.

87 *l.* 4. §. 2. *ff. eod.*

88 In judicium non videtur venisse, quod post judicium acceptum accidit. *l.* 23. *ff. de judiciis.*

89 *l.* 31. §. 13. *ff. eod.* Officium judicis multum potest in occurrentibus post litem contestatam: antecedentia vero, libello inserenda sunt, ac petenda. Et priore quidem casu judex plene cognoscens: judex supplet etiam non petita, & sumptus adjudicat. vide Bald. *hic.* 90 *Pecuniæ obligatus* dicitur, ut obligatus & obstrictus furti, compertus sacrilegii, manifesti criminis, ceris debiti, judicati damnatus, confessus. 91 Pretium recepturus emptor, rem primum redhibere debet. *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* 92 *l.* 29. *in fin. ff. eod.*

93 *l.* 29. §. 2. *ff. eod. l.* 31. §. 17. *l.* 59. *in princ. ff. eod.* 94 Vide *l.* 19. *ff. de liberali causa.*

95 Quod *ἀνάλογον. l.* 17. *ff. de verbor. signif.* Emptor venditori vectigal solutum, rei redhibitæ nomine imputat, *ut hic.* ut & pignoris creditor debitori, cæterisque debitoris creditoribus. *l.* 6. *ff. qui potiores.* 96 *Synopsis eod. c.* 19. 97 *l.* 5. *ff. de verb. obl.* 98 Casus est specialis, vide quæ scripsi ad *l.* 19. *in fin. ff. eod.* 99 Quia non cavet: nam alia tempora desiniuntur, quando vitiosa res est. *l.* 19. *in fin. ff. eod.* 100 Quæ superius dicta sunt. *l.* 23. 24. *& seq.* Redhibitoria agens emptor, nisi venditori offerenda offerat, venditor absolvendus erit. 1 *l.* 25. *in fin. ff. eod.*

2 *Quanti res* est, pretium, accessiones, usuras pretii, & id, quod interest, continet. 3 Venditor redhibenti rem emptori pretium, accessiones, & usuras restituere debet.

4 Qui *rem redhibet*, fructus rei restituit: Vicissim quanti res est, a venditore recipit, hoc est, pretium quod ipse venditori numeravit, a venditore recipit, accessiones, pretii usuras, si sua interfuit, *ut hic.* adde Beroum *qu.* 59. usuras autem hic pretii, ut id quod interest.

5 Adde *l.* 24. §. *pen. l.* 47. *in fin. ff. de minorib.*

6 Si modo petiti sint. Nam fructus in rei vindicatione non veniunt, nisi petiti sint. vide tamen Socin. *reg.* 161.

7 Vide quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de rescindend. vendit.*

8 *l.* 23. §. 1. *ff. eod.*

9 *d. l.* 23. §. 8. *ff. eod.* Retentionis jure expensas emptor potius consequitur, quam agendi jure.

10 *l.* 21. §. 2. *ff. eod.*

11 Vide *l.* 21. §. 2. *ff. eod.*

12 Adde *l.* 29. §. 3. *ff. eod. l.* 10. *in fin. ff. de negot. l.* 10. *C. de negotiis. l.* 18. §. 2. *ff. commodati.*

13 Impensæ post litem contestatam factæ judicis officio præstantur; ante litem contestatam factæ, libello petitæ.

14 Cibaria servo præstita is non recuperat, à quo servi ministerium non exigitur. Cibariorum enim impensæ naturali ratione ad eum pertinent qui utendum accepit. *l.* 18. §. 2. *ff. commodati.* Sic maritus impensas in doctrinam, & alimenta servorum dotalium non servat: quia ministeriis eorum utitur. *l.* 28. §. 1. *ff. de donat. inter virum.*

15 *l.* 58. *ff. eod.* Cedens rei venditor non liberatur à pretio quod accepit, sed tantum ab expensis: sententia expensarum non mandatur executioni si cedatur rei. *Bald.*

16 Puta usurarum. *l.* 29. §. 2. *ff. eod.*

17 *l.* 19. §. 1. *ff. eod. l.* 52. *in fin. ff. eod.*

18 Nec enim debuit remere quidquam adfirmare. *l.* 1. §. 1. *l.* 13. §. 3. *ff. de act. empt.*

19 *Fur* etiam censetur, qui furtum domino fecit.

20 Redhibita ancilla redhibendi sunt etiam partus.

21 Redhibita proprietate, redhibendus est quoque ususfructus qui ei adcrevit.

22 Redhibito servo, peculium quæsitum ex re venditoris una restituendum est: ut non quæsitum ex re emptoris. 23 *l.* 24. *ff. eod. & arg. l.* 33. *l.* 34. *ff. de petit. hered.* 24 Emptorem sc. Ideo emptori id non est relinquendum, nec id emptori prodesse debet. *l.* 23. *in fin. ff. eod.*

25 *l.* 24. *ff. eod.* 26 Redhibitio cum fit à pluribus heredibus unius emptoris, fieri debet eorum omnium consensu: unum etiam procuratorem constituere debent, quod ex unius persona veniant, & factum individuum sit. v. Bald. *hic.* 27 §. 7. *ff. eod.* 28 Imo, plures dari oportere constat. *l* 42. §. 6. *ff. de procurator.* 29 §. 9. *ff. eod.* optima ratio. v. *l.* 5. *in fin. ff. judicatum solvi.*

30 V. *l.* 43. §. 6. *ff. eod.* 31 *l.* 38. §. 3. *ff. eod.* 32 Quid ita? usuras usurarum exigi non oportet. *l.* 26. §. 1. *ff. de cond. indeb. l.* 18. *C. de usur.* 33 Partus editus dividi à matre sua non debet: igitur pro parte ne fiat redhibitio, matre redhibita, partus non retinendus erit ejus ab emptore. adde *l.* 35. *l.* 39. *ff. eod.* 34 Quidni partus à matre divisionem recipiat, cum ovibus legatis agni non debeantur. *l.* 81. §. *pen. ff. de legat.* 3. Cur non partus æque poterit dividi à matre, ac maritus ab uxore, & liberis: cum constet servo legato uxorem & filium legato non cedere. *l.* 20. §. 4. *ff. de instructo & de usur. l.* 16. *C. de act. empt.* 35 Nam matre vendita, partus ad emptorem pertinet. *l. in fin. ff. de usur. l.* 16. *C. de act. empt.* 36 §. 5. *ff. eod.* 37 Pignoris loco rem venditam venditor retinere potest, quoad emptor satisfaciat: non cogitur partem rei præstare, nisi pretium universum accipiat. 38 *l.* 22. *ff. de hered. vend. l.* 13. §. 8. *ff. act. empt.* 39 *l.* 57. *ff. eod.* 40 *l.* 25. §. 2. *ff. eod.* 41 *d. l.* 25. §. 3. *ff. eod.* 42 §. 5. *ff. eod.* 43 Nam omnia quæ quis in hereditate dolo, aut culpa fecerit, in judicium familiæ ercisciundæ veniunt. *l.* 20. §. 4. 5. 6. *l.* 17. *ff. famil.* 44 Atqui singuli heredes emptoris redhibere non possunt. §. 5. *ff. eod.* Cur non eadem ratio fuerit in pluribus heredibus venditoris, ut non possit res redhiberi nisi omnibus? Emptor qui rem redhibere debet, tenetur ad individuum, hoc est, rem præstandam: ideo actio non dividitur inter ejus heredes: venditor vero tenetur ad dividuum, hoc est, ad pretium, ideo dividitur inter ejus heredes: & sic actio potest interdum esse dividua ex parte rei, individua vero, ex parte actoris. 45 Atqui servus utiliter singulis redhiberi non potest, cum nec dividi possit. 46 Plures rei in contractu, reputantur plures in distractu. *Bald.* 47 Atqui mortui redhiberi posse non videntur. *l. ult. C. eod.*

retur, nam quid culpa emptoris, vel familiæ ejus, vel procuratoris [48], homo demerstrus sit: nam si culpa [49] ejus decessit, pro [50] vivo habendus est: & præstentur [ea] omnia, quæ præstarentur, si viveret. §. 12. *Culpam* [51] omnem accipiemus, non utique [52] latam: propter quod dicendum est, quamcunque occasionem morti emptor præstitit, debere eum [53]: etiam si non [54] adhibuit medicum, ut fanari possit, vel [55] malum adhibuit, sed culpa sua.

§. 13. Sed hoc dicemus, si ante judicium acceptum decessit: cæterum, si post judicium acceptum decessisse proponatur, tunc in arbitrium judicis veniet, quatiter mortuus sit: ut enim & Pedio videtur, * ea quæcunque post [56] litis contestationem contingunt, arbitrium judicis desiderant. §. 14. Quod in procuratore diximus, idem & in tutore & curatore dicendum erit, cæterisque, qui ex officio pro aliis interveniunt: Et ita Pedius ait, & adjicit, quibus administratio rerum [57] culpam abesse præstare non inique dominum cogi. §. 15. Idem Pedius ait, *familiæ* appellatione & filiosfamilias [58] demonstrari: facta enim domesticorum, redhibitoria agentem præstare voluit. §. 16. Si quis egerit quanto minoris propter servi fugam, deinde agat propter morbum: quanti fieri condemnatio debeat? Et quidem sæpius agi posse quanto minoris, dubium non est: Sed ait Julianus, id agendum esse, ne lucrum emptor faciat, & bis [59] ejusdem rei æstimationem consequatur. § 17. In factum actio competit, ad pretium [60] recipierandum, si mancipium redhibitum fuerit: in qua non hoc quæritur, an mancipium in causa redhibitionis fuerit, sed hoc tantum, an sit redhibitum: Nec immerito: iniquum est enim, posteaquam venditor agnovit, recipiendo [61] mancipium, esse id in causa redhibitionis, [tunc] quæri, utrum debuerit redhiberi, an non debuerit: nec de tempore quæretur, an intra tempora redhibitus esse videatur. §. 18. Illud plane hæc actio exigit, ut sit redhibitus: cæterum, nisi fuerit redhibitus, deficit ista actio, etiamsi nudo consensu placuerit, ut redhibeatur: conventio ergo de redhibendo non [62] facit locum huic actioni, sed ipsa redhibitio.

§. 19. Restitui autem debet per hanc actionem, etiam quod ei servo in venditione accessit. §. 20. Quia assidua [63] est duplæ stipulatio, idcirco placuit, etiam ex empto agi posse, si duplam venditor mancipii non caveat: *ea enim, quæ sunt moris* [64] *& consuetudinis, in bonæ fidei judiciis debent venire.* §. 21. Qui mancipia vendunt, *nationem* [65] cujusque in venditione pronunciare debent: plerunque enim natio servi aut provocat, aut deterret emptorem; idcirco interest nostra scire nationem: præsumptum [66] etenim est, quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est: Quod si de natione ita pronunciatum non erit, judicium emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur: per quod emptor redhibet mancipium. §. 22. Si quid ita venierit, *ut nisi* [67] *placuerit, intra præfinitum tempus redhibeatur*, ea conventio rata habetur: si [68] autem de tempore nihil convenerit, in factum actio intra sexaginta dies utiles accommodatur emptori ad redhibendum, ultra non: si vero convenerit, ut in perpetuum redhibitio fiat, puto, hanc conventionem valere. Item si tempus sexaginta [69] dierum præfinitum redhibitioni præteriit, causa [70] cognita judicium dabitur. §. 23. In causæ autem cognitione hoc versabitur, si aut mora fuit per venditorem [71], aut [72] non fuit præsens, cui redderetur, aut aliqua justa causa intercessit, cur intra diem redhibitum mancipium non est, quod [ei] magis [73] displicuerat.

§. 24. In his autem actionibus eadem erunt observanda, quæ de partu [74], fructibus, accessionibus, quæque de mortuo redhibendo dicta sunt [75]. §. 25. Quod emptioni accedit [76], partem esse venditionis, Prudentibus visum est.

XXXII. Gaius lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

ITaque sicut superius venditor de morbo, vitiove & cæteris, quæ ibi comprehensa sunt, prædicere jubetur; & præterea [77] in his causis non esse mancipium, ut promittat, præcipitur: ita & cum accedat alii rei homo, eadem & prædicere, & promittere compellitur: quod non solum hoc casu intelligendum est, quo nominatim adjicitur, *accessurum* [78] *fundo hominem Stichum*, sed etiam si generaliter omnia mancipia, quæ in fundo sint, accedant venditioni.

XXXIII. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

PRoinde Pomponius ait, justam causam esse, ut, quod in venditione accessurum [79] esse dictum est, tam integrum præstetur, quam illud præstari debuit, quod principaliter veniit: Nam jure civili, ut integra sint [80], quæ accessura dictum fuerit, ex empto actio est: veluti *si dolia* [81] *accessura fundo* dicta fuerint: Sed hoc ita, si certum corpus accessurum fuerit dictum: nam si servus cum peculio venierit, ea mancipia quæ in peculio fuerint, sana esse præstare venditor non debet; quia non dixit, certum corpus accessurum: sed peculium tale [præstare oportere]: & quemadmodum certam quantitatem peculii præstare non debet, ita nec hoc. † Eandem rationem facere Pomponius ait, ut etiam si hereditas, aut peculium servi venierit, locus Edicto Ædilium non sit circa ea corpora, quæ sunt in hereditate, aut in peculio. † Idem probat, & si *fundus cum instrumento* venierit, & in instrumento mancipia sint: Puto hanc sententiam veram: nisi si aliud specialiter actum esse proponatur. §. 1. Si vendita res redhibeatur, servus quoque, qui ei rei accessit, licet [82] nullum in eo vitium sit, redhibetur.

De pluribus rebus venditis.

XXXIV. Africanus lib. VI [83] Quæstionum.

CUm ejusdem [84] generis [85] plures res simul veneant [86], veluti comœdi [87], vel chorus [88], referre ait, in universos [89], an in singulos pretium constituatur: ut scilicet interdum una, interdum plures venditiones contractæ intelligantur: Quod vel eo quæri pertinere, ut, si quis eorum forte morbosus vel vitiosus sit, [vel] omnes simul [90] redhibeantur. §. 1. Interdum etsi in singula capita pretium constitutum sit, tamen una emptio est: ut propter unius [91] vitium omnes redhiberi [possint] vel debeant: scilicet cum manifestum [92] erit, [non]nisi omnes quem empturum vel venditurum fuisse: ut plerunque circa comœdos [93], vel quadrigas [94], vel mulas pares accidere solet, ut neutri non nisi omnes habere expediat.

XXXV. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

PLerunque propter morbosa mancipia etiam non morbosa redhibentur, si separari non [95] possint sine magno incommodo, vel [96] ad pietatis [97] rationem offensam: Quid enim, si filio [98] retento, parentes redhibere maluerint, vel contra? Quod & in fratribus [99] & in personis contubernio [100] sibi conjunctis, observari oportet.

XXXVI. Pomponius lib. XXIII ad Sabinum.

SI plura mancipia uno pretio venierint, & de uno eorum ædilitia actione utamur, ita demum pro bonitate ejus æstimatio fiet, si confuse universis mancipiis constitutum pretium fuerit. Quod si singulorum [1] mancipiorum constituto pretio, universa tanti venierunt, quantum ex consummatione [2] singulorum fiebat, tunc cujusque mancipii pretium, seu pluris, seu minoris id esset, sequi debemus.

Ne veterator pro novitio veneat.

XXXVII. Ulpianus lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

PRæcipiunt Ædiles, *Ne veterator* [3] *pro novicio* [4] *veneat*. Et hoc Edictum fallaciis venditorum occurrit: ubique enim curant Ædiles, ne emptores à venditoribus circumveniantur: ut ecce plerique [5] solent mancipia, quæ novicia non sunt, quasi novicia distrahere: ad hoc* scilicet, * ut pluris vendant: præsumptum [6] est enim, ea mancipia, quæ rudia sunt, simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, & dociliora, [&] ad omne ministerium habilia; [trita vero mancipia & veterana difficile est reformare], & ad suos mores formare. Quia igitur venalitiarii [7] sciunt, facile decurri ad novitiorum emptionem, idcirco interpolant [8] veteratores, & pro novitiis vendunt: quod ne fiat, hoc Edicto Ædiles denunciant: & ideo si quid ignoranter emptore ita venierit, redhibebitur.

Edictum de jumentorum venditione. 1. *Argumentum*, 2. *Et causa suprascripti edicti*. 3. *Collatio hujus & superiorum edicti*. 4. *Quid interfit inter* jumentum & pecus. 5. *De verbis dicto edicto subjectis*. 6. *De bobus*. 7. *De animali castrato*. 8. *De mula, quæ non potest transjungi*. 9. *Vel alterum jugum non patitur*. 10. *Quibus ex causis jumentum redhibetur*. 11. *De tempore & causa jumenti ornati*. 12. *De pluribus jumentis venditis*.

XXXVIII. Idem lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

ÆDiles 9 aiunt, Qui [10] jumenta vendunt, palam recte [11] dicunto [12], quid in quoque eorum morbi, vitiique sit: uti quæ optime ornata vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradentur: si quid ita factum non erit, de ornamentis restituendis, jumentisve ornamentorum [13] nomine redhibendis, in diebus sexaginta [14]: morbi autem, vitiive causa ineptis faciendis, in sex mensibus vel quo minoris, cum venirent, fuerint, in anno judicium dabimus. Si jumenta paria simul venierint, et alterum in ea causa fuerit, ut redhiberi debeat, judicium dabimus, quo utrumque redhibeatur. §. 1. Loquuntur Ædiles in hoc Edicto de *jumentis* redhibendis. §. 2. Causa autem hujus Edicti eadem est, quæ mancipiorum redhibendorum. §. 3. Et fere eadem [15] sunt in his, quæ in mancipiis, quod ad morbum, vitiumve attinet. Quidquid igitur hic diximus, huc erit transferendum: & si mortuum [16] fuerit jumentum, pari modo redhiberi poterit, quemadmodum mancipium [potest]. §. 4. *Jumentorum* autem appellatione an omne pecus contineatur, vidcamus? Et difficile est, ut contineatur: nam aliud significant *jumenta* [17], aliud significatur *pecoris* appellatione. §. 5. Idcirco elogium huic Edicto subjectum est, cujus verba hæc sunt, Quæ de jumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore [18] omni venditores faciunto. §. 6. Unde dubitari desiit, an hoc Edicto boves quoque contineantur: etenim *jumentorum* appellatione non [19] contineri eos verius est: sed *pecoris* [20] appellatione continebuntur. §. 7. Sed enim sunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciunt, in jumentis non adeo, utputa

---

48 Hoc Albericus ad tutores & curatores, & omnes administratores extendit.

49 V. quæ notavi ad *l.* 91. ff. *de verb. oblig.*

50 Secus si vivere intelligatur, cujus culpa mortuus est. Aliud est tamen proprie vivere & vivum pro vivo uti & habere pro, & habere pro cive.

51 Quæ debetur in contractibus bonæ fidei. *l.* 108. § 11. ff. *de leg.* 1.

52 Id est, non tantum latam, id enim ex præcedentibus & sequentibus evincitur.

53 Teneri *Hal.*

54 Malum fecisse, aut nullum medicum adhibere ægroto, pœna. Quod Alciatus extendit ad maritum, ut iis de causis mortua uxore privetur lucro dotis.

55 Culpam admittit, qui ægroto medicum nullum, aut malum, adhibet.

56 Vide *l.* 25. § 8 ff. *eod.* Contingentia post litem contestatam, obveniunt judici dijudicanda.

57 *Rerum permissi est, eos culpa abesse, &c. Hal.* Procuratoris verbo Tutor & Curator continentur.

58 Ut *l.* 25. §. 2. ff. *eod.*

59 Bis eandem rem consequi injustum est. *l.* 32. ff. *de evict.*

60 *l.* 27. ff. *eod.*

61 Quod quis recipiendo agnoscit, postea recusare non potest. *l. pen. in fin.* ff. *de exact. & exsecut. muner.*

62 Atqui cautio heredis cum obligat ad solvendo integra legata. *l. ult. C. ad l. Falcid.*

63 Facit *l.* 37. §. 1. *in fin.* ff. *de evict.* Confecta in contractibus per Notarios inserenda sunt nec omittenda. Imo licet non inserta sint, pro Pactis & insertis habenda.

64 Contractus dubii recipiunt modum & formam à consuetudine. *Bolog.* facit *l.* 24. *in fin.* ff. *de usufr. l.* 6. ff. *de evict. l.* 6. *l.* 37. ff. *de usur. l.* 50. *in fin.* ff. *de leg.* 1. *l.* 17. § 1. *in fin.* ff. *de aqua pluv. l.* 19. *C. locati. l.* 1. *de fid. jussor.* Dupla promittenda est secundum morem & consuetudinem loci.

65 Senec. 10 *controv.* 5. Quid ad rem pertinet, cujus nationis servus sit? adde eundem 15 *epist.* 96. de differentiis gentium, adde Plinium 2. *c* 78.

Quid *natio*, v. Festum. Sic natio Sabinorum trifitis, severa, critica.

Livius 1. *ubi de Numa.* Cic. 15 *epist* 28. Hinc illud apud Ciceronem *oratione pro L. Flacco*, vetus provenbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem, si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum. si quis despicatus dicitur, Mysorum ultimus esse dicitur. & post: Quis unquam Græcus Comœdiam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? Ste Cretenses semper mendaces ἀπὸ ψεύδους dicti. Paulus ad *Tit.* 1. *vers.* 12. 66 Hinc colligit Alciatus, præsumi nobilem, qui ex nobili parente, peritum qui ex perito, & è contra, 1 *præsumpt* 48. eamque præsumptionem duci ex nascendi cujusque lege quod filii parentes repræsentent. Horatius 4 *Oda* 4. *Fortes creantur fortibus ac bonis: Est in juvenes, est in equis patrum Virtus: nec imbellem feroces Progenerant aquilæ columbam.* 67 *l.* 4. *C. eod. l.* 6. ff. *de rescind.* 68 Nota tria tempora redhibendi, præfinitum, seu conventionale, tacitum, perpetuum. Redhibendæ rei jus habens, intra 60 dies eam redhibere debet: nisi aliud conventum sit: post dies 60 non potest, nisi causa cognita ei succurratur. 69 Menses duo sexaginta diebus finiuntur. vide Fornerium ad *l.* 98. ff. *de verb. sign.* 70 Vide *l.* 1. *in fin.* ff. *ex quib. caus. major.* 71 *l. ult.* ff. *de procurat. l.* 24. *l.* 25. ff. *ex quib. caus. major.* 72 Absente parte arbitramentum fieri posse, hinc colligit Baldus. adde *l.* 43. ff. *de verb. oblig.* 73 *Magis*, particula electiva. *l.* 6. *in fin. pr.* ff. *de conditi. causa data. l.* 1. ff. *commun. divid. l.* 5. ff. *finium regund. l.* 3. ff. *de incendio.* Goth. Subauditur in *l.* 2. ff. *de rebor. cred.* Ut Sepius, vid. Ant. Augustin. *lib.* 4. *cap.* 8. *emendat.* S. L. Plautus in *Persa*, Magis volo esse dives quam pauper. *& alibi.* Vis vendere istam? Magis libet quam perdere. 74 Partus, fructus accessiones distinguuntur. 75 *l.* 24. *& seq.* ff. *eod.* 76 *l.* 32. *l.* 33. ff. *eod.* 77 Ea in accessoriis præstanda sunt quæ in principali. *d. l.* 33. *in fin. l.* 11. § 17. ff. *de act. empt.* Goth. Vid. Cujac. *lib.* 16 *obs. cap.* 20. S. L. 78 *Servos fundis venditis accessuros* plerunque promittebant, dixi ad *l.* 15. ff. *de evict.* 79 Accessiones rei venditæ, tam integræ sunt præstandæ, quam ipsæ res principales.

80 *l.* 27. ff. *de act. empt.* 81 *Dolia fundo accessura*, fundi venditorus, ut sæpius dicebant. *l.* 27. ff. *de act. empt.* 82 Adde *l.* 36. ff. *eod.*

83 Vide Cujac 6 *ad Africam.*

84 Adde *l.* 38. *l.* 39 *l.* 42. *l.* 64 ff. *eod.*

85 Quæstio fit, nascitur, utrum una sit venditio, an plures?

86 *Genus* hic pro artificio, professione, officio, ut *l. ult.* ff. *eod.*

87 Id est, conviviorum, nuptiarum, lustrationum agmen.

88 Chorus cantorum certo numero constat: canebant autem alta voce, vel tibia, vel utroque misto: & nonnunquam etiam in comœdiis saltabant & loquebantur. Mimos a choris separat *lex* 14. *C. de episc. aud.* Cujac. *ibid.*

89 V. *l.* 29. ff. *de verb. obl.*

90 Vide quæ scripsi ad *l.* 5. § 7. ff. *sol. solvi.*

91 Puta coryphæi. v. *l.* 65. § 1. ff. *de leg.* 2.

92 Id autem præsumitur.

93 *l.* 38. ff. *eod. l.* 22. ff. *ad l. Aquil.*

94 V. *l.* 65. § 1. ff. *de leg.* 2. *l.* 29. ff. *de verb. oblig.*

95 *l.* 38. *in fin.* ff. *eod.*

96 Alvel ob pietatis rationem offensam, vel fine pietatis ratione offensa.

97 Pietatis ratio non permittit matrem redhiberi sine liberis. facit *l. quæsitum est.* § 7. ff. *de fundo instr. l. possessionum. C. comm. utriusque judicii.*

98 Vel partu. v. *l.* 31. § 6. ff. *eod.*

99 *l.* 39. ff. *eod.*

100 *Contubernium* est inter servum & ancillam: inter liberos *matrimonium.* Non possum itaque servum sine contubernali sua redhibere. *l.* 6. *in fin. l.* 8. ff. *de pignorib.* 1 *l.* 34. § 1. ff. *eod.*

2 *Consummatio* fit, cum omnium pretia redacta sunt ad unam summam. Plautus *in Trucul.* & Seneca 5 *epist.* summam summarum appellat. & eodem modo Justinianus, *l. ult. C. de usur.* consummatam quantitatem fortis, & usurarum, id est, in unam summam redactam. Græci illo loco, συναριθμῆσαι. Cujad *l.* 34. ff. *eod.*

3 V. *l. ult.* § *ult.* ff. *eod.*

4 Hinc Græcis νεάνιθος, cui opponitur ὁ ἐξ ἀρχαίου δοῦλος, qui jam servivit, veterator. *Synops. eod. cap.* 28.

5 Si quis velut novitium venditurus, venditurus erit, ad redhibendum tenetur. Cupiunt enim homines novitios consequi, velut dociles, & quales suos ad mores reformare possint. *Synops. d. c.* 28.

6 Nota præsumptionem. 7 *Venalitiarii*, venditores servorum. *l.* 44. § 1. ff. *eod. l.* 57. *in fin.* ff. *mandati.* 8 *l.* 45. ff. *de contrab. empt.* 9 De quorum origine & potestate, vide Alex. ab Alexand. 4 *genial.* 10 Qui jumenta vendit, morbos, eorumque vitia dicat, & ornatum, quo amicti vendendi causa fuerunt, eis tradat. Qui hoc non facit, de ornamentis restituendis, vel jumentis, ornamentorum non datorum nomine recipiendis, intra dies sexaginta convenitur: morborum vero vitiorumve causa, intra sex menses: quanti denique minoris, intra annum, *Synops. eod. cap.* 29. 11 *Recte dicere* quid, divi ad *l.* 1. ff. *eod.* & ad *l.* 11. ff. *de duobus reis.*

12 De bob. Varro 2 *de re rust. 5. ex Manilii actionibus.* Cum emimus domitos boves, stipulamur sic, *Illasce boves sanos esse noxiasque præstari?* Cum emimus indomitos, sic, *Illosce juvencos sanos recte, deque pecore sano esse, noxiisque præstari spondesne?* Lanii vero qui ad cultrum bovem emunt, & qui ad altaria hostiæ sanitatem non solent stipulari. Eadem forma erant emendi asini, *c.* 6. & equi, *cap.* 7. *ibid.* 13 Equum ostendens cum ornamentis, tradere eum debet cum ipsis ornamentis, sella scilicet & fræno, & cum omnibus quibus demonstratus est. *Bald.* vide tamen § 11. ff. *eod.* ni tradantur. 14 Casus est specialis. *l.* 28. *l.* 31. § 22. ff. *eod.* 15 Ut quodammodo hic quadrupedibus videantur comparari mancipia, ut in *l.* 2. § 2. ff. *ad l. Aquil.* Goth. Interpretationem hujus §. vide in §. 7. *seq.* S. L. 16 *l.* 31. § 6. ff. *eod.* 17 Quid ita? cum Varro 2 *de re rustic. c.* 1. testetur, scientiam pecoris parandi partes ter ternas habere: unam de minoribus pecudibus (ovem, capram, suem); alteram de majoribus (boves, asinos, equos); tertiam pecuariam, mulos scilicet, canes, pastores. Porro jumentorum appellatione non continentur boves, *ut hic.* continentur elephanti & cameli. *l.* 1. § 2. ff. *si quadrup.* 18 Varro 2 *de re rust.* 2. hanc formulam emendarum ovium tradit, Tanti sunt mihi emptæ: Prisca formula talis fuit, Illasce oves, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ovillum, quod recte sanum est, extra luscam, furdam, minam, id est, ventre glabro, neque de pecore morboso esse, haberegue recte licere, hæc sic recte fieri spondes? &c. Quod ad capras attinet, sanas sanus nemo promisit, inquit idem Varro *ibid. cap.* 3. ita tamen emuntur, *Illas capras hodie recte esse & bibere posse, habereque recte licere, hæc spondesne?* De subus hoc addi à quibusdam superiori formulæ videtur, *cap.* 4. perfunctas esse à febri & à foia.

19 *l.* 65. § *antepenult.* ff. *de legat.* 3. *l.* 89. ff. *de verb. sign.* 20 *Boves* non jumentorum, sed pecoris appellatione hoc edicto continentur.

utputa si mulus 21 castratus est, neque morbi, neque vitii quid habere videtur, quia neque de fortitudine quid ejus detrahitur, neque de utilitate: cum ad generandum nunquam 22 sit habilis. Cælius quoque scribit, non omnia animalia castrata ob id ipsum vitiosa esse, nisi 23 propter ipsam castrationem facta sunt imbecilliora: & ideo mulum non esse vitiosum. Idem refert Ofilium existimasse, equum castratum sanum esse: sicuti spado 24 quoque sanus est: sed si emptor ignoravit, venditor scit, ex empto esse actionem: Et verum est, quod Ofilius. §. 8. Quæsitum est, si mula 25 talis sit, ut transjungi 26 non possit, an sana sit? Et ait Pomponius sanam esse: pleraque denique carrucarias 27 tales esse, ut non possint transjungi. §. 9. Idem ait, si nata sit eo ingenio, aut corpore, ut alterum jugum non patiatur, sanam non esse. §. 10. Non tantum autem ob morbum, vitiumve 28 redhibitio locum 29 habebit in jumentis, verum etiam si contradictum, promissumve, erit locus redhibitioni, exemplo mancipiorum. §. 11. *Vendendi autem causa ornatum jumentum* videri Cælius ait, non si sub tempus venditionis, hoc est, biduo ante venditionem [ornatum] sit: sed 30 si in ipsa venditione ornatum sit: aut ideo, (inquit) venale cum esset, sic ornatum inspiceretur: semperque cum de ornamentis agitur, [&] in actione & in Edicto adjectum est, VENDENDI CAUSA ORNATA DUCTA ESSE: poterit enim jumentum ornatum itineris causa duci, deinde venire. §. 12. Si plura jumenta venierint, non omnia erunt redhibenda propter unius ornamentum: nam [&] si vitiosum sit unum jugum, non tamen propter hoc cætera juga redhibebuntur.

§. 13. Si forte jugum mularum sit, quarum altera vitiosa est, non ex pretio tantum vitiosæ, sed ex utriusque 31 erit componendum, quanti minoris sit: cum enim uno 32 pretio utræque venierint, non est separandum pretium, sed quanto minoris cum venirent, utrumque fuit, non alterum, quod erat vitiosum.

§. 14. Cum 33 autem jumenta paria veniunt, Edicto 34 expressum est, *ut, cum alterum in ea causa sit, ut redhiberi debeat, utrumque* 35 *redhibeatur*: in qua re tam emptori, quam venditori consulitur, dum jumenta non separantur. Simili modo & si triga 36 venierit, redhibenda erit tota: & si quadriga 37, redhibeatur. Sed si duo paria mularum sint, & una mula vitiosa sit, vel par, solum par 38 redhibebitur, alterum non: si tamen nondum sint paria constituta, sed simpliciter quatuor mulæ uno pretio venierint, unius erit mulæ redhibitio, non omnium: nam & si polia 39 venierit, dicemus, unum equum, qui vitiosus est, non omnem poliam redhiberi oportere. Hæc & in hominibus dicemus, pluribus uno pretio distractis: nisi * si * separari non possint, utputa si tragœdi 40 vel mimi,

XXXIX. PAULUS lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

VEl fratres 41.

1. *Edictum de eo, qui animal, qua vulgo iter fit, ita habet, ut nocere possit.*

XL. ULPIANUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

HI enim non 42 erunt separandi. §. 1. Deinde aiunt 43 Ædiles, NE 44 QUIS CANEM 45, VERREM, [VEL MINOREM APRUM 46], LUPUM, URSUM, PANTHERAM 47, LEONEM,

XLI. PAULUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

ET generaliter, ALIUDVE, QUOD NOCERET, ANIMAL, SIVE SOLUTA SINT, SIVE ALLIGATA, UT CONTINERI VINCULIS, QUO MINUS DAMNUM INFERANT, NON POSSINT,

XLII. ULPIANUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

QUA VULGO 48 ITER 49 FIET, ITA HABUISSE VELIT, UT CUIQUAM NOCERE, DAMNUMVE DARE POSSIT: SI ADVERSUS EA FACTUM ERIT, ET HOMO LIBER EX EA RE PERIERIT, SOLIDI 50 DUCENTI: SI NOCITUM HOMINI LIBERO ESSE DICETUR, QUANTI 51 BONUM ÆQUUM JUDICI VIDEBITUR, CONDEMNETUR: CÆTERARUM RERUM, QUANTI 52 DAMNUM DATUM, FACTUMVE SIT, DUPLI.

De bove, qui cornu perit; mulo cessum dantibus; jumentu, quæ sine causa turbantur, & semet ipsa eripiunt. 1. De eo, qui ad amicum domini confugit. 2. De eo, qui persuasu alterius à domino recessit. 3. Si servus alienus bona fide possessua fugerit. 4. Quid sit mortu consciscenda causa quid facere. 5. De eo, quod emptor consecutus est, si vi redhibendi nomine. 6. De mancipio nullius pretii. 7. De redhibitione in fraudem creditorum. 8. Si emptor servum pigneraverit, vel eum alienaverit, vel usumfructum ejus. 9. De emptione conditionali. 10. Si servus, in quo alienus est ususfructus, emerit.

XLIII. PAULUS lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

BOvem, qui cornu 53 petit, vitiosum esse plerique dicunt: Item mulas, quæ cessum dant 54: Ea quoque jumenta, quæ sine causa 55 turbantur, & semetipsa eripiunt, vitiosa esse dicuntur.

§. 1. Qui ad amicum 56 domini deprecaturus confugit, non est fugitivus: Imo etiamsi ea mente sit, ut non impetrato auxilio domum non revertatur, nondum fugitivus est: quia non solum consilii, sed & facti 57, *fugæ* nomen est. §. 2. Qui persuasu alterius à domino recessit, fugitivus est, licet id non fuerit facturus citra consilium ejus qui persuasit. §. 3. Si servus meus bona fide tibi serviens fugerit, vel sciens se meum esse, vel ignorans, fugitivus est: nisi animo ad me revertendi id fecit. §. 4. Mortis 58 consciscendæ causa sibi facit, qui propter nequitiam, malosque mores, flagitiumve aliquod admissum, mortem sibi consciscere voluit: non si, dolorem 59 corporis non sustinendo, id fecerit. §. 5. Si quis servum emerit, &, rapto eo, vi bonorum raptorum actione quadruplum consecutus est, deinde servum redhibeat, reddere debebit quod 60 accepit: Sed si per eum servum injuriam passus, injuriæ nomine egerit, non reddet venditori 61: aliter forsitan atque si loris ab aliquo cæso, aut quæstione de eo habita, emptor egerit. §. 6. Aliquando 62 [etiam] redhiberi mancipium debebit, licet æstimatoria, id est, quanto 63 minoris agamus: nam si adeo nullius sit pretii, ut ne expediat quidem tale mancipium domino habere, veluti si furiosum, aut lunaticum 64 sit, licet æstimatoria actum fuerit, officio tamen judicis continebitur, ut reddito mancipio pretium recipiatur. §. 7. Si quis, cum consilium iniisset fraudandorum creditorum, redhibuerit, non 65 redhibiturus alias nisi vellet eos fraudare: tenetur creditoribus propter mancipium venditor. §. 8. Pignus 66 manebit obligatum, etiamsi redhibitus fuerit servus: quemadmodum si eum alienasset, aut usumfructum ejus, non recte redhibetur, nisi redemptum [sit], & pignore liberatum redhibeatur.

§. 9. Si sub conditione homo emptus sit, redhibitoria actio ante 67 conditionem existentem inutiliter 68 agitur: quia 69 nondum perfecta emptio, arbitrio judicis imperfecta fieri non potest: & ideo, & si ex empto vel vendito, vel redhibitoria ante actum fuerit, expleta conditione, iterum agi poterit. §. 10. Interdum, etiamsi pura sit venditio, propter juris 70 conditionem in suspenso 71 est: veluti si servus, in quo alterius ususfructus, alterius proprietas est, aliquid emerit: nam dum incertum est, ex cujus re pretium solvat, pendet cui sit adquisitum: & ideo neutri eorum redhibitoria competit.

De eo quod venditori accedit. 1. De pluribus venaliciariis socius. 2. De servo alieno vendito.

XLIV. IDEM lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

IUstissime Ædiles noluerunt, *hominem ei* 72 *rei, quæ minori* 73 *esset, accedere*: ne qua fraus aut Edicto aut juri civili fieret, ut ait Pedius, propter 74 dignitatem 75 hominum: alioquin eandem rationem fuisse, & in cæteris rebus: Ridiculum namque esse, tunicæ fundum accedere. Cæterum hominis venditioni quidvis adjicere licet: nam & plerunque 76 plus in peculio est, quam in servo: & nonnunquam vicarius, qui accedit, pluris est, quam is servus qui venit. §. 1. Proponitur actio ex hoc Edicto in eum, cujus maxima pars in venditione fuerit: quia plerunque venaliciarii 77 ita societatem coëunt, ut quidquid agunt in commune videantur agere: æquum enim Ædilibus visum est, vel 78 in unum ex his, cujus major pars aut nulla parte minor esset, ædilitias actiones competere: ne 79 cogeretur emptor cum multis litigare: quamvis actio ex empto cum singulis sit pro portione, qua socii fuerint: nam id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter 80 faciendum, pronius est. §. 2. In redhibitoria vel æstimatoria potest dubitari, an, quia alienum 81 servum vendidit, & ob evictionem, & propter morbum forte, vel fugam simul teneri potest: nam potest dici nihil interesse emptoris, sanum esse, fugitivum non esse eum qui evictus sit? Sed interfuit emptoris, *sanum possedisse* propter operas: neque ex postfacto decrescat obligatio: statim enim ut servus traditus est, committitur stipulatio, quanti interest emptoris.

De

21 *Mulus* ex asino & equa gignitur: Gignitur etiam mula: aut ex equo & asina. Equo & asina genios mares, *hinulos* antiqui vocabant. Cum equa muli coitu natum, vocarunt etiam hinnum vel gignum. Aristotel. *6 de historia animal. 24. & 2 de generat. cap. ult.* 6 Columella 35. 8 Plin. 44.

22 Castratus nunquam generat.

23 Quærit Baldus, quid juris sit, si manus arida alicui amputetur? nimirum eo casu utilitatis abesse, sed quia formæ hominis detrahitur, scribit, rationem ejus hactenus. 24 *l. 6. §. ult. l. 7 §. eod.*

25 De mula hoc addatur in Cappadocia, & aliis locis, mulas passim generare, ut scribit Aristoteles, *lib. de mirandis auscultat. & 6 de histor. anim. 34. &* 36. De partu mulæ, adde Plin. 8. *cap.* 49. Herodot. *in Melpomene & in Polyhymnia.* Liv. 6. & 37. Dion. 47. Varronem 2 *de re rustica* 1. sed rarius pariunt mulæ, ut & reliqua animalia nata ex diversis generibus animalium, teste Plinio: vel potius quod matricem rectam non habent, teste Horo. *in Hieroglyphicis.* Ideo mulæ pictura Ægypti adumbrabant mulierem sterilem, unde Homerus mulas ὀρύσσειν quasi ventosas: omnia enim vento plena, sunt inutilia ad gignendum, teste Basilio *in Hexamero*: vide 27 Rhodigin. 7. his adde Ferrandum 1 *Epist.* 20. addetestum *in Mulus.*

26 *Transjungere* est jugalium loca mutare, quadrigæ locum mutare, temonariam mulam facere, quæ præcedere solita sit: vel dexteram facere quæ sinistra esse solebat. 27 Quæ habentur, ut jungantur ad carrucam vel rhedam, qua ratione *carrucariæ* hic dicuntur, & à Varrone rhedariæ. 3 *de re rust.* Id genus animalis primum cœptum est jungi curribus & vehiculis, vide Festum *in Mulus.* 28 *l. 47 §. eod.* 29 *l. 19. in fin. §. eod.*

30 *In ipsa venditione* & *sub tempus venditionis* differunt. 31 *l. 64. §. eod.* 32 *l. 36. §. eod.*

33 Si jumenta paria fuerint, quæ venierint, ob morbum unius omnia redhibentur. *Synopsi. eod. c. 39.*

34 *l. 38. §. eod.* 35 *l. 34. in fin. §. eod.* 36 Isid. 18. *c. 36.* Quadrigæ, bigæ, trigæ, & sejugæ ab equiori numero & jugo dictæ, ex quibus quadrigas Soli (quia per quatuor tempora, ver, ætatem, autumnum & hyemem annus vertitur) bigas Lunæ (quoniam gemino cursu cum sole contendit, sive quia nocte videtur & die) Trigas diis inferis, quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, (id est, per infantiam, juventutem, atque senectam) sejugas, seu maximum currum Jovi deorum maximo defultores consecrarunt. Glossis Trigarium. τόπος, ἔνθα πολλοὶ γυμνάζονται. Isidem Glossis τέθριππον Triga, τέτρωρον Trigæ, sic vetus Poëta, *Triga mihi paucos inter delecta sodales, Triga sodalitii pars bene magna mei.* 37 *Quadriga*, id est, equi quatuor, quæ etiam sine curru est. *arg. l. 22. §. ad l Aquil. l. 10. in fin. §. quib. mod. usufr. l. 58. §. pro socio.* nec semper ita accipitur, quasi juncta curru: alioquin quadriga legata deberetur currus, quod est falsum. Deinde *quadrigæ*, nomen numeri est, ideoque ad res alias transfertur, ut cum Varro ait locum, corpus, tempus, actionem, esse initiorum quadrigas. & Vopiscus quadrigas tyrannorum vocat, Firmum, Saturninum, Bonosum, Proculum: & Hieron. *ad Jovinian.* quadrigas virginum, filias Philippi Evangelistæ. *ad Paulinum*, Evangelistas quadrigam dominі, quadrigam sanctitatis *ad Fammachium*: Cuj. ad *l. 24. §. eod.* Porro multum interest, quadrigæ, an quatuor equorum ususfructus legatus sit, *d. l. 10.* actum fuerit, ut quadriga haberetur, vel quatuor equi venditi essent, *d. l. 58.* quadrigæ una stipulatio est & individua, *l. 29. §. de verb. oblig.* quatuor equorum multiplex & dividua. 38 Par mularum, seu jugum, quod Græci quidam ἁμάξιον ζεῦγος, & συνωρίδα, & τετράδα vocant. Cujac. 6 *ad African. ad l. 24. §. eod.* sic quadrigæ pro quaternario sumuntur apud Varr. 4 *de lingua.* Initiorum quadrigæ, locus, corpus, tempus & actio. Propert. 3. *Et si quadrigæ visenda est ora Caystri.* quo loco quadriga Caystri, quatuor hæ nobilissimæ urbes, Ephesus, Smyrna, Colophon, Miletus: sic Marcellus Empiricus quadrigam vocat, τὸ τετράζυγμενον mediocrium.

39 Græcis πῶλοι. Xenoph. *lib. περὶ ἱππικῆς*, est armentum equorum: hinc non omnem poliam redhiberi, *l. 11. §. eod.* Varro *equarias* vocat. Catel. Cotta *in voce Poliæ*, hoc vocabulum à voce πῶλος (quæ pullum significat) derivari putat: pullum sc. equinum hinc πωλοδομεῖσθαι, equos domare. Reperio etiam πωλίον Aristophani pullum significare. Tacitus, *lib. de morib. German.* equitium dixit *Poliam*; puto id esse quod Galli vocant, *une laisse de chevaux.* 40 *l. 34. in pr. §. eod.* 41 *l. 35. in fin. §. eod.* 42 Separatio fratrum dura est: unum sine altero redhibere, durum est. In auctione quamvis hostili fratres hasta non dividit. Seneca 9 *Controvers. 3.* 43 *Hic & §. 1. Inst. si quadrupes.* 44 Qui canem, aut aprum, aut verrem, aut ursum, aut lupum, aut pantheram, aut leonem, aliudve noxium animal, sive solutum, sive non sit alligatum, ut damnum inferre nequeat, qua vulgo sit iter, habeat, & homo liber ex eo perierit, ducentos aureos præstat: si vero non perierit ille quidem, sed nocitum tamen ei sit, quantum æquum bonum judici videtur, condemnatur: cæterarum rerum duplum damnum præstat, *ut hic. l. 41. l. 42. §. eod. Synopsi. eod. ex lib. 51. tit. 4. c. 30. 6 Harmenop. l. §. 2.* 45 Lex Pesulania, vel Pesulonia, vel Solonia, lata est de cane damnum dante. Paulus 1 *sentent.* 15. §. 1. Solon (teste Plutarcho *in Solonis vita*). Ἔγραψε δ' ἡ βουλὴ τελεσφόρων νόμων, ἐν ᾧ νέοις δοκίμοις ἑκατόμβοιον χιλίοις κλῄρου τελεσφορεῖν διδεμένον. Haud absimilem legem condidit Plato his verbis, ἐὰν ὑποζύγιον, ἢ ἵππον, ἢ τῶν ἄλλων θρεμμάτων σύνολα, &c. 46 Hæc verba, *minorem aprum*, delunt in *d. §. 1.* quæ res facit, ut Cujac. *ibid.* existimet superiora verba hic superesse. Certe Ecloga 19. *c. 30.* ita legit, ὁ κυνάγριον, ἢ κάπρον, ubi Leunclavius lectionem aliam notat. ὁ κύνα, ἢ σύναγρον, adde quæ scripsi ad Nonium 2. *n. 58. & 647.* adde Petronium. Vel minor aper hic nondum grandis vel dentatus. 47 *Panthera* hic, & *l. 2. §. ad leg. Aquil.* animal est. Panthera, & tigris macularum varietate, prope solæ bestiarum spectantur: Sunt qui tradunt in Armoriis similem lunæ esse maculam crescentem in orbes, & cavantem pari modo cornua, creberrimæ in Africa, Syriaque. Senatusconsultum fuit vetus (quod ad hunc locum maxime pertinet), ne liceret Africanas in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cneius Ausidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare. Prius autem Scaurus Ædilitate sua varias 150 universas misit: dein Pompeius Magnus 420. Divus Augustus 420. Cætera de Pantheris, & earum gratitudine, vide Plin. 8. *c. 17.* Est & alio sensu in jure nostro *panthera*, id omne, quod auceps capit, capturusve sit. *l. 11. §. 18. §. de act. empt.* 48 Qua populi iter est, Paulus 1 *sent. 15. §. 2.* sicus in domo, ut antea dictum est. 49 Viarum curam gessisse Ædiles hic locus argumento est. dixi ad *l. 1. §. de via publica.*

50 Paulus *ibid.* sic expressit. Pro modo admissi extra ordinem actio in dominum vel custodem datur, sed forte ad posteriorem hujus legis sententiam id referendum.

51 Si cum in hominem liberum quid dejectum erit & is perierit, in quinquaginta aureos sit condemnatio. *l. 1. §. 5. §. de his, qui dejecerunt.*

52 Quantum.

53 Κερασφόρον βοῦν, *Synopsi. eod. c. 31.* Goth. Decisionem hujus l. habes ibi *l. 4. §. eod.* 8. L.

54 Quæ cessim eunt. *Hal.* λικκίζουσαι, *Eclog. 19. tit. 10. c. 3.* id est, quæ calce percutiunt, quæ & calceatrones. *Nov. 1. n. 214.* Porro *cessim ire* significat ἀναχωρεῖν, regredi, retrocedere: hinc *l. 52. §. 2. §. ad l. Aquil.* interim superius plaustrum cessim ire cœpit.

55 ἀναίτιος. *Synopsi. eod. c. 31.* ἀναιτίως. *3 Harmen. 3. c. περὶ πιστικῶν.*

56 *l. 17. §. 4. §. eod.* ubi dixi, adde Terent. *Heautont. act. 5. sc. 2.*

57 Idem de verbo *submittere* dicitur, *l. 70. in fin. §. de usufructu.* fugæ ut & submittendi nomen facti est.

58 *V. l. 23. §. 3. §. eod.* Goth. Adde Leonin. *Emendat. lib. 4. c. 5. n. 1.* Anf.

59 *V. l. 2. C. qui testamenta.*

60 *V. l. 24. §. eod.*

61 Quia hujusmodi pœna infligitur ob injuriam illatam personæ non rei. vide *l. 24. §. de petit. hered.*

62 Posteriore enim actio redhibitionem continet. *l. 25. §. l. §. de except. rei judic.*

63 *l. 31. §. §. §. §. eod.*

64 Lunatici qui sint, vid. Hect. Felic. *de Societat. c. 7. n. 22. 23.* Anf.

65 Adde *l. 9. in fin. §. de alien. judic.*

66 *l. 4. §. quibus modis pign.*

67 *l. 22. §. mandati. l. 13. l. 15. §. quando dies legat.*

68 Imo utiliter agi potest. *l. 5. §. de injusto.*

69 Privatio ibi esse non potest, ubi non est habitus: Ubi non cadit habitus, ibi non cadit privatio. adde *l. 10. §. de verb. obl.* v. Everardum *Topicis loco 26. à privativis ad habitum. l. 4. §. de infit. l. 4. §. de divort. & repudiis. l. 96 §. de cond. & demonstr. l. 116. §. de verb. oblig. l. 208. de reg. jur. c. quod vero non formatur*, & *c. ad dissolvendum. extra. de desponsat. impub.* 70 Conditio à jure vel homine adjecta, actum suspendit.

71 In pendenti. *l. 12. §. §. l. 25. § 1. §. de usufructu. l. 43. in fin. §. de adquirend. rer.* 72 Venditioni rei modicæ *homo* non accedit: die, *ut §. eod.* 73 Atqui in emptione fundi dici potest, ut Stichus servus accedat, *l. 34. §. de contrahend. empt.* v. Cujac. 16 *obs.* 20. 74 *Homo* dignissimum animal. Ovid. 1 *Metamorphos.* Sanctius animal vocat, & quod dominatur in cætera alia animantia. Plinius 7. *in princ.* In omnibus animantibus priucipium homini tribuit, cum ejus causa videatur cuncta genuisse natura. adde *l. 28. §. l. §. de usuris.* Mercurius Trismegistus vocat hominem magnum miraculum. 75 Eadem hominis dignitas facit, ut *partus* non sit in fructu, *l. 27 §. de petitione hereditatis.* ut *mercis* appellatione homines non contineantur. *l. 207. §. de verborum significatione.* 76 Accessiones plerunque potiores sunt principalibus suis ac primis, *ut hic.* plerunque plus est in peculio servi quam servus ipse valeat: plus vicarius interdum valet, quam ipse ordinarius qui vicarium habet. 77 De quibus, *l. 37. §. eodem. l. 57. l. ult. in fin. §. mandati. l. 73. §. de legat. 3. d. l. 207. §. de verbor. significat. l. 1. C. de nundinis.* 78 Sociorum unum pro cæteris omnibus posse convenire, hinc colligit Baldus: & socios in contractu, socios esse in distractu.

79 Adde *l. 2. §. de exercitoria.* 80 Hinc Chrysostomus apud *Gratianum, cap. ejiciens.* 88. *distinct.* mercator sine mendacio & perjurio esse non potest. Et Demosthenes, *in Oratione pro Phormione*, ingens ait esse miraculum, si idem mercator induftrius videatur & probus. A mercatura tanquam contagione omnis honor atque militia segregatur, *l. 12. in fin. C. de robortalibus. libr. 12. l. unic. C. negotiat. ne milit.* Apud Thebanos nemo ad honores reipublicæ admissus nisi decem annis à mercatura destitisset. Aristoteles, 3 *Politic. 3. in fin.* Ideoque Bartolus mercaturam non inter officia sed artificia numerat. *tract. de testimoniis. num. 62.* nec absentes reipublicæ causa mercatores esse dicuntur, quia commodi captandi causa, *leg. 4. in fine.* & quidem sui, *l. 36.* ac privati negotiantur. *l. 42. §. ex quibus causis major.* Si tamen penitius spectemus, honoribus interdum digni sunt: ut & reliqui: hoc enim pacto futurum est (ut inquit Xenophon, *libro de vectigalibus*) plures ut mercaturæ studeant, & annonæ, ex qua pendent hominum vitæ. *Goth.* Adde Tholosan. *de Republ. lib. 4. cap. 7. n. 7.* Anf. 81 *l. 11. §. 7. §. de actionib. empt.*

De condemnatione in duplum vel simpliciter.

XLV. GAIUS lib. 1 ad Edictum Aedilium curulium.

Redhibitoria actio [82] duplicem habet condemnationem: modo enim in duplum, modo in simplum condemnatur venditor: Nam si [83] neque pretium, neque accessionem solvat, neque eum qui eo nomine obligatus erit liberet, dupli [84] pretii, & accessionis condemnari jubetur: si vero reddat pretium & accessionem, vel eum qui eo nomine obligatus est liberet, simpli [videtur condemnari].

Qui caveat redhibere.

XLVI. POMPONIUS lib. XVIII ad Sabinum.

Cum [85] mihi redhibeas *furto non esque solutum esse*, promittere non debes, praterquam quod jussu tuo fecerat, aut ejus cui tu eum alienaveris.

De manumissione, 1. Vel morte mancipii empti.

XLVII. PAULUS lib. XI ad Sabinum.

Si hominem emptum manumisisti [86], & redhibitoriam, & quanti minoris denegandam tibi Labeo ait: sicut duplæ actio periret: Ergo & quod adversus dictum promissumve sit, actio peribit. §. 1. Post mortem [87] autem hominis ædilitiæ actiones manent:

Si quis de morbo servi quærens retinere eum velit. 2. Si tempore redhibitoria exclusus velit agere æstimatoria. 3. De servo vinclo vendito. 4. De scientia emptoris. 5. De heredibus. 6. De mancipiis & aliis animalibus. De usufructu empto. 7. Si de uno vitio agatur, & tergeatur ne alia postea appareant. 8. De simplariis venditionibus.

XLVIII. POMPONIUS lib. XVIII ad Sabinum.

Si tamen sine culpa actoris, familiæve ejus, vel procuratoris mortuus sit. §. 1. Audiendus est is, qui de vitio vel morbo servi querens retinere eum velit. §. 2. Non [88] nocebit emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, velit intra annum æstimatoria agere. §. 3. Ei, qui [89] servum vinctum vendiderit, ædilitium Edictum remitti æquum est: multo enim amplius est id facere, quam pronunciare, *in vinculis fuisse*. §. 4. In ædilitiis actionibus exceptionem opponi æquum est, si emptor sciret de fuga, aut vinculis, aut cæteris rebus similibus, ut venditor absolvatur. §. 5. Ædilitiæ actiones & heredi [90], & in [91] heredem competunt: ut tamen & facta heredum, quæ postea accesserint, & quod experiri potuerint, quærantur. §. 6. Non solum de mancipiis, sed de omni animali [92] hæ [actiones] competunt: ita ut, etiamsi usumfructum in homine emerim, competere debeant. §. 7. Cum redhibitoria actione de sanitate agitur, permittendum est, de uno vitio agere & prædicere, ut, si quid aliud postea apparuisset, de eo iterum ageretur. §. 8. Simplariarum [93] venditionum causa ne sit redhibitio, in usu est.

De redhibitione fundi.

XLIX. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

Etiam [94] in fundo vendito redhibitionem procedere, nequaquam incertum est: veluti si pestilens [95] fundus distractus sit: nam redhibendus erit. Et benignum est dicere, vectigalis exactionem futuri temporis post redhibitionem adversus emptorem cessare.

De varicoso.

L. JULIANUS lib. IV ex Minicio.

Varicosus [96] sanus non est.

Si servus, 1. Vel procurator emerit.

LI. AFRICANUS lib. VIII [97] Quæstionum.

Cum mancipium morbosum vel vitiosum servus emat, & redhibitoria vel ex empto dominus experiatur, omnimodo [98] scientiam servi, non domini spectandam esse ait: ut nihil intersit, peculiari, an domini nomine [99] emerit, & certum incertumve mandante eo emerit: quia [tunc] & illud ex bona fide est, servum, cum quo negotium sit gestum, deceptum non esse, & rursus delictum ejusdem, quod in contrahendo admiserit, domino nocere debet: Sed si servus, mandatu domini, hominem emerit, quem dominus vitiosum esse sciret, non tenetur venditor.

§. 1. Circa [100] procuratoris [1] personam, cum quidem ipse scierit morbosum, vitiosum esse, non dubitandum, quin, quamvis ipse domino mandati [2] vel negotiorum gestorum [3] actione sit obstrictus, nihilo [4] magis eo nomine agere possit: at cum ipse ignorans esse vitiosum, mandatu domini qui id sciret emerit, & redhibitoria agat, ex persona domini utilem exceptionem ei non putabat [5] opponendam.

Si servus venditori furtum fecerit.

LII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

Si [6] furtum domino servus fecerit, non est necesse, hoc in venditione servi prædicere, nec ex hac causa redhibitio est: Sed si dixerit, *hunc furem 7 non esse*, ex illa parte tenebitur, QUOD DIXIT, PROMISITVE.

De febri tertiana aut quartana. De podagra, de morbo comitiali.

LIII. JAVOLENUS lib. I ex Posterioribus Labeonis.

Qui tertiana [8], aut quartana [9] febri, aut podagra [10] vexarentur, quive comitialem [11] morbum haberent, ne quidem his diebus [12] quibus morbus vacaret [13], recte *sani* [14] dicentur.

Si mancipium ab emptore fugerit.

LIV. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

Actioni redhibitoriæ non est locus, si mancipium bonis [15] conditionibus emptum fugerit, quod [16] ante non fugerat.

De emptore ignorante vitium servi empti.

LV. IDEM lib. XII Responsorum.

Cum sex [17] menses utiles [18], quibus experiundi potestas [19] fuit, redhibitoriæ actioni præstantur, non videbitur potestatem experiundi habuisse, qui vitium fugitivi latens ignoravit: non idcirco tamen dissolutam [20] ignorationem emptoris excusari oportebit.

An fidejussori redhibeatur.

LVI. PAULUS lib. I Quæstionum.

Latinus largus: Quæro, an fidejussori emptionis [21] redhiberi mancipium possit? Respondi: Si in universam [22] causam fidejussor sit acceptus, putat Marcellus posse [23] ei fidejussori [24] redhiberi.

Si servus emerit. 1. Si servus aut filiusfamilias venditus fuerit.

LVII. IDEM lib. V Quæstionum.

Si servus mancipium emit, & dominus redhibitoria agat, non [25] aliter ei venditor daturus est, quam [26] si omnia præstiterit, quæ huic [27] actioni continentur: & quidem solida, non peculio tenus: nam & si ex empto dominus agat, nisi pretium totum solverit, nihil consequitur. §. 1. Quod si servus [28] vel filius vendiderit, redhibitoria in peculium competit: in peculio autem & causa redhibitionis continebitur: Nec nos moveat, quod, antequam redatur servus, non est in peculio: non enim potest esse in peculio servus, qui adhuc emptoris est: sed causa ipsius redhibitionis in peculio computatur: Igitur si servus, decem millibus emptus, quinque millibus sit, hæc quoque in peculio esse dicemus. Hoc ita, si nihil domino debeat, aut ademptum peculium non est. Quod si plus domino debeat, eveniet, ut hominem præstet & nihil consequatur.

De servo, qui rebus ablatis fugit ab emptore.

LVIII. IDEM lib. V Responsorum.

Quæro, an, si servus apud emptorem fugit, & *in causa redhibitionis esse* pronunciatus fuerit, non prius venditori restitui debeat [29], quam [30] rerum ablatarum à servo æstimationem præstiterit? Paulus respondit, venditorem cogendum non tantum pretium servi restituere, sed etiam rerum ablatarum æstimationem: nisi [31] si pro his paratus sit servum noxæ nomine relinquere.

§. 1. Item quæro, si nolit æstimationem & pretia rerum restituere, an servus retinendus sit, & danda sit actio de peculio, vel de pretio redhibiti servi ex duplæ stipulatione? Paulus respondit, de pretio [32] servi reperendo competere actionem, etiam ex duplæ stipulatione. De rebus per furtum ablatis jam responsum est.

§. 2. Servum dupla [33] emi, qui rebus ablatis fugit: mox inventus præsentibus honestis [34] viris, interrogatus, *an & in domo venditoris fugisset*, respondit *fugisse*: Quæro, an standum sit responso servi? Paulus respondit: Si & alia [35] indicia [36] prioris fugæ non deficiunt, tunc etiam servi [37] responso credendum est.

De pretio servi redhibendi. 1. De duobus uno pretio emptis.

LIX. ULPIANUS lib. LXXIV ad Edictum.

Cum in ea causa sit venditum mancipium, ut redhiberi debeat, iniquum [38] est, venditorem pretium redhibendæ rei consequi. §. 1. Si quis duos homines uno pretio emerit, & alter in ea causa est ut redhibeatur, deinde petatur pretium totum, exceptio erit objicienda: si tamen pars pretii petatur, magis dicetur, non nocere exceptionem: nisi forte ea sit causa, in qua, propter alterius vitium, utrumque mancipium redhibendum sit.

De effectu redhibitionis.

LX. PAULUS lib. LXIX ad Edictum.

Facta redhibitione, omnia [39] in integrum restituuntur, perinde ac [40] si neque emptio, neque venditio intercessit.

Si de servitute agatur.

LXI. ULPIANUS lib. LXXX ad Edictum.

Quotiens [41] de servitute agitur, victus [42] tantum debet præstare, quanti [43] minoris emisset emptor, si scisset hanc servitutem impositam.

De donatione.

LXII. MODESTINUS lib. VIII Differentiarum.

Ad [44] res donatas [45] Edictum Ædilium curulium non pertinere dicendum est: Etenim quid se restituturum donator repromittit, quando nullum pretium interveniat? Quid ergo, si res ab eo cui donata est, melior facta sit? nunquid quanti ejus qui meliorem fecit, interest, donator conveniatur? Quod minime dicendum est: ne [46] eo casu liberalitatis suæ donator pœnam patiatur: Itaque si qua res donetur, necesse non erit ea repromittere, quæ in rebus venalibus Ædiles repromitti jubent: Sane de [47] dolo donator

---

82 Emptori competens.

83 Si nec pretium venditor nec accessiones solvit, nec obligatum suo nomine liberat, in duplum pretii, & accessionis judicio redhibitorio condemnatur: sin hæc præstat, in simplum condemnatur. *Synopsis. cod. cap. 33.*

84 In duplo continetur pretium. *Bart.*

85 Versus hic Jurisconsulto excidit in hac prolatione, sunt & alii multi à me sparsim hac editione notati.

86 *l. 25. §. de evictionibus.*

87 *l. 32. §. 5. l. 38. §. 3. ff. cod. l. 48. §. cod. l. 19. §. de evictionibus.*

88 Redhibitoria sex mensium exceptione exclusus, potest quanti minoris intra annum agere. *Synopsis. cod. cap. 35.*

89 Qui servum vinctum vendit, actione de fuga non tenetur. Nulto enim id amplius est, quam dicere in vinculis fuisse, *ut rectum* quum emptor scit de fuga, vel vinculis, vel rebus similibus, opponitur ei exceptio. §. 4. *ff. cod. Synopsis. cit. c. 55. 3 Harmenop. 3. §. 78.*

90 *l. 19. §. pen. ff. cod.*

91 *l. 23. §. 5. ff. cod.*

92 Et si moventes: quin & de re soli. *l. 1. ff. cod.*

93 Singularium venditionum. *Hal.* Simpularium legit Cortes. 2 *miscell.* 24. quasi minutarum & vilium: à *simpulo*, vase exiguo, quo Romani diis unde simpulatrices mulieres rei divinæ deditæ, Festo) sacrificabant, teste Varrone *apud Nonium*, hinc fluctus excitare in simpulo, id est, re minima. Cic. 3 *de leg.* Sed Budæus Florentinam defendit, & ait simplarias actiones eas esse, in quibus venditor non necesse habebat de dupla emptori repromittere, ut in *l. 37. ff. de evict.* eodem sensu, quo duplariæ, quadruplariæ actiones quæ in simplum & duplum dabantur: & armaturæ simplares, & duplares (2 Veget.) & torquarii simplares, duplarésque (Modesto *de vocabulis*) quod qui ea gestabant, singulas vel duplices annonas perciperent, & duplicarii Varroni 4 *de lingua*. Græci ea sententia hunc locum exponunt, σύνηθές ἐστι μὴ ἁπλῶς τὸν περὶ διαφορᾶς ἐγγυᾶν, ἀλλὰ τῶν ἁπλῶν πράσεων. *Synopsis. cod. c. 35. Harm. 3. §. 76.* In usu est actionem redhibitoriam in simplis venditionibus non competere. Simplas autem Scholiastes Synopseos illo loco interpretatur, μήτε ὑπωνον, μήτε ψόγον ἔχουσας, quæ neque laudem vituperationem habeant. *Goth.* Adde Revard. *l. 1 conject. c. 12.* Anf. 94 *l. 63 ff. cod.*

95 Pestilentiæ causa (nempe si pestilens sit ipse fundus venditus) redhiberi potest fundus. dixi ad *l. 4. C. cod.* & ad Cic. 2 *Agrar.* 96 *Varices*, sunt venæ plus æquo intumescentes: hinc varicosus, cui venæ nimio sanguine replentur. Celsus & Avicenna auctor est, varices accidere cursoribus, & onera bajulantibus, & diu stantibus. Hinc Juven. *Satyr. 6.* varicosus fiet aruspex, ex diuturna scil. statione. Aruspex, cum exta consulit, diu stando fit varicosus: Inde illud Vatinii est in Ciceronem varicosum gloriantem se humeris Italiæ ab exilio reportatum: unde ergo tibi varices? de varicum curatione vide Æginetam 6. *c.* 64. 82. Celsi 7 *de re medica* 33. 97 Vide Cujac. 8 *ad Afric.* Prima hujus legis quæstio hæc est. Si servus, vel filius morbosum aut vitiosum quid emit, an eorum, an vero patris aut domini eorum mens spectanda sit. 98 Id est, sive dominus mandavit emi, certum (veluti Stichum) sive incertum, id est, hominem generaliter. utroque casu scientia servi inspicitur, non domini. Cujac. *ibid.* 99 Nomine domini emit, qui domino emit nominatim, sive mandatum habeat, sive non, id est, sive quasi procurator emat, sive quasi gestor: & latius patent hæc verba, *nomine domini*, quasi generalia, quam *mandato domini*. Cujac. *ibid.* 100 Altera hujus legis quæstio est, an procuratoris mentis morbosum vel vitiosum, mens potius quam domini spectanda sit?

1 Etiam voluntarii, *ut & ff. cod.* in verbo, *vel negotiorum gesturis. l. 17. ff. de in rem verso.* 2 Si verus procurator. 3 Si voluntarius gestor. adde *l. 4. ff. de fidejussorib.* & ita Quintilianus 7. *c. 5.* male gestæ procurationis in foro, negotiorum gestorum, an & mandati actio est? 4 Id est, nihilominus. *v. l. 2. §. 1. ff. de vi bonor. rapt.* 5 Exceptionem etiam num putat opponendam. Conan. 3 *comment.* 14. reprehensus à Robert. 2 *recept. 4.* 6 *Synopsis cod. c. 39.* 7 *l. 31. §. 1. ff. cod.* 8. δυσλαίων, ἤτοι τελαιλάιων. *Eclog. 19. tit. 10. cap. 40.* Porro de causis tertianæ & quartanæ, vide Fuchs. 3. *sect. 1. c. 10.* 9 De qua *l. 1. §. 8. ff. cod. l. 60. in fin. ff. de rejudic.* 10 *Podagra*, est humoris à natura alieni in pedes defluxio, hunc morbum Athenienses familiarem fuisse scribit Lucretius 7. Adhide tentantur gressus oculique in Achæis Finibus: & Constantinopolitanis. 15 *Nicephorus*, 14. certe Agesander *in Pithermo apud Athenæum* scribit, suis temporibus pueros, puellas, eunuchos eo morbo tentatos fuisse per annos viginti. Mercurialis 1 *variar.* 24. de podagra. adde *l. 3. C. qui morbo se excusant.*

11 Δυσεντέριον vertit auctor *Synops. ibi* Comitialis dicitur, quod in comitiis, ut & aliis hominum cœtibus eo correpti, maxime infestarentur & frequenter detegerentur. Græcis ἐπιληψία, quæ teste Galeno 3 *de laborantib. Incis* est intervallata, mentis, & sensuum cum læsione convulsio. Alio nomine *sacer morbus* appellatur, propter sui magnitudinem. Græcis enim familiare est, ut ἱερὸν, id est, *sacrum* pro magno usurpent: hinc, *auri sacra fames*, *sacer piscis*. & Hippocrates *in 6 Epidem. sect. 6. aphorism. 9.* μεγάλην νόσον nominat. Dicitur & Herculeus morbus, quod ei familiaris, vel quod magnus. Idem *caducus* a cerebro lapsu: & *lunaticus*, quod lunæ circumactionem sequatur: *Puerilis* & *infantilis*, quod ejusmodi ætatem maxime infestet. Fuchs. 3. *sect. 1. c. 12.* Idem à Platone *in captivis*. & Plinio 10. *cap. 23. & lib. 28. c. 3.* appellatur *morbus, qui insputatur*, non quod sputo curetur, ut quidam putant, sed quod, si epilepticus occurrit, vel morbus ipse nominatur abominandi morbi indicio sputum emittatur. Mercurialis, 5 *variar. 11.* Nisi forte dicamus potius, morbum qui insputatur, eum esse, quo æger liberatur, cum primum conspuerit: quo vitio laborantem sputo ejecto, statim sanatum non sine maxima animi admiratione vidi. Plato 11 *de legib.* emptum hominem sacro morbo laborantem intra annum redhiberi voluit: phthisicum & alios intra sex menses: vel ideo quod reliqui morbi sex mensibus dignoscuntur: epilepsia vix intra annum recte à vulgaribus discerni possit. Mercurialis, 4 *variar. 7.* notat ex Clemente Alexandrino 7 *Stromatum*, hircinas carnes epilepticis auxiliari; cum ex Plutarcho *in Problematis* constet, capras præ cæteris animalibus comitiali morbo ob meatuum angustiam tentari; quam vocis earum tenuitas arguat. Ut ad Comitialem morbum revertar, idem morbus major dicitur Festo (Galli etiam vocant, *le haut mal*), vide Festum *in Prohibere comitia*.

12 Non dicitur *liberatur*, qui habet aliquod sanitatis intervallum. *Bald.* 13 Cessaret reversurus. 14 V. *l. 31. ff. de evictionibus.* 15 Καλῇ πίστει, bona conditione, hac sententia: Qui emptus est bona conditione, si fugerit, locum redhibitoriæ actioni non facit, si non & ante fugerit. *Synopsis. cod. cap. 41.* 16 *l. 3. in princ. C. cod.* 17 *l. 19. in fin. l. 38. ff. cod. l. 2. ff. quando act. de peculio.* 18 *Utiles* dies, quibus est experiendi potestas. vide *l. 1. ff. de diversis & temporal. præscr.*

19 *Posse* verbum, legi, aut statuto adjectum, dies utiles reddit. *Bald.* 20 Paria sunt scire, vel supine ignorare. *Bald.* 21 Id est, venditionis, ut nonnullis placet. *argum. l. 19. ff. de action. empt.* 22 Adde *l. 54. in princ. ff. locati.* 23 Contractus fidejussor, & distractus fidejussor est. 24 Posse & fidejussori redhibere. *Haloand.* 25 Contractu alterius qui utitur, eo uti debet cum suis omnibus clausulis & vitiis. *l. 23. ff. de manumissionibus.* 26 *l. 31. §. 8. ff. cod. l. 78. §. 2. ff. de contrah. empt. l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* 27 *Al.* hac actione. 28 *l. 23. §. 4. ff. cod.* 29 Restitui non debeat. Augustin. 1 *Emendat. 2.* 30 *l. 23. §. 13. cod.* 31 *l. 31. in princ. ff. cod.* 32 *l. 23. §. 9. ff. cod. l. 16. C. de evictionib.* 33 Id est, sub stipulatione duplæ. *Accurs.* 34 Confessio absente adversario coram honestis personis facta, & indiciis confirmata, facit probationem. Quid, si coram vicinis? idem. adde *l. 7. ff. de probationib.* 35 Indiciis multis concurrentibus, probatio enascitur. 36 An id innuitur, ex multis indiciis insurgere plenam probationem? ait Baldus. adde *l. indicia. 19. C. de rei vindicat. l. ult. C. de probat.* 37 Vide *l. 7. ff. de probat.* vide etiam diligenter quæ notavi ad *l. 7. ff. de testib.* 38 Vide *l. 14. ff. de exceptionib.* 39 *l. 21. 23. §. 6. l. 57. ff. cod.* 40 *d. l 23. §. 13. cod.* 41 Venditor fundi evictionem servitutis præstat emptori, si quæ servitus in fundo ei vendito evincatur, non ex empto actione quæ in id quod interest concipitur, *l. 66. vers. quædam ita damum. ff. de contrah. empt.* sed æstimatoria, id est, quanti minoris, *ut hic. & l. 16. ff. de evictionib.* si modo venditor servitutem à fundo deberi ignoravit: nam si secus vendidit, in id quod interest tenetur, *l. 13. §. 2. l. 39. ff. de actionib. empt. l. 66. ff. de contr. empt.* idem si nescivit, sed tamen *optimum maximum fundum* vendidit. *d. l. 13. §. 3.*

42 Venditor sc. 43 Vide *l. 39. ff. de act. empt.* 44 Redhibitoria & quanto minoris pro rebus donatis & locatis locum non habent, *ut hic.* etiamsi meritis antecedentibus facta sit donatio vel locatio. *Bald.* hujus constitutionis rationem repetit ab Italico hoc proverbio, *A cavallo donato non riguardare palato.* Goth. Vide *l. 2. & ibi* Duaren. *C. h. t.* Anf. 45 Cur ita? v. *l. 63. ff. cod.*

46 *l. 49. ff. de rejudicata.* 47 *l. 18. in fin. ff. de donat.*

45 Id est, donavit. Donatio benignitatis species: *Benignus* est qui donat: *Benigne* donata fraudis consilio non revocanda.

47 Non ad donationes, ut *l.* 62. §. *eod.* Goth. Sed & permutationes, *l.* 19. §. 5. *h.t.* Cujac. *lib.* 12 *obsrv. c.* 38. Anf.

48 Mobilium, immobilium, *l.* 1. §. *eod.* omnium animalium, hominis, *l.* 48. §. 6. §. *eod.* fundi. *l.* 49. §. *eod. l.* 4. *C. eod.* Goth. Habet quoque hoc edictum locum in annona corrupta, & libris mendosis per not. Gomez. 2 *var. resolut. num.* 48. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 382. *l. annona.* §. *de extr. crimin. l.* 3. §. *ſed etſi. verb. vel corruperit. ff. de crimine ſtellionat.* Anf.

49 An vero ad locationes hoc edictum porrigitur? ſic putat Cujac. 12 *obſ.* 38. ſiquidem finge ædes in quinquennium conductas, quas primo anno deprehenderis infalubres, peſtilentes, male ſanas: redhibitioni locum fore dixeris *argum. l.* 33. *C. de locato & conducto.* Verum ab eo diſſentit Hotom. 4 *obſ.* 17.

50 Imo, aliquid. vid. *l.* 33. *C. de locato.*

51 Statuti condendi jus, eſt juriſdictionis non cauſalis, ſed ejus plane cui jus eſt condendæ legis. *Bald.* 52 Id eſt, non interpoſitis iiſdem cautionibus. 53 *Interæſtimatio* eſt pretium, vel *interpretium* (hæc enim vox legitur apud Caſſiodorum, *lib.* 2 *variar.* Græcis παράλλαξις, Gloſſis interpretium) redhibiti, vel evicti hominis, aut evictæ partis fundi: quod ſc. venditor præſtat vel credit emptori. & ita Seneca: quid prodeſt interæſtimata habere omnia, ſi ſis impetu nimius? Cujac. 16 *obſ.* 5. 54 Id eſt, perinde. 55 *l.* 35. §. *eod.* 56 Adde Senec. 2 *de ira.* 9. 57 *l.* 4. §. 2. §. *eod.* 58 V. *l.* 6 §. *eod. l.* 113. §. *de verbor. ſign.* 59 *Morbi ſontici* qualitas eſt perpetua & inſeparabilis. De qualitate dixi ad *l.* 10. §. *ſi quadrupes.* 60 *Non tantum qui.* & ita hunc locum Alciatus accipit *lib.* 4. §. *de verb. ſign.* & Aug. 2 *Emend.* Zaſius *in Antinomiis.* 61 Quid, ſi legas, *damnatus ſit*, vel, *accuſatus ſit*, nam mox addit Venuleius, *ſontes* enim nocentes dici: ut videatur hoc voluiſſe, *ſonticum morbum* eſſe, qui in eum hominem incidat, qui vel accuſatus, vel damnatus ſit, hoc ideo quod ſontes nocentes dicantur: Sunt tamen, & qui hic legunt, *ſanatus.*

62 *l.* 37. §. *eod. l.* 11. §. *de negotiis. l. ult.* §. 3. §. *de publicanis.* Veterator, ſeu veteranum mancipium is eſt, qui in urbe, non in agro (ruſtici namque ſervi, veterani non dicuntur) integro anno ſervivit: Novicius, qui anno continuo non ſervivit. Cicero *in Piſonem.* Nemo queritur Syrum neſcio quem de grege noviciorum factum Conſulem. *Goth.* Obſtare videtur *l.* 37. *h. t.* quam conciliat Zaſ. *Antimon. n.* 23. quod Venuleius hic de ſervo in genere, Ulpianus in ſpecie loquatur. *Anſ.*

63 Genere & cauſa veteratorem æſtimamus non ſpatio ſerviendi. Quippe novicius cum primum ex venalicio emptus eſt, & alicui miniſterio præpoſitus, veterator eſt: novicius autem non animi tyrocinio, ſed conditione ſervitutis intelligitur. Nam etſi Latine ſciat, novicius eſſe poteſt: ut per contrarium, veterator continuo non eſt, qui liberalibus ſtudiis ſit eruditus: veterator eſſe poteſt, qui liberalia ſtudia ignoret: novicius eſſe poteſt, etiam qui Latine ſciat. Quid? hoc loco *genus* & *cauſa* quid eſt? miniſterium ipſum. Græci ita hunc locum interpretantur: Non ſervitutis ſpatium diſcernit novicium, & moribus civilibus nondum excultum, ab eo ſervo qui jam profecit in agendis iis quæ ingenui faciunt, ſed genus & cauſa. Nam ſi novicium emam à venaliciario, atque eum alicui miniſterio præpoſuero, veterator eſſe reperietur. Nec intereſſe putemus Romanum ſciat necne. Itidem, nec ob id veterator eſt, qui ſtudiis liberalibus eruditus ſit. Porro genus hic, miniſterium eſt & artificium; ut *l.* 34. §. *eod.* 64 Qui & *venaliciarius*, σωματέμπορος. *Synopſ.* 18. *tit.* 8. *ex lib.* 19. *tit.* 10. *cap.* 51. §. 4. 65 Id eſt, non tantum. vide Cujac. 8 *obſ.* 9. 66 Atqui ſervorum una eſt conditio. *l.* 5. §. *de ſtatu.* Eſt ſane, ſi genus libertatis ſpectes: ſecus, ſi eorum conditionem. 67 *Liberalia ſtudia* libero homine digna. *l.* 1. §. *de variis & extr. cognit.*

nator obligare ſe & debet & ſolet: ne, quod benigne 46 contulerit, fraudis conſilio revocet.

De locatione.

LXIII. ULPIANUS lib. I ad Edictum Ædilium curulium.

SCiendum eſt, ad venditiones ſolas 47 hoc Edictum pertinere, non tantum mancipiorum, verum cæterarum quoque rerum 48. † Cur autem de *locationibus* 49 nihil 50 edicatur, mirum videbatur: Hæc tamen ratio redditur: vel 51 quia nunquam iſtorum de hac re fuerat juriſdictio: vel quia non ſimiliter 52 locationes, ut venditiones, fiunt.

De pluribus ſervis uno pretio emptis. 2. De jumento errante vel fugiente.

LXIV. POMPONIUS lib. XVII Epiſtolarum.

LAbeo ſcribit, ſi uno pretio plures ſervos emiſti, & de uno agere velis, [inter] æſtimationem 53 ſervorum proinde 54 fieri debere, atque [ut] fieret in æſtimationem bonitatis agri, cum ob evictam partem fundi agatur. §. 1. Idem ait, ſi uno pretio plures ſervos vendidiſti, *ſanoſque eſſe* promiſiſti, & pars 55 duntaxat eorum minus ſana ſit, de omnibus adverſus dictum, promiſſum, recte agi. §. 2. Ibidem ait, errare & fugere jumentum poſſe, nec tamen erronem aut fugitivum eſſe agi poſſe.

De animi vitiis. 1. De morbo ſontico. 2. De veteratore & novitio.

LXV. VENULEIUS lib. V Actionum.

ANimi potius, quam corporis vitium eſt, [veluti] ſi ludos 56 aſſidue velit ſpectare, aut tabulas pictas ſtudioſe intueatur, ſive etiam mendax 57, aut ſimilibus vitiis teneatur. §. 1. Quotiens *morbus ſonticus* 58 nominatur, eum ſignificari Caſſius ait, qui noceat. nocere autem intelligi, qui perpetuus 59 eſt, non 60 qui tempore finiatur. ſed morbum ſonticum eum videri, qui incideritin hominem, poſtquam is natus 61 ſit: *ſontes* enim nocentes dici. §. 2. Servus tam *veterator*, quam *novitius* dici poteſt: ſed *veteratorem*, non 62 ſpatio ſerviendi, ſed genere 63 & cauſa æſtimandum, Cælius ait: nam quicunque 64 ex venalicio noviciorum emptus, alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum veteratorum numero eſſe: *novicium* autem non 65 tyrocinio animi, ſed conditione 66 ſervitutis intelligi. Nec ad rem pertinere, Latine ſciat, necne: *nam* nec ob id veteratorem eſſe, ſi liberalibus 67 ſtudiis eruditus ſit.

46 *l.* 56. §. *eod.* ea opinio vulgi effecerat, ut ſtatim daretur, quia ſtatim illa *ſecundum mancipium*, appellabatur. Unde illæ notæ §. §. M. *ſatis ſecundum mancipium.* Cic. 5 *ad Attic.* Sunt aliquot ſatisdationes ſecundum mancipium præditorum. v. Cujac. 22 *obſ.* 4.

47 *Auctor ſecundum*, fidejuſſor.

48 Nam primus auctor eſt ipſe venditor. venditor enim emptori ſecundum ſtatum hominis tenetur. Cic. 13 *epiſt.* Si ea prædia dividuntur quæ ipſe Cæſar vendidit, quæ tandem in ejus venditionibus poterit eſſe auctoritas?

49 *Dupli cautio*, repromiſſio eſt, non ſatisdatio.

50 Hinc Varro 5 *de lingua* refert, in lege mancipiorum conveniri ſolitum fuiſſe, ſi venditor vades dare noluiſſet, ne vadimonium differretur.

51 Ubi id ei conceſſum eſt, ut in *l.* 47. §. 1. §. *de min. nor.*

52 *l.* 12. §. 1. §. *de admin. tut.*

53 Lex ſolebat dici, ut ſupius, à venditore. v. *l.* 34. §. *de contrab. empt.*

54 Peculium non ſequitur ſervum venditum. *l.* 3. §. *eod.*

55 Evictio rei ſingularis non debetur univerſitate vendita.

56 De quo vide *l.* 37. §. *de peculio.*

57 Evictionem injuria factam emptori, venditor non præſtat. *l.* §. §. *eod.*

58 *l.* 33. §. *de admin. tut.*

59 Et quæratur, an pro evictione caveri oporteat, vel in quantum, aut quomodo. *l.* §. §. *de edilitio edicto.*

60 Conſuetudine cavendi ſpectandum. adde *l.* 31. §. 20. §. *de edilitio.*

61 Evictionis nomine cautio ita præſtatur ſecundum conſuetudinem loci contractus. Locus contractus regit contractuum, judiciorum, & agendi decidendique ordinem.

62 Aut populus, finge Judæos, apud quem legeis, Moſis diſtractis ruſticis prædiis ruſticis venditor non tenetur in perpetuum evictionis nomine. nam anno jubilei ſeu ἀφέσεως venditor res ſuas recipiens evictionis nomine teneri deſinebat. *vit.* 25. & alia rerum mancipio

Tit. II.

DE EVICTIONIBUS [1], ET DUPLÆ [2] STIPULATIONE.

De evictione totius vel partis.

1. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

SIve [3] tota res evincatur, ſive pars [4], habet regreſſum emptor in venditorem. ſed cum pars evincatur, ſi quidem pro indiviſo [evincatur], regreſſum habet pro [5] quantitate evictæ partis. quod ſi certus locus ſit evictus, non pro indiviſo portio fundi, pro bonitate loci erit regreſſus: quid enim, ſi, quod fuit in agro pretioſiſſimum, hoc evictum eſt; aut quod fuit in agro viliſſimum? æſtimabitur loci [6] qualitas, & ſic erit regreſſus.

Si dupla non promittatur.

II. PAULUS lib. V ad Sabinum.

SI dupla [7] non promitteretur [8], & eo nomine agetur, dupli condemnandus eſt reus.

De ſervo vendito, qui ex peculio ſummam ſecum abſtulit.

III. IDEM lib. X ad Sabinum.

CUm in venditione ſervi peculium [9] ſemper exceptum eſſe intelligitur, is homo [10] ex peculio ſummam quandam ſecum abſtulerat: Si, propter hanc cauſam, furti eum emptore actum ſit, non reverteretur [11] emptor ad venditorem ex ſtipulatione duplæ: quia furtis [12], noxiſque ſolutum eſſe præſtari debet venditionis tempore, hæc autem actio poſtea [13] eſſe cœperit.

Quomodo cavendum. 1. Si tutor vendiderit.

IV. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

ILlud quæritur, an is, qui mancipium vendidit, debeat fidejuſſorem ob evictionem dare, quem vulgo [14] *auctorem* [15] *ſecundum* [16] vocant? Et eſt relatum, non [17] debere: niſi [18] hoc nominatim actum eſt. §. 1. Si impuberis nomine tutor vendiderit [19], evictione ſecuta, Papinianus lib. III Reſponſorum ait, dari in eum cujus tutela geſta ſit, utilem actionem. ſed adjicit, in id demum, quod rationibus ejus acceptolatum eſt: ſed an in totum, ſi tutor ſolvendo non ſit, videamus? Quod magis puto: neque [20] enim male contrahitur cum tutoribus.

Si ſervo vendito cum peculio vicarius evincatur.

V. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

SErvi venditor [21] *peculium* [22] *acceſſarium* dixit: Si [23] vicarius [24] evictus ſit, nihil præſtaturum venditorem Labeo ait: quia ſive non fuit in peculio, non acceſſerit: ſive fuerit, injuriam [25] à judice emptor paſſus eſt: Aliter atque ſi nominatim, *ſervum accedere* [26] dixiſſet: tunc enim præſtare deberet in peculio eum eſſe.

Quomodo cavendum.

VI. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

SI fundus venierit [27] ex conſuetudine [28] ejus [29] regionis [30] in qua negotium geſtum eſt, pro evictione caveri oportet [31].

Si pupillus ſervum ſibi ſubſtitutum vendiderit.

VII. JULIANUS lib. XIII Digeſtorum.

QUi à pupillo ſubſtitutum [32] ei ſervum emerit, agere cum ſubſtituto [33] ex empto poteſt: & ex ſtipulatu de evictione, cum neutram earum actionum adverſus pupillum habere potuerit.

Quid præſtat hominis venditor emptori.

VIII. IDEM lib. XV Digeſtorum.

VEnditor [34] hominis emptori præſtare debet, quanti ejus intereſt [35] hominem venditoris fuiſſe: Quare ſive partus ancillæ, ſive hereditas quam [36] ſervus juſſu emptoris adierit, evicta fuerit, agi ex empto [37] poteſt: & ſicut [38] obligatus eſt venditor, *ut* [39] *præſtet licere habere hominem quem vendidit*, ita ea quoque, quæ per eum adquiri potuerunt, præſtare debet emptori ut habeat.

Si vendita re aliena, emptor domino ſucceſſerit.

IX. PAULUS lib. LXXVI ad Edictum.

SI vendideris ſervum mihi Titii, deinde Titius heredem [40] me reliquerit, Sabinus ait, amiſſam actionem pro evictione, quoniam ſervus non poteſt evinci: ſed [41] in ex empto actione decurrendum eſt.

De ſervitute ab uno ex pluribus dominis conſtituta.

X. CELSUS lib. XXVII Digeſtorum.

SI quis per fundum, quem cum alio communem haberet [42], quaſi ſolus dominus ejus eſſet, jus eundi, agendi, mihi vendiderit & ceſſerit, tenebitur mihi evictionis nomine, cæteris non [43] cedentibus.

De futuris caſibus. Evictionis noxæ ſolutus quomodo accipitur.

XI. PAULUS lib. VI Reſponſorum.

LUcius [44] Titius prædia [45] in Germania trans Rhenum emit, & partem pretii intulit: cum in reſiduam quantitatem heres emptoris conveniretur, quæſtionem retulit dicens, has poſſeſſiones ex præcepto Principali [46] partim diſtractas, partim veteranis in [47] prædia adſignatas: Quæro, an hujus rei periculum ad venditorem pertinere poſſit? Paulus reſpondit, futuros [48] caſus evictionis poſt contractam emptionem ad venditorem non pertinere: Et ideo ſecundum ea quæ proponuntur, pretium [49] præditum peti poſſe. §. 1. Ex his verbis ſtipulationis duplæ vel ſimplæ, EUM HOMINEM, QUO DE AGITUR, NOXÆ ESSE SOLUTUM, venditorem conveniri non poſſe propter eas [50] noxas, quæ publice coërceri ſolent.

De herede vendente, & tacito conſenſu coheredum.

XII. SCÆVOLA lib. II Reſponſorum.

QUidam ex parte dimidia heres inſtitutus univerſa prædia vendidit: & coheredes pretium acceperunt [51]: evictis his, Quæro, an coheredes ex empto actione teneantur? Reſpondi, ſi coheredes præſentes [52] adfuerunt, nec diſſenſerunt, videri unumquemque partem ſuam vendidiſſe.

De parte evicta.

XIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

BOnitatis [53] æſtimationem faciendam, cum pars evincitur, Proculus recte putabat, quæ [54] fuiſſet venditionis tempore, non cum evinceretur.

XIV. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

NOn in dimidiam quantitatem pretii.

De

1 VIII C. XLV. & 19 *Eclog.* 11. de evictione, *Halod. Evincere* eſt legitimo certamine vincere, id eſt, cognitione judicis, & non vincere tantum, ſed etiam rem abducere. Plus eſt enim evincere, quam vincere: una littera auget ſignificationem, ut in elugere, emereri, emigrare, exigere, enarrare, emunire, & in hac materia claudare, plus eſt quam nominare & laudare. Feſtus apud Cujac. 6 *ad African. ad l.* 24. §. *eod.* Ut ad rem redeam: ſi res vendita tibi ſit evicta, & ex empto tibi competit actio ad pretium, *l.* 11. §. 2. §. *de actionib. empt.* & ex conventione in ſimplum *l.* 48. *in fin.* §. *de ædilitio. l.* 37. *in fin. l.* 56. §. *eod.* duplum, *ut hic.*

2 Ex edicto Ædilium emptor a venditore cautione ſibi proſpicere, & ita ſtipulari ſolet: mihi, heredique meo eum hominem, quem de te emi, habere recte licere, (*l.* 21. §. 1. *l.* 57. §. *eodem.*) nec evinci eum hominem mihi, heredive meo, partemve ejus, *l.* 56. §. 2. §. *eod.* & ſi is homo à me heredeve meo petatur, tamen de ea re agenda adeſſe, & eam rem recte defendere, ut denunciatum tibi erit, (*l.* 29. §. *ult.* §. *eod.*) aut ſi ita factum non erit, quanti ea res erit, duplum præſtari dolumque malum abeſſe, (*l.* 68. §. 1. §. *de contrab. emptione. l.* 38. §. 13. §. *de verb. oblig.*) abfuturumque eſſe ſpondeſne? Cujac. ad *l.* 24. §. *eod.* 6 *ad African.* Aliam formulam non huic abſimilem idem auctor adfert. *C. eod.*

3 Sive pars, ſive totus fundus evincatur, tenetur venditor. *Synopſ.* 19. *tit.* 11. *cap.* 1. & 3 *Harmenop.* 3. §. 86. ac ſi quidem pro indiviſo pars evincatur, pro quantitate ejus pretii tenetur: ſin certa pars, pro bonitate loci evicti ſit æſtimatio. *Synopſ. ibid.* 4 *l.* 39. §. 2. *l.* 45. §. *eod.*

5 *l.* 69. *in fin.* §. *eod.* 6 Vide *l.* 45. *eod.* 7 In pretioſis rebus ſc. v. *l.* 37. §. 1. §. *eod.*

8 Repromittetur. *Ital.* 9 *l.* 29. §. *de contrab. empt.* adde *l.* 16. §. 2. §. *de publicanis.* 10 Servus. 11 *Al.* revertetur. 12 Venditor emptori ſervum furtis noxiſque ſolutum præſtare debet. *Synopſ. eod. cap.* 3. 13 Adde *l.* 15. §. *eod.*

14 *l.* 56. §. *eod.* ea opinio vulgi effecerat, ut ſtatim daretur, quia ſtatim illa *ſecundum mancipium*, appellabatur. Unde illæ notæ §. §. M. *ſatis ſecundum mancipium.* Cic. 5 *ad Attic.* Sunt aliquot ſatisdationes ſecundum mancipium prædiorum. v. Cujac. 22 *obſ.* 4.

15 *Auctor ſecundum*, fidejuſſor.

16 Nam primus auctor eſt ipſe venditor. venditor enim emptori ſecundum ſtatum hominis tenetur. Cic. 13 *epiſt.* Si ea prædia dividuntur quæ ipſe Cæſar vendidit, quæ tandem in ejus venditionibus poterit eſſe auctoritas?

17 *Dupli cautio*, repromiſſio eſt, non ſatisdatio.

18 Hinc Varro 5 *de lingua* refert, in lege mancipiorum conveniri ſolitum fuiſſe, ſi venditor vades dare noluiſſet, ne vadimonium differretur.

19 Ubi id ei conceſſum eſt, ut in *l.* 47. §. 1. §. *de min. nor.*

20 *l.* 12. §. 1. §. *de admin. tut.*

21 Lex ſolebat dici, ut ſupius, à venditore. v. *l.* 34. §. *de contrab. empt.*

22 Peculium non ſequitur ſervum venditum. *l.* 3. §. *eod.*

23 Evictio rei ſingularis non debetur univerſitate vendita.

24 De quo vide *l.* 37. §. *de peculio.*

25 Evictionem injuria factam emptori, venditor non præſtat. *l.* §. §. *eod.*

26 *l.* 33. §. *de admin. tut.*

27 Et quæratur, an pro evictione caveri oporteat, vel in quantum, aut quomodo. *l.* §. §. *de edilitio edicto.*

28 Conſuetudine cavendi ſpectandum. adde *l.* 31. §. 20. §. *de edilitio.*

29 Evictionis nomine cautio ita præſtatur ſecundum conſuetudinem loci contractus. Locus contractus regit contractuum, judiciorum, & agendi decidendique ordinem.

30 Aut populus, finge Judæos, apud quem legeis, Moſis diſtractis ruſticis prædiis ruſticis venditor non tenetur in perpetuum evictionis nomine. nam anno jubilei ſeu ἀφέσεως venditor res ſuas recipiens evictionis nomine teneri deſinebat. *vit.* 25. & alia rerum mancipio

datarum venditor auctor non erat. Varro 2 *de re ruſtica* 10. Cujac. *C. eod.*

31 Ita fiet, ut ſatisdandi conſuetudo fuerit, ſatisdationis nomine agatur. vide Ancharanum, *qu.* 63. *num.* 3.

32 Subſtitutioni pupillari obnoxia, alienari, & obligari poſſunt: & obligant de duplo promiſſa ſubſtitutum ex contractu pupilli, *ut hic.* non idem in fideicommiſſaria ſubſtitutione. 33 Qui ſeipſum evincit, velut heredem pupilli. *l.* 51. §. 3. §. *eod. l.* 1. §. 4. §. *ad l. Falcid.* Ita actio de evictione interdum incipit ab herede, quæ adverſus defunctum competere non potuit. 34 Venditor mancipii, eo evicto, actione ex empto tenetur in id, quod intereſt emptoris, puta de iis quæ per eum adquiſita ſunt, & de partu ancillæ, & ubi heres ſcriptus, emptoris juſſu hereditatem adiit. *Synopſ. eod. c.* 8. 35 *l.* 70. §. *eod.* 36 *l.* 63. §. *ad l. Falcid.* adde *l.* 23. §. 1. §. *ad l. Aquil.* §. 10. *Inſt. de l. Aquil.* 37 *l.* 41. §. 1. §. *eod.* 38 *l.* 11. §. 2. §. *de action. empt.* 39 Venditor præſtare emptori debet, *habere licere*: dare præciſe non cogitur: ex cauſa tamen tenetur, ſi teneri noliit in id quod intereſt. 40 Adde *l.* 41. §. 1. §. *eod. l.* 49. *in fin.* §. *mandati. l.* 11. §. 15. §. *de act. empt. l.* 18. §. *de oblig.* 41 Emptor ſuccedens domino, agit ex empto ob tacitam evictionem. 42 Vel per alienum. *l.* 46. §. 1. §. *eod.* 43 Secus fuerit ſi cæteri cedant. 44 Si venditum tibi fundum Princeps largitus fuerit, aut venire juſſerit, nomine pretii teneris (ita legendum rejecta negatione apud auctorem *Synopſ. eod. l.* 11.) Quippe fortuiti caſus evictionis, qui poſt factam evictionem incidunt, ad venditorem non pertinent. *Synopſ. ibid.* Evictio quæ à Principis pendet plenitudine, ſine teſtate, venditori non nocet. 45 Bello quæſita ſc. à Romanis: quæ non proprietatis, ſed tantum poſſeſſionis jure fruenda concedebantur. de quibus *l.* 115. *de verb. ſign.* quæ ſine auctoritate poſtea Principiſve revocari non poterant, *l.* 11. §. 1. §. *de publicanis.* alias ex agris privatorum ne quidem publico conſilio cum ipſorum injuria quidquam capi poteſt. *l.* 13. §. *commun. prædior.* adde 1 *Regum.* Quin legimus cuique tribui agros à Deo ſigillatim adſignatos, Rege prohibito ſe efferre ſuperantes tres ſuos, *Deuter.* 17. vide Hotom. 1 *Illuſtr.* 1. adde quæ notavi ad *Novell.* 83. 46 Id enim licebat, ut ſuperius oſtenſum eſt. 47 *Feudorum* origo inde ducta videri poteſt. 48 Evictionis caſus poſt emptionem perfectam contingentes, ad emptorem pertinent, *ut hic.* Ita quæ poſt venditionem contingunt evictionis fortuitæ cauſa, venditori nihil obſtant. *l.* 21. §. *eod. l.* 26. *C. eod.* 3 *Harmenop.* 3. §. 88. 49 Evictione ſecuta interdum emptor pretium præſtat, & rem non habet. 50 Qui ſervum noxa ſolutum promiſit propter debita publica (ὀφειλόμενα ἀναγκαῖα καὶ ἐγκλήματα) non tenetur. *Synopſ. eod. cap.* 12. Ita ſtipulatio duplæ vel ſimpli propter rixas publicas non committitur, ſed privatas tantum. *l.* 17. §. *antepenult.* §. *de edilitio.* 51 Pretium qui rei ſuæ accipit, eam vendidiſſe præſumitur. 52 Vide quæ notavi ad *l.* 14. *C. ſi certum petatur.* Ita non ſola præſentia, ſed præſentia & pretii participatio nocet recipienti. vide *l. Galen.* 39. §. *de pignorat. l. fidejuſſor.* 26. §. *pater.* §. *de pignorib.* 53 *l.* 14. *l.* 15. §. 1. *l.* 45. *l.* 64. §. 3. §. *eod.*

54 Duplum rei qui promittit, pretium, quod tempore contractus fuit, ſpectare intelligitur: tempus contractus in dubio conſideramus.

De alluvione. 1. De usufructu. 2. De servo qui accessit fundo.

XV. PAULUS lib. V ad Sabinum.

Sed si quid postea alluvione [55] accessit, tempus quo accedit inspiciendum. §. 1. Si usufructus [56] evincatur, pro bonitate [57] fructuum æstimatio facienda est. † Sed & si servus [58] evincatur, quanti [59] minoris ob id prædium est, lis æstimanda est.

De eo quod venditori accessit. 1. Quibus casibus stipulatio dupla committitur. 2. Dolus agentis ob virtutem servi excluditur.

XVI. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

Evicta re vendita, ex [60] empto erit agendum de eo quod accessit: quemadmodum ea quæ empto fundo nominatim accesserunt, si evicta sint, simplum præstatur. §. 1. *Duplæ stipulatio committi* dicitur tunc, cum res restituta est petitori, vel damnatus est litis æstimatione [61], vel possessor ab emptore conventus absolutus est. §. 2. Si servus, cujus nomine *duplam* stipulati sumus, evictus fuerit à nobis ob id, quod fugitivus vel sanus non fuerit, an agere nihilominus possimus [62], quæritur? Proculus videndum ait, ne hoc quoque interfit, utrum tum evictus sit, cum meus factus non esset; an tum, cum meus factus esset: in eo enim casu cum meus factus est, statim mea interest, quanto ob id deterior est; & quam actionem semel ex stipulatu habere cœpi, eam nec evictione, nec morte [63], nec manumissione, nec fuga [64] servi, nec ulla simili causa amitti: at si in bonis meis factus non sit, nihil ob ea, quod fugitivus sit, pauperior sim; utpote cum in bonis meis non sit. Quod *si sanus esse, erroneum non esse*, stipulatus essem, tantum mea interesse, quantum ad præsentem [65] usum pertineret, tametsi in obscuro esset: utpote ignorantibus nobis, quandiu eum habiturus essem, & an futurum esset, ut eum quisquam aut à me aut ab eo cui vendidissem, cuive similiter promisissem, evinceret: summam autem opinionis suæ hanc esse, ut tantum ex [66] ea stipulatione consequar, quanti [67] mea interfit, aut post stipulationem interfuerit, eum servum fugitivum non esse.

De venditore rem venditam vindicante.

XVII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

Vindicantem [68] venditorem rem, quam ipse vendidit, exceptione doli posse summoveri, nemini dubium est, quamvis alio jure dominium quæsierit: improbe [69] enim rem à se distractam evincere conatur: Eligere [70] autem emptor potest, utrum rem velit retinere, intentione [71] per exceptionem elisa: an potius re ablata [72], ex causa stipulationis duplum consequi.

XVIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

Sed etsi exceptio omissa sit, aut opposita ea, nihilominus evictus sit, ex duplæ quoque stipulatione, vel ex empto [73] potest conveniri.

Si à bonæ fidei possessore venditus ei successerit.

XIX. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

Sed & si stipulatio nulla [74] fuisset interposita, de ex empto actione idem dicemus. §. 1. Si [75] homo liber, qui bona fide serviebat, venierit mihi à Titio; Titiusque eum heredem [76] scripserit, quasi liberum, & ipse mihi sui faciat controversiam: ipsum de se obligatum habebo.

De evictione ob factum emptoris.

XX. POMPONIUS lib. X ad Sabinum.

Fundum meum obligavi, deinde alienavi tibi: Ut eo nomine non obligaberis [77], si eum postea abs te emam, & satis pro evictione mihi des, excipiendum [78] cautione [79], quod pro me obligatus sit: quia etiam non excepto eo, agendo eo nomine contra te, doli mali exceptione possim summoveri.

De causa propter quam emptori rem habere non licet.

XXI. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

Si servus venditus decesserit [80], antequam evincatur, stipulatio non committitur: quia [81] nemo eum evincit, sed factum [82] humanæ sortis; de dolo [83] tamen poterit agi, si dolus interceserit. §. 1. Inde Julianus lib. XLIII eleganter definit, duplæ stipulationem tunc committi, quotiens res ita amittitur, ut eam emptori habere non liceat propter ipsam evictionem [84]. §. 2. Et ideo ait, si emptor hominis mota sibi controversia venditorem dederit procuratorem, isque victus litis [85] æstimationem sustulerit, stipulationem duplæ non committi: quia nec mandati actionem procurator hic idemque venditor habet, ut ab emptore litis æstimationem [86] consequatur. Cum igitur neque corpus, neque pecunia emptori absit, non oportet committi stipulationem: Quamvis, si ipse judicio accepto victus [87] esset & litis æstimationem sustulisset, placeat committi stipulationem: ut & ipse Julianus eodem libro scripsit. Neque enim habere licet eum, cujus si pretium quis non dedisset, ab adversario auferretur: prope enim hunc ex secunda emptione, id est, ex litis æstimatione, emptori habere licet, non ex pristina. §. 3. Idem Julianus eodem libro scribit, si lite contestata fugerit homo culpa possessoris, damnatus quidem erit possessor, sed [88] non statim eum ad venditorem regressurum, & ex duplæ stipulatione acturum: quia interim, non propter evictionem, sed propter fugam, ei hominem habere non licet: Plane (inquit) cum adprehenderit possessionem fugitivi, tunc committi stipulationem [Julianus ait]: nam & si sine culpa possessoris fugisset, deinde cautionibus interpositis absolutus esset, non alias committeretur stipulatio, quam si adprehensum hominem restituisset: Ubi igitur litis æstimationem obtulit, sufficit adprehendere: ubi cavit, non prius nisi restituerit.

Si tutor emerit, & litis æstimationem solverit. 1. Si mulier fundum emptum in dotem dederit, XXIV. ipse domino.

XXII. POMPONIUS lib. I ex Plautio.

Si pro re pupilli, quam emit, litis æstimationem tutor non ex pecunia pupilli, sed ex suo [89] præstiterit: stipulatio de evictione pupillo adversus venditorem committitur. §. 1. Si pro evictione fundi, quem emit mulier [90], satis accepisset, & eundem fundum in dotem dedisset, deinde aliquis eum à marito [91] per judicium [92] abstulisset, potest [93] mulier [94] statim [95] agere adversus fidejussores emptionis [96] nomine, quasi minorem dotem habere cœpisset [97], vel [etiam] nullam: si tantum maritus obtulisset, quanti fundus esset [98].

XXIII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

Sed & si post mortem mulieris evincatur [99], regressus erit ad duplæ stipulationem: quia ex promissione maritus [100] adversus heredes mulieris agere potest [1]: & ipsi ex stipulatu agere possunt [2]:

XXIV. AFRICANUS lib. VI Quæstionum.

Non tamen ei consequens esse [4], ut [&] si ipsi domino [5] nuptura, in dotem eum dederit, committi stipulationem [6] dicamus: quamvis æque indotata mulier futura sit: quoniam quidem etiamsi verum sit, habere ei non licere servum, illud tamen verum non sit, judicio [7] eum evictum esse [8]: Ex empto [9] tamen contra venditorem mulier habet actionem.

De manumissione.

XXV. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

Si servum [10], cujus nomine duplam stipulatus sis [11], manumiseris [12], nihil ex stipulatione consequi possis: quia [13] non evincitur quo minus habere tibi liceat, quem ipse ante voluntate [14] tua perdideris [15]:

XXVI. PAULUS lib. V ad Sabinum.

Sed hoc nomine, quod libertum quis non habeat, ex vendito actionem habet, si scierit venditor, alienum [16] se vendere. Sed & si ex causa fideicommissi emptor coactus [17] fuerit eum manumittere, ex empto actionem habebit.

De exceptionibus ex persona emptoris, vel venditoris: XXVIII. vel utriusque.

XXVII. POMPONIUS lib. XI ad Sabinum.

Hoc jure utimur: ut exceptiones [18] ex persona emptoris objectæ si obstant, venditor ei non teneatur [19]: si verò ad personam venditoris respicient, contra: Certe nec ex empto, nec ex stipulatione duplæ, nec simplæ, actio competit emptori, si exceptio [ei], ex facto ipsius [20] opposita, obstiterit:

XXVIII. ULPIANUS lib. LXXX ad Edictum.

Sed si ex utriusque persona, & auctoris [21], & emptoris exceptiones objicientur, intererit, propter quam exceptionem Judex contra judicaverit: & sic, aut committetur, aut non committetur stipulatio.

Si emptor rem à domino redemerit. 1. Si emptor possessionem, quam retinere, non petere poterat, amiserit. 2. Quo tempore denunciandum venditori.

XXIX. POMPONIUS lib. XI ad Sabinum.

Si rem, quam mihi alienam vendideras [22], à domino redemerim [23], falsum esse quod Nerva respondisset, posse te à me pretium consequi ex vendito agentem [24], quasi habere mihi rem liceret, Celsus filius aiebat: quia nec bonæ fidei conveniret, & ego ex alia causa rem haberem. §. 1. Si duplæ stipulator [25], ex possessore petitor factus & victus sit, quam rem, si possideret, retinere potuerit [26], peti autem utiliter non poterit, vel ipso jure promissor duplæ tutus erit, vel certe doli mali exceptione se tueri poterit: sed ita, si culpa [27], vel sponte duplæ stipulatoris possessio amissa fuerit. §. 2. Quolibet tempore venditori renunciari potest [28], ut [29] de ea re agenda [30] adsit [31]: quia [32] non præfinitur certum tempus in ea stipulatione: dum [33] tamen ne [34] prope ipsam condemnationem id fiat.

Si emptori successerit furtum passus.

XXX. IDEM lib. XIX ad Sabinum.

Si emptori, qui stipulatus sit, *furtu noxisque* [35] *solutum esse*, heres exstiterit is cui servus furtum fecerit, incipit is ex stipulatu actionem habere, quemadmodum si ipse alii præstitisset.

De stipulatione sanum esse: furem, vel vispellionem non esse.

XXXI. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

Si ita quis stipulanti [36] spondeat, *sanum* [37] *esse, furem non esse, vispellionem* [38] *non esse, & cætera*: inutilis stipulatio quibusdam videtur:

55 Vide *l.* 64. §. 1. *ff. ad leg. Falcid.*

56 Usufructus perinde æstimatur, ut fructuum ipsorum commoditas est.

57 Tantum valet usufructus quantum fructuum commoditas. *Baldus.* & quo res fructuosior, eo plus valet. *Novell.* 131. c. 12. *in fin.*

58 Si servitus evincatur, &c. ut Albericus. & Cujac. 2 *observat.* 20. & ad *l.* 46. §. *cod. & ad African.* vide quæ ad hunc locum scripsi in *l.* 61. §. *de ædilitio. l.* 66. §. *de contrah. empt.*

59 Cur quanti minoris? Quia fundi venditores servos fundo accessuros nonnunquam promittebant. *l.* 32. *in fin.* §. *de ædilitio. l.* 5. *in emptione.* 34. §. *de contrahend. empt. in.* Accessura quæ prænarrari sunt, præstanda sunt. *l.* 5. *ji cum fundum.* 68. *l.* 5. *fistulæ.* 78. §. *de contrah. empt.*

60 *l.* 11. §. 17. §. *de act. empt.*

61 Damnatus est in litis æstimationem. *Haloand.*

62 Ex alio capite scil. ut sit sensus: Stipulatio duplæ concepta in casum evictionis non impedit quominus ex alio capite possit committi alia stipulatio ad interesse, *Ruæd.*

63 Duplæ stipulatio evictione, morte, manumissione, fuga servi servitutisve alia causa non amittitur. *l.* 47. *in fin.* §. *tit. prox.*

64 *l.* 1. *C. de ædilitio act.*

65 Id est, ad operas. *arg. l.* 44. *in fin.* §. *de ædilitio.*

66 Evictionis actione ex stipulatu agitur in id, quod interest, & quidem ex uno capite, si alio non agatur.

67 *l.* 3. *in fin. C. de rebus alienis.*

68 Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. *l.* 73. *in fin.* §. *cod. l.* 72. §. *de rei vindic. l.* 1. §. *de except. rei venditæ & trad. l.* 10. §. *de distract. pign. l.* 4. §. 32. §. *de doli mali except. l.* 1. *C. ne fiscus rem quam vendidit evincat.*

69 Evincit improbe rem à se venditam venditor.

70 Exceptione submotus non prohibetur agere, & rem ipsam actione instituta petere, si modo actio non ad eundem, sed diversum effectum refertur: secus si ad eundem. *l. quod in diem.* 7. §. 1. §. *de compens.* Ita exceptione omissa jus agendi amittit, vel non admittitur. 71 Actoris, venditoris.

72 Re venditori restituta. 73 Hæc verba, *ex empto*, Baro dispungit. 74 Deficiente duplæ, ex empto agi potest. *l.* 11. §. 14. *in fin.* §. *de act. empt.* 75 Exceptio *l.* 17. §. *cod.* 76 Adde *l.* 7. §. *cod.* 77 Non obligaveris. *Hal.* 78 Non est excipiendum. Hotom. 3 *obs.* 2. Qui sito ex facto convenitur, regressum adversus suum venditorem non habet. *l.* 27. §. *cod.* 79 Excipiendum est in cautione. *Haloand.* 80 Vid. *l. fin. C. de adsertione toll. l.* 26. *C. cod.* 81 Evictionis actioni locus est aliquo evincente: non est locus, hoc ipso quod res absit, vel sit extincta: si tamen dolus intercessit, de dolo agetur. 82 *Sed Fatum humanæ sortis*: ut sit sensus, Non committi hanc duplæ stipulationem propter fatalem necessitatem (puta mortem) *ut hic.* casum fortuitum, *l.* 11. §. *cod.* vim, & impressionem alterius, *l. ult. C. de actionib. empt.* si aliud convenit, *l.* 37. §. *cod.* item si emptor compromiserit in arbitrum, *l.* 56. §. 1. §. *cod.* si locum à se emptum religiosum fieri permiserit, *l.* 51. §. 2. §. *cod.* si dolo, vel culpa sua emptor vincatur. vide *l.* 27. §. *cod.* vel ex eremodicio, *l.* 55. §. *cod.* vel ex præscriptione, lapsis temporibus appellationis, *l.* 63. *in fin.* §. *cod.* vel omissa possessione culpa sua, cum retentione rem sibi servare potuit, *l.* 29. §. 1. §. *cod.* vel omissa actione, quam intendere potuit, *l.* 66. §. *cod.* vel omissa usucapiendi occasione, *l.* 56. §. 3. §. *cod.* Item si venditori non denunciavit, ut defenderet, vide *l.* 29. *in fin.* §. *cod.* item si per injuriam, vel stultitiam judicis emptor fuerit condemnatus, *l.* 5. §. *cod. l.* 51. §. *cod. l.* 8. *l.* 15. *C. cod.* vide *l.* 67. §. *de fidejussoris. l.* 22. §. 4. §. *ratam.* quo casu in judicem actio est. adde & hypothesim *l.* 23. §. *cod.* Cujac. ad *l.* 23. §. *cod.* 83 Id est, actione ex empto, nomine doli, ut Cujac 3 *obs.* 37. *in fin.* 84 *l.* 57. §. *cod.* 85 *l.* 66. §. 2. §. *cod.* 86 Vide *l.* 3. §. *pro emptore.* 87 *l.* 16. §. 1. §. *cod.* 88 Atque ita damnatur & non agit, duplique damno afficitur, contra quam in *l.* 4. §. *ult. in pr.* §. *de l. Rhod.*

89 *l.* 3. §. 1. §. *de contrar. tutelæ actione.*

90 A non domino.

91 Æque non domino.

92 Id est, jure judicioque.

93 Et debet. *Accurs. Bart.*

94 Et ita fundo secundo emptori (puta marito) evicto, primo emptori (hoc est ipsi uxori) stipulatio habere licere committitur. *l.* 38. §. 5. §. *de verb. oblig.*

95 *l.* 75. §. *de jure dot. l.* 2. *C. de fundo dotali.*

96 Evictionis nomine. *Haloand.*

97 Si maritus non tantum præstiterit quanti fundus esset.

98 Tunc is maritus fundum non pro dote, sed pro empto possidet.

99 Marito apud quem dos adventitia remanet, & etiam profecticia, si pater non sit, qui denique lucratur dotem, vel ex pacto, vel ex lege, *Alberic.* Unde notant, evictionem pacto dotis lucrandæ contineri.

100 Hinc colligit Baldus, fundum evictum marito censeri evictum mulieri, ut sit sensus, si marito evincitur fundus dotalis, mulieri statim committitur stipulatio duplæ, quia nullam dotem habere incipit, *Cujac.* Hinc etiam colligitur maritum luerari dotem profectitiam. de quo dixi ad *l.* 4. *C. soluto matrimonio.*

1 *l.* 1. *C. de jure dotium.*

2 *Subaudi* contra venditorem evictionis nomine.

3 Vide Cujac. 6 *ad African.*

4 Est igitur videndum quantum distet hic casus a superiore.

5 Hujus legis quæstio hæc est, an possim dicere non committi stipulationem, si mulier (quæ emit à non domino) rem marito eidemque domino ejusdem rei dederit in dotem, puta marito jam non possidente pro dote, sed pro suo? non committitur. Cujac. *ibid.*

6 *Subaudi*, duplæ.

7 Et ita hæc lex à casu *l.* 22. §. 1. differt.

8 Quia forte cui servus datus est in dotem, retinet eum quasi suum. Cujac. *ibid.* 9 Quod sæpe evenit in hoc titulo deficiente actione ex stipulatu duplæ. v. *l.* 41. §. 1. §. *cod.* 10 *Sub.* alienum.

11 A venditore. 12 *l.* 47. §. *de ædilitio. l.* 21. *circa fin.* §. *de liberal. causa.* 13 Evictionem emptori, cujus facto res periit, non præstat venditor. 14 Eum manumittendo. 15 Vid. *leg. evict.* 16. §. *cod.* 16 V. *l. utique.* 21. *in fin.* §. *de liberali causa.* 17 V. *l.* 24. §. 21. §. *de fideicommiss. libertatib.* 18 Evicta res si amissa fuerit facto emptoris, evictio non præstatur, *ut hic.* secus si facto venditoris. §. *cod.* Quid, si utriusque facto? v. *l.* 28. §. *cod.* 19 Conjunge *l. ult.* §. *de Publiciana.* 20 Non committitur duplæ stipulatio, si vicitur emptor vitio suo, veluti oppositâ exceptione stellionatus. Cuj. ad *l.* 23. §. *cod.* 21 Atqui de auctoris dolo exceptio non objicitur. *l.* 2. §. 27. §. *de doli except.* 22 *Sub.* tradideras etiam ignorans. 23 Vel habuerim ex quacunque causa, vel onerosa, vel lucrativa. *Bolognin.* 24 Ad pretium sc. 25 *Sub.* idemque emptor. 26 *l. si quis emptionis.* 8. *C. de præscr.* 30 *ann.* 27 Quod quis sua culpa sentit, ab alio non recuperat. v *l.* 3. §. 6. §. *si cui plus quam per leg. Falcid.* 28 *Sub.* ab emptore. 29 Committitur ergo duplæ stipulatio, si emptor denunciat venditori, ut motæ controversiæ adsit, *ut hic.* si auctorem laudaverit, *l.* 63. §. 1. §. *cod. l.* 7. *l.* 14. *C. cod.* si postulaverit, ut ab eo defenderetur evictionis nomine. *l.* 75. §. *de procurat.*

30 Defendenda. 31 Venditor liti adsistere tantum, vel subsistere dicitur, *ut hic. l.* 23. *C. cod. l.* 85. §. *antepen. l.* 139. §. *de verb. oblig.* quod Græcis est, παρίστασθαι. Cujac. *ibid.* 32 Tempore certo agendi non præstituto, quolibet tempore agi potest. 33 Denunciationem fieri posse litis initio, vel medio, at non in fine, post detecta testimonia, hinc colligit Baldus. 34 Adde *l.* 3. *in fin. C. de temp. & reparation.* 35 *l.* 11. §. 8. §. *de act. empt.* 36 Stipulatione, *sanum esse, vel vespillonem non esse*, id quod interest continetur. 37 Alludit ad ea quæ continentur in *l.* 32. *in fin.* §. *cod. l.* 11. §. 4. §. *de act. empt. l.* 53. §. *de ædilit.* & ad formulam stipulationis, & Varronem imitatur, *lib.* 2 *de re rust. c.* 2. Illasce oves sanas esse. *c.* 4. Illasce fues sanas esse. *c.* 5. Illosce boves fanos esse. Idem de emptione caprarum loquens, capras sanas sanus nemo promittit, neque enim sine febri sunt. v. Cujac. 9 *obs.* 3.

38 *Vespertilionem* Budæus legit, ut in *l.* 72. §. 5. *in fin.* §. *de solutionib.* & interpretatur myopem, qui interdiu exiliter videt, & vesperi justam aciem habet. Suidam auctorem esse Cherophonta quendam philosophum nycterida, id est, vespertilionem ob id dictum, quod philosophando expalluisset, & supra modum maceratus esset: Ad extremum *vespillonem* legi posse ait, quo vocabulo intelligit eos, qui putant se in lupos verti, ex Plin. 8. & 18. Aug. *de civit.* 18. Sed Haloa. legit *Vespillionem*, ut in *l* 72. *in fin.* §. *de soluti.* Cuj. autem ad *l.* 50. §. *de pactis.* Florentinam recte defendit: *Vispillio*, est cadaverum unctor. *Fulgent.* de quo puniendo agit *l.* 3. § 7. §. *de sepulchris.* Palæmo, Vespilio sepulchrorum violator dictus olim vespero. Sed quid? Alciat. 4 *de verb. sign.* Vespertilionem hic appellari existimat, qui ne creditoribus satisfaciat, latitet & vespere tantum exeat vel rationes conturbet: forte ex Æsopi fabula, qua inter cætera proditur, vespertilionem cum mergo societatem contraxisse, & immensa nari, cum uterque decoxisset, vespertilionem metu creditorum vagari: mergum, frequenter se in undas demittere, merces amissas perquirentem: atque ita fabula hæc nobis reposita, reprehendit eos, qui hic legunt vespillonem vel verspillem. Opinionem Alciati sequitur Oldend. *in Topic in verbo transfatio.* Quæ ut lectorem magis oblectarent, quam ut ea sequeretur, protuli. Nam ne hæc quidem parum ab Accursianis etymologiis remota sunt. *Goth.* Vide in hanc l. Forcatul. *Avitral cap.* 1. Cujac. *hb.* 9 *obs.* 3. Ans.

39 Impossibilis conditio inutilem stipulationem facit, §. 11. *Inst. de inutil. stipul.*

40 *Subaudi*, tacite.

41 Cujus executio confertur in futurum.

42 Expresse.

43 Absurdus intellectus rejiciendus est.

44 V. *l.* 29. ff. *de verb. oblig.*

45 Ex diversis capitibus ejusdem contractus potest agi diversis libellis, dum tamen omnes summæ non excedant id quod in universum interest.

46 Vide *l.* 21. §. 16. ff. *de ædilitio.*

47 Vide *tit. C. Si mancip. ita venierit ne prostituatur.* Goth. Adde Barbat. *vol.* 2 *cons.* 128. Alexand. *in l. si constante. ff. solut. matrimonio.* Molin. *de eq. quod interest. num.* 132. Anf.

48 Emptor stil.

49 Non tamen ex patronus, sed venditor. *l.* 10 §. 1. ff. *de in jus vocand. l.* 7. ff. *de jure patr.*

50 *Sub.* si mancipium fuerit alienum. v. *l. si servum.* 25. ff. *eod.*

51 Solet enim in judiciis mixtis fieri adjudicatio. § 5. *Inst. de offic. jud.*

52 Imo ratione partis non commutittur stipulatio. *l.* 56. §. 2. ff. *eod.*

53 Evictio uti locum habeat, non interest quo genere evictionis res evincatur.

54 Respicit ad varia genera vindicationum, est enim vindicatio domini, usus, usufructus, pignoris, hypothecæ, emphyteuseos, superficiei, possessionis, servitutis. Cujac. ad §. 2. ff. *eod. l.* 46. ff. *eod.*

55 Evictionis emptor agere potest adversus venditorem, antequam etiam rem evictam restituat evincenti.

56 *l.* 57. ff. *eod.*

57 Debitorem posse debitum offerre etiam post sententiam, hinc colligit Baldus.

58 De *scapha* agit *l.* 44. ff. *eod.* adde *l.* 42. ff. *eod.*

59 Nave aut domo vendita, non videntur singula, id est, cæmenta vel tabulæ, vendi: ideoque nec evictionis nomine venditor in duplum obligatur, quasi evicta parte. *Synopf. Basil.* 10. *c.* 35. §. 5.

60 Singularim.

61 Vide quæ notavi ad *l.* 1. ff. & *l.* 56. §. 2. ff. *eod.*

62 *l.* 56. §. 2. ff. *eod.*

63 Incontinenti, *l.* 42. ff. *de contr. empt.*

64 *l.* 4. ff. *eod.*

65 Hæc stipulatio, repromissio non satisfactio est.

66 *Sevica* vestis res pretiosa, *ut hic.* Inde factum ut Romani à Barbaris sericum emere non possent, sine comite commerciorum, *l.* 2. *C. quæ res venire non possint.* cum nondum ratio conficiendi serici ad Romanos perveniſſet & sericum auro contra venderetur, ut Vopiscus in *Aureliano* scribit, libram auri, libram serici fuisse, & lex Rhodia ὁλοσηρικὰ ἅμοια τῷ χρυσίῳ. Pretiosa autem dicebantur, pro quibus aurum dependebatur ad sacoma. Pretiosum est quod auro contra venit aut aurum supra. adde *l.* 22. *C. de admin. tut.* 67 *l.* 5. *in fin. princ.* ff. *de verbor. obligat. in fin.* ff. *de ædil.* 68 *l.* 31. §. 20. ff. *de ædilitio.* 69 Hinc *simplaria* venditio dicitur. *l.* 48.

70 Error stipulantis sibi minus quam debeatur, stipulanti non nocet.

71 Jure creditoris. 72 Venditor tenetur actiones, quas rei venditæ nomine adversus auctorem suum habet, cedere emptori. 73 *l. ult.* ff. *de dist. pign.* 74 Quia pignoravit.

75 Id est, ut cedat. 76 Cedendarum actionum necessitas & æquitas. 77 Quod prodest, & non nocet venditori, impetratur de facili. *Bart.* 78 Sine decreto alias restitutione non indigeret. *tit. C. de præd. minor.* ff. *cod. l.* 13. §. 2. ff. *de minoribus.* 79 Prætoriam sc. 80 Potest enim minor restitui adversus possessorem, *dict.* §. 2. si quidem sinxeris venditionem per plures personas ambulasse. *l.* 15. ff. *de minoribus.* 81 Et recte, *d. l.* 15. 82 Evicta re, propter restitutionem in integrum agitur ex empto: *vel ita*, Quo officio seu beneficio restitutionis in integrum res evincitur emptori, eodem evictionis actio redintegranda est emptori.

detur: quia 39 si quis est in hac causa, impossibile est quod promittitur; si non est, frustra est: Sed ego puto verius, hanc stipulationem, *furem non esse, visbellionem non esse, sanum esse*, utilem esse: hoc enim continere 40 quod interest 41, horum quid esse, vel horum quid non esse: sed [&] si cui horum fuerit adjectum 42 *præstari*, multo magis valere stipulationem: alioquin stipulatio, quæ ab Ædilibus proponitur, inutilis erit, quod 43 utique nemo sanus probabit.

De numero stipulationum. 1. Si sæpius agatur quanto minoris.

XXXII. IDEM lib. XLVI ad Sabinum.

QUia dicitur 44, *quotiens* 45 *plures res in stipulationem deducuntur, plures esse stipulationes*: an & in duplæ stipulatione hoc idem sit, videamus: Cum quis stipulatur, *fugitivum non esse, erronem non esse*, & cætera quæ ex edicto Ædilium curulium promittuntur: utrum una stipulatio est, an plures? Et ratio facit, ut plures sint.

§. 1. Ergo & illud procedit, quod Julianus libro XV Digestorum scribit: Egit (inquit) quanti minoris propter fugam servi; deinde agit propter morbum: Id agendum est (inquit) ne lucrum faciat emptor, & bis 46 ejusdem vitii æstimationem consequatur. Fingamus emptum decem; minoris autem emptum fuisse duobus, si tantum fugitivum esse sciisset emptor: hæc consecutum propter fugam; mox compertum, quod non esset sanus; similiter duobus minoris emptum fuisse, si de morbo non ignorasset: Rursus consequi debebit duo: nam, & si de utroque simul egisset, quatuor esset consecuturus: quia cum forte, qui neque sanus, & fugitivus esset, sex tantum esset empturus. Secundum hæc sæpius ex stipulatu agi poterit: neque enim ex una stipulatione, sed ex pluribus agitur.

Si emptor vendidit: & evictum tradere non potuit.

XXXIII. IDEM lib. LI ad Sabinum.

SI servum emero, & eundem vendidero, deinde emptori ob hoc fuero condemnatus, quia tradere non potui evictum, committitur stipulatio.

De pacto ne prostituatur. 1. *Communi dividundo.* 2. *Si dominium evincatur, vel possessio actione Serviana.*

XXXIV. POMPONIUS lib. XXVII ad Sabinum.

SI mancipium 47 ita emeris, *ne prostituatur, & cum prostitutum fuisset, ut liberum esset*: si contra legem venditionis faciente te ad libertatem pervenerit, tu 48 videris quasi manumisisse 49: & ideo nullum adversus venditorem habebis regressum 50. §. 1. Si communi dividundo mecum actum [esset], & adversario servus adjudicatus sit, quia 51 probavit eum communem esse: habebo 52 ex duplæ stipulatione actionem: quia non 53 interest, quo 54 genere judicii evincatur, ut mihi habere non liceat. §. 2. Duplæ stipulatio evictionem non unam continet, si quis dominium rei petierit & evicerit: sed & si Serviana actione experiatur.

XXXV. PAULUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

EVictus autem à creditore tunc videtur, cum 55 fere spes 56 habenti abscissa est: Itaque si Serviana actione evictus sit, committitur quidem stipulatio, sed quoniam soluta à 57 debitore pecunia potest servum habere, si soluto pignore venditor conveniatur, poterit uti doli exceptione.

De materia ex qua navis vel domus constat.

XXXVI. IDEM lib. XXIX ad Edictum.

NAve 58 aut 59 domu empta, singula 60 cæmenta vel tabulæ emptæ non intelleguntur: ideoque nec evictionis 61 nomine obligatur venditor quasi evicta parte 62.

An de dupla cavendum, & quomodo. 2. De emptore qui simplam pro dupla per errorem stipulatus est.

XXXVII. ULPIANUS lib. XXXII ad Edictum.

EMptori duplam promitti à venditore oportet, nisi aliud convenit 63: non 64 tamen ut satisfetur, nisi specialiter id actum proponatur; sed ut 65 repromittatur. §. 1. Quod autem diximus, *duplam promitti oportere*, sic erit accipiendum, ut non ex omni re id accipiamus, sed de his rebus, quæ pretiosiores essent: si margarita forte, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica 66, vel quid aliud non contemptibile veniat. † Per edictum 67 autem curulium etiam de servo 68 cavere venditor jubetur. §. 2. Si simplam 69 pro 70 dupla per errorem stipulatus sit emptor, re evicta, consecuturum eum ex empto Neratius ait, quanto minus stipulatus sit: si modo omnia facit emptor, quæ in stipulatione continentur: Quod si non fecit, ex empto id tantum consecuturum, ut ei promittatur, quod minus in stipulationem superiorem deductum est.

Si creditor vendiderit.

XXXVIII. IDEM lib. II Disputationum.

IN creditore, qui pignus vendidit 71, tractari potest, an re evicta vel ad hoc teneatur ex empto, ut 72 quam habet adversus debitorem actionem, eam 73 præstet: habet autem contrariam pignoratitiam 74 actionem? Et magis est, ut præstet 75: cui enim 76 non æquum videbitur, vel hoc saltem consequi emptorem, quod 77 sine dispendio creditoris futurum est?

Si minor adversus secundum emptorem restitutus sit. 1. Si servus hominem emerit, & eundem vendiderit. 2. De re à duobus empta. 3. De libero, 4. Vel statulibero vendito. 5. De usufructu.

XXXIX. JULIANUS lib. LVII Digestorum.

MInor viginti quinque annis fundum vendidit 78 Titio: eum Titius Seio: Minor se in ea venditione circumscriptum dicit; & impetrat cognitionem 79 non tantum adversus Titium, sed etiam adversus 80 Seium: Scius postulabat apud Prætorem, utilem sibi de evictione stipulationem in Titium dari 81: Ego dandam putabam. Respondi, justam rem Seius postulat: nam si 82 ei fundus prætoria cognitione ablatus fuerit, æquum erit, per eundem Prætorem & evictionem restitui. §. 1. Si servus tuus emerit hominem, & eundem vendiderit Titio, ejusque nomine duplam promiserit, & tu à venditore servi ejusdem fueris: si Titius servum petierit, & ideo victus sit, quod servus tuus in tradendo sine voluntate tua proprietatem hominis transferre non potuisset, superavit Publiciana 83 actio, & propter hoc duplæ stipulatio ei non committetur: Quare venditor quoque tuus agentem te ex stipulatu, poterit doli mali exceptione summovere. Alias autem si servus hominem emerit, & duplam stipuletur, deinde eum vendiderit, & ab emptore evictus fuerit, domino quidem adversus venditorem in solidum competit actio, emptori vero adversus dominum duntaxat de peculio. † Denunciare 84 vero de evictione emptor servo, non domino debet: ita enim evicto homine, utiliter de peculio agere poterit: sin autem servus decesserit, tunc domino denunciandum est. §. 2. Si à me bessem 85 fundi emeris, à Titio trientem 86, deinde partem dimidiam fundi à te quis petierit: si quidem ex besse, quem à me acceperas, semis petitus fuerit, Titius non tenebitur 87: Si vero triens, quem Titius tibi tradiderat, & sextans ex besse, quem à me acceperas, petitus fuerit: Titius quidem pro triente, ego pro sextante evictionem tibi præstabimus. §. 3. Pater sciens filium suum, quem in potestate habebat, ignoranti emptori vendidit 88: quæsitum est, an evictionis nomine teneatur? Respondit: Qui 89 liberum hominem sciens vel ignorans tanquam servum vendat, evictionis 90 nomine tenetur: Quare etiam pater, si filium suum tanquam servum vendiderit, evictionis nomine obligatur. §. 4. Qui statuliberum 91 tradit, nisi dixerit *eum statuliberum esse*, evictionis nomine perpetuo obligatur. §. 5. Qui servum venditum tradit, & dicit 92 *usumfructum in eo Seii esse*, cum ad Sempronium pertineat, Sempronio usumfructum petente perinde tenetur 93, ac si in tradendo dixisset, *usufructus nomine adversus Seium non teneri*: & si revera Seii usufructus fuerit, legatus autem ita, ut, cum ad Seium pertinere desisset, Sempronii esset, Sempronio usumfructum petente 94, tenebitur; Scio agente, recte defugiet.

Si venditor emptori successerit.

XL. IDEM lib. LVIII Digestorum.

SI is, qui satis à me de evictione accepit, fundum à me herede 95 legaverit, confestim fidejussores 96 liberabuntur: quia etiam si evictus fuerit ab eo cui legatus fuerat, nulla adversus fidejussores actio est.

Si venditor emerit ab emptore. Deinde ei successerit. 1. Si emptor domino servi successerit. 2. Si emptor vendiderit, & successerit emptori suo, vel eum heredem habuerit, vel utrique hereditas ad eundem reciderit.

XLI. PAULUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

SI ei, cui vendidi & duplam promisi, cum ipse eadem stipulatione mihi cavisset, heres 97 exstiterim: evicto homine, nulla parte stipulatio committitur: Neque enim mihi evinci videtur, cum vendiderim eum; neque ei, cui me promisserem præstarem: quoniam parum commode dicar ipse 98 mihi duplam præstare debere. §. 1. Item si domino servi 99 heres exstiterit emptor, quoniam evinci ei non potest, nec ipse sibi videtur evincere, non committitur duplæ stipulatio. His igitur casibus ex 100 empto agendum erit. §. 2. Si is qui fundum emerit, & satis de evictione acceperit, [&] eundem fundum vendiderit, emptori suo heres exstiterit 1; vel ex contrario 2, emptor venditori heres exstiterit: an evicto fundo, cum 3 fidejussoribus agere possit quæritur? Existimo autem, utroque casu fidejussores teneri: quoniam & cum debitor creditori suo heres exstiterit, ratio 4 quædam inter heredem, & hereditatem ponitur: & intelligitur major 5 hereditas ad debitorem pervenire, quasi soluta pecunia, quæ debebatur hereditati: & per hoc minus in bonis heredis esse: Et ex contrario, cum creditor debitori suo exstitit heres, minus in hereditate habere videtur, tanquam ipsa hereditas heredi solveritur. Sive ergo is qui de evictione satis acceperat, emptori cui ipse vendiderat, sive emptor venditori suo heres exstiterit, fidejussores tenebuntur: &, si ad eundem venditoris & emptoris hereditas reciderit, agi cum fidejussoribus poterit.

De partu ancillæ.

XLII. PAULUS lib. LIII ad Edictum.

SI prægnans 6 ancilla vendita & tradita sit, evicto partu, venditor non potest de evictione 7 conveniri: quia 8 partus venditus non 9 est.

De vitulo post vaccæ emptionem nato.

XLIII. JULIANUS lib. LVIII Digestorum.

VAccæ emptor, si vitulus, qui post emptionem natus est, evincatur, agere ex duplæ stipulatione non potest: quia nec ipsa, nec ususfructus evincitur: Nam quod dicimus, *vitulum fructum* 10 *esse vaccæ*, non jus 11, sed 12 corpus demonstramus: sicuti prædiorum frumenta & vinum, fructum recte dicimus, cum constet, eadem hæc non 13 recte usumfructum appellari.

De scapha, & his quæ navi conjuncta sint.

XLIV. ALFENUS lib. II Digestorum à Paulo Epitomatorum.

SCapham 14 non 15 videri navis esse 16, respondit, nec quidquam conjunctum habere: nam scapham ipsam per se parvam navicularn esse: omnia autem, quæ conjuncta navi essent, veluti gubernacula, malus, antemnæ, velum 17, quasi membra 18 navis esse.

De parte fundi evicta.

XLV. IDEM lib. IV Digestorum à Paulo Epitomatorum.

QUi fundum tradiderat 19 jugerum centum, fines multo amplius 20 emptori demonstraverat: Si quid ex 21 his finibus evinceretur 22, pro bonitate 23 ejus emptori 24 præstandum ait: quamvis id quod relinqueretur, centum jugera haberet.

De usufructu. 1. De servitute. 2. De statulibero.

XLVI. AFRICANUS lib. VI Quæstionum 25.

FUndum, cujus usufructus Attii erat, mihi vendidisti, nec dixisti *usumfructum Attii esse*: hunc 26 ego Mævio, detracto usufructu tradidi 27: Attio 28 capite minuto 29, non ad me, sed ad 30 prointelligitur. *l.* 20. ff. *de usuf. & quemadm. l.* 41. ff. *de usuf. legat.* 14 De qua *l.* 3. §. 1. ff. *de rei vindic. l.* 29. §. 2. ff. *ad l. Aquil. l. ult.* ff. *de instructo*, adde *l.* 36. ff. *eod.* σκαφὴ ἐκ τοῦ σκάπτειν, ab excavando, quod prius ex ligno excavato fieret. καλάσκοπος speculatorium. Iliad. 19 *origin.* 1. 15 Navis stipatione, scapha non petitur. Est enim scapha quiddam à navi separatum. 16 Partem sc. vel membrum.

17 Quod artemon. *l.* 242 ff. *de verb. sign.* 18 *Membra res* dicuntur, quæ pars sunt ipsius rei, at non separata à re ipsa. Unde notat Baldus, Castrum, cujus separata sit jurisdictio, non esse membrum ejus civitatis, cui servitium aliquod præstet. 19 *Sub.* ex causa venditionis. 20 Multo ampliores. *Hal.* 21 *l.* 10. *C. eod.* 22 Pro diviso. 23 Ut ita loci æstimetur qualitas. *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.* 24 *l.* 3. ff. *de act. empt.* 25 V. Cuj. *6 ad African.* 26 *Sub.* fundum. 27 Ex causa venditionum. 28 *Sub.* fructuario. 29 Duabus enim capitis minutionibus maxima & media finitur usufructus. §. 3. ff. *de usufruct.* 30 Id est, ad proprietarium. v. *l.* 54. *circa medium.* ff. *de usufr.*

83 Cur ita? & quando. *l.* 31. ff. *de usucap.* Qui vincitur rei vindicatione non prohibetur Publicianam intentare. *Bart.*

84 Denunciare dicitur facti id eo. que sive denunciari potest. *Bald.*

85 Id est, duas partes

86 Id est, tertiam.

87 Quia emptor regressum habet in venditorem pro quantitate evictæ partis. *l.* 3. ff. *eod.*

88 *Subaudi*, propter egestatem contra nimiam fidem. *l.* 1. 2. *C. de patribus qui filios distrax.*

89 Evictio deberur, homine libero vendito.

90 *l.* 4. ff. *quibus ad libertat.*

91 Ut in *l.* 51. §. 1. *l.* 69. *in pr.* §. 1. §. 2. ff. *eod.*

92 Adde *l.* 7. ff. *de act. empt.*

93 *Subaudi* emptori.

94 *Subaudi* jus.

95 *l.* 41. ff. *eod.*

96 Fidejussor non est conveniendus, quoties actio principalis confusa est.

97 Confunditur actio, quotiens venditori emptor succedit.

98 Adde *l.* 11. *circa fin.* ff. *de legat.* 1.

99 *l.* 9. ff. *eod.*

100 Sæpe hoc titulo evenit, ut deficiente actione duplæ, detur actio ex empto *l.* 8. *l.* 24. *l.* 36. ff. *eod. l.* 42. ff. *eod. l.* 23. §. 1. ff. *de usucap.*

1 Et ita succedit debitor creditori. *Goth.* Vid. in hanc §. Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 9. *num.* 8. Anf.

2 Ubi successit creditor debitori.

3 *l.* 7. 18. *C. eod.*

4 Id est, compensatio.

5 Locupletior. *l.* 1. §. 18. ff. *ad leg. Falcid.*

6 Si prægnans ancilla vendita sit, & partus evictus fuerit, venditor non tenetur: nec enim partus venditus est. Idem de vitulo post venditionem nato, *ut hic.* & *l.* 43. ff. *eod. Synopf. cod. c.* 12. §. 5. ubi v. Scholiasten.

7 Cur ita? vide quæ notavi ad *l.* 41. §. 1. ff. *eod.*

8 V. *l.* 36. ff. *eod.*

9 Imo venditus esse videtur cum portio matris & viscerum fuerit. *l.* 1. §. 1. *de ventre inspiciendo.* Venditus quoque videtur ex alia ratione, quam attuli in *l.* 73. ff. *de leg.* 2.

10 Seu partem esse: quo casu petiti potest. *l.* 1. ff. *cod. l.* 49. ff. *eod.*

11 Adde *l.* 8. *in fin.* ff. *de pecu. & commodo.*

12 *Usufructus* aliud est à *fructu* ipso. Usufructus jus est, & quidam incorporeum: fructus in facto & res corporea est: fructus ipse usufructu continetur: Ita patet latius usufructus quam fructus.

13 Est ergo aliud *fructus*, aliud *usufructus*. Imo qui fructus annuos legat, fundi usumfructum legare

proprietatem usumfructum redire ait: neque [30] enim potuisse constitui usumfructum eo tempore, quo alienus esset: sed posse me venditorem te de evictione convenire: quia æquum sit, eandem causam meam esse, quæ furura esset, si tunc ususfructus alienus non fuisset. §. 1. Si per alienum [31] fundum mihi viam constitueris, evictionis nomine te obligari ait: Etenim quo casu, si per proprium constituentis fundum concessa esset via, recte constitueretur, eo casu, si per alienum concederetur, evictionis obligationem contrahit. §. 2. Cum tibi Stichum venderem, dixi, *eum statuliberum esse, sub hac conditione manumissum*, SI NAVIS EX ASIA VENERIT: is [32] autem, SI TITIUS CONSUL FACTUS FUERIT, manumissus erat: Quærebatur, si prius navis ex Asia venerit, ac post Titius consul fiat, atque ita in libertatem evictus sit, an evictionis nomine teneatur? Respondit, non teneri eum: etenim [33] dolo malo emptorem facere: cum prius exstiterit ea conditio, quam evictionis nomine exsolverit [34].

§. 3. Item, si *post biennium* [35] *liberum fore* dixi, qui post annum libertatem acceperit, & post biennium in libertate evincatur: vel decem dare jussum, *decem* quinque, & his decem datis, ad libertatem pervenerit: magis esse, ut his quoque casibus non tenear.

Si una ex duobus rebus evincatur.

XLVII. IDEM lib. VIII Quæstionum.

SI duos servos quinis [36] te emam, & eorum alter evincatur, nihil dubii tore, quin recte eo nomine ex empto acturus sim, quamvis [37] alter decem dignus sit: nec referre, separatim singulos, an simul utrumque emerim.

Si primum servitus, deinde proprietas evincatur.

XLVIII. NERATIUS lib. VI Membranarum.

CUm [fundus], UTI [38] OPTIMUS MAXIMUSQUE [EST], emptus est, & alicujus servitutis evictæ nomine aliquid emptor à venditore consecutus est, deinde totus [39] fundus evincitur: ob eam evictionem id præstari debet, quod ex [40] duplo reliquum est: nam si aliud observabimus, servitutibus aliquibus, & mox proprietate evicta, amplius duplo emptor, quam [quanti] emit [41], consequeretur.

De usufructu.

XLIX. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SI [42] ab emptore ususfructus petatur, proinde [43] is venditori denunciare debet, atque is, à quo pars [43] petitur.

De apparitore vendente.

L. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

SI [44] pignora veneant per apparitores [45] Prætoris extra [46] ordinem sententias sequentes [47], nemo unquam dixit dandam in eos actionem re evicta: sed si dolo rem viliori pretio projecerunt [48], tunc de dolo [49] actio datur adversus eos domino rei.

De injuria judicu. 1. De servo qui post mortem venditoris liber esse jussus fuerat. 2. Si venditor voluntate emptoris sepelitur in loco vendito. 3. De herede emptoris. Si servus institutus post mortem emptoris jussu heredis adierit. 4. Si plures pro evictione tenentur.

LI. IDEM lib. LXXX ad Edictum.

SI per imprudentiam [50] judicis, aut errorem, emptor rei victus est, negamus auctoris damnum esse debere: aut quid [51] refert, sordibus [52] judicis, an stultitia res perierit? injuria enim quæ fit emptori, auctorem [53] non debet contingere. §. 1. Si Titius Stichum *post mortem suam liberum* [54] *esse* jussum vendiderit, mortuo deinde eo Stichus ad libertatem pervenerit: an stipulatio de evictione interposita teneat? Et ait Julianus, committi stipulationem: Quamvis enim Titius hoc casu denunciari pro evictione non potuisset, heredi [55] tamen ejus denunciari potuisset. §. 2. Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab herede suo, voluntate emptoris, in eo sepultus [56] fuerit, actio de evictione intercidit: hoc casu enim emptor proprietatem amittet. §. 3. Non mirum autem est, ut, evicto homine, de evictione teneatur heres, quamvis [57] defunctus non similiter fuerit obstrictus: cum & aliis quibusdam casibus plenior [58] adversus heredem vel heredi competat obligatio, quam competierat defuncto: ut cum servus post mortem emptoris heres institutus est, jussuque heredis emptoris adiit hereditatem: nam actione ex empto præstare debet hereditatem, quamvis defuncto in hoc tantum fuit utilis ex empto actio, ut servus traderetur. §. 4. Si plures mihi in solidum pro evictione teneantur, deinde post evictionem cum uno fuero expertus [59], si agam cum cæteris, exceptione me esse repellendum [60], Labeo ait.

De causa ex qua stipulatio duplæ committitur.

LII. IDEM lib. LXXXI ad Edictum.

SCiendum est, nihil [61] interesse, ex qua causa duplæ stipulatio fuerit interposita, utrum ex causa emptionis, an ex alia [62], ut committi possit.

De parte fundi evicta. 1. De denunciatione.

LIII. PAULUS lib. LXXVII ad Edictum.

SI, fundo tradito, pars [63] evincatur [64], si singula jugera venierint certo pretio, tunc [65] non pro bonitate [66], sed quanti singula venierint, quæ evicta fuerint, præstandum; etiamsi ea, quæ meliora fuerunt, evicta sint. §. 1. Si, cum [67] possit emptor auctori denunciare, non [68] denunciasset; idemque victus fuisset, quoniam parum instructus esset: hoc ipso videtur dolo feciſſe, & ex stipulatu agere non potest.

De usucapione. 1. De statulibero & mendacio venditoris.

LIV. GAIUS lib. XXVIII ad Edictum provinciale.

QUi alienam rem vendidit, post [69] longi temporis [70] præscriptionem vel usucapionem desinit [71] emptori teneri de evictione. §. 1. Si heres statuliberum, qui sub conditione pecuniæ dandæ liber esse jussus est, vendiderit, & majorem pecuniam in conditione esse dixerit, quam dare ei jussus est: ex empto tenetur: si modo talis est conditio, ut ad emptorem transiret, id est, si heredi dare jussus est servus: nam si alii dare jussus, quamvis veram pecuniæ quantitatem dixerit, tamen, si non admonuerit alii dare jussum, evictionis nomine tenebitur.

De absentia emptoris. 1. De denunciatione.

LV. ULPIANUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

SI ideo contra emptorem judicatum est, *quod* [72] *defuit* [73]: non committitur stipulatio: magis enim propter absentiam victus [74] videtur [75], quam quod malam causam habuit. Quid ergo, si ille quidem, contra quem judicatum est, ad judicium non adfuit; alius autem adfuit, & causam egit: Quid dicemus? utputa accepturum quidem cum pupillo tutore auctore fuit judicium, sed [76] absente pupillo tutor causam egit, & judicatum est contra tutorem: quare non dicemus committi stipulationem [77]? etenim, actam esse causam, palam est: & satis est, ab eo, cui jus agendi fuit, causam esse actam. §. 1. Præsenti autem venditori denunciandum est: sive autem absit [78], sive præsens sit, & per [79] eum fiat, quo [80] minus denuncietur, committetur stipulatio.

Quomodo cavendum sit. 1. De compromisso. 2. De parte hominis. 3. De usucapione. 4. De denunciatione.

LVI. PAULUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

SI [81] dictum [82] fuerit vendendo, *ut* [83] *simpla promittatur*, vel [84] *triplum, aut quadruplum* [85] promitteretur, ex empto perpetua actione agi poterit: non tamen, ut vulgus [86] opinatur, etiam satisdare debet qui duplam promittit: sed sufficit nuda repromissio, nisi [87] aliud convenerit. §. 1. Si compromisero [88], & contra me data fuerit sententia, nulla [89] mihi actio de evictione danda est adversus venditorem: nulla [90] enim necessitate [91] cogente id feci. §. 2. In stipulatione duplæ, cum homo venditur, partis [92] adjectio necessaria est: quia non potest videri homo evictus, cum pars [93] ejus evicta est. §. 3. Si, cum possit usucapere emptor, non cepit, culpa [94] sua hoc feciſſe videtur: Unde, si evictus est servus, non tenetur venditor. §. 4. Si [95] præsente promissore, qui de evictione promisit, & non ignorante, procurator [96] denunciatum sit: nihilo minus promissor tenetur. §. 5. Simili modo tenetur & qui curavit, ne [97] sibi denunciari possit. §. 6. Sed & si nihil venditore faciente, emptor cognoscere, ubi esset, non [98] potuit, nihilominus committitur stipulatio. §. 7. Pupillo [99] etiam [100] sine tutoris auctoritate posse denunciari, si tutor non apparet, ex duplæ stipulatione, benignius receptum esse, Trebatius ait.

Si evincens decesserit sine successore. 1. Aut rem donaverit, legaverit ve emptori.

LVII. GAIUS lib. II ad Edictum Ædilium curulium.

HAbere [1] licere rem videtur emptor, & si is, qui emptorem in evictione rei vicerit, ante [2] ablatam [3] vel abductam rem sine [4] successore decesserit: ita [5] ut neque ad fiscum bona pervenire possint, neque privatim à creditoribus distrahi: tunc [6] enim nulla competit emptori ex stipulatu actio: quia [7] rem habere ei licet.

1. Quod cum ita est, videamus, num, & si ab eo qui vicerit donata legatave res fuerit emptori, æque dicendum sit ex stipulatu actionem non nasci? Scilicet, si antequam abduceret vel auferret, donaverit aut legaverit: alioquin semel commissa stipulatio resolvi non potest.

De re legata, LIX. ab emptore.

LVIII. JAVOLENUS lib. I ex Plautio.

HEres [8] servum non nominatim [9] legatum tradidit, & de dolo [10] repromisit: postea servus evictus est: Agere cum herede legatarius ex testamento poterit, quamvis heres alienum esse servum ignoraverit.

LIX. POMPONIUS lib. II ex Plautio.

SI res, quam à Titio emi, legata sit à me: non potest legatarius conventus à domino rei venditori [11] meo denunciare: nisi [12] cessæ ei fuerint actiones, vel quodam casu hypothecas habet.

---

30 Ususfructus eo tempore constitui non potest, quo alienus est. 31 *l.* 10. *ff. eod.* adde *l.* 25. §. 10. *ff. famil.*

32 Hic quidem mendacium est: recepta tamen non nocet emptori.

33 Venditoria falsa adseveratio, quæ nullum emptori damnum adfert, sed commodum potius, venditorem non obligat.

34 Exceperit. Cujac. *ibid.* aut *l.* 69. *ff. eod.*

35 Cujacius illo loco sic legit: *Si post annum liberum f. d. qui post biennium libertatem acceperit, in libertatem evincatur. vel. d. i. d. q. & is decem datis*, &c. adde *l.* 10. *ff. de statuliber.*

36 Hæ voces sunt *interpolatoris*, distributivè ut dixi *l.* 79. *ff. de leg.* 1. & *l.* 56. §. 2. *ff. ad leg. Falcid.*

37 Adde *l.* 42. *ff. de act. empt.*

38 His verbis, *uti optimus maximusque est*, liberum fundum veteres significabant. *l.* 75. *ff. eod. l. cum venderes.* 59. *ff. de contrab. empt. l.* 90. *l.* 126. *l.* 163. *l.* 169. *ff. de verb. sign.* Siculus Flaccus, *lib. de conditionib. agrorum.*

39 Interesse particulare confundi tur, & compensatur cum interesse totali.

40 Quod re evicta debetur. *l.* 44. *ff. de ædilitio.*

41 Duplum evictionis est, quam quanti emit emptor.

42 *Ususfructus* & *partis rei* similitudo.

43 *l.* 1. *in fi. l.* 45. *ff. eod.*

44 Si apparitores Prætoris sententias exsequentes pignora vendiderint, re evicta non tenentur: sed si dolo viliori pretio distraxerunt, dominus adversus eos de dolo actionem habet. *Synopf. eod. c.* 42.

45 Idem si per creditores, Judice permittente. *l.* 11. §. 16 *ff. de act. empt.*

46 Officio Judicis fit executio sententiæ: Item causa executionis sententiæ est extraordinaria. *l.* 75. *in fin. ff. de judiciis.*

47 ἀκολούθους, *Synopf. al.* exsequentes. vid. *l. ult.* §. 3. *ff. quod metus causa.* Officiales non obligari ex contractu, sub nomine officii sui habito; hinc colligit. *Bald.*

48 V. *l.* 36. §. 1. *ff. mandati.* Projicere rem videtur, qui eam minoris vendit quam valeat. Multi sunt qui non donant sed projiciunt Seneca *Epistola* 121. Beneficia magis projicimus quam damus. Seneca *de benefic.* 1. Quædam perdidimus, quædam projecimus, Seneca 7 *de benefic.* 28. Quanquam & *projicere* est addicere.

49 Imo negotiorum gestorum. *l.* 3. §. 8. *ff. de negot.*

50 Vide *l.* 5. *ff. eod.*

51 Venditori non officit judicis sententia, errore vel dolo lata.

52 Adde *l.* 8. *l.* 15. *C. eod.*

53 Non venditorem sed judicem. *l.* 10. §. 3. *ff. de edend.*

54 V. *l.* 39. §. 3. *ff. eod.*

55 Evictionis actio potest incipere ab herede. *Bald.* adde *l.* 5. *ff. eod.*

56 Hoc casu non committitur duplæ stipulatio. adde *l.* 21. *ff. eod.*

57 *l.* 84. *ff. ad l. Falcid.*

58 Actio potest augeri in persona heredis. *Bald.* Heres his casibus alio jure est quam defunctus.

59 Vel petiero. *l.* 2. *ff. de duobus reis.* vel totam rem cum eo in judicium deduxero. *l.* 31. §. 1. *ff. de novationibus.*

60 Imo nisi mihi ab uno solutum fuerit, adversus alios reliquam partem petam. *l.* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1.

61 Evictionis stipulatio non solum in contractu venditionis, sed etiam in aliis contractibus obtinet.

62 Dotis, donationis: dixi ad *l.* 1. *C. de jure dotium.* ex aliis causis est obligatio evictionis nomine, etiam sine stipulatione, veluti ex permutatione, vel ex datione facta sub lege remunerationis, ex datione in solutum, adjudicatione, articulo *do ut facias*, investitura feudi. Cujac. ad *l.* 24. *ff. eod* & *ad African.*

63 Non pro indiviso. *l.* 1. *ff. eod.*

64 *Subaudi*, distinguendum est. Nam si singula, &c.

65 Evicta parte ubi certum pretium est, non ejus bonitas sed pretium spectatur.

66 Totus.

67 Evictionem non denuncians emptori venditor, cum possit denunciare, evictionis postea non agit. Protestationem scienter omittens, præsumitur esse in dolo.

68 *l.* 8. *l.* 20. *C. eod. l.* 1. *in fin. C. de periculo.* adde *l.* 55. *in pr. l.* 59. *l.* 63 *ff. eod.*

69 *l.* 19. *C. eod. l.* 47. *in fin. ff. mandati. l.* 60 *ff. de solut. l.* 2. *C. de reb. alien.*

70 Evictionis non agit, qui rem præscripsit, vel usu cepit.

71 Cur? emptor rei emptæ usucapione vel præscriptione, dominus ejus factus est.

72 Evictionis non agit emptor, qui ob suam contumaciam damnatus est.

73 Vide *l.* 53. *in fin. ff. eod.*

74 Evictus. *Hinc lotand.*

75 Hinc colligit Alciat. 3 *præsumpt.* 2. Sententiam latam contra absentem præsumi potius latam ratione contumaciæ, quam quod malam causam habuerit. adde *l.* 8. §. 14. *ff. de ineff.* Nec enim de delicto tunc vere constare. neminem præterea ex sententia contumaciæ infamem fieri: eam duntaxat partem instrumenti, quæ improbata sit, recusari: hujusmodi sententiam non parere præjudicium inter easdem personas ait. *l.* 2. §. 1. *ff. de jure fisci.*

76 Tutor judicio cœpto cum pupillo, solus, ad per se, sine ipso pupillo interesse potest.

77 Ut sic sufficiat litem à pupillo auctoritate tutoris semel inceptam. *l.* 1. §. 2. *ff. de administr. tutor.*

78 In alia provincia, *l. ult. C. de præscript. long. temp.* vel longo itinere.

79 *Denunciatum* ei videtur, cui & absenti, & fugienti denunciatum est: hoc est, qui effecit, ne ei denunciaretur. Quid? absenti venditori quæstio amodum denunciare possumus? si ad domum ei denunciatum fuerit, *l.* 4. §. *ult. ff. de damno.* emptor neque molestiis fatigandus, *l.* 3. *in fin. ff. de testibus.* neque à suis negotiis avocandus est. *l. sed si quis ex fignatoribus* 7 *ff. test. quemadmodum aperiantur.*

80 *l.* 56. §. 5. *ff. eod.*

81 Non hoc vult simpliciter Paulus, si in vendendo dictum sit ut duplum promittatur, in id agi posse actione ex empto (id enim nimis notum est) sed hoc casu perpetuam esse actionem ex empto quæ perpetua non est, si citra conventionem, & sola ædilitii edicti potestate, *l.* 31. §. *quia assidua. ff. de ædilitio.* competat: quod hujus legis quoque inscriptio confirmat, adde Antonium Fabr. 2 *conjectur.* 3.

82 Per pactum in continenti adjectum. *Rey.*

83 Ut dupla promittatur, non simpla. Cujac. 11 *observ.* 4. *arg. l.* 5. *ff. de jure fisc.* Goth. Dissentit Anton. Fab. 2 *conj.* 3. Ans.

84 Adde *l.* 74. *ff. eod.* ut duplum vel triplum, aut quadruplum promitteretur. Anton. Fab. 2 *conjectur.* 3.

85 Supra quadruplum pœnam promittere nemo potest: quemadmodum nec ultra quadruplum ulla actio extenditur. §. *omnes. Inst. de act.* forte quod nimia sit affectio, quæ quid supra quadruplum consequi velit: Nam adfectionibus tam immodicis non est indulgendum, quas legislator, quantum potest, coërcere solet, *l. penult. ff. ad exhibend. l.* 40. *ff. de damno.* adde tamen quæ scripsi ad *l.* 44. *ff. de act. empt.*

86 *l.* 4. *ff. eod. quam vid.* Imperitis non credendum. Sapiens non it, qua populus. *Seneca:*

87 *l.* 4. *ff. eod.* hinc colligo, Simpliciter obligatum ad promittendum, non teneri ad latisfandum. *Bald.*

88 An id habet locum in eo, qui compromisit in judicem non suum? vide Romanum *singul.* 11.

89 Evictionis non agit adversus venditorem emptor, qui cum apud arbitrum compromiserit, sententia ejus victus fuerit, *ut hic.* Cur ita? Quia talis sententia non meretur executionem, nisi voluntate emptoris.

90 Evictionis agit qui necessitate cogitur compromittere, at non qui voluntarie compromisit.

91 Facit *l.* 17. *C. eod.* Quia hujusmodi sententia non meretur executionem præcise, sed causative: *si venditor sc. non vult pœnam solvere.* Bald.

92 Evicta parte rei, non agitur actione ex stipulatu, nisi hoc actum sit.

93 Imo, cum pars evincitur, stipulatio committitur. *l.* 34. §. 1. *ff. eod.*

94 Emptor culpa sua omittens usucapiendi occasionem, omittit quoque beneficium regrediendi in venditorem, hoc est jus agendi ex evictione.

95 Procuratori soli etiam denunciari evictio potest præsente ipso domino.

96 Sufficit ergo citationis in libello dici, venditorem domi suæ quæsitum vicinis adhibitis & testatis. *Bart.*

97 Evictionis admonitus intelligitur, qui fuga aut absentia sua effecit ne evictionis admoneretur.

98 *l.* 55. *in fin. ff. eod.* vide Socinum, *regula* 438.

99 Hæc verba arguunt emptorem non fuisse negligentem, sed diligentem, & bona fide fuisse versatum.

100 Evictio pupillo denunciari potest etiam sine tutoris auctoritate: si modo tutor non appareat.

1 Quia denuncians certat de damno vitando, jureque suo conservando. Esset præterea periculum in mora. An id receptum favore pupilli? ait Accursius, negat Molinæus, *num.* 309. *tract. de usur.* quin sufficere, ut amicis & cognatis pupilli denuncietur. *arg. l.* 22. *ff. ex quib. caus. major. l.* 5. §. 1. *ff. quib. ex caus. in poss. l.* 5. §. 2. *ff. quod vi, aut clam. l. penult. in fin. C. de non num. pecun. l.* 21. §. 1. *l.* 35. *ff. eod.*

2 Non dicitur res evicta per solam sententiam, sed per ejus executionem.

3 Evicta res emptori non videtur, nisi ablata sit ei possessio rei. Unde notant, sola sententia possessionem non amitti, sed ipsa tantum executione.

4 Potest quis sine successore decedere. *l.* 1. §. 14. *vers. plane. ff. depositi. l.* 95. §. 1. *in fin ff. de solutionibus.*

5 Paria sunt, sententiam non esse latam, vel ita latam esse, ut executioni mandari non possit.

6 Evicta re, stipulatio *rem habere licere* non statim committitur, sed tum demum, cum emptori habere non licuerit.

7 Hinc colligit Bartolus, Eum culpa feciſſe videri, qui minus subtiliter de jure sui auctoris inquisivit.

8 Evictionis an & quando teneatur heres legatario. vide *l. cum alienam.* 10. *C. de legat.*

9 Generis legato debetur evictio. *Ital Inst.*

10 An furtis noxiisque solutum. *v. l.* 45. §. 1. *ff. de legat* 1.

11 Auctori: Auctori auctoris nemo potest denunciare, nisi habeat jura cessa: debet enim denunciatio certo ordine fieri. *Bald.*

12 Quid? heres teneturne jura cedere legatario? Accursius negat: Guido Suzarius aut. *arg. l. in creditore.* 38. *ff. eod.* & *C. creditorem evict. pign.*

Si dictum non sit, quantum pro evictione præstabitur.

LX. JAVOLENUS lib. II ex Plautio.

SI in venditione dictum non sit, quantum venditorem pro evictione præstare [13] oporteat: nihil venditor præstabit, præter simplam evictionis nomine, & ex natura ex empto actionis hoc, quod interest [14].

Si venditor voluntate primi emptoris secundo tradiderit.

LXI. MARCELLUS lib. VIII Digestorum.

SI, quod à te emi, & Titio vendidi, voluntate mea [Titio] tradideris [15]: de evictione te mihi teneri, sicuti [16] si acceptam rem tradidissem, placet.

De re vendita possessori. 1. De pluribus heredibus venditoru. 2. De usufructu.

LXII. CELSUS lib. XXVII Digestorum.

SI rem, quæ apud te esset, vendidissem tibi: quia pro [17] tradita habetur, evictionis nomine me obligari placet. §. 1. Si ei, qui [mihi] vendidit, plures [18] heredes exstiterunt: una [19] de evictione obligatio est, omnibusque denunciari, & [20] omnes defendere debent: si de industria non venerint in judicium, unus tamen ex his liti substitit [21], propter denunciationis vigorem [22], & prædictam absentiam, omnibus vincit [23] aut vincitur; rectèque cum cæteris agam, quod evictionis nomine victi sint.

§. 2. Si fundum, in quo usufructus Titii erat, [qui ei relictus est] *quoad* [24] *vivet*, detracto usufructu ignoranti mihi vendideris, & Titius capite deminutus fuerit; & aget Titius, jus sibi esse utendi fruendi: competit mihi adversus te ex stipulatione de evictione actio: quippe si verum erat, quod mihi dixisses in venditione, rectè negarem, Titio jus esse utendi fruendi.

De denunciatione remissa. 1. Si emptor victus non appellavit. 2. Si appellavit & præscriptione submotus est.

LXIII. MODESTINUS lib. V Responsorum.

HErennius Modestinus respondit, non obesse ex empto agenti, quod denunciatio pro evictione interposita non esset, si pacto [25] ei remissa esset denunciandi necessitas. §. 1. Gaia Seia fundum à Lucio Titio emerat, & quæstione mota fisci nomine, auctorem laudaverat [26], & evictione secuta fundus ablatus, & fisco adjudicatus est, venditore præsente: Quæritur, cum emptrix non [27] provocaverat, an venditorem poterit convenire? Herennius Modestinus respondit, sive quod alienus fuit, cum veniret, sive quod tunc obligatus, evictus est, nihil proponi, cur emptrici adversus venditorem actio non competat. §. 2. Herennius Modestinus respondit: Si emptor appellavit, & bonam causam vitio [28] suo ex præscriptione perdidit, ad auctorem reverti non potest.

De decremento, 1. Vel augmento, 2. Vel decremento & augmento fundi venditi. 3. De evictione partis pro diviso. 4. Si is tradat, qui rem habet pro indiviso.

LXIV. PAPINIANUS lib. VII Quæstionum.

EX mille jugeribus traditis ducenta flumen abstulit: si postea pro [29] indiviso ducenta [30] evincantur, duplæ stipulatio pro parte quinta, non quarta, præstabitur: nam quod periit [31], damnum emptori, non venditori attulit. si totus fundus, quem flumen deminuerat, evictus sit, jure [32] non deminuetur evictionis obligatio: non magis, quam si incuria fundus, aut servus traditus, deterior factus sit: nam & è contrario non [33] augetur quantitas [34] evictionis, si res melior fuerit effecta. §. 1. Quod si modo terræ integro, qui fuerat traditus, ducenta jugera per allu-vionem [35] accesserunt, ac postea pro indiviso, pars quinta totius evicta sit, perinde pars quinta præstabitur, ac si sola ducenta de illis mille jugeribus, quæ tradita sunt, fuissent evicta: quia alluvionis periculum non præstat venditor. §. 2. Quæsitum est, si mille jugeribus traditis, perissent ducenta, mox alluvio per aliam partem fundi ducenta attulisset, ac postea pro indiviso quinta pars evicta esset: pro qua parte auctor teneretur? Dixi, consequens esse superioribus, ut neque pars quinta mille jugerum, neque quarta debeatur evictionis nomine: sed perinde teneatur auctor, ac si de octingentis illis residuis sola centum sexaginta fuissent evicta: nam reliqua quadraginta, quæ universo fundo decesserunt, pro rata novæ regionis esse intelligi. §. 3. Cæterum cum pro diviso pars [36] aliqua fundi evincitur, tametsi certus numerus jugerum traditus sit, tamen non pro modo, sed pro bonitate regionis præstatur evictio. §. 4. Qui unum jugerum pro indiviso solum habuit, tradidit: secundum omnium sententias non totum dominium transtulit, sed partem [37] dimidiam jugeri: quemadmodum si locum certum, aut fundum similiter tradidisset.

De venditione rei hereditariæ pignoratæ.

LXV. IDEM lib. VIII Quæstionum.

REm hereditariam pignori obligatam heredes [38] vendiderunt, & evictionis nomine pro partibus hereditariis spoponderunt: cum alter pignus pro parte sua liberasset, rem creditor evicit: Quærebatur, an uterque heredum conveniri [39] possit [40]? Idque placebat, propter indivisam [41] pignoris causam. nec remedio locus esse videbatur, ut per doli exceptionem actiones [42] ei, qui pecuniam creditori dedit, præstarentur [43]: quia non [44] duo rei facti proponerentur. sed familiæ [45] erciscundæ [46] judicium eo nomine utile est: nam quid interest, unus ex heredibus in totum liberaverit pignus, an vero pro sua duntaxat portione, cum coheredis negligentia damnosa non debet esse alteri?

Qua actione debet agere emptor, ut committatur evictionis stipulatio. 1. De restitutione in integrum. 2. Si primus emptor à secundo procurator datus, litis æstimationem solvit. 3. De divisione hereditatis.

LXVI. IDEM lib. XXVIII Quæstionum.

SI, cum venditor admonuisset emptorem, ut Publiciana potius, vel ea actione, quæ de [47] fundo vectigali proposita est, experiretur, emptor id facere supersedit [48], omnimodo nocebit ei dolus suus, nec committitur stipulatio. Non idem in Serviana quoque actione probari potest: hæc enim etsi in [49] rem actio est, nudam [50] tamen possessionem avocat, & soluta pecunia venditori, dissolvitur: unde fit, ut emptori suo nomine non competat.

§. 1. Si is, qui Reipublicæ causa afuit, fundum petat, utilis [51] possessori pro evictione competit actio. † Item, si privatus à milite petat, eadem [52] æquitas est emptori restituendæ pro evictione actionis. §. 2. Si secundus emptor venditorem eundemque emptorem ad litem hominis dederit procuratorem, & non restituto eo damnatio fuerit secuta: quodcunque [53] ex causa judicati præstiterit procurator, ut in rem suam datus, ex stipulatu consequi non poterit. sed quia damnum evictionis ad personam perti nuit emptoris, qui mandati judicio nihil percepturus est, non inutiliter ad percipiendam [54] litis æstimationem agetur ex vendito.

§. 3. Divisione [55] inter coheredes facta, si procurator [56] absentis interfuit, & dominus ratam habuit, evictis prædiis in dominum actio dabitur, quæ daretur in eum qui negotium absentis gessit, ut, quanti [57] sua interest, actor consequatur: scilicet ut melioris, aut deterioris [58] agri facti causa, finem [59] pretii, quo fuerat tempore divisionis æstimatus, deminuat vel excedat.

Si venditor rem evictam offerat emptori.

LXVII. IDEM lib. X Responsorum.

EMptori [60] post evictionem servi, quem dominus abduxit, venditor eundem servum post tempus offerendo, quo minus præstet quod [61] emptoris interest, non recte defenditur.

Si creditor vendiderit. 1. De delegatione.

LXVIII. IDEM lib. XI Responsorum.

CUm [62] ea conditione pignus distrahitur, *ne quid evictione secuta creditor præstet*; quamvis [63] pretium emptor non solverit, sed venditori caverit, evictione secuta [64] nullam emptor exceptionem habebit, quo minus pretium solvat. §. 1. Creditor, qui [65] pro pecunia nomen debitoris per delegationem [66] sequi maluit, evictis pignoribus [67], quæ prior creditor accepit, nullam actionem cum eo qui liberatus est, habebit.

De causa libertatis excepta. 6. Si modus fundi dictus desit.

LXIX. SCÆVOLA lib. II Quæstionum.

QUi *libertatis causam* excepit [68] in venditione, sive jam tunc [69], cum traderetur, liber homo fuerit, sive conditione, quæ testamento proposita fuerit, impleta ad libertatem pervenerit, non tenebitur evictionis nomine. §. 1. Qui autem in testamento [70] *statuliberum* dicit, intellegetur hanc speciem duntaxat [71] libertatis excipere, quæ ex testamento impleta conditione ex præterito possit obtingere: & ideo si præsens testamento libertas data fuerit, & venditor statuliberum pronunciavit, evictionis nomine tenetur.

§. 2. Rursus qui statuliberum tradit, si [72] certam conditionem pronunciaverit, sub qua dicit ei libertatem datam, deteriorem conditionem suam feciße existimabitur: quia non omnem causam statutæ libertatis, sed eam duntaxat quam pronunciaverit, excepisse videbitur: veluti [73] si [quis] hominem dixerit *decem dare jussum*, isque post annum ad libertatem pervenerit, quia hoc modo libertas data fuerit, STICHUS POST ANNUM LIBER ESTO, evictionis obligatione tenebitur. §. 3. Quid ergo? qui jussum *decem dare* pronunciat [74] viginti dare debere, nonne in conditionem [75] mentitur? Verum est, hunc quoque in conditionem mentiri: & ideo quidam existimaverunt, hoc quoque casu evictionis stipulationem contrahi: Sed auctoritas Servii prævaluit, existimantis hoc casu ex empto actionem esse: videlicet quia putabat eum, qui pronunciasset *servum viginti dare jussum*, conditionem excepisse quæ esset in dando.

§. 4. Servus *rationibus redditis* [76], *liber esse jussus est*: hunc heres tradidit, & dixit *centum dare jussum*: Si 77 nulla reliqua sunt [78], quæ servus dare debeat, & per hoc, adita [79] hereditate, liber factus est, obligatio evictionis contrahitur: eo quod liber homo, tanquam [80] statuliber, traditur: Si centum in reliquis habet, potest videri heres non esse mentitus: quoniam rationes [81] reddere jussus, intelligitur summam pecuniæ, quæ ex reliquis colligitur, jussus dare: Cui consequens est, ut, si minus quam centum in reliquis habuerit, veluti sola quinquaginta, ut, cum eam pecuniam dederit, ad libertatem pervenerit, de reliquis quinquaginta actio ex empto competat. §. 5. Sed & si quis in venditione *statuliberum* perfusorie [82] dixerit, conditionem autem libertatis celaverit [83], empti judicio tenebitur, si id nescierit emptor: hic enim exprimitur, eum, qui dixerit statuliberum & nullam conditionem pronunciaverit, evictionis quidem nomine non teneri, si conditione impleta servus ad libertatem pervenerit: sed empti [84] judicio teneri, si modo conditionem, quam sciebat propositam esse, celavit: sicuti [85] qui fundum tradit, &, cum sciat certam servitutem deberi, perfusorie [86] dixerit, ITINERA [87] ACTUS, QUIBUS SUNT, UTIQUE SUNT [88], RECTE RECIPITUR, evictionis quidem nomine se liberat, sed quia decepit [89] emptorem, empti [90] judicio tenetur. §. 6. In fundo vendito cum modus [91] pronunciatus deest, sumitur portio [92] ex pretio: quod totum colligendum est ex omnibus jugeribus dictis.

Quid

---

13 Si in venditione dictum non sit, quantum præstare debeas, nihil præstabis emptori præter simplum, & si quid præterea interest, *ut hic*. Quid, si præstiquam præstari quidquam oporteat, quæratur, quid promittere debeat venditor? Dicemus promittere duplam debere, *l.* 2. *ff. eod. l.* 31. § *quia assidua. ff. de admin. tutor.* si modo aut res pretiosa aut mancipium sit venditum. *l.* 37. *ff. eod.* Ita male Accursius putat simplum præstari, si hoc actum sit, aut si certa scientia omissa sit, duplæ stipulatio. Sed & si male, qui hanc legem ad res viliores transferunt: Nam in rebus pretiosissimis; si in vendendo nihil dictum sit, simpla tantum præstatur, *ut hic*. antequam res evincatur agi potest, ut dupla promittatur. *d. l.* 2. *ff. eod.* Quid, si triplum aut quadruplum fuerit stipulatus? vide *l.* 56. *ff. eod.*

14 *l.* 70. *ff. eod.*

15 *l.* 33. *ff. de solutionibus.*

16 Ficta traditio eandem vim habet cum vera.

17 §. 44. *Inst. de rer. divis. l.* 77. *ff. de rei vindic. l.* 9. §. 2. *ff. de Publiciana. l.* 21. *in fin. ff. de acquir. rer. l.* 3. §. 20. *ff. de acquir. possess.*

18 *l.* 4. *in princ. ff. de verb. oblig.*

19 Eaque in solidum. *l.* 85. §. 5. *l.* 139. *ff. de verb. oblig.*

20 *l.* 85. §. 5. *ff. de verb. oblig.* Stipulatio adversus plures committitur ex mora, vel facto unius, quoties causa indivisa est.

21 *Subsistere liti* quid, dixi ad *l.* 29. *ff. eod. & ad d. l.* 139. *de verb. oblig.*

22 Quæ singulos in solidum stringit.

23 Denunciatio facit, ut, qui sunt absentes, habeantur præsentes. *Baldus.*

24 Si alicui relictus est ususfructus sub hac conditione, *quoad vivet*, licet is capite minuatur, tamen ususfructus redintegratur, quia dictio, *quoad*, repeti facit, *l.* 3. §. 1. *ff. quibus modis ususfructus.* Bald.

25 Evictionis venditori denunciandæ onus ac necessitas emptori pacto remitti potest ab ipso venditore: cujusmodi pactum satis usitatum & frequens in contractibus commemorat Baldus.

26 Nominaverat, citaverat, interpellaverat. Auctorem laudare, Galli, *sommer son fon garand.*

27 Emptor præsente venditore sisperatus judicis sententia, non cogitur tamen appellare. *Bald.* Quid ita? Sententia in dubio juste præsumitur lata. vide Socin. *reg.* 362. cogitur supra appellationem ipsam insticutam exequi. *Goth.* De emptore num appellare teneatur, v. Specul. *de Appellat.* §. 1. *vers. sed numquid emptor.* Anf. 28 Vide *l.* 21. *ff. eod. l.* 66. *ff. eod.*

29 Pars pro indiviso est, quæ nullis finibus est circumscripta: pro diviso, circumscripta est. §. 3. *ff. eod.* 30 Et sic pars evincitur. 31 *l.* 70. *in fin. ff. eod. l.* 45. *in princ. ff. de act. empt.*

32 *Sub.* stricto. 33 Imo augetur. *l.* 70. *ff. eod.* Augetur actione ex empto, *d. l.* 70. non si dupla ex stipulatione, quæ stricti juris est, promissa sit, *ut hic.* 34 Id est, dupla. 35 V. *l.* 15. *ff. eod.* 36 V. *l.* 1. *ff. eod.* 37 Ad se pertinentem, non ad socium. 38 Duo sc. 39 In individuis licet obligatio generaliter competit in solidum, non tamen propterea dicuntur duo rei debendi *Bald.*

40 *Sub.* in solidum pro evictione. 41 *l.* 1. *l.* 2. *C. si unus ex pluribus.* 42 Agens de evictione, non cogitur jura præstare. *Bald.* 43 Actione ex empto. 44 Licet duo pluresve rei, quæ individua sit, nomine tenentur in solidum, non tamen dicuntur duo rei debendi: nec beneficio correis debendi dato fruuntur. *Bald.* 45 *l.* 25. §. 15. *ff. familiæ.* 46 Familiæ erciscundæ judicium inducitur negligentia coheredis. 47 V. *ff. si ager vectigalis vel emphyteuticarius.*

48 *l.* 63. *in fin. ff. eod.*

49 V. *l.* 1. *C. ubi in rem actio. l.* 17. *ff. de pignorib.*

50 Hypothecaria actione nudam possessionem rei revocamus: Quod agentibus hypothecaria notatu dignum est. *v. l.* 19. *in fin. ff. de pignorib.*

51 De utili etiam proponitur *l.* 39. *ff. eod.*

52 Evictionis agi potest, rescissa præscriptione per in integrum restitutionem.

53 Evictionis non agitur, ubi neque res, neque ejus æstimatio abest.

54 *l.* 21. §. 2 *ff. eod.*

55 *Divisio* est distributio partium, quæ fit communitis partibus: Divisione fit permutatio: non fit divisio sine permutatione. Permutatio comparata ad exemplum actionis ex empto. Igitur bonæ fidei.

56 *l.* 67. *ff. de procuratorib. l.* 13. §. 25. *ff. de act. empt.* Ex divisione facta cum gestum cujus factum ratum habetur, datur evictio. *Bald.*

57 *l.* 70. *ff. eod.*

58 Evictionis agit emptor actione ex empto, etiamsi postea per venditorem res evicta ei offertur, omisso eo quod ejus interfit. Sece, si id quod ejus interfit offeretur.

59 Id est, quantitatem pretii.

60 V. *l.* 70. *ff. eod.*

61 Ut in *d. l.* 70.

62 Pignus tacita hac conditione semper vendi intelligitur. *l.* 4. *ff. de heredit. vendit. l.* 30. *ff. de pignorib. l.* 11. §. 17. *ff. de act. empt.* Goth. Pro faciliori hujus l. intellectu, vide *l.* 12. §. 1. *ff. de distract. pignor.* Anf.

63 Sicut creditor pretium sibi solutum retinet ope exceptionis, ita non solutum ope actionis consequitur.

64 Evictionem qui non præstat, etiamsi res emptori evicta sit, à pretii petitione non repellitur.

65 Evictionis non agit adversus primum debitorem creditor post factam cum eo novationem, hoc est, dissolutam obligationem.

66 Quid sit delegare. v. *l.* 11. *ff. de novat.*

67 Ad emptorem enim pertinet periculum pignoris. *l.* 30. *ff. de pignorib.*

68 Id est, venditor, qui dixit se nolle teneri de evictione ob unam causam libertatis. *Accurs.*

69 Qui dicit se nolle teneri evicto servo libertatis nomine, sive servo pura vel conditionalis competebat libertas, non tenetur, *ut hic.* 70 Adde *l.* 46. §. 2. *ff. eod.* 71 Id est, conditionalem: est enim *Statusliber*, qui statutam & destinatam in tempus, vel in conditionem, libertatem habet, *l.* 1. *in pr. ff. de statuliber.* hinc & ex §. superiori constat, statuliberatus conditionalem tantum: libertate, omnem libertatem excipi: ut merito indefinitam universali æquipollere hinc appareat. 72 Certam conditionem excipiens, deteriorem suam conditionem facit. 73 Statuliber, sub conditione ita fit, *si decem dederit*: in tempus, *post annum liber esto.* Venditor superiores causas in vendendo permutans tenetur. In his casibus qui sequuntur, notanda est hæc regula: Si statuliberum non eadem conditione heres vendit, causa ejus immutabilis est, & luere se ab eo potest, simili modo ut ab herede. *l.* 9. §. 1. *ff. de statulib.* 74 Vide *l.* 10. *ff. de statulib. l.* 42. *in fin. ff. de act. empt.* 75 *Al.* in conditione. 76 Ut in *l.* 5. *l.* 6. §. *ult. l.* 13. *ff. de statulib.* 77 Conditio rationum reddendarum nihil præstat, ubi non est cujus ratio reddatur. 78 Vel si nulla administratæ ratio, nihilominus erit liber, *l.* 41. §. *penult. ff. de fideicommiss. libertatibus. l.* 26. *in fin. ff. de statulib.* idem dicendum, si heres cauferur accipere rationes. *l.* 23. *in fin. l.* 34. 1. *de statulib.* 79 Nam ante aditam hereditatem, in propriam usucapitor servitutem. *l.* 9. *in fin. ff. de statulib. l.* 55. *in fin. ff. de fideicommiss. libertatib.* 80 At enim, qui *Centum dare jussus* traditur emptori, *ut hic*, tanquam statuliber traditur. *arg. l.* 8. *l.* 10. *ff. de statulib.* 81 Rationibus reddendis obnoxius reliqua reddere quoque cogitur. *l.* 89. §. 2. *ff. de verb. sign.* 82 *Ut hic. & ff. eod.* id est, obscure, dissimulanter, non diserte, planeque dicere. *l.* 5. §. 1. *ff. quod vi, aut clam.* Hinc perfusoriæ assertiones in Sueton. *in Domitiano* dicuntur quaterve dicis causa repetitæ assertiones in liberalibus causis, perfunctoriæ, defunctoriæ, Cujac. ad *l.* 14. *ff. de excus. tutor.* 83 Suppresserit, dissimulaverit. *l.* 9. §. 1. *ff. de statuliberis.* 84 Ob mendacium, *l.* 10. *in fin. ff. de statulib.* quin & stellionatus tenetur. *d.* §. 1. 85 *Eclog.* 19. *tit.* 11. *c.* 62. 86 *Perfusorie* dicere est, cum aliqua commendatione animo commendandi nimio, at non vel negligenter, vel deceptorie, ut putat Albericus. 87 Servitutes ita nerum olim ita excipiebantur. vide Siculum Flaccum, *libr. de condit. agrorum.* adde quæ scripsi ad *l.* 17. §. 3. *ff. de servitutibus urbanorum prædiorum. l.* 39. *ff. de actionibus empt.* 88 Itinera, actus quibus sunt, ut ita sint recte recipit. *Hal.* 89 Retinendo. *l.* 39. *ff. de action. empt.* 90 *l.* 66. §. *pen. ff. de contrab. empt.*

91 *l.* 2. *ff. de act. empt.* 92 *l.* 1. *ff. eod.*

Quod præscriptis actio ex empto, re evicta.

LXX. PAULUS lib. V Quæstionum.

JUrista re, ex empto actio non [93] ad pretium duntaxat recipiendum, sed [93] ad id quod interest competit. Ergo, & si minor [94] esse cœpit, damnum emptoris [95] erit.

De dote genero emptoris evicta.

LXXI. IDEM lib. XVI Quæstionum.

PAter [96] filiæ nomine fundum [97] in dotem dedit [98]: evicto eo, an ex empto [99], vel duplæ stipulatio committatur [100], quasi pater damnum patiatur, non immerito dubitatur. Non enim, sicut mulieris [1] dos est, ita patris [2] esse dici potest [3]: nec conferre fratribus [4] cogitur dotem a se profectam, manente matrimonio. Sed videamus, ne probabilius dicatur, committi hoc quoque casu stipulationem: * intereſt [5] enim patris [6], filiam dotatam habere, & spem quandoque recipiendæ dotis: utique, si in potestate sit: Quod si emancipata est, vix poterit defendi, statim committi stipulationem, cum uno [7] casu ad eum dos regredi possit. Nunquid ergo tunc demum agere possit, cum mortua in matrimonio filia, potuit dotem repetere, si evictus fundus non esset? An & hoc casu interest patris dotatam filiam habere, ut statim convenire promissorem possit? Quod magis paterna affectio [8] inducit.

De pluribus rebus, uno instrumento interposito, venditis.

LXXII. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

CUm plures fundi specialiter nominatim uno instrumento emptionis interposito venierint, non utique alter alterius fundus pars videtur esse, sed multi fundi una emptione continentur: & quemadmodum, si quis complura mancipia uno instrumento emptionis interposito vendiderit, evictionis actio in singula capita mancipiorum spectatur: & sicut [9] aliarum quoque rerum complurium una emptio facta sit, instrumentum [10] quidem emptionis interpositum unum est, evictionum autem tot [11] actiones [sunt], quot & species rerum [sunt] quæ emptione comprehensæ sunt: ita & in proposito non utique prohibebitur emptor, evicto [12] ex his uno fundo venditorem convenire, quod una cautione emptionis complures fundos mercatus comprehenderit.

Si heres alienantu evincat.

LXXIII. PAULUS lib. VII Responsorum.

SEia fundos, Mævianum & Seianum, & cæteros doti dedit: eos fundos VII Titius, viva Seia, sine controversia possedit: post mortem deinde Seiæ, Sempronia heres Seiæ quæstionem pro prædii proprietate facere instituit: Quæro, cum Sempronia ipsa sit heres Seiæ, an jure controversiam facere possit? Paulus respondit, jure quidem proprio [13], non hereditario, Sempronium, quæ Seiæ, de qua quæritur, heres exstitit, controversiam fundorum facere posse, sed evictis prædiis, eandem Sempronium heredem Seiæ convenire posse, vel [14] exceptione doli [15] mali summoveri [posse.]

Pactum de quantitate ob evictionem danda. 1. De prætorio pignore. 2. De lite evictionis pendente. 3. De nomine vendito.

LXXIV. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.[1]

SI plus [16] vel minus, quam pretii nomine datum est, evictione secuta dari convenerit, placitum [17] custodiendum est. §. 1. Si jussu [18] judicis rei judicatæ pignus captum per Officium distrahatur, post evincatur [19], ex empto contra eum, qui pretio liberatus est [20], non quanti interest, sed de pretio duntaxat ejusque usuris, habita ratione fructuum dabitur: scilicet si hos ei cui evicit restituere non habebat necesse. §. 2. Mora [21] quæstione, interim non ad pretium restituendum, sed ad rem defendendam venditor convenire potest [22]. §. 3. Qui nomen *quale fuit* vendidit, duntaxat [23] ut sit, non ut exigi etiam aliquid possit, & dolum præstare cogitur.

De servitutibus.

LXXV. VENULEIUS lib. XVI Stipulationum.

QUod ad servitutes prædiorum attinet, si tacite [24] secutæ sunt, & vindicentur [25] ab alio, Quintus Mucius, & Sabinus existimant, venditorem ob evictionem teneri non posse: nec enim evictionis nomine quemquam teneri in eo jure, quod tacite [26] solet accedere, nisi [27] UT [28] OPTIMUS MAXIMUSQUE ESSET, traditus fuerit fundus: tunc enim liberum [29] ab omni servitute præstandum: Si [30] vero emptor petat viam vel actum, venditorem teneri non posse: nisi [31] nominatim dixerit, accessurum iter, vel actum; tunc enim teneri eum qui ita dixerit: & vera est Quinti Mucii sententia, ut qui *optimum* [32] *maximumque fundum* ita didit, liberum præstet, non etiam deberi alias servitutes: nisi hoc specialiter ab eo accessum [33] sit.

Si emptor rem habeat pro derelicto.

LXXVI. IDEM lib. XVII Stipulationum.

SI alienam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti [34] auctoritatem [35], id est [36], actionem pro evictione, placet.

---

93 Pretium defuit ab eo quod accepit.

94 Emptori res adversus venditorem est, & ad pretium recipiendum, & id quod interest, competit. *Ergo* 1. 8. 1. 60. 66. *in fin.* 1. 69. 3. *eod.* 21. *in fin.* 1. 29. *in fin.* 1. *eod.* 1. 43. *circa fin.* 3. *de actionibus emt.* 1. ult. C. *de commun. serv. tollend.* 1. 60. *in fin.* 3. *eod.* 1. 46. 3. *de auct. præst.* §. 3. *Inst. de empt.*

95 Imo non erit damnum emptoris: nec enim augetur quantitas, aut minuitur. 1. 64. 3. *eod.*

96 Puta Mævius, idemque filius emancipatus

97 Emptum sputa a Titio.

98 Sempronio genero suo.

99 *Sub.* actio.

100 Adversus Titium, & an adversus eundem Mævius agere potest?

1 Vel sicut in matrisfamilias bonis. 1. 4. 3. *de collatione bonor.*

2 A quo sit profecta. *d.* 1. 4.

3 Imo communis est & patris & filiæ. 1. 3. 3. *solut.*

4 Qui manserant in potestate *d.* 1. 4. 1. *in fin.* 3. *de dot. collat.* 1. 6. *C. de collationibus.*

5 Ubi vero non interest ullo modo, non agitur de evictione. *Bald.*

6 Ut & Reipublicæ. 1. 2. 3. *de jure dot.* 1. 1. 3. *solut.*

7 Sensus est, Filiæ emancipatæ fundum emptum a Titio cum duplæ stipulatione in dotem dedi: fundus evincitur filiæ, an statim committitur stipulatio duplæ? statim non committi videtur: quia uno tantum casu videtur dos filiæ emancipatæ data ad patrem reverti posse, *ut hic.* Verum quis ille unus casus? quoties nempe ob id divertit a marito ut maritum lucro dotis afficiat, & patrem defraudet. v. 1. 5. 3. *de divort.* videque notavi ad Ulp. 6. § 4. *Gerb.* Vide Anton. Fabr. 1 *conject.* 16. contra Gloss. hic. Anf. 8 Cujus habenda est ratio in bonæ fidei judiciis. 1. 54. 3. *mand.* 9 Sicut si. 10 Unum dicitur instrumentum, quod simul absolvitur, licet obligationes plures complectatur. *Bald.* 11 V. quæ notavi ad 1. 29. 3. *de verb. oblig.*

12 1. 46 §. 1. 3. *de solut.* 13 Ut cum extraneo succedit: idem dicendum si matri non successit. 1. 14. *C. de rei vind.* hinc colligimus, heredem ex propria persona non posse revocare contractum defuncti, *ut hic.* nisi jus heredis absolbeat factum defuncti, & sit ei derogatorium. *Bald. arg. 1. 5. in fin.* 3. *de diverf.* 14 Hoc indubitatius est. 15 *l.* 14. *in fin. C. de rei vindic.* 16 Puta triplum, quadruplum. 1. 56. 3. *eod.* 17 *l.* 23. 1. 25. *C. eod.* 18 Judicis factum censetur factum partis secundum quid, non simpliciter. *Bald.* 19 Non tenetur qui vendidit. *Eclog.* 19. *tit.* 11. *c.* 42.

20 Id est, contra eum, cui pretii solutio profuit. v. 1 13. *in fin. C. eod.* 21 Non ante 1. 3. *C. eod.* Venditor emptorem defendere tenetur, at non pretium reddere, antequam sententia sit sequuta.

22 Nisi aliud convenerit. 1. 12. *C eod.* 23 Ut 1. 4. 3. *de heredit. vel act. vend.* 24 Ut 1. 23. §. 1 3. *de servit. prad. rust.* 25 Facta servitute fundo vendito, tenetur emptor, quanto minoris, non ad interesse: nisi uti *optimus maximusque esset*, fundum vendiderit, *ut hic.*

26 Cum itaque si tacuit: nam qui vendit prædium, tacite intelligitur vendere totum ipsum quidquid hoc est libertas, sed servitutem debet, evicta servitute tum tenetur.

27 V. 1. 38. 3. *eod.* 1. 90. 1. 120. 1. 163. 1. 169 3. *de verb. sign.*

28 Libertas prædii his verbis, *uti optimus maximus*, significabatur, *ut hic.* dixi ad 1. 48. 3. *eod.* 29 V. 1. 69. §. 3. 3. *de leg.* 1. 30 Evincente servitutem itineris emptore, hoc est, petente ac vindicante ab alio rationem fundi comparati, si eam servitutem non obtineat, nihil consequitur eo nomine a venditore, nisi nominatim dixerit iter accessurum, *ut hic.* Ita ex hoc casu & superiore colligimus, Eum qui fundum simpliciter vendit, *uti is sit*, fundum illum vendere, ut, si is fundus servitutem debeat, nullo modo teneatur venditor; nisi fuerit & non admonuerit emptorem: si vero *liberum* vendit, hoc præstat, ut non alii serviat, non ut ei serviatur.

31 1. 66. 3. *de contrab. empt.* 32 *Optimum maximumque fundum* qui tradit, liberum a servitute præstat, at non dominantem: hoc non præstat, ei serviri, sed eum non servire. 33 Expressum *Hal.*

34 Cur? qui pro derelicto rem habet, eam omnino a se rejicit. 1. 63. 3. *de verb. oblig. v.* 1. 3. *pro derelicto.* 35 *Auctoritas*, est actio competens in venditorem evictionis nomine. Venditor, inquit Paulus 2 *sent.* 17. §. 1. si ejus rei, quam vendidit, dominus non sit, pretio accepto auctoritatis manebit obnoxius. & §. 3. Res empta mancipatione & traditione perfecta si evincatur auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. Hinc auctorem laudare. 1. 63. §. 1. 3. *eod.* 36 *Auctoritas*, actio pro evictione.

---

1 15 *Eclog.* 2. Emptori hæc exceptio competit adversus venditorem, 1. 1. 3. *eod.* impugnantem venditionem a se factam, vel a suo auctore.

2 Nemo ad resciendum suum factum suive procuratoris, vel sui testatoris admittitur.

3 V. 1. 17. 3. *de evictionibus.*

4 1. 14 *C. de rei vindic.* 1. 14. *C. de evict.*

5 Emptor exceptione rei venditæ uti potest, etiamsi eam possideat citra traditionem venditoris, dum tamen sine vitio.

6 Ut filius liberam peculii administrationem habens. 1. 41. §. 1. 3. *de rei vindic.* 1. 14. *C. de donat. ante nupt.*

7 Si res mea venditi fuerit minoris, quam ipse mandavi, vendita non videtur, & mihi eam petenti non obstat exceptio. *Synopf.* 19. *tit.* 2. *c.* 1. 3. *Harmenop.* 3. §. 92.

8 1. 7. §. 6. 3. *pro emptore.*

9 1. 1. 2. *C. an servus pro suo facto.*

10 Si emptor rei sibi non traditæ possessionem sine vitio nactus fuerit (id est, non vi, aut clam) exceptionem contra venditorem habebit: nisi forte venditor justam causam habeat, cur rem vindicet: quippe si justa causa subsit, & postea traditionem vindicet & exceptioni replicationem opponit. Justam autem causam habet, si convenerit ut a contractu recederetur, vel si XXV annis minor fuerit venditor, aut circumscriptus sit. *Synopf. eod. c.* 3.

11 Vindicandi. *Hal.* 12 1. 72. 3. *de rei vind.* 1. 4. §. 32. 3. *de doli mali.* 13 V. 1. 9. *in princ.* §. 1. 2. 3. 3. *de Publiciana.* 14 Exceptio rei venditæ datur successori contra successorem. Est in rem ex parte opponentis, & ejus cui opponitur. 15 Cur potius singularibus successoribus nocet factum venditoris, quam iisdem factum argentarii? 1. 9. §. 1. 3. *de edendo.*

LIBER VICESIMUSSECUNDUS.

TIT. I.

DE USURIS[1], ET FRUCTIBUS[2], ET CAUSIS[3], ET OMNIBUS ACCESSIONIBUS[4], ET MORA[5].

De modo usurarum. 1. De socio qui pecuniam invasit; vel in usus suos convertit. 2. De eo, quod debetur Judicati actione. 5. De tutore.

1. PAPINIANUS lib. II Quæstionum.

CUm judicio bonæ [6] fidei [7] disceptatur, arbitrio judicis usurarum modus ex more [8] regionis, ubi contractum est [9], constituitur [10]: ita [11] tamen, ut legi [12] non offendat. §. 1. Socius si ideo condemnandus erit, quod pecuniam communem invaserit, vel in suos usus converterit, omnimodo, etiam mora non interveniente, præstabuntur usuræ [13]. §. 2. Nec tamen judex judicii bonæ fidei recte jubebit interponi cautiones, ut, si tardius sententiæ condemnatus paruerit, futuri [14] temporis pendantur usuræ, cum in potestate sit actoris judicatum exigere. Paulus notat: Quid enim pertinet [15] ad officium judicis, post condemnationem futuri [16] temporis tractatus? §. 3. Papinianus: Circa

---

1 IV C. XXXII. 3 *Cod. Theod. ult.* Paul. 2 *sent.* 14. 23 *Eclog.* 3. 5 *extra.* 19. 3 *Harm.* 7. seu fœnore, quod pro quantitate sortis aut pretii penditur, vel ex conventione, vel officio judicis: ut usus pecuniæ diutinus usuram pariat; usura vero, usus sortis æstimatio sit, 1 60. 3. *pro socio.* 1 7. § 5. 3. *de administr.* ut enim usura ab usu, sic fœtus à fœtura, τόκος à τίκτειν dicitur; merces aut reditus, (1. 24. 3. *de præscript.* 1. 30. 3. *de adimendis.*) reditus, inquam, à tempore contractus (hinc fœnus) vel à tempore moræ in diem, quo pecunia solvitur, *id.* 40. 3. *de reb. cred.*) vel quo is reditus pecuniam æquaverit. 1. 26. §. 1. 3. *de cond. indebit.* Cujac. *C. eod.* De usuris nauticis, vide *tit. prox.* 3. *eod. Novell.* 106. supra duplum non computandis, *Novell* 138. pupillaribus, v C. LVI. legatorum, fideicommissorum, VI C. XLVII. fructibus & litium expensis, VII C. LI. usuris rei judicatæ, VII C. XXIV. fiscalibus, X C. VIII. 2 Qui terra, vite, arbore procreantur. *Fructus enim* à fruendo dicti, teste Varrone: item prædiorum, pecorum, jumentorum. huc refer 1. 8. 10. 14. 15. 25. 28. 1. 38 §. 12. 13. 14. 1. 46. 48 3. *eod.*

3 1. 3. §. 1. 1. 8. 1 38. §. 7. § 11. 3. *eod.* 1. 21. 1. 22. §. 1. 1. 37. §. 1. 3. *ad l. Aquil.* Causarum nomine hic intelligit cum ipsas causas, ex quibus ipsæ accessiones debentur, tum modum ipsarum accessionum. Quod is, qui ex administratione rerum civilium convenitur, usuras debeat, causa est, 1. 17 §. 7. 3. *eod.* quod maximas debeat, modus est, idque sit vice cujusdam pœnæ. 1. 38. 3. *de nonn.* Causæ dicuntur ex variis contractibus, vel quasi, 1. 38 3. *eod.* modus facit eas esse licitas & illicitas, 1. 29 3. *eod.* vel: *Causæ* sunt, quæ neque propriæ usuræ sunt, neque fructus: veluti partus, 1. 28. §. 1. 3. *eod.* pensiones, 1. 36. 3. *eod.* pœnæ, 1. 44. 3. *eod.* jus rei pignori dandæ, 1. *ult.* 3. *eod.* vel *Causa* est qualitas rei quæ rem ei commisit: veluti bonitas, libertas, immunitas, 1. 86. 3. *de verb. signif.* fœtuum fœtus, seu fœtus secundi. 1. 8. 3. *eod.*

4 Ut sint alluviones, consolidationes, adquisitiones servorum: est enim notandum, *accessionum* vocabulo etiam usuras comprehendi, & generaliter omnium actionum sequelas & consequentias omnes. Cujac. *hic.* 5 Huc refer 1. 3. 1 7. 1. 9. 1. 14. 1. 17. §. 3. §. 4. 1. 21. 1. 22. 1. 23. 1. 24. 1. 27. 1. 32. 3. *eod. Mora* quid sit, dicetur in 1. 14. 1. 32. 3. *eod.* 6 1. 37. 3. *eod.* 1. 13. *C. eod.* 1 38. 3. *de negot.* de judiciis bonæ fidei. vide §. 28. *Inst. de act.* 7 Quid? an non quoque usuræ statuuntur in stricti juris judiciis? in quibusdam ita habet, etiam si nihil interesset actoris. Cujac. 3. *eod.*

8 1. 37. 3. *eod.* Goth. Adde 1. 10. §. 3. 3. *mandati.* 1. 7. §. 10. 3. *de Administrat. tut.* 1. 2. *C. de usur. pupill.* Molin. *ad l. eos.* §. 1. *C. de usur. & quæst.* 76. *num.* 589. & *seq.* Pro intellectu hujus vid. Roderic. *de reditib. quæst.* 15. *num.* 27. Anf. 9 Imo ubi petitum est. 1. 22. *in fin.* 3. *de reb. cred.* 1. *ult. in fin.* 3. *de condict. tritic.* hæc verba, *ubi contractum est*, sic intellige, ubi actum est, ut solveret. *arg. l.* 21. 3. *de oblig.* 10 Etiamsi alio loco agatur. 11 Usuræ in contractibus bonæ fidei debentur ex mora: & quæ usitatæ in ipsa regione. Quid? si variis sint generis usuræ in ea regione? leviores debebuntur. 12 Legem non offendas. *Hal.* id est, statutum, 1. 29 3. *eod.* prohibitum modum usurarum. 1. 3. *in fin.* 3. *de ann. leg.* 13 Imo, usuras præstabit non quasi usuras, sed quod socii interfit moram eum non adhibuisse. 1. 60. 3. *pro socio.* 14 1. 1. *C. de sent. quæ sine certa quantitate.* 15 1. 6. §. 1. 3. *quod cujusque universitat.* 16 Imo, futuri temporis tractatus ad judicem pertinet, cum is & cautionem in futurum interponi jubere possit, 1. 7. 1. 3. 3. *si servit. vindicetur.* 1. 1. *C. de fidei. commiss.* & in usuras reum condemnare possit, quoad pecunia condemnationis soluta fuerit, 1. 1. *C. de sent. quæ sine certa quantitate.* quin usuræ peti possint ex causa judicati. 1. 13. *in fin. C. eod.*

17 Tutela finita tutor ipso jure est in mora, nisi offerat reliqua, idque omne quod ex tutelæ administratione debet, *ut hic*. Quid, si nihil debeat? ipso jure reddita censetur ratio, *l. qui liberatus 69 §. fervus. 4 ff. de exhibt.*

18 Quia hic res ipsa & solo tempore sit mora, *l. 3. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſaria non eſt.*

19 Interpretatio latior admittitur favore pupillorum.

20 Ratio tutelæ relicti potest cum judice, vel sine.

21 *l. 46 §. 3. ff. de admin. tut.*

22 Et quidem maximas: idque puniendæ tutorum licentiæ cautaeum gratuitam, integram ac abstinentem omni lucro fidem præstare debeant. *l. 38. circa fin. ff. de negotiis.*

23 Pupillum sc.

24 *Ut l. 10. ff. de negot. l. 17. §. 1. ff. commodati.*

25 Id est, admonuerit.

26 Ad moram irregularem impediendam, pecuniæ depositio necessaria est. vide *l. 19. C. eod.*

27 Oblationis sc. & depositionis, & quidem publicæ & solemnis. *l. 28. in fin. ff. de admin. tut. l. 2. l. 6. l. 19. C. hoc tit. l. ult. C. de uſur. pupillarib.*

28 Puta, ex stipulatu, *l. 38. §. 7. ff. eod.* vel condictione. *l. 31. ff. de reb. cred.*

29 *l. 2. d. l. 38. §. 7. ff. eod. d. l. 31.*

30 Post litem contestatam, reus causam, lucrum & partum præstat, etiam in obligationibus stricti juris.

31 Id est, causa, seu quod habiturus esset actor, si eo tempore quo petiit, restituta res esset, *l. 40. ff. de petit. hered. l. 20. ff. de rei vind. dict. l. 31.* fructus *ff. eod. & l. 38. §. 7. ff. eod. l. 16. §. 3. 4. ff. de pign.* 32 Quale quidque est. *Hal.* 33 Imo decimonono. *Nov. 108. in fin. proœmii.*

34 Vide *l. 2. C. de uſur. legat.* Goth. Sententiam hujus l. vid. apud Hottomannum *lib. 3 obſ. 6.* & Jacob. Butrigar. *h. l.* Anf. 35 Personali sc. nam in realibus res statim restituitur. *arg. §. 2. Inſt. de off. jud.* 36 Id est, omisso ac prætermisso, vid. Hotom. *3 obſ. 6.* 37 Quatuor sc. mensium *l. 2. C. de uſur. rei judic.* Quadrimestre enim tempus post sententiam ad solvendum reus habet, conventus actione personali, *ut hic*. Tempus judicati faciendi quatuor est mensium, a quibus currunt usuræ centesimæ. Aliud si rei vindicatione: res enim statim restituenda est. *Inſtit. de off. jud. in pr.*

38 Tantum: non ut etiam reus præstet usuras, & fructus perceptos & percipiendos, tempore judicati faciendi. 39 Mora non præcedente, Judex facile adiri non solet. 40 Evenit tamen, ut in casu nunc sequenti. 41 Rei sc. 42 Heres in solvendo legato moram non committit, quoties solutionem legatariis offert ea conditione, ut prius Falcidia detrahatur: ideoque cum in mora sit restituere fructus, quos intra judicati faciendi tempus percipere potuit, non cogitur.

43 Mora si non præcesserit judicium, reus non tenetur de fructibus percipiendis, intra tempus, quod datur judicatis: Secus, si mora præcesserit judicium. 44 Percipiendorum: nam indistincte percepti veniunt. *l. 42. ff. eod.* 45 Adstrictus est. *Hal.* 46 Id est, quatuor mensium, *ut ff. eod.* 47 *Intercapedo* Vetto, tempus interceptum: cum sc. mora est ad capiendum, Glossis διάςημα χρόνου.

48 Lucrum autem judicatus perciperet ex sententia, si fructus perceptos a die sententiæ ad finem temporis judicati faciendi suos faceret: id autem iniquissimum est. *l. 16. ff. de except. res jud.*

49 Puta in actione ex stipulatu, *l. 38. §. 7. ff. eod.* donatione, *l. 22. in fin. ff. de donat.* 50 Litis contestatæ tempus consideratur in actionibus strictæ juris, etiam si non sint arbitrariæ. 51 *Arbitraria* judicia & *bonæ fidei* differunt. vide *§ 28. 29. 30. 31. Inſt. de act.* 52 *V. l. 2. ff. eod.* 53 Id est, omnis utilitas. 54 Quadrimestre. 55 Non est. *l. 38. §. 7. ff. eod.* 56 Etiam si præcesserit mora sententiam, vel secuta lint. 57 Perceptus judicio testatoris. 58 *l. 32. ff. ad Treb..* 59 Fructus restituere cogitur rogatus *restituere quidquid supererit ex hereditate defuncti.* 60 Vox *quidquid* refertur ad sortem & usuras, rem & fructus: nihil denique excipit. 61 Hoc non addito, *meum vel tuum.*

62 Ut in *l. 18. §. pen. ff. ad Treb v. Nov. 39. & 108.* 63 Contrariorum eadem est disciplina.

64 Non animo intervertendi fidei-commissi, vel pro rata sui patrimonii. *l. 54. in princ. ff. ad Treb.*

65 Comprehenduntur. 66 *Nov. 107. c. 3.* 67 Imo ea defuncti voluntas fuisse non videtur. *d. l. 58. §. pen. ff. ad Treb.* 68 Modie definitum est, gravatum restituere id, quod illi tantum sufficeret ex hereditate defuncti, posse dodrantem ex omni causa diminuere, & quadrantem ex certis cautis. *Nov. 108. c. 1. 2.* 69 Adde *l. multi. 18. ff. de lib. & poſth.* Ratione adjecta legato, legatum augetur, *ut hic*. ut per contrarium minuitur. *l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ff. de leg. 2.* Causa & ratio declarat animum loquentis. *l. ult. ff. de hered. inſt.* 70 Hinc nota, matrem posse uni administrationem rerum committere quas filiabus reliquit. vide *Nov. 117. c. 1.* 71 Consanguineis, &, ut ante dictum est, propinquis: ut *neceſſitudo* hic nihil aliud sit quam propinquitas. 72 Præfectus prætorio suasi. *Hal.* 73 Quid, hic Pollidius potestne retinere quartam? non potest: quia nudus est minister, *l. ſi quis Titio. 17. ff. de leg. 2. l. ſi quis ad declinandum. 49. l. nulli. 28. C. de epiſc.* 74 Completa certa ætate, non ante. 75 Adde *l. 41. §. penult. ff. de leg 2.* 76 Et ita filiæ intuitu dilationem adjecerat. *l. ſi ita relictum. 43. §. 2. ff. de leg. 2.* 77 *Lubricum tutelæ* hic quid est? Mater verita, ne res filiæ suæ tutoribus filiæ committerentur, Pollidium heredem instituerat, eumque rogaverat, quidquid ex bonis ad se perveniſſet, id ut restitueret filiæ suæ: testatrix itn lubrico tutelæ fideicommissi remedium præstulerat. 78 Usuram species non recipit: In debito specierum usuræ non veniunt, nisi per vindicantem species sint in pecuniam redigendæ. 79 Moram, adde *l. 37. in fin. ff. mandati.* adde *l. 31. §. 2. ff. de negot.* 80 Debet enim commodatum esse gratuitum: ideoque ex commodati usu non debentur usuræ. 81 Vide *l. 25. C. eod.* 82 Id est, verecundia. Verecundiæ enim & pudoris habenda est ratio. *l. 15. in fin. ff. de condit. inſt.* 83 *Rem dari* qui stipulatur, proprietatem stipulatur, *Ubi autem 75. ff. de verb. obl. l. non videntur data. 167. ff. de reg jur. l. 2. C. de contr. & committenda ſtipul.* Qui *rem tradi ſtipulatur*, non proprietatem, sed possessionem stipulatur, qua ex stipulatione non ei competit certi condictio, sed actio ex stipulatu, *ut hic*. Sane hic qui rem dare, & vacuam possessionem tradere promittit, fructus & partus quoque promittit. Fructus veniunt utraque stipulatione superiore juncta, non divisa. 84 Hæc tria quæ sequuntur verba ex Glossa in contextum irrepsisse putat Hotomannus, *5 obſ. 18.* Caterum de vacua possessione, vide *l. 3. §. 1. ff. de act. empt. l. 52. in fin. ff. de verb. obl.* 85 Causa bonorum. *d. l. 52.* 86 Licet in stipulatione, *rem dari*, non veniant fructus, si tamen ei subrogetur, ac subjungatur illa stipulatio *vacuam poſſeſſionem tradi*, his duabus stipulationibus ita ei simul junctis fructuum ratio habebitur. *Bart.* atque adjecto eam vim habet, ut conjuncta faciant, quorum neutrum per se faceret. *Accurſ. & merito*: cum adjecto aliquid operari debeat. Hinc Baldus colligit, in his venditionis & emptionis verbis, *talis vendidit, dedit, & tradidit*, verbum *dedit* nihil quidquam addere.

ca 17 tutelæ restitutionem pro favore pupillorum latior 18 interpretatio 19 facta est: nemo enim ambigit hodie, sive 20 judex accipiatur in diem sententiæ, sive sine judice tutela restituatur, in eum 21 diem quo restituit usuras 22 præstari: Plane, si tutelæ judicio nolentem 23 experiri, tutor ultro 24 convenerit 25, & pecuniam obtulerit, eamque obsignatam deposuerit 26, ex eo tempore 27 non præstabit usuras.

De litis contestatione.

II. Idem lib. VI Quæstionum.

VUlgo receptum est, ut, quamvis in personam 28 actum sit, post 29 litem 30 tamen contestatam causa 31 præstetur: Cujus opinionis ratio redditur, quoniam, * quale est 32, cum petitur, tale dari debet, ac propterea post ea captos fructus, partumque editum restitui oportet.

De tempore quod condemnato datur ad ſolvendum. 2. Si quis rogetur quidquid ex bonis ſupererit, 3. Vel quidquid ad ſe perveniſſet, reſtituere. 4. De legato auri vel argenti facti.

III. Idem lib. XX 33 Quæstionum.

IN fideicommissi 34 persecutione 35, cum post judicis sententiam, moram fecisset heres, jussit Imperator Marcus Antoninus, intermisso 36 legitimo 37 tempore, quod condemnatis præstatur, ut usque ad sententiam 38 commoda fideicommissarius accipiat: Quod decretum ita accipi oportet, si ante judicis sententiam mora non intervenit: tametsi non 39 facile 40 evenire possit, ut, mora 41 non præcedente, perveniatur ad judicem: sed puta 42 legis Falcidiæ rationem interveniſſe: Cæterum si 43, antequam ad judicem perveniretur, in mora heres fuit, exinde fructuum 44 præstandorum necessitate adstrictus 45, qua tandem ratione, quoniam & sententia victus est, legitimi 46 temporis spatio fructibus liberabitur, cum ea temporis intercapedo 47 judicato dilationem dare non lucrum 48 adferre debeat? §. 1. In his quoque judiciis 49, quæ 50 non sunt arbitraria, nec 51 bonæ fidei, post 52 litem contestatam, actori causa 53 præstanda est in eum diem, quo sententia dicitur: Certe post rem judicatam tempus 54 à fructibus dependendis immune 55 est 56. §. 2. Nonnumquam evenit, ut quandoquam fructus 57 hereditatis, aut pecuniæ usura nominatim relicta non sit, nihilominus debeatur 58: utputa si 59 quis rogetur, *post mortem ſuam, quidquid 60 ex bonis 61 ſupererit 62, Titio reſtituere:* ut 63 enim ea quæ fide bona deminuta sunt 64, in causa fideicommissi non deprehenduntur 65, si pro modo cæterorum quoque bonorum deminuantur: ita, quod ex fructibus supererit, jure 66 voluntatis 67 restitui oportebit 68. §. 3. Cum Pollidius à propinqua sua heres institutus rogatus fuisset, filiæ mulieris, *quidquid ex bonis ejus ad ſe perveniſſet, cum certam ætatem puella compleſſet, reſtituere:* idque sibi [mater] ideo 69 placuisse testamento comprehendisset 70, *ne filiæ tutoribus, ſed potius neceſſitudini 71 res commendaretur:* eundemque Pollidium fundum retinere justisset, Præfectis prætorii suasi 72, fructus, qui bona fide à Pollidio ex bonis defunctæ percepti essent, restitui 73 debere 74: sive 75 quod fundum ei tantum prælegaverat 76, sive quod lubrico 77 tutelæ fideicommissi remedium mater prætulerat. §. 4. Si auro 78, vel argento facto, per fideicommissum relicto, mora intervenerit, an usurarum æstimatio facienda sit, tractari solet. Plane si materiam istam ideo relinquit, ut, ea distracta, pecunia [quæ refecta], fideicommissa solverentur, aut alimenta præstarentur, non oportere frustrationem 79 impunitam esse, responderi oportet: Quod si forte ideo relinquit, ut his vasis uteretur 80, non 81 sine rubore 82 desideraburtur usuræ: ideoque non exigentur.

De ſtipulatione rem dari, vacuamque poſſeſſionem tradi.

IV. Idem lib. XXVII Quæstionum.

SI stipulatus sis, *rem dari* 83 *vacuamque* 84 *poſſeſſionem tradi*, fructus 85 postea captos actione incerti ex stipulatu, propter 86 inseriora 87 verba, consecuturum te, ratio suadet. † An idem de partu ancillæ respondeti possit, considerandum est? Nam quod ad verba superiora 89 pertinet, sive factum rei promittendi, sive 89 effectum per traditionem dominii 90 transferendi continent, partus non continetur. Verum 91 si emptor à venditore novandi animo, ita 92 stipulatus est, factum 93 tradendi stipulatus intelligitur: quia 94 non 95 est verisimile, plus venditorem promisisse, quam judicio empti præstare compelleretur. Sed 96 tamen propter 97 illa verba *vacuamque poſſeſſionem tradi*, potest 98 dici partus 99 quoque rationem committi incerti stipulatione: etenim, ancilla tradita, partum postea editum in bonis suis reus stipulandi habere potuisset.

§. 1. Si post contractam emptionem, ante interpositam 100 stipulationem partus editus, aut aliquid per servum venditori adquisitum est, quod ex stipulatu consequi non poterit 1, judicio empti consequitur: id 2 enim quod non transfertur in causam novationis, jure pristino peti potest.

De præstatione contra bonos mores.

V. Idem lib. XXVIII Quæstionum.

GEneraliter observari convenit, bonæ fidei 3 judicium non 4 recipere præstationem, quæ contra 5 bonos mores desideretur.

De uſuris longo tempore præſtitis.

VI. Idem lib. XXIX Quæstionum.

CUm 6 de in rem verso cum herede 7 patris vel domini ageretur, & usurarum quæstio moveretur, Imperator [Antoninus] ideo 8 solvendas usuras judicavit, quod 9 eas 10 ipse dominus vel pater longo 11 tempore præstitisset 12. §. 1. Imperator quoque noster Severus filiæ Flavii Athenagoræ, cujus bona fuerant publicata, de fisco ideo numerari decies centena 13 dotis nomine jussit, quod ea patrem præstitisse dotis usuras allegasset.

De oblatione, & depoſitione pecuniæ.

VII. Idem lib. II Responsorum.

DEbitor usurarius creditori pecuniam obtulit 14, & eam, cum accipere noluisset, obsignavit, ac deposuit: Ex eo 15 die ratio non habebitur usurarum. Quod si 16 postea conventus, ut solveret, moram fecerit, nummi siteiles 17 ex eo tempore non erunt.

De fideicommiſſo, de fœtu.

VIII. Idem lib. VII Responsorum.

EQuis 18 per fideicommissum relictis, post moram fœtus quoque præstabitur ut fructus, sed fœtus secundus 19 ut 20 causa, sicut 21 partus mulieris.

De modo uſurarum. De majoribus uſuris ſolvendis, non ſolutis minoribus.

IX. Idem lib. XI Responsorum.

PEcuniæ fœnebris, intra diem certum debito non soluto, duplì 22 stipulatum, in altero tanto 23 supra 24 modum legitimæ 25 usuræ respondi non tenere: Quare pro 26 modo cujuscunque temporis, superfluo 27 detracto, stipulatio vires habebit.

§. 1. Usurarum stipulatio, quamvis 28 debitor non conveniatur, committitur: nec inutilis legitimæ usuræ stipulatio videtur sub ea 29 conditione concepta, *Si minores ad diem ſolutæ non fuerint*: non 30 enim pœna, sed 31 fœnus uberius [justa] ratione sortis promittitur. Si tamen post mortem creditoris nemo 32 fuit, cui pecunia

87 Immo, ut hæc verba interiora *vacuamque poſſeſſionem tradi* non sint apposita, si tamen *rem dari* fit promissum vacuam possessionem tradi oportere per se satis intelligitur. *l. 3. §. 1. ff. de act empt.*

88 Rem dari sc.

89 Aliud est enim promittere factum tradendi, aliud effectum dominii transferendi. *Bald.*

90 Hæc stipulatio, *rem dari*, continet, ut dominium omnimodo efficiatur stipulatoris quoquo modo. *l. 75. in fin. ff. de verb. oblig.*

91 Prima causa, id est, obligatio secundam determinat. *Bald.*

92 Id est, conjunctim, *rem dari, & tradi*, unde colligit Baldus, stipulationem *rem tradi*, interpositam ex causa emptionis, obligationem dandi non inducere, sed tradendi: & verbum, *dandi*, instrumento emptionis inseritum, tantum de datione consecutiva, *ſi tradens eſt dominus*, non de præcisa intelligi.

93 *Vacuam poſſeſſionem tradi* stipulatio uberior est, quam rem tradi, *ut hic*. Qui rem dari vel tradi stipulatus est, fructus & partus ei non debentur, nisi post litem contestatam, *lege ſi filiusfam. 78. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 38. §. ſi actionem. ff. eod.* At qui vacuam possessionem tradi stipulatur, causam etiam bonorum stipulatur, hoc est fructus & partus, *ut hic. lege in conventionalibus. 52. §. ultim. ff. de verb. obligat.* (vide tamen quæ mox dicturus sum.) Imo priore casu fructus debentur, *l. ſi fundum. 114. ff. de verb. obligat.* Verum id quod interest illa lege non sunt fructus, sed rei pretium, & si quid plus interest circa rem. 94 Interpretatio nobis ea semper est quærenda, ut nulla verba sint in contractu supervacua. Clausulæ contractus singulæ pondus suum, vimque suam obtinere debent, *l. Proculus. 19 ff. de uſufruct.* 95 Hinc illæ regulæ traduntur à Baldo: Promissio refertur ad id, quod debuit cogitari: In stipulationem id deduci videtur, quod de jure deduci debuit: Verba restringenda sunt secundum naturam contractus: Secundum jus commune, pactum est interpretandum.

96 Interpretari verba nos oportet, pro cujusque contractus conditione, sive natura: secundum jus commune: secundum id, quod fieri jure debet. *Bald.* Ita fiet, ut emptionis contractui adjectis verbis his, *dedit, vendidit, tradidit*, verbum *dandi* inutile sit: Nec enim dare cogitur venditor, nisi sit dominus. Datio consecutiva, ut loquuntur, exigitur, non præcisa. *Bald.* 97 Vide quæ scripsi *ad l. 167. ff. de reg. jur.* 98 Id est, potest tentari. Cur hoc additur? nempe quia possis etiam dicere (& quidem verius) stipulatione *vacuam poſſeſſionem tradi*, fructus non venire, *l. 3. §. 1. ff. de act. empt.* Nam & hæc lex noltra petita est ex quæstionum libris. Quæstionum autem & Disputationum libris, quæ referunt Jurisconsulti, sæpe non tam vera, quam verisimilia sunt.

99 Qui promittit *dare & tradere*, fructus quoque & partus promittit. *Bald.* 100 Animo novandi: venditore tamen moram admittente. 1 Quid ita? quia id in stipulationem nominatim non est deductum. *l. quidquid. 99. ff. de verbor. oblig.* Ita novatio stricti juris est, ut quod novandi obligationi non insit, innovatum maneat. 2 Facit *l. 18. §. 9. ff. de damno.* 3 Puta societatis, *l. 53. l. 54. ff. pro ſocio.* dic idem in pactis, *l. 6. l. 30. C. de pact.* & stipulationibus. *l. 4. C. de inutil. ſtipulat.*

4 Imo recipit. *l. 52. ff. de petit. hered.* 5 Turpes præstationes ex mora non veniunt.

6 Vide Molinæum *tractatu de uſuris. qu. 1. n. 207.* adde *l. 28. C. de pactis.* Goth. Adde Caspar. Roderic *de Reditib. quæſt. 15. num. 9.* Anf. 7 Vide *Edictum Juſtiniani. 9. cap. 3.*

8 Ex diuturna præstatione usurarum (die idem in annuo legato, *leg. 1. C. de ſidicom.*) præsumitur contracta obligatio, vel promissio facta usurarum, & sortis, *ut hic*. 9 Imo, essi certis annis usuræ, *l. 7. C. eod.* operæ præstitæ, *l. 31. ff. de operis libertor.* sed & quidvis datum fuerit, ad præstandum tamen in posterum id non obligat. *l. 28. C. de pactis.* 10 Mutetur hypothesis. Fingamus, te velut clientem Sempronio per decennium fundi Tusculani nomine obsequia præstitille: Sempronium nullo titulo niti: & tamen ex illa decennali præstatione obsequii jus feudi vindicare: num audietur? Non putat Molinæus: quem vide 1 *conſuet. §. 7. n. 21.* quia de personali præscriptione hic agitur, quæ ad realem non debet extendi, quæ tempus longius expoſcit. 11 Id est, decennii. Probatur in hunc modum debitum per diuturnam solutionem. vide tamen Socinum *reg. 82.*

12 Quolibet anno sc. & quidem separatim, nec enim probare solutas pro pluribus annis simul sufficit. *Molin. 1. conſuet. §. 7. n. 21.* Cur? quia solvens scivit se ad ea præstanda titulo legitimo & habili obligatum esse. *Bart. hic.* Est enim de in rem verso actio titulus legitimus. Porro nudum pactum, *d. l. 28.* nudus consensus, *d. l. 7.* inter privatos, *l. 30. ff. eod.* ignorantia, *d. l. 31. l. 22. §. pen. ff. de oper. libert.* tituli non sunt legitimi: Ut mirari minus oporteat, illis ex causis præstationem à præterito in futurum necessario non induci. Dices, ex inutili titulo fideicommissi, jus alimentorum triennio solutorum præscribi, *l. 1. C. de fideicommiſſ.* & merito, cum duplici favore, alimentorum sc. & testamenti, receptum id esse dici possit, ut Bartolus notavit. 13 Millia nummorum. Augustæ. *Emend. 6.* is modus fuit maximæ dotis. vide *l. 77. §. 3. ff. de cond. & demonſt.* Martialis, 2 *Epigr. 65.* Centena decies, quæ tibi dedit dotis. Idem 11 *epigr. 24. decies mihi dotis in auro ſponſa dabat.* Juvenalis Satyr. 10. *Et ritu decies centena dabuntur, Antiquo.* vide quæ notavi ad *l. 11. §. 1. C. de repudiis.* adde *Juvenalem* Satyr. 6. Senecam *de conſolat. ad* Albinum. Tacit. 11. ubi de Hortalo: alibi *ibid.* ubi de Agrippæ filia, Agrippæ filiam posthabitam decies sestertium dote solatus est. Huc refer has notas. D. DC. *dictum decies.* 14 Usuras inchoatas non impedit oblatio, consignatio, depositio. *Alber.* Goth. Vid. Johann. Zanger. *de except. part. 3. c. 2. n. 92.* Anf. 15 Vide *l. 6. l. 19. C. eod.*

16 Usuras debere incipit debitor, qui oblatam creditori sibi pecuniam subduxit. *Alber.*

17 *Steriles nummi* dicuntur, qui usuras non pariunt. vide quæ scripsi ad *l. 3. §. 4. ff. de contrahenda tutela.* 18 *l. 39. ff. cod.* alienis. 19 *l. 39. §. 1. ff. eod. l. 48. in fi. ff. de adquirend.* 20 *Cauſa & fructus* diffimilitudo. Equis enim per fideicommissum relictis, post moram fœtus primus præstatur, ut fructus: fœtus secundus, ut causa. 21 *Al.* sic &: *vel*, sic in pactum. 22 *l. 13. §. 26. ff. de act. empt.*

23 Ut sc. alterum simplum sit sortis, alterum usurarum. vide Hotom. 1. *de uſur. ult.* 24 Vide *l. 29. ff. eod.* 25 Centesimæ, *l. 40. ff. de reb. cred. l. 8. C. ſi certum.* Negat Hotom. 1 *de uſur. 7.* Legitimæ, quæ plerumque in usu sunt: olim besses, hodie ex Justiniani constitutione semisses: dixi de ea re plenius *ad l. 1. §. 3 ff. de pign.* 26 Non pro modo, &c. *Haloand.* 27 Id est, eo quod erit supra legitimam usuram: alias, ad diem usuris non solutis ittipulari majores possumus, sini tamen legitimarum, *l. 1. §. 3. ff. de pign.* usuræ sic legitimæ per inutiles non vitiantur, quemadmodum utile per inutile non vitiatur in iis, quæ separari possunt. vide *l. 20. ff. eod.* 28 *V. l. 23 ff. de obl. & act.* Goth. Adde Zanger. *de Except. d. c. 2. n. 152. & 160.* Anf. 29 *d. l. 1. §. 3.* 30 Usurarum legitimarum aliæ majores, aliæ minores: Qui minores initio stipulatus est, ac nili ex intra diem solutæ essent, majores stipulatus est, non pœnam in fraudem usurarum stipulatur, sed uberius tantum fœnus, idque legitimum. adde *l. 40. ff. de reb. cred.* 31 Pœnæ & fœnoris uberioris legitimi differentia. 32 Moram non admittit, qui non habet, aut offendit, cui solvat. *l. 17. §. 3 l. 47. ff. eod. l. 137. §. 4 ff. de verb. ſign.*

pecunia solveretur, ejus temporis inculpatam esse moram constitit: Ideo, si majores usuræ prioribus petantur, exceptio doli non inutiliter opponetur.

De Partu.

X. PAULUS lib. 11 Quæstionum.

PArtum [33] post [34] litem contestatam editum restituere possessor [35] debet: quem non deberet restituere, si, cum mater peteretur, jam natus fuisset, nisi specialiter & pro hoc egisset.

De pecunia fœneratitia ab administratore Reipublicæ, vel à tutore.

XI. IDEM lib. XXV Quæstionum.

GAius Seius, qui rem [36] publicam gerebat, fœneravit pecuniam publicam sub usuris solitis: fuit autem consuetudo, ut intra certa tempora non inlatis usuris, graviores infligerentur: quidam debitores cessaverunt in solvendis usuris, quidam plus intulerunt, & sic effectum est, ut omne, quod usurarum nomine comperebat, etiam pro his, qui cessaverant in usuris, suppleatur: Quæsitum est, an illud, quod amplius ex consuetudine pœnæ nomine à quibusdam exactum est, ipsi Seio proficere deberet, an Reipublicæ lucro cederet? Respondi, si Gaius Seius à debitoribus usuras stipulatus esset, eas solas [37] Reipublicæ præstari oportere, quæ secundum formam [38] ab his exigi solent, etiamsi omnia nomina idonea sint.

§. 1. Quid si servus [39] publicus obligationem usurarum Reipublicæ adquisiit: Æquum est, quamvis ipso jure [40] usuræ Reipublicæ debeantur, tamen pro defectis nominibus compensationem majorum usurarum fieri, si non sit parata Respublica universorum [41] debitorum fortunam suscipere. † Eadem fere in tutoribus [42] Marcellus refert.

De majoribus usuris solvendis, non solutis minoribus.

XII. IDEM lib. IV Responsorum.

SEia mutuam pecuniam accepit à Septicio: de usuris ita convenit, *Nisi sua quaque* [43] *die usuræ suprascriptæ exsolverentur, vel post* [44] *tertium mensem, tunc in majores usuras Seia teneretur: & deinceps* [45] *per singulas pensiones, si conditione data usuræ non solverentur, ea conditio observaretur, donec omnis summa debita hoc nomine exsolveretur*: Quæro an hæc verba, *& deinceps per singulas pensiones, si conditione data usuræ non solvantur, ea conditio observaretur*, eo pertineant, ut, quamvis commissa sit forte prima stipulatio, non tamen in ampliorem quantitatem usurarum conveniri possit, quam ejus pensionis nomine, quæ egressa est diem præstitutum? Paulus respondit, plures conditiones continere eam stipulationem, quæ de gravioribus usuris præstandis subjecta est, [id est,] ut per singulas pensiones conditio inspectaretur [46] non illatarum suis temporibus leviorum usurarum: & ideo posse [47] cyitari pœnam sequentium pensionum.

Si is, qui majores usuras promisit, per multos annos præstitit minores. 1. De procuratore, & negotiorum gestore.

XIII. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

QUi semisses [48] usuras promisit, per multos annos minores [49] præstitit: heres creditoris semisses petit: cum per debitorem non steterit, quo minus minores solvat. Quæro, an exceptio doli, vel pacti obstet? Respondi, si exsolvendis ex more usuris per tanta tempora mora per debitorem non fuit, posse, secundum ea quæ proponerentur, obstare exceptionem. §. 1. Quæsitum est an [50] judicio negotiorum gestorum vel mandati pro pecunia [51] otiosa [52] usuras præstare debeat, cum [53] dominus nullam pecuniam fœneravit? Respondit, si eam pecuniam positam [54] habuisset, idque ex [55] consuetudine [56] mandantis feciſset, non debere quicquam usurarum nomine præstare.

De fideicommisso. 1. De partu.

XIV. PAULUS lib. XIV Responsorum.

[RE]Spondit Paulus,] Moram [57] in solvendo fideicommisso [58] factam, partus [59] quoque ancillarum [60] restituendos.

§. 1. Heres rogatus erat, *post mortem suam sine* [61] *reditu* [62] *hereditatem restituere*: Quæsitum est, an partus ancillarum, etiam vivo herede nati, restituendi essent propter verba testamenti, quibus de reditu solo deducendo testator sensit? Paulus respondit, * ante diem fideicommissi cedentem partus ancillarum editos, fideicommisso non [63] contineri [64]. Neratius lib. 1. ita refert: eum, qui similiter rogatus esset, *ut mulierem* [65] *restituaret*, partum ejus restituere cogendum non esse: nisi tunc editus esset, cum in fideicommisso restituendo moram feciſset: Neque interesse existimo, [an] ancilla specialiter, an hereditas in fideicommisso sit.

De usuris fructuum.

XV. IDEM lib. XVI Responsorum respondit.

NEque eorum fructuum [66], qui post litem contestatam officio judicis restituendi sunt, usuras præstari oportere: neque eorum, qui prius percepti quasi malæ fidei possessori condicuntur.

De liberalitate in Rempublicam. 1. De usuris pretii rei venditæ.

XVI. IDEM lib. I Decretorum.

LIberalitatis [67] in Rempublicam factæ usuræ non exiguntur [68].

§. 1. Cum usuræ [69] pretii fundi ab eo qui à fisco emerat peterentur, & emptor negaret [70] traditam sibi possessionem, Imperator decrevit, * iniquum esse usuras ab eo [71] exigi, qui fructus non percepisset.

De pacto, ut, Si quo anno minores usuræ non solverentur, ex die pecuniæ creditæ majores præstentur. 1. De usuris per longum tempus non petitis. 2. De tacito fideicommisso. 3. Si non sit cui possit solvi. 4. De locatione. 5. De fisco. 6. De republica.

XVII. IDEM lib. singulari de Usuris.

CUm quidam caviſſet, *se quotannis quincunces* [72] *usuras præstaturum: &, si quo anno non solviſſet, tunc totius pecuniæ ex die* [73], *quo mutuatus est, semisses* [74] *soluturum*; & redditis per aliquot annos usuris, mox stipulatio commissa esset: Divus Marcus Fortunato ita rescripsit: *Præsidem provinciæ adi, qui stipulationem, de cujus iniquitate* [75] *questus es, ad modum justæ exactionis redigat* [76]. Hæc constitutio adfinitum modum [77] excedit. Quid ergo? Sic temperanda res est, ut in futurum duntaxat ex die cessationis crescat usura. §. 1. Divus Pius ita rescripsit: *Parum juste prætoritas usuras petis, quas omiſiſſe te longi temporis intervallum indicat, qui eas à debitore tuo, ut gratior* [78] *apud eum videlicet esses, petendas non putaſti.* §. 2. In tacito [79] fideicommisso omne emolumentum heredi [80] auferendum, & fisco præstandum, Divus Pius rescripsit: Ergo & usurarum [81] emolumentum auferetur heredi. §. 3. Si pupillo non habenti tutorem fideicommiſſum solvi non [82] potuit [83], non videri moram per heredem factam, Divus Pius rescripsit: Ergo nec ei debetur, qui, quod Reipub. [84] causa afuit, vel ex alia [85] causa justa impeditus, ex qua restitutio indulgetur, petere non potuit: Quid [86] enim potest imputari ei, qui solvere, etiamsi vellet, non potuit? Nec simile videri posse quod placuit, minoribus etiam in his succurri, quæ non [87] adquiſierunt: * usuræ [88] enim non [89] propter lucrum [90] petentium, sed propter moram [91] solventium infliguntur. §. 4. Ex locato qui convenitur, nisi [92] convenerit [93] *ut tardius pecuniæ illatæ usuras deberet*, non nisi [94] ex mora usuras præstare debet.

§. 5. Fiscus [95] ex suis contractibus usuras non dat; sed ipse accipit, ut solet à foricariis [96], qui tantas pecuniam inferunt, item ex vectigalibus: Cum autem in loco privati succeſſit, etiam dare solet [97]. §. 6. Si debitores, qui minores semiſſibus præstabant usuras, fisci [98] esse cœperunt [99], postquam ad fiscum transierunt, semisses [100] cogendi sunt præstare. §. 7. Eos [1], qui [2] ex administratione rerum civitatium conveniuntur, usuris obnoxios esse satis notum est. Idem observatur in operum [3] curatoribus, si pecunia apud eos remanſit. Sed in ea, quam redemptoribus [4] commiſerunt, etiamsi negligenter dederint, usura eis remittitur: Hæc autem ita sunt, si nulla fraus arguitur: alioquin etiam usuræ applicabuntur. §. 8. Si dies non sit ab his, qui statuas vel imagines [5] ponendas legaverunt, præfinitus, à Præside [6] tempus statuendum est: & nisi posuerint heredes, usuras Reipublicæ usque ad tertiam [7] centesimæ pendent [8].

De usuris pretii rei evictæ. 1. Si venditor tradita possessione decesserit.

XVIII. IDEM lib. III Responsorum.

EVictis [9] agris si initio convenit, *ut venditor pretium restitueret*, usuræ quoque post evictionem præstabuntur [10], quamvis emptor, post dominii litem inchoatam, fructus adversario restituit: nam incommodum medii temporis emptoris damnum est.

§. 1. Post traditam possessionem defuncto venditore, cui successor incertus [11] fuit, medii quoque temporis usuræ [12] pretii, quod in causa depositi non fuit, præstabuntur.

De argento, vestimento, & similibus rebus, de usufructu & proprietate. 1. De servitutibus.

XIX. GAIUS lib. VI ad legem XII tabularum.

VIdeamus, an in omnibus rebus petitis in fructus [13] quoque condemnatur possessor: Quid [14] enim, si argentum, aut vestimentum, aliamve similem rem: quid præterea, si usumfructum, aut nudam proprietatem, cum alienus ususfructus sit, petierit? * neque enim nudæ [15] proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus ullus intelligi potest; neque ususfructus rursus [16] fructus [17] eleganter computabitur: Quid [18] igitur, si nuda proprietas petita sit? Ex [19] quo perdiderit fructuarius usumfructum, æstimabuntur in petitione fructus. Item si ususfructus petitus [20] sit, Proculus ait, in fructus perceptos condemnari. Præterea Gallus Ælius putat, si vestimenta aut scyphus petita sint, in fructu hæc numeranda esse, quod locata [21] ea re, mercedis nomine capi potuerit. §. 1. Iter quoque & actus, si petitus sit, vix est, ut fructus ulli possint æstimari: nisi [22] si quis commodum in fructibus

70 Negans videtur excipere: hoc est, qui negat rem traditam, videtur objicere exceptionem rei traditæ. Interim possis colligere, non præsumi possessionem rei traditam emptori, nisi probetur.

71 *l.* 13. §. 1. ff. *de act. empt.* adde *l.* 5. *C. de pact. inter empt.*

72 *l.* 7. §. 10. *in fi.* ff. *de adminiſt. tut. l.* 15. *l.* 16 § 2. ff. *de alim. leg. Quincunces* usuræ sunt, cum ex centenis quini; seu quoties quinque in centum quotannis præstantur; *cinq pour cent*, leviores dicuntur *in d. l.* 7. modeſtæ a Perſio, *Satyr.* 5.

73 Facit *l.* 40. ff. *de reb. cred.*

74 Quæ ampliores sunt quincuncibus, semiſses usuræ, *six pour cent.* licet autem emptori eo casu stipulari, licitas tamen *l.* 8. *C. eod.* ideoque a levioribus usuris diſtinguuntur. *l.* 5. ff. *de oper. publ.*

75 Est autem iniquum, ut qui pro præterito tempore obtemperavit, pro eodem tempore pœnam patiatur, & incurrat. *Bald.* hoc iniquum fuit, ut ex die contractus usuris usuræ adcreſcerent. Si usuræ crescerent in præteritum ex die contractus, usuræ usuris adcreſcerent: usuræ usurarum hoc modo exigerentur, quod semper fuit prohibitum. *l.* 20. *C. ex quib. caus. infamia.*

76 Princeps permittit potestatı, & arbitrio judicis, quod legis est, quodque lex jam finivit satis.

77 Ad infinitum modum. *Hal.* Sed Cujac. 19 *obſ.* 5. Florentinam defendens interpretatur *ad finitum modum*, id est, ad summum modum: sic Plin 31. *c.* 3. nives præferuntur imbribus, nivibusque etiam glacies velut ad finitum coacta subtilitate. Hæc potestas judici datur. Idem 7. *ad Aſric. in explican. l.* 64. ff. *de verb. oblig.* adfinitum modum usurarum, interpretatur legibus definitum modum: ut eodem ſenſu *Varro* 7 *de lingua* dixit effinitum modum. Sed hoc vult Paulus, hanc constitutionem D. Marci excedere, id est, recedere a convento modo usurarum; *adfinitus modus* pro definito, & stipulatione comprehenſo, atque adeo non habere rationem definiti modi. 78 Ut gratioſior. *Hal.* ut sit ſenſus, qui spe futuræ gratiæ usuras non petit, eas remiſiſſe videtur. *Bald.* 79 *Tacitum fideicommiſſum* est, quoties heres suam accommodat fidem de restituenda hereditate non capaci, *l* 46 ff. *de pet. hered. v. l.* 102. ff. *de leg.* 1. 80 Et prædoni *d. l.* 46. & fraudulento *d. l.* 103. 81 Heredi sc. indigno. *l.* 18. ff. *de his quib. ut indig.* quas accepit ex contractu defuncti, vel mora heredis. *Bald.* 82 Adde *l.* 9. *in fin.* ff. *eod. l.* 6. *in fi.* ff. *de neg.* 83 Potuit tamen pecunia in ædem deponi. *l.* 7 § 2. ff. *de minoribus.*

84 Hic exæquatur *ætatis & abſentiæ* impedimentum. *Bal.* 85 Ut *l.* 1 § 2 ff. *ex quib. cauſ major.*

86 Mora regularis non committitur, ubi nullus est, qui possit debitum offerre. 87 In lucris. *l.* 7. §. 6. *l.* 44. ff. *de minor.* 88 Minor non restituitur in integrum, ut lucrum ex alterius delicto faciat. 89 Usuræ non præstantur propter lucrum, sed ex contumacia non solventis: qua cessante, cessant usuræ. 90 Principaliter sc. *Accurſ.* 91 *l.* 32. §. 2. ff. *eod.* Hinc colligit Hotom. usuras jure civili nunquam permitti, nisi ob id, quod creditoris interest, *lib.* 1. *de uſur. c.* 5. illud interesse, ex mora & interfusurio contingere *c.* 6. contra, fœnerationem ob lucrum creditoris.

92 Id est, non aliter quam si convenerit. 93 In continente, & ita usuræ debentur ex solo pacto incontinenti appoſito bonæ fidei contractui: facit *l.* 22. *C. eod.* 94 Usuræ in bonæ fidei contractibus non præstantur nisi ex mora: aute moram vero, si ita convenerit. 95 Fiscus moram committens usuras ex suis contractibus non dat, licet ipse accipiat: succedens tamen privato, usuras præstat. *l.* 43. ff. *eod.* 96 A fornicariis *vulg.* Budæus fornicarios intelligit opifices, propolas & inſtitores, qui tabernas à fisco conducunt sub foruicibus, ut ibi venales suas merces habeant. Potest tamen *forscarius* à forica, latrina publica, deduci. Hinc Juvenal. *Satyr.* 3. *Inde reverſi Conducunt foricas.* Forire namque est deonerare ventrem *vetus ſcholiaſtes ibi.* Sed nos aliquando plenius hunc locum in Commentariis explicabimus, vid. *interim* Cujac. 22 *obſ.* 34. 97 Licet sit privilegiatus, *l.* 6. ff. *de jure fiſci. v. l.* 2. *C. de his, quibus ut indign.* 98 Privilegiatus succedens non privilegiato, utitur privilegio suo in futurum tempus, non in præteritum. 99 Quia fiscus succeſſit eorum creditori. 100 Non ultra, *v. l. ult. C. de fiſcalib. uſur.* lib. 10. 1 *l. ult. in fi.* ff. *de admin. rer.*

2 Civitatum administratores usuras pecuniæ publicæ, quam apud se reliquant habent, præstant.

3 Operum publicorum curatores usuras pecuniæ publicæ, quam apud se habent, præstant.

4 Redemptoribus operum pecuniæ numerabantur ab operum curatoribus. 5 *Statuæ & imagines* ponendæ legabantur. *v. l.* 7. ff. *de oper. pub.* 7 *Trientes uſuræ sunt*, quoties quatuor in centum penduntur, *quatre pour cent.* 8 Imo non præstant. *l.* 16. ff. *eod.* 9 Id est, si evincantur prædia: Ablativum absolutum resolvi in conditionem, hinc colligit *Bald.* Quin & hoc adjiciunt, eventum conditionis moram inducere sine ulla interpellatione. adde *l. à teſtatore.* 109. ff. *de cond. & demonſt.* 10 Die interpellante pro homine. *l.* 12 *C. de contrab. ſtipul.* 11 Incertus etiam heres usuras debet. 12 V. *l.* 13. *C. de act. empt.* 13 *Fructus* appellatione continetur quidquid ex re percipitur: item pensio omnis & utiliras rei accidens. 14 Dubitandi ratio. 15 Nudæ proprietatis (quatenus nuda est proprietas) nullus est fructus. 16 Serviturisfructus constitui non potest. *l.* 33. *in fin.* ff. *de ſervitut. ruſtic.* 17 *Al.* fructui. 18 Solutio hujus quæstionis. 19 *l.* 33 ff. *de rei vin dic.* 20 Realiractione puta vindicatione vel confeſſoria. 21 *l.* 36. *l.* 38. §. 12. 13. ff. *eod. l.* 5. *C. de rei vindic.* 22 Vide *l.* 4. §. 2. ff. *ſi ſervit. vindic.*

33 *l.* 2. ff. *eod.*

34 Partus editus post litis contestationem judicis officio debetur: ante editus, si petitus fuerit.

35 Vide *l.* 2. *C. de fruct. & lit. expenſ.*

36 Actor Reipublicæ, qui ejusdem pecunias tractabat. Est vero hujus legis hæc sententia: Curator Reipublicæ, si ab aliquibus majores, quam consueverat stipulari, de more usuras exegit: ab aliis, minores: compensatur eius posterior negligentia cum luero prioris exactionis. Quid, si minores, quam usitatas in ea civitate exegit? non admittetur hæc negligentia.

37 Adde *l.* 33. ff. *eod.*

38 Consuetudinem scilicet, quæ attenditur *leg.* 7. §. 10. *in fin.* ff. *de adminiſtr. tut.*

39 De *Servo Publico* dixi ad *l.* 2. *in fin.* ff. *rem pupilli ſalvam fore.*

40 Sine cessione.

41 Vide *l.* 75. ff. *de reg. jur.*

42 Si pupilli nomina ac contractus agnoscere nolint. vid. *l.* 16. ff. *de admin. tut.*

43 Vox, *quaque*, est universalis, ideoque antequam omnium pensionum dies venerit, peti non posse videtur, *l.* 8. §. 3. ff. *de pignerat. act.* Hinc nascitur ratio dubitandi.

44 V. *l.* 71. *l.* 137. §. 7. ff. *de V. oblig.* S. L.

45 Quoties diversi termini diversis actibus successivis adjunguntur, tunc lapsus omnium terminorum minime expectandus est: quilibet enim terminus vi sua fuum producit effectum. *Bald.*

46 Spectaret. *Hal.*

47 Usuræ & pœnæ divisionem divisa mora inducit.

48 *Semisses usuræ*, dimidiæ assis: asses usuræ sunt centesimæ. *Centeſima* est quoties singulis mensibus centesima pars sortis solvitur: semissis ergo usura est, cum ex ducentis aureis singulis pensionibus unus aureus solvitur, vel ex centum, semis aurei. Denique centesima est quoties singulis annis solvo duodecim in centum: *douze pour cent*: semis usura, *ſix pour cent.* Goth. Intellectum hujus l. vide apud Kinschot. *reſponſ.* 52. *n.* 15. Anſ. 49 Usuras minores recipiens creditor., tacite videtur pactus de non recipiendis majoribus. *l.* 5 *l.* 8 *C. eod.* 50 Procurator sc. vel negotiorum gestor. 51 Usuras ociosæ pecuniæ gestor non præstat: nisi dominus, cujus gessit negotia, solitus erat fœnerari.

52 Nam si procurator pecunia usus est, vel eam fœneravit, vel pecuniæ negotium gessit, non dubium est teneri domino usurarum nomine, *l.* 10. §. 3. ff. *mandat.* idem est in negotiorum gestore, *l.* 6. *in fi. l.* 19. §. 4. *l.* 31. §. 3. *l.* 37. §. 1. *l.* 38. ff. *de negot. l.* 20. *C. de negot. geſt.* Paul. 1 *ſent.* 4. §. 3.

53 Usurarius esse non præsumitur, qui fœnori dare non est consuetus. 54 Quid? *poſita pecunia* hic estne ea quam depositam apud te habeas? An quæ apud alium, qui depositum accepit? An fœnori posita? An potius otiosa? quod verius est. 55 Generale mandatum habens, potest ea facere, quæ dominus solitus est facere, *l.* 12. ff. *de pig. act.* etiam si magni sint ea præjudicii, *Romanus ſingulari* 10. 56 Consuetudinem non habens fœnerandi, non præsumitur usuras exigere velle, *l.* 12. ff. *de pleu. act.* adde *l.* 21. §. 1. *in fi.* ff. *qui teſtam. l.* 50. *in fi.* ff. *de leg* 1. 57 *Al.* post moram *al.* mora in solvendo fideicommisso facta. 58 Rei singularis. 59 Perceptos & percipiendos. vide *l.* 8. ff. *eod.* 60 Alienarum. 61 *Ut l.* 58. §. 4. ff. *ad Trebi.* Hæc verba *ſine reditu* omnem acceſſionem excludunt, nisi mora fiat. Cæterum restituere sine reditu hereditatem rogatus intelligitur immunis ac liber à reditu restituendo: Imo & à partu ancillæ. 62 *Reditus* appellatione, licet impropriæ, continetur partus, & quidem dispositione testatoris: quoniam reditum excipiendo, videtur partum excipere. 63 *l.* 48. ff. *de leg.* 2. *l.* 41. §. 10. *in fin.* ff. *de leg.* 3. *l.* 21. *in fin.* ff. *de option.* hæc verba omnem acceſſionem excludunt, nisi ubi mora committitur. 64 Imo continentur: cum hujusmodi partus heres non refineat, *d. l.* 58. & merito, cum post suam moram nati sint: sic enim intelligenda est *d. l.* 58. *arg. l.* 47. *in fi.* ff. *de leg.* 1. vide *Corraſ.* 5 *Miſcell.* 8. *in fin.* 65 Restituere *mulierem* rogatus partum restituere non cogitur, nisi tunc editus sit, cum in fideicommisso restituendo mora facta est. 66 *l.* 51. *in fin.* ff. *de pet. hered.* 67 Id est, donationis. 68 Imo exiguntur. *l.* 17. *in fi.* ff. *eod. l.* 5. ff. *de oper. pub.* 69 Usuras pretii fisco præstat, qui emit à fisco.

bus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petiisset, agere non prohiberetur. quod admittendum est.

De usuris illicitis.

XX. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

USuras illicitas sorti mixtas, ipsas tantum non deberi constat, cæterum sortem non [22] vitiare.

De causa dilationis.

XXI. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SCiendum est, non [23] omne, quod differendi causa optima ratione fiat, moræ adnumerandum [24]: Quid [25] enim, si amicos [26] adhibendos debitor requirat, vel expediendi debiti, vel fidejussoribus rogandis: vel exceptio aliqua [27] allegetur? Mora facta non videtur.

XXII. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI modo idipsum non fraudandi causa simuletur.

1. *De mora ex re.*

XXIII. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SEd & si Reipublicæ [28] causa abesse subito [29] coactus sit, ut [30] defensionem sui mandare non possit, moram facere non videbitur: sive in vinculis hostiumve [31] potestate esse cœperit.

§. 1. Aliquando etiam in re [32] moram esse decerni solet, si forte non [33] extat, qui conveniatur.

De provocatione ad judicium. 1. an rei mora noceat fidejussori. 2. De eo, cui sit mora.

XXIV. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI quis solutioni quidem moram fecit, judicium autem accipere paratus [34] fuit, non videtur feciſſe moram: utique [35], si juste ad judicium provocavit. §. 1. Cum [36] reus moram facit, & fidejussor tenetur. §. 2. Mora videtur creditori fieri, sive ipsi, sive [37] ei [38] cui mandaverat, sive ei qui negotia ejus gerebat, mora facta sit: Nec hoc casu per liberam [39] personam adquiri videtur, sed officium impleri: sicuti cum quis furtum [40] mihi facientem deprehendit, negotium meum agens, manifesti furti actionem mihi parat; item cum procurator [41] interpellaverit promissorem hominis, perpetuam [42] facit stipulationem.

De fructibus fundi communis, 1. Vel bona fide empti fructuarii, vel vectigalis. 2. Quo tempore spectetur bona fides in percipiente fructus.

XXV. JULIANUS lib. VII Digestorum.

QUi scit, fundum sibi cum alio communem esse, fructus, quos ex eo perceperit, invito vel ignorante socio, non majore ex parte suos facit, quam ex qua dominus prædii est. Nec refert, ipse, an socius, an uterque eos severit: quia * omnis fructus non [43] jure seminis, sed [44] jure soli percipitur: & quemadmodum [45] si totum fundum alienum quis sciens possideat, nulla [46] ex parte fructus suos faciet, quoquo modo sati fuerint, ita qui communem fundum possidet, non faciet suos fructus pro ea parte, qua fundus ad socium ejus pertinebit. §. 1. In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, frumentum sevi: an Titius bonæ fidei emptor [47] perceptos fructus suos faciat? Respondi: Quod (ad) fructus, qui ex fundo percipiuntur, intellegi debet propius ea accedere, quæ servi operis suis adquirunt: quoniam in percipiendis fructibus magis corporis [48] jus, ex quo percipiuntur, quam seminis [49] ex quo oriuntur, aspicitur: & ideo nemo unquam dubitavit, quin [50], si [51] in meo fundo frumentum tuum severim, segetes, & quod ex messibus collectum fuerit, meum fieret. Porro bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus id juris habet, quod [52] dominis prædiorum tributum est. Præterea, cum [53] ad fructuarium pertineant fructus à quolibet sati, quanto [54] magis hoc in bonæ fidei possessoribus recipiendum est, qui plus juris in percipiendis fructibus habent? cum fructuarii quidem non fiant, antequam [55] ab eo percipiantur; ad bonæ fidei autem possessorem pertineant, quoquo [56] modo à solo separati fuerint: sicut [57] ejus qui vectigalem fundum habet, fructus fiunt, simul atque solo separati sunt. §. 2. Bonæ fidei emptor sevit, & antequam fructus perciperet, cognovit [58] fundum alienum esse, an perceptione fructus suos faciat, quæritur? Respondi, Bonæ fidei emptor, quod ad percipiendos fructus, intelligi debet, quandiu [59] evictus fundus non fuerit: nam [60] & servus alienus, quem bona fide emero, tamdiu mihi ex re mea, vel ex operis suis, adquiret, quamdiu à me evictus non fuerit [61].

De venatione.

XXVI. IDEM lib. VI ex Minicio,

VEnationem fructus fundi negavit esse, nisi [62] fructus fundi [63] ex venatione constet.

De transmissione moræ ad heredes.

XXVII. AFRICANUS lib. VIII [64] Quæstionum.

CUm patrifamilias [65] mora facta sit, jam in herede ejus [66] non [67] quæritur mora: nam tunc heredi proximo hereditario jure, ea competet: ideoque ad cæteros [68] quoque deinceps transmittitur.

De fructu pecudum. 1. De partu ancillæ.

XXVIII. GAIUS lib. II Rerum cottidianarum * sive aureorum *.

IN pecudum [69] fructu etiam fœtus est, sicut [70] lac, & pilus, & lana. Itaque agni, & hœdi, & vituli statim pleno jure sunt bonæ fidei possessoris, & fructuarii [71]. §. 1. Partus vero ancillæ in fructu non [72] est: itaque ad dominum proprietatis pertinet: absurdum [73] enim videbatur, hominem [74] in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum [75] gratia comparaverit.

De usuris illicitis.

XXIX. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

PLacuit, sive [76] *supra statutum* [77] *modum* quis usuras stipulatus fuerit, sive *usurarum* [78] *usuras*, quod illicite adjectum est pro [79] non adjecto haberi, & licitas peti posse [80].

De usuris ex pacto civitatibus solvendis.

XXX. PAULUS lib. singul. Regularum.

ETiam [81] ex nudo pacto debentur [82] civitatibus [83] usuræ creditarum ab eis pecuniarum.

De stipulatione usurarum. Si quæ competierint.

XXXI. ULPIANUS lib. I Responsorum,

QUod in stipulatione sic adjectum est, *& usuras, si quæ competierint*, nullius [84] esse [85] momenti, si modus certus non adjiciatur [86].

Quomodo sit mora. 2. De usuris ex mora in bona fidei contractibus. 3. De mora patris vel filii. 4. De mora correi, 5. Vel fidejussoris.

XXXII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

MOra [87] fieri intelligitur non [88] ex re [89], sed ex persona, id est [90], si interpellatus [91] opportuno loco [92], non solverit: Quod apud judicem [93] examinabitur. Nam (ut & Pomponius libro duodecimo Epistularum scripsit) difficilis [94] est hujus rei definitio. Divus quoque Pius Tullio Balbo rescripsit, *an mora facta intellegatur, neque* [95] *constitutione ullâ, neque juris auctorum quæstione* [96] *decidi posse; cum* [97] *sit magis facti, quam juris.* §. 1. Et [98] non [99] sufficit ad probationem moræ, si servo [100] debitoris absentis denunciatum est à creditore, procuratoreve ejus: cum etiam si ipsi (inquit) domino denunciatum est, cæterum postea, cum is sui potestatem faceret, omissa [1] esset repetendi debiti instantia, non protinus per debitorem mora facta intellegitur [2]. §. 2. In bonæ fidei [3] contractibus ex mora usuræ debentur. §. 3. Quid ergo, si [4] & filiusfamilias, & pater ex persona ejus teneatur, sive jussu ejus contractum est, sive in rem versum est patris, vel in peculium: cujus persona circa moram spectabitur? Et, si quidem pater duntaxat convenietur ex mora sua, non tenetur: in filium tamen dabitur actio in hoc, ut, quod minus à patre actor consecutus est, filius præstet: Quod si filius moram fecerit, tunc actor vel cum ipso in solidum, vel cum patre duntaxat de peculio habebit. §. 4. Sed si duo [5] rei promittendi sint, alterius [6] mora alteri non nocet [7].

§. 5. Item si fidejussor solus moram fecerit, non tenetur: Sicuti

---

22 Inutilis adjectio non vitiat, sed vitiatur, *l.* 29. §. *eod. l.* 8. *C. si cert. pet.* Illicitum licito mixtum vitiatur, & non vitiat.

23 Impedimentum justum excusat à mora, (Nec enim omnis, qui differt solutionem, in mora esse intelligitur; *ut hic. l. quod te mihi.* 5. *§. si cert. pet. & culpa. Bart. Iquste.* 11. §. *de adquir. possess.* expendis. *Gloss. in verb. solo. Novell. de judiciis* a pœna legitima. *Gloss. ad. ab executione.* 5. *in fi. C. quorum appellationes non recip.* ab eo quod interest, ut ne id præstet, aut in id condemnetur, *Gloss. in l.* 3. §. *de tritic.*

24 *l.* 15. *in fine* §. *ex quib. caus. major.*

25 Hoc est, quid enim si ad commodam solutionem debiti, vel amicos, vel fidejussores quærat: vel exceptionem alleget, citra fraudandi animum? Qui justa causa ita differt, moram non facit. *Synopsf.* 7. *tit.* 17. *ex lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 19.

26 Testibus amicis uti possumus. adde *l.* 7. *in fin. l.* 23. *in fin* §. *quibus ex causis majores.* vide *l.* 3. §. *de Testib. l.* 5. *C. de Testib.*

27 Vide *l.* 40. *in fi.* §. *de reb. cred.*

28 *l.* 17. §. 3. §. *eod.*

29 Facit *l.* 1. §. *quod certo loco.*

30 Momen non facit, qui defensionem sui alicui mandare non potuit.

31 *l.* 14. §. *ex quib. caus. major.*

32 Mora re committitur citra interpellationem. *l.* 32. §. *eod.* ut in his casibus *l. item veniunt.* 20. §. *pen. tum.* 11. §. *de hered. petit. l. in minorum.* 3. *C. in quib. caus. restit. l. cum vero.* 26. §. *apparet.* 1. §. *de fideic. liber. l. ult. in fi. C. de jure dominii impetr. l.* 1. §. *rectissime.* §. *de usi.* adde *l* 17. §. 5. §. *eod.*

33 *l.* 2. §. *de nautico fœnore.*

34 *l.* 47. §. *eod. l.* 3. §. 5. §. *quod vi aut clam. l.* 63. §. *de reg. jur.*

35 Moram fecisse non videtur, qui ex justa causa, & justam habens causam litigandi, judicium suscepit. Justam habens causam litigandi excusatur. 36 Vide *l.* 88. §. *de verb. oblig. Synopf. ibid. c.* 21. 37 Moram induxit etiam interpellatio negotiorum gestoris. adde *l. si servum.* 91. §. 3. §. 4. §. *de verb. oblig.*

38 Adde *l.* 27. §. *eod.* 39 *l.* 15. §. *de constit. pecun.* 40 §. 3. *Inst. de oblig. ex delicto. l.* 3. §. 1. §. *de furt.* 41 *l.* 71. §. *de procurat. l.* 3. *in princ.* §. *quod vi aut clam.* 42 Vide *l.* 91. §. *antepen.* §. *de verb. oblig.* 43 Fructus non percipit is, qui in alieno fundo seminavit, sed is in cujus fundo fructus seminati sunt: hoc est, fructus jure seminis non percipimus, hoc est, quia seminamus, sed jure fundi & corporis, cujus vel dominium, vel possessionem, vel usumfructum habemus. adde §. 1. §. *eod.* 44 Solum ad se trahit semen. *Bart.* 45 In toto quod jus est, idem est & in parte. Ita malæ fidei possessor partis, vel totius, quia malæ fidei est, fructus suos non facit. 46 *l.* 40. §. *de adquir. rer. domin.* 47 Vide *l.* 48. §. *de adquir. rer.* 48 Id est, ipsius loci. §. *in princ. leste.*

49 Id est, quam personæ quæ serit. 50 Argumentum à simili. 51 Vide *l.* 9. §. *de adq. rer.*

52 Bona fide possidere, & dominum esse, similitudinem inter se habent, *l.* 48. §. *de adquir. rer. dom. l.* 136. §. *de reg. jur.* 53 Fructus sunt fructuarii, à quocumque sati sint. 54 Fructus jure magis fiunt bonæ fidei possessoris, quam fructuarii: bonæ fidei possessor plus juris habet in percipiendis fructibus quam fructuarius. Quid ita? Fructuarii non fiunt, nisi ab eo percepti sint: bonæ fidei vero possessoris fiunt, quoquo modo à solo separati sint. Bonæ fidei possessor fructus suos facit, ac si vere esset dominus. 55 *d. l.* 48. *l.* 8. *in fi.* §. *de annuis legatis.* 56 Etiam ab alio. vide *l.* 78. §. *de rei vindic.* 57 Fructus fiunt emphyteuticarii, sed ejus, qui vectigalem fundum habet, statim atque à solo separati sunt. 58 *l.* 40. §. *de adqu. rer. dom.* adde *l. sed etsi.* 25. §. *de petit. her. l.* 11. §. *partur.* §. *de Publiciana.* ut possessor titulum habens fructus suos faciat, sufficit initio bonam fidem habuisse, neque obstat sive obesse scientia sequens rei alienæ, seu mala fides: impedit tamen usucapionem. *Goth.* Vid. Leonin. *Emendat. lib.* 3. *c.* 7. ubi hunc §. explicat & conciliat cum *l. bonæ fidei.* 48. & *l. qui bona fide.* 23. §. *de acq. rer. domin.* Ant. 59 Et ita scientia rei alienæ non nocet: nec impedit recte fructus percipi: ac per consequens bonæ fidei possessor erit. Imo non erit, *l.* 48. §. *de acquir. rerum dominic.* 60 Adde *l.* 40. §. *de adquirendo rerum dominio.* & sic superveniens mala fides non impedit adquisitionem dominii in fructibus industria quæsitis. *Bald.* 61 Imo cum primum alienum servum novit, *l.* 23. §. 1. §. *de adquir. rer. domin.* 62 Venatio, ut & piscatio, fructus fundi est, *l.* 9. §. 5. *l.* 62. §. *de usufruct.* adde *l.* 22. §. *de instruct.* Demus, venationem non esse in fructu, num ideo malæ fidei possessor, quæ in venatione ceperit animalia, restituere non cogetur? Sic putat Corrasius in novo intellectu hujus legis, *5. miscell.* 8. alias restituere fructus cogitur. *l.* 22. *C. de rei vind.* 63 Venatio fructus fundi est, cum ex venatione fructus fundi constat, *ut hic.* Quid? venatio in hac specie, seu hypothesi, num est fructus à natura vel industria? ab industria. Plus enim facti, atque operæ humanæ in ea versatur, quam naturæ. Augustus Born. *in c. gravis. n.* 6. *de restit. spol.* Mediceus 1 *de Venatione. q.* 16.

64 Vide Cujac. 8. *ad Afric.*

65 Mora enim fit ex persona.

l. 24. §. *l.* 7. *eod.*

66 Qui decessorem sc. frustra interpellavit.

67 Mora semel defuncto commissa, perpetua est, & transit ad primum heredem, ut necesse non sit ejus heredi moram fieri. Ita mora semel defuncto facta, id efficit, ut perpetuo usuræ ejus heredi debeantur.

68 Nam quæ jure hereditario competunt, subsequentibus competunt in infinitum, quæ proprio jure, non item. *l.* 70. §. *de verb. signif.*

69 §. 37. *Inst. de rer. divis.*

70 Fructus pecudum hæc: lac, pilus, lana, agni, hœdi, vituli. Interim hic notat Albericus, Cassam fructuum non esse fructus; ideoque directo non adquiri bonæ fidei successori, nisi aliud appareat ex mente testatoris. sed & illud: Causam & causatum non esse idem.

71 Vide *l.* 8. §. *eod. l.* 68. §. 1. §. *de usufruct.*

72 *d. l.* 68. *in prine.* §. 37. *Inst. de rerum divis.* nisi tamen hereditatem. vid. *l.* 27. §. *de petit. hered.*

73 Absurdum intellectus vitandus.

74 Homo non est in fructu. *d. l.* 68. *d.* §. 37.

75 Hominum gratia fructus omnes naturæ comparavit. Homo omnium animalium dignissimum & præstantissimum animal, dixi, *l.* 44. §. *de ædilitio.*

76 Si usuræ, sive supra legitimum

modum, sive usurarum usuræ in stipulationem deductæ sint, licitum per illicitum non vitiatur. *l.* 20. §. *eod.* 77 Usurarum statutus modus quis, dixi *ad l.* 1. §. 3. §. *de pignor.* 78 Quod prohibitum est. *l.* 28. *C. eod. l.* 26. §. 1. §. *de conditt. indeb. l.* 20. *C. ex quibus causis infam.* 79 Usura illicitæ adjunctæ licitas non vitiant. v. *l.* 20. §. *eod.* 80 Non igitur puniuntur usurarii? Hoc certe constat *ex Catone & Tacito*, legibus duodecim tabularum quadrupli pœna fœneratores punitos: feres, dupli: L. Genutium Tribunum plebis tuliſſe ad populum, ne cui fœnerari liceret. *Livius* 1 *Decad.* 7. retentionem sortis & usurarum debitori Platonem concessisse, 1. *de legibus*, odio habendos fœneratores, Aristot. 1 *Politic.* 1. & Cicero 1 *officior.* Catonem fœneratores improbos crives appellasse, & rogatum, quid esset fœnerari, respondisse, quid hominem occidere? Cicero 2 *Off.* fœnus interdictum Senatoribus & gravissimis viris, *ait* Chrysostomus *concione* 57 *in* Matth. 27. Item constat, motus in urbe, Livius 1 *dec.* 1. & in Asia ob fœneratores acciditse, quibus miseri debitores etiam filias suas vendere cogebantur. Plutarch. *in Lucullo*: qua de re etiam Basilius conqueritur. v. Hotom. 2 *de usur.* 1. Idem *ibid. c.* 3. refert in Nicena Synodo etiam sesqui centesimas usuras clericis interdictas: centesimas rantum interdictas lego; item ne frumentum ad septuplum dent. *c.* 18. *Nicen. concilii & c.* 4. 14. *c. quoniam multi.* Quid amplius? divino jure, *Exod.* 22. *Levit.* 25. *Deut.* 23. *Psal.* 15. & 55. *Ezech.* 18. *Nehem.* 5. usuræ prohibentur. Tale est illud quoque Lucæ 6. mutuum date nihil inde sperantes. Sed Molinæus *in prime. tract. de usur.* his locis negat præcise usuras prohiberi, sed eam tantum, quæ *Neschek*, id est, morsus Hebræis dicitur, id est, eam, quæ proximum mordeat, quæ charitati repugnet, quæ cum damno fratris fieri solet. Tolle hujus immoderatam, & pravam nocendi intentionem, usura beneficium, non onus erit: vel sponte bonæ fidei debitor in partem lucri te vocaturus est. Itaque vix est, ut assentiar Julio Claro 5 *sent.* §. *usuræ. in fi.* communem doctorum adversus glossam opinionem obtendenti, qua dicitur, eos, qui exercent usuras intra modum jure civili permissum, esse ipso jure infames: cum lex 20. *C. ex quibus causis infam.* ad eos tantum qui fœnus improbum, & usuras usurarum exigunt, pertineat, & forte ad eos, qui non semel usuras exegerunt. Interea recte notat, improbos fœneratores ad restitutionem usurarum teneri, vel ad fortis imputationem, *l.* 26. §. *de conditt. indeb. & arg. l.* 3. *C. eod.* & extra ordinem arbitrio judicis puniri posse. Clementis sane constitutio eos, qui usuras accipere peccatum non esse existimant, pro hæreticis haberi vult, *Clementina unica de usuris.* 81 Usuræ regulariter ex nudo pacto non debentur: quod hæc particula *Etiam* ostendit. 82 Cur debentur? favet lex non pacto, sed personæ.

83 Contra regulam generalem, qua usuræ non debentur, nisi stipulato promissæ sint *l.* 3. *C. eod. l.* 24. §. *de præscript.* Paul. 2 *sent.* 14. §. 1. Sic ex causa depositi usuræ nudo etiam pacto promissæ debentur. *l.* 24. *in fi. l.* 26. §. 1. §. *depositi.* 84 Cur nullius momenti? quia usuræ incertæ sunt promissæ, *l.* 41. *in fin.* §. *eod.* adde *l.* 59. §. 2. §. *de rejudic. l.* 3. *C. de sent. quæ sine certa quantitate.*

85 Imo sunt alicujus momenti hunc in modum promissæ usuræ, *l.* 1. *C. de sent. quæ sine certâ quantitate.* 86 Id est, si non appareat, de quibus usuris conventio facta sit. *l.* 41. *in fi.* §. *eod. l.* 75. §. *pen.* §. *de verb. oblig.* 87 Mora, quæ sit vel interpellatione hominis, vel litis contestatione (hæc *regularis* interpretibus dicitur) non ex re, sed ex persona fieri intelligitur. Non ex re, quia non ideo fieri dicitur, quod debitum aliquod subsistat, vel quod debitum non sit solutum, sed quia persona moram admisit: Non ex ipsa rei debitæ contemplatione, sed vitio & contumacia debitoris oritur. 88 Imo ex re, *l.* 23. §. 1. §. *eod.* ibi de mora irregulari agitur. 89 Tantum. Nam mora non fit sine interpellatione, non interpellando, *l.* 23. *in fi.* §. *eod. l.* 26. §. 1. §. *de fideicom. libert.* 90 Moram admisisse intelligitur adversarius, si interpellatus sit opportuno loco & tempore, nec remittitur, aut intermittitur interpellatio. 91 *Interpellatio* est monitio quæ sit testato, solvendi, vel accipiendi ejus, quod debetur, gratia: mora, contemptio hujus admonitionis.

92 Vel tempore. *l.* 39. §. *de solut.* Porro opportuno loco denunciat, qui ad domicilium denunciat. *arg. l.* 8. §. 9. §. *de transf.* 93 Etiam alium, quam in cujus jurisdictione fieri debet solutio. *l.* 1. §. *de eo quod certo.* 94 Facit *l.* 202. §. *de reg. jur.* 95 Mora quando facta intelligatur, semel scribi non potest, *ut hic.* ut nec quod interest, *l. quatenus.* 24. §. *de reg. jur.* adde 2 *Fund.* 23. Quippe facta non recte dijudicamus, nisi cognitis circumstantiis omnibus, quas omnes in legem referre impossibile est. Hæc autem mora in facto consistit. 96 Quæstio hic definitio, responsio.

97 Facta definiri legibus ita non possunt. Jus constitutione, vel quæstione, juris auctorum decidit: facta apud judicem examinantur. 98 Moram non facit quævis interpellatio facta servo absentis debitoris: non constituit dominum servi in mora, *ut hic.* Deinde interpellatio facta ipsi domino, & post omissa, moram non inducit. 99 Imo sufficit servo denunciatum esse, *l. de pupillo* 5. §. *minister.* 10. §. *præterea generaliter.* 12. §. *de oper. novi nunt.* 100 Imo, sufficere videtur: si servo denunciatum fuerit. vide *l.* 5. §. *de novi oper. nunt.* 1 Interpellationem oportet esse continuam, ut interpellatum constituat in mora. 2 Imo, intelligitur mora fieri, etsi non sit perpetua interpellatio, *l. ne in diem.* 9. §. *de aqua pluvia.* 3 Vide *l.* 13. *C. eod. l.* 24. *l.* 25. §. *depositi. l.* 54. §. *locati. l.* 2. *C. depositi. Synopf. eod. c.* 29. 4 Usuras ex mora sua pater non præstat conventus nomine filii actione bonæ fidei, licet ex mora sua interitum rei præstet, idque exemplo fidejussorum. §. §. *eod.* 5 Mora unius rei debendi, alteri correo nocet ad perpetuandam non ad augendam obligationem alterius. 6 *l.* 173. §. *pen.* §. *de reg. jur.* 7 Imo nocet, *l. pen.* §. *de duob. reis.*

cuti [5] si [6] Stichum promissum occiderit: sed utilis actio in hunc dabitur.

De pecuniis publicis.

XXXIII. ULPIANUS lib. singul. de Officio Curatoris [10] Reipublicæ.

SI bene [11] collocatæ sunt pecuniæ publicæ, in sortem inquietari debitores non debent: & maxime, si parient [12] usuras: si non parient, prospicere Reipublicæ securitati debet Præses provinciæ: *dummodo non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum & cum efficacia* [13] *benignum* [14], *& cum instantia humanum*: nam *inter insolentiam incuriosam* [15], *& diligentiam non ambitiosam* [16]; *multum interest* [17]. §. 1. Præterea prospicere debet, ne pecuniæ publicæ credantur sine pignoribus idoneis [18], vel hypothecis.

Collatio usurarum, fructuum, & cæterarum obventionum.

XXXIV. IDEM lib. XV ad Edictum.

VSuræ vicem [19] fructuum obtinent: & merito non debent à fructibus [20] separari [21]: & ita in legatis, & fideicommissis [22], & in tutelæ [23] actione, & in cæteris judiciis bonæ fidei servatur. Hoc idem [igitur] in cæteris obventionibus [24] dicemus.

De usuris à lite contestata.

XXXV. PAULUS lib. LVII ad Edictum.

LIte contestata [25] usuræ currunt.

De pensionibus prædiorum Urbanorum.

XXXVI. ULPIANUS lib. LXI ad Edictum.

PRædiorum urbanorum pensiones [26] pro fructibus accipiuntur.

De contraria negotiorum actione.

XXXVII. IDEM lib. X ad Edictum.

ET in contraria [27] negotiorum gestorum actione usuræ veniunt, si mutuatus sum pecuniam, ut creditorem [28] tuum absolvam: quia aut in possessionem mittendus erat bonorum tuorum, aut pignora venditurus. Quid si domi habens propter eandem causam solvi? Puto verum, si liberavi ex [29] magno incommodo, debere dici usuras venire: eas autem quæ [30] in regione frequentantur, ut est in bonæ fidei judiciis constitutum: Sed si mutuatus dedi, hæ venient usuræ quas ipse pendo: utique, si plus [31] tibi præstarim commodi, quam usuræ istæ colligunt.

De actionibus in personam. 1. De conditione ob rem dati. 2. De conditione indebiti. 3. De mortu causa donatione. 4. De actione Faviana, & Pauliana. 5. Unde vi. 6. Quod metus causa. 7. De stipulatione. 8. De emptione. 9. De societate. 10. De deposito, de commodato. 11. Quod vi aut clam. 12. De fructibus ante matrimonium perceptis. 13. De fructibus prædiorum urbanor. 14. De fructibus fundi communis. 15. De judiciis bonæ fidei. 16. De dote prælegata.

XXXVIII. PAULUS lib. VI ad Plautium.

VIdeamus, generali [32] quando in actione, quæ [33] est in personam, etiam fructus veniant? §. 1. Et quidem si fundus [34] ob rem datus sit, veluti dotis causa, [&] renunciata [35] adfinitas, fructus quoque restituendi sunt: utique hi, qui percepti sunt eo tempore, quo sperabatur adfinitas: sed & posteriores [36], si in re mora fuit, [ut] ab illo, qui reddere debeat, omnimodo restituendi sunt. Sed & si per mulierem sterit, quo minus nuptiæ contrahantur, magis est, ut debeat fructus recipere. Ratio autem hæc est, quod si sponsus non conveniebatur restituere fructus, licuerat ei neglegere fundum. §. 2. Item si indebitum [37] [fundum] solvi, & repeto, fructus quoque repetere debeo. §. 3. Idemque est, si mortis [38] causa fundus sit donatus, & revaluerit [39] qui donavit, atque ita condictio nascatur. §. 4. In Faviana [40] quoque actione, & Pauliana [41], per quam quæ in fraudem creditorum alienata sunt, revocantur [42], fructus [quoque] restituuntur: nam Prætor id agit, ut perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset: quod non est iniquum: nam & verbum *restituas* [43], quod in hac re Prætor dixit [44], plenam [45] habet significationem, ut fructus quoque restituantur. §. 5. Et ideo, cum restitui Prætor vult, veluti in interdicto unde vi [46], etiam fructus sint restituendi.

§. 6. Item si vi, metusve [47] causa rem tradam, non aliter mihi restituisse videtur, quam si fructus [mihi] restituat: nec mora mea mihi aliquid aufert. §. 7. Si actionem habeam ad id consequendum, quod meum non fuit, veluti ex stipulatu [48], fructus non [49] consequar, etiam si mora facta sit. Quod si acceptum [50] est judicium, tunc Sabinus, & Cassius, ex æquitate fructus quoque post acceptum judicium præstandos [51] putant, ut causa restituatur: Quod puto recte dici. §. 8. Ex causa etiam emptionis [52] fructus restituendi sunt. §. 9. Sed in societatibus [53] fructus communicandi sunt. §. 10. Si possessionem naturalem [54] revocem, proprietas mea manet: videamus de fructibus: Et quidem in depositо [55] & commodato [56] fructus quoque præstandi sunt, sicut diximus. §. 11. In interdicto quoque quod [57] vi aut clam, magis est, ut omnis causa & fructus restituantur. §. 12. Ante [58] matrimonium quoque fructus percepti, dotis fiunt, & cum ea restituuntur. §. 13. Eadem ratio est in fructibus prædiorum [59] urbanorum. §. 14. Item, si dividere [60] fundum tecum velim, tu nolis, & colam, an fructus dividi debeant post deductionem impensarum? Et puto dividendos. §. 15. In cæteris [61] quoque bonæ fidei judiciis fructus omnimodo præstantur. §. 16. Si dos prælegata fuerit, ante [62] nuptias percepti fructus in causa legati veniunt [63].

De equis, vel equitio legato.

XXXIX. MODESTINUS lib. IX Differentiarum.

EQuis [64] per fideicommissum [65] legatis, post moram heredis fœtus quoque debentur. † *Equitio* [66] autem [67] legato, etiamsi mora non intercedat, incremento gregis fœtus accedunt [68].

De distractione pignoris.

XL. IDEM lib. IV Regularum.

IN eum diem [69], quo creditor pignora distraxit, recte usuræ fiet reputatio.

De appellatione. 1. De obsignatione, & depositione partis pecuniæ debitæ. 2. De quantitate usurarum incertæ.

XLI. IDEM lib. III Responsorum.

TUtor condemnatus, per appellationem traxerat exsecutionem sententiæ: Herennius Modestinus respondit, eum qui de appellatione cognovit, potuisse [70], si frustratorium [71] morandi causa appellationem interpositam animadverteret, etiam de usuris medii [72] temporis eum condemnare. §. 1. Lucius Titius, cum centum, & usuras aliquanti temporis deberet, minorem [73] pecuniam, quam debebat, obsignavit: Quæro, an Titius pecuniæ, quam obsignavit, usuras præstare non debeat? Modestinus respondit, si [74] non hac lege mutua pecunia data est, *uti liceret & particulatim*, [*quod acceptum est*], *exsolvere*: non retardari [75] totius debiti usurarum præstationem, si, cum creditor paratus esset totum suscipere, debitor, qui in exsolutione totius cessabat, solam partem deposuit. §. 2. Ab Aulo Agerio Gaius Seius mutuam quandam quantitatem accepit hoc chirographo: ILLE SCRIPSI [76], ME ACCEPISSE, ET ACCEPI AB ILLO MUTUOS ET NUMERATOS DECEM: QUOS EI REDDAM KALENDIS ILLIS [77] PROXIMIS CUM SUIS USURIS PLACITIS [78] INTER NOS: Quæro, an ex eo instrumento usuræ peti possint, & quæ? Modestinus respondit, si non [79] appareat de quibus usuris conventio facta sit, peti eas non posse.

De fideicommisso.

XLII. IDEM lib. XI Responsorum.

HErennius Modestinus respondit, fructus, qui [80] post adquisitum [81] ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere: licet major pars anni ante diem fideicommissi cedentem præteriisse dicatur.

De eo cui fiscus, qui in locum privati successit, actionem mandavit.

XLIII. IDEM lib. XVIII Responsorum.

HErennius Modestinus respondit, ejus temporis, quod cessit, postquam fiscus [82] debitum percepit, eum, qui mandatis à fisco actionibus experitur, usuras quæ in stipulatum deductæ non [83] sunt petere posse.

De stipulatione pœnali.

XLIV. IDEM lib. X Pandectarum.

POEnam [84] pro usuris stipulari nemo supra modum usurarum licitum [85] potest.

De donatione inter virum & uxorem.

XLV. POMPONIUS lib. XXII ad Quintum Mucium.

FRuctus percipiendo uxor, vel vir ex re donata [86], suos facit: illos tamen [87], quos [88] suis operis adquisierit, veluti serendo: nam [89] si pomum decerpserit, vel ex sylva cædit [90], non fit ejus: sicuti nec cujusliber [91] bonæ fidei possessoris: quia non ex facto ejus is fructus nascitur.

De fructibus & impensis.

XLVI. ULPIANUS lib. LXII ad Edictum.

QUod in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsos fructus deminuere [92] debere.

De eo qui paratus est accipere judicium.

XLVII. SCÆVOLA lib. IX Digestorum respondit.

PAratum [93] judicium accipere, si ab adversario cessatum [94] est, moram facere non videri.

De legato usufructus pure, & proprietatis cum liberos habebit.

XLVIII. IDEM lib. XXII Digestorum.

MAritus uxori suæ usumfructum [95] tertiæ partis, & cum liberos habuisset, proprietatem legavit: eam uxorem heredes falsi [96] testamenti, & aliorum criminum accusaverunt: qua re impedita est legatorum petitio: interea & filius ei mulieri natus est, eoque

---

8 Mora propria non est, fervum occidisse: hic enim dum illa separantur, *vide in l. fi. §. ult. ff. de verb. obl.* Mora est dilatio, cessatio, frustratio, tarditas, procrastinatio: Occisio servi, nihil est tale: mora emendari potest; occisio servi, non item. Utrumque tamen culpæ nomine continetur. Ita *in. in. ff. de verb. oblig.* duplicem culpam debitor admittit, & quod solutionem moratus sit, & quod occiderit immerentem: nam si immerentem, culpa vacat, nec utilis in eum actio constituenda est, *l. qui servum. 96. ff. de verb. obl.* vide Cujac. *ad d. l. 25.*

9 Moram obstiam fidejussor usuras non debet: licet de interitu ob moram teneatur, *l. 91. §. pen. ff. de verb. oblig. l. 38. §. pen. l. 95. §. 1. in fi. ff. de solut.*

10 *Curator Reipublicæ* (de quo hic) fœnori dare poterat pecunias Reip. *ut hac lege.*

11 *Bene collocat* pecunias publicas, qui acceptis pignoribus eas credit §. 1. *ff. eod.*

12 Usuras nummi jure parere etiam possunt. dixi ad *l. 3. §. 4. ff. de contr. tut. & ut. act.*

13 Id est, efficere aliquid debet, id est, exigere: sic tamen ut se benignum præbeat, & medium teneat inter duo extrema, *l. 6. §. 3. ff. de offic. Proconf. l. 18. in fin. princ. ff. de aditione edict.*

14 Et honestum, *l. 1. C. de commerciis.* adde *l. 25. in fi. ff. de pignor. act. l. 105. ff. de solut.* ut etiam detur dilatio, *l. 45. §. 10. ff. de jure fisci* facit *l. 23. §. pen. ff. quod metus causa.*

15 Injuriosam, *Budæus* ut sit sensus, *insolentia injuriosa* utitur curator Reipublicæ, qui bene positas Reipublicæ pecunias acerbe & contumeliose exigit: diligentia vero non ambitiosa utitur, cum male, aut parum tuto collocatas repetit. Ita inter injuriosam insolentiam & diligentiam non ambitiosam multum interest. Sed malim ita simplicius, Præses provinciæ, vel curator Reipublicæ in exigendis usuris à debitoribus Reipublicæ, non debet esse acerbus, vel contumeliosus. Debet quidem efficere aliquid, sed tamen benignus esse: debet instare, sed humaniter: non debet contra solitum & receptum morem in exigendo nimis curiosus esse: debet quidem diligens existere in exigendo, sed tamen ex eo ambitionem, vel laudem quærere non debet: Hoc nimium est. Non debet illis artibus se Reipublicæ, cui servit, commendare.

16 *Ambitiosa* diligentia est exactio acerba, & contumeliosa pecuniæ, nimia *l. 6. in fin. ff. de bonis damnat.* scrupulosa inquisitio, *l. 6. ff. de jurib & fact. ign.* delatoria, *d. l. 6.*

17 *Est inter* Tanain quiddam socerumque Visselli. Horat. *Satyr. 1.*

18 Pecuniæ publicæ credi non debent sine pignoribus idoneis vel hypothecis: facit *l. 13. in fi. ff. eod.*

19 *Usurarum & fructuum* similitudo, usuræ sunt fructus, *ut hic.* Imo non sunt. vide *l. 121. ff. de verb. sign.* Goth. Intellige de usuris fructuum individuorum, ut sunt satorum & plantarum, § 36. *Instit. de rer. divis. l. 25. §. 1. in fin. ff. eod.* Secus in usuris fructuum dividuorum, ut sunt ædium aliarumque rerum locatarum pensiones, pecuniæ fœnebres. *l. 36. ff. eod.* Secundum quam distinctionem judicandum an & quando Usufructus, qui nonbrevis constituitur Usufructuarii heredibus, pro parte debeatur. facit *l. 26. ff. de usufruct.* junct. *l. 5. §. 4. ff. si usufruct. pet. l. 9. §. 1. ff. locati. l. 32. §. 7. ff. de usufruct. legat.* Quod alii arg. h. l. indistincte negant. Vid. Soto Major. *de usufruct. cap. 77. S. L.*

20 Usuræ, fructus dicuntur, *ut hic.* reditus, *l. 30. in pr. ff. de adimendis.* pœna, *l. lecta. 40. ff. de rebus creditis. l. qui sine usuris. 38. ff. de negotiis.* id quod interest, *l. debitor. ff. de legat. 2.* interdum opponuntur. *l. 3. ff. eod.*

21 Imo separari debent, cum inter se differant: nam malæ fidei possessor de fructibus percipiendis tenetur, *l. 62. ff. de rei vindic.* novatio non extinguit fructuum perceptorum persecutionem, *l. 4. ff. eod.* fructus ante moram veniunt, *l. 38. §. pen. ff. eod.* in usuris secus. vide Cujac. 18 *obs. 3.*

22 *l. 84. ff. de legat. 2.*

23 *l. 2. C. de usur. pupill.*

24 Usura obventio est.

25 *l. 9. ff. de verb. obl. l. 13. C. de judiciis.*

26 Facit *l. 19. in fin. princ. ff. eod. l. 38. §. 13. ff. eod.*

27 Usuræ non tantum in directa, sed & in contraria negotiorum gestorum actione veniunt, *ut hic.* veniunt & in contrariis omnibus actionibus bonæ fidei. *Bald. l. 19. §. 4. ff. de negot. l. 18. C. eod. de negot. gest.* 28 *l. 6. §. 1. ff. de negot.*

29 Si liberavi te magno incommodo, &c. *Hal.* adde *l. 3. §. 1. in fin. ff. de contr. tutele.*

30 *l. 1. in princ. ff. eod.*

31 Hoc est, si non minus.

32 Generatim. *Hal.*

33 Fructus an & quando in actionibus personalibus debeantur.

34 *Ob rem datur*, quod dotis causa datur.

35 *l. 7. in fin. ff. de condict. causa data.*

36 *l. 8. ff. eod.*

37 *l. 15. ff. de cond. indeb.*

38 Adde *l. 8. in fin. l. 29. l. 35. §. 3. ff. de mort. causa donat.*

39 Revalere vel revalescere, est convalescere.

40 Quæ revocat alienata in fraudem patroni. *l. 1. §. 5. 6. & seqq. & ult. l. 2. l. 3. §. 1. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 11. l. ult. in fi. ff. si quid in fraud. patron.*

41 §. 6. *Inst. de act. v. l. 25. §. 4. ff. quæ in fraud. cred. & C. eod. tit.*

42 Fructus, una cum re ipsa, in actionibus revocatoriis restituendi sunt actori.

43 Verbum *restituendi*, fructus, *ut hic. l. 173. §. 1. ff. de reg. jur.* prisscinum statum. *l. 2. §. antepen. ff. ne quid in loco public.* possessionem, *l. 22.* causam usucapionis, *l. 35.* boni viri arbitrium, *l. 73* quod habiturus esset actor, si ei controversia mota non esset, *l. 75.* corpus, omnem rem, conditionemque, *l. ult. ff. de verb. signific.* continet: adde *l. 7. in fi. C. de pignorat.*

44 Id est, interdixit: vide quæ scripsi *ad Titul. de interdict. ff.*

45 Plena significatio *restitutionis* est, in qua non modo res ipsa, sed & fructus restituuntur.

46 *l. 1. §. 48. ff. de vi & vi.*

47 *l. 12. ff. de eo quod vi metusve causa.*

48 *l. 78. in fi. ff. de verb. oblig.*

49 Ante litem contestatam.

50 Vide *l. 2. ff. eod.*

51 *l. 3. §. 1. ff. eod.*

52 *l. 3. §. 1. ff. de action. empt.*

53 *l. 38. in fin. ff. pro socio.*

54 Qualis est penes colonum & depositarium, *l. 7. §. 11. ff. commun. divid.*

55 *l. 1. §. 24. ff. depositi.*

56 *l. 5. §. 9. ff. commodati.*

57 *l. 13. §. 7. ff. quod vi, aut clam.*

58 *l. 7. §. 1. ff. de jur. dot. l. 6. l. 7. §. 4. ff. sol. matr.*

59 *l. 36. ff. eod.*

60 *leg. 51. ff. familiæ.*

61 Puta communi dividundo; *l. 4. §. 3. ff. comm. divid.* finium regundorum, *l. 4. §. 2. ff. finium regundor.*

62 Facit *l. 1. ff. de dote prælegata. §. 15. Inst. de leg.*

63 Quia continentur doli nomine.

64 Harmenopulus ita hunc locum refert. *3 tit. 10. §. 18.* Animantia alicui legata sunt, & postea sunt a tutoribus retenta: Censuit Magister, ut legatum etiam una cum fœtu reciperet: dum tamen ne principalium capitum summam fœtus excederent.

65 *l. 8. ff. eod. l. 26. ff. de leg. 3.*

66 *Equitio*, id est, armento equorum, *l. 1. in fi. ff. de rei vind. l. 12. §. 4. ff. de usu & hab.* Et hac etiam lege notandum, equitii legatum ab equorum legato differre.

67 *Equitium*, an *equi* legentur, interest.

68 Cur accedunt? quia est legatum universale.

69 Adde *l. 42. ff. de pign. act.*

70 Appellationis judex primam sententiam ut confirmare, ita supplere & in sententiam deducere id quod omissum fuerit, potest.

71 Appellatio etiam temeraria vim sententiæ suspendit: qui tamen ita appellavit, in fructus medii temporis condemnandus est: adde *l. ult. ff. de re jud.* Quid? appellatio *frustratoria* quæ est? quæ non prodest appellanti.

72 *l. ult. ff. de re jud. l. 24. ff. de appell.* adde *l. 2. C. de usur. rei jud.*

73 Interest nostra, obligationem nostram non dividi. *v. l. 19. ff. de pignor.*

74 Partis solutio potest offerri, si ita conveneris: alias partem offerens nihil offert. adde *l. qui solidum. 78. ff. de leg. 2.* neque liberatur ab usuris. Cur non admittitur partis oblatio? nempe quia multa habet incommoda. *l. plane. 3. ff. fam. ercis.*

75 Si non retardatur, præstatio universæ usuræ per partis oblationem. igitur nihil agit debitor partem offerens: atqui judicis officium est agente creditore, ut partem accipiat à debitore, *l. 21. in fi. ff. de reb. cred.*

76 Al. *scripsit.* S. L.

77 Juliis, ut *l. 60. ff. locati.*

78 Usuræ incertæ peti non possunt: Incerta usurarum promissio non tenet. 79 *l. 31. ff. eod.*

80 Fructus legatarii sunt ex die dominii quæsiti: etsi pars anni major effluxerit.

81 Non à die mortis. *l. 86. §. 2. ff. de leg. 1.*

82 Usuras, quas fiscus ex mora generali petere potuit, fisci cessionarius petere potest.

83 *l. 17. §. 5. ff. eod.*

84 *l. 15. l. 16. C. eod.*

85 Usurarum licitum modus, centesima usura, *l. 1. §. 4. ff. de pign. ubi dixi.*

86 Donatarius, naturali ratione, fructus cura sua & industria perceptos, id est, industriales, suos facit, §. 35. *Instit. de rer. divis.* Goth. Vide ad hanc l. Pinell. *de rescind. vend. part. 2. cap. 4. n. 53.* Govean. *var. lect. lib. 2. c. 15.* Charond. *verisimil. lib. 1. cap. 7. §. 2.* Anf.

87 Illos tantum. *Haloand.*

88 *Fructuum* alii operis adquirunt, *ut hic.* alii non ex facto nostro, *in fi. ff. eod.* puta si pomum decerpam, sylvam cædum. *ff. eod.* Cui divisioni tertium membrum adjicit Bartolus, civiles nimirum fructus, qui neque ex operis, neque sponte nascuntur, sed jure, ut mercedes ædium. Alii mixtos eos appellant, natura partim, partim industria quæsitos, vide *Copum, 1. de fructib. 3.*

89 Naturales fructus, pomum decerpere, ex sylva cædere.

90 Cæciderit. *Haloan.*

91 Imo omnes etiam naturales fructus suos facit, non solum industriales. *l. 48. ff. de adqu. rer. dominio.*

92 *l. 36. §. 5. ff. de petit. hered. l. 48. ff. de rei vind.*

93 *l. 24. ff. eod.*

94 *l. 9. ff. eod.*

95 Dixi ad *l. 4. C. quando dies legati.*

96 Accusatio falsi testamenti suspendit petitionem legati: reus tamen omnia damna præstat.

96 Post hujusmodi traditionem ut.

97 Vel ideo, quod is usuras præstat, qui fructuationes cauti legis Falcidiæ beneficium imploravit. *l.* 89. *in pr. ff. ad l. Falcid. com.*

98 Fructus suos fructus est, ut fructuarius possit pignori dare usumfructum. *l.* 6. *C. de usufructu.*

que conditio legati exstitit: Quæsitum est, cum testamentum falsum non esse apparuerit 96, an fructus etiam mulieri præstari debeant? Respondit, præstandos 97.

De oppignoratione.

XLIX. JAVOLENUS lib. III ex Posterioribus Labeonis.

FRuctus 98 rei est 99, vel pignori dare licere 100.

99 qui facit, idem pignori dare potest. 100 *l.* 72. *ff. de reg. jur.* etiam hoc casu Usumfructum sc. non proprietatem.

TIT. II.

DE NAUTICO [1] FÆNORE [2].

Quæ sit pecunia trajectitia.

1. MODESTINUS lib. X Pandectarum.

TRajectitia 3 ea pecunia est, quæ trans mare vehitur: cæterum si eodem loci consumatur, non erit trajectitia. † Sed videndum, an merces ex [ea] pecunia comparatæ in ea causa habeantur? Et interest, utrum etiam ipsæ periculo creditoris navigent: tunc enim trajectitia pecunia fit.

Si nemo sit, qui possit interpellari.

II. POMPONIUS lib. III ex Plautio.

LAbeo ait, si 4 nemo 5 sit, qui a parte promissoris interpellari trajectitiæ pecuniæ possit, idipsum testatione complecti debere, ut pro petitione id cederet.

Dies, ex quo periculum spectat ad creditorem.

III. MODESTINUS lib. IV Regularum.

IN nautica pecunia ex 6 ea die periculum spectat creditorem 7, ex quo navem navigare conveniat 8.

De periculo non suscepto, vel discusso. 1. De operis servi.

IV. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

NIhil interest, trajectitia pecunia sine periculo creditoris accepta sit, an post diem præstituturn & conditionem impletam periculum esse creditoris desierit 9: utrubique igitur majus 10 legitima usura fœnus non debebitur. Sed in priore quidem specie semper: in altera vero, discusso periculo: nec pignora, vel hypothecæ, titulo majoris usuræ tenebuntur. §. 1. Pro operis 11 servi trajectitiæ pecuniæ gratia secuti 12, quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem 13 centesimæ 14, non 15 ultra duplum debetur. In stipulatione fœnoris post diem periculi separatim interposita, quod [in ea] legitimæ 16 usuræ deerit, per alteram stipulationem operarum supplebitur.

De pecunia credita, ut sub conditione reddatur. 1. Et de pacto.

V. SCÆVOLA lib. VI Responsorum.

PEricli pretium 17 est 18, & si 19 conditione quamvis pœnali non exstitente receptorus sis quod dederis, & insuper aliquid præter pecuniam, si modo in aleæ 20 speciem non cadat 21: veluti ea, ex quibus conditiones 22 nasci solent 23, ut *si manumittas* 24, *si non illud facias, si non convaluero*, & cætera 25. Nec 26 dubitabis, si 27 pi-

1 IV C. XXXIII *Novell.* 106 & 110. Superiori autem titulo dixit de terrestri, & mediterraneis usuris, nunc de maritimis tractat.

2 Ita scribendum quod imputant existimantes fœneratorem dici quasi φονεύτορον ἀπὸ τοῦ φονεύειν τὸ χρυσίον, quoniam id genus hominum speciem altentat humanitatis ut commodi esse videantur inopibus animos deiderantibus. Verum illam sententiam improbat Gell. 19 *cap.* 12. notat enim, fœneratorem a fenore, fenus autem a fetu dici, & quasi a fetura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis, atque ideo M. Catonem, & cæteros cius ætatis fœneratorem sine *a* litera pronunciasse, Varronem 3 *de sermone Latino* scribere. Est autem fœnus lucrum, quod ex conventione accedit ad sortem mutuo acceptam: Quod si ad aliam contractum quam mutui accedat præter sortem aliquid officio judicis, non lucri causa, sed ne in damno versetur creditor, usura est, non fœnus. Fœnoris utriusque diversa est qualitas: maritimi namque periculum est creditoris: mediterranei vero, debitoris: quod & debitor testari debebat, priusquam navis solveret. Demosth. περὶ σφαλμάτων mediterranei, modus certus finitusque: maritimi, olim infinitus, hodie finitus, sed certe gravior mediterraneo. Videó tamen hoc fœnus appellari maritimas usuras, *l.* 6. *ff. eod.*

3 Sic enim appellatur *hic. & in fin. h. l. l.* 13. *in fin. ff. de negotiis. l.* 2. *in fin. ff. quod certo loco. l.* 3. §. 8. *ff. de peculio.* & nautica, *l.* 3 *ff. eod. l.* 122. § 1. *ff. de verb. oblig.* διακτύλια χρεωκοπ. *Eclog.* 7 *tit.* 7. Auguſt. *Homil.* 29. quaſi fenus trajectitium facia. & Diogen. Laërt. ait, Menippum ſolitum νομίζειν τόκον δανείζειν, id eſt, *credere ſub lege ſuſcipiendi periculi*: & adjicit in Menippo, ἡ ἐπιτοκισμὸς ἀργύριον, quia & ſub pignoribus credi ſolebat ea pecunia. *v. l.* 122. § 1. *ff. de verb. obl.* Atque ita pecunia nautica ea eſt, quæ creditoris periculo trans mare vehitur, ſive illa ipſa, ſive etiam merces ex ea comparatæ reportentur, modo periculo creditoris navigetur, *hæc l. in fin.* Hinc apud Pollucem, & Demoſth. *in oratione* πρὸς φορμίωνα, *in oratione* πρὸς λακρίτου ὑπὲρ ἐμπορίου, fenus ἐπιτραπικὸν, quod pro commeatu tantum, & ἐφοδιοπρατικὸν, quod pro remeatu accipitur. v. Hotom. 1 *de usur.* 9. 4 *Protestatio* loco petitionis eſt, ubi petitio fieri non poteſt. *l.* 25 *ff. de adult. Auth. ſi cautori. C. de epiſc. Auth. liberi furioſi. C. de epiſc. audientia. l. ut poſtliminium. 2. C. de annali.* 5 *l.* 22. *in fin. ff. de uſur.* 6 Commodum ex ea die cujuſque eſt, ex qua periculum ſentit, *ut hic.* & è contra. *l.* 4. *ff. eod.* 7 Spectat ad creditorem. *Ital.* 8 *Conventæ*, vel ex conventione, vel etiam ex ſolemni navigationis lege: Itaque ſi nondum aperto mari, atque hyberni temporis rigore naviget navis, non creditoris, ſed debitoris periculo eſt: Intempeſtiva navigatio debitoris damno eſt: Sibi imputet, quod ſua culpa damnum ſentit: Contra. Aliena culpa prægravari nemo debet: Cui, vel certe ſimili regulæ hoc exemplum Martianus appoſuerat. 9 Commodum ex ea die cujuſque eſſe deſinit, ex qua periculum ejus eſſe deſinit, *ut hic.* & è contra. *l.* 3. *ff. eod.* Goth. V. ad hanc l. Leonitii *emendat. lib* 4. *c.* 7. Briſſon. *lib.* 3 *ſelect. c.* 1. Auguſt. *lib.* 1 *emendat. c.* 9. Hotom. *lib* 3 *obſ. c.* 3 *in fin.* Anſ. 10 Imo, uſura nautica non tantum centeſima, ſed infinita poteſt eſſe. v. Paul. 2 *ſent* 14. §. 3. Cuj. *ibi*, ait, Tribonianum ex Juſtiniani conſtitutione vocem, *centeſimam*, hic addidiſſe. a qua opinione reſilit 5 *obſ.* 38. quem *ibid.* diligentiſſime conſule. 11 Stipulationem pœnæ, & operarum eandem eſſe, notat Cuj. *ad Afric. ad l.* 23. *ff. de obligationib.* diverſam tamen a fœnoris ſtipulatione, *ut hoc loco.* Goth. V. Hotom. *lib.* 5 *obſ.* 6. Anſ. 12 Solebat enim à creditore mitti ſervus, vel libertus, qui pecuniam ſuo tempore à debitore exigeret, atque pro ejus operis certa ſumma in ſtipulationem deducebatur, *ut hic. & l.* 23. *in pr. ff. de obl. & act.* Cuj. 20 *obſ.* 1. id Gr. χειρόλαβον. 13 Id eſt, ad modum. Duar. 2 *Diſp.* 3. 14 Uſuram centeſimam credita pecunia olim licebat ſtipulari, *ut hic. & l.* 8. *C. ſi cert. pet.* Credito frumento, & frugibus omnibus quatuor centeſimas, *l.* 1. *C. Theod. de uſuris. l.* 23. *C. de uſuris.* & ſic 48 in centum. Fruges recipiebant immodicas uſuras. Hodie credita pecunia ſtipulamur beſſes, aut ſemiſſes: credito frumento cæteriſque frugibus centeſimas tantum *l. eos.* 26. *C. de uſuris.* Cauſa differentiæ pecuniæ & frugum poſita eſt in incerto & inconſtante frugum pretio: quod etiam efficit ut frugum uſuræ ex pacto debeantur: pecuniæ, non niſi ex ſtipulatione. *l.* 12. *C. de uſuris.* Quinetiam in frugibus centeſimas quiſque & ſtipulari, & promittere poteſt: in pecunia ruſtica trientem tantum promittere: viri illuſtres eundem ſtipulari poſſunt: Ita non omnium debitorum & creditorum in pecuniæ creditæ uſuris æqua conditio eſt. adde *Novell* 32. *& ibid.* Cujac. 15 Has tres voces, *non ultra anplum*, diſpungit Hotoman. 5 *obſ.* 6.

16 *Legitima uſura*, centeſima: dixi ad *l.* 1. §. 3. *in fin. ff. de pignorib.* 17 Τιμὴ τόκου. *Baſil* id eſt, periculo maritimo adſine eſt illud terreſtre, de quo mox dicturi ſumus. id Gr. ἐκ κεφαλαίου, quoties conditione quamvis, &c. ut ſit ſenſus: Periculum mutuæ pecuniæ in ſe recipiens creditor centeſimas poteſt ſtipulari, ſive pecunia trajectitia, id eſt, nautica ſit, ſive non ſit. *Bald.* v. Molinæum nove hanc legem explicantem *in tr. uſurar. n.* 98. *ad* 104. negantem etiam *periculum pretii* hic idem eſſe cum mutuo, venditione, ſocietate, contractu uſurario, alea: eſſe contractum, do ut des: cui certe Baſilica obſtant: in eo quod mutuum eſſe negat, cum ita habent: Καὶ ὅταν δώσωμεν χρυσοῦν ἐπὶ τόκῳ ἑκατὸν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ὡσαύτως τίμημα ἐκατόν, &c. Cuj. 9 *obſ.* 28. Goth. Emendationem hujus l. v. apud Hotom. *lib.* 5 *obſ.* 1. Anſ. 18 Non eſt, etſi conditione quavis pœnali non exiſtente receptus ſis quod dederis, & inſuper aliquid præter pecuniam, ſi modo in aleæ ſpeciem non cadat. Hotom. 5 *obſ.* 1. 19 Quæ pœna infligitur ei, qui conditionem non implet. Cujac. 9 *obſ.* 28. 20 Hotoman. 5 *obſ.* 1. in aliam ſpeciem, idem Hotom. 1 *obſ* 27. 21 Non cadunt in aleæ ſpeciem ii contractus, de quibus nunc dicturi ſumus, cum ex iis naſcatur condictio, quod in alea non eſt. *l.* 19. *in fin. ff. de prob.* 22 Conditiones. Cuj. *ex Baſil*, Hotom. 1 *obſ.* 27. & 5 *obſ.* 16. *Targ. l.* 76. *ff. de jure dot. l.* 4. *ff. de donat. inter vir.* 23 Conditiones hæc tres poteſtativæ: ſub quibus pœnam majorem ſorte ſtipulamur, ſi contra pactum factum fuerit. Quid? hujuſmodi ſtipulatio eſtne in fraudem uſurarum legitimarum? non eſt, nec enim ſimplex pœnæ ſtipulatio hic eſt, ut in illa. Baldus interim hinc colligit: Contractum innominatum verbis conditionalibus, neque fieri, ut & modalibus. 24 Ἵνα μὴ ἐξ ἀνάγκης, *Baſil.* ſi non manumittas. Cujac. *ibid.* 25 Ut in illa ſtipulatione, ſi intra certum tempus 20 mutua non reddentur, 100 reddes. *l.* 40. *ff. de reb. creditis. l.* 90. *ff. de verb. oblig.* 26 Ac nec dubitabis in his omnibus, & pactum ſine ſtipulatione, ad augendam obligationem proderit. Hotom. 5 *obſ.* 1. 27 Conditiones hæ duæ, quæ ſequuntur, caſuales & fortuitæ: quæ etſi operam requirant, effectu tamen ipſo aleæ quaſi ſpeciem continent, & veræ conditionis inſtar ſunt: ut ex ea cauſa dubium non ſit ob incertum eventum, & ſortis periculum, licere ſuprà ſortem paciſci. Hæ conditiones à ſuperioribus differunt: hæc non, ut illæ, ponales ſunt: illæ negligentiæ nomine & fere effectu non ſecuto committuntur, hæ fortunæ ſolum poteſtate & effectu ſecuto vim ſuam obtinent. ut in his major ſit dubitatio, quam in illis: & tamen periculi pretium utrobique eſt: & adjecto ultra legitimum uſurarum modum debetur: pactum uſurarum ſine ſtipulatione his caſibus prodeſt, vide Langebekium 2 *Animadverſionum.*

ſcatori erogaturo 28 in apparatum plurimum pecuniæ dederim, *ut ſi cepiſſet, redderet*? & athletæ, unde ſe exhiberet 29, exerceretque, *ut ſi viciſſet, redderet* 30. §. 1. In his autem omnibus & pactum 31 ſine ſtipulatione ad augendam obligationem prodeſt.

De nave perempta & pignoribus, quæ sunt in alia navi.

VI. PAULUS lib. XXV Quæſtionum.

FÆnerator, pecuniam uſuris maritimis mutuam dando, quaſdam merces in nave pignori accepit 32: ex quibus ſi non potuiſſet totum debitum exſolvi, aliarum mercium aliis navibus impoſitarum, propriiſque fœneratoribus obligatarum, ſi quid ſuperfuiſſet, pignori accepit: Quæſitum eſt, nave propria perempta, ex qua totum ſolvi potuit, an id damnum ad creditorem pertineat, intra præſtitutos dies amiſſa nave? an ad cæteraruin navium ſuperfluum admitti poſſit? Reſpondi, Alias quidem pignoris deminutio ad 33 damnum debitoris, non etiam ad creditoris pertinet; ſed cum trajectitia pecunia ita datur, *ut non aliter petitio ejus creditori competat, quam ſi ſalva navis intra ſtatuta tempora pervenerit*, ipſius creditoris obligatio non exiſtente conditione defeciſſe videtur: & ideo pignorum quoque perſecutio perempta eſt; etiam eorum quæ non ſunt amiſſa: Si navis intra præſtitutos dies periſſet, & conditionem ſtipulationis defuiſſe videri: ideoque ſine cauſa de pignorum perſecutione, quæ in aliis navibus fuerunt, quæri. Quando ergo ad illorum pignorum perſecutionem creditor admitti potuerit? Scilicet tunc, cum conditio 34 exſtiterit obligationis, & alio caſu pignus amiſſum fuerit, vel vilius diſtractum: vel ſi navis poſtea perierit, quam dies præfinitus periculo exactus fuerit.

De pacto.

VII. IDEM lib. III ad Edictum.

IN quibuſdam 35 contractibus etiam uſuræ debentur, quemadmodum 36 per ſtipulationem. Nam ſi dedero decem trajectitia, *ut* 37 *ſalva nave ſortem cum certis uſuris recipiam*, dicendum eſt, poſſe me ſortem cum uſuris recipere.

Si per creditorem ſteterit, quominus acceperit.

VIII. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

SErvius ait, pecuniæ trajectitiæ pœnam 38 peti non poſſe, ſi 39 per creditorem ſtetiſſet, quo minus eam intra [certum] tempus præſtitutum accipiat.

De morte debitoris.

IX. LABEO lib. V Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI trajectitiæ pecuniæ pœna 40, uti ſolet, promiſſa eſt: quamvis eo die, qui primus ſolvendæ pecuniæ fuerit, nemo 41 vixerit, qui [eam] pecuniam deberet, tamen perinde 42 committi pœna poteſt, ac ſi fuiſſet 43 heres debitoris.

28 *Erogato in apparatum, ut ſi cepiſſet, redderet.* Hotomanus 3 *obſ.* 5. exiſtimat ita legendum, & hæc verba *plurimum pecuniæ* ab imperito interprete ſubjecta, ſub hoc verbo, erogato.

29 Id eſt, in victum & exercitationem, quam *legem pulveris & cibi* Terentianus Maurus vocat. Cujac. 9 *obſ.* 28. Athletæ ſolebant ſe multo ante tempore ſplendide alere, ut eo robuſtiores eſſent. Hinc *habitus athleticus.*

30 Si non viciſſet, non redderet. Cujac. *ibid.*

31 Adde *l.* 7. *ff. eod.*

32 Id enim conſuetum erat. vide *l.* 122. §. 1. *de verb. oblig.*

33 *l.* 6. *l.* 9. *C. de pignorat.*

34 *l.* 5. *ff. de pignor.*

35 *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

36 Perinde ac ſi ſtipulatus eſſem, ſi eſt citra vinculum ſtipulationis ex [illa].

37 Quippe ubi ſalva obligatio principalis non eſt, ibi ſalva obligatio pignoris eſſe non poteſt.

38 V. quæ ſcripſi ad *l. ult ff. eod.* Goth. Adde Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 116. Anſ.

39 *l.* 105. *ff. de verb. oblig.* 40 Pœnæ pecuniæ trajectitiæ exempla pete ex *l. pen. ff. eod. l. debitor.* 13. *ff. de negotiis. l.* 3. §. *ſi ſervus. ff. de peculio. l.* 23. *ff. de oblig. & act.* 41 *l.* 77. *ff. de verb. oblig.* 42 Pœna committitur, mortuo etiam debitore, *ut hic.* Quid ita? quippe hic mora ex contractu committitur: nec requiritur vera mora perſonæ, quæ adeſſe non poteſt hereditate jacente. *l. is, cui* 5. §. *eſt fatum.* 20. *ff. ut in poſſeſſ.* 43 *Subaudi*, in rerum natura.

TIT. III.

DE PROBATIONIBUS [1], ET PRÆSUMPTIONIBUS [2].

De genere vel gente.

I. PAPINIANUS lib. III Quæſtionum.

QUotiens quæreretur 4, genus 5 vel gentem quis haberet, necne, eum 6 probare 7 oportet.

De affirmante & negante.

II. PAULUS lib. LXIX ad Edictum.

EI incumbit probatio, qui 8 dicit 9; non qui negat 10.

De tacito fideicommisso.

III. PAPINIANUS lib. IX Responsorum.

CUm 11 tacitum 12 fideicommiſſum ab eo datur, qui tam in primo, quam in ſecundo teſtamento, pro eadem parte, vel poſtea pro majore heres ſcribitur: probatio 13 *mutatæ voluntatis* ei debet

1 IV C. XII. & 22 *Eclog.* 12. & 2 *Extra.* 19. Utilem eſſe hunc titulum apparet ex eo, quod neque jus, neque voluntas defuncti quidquam poſſit, ubi deficit probatio. *l.* 30. *ff. de teſtam. tutela.* quæ luci comparatur, *l. ult. C. eod.* lumen veritatis appellatur. *l.* 4. *in fin. C. de temp. & reparat. appell.* Quid eſt probatio? An rei dubiæ per argumenta, ut volunt quidam, ſcriptura privata, levis præſumptio. v. Oldend. *c.* 3 *de probat.* 2 *Eclog* 23. *Præſumere*, eſt ante ſumere, audere, accedere, tentare aliquid contra jus, prius adgredi, præoccupare, putare, præſagire, conjicere, cogitare, divinare. *Præſumptio*, eſt conjectura, ſeu divinatio in rebus dubiis, collecta per rerum circumſtantias, ex argumentis, vel indiciis frequenter evenientibus. Oldend. *in Topicis. tract. de Præſumpt. v.* 2 *Reg.* 3. *C.* 2. *extra de præſumpt.*) vel *Præſumptiones*, ſunt anticipationes quædam de eo, quod in re eſt, communi ſenſu perceptæ ex eo, quod plerunque intelligitur, quodque plerunque fit, quæ probationem omnem in eum transferunt, contra quem fiant. Cujac. *hic.* Utiliter de præſumptionibus tractavit Oldendorpius *dict. loco.* fuſiſſime vero Alciatus *in ſuo de Præſumpt. tractatu.* Porro, præſumptionum alia major, alia minor: hæc juris, quia à lege introducitur, & de jure, quia à lege fluit, & habetur à lege pro vera: Eſtque nihil aliud Alciato 2 *parte præſumpt.*) quam diſpoſitio legis præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtatuentis: contra quam non admittitur probatio. vide *l. ult. C. ad Velleian.* alia juris tantum, quæ eidem Alciato *i in* 3 *parte præſumpt.*, nihil aliud eſt, quam probabilis conjectura ex certo ſigno proveniens, quæ non alio adducto pro veritate habetur. Differt præſumptio à *probatione.* Probatio per ſe, Præſumptio per ea, quæ certa ſunt, fidem facit. vide *l.* 83. *ff. de condit. & demonſtrat.* Differt à *fictione*, quia fictio adverſatur veritati: præſumptio fundatur in veritate: ideoque contra fictionem non admittitur probatio; quid enim efficeret probatio veritatis, ubi fictio adverſus veritatem fingit? ideoque ſuper falſo & certo fingitur, ſuper incerto & vero præſumitur: Porro, *fictio* nihil aliud eſt, quam legis adverſus veritatem in re poſſibili ex juſta cauſa diſpoſitio. vide Alciat. *in* 1 *parte præſumpt. num.* 2. 4 In ſucceſſionibus, & tutelis ſcil. ad agnatos enim & gentiles ſolent ex deferri. *arg. l.* 10. *ff. de gradibus.* 5 *Genus* à *gente* hic ſeparatur. Inter aſcendentes & deſcendentes eſt genus, inter agnatos, gentileſque etiam gens eſt. Abuſive tamen *genus* pro gente interdum ſumitur: & in hæc duo, genus, & gentem, dividitur jure civili ſanguinis conjunctio. Porro, quod ad gentem attinet, ea diviſa erat in ſtirpes, familias, ſive domos. *l. penult. in fin. ff. de bon. poſſ. contra. tabul.* Ita hereditatis diviſio in ſtirpes. §. *cum filiæ. Inſtit. de hereditatib. quæ ab inteſt.* non eſt in gentes, ſed in diverſas unius gentis ſtirpes, ſeu domos diviſio: Poteſt enim quis ex eadem gente eſſe, ut tamen non ex eadem domo ſit: & contra nemo ex eadem domo, ſive ſtirpe eſſe poteſt, niſi ſimul ex eadem gente, ſive genere ſit: adde quæ ſcripſi ad *l.* 195. *ff. de verbor. ſignif.* & Revard. 5 *Variar.* 1. 6 Qui dicit ſcil. ſe eſſe ex ea gente, de cujus ſucceſſione & tutela agitur: facit *Novell. de ſucceſſorib.* 36. § 2. adeoque ſi inter duos litigetur de cognatione, ambo probationes afferre tenentur. *d. Novell.* 36. 7 Probanda gens eſt (quotiens nimirum de gente alicujus quæſtio eſt) ex utraque parte cognitionaliter, non μονομερῶς. adde *Novell.* 36. 8 *l* 2. *C. eod. Novell.* 18. *cap.* 8. Affirmativa probatione indiget, non negativa: Affirmanti factum incumbit probatio, non neganti. *l.* 23. *C. eod.* 9 *d. l.* 2. id eſt actor, *l.* 23. *ff. eod.* ſeu is, qui agit, ut emptor, *l.* 4 patronus, *l.* 6 heres, *l.* 12. *in fin.* qui de læſione conqueritur, *l.* 15. *ff. eod* qui voluntatem mutatam dicit, *l.* 22 creditor, *l.* 11. *l.* 23. debitor pecuniam ſolutam affirmans. *l.* 1. *C. eod. l.* 18. §. 1. *ff. eod.* 10 Cur ita? *v. l.* 23. *in fin. C. eod.* 11 Tacitum fideicommiſſum in uno teſtamento relictum, intelligitur in alio repetitum, niſi conjecturæ contrariæ ſint: *Tacitum* eſt, cum ſecreto capaci relinquitur, ut is incapaci reſtituat. 12 De quo vide *l.* 103. *ff. de leg.* 1.

13 Vide *l.* 48. *l.* 49. *ff. de jure fiſci. l.* 22. *ff. eod.*

13 Hic igitur casus excipitur à regula superiore, ibi: Ita, ceteris merito, dum enim putant testatores, & heredes non aditis testamentis occultius rem in fraudem legum fe gerere, majore digni adiectione habendi. Faber. *Etc.*

14 A filio, qui vult hereditatem auferre, tanquam ab indigno, quod fidei in primo testamento commodavit de restitutione faciendæ incapaci. *l. 3. §. ceterum. 3. ff. de his quæ ut indign.* Ita qui certam fidem adhibuit alicui in primo ejus testamento, probare cogitat fidem eidem non adhibuisse in eodem secundo testamento. Sed enim præsumuntur mutata testatoris, vel heredis secreta voluntas. Qui facit ergo eidem primo testamento adhibendam fidem, eandem in secundo eidem adhibuisse præsumitur, nisi probet contrarium. In secundo videntur repetita, quæ fuerunt in primo. vid. tamen *l. 28. ff. de adimendis l. Statius. 48. ff. de jure fisc.*

15 V. quæ scripsi in *l. 9.* in verbo *plenumque ff. eod.* Præsumptiones ducuntur ex eo quod plerumque fit.

16 Id est, testatoribus. *Domini rerum*, hic nihil aliud, quam testatores: alias, *domini rerum*, Principes dicuntur.

17 Nisi probetur, emptor probat servum ante venditionem fugisse. 22 *Synops. l. c. 4.* Probare tempus is debet, qui tempore nititur.

18 V. *l. 7. ff. eod.*

19 Puta advocationis, ut *l. 5. C. de postul.* Hinc colligo, negativam ab eo probandam esse, qui in ea fundamentum suæ intentionis facit, & qui ea utitur adversus communem præsumptionem. vel ita: Probare quid jure prohibitum, seu juris prohibitionem, & exceptionem is debet, qui eam in judicium deducit: quippe jure permissum, & factum quidque præsumitur, nisi contrarium probetur: adde *l. 17. ff. de servitut. rusticorum præd. l. 27. C. de testam. l. 32. in fin. C. de appellat.*

20 Ut in *l. 2. C. si adversus rem judicat.* adde *l. 34. ff. soluto matrim.* 21 Quia præsumitur jurisdictionis, & actus solennitas. 22 *l. 6. C. de dolo. l. ult. C. de probat.* Manifeste autem probari id dicitur, quod probatur ex indiciis, & conjecturis, *l. licet. 74. ff. de legat. 1. l. si loculpes. 57. ff. de manum. test.* 23 Probare fraudem factam tenetur, qui fraudem admissam esse conqueritur, *l. 6. C. de dolo.* 24 Donasse inter vivos, *arg. l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. patron.*

25 Si non probetur, an apud venditorem servus fugerit, quæstioni ejus tormentis factæ credimus: Nam in se, non pro domino, vel in dominum interrogari videtur. *Synop. 22. tit. 1. cap. 6. in princ. Paul. 2 sentent. 17. §. 13. l. 58. in fin. ff. de ædilitio. Scholiastes Synopseos Basil. 19. tit. 10. cap. 42.* 26 Plena, vel semiplena: sunt tamen quædam alia indicia: unde notant, Indicia minus quiddam esse semiplenam probationem habeat, eundem indicia quoque habere, *l. indicia. 19. C. de rei vindic. l. ult. C. de prob.* 27 Quia emptor eam probare non potest, sicuti debet. *l. 4. ff. eod.* 28 *Responsioni*: sic emendat Cujac. 5 *observ. c. 38. in fin.* ex qua re conflatum est ἀναπίμπλημι inexplicabile cum *l. 58. in fin. ff. de ædilitio.* 29 Vide hic Albericum, *l. 1. §. 2. ff. de quæst.* 30 *Sub.* directo. 31 Quod non admittitur, *l. 1. §. 16. ff. de quæst.* 32 Filius quoque sui se juris esse dicens probat. *Synops. Basil. 22. tit. 1. cap. 6. in fin.* hoc est, Filius, qui se emancipatum: servus, qui se manumissum ait, emancipationem, & manumissionem probare debent. Potestas patria, & dominica præsumitur durare, nisi probetur contrarium, id est, soluta esse. Ita magis præsumitur pro patre, & domino adseverante, quam pro filio, & servo, *vel ita*: Quasi possessio filiationis, & servitutis transfert onus probandi in adversarium. adde *l. 11. C. de fide instr.* 33 Se esse. *Hal.* quia natus ex legitimo matrimonio præsumitur esse in potestate patris. v. *Alciat. 2 præsumpt. 2.* 34 *V. l. 1. ff. de obsequiis.* 35 Nec enim revera opponitur patria potestas libertati, quod quis etiam liber subjicitur patriæ potestati: Liber esse quis ex eo non desinit, quod in patris sui potestate sit. vid. *l. 215. ff. de verb. sign.* 36 Vide *l. 7. in fi. ff. de liberali causa.*

37 Se liberum esse. 38 Id est, intelligeretur, contineretur? 39 V. *l. 19. in pr. ff. eod. l. 1. ff. de except.* 40 Ut si in rem stipulati fuerimus, *l. 8. §. pen. ff. de pign.* 41 Tam *Heredibus nostris*, quam nobismetipsis plerumque cavemus, adde *2. Faber. 18.* & caviße præsumimur. 42 Heredi caviße etiam intelligitur, qui sibi cavit: sunt enim pacta ad heredes transitoria. Pactum in dubio reale præsumitur, non personale, *l. 13. C. de contr. stipul.* 43 Sive pactum fiat de non petendo: sive etiam alios obligemus. vide *l. 2. & l. 13. C. de contrab. stipul.* 44 *Census*, id est, censuales, & publicæ cujusque territorii tabulæ, *l. 4. §. 1. ff. de censib.* quibus ætas, *l. 3. ff. de censibus*, modus tributi solvendi, *l. 2. §. ult. ff. de annuis legatis*, probatur, ut & privilegia, & facta antiqua. v. *l. 7. l. 11. C. de fide instr.* Census potestne sola scriptura probari? dixeris *arg. l. quicunque. C. de apochis publicis.* Contrarium verius, *l. 19. C. de fide instr.* 45 Quid? Sepulchris publice inscripta, & custodita, annales (qui vel opere, vel fortuna merentur fidem publicam, ut ait Plinius, qui etiam probare videntur, *arg. l. 1. in pr. ff. de offic. Quæstor.*) in publicum æs, ac monumentum incisa, num probant etiam plene? vide *l. 6. C. de religiosis.* Imo, non plene: cum falsis titulis vitiata fuerit imagine scriptura. Livius. 4. & 18. An proverbia? v. *l. 79. § 1. in fin. ff. de legat. 3.* An poëtarum testimonia? collige *ex l. 6. in fin. ff. de rerum divis.* Goth. Scriptura à magistratibus confecta testibus præponderat. *l. in donat. C. de donat. cap. post cessionem. 7. extr. de probat. l. si qua. 22. ubi Bald. C. de Episc. & Cleric.* Ans.

46 Ut testimonia sint superflua, *l. 31. C. de donat.* Imo, æqualia. v. *l. 15. C. de fide instr.* Imo, inferiora sunt, *l. 1. in fin. C. de censib. lib. 11. tit. 57.* sed & profitenti non præjudicat censualis professio, *l. 7. C. de donat.* non præjudicat etiam tertio, cujus bona tanquam mea professus fuero. *l. 63. ff. de adqu. rer. domin.* v. *hic Feriarum. n. 2. 3. 4.* 47 Duobus, *l. 12 ff. de testib.* Scripturæ magis creditur, quam testibus in negotiis antiquis, factisve longævis. 48 Præsumitur retro idoneus non fuisse, qui nunc inidoneus est: qui hanc præsumptionem præsentem habet pupillus, probare non cogitur, tutorum fidejussores tum, cum darentur, idoneos non fuisse, cum eo, quod nunc inidonei sint, & tum etiam non idoneos fuisse præsumptio sit. Ex præsenti, in præteritum conjecturas ducimus. 49 *l. 1. §. 11. ff. de magistrat. convenien.* 50 Quinquaginta. *Hal.*

51 Vel testamento: est enim interdum moris, ut binas tabulas testamentorum faciamus, *l. 14. C. de Testam.* vide *l. 47. ff. de leg. 2. v.* & Suetonium. 52 *Ut l. 29. ff. de jure dot.* multiplicare, *l. 34. § 3. ff. de leg. 1.* 53 *Prima fronte*, id est, primo obtutu. 54 Cur æquius videtur? Nempe quia generalis hæc sententia est: In pari causa probandi onus ad actorem pertinere, *l. 23. C. eod.*

55 Sed interdum. *Hal.* 56 Probatio interdum exigitur à reo. *l. 22. C. ad l. Cornel. de falsis.*

57 *l. 1. C. de probat.* Interdum reus probat: velut in eo, qui mutuum se quidem accepisse confitetur, verum solutam esse pecuniam dicit. *Synopf. Basil. 22. tit. 1. c. 11. §. 2.* Opponens exceptionem solutionis, probare eam cogitur. *d. l. 1. C. de prob.* 58 Et earum vi duas diversas summas ab herede petit, quasi duplicatas à testatore. *ut ff.*

debet incumbere, qui 13 convenitur 14 ? cum secreti suscepti ratio plerunque 15 dominis 16 rerum persuadeat, eos ita heredes scribere, quorum fidem elegerunt.

De fuga servi.

IV. PAULUS lib. VI Responsorum [respondit.]

EMptorem 17 probare debere, cum servum, de quo quæritur, antequam emeret, fugisse 18.

De probationibus. 1. *De emancipatione.*

V. IDEM lib. IX Responsorum.

AB ea parte, quæ dicit, *adversarium suum* | *ab* | *aliquo jure* 19 *prohibitum esse ipsa actione lege vel constitutione*, id probari oportere.

§ 1. Idem respondit, si quis negat 20 emancipationem recte factam, probationem *ipsum* præstare debere 21.

De alienatione in fraudem patroni.

VI. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

PAtronum manifeste 22 docere debere, libertum in fraudem 23 suam aliquid dedisse 24, ut partem ejus, quod in fraudem datum esset, posset avocare.

De fuga servi.

VII. PAULUS lib. II Sententiarum.

CUm 25 probatio 26 prioris fugæ deficit 27, servi quæstioni 28 credendum est: in se 29 enim interrogari 30, non pro domino, aut in 31 dominum videtur.

De patria potestate, de libertate.

VIII. IDEM lib. XVIII ad Plautium.

SI 32 filius *in potestate* patris se esse 33 neget, Prætor cognoscit, ut prior doceat filius: quia & pro pietate 34, quam patri debet [præstare], hoc statuendum est: & quia *se liberum esse* quodammodo 35 contendit: Ideo enim & qui 36 ad libertatem proclamat, prior docere 37 jubetur.

De pacto personali, vel in rem.

IX. CELSUS lib. I Digestorum.

SI pactum factum sit, in quo *heredis* mentio non fiat, quæritur, an id factum sit, ut ipsius dumtaxat persona eo statueretur 38? Sed quamvis verum est, quod, qui excipit 39, probare debeat, quod excipitur, attamen de ipso duntaxat, ac non de herede ejus quoque convenisse, petitor, non qui excipit, probare debet: quia plerunque 40 tam heredibus 41 nostris, quam nobismetipsis 42 cavemus 43.

De censu, & monumentis publicis.

X. MARCELLUS lib. III Digestorum.

CEnsus 44 & monumenta 45 publica potiora 46 testibus 47 esse, Senatus censuit.

De fidejussoribus tutorum.

XI. CELSUS lib. XI Digestorum.

NOn 48 est necesse pupillo probare, fidejussores pro tutore datos, cum accipiebantur, idoneos non fuisse: nam probatio exigenda est ab his, quorum Officii 49 fuit providere, ut pupillo caveretur.

De legato in testamento & in codicillis relicto.

XII. IDEM lib. XVII Digestorum.

QUingenta 50 testamento tibi legata sunt; item scriptum est 51 in codicillis postea scriptis: Refert, duplicare 52 legatum voluerit, an repetere: & oblitus, se in testamento legasse, id fecerit: Ab utro ergo probatio ejus rei exigenda est? Prima 53 fronte æquius 54 videtur, ut petitor probet, quod intendit: sed nimirum 55 probationes 56 quædam à reo exiguntur: nam si creditum petam, ille respondeat *solutam* 57 *esse pecuniam*, ipse hoc probare cogendus est: Et hic igitur, cum petitor duas scripturas ostendit 58, heres posteriorem 59 inanem 60 esse, ipse heres id adprobare judici 61 debet 62.

De probatione ætatis.

XIII. IDEM lib. XXX Digestorum.

CUm de *ætate* hominis quæreretur, Cæsar Noster 63 in hæc verba rescripsit: *Et domus & magnum est, cum de statu 64 ætatis alicujus quæreretur, & diverse 65 professionis 66 proferuntur 67, ea 68 potissimum stare, quæ notet 69: sed causa cognita 70 veritatem eruere oportet 71; & ex eo potissimum annos computari, ex quo præcipuam 72 fidem in ea re constare credibilius 73 videtur.*

De causa status.

XIV. ULPIANUS lib. II de Officio Consulis.

CIrca eum, qui se ex *Libertinitate* ingenuum dicat, referendum est, quis actoris partibus fungatur? Et, si 74 quidem in 75 possessionem libertinitatis fuit, sine dubio ipsum oportebit ingenuitatis causam agere, docereque *se ingenuum esse*: Sin 76 vero in possessione ingenuitatis sit, & libertinus esse dicatur (scilicet ejus, qui ei controversiam movet) hoc probare debet, qui eum dicit libertum suum: Quid enim interest, *servum suum* quis, an *libertum* contendat? † Si quis autem fiducia ingenuitatis suæ ultro 77 in se suscipiat probationes, ad hoc ut sententiam ferat pro ingenuitate facientem (hoc est, *ingenuum se esse* ut pronuncietur) an obtemperare 78 ei debeat, tractari potest? Et non ab re esse opinor, morem ei geri probandi *se ingenuum*, & sententiam secundum se dandam: cum nulla 79 captio intercedat juris.

De eo, qui quasi filius defuncti fideicommissum solvit, & cautionem accepit.

XV. MODESTINUS lib. XII Responsorum.

QUidam, quasi 80 ex Seia susceptus [à] Gaio Seio, cum Gaius fratres haberet, hereditatem Gaii invasit 81: & fratribus ejusdem, quasi ex mandatu defuncti, fideicommissa solvit; cautionem 82 accepit 83: qui postea cognito, quod filius fratris eorum non fuisset, quærebant, an cum eo de hereditate fratris possint, propter emissam manum 84 ab eis, quasi filio agere 85? Modestinus respondit, cautione 86 exsoluti fideicommissi statum ejus, qui probari potest à fratribus defuncti filius [mortui] non esse, minime confirmatum esse: sed hoc ipsum à fratribus 87 probari debet.

De professione matris & avi.

XVI. TERENTIUS CLEMENS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

ETiam 88 matris 89 *professio* 90 filiorum recipitur 91: Sed & avi recipienda est.

De lege Falcidia.

XVII. CELSUS lib. VI Digestorum.

CUm de lege Falcidia quæritur 92, heredis probatio est 93, locum 94 habere legem Falcidiam: quod dum probare non potest 95, merito condemnabitur.

De operu liberti. De præjudicio. 1. De dolo. 2. De interrogatione in jure.

XVIII. ULPIANUS lib. VI Disputationum.

QUotiens operæ quasi à liberto petuntur, probationes ab eo, *qui* 96 *se patronum dicit*, exiguntur: & ideo Julianus scripsit, licet in præjudicio possessor patronus esse videtur, verum partibus actoris non libertum fungi debere; sed eum, qui se patronum esse contendit. §. 1. Qui *dolo dicit factum aliquid*, licet in exceptione 97, docere dolum admissum debet. §. 2. Interrogationis 98 factæ probationem actori imponi debere, id est, ei, qui in jure interrogatum dixit respondisse, *se solum heredem esse*: vel, si tacuisse 99 dicatur interrogatus, æque tantundem erit dicendum, impositam improbationem 100; non ei, qui excepit se non respondisse, sed actori.

De exceptione. 1. De promissione judicio sisti. 2. De exceptione procuratoria, 3. Vel compensationis, 4. Vel rei judicatæ, vel jurisjurandi, vel aleæ.

XIX. IDEM lib. VII Disputationum.

IN 1 *exceptionibus* 2 dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere; ipsumque exceptionem, velut intentionem, implere: ut puta *si pacti conventi exceptione* utatur, docere debet pactum conventum factum esse. §. 1. Cum quis promisisset *judicio se sisti*, & Rei-

---

59 Imo is est cui bono, solutionis facta creditori. *l. 2. C. de cond. ex lege.*

60 Scriptura qui videat præsumitur nonea, vimque suam habere, nisi contra probetur. Nam vel in diversis voluntatibus præsumitur duplicatio, nisi contra probetur: neque præsumitur quis oblitus eorum, quæ fecit, ut in hac specie: legatum ejusdem quantitatis, in diversis scripturis relictum, intelligitur duplicatum, nisi contrarium probetur. de quo vide Alberic. *hic plenius.*

61 Probandum est judici, non adversario, *ut hic.* adde *l. is, apud quem. 2. C. de edendo.* Quid ita? si adversario fides esset facienda, lis aboriret in infinitum: nunquam fides ei fieret, eo semper tergiversante, vel negante.

62 *l. 44. in fin. ff. de l. 2.* Imo, heres non tenetur probare priorem inanem esse, cum ei parcatur, & ad unicam duntaxat, eamque minimam summam teneatur, *l. 47. in fin. ff. de leg. 2.* ad hæc legatarii ex causa probare debent defunctum duplicare voluisse legatum. *l. 29. ff. de jure dot. l. 34. §. 3. ff. de leg. 1.*

63 Quidam putant, hic Severum Alexandrum designari. *Anf.*

64 Id est, an aliquis sit major viginti quinque annis: hinc ad statum suum pervenire quis dicitur, *v. l. 77. §. 14. ff. de leg. 2.* status ætatis hic, idem quod ætas.

65 Quid enim, si aspectus ejus, de quo quæritur, ab ejus professione discrepet, *l. 32. de minorib.* si *ἀναβιοσεως*, (de quibus *l. 2. ff. de excus. tutor.*) matris, aut avi professio, *l. 16. ff. eod.* a censualibus libris (*l. 3. ff. de censibus*) ab obstetricibus (de quibus in *l. 3. §. 6. ff. de Carbon.*) & testibus, *l. 2. C. de his, qui veniam.* discrepent? aut, quod magis est,

---

quid, si una earum professionum ementita sit? *ut in l. 14. C. eod.* 66 Moris enim erat publice ætatem profiteri. vide *l. 3. in princ. ff. de censibus.* 67 His enim minores læsi ætatem probant. *l. 1. C. si minor se major.* 68 *Al.* ei. 69 De cujus ætate quæritur. *Accurs.* 70 *l. 43. ff. de minoribus.* 71 Etiam die feriato, *l. 2. ff. de feriis.* 72 Vide *l. 21. in fin. ff. de test.*

73 Verisimilioribus ætatum professionibus stare nos oportet. 74 Probare se ingenuum debet, qui in quasi possessione libertinitatis est, id est, qui possessus est ab alio, ut libertus. v. *l. 20. C. eod.*

75 *In possessionem esse* dixit, ut & alias sæpe idem genus dicendi occurrit. 76 Probare adversarium libertinum esse is cogitur, qui adversus eum in possessione ingenuitatis morantem experitur. Quasi possessio probandi onus à nobis in adversarium transfert, *l. 18. ff. eod. l. 6. in fin. ff. si libert. ingen.*

77 *Ut in l. 39. ff. de liber. caus.* 78 *Obtemperari.* 79 Probandi onus voluntate sua quis in se suscipere potest, non ejus tantum, cum quo litigat (sibi enim imputet, qui, cum probationis onus in adversarium rejicere potuit, onus probationis in se recepit, *arg. leg. 23. ff. de statu*) sed & aliorum absentium respectu. Cur? quod, eos si spectes, non tam pronunciatus sit ingenuus esse, quam videri, *l. 27. §. 1. ff. de liberali.* unde & nullum præjudicium talis eis adfert sententia. *l. 1. ff. si libert. ingen. l. 2. C. quib. res jud.* 80 Probare *genus*, ac gentem is non cogitur qui in quasi possessione generis, ac gentis est. 81 Ex testamento. 82 Epistola non plene probatur sanguinis necessitudo. vid. *l. 13. leg. 14. C. eod.* 83 Tanquam filius, & heres. 84 *Manus* hic, cautio est.

85 *Al.* intestato. 86 Epistola non præjudicat quidem veritati, interim tamen, dum contrarium probetur, statur epistolæ. 87 *Sub.* conquerentibus: quippe, qui deceptionem allegat, probare eam cogitur. 88 Testimonium matris, & avi pro filio admittitur, *ut hic.* Imo, non admittitur. *l. parentes. C. de testibus.* An dicemus admitti jure speciali, quod aliis melius ætatem liberorum habeat cognitam? An admitti matrem non ut testem, sed ut indicium facientem? An quasi supplementum semiplenæ alterius probationis? An potius, quod in hoc matris testimonio de ætate filii nullum ejus commodum versetur, sed alienum plane? 89 Quid ita, cum parentes teles liberis esse non possint? *l. 6. C. de testib.* 90 De *professionibus* dixi *ad l. 6. C. de fide instrum.*

91 *l. 1. §. 12. ff. de liberis agnoscend.* Imo, non recipitur, *l. 29. §. 1. ff. eod.* Hinc colligunt: Minus legitimos testes (minorem puto annis 20 mulierem, & latum, qui adversus clericum non admittitur) interrogari, & indicium judici facere ad veritatem inquirendam ulteriùs: prohibitos autem non æque. v. *l. 20. ff. de quæst. l. 6. C. de his, quibus ut indign.* 92 Per heredem se. 93 Potest autem id facile ex inventario probare. *l. ult. §. 10. C. de jure delib.* possunt quoque legatarii illud inventarium impugnare. *l. ult. §. 10. C. de jure delib.* 94 Probare *Falcidiæ locum* esse, heres, qui ea uti desiderat, cogitur, *ut hic.* Atqui Falcidiæ locum esse qui ait, idem negat bona defuncti sufficere legatis solvendis: Negatio autem probari non posse dicitur, *l. 23. C. eod.* An hic quæstio est de legatorum, non bonorum quantitate? An hic agitur de bonis æstimandis, non de patrimonii quantitate? An potius de inventarii libro, discussione bonorum defuncti facta, & vicinis eo nomine interrogatis? 95 Probatio ei incumbit, qui dicit adversarium *tacuisse*, vel *respondisse* interrogatum: hoc est adversarium contumacem fuisse. 96 Probare se *patronum* debet, qui jus patronatus sibi in adversarium adserit, *l. 14. ff. eod. l. 6. in fin. ff. si libert. ingen.* 97 V. *l. 19. ff. eod. l. 17. ff. de except. rei jud.* Probare *dolum* is debet, qui dolum agendo, vel excipiendo admissum esse ait: Nec enim dolus præsumitur, nisi probetur. *l. 6. C. de dolo.* 98 Probare *exceptionem* impedimenti, excusationis peremptoriæ, dilatoriæ, vel declinatoriæ debet, qui exceptionem allegat. 99 Vide *l. 11. §. 4. l. 19. ff. de interrog.* 100 Imposita probatione. *Hal.* 1 An id probabit etiam juramento? Jacobus de Aretio ita putat. *arg. l. scire. 13. §. sufficit. 6. ff. de excusat. tut. l. ult. C. de bonis auctorit. jud. possid.* Butrius, Andreas, & Richardus aliud censent apud Albericum & Baldum. *arg. l. 3. §. si ad diem. ff. de re militari.* 2 *l. 5. l. 9. l. 18. ff. eod. l 1. ff. de except.* in exceptionibus reus, actor est: & ad probationes tenetur. 22 *Synopf. l. c. 17. 1* Harm. 2. §. 9.

& Reipublicæ causa afuisse dicat, & ob id non stetisse, vel dolo malo adversarii factum, quo minus sisteretur, vel valetudinem sibi impedimento fuisse, vel tempestatem [3]: probare [4] eum id oportet [5]. §. 2. Sed & si procuratoria [6] quis exceptione utatur, *eo quod non 7 licuisset adversario dare* [8], *vel fieri* [9] *procuratorem*: probare id oportet objicientem exceptionem. §. 3. Idem erit dicendum & si ea pecunia petatur, quæ pensata [10] dicitur.

§. 4. Hoc amplius, si judicatæ rei vel jurisjurandi conditio delata dicatur de eo, quod nunc petitur, sive in alea [11] gestum esse contendatur, eum implere probationes oportet.

De libero homine rapto, & in vinculis habito.

XX. JULIANUS lib. XLIII Digestorum.

SI quis liberum hominem vi rapuerit, in [12] vinculis habuerit, is indignissime commodum [13] possessoris consequeretur, quia probari non poterit, hominem eo tempore, quo primum lis ordinaretur, in libertate fuisse.

De legato rei alienæ vel obligatæ.

XXI. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

VErius esse existimo, ipsum, qui agit, id est, legatarium [14], probare [15] oportere, *scisse alienam* [16] *rem, vel obligatam legare defunctum*: non heredem probare oportere, *ignorasse alienam vel obligatam*: Quia *semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.*

De mutatione voluntatis.

XXII. ULPIANUS lib. I Responsorum.

EUm, qui voluntatem mutatam [17] dicit, probare hoc debere.

De actione hypothecaria.

XXIII. MARCIANUS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

ANte omnia probandum est, quod [18] inter agentem & debitorem convenit, ut pignori hypothecæve sit: sed & si hoc probet actor, illud quoque implere debet, rem pertinere ad debitorem eo [19] tempore, quo convenit de pignore [20]; aut cujus voluntate hypotheca data sit.

De chirographo cancellato.

XXIV. MODESTINUS lib. IV Regularum.

SI chirographum cancellatum [21] fuerit, licet præsumtione [22] debitor liberatus esse videtur, in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostenderit, recte debitor convenitur.

De conditione indebiti.

XXV. PAULUS lib. III [23] Quæstionum.

CUm [24] *de indebito* quæritur, quis probare debet non fuisse debitum? Res ita temperanda est: Ut si quidem is, qui accepisse dicitur rem, vel pecuniam indebitam, hoc negaverit, & ipse, qui dedit, legitimis [25] probationibus solutionem adprobaverit, sine ulla distinctione ipsum, qui negavit sese pecuniam accepisse, si vult audiri, compellendum [26] esse ad probationes præstandas, quod pecuniam debitam accepit: per [27] etenim absurdum est, eum, qui ab initio negavit pecuniam suscepisse, postquam fuerit convictus eam accepisse, probationem non debiti ab adversario exigere: Sin [28] vero ab initio confiteatur quidem suscepisse pecunias, dicat autem [29] non indebitas ei fuisse solutas, præsumptionem videlicet pro eo esse, qui accepit, nemo dubitat: *Quis enim solvit, nunquam ita resupinus* [30] *est* [31], *ut facile suas pecunias* [32] *jactet, & indebitas effundat*: & maxime si ipse, qui indebitas dedisse dicit, homo diligens est, & studiosus paterfamilias, cujus personam incredibile est in aliquo [33] facile erraße: & ideo eum, qui dicit *in debitas solvisse*, compelli ad probationes, quod per dolum accipientis, vel aliquam justam ignorantiæ causam indebitum ab eo solutum: & nisi [hoc] ostenderit, nullam eum repetitionem habere. §. 1. Sin autem is, qui indebitum queritur, vel [34] pupillus [35], vel minor sit, vel mulier, vel forte vir quidem perfectæ ætatis, sed miles [36], vel agricultor [37], & forensium rerum expers, vel alias simplicitate [38] gaudens, & desidia [39] deditus: tunc eum, qui accepit pecunias, ostendere bene eas accepisse, & debitas ei fuisse solutas, & si non ostenderit, eas redhibere. §. 2. Sed hæc ita [40], si totam summam indebitam fuisse solutam is, qui dedit, contendat: Sin autem pro parte quæritur, quod [41] pars pecuniæ solutæ debita non est; vel quod ab initio quidem debitum fuit, sed vel dissoluto debito, postea ignarus iterum solvit, vel exceptione tutus, errore ejus, pecunias dependit: ipsum omnimodo hoc ostendere, quod vel plus debito persolvit, vel jam solutam pecuniam per errorem repetita solutione dependit, vel tutus exceptione suam nesciens projecit pecuniam: secundum generalem regulam, quæ *eos, qui opponendas esse exceptiones adfirmant* [42], *vel solvisse* [43] *debita contendunt, hæc ostendere* exigit. §. 3. In omnibus autem visionibus [44] quas præposuimus, licentia concedenda est ei, cui onus probationis incumbit, adversario suo de rei veritate jusjurandum [45] inferre, prius ipso pro calumnia jurante [46], ut judex juramenti fidem secutus, ita suam sententiam possit formare, jure referendæ [47] religionis ei servando. §. 4. Sed hæc, ubi [48] de solutione indebiti quæstio est: Sin [49] autem *cautio* indebite exposita esse dicatur, & indiscrete [50] loquitur, tunc eum, in quem cautio exposita est, compelli [51] debitum esse ostendere, quod in cautionem deduxit: nisi ipse specialiter, qui cautionem exposuit, causas [52] explanavit, pro quibus eandem conscripsit: Tunc enim stare [53] eum oportet suæ confessioni [54]: nisi evidentissimis probationibus in scriptis [55] habitis ostendere paratus sit, sese hæc indebite promisisse.

De tacita remissione fideicommissi.

XXVI. PAPINIANUS lib. XX Quæstionum.

PRocula [56] magnæ quantitatis fideicommissum à fratre sibi debitum, post mortem ejus in ratione cum heredibus compensare vellet, ex diverso autem allegaretur, *nunquam 57 id a fratre, quamdiu vixit, desideratum, cum varius* [58] *ex causis sæpe * in * rationem fratris pecuniæ ratio Proculæ solvisset*: Divus Commodus, cum super eo negotio cognosceret, non admisit compensationem, quasi tacite fratri fideicommissum fuisset remissum [59].

De confessione testatoris.

XXVII. SCÆVOLA lib. XXXIII Digestorum.

QUi testamentum [60] faciebat, ei, qui usque ad certum modum capere potuerat [61], legavit licitam [62] quantitatem: deinde ita locutus est: *Titio centum do lego, quæ mihi pertulit* [63], *quæ ideo ei non cavi, quod omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu* [64] *meo habui* [65] *sine ulla cautione. Item, eidem Titio reddi & solvi volo de substantia mea centum quinquaginta, quæ ego ex reditibus prædiorum ejus, quorum ipse fructum percepi & distraxi: item de Calendario* [66], *si quæ a matre receperat Titius, in rem meam converti.* Quæro, an Titius ea exigere potest? Respondit, si Titius suprascripta ex ratione sua ad testatorem perveniße probare [67] potuerit, exigi [68]: videtur [69] enim eo, quod ille plus capere non poterat, in fraudem Legis hæc in testamento adjecißе.

Si quæratur, an memoria extet.

XXVIII. LABEO lib. VII Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI arbiter [70] animadvertere debeat, *An* [71] *operis facti memoria exstet* [72], hoc ei quærendum est: an aliquis meminerit, id opus factum esse? Paulus: Imo, cum in arbitrio quæritur, memoria facti operis exstet necne. non hoc quæritur, *num aliquis meminerit, quo die, aut quo* [73] *Consule factura sit*, sed *num* [74] *hoc aliquo modo probari possit, quando id opus factum sit*: & hoc ita, quod Græci dicere solent, ἐν πλάτει [75] enim potest hoc [76] memoria non teneri [77]: *intra annum* (puta) *factum*, cum interim nemo sit eorum, qui meminerit, quibus Consulibus id viderit: sed cum [78] omnium hæc est opinio, nec [79] audißе, nec vidißе, cum id opus fieret, neque ex eis audißе [80], qui vidißent, aut audißent: & hoc infinite similiter fusum [81] versum accidet [82]: cum memoria operis facti non exstaret.

Si quæratur, an sit filius. 1. De professione.

XXIX. SCÆVOLA lib. IX Digestorum.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti Claudio Apollinari rescripserunt, in hæc verba: *Probationes* [83], *quæ de filio dantur, non in sola adfirmatione* [84] *testium consistunt: sed & epistolas* [85], *quæ uxoribus missæ*

3 Ut *l.* 2. §. 6. ff. *si quis cautionibus.* vel custodiam. *l.* 2. *C. quæ. ex cauſ. major.*

4 *l.* 3. *C. de exceptione.*

5 Quomodo quis se impeditum fuisse probare poterit? Si desiderabit actionem intendere, telles utique ei necessarii fuerint ad probandam tempestatem, *l.* 5. § 2. ff. *ne quis eum. l.* 3 *C. de naufragiis. lib.* 11. *tit.* 5. si exceptionem quæsiverit, isque casus testibus probari poterit, testibus uti poterit. *l.* 3. §. 7. ff. *de re militari.* si minus, Ita bitur eius juramento, si bonæ existimationis fuerit, *l.* 5. §. 6. ff. *de re militari.* & ita dicendum est in specie *l.* 13. §. 7. ff. *de excuſ. tut.* de juramento etiam traditur. *l.* 15. ff. *ad exhib. l.* 15. *in fin.* ff. *de bonis auctor.* vid. Bald. ad *l.* 2. §. 8. ff. *si quis cautionib.*

6 De procuratoria exceptione adde §. *ult. Inſt. de except.*

7 Paulus 1 *ſentent.* 2. Infames cognitores fieri non possunt. Quintil. 4. Male petis: procuratori enim tibi esse non licet: sed neque illi, cujus nomine litigas, habere procuratorem. *& alibi:* Non licet tibi agere mecum: cognitor enim fieri non potuisti. Fortunatianus, Reum negare infamem agere posse. Et tamen infamis procurator esse potest, Advocatus non potest. *l.* 1. §. 6. ff. *de poſtul.* Merito: Advocati namque major dignitas est, quam procuratoris: Est enim Advocatorum corpus seminarium dignitatum. Valentin. *Novell. de poſtul.* Inde Sidonius: Advocatorum cum finiuntur actiones, tunc incipiunt dignitates. Ennodius, nota proximitate sociatur causidicus, & senator.

8 Puta in criminalibus, *l. penultr.* §. 1. ff. *de pub. jud.* & interdum in populari actione, *l.* 42. ff. *de procurat.* alias enim ex edicto cuique procuratorem dare licet. *l.* 43. §. 1. ff. *de procurat.*

9 Puta; quod sit miles, non veteranus. *l.* 8 §. 2. ff. *de procurat.*

10 Id est, compensata.

11 Vide *l. ult.* §. 1. ff. *quar. rer. act.*

12 Inve vinculis. *Hal.* Hinc collige, *violentam* possessionem non liberare possessorem à probatione. *l.* 15. *C. eod.*

13 Possessionis commodo non fruitur, qui liberum hominem detinet.

14 Vide *l.* 57. *in pr.* ff. *de legat.* 1.

15 Alias præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur, dixi ad *l.* 6. *C. qui militare.* vide Socin. *reg.* 177.

16 Ignorantia facti alieni præsumitur. vide Socin. *regul.* 176.

17 Mutata voluntas præsumi non solet, nisi probetur mutatio, *ut hic.* & *l.* 3. ff. *eod. l.* 32. §. 4. ff. *de donat. inter virum. l.* 22. *in fin.* ff. *de legat.* 2. *c.* 1. *de his quæ vi metusve cauſa. c. majores. in fin. de baptiſmo.* vide Menoch. 6 *præſumpt.* 37. Alciat. 2 *præſumpt.* 26.

18 Probare conventionem hypothecariam, & rem fuisse in bonis debitoris creditor cogitur, ut hypothecaria possit experiri: vel ita, Hypothecaria qui agit, hæc tria probare cogitur, debitum esse, rem hypotheca subjectam, & in bonis fuisse tum debitoris.

19 *l.* 3. *l.* 15. §. 1. ff. *de pignorib.*

20 Specialiter, non generaliter. *d.* §. 1.

21 Ut & redditum. *l.* 14. *in fin. l.* 15. *C. de ſolut.*

22 Instrumento debiti apud debitorem reperto cancellato, præsumitur liberatio debitori facta, *ut hic.* Hinc, si cancellata fuerit cautio, debitor præsumptione liberatus est, nisi creditor probaverit adhuc sibi deberi. *Synopſ. eod. cap.* 12. Idem est, si idem integrum habeat *d. l.* 14. *l.* 15 multo magis, si creditor fateatur se reddidisse, *l.* 2. §. 1. ff. *de pactis.* aut eundem constet reddi mandasse. *l.* 7. *C. de remiſſ. pign. v. l.* 19. §. 1. ff. *de acceptilat. l.* 14. *C. de ſolutionib.*

23 Hoc eodem libro Paulus plura scripsit de condictione indebiti. *l.* 21. *l.* 60. ff. *de condict. indeb. l.* 84. ff. *de reg. jur.*

24 Aut vehementer fallor, aut huic legi manum suam Tribonianus admovit, quod vel ipse stylus in fine satis arguit. Paulo etiam aliter exstat apud auctorem *Synopſ.* 22. *tit.* 1. *c.* 23. 2 *Harm.* 2. § 10.

25 Probata numeratione per creditorem, is, qui pecuniam recepit, si indebitum se recepisse dixerit, id probare cogitur. Est enim ejus probare, *l.* 1. *C. de probat. l. ult. C. de ſolution.* vel ita, Reus fatetur se pecuniam accepisse, actor contendit se indebitam solvisse: in hac specie actor probare debet se per dolum accipientis, vel aliam quam justam ignorantiæ causam indebitum solvisse: quod nisi faciat, damnatur. Quid, si actor sit pupillus, minor, mulier, miles, imperitus, expers rerum civilium, vel simplex? aliud. Reus probare cogitur se debitum accepisse. §. 1. ff. *eod. Synopſ.* 22. *tit.* 1. *cap.* 23.

26 Vel ideo quod contra negantem de mendacio convictus præsumitur contra confitentem, non præsumitur extra confessionem. *Bald.*

27 *Timeſis*, pro, per absurdum.

28 Reus negat se quidquam ab actore accepisse, Actor probat si aliquid reo solvisse: In hac specie actor non cogitur probare, se indebitum solvisse, sed reus potius cogitur probare se indebitam pecuniam accepisse. *Synopſ. Baſil.* 22. *tit.* 1. *c.* 23.

29 Qui dicit acceptas à se pecunias, sed non indebitas, probare non tenetur fuisse debitas, quia præsumptio generalis est ei potius fuisse solutas, quam donatas. *ut* ff. *eod.*

30 Sic alibi: nemo ita supinus, ut nomen suum ignoret. *l. ult. C. de heredib. inſtit.*

31 Prudens paterfamilias non præsumitur errare. ff. *eod. l. ult. C. arbit. tutel.*

32 Stultus præsumitur, qui pecunias suas jactat. *l. ult.* ff. *de bonis eorum.*

33 Quod in parte verum est, præsumitur in totum verum esse. *Bald.*

34 Probandi onus ab actore in reum convertitur, favore personarum: puta, si actor pupillus, minor, mulier, miles, simplex. *l.* 3. ff. *ad leg. Falcid.*

35 *l.* 13. *in fin.* ff. *de Publiciana.*

36 Rusticis errantibus in jure regulariter ignoscitur, vide tamen Socin. *regul.* 349.

37 ἀγροίκῳ καὶ πολιτικῶν πραγμάτων. *Synopſ. Baſil.* 22. *tit.* 1. *c.* 23.

38 ἁπλοῦς ἁπλῶς, vel alias simplex: *Ruſticitati* ignoscitur. vide *l.* 3. §. 22. ff. *de Silaniano.*

39 Desidiæ deditus. *Hal.* id est, monachus. Græci hunc locum ita accipiunt: sorte ex *l.* 26. *C. de decurionib.*

40 Qui dicit se indebitum solvisse, puta partem, vel iterum solvisse, cum exceptionem haberet, id probare cogitur. *Synopſ. d. c.* 23.

41 Adde *l.* 4. *C. de non num. pecun.*

42 Id est, afferunt: si quidem eo casu perimam actoris sustinent. *l.* 1. ff. *de except.*

43 Probare solutionem factam debet, qui solutionē factam esse ait.

44 Id est, interrogationibus, vide *l.* 25 §. 19. ff. *de pœnt. hered.* Græci ita, ἐν ταῖς τάσεσι, in omnibus his, *Synopſ. eod. c.* 23. hoc sensu: In his omnibus jusjurandum inferri, & sacramentum de calumnia præstari & referri.

45 *Nov.* 73. *c.* 4.

46 Si hoc exigatur. *l.* 34. §. 4. ff. *de jurejur.*

47 *l.* 12. *C. de reb. cred.*

48 Duo sunt hujus legis præcipua capita, indebiti solutio, & indebita cautionis scriptura.

49 Indebitam cautionem scripsi, causa crediti nulla inserta (Græci ita hunc locum legunt, ἀλλ' ὅταν τις μὴ χρεωστῶν σωματογραφήσῃ, ἢ ἄχρεως, &c. Ubi interpres certam cautionem pessime interpretatur: cum nudam, & sine causa vertere debuerit, adversarius probare eo casu tenetur sibi debitum esse: si causam adjeci, stare cogetur, nisi scriptura ostendero, me indebitam promisisse. *Synopſ. ibid. c.* 22.

50 Indistincte. *Hal.* indiscrete, generaliter, causa non addita. Ferretus *hic.* unde notat Baldus, Cautionem non habentem causam adhuc examinari, vel indistincte non valere? Græci, κἂν μὴ φανερῶς, ut paulo ante dixi.

51 Donatio in dubio non præsumitur. v. Joseph. Ludovic. *tit. de donationib. Concluſ.* 1.

52 V. *l.* 13. *C. de non num. pec.*

53 Στοιχὼν ἀναγκάζεται. *Synopſ.* 1. ubi interpres vertit obscure, procedere cogitur.

54 Cautioni, quam Græcorum imitatione ὁμολογίαν vocavit, sic *confeſſio* pro cautione accipitur in *l.* 20. *in fin.* ff. *de donat.* Cuj. *ad Nov.* 1.

55 V. *l.* 1. *C. de teſtib.*

56 *Al.* Procula, cum magnæ quantitatis. *Goth.* Ad intellectum hujus l. vid. Boër. *deciſ.* 42. *num.* 10. & *quæſt.* 147. *num.* 2. Alex. *lib.* 7. *conſil.* 100. *n.* 7. Dec. *conſil.* 79. *n.* 3. & *conſil.* 263. *n.* 3. Ans. Adde Math. de Afflict. *decis.* 13. *n.* 12. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *centur.* 1. *caſ.* 88. S. L.

57 Ratio sanguinis, longi temporis diuturnitas, mutua rationum redditio, ac computatio, tacite inducunt fideicommissi remissionem. adde *l.* 69. ff. *de jure dot.* Menoch. 2 *de arbitr. Centur.* 1. *caſ.* 88. *n.* 16. Si quid horum deficeret, non præsumeretur remissio. *Bald.*

58 Rationes hæ sunt decidendi: Consanguinitas, rationes sæpius putatæ, temporis diuturnitas.

59 Loquitur hic text. de fideicommisso purificato, non de eo quod in pendenti, de futuro purificandum est, de quo est text. in *l.* 45. ff. *de legat.* 1. *l. quod ſervo.* ff. *de conditt. ob cauſ. l.* 1. ff. *de ſtatulib.* Bart. ad *l. qui Rome.* 122. §. *duo fratres.* 6. ff. *de verbor. oblig. num.* 19. Sed utrum per divisionem inter duos fratres factam, fideicommissum censeatur remissum. videtur quod sic, per *d.* §. *duo fratres.* Sed neg. Bart. *ibid. num.* 10. Vide Graff. §. *fideicommiſſum. quæſt.* 63. & notata ad *d.* §. *duo fratres.* Ans.

60 Testator confessus est testamento *se centum Titio debere*: Is, cujus intuitu ac favore à testatore ipso facta confessio est, summam superiorem debiti jure petere non poterit, sed ut legatam tantum.

61 Puta filio naturali: & sic incapaci, die idem in capace. *l.* 88. §. 10. ff. *de legat.* 2. *l.* 18. ff. *de auro. l.* 25. ff. *de liberat. legata.*

62 Puta duas uncias. *Novell.* 89. *cap.* 12. §. 4.

63 Quæ apud me esse fivit, nec repetit: atque ita coloratur legatum. *l.* 37. §. *penult.* ff. *de leg* 3.

64 *In sinu alterius* aliquid habere sine cautione, est in occulto, & in potestate ejus habere. Tertullianus, *de fuga in perſecutione*: pacificens cum delatore vel milite, vel ministro alicujus Præsidis sub tunica, & sinu, quod aiunt. Lampridius *in Commodo*: qui etiam dicuntur condemnationes in sinum vertisse, id est, in privatas rationes. Cicero 3 *Tuſculana*: in sinu gaudeo.

65 *Legendum est*, habuit.

66 Id est, fœneratitiis cautionibus; & pecuniis destinatis fœneri, solebant enim creditores usuras stipulari *in Calendas.* hinc Calendarii actio. *l.* 39. §. 14. ff. *adminiſt. tut.*

67 Et sic conjectura fraudis transfert onus probandi in legatarium. Præsumitur autem fraus ex confessione facta in favorem incapacis. *Salic.*

68 Non jure confessionis, aut quia eam summam suo testamento confessus est testator: sed quia probatur se eam summam apud testatorem habuisse.

69 Præsumitur confessio debiti inter personas legati incapaces fraudulenta, nisi aliunde vera probatur.

70 V. *l.* 24. §. *pen.* ff. *de aqua pluvia.*

71 *Memoria operis facti extare* dicitur, si sint qui viderint, vel audierint videntem, vel audientem: per contrarium probatur non extare, si communis opinio est non extare, qui viderint, vel audiverint videntem, vel audientem opus fieri. Ita memoria probatur per auditum auditus: memoriam non extare, per communem opinionem probatur.

72 Finge operis facti memoriam non extare. *l.* 2. § 7. ff. *de aqua pluv.*

73 *l.* 2. §. 8. ff. *de aqua pluv.*

74 In actione aquæ pluviæ arcendæ actor duo probat, opus manufactum, & memoriam operis extare. Reus vero, opus naturale non manufactum, & memoriam operis extare.

75 V. *l.* 3. ff. *de cond. triticaria.* Non enim potest hoc non memoria teneri, intra annum factum, v. Revard. 1 *variar.* 14.

76 Et ita Græci d. l. v. potest enim hoc, &c. *Hal.*

77 Memoria teneri. *Haloand.* non enim potest hoc memoria non teneri. Revard. 1 *variar.* 14. reprehensus a Roberto 1 *recept.* 22. qui putat ita legendum: Nunc enim potest hoc memoria teneri intra annum, puta factum, &c.

78 Sed tunc. Robert. 1 *recept.* 21.

79 Hinc colligitur, de auditione testimonium admitti.

80 Hinc collige, testimonium de auditu alieno, id est, cum quis audivit, vel ab eo qui ab alio audiverat, *ut hic.* vel ab eo, qui memoria tenet; *diff. l.* 2. §. 8. ff. *de aqua pluvia.* admitti in novi operis nunciatione, *ut hic.* & in finali quæstione 1 *Harmenop.* 6. & in factis antiquis, de quibus memoria non ita constat facile. An in aliis quæstionibus admittetur? apud antiquos admissum fuisse testatur Asconius *in* 3 *Verr.* In finali quæstione tale testimonium admissum fuisse notat *Harmenopul.* 1. *tit.* 6. Quanquam Seneca, *lib.* 4 *natural.* q. secundæ notæ testes eos esse dicit, qui vidisse se negant, sed audivisse. Quid, si testis dicit, *se credere*, vel *arbitrari?* majores voluerunt, ut qui testimonium diceret, arbitrari se diceret, etiam quod ipse vidisset. Cicero, 4 *Academ. & pro Fonteio.* Hoc enim verbo, *nos arbitrari*, scilicet & in re vera κρίνομεν utimur, ut & Ulpianus Demosthenis interpres νομίζειν & δοκεῖν Græcos dixisse notat. ὁ γὰρ νόμος ἐπὶ ἀκριβείας, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆ δόξῃ τίθεται. Quin eadem modestia judices utebantur in sententiis, cum sibi ita *videri* pronunciabant: de quo vide *l.* 3. ff. *de his, quæ in teſt. delentur.* Cujac. 3 *obſervat.* 26. Goth. Negat Minsinger. 6 *obſervat.* 58. Vide Faschin. *lib.* 11. *cap.* 66. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 5. *caſ.* 475. Ans.

81 Sic alibi, *sursum versus.*

82 Sursum versum accideret. *Haloand.*

83 Filiatio, seu ἀποδειξις probatur testibus: Imo, & epistolis patris ad matrem ejus, de cujus statu quæstio est, *ut hic.*

84 Facit *l.* 9. *C. de nuptiis.*

85 Quibus probatio impleri solet, *l.* 26 *in fin.* ff. *depoſiti.* si modo aliis indiciis est conjuncta, puta si epistolæ conjungatur natalium & adoptionis solennitas, *l.* 13. *C. hoc tit.* Cæterum nuda epistola non contrahitur obligatio, *d. l.* 26. non adquiritur hereditas, seu hereditatis jus. *l.* 52. ff. *de pactis.* Huc referri potest, quod legimus, transactione matris filios non fieri servos. *l.* 26. *C. de tranſact.*

§. Id est, non [illegible]tatum publ[illegible], seu privatæ [illegible]raturæ, [illegible]micum probationem faciunt: ut ita cum aliis adminiculis probent, *ut hic*. Quibusdam tamen videntur epistolæ plenam probationem facere, usque ibi donec contrarium probetur. Verum prior opinio verior est.

85 [illegible]ta ob repudium. Ita matris iratæ professio non præjudicat filio. adde *l. quicunque in calce.* 48. *ff. de reg. jur.* 86 Idem si servum. *l.* 26. *C. de transact.* 87 Idem est, si in testamento, *l.* 27. §. 1. *ff. de inofficios.* & transactione, *d. l.* 26. dixi *ad l.* 3. *ff. de censib.* hinc liber actorum Juvenali *Satyr.* 9. 88 Hujusmodi professio filio nocere videtur, *arg. l.* 16. *ff. eod. & l.* 1. §. 12. *& l.* 3. *in princ. ff. de liberis agnosc.* hinc dubitandi ratio fumitur. De professione dixi ad *l.* 6. *C. de fide instrument.* 89 Hinc ratio decidendi fumi potest, ut scilicet talis professio filio non obsit: nam interdum etiam irati patres filios heredes instituunt contumelioſe, *l.* 9. §. 8. cum maledicto, *l.* 48. §. 1. *ff. de heredibus inst.* eorumque increpatio non facit filios infames, *l.* 13 *C. ex quib. caus. infamia.* ut hujusmodi increpatio inter odium, & justum dolorem patris, ſit quiddam tertium: ut e contrario professio parentum nuncupantium filios, qui non sunt, filius non obstat. *l.* 5. *C. de testam.* & breviter calor iracundiæ non attenditur. *l. quicquid in calore.* 48. *ff. de reg. jur.* 90 Ἀτοπία, defectio: quippe minus dicitur, & plus intelligitur: Nam hic tribus verbis totius investigandæ veritatis ordo, ac processus innuitur. Interim tamen dicendum est, præsumi filium, qui in domo vicinis scientibus natus est, *l. si vicinis. C. de nuptiis.* (sic alibi similis deminutio est, *legatum non adimit*, pro *legatum dedit. l.* 14. *ff. de adimendis legatis.*) Ita fiet, ut a liberis hic non exigatur probatio, sed ab eorum adversariis. Nec enim temere credendum est parentibus adversus suum sanguinem, hoc est, adversus liberos iratis. 91 Imo, si dominus ancillæ fideicommissum reliquit, videtur eam libertate donasse. *l.* 38. *ff. de fideicomm. libertatib.* 92 Nisi testator fuerit miles, tunc enim legato alimentorum ancillæ relicto, videtur eam liberam efficere. *Novell.* 78. *cap.* 4.

93 Seu ex alio instrumento. 94 *Al.* deberi. 95 Imo, haber, *l. generaliter.* 13. *C. de non numerata.* 96 Nisi idem, & alterum instrumentum, cujus mentio in altero facta est, proferatur, aut alia legitima probatio. *v. N. v.* 119. *cap.* 3. adde *l.* 2. *ff. tit. prox.*

TIT. IV.

DE FIDE[1] INSTRUMENTORUM, ET AMISSIONE[2] EORUM.

Instrumentorum definitio & exempla.

I. PAULUS lib. II Sententiarum.

INstrumentorum[3] nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui[4] potest: & ideo tam testimonia[5], quam personæ[6] instrumentorum loco[7] habentur[8].

De authentico, & indice & exemplo.

II. IDEM lib. V Sententiarum.

QUicunque[9] à fisco convenitur, non[10] ex indice[11] & exemplo[12] alicujus scripturæ, sed ex[13] authentico[14] conveniendus[15] est: ita si contractus fides possit ostendi: cæterum[16] calumniosam[17] scripturam vim[18] in judicio obtinere non convenit.

De die repetita.

III. IDEM lib. III Responsorum respondit.

REpetita[19] quidem die cautionem interponi non debuisse: Sed falsi[20] crimen, quantum[21] ad eos[22], qui in hoc consenserunt, contractum non videri: cum inter præsentes & convenientes res actitata sit: magisque debitor, quam creditor deliqueriť.

De scriptura.

IV. GAIUS lib. singul. de formula hypothecaria.

IN[23] re hypothecæ nomine obligata ad rem non pertinet, quibus fit[24] verbis: sicuti est [&] in his obligationibus, quæ consensu contrahuntur: & ideo [&] sine scriptura si convenit[25], *ut hypotheca sit*, & probari[26] poterit, res obligata erit, de qua convenium[27]: Fiunt[27] enim de his scripturæ, ut, quod actum est, per eas facilius probari possit: & sine[28] his autem valet, quod actum est, si habeat probationem: sicut & nuptiæ[29] sunt, licet testatio sine scriptis habita est.

De tabulis testamenti deponendis.

V. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

SI res gesta, sine literarum quoque consignatione, veritate factum suum præbeat, non ideo minus valebit, quod instrumentum nullum de ea intercessit[30].

De tabulis testamenti deponendis.

VI. ULPIANUS lib. L ad Edictum.

SI[31] de tabulis testamenti deponendis agatur, & dubitetur cui eas deponi oporteť: semper[32] seniorem[33] juniore[34], & amplioris honoris[35] inferiore, & marem[36] fœminæ, & ingenuum libertino præferemus[37].

1 IV C. XXII. *Novell.* 44. & 73. & 22. *Eclog.* 2. 3. & 1 *Harm.* 8. & 2. *extra* 2.

2 Hæc verba ab indice titulorum absunt, hic autem superfunt. Cujac. *hic.* de amissione instrumentorum agitur in *l.* 4. 5. *C. eod.*

3 *l.* 99 §. 2. *ff. de verb. sign.* 22 *Eclog.* 1. *c.* 28.

4 *l.* 10. §. 2. *in fi. ff. de edendo.* l. 8. *ff. familiæ. l.* 34. *ff. de administ. tut. l. ult. ff. de suspectis. l.* 5. *ff. de jur. deliberand.*

5 Id est, dicta personarum, *Ferretus.* in scripturam redacta.

6 Ut servi, *dd.* 34. *d. l. ult.* actores. *d. l.* 8. *d. l.* 99. *in fin.* Græci ita διὰ τῶν μαρτύρων & οἱ μάρτυρες. *Synopf.* 22. *tit.* 1. *cap.* 28. hoc est, Testimonia, & testes instrumentorum loco habentur.

7 Ita condemnatus à judice, nisi intentionem suam titulis ac documentis probaverit, eandem personis & testibus probare potest. *l. notionem.* 99. *ff. de verb. sign.*

8 Adde acta publica civilia vel criminalia, quæ vel auctorem habent judicem, *l.* 2. *C. de edendo.* vel tabellionem. *l.* 17. *C. hoc tit.* Privata vero sunt, privata & domestica adnotatio, testatio, *l.* 5. *l.* 7. *C. de probat.* epistola, de qua dixi *l.* 29. *ff. tit. prox.* chirographum, *l. ult. ff. tit. proxim.* libri rationum, *l.* 9. §. 2. *ff. de edendo.* apocha, vide *l.* 27. §. 2. *ff. de furtis.* (quæ & quittantia), debitori utilia, ad probandam solutionem à se factam: antapocha, quæ creditori utilis est ad probandas annuas, & menstruas præstationes, & impediendas insidias præscriptionis, de qua *v. l.* 19. *C. eod.* ad-de inventarium: de quo *in l. ult. C. de jure deliber. & l.* 57. *ff. de adminiſtr. tutor. &* ἰδιόχειρον, de quo *l.* 11. *C. qui potior.* ἰσογραφὴν, *l.* 15. *ff. de reb. auctor. judic. ἀνάκλασιν, Nov.* 142. *c.* 2. seu elogium, *l.* 6. *ff. de cuſt. reorum.* breves, brevia, breviculas chartas, βραχέα, vide *l.* 5. *C. de conveniend. fisci debitorib.* apostolos, *l.* 1. *ff. de libellis dimiſſoriis.* indices, exempla, *l.* 2. *ff. eod.* authentica. *l.* 8. *ff. famil.* 9 Refertur hæc sententia apud Paulum, *Sent.* 12. §. 11. 10 Authenticis scripturis fides adhibetur, non eorum exemplis: Non hæc, sed illa etiam à fisco produci oportet, vide Alberic. *hic.* adde *Authenticam si quis in aliquo. C. de edendo.* 11 *Al.* vel exemplo, & ita apud Paulum *illo loco.* vel brevi. *l.* 5. *C. de conveniendis fisci debitorib.* 12 Exemplari. 13 Al. *vel*, ita apud Paulum, *ibid.* 14 Cur ita? vide *l.* 8. *ff. familiæ.* adde *l.* 3. *ff. de edendo.* 15 *Cap.* 6. *de exceptionib.* 16 Calumniosa scriptura uti hinc colligit Albericus eum, qui exemplum scripturæ exhibeat, non authenticam ipsam scripturam. 17 V. *l.* 24. *C. de probat.* 18 Vim justæ petitionis in judicio habere non convenit, ita apud Paulum *illo loco.* 19 Repetita *hic. & l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil. l.* 9. §. 6. *ff. ad exhibendum. l.* 5. §. 7. *ff. de novi oper. nunciat. l.* 15. §. 31. *ff. de damno. l.* 1. §. 9. 10. *ff. de itinere, actuque. d.* 34. *in fin. ff. de oblig. & act.* seu prolata, relata, v. *l.* 28. *ff. de falsis.* id est, anticipata, antidata: προχρονισμὸν vocat *Fc. log.* 22. *tit.* 1. *c.* 30. ut sit sensus: Tametsi fieri non debeat dicti prælatio (προχρονισμὸς) quod tamen attinet ad eos, qui in hoc consenserunt, falsi crimen non competit: magis enim debitor, quam creditor deliquit. 20 Falsi crimen privatis consentientibus non est, repetere diem in instrumento, *ut hic.* Notario est. Bald. *hic.* 21 Falsum in privata scriptura committi potest, *ut hic.* Quomodo? non ut id aliis noceat: sed ut ne alius alium possit accusare. Quoties enim duo, plurésve in eodem instrumento falsum admittunt, alius alium accusare falsi non potest: unde notant, socios vel consocios criminis ejusdem se invicem non accusare. 22 Secus quantum ad alios, quibus fieret præjudicium. *d. l.* 28. *ff. de falsis.* 23 Pignus nudo consensu contrahitur, etiam sine scriptura. *l.* 1. *ff. de pignorat. lib.* 24 *V. l.* 4. *ff. de pign.* 25 Id est, si conventum est.

26 Vide *l.* 17. *C. de pactis.* 27 Plerunque, & ut sæpius: interdum enim scriptura necessaria est ad probationem. 28 Scripturæ generaliter ad negotiorum ipsorum substantiam non pertinent, quippe ipsa negotia æquo jure testibus & instrumentis probantur: certis tamen casibus necessariæ sunt. v. *l.* 17. *C. eod.* 29 V. *l.* 9. *C. de nuptiis.* 30 Nisi contractus talis sit, ut requirat scripturam, ut emphyteusis. *l.* 1. *C. de jure emphyt.* 31 Idem *Synopf. Baſil.* 12. *tit.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 42. *c.* 32. 32 Testibus dignioribus & antiquioribus plenior fides adhibenda est.

33 Puta majorem natu, primogenitum. *l.* 77. §. 21. *ff. de leg.* 2. adde quæ notavi ad *l.* 5. *ff. de jure immunitatis. l.* 16. *ff. de accuſat.* 34 *Al.* Junfori. 35 Ut qui majori ex parte est heres. *l.* 4. §. 3. *l.* 5. *ff. familiæ.* qui à majori parte electus est. *l.* 15. *ff. de reb. auth. jud.* 36 Mas fœminæ in Testimoniis præferendus. Est enim sequioris, deterioriſque sexus fœmina. 37 Eorum enim æstimatio ad judicem pertinet. *l.* 5. *C. communia utriuſque.*

TIT. V.

DE TESTIBUS[1].

Usus testium. 1. *Qui, & in quibus causis testes adhiberi debeant.* 2. *De numero testium examinandorum.*

1. ARCADIUS, qui & Charisius, lib. singulari de testibus.

TEstimoniorum *usus*[2] frequens[3] ac[4] necessarius[5] est: & ab his præcipue exigendus, quorum fides non vacillat[6].

§. 1. Adhiberi quoque testes possunt, non[7] solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis[8] litibus, sicubi res postulat: & hi, quibus[9] non interdicitur testimonium, nec ulla lege[10] à dicendo testimonio excusantur. §. 2. Quanquam[11] quibusdam[12] Legibus amplissimus numerus testium definitus sit: tamen ex constitutionibus Principum hæc licentia ad sufficientem numerum testium coartatur, ut judices moderentur[13], & eum solum numerum testium, quem necessarium[14] esse putaverint, evocari patiantur: ne[15] effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur.

De fide testium examinanda. 3. *De testibus præsentibus & testimonii.* 5. *De liberto, impubere, damnato judicio publico, & aliis notatis infamia.* 6. *De testibus evocandis.*

II. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

IN[16] testimoniis autem dignitas[17], fides[18], mores, gravitas examinanda est: & ideo testes, qui adversus fidem suam testationis vacillant[19], audiendi non sunt.

III. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

TEstium[20] fides diligenter[21] examinanda est: Ideoque in persona eorum exploranda erunt in primis[22] conditio[23] cujusque; utrum quis decurio[24], an plebeius[25] sit; & an honestæ, & inculpatæ vitæ[26], an vero notatus quis, & reprehensibilis; an locuples[27], vel[28] egens[29] sit, ut lucri[30] causa quid facile admittat: vel an inimicus[31] ei sit, adversus quem testimonium fert; vel amicus[32] [ei] sit, pro quo testimonium dat: Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quod honesta[33] sit; vel propter causam, quod neque lucri, neque gratiæ[34], neque inimicitiæ causa sit: admittendus est. §. 1. Ideoque D. Hadrianus Vivio Varo Legato provinciæ Ciliciæ rescripsit, eum, qui judicat, magis posse scire, quanta fides habenda sit testibus. Verba epistulæ hæc sunt: *Tu magis scire potes*[35], *quanta fides habenda sit testibus: qui, & cujus dignitatis, & cujus æstimationis sint: & qui simpliciter*[36] *visi sint dicere, utrum unum eundemque meditatum*[37] *sermonem attulerint; an ad ea, quæ interrogaveras, ex tempore*[38] *verisimilia responderint.* §. 2. Ejusdem quoque Principis extat rescriptum ad Valerium Verum de excutienda fide testium, in hæc verba: *Quæ*[39] *argumenta ad quem modum probanda cuique res sufficiant, nullo*[40] *certo modo satis definiri potest: sicut non semper, ita sæpe sine publicis monumentis cujusque rei veritas deprehenditur: alias*[41] *majorum testimonia; alias dignitas & auctoritas, alias veluti consentiens fama*[42] *confirmat rei, de qua quæritur, fidem. Hoc ergo solum tibi referendere possum summatim*[43]*, non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim alligari debere*[44]*, sed ex sententia*[45] *animi tui te æstimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* §. 3. Idem Divus Hadrianus Junio Rufino Proconsuli Macedoniæ rescripsit, *testibus*[46] *se, non testimonii creduturum*[47]. Verba epistolæ ad hanc partem pertinentia hæc sunt: *Quod crimina objecerit apud me Alexander Apro: & quia [non] probabat, nec testes producebat, sed testimonii uti volebat, quibus apud me locus non est: nam ipsos*[48] *interrogare soleo: quem remisi ad provinciæ Præsidem, ut is de fide testium quæreret; & nisi impleſſet quod intenderat, relegaretur.*

§. 4. Gabinio quoque Maximo idem Princeps in hæc verba rescripsit: *Alia est auctoritas præsentium testium, alia testimoniorum quæ recitari*

, 1 IV C. XX. *Novell.* 90 21. *Syn. Baſil. l.* 8 & 5 *Paul. ſent.* 15. 6 *Harmenop.* 6. 2 *Extr.* 10.

2 Tituli juris nonnunquam commendantur ab usu, frequentia & necessitate.

3 In omnibus causis criminalibus & civilibus; §. 1. *ff. eod.* testamentis, *l.* 8. *C. qui teſt. facere. l.* 11. *C. qui potior.*

4 Testimoniorum usus necessarius est. *Novell* 90. *in princ.* v. Quintilianum 5. *in fin. princ.* Oldendorp. *in pr. tr. de teſtib.* Necessarius, inquam, in causis civilibus & criminalibus. §. 1. *ff. eod.*

5 Sunt enim permultæ, quæ probari non possunt, nisi per testes. *Novell.* 90. *in pr.*

6 Quod variis circumstantiis accidit. v. *l.* 2. *ff. eod.*

7 Testes fide dignos esse oportet: idque tam in pecuniariis, quam in criminalibus causis, quibus a lege non est interdictum, & qui non excusantur. *Synopf. eod. c.* 1. *princ.*

8 Civilibus.

9 Omnes enim admittuntur ad testimonium dicendum, qui non prohibentur: de quibus dixi *Novell.* 90. *in princ.* Ita Edictum de testibus prohibitorum est.

10 Facit *l.* 4. *ff. de jurisd.*

11 Testium majoris numeri quanquam lex mentionem faciat; judices tamen tot admittunt, quot sufficiunt: ne ob plurium productionem homines vexentur. *Synopf. eod. c.* 1. *in fin.* Testium multitudinem judex præscribere & definire solet.

12 Puta lege Servilia repetundarum, qua ut Valerius 8. *c.* 1 scribit, centum atque viginti hominibus testimonium dicere licuit. Apud Gallos ex regis Ludovici XII constitutione receptum est, ut ne in singula factorum capitula plures, quam decem testes audiantur: quem numerum lege Manilia receptum probatur his verbis, *Inque eam rem is, qui hac lege judicium dicet, Testibus publice duntaxat in res singulas decem denunciandi potestas esto.* & apud Valerium Probum *in notis*, ubi de Edictis perpetuis loquitur: *Testibus publice duntaxat decem denunciandi potestatem faciam.* vide Brissonium 2 *selectar.* 17. Effrenatam testium multitudinem esse, si plus quam quadraginta sint, Innocentius tradit in *c.* 37. *de testibus. & c.* 4. *de probat.* 13 Vide Ciceronem, 2 *de finibus.* 14 Ubi vero numerus non adjicitur testium, duo sufficiunt. *l.* 12. *ff. eod.*

15 Adde & hanc rationem, quod qui effrenata producendorum testium licentia abutuntur, in suspicionem veniant quasi non satis veritati confidant. Oldend. *claſ. 66. except. n.* 1. 16 Cic. *in Topicis clarus* 4. 9. 3. *c. item in teſt.* 17 Nam viles personæ repelluntur à testimonio. *Nov.* 90. *in pr. & c.* 1. Paul. *ſent.* 15. §. 1. ubi vide exceptiones. 18 Et hæc potius quam illa, id est, dignitas spectanda est, *l.* 21. §. *pen. ff. de tut. datis ab his.* 19 *l.* 16. *ff. eod. v. l.* 27. *ff. de falsis. l.* 15. *ff. de quæſt.* hujusmodi vacillatio *improbitas* videtur vocari in *l.* 14. *C. eod.* facit *l.* 13. *in fin. C. de non num. Vacillare* a nonnullis dicitur, qui hæsitat in dicendo testimonio: *variare*, qui dissimilia profert: *contradicere*, qui repugnantia dicit. v. Rember. 3 *de testib.* 2. *num.* 16. 20 Cicero *pro Flacco.* Clerus 4. *q.* 3. §. *Item teſtium.* 21 *Nov.* 73. *c.* 3. *in fin.* 22 In testibus hæc sunt inquirenda: conditio, vita, facultates, inimicitiæ vel amicitiæ, suspicio denique, *ut hic.* 23 Nam dignitas præsumptionem pro eorum fide adfert. *Novell.* 90. *c.* 1. 24 ἄρχων, *Synopf. eod. c.* 3. magistratus.

25 Ut & in adoptionibus. *l.* 17. §. 2. *ff. de adopt.* 26 ἰδιώτης, artifex, ignobilis, vilissimus, minus, obscurus. *Novell* 90. *c.* 1. 27 Cui magis creditur. *Nov.* 90. *c.* 1. quanquam divitiæ malevolum hominis propositum non mutant. v. *l.* 5. *ff. de suſpect.* 28 Vide quæ scripsi ad *Nov.* 90. *c.* 1.

29 *Pauper* dicitur, qui minus, quam quinquaginta aureos habet: unde removetur ab accusatione. *l.* 10. *ff. de accuſ.* pauper tamen fidelis esse potest. vide §. *ult. Inſt. de ſuſpectis.* Paupertatem quemque etiam detegere cogi, hinc colligunt, etsi non cogitur alias respondere ad ea, quæ ejus turpitudinem detegant, vide Socinum *reg.* 411. sed & illud: Pauperem generaliter admitti ad testimonium dicendum, exceptis quibusdam casibus. Socin. *reg.* 280. 30 Lucri causa moveri egenus facile præsumitur. 31 Cicero *pro Fonteio. l.* 17. *C. eod. Novell* 90. *c.* 7. *l.* 21. *ff. de procur. l.* 15. *ff. de arbitr.* summus scil. (est enim adjicienda hæc qualitas) capitalis, graviſſimus, non levis. *l.* 3. *in fin. de adimend. legat.* puta si quis palam tibi maledixerit, infausſtas voces adversus te jactaverit, status controversiam moverit. *l.* 6. §. 17. 18. *ff. de excuſ. tut. l.* 9. *ff. de his, quæ ut indignis.* vel omnium bonorum, vel majoris partis. *l.* 21. *ff. de excuſ. tut.* si inimicis tuis amicitiam tuam copulavit, *l.* 28. *C. de inoff.* alias, sub prætextu inimicitiarum non est detrahenda fides quæstioni, *l.* 1. §. 24. 25. *ff. de quæſt.* hoc est confessioni, responsioni, testimonio. 32 Gratiosus, *l.* 5. *C. eod.* de eo dicam in *l. pen. ff. eod.* 1 *Feud.* 26. Confessor, conviva, contubernalis, qui convivat, habitet, adsit, Cic. *pro Flacco.* 33 *l.* 9. *C. eod.* 34 *d. l.* 5. *Gratioſi* testes, amici. 35 Hinc colligunt, probationes in judicis arbitrio positas. vid. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *caſ.* 90. Anf. 36 Sine suspicionis ulla nota, non instructi à producente. 37 Præmeditatum. *Hal.* tunc enim corrupti creduntur: quanquam, & sine dolo unum & idem dicere possunt *l.* 16. *C. de pœnis.* 38 Derepente, nam e re ipsa nasci testimonium debet, non velut ex commentario dici. *Budæus.* 39 Adde 2 *Feudor.* 23. 40 Idem de mora dicitur, *l.* 32. *ff. de usur.* & ingratitudine vasalli. 2 *Feud.* 23. 41 Probationum species diversæ mutuo se juvant. 42 *Fama conſentiens* fidem confirmat, non facit, *ut hic. & l.* 9. *C. de nupt.* aliud est in falso rumore, qui non obest, *l. ult. ff. de hered. inſt.* de fama vide Speculatorem, *tit. de Notariis.* §. 1. Fama nonnullis cum uno teste probat in civili causa: sine teste, plena non est probatio, v. Socin. *reg.* 144. Idem notat: Famam in antiquis factis plene non probare: nisi iis casibus, qui jure sunt comprehensi, vel notorii, vide eundem Socin. *reg.* 145. 43 *Summatim*, est in summo compendio, generaliter. 44 Ad unum, aut certum tantum probationis genus judex se obstringere non debet. adde *l. quoniam. 21. in fin. C. de hæreticis.* 45 V. *l.* 2. §. 2. *C. de jurejur. propter calumn.* vide Cujac. 20 *obſ.* 21. Judicem ex sententia animi sui, id est, conscientia fita, non ex allegatis vel probatis judicare oportere, hinc colligunt, contra quam in *l.* 6. §. 1. *ff. de offic. Præſid.* vide Hotom. *qu. illuſt.* 27. Goth. Adde Cujac. *lib.* 12 *obſ. c.* 19. Covarr. *var. reſolut. lib.* 1. *c.* 1. Bronchorst. *cent.* 1. *aſſert.* 14. Anf. 46 Μάρτυρι, ἢ τοῖς ἐκμαρτυρήσασι. *Synopf. eod. c.* 3. 1 *Harmen. 6.* §. 21. *l.* 10. §. 5. *ff. de qu.* 47 Alia est enim auctoritas præsentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent, §. 4. *ff. eod.* præsertim in criminalibus. vide *Nov.* 90. *c.* 5. *in fin.* testes audiendi, non eorum duntaxat voces. 3 *Harm. 6. c.* 6. Errant igitur judices, qui mandant aliis testium examinationem, cum id duntaxat valetudine adversa, senio, paupertate detentis, aut dignitate claris sit permissum. v. *l.* 15. *ff. de jurejur.* 48 Αὐτοπροσώπως ἐρωτῶντες. *Synopf. & Harmen. d.* §. 21. In propria persona, vel ipsimet interrogantur à judicibus testes.

49 Sunt enim hujusmodi testimonii multa apud judicem, quæ veritatem rei facile fallere possint

50 Testes dictus testimonium, judex retinere diutius potest, per quindecim tantum dies C. l. 19. C. cod. datis eis impendiis. unde notant: Non sufficere, ut testis etiam coram judice juratus, l. 19. C. cod. testimonium dicat coram honestis viris: hoc enim amplius exigi, ut præsente judice testimonium ferat, & coram eo juret, ut hic. In causis tamen civilibus judex non-nunquam testium examinationem delegat, Novell. 90. c. 5. Authent. apud. C. de fide instr.

51 Detinere.

52 l. 11. C. cod. l. 6 §. 2. C. de appell.

53 4. q. 3. cap. Idem l. Jul. Goth. V. ad hunc §. Duaren. lib. 2 disp. 23. Cuj 13 obs 7. S. L.

54 Libertus, in patronum, vel liberti filius, testis esse non potest. l. 4. ff. cod.

55 l. 20. ff. qui testam. §. 6. Inst. de test. adque propter lubricum consilii. ff. cod. jus enim, & factum ignorant, l. ult. ff. de jur. & facti. ignor. jurare non possunt. l. 4. ff. de in litem jurando. An pubes testis esse poterit de his, quæ impubes vidit? Utique, si de iis testetur, quæ verisimiliter ab impuberibus capi possunt: eamque communem opinionem esse refert Oldendorp. 4 de testib. n 12. Quid ita? quia non prohibetur illo casu esse testis: igitur admittendus. l. 1. ff. cod. Testatur ita quis de his, quæ vidit in servitute. vide l. 99. ff. de verb. sign. l. 1. C. de testament. At impubes nescit, quid agit: Nescit, ut præjudicium sibi adferat, id est, noceat. l. ult. ff. de jur. & facti. ignor. l. 1. §. 33. ff. de Senat. Syllan. Quid minor viginti annis, id est, pubes? v. l. 20. ff cod. 56 Convictus. v. ff. cod. 57 Id est, ob publicum judicium. l. 20. ff. cod. An talis velut infamis repellitur à testimonio? non repellitur, antequam sc. condemnetur: nec enim carcer, aut vincula infamiam irrogant, l. 1. C. ex quib. caus. liberis hominibus sc. nam servis vincula summam infamiam attulere: unde & manumissione jus civitatis Romanæ non consequebantur. Ulpianus in fragmentis. l. 11. Eadem ratione captivis vincula notam intulere. ideo legimus 4 ἀλύσεως; Josepho captivo Vespasiani jussu abruptas non explicatas catenas, & hoc modo ei servatam fuisse ἐπίμηκες. Cujac. 12 obs 7.

58 l. 1. §. 6. vers. Et qui operas. ff. de postul. hic operas tantum turpiter locat: auctorati vero totos se servituti addicunt, & se ludo vendunt. Pithœus 9 Notar. Mosaïc. Auctorati autem spectaculo meridiano operam locabant: de quibus Theodoricus rex apud Cassiodorum, 5, epist. antepen. Sic propter desperatam audaciam dicebantur παράβολοι. vide Socratem in historia Ecclesiastica. audaces Claudiano in illo versu, Audaces legat ipsa ferros, qui colla ferarum Arte ligent, certoque premant venabula nisu. Idem & confectores Suetonio dicuntur in Augusto. Glossis, confector, ἀναιρέτης· & ita κονφέκτωρ apud Eusebium, ubi de Polycarpo Martyre. In veteri inscriptione, Confectuariorum & fuariorum corpus. Glossis confectorium, χειροσφόγιον. Confectores καλάβδαι. lidem & confusion, vel confici dicti à Vopisco in Probo, & bestiarii. vide Joseph. Scalig. 4 in Manilium. 59 Hujusmodi personæ sunt infames, ff. cod. l. 1. ff. de his, qui notantur. An omnes infames ideo removentur? eos tantum, qui hac lege comprehenduntur, existimat removeri Duarenus, non eos, qui actione injuriarum, pro socio, tutelæ, mandati, &c. damnati sunt, 2 disp. 23. Quin interdum infames & arenarii admittuntur justis de causis. vide l. 21. §. 2. ff. cod. Ut ad rem redeam, in refutando teste non sufficit, ut criminis sit accusatus, oportet eum esse convictum: Quis enim, si sufficiat accusasse, innocens fiet? convictum hic in criminalibus accipe, ex sententia judicis, quæ per appellationem non sit suspensa. vide l. 6. §. 1. de his, qui notantur. l. 2. in fin. ff. de pœnis. l. 1. ff. nihil movari. in criminalibus tantum accusatum, l. 5. ff. de publ. jud. ut mirum sit in l. 20. ff. de his qui notantur. nullam differentiam statui inter damnatum judicio publico & privato. Quid ergo fiet eo casu? v. d. l. 5. 60 Testes his tribus ex causis esse impepiuntur, reverentia, lubrico consilii, nota seu infamia. 61 Nota & infamia differentia. l. 2. C. de dignit. 62 Id enim est onerosum, l. 7. ff. quemad. test. aperiantur. adde l. 19. C. cod. 63 l. 45. ff ex quib. caus. major. 64 Militaribus. 65 Consuetudine ita ferente, non alias, potest unus judex in alterius territorio citare testimonii dicendi causa, ut hic. Imo, & prehendere: potest enim consuetudo jurisdictionem unius loci minuere, alterius augere. Quod in statutis admittitur quoque. arg. l. Mediterranea. 9. C. de annonis, & tributis. 66 Consuetudo est, quod sæpe fit. v. Cujac. 20 obser. 21. 67 Quæ sit ejusdem Principis. Potest enim id consuetudo facere, ut hic. Si non sit ejusdem Principis, sine consuetudine id non fiet. Quod ad priorem casum attinet, v. l. 15. §. 1. ff. de re judicata. l. 13. §. 3. C. de judiciis. adde quæ notavi ad l. 12 §. 1. ff. de reb. auctor. jud. Testium examinationem, seu interrogationem committi recte posse justis de causis, hinc etiam colligunt: de quo vide plura apud Socin. regul. 40. 68 Testimonii gratia testes ex alieno territorio evocari possunt, si id patiatur consuetudo. Zas. ad l. ult. ff. de jurisd. num. 13. 69 4. q. 3. §. lege Julia. 70 De qua l. 3. §. 5. ff. cod. 71 l. 10. princ. ff. de gradib. l. 2. ff. de accusat. Eadem lege Julia publicorum judiciorum cautum fuit, ne de duobus reis quis quæreret, nisi suarum injuriarum causa, l. 12. §. 2. ff. de accusat. ut qui reum detulisset, locum delicti, personas, & mensem designaret, l. 3. ff. de accusat. ut ne reus quid accusatori publico judicio præscribat (quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum fuisse) quam de prioris accusationis prævaricatione constiterit, l. 3. ff. de prævaricationibus. ut si servus capitali crimine postulabitur, isti eum vel ab extraneo fatisdato promittatur: quod si non defendetur, in vincula conjiciatur, vel ex vinculis causam dicat. l. 2. ff. de custodia uti reus vel accusator, qui domum judicis ingressus fuerit, in legem ambitus incidat, & centum aureis mulctetur. l. 1. in fin. ff. ad l. Jul. ambitus. Ad hanc autem legem non pertinet, quod Alexander rescripsit, reos capitalium criminum per procuratores defendi legibus publicorum judiciorum. Præter illam publicorum judiciorum, fuit & alia privata, qua tota judiciorum privatorum forma, ac regula constituta erat: de qua 14 Gell. 2. cujus etiam tria capita notavi ad l. 9. §. 2. l. 41. ff. de recept. arbitr. l. 2. §. 1. ff. de judiciis. adde Brisson. Select. antiquit. 7. 72 In adfinem, vel cognatum inviti testes interrogari non possunt. Paul. 5 sent. 15. §. 2. 73 Vide l. 5. ff. cod.

74 Testes in cognatione esse non possunt sobrini & sobrina nati. ut hic. & l. 1. ff. ad l. Jul. repet. l. lex Cornel. ff. de injuriis. Idem est in prioribus, ut ff. cod. non egredi autem septimum gradum hic locus indicio est, ibi sobrinam, sobrino natum. 75 Propiore gradu, Petr. Fab. 1 semestr. 10. adde l. 1. §. 10. ff. de quæst. 76 4. q. 3. c. 3. vers. Item nec liberto. l. 5. C. cod. Testis inihi non est idoneus, in quem mihi jurisdictio est. l. 5. C. cod. Porro in has personas imperium esse notant, in adscriptam, personam domesticam, servum, uxorem, libertum, liberos, famulos, colonos. 77 4. q. 3. c. 3. vers. cum autem excipitur. 78 l. 4. ff. cod. 79 l. 8. ff. de gradib. l. 4. ff. de parricidiis. 80 4. q. 3. c. 3. vers. Item soceri. 81 Tales sunt domestici. v. l. 24. ff. cod. 82 l. 3. §. 5. ff. cod. l. 20. ff. l. 8. C. de quæst. 4. q. 3. c. 3. vers. servi. 83 l. 58. in fin. ff. de adilitio edicto. 84 Servi testes olim esse non poterant, nisi in subsidium: hodie servi ad testimonium non admittuntur. vide Novell 90. c. 6. & Novell. Leon. 49. has leges puto referri, tam adversus dominum, quam extraneos, ita tamen, ut non præjudicetur legibus, quæ volunt servos etiam in dominum torqueri posse certis in criminibus, de quibus vide l. 1. C. de quæst. 85 q. 3. versus Item invitl. etiam in criminalibus. vide tamen Socinum regula. 417. 86 Cogitur tamen anus obstetrix, l. 3. §. 5. ff. de Carboniano. adde l. 3. 7. ff. de jure immunit. cogantur tamen omnes in judicium venire testimonii gratia certis personis exceptis. l. 16. l. 19. C. cod. 87 Facit l. 60. ff. de re judicata. 88 l. 3. in fin. ff. cod. 89 l. 2. ff. de jure fisci. l. 9. C. ex quib. caus. infam. l. 4. C. de delatorib. 90 Quales forte sint ii, qui propter religionem loco se movere non possunt, de quibus l. 2. ff. de in jus vocando, aut qui manicis, & compedibus vincti in publico sine dedecore comparere non possunt, l. 10. ff. ex quib. caus. major. Harmenop. 6. tit. 6. intelligit Protospatharium, & qui eo eminentiores sunt, ut & omnes personas divino ministerio addictas. Illustres & superillustres etiam intelligunt. l. 16. C. cod.

De patre & filio.

IX. PAULUS lib. I ad Sabinum.

TEstis 91 idoneus *pater* 92 filio, aut *filius* patri non est.

De teste in re sua.

X. POMPONIUS lib. I ad Sabinum.

NUllus idoneus testis in re 93 sua intellegitur.

De teste non rogato.

XI. IDEM lib. XXXIII ad Sabinum.

AD fidem rei gestæ faciendam etiam *non* 94 *rogatus* testis intellegitur 95.

De numero testium.

XII. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

VBi *numerus* testium non adjicitur 96, etiam duo 97 sufficient: pluralis 98 enim elocutio duorum 99 numero contenta est.

De calumniæ damnatis.

XIII. PAPINIANUS lib. I de adulteriis.

QUæstum scio, an in publicis judiciis *calumniæ damnati* testimonium judicio publico perhibere possunt? Sed neque lege Remmia 100 prohibentur: & Julia lex de vi, & repetundarum 1, & peculatus, eos homines testimonium dicere non vetuerunt: veruntamen 2, *quod leribus* 3 *omissum est*, *non omittetur religione judicantium* 4: ad quorum officium pertinet, ejus quoque testimonii fidem, quod integræ 5 frontis homo dixerit, perpendere.

De adulterii damnatis.

XIV. IDEM lib. singul. de adulteriis.

SCio quidem tractatum esse, an ad 6 testamentum faciendum adhiberi possit *adulterii 7 damnatus*? Et sane juste testimonii officio ei interdicetur. Existimo ergo neque jure civili testamentum valere, ad quod hujusmodi testis processit; neque jure Prætorio, quod jus civile subsequitur 8: ut neque hereditas adiri, neque bonorum possessio dari possit.

De damnato repetundarum. 1. *De* Hermaphrodito.

XV. PAULUS lib. III Sententiarum.

REpetundarum 9 *damnatus*, nec ad testamentum, nec ad testimonium adhiberi potest. §. 1. *Hermaphroditus* 10 an ad testamentum adhiberi possit, qualitas 11 sexus incalescentis ostendit.

De testibus puniendis.

XVI. IDEM lib. V Sententiarum.

QUi 12 falso 13 vel varie testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, à judicibus competenter 14 puniuntur 15.

De pluribus testibus ex una dom

XVII. ULPIANUS lib. singul. Regu

PAter 16, & filius qui in potestate ejus est, item duo fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes utrique 17 in eodem testamento, vel eodem negotio fieri possunt 18: quoniam nihil nocet, ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.

De Fœminis.

XVIII. PAULUS lib. II de Adulteriis.

EX 19 eo, quod prohibet lex Julia de adulteriis, testimonium dicere condemnatam 20 mulierem, colligitur 21, etiam *mulieres* 22 testimonii in judicio dicendi jus habere 23.

Qui non coguntur *testimonium dicere.* 1. *De* pupillis.

XIX. ULPIANUS lib. VIII de Officio Proconsulis.

INvits testimonium non dicunt publicani 24: item is, qui non detractandi 25 testimonii causa aberit 26: item is, qui quod exercitui præbendum 27 conduxerit. §. 1. Sed nec pupillis 28 testimonium denunciari potest.

De eo qui accusatus *est judicio publico: de* minore.

XX. VENULEIUS lib. II de Judiciis publicis.

IN testimonium accusator 29 citare non debet eum, qui judicio publico reus 30 erit, aut qui minor 31 viginti 32 annis erit.

De damnato ob carmen *famosum.* 1. *De* Magistratibus. 2. *De* arenariis *& similibus.* 3. *De testibus* concordibus *vel contrariis.*

XXI. ARCADIUS, qui & Charisius, lib. singul. de testibus.

OB carmen famosum 33 damnatus intestabilis 34 fit.

§. 1. Illud quoque incunctabile 35 est, ut, si res exigat, non tantum lege Remmia, litera K. *Cicero pro Roscio Amerino.* quæ pœna sublata est, l. 17. C. de pœnis. v. *Pitheum* 4 *notar. Mosaïc.* 6 Testamentum ipso jure prætorio ac civili nullum est, in quo testes infames adhibiti. 7 Vide l. 18. ff. cod. 8 l. 7. in fi. ff. de justitia, & jure. l. 11. ff. de præscript. verbis. v. *Novellam* 8. c. 1. §. 1. non semper tamen: quædam enim prætorio jure convalescunt, civili jure inutilia sunt. l. 17. ff. de injusto. 9 l. 20. §. 5. ff. qui testam. 10 V. l. 10. ff. de hominum. 11 Qualitas potior ac potentior sexum dijudicat: & semper spectanda est.

12 Tria hæc vitia in teste, falsum, varie testimonium dixisse, testimonium adversario prodidisse. 13 Falsa. *Haloan. l. 1. l. 9. §. 3. ff. de falsis.* 14 Competenti. Paul. 3 *sent.* 15. hoc est, à judicibus competentibus. ὑπὸ τῶν προσφόρων ἀρχόντων τιμωρεῖται, 6. Harmen. 6. *in fin.* vel competenti, id est, competenti pœna. 15 Paulus 5 *sent.* 15. §. 5. ita integre: aut in exilium aguntur aut in insulam relegantur, aut curia submoventur. 16 Testes pro extraneo, qui invicem sunt conjuncti, esse non prohibentur. 17 l. 22. ff. *qui testam.* §. 8. *Inst. de testam.* 18 V. Ulpian. 20. §. 3. 6.

19 Prohibita specialiter quibusdam, aliis concessa intelliguntur. *Goth.* Hæc lex canonisata est, *cap. 2. cauf.* 15. q. 4. Auf. 20 Adde l. 14. ff. cod. l. 20. §. 6. ff. *qui test.* 21 Unde colligitur, si damnata prohibetur, non damnata non prohibetur. 22 Id non est admissum jure canonico in criminalibus causis (nisi in exceptis) sed tantum in pecuniariis, 33. q. 5. c. *mulierem.*

23 In negotio civili & criminali, nec enim lex distinguit: nisi in testamento, & §. 8. & §. 6. *Instit. de test.* l. 20. §. 6. ff. *de test.* & in probanda investitura feudi. 2 *Feudor.* 32. An in codicillis poterunt admitti? sic putat Speculator. *tit. 4. de testib. n.* 13. negat admittendas, nisi virorum penuria. Ulpian. 20. §. 7. Possis latius ita dicere, in iis quæ juris sunt, quæ ad jus probandum scribuntur, ἐν συγγραφοῖς admittendæ non videntur, velut in testamento, obligationibus, stipulationibus, mutuo & similibus: in his quæ facti, pone delictis probandis, admittendæ, ut & in iis in quibus viri non accersuntur. 1 Harm. 6. adde, tempore Ciceronis mulieres testimonii dictionem habuisse. *Verrina* 3. antiquitus non habuisse, l. 1. C. Th. de rapt. & magni beneficii loco testimonii dictionem mulieribus certis concessam. vide Gell. 7. 24 Cur ita? colligere potes ex l. 15. ff. de jurejur. l. 2. §. 1. C. de jurejur. propter calumniam. Sed adde hunc locum commode referri posse ad publicanos, quo tempore libellum à præsidibus acceperunt mittendi commeatus ad exercitum causa. arg. l. 4. §. 3. ff. de public. unde forte non male hæc verba, *item si cui exercitui*, &c. ff. cod. conjungerentur huic voci, *publicani.* nec male loco, *item si cui*, legeremus, *tunc cum quid exerc. tui præbendum conduxerint*: ut sit sensus, Publicanos, cum quid præbendum exercitui conduxerint, ideo invitos cogendos non esse testimonium dicere, ne à munere suo publico, curaque militari avocentur. *Goth.* Hæc lex canonizata est, *cap. 3. cauf. 4. quæst. 2.* & 3. Vide Revard. *var. lib. 5. cap. 4.* Auf. Adde Cujac. *lib. 2 obf. 21.* S. L.

25 *Al.* detrectandi. 26 Ut quia litis gratia abest, l. 5. multitudine rerum distingitur, l. 3. ff. *ex quib. causis major.* absens ex causa necessaria est. 27 Item is qui præbenda exercitui conduxerit. *Alc. 2 Paverg.* 33. reprehensus à Cujac. 2 *observ.* 23. 28 Impuberibus. l. 3. §. 5. ff. cod.

29 Testis in judicio criminali *reus publico judicio* esse non potest. 30 Vide l. 3. §. 5. ff. cod.

31 Testis in criminali judicio *minor viginti annis* esse non potest, *ut hic.* In civili impubes esse non potest: pubes potest. l. 19. *in fin.* ff. cod. 32 Imo, minor quatuordecim annis torqueri potest in crimine læsæ majestatis, l. 10. l. 15. §. 1. ff. de quæstionibus. 33 *Intestabilis* quis, v. l. 18. *in fin.* l. 26. ff. *qui testam.* l. 5. §. 9. ff. de injuriis. ὁ κακόβιωτος, ἐπὶ τῷ πᾶσιν ὑφῶσθαι φανερῶς. 1 *Basil.* l. c. 21. Cujac. 16 *obf.* 26. vide Senec. 5 *Controv.* 6. Theophil. §. 6. *Inst. de Teftamentis.*

34 Intestabilis & infamis infamia facti testis non admittitur in causa civili, vel criminali. vide tamen Socinum *regul.* 415. Sed & illud addatur, Intestabilem testimonio, eundem & testamento esse intestabilem: ut qui testimonium alteri non possit dicere, idem sibi testamentum facere non possit. 35 *Incunctabile*, id est, sine dubio.

91 Ut & judex. 7. 10. ff. de jurisd.

92 Vide l. 6. ff. cod. adde l. 24. ff. cod.

93 V. l. 10. C. cod.

94 *Rogatum* testem regulariter esse nihil necesse est, *ut hic.* 4. q. 3. c. 3. vers. ad fidem. Num præsumitur rogatus? præsumitur, aliud in tabellione, de testibus rogandis vel rogatis, adde Authenticam *rogati.* C. cod.

95 Præterquam si de testamento agetur. vide quæ notavi ad *Novell.* 90. c. 2.

96 *Sub.* à lege vel à judice.

97 Duorum igitur numerus sufficiens erit. l. 1. *in fin.* ff. cod.

98 Pluralis elocutio, duorum numero contenta est, *ut hic.* Cur contenta? quia plures esse possunt, quæ duorum testimonium habet. Plures etiam duo. Et vero ex his, primus est, secundus: cujus ut tas principium certe numerus merans.

99 l. 217. *in fin.* ff. de verbor. signif. c. 40. de reg. in 6. interdum tamen tres adsumi debent, l. 17. C. si certum. l. scripturas. 11. *in fin.* C. qui potiores. quinque, l. ult. C. de testam. septem. l. 21. C. de test. octo, l. 8. C. qui test. Interdum quoque pluralis elocutio tres continet. l. 1. ff. de captione.

100 De qua v. l. 1. §. 2. ff. ad l. pil. Alii Memiam legunt, à quibus facit Valer. 7. Cicero *pro Sexto Roscio.*

1 Repetundarum.

2 Testem esse infamem, seu testimonium infamem dicere, jurati non debere, licet infamis non lege specialiter dicendo testimonio repellatur.

3 Legibus omissa judex supplere potest. l. 7. ff. de jurisdictione. l. 12. l. 13. ff. de legib.

4 Et consultatium. arg. l. 2. ff. de offic. assess.

5 Hoc ideo dicit, quia calumniatoribus frons solebat inuri ex

tantum privati, sed etiam Magistratus 33, si in 34 præsenti sint, testimonium dicant. † Item Senatus censuit, Prætorem testimonium dare debere 35 in judicio adulterii causa. §. 2. Si ea rei 36 conditio sit, ubi harenarium 37 testem, vel similem 38 personam admittere cogimur, fine 39 tormentis testimonio ejus credendum non est. §. 3. Si testes omnes ejusdem honestatis & existimationis sint, & negotii qualitas ac judicis motus 40 cum his concurrit, sequenda 41 sunt omnia testimonia: Si 42 vero ex his quidam [eorum] aliud dixerint, licet impari numero, credendum est: sed quod naturæ 43 negotii convenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret: confirmabitque judex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, & quæ rei aptiora, & vero 44 proximiora esse compererit: Non enim ad multitudinem 45 respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux 46 veritatis 47 adfulsit.

33 Testimonium dicere, vel ipsi Magistratus ac Prætores cogantur.

34 *In præsenti*, scil. in comitatu Principis vel urbe, de qua dicitur.

35 Negotium.

36 Res.

37 Harenarium testem, *l. 1. §. 3. ff. eod.* Novell. 90. c. 1. 1 *Harm.* 6.

38 *V. l. 13 C. eod.*

39 Nov. 90. c. 1. Testis infamis quibus casibus jure ac testimonium admittitur, fides ei non adhibetur sine tormentis

40 *Motus judicis*, religio.

41 *l. 3. §. 1. ff. eod.*

42 Testes non verum sunt, iis potior fides adhibetur, qui aptiora negotio deponunt quippe in fidem facile magis intelligitur, qui judicia veritati ita proxima habeant Doctores in *l. 13 C. de fide instrum.* Judicia & argumenta efficiunt, ut una probatio alteri præferatur. *l. ult. C. de prob.*

43 Ut si de libertate quæstio sit pro ea magis quam adversus eam feratur sententia. *l. 24. ff. de manumissionibus.* 44 *Verisimiliora* in dubiis sequi debemus vide *l. 114. ff. de reg. jur.* 45 *l. 8. ff. de patris.* 46 Testimonia in negotiis & factis, *lux* dicuntur. 47 *l. 1. ff. eod. l. 13. ff. de probationib.* facit *lex 13. ff. de interrogationib.* 48 Id est, & testamentum condere, & tabulas ad quamcunque probationem conficere. v. Duaren. 1 *disp.* 30. Robert. 4 *sentent. recept.* hæc enim lex ad testamenta potius referenda est, quam ad testimonium.

Tit. VI.

DE JURIS [1] ET FACTI IGNORANTIA.

Divisio ignorantiæ bimembris. 1. Exempla utriusque ignorantiæ.

1. PAULUS lib. XLIV ad Edictum.

IGnorantia vel [2] facti, vel juris est. §. 1. Nam si quis nesciat [3] decessisse eum, cujus 4 bonorum possessio defertur, non cedit ei tempus. † Sed si sciat quidem defunctum esse cognatum, nesciat autem proximitatis nomine bonorum possessionem sibi deferri [5]; aut se sciat scriptum heredem, nesciat autem quod scriptis [6] heredibus bonorum possessionem Prætor promittit: cedit [7] ei tempus, quia in jure errat. † Idem est, si frater consanguineus defuncti credat matrem potiorem esse [8].

§. 2. Si quis nesciat se cognatum esse, interdum in jure, interdum in facto errat: nam, si & liberum se esse & ex quibus natus sit sciat, jura autem cognationis habere [se] nesciat, in jure errat. At si [quis] forte expositus [9] quorum parentium esset ignoret, fortasse & serviat alicui [10] putans se servum esse, in facto magis quam in jure errat. §. 3. Item si quis sciat quidem alii delatam esse bonorum possessionem, nesciat autem ei tempus præteriisse bonorum possessionis, in facto errat. † Idem est, si putet eum bonorum possessionem accepisse. † Sed si sciat eum non petisse, tempusque ei præteriisse, ignoret autem sibi ex successorio [11] capite competere bonorum possessionem, cedet ei tempus, quia in jure errat. §. 4. Idem dicemus, si ex asse [12] heres [13] institutus non putet se bonorum possessionem petere posse ante apertas tabulas: Quod si nesciat esse tabulas, in facto errat.

1 1 C. XVIII. & 1 *Harm.* 1. addit *Ecloga.* 2. *tit.* 4. Ἡ τίνος βεβαίου ἐξ αὐτῶν. Ignorantia quando noceat vel prosit, vide apud Gail. 2 *obs.* 48. & *l. 9. ff. eod.*

2 *Ignorantia* duplex, alia facti, alia juris.

3 *l. 5. C. qui admit. ad bon. possess.*

4 Ignorantia facti non juris in bonorum possessione petenda non nocet.

5 Ex capite unde cognati.

6 *l. 1. §. 4. ff. de bon. poss. secundum tab.*

7 *V. l. 10. ff. de bonor. possess.*

8 Hic decipitur in jure, veteri quidem, quia matre potior erat. *l 4. C. ad Tertull. §. 3. de Senatusc. Tertull.* jure novo, cum matre admittitur, *l. ult. in princ. C. ad Tertull. Nov. 22. cap. 47. in fin. Novell. 118. cap. 2.*

9 Vide *l. 3. C. de infantibus expositis.* & passim toto *tit.* 10 *Servire* facti est: *servum esse* juris, *ut hic.* 11 De quo *ff. de successorio edicto.* 12 Hodie sui (non extranei) ex parte heredes etiam ante apertas tabulas adire possunt. *l. ult. §. 1. & §. 5. C. de jure deliberand.* adde *l. 3. C. d. tit.*

13 Heres ex asse institutus bonorum possessionem petere potest, etiam ante apertas tabulas.

Ratio differentiæ inter ignorantiam juris & facti.

11. NERATIUS lib. V Membranarum.

IN omni parte error in jure non eodem [14] loco, quo facti ignorantia, haberi debebit: cum jus [15] finitum [16] & possit esse, & debeat, facti interpretatio plerunque etiam prudentissimos fallat [17].

Discrimen utriusque ignorantiæ. 1. De supina ignorantia.

III. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

PLurimum interest, utrum quis de alterius [18] causa & facto non sciret, an de jure suo [19] ignorat. §. 1. Sed Cassius *ignorantiam* Sabinum ita accipiendam existimasse refert, non deperditi [20] & nimium [21] securi [22] hominis.

De usucapione.

IV. IDEM lib. XIII ad Sabinum.

IUris ignorantiam in usucapione negatur [23] prodesse: facti vero ignorantiam prodesse constat.

De scientia vel ignorantia alterius.

V. TERENTIUS CLEMENS lib. II ad legem Juliam & Papiam.

INiquissimum videtur, cuiquam scientiam alterius [24] quam suam nocere: vel ignorantiam alterius alii profuturam.

Quæ scientia facti requiritur.

VI. ULPIANUS lib. XVIII ad leg. Juliam & Papiam.

NEc supina [25] ignorantia ferenda est factum ignorantis: ut nec scrupulosa [26] inquisitio exigenda: Scientia enim hoc modo æstimanda est, ut neque neglegentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria [27] curiositas exigatur.

De lucro & damno.

VII. PAPINIANUS lib. XIX Quæstionum.

IUris [28] ignorantia non prodest [29] adquirere volentibus, suum vero petentibus non nocet.

VIII. IDEM lib. I Definitionum.

ERror facti [30] ne maribus quidem in damnis vel compendiis obest: juris autem error nec [31] fœminis in compendiis [32] prodest: Cæterum omnibus juris error in damnis amittendæ rei suæ non nocet.

De ignorantia juris. De minore. 1. De militibus. 2. Quæ scientia facti requiritur. 3. Quibus casibus juris ignorantia non prodest. 4. De eo qui falso putat se a non domino emere. 5. De lege Falcidia, & condictione indebiti.

IX. PAULUS lib. singul. de juris, & facti ignorantia.

REgula est, *juris* [33] *quidem ignorantiam cuique nocere* [34], *facti vero ignorantiam non nocere.* Videamus igitur in quibus speciebus locum habere possit: ante præmisso [35], quod minoribus [36] viginti-quinque annis [jus] ignorare permissum est: quod & [in] fœminis [37] in quibusdam causis propter sexus infirmitatem dicitur: & ideo sicubi non est delictum, sed juris ignorantia, non læduntur [38]. Hac ratione, si minor vigintiquinque annis filiofamilias [39] crediderit, subvenitur ei, ut non videatur filiofamilias credidisse.

§. 1. Si filiusfamilias miles [40] à commilitone heres institutus, nesciat sibi etiam sine patre licere adire, per constitutiones principales jus ignorare potest: & ideo ei dies [41] additionis *non* cedit.

§. 2. Sed *facti ignorantia* ita demum cuique non nocet, si non ei summa neglegentia objiciatur: quid [42] enim, si omnes in civitate sciant, quod ille solus [43] ignorat? Et recte Labeo definit, scientiam neque curiosissimi [44], neque neglegentissimi hominis accipiendam: verum ejus qui eam rem diligenter inquirendo notam habere possit. §. 3. Sed *juris ignorantiam* non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat, si jurisconsulti [45] copiam haberet, vel sua prudentia instructus sit: ut, cui facile sit scire, ei detrimento sit juris ignorantia: quod raro accipiendum est. §. 4. Qui ignoravit dominum esse rei venditorem, plus in re [46] est, quam [47] in existimatione [48] mentis: & ideo tametsi [49] existimet, se non à domino emere, tamen, si à domino ei tradatur, dominus efficitur.

§. 5. Si quis jus ignorans, lege [50] Falcidia usus non sit, nocere [51] ei dicit epistula Divi Pii. Sed & Imperatores Severus & Antoninus in hæc verba rescripserunt: *Quod ex causa fidecommissi indebitum datum est, si non per errorem* [52] *solutum est, repeti non potest: Quamobrem Cargilianus heredes, qui, cum ex testamento ejus pecuniam ad* opus aquæductus *reipublicæ Cirtensium* [53] *relictam solverint, non solum cautiones non exegerunt, quæ interponi solent*, ut quod amplius cepissent municipes, quam per legem Falcidiam licuisset, redderent: *verumetiam stipulati sunt*, ne ea summa in alios usus converteretur, *& scientes* [54] *prudenteque passi sunt eam pecuniam in opus aquæductus impendi: frustra postulant reddi sibi a Republica Cirtensium, quasi plus debito dederint: Cum sit utrumque iniquum, pecuniam, quæ ad opus aquæductus data est, repeti, & Rempublicam ex corpore patrimonii sui impendere*, [&] *in id opus, quod totum alienæ liberalitatis gloriam repræsentet.* † *Quod si ideo repetitionem ejus pecuniæ habere credunt, quod imperitia lapsi legis Falcidiæ beneficio uti non sunt: sciant, ignorantiam facti, non juris prodesse:* nec stultis [55] solere succurri, sed errantibus. † Et licet *municipum* mentio in hac epistula fiat, tamen [56] & in qualibet persona idem observabitur. Sed nec, quod in *opere* [57] *aquæductus* relicta esse pecunia proponitur, in hunc solum casum cessare repetitionem dicendum est: nam in-

14 *l. 29. §. 1. ff. mand. l. ult. ff. pro suo.* interdum tamen juris error excusatur, ut si consuetudo faciat, nulla ratio, *l. 7. §. 4. ff. de jurisd.* Imperitia militum committitur ignorantia juris civilis, non juris gentium, *l 38. in pr. §. 1. §. 2 ff. de minor.* Militio erat in disciplina militari. *l. 4 in fin. ff. de re milit.*

15 *Juris & facti* differimen Jus finitum & certum: facta infinita. Jus notum prudenti: facti interpretatio plerunque prudentissimos quosque fallit, *ut hic.* Unde notant, positiones juris in libellis non admitti.

16 Et cognitum prudentibus. *l. 9. §. 3 ff. eod. l. 2. §. 43. ff. de orig. juris l. 10. ff. de bonor. possess.*

17 Quintil. *l. 3.* patet enim jus, & propositum cuique est: at facta recondita. v. Cujac. 5 *obs.* 39. *in fin. præfertim.*

18 Et ab eis ignorantia. *l. ult. in fin. ff. pro suo* vide Robert. 4 *sent.* 15.

19 *l. ult. in fin. ff. pro suo.*

20 Talis enim ignorantia non est regulariter ferenda. *l. 6 ff. eod.*

21 Τῶν ἀπερισκέπτων, ἢ τῶν λίαν ἀφελῶν, id est, dissoluti, *Ecloga. cap. 3.* hinc dissoluta negligentia, *l. 29. ff. mandati.* & supina, crassa. *l. 6. ff. eod.*

22 *Nimium securus*, id est, nimium ignorans.

23 Quid? quæ securi & deperditi hominis ignorantia? ignorare, quod omnes sciunt, quod sciri possit facile. adde *l. 6. ff. eod.*

23 Vide *l. 31. ff. de usucap.*

24 Puta procuratoris, *l. 51. in fin. ff. de edil* procurator quod scit, an scire dominus intelligitur?

25 Resupina. *l. 4 ff. quod vi, aut clam.*

26 Imo, interdum scrupulosa inquisitio & curiositas nobis necessaria est. *l. 3. §. 9. ff. de in rem vers.*

27 Delatores, curiosi rerum quarumcunque exploratores esse solent: ideoque infames. *l. 3. C. de injuriis.*

28 Vid. *l. 31. ff. de usucap.*

29 Imo, qui in jure errat, adquirere potest, & ita retinere, ut prædo non sit dicendus. *l. 25 §. 6. ff. de petit. hered.*

30 Juris error, ubi de damno evitando agetur, non nocet; ubi de lucro captando, nocet etiam fœminæ: error facti neutro casu nocet. 31 *V. l. 5. C. qui admitti.* 32 *Arg. l. 10. in fin. ff. de reg. jur. l. 11. l. ult. C. hoc tit.*

33 *In fin. ff. eod. & C. eod. l. 10. ff. de bon. possess. l. 11. §. 4. ff. de hir, qui notant. infam. l. 29. §. 1. ff. mandati.* Goth. Vide Cujac. *lib. 5 obs.* 38. 39. Joann. Robert. *lib. 2 sent. cap.* 27. S. L. 34 Id est, non prodesse, Cujac. 5 *obs.* 39. quo nomine a Roberto reprehenditur 2 *recept.* 27. 35 *Al.* præmitto. 36 *l. 11. C. eod. l. pen. C. de in integr. rest. minor. l. 2. C. si adversus. Jul. et.* facit *l. 29. ff. de cond. ind.* 37 *V. l. 8. ff. eod.* 38 Læduntur tamen, si juris ignorantia inventarium non fecerint. *Harm. 13. in fin.* vide tamen quæ notavi *l. 11. C. eod.* 39 *l. 11. in fin. de minor. l. 3. §. 2. ff. de Senatusc. Macedon.* 40 In quo ideo juris ignorantia toleratur. *l. 22. in pr. C. de jure delib.* 41 Vide *l. 86 ff. de adq. hered.* 42 Ignorantia & negligentia summa est, id ignorare quod nullus in civitate ignoret: hujusmodi facti ignorantia obest. 43 *l. 11. §. 3. ff. de institor.* Supina ignorantia est ignorare, quod omnes scimus. 44 Curiosi & negligentes, contrarii: diligens inquisitor, medius inter utrosque. 45 Vide quæ notavi ad *l. 2. ff. eod. l. 10. in fin. ff. de bon. possess. l. 2. in fin. ff. quis ordo in bon. possess. servet.* Rusticitati & imperitiæ parcendum: perraro tamen, id est, certis tantum casibus: non enim exigimus ut omnes Jurisconsultorum scientiam didicerint, nec ut omnes patresfamilias Magonis, vel Cassii libros: sed communem eorum, quæ in legibus continentur, intelligentiam in omnibus exigimus. Hæc oportet scire, inquit Aristoteles, ἡ μὴ γελοῖα ἰδιώτου, Cujac. 5 *obs.* 39. Denique juris ignorantiam allegare non potest, qui Jurisconsulti consulendi copiam habuit, vel qui sua, id est, naturali prudentia instructus esse potuit. 46 Plus valet, quod in re est quam quod in existimatione. §. 11. *Inst. de leg.* Imo non est plus, *l. 15. ff. de adq. hered.* 47 *Res, & opinio* differentia. 48 *Opinio* mentis existimatio. 49 Error dominii in accipiente, impedit dominii translationem: secus in tradente. 50 *l. 9. C. de Falcid.* Falcidiam errore juris, qui non deduxit, eam postea deducere non potest: maxime si legatum relictum erat civitati, & ad opus publicum. 51 *V. l. 9. C. ad l. Falcid.* 52 *V. l. 7. C. de cond. indeb.* 53 Cyrenensium. *Ilusbea. Cirte* fuit olim caput regni Massæsulorum, & Massinissæ regia, teste Livio, *lib.* 30. Cujac. 3 *obs.* 38. *in fin.* hodie Constantina, *Fowins*; Algera, *Fazellus.* 54 Vide *l. 2. C. de fideicomm.* 55 Stultis lex non succurrit. Est vero stultum id solvere, quod potiis deducere. *v. l. 4 ff. quod vi, aut clam.*

56 Exempla non restringunt regulam. 57 *Al.* in opus.

itium [58] constitutionis generale est: demonstrat enim, si non per errorem solutum sit fideicommissum quod indebitum fuit, non posse repeti. † Item & illa pars æque generalis est, ut qui juris ignorantia legis Falcidiæ beneficio usi non sunt [59], * nec * possint repetere: ut secundum hoc possit dici, etiam si pecunia, quæ per fideicommissum relicta est, quæque soluta est, non ad aliquid faciendum relicta sit, & licet consumpta non sit, sed exstet apud eum cui soluta est, cessare repetitionem.

58 Generali ex principio, vel ratione lex generalis putanda est, etiamsi in ipso progressu lex speciei unius exemplo utatur.

59 Vid. *legem 9. C. ad l. Falcid.*

De pupillis.

X. Papinianus lib. VI Responsorum.

IMpuberes [60] sine tutore agentes, nihil posse scire intelleguntur [61].

60 Impuberi, qui tutorem non habet, tempus ipso jure non currit, ubi vel scientia, vel potentia requiritur.

61 Unde pejora re non dicuntur. *l. 26. in pr. ff. de jurejur.*

LIBER VICESIMUS TERTIUS.

Tit. I.

DE SPONSALIBUS [1].

Definitio.

I. Florentinus lib. III Institutionum.



SPonsalia [2], sunt mentio [3] & repromissio [4] nuptiarum [5] futurarum [6].

Etymologia.

II. Ulpianus lib. singul. de Sponsalibus.

Sponsalia [autem] dicta sunt a *spondendo*: nam moris [7] fuit veteribus [8] stipulari [9], & spondere sibi *uxores futuras*.

III. Florentinus lib. III Institutionum.

VNde & *sponsi sponsaque* appellatio nata est.

De nudo consensu. 1. De absentibus.

IV. Ulpianus lib. XXXV ad Sabinum.

SUfficit nudus consensus [10] ad constituenda [11] sponsalia.

§. 1. Denique constat, & absenti [12] absentem desponderi posse: & hoc cottidie [13] fieri.

V. Pomponius lib. XVI ad Sabinum.

HÆc [14] ita, si scientibus hiis, qui absint, sponsalia fiant, aut si postea ratum habuerint.

De auctoritate tutoris.

VI. Ulpianus lib. XXXVI ad Sabinum.

SI puellæ tutores [15] ad finienda sponsalia nuncium miserunt, non putarem suffecturum ad dissolvendam nuptiarum spem [16] hunc nuncium: non magis, quam sponsalia posse eos solos [17] constituere: nisi forte omnia ista ex voluntate puellæ facta sint.

De scriptura. 1. Quorum consensus requiritur.

VII. Paulus lib. XXXV ad Edictum.

IN [18] sponsalibus nihil interest, utrum testatio [19] interponatur, an aliquis sine [20] scriptura spondeat. §. 1. In [21] sponsalibus etiam *consensus* eorum exigendus est, quorum in nuptiis [22] desideratur: Intellegi [23] tamen semper filiæ patrem *consentire*, nisi [24] evidenter dissentiat, Julianus scribit.

De furore.

VIII. Gaius lib. XI ad Edictum provinciale.

FUror [25] quin sponsalibus [26] impedimento sit, plus quam manifestum est: sed postea interveniens sponsalia non infirmat.

De sponsalibus in tempus præmaturum collatis.

IX. Ulpianus lib. XXXV ad Edictum.

QUæsitum est apud Julianum, an sponsalia sint [27], ante duodecimum annum si fuerint nuptiæ collatæ [28]? Et semper Labeonis sententiam probavi, existimantis, si quidem præcesserint sponsalia, durare ea, quamvis in domo loco nuptæ esse cœperit: si vero non præcesserint, hoc ipso quod in domum deducta [29] est, non videri [30] sponsalia facta [31]: Quam sententiam Papinianus quoque probat [32].

1 V. C. 1 & 38 *Eclog.* 1 & 3. *Basil.* 1 & 4. Harmenop. 31. Huc refer Novellas Justiniani 108. & 109. Leonis 18. 23. 93. 109. Unde dicta sponsalitia v. *l* 2. *ff. eod.* Goth. Ad hanc materiam vid. Brisson. *de Ritu nupt.* Cuj. *lib.* 16. *obs.* 33 Alciat. *lib.* 1 *disputat. cap.* 20. Anf.

2 Hinc Μνηστῆρες sponsalia Græci appellant. Est enim μνηστεύεσθαι providere, præmunire ac præparare id, quod postea sit futurum, & rem aliquam ad se pertrahere ac transferre. Significat autem & nomen ipsum μνηστὶς promissionis nomen. 4 Harm. 1. §. 1.

3 Μνήμη, ἐπαγγελία, *Synops.* 28. *tit.* 1. *c.* 1.

4 Non ipsemet nuptiæ: ideoque *spes matrimonii* vocantur, *l.* 13. §. 3. *ff. de adult.* (nam quæ de præsenti sponsalia sunt, nuptiæ sunt) sed tamen sponsus sponsam adulterii accusare potest. *l.* 13. §. 3. *& 8. ff. de adult.* Quandoquidem autem sponsa mea patri non sit nurus, *l.* 12. §. 2. *ff. de ritu.* & sponsa patris proprie non sit noverca, *d. l.* 12. §. 1. non tamen patri meam: neque mihi patris sponsam ducere licet, *d. l.* 12. *l.* 14. *in fin.* Ad hæc, bina sponsalia eodem tempore contrahens, æque est infamis, ut is, qui binas nuptias contrahit, *l.* 1. *in fin. ff. de his, qui notant. inf.* dissoluto matrimonio dos redditur: dissolutis sponsalibus (puta alterutrius morte) arrhæ redduntur, *l.* 3. *C. eod.* nisi osculum datum, *v. l.* 16. *C. de donat. ante nupt.* Generi appellatione sponsus comprehenditur, ideoque alter alteri testis esse invitus nequit, *l.* 5. *ff. de testibus.* Privilegiis etiam nuptiarum fruitur sponsa, puta jure prælationis, *l.* 17. *in fin. ff. de reb. auth.* legatum ei relictum sub ea conditione, *si nupserit*, ei debetur, *argum. l.* 15. *ff. de cond. & demonst.* quæ à sponso sponsæ relinquuntur & donantur, non magis adquiruntur patri, quam si filia a marito suo ea habuisset. *l.* 5. *in fin. C. de bon. quæ lib.* Sponsus agit injuriæ sponsæ factæ nomine, *l.* 15. §. 24. *ff. de injuriis.* 5 Non sunt igitur nuptiæ. Sic pactum de vendendo à venditione distinguendum. 6 Igitur quæ fiunt de præsenti, impropriè *sponsalia* dicuntur: ad sponsalia de præsenti alludit lex 6. lex 7. *ff. de ritu.* in quibus aliqua virgo est, & tamen de dote habet actionem, & mariti um eluget. Præterea, Canonistæ volunt sponsalibus de præsenti, sponso tolli potestatem contrahendi matrimonii cum alia, sed & cum consanguineis sponsæ intra gradus prohibitos. *cap.* 8. *extr. de sponsalibus. cap.* 1. *extra de matrimonio contracto.* negant quoque ea dirimi posse superveniente lepra. *c. ultim. extra de conjugio lepr.* 7 Hinc Arnobius, *lib.* 4. *adv. gentes. Habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.* Si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur ex sponso agebat, judices cognoscebant: si nulla justa causa erat recusandi, quanti stipulantis interfuerat eam uxorem duci, tanti sponsor damnabatur, 4 Gell. 4. adde Varronem 5 *de lingua*: & ipsam formulam apud Plautum *in Trinummo*. Hodie solennitates quædam requiruntur, ut benedictio, de qua vide quæ notavi ad *Novellam Alexii Comneni c.* 3. 8 Hac formula gener socerum interrogabat, *Mihi despondes filiam?* Socer respondebat, *Spondeo*. Plautus Aululari. *Act.* 1. *Scen.* 4. & Curculione *Act.* 5. *Scen.* 2. Trinummo *Act.* 5. *Scen.* 2. quæ desponsa erat, *sponsa*: cui desponsa, *sponsus*: quo die sponsum erat, *sponsalia*: qui sponderat filiam, *despondisse* dicebatur, quod de sponte ejus, id est, voluntate ejus exiret. *Varro*, 5 *de lingua.* 9 *l.* 11. *ff. eod.* Non igitur olim saltem enim est hodie, *l.* 4. §. 1. *ff. eod.*) fiebant sponsalia nudo pacto, & inter absentes: nam stipulatio non fit, nisi inter præsentes: ideoque consponsiones parentum filios non tenebant, nec nuptiarum omnis potestas in partibus erat. vide *l.* 134. *ff. de verb. oblig.* 10 Id est, non requiritur scriptura, *l.* 7. *ff. eod.* non requiritur stipulatio, quoniam consensu contrahuntur. vide *Novell. Alexii Comn. c.* 3. 11 An & ad dissolvenda, dixi *l.* 63. *in fi. l.* 65. *ff. pro socio. & l.* 1. *C. hoc tit.*

12 *l. ult. ff. eod.* 13 Olim aliud fuisse videtur, ut notavi ad *l.* 2. *ff. eod.* 14 Sponsalia inter absentes constituuntur, siquidem absentibus de hoc constat, vel si ratum habuerint. *Synopsis Basilic.* 18. *tit.* 1. *c.* 2. 4 Harm. 1. §. 22. 15 Aliud est in parente puellæ. *l.* 10. *ff. eod.* 16 Sic enim vocantur sponsalia, ut & alibi spes matrimonii. *l.* 13. §. 3. *ff. de adulteriis.* 17 Soli tutores pupillæ sponsalia, neque constituere, nec dissolvere possunt, *ut hic.* idem est in curatoribus, vid. *l.* 20. *ff. de ritu.* 4 Harmen. 1. §. 4. *l.* 5. *C. de nuptiis.* dotem autem constituere possunt, augere, mutare. vide *l.* 61. *ff. de jure dot. l.* 7. *ff. de tutor. datis ab his.* 18 4 Harmen. 1. §. 2. *in fine.*

19 *Testatio* hic quid est? an scriptura? an testes? dixi *l.* 4. *ff. eod.* 20 Idem in nuptiis, vide *l.* 9. *C. de nuptiis.* 21 Qui in nuptiis consentiunt, etiam in sponsalibus consentiunt. *Synopsi. Basil. eod. cap.* 4. Harmenop. *eod.* §. 3. 22 De quibus, vide *l.* 2. *ff. de ritu.* 23 Consentit filiæ sponsalibus pater, qui non evidenter dissentit. 24 Favore matrimonii consentit pater, qui non contradicit. 25 *Synopsi. eod. cap.* 5. Harmenop. *eod.* §. 45. 26 Adde *l.* 16. *in fin. ff. de ritu.* 4 Harmenop. 1. *ex Novell.* Leon. 112. 27 Id est, an jure sponsaliorum valeant inutiliter contractæ nuptiæ: quemadmodum quæritur an stipulatio inutilis, ut pactum, vel ut constitutum valeat, *l.* 8. *ff. de acceptilat.* an inutile testamentum, ut Codicillus: an fidejussio inutilis, ut jussio? v. *l.* 30. *ff. quando dies legatorum.* Cujac. 11 *observ.* 15. Goth. Adde Leonin. *Emendat. lib.* 7. *cap.* 16. Alciat. *lib.* 12 *parerg. c.* 7. Anf. 28 *Dilatæ*, rejectæ in tempus pubertatis, *Budæus*. male: nam si dilatæ nuptiæ, nondum sunt: quæ nondum sunt, injustæ esse non possunt. Itaque Cujac. *ad l.* 3. *C. de loc. præd. civil. & l.* 11 *obs.* 15. legit, *collocatæ*. id est, contractæ, ut sit quæstio, An contractæ ante 12 annum nuptiæ valeant jure sponsaliorum: Sic apud Cicer. 3 *de Oratore*: Tulit ille coronam ad collocandas nuptias. Potest tamen retineri & *Collata*: ut *Collatæ nuptiæ* dicantur, cum in domum mariti uxor deducta est. 29 De veteri *deductionis in domum mariti* more dixi *ad l. pen. ff. de donat. inter virum & uxorem. l.* 15. *ff. de condit. & demonst.* 30 Imo, videntur tenere sponsalia, cum pater pro affectu propensiore possit filiam suam minorem 12 annis nuptum dare, & maturius in familiam sponsi perducere, *l.* 11. §. 3. *ff. quod falso.* & eo quidem magis, quod dicatur tunc futura uxor, cum apud virum impleverit 12 annum, *l.* 4. *de ritu, l.* 13. §. *antepenult. ff. de ædil.* & ei privilegium dotis datum sit. *l.* 17. *in fi. ff. de reb. auct.* Sponsalia inutilia resolvuntur in sponsalia de futuro. Gryll. 2 *observ.* 80. *n.* 11. 31 Quæ non fuerint: nec nuptiæ, quæ esse non potuerunt, *l.* 32. §. *penult. ff. de donat. inter vir.* 32 Et ipsomet Ulpianus, *d. §. pen.*

De filia in potestate vel emancipata.

X. Idem lib. III Disputationum.

IN [33] potestate manente filia, pater [34] sponso nuncium remittere potest [35], & sponsalia [36] dissolvere: Enimvero si emancipata est, non potest neque nuncium remittere, neque quæ dotis causa data sunt condicere: ipsa [37] enim filia nubendo efficiet dotem esse, condictionemque extinguet, quæ, causa non secuta, nasci poterit: nisi forte quis proponat, ita dotem patrem pro emancipata filia dedisse, ut si nuptiis non consentiret [vel contractis, vel non contractis], repeteret, quæ dederat: tunc enim habebit repetitionem.

33 Sponsalia dissolvere & nuncium remittere pater potest ejus, quæ manet in potestate, &c. *Synopsis* 17.

34 Aliud in tutore, *l. 6. ff. eod.*

37 *l.* 2. *in fin. ff. de dvortiis.*

De consensu contrahentium.

XI. Julianus lib. XVI Digestorum.

SPonsalia, sicut nuptiæ, consensu contrahentium fiunt: & ideo, sicut nuptiis, ita sponsalibus filiamfamilias [38] consentire oportet.

36 At non matrimonium. *l. 5. C. de repudiis.*

37 Post emancipationem & perfectionem filia suo agens arbitratu, & sponso per matrimonium copulata, dotem efficit ea, quæ data sunt, & condictionem patris extinguit, *Synopsis ibid.*

38 *l.* 5. *l.* 7. *in fin. ff. eod.*

XII. Paulus lib. V ad Edictum.

FIliofamilias dissentiente [39], sponsalia nomine ejus fieri non possunt.

39 Evidenter.

De Ætate.

XIV. Modestinus lib. IV Differentiarum.

IN sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, ut in matrimoniis: quapropter [&] à primordio ætatis sponsalia effici possunt; si modo id fieri ab utraque persona intellegatur, id est, si non sint minores, quam septem [40] annis.

40 Nec enim omnis nuptiarum potestas in patribus erat, ut recte apud Comicum filius: Nonne oportuit præscisse ante, nonne prius communicatum oportuit?

De pupilla tutoris, & filio tutoris.

XV. Idem lib. singul. de enucleatis casibus.

TUtor factam pupillam suam nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adjungere potest [41]: Scias tamen, quod de nuptiis tractamus, & ad sponsalia pertinere.

41 *Al.* indigais moribus: *al.* indigum majoribus.

De prohibitione nuptiarum extendenda ad sponsalia.

XVI. Ulpianus lib. III ad leg. Juliam [42] & Papiam.

ORatio Imperatorum Antonini & Commodi, quæ quasdam nuptias in personam Senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est: recte tamen dicitur, etiam sponsalia [43] in his casibus ipso jure nullius esse momenti: ut suppleatur, quod Orationi deest.

42 Vel religionis diversæ. *l. 5. C. eod.*

43 Vide quæ notavi ad *l.* 25. *l.* 36 *ff. de ritu nupt. l. penult. C. eod.*

De Dilatione sponsaliorum.

XVII. Gaius lib. I ad leg. Juliam & Papiam.

SÆpe justæ ac necessariæ causæ non solum annum [44], vel biennium, sed etiam triennium, & quadriennium, & ulterius trahunt sponsalia: veluti valetudo sponsi sponsæve, vel mortes [45] parentium, aut capitalia crimina, aut longiores peregrinationes quæ ex necessitate fiunt.

44 Facit *l.* 3. §. 5. *ff. contra tab.* vid. 2 *Gell.* 7.

45 Vide *Novell. Leonis* 109. Minor septem annis sponsi esse non potest.

Quibus modis fiunt sponsalia.

XVIII. Ulpianus lib. VI ad Edictum.

IN sponsalibus constituendis parvi refert, per se & coram, an per internuncium [46], vel per epistulam, an per alium hoc factum est: & fere plerumque conditiones interpositis personis; [expediuntur.]

46 Nisi destinatam testamenti à patre. vide *l.* 6. *C. de interd. matrim. l.* 7. *ff. de adult.* vide Cujac. 16 *observ.* 33.

47 *l.* 17. *ff. eod. lege* 60. §. 5. *ff. de ritu.* adde *Nov. Leonis* 23.

48 *Sponsaliorum* hic par prohibitio, quæ nuptiarum.

49 Non solum biennium, sed etiam triennium: Cujac. 16 *observ.* 35. Movetur, quod non annus, sed biennium legitur apud Dionem 54. *& l.* 2. *C. de sponsalib. l.* 4. *l.* 6. *C. Theodos. eod.* Idem tamen addit, videri posse verba illa retineri, si dicamus, iis, qui sibi puellam x1 annorum despondissent, legibus fuisse præscriptum annum ad nuptias contrahendas. 50 *l.* 4. *C. eod.* 51 *l.* 4. *ff. eod.* facit *l.* 2. *ff. de pactis. l.* 14. *in fin. ff. de constituta.*

Tit. II.

DE RITU [1] NUPTIARUM [2].

Definitio nuptiarum.

I. Modestinus lib. I Regularum.

NUptiæ [3] sunt [4] conjunctio [5] maris [6] & fœminæ [7], [&] consortium [8] omnis [9] vitæ: divini [10] & humani juris [11] communicatio [12]. *De*

1 *Ritus*, verbum Pontificale. Rituales sic libri. v. *Festum Ritualis*. Ritus mos comprobatus in administrandis sacrificiis. v. *Festum Ritus*: vox ergo *ritus* demonstrat,

nuptias non sine sacrificio aliquo peragi solitas. v. *l.* 66. §. 1. *ff. de don. inter virum. Ulp. in fragmentis tit.* 9. 2 Ritus nuptiarum pro gentium varietate varii fuerunt: de quibus summatim dixi ad *Novell. Leonis* 89. Porro huic titulo respondent tituli *de nuptiis* inscripti. v. C. IV. 1. *Inst.* 10. *Novell.* Justiniani. 2. 19. 22. 154. 157. Leon. 24. 53. 79. 89. 90. 98. 100. 4 Harmenop. 4. περὶ γάμων καὶ μίξεων, &c. 28 *Eclog.* 9. Ulpian. 5. Paul. 2 *sent.* 19. Sunt vero *nuptiæ* à nubendo, id est, operiendo. *Varr.* 4 *de lingua.* hinc *nubes*, quæ cœlum operiunt, 13 *Isidor.* 7. moris enim erat (etiam apud antiquissimos, *Genes.* 24. ubi Rebecca conspecto eminus sponso suo Isaaco caput suum obtexit, docens, ut ait Ambrosius, *c. nec illud.* 30. *quæst.* 5. verecundiam in nuptiis præire debere) ut nuptæ vultus suos velarent. 9. *Isid. ult.* flameo scilic. *Ælius & Cincius apud Festum*: vide *Tertull. lib. de veland. virginib. & lib. de corona militis. Ambr. in* 1. *ad Corinth.* 11. hinc *nupta verba*, quæ virginem dicere nefas erat, *Fest.* Innupta, quæ nondum vultum suum velat. 9 *Isid. ult.* alias etymologias vide apud Festum.

3 Vide Theophilum, *Inst. de Nuptiis. ubi dixi.* 4 *l.* 1. §. 3. *ff. de just. & jur.* §. 1. *Inst. de patriis potest. Inst. de jure natural. in princ.* 27. *q.* 2. *in princ. c.* 11. *extra de præsumpt.* 5 Quæ animum, & consensum præcipue requirit, v. *l.* 15. *ff. de condit. & demonst.* & ita illud intellige, ὁμονοεῖν εἰ βίῳ καὶ πάσῃ μίξει. *Ephes.* 5. tunc matrimonium est: Adulterium vero cum quoquo modo à sjunctis duobus alia caro, imo aliena miscetur. *Tertull. lib. de monogamia.* 6 Unius sc. est enim polygamia meritò explosa, *l.* 1. *ff. de his qui notantur.* 7 Non marium inter se, vide *l.* 2. *C. de incestis. l.* 31. *C. de adult. Nov.* 141. 8 *Consortes* ideo dicuntur conjuges, & poterit mulier his verbis accipi, *Accipio te in consortem.* 9 De quo vide quæ notavi ad *l.* 66. *in fin. ff. de donat. inter virum.*

10 Divinæ domus, *l.* 4. *C. de crim. expil. heredit.* An nuptiæ possunt cum meretrice contrahi? vide *Nov. Leonis.* 93. cum infideli? vide quæ notavi ad *l.* 6. *C. de Judæis.* 11 Rei humanæ, *d. l.* 1. fortunarum. unde mortuo marito nullis relictis liberis, uxor succedebat. Halicarnass. 2. *Cujac.* 3. *Inst. apud. Russinum. tit.* 16. *collationis legum Mosaicarum.* hinc fortitur domicilium mariti, *l.* 5. *ff. eod.*

12 Hinc colligo, nihil tam humanum esse, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse, *l.* 22. §. 7. *ff. soluto.* hinc uxor socia, *d. l.* 4. *l.* 52. *ff. de re judicata.* quasi domina rerum mariti, *l.* 1. *ff. rer. amot.* Addidit Justinian. *Inst. de patria potestate.* hæc verba, *individuam vitæ societatem continens*: quibus uxor à meretrice, & concubina differt: Columella 12. Nihil conspiciebatur in domo dividuum: nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium esse juris sui diceret. Lactantius *l.* 1. *c.* 21. Qui servari potest charitas, nisi habitaverint semper una, nisi devota mens, & servata invicem fides individuam fecerit charitatem? Cicero 1 *Offic.* Prima societas in ipso conjugio est: Proxima, in liberis.

De Consensu contrahentium & parentum.

II. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

NUptiæ [13] consistere non possunt, nisi [14] consentiant omnes: id est, qui coeunt, quorumque [15] in potestate sunt.

De Patruelibus.

III. IDEM lib. I ad Sabinum.

SI neporem ex filio, & neptem ex altero filio in potestate habeam, nuptias inter eos [16], [me] solo [17] auctore contrahi posse, Pomponius scribit, & verum est.

De Ætate.

IV. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

MInorem annis duodecim [18] nuptam, tunc legitimam uxorem fore, cum [19] apud virum expleſſet duodecim annos.

De Absentia.

V. IDEM lib. IV ad Sabinum.

MUlierem [20] absenti [21] per literas [22] ejus, vel per nuncium posse nubere [23] placet, si in domum ejus [24] deduceretur: eam vero, quæ abesset [25], ex literis vel nuncio [suo] duci à marito non posse: deductione enim opus esse in mariti, non in uxoris domum, quasi in domicilium [26] matrimonii.

VI. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

DEnique Cinna scribit: eum, qui absentem [27] accepit [28] uxorem [29], deinde rediens à cœna juxta Tiberim periſſet, ab uxore lugendum [30] responsum est.

VII. PAULUS lib. singulari ad legem Falcidiam.

IDeoque potest fieri, ut in hoc [31] casu aliqua virgo & dotem, & de dote habeat actionem [32].

De Servili cognatione.

VIII. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

LIbertinus [33] libertinam matrem, aut sororem [34], uxorem ducere non potest: quia hoc jus moribus [35], non legibus, introductum est.

De Furore avi vel patris. 1. De patre Captivo vel absente.

IX. ULPIANUS lib. XXVI ad Sabinum.

SI [36] nepos [37] uxorem velit ducere avo furente, omnimodo patris [38] auctoritas erit necessaria: sed si pater furit, avus sapiat, sufficit [39] avi voluntas. §. 1. Is [40], cujus pater ab hostibus captus est, si non intra triennium [41] revertatur, uxorem ducere potest.

X. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

SI ita pater absit, ut ignoretur, ubi sit, & an sit: quid faciendum est, merito dubitatur? Et, si triennium effluxerit, postquam apertissime fuerit pater ignotus ubi degit, & an superstes sit, non prohibentur liberi [ejus] utriusque sexus matrimonium vel nuptias legitimas contrahere.

XI. JULIANUS lib. LXII Digestorum.

SI filius ejus, qui apud hostes est, vel absit, ante triennium captivitatis vel absentiæ patris uxorem duxit; vel si filia nupserit: puto, recte matrimonium vel nuptias contrahi: dummodo [42] eam filius ducat uxorem, vel filia tali nubat, cujus conditionem certum sit patrem non repudiaturum.

Si quis arroget maritum ejus quam repudiaverat. 1. De sponsa patris, 2. vel filii. 3. De filia uxoris post divortium suscepta. 4. De cognatione per adoptionem.

XII. ULPIANUS lib. XXVI ad Sabinum.

SI qua mihi uxor fuit, deinde à me repudiata nupsit Seio, quem ego postea adrogavi, non sunt nuptiæ incestæ [43]. §. 1. Inter me, & sponsam [44] patris mei nuptiæ contrahi non possunt, quamquam *noverca* mea non proprie dicatur. §. 2. Sed & per contrarium [45], sponsa [46] mea patri meo [47] nubere non poterit: quamvis *nurus* non proprie dicatur. §. 3. Si uxor mea post divortium alii nupserit, & filiam suscepcrit, putat Julianus, hanc [48] quidem privignam non [49] esse, verum nuptiis ejus abstinendum. §. 4. Adoptivæ sororis filiam possum uxorem ducere: *cognata* enim mea non est filia ejus, quia avunculus [50] nemo fit per adoptionem: & eæ demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitimæ essent, id est, quæ [51] adgnatorum jus haberent: Pari ratione & sororem patris mei adoptivi possum ducere, si non fuit eodem patre nata.

De Patrona ignobili.

XIII. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

SI patrona tam ignobilis [52] sit, ut ei honestæ sint vel saltem liberti sui nuptiæ, officio judicis super hoc cognoscentis hæ prohiberi non debent.

De uxore quondam patrui, 1. vel filii adoptivi. 2. De servili cognatione, 3. vel affinitate. 4. Noverca, privigna, socrus, nurus quomodo accipiuntur.

XIV. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

ADoptivus filius si emancipetur, eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non potest: quia *noverca* locum habet [53].

§. 1. Item si quis filium adoptaverit, uxorem ejusdem, quæ *nurus* loco est, ne [54] quidem post emancipationem filii ducere potcrit: quoniam aliquando nurus ei fuit. §. 2. *Servites* quoque *cognationes* [in] hoc [55] jure observandæ sunt: Igitur suam matrem manumissus non ducet uxorem: Tantundem juris est, & in sorore, & sororis [56] filia. Idem è contrario dicendum est, ut pater filiam non possit ducere, si ex servitute manumissi sint: etsi dubitetur, patrem eum esse. † Unde nec volgo quæsitam [57] filiam pater naturalis potest uxorem ducere: quoniam * *in contrahendis matrimoniis naturale jus* [58], *& pudor inspiciendus est*: contra pudorem est autem, filiam uxorem suam ducere [59]. §. 3. Idem ramen, quod in servilibus cognationibus constitutum est, etiam in servilibus adsimilatibus servandum est: veluti, ut eam, quæ in contubernio [60] patris fuerit, quasi novercam, non possim ducere: & contra, eam, quæ in contubernio filii fuerit, patrem quasi nurum non ducere: Æque nec matrem ejus, quam quis in servitute uxorem habuit, quasi [61] socrum: cum enim cognatio servilis intellegitur, quare [62] non & adfinitas intelligatur? Sed in re dubia certius & modestius est, hujusmodi nuptias abstinere. §. 4. Nunc videamus, quomodo noverca, & privigna, & socrus, & nurus intellegantur: ut sciamus, quas non liceat ducere. † Quidam *novercam* per se patris uxorem, & *nurum* filii uxorem, & *privignam* uxoris ex alio marito filiam intelligunt [63]: Sed quod ad hanc causam, verius est, nec avi uxorem, nec proavi duci posse. Duas ergo, vel plures novercas ducere non poterit: Non mirum: Nam & is, qui adoptivus est, nec naturalis patris, nec adoptivi [64] uxorem ducere potest: [Sed] & si plures uxores pater habuerit, nullam [65] earum ducere possum. † Itaque *socrus* appellatione non tantum uxoris meæ mater, sed [66] & avia, & proavia intellegitur: ut nullam earum ducere possim. † *Nurus* quoque appellatione non tantum filii uxor, sed & [67] nepotis, & pronepotis continetur: licet quidam has *pronurus* appellant. † *Privigna* quoque non solum ea mihi intellegitur, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis [68], & proneptis, ut nullam earum ducere possim: Item [69] ejus matrem, quam sponsam habui, non posse me uxorem ducere, Augustus interpretatus est: fuisse enim eam socrum [70].

De uxore quondam privigni. De marito quondam privignæ.

XV. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

VXorem [71] quondam privigni conjungi [72] matrimonio vitrici non oportet: nec in matrimonium [73] convenire novercam ejus, qui privignæ maritus fuit.

Si filius Senatoru libertino nupserit. 1. De nepote, & nepte. 2. De furore.

XVI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

ORatione [74] divi Marci cavetur, *Ut si Senatoru [75] filia libertino nupsisset, nec nuptiæ essent* [76]: quam & Senatusconsultum [77] secutum est. §. 1. Nepote uxorem ducente, & filius [78] consentire debet: neptis vero si nubat, voluntas & auctoritas avi sufficiet. §. 2. *Furor* [79] contrahi matrimonium non finit, quia consensu opus est: sed recte contractum non impedit.

De fraternitate per adoptionem. 1. De adoptione generi, vel nurus. 2. De amita, matertera, amita magna, materter a magna.

XVII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

PEr adoptionem quæsita *fraternitas* eousque impedit nuptias, donec [80] manet adoptio: Ideoque eam, quam pater meus adoptavit, & emancipavit, potero uxorem ducere: æque & si, me emancipato, illam in potestatem retinuerit, poterimus jungi matrimonio. §. 1. Itaque volenti [81] generum adoptare suadetur, ut filiam emanciparet: similiter suadetur ei, qui nurum velit adoptare, ut emancipet filium. §. 2. Amitam [82] quoque, & materteram, item magnam quoque amitam, & materteram magnam prohibemur uxorem ducere [83]: quamvis magna amita, & matertera, quarto [84] gradu sint. Utique autem amitam, & amitam magnam [85] prohibemur uxorem ducere, & si per adoptionem [86] nobis conjunctæ sint.

De nuptiis renovatis, & consensu parentum.

XVIII. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

NUptiæ inter easdem personas nisi volentibus parentibus renovatæ [87], justæ non habentur.

De patribus cogendis in matrimonium collocare.

XIX. MARCIANUS lib. XVI Institutionum.

CApite trigesimoquinto legis Juliæ, *Qui* liberos, quos habent in potestate [88], injuria *prohibuerint* ducere uxores, vel nubere; (vel qui dotem dare non volunt [89], ex constitutione Divorum Severi & Antonini) per Proconsules, Præsidesque provinciarum *coguntur* [90] in matrimonium collocare, & dotare [91]. *Prohibere* autem videtur, & qui conditionem non quærit.

De auctoritate curatoris.

XX. PAULUS lib. singul. ad Orationem Divi Severi & Commodi.

SCiendum [92] est, ad officium curatoris * non * [93] pertinere, nubat pupilla [94], an non: quia officium ejus in administratione negotiorum constat: [Et] ita Severus & Antoninus rescripserunt, in hæc verba: *Ad officium curatoris administratio pupilla pertinet: nubere* [95] *autem pupillæ suo arbitrio potest.*

De

---

11 Vid. Guibertum. l. 1. c. 12 *de Sponsalibus*. Goth. Ad de Ant. Cont. lib. 1 *Successio*. c. 5. S. L.

12 Sine consensu nuptiæ esse non possunt

13 V. l. 18 ff. eod.

14 Hinc colligo, inter fratris vel sororis liberos nuptias valere §. 4. Inst. de nupt. l. 19. C. de nupt. l. 2 C. de ingenuis Objicitur tamen Theophilus in Inst. §. 4. & Cujac. 4. vid. Contium. 21. Inst. 1.

15 Si modo filius non vivit, alias consensus ejus requiritur. l. 16. §. 1. ff. eod.

16 V. quæ notavi ad l. 9. ff. de Pontificib.

17 V. l. 10. ff. de condit. & demonst.

18 Harmen. 4. §. 5.

19 Viro. Goth. Vide in hanc l. Joann. Robert. sent. jur. lib. 3. c. 2. Brisson. 1 select. 18. & quæ not. Censur. forens. nostr. lib. 1 c. 14. in fin. S. L.

20 Id est, per procuratorem.

21 Imo fœmina absens nubere non potest etsi vir absens uxorem ducere possit. Paul. 2 sent. 19. §. 5. adde quæ scripsi ad l. 15. ff. de condit. & demonst.

22 Quo pacto mulier in domicilium mariti transibat, ejusque forum sortiebatur, ff. eod.

23 l. 69. §. 3. ff. de jure dotium. Domus mariti, matrimonii domicilium est: ideoque mulier per procuratorem in absentis mariti domo duci potest: in sua non potest: vide Paul. 1 sent. 19. §. 15.

24 l. 6. C. de donat. ante nuptias. v. leg. ult. C. de incolis. lib. 10. tit. 39.

25 Absens.

26 Domi suæ, & quidem per alium.

27 Quid, si non absentem accepit, sed tantum osculatus est? v. l. 16. C. de donat. ante nupt.

28 Vide l. 1 8. 9. 10. 11. ff. de his, qui notant.

29 Quamvis nondum in cubiculum mariti venerit, videtur nupsisse, l. 34. ff. de cond. & demonst.

30 Vide 4 Harmen. 4. §. 7.

31 V. l. 14 ff. eod.

32 Hanc vocem, *sororem*, Tribonianus adjecit: nec enim moribus, aut jure gentium sororem ducere prohibemur, (id enim licitum erat apud Athenienses, & Ægyptios, sed legibus, seu jure civili. vide Cujac. 16. obser. 17.

33 Seu jure gentium. l. ult. ff. eod.

34 4 Harmen. 4. §. 9.

35 Vide quæ scripsi ad l. 36. ff. eod.

36 In cujus potestatem quasi recidit. 39 Quæ non sufficeret si pater etiam sæperet, l. 3. ff. eod. l. 16. §. 1. ff. eod. 40 4 Harmenop. 4. §. 10. 41 Adde l. 11. ff. eod. l. 12. §. 4. ff. de captivis. 42 Cur ita? vide l. 42. ff. eod.

37 Incestæ videbantur, quia res ad eum casum pervenerat, a quo incipere non potest. Accurs.

38 Sponsam patris ducere filius non potest, §. 9. Inst. eod. 45 Contrariorum eadem est disciplina. 46 Sponsam filii pater ducere non potest. d. §. 9. 47 Quia soceri loco habetur. l. 5. ff. de testibus. l. 8. ff. de gradib. 48 d. §. 9. 49 Cur non est privigna? quia non ante nuptias cum ejus matre mihi contractas nata, sed post divortium cum ejus matre à me factum. 50 Imo, amita fit per adoptionem, eoque casu nuptiæ vetitæ sunt. l. 17. §. 2. ff. eod. 51 Vide l. 23. ff. de adopt. adgnationis jus non habent, qui non sunt ejusdem familiæ. ibid. 52 Ut quæ corpore quæstum fecit, vel judicram artem exercuit, aut publico judicio damnata. l. 47. ff. eod.

39 Non tamen adgnatæ, l. 23. ff. de adopt. pari analogia eam quæ neptis ex adoptione fuerit, licet emancipatam, ducere non potes. l. 5. §. 1. ff. eod. 54 §. 1. in fin. Inst. de nupt. & quamvis adoptione cessent reliqua adoptionum jura. vide l. pen. §. 2. C. de adopt. 55. l. 8. ff. eod. §. 10. Inst. eod. 56 Cum qua, si matrimonium contraxerjs, incestum commiseris. l. 56. ff. eod.

57 l. 44. §. 3. in fi. ff. eod.

58 Quod nonestum sit, l. 197. ff. de reg. jur. Jus gentium, l. ult. ff. eod. commune jus, §. 7. Inst. de nupt. jus moribus introductum, l. 8. in fin ff. eod id est, solo honestate, solo pudore: quod etsi liceat usurpare, non est honestum, l. 144. ff. de reg. jur. ad hæc, una omnibus parentibus servanda est reverentia l. 6. ff. de in jus vocando.

59 Nam utcunque servus eam fuisceperit, est tamen parens, l. 4. §. 3. ff. de in jus vocando.

60 Recte in contubernio: nam *matrimonium* est inter liberos hominum: *contubernium* inter servos, aut cum servis. l. 3. C. de incestis.

61 Notandæ sunt hæ voces, *quasi nurus, quasi socrus*.

62 Argumentum a cognatione ad affinitatem observa.

63 l. 4. §. 6. ff. de gradibus.

64 l. 55. ff. eod.

65 Patris, avi & ulterius sive naturalis, sive adoptivi uxores, mihi sunt *novercæ*.

66 Mater, avia, proavia, & ulterius uxoris meæ, mihi *socrus* sunt.

67 Uxor nepotis, l. 6. ff. de gradibus. & ulterius uxores, mihi *nurus* sunt.

68 l. 40. ff. eod.

69 Meæ uxoris, imo, & sponsæ, filia, neptis & ulterius, mihi sunt *privignæ, ut hic*. utcunque ex iis, vel ex concubinatu, vel ex mercitricio complexu natæ sunt. l. 7. ff. de gradib.

70 Imo, sponsæ parens socer non est., l. 6. in fin. l. 8. ff. de gradib. l. 4. ff. de parric.

71 Nec uxorem quondam privigni ducere, nec privignæ marito nubere potes.

72 Privigni mei quondam uxorem ducere non possum: Sic noverca; privignæ marito nubere non potest. Est enim vitricus privigno affinis. Privignus est mihi affinis. §. 6. Inst. de nupt. Privigni uxor est mihi in secundo genere affinitatis, & ita in linea ascendentium & descendentium nuptiæ prohibitæ in secundo genere affinitatis. An idem in linea collaterali? Non puto temere extendi, c. non debet. 8.

73 Nec in manum, conveniendi in manum. 74 Quam Senatusconsultum sequi solebat, ut mox dicam. 75 l. 34. 42. in fin. ff. eod. l. 9. ff. de Senatorib. 76 Id hodie correctum videtur: sunt enim permissæ quantumvis illustribus personis cum libertis nuptiæ. Nov. 78. c. 3. Nov. 117. c. 6. 77 l. 43. §. 10. ff. eod. Orationes Imperatorum, patrum consulta sequebantur, *ut hic*. Tacit. 11. Orationem Principis secuto patrum consulto, Hedui Senatorum in Urbe jus adepti sunt. Hujus rei exemplum, Senatusconsultum de petitione hereditatis quod ad orationem D. Hadriani factum est, l. item veninnt. 20. §. præter. 6. l. si & rem. 22. ff. de petit. hared. l. 1. C. eod. titulo. Hinc fit, ut quod uno loco Oratione Principis inductum dicitur, id alias Senatusconsulto, citra ullam ἐναντιοφάνειαν tribuatur. De quo dixi ad l. 7. C. de prædiis minorum. 78 Imo solus avi consensus sufficere videtur. l. 3. ff. eod. 79 Paul. 2 sent. 19. §. 4. l. 8. ff. de his, qui sunt sui. l. 8. ff. de sponsal. 80 §. 4. vers. sed si per. Inst. de nupt. 81 l. 5. ff. de gradib. l. 35. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 9. in fin. ff. de liberis. 82 d. §. 2. 83 l. 17. C. eod.

84 Quia parentum loco habentur, §. 5. Inst. de nupt. 85 l. 1. §. 6. l. 10. §. 15. ff. de gradib. Ulp. 5. §. 6. 86 Imo amitam adoptivam ducere possum, l. 12. in fi ff. eod. v. Contium, 1 subsecivar. 5. 87 l. 7. C. de nuptiis. ut & contractæ, l. 2. ff. eod. l. 20. in pr. C. de nupt. Inst. de nupt. in princ.

88 Id est, patres. 89 An naturales tantum dotare coguntur? non coguntur, arg. l. 41. §. 11. ff. de leg. 3. mater non cogitur filiam dotare, l. 14. C. de jure dot. ergo nec avus maternus, & avia materna. Quid avus paternus? tenetur, l. 33. ff. de pactis. l. 6. ff. de collationibus. An frater? utique: si ex eodem sit patre, l. 12. §. pen. ff. de admin. tut. Sunt tamen quidam casus, quod ad patrem attinet, excipiendi: quid enim, si ære alieno sit obrutus? utique dotare non cogetur filiam, qui in fraudem creditorum id faceret, l. 14. in fi. l. 15. §. 1. ff. quæ in fraud. creditorum. Quid, si filia habet unde dotetur? v. l. 22. §. pen. ff. ad Trebell. Quid, si ingrata? v. Nov. 22. c. 27. in fin. ignominioso nubat? v. leg. 3. §. 5. ff. de bonor. poss. contr. tab. si hæretica? v. l. 18. C. de hæreticis. Quid, si filia jam contraxit nuptias sine dote? vide Socinum, reg. 281. 4 Harm. 4. §. 11. 90 Ut interdum accidit, l. 9. ff. de in rem verso. Idem dicendum, si sint absentes, vel captivi. l. 5 §. 4. ff. de jure dot. ergo nec avus paternus, & avia materna. Quid avus maternus? tenetur, l. 12. §. ult. ff. ad Trebell. & officii, filias dotare, l. ult. C. de dot. promiss. l. 18. in fi. C. de hæreticis. Sed quatenus? pro ratione facultatum, d. l. 18. arg. l. 8. in fin. ff. de in rem verso. l. 60. ff. de jure dot. 92 V. quæ scripsi ad l. 18 ff. eod. 93 Hæc negativa omnino vera est. Potest enim pupilla nubere arbitrio suo. ff. eod. non expectato consensu cognatorum, adfinium, & curatorum, l. 8. C. de nuptiis. l. 6. ff. de sponsalib. Hoc tamen constat, ubi pudore eligere maritum non vult, judicem convocatis ejus cognatis id statuere posse, l. 20. in fi. C. de nuptiis. possunt interea tutores pupillæ fieri

94 Vide l. 102. ff. de verb. obl.

95 Pupilla nubere suo arbitrio potest, 4 Harm. 4. §. 12.

De consensu filiifamilias.

XXI. TERENTIUS CLEMENS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

NOn cogitur[97] filiusfamilias uxorem ducere.

XXII. CELSUS lib. XV Digestorum.

SI patre cogente[98] dueit uxorem[99], quam non duceret si sui arbitrii esset, contraxit tamen matrimonium: quod inter invitos non contrahitur: maluisse hoc videtur.

De libertina.

XXIII. IDEM lib. XXX Digestorum.

LEge Papia[100] cavetur[1], *Omnibus ingenuis, praeter Senatores*[2] *eorumque liberos, libertinam uxorem habere licere.*

De praesumptione nuptiarum.

XXIV. MODESTINUS lib. I Regularum.

IN liberae mulieris consuetudine non concubinatus[3], sed nuptiae[4] intelligendae sunt: si non corpore quaestum fecerit.

De filio emancipato.

XXV. IDEM lib. II Regularum.

FIlius[5] emancipatus[6] etiam sine[7] consensu[8] patris[9] uxorem ducere potest, & suscepturs filius ei heres erit.

De rea adulterii.

XXVI. IDEM lib. V Responsorum [respondit].

REas adulterii[10] factas, nec ante damnationem vivente marito uxores duci posse.

Si Senator libertinam duxerit.

XXVII. ULPIANUS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

SI quis in Senatorio ordine agens libertinam habuerit uxorem, quamvis interim[11] uxor non sit, attamen[12] in ea conditione est, ut si amiserit dignitatem, uxor esse incipiat.

De liberta recusante nuptias patroni.

XXVIII. MARCIANUS lib. X Institutionum.

INvitam[13] libertam uxorem ducere patronus non potest.

XXIX. ULPIANUS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

QUod & Ateius Capito Consulatu suo fertur decrevisse: Hoc tamen ita observandum est, nisi[14] patronus ideo eam manumisit, ut uxorem eam ducat.

De nuptiis simulatis.

XXX. GAIUS lib. II ad legem Juliam & Papiam.

SImulatae[15] nuptiae nullius momenti sunt.

Si Senator permissu Principis libertinam duxerit.

XXXI. ULPIANUS lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

SI Senatori indulgentia Principis fuerit permissum libertinam justam uxorem habere, potest justa uxor esse[16].

De libertino arrogato ab ingenuo.

XXXII. MARCELLUS lib. I ad legem Juliam & Papiam.

SCiendum est, libertinum qui se ingenuo dedit adrogandum, quamvis in ejus familia ingenui[17] jura sit consecutus, ut[18] libertinum tamen à Senatoriis nuptiis repellendum esse.

De redintegrato matrimonio.

XXXIII. IDEM lib. III ad legem Juliam & Papiam.

PLerique opinantur, cum eadem mulier ad eundem virum revertatur, id matrimonium idem esse: Quibus adsentior, si non[19] multo tempore interposito reconciliati fuerint: nec inter[20] moras aut illa alii nupserit, aut hic aliam duxerit: maxime si nec[21] dotem vir reddiderit.

De generali mandato quaerendi mariti. 1. *De rea adulterii.* 2. *De comprivignis.* 3. *Si pater ejus quae libertino nupsit, Senatus moveatur.*

XXXIV. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

GEnerali mandato *quaerendi*[22] *mariti filiaefamilias*, non fieri nuptias, rationis est: Itaque personam ejus patri demonstrari, qui matrimonio consenserit, ut nuptiae contrahantur, necesse est.

§. 1. Ream adulterii, quam vir jure mariti postulavit, non prohibetur post abolitionem[23] uxorem denuo ducere: Sed & si non jure mariti ream postulavit, jure contractum matrimonium videbitur. §. 2. Inter privignos[24] contrahi nuptiae possunt, etsi fratrem communem ex novo parentium matrimonio susceptum habeant. §. 3. Filiam Senatoris nuptias libertini[25] secutam, patris casus[26] non faciat uxorem: nam quaesita dignitas liberis, propter crimen[27] patris auferenda * non * est.

De filiofam. milite.

XXXV. IDEM lib. VI Responsorum.

FIliusfamilias miles[28] matrimonium sine patris voluntate non contrahit.

De adulta, tutore, vel curatore, XXXVII. *vel liberto Curatoris.*

XXXVI. PAULUS lib. V Quaestionum.

TUtor, vel curator adultam [uxorem] ducere non[29] potest: nisi à patre desponsa, destinatave, testamentove[30] nominata conditione[31] nuptiis, secuta fuerit.

XXXVII. IDEM lib. VII Responsorum.

LIbertum[32] curatoris puellae prohiberi oportet uxorem eandem ducere.

De administrantibus Officia.

XXXVIII. IDEM lib. II Sententiarum.

SI quis Officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non[33] potest, quamvis sponsare[34] non prohibeatur[35]: ita scilicet, ut, si post[36] officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditis[37] quas acceperat.

§. 1. Veterem sponsam in provincia, quam quis administrat, uxorem ducere potest: & dos data non fit caduca[38]. §. 2. Qui in provincia aliquid administrat, in ea provincia filias[39] suas in matrimonium collocare, & dotem constituere non prohibetur.

De sororu pronepte. 1. De incestu.

XXXIX. IDEM lib. VI ad Plautium.

SOrores proneptem[40] non possum ducere uxorem: quoniam parentis loco ei sum. §. 1. Si quis ex his, quas moribus[41] prohibemur uxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere.

De filia privigna.

XL. POMPONIUS lib. IV ex Plautio.

ARisto respondit, privignae[42] filiam non magis uxorem duci posse, quam ipsam privignam.

De ea quae vulgo quaestum facit. 1. De concubinatu.

XLI. MARCELLUS lib. XXXVI Digestorum.

PRobrum[43] intelligitur etiam in his mulieribus esse, quae turpiter viverent, volgoque quaestum facerent, etiam si non palam[44]. §. 1. Et si qua se in concubinatu alterius quam patroni[45] tradidisset, *matrisfamilias*[46] honestatem non habuisse dico.

De honestate spectanda. 1. Quibus nubere non possunt progenitae Senatoribus.

XLII. MODESTINUS lib. singulari de Ritu nuptiarum.

SEmper in conjunctionibus non solum quid liceat considerandum est, sed & quid[47] honestum[48] sit. §. 1. Si Senatoris filia, neptis, proneptis libertino[49], vel qui artem ludicram[50] exercuit, cujusve pater materve id fecerit, nupserit, nuptiae non erunt.

Quid sit palam quaestum facere. 3. *De ea quae palam sine quaestu se prostituit.* 4. *De ea, quae facere desiit.* 5. *De obtentu paupertatis.* 6. *De lenocinio.* 10. *De damnata publico judicio,* 11. *Vel calumniae, vel praevaricationis.* 12. *De adultera.*

XLIII. ULPIANUS lib. I ad leg. Juliam[51] & Papiam.

PAlam[52] *quaestum facere* dicemus, non tantum eam quae in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, ut adsolet[53], in taberna cauponia, vel qua alia pudori[54] suo non parcit.

§. 1. *Palam* autem sic accipimus, passim, hoc est sine[55] delectu[56]: non si qua adulteris, vel stupratoribus se committit: sed quae vicem prostitutae sustinet. § 2. Item, quod cum[57] uno, & altero pecunia accepta[58] commiscuit, non videtur palam corpore quaestum facere[59]. §. 3. Octavenus tamen rectissime ait, etiam[60] eam quae sine quaestu palam se prostituerit, debuisse his connumerari.

§. 4. Non solum autem ea quae facit, verum[61] ea quoque quae fecit, & [si] facere desiit, lege notatur: neque enim aboletur turpitudo, quae postea intermissa est. §. 5. Non est ignoscendum ei, quae obtentu paupertatis[62] turpissimam vitam egit.

§. 6.

96 Nonne vanissimas Papias leges, quae ante liberos suscipi cogunt, quam Julia matrimonium, post tantae auctoritatis senectutem heri Severus constantissimus Principum exclusit? Tertull. *Apologetic.*

97 *l.* 22. *l.* 38. ℣. *eod. l.* 12. *l.* 14. *C. eod.*

98 Id est, suadente admodum, & urgente atque hortante, non tamen vi cogente aut minis. *l.* 21. ℣. *eod.* Goth. Contra Jure Canonico, *c.* 14. *& seq. extr. de sponsal.* Anf.

99 Filius: & quidem sola reverentia patris, seu metu non duxit. adde *l.* 26. §. 1. ℣. *de pignorat.*

100 *l.* 29. *C. de nupt.*

1 Quae hodie abrogata est. *Novell.* 78. *c.* 4.

2 Senator, Senatorisque filius libertinam uxorem ducere non potest. *ut hic.* 13 Ulp. 1 Theophil §. 5. *Inst. de libertin.*

3 *l.* 3. ℣. *de concubinis.* Goth. Contra Jure Canonico, *c.* 2. *extr. de cland. desponf.* junct. *c. aliter.* 30. *quaft.* 5. Anf.

4 Hodie non praesumuntur nuptiae, nisi mulier probet à viro se ea mente acceptam, ut illi esset uxor. *Novell.* 74. *cap.* 5. Porro de hac praesumptione, vide *Alciat.* 3. *praesumpt.* 38.

5 In filia emancipata idem, *arg. l.* 20. *C. de nupt.*

6 4 Harmen. 4. §. 13.

7 Hinc Contius, 1 *subtesiv.* 4. colligit, Jure naturali, id est, necessario non requiri consensum parentum in liberorum nuptiis: alias emancipatus nunquam sine patris consensu contraheret: matris quoque, ut patris requireretur consensus, qui tamen legibus non requiritur, ut quae filiis in potestate non habeat. *l.* 20. *C. de nupt.* solus avi consensus, sine patris consensu nunquam sufficeret in elocanda nepte. *l.* 16. §. 1. ℣. *eod.* Naturae eam vim esse, ut omnibus ex aequo parentibus idem honos habeatur. *l.* 4. ℣. *de cur. furiof.*: ut nullo vel tempore, vel loco, vel personis mutetur. § 11. *Inst. de jure natur.* Etsi legitimos liberos fuisse. *Geneſ.* 36. tametsi sine parentum consensu nuptias contraxit. *Liranus in* 28. *Gen.* Tobiam felicem suis nuptiis eventum sortitum, cui tamen patris consensus defuerit. *Tob.* 7. Nullibi sacris scripturis mandari, ut parentum consensus in liberorum nuptiis necessario adhibeatur: Pontificibus Romanis idem visum fuisse, Nicolao. 27. *q.* 2. 5. *sufficiat.* Lucio tertio, quantumvis pater nuptiis filii reclamet. *c.* 6. *extra de raptoribus.* Innocentio tertio. *c.* 23. *extra de sponsal.* Tridentinae Synodo, Johanni Andreae. *c. ult. extra de sponsalib. impub.* & Lombardo, *distinct.* 28. qui Canonistarum Scholasticorumque familias velut principales duxunt: videri consensum parentum ad decorum tantum, non ad necessitatem requiri; ex ritu & honestate magis quam necessitate adhiberi: Constare, non omnia, quae honesta sint, esse pariter necessaria: Ideoque honesti, jurisque naturae intuitum nuptias illegitimas non efficere quae sine parentum consensu fuerint contractae. Sed his opponunt contra nonnulli, vel in primis omnium nuptiis ostensum quid posteri sequerentur: Deum, patris loco functum Evam primo homini copulasse: consensu Abrahami, Isaacum, *Gen.* 24. Isaaci, Jacobum, *Gen.* 28. *vers.* 6. Simsonem, consensu patris Manuis, nuptias contraxisse *Jud.* 14. *vers.* 5. lege divina mandari patribus, ne Chananaeis filias suas elocent. *Deut.* 7. *vers.* 3. & pluribus aliis locis constare, citra parentum voluntatem nuptias non contrahi, eamque auctoritatem patribus sacro jure concedi. *Exod.* 22. *Num.* 30. 2 *Sam.* 1. 1 *Corinth.* 7. Hoc Imperatores, *l. un.* §. 1. *C. de rapt. Inſt. de nup. in pr.* hoc Ecclesiae patres, *Tertull. ad uxor. in fi. Ambr. in lib. de patriarcha.* 32. *q.* 2. *c. honorantur. Aug. epiſt.* 233. *Evarist.* 30. *q.* 5. *c.* 1. hoc Synodum Toletanam quartam, 32. *q.* 2. *c. ult.* hoc jurisconsultos, *l. 2. l.* 16. §. 1. ℣. *eod. l.* 11. ℣. *de ſtatu.* hoc etium Ethnicos, *Euripid. in Andromacha. Muſaeum in Hero, & Leandro v.* 179. 180. sanxisse vel probasse. Sic sentio: quoscunque liberos, sive filios sive filias, injussu patris contrahere nuptias impune non posse, nisi sint emancipati expresse (tunc enim videntur voluntate patris semper contrahere. *l.* 3. §. 5. *j. de contr. tab.*) vel tacite, puta si majores 25 annis. *Nov.* 115. *c.* 3. (ex Edicto regis Henrici, foeminae anno 25 masculi anno 30.) si parentes eorum absentes vel captivi fuerint. *l.* 5. §. 4. *j. de jure dot.* Igitur minores 25 annis nunquam impune sine parentum consensu nuptias contrahent? sic est de jure, nisi parens eis conditionem non quaerat, aut injuriose prohibeat eos nubere, vel uxorem ducere. *l.* 19. ℣. *eod.* nisi furor parentes occupet, *Inſt. de nupt. in pr.* aut captivitas, *d. l.* 5. his casibus, Praetoris decreto nuptias impune contrahent *arg. l.* 19. ℣. *eod. & d. l.* 5. ita ut exheredari ob eam causam non possint, nisi forte propudiosas aut cum infamia nuptias contraxerint. *dict. Nov.* 115. *c.* 3. *l.* 3. § 5. *j. de contr. tab.* Haec si non procedent, exheredari posse videntur: ut & edicto regis Henrici 2. anno 1556. cautum in Gallia legitur. An eorum matrimonium distrahetur? si pater justam rationem habuit non probandarum hujusmodi nuptiarum, injustae nuptiae, injusta uxor, injusti liberi (& ut Apuleius spurii, §. *pen. Inſt. de nupt.*) nulla dos, nulla uxor erit. *d.* §. *pen.* non tamen jure civili Romanorum dissolvitur matrimonium: idque contemplatione publicae utilitatis, id est, nuptiarum. Paul. 2 *ſent.* 19. §. 2. Hinc Augustinus ait, 28. *q.* 1. *c. ult.* tale conjugium ratum esse, licet non legitimum: Unde constat, hanc legem civilem imperfectam esse, ut quae nuptias sine consensu parentum fieri prohibeat, contractas tamen non dissolvat: ut Cincia lex imperfecta dicitur, quod supra certum modum donare vetet, donatum tamen non rescindat. Ulp. *tit.* 1. Simile est edictum illud Henrici, de quo paulo ante diximus: vetat enim hujusmodi nuptias & punit, non tamen eas rescindit. 8 Quo? num sequente? Imo, praecedere debet. *Inſt. de nupt. in pr.* ut & eam adquirenda hereditate. *l.* 25. §. 4. *j. de acquir. hereditate.* ut merito laudandi judices videantur, qui simplicium sponsaliorum in causa, patris ratihabitione non contenti, jubent contracta sponsalia dissolvi: novoque patris consensu nova iuchoari. Ratihabitio tamen patris videtur contractas ita nuptias recte conciliare. *l.* 3. *C. de Nupt.* Favor matrimonii, parentumque suos in liberos amor, hoc quoque persuadere satis videtur, ut sic satis consensum parentum intercedere. quo verbo Theophilus utitur *Inſt. de Nupt.* nec sit necesse eum praecedere. vide tamen Hotom. 9. *Illuſtr. & l* 68. *j. de jur. dot.* Hic etiam quaeritur, an expressus consensus praecise requiratur, an tacitus sufficiat? Postremum verius est, ut consensisse existimetur, qui scienter non contradixit. v. *l.* 5. *C. de nupt.*

9 An idem in matre? superius dixi, & dicam ad *l.* 20. *C. eod.* 10 *l.* 17. *C. de adult.* Goth. Vide Cujac *lib.* 4 *obſ. cap.* 22. Joann. Robert. *lib.* 1. *ſent. cap.* 4. S. L. 11 Vitiosum itaque ab initio interdum convalescit. *l.* 1. *in fi. C. ſi rector provinciae.* 12 Cessante impedimento nuptiarum nuptiae convalescunt: ita quae initio non valent nuptiae, tractu temporis possunt convalescere: vide tamen Dynum, *c. non firmatur. de regulis in* 6. 13 Debent enim matrimonia esse libera. *v. l.* 14. *C. de nupt. l.* 134. ℣. *de verb. oblig.* 14 *l.* 51. ℣. *eod.* 15 *l.* 13. *C. de nupt.* vid. *l.* 54. ℣. *de oblig. & act.* Simulatis nuptiis legis Juliae & Papiae poenas nullus evitat. 16 Possunt enim non jure facta à Principe confirmari. *ut l.* 38. ℣. *de adopt. l.* 57. ℣. *eod.* 17 Imo, quamvis libertus adoptetur à patrono, ingenuus non est, *l. ult.* ℣. *de ſtatu.* 18 Libertinus qui se ingenuo dedit adrogandum, adrogatori ingenuus est, aliis non est. Unde velut ingenuus Senatoris filiam ducere non potest.

19 V. *l.* 3. ℣. *de divortiis.* Tacit. *l.* 31. ℣. *de jure dot.*

20 De hoc loquendi genere di. xi *ad l.* 28. ℣. *de admin tut.*

21 Tunc enim tacitae dos ei redintegratur. vide *l.* 64. ℣. *de jure dot. l. pen.* §. 1. ℣. *ſolut. matr.*

22 Mandatum quaerendi matrimonii excedit, qui non tantum maritum quaerit, sed etiam ipsas nuptias contrahit.

23 Vide *tit. C. de abolitionib.*

24 Comprivignos, §. 8. *Inſt. de nupt.* Goth. Idem Jure Canonico. *cap. quod ſuper his extr. de conſanguinit. & affin.* Anf.

25 *Ut l.* 16 ℣. *ad.*

26 *l.* 9. ℣. *de ſenatorib.*

27 V. *l.* 26. ℣. *de poenis.*

28 Cur ita? colligo *ex l.* 2. ℣. *de obſequiis.* Goth. Secus Jure Canonico, *cap. cum teſta. extr. de rapt. c. per tuas. extr. de cond. appoſit.* Anf. V. ad hanc l. Cuja. *ſubſidiv. lect. lib.* 1. *cap.* 4. S. L.

29 *l.* 5. *l.* 7. *C. de interdicta matrim. l.* 64. §. 1. ℣. *ad.*

30 Destinatave, testamentove nominata, conditionem nuptiarum secuta fuerit. Cujac. 16 *obſerv.* 33. *l.* 66. ℣. *eod. l.* 101. ℣. *de cond. & demonſt. l.* 7. ℣. *de adult.*

31 Libertus meus adultam meam, cujus sum curator, uxorem ducere non potest, *ut hic.* An tutor? v. *l.* 6. *C. de interdicto.*

32 Adde *l.* 64. ℣. *eod.*

33 *l.* 57. 63. ℣. *eod. l.* 6. *C. de nupt.*

34 *l un. C. ſi rect. provinc. l.* 3. §. 1. ℣. *de donat. int. vir.*

35 Imo prohibetur. *arg. l.* 15. ℣. *de ſponſal.*

36 *l.* 63. *in fi.* ℣. *eod.*

37 V. *l. un. C. ſi rect. provinc. & Nov. Leonis.* 23.

38 Novo jure, filias elocare prohibetur. *Nov. Leonis.* 23.

39 Caduca dos *l.* 61. ℣. *eod.* Ulpianus *in fra.*

40 *l.* 17. *C. de nupt. l. ult. C. ſi nupt. ex reſcript.* §. 3. *Inſt. de nupt.*

41 *l.* 8. ℣. *eod.* jure gentium. *l. ult.* ℣. *eod.*

42 *l.* 14. *in fi.* ℣. *eod.*

43 Stuprum. *enifeat.* de probro adde *l.* 42. ℣. *de verb. ſign.*

44 Quod quid sit, v. *l.* 43. ℣. *eod.* Quaeritur tamen quemadmodum fieri possit, ut mulier vulgo quaestum faciat, non tamen palam: videntur enim haec diversa.

45 *l.* 1. *l.* 2. ℣. *de concubinis. l.* 49. §. 4. ℣. *de leg.* 3. *l.* 13. ℣. *de adult.*

46 De qua vide quae scripsi ad *l.* 3. *in fi.* ℣. *de lib. exhib.*

47 Quod decoris & natura justum. 48 *l.* 16. ℣. 44. ℣. *eod. l.* 197. ℣. *de reg. jur.* 4 Harm 6. § 42. *eod* adde Ulp. *tit* 13. §. 2. 50 Ulpian. 13. 51 De maritandis ordinibus sc. An lex Julia & Papia sint una lex vel duae, v. quae not. *ad l.* 59. ℣. *de cond. & demonſtr.* 52 V. *l.* 133. ℣. *de verb. ſign.*

53 Cauponariae mulieres facile prostitui praesumuntur. v. *l.* 29. *C. de adulteriis.* 54 In taberna, caupona, vel alias pudori, &c. Hal. §. 9. ℣. *eod.* 55 *Sine delectu* est indistincte. *l. ult.* ℣. *de juris & facti ignor.* 56 Ut alibi, quod coram pluribus, *l.* 33. ℣. *de verb. ſignif.* palam proscribere est, ut legi possit de plano. v. *l.* 11. §. 3. ℣. *de inſtitor.* palam nuncupare heredem, est ita nuncupare ut exaudiri possit. *l.* 21 ℣. *qui teſtam.* 57 Item quae cum uno, &c. *Hal.* hinc collige, palam non fieri quod cum uno aut altero fit. 58 Idem si pecunia non accepta: nam quae gratis facit, non ideo minus peccat. 59 Meretricem videri quae duos quaestus causa admisit, hinc post alios colligit Rolandus à Valle, 1 *conſ.* 74. *n.* 20. 60 Palam ut prostitui dicatur mulier, quaestum intercedere non est necesse, *ut hic.* idem est in calumniatore. *l.* 2. ℣. *de calumniator.* 61 Quae turpiter vixit, semper est ignominiosa, licet turpiter vivere desinat. *Bald.* 62 Mulier turpiter vivens praetextu paupertatis non excusatur. 32 *q.* 5. *cap. ita.* Paupertas stuprum non excusat. *Bald.*

§ 6. Lenocinium facere non minus [61] est, quam corpore quæstum exercere. §. 7. *Lenas* autem eas dicimus, quæ mulieres quæstuarias [64] prostituunt. §. 8. *Lenam* accipiemus & eam, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. §. 9. Si qua [65] cauponam exercens, in ea corpora quæstuaria [66] habeat, ut multæ adsolent sub prætextu instrumenti cauponii [67] prostitutas mulieres habere: dicendum, hanc quoque *lenæ* appellatione contineri.

§. 10. Senatus [68] censuit, non conveniens esse ulli Senatori [69], uxorem ducere aut retinere damnatam publico judicio: quo [judicio] cuilibet [70] ex populo experiri licet; nisi si cui lege aliqua accusandi publico judicio non est potestas. §. 11. Si qua calumniæ judicio damnata sit ex causa publici judicii, & quæ prævaricationis damnata est, *publico judicio damnata* esse non videtur [71].

§. 12. Quæ [72] in adulterio deprehensa est, quasi publico judicio damnata est: [Proinde] si adulterii condemnata esse proponatur, non [73] tantum quia deprehensa est, erit notata, sed quia & publico judicio damnata est. Quod si non sit deprehensa, damnata autem, idcirco notetur, quia publico judicio damnata est: [ar] si deprehensa quidem sit, damnata autem non sit, notata erit: Ego puto, etsi absoluta sit post deprehensionem, adhuc tamen notam illi obesse debere: quia verum est, eam in adulterio deprehensam: quia [74] factum [75] lex, non [76] sententiam [77] notaverit [78].

§. 13. Non adjicitur hic, ut in Lege Julia de adulteriis, *à quo*, vel *ubi deprehensum* [79]: proinde sive maritus, sive quis alius deprehendisse proponatur, videtur notata: Sed & si non in domo mariti, vel patris sui deprehensa sit, erit notata secundum verba legis.

Legis Juliæ & Papiæ caput, de Senatoribus, & eorum liberis. 1. *Summa dicti capitis legis Juliæ.* 2. *Si avus vel avia artem ludicram fecerit.* 3. *De patre naturali, vel adoptivo,* 4. *Et tempore, quo artem ludicram fecit.* 7. *Si uxor Senatoris, vel prognata Senatore, artem ludicram facere incipiat.* 8. *Ne à Senatoribus ducantur, quæ à cæteris ingenuis duci non possunt.*

XLIV. PAULUS lib. I ad leg. Juliam & Papiam.

LEge Julia [80] ita cavetur: QUI SENATOR EST, QUIVE FILIUS, NEPOSVE EX FILIO, PRONEPOSVE EX FILIO NATO, CUJUS EORUM EST, ERIT: NE QUIS EORUM SPONSAM UXOREMVE SCIENS DOLO MALO HABETO LIBERTINAM, AUT EAM, QUÆ IPSA, CUJUSVE [81] PATER, MATERVE ARTEM LUDICRAM FACIT, FECERIT: NEVE SENATORIS FILIA, NEPTISVE EX FILIO, PRONEPTISVE EX NEPOTE, FILIO NATO, NATA: LIBERTINO EIVE, QUI IPSE, CUJUSVE PATER, MATERVE ARTEM LUDICRAM FACIT, FECERIT: SPONSA, NUPTAVE SCIENS DOLO MALO ESTO: NEVE QUIS EORUM DOLO MALO, SCIENS SPONSAM UXOREMVE EAM HABETO.

§. 1. Hoc capite prohibetur Senator libertinam ducere, eamve, cujus pater [82] materve artem ludicram fecerit: Item libertinus Senatoris filiam ducere. §. 2. Non obest, avum [83] & [84] aviam artem ludicram feciſſe. §. 3. Nec distinguitur, pater in potestate habeat filiam, necne: tamen [85] justum [86] patrem intelligendum Octavenus ait, matrem, etiam si volgo [87] conceperit.

§. 4. Item [88] nihil refert, naturalis sit pater, an adoptivus.

§. 5. An & is noceat, qui, antequam adoptaret, artem ludicram [89] fecerit: atque si naturalis pater, antequam filia nasceretur, fecerit? Et si hujus notæ homo adoptaverit, deinde emancipaverit, an non possit duci, ac si talis pater naturalis decessisset? Sed de hoc casu contrariam legis sententiam esse, Pomponius recte putat, ut eis non connumeretur. §. 6. Si postea ingenuæ uxoris pater materve artem ludicram facere cœperit: iniquissimum est, dimittere eam debere, cum nuptiæ honestæ contractæ sint, & fortasse [90] jam liberi procreati sint. §. 7. Plane si ipsa artem ludicram facere cœperit, utique dimittenda erit. §. 8. Eas, quas [91] ingenui cæteri prohibentur ducere uxores, Senatores non ducent [92].

Aliud legis Juliæ & Papiæ caput, Ne liberta invito patrono alii nubat. *De empta.* 1. *De jurejurando.* 2. *De emptore.* 3. *De filiol. militis.* 4. *De nupta vel sponsa.* 5. Invitus *quomodo accipitur.* 6. *De servitute patroni.*

XLV. ULPIANUS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

IN eo jure, quod dicit, INVITO [93] PATRONO LIBERTAM QUÆ EI NUPTA EST, ALII NUBERE NON POSSE, *Patronum* [94] accipimus (ut rescripto Imperatoris Nostri, & Divi Patris [95] ejus continetur) & eum [96] qui hac lege emit, ut manumittat: quia manumissa liberta emptoris habetur.

§. 1. Qui autem juravit *se patronum*, hoc idem non [97] habebit.

§. 2. Ne is quidem debet habere, qui non suis [98] nummis comparavit. §. 3. Plane, si filiusfamilias miles esse proponatur: non dubitamus, si castrensis peculii ancillam manumiserit, competere ei hoc jus: est enim patronus secundum constitutiones [99]: nec patri ejus hoc jus competit. §. 4. Hoc caput ad nuptam tantum libertam pertinet, ad [100] sponsam non pertinet: & ideo, invito patrono nuncium sponsa liberta si miserit, cum alio connubium habet. §. 5. Deinde ait lex, INVITO PATRONO: *Invitum* accipere debemus eum, qui [1] non consentit ad divortium: idcirco nec a furioso divertendo solvit se hujus legis necessitate; nec si ab ignorante divorterit: rectius enim hic [2] invitus dicitur, quam qui dissensit. §. 6. Si ab hostibus patronus captus esse proponatur, vereor [3], ne possit ista connubium habere nubendo: quemadmodum haberet, si mortuus esset: Et qui Juliani sententiam probant, dicerent [4], non habituram connubium: putat enim Julianus, durare ejus libertæ matrimonium etiam in captivitate [5] propter patroni reverentiam: Certe, si in aliam servitutem patronus sit deductus, proculdubio dissolutum esset matrimonium.

De liberta communi.

XLVI. GAIUS lib. VIII ad legem Juliam & Papiam.

ILlud dubitationis est, an & qui communem [6] libertam uxorem duxerit, ad hoc jus admittatur? Javolenus negavit: quia non [7] proprie videtur ejus liberta, quæ etiam alterius sit. Aliis contra visum est [8]: quia libertam ejus [9] esse negari non potest, licet alterius quoque sit liberta: Quam sententiam plerique recte probaverunt.

De filia Senatoris, quæ corpore quæstum, vel artem ludicram fecit, vel judicio publico damnata est.

XLVII. PAULUS lib. II ad leg. Juliam & Papiam.

SEnatoris filia, quæ corpore quæstum, vel artem ludicram fecerit, aut judicio publico damnata fuerit, impune libertino nubit [9]: nec [enim] honos [10] ei servatur, quæ se in tantum [fœdus [11]] deduxit.

De filio patroni. 1. *De liberta ignominiosa.* 2. *De assignatione libertæ.*

XLVIII. TERENTIUS CLEMENS lib. VIII ad legem Juliam & Papiam.

FIlio patroni in libertam paternam eandemque uxorem idem [12] juris, quod ipsi patrono daretur, ex sententia legis accommodatur. † Idemque dicendum erit & si alterius patroni filius, vivo altero, libertam eorum uxorem duxerit. §. 1. Si ignominiosam libertam suam patronus uxorem duxerit, placet, quia [13] contra legem maritus sit, non habere eum hoc legis beneficium.

§. 2. Si uni ex filiis adsignatam [14] alter uxorem duxerit, non idem jus quod [in] patrono tribuendum: nihil enim juris habebit: quia Senatus omne [15] jus libertorum adsignatorum ad eum transtulit, cui id pater tribuit.

De uxoribus ducendis ab inferioris vel superioris dignitatis hominibus.

XLIX. MARCELLUS lib. I ad legem Juliam & Papiam.

OBservandum est, ut inferioris [16] gradus homines ducant [17] uxores eas, quas hi, qui altioris dignitatis sunt, ducere legibus propter dignitatem prohibentur: ac contra, antecedentis [18] gradus homines non possunt eas ducere, quas his, qui inferioris dignitatis sunt, ducere non licet.

De manumissione, & fideicommisso.

L. IDEM lib. III ad legem Juliam & Papiam.

PRoxime constitutum dicitur, ut, cum quis libertam suam duxerit uxorem, quam ex [19] fideicommissi causa manumiserit, licear libertæ invito eo nuptias contrahere: puto, quia non etat ferendus is, qui ex necessitate [20] manumisit, non suo arbitrio: magis enim debitam libertatem præstitit, quam ullum beneficium in mulierem contulit.

De ancilla manumissa matrimonii causa.

LI. LICINNIUS RUFINUS lib. I Regularum.

MAtrimonii causa ancilla manumissa, à nullo alio uxor duci potest, quam à quo manumissa est: nisi [21] patronus matrimonio ejus renunciaverit. §. 1. Si autem filiusfamilias, matrimonii [22] causa, jussu [23] patris ancillam manumiserit, Julianus putat, perinde eam haberi, atque si à patre ejus manumissa esset: & ideo potest eam uxorem ducere.

De incestis nuptiis, de dote.

LII. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

INcestæ nuptiæ neque [24] dorem [25] habent: & ideo [omne] quod perceptum est, licet fructuum nomine, auferetur.

De parentibus & liberis.

LIII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

NUptiæ consistere non possunt inter eas personas, quæ in numero [26] parentium [27] liberorumve sunt, sive proximi, sive ulterioris gradus sint, usque ad infinitum.

De cognatione & justis nuptiis. De vulgo quæsitis.

LIV. SCÆVOLA lib. I Regularum.

ET nihil interest, ex justis nuptiis cognatio descendat, an vero non: nam & volgo [28] quæsitam sororem quis vetatur uxorem ducere.

De filia vel nepte adoptiva. De patris adoptivi matre, matertera, nepte, & filia.

LV. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

QUinetiam nefas existimatur, eam quoque uxorem ducere, quæ per adoptionem [29] filia, neptisve esse cœperit: in tantum, ut, etsi [30] per emancipationem [31] adoptio dissoluta sit, idem juris maneat. §. 1. Patris adoptivi mei matrem, aut [32] matertetram, aut neptem ex filio, uxorem ducere non possum: scilicet, si in familia ejus sim: Aliquin si emancipatus fuero ab eo, sine dubio nihil impedit nuptias: scilicet, quia post emancipationem [33] extraneus intelligor.

Si sororis filia in concubinatu fuerit.

LVI. ULPIANUS lib. III Disputationum.

ETiamsi concubinam quis [34] habuerit sororis [35] filiam, licet libertinam, incestum committitur.

De filio Officium gerentis. 1. *De status confirmatione.*

LVII. MARCIANUS lib. II Institutionum.

QUi in provincia Officium aliquod gerit, prohibetur etiam consentire filio [36] suo uxorem ducenti. §. 1. [In libr. II de adul-

---

61 Imo, malus, *l. 4. §. 2. ff. h. t.* *qui notantur.* Solon lenocinium morte multabat, ut Æschines refert.

62 *d. l. 4. §. 2. in princ.* vide *d. l. 4. §. 2.*

63 Quæstuaria corpora, *ut hic.* quæstuarias mulieres. §. 7. *ff. eod.*

64 Instrumenti cauponarii. *Hal.*

65 *l. 16. ff. eod.*

66 Et ingenuo. *Cap. 13. §. 2.*

67 §. 1. *Inst. de publ. jud.*

68 Quoad probationem nuptiarum: in aliis causis secus. *Accurs. l. 1. §. 1. ff. de calumniatorib.*

69 Ulp. 13. §. 2.

70 Ordo est inversus: ita legit Pet. Faber. Non tantum erit notata quæ publico judicio damnata est, sed & quæ deprehensa. *Isenac.* 23.

71 *Facti* & *sententiæ* discrimen: unde colligitur, sententiam non requiri in iis in quibus lex factum notat.

72 Imo sententia magis notanda quam genus criminis. *l. 13. ff. de ritu.*

73 Id est, lex non tantum notat damnatum adulterii, sed & in adulterio deprehensum, etiamsi nondum damnata fuerit.

74 Notat *Hal.* in muliere sc. in viro secus, in quo sententia non lex ipsa infamiam infert. *l. 2. §. 3. ff. de his qui not.* Cur tam varie? vel ideo, quod major à muliere quam a viro pudicitia requiritur.

75 Vel ubi deprehensa sit. *Hal.*

76 Quæ nunc abrogata est. Ulp. 13. *Nov. 78. c. 3. Nov. 117 cap. 6.* Cæterum hujus capitis meminit quoque Dio. *lib. 54. & 56.* & ad id pertinent *lex penult. C. de nupt. l. 5. 6 7. ff. de Senatorib. l. 8. ff. de agnosc. liber. l. 16. ff. h. tit. l. 42. §. 1. ff. eod. l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir.* Goth. De Jure Canonico hæc Matrimonia etiam sunt permissa, *c. 3. si quis ancillam. 29. q. 2. Anf.*

77 *l. 7. in fi. C. de incestis.* Ulp. *tit. 13. §. 1.*

78 *l. 7. in fi. C. de incestis.*

79 Vitia parentum non nocent liberis: Avi vel Aviæ infamia & nota non nocet nepotibus: *Patris* & *Matris* appellatione avum & aviam non contineri, hinc quoque colligunt.

80 *Patris* & *Matris* appellatione non continentur in odiosis avus aut avia, quoties tractatur de odio: facit *l. 21. ff. de adult.*

81 *Patris* appellatione non continetur illegitimus, *ut hic.* quando sc. dispositio legis respicit civilem rationem, *ut hic.* non naturalem: tunc enim avus comprehenditur. *l. 14. §. 2. ff. eod. l. 2. in fin. ff. de adult.* junct. *l. 30. C. eod.* Ideoque naturalis filius parentis sui mortem vindicare potest. *l. 3. ff. de lib. caus.* eundem parentem in jus vocare non potest. *l. 6. ff. de in jus vocando.* An in majestatis poenis illegitimi comprehenduntur, ut legitimi? *v. l. 5. C. ad l. Jul. majest.* an sunt domestici patris? v. Bald. *hic.*

82 Patris naturalis & adoptivi similitudo.

83 Quæ infamat: *l. 1. ff. de his qui notantur.*

84 Nota favorem nuptiarum honeste contractarum, & liberorum ex eis procreatorum. adde *l. 57. ff. eod.*

85 *Patronus* is etiam censetur, qui emit ancillam ut manumitteret, quique ita emptam manumisit.

86 Adde *l. 49. in fin. ff. eod.* & ita lege apud Ulpian. *tit. 13. §. 2.* potius, quam *cæteri ingenui.*

87 *l. 14. §. 2. ff. eod.*

88 Adde *l. 49. in fin. ff. eod.* & ita lege apud Ulpian. *tit. 13. §. 2.* potius, quam *cæteri ingenui.*

89 Quænam illæ sunt? Lena à lenone manumissa, in adulterio deprehensa, judicio publico damnata, quæque artem ludicram fecit, à Senatu damnata. *d. §. 2.*

90 Divi Severi patris. *Hal.* Divi Marci, *l. 3. §. 3. ff. de suis.* adde *l. 10. ff. de in jus vocando. l. 3. §. 3. ff. de bon. libert. l. 2. l. 3. C. si mancip.*

91 Imo, idem jus habebit, & erit patronus, *l. 8. §. 1. ff. de in jus vocand.*

92 Non suis nummis comparat, qui nummos ab alio accepit ut manumitteret *l. 3. §. 4. ff. de bon. lib.*

93 Divi Hadriani, *l. 8. ff. de jure patron.* adde *l. 10. ff. de in jus voc. l. 3. §. 8. l. 22. ff. de bonis lib. l. si quis hac lege. 30. §. Sed si castrensem. 2. ff. qui & à quibus manumissi.*

94 *Patronus* is etiam censetur, qui emit ancillam ut manumitteret, quique ita emptam manumisit.

95 Divi Severi patris. *Hal.* Divi Marci, *l. 3. §. 3. ff. de suis.* adde *l. 10. ff. de in jus vocando. l. 3. §. 3. ff. de bon. libert. l. 2. l. 3. C. si mancip.*

96 *d. §. 3.*

97 Imo, idem jus habebit, & erit patronus, *l. 8. §. 1. ff. de in jus vocand.*

98 Non suis nummis comparat, qui nummos ab alio accepit ut manumitteret *l. 3. §. 4. ff. de bon. lib.*

99 Divi Hadriani, *l. 8. ff. de jure patron.* adde *l. 10. ff. de in jus voc. l. 3. §. 8. l. 22. ff. de bonis lib. l. si quis hac lege. 30. §. Sed si castrensem. 2. ff. qui & à quibus manumissi.*

100 Privilegium concessum actui perfecto, non debetur inchoato tantum.

1 *Ut l. 5. ff. de serv. urb.* ubi scripsi de taciturnitate & silentio.

2 *Invitus* facere videtur, quo ignorante quid fit. *Inviti* dicuntur, qui ignorant & absunt.

3 Sic respondebant interdum Jurisconsulti, *ut hic. & l. 67 §. 3. ff. eod. l. 9. §. 1. l. 59. §. 1. ff. de jure dot. l. 20. §. 1. ff. de contr. tab. l. 48. §. 1. de adquir. rer. l. 1. §. 12. ff. de obsequi. v. Duar. 2. disput. 11.*

4 Et quidem probatur sententia Juliani dicentis. *Hal.*

5 Liberta, communi patrono etiam nupta, non potest eo invito alteri nubere. Ita: quod constitutum est de liberta propria, extenditur hic ad communem.

6 Fictione quod commune est, meum est. v. Dynum *ad l. 11. ff. de rej. jur.*

7 Nostrum videri sc. quod commune fit, *l. 5. §. 1. ff. de leg. 1. l. 239. in fi. ff. de verb. signif.*

8 *l. 12. ff. de adsign. lib.*

9 Ut ignobilis *l. 13. § cod.* facit *l. 48. §. pen. ff cod. l. 29. C. de adul.*

10 Nobilitas turpitudine vitæ amittitur, *l. 1. in fi. C. ubi senatores.*

11 In tantum sceleus. *Hal.*

12 *l. 5. ff. de obs.*

13 Facit *l. 38. in fin. ff. de minor.*

14 *V. l. 12. ff. de adsign. lib.*

15 *l. 1. in princ. ff. de adsig. lib.*

16 Tam male inæquales veniunt ad aratra juvenci, Quam premitur magno conjuge nupta minor. Ovid. *in Deianira* Lege Canuleia tamen promiscue conjugia sunt permissa. Livius. 4.

17 Id est, ducere possint.

18 *l. 44. in fin. ff. eod.* Quod minori non licet propter turpitudinem vel similem causam, majori ob eandem causam prohibetur.

19 *l. 10. ff. de divort.*

20 Necessitate qui facit, non confert beneficium. *Bald.* In necessitatibus nemo est liberalis. *Bart.* facit *l. 84. ff. de hered. inst. l. 1. §. pen. ff. de aqua quotidiana.*

21 *V. l. 29. ff. eod. l. 11. §. 1. ff. de divortiis.*

22 Facit. *l. 21. ff. qui & à quib.*

23 *V. l. 1. in fi. C. comm. de manum.*

24 Vide quæ scripsi ad *l. 4. C. de incest.*

25 *l. 58. ff. eod. §. 12. Instit. de nuptiis. v. l. 4. C. de incestu.*

26 *V. l. ult. ff. eod. l. 14. §. 2. ff. eod. §. 1. Inst. de nupt. 4 Harm. 6. §. 47. Genes. 2. Levit. 18. Plat. 8. de leg. & 8 de repub.* Notandum est quod Varro 2. *de re rustica cap. 7.* scribit: Cum equus matrem ut faliret adduci non posset, & eum capite obvoluto perriga (ita appellatur, quippe qui equum admittit: sic alibi apud Plinium Prurigo legitur, quæ verior videtur Scaligero lectio, à prurigine admissuræ) coegisset mentiri

---

adul-

ire, cum descendenti velum dempsisset ab oculis, equus impetum in eum fecit ac mordicus interfecit. Idem ait Plinius 8. *c. 13.* & Aristoteles 8. *de historia animal. 47.*

27 Sic Horatius 3 *Carminum. 24.* Dos magna parentium virtus.

28 Adde *l. 14. §. 2. ff. eod.*

29 Facit. *l. 14. §. 1. ff. eod.*

30 Extraneus quis non sit per emancipationem. adde *l. 1. §. 13. vers. extraneum. C. de rei uxor. act.*

31 *l. 23. in fin. ff. de adopt. §. 1. vers. & hæc adeo. Inst. de nupt. v. l. 14. ff. eod.*

32 Hæc verba, *aut materteram*, Hotom. 5 *obs. 16.* ex Glossa in contextum irrepsisse censet.

33 *l. 12. l. 13. ff. de adopt.*

34 Etiam miles, *l. 11. §. 1. ff. de adulteriis.*

35 *l. 14. §. 2. ff. eod.*

36 *Novell. Leonis. 23. l. unic. C. si rector provinciæ.* aliud erat in filia. *l. 38 in fi. ff. eod.*

adulteriis Papiniani Marcianus notat]: Divus Marcus & Lucius Imperatores Flaviæ Tertullæ per Mensorem libertum ita rescripserunt: *Movemur* 38 *& temporis* 39 *diuturnitate, quo ignara* 40 *juris in matrimonio avunculi* 41 *tui fuisti, & quod ab avia tua collocata es, & numero* 42 *liberorum vestrorum: idcirco[que] cum hæc omnia in unum concurrunt* 43, *confirmamus* 44 *statum* 45 *liberorum vestrorum in eo matrimonio quæsitorum, quod ante annos quadraginta* 46 *contractum est, permde* 47 *atque si legitime concepti fuissent.*

38 Legitimandi jus, Principis est, Imo & incestuosos legitimare potest, *ut hic.* vide Rolandum à Valle, II *consil.* 61. *n.* 32.

39 Temporis diuturnitas, facti alieni ignorantia, & numerus liberorum Principem ad legitimandum movent. vide *Novell.* 139. *Nov.* 154.

40 Ignaris juris mulieribus succurritur. *l.* 4. *C. de incestis. Novell.* 12. *cap.* 1.

41 Ut in *l.* 5. *ff. de cond. sine causa. l.* 17. *C. de nupt.*

42 Numerus liberorum minuit incestus crimen. *l.* 7. §. 3. *ff. de bonis damn.*

43 Singula quæ non prosunt, multa juvant.

44 Adde §. 2. *in fin. Inst. de hered. ab intest.*

45 An vero ipsum matrimonium confirmatur? non videtur, cum protinus sit dirimendum. vide *l.* 4. *in fin. C. de incestis.* Confirmatur itaque hic prodictum (id est, numerus liberorum eorumque status) at non producens, id est, ipsum incestuosum matrimonium.

46 Matrimonium non potest per annos quadraginta præscribi. *Bart.*

47 Legitimatio retro agitur ad tempus conceptionis: nempe ut legitimati fingantur legitime concepti: adde *l.* 1. *l.* 2. *ff. de natal. rest.* Ita legitimatio, quasi restitutio natalium est.

48 V. *l.* 52. *ff. eod.*

49 *l.* 64. §. 1. *ff. eod. l.* 7. *ff. de adult.*

50 *l.* 36. *ff. eod. l.* 62. *in fin. ff. eod. l.* 15. *in fin. ff. de sponsal. l.* 1. *C. de interd. matrim.* Goth. Jure Canonico tutor pupillam uxorem ducere potest. Pan. in *c.* 2. *Extr. de secund. nupt.* vide Montan. *de Tutel. cap.* 31. *effect.* 8. & Thom. Herbai, *rer. quotid. cap.* 13. §. 11. Anf.

51 *l.* 201. & 220. §. 3. *ff. de verb. signif.* & heres *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

52 Nepos *filii* appellatione contineatur ex interpretatione, non ex propria significatione. *l.* 14. *ff. de SC. Maced. l.* 6. *in fin. C. ad Maced.* vide quæ scripsi ad *l.* 6. *ff. de test. tut. l.* 84. *ff. de verb. sign.*

53 Est & ejusmodi, qui falsis allegationibus se excusavit. §. *ult. Inst. de excus.*

54 Tunc finitur tutela. §. 1. *Instit. quibus mod. tut.*

55 V. *l.* 1. 2. *C. si tut. vel cur. fass. allег.*

56 Aut ex. *Hal.*

57 Ut in *l.* 3. §. 2. *ff. de admin. tut. l.* 14. §. 1. *ff. de solut.*

58 Dixi ad *l.* 5. *C. de testam. tut.*

59 *l.* 15. §. *ff. de sponsalib. l.* 1. *C. de interd. matrim.* Imo senatusconsulto. *l.* 4. *C. de exscusat. tut.* dixi ad *l.* 7. *C. de prædiis min.*

60 *l.* 15. *l.* 16. *ff. de sponsalibus.*

61 Tutor pupillam suam uxorem ducere non potest: quod & verbis legis ita aperte exprimitur. An & despondere potest? Minime: nam plerunque hoc evenit, ut qui cum aliqua non possunt nuptias contrahere, non possint & cum eadem sponsalia contrahere: sicuti per contrarium evenit, ut quam possis ducere, possis eandem despondere. Constat ita argumentum à nuptiis permissis, ad sponsalia permissa: ut ab iisdem prohibitis, ad eadem sponsalia interdicta.

62 Hoc dictum est propter viduam, quæ intra tempus luctus desponderi potest, non tamen duci. *l.* 10. §. 1. *ff. de his qui notantur.*

63 Atqui provocare non potest. §. 16. *Inst. de excus. tut.*

64 Eadem est ratio in *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

65 *Caduca* dicitur dos cum ab ea cecidit is cui data est, & fisco cedit. *l.* 38. §. 1. *ff. eod.* 16 Ulpian. *in fin.*

66 *l.* 1. §. 2. *ff. de impens. in res dotal.*

67 Generale & liberum arbitrium non extenditur ad personas specialiter prohibitas. *Bald.*

68 Non venit in potestatem arbitrii id quod jure fieri non potest. *l.* 6. §. 2. *ff. de cond. indebiti. l.* 46. *ff. de peculio.* Liberum enim & generale limitatur & restringitur ad honesta: verbi gratia, Pater jussit filiam nubere matris arbitrio, non poterit mater filiam elocare patris inimicis.

69 Id est, malo exemplo: ne quis putet eum, patrono adhuc superstite, adulterium in eam commisisse. 28 *Eclog.* 5. *c.* 13.

70 Id est, contra Mandata. *l.* 2. §. 1. *ff. de his quæ ut indign. l.* 6. *C. de nupt. v. l.* 38. *ff. eod.* Goth. Jure Canonico hoc matrimonium permittitur. Angel. §. *sunt & aliæ. Inst. de nupt.* Anf.

Si libertina Senatori, quasi ingenua nupserit,

LVIII. IDEM lib. XV Regularum.

A Divo Pio rescriptum est, Si libertina Senatorem deceperit, quasi ingenua, & ei nupta est, ad exemplum Prætoris Edicti, dandam in eam actionem, quia ex dote nullum lucrum habet, quæ nulla 48 est.

De tutore & ejus liberis.

LIX. PAULUS lib. singul. de Adsignatione libertorum.

SEnatusconsulto 49, quo cautum est, *Ne tutor* 50 *pupillam, vel filio suo, vel sibi nuptum collocet*, etiam nepos 51 significatur 52.

De his ad quos tutelæ periculum pertinet. 2. De tutoribus non administrantibus. 4. Si pendente excusationis judicio pupilla adoleverit. 5. De nuptiis & sponsalibus. 6. De filio tutoris adoptivo. 7. De liberis à tutore datis in adoptionem. 8. Si heres tutoris provocantis victus sit.

LX. IDEM lib. singul. ad Orationem Divi Antonini & Commodi.

SI quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelæ ad eum 53 pertineat, an sententia Orationis contineatur, veluti si pupilla ab hostibus capta 54 fuerit, aut falsis 55 allegationibus à tutela se excusaverit, ut 56 ex sacris constitutionibus periculum ad eum pertineat? Et dicendum est, hos quoque ad Senatusconsultum pertinere: nam & hujusmodi periculum in numerum trium tutelarum computari comprobatum est. §. 1. Sed si propter alterius personam periculum ad eum pervenit, videamus, ne extra sententiam Senatusconsulti sit: veluti si Magistratus in tutelæ periculum incidit, vel fidejusserit quis pro tutore, vel curatore: quia nec in numerum trium tutelarum hæc imputantur: Et consequens est, hoc probare. §. 2. Quid ergo, si honoris 57 causa tutor datus sit? Quatenus nec hujusmodi tutela in numerum computatur, nunquid idem sit? Sed ratio in contrarium ducit: quod dictum est, [&] honorarium tutorem periculum solere pati, si male passus sit administrari tutelam. §. 3. Quin autem ille, qui cum datus est tutor cessat 58 in administratione, pertineat ad Orationem, non est dubitandum: quia perinde tenetur ex sacris constitutionibus, atque si gessisset. §. 4. Quid ergo si, cum se vellet excusare aliquo titulo, nec in promptu probationes haberet, excusationis negotium fuerit dilatum, & inter moras pupilla adoleverit? an ad Senatusconsultum pertineat? Quæstio in eo est, an [&] post pubertatem officio finito excusationem ejus recipi oporteat: nam si recipitur, & excusaverit, impune potest ducere: si vero non debeat recipi post officium finitum, non recte ducit. Et ait Papinianus lib. V Responsorum, officio finito excusationem recipi non oportere: & ideo exacti temporis periculum ad eum pertinere: Sed mihi hoc nequaquam placet: iniquum enim est, propter dilationem, quæ forte non dolo, sed [quæ] ex necessitate contingit, non excusari, vel nuptias impediri excusatione recepta. §. 5. Quamvis verbis Orationis 59 cautum sit, *Ne uxorem tutor pupillam suam ducat*, tamen intellegendum est, ne desponderi 60 quidem posse 61: nam cum qua nuptiæ contrahi non possunt, hæc plerunque 62 ne quidem desponderi potest: nam quæ duci potest, jure desponderur. §. 6. Quid ergo, si adoptivus filius tutoris duxerit pupillam illicite, posteaque emancipatus fuerit? Credendum est, de adoptivis emancipatis Senatum non sensisse: quia post emancipationem in totum adoptivæ familiæ obliviscuntur. §. 7. Naturales liberi, licet in adoptionem dati fuerint, Senatusconsulto continentur. §. 8. Quid ergo, si tutor datus provocavit 63, & postea heres ejus victus est? præteriti temporis periculum prætare debet? an vero, si filius heres fuerit, & victus est, ad Orationem pertineat? Et consequens est, hoc præbare, quoniam rationem 64 debet reddere.

48 *l.* 201. & 220. §. 3. *ff. de verb. signif.* & heres *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

49 Senatusconsulti, quo prohibentur tutores & filii eorum pupillas suas ducere, puto heredem quoque tutoris extraneum 74 sententia adprehendi: cum ideo prohibuerit hujusmodi nuptias, ne pupillæ in re familiari circumscribantur ab his, qui rationes 75 eis gestæ tutelæ reddere compelluntur.

§. 2. Tutor autem pupilli non prohibetur filiam 76 suam collocare pupillo suo in matrimonium.

De his qui militant in patria sua. 1. De Officio provincialis finito.

LXV. PAULUS lib. VII Responsorum.

EOs, qui in patria 77 sua militant, non videri contra Mandata ex eadem provincia uxorem ducere: idque etiam quibusdam Mandatis contineri. §. 1. Idem [eodem] Respondit: mihi placere, etsi contra Mandata contractum sit matrimonium in provincia, tamen post depositum officium, si in 78 eadem voluntate perseverat, justas nuptias effici: & ideo postea liberos natos ex justo matrimonio, legitimos esse 79.

50 *l.* 36. *ff. eod. l.* 62. *in fin. ff. eod. l.* 15. *in fin. ff. de sponsal. l.* 1. *C. de interd. matrim.* Goth. Jure Canonico tutor pupillam uxorem ducere potest. Pan. in *c.* 2. *Extr. de secund. nupt.* vide Montan. *de Tutel. cap.* 31. *effect.* 8. & Thom. Herbai, *rer. quotid. cap.* 13. §. 11. Anf.

51 *l.* 201. & 220. §. 3. *ff. de verb. signif.* & heres *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

52 Nepos *filii* appellatione contineatur ex interpretatione, non ex propria significatione. *l.* 14. *ff. de SC. Maced. l.* 6. *in fin. C. ad Maced.* vide quæ scripsi ad *l.* 6. *ff. de test. tut. l.* 84. *ff. de verb. sign.*

53 Est & ejusmodi, qui falsis allegationibus se excusavit. §. *ult. Inst. de excus.*

54 Tunc finitur tutela. §. 1. *Instit. quibus mod. tut.*

55 V. *l.* 1. 2. *C. si tut. vel cur. fass. allег.*

56 Aut ex. *Hal.*

57 Ut in *l.* 3. §. 2. *ff. de admin. tut. l.* 14. §. 1. *ff. de solut.*

58 Dixi ad *l.* 5. *C. de testam. tut.*

59 *l.* 15. *ff. de sponsalib. l.* 1. *C. de interd. matrim.* Imo senatusconsulto. *l.* 4. *C. de excusat. tut.* dixi ad *l.* 7. *C. de prædiis min.*

60 *l.* 15. *l.* 16. *ff. de sponsalibus.*

61 Tutor pupillam suam uxorem ducere non potest: quod & verbis legis ita aperte exprimitur. An & despondere potest? Minime: nam plerunque hoc evenit, ut qui cum aliqua non possunt nuptias contrahere, non possint & cum eadem sponsalia contrahere: sicuti per contrarium evenit, ut quam possis ducere, possis eandem despondere. Constat ita argumentum à nuptiis permissis, ad sponsalia permissa: ut ab iisdem prohibitis, ad eadem sponsalia interdicta.

62 Hoc dictum est propter viduam, quæ intra tempus luctus desponderi potest, non tamen duci. *l.* 10. §. 1. *ff. de his qui notantur.*

63 Atqui provocare non potest. §. 16. *Inst. de excus. tut.*

64 Eadem est ratio in *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

65 *Caduca* dicitur dos cum ab ea cecidit is cui data est, & fisco cedit. *l.* 38. §. 1. *ff. eod.* 16 Ulpian. *in fin.*

66 *l.* 1. §. 2. *ff. de impens. in res dotal.*

67 Generale & liberum arbitrium non extenditur ad personas specialiter prohibitas. *Bald.*

68 Non venit in potestatem arbitrii id quod jure fieri non potest. *l.* 6. §. 2. *ff. de cond. indebiti. l.* 46. *ff. de peculio.* Liberum enim & generale limitatur & restringitur ad honesta: verbi gratia, Pater jussit filiam nubere matris arbitrio, non poterit mater filiam elocare patris inimicis.

69 Id est, malo exemplo: ne quis putet eum, patrono adhuc superstite, adulterium in eam commisisse. 28 *Eclog.* 5. *c.* 13.

70 Id est, contra Mandata. *l.* 2. §. 1. *ff. de his quæ ut indign. l.* 6. *C. de nupt. v. l.* 38. *ff. eod.* Goth. Jure Canonico hoc matrimonium permittitur. Angel. §. *sunt & aliæ. Inst. de nupt.* Anf.

De matre, cui pater eligendi filiæ maritum arbitrium dedit. 1. De collibertis. 2. De tutore qui rationes reddidit, & adulta liberos habente.

LXII. IDEM lib. IV Responsorum.

QUanquam in arbitrio 67 matris pater esse voluerit, cui nuptum filia communis collocaretur, frustra tamen ab ea tutor datus eligetur: neque 68 enim intellegitur pater de persona tutoris cogitasse: cum ideo maxime matrem prætulit, ne filiæ nuptias tutori committeret. §. 1. Mulier liberto viri ac patroni sui mala ratione 69 conjungitur. §. 2. Tutor, qui rationes curatori reddidit, puellam suam ante constitutum tempus ætatis ejus uxorem ducere, nec matrem ex alio matrimonio factam, potest.

De Præfecto cohortis, vel equitum, vel Tribuno.

LXIII. IDEM lib. I Definitionum.

PRæfectus cohortis, vel equitum, aut Tribunus, contra interdictum 70, ejus provinciæ duxit uxorem, in qua officium gerebat: matrimonium non erit: Quæ species pupillæ comparanda est, cum ratio potentatus nuptias prohibuerit. † Sed an huic quoque, si virgo 71 nupsit, non sit auferendum quod testamento relictum est, deliberari potest? Exemplo tamen pupillæ nuptæ tutori, quod relictum est 72 potest mulier consequi: pecuniam tamen in dotem datam, mulieris heredi restitui 73 necesse est.

71 Id est, impubes: quam significationem Nonius notat: atque inde puberes devirginatos dici, Cujac. 6 *obs.* 16.

72 *l. ult. ff. de legat* 1.

73 Vide *l. un. C. si rector provinciæ. l. un. C. si quacunque præditus.*

74 *Filii* appellatione intelligitur hic etiam extraneus, & quidem propter identitatem rationis: unde colligere possis, Statutorum rationem attendi oportere, licet statuta sint stricti juris.

75 *l.* 60. *ff. eod.*

76 V. *l.* 38. *in fin. ff. eod.*

77 Provincia. *Basil.*

78 *l.* 6. *C. de nuptiis.*

79 An vero dos, quæ caduca fuit, hoc casu revivi scit? negat Gordiani constitutio relata a Pithæo apud Cujac. 1 *observ.* 11. ait autem *lex* 68 *ff. de jur. dot.*

80 *l.* 36. *ff. eod.*

81 Et septimum annum. *Hal.* & ita legunt in *l.* 7. *ff. de adult.* Hodie intra ann. 29, quoniam annus utilis mutatus est in quadriennium continuum. *l.* 6. *C. de de interd. matr.*

82 Destinabantur uxores filiis à parentibus testamento vel inter vivos, citra conventionem, *l.* 36. *ff. eod. l.* 7. §. 1. *ff. de jure dot. l. ult.* §. *ult. ff. de divort. l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adult. l.* 101. *ff. de cond. & dem. l.* 134. *ff. de verb. oblig. l.* 7. *ff. de adult. l.* 6. *C. de interd. matrim.* hinc apud Comicum moriens, Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem. & *alibi*: amicum, amatorem, virum in quovis loco paratum. Hos enim omnes affectus in uno marito esse oportet. & apud Homerum: Ἐκ δὲ ἄτης σὺ μοι ἔσσι πόσις, ἠδ' κασίγνητος· σὺ δέ μοι θάλαμος. Cujac. 6 *obs.* 33.

83 Imo non infamatur. *l.* 12. *ff. de his qui not.*

84 Quotiens de mitigandæ vel exasperandæ pœnæ agitur, potius inspicitur persona in quam delinquitur, quam persona delinquentis. *Bald.*

85 *Subaudi*, tutoris vel curatoris, qui vult pupillam suam uxorem ducere.

86 Tutoris curatorisve. *Haloand.*

87 Trypho. *Basil.*

88 Vel emancipatus. *Hal.*

89 Conjunctas inter personas (puta patrem & filium) facile præ-

De incestu.

LXVIII. PAULUS lib. singul. ad Senatusconsultum Turpillianum.

IUre gentium 11 incestum committit 12, qui ex gradu ascendentium, sumitur fraus, *l.* 50. §. 2. *in fin. ff. de bon. lib.* adde *l.* 15. *ff. de donat.*

90 Potest. *l.* 3. *ff. eod.*

91 Par affectio nihil dispar admittit.

92 Pater non præsumitur filios suos decipere velle, sed omnibus liberis ex æquo pater esse, omnes ex æquo amare, nulli detrahere velle, ut adjiciat alteri. adde *l.* 50. *in fin. ff. de bon. lib.*

93 *l.* pen. *in fin. pr. C. de adopt.* Quod in testimonii diligenter spectandum: Hinc enim colligunt, æque conjunctum, neutri parti præsumi suspectum. Imo quandoque inducit. *l. ult. C. ubi pupilli. & l. antep. C. de excus. tut.* Inducit, ubi spes est lucri, *d. l. ult.* vel ubi dispar affectio quodammodo. *d. l. antep.*

94 Amor nepotum summus est in avo: Amor quippe magis descendit, quam ascendit. adde *l.* 7. *in pr. C. de curat. furios.*

95 Potest enim filiusfam. tutor dari. *Inst. qui test. tut. in pr. l.* 7. *ff. de tut.*

96 Haud dubie. *arg. l.* 5. *ff. de excus.*

97 Id est, quem adoptare volumus. §. 2. *Inst. de nupt.* & ibi *Theoph.*

98 De hac dictione. v. *l.* 45. *in fin. ff. eod.*

99 Id est, remotum à ratione. *Accurs.*

100 *l.* 64. §. 1. *ff. eod.*

1 Antonini & Commodi. *l.* 60 *ff. eod.*

2 Adde 4 *Harm.* 6. §. 63.

3 Ejusdem Senatusconsulta. *Hal.*

4 Optima ratio, ut & *ff. l.* 11. §. 3.

5 Idem operatur tutela unius diei, quod longi temporis. *Bald.*

6 Habitum est. *Hal.* ideoque curator datus bonis, inventarium facere tenetur. *Bald.*

7 Si pupillæ. *Hal.*

8 Et ita privilegia personalia non transferuntur etiam ad filium. *Bald.*

9 Non vallatum privilegio defuncti, de quo *lex* 42. *ff. de admin. tut.*

10 Quoties tutor pupillum, vel pupillam absolvet ab hereditate patris, optimum consilium, optimaque cautio est, ut absteneat cum decreto judicis. *Bald.* Optimum consilium est facere aliquid auctoritate judicis. *l.* 7. §. 2. *vers. permittit. ff. de minor.*

11 *l.* 5. §. 1. *ff. de condict. ob caus. l.* 38. §. 2. *ff. de adult.* moribus, *l.* 39. *in fin. ff. eod.*

12 Imo jure gentium incestus his casibus non committitur: nec enim apud Persas prohibitæ hujusmodi consuetudines: Catull. *Nascetur Magus ex Gallis, matrisque nefando Conjugio, & discat Persicum haruspicium. Nam Magus ex matre, & gnato gignatur oportet, Si vera Persarum est impia religio.* Idem refert *Harm.* 1. *tit.* 1. §. 15. & Myrrha apud Ovid. 10 *Metam. Et quod natura remittit, Invida jura negant: Gentes tamen esse feruntur, In quibus & nato genitrix, & nata parenti Jungitur, & pietas geminato crescit amore.* Tibullus 2 *eleg* 3. *in fin. Glaxs soluit veteres, & passim semper amarunt.* adde Augustinum, *cap.* 18. *in Levit.* Goth. Vide Thesaur. *decis.* 100. & Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 24. Anf.

13 *l.* 13. §. *ult.* 14 *l.* 17. *C. de nupt.*

16 Palam qui delinquit, per errorem præsumitur latè, qui clam per contumaciam.

Præsumitur dolus ex facto clandestino: vide Capolam in *l.* 1. *in fin. C. de usucap. pro empt.* 16 *Non bene*, quid est? an incestum committere, an potius incestum quidem non committere, sed non honestè contrahi?

17 Clam delinquens gravius punitur, quam qui palam. Bald. *l.* 54. §. *de admin. tut. l.* 5. §. 4. §. *de auctor. tut. tut. l.* 3. §. 1. §. *de interdict.* 18 Mali oderunt lucrum. 19 Clandestinum factum præsumitur dolo factum. *Bald.*

TIT. III.

DE [1] JURE [2] DOTIUM 3.

Dotu Causam esse perpetuam.

1. PAULUS lib. XIV ad Sabinum.

DOtis 4 causa perpetua 5 est: [&] cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper 6 apud maritum sit.

Favor dotu.

II. IDEM lib. LX ad Edictum.

REipublicæ interest 7 mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt.

De matrimonio facti.

III. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

Dotis appellatio non refertur ad ea 8 matrimonia, quæ consistere non possunt: neque 9 enim dos sine matrimonio esse potest: Ubicunque igitur matrimonii nomen non est, nec dos est 10.

De eo, quod rei dotali accedit.

IV. PAULUS lib. VI ad Sabinum.

SI proprietati nudæ in dotem datæ ususfructus accesserit 11, incrementum videtur dotis, non alia dos: quemadmodum si quid alluvione 12 accessisset.

Profectitia quæ sit dos.

V. ULPIANUS lib. XXXI ad Sabinum.

Profectitia 13 dos est, quæ à patre vel parente 14 profecta est de bonis, vel facto 15 ejus. §. 1. Sive igitur parens dedit dotem, sive procurator ejus, sive jussit alium dare; sive, cum quis dedisset negotium ejus gerens, parens ratum habuerit: profectitia dos est.

§. 2. Quod si quis patri donaturus dedit, Marcellus lib. VI Digestorum scripsit, hanc quoque à patre profectam esse 16: Et est verum. §. 3. Sed & si curator furiosi, vel prodigi, vel cujusvis alterius, dotem dederit, similiter dicemus, dotem profectitiam esse. §. 4. Sed & si proponas, Prætorem, vel Præsidem decrevisse 17, quantum ex bonis patris 18 [vel] ab hostibus capti, aut à latronibus oppressi, filiæ in dotem detur: hæc quoque profectitia videtur. §. 5. Si pater repudiaverit hereditatem dotis constituendæ causa, forte quod maritus erat substitutus, aut qui potuit ab intestato hereditatem vindicare: dotem profectitiam non esse, Julianus ait. † Sed & si legatum in hoc repudiaverit pater, ut apud generum heredem remaneat dotis constituendæ causa: Julianus probat, non esse profectum id de bonis: quia nihil erogavit 19 de suo pater: sed non adquisivit. §. 6. Si pater, non 20 quasi pater, sed alio dotem promittente fidejussit, & quasi fidejussor solverit: Neratius ait, non esse profectitiam dotem: quamvis pater servare à reo id, quod solvit, non possit. §. 7. Sed si pater dotem promisit, & fidejussorem 21, vel reum 22 pro se dedit, ego puto profectitiam esse dotem: sufficit enim, quod pater sit obligatus sive reo, sive fidejussori. §. 8. Si filiusfamilias mutuatus, creditorem delegavit, ut daret pro filia dotem; vel etiam ipse 23 accepit, & dedit: videri dotem ab avo profectam Neratius ait hactenus, quatenus 24 avus esset debaturus neptem suam: id enim in rem avi videri versum. §. 9. Si quis 25 certam quantitatem patri donaverit, *ita ut hanc pro filia daret*: non 26 esse dotem profectitiam Julianus lib. XVII Digestorum scripsit: obstrictus est enim, ut det, aut si non dederit, condictione tenetur. Hoc & in matre juris esse ait, si forte sub ea conditione uxor marito det, *ut pro filia* 27 *genero in dotem daret*: nec videri uxorem marito donasse. Rectissime ergo ait, ut non sit interdicta donatio jure civili: non enim [ad] hoc dedit, ut ipse habeat, sed ut genero pro filia expendat: deniique si non dederit, condictione 28 tenetur. Esse igitur dotem istam adventitiam, Julianus ait: Et ita utimur. §. 10. Si filiusfamilias dotem promiserit, & sui juris factus dederit, profectitiam esse dotem: non enim pro hereditate patris ex alienum solvit: sed suum ex alienum susceptum, dum filiusfamilias esset, paterfamilias factus exoneravit. §. 11. Si pater pro filia emancipata 29 dotem dederit, profectitiam nihilominus dotem esse nemini dubium est: quia * non jus potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit: Sed ita demum, si ut parens dederit: cæterum si, cum deberet filiæ, voluntate ejus dedit, adventitia dos est.

§. 12. Papinianus lib. X Quæstionum ait, cum pater curator suæ filiæ juris sui effectæ dotem pro ea constituisset, magis 30 eum, quasi patrem id, quam quasi curatorem, feciss videri 31.

§. 13. [Julianus lib. XIX Digestorum.] Adoptivum quoque patrem, si ipse dotem dedit, habere 32 ejus repetitionem ait.

§. 14. Si quis pro aliena filia dotem promiserit, & promissori pater heres exstiterit, Julianus distinguit interesse, ante nuptias pater heres exstiterit & dotem dederit, an postea: si ante, videri dotem ab eo profectam: potuit 33 enim nuncium remittendo resolvere dotem: quod si post nuptias, non esse profectitiam.

1 *v* C. XII. *Novell* 91. 97 98. 18 *Belleg.* 10. 19. *tit.* 1. 3 C. *Theodosian.* 2. Ulpian 6. Paul. 2 *sent.* 21. *Nov. Leon.* 21. 25. & 4 *Harm.* 8.

2 Ἠερὶ γαμικῶν. *Basilic.* id est, privilegio. Cujac. ad *l.* 1 C. *de jure fisci.* causa, conditione dotis. Cujac. *C. hoc tit.*

3 Dotium enim variæ species, alia est profectitia, alia non profectitia & adventitia. *l.* 5. §. *eod.*

4 *Dos*, est pecunia marito, nuptiarum causa, data, vel dicta, vel promissa: unde Martiano Capellæ reciprocum & repentatrix nuptiarum dicitur. Cujac. *hic.* vide quæ notavi ad *l.* 9. §. 3. §. *eod.*

5 Cur dotis causa perpetua est? Qui dat dotem, eo voto, atque animo dotem dare intelligitur, ut semper apud maritum sit: *semper*, hoc est, matrimonio constante.

6 His verbis significatur, ex dotis causa dominium adquiri marito: nec enim causæ contractum temporariæ, ut locationis, dominium mutant, sed perpetuæ. Cujac. *C. eod.* 17 *l.* 18. §. *de reb. auctorit. jud. l.* 1. §. *soluto.*

8 *l.* 6. *C. de incestis. l.* 58. §. *de ritu nupt.* §. *pen. Inst. de nupt.*

9 Imo dos sine matrimonio esse potest. Nam si pater dotem legat in testamento, filia dotata intelligitur, tametsi non nubat: tametsi non sit nupta, sed virgo. *arg. l.* 7. *in fin. princ.* §. *de adult.* Goth. Adde *l. fin. C. de donat. ante nupt. l. fin. C. de repud.* Ans. Durum tamen est hoc, quod nonnulli notant, Filiam dotalem statuto exclusam, ubi masculi fuerint, dotatam intelligi, si quid ei a patre simpliciter sit legatum: idque legatum tacite dotis causa factum intelligi: ut ea ratione filia à paterna hereditate excludatur statutibus masculis. *Gloss. in l. cum plures.* 12. §. *cum tutor.* 3. §. *de admin. tut* Bald. in *l.* 23. §. *eod.* Bart. in *l.* 66. §. *de ritu.* Cremensis, *singul.* 3. Alexander id non admittit, in *l.* 23. §. *eod.* Joannes admittit in filia pubere & nubili.

10 Quasi dos tamen dicitur. *v. l.* 13. §. 1. *circa fin.* §. *de petit. hered.* alias ubi non cadit matrimonium, ibi nec nomen *dotis* cadit. 11 Augmentum dotis dicitur eadem dos, non nova. *Bald.*

12 Dos alluvione augetur, *ut hic.* & pignus. *v. l.* 16. §. *de pignorib. ubi dixi.* 13 Ulpian. 6. §. 3. vide Campegium, *tract. de dote. part.* 1. *qu.* 1. 2. 14 *l.* 81. §. *eod. l.* 2. §. 1. §. *soluto.* 15 Virilis sexus, non à matre, *l.* 8. *C. eod.* ut extraneus sit omnis citra parentem. *l.* 26. §. 1. *C. eod. l. un.* §. 13. *in fin. C. de rei uxoriæ act.* Facit *l.* 6. §. *de collat. bon.* Adde quæ scripsi ad Accursium de profectitia dote. 16 Imo non videtur hæc dos profecta à patre. §. 9. §. *eod.* 17 Pro modo facultatum. *l.* 60. §. *eod.* 18 Puta furiosi. *l.* 8. §. *de pact. dotal.* Ubi pater est impeditus, judex potest supplere defectum patris, & ejus nomine dotem constituere. *Bald.* 19 Repudiatio legati facta a patre, dotis licet constituendæ causa, profectitiam dotem non facile, nec dotis profectitiæ titulum confert: est enim repudiatio quædam privatio, non titulus. *Bald.* Aliud est de suo erogari, & non adquirere.

20 Profectitia ut sit dos, non sufficit, ut pater eam solvat: necesse est enim, ut eam tanquam pater, & de suo solverit. 21 Pro dote danda potest dari fidejussor, *ut hic.* non pro restituenda. *C. ne fidejuss. dot.* 22 Pro dote danda possunt constitui duo rei. *l. ult. in fin. C. de dote cauta.*

23 *l.* 7. §. 2. §. *de SC. Macedon.* 24 *l.* 7. *in fin.* §. *de in rem verso.* Hinc colligo, avum cogi neptem dotare. vid. *l.* 6. §. *de coll. bon.* 25 Extraneus: scilicet dos adventitia est, quam extraneus, vel mater dat. Ulp. 16. §. 3. 26 Imo est profectitia. §. 2. §. *eod.* 27 Communi. *l.* 2. §. *eod. l.* 34. §. *de donat. int. vir.* 28 *V. l.* 2. §. 3. §. *de donat.* 29 Vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. soluto.*

30 Officium habens naturale, & accidentale, in dubio videtur exsequi naturale. *Bald.* Id enim potentius est. *l. ult. verf. utramque igitur. C. de dot. promiss.* 31 Imo videtur potius animo se liberandi, quam quid donandi animo feciss. *arg. l.* 22. §. 3. §. *soluto.* 32 Dixi ad Ulp. 6. §. 4.

33 Pater potest usque ad tempus nuptiarum pœnitere. *v. l. un. C. si rect. provinc.*

De dote profectitia facta reddenda. 1. Quæ sit dos profectitia. 2. De circumventione.

VI. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

IUre succurritur est patri, ut filia 34 amissa 35 solatii loco cederet, si redderetur ei dos ab ipso 36 profecta: ne & filiæ amissæ, & pecuniæ damnum sentiret. §. 1. Si pater alienum 37 fundum bona fide emptum in dotem dedit, ab ipso profectus intellegitur.

§. 2. Si in dote danda circumventus sit alteruter 38, etiam majori annis vigintiquinque succurrendum 39 est: quia bono & 40 æquo non conveniat, aut lucrari 41 aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire per alterius lucrum.

De fructibus dotis. 3. De domino rei dotalis; aut dotu destimatæ, & accessione temporu.

VII. ULPIANUS lib. XXXI ad Sabinum.

DOtis fructum 42 ad maritum pertinere debere, æquitas suggerit: cum enim ipse onera 43 matrimonii subeat, æquum est, cum etiam fructus percipere. §. 1. Si fructus constante matrimonio percepti sint, dotis non erunt: si vero ante 44 nuptias percepti fuerint, in 45 dotem convertuntur, nisi 46 forte aliquid inter maritum futurum, & destinatam uxorem convenit: tunc enim, quasi donatione facta fructus non redduntur. §. 2. Si usufructus 47 in dotem datus sit, videamus, utrum fructus reddendi sunt, necne? Et Celsus lib. X Digestorum ait, interesse quid acti sit: & nisi appareat aliud actum, putare se, jus ipsum in dote esse, non etiam fructus, qui percipiuntur. §. 3. Si res in dote dentur, puto in bonis mariti 48 fieri, accessionemque 49 temporis matito ex persona mulieris concedendam. † Fiunt autem res mariti, si constante matrimonio in dotem dentur. † Quid ergo, si ante matrimonium? Si quidem sic dedit mulier, *ut statim viri res fiant*, condicere 51 eas debebit misso nuncio: enimvero si sic dedit, *ut secutus nuptias incipiant esse*, nuncio remisso, statim eas vendicabit, sed ante nuncium remissum si vindicabit, exceptio 52 poterit nocere vindicanti 53, aut doli, aut in factum: doti enim destinata non debebunt vindicari 54.

VIII. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

SEd nisi hoc evidenter actum fuerit, credendum 55 est hoc agi, *ut statim res sponsi fiant* 56: & nisi nuptiæ secutæ fuerint, reddantur.

1. Dotis causa data *quæ dicuntur*. 3. *De* paraphernis.

IX. ULPIANUS lib. XXXI ad Sabinum.

SI ego Seiæ res dedero, *ut ipsa suo nomine in dotem det*, efficientur ejus, licet non in dotem sint datæ: sed condictione tenebitur. Quod si pro ea res ego dem, si quidem ante nuptias: interest, qua conditione dedi, utrum, *ut statim fiant accipientis*, an *secutis nuptiis*: si statim, nuncio misso condicam 57: sin vero non statim, potero vindicare 58, quia meæ res sunt. Quare [&] si sequi nuptiæ non possunt propter matrimonii interdictionem, ex posteriore casu res meæ remanebunt. §. 1. Si res alicui tradidero 59, *ut nuptiis secutis dotis efficiantur*, & ante nuptias decessero: an, secutis nuptiis, dotis esse incipiant? Et vereor 60, ne non possint in dominio ejus effici, cui datæ sunt: quia 61 post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit: quia pendet donatio in diem nuptiarum; & cum sequitur conditio nuptiarum, jam heredis dominium est, à quo discedere rerum non posse dominium invito eo, fatendum est. Sed 62 benignius est, favore dotium 63, necessitatem 64 imponi heredi 65 consentire ei, quod defunctus fecit: aut si distulerit, vel absit, etiam nolente, vel absente eo, dominium ad maritum ipso jure transferri: ne mulier maneat indotata. §. 2. *Dotis* 66 autem *causa data*, accipere debemus ea, quæ in dotem dantur.

§. 3. Cæterum si res dentur in ea, quæ Græci παραφερνα 67 dicunt, quæque Galli *peculium* 68 appellant, videamus, an statim efficiuntur mariti? Et putem, si sic dentur ut fiant, effici mariti: & cum distractum fuerit matrimonium, non vindicari oportet, sed condici, nec dotis actione peti, ut D. Marcus [&] Imperator Noster 69 cum Patre rescripserunt. † Plane, si rerum libellus mariti detur, ut Romæ volgo fieri videmus: nam mulier res, quas solet in usu habere in domo mariti, neque in dotem dat, in libellum 70 solet 71 conferre, eumque libellum marito offerre, ut is subscribat 72, quasi res acceperit: & velut chirographum ejus uxor retinet, res, quæ libello continentur, in domum ejus se intulisse: Hæc igitur res an mariti fiant, videamus: Et non puto: non quod non ei traduntur: quid enim interest, inferantur volente eo in domum ejus, an ei tradantur? Sed quia non puto hoc agi inter virum & uxorem, ut dominium ad eum transferatur, sed magis, ut certum sit in domum ejus illata, ne si quandoque separatio fiat, negetur: & plerunque 73 custodiam earum maritus repromittit, nisi

34 *l.* 4. *C. soluto.* 35 Nullus [relictis liberis, *l.* 25. §. 2. §. *de pactis dot.* & hic mortua filii, actio dotis [efficitur confolidatum patri *Bald.* Sed tamen Ulpian. *in fragm. tit. C.* §. 4. hic [ribut. Mortua in matrimonio muliere, dos a patre profecta ad eum revertitur, quartis in singulos liberos in infinitum relictis penes virum: quod si pater non sit, apud virum remaneat.

36 *l.* 4 *C. soluto. matr.*

37 *l.* 81. §. *eod.*

38 Id est, & ipsa uxor ultra vires patrimonii. *l.* 12. §. 1 §. *eod.* An mater mulieris? an ipse maritus? is certe restituitur, si donationem fecit propter nuptias immensam, non servato modo patrimonii. *l. 1. C. si adverf. donat* Got. Vide Bussium hic, & J. B. Costa, *de quota & rata. quæstio.* 126. Ans.

39 Idque favore dotis, *Accurs.* an per restitutionem in integrum? an ex æquo & bono? Cujac. ad *l* 9. §. 1. §. *de minor.*

40 V. *l.* 3. *C comm. utriusque judicii.*

41 *l* 12. §. 1. §. *de distract. pign.* vide *l.* 14. §. *de cond indeb.*

42 *l.* 10. §. 3. §. *eod. l. ult.* §. 2. *C. eod. l. un.* §. 9. *C. de rei uxor. act.*

43 *l.* 65. *in fin. pro socio.*

44 *l.* 47. §. *eod. l.* 38. §. 12. §. *de usufr. l.* 28. §. *de pact. dotal.*

45 Dotem augent fructus ante nuptias percepti.

46 *l* 27. §. *de donat. inter virum.*

47 Vide *l.* 4. §. *de pact. dotal.* Goth. facit *l. si fundus. & l. usufructu in dotem dato.* §. *solut. matrimon.* Ans.

48 *l.* 75. §. *eod. l.* 9. *C. de rei vind.* adde *l.* 5. *C. de collationib.*

49 *l.* 13. §. 6. §. *de adq. poss.*

50 Dominium sub condicione transferri observa *l.* 38. § 1 §. *de adq. possess.*

51 *l.* 76. §. *eod.*

52 *l.* 44. *in fin.* §. *eod.*

53 *d. l.* 9. *C. de rei vind.*

54 Adde *l.* 8. §. *de cond. causa data.* Dari, unius ejusdemque rei nomine condictionem & vindicationem diverso respectu, hinc colligo, *ut hic. v. l.* 9. §. *eod.* 55 Dotis datio in dubio præsumitur simplex, licet fiat ex causa de futuro. *l* 1. §. 2. §. *pro dote.* 56 An ut statim illi pereant? vide *l.* 10 § 4. §. 5 §. *eod.* 57 Quia nuptiæ non sunt secutæ. *l.* 59. §. *eod.* atque ita datum, ut convertatur in dotem, potest condici, si non sequatur causa & finis, propter quem datum est. 58 *V. l.* 7. *in fin* §. *eod.* 59 Mandatum dotis constituendæ, morte non finiri hinc colligunt: idque jure speciali contra regulam. §. 10. *Inst. mandati.* Quod de dote hic dicitur, Baldus *in l. mandatum.* §. *mandati.* extendit ad omnem piam causam, v. Cremens. *singul.* 143. Goth. Intellectum hujus §. vid. apud Joann. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 4. *n.* 35. Ans. 60 Si summum jus spectemus: nam aliud favore dotis, §. *eod.* de hac voce dixi ad *l.* 45. §. *tit. prox.* 61 Mortuus transferre dominium suæ rei non potest. 62 Procurator mortuo etiam domino possessionem rei acceptæ, ut in dotem daretur, etiam invitis heredibus potest in accipientem sciens prudens transferre: favor ille specialis est, *ut hic.* in rebus aliis secus. *l.* 33. §. *de adquir. poss.* 63 Pro quibus in dubio respondetur. *l.* 70. §. *eod. v. l* 8. *C. de pactis convent.*

64 *Dotis dominium* discedit invito herede. 65 Heres pœnitendo factum defuncti revocare non potest, vel contractum innominatum, *ut hic* qui dotis constituendæ necessitatem contineat. *Bald.*

66 *Dotis causa data* dicuntur, quæ in dotem data. 67 *Paraphernæ* sunt, quæ mulier habet præter dotem, *l.* 31. §. 1. §. *de donat.* quæ & ἐξώπροικα. 4 *Harm.* 9. *Synopf.* 29. *tit.* 1. *ex lib.* 30. *tit.* 1. §. 3. *l.* 29. *C. de jure dot. l.* 17. *C. de don. inter vir.* Sunt hæc diversa, dotes, παράφερνα, ἀνάλογα, ξυμφερνὰ, ἐπίδοσις, receptitia. Quæ doti dantur marito ab uxore, in dubio sunt mariti, Galli, *si dot. l.* 7. §. 1. §. *eod.* παράφερνα, non item, *ut hic.* ἀνάλογα, quæ dantur uxori dotis nomine propter dotem. *l. ult. C. de donat. ante nupt.* Galli *donation en faveur de mariage.* Διώρηται. 4 *Harm.* 7. & 10. quæ & ἐπιγαμβρεύματα, munera sunt, quæ sponsi, & sponsæ amici invicem contribuunt, cum primum illa se retectam, & videndam præbet, Galli, *dons faits à l'espoux, & à l'espouse le jour de leurs nopces*: ἐπιδόσιον, est incrementum dotis, quod mortuo marito, uxori superstiti redditur supra dotem. Cujac. 5 *obs.* 4. rejecta Harmenopuli definitione, ut vitiosa, 4. *tit.* 10. Galli *accroiss.* Idem Cujac. 4 *Feud.* 32. ὑπόδοσιον ait à Germanis vocari *Morgencap.* aut *Morgengab*; Græcis ἔδεσμον δῶρον, id est, *matutinale donum*, quod mane die nuptiarum à viro in mulierem conferri solet. Est hodie Gallis species ab his diversa, quæ illis *douarium*, qua, ut ἐφίμια ac pro confuetudine locorum, dimidiam partem quæstorum constante matrimonio mobilium, & immobilium uxor lucratur: ut inter se magnam habeant affinitatem ἀνάλογα, ὑπόδοσιον, & *douarium* Gallorum. De *receptitiis* alibi dicam. 68 Galliorum vox antiqua, ut *combine, petoriti, alaude.* 69 Id est, Severus ejusque filius Antoninus Caracalla. Revard. *lib.* 3 *var. cap.* 10. Ans. 70 Alias præsumerentur hujusmodi res esse viri. *l.* 51. §. *de donationib. inter virum.* nam quæ in domo alterius reperiuntur, ejus esse præsumuntur. *Bald.* 71 Et hic super paraphernalibus tenet instrumentum *Bald.* 72 Subscriptio sola ad probationem prodest adversus eum, qui subscripsit. *l.* 6. §. 1. §. *de edendo. l.* 126. §. 2. §. *de verb oblig.* 73 Licet res sint inductæ in domum viri, nisi receperit in se custodiam, non tamen periculum earum præstat.

nisi mulieri commissæ sint. Videbimus harum rerum nomine, si non reddantur, utrum rerum amotarum, an depositi, an mandati mulier agere possit? Et si custodia marito committitur, depositi, vel mandati agi poterit: si minus, agetur rerum amotarum, si animo amoventis maritus [eas] retineat; aut ad exhibendum, si non amovere eas connisus est.

De æstimatione. 1. De partu ancillæ. 3. De fœtu pecoris. 4. De æstimatione ante nuptias facta. 6. Si convenerit, ut aut æstimatio, aut res reddatur.

X. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

PLerunque interest 73 viri, res non esse æstimatas, idcirco, ne periculum 74 rerum ad eum pertineat: maxime, si animalia in dotem acceperit, vel vestem qua mulier utitur; eveniet enim, si æstimata sint, & ea mulier adtrivit, ut nihilominus maritus æstimationem eorum præstet: quotiens igitur non æstimatæ res in dotem dantur, & meliores, & deteriores mulieri fiunt. §. 1. Si prædiis inæstimatis 75 aliquid accessit, hoc ad compendium mulieris pertinet: si aliquid decessit, mulieris damnum est.

§. 2. Si servi subolem ediderunt, mariti lucrum non est 76.

§. 3. Sed fœtus 77 dotalium pecorum ad maritum pertinent: quia fructibus computantur: sic tamen, ut suppleri 78 proprietatem prius oporteat. & summissis in locum mortuorum capitum [ex] adgnatis, residuum in fructum maritus habeat: quia fructus 79 dotis ad eum pertineat. §. 4. Si ante matrimonium æstimatæ res dotales sunt, hæc æstimatio quasi sub conditione est: namque hanc habet conditionem 80, *si matrimonium fuerit secutum*: secutis igitur nuptiis, æstimatio rerum perficitur, & fit vera 81 venditio. §. 5. Inde quæri potest, si ante nuptias mancipia æstimata deperierint, an mulieris damnum sit? Et hoc consequens est dicere: nam cum sit conditionalis venditio, pendente autem conditione mors contingens exstinguat venditionem, consequens est dicere, mulieri perisse: quia nondum erat impleta venditio: quia æstimatio 82 venditio est. §. 6. Si res in dotem datæ fuerint, quamvis æstimatæ; verum convenerit, *ut aut æstimatio, aut res præstentur*: si quidem fuerit adjectum, *utrum mulier velit*, ipsa eligat, utrum malit petere rem, an æstimationem: verum si ita fuerit adjectum, *utrum maritus velit*, ipsius erit electio: aut si nihil de electione adjiciatur, electionem habebit maritus, utrum malit res offerre, an pretium earum. Nam & * cum *illa aut illa res* promittitur, rei 83 electio est, utram præstet. Sed si res 84 non exstet, æstimationem omnimodo maritus præstabit.

XI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SAne & deteriorem factam reddere poterit.

De re donationis causa minoris æstimata. 1. De circumventione. 2. De pacto, ut quod maritus debet, in dotem habeat.

XII. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

SI res æstimata 85, post contractum matrimonium, donationis 86 causa adprobetur, nulla est æstimatio: quia nec res distrahi 87 donationis causa potest; cum effectum inter virum & uxorem non habeat: res igitur in dote remanebit. Sed si ante matrimonium, magis est, ut in matrimonii tempus collata donatio videatur: atque ideo non valet. §. 1. Si mulier se dicat circumventam 88 minoris [rem] æstimasse, utputa servum: si quidem circum in hoc venta est 89, quod servum dedit, non tantum in hoc, quod minoris æstimavit; in eo acturam, ut servus sibi restituatur: enimvero si in æstimationis modo circumventa est, erit arbitrium mariti, utrum justam æstimationem, an potius servum præstet. Et hæc, si servus vivit: Quod si decessit, Marcellus ait, magis æstimationem præstandam: [sed] non justam, sed eam, quæ facta est: quia boni consulere mulier debet, quod fuit æstimatus. Cæterum, si simpliciter 90 dedisset, proculdubio periculo ejus moreretur, non mariti. Idemque & in minore circumventa Marcellus probat. † Plane si emptorem habuit mulier justi 91 pretii, tunc dicendum, justam æstimationem præstandam: idque duntaxat [uxori] minori 92 annis præstandum Marcellus scribit. Scævola autem in marito notat, si dolus ejus adfuit, justam æstimationem præstandam: Et puto verius quod Scævola ait. §. 2. Si cum marito debitore mulier pacta sit, *ut id, quod 93 debeat, in dotem habeat*: dotis actione scilicet eam agere posse existimo: Licet enim ipso jure priore debito liberatus non sit, [sed] tamen exceptionem habere potest.

De muliere ad eundem virum reversa.

XIII. MODESTINUS lib. singulari de differentia dotis.

SI mulier post divortium, antequam ex stipulatu de dote agat, ad eundem virum fuerit 94 reversa, constantius dicetur, per doli exceptionem inefficacem fieri ex stipulatu actionem, usque quo matrimonium durat.

De re æstimata & non tradita.

XIV. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SI rem æstimatam mulier in dotem dederit, deinde ea moram faciente in traditione, in rerum natura esse desierit 95, actionem eam habere non puto.

XV. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

QUod si per eam non stetisset, perinde pretium aufert, ac si tradidisset: quia quod evenit, emptoris 96 periculo est.

De evictione.

XVI. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

QUotiens res æstimata in dotem datur, evicta 97 ea, virum ex 98 empto contra uxorem agere: & quidquid eo nomine fuerit consecutus, dotis actione, soluto matrimonio, ei præstare oportet: Quare & si duplum 99 forte ad virum pervenerit, id quoque ad mulierem redigetur: quæ sententia habet æquitatem: quia non 100 simplex venditio sit, sed dotis causa; nec debeat maritus lucrari ex damno mulieris: sufficit enim maritum indemnem præstari, non etiam lucrum 1 sentire.

De dolo, culpa & diligentia. 1. De æstimatione & nuptiis non secutis.

XVII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

IN 2 rebus dotalibus 3 virum præstare oportet tam dolum 4 quam culpam: quia 5 causa sua dotem accipit: Sed etiam diligentiam præstabit, quam in suis rebus exhibet. §. 1. Si 6 re æstimata data, nuptiæ secutæ non sint, videndum est, quid repeti debeat: utrum res, an æstimatio? Sed id agi videtur, ut ita demum æstimatio rata sit, si nuptiæ sequantur: quia nec alia causa contrahendi fuerit: Res igitur repeti debeat, non pretium.

De re tantidem æstimata reddenda.

XVIII. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SI mancipia 7 in dotem æstimata accepisti, & pactum conventum factum est, *Ut tantidem æstimata divortio facto redderes*, manere partum eorum apud te Labeo ait: quia & mancipia tuo periculo fuerint.

Si alii jussu mariti dos detur.

XIX. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

ETiamsi alii jussu 8 mariti dos detur, nihilominus maritus de dote obligatur.

De obligatione, vel exactione dotis collatæ in tempus mortis.

XX. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

IUlianus scribit, valere talem 9 stipulationem, CUM MORIERIS, DOTIS NOMINE TOT DARI? quia & paciscí soleant, *ne à viva 10 exhibeatur*: Quod non esse simile accepi: aliud est enim differre exactionem; aliud, ab initio in id tempus stipulari, quo matrimonium futurum non sit: Idque & Aristoni, & Neratio, & Pomponio placet.

De nuncio remisso.

XXI. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

STipulationem, quæ propter causam dotis fiat, constat habere in se conditionem 11 hanc, SI NUPTIÆ FUERINT SECUTÆ: & ita demum ex ea agi posse, quamvis non sit expressa conditio, SI NUPTIÆ, constat: quare, si nuncius remittatur, defecisse conditio stipulationis videtur.

XXII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

ET licet postea 12 eidem nupserit, non convalescit stipulatio.

De dotis verbo non adjecto.

XXIII. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

QUia autem in stipulatione non est necessaria 13 dotis adjectio 14, etiam 15 in datione tantundem ducimus.

De dote peculiari.

XXIV. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

SI filiafamilias nuptura ex peculio, cujus administrationem habet, dotem viro dedit; deinde, cum in eadem causa peculium ejus esset, divortium fecerit: dos ei recte 16 solvitur, quasi à quolibet peculiari debitore.

De permutatione dotis.

XXV. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI ei nuptura mulier, qui Stichum debebat, ita cum eo pacta est, PRO 17 STICHO, QUEM MIHI DEBES, DECEM TIBI DOTI ERUNT: secundum id, quod placuit rem 18 pro re solvi posse, & liberatio contingit, & decem in dotem erunt: quia & permutatio 19 dotium conventione fieri potest.

XXVI. MODESTINUS lib. I Regularum.

ITa constante matrimonio permutari dotem posse dicimus, si hoc mulieri utile 20 sit: si 21 ex pecunia 22 in 23 rem, aut ex re in 24 pecuniam: Idque probatum est.

XXVII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

QUod si fuerit factum, fundus vel res dotalis efficitur.

De jure patris post nuptias.

XXVIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

POst nuptias 25 pater non potest deteriorem causam filiæ facere, quia nec reddi ei 26 dos invita filia potest.

Si pater dotem pro filia legaverit.

XXIX. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

CUm 27 pater dotem pro filia promittit 28, & dotem legat: si quidem marito legavit, videndum est, an legatum valeat? Et non puto valere: Nam cum creditori debitor legat id quod debet, nullum legatum est. Quod si filiæ legavit, valet legatum: dos enim ex promissione marito debetur, legatum filiæ. Et si quidem hoc animo testatorem esse filia 29 ostenderit, ut duplicaret 30 ei legatum: habebit utrumque: dotem, quam maritus persecutus fuerit, & legatum, ex causa legati. Quod si alterutrum voluit habere: si mulier legatum petat, opposita doli exceptione non alias cogetur ei heres legatum solvere, quam si caverit *indemnem hoc nomine heredem futurum adversus maritum ex promissione agentem*: Sed si maritus agat, nihil de indemnitate eum cavere oportebit: verum mulier post eum agens, exceptione repelletur: quia semel dos præstita est.

De redintegratione dotis.

XXX. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

DOtem, quæ in prius matrimonium data est, non aliter converti 31 in posterius matrimonium dicendum est, quam 32 cum hoc agitur: dum hoc agi semper interpretemur, nisi probetur aliud convenisse.

XXXI. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

QUod si non divortium, sed 33 jurgium 34 fuit: dos ejusdem matrimonii manebit.

De nummis ex re dotali receptis.

XXXII. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

SI ex lapidicinis 35 dotalis fundi lapidem vel arbores, quæ 36 fructus 37 non essent, sive superficiem 38 ædificii dotalis voluntate mulieris vendiderit 39: nummi ex ea venditione recepti 40 sunt dotis.

De periculo dotis exigendæ.

XXXIII. ULPIANUS lib. VI ad Sabinum.

SI 41 extraneus 42 sit, qui dotem promisit, isque defectus sit facultatibus: imputabitur marito, cur eum non convenerit: maxime

---

73 Res dotales æstimatæ, viri: inæstimatæ, mulieris periculo sunt, *ut hic. & l. 12. §. 1. in fin. ff. cod. l. 10. C. cod. l. un. §. 9. in fin. C. de rei uxor. act.*

74 *Æstimatio* possessorem dominum facit, ut de periculo rei teneatur. adde *l. 1. in fi. ff. de æstimatori.*

75 *l. 75. ff. cod.*

76 Quis partus ancillæ in fructu non est. vid. *l. 28. §. 1. ff. de usuris.*

77 V. *l. 7. ff. cod.*

78 *l. 68. l. 69. l. 70. ff. de usufruct.*

79 V. *l. 7. ff. cod.*

80 Æstimatio rei traditæ nomine futuræ dotis, censetur conditionalis: unde non transit periculum ad maritum, nisi contracto matrimonio. *Bald.* Goth. Vide Cujac. *lib. 17 obs. 1. S. L.*

81 *l. 16. ff. cod. l. 3. ff. pro emptore.*

82 Vid. *l. 22. ff. rer. amotarum.*

83 In alternativis si agatur de contractu, electio est debitoris, *ut hic. l. 34. §. 6. ff. de jurejurando. l. 5. §. 1. ff. depositi. l. 34. §. 6. ff. de contrahend. l. 7. §. 5. ff. de donationibus inter virum. l. 6. §. 1. ff. de jure patron. l. 6. §. 1. ff. de rejudicata. l. 95. ff. de solutionibus. l. 10. C. de condit. indeb.* (excipe tamen *l. 2. §. 3. ff. quod certo loco.*) si de ultima voluntate agatur legatarii. *l. 23. ff. de legat. 2.* Baldus.

84 V. *l. 95. ff. de solut. v. l. 12. ff. de verb. oblig.*

85 Viliori pretio scil. *Accurs.* Goth. Vid. Joann. Robert. *lib. 4 sentent. c. 24.* Ans.

86 *l. 7. §. 5. ff. de donat. inter virum.*

87 *l. 38. ff. de contrah. empt.*

88 Vide *l. 6. in fin. ff. cod. l. 6. C. solut.* Goth. Vide Goedd. *de contrah. stipul. c. 3. n. 118. 119. 146.* Ans.

89 In hoc circumventa est. *Hal.* est alioqui Tmesis insignis.

90 Id est, non iis æstimatis. v. *l. 10. ff. cod.*

91 V. *l. 50. ff. de furto.*

92 Imo & majori id præstandum. *l. 6. ff. cod.*

93 *l. 58. §. 1. ff. cod.*

94 V. *l. 50. ff. cod.*

95 V. *l. 10. §. 5. ff. cod.*

96 *l. 7. ff. de periculo.*

97 *l. 34. in fin. ff. cod. l. 1. C. eod. l. 98. ff. de solutionibus.* Goth. Vide Cujac. *lib. 17 obs. cap. 1.* Ans.

98 *l. 52. §. 1. ff. de actionib. empt. l. 11. C. de pactis. l. 1. C. de evict.*

99 Pœna, quam quis consequitur à me occasione rei mihi restituendæ, mihi restitui debet, quoties scil. pœna succedit loco rei. *Bald.*

100 Simplex venditio hic distinguitur à venditione dotis causa: alias æstimatio facta venditionem in dubio facit: de quo vide Socinum, *regul. 141.*

1 Vide *l. 6. in fin. ff. cod.* 2 In dotalibus rebus conservandis maritus præstare debet dolum, culpam, & diligentiam. 3 Inæstimatis: nam in æstimatis fortuitus casus ad eum pertinet, ut qui videatur esse emptor. 4 *l. 18. §. 1. l. 25. §. 1. l. 66. in princ. l. ult. ff. soluto.* 5 Dolum, & culpam: Imo & eam diligentiam, quam in suis rebus servat: in alienis rebus is præstat, qui eas res sua causa accepit.

6 Dote æstimata data, si nuptiæ non fuerint secutæ, res ipsæ, non earum pretium petitur. *7 l. penult. §. 3. ff. soluto.*

8 *l. 59 ff. cod. l. 22. §. pen. ff. solut.*

9 V. *l. 11. C. de contrah. stipul.*

10 Ne ea viva. *Hal.* ita à se viva exigatur. Cujac. *ad quadam prælectionis ad me transmissa.*

11 *l. 22. l. 41. ff. cod. l. 4. §. 2. ff. de pactis.* Causa futuræ dotis habet vim conditionis. *Bald.*

12 Semo sufficiter prolatus intelligitur de *prima sice l. 89. §. 1. ff. de verb. significat.* Bart.

13 Quia titulus dotis inter virum, & uxorem tacite videtur inesse. *Bald.* ideoque si mulier omnia sua bona marito dedit, videtur dotis causa dedisse. *Bartol.* Goth. Vide Cont. *lib. 1 disp. cap. 6.* quem refutat Cujac. *lib. 13 obs. 25.* Ans.

14 Conditionis adjectio. Cont. *ff. lect. 6.* ex Scholiaste κάλα πάσας conditionis inquam hujus, *si nuptiæ sequentur. l. 21. ff. cod.* vide Cujac. 13 *obs. 25.*

15 Argumentum à stipulatione dotis, ad ejus dationem.

16 *l. 27. in pr. ff. de pactis. l. ult. ff. de novationibus.*

17 Permutatio dotis permissa est. *l. 26. ff. cod. l. 21 ff. de pactis dotalibus.*

18 Solvi res pro re potest volenti.

19 Dos permutari conventione potest. adde *l. 76. ff. de verb. sign.*

20 *l. 21. in fin. l. 29. ff. de pactis dotalib.* adde *l. 22. in fin. ff. solutio. l. ult. ff. hoc tit.*

21 Ut si.

22 Permutatio cum nummis fit interdum. dixi ad *l. ult. ff. de condict. causa data.*

23 *l. 54. ff. cod. l. 21. ff. de pactis dotalib.*

24 Permutatio dotis potest fieri de re ad pecuniam, & è contra.

25 *l. 7. C. cod. l. 8. ff. de pactis dotalibus. l. 29. circa fin. ff. soluto.*

26 *l. 34. §. 6. ff. de solutionibus.*

27 Vide Albericum in *l. quinquaginta. 12. ff. de probat. l. filia. 11. C. de legat.*

28 Si dos promissa marito legatur, non tenet legatum: si mulieri, tenet. *Bald.*

29 Imo tenetur heres id ostendere. *l. 12. ff. de probat.*

30 Facit *l. 34. §. 1. ff. de legat. 1.*

31 Dos hoc casu convertitur, renovatur, *l. 40. ff. eod.* idem matrimonium videtur *l. 33. ff. de ritu nupt.* redintegretur, omnia manent in statu pristino *l. 19. ff. solut.* adeo ut fiat inefficax stipulatio redintegrato matrimonio, *l. 13. ff. eod. l. 31. ff. eod.* Quid, usuræ à marito medio tempore perceptæ? Dorem augebunt. *l. 69. §. 2. ff. eod.*

32 Imo, dos redintegrari tacite intelligitur. *ff. eod. & l. 64. ff. eod.* Goth. Vid. Bellon. *lib. 4 disputat. cap. 17.* Ans.

33 *Divortii & jurgii* differentia. Non quodvis jurgium, divortium facit: Divortio matrimonium esse desinit, at non jurgio. 34 Frigusculum. vid. *l. 32. §. 12. ff. de donat. inter virum.* Calor iracundiæ. 35 Maritus non potest excidere arbores in fundo dotali, quæ non sunt in fructu: quod si excidat, augebunt dotem. *Bald.* adde *l. 12. ff. de usufructu.* Goth. Vide Cujac. *lib. 15 obs. c. 21. S. L.*

36 Aliud dicendum, si lapidicinæ in fructu erant. *l. 7. ff. eod.* 37 *l. arboribus. 12. ff. de usufructu.* 38 *l. 39. ff. de legat. 2.* Superficies, Græcis ὑπαῖθρον, non est res soli: Unde consequitur, res mobiles, consentiente uxore, à marito posse distrahi. v. Cujac. 17 *obs. 2.* 39 Vel in summ utilitatem vertit. 40 Vel eorum æstimatio, si in suam utilitatem verterit. 41 V. Cujac. 12 *obs. 17.*

42 Mulier non potest imputare marito, si gratuam fecit, aut dilationem concessit extraneo dotis voluntario promissori, & multo magis socero.

ximè si ex necessitate [42]; non ex voluntate dotem promiserat: nam, si [44] donavit, utrumque parcendum [45] marito, qui eum non præcipuavit ad solutionem, qui donaverat [46]: quemque in id, quod facere posset, si convenisset, condemnaverat [47]: Hoc enim Divus Pius rescripsit, eos, *qui ex liberalitate conventionis, non id* [48], *quod facere possunt, condemnandos.* † Sed si vel pater vel ipsa promiserunt, Julianus [49] quidem lib. XVI Digestorum scribit, etiam, si pater promisit, periculum respicere ad maritum: Quod ferendum non est: Debebit igitur mulieris esse periculum: Nec enim quicquam judex propriis [50] auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem [51], qui de suo dotem promisit, non urserit ad exsolutionem: multo minus, cur ipsam non convenerit: Recte itaque Sabinus disposuit, ut diceret, quod pater vel ipsa mulier promisit, viri periculo non esse; quod debitor, id viri esse; quod alius, scilicet donaturus, ejus periculo ait, cui adquiritur: adquiri autem mulieri accipiemus, ad quam rei commodum respicit.

De re matris à patre in dotem data.

XXXIV. IDEM lib. XXXIII ad Sabinum.

MAter cum filiæ aurum dedisset utendum, pater puellæ id aurum in dotem viro adpendit [52]; dein mortua est mater: Si inscia, invitave uxore vir id aurum in dotem dedisse, manet [53] id aurum heredis matris, vindicarique potest: & eo minorem dotem viro datam esse placuit: quia res evicta [54] est, marito competit adversus socerum actio.

De dotis promissione novata.

XXXV. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

DOtem à patre, vel à quovis alio promissam, si vir novandi [55] causa stipuletur, cœpit viri esse periculum: cum ante mulieris fuisset.

De nomine in dotem dato, & acceptilatione jussu mulieris facta.

XXXVI. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

DEbitor [56] mulieris, jussu [57] ejus, pecuniam viro expromisit: deinde vir acceptam eam jussu mulieris fecit: Res mulieri perit. Hoc quomodo accipimus? utrum dotis nomine, an [&] si alia ex causa? Et videtur de eo debitore dictum, qui dotis nomine promisit. Illud adhuc subest, utrum ante nuptias, an post nuptias id factum sit: multum enim interesse videtur: nam si secutis nuptiis id factum est, dote jam constituta, maritus accepto ferendo perdit [58] * dotem *: si autem antequam nuptiæ sequerentur, nihil videtur dori constitutum esse.

XXXVII. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

NOn enim alias perit mulieri actio, quam si nuptiæ secutæ fuerint: nam si secutæ non sunt, manet debitor mulieri obligatus.

XXXVIII. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

SAne videndum est, an marito mulier, quæ jussit accepto ferri, obligetur? Et putem obligari mandati actione: & hoc ipsum in dotem converti, quod mulier mandati judicio obligata est: Et quod dicitur, rem mulieri perire, consequens est: nam, si cœperit velle de dote agere, ipsa secum [59] debebit compensare jussum suum.

De servis manumissis. 1. De spadone.

XXXIX. IDEM lib. XXXIII ad Edictum.

SI serva servo quasi [60] dotem dederit, deinde constante conjunctione ad libertatem ambo pervenerint peculio eis non adempto [61], & in eadem conjunctione permanserint: ita res moderetur, ut, si quæ ex rebus corporalibus, velut in dotem, tempore servitutis datis exstiterint, videantur ea tacite in dotem conversa, ut earum æstimatio mulieri debeatur. §. 1. Si spadoni mulier [62] nupserit, distinguendum arbitror, castratus fuerit, necne: ut in castrato dicas dotem non esse: in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos & dotis actio est.

De renovatione dotis.

XL. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

DIvus Severus rescripsit Pontio Lucriano in hæc verba: *Si mulier, quæ dotem dederat, post divortium rursus* [63] *in matrimonium redit, non revocatis instrumentis: non dubitabit is, apud quem res agetur, secundum voluntatem mulieris, quæ utique non indotata redire in matrimonium voluit, partibus suis fungi, quasi renovata dote.*

Qui obligantur promittendo dotem. 1. De nuptiis non secutis. 2. De acceptilatione. 3. De conditione. 4. Si mulier promissori successerit.

XLI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

PRomittendo dotem, omnes [64] obligantur, cujuscunque sexus [65] conditionisque [66] sint. §. 1. Sed si [67] nuptiæ secutæ non [68] fuerint, ex stipulatu agi non potest: magis enim res, quam verba intuenda sunt. §. 2. Accepti quoque latione [69] dos constituitur, cum debitori marito acceptum feratur dotis constituendæ causa. §. 3. Si à debitore [70] mulieris sub conditione dos promittatur; & postea, sed antequam [71] maritus petere posset, debitor solvendo esse desierit: magis periculum ad mulierem pertinere placet [72]: Nec enim videri maritum nomen [73] secutum eo tempore, quo exigere non poterit. † Quod si jam tunc [74] debitor, cum sub conditione promitteret, solvendo non fuerit, periculum viri esse, quod sciens tale nomen secutus videretur, quale initio obligationis fuerit. §. 4. Si debitor mulieris dotem promiserit, & mulierem [75] heredem reliquerit: Labeo perinde habendum ait, ac si mulier ipsa dotem promisisset: cujus sententiam Julianus quoque probat: nec enim æquum esse ait, ut ei damnetur ejus pecuniæ nomine, quam ipsa debeat; & satis esse, acceptilatione eam liberari.

De his, quæ pondere, numero, mensurave constant.

XLII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

REs in dotem datæ, quæ pondere [76], numero [77], mensura [78] constant, mariti periculo sunt [79]: quia in hoc dantur, ut eas maritus ad arbitrium suum distrahat; & quandoque soluto matrimonio, ejusdem [80] generis [81] & qualitatis alias restituat vel ipse, vel heres ejus.

De acceptilatione.

XLIII. ULPIANUS lib. III Disputationum.

LIcet soleat dos [82] per [83] acceptilationem [84] constituta, tamen si ante matrimonium acceptilatio fuerit interposita, nec [85] nuptiæ secutæ, Scævola ait, matrimonii causa acceptilationem interpositam non secutis nuptiis nullam esse [86], atque ideo suo loco manere [87] obligationem: Quæ sententia vera est. §. 1. Quotiens autem extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, si quidem nuptiæ insecutæ non fuerint, liberatio non sequetur, nisi forte sic accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum: tunc enim credendum est, *brevi* [88] *manu* acceptum à muliere, & marito datum: cæterum mulieri per liberam personam condictio adquiri non potest. † Plane secutis nuptiis, mulier soluto matrimonio dotis exactionem habebit: nisi [89] forte sic accepto tulit extraneus, ut ipse, quoquomodo solutum fuerit matrimonium, condictionem habeat: tunc enim non habebit mulier actionem. † Secundum quæ constituta dote per acceptilationem, & secutis nuptiis, is effectus erit dotis exactioni, ut, si quidem pura sit obligatio, quæ accepto lata est, non ipsa jam restituenda sit, sed solvenda dos secundum sua tempora. † Sin vero obligatio in diem fuit, nec ante solutum matrimonium dies obligationis præteriit, restauranda est in diem pristinum obligatio; &, si debitum cum satisdatione fuerit, satisdatio renovanda est: Similique modo & si conditionalis fuerit obligatio, quæ in dotem conversa est, & pendente obligatione divortium fuerit secutum, verius, obligationem sub [90] eadem conditione restitui debere: Sed si conditio existiterit constante matrimonio, ex die [91] divortii tempora exactionis numerantur.

De patre emancipante vel defuncto. 1. De creditrice filiæfam.

XLIV. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

SI pater filiæ nomine dotem promisisset, & eam ante nuptias emancipasset, non resolvitur promissio: nam [92] & cum ante nuptias pater moreretur, nihilominus heredes ejus ex promissione obligati manebunt. §. 1. Quæ debitorem filiumfamilias habet, si patri ejus ita dotem promiserit, *quod mihi debes* 93, *vel quod mihi filius tuus debet, dotì tibi erunt* 94, non obligatur: sed efficit [95], ut id, quod actione de peculio servari à patre poterat, in dote sit. Marcellus. Sive igitur cum filio posthac, sive cum patre agere instituerit, exceptione [96] pacti conventi summovebitur: actione autem de dote si experietur, consequetur quod in peculio fuisse apparuerit eo tempore, quo dos promittebatur: utique si post nuptias promissa [97], ejus temporis peculium æstimari debet, quo nuptiæ fierent.

XLV. TRYPHONINUS lib. VIII Disputationum.

QUod si nuptura debitori filiofamilias, *actionem duntaxat de peculio* promisit: id, quod ex ea causa sibi deberetur, nuptiarum [98] tempore inspicitur. §. 1. Si vero alii nuptura, jussit filiumfamilias debitorem de peculio dotem promittere, tempus inspicitur quo dos promissa est, ut tantum in peculio esse æstimaretur.

De dote servo promissa vel tradita. 1. De ea, quæ debitori suo nupsit, & alternatè dotem constituit. 2. Si pater pro filia, quasi ejus debitor, dotem promiserit.

XLVI. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

QUemadmodum invito [99] domino servus stipulatus adquirit, ita, si [100] dotem domini nomine sibi promitti patiatur, obligatio domino adquiritur: sed [1] neque periculum dominus præstare debebit, si forte debitor mulieris dotem promiserit, neque culpam. † Traditione [2] quoque rei dotalis in persona servi vel filiifamilias [3] facta, dos constituitur, ita ut neque periculum, nec culpam dominus, aut pater præstet. † Igitur hanc dotem pericolo mulieris esse dico, quamdiu [4] dominus vel pater ratam promissionem vel donationem habuerit [5]: Ideoque etiam manente matrimonio res quas tradiderit condictione repetituram. † Item incerti [6] condictione consecuturam, ut promissione liberetur.

§. 1. Si debitori suo mulier nuptura, ita dotem promisisset, *Quod mihi debes, aut fundus Sempronianus dotì tibi erit*: utrum mulier vellet [7], id in dote erit: & si quidem debitum maluisset dotis nomine apud virum remanere, potest [ea] exceptione se tueri adversus petentem fundum: quod si fundum dedisset, pecuniam marito condicet. §. 2. Pater, etiam si falso [8] existimans se filiæ suæ debitorem esse dotem promisisset, obligabitur [9].

De eo quod servus in dotem datus ante nuptias adquirit.

XLVII. IDEM lib. XVIII Digestorum.

SI servo in dotem ante nuptias dato donatum [10] aliquid vel legatum ante nuptias fuisset, ampliatur dos, sicut ex fructibus [11] fundi, qui ante nuptias traditus est.

De promissione dotis in anno proximo. 1. De eo quod socer genero filiæ nomine legavit.

XLVIII. IDEM lib. II ad Urseium Ferocem.

TAli facta stipulatione, *decem in anno proximo dotis nomine dare spondes* [12]? Quæsitum est, annus ex quo tempore esset numerandus? utrum [13] ex die stipulationis factæ, an ex eo die, quo dos esse potuisset, id est, nuptiarum? Et responsum est, ex die nuptiarum [14] annum esse numerandum: ne [15], si aliter observaremus, si intra annum nuptiæ factæ non sint, videri possit dos ex ea obligatione deberi [16]. §. 1. Socer genero suo sic legaverat: *Lucio Titio filiæ meæ nomine* [17] *centum heres meus damnas esto dare*: Hanc pecuniam generum petere debere: exactam, acceptam legatis referri: sed divortio facto de dote actionem mulieri reddendam Proculus respondit: & nihilominus dotis esse factam. Julianus notat: imo nec filiæ, si voluerit, deneganda est hujusmodi actio.

De acceptilatione.

XLIX. IDEM lib. V ex Minicio.

VIr ab eo, qui uxori ejus dotem facere [18] volebat, certam pecuniam eo nomine stipulatus est; deinde acceptam eam fecit: quærebatur, essetne ea pecunia in dotem [19]? Respondit, si acceptam non fecisset, & promissor solvendo esse desisset, quæreremus, an

---

42 Id est, ut debitor. 44 Dotis donator minus est condemnandus, quam qui necessitate dotem promisit. 45 Hinc, non est parcendum, cum ab eo solidum potuerit exigere. *l. 41. §. 1. ff. de reguld.* v. Cujac. 12 *obs.* 17. 46 *Subaudi*, mulieri. 47 Hoc est, condemnare potuisset, aut adversus eum condemnationem impetrare. 48 Vide 12 *obs.* 49 *l. 30. §. 1. ff. soluto.* 50 Propriis auribus. *Hal.* 51 Aliud est, si maritus non conveniat heredes patris, id est, socerì sui. *l. 44. §. 1. soluto.* 52 Adpendi aurum olim consuetum. 53 Pater non potest dotare filiam de bonis matris. *Bald.* 54 *l. 16. ff. eod.* 55 *l. 41. §. 2. l. 71. ff. eod.* 56 *l. 80. ff. eod.* 57 Secus si injussu. *l. 49. ff. eod. l. penult. § penult. ff. soluto.* 58 Perdere rem videtur, qui eam acceptam facit. Sic, qui pactum facit de re non petenda, donare intelligitur. *l. 28. in fin. ff. de pact.* 59 Hinc re suam dotem mulier videtur, qui eam alienari jussit. 60 Serva servo non vere dotem constituit, cum inter servum, & ancillam non sit connubium, sed contubernium tantum, *l. 3. C. de incest.* ubicunque autem matrimonii nomen non est, nec dos est. *l. 3. ff. eod.* Ideoque quæ *dos* appellatur in *l. 1. C. soluto matrim. & l. 67. ff. hæredit.* improprie dos dicitur. Id fit autem per prolepsin, de qua dixi ad *l. 3. §. 1. ff. de injusto. Sic quasi testamentum* servos suos facere permittebat, Plinius 8 *epist.* 16. adde quæ scripsi ad *l. 4. ff. de manumissionib. l. penult. §. 2. C. de necessariis.* 61 Alias si superstes patronus non ademerit, tacite servis accedit. §. 20. *Inst. de legat.* 62 Puta ancilla eo nomine ab eo manumissa: ob eam enim causam spado etiam manumittere potest, *l. 14. in fin. ff. de manumiss. vindict.* adde *l. 6. ff. de liberis.* potest etiam generare spado, qui unum testiculum habet. *l. 6. l. 7. l. 38. §. 7. ff. de ædilitio.* Spadones interim nota castratos esse. vide *l. 128. ff. de verb. sign.* 63 *l. 30. ff. eod.* 64 Vide Ulpian. 6. §. 2. 65 Mulier non juvatur Velleiano, dotem constituens, *l. 12. l. ult. C. ad Velleian.* 66 Etiam minores: si modo non effusè dotem constituant. v. *l. unic. C. si adversus dot.* 67 Sub hac conditione dos solet promitti tacite. *l. 4. ff. de pactis.* 68 Vide *l. 21. ff. eod.*

69 *l. 43. 44. §. ult. ff. eod.* 70 Vide *l. 80. ff. eod.* 71 *l. 49. ff. soluto.* 72 Imputare sibi debet, qui secutus est fidem inopis debitoris. *Bald.* 73 Nomen potest dari in dotem. *l. 2. C. de obligat.* 74 Vide *l. 35. ff. eod.* 75 Vide *l. 66. in fin. ff. soluto.* 76 Ut argentum, *Itar. schol. 4. tit. 8.* 77 Ut nummi. 78 Ut vinum, frumentum. 79 Licet inæstimatæ datæ sint: sunt enim sua natura tales, quæ numero, pondere, & mensura constant, & sic satis superque à lege æstimatæ. *Bald.* 80 Dos pecuniaria in ipsa quoque pecunia restituì debet: de quo vide plura apud Josephum Ludovicum, *Titul. de jure dotium. conclus. 1.* 81 *l. 3. ff. de reb. cred.*

82 Ut & omnis obligatio conditionalis. v. *l. 12. ff. de acceptilat.* 83 Dos per acceptilationem etiam constitui potest. 84 V. *l. 41. §. 2. ff. eod. l. 10. ff. de condict. causa data.* 85 Dotis constituendæ causa liberatio, seu acceptilatio facta debitori, effectu caret nuptiis non secutis; caret, inquam effectu, hoc est, non tollit obligationem. 86 Ergo acceptilatio requirit tacitam conditionem, *l. quod in diem. 12. ff. de acceptilat.* licet sub conditione expressa fieri non possit. *l. 4. ff. de acceptilat. l. ultim. 77. ff. de regulis.* 87 Imo, non manet, quia tunc nihil videtur doti constitutum. *l. 36. in fin. ff. eod.* 88 *Manu brevi* dixit, ut & *l. 3. in fin. ff. de donat. int.* ut alibi manu longa, *l. 79. in fin. ff. de solut.* vide *l. 15, & de reb. cred.* 89 *l. 29. in fin. ff. soluto matrim.* vide *l. un. §. 13. C. de rei uxor. act.* 90 *l. 10. §. 14. ff. quæ in fraudem creditorum.* 91 *l. 30. vers. omnis autem. C. eod. l. 7. §. 4. C. de præscript. 30 annor.* 92 Mortem patris cum filiæ emancipatione hic comparari observa. *l. 22. in fin. pr. ff. ad Trebell. l. 3. C. de institut. & substit.* 93 V. *l. 41. §. 2. ff. eod.* 94 Erit. *Hal.* 95 Efficitur. *Haloand.* 96 Vide *l. 7. in fin. ff. eod.* 97 Promissa est dos: si vero ante nuptias ejus tempore, &c. *Hal.* 98 Imo tempore promissæ dotis. *l. 57. ff. eod.* 99 Invito etiam domino servus adquirit stipulando: vide *l. 32. ff. de adquir. rer. dom.* 100 Dotem domino adquirit servus stipulando dotem domini nomine.

1 Dotis sibi adquisitæ stipulatione servi dominus periculum & culpam non præstat, antequam dotis stipulationem ratam habuerit. *ut ff. eod.* 2 Dotem patri & domino adquirunt filii & servi non tantum stipulando, ut ff. fed & res ipsis dotales traditione accipiendo, *ut hic. §. 3. Inst. per quas personas cuique.* 3 Nomine ipsius domini: nam in persona servi impropriè dos constituitur. *l. si servus. 39. ff. eod.* 4 Id est, quoad. 5 Vel traditionem non habuerit. *Hal.* 6 Incerti conditione agimus, ut liberemur. 7 Imo, utrum maritus volet, vide *l. 9. §. 1. ff. de fundo dotali.* 8 *l. 78. in fin. ff. eod.* 9 Cur obligabitur? onus est paternum dotare filiam. *l. ult. C. de dotis promiss.* 10 *l. 31. in fin. ff. soluto. l. 45. §. 1. ff. de adquir. hered.* Goth. Vide Joann. Robert. *lib. 4 sent cap. 24.* Aust. 11 V. *l. dotis fructum. 7. ff. eod.* 12 *Subaudi*, futuro matrimonio. *Goth.* Vide ad hanc l. August. *emendat. lib. 1. c. 2. S. L.* 13 Dotis promissioni tempus adjectum currere incipit à tempore ipsarum nuptiarum. Cur ita? dotis solvendæ dies ante incipere non potest, quam dos ipsa sit, dos autem nulla est ante contractum matrimonium. 14 Terminus dotis solvendæ incipit currere à tempore contracti matrimonii, non a die promissionis: nec enim potest incipere dies solvendæ dotis, antequam sit dos. *Bald.* 15 Hæc enim conditio tacite inest. *l. 10. §. 4. ff. eod.* 16 Non deberi. *Haloand.* 17 Quod quis suæ filiæ nomine genero legaverit, id ipse dotis causa legasse intelligitur. 18 *Facere dotem*, est dicere, promittere. 19 *l. 41, §. 2. ff. eod.*

an culpa mariti ea pecunia exacta [21] non esset: cum [22] vero accepta fecit, omnimodo periculum ad eum pertinebit: perinde [23] enim est, ac si acceperit pecuniam, & eandem promissori donaverit.

De permutatione dotis. 1. Vel pignoris.

L. AFRICANUS lib. VIII [24] Quæstionum.

QUæ fundum in dote habebat, divortio facto, cum in matrimonium rediret, pacta est cum viro, *ut* [25] *decem in dotem acciperet, & fundum sibi restitueret*, ac datis decem, prius quam fundus ei restitueretur, in matrimonio decessit: Illud ex bona fide est, & negotio contracto convenit, ut fundus, quasi sine causa penes maritum esse cœperit, condicatur. §. 1. Et hoc evidentius circa [26] actionem pigneratitiam apparebit: Etenim si, cum fundum Cornelianum pignoris causa tibi tradidissem, postea ex conventione fundum Titianum in hoc [tibi] tradiderim, *ut Cornelianum mihi restitueres*: minime (puto) dubitandum erit, quin statim recte pigneratitia ad recipiendum Cornelianum agere possim.

De rebus filiæ emancipatæ donatis, posteaque in dotem datis.

LI. ULPIANUS lib. II Responsorum.

SI res, quas filiæ emancipatæ [27] pater donavit [28], ex voluntate ejus postea in dotem pro ea datæ sunt: à filia dotem, non [29] à patre videri datam.

De evictione.

LII. MARCIANUS lib. III Regularum.

NOn solum si *æstimatus fundus*, sed etiam si *non æstimatus* in dotem datus est, & alias, cum necesse non habeat mulier duplum [30] promittere, promisit: quia ipse fundus est in dote, quodcunque propter eum consecutus fuerit à muliere maritus, quandoque restituet [31] mulieri de dote agenti.

Si vir donandi causa à debitore mulieris, qui solvendo non erat, stipulatus sit.

LIII. NERATIUS lib. III Membranarum.

CUm vir uxori donare vellet, debitor mulieris, qui solvendo non [32] erat, dotem ei promisit: Ad id dunraxat [33], ad quod solvendo fuit, viri periculo ea res est: & si quid debitori ad solvendum facultatis accesserit, periculum ad eam summam, quæ accesserit, crescet; permanebitque, etiamsi rursus pauperior factus erit: quia neque tum, cum dos promitteretur, donatio facta est, nisi ejus pecuniæ, quæ à debitore servari non poterat; neque cum solvendo [is] esse cœpit, donationis causa permaneat, cum eo loco res sit, quo esset, si tum quoque cum promitteretur dos, locuples fuisset.

De rebus ex dotali pecunia comparatis.

LIV. GAIUS ad Edictum Prætoris * urbani *, titulo de Prædiatoribus [34].

RE s quæ ex dotali pecunia comparatæ sunt, dotales esse videntur [35].

De fidejussore.

LV. PAULUS lib. I ad Plautium.

CUm dotis causa aliquid expromittitur [36], fidejussor [37] eo nomine datus tenetur.

De morte Stichi dotis nomine solvendi. 1. Ubi debet esse dos. de oneribus matrimonii. 3. De impensis in res dotales factis.

LVI. IDEM lib. VI ad Plautium.

SI is, qui Stichum mulieri debet [38], in dotem delegatus sit [39]; & antequam solveret debitor, Stichus decesserit, cum neque per debitorem stetisset, quo minus solveret, neque maritus [in] agendo moram fecisset: periculo mulieris Stichus morietur: quamquam etiamsi moram maritus fecerit in exigendo, si tamen [etiam] apud maritum moriturus Stichus fuerit, actione dotis maritus non teneatur. §. 1. Ibi [40] dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt. §. 2. Post mortem patris statim onera matrimonii filium [41] sequuntur, sicut liberi [42], sicut uxor. §. 3. Quod dicitur, *necessarias* [43] *impensas ipso jure dotem minuere*: non [44] eo pertinet, ut si forte fundus in dote sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse, sed nisi impensa reddatur, aut pars fundi, aut totus retineatur. Sed si tantum in fundum dotalem impensum sit [45] per partes, quanti fundus est, desinere eum dotalem esse Scævola Noster dicebat: nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Si pecunia & fundus in dote sint, & necessariæ impensæ in fundum factæ, Nerva ait, dotem pecuniariam minui: Quid ergo, si mulier impensas marito solverit, utrum crescet dos, an ex integro data videbitur? Cujus rei manifestior iniquitas in fundo est, secundum Scævolæ Nostri sententiam: nam si desinit dotalis esse, poterit alienari: rursus quemadmodum poterit fieri dotalis data pecunia? an jam pecunia in dote esse videbitur? & magis est, ut ager in causam dotis revertatur, sed interim alienatio fundi inhibeatur [46].

Si creditrix filiifam. ei nupsit.

LVII. JAVOLENUS lib. I ex Plautio.

NUptura filiofamilias, si socero dotem ita promiserit, *quod* [47] *filius tuus mihi debet, id dotis tibi erit*: interesse puto, utrum filii obligatio, an patris persecutio, & in rem versum promissioni contineatur? Nam si id, quod filium dare oportet, significatum est; tota pecunia, in quam filius obligatus est, promissioni dotis continebitur: sin autem id, quod patrem de peculio, vel in rem verso præstare oportebit; æstimare debebit, quantum sit eo tempore id, quod [48] promittitur [49]: ut ea summa dotis esse videatur, qua patrem eo tempore filii nomine condemnari oportebit: quod si non evidenter apparuit, de cujus mulier obligatione senserit, præsumptionem ad filii debitum spectare verisimile est; nisi [50] evidentissime contrarium approbetur.

Si quis ei dotem promiserit, cui mulier nubere nolebat. 1. Si debem Pamphilam, quod debet in dotem acceperit.

LVIII. CELSUS lib. XIX Digestorum.

SI sponsalibus nondum factis Titio dotem Seiæ nomine promiseris, *cum ea nubere ei nollet*, tamen, si postea nupserit, dotem debebis: nisi aliæ nuptiæ mediæ [51] interveniissent. §. 1. Si mulier ancillam Pamphilam a Titio stipulata, deinde ei nuptura, *quod ut sibi debebat*, doti habere permisit, etiamsi non erit viri Pamphila, an ipsa [52] tamen Pamphila in dote & mulieris periculo erit? an & quod ea pepererit * reddi mulieri debebit *? quia, si in sua [53] causa prior stipulatio mansisset, non redderetur [54]: nisi forte refert, habuerit rem, quam debebat vir, quo tempore dos constituebatur (nam ita poterit videri res ipsa ad eum pervenisse); an non habuerit: nam si non habuerit, magis est, ut liberatio obligationis potius quam res ipsa ad eum [ita] pervenisse videatur: ideoque partus ejus non debetur.

De adjecto. 1. De fideicommisso. 2. Si quis pro libera opinata dotem dederit.

LIX. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

SI mulier ita dotem promiserit, *decem Tibi aut Titio doti erunt*, hoc casu dici potest, vel Titio [55] dari posse: sed de dote virum teneri, quemadmodum si Titio jussisset [56] dari: Nec mirum: cum etiam promissura viro dotem, possit delegante eo alteri promittere: etsi dici solet, alii quam marito dotis nomine mulierem non posse obligari: His enim casibus viro dos quæritur: non enim existimabimus illam ita promisisse, cum vel de Titii nuptiis cogitaret. §. 1. Ex asse [57] heres institutus, rogatusque mulieri dodrantem hereditatis restituere, jussu ejus quod debet doti promisit marito: Vereor [58], non sit obligatus: nam mulieri in hoc tenetur, ut hereditatem restituendo transferat actiones, & quas habet [59], & quibus est obstrictus: quas transferre ad alium quam [60] cui debet fideicommissum, non potest. Aliquis dixerit, incerti cum eo agi posse, ut fideicommissi præstet æstimationem: Huic ego consentire non possum: nam obligari mulieris debitorem ita æquum est, si [61] accipere idipsum, quod ei debetur, vir [62] potest. Sed ne indotata mulier esse videatur, dicendum est, ipsi mulieri ex Trebelliano restituendam esse partem hereditatis, quæ ei relicta est, ut ea suo marito pro dote eam solveret: quia & ad eam fideicommissum, & onera ejus pertinent; delegatione [63] propter nimiam subtilitatem & casus necessitatem minime obtinente.

§. 2. Ejus nomine [64] quæ libera videbatur, decem in dote dedisti: Eo casu habebis condictionem, quo habere potuisses, si mulieris liberæ nomine dedisses, nec nuptiæ secutæ essent. Si manumissa nupserit, ita demum dos erit, si ea mente dedisti, ut quandoque secutis nuptiis dos esset: Igitur, si mulieri donaturus dedisti, dominus condicet: quemadmodum si eum, qui sibi donaturus esset, mulier ipsam [65] donare [66] jussisset.

De curatore modum dotis constituente.

LX. CELSUS lib. XI Digestorum.

QUæro, quantæ pecuniæ dotem promittenti adultæ mulieri curator [67] consensum accommodare debeat? Respondit: Modus [68] ex facultatibus [69] & dignitate [70] mulieris maritique statuendus est, quousque ratio patitur.

1. Utrum res, an pretium curator in dotem dare debeat.

LXI. TERENTIUS CLEMENS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

SIve generalis [71] curator, sive dotis [72] dandæ causa constitutus sit, & amplius doti promissum est quam facultates mulieris valent, ipso [73] jure promissio non valet: quia * lege [74] rata non habetur auctoritas dolo malo facta: Quærendum tamen est, utrum tota obligatio, an quod amplius promissum est quam promitti oportuit, infirmetur? Et utilius est dicere, id [75], quod superfluum est, tantummodo [76] infirmare. §. 1. Iste [77] autem curator res dotis nomine tradere debet: non [etiam] ut vendat cuilibet, & pretium ejus in dotem det. Dubitari autem potest, an hoc verum sit: quid enim, si aliter honeste nubere non possit, quam ut pecuniam in dotem det; idque ei magis expediat? Atquin possunt res in dotem datæ plerunque alienari [78], & pecunia in dotem converti: Sed (ut expediatur Quæstio) si quidem res in dotem maritus accipere maluerit, nihil amplius quærendum est: sin [79] autem non aliter contrahere matrimonium vir patitur, nisi pecuniis in dotem datis, tunc officium est curatoris, apud eundem [80] intrare [81] judicem qui cum constituit, ut iterum ei causa cognita etiam viro absente permittat rerum venditione celebrata dotem constituere.

De restitutione in integrum.

LXII. MODESTINUS lib. V Responsorum.

TItia, cum esset minor viginti quinque annis, quartam hereditatis matris suæ communem sibi cum fratribus mutavit, & accepit pro ea parte fundum, quasi [82] emptione inter se facta: hunc fundum cum aliis rebus doti dedit: Quæro, si in integrum restituatur [83], & partem suam accipiat quartam, & reddat fundum: quid debeat maritus facere, an contentus esse debeat aliis rebus in dotem datis? Item quæro, si hæc decesserit, & heredes ejus in integrum restitutionem ex persona ejus petierint; & ipsi petant quartam partem, & illi fundum: an maritus cogatur restituere fundum, contentus in retentione lucri dotis cæteris rebus? Modestinus pro modo facultatum, & dignitate mulieris, *l. 61. l. 69. §. 5. ff. eod. l. 28. C. de episcop. audient. l. 7. l. 18. in fin. & de in rem verso. l. 43. ff. de legat. 3.* ita alimenta constituuntur pro facultatum ratione, *l. 2. C. de alimentis præstandis. l. officio. 2. l. jus alimentorum. 3. ff. ubi pupill. educ. l. 1. §. mulier. ff. de ventre in possess.* ut & impensa funeris, *l. & si quis. 14. §. hæc actio. 6. ff. de religiosis.* refectio ædificii. *l. quidam in testamento. 30. ff. de leg. 2.* Ita annonæ sacris personis, pro facultatibus Ecclesiæ præstandæ. *cap. transmissæ. 33. extra. de verbor. signif. cap. quoniam. 9. de vita & honestate cleric. cap. ex parte. 10. de concess. præb. cap. sopitæ. 14. extra de censib.* 70 Dos major est constituenda mulieri nobili quam ignobili: dummodo nobili nubat, non ignobili. *Bald.*

71 *l. 28. C. eod.* 72 Vide *l. 7. ff. de tutoribus datis.* 73 *l. 9. §. 1. ff. de minorib.*

74 Dolo malo auctoritas interposita lege rata non habetur. 75 Generalis curator non potest excedere modum in constitutione dotis: & si excedit, illud solum revocatur quod illegitime factum est. *Bald.* 76 Et utile per inutile non vitiatur. *l. 29. ff. de usur.* 77 Dotis constituendæ aut confirmandæ curator, bona immobilia mulieris dotis causa sine causa cognita alienare non potest. 78 Ut *l. ult. ff. eod.* 79 Curator potest vendere bona immobilia mulieris adultæ, & ei dotem constituere, causa tamen apud judicem cognita. *Bald.* 80 Vel alium comes petentem: quia decreta curæ & alienationis possunt interponi à diversis judicibus: nisi forte hic continentiam causæ dividi non oporteat. *Bald.* 81 Impetrare judicem. *Haloand.* verum suspicio est, hoc loquendi genus, *intrare apud judicem*, Triboniani stilum redolere; cum eo passim in legibus Justiniani utatur. 82 Permutatio habet vim emptionis. vide *l. 2. C. de rerum permutat.* 83 Nullum hic res alienum, nullum decretum judicis intercessisse dicitur, ideoque cum ipso jure nulla fuerit traditio, non videtur data esse restitutio. *l. 12. C. de præd. min.*

21 *l. si evertamur. 33. ff. eod.*

22 Maritus, qui liberavit expromissorem per acceptilationem, fingitur accepisse dotem, quam restituere ideo tenetur. *Bald.*

23 Qui accepto dotem tulit promissori, vel ab eo accepisse pecuniam vel ei dotem donasse fingitur. Acceptilatio, ficta solutio est.

24 Vide Cujac. 8 *ad Afric.*

25 Id est, pacta est, ut aliud pro alio acciperet, puta pro fundo decem, ut *l. 25. ff. eod.* Ita dos permutari pacto potest: nempe ut aliud reddatur.

26 Aliud pro alio pignus dari potest. *l. 9. §. 3. ff. de pignor. act.*

27 Sui juris.

28 *Tradere* videtur, qui per alium tradit: Si donatarius consentit donatori, ut is tradat rem dotatam, non tradens, sed donatarius ipse videtur eam tradere.

29 Profectitia non erit hujusmodi dos.

30 Nam ob quamlibet causam promitti potest de dupla. *l. 52. ff. de evict.*

31 Quæri hic potest, quod vir uxori debeat promittere dotis restitutionem. *l. 56. ff. soluto. l. 240. ff. de verb. signif.* debeat etiam promittere de lata culpa, & levi, & dolo. vid. *l. 17. ff. eod.*

32 Maritus, qui sciens accipit pro dote nomina non idonea, donare videtur.

33 Quid, si animum donandi non habuit? integrum periculum præstabit maritus. *l. promittendo. 41. §. si à debitore. ff. eod.*

34 *Vindex* est, qui alienam causam suscepit vindicandam, veluti quos nunc prædiatores vocamus. Boëtius in *Topic. Ciceronis.* vide Cujac. 5 *observ.* 29. Prædiatores sunt, quorum prædia ærario tenentur.

35 *l. 26. ff. eod. l. 22. in fin. ff. soluto.* Imo, non sunt dotales, cum uxori non quærantur, *l. 12. C. eod.* sed fiunt comparantis, *l. ultim. C. de serv. pign. dato.* vide quæ notavi ad *l. 48. in fin. ff. de furtis.* Cur tam varie? an tunc dotales censentur, quoties voluntate uxoris comparatæ sunt, ut Accursius ait? an quod viro ad inopiam redacto, possit uxor in hujusmodi res actione subsidiaria in rem uti, ut sensit Harmenopuli scholion, *lib. 4. t. 8.* & Græcus interpres Basilicon: vel utili, ut vox *videntur* hac in lege innuit, & confirmatur *l. 55. in fin. ff. de donat. inter virum & uxorem.* vide Cuj. 5 *obs.* 29. & quæ scripsi ad *l. 8. C. si quis sibi, vel alteri.* v. Anton. Fab. 5 *Conjectur.* 9.

36 Hæc lex non loquitur de uxore (ut male vulgo creditum est), sed de eo qui pro uxore promittit animo novandi, id est, de eo qui expromittit. 37 Qui ea de causa dari potest. *l. 5. §. 6. ff. eod.*

38 Vide *l. 80. ff. eod.* 39 Marito. 40 *l. 75. in fin. ff. eod. v. l. 65. in fin. ff. pro socio.* 41 Qui fuit in potestate patris sui. 42 Qui in parentum suorum potestatem recidunt mortuo avo. *l. 5. ff. de his, qui sunt sui. l. 46. ff. familiæ.* 43 V. *l. 1. ff. de impensis.* 44 *l. 5. ff. de impensis.* Dos expensis minui cum dicitur, num hoc dicitur, corpora ipsarum rerum dotalium minui? Respondeo: Nullum corpus, quod dotale semel fuerit, desinit esse dotale: pars tamen aliqua dotis, aut ipsæ res universæ retineri possunt, nisi impensæ reddantur. Retentio non mutat rerum dotalium qualitatem & naturam, *ut hic.* Quid, si per partes tantum in fundum dotalem sit impensum, quanti fundus est? Hoc casu Scævola putat, fundum dotalem esse desinere, nisi intra annum impensas obtulerit mulier. *vers. sed si.* Quid, si pecunia & fundus in dote sint? Dos pecuniaria minuitur sententia Nervæ, *vers. si pecunia.* sed vide *l. un. §. taceat. 5. C. de rei uxor. act.* Goth. Vide ad hunc §. Anton. Merend. *lib. 3 controv. cap. 3.* Ant. Adde Cujac. *lib. 23 obs. cap. 12.* S. L. 45 *Per partes reficere*, est minutatim reficere. 46 Fundus enim dotalis alienari non potest. *l. 3. ff. de fundo dotali.* 47 *l. 44. §. 1. ff. eod.* 48 In quod, *Contius.* 49 Imo tempore nuptiarum. *l. 45. ff. eod.* 50 Præsumptioni statur, donec probetur contrarium, *ut hic.* vide *l. 23. ff. quod met. caus.* Probatio hunc in modum admittitur, adversus juris præsumptionem. *arg. l. generaliter. 24. §. si pretium. 7. ff. de fideicommiss. lib. l. si extraneus. 6. ff. de condict. causa data.*

51 *l. 68. ff. eod.*

52 *l. 12. in fin. ff. eod.*

53 In suo statu.

54 Non redderet. *Haloand.*

nus respondit, nihil [84] proponi, cur marito dos [85] auferenda sit: sed in metam [86] æstimationem prædii mulier, vel ejus heredes condemnandi sunt, in hoc tempus referendam, quo in dotem datus est.

De redintegratione matrimonii & dotis.

LXIII. IDEM lib. singulari de Euremeticis.

STipulatio de dote reddenda ab [87] extraneo interposita, facto divortio statim committitur: nec redintegrato matrimonio actio stipulatori [88] quæsita intercidit: denuo igitur consentiente [89] stipulatore dos constituenda est, ne sequenti matrimonio mulier indotata sit, si modo ea dos non ab ipsa profecta sit, quam alius permissu ejus stipulatus est; tunc enim consensus ejus non est necessarius.

LXIV. JAVOLENUS lib. IV ex Cassio.

POst divortium mulier, si de dote maritus nihil cavit, & cum alii [90] nupsisset, postea ad priorem virum rediit: tacite [91] dos ei redintegratur [92].

De eo quod servus dotalis acquirit.

LXV. POMPONIUS lib. V ad Quintum Mucium.

SI legato aut hereditate aliquid servo dotali [93] obvenit, quod testator noluit [94] ad maritum pertinere [95], id soluto matrimonio reddendum est mulieri.

De usufructu in dotem dato.

LXVI IDEM lib. VIII ad Quintum Mucium.

SI usufructus [96] fundi, cujus proprietatem mulier non habebat, dotis nomine mihi à domino proprietatis detur: difficultas erit post divortium circa reddendum jus mulieri: quoniam diximus, usumfructum à fructuario cedi non [97] posse [98] nisi domino proprietatis; &, si extraneo cedatur, id est, ei qui proprietatem non habeat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum: Quidam ergo, remedii [99] loco, recte putaverunt introducendum, ut vel locet [100] hunc usumfructum mulieri maritus, vel vendat nummo uno [1], ut ipsum quidem jus [2] remaneat penes maritum, perceptio vero fructuum ad mulierem pertineat [3].

De pecunia dotis nomine data ab ancilla.

LXVII. PROCULUS lib. VII Epistularum.

P *Reculus nepoti suo salutem.* Ancilla [4] quæ nupsit, dotisque nomine pecuniam viro tradidit, sive sciet [ie] ancillam esse, sive ignoret, non poterit eam pecuniam viri facere: eaque nihilominus mansit ejus, cujus fuerat antequam eo nomine viro traderetur: nisi forte usucapta [5] est, nec postea, quam apud eundem virum libera facta est, ejus pecuniæ causam mutare potuit: Itaque nec facto quidem divortio, aut dotis jure, aut per condictionem repetere recte potest: sed is, cujus pecunia est, recte vindicat eam. Quod si vir eam pecuniam pro suo possidendo usucepit, scilicet quia existimavit mulierem liberam esse: propius est, ut existimem, eum lucrifecisse: utique, si antequam matrimonium esse inciperet, usucepit: Et in eadem opinione fum, si quid ex ea pecunia paravit, antequam ea dos fieret, ita ut nec possideat eam, nec dolo fecerit, quo minus eam possideret.

De confirmatione dotis ex postfacto.

LXVIII. PAPINIANUS lib. X Quæstionum.

DOtis promissio non [6] ideo minus valebit, quod ignorante initio patre nuptiæ [non] fuerint, si postea consenserit: cum * omnis dotis promissio futuri matrimonii tacitam [7] conditionem accipiat. Nam & si minor annis duodecim ut major deducta sit, tunc [8] primum petetur, cum major annis apud [9] eundem esse cœperit: quod enim volgatum est, *dotis promissionem in primis duntaxat nuptiis destinari* [10], *neque durare* [11] *obligationem, si post alterius matrimonium ei nubat, cui dotem promiserat*, tunc locum habet, cum intercesserunt aliæ nuptiæ.

Si post divortium mulier viro sciente sit in possessione. 1. De usuris. 4. De stipulatione dotis, non demonstrata re vel quantitate. 5. De modo dotis per tutorem constituendo. 6. Si patrona pro liberta dotem promiserit. 7. De evictione, 8. Et dominio rerum æstimatarum. 9. De partu ancillæ.

LXIX. IDEM lib. IV Responsorum.

CUm post divortium viro sciente mulier in possessionem prædiorum, quæ in dotem promisit [12], longo tempore fuerit, convenisse tacite [13] videtur, *ne dos quæ promissa fuerat, petatur*: & si petere ea cœperit, pacti exceptione à muliere repellitur.

§. 1. Mulier pecuniam sibi debitam à Seio cum usuris futuri temporis in dote promittenda demonstravit: Eas quoque dotis portionem esse [14], quarum dies post nuptias cessit, rationis est.

§. 2. Usuras dotis in stipulatum cum dote post divortium deductas, ex die [15] secundi matrimonii non esse præstandas placuit: quia nec sortis exactio locum habere cœpit: medii autem temporis debebuntur. §. 3. In domum [16] absentis [17] uxore deducta, nullis [18] in eam interea ex bonis viri sumptibus factis, ad exhibitionem [19] uxoris promissas usuras reversus vir improbe [20] petit.

§. 4. Gener à socero dotem, *arbitratu* [21] *soceri certo die dari*, non demonstrata [re vel] quantitate [22] stipulatus fuerat: Arbitrio [23] quoque detracto, stipulationem valere placuit: Nec [24] videri simile, quod, fundo non demonstrato, nullum esse legatum [25] vel stipulationem [26] fundi constaret: cum inter modum constituendæ dotis, & corpus ignotum differentia magna sit: dotis [27] etenim quantitas pro [28] modo facultatium patris & dignitate mariti constitui potest. §. 5. Nuptiis ex voluntate [29] patris puellæ cum filio tutoris jure contractis, dos pro modo facultatium & dignitate natalium [30] recte per tutorem [31] constituti potest. §. 6. Patrona dotem pro liberta jure promissam, quod evitterit ingrata, non retinebit [32]. §. 7. Cum res in dotem æstimatas soluto matrimonio, reddi placuit, summa declaratur, non [33] venditio contrahitur: ideoque rebus evictis, si mulier bona [34] fide eas dederit, nulla est actio viro, alioquin de dolo tenetur. §. 8. In dotem rebus æstimatis [&] traditis, quamvis [35] eas mulier in usu habeat, viri dominium [36] factum videretur. §. 9. Partum [37] dotalium ancillarum dotis esse portionem convenit: ideoque frustra pacisci virum, *ut inter uxorem & se partus communis sit.*

De favore dotis.

LXX. PAULUS lib. VI Quæstionum.

IN ambiguis [38] pro dotibus [39] respondere [40] melius est.

De periculo nominis dotalis.

LXXI. IDEM lib. XIII Quæstionum.

CUm [41] dotem mulieris nomine extraneus promisit, mulieris periculum est [42]: [sed] si maritus nomen secutus, usuras exegerit [43], periculum ejus futurum respondetur.

De omnibus bonis in dotem datis. 1. De dolo & culpa patris mariti. 2. Si mulier matrem quæ stipularetur, adhibuit.

LXXII. IDEM lib. VIII Responsorum.

MUlier bona sua omnia [44] in dotem dedit: Quæro, an maritus, quasi heres [45], oneribus respondere cogatur? Paulus respondit, cum quidem, qui tota ex repromissione dotis bona mulieris retinuit, à creditoribus conveniri ejus non posse, sed non plus esse in promissione bonorum, quam quod superest deducto [46] ære alieno. §. 1. [Paulus respondit], in rebus dotalibus etiam [47] patrem mariti dolum & culpam præstare debere.

§. 2. Paulus respondit. Si mulier de suo dotem dedit, & adhibuit matrem quæ stipularetur: potuisse eam [48] postea instrumentum dotale mutare.

De muto, surdo, cæco. 1. Quibus ex causis stante matrimonio dos muliери reddi potest.

LXXIII. IDEM lib II Sententiarum.

MUtus, surdus, cæcus, dotis nomine obligantur: quia [49] & nuptias [50] contrahere possunt. §. 1. Manente [51] matrimonio, non perdituræ [52] uxori ob has causas dos reddi [53] potest, ut sese suosque alat, ut fundum idoneum emat, ut in exilium, ut [54] in insulam relegato parenti [55] præstet alimonia, aut ut egentem virum, fratrem, sororemve sustineat.

De sponsa minore duodecim annis.

LXXIV. HERMOGENIANUS lib. V juris Epitomarum.

SI sponsa dotem dederit, nec nupserit; vel minor duodecim annis, ut uxor habeatur: exemplo dotis, condictioni, favoris ratione, privilegium [56], quod inter personales actiones vertitur, tribui placuit.

Cujus sit dos.

LXXV. TRYPHONINUS lib. VI Disputationum.

QUamvis in bonis [57] mariti dos sit, mulieris [58] tamen est: & merito placuit, ut si in dotem fundum inæstimatum dedit, cujus nomine duplæ stipulatione cautum habuit, isque marito evictus sit [59], statim eam ex stipulatione agere posse: Porro cujus interest non esse evictum quod in dote fuit, quodque ipsa evictionem pati creditur ob id quod eum in dotem habere desiit, hujus [60] etiam constante matrimonio, quamvis apud maritum [61] dominium sit, emolumenti [62] potestatem esse creditur, cujus etiam matrimonii onera maritus sustinet.

De donatione mortis causa, vel promissione in tempus mortis collata.

LXXVI. IDEM lib. IX Disputationum.

SI pater mulieris mortis suæ causa dotem promiserit, valet promissio: Nam & si in tempus, quo ipse moreretur, promisisset, obligaretur: sed si convaluerit, cur ei non remittatur obligatio per condictionem [63], atque si stipulanti quivis alius promisisset, aut dotem alicujus nomine? nam [64] ut corporis vel pecuniæ translatæ, ita obligationis constitutæ mortis causa condictio est. Non idem dicendum est in persona mulieris, si [mulier] mortis [suæ] causa dotem promiserit: quia nisi matrimonii oneribus serviat, dos nulla est.

De usuris.

LXXVII. IDEM lib. X Disputationum.

SI mulier debitori suo, qui sub usuris debebat, nuptura dotem promisisset, *quod ut sibi deberet*: post contractas nuptias secuti temporis usuras non [65] esse dotales: quia illa obligatio tota tolleretur, perinde ac si solutum debitum mulieri in dotem ab ea datum esset.

De usufructu, 4. Vel communi fundo in dotem dato. 5. De eo, qui per errorem promisit.

LXXVIII. IDEM lib. XI Disputationum.

CUm in fundo mariti habens mulier usumfructum [66], dotis causa eum marito dedit, quamvis ab ea ususfructus decesserit, maritus tamen non [67] usumfructum habet, sed suo fundo quasi dominus utitur [68], consecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non separatam usufructu [69]: nec est, quod non utendo maritus amittat. Divortio autem facto constituet [70] in eodem fundo usumfructum mulieri. Quod si in matrimonio decesserit uxor, nihil emolumenti ob dotem habere videtur maritus: quia etsi uxorem eam non duxisset, fructuariæ morte finitus usufructus ad proprietatem rediret: ideoque [71] nec in funus confert mulieris.

§. 1. Plane si pater filiæ nomine, qui in fundo generi usumfructum habebit [72], dotis constituendæ gratia eum dederit, & in matrimonio mortua fuerit: habebit ex sua persona usufructus petitionem. §. 2. Quod si mulier in fundo suo marito usumfructum dotis causa constituerit, tunc ex mariti persona erit usufructus proprie: qui & non [73] utendo ipsius [74] pereat. Quod si acciderit, videamus, an etiam nunc dotata sit mulier? Et, si quidem dominium apud mulierem est fundi, ad quem reversus est usufructus, nihil jam in dote habet, quod actione dotis consequatur ab

---

84 In hac hypothesi, an idem erit, si mulier alicui privato condemnata sit constante matrimonio? Baldus ait.

85 Id est, fundus dotalis adjudicatus ab uxore ex causa permutationis. & sic se tenet, quæ ex causa restitutionis in integrum executionem contra mulierem restituta meretur, non tamen meretur exceptionem in re dotali. *Paul.*

86 Veram, Græci.

87 *l. 42. in fin. ff. solut.*

88 Ex stipulatu.

89 Consentente. *Hal. l. 7. C. de nuptiis.* facit. 12. §. 11. ff. *solut l 29. §. 1. ff de pact. dot.* & hic jus quæritum tertio sine ejus facto auferri ei non potest.

90 *l. penult. §. 5. ff. sol.*

91 Imo, tunc tantum, cum id actum est. *l. 30. ff. eod.*

92 Vafrillo si dominio suo recollatus fuerit, tacite feudum reintegrari, hinc Baldus colligit.

93 Non æstimato. *Basil.*

94 Ubi de voluntate testatoris non constat, quod in dubio judicandum est, legatum servo dotali relictum, favore mulieris relictum videtur. *Bald.*

95 Id est, eum lucrari.

96 Ut *l. 57 ff. solut.*

97 Imo potest, *l. 12. §. 2. ff. de usufruct.* vide quæ notavi ad *l. 11. §. 2. ff. de pign.*

98 *Inst. de usufr. in fin.*

99 Cautionem Jurisconsulti observa. Hæc remedia sunt *hujusmodi*, id est, *cautiones & cautelæ*, ut nunc loquuntur pragmatici.

100 Usumfructum qui locat, jus suum semper retinet, nec eo se abdicat.

1 Id est, imaginarie, *l. 46. ff. locati.* Venditio uno nummo fit interdum expediendarum rerum gratia. *Inst. de testam. in princ. & §. 6. Inst. quib. mod. jus patriæ potestatis.*

2 Vide *l. ult. C. de donat.* Decimarum jus licet non possit concedi laïco, ipsam tamen perceptionem concedi posse, hinc Baldus colligit. Jus, vim legis: perceptio, factum ostendit. jus penes unum esse potest: perceptio penes alium.

3 Nec dum tamen nodus subtilitatis solutus est: Quid, num me mortuo juris usufructuarii dominio, atque marito, mulier usufructu privabitur, ut is perpetuo domino consolidetur? Vel hic locus satis ostendit in jure opus esse magna æquitate, & *ἐν ψαλτῇ* interdum, rejecta subtilitate nimia, res ipsas esse considerandas. 4 Adde *l. 39. ff. eod.*

5 Atqui non potest usucapi. *l. 1. in fin. ff. pro dot.* 6 Vide *l. 63. ff. eod.* 7 *l. 10. §. 4. ff. eod.* 8 Vide *l. 10. ff. de condit. & demonst.* 9 *l. 69. §. 1. ff. eod.* id est, apud eundem deducta fuerit. de quo more dixi ad *l. penult. ff. de donat. inter virum.* & *l. 15. ff. de condit. & demonstrat.*

10 Deitinare. *Haloand.* 11 Vide *l. 58. ff. eod.* 12 Nec tradidit marito. 13 Vide *l. 26. ff. de probat.* Taciti pacti exceptio ex tempore, & diuturna taciturnitate inducitur. 14 Si vir eam non aluerit. *Accurs.* aliæ illæ usuræ non erunt dotales. *l. 77. ff. eod.* 15 *l. 30. ff. eod.*

16 *l. 68. ff. eod.* dixi de eo more ad *dict. l. penult. ff. de donat. inter virum & uxorem. & d. l. 15.* 17 Vide *l. 5. 6. 7. ff. de ritu nupt.* 18 *l. 42. §. 2. ff. solut.* 19 Alimenta. 20 Jure civili: probe vero, jure Canonico. *c. salubriter. 16. extra de usur.* Bald. 21 *l. 3. C. de dot. promiss.* Goth. Promissio incerta valet favore dotis. Vide Afflict. *decis. 337. num. 9. & decis. 371. per tot.* Dec. *cons. 536. num. 10.* Menoch. *de arbitr. cas. 149. num. 26.* Adde *l. 3. C. de dot. prom.* Videtur obstare *l. 1. d. t.* conciliat Charond. *lib. 1 verisimil. cap. 17.* Anf. 22 Quod fieri potest.

23 Id est, licet simpliciter dixerit, *dotem do.* Est hoc in dote speciale, ut in arbitrium promittentis dotis constitutio committatur, non demonstrata quantitate: utque dotis stipulatio valeat, etiamsi, qui jus habet arbitrari, non arbitretur, *nt hic.* regulariter secus est. vide *l. 43. ff. de verbor. oblig.* 24 Ratio dubitandi. 25 Paul. 3 *sent. 6. c. 13. §. 25. Inst. de legat.* Ulp. 2. §. 4.

26 *l. 75. ff. de verb. oblig.* 27 Et summæ legatæ. *l. 30. ff. de leg. 2.* 28 *§. 5. ff. l. 60. ff. eod.* 29 Alias non potest. *l. 66. ff. de ritu nuptiar.*

30 Gentis, familiæ. *d. l. 60.*

31 In extraneo tutore hoc novum non est. *l. 61. in princ. ff. eod. l. 7. ff. de tut. dat.* Ut autem eidem tutori & patri liceat, minus, cum in rem suam auctor fieri videatur, quod prohibitum est. *Inst. de auctor. tut. in fin.*

32 Multo minus ea data condicer. *l. 24. C. eod.*

33 Imo, si res æstimatæ marito datæ sint, non modo per fictionem, *l. 9. in fin. ff. qui potior.* sed revera venditæ ei videntur. *l. 10. §. 4. in fin. ff. hoc tit.*

34 *l. 1. C. eod.*

35 Ratio dubitandi, id est, quamvis eas res ipsamet mulier utendo consumat & atterat.

36 Et periculum. *l. 51. ff. solut.*, & earum æstimationem debet *l. 10. ff. eod.*

37 *l. un. §. 9. C. de rei uxor. act.*

38 Imo misereor eidem duc Titium Mævio creditori, & Gaiæ dotis nomine res suas obligasse: Hoc illo antiquius instrumentum probabitur.

39 *l. 85. ff. de regul. jur.* & eodem modo pro iis, quæ doti comparantur.

40 Id enim dotis favor exigit. *l. 9. §. 1 ff. eod. l. 1 ff. solut. l. ult. C. ad Velleian. l. 12. C. qui potior.*

41 *Harmen. 8. §. 15.*

42 Nisi maritus ipse in mora exigendi fuerit. *l. 33. ff. eod.*

43 *Al* Exegerit; id est, si maluerit usuras à promissore dotis exigere, quam ipsam fortem, isque promissor lapsus sit facultatibus, mariti periculum erit: Atque ita culpa facit is, qui cum possit fortem exigere, solas usuras exigit. facit *dict. l. 33. & l. 35. ff. eod.*

44 Id enim potest. *l. 4. C. eod.*

45 Vide *l. 2. §. 1. ff. de collat. bon.*

46 Siquidem heres mulieris tenetur, *l. 27. C. eod.*

47 *l. 46. ff. eod. l. 36. ff. de pecul.*

48 *l. 2. in fin. C. eod.*

49 Dotis nomine potest obligari, qui potest nuptias contrahere. adde *l. 8. ff. de pact. dotalib.*

50 *l. 43. ff. de vulg.*

51 Id est, constante.

52 Ut in *l. 31. §. 9. ff. de donat. inter virum.* Perdituræ dotem uxori dos reddi non potest: Perdituro qui solvit debitum, mala fide solvisse intelligitur; & proinde nec liberari videtur.

53 Alias repræsentatio donationis est species. *l. ult. ff. eod. Novell. 22. c. 39.*

54 Vel.

55 *l. 21. ff. solut.*

56 Vide *l. 17. in fin. ff. de reb. auct. jud.*

57 *l. 7. §. 3. ff. eod. l. 21. §. 4. ff. ad Municip.* Goth. Vide Joann. Robert. *lib. 3 sentent.* 58 *l. 9. circa fin. §. 1. ff. de fundo dotali.*

59 Vide *l. 22. §. 1. ff. de evictione.* 60 Huic etiam, *Haloand.* id est, mulieri. 61 *d. §. 3.* vide Robert. 3 *sentent. 8.* 62 *l. 10. §. 1. ff. eod.* 63 *l. 7. §. 3. ff. eod.* vide *l. 30. ff. de mort. caus.* 64 Argumentum à corporalibus ad incorporalia. facit *l. 20 ff. de statu homin. l. sicut re corporali. 8. ff. quibus modis pignus.* 65 Imo sunt dotales. *l. 69. §. 1. ff. eod.*

66 Vide *l. 57. ff. solut.* 67 *l. 21. §. si fundum. 3. ff. de except. rei judicatæ.* Totum juris & incorporale qui habet, partem ejus, juris potestate à suo toto dividuam non habet. potest res sua cuiquam servire. *l. 26. ff. de servitut. urban.* 68 Nec enim 69 Ab usufructu. 70 *d. l. 57.*

71 Vide *l. 16. ff. de religiosis.* 72 *Al.* habebat. 73 Ut in *l. 33. ff. eod. Haloand.* 74 Ipsi perit.

ab eo, cui quod non utendo amisit usumfructum imputari non potest, ex quo [75] ipsa lucrum habet: ideoque indotata erit. Quod si alienaverit uxor proprietatem, quæ sine ullo mulieris emolumento plenior facta est, adhuc dotata est: quia dotis actione teneri debet maritus qui, quando [76] licuit usufructu uti, amisit eum non [77] utendo, nam, si habere perseverasset usumfructum ad divortium, commodo mulieris cederet ejus restitutio: quia etsi non protinus ad ipsam transiret, tamen vel [si] pretio, vel beneficio, sine incommodo mulieris, ad proprietatem reverteretur: Si autem usumfructum maritus non amiserit, morte mulieris non finitur ususfructus apud maritum. Divortio autem facto, primo videamus & in hac, & in superiore specie, an pro rata temporis ejus anni dividantur fructus? Quod probandum est: Ipsius autem restitutio ita fiet, ut habenti mulieri fundum ususfructus cedatur [78], & ita cum proprietate consolidetur. Sed etsi non sit fundi domina, nihilominus competit dotis actio, *ut dimittat à se maritus usumfructum*: nam vel ex empto actione adhuc, *ut usumfructum præstet*, mulier tenetur, aut pretium ejus consequi sperat, aut cuivis magis gratiam præstare, quam relinquere apud inimicum [79] jus ad se [80] translatum, licere ei civile est. §. 3. Uxor viro usumfructum [81] dotis nomine dedit: manente matrimonio eidem fundum [82] vendidit: Quæsitum est, divortio facto, quid dotis judicio reciperare debeat? Dixi referre, quanti fundus venisset: Nam si nudæ proprietatis æstimatio facta fuisset, mulier dotis judicio pretium ususfructus reciperare debet. † Quid ergo est, si vir ante litem contestatam mortuus fuisset? heredes ejus nihil præstituros: Nam etsi quilibet alius emptor proprietatis extitisset, heres viri nihil mulieri præstaret, scilicet usufructu reverso ad proprietatem: Cæterum si fundus totus veniisset, quanti debet venire (non) detracto usufructu intellegi mulierem dotem, manente [83] matrimonio, recepisse. §. 4. Si fundus communis in dotem datus erit [84], & socius egerit cum marito communi dividundo, adjudicatusque [85] fundus socio fuerit: in dote erit quantitas, qua socius marito damnatus fuerit: aut si, omissa licitatione, extraneo addictus is fundus fuerit, pretii portio quæ distracta est: sed [86] ita, ut non [87] vice corporis habeatur, nec divortio secuto præsenti die quod in numero [88] est restituatur [89], sed statuto *tempore * solvi debeat. Quod si marito fundus fuerit adjudicatus, pars utique data in dotem dotalis manebit: divortio [90] autem facto sequetur restitutionem, propter quam ad maritum pervenit, etiam altera portio, scilicet ut recipiat tantum pretii nomine à muliere, quantum dedit ex condemnatione socio: Nec audiri debebit alteruter eam æquitatem [91] recusans; aut mulier in suscipienda parte altera quoque, aut vir in restituenda. Sed an constante matrimonio non sola pars dotalis sit, quæ data fuit in dotem, sed etiam altera portio, videamus? Julianus de parte tantum dotali loquitur: Et ego dixi in auditorio [92], illam solam dotalem esse.

§. 5. Si marito dotis nomine stipulanti [93] promisit [94] per errorem [95] is qui exceptione tutus erat, ne [96] solvat, cogetur ei solvere: & habebit condictionem adversus mulierem, aut patrem, uter eorum delegavit, ob id quod indebitum marito promisit aut solvit.

De dote profecta ab avo. 1. *De promissione* cum commodissimum erit.

LXXIX. LABEO lib. VI Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

AVus nepris nomine filio [97] natæ genero dotem dedit & moritur: Negat [98] Servius, dotem ad patrem reverti [99]: & ego cum Servio sentio, quia non potest videri ab eo profecta, quia [100] nihil ex his sui habuisset. §. 1. Pater filiæ nomine centum dotis ita promisit [1], *cum commodissimum esset*: Ateius scripsit, Servium respondisse, cum primum sine [2] turpitudine & infamia dari possit, deberi.

Si debitor mulieris sponso promiserit.

LXXX. JAVOLENUS lib VI ex Posterioribus Labeonis.

SI [3] debitor [4] mulieris dotem sponso promiserit, posse [5] mulierem ante nuptias à debitore eam pecuniam petere, neque eo nomine postea debitorem viro obligatum futurum, ait Labeo: Falsum est: quia ea promissio in pendenti esset, donec obligatio in ea causa est.

De nummis alienis.

LXXXI. PAPINIANUS lib. VIII Quæstionum.

PAter filiæ nomine nummos alienos [6], quos mutuos acceperat, aut in causam crediti receperat, in dotem dedit: Consumptis [7] his, dos profectitia efficitur.

LXXXII. PROCULUS lib. V Epistularum.

CUm uxor virum suum, quam pecuniam sibi [8] deberet, in dotem filiæ communis dare jusserit, & id fecisse dicatur: puto animadvertendum esse, utrum eam dotem suo, an uxoris nomine dedit: si suo [9], nihilominus uxori eum debere [10] pecuniam; si uxoris nomine dederit, ipsum ab uxore liberatum esse.

Si debitor mulieris sponso promiserit.

LXXXIII. JAVOLENUS lib. VI Posteriorum Labeonis.

SI [11] debitor mulieris dotem sponso promiserit, non [12] posse mulierem ante nuptias à debitore [eam] pecuniam petere: quia ea promissio in pendenti esset, donec obligatio in ea causa est.

In quantum condemnatur qui dotem promsit.

LXXXIV. LABEO lib. VI Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI de dote promissa agitur, non oportet in quantum facere potest condemnari eum qui promisit. Paulus: Imo, quod [13] ad extraneum attinet, semper [14] hoc verum est: Cæterum si manente adfinitate dotem promissam gener à socero perit, utique in quantum facere potest socer condemnabitur: si dirempto matrimonio petitur, ex causa [15] & persona id tribuendum puto: Quid enim, si socer specie futuræ dotis induxerit genero [16], &, cum sciret se præstare dotem non posse, id egerit, ut genero insidiaretur [17]?

De dote mulieri reddita, manente matrimonio.

LXXXV. SCÆVOLA lib. VIII Digestorum.

FUndum filiæ [18] nomine pater in dotem dederat: hujus heredi filiæ ex asse, creditoribus urgentibus patris, utilius [19] videtur potius fundum qui dotalis est distrahere, quod minus fructuosus sit [20], & alios hereditarios uberiore reditu retinere: maritus consentit [21], si nulla in ea re captio sit futura: Quæro, an [ea] pars dotis, quæ in hoc fundo est, mulieri manente [22] matrimonio recte solvatur? Respondit, si pretium [23] creditori solvatur, recte solutum.

18 Ad minores hoc extendunt interpretes. *l. 7. §. de rebus eorum.*
19 *l. 61. ff. eod.*
20 Fundum dotalem posse distrahi ex causa utili mulieri & marito, hinc colligi.
22 Adde alios casus posse solvi mulieri

tur. 21 Maritus consensit, si nulla in ea re captio futura sit. *Haloand.* 22 ex *l. 73. §. 1. ff. eod.* 23 *l. 73. in fin. ff. eod. l. 20. §. soluto.* Hinc nota, non ex causa voluntaria, sed ex probabili.

TIT. IV.

DE PACTIS [1] DOTALIBUS.

1 V C. XIV. 28 *Eclog.* 11.

De pacto post nuptias. 1. *De personis paciscentibus.*

1. JAVOLENUS lib. IV ex Cassio.

PAciscì post [2] nuptias, etiam si nihil ante convenerit, licet. §. 1. Pacta quæ *de reddenda dote* fiunt, inter [3] omnes fieri oportet qui repetere dotem [possunt], & à quibus repeti potest: ne ei, qui non interfuit, apud arbitrum [4] cognoscentem pactum non prosit.

2 *l. 12. §. 1. l. 29. §. cod. l. 2. §. 3. in fin. ff. de reb. cred.*
3 *l. 7. §. cod.*
4 *Al.* arbitrium.

De dote apud virum mensura.

II. ULPIANUS lib. XIX ad Sabinum.

SI convenerit, *Ut quoquo modo [5] dissolutum sit matrimonium liberis intervenientibus dos apud virum remaneret*: Papinianus Juniano Prætori respondit, morte mariti [6] finito matrimonio, neque convenisse videri dotem remanere: & si conveniisset, non esse servandum pactum contra dotem, cum mariti mortalitas intervenit.

5 Hæc verba latissime patent. Interim nota, Generalibus verbis, casus, qui jure non valent, non contineri. *Bald.*
6 Facit *l. 1. §. de de dote præleg.*

De divortio.

III. PAULUS lib. III ad Sabinum.

PActa conventa, quæ *in divortii tempus* collata sunt, non [7] facto divortio locum non habent.

7 Id est, pactum collatum in casum divortii, non habet locum in casum mortis naturalis. *Bald.* adde *l. 22. §. soluto.*

De fructibus in dotem convertendis.

IV. ULPIANUS lib. XXXI ad Sabinum.

SI convenerit, *ut fructus in dotem converterentur*, an valeat conventio? Et Marcellus ait lib. VIII Digestorum, conventionem non valere: prope [8] enim indotatam mulierem hoc pacto fieri. Sed ita distinguit, [ut] si quidem fundum in dotem dederit mulier, ita *ut [9] maritus fructus redderet*, non esse ratum pactum; idemque [esse] & si usumfructum in dotem hoc pacto dedit: quod si conveniisset de fructibus reddendis, hoc est, *Ut in dote essent fructus, quosquos percepisset*, & fundus vel ususfructus in hoc traditus est, non ut fundus vel fructus fieret dotalis, sed *ut fructus [10] perciperet dotis futuros*, cogendum [11] de dote actione fructus reddere: Erunt igitur in dote fructus, & fruetur iste usuris, quæ ex fructibus collectis & in [12] sortem redactis percipi possunt. † Ego utrubique arbitror interesse, qua contemplatione dos sit data: ut si ob hoc ei majorem dotem mulier dedit, quia fructus volebat esse dotis, contento marito ea pecunia quæ ex usuris redituum colligitur, posse dici conventionem valere: nec enim videtur sterilis [13] esse dos: Finge quadragena annua esse reditus apud eum, qui non acciperet in dotem, nisi hoc convenisset, plus trecentum: uti boni consuleret, tam uberem dotem consecutus? Et quid dicimus, si pactum tale intervenit, *ut maritus [14] fructus in dotem converteret, & mulier se suosque aleret [15], tuereturve, & universa onera sua expediret*? quare non dicas conventionem valere?

8 Faria sunt, prope non habere dotem, vel habere sterilem & penitus infructuosam. *Bald.*
9 Pactum *ut maritus fructus debite reddat*, non valet, *ut hic.* Cur non valet? dos hoc casu sterilis marito intelligitur: vide tamen quæ mox dicentur.
10 Ex fructibus usuras.
11 Pactum *ut res dotalis fructus maritus* restituat, non valet, ut *ff. distinguit est.* Pactum, *ut fructus rerum uxoris in dotem vertat*, valet, *ut hic.* vel ita: Pactum rei dotali adjectum, ut ejus fructus restituat maritus, inutile est, ut eo pacto neglecto vir fructus lucretur: Pactum vero adjectum fructibus, ut eos in dotem maritus vertat, valet: neque illo casu vir lucratur fructus, sed utilitatem illam tantum, quam medio tempore adquirere ea pecunia poterat. Ita Marcellus videtur distinxisse: Tu sequere Ulpiani sententiam, & die, spectandum esse quo animo dos sit data: Quid enim, si fructus rerum ad uxorem pertinentium maxime sint? Rerum suarum fructus uxor eo casu in sortem verti seu sortem effici, recte stipulari potest: & eorum tamen fruendorum utilitatem marito suo servare & concedere: Potest enim accidere, maritus ut illorum fructuum usu optime, pro

De moribus. 1. *De rebus donatis, vel amotis.* 2. *De impensis in res dotales factis.*

V. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

ILlud convenire non potest, *Ne [16] de [17] moribus [18] agatur, vel plus vel minus exigatur*: ne publica [19] coërcitio privata pactione tollatur. §. 1. Ac ne illa quidem pacta servanda sunt, *Ne [20] ob res donatas* vel *amotas [21] ageretur*: quia altero pacto ad furandum mulieres invitantur; altero jus civile impugnatur. §. 2. Et si convenerit, *Ne [22] ob impensas necessarias ageretur*, pactum non est servandum: quia tales impensæ [23] dotem ipso jure minuunt.

16 *de* moribus agatur. 17 Ut & injuriarum. *l. 27. §. 4. ff. de pact.* Ita pactum, per quod quis ad delinquendum invitatur, non valet. *Bald.* 18 Hodie judicium de moribus est sublatum. *l. 11. in fin. C. de repud.* Cæterum de retentione dotis ob mores vide *l. unic. C. de rei uxorie act.* Ulpian. *titul. 6. §. 10. 12. 13.* 19 Publica coërcitio privata pactione tolli non potest. 20 Dotl pactum adjectum, *ut ne reperantur res donatæ, vel amotæ*, non valet. *Goth.* Adde *l. 5. C. de pact. conv.* Item non valet pactum dotale si mulier adhuc superstes indotata reddatur, *l. 2. & l. 4. h. t.* vel conditionem dotis faciat deteriorem. *l. 6. l. 19. h. t.* vide *auth. aqualitae. C. de pact. convent.* Anf. 21 Nota hac in lege tria pacta impugnari, ne scilicet repetam donata, amota, impensas necessarias. 22 Pactum, *ut ne impensæ necessariæ reperantur*, non valet. 23 Vide *l. 15. §. de impens. in res dot.* 24 Contra quam in commodato. *l. 5. §. 10. ff. comm.* 25 Vide hic Zas. *intellect. singul. cap.* 1. Joann. Robert. *lib. 1 recept. sent. cap.* 12. Anf. 26 *l. 1. §. 1. ff. eod.* 27 *l. 20. §. 1. §. eod. l. 29. in fin. princ. §. soluto.* 28 Non filiæ: cujus causam deteriorem reddere non potest. *l. 28. ff. de jure dotium.*
29 Sed si filia, *Ital.* nam si filia, Conanus 8 *Comment.* 9. reprehensus à Roberto 2 *recept.* 11.

75 Culpam objicere ei nemo recte possit, a quo ejus culpæ nomine lucrum sentiat, *ut hic.* quod tamen in praescriptionibus non obtinet, negligentium res suas odio, & posterorum favore.
76 *l. 18. §. 1. vers. Objicitur. §. soluto.*
77 *l. 25. ff. quib. modis ususfr.*
78 *V. l. 57. §. soluto.* Atqui ususfructus cedi non potest. *l. 65. ff. eod.* Dic, cedi proprietariæ, *hic.* adde *§. finitur. Inst. de usufruct.*
79 Maritum sc. ut merito sit hoc notandum, maritum post divortium uxoris *inimicum* appellari, ut *l. 39. §. de pœnis.* quod admitti potest, nisi bona gratia divortium factum fuerit.
80 A se translatum. *Ital.*
81 Nudum fundi alicujus.
82 Proprietatem nudam. *Basil.*
83 Dos constante matrimonio recte uxori solvi potest, eaque soluta maritus liberatur, *ut hic.* quatenus tamen uxor locupletior est facta, non ulterius.
84 Id enim fieri potest. Sed quomodo? *v. l. 2. C. de fundo dotali.*
85 *l. 7. §. 13. ff. comm. divid. l. 13. §. 17. ff. de act. empt.*
85 Pretium licet in universalibus succedat loco rei, *l. fin. l. si & rem. 22. ff. de petit. hered l Imperator 70. in fin. §. de legat. 2.* non tamen ita succedit pretium loco rei, ut quo tempore peti potuerit res, eodem & pretium peti possit, *ut hic.*
87 Jure Digestorum differentia fuit bonorum dotalium immobilium, & mobilium: illa, statim: hæc, sua die reddebantur. *Bald.*
88 Id est, quod constat numero, ut pecunia, *Contius.* quod in numerato est. *Hal.* In numerato, id est, in manu. *Bud.*
89 *l. un. §. 7. vers. exacti. C. de rei uxor. act.*
90 In dotem quoties datur res communis, soluto matrimonio restituere maritus debet, quidquid ad eum ex ea re communi pervenit.
91 Suviti interdum emere & vendere cogimur. vide quæ scripsi ad *l. 16. C. de adq. hered.*
92 Auditorium Principis forte intelligit, ut *l. lecta. 40. ff. de reb. cred.*
93 *l. 9. §. 1. ff. de don. caus. data.*
94 Delegatus marito per mulierem vel ejus patrem.
95 *l. 46. in fin. ff. eod.*
96 *Nec solvat.*
97 Ex filio. *Hal.* & ita avus paternus.
98 Jure Digestorum filiusfamilias habuit heredem in dote adventitia. *Bald.*
99 Imo, debet reverti. *l. 6. §. de collat. bon.*
100 Qui nil. il. *Hal.*

1 Quo loco veteres prudenter scripserant *doti dicere*, Tribonianus substituit *doti promittere*, insulsa loquendi formula, *ut hic. & l. 31. §. 1. l. 44. §. 1. §. sol. l. 31. in fin §. de novat.* adde *l. 1. C. hoc tit.* Cujac. ad *tit. 6.* Ulp. 2 *Posse*, i. sufficere honestum: non possumus facere, quod honeste non possimus, quod contra bonos mores possumus. vide *l. 15. in fin. §. de cond. inst.* 3 Iteratur hæc lex in *l. 83. §. eod.* 4 *l. 36. l. 41. §. 2. l. 56. ff. eod. l. 83. §. eod.* 5 Sententia Labeonis, quæ mox à Javoleno rejicitur. 6 *l. 6. §. 1. ff. eod.* Goth. Vide Cujac. *lib. 13 obs. cap. 18.* Anf. 7 *V. l. 94. in princ. & §. 2. §. de solut.* 8 Id est, mulieri. 9 *l. 17. in fin. §. de solut.* 10 Et manere obligatum. 11 Iterata est hæc lex in *l 80. ff. eod.* 12 Hæc est Javoleni sententia, quam Tribonianus probavit, rejecta Labeonis contraria. 13 *l. 49. ff. de pœtis.* 14 Id est, sive constante matrimonio, sive eo soluto agatur: nam semper agitur in solidum. 15 *l. 17. §. soluto matrimonio.* vide Zas. 1 *Intellect. 5. & 2 Responf. 9.* 16 Generum. 17 Beneficia ob delictum & malusicium amitti hinc colligit Baldus.

proderit, neque nocebit ei. † Si vero filia sola pacta fuerit, quo pacto melior conditio patris fiet, proderit & patri: quoniam per filiam patri adquiri potest, per patrem filiæ [30] non [31] potest.

† Si vero sic pacta sit filia, ut noceat [32], ipsi quandoque filiæ agenti nocebit pactum, patri vero nullo modo nocebit, nisi adjecta [33] quoque filiæ persona experiatur. Dicendum est, paciscendo filiam patris conditionem deteriorem facere non posse eo casu, quo mortua ea in matrimonio dos ad patrem reversura est.

30 In potestate, scilicet, aliud enim in emancipata. *Bald. hic.*

31 *l. 17. §. 4. ff. de pactis. l. 45. §. 2. ff. de verb. obligat.* Cur? quia filiæ in potestate pater nihil adquirere potest. Ratio? quia filia in potestate quidquid adquirit, patri adquirit.

32 Qui solus de dote potest cavere, si fecerit pactum in dote cum patre filiam, quæ pactum fecit de non petenda dote: admisit, repellitur. *Bald.*

33 Imo, pactum de non petenda dote a filia facta nullo modo nocet patri, ut cum filia agere possit: id est, pater eam actionem, quam adquisit filia, potest agere, & habere, cum ea utilitate. *l. 2. §. 1. ff. soluto. v. Zas. 2 Antin. 1.*

34 Adde *l. 5. §. 3. ff. de jure dot.*

35 *l. ult. C. de sent. pass.* Qui ex se idoneus est ad matrimonium, est per se ad pacta dotalia habilis, & idoneus. *Bald. v. 172. ff. tit. prox.*

36 Pactum dotis potest gradatim conferri, primo in se, secundo, in filios tertio, in extraneos heredes *Bal.* Goth. Vide Ilian. Cost. *l. 8 tit. c. 16. Ans.*

37 *Ut l. 23. ff. eodem.*

38 *l. 33. ff. de pactis.* adde *l. 45. ff. soluto.*

39 Pro nepte sua dixisset. Cujac. 11 *obs.* 29.

40 Directa, quia avus pactus est filio suo, ut heredi. *Bald.*

41 Hæc pars secunda conventionis, favore matrimonii nihil confert: quippe si valeret, nunquam dos oneribus matrimonii serviret: hæc igitur verba, *neve constante matrimonio*, intelligenda & restringenda sunt ex illa priori parte, *vivo promittente.* hæc interpretatio fit ἀπὸ κοινοῦ v. Cujac. 11 *obs.* 29. hoc sensu, *constante matrimonio me vivente dotem non petes.* Ita adjectio & geminatio verborum interdum nihil confert.

42 *Præfationes* conventionum, universæ conventioni lucem atque interpretationem adferunt, *l. 4. in fi. ff. de pact. l. 134. §. 1. ff. de verb. oblig.* Pacta novissima, & secunda, primis & anterioribus pactis restringuntur: merito: cum & verba generalia, specialibus restringantur, *l. 80. ff. de reg. jur.* & quidem ex præsumpta voluntate contrahentium, ut eo se posterior referat clausula, quo & prior.

43 *l. 20. §. 2. ff. eod.*

44 *l. 2. ff. eod.*

45 *l. 1. ff. eod.* 46 *Ut in l. 4. in fi. ff. eod.* 47 Non utique. *Hal.* 48 Ut quia pacta hujusmodi intercedunt in iis, quæ civili jure finita sunt. *v. l. 5. §. 1. ff. eod. l. 14. ff. eod.* 49 Excipiendi & pœnam petendi jus habens alterutrum debet eligere. *Bald.* 50 *l. 13. §. 24. ff. de act. empt. l. 4. C. de dot. promiss.* 51 Dotis augmentum iisdem privilegiis fruitur, quibus ipsa dos. vide quæ scripsi *ad l. 8. C. de jure dotium.* 52 Facit *l. 4. C. de dotis promissione.* 53 Ita est in rebus mobilibus; immobilibus illico, *l. unic. §. 7. rescr. exactio. C. de rei uxor. act.* 54 *l. 7. §. 5. ff. de pactis.* Immo, deterior fieri potest intervenientibus liberis. *l. 1. §. 1. ff. de dot. præleg.* 55 *l. 17. ff. eod.* id est, ut citius dos reddatur mulieri, quam soleat communiter reddi. 56 *l. 17. ff. eod. l. 27. §. 2. in fi. ff. de pactis.* Pacto dotis restitutio differri non potest ultra tempus à legibus definitum.

57 Etsi dotem quinquennio toto non habuerit maritus, præstituto tamen legibus tempore dotem uxori reddere tenetur: neque sit compensatio temporis non receptæ dotis ad aliud tempus, hoc est, Etsi dos data post quinquennium fuerit, & ita tardius, non potest tamen pactum mutuum adjici de dote tardius mulieri restituenda. 58 Post hujusmodi moram: aliud si patris pacto id ita convenit. *l. 19. ff. eod.* vel post matrimonium id conventum sit, *l. 18. ff. eod.* 59 Propiore, *ff. eod. in fin.* citeriore. *l. 15. ff. eod.* 60 *l. 16. ff. eod.*

De liberis furiosi, vel captivi ab hostibus.

VIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

QUotiens patre furente [34], vel ab hostibus capto, filiusfamilias ducit uxorem, filiaque familias nubit, necessario etiam pactio cum ipsis [35] dumtaxat dotis nomine fieri potuit.

De dote reddenda socero, vel heredi.

IX. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

SI ita [36] conveniat, *Ut, si vivo socero mortua sit filia, ipsi socero; si mortuo, filio* [37] *ejus; si filio quoque defuncto, totum suo heredi reddatur:* benigna interpretatione potest defendi, utilem stipulationem esse.

Pactum avi, Ne à se, neve à filio dos petatur.

X. IDEM lib. XXVI ad Sabinum.

AVus [38] pactus est, cum dotem pro nepote [39] susciperet, *Ne à se, neve * a * filio dos peteretur: ab alio vero, quam filio heredes, ut dos peteretur:* Exceptione [40] conventionis filius tuendus erit: quippe heredi nostro cavere concessum est: nec quicquam obstat, quo minus certæ personæ, si heres erit sibi, caveri possit: quod non idem & in cæteris heredibus cavetur: Et ita Celsus scribit.

Pactum patris, Ne se vivo, neve constante matrimonio petatur.

XI. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

CUm pater dotem pollicitus fuerit, & paciscatur, *Ne si vivo peteratur, neve* [41] *constante matrimonio [dos petatur:]* ita pactum interpretandum Divus Severus constituit, quasi adjectum esset, *si vivo:* hoc enim ita accipiendum [esse] contemplatione paternæ pietatis, & contrahentium voluntatis, ut posterior [42] quoque pars conventionis ad vitam patris relata videatur, ne diversa sententia fructum dotis ab oneribus matrimonii separet, quodque indignissimum est, inducat, ut non habuisse dotem existimetur: Quo rescripto hoc effectum est, ut si quidem vivo [43] patre decesserit filia, aut sine culpa sua divorterit, omnimodo dos peti non possit: constante autem matrimonio, mortuo patre, peti possit.

De dote apud virum manfura. 1. De pactis utilibus, vel inutilibus. 2. De pacto, Ne petatur, *& stipulatione pœnali. 3. De fundo vendendo, & pretio in dotem convertendo.*

XII. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

SI pater dotem dederit, & pactus sit, *Ut, mortua in matrimonio filia, dos apud virum remaneret:* puto pactum servandum, etiam [44] si liberi non interveniant. §. 1. Ex pactis conventis, quæ ante nuptias, vel post [45] nuptias interponi solent, alia ad voluntatem pertinent, *ut mulier dote promissa se alat* [46], *& donec nupta sit, dos ab ea non petatur*, aut *certam summam viro præstet, & ab eo alatur*, & his similia: alia ad jus pertinent, veluti quando dos petatur, quemadmodum reddatur; in quibus non semper [47] voluntas contrahentium servatur [48]. Cæterum si convenerit, *Ne omnino dos petatur*, indotata erit mulier. §. 2. Si mulier pacta sit, *Ne amplius, quam pars dimidia dotis à se petatur, & pœnam stipulata sit:* Mela ait, alterutro [49] eam contentam esse oportere: vel exceptione pacti, [&] acceptam facere pœnæ obligationem: vel, si ex stipulatu agat, denegandam [ei] exceptionem. §. 3. Si fundo æstimato in dotem dato pacta sit mulier, *ut, quanto* [50] *pluris* [51] *venierit, id in dote sit:* Mela ait, * id * servandum: Cum [&] ex contrario convenire possit, ut, si [52] minoris venierit, ipsa debeat. §. 4. Si pacta sit mulier, *Ut, sive pluris sive minoris fundus æstimatus venierit, pretium, quanto res venierit, in dote sit:* stari eo pacto oportet: sed si culpa mariti minoris venierit, & idipsum mulierem consequi.

XIII. JULIANUS lib. XVII Digestorum.

ITem si non venierit, æstimatio præstari debebit.

De die dotis reddendæ.

XIV. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

DE die [53] reddendæ dotis hoc juris est, ut liceat paciscі *qua die reddatur:* dum ne mulieris deterior [54] conditio fiat.

XV. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

ID est, *ut cuteriore die* reddatur [55].

XVI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

VT autem *longiore* [56] die solvatur dos, convenire non potest: non magis, quam ne omnino reddatur.

XVII. PROCULUS lib. XI Epistularum.

Tilicinus Proculo suo salutem: Cum inter virum & uxorem pactum conventum ante nuptias factum sit [57], *Ut quibus diebus dos data esset, iisdem, divortio facto, redderetur:* post quinquennium, quam nuptiæ factæ sunt, uxor viro dotem dedit [58]: divortio facto, *quæro*, utrum quinquennii die vir uxori dotem redderet, an statuto legibus tempore? Proculus respondit: Quod ad diem reddendæ dotis attinet, pacto existimo meliorem conditionem mulieris fieri posse, deteriorem non posse: itaque si cautum est, *Ut propiore* [59] *[tempore,] quam legibus constitutum est, redderatur*, stari eo debere: si ut longiore [60], nec valere id pactum conventum. † Cujus sententiæ conveniens est dicere, si pacto convento cautum est, *Ut, quanto serius [quæque,] & post nuptias data fuerit, tanto post divortium reddatur:* si propiore, quam in reddenda dote constitutum est, data sit, valere pactum conventum; si longiore, non valere [61].

XVIII. JULIANUS lib. XVIII Digestorum.

LIcet [62] manente matrimonio non possit inter virum & uxorem convenire, *Ut longiore [die] dos reddatur:* post divortium [63] tamen, si justa causa conventionis fuerit, custodiri id pactum debet.

XIX. ALFENUS lib. III Digestorum à Paulo Epitomatorum.

ALiud [64] est [65], si pater pro filia dotem promisit, *Ut annua, bima, trima, quadrima* [66], *quinto anno [dos] à se redderetur*, & convenit, *ut isdem diebus dos soluto matrimonio redderetur:* hoc enim pactum ita valet, si [67] patri filia heres exstitisset, & interveniente ea pactum conventum fuerit.

De rebus donatis, vel amotis. de impensis. 1. De extraneo dotante. 2. Pactum, Ne à muliere, neve à patre petatur.

XX. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

OB res [68] quoque [69] donatas, vel amotas, vel impensas factas, tunc facta pactio valebit, id est, post divortium. §. 1. Si extraneus de suo daturus sit dotem, quidquid vult, paciscі & ignorante [70] muliere, sicut & stipulari, potest: legem enim suæ rei dicit: postquam vero dederit, paciscі consentiente muliere debet.

§. 2. Si convenerit, *Ne à muliere, neve à patre dos petatur*, heres [71] non habebit exceptionem: Sed si convenerit, *Ne manente matrimonio vivo patre petatur*, mortuo patre statim exigitur: & si non petierit maritus, tenebitur hujus culpæ nomine, si [72] dos exigi potuerit; nisi forte ante diremptum sit matrimonium, quam facultatem petendi haberet.

De permutatione dotis.

XXI. JULIANUS lib. XVII Digestorum.

SI mulier dotis causa promiserit certam summam, & pro [73] ea mancipia in dotem dederit ea conditione, *Ut periculo ejus essent, & si quid ex his natum esset, ad eam pertineat:* stari pacto convento oportebit. Nam constat posse inter uxorem & virum conveniri, *Ut dos* [74], *quæ in pecunia numerata est* [75], *permutaretur, & transferatur in corpora*, cum mulieri prodest.

De annuo uxori promisso.

XXII. IDEM lib. II ad Urseium Ferocem.

QUidam fundum dotis causa ab uxore sua acceperat, interque eos convenerat, *Ut mercedes ejus fundi vir uxori, annua nomine, daret:* deinde eum fundum vir matri mulieris certa pensione colendum locaverat: eaque, cum mercedes ejus fundi deberet, decesserat, & filiam suam solam heredem reliquerat: & divortium factum erat: vir deinde petebat à muliere mercedes, quas mater debuerat: Placuit exceptionem mulieri dari non debere: ac si inter se & virum non convenisset, *Ut hæ mercedes sibi alimentorum nomine darentur:* cum futurum sit [76], ut quodammodo donationes inter virum & uxorem confirmentur: nam quod annui nomine datur, species est donationis.

Si conditio post mortem stipulatoris extiterit.

XXIII. AFRICANUS lib. VII 77 Quæstionum.

PAter, cum filiæ suæ nomine dotem daret, pactus est, *Ut mortua* [78] *filia, uno pluribusve liberis superstitibus, deducta parte tertia reliqua dos sibi, aut post mortem suam* [79] *illi aut illi filiis, quos in potestate habebat, redderatur:* deinde hæc ita fieri stipulatus est: post mortem ejus mulier in matrimonio decesserat relictis filiis: Quæsitum est, an ex stipulatione duas partes illi petere possint? Respondi, posse: etenim vim ejus stipulationis hanc esse, ut si in matrimonio mortua esset, dos patri redderetur: & perinde [80] habendum, ac si talis stipulatio interposita fuisset, *si navis ex Asia venerit, mihi, aut* [81] *post mortem meam Lucio Titio dari spondes?* nam & si post mortem stipulatoris navis venisset, heredi deberi.

De dote à marito liberorum nomine retinenda.

XXIV. FLORENTINUS lib. III Institutionum.

SI inter virum & uxorem pactum est, *Ut certa pars dotis, vel tota ob unum vel plures* [82] *liberos intervenientes* [83] *retineatur:* etiam eorum liberorum nomine, qui ante nati sunt quam dos daretur aut amplietur [84], conventio rata est: nam sufficit, eos ex eo matrimonio nasci, in quo dos data est.

De dote reddenda, vel non petenda.

XXV. ULPIANUS lib. I Responsorum.

QUod de reddenda dote, *Si data fuisset, mortua in matrimonio filia*, convenit, idem [85] de non petenda quoque videri conveniſſe: ac patrem pacti conventi exceptionem [nanctum] ad heredem suum transmisisse.

De muliere, quæ naufragio periit una cum filio. Si vir per errorem dotem non retinuit. 2. De pacto, Ut muliere sine liberis defuncta, dos restituatur. *3. De sumptibus itineris. 4. An pactum filiæ profit matri. 5. Si pater, qui stipulatus est*, filia in matrimonio defuncta, sibi dotem reddi, *capitalis crimine damnetur.*

XXVI. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

INter socerum & generum convenit, *Ut, si filia [mortua] superstitem anniculum filium habuisset, dos ad virum pertineret; quod si vivente matre filius obiisset, vir dotis portionem, uxore in matrimonio defuncta, retineret:* mulier naufragio cum anniculo filio periit: Quia verisimile videbatur [86], ante matrem infantem periisse, virum partem dotis retinere placuit. §. 1. Vir dotem, quam ex pacto filiæ nomine retinere potuit, si lapsus errore non retinuit, filiam, quæ patris [87] sola, matri pro parte heres exstiterit, apud arbitrum divisionis [88] non improbe dotis perperam à patre solutæ præceptionem desiderare constitit. §. 2. Cum inter patrem & generum convenit, *Ut, in matrimonio sine liberis defuncta filia, dos patri restituatur*, id

61 Ut ita non fiat compensatio temporis ad tempus. *Bald.* conventione tamen certa id licet. *v. l. 19. ff. eod.* & post dibitatum matrimonium. *l. 18. ff. eod.*

62 Exceptio prima regula superioris.

63 Tunc enim dos esse debet, & jura, quæ loquuntur de pactis doti inimicis tollendis, intelligenda sunt de dote, quæ dos est actu, vel esse speratur. *Bald.*

64 Pactum aliquod dotis valet cum patre conventum, quod cum ipsa filia non valeret.

65 Exceptio secunda superioris regulæ.

66 Id est, tribus, quatuor pensionibus. v. Cuj. 11 *obs. v.* 29.

67 Pactum irritæ dotis habendæ, ad eas dotes refertur, quæ vel actu, vel spe dotes sunt.

68 Ob mores. Cujac. 11 *obs.* 29. *in fin.* motus auctoritate Basilicon: sed id potuit, ob antiquatam de moribus actionem, aboleri.

69 Id est, non solum ob res in dotem datas, *l. 18. ff. eod.* sed etiam ob res donatas, amotas, vel impensas.

70 Citra personam mulieris, *in l. 7. ff. eod.*

71 Dotis promissorem socerum quod non convenerit gener, ipsi genero imputari non potest, *v. l. si extraneus.* 33. *ff. de jure dotium.* qui tamen soceri heredem convenire cogitur, *ut hic.* Ut ea parte deterior sit heredis conditio, quam defuncti.

72 *l. 33. ff. de jure dot.*

73 *l. 26. ff. de jure dot.* Ita permutatio cum nummis fieri potest: dixi *ad l. ult. ff. de condict. causa data.*

74 Dos, si mulieri id utile sit, pecuniaria verti in rem aliam potest, nempe, ut pro pecunia, quam dedit marito, certa corpora ei restituantur.

75 *Ut l. 26. ff. de jure dot.*

76 Quod esse non debet. *ff. de donationibus inter virum.*

77 V. Cujac. 7. *ad Afric.*

78 *V. l. 45. §. 2. ff. de verb. oblig.*

79 Hic pater non paciscitur simpliciter, sed post mortem suam, quo tempore filius sibi adquirere potest, Cujac. *ibid. l. 45. §. 2. ff. de verb. obl.*

80 Verba superioris stipulationis ambigua sunt: nam & ita accipi possunt, *si mortua fuerit, me vivo, mihi restitui*; vel *si moriar, antequam mihi restituatur, filiæ.* at Africanus verbis opponit vim, id est, mentem contrahentium, in illo loco, illi aut illi. *ff. eod.* Cujac. *ibid.* 81 Particula, *aut*, subdisjunctio est, non disjunctio. 82 In contractibus illa verba, *propter liberos*, verificantur etiam in liberis jam natis. *Bald.* facit *lex 10. in fin. ff. de condit. & demonstr.* 83 *Intervenientes liberi hic*, non tantum sunt nascituri, sed & nati ante dotem datam, aut ampliatam: vide quæ scripsi *ad l. 5. verb. pactis. C. de naturalibus liberis.* 84 Augeatur. 85 Gener si socero promisi, me ei dotem uxoris, si data mihi fuerit, redditurum, mortua mea uxore in matrimonio, tacite videor eidem promisisse mortua in matrimonio mea uxore dotem ab eo non petiturum: si me ad dotem, si data fuerit, reddendam pro mortua uxore, obligavi, tacite promisisse videor, dotem ejus in matrimonio mortuæ non petiturum, & pactum de non petendo socero meo ejusque heredibus feciſſe.

86 *l. 16. l. 23. ff. de reb. dub.* Goth. Adde Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 50. num. 21.* Ant. Fab. *ad C. lib. 4. tit. 14. defin. 39.* S. L. 87 *Al.* patri. 88 In judicio familiæ erciscundæ.

id actum inter contrahentes intellegi debet [89], ut liberis [90] superstitibus filia defuncta dos retineatur [91]: nec separabitur portio dotis additamenti [92] causa data, si postea nihil aliud conveniat.

§. 3. Convenit, *Ut mulier viri sumptibus, quoquo* [93] *uteretur, veheretur*: atque ideo mulier [94] pactum ad literas viri secuta, provinciam, in qua Centurio merebat, petit: Non servata fide conventionis, licet directa actio nulla competit, utilis tamen in factum danda est.

§. 4. Filia cum pro se dotem promitteret, pepigit, *Ut, si in matrimonio sine liberis decessisset, matri suæ dos solvatur*. Pacto filiæ nulla [95] matri quæritur actio: si tamen heres puellæ matri pecuniam dotis solverit, viro contra placita petenti dotem obstabit exceptio.

§. 5. Pater, *si filia nupta mortem obisset*, dotem dari stipulatus est: constante matrimonio capitali crimine damnatus est: Divortio secuto, vel morte viri soluto matrimonio, stipulationis conditio deficit: Quod si mulier in matrimonio decesserit, ex stipulatu fisco [96] dotis actio quæreretur: post verum [97] autem divortium renovatis [98] nuptiis, non committitur fisco stipulatio, licet defuncta sit in matrimonio filia: quoniam ad primas nuptias pertinet.

De jurgio ficto, & remissione dotis.

XXVII. IDEM lib. I Definitionum.

SI liberis sublatis reversa post jurgium [99] per dissimulationem mulier, veluti venali concordio [100], *Ne dotata sit*, conveniat, conventio secundum ordinem rei gestæ moribus improbanda est.

De creditore dimittendo ex fructibus dotis.

XXVIII. PAULUS lib. V Quæstionum.

QUæris, si pacta sit mulier, vel ante nuptias, vel post nuptias, *Ut ex fundi fructibus* [1], *quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur*; an valeat pactum? Dico, si ante [2] nuptias id convenerit, valere pactum; eoque modo minorem dotem constitutam: post nuptias vero, cum onera matrimonii fructus relevaturi sunt, jam de suo maritus pacisci tur, ut dimittat creditorem; & erit mera [3] donatio.

De æstimatione & periculo rei dotalis. 1. De dote à stipulatore non repetita, & matrimonio voluntate heredis stipulatoris redintegrato. 2. De dote restituenda, & de his quæ mulier legavit.

XXIX. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

CUm maritus, qui æstimata prædia in dotem acceperat, manente matrimonio pactus est circumscribendæ [4] mulieris gratia, *Ut* [5] *prædia inæstimata essent*, ut sine periculo suo ea deteriora faceret: quæsitum est, an secundum priores dotales [6] tabulas prædia æstimata remanerent, & periculum eorum ad maritum pertineret? Respondi, non idcirco * id * pactum, de quo quæreretur, impediri, quod [7] in matrimonio factum esset, si deteriore [8] loco dos non esset: nihilominus, eo pacto admisso, si deteriora prædia faceret, eo etiam nomine dotis eum actione teneri. §. 1. Titius mulieris nomine dotem dedit, & stipulatus est *in casum mortis, & divortii*: divortio secuto, non repetita dote, Titius decessit: mulier, ex voluntate heredis ejus [9], redintegravit matrimonium: Quæsitum est, an ex stipulatu dotem petere possit? Respondi, heredem Titii, si consensisset [10] ut ea quantitas, quam ex stipulatu consequi potuerat, dotis reconciliato matrimonio fieret, posse pacti exceptione summoveri. §. 2. Mulier de dote, quam dedit, pacta est, *Ut, si in matrimonio decessisset, fratri ejus redderetur*: isque in eum casum stipulatus est: mulier decedens quasdam res dotales marito legavit [11], & aliis: quosdam ex servis dotalibus manumisit: Quæsitum est, an maritus [earum] rerum nomine, quas legavit mulier, & servorum, quos manumisit, fratri tenetur? Respondi, nihil proponi, cur non teneretur [12]: cum etiam heredes defunctæ tam legatariis, quam libertatibus obnoxii sint.

Si convenerit, Ne dos constante matrimonio petatur, & ut, filia post mortem patris in matrimonio sine liberis defuncta, pars dotis apud maritum maneat, pars fratri mulieris restituatur.

XXX. TRYPHONINUS [13] lib. X Disputationum.

BÆbius [14] Marcellus Bæbio Maryllo, dotis filiæ suæ nomine, centena promiserat: & convenerat inter eos, *Ne ea dos constante matrimonio peteretur*: vel, *si post mortem patris in matrimonio sine liberis filia decessisset, ut dimidia dos apud Maryllum remaneret, dimidia fratri mulieris restitueretur*: eaque etiam in stipulationem deducta erant: mortuo Marcello, filio & filia superstitibus, dote universa filiæ prælegata [15], Maryllus nata filia diverterat [16]: & mulier decesserat, fratre suo & filia ex partibus æquis heredibus relictis: Apud Petronium Magnum Prætorem [17] Maryllus ab herede filio Marcelli ex dotis promissione universam [18] dotem petebat, illa conjectura, quasi inter duos placuisset, *Nullo filiorum existante mortua muliere, partem dotis remanere apud maritum*: magis convenisset utique, totam ejus esse dotem, si filium filiamve habuisset. Ex diverso respondebatur, pacti quidem vulgaris [19] exceptionem [etiam] heredi proficere: sed in specie, quæ proponitur, non quasi heres mulieris ex persona defunctæ, se exceptione pacti tuebitur; sed ipse [erat] ille, qui etiam viva muliere, si ab eo dos peteretur, potuisset [ea] exceptione Maryllum, quia divortium factum erat, summovere: eandemque defensionem etiam post mortem sororis suæ retinebat [20]. Itaque *placuit*, eum ab ea petitione absolvi, nulla [21] ex hac sententia facta derogatione fideicommissi petitioni, quam jure hereditario per filiam heres uxoris Maryllus in parte dimidia habebat.

De fructibus extremi anni matrimonii.

XXXI. SCÆVOLA lib. III Quæstionum.

SI inter virum & uxorem convenit [22], *Ut* [23] *extremi anni matrimonii fructus nondum percepti mulieri lucro fiant* [24], hujusmodi pactum [25] valet.

Si fundus æstimatus centum, atque eodem pretio restituendus, volente muliere pluris venierit. 1. De dote ab invito non exigenda.

XXXII. JAVOLENUS lib. VI ex Posterioribus Labeonis.

VXor viro fundum æstimatum centum in dotem dederat: deinde cum viro pactum conventum fecerat, *Ut* [26] *divortio facto, eodem pretio uxori vir fundum restitueret*: postea volente [27] uxore, vir eum fundum ducentorum [28] vendiderat: & divortium erat factum: Labeo putat, viro potestatem fieri debere, utrum velit ducenta [29], vel fundum reddere: neque ei pactum conventum remitti oportere: Idcirco puto hoc Labeonem respondisse, quoniam voluntate mulieris fundus veniit: alioquin omnimodo fundus erat restituendus. §. 1. Si pater filiæ nomine certam pecuniam in dotem promiserat, & pactus est, *Ne invitus* [30] *eam solveret*: nihil ab eo exigendum puto: quia [31] id, quod pacto convento, *ne invitus exigeretur*, convenerit, in dotis causam esse non videretur.

---

89 Argumentum a contrario sensu locum habere in his, quæ sunt stricti juris, hinc nota. *Bald.*

90 Qui restituere dotem in defectum liberorum tenetur, existentibus liberis eam retinere potest.

91 *l.* 30. ff. *eod.* v. *Si.* 2 *Resp.*

92 Pactum interpositum super dote, habet etiam locum super ejus adjuncto. *Bald.* Dotis augmentum iisdem privilegiis fruitur, quibus ipsa dos. Ita hic filia pacisci de augmento dotis potest: vide quæ scripsi *ad l.* 8. C. *de jure dotium.*

93 *Ut l.* 21. ff. *de donat. inter virum.*

94 *l.* 10. C. *de re militari.*

95 *l.* 59. *in fi.* ff. *ad Trebell.*

96 Futurum jus & conditionale publicari & confiscari posse, hinc Baldus colligit.

97 Vide *l.* 3. C. *de repud.*

98 Id est, post primas nuptias. facit *l.* 77. §. 9. ff. *de leg.* 2.

99 Leve sc. v. *l.* 32. §. 12. ff. *de don. int. vir.* 1. Harmen. 9. §. 33.

100 Venali concordia. *Ital.* Remissio dotis facta pro concordia mariti consequenda non tenet.

1 Adde *l.* 4. ff. *eod.*

2 *l.* 7. §. 1. ff. *de jure dot.*

3 Quod esse non debet inter virum & uxorem. ff. *de donat. inter vir.*

4 Ideo pactum non valet.

5 Pactum, *ut prædia æstimata inæstimata habeantur*, periculo virum non liberat, si ea deteriora fecerit.

6 Tabulæ etsi matrimonium non faciebant, *l. donationes in concubinam.* 31. ff. *de donat.* moris tamen fuit, ea de re, id est, de matrimonio & nuptiis, tabulas confici: quæ ideo dotales, *ut hic. & l.* 66. ff. *de don. inter vir. l.* 12. ff. *de dote prælegata.* nuptiales. *l. si vicinis* 9. C. *de nuptiis. Tertull. libro de Pudicitia. Apul. Apol.* 2. *August.* 2. *de moribus Manichæorum. & sermon.* 96 & 105. Instrumentum dotale, *v. l. ult.* ff. *de fundo.* & nuptiale. *l.* 1. C. *de dotis promissione.* Solebant autem ea signari plerumque post contractum matrimonium. *v. l. Seia.* 66. ff. *de don. inter virum & uxorem.*

7 *l.* 1. ff. *eod.*

8 *l.* 2. ff. *de jure dotium.*

9 Heres, cui debet fieri restitutio dotis, si fecundis nuptiis consentit, videtur dotem, quam recipere debuit in fecundo matrimonio, remisisse. *Bald.* vel sic, qui consentit reconciliationi mariti & uxoris, videtur etiam consentire redintegrationi dotis. *Bald.* 10 *l.* 63. ff. *de jure dotium.*

11 De dote mulier testari non potest in eorum fraudem, quibus in ipsa dote jus quæsitum est, sed in fraudem fuorum tantum heredum. 12 Imo, præcise & sine distinctione tenetur, *l.* 11. *in fin.* ff. *de dote præleg.* 13 V. *in hanc l.* Cujac. 4 *obf.* 23. 14 Non is est, qui apud Dionem reperitur capitis damnatus: hujus enim testamentum fuisset irritum. *Cont.* 1. *disp.* 5. Goth. Ad interpretat. h. l. vid. Zas. *lib.* 2 *respons. singular.* c. 2. Ant. Fab. *lib.* 13 *conject.* c. 8. Cujac. *lib.* 13 *obf.* 25. Ans. 15 Dos ideo *prælegata* dicitur, quod ei quodammodo res sua legata: est enim *prælegare*, rem, jam quodammodo suam legatario legare. 16 Diverterat, pacto cum uxore interposito, ne ab ea peteret: & mulieri, &c. Cujac. 13 *obf.* 25. *in fin.* 17 Prætor de hereditariis causis cognoscebat.

18 Et male: Quia pactum, de lucranda parte dotis in casu non existentium liberorum, non implet. at pactum de lucranda dote in casu existentium liberorum. *Bald.* 19 Quod vulgo ita solet adjici: si in matrimonio filia sine liberis decesserit, *l.* 4. C. *de pign. act.* Alias Contius 1 *disp.* 5. ait, pactum hoc vulgare, ne à te petatur, seu pactum de non petendo appellari. 20 V. *l.* 26. §. 2. ff. *eod.* & Zas. 2 *Resp.* 2. 21 Reus condemnandus est, qua parte male excepit: & reservanda ei actio, qua non male excepit. *v. Ever.* loco ab effectu eorum quæ simul requiruntur inesse, 22. *n* 9.

22 In ipsa dotis constitutione, id est, tunc cum dos constituitur. 23 Pactum valet, *ut fruct. dotis ultimi anni non dividantur pro rata temporis.* 24 Nec dividuntur inter heredem mariti, & ejus viduam. 25 Alias, citra pactum, dividendi sunt extremi anni fructus.

26 *l.* 1. C. *de fundo dotali.* Si dotalis fundus æstimatus datus est, & pactum interpositum fuit, ut ipsa eadem res eodem pretio restitueretur soluto matrimonio, dotalis ipse fundus alienari poterit, dum mulier ipsi alienationi consentiat. *Goth.* Hujus responsi explicationem v. apud Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 11. *n.* 102. Ans. Adde Cujac. *lib.* 2 *obf.* c. 12. S. L.

27 Secus si nolente, *l.* 50. ff. *folut.* 28 Ducentis vendiderat. *Hal.* 29 Hinc sequitur, maritum posse res æstimatas vendere, *l. uni.* §. 15. C. *de rei uxor. act. l* 50. ff. *folut.* 30 An idem dicendum si convenerit, ne te vivo dos præstaretur. *l.* 20. ff. *de jure dot.* 31 Invitus, qui convenire non potest, intelligitur pactum habere liberatorium.

TIT. V.

DE [1] FUNDO [2] DOTALI.

Damni infecti. 1. De transmissione ad heredem.

1. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

INterdum lex Julia [3] de fundo dotali cessat, si ob id, quod [4] maritus damni infecti non cavebat, missus sit vicinus in possessionem dotalis prædii, deinde jussus sit possidere: hic enim dominus [5] vicinus fit: quia [6] hæc alienatio [7] non est voluntaria.

§ 1. Sed & per universitatem [8] transit prædium, secundum quod possibile est, ad alterum: veluti [9] ad heredem [10] mariti: cum suo tamen jure [11], ut alienari non possit [12].

De domino maritimo. 1. De fisco.

II. ULPIANUS lib. V de Adulteriis.

SI maritus fuerit in servitutem redactus, an dominus alienare hunc fundum non possit? Quod puto esse verius [13].

§. 1. Quare, & si ad fiscum pervenerit, nihilominus venditio fundi impeditur: quamvis fiscus [14] semper idoneus [15] successor sit, & solvendo.

Si fundus dotali servo legetur. 1. Quibus casibus fundus dotalis alienari nequit.

III. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

FUndus dotali servo [16] legatus, ad legem Juliam pertinet, quasi dotalis [17]. §. 1. Totiens autem non potest alienari [18] fundus, quotiens mulieri actio de dote competit, aut omnimodo competitura est.

De sponso.

IV. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

LEx Julia, quæ de dotali prædio prospexit, *Ne id marito liceat obligare* [19], *aut alienare* [20], plenius interpretanda est: ut [21] etiam de sponso [22] idem juris sit, quod de marito.

De servitutibus.

V. ULPIANUS lib. II de omnibus [23] Tribunalibus.

IUlianus lib. XVI Digestorum scripsit, neque [24] servitutes [25] fundo debitas posse maritum amittere [26], neque ei alias imponere.

VI. IDEM lib. V de Adulteriis.

SEd nec libertas servitutis urbano prædio dotali debitæ competit: ne per hoc deterior conditio prædii fiat.

VII. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

SI maritus fundum Titii servientem [27] dotali prædio adquisierit, servitus *confunditur*: [Sed si eundem Titio reddiderit sine restauratione servitutis, hoc marito imputabitur,] & hoc casu maritus litis æstimationem præstabit: quod si maritus solvendo non erit, utiles actiones adversus Titium mulieri ad restaurandam servitutem dantur. §. 1. * Sed * cum uxor fundum, cui prædia viri servitutem debebant, in dotem dat, fundus ad maritum pervenit amissa servitute: & ideo non potest videri per maritum jus fundi deterius factum: Quid ergo [est?] Officio de dote judicantis continebitur, ut redintegrata servitute jubeat fundum mulieri vel heredi ejus reddi.

De oliveto succiso.

VIII. ALFENUS lib. III Digestorum à Paulo Epitomatorum.

VIr in fundo dotali, uxoris rogatu, olivetum succiderat: hoc * ut * novellum reponeret: postea vir mortuus erat, & uxori dotem relegaverat: Ligna, quæ ex oliveto excisa [28] essent, oportere [29] mulieri reddi respondit.

---

1 v C. XXIII. *Nov.* 91.

2 Inæstimato sc. (qua de causa Græci in hoc titulo semper dicunt, ἀδιαίρετον ὑποθήκην. Cujac. *hic.*) & hic de dotalibus rebus immobilibus. hinc Ecloga loquens de dotibus, περὶ τῶν μὴ ἐκποιεῖσθαι αὐτῶν τὰ ἀκίνητα inscribit, 28. *tit.* 15. immobilibus, puta, fundus. v. Cujac. *hic.* & C. *eod.*

3 *De qua l.* 3. 4. 16. ff. *eod. Inst. quib. alienare non licet. in pr. l. un.* §. *pen. C. de rei uxor. act.* Goth. Vide Alexandr. ab Alexand. *genial. dier. lib* 4. c. 8. S. L.

4 Fundus dotalis ex cautione damni infecti per maritum non præstita, potest, cum sua tamen causa, alienari, *ut hic.* An ex delicto mulieris confiscari potest? Certis casibus potest, *in l.* 3. ff. *de bonis damn.*

5 *l.* 5. *in pr.* ff. *de damno.* & sic ex secundo decreto transfertur dominium. v. *d. l.* 5.

6 Fundus dotalis (ut pupilli, v. *l.* 3. §. 1. ff. *de reb. eorum.*) ex causa necessaria, (puta ob non præstitam cautionem damni infecti,) alienari potest: ideoque lex Julia ad hunc casum non pertinet.

7 De alienatione non voluntaria vide quædam apud Simonem de Præt. *de interpretat. ultimarum voluntatum.* 3. *dubitat.* 1. *folut.* 10.

8 Titulo universali multa transeunt, quæ non transeunt singulari, *l.* 62. ff. *de adq. rer.*

9 Vide Jason. 3. *consil.* 31. *lib. fid præmissis non obstantib.*

10 Ab herede. *Haloand.*

11 Id est, salva dotis causa.

12 Etiam à fisco, qui licet solvendo sit, non potest tamen ea alienare, quæ per legem alienari prohibentur, *l.* 2. *in fi.* ff. *eod.* Quinimo possit hoc casu mulier in possessione rerum suarum existens impedire, ne possessio rerum suarum ad fiscum transeat. v. *Bald. hic.* 13 Quia dirempto matrimonio prædium durat dotale. *l.* 12. ff. *eod.* 14 Fiscus habetur semper pro idoneo successore, adde *l. si debitori.* 47. ff. *de fideiuss. l.* 2. C. *ad l. Jul. de vi.* 15 *l.* 1. §. 18. ff. *ut legator.* 16 Dotale est, quod servo dotali legatum est. *Goth.* Vide Cujac. *lib.* 14 *obf. cap.* 9. Ans. 17 Ideoque soluto matrimonio mulieri reddi debet. *l.* 65. ff. *de jur. dot.* 18 Nec usucapi. vide Cujac. 14 *obf.* 9. 19 *l. un.* §. *pen.* C. *de rei uxor. in fin.* 20 *Alienandi* verbo quid contineatur, vide *l.* 1. C. *eod.*

21 Argumentum à marito ad sponsum, seu à nuptiis ad sponsalia. Est & hic observandum, quod Baldus de interpretatione duplici notat: Passivam esse ait, quoties lex per alia extenditur, Activam, quoties lex aliam extendit. 22 *l.* 5. *in fi.* C. *de bon. quæ lib.* 23. Ulpianus scripsit Tribunalium libros 10. in quibus tractavit de causis, quæ nec mandantur, nec delegantur, & Prætoribus ipsis, Præsidibusve pro tribunali expediuntur, velut de salariis, mercedibus, nutriciis, proxeneticis, restitutionibus, tutoribus, curatoribus dandis, tranfactione alimentorum prædiis pupillaribus, & dotalibus. vide *l.* 1. ff. *de extraord. cognit.* Cujac. 7 *obf.* 24. adde Revardi libros Protribunalium. 24 Alienatione prohibita, jus remittendi prohibitum quoque intelligitur. adde *l. ult. C. de reb. alienis. l.* 1. §. *ait ergo prætor.* ff. *quæ in fraudem.* 25 Servitutes dotalis fundi maritus alienare non potest: atque ita, quod de fundo & re immobili constituit lex Julia, Jurisconsulti extendunt hic ad res incorporales, & jura, *l.* 6. *l.* 7. ff. *eod. l.* 3. *in fin.* ff. *de reb. eor.* vid. Cujac. 7 *obferv.* 23. vid. Revardum *in libris Protribunalium.* 26 Negligentia, vel etiam remittere expresse. 27 Servientem fundum adquirens dominantis fundi dominus servientem confundit: ubi tamen restituenda dos est; aut id, quod interest, præstandum. 28 Adde *l.* 7. §. 12. ff. *folut.* 29 Cur oportet ea ligna oliveti succisa, voluntate mulieris restitui? An quia non erant in fructu? An quia succisa sumptibus uxoris?

Si maritus, quod dotis, in dotem acceperit.

IX. AFRICANUS lib. VIII [30] Quæstionum.

SI marito debitori fundi id, quod debet, doti mulier promiserit, dotalem fundum effici. §. 1. Quod si ei promittat qui *fundum* aut *decem* debuit, in arbitrio esse mariti [31] quod in dote sit.

§. 2. Quod si *Stichum* aut *fundum* debuit maritus, & quod debet, doti ei promissum sit: Sticho mortuo fundum in dotem esse.

§. 3. His consequens esse [ait], ut si *Cornelianum* aut *Sempronianum fundum* debenti, id quod debet, doti promissum sit, utrum eorum dotalem esse malit, " hunc dotis esse ": plane utrum velit alienaturus; alterum alienati non posse: si tamen alienum ruisus redimat, adhuc in ejus potestate est, an eum, quem retinuisset, alienari velit.

X. PAULUS lib. V Quæstionum.

ERit [32] ergo potestas Legis [33] ambulatoria [34]: quia dotalis [35] fuit obligatio. Numquid ergo, [etiam] illo nondum redempto, alterum quoque alienare possit, quia potest alterum redimere? an hoc non debet recipi, ut nullus in dote sit? Certe ex postfacto videbitur recte alienatus, illo postea redempto.

De fundo æstimato dato, ut electio sit mulieris.

XI. AFRICANUS lib. VIII Quæstionum.

QUod si fundus in dotem æstimatus datus sit, ut electio [36] esset mulieris: negavit alienari fundum posse: Quod si arbitrio mariti sit: contra esse.

De matrimonio soluto. 1. de voluntate soceri.

XII. PAPINIANUS lib. I de Adulteriis.

ETiam [si] dirempto [37] matrimonio, dotale [38] prædium esse intellegitur. §. 1. Socceri [39] voluntas in distrahendo dotali prædio nulla est.

De prædio rustico, vel urbano. 1. De fundo, vel loco. 2. Dotale prædium quomodo accipitur. 3. De herede mulieris. 4. Si ab uxore herede fundus legetur.

XIII. ULPIANUS lib. V de Adulteriis.

DOtale prædium accipere debemus, tam urbanum [40], quam rusticum: ad omne enim ædificium lex Julia pertinebit.

§. 1. *Prædii* appellatione etiam pars [41] continetur. Proinde sive totum prædium in dotem sit datum, sive pars [42] prædii, alienari non poterit: Et hoc jure utimur. §. 2. *Dotale prædium* sic [43] accipimus, cum [44] dominium marito quæsitum est: ut tunc demum alienatio prohibeatur. §. 3. Heredi [45] quoque mulieris idem auxilium præstabitur [46], quod mulieri præstabatur. §. 4. Si, uxore herede instituta, fundus dotalis fuerit legatus, si quidem deductis legatis mulier quantitatem dotis in hereditatem habitura est, valet legatum: si minus, an non valeat quæritur? Scævola, & si non totus, sed [vel] aliqua pars ex eo vindicari possit, si modo aliqua pars ad dotem supplendam desit, id dumtaxat ex eo remanere apud mulierem ait, quod quantitati dotis deest.

De fundo, qui marito volente traditus est extraneo. 1. De fundo mulieris nomine in dotem dato. 2. Si fundus alienus marito, a quo debetur, in dotem detur. 3. Si dotis causa legatum vel hereditas repudietur, vel omittatur.

XIV. PAULUS lib. III de Adulteriis.

SI nuptura Titio, voluntate ejus fundum dotis nomine Mævio tradit, dos ejus conditionis erit, cujus esset, si ipsi Titio fundum tradidisset. §. 1. Si mulieris nomine quis fundum in dotem dederit [47], dotalis fundus erit: propter uxorem enim videtur is fundus ad maritum perveniſſe. §. 2. Si fundum alienum mulieri debeat maritus, eumque mulier ei dotis nomine promiserit: in pendenti erit: & tunc fiet dotalis [48], cùm ad eum pervenerit.

§. 3. Si fundum legatum sibi dotis causa mulier repudiaverit, vel etiam subſtituto viro omiserit hereditatem, vel legatum: erit fundus dotalis.

De literis mariti, quibus dotis non fore prædium decluravit.

XV. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

DOrale [49] prædium, cujus vir possessionem retinuit [50], post literas ad uxorem emissas [51], quibus *dotis non fore prædium declaravit*, in matrimonio defuncta muliere, virum retinere placuit [52]: quia mulier [53] actionem ex pacto non habuit.

De longi temporis possessione.

XVI. TRYPHONINUS lib. XI Disputationum.

SI [54] fundum, quem Titius possidebat bona fide, longi [55] temporis possessione poterat sibi quærere, mulier ut fundum marito dedit [56] in dotem, eumque petere neglexerit vir, cum id facere posset, rem periculi sui fecit: nam licet lex Julia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad hujusmodi adquisitionem, non [57] tamen interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit, si, antequam constitueretur dotalis fundus, jam cœperat. Plane, si pauciſſimi [58] dies ad perficiendam longi temporis possessionem superfuerunt, nihil erit quod imputabitur marito.

De dote apud virum manſura.

XVII. MARCIANUS lib. VII Digestorum.

FUndum dotalem maritus vendidit, & tradidit: si [59] in matrimonio mulier decesserit, & dos lucro mariti cesſit, fundus emptori avelli non potest.

De lapidicinis. 1. De fructibus à viro perceptis, cum mulier moram faceret, quo minus æstimationem partis fundi solveret, & fundum reciperet.

XVIII. JAVOLENUS lib. VI ex Posteriorib. Labeonis.

VIr in fundo dotali lapidicinas [60] marmoreas aperuerat: divortio facto quæritur, marmor, quod cæsum neque exportatum esset, cujus esset; & impensam in lapidicinas factam mulier, an vir præstare deberet? *Labeo* marmor [61] viri esse ait: Cæterum, viro negat quidquam præstandum esse à muliere: quia nec necessaria ea impensa esset, & fundus deterior esset factus. *Ego* non tantum necessarias, sed etiam utiles [62] impensas præstandas [63] à muliere existimo: nec [64] puto fundum deteriorem esse, si tales sunt lapidicinæ, in quibus lapis crescere possit. §. 1. Si per mulierem mora fieret, quo minus æstimationem partis fundi viro solveret, & fundum reciperet, cum hoc pactum erat: fructus interim percepti ad virum pertinere ait *Labeo*: *Puto* potius pro [65] portione fructus virum habiturum, reliquos mulieri restituturum: Quo jure utimur.

---

30 V. Cuiac. 8. *ad Africanum.*

31 Imo, in arbitrio mulieris, *l.* 46. §. 1. *ff. de jure dot.*

32 Legis auctoritas quandoque est in alternativo, & in pendenti, & interdum pendet ab hominis voluntate.

33 Juliæ scil.

34 Ilpericulosa, inconstans, incerta, quæ subinde mutari potest.

35 Quia dotis talis est obligatio. Cujac. 11 *obſ.* 28. *ad l.* 9. *ff. eod.* & 8. *ad Afric.*

36 *l.* 1. *C. eod.* utrum fundum an æstimationem eligat.

37 *l.* 2. *ff. eod.*

38 Dotale prædium manet, etiam dirempto matrimonio.

39 Id est, patris mulieris. Cujac. 11 *obſ.* 28.

40 Vide *l.* 198. *ff. de verb. ſign.*

41 Pars continetur *totius* appellatione, ut & pars prætetur prædii, toto fundo vendito.

42 *l.* 15. §. 1. *ff. qui ſatisd.*

43 Adde *d. l.* 15. §. 3.

44 *Dotale* est prædium, quod ex causa dotis in dominio, vel quasi dominio est mariti.

45 Suo, non extraneo.

46 Imo, non præstabitur, *l.* 1. *C. de privil. dotis.*

47 Id est, dare volnerit. *Accurſ.* Cujac. 14 *obſ.* 9.

48 *l.* 13. §. 2. *ff. eod.*

49 Vide in hanc legem Cujac. 9 *obſerv.* 4. Speciem legis ita constituamus: Vir in dotem accepit prædium, pactus est de lucranda dote, *ſi in matrimonio moriatur mulier*. postea ad uxorem mittit literas, quibus declarat non fore dotis prædium illud; hoc facto renunciasse tam doti, quam pacto dotali intelligitur. manente aliquot post annis matrimonio, mulier passa est maritum retinere possessionem prædii, eoque prædio, ut & ante, uti, frui: Quæritur, Defuncta muliere in matrimonio, an renunciatio a viro facta rata sit, & dotale prædium ad heredes uxoris redire debeat? Respondet Papinianus, pactum illud non habuisse effectum: tum quod passa sit mulier maritum postea retinere fundum, quasi & ipsa tacite repudiasse intelligatur: tum quod nudum pactum fuerit: quod licet ad exceptionem & retentionem quidem prosit, actionem tamen producere non potuit. Et hoc sensu omnia hujus legis verba proprie accipientur, & aptissimus erit intellectus: quem tamen Accursius ignoravit. vide Langebekium *c.* 4 *adnotation.*

50 Ipso jure.

51 Hujusmodi literæ pro pactione nuda habentur, ut in specie legis 34. *ff. mandati.*

52 Cur ita? vide Cujac. 9 *obſerv.* 4.

53 Ut & quivis alius, *l.* 7. §. 4. *ff. de pactis.*

54 Si fundus, quem alius præscribere incepit, à muliere datur in dotem, præscriptio non interrumpitur, sed & præscriptio viri periculo perficitur, nisi pauciſſimi dies interfuerint ad perficiendam præscriptionem, quo tempore fundus in dotem datus fuit. *Goth.* Vide Cont. *lib.* 1 *ſubceſivar. quæſt. cap.* 8. & Cujac. *lib.* 29 *obſ. cap.* 7. Ans.

55 *Al.* & longi.

56 Κατεχρήσατο τοῦτον. Græci in hanc legem. vide Cujac. 14 *obſ.* 9. Potest enim res mulieris propria dotalis constitui instrumento dotali sine traditione.

57 Lex Julia prohibet inchoari præscriptionem fundi dotalis, non tamen inchoatam perfici.

58 Adde *l.* 30. §. 1. *ff. de uſu.* tunc enim, hoc est, ex modici temporis negligentia, non præsumitur magna esse negligentia.

59 Dotalis fundi venditio facta à marito confirmatur eo rei dominium adepto.

60 Adde *l.* 8. *ff. ſolut.*

61 Ex dotali fundo marmor erutum, nequedum exportatum, soluto matrimonio, mariti est: adeo ut & impensas utiles cæsi marmoris repetat à muliere.

62 Vide *l.* 7. *in fin. ff. de impenſis.*

63 Imo, non sunt præstandæ impensæ. *l.* 7. §. 9. *ff. ſolut. matrim.*

64 Deterior fundus fieri non intelligitur, in quo marmor, quod in fructu consistit, cæditur.

65 *d. l.* 7. §. 12. Goth: Vide Molin. *labyrinth. de divid. & individ. part.* 3. *num.* 601. Ans.

LIBER VICESIMUSQUARTUS.

TIT. I.

DE [1] DONATIONIBUS INTER [2] VIRUM ET UXOREM [3].

Origo, & ratio prohibitæ donationis.

1. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

MOribus [4] apud nos receptum est, *Ne inter virum & uxorem donationes valerent.* Hoc autem receptum est, ne mutuato [5] amore invicem [6] spoliarentur [7], donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate [8].

II. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

NEc [9] esset eis studium liberos potius educendi [10]. † Sextus Cæcilius & illam causam adjiciebat: quia sæpe futurum esset, ut discuterentur [11] matrimonia, si non donaret is, qui posset: atque ea ratione eventurum, ut venalicia [12] essent matrimonia.

Addit Ecloga, *de donationib. inter adfines, & in potestate conſtitutos:* quo pertinent *l.* 3. §. 2. *& reliq. ff. eod.* 4 Qui tantæ auctoritatis sunt, ac leges, ut Paulus lib. 7. ad Sabinum, quo hanc ipsam materiam tractavit (ut ex *l.* 2. 12. 24. 26 28. *b. tit.* constat) scripsit. *l. imo.* 36. *ff. de leg.* Hoc jus esse ex Solonis legibus, notat Cujacius *hic.* Idem arbitratur esse ex duodecim Tabulis, ut pleraque alia, quæ moribus tribuuntur: quod videlicet ea moribus ab initio introducta fuerint: sane ut moribus *hæc l.* jus hoc tribuitur, ita majoribus, *l.* 3. *in pr. l.* 31. §. 7. *ff. eod.* Eodem jure, moribus scil. recepto salvo Prætor jus dicere debet, *l.* 11. *in fi. ff. de juſtitia.* mandari non potest jurisdictio ab eo, qui eam alieno beneficio habet, *l.* 5. *ff. de juriſd.* pupillariter liberis substituunt parentes, *l.* 2. *ff. de vulg.* advocationibus interdicitur, *l.* 9. *ff. de pœnis.* fœminæ pro aliis non postulant, *l.* 12. §. *pen. ff. de jud.* non fidejubent, non funguntur muneribus publicis, *l.* 1. §. 1. *ff. ad Vellei.* adde *l.* 28. *ff. ad municip.* Alias etiam jus moribus introductum naturæ, & gentium jus significat, *ut l.* 8. *l.* 39. *ff. de ritu.* Hinc etiam notat Bartolus, *in l. pen. C. de pactis.* Baldus & Jason. *ibid.* donationem inter virum & uxorem non firmari juramento, quoniam moribus est prohibita, nec enim valere adversus bonos mores juramentum, *l.* 5. *C. de legibus.* Sed Julius Clarus, 4 *ſent.* §. *donatio. q.* 9. ait, contrariam opinionem esse communem, & ab ea judicando aut consultando non esse recedendum: ubi etiam tradit, communem opinionem esse, ut senex puellæ, ignobilis nobili, in pensationem fœx, vel ignobilitatis, vel senectutis, atque adeo propter conjugii imparitatem aliquid uxori donare possit. Res tota ita distingui potest: Jure civili juramento non potest confirmari talis donatio, quia nulla est jure civili: adeo nec parit naturalem obligationem, & jure civili juramentum non est modus inducendæ obligationis, *l.* 56. *ff. de fidejuſſ.* Jure canonico, valet, *c. ult. de don. inter virum.* si juramentum non inducit peccatum. Eodem etiam jure Canonico, juramentum inducit obligationem, *c. veniens. de jurejur.* sic eodem jure Canonico pactum de non succedendo parenti, valet, *c. quamvis. de pactis. in* 6. vide Pyrrhum, *diſp.* 12. *in ſi. conſuet.* ubi refutat opiniones Bartoli (sibi dissimilis ea parte) & Jasonis: Ita enim argumentatur: donatio inutilis morte confirmari potest, igitur & juramento. Donatio valet inter patrem & filium, igitur & inter conjuges. Donatio inter conjuges statuto utilis esse potest, igitur & pacto jurato. 5 Ne mutuo amore. *Hal.* amore alterius alter. *l.* 31. §. 7. *ff. eod.* 6 Vel unus egeret, *l.* 20. *in pr. verſ. ſimplices. C. de don. ante nupt.* 7 *al.* §. 7. ad egestatem redigerentur. *d. verſ. ſimplices. Novell.* 74. *c.* 4. 8 *Al.* facilitate abutentes. *Goth.* Ita Salmas. emendat hunc text. *non temperantes à profuſa erga ſe facilitate.* & verbum (*ſed*) hic abundare, eoque sensu *facilitatem* usurpare Terentium, Ciceronem & Senecam notat Grot. Flor. Sparf. hic. *S. L.* 9 Ep. *Ne ceſſet.* id est, nec cesset: non adeo solliciti de liberis sint & heredibus, qui sua jam in alios contulere, seu prodegere. 10 Educandi. 11 Distraherentur. *Hal.* id est ne divortii causam habeant ex eo quod non donetur. Harm. *Ecl. c.* 1. sed discuti hic idem est, quod distrahi & dissolvi. 12 Venalia. Hal. *l.* 3. *ff. eod.* vide *l.* 27. *ff. de pact. dot.*

1. *Si matrimonium non valet. 2. De his, qui sunt in potestate soceri. 3. De servis. 4. De filio communi, vel mariti. 5. De eo, qui est in potestate soceri. 6. De viro & socero, & his, qui sunt in eorum potestate, aut eos habent in potestate. 7. De socru, & nuru. 8. De servo, in quo nudum proprietatem habet maritus. De eo, qui bona fide servit marito. 9. Per quos donari non potest. 10. Quatenus donatio non valet. 11. De nummis uxoris datis. 12. Si debitor mariti solverit uxori. 13. Si marito donaturus dederit uxori.*

III. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

HÆc ratio & Orationе Imperatoris nostri Antonini [Augusti] electa est: nam ita ait, *Majores nostri inter virum & uxorem donationes prohibuerunt, amorem* [13] *honeſtum ſolis animis æſtimantes, famæ etiam conjunctorum conſulentes, ne concordia pretio conciliari videretur* [14]: *neve melior* [15] *in paupertatem incideret, deterior* [16] *ditior fieret* [17].

§. 1. Videamus *inter quos* sunt prohibitæ donationes: Et quidem, si matrimonium moribus legibusque [nostris] constat, donatio non valebit. Sed si aliquod impedimentum interveniat, ne sit omnino matrimonium, donatio valebit: Ergo si [18] Senatoris filia libertino contra Senatusconsultum [19] nupserit, vel provincialis [20] mulier ei, qui ibi meret [21], contra mandata [22], valebit donatio, quia nuptiæ non sunt: Sed fas non est, eas donationes ratas esse: ne melior sit conditio eorum qui deliquerunt. Divus tamen Severus in liberta Pontii Paulini Senatoris contra statuit: quia non erat affectione uxoris habita, sed magis concubinæ [23].

§. 2. Qui in ejusdem potestate sunt [24], prohibentur sibi [25] donare: utputa, frater [26] mariti, qui est in soceri potestate.

§. 3. Verbum *potestatis* non solum ad liberos trahimus, verumetiam [27] ad servos: nam magis est, ut hi quoque, qui aliquo jure subjecti sunt marito, donare non possint. §. 4. Secundum hæc, si mater filio, qui in patris potestate esset, donet, nullius momenti erit donatio [28]: quia patri quæritur: Sed si in castra gunti filio dedit, videtur valere: quia filio quæritur, & est castrensis peculii. † Quare & si filius, vel privignus, vel quivis [29] alius potestati mariti subjectus, de castrensi suo peculio donavit, non erit irrita donatio. §. 5. Prohibetur igitur [&] uxori & nurui [30] donare etiam

---

13 Ut & fidem facit *l.* 112. *in fin. ff. de verb. obligi.*

14 *Al.* viderentur.

15 Ditior in paupertatem incidat, pauperior ditior fiat. Harm. *Ecloc. c.* 1.

16 Id est, is, qui accipit. est enim beatius dare, quam accipere. *Bald.*

17 Adde & aliam rationem ex Plutarchi problematis, & Romanis quæstionibus, ut omnia inter se communia judicent. *Duar. hic.*

18 Matrimonii causæ impedientes.

19 Quod hodie abrogatum, *Novell.* 78. *c.* 3.

20 Vid. *l.* 38. *ff. de ritu.*

21 Ibi moretur. *Hal.*

22 Mandatis principalibus prohibemur certis casibus uxorem ducere, *l. præſectus.* 63. *l. eos.* 65. *ff. de ritu.*

23 Cui (excepto milite) donari potest, *l.* 31. *ff. de donat.*

24 Οἱ συνυπήκοοι. *Ecloc. c.* 2.

25 Ipsi, *Bud.*

26 §. 5. *ff. eod.* Ut uxori donare non possim, ita nec frater meus in ejusdem patris potestate positus.

27 Ut uxori donare non possim, ita nec servus meus: & retro, ut uxor mihi donare non potest, ita nec servus ejus. *l.* 215. *ff. de verb. ſign.*

28 Ut uxor mihi donare non potest, ita nec filio meo, qui est in potestate mea, nisi eunti in castra: adde *l.* 5. §. 2. *ff. eod.*

29 Filius in potestate mea positus, ut mihi de castrensi suo peculio donare potest, ita & de eodem castrensi peculio uxori meæ noverca fuæ donare idem filius, vel privignus poterit.

30 Ut uxori meæ, ejusve filiæ donare non possum, ita nec is, qui in patris meî potestate est, eidem, ejusve filiæ donare potest.

etiam is, qui est in soceri potestate, si modo maritus sit in patris potestate. §. 6. Ab uxoris [32], nurusve parte [33] prohibitum est donari viro, vel genero [34]. † Sed & his [35], qui sunt in eorum potestate, si fuerit donatum, vel in quorum sunt potestate, non valebit donatio: si [36] modo vir, & socer in ejusdem sunt potestate, vel vir in soceri: cæterum si in alia familia est maritus, neque [37] socero, neque ei, qui est in ejus potestate, neque ei, in cujus est, donatione interdictum est. §. 7. Socrui a nuru [38], vel contra, donari non est prohibitum: quia hic jus potestatis non [39] vertitur. §. 8. Si servus meus, cujus ususfructus alienus est, donet uxori meæ ex eo peculio, quod ad me non pertinebat; vel homo liber bona fide mihi serviens: an valeat donatio, quæritur? Et in libera [40] quidem persona utcumque admitti potest donatio: cæteræ [41] enim personæ alienationem peculii, ut donent, non habent. §. 9. Non [42] tantum autem per se maritus & uxor [43], cæteræque personæ dare non possunt [44]. §. 10. Sciendum autem est, ita interdictam inter virum & uxorem donationem, ut ipso jure nihil [45] valeat quod actum est. † Proinde, si corpus sit quod donatur, nec traditio [46] quicquam valet. † Et si stipulanti [47] promissum sit, vel accepto latum, nihil valet *: ipso [48] enim jure, quæ inter virum & uxorem donationis causa geruntur, nullius momenti sunt. §. 11. Si quis igitur nummos uxori [49] dederit, non fieri ejus apparet: quia nihil corporis ejus fieri palam est. §. 12. Sed si *debitorem suum ei* [50] *solvere* jusserit, hic quæritur, an nummi fiant ejus, debitorque liberetur? Et Celsus lib. xv Digestorum scribit, videndum esse, ne dici possit & debitorem liberatum, & nummos factos mariti, non uxoris: Nam [&] si donatio jure civili non impediretur, eum rei gestæ ordinem [51] futurum, ut pecunia ad te à debitore tuo, deinde à te ad mulierem perveniret: nam celeritate [52] conjungendarum inter se actionum, unam actionem occultari: cæterum debitorem creditori dare, creditorem uxori: nec novum aut mirum esse, quod per alium accipias, te accipere: Nam & si is, qui creditoris tui se procuratorem esse simulaverit [53], à debitore tuo jubente te pecuniam acceperit, & furti actionem te habere constat, & ipsam pecuniam tuam esse.

§. 13. Huic sententiæ consequens est, quod Julianus libro septimodecimo Digestorum scripsit, si donaturum mihi jussero [54] uxori meæ dare [55]: ait enim Julianus, nullius [56] esse momenti: perinde enim habendum, atque si ego acceptam, [&] rem meam factam, uxori meæ dedissem: Quæ sententia vera est.

IV. Julianus lib. XVII Digestorum.

Idemque est, & si mortis causa traditurum mihi jusserim uxori tradere: nec referre, convaluerit donator, an mortuus sit: neque existimandum est, si dixerimus valere donationem, non fieri me pauperiorem: quia sive convaluerit donator, condictione tenebor; sive mortuus fuerit, rem, quam habiturus eram in bonis meis, desinam propter donationem habere.

Si sponsus sponsæ donaturus tradiderit Titio, & is dederit sponsæ post nuptias. 1. De muliere correa, & de acceptilatione. 2. De viro, uxore, & his, qui ad eos pertinent, & extraneis personis. 3. Si debitor viri uxori. 4. Aut uxor viri creditori promiserit. 5. De venditione minoris facta. 6. De eo, qui non est usus fructus. 7. De exceptione, & sententia. 8. De sepultura. 12. De re Deo offerenda, vel conseerandа, de opere publico faciendo. 13. De repudiatione hereditatis, 14. Vel legati. 15. De restitutione fideicommissi. 16. Si donans non deminuat, aut accipiens non fiat locupletior. 17. Si mulier pecuniam à marito acceptam pro alio erogaverit. 18. Quatenus revocatur, & quibus actionibus, quod donatum est.

V. Ulpianus lib. XXXII ad Sabinum.

Si sponsus sponsæ donaturus, tradiderit Titio, ut is sponsæ daret; deinde Titius tradiderit post [57] nuptias secutas: siquidem eum interposuerit maritus, donationem non valere, quæ post contractas nuptias perficiatur: si vero mulier eum interposuerit, jamdudum perfectam donationem, hoc est, ante nuptias: atque ideo, quamvis contractis nuptiis Titius tradiderit, donationem valere. §. 1. Si maritus duos reos habeat, Titium, & mulierem, & mulieri [58] accepto [59] tulerit donationis causa, neuter liberatur quia acceptilatio non valet: Et hæc Julianus lib. XVII Digestorum scribit. Plane si [mihi] proponas, Titio accepto latum, ipse quidem liberabitur, mulier vero manebit [60] obligata.

§. 2. Generaliter tenendum est, Quod inter ipsos, aut qui [61] ad eos pertinent, aut per interpositas [62] personas donationis causa agatur, non valere: quod si aliarum extrinsecus rerum personarumve causa commixta sit, si separari non potest, nec donationem impediri: si separari possit, cætera valere [63]; id, quod donatum sit, non valere. §. 3. Si [64] debitor viri pecuniam, jussu mariti, uxori promiserit, nihil agitur. §. 4. Si uxor viri creditori donationis causa promiserit & fidejussorem dederit, neque virum liberari, neque mulierem obligari, vel fidejussorem ejus, Julianus ait: perindeque haberi, ac si nihil promisisset. §. 5. Circa venditionem [65] quoque, Julianus [quidem] minoris [66] factam venditionem nullius esse momenti ait: Neratius autem (cujus opinionem Pomponius non improbat) venditionem, donationis [67] causa inter virum & uxorem factam, nullius esse momenti: si modo, cum animum maritus vendendi non haberet, idcirco venditionem commentus sit, ut donaret: enimvero, si cum animum vendendi haberet ex pretio ei remisit [68], venditionem quidem valere, remissionem [autem] hactenus non valere, quatenus [69] facta est locupletior. Itaque si res quindecim venit quinque, nunc autem sit decem, quinque tantum præstanda sunt: quia in hoc locupletior videtur facta. §. 6. Si donationis causa vir vel uxor servitute non [70] utatur, puto amitti servitutem: verum post divortium condici posse. §. 7. Si uxor vel maritus exceptione quadam donationis causa summoveri voluerint, facta à Judice absolutione valebit quidem sententia, sed condicetur [71] ei cui donatum est.

§. 8. Concessa donatio est sepulturæ [72] causa: nam sepulturæ causa locum marito ab uxore, vel contra, posse donari constat: & si [73] quidem intulerit, faciet locum religiosum. Hoc autem ex eo venit, quod definiri solet, eam [74] demum donationem impediri solere, quæ & donantem pauperiorem, & accipientem facit locupletiorem: Porro hic non videtur fieri locupletior in ea re, quam religioni dicavit [75]. Nec movit [76] quemquam, quod emeret, nisi à marito accepisset: nam, etsi [77] pauperior ea fieret nisi maritus dedisset, non tamen idcirco fit locupletior quod non expendit.

§. 9. Hæc res & illud suadet, si uxori maritus sepulturæ causa donaverit, ita [78] demum locum fieri intellegi mulieris, cum corpus humatur: cæterum, antequam fiet religiosus, donantis manet: proinde si distraxerit mulier, manet locus donatoris.

§. 10. Secundum hæc, si uxori suæ monumentum purum [79] maritus magni pretii donaverit, valebit donatio: sic tamen, ut, cum fit religiosus, valeat. §. 11. Sed etsi ipsa fuerit illo illata, licet morte ejus finitum est matrimonium [80], favorabiliter tamen dicetur locum religiosum fieri. §. 12. Proinde & si maritus *ad oblationem* [81] *Dei* uxori donavit, vel locum, in quo opus publicum, quod promiserat facere, vel [*ut*] *eadem publicam dedicaret*: fiet locus sacer. Sed & si quid ei det, *ut* [*donum*] *deo detur*, vel *conseceretur*, dubium non est, quin debeat valere: Quare, & si oleum [82] pro ea in æde sacra posuerit, valet donatio. §. 13. Si maritus heres institutus repudiet hereditatem donationis causa, Julianus scripsit lib. XVII Digestorum, donationem valere: neque [83] enim pauperior [84] fit, qui non adquirat, sed [85] qui de patrimonio suo deposuit. Repudiatio autem mariti mulieri prodest, si vel substituta sit mulier, vel etiam ab intestato heres futura. §. 14. Simili modo & si legatum repudiet, placet nobis, valere donationem, si mulier substituta sit in legato, vel etiam si proponas eam heredem institutam. §. 15. Si quis rogatus sit, *præcepta certa quantitate, uxori suæ hereditatem restituere*, & is sine [86] deductione restituerit, Cellus lib. x Digestorum scripsit, magis pleniore [87] officio fidei præstandæ functum maritum, quam [88] donasset, videri: Et rectam rationem huic sententiæ Celsus adjecit, quod plerique magis fidem [89] exsolvunt in hunc casum, quam donant: nec de suo putant proficisci quod de alieno plenius restituunt, voluntatem defuncti secuti: nec immerito sæpe [90] credimus aliquid defunctum voluisse, & tamen non rogasse: Quæ sententia habet rationem magis in eo, qui non erat deducta quarta rogatus restituere, & tamen integram fidem præstitit omisso Senatusconsulti commodo: hic enim vere fidem exolvit, voluntatem testatoris obsecutus. Hoc ita, si non per errorem [91] calculi fecit. Cæterum indebiti fideicommissi esse repetitionem, nulla dubitatio est.

§. 16. Cum igitur nihil de bonis erogatur, recte dicitur valere donationem. Ubicunque [92] igitur non deminuit de facultatibus suis qui donavit, [valet]: vel etiam si deminuat, locupletior tamen non fit qui accepit, donatio valet. §. 17. Marcellus lib. VII Digestorum quærit, Si mulier acceptam à marito pecuniam in sportulas [93] pro cognato suo ordini [94] erogaverit, an donatio valeat? Et ait, valere: nec videri locupletiorem mulierem factam, quamvis mutuam pecuniam esset acceptura, & pro adfine erogatura. §. 18. In [95] donationibus autem jure civili impeditis hactenus revocatur donum ab eo, [ab eave], cui donatum est, ut si quidem exstet res, vindicetur [96]: si consumpta sit, condicatur hactenus, quatenus [97] locupletior quis eorum factus est.

VI. Gaius lib. XI ad Edictum provinciale.

Quia quod ex non concessa donatione retinetur, id aut sine causa, aut ex injusta [98] causa retineri intellegitur: ex quibus causis condictio nasci solet.

Quo tempore spectatur, an sit locupletior. 1. Si uxori unguentorum emendorum causa daretur. 2. De mutua donatione. 3. De prædio empto ex pecunia donata, 4. Vel partim ex donata, partim ex propria. 5. De æstimatione. 6. De emptione pignoris. 7. Si maritus pro uxore vendituri pretium solverit. 8. De donatione manumissionis causa.

VII. Ulpianus lib. XXXI ad Sabinum.

Quod autem spectetur tempus, an locupletiores sint facti: utrum tempus litis contestatæ, an rei judicatæ? Et verum est, litis contestatæ tempus spectari oportere [99], idque Imperator Noster cum Patre rescripsit. §. 1. Si maritus [100] pecuniam uxori *in unguenta* dederit, eaque eam [pecuniam] creditori suo solverit, mox [ea] de sua [1] pecunia unguenta emerit: non videri locupletiorem factam, Marcellus lib. VII Digestorum scribit. Idemque, & si lancem ob eandem causam ei dederit, eaque lancem retinuerit, de sua autem pecunia unguenta emerit: vindicationem cessare: quia non est locupletior, quæ tantundem in re mortua [2] impendit. §. 2. Si vir & uxor quina invicem [3] sibi donaverint, & maritus servaverit, uxor consumpserit, recte placuit compensationem [4] fieri [5] donationum: & hoc Divus Hadrianus constituit.

§. 3. Idemque ait, [&] si vir uxori pecuniam donaverit, ipsaque ex ea prædium emerit: æstimari oportere, in quantum locupletior facta sit mulier. Proinde & si prædia hodie vilissimo sunt, consequenter dicemus, litis contestatæ tempore æstimationem eorum spectandam. Plane, si magni pretii prædia sunt, summa [tantum] numerata erit restituenda, non etiam usuræ pretii.

§. 4. Eleganter tractabitur, si mulier quindecim prædia emerit, & maritus non totum pretium numeraverit, sed duas partes pretii, hoc est decem, uxor de suo quinque; deinde hæc prædia valeant nunc decem: maritus quantum consequatur? Et magis est, ut consequi debeat duas partes decem: ut quod periit ex pretio, utrique [6] perierit, & marito & uxori. §. 5. Si maritus æstima-

---

32 Uxoris meæ filius, vel servus, neque mihi, quia mariti ejus sum; neque patri meo donare potest, quia patri meo uxor mea nurus est. Non potest etiam servus soceri mei mihi donare, quia socero meo sum gener. vide *l. 5 §. ult. eod.*

33 *Forte legendum*, patre. *Goth.* Neque juramento confirmatur hæc donatio, *l. 58. de reg. jur. in 6.* Diff. Andr. Gail. *lib. 2 obs. 41. num. 12.* Covarruv. *cap. 2. de pact. in 6.* late Tessaur. *decis. 32. Auct.*

34 Vel socero, *ut §.* si modo vir & socer, item vir in soceri hc potestate.

35 Uxor mea nec mihi, nec iis, quos in potestate habeo, nec eis etiam, quos mei in potestate habent, potest donare, *E leg. c. 2.*

36 Si non vir. *Bud.*

37 Vide Ferrandum, *Explicationum. 21.*

38 Uxor mea nurui meæ, ut & nurus mea uxori meæ donare potest. *l. 23. C. eod. l. 12. C. de donat. ante nupt.*

39 Nec enim uxor mea nurum meam habet in potestate, nec nurus mea in potestate est meæ uxoris.

40 Id est, in libero homine, qui bona fide mihi servit.

41 Id est, servus, in quo nudam proprietatem habeo.

42 Cur dicit, non tantum per se? Ut intelligamus, neque per interpositam personam donare posse conjugem conjugi, *ut apud* Paul. *2 sent. 23. §. 3.* ut constet hunc locum mutilum esse una orationis parte. adde *l. 5. §. 2. ff. eod.*

43 Maritus & *vic. Hal.* & male.

44 Hic paragraphus hac parte mutilus est sic itaque supple ex Haloandro, *donare non possunt, sed nec per alios.* vide *l. 5 §. 2. ff. eod.*

45 Vide tamen exceptiones apud Socinum, *regul. 104.*

46 Quia causa legitima non subest, *l 31. ff. de adq. rer.*

47 *l. 23. ff. eod.*

48 Ipso jure donationes inter conjuges non valent.

49 Vel è contra, *l. 14. ff. ad exhibendum.*

50 *l. 26. l. 39. ff. eod.* Goth. Intellectum hujus §. vid. apud Zanger. *de Except. part. 3. c 1. n. 125.* Anf.

51 Ordo etiam in fictionibus servatur.

52 Vide quæ notavi *ad l. 11. ff. de reb. cred.* de celeritate dixi *l. 1. in fin. l. 2. ff. de furtis.*

53 Adde *l. 52. §. 11. ff. de furt.*

54 Per alium qui facit, ipse facere videtur. 55 V. *l. 4. ff. eod. l. 56. ff. eod.* 56 Imo alicujus momenti, *l. 31 §. 7. ff. eod.* 57 Constante matrimonio donatio valebit: sufficit enim factam esse traditionem procuratori ante nuptias, & merito: quia quod traditur procuratori meo, ut ad me perveniat, id ipso jure in me transfertur, *l. 13. in fin. ff. de donat. l. pen. ff. de adquir. rer.*

58 Hic acceptilatio assumit principium à persona incapace: ideoque non potest extendi ad capacem. 59 Acceptilatio, sive fumat initium in persona capace, sive incapace, extendi non potest ad personam capacem. 60 Imò, per capacem, & per consequentias liberanda est, *l. 29. ff. de liberat. leg.* 61 *l. 3. §. 6. 3. eod.* 62 *d. l. 3. §. 9.* inter virum & uxorem, nec per interpositam personam donatio fieri potest, Paul. *2 sent. 23. §. 3.* 63 Nota, regulam, *utile per inutile non vitiatur*, non semper veram esse. 64 *l. 38. §. 1. ff. de solutionibus.* 65 Et locationem, *l. 52. ff. eod.*

66 Venditio & emptio inter conjuges permissa, si modo facta non sit animo donandi, dixi ad *l. 31. §. 2. ff. eod.* 67 Inter virum & uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest. Paul. *2 sent. 23. §. 4. l. 28. in fin. ff. de contr. empt.* 68 *Remittere*, est donare à donat, qui remittit: ideoque ut donatio facta uxori non subsistit, ita nec remissio. Hinc colligit Baldus, in remissione, ut in donatione, insinuationem requiri: quæ tamen sententia quodam temperamento indiget. 69 *l. 31. §. 3. §. 4. l. 52. ff. eod.* 70 Prohibita quoties donatio est, donator regressum in donatarium præscribentem habere potest.

71 Imo, damna auctoritate rei judicatæ non condicitur, *l 29. §. 3. h. mandati.*

72 Sepulturæ causa donatio permissa est inter virum & uxorem: sepulturæ autem causa locum interdum donabat conjux conjugi.

73 Religiosus fit locus illatione mortui.

74 Donatio, quæ donantem pauperiorem facit, accipientem ditiorem, non permissa est inter conjuges. Inde fit, ut à conjuge conjux locum sepulturæ causa ex causa donationis possit accipere. Hanc enim donationem qui accipit, non fit locupletior. Cur non fit locupletior? Quia religioni rem donatione acceptam dicat. Quæ religioni dicata, non sunt in dominio privatorum, vide *l. pen. ff. de relig.*

75 Est enim in iis rebus optima mensura rerum donatarum ipsa immensitas. *Nov. 7. c. 2. §. 1.* Ideoque donatione simpliciter prohibita, non evasetur prohibita donatio ad piam causam. *Bald.*

76 Nec moveat quemquam. *Hal.* Imo, moveat omnes: Hoc enim locupletior censetur mulier, quod non sit pauperior facta, *l. 47. in fi. ff. de solution.*

77 Pauperior fit, qui cogitur emere: non tamen locupletior habetur, qui nihil expendit.

78 *l. 2. §. 5. & passim. ff. de religios.*

79 *l. 6. in fi. ff. de religios.* Purum monumentum, in quod nemo illatus sit.

80 Et donatio, *l. 18. C. eod.*

81 Ad Dei oblationem, ut donum Deo detur, ut consecretur, maritus uxori donare potest, *ut hic.* Cur potest? An favore summi numinis, ac religionis? An potius, quia nihilo hac donatione locupletior est uxor?

82 Oleo sic indigebat Respublica ad usum templorum, *ut hic. l. 44. ff. de manum. testam. & canone 71. Apost.* utebatur & in rebus aliis: hinc oleonicæ munera, *l. 18. §. 5. ff. de muneris.*

83 Donationes inter virum & uxorem sunt permissæ, in quibus neuter conjugum fit pauperior.

84 *§. 8. ff. eod.*

85 Pauperior fieri non videtur, qui non adquirit, sed qui de patrimonio suo deperdit, deponit, seu amittit.

86 Vide *l. 1. C. ad l. Falcidiam.*

87 *l. 45. ff. ad Trebell. l. 202. ff. de verb. sign. l. 1. l. 9. C. ad l. Falcid.*

88 Restituens hereditatem, non deducta Trebellianica, non tam donat, quam fidei debitum implet. 89 Vide quæ notavi *ad l. 62. ff. de condit. indeb.*

90 Testator quædam nonnunquam vult, quæ nunquam rogavit. Igitur non omnis voluntas rogatio est. 91 *l. 21. ff. ad Trebell.* 92 *l. 1. 2. ff. eod. l. 25. l. 31. §. 7. ff. eod.* 93 Δωρεὰν περὶ συνουσίας. *Eclog. l. 6. v. l. 6. §. 1.* ff. *de decurionibus.* 94 Forte decurionum. 95 Donationes inter conjuges, si extent, vindicari: si non extent, condici earum possunt, quatenus qui accepit locupletior factus est. 96 *l. 6. l. 33 §. 1. l. 36. l. 39. l. 55. in fi. ff. eod. l. 1. C. de donation. quæ sub modo.* 97 *l. 50. in fin. ff. eod.* 98 *l. 1. in fi. ff. de cond. sine causa.* 99 Quia locupletiorem esse, est causa actionis dandæ. *Bald.* 100 V. Cujac. *lib. 9 obs. c. 30. S. L.*

1 *l. 28. §. pen. ff. eod.* 2 Unguenta, res mortuæ: sic Plinius 13. c. 3. *Margaritæ, gemmæque ad heredem transeunt, vestes prorogant tempus, unguenta illico expirant, & suis moriuntur horis.* & in Pseudolo Plautus dixit, rem mortuam, fractam scilicet & vacuefactam, in Trinummo, rem animam egisse: & Jurisconsulti, rem sive litem mortuam, quæ omissa restitui non potest, *l. 2. ff. judicatum solvi. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. l. 13. C. de judiciis.* v. Cujac. *9 obs. 10.* 3 Donatio mutua inter conjuges valet. vide Pyrrhum *in consuetudines Aurelianenses.* Goth. Adde Mozz. *de contract. de donation. tit. de person. inter quas. n. 33.* Gail. *lib. 2. obs. 40. n. 7.* Pecc. *de testam. conjug. lib. 4. c. 41. n. 4.* Anf. V. etiam Cujac. *lib. 15. obs. 21. S. L.* 4 Inter virum & uxorem locus est compensationi. 5 Imo non fit compensatio. *l. 32. §. 9. ff. eod.* 6 Deterioratio contingens, intelligitur fieri proportionaliter, & pro rata.

timationem rerum, quas in dotem accepit, dicat se donationis 7 causa auxisse: remedium monstravit Imperator Noster 8 cum Divo Patre suo, rescripto, cujus verba hæc sunt: *Cum donationu 9 causa pretium rebus additum, qui super ea re cognituros est, si pecunia modum excedit, ipsa pradia restitui debere sumptuum deductu rationibus, arbitrabitur.* In arbitrio 10 igitur mariti erit, quid præstitum malit. † Idem juris est, & si e contrario mulier de minore 11 æstimatione queratur. Nec aliud in commodato æstimato [dato] observari solet, ut Pomponius lib. IV Variarum Lectionum scribit.

§. 6. Si uxor à marito suo prædia, quæ ob 12 dotem pignori acceperat, emerit, eaque emptio 13 donationis causa facta dicatur: nullius esse momenti: pignoris 14 tamen obligationem durare, Imperator Noster cum Patre suo rescripsit: cujus rescripti verba ideo rettuli, ut appareat venditionem inter virum & uxorem bona fide gestam non retractari: *Si 15 tibi maritus pignora 16 propter dotem & pecuniam creditam data, non donationis causa, vendidit, quod bona fide gestum est, manebit ratum: at si titulus donationis quæsitus ostenditur 17, atque ideo venditionem irritam esse confiabit, jure 18 publico causam pignorum integram obtinebit.* §. 7. Si uxor rem emit, & maritus pretium pro ea 19 numeravit: interdum 20 dicendum est, totum à muliere repetendum, quasi locupletior ex ea in solidum facta sit: utputa si emit quidem rem mulier, & debebat 21 pecuniam, maritus [autem] à venditore eam liberavit: Quid enim interest, creditori solvat, an venditori? §. 8. Uxori quis donavit servum, ita *ut eum intra annum manumitteret*: an, si mulier non obtemperet voluntati, constitutio Divi Marci 22 imponat ei libertatem, si vir vel vivit, vel etiam diem suum obierit 23? Et ait Papinianus, cum Sabini sit sententia recepta, (qui putat, tunc fieri servum ejus cui donatur, cum cœperit libertas imponi, ideoque nec si velit mulier, post exactum tempus possit manumittere,) recte dici, non esse constitutioni locum: nec voluntatem mariti posse constitutioni locum facere, cum proprium servum possit manumittere: Quæ sententia mihi quoque probatur, quia venditor sive donator non sibi vult legem imponi, nec potest 24, sed ei qui accepit: dominio igitur penes se remanente, nequaquam effectum habebit constitutio.

§. 9. Manumissionis causa donatio facta valet 25: licet non hoc agatur, ut statim ad libertatem, sed quandoque perducatur: proinde si, *Ut post certum tempus manumittat*, uxori suæ tradidit, tunc demum ejus fiet, cum tempore impleto manumittere cœperit: quare antea manumittendo nihil agit: Nam & illud sciendum est, si uxori quis suæ donaverit, *Ut intra annum manumittat*, deinde non manumiserit [ea] intra annum, postea manumittendo nihil agi.

VIII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

SI antequam 26 servus manumittatur, morte 27 aut divortio solutum fuerit matrimonium, resolvitur donatio 28: inesse enim conditio donationi videtur, ut manente matrimonio manumittatur.

De donatione causa mortis.

IX. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI eum uxori donet maritus, qui ejus erat conditionis, *ne unquam ad libertatem perduci possit*: dicendum est, omnino nihil agi hac donatione 29. §. 1. Si pecunia accepta mulier manumiserit, vel operas ei imposuerit: ait Julianus, operas quidem eam licito jure imposituram, & tenere obligationem: nec videri mulierem ex re viri locupletiorem fieri, cum eas libertus promittat: Quod si pretium ob manumissionem acceperit mulier, & sic manumiserit, si quidem ex peculio suo dedit, nummos mariti manere: sin vero alius pro eo dedit, fient nummi mulieris: Quæ sententia recte se habet. §. 2. Inter virum & uxorem *mortis causa* donationes receptæ 30 sunt 31:

X. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

QUia in hoc tempus excutrit donationis eventus, quo vir & uxor esse desinunt.

De donatione divortii causa.

XI. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SEd interim res non statim fiunt ejus, cui donatæ sunt, sed tunc demum, cum 32 mors 33 insecuta est: Medio igitur tempore dominium 34 remanet apud eum, qui donavit. §. 1. Sed quod 35 dicitur, *mortis causa donationem inter virum & uxorem valere*, ita verum est, ut non solum ea donatio valeat, secundum Julianum, quæ hoc animo fit, ut tunc res fiat uxoris vel mariti cum mors insequetur, sed omnis 36 mortis causa donatio. §. 2. Quando itaque non retro agatur donatio, emergunt vitia 37, ut Marcellus animadvertit in specie hujusmodi: Maritus uxori mortis causa donatum voluit, interposuit mulier filiumfamilias 38, qui à marito acciperet, eique traderet; deinde, cum moritur maritus, paterfamilias invenitur: an valeat traditio? Et ait, consequens esse dici, traditionem valere: quia sui juris effectus est eo tempore, ad quod traditio redigitur, id est, cum maritus moriebatur. §. 3. Idem ait, Placuisse scio Sabinianis 39, si filiæfamilias 40 uxori maritus tradet 41, donationem ejus cum omni suo emolumento fieri, si, vivo adhuc marito, sui juris fuerit effecta: Quod & Julianus lib. XVII Digestorum probat. §. 4. Proinde & si uxor marito filiofamilias mortis causa tradat, & is sui juris effectus sit, sine dubio dicemus ipsius fieri. §. 5. Per contrarium quoque, si uxor donaverit mortis causa patrifamilias marito, & mortis ejus tempore filiusfamilias inveniatur, patri erit nunc emolumentum quæsitum. §. 6. Consequenter Scævola apud Marcellum notat, si servum interposuit mulier, ut ei tradatur mortis causa, isque adhuc servus dederit mulieri, deinde mortis tempore liber inveniatur: tantundem esse dicendum. §. 7. Idem Marcellus tractat, si is, qui interpositus est, posteaquam dederit mulieri, decesserit vivo adhuc donatore, donationem evanescere: quia debeat 42 aliquo momento 43 interposito fieri 44, & sic ad mulierem transire: Quod ita procedit, si ea, cui donabatur, eum interposuit, non is, qui donabat: Porro si à marito interpositus est, & res ipsius statim facta est, & si ante mortem mariti tradiderit & decesserit, traditio ejus eigt aliquid: ut ramen hæc traditio pendeat, donec mors sequatur. §. 8. Si uxor rem Titio dederit, *ut is marito mortis causa traderet*; eaque defuncta, invitis heredibus ejus Titius marito dederit: interest 45, utrum à muliere sit interpositus Titius, an vero à marito, cui donabatur: Si à muliere interpositus [est], obligabit se condictione, si marito tradiderit: si autem à marito sit interpositus, mortua muliere confestim fundus efficietur ejus, quem maritus interposuit, & actionem ipse maritus cum eo habebit. §. 9. Si uxor rem, quam a marito suo mortis causa acceperat, vivo eo alii tradiderit: nihil 46 agitur ea traditione: quia non ante ultimum vitæ tempus mulieris fuit. Plane in quibus casibus placeat terro agi 47 donationem, etiam sequens traditio à muliere facta in pendenti habebitur. §. 10. Si maritus uxori donaverit mortis causa, eaque diverterit, an dissolvatur donatio? Julianus scripsit, infirmari donationem, nec impendere 48. §. 11. Idem ait, si divortii 49 causa facta sit donatio, valere.

XII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

QUæ tamen sub ipso divortii tempore, non 50 quæ ex cogitatione quandoque futuri divortii fiant.

1. *De deportatione.* 2. *Si quis acceperit*, Ut in suo ædificet.

XIII. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SEd si mors sit insecuta, non videri factas res mulieris: quia 51 donatio in alium casum facta est. §. 1. Proinde & si mortis causa uxori donaverit, & 52 deportationem 53 passus est, an donatio valeat videamus? Et alias placet, in casum 54 deportationis 55 donationem factam valere, quemadmodum in causam divortii: Cum igitur deportatione matrimonium minime dissolvatur 56, & 57 nihil vitium mulieris incurrit, humanum est, donationem, quæ mortis causa ab initio facta est, tali exilio subsecuto confirmari, tanquam 58 si mortuo marito rata habebatur: ita tamen, ut non 59 adimatur licentia marito eam revocare 60: quia & mors ejus exspectanda 61 est, ut tunc plenissimam habeat firmitatem, quando ab hac luce fuerit subtractus, sive reversus, sive adhuc in pœna constitutus 62. §. 2. Cum quis acceperit, *Ut in suo ædificet*, condici ei id non potest 63: quia magis donari ei videtur: Quæ sententia Neratii quoque fuit: ait enim, datum *ad villam extruendam*, vel *agrum serendum*, quod alioquin facturus non erat is qui accepit, in speciem donationis cadere: Ergo inter virum & uxorem hæ erunt interdictæ.

De edium refectione.

XIV. PAULUS lib. LXXI ad Edictum.

QUod si vir uxori, cujus ædes incendio consumptæ sunt, *ad refectionem earum* pecuniam donaverit: valet donatio in tantum, in quantum ædificii extructio postulat 64.

De annuo vel menstruo. 1. *De usuris, & periculo rei donatæ.*

XV. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

EX annuo vel menstruo, quod uxori maritus præstat, tunc quod superest revocabitur, si satis immodicum 65 est, id est, supra 66 vires dotis. §. 1. Si 67 maritus uxori pecuniam donaverit, eaque usuras ex donata pecunia perceperit: lucrabitur 68: Hæc ita Julianus in marito lib. XVIII Digestorum scribit.

XVI. TRYPHONINUS lib. X Disputationum.

QUid ergo, si ex centum, quæ vir uxori donavit, quinquaginta apud debitorem [ex his] perierint, & alia quinquaginta duplicata usuris uxor habet? Non 69 plus 70 quinquaginta, ejus donationis nomine, maritus ab ea consequetur.

De fructibus prædii donati. 1. *De acquisitis per servum donatum.*

XVII. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

DE fructibus quoque videamus, si ex fructibus prædiorum, quæ donata sunt, locupletata sit, an in causam donationis cadant? Et Julianus significat, fructus quoque, ut usuras, licitam habere donationem. §. 1. Sed si quid servus donatus adquisiit, ad 71 eum, qui donavit, pertinebit.

De usu servorum, aut vestimentorum. de habitatione.

XVIII. POMPONIUS lib. IV ex variis Lectionibus.

SI vir uxoris, aut uxor viri servis 72 aut vestimentis usus, vel usa 73 fuerit, vel in ædibus ejus gratis habitaverit: valet donatio.

De ancilla empta à servo donato.

XIX. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI uxor filio donaverit servum, qui in patris mariti sit potestate 74; deinde is servus ancillam 75 acceperit: dominium mulieri quæretur: Nec interesse Julianus ait, ex cujus pecunia [hæc] ancilla empta sit: quia * *nec ex re sua quicquam adquiri potest per eum qui donatur, ei cui donatur*: hoc enim bonæ fidei possessoribus concessum est: virum autem scientem alienum possidere. §. 1. Idem quærit, si ex re mariti ea ancilla comparata fuerit, an adversus agentem mulierem de dote [maritus] pretium possit per exceptionem retinere? Et dicendum est, posse maritum [&] exceptionem habere, si dos ab eo petetur, secundum Marcelli sententiam: &, si solverit, secundum Julianum condicere posse.

Si servus mortis causa donatus stipuletur.

XX. JAVOLENUS lib. XI Epistularum.

SI is servus, qui uxori mortis causa donatus est, prius quam vir decederet, stipulatus est: in 76 pendenti 77 puto esse causam obligationis, donec vir aut moriatur, aut suspicione mortis propter quam donavit liberetur: quidquid autem eorum inciderit, quod donatum modalem, sed liberum. 64 4 *Harmenop.* 11, tunc enim accipiens non videtur locupletior, cum de suo tantum amiserit. *Accurs.* alias donationes hujusmodi prohibitæ sunt. *l.* 5. §. 13. ff. *eod.*

65 Tunc enim hujusmodi annua præstatio instar donationis est. *l.* 22. *in fin.* ff. *de pactis dotalibus.* Dic apertius, Vestes quotidianæ uxori donatæ à viro fiunt uxoris, nec imputantur viro mortuo in dotem uxoris: Vestes vero festivæ & jocalia pretiosa (ut loquuntur pragmatici) donata uxori non efficiuntur uxoris: nec videtur maritus ea dedisse animo donandi, sed sui ipsius potius gratia, ut uxor cultior, & ornatior esset. *l.* 31. ff. *eod. l.* 5. §. 10. ff. *commodati. l.* 25. ff. *de peculio.* vide Roland. à Valle, 1 *cons.* 10. *n.* 12. Clarum, 4 *sent.* §. *donat.* 10. *q.* 10. & Gail. 2 *obs.* 91. 66 Usque ad reditus dotis vir donare uxori potest. 67 Donari pecuniæ uxori à marito non possunt, ejus tamen pecuniæ usuras suas facit uxor, *ut hic.* Quid, si fors ipsa sit amissa, & usuræ ex ea pecunia perceptæ duplicent sortem? Ex iis usuris fors restituenda viro: quod reliquum erit, uxoris fuerit. *l* 16. ff. *eod.* 68 Nec enim factus est maritus pauperior. *l.* 5. §. 13. ff. *eod.* 69 Non enim facta est locupletior uxor. 70 Et ita usuras non petet. *l.* 21. §. *ult.* ff. *eod.* 71 *l.* 19. ff. *eod.*

72 Donare ut marito uxor non potest, ita nec iis, qui in potestate sunt mariti. 73 *l.* 28. §. 2. ff. *eod.* 74 Vide *l.* 3. §. 6. ff. *eod. l.* 58. *in fin.* ff. *eod.* 75 *l.* 17. *in fin.* ff. *eod.* 76 *l.* 25. *in fin. C. eod. l.* 40. ff. *de mort. caus. donat.* 77 Imo, causa obligationis non est in pendenti, cum is servus mariti seu donatoris maneat. *l.* 76. ff. *de heredib. instit.*

45 Differentiam inter procuratorem uxoris donantis, & mariti donatarii observa: primus revocatur per prohibitionem heredis donatoris: secundus, non item. *Bald.*

46 Dominium, quod quis non habet, non potest in alium transferre, *Bald.*

47 Ubi retroagitur jus auctoris, retroagitur jus successoris. *l.* 8. *in fin.* ff. *de reb. cred. l. si quis alienam.* 46. ff. *de actio. empt.*

48 Nec eam in pendenti esse. *Hal.*

49 *l.* 60. §. 1. ff. *eod.*

50 Infirmatur quid, licet eo perveniat, unde oritur. *Accurs.*

51 In unum casum concepta cautio, ad alium non extenditur: facit *l. si extraneus.* 6. ff. *de condict. causa data. l. si cum dotem.* 22. ff. *soluto.* nisi casus omissus similis sit expresso. *l. Gallus.* 29. §. *si ejus.* 7. ff. *de liberis, & posthumis.*

52 Donatio facta a viro uxori, confirmatur quidem deportatione: potest tamen maritus ipse eam revocare, antequam moriatur, sive reversus sit ab ipsa deportatione, sive adhuc in pœna constitutus.

53 Cujac. 3 *observ.* 10. notat, Tribonianum hanc legem interpolasse, & Ulpiani verbis attexuisse quædam ex *l.* 24. *C. eod.*

54 Adde *d. l.* 24. *C. eod.*

55 Et exilii *l.* 43. ff. *eod.*

56 *l.* 1. *C. de repudiis.*

57 *Al.* & nullum.

58 *Deportationis*, & *mortis* similitudo.

59 *d. l.* 24.

60 Jus revocandæ donationis penes deportatum remanet, nec transit in fiscum: habet enim plus facti & animi, quam juris. *Bald.* 61 *l.* 121. §. *fere* ff. *de verb. oblig.*

62 Hinc colligit Cotta in voce *donatio causa mortis*. Donationem causa mortis factam à marito uxori, confirmari morte etiam civili, veluti banno, id est, exilio: Tradit etiam, deportationem metuentibus singulare fraudandi fisci esse, ut uxori donationem mortis causa faciant: Formulam hujus donationis suggerit Baldus, *Dono tibi uxor mea rem eam, quo casu contigerit bona mea publicari.*

63 Etiamsi causa non sit secuta. Quid itaque modus insertus favore solius acceptantis, non reddit actum modalem, sed liberum.

64 4 *Harmenop.* 11, tunc enim accipiens non videtur locupletior, cum de suo tantum amiserit. *Accurs.* alias donationes hujusmodi prohibitæ sunt. *l.* 5. §. 13. ff. *eod.*

65 Tunc enim hujusmodi annua præstatio instar donationis est. *l.* 22. *in fin.* ff. *de pactis dotalibus.* Dic apertius, Vestes quotidianæ uxori donatæ à viro fiunt uxoris, nec imputantur viro mortuo in dotem uxoris: Vestes vero festivæ & jocalia pretiosa (ut loquuntur pragmatici) donata uxori non efficiuntur uxoris: nec videtur maritus ea dedisse animo donandi, sed sui ipsius potius gratia, ut uxor cultior, & ornatior esset. *l.* 31. ff. *eod. l.* 5. §. 10. ff. *commodati. l.* 25. ff. *de peculio.* vide Roland. à Valle, 1 *cons.* 10. *n.* 12. Clarum, 4 *sent.* §. *donat.* 10. *q.* 10. & Gail. 2 *obs* 91. 66 Usque ad reditus dotis vir donare uxori potest. 67 Donari pecuniæ uxori à marito non possunt, ejus tamen pecuniæ usuras suas facit uxor, *ut hic.* Quid, si fors ipsa sit amissa, & usuræ ex ea pecunia perceptæ duplicent sortem? Ex iis usuris fors restituenda viro: quod reliquum erit, uxoris fuerit. *l* 16. ff. *eod.* 68 Nec enim factus est maritus pauperior. *l.* 5. §. 13. ff. *eod.* 69 Non enim facta est locupletior uxor. 70 Et ita usuras non petet. *l.* 21. §. *ult.* ff. *eod.* 71 *l.* 19. ff. *eod.*

72 Donare ut marito uxor non potest, ita nec iis, qui in potestate sunt mariti. 73 *l.* 28. §. 2. ff. *eod.* 74 Vide *l.* 3. §. 6. ff. *eod. l.* 58. *in fin.* ff. *eod.* 75 *l.* 17. *in fin.* ff. *eod.* 76 *l.* 25. *in fin. C. eod. l.* 40. ff. *de mort. caus. donat.* 77 Imo, causa obligationis non est in pendenti, cum is servus mariti seu donatoris maneat. *l.* 76. ff. *de heredib. instit.*

9 *l.* 12. ff. *de usur. dotium.*

8 Antoninus Caracalla cum Septimio Severo *Arf.*

9 Emptio & venditio inter conjuges permissa est, adeo ne donandi animo sit inita. *l.* 21. §. 3. ff. *eod.*

10 *l.* 10. *in fin. l.* 12. §. 1. ff. *de usur. dotium.*

11 Remedium legis secundæ, C. *de inoff. test.* pertinet ad alios etiam contractus. *Bald.*

12 Ob dotem pignus dari potest, ut hic. & *l.* 17. §. 1. ff. *ad Velleian. l.* 5. ff. *de pignorib.* licet non sit necesse: cum hodie mulier tacitam habeat hypothecam: fidejussor autem ob dotem recte non datur, nisi post solutum matrimonium. *l.* 7. ff. *de except. l. si constante.* 24. §. *quotiens.* 2. ff. *sol. l.* 1. 2. *C. ne fidejussor. dotium.* ne valeatur marito fidem non habere mulier, quæ se ei suamque vitam committit, *d. l.* 2. *l. hac lege. C. de pactis conventis.* quæ diffidentia causa non est in pignore: cum ideo detur pignus, ut res magis sit in tuto: Fidejussor, debitoris: pignus rei locum obtinet. Qua de causa in fidejussore dando contumelia est aliqua, quæ non est in pignore dando, *l.* 17. ff. *de test. tut.* difficilius datur fidejussor, quam pignus.

13 V. *l.* 5. §. 7. ff. *eod. l.* 32. §. 24. ff. *eod.*

14 Inutilis emptio, utilem hypothecam non solvit.

15 Verba hæc sunt rescripti.

16 Dotis reddendæ causa mulieri maritus potest sua prædia obligare, etiam constante matrimonio.

17 Hinc collige, Contractum inter virum & uxorem non præsumi donationis causa factum, nisi probetur: è contrario præsumi verum, & non fictum. *Bald.*

18 Jure publico pignorum causam integram obtinemus: sic infra *jure vulgato* dixit, *l.* 32. §. 24. ff. *eod.*

19 *l.* 50. ff. *eod.*

20 Contractus inter virum & uxorem initi bona fide non retractantur. adde quæ scripsi ad *l.* 31. §. 3. ff. *eod.*

21 Eatenus fit locupletior, quatenus liberata est.

22 De qua *l.* 2. *l.* 3. *C. si mancip. ita fuer. alien.*

23 *l.* 8. ff. *eod.*

24 Non sibi volunt legem imponere, nec possunt, *Hal.* adde *l.* 40. *in fin.* ff. *de fideicomm. libertatibus.*

25 Inter virum & uxorem sc. idque favore libertatis receptum est, vel certe quod nemo ex hoc fiat locupletior. Paul. 2 *sent.* 23. §. 2. *l.* 22. *C. h. t. l.* 109. ff. *de leg.* 1. 26 Donatione per divortium revocata, modus donationi adjectus, revocatus quoque intelligitur. 27 *l.* 1. ff. *de divortiis.* 28 Quia donator servum ob uxorem manumitti voluit: uxor autem esse desinit morte vel divortio. *l.* 7. §. *pen.* ff. *eod.*

29 Qui nunquam manumitti debuit, neque per maritum, neque per uxorem ejus liber fieri potuit. 30 Id est, non improbatæ sunt jure. *Bald.* 31 *l.* 10. *l.* 11. ff. *eod. l.* 43. ff. *de mort. caus. donat.* 32 Donatio inter conjuges morte donatoris confirmatur. vide tamen Socinum, *reg.* 105.

33 §. 8. *in fin.* ff. *eod.* Quocunque tempore contemplatione mortis inter virum & uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit. Paul. 2 *sent.* 23. §. *ult. v. l.* 40. ff. *de mort. caus. donat.*

34 *l.* 20. ff. *eod.* Non idem est in possessione, quæ transferri potest. *l.* 1. §. 4. ff. *de adqu. possess.*

35 Donatio mortis causa inter virum & uxorem prohibita. adde Ulp. 7. 36 Ulp. 7. *in pr.* sunt enim plures species. *l.* 2. ff. *de mort. causa donat.* 37 Id est, vitiantur quædam regulæ, ut illa, quæ ait, Tempus contractus inspici. *l.* 78. ff. *de verb. oblig.* 38 Idem si servus. §. 6. ff. *eod.*

39 De hæredibus Sabinianorum & Proculianorum *v. l.* 2. *in fin.* ff. *de orig. jur. l.* 40. ff. *de petit. hered. l.* 1. §. 1. ff. *de contrab. empt. l.* 7. §. 3. ff. *de adq. rer. l.* 3. §. 3. ff. *de adqu. possess.* 40 Ut & filiofamilias. §. 2. ff. *eod.* 41 *Al.* tradiderit. 42 Dominium, quod nobis per interpositam personam adquiritur, momento aliquo subsistere in adquirentis persona debet, ut ad nos transferatur. *arg. l. quæcunque.* 11. ff. *de oblig. l. placet.* 79. ff. *de adq. hereditat. l. si mulier* 59. §. *ex asse.* 1. ff. *de jure dot.* 43 Momenti etiam habetur in jure civili ratio. 44 *Al.* ejus fieri.

donationem aut perimat [77], aut confirmet : id quoque causam stipulationis aut confirmabit, aut resolvet.

De impensis in itinere. 1. De usuris dotis.

XXI. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI quis pro uxore sua vectigal, quod in [78] itinere præstari solet, solvisset [79], an, quasi locupletior esset ea facta, exactio fiat, an vero nulla sit donatio? Et magis puto, non interdictum hoc: maxime si ipsius causa profecta est: Nam & Papinianus lib. IV Responsorum scripsit, vecturas [80] uxoris & ministeriorum ejus virum itineris sui causa datas repetere non posse. iter autem fuisse videtur viri causa, & cum uxor ad virum pervenit: nec interesse, an aliquid de vecturis in contrahendo matrimonio convenerit: * non enim donat, qui necessariis oneribus succurrit: Ergo & si consensu mariti profecta est mulier propter suas necessarias causas, & aliquid maritus expensarum nomine ei præstiterit, hoc revocandum non est. §. 1. Si [81] uxor viro dotem promiserit, & dotis [82] usuras, sine dubio dicendum est, peti usuras [83] posse: quia non est ista donatio, cum pro [84] oneribus matrimonii petantur. Quid tamen, si maritus uxori petitionem earum remiserit [85]? Eadem erit quæstio, an donatio sit illicita [86]? Et Julianus hoc diceret: Quod verum est. Plane si convenerat, *Uti se* [87] *mulier pasceret, suosque homines*, idcirco passus est eam dote sua frui, ut se suosque aleret: expeditum erit: puto enim non posse ab ea peti quasi donatum, quod compensatum est.

De servo donato & herede instituto.

XXII. IDEM lib. III ad Sabinum.

VXori suæ quis mortis causa servum donavit, eumque cum libertate heredem scripsit [88]: an valeat institutio, quæritur? Et puto, si hoc animo cum scripsit heredem, quod donationis se dixit pœnituisse, valere institutionem, & necessarium heredem domino servum fieri: cæterum, si posteaquam heredem instituit donavit, donatio prævalebit; vel si ante donavit, non tamen adimendi animo libertatem adscripsit.

De rerum donatione & promissione.

XXIII. IDEM lib. VI ad Sabinum.

PApinianus recte putabat, Orationem Divi Severi ad rerum donationem pertinere: denique si stipulanti [89] spopondisset uxori suæ, non putabat [90] conveniri posse heredem mariti, licet durante voluntate maritus decesserit [91].

De usucapione.

XXIV. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI inter extraneos facta sit donatio, &, antequam per tempus legitimum dominium fuerit adquisitum, coierint; vel contra, si inter virum & uxorem facta sit donatio, &, ante impletum tempus supradictum, solutum sit matrimonium: nihilominus procedere temporis suffragium [92] constat: quia altero [93] modo sine vitio [94] tradita est possessio; altero, quod fuerit vitium, amotum sit.

XXV. TERENTIUS CLEMENS lib. V ad legem Juliam & Papiam.

SEd & si, constante matrimonio, res aliena uxori à marito donata fuerit, dicendum est, confestim ad usucapionem ejus uxorem admitti: quia & si [non [95]] mortis causa donaverat [96] ei, non impediretur usucapio: nam jus constitutum ad eas [97] donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier, & pauperior maritus in suis rebus sit: Itaque licet mortis [98] causa donatio interveniat, quasi inter extraneas personas fieri intellegenda est in ea re, quæ, quia aliena est, usucapi potest.

De re marito vendita, & mulieri tradita. 1. Quibus ex causis donatio valet inter socerum, generum, vel nurum.

XXVI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI eum, qui mihi vendiderit, jusserim [99] *Eam rem uxori meæ donationis causa dare*, & is possessionem jussu meo tradiderit, liberatus erit: quia licet illa jure civili possidere non intellegatur, certe tamen venditor nihil habet quod tradat. §. 1. Ex quibus causis inter virum & uxorem concessæ sunt donationes, ex iisdem & inter socerum [100], & generum nurumve concessas Neratius ait: Ergo socer [1] genero mortis vel divortii causa [donabit: sed] & gener socero mortis suæ vel divortii causa.

Si donationem nuptiæ sequantur eodem die.

XXVII. MODESTINUS lib. VII Regularum.

INter eos, qui matrimonio conjuncti sunt [2], ante [3] nuptias donatio facta jure consistit, etiam [4] si eodem [5] die nuptiæ fuerint consecutæ.

De rei interitu. 1. De impensis. 2. De operis servorum. 3. De re, 4. Aut rebus emptis ex pecunia donata. 5. De acquisitu per servum emptum ex nummis donatis. 6. De impensa facta ante annum acceptum. 7. De usuris dotis.

XXVIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI id quod donatum sit perierit [6], vel consumptum sit: ejus qui dedit, est detrimentum: merito, quia 7 manet res ejus qui dedit, suamque rem perdit. §. 1. Si quid in pueros [8] ex ancillis dotalibus natos maritus impenderit, aut in doctrinam, aut alimenta: non servatur marito: quia [9] ipse ministeriis [10] eorum utitur: Sed illud servatur, quod nutrici datum est ad educendum [11]: quia pro capite [12] quid dedisset: quemadmodum si à prædonibus [13] redemisset servos dotales. §. 2. Si quas servi operas viri [14] uxori præstiterint, vel contra: magis placuit, nullam habendam earum rationem. Et sane non amare [15], nec tanquam inter infestos [16] jus prohibitæ donationis tractandum est; sed ut inter conjunctos [17] maximo affectu, & solam inopiam timentes [18].

§. 3. Si ex decem donatis sibi mulier servum emerit, & is quinque sit, quinque petenda esse, apud Plautium placuit: quemadmodum si mortuus [19] est, nihil peteretur: Si vero quindecim dignus sit, non [20] plus quam decem potest peti: quoniam eatenus donator pauperior factus esset. §. 4. Quod si ex decem duos servos emerit; & eorum alter mortuus sit, alter decem dignus sit: solet quæri. Et plerique, & Pomponius interesse putant [21], utrum uno pretio venierint, an diversis: si uno, tota decem petenda; quemadmodum si una res empta deterior facta esset, vel grex, vel carruca, & aliqua pars inde perisset: si diversis, hoc solum petendum, quanti sit emptus, qui supereſt. §. 5. Julianum putasse Pomponius refert, si quid per eum servum, quem ex nummis à marito donatis mulier, adquisisset, forte legatum, hereditatem; aut partus editus esset: eo quoque nomine petitionem faciendam esse. §. 6. Illud constat, si, antequam à viro annuum acciperet mulier, ipsa de suo [22], aut etiam mutuata impenderit: videri tantum jam ex annuo consumptum. §. 7. Illud recte dictum Celsus ait, Si dotis usuras annuas uxor stipulata sit, licet ei non debeantur, quia tamen quasi de annuo [23] convenerit, peti quidem dotis judicio non possunt, compensari autem possunt: Idem ergo dicemus in qualibet pactione annui [24] nomine facta.

Si mulier ex pecunia donata emptum servum vendiderit & alium emerit. 1. De lana & vestimentis ex ea factis.

XXIX. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SI mulier ex pecunia donata emptum servum vendidisset, & alium emisset: posteriorem periculo mulieris esse Fulcinius scripsit: Quod non est verum, licet non [25] ex re mariti emptus sit.

§. 1. Si vir uxori lanam donavit, & ex ea lana vestimenta sibi confecit [26]: uxoris esse [27] vestimenta Labeo ait:

XXX. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

VTilem [28] tamen viro competere:

Si ædificetur in area donata. 3. De venditione minoris facta. 4. De actione ex empto vel ædilitia. 6. De solutione ante diem. 7. De legato & hereditate. 8. De munere. 9. De nummis impensis in obsonia, aut unguenta, aut cibaria.

XXXI. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SEd si vir lana sua vestimentum mulieri confecerit, quamvis [29] id uxori confectum fuerit, & uxoris cura, tamen viri esse: Neque impedire, quod in ea re uxor tanquam [30] lanipendia [31] fuerit, & viri negotium procuraret. §. 1. Si uxor lana sua, operis ancillarum [32] viri, vestimenta suo nomine confecit muliebria, & vestimenta mulieris esse, & pro operis ancillarum viro præstare nihil debere: sed viri [33] nomine vestimenta confecta virilia, viri esse, ut is lanæ uxori præstet pretium: Sed si non virilia vestimenta suo nomine mulier confecit, sed ea viro donavit, non valere donationem: cum illa valeat, cum viri nomine confecit: nec unquam operas viri ancillarum æstimari convenit. §. 2. Si vir uxori [34] aream donaverit, & uxor in ea insulam ædificaverit, ea insula sine [35] dubio mariti est: sed eam impensam mulierem servaturam placet [36]: nam si maritus vindicet insulam, retentionem impensæ mulierem facturam. §. 3. Si duo mancipia fuerint, singula quinis digna, sed utrumque unis quinque [37] donationis causa à viro mulieri, vel contra venierint: melius dicetur, communia [38] ea esse pro portione pretii; nec tandem spectandum esse, quanti mancipia sint, sed quantum ex pretio donationis causa sit remissum. Sine dubio licet [39] à viro vel uxore minoris emere, si non sit animus donandi. §. 4. Si vir uxori, vel contra, quid vendiderit vero [40] pretio, & donationis causa pacisscantur, *Ne quid venditor ob eam rem præstet*: videndum est, quid [de] ea venditione agatur: utrum res venierit, & totum negotium valeat; an vero ut ea sola pactio irrita sit, quemadmodum irrita esset, si post contractam emptionem novo consilio inito id pacti fuisset actum? Et verius est, pactum [41] duntaxat irritum esse.

§. 5. Idem dicemus, si donationis causa pacti sint, *Ne* [42] *fugitivum, aut erronem præstent*: id est, integras esse actiones ædilitias, & ex empto. §. 6. Quod vir uxori in diem debet, sine [43] metu donationis præsens solvere potest: quamvis commodum temporis retenta pecunia sentire potuerit. §. 7. Quod legaturus mihi, aut hereditatis nomine relicturus es, potes [44] rogatus [45] à [46] me uxori meæ relinquere: & non videtur ea esse donatio: quia 47 nihil ex bonis meis deminuitur; in quo maxime majores donanti succurrisse Proculus ait, *ne* [48] *amore alterius alter despoliaretur*, non quasi malivolos [49], [*ne*] *alter locupletior fieret*. §. 8. Si vir uxori munus immodicum [50] Kalendis Martiis [51], aut natali [52] die dedisset, donatio est: sed si impensas, quas faceret mulier, quo honestius se tueretur, contra est. §. 9. Non videtur locupletior facta esse mulier, si aut in opsonio, aut in unguentis [53], aut in cibariis familiæ, donatam sibi pecuniam impenderit. §. 10. Quæ vir cibaria uxoris [54] familiæ jumentisve præstiterit, quæ in usu communi erant, non condicentur: quod si familiam [55] domesticam [56] uxoris aut [57] venalitiam [58] pavit, contra puto observari debere. *De*

---

77 Confirmatio & infirmatio consequentis ab antecedentis confirmatione, vel infirmatione dependet.

78 Donare uxori maritus non intelligitur, cum necessaria præstat uxori alimenta, aut vestimenta quotidiana: aut pro ea solvit vectigalia itineris, gabellas, & similia. Non donat, inquam, vir uxori, cum hæc facit, sed debitum potius impendit.

79 Vel stipendia & tributa ob dotale prædium.

80 *l.* 26. §. 3. ff. *de pactis dotalib.*

81 Dotem & usuras dotis marito si promittit mulier, & eas post remittit maritus, non valet donatio, nisi remissio ea lege fiat, ut mulier se suosque alat.

82 Dotis usuræ promitti possunt. *l.* 2. *C. de dot. promiss.*

83 Adde *l.* 15. §. 1. ff. *eod.* De usuris dotis, vide Molineum, *in tr. commerciorum. qu.* 73. *n.* 493. & 523. adde *l.* 42. §. 2. ff. *soluto.*

84 *l.* 20. *C. de jure dot.*

85 Qui remittit, donat; remissio, donatio est, *l* 5. §. 5. ff. *eod.* vide tamen *l.* 1. §. 1. ff. *quibus modis pign. solvitur.*

86 Conan. *lib.* 8 *comment. cap.* 11. *num.* 8. legit *licita.* Auct.

87 *l.* 31. §. *ult. l.* 58 ff. *eod.* divi ad *l.* 2. *C. de pactis conventis.*

88 Idem si fundum legavit. *l.* 32. §. 15. ff. *eod.*

89 *l.* 3. §. 10. ff. *eod.*

90 Imo mater id putasse videtur. *l.* 33. ff. *eod.*

91 Cur ita jus est? quia non secuta fuit traditio: solis meisque filiis promissionis stetit hæc stipulatio, ideoque leges contrariæ, quibus dicitur, *donationes inter virum & uxorem factas, morte confirmari*, intelligendæ sunt de donatione facta inter virum & uxorem quæ traditione firmata fit, *Baldus* hoc est, quam secuta est rei traditio.

92 In præscriptione dicitur *tempus suffragari*: siquidem præscriptio causam habet ex tempore. *Bald.*

93 Donatio consistit, sive tempore licito fiat, sive in tempus licitum conferatur.

94 Ut *l.* 6. *C. de contrab. empt.*

95 Quia & si mortis causa donaverit, non impediretur, &c. Cujac. 18 *obs.* 15.

96 Donaretur.

97 *l.* 5. §. 16. ff. *eod.*

98 *Licet non mortis causa.* Cujacius *ibid.* negationem superiorem in hunc locum ita transfert.

99 *l.* 3. §. 3. ff. *eod.*

100 *l.* 3. *in fin. C. eod.*

1 *l.* 53. ff. *eod.*

2 Id est, inter sponsum & sponsam. *l.* 1. *in fin.* ff. *de donationibus.*

3 *l.* 17. § 1. ff. *de jure dot.*

4 Id est, etiam si facta fuerit ipso die nuptiarum, priusquam tamen deduceretur in domum viri: Nam quod die nuptiarum fit in domo viri, post nuptias fieri intelligitur, & ideo non valet.

5 *l.* 66. §. *ult.* ff. *eod.* Impedimentum non præsumitur ex temporis brevitate.

6 §. 2. ff. *eod. l.* 8. *C. eod.*

7 Interitus periculum ad rei ipsius dominum pertinet.

8 *l.* 15 ff. *de impens.*

9 Id est, quando, aut quoties.

10 Alimenta operariis quæ præstat maritus, cum operis eorum pensare cogitur: at non si quid nutrici dedit alendo servo dotali, aut si latronibus quid dedit redimendi servi dotalis causa. *l.* 30. *in fin* ff. *de ædilitio.*

11 Ad educandum. *Hal.*

12 Solo scilicet, non pro operis, & ministerio.

13 Vel hostibus. *l.* 21. ff. *de negotiis.*

14 *l.* 18. ff. *eod. l.* 31. §. 1. ff. *eod.*

15 *l.* 18. ff. *de ædilitio.*

16 Donatio inter virum & uxorem prohibita non est tanquam inter infestos, sed tanquam inter nimium amantes.

17 Conjunctio summa est inter virum & uxorem.

18 *Subaudi*, ex nimia donatione.

19 *In pr.* ff. *eod.*

20 *l.* 7. §. 3. ff. *eod. l.* 55. *in fin.* ff. *eod.*

21 Nota distinctionem, an servi fuerint empti uno pretio, vel diversis.

22 *l.* 7 §. 1. ff. *eod.*

23 Adde *l.* 33. ff. *eod.*

24 Vide *l.* 11. *C. eod.*

25 Imo, ex re mariti emptum videtur, quod ex pretio rei ejus venditæ redactum est. *l.* 18. ff. *quod met. caus.*

26 Id est, sibi vestimenti speciem fecit.

27 Cur? statim id fit uxoris, quia uxor speciem confecit, species cedit specificanti.

28 Pro specificatis competit viro contra uxorem utilis actio. *Bald.* utilis ex æquo adversus jus strictum.

29 Vestes (etiam viles) quas ex lana sua fecit vir uxori, non videtur eas uxori dare nec donare, ideoque earum proprietas est viri, usus vero mulieris: & consequenter mortua mulier ad heredes suos hujusmodi vestes non transmittet, *Bald.* vide quæ scripsi ad *Inst.* ff. *d.* Goth. Vide Cujac. *lib* 9 *obsery. cap.* 30. S. L.

30 Ob id adjicit JC. *tanquam*: est enim non nisi improprie *lanipendia*, quæ non de sua fed viri lana vestimenta curat fieri: & ob id vestimenta viri esse dicuntur, quasi viri lanipendii, non mulieris. Cujac. 9 *obs.* 30. *in fin.*

31 *Lanipendia* est, non quæ lanam pectit aut carpit, sed quæ lanificii lauam præbet, totiusque lanificii curam gerit: sic enim veteribus glossis Lanipendius, ἐριοπώλης. Cujac. *ibid.*

32 *l.* 28. §. 2 ff. *eod.* Goth. Solent matronæ etiam nobiles lanæ & rei textoriæ operam dare. h. l. vide *l.* 36 ff. *de leg.* 1. & *l.* 61 ff. *de leg.* 3.

De

Revard. *conjectan. lib.* 3. *c* 15. Anf. 33 *l.* 29. *in fin.* ff. *eod.* 34 Vel è contra. *l.* 10. ff. *de doli mali, & metus except.* 35 Cur? ædificium solo cedit. v. *l.* 7. §. 10. ff. *de adquir. rerum dom.*

36 Detentionis jure, *ut* ff. *eod.* 37 Unius quini: & ita minoris. *l.* 5. § 5. ff. *eod.* 38 Emptio facta minori pretio animo donandi communionem inducit. *Bald.* 39 Venditio & emptio inter virum & uxorem est permissa, *ut hic. Synopf. lib.* 30. *tit.* 1. *cap.* 24. & *l.* 12. ff. *de præscriptis verbis.* (dum ne donationis animo sit inita. *l.* 5. §. 5. ff. *eod. l* si Gaudentius. *C. de contr. empt.*) Est enim inter conjuges omnis contractus permissus præter donationem, *l. Aurelia. in fin.* 20. ff. *de liberatione legata.* igitur omnis contractus onus habeus. *arg. l.* 7. §. 5. ff. *eod.* adde *l. alimenta.* 16. *in fin.* ff. *de alimentis.* Nec inter virum & uxorem contractus bona fide initi retractandi. *l.* 5. §. 7. ff. *eod.* Quinimo nec venditio minoris facta retractatur, dum ne donandi animo facta sit. *l.* 29. ff. *eod.*

40 De vero pretio adde quæ scripsi ad *l.* 50. ff. *de furtis.* 41 Id est, eam pacti partem.

42 Venditor plerunque servum ita vendebat, ut ne fugitivum aut erronem præstaret, *ut hic.* quemadmodum nonnunquam legans dicebat emptori, ut periculo suo emeret. Plautus *Perfa act.* 4. *sc.* 3.

43 Ante diem qui solvit debitum, nil donare videtur. *Bald.* 44 Imo non potes: quia & si possis, id nullius erit momenti. *l.* 3. *in fin. l.* 4. ff. *eod.* 45 V. *l.* 46. ff. *de hered. instit.* 46 Si vir facit, nomen ut uxoris suæ legato adjiciatur, non ex eo quidquam donare uxori intelligitur.

47 Donare uxori maritus non videtur, qui nihil ex bonis suis diminuit. *l.* 5. §. 16. ff. *eod.*

48 *l.* 1. ff. *eod.* 49 Al. *non quasi inter malevolos.* Male: sensus hic est, Majores succurrisse conjugibus hactenus, ut nec mutuo amore spoliarentur, id est, quod alterius revera erat ad alterum donatione facta transiret: at non id invidisse, ne alter conjugum locupletior fieri posset, si alter non spoliatur: Non ea parte seu non hactenus, non adeo malevoli fuerunt majores, ut lucrum conjugi obvenire inviderent citra alterius conjugis jacturam. 50 Vide Revard. *conject. lib.* 3. *cap.* 4. Anf. 51 Kalendæ Martiæ fœminis solennes erant, in iis enim munera missitari solebant. vide Festum *in Martiæ Kalendæ.* unde fœmineæ (ut prima Decembris Saturnales viris dictæ erant) Calendæ dicuntur a Juvenale *Satyr.* 9. En cui tu viridem umbellam cui succina mittas Grandia, natalis quoties redit, aut medium ver Incipit, & strata positus longaque cathedra, Munera fœmineis tractas secreta Calendis. Sueton. *in Vespas. c.* 19. sicut Saturnalibus dabantur viris apophoreta, ita & Calendis Martiis fœminis. Plaut. *in Milite:* da mihi vir quod Calendis mittam cum Martiæ venerint. Macrob. 1. *c.* 12. hoc mense, inquit, cœnam apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus: Illæ, ut principio anni (loquitur Macrobius pro tempore veterum Romanorum, qui tunc tantum decem menses habebant) ad promptum obsequium honore servos invitarent: ii, ut gratiam perfecti operis præstarent. 52 Natalis dies quo quisque natus est: dixi, *l.* 5. ff. *qui testamenta facere.* v. Censorinum, *de die natali.* 53 *l.* 7. §. 1. ff. *eod. l.* 10. *C. eod.* 54 *l.* 21. *in fin.* ff. *eod. l.* 73 §. 1. ff. *de jure dot.* 55 Familia hic est multitudo servorum & ancillarum. *l.* 40. §. 2. *l.* 195. *l.* 196. ff. *de verb. fignif.* 56 Non communem viri & mulieris, sed ipsius mulieris propriam.

57 Familia uxoris alia domestica, alia venalicia. ita inter domesticos non censentur venalicii qui habentur, ut mox vendantur. 58 Venalicia familia, in id parata, ut primo quoque tempore vendatur.

De Oratione Antonini. 1. *De comparatis uxori à viro, & de aliis donationibus. de Falcidia.* 2. *Verba orationis.* 3. *De pœnitentia.* 5. *De pignore.* 6. *De servitute.* 7. *Si donator mortem sibi consciverit: aut ejus memoria damnata sit.* 8. *De scelere damnato.* 9. *Si accipiens factus sit locupletior, vel non.* 10. *De divortio.* 11. *Et redintegratione matrimonii.* 12. *De fribusculo.* 13. *De habitatione separata.* 14. *De morte vel captivitate utriusque, donatis scilicet, & cui donatur.* 15. *De legato.* 16. *De viro & uxore, & cæteris.* 17. *De peculio castrensi.* 18. *De nuru & socero.* 20. *De consocero, & hu jus sunt in eorum potestate.* 22. *De sponsis.* 23. *De re donata, & de acceptilatione.* 24. *De societate.* 25. *De emptione.* 26. *Minoris facta.* 27. *De ea quæ nupta esse non potest.*

XXXII. Ulpianus lib. XXXIII ad Sabinum.

CUm hic status esset donationum inter virum & uxorem, quem antea rettulimus [58], Imperator Noster Antoninus Augustus, ante excessum Divi Severi Patris sui, Oratione in Senatu habita, auctor fuit Senatui censendi, Fulvio Æmiliano & Nummio Albino Consulibus [59], ut aliquid laxaret [60] ex juris rigore. §. 1. Oratio [61] autem Imperatoris nostri *de confirmandu donationibus* non solum ad ea pertinet, quæ nomine uxoris à viro comparata sunt, sed ad omnes donationes inter virum & uxorem factas: ut & ipso jure res fiant ejus cui donatæ sunt, & obligatio sit civilis: & de Falcidia [62], ubi possit locum habere, tractandum sit: cui [63] locum ita fore opinor, quasi testamento sit confirmatum quod donatum est. §. 2. Ait Oratio, Fas esse, eum quidem qui donavit [64] pœnitere: heredem vero eripere forsitan adversus voluntatem supremam ejus qui donaverit, durum et avarum esse. §. 3. *Pœnitentiam* accipere debemus *supremam* [65]. Proinde si uxori donavit, deinde eum pœnituit, mox desiit pœnitere, dicendum est, donationem valere, ut supremum [66] ejus spectemus judicium: Quemadmodum circa fideicommissa solemus, vel in legatis, cum de doli exceptione opposita tractamus, *ut sit ambulatoria* [67] *voluntas ejus usque ad vitæ supremum exitum.*

§. 4. Sed ubi semel donatorem pœnituit, etiam heredi revocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum evidenter revocasse voluntatem. Quod si in obscuro sit, proclivior [68] esse debet judex ad comprobandam donationem. §. 5. Si maritus ea quæ donaverit, pignori [69] dederit: utique eum pœnituisse [70] dicemus [71], licet dominium retinuit: Quid tamen, si hoc animo fuit, ut vellet adhuc donatum? finge in possessionem precariam mulierem remansisse, paratamque esse satisfacere creditori: dicendum est, donationem valere: nam si ab initio [ei] rem obligatam hoc animo donasset, dicerem, vim habere donationem, ut parata satisfacere mulier haberet doli exceptionem: Quinimo & si satisfeciisset, potuisse eam per doli [72] exceptionem consequi, ut sibi mandentur actiones. §. 6. Si donator servus [73] fuerit effectus privati [74], dicendum est, non impletam, sed peremptam donationem: quamvis *mortis* [75] *servitus comparetur*: proinde [76] & si ipsa in servitutem redigatur cui donatum est, exstincta erit [donatio]. §. 7. Si maritus uxori donaverit, & mortem sibi ob sceleris [77] conscientiam consciverit, vel [etiam] post *mortem memoria ejus damnata sit* [78], revocabitur [79] donatio: quamvis ea quæ aliis donaverit, valeant [80], si non mortis causa donavit.

§. 8. Si miles uxori donaverit de castrensibus bonis, & fuerit damnatus: quia permissum [81] est ei de his testari, si modo impetravit [82] ut testetur cum damnaretur, donatio valebit: nam & mortis causa donare poterit, cui testari permissum [83] est.

§. 9. Quod ait Oratio [84] consumpsisse [85], sic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior [86] factus sit: cæterum, si factus est, Orationis beneficium locum habebit: Sed & si non sit factus locupletior, dederit tamen tantam quantitatem, eaque est [87], dicendum est, si is decessit qui factus est locupletior, posse repetere id quod dedit, nec [88] compensare id quod consumpsit: quamvis, divortio secuto, hæc compensatio locum habeat.

§. 10. Si [89] divortium * post * donationem intercessit, aut [90] prior decesserit qui donum accepit: vereri juri statur [91]: hoc est, si maritus uxori donatum vult, valeat donatio; quod si non vult, exstinguitur: plerique [92] enim cum bona gratia discedunt, plerique cum ira sui animi & offensa. §. 11. Quid ergo, si divortium factum est, deinde 93 matrimonium restauratur: & in divortio vel mutata est voluntas, vel eadem duravit: restauratio tamen matrimonio & voluntate donatoris reconciliata: an donatio duret, si constante matrimonio donator decesserit? Et potest defendi, valere. §. 12. Quod si divortium non intercesserit, sed fribusculum [94]: profecto valebit donatio, si fribusculum quievit.

§. 13. Si mulier & maritus diu [95] [feorsum] quidem habiterint, sed honorem [96] invicem matrimonii [97] habebant, (quod scimus interdum & inter Consulares personas subsecutum): puto, donationes non valere, quasi duraverint nuptiæ: * non [98] enim coitus matrimonium facit, sed maritalis affectio: si tamen donator prior decesserit, tunc donatio valebit. §. 14. Si ambo ab hostibus capti sint, & qui donavit, & cui donatum est, quid dicimus? & prius illud volo tractare. Oratio [99], si ante mors contigerit ei [100], cui donatum est, nullius momenti donationem esse voluit: ergo si ambo decesserint, quid dicemus: naufragio forte, vel ruina, vel incendio? Et si quidem possit apparere, quis ante spiritum posuit, expedita est quæstio: Sin vero non appareat, difficilis quæstio est: & magis [1] puto, donationem valuisse [2]; & his ex verbis Orationis defendimus: ait enim oratio, Si prior vita decesserit, qui donatum accepit, non videtur autem prior vita decessisse, qui donatum accepit, cum [3] simul decesserint. † Proinde rectissime dicetur, utrasque donationes valere, si forte, invicem donationibus factis, simul decesserint: quia neuter alteri supervixerit: licet de commorientibus [4] Oratio [5] non [6] senserit. † Sed cum neuter [7] alteri supervixerit, donationes mutuæ valebunt: nam & circa mortis causa donationes mutuas id erat consequens dicere, neutri datam condictionem: locupletes igitur heredes donationibus relinquent [8]. † Secundum hæc si ambo ab hostibus simul capti sint, amboque ibi decesserint non simul, utrum captivitatis spectamus tempus, ut dicamus donationes valere, quasi & simul decesserint: an neutram, quia vivis [10] eis finitum est matrimonium [11]: an spectamus, uter prius decesserit [12], ut in ejus [13] persona non valeat donatio: an uter rediit, ut ejus valeat? Mea tamen fert opinio [14], ubi [15] non reverterunt, ut tempus spectandum sit captivitatis, quasi tunc defecerint: quod si alter redierit, cum videri supervixisse [16], quia rediit.

§. 15. Qui [17] quasdam res ex his, quas donaverat, legasset, quasdam non, [non] videbitur cæteras [18] noluisse ad uxorem pertinere: plerunque enim antea legat, postea donat; vel alia causa fuit legandi. §. 16. Oratio [19] non solum virum & uxorem complectitur, sed etiam cæteros, qui propter matrimonium donare prohibentur: utputa donat socer nurui, vel contra [20]; [vel] socer genero, vel contra; [vel] consocer, consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent: nam, ex mente [21] Orationis, his quoque omnibus permissum est in eundem [22] casum donare: & ita & Papinianus lib. IV Responsorum sensit: Sic enim scribit; *Socer nurui, vel genero donavit: postea filius ejus, vel filia, constante matrimonio, vita decessit: Quamquam vitium donationis perseveret, tamen, si socer nullam quæstionem donationibus intulit, post mortem ejus contra heredes Orationi* [23] *sententia* [24] *videtur intervenire, nam quæ* [25] *ratio donationem prohibuit, eadem beneficium datum impluravit.* Ut igitur valeat donatio ista, Papinianus exigit ut & filius ejus, qui donavit, ante decesserit, & socer postea, durante voluntate. §. 17. Si filiusfamilias, qui [26] castrense peculium habet, vel quasi castrense, uxori donet: filii personam & mortem spectabimus [27].

§. 18. Si nurus [28] socero donaverit, mortem nurus & perseverantem in suprema diem voluntatem spectare nos oportet. Quod si socer ante decesserit, dicemus exstinctam donationem? an [29], quia maritus vivit, si uxori suæ supervixit, admittimus vim habere donationem? Et si quidem maritus solus socero heres exstitit, quasi nova donatio potest servari in maritum collata; ut illa finita sit, alia cœperit: sin vero filius heres patri non est, finita erit donatio ratione nova. §. 19. Si socer nurui nuncium miserit, donatio erit irrita: quamvis matrimonium [30] concordantibus viro & uxore, secundum rescriptum Imperatoris Nostri cum Patre comprobatum est: sed quod ad ipsos, inter quos donatio facta est, finitum est matrimonium. §. 20. Proinde & si duo consoceri invicem donaverint, idem erit dicendum, si invitis [31] filiis nuncium remiserint, inter ipsos irritam esse donationem. † In hac autem donatione inter soceros facta, mors desideranda est ejus, qui donavit constante matrimonio & jure potestatis durante: Idemque & in his, qui sunt in eorum potestate. §. 21. Si consocer [32] consocero donaverit, & alter eorum, vel uterque copulatos emancipaverit: debet dici, donationem ad Orationem non pertinere; & ideo infirmari donationem. §. 22. Si sponsus sponsæ donaverit, in [33] tempus matrimonii collata donatione: quamvis inter virum & uxorem donatio non videatur facta, & verba Orationis minus sufficiant, tamen donationem dicendum est ad sententiam Orationis pertinere, ut, si duraverit voluntas usque ad mortem, valeat donatio. §. 23. Sive autem res fuit, quæ donata est, sive obligatio remissa [34]: potest dici, donationem effectum habituram: utputa uxori acceptum tulit donationis causa quod debeat: potest dici, pendere acceptilationem non ipsam, sed effectum ejus: Et generaliter, universæ donationes, quas [35] impediri diximus, ex Oratione valebunt. §. 24. Si inter virum & uxorem societas [36] donationis causa [37] contracta sit, jure [38] vulgato nulla [39] est: nec post decretum [40] Senatus, emolumentum ea liberalitas, ut actio pro socio constituatur, habere poterit: quæ tamen in [41] commune tenuerunt, fine præstituto revocanda non sunt. Idcirco igitur pro socio actio non erit, quia [42] nulla societas est, quæ donationis causa interponitur, nec inter cæteros: & propter hoc nec inter virum & uxorem. §. 25. Idem erit dicendum, & si emptio [43] contracta sit donationis causa: nam nulla erit. §. 26. Plane si minoris [44] res venierit donationis causa, vel postea pretium sit remissum [45], admittemus donationem valere ad Senatusconsultum. §. 27. Si quis sponsam habuerit, deinde eandem uxorem [duxerit], cum non liceret: an donationes quasi [46] in sponsalibus factæ valeant, videamus? Et Julianus tractat hanc quæstionem in minore duodecim annis, si in [47] domum quasi mariti immatura [48] sit deducta: ait enim hanc sponsam esse, etsi uxor non sit. Sed est verius quod Labeoni videtur: & à nobis, & à Papiniano lib. X Quæstionum probatum est, ut si quidem

---

¶ 8 *l. 1 ff.* Got. Vide ad hanc leg. Basilic. *lib. 1 scholl. cap.* 16. S. L.

59 Id est, anno urbis 979.

60 Permittendo eas donationes morte confirmari. *Accurs.*

61 Donationes inter virum & uxorem morte confirmantur, *l.* 10. *C. sod* an juramento confirmantur?

Hoc receptius est. vide Guid. Pap. q. 190. Capellam Tholozan. *qu.* 26. Gail. 2 *observ.* 40. Clarum, *lib. sent. §. donatio. q.* 9.

62 *l.* 12. *C. ad leg. Falcid.*

63 Falcidiæ scil. Ex donatione inter virum & uxorem facta detrahitur Falcidia, perinde ac si res donatæ fuissent testamento relictæ. vide *l.* 12. *C. ad l. Falcid.*

64 *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. *C. eod.*

65 Ambulatoria est enim voluntas usque ad mortem, *ff. eod.* vide *l.* 4. *in fin. ff. de adimend.*

66 *V. l.* 1. *ff. qui testamenta.*

67 *d. l.* 3. *in fin.* adde *l.* 4 *ff. de adimendis legatis.*

68 Ut scil. quis præsumatur in eadem voluntate mansisse: vide quæ scripsi ad *l.* 22. *ff. de probat.* de qua præsumptione, vide Alciat. 2 *præsumpt.* 16.

69 Donationem quam conjugi fecit maritus, revocasse præsumitur, si rem donatam alteri pignorat.

70 *l.* 12. *C. eod.*

71 Hodie non dicemus. id enim abrogatum est, *Nov.* 162. *c.* 1. §. 1.

72 Doli exceptione ad edendas actiones quis cogi potest. vide notata in *l. si absentis.* 4. *C. si certum. l. si minorib.* 25. *ff. de admin. tut.*

73 Donatio inter conjuges revocatur, si donator vel donatarius servus sit effectus.

74 Aut publicatus. *l.* 24. *C. eod.*

75 *l.* 59. *ff. de condit. & demonstr.*

76 Conjux donator vel donatarius, si postea fit servus, donatio extinguitur.

77 *l.* 2. *C. qui testam.*

78 Puta ex causa majestatis, perduellionis, aut simili. *l.* 6. §. 8. *ff. de injust. rupt. l.* 4. §. 1. *ff. ad l. Jul. Majestat.* Anf.

79 *arg. l.* 2. *C. qui test. fac.* 80 *l.* 15. *ff. de don.* 81 Dixi ad *l.* 13. *C. de test. milit.*

82 Notarius est condemnetur falsi, judex tamen potest sententia sua famam & officium tabellionatus ei servare: ut & alias milite damnato, judex testandi jus excipere solet. *Bald. arg. l. & milit.* 13. *C. de test. milit.* 83 Et is cui testari non est permissum. *l.* 25 *ff. de mort. caus. donat.* 84 §. 2. *ff. eod.* Caput secundum hujus orationis observa. 85 *l.* 8. *C. eod.* 86 *l.* 9. *C. eod.* 87 Exstet.

88 Imo, compensationi locus esse videtur. *l.* 7. §. 2. *ff. eod.* 89 Caput tertium hujus orationis observa. 90 Donatio inter conjuges revocatur divortio, vel morte donatoris, *ut hic.* Quid, si facto divortio matrimonium postea redintegretur, & præmoriatur donator? convalescit donatio. §. 11. *ff. eod.* 91 Quomodo? dic, *ut ff. eod.* 92 Divortium fit aut cum bona gratia, aut ira animi, vel offensa, *ut hic.* v. Plin. *Novell.* 22. *c.* 4. *& seq.* Est igitur bona gratia divortium, quod fit sine ira animi aut offensa. 93 Matrimonii restauratione convalescit prius facta donatio. adde §. 3. *ff. eod.*

94 Frigusculum, *Hal.* friviusculum, frivusculum, frivolusculum, frigusculum. v. Nonium, leve jurgium. *l.* 31. *ff. de jure dot. l.* 27. *ff. de pactis dotalib. l.* 48. *ff. de reg. jur.* de voce *frivola* v. *l.* 11. §. 5. *in fin. ff. de pignor.* 95 Ut merito verum divortium videretur. *l.* 64. *ff. eod.* 96 Matrimonium, res est honesta. Paul. *epist. ad Hebræos.* 13. *versf.* 4. 97 Matrimonio. *Hal.* 98 *l.* 15. *ff. de cond. & demonstr. l.* 30. *ff. de reg. jur.* Uxor dignitatis nomen est, non voluptatis, Ælius Verus Imperator apud Spartianum, & Plutarch. *in præcept. connub.* Non te eadem uti & conjuge & amica possum.

99 Caput quartum hujus orationis observa, de qua §. 1. *ff. eod.* 100 Donatio inter conjuges nullius est momenti, donatario præmoriente. *l.* 6. 18. 20. *C. eod. l.* 8 *ff. de reb. dub.* v. Paul. 2 *sent.* 23. §. 5. 1 Præsumitur in dubio donatarius supervixisse donatori suo, *ut hic.* Quid hinc sequitur? prodesse donatarii heredibus donationem, *ut hic.* Quid, si mutuæ fuerunt donationes, & simul decesserint? Utræque donationes valebunt: quia neuter alteri supervixit. *versf. proinde. ff. eod.*

2 Atqui in dubio pro reo respondendum est, & sic pro donatore. *l.* 125. *ff. de reg. jur.* 3 Prius, aut posterius nihil est in his, quæ simul fiunt, vel qui simul commoriuntur.

4 De quibus *l.* 16. *& passim ff. de reb. dub.*

5 Antonini, de qua §. 2.

6 Cur non sensit? quia manifestis verbis concepta de iis est, in quibus unus prior vita decedit, *versf. si prior. ff. eod.* igitur superior oratio de commorientibus non sensit.

7 *l.* 76. *ff. de mort. cau. donat.* adde *l.* 8. *ff. de reb. dub.*

8 Imo non relinquente: quia neutrius heres repetit. *d. l.* 26.

9 Quasi decedit, qui ab hostibus capitur.

10 Matrimonium in vita quandoque finitur. *l.* 1. *ff. de divort.* Accurf.

11 Cum ambo in servitutem inciderint, & inter servos non sit matrimonium. *l.* 3. *C. de inceft.*

12 Naturaliter.

13 Si donatarius fuit.

14 Adde *l. ult. C. eod.*

15 Præsumuntur in dubio simul mortui apud hostes, qui simul capti ab hoste quod si unus eorum redierit, nullum dubium fuerit eum alteri supervixisse.

16 Ut qui capitur ab hostibus censetur mortuus: ita qui ab iisdem reversus est supervixisse intelligitur.

17 Donavi res quasdam uxori. Ex his nonnullas legavi: alias non legavi: Quas non legavi, videor voluisse ad uxorem pertinere, videor eas uxori donasse. Quid ita? plerunque antea legamus, postea donamus, *et hic.* Ita in hac specie legatum antecedens quarundam rerum, non tollit donationem rerum, quæ non sunt legatæ. Quin & hoc quoque casu dici potest fuisse aliam causam legandi, hoc est, eo animo fuisse testatorem, ut quædam legando, cætera, quæ non donavit, non adimeret.

18 Vide *l.* 22. *ff. eod. l.* 8. *ff. de leg.* 1.

19 Caput quintum observa hujus orationis. de qua §. 1. *ff. eod.*

20 §. 18. *ff. eod.*

21 Orationem intelligit de confirmandis donationibus inter virum & uxorem. de qua §. 1. *ff. eod.*

22 Vide *l.* 26. *in fin. ff. eod.*

23 Cur ex mente? quæ lex vetat maritum uxori donare, eadem quoque vetare videtur socerum nurui donare. Quid enim interest donem meæ uxori, aut pater meus uxori donet. Ex contrario quæ oratio confirmat morte donationes conjugum, ejusdem quoque orationis mente, morte confirmabuntur donationes, quas socer fecerit nurui, aut genero. 24 Sententiam orationis intervenire dicit: ut verba non intervenire intelligamus. 25 Donare conjux conjugi non potest. Imo, neque parens meus meæ conjugi donare potest. ratio eam quoque donationem non admittit. Quid enim interest ipse uxori meæ donem, an pater meus? Finge patrem meum conjugi meæ donasse: me mortuo, patrem meum non revocasse eam donationem, atque ita mortuum: Quæ ratio in superiore, seu primo casu donationem prohibebat, eadem beneficium dictum implorat, hoc est, eadem ratio efflagitat, firmam esse eam donationem. Nam & ante patrem (qui donavit uxori meæ) decessi: & eo amplius pater in eadem voluntate mortuus est non revocata donatione. Ita non omnes donationes parentum factæ liberorum conjugibus, impediuntur. adde §. 23. & 24. 26 Donatio facta uxori à milite, vel quasi milite filiofamilias marito, confirmatur ipsius filiifamilias morte: non morte ejus patris, quippe filiifamilias in castrensibus, & quasi castrensibus peculiis, pro patribusfamilias habentur. 27 Nam quoad peculium patrem non habere intelligitur. *l.* 2. *ff. de SC. Maced.* 28 §. 16. *ff. eod.* 29 Donavit socero nurus: præmortua est socero, valet donatio. Quid, si præmortuus socer? extinguitur donatio, *ut hic.* Quid, si socero succedat heres filius, idem donatricis mortuæ maritus? vim habebit donatio, quasi nova donatio potest servari in maritum collata: ut ubi deficiat socero utilis donatio, incipiat ejus filio heredi, eidemque marito donatricis prodesse, *ut hic.* Quid, si idem maritus patri heres non extiterit? finita erit donatio, ratione nova, *ff. eod.* Cur nova ratione? amplius deliberandum est. 30 Valet scil. *l.* 5. *C. de repudiis.* potest tamen pater dissolvere sponsalia. *l.* 10. *ff. de sponsalib.* 31 *l.* 5. *C. de repudiis.* 32 *l.* 4. *C. eod.* 33 Adde §. 27. *ff. eod. l.* 5. §. 1. *ff. eod l.* 97. §. 2. *ff. de verb. oblig. l.* 4. *C. eod.* 34 *l.* 4. *C. de don. ante nupt.* 35 Cur hoc adjicit? quia non omnes impediuntur. dixi §. 6. *ff eod. & §.* 24. *ff. eod.* 36 Societas donationis causa facta, jure communi non valet, *ut hic. & ff. eod. l.* 5. §. *ult. ff. pro socio. l.* 16. §. 1. *ff. de minorib. l.* 35. §. *si quis societatem. ff. de donat. causa mortis.* 37 Aliud erit, si non donationis causa societas ineatur. 38 Sic *ff. l.* 7. §. 6 *in fin.* Jure publico dixit, hic autem jure vulgato, est jure communi: quo nimirum donationis causa inita societas, inutilis est, *ut paulo ante ostensum est.* 39 *l.* 7. §. 6. *ff. eod. l.* 15. *l.* 20. *C. eod. l.* 5. *in fin. ff. pro socio. l.* 35. §. *antepen. ff. de mort. caus.* 40 Senatusconsultum de confirmandis donationibus inter virum & uxorem intelligit. 41 In commune tenuisse vir & uxor dicuntur ea, quæ contulerunt vere: cujusmodi conditio veram efficit societatem, differentem ab ea, quæ donationis causa fit: de qua paulo ante dictum est. 42 Societas donationis causa etiam inter conjuges non valet. *d. l.* 5. 43 *d.* §. 6. 44 *l.* 5. §. 5. *ff. eod.* 45 Vide §. 23. 46 Inutiles nuptiæ non valent, ut sponsalia, §. 28. *ff. eod.* Goth. Ad hunc §. vide Leonin. *emendat. lib.* 7. *c.* 16. Anf.

47 De hoc vetusto more deductionis in domum, dixi ad *l. penult. ff. de donat. inter vir. l.* 15. *ff. de condit. & demonstrat.* 48 *l.* 65. *ff. eod.*

dem præcesserint [47] sponsalia, durent, quamvis jam uxorem esse putet qui duxit: si vero non præcesserint, neque sponsalia esse, quoniam non fuerunt, neque nuptias, quod nuptiæ esse non potuerunt: Ideoque si sponsalia antecesserint, valet donatio: si minus, nulla [48] est: quia [49] non quasi ad extraneam, sed quasi ad uxorem fecit: & ideo nec Oratio locum habebit. §. 28. Sed si Senator libertinam desponderit, vel tutor [50] pupillam, vel quis alius ex his, qui matrimonium copulare prohibentur, & duxerit, an donatio quasi [51] in sponsalibus facta valeat? Et putem, etiam [52] sponsalia improbanda, & quasi ab indignis [53] ea, quæ donata sunt, ablata, fisco vindicari.

De annuo promisso, vel præstito.

XXXIII. IDEM lib. XXXVI ad Sabinum.

SI stipulata fuerit mulier annuum [54], id ex stipulatu petere, constante matrimonio, non potest. † Sed si manente matrimonio decessisse maritus proponatur, puto, quia in annuo quoque donatio vertitur, posse dici, stipulationem confirmari ex Senatusconsulto. §. 1. Si uxor marito annuum versa [55] vice præstiterit, restituetur ei hoc, & poterit vindicare id quod exstat: Credo, poterit & condicere, in quantum locupletior factus est: quia non tam solemne est annuum, quod maritus uxori pendit, & quod uxor marito præstat: imo incongruens est, & contra [56] sexus naturam [57]. §. 2. Et si forte maritus ab uxore stipulatus sit id annuum [58], decesseritque mulier constante matrimonio, dicendum erit, ex Oratione donationem convalescere.

Si res donatæ, in dotem pro filia communi dentur.

XXXIV. IDEM lib. XLIII ad Sabinum.

SIve uxor marito res donasset, isque eas in dotem pro communi [59] filia dedisset; sive post donationem, quam in maritum contulit, uxor passa est, eum pro filia in dotem dare: benigne dici potest, etsi [60] prima donatio nullius momenti est, attamen ex sequenti consensu valere dotis dationem.

De divortio illegitime facto.

XXXV. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

SI non secundum legitimam [61] observationem divortium factum sit, donationes post tale divortium factæ nullius momenti sunt: cum non videatur solutum matrimonium.

Si res extet, si non reddatur. 1. Si sponsus alienum annulum, & post nuptias pro eo suum dedit.

XXXVI. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

SI donatæ res exstant, etiam vindicari [62] poterunt: sed quia causam possidendi [63] donatio præstitit, nisi reddatur res, æstimatio facienda est justo [64] pretio: caverique possidenti [65] debebit de evictione simpli, quanti ea res sit: Idque etiam Pedio videtur.

§. 1. Sponsus alienum anulum sponsæ muneri misit, & post nuptias pro [66] eo suum dedit: Quidam & Nerva putant, fieri eum mulieris: quia tunc factam donationem confirmare videtur, non novam inchoare: Quam sententiam veram esse accepi.

Si res dolo donatoris non extet.

XXXVII. JULIANUS lib. XVII Digestorum.

SI mulier dolo fecerit, ne res exstaret sibi à marito donata: vel ad exhibendum, vel damni injuriæ [67] cum ea agi poterit; maxime si post divortium id commiserit.

De re communi.

XXXVIII. ALFENUS lib. III Digestorum [à Paulo Epitomatorum.]

SErvus communis viri & fratris ejus, puerum donavit uxori fratris: pro qua parte is servus [68], qui donasset, viri esset, pro ea parte munus non esse factum mulieris respondit. §. 1. Idem juris erit, si ex tribus fratribus unus uxorem haberet, & rem communem uxori donasset: nam ex tertia parte mulieris res facta non est: ex duabus autem partibus reliquis, si id sciissent [69] fratres, aut, posteaquam donata esset, ratum habuissent, non debere mulierem reddere.

De delegatione.

XXXIX. JULIANUS lib. V ex Minicio.

VIr uxori pecuniam cum donare vellet, permisit [70] ei, ut à debitore suo stipuletur: illa cum id fecisset, priusquam pecuniam auferret, divortium fecit: Quæro, utrum vir eam summam petere debeat, an ea [71] promissione propter donationis causam actio nulla esset? Respondi, inanem [72] fuisse [eam] stipulationem. † Sed si promissor mulieri ignorans solvisset, si quidem pecunia exstat, vindicare eam debitor potest: sed si actiones suas marito præstare paratus est, doli mali exceptione se tuebitur: idcoque maritus hanc pecuniam debitoris [73] nomine [74] vindicando consequetur. † Sed si pecunia non exstat, & mulier locupletior facta est, maritus eam petet: intellegitur [75] enim ex re mariti locupletior facta esse mulier; quoniam debitor doli mali exceptione se tueri potest.

De dignitate adipiscenda.

XL. ULPIANUS lib. II Responsorum.

QUod apiscendæ [76] dignitatis [77] gratia ab uxore in maritum collatum est, eatenus ratum est, quatenus dignitati supplendæ opus est.

XLI. LICINIUS RUFINUS lib. VI Regularum.

NAm & Imperator Antoninus constituit, ut ad processus [78] viri uxor ei donare possit.

XLII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

NUper, ex indulgentia Principis Antonini, recepta est alia causa donationis, quam dicimus *honoris [79] causa*: ut ecce, si uxor viro [80] laticlavii [81] petendi gratia donet, vel ut equestris [82] ordinis fiat, vel ludorum gratia.

De exilio.

XLIII. PAULUS lib. singul. Regularum.

INter virum & uxorem exilii [83] causa donatio fieri potest.

De usucapione.

XLIV. NERATIUS lib. V Membranarum.

SI extraneus rem viri, ignorans ejus esse, ignoranti uxori, ac ne viro quidem sciente eam suam esse, donaverit: mulier recte eam * usu* capiet [84]. † Idemque juris erit, si is qui in potestate viri erat, credens se patremfamilias esse, uxori patris donaverit. † Sed si vir rescierit suam rem esse priusquam usucapiatur, vindicareque eam poterit, nec volet, & hoc & mulier noverit, interrumpetur [85] possessio: quia [86] transiit [87] in causam ab eo factæ donationis ipsius mulieris scientia: Propius est, ut nullum adquisitioni dominii ejus adferat impedimentum: non [88] enim omnimodo uxores ex bonis virorum, sed ex causa donationis ab ipsis factæ adquirere prohibitæ sunt.

De detractione.

XLV. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

MArcellus lib. VII Digestorum scribit, etiam eum detrahere [89] sine mulieris damno, & citra merum Senatusconsulti, quod detrahentibus negotiationis causa occurrit.

De possessione.

XLVI. IDEM lib. LXXII ad Edictum.

INter virum & uxorem nec possessionis [90] ulla donatio est.

De impensis à marito.

XLVII. CELSUS lib. I Digestorum.

VTrum negotium [91] uxoris gerens, an officio mariti ductus, in rem ejus impenderit vir, facti [92] non juris est quæstio. Conjectura ejus rei ex modo [93] & ex genere impensæ [94] non difficilis est [95].

De vindicatione rei donatæ. De donatis.

XLVIII. IDEM lib. IX Digestorum.

QUæ jam nuptæ maritus donavit, viri manent, & potest ea vindicare: nec quicquam refert, quod ampla legata ab uxore ei relicta sunt.

De re filio donata.

XLIX. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

SUlpicius Marcello: Mulier, quæ ad communem filium volebat, qui in potestate patris erat, post mortem patris fundum pervenire, eum patri tradidit, uti post mortem restituatur filio: Quæro, an donatio tibi videatur, ut nihil agatur? an valeat quidem, sed mulieri potestas datur, si noluerit, eum repetere? Respondit: Si color [96] vel [97] titulus (ut sic dixerim) donationi quæsitus est, nihil valebit traditio: id est, si hoc exigit [98] uxor, ut aliquid ex ea re interim commodi sentiret maritus: alioquin si solo [99] ejus ministerio usa est, & id egit, ut vel revocare sibi liceret, vel ut res eum * omni * emolumento per patrem postea ad filium transiret, cui non idem perinde sit ratum, ac si eum extraneo tale negotium contraxisset, hoc est, extraneo in hanc causam tradidisset?

De nummo donatis, ut venditori solvantur.

L. JAVOLENUS lib. XIII Epistularum.

SI, cum mulier viginti [100] servum emisset [1], in eam emptionem vir quinque venditori dedit: divortio facto, omnimodo vir eam summam exiget. Neque ad rem pertinet, an is servus deterior factus sit: nam & si mortuus esset, quinque exactio ei competeret. Quæritur enim, an mulier ex viri patrimonio locupletior [2] sit eo tempore, quo de dote agebatur? facta [3] autem intellegitur, quæ ære alieno suo, interventu viri, liberata est, quod potuisset adhuc debere, si vir pecuniam non solvisset: neque [4] enim interest, ex qua causa mulier pecuniam debuit; utrum creditam, an eam, quam ex emptione præstare debeat. §. 1. Quod si mulier non emerat servum, sed ut emeret, à viro pecuniam accepit: tum vel mortuo, vel deteriore facto servo, damnum ad virum pertinebit: quia quod aliter emptura non fuit, nisi pecuniam à viro accepisset, hoc consumptum ei periit, qui donavit; si modo in rerum natura esse desiit: nec videtur mulier locupletior [5] esse, quæ neque à creditore suo liberata est, neque id possidet quod ex pecunia viri emerat.

De eo, quod mulier acquisivit.

LI. POMPONIUS lib. V ad Quintum Mucium.

QUintus Mucius ait, Cum [6] in controversiam venit, unde ad mulierem [7] quid pervenerit: & verius, & honestius [8] est, quod non dicitur [9] est Servius, *Æneidos* 9. ut & Hieronymus, *qu. in Genes.* & Episcopos, Epistola Pii *ad Justum.* Ægyptios monachos, Hisdor. Imo & nostros Colobios uti videmus, hodieque vocant etiam *Cont.* Colobios ac penulis uti in Urbe senatores jubebantur, non veste militari, *l. 1. C. To. de hab. quo uti oport. int. urb. Alexand. auctore Lamprid.* penulis, inquam, id est, itinerario vestimento frigoris aut pluviæ. Contra, servi prohibebantur colobia & calceos habere. Serv. *Æneid.* 1. v. Cuj. 12 *obs.* 39. 82 Adde *l. 2.* & quæ ibi scripsi, *ff. de in jus vocando.* Ulp. 7. §. 1. 83 Et deportationis. *l. 13. §. 1. ff. eod.*

84 *l. 43. ff. de mort. causa.* 85 An interrumpetur? 86 Donare uxori rem mariti extraneus ignorans potest: Imo & is, qui in potestate mariti est, rem ipsi mulieri donare potest, si is patremfamilias credit: quibus casibus ipsa mulier res eas usucapere potest, *ut hic.* Quid, si maritus res suas ita donatas esse resciverit antequam eas uxor usucaperet? quid, si eas vindicare potuit, neque tamen vindicaverit, & hoc etiam mulier noverit, interrumpetur usucapio, quia transit in causam factæ ab eo (id est, marito) donationis, ipsius mulieris scientia? (ita lego cum interrogatione, manifestissimo, ut mox liquebit, sensu.) Propius est, ut nullum adquisitioni dominii ejus adferat impedimentum. 87 Quid est transisse in causam factæ donationis a marito ipsius mulieris scientiam? Nihil aliud est, quam maritum scivisse rem suam ab extraneo aliquo donatam esse uxori, neque eam rem revocasse. Item mulierem ipsam ejus rei consciam fuisse. 88 Donatum conjugi non statim videtur, si conjugis ex bonis quid ad eam pervenit. Aliud est donatione à marito aliquid accipere, aliud ex bonis mariti adquirere. Prius prohibitum, non posterius. 89 *l. 63. ff. eod.* vide *l. 43. §. 1. ff. de legat. 1. l. 6. C. de ædific. privatis.* vide interpretationem hujus legis apud Cujac. *5 observat.* 26. 90 Donatio, etiam possessionis, inter conjuges non valet. vide *l. 1. §. 4. ff. de adquirenda possess.* 91 Negotia uxoris gerere maritus potest. An autem gerat ut gestor, vel officio mariti, facti quæstio est. 92 Facti quæstio non ex jure, sed ex conjecturis rei, ex modo & genere ipso elicitur, *ut hic.* Jus autem non ex conjecturis, sed ex æquo, ex lege. 93 Quid, si mutua fuit donatio? vide *l. 7. §. 2. ff. eod.* 94 Num in parvis donatio, in magnis negotiorum gestio præsumitur. *Bald.* 95 Non præsumitur autem donatio. *arg. l. 25. §. 1. ff. de probat.* vide Accurs. *hic.* 96 Color, est titulus, prætextus, colorata pictaque ratio. vide *l. 2. ff. de inofficios. l. 7 ff. de Senatusc. Maced.* 97 Titulus, color, prætextus, velamentum. 98 *Al.* exegit. *al.* egit. ut paulo post. 99 Nudus minister hic dicitur, qui nullum sentit commodum ex negotio gesto, *Bart.* unde maritus ab uxore, ut nudus minister præfici negotio potest, non ut suum commodum & negotium gerens. 100 *Subaudi*, millibus. eo pretio moriones videntur empti, 8 Martial. 13.

1 *l. 7. §. 7. ff. eod.* 2 *l. 5. in fin. ff. eod. l. 8. C. eod. l. 20. in fin. C. de jure dot.*

3 Locupletior facta ex patrimonio mariti uxor intelligitur, quæ ære alieno suo, mariti interventu, liberata est. 4 Donatio fieri uxori intelligitur, quoquomodo ea ære alieno suo liberetur à marito: sive æs illud alienum debuit ex credito, sive ex empto. 5 *d. l. 20. in fin.*

6 Præsumitur ex re mariti quæsivisse uxor id omne quod constante matrimonio adquisivit: idque vitandæ turpis quæstus suspicionis causa, *ut hic.* adde *l. etiam. C. eod. l. si defunctus. 10. C. arbitrium tutelæ.* 7 An idem in fratre, ut quod is quæsiverit, bonis ex paternis adquisivisse censeatur? negat Accursius. Cur? Cessat in fratre suspicio de qua hic agitur. 8 Vide quæ scripsi ad *cap. 2. extr. de regulis.*

47 V. *l. 9. ff. de sponsalibus.*

48 *l. 18. in fin. C. de adulteriis.*

49 Donatio putativo conjugi facta non confirmatur morte.

50 Tutor pupillam ducere non potest. *C. de interdicto matrimonio.*

51 Dixi ad § 27. *ff. eod.*

52 Donationes prohibitæ inter conjuges, prohibitæ sunt inter eos quoque personas, quas jure ac legibus conjuges inter se esse non possunt, hoc est, factæ hujusmodi donationes nullo jure valent, etiamsi personas ut sponsos & sponsas spectes. valet quidem donatio facta sponsæ, non tamen valet donatio facta ranquam uxori, quæ uxor non fuit, quæque uxor esse non potest, quippe illegitima & injusta uxor ne quidem sponsa est. *ut hic.* & §. 27. *ff. eod.*

53 *l. 2. in fin. l. 13. l. 14. ff. de his, quib. ut indign. l. 4. C. de incest.*

54 *In fin. ff. eod. l. 28. in fin. ff. eod.*

55 *l. 5. l. 15. in fin. ff. eod.*

56 Cur? avaræ sunt mulieres natura. *l. 4. §. 1. ff. ad Vellejanum l. 16. in fin. C. de donat. ante nuptias.*

57 Ut scil. mulier maritum alat: si tamen mulier fecit operari, operas marito præstare cogitur. *l. 48 ff. de oper. libert.*

58 Ut *in princ. ff. eod.*

59 *l. 5. §. 9. ff. de jure dot.* Donatio inter conjuges valet, facta communis filiæ dotandæ causa. vide Cremens. *singul.* 4.

60 Id, quod nullum ab initio est, successu validum esse, & confirmari potest, benigno jure id suadente. adde *l. 17. ff. de injuste.*

61 De qua *lex* 9. *ff. de divort.*

62 V. *l. 5. in fin. ff. eod.* Goth. Vid. Joan Robert. *sent. jur. lib. 1. cap. 16.* Ans.

63 Vid. quæ not. ad *l. 40. ff. de mortis causa.*

64 Licet enim à viro vel uxore minoris emere citra animum donandi, *l. 31. §. 3. in fin. ff. eod.* quoties autem minoris res empta est, id quod decit justo pretio, supplendum est. *l. 8. C. de rescind.*

65 Conjugi. vide quæ scripsi ad *l. 33. in fin. C. de de transact.*

66 Subrogatum sapit naturam subrogati. facit *l. 58. ff. eod.*

67 *l. 27. §. 30. ff. ad l. Aquil. l. 2. C. rer. amotar.*

68 Speciale mandatum habens, *arg. l. 7. ff. de donat.*

69 Præsentia cum taciturnitate donationem inducit, *l. act.* adde *l. 63. vers. scientibus. ff. de re judicata.*

70 *l. 3. §. 12. ff. eod.*

71 Ejus promissionis.

72 Inanis stipulatio ita dicitur in *l. 8. ff. de condict. ob turpem causam.* adde quæ de inani scripsi ad *l. 6. ff. de dolo.* 73 Cessionarius agens actione directa, niti, agere, concludere, & formare libellum ex persona cedentis debet: In executione vero ipsa, sibi concludit, at non cedenti. *Bald.*

74 Ergo non suo, unde colligit Baldus, Cessa rei vindicatione, non transferri dominium in cessionarium. 75 Locupletior ex re mariti facta fuisse mulier intelligitur, cujus facto debitor ei delegatus à marito, liberatus, adversus petentem maritum doli mali exceptione se tueri potest. Quippe dolo facit creditor, qui debitorem suum alteri delegavit, & ab eo (maxime liberato) solutionem exigit. 76 Adipiscendæ. 77 Vide *l. 42. ff. eodem.* 78 An est, ad promovendum maritum per gradus? *l. 45. ff. de negotiis. l. 11. ff. de muneribus.* An potius processus hic, Consulum & similium magistratuum sunt processus, de quibus alibi? vide *Novell. 105. & l. 2. C. de Consulibus. lib. 12.* 79 Donatio honoris causa est, cum uxor donat viro senatorio vel equestris dignitatis petendæ gratia. *l. 40. l. 41. ff. eod. l. 21. C. eod.* Goth. Vide Alexandr. *Genial. dier. lib. 4. cap. 11.* Brisson. *lib. 3 select. cap. 16.* Cujac. *observ. lib. 12. cap. 39. & lib. 14. cap. 33.* Ans.

80 Inter virum & uxorem donatio non valet, nisi certis ex causis, mortis causa, divortii causa, *ferri* manumittendi gratia: hoc amplius, constitutionibus Principalibus concessum est mulieri in hoc donare viro suo, ut is ab Imperatore lato clavo, vel equo publico, vel simili honore donetur. Ulp. *tit. §. 1.*

81 Inter vestimenta, alius est angustus: alius latus clavus: hunc Græci vocant, πλατύσημον, illum στενόσημον, ac inde pro qualitate clavi, quo utebantur, alii tribuni militum laticlavii (ut ille Ruffinus, de quo *l. 4. C. de test. milit.*), alii angusticlavii. Senatores omnes laticlavii: equites angusticlavii: ut merito hic *leparentur.* Lato, inquam, clavo senatores separabantur ab equestri ordine.

33 Plin. 1. Lamprid. *in Alexand.* Ulpian. 7. §. 1. Sueton. *Augus. & in Claud.* 24. 9. Plin. 36. 11. Quintil. *init.* Horat. *Semore depositum clavum, fierique Tribunum.* Clavi autem latus pars vestimenti potius quam vestimentum: ideoque legato vestis continetur. *l. 19. §. 5. l. 23 §. 1. ff. de auro.* Et quidem ii, quibus utebantur senatores, equites, tribuni, non erant consuti vesti, sed supra eam demissi in pectus. Hinc Horatius, *latum demisit pectore clavum.* ubi Acron, Prætextum, & latum clavum, prunæque basillum, interpretatur purpuram, quæ in pectore extenditur senatorum, Græci τὸν κάλλιστον vocant: unum ejus hodie retinent Principes injicientes vesti à cervice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretiosis. & Petronius Arbiter: Pallio coccino adrasum incluserat caput, circaque oneratas veste cervices laticlaviam immiserat mappam fimbriis hinc atque illinc pendentibus. Latus clavus igitur & Colobium, pro eodem sumuntur. Colobii autem vetteres usos auctor est Servius, *Æneidos* 9. ut & Hieronymus, *qu. in Genes.* & Episcopos, Epistola Pii *ad Justum.* Ægyptios monachos, Hisdor. Imo & nostros Colobios uti videmus, hodieque vocant etiam *Cont.* Colobios ac penulis uti in Urbe senatores jubebantur, non veste militari, *l. 1. C. To. de hab. quo uti oport. int. urb. Alexand. auctore Lamprid.* penulis, inquam, id est, itinerario vestimento frigoris aut pluviæ. Contra, servi prohibebantur colobia & calceos habere. Serv. *Æneid.* 1. v. Cuj. 12 *obs.* 39. 82 Adde *l. 2.* & quæ ibi scripsi, *ff. de in jus vocando.* Ulp. 7. §. 1. 83 Et deportationis. *l. 13. §. 1. ff. eod.*

84 *l. 43. ff. de mort. causa.* 85 An interrumpetur? 86 Donare uxori rem mariti extraneus ignorans potest: Imo & is, qui in potestate mariti est, rem ipsi mulieri donare potest, si is patremfamilias credit: quibus casibus ipsa mulier res eas usucapere potest, *ut hic.* Quid, si maritus res suas ita donatas esse resciverit antequam eas uxor usucaperet? quid, si eas vindicare potuit, neque tamen vindicaverit, & hoc etiam mulier noverit, interrumpetur usucapio, quia transit in causam factæ ab eo (id est, marito) donationis, ipsius mulieris scientia? (ita lego cum interrogatione, manifestissimo, ut mox liquebit, sensu.) Propius est, ut nullum adquisitioni dominii ejus adferat impedimentum. 87 Quid est transisse in causam factæ donationis a marito ipsius mulieris scientiam? Nihil aliud est, quam maritum scivisse rem suam ab extraneo aliquo donatam esse uxori, neque eam rem revocasse. Item mulierem ipsam ejus rei consciam fuisse. 88 Donatum conjugi non statim videtur, si conjugis ex bonis quid ad eam pervenit. Aliud est donatione à marito aliquid accipere, aliud ex bonis mariti adquirere. Prius prohibitum, non posterius. 89 *l. 63. ff. eod.* vide *l. 43. §. 1. ff. de legat. 1. l. 6. C. de ædific. privatis.* vide interpretationem hujus legis apud Cujac. *5 observat.* 26. 90 Donatio, etiam possessionis, inter conjuges non valet. vide *l. 1. §. 4. ff. de adquirenda possess.* 91 Negotia uxoris gerere maritus potest. An autem gerat ut gestor, vel officio mariti, facti quæstio est. 92 Facti quæstio non ex jure, sed ex conjecturis rei, ex modo & genere ipso elicitur, *ut hic.* Jus autem non ex conjecturis, sed ex æquo, ex lege. 93 Quid, si mutua fuit donatio? vide *l. 7. §. 2. ff. eod.* 94 Num in parvis donatio, in magnis negotiorum gestio præsumitur. *Bald.* 95 Non præsumitur autem donatio. *arg. l. 25. §. 1. ff. de probat.* vide Accurs. *hic.* 96 Color, est titulus, prætextus, colorata pictaque ratio. vide *l. 2. ff. de inofficios. l. 7 ff. de Senatusc. Maced.* 97 Titulus, color, prætextus, velamentum. 98 *Al.* exegit. *al.* egit. ut paulo post. 99 Nudus minister hic dicitur, qui nullum sentit commodum ex negotio gesto, *Bart.* unde maritus ab uxore, ut nudus minister præfici negotio potest, non ut suum commodum & negotium gerens. 100 *Subaudi*, millibus. eo pretio moriones videntur empti, 8 Martial. 13.

1 *l. 7. §. 7. ff. eod.* 2 *l. 5. in fin. ff. eod. l. 8. C. eod. l. 20. in fin. C. de jure dot.*

3 Locupletior facta ex patrimonio mariti uxor intelligitur, quæ ære alieno suo, mariti interventu, liberata est. 4 Donatio fieri uxori intelligitur, quoquomodo ea ære alieno suo liberetur à marito: sive æs illud alienum debuit ex credito, sive ex empto. 5 *d. l. 20. in fin.*

6 Præsumitur ex re mariti quæsivisse uxor id omne quod constante matrimonio adquisivit: idque vitandæ turpis quæstus suspicionis causa, *ut hic.* adde *l. etiam. C. eod. l. si defunctus. 10. C. arbitrium tutelæ.* 7 An idem in fratre, ut quod is quæsiverit, bonis ex paternis adquisivisse censeatur? negat Accursius. Cur? Cessat in fratre suspicio de qua hic agitur. 8 Vide quæ scripsi ad *cap. 2. extr. de regulis.*

non demonſtratur unde habeat, exiſtimari 9 à viro, aut qui in poteſtate ejus eſſet, ad eam perveniſſe. Evitandi 10 autem turpis quæſtus gratia circa uxorem hoc videtur Quintus Mucius probaſſe.

De re vilius locata. De æſtimatione rei depoſitæ. 1. De promiſſione heredis.

LII. PAPINIANUS lib. X Quæſtionum.

SI vir uxori, donationis cauſa, rem vilius 11 locaverit 12, locatio nulla eſt: cum autem depoſitum inter eas perſonas minoris donationis cauſa æſtimatur, depoſitum eſt. Hæc ideo tam varie, quia 13 locatio quidem ſine 14 mercede certa contrahi non poteſt, depoſitum autem & citra æſtimationem quoque dari poteſt.

§. 1. Uxor *viro fructum fundi ab herede ſuo dari*, quod ſi datus non fuiſſet, *certam pecuniam mortis cauſa promiſit* curavit: Defuncto viro viva muliere, ſtipulatio ſolvitur: ut traditio, quæ mandante uxore mortis cauſa facta eſt: nam quo caſu inter exteros 15 conditio naſcitur, inter maritos nihil agitur.

De genero, vel nuru, vel ſocero. 1. De uſu rei.

LIII. IDEM lib. IV Reſponſorum.

MOrtis ſuæ cauſa genero vel nurui ſocerum fruſtra donare convenit: quia, mortuo ſocero, nuptiæ non ſolvuntur: Nec intereſt, an pater filium vel filiam exheredaverit. Divortii 16 ſpecies, eadem ratione, diverſa eſt. §. 1. Res in dotem æſtimatas 17, conſentiente viro, mulier in uſu 18 habuit: Uſu deteriores ſi fiant, damni 19 compenſatio non admittitur: eaſdem res non poteſt mulier ſibi, quaſi donatas, defendere ex illis verbis, quibus donationes 20 ei à viro legatæ ſunt: cum ejuſmodi ſpecies neque donari neque auferri videtur.

De uſuris dotis, quas vir non exegit.

LIV. IDEM lib. VIII Reſponſorum.

VIr uſuras 21 promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eaſque non petierat: Cum per omne tempus matrimonii ſumptibus ſuis uxorem & ejus familiam vir exhiberet 22, dote prælegata, [ſed] & donationibus verbis fideicommiſſi confirmatis, legato quidem dotis uſuras non contineri videbatur: ſed titulo donationis remiſſas 23.

De re empta ex pecunia donata.

LV. PAULUS lib. VI Quæſtionum.

VXor marito 24 ſuo pecuniam donavit: maritus ex pecunia ſibi donata aut mobilem aut ſoli rem comparavit: ſolvendo non eſt, & res extant 25: Quæro, ſi mulier revocet donationem, an utiliter condictitia experiatur: videtur enim maritus, quamvis ſolvendo non ſit, ex donatione locupletior effectus: cum pecunia mulieris res comparata extet? Reſpondi, Locupletiorem eſſe ex donatione negari non poteſt: non enim quærimus, quid deducto ære alieno liberum habeat, ſed quid ex re mulieris poſſideat: ſolo enim ſeparatur hic ab eo, cui res donata eſt, quod ibi res mulieris permanet, & vindicare 26 directo poteſt: & 27 erit deterior cauſa viri, ſi ei pecunia, quatenus res valet, non ultra 28 id tamen quod donatum eſt, condicatur; quam ſi dotis judicio conveniatur. Sed nihil prohibet, etiam in rem utilem 29 mulieri in ipſas res accommodare.

Si mortu cauſa donatarius rem uxori dari jubeat.

LVI. SCÆVOLA lib. III Quæſtionum.

SI, quod mihi mortis cauſa donare vellet, ego pure uxori donare vellem: non valet, quod uxori jubeo 30 dari: quia illo convaleſcente, condictione teneor: mortuo autem nihilominus pauperior ſum: non enim habeo, quod habiturus eſſem.

De eo, quod uxori donatum eſt, ut, ſi per eam divortium fiat, reddatur.

LVII. PAULUS lib. VII Reſponſorum.

EA, quæ à marito ſuo pecuniam ex cauſa donationis acceperat, litteras 31 ad eum miſit hujuſmodi: *Cum petenti mihi a te, Domine 32 cariſſime, adnuerit indulgentia tua viginti ad expediendas quaſdam res meas, quæ ſumma mihi numerata eſt ſub ea conditione, [ut] ſi 33 per me meoſque mores quid ſteterit, quo minus in diem vitæ noſtræ matrimonium permaneat, ſive invito te diſceſſero de domo tua, vel repudium tibi ſine ulla querela miſero, divortiumque factum per me probabitur: tunc viginti, quæ mihi hac die donationis cauſa dare voluiſti, daturam, reſtituturam me ſine ulla dilatione ſpondeo:* Quæro, [an], ſi eadem Titio marito ſuo repudium miſerit, pecuniam reſtituere debeat? Paulus reſpondit, pecuniam, quam vir uxori donavit, ex ſtipulatione propoſita, ſi conditio ejus exſtitit, peti poſſe: quoniam ex donatione in pecuniam creditam converſa 34 eſt 35: Quod ſi ſtipulatio cominiſſa non probetur 36, tunc tantum peti poſſe, quanto locupletior ex ea donatione facta probetur.

Si res donatæ tempore concubinatus, poſt nuptias alii accepto reddantur. 1. De cibariis. 2. Si ſitus pecuniæ matrui emerit, & inſtrumenta ſuo nomine confecerit.

LVIII. SCÆVOLA lib. II Reſponſorum.

SI prædia & mancipia Seiæ data, effecta ſint ejus tempore concubinatus, ac poſtea tempore matrimonii aliis 37 acceptis reddita ſunt: quid juris eſt? Reſpondit, ſecundum ea quæ proponentur, negotium potius geſtum videri, quam donationem interveniſſe. §. 1. Item, cum quæreretur de cibariis 38 mancipiorum, reſpondit, tempore quidem concubinatus data cibaria repeti non poſſunt: ſed nec tempore matrimonii, ſi ea mancipia uxoris in communi uſu fuerint. §. 2. Filius rebus matris intervenire ſolitus, pecunia matris, conſentiente ipſa, mancipia & res mercatus, emptionum inſtrumenta ſuo nomine confecit; deceſſit in patris poteſtate: Quæſitum eſt, an mater cum marito ſuo experiri, & qua actione uti poſſit? Reſpondit, ſi mater obligatum filium in ea pecunia voluit eſſe, intra annum quam filius deceſſit, de peculio cum patre, in cujus 39 poteſtate fuiſſe proponatur, actionem habere: ſi donavit, repeti poſſe, quanto locupletior ex ea donatione pater factus eſt.

Si vir donet, ut in dotem accipiat.

LIX. PAULUS lib. II Sententiarum.

SI quis uxori ea conditione donavit, *Ut quod donavit, in dotem accipiat*: defuncto eo, donatio convaleſcit 40.

De vitrico & privigno. 1. De divortio.

LX. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

VItricus & privignus invicem ſibi donare prætextu matrimonii non prohibentur. §. 1. Divortii 41 cauſa donationes inter virum & uxorem conceſſæ ſunt: Sæpe enim evenit, uti propter ſacerdotium 42, vel etiam ſterilitatem 43,

LXI. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

VEl ſenectutem 44, aut valetudinem 45, aut militiam ſatis commode retineri matrimonium non poſſit.

LXII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomatorum.

ET ideo bona gratia 46 matrimonium diſſolvitur. §. 1. Divortio facto 47 nec inſtaurato matrimonio, non confirmabitur inter virum & uxorem facta donatio: nec inter patronum 48 & libertam. Si ab eo invito divertere non licet, facta donatio ſeparatur 49, cum inter hos divortium intercedat: perinde enim id quod donatum eſt habetur divortio intercedente, ac ſi donatum non fuiſſet.

De tigno junctо.

LXIII. PAULUS lib. III ad Neratium.

DE eo, quod uxoris in ædificium viri ita conjunctum eſt, ut detractum 50 alicujus uſus eſſe poſſit, dicendum eſt agi poſſe, quia nulla actio eſt ex Lege duodecim tabularum: quamvis Decemviros non ſit credibile de his ſenſiſſe, quorum voluntate res eorum in alienum ædificium conjunctæ eſſent. Paulus notat: Sed in hoc ſolum agi poteſt, ut [ſola] vindicatio ſoluta re competat mulieri, non in dupium, ex Lege duodecim tabularum: neque enim furtivum eſt quod ſciente domino incluſum eſt.

De divortio.

LXIV. JAVOLENUS lib. VI ex Poſterioribus Labeonis.

VIr mulieri, divortio facto, quædam idcirco dederat, ut ad ſe reverteretur: mulier reverſa erat, deinde divortium fecerat: [Labeo]: Trebatius inter Terentiam & Decenatem 51 reſpondit, ſi verum 52 divortium fuiſſet, ratam eſſe donationem; ſi ſimulatum, contra. Sed verum eſt, quod Proculus & Cæcilius putant, tunc verum eſſe divortium, & valere donationem divortii cauſa [factam], ſi aliæ nuptiæ inſecutæ ſunt: aut tam longo tempore vidua fuiſſet, ut dubium non foret, alterum eſſe matrimonium: alias nec donationem ullius eſſe momenti futuram.

De nupta nondum viripotente.

LXV. LABEO lib. VI Poſteriorum à Javoleno Epitomatorum.

QUod vir ei, quæ nondum 53 viripotens nupſerit, donaverit, ratum futurum exiſtimo.

De domum deductione, & tabularum dotis conſignatione. 1. Si in hortos ante diem tertium, quam nuptiæ ibi fierent, deducta, nuptiarum die donaverit.

LXVI. SCÆVOLA lib. IX [Digeſtorum].

SEia Sempronio 54, cum certa die nuptura eſſet, antequam domum deduceretur tabulæque 55 dotis ſignarentur 56, donavit tot aureos: quæro, an ea donatio rata ſit? Non 57 attinuiſſe tempus, an, antequam domum deduceretur, donatio facta eſſet, aut tabularum conſignatarum, quæ plerumque & poſt contractum matrimonium fierent, in *quærendo* exprimi: itaque niſi ante matrimonium contractum, quod conſenſu intellegitur, donatio facta eſſet, non valere. §. 1. Virgini in hortos 58 deductæ ante diem tertium 59 quam ibi nuptiæ fierent, cum in ſeparata diæta 60 ab eo 61 eſſet, die 62 nuptiarum, priuſquam ad eum tranſiret, & priuſquam aqua 63 & igni acciperetur, [id eſt 64, nuptiæ celebrentur,

9 Vide *l. 6. in fin. C. eod.*

10 Postquam nota ad Q. Mucium ſequitur.

11 Locatio vilioris pretio facta, locatio nulla eſt. Depoſitum tamen minoris æſtimatum, donationis cauſa depoſitum eſt. Cur tam varie? Locatio ſine mercede certa nunquam contrahitur: depoſitum eſt æſtimationem dari poteſt. Cujus differentiæ is effectus naſcitur, ut uxori rem viliori pretio locare maritus non poſſit, ne donare contra leges videatur: depoſitum vero minus æſtimare poſſit, nec tamen videri donare.

12 Ut & ſuperius vendiderit. *l. 5. §. 5. l. 31. §. 3. ff. eod.*

13 Locationis & depoſiti elegans differentia.

14 Vide *l. 23. in fin. ff. comm. divid.*

15 Ut *l. 35. ff. de ſtat. cauſ.*

16 De quo *l. 11. in fin. ff. eod.*

17 Æſtimatarum rerum dotalium periculum eſt viri. adde *l. 7. §. ff. eod.*

18 *l. 18. ff. eod.*

19 Mulier utens rebus dotalibus æſtimatis, habet inde commodum & non damnum: Ex ſola hujuſmodi patientia uſus donatio rerum non præſumitur. *Bald.* nec fiet earum rerum cum dote compenſatio.

20 Legari poteſt donatio hoc modo, *Uxori quæ conſtante matrimonio legavi, ea uxori do lego.*

21 *l. 15. §. 1. l. 16. l. 17. l. 21. ff. eod.*

22 Id eſt, aleret, ut ff. *de liberis exhibendis.*

23 Uſuras dotis ſi maritus non petiit, eas uxori donaſſe videtur, *Bart.* Quid, ſi maritus uſuras dotis petiit, neque eas conſecutus eſt, atque ob id magnum damnum paſſus ſit, an ejus heredibus uſuræ debebuntur? Baldus putat maritum moriendo, uſuras videri remiſiſſe: tametſi dotem legando, non intelligatur dotis uſuras remiſiſſe, ſed legaſſe: tametſi heres & defunctus una & eadem perſona cenſeantur. vide Cremenſ. *ſingul. 5.*

24 Vel contra. *l. 7. §. 3. ff. eod.*

25 Res ea mulieris efficietur, in ſubſidium fcilicet marito non exiſtente ſolvendo. idem eſt in milite. *l. 8. C. de rei vind.*

26 Vide *l. 5. in fin. ff. eod.*

27 Nec erit. Anton. Faber, *5 Conjecturar.* 10.

28 *l. 28. §. 3. ff. eod.*

29 Vide quæ notavi ad *l. 54. ff. de jure dotium. & l. 8. C. de rei vind.*

30 *l. 3. in fin. ff. eod.*

31 Epiſtolis probatur ſtipulationis forma, & contracta obligatio inter præſentes. *l. 1. C. de contrahenda ſtipulatione.*

32 Moris enim erat uxoribus, maritos *dominos* vocare. Mariti ſunt domini uxorum.

33 Atqui hujuſmodi prænalis ſtipulatio non valet, *l. 19. l. 134. ff. de verbor. obligat.* Matrimonii libertas non tollitur metu luendi amittendi: neque invita in matrimonio detinetur, quæ divertere non vult, ne lucrum ſeu donationem ſibi factam à marito amittat.

34 Imo, videtur converti non poſſe. *l. 34. ff. mandati.*

35 Hinc nota, contractum donationis converti in alium contractum, verbi gratia creditum, poſſe. *l. 18. ff. de donat.*

36 Quia nullam culpam in divortio commiſit.

37 Facit *l. 36. §. 1. ff. eod.* inter virum & uxorem poteſt fieri contractus permutationis, dummodo non fiat cauſa donationis. *Bald.* in *fin. ff. eod.*

38 *l. 21.*

39 V. *l. 19. ff. eod.*

40 Morte. *l. 2. C. de dote cauta.*

41 *l. 11. §. ult. l. 32. §. 10. l. 35 ff. eod.* Ulp. 7. *in pr.*

42 *Sacerdotii* cauſa fiebat interdum divortium. Quidam enim factæ dotes, qui uxorem habere non poterant, cogebantur eſſe cœlibes. *l. 56. C. de epiſcopis. Novell. 22. cap. 5. Novell. 117. c. 12. Novell. 123. c. 39.*

43 Ut Spurio Carbilio, & Cornelio Sullæ, & aliis accidit. Valer. *lib. 2. c. 1. 4* Gell. *3. c. 17. conf.* adde Varronem apud Nonium, *c. 2. verbo.* Seneca, *1 Controv. f. 6.* uxorem ſterilitatis nomine dimittit intra quinquennium non prientem. *Goth.* Secus Jure Canonico. *cap. tantum valet. 27. 32. qu. 7.* Anſ.

44 Id abrogatum *Novell. 117. c. 12. in fin.*

45 *l. 10. C. de repud Nov. 22. c. 6. Nov. 117. cap. 12.* Mutilatione enormi aut inſirmitate ſumma, puta paralyſi, non diſſolvitur hodie matrimonium. *c. 1. 2. de conjug. leproſ. 27. q. 2. c. decreta. 28. c. Nicolaüs. quæſt. 2. cap. qui matrimon. c. quemadmodum. 25. extra de jurejur.*

46 Hoc abrogatum *Novell. 117. cap. 10.* reductum vero *Nov. 140.*

47 Diſcordia ſc. non bona gratia.

48 Donatio nec inter patronum & libertam. Si ab eo, *Flor.* Donatio: ſed nec inter patronum & libertam, etſi ab eo invito divertere non licet, facta donatio non ſeparat. *Hal.*

49 Id eſt, à ſuperiori ſpecie non diſtinguetur hæc ſpecies.

50 Adde *l. 45. ff. eod.*

51 Ita *Flor.* Mærcenatem *al.* recte: cujus uxor Terentia hic, & Suet. *in Auguſt.* Terentilla per jocum ab Antonio dicta. Sueton. Terentiana Dioni & Senec. *lib. de provid.* 52. Ut ſi diu divertit. *l. 32. §. 13. ff. eod.*

53 *l. 32. §. 27. ff. eod.* 54 Emendationem hujus leg. v. apud Hotom. 4 *obſ. 26.* Anſ. 55 De dotalibus tabulis, vide quæ ſcripſi ad *l. 29. ff. de pactis dotalib.* 56 Tabulæ dotales ſignari ſolitæ, & quidem plerunque poſt contractum matrimonium, *ut hic.* Juvenal. *Sat. 2 Signatæ tabulæ, dictum feliciter. ingens Cœna ſedet: gremio jacuit nova nupta mariti.* Apul. *Apologet.* Denunciare cauſam totam, cur tabulæ nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido ſint, ſed in villa ſuburbana conſignatæ. 57 Locus hic corruptus, ſaltem mutilus: ſuppiendum enim vel ſubintelligendum Reſpondit (Scævola ſcilicet) *ut* §. *prox.* Sententia hæc eſt, donationem non valere niſi facta ſit ante matrimonium, nec ad rem pertinere quæri an donatio facta ſit, mulier antequam in domum deduceretur & conſignarentur tabulæ nuptiales: Hoc ſolum quærendum eſſe, utrum facta ſit donatio ante vel poſt ritum nuptiarum interpoſitum. 58 Cur in hortos deducebatur virgo nuptura? An quod ibidem nuptiæ celebrabantur, & Venus quæ nuptiis præſidet (teſte Homer. *in Iliad.* Pauſan. *in Meſſeniacis*, Lucian. *In Charidemo*) eadem putabatur eſſe hortorum dea, Varr. *5 de lingua.* & *1 de re ruſtica.* Unde & Nævius *apud Feſtum*, Venerem pro oleribus, ut Cererem pro pane, Neptunum pro piſcibus uſurpavit. cum & Athenienſes quoque Veneris ſimulachrum ponerent *ἐν κήποις*, teſte Pauſan. *in Attic.* Lucian. *in imaginib.* & *in ἐνυπνίοις.* 36 Plin. 5. quod & forte fiebat ad vim generandi innuendam: ſicuti & eadem fingitur è mari nata, *teſte Phurnuto?* An potius virgines nupturas in hortos deductas olim dicemus, quod veteres in hortis habitationes habuerint? ut colligi poteſt ex *l. 5. §. 3. ff. de injuriis.* Tacit. 16. Suet. *in Claud. 5.* Aſconio *in Milloniana.* unde legimus penum in hortis conditam, *l. 4. §. 5. ff. de pen.* neque abſentem eſſe qui in hortis ſit. *l. 5. §. ff. de procuratoris.* Cæterum quæ in hortis erant ædificia, voluptuaria erant, & amœnitatis gratia extructa: cujuſmodi & habitationes, diætas quoque appellabant, ff. *hoc tod. l. 41. §. 1. ff. de legat. 3.* de quo dixi ad *l. 43. §. 1. ff. de leg. 1.* Juvenal. *Satyr. 10. circa fin.* hanc interpretationem confirmat omnino: *Cui nubere Cæſaris uxor Deſtinat, optime hic & formoſiſſimus idem Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus Meſſalinæ oculis: dudum ſedet illa parato Flammeolo, Tyrinſque palam Genialis in hortis Sternitur, & ritu decies centena dabuntur Antiquo.* Idem *Sat. 6. vol. 48. Nam ſi conſtituit, ſolitaque recantibus optat Ornari, & properat, jamque exſpectatur in hortis.* His addamus Feſto teſte, Hortos apud veteres, omnes villas dictas fuiſſe. Et hæc de hortis, adde Briſſon. *3 ſelect.* 1. Ferraud. 1 *explicat.* 2. *Goth.* Adde Cujac. *lib. 11 obſ. c. 2.* Anſ. 59 Tres illi dies qui fuerint, & quæ iis agi ſolita, dixi ad *tit. C. de ſponſal.* 60 *Diæta* habitatio ſeparata in hortis, de qua dixi paulo ante. 61 Marito.

62 *l. 27. ff. eod. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de ritu nupt.* 63 Aqua & ignis acciperetur. *Hal.* Var. 4 *de lingua.* Cauſa naſcendi duplex, ignis & aqua: ideo ea in nuptiis in limine adhibentur: Mas ignis, quod ibi ſemen: aqua fœmina, quod fœtus ab ejus humore ſit: idem ait *lib. 11 de vita populi Romani.* Item apud Servium: Mariti igni & aqua uxores accipiebant: ſic Nonius *Virgine prægnante* (apud Nonium *c. 11. v. pariter*) ſequere me pariter, volo facias igni atque aqua, volo hanc accipere. Joſeph. Scalig. in 4 Varronis *de lingua.* hunc locum Varronis *lib 1 de vita pop. Rom.* qui extat diverſis locis apud Nonium, profert. *Cum à nova nupta*, inquit, *ignis in face afferretur à foco ejus ſumptus, fax ex ſpina allata eſſet, uti eam puer ingenuus afferret: contra novo marito, cum item è foco in tittione ex felici arbore & in aquali aqua allata eſſet*: Hinc, inquit Scaliger, apparet februi genus, in quo torris ardens demergebatur in aquale: quod Græci vocant χέρνιβα, idque plurimi erat apud veteres: utpote cum his conſtare vitam humanam crederent: adeo, ut quem vita privari vellent, ei his duobus interdicerent, cumquo vocabant extorrem tanquam torris illius, & χερνίβων exſortem. Itaque apud Heſych. idem ἄφικτος mavult quam ἄφικτος, ἀνάκαθαρτος, ad verbum *extorris*, φεὺς enim torrem ſeu titionem ſignificat. hoc pertinet illud Ovid. *Quos facunt juſtos ignis & unda vivos.* idem *lib. 4 Faſtorum*, *Omnia purgat edax ignis, ſottumque metallis Excoquit: idcirco cum duce purgat oves. An quia conſtantem contraria ſemina rerum Sunt duo diſcordes, ignis & unda, Dei, Junxerunt elementa patres, aptumque putarunt, Ignibus & ſparſa tingere corpus aqua? An quod in his vitæ cauſa eſt, hæc perdidit exul: His non ſit conjux, hæc duo magna putant?* & verſus Valerii Flacci 8. *ignem Pollux, undamque jugalem Præſtulit.* Cujac. 11 *obſ. 2. in fin.* Plutarch. *in Probl. Rom. qu. 1.* utrumque elementum à conjugatis ſumi ſolitum refert: ut oſtenderent ſe paratos ad omnia infortunia ſimul ferenda, etiamſi ad aquam & ignem reducerentur. Ea elementa Lactant 2 *Inſtit. 10*, vocat ſacramenti genus, quo nuptiæ fœdere ſanciebantur. Feſtus *Aqua*: Aqua & igni interdici ſoleat damnatis, quæ accipiunt novæ nuptiæ, vidélicet, quia hæ duæ res humanam vitam maxime continent. Idem *in Faceos* Facem in nuptiis ſit honorem Cereris præferebant, aquaque ſpargebatur nova nupta, ſive ut caſta puraque ad virum veniret, ſive ut ignem atque aquam cum viro communicaret. adde *eundem in Patrimi & in Rapi.* & Halicarnaſſeus 2. *κεγυνίων συμβ. & βλαπ.* ubi interpres legit *ψεβν*, panis: quo & more, utputat patrio, uſum Alexandrum in nuptiis Berenices, refert Curtius 8, v. plura apud Briſſonium *de ritu nupt.* 64 Ritus nuptiarum inter cætera, aqua & igni accipi.

brentur 65,] obtulit 66 decem aureos dono: Quæsitum est, post nuptias contractas divortio facto, * an * summa donata repeti possit 67? Respondit, id 68 quod ante nuptias donatum proponeretur, non posse [de dote] deduci.

65 *Al.* celebrarentur.
66 Vir.
67 Possit, non id quod. Hotom. 4 *observ.* 26.
68 Donatio inter conjuges, etiam post deductionem in domum, num tenet? ait Baldus: & male: nisi dicas valere post deductionem in suo domum mariti, nondum celebrato nuptiarum ritu

De re empta ex nummis donatis, & donatori donata.

LXVII. LABEO lib. II Pithanon [à Paulo Epitomatorum.]

SI uxor 69 nummis à viro, aut ab eo qui in ejus potestate esset, sibi donatis servum emerit 70; deinde, cum ejus factus fuerit, eum ipsum donationis causa viro tradiderit: rata erit traditio: quamvis ea mente facta fuerit, qua cæteræ donationes: neque ulla actio ejus nomine dari potest.

69 Donare marito uxor potest servum, quem ipsi emerit pecunia sibi ab eodem marito donata. 70 *l.* 7. §. 3. *ff. eod.*

TIT. II.

DE DIVORTIIS ET REPUDIIS [1].

Quibus modis matrimonium solvitur.

I. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

DIrimitur matrimonium divortio [2], morte [3], captivitate [4], vel alia [5] contingente servitute utrius [6] eorum.

Etymologia divortii. 1. *Verba divortii,* 2. *Vel repudii.* 3. *De præsentia vel absentia ejus, cui renunciatur.*

II. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

DIvortium autem, vel à diversitate mentium dictum est, vel quia in diversas [7] partes eunt qui distrahunt matrimonium.

§. 1. In repudiis autem, id est, renunciatione, comprobata sunt hæc verba: TUAS RES TIBI HABETO: item hæc, TUAS RES TIBI AGITO [8]. §. 2. In sponsalibus quoque discutiendis [9] placuit renunciationem [10] intervenire oportere: In qua re hæc verba probata sunt: CONDITIONE [11] TUA NON UTOR. §. 3. Sive autem ipsi præsenti renuncietur, sive absenti per eum qui in potestate ejus sit, cujusve is [12] cave in potestate sit, nihil interest.

1 IV C. XVII. *Nov.* 117. *c.* 7. & *sequent.* 4 Harm. 12. divortium, διάστασις, inter conjuges tantum: repudium, διαζύγιον, etiam inter sponsos. Cujac. *hic.* & *l.* 101. §. 1. *ff. de verb. sign.* illud unaritorum, hoc sponsorum renunciatio est Cujac. *C. eod.* Primum divortium Romæ accidit anno Urbis 523. vide 4 Gell. 20. & 17. *c. ult.* 2 Valer. 1. Tertull. *Apologetico.* Tanta fuit priscis temporibus maritorum concordia. Domitianum primum divortium permisisse auctor est Plutarchus *in Probl. Rom.* de formulis repudii vide *l.* 2 §. 1 *ff. eod.*
2 Justo: de divortio casu accidente, vide *Nov.* 117.
3 *Novell.* 22. *c.* 20. hoc tantummodo solius Flaminis matrimonium dirimebatur, auctoribus Festo & Gellio, 20. *c.* 15.
4 Matrimonium olim dirimebatur captivitate, ut & alia quavis servitute. *l. si ab hostibus.* 10. *l. si quis.* 56. *ff. soluto matrimonio. l.* 12. §. 4 *ff. de captivis.* vide *Novell.* 22. *cap.* 7. *Novell.* 117. *c* 12. vide *Novell. Leonis* 33.
5 *Novell.* 22. *c.* 9.
6 Alterutrius eorum. *Hal.*
7 *l.* 191. *ff. de verb. signif.*
8 Fit ergo his solemnibus verbis divortium, quasi actus legitimus Addi possunt & hæc Titinnii: Aliquis vestrum nunciet Geminæ, ut res suas procuret, ædibus faceſſat. & Apuleius: Tu confestim toro meo divorte, tibique res tuas habeto. Cujac. *hic.* & in Satyrico Petronii: Quia fidem scelere violasti, & communem amicitiam, res tuas ocyus tolle, & alium locum, quem polluas, quære. Cujac. *C. eod.* Martial. 4 *Epigram.* deseris, atque jubes res tibi habere suas. Mittebatur etiam per nuncium & per libellum, *l.* 6. *C. eod.* & Judæis certa erat formula, à qua qui recedebat, repudiando nihil agebat. Porro mulieri in ipso repudio claves adimebantur, vel ab ea deponebantur. Cicero *in Philippica* 2: Mimam illam suas res habere jussit, ex XII Tabulis, claves ademit (etsi alii ibi legunt *causam adduxit*) exegit. Quem imitatus Ambrosius *epist.* 65: Mulier offensa claves remisit, domum revertit. Cujac. *ad Novell.* 22. Ut è contrario claves dabantur, ut significaretur rerum domesticarum curam illi tradi, ut Festus ait. 9 *Discutiuntur* sponsalia, quæ solvuntur. 10 *l.* 1. *C. de sponsalib. l.* 240. *ff. de verb. sign.* 11 *Conditio* hic pro conventione sponsalitia sumitur. Festus *in convento.*
12 *l.* 10. *ff. de sponsalibus.* 13 Verum nisi divortium sit, divortium non est. *Goth.* Facit *c.* 21. *de pœnitent. distinct.* 1. Anf. 14 Animo distinguitur repudium à repudio per calorem missio.
15 Perpetuam dissensionem constituendi animo divortium sit. 16 Divisionem. *Hal.*
17 *l.* 48. *ff. de reg. jur.* 18 *l.* 7. *l.* 33. *ff. de ritu. dicta l.* 48. *Novell.* 134. *cap.* 11.
19 Ignorantis loco habetur furiosus. 20 Sensum non habet, *l.* 22. §. 7. *ff. soluto.* Privatio præsupponit habitum: dixi *l.* 43. §. 9. *ff. de ædilitio.* 21 *l.* 5. *C. eod. Novell.* 22. *c.* 19. *in fin. l.* 22. §. 9. *ff. soluto.* 22 Divortium qui facit, fatetur matrimonium fuisse: nec enim ubi vinculum nullum est, separatio est: nec privatio dari potest sine habitu, *l. si mihi & tibi.* 12. §. *in legatis. ff. de legat.* 1. *l. decem.* 116. *ff. de verb. oblig.* 23 Nisi constaret cum furiosa retineri matrimonium, *Hal. l.* 8. *ff. de his qui sunt sui. l.* 16. *ff. de ritu. l.* 22. §. 7. *ff. soluto.* 24 *l.* 5. *C. eod.* 25 Divertat. *Hal.*
26 *l.* 71. *ff. de evictionibus.* Dotem delicto filiæ pater non amittit. Ita factum tertii ei obesse non debet. 27 Cujac. *Nov.* 22. *& in notis Institutionum*, stilo hujus legis ductus putat, hanc legem Triboniani esse, non Juliani, hoc est, à Triboniano interpolatam. 28 Vide *l.* 41. *ff. de fidejussoribus & mand. κατὰ πρόσταγμα. Nov.* 22. *c.* 7. 29 Definitio est *Novell.* 22. *c.* 7. quam ibidem testatur Justinianus se sumpsisse ex anteriorum quorundam Imperatorum constitutione.
30 *Nov.* 22. *c.* 7. 31 *l.* 3. *ff. eod.*

De eo, qui alienam uxorem duxit, deinde repudium misit.

VIII. IDEM lib. II de Adulteriis.

DIvus Hadrianus eum qui alienam [32] uxorem ex itinere domum suam duxisset, & inde marito ejus repudium misisset, in triennium relegavit.

De testibus divortii.

IX. PAULUS lib. II de Adulteriis.

NUllum divortium ratum est, nisi [33] septem [34] Civibus Romanis puberibus [35] adhibitis [36], præter libertum [37] ejus qui divortium faciet [38]. † *Libertum* accipiemus etiam eum, qui à patre, avo, proavo [39], & cæteris sursum [40] versum manumissus sit.

De liberta.

X. MODESTINUS lib. I Regularum.

PAtrono invito [41] liberta, quam in matrimonio habuit, ab eo discedere non potest: nisi ex causa fideicommissi [42] manumissa sit: tunc enim potest, licet ejus sit liberta.

XI. ULPIANUS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

QUod ait Lex [43], DIVORTII FACIENDI POTESTAS LIBERTÆ, QUÆ NUPTA EST PATRONO, NE [44] ESTO: non infectum videtur effeciſſe divortium, quod jure civili dissolvere solet matrimonium: Quare [constare] matrimonium dicere non possumus, cum sit separatum: Denique scribit Julianus, de dote hanc actionem non habere Merito igitur quandiu patronus ejus eam uxorem suam esse vult, cum nullo alio connubium ei est: nam quia intellexit legislator, facto libertæ quasi diremptum matrimonium, detraxit ei [45] cum alio connubium: Quare cuicumque nupserit, pro non nupta habebitur. Julianus quidem amplius putat, nec in concubinatu eam alterius patroni [46] esse posse [47]. §. 1. Ait Lex: QUAMDIU [48] PATRONUS EAM UXORIM ESSE VOLET. Et velle debet uxorem esse, & patronus durare. † Si igitur aut patronus esse, aut velle desierit, finita est legis auctoritas. §. 2. Illud rectissime placuit: qualiquali voluntate intellegi posse patronus animum habere desisse quasi in uxorem, finiri legis hujus beneficium. † Proinde cum patronus rerum amotarum cum liberta, quæ ab invito eo divorterat, vellet experiri, Imperator Noster cum Divo Patre suo rescripsit, intellegi [49] eum hoc ipso nolle nuptam sibi, qui eam actionem vel aliam importet, quæ non solet [50] nisi ex divortio oriri. Quare si accusare eam adulterii cœperit, vel alio crimine postulare quod uxori nemo objicit, magis est, ut diremptum sit matrimonium: Etenim meminisse oportet, ideo adimi cum alio connubium, quia patronus sibi nuptam cupit. † Ubicumque igitur vel tenuis intellectus videri potest nolentis nuptam, dicendum est, jam incipere libertæ cum alio esse connubium: Proinde si patronus sibi desponderit aliam, vel destinaverit, vel matrimonium alterius appetierit, credendus est nolle hanc nuptam: Et si concubinam [51] sibi adhibuerit, idem erit probandum [52].

32 De his qui alienas uxores detinent. *v. l.* 2. *ff. de liber. exhib. l.* 11. *C. de nupt.*
33 Testes in divortiis requirit lex, quo pudore afficiat aliquo divertentes ipsos. vide *Brissonium lib. singul. de adulteriis.*
34 Hæc enim erat legitima observatio, de qua loquitur *l.* 35. *ff. de donationib. inter virum. l. unic. in fi. ff. unde vir. l. pen. ff. de adulter.*
35 *Al.* puberibus testibus. Ita puberes admittebantur testes in iis omnibus quæ gerebantur per æs & libram. *Inst. de testamentis.*
36 *Adhibiti testes*, idem quod rogati. vide §. *ult. Instit. de testam.* vide quæ de ignotis testibus dixi *ad Nov.* 90. *c.* 2.
37 Qui libellum divortii ferebat sc. de quo poëta, *Collige sarcinulas, dicit libertus, & exi.* Et merito, ut testis hic non admitteretur, cum sit sequester, & internuncius divortii: Quod in executore litis & patrono eadem ratione observatur, *l. ult. ff. de testib.* Cujac. 8 *obs.* 26. Ideoque non male Accursius putat præter septem testium præsentiam, liberti præsentiam requiri: Neque assentior Brissonio *libro singulari de adulteriis* Accursium reprehendenti: quasi legis hæc sententia videatur, ut à septem testium numero repelli velit, quasi non idoneum in hac causa futurum testem. 38 Hinc constat, per libertum mitti solitum fuisse libellum repudii: Per libertum etiam patroni libellus Principi datur, *l.* 57. *ff. de ritu. l.* 16. *ff. de interdictis & rel.* heredes per eum recitabant testamenta. Suetonius *in Tiberio* c. 23. Augusti testamentum recitatum per libertum. Dion 56. rei quoque defensionem per libertum mittebant, & recitabant. Tacit. 3. vide Cujac. 8 *obs.* 26. 39 Divortium facienti. 40 *Al.* sursum versus. 41 *l. unica. in fin. ff. unde vir & uxor.* 42 *l.* 50. *ff. de rit. nupt.* 43 Julia de maritandis ordinibus. ut docet hujus l. inscriptio. & *l. unica. ff. unde vir & uxor.* 44 *l.* 10. *ff. eod. l.* 50. *ff. de ritu.* 45 *l.* 1. *C. de incestis. Nov.* 22. *c.* 37. 46 Alterius quam patroni. *Hal.*
47 Imo, in alterius concubinatu esse potest. *l.* 1. *ff. de concubinis.* 48 *l.* 51. *ff. de ritu.*
49 Non refert expresse quid dicatur, an rebus ipsis, vel factis. *l.* 32. §. 1. *ff. de legib.*
50 Vel aliam incipere, quæ non solet, nisi. *Hal.* 51 Concubinam uxori adjungens maritus, animum habendæ uxoris amittit: vide quæ notavi *ad l.* 121. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 52 Dicendum, *Hal.* quia constante matrimonio eam habere non licet. *l. un. C. de concub.*

TIT. III.

SOLUTO [1] MATRIMONIO DOS QUEMADMODUM PETATUR.

Favor dotis.

I. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

DOtium [3] causa semper [4] & [5] ubique præcipua [6] est: nam & publice [7] interest, dotes mulieribus conservari, cum dotatas esse fœminas ad [8] subolem [9] procreandam replendamque liberis civitatem [10] maxime sit necessarium [11].

Cui dos à marito promitti vel reddi debet. 2. *Consensus filiæ quomodo accipitur.*

II. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

SOluto matrimonio [12], solvi mulieri dos debet: nec cogitur maritus alii eam ab initio stipulanti promittere: nisi hoc ei nihil nocet [13]. nam si incommodum aliquod maritus suspectum habet [14], non debere eum cogi alii quam uxori promittere, dicendum est: Hæc, si sui juris mulier est. §. 1. Quod si in patris potestate est, & [15] dos ab eo profecta sit: ipsius & filiæ dos est: Denique pater non aliter, quam [16] ex voluntate filiæ petere dotem, nec per se, nec per procuratorem potest: Sic ergo & promittendum Sabinus ait: ei ergo promittendum erit, cui uterque jusserit. Cæterum,

1 Hic in editione Accursiana incipit: *Infortiatum* quod vocant: cujus coetis originem Accursius (nempe in re tam occulta) repetit à Chaldæis. Alciat. 1 *disputt.* hanc vocem à Barbaro aliquo inventam refert: Ferrandus, 1 *Explicationum* 23, putat à voce Græca φορτὶς dici, quæ onus significat: hoc autem volumine matrimoniorum, tutelarumque & testamentorum materias explicari, quæ onera summa interdum continent. Sed nos quoque pariter jocemur. Quid enim si literis Latinis semidoctus aliquis huic voluminis hemistichium illud Hesiodi adscripserat, μυρίαι δ' ἐπὶ φορτίδι θῆσαι. & exesis vocibus prioribus manserint tres postremæ, ut ex iis *Infortiatum* fabricaret? Sed jam cesso in re nihili operam sumere: nisi dicas hunc tomum inter digestum vetus & digestum novum (cujus initium fecerunt à titulo ad eam rem aptissimo, de operis novi nunciatione: conclusum, *Infortiatum*, quasi in custodia & carcere vel vinculis inter duos positum, denominatum ab interpretibus fuisse, & hujus infortiati tomum dissectum non sine ratione, initio ejus sumpto videlicet à titulo *soluto matrimonio.*
2 V C. XVIII. *Novell. Leon.* 110. 4 Harm. 9. adde *Novell.* Just. 91. 97. 98. 109. 3 *Al.* Dotis.
4 In dubiis etiam. vide *l.* 70. *ff. de jure dotium.* 5 Est igitur καθολικὸν. 6 De dotis privilegio vide *C. de privileg. dot. lib.* 7. *in fine.* 7 *l.* 2. *ff. de jure dotium.* & privatim, *l.* 71. *ff. de evictionibus.* Porro hic quidam legunt *Reipublicæ.* 8 Dotis privilegium non cessabit in muliere anu vel sterili nubente? Non sane: licet enim desinat in hujusmodi mulieribus prolis & subolis favor, non tamen deficit matrimonii honor. Oldradus, Andreas Pisanus *apud* Albericum *hic.* 9 *l.* 7 §. 3. *ff. de bon. damnat.* Arist. 2 *politicor.* 7. Plutarchus *in Laconicis & in Lycurgo.* & Catullus *ad Hymeneum*: nihil potest sine te, Venus, fama quod bona comprobet, Commodi capere, & potest, Te volente. Hinc Reipublicæ nasci dicimur. *l.* 1. §. 15. *ff. de ventre in possess. mitt* hinc conditio videlicet indicens, Reipublicæ utilitati repugnat, *l.* 64. *in fi. ff. de condit. & demonst.* Civitatem non mœnia sed homines efficiunt, ut Themistocles ait, apud Justin. 2. & Nicias apud Thucydidem 7.
10 Quamcunque, non tantum Romanam. 11 *Necessarium* hic est utile Accurbo. Nam indotatæ erant uxores apud Lacedæmonios, teste Æliano 6. ex instituto Lycurgi Justin. *l.* 2 Idem Solon præcepit: Phaleas Chalcedonius apud Aristotelem 2 *Politic.* 7. à divitibus dotem dari, à pauperibus accipi voluit. Babylonii deformes tantum dotabant, *teste Herodoto in Clio.* Alicubi in Africa mulieres in templo Veneris se prostituentes, dotem suam conficiebant. Porro, quid vera dos, vide apud Plautum *in Amphitryone.* adde Ferrandum 1 *Explicat.* 24. 12 Quomodocunque. *l.* 240 *ff. de verb. sign.* Goth. Vide Ripam hic, Govean. *lect. lib.* 1. *cap.* 44. Zas. *Antinom. part.* 2. *num.* 12. Anf.
13 Id enim æquitas suadet, *v. l.* 2. §. 5. *ff. de aqua pluvia.* 14 Quid enim si is, cui dotem delegare vult mulier, veterator sit callidus & rixosus? adde, quod plerumque exceptiones mulieri opponi possunt, quæ adversus alium non possunt. vid. *l.* 19 *ff. de novationib.* 15 Ulpianus 6. §. 6. non distinguit. 16 Vide *l.* 34. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. de pact. dotalibus.*

terum, si pater solus jussit, dotis actio filiæ non erit adempta, quandoque sui juris filia fuerit facta: Item, si voluntate solius filiæ promittatur, remanebit dotis actio integra patri. † Sed utrum ut [&] agat solus, an [&] ut adjuncta quoque filiæ persona experiri possit? Et puto, nec eam actionem amissam [17], quam adjuncta filiæ persona potest habere; quod si sui juris fuerit facta filia, nocebit ei ista stipulatio. §. 2. Voluntatem autem filiæ, cum pater agit de dote, utrum sic accipimus, ut consentiat, an [18] vero ne contradicat filia? Et est ab Imperatore Antonino rescriptum, filiam, nisi [19] evidenter contradicat, videri [20] consentire patri. Et Julianus lib. XLVIII Digestorum scripsit, quasi [21] ex voluntate filiæ videri [22] experiri patrem, si furiosam filiam habeat: Nam ubi non potest per dementiam contradicere, consentire quis eam merito credet. Sed [23] si absens filia sit, dicendum erit, non ex voluntate ejus id factum: cavendumque, *ratam [24] rem filiam habituram*, à patre: ubi enim sapit, scire [25] eam exigimus, ut videatur non contradicere.

17 Imo, amissa est. vide *l. 7. ff. de pact. dotalib.*
18 *Consentiendi & non contradicendi differentia*: qui non contradicit, non statim consentit.
19 Consentire patri videtur filia, quæ non evidenter contradicit.
20 Filia præsens & sanæ mentis, quæ patri suo non contradicit, satis consentit: nam eo casu non contradicere patri, est consentire. Bald. *arg. l. 16. in fi. ff. de SC. Maced l. 12. §. 1. ff. rem rat.*
21 Hoc esse speciale Decius ait: non proprie, sed quasi velle hic intelligitur præsens furiosa: quia non agitur de ejus incommodo, cum pater cogatur eam dotare, *Decius ad legem 5. ff. de regul. jur* aliter illi consuli commode non potest, nisi ista admittatur fictio: quin ei pater est curatoris loco, *l. ult. pr C. de curat. fur. Duarenus.* alias certe furiosa non contradicens proprie velle dici non potest. *l. 14. ff locati. Jas. hic. l. 8. §. 2. ff. de op:* & furiosæ patientia à sanæ filiæ taciturnitate differre debet. *Duarenus.*
22 Non tamen vere: furiosi namque nullus est consensus. *l. 2. C. de contrah. empt.*
23 Absente filia præcise pater non agit dotis nomine, sed si caverit filiam ratam rem habituram: nec enim hoc ipso quod filia est, voluntate ejus agere censetur pater. In furiosa filia contra est: Nam quoties furiosæ filiæ nomine dotem petit pater, filiæ voluntate petere eam videtur. Hoc interstitium est inter absentiam & furorem: absentem & furiosam filiam. In furiosa filia tacita voluntate experiri pater intelligitur: in absente, non intelligitur: ideoque requiritur filiæ ratihabitio.
24 Voluntas etiam post finitum negotium per ratihabitionem interponitur, *ut hic. l. 3. §. sed si mutua. ff de in rem verso.* & in eo differt ab *auctoritate*, quæ in ipso negotio interponitur a præsente: dixi ad *l. 9. §. 5. ff. de auctorit. tutor.*

De exactione & solutione dotis profectitiæ.

III. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

NOn solum autem in exigenda [26], sed etiam in solvenda [27] dote, quæ communis est patris & filiæ, utriusque [28] voluntas exquiritur: nec alter alterius deteriorem conditionem facere potest. Sed si pecunia ad patrem pervenit, quam filia accepit [29], actio de dote utrisque tolletur.

De dote à patre exacta, & secundo viro data.

IV. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

SI pater sine consensu filiæ dotem à viro exegisset, & eandem alii viro ejus filiæ nomine dedisset [30], [&] mortuo patre filia cum priore viro ageret: doli mali exceptione repellitur [31].

De computatione annorum, & divisione fructuum.

V. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

DE divisione anni ejus [32], quo divortium factum est, quæritur [33], ex die matrimonii, an ex die traditi [marito] fundi maritus sibi computet tempus? Et utique in fructibus à viro retinendis neque dies [34] dotis constitutæ, neque nuptiarum observabitur: sed quo primum dotale prædium constitutum est, id est, tradita [35] possessione [36].

VI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI ante [37] nuptias fundus traditus est, ex die nuptiarum ad eundem diem sequentis anni computandus annus est. Idem in cæteris annis servatur, donec divortium fiat: nam si ante nuptias traditus sit, & fructus inde percepti, hi restituendi sunt quandoque divortio facto, quasi dotis facti.

De impensis à muliere vel à marito factis. 1. De divisione fructuum ultimi anni. 4. De fructibus à muliere perceptis antequam nuberet. 5. De donationibus, de rebus amotis. 6. Cujus temporis fructus dividuntur. 9. De fructibus pecorum. 10. De operis servorum. 11. De pensionibus prædiorum urbanorum. 12. De arboribus, de thesauris. 13. De lapidicinis. 14. De fodinis. 15. De retentione vel restitutione fructuum, & de cautione. 16. De impensis à marito factis.

VII. ULPIANUS lib. XXXI ad Sabinum.

FRuctus [eos] esse constat, qui deducta [38] impensa [39] supererunt: Quod Scævola & ad mariti & ad mulieris impensas refert. Nam si mulier pridie vindemias doti dedit, mox sublatis à marito vindemiis divortit, non putat ei undecim duntaxat mensium fructus restitui: sed & impensas, quæ antequam portiones fructuum fiant deducendæ sunt. † Igitur, si & maritus aliquid impendit in eundem annum, utriusque impensæ concurrent: ita & si impensarum à muliere factarum ratio habeatur, cum plurimis annis in matrimonio fuit, necesse est primi anni computari temporis [40], quod sit ante datum prædium. §. 1. Papinianus [41] [autem] lib. XI Quæstionum, Divortio facto fructus dividi ait, non [42] ex die locationis, sed habita [43] ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit: Neque enim si vindemiæ [44] tempore fundus in dotem datus sit, eumque vir ex calendis Novembribus primis fruendum locaverit, mensis Januarii suprema die facto divortio, retinere virum & vindemiæ fructus, & ejus anni quo divortium factum est, quartam partem mercedis æquum est: alioquin si coactis vindemiis, altera die divortium intercedat, fructus integros retinebit: Itaque si fine mensis Januarii divortium fiat, & quatuor mensibus matrimonium steterit, vindemiæ fructus, & [45] quarta portio mercedis instantis anni confundi [47] debebunt, ut ex ea pecunia tertia portio viro relinquatur. §. 2. E [48] contrario quoque idem observandum est: * nam * si mulier, percepta vindemia, statim fundum viro in dotem dederit, & vir ex calendis Martiis eundem locaverit, & calendis Aprilibus primis divortium fuerit secutum, non solum partem duodecimam mercedis, sed pro modo temporis omnium mensium, quo dotale prædium fuit, ex mercede, quæ debebitur, portionem retinebit. §. 3. Item [49] si messes ejus anni, quo divortium factum est, colonum [50] ex forma locationis sequantur, ante vindemiam soluto matrimonio nihilominus pecunia [51] messium in computationem cum spe futuræ vindemiæ veniet.

§. 4. Apparet igitur ex his, illos fructus, quos mulier percepit antequam [52] nuberet, non debere in contributionem venire.

§. 5. Ob donationes [53], item ob res amotas, ex his fructibus, qui post divortium percepti sunt, compensationes fieri possunt [54].

§. 6. Quod in [55] anno dicitur, potest [56] dici & in sex mensibus, si bis [57] in anno fructus capientur: ut est in locis irriguis.

§. 7. Et in pluribus [58] annis idem dici potest: ut in sylva cædua.

§. 8. Item si locatio agri talis sit, ut super [59] annuam mercedem quinquennio quoque aliquid [60] amplius præstaretur: in eo enim quod amplius est, tempus ad quinquennium computamus.

§. 9. Non solum autem de fundo, sed etiam de pecore [61], idem dicemus: ut lana ovium fœtusque pecorum præstaretur: Quare enim, si maritus prope partum oves doti acceperit, item proximas tonsuræ [62], post partum & tonsas oves, protinus divortio facto, nihil reddat? nam & hic fructus toto tempore, quo curantur, non quo percipiuntur, rationem accipere debemus. §. 10. In servo [63] quoque anni ratio habetur, si in annum forte operæ ejus locatæ sunt: [ut] præteriti [64] temporis ad maritum, post divortium autem ad mulierem operæ pertineant. §. 11. De pensionibus [65] quoque prædiorum urbanorum idem est quod in fructibus rusticorum. §. 12. Si fundum [66] viro uxor in dotem dederit, isque inde arbores deciderit: si hæ fructus intelleguntur, pro portione anni debent restitui. Puto autem, Si arbores cæduæ [67] fuerunt, vel Gremiales [68], dici oportet, in fructu cedere: si minus, quasi [69] deteriorem fundum fecerit maritus, tenebitur. Sed & si vi tempestatis ceciderunt, dici oportet, pretium earum restituendum mulieri, nec in fructum cedere [70]; non magis, quam si thesaurus [71] fuerit inventus: in fructum enim non computabitur, sed pars ejus dimidia [72] restituetur, quasi in alieno inventi.

§. 13. Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas [73] marmoreas invenerit [74], & fundum [75] fructuosiorem fecerit [76]: marmor, quod cæsum neque exportatum, est [77] mariti [78], & impensa non est ei præstanda [79]: quia nec in fructu est marmor, nisi tale sit, ut lapis ibi renascatur [80]: quales sunt in Gallia, sunt & in Asia [81].

§. 14. Sed si cretifodinæ, argentifodinæ, vel auri, vel cujus alterius materiæ sint, vel arenæ, utique in fructu habebuntur [82].

§. 15. Interdum marito de fructibus à muliere cavetur [83], & nihil retinet, si fructibus stantibus fundum mulier recipiet. Interdum retinebit tantum maritus, & nihil restituet: id est, si non [84] plus erit, quam pro portione eum retinere oportet: Interdum vero [&] reddet, si plus percepit, quam eum retinere oportet. † Eadem conditio erit etiam, si cum socero, vel cum herede alterutrius, de dote agatur. §. 16. Impendi autem *fructuum* [85] *percipiendorum* [86] * *causa*, * Pomponius ait, quod in arando serendoque agro impensum est: quodque in tutelam ædificiorum, ægrumve servum curandum: scilicet, si ex ædificio vel servo fructus aliqui percipiebantur. Sed hæ impensæ non petentur, cum maritus fructum totum anni retinet: quia ex fructibus prius [87] impensis satisfaciendum est. † Planc si novam villam necessario extru-

47 Hujus paragraphi speciem dilucide proponit Cujac. 4 *Feudor.* 40. kalendis Octobris, inquit, uxorem duxi: dedit mihi in dotem vineam, quam vindemiis collectis fruendam loco: tribus post mensibus uxor a me divertit: videor me jure posse & vindemiæ fructus, & quartam mercedis partem retinere. Sed obstat æquitas, quæ non patitur me, & præcedentis anni fructus omnes, & instantis quartam partem retinere, qui quatuor duntaxat mensibus in matrimonio vixi. Quare ad illud ibitur, ut vindemiæ fructus & quarta mercedis pars confundantur & commiscentur, ut ex ea omni pecunia tertiam partem feram, qui tertia quoque anni parte cum uxore vixi.
48 Vide in hunc §. Robert. 2 *animad.* 9. & Anton. Mercat. 2 *notat.* 9.
49 Vide speciem hujus legis apud Langebekium *c. 23 Annotationum.*
50 Colonus nummis colens fructus universos suos facit: partiarius, pro parte. *l. 25. §. 6. ff locati. l. 61. § 8. ff. de furtis.*
51 Id est, æstimatio messium. Robertus, 2 *animad.* 9. reprehensus ab Antonio Mercatore 2 *notat.* 8. qui nomine *pecuniæ* hic intelligit mercedem. vide *l. 5. §. 2 ff. de præscript. l. 18. §. ult. ff. de stipulat. servor. l. 14. C. de locato.*
52 Vide *legem sextam. ff. eodem.*
53 Maritus ob res donatas & amotas compensat: & quia compensare potest, ipso jure eas revocat, ita ut non sit opus speciali revocatione. 54 Imo si marito compensare licet, eidem fructus retinere permittitur: atqui prohibetur retentione uti, licet experiri judicio rerum amotarum possit, *l. unic. §. 5. C. de rei uxor. act.* Ea res facit, ut Duarenus putet hunc paragraphum abrogatum. 55 De anno, & temporis rata. 56 Ut sc. sicut pars lapidis est lapis, ita hic pars anni est annus propter fructus. *Zas. hic. n. 9.* 57 *Biferi* sunt quidam agri. vide 6 Plin 17. 17. *c.* 18. 18. 22. ut apud Rhodios. vide 17 Plin. 4. sed omnino audiendus Plin. 18. *c.* 2. In Tacape, inquit, civitate Africæ super omne miraculum, riguo solo palmæ prægrandi subditur olea; huic ficus, fico punica: illi vitis: sub vite seritur frumentum: mox legumen, demum olus, omnia eodem anno, omniaque aliena umbra aluntur. *& post:* super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. hæc ille. Hinc Virgilius Georgicon 4: *biferique rosaria Pæsti.* Duarenus: Pæstum oppidum est Calabriæ, in quo uno anno bis nascitur rosa. *Servius ibid.* 58 Id est, quemadmodum si bis in anno fructus percipiuntur, duorum quasi annorum habetur ratio: ita, si in multis annis semel tantum fructus percipitur, plures anni unius tantum vicem repræsentabunt. 59 Id est, extra: id est, quod annuatim præstari solet: vox enim super includit id, cui adjungitur. 60 Laudimium id esse putat Zasius *hic. n* 14. sed Jason *hic. n.* 8. plaustrum lignorum intelligit: Sane aratores Siciliæ plerumque cumulatiore mensura in frumento decumanis adnumerando utebantur: Cujusmodi Verres bina vel tria plerumque expressit. Cicero 3 *Verrina.* 61 De grege dato in dotem. 62 Aut lanitondii, ut vetus interpres Horatii loquitur. Anton. Mercat. 2 *notat.* 7. 63 In rebus mobilibus dotalibus (ut pecoribus & servis) habetur ratio fructuum in divisione æque ac immobilibus & fundo. 64 Quo maritus sustinet onera matrimonii. *Jason.* 65 *l. 29. ff. de petit. heredit. l. 38. §. 13 ff. de usur.* 66 Vide Anton. Augustin. *Emendat. lib. 3. c. 7.* Forcat. *Cupid. jurisper. c. 19.* S. L.
67 Id est, ad hoc destinatæ ut excidantur. vide *l. 9. l. 10. ff. de usufr. & quemadmod.*
68 *Gremiales* arbores dictæ, quod rustici gremio ad comburendum eas deferunt. Græci id lignum σφύγιον. ligna gremia, id est, tenuia. 12 *Columell.* 19. Mustum, inquit, in vasa defrutaria deferemus, levique primum igne ex tenuibus admodum lignis quæ gremia rustici appellant, incendemus, ut ex commodo mustum serveat. & ita intellige illud Psal. 102, & ossa mea sicut gremium aruerunt. Politianus *apud* Anton. August. 3. *c.* 7. Hinc gremia, virgulas, sarmenta, superamenta & vitium stirpes atque radices, *ligni* appellatione posse contineri legimus, *l. 55. §. 4. ff. de legatis.* 3. Cremiales *Hal.* à cremando. Germinales *vulgat.* quas Plinius congerminantes appellat, quæ ad hoc sunt deputatæ, ut ex eis germina, vel surculi colligantur, aut pedamenta ad sustinendas vites, quo etiam genere sunt salicta, arundineta, populi, & id genus aliæ. 69 Imo, ex non cædua sylva ligna in vineam cædere potest, dum ne deteriorem fundum faciat. *l. 10. ff. de usufr.* Quid in grandibus arboribus, quæ voluptati, sanitati, ornatui villæ ac fundi inserviunt? Utique impune eas cædere non potest. 70 Imo, fructibus hæ cedunt arbores, cum iis ad usum suum & villæ uti possit. *l. 12. princ. ff. de usufr.* 71 Thesaurus in fundo dotali inventus, totus non fit mariti: solam enim dimidiam vir accipiet, reliquam mulier, *Glossa interlinearis Græcorum.*
72 De thesauro vide quæ notavi ad *Novellam Leonis.* 51. 73 Vide *l. 8. ff. eod.* Goth. Vide Zas. *singular. intellect. lib. 2. cap. 4.* Joann. Robert. *lib. 1 sent.* 11. Sarmient. *lib. 3 select. cap.* 10. Cujac. *lib. 15 obs.* 12. S. L. 74 Fortuito vel ultro aperta lapidicina. *l. ult. ff. de fundo dotali.* cum in eo fundo tempore dotis constitutæ, & traditæ, lapis non cæderetur, *ut l. 8. ff. eod.* 75 Nec fundum, &c. Cujac. *ad l. 4. ff. de usucapionib. & 15 obs. 21. arg. l. ult. ff. de fundo dotali.* reprehensus à Roberto 1 *recept. lection.* 10. 76 *§. 16. ff. eod.* Quæstionis est, an aperta lapidicina, & cæso lapide fundus semper fiat fructuosior? & quidem videtur deterior reddi, nisi lapis renascatur. *ff. eod. & arg. d. l. ult.* quid enim, si agri partem necessariam instituendis lapidicinis occupaverit? *l. 13. §. 5. ff. de usufruct.* Interea hoc verum est, fieri posse ut instituta lapidicina plus sit reditus, quam in arbustis, vineis, vel olivetis, quæ fuerint. *d. §. 5.* 77 Non est mariti, & impensa est ei præstanda, Anton. Faber 1 *Conjectur.* 8. 78 Non quod hi lapides sint fructus, sed ut Græci interpretes aiunt, ἐξ ὑπάρτου ἴδιον τὸ κέρδος διὰ τὴν εὕρεσιν τῆς λατομίας aut, ut est in contextu Basilicon, ejus fiunt interim tanquam fructus, licet non sint fructus: ut teneatur etiam mulieri actione de dote, quod fundum deteriorem fecerit, in id quod interest, in quo continentur etiam lapides, si extent, vel quanti venierint, mulieris voluntate. v. Cujac. 15 *obs.* 21. 79 Imo præstanda est. *d. l. ult. de fundo dot.* 80 Non dicitur in fructu, nisi quod renascitur. *Bald.* posse tamen maritum uti lapidibus exemptis ad ædificia sua temperate videtur. v. *l 9. §. 2. ff. de usufr.* 81 Lapis renascitur in Gallia & Asia, *ut hic.* & aliis locis, puta in Italia. Plin. 36. *c.* 15. *idem* 36. *c.* 18. Idem refert, Theophrastum & Mutianum credidisse lapides esse qui pariant, & sponte compleri montis viscera, *d. c.* 18. Strab. 5. Isid. 16. *c* 2. Sunt & montes nativi salis, in quibus ferro cæditur, ut lapis renascens majus: tantæ alicubi duritiæ, ut muros domosque massis salis faciant. 82 *d. l. 9 §. 2. ff. de usufr.* 83 *l 55 ff. eod.* nuda repromissione. Duar. *l. ult. ff. de fundo dotali.* 84 *l. ult. ff. de impensis.* 85 Impensæ fructuum sunt quærendi, colligendi vel conservandi fructus causa. 86 V. *l. 1. in fi. ff. de impens.*
87 Impensæ quærendorum & colligendorum fructuum causa, deducuntur ante divisionem, sive sint magnæ, sive sint parvæ. *Zas.*

25 Absens filia sanæ mentis admoneri debet, ut videatur tacendo non contradicere. *Duar. l. 39. §. 3. ff. de procur.* nisi ejus nomine injuriarum agatur. *d. l. 39. §. 4.* 26 Judicialiter sc. ab invito. *Zas.* 27 Ultro ac sponte: hinc tamen male collegit Speculator, Procuratorem constitutum ad exigendum, non posse recipere à sponte solvente. Hanc enim opinionem qui probat, lites amat. Paulo melius Zasius: qui non potest exigere solutionem, recipere nequit: quem vide. Et tamen verum est quod ait Jason, cujus consensus requiritur in agendo, ejusdem consensus requiritur in accipienda solutione: nam adjecto solvi potest, quamvis potestatem exigendi non habeat, *l. 56. §. 2. ff. de verb. oblig.* è contrario procurator ad lites rem in judicium deducit, cui tamen non recte solvitur. *l. 86. ff. de solutionib.* 28 Hinc collige, conjunctam personam admitti quidem ad agendum sine mandato, non posse tamen ei solvi sine mandato creditoris. Bart. Bald. Jas. Ut hallucinari videatur Socinus, cum ait, in petenda & recipienda dote fictum sufficere consensum filiæ. 29 Tunc cessat dubitandi ratio: quia cum filia acceperit dotem, videtur in ejus utilitatem versa. *Bart. Zas.* 30 Ut ex post facto id convalescat propter æquitatem. *Bald. Jas.*
31 Cur? hoc casu quæ dos exacta est à patre, in utilitatem filiæ versa fuit. 32 Ultimi. *Goth.* Vide hic Cottam *in memorabilib verb. diploma.* Cujac. *lib.* 14 *obs. cap.* 22. Ans. 33 Cur? propter fructus prædii dotalis restituendi mulieri divortio facto. 34 Nota hic tria tempora, contracti matrimonii, dotis constitutæ, dotis traditæ. 35 Dotis dominium non transfertur in virum, nisi traditione, ut hic: vide Bald. *Novell. tract. de dote. parte 7. privilegio* 10. An & donationis propter nuptias? Idem auctor putat, *ibid.* facit *l. ubi adhuc. 29 C. de jure dotium.*
36 Post matrimonium & dotem constitutam: secus, si ante. vide *l. 6. ff. eod.* v. Cujac. 14 *observ. 22. & apud* Paul. 2 *sent. 22. §. 1.* Duar. *hic.* 37 Si nuptias præcessit traditio fundi dotalis, à die nuptiarum: si subsecuta est nuptias, ab ipsa traditione fructuum computatio initur, *l. 5. ff. eod.* Quid ergo? cui cedent fructus ante matrimonium percepti? dotem augebunt: nec enim à marito percipi potuerunt ut dotales, cum nondum esset matrimonium: ideoque maritus eos fructus soluto matrimonio uxori restituet. *l. 38. §. 12. ff. de usur.* Duar. 38 *l. 45. ff. de usur. l. 1. C. de fructib.* Goth. Vid. in hanc legem & de divisione fructuum inter conjuges soluto matrimonio Charond. *verisimil. lib. 1. cap. 10. & lib. 2. cap.* 16. Ans. Adde Alciat. *lib. 3 paradox. cap.* 1. Duaren. *disput. anniversf. cap. final.* Cujac. *lib.* 14 *obs.* 22. Coras. *Miscell. cap.* 7. S. L.
39 A marito vel uxore facta. *ff. eod.* Bald. 40 Tempori, *Hal.* tempus, Anton. Merc. 2 *notat.* 7. quem vide, adversus Robert. 2 *animad.* 7. 41 Vide in hunc paragraphum Robert. 1 *animadvers.* 8. & Anton. Mercat. 2 *notat.* 8. Zasium, Duar. *hic & 1 disp. ultim.* Alciat. 3 *parad.* 1. Cujac. 4 Feud. 30. 42 Id est, non tantum. *Duar.* 43 *l. unica. §. 9. C. de rei uxor. act.* 44 Id est, kalendis Octobris, *l. 2. C. de feriis.* Plinius 18. 45 Maluit Papinianus fructus vindemiæ universos cum quarta parte pensionis, puta XII cum III confundere: & ex ea pecunia marito dare tertiam, quam separatim ex vindemia tertiam dare, & æque ex quarta parte pensionis, tertiam: quo genere servaretur eadem proportio. non tantum ut ostenderet juxta 13 regulam Euclidis lib. 7. eandem esse rationem confusorum antecedentium, puta VIII & II, ad confusa consequentia IV & I. quæ sunt cujusque antecedentis cum suo consequenti, puta VIII ad IV, vel II ad I. Anton. Merc. 2 *notat.* 8.

exstruxit, vel veterem totam sine culpa sua conlapsam restituerit, erit ejus impensæ petitio: Simili modo & si pastina [88] instituit: hæ enim impensæ aut in res necessarias aut utiles cedunt, pariuntque marito actionem.

De lapidicinis. 1. De impensis in sementem.

VIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

SI fundus in dotem datus sit, in quo lapis cæditur [89], *lapidicinarum* commodum ad maritum pertinere constat: quia palam sit, eo animo dedisse mulierem fundum, ut iste fructus ad maritum pertineat: nisi si contrariam voluntatem in dote danda declaraverit mulier [90]. §. 1. Quod *in sementem* erogatur, si non respondeant messes, ex [91] vindemia deducetur: quia totius anni unus fructus est.

De mora mulieris in dote recipienda.

IX. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SI mora per mulierem fuit, quo minus dotem reciperet [92], dolum malum dumtaxat [93] in ea re, non etiam culpam maritus præstare debet: ne facto [94] mulieris in perpetuum agrum ejus colere cogatur [95]: fructus [96] tamen, qui pervenissent ad virum, redduntur [97].

De muliere apud hostes defuncta. 1. Si vir uxorem occiderit, vel contra.

X. IDEM lib. XV ad Sabinum.

SI ab hostibus capta filia, quæ nupta erat, & dotem à patre profectam habebat, ibi decesserit: puto dicendum, perinde [98] observanda omnia, ac si nupta decessisset [99]: ut, etiamsi in potestate non fuerit patris [100], dos ab eo profecta reverti ad eum debeat [1].

§. 1. Si vir [2] uxorem suam occiderit [3], dotis actionem heredibus uxoris dandam esse [4] Proculus ait. & recte: non [5] enim æquum est, virum ob facinus suum dotem [sperare] lucrifacere [6]. Idemque & è [7] contrario statuendum est.

De re aliena in dotem data.

XI. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

SI alienam rem sciens mulier in dotem dederit, reddenda ei est, quasi suam dedisset [8]: & fructus * quoque * pro 9 portione anni, quo divortium factum est.

Quatenus condemnatur maritus, vel ejus heres, vel successor.

XII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

MAritum [10] in [11] id quod facere potest [12], condemnari, explo-ratum est [13]: sed hoc heredi [14] non esse præstandum:

XIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

QUia tale beneficium personale est, & cum persona exstinguitur [15].

De pacto, Ut maritus in solidum damnetur.

XIV. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

ALia causa est defensoris [16]: quem placet sufficienter videri defendisse, si tantum uxori præstet, quantum consequeretur si ipsum maritum convenisset. §. 1. Eleganter quærit Pomponius lib. XV ex Sabino, si paciscatur maritus, *Ne* [17] *in id quod facere possit condemnetur, sed in solidum*, an hoc pactum servandum sit? Et negat [18] servari oportere: Quod quidem & mihi videtur verum: namque contra bonos [19] mores id pactum esse, melius est dicere: quippe cum contra receptam reverentiam [20], quæ maritis exhibenda est, id esse apparet.

Quo tempore spectatur, an maritus facere possit. 1. Quæ compensationes prosunt heredi mariti. 2. Quatenus socer damnatur.

XV. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

REi judicatæ [21] tempus spectatur, quatenus maritus facere potest. §. 1. Heredi mariti, licet in solidum condemnetur, compensationes [22] tamen, quæ ad pecuniariam causam respiciunt, proderunt, ut hoc minus sit obligatus: veluti ob res donatas, & amotas, & impensas: morum [23] vero coercitionem non habet.

§. 2. Socero [24] quoque, cum quo nurus de dote agit, idem [25] honor habetur, * ut * in id damnetur quod facere potest:

XVI. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

QUia parentis [26] locum socer obtinet.

1. Quatenus mulier damnatur. 2. De marito condemnato in solidum.

XVII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

EX diverso [27] si socer ex promissione à marito conveniatur, solet quæri, an idem ei honor habendus sit? Neratius [28] libris membranarum & Proculus scribunt, hoc justum [29] esse.

§. 1. Item si mulier ex promissione conveniatur, magis placuit, defendendam eam per exceptionem. Idem & Proculus ait: sicuti, cum socia fuit, dabitur ei exceptio: quamvis jure civili sit obligata.

§. 2. Si in judicio dotis Judex, ignorantia juris lapsus, condemnaverit maritum in solidum: Neratius, Sabinus, doli [30] exceptione eum uti oportere, aiunt: eaque tutum fore.

Quatenus condemnantur filii communes. 1. De dolo & culpa mariti.

XVIII. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

ETiam filios mulieris, qui patri heredes exstiterunt [31], in id quod facere possunt, condemnandos Labeo ait. §. 1. Licet in dotalibus rebus non solum dolum [32], sed & culpam maritus præstet; cum tamen quæritur in judicio de dote, an facere possit, dolus duntaxat comprehenditur: quia in rerum ipsius administratione non erat ab eo culpa exigenda: Quamquam eum dumtaxat dolum ei nocere putem, si facere non possit, quem propter [33] uxorem adhibuit, ne ei solidum solveret; non propter quemlibet alium. Ofilius autem aiebat, si dolo [34] mariti res dotalis interisset, & alioquin solvendo non esset; quamvis nihil dolo fecisset, quo minus solvendo esset; perinde tamen eum damnandum ejus rei dotalis nomine, in qua dolum fecisset, atque si dolo ejus factum esset, quo minus facere possit. † Cæterum, si [35] circa interitum rei dotalis dolus malus & culpa mariti abest, actiones solas, quas eo nomine quasi maritus habet, præstandas mulieri: veluti furti, vel damni injuriæ.

De redintegratione matrimonii.

XIX. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

SI mulier diverterit [36], & judicio de dote contestato reversa fuerit in matrimonium: redintegrato matrimonio exspirat [37] judicium [38], & omnia in statu pristino [39] manent.

Quibus ex causis dos reddatur constante matrimonio.

XX. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

QUamvis mulier non in hoc accipiat constante matrimonio dotem, *ut æs* [40] *alienum solvat* [41], *aut prædia idonea emat* [42]: sed ut [43] *liberi ex alio viro egentibus, aut fratribus* [44], *aut parentibus consuleret*, vel *ut eos ex hostibus redimeret*: quia justa & honesta causa est, non videtur male accipere: & ideo recte [45] ei solvitur: Idque & in filiafamilias observatur.

XXI. ULPIANUS lib. III Disputationum.

SEd & si ideo maritus ex dote expendit, ut a latronibus [46] redimeret necessarias mulieri personas, vel ut mulier vinculis vindicet [47] de necessariis suis aliquem, reputatur ei id quod expensum est: sive pars dotis sit, pro ea parte; sive tota dos [48] sit, actio dotis evanescit. Et multo magis idem dicendum est, si socer agat de dote, debere rationem haberi ejus quod in ipsum impensum est: sive ipse maritus hoc fecit, sive filiæ ut faciat dedit: Sed & si non pater experiretur, sed post mortem ejus filia sola de dote ageret, idem erit dicendum: cum enim doli [49] exceptio insit de dote actioni [50], ut [in] cæteris [51] bonæ fidei judiciis, potest dici (ut & Celso videtur) inesse [52] hunc sumptum actioni de dote: maxime [53], si ex voluntate [54] filiæ factus sit.

De pacto dantu dotem. 1. De dote soluta filiofamiliæ. 2. De novatione. 3. De absentia filiæ. 7. De furore conjugum. 10. De furore, 11. Vel captivitate patris. 12. Qui teneantur actione de dote. 13. De dote opinata.

XXII. IDEM lib. XXXIII ad Edictum.

SI [55] cum dotem daret ser vel extraneus [56] pro mulliere in unum [57] casum pepigit, vel in divortium, vel in mortem: dicendum est, in eum [58] casum in quem non pepigit, esse mulieri actionem. §. 1. Si post solutum matrimonium filiafamilias citra patris voluntatem exactam communem dotem consumat: patri, & viva ea & mortua, actio supereset, ut dos ipsi solvatur: Quod ita verum est, si *perditura* solvatur: cæterum, si *non* [59] *perditura*, & ex justis causis soluta sit, non supererit actio: Sed mortuo patre, nec etiam heredes agent, nec mulier. §. 2. Si mulier soluto matrimonio egentem reum dotis per novationem [60] decepta accipiat: nihilominus actio dotis ei manebit [61]. §. 3. Si pater [62] filia absente de dote egerit, etsi omissa sit de rato satisdatio, filiæ denegari [63] debet actio: sive patri heres exstiterit, sive in legato [64] tantum acceperit, quantum dotis satis esset. Et ita Julianus pluribus locis scribit, compensandum [65] ei in dotem, quod à patre datur: lucroque ejus cedit, si tantum [66] ab eo consecuta sit, quantum ei dotis nomine debeatur à marito, qui patri solvit.

§. 4. Si patri, propter condemnationem, Romæ [67], ubi dos petatur, esse non liceat, filiæ satis dotis [68] fieri oportet: ita tamen, ut caveat *ratam* [69] *rem patrem habiturum*. §. 5. Eo autem tempore consentire filiam patri oportet, quo lis contestatur [70]. Secundum hæc, si filia dicat se patri consentire, & ante litis contestationem mutaverit voluntatem [71], vel etiam emancipata [72] sit, frustra pater aget. §. 6. Nec non illud [73] quoque probamus, quod Labeo probat: nonnunquam patri denegandam actionem, si tam turpis persona patris [74] sit, ut verendum sit, ne acceptam dotem consumat: Ideoque officium [75] Judicis interponendum est, quatenus [76] & filiæ & patri competenter consuletur. Sed si latitet filia, ne tali patri consentire cogatur, puto dari quidem patri actionem, sed causa cognita: Quid enim, si filia verecunde [77] per absentiam patri condicat [78]? cur non dicamus, patri non esse dandam actionem? Quod si is pater sit, cui omnimodo consentire filiam decet, hoc est, vitæ probatæ; filia levis [79] mulier, sed admodum juvenis [80], vel nimia circa maritum non merentem: dicendum est, patri potius adquiescere Prætorem oportere, dareque ei actionem.

§. 7. Si maritus vel uxor constante matrimonio furere cœperint, & legatum, seu institutionem: sed

---

88 Et pastinationes. vide *l.* 79. *ff. de verbor. signific.*

89 Is casus ab eo diversus est, de quo dictum est *l.* 7. §. 13. *ff. eod.*

90 Utcunque tamen id conventum sit, pactum irritum erit, si nullis ex aliis rebus maritus onera matrimonii sustinere possit. *l.* 4. *ff. de pact. dot.*

91 Expensi facta contemplatione fructus aridi, suppletur ex liquido ejusdem anni. *Bald.*

92 Alias dolum & culpam præstat. *l.* 18. §. 1. *ff. eod.*

93 Creditor est in mora, qui debitum oblatum non accipit. *l.* 2. *C. de jure emphyt. l.* 12. *C. de contrab. stipul.*

94 Cur facto? imo, potius non facto? Vel ideo quod ea, quæ non fiunt, appellantur nomine *facti*: Nomine facti non factum includitur. *l.* 2. §. 5. *l.* 75. §. 7. *ff. de verb. oblig. l.* 121. *l.* 174. *ff. de reg. jur.*

95 Nisi facile hoc fieri possit, est enim umbra latæ culpæ facilem cultum omittere. Catrensis. *Zas.*

96 *l.* 38. §. 1. *ff. de usufr.*

97 Cur? Meum est quidquid ex re mea supereset. *l.* 49. §. 1. *ff. de rei vind.*

98 Id dicitur propter fictionem legis Corneliæ, tunc enim fingitur filia mortua. *l.* 12. *ff. qui testam. l.* 28. *ff. de vulg.*

99 Olim ejus captivitate dissolvebatur matrimonium. *l.* 56. *ff. eod. l.* 12. §. 4. *ff. de captivis.*

100 Cur? vel ideo quod captivitate finiebatur patria potestas: eoque pacto filia capta videbatur sui juris facta.

1 Non per stipulationem, non per successionem, sed jure patrio per consolidationem & peculii recuperationem, id perficiente fictione legis Corneliæ. *Zas.* dixi ad Ulpian. 6. §. 4.

2 Qui alias pacto, vel statuto dotem lucrari debuit: possumus enim de pacto ad legem recte argumentum ducere, si utrobique par sit ratio. *Zas.*

3 Citra causam adulterii. *l.* 4. *C. de adulteris.* Quid, si vulneravit? idem erit si ex vulnere moriatur. Quid, si domo excluit? non idem. Quid, si infirmam non curavit? omnino idem, si de facili medicum habere potuit. *l.* 31. §. 11. 12. *ff. de ædilit.* Quid, si morrem uxoris non vindicavit? v. *l.* 27. *ff. de jure fisci.* 4 Ut dotem & ejus actionem maritus amittat. 5 Nemo meritum ac mercedem ex maleficio suo recipere debet. *Bald.*

6 Ut statuti, aut sui pacti: sunt enim verba & pacta referenda ad merentes, non ad delinquentes, *l.* 88. §. 11. *ff. de leg.* 2. sic odiosi non comprehenduntur in gratiis, *l.* 51 *ff. de manum. test.* & statutis, quantumvis generalibus, rescriptis, privilegiis. *Zas. hic. n.* 5. 7 Vir & uxor judicantur ad paria. *Zas.*

8 Nec referenda est ei quæstio dominii alieni: idem in deposito. *l.* 1. §. 39. *ff. depositi.* commodato. *l.* 15. *l.* 16. *ff. commod.* non idem in contractibus, in quibus dominium transfertur, ut in mutuo, v. *l.* 7. *C. si cert.* nisi pecunia consumpta, *l.* 13. *ff. de rebus cred.* aut usucapta. quo refertur *l.* 15. §. 1. *ff. de cond. indeb.* possum tamen referre exceptionem dominii perpetui, id est, possum te repellere, si dixero rem meam esse, quam ipse petis: nisi duobus in casibus superius exceptis. 9 *l.* 7. §. 1. *ff. eod. l. un.* §. 9. *C. de rei uxor. act.* 10 Non idem est in aliis debitoribus, qui judicati etiam in carcerem conjici possunt. *l.* 34. *ff. de re judicata.* 11 Pro modo facultatum suarum. 12 Et ita deducit alimenta ne egeat. *l.* 30. *ff. de re judicat. l.* 173. *ff. de regulis.* nisi maritus sit putativus. *l.* 22. *in fin. ff. eod.* Zas. *hic. n.* 24. nisi sit artifex, & habeat unde se alat. *n.* 17. nisi fundus dotalis à marito petatur, ut quæcunque alia res, non ut dos: nisi jubente muliere fundum dotalem promisit alteri: nisi in solidum à judice condemnatus sit. *l.* 41. *ff. de re judicata.* nisi culpam post divortium in rebus dotalibus admisit maritus. *l.* 35. *ff. de negotiis.* nisi dolo malo bona dotalia dissipat. *l.* 18. §. 1. *ff. eod.* nisi constante matrimonio, ob ejus inopiam, bona dotalia petantur. vide *l.* 24. *ff. eod.* nisi dotem solvit. *l* 9. *ff. de condict. indeb.* nisi mulier æque sit pauper ac maritus. *Zas. hic. n.* 20. vide & alias exceptiones apud Socin. *reg.* 257. 13 *l.* 14. *ff. eod.* 14 Heredi extraneo, *Hal. l.* 25. *ff. de re judicata.* non suo. *l.* 18. *ff. hoc tit.* 15 Ad hanc regulam refer *l.* 14. 15. 16. *ff. de legib. l.* 32. §. 16. *l.* 45. *ff. de arbitr. l.* 7. *ff. de exception. l.* 2. *C. de legib. c.* 7. *de regulis. in* 6. Porro exceptiones septem hujus sententiæ vide apud Zas. 2 *Responf.* 4. ubi ostendit privilegia personalia interdum personam egredi. Quæ dotis privilegia ad heredes mulieris transeant, vide apud Baldum *l.* 1. *ff. eod.*

16 *l.* 23. *ff. de re jud.* 17 Pactum, *Ut ne debitor bonis cedere possit*, non valet: ne ad custodiam & carcerem obligare se videatur, quod contra bonos mores esse dicitur: de quo tamen vide Socin. *regul.* 279. 18 Quid ita? facit ad rationem hujus quæstionis *lex* 7. *ff. de postul.* 19 Idem dicendum in omnibus hujusmodi pactis. *l.* 6. *C. de pactis.* 20 Reverentiam marito uxor debet. vide Aristotelem 2 *œconom.* 1. & Plutarchum, *in præceptis connubialibus.* 21 *l.* 53. *ff. eod.* Goth. Vid. in hanc l. Bald. *Novell. de dote. p.* 4. *cap.* 248. Anf. Adde Zas. *lib.* 2 *singular. intellect. cap.* 1. 7. Charond. 1 *verisimil. cap.* 18. S. L. 22 *l.* 24. §. *penult. ff. eod.* quæ hodie locum non habent retentionis jure. *l. un.* §. 5. *C. de rei uxor.* 23 Mores quos uxori maritus non objecit, mariti heres mulieri objicere non potest: de moribus dixi ad *l.* 11. *in fin. C. de repudiis & judicio de moribus sublat.* 24 *l.* 53. *ff. eod. l.* 21. *ff. de re jud.* 25 Vide Zasium, 2 *Responf.* 9. 26 Vide *l.* 5. *ff. de usu. l. ult. ff. de his quæ ut indign.* 27 Vide Zanger. *de except. part.* 2. *c.* 15. *n.* 32. Anf. 28 Imo Neratius contradicit. *d. l.* 21. *in fin. de re jud.*

29 Imo, distinguendum, *l. pen. ff. de jure dotium. l.* 21. *l.* 22 *ff. de re judicata.* vid Zas. *in fin. Intellect.* 5. & 2 *Responsor.* 9.

30 Adde *l.* 41. *in fin. ff. de re judicata.*

31 Aliud in extraneis. *l.* 12 *ff. eod.* Goth. Vid. Zang. *de except. part.* 2. *cap.* 15. *n.* 47. Anf.

32 *V. l.* 7. *ff. de jure dotium. l. un.* §. 7. *C. de rei uxor. act.*

33 *V. l.* 7. §. 5. *ff. quibus ex causis in poss.*

34 Maritus dolo res dotales dissipans tenetur in solidum. *l.* 66. *ff. eod. l.* 78. §. 2. *vers. quod si alienaverit. ff. de jure dotium.*

35 Adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de rescindenda.*

36 Vide *l.* 30. *ff. de jure dotium.*

37 Et si lis contestata sit *Novell.* 117. & 134.

38 De dote.

39 Ulp. 6. §. 11.

40 *l. ult. in fin. ff. de jure dotium.*

41 Causa hæc necessaria.

42 Causa hæc utilis est.

43 Causa hæc honesta est.

44 *l* 73. *circa finem. ff. de jure dot.*

45 Adde *l.* 22. §. 3. *ff. eod.*

46 Adde *l.* 36 *C. de donat.*

47 Id enim pium est. *l* 21. *in fin. C. de sacrosanct. Eccles. l.* 26. *in princ. C. de donat.*

48 Dos data mulieris conjuncti potest in redimendis personis ipsi mulieri necessariis & conjunctissimis.

49 Dotis actioni doli exceptio inest.

50 Dotis actio bonæ fidei. §. 29. *Inst. de act.*

51 Doli exceptio inest omnibus bonæ fidei judiciis.

52 Sumptus piæ causæ insunt actioni de dote.

53 Argumentum à minori ad majus: Si obligatur qui tacite consentire intelligitur, multo magis obligatur qui expresse consentit.

54 Secus si contradicente. *l. ult. C. de negotiis.*

55 Vide Rogerium ad hanc leg. *tract. de dote.*

56 Quivis alius à patre.

57 *V. l.* 26. §. 2. *ff. de pact. dotalib.* vide Zas. *Responsor.* 2.

58 Omissus casus in stipulatione dotis remanet in juris communis dispositione favore mulierum. *Bald.* Sic omissi casus feudali jure, ex jure communi decidendi sunt. 2 *Fendor.* 1.

59 *l.* 20. *in fin. ff. eod.*

60 Dolus dans causam novationi & liberationi, reddit ipsum ipso jure nullam. *Bald.*

61 Imo non manebit arg. *l.* 26. §. 2. *ff. mandati.*

62 Vid. Cujac. *lib.* 3 *obs.* 16. S. L.

63 Filia non debet habere dotem & legatum, seu institutionem: sed alterutro debet esse contenta. *Bald.* 64 *l.* 34. §. 5. *ff. de legat.* 2. 65 Imo, non est compensandum, *l. ult. C. de dot. promiss.* quin filia Falcidiam jure hereditario, dotem jure proprio habitura est. *l.* 14. *ff. ad l. Falcid.* 66 Cedit si amplius ab eo consecuta sit. vide Cujac. 3 *observ.* 16. vide Manticam, 10 *de conject.* 2. *num.* 5. 67 Vide *l. ult. ff. de interdictis.* 68 *Subsidii*, nomine. 69 Patriam potestatem banni ratione non amitti, Baldus hinc colligit. 70 Causam dotis esse causam ordinariam, & in ea requiri litis contestationem, hinc Bald. colligit. *Goth.* Vide Menoch. *de arbitr. judic. caf* 242. S. L. 71 Potest enim consensus revocari ante litem contestatam, sicut mandatum. *Bald.* post litis contestationem non licet, *ut hic.* quemadmodum si res non sit integra, *l.* 6. *ff. de jurisdict.* si obligationis vinculum impediat. *l.* 17. §. 3. *ff. commodati.*

72 Status mutatio tacitam revocationem consensus inducit. *Bald.* 73 Vide Zanger. *de tertur. reor. cap.* 3. *num.* 8. Anf. Adde Cujac. *lib.* 6 *observ.* 22. S. L. 74 Ut & alibi tutoris. *l.* 17. §. 1. *ff. de testam. tutela.* 75 Ad officium judicis pertinet, jura partium tueri. *Bald.*

76 Vide *l.* 2. *ff. eod.* 77 *Contradicere* is non intelligitur qui consentire necessitate juris & honestate cogitur. *Bald. l.* 1. §. 5. *ff. quarum rerum.* quia contradictio non sufficiens per causam, nil operatur. 78 Contradicat. *Ital.* 79 *l.* 37. *in fin. ff. eod.* 80 Quæ nondum facta est puberes. vide Cujac. 6 *obs.* 22.

rint, quid faciendum sit, tractemus [83]: Et illud quidem dubio procul observatur, eam personam, quæ furore detenta est, quia sensum non habet [84], nuncium mittere non posse. † An autem illa repudianda est, considerandum est? Et, si quidem intervallum furor habeat, vel perpetuus quidem morbus est, tamen ferendus his qui circa eam sunt, tunc nullo [85] modo oportet dirimi matrimonium: sciente ea persona, quæ cum compos mentis esset, (&) ita furenti, quémadmodum diximus, nuncium miserit, culpa sua nuptias esse diremptas: Quid enim tam humanum [86] est, quam ut fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem [87] esse? † Sin autem tantus furor est, ita ferox, ita pernicio sus, ut sanitatis nulla spes supersit, circa ministros [88] terribilis; & forsitan altera persona[velit,] vel propter sævitiam furoris, vel quia liberos non habet, procreandæ sobolis cupidine tenta est [89] [dirimere]: licentia [90] erit compoti mentis personæ, furenti nuncium mittere: ut nullius culpa videatur esse matrimonium dissolutum, neque in damnum [91] alterutra pars incidat.

§. 8. Sin autem, in sævissimo furore muliere constituta, maritus dirimere quidem matrimonium calliditate non vult, spernit [92] autem infelicitatem uxoris, & non ad eam flectitur, nullamque ei competentem curam inferre manifestissimus [93] est; sed abutitur dotem: tunc licentiam habeat vel curator furiosæ, vel cognati, adire judicem competentem: quatenus necessitas imponatur marito, omnem talem mulieris sustentationem sufferre, & alimenta præstare, & 94 medicinæ ejus 95 succurrere, & nihil prætermitti quæ [96] maritum uxori adferre decet [97], secundum dotis quantitatem [98]. Sin vero dotem ita dissipaturus [99] ita manifestus [100] est, ut non hominem frugi oportet, tunc dotem sequestrari [1], quatenus ex ea mulier competens habeat solatium una cum sua familia: pactis videlicet dotalibus, quæ inter eos ab initio nuptiarum inita fuerint, in suo statu durantibus, & alterius exspectantibus sanitatem, aut mortis eventum. §. 9. Item pater furiosæ utiliter intendere, *sibi filiæve suæ reddi dotem*, potest: quamvis enim furiosa nuncium mittere non possit, patrem [2] tamen ejus posse certum est. §. 10. Si soluto matrimonio pater furiosus sit, curator [3] ejus, voluntate filiæ, dotem petere poterit: aut, si curatoris cupia [4] non sit, agere filiæ permittendum erit: caverique oportebit de rato [5]. §. 11. Idem decernendum est, & si ab hostibus captus [6] sit pater, puellæ dandam actionem de dote repetenda 7.

§. 12. Transgrediamur nunc ad hunc articulum, ut quæramus *adversus quos* competit de dote actio? Et adversus ipsum maritum competere, palam est: sive [8] ipsi dos data sit, sive alii ex voluntate [9] mariti, vel subjecto juri ejus, vel non subjecto. † Sed si filiusfamilias sit maritus, & dos [10] socero data sit, adversus socerum agetur. Plane si filio data sit, si quidem jussu soceri, adhuc absolute socer tenebitur: Quod si filio data sit non [11] jussu patris, Sabinus & Cassius responderunt, nihilominus cum patre agi oportere: videri enim ad eum perveniſſe dotem, penes quem est peculium: sufficit autem ad id damnari eum, quod est in peculio, vel si quid in rem patris versum est. Sin autem socero dotem dederit, cum marito non poterit experiri, nisi patri heres exstiterit.

§. 13. Si mulier in conditione mariti erraverit, putaveritque esse liberum, cum servus esset [12]: concedi oportet quasi [13] privilegium in bonis viri mulieri: videlicet ut, si sint & alii creditores, hæc præferatur circa de peculio actionem; & si forte domino aliquid debeat servus, non præferatur mulier, nisi in his tantum rebus, quæ vel in dote datæ sunt, vel ex dote [14] comparatæ: quasi & hæ dotales sint.

XXIII. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

ET si quid in eam dotem impensum est, nec à muliere reddetur, per doli mali exceptionem servabitur [15].

De inope marito. 1. De marito exheredato à patre. 2. De dote restituenda, vel satisdatione præstanda. 3. De tempore dotis solvendæ. 4. De servo dotali manumisso. 5. De sævitia in servos dotales. 6. Si uxor viri rem commodaverit. 7. De publicatione bonorum mulieris.

XXIV. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

SI, constante matrimonio [16], propter inopiam mariti [17] mulier agere volet [18], unde exactionem [19] dotis initium accipere ponamus? Et constat, exinde dotis exactionem competere, ex quo evidentissime [20] apparuerit [21] mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere. §. 1. Si, exheredato [22] marito, mulier agat, magis est, ut ex die aditæ patris hereditatis incipiat ei dotis exactio. §. 2. Quotiens mulieri [23] satisdandum [24] est de solutione dotis post certum tempus [25], si maritus satisdare [26] non possit, tunc deducto [27] commodo temporis, condemnatio residui repræsentatur: sed si, cum maritus satisdare posset, noller, in solidum [28] eum condemnandum Mela ait, non habita ratione commodi temporis. Judicis igitur officio [29] convenit, ut aut satisdatione interposita absolvat maritum [30], aut habita ratione compensationis [31] eum condemnet: quod quidem hodie magis usurpatur: nec ferenda est mulier [32], si dicat, magis se velle dilationem pati, quam in repræsentatione deductionem. §. 3. Sive autem mariti [33], sive uxoris periculo dos fuit, nihilominus legitimo tempore [34] debet solvere maritus. §. 4. Si vir voluntate mulieris servos dotales manumiserit [35], si quidem donare [36] ei mulier voluit, nec de libertatis causa impositis ei præstandis tenebitur: quod si [37] negotium inter eos gestum est, utique tenebitur, ut officio Judicis caveat [38], *restituturum se mulieri quidquid ad eum ex bonis liberti, vel ex obligatione pervenisset.* §. 5. Si maritus sævus in servos dotales fuit, videndum, an de hoc possit conveniri? Et, si quidem tantum [39] in servos uxoris sævus fuit, constat eum teneri hoc nomine: si vero & in suos est natura talis [40], adhuc dicendum est, immoderatam [41] ejus sævitiam hoc judicio coërcendam: quamvis enim diligentiam uxor eam demum ab eo exigat, quam rebus suis exhibet, nec plus possit, attamen sævitia, quæ in propriis culpanda est; in alienis coërcenda est, [hoc est, in dotalibus] §. 6. Si uxor viri rem commodaverit, eaque perierit: videndum, an compensationem [42] hoc nomine pati possit? Et puto, si quidem prohibuit eam maritus commodare, statim deductionem fieri: si vero non prohibuit eam commodare, arbitrio judicis modicum tempus ei indulgeri cautionem præbenti. §. 7. Si bona mulieris pro parte [43] sint publicata, supereſt [44] mulieri reliquæ partis dotis exactio: Plus puto, & si post litem contestatam publicata sit pro parte dos, sufficiet arbitrium judicis ad partis [45] condemnationem faciendam: Quod si tota dos publicata sit, exspirabit judicium.

De peculio. 1. De dolo & culpa. 2. De deterioratione. 3. De servis qui in fuga sunt. 4. De locatione.

XXV. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

SI filiofamilias dos [46] data sit injussu [47] patris, de peculio quidem agetur: sed five propter impensas à filiofamilias factas, sive propter res donatas à filio [48], vel amotas [49] ab uxore res peculiares, hoc ipso, quod habet actionem pater [50] ex persona filii, majus peculium fit, & sic totum [51] est præstandum mulieri quod est in peculio: quia adhuc [52] sit, quod uxori [53] debeatur.

§. 1. Maritum [54], in reddenda dote, *de dolo malo [55] & culpa* cavere oportet: quod si dolo malo fecerit, quo minus restituere possit, damnandum eum, *quanti mulier in litem juraverit [56]*: quia invitis [57] nobis, res nostras alius retinere non debeat. §. 2. Si post divortium res dotales deteriores factæ sint, & vir in reddenda dote moram [58] fecerit: omnimodo [59] detrimentum ipse præstabit.

§. 3. Si qui dotalium servorum in fuga erunt, cavere debebit maritus [60], *se eos viri boni arbitratu perfecturum & restituturum.*

§. 4. Si vir in quinquennium locaverit fundum, & post primum forte annum divortium [61] intervenerit: Sabinus ait, non alias fundum mulieri reddi oportere, [quam] si caverit [62], *si quid præter annos [63] anni locationem maritus damnatus sit, id à se præstatum iri [64]*: sed & mulieri cavendum [65], *quidquid præter primum annum ex locatione vir consecutus fuerit, se ei restituturum.*

De rei interitu post moram.

XXVI. IDEM lib. XXXVII ad Edictum.

SEmel mora facta, si servum dotalem postea offerente [66] marito mulier accipere noluerit, & ita is decesserit: non debebit pretium ejus maritus, vel heres ejus nomine damnum sentiat, quod postea offerente [67] eo mulier accipere noluit.

De herede mulieris.

XXVII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

SI post divortium mortua muliere, heres [69] ejus cum viro, parenteve ejus agat: eadem [70] videntur de restituenda dote intervenire, quæ ipsa muliere agente observari solent.

De eo, quod maritus potest consequi à muliere.

XXVIII. ULPIANUS lib. I Institutionum.

FAcere posse maritus etiam id videtur, quod à muliere consequi potest [71]: scilicet si jam ei aliquid absit, quod pro muliere [aliquid] expendit [72], vel mandato ejus præstitit: cæterum, si nondum [73] ei abest (utputa sub [74] conditione est obligatus), nondum videtur facere posse.

Cui

---

81 *Quæstio*, an propter furorem alterutrius conjugum dos repeti potest.

84 Ut ignorantis loco est.

85 *l. 8. §. 2. de his qui sunt sui. l. 16. §. 2. de min. l. 4. §. 2. Divort.*

86 De amore conjugali v. Valerium 4. c. 6.

87 *l. 1. §. de rem. l. §. rerum amotar. l. 4. C. de remiss. expensar. l. 51. §. de rei vind. at. Italicar. mil. 2.*

88 Probatur his modis furor insanus.

89 Triboniani verba latis agnoscis lector: *Tentam* dixit, pro mota. vide *l. 21. vers. quod si prædictum. C. de fide instr.*

90 Non intra quinquennium tamen, respectu mariti. *Nov. Leon. 112.* ultra triennium, respectu mulieris. *Nov. Leon. 3.*

91 Dotem igitur uxor eo casu repetet.

92 *Quæstio*, an propterea quod à marito negligitur, uxor dotem repetere possit.

93 Id est, probatum est: *ἀναμφιβόλως* Triboniani.

94 Ex hac rerum diversarum copulatione confici Baldus, *alimentorum* nomine non contineri pharmaca: Si ita est, heres damnatus matri aut novercæ, aut cuivis denique alimenta præstare, non cogetur alimentorum legato adverse eorum valetudinis expensas, quantumvis quotidianas, sustinere.

95 Et medicina ei succurrere.

96 Nihil prætermitti quorum maritum. *Hal.* nihil prætermitti eorum quæ.

97 Vir igitur judicis officio cogi potest ad alendam uxorem, & ægrotam curandam.

98 Non igitur ultra dotis quantitatem? Quid, si nulla dos fuerit constituta? haud dubie, non solum affectione maritali ad id cogi videtur. *l. 13. C. de negotiis.* sed etiam judicis officio. *argum. l. 28. §. de religiosis.*

99 *Quæstio*, an marito dos condici potest, eo quod dotem dissipet. 100 *V. l. 24. §. cod.* 1 Sequestratio fieri solet, quoties bonorum dissipatio timetur. *l. 21. in fin. §. de appellationib. & relat.* 2 *l. 4. §. de divortiis.* 3 V. *l. 7. §. de tutorib. datis. v. l. 5. §. de jure dot.* 4 Ita Flor. pro *copia.* 5 Furiosus ad suam mentem reversus ratam rem habere potest, ratamque habendo facit utilem. 6 *d. l. 5. §. 4. §. de jure dot.* 7 Ut & de dote constituenda. *d. §. 4.* 8 *Harmen. 9. §. 13* Goth. Adde Boër. *decis. 23. S. L.* 9 Nihil enim interest an quid alicui detur, an alii ipso consentiente. *l. 19. §. de jure dot. l. 11. §. 5. §. de pign. act. l. 4. C. de solutionib.* 10 *l. 10. C. eod.* Goth. Hic § explicatur ab Ant. August. *lib. 2 emendat. cap. 1. S. L.* 11 *l. 25. §. cod.* 12 Ulp 7. §. *ult. l. 3. C. eod.* non constitit matrimonium, ideoque dotem condicere potest, & habet privilegium *l. 5. §. de condict. sine caus. l. 74. §. de jure dot. v. l. 17. l. 18 §. de reb. auct. jud.* 13 Dos impropria seu quasi dos, vel putativa (qualis ea dicitur quam dat ea quæ se justam uxorem putat, cum non sit justa uxor) privilegium aut quasi privilegium veræ dotis habet, *ut hic.* habet enim tacitam hypothecam in bonis mariti. *Gloss. l. 2. in fin. §. de privileg. credit. & l. assidue. 12. C. qui potiores.* At sponsa non habet tacitam hypothecam privilegiatam. ut not. in *l. eos. 9. qui potiores* Dynus, Jacob. de Aretio, Bald. *l. 2.* Bald. *Nov. 2. §. 3.* Diversa ratio est sponsæ & uxoris putativæ. Jus enim privilegiis fruitur quibus dos vera, *ut hic.* & Bart. in *l. si concubina. §. rer. amot.* & in *l. de jure. 37. in fin. §. ad municip.* Id tamen privilegium uxori tantum, non marito dari notat post Alexandrum Negusant. *tr. de pignor. part. 2. membro 4. n. 104.*

14 Vide *l. 26. §. de jure dot. l. 71. §. de leg. 2.* 15 *l. 5 §. de impens.* hodie non est locus retentioni. *l. un §. 5. vers. sed nec ob impensas. C. de rei uxor. act.* 16 *Nov. 97. c. 6.* Hic casus specialis est; alias dos constante matrimonio non solet repeti. Quid? dote ita constante matrimonio repetita, num hujusmodi pecunia nomine & affectu dotalis esse desinet? non putat Baldus, cum fiat eo casu simplex à persona mariti in mulierem translatio: aliud est si soluto matrimonio pecunia talis repetatur, ut soluto matrimonio non sit amplius dotalis. 17 Vel soceri, vel cujuscunq; dotis promissoris: hoc enim beneficium mulieri competit contra socerum vergentem ad inopiam: est enim eadem ratio in socero, quæ in marito. *Bart. hic. n. 25.* Quid, si duo dotem promiserint, an ob unius inopiam adversus alium locupletem agi dotis nomine potuerit? agi posse alt Bart. *n. 32.* nec enim dives fidejussor (talis est correus debendi) principalem solvendo facit videri, Rip. 52. 1. Quod ad correos attinet, negat Jason: unius enim divitiæ supplere alterius inopiam. Sic sentio, si qui dotem promiserunt, non sunt correi, unius inopia alteri non nocet, *l 32. §. 4. §. de usur.* si sunt correi simul, sive socii sint, vel non socii, unius inopia alteri nocebit. Bart. *d. loco.* 18 Nec enim cogitur invita agere. *l. un. C. ut ne invit.* 19 Si ob inopiam mariti uxor dotem suam repetere potest, multo minus invita à marito inope cogi poterit dotem ei solvere, nisi forte dos apud honestos mercatores cum honesto lucro collocetur. *c. per vestras. extra de dot. post divort. rest.* 20 *l. 22. §. 8. §. eod.* evidentissime id apparet ex vulgi rumore, si plus impendat annuatim, quam habeat ex reditu, *arg. l. 3. §. 1. §. ubi pup. Nov. 3. in pr.* si pro aliis fidejubeat, Ripens. *hic. n. 38.* si neque tempus, neque finem expensarum habeat. *l. 1. §. de cur. furios.* Quid, si maritus aut à piratis expilatus, aut naufragio, aut condemnatione judicis, aut excommunicatione ad inopiam sit redactus: an idem jus erit, ut uxor istis casibus dotem possit repetere? v. Ripens. *hic. n. 37. ad 48.* Quid, si mulier sciens & volens, contraxit matrimonium cum marito evidenter inope, & abutente suis bonis: num dotem ei repetere licebit? utique, si Bartolo credimus, *n. 23.* nam ut mulier expresso pacto dotis conditionem deteriorem facere non potest, ita nec tacito. In iis enim quæ nocent, minus valent tacita quam expressa: ideoque qui dotem ita dederit, non censebitur renunciasse beneficio reponendæ dotis in tuto. Rip. *n. 49.* v. quæ notavi ad *l. 5. C. de sponsalib.* Fingamus, rebus ita positis, maritum cautionem offerre, num dotem ipse vel retinere, vel quod magis est, eam uxori & aliis, à quibus constituta fuerit aut promissa, condicere poterit? post Castrensem negat Rip. *n. 52.* quibus vix assentior; satis enim locuples videtur qui cavet idonee. Porro evidentissime constare hic dici quibuslam videtur, quod etiam constat conjecturis, idque per auxesin, de qua dixi ad *l. 1. §. de off. ejus cui mandata est jurisdictio.* 21 Hodie sufficit, si inchoaverit male substantia uti. *Novell. 97. c. 6. in fin. princ.*

22 A patre, & sic ad inopiam redacto: Ita, inopia contingens marito per exheredationem, incipit esse evidens à die aditæ hereditatis. *Bart.*

23 A marito sc.

24 Hinc colligo, habentem dilationem à lege, cogi interim satisdare. *l. 4. C. de precib.* secus esse in eo, qui dilationem habet ex suo contractu, suaque providentia: is enim non tenetur satisdare, nisi facultatibus labatur. *l. 31. §. de reb. ant. jud.*

25 Annua, bima, trima die.

26 Ob dotem fidejussor non interponitur nisi soluto matrimonio, & cur? *v. l. 1. l. 2. C. ne fideiussores dotium.* Dixi ad *l. 4. 5. 6. §. de donationib. inter virum & uxorem.*

27 Tanto minus maritus mulieri condemnandus est, quanto plus commodi percepisset, si satisfeciset, & dotem non restituisset. Verum illud tanto minus rem semper deducitur a marito (fingamus maritum sponte ante diem conventum dotem velle reddere?) non deducet. Bart. *hic. n. 11.*

28 Id est, incontinenti, nulla deductione temporis facta. Ob contumaciam amittit beneficium dilatio a lege data.

29 Quo hæc satisdatio petitur. *l. 41. §. de judic.*

30 A dote reddenda ante diem conventum.

31 Repræsentationis. *Hal.* puta dotis redditæ a marito ante diem conventum, & dotis statim redditæ uxori.

32 Post litem eo casu contestatam: post sententiam acceptam, pœnitens scil. is enim quo petente lata sententia est, ab ea recedere potest. *Bald*

33 Mariti est periculum, quotiens ei dos æstimata, *l. 51. §. eod.* vel in quantitate *l. 42. §. de jur. dot.* data est, quoties ita convenit. *l. 6. §. de pact. dot.* Goth. vide Ant. Augustin. *lib. 3 emendat. c. 7. S. L.*

34 *V. l. 1. § 7. C. de rei ux. act.*

35 Recte manumisit. *l. 62. §. cod. l. 7. in fin. §. de donat. int. vir.*

36 Jus libertatis scil. vel in compensationem dare. *Bart.* cui res donata est, & ejus commoda, (in quibus est facultas manumittendi) data sunt. 37 *l. 64. §. eod.* Tunc enim vir tenetur restituere quidquid habet vel habere sperat à liberto dotali. *Bart.* 38 Venditor ad eam cautionem adstringitur, qui post venditionem factam manumisit servum venditum. *l. 23. §. de act empt.* 39 Non excusatur vir à negligentia commissa in dotalibus ex eo quod sit negligens in suis. *Bald.* in bono id est, in diligentia) ea sufficit quam in rebus nostris adhibemus: in malo, (id est, in negligentia) non item. Bart. Bald. & *§. eod.* 40 In suos est, licet natura adhuc. *Hal.* 41 Quæ cadit in levem culpam. *Bald.* vide *l. 2. §. de his qui sunt sui.* 42 Hodie retentiones prohibitæ. *l un. § 5. C. de rei ux.* Goth. Vide Menoch. *de arbitr. jud. cas. 25. S. L.* 43 Puta tertia. *l. ult. in fin. §. de vi privat.* 44 Non transit igitur in fiscum subsitantia seu totum ac universitas rerum. 45 Si dotis judicium pro parte intentatur, pro parte ferri sententiam sufficit. *Bart.* 46 Puta centum. 47 Potest enim dos sine jussu patris filio dari, *l. 22. §. 12. §. eod. l. 53. §. eod. l. 10. C. eod.* licet sine consensu patris non possit matrimonium contrahere. *Goth.* Vide Joann. Robert. *lib. 1 recept. lection. c. 13.* Ans. Adde Cujac. *lib. 23 obs. c. 37. S. L.* 48 Uxori, constante matrimonio scilic. 49 Finge ducenta.

50 Pater recuperat impensas dotales factas à filio, res donatas ab eodem, vel eidem amotas: quibus omnibus ejus peculium augetur. *arg. l. 7. §. 4. §. de peculio.* 51 *Al.* non totum. 52 Modo adhuc sit. *Hal.* adhuc, id est, compensatione partis. 53 Puto legendum esse, *quod uxor debeat:* Fingamus enim mulierem ducenta amovisse, centum vero duntaxat in dotem attulisse: dotis nomine actionem habet in pectilium adversus patrem mariti: contra socer ducenta filio amota recte petierit. 54 Idem in uxore, si res amotas non reddit. *l. 9. in fin. §. de impens.* 55 *l. 17. §. de jur. dot.* 56 Rem enim suam sibi reddi exigit. *l. 5. §. de in litem.* 57 Vide *l. 9. §. de impens.*

58 *l. 38. §. mandati.* 59 *Omnimodo* hic, estne sine distinctione? An potius in totum, seu integrum? An etiam si dolus vel culpa abit? An ut & naturalem interitum præstet? vide Cuj. *§ ad Afric. fol. 79.* 60 Nisi culpa careat. *l 21. §. de rei vind.* 61 Et sic solutum matrimonium fuerit. 62 *l. 55. §. cod.* 63 Colono sc. qui ab uxore expulsus est judicis sententia. Non igitur simpliciter verum est, quod veteres pene omnes interpretes hic notant, uxorem cogi stare locationi quinquennali à marito factæ, sed tunc demum, si mavito præstet omne damnum, quo casu maritus, colone agente ex conducto, damnatus fuerit. In annali locatione forte aliud esse Duar. ait *hic.* ubi etiam quærit, an locationi factæ à beneficiario, successor: à tutore, pupillus: à venditore, etiam fisco, emptor: à creditore missus in possessionem rei servandæ causa, stare necesse habent. vide quæ notavi ad *l. 9. C. de locato.* adde Phanucium, *tract. de lucro dotis, in pr.* ubi negat, dotis successorem cogi stare colono. 64 Id se præstaturam esse. *Hal.* 65 Vide *d. l. 55.* 66 *l. 9. §. eod.*

67 Oblatione mora purgatur. 68 Pomponius lib. XV ad Sabinum. *Hal.* 69 *V. l. 6. C. de jure dot.* Heredis & testatoris eadem persona intelligitur. vide tamen *l. 11. §. 2. rerum amot.*

70 Ex persona agentis non variatur privilegium conventi. *Bald.* 71 Pure scil. *§. eod.* 72 *l. 43. §. eod.* 73 Maritus dicitur esse solvendo in eo quod mulier ei pure debeat, secus si sub conditione. *Bald.* 74 Vide Ulp. 7. §. 3.

Cui dos profectitia, 1. Vel adventitia reddi debet.

XXIX. IDEM lib. III Disputationum.

QUotiens pater dotem dat, & stipulatur, ita demum in suam personam de dote actionem transfert, si ex continenti stipuletur [84]: cæterum, si interposito tempore stipulari velit, non nisi consentiente [85] filia poterit, quamvis in potestate sit: quia deteriorem [86] conditionem in dote filiæ facere non potest, nisi consentiat: Plane si ante nuptias dotem dederit, poterit ex intervallo, ante nuptias tamen, & citra voluntatem [quoque] filiæ stipulari. §. 1. Si quis [87] pro muliere dotem dederit, convenerit-que [88], *Ut, quoquo modo dirempto matrimonio, ipsi solveretur*; postea maritus uxori dotem solverit: rectissime dicetur, exactionem nihilominus ei, qui dedit, contra maritum competere.

De ea quæ secundo nupsit. 1. Si mulier debitori dotis successerit.

XXX. JULIANUS lib. XVI Digestorum.

NUpta [89] non impeditur, quo minus cum priore marito de dote experiatur. §. 1. Quoties culpa [90] viri accidit, ne [91] dos à socero, aut à quolibet alio, qui mulieris nomine promiserat, exigeretur, si aut in matrimonio filia decesserit, aut materfamilias facta eum qui dotem repromiserat, heredem instituerit: satis constat, nihil amplius [92] virum præstare debere, quam ut eos obligatione liberet [93].

De publicatione bonorum mariti. 1. De pacto patris, ne à se petatur. 2. De morte patris qui procuratorem dedit. 3. Si coheredes mariti solverint partem dotis. 4. De fructibus.

XXXI. IDEM lib. XVIII Digestorum.

SI marito publico judicio damnato pars aliqua bonorum ejus publicetur, fiscus [94] creditoribus ejus satisfacere necesse habet, inter quos uxor quoque est. §. 1. Si pater, cum ducenta filiæ suæ nomine dotis [95] promisisset, pactus fuerit, *ne* [96] *amplius quam centum a se peterentur*, & soluto matrimonio egerit: centum, de quibus convenit, ne peterentur, nec intelleguntur dotis esse: Quod si, mortuo patre, cum herede ejus maritus agere cœperit, ista quoque pecunia in dote erit. §. 2. Si voluntate filiæ procurator à patre datus, litem de dote contestatus fuerit, & re secundum eum judicata pater decesserit [97]: judicati actionem filiæ potius, quam heredibus patris, dari oportebit. §. 3. Cum patri dos data esset, & ei filius ex aliqua parte heres sub conditione institutus fuerit, &, pendente [98] conditione, coheredes ejus dotem pro sua portione mulieri solverint: hoc minus filius ex dote præstare debebit, quoniam nullam actionem ejus pecuniæ reciperandæ gratia adversus coheredes habet. §. 4. Si fundum dotalem recepisset mulier, non habita ratione fructuum pro portione anni quo nupta non fuisset, nihilominus de dote agere potest: quia minorem dotem recepisset: Hoc enim ad dotis augmentum [99] pertinet: quemadmodum si partum [100] ancillarum non recepisset, aut legata, vel hereditates quæ post divortium per servos dotalis [1] adquisitæ marito fuissent.

Si prior maritus posteriori dotem promiserit.

XXXII. IDEM lib. II ad Ursium Ferocem.

SI prior maritus posteriori dotis nomine tanquam [2] debitor mulieris dotem promiserit, non plus, quam [id] quod facere possit, dotis futurum esse [3].

Si maritus uxori successerit.

XXXIII. AFRICANUS lib. VII 4 Quæstionum.

QUæ dotis nomine certam pecuniam promiserat, quosdam adhibuerat, qui stipularentur *partem dotis distracto matrimonio sibi solvi*: ea nulla data dote obierat, eodem marito suo herede relicto: is damnosam [5] hereditatem ejus adierat: Nihilominus stipulatoribus tenebitur: quoniam adeundo [6] hereditatem debitricis, intellegeretur [7] secum pensasse [8]: Nec ad rem pertinere quod solvendo non esset hereditas, quando cæteris etiam creditoribus teneatur.

Utrum dos reddenda sit patri vel filiæ.

XXXIV. IDEM lib. VIII 9 Quæstionum.

TItia divortium à Seio fecit: hanc Titius in sua potestate esse dicit, & dotem [10] sibi reddi postulat: ipsa se matremfamilias [11] dicit [12], & de dote agere vult: Quæritum est, quæ partes judicis sint? Respondi, patri, nisi [13] probet filiam non solum in sua potestate esse sed etiam consentire [14] sibi, denegandam actionem: sicuti denegaretur, etiamsi constaret eam in [15] potestate esse.

De liberta.

XXXV. MARCIANUS [16] lib. X Institutionum.

LIberta, quæ voluntate patroni discessit, de dote cum eo agere potest, quam ei dedit.

De publicatione dotis.

XXXVI. PAULUS lib. II de adulteriis.

SI maritus minus facere potest, & dos publicata sit: in id, quod facere potest, fisco [17] maritus condemnandus est: ne in perniciem mariti mulier punita sit.

Si filia non habet causam contradicendi patri.

XXXVII. ULPIANUS [lib. II Responsorum].

DOtem voluntate [18] filiæ videri patrem recepisse, cum causas [19] contradicendi ei filia non haberet: maxime cum ab eo postea ampliore [20] summa dotata sit.

De muliere divertente, & de sponsalibus postea contractis.

XXXVIII. MARCELLUS lib. singul. Responsorum.

LUcius Titius, cum esset filiusfamilias, voluntate patris uxorem Mæviam duxit, & dotem pater accepit: Mævia Titio repudium misit: postea pater repudiati, absente filio, sponsalia cum ea de nomine filii sui fecit: Mævia deinde repudium sponsalibus misit, atque ita alii nupsit: Quæro, si Mævia aget cum Lucio Titio quondam marito & à patre herede relicto de dote, & proberur culpa [21] mulieris matrimonium dissolutum, an possit maritus propter culpam mulieris dotem retinere? Marcellus respondit, etiamsi ut heres institutus à patre Titius conveniretur, tamen, si sponsalibus non consensisset, culpam mulieris multandam esse.

De compensatione delictorum.

XXXIX. PAPINIANUS lib. XI Quæstionum.

VIro atque uxore *mores* [22] invicem accusantibus, *Causam repudii dedisse utrumque* pronunciatum est: Id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur*: paria [23] enim delicta mutua *pensatione* dissolvuntur.

De patre rogante dotem.

XL. IDEM lib. XXVIII Quæstionum.

POst dotem datam, & nuptias contractas, stipulatus [24] est pater [25] filiæ voluntate, *divortio facto dotem dari*: Si conditio stipulationis impleatur, & postea filia sine liberis decesserit, non erit impediendus pater, quo minus ex stipulatu agat: viva autem filia si agere vult, exceptione summovendus erit.

De dote post divortium numerata.

XLI. IDEM lib. XXXVII Quæstionum.

SI pater ignorans filiam divortisse, dotem ex causa promissionis numeravit [26]: non per indebiti condictionem, sed de dote actione pecunia petetur.

De patre condemnato. 1. De fructibus & sumptibus. 2. De usuris. 3. De extraneo repetente dotem, & de redintegratione matrimonii.

XLII. IDEM lib. IV Responsorum.

IN insulam patre deportato [27] qui dotem pro filia dedit, actio dotis ad filiam pertinet. Post divortium quoque patre damnato, qui idem [28] consentiente filia non petierat, æque dotis actio mulieris est. §. 1. Fructus ex prædiis, quæ in dotem data videbantur [29], bona fide perceptos, & mulieris oneribus ante causam liberalem absumptos, quamvis servam fuisse postea constiterit, peti non posse placuit. † Sumptus [30] vero necessarios & utiles in prædia, quæ dotalia videbantur, factos, compensatis fructibus perceptis, ad [31] finem superfluï [32] servari convenit. §. 2. Usuras [33] numeratæ dotis ex stipulatu pater, in matrimonio defuncta filia, si petat, gener, qui reliquæ dotis promissæ fœnus stipulatus est, ita demum ad finem vice mutua debitæ quantitatis compensationem opponere juste videtur, si [34] propriis sumptibus uxorem suam exhibuit: alioquin, si patris sumptibus exhibita sit, inanis usurarum stipulatio compensationi non proderit. §. 3. Ad virum uxore post divortium reversa, judicium acceptum ex stipulatione, quam extraneus [35] qui dotem dederit stipulatus fuerit, non dissolvitur: nec officio judicis absolutio continetur.

De nominibus.

XLIII. SCÆVOLA lib. II Quæstionum.

SI maritus in id quod facere potest condemnatus sit, & nomina sint [36] ad dotis quantitatem [37], neque amplius, neque habebit mandare actiones [38].

De morte soceri, quo vivo dos peti non poterat.

XLIV. PAULUS lib. [V] Quæstionum.

SI socer à genero heres [39] institutus adierit hereditatem [40], quandoque mortuo [41] patre, cum [42] herede ejus filiam de dote acturam [43], Nerva & Cato responderunt: ut est relatum apud Sextum [Pomponium Digestorum] ab Aristone lib. v. Ibidem Aristoni consensit. Ergo dicerem &, si emancipasset pater filiam, ipsum quoque conveniri posse. §. 1. Lucius Titius filiæ suæ nomine centum doti promisit [44] Gaio Seio: * & * inter Gaium Seium & Lucium Titium patrem mulieris convenit, *ne* [45] *dos à viro, vivo Lucio Titio* [*id est, patre mulieris*], *peteretur*: postea culpa mariti divortio facto solutum est matrimonium; & pater mulieris decedens alios heredes instituit, filia exheredata: Quæro, an ab heredibus soceri maritus exigere dotem potest, cum eam mulieri redditurus [46] est? Respondi, Cum filia, aliis à patre heredibus institutis, actionem de dote sua reciperanda habere cœperit, necesse habebit maritus aut exactam dotem aut actiones ei præstare: nec ullam exceptionem habebunt soceri heredes adversus eum: cum * absurde dicitur, dolo videri eum fecere, qui non ipsi quem convenit, sed alii [47] restituturus petit: Alioquin &, si post mortem patris divortisset nondum exacta dote, excluderetur exactione dotis maritus: quod non est admittendum: Sed etsi ex parte filia heres patri suo exstiterit, debebit maritus coheredes ejus pro parte virili exigere, & mulieri reddere [48], aut actiones ei præstare.

De pacto & stipulatione avi materni.

XLV. IDEM lib. [VI] Quæstionum.

GAius Seius avus maternus Seiæ nepti, quæ erat in patris potestate, certam pecuniæ quantitatem dotis nomine Lucio Titio marito dedit: & instrumento [49] dotali hujusmodi pactum & stipulationem complexus est, *Si inter Lucium Titium maritum & Seiam divortium sine culpa mulieris factum esset, dos omnis Seiæ uxori, vel Gaio Seio avo materno redderetur restitueretur que*: Quæro, cum Seius avus maternus statim vita defunctus sit, & Seia postea sine culpa sua divorterit vivo patre suo, in cujus potestate est, an, & cui actio ex hoc pacto ex stipulatione competat: [&] utrum heredi avi materni ex stipulatu, an nepti? Respondi, in persona quidem neptis videri inutiliter stipulationem esse conceptam: quoniam [50] avus maternus ei stipulatus proponitur: quod cum ita est, heredi stipulatoris, quandoque divorterit mulier, actio competere videtur. Sed dicendum est, Seiæ posse dotem solvi, quamvis actio ei directo non competat, ac [51] si *filis aut illi dari* avus stipulatus esset: sed permittendum est [52] nepti ex hac avita conventione, ne commodo dotis defraudetur, utilem [53] actionem: Favore enim nuptiarum, & maxime propter affectionem personarum, ad hoc decurrendum est.

Si vir uxori legaverit, ne dotem petat.

XLVI. IDEM lib. [nono*decimo* Quæstionum.]

QUi dotem stipulanti uxori promiserat, eidem testamento quædam legaverat, ita [54] tamen, *Ne dotem ab heredibus peteret*: ea, quæ *res*. Quinimo Alexander post moram existimat maritum constante matrimonio pacisci non posse de dote non petenda, ut sibi noceat, *ut hic*. Neguantius, *de pignoribus. part. 2. memb. 4. num. 77*.

84 Dotem sibi reddi scil.

85 *l. 7. §. de pactis dotalib.*

86 *l. 1. 28. §. de jure dot.*

87 Extraneus scilicet etiam pater etiam simplici pacto actionem de dote in personam suam transfert. *l. 6. C. de jure dotium.* Cur tam varie? vel ideo, quod pater ex necessaria causa filiam dotare cogitur. *Duaren.*

88 Alias si non conventum fuerit, actio mulieri dabitur. *l. 43. §. 1. §. de jure dot.*

89 Dotis privilegium per transitum ad secundas nuptias non amittitur.

90 Negligentia.

91 Vide quæ dixi ad *l. 44. §. 1. §. eod.* id fit periculo mariti, qui fuit in eo negligens.

92 *l. 35. l. 78. §. 1. §. de jure dot.*

93 *l. 38. §. 1. §. de peculio.*

94 *l. 2. C. eod.*

95 Dotis permisisset. *Hal. v.* quæ notavi ad *l. 79. §. de jure dot.*

96 Vid. quæ dixi ad *l. 44. §. 1. §. eod*

97 *l. unic. §. 11. C. de rei uxor.*

98 Dum pendet conditio partis unius, illa pars non adrescit coheredibus interim pure substitutis *Bald.*

99 Actio de dote datur etiam pro ejus augmento. *Bald.*

100 *d. l. un. §. 7.*

1 Per servos dotales. *Hal. v. l. 47. §. de jure dot.*

2 Tanta & talis obligatio est in termino referente, quanta & qualis est in termino ad quem fit relatio. *Bald.*

3 Secundo marito scilicet: plus enim τὴν δυναμεν & effectu in hoc casu non debet qui promittit. *l. 12. §. eod.*

4 Vide Cujac. 7 *ad Afric.*

5 Hinc oritur ratio dubitandi, ut *in fin. §. eod.* dicitur: ut sit sensus, eum sibi solvisse non videri, qui adiit hereditatem, quæ solvendæ doti sibi debitæ par non fit. *Cujac.*

6 Scientia cum taciturnitate habetur pro consensu. v. Rolandum à Valle, 1 *consil.* 10. *n.* 37.

7 Cur? Hereditas omnis solvendo videtur, quam heres adit, quæque heredem invenit. *l. 3. §. ad l. Falcid. l. 36. §. de bon. libert.*

8 Confusio pro solutione, vel pro pensatione cedit, *l. 50. §. de fidejussorib. l. 95. §. 2. §. de solutionib.* non tamen per omnia confusio vim & effectum solutionis habet. vide Cujac. *ibid.*

9 Vide Cujac. 8 *ad Afric.*

10 Profectitiam scilicet, & hoc verum est, sive filiamfamilias fuerit, sive materfamilias. *l. 5. §. pen. §. de jure dotium.*

11 Id est, sui juris. *l. 30. §. eod. l. 4. §. de his, qui sunt sui* etiam virgo. Tertull. *libro de velandis virginibus.*

12 Vide quæ notavi ad *l. 5. in fin. §. de probat.*

13 Præsumitur quisque paterfamilias, nisi probetur contrarium. vide Bartol. 1 *consil.* 42.

14 *l. 2. §. 1. §. eod. l. 2. l. 3. C. eod.*

15 Dixi ad *l. unic. §. 13. C. de rei uxoriæ act.*

16 Papinianus. *Haloand.*

17 Adde *l. 31. §. eod. l. 2. C. eod.*

18 *l. 22. §. 6. §. eod.*

19 *Contradicere* non dicitur, qui non habet causam contradicendi. vide Bald.

20 *l. 34. §. 5. §. de leg. 2.*

21 Si matrimonium culpa mulieris dissolvitur, dotem amittit. *l. 8. §. 4. C. de repud.*

22 *l. 47. §. eod.*

23 *d. l. 47. l. 28. C. de adulteriis.* vide *l. ultim. §. 3. §. de eo, per quem.* vide Socin. *regula* 86.

24 Filiæ non nocet, si pater ejus voluntate stipuletur. vide *l. 3. §. 5. §. de minorib.* Goth. Vid. Cujac. *lib. 4 obs. 21. & in comment. ad lib. 28 qu. Papin. 8. L.*

25 Pater, sive filiæ, &c. Cujac. 6 *ad Africam & in Basilicis.*

26 Quod facere non teneatur propter divortium. Hinc nascitur ratio dubitandi: nam hinc constat hujusmodi pecuniam non esse dotalem, *l. 3. §. de jure dot.* & tamen ad eam petendam actionem de dote competere.

27 Atque ita civiliter mortuo. *l. 1. §. pen. contra tab.*

28 Qui dotem consentiente. *Hal.*

29 Matrimonium invalidum non facit maritum lucrari fructus jure mariti, sed jure bonæ fidei possessoris.

30 *l. 7. §. pen. §. eod.*

31 De hoc loquendi genere dixi ad *l. 19. §. de compensat.*

32 Id est, usque ad sumptus, qui fructuum quantitatem excedunt. *Duar.*

33 Vide *l. 21. §. 1. §. de div. int. vir.* Goth. Vide Zanger. *de except. part. 3. c. 6.* Ant.

34 *l. 69. §. 3. §. de jure dot. l. 17. §. de doli mali & metus exceptione.*

35 Qua extraneus. *v. l. 63. §. de jure dot.*

36 Sufficientia scil.

37 Exolvendam uxori scilicet, deducto tamen victu.

38 Neque amplius habebit: mandare actiones debet. *Hal* quæ lectio Florentina melior videtur.

39 Heres institui socer à genero potest.

40 Extincta videtur esse obligatio propter confusionem, quod creditor debitori succedat. *Duar.*

41 Nam filia adversus vivum patrem non agit. *l. 4. §. de judiciis*

42 Ficta solutio vires suas extra personam succedentis non extendit. *Bald.*

43 Ut ei non possit objici facta solutio, de qua superius dixi: habenda est igitur mulieris ratio, cui dotis actio cum patre fuit communis.

44 Vid. *l. 79. in fin. §. de jure dot.*

45 Dotis petitioni renunciare gener pacto potest, *ut hic. & l. 30. §. 1. l. 31. §. 1. §. eod.* Potestne omittere dotis exactionem impune, ut id noceat uxori? Falso Cynus ita putat, in *l. cum tibi. 10. C. qui potiores.* Quinimo Alexander post moram existimat maritum constante matrimonio pacisci non posse de dote non petenda, ut sibi noceat, *ut hic*. Neguantius, *de pignoribus. part. 2. memb. 4. num. 77*.

46 Exheredata licet filia dotem suam exigit, & ad eam exheredatam actio de dote transfertur. *Bald.*

47 Ita siquidem exceptio *dolo facit*, &c. non obstat in eo, quod est alii restituendum. *Bald.* sed cum eidem. vide *l. 8. §. de doli excepti.*

48 Maritus uxori quondam suæ tenetur exigere, aut juri cedere. *Bald.*

49 De dotali instrumento scripti ad *l. 45. §. eod.*

50 Hinc dubitandi ratio ex jure stricto sumitur, neptis enim in hoc casu, avo materno extranea est, cui stipulando avus non adquirit. *l. 26. C. de jure dot.*

51 Ratio decidendi hæc est, hoc casu nepti posse solvi tanquam adjectæ. At objicies, in hoc instrumento neptem ordine priorem esse, ac priorem nominari: avum igitur nepti, non neptem avo adjici: Vel hinc constat, ea, quæ valere non possunt, inspecto ordine scripturæ interpretanda esse ex juris ordine, ut valeant, id est, ut sint utilia. *Bald.*

52 Permittendam esse. *Haloand.*

53 Atqui avi stipulatio directa fuit: verbis obliquis non est concepta, non igitur utilis datur, sed directa. vide *Bald.*

54 Alias & legatum ex testamento, & dotem ex stipulatu petet. vide *l. un. §. 3. C. de rei uxor. act.*

quæ legata erant, uxor capere non potuerat [55]: Respondi, dotis actionem mulieri adversus heredes non esse denegandam.

De lenocinio mariti.

XLVII. SCÆVOLA [lib. XIX] Quæstionum.

CUm [56] mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur [57]: Cur enim improbet [58] maritus mores [59], quos ipse aut ante corrupit, aut postea [60] probavit [61]? Si tamen [62] ex mente legis [63] sumet quis, ut nec accusare possit, qui lenocinium uxori præbuerit: audiendus est.

De dote liberorum nomine retinenda.

XLVIII. GALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

SI dotali [64] instrumento ita stipulatio interposita sit, *Ut liberorum nomine dos apud maritum resideat:* nepotum [65] quoque nomine dos retinebitur.

De nomine in dotem dato. 1. De evictione.

XLIX. PAULUS lib. VII Responsorum.

MÆvia marito suo, inter alias res dotis, etiam instrumentum [66] solidorum decem [67] tradidit, quo Otacilius eidem Mæviæ caverat, *daturum se, cum nuptiæ fierent, decem* [millia]: ex eo instrumento maritus nihil exegit, quia [68] nec potuit: Quæritur est, si dos a marito petatur, an compellendus sit etiam illam summam, quæ instrumento continetur, refundere? Respondi, potuisse quidem eum, cui actiones mandatæ [69] sunt, debitorem convenire: sed, si sine dolo malo vel culpa exigere pecuniam non potuit, neque dotis nomine eum conveniri posse, neque mandati judicio [70].

§. 1. Fundus æstimatus in dotem datus, à creditore antecedente ex causa pignoris ablatus est: Quæritum est, an mulier, si æstimationem dotis repetat, exceptione summovenda sit: ait enim, se propterea non teneri, quod pater ejus dotem pro se dedit, cui heres non exstiterit? Paulus respondit, prædio evicto sine dolo & culpa viri, pretium petenti mulieri doli mali exceptionem obesse: consequi enim eam pretium fundi evicti, evidens iniquitas est, cum dolus patris [71] ipsi nocere debeat.

De rebus æstimatis reddendis.

L. SCÆVOLA [lib. II Responsorum.]

ÆStimatis rebus in dotem datis pactum intercessit, *ut, ex quacunque causa dos reddi deberet, ipsæ res restituerentur* [72], *habita ratione augmenti, & deminutionis, viri boni arbitratu: quæ vero non exstarent,* [*ab initio*] *æstimatio earum:* Quæsitum est, cum res quædam quas maritus vendiderat extarent, an secundum pactum & hæc ad mulierem pertinerent? Respondi, res quæ extant, si neque volente [73] neque ratum habente muliere venissent, perinde reddendas, atque si nulla æstimatio interveniset.

De interitu rei æstimatæ.

LI. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

ÆStimatæ res, usu [74] etiam mulieris periculo mariti deteriores efficiuntur.

Si maritus dotem solvit, quam non accepit.

LII. TRYPHONINUS lib. VII Disputationum.

MAritus dotem, quam non accepit, post divortium per errorem solvit: Repetet [75]: quia non numeratam caverat: exigi enim ab eo non potuit.

De dote data filiofam.

LIII. IDEM lib. XII Disputationum.

SI filiofamilias [76] dos data est, ipse quidem dotis actione tenetur, pater autem ejus de peculio: Nec interest, in peculio rem, vel pecuniam dotalem habeat, necne: sed quatenus facere potest, hic [77] quoque condemnandus est. Intellegitur autem peculio tenus facere posse, quod habet rei judicandæ tempore. † Atquin, si cum patre agatur, deduceretur [78] ex peculio quod patri vel subjectis ei personis filius debet: at si cum ipso filio agatur, alterius debiti [79] non fiet detractio in computatione quantum facere possit filius.

De ære alieno.

LIV. PAULUS [lib. singul. de jure singulari].

MAritus *facere posse* creditur, nullo [80] deducto ære alieno: item socius, item patronus, parensve: at is qui ex donatione [81] convenietur, omni ære alieno deducto facere posse intellegitur.

Si maritus ædium dotalium nomine caverit damni infecti.

LV. IDEM [lib. V ad Plautium].

CUm mulier de dotis repetitione post solutum matrimonium agit, cavere [82] debet marito, qui ædium nomine damni infecti cavit [83], si velit eam recipere, ut periculum mariti amoveat.

De stipulatione, Si nupta esse desierit, dotem reddi.

LVI. IDEM [lib. VI ad Plautium].

SI quis [84] sic stipuletur à marito, *Si quo* [85] *casu Titia tibi nupta esse desierit, dotem dabis?* Hac generali commemoratione, & ab hostibus [86] capta ea committetur stipulatio: vel etiam si deportata [87] fuerit, vel ancilla effecta: hac enim conceptione [88] omnes hi casus continentur [89]. Plane quantum veniat in stipulatione [90] utrum quasi mortua sit, an quasi divortium [91] fecerit? Humanius quis id competere dixerit, quod propter mortem convenit [92].

De usufructu.

LVII. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

VSufructu [93] in dotem dato, si divortium intervenerit, nec proprietas rei apud maritum vel mulierem sit: eam dotis esse restitutionem, ut maritus caveat, *quamdiu vixerit passurum se uti frui mulierem heredemque ejus:* quod an verum sit circa adjectionem heredis, dubito. Interest, quemadmodum [94] sit usufructus in dotem datus. Si [95] cum haberet mulier fructum, viro, cujus erat proprietas fundi, usumfructum cessit: nihil mulier heredi suo relinquet: debebatur enim ei usufructus, qui ad heredem non solet transire. † Quod [96] si fundi sui fructum mulier viro cessit, restitui is à viro debet: cum proprietate enim ad heredem ejus transisset, si vir in reddendo eo non fecisset moram. Si [97] vero alienata sit proprietas, aut aliquis fundi sui usumfructum mulieris jussu viro ejus dederit in dotem: inspiciendum est primum, quemadmodum mulieri possit restitui: Potest autem [98] vel cautionibus [99] interpositis, ut fieri potest vir jure suo cedat mulieri, fruique eam patiatur: vel, si se accommodavit dominus proprietatis, volente eo mulieri constituatur usufructus: nam aut fructum fundi ille mulieri potest cedere, aut aliquid videlicet pro eo (ut inter eos actum fuerit) dare: Nam [&] finge, hoc ipsum mulierem posse proprietatis domino vendere: quo casu non inique, etiam mulieris herede agente, vir facere cogetur: quippe si moram non fecisset, pretium fructus mulier heredi suo reliquisset: Quod si facultatem usufructus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, patientiam, quam percipiendi fructus præstare ipsi debuit, etiam heredi ejus præstat.

De servo dotali herede instituto.

LVIII. MODESTINUS lib. singul. de Euremuticis [100].

SErvus dotalis heres ab aliquo institutus, mariti jussu vel adire vel repudiare debet hereditatem: Sed ne maritus aut facile repudiando, vel temere suscipiendo incognitam successionem, dotis judicio uxori suæ obligetur, *consulendum est.* mulierem coram testibus interrogari [1], *utrum velit omittere, an adquirere hereditatem:* &, si *repudiare se* dixerit, facile mariti jussu repudiabit: quod si *hereditatem agnoscere* maluerit, reddendus est à marito servus uxori ea conditione, ut, cum jussu ejus adierit, rursum [2] marito retradatur. Ita & mariti sollicitudini consuletur, & uxoris desiderio parebitur.

Si filia in fraudem patris repudietur.

LIX. JULIANUS lib. II ad Ursejum Ferocem.

FIliæ meæ emancipatæ [3] & ægræ vir [4] in hoc [5] repudium misit, ut [6] mortua ea dotem potius heredibus ejus, quam mihi redderet: Sabinus dicebat, utile mihi ejus dotis reciperandæ judicium dandum esse: [Gaius idem].

De sumptu funeris.

LX. PROCULUS lib. V Epistularum.

SI filiafamilias nupta decesserit, & pater funus ei fecerit: tametsi ei dotem post aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuo socer [7] agendo consequetur [8], ut impensam funeris præsentem recipiat: cætera dotis statuto tempore solvantur.

De manumissione servi dotalis.

LXI. PAPINIANUS [lib. XI Quæstionum.]

DOtalem servum vir invita [9] uxore manumisit: Heres solus vir à liberto instituto portionem hereditatis, quam ut patronus consequi potuit ac debuit, restituere debet: alteram vero portionem, dotis judicio: si modo uxor manumittenti refragatur.

LXII. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

QUod si vir voluntate [10] mulieris servos dotales manumiserit [11]: cum donare [12] ei mulier voluit, nec de libertatis causa impositis ei præstandis tenebitur.

LXIII. PAULUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

ET definit servus in dote esse: quia cui manumittendi causa donare liceret, ei quodammodo [13] donaret, quod permitteret manumittere.

LXIV. ULPIANUS lib. VII [14] ad legem Juliam [15] & Papiam.

SI vero [16] negotium gerens mulieris non invitæ, maritus dotalem servum voluntate ejus manumiserit: debet uxori restituere quidquid ad eum pervenit. §. 1. Sed & si quid libertatis causa maritus ei imposuit, id uxori præstabit. §. 2. Plane si operæ fuerint *à* marito exhibitæ, non æstimatio earum, non erit æquum hoc nomine uxori maritum quippiam præstare. §. 3. Sed si post manumissionem aliquid ei fuerit libertо impositum, id uxori præstandum est. §. 4. Sed & si reum maritus acceperit, adpromisseremve [17], æque adversus ipsum obligationem debet præstare. §. 5. Item quidquid ad eum ex bonis liberti pervenerit, æque præstare cogetur, si [18] modo ad eum quasi ad patronum pervenerit: cæterum, si alio jure, non cogetur præstare: nec enim beneficium, quod in eum libertus contulit, hoc uxori debet, sed id tantum, quod jure patronatus adsequitur, vel adsequi potuit. Plane si ex majore parte quam debet, heres scriptus fuerit, quod amplius est non præstabit: & si forte, cum ei nihil deberet libertus, heredem eum scripsit, nihil uxori restituet. §. 6. Dabit autem (ut ait lex) *Quod ad eum pervenit.* † *Pervenisse* accipimus, sive [19] jam exegit, sive exigere potest, quia actio ei delata est.

§. 7. Adjicitur in lege [20], *Ut & si dolo malo* [*aliquid*] *factum sit, quo minus ad eum perveniat,* [*teneatur*]. §. 8. Si filium exheredaverit patronus, & ad eum bona liberti pertineant: videndum est, an heres hoc nomine teneatur? Et cum nihil neque ad ipsum [patronum], neque ad heredem ejus perveniat, quomodo fieri potest, ut hoc nomine teneatur? §. 9. De viro, heredeque ejus Lex tantum loquitur: De socero, successoribusque soceri nihil in Lege scriptum est. Et hoc Labeo quasi omissum adnotat. In quibus igitur casibus [21] Lex deficit, non erit nec utilis actio danda.

§. 10. Quod ait Lex, QUANTA PECUNIA ERIT, TANTAM PECUNIAM DATO: ostendit [22], æstimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse Legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit: & hoc enim benignius admitti debet.

LXV. SCÆVOLA [lib. singul. Quæstionum publice tractatarum].

HÆc actio [23], etiam constante matrimonio, mulieri competit.

---

55 Hinc nasci-tur quæstio, an cum repulsa sit à petitione legati inutilis, admitti debeat ad petitionem antecedentis debiti, puta dotis?

56 Vide Cremanf. *ing.* So.

57 Morum nomine fil. maritus accusator adulterii excluditur per replicationem lenocinii. Baldus hinc etiam colligit, exceptione & replicatione consistente dolum replicantem vincere debere: Sin petitio & exceptio dolum continebit, excipientem reum obtinere: atque ita utraque parte dolum admittente semper deterior fuerit ejus conditio, qui dolo conqueri cœperit: Æquum enim esse, ut turpis turpem accusare non possit.

58 *l.* 39. *ff. cod. l.* 9. *ff. de negot.* Quod approbo, non improbo.

59 *l.* 39. *ff. cod.*

60 Quid, an audietur? cum adversus doli exceptionem non detur doli replicatio. vide *l.* 4. §. 13. *ff. de doli except.*

61 Tantum valet post factum probatio, quantum ante factum. *Bald.*

62 Sed & si, *Hal.* & recte.

63 Bona exceptio est, quæ de legis mente procedit. *Bald.* lex est, non audiri maritum lenonem uxoris uxorem accusantem; Mens legis est, lenonem nullo modo accusare posse.

64 Dotale instrumentum dotales tabulæ, seu nuptiales, *ut hic. & l.* 45. *ff. cod. l. ult. ff. de fun. l. patrem.* 15. *C. de pact. l. pactum. C. de collat.* adde quæ scripsi ad *l.* 29. *ff. de pact. dotalibus.*

65 Etiam ex filia. *l.* 1. *C. de cond. insert.* Nomen *liberorum* in contractu comprehendit nepotes, *ut hic.* & omnes descendentes *Bald. v. l.* 220. *ff. de verb. sign.*

66 Id est, nomen, *l.* 2. *C. de oblig.* Got. Ad intellectum hujus leg. vid. Roman. *cons.* 445. Ans.

67 Aliud esset, si tradidisset instrumentum pro decem: quia tunc censeretur maritus, emptor nominis, *l.* 10. *ff. de jure dotium.* & imputaret sibi inopiam debitoris. *Bald.*

68 *l.* 41. §. 3. *ff. de jure dot.*

69 Traditione instrumenti ex causa. hinc colligo, traditionem instrumenti habere vim, non solum mandati utilis, sed directi. *Bald.* vide *l.* 1. *C. de donat.*

70 Inopia nominis dati in dotem non imputatur marito. *Bald.*

71 A quo dotem habet ex causa lucrativa: tunc enim dolus auctori nocet. *l.* 25. *in pr. ff. de his, quæ in fraudem credit. l.* 4. §. 27. *ff. de doli except.* 72 *l.* 21. *C. de jure dot.* Goth. Vide ad intellectum h. leg. Covarruv. *pract. quæst. c.* 28. Ans. 73 *l. ult. ff. de pactis dotal.* 74 *l.* 10. *l.* 69. §. 8. *ff. de jure dot.* 75 V. *l.* 40. *ff. de condict. indeb.* Dos cauta non numerata, per errorem soluta repetitur: errans non confirmat contractum præcedentem. *Bald.* 76 V. *l.* 25 *ff. eod.* 77 *l.* 15. *in fin. ff. eod.* 78 Est enim lex ea peculii. *l.* 5. *in fin. ff. de peculio.* 79 *l.* 49 *ff. de rejud.* 80 *d. l.* 49.

81 *l.* 49. *in fin. ff. de rejudic.* melius igitur agitur cum donatore, quam cum marito, parente, patrono, socio. 82 *l.* 7. §. 15. *l.* 25. *in fin. ff. eod.* 83 Ulpian. 6. §. 2. *in fin.* 84 Id maritus uxori promittere solet. *l.* 52. *ff. de jure dot. l.* 240. *ff. de verbor. signif.* 85 Hæc vox, nota est generalis conventionis divortii. 86 Vide *l.* 10. *ff. eod.* 87 Hodie nemo deportatione fit servus, neque ob id solvitur matrimonium. *Novell.* 22. *c.* 8. & 13. 88 *d. l.* 240. 89 Imo non continentur: vide quæ dixi ad *l.* 24. *C. de donat. inter virum & uxorem.* 90 Hac scilicet, in qua videtur in casum divortii, vel mortis stipulatio concepta, & casus servitutis omissus est. *Duaren.*

91 Quæ servitute interveniente, à marito disjuncta est. 92 Ut minus debeatur: refertur enim casus omissus divortii ad eum casum expressum, qui minorem summam continet. v. Duar. *hic.*

93 *l.* 66. *l.* 78. *ff. de jur. dot.* Goth. Adde *l. pro oneribus. C. de jure dot.* v. Cravett. *vol.* 5. *consil.* 772. & 782. Garz. *de expens. & meliorationib. c.* 23. *n.* 6. Ans. 94 Usufruct. variis modis in dotem datur: sex vel septem modos vide apud Dyn. & Alberic. *hic.*

95 Primus modus usufr. in dotem dandi est, quoties mulier formaliter usumfructum dat marito proprietatis domino. Ita enim formalis usufr. sejungitur a proprietate: sed hoc casu valetur causalis fieri.

96 Secundus modus est, quoties uxor proprietatem solum usumfructum, dat marito, & hic usufructus, quia proprietati cohæret, causalis dicitur, sed tamen formalis hic fieri incipit.

97 Tertius modus est, quotica uxor usumfructum, cujus proprietas est tertii, marito cedit.

98 Restitutio usufruct. fit, vel cautione & patientia, vel consentiente proprietario, vel cum proprietarius constituit usumfructum consentiente usufructuario, vel proprietario comparante usufructus utilitatem: ut eo casu pretium quod succedit loco usufructi restituatur mulieri. *Bald.*

99 Ad quas in casibus implicitis recurritur.

100 *Euremutica* Modestini, consilia & cautiones sunt à Modestino excogitatæ rei jurisque cujusque sui tuendi causa: unde *ff. eod.* aut, consulendum est: & in *l.* 45. fateri, in *l.* 9. *ff. de jurisdict tutoribus.* optimum factum est Cujac. 12 *obs.* 32. Hujusmodi libros Jurisconsulti posteriores vocarunt *Cautelas.*

1 Desiderium apud acta publicatum corrigi non potest. *Bald.*

2 Id est, eodem momento. vide *d. l.* 66. *de jure dot.*

3 Vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. b. t.*

4 Vide omnino Manticam, 11 *de Conjecturis.* 13. ubi notat, legitimatos per matrimonium in mortis articulo contractum, excludere substitutum.

5 Id est, ob ægritudinem, *l.* 3. *C. de repudiis.* vide *Novell.* 22. *cap.* 19. eo scopo ac fine.

6 *l.* 5. *ff. de divortiis.* dixi ad Ulpian. 6. §. 4.

7 *l.* 30. *in fin. ff. de religiosis.*

8 Imo non consequetur. *l.* 17. *l.* 29. *ff. de relig.*

9 Id est, contradicente. De invito vide ad *l.* 5. *ff. de servit. urbanor.* vide in hanc legem Cujac. 2 *obs.* 34.

10 *l.* 24. §. 4. *ff. cod. l.* 63. *ff. eod.*

11 Vide quæ notavi ad *l.* 3. *C. de ædictis manum.*

12 *d.* §. 4.

13 Donat, qui permittit manumitti.

14 Ita Flor. libro 57 ad Edict. *Hal.*

15 Hinc, junctis §. *d. & seq ff. eod.* colligit Cumchus 2 *obs.* 74. ex lege Julia uxori actionem dari, ut vel res ei, vel cautio præstetur.

16 Notandi sunt hi casus diversi, de servo dotali manumisso a marito invita muliere, *l.* 61. valente & donante, *l.* 62. 63. *ff. eod.* permittente, ex negotio gesto, *ut hic.*

17 Expromissorem. *Hal.* de adpromissione dixi ad *l.* 43. *ff. de solut.* Goth. Vide God. *de contrab. stipulat. c.* 3. *n.* 65. *& seqq.* Ans. 18 Adde *l.* 59. *in fin. ff. ad Trebell.* 19 Dotis nomine quæ adquilivit, aut adquirere potuit maritus, tenetur. 20 *l.* 14. *in fin. ff. de falsis.* 21 Extraordinaris, *Bald.* Lex quoties alicui consulit, aut prospicit remedio extraordinario, si cessaverint verba legis, intelligitur etiam mens ejus cessare, & ideo non fiet extensio: quia extensio non fit, nisi ex mente virtuteque legis. *Bald.* Ita verba legis certis personis cohærentia, ad alias non extenduntur. Vel ita, ubi lex & mens legis cessat, ibi cessat legis auxilium directum, vel utile. 22 Alias verbum *pecuniæ* late patet. vide *l.* 178. *ff. de verb. sign.* 23 Id est, condictio ex l. Julia non actio de dote, non ex stipulatu, non mandati, vel negotiorum. vide Cujac. 2 *obs.* 34.

De dolo & culpa marii. 1. *De vestimentis comparatis servo uxoris ex viri pecunia.* 2. *Si, parte dotis patri soluta, filia decesserit.* 3. *De partu ancillæ æstimatæ.* 4. *Si maritus plus promiserit per errorem.* 5. *Si mulier, post mortem secundi, ad priorem virum redierit.* 6. *De acceptilatione.* 7. *De muliere succedente promissori dotis.*

LXVI. JAVOLENUS lib. VI ex Posterioribus Labeonis.

IN his rebus [24], quas præter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum [25] malum & culpam [26] cum præstare oportere, Servius ait: Ea [27] sententia Publii Mucii est: nam is in Licinnia [28] Gracchi [29] uxore statuit, quod res dotales in [30] ea seditione, qua Gracchus occisus erat, perissent, [ait] quia [31] Gracchi culpa ea seditio facta esset, Licinniæ præstari oportere. §. 1. Servis uxoris vir nummos in vestiarium [32] dederat: quo parato [33], deinde intra annum divortium intercesserat: Placuit Labeoni, Trebatio qualia vestimenta post divortium essent, talia viro reddi [34]. † Idem juris futurum fuisset, si ipsa vestimenta vir emisset, & servis [35] dedisset. Quod si vestimenta non redderentur, tum virum pretium in dote compensaturum [36]. §. 2. Filiafamilias, *divortio facto dotem* [37] *patri reddi*, jusserat; deinde, parte dotis persoluta, pater decesserat [38]: reliquam partem, si nec delegata, nec promissa novandi animo patri fuisset, mulieri solvi debere, Labeo, Trebatius, putant: Idque verum est. §. 3. Mancipia in dotem æstimata [39] accepisset: pactum conventum deinde factum est, Ut, *divortio facto, tantidem* [40] *æstimata redderet* [41]: nec de partu dotalium ancillarum mentio facta est: Manebit, inquit Labeo, partus tuus [42]: quia is pro periculo mancipiorum penes te esse deberet. §. 4. Mulier, quæ centum dotis apud virum habebat, *divortio facto ducenta* [43] à viro errante [44] stipulata erat: Labeo putat, quanta dos fuisset, tantam deberi [45]: sive prudens mulier plus esset stipulata, sive imprudens: Labeonis sententiam probo. §. 5. Uxor divortio facto partem dotis receperat, partem apud virum reliquerat: deinde alii [46] nupserat: [&] iterum vidua facta, ad priorem virum redierat, cui centum [decem] doti dederat, neque ejus pecuniæ, quæ reliqua ex priore dote erat, mentionem fecerat: Divortio facto, reliquum ex priore dote eidem diebus virum redditurum [47] ait Labeo, quibus reddidisset, si superius divortium inter eos factum non esset, quoniam prioris dotis causa in sequentem dotis obligationem esset translata [48]: Et hoc verum puto. §. 6. Si vir socero [49] injussu [50] uxoris, manente matrimonio, dotem acceptam [51] feciſſet: etiamsi id propter [52] egestatem soceri factum esset, viri tamen periculum futurum [53] ait Labeo: Et hoc verum est. §. 7. Si quis pro muliere dotem viro promisit, deinde [54], herede [55] muliere relicta, decesserit [56]: qua ex parte mulier ei heres esset, pro ea parte, dotis periculum, quod viri fuisset, ad mulierem pertinere ait Labeo: quia [57] nec melius [58] æquius esset, quod exigere vir ab uxore non potuisset, ob id ex detrimento [59] viri mulierem locupletari: Et hoc verum puto.

De peculio servi dotalis.

LXVII. POMPONIUS lib. XX Epistularum.

IN partem dotis reddendæ erit id, quod mulieri ex [60] peculio [61] servi restitui debebit: & ideo & dolum & [62] culpam in eo peculio vel adquirendo vel conservando maritus præstare debet: & fructus [63] ex eo percepti, quomodo cujusliber rei dotalis, ad maritum [64] pertinebunt.

24 In obligatione speciei dolum & culpam: in obligatione generis, omne periculum præstat maritus. *Bald.*

25 In dotalibus rebus maritus præstat dolum, latam culpam & levem. *l.* 18. §. 1. *ff. eod.*

26 *V. l.* 17. *ff. de jure dot.*

27 Et ea quoque *vel* eaque.

28 Lucii Crassi filia cui dos ex Senatusconsulto adempta. vide Plutarch. *in Gracchis.*

29 Caii scil.

30 *V. l.* 25. §. 4. *ff. locati.*

31 Secus si non ejus culpa: Nulla enim custodia privati est adversus seditionem publicam. *l. ad eos.* 19. *ff. commodati.* Hinc etiam colligunt: Damno socierati illato ob privatas inimicitias unius socii, socium id reliquis sociis præstare: Sed & illud: Arbitrum vel Judicem eum non posse recusare, cujus facto & culpa ortæ ei fuerit inimicitiæ adversus judicem vel arbitrum. Hoc amplius, exilio, vel, ut loquuntur, banno mariti res mulieris dotales deteriores factas, mariti periculo sarciri. 32 *In vestiarium dare* est, ad vestes emendas dare: ut sit sensus, Dotalibus servis pecuniam maritus dedit, ut emerent vestes; vel ipse vestes dedit: vestes (de quibus agitur) divortio facto tales marito restituendæ, quales sunt ipso tempore divortii: quæ nisi reddantur viro à muliere, vestium pretia in dotem compensare potebit maritus. 33 *Al.* peracto.

34 Cur reddi? quia revocata intelliguntur per divortium. *l. cum hic statim.* 32. §. *si divortium.* 10. *ff. de donat. inter virum.* 35 De famulis nostri temporis, qui liberi homines sunt, quæri solet, si ante tempus locationis finitum recedant ab hero suo, an vestimenta reddere cogantur: & an hero manu injecta, eoklem exuere liceat: licebit, si temporarii usus causa vestimenta eis dominus concesserit. *l.* 25. *ff. de precario.* vide Duaren. *hic.* 36 Hodie nulla fit compensatio. *l. un.* §. 5. *C. de rei uxor. act.* 37 *Subaudi*, communem: Quod accidit patre dotem pro filia constituente, & eam sibi reddi non stipulante. *l.* 2. §. 1. *vers. denique. ff. eod.* Quid, si filia exheredetur, vel emancipetur? Dotis universæ actio transit in ipsam filiam. *l. un.* §. *videamus. C. de rei uxor. act.* 38 Et dubitabatur, cui dotis residuum esset restituendum, patri an filiæ. 39 Tunc periculum ad maritum transit, ideoque partus ei cedunt, qui alias non cederent. *l.* 68. *ff. de solut.* 40 Id est, tantæ æstimationis & pretii. 41 Pactum de ancilla dotali restituenda non extenditur ad ancillæ partus. 42 Imo, utcunque ancillæ tibi æstimatæ datæ sunt, partus earum restituere cogeris. *l.* 1. *C. eod.*

43 Dotis nomine plus promittens per errorem maritus, non tenetur restituere ultra id quod accepit.

44 Secus si à sciente, *l.* 21. *ff. de verb. oblig.*

45 Imo, una centum ex dote: altera ex obligatione debentur. *l.* 21. *ff. de verb. oblig.* Solve: ibi scienter, hic per errorem promissio facta est.

46 *l.* 64. *ff. de jure dot.*

47 Vide *l.* 33. *ff. de jure dot.*

48 Dos primi matrimonii devolvitur tacite in posterius matrimonium inter eosdem, medio non obstante. *Bald.* Eadem ratione in redintegratum compromissum, pœnas priori adjectas revolvi putant. Eo magis, quod non valeat compromissum sine pœna. *l. non distinguemus.* 32. *ff. de arbitris.* Restituta civitate exsuli, omnia jura antiqua restitui. Hoc amplius, intermedio aliquo tempore intercurrente, non impediri legitimationem natorum ex concubina. 49 Suo. 50 Secus si jussu. vide *l.* 36. *ff. de jure dot.* 51 Dotem qui accepto tulit, dotem accepisse intelligitur. Dotis acceptilatio, numerationi comparatur. 52 Commiseratione egentis soceri tui, si dotem uxoris acceptam ei feceris, uxori nihilominus teneris. 53 Cur futurum est? Deficiente fundo videtur donasse vel recepisse. *l. vir ab eo.* 49. *ff. de jure dot.* 54 Dotis debitori si mulier successerit pro parte, pro ea parte periculum non pertinet ad maritum. 55 *l.* 41. *in fin. ff. de jure dot.* 56 *Subaudi*, antequam dos solvatur marito. 57 Culpam eam marito mulier non potest, cujus tenetur is, cui ipsa mulier successit. 58 Sic in *l.* 82. *ff. de solut.* Id enim solebat addi à Prætore, *quod æquius melius*, ut in arbitrio præsertim rei uxoriæ, ut auctor est Cicer. 3 *Offic. & in Topicis.* adde eundem *orat. pro Roscio Comœdo.* 59 Id est, damno. 60 Accessionis dotis eadem est ratio, quæ & ipsius dotis. 61 Dotis reddendæ pars est, peculium servi dotalis, *ut hic.* An multæ à marito feudum uxoris dotis nomine tenente, impositæ alicui, soluto matrimonio uxori sunt per maritum restituendæ? Dynus putat: multos enim hujusmodi jurisdictionis fructus esse, & quotidie ganire non numero renasci. & ita quoque Bartolus. Sed Baldus inter confiscationes in territorio confitentes, & inter simplices multas distinguit, & illas una cum feudo & territorio restituendas esse existimat: has autem fructus dotis esse, & ad maritum pertinere. 62 *l.* 17. *ff. de jure dot.* 63 Dotalis servi peculii fructus pertinent ad maritum. 64 In re dotali conservanda maritus prudens dolum & culpam. *l.* 19. §. 1. *ff. de peculio. l.* 7. *ff. de jure dot.*

LIBER VICESIMUSQUINTUS.

TIT. I.

DE IMPENSIS IN RES DOTALES FACTIS.

Divisio impensarum. 1. *Quæ sunt necessariæ impensæ.* 2. *De immutatione dotis.* 3. *Quæ sunt necessariæ impensæ.*

1. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

1 16 *Eclog.* 1.

IMpensarum [1] quædam sunt necessariæ [4], quædam utiles [5], quædam [vero] voluptariæ [6]. §. 1. *Necessariæ* hæ dicuntur, quæ habent in se necessitatem impendendi [7]: cæterum, si nulla fuit necessitas, alio jure habentur. §. 2. In necessariis impensis hoc sciendum est, eas demum impensas dotem minuere [8], quæ in dotem [9] factæ sunt: cæterum, si in dotem factæ non sint [10], non habent in se reputationem. §. 3. Inter necessarias impensas esse Labeo ait, moles [11] in mare vel flumen projectas: sed & si pistrinum [12] vel horreum necessario factum sit, in necessariis impensis habendum ait. Proinde Fulcinius inquit, Si ædificium ruens [13], quod habere mulieri utile erat, refecerit; aut si oliveta rejecta [14] restauraverit; vel ex stipulatione damni infecti, ne committatur, præstiterit;

2 Et in fragmentis, *tit. 6.* §. 4.

3 Vide Ulpian. *tit. 6.* §. 14.

4 §. 1. 2. 3. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 14. *l.* 15. *l. ult. ff. eod.*

5 *l.* 5. *in fin. l.* 6. *l.* 8. *l.* 14. §. 1. *ff. eod.*

6 *l.* 7. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 14. §. 2. *ff. eod.*

7 Ratione uxoris (quia si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura, *l.* 79. *ff. de verb. signif.*) num mariti, ut alias teneatur, si eas non fecerit? negat Accursius: ait autem *lex* 4. *ff. eod.*

8 *l.* 5. *in princ. &* §. 1. *ff. eod. l.* 56. §. 3. *ff. de jure dot.*

9 Id est, rem dotalem.

10 Quænam illæ sunt? puta si maritus debitores uxoris convenerit. *Accurs.* Magis placet Bartolus, cum ait, à marito nominis æstimato accepti, & cujuscunque alterius nominis simpliciter accepti necessarias expensas deduci.

11 Livius 2. Insulæ in Tiberi ex frumenti acervis factæ, additæ moles. quidam tamen legunt, metas. vide Cottam, *in dictione moles.* 12 Imo pistrini & horrei, *l.* 6. *ff. eod.* ædificatio inter utiles expensas refertur, *l.* 79. *ff. de verb. sign.*

II. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

VEl in valetudinem [15] servorum impenderit;

13 *l.* 14. *ff. eod. l.* 10. *ff. de negot. l.* 39. *ff. de petit. hered. l.* 51. *ff. familiæ. l.* 7. *in fin. ff. soluto.* Ulp. 6. §. 15. 14 Defecta. *Hal.* sed rejecta, accipe vi ventorum. 15 *l.* 12. *ff. eod. l.* 10. *in fin. ff. de negot. Sub.* immodicam *l.* 7. §. *ult. ff. tit. prox.* nam si modicam, non repeteret. *l.* 12. *ff. eod. d. l.* 79. §. 1. *de verb. sign.* adde *l.* 7. *in fin. ff. soluto.* 18 *Seminarium*, non est locus, ubi frumenarborum panguntur, ut cum radices egerint, inde stipites in aliud solum transferantur. *l.* 9. §. 6. *ff. de usufructu.* 19 *Subaudi*, perpetua: esset enim alias impensa hæc utilis, non necessaria. *l.* 12. *ff. eod.* 20 Ideoque dotem minuent. 21 Impensarum necessariarum aliæ ad perpetuam agri utilitatem sunt: aliæ ad præsentis anni fructum: Posteriores compensantur cum fructibus: Priores non compensantur, *ut hic.* 22 Ad perpetuam agri utilitatem pertinet domus exustæ readificatio, *l.* 58. *ff. de leg.* 1. ad temporariam, seu præsentem, quæ sit percipiendorum fructuum gratia, *Accurs. Bart.* 23 *Vel* hic sumitur pro *id est*, ut *ff. si ager vectigalis, vel emphyteuticarius.* sic enim legunt codices nonnulli: Nam impensæ, quæ non ad præsentis temporis utilitatem pertinent, ad perpegens maritus tanti damnatur, quanti mulieris interfuit eas impensas fieri. 25 Impensarum necessariarum in re dotali factarum & non factarum differentia: Priorum habetur ratio, etsi res quod non refecta sit? ex superioribus satis colligitur maritum teneri. 27 Cur nihil præstabit? quia res non est male gesta propter culpam mariti negligentis reficere, sed propter casum.

De imminutione dotis. 1. *Si impensis satisfiat.* 2. *De conditione.* 3. *Quæ sunt impensæ utiles.*

V. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

QUod [28] dicitur [29], *Necessariæ impensæ dotem minuere*, sic erit accipiendum (ut & Pomponius ait), non ut [30] ipsæ res corporaliter [31] deminuantur, utputa fundus, vel quodcunque aliud corpus: etenim absurdum est, deminutionem corporis fieri propter pecuniam: cæterum hæc res faciet [32] desinere esse fundum dotalem, vel partem ejus: manebit igitur maritus in rerum detentatione [33], donec ei satisfiat: non [34] enim ipso [35] jure corporum, sed dotis fit deminutio. Ubi ergo admittimus deminutionem dotis ipso jure fieri? ubi non sunt corpora, sed [36] pecunia: nam in pecunia ratio admittit deminutionem fieri. Proinde si æstimata corpora in dotem data sint, ipso jure dos deminuetur per impensas necessarias. Hoc de his impensis dictum est, quæ in dotem ipsam factæ sint: cæterum, si extrinsecus, non imminuent dotem. §. 1. Sed si impensis necessariis mulier satisfecerit, utrum dos crescat, an vero dicimus, ex integro videri dotem? Et ego, ubi pecunia est, non dubito dotem videri crevisse [37]. §. 2. Si dos tota soluta sit non [38] habita ratione impensarum, videndum est, an condici possit id, quod pro impensis necessariis compensari solet: Et Marcellus admittit, condictioni [39] esse locum: sed etsi plerique negent, tamen, propter æquitatem, Marcelli sententia admittenda est.

28 Sabino scil.

29 Impensæ necessariæ dotem minuunt. *l.* 1. §. 2. *ff. eod. l.* 56. §. 3. *ff. de jure dot.* Goth. Vide Anton. August. *emend. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. Ant. Merend. *controv. jur. lib.* 3. *c.* 3. Aut.

30 Dotem impensis minui quod dicimus, non ita intelligimus, ut corpora rerum dotalium minuantur: quippe deminutionem corporum dotalium facere propter pecuniam expensam, absurdum est.

31 *Corporaliter deminui* aliquid dicitur, si quid ex rei ipsius corpore deminuitur.

32 Imo hujusmodi impensæ non faciunt, ut desinat fundus esse dotalis. *d.* §. 3.

33 *Al.* Detentione: Hodie cessat retentio. *l. unic.* §. 5. *C. de rei uxor. Detentatio* porro non à detinendo, sed detentando dicitur.

34 Dotem universale quiddam esse, ex hoc loco colligimus. Aliud enim est dos, aliud corpora rerum dotalium: qua de re vide Campegium. *tr. de dote, part.* 1. *qu.* 4. Guibertum, *de dotib. c.* 1. Contrarium sentit Phanucius, *de jure dotis* in rubrica in verbo, *dos.*

VI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

VEluti si novelletum [43] in fundo factum sit, aut si in domo pistrinum [44], aut tabernam adjecerit, si servos artes [45] docuerit.

Quæ sunt voluptariæ. 1. *Quatenus utiles servantur.*

VII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

VOluptariæ autem impensæ sunt, quas maritus ad voluptatem fecit, & quæ species [46] exornant. §. 1. Quarum utiles non [47] quidem minuunt ipso [48] jure dotem, veruntamen habent exactionem.

VIII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

VTilium nomine ita faciendam deductionem [49] quidam dicunt, si voluntate [50] mulieris factæ sint: iniquum enim esse, compelli [51] mulierem rem vendere, ut impensas in eam factas solveret, si aliunde solvere non posset: Quod summam habet æquitatis rationem.

Quatenus voluptariæ servantur.

IX. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

PRo voluptariis impensis, nisi parata sit mulier pati maritum tollentem [52], exactionem patitur: nam si vult habere mulier, reddere

35 Ipso jure, non corporum rerum dotalium, sed dotis fit deminutio, hoc est non corporum, sed universitatis fit deminutio. 36 Pecuniam rem non esse corporalem, hinc colligunt, ut *l.* 94. §. 1. *ff. de solutionib.* Verum corpus hoc loco, res cæteræ etiam corporales sunt, quibus opponitur pecunia, non ut res incorporea aliqua, sed ut corporea, peculiare quoddam genus corporum efficiens.

37 Dotis augmentum iisdem privilegis fruitur, quibus & ipsa dos fruitur: dixi ad *l.* 8. *C. de jure dot.* 38 Dote restituta mulieri ejusve heredibus, expensarum non facta deductione, ipsæ expensæ condictione indebiti poterunt repeti. 39 De qua notavi ad *l.* 51. *ff. de cond. indeb.* 40 *l.* 8. *l.* 17. *in fin. l.* 8. *l.* 9. *l.* 14. *in fin. ff. eod. d. l. un.* §. 5. *l.* 79. *ff. de verb. sign.* & ut paucis dicam, necessariis omissis, deterior: utilibus omissis, non deterior: Factis vero, fructuosior: voluptuosis non omissis, & omissis, neque deterior, neque fructuosior dos efficitur. Ulp. *tit.* 6 §. 15. 16. 17. 41 Quæque rem mulieris meliorem reddunt. *Hal.* 42 Et fructuosiorem. Ulpian. 6. §. 16. 43 Novelletum, *l.* 39. *ff. de petit. hered.* vinea ex novis vitibus consita, τὰ νεόφυτα. *Synopf. eod. c.* 4. *v.* tamen quæ notavi ad *l.* 30. §. 2. *ff. de verb. sign.* Quidam apud Albericum legunt *olivetum.* Dicitur quoque olivetum. *l.* 8. *ff. de fundo dotali.* novellum. 44 *l.* 1. § 3. *ff. eod.* Pistrinum fecisse utilis impensa.

45 Vide *l.* 27. §. 5. *ff. de rei vindic. l.* 79. §. 1. *ff. de verb. sign.* vide Senec. *in declamat.* 46 Imo hujusmodi impensas maritus non servat. *l.* 28. §. 1. *ff. de donationib. inter vir. & uxor.* 47 *l. ult. ff. de fundo dotali.* 48 Differunt ea parte à necessariis. *l.* 14. *ff. eod.* 49 Actione mandati.

50 Ac non ignorante. *d. l.* 79. §. 1. *ff. de verb. sign. d. l. un.* §. 5. *C. de rei uxor.* 51 *d. l.* 79. §. 1. 52 *d.* §. 1. *in fin.*

reddere ea, quæ impensa sunt, debet marito: aut si non vult, pati debet tollentem, si modo recipiant separationem [52]; exterum, si non recipiant, relinquenda sunt: ita enim permittendum est marito auferre ornatum quem posuit, si [53] futurum est ejus, quod abstulit.

De rebus promercalibus.

X. PAULUS lib. XXXVI ad Edictum.

QUod si hæ res, in quibus impensæ factæ sunt, promercales [54] fuerint: tales impensæ non voluptariæ, sed utiles sunt.

De voluptatis voluntate uxoris facta. 1. *De donatione.*

XI. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

IN voluptatis autem Aristo scribit, nec si voluntate mulieris factæ sunt, exactionem parere [55]. §. 1. Donationem inter virum & uxorem circa impensas [56] quoque inhibitam [57] vere Sabinus scribit.

De modicis impensis.

XII. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

OMnino & in ædificandis [58] ædibus, & in reponendis [59] propagandisque [60] vineis, & in valetudine [61] mancipiorum, modicas [62] impensas non debet arbiter curare: alioquin [63], negotiorum gestorum potius, quam de dote judicium videbitur.

De stipendio & tributo.

XIII. IDEM [lib. VII Brevium].

NEque stipendium [64], neque tributum [65], ob dotalem fundum præstita, exigere vir à muliere potest: onus [66] enim fructuum hæc impendia sunt.

Quæ sunt necessariæ, vel utiles, 2. Vel voluptuosæ.

XIV. ULPIANUS [lib. V Regularum].

IMpensæ *necessariæ* sunt, quibus non [67] factis dos imminuitur: veluti [68] aggeres facere, flumina avertere [69], ædificia vetera [70] fulcire, itemque reficere, arbores in locum mortuarum reponere.

§. 1. *Utiles* sunt, veluti pecora prædiis imponere, id est stercorare. §. 2. *Voluptuosæ* [71] sunt, balinea [72] exstruere.

De imminutione dotis.

XV. NERATIUS lib. II Membranarum.

QUod dicitur, *Impensæ* [73], *quæ in res dotales necessario factæ sunt, dotem deminuere* [74], ita interpretandum [75] est, ut si quid [76] extra tutelam necessariam in res dotales impensum est, id * est *, in ea causa sit: nam tueri [77] res dotales vir suo sumptu debet: alioquin [78] tam cibaria dotalibus mancipiis data, & quævis modica [79] ædificiorum dotalium refectio, & agrorum quoque cultura dotem minuent: omnia enim hæc in specie necessariarum impensarum sunt. Sed [80] ipsæ res ita præstare intelleguntur, ut non tam impendas in eas, quam, deducto eo, minus ex his percepisse videaris. Quæ autem impendia, secundum eam distinctionem, ex dote deduci debeant, non tam facile in universum definiri [81], quam per singula ex genere [82] & magnitudine impendiorum æstimari possunt.

XVI. IDEM [lib. VI Membranarum].

ET ante omnia quæcunque impensæ quærendorum [83] fructuum causa factæ erunt, quamquam [84] eædem etiam colendi causa fiant, ideoque non solum ad percipiendos fructus, sed etiam ad conservandam ipsam rem speciemque ejus necessariæ sint, eas vir ex suo facit: nec ullam habet eo nomine ex dote deductionem.

52 *l.* 38. *ff. de rei vindic. l.* 5. *C. de rei vindic.* 3. §. 4. *ff. de in rem verso.*

53 *Al.* si productum est ei quod abstulit.

54 Id est, venales, *l.* 29. *ff. de rei vindic. Promercalia* res dicuntur, quum præter usus suos venalem habet paterfamilias. *Scalig.* 1 *præterassor.* Politianus venales simpliciter exposuit (& male). Snet *in Cæsare. c.* 54. *& de claris Grammat. ubi de Palæmone.* 1 *Columella* 8. & 11. *c.* 1. vide *Tiraquell. lib. de retract. lin. gen.* §. 1. *glos.* 7. *n.* 11. *in fin.* Contius promercales interpretatur, venditioni destinatas, & jam a re familiari separatas. adde *Forcatulum in pen.*

55 Idem quod in minore. vide *l.* 12. §. 11. *ff. mandati.*

56 Utiles vel necessarias.

57 Cum quodam tamen temperamento. vide *l.* 14. *l.* 21. *l.* 28. §. 1. §. 6. *l.* 31. §. 8. *l.* 47. *ff. de donationibus inter virum & uxorem.*

58 Vide *l.* 1. §. 3. *ff. eod.*

59 *l.* 41. *in fi. ff. eod. l.* 64. *ff. eod.* de ea re valet moderata donatio, *l.* 14. *ff. de donat. int. vir.*

60 *l.* 3. *ff. eod.*

61 Vide *l.* 2. *ff. eod.*

62 *Synopsis* 19. *tit.* 1. §. 10.

63 Modicæ etiam impensæ repetuntur actione negotiorum gestorum: at non actione de dote. Hac etiam re differt negotiorum gestorum actio, ab actione dotis: & negotiorum gestor à marito.

64 Stipendium præstabant stipendiaria provinciarum populi prædia; Tributum tributaria provinciarum Principis prædia. de quo vide §. *per traditionem.* 40. *vers. vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia. Instit. de rerum divis.* & vide omnino Theophilum ibidem, ubi dixi: Harmenop. 1. *tit.* 2. §. 46. & de divisione provinciarum ab Augusto facta, Suetonium in Augusto, *cap* 47. Dionem, Strabonem, 13. 65 *l.* 7. §. 2. *l.* 27. §. 3. *ff. de usufruct. l.* 28. *ff. de usufr. leg.* in aliis deducitur, *l.* 27. *ff. de ædilitio. l.* 16. *ff. qui potior.* 66 Dotalium fructuum impensas maritus ipse agnoscit: neque eas mulieri imputat. 67 *Synopf. ibid. cod.* 12. 68 Impensarum necessariarum exempla. 69 Flumen avertere à fundo dotali uxoris maritus cogitur: est enim causa hujus rei necessaria, *ut hic.* avertere tamen debet sine damno vicinorum. *l.* 2. §. *merito. ff. ne quid in loco publico. l.* 1. §. *Sunt qui putant. ff. ne quid in flumine publico.* 70 Vide *l.* 1. *in fin. l.* 12. *ff. eod.* 71 Ita vocantur ab Ulpiano, 6. §. 17. 72 De *balneis* dicam ad *l.* 35. *in fi. ff. de leg.* 3. 73 De quibus v. *l.* 12. *ff. eod.* 74 Ipso jure. *l.* 1. *l.* 5. *ff. eod. l. un.* §. 5. *C. de rei uxor. act. l.* 56. §. 3. *ff. de jure dot. l.* 5. *in fine. ff. de pact. dotalib. l.* 1. §. 4. *ff. de dot. præleg.* §. 37. *Inst. de actionib.*

75 *Interpretari* dicitur, qui verborum significationem restringit vel declarat. 76 *Synopf. ibid. c.* 13. 77 Dotales res tueri suo sumptu maritus debet, *l.* 58. §. 1. *ff. de donat. int. vir.*

78 Doti non imputat maritus cibaria dotalibus mancipiis data, modicas ædificiorum refectiones, agrorum culturas; *ut hic.* impensas quærendorum fructuum causa factas: ea denique quæ ad conservandam ipsam rem ac speciem necessaria sunt. 79 *d. l.* 12. *ff. eod.* 80 Dotalis res ita tantumve, vel ita demum præstare, vel fructuosa esse intelligitur, cum fructus ipsos impendia non exsuperant. 81 Definiri multa civili jure non possunt adde *l.* 32. *ff. de usur.* 82 Genus est causa & qualitas impendendi. 83 Vide *l.* 7. *in fin. ff. soluto.* 84 Impensæ quærendorum fructuum causa factæ, etiam colendi agri causa fiunt, *ut hic.* aut potius, quæ agri colendi causa fiunt, quærendorum fructuum causa fieri intelliguntur.

TIT. II.

[DE [1] ACTIONE [2]] RERUM AMOTARUM.

Ratio hujus actionis.

1. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

RErum amotarum judicium singulare [3] introductum [4] est adversus eam quæ [5] uxor fuit: quia non placuit, cum ea furti [6] agere posse [7]: quibusdam existimantibus, ne quidem furtum eam facere, ut Nerva, Cassio [8], quia societas [9] vitæ quodammodo dominam eam faceret; aliis, ut Sabino & [10] Proculo, furto [11] quidem eam facere, sicuti filia patri faciat, sed furti non esse actionem constituto jure [12]: in qua sententia & Julianus rectissime est.

2. GAIUS lib. ad Edictum prætoris, titulo *de re judicata.*

NAm in honorem [13] matrimonii [14] turpis actio adversus uxorem negatur.

1 Datur hæc actio rerum amotarum in uxorem, ejusve heredem *l.* 6. §. 4. *ff. eod.* datur etiam mulieri in virum. Ulp. 7. §. 1. *l.* 6. §. 2. *ff. eod.*

2 *Lib.* 5. *C.* 21. 28. *Eclog.* 11.

3 Actio rerum amotarum singularis, hoc est, distincta à furti actione. Alii *singulare* interpretantur, ut sciamus hoc judicium non esse generale, aut universale: vel quia datur pro re singulari: vel quia favore mariti & uxoris introductum est jure singulari. 4 Cur introductum? ne inter personas tanto vinculo conjunctas turpis actio furti detur, quæ competeret, nisi hæc singularis actio esset introducta. 5 Imo interdum cum ea quæ uxor est. *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

6 Quid? ut furti in uxorem agi non possit, non condictione furtiva agi potest? Accursius ita putat, *l. cum quis.* 38. §. 1. *ff. de solut. arg. l.* 6. §. 4. *ff. eod.* Jacobus de Aretio & Dynus contra sentiunt. 7 *l.* 5. *ff. expilatæ.* 8 Ut Nervæ & Cassio. *Hal.* vide *ff. eod. in verbis (ut Sabino & Proculo.)* 9 Vide *l.* 32. §. 7. *ff. soluto matr. l.* 52. *ff. de re judic.* Hinc Halicarnasseus facit uxorem κοινωνὸν ἁπάντων χρημάτων τε & ἱερῶν. Cujac. *ad tit. de vitr.* Goth. Vide Alciat. *lib.* 7 *parerg. cap.* 26. Ans. 10 Cujacius ad *tit. de rer. divis. Instit.* familias Jurisconsultorum hic permiscri scribit, & ideo emendatione hæc indigere. Verum, etsi Sabinianorum & Proculianorum diversæ fuerint sectæ (ut Nerva & Cassius *ff. eod.*) fieri tamen potuit ut & hoc loco idem senserint: ut & alias factitasse eos constat *in l.* 11. §. 2. *de jurisdict. & l. si habitatio.* §. 2. *ff. de usu & hab. l.* 1. § *si legatarius.* 11. *ff. ad l. Falcid.* 11 *Al.* furtum. 12 *l.* 20. §. 3. *ff. de statulib.* singulari, extraordinario. Alciat. 7 *parerg.* 26. speciali. 13 Reverentiam, *l.* 3. §. 2. *ff. eod.* memoriam. Vide quæ scripsi *l.* 18. § 6. *ff. de quæst. l. ult. ff. de decur.* 14 Sic in honorem parentum & liberorum actiones quasdam temperamus. *l. ultim. C. quì & adversus quos in integrum restitut.*

De contrectatione post divortium. 1. *De servo uxoris.* 2. *Si maritus furtum passo sine cessit. Si mulier furtum passo nupserit.* 3. *De rebus consumptis, aut alienatis post divortium.* 4. *De filiafamilias.*

III. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

ET ideo [15], si post divortium [16] easdem res contrectat, etiam furti tenebitur. §. 1. Item si servus ejus furtum fecerit, furti cum ea agere possumus [17]. §. 2. Sed & cum uxore furti agere possibile est: si ei, cui heredes simus, furtum fecit, vel nobis, antequam nuberet: tamen, propter reverentiam [18] personarum, in utroque casu furtivam tantum condictionem competere, non etiam furti actionem, dicimus. §. 3. Item verum est quod Ofilius ait, etiam eas res quas divortii tempore mulier comederit, vendiderit, donaverit, qualibet ratione consumpserit, rerum amotarum judicio contineri. §. 4. Si [19] filiafamilias [20] res amoverit, Mela, Fulcinius aiunt, de peculio [21] dandam actionem: quia displicuit eam furti obligari, vel in ipsam ob res amotas dari actionem. Sed si [22] pater adjuncta [23] filia de dote agat [24], non aliter ei dandam actionem, quam si filiam rerum amotarum judicio in solidum & cum satisdatione [25] defendat: sed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem dari non [26] oportere, Proculus ait, nisi quatenus ex ea re pater locupletior sit,

IV. POMPONIUS [lib. XVI ad Sabinum.]

DOlove malo fecerit, quo [27] minus ad eum pervenerit.

V. PAPINIANUS [lib. XI Quæstionum.]

VIva quoque filia, quod ad patrem ex rebus amotis pervenit, utili judicio petendum est.

An socer agat. 2. *De filiofam.* 3. *De heredibus.*

VI. PAULUS [lib. VII ad Sabinum.]

COntra nurum [28] quoque socero hoc judicium dandum, Atilicinius & Fulcinius aiunt. §. 1. Quotiens filiofamilias dos data est [29], socerum ob res divortii causa amotas, furti agere non posse. §. 2. Item cum rerum amotarum etiam [30] in virum detur judicium, si filiusfamilias maritus sit [31], utrum de peculio an in ipsum actio dari debeat? Eadem repetemus, quæ de filiafamilias diximus [32]. §. 3. Si post divortium [33] maritus decesserit, heres ejus rerum amotarum judicio uti potest. §. 4. Item heres mulieris [34] ex hac causa tenebitur, sicut [35] condictionis nomine ex causa furtiva. §. 5. Sed si morte mariti solutum sit matrimonium, heres mariti hereditatis [36] petitione, vel ad exhibendum actione eas consequi poterit: Aristo & condici ei posse recte putat, quia ex injusta causa apud eam essent. §. 6. Quod si mortuo viro amoverit, non fecit furtum: quia rei hereditariæ nondum possessæ non fit furtum: ideoque aut vindicari poterunt, aut in hereditatis petitionem venient.

De compensatione.

VII. ULPIANUS [lib. XXXVI ad Sabinum.]

MUlier habebit rerum amotarum actionem adversus virum [37] & compensare [38] potest [mulier] cum actione, qua maritus agere vult ob res amotas.

Si dos soluta sit, aut nulla sit. 1. *Si mulier nolit reddere.*

VIII. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

SI [39], cum dos solveretur mulieri, aut satis doti fieret, dictum non esset, *actum iri rerum amotarum*, nihilominus agi potest: nam & cum dos nulla sit, eadem actio detur. §. 1. Sabinus ait, si mulier res quas amoverit non reddat, æstimari debere, quanti [40] in litem vir juraret.

IX. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

NOn enim æquum est, invitum [41] suo [42] pretio res suas vendere.

X. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

IDeoque [43] nec debere eum pro evictione promittere: quod ex contumacia mulieris id ita acciderit.

Si conjugem expellens res amoverit. 1. *De Jurejurando.*

XI. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

MArcellus lib. VIII Digestorum scribit: sive vir uxorem [44], sive uxor virum domo expulit, & res amoverunt [45], rerum amotarum teneri. §. 1. Qui rerum amotarum instituit actionem, si [46] velit magis jusjurandum deferre, cogitur adversarius jurare, *Nihil divortii causa amotum esse*: dum prius [47] de calumnia juret, qui jusjurandum defert. §. 2. Jurare autem tam vir quam uxor cogetur [48]: Pater autem amoventis jurare non cogitur: cum iniquum sit, de [49] alieno [50] facto alium jurare [51]: Is ergo cogitur jurare, qui amovisse dicitur: & idcirco nec heres [52] ejus, qui, quæve amovisse dicetur, jurare cogetur. §. 3. Si quis delatum sibi jusjurandum referre [53] velit, non videtur Prætor permisisse [54].

XII. PAULUS lib. VII Brevium.

NOn magis, quam si quis ei, qui furti agat, jusjurandum deferat, an ipse fur sit.

XIII. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

IDeo Labeo scribit, mulieri non esse permittendum referre [55] jusjurandum: & ita Edictum [56] ordinatum videtur.

XIV. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

DE rebus amotis permittendum marito, vel uxori, de [57] quibusdam rebus jusjurandum deferre, de quibusdam probare [58].

15 Quia causa cessante, cessat effectus. Post divortium matrimonium cessat, ideoque & honor matrimonio debitus.

16 Aliud, si divortii causa, *l.* 21. §. 1. *ff. eod.*

17 Imo non possumus furti, sed rerum amotarum, *d.* §. 1.

18 Honorem. *l.* 2. *ff. eod.*

19 Si filiafamilias rupta res amoverit, pater tenetur de peculio, quatenus ad eum pervenit, vel dolo fecit, quominus ad eum perveniret.

20 *l.* 6. § 2. *ff. eod.*

21 Ne peculio in patrem. *Hal.* Sed Petr. Fab. 1 *semest.* 24. ait ordinem mutatum esse: itaque sic legendum, *de peculio dandam actionem, vel in ipsam ob res amotas, quia displicuit, &c.* vel ita, *de peculio dandam actionem, quia displicuit eam furti obligari, in ipsam, &c.*

22 Rerum amotarum nomine pater agens de dote filiam in solidum defendere cogitur.

23 Id est, consentiente.

24 *Sub.* suo nomine & filiæ.

25 *Subaud.* judicatum solvi.

26 *Sub.* in solidum: Sed quam locupletior facta est.

27 Vide *l.* 2. §. 5. *ff. de hered. vend.*

28 Amoventem res soceri, *l.* 15. §. 1. *ff. eod.*

29 *Sub.* sine justu patris: ne in solidum alias teneatur, *l. si cum dotem.* 22. §. *transgrediamur.* 12. *ff. solut. matrim.*

30 Amotarum rerum actio etiam datur in virum, *ut hic.* Ulp. 7. §. 1.

31 *Sub.* & subripiat res uxoris.

32 *l.* 3. §. 4. *ff. eod.*

33 Et res amotas: atque ita post jam natam actionem rerum amotarum.

34 *Sub.* amoventis.

35 Et sic in solidum, *l.* 9. *ff. de cond. furt.* imo quatenus locupletior, *l.* 3. *in fin. ff. eod.*

36 *l.* 22. *in fine ff. eod.*

37 *Sub.* amoventem.

38 *l.* 1. *C. eod. l.* 24. §. 6. *ff. soluto.*

39 Dotem solvens maritus, si non objecerit rerum amotarum compensationem, rerum amotarum agere potest pro rebus amotis.

40 Juratin litem in actione rerum amotarum qui agit, nec liberatur is in quem agitur, data rerum æstimatione: neque tenetur ei actor ei evictionis cavere, *l.* 10. *ff. cod. l.* 25. §. 1. *ff. soluto.* Imo in hac actione non juratur in litem, cum non sit bonæ fidei vel arbitraria. *l.* 5 *ff. de in litem jur.* 41 *l.* 70. *ff. de rei vindic. l.* 8. *ff. de in litem jurando. l. ultim. ff. ad l. Jul. de annona. l.* 8. *C. de Judæis.* adde *l.* 2. *ff. si à parente. l.* 21. *C. mandati. l.* 25. §. 1. *in fin. ff. soluto. l. ultim. in fi. C. de pact.* 42 Legendum forte est, *non suo*: Manifesta plane sententia: Iniquum esse invitum, non suo pretio res suas vendere: Est quidem iniquum invitum cogi res suas vendere, suo etiam ac justo pretio: Sed multo id iniquius est, cogi invitum res suas iniquo vendere, & injusto pretio. Nisi forte *suo*, interpreteris, adversarii pretio. 43 *Sub.* propter contumaciam rei, vel mulieris, *ut ff. cod.* 44 Tam viro, quam uxori competit hæc actio. *Bart.* 45 Quomodo amoveantur, vid. *l.* 3. §. *pen. l.* 17. §. 1. *ff. eod.* Ans.

46 Amotarum rerum actionem qui instituit, potest adversario jusjurandum deferre. dum tamen prius juret de calumnia. 47 *l.* 34. §. 4. *ff. de jurejur.* 48 In actione rerum amotarum referri non potest juramentum. §. 3. *ff. eod.* 49 Jurare de alieno facto nemo cogitur. Jusjurandum heredis, & defuncti, diversum. 50 Ideo defensor, procurator, curator, tutor, heres non jurat, respondere neminem cogi, Bartolus hinc colligit. 51 Positioni facti alieni in criminalibus *l.* 34. §. 3. *ff. de jurejur.* vide *l.* 4. *ff. de in litem jurand.* 52 Heredi ejus, cum quo contractum est, jusjurandum deferri non potest: quoniam contractum ignorare potest. Paul. 2 *sent.* 1. §. 4.

53 Jusjurandum in delictis referri non posse, hinc colligunt. adde *c. ult. extr. de jurejur.* de quo vide Albericum hic. 54 *l.* 13. *ff. eod. dixi* §. 2. *ff. eod.* 55 Ut *l.* 11. *in fi. ff. eod.* 56 Argumentum ab ordine titulorum valere, vide *leg.* 2. *ff. de statu hominum.* 57 In actione rerum amotarum potest actor si velit, quarundam rerum jusjurandum deferre, & de aliis probare, *ut hic.* Unde notant, inconstantiam, & variationem in agendo permitti. de quo v. Albericum *hic.*

58 Variatio circa res diversas admittitur. *Bart.*

De habitatione. 1. De viro & uxore, socero & nuru, prosocero & pronuru.

XV. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

NIhil interest, utrum simul, an separatim [59] habitaverunt [60]: cum actio rerum amotarum competat etiam adversus eam, quæ ex ea domo subtraxit, in qua non simul cum viro habitavit.

§. 1. Uxor, & nurus [61], & pronurus, viro, & socero, & prosocero [62] furtum facere possunt: furti autem non tenentur: nisi forte emancipatus sit filius: tunc enim nurus patri ejus & furtum facit, & furti tenetur.

De publicatione bonorum mariti.

XVI. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

AD fiscum mariti bonis devolutis, uxor rerum amotarum nomine in simplum [63] convenitur [64]: quamvis alii in quadruplum condemnentur.

De concubinatu, & nuptiis factis. 1. Res amotæ quæ dicuntur. 2. De reb. extantib. vel peremptis. 3. De pignore.

XVII. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

SI concubina res amoverit, hoc jure utimur, ut furti teneatur: Consequenter dicemus, * ubicunque cessat matrimonium, utputa in ea, quæ tutori suo nupsit, vel contra mandata convenit [65], vel sicubi alibi cessat matrimonium, cessare rerum amotarum actionem: quia competit divortii causa. §. 1. *Res amotas* dicimus non [66] solum eas, quas mulier amovit cum divortii consilium iniisset, sed etiam eas, quas nupta amoverit, si cum discederet, eas celaverit. §. 2. Non solum eas res, quæ extant, in rerum amotarum judicium venire, Julianus ait, verumetiam eas, quæ [67] in rerum natura esse desierunt: Simili modo etiam certi condici [68] eas posse, ait. §. 3. Quæ viro suo res pignori [69] datas amoverit, hoc judicio [70] tenebitur.

XVIII. PAULUS lib. VI Quæstionum.

SEd & domino [71] condictio [72] competet: sed alterutri [73] agere [re] permittendum est.

De ea, quæ per alios amovit.

XIX. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SEd & si divortii tempore [74] fures in domum mariti induxerit, & per [75] eos res amoverit, ita [76] ut ipsa non contrectaverit, rerum amotarum judicio tenebitur. Verum est itaque, quod Labeo scripsit, uxorem rerum amotarum teneri, etiam [77] si ad eam res non pervenerit.

De re bona fide empta.

XX. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

SI rem, quam maritus [78] bona fide emerat, uxor amovit, vel opem [79] furi tulit, idque fecit divortii causa [80]: rerum amotarum judicio damnabitur.

De amotis causa mortu. 1. De servo mulieris. 2. De servo dotali. 3. Si dotis actio competitura est. 4. De eo, quod interest. 5. De eo, quod hæc actio persequitur. De ejus tempore: de herede. 6. Si conventus facere non possit.

XXI. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI mulier, cum de viri vita desperasset, subreptis quibusdam rebus divortisset, si convaluerit vir, utilis rerum amotarum actio ei danda est. §. 1. Si servus mulieris jussu dominæ divortii causa res amoverit, Pedius putat, ne [81] furtum eum facere: quoniam nihil lucri sui causa contrectet: nec videri furtum facienti opem ferre, cum mulier furtum non faciat [82]: quamvis servus in [83] facinoribus domino [84] dicto audiens esse non debeat: sed rerum amotarum actio erit. §. 2. At si in dotem servus datus furtum viro fecerit, si quidem mulier talem esse eum scierit, totum damnum viro sarcietur: quod si ignoraverit, tunc non ultra condemnationem noxæ multanda erit. §. 3. Rerum amotarum actio damnum repræsentat [85], etiamsi postea dotis exactio competat.

§. 4. Commodi [86] quoque, si quod amotis rebus amiserit vir, ratio habenda est. §. 5. Hæc actio, licet ex delicto nascatur, tamen rei persecutionem [87] continet: & ideo non anno finitur, sicut [88] & condictio furtiva. Præterea & heredibus [89] competit.

§. 6. Nec viro, nec mulieri prodest in hoc judicio, si facere non possunt [90]: pendet enim id ex furto.

De litis æstimatione. 1. De amotis causa mortis.

XXII. JULIANUS lib. XIX Digestorum.

SI [91] propter res amotas egero cum muliere, & lis æstimata sit: an actio ei danda sit, si amiserit possessionem? movet * me *, quia dolo adquisiit possessionem: Respondi, Qui litis æstimationem [92] sustinet, emptoris loco habendus est: ideo si mulier, cum qua rerum amotarum actum est, æstimationem litis præstiterit, adversus vindicantem maritum vel heredem mariti exceptionem habet: & si amiserit possessionem, in rem actio ei danda est. §. 1. Si mulier mortis causa res amoverit, deinde mortuus est maritus: hereditatis petitione, vel actione ad exhibendum consequi poterit heres [93] id, quod amotum est.

De matrimonio redintegrato & iterum soluto.

XXIII. AFRICANUS lib. VIII [94] Quæstionum.

REdintegrato [95] matrimonio, si iterum [96] divortium factum erit [97]: ob res amotas prioris divortii causa, item ob impensas [98] donationesque priore matrimonio factas, manere actionem exsistimavit.

De concursu vindicationis, & condictionis.

XXIV. ULPIANUS lib. V Regularum.

OB res amotas, vel proprias viri vel etiam dotales, tam vindicatio, quam condictio [99] viro adversus mulierem competit: & in potestate est, qua velit actione uti.

De consilio divortii, & divortio secuto. De rebus subtractis in matrimonio.

XXV. MARCIANUS lib. III Regularum.

RErum quidem amotarum judicium sic habet locum, si divortii consilio res amotæ fuerint, & secutum divortium fuerit: sed si in matrimonio uxor marito res subtraxerit, licet [1] cessat rerum [2] amotarum actio, tamen ipsas res maritus condicere potest: nam jure gentium, condici puto posse res ab his, qui non [3] ex justa causa possident.

Genus hujus actionis.

XXVI. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

RErum amotarum actio condictio [4] est.

Adulterii accusatio non differt actionem hanc.

XXVII. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

RErum amotarum actio ob [5] adulterii crimen, quo mulier postulata est, non differtur.

De re commodatario subrepta.

XXVIII. PAULUS lib. VI Quæstionum.

SI uxor rem viri ei, cui eam vir commodaverat, subripuerit, isque conventus sit: habebit furti [6] actionem, quamvis vir habere non possit.

De æstimatione, de furto. De usucapione.

XXIX. TRYPHONINUS lib. XI Disputationum.

RErum amotarum æstimatio ad tempus quo [7] amotæ sunt referri debet: nam veritate furtum fit, etsi lenius coërcetur mulier: Quare nec à bonæ fidei possessore ita res amotæ usucapiuntur: sed si pluris factæ non restituuntur quæ amotæ sunt, crescit [8] æstimatio, ut in condictione [9] furtivæ rei.

De redintegratione matrimonii.

XXX. PAPINIANUS lib. XI Quæstionum.

CUm soluto matrimonio rerum amotarum judicium contra mulierem instituitur, redintegrato [10] rursus matrimonio solvitur [11] judicium.

---

59 Ut enim separatim habitent, non desinit esse matrimonium. *arg. l. 5. l. 6. l. 33. ff. de ritu. l. 3. ff. de divort.*

60 *Sub.* vir & uxor.

61 *l. 6. ff. eod.*

62 *l. 1. in fin. l. 6. ff. eod.*

63 Adde *l. 21. §. pen. ff. eod.*

64 *Sub.* à procuratore fisci.

65 *In manum convenit*: pariter Tribonianus pro *in manum convenit*, scripsit *in matrimonium convenit*, in *lege* 15. ff. *de ritu.* quam vide.

66 Amoventur res, vel post divortii consilium initum, vel in ipso discessu.

67 Amotarum rerum tenetur mulier, sive res, quas amovit, extent, sive non extent in rerum natura.

68 *V. l. 24 ff. eod.*

69 Amotarum rerum actione tenetur mulier, quæ mariti pignus etiam amovit.

70 *l. 20. ff. eod.* non furti. *l. ult. in fin. C. de furt.*

71 *Sub.* pignoris.

72 *Sub.* & furti actio. *l. 28. ff. eod.*

73 Non utique.

74 Id est, dum de divortio cogitat, *l. 17. §. 1. ff. eod.* unde notant, Delicti tempus dici etiam, cum quis delinquere cogitat.

75 *l. 20. ff. eod. l. 52. ff. de furt.*

76 Amovisse res mariti intelligitur uxor, licet eas non attrectavit, aut ad eam res non pervenerint.

77 Amotarum rerum teneri potest mulier, etiamsi res alius contrectavit, non ipsa.

78 Vide *l. 17. in fi. ff. eod.*

79 *l. 19. ff. eod.*

80 *Sub.* & postea divertit.

81 *Al.* nec.

82 Imo, furtum facit, *l. 3. ff. eod. l. 36. §. 1. l. 52. ff. de furt.*

83 *l. 157. ff. de regulis juris.* vide Gellium *lib. 2. c. 7.*

84 *Al.* domini.

85 *Repræsentat. al.* reputat. unde Albericus id verbum interpretatur pro habetur ratio damni. Atqui *repræsentare* hic nihil aliud est, quam in præsenti sistere: hoc sensu. Rerum amotarum præsentem esse actionem, etiamsi dos postea tantum possit exigi.

86 De lucro vide quæ scripsi *ad l. 2. in fi. ff. ratam rem.*

87 In simplum, *l. 16. ff. eod.*

88 Condictio furtiva est ex delicto, & rei persecutoria.

89 Non dicit, *in heredes*: nec enim datur in heredes condictio furtiva, nisi lite cum defuncto contestata, *l. 9. ff. de condict. furt. l. 7. §. 1. ff. depositi. l. 2. in fi. ff. de prætoriis.* vel rem ipsam hæres contrectet, *l. 7. §. ult. ff. de cond. furt.* vide Cujac. 13 *obs.* 37.

90 In solidum enim hoc casu condemnantur. *l. 52. ff. de re jud.*

91 Verba sunt hæc consultoris: qui & rationem suam dubitandi mox subjicit: ibi, *movet me.*

92 *l. 46. ff. de rei vind. l. 7. §. 1. ff. de Publicana. l. 10. §. 5. ff. de jure dot.* 93 *l. 6. §. pen. ff. eod. l. ult. C. eod.* 94 Vide Cujac. 8. *ad Africanum.* 95 Vide *l. ult. ff. eod.* Redintegrato matrimonio, idem matrimonium, & ejusdem, & eadem dos censetur, *l. plerique. 33. ff. de ritu nupt.* Ita uno eodemque judicio veniunt, quæ acta sunt priore & posteriore matrimonio. *Goth.* V. Cujac. *tract. 8. ad African.* Anf. 96 Id est, secundum. 97 Cum eodem marito. 98 Factas in dotem. 99 *l. 17. in fi. ff. eod. l. 3. ff. eod.*

1 *l. 2. C. eod.*

2 Imo, non est, sed datur *l. ult. in fi. C. de furt.*

3 *l. 6. ff. de cond. ob turp. l. 66. ff. de cond. indeb. l. 22. §. 2. ff. de pign. act.*

4 Ideoque quod condictio sit, is ea cessat ignominia, & infamia. *l. 36. ff. de oblig.*

5 *l. 33. C. de adulteriis.*

6 *l. 18. ff. eod.* Sic habeto: Si uxor rem viri apud virum subripuit, rerum amotarum viro actio competit, *hoc tit.* si rem viri apud extraneum, furti, *hac l.* a commodatario conveniri potest: quemadmodum si rem extranei apud virum subripuit, ab extraneo furti conveniri potest in subsidium: id est, marito non idoneo. *l. ultim. in fin. C. de furt.*

7 Adde *l. 50. ff. de furtis.* adde *l. 17. ff. eod.*

8 Vide *l. 8. §. 1. ff. de condict. furt. l. 2. §. 3. ff. de privat. delict. l. 51. ff. de furt. l. 2. C. de cond. furt. §. 3. ff. de privatis delictis.* 9 Vide *l. 2.* 10 Vide *l. 23. ff. eod.* 11 Expirat, *l. 19. ff. soluto.* vide Cujac. *ad l. 23. ff. eod.* Solvitur judicium rerum amotarum, cum ad eum casum pervenit, a quo incipere non potest.

TIT. III.

DE AGNOSCENDIS [1] ET ALENDIS [2] LIBERIS, VEL PARENTIBUS, VEL PATRONIS, VEL LIBERTIS.

Divisio Senatusconsulti Planciani. 1. De liberis natis post divortium, agnoscendis ex senatusconsulto Planciano.

1. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SEnatusconsultum [3], quod factum est *de liberis adgnoscendis*, duas species [4] complectitur: unam eorum, qui agnoscunt; aliam earum, quæ [5] falsum partum subjiciunt. §. 1. Permittit igitur *Muleri, parentive, in cujus potestate est, vel ei, cui mandatum ab eis est, si putet prægnatem, denunciare intra dies triginta [6] post divortium consummerandos ipsi marito, vel parenti, in cujus potestate est; aut domum denunciare, si nullius eorum copiam habeat.* §. 2. *Domum* [7] accipere debemus, hospitium [8], si in civitate [9] maneat: quod si non sit, sed in villa, vel in municipio, illic ubi larem [10] matrimonio collocarent. §. 3. Denunciare autem hoc tantum, *esse mulierem ex eo prægnantem*: non ergo [11] hoc denunciat, ut mittat custodes maritus: sufficit enim mulieri [hoc] notum facere, *quod sit prægnas*; mariti est jam aut mittere custodes, aut ei denunciare *quod non sit ex se prægnas.* Hoc autem vel ipsi marito, vel alii [12] nomine ejus facere permittitur. §. 4. Pœna autem mariti ea est, ut, *Nisi aut custodes præmiserit, aut contra denunciaverit* [13] non esse ex se prægnatem, *cogatur maritus partum agnoscere* [14]: *& si non agnoverit, extra ordinem* [15] *coërcetur.* Debebit igitur respondere, *non esse ex se prægnatem*, aut nomine ejus responderi: Quod si factum fuerit, non alias necesse habebit agnoscere, nisi vere filius fuerit.

§. 5. Illud notandum est, quod *denunciatio* à marito non incipit, sed à muliere [16]. §. 6. Sed si maritus ultro [17] custodes offerat, & ea [18] non admittat; vel si non denunciaverit mulier; aut si denunciaverit quidem, custodes autem arbitrio Judicis non admiserit: liberum est marito parentive ejus, partum non agnoscere [19].

§. 7. Si mulier [esse] se prægnatem intra triginta dies non denunciaverit, postea denuncians, causa cognita [20] audiri debebit.

§. 8. Quinimo, & si in totum omiserit denunciationem, Julianus ait, nihil hoc nocere ei [21], quod editur. §. 9. *Dies* autem *triginta* continuos accipere debemus ex die divortii [22], non utiles [23]. §. 10. Eleganter autem apud Julianum lib. XIX Digestorum quæritur: Si intra dies triginta mulier marito non denunciaverit, & intra triginta partum ediderit: an Senatusconsulto [24] locus sit? Et ait, Plancianum Senatusconsultum cessare: quia de eo partu non videtur sentire, qui intra diem trigesimum nascatur: quippe dies triginta ad denunciandum præstituit Senatus: Sed hanc [25] rem non facere præjudicium partui [26], arbitror.

§. 11. Quemadmodum per contrarium, si maritus [27] uxore denun-

---

1 De liberis agnoscendis, & alendis à parentibus, vel patronis libertis, *vulg.* petit autem uxor à marito liberos editos post solutum matrimonium agnosci, quasi suos.

2 V. C. XXV. 31 *Eclog. 6. Paul. 2 sent. 24. 4 Harmen. 7.*

3 Plancianum, vel Plautianum, *l. 3. §. 1. ff. eod.*

4 *Species* hic pro partibus accipe.

5 De quarum pœna vide *l. 1. C. de fals.*

6 Paul. *2 sent. 24. §. 5.*

7 *Domus* intelligitur, ubi quis domicilium habet, & habitationem, *l. 1. §. 2. ff. de alectorib.* habitationem, inquam, suam, vel conductam, *l. 1. §. 9. ff. de his, qui dejecerunt.*

8 Vide *l. 5. §. 2. ff. de muneribus* Domicilium matrimonii esse potest, in hospitio: ibi denique, ubi larem matrimonio collocaverint conjuges.

9 *Civitatis, villæ, & municipii* differentia.

10 Lar matrimonii, an ubi maritus retinuit uxorem, ut vult Bartolus *ad l. 1. §. 9. ff. de his, qui dejecerunt?* An vero, ubi maritus divortii tempore uxorem habuit, *arg. l. ult. C. de incolis?* An ubi maritus Lares (id est, domesticos deos) paternos habet, vel avitos, ut *l. 38. ff. de rei vindic. l. 49. C. de episcop.* ubi sedes & tabulas fixit, *l. 203. ff. de verb. sign.* ut vult etiam Accursius? An ubi auspicia nuptiarum cœpta? Hinc Euclio in *Aululavia*, Nunc thusculum emi, & hasce coronas floreas: Hæc imponentur in foco nostro Lari, ut fortunatas faciat natæ nuptias.) An ubi simulachra suorum Larium habuit? quæ videntur cuique in aliquo loco spectabili fuisse: Ad quem modum scribit Lampridius, Alexandrum Severum in larario rem horis matutinis divinam faciitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & *Christum.* An ubi fixum, aut magis perpetuum, seu frequens domicilium habuit? nam ad ea jus aptari debet, *l. 5. ff. de legib.* & *larem* pro domo accipi notum est: hinc illa Catilinæ verba apud Sallustium, illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam esse? An ubi iisdem sacrificare solitus erat maritus? hinc Lar apud Plautum in Aululariæ prologo, *Ea mihi quotidie aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat.* 11 Paul. *2 sent. 24. §. 5.* 12 Mandatum habenti. *§. 1 ff. eod.* 13 *l. 9. C. de patria potestate.* 14 Quantum ad alimenta. interea mater alere partum cogitur. Hæc est pœna non improbantis, vide *l. 16. ff. de SC. Maced.* 15 Facit *l. 1. §. 3. in fi. ff. de ventr. inspic.* 16 Quia factum melius novit, *Accurs.* sic juramentum ei deferri debet, qui majorem rei gestæ notitiam habet. *Bart. hic.* 17 Ultro, id est, non denunciante muliere. 18 *Sub.* mulier. 19 Nisi filius vere probet se filium: nisi mulier errore, aut ex necessitate aliqua denunciationem omiserit, *§. 7. ff. eod.* interim tamen mulier partum alere tenetur. *Bart.* 20 Quid enim, si nulla indicia (quæ mulieribus prægnantibus alias communiter solent accidere) cognoverit? quid, si, cum esset minor, per errorem se prægnantem esse nesciverit? videtur excusanda. *arg. l. ult. C. §. adversf. delict.* 21 Id est, partui. *§. 15 ff. eod.* 22 Ita ut divortii dies computetur in iis triginta. *Bart.* 23 De quibus vid. *l. 1. ff. de divorf. & temporal. præscript.* 24 Plautiano: quo cavetur, ut ne maritus alimenta præstare teneatur, nisi probetur filius ex eo natus. 25 Id est, hanc denunciationem à muliere omissam. 26 Non præjudicat partui, quod mater ejus hoc senatusconsultum contempserit. 27 Negans ex se esse prægnantem mulierem.

denunciante cuſtodes miſerit, nullum [28] præjudicium ſibi faciat [29]: Licebit igitur ei partum editum ex ſe negare: nec ei nocebit, quod ventrem cuſtodierit. Et ita Marcellus lib. VII Digeſtorum ſcripſit. ait enim: Sive quis neget uxorem, ſive ex ſe prægnatem, ſine præjudicio recte mittet cuſtodes: maxime ſi miſſurus idipſum proteſtetur [30]. §. 12. Julianus lib. XIX Digeſtorum ſcripſit: Quod Senatuſconſulto comprehenſum eſt [31], *Si mulier vire denunciaverit, ſe ex eo conceptiſſe, & is, cui denunciatum erit, cuſtodes ad ventrem inſpiciendumque non miſerit, neque conteſtato* [32] *dixerit eam ex ſe prægnatem non eſſe, ut ei id, quod editum ſit, agnoſcere ſit neceſſe*, non [33] eo pertinet, ut, ſi quis agnoſcere ſe filium diceret [34], ſuum heredem haberet, quamvis ex alio conceptus ſit: quandoque [35] enim (inquit) cœpit cauſa agi [36], grande præjudicium adfert pro filio confeſſio [37] patris. §. 13. Idem per contrarium quoque ait, *ſi mulier, divortio facto, non fecerit ea*, quæ Senatuſconſulto præcipiuntur, *ut his eat patri non agnoſcere*, non eo pertinere, ut filius natus ſuum ſe [38] dicere non poſſit, ſed ad id tantum, ut ita pater [39] alere eum cogatur, ſi conſtiterit eum filium eſſe. §. 14. Idem Julianus ſcribit, ſi, uxore denunciante ſe prægnatem, maritus non negaverit, non ut[a]que ſuum illi partum effici: cogendum tamen alere. Cæterum * ſi * eſſe ſatis injurioſum [40] ait, ſi quis longo [41] tempore afuerit, & reverſus uxorem prægnatem invenerit, & idcirco rejecerit, ſi quid ex his quæ Senatuſconſulto continentur omiſerit, ſuum heredem ei naſci.

§. 15. Ex his apparet, ſive uxor omiſerit, quæ eam ex Senatuſconſulto obſervare oportuit, nihil [42] præjudicare filio, ſi filius eſt [43], non tantum in jure ſui, verum ne in alimentis quidem, ſecundum D. Pii reſcriptum; ſive maritus neglexerit facere quæ ex Senatuſconſulto debet: natum cogitur omnimodo alere: cæterum recuſare poterit filium. §. 16. Plane, ſi denunciante muliere negaverit *ex ſe eſſe prægnatem*, tametſi cuſtodes non miſerit, non evitabit quominus quæratur, *an ex eo mulier prægnas ſit*: Quæ cauſa ſi fuerit acta apud Judicem, & pronunciaverit, cum de hoc agetur [44], quod ex eo prægnas fuerit nec-ne, in ea cauſa eſſe ut agnoſci debeat, ſive [45] filius non fuit, ſive fuit, eſſe ſuum [46],

II. Julianus lib. XIX Digeſtorum.

IN omnibus cauſis: quare & [47] fratribus * ſuis * conſanguineus erit:

De Senatuſconſulto temporibus Hadriani facto, de liberis conſtante matrimonio natis. 2. De natis poſt mortem patris in poteſtate avi. 3. Si quæratur, an ſit partus editus conſtante matrimonio. 4. Si quæratur, an uxor fuerit. 5. De morte parentis. 6. De his, qui ſui heredes agnaſcuntur, vel non.

III. Ulpianus lib. XXXIV ad Edictum.

SIve contra pronunciaverit [48], non fore ſuum, quamvis ſuus fuerit: Placet enim ejus rei judicem jus facere: & ita Marcellus libro ſeptimo Digeſtorum probat. Eoque jure utimur.

§. 1. Quia Plancianum [49] Senatuſconſultum ad eos partus pertinet, qui poſt divortium eduntur, aliud Senatuſconſultum temporibus [50] D. Hadriani factum eſt, *Ut etiam ſi conſtante matrimonio partus ſit editus, de agnoſcendo eo agatur*. §. 2. Quid ergo, ſi quis poſt mortem patris naſcatur avo ſuperſtite, in cujus poteſtate recaſurus eſt? ut ſi ex filio ejus ſuſceptus probetur? videndum, quid dici debeat. Et certe probandum eſt, cum avo præjudicium [51] de partu agnoſcendo ſimiliter agendum [52]. §. 3. Quid ſi hoc ipſum in quæſtionem veniat, utrum in matrimonio, an poſtea editus ſit? Dicendum eſt, & ſuper hoc ex Senatuſconſultis [53] agendum [54].

§. 4. Et quid [ſit], ſi, an uxor fuerit [55], diſceptetur? Et Julianus Sexto Cæcilio Africano reſpondit, locum eſſe præjudicio [56].

§. 5. Illud tenendum, hæc Senatuſconſulta poſt mortem parentis ceſſare, ſi is ſuperſit in cujus poteſtatem recaſuri non ſunt. Quid ergo eſt in petitione hereditatis, quam filius intendit? quæretur, utrum ex eo natus ſit, cujus hereditatem petit, an non? Adeo hoc verum eſt, ut Julianus lib. XIX Digeſtorum ſcribat, ſi vivo patre redditum ſit præjudicium, & antequam ſententia feratur pater deceſſerit [57], tranſeundum ad Carbonianum Edictum.

§. 6. Item hæc Senatuſconſulta pertinent ad eos, qui ſui [58] heredes adgnaſcantur: cæterum ſi forte non ſint in poteſtatem recaſuri, verius eſt Senatuſconſulta ceſſare.

De his, qui partum perfocant, vel abjiciunt, vel alimenta denegant, vel publicis locis exponunt.

IV. Paulus [lib. II Sententiarum.]

NEcare videtur non tantum is qui partum perfocat [59], ſed & is qui abjicit [60], & qui alimonia [61] denegat, & [is] qui publicis locis [62] miſericordiæ cauſa [63] exponit, quam [64] ipſe non habet.

De alendis liberis vel parentibus. 1. De patria poteſtate. 2. De aſcendentibus vel deſcendentibus per utrumque ſexum. 7. Si filius poſſit ſe exhibere. De modo alimentorum. 8. Si parens vel filius eſſe negetur. 10. Si quis alere detrectet. 12. De alimentis & cæteris oneribus liberorum. 13. De impubere emancipato. 14. Si mater alimenta, quæ fecit in filium, a patre repetat. 15. De ſilio milite. 16. De ære alieno patris. 17. De heredibus filii. 19. De patronis, 20. Vel liberis patronorum alendis. 22. De liberto liberti. De manumiſſo ex cauſa fideicommiſſi. De nummis ſuis redempto. De mercedibus operarum exactis. 23. De capitali accuſatione. 24. De libertate. 25. De modo & duratione alimentorum. 26. De patre & matre patroni.

V. Ulpianus lib. II de Officio Conſulis.

SI quis à [65] liberis ali deſideret, vel [ſi] liberi ut [66] à parente [67] exhibeantur: judex de ea re cognoſcet [68]. §. 1. Sed utrum eos tantum liberos, qui ſunt in poteſtate, cogatur quis exhibere, an vero etiam emancipatos, vel ex alia cauſa ſui juris conſtitutos, videndum eſt. Et magis puto, etiam ſi non ſunt liberi in poteſtate, alendos à parentibus: & vice [69] mutua alere parentes debere. §. 2. Utrum [70] autem tantum patrem, avumve paternum, proavumve paterni avi patrem, cæteroſque virilis ſexus parentes [alere cogamur], an vero etiam matrem, cæteroſque parentes [& per illum ſexum contingentes cogamur alere, videndum. Et magis eſt, ut utrubique [71] ſe judex interponat, quorundam neceſſitatibus [72] facilius ſuccurſurus, quorundam ægritudini: & cum ex æquitate hæc res deſcendat, caritateque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere judicem oportet. §. 3. Idem in liberis quoque exhibendis à parentibus dicendum eſt. §. 4. Ergo & matrem [73] cogemus, præſertim vulgo [74] quæſitos liberos alere: nec non ipſos eam. §. 5. Item Divus Pius ſignificat, quaſi avus quoque maternus alere compellatur. §. 6. Idem reſcripſit, ut filiam ſuam pater exhibeat, ſi conſtiterit apud judicium [75], juſte [76] eam procreatam. §. 7. Sed ſi filius poſſit [77] ſe exhibere, æſtimare judices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. Denique idem Pius ita reſcripſit: [*Aditâ te*] *competentes* [78] *judices alu te à patre tuo jubebunt pro modo facultatium ejus: ſi modo, cum* [79] *opificem te eſſe dicas, in ea valetudine es, ut operis ſufficere non poſſis.*

§. 8. Si vel parens neget filium, idcircoque alere ſe non debere contendat; vel filius neget parentem: ſummatim [80] judices oportet ſuper ea re cognoſcere: ſi conſtiterit filium vel parentem eſſe, tunc ali jubebunt; cæterum ſi non conſtiterit, nec decernent alimenta. §. 9. Meminiſſe autem oportet, & ſi pronunciaverint ali oportere, attamen eam rem præjudicium non [81] facere veritati: nec enim hoc pronunciatur, *filium eſſe*, ſed *ali debere*: Et ita D. Marcus reſcripſit. §. 10. Si quis ex his alere detrectet, pro modo [82] facultatium alimenta conſtituentur: quod ſi non præſtentur, pignoribus [83] captis & diſtractis cogetur [84] ſententiæ ſatisfacere.

§. 11. Idem judex æſtimare debet, num habeat aliquid parens, vel an pater, [quod] merito filios ſuos nolit alere: Trebatio denique Marino reſcriptum eſt, merito patrem eum nolle alere, quod [85] eum detulerat. §. 12. Non tantum alimenta, verumetiam cætera quoque onera [86] liberorum patrem ab judice cogi præbere, reſcriptis continetur. §. 13. Si impubes ſit filius emancipatus, patrem inopem alere cogetur: Iniquiſſimum [87] enim quis merito dixerit, patrem egere, cum filius [88] ſit in facultatibus.

§. 14. Si mater alimenta, quæ fecit in filium, à patre repetat, cum modo eam audiendam. [Ita] D. Marcus reſcripſit Antoniæ Montanæ in hæc verba: *Sed & quantum tibi alimentorum nomine, quibus neceſſario filiam tuam exhibuiſti, à patre ejus præſtari oportebat, judices æſtimabunt: nec impetrare debes* [89] *ea, quæ exigente materno* [90] *affectu in filiam tuam erogatura eſſes, etiamſi à patre ſuo educeretur.* §. 15. A milite quoque filio [91], qui in facultatibus [92] ſit, exhibendos [93] parentes eſſe, pietatis exiſtimat ratio. §. 16. Parens quamvis ali [94] à filio ratione naturali [95] debeat, tamen æs alienum [96] ejus non eſſe cogendum exſolvere filium, reſcriptum eſt. §. 17. Item reſcriptum eſt, heredes [97] filii [98] ad ea præſtanda, quæ vivus filius ex officio pietatis ſuæ dabit, invitos cogi non oportere [99]: niſi in ſummam egeſtatem [100] pater deductus eſt. §. 18. Solent judices cognoſcere & inter [1] patronos & libertos [2], ſi alendis [3] his agatur: itaque ſi negent [4] ſe eſſe libertos [5], cognoſcere eos oportebit: quod ſi libertos conſtiterit, tunc demum decernere, ut alant. Nec

---

[28] Si alimenta ſpectes.

[29] Imo facit, cum omnis partum cogatur agnoſcere: Paul. *ſent.* 24. §. 5.

[30] *V. l.* 24 *ff. de agnoſc.* Proteſtatione jus noſtrum conſervamus: ut ne id, quod ipſi contra jus noſtrum feciſſe videri poſſumus, nobis noceat.

[31] Parentes, ſi, quæ ex Senatuſconſulto Plancianno facere coguntur, omiſerint, liberis quidem non nocent grande tamen præjudicium ſibi faciunt.

[32] *Conteſtato* dicit, qui coram teſtibus.

[33] Id eſt, non ita debet intelligi, non eum effectum habet.

[34] Id eſt, dicere videtur, eo ipſo quod id non negat, aut denunciat, uxorem eſſe ex eo prægnantem.

[35] *Al.* quandocunque.

[36] Id eſt, ut denuncier marito.

[37] Vide quæ not. ad *l.* 29. *in fin. ff. de probat.*

[38] Cur ita? vide *l. pen. ff. de his, qui ſunt ſui.*

[39] *l.* 1. *in prince. ff. eod.*

[40] Imo, non eſt injurioſum. *l.* 6 *ff. de his, qui ſunt ſui.*

[41] V. *l.* 16. *ff de his, qui ſunt ſui.*

[42] §. 7 §. 10. *ff. eod.*

[43] Hoc enim probare poteſt per opinionem, & communem famam vicinæ. vide *l.* 9. *C. de nupt.*

[44] Cum de hoc ageretur. *Hal.*

[45] Sententia lata in cauſa filiationis inter patrem & filium, facit fidem, quoad eos: & nulli præjudicat, præterquam patri, & filio. *Bartolus. l.* 25. *ff. de ſtatu hom. l.* 1. *C. quibus res judicata non nocet.*

[46] Fuit, quaſi ſuus. *Hal.*

[47] Sententia an, & quomodo jus inter omnes faciat. vide Alberic. *hic.*

[48] Judex, non tantum mulier. v. *l.* 29. §. 1. *ff. de probat.*

[49] Plautianum, adde *l.* 1. §. 10. *ff. eod.* Plautianum Senatuſconſultum habet locum in parte, qui naſcitur poſt divortium: Senatuſconſultum temporibus D. Hadriani factum, in parte conſtante matrimonio.

[50] Hadriani temporibus factum: hoc Senatuſconſultum differt à Plantiano: vult autem, ut pater cogatur cognoſcere partum conſtante matrimonio editum.

[51] *Al.* præjudicio. dixi §. 4. *J. eod. & l.* 35. §. 2. *ff. de procuratoribus.*

[52] Ideoque filius, qui natus eſt mortuo patre vivo avo, petet ſe agnoſci in filium, quoad omnia: donec avus ordinarie agat, & ipſum non eſſe filium oſtendat. *Bart.*

[53] De quibus modo dictum eſt.

[54] Id eſt, agi poſſe à filio: utcunque, quo tempore fuerit natus, ſit incertum, interim tamen petit ſe pro filio agnoſci, v. Bart. *n.* 7.

[55] Ea ſc. de cujus filii ſtatu agitur.

[56] Ut ſit ſenſus: Caio, qui ſe filium dicit Titii, non præjudicare debet mota de matrimonio controverſia matri.

[57] Hoc caſu inſtantia judicii non tranſmittitur ad heredes.

[58] Qui ſe invicem contingunt per patriam poteſtatem. *Bart.*

[59] *Perfocat* quæ partum abigit, quæ viſceribus ſuis vim infert. *l.* 8. *J. de ſicariis.* infantem necat. *l. pen. C. de ſicar.*

[60] V. *tit. C. de infantib. expoſit.*

[61] In neutro agere *alimonia* hic legitur, ut & in *l.* 73. *ff. de jure dot.* Necat igitur qui fame aliquem mori cogit. v. *l.* 5. *C. de l. Aquil.* nil enim intereſt, occidat quis, an cauſam mortis præbeat. *l.* 15 *J. de ſicariis.*

[62] V. *C. de infantib. expoſit. & Novell.* 153. *in pr.*

[63] Al. *cauſa, quam ipſe non habet, exponit.* Ita qui publicis locis exponit, immiſericors cenſetur. ſimiliter Tertull. *Apologet. c.* 9. ſuſcipiendos ab aliqua prætereunte miſericordia extranea. v. & Lactant. *lib.* 6. 120. ſic & *l.* 2. *C. de expoſitis.* ſi expoſitos quodammodo ad mortem voluntas miſericordiæ amica collegerit.

[64] Miſericordiam ſc.

[65] Alere liberi parentes ſuos tenentur, etiam jure naturali. v. Ariſtot. 10 *Ethic. & ibi interpretes.* An & bannitum, reum criminis, vel legum contemptorem patrem alere tenentur? *Novell.* 12. §. *ſi vero.* An & hæreticum? v. *cap.* 1. *diſtinct.* 30. Quid, bonis Eccleſiæ cogiturne filius patrem alere? teneri videtur: ſunt enim hujuſmodi bona, quaſi caſtrenſia, *l. ſacroſanct.* 34. *C. de Epiſcop.* & alioqui Eccleſiæ bona, pauperum bona ſunt, *c. aurum.* 12. *q.* 2. quibus etiam proximos & conjunctos juvare jure poſſumus. *c. ad hæc. c. relatum.* 12. *extr. de teſtam.* Quid? cœtus Eccleſiaſticus aut quivis denique heres extraneus filii, cogiturne parentem ejus alere, cui ſuccedit? Cogitur: etiamſi defunctus liberos reliquerit non heredes, ut poſt Gloſſam, Speculatorem & alios notat Albericus.

[66] Alere liberos ſuos parentes ipſi debent, *ut hic.* Quid, ſi nepos patrem & avum ſimul ſuperſtites habeat, neque locupletes: An à patre, ut ordo mortalitatis & ſuccedendi ſerva tur? *arg. l. nam etſi.* 15. *ff. de inofic. te.* an potius ab avo alendus eſt? an à quovis ipſe elegerit nepos? Hoc poſtremum verius videtur, *arg. l. ſi ab inſtituto.* 11 *J. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l. ſi in qui Stichum.* 18. *J. de oblig.* cum quaſi duo rei ſint debendi. *l.* 2. *C. de duob. reis.* Quid? parens teneturne filium adoptivum alere? tenetur. adde *l. pen. J. de optione.* An & nurum? tenetur. *l. ſi filia.* 20. *ff. familiæ.* An & ex inceſtu natus? non jure civili. *Auth. ex complexu. C. de inceſtis. Novell.* 89. *cap. ult.* Sed jure Canonico. *c. cum haberet. extr. de eo qui duxit.* An & filiam meretricem vel adulteram? ſic videtur. *l. Imperialis.* 23. *C. de nupt.* vid. not. *l. qui ea mente.* 65 *J. de furtis.* Quid, ſi filius alere ſe ipſum poſſit? v. §. 7. *J. eod.* Quid, ſi filius legitimam, aut quantum ad legitimam ſit fatis, conſecutus fuerit idque luxuria ſua prodegerit? etiam alendus eſt à patre. *arg. l. libertus qui operarum.* 41 *J. de operis libert.* Quid? num extra domum ſuam liberis alimenta præſtare parens cogi poteſt? cauſa cognita poteſt: ut ſi filio petenti alimenta a patre injuſta ſit domi noverca. *arg. Novell. ut liceat matri.* 117. §. *illud.*

[67] Quid? frater locupletes fratrem vel ſororem inopes num alere tenetur? Sic videtur. *arg. l.* 1. §. 2. *ff. de tutele & rat. diſtrab. l.* 12. §. 3. *l. Tutor ſecundum.* 13. *in fin. J. de adminiſt. tutor. l. mutuæ.* 73. §. *manente.* 1. *ff. de jure dotium. l. quamvis.* 20. *ff. ſoluto.* An adultus vel pupillus in judicio alimenta petere poſſunt à tutore vel curatore? poſſunt: cum & poſſint ſervi à dominis. *l. ſervos.* 17. *J. de alimentis.* quæ limitat. *l. ſervus.* 6. *C. de jud.* An donator omnium bonorum a donatario: dominus à vaſallo? ita notant. *arg. l.* 6. §. 1. *J. eod.*

[68] *l. ult.* §. 5. *C. de bon. quæ lib. l.* 9. *C. de patr. poteſtat.* Goth. In hanc *l.* 5. vid. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 167. Anſ.

[69] Hoc eſt Græcis ἀντιπελαργία, *Baſil.* apud Stob. *ſerm.* 203. ἀντιπελαργῆσαι, Græcis ciconia: quam refert Ariſt. 8 *animal. c.* 3. *& lib.* 9. *c.* 13. à liberis ali. v. Platon. 4 *de legib.* adde & illud Syrach. 3. *Fili, ſuccurrito patri ſeneſcenti.* & illud proverbium, *Filii aut parentes alunt aut vinciantur.* & quod *in Iliade* Homerus ait, Brevem ætatem ei contingere, qui parentibus nutricationis munus non reddiderit. Laudata eſt filia, quæ patrem captivum deprehenſa eſt uberibus ſuis alere: v. Ælianum: & Feſtum *in Pietatis ædem*, Valer. 5. *c.* 4. Hygin. *fabula* 254. Cimon ita laudatus eſt, qui patris ſepeliendi cauſa, captivum ſe præſtitit. Sane Solon infames eſſe voluit eos, qui parentes non alerent, Laërt. *in Solone.* Goth. Mater in ſubſidium alere tenetur liberos, *l.* 1. & ibi Bart. & in *auth. res quæ. C. commun. de legat. n.* 3. & 4. Thoming *deciſ.* 32 *n.* 5. Gammæ, *deciſ.* 304. Anſ. 70 Alere parentes inopes, quoquo gradu ii ſint, & cujuſcunque gradus ſint, liberi locupletes, cauſa cognita tenentur. 71 *l. pen. C. eod.* 72 Paupertati, egeſtati. 73 Alere liberos ſuos, etiam vulgo quæſitos mater cogitur: ut viciſſim a vulgo quæſitis liberis alenda eſt. *Goth.* Avus paternus quod teneatur alere nepotem ſpurium, v. Ant. Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 6. *tit. de aliment. concluſ.* 1. *num.* 2. Paleott. *de nothis. c.* 47. *n.* 6. Anſ. Adde Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 12. Anton. Fab. *ad tit. C. ne filius pro patre. lib.* 4. *tit* 9. *defin.* 3. S. L. 74 An & patrem inceſtuoſum? an & relegatum in inſulam? Juris hoc naturæ eſſe potius, quam civilis putaverim; honeſte tamen faciunt filii, qui in inſula relegatis, alimenta præſtant, *l.* 73. §. 1. *ff. de jure dot.* An hoc ad bannitos ſit trahendum, & an filius eo caſu alimenta patri ſubminiſtratos in patriam peccare videatur, eoque nomine pecuniariter ſit condemnandus, alibi dicam. 75 *Al.* Judicem. 76 Cur non & injuſte quæſita, cum mater vulgo quæſitam filiam alere teneatur? §. 4. *ff. eod.* 77 Vide *l. un. C. de mendicantib. valid.* Goth. Vide Joann. Aurpach. *Epiſtolic. quæſt. lib.* 3. *cap.* 4. Teſſaur. *deciſ.* 211. *num.* 20. Anſ.

[70] Qui? Conſules forte, ut inſcriptio hujus legis innuit. 79 Alere liberos opifices parens locupletes non tenetur: quia alimenta liberis non debentur, niſi in ſubſidium: Poteſt autem opifex filio opificio ſuo ſe alere, *ut hic.* Quid, ſi opificium ita tenue eſt, ut non poſſit plene ſe exhibere? Supplere id cogitur pater. Quid, ſi liberi ipſi nullum opificium didicere, poſſunt tamen aliquod addiſcere; atque ita vitæ ſuæ atque alimentis conſulere? Si ea conditione liberi ſint, ut eos non dedeceat opificium aliquod præſtare, cogendi ſunt eo opificio victum ſibi quærere: aut id opificium addiſcere: Sin alia ſit eorum generis & nobilitatis ratio, vix cogendos liberos eſſe dicemus, ut opificio aliquo vitam parare teneantur, velut in vineis agriſve operas præſtando, arando, fodiendo, vel aliquid aliud hujuſmodi faciendo: Nam ea *poſſe* dicimur, quæ commode & cum honeſtate poſſumus. *l. ſed ſi quid.* 15. §. *mancipiorum. ff. de uſufr. l. interdum.* 34. *J. de operis libertorum. l. filiæ.* 15. *J. de cond. inſt. l. Nepos Proculo.* 125. *J. de verb. ſignif.* 80 Summatim ſeu ſummarie in cauſa alimentorum cognoſcitur; cauſa denique alimentorum ſummaria eſt, *ut hic.* Unde notant, libello opus non eſſe, ſi alimenta futura poſtulentur: cum ea res celeritatem deſideret. Porro de cauſis ſummariis vide Gloſſ. *in extravag. quomodo in crimine læſæ majeſt. in verbo ſummarie.* 81 Alimenta alicui, ut filio, decreta à judice præjudicium non faciunt veritati. *l.* 10. *ff. de his qui ſunt ſui.* 82 §. 7. *ff. eod.*

[71] *l. ſed ſi quid.* 15. §. *mancipiorum. ff. de uſufr. l. interdum.* 34. *J. de operis libertorum. l. filiæ.* 15. *J. de cond. inſt. l. Nepos Proculo.* 125. *J. de verb. ſignif.*

[72] Facilius ſuccurſurus, quorundam ægritudini: & cum ex æquitate hæc res deſcendat, caritateque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere judicem oportet. §. 3. Idem in liberis quoque exhibendis à parentibus dicendum eſt. §. 4. Ergo & matrem [73] cogemus, præſertim vulgo [74] quæſitos liberos alere: nec non ipſos eam. §. 5. Item Divus Pius ſignificat, quaſi avus quoque maternus alere compellatur. §. 6. Idem reſcripſit, ut filiam ſuam pater exhibeat, ſi conſtiterit apud judicium [75], juſte [76] eam procreatam. §. 7. Sed ſi filius poſſit [77] ſe exhibere, æſtimare judices debent, ne non debeant ei alimenta decernere. Denique idem Pius ita reſcripſit: [*Aditâ te*] *competentes* [78] *judices alu te à patre tuo jubebunt pro modo facultatium ejus: ſi modo, cum* [79] *opificem te eſſe dicas, in ea valetudine es, ut operis ſufficere non poſſis.*

§. 8. Si vel parens neget filium, idcircoque alere ſe non debere contendat; vel filius neget parentem: ſummatim [80] judices oportet ſuper ea re cognoſcere: ſi conſtiterit filium vel parentem eſſe, tunc ali jubebunt; cæterum ſi non conſtiterit, nec decernent alimenta. §. 9. Meminiſſe autem oportet, & ſi pronunciaverint ali oportere, attamen eam rem præjudicium non [81] facere veritati: nec enim hoc pronunciatur, *filium eſſe*, ſed *ali debere*: Et ita D. Marcus reſcripſit. §. 10. Si quis ex his alere detrectet, pro modo [82] facultatium alimenta conſtituentur: quod ſi non præſtentur, pignoribus [83] captis & diſtractis cogetur [84] ſententiæ ſatisfacere.

§. 11. Idem judex æſtimare debet, num habeat aliquid parens, vel an pater, [quod] merito filios ſuos nolit alere: Trebatio denique Marino reſcriptum eſt, merito patrem eum nolle alere, quod [85] eum detulerat. §. 12. Non tantum alimenta, verumetiam cætera quoque onera [86] liberorum patrem ab judice cogi præbere, reſcriptis continetur. §. 13. Si impubes ſit filius emancipatus, patrem inopem alere cogetur: Iniquiſſimum [87] enim quis merito dixerit, patrem egere, cum filius [88] ſit in facultatibus.

§. 14. Si mater alimenta, quæ fecit in filium, à patre repetat, cum modo eam audiendam. [Ita] D. Marcus reſcripſit Antoniæ Montanæ in hæc verba: *Sed & quantum tibi alimentorum nomine, quibus neceſſario filiam tuam exhibuiſti, à patre ejus præſtari oportebat, judices æſtimabunt: nec impetrare debes* [89] *ea, quæ exigente materno* [90] *affectu in filiam tuam erogatura eſſes, etiamſi à patre ſuo educeretur.* §. 15. A milite quoque filio [91], qui in facultatibus [92] ſit, exhibendos [93] parentes eſſe, pietatis exiſtimat ratio. §. 16. Parens quamvis ali [94] à filio ratione naturali [95] debeat, tamen æs alienum [96] ejus non eſſe cogendum exſolvere filium, reſcriptum eſt. §. 17. Item reſcriptum eſt, heredes [97] filii [98] ad ea præſtanda, quæ vivus filius ex officio pietatis ſuæ dabit, invitos cogi non oportere [99]: niſi in ſummam egeſtatem [100] pater deductus eſt. §. 18. Solent judices cognoſcere & inter [1] patronos & libertos [2], ſi alendis [3] his agatur: itaque ſi negent [4] ſe eſſe libertos [5], cognoſcere eos oportebit: quod ſi libertos conſtiterit, tunc demum decernere, ut alant. Nec

---

[73] Alendos: ſunt & multo magis honorandi. *l.* 1. *J. de obſequiis.* 94 *l. C. eod.* 95 Quæ ſuadet ut benefacienti bene faciamus. *l.* 25. §. 11. *ff. de petit. hered.* 96 *l.* 2. *l.* 3. *l. ult. C. ne filius pro patre* Pro parente tamen in carcerem conjecto fidejubere tenetur. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 8. Ita vaſallus non cogitur æs alienum domini diſſolvere. 1 *Feudor.* 26. §. 7. Eadem ratione mater filii æs alienum ſolvere non cogitur. *l. ult. C. ne uxor pro marito.* 97 Onus alimentorum patri præſtandorum non tranſit ad heredes filii niſi in ſubſidium. 98 Emancipati, vel ſui caſtrenſe peculium habentis, alias filius heredem non habet. *l.* 1. *J. de caſtr. peculio.* 99 Cur minus cogentur heredes filii, quam heredes liberti? v. *l.* 8. *J. de obſequiis?* 100 Finge mihi vel matrem eſſe vel fratres: an hi potius me alere tenentur, quam heredes extranei filii? Cynus ait, Bartolus negat: Is enim in ſummam egeſtatem dicitur veniſſe, reſpectu heredis extranei, qui nullum alium habet à quo ali poſſit.

1 Pars hujus tituli Tertia. 2 Quo nomine intellige quemcunque jure patronatus adſtrictum: ideoque Eccleſia & vaſallus patronum ſuum inopem alere tenetur. An donatarius? An filius emancipatus? v. Bart. in *l.* 6. *J. eod.* 3 De alendis. 4 *V. l.* 6. *J. ſi libert. inj.* 5 Vindicando ſe in ingenuitatem. *l.* 14. *ff. de probationib.*

Nec [6] tamen alimentum decretum tollet liberto facultatem, quo minus præjudicio [7] certare possit, si libertum se neget.

§. 19. Alimenta autem pro modo [8] facultatium erunt præbenda, egentibus [9] scilicet patronis: cæterum, si sit [10] unde se exhibeant, cessabunt partes judicis. §. 20. Utrum autem tantum patroni alendi sint, an etiam patronorum liberi, tractari potest? Et puto, causa cognita, judices & liberos [11] quoque patronorum alendos decernere: non quidem tam facile ut patronos, sed nonnunquam & ipsos: nam [12] & obsequium non solum patronis, verumetiam liberis [13] eorum debere præstari. §. 21. Sed & libertus maternus alere cogitur. §. 22. Si quis à liberti [14] liberto ali se desideret; vel ab eo, quem ex causa fideicommissi manumisit, quemque suis [15] nummis redemit: non debet audiri: ut & Marcellus scribit: exæquatque eum [16], qui mercedes exigendo jus libertorum amisit. §. 23. Sed & patroni filium, qui capitis accusavit libertum paternum, negat exhibendum. §. 24. Sed & liberta cogitur patronum alere. §. 25. De alimentis patroni arbiter [17] solet dari, arbitraturus quantum sit in facultatibus: ut perinde possint alimenta moderari [18]: quæ [19] tamdiu præstabuntur, quamdiu liberto superstit, patrono desit. §. 26. Patrem & matrem [20] patroni, cum [21] patronus & filii ejus minime supersint, alere egentes ipsi [liberti], si idonei facultatibus sunt, coguntur.

Si patronus nolit alere libertum. De patrono læso, aut derelicto à liberto.

VI. MODESTINUS [lib. singul. de Manumissionibus.] ALimenta, liberto petente [22], non [23] præstando patronus, amissione [24] libertatis causa impositorum, & hereditatis liberti, punietur: non autem necesse habebit præstare, etiam si potest.

§. 1. Imperatoris Commodi constitutio talis profertur: *Cum probatum sit, contumeliis patronos [25] à libertis esse violatos, vel illata manu atroci esse pulsatos, aut etiam paupertate vel corporis valetudine laborantes relictos: primum eos in potestatem patronorum redigi [26], & ministerium domino præbere cogi: sin autem nec hoc modo admoneantur, vel à Præside emptori addicentur [27], & pretium patronis tribuetur.*

Si negetur matrimonium fuisse.

VII. IDEM lib. V Responsorum.

SI neget, qui maritus fuisse dicitur, *matrimonium esse contractum, eo quod eam, quæ se uxorem [28] fuisse dicit, ancillam esse probare paratus sit:* alimenta quidem liberis præstare interim [29] compellendum: sin autem constiterit eam servam fuisse, nihil ei, qui pascendos curavit, ex hoc præjudicium generare respondit.

De descendentibus ex masculo, vel ex fœmina.

VIII. MARCELLUS lib. I ad Legem Juliam & Papiam.

NOn quemadmodum masculorum liberorum nostrorum liberi ad onus nostrum pertinent, ita & in fœminis est: nam manifestum est, id quod filia parit, non avo [30], sed patri suo esse oneri: nisi pater aut non sit superstes, aut egens est.

De patronis, vel liberis patronorum alendis.

IX. PAULUS lib. singul. de jure patronatus.

IN bonis superstitum libertorum nullum omnino jus patroni liberive patronorum habent: nisi [31] si tam esse infirmos, tamque pauperes [32], Præsidibus probaverint, ut merito menstruis [33] alimentis à libertis suis adjuvari debeant. Idque jus ita plurimis Principum constitutionibus manifestatur.

[6] Sententia lata in causa summaria non facit præjudicium, si agatur ordinarie. *Bart.*

[7] Præjudicio certat libertus adversus patronum, qui se libertum negat.

[8] §. 10. T. *eod.*

[9] V. *l. ult.* T. *cod. l.* 73. T. *de adq. her.*

[10] §. 11. T. *eod.*

[11] *d. l.* 73.

[12] 31 *Eclog.* 6. *c.* 1. *& tit.* 7. *l.* 11. C. *de oper. libert.* Nota argumentum ab obsequio ad alimenta ductum.

[13] *l.* 5. T. *de obsequiis. l.* 3. C. *de libert. l.* 5. 7. C. *de obsequiis.*

[14] Hinc colligit Bartolus, vasallum vasalli mei non esse meum vasallum. adde *l.* 105. T. *de verb. sign.*

[15] Hoc est, ipsius empti.

[16] *Al.* ei.

[17] Arbiter alimentorum decernendorum causa dari solet.

[18] Arbiter alimentorum causa datus, arbitrari solet quantum sit in facultatibus ejus à quo alimenta petuntur, ut ita ejus arbitrio possint alimenta moderari.

[19] Alimentarius arbiter ita alimenta decernere debet, ut ne locupleti ab egeno præstentur.

[20] Alere parentes patroni libertus non cogitur superstitibus patrono liberis.

[21] Adde *l.* 5. T. *de obsequiis.* argumento ducto ab obsequio ad alimenta, ut §. 20. T. *eod.*

[22] *Al.* petenti.

[23] Vide *l.* 33. T. *de bon. libert.*

[24] Alimenta petenti liberto denegans patronus, ea amittit quæ liberto imposuit libertatis causa: Imo & hereditatem liberti, *ut hic.* Eadem ex causa putant donatorem omnium bonorum à donatario posse donationem revocare, ut & dominum fundum à vasallo. de quo dixi ad *l.* 5. *princ.* T. *eod.* [25] *l.* 5. T. *de jure patronat. l.* 2. C. *de libert. & eor. lib.* [26] Dixi ad *l.* 2. C. *de libertis.* [27] Adde & aliam pœnam. *l.* 7. *in fin.* T. *de jure patron.* [28] Adde *l.* 5. §. 4. T. *eod.* Nota hanc actionem præjudicialem, qua quædam negatur esse uxor. [29] Idem ait esse Bartolus in eo, qui est in possessione præbendæ, cuique ejus causa movetur quæstio. [30] Materno. adde *Mowell.* 117. *cap.* 7. *in fin.* [31] Patronus non habet jus in bonis liberti, nisi pro alimentis necessariis. *Bart.* [32] *l.* 5. §. 18. T. *eod. l.* 1. *in fin.* C. *de oper. libert.* [33] Sic interpretor: nisi sint ita pauperes, ut non habeant, in universis bonis, unde se uno mense alere possint: alias securus non erit libertus, si patrono egenti menstruum tantum alimentum præbeat. An debitor alimentorum menstruatim debeat vel annuatim solvere, vide hic *Bart.*

TIT. IV.

DE INSPICIENDO [1] VENTRE, CUSTODIENDOQUE PARTU.

Rescriptum de inspiciendo ventre, *cum mulier dissimulat se esse prægnantem.* 1. *Ratio dicti rescripti.* 2. *De muliere ad Prætorem evocanda & interroganda.* 3. *Si non respondeat, aut non veniat ad Prætorem.* 4. *Si fateatur vel neget se prægnantem.* 5. *De electione obstetricum.* 6. *Et domus in quam mulier veniat.* 7. *Si mulier inspici se non patiatur, vel ad domum non veniat.* 8. *De renunciatione obstetricum. De actione injuriarum.* 9. *De tempore evocandi ad Prætorem.* 10. *Edictum* de muliere, quæ, mortuo marito, ait se prægnantem. 11. *De ejus facilitate & interpretatione.* 12. *Quibus denunciandum est.* 13. *De causa cognitionis.*

1. ULPIANUS lib. XXIV ad Edictum.

TEmporibus Divorum Fratrum [2] cum hoc incidisset, ut maritus quidem prægnatem mulierem diceret, uxor negaret, consulti [3] Valerio Prisciano Prætori Urbano rescripserunt in hæc verba: *Novam rem desiderare Rutilius Severus videtur, ut uxori quæ ab eo diverterat, & se non esse prægnatem profiteatur, custodem apponat [4]: & ideo nemo mirabitur, si nos quoque novum [5] consilium & remedium suggeramus. Igitur si peritiæ in eadem postulatione, commodissimum est, eligi [6] honestissimæ fœminæ domum, in quam Domitia veniat: & ibi tres [7] obstetrices, [8] probatæ & artis [9] & fidei, quæ à te assumptæ fuerint, eam inspiciant: Et si quidem vel omnes, vel duæ [10] renunciaverint [11] prægnatem videri, tunc persuadendum mulieri erit, ut perinde custodem admittat, atque si ipsa hoc desiderasset: Quod si enixa non fuerit, sciat maritus, ad invidiam existimationemque suam pertinere: ut non immerito possit videri captasse hoc ad aliquam mulieris injuriam: Si autem vel omnes [12], vel plures,* non esse gravidam, *renunciaverint, nulla causa custodiendi erit.*

§. 1. Ex hoc rescripto evidentissime apparet, Senatusconsulta de liberis agnoscendis locum non habuisse, si mulier dissimularet se prægnatem, vel etiam negaret: Nec immerito: * partus [13] enim, antequam edatur, mulieris portio [14] est, vel viscerum: Post editum plane partum à muliere, jam potest maritus jure suo filium per interdictum [15] desiderare aut exhiberi sibi, aut ducere permitti, extra ordinem [16]. Igitur Princeps in [17] causa necessaria subvenit.

§. 2. Secundum quod rescriptum evocari mulier ad Prætorem poterit, & apud eum interrogari, *an se putet prægnatem:* cogendaque [18] erit respondere. §. 3. Quid ergo, si non respondeat, aut non veniat ad Prætorem, numquid Senatusconsulti pœnam adhibemus, scil. ut liceat marito non agnoscere? Sed finge, non esse eo contentum maritum: qui se patrem potius optet, quam carere filio velit. Cogenda igitur erit remediis [19] Prætoris, & in jus venire, & si venit respondere: pignoraque ejus capienda, & distrahenda, si contemnat: vel multis [20] coërcenda. §. 4. Quid ergo, si interrogata dixerit *se prægnatem?* Ordo Senatusconsultis [21] expositus sequetur [22]: quod si negaverit [23], tunc secundum hoc rescriptum Prætor debebit obstetrices adhibere. §. 5. Et notandum, quod non permittitur marito vel mulieri obstetricem adhibere, sed omnes à Prætore [24] adhibendæ sunt. §. 6. Item Prætor domum [25] honestæ matronæ eligere debet, in qua mulier veniat, ut possit inspici. §. 7. Quid ergo, si inspici se non patiatur, vel ad domum non veniat? Æque Prætoris auctoritas interveniet. §. 8. Si omnes, vel plures renunciaverint *prægnatem non esse*, an mulier possit injuriarum experiri ex hac causa? Et magis puto, agere eam injuriarum posse: sic tamen, si injuriæ [26] faciendæ causa id maritus desideravit: cæterum, si non injuriæ faciendæ animo [27], sed quia juste credidit, vel nimio voto [28] liberorum suscipiendorum ductus est, vel ipsa eum illexerat ut crederet, quod constante matrimonio hoc fingebat, æquissimum erit ignosci marito. §. 9. Meminisse autem oportet, tempus non esse præstitutum rescripto: quamvis in Senatusconsultis de liberis agnoscendis triginta [29] dies præstituantur mulieri. Quid ergo? Semper dicemus marito licere uxorem ad Prætorem evocare? an vero & ipsi triginta dies præstituimus? Et putem, Prætorem causa [30] cognita debere maritum & post triginta dies audire.

§. 10. De inspiciendo ventre, custodiendoque partu, sic Prætor ait: SI MULIER MORTUO [31] MARITO PRÆGNATEM SE ESSE DICET, HIS [32] AD QUOS EA RES PERTINEBIT [33], PROCURATORIVE [34] EORUM, BIS IN MENSE DENUNCIANDUM CURET, UT MITTANT, SI VELINT [35], QUÆ VENTREM INSPICIENT. MITTANTUR [AUTEM] MULIERES LIBERÆ DUMTAXAT QUINQUE [36]; HÆQUE SIMUL [37] OMNES INSPICIANT: DUM NE QUA EARUM, DUM INSPICIT, INVITA MULIERE VENTREM TANGAT. MULIER IN DOMU [38] HONESTISSIMÆ FOEMINÆ PARIAT, QUAM EGO CONSTITUAM. † MULIER ANTE DIES TRIGINTA QUAM PARITURAM SE PUTAT, DENUNCIET HIS AD [39] QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM, UT MITTANT, SI VELINT, QUI VENTREM CUSTODIANT. IN QUO CONCLAVI MULIER PARITURA ERIT, IBI NE PLURES ADITUS SINT, QUAM UNUS: SI ERUNT, EX UTRAQUE PARTE TABULIS PRÆFIGANTUR. ANTE OSTIUM EJUS CONCLAVIS LIBERI TRES, ET TRES LIBERÆ CUM BINIS COMITIBUS CUSTODIANT. QUOTIESCUNQUE EA MULIER IN ID CONCLAVE, ALIUDVE QUOD, SIVE IN BALINEUM IBIT, CUSTODES, SI VOLENT, ID ANTE PROSPICIANT: ET EOS QUI INTROIERINT, EXCUTIANT. CUSTODES, QUI ANTE CONCLAVE POSITI ERUNT, SI VOLUNT, OMNES, QUI CONCLAVE AUT DOMUM INTROIERINT, EXCUTIANT. MULIER, CUM PARTURIRE INCIPIAT, HIS AD QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM DENUNCIET, UT MITTANT QUIBUS PRÆSENTIBUS PARIAT. MITTANTUR MULIERES LIBERÆ DUMTAXAT QUINQUE: ITA UT, PRÆTER [40] OBSTETRICES DUAS [41], IN EO CONCLAVI NE PLURES MULIERES LIBERÆ SINT, QUAM DECEM: ANCILLÆ, QUAM SEX. HÆ, QUÆ INTUS FUTURÆ ERUNT, EXCUTIANTUR OMNES IN EO CONCLAVI, NE QUA PRÆGNANS [42] SIT. TRIA LUMINA, NE MINUS, IBI SINT: SCILICET, QUIA TENEBRÆ [43] AD SUBJICIENDUM APTIORES SUNT. † QUOD NATUM ERIT, BIS AD QUOS EA RES PERTINET, PROCURATORIBUSVE EORUM, SI INSPICERE VOLENT, OSTENDATUR. APUD EUM EDUCATUR, APUD [44] QUEM PARENS JUSSERIT. SI [45] AUTEM NIHIL PARENS JUSSERIT, AUT IS, APUD QUEM VOLUERIT EDUCARI, CURAM NON RECIPIET, APUD QUEM EDUCETUR, CAUSA COGNITA CONSTITUAM. IS, APUD QUEM EDUCABITUR QUOD NATUM ERIT, QUOAD TRIUM MENSUM SIT, BIS IN MENSE EX EO TEMPORE; QUOAD SEX MENSUM SIT, SEMEL IN MENSE; A SEX MENSIBUS QUOAD ANNICULUS FIAT, ALTERNIS MENSIBUS; AB ANNICULO QUOAD FARI [46] POSSIT, SEMEL IN SEX MENSIBUS, UBI VOLET, OSTENDAT. SI CUI VENTREM INSPICI, CUSTODIRIVE, ADESSE PARTUI LICITUM NON ERIT, FACTUMVE QUID ERIT, QUOMINUS EA ITA FIANT, UTI SUPRA COMPREHENSUM EST: EI, QUOD NATUM ERIT, POSSESSIONEM [47] CAUSA COGNITA [48] NON DABO. SIVE QUOD NATUM ERIT, UT SUPRA CAUTUM EST, INSPICI NON LICUERIT: QUAS UTIQUE ACTIONES ME DATURUM POLLICEOR HIS, QUIBUS EX EDICTO MEO BONORUM POSSESSIO DATA SIT, EAS, SI MIHI JUSTA CAUSA VIDEBITUR ESSE, EI NON DABO.

§. 11. Quamvis sit manifestissimum Edictum Prætoris, attamen non est negligenda interpretatio [49] ejus. §. 12. Denunciare igitur mulierem oportet his scilicet, quorum interest [50] partum non edi, vel totam habituris hereditatem, vel partem ejus, sive ab intestato, sive ex testamento. §. 13. Sed & si servus heres institutus fuerit, si nemo natus sit, Aristo scribit, hic [51] quoque servo, quamvis non omnia, quædam tamen circa partum custodiendum arbitrio Prætoris esse concedenda: Quam sententiam puto veram: *publice [52] enim interest, partus non subjici: ut ordinum [53] dignitas, familiarumque salva sit:* ideoque etiam servus iste, cum sit

[1] Per obstetrices: & relatione per eas facienda cum juramento.

[2] M. Antonini, & Veri.

[3] Divi Fratres scil.

[4] Paul. 2 *sent.* 24. §. 7.

[5] Novo in facto, novo consilio opus est. *Bart.* Novis in rebus nova consilia & remedia adferenda.

[6] Peritis in arte statur, *ut hic.* obstetricibus, in ventre inspiciendo: qua de re plura vide apud Socin. *regula* 294.

[7] Imo quinque. §. 10. T. *eod.* Paul. 2 *sentent.* 24. §. 8. Goth. Vide late Ann. Robert. *rer. jud. lib.* 4. *cap.* 10. Ans. 8 Medicæ scil. nam & hæ medicinam exhibere videntur. *l.* 1. §. 2. T. *de extraord. cogn.* vide quæ notavi ad *l.* 9. T. *ad leg. Aquil.* 9 Credi cuique in arte sua, hinc colligunt. 10 Si tres fuerint in civitate: alias uni credi potest. 11 Affirmaverint.

[8] Adde *l.* 1. §. 4. T. *de agnoscend. liberis.* Extra ordinem id facere quid, dixi ad *l. ult.* §. 3. T. *de re, quod metus causa.*

[9] Necessariis in causis Princeps subvenire solet.

[10] Recusans respondere pro confesso non habetur. *Bart.* imo pro confesso habetur, sed tamen punitur ut contumax. § 3. *in fin.* T. *eod.*

[11] Remedia tres prætoria sunt, cogi in jus venire, respondere, pignora capere, distrahere, multis coërcere.

[12] Multæ enim jus Prætori competit. *l.* 2. *in fin.* T. *si quis in jus vocatus.* dixi ad *l.* 131. T. *de verb. sign.*

[13] *Al.* Senatusconsulti.

[14] *Al.* Servetur.

[15] Magis igitur statuitur adfirmantibus obstetricibus, quam neganti mulieri.

[16] Adde *l.* 1. §. 4. T. *de agnoscend. liberis.* Extra ordinem id facere quid, dixi ad *l. ult.* §. 3. T. *de re, quod metus causa.*

[17] Necessariis in causis Princeps subvenire solet.

[18] Recusans respondere pro confesso non habetur. *Bart.* imo pro confesso habetur, sed tamen punitur ut contumax. § 3. *in fin.* T. *eod.*

[19] Remedia tres prætoria sunt, cogi in jus venire, respondere, pignora capere, distrahere, multis coërcere.

[20] Multæ enim jus Prætori competit. *l.* 2. *in fin.* T. *si quis in jus vocatus.* dixi ad *l.* 131. T. *de verb. sign.*

[21] *Al.* Senatusconsulti.

[22] *Al.* Servetur.

[23] Magis igitur statuitur adfirmantibus obstetricibus, quam neganti mulieri.

[24] Consulter si debet eligi, eligitur a parentibus: & ipsis dissentibus, a judice. *Bart. hic. n.* 5. §. 1. *Inst. de satisd.* 17. *in fin.* T. *de testam. tut. l.* 17. § 6. T. *de arbitris.*

[25] Alias si quid inhonestum imperatum esset, non obtemperare impune posset. *in pr.* T. *eod.* §. 10. T. *eod. l.* 21. §. 7. §. 11. T. *de arbitris.*

[26] Ut T *eod. in pr.*

[27] *l.* 3. *in fin.* T. *de injuriis.*

[28] Ut quia se patrem potius optat, quam carere filio velit. §. 3. T. *eod.*

[29] *l.* 1. §. 1. T. *de liberis agnoscendis.*

[30] *d. l.* 1. §. 7.

[31] An non eo superstite, in cujus potestate futura est: alias haberet locum mens Senatusconsulti Planciani. T. *sive contra.* 3. § *quia Plancianum.* T. *ut. prox.*

[32] Legitimæ personæ dicuntur. *l.* 2. C. *de Carbonianno edicto.*

[33] Id est, qui sperant successionem ex testamento, vel ab intestato, nomine nascente. § 12. T. *eod.*

[34] Procurator interdum citandus est.

[35] *Al.* si nollent: & ita à quibusdam legi notat Albericus.

[36] Imo tres. *in princ.* T. *eod.*

[37] *Simul* & immediate fieri etiam dicitur, quod fit successive: ita *simul viderint* testes dicuntur, qui successive viderint adulterum cum ipsa adultera. adde *l. testium.* C. *de testib.*

[38] Vide *in pr.* T. *eod.* §. 7. T. *eod.* Sequestrari potest, quæ gravidam se dicit ex aliquo: Prætor constituit fœminam apud quam fœmina gravida pariat: sic constituit apud quē pupillus educetur. C. *ubi pupill.*

[39] Is enim sententiam per citandus est, ad quem res pertinere potest. §. 12. T. *eod. l.* 39. *in fin.* T. *de adoptionib. l.* 29. T. *de minorib. l.* 47 T. *de rejudicata. l.* 19. *in fin.* C. *de testib.* 40 *Præter*, dictio includit: Nam hic præter obstetrices, possunt esse aliæ. adde *l. si filio.* 25. *in fin.* T. *soluto.* 41 Tres obstetrices requiri videntur, *in pr.* T. *eod.* 42 Neve ita facile partus alienus supponatur. 43 Tenebræ ad subjiciendum partum aptissimæ, *ut hic.* & ad furta. §. 2. *Inst. de oblig. ex delicto.* Hinc Constantia uxor Henrici V, (vel ut volunt VI) ne suspicio esset eam, utpote annosam, uterum mentitam, partum mariti supposuisse, in medio Panormitanæ Ecclesiæ velibulo, vel ut ali volunt, in Grezi Apuliæ urbe tabernaculum sibi tendi jussit, ubi ventre custodito, nulla matronarum exclusa palam, & populo spectante Fredericum II Cæsarem enixa est mense Decembri. Fazell. 2 *decad. rerum Siculatum.* 8. *r.* 1.

44 Imo apud ipsum parentem educandus videtur, *Novell.* 117. *c.* 7. *l.* 1. C. *ubi pupillus educari.*

45 Executore testamentario non eligente, electurum etiam judex causa cognita constituere potest. adde *l. in vendit. nem.* 8. *in fin.* T. *de reb. auct. judicis possid.* 46 Id est, quod septem erit annorum. *l.* 18. C. *de jur. delib.* 47 Carbonianam: an vero nocebit partui mulieris, ut nullo modo filius censeatur legitimus? non nocebit. v. *l.* 1. §. 8. T. *de agnosc.* 48 Denegare potest, qui & dare.

49 Hinc colligere possis, parum prudenter facere, qui omnes legum interpretationes damnant: Cum vel in manifestissimo Prætoris edicto, interpretationem non esse negligendam, Jurisconsultus *hic* scribat. Hic etiam notant, probationes in rebus manifestissimis admitti. 50 V. §. 10. T. *eod.*

51 Huic. 52 Interest publice partus non subjici. 53 Dignitates ordinum, & familiarum salvas, atque integras, quam fieri potest maxime, servare debemus. 54 V. in hunc locum Valer. Max. *lib.* 9. *c.* 16. de iis, qui infimo loco nati, mendacio se clarissimis familiis inserere conati sunt.

se Paulus Quintius Tricastinus Tracchum patrem (de quo etiam Dio de Appian. *lib.* 1 *de bello civili*) eundem Valer. *lib.* 6. *cap.* 2. Hierophylus equarius medicus C. Mariam spurcissimum virum venditavit; alius se Octaviæ sororis Augusti) filium fecit: alius se Sertorii, alius Cnei Affidionis filium tulit expulso patriis penatibus legitimo filio: Trebellius Cabra se Claudium tulit: Quendam, cum se Rubriam Mediolani venditaret, à Julio Cæsare repressa est: Qui se Ariaratem Cappadociæ regem simulabat, ab Antonio interfectus. Hæc Valerius. De Pseudo-Alexandro vide Joseph. περὶ ἀρχαιολογίας. De Octavia vide Plut. *in vita Antonii*. De Pseudo-Philippo Adrianitæno Andrisco in fullonia nato, vide Ammianum, *lib.* 14. *in fin.* à Metello superato, Florum 52. & alterο Pseudo-Philippo à Lucio Tremellio interfecto, vide Florum, *c.* 53. 54 Hinc colligunt, judicium & citationem dirigendam ad eum, quem principaliter non ex consequentia negotium spectat, cujus interest, ut partus sit.

55 *l.* 2 §. 4. *ff. secundum tabulas.* 56 Cui ignoscitur. v. *l.* 2. *in fin. ff. cod.* v. *l.* 3. §. 21. *ff. de silan.* 57 Levis omissio solennitatis culpæ non imputatur, ut noceat sc. omittenti. 58 Omissio modicæ solennitatis non vitiat: aliud est in iis, quæ solennitatis sunt maximæ. *l.* 8. §. 17. *in fin. ff. de transact.* Quid est autem *levis solennitas*? Bald. in *l.* 8. *C. qui testam.* ait, levem solennitatem dici, quæ non est fundata in aliqua urgenti ratione, vel utilitate: quamquam dici possit cum Bartolo, conditionem appositam à lege nunquam intelligi continere levem solennitatem. 59 Mos regionis in bonorum possessionibus dandis custodiendus est. 60 V. *l.* 30. *in fin. ff. de legat.* 1. 61 Ventris, partus, & infantis differentia: *Venter* est, antequam natus sit: *partus*, in ipso actu pariendi, vel jam editus: *Infans*, jam natus, & intra septimum annum constitutus. 62 *Subaudi*, natum.

63 Videtur Albericus legisse, *denegatorium*: hoc sensu: Denegari infanti Carbonianam bonorum possessionem, si mater ejus solennia superius posita non observaverit. 64 Cujus? An Carboniani, ut putat Dynus? An edicti de ventre in possessionem mittendo? 65 *Imperitiæ* & *malitiæ* differentia: Non omnis imperitia, malitia est. 66 V. *l.* 1. *in fin. ff. eod.* 67 Pupillariter: quo casu est heres ventris, ejusque interest propter tacitam pupillarem, quæ intelligitur in expressa vulgari. *l.* 4. *ff. de vulgari.* 68 An si nemo nascatur. *l.* 1. §. 3. *ff. eod.*? An institutus ventre præsente: cum testator nullum nasciturum putaret? An institutus una cum posthumo? 69 Id est, si vult partum custodiri. 70 Fideicommissarius universalis (cujus conditio defecit propter nativitatem posthumi) partus ad custodiam petendam admittitur. *Bart.*

sit in spe constitutus successionis, qualis qualis sit, debet audiri, rem & publicam & suam gerens. §. 14. Denunciari autem oportet his, quos proxima [14] spes successionis contingit: utputa primo [15] gradu heredi instituto; non etiam substituto: &, si intestatus paterfamilias sit, his, qui primum locum ab intestato tenent: si vero plures sint simul successuri, omnibus denunciandum est.

§. 15. Quod autem Prætor ait, *causa cognita se possessionem non daturum*, *vel actiones denegaturum*, eo pertinet, ut si per rusticitatem [16] aliquid fuerit omissum ex his, quæ Prætor servari voluit, non obsit partui: Quale est enim, si [17] quid ex his, quæ leviter [18] observanda Prætor edixit, non sit factum, partui denegari bonorum possessionem? Sed mos [19] regionis [60] inspiciendus est, & secundum eum & observari ventrem [61], & partum, & infantem [62] oportet.

De effectu hujus edicti. 1. *Quibus casibus remittitur.*

11. Julianus lib. xxiv Digestorum.

Edictum *de custodiendo partu* derogatorium [63] est ejus [64], quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum est. §. 1. Sed hoc aliquando remittere Prætor debet, si non malitia, sed [65] imperitia [66] mulieris factum fuerit, ne venter inspiceretur, aut partus custodiretur.

De ventre substituto vel instituto.

111. Paulus lib. xiv ad Plautium.

Qui ventri substitutus [67] est, vel institutus [68], si ventrem servare [69] velit, audiendus est.

De fideicommissario.

1v. Scævola lib. xx Digestorum.

Is, à quo, *si sine liberis decessisset, quidquid ad eum ex bonis pervenisset sorori fideicommissum* [70] relictum erat, decessit posthuma herede instituta, & substitutis aliis: Quæsitum est, cum uxor defuncti prægnatem se dicat, an sorori, procuratorive ejus, secundum formam Edicti, ventrem inspicere, & partum custodire permittendum sit? Respondi, in ejusmodi specie, de qua quæreretur, posse videri ad ejus, cui fideicommissum datum esset, sollicitudinem perspiciendum, idque causa cognita statuendum.

Tit. V.

SI, VENTRIS NOMINE MULIERE IN POSSESSIONEM MISSA, EADEM POSSESSIO DOLO [1] MALO AD [2] ALIUM TRANSLATA ESSE DICATUR.

Ratio hujus Edicti. 1. *De muliere & parente ejus.* 2. *De eo, qui per dolum venit in possessionem, decedere cogendo.* 3. *De eo, quod interest.* 4. *De tempore hujus actionis.* 5. *De patre mulieris.*

1. Ulpianus lib. xxxiv ad Edictum.

Hoc Edicto rectissime Prætor prospexit, ne, dum in favorem [3] partus possessionem polliceatur, aliis prædæ occasionem præbeat. §. 1. Idcirco constituit actionem [4] in mulierem, quæ in alium hanc possessionem dolo malo transtulit. † Non solum mulierem Prætor coercet, verum eum quoque, in cujus potestate ea fuerit [5]: scilicet si dolo ipsorum alius in possessionem fuerit admissus: actionemque in tantum pollicetur in eos, quanti interfuerit ejus, qui experitur. §. 2. Necessario Prætor adjecit: *Ut qui per dolum venit in possessionem, cogatur decedere.* Coget autem eum decedere, non Prætoria potestate, vel manu [6] ministrorum, sed melius & civilius faciet, si eum per interdictum [7] ad jus ordinarium [8] remiserit. §. 3. Interest autem ejus, qui experitur, admissum alium in possessionem non fuisse: cum forte bona fide fructus perceptos consumpserit [9]; aut si prædo venerit in possessionem, à quo fructus consequi non possit, quia solvendo non est. §. 4. Hæc actio etiam post annum [10] dabitur: quia [11] rei habet persecutionem. §. 5. Et si filia[familias] sit, quæ dolo fecit, in patrem dabitur actio, si quid ad eum pervenerit.

Quid sit dolo facere. 1. *Si & patris & filiæ factum arguatur.*

11. Paulus lib. xxxvii ad Edictum.

Dolo facit mulier, non quæ in possessionem venientem non [12] prohibet: sed quæ circumscribendi alicujus causa clam & per quandam machinationem in possessionem introducat. §. 1. Si & patris & filiæ factum arguetur, in alterum, quem actor velit, reddenda est actio: quia in id, quod agentis interest [13], datur: Ideo si id, quod ei abest, ab eo, qui in potestate est, servari possit, præter sumptus litis causa factos inutilis erit ei hæc actio.

1 *l.* 2. *ff. eod.*
2 31 *Eclog.* 8.

3 Est enim partus favorabilis. *l.* 1. §. 15. *ff. de ventr. in poss.*

4 Quid? petitio hereditatis, vel rei vindicatio, non hic sufficiebat? Prior non sufficiebat: quid enim si possessio penes titulo possidentem fuit? non posterior, in eum enim ea, quorum quis non est dominus, non veniunt. *Bart.*

5 Id est, patrem: an & extraneum? haud dubie. §. 2. *ff. eod.*

6 Manu militari, *l.* 68. *ff. de rei vind.* Imo, potestate judicis inducendus est. *l.* 3. *ff. ne vis fiat ei.*

7 An uti possidetis? an unde vi? an actionem in factum descendentem ex hoc edicto? an interdictum, ne vis fiat ei? Tertia opinio magis arridet Bartolo *hic. num.* 3. *in fin.* Porro, Ordinario jure interdicto res expeditur, cum ex formula res & causa agitur apud judicem datum: extraordinario, cum Magistratus ipse cognoscit & rem exequitur: dixi ad *l. ultim.* §. 3. *ff. de eo, quod metus causa.* vide §. *ultim. Instit. de interdictis.* & *ff. de interdictis, sive extraordinariis actionibus.* 8 Ordinaria sunt, quæ Lege, Plebiscito, Senatusconsultis, Prætorum Edictis, Principum generalibus constitutionibus, & omnino quidquid jure scripto eatenus justum est, ut sit certa, generalis, uniformis lex actus humanos generaliter sine speciali personarum respectu, ordinans, & quodam ordinato procursu dirigens. facit *l. nullo modo.* 7. *ff. ad leg. Cornel. de falsis.* Horum ex numero sunt contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, successiones, testamenta, bonorum possessiones ordinariæ, interdicta, *ut hic.* usucapiones, præscriptiones, pignora, & similia, de quibus Cicer. 1 *de Oratore.* Quid extraordinaria? vide *ff. de variis & extraordinariis cognit.* 9 Num vero heres possessionem & fructus à muliere petere potest? sic putat Bartolus, *argum. l.* 9. §. 3. *ff. de rebus auct.* 10 Imo annalis videtur, *l.* 1. §. 3. *ff. tit. prox.* Goth. Vide Brisson. *selectar. lib.* 4. *c.* 2. Anf.

11 Quæ rei persecutionem continent actiones, sunt perpetuæ. 12 Non prohibere venientem in possessionem minus est, quam circumscribendi alicujus causa clam & per quandam machinationem, in possessionem introducere. *Goth.* Intellectum hujus legis vide apud Cujac. *lib.* 23 *obs.* 28. Anf. 13 *l.* 1. §. 4. *tit. prox.*

Tit. VI.

SI MULIER VENTRIS NOMINE IN POSSESSIONE CALUMNIÆ [1] CAUSA ESSE DICETUR.

De jurejurando. 1. *Ratio Edicti.* 2. *De calumnia.* 3. *De tempore hujus actionis.* 4. *De eo, quod interest.* 5. *De parente.* 6. *Cui detur hæc actio.* 7. *De eo, quod interest.* 8. *De morte ejus, cui competebat hæc actio.* 10. *De legatis.* 11. *De libertatibus.* 12. *De patre & filia.*

1. Ulpianus lib. xxxiv ad Edictum.

Si de possessione [2] ventris nomine quæratur, & deferente herede mulier juraverit *prægnatem se esse*: servandum [3] est jusjurandum [4]: nec tenebitur mulier [5], quasi calumniæ causa fuerit in possessionem missa [6]: nec vis ei facienda est post jusjurandum: Si tamen peperit, quæretur veritas, an ex eo prægnas fuerit: alteri [7] enim nec prodest nec nocet [8] jusjurandum inter alios factum: nec partui igitur nocebit. §. 1. Et hoc Edictum ex eadem causa proficiscitur, qua superius [9]: debet enim Prætor, quemadmodum facilis [10] est circa bonorum possessionem dandam mulieri ventris nomine, ita calumniam [11] ejus impunitam [12] non relinquere. §. 2. *Per calumniam* autem in possessione fuisse videtur, quæ [13] sciens [14] prudensque se prægnatem non esse voluit [15] in possessionem venire. §. 3. Hanc autem actionem Prætor intra [16] annum utilem pollicetur, ultra non [17]: videlicet [18], quasi pœnalem. §. 4. Simili autem modo & [19] hic [20], quanti agentis interfuit, Prætor actionem pollicetur. §. 5. In parentem [21] etiam Prætor actionem pollicetur: si modo per eum factum sit, ut in possessionem per calumniam veniret [22].

§. 6. Competit autem [hæc] actio ei, cujus interfuit in possessionem missam non esse: utputa, vel cohæredi speranti [23] partum, vel (is) qui substitutus [24] fuit, vel qui ab intestato, si partus non fuisset, succedere potuit. §. 7. Interesse autem videtur primum de alimentis, quæ in ventrem sunt erogata: nec enim alias hæc repeturntur [25], nisi per calumniam in possessionem venit: cæterum, si res [26] calumnia caret, nihil præstabit mulier, qua sine causa alta [27] est sub prætextu ventris. §. 8. Nonnunquam augebitur [28] quod interest: si quis [29] forte dubitans, an prægnas sit, exclusus [30] sit [31] hereditate: nam heredi ejus, qui exclusus est, dandam hanc actionem Julianus ait: siquidem ejus quoque interfuit, non fuisse calumniæ causa in possessione mulierem: quia hoc [32] si non fuisset, adeundo hereditatem institutus, heredi suo locupletiorem hereditatem suam relinqueret. † Sed & hoc imputatur [33] mulieri, quod deminuta sunt multa in hereditate: dum hic [34] contemplatione ventris non attigit hereditatem.

§. 9. Idem Julianus lib. xix Digestorum sic ait: Si [35] substitutus [36] manente muliere in possessione decesserit, heres ejus eadem actione pretium hereditatis à muliere exiget. §. 10. Sed an decedant [37] legata cæteraque onera hereditatis, videndum? Et mihi videtur posse dici, legatarios potius cum muliere usuros hac actione: quia & ipsorum interfuit adiri hereditatem [38].

§. 11. Libertati [39] plane subveniendum erit adversus eum, qui propter hereditatem hac actione egit: scilicet ut fideicommissarias [40] cogatur is præstare, qui pretium utique etiam eorum consequitur [41]: Sed & directis credo Prætorem succurrere oportere, ut interventu suo tueatur eorum libertatem. §. 12. Si dolus filiæfamilias intervenerit [42], & particeps [43] doli fuerit pater, suo nomine tenebitur [44].

1 *l.* 13 *Eclog.* Officium enim calumnia, quæ fieri prudensque se prægnantem non esse, in possessionem venit. §. 2. *ff. eod.*

2 *Subaudi*, danda, vel denegandæ.

3 Juramentum mulieris excutat eam a calumnia, & partui non nocet, nec prodest. *Bart.*

4 *Subaudi*, quantum ad actionem, ut possessionem adipiscatur, & quantum ad exceptionem, ut de præsumpta calumnia non puniatur. Tollit enim jusjurandum suspicionem calumniæ.

5 *Subaudi*, ex hoc Edicto.

6 Qua jusjurandum tollit suspicionem calumniæ.

7 Jusjurandum unius alteri neque nocet, neque prodest. *l.* 3. §. 3. *in fin. ff. de jurejur.*

8 *Arg. l.* 1. *in pr. ff. de alienatione jud. l.* 74. *ff. de reg. jur. l.* 2. *C. de ann. except.*

9 Si ventris nomine, &c.

10 An passim facilis est in dando bonorum hac possessione? Quod hic dicitur *facilis*, intellige, si quæ præsumptio pro muliere fuerit.

11 Calumnia ex facilitate Prætoris nemini arripienda.

12 Est enim notata & infamis. *l.* 15. *l.* 16. *ff. de his qui notantur. l.* 1. § 14. *ff. de reprob. mitt. l.* 3. *in fin. ff. ne vis fiat.*

13 Calumniari non intelligitur, nisi qui sciens & prudens agit. Adde *l.* 16 *ff. de his qui not. infamia. S. L.* 15 *Subaudi*, Et veniffe probatur, ac pronunciatur. 16 *Subaudi*, in eo, quod pœnam continet. 17 Imo in perpetuum: continet enim rei persecutionem. *l.* 1. §. 4. *ff. tit. prox.* 18 Pœnales actiones non ultra annum extenduntur. 19 Id est, non solum edicto superiore, sed & in hoc edicto. 20 Ut in edicto superioris tituli. v. *l. ult.* 21 Ut & superioris tituli. *l.* 2. §. 1. *ff. tit. prox.* 22 *Subaudi*, filia. 23 Facit *l.* 1. §. 14. *ff. de inspic. ventre. l.* 30. §. 1. *ff. de adqu. hered.* 24 Facit *d. l.* 1. §. 13. *l.* 3. *ff. de inspic. ventr.* 25 *l.* 1. §. 3. *l.* 3. *ff. de ventr. in poss.* 26 *l.* 1. §. 2. *ff. de vent. in poss.* 27 Alimenta percepit & habuit. 28 Ultra id, quod vere interfit. 29 *Subaudi*, heres institutus. 30 *Subaudi*, per mortem. 31 Quia decessit non adita hereditate, quam adire non potuit: si quidem nemo non aditam hereditatem ad extraneum transmittit. *l.* 7. *C. de jure delib.* 32 Id est, si non fuisset mulier missa in possessionem per calumniam. 33 Hoc pœna est mulieri. 34 *Subaudi*, substitutus, vel ab intestato successurus.

35 Substitutus heres à muliere per calumniam in possessionem missa ventris nomine consequitur æstimationem hereditatis amissæ, non æstimationem rerum legatarum, cum ejus non interlit illo casu, ut quæ aliis præstanda fuissent: Item non consequitur æstimationem servorum, quibus directa libertas relicta fuit: quia & hic quoque ejus non interest: quoniam in omnem casum liberi fiunt: Æstimationem vero servorum, quibus fideicommissaria libertas relicta erat, consequitur à muliere: ut qui teneatur eos redimere à legitimis heredibus testatoris & eos manumittere.

36 Contra mulierem succurritur heredi substituto defuncti: & confirmantur legata & libertates. *Bart.* 37 Ne dixeris, extinguantur, sed detrahantur. 38 Atque ita eorum onera detrahentur: cum eorum solutio non pertineat ad heredem substituti. Idem in ære alieno, cujus solutio incumbit venienti ab intestato. 39 *Subaudi*, relictæ in testamento, ex quo non aditur hereditas ventris præsentis. *al.* legitur, *libertatibus*. 40 *Fideicommissariæ* libertates, non directæ: quibus opponuntur directæ, ut *j. cod.* 41 Id est, consequutus fuit in ipsi hereditatis æstimatione.

42 In adipiscenda bonorum possessione per calumniam. 43 Particeps doli, suo nomine etiam tenetur. 44 In solidum, & erit infamis. *d. l.* 15. *l.* 16. *ff. de his, qui not.*

Tit. VII.

DE [1] CONCUBINIS [2].

De libertа. 1. *Quæ in concubinatu habere possunt.* 2. *De damnata adulterii.* 3. *De patrono, & filio & nepote.* 4. *De ætate.*

1. Ulpianus lib. ii ad leg. Juliam & Papiam.

Quæ [3] in concubinatu [4] est, ab invito patrono poterit discedere, & alteri se aut in matrimonium, aut in concubinatum dare [5]. Ego quidem probo in concubina adimendum ei [6] connubium, si patronum invitum deserat: quippe cum honestius sit patrono libertam concubinam, quam matremfamilias habere [7]. §. 1. Cum Atilicino sentio, & puto, solas eas in concubinatu habere posse sine metu criminis, in quas stuprum non committitur. §. 2. Qui [8] autem damnatam adulterii in concubinatu habuit, non puto lege Julia de adulteriis teneri: quamvis,

1 v C. xxvi. & xxvii. 28 *Eclog.* 4. & 31. *tit.* 1. adde *Nov* 89. *c.* 12. Paul. 1 *sent.* 20. Concubinam habere jure civili licuit. *l.* 3. *in fin. ff. eod.* Concubinam vero habere vetat *Novell. Leon.* 91. vide *Harmenop.* 4. *tit.* 7. 3. *extra.* 2. An & Canonicum jus? dicemus *dict. Novell. Leon.* 91. Porro de donationibus in concubinam vide *l.* 31. *ff. de donationib.*

2 De *Concubina*, quid sit, quid differat ab uxore, dicam ad *Novell. Leonin.* 91. vide *Harmenop.* 4. *tit.* 7. Goth. Vide *l.* 144. *de verb. signif.* Anf. 3 Liberta. 4 Patroni sui. 5 Imo, non potest, *l. ult. in fin. princ. ff. de divortiis.* Concilia: concubina alterius patroni esse non potest: alterius vero, quam patroni, alterius esse potest. Cur illud. Nam ut extraneo nubere non potest, ne patrono injuria fiat: ita nec alterius patroni concubina fieri, ne primo patrono injuria fiat. Cæterum non est hic locus legendus ἐφιππιολιπεῖς, ut voluit, non JC. quidam, sed Grammaticus: verum prima hæc sententia est consectarium legis Papiæ: Nam quia de uxore locuta erat tantum lex Papia, hinc sequi videbatur, concubinam impune invito patrono alteri nubere posse, vel alterius patroni concubinam fieri. Et tamen Ulpianus id exactius tractans, neque alteri eam nubere posse probat, *h. t.* neque semper alterius concubinam fieri. *d. l. ult. in fin. princ.* 6 *l.* 45. *ff. de ritu.*

7 Ac si diceret, Cur ab invito patrono discedens liberta matrimonium cum alio non potest contrahere: concubina tamen alterius esse potest? Quia, inquit, patrono, ut ea sit alteri concubina, quam materfamilias. Cur honestius, non explicat: forte quod minus ei, quæ divertit, honestum: potest enim concubina tantum fieri, non materfamilias: Liberta injuriam patrono facere videtur divertendo, ideo nunquam *materfamilias* fieri potest. *l.* 41. *in fin. ff. de ritu. l.* 49. §. 4. *ff. de leg.* 3. nam concubina dignitate differt ab uxore. 8 6 *Harm.* 2.

vis 9, si uxorem eam duxisset, teneretur. §. 3. Si qua in patroni fuit concubinatu, deinde in filii 10 esse cœpit, vel in nepotis, vel contra: non puto eam recte facere: quia prope nefaria est hujusmodi conjunctio: & ideo hujusmodi facinus prohibendum [est]. §. 4. Cujuscunque ætatis concubinam habere posse, patam est: nisi minor 11 annis duodecim sit.

9 Differentiam uxoris & concubinæ observa. Adulteram damnatam uxorem ducere non possum, concubinam tamen habere possum.

10 *l. 4. C. de nupt.* Hinc colligit Accursius, adsimilatem contrahi stupro. Possis & hoc addere, Jus naturæ in concubinatu & contuberniis observari.

11 *Princ. Inst. de nupt.* ætas etiam in concubinatu spectatur.

De furore patroni.

II. Paulus lib. XII ad legem Jullam & Papiam.

SI patronus libertam concubinam habens furere cœperit, in concubinatu eam esse 12 humanius dicitur.

12 Furore non tollitur concubinatus, *ut hic.* nec matrimonium, *l. 45. §. 5. ff. de ritu.* nec magistratus. *l. 45 ff. de judiciis. l. 8. §. 1. ff. de tutor. datis.* Furens concubinatum retinet, ut & matrimonium. 13 In concubinatu. *Hal.* 14 Quod ad ingenuam attinet: sensus est: Cum ingenua non potest haberi concubinatus, nisi testato: vel sine testatione, si obscuro loco nata sit, vel vulgo quæstum fecerit: alias cum ingenua stuprum committitur. Ferret. Cujac. *5 obs. 6.*

De ingenua & liberta aliena. 1. De jure concubinatus.

III. Marcianus [lib. XII Institutionum.]

IN concubinatu 13 potest esse & aliena liberta, & ingenua 14, & maxime ea quæ obscuro loco nata est, vel quæstum corpore fecit: alioquin si honestæ vitæ, & ingenuam mulierem in concubinatum habere maluerit, sine 15 testatione hoc manifestum faciente non conceditur: sed necesse est ei, vel uxorem eam 16 habere, vel hoc recusantem stuprum cum ea committere. §. 1. Nec adulterium per concubinatum ab ipso committitur 17: nam quia concubinatus 18 per leges 19 nomen assumpsit, extra 20 legis pœnam est: ut & Marcellus libr. VII Digestorum scripsit.

15 *V. quæ scripsi ad l. 7. C. de repudiis.* Aliam igitur hoc facere non licet.

16 *l. 24. ff. de ritu.*

17 Imo committitur. *l. 13. ff. de adult.*

18 Concubinatus jure civili legitima fuit conjunctio.

19 Civiles, quibus concubinatus erat licita & legitima consuetudo, *ut hic. l. 9. C. ad SC. Orfician.* feminatum habere malunt, quam uxorem. Zonaræ: *συγκατοικεῖν* in antiquis inscriptionibus, concubina uxorem imitatur, Justinianus *Nov.* 18. *cap. 5.* est tamen concubinatus prohibitus, *l. 3. C. de natural. lib. Nov. Leon.* 91. adde 32. *qu 4. c. nemo blanditur sibi.* v. Arist. 6 *Polit.* 16. vel dic per leges Juliam & Papiam. 20 Pœnam non meretur, quod fit lege permittente. *l. 4. C. de adult.* 21 Ne dicas solo delicto, ut male est apud Paul. *2 sent. 20. in fin.* Sensus est potius, Maritus juris effectu concubinam non habere intelligitur. *arg. l. 18. C. de adult.* Cujac. apud Paul. *ibid.* 22 Non uxorem. *l. 38. ff. de ritu.*

Unde concubina æstimatur.

IV. Paulus [lib. XIX Responsorum.]

COncubinam ex sola animi destinatione 21 æstimari oportet.

De eo, qui aliquid in provincia administrat.

V. Idem [lib. II Sententiarum.]

COncubinam ex ea provincia, in qua quis aliquid administrat, habere potest 22.

LIBER VICESIMUSSEXTUS.

Tit. I.

DE TUTELIS 1.

Definitio tutelæ. 1. Definitio & Etymologia tutoris. 2. De muto. 3. De surdo.

1. Paulus [lib. XXXVIII ad Edictum.]

TUtela est (ut Servius definit) *vis* 2 *ac* 3 *potestas in capite* 4 *libero* 5, *ad* 6 *tuendum* 7 *eum* 8 *qui propter ætatem suam* 9 *sponte* 10 *se defendere nequit, jure civili* 11 *data* 12, *ac permissa.* §. 1. *Tutores* autem sunt, qui eam vim ac potestatem 13 habent: exque 14 re ipsa nomen ceperunt: itaque appellantur tutores, quasi *tuitores* 15, atque *defensores*: sicut *aditus* dicuntur, qui ædes tuentur.

§. 2. *Mutus* 16 tutor dari non potest, * quoniam 17 auctoritatem præbere non potest.* §. 3. *Surdum* 18 non posse dari tutorem, plerique, & Pomponius [lib. LXIX ad Edictum] probant: quia non 19 tantum loqui, sed & audire tutor debet.

1 Ulp. 11. & 1. *Inst. 13. Nov. 118. cap. 5. Nov 72. 94. 155. Nov. Leon. 68. & 37 Basilog. 1. & 5 Harmenopul. 11.* Plato 1 *de legib.*

2 Διοικῶν τὴν, *Theophil. Harmen. ibid.* §. 1. sed in §. 1 ff. *eod.* legimus *eam vim & potestatem.* In summa, non simpliciter dicitur *vis & potestas*, sed *potestas ad tuendum eum*, &c. *Goth.* Vide Forcat. *Neocyomant. dialog. 66.* S. L.

3 Causa formalis tutelæ.

4 In persona, seu homine. Causa hæc materialis tutelæ.

5 Inde sit, ut pupillo in servitutem redacto finiatur tutela, *l. 14. §. 1. ff. eod.* nec quisquam tutelæ administrandæ capax sit, nisi liber. Porro *liberum caput* dicimus eum, qui alterius potestati non sit subjectus.

6 Causa finalis tutelæ.

7 Id est, pupilli impuberis personam. *l. 14. ff. de test. tut.* Curator enim bonis & rebus datur principaliter.

8 Non ut per pupillum adquirat tutor, ut pater per filium.

9 Impuberem: *Inst. de curatoribus princ.*

10 Suo ingenio, consilio.

11 Legibus duodecim tabularum, & constitutionibus. Causa efficiens. Vel ita: Lege, Senatusconsultis, moribus, Ulp. 1. §. 2. Non igitur jure naturæ, non gentium? Imo, & jure naturali. *§. penult. Inst. de Attil. tut. l. 1. ff. de minorib.* 12 Datur legitima, permittitur testamentaria. *§. 1. Inst. eod.* Cujac. *ibid.* Vel ita: datur propinquis, permissa vero est parentibus & judicibus. *Wesemb.*

13 Auctoritatem, administrationem. 14 Nomen quodque rei ipsi consentaneum atque conveniens esse debet. 15 Argumentum affirmative hic sumitur ab *etymo*, sed efficacius negative: nisi factum juri repugnet, aut consuetudo nova aliud inducat: nec enim possum dicere, Non recte gerit tutelam, non igitur est tutor. Non sunt obnupta, ergo nec nupta. vide Everardum, *Topicis, loco 4 ab Etymologia.* 16 *l. 17. ff. eod. l. penult. in fin. ff. de legitimis tutoribus.* 17 Auctoritas non interponitur per nuncium, aut epistolam. dixi ad *l. 9. §. 5. ff. de auctoris. tutor.* Aut potius non potest interponi, nisi ipse tutor loquatur, *ut hic.* vel audiat. §. 3. ff. *eod.* 18 Vide *l. penult. & ult. ff. de legit.* 19 Tutor esse non potest, qui vel loqui vel audire non potest.

20 Cur non est exigendum? quia cum detur invito, non est necesse petitionem ejus exigi. Hoc amplius adjicitur, Tutorem à judice dari, nemine etiam postulante. 21 Datur enim ignoranti & invito. *l 6. ff. de tutoribus datis.* 22 Curator non datur tutori non habenti: ubi tutelæ ætas indiget, ibi cura cessat. Proinde pupillus, furiosus factus, ut pupillus, tutela; non ut furiosus cura, continebitur. Tutorem habens, per furorem in curam non redigitur. 23 Quæ furiolis dat curatorem. 24 Dat enim curatores majoribus 25 annis. §. 3. *Inst. de curatorib.* 25 Adde *l. 6. in princ. ff. quod cujusque.* 26 Atqui curator non datur nisi volenti adulto. §. *item inviti Inst. de curatoribus.* ut quæri possit, quemadmodum furioso curator detur? An dicemus, legem id effingere, ut sibi tutorem petiisse intelligatur, cum ejus interfit curatore regi? 27 Curatore ut furiosus opus non habet is, quem ætas curæ vel tutelæ subjicit. Cur ita? Ætati magis, quam dementiæ ejus tantisper est consulendum, *ut hic.* ætatis ratio seu causa est à natura: dementiæ, à casu. Naturæ causam, seu originis qualitatem inspicimus potius, quam accidentariam.

28 Causa naturalis in dubio magis inspicitur, quam accidentalis. v. quæ not. ad *l. 5. ff. de fidejuss.*

29 *l. 2. in fin. C. de in litem dando. §. ult. Inst. de auctor.* 30 Id est, litem. 31 Curator in litem adversus tutores pupillis datur, posteaquam tamen id ipsis pupillis: imo & præsentibus: quinimo cogendi sunt inviti curatorem in eam finem petere, *ut hic.* Quid, si infans sit pupillus? non datur, nisi præsens periculum aliud suadeat: Tunc enim citatis affinibus & amicis infantis, tutor, curator, vel coadjutor datur, ut ab eo conveniri & in eum agere tutor possit. *Ray. & Bald.*

32 *l. 2. §. pen. ff. qui petant. tut.* non datur igitur invitis. *§. 2. Inst. de curatorib.* 33 Curator in litem dari non potest, nisi præsens, & id acceptans, seu admittens. Quid? poteritne se excusare curator ab eo munere? potest. Quid? curator in litem cogiturne inventarium facere? non cogitur, si rerum nullam habeat administrationem. *Cyn. Bald.* 34 Et adprobantem: potest enim se excusare. *Bald.* 35 Pupillum cogi hoc casu captis pignoribus, notat Baldus. 36 Curatorem in litem potest judex dare de plano, hoc est, vel in privatis suis ædibus, suave domo, vel cubiculo: ut necesse non sit dari à sedente pro Tribunali. 37 Etiam feriato, *l. 2. de feriis.* omni die, *l. 8. §. pen. ff. de tutorib. datis.* adde *l. 8. C. de feriis.* adde Rebuffum, *in tr. de sentent. provisionalib. art. 3. gloss. 2.* Cur in litem curator quovis loco & tempore dari potest? An quod hujus curatoris datio proprie non pertineat ad litis ordinationem, ut vult Azo? An potius, quod femiplena cognitione & inquisitione dari possit, ut Petrus & Dynus existimant? cum proprie ex inquisitione datus non dicatur, qui datus sit die feriata, & judice non sedente pro tribunali.

2. Paulus [lib. XXXVIII ad Edictum.]

TUtela est (ut Servius definit) *vis* 2 *ac* 3 *potestas in capite* 4 *libero* 5, *ad* 6 *tuendum* 7 *eum* 8 *qui propter ætatem suam* 9 *sponte* 10 *se defendere nequit, jure civili* 11 *data* 12, *ac permissa.* §. 1. *Tutores* autem sunt, qui eam vim ac potestatem 13 habent: exque 14 re ipsa nomen ceperunt: itaque appellantur tutores, quasi *tuitores* 15, atque *defensores*: sicut *aditus* dicuntur, qui ædes tuentur.

§. 2. *Mutus* 16 tutor dari non potest, * quoniam 17 auctoritatem præbere non potest.* §. 3. *Surdum* 18 non posse dari tutorem, plerique, & Pomponius [lib. LXIX ad Edictum] probant: quia non 19 tantum loqui, sed & audire tutor debet.

De tutore petendo vel conveniendo.

II. Pomponius lib. III ad Sabinum.

NOn 20 est exigendum à pupillo, ut sibi tutorem petat, aut ut ad tutorem suum proficiscatur 21.

De pupillo, 1. Vel adulto furioso. 2. De curatore ad litem.

III. Ulpianus lib. XXXVII ad Sabinum.

QUi habet tutorem [pupillus vel pupilla], si furere cœperint, in ea causa sunt, ut in tutela nihilominus durent: quæ sententia Quinti quoque Mucii fuit: & à Juliano probatur: eoque jure utimur, *ut* 22 *cesset cura, si tutela ætas indigeat.* Quare si tutores habent, per furorem in curam non rediguntur: sive non habent, & furor eis accesserit, nihilominus tutores accipere poterunt: quia Lex XII tabularum 23 ita accepta est, ut ad pupillos, vel pupillas non pertineat 24. §. 1. Quia autem in pupillorum persona adgnatos curatores non admittimus, idcirco putavi, etsi minor viginti quinque annis furiosus sit, curatorem ei non ut furioso, sed ut 25 adulescenti dari 26, quasi ætatis esset impedimentum: & ita definiemus, ei 27 quem ætas curæ vel tutelæ subjicit, non esse necesse quasi dementi quæri curatorem: & ita Imperator Antoninus Augustus rescripsit: cum magis 28 ætati, quam dementiæ tantisper sit consulendum. §. 2. Si pupillus pupillave cum justo tutore, tutorve cum eorum [quo] litem 29 agere vult, & curator in eam rem 30 petitur: utrum ipsis poscentibus datur, an vero & adversario? Et sciendum est, sive agant, sive conveniantur, dari hunc curatorem posse: sed 31 non alias 32, quam si ipse petat, cui dari eum oportet. † Denique Cassius libro VI scripsit, talem curatorem neminem dari posse, nisi 33 præsentem 34: neque cuique nisi præsenti & postulanti. Itaque infanti non potest dari. † Idem Cassius ait, si pupillus curatorem poscere non vult, quominus cum eo agatur, cogi 35 eum à Prætore debuisse. §. 3. Quolibet 36 loco & tempore 37 hunc curatorem dari posse, Pomponius lib. XVI ad Sabinum scripsit. §. 4. Si pupillus petat talem curatorem, nec 38 addat *in quam rem*, an in omnes controversias datus sit? Et ait Celsus, Servium constituisse, in omnes 39 res datum videri.

1 Ulp. 11. & 1. *Inst. 13. Nov. 118. cap. 5. Nov 72. 94. 155. Nov. Leon. 68. & 37 Basilog. 1. & 5 Harmenopul. 11.* Plato 1 *de legib.*

2 Διοικῶν τὴν, *Theophil. Harmen. ibid.* §. 1. sed in §. 1 ff. *eod.* legimus *eam vim & potestatem.* In summa, non simpliciter dicitur *vis & potestas*, sed *potestas ad tuendum eum*, &c. *Goth.* Vide Forcat. *Neocyomant. dialog. 66.* S. L.

3 Causa formalis tutelæ.

4 In persona, seu homine. Causa hæc materialis tutelæ.

5 Inde sit, ut pupillo in servitutem redacto finiatur tutela, *l. 14. §. 1. ff. eod.* nec quisquam tutelæ administrandæ capax sit, nisi liber. Porro *liberum caput* dicimus eum, qui alterius potestati non sit subjectus.

6 Causa finalis tutelæ.

7 Id est, pupilli impuberis personam. *l. 14. ff. de test. tut.* Curator enim bonis & rebus datur principaliter.

8 Non ut per pupillum adquirat tutor, ut pater per filium.

9 Impuberem: *Inst. de curatoribus princ.*

10 Suo ingenio, consilio.

11 Legibus duodecim tabularum, & constitutionibus. Causa efficiens. Vel ita: Lege, Senatusconsultis, moribus, Ulp. 1. §. 2. Non igitur jure naturæ, non gentium? Imo, & jure naturali. *§. penult. Inst. de Attil. tut. l. 1. ff. de minorib.* 12 Datur legitima, permittitur testamentaria. *§. 1. Inst. eod.* Cujac. *ibid.* Vel ita: datur propinquis, permissa vero est parentibus & judicibus. *Wesemb.*

13 Auctoritatem, administrationem. 14 Nomen quodque rei ipsi consentaneum atque conveniens esse debet. 15 Argumentum affirmative hic sumitur ab *etymo*, sed efficacius negative: nisi factum juri repugnet, aut consuetudo nova aliud inducat: nec enim possum dicere, Non recte gerit tutelam, non igitur est tutor. Non sunt obnupta, ergo nec nupta. vide Everardum, *Topicis, loco 4 ab Etymologia.* 16 *l. 17. ff. eod. l. penult. in fin. ff. de legitimis tutoribus.* 17 Auctoritas non interponitur per nuncium, aut epistolam. dixi ad *l. 9. §. 5. ff. de auctoris. tutor.* Aut potius non potest interponi, nisi ipse tutor loquatur, *ut hic.* vel audiat. §. 3. ff. *eod.* 18 Vide *l. penult. & ult. ff. de legit.* 19 Tutor esse non potest, qui vel loqui vel audire non potest.

20 Cur non est exigendum? quia cum detur invito, non est necesse petitionem ejus exigi. Hoc amplius adjicitur, Tutorem à judice dari, nemine etiam postulante. 21 Datur enim ignoranti & invito. *l 6. ff. de tutoribus datis.* 22 Curator non datur tutori non habenti: ubi tutelæ ætas indiget, ibi cura cessat. Proinde pupillus, furiosus factus, ut pupillus, tutela; non ut furiosus cura, continebitur. Tutorem habens, per furorem in curam non redigitur. 23 Quæ furiolis dat curatorem. 24 Dat enim curatores majoribus 25 annis. §. 3. *Inst. de curatorib.* 25 Adde *l. 6. in princ. ff. quod cujusque.* 26 Atqui curator non datur nisi volenti adulto. §. *item inviti Inst. de curatoribus.* ut quæri possit, quemadmodum furioso curator detur? An dicemus, legem id effingere, ut sibi tutorem petiisse intelligatur, cum ejus interfit curatore regi? 27 Curatore ut furiosus opus non habet is, quem ætas curæ vel tutelæ subjicit. Cur ita? Ætati magis, quam dementiæ ejus tantisper est consulendum, *ut hic.* ætatis ratio seu causa est à natura: dementiæ, à casu. Naturæ causam, seu originis qualitatem inspicimus potius, quam accidentariam.

28 Causa naturalis in dubio magis inspicitur, quam accidentalis. v. quæ not. ad *l. 5. ff. de fidejuss.*

29 *l. 2. in fin. C. de in litem dando. §. ult. Inst. de auctor.* 30 Id est, litem. 31 Curator in litem adversus tutores pupillis datur, posteaquam tamen id ipsis pupillis: imo & præsentibus: quinimo cogendi sunt inviti curatorem in eam finem petere, *ut hic.* Quid, si infans sit pupillus? non datur, nisi præsens periculum aliud suadeat: Tunc enim citatis affinibus & amicis infantis, tutor, curator, vel coadjutor datur, ut ab eo conveniri & in eum agere tutor possit. *Ray. & Bald.*

32 *l. 2. §. pen. ff. qui petant. tut.* non datur igitur invitis. *§. 2. Inst. de curatorib.* 33 Curator in litem dari non potest, nisi præsens, & id acceptans, seu admittens. Quid? poteritne se excusare curator ab eo munere? potest. Quid? curator in litem cogiturne inventarium facere? non cogitur, si rerum nullam habeat administrationem. *Cyn. Bald.* 34 Et adprobantem: potest enim se excusare. *Bald.* 35 Pupillum cogi hoc casu captis pignoribus, notat Baldus. 36 Curatorem in litem potest judex dare de plano, hoc est, vel in privatis suis ædibus, suave domo, vel cubiculo: ut necesse non sit dari à sedente pro Tribunali. 37 Etiam feriato, *l. 2. de feriis.* omni die, *l. 8. §. pen. ff. de tutorib. datis.* adde *l. 8. C. de feriis.* adde Rebuffum, *in tr. de sentent. provisionalib. art. 3. gloss. 2.* Cur in litem curator quovis loco & tempore dari potest? An quod hujus curatoris datio proprie non pertineat ad litis ordinationem, ut vult Azo? An potius, quod femiplena cognitione & inquisitione dari possit, ut Petrus & Dynus existimant? cum proprie ex inquisitione datus non dicatur, qui datus sit die feriata, & judice non sedente pro tribunali.

38 Indefinite decretum interpositum generaliter interpositum intelligitur.

39 Curator ad res omnes in dubio datus intelligitur. *l. 4. l. 5. ff. eod.*

40 Indefinite æquipollet universali, Bald. *l. 8. §. 3. ff. de pign. act. l. 43. l. 44 ff. de legat. 2.* Imo speciali. *l. 2. ff. de liberis & posthumis.* Sed ibi de odiosis: hic de favorabilibus agitur. Non æquipollet etiam universali, ubi non est eadem ratio *l 29. §. 4. ff. de legat 3. l. 1. l. 38 §. 2. ff. de auro.*

41 Indistincte liti curator datus, hoc non expresso, an ad agendum, vel defendendum sit datus, necne, intelligitur datus secundum naturam litis ad omnem litem: ut si duplex judicium sit, vices actoris, & rei simul subeat.

42 Quid? procurator, vel Syndicus indistincte datus num intelligitur datus ad lites etiam futuras? non intelligitur ad lites futuras datus, nisi lites futuræ pendeant à pretiis, aut sint eis connexæ.

43 Curator in duplicibus judiciis datus, debet subire partes actoris & rei. Curator enim liti datur secundum naturam litis. *Bald.* & ad agendum datus defendere

IV. Paulus lib. VIII ad Sabinum.

QUod dicitur, *si* 40 *indistincte* 41 *datus sit curator, in totam litem datum videri*, fortasse eo spectet, si familiæ erciscundæ, aut communi dividundo, aut finium regundorum actio esset cum tutore: & si indistincte datus esset, non solum eo nomine curator esset, quod 42 ageret pupillus pupillave, sed invicem 43 quoque, quod cum his ageretur. §. 1. Possunt autem vel plures 44 in plurium locum, vel unus in 45 plurium 46, vel unus unius loco, vel in unam 47 litem, vel in plures curator peti.

V. Pomponius lib. XVII ad Sabinum.

CUm semel petitus sit talis 48 curator, quamdiu is curator maneat 49, alius in eandem litem 50 curator peti non potest 51.

§. 1. Et, si Titius (verbi gratia) adversus Seium 52 curator petitus sit, idem 53 Titius adversus alium tutorem dari poterit: ut ex diversis causis 53 unus duorum curatorum 54 locum obtineat. † Quod quidem & adversus eundem 55 accidet, si in diversas lites in diversis temporibus idem petatur.

De mutis. 1. De tutela dativa. 3. De surdo impubere. 4. De eo, cujus pater est apud hostes.

VI. Ulpianus lib. XXXVIII ad Sabinum.

MUto 56 itemque mutæ 57 impuberibus tutorem dari posse, verum est: Sed an auctoritas eis 58 accommodari possit, dubitatur? Et, si potest tacenti 59, & muto potest: est autem verius (ut Julianus libro XXI Digestorum scripsit) etiam tacentibus 60 auctoritatem posse accommodari. §. 1. Sub conditione 61 à Præsidibus 62 provinciarum non 63 posse dari tutorem 64, placet: & si datus sit, nullius esse momenti dationem: Et ita Pomponius ait: Hanc autem adjectionem, quam Præsides provinciarum faciunt, TUTOREM DO SI SATISDEDERIT, non 65 conditionem in re 66, sed admonitionem, non aliter ei tutelam committi, quam [si satisfecerit, hoc est, non aliter ei gerere permittendum, quam] si *rem salvam fore* caverit. §. 2. Tutoris datio neque 67 imperii est 68, neque 69 jurisdictionis 70: sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit vel Lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps 71. §. 3. Surdo 72 impuberi potest tutor dari.

§. 4. Ei 73, cujus pater in hostium potestate est, tutorem dari [non] posse palam est 74: Sed si datus sit, an in pendenti sit datio, quæri potest? Et non puto dationem valere: sic enim post patris regressum recidit in potestatem, atque si nunquam pater ab hostibus captus fuisset. Imo curator 75 substantiæ dari debet, ne in medio pereat.

38 *l. 5 in fin. ff. de procurator.* 44 Imo, unus tantum dandus est. *l. 5 in fin. ff. judicatum solvi.* 45 *l. 9. §. de pact. l. 31. §. 1. ff. de procuratoris.* 46 An pupillorum, ut vult Accursius? An potius plurium tutorum adversus pupillos litigantium? Quod magis est: solet enim eo casu curator dari. 47 Curator in unam litem, plureve lites dari potest. 48 In litem. 49 *Al.* manebit, *vel* manserit. 50 Secus in aliam: Curatorem enim in litem habenti ad eandem litem alius curator constitui non potest, in aliam potest. Imo & in eandem potest, si modo prior causa cognita revocatus sit à judice: ita non simul, sed successive dari possunt, *ut hic.* 51 Cur successive non possunt dari, cum plures simul dari possint? 52 Tutorem. 53 Ratione diversarum causarum unus & idem vicem duorum curatorum sustinere potest. 54 In litem. 55 Tutorem. 56 *l. 8. in fin. ff. de tutorib. & Harmenop. 11. §. 3.* 57 *l. 8. in fin. ff. de tut. dat.* 58 Invitis impuberibus.

59 Argumentum à tacente ad mutum: Tacenti, ut & muto auctoritas accommodari potest.

60 *l. 13. ff. de auctorit. tutorum.* 61 Expressa scil. non tacita, ut *l. 11. ff. eod. l 8 §. 1. ff. de testam. tutela.* 62 Aliud est in parentibus & testatore. *l. 3. §. 7. ff. de suspect. §. 3. Inst. qui testam. §. 2. §. 5. Inst. quib. mod. tut.* An hæc diversitatis ratio est, quod factum testatoris in eo, quod deficit, potest suppleri per quemcunque judicem, factum judicis non potest expleri, nisi per eundem judicem: ideoque ei injungitur, ut pure & perfecte det, *Bart.* An quod imperfecte datur, qui sub conditione datur, ut merito nullam vim habeat id genus tutoris datio? 63 Sub *Conditione* omnimodo inutiliter datur à Prætore tutor. 64 Aliud in procuratore. *l. 3. ff. de procurat.* Cur tam varie? favor pupilli id expostulat, ne, dum conditionis existentia exspectatur, bona dissipentur. 65 *l. 48. ff. de verb. oblig.* Hæc verba *si satis dederit*, admonitionem in se potius habent, quam conditionem, *ut hic.* ut & hæc verba, *cum petiero, cum poposcero, si petiero.* His ita formulis stipulatio fit præsens, nisi probetur aliud actum. *l. 135. ff. de verb. oblig. l. Titio. 71. ff. de condit. & demonstr.* Aliud est in operarum stipulatione, ut si quis ita à liberto stipulatus erit, *cum petiero. l. cum patronus. 22. ff. de oper. libertor.* Nam illo casu operæ non ante cedunt, quam petitæ fint: res aliæ cedunt ex tempore interpositæ stipulationis. Ut rem finiam, Conditio non videtur, quæ admonitionis vim habet. Imo conditionem facit dictio, *si, l. 48. ff. de condit. indeb.* 66 Cur non habet? quia hic conditio adjicitur ei, quod tacite ac necessitate inest. *l. 3. ff. de leg. 1.* 67 Imperio alicui concesso, tutoris dandi potestatem concessam non esse, hinc colligit Jacobus Aretinus: quod Baldo improbatur: cum una cum territorio hodie transeat universim ea potestas.

68 Imo, imperii est: dantur enim tutores à Præfecto Urbis, & cæteris, *Inst. de Attil.* qui imperium habent. 69 Imo, est jurisdictionis: Prator enim secundum suam jurisdictionem tutorem dat, *§. 4. Inst. de Attil.* & legatus proconsulis, *l. 15. ff. de offic. Proconf.* quem certum est mandata sibi jurisdictione uti. *l. 12. d. titul.* 70 Cujus juris fuerit? mixti imperii, inquiunt interpretes. Minsingerus post Bellonum 1 *supput. 2.* ait, tutoris dationem esse permissionis. Quid? Num utriusque fuerit, ut Accursius sentit? Dic: non omnem tutoris dationem imperii esse, vel jurisdictionis, cum sit aliqua, quæ detur ab imperium vel jurisdictionem non habente. *Goth.* Adde Corsf *lib. 5 miscellan. cap. 24.* S. L. 71 Hene competit jure Magistratus: ideoque is, cui concessum est a Principe imperium, jus dandi tutoris habet. *Bald.* 72 *l. 8. in fin. de tutor. datis.*

73 Curator captivi filio recte datur. *Harm. eod. c. 14.* 74 Ejus enim status dubius est.

75 Captivi & absentis bonis datur curator, ut cum eo possit litigari. *l. 15. ff. ex quibus caus. major. l. 6. in fin. ff. quib. ex caus. in possess.* 76 Pater agnoscens nimis filio injunctum, tenetur in solidum. Cur hic consentiens pater in solidum tenetur, cum eo casu de peculio & in rem verso teneatur? *l. 21. ff. de admin. tut.*

duntaxat de peculio [57]. ... *Aliquamdiu* autem videtur, sive [58] gessit, sive gerenti filio consensit [59], sive omnino attigit tutelam. Unde cum quidam filio scripsisset, ut diligenter tutelam gereret, CUMQUE SCIAS (inquit) PERICULUM AD NOS PERTINERE, dixi, hunc quoque videri adgnovisse. Plane, si solum [61] monuit [62] filium, non videtur agnita.

De patreno tutore.

VIII. IDEM lib. I Opinionum.

PAtronus [63] quoque tutor liberti sui fidem exhibere debet: & si qua in fraudem debitorum [64], quamvis pupilli liberti gesta sunt, revocari jus publicum [65] permittit.

De tutoribus pupillaribus.

IX. MARCIANUS lib. III Institutionum.

IN eos extra [66] ordinem animadvertitur, qui probentur nummis [67] datis [68] tutelam occupasse, vel pretio accepto operam dedisse ut non idoneus tutor daretur: vel consulto [69] in edendo [70] patrimonio quantitatem minuerit [71]: vel evidenti fraude [72] pupillorum bona alienasset.

De municipibus.

X. ULPIANUS [lib. II ad Edictum.]

ETiam non [73] municeps [74] tutor dari [75] potest, dummodo municipi [76] detur.

De furioso dato tutore.

XI. PAULUS lib. III ad Vitellium.

FUriosus, si tutor datus fuerit, potest intelligi ita [77] dari, *Cum suæ mentis esse coperit.*

De tutoribus in locum absentium datis.

XII. IDEM lib. X Responsorum.

QUæsitum est, an hi, qui in locum absentis Reipublicæ [78] causa tutores [79] dati [80] sunt, mortuo [81] illo tutores perseverent? an alii petendi essent? Paulus respondit, eos [82], qui in locum absentis dati sunt, non reverso eo, in eadem causa perseverare usque ad tempus pubertatis.

De curatore dato ad valetudinem, aut senectutem tutoris. 1. De adjutore tutelæ.

XIII. POMPONIUS lib. II Enchiridii.

SOlet etiam curator dari aliquando tutorem [83] habenti, propter adversam tutoris valetudinem, vel senium ætatis: qui magis *administrator* [84] *rerum*, quam *curator* esse intellegitur [85]. §. 1. Est etiam *aujutor* [86] *tutelæ*, quem solet Prætor permittere tutoribus [87] constituere, qui non possunt sufficere administrationi tutelæ: ita tamen, ut suo [88] periculo eum constituant [89].

Quibus modu tutela finitur.

XIV. ULPIANUS lib. XXXVII ad Sabinum.

SI adrogati sunt adhuc impuberes, vel deportati [90] sint pupilli, tutores habere desinunt. §. 1. Item si in servitutem [91] pupillus redigatur, utique finitur tutela. §. 2. Aliis quoque modis desinunt esse tutores: si forte quis ab hostibus [92] fuerit captus, vel pupillus, vel tutor. §. 3. Sed etsi ad tempus [93] fuerit quis datus, tempore finito tutor esse desinit. §. 4. Præterea, si suspectus [94] quis fuerit remotus, desinit [95] esse tutor. §. 5. Sed etsi ad certam conditionem [96] datus sit, æque evenit, ut desinat esse tutor existente conditione.

Si tutor est apud hostes.

XV. IDEM lib. XXXVIII ad Sabinum.

SI quis tutor non sit captus ab hostibus, sed missus ad eos quasi Legatus, aut etiam receptus ab eis, aut transfugerit [97]: quia servus non efficitur, tutor manet [98]: sed interim à Præsidibus alius tutor dabitur.

De fœminis. 1. De transmissione tutelæ.

XVI. GAIUS lib. XII ad Edictum provinciale.

TUtela plerunque [99] virile [100] officium est. §. 1. Et sciendum est, nullam [1] tutelam hereditario jure ad alium transire: Sed ad liberos [2] virilis sexus perfectæ [3] ætatis descendunt legitimæ, cæteræ [4] non descendunt [5].

Si tutor furiosus, aut mutus, aut surdus sit.

XVII. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

COmplura Senatusconsulta facta sunt, Ut in locum [6] furiosi, & muti, & surdi tutoris, alii tutores dentur.

De Fœminis.

XVIII. NERATIUS lib. III Regularum.

FOEminæ tutores [7] dari non possunt: quia id munus masculorum [8] est: nisi à Principe filiorum [9] tutelam specialiter postulent.

---

[57] V. *l.* 11. *ff. de tutelis, & ratione administ.* *l.* 1. *Cujac. in Observ. lib.* 2. *c.* 12. §. *ult. ff. de pecul.* *l.* 2. *in fin. ff. ad municip.*

[58] Agnoscit munus filio injunctum pater vel gerendo, vel consentiendo viva voce, aut scripto.

[59] V. *l.* 51. *ff. de adquir. hered.*

[60] Consensus probatur, quoties nuncupationi cautionem nominati adjicitur.

[61] Creditores ut ... Cujac. *in obs. ult. Eclog.* 37. *tit.* 11. 65.

[62] Momentum verba non obligant: monens filium, ut gerat tutelam, parer agnovisse filii tutelam non videtur.

[63] Jus patronatus à fraude non excusat.

[64] Creditorum. Cujac. ad *l.* 59. *ff. de verb. oblig.* vide *l.* 95. *ff. de solutionib.*

[65] Paulhana actio. vide *ff. quæ in fraudem cred. lit.*

[66] Extra ordinem punitur, qui tutelam redemit, aut alii detulit extra ordinem, id est, arbitrio judicantis. adde *l.* 13. *ff. de pœn.* Acqui salarium tutori constituti potest. *l. à tutoribus.* 33. *in fin. ff. de administ. tutor.* Potest & procurator pecuniam accipere. *l. tutori.* 20. *C. de negot. l. invitus* 17. *C. de procuratorib.* Merito: nam & salarium jam tutori aut futuro tutori constituitur: & procuratoris voluntarium officium est.

[67] *l.* 1. §. 7. *ff. de offic. Præfect. Urb.*

[68] *Subandi*, judici.

[69] *Consulto* hic est malitiose.

[70] Edit patrimonium pupilli tutor, qui id vel demonstrat judici, vel ejus quantitatem in inventarium refert.

[71] Id accidit, si in inventario quid retineatur ex bonis. *l. ult. C. de magistratib. conveniendis.*

[72] *l.* 7. §. 8. *in fine. l. penult. ff. de minorib. l. ult. C. si adverf. vendit.*

[73] *l.* 24. *ff. de tutor. dativ.* Alias veteres quidam legunt, *Etiam municeps.*

[74] Imo non municeps dari non potest. *l.* 1. *in fin. ff. de tutorib. dat.*

[75] Tutorem etiam non municipem municipi judex dare potest, *ut hic.*

[76] Ejusdem municipii vel jurisdictionis homini.

[77] Furiosus tutor sub conditione tacita, *cum suæ mentis erit*, dari potest. An & sub expressa, ut quemadmodum furiosus tutor datus, sub hac conditione datus intelligitur, ut sit tutor, cum suæ mentis fuerit, ita liceat expresse tutorem dare Titium furiosum, cum suæ mentis erit, tutor esto? *l.* 6. §. 1. *ff. eod. l.* 10. §. 3. *ff. eod.* 78 *l.* 1. *C. in quibus causis tutorem non habenti.* vide *l.* 15. *ff. de tut. dat.* 79 *l.* 3. §. 10. *ff. de suspect. l.* 6. *ff. de tutel. & rationib. distrahendis.*

[80] A testatore vel judice. 81 Tutores dati in locum absentis, durant etiam illo defuncto. *Bart.* 82 Substitutus datus in locum absentis, absente non redeunte, durat in officio ad ejus finem usque. 83 *Harmenop.* 11. §. 50. Ita curator vel actor periculo tutoris eligitur: quoties ipse tutor administrare non potest, morbo vel senio impeditus. 84 Et coadjutor. *l.* 10. §. *ultim. ff. de excus. l.* 11. *C. de procurat.* 85 Cujus etiam officium cessat finita necessitate. *d.* §. *ult. Bart.* 86 Actor, §. *ult. Inst. de curatorib. l.* 24. *ff. de adminis. tut. l.* 11. *C. de procur.* Βοηθὸς Constantino: Αἰάντιος Suidæ: diversus ab *Actore*, de quo scripsi ad *l.* 6. *ff. quando ex fact. tut.* adde *l.* 6. *C. quomodo & quando judex.* ὁ κουράτωρ Paul. *ad Galat.* 4. *vers.* 2. 87 *Subandi*, postulandus. 88 *l.* 24. *ff. de admin. tut.* §. 1. *Inst. quibus modis tutela. l.* 5. *C. de auct. præst.*

[89] Id est, constitui postulant. Quid? adjutoris tutelæ officium durante mortuo ipso tutore? non durat. *c. grandi. ext. de supplendo.* 90 Deportari pupillus doli capax potest propter delictum. *l. non solum.* 6. *ff. de in integrum.* 91 §. 1. *Inst. quibus modis tutela.* 92 §. 2. *Inst. de Attil. tut.* 93 §. 5. *Inst. quibus modis tut. l.* 1. *C. in quibus caus. tut. hab.* 94 §. *ult. Inst. quibus modis tutela.* 95 Et alius ejus loco dabatur. Ulpian. 11. §. 13. 96 §. 2. *Inst. quibus mod. tutela. l.* 9. §. 2. *ff. de tutela.* 97 Non ut proditor patriæ, sed ut explorator hostium. 98 Imo transfuga tutor manere non potest, cum postliminii jus non habeat. *l.* 19. *ff. de capt.* 99 Nam interdum mulieres tutelæ officio funguntur. *C. quando mulier tut. off.* vide *l.* 2. *ff. de reg. jur.*

[100] Ut *l. ult. ff. eod. l.* 2. *ff. de regul.* 1 Hereditario jure tutelæ sive testamentariæ, sive dativæ, non transeunt ad heredes. 2 Tanquam æquales, non tanquam heredes. *l.* 46. *ff. familiæ.* adde *l.* 56. *ff. de jure dot.* 3 Olim minores 25. annis legitimi & dativi tutores fiebant. *Inst. de fiduciaria tutela.* Ut quæ de perfecta ætate hic leguntur, adjecta sint à Triboniano, non sint autem Jurisconsulti, ut & in *l.* 4. *l.* 8. *ff. de legitim. tut. l.* 1. *ff. de fidejuss. tutorum.*

[4] Testamentariæ, vel dativæ. 5 Non transmissionis jure, sed gradus ordine.

[6] *l.* 40. *ff. de excusat. tutorum.* Ulpian. 21. 7 Executores tamen ultimarum voluntatum constitui possunt. *Gloss. in l. uxor. ff. ad l. Cornel. de falsis. c. ult. de test. in* 6. 8 *l.* 16. §. *eod. l.* 21. *ff. de tut. dat. l.* 2. *ff. de reg. jur.* 9 V. *C. quando mul. tut. off.*

TIT. II.

DE TESTAMENTARIA [1] TUTELA.

Origo hujus tutelæ. Quibus datur tutor testamento, de sexu, de potestate. 1. De posthumis. 2. De nepote.

I V C. XXVIII; & *l Inst.* 14. & 37 *Eclog.* 2.

I. GAIUS lib. XII ad Edictum provinciale.

LEge [2] duodecim tabularum [3] permissum [4] est [5] parentibus [6] liberis [7] suis, sive fœminini [8] sive masculini sexus, si modo in potestate [9] sint, tutores testamento dare. §. 1. Item scire debemus, etiam posthumis [10] filiis, vel nepotibus, vel cæteris liberis licere parentibus testamento tutores dare: qui modo in ea causa sint, ut, si vivo eo nati fuerint, in potestate ejus futuri [sint], neque testamentum rupturi [11]. §. 2. Item ignorandum non est, eum [12] qui filium in potestate, & nepotem ex eo æque in potestate habebit, si nepoti tutorem dederit, ita recte dedisse videri, si nepos post mortem ejus [13] in patris sui potestatem recasurus [14] non sit: quod evenit, si vivo testatore filius in potestate ejus esse desierit.

II. ULPIANUS lib. II ad Sabinum.

NEc [15] militem [16] liberis recasuris in potestatem tutorem dare posse, à Divis Fratribus rescriptum est.

De codicillis. 1. De datione juris vel non jure facta.

III. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

TEstamento datos tutores accipere debemus etiam eos, qui codicillis [17] testamento [18] confirmatis [19] scripti [20] sunt.

§. 1. Sed eos demum *testamento* datos accipere nos oportet, qui [21] jure [22] dati sunt.

De patre & matre.

IV. MODESTINUS lib. VII Differentiarum.

PAter herede institutò filio vel exheredato [23] tutorem dare potest [24]: mater [25] autem non nisi [26] instituto, quasi [27] in rem potius, quam in personam, tutorem dare videatur. † Sed & inquiri [28] in eum qui matris testamento datus est tutor, oportebit: cum à patre datus, quamvis minus jure datus sit, tamen sine [29] inquisitione [30] confirmatur; nisi si causa, propter quam datus videbatur, in eo mutata [31] sit, veluti si ex amico inimicus, vel ex divite pauperior [32] effectus sit.

De tutore dato filiis, vel filiabus, vel liberis vel posthumis.

V. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

SI quis *filiabus* [*suis* 33] vel *filiis* tutores dederit, etiam [34] posthumæ videtur dedisse: quia *filiæ* appellatione [35] etiam posthuma continetur.

VI. IDEM [lib. XXXIX ad Sabinum.]

QUid, si nepotes [36] sint? an appellatione *filiorum*, & ipsis tutores dati sint, videndum? Et magis est, ut ipsis quoque dati videantur: si modo *liberos* [37] dixit: Cæterum, si *filios*, non continebuntur [38]: aliter enim filii, aliter nepotes appellantur [39]. † Plane, si *posthumis* [40] dederit, tam filii posthumi, quam cæteri liberi continebuntur [41].

De herede.

VII. PAULUS lib. III ad Sabinum.

TUtores non [42] ab herede, sed à [43] testatore protinus [44] proficiscuntur [45], simul atque aliquis heres exstitisset: nam & ipse heres tutor dari potest [46]: & post mortem heredis tutor recte dari potest.

Si tutor esse vetetur. 1. De conditione, de tempore. 3. De duabus conditionibus.

VIII. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

TUtor datus vetari [47] tutor esse potest, vel testamento, vel codicillis [48]. §. 1. Sed si sub [49] conditione fuerit tutor datus, deficiente conditione tutor non erit. §. 2. Tutorem autem & à certo tempore [50] dare, & usque [51] ad certum tempus licet, & sub conditione, & usque [52] ad conditionem. §. 3. In tutoris dationem [53] utrum levissima conditio, an novissima, ut in legato [54], spectanda est? ut puta *Titius* [55], *cum potuit, tutor esto: Titius, si* [56] *navis ex Asia venerit, tutor esto?* Et Julianus libro XX Digestorum recte scripsit, novissimam [57] scripturam esse spectandam.

De

---

[1] V. C. XXVIII; & *l Inst.* 14. & 37 *Eclog.* 2.

[2] Id enim cum fuit legibus *l.* 26. *ff. in fin. eod.*

[3] Cujus hæc verba sunt: Paterfamilias uti legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto. Ulp 11. §. 14. Cornificius *l ad Heren. l.* 53. *l.* 120. *ff. de verbor. signif.*

[4] §. 3. *Inst. de tutelis.* Tutela testamentaria est ex permissione legum.

[5] Ita Tiberius Nero moriens Tiberio & Claudio Druso filiis tutorem reliquit Octavium Cæsarem. Dion 48. sic & Virginium Rufum sibi tutorem relictum Plinius scribit 2 *epist.* 1. Cicer. 13 *epist.* 61. *ad Sulpic.* Pinnius me tum tutorem, tum etiam secundum heredem instituit.

[6] An matri? dat quidem mater tutorem testamento, sed qui indigeat confirmatione. *l.* 4. *ff. eod.*

[7] An etiam emancipatis? ita datus confirmandus est. *l.* 3. *ff. de confirm. tutore.* An spuriis? non valet datio: quia non sunt jure filii.

[8] Fœminis dari tutores, & propter ætatem, & propter rerum forensium ignorantiam, testis est Ulpianus 11. §. 1.

[9] Adde *l.* 2. *ff. de reg. jur.* & emancipato: sed confirmandus est. §. *ult. Inst. de tutelis.* Goth. Adde *l.* 1. *ff. de confirm. tutor.* Ans.

[10] Vide §. 4. *Inst. de tutelis.* Posthumis dare tutorem possumus, si modo sint in nostra potestate, & agnascendo non rumpant testamentum, & si non sint recasturi in alterius potestatem.

[11] Ut quia instituti vel exheredati, non præteriti. vide *hic* Alberic. & *Bald.*

[12] *l.* 10. §. 2. *ff. eod.*

[13] *Subandi*, avi.

[14] §. 3. *Inst. de tut.* 15 Multo minus paganum. 16 Cur ita? v. *l.* 28. *in fin ff. de militari testam.* 17 Confirmata quod sit in dispositione, videtur fieri in dispositione confirmante, & retro. *Bald.* 18 An potest dari tutor ab intestato codicillis? negat Baldus: confirmandus est tamen à Judice. *l.* 3. *ff. de confir. tut.* 19 Quod hodie sæpius intelligitur. §. 1. *Inst. de codicill.* Bart. *hic.* Quod in confirmata fit dispositione, ut antea dicebam, id videtur fieri in dispositione confirmante: Confirmatio retro fingit. Quid, si tutor datus est ab intestato, hoc est, codicillis testamento non confirmatis? confirmandus erit a Judice, ut minus solenniter datus. *l.* 1. *ff. tir. prox.* 20 Quid? num hic requiritur expressa confirmatio: an & sufficit tacita? Hoc Accursius: illud Petrus ait: Prius verius est, cum taciti & expressi eadem sit virtus. 21 *Testamentum* id proprie ac vere dicitur, quod jure factum est. 22 Paria sunt, non fieri, aut non jure fieri. 23 *l.* 10. §. 2. *in fin ff. eod.* 24 5 *Harm.* 11. §. 3. Goth. *l.* 10. §. 2. *l.* 26. §. 2. *l.* 31. *ff. eod.* Ans. 25 Et avia. *Bart.* 26 *l.* 4. *C. eod.* 27 Tutor à matre datus, in rem potius quam in personam datus videtur. 28 *Sub.* plene, magna cum inquisitione hoc fieri debet, cum filium non instituerit: alias summarie. *l. ult. in fin. ff. qui pet. tut.* Goth. V. *l.* 4. *C. h. t. & ibi* Goth. Ans. 29 §. *ult. Inst. de tutel. l.* 6. *ff. de confirmando tutore.* 30 Plena: sed quali quali. *Bald.* 31 Mutatis moribus mutantur homines. 32 Aut penitus non solvendo: vel ex probo improbus & nequam. *l.* 8. *l.* 9. *ff. de confirm. tutor.* 33 §. *ult. Inst. qui testam. tutor. dari.* 34 Imo filiæ datus tutor, posthumæ datus non videtur: quia legatum filiæ factum non intelligitur de posthumo. *l. qui filiabus.* 17. *ff. de legat.* 1. An hoc ideo fit, quod tutor detur potestatis ratione, quæ est etiam in posthumo (quod tamen esse non videtur. *l. ult. ff. de collat.*)? An quia datur ut filiis aut liberis, quorum voce continentur etiam posthumi? 35 V. *l.* 164. *ff. de verb. sign.*

[36] Nepos *filii* appellatione non continetur, *ut hic.* nisi aliud suaserit evidens voluntas defuncti, vel præsumptio & interpretatio justa. *l.* 59. *ff. de ritu nupt.* Nec *nepotis* igitur nomine pronepos, & sic deinceps. Testatores leges ipsas imitantur. Leges *liberorum* appellatione utuntur. quoties quid universo generi præstitum volunt: *Filiorum*, quoties filiis solis: *nepotum*, quoties nepotibus solis. *l. liberorum.* 220. §. 1. *ff. de verb. sign.* Eadem quoque erit ratio filiorum fratrum vel sororum, quos in usu vocamus nepotes. Accurs. *l.* 2. *C. de success. edicto.* Spartianus, nepotes per fratrem: Ovidius, nepotes à fratre. 37 *Liberorum* (non filiorum) appellatione, nepotes: *posterorum*, nati & posthumi continentur. §. *ult. Inst. qui testam. tutor. dari.* 38 *Subandi*, inspecto communi usu loquendi.

[39] *Subandi*, vulgariter. 40 Posteris. *Hal.* vide quæ scripsi ad Theoph. *Inst. eod.* 41 Cur continebuntur? An quia *posthumi* vox non gradus ipsos distinguit, sed colligit: *filiorum* vero vox gradus ipsos distinguit, ut vult Baldus? 42 Cur non ab heredo tutor proficiscitur? quia si ab herede proficisceretur, heres sibi ipsi tutorem daret. Atqui inter dantem & accipientem differentia esse debet. *l. Prætor.* 4. *ff. tutoribus dat.* Cur à testatore? quia si non ab herede tutor proficiscitur, necesse est à testatore eum procedere. 43 Procedit ab aliquo, quod ab eo emanat tanquam à causa, non tanquam à medio. 44 ἐφεξῆς: idem dicendum est, si fervi non à coheredibus, sed à semetipsis instituti, *l.* 6. §. *ult. ff. de hered. instit.* vide Cujac. 17 *observ.* 28. sed tamen conflat ex *l.* 10. *ff. eod.* heredi tate nondum adita tutorem alium dari posse. 45 Hoc dicit ad distinctionem legatorum & fideicommissorum, quæ omnia ab herede proficiscuntur. 46 Qui non posset dari, si tutelæ datio ab herede etiam proficisceretur. Cujacius, *ibid.* 47 Tutela (ut & executio testamenti) potest codicillis adimi. 48 Testamento confirmatis. 49 *l.* 11. *ff. eod.* Testamentaria tutela diem & conditionem recipit. 50 *Subandi*, testatori licet: ut hoc sit verum in testamentario tutore, de quo hoc titulo agitur, non in dativo, seu dato à Judice. 51 Paul. *ad Galat.* 4. *vers.* 2. 52 Tutela testamentaria diem & conditionem recipit. adde §. 2. *Inst. quib. mod. tut.* 53 *Al.* datione, *subandi*, testamentaria. 54 In quo novissima conditio spectatur. *l.* 87. *ff. de conditionib. & demonstrat.* 55 Hæc levissima conditio est. 56 Hæc novissima conditio est. 57 Ut *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

De aditione.

IX. POMPONIUS lib. III ad Quintum Mucium.

SI nemo hereditatem [56] adierit [57], nihil [58] valet ex his, quæ testamento scripta sunt [59]: si vero unus ex pluribus adierit, tutelæ statim [60] valent: nec [61] expectandum erit, ut omnes hereditatem adeant.

De hereditate jacente. 1. De pluribus dationibus. 2. De nepote. 3. De furioso, 4. Vel servo, datis tutoribus.

X. ULPIANUS [lib. XXXVI ad Sabinum.]

SI hereditas nondum adita [62] sit, ex qua tutor speratur, verius est, alium [63] tutorem posse dari [64]: quasi nondum sit, nec speretur [65]. §. 1. In tutelis testamentariis id sequimur, quod novissimum [66] est: &, si sæpius tutor datus sit, novissimam [67] scripturam intuemur. §. 2. Qui filium & ex eo nepotem habebat [68], si nepoti tutorem dederit, habet disceptationem, an aliquo casu non sit utilis datio? utputa si proponas, filium [69] vivo [70] patre decessisse, & nepotem [71] ex eo successisse vivo avo? Et fortius dicendum est, tutelam quoque [72] è lege [Junia] Velleia [73] confirmatam [74]: nam & Pomponius lib. XVI ex Sabino scripsit, valere tutoris dationem: Cum enim confirmatum sit testamentum [75], consequenter [76] tutoris quoque datio valebit in eo testamento scripta, quod valet, id est, ubi nepos vel heres institutus [77] sit [78], vel nominatim exheredatus sit. §. 3. Si furioso testamento tutor detur, si quidem *Cum [79] furere desierit*, tutorem esse recte datum Proculus existimat [80]: quod si datus sit pure, negat [81] Proculus valere dationem: Sed est verius, quod & Pomponius ait, recte videri datum, & tunc fore tutorem cum sapere cœperit.

§. 4. Servus alienus ita [82] dari tutor potest [83], *Si liber erit, tutor esto*: Quinimo, & si pure datus sit, videtur [84] inesse hæc conditio, *Cum liber erit.* † Potest autem quis & extraneo [85] servo defendere ex hac [86] causa fideicommissariam [87] libertatem: Quid enim interest [88], suum servum, an alienum tutorem scripserit, cum pupilli favore & publicæ utilitatis adsumpta [89] libertas sit in persona ejus, qui tutor scriptus est? Potest igitur & huic [90] fideicommissaria [91] libertas defendi, si voluntas apertissime non refragetur.

De conditione, vel die. 1. De excusatione, 2. Vel remotione, 3. Vel morte, vel capitis deminutione tutoris testamentarii.

XI. IDEM [lib. XXXVII ad Sabinum.]

SI quis sub conditione [92], vel ex die, tutorem dederit, medio [93] tempore alius tutor dandus est: quamvis legitimum tutorem pupillus habeat: * Sciendum est enim, quamdiu testamentaria tutela speratur, legitimam cessare [94]. §. 1. Et si semel ad testamentarium devoluta fuerit tutela, deinde excusatus [95] sit tutor testamentarius, adhuc dicimus, in locum excusati dandum, non ad legitimum tutorem redire tutelam [96]. §. 2. Idem dicimus &, si fuerit remotus: nam & hic idcirco [97] abit, ut alius detur.

§. 3. Quod si tutor testamento datus decesserit [98], ad legitimum tutela redit: quia hic Senatusconsultum cessat. §. 4. Plane si duo pluresve [99] fuerint tutores testamentarii, in locum ejus, qui decessit, vel in civitate esse desiit [100], poterit dari alius [1]: cæterum, si nullus supersit, vel in civitate sit, legitima tutela succedit.

De certa re vel causa.

XII. IDEM [lib. XXXVIII ad Sabinum.]

CErtarum [2] rerum [3], vel causarum [4] testamento [5] tutor dari non [6] potest, nec [7] deductis rebus.

XIII. POMPONIUS [lib. XVII ad Sabinum.]

ET, si datus fuerit, tota [8] datio nihil valebit:

XIV. MARCIANUS [lib. II Institutionum.]

QUia [9] personæ [10], non [11] rei vel causæ datur [12]:

XV. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Sabinum.]

SI tamen tutor detur [13] rei Africanæ [14], vel rei Syriaticæ [15], utilis datio est: Hoc [16] enim jure utimur.

Filiorum, liberorumve, 5. Aut postumorum appellatione qui continentur.

XVI. IDEM lib. XXXIX ad Sabinum.

SI quis ita dederit, *Filius meus tutorem do*: in ea conditione est, ut tam filiis, quam filiabus dedisse videatur: *filiorum* enim appellatione [17] & filiæ [18] continentur. §. 1. Si quis *filio* tutorem dederit, & plures filios habeat: an omnibus filiis dedisse videatur? Et de hoc Pomponius dubitat: Magis autem est, ut omnibus [19] dedisse videatur. §. 2. Si quis *liberis* tutores dederit, vel *filiis*, & habeat quosdam apud hostes, etiam ipsis dedisse videbitur [20]: si non aliud aperte probetur testatorem sensisse. §. 3. Si quis, cum ignoraret se filium Tirium habere, *filiis* tutores dederit [21]: utrum his solis dedisse videatur, quos [22] in potestate scit, an ei quoque, quem ignoravit se habere? Et magis est, ut huic dedisse non videatur [23], licet nomen *filiorum* admittit & ipsum: sed quia de ipso non sensisset, dicendum est cessare in persona ejus dationem. §. 4. Proinde & si certus fuit filium decessisse qui superat, idem erit dicendum: nec enim videtur ei dedisse, quem obisse credebat. §. 5. Si *Postbumis* dederit [24] tutores, hique vivo nascantur, an datio valeat [25]? Et magis [26] est, ut utilis [27] datio fiat, etiamsi vivo eo nascantur.

De satisdatione.

XVII. IDEM [lib. XXXV ad Edictum.]

TEstamento datos tutores non [28] esse cogendos satisdare *rem salvam fore*, certo [29] certius est. Sed nihilominus, cum quis [30] offert satisdationem, ut solus administret, audiendus est [31]: ut Edicto [32] cavetur. Sed recte Prætor etiam cæteris detulit hanc conditionem [33], si & ipsi velint satisdare: nam & si ipsi parati sunt satisdare, non debent excludi [34] alterius oblatione: sed, impleta videlicet ab omnibus satisdatione, omnes gerent, ut qui contentus est magis satis accipere, quam gerere, securus [35] esset [36].

§. 1. Non omnimodo autem is, qui satisdet, præferendus est [37]. Quid enim, si suspecta persona sit, vel turpis, cui tutela committi nec cum satisdatione debeat? vel quid, si jam multa flagitia [38] in tutela admisit? nonne magis repelli & rejici à tutela, quam solus administrare debeat? Nec satis non dantes temere [39] repelluntur: quia plerumque bene probati & idonei atque honesti tutores, etiam si satis non dent, non debent rejici; quinimo nec jubendi sunt satisdare. §. 2. Duplex igitur causæ cognitio est: una ex persona ejus, qui obtulerit satisdationem, quis, & qualis est: alia contutorum [40], quales sunt; num forte ejus existimationis [41], vel ejus honestatis sunt, ut non debeant hanc contumeliam [42] satisdationis subire.

XVIII. CALLISTRATUS lib. III Edicti monitorii.

QUod si plures satisdare parati sint, tunc idonior [43] præferendus erit, ut & tutorum persona inter se, & fidejussorum [44] comparentur [45].

De tutore dativo, de posthumo.

XIX. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

SI nemo tutorum provocet ad satisdationem, sed existat quidam [46] qui tutor non est, desideraretque ut aut satisdent tutores, aut si non dent, parato sibi satisdare committant tutelam, non est audiendus: neque enim aut [47] extero [48] committenda tutela est, aut testamento dati tutores contra jus satisdationi subjiciendi sunt. §. 1. Hoc Edictum *de satisdatione* ad tutores testamentarios pertinet [49]. † Sed & si ex inquisitione dati [50] sunt tutores, Marcellus ait, & ad hos pertinere hoc Edictum, & id Orationem etiam Divorum Fratrum significari: ideoque & illi clausulæ sunt subjecti: ut si cui major [51] pars tutorum decernat, is gerat, quem major [52] pars eligat: quamvis verba Edicti ad testamentarios pertineant. §. 2. Testamento datus postumo [53] tutor, nondum est tutor, nisi postumus edatur: datur tamen adversus eum substituto pupilli negotiorum [54] gestorum [55] actio [56]: sed si partus editus

---

56 Dies tutelæ cedit à die aditæ hereditatis, *ut hic*, non a die mortis, ut legata. *l. tutores. §. cod. l. si is, qui tres. 31. §. 1. §. de excusat. tut.* Ideo regula Catoniana locum non habet in tutela, *l. antepen. §. de regula Catoniana.* Cur ab adita hereditate cedit dies tutelæ? Quæ non transeunt ad heredem, eorum dies cedit ab hereditate adita, non morte testatoris (quod in usufructu & libertate apparet. *l. 1 in fin. l. 1. §. quando dies legat. l. 1. §. in novissimo. C. de caduc.*) Tutela autem non transit ad heredem. *l. tutela. 16. in fin. §. sit. prox.*

57 *l. 10. §. cod. l. 45. §. 1. §. de excus. tut.*

58 Imo valet, *arg. Authent. ex causa. C. de liberis præteritis.* Testamento rupto, quod in eo præteriti aut injuste exheredati liberi sint, institutiones irritæ quidem sunt, ar non legata. *d. Auth.* Testamento rupto ob non aditam hereditatem, tutelæ irritæ manent. *Goth.* Secus Jure Canon. *Viv. lib. 2. decis. 419. num. 3.* An autem & quibus casibus legatum de jure civili debeatur hereditate etiam ex testamento non adita, vid. *l. 88. §. filium. §. de legat. 2. l. 2. §. ult. §. de legitim. hered. l. 14. C. de fideicomm.* Govean. *lib. 1. var. cap. 1.* Andr. Gail. *lib. 2 obs. 134. n. 3.* Covarruv. *cap. Raynut. §. 18. num. 8. exec. de testam.* Gomez. *lib. 2. var. cap. 4 num. 8.* Ans.

59 Igitur aditio hereditatis tutelas præcedet: nullus tutor erit, non denique auctoritatem præstabit tutor ante aditam hereditatem. Proinde & pupilli adire prius hereditatem debebunt, quam tutorem habeant: & tamen dicitur, pupillum sine tutore hereditatem adire non posse, *lege pupillum. 49. §. de adquir. hereditate. l. potuit. 5. C. de jure deliber.* Videntur hæc perplexa & λογόμαχα. An dicemus pupillum adire hereditatem auctoritate Judicis, *l. si infanti. 18. C. de jure delib. l. bonor. 7. C. qui admitti?* An dari curatorem ad adeundam hereditatem? *l. cum quædam. 26. C. de administ. tutor.* (quod non videtur, quia auctoritas curatoris in impubere non est idonea ad hereditatem adeundam. *l. cum in una. 17. §. tutor. 1. §. de appellat. l. fulet. 13. §. tit. prox. §. interdum. Inst. de curatoribus. l. 3. C. in quib. caus. tutor. habenti.*) An potius tutorem dari ad hereditatem adeundam. *arg. l. 10. §. cod. §. 1. Inst. de Attel. §. ult. Inst. de auctor. tutor.*? An vero dicemus existentiam sui heredis confirmare dationem tutelæ, ut *§. postbumi. Inst. de exhered. liberor. §. sui. Inst. de heredum qualitate.* hoc est, suum heredem ipso jure heredem esse, licet se non immiscat, *l. si nemo. 19. in fin. §. cod. l. si. post mortem. 68. §. de legat. 1.* ut ea ratione omnia, quæ testamento continentur, sui heredis existentia, hoc est, eo ipso quod suus aliquis est heres, confirmata intelligantur, sine ulla additione. *l. ita tamen. 27. §. si pater. 3. l. apud Julianum. 11. §. ad Trebell.* ut post Dynum notat Bartolus, Baldus, Albericus: licet Raynaldus neget, existentiam sui heredis id hic præstare (quæ alias confirmat fideicommissa universalia tabularum pupillarium & libertatis, & inducat transmissionem ad heredes etiam extraneos. *l. ita tamen. 27. §. si pater. 3. ad Treb. l. cum quasi. 30. §. sed & si. §. de fideic. libert. l. ex militari. 11. in fin. §. de test. milit. l. apud hostes. 8. C. de suis. l. 3. C. de jure delib.*) eo magis quod existentia sui heredis nomine solo non effectu agere quibusdam dicatur? Dyni opinio verior, hoc adjecto: Dato coherede extraneo, heredi suo aditionem requiri: suo herede solo existente, sine aditione confirmari tutelam. 60 *Sub.* ab adita hereditate, ut paulo ante dixi. 61 Sufficit enim, ut unus aderit. 62 Vide *l. 9. §. cod.*

63 Dixi ad *l. 9. §. cod.* 64 Etiam specialiter ad adeundam hereditatem, *d. l. 9. l. impuberi. §. de tutorib. datis.* qui adita hereditate tutor esse desinet. 65 *Sub.* ut res ita se habeat, hoc est, non adita hereditate. 66 Ut *l. 8. in fin. §. cod. l. penult. in fi. §. de contr. tut.*

67 Id est, ultimam. 68 *V. l. 1. in fin. §. cod.* 69 A me institutum. 70 Atqui vivus non habet heredem, *l. 1. §. de hereditate vendita. l. 1. §. pro herede.* Nepos hic vivo succedit in suitatem, non in hereditatem: ut sit suus, non ut sit heres avi viventis. 71 A me substitutum, quo casu meus filius me vivo moreretur. 72 Non tantum institutionem & alias partes testamenti. 73 De qua lex 29. §. 11. *& segu. §. de lib. & posth.* 74 An dicemus permissum cum Bartolo? an confirmatam universaliter cum Baldo? an confirmatam, quod ad institutionem heredis attinet, cum Dyno? 75 Vide *d. §. 11.* 76 Testamentum, quod per legem Vellejam subsistit, etiam quantum ad tutelam testamentariam habet effectum. *Bald.* 77 Ut *l. 4. §. cod.*

78 *Sub.* una cum filio. 79 Vide *l. 11. §. de tutelis.* 80 Et bene. 81 *Sub.* male.

82 *§. 1. verf. servus autem alienus. Inst. qui testam. tut. dari.* 83 Imo non potest servus dari tutor. *l. in servili. 7. C. qui dare tut. poss.* Non potest a Judice, potest a testatore. 84 Imo non videtur. *d. §. 1.*

85 Argumentum à minori ad majus: Quod nobis licet in servos extraneos, hoc multo magis in nostros licebit. 86 Hoc est, hoc ipso quod tutor datus sit. 87 Vide *l. 5. C. cod. l. 9. C. de fideicommiss. libertatib.* 88 *Sub.* nihil. 89 Id est, admissa. 90 *Sub.* servo alieno, qui tutor testamento datur. 91 *l. 9. C. de fideicommiss. libert. l. 24. §. si quis. §. de fideicommiss. libert.* 2 Paul. *sent. 13. §. ult.* Imo directa. *§. 1. Inst. cod. l. 24. §. 10. §. de fideicommiss. libert.* vide Cujac. *18 observ. 5.* vide *l. 9.* ubi dixi, & ad Theophil. *Instit. quib. modis testam.*

92 Potest enim à parente dari, *§. 3 Inst. cod.* vide quæ notavi ad *l. 6. §. 1. §. de tutelis.*

93 *§. 1. Inst. de Attiliano.* 94 Tutelæ procedunt ad modum hereditatis, id est, jus hereditatis sequuntur: Ut ergo spes heredis instituti excludit venientem ab intestato, ita testamentarius excludit legitimum venientem à lege. *Bald.* 95 *l. 2. C. in quib. caus. tutorem habenti.* Ulpian. 11. §. 23. 96 Cur ita? vel ideo quod à Judice id principaliter agente tutor suspectus removetur, ut alius detur. vide *l. 2. §. de confirm. tutor.* Bart. ut ad eundem pertinent institutio, ad quem destitutio spectat: ejus est conferre, cujus est privare. Illi actus contigui: unus actus ab alio consurgit: ideoque ab eodem pendent. *Bald.* An ideo quod in rectoro remanent reliquiæ testamentariæ? in eo, qui remotus est ob dolum, id esse non potest: ideoque displicet hæc Baldo ratio, *ibid.* 97 *l. 3. §. 9. de legitim. tutorib.* 98 De morte naturali nullum est dubium, nunc enim tutor citra ministerium Judicis removetur, *l. 6. in fin. §. de legitim. tutorib.* si civiliter, secus. *Bart. hic. num. 2.* Bald. 99 Plures tutores testamento dari possunt, *ut hic.* adde *l. 23. §. de tut. dat.* 100 Alteri superstiti ejus tutela non accrescit. *Bald.* 1 Quia debet alius dari loco mortui.

2 Harmenop. 11. §. 6.

3 Puta fundi. *Bald. §. 4. Inst. eod.*

4 Puta administrationi horti, vel vini. *Bald.* aut potius, Gaii pupillum quis appellet, vel pupillum appellare velit.

5 Tutor certæ rei dari testamento non potest, *ut hic.* a Judice potest. Allegans hic & in *l si hereditas. 10. §. cod.*

6 Imo potest. Nam ad adeundam hereditatem potest dari. *l. 10. §. cod. l. impuberi. §. de tutorib. datis. l. cum in una. 17. §. tutor. §. de appellat.* Potest & dari rei Africanæ, vel Syriacæ, *l. 15. §. cod.* Respondeo, datur ad adeundam hereditatem, ideoque tutor ut testamento datus confirmatur: quia tutelæ datio non confirmatur, nisi adeatur hereditas, *l. 9. §. cod.* nec potest adire pupillus sine aliquo tutore. *§. neque. Inst. de auctor. tutor.* Porro quod datur rei Africanæ, vel Syriacæ, non repugnat. Nam qui ita datur universitati bonorum, quæ in Africa sunt, datur non certæ rei, vel causæ. Quin si stricto jure ageremus, dicendum esset rei Africanæ dari non posse. *l ex facto. 35. §. de heredib. instit.* Verum usu ipso obtinuit dari ita posse: unde mox adjicit Ulpianus, *Utile autem est: hoc enim jure utimur.* Ideo vero universæ rei tutorem dari posse Petrus censet, quod tam dissita patrimonia varias tutelas facile admittant. Jacobus de Aretio putat, legem ea permissione tutoris testamento dati onus minuere, ut nec se, ob ita dissita patrimonia, facile excusset.

7 Tutor in personam solam pupilli non datur deductis rebus, *ut hic.* quia datur præcipue & directo in personam: secundo in res ipsas. Datus simpliciter tutor, ad res omnes, in quacunque sint jurisdictione, datus intelligitur.

8 Utile in totum vitiatur injutilis adjectione. vide *leg. per servum. 14. §. 1. §. de usu & habit.* 9 Tutela est personarum, cura rerum ac bonorum: tutor in personam, curator in res dari potest. *l. 8. C. de nupt.* 10 Est enim potestas in personam. *l. 1. §. de tutelis.* 11 Imo rei datur. *leg. 12. §. 3. §. de administr. tut.*

12 Id est, dari debet. 13 Testamento. 14 Tutor dari potest omnibus rebus Africanis, vel Syriacis, *ut hic.* at non ita, rebus in villa aliqua existentibus: ut alia sit ratio rerum unius provinciæ & villæ, ut notat hic Albericus & Porcus, *Instit. qui test.* 15 Vel Syriacæ. *Hal.* adde vel Romanæ, vel provinciali. *l. 27. §. de tutorib. dat.* 16 Quod tutor universitati bonorum dari potest, ratio petenda est non à stricto jure, sed ex usu populi Romani, vel potius utilitate pupilli.

17 *Filiorum* appellatione filiæ etiam continentur, *ut hic.* unde notant, substituum alicui, *si filius filiis decesserit*, non admitti nisi post filias testatoris, hoc est, excludi à filiabus defuncti, nisi mens alia sit testatoris: Alioquin, sine filiis decessisse non videtur, qui moriens filiam reliquit. vide *Manticam. 3. de Conjectur. 13.* Quin & hoc quoque colligitur: Prohibitione facta filiis, *ne alienent*, prohibitionem factam quoque fœminis, ne alienent. de quo vide *Cuncinatum 3. quæst. 15.*

18 Non è contra. *l. 45. §. de legat. 2.* 19 Cujuscunque sexus, & omnibus liberis, etiam illegitimis. vide *l. 116. l. 122. §. de verb. sign. l. 17. §. de legat. 1.* 20 Propter spem postliminii. *Accurs.*

21 An idem erit, si eos tantum heredes instituerit? vide *l. 9. C. de test. milit.* 22 Verba restringimus ad ea, de quibus cogitatum est. 23 *l. 40 in fin. §. de pæn. l. 25. in fin. §. de liber. & posth. l. 3. C. de inoff.* 24 *Sub.* testamento. 25 Valere non videtur, quia appellatione postumorum jam nati non continentur, *l. 10. §. de liberis & posthum. l. 164. §. de verb. sign.*

26 Cur magis? *Posthumi* etiam dicuntur, qui post testamentum nascuntur. 27 *l. ult. C. de postbum.*

28 *Inst. de satisd. tut. in pr.* 29 Idem loquendi genus in *l. stipulatio ista habere licere. 38. §. sicut autem. §. de verb. obl.* 30 *l. 4. C. de tutore, qui non satisd. §. 1. Inst. de satisd. l. 7. §. rem pupili.*

31 Cur ita? collige ex *l. 3. §. 6. §. de administr. tutor.* 32 Id est, secundum formam edicti res pupilli salva foret. *d. l. 4. C.* 33 Cavendi & administrandi. 34 *Sub.* si sunt æque idonei: quippe alias præfertur magis idoneus. *l. 18 §. cod.* 35 Contra contutorem, non pupillum. 36 *Al. al.*

37 Cur ita? vide *l. 6. §. de suspect.* 38 *l. 3. §. 3. de admin. tut. l. 3. §. 4. §. de suspect.* 39 Id est, satis non dantes non temere repelluntur. 40 *Sub.* non satisdantium. 41 Quid existimatio, vide *l. penult. §. 1. §. de extraordin. cognit.* 42 *Satisdatio*, est gravamen honesto & probato viro. *Bald.*

43 Idonei magis præferendi. 44 *Idonior* dicitur, qui fidejubet, quam qui non fidejubet. 45 *l 16. §. de accusat.* 46 Extraneus volens satisdare non repellit tutores ab administratione. 47 Contra quam in licitatione & communi dividundo judicio. v. *leg. 1. C. comm. divid.* 48 Id est, non nominato in testamento. 49 *Sub.* ut ne cogantur satisdare. 50 *Sub.* à majoribus magistratibus: hi enim dari ex inquisitione non satisdant, *ut hic.* qui à minoribus satisdant. *l. pen. §. de confirm. tut.* 51 Pars major tutorum decernere ex se potest unum, qui gerat tutelam. 52 *§. 1. Inst. de satisd. tut. l. 2. §. 7. §. de admin. tut.* 53 De eo, quod quis gerit, ante quam nascatur posthumus, negotiorum gestorum gestorum de eo, quod post eum natum gerit, tutelæ tenetur. 54 *Sub.* si posthumus non nascatur. 55 Ut protutelæ teneatur. *v. l. 1. §. 6. §. de eo, qui pro tutore. l 29. §. de pact.* 56 imo, nec protutelæ, neque negotiorum gestorum actio, sed utilis in factum in eum datur. *lege 24. §. de tutele, & rationibus.*

editus fuerit, deinde hic tutor, prius quam quicquam gereret [56], remotus a tutela fuerit, & hic eadem actione tenebitur: si quid plane gessit post editum partum, de eo quoque, quod ante gessit, tutelæ judicio tenebitur: & omnis [57] administratio in hac actione veniet.

Qui tutores dari possunt.

XX. PAULUS [lib. XXXVIII ad Edictum.]

TUtor [58] incertus [59] dari non potest. §. 1. Testamento *quemlibet* possumus tutorem dare, sive is Prætor sive Consul sit [60]: quia Lex duodecim tabularum id confirmat [61].

XXI. IDEM lib. VIII Brevium.

TEstamento tutores hi [62] dari possunt, dum [63] quibus testamenti factio [64] est.

De libero opinato.

XXII. ULPIANUS lib. XLV ad Edictum.

SI quis tutorem dederit filio suo servum, quem putabat [65] liberum esse, cum esset servus: is neque [66] liber, neque [67] tutor erit.

De datione collata in arbitrium tutoris.

XXIII. AFRICANUS lib. VIII [68] Quæstionum.

TUtor ita recte non datur, *Illi aut* [69] *illi filius meis, utri* [70] *eorum volet* [71], *Titius tutor esto*: Quid enim dicemus, si Titius constituere nolit [72], utri ex filiis tutor esse velit? §. 1. Ita autem recte [73] tutor dabitur, *Titius si* [74] *volet* [75], *illi filio meo tutor esto.*

De pluribus tutoribus.

XXIV. JAVOLENUS [lib. V ex Cassio.]

SI plures tutores sint, à Prætore curatorem posci litis causa supervacuum [76] est: quia altero [77] auctore cum altero agi potest.

De excusatione à tutela unius.

XXV. MODESTINUS [lib. IV Pandectarum.]

DUobus pupillis tutor datus, etsi alterius tutela se excusare potest, cum [78] res [79] separatæ [80] sint, attamen alterius tutor [81] manet.

De matre. 1. De eo, qui à contutoribus rationes accipere debet. 2. De querela inofficiosi.

XXVI. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

IUre nostro [82] tutela communium liberorum matri testamento patris frustra [83] mandatur: nec [84], si provinciæ Præses imperitia [85] lapsus *patris voluntatem sequendam* decreverit, successor [86] ejus sententiam, quam leges nostræ non admittunt, recte sequetur.

§. 1. *Honoris* [87] *causa tutor* datus non videtur, quem pater à cæteris tutoribus, quibus negotia gerenda mandavit, rationes accipere voluit [88]. §. 2. Propter litem inofficiosi testamenti ordinandam exheredato [89] filio, cui tutorem pater [jure] dedit, eundem [90] à Prætore confirmari oportet: eventus [91] judicatæ [92] rei declaravit [93], utrum ex testamento patris, an ex decreto Prætoris auctoritatem acceperit.

Si paterfamilias intestatus decessisset, aut testamentum falsum esse dicatur. 1. De præjudicio.

XXVII. TRYPHONINUS lib. XIV Disputationum.

IDem fiet, si intestatum decessisse patrem pupilli nomine defendatur, falsumve testamentum nomine pupilli dicatur: & si [94] patruus exstet, legitimus tutor futurus ab intestato, quia tutorem habenti tutor dari non potest [95]: nam commodius [96] ipse, qui scriptura continetur, à Prætore dabitur, ut sine ullo litis præjudicio justus tutor auctor pupillo ad eam litem fiat. §. 1. Cum autem ipse patruus, quem tutorem legitimum sibi dicebat pupillus esse, subjectum filium criminaretur [97], & ad se legitimam hereditatem pertinere contenderet, alium tutorem petendum Julianus respondit.

De legato tutori, qui se excusavit, vel ejus filiis. 1. De libertate fideicommissaria. 2. De patrono.

XXVIII. PAPINIANUS lib. IV Responsorum.

QUi tutelam testamento mandatam excusationis jure suscipere noluit [98], ab his quoque legatis summovendus [99] erit, quæ filiis ejus relicta sunt: modo si legata filii non affectione propria, sed in honorem patris meruerunt. §. 1. Verbis [100] fideicommissi manumissus, non jure tutor testamento datur: post libertatem itaque redditam [1], ex voluntate testatoris ad tutelam vocatur. §. 2. Impuberi liberto [2] patronus frustra tutorem dabit: sed voluntatem ejus, si fides inquisitionis congruat, Prætor sequetur.

De eo, qui sibi tutelam adscribit testamento.

XXIX. IDEM lib. XV Responsorum.

EX sententia Senatusconsulti Liboniani [3] tutor non erit, qui se testamento pupillo tutorem [4] scripsit. Cum autem patris voluntas hoc ipsum manu sua declarantis ambigua non esset, eum, quamvis alii [5] tutores essent, curatorem dandum respondi: nec admittendam excusationem, quam jure publico habebat; quoniam promisisse [6] videbatur: nec, ut suspectum removeri.

De tutore incerto.

XXX. PAULUS lib. VI Quæstionum.

DUo [7] sunt Titii, pater, & filius: datus est tutor Titius: nec apparet, de [8] quo sensit testator: Quæro, quid sit juris? respondit, Is datus est, quem dare se testator sensit: si id non apparet, non jus deficit [9], sed probatio. Igitur neuter [10] est tutor [11].

Si testamentum ruptum dicatur.

XXXI. * SCÆVOLA lib. IV Quæstionum.

SI pater exheredatæ [12] filiæ tutores dederit, & testamentum ejus ruptum dicatur nato postumo: commodissimum est, eosdem tutores pupillæ dari ad petendam intestati hereditatem. *

De non ejusdem civitatis civibus. 1. De eo, qui propter rerum rusticam tutor datus est. 2. De servo manore, tutore dato.

XXXII. PAULUS lib. IX Responsorum.

QUæro, an [13] non ejusdem civitatis [14] cives testamento quis tutores dare possit? Paulus respondit, posse. §. 1. Idem Paulus respondit, eum quoque, qui propter rerum rusticam [15] tutor datus est, perinde in omnibus & administrationis & accessionis jure conveniri posse, atque cæteros tutores, qui eodem testamento dati sunt. §. 2. Lucius Titius heredes instituit filios suos pupillaris ætatis, eisque tutores his verbis dedit: *Filius meis tutores sunto Gaius Mævius & Lucius Eros* [16]: cui Eroti libertatem non dedit: fuit autem Ἕρως [17] intra viginti quinque annos ætatis: Quæro, an possit libertatem sibi vindicare? Paulus respondit, quoniam placet, eum [18], qui à domino tutor datus est, libertatem quoque meruisse videri [19], eum quoque, de quo quæritur, in eadem causa habendum; & liberum quidem ab adita hereditate esse, tutela autem post legitimam ætatem [20] onerari.

De particula tum.

XXXIII. JAVOLENUS lib. VIII ex Posterioribus Labeonis.

TUtoribus ita datis, *Lucium Titium tutorem do, Si is non vivit* [21], *tum Gaium Plautium tutorem do*; Titius vixerat, & tutelam gessetat [22], deinde mortuus erat [23]: Trebatius negat, ad Plautium pertinere tutelam; Labeo contra; Proculus, quod Labeo; Ego Trebatii sententiam probo [24], quia illa verba [25] ad mortis tempus referuntur.

De mutatione tutorum in codicillis.

XXXIV. SCÆVOLA lib. X Digestorum.

CUm codicillis [26] ideo alios tutores dare significasset, *Quoniam testamento datos quosdam defunctos, aut excusationem habere posse comperisset*: an nihilominus qui eorum viverent, nec excusati essent, tutores permanerent? Respondit, nihil proponi, cur [27] non permanerent [28].

---

[56] *Sub.* nato posthumo.
[57] Ante natum postumum, & post eum natum.
[58] Ut & is, cui tutor datur, *l.* 22. §. *eadem.* procurator, *lege* 05. §. *de procuratoribus.* institutus, *l.* 62. §. 1. §. *de hered. instit.* legatarius. §. 25. *Inst. de legat.*
[59] *l.* 30 §. *cod.* §. 27. *vers. tutor. Inst. de legat.* aliquando *Eclog. cap.* 7. §. *Harm.* 11. §. 19.
[60] Habet tamen excusationem, §. 3. *Inst. de excusat.*
[61] Cur confirmat? quia in hac specie inferior dat superiorem: Verum quoniam id fit jure testamenti, non jurisdictionis, lex eam dationem confirmat.
[62] *Sub.* tantum.
[63] Et hi cives Romani. Ulp. 11. §. 15.
[64] Passiva: nam filiofamilias non est testamenti factio, qui tamen recte tutor datur. *Inst. cod. in princ.* Imo ii, quibus testamenti faciendi jus est, præter Latinum Junianum. Ulp. 11. §. 15.
[65] §. 1. *Inst. cod. l.* 24. §. 9. §. *de fideicommiss. libertatib.*
[66] Quia putavit liberum, non fertum, eum non manumisit.
[67] Theophil. §. 1. *Instit. qui testamento tutores dari.* Cur? quia servus est.
[68] Vide Cujac. *ad Afric.*
[69] Imo recte utrique datus eo casu intelligitur, *l.* 4. *C. de verb. significe.*
[70] Si ita datur, alterutri datur. *Argum. l.* 16. §. *de leg.* 2.
[71] *Sub.* tutor.
[72] Is omnino ut incertus tutor videtur dari, qui constituere, nisi velit, cogi non potest.
[73] Cur recte? quia est certa persona, cui datur.
[74] An hæc verba referenda sunt ad tutorem? An ad pupillum, ut vult Raynutius, & Petrus?
[75] Obligatio ad aliquod officium (non ad rem pecuniariam) potest in voluntatem ejus, qui gravatur, conferri. *Bart.*
[76] Adeo ut si datus sit, datio nulla sit.
[77] *l.* 9. §. 4. §. *de tutela. l.* 1. *C. de in litem dando tutor.*
[78] Id est, quamvis.
[79] Patrimonia pupillorum.
[80] In testamentis de uno ad aliud non infertur. *Bart.* Separatorum separata debet esse ratio.
[81] Nisi aliam excusationem alleget.
[82] *l.* 16. §. *de tutel.* Scholiast. Harmenop. 1. *tit.* 1. Hodie id jus correctum est: potest enim mater esse tutrix filii sui. *Novell.* 118. *c.* 5. *l.* 2. *C. quando mulier tut. off. l.* 5. §. 8. §. *de Administr. tut. l.* 2. §. 15. §. *ad Tertull.*
[83] Vide *l. ult.* §. *de tutelis.*
[84] Judicis successor sequi factum illegitimum antecessoris sui non debet: adde *leg.* 1. *C. sententi. rescindi non posse.*
[85] Multo magis, si sciens.
[86] Successor factum antecessoris non legitimum sequi non debet. *l.* 9. §. *de reb. eor.*
[87] *Honorarius* non est tutor, qui rogatus est à testatore rationes ab aliis audire, vel accipere, *ut hic.* tametsi videatur cum plena administratione constitutus, & quasi aliis præpositus. vide *l.* 60. §. 2. §. *de ritu nupt. l.* 3. §. 2. §. *de administrat. tut. l.* 34. §. 1. §. *de solutionibus.*
[88] Honorarius enim tutor est, qui non administrationis & bonorum, sed honoris causa datus est, *l.* 3. §. 2. *de admin. tut.* Jussus *accipere rationes ab aliis*, non est honorarius, quando id onus ei injunctum est.
[89] *l.* 31. §. *cod.*
[90] Tutor datus filio exheredato à patre, confirmandus est, ubi dubius est eventus litis movendæ per pupillum: litis, inquam, verbi gratia rescissionis, vel nullitatis.
[91] Eventu aliquid declaratur.
[92] Id est, sententiæ ferendæ in querela inofficiosi testamenti.
[93] *Al.* declarabit.
[94] Dubia tutela testamentaria excluditi legitimam.
[95] *l.* 10. §. *de tutor. datis. l.* 9. *C. qui pet. tut. leg. unica. vers. quod tamen. C. de tutoribus, vel curator. Illustr. l.* 9. *C. qui dari tutores. arg.* §. 1. *Inst. de Attil.* §. 5. *Inst. de curat. l.* 4. *C. in quib. caus. tut. hab.* Goth. Moribus quibus tutorum & curatorum nomina sunt confusa, nihil vetat quo minus tutorem habenti tutor detur, sed ut plurimum alius adjungitur. Autum. *Confer. ad l.* 9. *C. qui dare tutor.* Radelant. *Cur. Traject. decis.* 63. S. L.
[96] Quid ita? Præsumitur pro testamento, licet dicatur falsum. *Bart.*
[97] Tutor non est confirmandus, qui status controversiam motarus pupillo speratur.
[98] Etiam in partem, *l.* 111. §. *de legat.* 1.
[99] *l.* 28. §. 1. *l.* 32. §. *de excusat. tut.*
[100] Qui heredem suum rogat, ut servum suum Erotem manumittat, non recte sic postea scribit, *Eros tutor esto*: Quid ita? quia qui Erotem tutorem esse jubet, eundem directo liberum esse jubet, ac suum idcirco libertum facit: at qui rogavit, heredi libertum attribuit. Is itaque non ex testamento, sed ex heredis manumissione libertatem consequetur.
1 Atqui libertas ei tacite data intelligitur. *l.* 10 *in fin.* §. *cod.* §. 1. *Instit. cod.*
2 *l.* 1. *C. cod.*
3 De quo in inscriptione tituli §. *de falsis. l.* 5. 14 *l.* 15. §. *de falsis. l.* 3. *C. de his, qui sibi adscrib.* Senatusconsultum ita Libonianum fuit de antiquato tutore.
4 *l.* 18. §. 1. §. *de falsis.* adde *l.* 25. §. *de procurat.*
5 *l.* 2. *C. in quib. caus. tut. hab.*
6 *C.* 4 *in fin. Inst. de excus. tut. & l.* 15 §. 1. §. *de excusat. tut.*
7 Vide *l.* 4 *C. de testam.*
8 An de patre, an vero de filio?
9 Justin. & voluntas testatoris tubi quidquam potest, ubi deficit probatio.
10 Vide *l.* 20. §. *cod.*
11 Incertitudinis ratione evitatur condemnatio. vide *l.* 27. §. *de reb. dubiis.*
12 *l.* 26. *in fin.* §. *cod.*
13 Tutorem testamento dare possumus eum, qui nostræ non sit civitatis, *ut hic.* Et tamen judex sibi non subditum, puta urbanus magistratus provincialem aliquem tutorem dare non potest, *l. neque. C. qui dare tutor. l.* 1. *l. divi.* §. *de tutoribus dat. l.* 23. §. 1. §. *de excusat. l.* 1. *C. ubi pet. tut.* Cur tam varie? An quia cum Judex dat tutorem, considerat jurisdictionem suam: testator, cum dat tutorem, suam jurisdictionem non considerat, quia nullam habet, ut Dynus putat?
14 Vide *l.* 10. §. *de tutelis.*
15 *l.* 14. §. 1. & 6. §. *de salut. l.* 1. *C. de peric. tutor.*
16 Duplici quasi nomine hic appellatur Eros simul, & Lucius: Prænomen enim patroni liberti ita adsumebant: Unde notant directam libertatem competuisse.
17 Tutores testamento dati non fiebant ante legitimam ætatem, *ut hic.* §. *furiosus. Inst. qui testamenta facere.* vide *l.* 28. §. *de condition. & demonst.*
18 Tutor a domino datus, hoc ipso libertatem consequitur: *ut hic.* An directam, *ut Inst. qui testam. tutores?* An fideicommissariam? *v. l.* 9. *C. de fideic. libert. l.* 5. *si hereditas.* 10 *in fin.* §. *cod. l.* 24 §. *si quis tutorem* §. *de fideic. libert.* Possis dicere directam: quod testator servum, quasi liberum duplici nomine L. Erotem appellaverit.
19 Tacite, §. 1. *Inst. cod.*
20 §. 2 *Inst. cod.*
21 Verbum præsentis temporis trahitur ad tempus mortis testatoris, non ad tempus testamenti. Quid ita? An id sit ob consequentem vocem *tunc*, quæ extremum tempus notat? An potius id ipsius rei natura fit, de qua nunc agitur, quæ fuadet, unumquemque actum eo potissimum tempore spectari, quo vim sortitur?
22 Post mortem testatoris.
23 Constante tutela.
24 Atqui verbum *legati* amplissime accipiendum est in tutelis, *l.* 120. §. *de verb. signific.*
25 Id est, hic articulus *tum*, ad extremitatem, & tempus mortis refertur, *l.* 4. *in fin.* §. *de condit. & demonstr.* vide *tamen Bald.*
26 *l.* 2. *C. cod.*
27 Cur manent tutores? quia defectus causæ finalis in hac oratione ipsam orationem reddit inutilem. Porro, cum tutores testamento dati permaneant, sequitur tutores codicillis datos, tutores non esse, ut Baldus notat, & post Thomam Albericus.
28 Igitur dati in ultimis codicillis non sunt tutores. *Bald.*

TIT. III.

DE CONFIRMANDO [2] TUTORE, VEL CURATORE.

Propositio. 1. Si tutor testamento recte datus sit, vel non. 2. De patre, & aliis.

1. MODESTINUS lib. VI Excusationum.

IΝΑ μὴ δὲ ἀδεῖ τ βεβαιωθῆναι δυναμένων ἐπιτρόπων ἀσφαλείᾳ μᾶλλον βοηθεῖαι κ ἀδεῖ τούτων σκεψώμεθα.

§. 1. Εἰσί τινες οἱ διδόμενοι ὀρθῶς κ᾽ ἀβεβαίωτοι ἐπίτροποι, τοῦτοι κ᾽ ὑφ᾽ ὧν ἐχρῆν, κ᾽ οἷς ἐχρῆν, κ᾽ οὗ τρόπου ἐχρῆν, κ᾽ ὅπου ἐχρῆν. Πατὴρ γὰρ υἱοῖς, ἢ οἰκογόνοις, οὓς ἐχεῖ ἐν ἐξουσίᾳ, ὀρθῶς δίδωσιν ἐπίτροπον, ἀλλ᾽ ἐν ἀβεβαίωτι.

† Ἐὰν ᾖ ἢ πεῖσαι τοιοῦτον, ὃ μὴ δύναται δοῦναι, οἷον μήτηρ, ἢ πάτραν, ἢ ἀλλότριος τις· ἢ πεῖσαι, ᾧ μὴ δύναται δοῦναι, οἷον πατὴρ ᾧ τῷ μὴ ὄντι ἐν ἐξουσίᾳ, ἢ ὑγιαίνοντι· ἢ ἐὰν εἴπῃ, ΠΑΡΑΚΑΛΩ ΕΠΙΜΕΛΕΣΘΑΙ ΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ· ἢ ἐν κωδικίλλοις μὴ βεβαιωθεῖσιν δῶ ἐπίτροπον, ἢ curatora: τότε τὸ ὠφέλιμον ἀναπληροῦσ ὅτι ἢ ὑπάλληλοι ἐξουσίας αἱ ἀφαιρέσεις σωμχώρησαι, κ᾽ τῶν γνωμῶν βεβαιοῦσ τὰς ἐπιτροπάς.

VT ne [3] de confirmandis tutoribus relinquamus indiscussum, pauca & de his scrutemur.

§. 1. Sunt quidam dati recte tutores secundum [4] testamenta, id est, & à quibus [5] oportet, & quibus oportet [6], & quomodo [7] oportet, & ubi [8] oportet. Pater enim filiis, vel nepotibus, quos habet in potestate, recte dat tutorem, sed in testamento.

† Si autem fuerit persona [9] talis, quæ non potest dare, velut mater [10], aut patronus [11], aut extraneus quis; aut persona, cui non potest dari, velut si pater filio non [12] existenti in potestate, aut filiæ dederit; aut [13] si [14] dixerit, PRECOR TE CURAM HABERE RERUM; aut [15] in [16] codicillis [17] non confirmatis dederit tutorem, aut curatorem: tunc quod deficit, repleri à Consulari [18] potestate constitutiones concesserunt, & secundum [19] mentem confirmari [20] tutores.

§. 2. naturali datus à patre, confirmandus est à Judice, *ut hic.* Quid, si spurio datus est? non est confirmandus, *l.* 1. §. 1. *l.* 4. §. *tit. proximo.*
13 Defectus hic est formæ, vel potius verborum, aut voluntatis.
14 Tutor hoc modo haeve forma minus recte datur.
15 Tutor minus sollenni voluntate codicillis datur.
16 Defectus solennitatis.
17 Facit §. 3. *Inst. de Attil.*
18 V. *l.* 3 §. *cod.* Solennitatis defectum Consul supplere potest.
19 Ex mente testatoris Judex confirmat tutores minus solenni voluntate datos: Judex supplet defectum formæ, personæ, solennitatis, & dubitationis, *l.* 26. *in fin.* §. *tit. prox.*
20 Quid? tutores inutiliter à patre dati, confirmati ita à Judice, num præferentur legitimis? Glossæ sunt in hoc decidendo variæ. Quadam enim censent præferri legitimum: aliæ confirmatum: aliæ concurrere utrumque. Martinus Silius præfert confirmatum, *arg. l. de creation.* 27. *C. de Episcop. aud.* videtur enim quasi testamentarius tutor, cum necessario eum confirmare Judex teneatur. An idem est in eo, qui datus ab extraneo confirmatur à Judice? Non idem: nec enim hic confirmatur necessitate: sed inquisitione facta, ut dativus tutor sit censendus. Unde colligitur hunc tutorem legitimis idoneis existentibus non præferri. adde *hic Albericum*, & *Bald.*

1 Vide *l.* 7. *in fin.* §. *cod.*
2 V. C. XXIX. 39 *Echg.* 3.
3 Late hanc legem explicat & vertit Anton. Augustin. *ad Modestin.* Adde Cujac. *lib.* 7 *observ. c.* 6. S. L.
4 Id est, in testamento, vel alia ultima voluntate.
5 Puta à parentibus paganis, *l.* 1. §. *tit. prox.* milite. *l.* 2. *d. tit.*
6 Puta filiis in potestate, *d. l.* 1.
7 Nec enim omnes dari possunt, *l.* 21. §. *tit. prox.* nec omnes dare.
8 Id est, in ea voluntate, in qua potest dari, testamento sc. vel codicillis. *l.* 3. *d. tit.* An epistola, imperfecto testamento? vide *l.* 2. *C. cod.* vel quo in loco: an de plano, vel pro tribunali? *l.* 7. *in fin.* §. *cod.*
9 Defectus personæ.
10 *l.* 2. §. *cod.*
11 *l.* 4. §. *cod.*
12 Tutor emancipato vel filio

§. 2. Καὶ ἐὰν μὲ πατὴρ ἢ ὁ θεωκώς, αὐθαιτέρω κόδιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολυπραγμονεῖ ὁ ἡγεμὼν, ἀλλ' ἁπλῶς αὐτὸν βεβαιοῖ. Ἐὰν δὲ ἄλλ@ τις, τότε πολυπραγμονεῖ τὸ σωφρονοῦν, εἰ ἴσην ἐπιτηδεῖον.

§. 2. Et siquidem pater fuerit, qui dederit tutorem, amplius nihil [21] ut plurimum inquirit qui præsit [22], sed simpliciter [23] eum confirmat: Si autem alius quis dederit, tunc [24] inquirit personam, si apta sit.

§. 3. Ἐπ εἰδέναι δεῖ, ὅτι κυρώτατ@ κ᾽ ἀβλάβητος κόδ᾽ ὑπὸ πατρὸς ὀρθῶς δίδοται, ἀλλὰ δοθεὶς εἰώθε βεβαιοῦσθ᾽ ὑπὸ τ᾽ ἡγεμόν@.

§. 3. Hoc amplius scire oportet, quoniam curator [25] testamento neque à patre recte [26] datur [27]: sed datum assuetum est confirmari [28] ab eo qui præsit [29].

21 *Al.* nihil multum, hoc sensu: Tutorem à patre inutiliter datum qui judex confirmat, aut nihil penitus inquirit, aut non multum.

22 Δύναμιν@.

23 Simpliciter confirmatur, qui sine inquisitione confirmatur.

24 In tutorum inquisitione judices personam potissimum inquirunt, an apta sit.

25 Cur testamento curator à patre dari non potest? An quia tutor datur invito, non curator, §. *Item inviti. Inst. de curat.*? An quia tutor datur jure patriæ potestatis quæ in personam directa est potius, quam in res, ut putat Cynus in *l. 7. C. de test. tut.*? An quia puberes ipsi curatorem petere possunt, ut necesse non sit curatorem eis à patre dari. *l. 1. C. qui pet. tut.*? An quod in lege XII Tabularum tutelæ testamentariæ, non curæ sit mentio. Ulp. 15. *auctor ad Herennium* 1. *l.* 53. *l.* 120. ff. *de verb. sign.*? Id utcunque placet non tamen omnino cum tutela rei fore in lege XII Tabularum nihil pene aliud videatur, quam rerum ipsarum cura.

Quin & hoc servandum est, curatores pupillis à patre datos confirmari à judice, *ut hic.* dari etiam utiliter testamento liberis non ut puberibus, sed ut furiosis, *l. de creation* 27. *C. de Episcopali audientia.* Quin Dion refert, Cæsarem Octavio puberi dedisse ἐπίτροπ@, ut mox dicetur.

26 *l. 7. C. de test. tut.* §. 1. *Inst. de curatorib.* Cur non datur? an quia lex XII Tabularum, de qua agitur in *l.* 53. ff. *de verb. sign.* loquitur tantum de tutela, non de cura? ut vult Cuj. 7 *obs.* 6. An vero quod pater direcle disponere non potest de pupillis filii ultra pubertatem, *l.* 2. *in pr.* ff. *de vulgari.* 18. *in fin. C. de impub. & alii.* adde *l.* 16. ff *de curat. furioso.*? An quod lex nolit jam adultis prospici testamento, cum sibi possint ipsi prospicere, ut vult Cynus? sed de his plenius paulo ante dictum est.

27 Imo, Dio scribit, testamento Cæsaris Decium Brutum & percussores alios quosdam Gaio Octavio ἐπιτρόπους datos: quo nomine curatores significavit: nam tutores Octavio dari non potuerunt in plena firmataque jam pubertate. vide Cujac. 7 *obs.* 6.

28 Citra inquisitionem, quia lex patris electioni plurimum tribuit, eique confidit, cum nullus sit affectus, qui vincat paternum, *l. ult. pr. C. de curat. furios.* Quid? curator ita testamento datus, num confirmatur invito adulto? Odofredus & Cynus ita putant, & d. §. *item inviti. Inst de curatorib.* referri ad curatores à Judice datos. Verum ab Odofredo dissentit Cynus, & Baldus, ut antea diximus.

29 Decreto Præsidis, vel Prætoris, §. 1. *Inst. de Attilian. tutor.*

30 *l. ult.* ff. *de tutelis.*

31 Imo vivente viro mater tutorem communi filio recte relinquit. Harmen. 5. *tit.* 11.

32 Ut *l.* 1. *C. eod.*

33 Decreto & inquisitione facta, tutor à matre datus confirmatur, *ut hic.*

34 *l. ult. C. eod.*

35 §. 1. *Inst. de curat.*

36 Vel imperfecto, *l.* 2. *C. eod.* vel codicillis. *l.* 1. ff. *eod.*

37 Probatur voluntas patris etiam non solemni testamento.

38 Ut quia dedit tutorem emancipato. §. *ult. Inst. de Tutelæ.*

39 V. quæ scripsi ad *l.* 1. ff. *eod.*

40 Tutorem à fatisdando liberare potest pater testamento etiam non solenni: quin tacite id intelligitur, ut non fatisdet tutor ita datus, si à Judice confirmatus fuerit.

41 Adde *l. ult.* ff. *eod.*

42 *l.* 1. §. 1. ff. *eod.*

43 *d.* §. 1. *l.* 32. *vers. similis est.* ff. *de excusat. tut. Novell.* 117. *cap.* 1.

44 Eligens præsimitur cognoscere eum quem eligit: unde notant, Eligentem indignum, præsumi scientem & prudentem eligere, ut postea eligendi potestate privetur. adde *l.* 1. §. *pænult.* ff. *furti adversus.*

45 Qui impuberem heredem instituit, videtur eum eligere in filium, denique patris loco illi esse. *Bald.* ut & alibi fratris. *l.* 58. *in fin.* ff. *de hered. inst.*

46 *Arg. l. nemo.* 58. ff. *de hered. Inst.*

47 Tutor à patruo testamento instituitur tutor pupilli duplici: uno, quod detur ab eo, qui pupillos in sua potestate non habeat: altero, quod testamento det tutorem. *l.* 1. ff. *eod.*

48 Tutoris confirmatio delegari potest, *ut hic.* at non datio. *l.* 3. *l.* 8. ff. *de tutor. datis.*

49 Municipales scilicet.

50 Tutoris inquisitio & confirmatio cui committitur, is nihil eorum quæ necessaria sunt, prætermittere debet.

51 Id est, patrui.

52 In exigenda cautione.

53 Inquirens utrum persona sit idonea, necne, pronunciare idoneum vel non idoneum debet: qua ratione notant, Judicem decretum interponentem super rerum pupillarium venditione, hoc pronunciare cogi venditionem rerum pupillarium fieri ex causa necessaria. Sed & illud: discussionis faciendæ judicem, eam rite factam pronunciare cogi: nec enim alias solemnem præsumi.

54 *l.* 5. *C. de magistratibus conveniend.*

55 Impuberi, *Hal.* & ita legit Albericus.

56 Aut puberi. *Hal.* Florentinum defendit Charondas: Russardus vero non probat.

57 Curator impuberi, tutor puberi dari non solet: sed tutor, impuberi: curator, puberi.

58 *Sub.* plenam.

59 Vide §. 1. *Inst. de curatoribus.*

60 Naturali filio tutorem pater naturalis dare non potest, *ut hic.* cur non potest? quia filium naturalem non habet in potestate: Patria quippe potestas (cujus jure seu vi tutela à patre mandatur, *l.* 40. ff. *de administ. & pericul.*) justis nuptiis adquiritur. *Inst. de patria potestate.*

61 Id est, confirmatus, ut huic titulo hoc caput cohæreat.

62 *l.* 1. §. 1. ff. *eod.* adde & quintum, mores tutorum. *l. scire oportet.* 21. §. 5. ff. *de tutoribus.*

63 Inquisitionis circumstantias observa: adde *l.* 1. §. 1. ff. *eod. l.* 21. §. 2. ff. *de tutoribus datis.*

64 Vide *C. qui dare tutores.*

65 Decretum judicis, si non pro tribunali sedente judice interpositum sit, nullum est.

66 *l.* 10. ff. *eod. l.* 4. *in fin.* ff. *de test. tut.*

67 Præsimitur voluntas propinqua, seu non ita dudum expressa, durare.

68 Tutorem à patre datum non confirmat judex, si postquam datus est à testatore, cœpit is facultatibus labi, & patrimonium suum deminuere: si mores suos ante honestos aut celatos, in luxuriosis & improbos mutavit, si testatori postea factus est inimicus, *ut hic.* si filio obligari cœpit ex contractu aliquo damnoso. *l.* 9. ff. *eod.* Quid ita? utilitatem pupillorum, patris scripturæ Prætor præferre debet. *l.* 10. ff. *eod.* Deinde noluisse eum confirmari præsimitur testator: videtur enim quisque velle, cum ita liberis ignarus improbos tutores dat, eos à magistratu non confirmari, si magistratui improbi aut pupillis noxii detegentur, *ut hic. & l.* 10. ff. *eod. vers. nam patris voluntate.*

69 Emergentia novo egent consilio & remedio: *Emergentia* autem sunt, quæ inopinato accidunt.

70 *Exardere* inimicitiæ dicuntur, quæ majores fiunt, quam ante, vel etiam quæ de novo incipiunt.

IX. Paulus [lib. singulari de Cognitionibus.]

VEl cum fisco [71] aliquem contractum damnosum miscuisset,

X. Tryphoninus [lib. XIV Disputationum.]

Utilitatem [72] pupillorum Prætor sequitur [73], non scripturam testamenti, vel codicillorum: Nam patris voluntatem Prætor ita accipere [74] debet, si non fuit ignarus [75] scilicet eorum, quæ ipsa Prætor de tutore comperta habet. Quid denique, si postea de eo, quem pater testamento codicillisve non jure dedit, scripsit tutorem esse nolle? Nempe non sequitur primam [76] voluntatem Prætor, à qua pater discessit.

De dato curatore ab avia.

XI. Scævola [lib. XX Digestorum.]

AVia [77] nepotibus curatorem dedit, fideicommisso ei relicto: quæsitum est, an administrare curator compelli debeat? Respondit, curatorem quidem non [78] esse: sed, cum aliquid ei testamento datum esset, teneri [79] eum ex fideicommisso, si non curam susciperet; nisi id quod ei datum esset, nollet petere, aut reddere esset paratus. §. 1. Item quæsitum est, an iste curator satisdare [80] nepotibus debeat? Respondit, quasi curatorem non debere [81]: sed cum fideicommissum ab eo [82] peti posset, fideicommissi [83] nomine satisdare [84] debere.

71 *l. ult. C. qui dare tut. l. unic C. ne tut. vicit.*

72 *l.* 7. §. *fin.* ff. *de annuis.* seu mentem potius quam verba, *l.* 3. §. 9. ff. *de admend.* Goth. Vide Bart. hic, & Covarruv. *var. resolut. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 4. Ans.

73 *Sub.* repellendo tutores, & eos non confirmando.

74 Id est, sequi.

75 *Sub.* pater.

76 *l.* 10. §. 1. ff. *de testam. tut.* Novissimam scripturam testatoris in tutelis confirmandis Judex sequitur.

77 *Quidam* vulgara.

78 *Sub.* nisi con-

firmetur. 79 *Sub.* adultis: quibus curator datus est. At non cogitur præcise curam suscipere; cum legatum ea conditione relictum, *ut curam gereret*, possit vel tum petere, aut acceptum jam reddere. 80 Curator inutiliter datus, confirmandus tamen legis præcepto à Judice, non satisdat rem adulti salvam fore: sed fideicommissi nomine ei relicti, ut id redderet, si curam adultorum non gereret. 81 *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.* 82 Repeti. 83 Restituendi nepotibus si non adumbstres.

84 *Sub.* rem pupilli salvam fore.

Tit. IV.

DE [1] LEGITIMIS [2] TUTORIBUS.

De l. XII tabul. de succedentibus ab intestato. 1. *De consanguinea, de patrona, & ejus liberis.* 2. *Si is, qui ad tutelam legitimam vocatur, sit apud hostes.* 3. *De eo qui latitavit, ne servum manumitteret, de liberto filiæ adsignato.*

1. Ulpianus [lib. XIV ad Sabinum].

LEgitimæ [3] tutelæ Lege [4] duodecim [5] tabularum adgnatis [6] delatæ sunt; & consanguineis [7]: item patronis, id est, his [8] qui ad legitimam hereditatem admitti possint [9]. Hoc summa providentia: ut qui [10] sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur. §. 1. Interdum alibi [11] est hereditas, alibi tutela: utputa si sit consanguinea pupillo: Nam hereditas quidem ad agnatam [12] pertinet, tutela autem ad agnatum [13]. † Item in libertinis [14], si sit patrona, & patroni filius: Nam tutelam patroni filius, hereditatem patrona [15] obtinebit:

† Tantundemque [16] erit & si sit patroni filia, & nepos.

§. 2. Si apud hostes [17] sit frater, inferioris [18] gradus adgnato tutela non defertur: nam & si patronus apud hostes sit, patroni filio tutela non defertur: sed interim [19] à Prætore datur.

§. 3. Interdum [autem] etiam sine hereditate tutela defertur, interdum hereditas sine tutela: utputa in eo [20] qui latitavit [21], cum servum [22] [suum] rogatus esset manumittere. Nam generaliter Divus Pius rescripsit Aurelio Basso, jus patroni eum [23] non [24] habere, his verbis: *Plane tergiversatio eorum, qui subvertere fideicommissam libertatem velint, eo modo puniatur, ne* [25] *jus* [26] *patroni adquirant in eo quem liberum esse nolunt.* † Idem erit, si filiæ adsignatus [27] libertus sit: tutela quidem apud fratres remanebit, ut Marcellus notat, legitima autem hereditas ad sororem pertinebit.

De capitis deminutione pupilli.

II. Idem lib. XXXVII ad Sabinum.

LEgitimam tutelam [28] capitis deminutione [29] pupilli, etiam ea [30] quæ salva civitate contingit [31], amitti, nulla dubitatio est.

De patronis, de fideicommisso, de empto ut manumittatur. 3. *De liberto orcino, & SC. Rubriano.* 4. *Si ex pluribus patronis,* 5. *Aliquis,* 6. *Vel omnes decesserint.* 9. *De morte & capitis deminutione.* 10. *De parentibus, & tutoribus fiduciariis.*

III. Idem lib. XXXVIII ad Sabinum.

TUtela legitima, quæ patronis defertur [è] Lege [32] duodecim tabularum, non quidem specialiter vel nominatim delata est, sed per [33] consequentias [34] hereditatium, quæ ex ipsa Lege patronis datæ sunt. §. 1. Ergo manumissor ex Lege duodecim tabularum tutor est, sive spante [manumisit], sive etiam compulsus ex causa fideicommissi manumisit. §. 2. Sed etsi hac lege emit, *ut manumitteret*, & ex constitutione [35] divi Marci ad Aufidium Victorinum pervenit ad libertatem, dicendum est tutorem esse.

§. 3. Plane, si forte ex Rubriano [36] Senatusconsulto pervenerit ad libertatem, non habebit tutorem eum, qui rogatus est, sed orcinus [37] libertus effectus ad familiam [38] testatoris pertinebit. In qua specie incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, quæ ad patronos non pertinuit. Quod quidem in omnibus orcinis libertis locum habet testamento manumissis. §. 4. Si duo plures manumittant, omnes tutores sunt: Sed si mulier [39] sit inter manumissores, dicendum est solos masculos fore tutores.

§. 5. Sed si aliquis ex patronis decesserit, tutela penes cæteros patro-

1 V C. XXX.

1 *Inst.* 15. 16. 17. 18. 19. Goth. Vide Cuj. *lib.* 11. *obs. cap.* 28. Ant. Cont. *subsessiv. last. lib.* 6. *cap.* 6. §. L.

2 Id est, agnatis, *l.* 1. ff. *eod.* & patronis, &c. Hodie sublata est differentia agnatorum & cognatorum. *Novell.* 118. *c.* 5.

3 Ideo per eminentiam dicuntur *legitimi tutores*, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu propalam, ut agnati: seu per consequentiam, ut patroni. Ulpian. 11. §. 3.

4 Ulpianus paulo id immutat: legitimi aut Senatusconsultis constituti (ut agnati, patroni) aut moribus, ut qui mulieri, pupillove, qui cum suo tutore lege, aut legitimo judicio agere vult. Ulp. 11. §. 2. 24. adde *l.* 7. ff. *de capite minut.*

5 *l.* 3. §. 5. ff. *eod. princ. Inst. de legit. agnat. tutela. pr. Inst. de legit. patr. tutela.*

6 *l.* 6. ff. *eod.* qui hodie non differunt à cognatis. *Nov.* 118. *c.* 5.

7 *Consanguinei* hic, non sunt adguati & cognati, ut perperam notat *Accurs.* sed fratres ex eodem patre, qui capite minuti non sunt: & aliquin, *jungunt* & *consanguinei* sunt diversæ *sanguinis*, est cognatio universa naturalis: *Consanguinitas*, est fraternitas. §. *ult. Inst. de succes. cogn.* ubi ad Accursium scripsi.

8 An adoptivi fratres ad tutelam admittuntur? Accursius negat, Jacob. de Ravenna ait, quod & fratribus suis succedant, & ibi sit tutela, ubi successio sit, *ut hic.*

9 Id est, Patroni non propalam, sed per consequentiam ad tutelam libertorum admittuntur. Ulp. *ibid.* §. 3. per interpretationem, *pr. Inst. de legit. patr. tut.* non tamen ideo minus legitimi quam priores, quod non ex verbis, sed ex sententia legis admittuntur. vid. *l.* 6. *in fi.* ff. *de verb. sign.*

10 *l.* 73. ff. *de reg jur. Inst. de legit. patr. tut.*

11 Id est, ad alium pertinet.

12 Quæ hic *agnata*, paulo ante consanguinea dicta est. Consanguinea porro, sororem est.

13 Forte patruum & remotiorem.

14 *Sub.* impuberibus.

15 *l.* 5. §. 4. ff. *eod.*

16 Nam filiæ deferetur hereditas, tutela nepoti.

17 Aliud si deportatus, *l.* 9. §. 6. ff. *de tut. & rat.* priori casu speratur legitima ob jus postliminii: altero non ita, propter delictum.

18 Quandiu speratur postliminium legitimi tutoris proximi, tandiu non admittitur ad tutelam alius agnatus remotior, sed interim ac pendente postliminio tutor à Prætore datur.

19 Id est, captivus.

20 Herede instituto & adeunte hereditatem.

21 In fraudem libertatis sc. vide *l.* 28. §. *ult.* ff. *de fideicom. lib.* adde *l.* 7. §. 7. ff. *ex quib. caus. in poss.*

22 *Sub.* tunc.

23 *Sub.* rogatum.

24 Ut succederet; cogitur tamen tutelam subire. ff. *eod.* & facit *l.* 3. §. 2. ff. *eo.*

25 Contumaciæ causa quis honores & commoda amittit, non onera.

26 Patronatus jus in eum, quem liberare noluit, nemo consequitur.

27 Adsignant liberis suis plerumque libertus suos patroni. vide *Inst. de adsignat. libert.*

28 Non tamen patronorum. Ulp. 11. §. 9. *l.* 7. ff. *de capit. minut.*

29 Maxima & media: olim etiam minima. adde *l.* 5. *in fi.* ff. *eod.* §. *minima. Inst. de cap. minut.*

30 Ea minima capitis diminutio est.

31 Qualis est adrogatio, *l.* 14. ff. *de tutel.* minima capitis diminutio, §. 4. *Inst. quib. mod. tutela.*

32 Ex lege seu legitimum est, & id quoque quod ex mente & ratione legis ducitur. *l. nominis.* 6. §. *verb. ex leg.* 1. ff. *de verb. sign.*

33 Tutela pupilli penes eum esse debet, penes quem successio. Item à jure succedendi ad jus tutelæ ascendimus. vide *l.* 73. ff. *de reg. jur.*

34 Ulp. 11. §. 3. interpretationem. *Inst. de leg. patr. tut. l.* 73. *pr.* ff. *de reg. jur.*

35 Cujus sit mentio *l.* 2. *C. si mancip. ita fuer. alien.*

36 De quo v. *l.* 26. §. 7. ff. *de fideicomm. lib.*

37 Directo manumissus. Quidam horcinus legunt. Ulp. 2. §. 8. nam & orcum quidam dixere παρὰ τὸ ὄρκ@. Charonianus à Theophilo dicitur quasi Charontis. Cui *ibid.* 38 *l.* 48 ff. *de manum. test.* alias nullius, *l.* 4. ff. *de bon. libert.* quodammodo sibi libertus. *l. un.* §. 8. *de Lat. libert. toll.*

39 *l.* 1. §. 1. ff. *eod. Inst. de legit. patr. tut. in fin. Novell.* 118. *c.* 5.

patronos est, quamvis ille [38] filium reliquerit. Sed & si ab hostibus fuerit captus, interim soli compatroni tutores sunt. Simili modo &, si in servitutem redactus sit, apparet cæteros esse tutores.

§. 6. Sed si omnes patroni decesserint, tunc tutela ad liberos eorum incipit pertinere. §. 7. Proinde si alter ex patronis filium, alter [39] nepotem reliquerit, utrum ad solum filium, an vero & ad nepotem tutela pertineat? Et Marcellus in ea sententia est, ut succedi non posse scribat: Idcirco [41] enim abierunt tutela, ut alii in locum eorum darentur, non ut successio admitteretur. §. 9. Non tantum autem morte [42], verum etiam capitis deminutione successio [43] debet in legitima tutela admitti: Quare si proximior capite deminutus est, qui post eum est, succedit in tutelæ administratione. §. 10. Si patens filium, vel filiam, vel nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes, quos in potestate habeat, emancipet: vicem [44] legitimi tutoris sustinet.

IV. Modestinus [lib. IV Differentiarum].

Quo defuncto, si liberi perfectæ [45] ætatis existant, fiduciarii [46] tutores fratris vel sororis efficiuntur.

De tutela non decernenda. 3. De provocatione ad satisdationem. 5. De captu deminutione.

V. Ulpianus [lib. XXXV ad Edictum].

Legitimos tutores nemo [47] dat: sed [48] Lex [49] duodecim tabularum fecit tutores. §. 1. Sed etiam hos cogi satisdare certum est: in tantum, ut etiam patronum [50] & patroni filium, cæterosque liberos ejus cogi *rem salvam fore* satisdare [51], plerisque videatur. Sed hoc causa [52] cognita Prætorem statuere debere melius est, utrum debeat satisdare patronus, liberique ejus, an non: ut si persona honesta [53] sit, remittatur ei satisdatio, & maxime si substantia modica sit; si autem patroni persona vulgaris, vel minus honesta sit; ibi dicendum est, satisdationem locum habere: Ut * aut modus tutelæ, aut persona [54], aut causa admittat satisdationem. §. 2. In legitimis, & in his qui à Magistratibus dantur, quæritum est, an uni decerni tutela possit? Et ait Labeo, & uni recte tutelam decerni: posse enim aliquos vel absentes, vel furiosos esse: Quæ sententia utilitatis gratia admittenda est, ut uni decernatur administratio. §. 3. An ergo & provocare [55] se invicem secundum superiorem clausulam possint? Et magis est, ut si omnes satis non dederint, vel si finita est satisdatio (nonnunquam enim satisdatio ab eis non petitur, aut satis desinit esse cautum) aut Magistratus municipales ab his quos dederint aut non potuerunt, aut noluerunt satis exigere, posse dici etiam in his, quo casu cautum non est, admittendam provocationem.

§. 4. An ergo & in patronis idem sit dicendum, maxime ubi cessat satisdatio? Et puto, in patronis non oportere admitti provocationem, nisi ex magna causa: ne quis spem successionis deminuat: nam si patrono tutela non fuerit commissa, poterit per compatronum damno adfici, qui solus rem pupilli male administrat.

§. 5. Si legitimus tutor capite minutus [56] sit, dicendum est, desinere eum esse tutorem, & locum esse judicio tutelæ finita tutela.

De intestato.

VI. Paulus [lib. XXXVIII ad Edictum].

Intestato [57] parente mortuo, agnatis [58] defertur tutela. *Intestatus* [59] autem videtur non tantum is qui testamentum non fecit [60], sed & is qui testamento liberis suis tutores non dedit: quantum enim ad tutelam pertinet, intestatus est. † Idem [61] dicemus, si tutor testamento datus adhuc filio impubere manente decesserit [62]: nam tutela ejus ad agnatum revertitur.

Qui sunt agnati.

VII. Gaius [lib. I Institutionum].

Sunt autem *agnati* [63], qui per virilis sexus personas cognatione juncti sunt, quasi à patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepotve ex eo; item patruus, & patrui filius, nepotve ex eo.

De gradu agnatorum.

VIII. Paulus [lib. XXXVIII ad Edictum].

Si reliquero filium Impuberem, & fratrem, & nepotem ex alio filio: constat utrosque esse tutores, si perfectæ [64] ætatis sunt: quia eodem [65] gradu sunt.

IX. Gaius [lib. XII ad Edictum provinciale].

Si plures sunt agnati [66], proximus tutelam nanciscitur [67]: & si eodem gradu plures sint, omnes tutelam nanciscuntur [68].

De agnata. 1. De surdo, vel muto.

X. Hermogenianus [lib. II juris Epitomarum].

Agnato propior fœmina, quo minus sit impuberis adgnati tutor, non objicitur: Idcoque patruus sororem consanguineam habentis fratris filii legitimus erit tutor: nec amita patruo magno, vel matertera fratris filiis, ne sint tutores, obstat. §. 1. Surdus, & [69] mutus, nec [70] legitimi tutores esse possunt: cum nec testamento, nec alio modo utiliter dari possint.

De surdastro.

XI. Paulus [lib. XVI ad Plautium].

Minus autem audiens, potest [71].

38 Qui mortuus est, & ne filius patroni concurrens cum patronis aliis liberti, patrem suum in tutela non repræsentat.

39 *l. 6. in fin. l. 12. §. 1. ff. de tutor.*

40 Patronum pater nepotem, hoc est filio exhæredato hunc colligitur: & ita in regis Roberti causa judicatum refert Baldus hic, & Oldradus. Vide Hotomannum *tract. de patrono & negot.*

41 Vide *l. 11. ff. de tut.*

42 *l. 4. §. 1. ff. de tut. & rat.*

43 Dixi ad Ulpian. 16. *in fin.*

44 §. 6. *Inst. quibus modis jus patriæ potest. Inst. de legitim. patr. tut.*

45 *l. 8. ff. eod.* vide quæ de *perfecta ætate* ad hunc locum scripsi ex *l. 18. ff. eod. & l. 16. §. 1. de tutelis.*

46 Liberi sui emancipatis: ut emancipati emancipatis fiduciarii sint: sui, suis legitimi: ut emancipati suis; ex constitutione Anastasii, legitimi tutores sunt. Cujac. *Inst. de fiduciaria.*

47 Privatus.

48 Legitimi tutores fiunt a lege, non dantur a Judice.

49 *l. 1. ff. eod.*

50 Legitimi tutores, quicunque illi sint, sive patroni sive alii, ut hic notat Baldus, satisdare coguntur, rem pupilli salvam fore. Causa tamen cognita remitti potest illis satisdatio: ut si honesti, locupletes palam, aut nullum fidejussorem nanciscantur: quod & in decreto Judex adjicere debet.

51 Et inventarium facere, *l. ult. C. arbitr.*

52 *l. 13. §. 1. ff. tit. prox.*

53 Honesta vita excusat a satisdatione.

54 *Ut l. 2. §. 4. ff. qui satisd. l. 17. §. 1. ff. de test. tut.*

55 Vide *l. 17. in pr. l. 19. ff. de test. tut.*

56 *l. 2. C. eod. §. ult. Inst. de legit. agn. tut.*

57 Quia tunc testamentaria non speratur. *l. 11. ff. de test. tut.*

58 *l. 1. ff. eod. l. 1. C. eod.*

59 *Intestatus* dicitur, qui testari potuit, neque testatus est. Unde notant, furioso vel mente capto mortuis jure intestati eorum bona non occupari à fisco, posita consuetudine, ut intestatis quibuscunque succedat fiscus: Nec enim proprie furiosos intestatos dici qui testari non potuerunt. *Cyn. Pet. Jacob. Ray. Bald.*

60 §. 1. *Inst. de hered. quæ ab intest.*

61 Ut intestatus videatur quod ad tutelam attinet.

62 *l. 11. §. penult. ff. de testamentaris.*

63 §. 1. *Inst. de legit. agnat. tut. l. 10. §. 1. §. 6. ff. de gradibus.*

64 *l. 4. ff. eod.* vide *quæ scripsi ad l. 16. §. 1. ff. de tutelis.*

65 *l. 9. ff. eod. §. ult. Inst. de cap. diminut. Novell. 118. c. 2.*

66 *Sub.* non eodem gradu constituti. 67 Cujac. 10 *observ.* 11. putat in legibus duodecim tabularum ita scriptum fuisse, *Agnatus proximus familiam nancitor*, id est, prehendito. Quod tamen probat. 68 Quidam legunt *Nancitor.* Festus, *Nancitor, nactus erit, prædatus erit.* (alii legunt *prehenderit*). Item in fœdere Latino, *pecuniam quis nancitor, habeto: & si quid pignoris nancitur, sibi habeto.*

69 *l. 1. §. 2. ff. de tutelis.* 70 Cur? vide *l. 1. in fin. ff. de tutelis.*

71 Adde *l. 1. in fin. ff. de tutelis.*

TIT. V.

DE TUTORIBUS ET CURATORIBUS DATIS [1] AB HIS QUI JUS DANDI HABENT: ET QUI [2], ET IN QUIBUS CAUSIS SPECIALITER [3] DARI POSSUNT.

De provinciis regentibus. 1. De Legato Proconsulis. 2. Quibus Præses tutorem dare potest.

I. Ulpianus [lib. XXXIX ad Sabinum.]

Sive [4] Proconsul [5], sive Præses [6], sive etiam Præfectus Ægypti [7], sive Proconsulatum [obtineat] provinciæ, [vel] temporis [8] causa Præside defuncto, vel quia ipsi [9] provincia regenda commissa est, tutorem dare poterit. §. 1. Legatus [10] quoque Proconsulis ex oratione Divi Marci tutorem dare potest.

§. 2. Quod autem permittitur tutorem dare provinciæ Præsidi, eis tantum [11] permittitur, qui sunt ejusdem [12] provinciæ, vel [13] ibidem domicilium habent [14].

De tutore temporario.

II. Idem lib. XXXV ad Edictum.

Cum quidam tutores dati appellassent [15], quidam autem non adessent: Divus Pius rescripsit, dandum temporarium tutorem, qui tutela fungatur.

Qui dari possint à Magistratu municipali.

III. Idem lib. XXXVI ad Edictum.

Ius dandi tutores datum est omnibus [16] Magistratibus municipalibus [17]: eoque jure utimur: sed illum, qui ab eodem [18] municipio vel [19] agro ejusdem municipii est.

De Prætore.

IV. Idem lib. IX ad leg. Juliam & Papiam.

Prætor ipse se tutorem dare non [20] potest [21]; sicut nec pedaneus [22] judex, nec [23] compromissarius [24] ex sua sententia fieri [25] potest [26].

De præsentibus, absentibus, ignorantibus, invitis.

V. Gaius lib. XII ad Edictum provinciale.

Illud semper constitit, Præsidem posse tutorem dare [27] tam absentem [28] quam præsentem, & tam præsenti quam absenti.

VI. Ulpianus lib. VIII de omnibus tribunalibus.

Nemo ignoranti, & invito [29].

De dote.

VII. Idem lib. I de omnibus tribunalibus.

Non tantum ad dotem [30] dandam [31] nuptuæ curatorem dari oportet, verum etiam ei [quoque] quæ jam nupta est [32]: Sed & ad dotem augendam datur: & mutandæ quoque dotis gratia curator dari potest.

De mandata jurisdictione. 1. De furore Magistratus. 2. Quibus diebus datur tutor. 3. De furiosi, muti, surdi.

VIII. Idem lib. VIII de omnibus Tribunalibus.

Nec [33] mandante Præside alius [34] tutorem dare poterit.

§. 1. Si Prætor vel Præses provinciæ in furore aut dementia constitutus dederit tutorem, non puto valere: quamvis enim Prætor vel Præses sit, nec furor ei magistratum [35] abroget, attamen datio nullius erit momenti. §. 2. Dari tutor omni die [36] poterit. §. 3. Furioso [37], & furiosæ [38], & muto [39], & surdo [40] tutor vel curator à Prætore vel Præside dari poterit.

De hereditate adeunda.

IX. Marcianus lib. IX Institutionum.

Impuberi [41] ad hereditatem adeundam ut tutor detur, ex causa permissum est.

Si erratum sit in petitione tutoris.

X. Idem lib. V Regularum.

Tutor si petitus fuerit habenti [42], sed absente eo, quasi non habenti datus sit, datio nulla est: nam & quoquo modo in petitione tutoris si erratum fuerit in [43] facti causa, maxime post constitutionem Divorum Fratrum, non valet tutoris datio.

De absentia tutoris.

XI. Celsus lib. XI Digestorum.

Curator pupillo vel pupillæ non [44] datur, si [45] tutor eorum affuerit [46].

De his qui rebus suis superesse non possunt. 1. De filio curatore patri dando. 2. De prodigis.

XII. Ulpianus lib. III de officio Proconsulis.

His qui in ea causa sunt ut superesse [47] rebus suis non possint, dare curatorem Proconsulem oportebit. §. 1. Nec dubitabit filium [48] quoque patri curatorem dare: quamvis enim contra sit apud Celsum & apud alios plerosque relatum, quasi indecorum sit patrem à filio regi, attamen D. Pius Justio 49 Celeri, item

1 v C. XXXIV & *l. Inst. 20.*

2 v C. XXXV.

3 v C. XXXIII. & 1. 2. 3. 4. 5. 6.

4 5 Harmen. 11. §. 18.

5 Facit *lex* 8. *l. 9. §. 2. ff. de offic. Proconsul.*

6 Facit *l. 11. §. de off. Præfid. §. 4. Inst. de Attil.*

7 Ut & Juridicus Alexandriæ. *d. §. 4. l. 2. §. de off. Jurid.*

8 Ad eum pertinet titulus legis 2. *C. de off. ejus, qui vicem.*

9 Vicarium Præsidis tutorem dare posse, hinc colligunt.

10 *l. fin. §. de off. proconsul.*

11 Jurisdictionis actus non exercentur, nisi in personam subditam.

12 *l. 27. §. eod. l. 3. §. de offic. Præf. l. ult. §. de jurisdict. l. 3. in fin. §. eod. l. 1. § penult. l. 23. in fin. §. de excus. tut. §. 4. Inst. de Attil.*

13 Loci alicujus esse ii videntur, qui ex eo loco sunt originis ratione.

14 Imo, non municipes dari possunt, *leg. 10. §. de tutelis.*

15 A sententia excusationem non admittente, *l. 17. in fin. §. de appellat.*

16 Municipalibus magistratibus seu Duumviris tutoris dandi jus initio datum: ut tutoris & curatoris dationem haberent: nimirum, ut tutores darent injussu Præsidum: Hodie non alias possunt, quam jussu Præsidum. *Inst. de Attiliano tutore.* quod & circa defensores Præsides usurparunt. *Novell. 15.* adde quæ scripsi de Duumviris *ad l. 26. §. ad municipalem. & l. 3. §. qui petant tutores.*

17 5 Harmen. 11. §. 19.

18 *l. 1. §. 2. §. eodem.*

19 *l. Insule. 9. §. de judic. l. qui ex vico. 30. §. ad municip.*

20 *l. 4. §. de off. Prætor. l. 5. §. de offic. Præsid.* Goth. Vide in hanc legem Cujac. *lib. 7. observ. 17. S. L.*

21 Imo posse videtur *arg. l. 4. §. quod cuiusque.*

22 *Pedaneus judex* qui humiliora negotia tractat. *l. 5. C. de pedaneis.*

23 Tutelarias causas non com-

promitti, hinc colligit Bartolus & Baldus. 24 *l. 9. §. 2. §. de recept. arbitr.* apud se manumittit, adoptat, emancipat. *l. 2. §. de offic. Præfid.* vide Cujac. 7 *obs. 17.* 25 Sequitur quis eligere non debet, ut nec patronus seipsum præsentare: nec exemplariter se filio substituere. *Bart. in l. 43. §. de vulg. num. 33.* 27 *Absens* & absenti tutor dari potest. 28 Aliud in curatore, *l. 3. §. 2. §. de tutelis.* 29 Invito alio quod facimus, id eo ignorante multo magis perficimus. 30 Doti nupturæ vel nuptæ constituendæ vel augendæ vel mutandæ curator constitui potest. *l. 5. §. 3. 4. l. 61. l. 69. §. 5. §. de jure dot.* vide *l. 22. §. 10 §. soluto.* Ulp 11. §. 20. *l. obligamur. 52. §. 5. §. de oblig.* 31 Et augendam & mutandam. §. *eodem.* dicendam, promittendam: idque ex lege Julia de maritandis ordinibus, Ulp. 11. §. 20. 32 Dos enim post nuptias dari potest, *l. ultim. in pr. C. de donationibus ante nupt.* Paul. 2. *sent 21.* 33 Id est, quamvis Præses putet id sibi mandare licere, *l. 6. §. 2. §. de tutelis.* 34 Alii is tutor dari poterit. *Haloan.*

35 Furor administrationem tollit, at non dignitatem. *l. 20. §. de statu.* 36 Die omni tutor dari potest. vide *l. 3. §. 3. §. de tutelis.* etiam dominico: nisi dandus sit ex inquisitione, *l. naturali. 7. §. de constr. tut. Iacob. Arretin. Bald.* Nam quæ majorem strepitum, id est, causæ cognitionem majorem desiderant, ea die dominico expediri non ita pium sit. 37 *l. 1. C. de curat. furios. §. 3. Inst. de curat.* 38 Impuberibus vel adultis. 39 *l. 6. in pr. §. de tutel. 5* Harmenop. 11. §. 13.

40 *l. 6. §. 3. §. de tutelis.* 41 *l. 13. §. eod.* vide quæ scripsi *ad l. 12. §. de testam. tutel.*

42 *l. 27. §. de testam. tut.* 43 Tutor datus ei cui dari non debuit, & ex causa ex qua dari non debuit, inutiliter datus intelligitur. Quid, si datus est tutor alicui, quasi non habenti tutorem, cum tamen tutorem haberet, sed absentem? Quia obreptum Judici, non valet datio, *ut hic.* si Judex dedit ex officio ultro ac sponte, valet. 44 Nisi forte ad alimenta expedienda. *leg. ult. §. ubi pupilli.*

45 Curator non datur pupillo habenti præsentem tutorem, *ut hic.* datur itaque non habenti præsentem tutorem. 46 Adfuerit, *unlg. Hal.* nisi forte valetudo id exigat. *l. 12. §. de tutelis.*

47 *l. 2. §. de curat. furios.* 48 Curator patri filius dari potest, *l. 1. 2. 4. §. de curat. furios.* Quid, teneturne rationibus patri reddendis? Tenetur sane, ut & mater liberorum tutrix. *d. 2. C. quando mulier.* Quid, pater liberorum tutor, estne rationibus reddendis obnoxius? Ut extraneus obnoxius est, si tutorio nomine administrat: secus, si ut usumfructum habens in bonis filii. *l. si sua perfit. 5. C. de dolo. l. Aurelius. 28. §. Titius. 3. §. de liber. leg. l. liceat. 14. C. ad l. Falcid. l. ult. §. 2. C. de sentent. passis.* 49 Vide Cujac. 10 *obs. 37.* de Justii nomine.

item D. Fratres rescripserunt, *filium, si sobrie vivat, patri curatorem dandum, magis quam extraneum.* §. 2. D. Pius matris querelam de filiis prodigis [50] admisit, ut curatorem accipiant, in hæc verba: *Non est novum quæstum, etsi mentis suæ videbuntur [51] ex sermonibus compotes esse, tamen sic [52] tractare bona ad se pertinentia, ut, nisi subveniatur his, deducantur in egestatem: eligendus itaque erit qui eos consilio regat: nam æquum est, prospicere nos etiam eis, qui, quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum.*

Si impuberi libertas & hereditas relicta sit.

XIII. PAPINIANUS lib. XI Quæstionum.

SI impuberi libertas & hereditas per [53] fideicommissum data sit, & institutus adire nolit: Senatus censuit, eum, si impuberis nomine desideretur, adire cogendum [54]: ut [55] tamen pupillo, pupillæ tutor ab eo cui jus dandi erit, detur, qui tutelam retineat, quoad restituatur hereditas, & *rem salvam fore* ab herede caveatur. Postea D. Hadrianus, ut idem [56] in eo servetur, cui directa libertas data fuerit, rescripsit. §. 1. Quamvis autem à patrono, *rem salvam pupillo fore* non facile cautio [57] exigatur, tamen Senatus pro [58] extraneo haberi voluit eum, qui, quod in ipso fuit, etiam libertate privavit impuberem: & jus quidem liberti quod habet, quia ex causa fideicommissi manumittit, non est ei ablatum: tutela vero sine [59] vinculo cautionis non committitur. Quid ergo, si non caveat? Non dubie tutela non erit apud patronum. §. 2. Sed si puella duodecimum annum [60] impleverit, tutor desinit esse [61]. Quoniam tamen minoribus annorum desiderantibus [62] curatores dari solent, si curator patronus petatur, fides inquisitionis pro vinculo [63] cedet cautionis.

De liberis patroni.

XIV. IDEM lib. XII Quæstionum.

LIbertus non aliis patroni patronæve liberis tutor esse cogitur, quam qui jura patronatus sperare possunt [64].

De excusatione ad tempus.

XV. PAULUS lib. II ad Edictum.

IN omnem [65] rem [66] curator dandus est in ejus tutoris locum, qui reipublicæ [67] causa abfuit.

XVI. IDEM lib. LXXIII ad Edictum.

NEc ille desinit [68] tutor esse [69]: Quod & in omnibus qui ad tempus excusantur, juris est.

De præjudicio.

XVII. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

EI qui de statu [70] suo litigat [71], tutorem dari posse Pomponius scribit: & verum est: ut ita demum teneat datio, si liber est.

De inquisitione.

XVIII. IDEM lib. LXI ad Edictum.

IN dando tutore ex inquisitione, & in eum inquiritur qui Senator [72] est. Et ita Severus rescripsit.

De decurionibus, I. Et Duumviris.

XIX. PAULUS lib. XVI ad Plautium.

VBi absunt [73] hi qui tutores dare possunt, decuriones [74] jubentur dare tutores: dummodo major pars conveniat: ubi non est dubium, quin unum ex se [75] dare possint. §. 1. Magistratus municipalis collegam [76] suum quin dare tutorem possint, non est dubium.

Ventri *non tutor, sed curator datur:* Curatorem *habenti, curator datur: non tutorem habenti tutor.*

XX. MODESTINUS lib. VII Differentiarum.

VEntri [77] tutor à Magistratibus populi Romani dari non potest; curator potest: nam de curatore constituendo Edicto comprehensum est. §. 1. Curatorem [78] habenti quominus alius curator detur, regula juris non est impedimento [79].

De fœmina. 1. De liberis à matre institutis sub conditione, si emancipentur. 2. *Si quis à parentibus prohibitus sit tutor esse.* 3. *De legatione.* 5. *De moribus.* 6. *De his qui se ingerunt aut pecuniam dant.*

XXI. IDEM lib. I Excusationum.

Εἴδενας δεῖ τὰς ἀρχούσας, ὅπως κυρεσθῶσιν ἀφήλικες γυναῖκας ἢ χειροδικήσωσιν.

§. 1. Ἐὰν μήτηρ ἐπὶ τούτῳ τῇ αἱρέσει χρώμενη υἱὸς κληρονόμους, ΕΑΝ ΑΠΟΛΥΘΩΣΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, ἀπολυθέντων τούτων, καὶ ὑφ' ἑτέρου κληρονομισθέντων, αὐτὸς ὁ πατὴρ κυρεσθείς, χειροδικήσει ἢ δυσὶ γαμικῶν βλάπτει, ἵνα μὴ ἄλλη ὁδὸς τούτῳ, ὅπερ σὺν ἡδυλόγῳ ἢ ὑφ' ἑτέρῳ, χρήσεται. Ἐ τοῦτο ἄτοπον ὑπὸ θείας Σεβήρου γενομένου.

§. 2. Ἀλλὰ καὶ τὰς δόσεις γονέων κωλύθη ἐπιτροπεύειν, τοῦτον ὅτε χειροδικεῖσθαι προσήκει· καὶ χειροδικηθεὶς μὴ παραιτήσηται, κωλύεσθαι αὐτὸν ἐπιτροπεύειν, μενούσης δ' ἐπιμέλειας.

§. 3. Τὰς ὑπεξουσίους ὄντας μὴ χειροδικεῖσθαι ἐπιτρόπους ἢ κυρεσθέντας οἱ ἄρχοντες ἐπεὶ δὴ πατὴρ ὃν χρόνον ὑπεξουσίους, ὁ κίνδυνος αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ.

§. 4. Ἐὰν ἐπαρχικὸν ἄνδρα ὑπεξούσιον ὁ ὑπὲρ Ῥώμην ἄρχων δῶ ἐπίτροπον, ἀφεθήσεται.

§. 5. Πρὸς τοῖς λοιποῖς δικαίοις δεῖ τὸν ἀρχοντα καὶ τὰς τρόπους τῶν μελλόντων χειροδικηθήσεσθαι σκοπεῖν, ὅτε μὲν ὑπὸ, ὅτε ἀξίωμα, ὅτως ἱκανὸν πρὸς πίστιν, ὡς ἀρκεῖν προαίρεσις, ἢ χρηστοὶ τρόποι.

§. 6. Διὰ πολλῆς δὲ μάλιστα τῶν προηρημένων οἱ ἄρχοντες, μὴ χειροδικεῖν τοὺς βλαμβομένους ἐπιλέγειν ἑαυτοῖς, ἵνα χειροδικηθῶσιν, ἢ ἀφορμὴν δίδοντας τούτους μὲν κωλύσαι ὑποδύνειν εἶναι νομοθέτηται.

Romanus Princeps [89] dederit tutorem, dimittetur.

§. 5. Cum reliquis [90] oportet Magistratum & mores [91] creandorum investigare: * neque [92] facultates [93] enim, neque dignitas ita sufficiens est ad fidem, ut bona electio [94], vel voluntas, & benigni mores.

§. 6. Semper autem maxime hoc observent Magistratus, ne creent eos qui seipsos volunt ingerere [95] ut creentur, quique pecuniam dant: hos enim & pœnæ obnoxios esse promulgatum est.

De Decurionibus.

XXII. IDEM lib. V Excusationum.

Καὶ οἱ μὴ βουλευταὶ βουλευτῶν ἐπιτροποι, ὥσπερ οἱ βουλευταὶ τοῖς μὴ οὖσι βουλευταῖς.

ET qui non sunt consiliarii [96] vel senatores, consiliariorum, vel senatorum filiis tutores creantur [97]: sicut & consiliarii vel senatores his qui non sunt ex consiliariis vel senatoribus.

De pluribus tutoribus.

XXIII. IDEM lib. IV Pandectarum.

SImul [98] plures [99] tutores dari possunt.

De tutore inquirendo ex vicinis civitatibus.

XXIV. PAULUS lib. IX Responsorum.

DIvi Marcus & Verus Cornelio Proculo: *Si quando [100] definit in civitate, ex qua [1] pupilli oriundi sunt, qui idonei videantur esse tutores: officium sit Magistratuum [2], inquirere ex vicinis [3] civitatibus honestissimum quemque, & nomina Præsidi provinciæ mittere, non ipsos arbitrium dandi sibi vindicare.*

De curatore dato impuberi.

XXV. IDEM lib. X Responsorum.

CUratorem impuberi datum quacunque ex causa, perseverare in diem pubertatis [5] in eadem cura, respondi: Ergo post pubertatem alium curatorem sibi petere debebit.

De tutore dato impuberi opinato.

XXVI. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

SEia egressæ annos duodecim, decreto Prætoris ex inquisitione [6] datus est tutor quasi minori [7]. Quæro, an excusare se deberet? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, neque excusationem necessariam esse, neque obligari quod non gereret.

Si pars bonorum sit Romæ, pars in provincia. 1. De libertinis.

XXVII. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomatorum.

PUpillo, qui [8] tam Romæ quam in provincia facultates habet, rerum [9] quæ sunt Romæ, Prætor [10]: provincialium Præses tutorem dare potest [11]. §. 1. Libertino tutores liberti [12] dandi sunt: Sed etsi ingenuus detur, nec [13] se excusaverit, tutor perseverabit.

Si is ad quem periculum tutelæ spectat, tutor detur.

XXVIII. PAULUS lib. II Decretorum.

ROmanius Appulus ab judice appellaverat [14], dicens *se non debuisse dari in tutela collegam ei* [15], *quem ipse, cum Magistratus esset, nominasset* [16] *suo periculo, ne in una tutela duplex periculum sustineret:* decrevit Imperator, posse quem & fidejussorem [17] pro tutore esse, & nihilominus tutorem dari. Itaque detentus est in tutela.

De absentibus.

XXIX. IDEM lib. singulari de Cognitionibus.

SI peregre agant qui tutores vel curatores dati sunt, ut intra diem trigesimum [18] norum his à Magistratibus fiat, Divus Marcus rescripsit.

habenti. 5 Nec ultra extenditur. *l.* 14. ℣. *de vulgari. l.* 2. *in fin. C. in quibus caus. tutor. hab. l.* 1. *C. quando tutores esse desinant.* 6 Et ita scienter. 7 Et male: facit *l.* 1. §. 2. ℣. *qua sent. l.* 2. *C. quando provoc.* 8 Jurisdictionum diversarum ratione, diversi judices dant tutores. Quid, si uno loco sit origo pupilli: altero domicilium: in tertio bona habeat? judex originis tutorem dabit, & domicilii. Imo & bonorum judex curatorem illis bonis dabit, ut notat Bart. advertus Dynum existimantem, tutorem datum à judice originis, vel domicilii pupilli, bonis in tertio aliquo loco sitis datum intelligi. *arg. l. magis.* 5. §. *illud.* 12. ℣. *de reb. eor. l. propter litem.* 21. §. *licet.* 2. ℣. *de excus. tut.* Pro Bartolo facit *l. Jurisperitos.* 30. §. *cum oriundus.* 1. ℣. *de excus. tut.* 9 Atqui tutor datur persona. *l. quia persona.* 14. ℣. *de test. tut.* Datur persona directo: rebus per consequentias.

10 Vide *l.* 3. *in fin.* ℣. *eod.* 11 Vide *l. un. C. ubi petant. tut.* alias Prætor provincialibus, Præses Urbanis rebus tutorem non dat. *l. ult.* ℣. *de jurisd.* 12 *l.* 1. §. 4. *l.* 44. ℣. *de excusat.*

13 *l.* 3. *C. de excus.* 14 Atqui non appellatur à tutelæ datione. *l.* 1. §. *si quis tutor.* ℣. *quando appell. sit.* Hic appellavit à sententia reprobante excusationem. 15 Ut *l.* 60. §. 1. ℣. *de ritu.*

16 Unus & idem potest esse nominator, & tutor & fidejussor. 17 Fidejubere pro contutore quis potest, idoneus tamen: possunt denique fidejubere alii pro aliis: hinc vicaria fidejussio. adde *Novell.* 53. *c.* 3. §. 2. 18 Vide *l.* 13. §. 1. ℣. *de excus. tut.*

TIT. VI.

QUI PETANT TUTORES VEL CURATORES, ET UBI PETANTUR.

1 V C. XXXI.

De matre.

1. MODESTINUS lib. VII Differentiarum.

MAtris sollicitudo [2] in petendis filio *tutoribus*, non etiam curatoribus, observatur: nisi [3] quo casu impuberi curator petendus est.

De cognatis, affinibus, amicis, educatoribus. 1. De matre. 2. De libertis. 3. De creditoribus. 4. De adulto & ejus procuratore, 5. Et cæteris. 6. De excusatis a tutela.

II. IDEM lib. I Excusationum.

ΕΑΝ οἱ ἀφίλικες μὴ ἔχωσι τὰς ὑπὸ τῶ νόμων κηδεμόνας, ἐὰν μὴ ὑπὸ ἐπιτρόπων δέωνται ἀφ' ὧν ἡλικίαν, δύνανται αὐτοῖς αὐτοῖς ἐπιτρόπους κριθῆσθαι· οὐτε συζυγεῖς, οὐτε οἱ κατ' ἐπιμελείαν οἰκεῖοι

SI minores non habent eos qui ex legibus sunt defensores [4], si quidem tutoribus indigent propter ætatem, possunt petere eis tutores constitui, cognati [5], & qui secundum affini-

89 Inepte, & hic rursum versum: ὁ ἐν Ῥώμῃ ἄρχων, id est, *qui Romæ præest*: magistratus, ἄρχων, *l.* 13. §. 1. §. *ult.* ℣. *de excus. tut. πόλεως ἄρχων. l.* 14. §. 9. ℣. *de excus. tut.* Præfectus Urbi, vel Prætor.

90 Περὶ τοῦς λοιποῦς διακρίσεως.

91 *l.* 8. ℣. *de confirmando.*

92 * *Harmen.* 11. §. 28.

93 *l.* 17. §. 1. ℣. *de testament. tut. l.* 6. ℣. *de suspectis.*

94 Προαίρεσις; consilium, votum, ac studium juvandi pupilli. Ita judex explorabit in eligendo tutore, an recte vitam instituerit, num modestus sit, non egens, non orbus, non vagus, sed locuples, qui norit pueros educare, & eos amet. *Harmenop. 5. tit. 11. §. 2. Theophil. Instit. de satisdat. tut.* vide Anton. August. *hic.*

95 Vel qui adfectant tutelas, §. 5. *Inst. de excusat.* est enim suspectus qui operam impertit. vide *l.* 25. ℣. *de procuratoribus.*

96 Βουλευτῶν vertit *decurionum*: sed sim hac in lege ubi vox *consiliarii* occurrit, ut *l.* 2. §. 8. *in fin. C. de veteri jure. adde Novell.* 38. 49. 87. qui sane sunt Municipales senatores. vide Anton. August. *hic.*

97 Imo non consiliarius consiliario non datur. *l. ipsa nemo.* 15. §. 2. ℣. *de excus. tutel.* Non consiliarius, seu non Senator, in dignitate tamen aliqua constitutus, recte tutor datur consiliario, vel senatori. In nulla dignitate constitutus, secus.

98 Vide *l.* 9. *C. qui dare tutores.*

99 *l.* 1. *C. de tutorib. illustrib.*

100 *l.* 1. §. 10. ℣. *de magistratib. conveniendis.*

1 *l.* 10. ℣. *de tutelis.*

2 Municipalium.

3 *l. C. qui dare tutores.* Goth. Adde *l.* 3. *h. t.* & *l.* 1. §. 10. ℣. *de magistrat. conv.* Auth.

4 Eo casu unius loco sunt. v. quæ scripsi ad *l.* 4. *C. in quibus caus. tutor.*

1 *l.* 1. *l.* 6. *C. eod.*

2 Mater teneatur filiis impuberibus tutorem petere. An adultis curatorem? non tenetur: nisi si impubes curatore opus habeat.

4 Κηδεμόνας: de qua voce v. *l.* 10. §. 7. ℣. *de excus. tut.*

5 V. *l.* 10. *C. eod.* Atqui proximi cognati, ut agnati, hodie legitimi sunt tutores: igitur cum ipsi sint

50 V. *l.* 1. ℣. *de curatore furiosi.*

51 Probatur quis ex sermone, rebus & factis, furiosus, vel mentis compos sit necne. Ita probatur mentis qualitas actu exteriore.

52 Facit *l.* 27. ℣. *de cond. inst.*

53 Atqui tutor servo non datur. *l.* 1. ℣. *de tutel.* Potentia actui propinqua, actus esse videtur: Datur autem hic tutor servo, qui proxime futurus est liber.

54 *l.* 22. §. 1. ℣. *ad Trebell.*

55 *l.* 9. ℣. *eod. l.* 17. *in fin.* ℣. *de appellat.*

56 Nam superiori casu dictum est de tutore dato ei, cui libertas, & hereditas per fideicommissum relicta: hic autem casus pertinet ad eum, cui directa data est.

57 V. *l.* 5. §. 1. ℣. *tit. prox.*

58 Pro patrono non est habendus qui non fungitur officio patroni.

59 *l.* 2. *C. de tutore vel curat. qui non satisd.*

60 Tunc curatorem habere incipit.

61 *l.* 33. §. 1. ℣. *de adminis. tut. l.* 3. *C. quando tutor esse des.*

62 Et sic non invitis. vide §. 1. *Instit. de curatoribus.*

63 Id est, pro fatisdatione. v. *l.* 8. ℣. *de curat. furios.*

64 Sperare autem non possunt liberi ejus, qui fideicommissariam contulit, *l.* 5. §. 22. ℣. *de agnosc. lib. l.* 24. ℣. *de excusat. tut.* sperare possunt ii, quorum parens directam contulit. v. *l.* 5. *C. de excusat. tut.* Accurs. Sed Cujac. 14 *obs.* 6. eorum nomine, qui jura patronatus sperare non possunt, intelligit liberos à patrono exheredatos, qui bonorum possessionem contra tabulas, vel unde legitimi, in bonis liberti petere non possunt. *Goth.* Vide Cujac. *lib.* 14 *observ.* 6. Anf.

65 Præterquam ad hereditatem adeundam. *l. impuberi.* 9. ℣. *eod.*

66 Pupilli.

67 *l.* 12. ℣. *de tutelis.*

68 Etsi possit uti justa exceptione. *l.* 11. §. 2. ℣. *de minoribus.*

69 Ut alius tutor detur, nisi absens desiit esse tutor.

70 *l.* 1. *C. qui dare tutores. l.* 5 *putav.* 6. *C. de petit. hereditat.*

71 Dubii eventus causa suspenditur tutoris datio. Ita dubitatio plerunque magis attenditur, quam veritas.

72 Decurio. *l.* 15. §. 2. ℣. *de excusat. tut.*

73 Absente Magistratu decuriones vel unum ex se tutorem dare possunt.

74 *l.* 3. ℣. *tit. prox.* adde §. 4. *Inst. de Attil.*

75 Ex suo corpore. 76 Vide Cujac. 7 *observ.* 17. 77 Ventri curator datur, non tutor. *l.* 8. ℣. *de curat. furios.* 78 Curatorem habenti, curator dari potest, *ut hic. l.* 12. *C. qui dare tutores.* Tutorem tamen habenti tutor non datur. *l.* 9. *C. qui petant tutores.* 79 Contra quam tutorem habenti. Cur ita? vide Cujac. 17 *observ.* 7. Imo, non contra, quam in tutore. *l.* 21. *in fin.* ℣. *de excusat.* 80 Vide *l. ultim.* ℣. *de tutelis.* 81 Hodie in matre & avia id correctum. vide *C. quando mul. tut. off.* 82 ἐπὶ τούτῳ τῇ αἱρέσει. 83 Puta emancipatione.

84 *Prohibitum* una via, alia non debet esse permissum. *Bart.* 85 An extraneus, ut putat Ferrandus *1 explicat.* 25? An filius, ut Alciatus? quod juri videtur repugnare: ut ne prohibere filium possit pater à tutela: cum vivus ac superstes ipse pro tutela filio delata fatisfidare debeat. *l.* 18. §. 17. ℣. *de excusat.* 86 Finge à matre. vide *l. unic. C. si contra matris voluntatem.*

87 Id est, salva existimatione, salvo honore. *l.* 3. *in fin.* ℣. *de suspect.* Hinc constat Cœlium Rhodiginum graviter errare, qui *epitimiam* hic notat accipi pro jurgio: adde Alciat. 2 *parerg.* 29.

88 Inepte hic versum: ἐπαρχικὸν ἄνδρωπον, verti oportet *provincialem*: id est, eum, qui cum ex provincia esset, Romam legatus venit: De hujusmodi provincialibus legatis agitur. *l.* 2. §. 3. *l.* 8. *l.* 19. §. 3. ℣. *de judic. l.* 35. *in fin.* ℣. *de jurejur.*

lege tutores, necesse non habent tutorem petere. Ponendum est in hac specie testamento datos fuisse tutores, sed remotos, vel excusatos: ita non legitimis, sed dativis opus fuisse, *l. si quis sub condit.* 11. ℣. *de testam. tut.* & ita Dynus, & Bartolus.

ἀναίνων, ἀ[illegible] π, καὶ θηλείων ξυνωνίμων ἐ[illegible]γ γονέων, καὶ τροφεῖς καὶ [illegible] παίδων τῶν αὐτῶν.

§. 1. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι ὁπόσοι ἐπιτρέπειν εἰώθασι τοῖς ἐπιτρόποις. Εἰσὶ δέ τινες, οἷς ἐπάναγκες ἐστὶν αὐτοὺς ἐπιτρέπειν, οἷον μήτηρ, καὶ ἀπελεύθεροι ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐλευθερωθέντων, οἱ δὲ καὶ κολάζοντες, ἐὰν μὴ αὐτοῖς τοῦτο ἐκ τῶν νόμων κεκώλυται. Ἡ μὲν δὴ αὐτὴ ἐξελαύνεται τῆς τῶν παίδων νομίμου κληρονομίας, ὡς ὅσα ἀναξίως λαβεῖν κλῆρον νομίμων, μὴ φροντίσασα αὐτοῦ κολασθῆναι ἐπιτρόπων. Καὶ ἡ μέν γε, ἐὰν μὴ αἰτήσῃ, ἀλλὰ ἓν ἂν αἰτήσῃ ὧν ἐξεῖλεν χάριν, αἰτήσῃ τ' ἀφιεθῆναι δυνάμενον. εἶτα ἀφιεθεῖσ' αὖτε, ἢ ἐξαποθάνῃ, ἄλλον μὴ αἰτήσῃ πάλιν, ἢ ἐξεπιτηδὲς κακὸς αἰτήσῃ. Ἀπελεύθεροι δ' ὧν τυγχάνουσι τὰ αἰτίαν κατηγορήσαντες ἐπὶ τὸ ἡγεμόνι κολάζεσθαι ἐπιτρέψαι, ἐὰν φαίνωνται, ἢ ἀφ' ἀμελείας, ἢ ἀφ' ἡκιστα μὴ γνήσιοι.

§. 2. Τὰ δὲ ὧδε τῆς μητρὸς ἀποφαινομένης ἐν ἐπιστολῇ Σεουῆρος, ἧς τὰ ῥήματα ὑποτεταχέναι.

Divus Severus Cuspio Rufino: *Omnem me rationem adhibere subveniendi pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo: & ideo quæ mater vel non petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusati, rejectisve, non confestim aliorum nomina dederit, jus non habeat vindicandorum sibi bonorum intestatorum fil. orum.*

§. 3. Ἐὰν μέντοι τὶς ἢ δανειστὴς, ἢ λεγατάριος, ἢ ἄλλως ἀναγκαίαν ἔχῃ πρὸς τὸ ὀρφανὸν σύστασιν αὐτὸς μὲν οὐκ αἰτήσῃ ἐπιτρέπειν τῷ ὀρφανῷ, ἀλλὰ τοὺς αὐτῶν δυναμένους ἀξίωσῃ αἰτήσαι, ἢ, ἐὰν ὄντοι ἀποκνήσωσι, τότε προσελθὼν τῷ ἡγεμόνι αὐτὸ τοῦτο ἐπιτύχῃ νομίμως, ἢ πρὸς τὸ ὀρφανὸν χρήσιμος συστάσεις.

§. 4. Ταῦτα μὲν δὴ ἐπιτρόπων κεφάλαια ἐξαιρέτοις αἰτήσεσιν οἱ ἀφηλικιῶν, ἐὰν μὲν παρῶσι, δι' ἑαυτῶν· ἐὰν δὲ ἀποδημῇ τις αὐτῶν, αἰτήσῃ ἀφ' ἑαυτοῦ.

§. 5. Εἰ δ' ἄλλῳ αἰτήσαι κηδεστὴν δώσουσι τῷ ἀφηλικι, ἐξῆν τῇ Ulpianos ὁ κριτὴς ἀπεφήνατο, ὡς δέον αὐτὸν αὐτῷ μὴ αἰτεῖν, ἀλλὰ αὐτὸν ἑαυτῷ.

Et apud Paulum lib. IX resp. ita relatum est.

Curatorem, ignorante, nec mandante [26] pupilla, non recte ei à [27] tutore petitum videri: periculumque eorum, quæ curator non [28] jure datus gessit, non sine ratione eum, qui petit, cogendum agnoscere. Et alia parte ejusdem libri ita respondit: si matris judicium Princeps secutus curatores filiæ ejus dedit, periculum administrationis eorum eam respicere debere.

§. 6. Οἱ ὁπωσοῦν ἀφεθέντες δὲ excusationos τ' ἐπιτροπῆς, ἀνάγκην ὧν ἔχουσιν αἰτεῖν τοὺς ὀρφανοὺς ἐπίτροπον, ὡς φησι Σεουῆρος καὶ Ἀντωνῖνος ἀφ' ἑαυτῶν.

§. 6. Qui qualitercunque dimissi sunt per excusationem à tutela, necesse non habent [29] petere pupillis tutorem, ut ait Severi & Antonini constitutio.

De decreto Decurionum.

III. Paulus lib. X Responsorum.

Decreto Decurionum & ipsum [30] Magistratum [31] curatorem dari potuisse [32], respondi.

De matre.

IV. Tryphoninus lib. XIII Disputationum.

Credendum est, & eam matrem constitutione [33] contineri, quæ a patre non legitime tutores testamento vel codicillis datos [34] filiis impuberibus, non postulavit decreto confirmari.

§. 1. Sin autem idoneis datis tutoribus pluribus unus eorum vel decessit, vel temporalem excusationem accepit [35]: mater, quæ propterea in locum illius alium non petit, quia [36] numerus reliquorum administrationi tutelæ sufficiebat, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia [37] excusatur [38]. §. 2. Sed si suspecto tutore pupilli accusato, decretum erit ei adjungi alios [39], mater eos quoque petere debet: & si non petit, incidet in sententiam [40] constitutionis. §. 3. Hæc autem mater ab omni quidem bonorum vindicatione intestatorum filiorum [41] repellitur: Si vero maritus ei fideicommissum à filio reliquerit, cui mulier non petit tutorem, *Si sine liberis decesserit*, vel sub hac ipsa conditione, *Si intestatus mortuus erit*: fideicommissi petitio, quæ ex alieno judicio descendit, non [42] est peremptа [43]. §. 4. Quæ [44] autem suspectum tutorem non fecit, nec verbis, nec sententia constitutionis in pœnam incidit: quod ejusmodi facta dijudicare & æstimare, virilis [45] animi est [46]: & potest etiam delicta [47] ignorare mater: satisque est, eam petisse talem, qui inquisitione per Prætorem habita idoneus [48] apparuit: & ideo nec judicium ejus sufficit ad eligendos tutores, sed inquisitio fit, etiam si maxime in bona propria liberis suis testamento tutores dederit.

1 Familiares parentibus, tam masculis, quam fœminis. *Hal.*

7 Amicitiæ ratione datur actio: Seneca Controv. ex fine.

8 Educationis ratione admittitur quis ad agendum quo ad alios non admittitur. *Cuj.*

9 Et hi quidem ex electione, vel voluntate petunt tutores. *Hal.*

10 C. eod.

11 An & agnati? novo jure etiam cogantur petere tutores agnatis. *l. si sunt.* 10. *C. de legitimis hæredib.*

12 Κηδεμόνας.

13 Ab eorum successione repellitur. *l. 2.* §. 23. *J. ad Tertull.* §. *pen. Inst. de Senatusc. Tertyll.*

14 Atqui hodie legitima tutrix est liberorum, mater. *Authent. matri, & aviæ. C. quando mulier.* Igitur tutorem petere necesse non habet. Necesse habet si tutrix esse nolit: quippe invita tutrix esse liberorum non cogitur.

15 ἀσίας χάριν, dicationis gratia, puritatis gratia. Contius *i disp. 16.* defunctorie, *d. l.* 2. §. 32. *J. ad Tert.* ἀφανίσας χάριν, *l. 13.* §. 9. *J. de excus.* Anton. Aug. *hic.* male legit Haloander *præcuratis.* Dicis causa. vide *l. 4. J. commodati.* Bruto & Cassio provinciæ dicis causa datæ. Cornel. Nepos *in Attici vita.* sed anne tu dicis causa vindicaveris? Cicero *pro Murena.* Cuiac. *5 obs.* 33.

16 Obsequii deserti periculum ita subeunt, qui aut non petunt tutores quos debeant, aut eos quos non debeant. *l. 2. C. eod.*

17 Modestino id fuit familiare ipsa legum verba interdum recitare. *v. l. 1.* §. 2. *J. de excusat. tutorum.*

18 Δανειστὴς, creditor.

19 Litigaturus adversus pupillum, tutorem ipse petere non debet, sed iis nunciare, qui petere possint, ut ipsi tutorem pupillo constitui petant a judice: Agit in eos ut agant: aut perfit potius, ut petant.

20 σύστασιν, consistentiam. *v. l. 1. C. eod.*

21 *l. 4. C. eod. l. 28.* §. 2. *vers. ne autem. C. de admin. tut. l. 7.* §. 5. *J. de minor.*

22 *l. 6. C. eod.*

23 Curatores sibi dari postulant minores per se, vel per procuratorem.

24 Κράτιστος, optimus, præstantissimus, egregius. *Hal.* alias *Alexander* Ulpianum vocat parentem suum, *l. 4. C. de locato.* disertissimum, *l. ult. C. de inst.* amicum, *l. 4. C. de contr. stipulat.* summi ingenii virum, *l. un.* §. 9. *C. de caduc.* Diocletianus prudentissimum virum appellat, *l. 11. C. de quæst.* Anton. August. *hic.* Alexandri Imperatoris tutor, consiliarius, præfectus prætorio. His adde quæ de Ulpiano scripsi ad *l. 4. C. de contr. stipul.* 25 *l. 3.* §. 2. *J. de tutelis.* 26 Nec consentiente. *l* 43. §. 3. *J. de procuratoribus.*

27 Curatorem pupillo petere tutor non potest. 28 Tutor non videtur, qui non jure datus est. 29 Tutius tamen facturi sunt, si petierint, *l.* 39. §. 2. *J. de administ. tut.* aut saltem admonere debent ipsos pupillos, ut petant sibi curatores: cum & tutores finita tutela id facere debeant. *l. ita autem. 5.* §. *si tutor. 5. J. tit. proximo.* 30 Municipalis Magistratus ipse, hoc est, Duumvir, recte ab ipso ordine tutor datur, *ut hic.* vide quæ scripsi ad *l. 26. J. ad municipalem.*

31 Facit *l. 19. J. tit. proxim.* vide Cujac. *7 observat. 17.* 32 *Subaudi*, jussu præsidis: vel ubi Magistratus absunt. *l. 19. J. tit. prox.* Goth. Datus autem excusationem habet, *l. 6* §. 16. *J. de excusat. tut.* ita & Consul Romanus & Prætor tutores dari poterant, *l.* 20. §. *ult. ff. de test. tut.* quos excusationem habuisse certi juris est. §. 3. *Inst. de excus. tut. l. 17.* §. 5. *J. de excusat.* Ans.

33 D. Severi, quæ matrem impuberi filio tutorem non petentem ejus successione privat. *l. 2.* §. 1. §. 2. *J. cod.* 34 Et ita rejectos. *l. 2.* §. 23. *J. ad Tertull.* 35 Id est, quid si non omnes excusati, vel non omnes rejecti? 36 Quia numerus, *Haloand.* 37 Sententia legis potentior est, quam verba, *ut hic.* Sententia legis excusatur, qui in verba legis admisit. *l. non dubium. 5. C. de legibus. l. nom. nis. G.* §. *verbum. J. de verb. sign.* 38 Imo ei imputatur. *l. 2.* §. 39. *J. ad Tertull.* 39 Quod quando fiat, vide *l. 9. J. de suspect.* 40 Et erit eadem pœna. *l. 6. in fin. J. de verb. signif.*

41 Si impubes moriatur. *l. 6 C. ad Tertull.*

42 Imo est peremptа. *l. omnem. 8. C. ad Tertull. l. sciant* 10. *C. de legitim. hæredibus.* Quicquid matri debetur, velut ab ipso pupillo, id mater in hac specie amittit, sed hic debebatur fideicommissum, ut ex bonis marti itideo-

que id non amittit: quia in bona mariti nihil deliquit. 43 Imo, hoc casu omnis successio matri est deneganda, sive ab intestato, sive jure substitutionis. *l. 6. C. ad Tertull.* 44 Matri ignoscitur, quæ tutores liberorum suspectos non postulavit: nam suspectum discernere, virilis est animi, & delicta potest ignorare mulier: ejusque judicium non sufficit ad eligendos liberis tutores.

45 Vir seu *masculus* magis discernit, quæ sint agenda, quam fœmina: In masculo judicium magis exigitur, quam in fœmina. 46 Atqui plenum officium a matre desideratur. *l. 2.* §. 42. *J. ad Tertull.* 47 Suspectus tutor sit ex delicto. 48 Qui sit, v. *l. 2.* §. 37. *J. ad Tertull.*

TIT. VII.

DE ADMINISTRATIONE [1] ET PERICULO [2] TUTORUM ET CURATORUM [3] QUI GESSERINT [4], VEL NON [5]: ET DE AGENTIBUS, VEL CONVENIENDIS [6] UNO VEL PLURIBUS.

De tutore administrare cogendo. 1. De periculo tutoris cessantis. 2. De defensione pupilli. 3. De adulto vel curatore conveniendis. 4. De debitoribus pupilli vel adulti conveniendis.

I. Ulpianus lib. XXXV ad Edictum.

Grere [7] atque administrare tutelam, extra ordinem tutor [8] cogi [9] solet [10]. §. 1. Ex quo scit [11] se tutorem datum, si cesset tutor, suo periculo cessat. Id enim à Divo Marco constitutum est: ut, qui scit se tutorem datum [12], nec excusationem, si quam habet, allegat intra tempora præstituta, suo [13] periculo cesset. §. 2. Sufficit tutoribus ad plenam defensionem, sive ipsi judicium suscipiant, sive pupillus ipsis [14] auctoribus: nec [15] cogendi [16] sunt tutores cavere, ut defensores solent: Licentia igitur erit, utrum malint ipsi suscipere judicium, an pupillum exhibere, ut ipsis auctoribus judicium suscipiatur: ita tamen, ut pro his qui fari [17] non possunt, vel absint, ipsi tutores judicium suscipiant: pro his autem qui supra septimum annum ætatis sunt, & præsto fuerint, auctoritatem præstent. §. 3. In causis autem adultorum licentia erit agentibus, vel ipsum adultum præsentem in judicium vocare, ut consensu curatoris conveniatur: vel contra curatorem agere, ut ipse litem suscipiat. In absentibus autem adultis omnimodo contra curatorem agendum. §. 4. Non denegari autem neque tutoribus, neque curatoribus, etiam debitores pupillorum vel adultorum, ex persona sua, prospectu officii, in judicium [18] vocare: vel eis hoc facientibus suum accommodare consensum.

De actione judicati.

II. Idem lib. IX ad Edictum.

Si tutor condemnavit [19], sive ipse condemnatus [20] est: pupillo, & in [21] pupillum potius [22] actio judicati datur: & maxime si non se liti obtulit, sed cum non posset vel propter absentiam [pupilli], vel propter infantiam auctor ei esse ad accipiendum judicium: Et hoc etiam D. Pius rescripsit: Et exinde multis rescriptis declaratum est, in pupillum dandam actionem judicati semper, tutore condemnato: nisi abstineatur [23]: tunc enim nec in tutorem nec in pupillum, nec pignora tutoris capienda esse, sæpe rescriptum est.

§. 1. Amplius Marcellus libro vicesimo [primo] Digestorum scribit: & si satisdedit tutor, mox abstinuit pupillus, fidejussoribus [24] quoque ejus debere subveniri. Sed [&] si pupillus non abstinuit, quemadmodum ipsi, ita & fidejussoribus ejus subveniri: maxime, si pro absente pupillo, vel pro infante satisdedit.

De eo quod unus ex pluribus curatoribus gessit. 1. De eo cui ex pluribus pater administrationem commisit. 2. De tutoribus honorariis. 3. Quibus casibus ab eo receditur, cui testator administrationem delegavit. 4. De curatoribus adjungendis tutori testamentario. 5. De curatoribus testamento datis. 6. De tutela per unum administranda etsi pater non destinavit. 7. Si non sit a testatore electus tutor: aut electus gerere nolit. 8. Si tutores velint omnes gerere, 9. Vel tutelam dividere.

III. Idem lib. XXXV ad Edictum.

Si plures curatores dati sunt, Pomponius lib. LXVIII ad Edictum scripsit, ratum haberi debere [25] etiam quod per unum [26] gestum est: nam & in furiosi curatoribus [27], ne utilitates furiosi impediantur, Prætor uni eorum curationem decernet, ratumque habebit quod per eum sine dolo malo gestum est. §. 1. *Si parens vel pater qui in potestate habet, destinaverit testamento, qui tutorum tutelam gerat* [28], *illum* [29] *debere gerere* Prætor putavit: Meritoque parentis statur voluntati, qui utique recte filio prospexit: Tantundem Prætor facit & de his, quos parens destinavit testamento, [ipse] autem confirmavit: ut, si parens declaravit, quem velit tutelam administrare, ille [30] solus administret. §. 2. Cæteri igitur tutores non administrabunt: sed erunt hi, quos vulgo *honorarios* [31] appellamus: Nec quisquam putet, ad hos periculum [32] nullum redundare: Constat enim, hos quoque, excussis [33] prius facultatibus ejus [34] qui gesserit, conveniri oportere: dati sunt enim, quasi observatores actus ejus & custodes: imputabiturque eis quandoque, cur, si male eum conversari viderunt, suspectum [eum] non fecerunt. Adsidue igitur & rationem ab eo exigere eos oportet, & sollicite curare, qualiter conversetur: & si pecunia sit quæ deponi possit, curare, ut deponatur [35] ad prædiorum comparationem:

1 *Administratio* est sollicitudo, cura, gestio, defensio: non autem dominum esse, multo minus perdere posse.

2 v C. XXXVIII. 3 37 *Eclog. 7.* & de pecunia pupilli fœneranda vel deponenda, *5 C.* 37.

4 Facit *5 C.* 44. 45. 47. 48. 57.

5 *5 C.* 55.

6 Facit *5 C.* 39. 40. 52. 54.

7 11 Ulp. 25.

8 *Subaudi*, qui nondum administrare cœpit.

9 Imo non cogitur. *l. si tutor.* 17. *J. de auctor. tut.* Cogitur, si vel nunquam gessit: vel gessit quidem, sed ejus cessatio pupillo nocitura est. *l. ult. C. si tut. vel curat. non gess.* Quod si certum est non nocituram, non cogitur: si dubitatur, non cogitur quoque, sed tutelæ tenetur.

10 A judice, judicis officio, captis pignoribus, & multa indicta, *l. 6. in fin. C. de testam. tut. l. un. J. si quis jus dicenti. l. 1.* §. 2. *J. de ventre inspic.* nec tamen necessarius est libellus, nec alius ordo: cum quovis loco & tempore possit hoc expediri. *l.* 3. §. 3. *J. de tutel. l. 2. J. de feriis.*

11 *l.* 3 *in fin. J. eod.* scit autem, qui certo scit se datum esse.

12 Testamento vel à judice: dum tamen utiliter sit datus. *l. 3. J. de testam. tut.*

13 Tenetur enim actione tutelæ pro negligentiis. *l. tres tutores. 55.* §. *item in eo.* 3. *J. eodem.*

14 *V. l. 2. C. qui legitim. personam.*

15 Imo cogendi sunt satisdare de rato. *l. vulgo.* 23. *J. eod.* Non cogitur tutor satisdare, quoties dubium est tutor sit necne.

16 *l.* 28. §. 3. *C. de administrat. tutor.* adde *l. 55.* §. *penult. J. de evict.*

17 Vide quæ notavi ad *l.* 54. *J. de rejudicata.*

18 *l. 22. l. 46. in fin. J. eod. l.* 18. *l. 21. C. de admin. tut. l.* 4. *J. de excepr. rei jud. l. 56.* §. 4. *J. de furt. l. 2. C. arbit. tut.*

19 Id est, obtinuit.

20 Judicati actio non datur contra tutorem, nisi se liti obtulit, sed contra pupillum: nisi pupillus se abstineat hereditate ejus, cujus causa condemnatus est. 21 Vide *l. 1. J. quando ex facto tutor.*

22 Imo in tutorem danda est exemplo procuratoris, qui etiam finito officio convenitur. *l. procurator, qui pro evictione. 67. J. de procur.* An hic differentiam constituemus inter tutorem & procuratorem cum Accursio: ut hic etiam finito officio conveniri possit: tutor non possit? An cum Jacobo Ravenate, & Richardo dicemus, eandem esse rationem procuratoris & tutoris: sed in *d. l. procurator.* procuratorem finito officio ideo conveniri, quod fines mandati excesserit? 23 Nisi abstineat, *Hal. l. ult. in fin. J. si quis cautionibus.* 24 *l.* 89. *J. de adqu. hered.* tunc enim nihil creditoribus deperit: ut qui salvam habeant actionem adversus eos, qui hereditatem adiuti sunt.

25 Imo, ratum non est habendum, quod per unum gestum fuerit. *l. consilio. 7.* §. *ult. J. de curat. furios.* Quod per unum alio contradicente gestum est, ratum haberi non debet: secus, si consentiente. 26 *l. 24.* §. 1. *J. cod. l. 7. in fin. J. de curat. fur. l. 5. C. de auct. præst.* 27 Vide *l. pluribus. 32. J. de procurat. c. ult. de testam.* 28 Tutoribus quibusdam solet decerni gestio seu administratio à testatore. *l. 14.* §. 1. *J. de solutionibus.* 29 §. 1. *vers. quod si nemo. Inst. de satisd. tutor. l. 14.* §. 1. *J. de solutionibus.* 30 *l. 3.* §. 5. *J. judicatum solvi.* 31 *l. 60.* §. 2. *ff. de ritu nupt. l. 26.* §. 1. *ff. de testam. tut. l. 14.* §. 1. *J. de solutionib.* Goth. De obligatione honorarii tutoris, vide Damhoud. *de tut. & curat. rat. cap. 1. num. 30.* Ans. 32 *l. 60.* §. 2. *ff. de nupt. l. 4.* §. 2. *J. rem pupilli salvam, l. 1. C. si tutor non gess.* 33 *l. 39.* §. 11. *J. eod. l. 6. C. arbit. tut.* 34 Et ejus fidejussorum. 35 *l. 5 J. eod.*

rationem: blandiuntur enim sibi, qui putant, honorarios [36] tutores omnino non teneri: tenentur enim secundum ea quæ supra ostendimus. §. 3. Quamvis autem ei potissimum se tutelam commissurum Prætor dicat, cui testator delegavit, attamen nonnunquam ab hoc recedet [37]: utputa si pater minus penso consilio hoc fecit, forte minor [38] vigintiquinque annis; vel eo tempore fecit, quo iste tutor bonæ vitæ vel frugi videbatur, deinde postea idem cœpit male [39] conversari ignorante testatore; vel si contemplatione facultatium ejus res ei commissa est, quibus postea exutus est. §. 4. Nam & si unum pater dederit tutorem, nonnunquam ei adjunguntur curatores: Nam Imperator Noster cum Patre rescripsit, cum duos quis libertos suos tutores dedisset, unum rerum Italicarum, alium rerum Africanarum, curatores eis adjungendos: nec patris secuti sunt voluntatem [40]. §. 5. Quod in tutoribus scriptum est, & in curatoribus erit observandum, quos pater testamento destinavit, à Prætore confirmandos. §. 6. Apparet igitur Prætori curæ fuisse, ne [41] tutela per plures administretur: quippe etsi pater non destinaverit quis gerere debeat, attamen id agit, ut per unum [42] administretur; sane enim facilius [43] unus tutor & actiones exerceat & excipit; ne per multos [44] tutela spargatur. §. 7. *Si non erit a testatore electus tutor, aut gerere nolet: tum is petat cui major 45 pars tutorum tutelam decreverit:* Prætor igitur jubebit eos convocari [46]: aut si non coibunt, aut coacti non decernent, causa cognita ipse statuet, quis tutelam geret. §. 8. Plane si non consentiant tutores Prætori, sed velint omnes gerere, quia fidem non habeant electo, nec patiuntur succedanei esse alieni periculi, dicendum est, Prætorem permittere eis omnibus [47] gerere.

§. 9. Item si dividi inter se tutelam velint tutores, audiendi sunt: ut distribuatur inter eos administratio,

IV. IDEM lib. IX ad Edictum.

VEl in partes [48], vel in regiones: &, si ita fuerit divisa, unusquisque exceptione summovebitur pro ea parte [49], vel regione [50], quam non administrat.

De pecuniæ depositione. 1. De eo, qui gerere cæpit, 2. Et abstinuit. 3. De eo, qui tutelam gerendam mandavit. 4. De debitore patris, qui tutelam administravit filii. 5. Si tutor puberem factum non monuit, ut sibi curatores peteret. 6. De lite cœpta ante curationem finitam. 7. Si testator jusserit, Tutores esse aneclogistos, 8. Vel ex consilio matris pupillorum tutelam gerere, 9. *Vel aliquid* non vendere. 10. *De scientia tutoris se tutorem esse.*

V. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

ITa [51] autem depositioni [52] pecuniarum locus est, si ea summa corradi [id est, colligi] possit, ut comparari ager possit: si enim tam exiguam esse tutelam [facile] probatur, ut ex nummo refecto prædium puero comparari non possit, depositio cessat. † Quæ ergo tutelæ quantitas depositionem inducat, videamus? Et [53] cum causa [54] depositionis exprimatur, *ut prædia pupilli comparentur*, manifestum est, ut ad minimas summas non videatur pertinere: quibus modus præfiniri generaliter non potest: cum facilius causa cognita per singulos possit examinari. Nec tamen auferenda facultas est, etiam minores summas interdum deponi postulare, si suspecti tutores esse videantur. §. 1. *Gessisse* autem videtur tutor, qui quid omnino pupillare attigit [55], etiamsi modicum [56]: cessantque partes eorum, qui solent cessantes cogere administrare.

§. 2. Quod si, posteaquam gessit, tunc se gestu abstinuit: etiam suspecti postulatio succedit. §. 3. Quod si quis tutelam mandaverit gerendam, gestaque fuerit ab eo cui mandatum est: locus erit tutelæ actioni: * videtur [57] enim *gessisse*, qui per alium gessit: Quod si non accessit is cui mandatum est, utili actione convenitur.

§. 4. Debitor [58] patris, qui tutelam administravit filii, tutelæ judicio tenebitur etiam ob id quod patri debuit [59]. §. 5. Si tutor pupillum suum puberem factum non [60] admonuerit, *ut sibi curatores peteret* (sacris enim constitutionibus hoc facere jubetur, qui tutelam administravit): an tutelæ judicio teneatur? Et magis puto, sufficere tutelæ judicium, quasi connexum [61] sit hoc tutelæ officio, quamvis post pubertatem admittatur. §. 6. Post completum vicesimumquintum annum ætatis, si nondum rationes redditæ sunt, nec ad causam instrumenta [62] pertinentia, fidei ac verecundiæ curatorum convenit, ut consilio suo cœptam [63] litem perficiant. Si igitur cessent in his quæ constituta sunt faciendis, magis puto sufficere negotiorum gestorum judicium, etiamsi actum est: si tamen hujus rei ratio reddita non est. §. 7. Julianus lib. XXI Digestorum hujusmodi speciem proponit: Quidam decedens filiis suis dederat tutores, & adjecerat, *Eos[que] aneclogistos* [64] *esse volo*: & ait Julianus, tutores, nisi [65] bonam [66] fidem [67] in administratione præstiterint, damnari debere, quamvis testamento comprehensum sit, *ut* [68] *aneclogistæ* [69] *essent*: Nec eo nomine [70] ex causa fideicommissi quicquam consequi debebunt, ut ait Julianus, & est vera ista sententia: * *nemo enim jus publicum remittere potest hujusmodi cautionibus, nec mutare formam antiquitus constitutam* [71]: damnum [72] vero, quodcunque ex tutela quis senserit, & legari, & per fideicommissum ei relinqui [73] potest [74].

§. 8. Papinianus lib. V Responsorum ita scribit: Pater tutelam filiorum *consilio* [75] *matris* gerri mandavit, *& eo nomine tutores liberavit* [76]. Non idcirco minus officium tutorum integrum erit, sed viris bonis conveniet, salubre consilium matris admittere: tametsi neque liberatio tutoris, neque voluntas patris, aut interceptio matris tutoris officium infringat. §. 9. Usque adeo autem licet [77] tutoribus patris præceptum negligere [78], ut si pater caverit, *Ne quid res suæ distraheretur*, vel, *ne mancipia distrahantur*, [vel] *ne vestis*, [vel] *ne domus*, [vel] *ne aliæ res periculo subjectæ*, liceat eis contemnere hanc patris voluntatem. §. 10. Ex [79] quo [80] innotuit tutor [81], se tutorem esse: scire debet periculum tutelæ ad eum pertinere. Innotescere autem qualiter qualiter sufficit, non utique testato eum conveniri: nam etsi citra testationem, scilicet undecunque cognovit, nulla dubitatio est, quin debeat periculum ad ipsum respicere.

VI. IDEM lib. XXXVI ad Edictum.

HOc autem, quod cognovit [82] tutor, pupillus probare debebit [83].

De inventario faciendo. 1. De distractione rerum, quæ tempore pereunt. 2. De prædiis comparatis non idoneis. 3. De usuris.

VII. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

TUtor [84], qui repertorium [85] non fecit, quod vulgo *Inventarium* [86] appellatur, dolo [87] fecisse videtur: nisi forte aliqua necessaria [88] & justissima causa [89] allegari possit, cur id factum non sit. Si quis igitur dolo [90] inventarium non fecerit, in ea conditione est, ut teneatur [91] in id quod pupilli interest: quod ex jurejurando in litem æstimatur. † Nihil [92] itaque gerere ante [93] inventarium factum eum oportet: nisi id quod dilationem [94] nec modicam exspectare possit. §. 1. Si tutor cessaverit in distractione earum rerum quæ tempore pedereunt [95], suum periculum facit: debuit enim confestim [96] officio suo fungi. † Quid, si contutores exspectabat, vel differentes, vel etiam volentes se excusare, an ei ignoscatur? Et non facile ignoscetur: debuit enim partibus suis fungi [97]: non [98] quidem præcipiti festinatione [99], sed nec moratoria cunctatione. §. 2. Competet adversus tutores tutelæ actio, si [100] male contraxerint [1]: [hoc est], si prædia comparaverint non idonea, per sordes, aut gratiam. † Quid ergo, si neque sordide, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerint? Recte quis dixerit, solam latam [2] neglegentiam eos præstare in hac parte debere. §. 3. Si post [3] depositionem pecuniæ comparare prædia tutores neglexerunt, incipient in usuras conveniri [4]: Quamquam enim à Prætore cogi eos oportet ad comparandum, tamen, si cessent, etiam usuris plectendi sunt tarditatis [5] gratia: nisi [6] [si] per eos factum non est, quominus compararent. §. 4. Pecuniæ, quam in usus suos converterunt tutores, legitimas [7] usuras [8] præstant: sed hoc ita demum, si evidenter doceantur pecuniam in usus suos convertisse. Cæterum non utique qui non fœneravit, vel non deposuit [9], in suos usus vertit: Et ita Divus Severus decrevit. Doceri igitur debet, in usus suos pecuniam vertisse. §. 5. *Vertisse in suos usus* [non] accipimus eum, qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi [10] non solvit: hic enim eas usuras præstabit, quas patri promiserat. §. 6. Si tutor pecuniam pupillarem suo [11] nomine fœneraverit, ita demum cogetur usuras quas percepit præstare, si suscipiat pupillus ceterorum nomium periculum. §. 7. Si deponi [12] oportet pecunias ad prædiorum comparationem, si quidem factum est, usuræ non current: sin [13] vero factum non est, si quidem nec præceptum est ut deponantur, pupillares præstabuntur; si præceptum est, & neglectum, de modo usurarum videndum est? Et solent Prætores comminari, *Ut, si non fiat depositio, vel quanto tardius fiat, legitimæ* [14] *usuræ præstentur*: si igitur comminatio intercessit, judex qui quandoque cognoscet, decietum Prætoris sequetur. §. 8. Idem solent facere Prætores etiam circa eos tutores, qui negant habere ad alendos pupillos penes se aliquid: ut quidquid constiterit penes eos esse, ejus gravissima [15] usura pendatur: & hoc persequi oportere judicem palam est, cum [16] & alia pœnæ adjectione.

§. 9. Residuarum autem summarum pupillares usuras pendi oportet. §. 10. Quæ autem sunt *pupillares* [17] *usuræ videndum est?* Et apparet hanc esse formam usurarum, ut ejus quidem pecuniæ, quam quis in usus suos convertit, legitimam [18] usuram præstet. Sed & si negavit *apud se esse pecuniam*, & Prætor pronunciavit contra eum, legitimas solvere debebit: vel si moram depositioni fecit, & Prætor irrogavit ei legitimas. Sed & si, dum negat *aliquam quantitatem penes se esse*, pupillis ad onera sua expedienda imposuit necessitatem mutuam pecuniam legitimis usuris accipiendi, tenebitur in legitimis. Item si à debitoribus legitimas exegit. † Ex cæteris causis secundum morem [19] provinciæ præstabit usuras, aut quincunces [20], aut trientes, aut si quæ aliæ leviores in provincia frequentantur. §. 11. Usuræ à tutoribus non statim [21] exiguntur, sed interjecto tempore, ad exigendum, & ad collocandum, duum mensum [22]: Idque in judicio tutelæ servari solet: Quod [23] spatium seu laxamentum temporis tribui non oportet his, qui nummos impuberum, vel adulescentium, in suos usus converterunt. §. 12. Si usuras exactas [24] tutor vel curator usibus suis retinuerint, earum usuras agnoscere eos oportet: sane enim parvi refert, utrum sortem pupillarem, an usuras in usus suos converterint. §. 13. Pecuniæ, quæ in arca fuit, etiam heredes curatoris tamdiu usuras præstabunt, quamdiu non interpellaverint, ut loco defuncti curator constituatur. §. 14. Si tutor pro contutore condemnetur [25], an etiam in [26] usuras condemnandus sit, quæritur? Et placet (ut multis rescriptis continetur, & Papinianus lib. XII Quæstionum ait), etiam in usuras eum condemnandum, si suspectum facere superfuerit. Et quidem eas demum usuras cogendum præstare, quas etiam suæ administrationis cogitur. §. 15. Sciendum est, tutorem & post officium finitum usuras debere in [27] diem [28], quo tutelam restituit.

De

---

36 De *honorariis tutorib.* dixi *l.* 26. §. 1. ff. *de test. tut.*

37 Voluntatem testatoris in tutelis non semper sequitur Judex. vide *l.* 5. §. 9. ff. *eod.*

38 Minor 25 annis potest filio tutorem testamento dare.

39 Ut in specie *l.* 4. *in fin.* ff. *de testam. tut. l.* 10. ff. *de confirm. tut.*

40 Ut in *l.* 5. §. 9. ff. *eod.*

41 Vide *l.* 24. *in fin.* ff. *eod. l.* 5. ff. *de cognit.*

42 Vide *l.* 24. *in fin.* ff. *eod.*

43 Unus tutor facilius actiones exercet, & excipit, quam si per plures tutela spargatur.

44 Multitudo noxia.

45 *l.* 19. §. 1. ff. *de testam. tut.* §. 1. *vers. quod si non fuerit. Inst. de satisd. tutor.*

46 *Novell.* 118. *c.* 5.

47 *d. Novell.* 118. *c.* 5.

48 Quotas: puta uni dimidia: alteri dimidia.

49 *l.* 46. §. 6. *l.* 47. §. 2. *l.* 51. *l.* 55. ff. *eod. l.* 2. C. *si ex pluvib. tutorib. l.* 2. C. *de privic. tut. l.* 2. C. *de divid. tut.*

50 *l.* 51. ff. *eod.*

51 Respondet hoc legi 3 §. 2. *in fin.* ff. *eod.*

52 De qua *l.* 3. §. 2. *in fin.* ff. *eod.*

53 Dictum restringitur ex causa: *vel*, Causa effectum interpretatur. *l.* 1. ff. *de doli except. l. cum pater.* 77. §. *dulcissimi.* 20. ff. *de leg.* 2.

54 Dictum determinatur secundum suam causam. *Bart.*

55 *l.* 55. *in princ.* ff. *eod. l.* 5. *in fin.* ff. *de magistratibus conveniendis.* adde *l.* 88. ff. *de adqu. hered.*

56 Modicum etiam qui quid tutelare attigit, tutelæ tenetur. adde *l. gerit.* 88. ff. *de adq. hered.*

57 Fictione scil. vide Bald. v. Dynum, *regula, qui facit.* 72. *de regulis in* 6.

58 An abrogetur hic paragraphus *Nov.* 72. *c.* 2. vide quæ dixi ad *l.* 8. C. *qui dare tut.*

59 Ideoque sibi solvere debet. *l.* 9. §. 1. *in fin.* §. 5. ff. *eod. l.* 5. ff. *de tutela & rationibus.*

60 Tutor finita tutela monere pupillum suum debet, ut curatorem petat.

61 Adde *l.* 11. C. *arbitr. tutelæ.*

62 Vide *l. un.* C. *ut causæ post pubertatem.*

63 Cœptum negotium curator finita etiam tutela perficere tenetur. *l.* 24. *in fin. l.* 27. ff. *de appellat. l.* 1. C. *ut causæ post pubert.*

64 ἀνυκλογίστους. *Hal.* ἀνεκτελέστους. *Ecolog.* 37. *tit.* 7. *c.* 4. adde *l.* 119. ff. *de leg.* 1. ἀν ἐκτάτους. *l.* 23. §. *pen.* ff. *de pecul.* eis quæstionem non fieri, *l.* 20. ff. *de liber. leg.*

65 Generali liberatione, seu remissione administrationis, non intelligitur remissa administratio dolo inita. adde *c. requisisti. §. si vero illud. extra de testam.* 66 *l.* 60. *in fin.* ff. *mandat. Synops. Basil.* 37. *tit.* 7. *c.* 4. 5 *Harm.* 11. §. 52. 67 Ideo tenentur de dolo. *l.* 20. *in fin.* ff. *de liberatione. l.* 18. C. *de fideicommiss.* 68 Generali in mandato subintelligitur bona fides. 69 ἀνυκλόγιστοι, *Hal.* 70 Si dolum admiserint sc. 71 Ut sc. quis non teneatur de dolo futuro. *l.* 27. §. 3. ff. *de pactis.*

72 *l.* 39. §. 13. *l.* 41. *in fin.* ff. *eod.* 73 Remitti. 74 Imo, si quis rationes exigere vetatur, non impeditur reliqua exigere. *l.* 9. ff. *de liber. leg.* 75 Non matri ipsi mandavit, ut *l.* 26. ff. *de testam. tut.*

76 Consiliarius tutori datus non minuit, non infringit, non deintegrat tutoris ipsius officium, quominus etiam citra consilium consiliarii, vel contra ejus consilium si ex re pupilli sit, diligenter tutelam gerat. 77 Imo non licet. *l.* 7. *in fin.* C. *eod.* 78 Testatoris voluntatem tutor interdum potest jure negligere, *l.* 3. §. 3. ff. *eod.* in hunc locum vide quæ notavi ad *l.* 14. §. 5. ff. *de religios. l.* 3. §. 3. ff. *eod.* 79 *Ex* particula includit vocem, cui adjicitur prohibitio. *l. de divisione.* 5. ff. *solut. matrimon.* 80 *l.* 1. §. 1. ff. *eod. l.* 17. ff. *eod. l.* 19. C. *eod.* 81 Ita *Flor.* al. *tutori.*

82 Tutor, qui juste datus est, neque excusatus, periculum tutelæ præstat ex die, quo scivit se tutorem datum esse.

83 Probatio pupillo incumbit asserenti tutorem suum scivisse, se tutorem datum esse.

84 Etiam honorarius. Bart. *hic, num.* 3. non actor constitutus à tutore, *num.* 2. non tutor ad lites, *n.* 5. An datus ad unum articulum, puta ad adeundum, inventarium facere cogitur? cautius est, ut faciat, *n.* 4. sed & procurator ad lites & negotia, actor universitatis, executor testamenti & sententiæ, curator ad lites, hospitalarius, heres gravatus fideicommisso, servus, socius, frater communium bonorum, filius paternorum, pater filii bonorum administrator: Hi omnes etiam ad annos usque triginta actus sui rationem reddere tenentur. v. Roland. à Valle, 1 *consil.* 49.

85 *l.* 3. §. 5. 16. ff. *de suspecti. Ἀπογραφὴν. 5 Harmen.* 11. §. 25.

86 De *inventario* tutoris vide *l.* 24. *C. eod. l.* 27. C. *de episc. aud. l. ult.* C. *arbitr. tut. l.* 6. C. *de magistratib. conveniend. l. ult.* §. 5. *in fin.* §. 6. *in fin.* C. *de curat. furios. l.* 57. ff. *de administr. tutor. Ἀπογραφὴ*, 37 *Eclog.* 7. *c.* 5. *Novell.* 94. *in fin.* Tutor qui repertorium non fecit, in litem jurejurando punitur.

87 Præsumitur dolus contra omittentem solennia. vide Rolandum à Valle, 1 *cons.* 49. *n.* 55. Inventarii omissione præsumitur fuisse in dolo tutor, qui id omisit. *argum. l. ad commentariens.* 4. C. *de custod. reor.*

88 Necessitas ex illicito facti licitum. *l.* 27. *in fin.* ff. *de manum. testam.*

89 Demus, tutorem morbo sontico detentum. vide Bart. *hic. n.* 17. 18.

90 Dolo non facit inventarium, qui omnino non facit: vel, qui facit, sed non coram notario, vel Judice, vel non omnium rerum, & instrumentorum. *l.* 24. C. *eod.*

91 Pœna tutoris inventarium non conficientis dolo malo. *l. ult. in fin.* C. *arbitr. tut.* Excipe tamen, & dic, eos ad inventarium faciendum non teneri, si testator eis remisit inventarii confectionem. *l. ult.* C. *arbit. tut.* 92 Ante inventarium factum tutor nihil pupillare attingere potest, nisi justa causa interveniat. 93 *d. l.* 24. C. *eod.* 94 Adde *l.* 22. *in fin.* C. *eod. l. ult. in fin.* C. *de tut. & curat. qui non satisfd.* 95 *d. l.* 22. 96 *Confestim*, est quam primum potuit. *l.* 2. §. *confestim.* 43. ff. *ad Trebell.*

97 Vendendo ea, quæ servari non poterant. 98 Tutor res pupilli tempore perituras, neque tardius, neque nimis festinanter vendere debet. 99 Festinatio nimis præceps non minus culpatur, quam moratoria cunctatio. *l.* 13. §. 7. ff. *de jure fisci.* 100 Tutor si quid per sordes, aut gratiam ex pecunia pupilli comparavit, tenetur id pupillo præstare. 1 V. *l.* 57. ff. *eod.* 2 V. *l.* 23. ff. *de verb. sign.* 3 Tutor qui depositam seu destinatam pecuniam à testatore ad prædiorum emptionem, in emptionem prædiorum non vertit, usuras ejus pecuniæ pupillo præstat. An potius hic locus accipiendus est de pecunia fœneratitia à debitore recepta? Prior sententia verior. *arg* §. 7. ff. *eod.* 4 Excipe ut ff. *eod.* 5 *Tarditas* punitur: Est vero tarditas mora, cessatio, negligentia. 6 Nisi forte credere non potuerunt. *l.* 12. *in fin.* ff. *eod.* 7 *l.* 38. ff. *de negot. quæ sint*, v. *l.* 1. C. *de usur. pupill.* 8 Usuras centesimas pecuniæ pupillaris, quam in usus suos verterunt, præstare tutores pupillis debent.

9 Sed otiosam tenuit. 10 *d. l.* 38. 11 *l.* 46. §. 2. ff. *eod.* 12 Ut *l.* 5. ff. *eod.* 13 Adde §. 3. ff. *eod.*

14 De quibus v. *l.* 1. C. *de usur. pupill.* 15 Usura gravissima, *centesima. l.* 8. ff. *de minoris.* Scripsi ad *l.* 1. §. 3. ff. *de pignorib.* 16 *Idem* & cum alia. 17 Usuræ pupillares variæ sunt: Legitimas seu centesimas debet tutor, si pecuniam pupillarem in usus proprios vertit, si convictus sit pecuniam habuisse pupillarem, si pecuniam pupillarem habens otiosam coëgit pupillos pecuniam mutuo accipere ad onera sua expedienda, si legitimas à debitoribus exegit. Consuetudinarias vero, & pro more regionis usuras præstat ex cæteris causis. Sunt vero interdum usuræ illæ regionum variæ inter se quoque, puta quincunces, trientes, vel tenuiores. 18 §. 4. ff. *eod. l.* 1. C. *de usur. pupillaribus. l.* 3. C. *arbitr. tut.* maximæ, *l.* 38. ff. *de negot.* adde *l.* 1. *in fin.* ff. *de usur.* 19 *l.* 1. *in princ.* ff. *de usur.* 20 De quibus vide *l.* 17. ff. *de usur.* 21 Non perpetuo, perseveranter, sine intermissione & laxamento: excipiuntur enim duo menses. vel non statim atque pecunia pupillaris ad eos pervenit, aut ut statim à debitoribus pecuniam exigere potuerunt. *Goth.* Vid. ad hunc §. Cujac. *lib.* 5 *observ. cap.* 12. S. L. 22 Duorum mensium. *Hal. Novell.* 72. *cap.* 6. vide hujus loci interpretationem in *l.* 15. ff. *eod.* 23 Hoc Græci sic expresserunt: τοῦτο δὲ ἐν ἐτῶν συγχεχωρήκασιν.

24 Usurarum pupillarium à tutoribus exactarum ipsi tutores usuras debent, si eas in suos usus verterint. *l.* 58. §. 1. ff. *eod.* 25 *l.* 2. C. *de usur. pupill.* 26 Dixi ad *l.* 2. C. *de usur. pupill.* Goth. Vide Montan. *de tutel cap.* 32. *regula* 9. *num.* 174. Papon. *lib.* 15. *tit.* 5. *arrest.* 10. & Chopin. *de privileg. rusticor. lib.* 1. *part.* 1. *cap* 5. *in pr.* Adde *l.* 21. §. 1. ff. *ad municipalem.* Ans.

27 Vide *l.* 1. *in fin.* ff. *de usur.* 28 *l.* 46. §. 3. ff. *eod.*

De pecunia credita.

VIII. IDEM lib. XXIII ad Edictum.

SI tutelæ agat is [29] cujus tutela administrare est: dicendum est, nonnunquam diem credituræ [30] pecuniæ exspectandum; si forte tutor pecunias crediderit pupilli nomine, quarum exigendarum dies nondum venit: Sane, quod ad pecunias attinet, ita [demum] verum est, si potuit [31] & debuit [32] credere: cæterum, si non debet credere, non expectabitur.

De fiduciæ actione tutelæ. 1. De fructuar. 7. De mutuo. 8. De augendo & minuendo.

IX. IDEM lib. XXXVI ad Edictum.

QUotiens tutor pecuniam pupillarem fœnori dat, stipulatio hoc ordine facienda est: Stipulari enim debet aut pupillus, aut servus pupilli: Quod si neque pupillus ejus ætatis erit, ut [33] stipulari possit, neque servum habebit: tunc ipse tutor, quive [34] in ejus potestate erit: quo casu Julianus sæpissime scripsit, utilem actionem pupillo dandam. Sed & si absens sit pupillus, oportere tutorem suo nomine stipulari, nequaquam ambigendum est. §. 1. Si paterfamilias cum, pro quo fidejussit, tutorem dederit filio suo: officio tutoris convenit, ut, cum dies pecuniæ præterierit, creditori debitum [35] solvat: & ideo cessante eo, si pupillus suæ [36] tutelæ factus solverit ex causa fidejussoria, non solum mandati, sed etiam tutelæ agere poterit: hoc enim ei imputatur, cur pro se non solverit [37]. Quod si in diem debitor fuit iste tutor, quibusdam videtur, non venire in tutelæ judicium: si modo is dies post tutelam finitam supervenit. Quod si dies adhuc durante tutela venit, putant omnimodo devolvi in tutelæ judicium. Ego & hoc, & superius ita verum puto, si facultatibus labi tutor cœpit: cæterum, si idoneus tutor fuit, nihil venire in tutelæ judicio. Nec quisquam putet, nullum effectum hoc habere: namque si quis dixerit, in tutelæ judicium devolvi [38], & [39] privilegio locus est, & fidejussores tenebuntur, si rem salvam fore cautum est. §. 2. Item si [40] temporali [41] actione fuit obligatus tutor, dicendum est, locum esse tutelæ judicio, ut perpetua actio sit. §. 3. Et generaliter, quod adversus alium præstare debuit pupillo suo, id adversus se quoque præstare debet: fortassis & plus [42]: adversus alios enim experiri sine [43] actione non [44] potuit, adversus se potuit [45].

§. 4. Sed si sub usuris gravioribus patri pupilli pecuniam debuit, quam sint pupillares, videndum est, an ei aliquid imputetur [46]? Et si quidem solvit, nihil est, quod ei imputetur [47], potuit enim solvere, nec onerare se usuris: si vero non solvit, usuras cogendus est agnoscere, quas à se exigere debuit. §. 5. Sicut [48] autem solvere [49] tutor quod debet, ita & exigere [50] quod sibi debetur [51] potest, si creditor fuit patris pupilli: nam & sibi [52] solvere potest, si modo fuit pecunia, unde solvat [53]: & si usuræ fuerunt graviores, quæ ei debebantur, relevabitur eis pupillus, quia tutor se potuit liberare: sicut aliis quoque solvere & potuit & debuit. §. 6. Nec utique necesse habet, si conveniatur, per judicem solvere: idcircoque si mala causa pupillaris est, denunciare [54] sibi verum debet. Denique Imperator Antoninus cum Patre, etiam honoraria [55] eos imputare pupillo prohibuit, si supervacaneam [56] litem instituissent, cum convenirentur à vero creditore: Nec enim prohibentur tutores bonam fidem agnoscere.

§. 7. Non tantum autem sibi solvere tutor, verum etiam sibi creditam pecuniam scribere [57] [potest], ut Marcellus lib. VIII Digestorum scripsit: seque mutua pecunia poterit obligare, sibi mutuam proscribendo [58]. §. 8. Constat eum, qui ad augmentum [59] datur (utputa ad bona materna quæ postea accesserunt, vel ad quid aliud augmentum), administrare bona pristina non solere. † Si autem suspectum [60] facere priorem tutorem supersedit, vel satis ab eo exigere, plectetur. §. 9. Per contrarium autem, qui datus est simpliciter tutor pupillo vel curator, si quid postea [61] augmenti accesserit, periculo tenetur, quamvis soleat [62] ad augmentum dari curator: quæ res non facit, ut ipsa augmenta non pertineant ad curam priorum, ad quos omnis utilitas pupillorum debet pertinere. Sive igitur datus est, communicatur periculum cum prioribus: sive datus non est, tenetur administrationis necessitate is qui antea erat datus.

De defensione pupilli.

X. IDEM lib. XLIX ad Edictum.

GEneraliter, quotiescunque non fit nomine pupilli quod quivis paterfamilias idoneus facit [63], non videtur defendi: sive igitur solutionem, sive judicium, sive stipulationem detrectat, defendi non videtur.

De peculio.

XI. IDEM lib. XXXIX ad Edictum.

CIrca pupillum, cujus tutor servus erat pronunciatus, Divus Pius rescripsit, in rebus, quas ex pecunia pupilli servus comparaverat, dominum non posse uti prærogativa deductionis [64]. † Quod & in curatore observandum est.

De pluribus tutoribus. 1. De rebus pupilli alienatis. 2. De sumptibus, 4. De pecunia otiosa.

XII. PAULUS lib. XXXVIII ad Edictum.

CUm plures tutelam gerunt, nulli eorum in contutorem [65] actio pupilli nomine datur. §. 1. Quæ [66] bona fide à tutore gesta sunt, rata [67] habentur etiam ex rescriptis Trajani & Hadriani: & ideo pupillus rem à tutore legitime distractam vindicare non potest: nam & inutile est pupillis, si administratio eorum non servatur, nemine scil. emente [68]. Nec interest, tutor solvendo fuerit, necne: cum si bona fide [res] gesta sit, servanda sit; si mala fide, alienatio non valet. §. 2. Nimium est, licere tutori respectu existimationis pupilli erogare ex bonis ejus, quod ex suis [69] non honestissime fuisset erogaturus. §. 3. Cum tutor non [70] rebus duntaxat [71], sed etiam moribus pupilli præponatur: in primis mercedes [72] præceptoribus, non quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonii, pro dignitate [73] natalium constituet: alimenta [74] servis, libertisque, nonnunquam etiam exteris, si hoc pupillo expediet, præstabit: solennia [75] munera [76] parentibus cognatisque mittet: Sed non dabit dotem [77] sorori alio [78] patre natæ, etiamsi aliter ea nubere non potuit: nam etsi honeste, ex liberalitate tamen sit, quæ servanda arbitrio pupilli est. §. 4. Si tutor pecuniam pupillarem credere non [79] potuit, quod non erat cui crederet, pupillo vacabit [80].

De modo servorum, qui circa pupillum futuri sunt. 1. De pecunia otiosa. 2. De sumptibus & solutionibus.

XIII. GAIUS lib XII ad Edictum provinciale.

TUtor secundum dignitatem [81] facultatesque pupilli modum servorum æstimare debet, qui circa eum futuri sunt.

§. 1. Non [82] est audiendus tutor, cum dicat, ideo cessasse pupillarem pecuniam, quod idonea nomina non inveniret, si [83] arguatur [84] eo tempore suam pecuniam bene collocasse. §. 2. In solvendis [85] legatis [86] & fideicommissis attendere debet tutor, ne cui non debitum solvat: Nec nuptiale munus matri [87] pupilli, vel sorori mittere [88]. † Aliud est, si matri forte, aut sorori pupilli tutor ea quæ ad victum [89] necessaria sunt, præstiterit, cum semetipsa sustinere non possit: nam ratum id habendum est. Nec enim eadem causa est ejus quod in eam rem impenditur, & quod muneris [90] legatorumve nomine erogatur.

De facto contutoris.

XIV. PAULUS lib. VIII Brevium.

ETiam contutoris [91] factum imputatur collegæ [92], si potuit & debuit suspectum facere: interdum & si debuit satis petere: nam si idoneus subito lapsus est, nihil collegæ imputari potest.

De negligentia tutoris.

XV. IDEM lib. II Sententiarum.

SI tutor constitutus, quos invenerit debitores, non convenerit, ac per hoc minus idonei efficiantur; vel intra [93] sex primos menses pupillares pecunias non collocaverit [94]: ipse in debitam pecuniam, & in usuras ejus pecuniæ, quam non fœneraverit, conveniatur [95].

De nominibus.

XVI. IDEM lib. VI ad Sabinum.

CUm quæritur judicio tutelæ, quæ nomina [96] à tutore facta agnoscere pupillus debeat: Marcellus putabat, si tutor pecuniam pupilli mutuam dedisset, & suo [97] nomine stipulatus esset, posse dici nomina integra pupillo salva esse, deperdita & male contracta ad [98] tutorem pertinere: sed [99] verius se putare, posse [100] tutorem eam conditionem adolescenti deferre, ut id, quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in [1] totum agnosceret, aut à toto recederet: ita ut perinde esset, ac si tutor sibi negotium gessisset. Idem est & si pupilli nomine credidisset.

Ex quo tempore tenetur.

XVII. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

QUi jussus est ab eo qui jus jubendi habet, tutelam gerere: si cessasset [2], ex [3] quo jussus est, indemnem pupillum præstare debebit, non ex quo tutor esse cœpit.

De auctoritate tutoris. 1. Si alter ex tutoribus conveniatur.

XVIII. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

QUi tutor negotia pupilli gessit, quamvis in nulla re auctor pupillo fuerit, quin tutelæ judicio teneatur dubitari non oportet: quid [4] enim prohibet, ita patrimonium pupilli compositum esse, ut nihil gerere necesse sit, in quo tutoris auctoritas interponi debeat? §. 1. Ex duobus tutoribus, si cum altero actum fuerit, alter [5] non liberabitur.

De concuratoribus.

XIX. ULPIANUS lib. I Responsorum.

ACtus sui rationem concuratori [6] reddere non esse compellendum: sed, nisi cum eo administrationem communicet [aut si non] ex fide curam gerat, suspectum [7] postulari posse.

De excusatione non recepta.

XX. IDEM lib. V de Officio Proconsulis.

TUtor vel curator, cujus [8] injusta appellatio pronunciata erit, cujusve excusatio recepta non sit, ex [9] quo accedere ad administrationem debuit, erit obligatus.

De patre tutoris.

XXI. MARCELLUS lib. singul. Responsorum.

LUcius Titius Gaium Seium filiumfamilias [10] testamento filio suo tutorem dedit; Gaius Seius sciente & consentiente patre, tutelam administravit: Quæro, an defuncto Gaio Seio actio tutelæ adversus patrem ejus, & in quantum competat? Marcellus respondit, secundum ea quæ proposita essent, actione [11] de peculio,

---

29 Tutelæ agit is, cujus tutela administrare est

30 Idem potest dici de locationibus factis à tutore.

31 Non potuit, si non fuit ei, cui crederet. *l. 12. §. 1. ff. eod.*

32 Debuit, si id præceptum est a testatore. *l. 7. §. 7. ff. eod.*

33 Ut si infans fuerit. *l. 1. ff. de verb. oblig.*

34 Per servum tutoris ita quæritur utilis pupillo actio, sicuti per ipsum tutorem. *Ibid.*

35 Facit *l. 5. §. 4. ff. eod.*

36 *Suæ tutelæ factæ*, id est, finita tutela, *Inst. de pupill. substitut. in pr.* in verbis: *si prius moriatur, quam in suam tutelam veneret.* Suæ tutelæ fit pupillus pubertate.

37 §. 2. ff. *eod. l. 18. ff. de negot.*

38 Debitum ex alia causa in actionem tutelæ devolvitur, si tutor debuit & potuit solvere, & pupilli interest, ut id in actionem illam devolvatur. *Bart.*

39 Privilegium habent debita in tutelæ judicium devoluta.

40 Tutor idemque debitor temporalis tenetur à se exigere.

41 Idem dicendum, si obligatus actione perpetua. *Alberic. hic.*

42 Tutor in se ipsum plus præstare debet pupilli nomine, quam adversus alios.

43 Sine actione nemo experitur. *l. 31. §. 4. in fin. ff. de hered. petit.*

44 Ut quia naturale erat debitum, quod exigere non poterat, utpote, quia inefficax erat actio.

45 Igitur a se ipso debitum naturale exigere cogetur tutor? cogetur, si id debitum cœpit ante tutelam. *Bart.* An & a pupillo exiget debitum naturale? non exiget. *Dynus. Bart.*

46 *Sub.* si solvat, vel solvere omittat.

47 Ideo a tempore solutionis non current usuræ.

48 Argumentum à jure solvendi ad jus exigendi.

49 *l. 5. §. 4. ff. eod. l. 23. C. eod. l. 78. § 2. ff. de leg. 2.*

50 Tutor a se ipso exigere, quod ipse debeat, cogitur. *l. 25. C. de administ. tut.*

51 *Subsudi*, a pupillo.

52 *l. 13. ff. de negot.* vide *l. 78. §. 1. ff. de contrab. empt. l. 8. C. qui potiores.*

53 *l. 3. §. 5. ff. de contrar. tut.*

54 Sunt qui legunt, *denunciare verum debet*: hoc sensu: Tutor in jure interrogatus id, quod rei contineat veritas, respondere cogitur, tant, confessioni tutoris stari in lite pupilli. adde *l. certum. 6. §. sed an & ipsos. 4. ff. de confess. l. un. C. de confessis.* Verum rectum est hic, *denunciare sibi verum debet.* Denunciare sibi verum, est bonam fidem agnoscere, non sibi blandiri, & ideo à supervacua lite abstinere.

55 Tutor honoraria Advocatorum & alias expensas supervacuo factas in lite pupillari, imputare sibi debet.

56 Vel calumniosam, *l. 6. C. eod.* adde *l. 78. §. 1. ff. de legat. 2.*

57 Ut eo casu duplicem personam sustineat, mutuantis scilicet, & ejus cui mutuum datur. *Bart.*

58 Tutor potest scripsum debitorem pupillo adscribere, & à pupillo mutuum accipere: ut ea ratione duplicem personam sustineat, mutuantis ac mutuum accipientis: & in re sua palam auctoritatem interponat. *Goth.* Vide Fachin. *lib. 11 controv. cap. 45. & 46.* Anf.

59 Tutor datus patrimonio supervenienti, non tenetur de anteriori: sed prior tenetur de augmento superveniente. *Bart.*

60 *l. 19. ff. eod. l. 3. ff. de suspect.*

61 *l. ult. §. 7. C. de curat. furios.*

62 Vide *Inst. C. in quib. caus. tutor. hab.*

63 Quod quid sit, v. *l. 33. ff. eod. l. 1. ff. de tutelæ & rationibus.*

64 Hic enim alienare non potuit res pupilli. *l. 52. pers. plane. ff. de pecul.*

65 Vide *l. 32. in fin. ff. eod. l. pen. C. de suspect.*

66 *5 Harmenop. 11. §. 50.*

67 *l. 11. ff. de curat. furios. Synops. 37. tit. 7. c. 11. 5 Harm. 11. §. 50.*

68 Nemine cum his contrahente, *l. 24. §. 1. ff. de minorib.* aliud autem exposcit utilitas promiscui usus. *l. 17. §. 2. ff. de inst.*

69 Culpa est, cum quis aliter versatur in alienis, quam in suis rebus.

70 Ita forte scribe: *non moribus duntaxat, sed etiam rebus pupilli præponatur.* Quadrat enim hæc trajectionis sententia ad quæstionem de rebus pupilli alienandis hic propositam. Sed potior tamen vulgatam lectionem hoc modo recte defendere: Tutor eum non rebus duntaxat, sed & moribus pupilli præponatur, mercedes præceptoribus ejus constituere poterit, non quas poterit minimas, sed pro facultate patrimonii pupilli, nataliumque ejus dignitate. Poterit ergo & solennia munera parentibus cognatisque pupilli mittere, & sorori ejus consanguineæ dotem dare. Hæc enim omnia ad mores & gratitudinem ipsius pertinent.

71 Quid ita? An non legimus tutorem rebus non dari. *l. 14. ff. de testam. tut.*

72 Facit *l. 1. §. 5. ff. de tut. & rationibus.* διδάσκαλος Minervalia / Festo. *Goth.* Adde *l. 4. ff. ubi pupillus educari. & l. 27. ff. de donationibus.* S. L.

73 *l. 13. ff. eod.*

74 *d. l. 1. §. 8.*

75 Solennia munera hæc, quænam censentur? Ne dicas nuptialia, quippe nuptialia munera, ut non necessaria, mittere prohibetur. *l. 13. in fin. ff. eod.* Quid igitur, quæ illa fuerunt solennia? ex Varrone, Festo Servio interpretamur, quæ ex more recepto cognati invicem natali cujusque die missitabant. Cara cognationis munera vocat Tertullianus *in lib. de Idololatria.* adde Martialem, 9 *Epigramm.* 54. 55. 56. quod & faciebant Romani Saturnalibus, 1 Macrob. 7. Martial. 4. 7. 10. adde Brissonium, 4 *selectar.* 3.

76 *d. l. 1. §. 2. l. 13. in fin. ff. eod.*

77 An alimenta? sic videtur. *l. 4. ff. ubi pupill.* Goth. Vide Tessaur. *decis.* 192. Bart. *tr. de aliment. n. 15.* Anf.

78 Hinc colligo, fratrem non cogi dotare sororem ex alio patre natam. v. *l. 19. ff. de ritu.*

79 Excusabitur. *l. 7. §. 7. l. 8. in fin. ff. eod.*

80 Sterilis erit ejus nomine nullas usuras pupillus exiget.

81 *l. 12. §. 3. ff. eod.* adde *l. 12. §. 5. ff. de religiosis.*

82 Hodie tutor an & quomodo res suas pupillaribus præferre possit, vide apud Romanum *singulari* 701. adde quæ scripsi ad *Gloss. l. si ut certo. 5. ff. commodati.*

83 Vide similem causam in *l. 5. §. 4. in fin. ff. commodati.*

84 *l. 6. in fin. l. 7. l. 57. l. 67. §. 1. ff. de cond. indeb.*

85 A pupillo relictis & præstandis.

86 *l. 1. §. 5. ff. de tut. & rationib.* Goth. Adde Revard. *conjectan. lib. 3. cap. 11.* Anf.

87 Imo solennia munera parentibus & cognatis mittere potest. *l. 12. §. 3. ff. eod.*

88 *l. 4. ff. ubi pupillus educari.*

89 Separatim ab alio gerentis, qui solvendo non est.

90 *l. 12. §. 3. ff. eod.*

91 Variatio non admittitur circa diversa connexitatem habentia. *Alberic.*

92 *l. 38. §. 1. ff. eod.*

93 *5 Harmenopul. 11. §. 64.*

94 Primo anno scilicet, nam sequentibus annis singulis duo ei menses dantur, quorum ratione nullæ ab eo pecuniarum usuræ exiguntur: detrahuntur hi duo menses in ponenda usurarum ratione, quod tantum temporis ad exigendas, & rursus collocandas pecunias tutori suppetere necessarium videatur. *l. 7. §. 11. ff. eod.* vide Cujacium, 5 *obs. 12. & Novell 72. cap. 6.* & adde *l. 58. §. 3. ff. eod.*

95 Hodie tantum abest, ut cogatur fœnerari, ut si pecunias pupillares crediderit, earum periculum ad eum pertineat. *Novell. 72. cap. 6.*

96 Adde *l. 4. C. si certum.*

97 *l. 46. §. 2. ff. eod. Synops. Basil. 37. tit. 11. ex tit. 8. c. 15. 5 Harmen. 11. §. 44.*

98 *l. 24. in fin. C. eod. Novell. 72. c. 6.*

99 Variatio non admittitur circa diversa connexitatem habentia. *Alberic.*

100 *5 Harmen. 11. §. 44.*

1 Vide *l. 75. ff. de reg. jur.*

2 *l. 5. in fin. ff. eod.*

3 Excusatione non admissa tutoris se excusare volentis, tutor periculum tutelæ præstat, non à die excusationis non admissæ, sed à die ex qua datus est tutor, quæ ante excusationem fuit.

4 Tutela ita constituta esse potest, ut etiam in nulla re tutor auctoritatem suam præstet. Quod etsi possit accidere, tenetur tamen tutelæ judicio. Quid ita? Aliunde potest tutor obligari, quam ex auctoritate interposita.

5 *l. 39. §. 15. ff. eod. l. 23. ff. de tutelæ & rationibus.*

6 Contutori, *Hal.* adde *l. 32. in fin. ff. eod.*

7 De quo vide *l. 31. §. 1. ff. de rebus auct. jud.*

8 *l. 39. §. 6. ff. eod l. 15. in fin. C. de excusat. tut.*

9 Tutor, cujus excusatio non est admissa, tenetur vel ex eo tempore quo gerere debuit.

10 Potest enim dari tutor. *l. 7. ff. de tutelis.*

11 Tutori testamentario filio consentiens pater obligatur de peculio & in rem verso, *ut hic.* imo in solidum. *l. si filius. 7. ff. de tut.* An hac lege agitur de testamentario tutore, ibi de dativo? An quia major est favor judicis? An quia si testamentarius tutor datus sit filius, pater non cogitur satisdare, ut vult Jacobus de Aretio? An potius, quod in tutela, cujus nomine satisdare cogi potest pater, in eadem cogitur pater expresse filio consentire, *ut vult Bart.*?

lio, & de in rem verso [12] patrem teneri: nec multum videri in hoc casu [13] facere patris scientiam & consensum ad obligandum eum in solidum: nisi forte contutore vel alio quo volente eum facere suspectum, interceſſit, & quasi in se periculum recepit.

12 Imo pater in solidum tutelæ tenetur, si filio gerenti consensit. *d. l. 7.*

13 Ut & in quibusvis aliis obligationibus. *Bart.*

De novatione, petitione & donatione.

XXII. PAULUS lib. III ad Edictum.

TUtor ad utilitatem [14] pupilli & [15] novare [16] & rem in judicium [17] deducere [18] potest. Donationes [19] autem ab eo factæ pupillo non nocent.

14 *l. novare.* 20. §. 1. ff. *de novat.*

15 *l.* 20. §. 1. ff. *de novat.*

16 Imo diminuendi causa transigere non potest. *l.* 46. *in fin.* ff. *eod.*

17 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.*

18 Igitur & compromittere.

19 *l.* 46. *in fin.* ff. *eod.* ne quidem mortis causa. *l.* 1. §. 1. ff. *de tut. & rationib.*

Cautio de rato.

XXIII. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

VUlgo observatur, ne tutor caveat [20], *ratam rem pupillum habiturum*: quia [21] rem [22] in judicium deducit: Quid tamen, si [23] dubitetur an tutor sit, vel an duret [24] tutor, vel an gestus illi commissus sit? Æquum est, adversarium non decipi [25]. Idem & in curatore est, ut Julianus scripsit.

20 *l.* 13. *C. de admin. tut.* actor tamen à tutore datus cavet. *l.* 9. ff. *rat. rem hab.*

21 *l.* 11. §. 7. ff. *de except. rei judic.*

22 Tutor jus pupilli in jure peritiori facit, perinde ac si ipse litigaret. *l. si mater.* 11. §. *hoc jure.* ff. *de except. rei judic. l. si procurator.* 18. ff. *rat. rem haberi.*

23 Quid ita? is de cujus mandato dubitatur, an cavet de rato? an potius adversarium indemnem fore, *l. Prætor.* 7. *d. qui viae.* 31. §. *si controversia.* ff. *de damno.* ut Dynus putat? Sane voluntarium mandatum habens, puta procurator, cavet de rato: necessarium habens, ut tutor, cavet sub hac conditione, si non apparebit eum tutorem esse. *Joan. Bart.*

24 An cavet de rato, si plene constat de mandato: semiplene, de eo revocato? ita notat *Bart.*

25 Et eo casu tutorem cavere, num de rato, num de indemnitate? vid. Bartolum *hic. num.* 2.

De fidejussore tutoris. 1. *De cautionibus amissis.* 2. *De fructibus qui percipi potuerunt.* 4. *De restitutione adversus venditionem.* 5. *De impensis voluptuariis.* 6. *De annonis & contributionibus ex consuetudine præstandis.* 7. *De relegatione tutoris.*

XXXII. IDEM lib. VI Responsorum.

SIne herede tutor decessit: Quæro, an curator pupillo datus, cum neque inventaria neque alia instrumenta à fidejussore tutoris exhibeantur, possit eundem [54] fidejussorem convenire ex stipulatione, quanti pupilli interest? Modestinus respondit *, in id quod tutor conveniri potuit, fidejussorem [55] [quoque] conveniri posse [56]. §. 1. Modestinus respondit, damnum, si quod [57] [datum] accidit eo quia cautiones soluti vectigalis inventæ non sunt, ad tutorem, cujus [58] nulla culpa admissa proponitur, minime pertinere. §. 2. Modestinus respondit, tutorem eorum redituum nomine rationem pupillæ reddere debere, qui ex fundo bona fide percipi potuerunt [59]. §. 3. Item respondit, si [60] minus à servo [61] tutor percepit, quam bona fide ex fundo percipi potuit, ex eo, de quo pupillæ sit obstrictus, quantum ex peculio servi servari possit, eidem tutori proficere debere: scil. si non perdituro [62] servo administrationem credidit. §. 4. Interposito curatore adulescens fundum Titio vendidit: postea, adgnita fraude, in integrum restitutus, in possessionem induci jussus est. Quæro, an, cum ex hac venditione melior factus non est, neque in rem suam quidquam versum probetur, pretium emptori restituere non debeat? Modestinus respondit *, Pretium [63] fundi ab adulescente venundati, si [64] rationibus ejus non profuit [65], nec quidquam de eo *à* judicante de in integrum restitutione statutum est, emptorem frustra postulare. §. 5. Item respondit, Sumptibus voluptatis causa ab emptore factis adulescentem onerandum non esse [66]: qui tamen ab eodem ædificio ita auferri possunt, ut in facie pristina [67] (id est, quæ fuit ante venditionem) [ædificium] esse possit, emptori auferre permitti oportere. §. 6. Lucius Titius coheres & curator sororis suæ, cum esset ex civitate, in qua usitatum [68] erat [69] ipsos dominos [70] prædiorum, non conductores, onera annonarum [71] & contributionum [72] temporarium [73] sustinere, morem hunc & consuetudinem [74] semper observatam secutus, & ipse pro communi & individua hereditate annonas præstitit: Quæro, an in rationibus dandis opponi curatori possit, quia non recte pro parte sororis tales impensas fecerat? Modestinus respondit, [in] id [75] demum curatorem adultæ reputare ex causa de qua quæritur posse, quod ipsa, si rem suam administraret, erogare compelleretur. §. 7. Tutores duo, post venditionem pupillarium rerum factam, pecuniam inter se diviserant: post quam divisionem alter eorum in exilium [76] datus est, durante tutela: Quærebatur, an actore constituto, contutor ejus partem pupillaris pecuniæ petere ab eo posset? Modestinus respondit, Si hoc quæritur, an, contutore relegato, contutor ejus tutelæ actionem exercere possit, non [77] posse [78] respondi.

54 Tutore mortuo sine herede, tenetur ejus fidejussor.

55 *l.* 3. ff. *de fidejussi tutor.*

56 Accessoria obligatio sic durat sine principali. Non juratur tamen adversus ipsum fidejussorem in litem, quia actione stricti juris hic conveniuntur, hoc est, ex stipulatione. An adversus tutoris heredem? juratur in litem: si ipse in dolo fuerit. *l. ult. C. de in litem jur.*

57 Casu scilicet, citra culpam tutoris. vid. *l.* 30. ff. *eod.*

58 Damnum casu contingens tutor non præstat.

59 Satis est igitur, si probetur fructus percipi potuisse: ita tutor præstat fructus pupillo, nec eos tantum quos percepit, sed & quos percipere potuit.

60 Vide *l.* 39. *in fin.* ff. *eod.*

61 Pupillo scil.

62 Adde *l.* 24. §. 4. ff. *de minorib.*

63 Restitutus in integrum minor adversus venditionem rerum suarum pretium non restituit, nisi eo factus sit locupletior: sed nec expensas voluptuarias. §. 5. ff. *eod.* adde *l.* 7. ff. *quæ in fraud. creditor. l.* 1. *C. de præscript.* 30 *ann.*

64 *l.* 27. §. 1. *in fin.* ff. *de minorib.*

65 *l.* 10. *C. de prædiis minorum.*

66 Imo omnes bona fide factas expensas debentur. *l.* 39. *in fin.* ff. *de minorib.*

67 *l.* 5. *in fin. C. de rei vindicat.*

68 Consuetudo valet, ut domini prædiorum, non conductores, onera annonarum & contributionum sustineant.

69 Alias conductores tenerentur ad solvendum vectigal. *l.* 6. *C. de pignerib.* nec pactione aliter constitui potest inter debitorem & creditorem. *l.* 42. ff. *de pact.*

70 Annonas & tributa quotannis conferebant possessores, id est, vel ipsi domini prædiorum, vel conductores: idque per causam utendi exercitus. *l.* 2. *C. de exact. tribut.*

71 Annonæ in speciebus consistunt, veluti frumento, vino, oleo, pane, carne, sale.

72 Contributiones (quæ & *tributiones* & *tributa*) in corporibus consistunt, veluti auro, argento, ære, equis, vestibus: suntque vel soli, vel capitis. *l. penult.* ff. *de censibus.* adde quæ scripsi ad *l.* 27. §. 3. ff. *de usufruct.* 73 *Al.* Temporariarum. *al.* contributionem temporariam.

74 Consuetudo extra jus commune inducta minores etiam obligat.

75 *l.* 13. §. 2. ff. *eod.*

76 Relegatione tutela non finitur: ut hinc constet, à pupillo tutelæ convenire non posse tutorem relegatum: nempe constante ipsa tutela, nondum finita: secus si fuerit deportatus, ut *l. si tutor. 5. in fin.* ff. *de tut. & rat. distrab.*

77 *l.* 11. *in princ. l.* 19. *in princ.* ff. *eod. l.* 2. *C. eod.*

78 Saltem posset adversus fiscum. vide *l.* 9. §. *pecunia.* ff. *de tut. & rat.* 79 Vide *l.* 10. ff. *eod.*

80 Id est, anno 12 in fœminis, & 14 in masculis. vide *l.* 13. §. *ult.* ff. *de tut. & curat. datis ab hic.* 81 Tutela ubi desinit, ibi cura incipit. Finis & interitus tutelæ, ortus est &, ut ita loquamur, generatio curæ. 82 Id est, in quem. 83 Imo non competit. *l.* 42. *in fin.* ff. *eod.*

84 *l.* 3. *C. eod.* 85 Expensas in suam ac propriam personam factas, tutor pupillo imputare non potest, *ut hic.* Pone tutorem à negotiis suis avocatum pupilli causa: Aliud fuerit, si tutelæ nomine iter instituere aliquod fuerit coactus: tales enim sumptus recte pupillo tutor imputat. *Jacobus de Aretio. Bartol. Alberic.* 86 Alendos scilicet. 87 Quibusdam consuetudinibus, parens utriusque sexus, tutelam gerens liberorum, fructus rerum pupillarium suos facit: ea ratione lege, ut pupillos honeste alat, & instituat, & æs alienum dissolvat. 88 Al. *salarium*: verum recta vox hic est, *solatii*, pro mercedula & salario, *l.* 31. *C. Th. de navicular.* & aliis locis multis. Hinc interim colligitur, posse Judicem tutori ex certa causa solatium constituere. *Bart.*

89 Vide *l.* 1. ff. *de fide instrum.* 90 *d. l.* 1. *de fide instrum. l. ult.* ff. *de suspectis. l.* 1. §. 3. ff. *de tutelæ & rationibus.* 91 Et torqueri. *l.* 22. *C. eod.* Ita in causa suspecti tutoris & rationis reddendæ, possunt torqueri servi pupilli. 92 Vide *l.* 44. *in princ.* ff. *eod.* 93 Tutor secundus seu posterior nomina facta à priore tutore cogitur suscipere, at non exigere suo periculo.

94 Quid? æquitas quibus in negotiis ipso jure aliquid induxit? non tantum in societate, sed & omni contractu, *ut hic. l.* 4. *l.* 10. *l.* 21. ff. *de compensat.* Accursius hoc male coangustat ad causam usurarum. in *l.* 10. ff. *de compensat.* Olim non fiebat ipso jure, neque per exceptionem doli in strictis judiciis: postea cœpit fieri opposita exceptione doli ex constitutione Divi Marci, quæ strictum judicium bonæ fidei fecit. Postea inter prudentes constitit ipso jure fieri, idque confirmatum constitutione Alexandri Severi, *l.* 4. *l.* 6. *C. de compensat.* deinde constitutione Justiniani, *l. ult. C. de compensat.* vide Cujac. 8 *observat.* 16. 95 Adde *l.* 4. ff. *de compensat.* adde Cujac. 8 *observat.* 16. 96 Compensatio uni tutori objicitur propter alterius debitum.

97 Vide quæ dixi ad *leg.* 2. *C. si ex pluribus tutoribus.* 98 Tutelæ divisionem non juris esse, sed jurisdictionis, an hoc significat, Tutelæ divisionem non fieri jure, sed Judicis auctoritate? An tutelam eas res continere, quæ non dividuntur? An tutelam non esse juris magni, hoc est, imperii, sed jurisdictionis, seu minimi imperii, ut quidam loquuntur? An tutelæ jus individuum esse, cum apud quemlibet sit solida & tota tutela: divisionem vero seu administrationem tutelæ, jurisdictionis esse, ut putat Bart.? 99 Imo jurisdictionis non est. *l.* 6. §. 2. ff. *de tutelis.*

100 Adde *l.* 2. *in fin. C. de divid. tut.*

27 Quando? etiam ante litem contestatam his casibus qui sequuntur.

28 *Actor* constituí solet, quoties necessitas est ex parte rei, (puta patrimonii quod diffusum proponitur), vel ex parte tutoris, (ut quia in dignitate, vel senex, vel infirmus), vel ex parte pupilli, (puta si infans vel absens), *ut hic.* Imo etsi nulla sit necessitas, sponte. *l. neque.* 11. *C. de procurat.* Consultius tamen est, ut addatur quædam causa, quamvis generalis, puta propter impedimentum rei familiaris. *l. Thaïs.* 41. §. 1. ff. *de fidejuss. libert.* 29 *Theophil. §.* 1. *Inst. de satisd. tutor.* 30 Imo omnes agent. *l. creditor.* 60. §. *duobus.* 2. ff. *mandati. l. sicut.* 18. ff. *de arbitr. l. qui proprio.* 46. *in fin.* ff. *de procurat.* An aliud hic in tutore, quam ibi in procuratore, quod jus tutelæ sit individuum, & in solidum apud quemlibet tutorem? 31 *l.* 3. §. 6. ff. *eod. l.* 1. *C. si ex pluribus tutoribus.*

32 Quid, si velint simul omnes experiri? post Glossam & Dynum Bartolus putat omnes simul agere posse, rejecta opinione Cyni & Jacobi Aretii. Quod enim hic dicitur, duos simul agere non posse, de facti non juris impedimento intelligendum esse. 33 *l.* 20. §. 1. ff. *de tutelæ & rationibus.* 34 *l.* 1. §. 18. ff. *de tutelæ & rationibus. l.* 24. ff. *de minoribus.* 35 Id est, solidum persolverunt. *l.* 15. ff. *de tutelæ & rationibus.* 36 Vide *l.* 15. §. 1. *in fin.* ff. *ad Vellejan.*

37 Cedi posse inventarii beneficium, hinc colligunt. 38 *l.* 4. *in fin.* ff. *de tutelæ & rationibus.* 39 *l.* 1. §. 3. ff. *de eo qui pro tutore.* 40 Ut provideat pupillo. 41 Vide *leg.* 56. §. *penultim.* ff. *de furtis.* adde *l.* 137. ff. *de regul. jur.* 42 Judicii. 43 Adoleverit. *l. ult.* ff. *si quis cautionibus.* 44 Usuræ, quas tutor præstat pupillo, ut impuberi, post pubertatem non præstat, si modo pecuniam pupilli legitime deposuit & obsignavit tuto in loco. Est enim iniquum, ab eo tutore usuras exigere, qui reliqua obtulit tutelæ. 45 *l.* 1. §. 3. ff. *de usuris. l.* 4. *C. de usuris. l.* 4. *C. de usuris pupillaribus.* 46 Vide Edmund. Merill. *lib.* 1 *observ. cap.* 31. & Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 97. Ans. 47 Vide *l.* 19. *C. de usuris.*

48 Vide *l.* 34. *in fin.* ff. *de damno. l.* 9. *C. de pignor. act.* in fano. vide Ciceronem, 5 *ad Atticum ultima.* 49 Actio tutelæ olim non erat ex perpetuis. vide *l.* 8. *in fin. C. arbitr. tut.* postea tamen, & sic hodie, ad 30 annos restricta. *l.* 3. *in fin. C. de præscript.* 50 *l.* 28. *C. eod.* modo bona fide possit defendi. *l.* 9. §. 6. ff. *eod.* 51 Officium tutoris præcipuum est, pupillum indefensum non relinquere: quod initio tutelæ tutor promittere debet. *l. ultim.* §. *defensionem. C. eod.* 52 In solidum tutores obligantur, qua gerunt ex officio publico: secus qua ex privato. *Bart.* 53 Vide *l.* 2. *C. de divid. tut.*

De diligentia tutorum. 1. *De curatoribus constitutis.* 2. *De herede pupilli.* 3. *De sumptibus in tutelam vel in tutores factis.*

XXXIII. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

A tutoribus & curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias [79] rebus suis ex bona fide præbere debet. §. 1. Officium tutorum curatoribus [80] constitutis finem [81] accipit: ideoque omnia negotia, quæ inita sunt, ad fidem curatorum pertinent. Idque etiam D. Marcus cum filio suo Commodo rescripsit.

§. 2. Heredibus quoque pupillorum electio eadem adversus tutores, in [82] quo potissimum consistere velint, competit [83], quæ ipsis, quorum tutela administrata sit. §. 3. Principalibus constitutionibus declaratur: Sumptuum [84], qui bona fide in tutelam, non [85] qui in ipsos tutores [86] fiunt, ratio haberi solet: nisi [87] ab eo qui eum dat, certum solatium [88] ei constitutum est.

79 Alias conductores tenerentur ad solvendum vectigal. *l.* 6. *C. de pignerib.* nec pactione aliter constitui potest inter debitorem & creditorem. *l.* 42. ff. *de pact.*

De servis torquendis.

XXXIV. JULIUS AQUILA lib. Responsorum respondit,

AD instruendam [89] diligentiam judicantis, & pupillorum utilitatem admittendam, servos [90] quoque eorum interrogari [91] posse.

De minoribus.

XXXV. PAPINIANUS [lib. II Quæstionum.]

TUtor sive curator nomina [92], quæ juste putat non esse idonea, à priore tutore vel curatore suscipere quidem cogitur, non [93] tamen exactionem periculo suo facere.

De divisione tutelæ.

XXXVI. IDEM [lib. III Quæstionum.]

INter tutores divisa tutela est: Æquitas [94], quæ merum [95] jus compensationis [96] inducit, propter officium & personam agentis tutoris non non [97] differtur: nam divisio tutelæ, quæ [98] non juris, sed jurisdictionis [99] est, modum administrationi facit, & inter ipsos [100] locum habet, nec experiri cum pupillo volentibus obstare debet.

S

Si mutetur conditio tutoris.

XXXVII. IDEM [lib. XI Quæstionum.]

TUtorem [1] qui tutelam gerit, Sabinus & Cassius, prout [2] gerit, in singulas res per tempora, velut ex pluribus causis [3], obligari [4] putaverunt. §. 1. Secundum quam sententiam servus institor dominicæ merces, vel præpositus [5] debitis exigendis, si liber factus in eodem actu perseveraret, quamvis tempore servitutis obligari non potuerit, præteriti temporis nomine, actione negotiorum gestorum non inutiliter convenietur, earum scilicet rerum, quæ connexam [6] rationem cum his quæ postea gesta sunt habuerunt: sic [enim] & tutelæ judicium earum quoque rerum causa tenere placuit, quæ post pubertatem administrantur, si posterior actus priori cohæreat, neque divisus propriam rationem habet.

§. 2. Inde descendit quæstio, quæ volgo circa filiumfamilias tractata est, qui tutor testamento datus, post tutelam gestam emancipatus [7], in eodem officio perseveravit: Et secundum Sabini & Cassii sententiam evenit, ut de eo quidem quod post emancipationem gestum est, in solidum conveniri possit, de præterito autem, sive peculium non sit ademptum, sive ademptum sit, in id quod facere possit: quod si superioris temporis nomine patrem [8] de peculio pupillus convenire maluerit (annus enim utilis, ex quo tutela agi posse cœpit, computabitur), ne capiatur pater, inducta totius temporis causa, tempus, quo filiusfamilias tutelam gessit, comprehendendum erit.

De pluribus tutoribus qui non administraverunt.

XXXVIII. IDEM [lib. XII Quæstionum.]

SI plures tutelam non administraverint, & omnes solvendo sint: utrum, quia nullæ partes administrationis inveniuntur, electioni locus erit? an, ut ♀ ejusdem pecuniæ debitores, excipere debebunt periculi societatem [9]? Quod magis [11] ratio suadet [12].

§. 1. Si quidam ex his idonei non sint, onerabuntur sine dubio cæteri: nec inique, cum singulorum contumacia pupillo damnum in solidum [13] dederit. §. 2. Unde quærendum est, an actiones [14] pupillus ei, qui solus convenitur, in alterum pro parte sc. præstare debeat? Sed, cum propria cujusque contumacia puniatur, qua fronte [15] poterit hoc desiderari [16]?

De pro tutoribus prove curatoribus. 3. De duobus tutoribus, uno rerum Italicarum, altero provincialium. 4. De contractu tutoris. 5. De mutuis cautionibus & pignoribus curatoris. 6. De appellatione tutoris. 7. De curatoribus rerum Italicarum petendis à tutoribus rerum provincialium. 8. De tutore Romæ substituto in locum ejus, qui res Italicas & provinciales administraverat. 9. De protutoribus prove curatoribus. 10. De heredibus tutorum. 11. Si quidam cesserunt, quidam non. 12. De lite post pubertatem peracta. 13. De remissione culpæ tutorum. 14. De nominibus & usuris. 15. De tutoribus & curatoribus conveniendis. 16. De eo, qui contutoris heredem non convenit, aut contutorem suspectum non fecit. 17. De tutore fratris coheredis. 18. De servo actore manumisso ab adolescente.

XXXIX. IDEM lib. V Responsorum.

TUtores, qui post finem tutelæ per errorem officii durantes rerum administrationem retinuerunt, nominum paternorum [17] periculum, quæ post pubertatem adolescentis idonea fuerunt, præstare cogendi non erunt, cum [18] actionem inferre non potuerunt. §. 1. Curator à patre testamento datus impuberis negotiis se per errorem immiscuit: postea à Prætore tutoribus aliis datis [19], periculum futuri temporis ille, qui postea nihil gessit, non præstabit. §. 2. Qui se negotiis impuberis [20] non jure tutor datus secundum patris voluntatem immiscuit, errore comperto tutorem à Prætore constitui consultius petet [21]: ne forte, si rem cœptam deseruerit, fraudis vel culpæ causa condemnetur: Non idem servatur, si quis ultro negotium alienum gesserit, cum satis [22] abundeque sufficiat, vel in una specie per amici laborem domino consuli. §. 3. Heres institutus, qui non habuit substitutum, prius quam hereditatem adiret, quam impuberi restituere debuit, vita decessit: Cum hereditas in Italia esset, scriptus autem heres in provincia vita decessisset, tutores provincialium [23] rerum culpæ nomine condemnandos existimavi: si causam testamenti non ignorantes utilitatem impuberis deseruerunt [24]: nam hereditatis in provincia fideicommisso [25] restituto, causam quidem juris expediri potuisse, rerum autem administrationem ad eos recidere debuisse, qui tutelam in Italia suscepissent. §. 4. Adversus tutorem, qui pupillum hereditate patris abstinuit [26], actionem denegari non oportet creditori [27] qui cum ipso tutore contraxit: quamvis tutor pecuniam in rem impuberis verterit.

§. 5. Curatores adolescentis mutui periculi gratia cautionem invicem sibi præbuerunt, & in eam rem pignora dederunt: Cum [28] officio depositio [29] solvendo fuissent, irritam cautionem esse fatam, & pignoris vinculum solutum, apparuit. §. 6. Tutor datus adversus ipsam creationem provocavit: Heres ejus postea victus [30], præteriti temporis periculum præstabit: quia non [31] videtur levis culpa, contra juris auctoritatem mandatum tutelæ officium detrectare [32]. §. 7. Rerum [33] provincialium tutores, in [34] Urbe causas appellationis impuberum agentes, rerum Italicarum curatores, ut impuberibus constituantur, ad officium suum revocare debent: alioquin, si prius in provinciam redierint, dolum aut culpam [35] eorum in ea quoque parte recte judex conveniet. §. 8. Patruus testamento fratris filio tutor datus, cum in Italia domicilium haberet, tam Italicarum rerum quam provincialium administrationem suscepit: atq; ita pecuniam ex venditionibus Romæ refectam in [36] provinciam trajecit, & in Calendarium pupilli convertit: Tutor in locum ejus Romæ substitutus, administrationem pecuniæ, quæ [37] non pertinet ad tutelam suam [38], sufficere non cogitur. §. 9. Curatores testamento vel tutores inutiliter [39] dati, neque decreto Prætoris confirmati, negotia gesserunt: Vice mutua periculum præstare coguntur [40]: cum officium sponte [41] citra juris administrationem inierint, & qui fuit idoneus, decretum Prætoris curatores vel tutores constituentis implorare debuerit. §. 10. Tutoribus idoneis diem functis, vice [42] mutua periculum ad heredes eorum [43] non redundat, quod non habuit locum officio tutelæ manente [44]. §. 11. In eum [45], qui tutelam gerere noluit, post [46] cæteros qui gesserunt, actionem [utilem] tutelæ dari placuit. Quod tamen ex tutela non pervenit ad eos, qui se negotiis miscuerunt, sed communi [47] neglegentia periit, citra substitutionis ordinem æqualiter omnium periculum spectat. §. 12. Tutores, pubere pupillo constituto [48], litem appellationis inchoatam, jussu Consulum [49] ob notitiam rei perfecerunt: Cum judicatum persequi non [50] potuerunt [51], periculo culpæ non subjiciuntur. §. 13. Ab eo qui [52] restitutionis auxilio non juvatur, quæstio culpæ tutorum, conventione remitti potest: nec [53] donatum, sed [54] transactum videtur. §. 14. Neglegentiæ tutorum periculo [55] nominum, quæ pater usuris majoribus fecit, adscripto, pupilla quidem actionem [56] Calendarii præstare cogitur: exactas autem usuras tutelæ tempore, citra ullam compensationem retinet. §. 15. Adulescens, tutoribus conventis [57] à quibus totum servari non potuit, adversus curatores, qui [58] tutelam ad se neglegentia non transtulerunt, integram actionem retinet: neque enim tutelæ judicio consumptum videtur, quod alterius officii querelam habuit. §. 16. Tutor [59], qui tutoris [60] idoneum heredem convenire pupilli nomine noluit, damni vicarius substituitur: ut is, qui non idoneum tutelæ tempore [61] suspectum facere supersedit. §. 17. Tutelæ judicium ideo differri non oportet, quod fratris & coheredis impuberis idem tutelam sustineat. §. 18. Quod de peculio servi actoris, quem adulescens postquam res suas administrare cœpit manumisit, (&) retinuit, aut retinere potuit, in ratione reddenda, curatori per judicem accepto feretur.

De privilegio militari.

XL. IDEM [lib. VI Responsorum.]

IMpuberi filio Centurio curatorem [62] dedit [63]: Decreto Prætoris non secuto, si nihil curator datus administret, periculo contumaciæ vel neglegentiæ non adstringetur: nam * *privilegium* [64] *militum ad alienam* [65] *injuriam porrigi non oportet*: nec in aliis, circa [66] supremam voluntatem, imperitiæ venia datur, quam in bonis militum: filiæ vero tutela jure patriæ potestatis, non militiæ præmio mandatur.

De remissione rationum reddendarum.

XLI. IDEM [lib. VII Responsorum.]

QUi plures tutores habuit, unum qui solvendo non fuit [67], *rationem* [68] *actus sui* vetuit *reddere*: Quoniam ejus liberatio, quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non est relicta, contutores, qui suspectum facere neglexerunt, ex culpa recte conveniuntur: tutor enim legatarius ex culpa, quæ testamento [69] remissa est, non tenetur.

De privilegio pupilli.

XLII. IDEM [lib. I Definitionum].

EX pluribus tutoribus in [70] solidum unum tutorem judex condemnavit: In rem suam judicatus procurator datus, privilegium [71] pupilli non habebit: quod [72] nec heredi [73] pupilli datur [74]: non enim causæ, sed personæ succurritur, quæ meruit præcipuum favorem.

De ære alieno. 1. De dote promissa supra vires patrimonii.

XLIII. PAULUS lib. VII Quæstionum.

CUm post mortem [75] pupilli desinit esse nomen idoneum, tutor [76] periculo eximitur. §. 1. Qui cum esset fratris sui filiæ curator, *quadringenta dotis nomine marito ejus se daturum* promisit: Quæro an succurrendum sit ei, cum, postea ære alieno emergente [77], supra vires [78] patrimonii ejus dos promissa sit; quoniam in instrumento ita scriptum sit, *ille patruus & curator* [79] *stipulanti spondet*? Movet quæstionem quod non ut [80] de suo dotem daret, sed, cum crederet rationem pupillarem sufficere, promisit: Præterea & [81] illud hic potest tractari, ut, si sciens curator non sufficere promiserit [82], vel donasse videatur, vel quoniam dolo fecit [83], non illi succurratur. Respondi, * Curator cum officium suum egressus [84] sponte [85] se obligaverit, non puto ei à Prætore subveniri debere; non magis, quam si creditori puellæ *pecuniam se daturam* spopondisset: sed is de quo tractamus, si non donandi animo, sed negotii gerendi causa dotem promisit, habet mulierem obligatam [86]: & poterit dici, etiam manente matrimonio eam teneri, quia habet dotem, sicut in collatione bonorum dicitur; vel certe post divortium, sive exacta sit dos, sive maneat nomen, quia potest efficere ut ei accepto feratur. Quod si mulier suum curatorem adimplere [87], id quod supra vires patrimonii [88] ejus in dotem dare promisit, non queat [89]: curatorem quidem in hoc quod superfluum est, per exceptionem relevari, mulier vero cautionem in maritum exponere debet: Quod si quandoque locupletior constante matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito servat [90].

De

1 Sive sit paterfamilias, sive filiusfamilias, sive liber, sive servus: nimirum cum de servo hic loquimur, servum negotia gerentem intelligere debeamus, at non tutorem. *l. si adrogati. 14. ff. de tutel.*

2 Vide *l. Pomponius. 15. ff. de negot.* Variata conditione gerentis, variatur obligationis conditio.

3 De quibus vide *l. 9. in fin. ff. de tut. & rat.*

4 Tutela constante obligatur tutor naturaliter & civiliter, *ut hic.* sed non nascitur actio. *l. si tutor. 5. ff. de tutel. & rat.*

5 Dispensator & actor, qui tutori & curatori nonnunquam comparatur. dixi *l. 51. ff. de solut. l. 11. §. 5. ff. de pign. act.*

6 Connexorum idem est judicium, vide *l. 3. ff. de tut. & rat. l. 10. §. 2. ff. de appellat.* si sint individua. *l. etiam. 19. ff. de minorib. l. cum actum. 17. ff. de negot.* & utrobique eadem fit ratio. *c. translato. extr. de consti.* secus, si diversa. *l. 2. C. de fide instrum. c. propositum. extr. de eo, qui duxit eam. & 2. q. 5. c. interrogatum.*

7 Vide *l. 11. in pr. ff. de tut. & rat.*

8 Vide *l. 11. in fin. ff. de tut. & rat.*

9 Divisionis non cessionis beneficium habent tutores in gerendo negligentes, seu contumaces. Imo divisionis beneficium non habent, *Ex. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat.* quod & ita Azo censet. Male quippe unum tantum eligi non posse hic dicitur, & simul convenientes esse.

10 Id est, petere beneficium divisionis.

11 Imo non magis id sundet ratio: potest enim pupillus unum ex tutoribus non gerentibus eligere, & in eum unum ac solum experiri: cum jus eligendi habeat adversus plures tutores non contumaces in gerendo. *l. à tutoribus. 33. §. heredibus. 2. ff. eod. l. 2. C. de divid. tutel.* vide hic Bartol.

12 Ut scilicet conveniantur pro virili. *l. 1. §. 10. §. 12. ff. de tut. & rat.*

13 Ergo si non idonei erunt, in solidum tenebuntur. vide *l. 55. in pr. ff. eod.*

14 Inter plures tutores contumaciter non gerentes, cessionis beneficium non est, *ut hic.* Imo est, *d. §. nunc tractemus.* Non est adversus plures tutores qui ex culpa conveniuntur, *ut ibid.* Est adversus eos, qui ex contumacia conveniuntur, *ut hic.* hoc est, qui ex delicto.

15 Impudentia sua nemo adquirit actionem. *c. qua fronte. 25. de appellat.*

16 Adde *l. 12. §. 1. ff. de furt.*

17 *l. 43. in princ. ff. eod.*

18 Et, qui non potest agere, non imputatur periculum nominis. *Bart.*

19 Puta, quia curator impuberi non datur. vide *§. 9. ff. eod.* facit *l. 101. §. 2. ff. de cond. & demonstr.*

20 Vide *§. 9. ff. eod.*

21 Imo non est illud necesse. *l. 2. in fin. ff. qui pro tut.*

22 Vide *l. 20. C. de negot.*

23 Quæ sunt agenda in persona, vel in rebus, ea pertinent ad tutorem ejus rationis, unde est persona, & ubi res sunt. *Bart.*

24 *§. 6. in fin. ff. eod. l. 47. §. 2. in fin. ff. eod.*

25 Fideicommissum in ea provincia petendum, unde heres ortus est vel domicilium habet. *l. 50. ff. de judiciis. l. pepulit. ff. de jurisdict.* vide plura in *l. un. C. ubi fideicomm.*

26 Vide *tit. C. si minor ab hered. se abst.*

27 Imo oportet denegari. *l. 2. §. 1. in fin. ff. eod.*

28 Cautio facilitata cautionis interponendæ, cessat effectus cautionis interpositæ.

29 Vide *l. ult. C. in quibus causis tutor.*

30 *V. l. 20. ff. eod.*

31 Appellare injuste non levis culpa est, sed dolus vel lata culpa: ita fit, ut omne periculum, quod ea appellatione pendente acciderit, præstet tutor, qui injuste appellaverit.

32 Et defenere. *§. 3. ff. eod.*

33 Curatorum rebus provincialibus dari, petere tutor urbanus potest: sic tutor unius provinciæ recte petit curatorem constitui ad eam causam quæ in alia provincia tractatur.

34 Appellatur ex provincia in urbem.

35 Vide *§. 3. ff. eod.*

36 Tutor domicilium mutare potest ex una provincia in aliam.

37 *V. l. 10. §. 4. ff. de exactor.*

38 Quæ translata est in provinciam, & patrimonio provinciali applicita.

39 *§. 1. 2. ff. eod.* Protutores tenentur in solidum, ut tutores.

40 *l. 1. in fin. C. de testam. tut. §. 5 ff. eod.*

41 Beneficium divisionis locum non habet intereos, qui sponte administrant.

42 Heres tutoris non tenetur ex sua persona, si non exegit hereden alterius.

43 Vide *l. 53. ff. eod.*

44 Tunc enim unius periculum ad alium pertinet.

45 In gestis prius convenitur, qui gessit, quam qui non gessit: in non gestis singuli æque jure conveniuntur.

46 *l. 5. C. si tutor non gesserit.* adde *l. 3. §. 2. ff. eod.* Goth. Nec habet beneficium Ordinis, sicut habet in gestis. vide Ronchegal. ad *l. eandem. num. 223. ff. de duob. reis.* Anf.

47 Ex eo quod communi negligentia actum est, omnes in solidum tenentur.

48 Et sic finita tutela.

49 Ut & legati: vide *l. 5. §. 7. in fi. ff. eod.*

50 Tutoribus, qui agere non potuerunt, nihil imputatur.

51 Licet finita tutela causa cœpta peragi possit per tutorem causa cognita, non agitur tamen judicati in eum. *Bart.*

52 Restitutionis auxilio non juvatur, qui veniam ætatis impetravit. *l. 1. C. de his, qui veniam ætatis. l. 3. ff. de minoribus.*

53 Venia ætatis impetrata, alienare & pignorare olim licuit: at non donare, *ut hic. & l. ult. C. si major fatlus alienat. ratam.* hodie, nec alienare, nec pignorare. *l. 3. C. de bis, qui veniam ætatis.* Porro veteres interpretes, ad majorem 25 annis hunc locum referunt, non ad eum, qui veniam ætatis impetravit.

54 Transactionis & donationis discrimen.

55 Periculum nominum exigendorum neglegenti in ea re tutori imputatur. *Goth.* An & quatenus tutor periculum nominum à se contractorum sustineat, vide *Consul. Forens. nostram, lib. 1. cap. 18. n. 10. & ibi DD. S. L.*

56 *V. l. 1. §. 18. ff. de tutelæ & rationibus.*

57 Tutoribus conventis non liberantur curatores: & à contra curatoribus conventis, tutores quoque non liberantur, nisi quatenus exactum est.

58 Vide *l. 18. in fin. ff. eod.*

59 Tutori imputatur negligentia, si heredem contutoris non convenit: sicut si suspectum contutorem facere neglexit. 60 *l. 1. in fin. C. de tut. vel cur. qui non satisd.* 61 *l. 14. ff. eod. l. 2. in fin. ff. de magist. conven.* 62 Et sic inutiliter. *l. 39. §. 1. §. 2. §. 9. ff. eod. Inst. de curatorib.* 63 Testamento suo, id est, confirmatione non interveniente. 64 Privilegia militibus concessa extendere ad alienam injuriam non debemus. adde *l. nec avunc. 4. C. de emancip. lib. l. 2. §. merito. 10. §. si quis à Principe. 16. ff. ne quid in loco publico.* 65 Sed nec alias causas & res, quam militares. *v. l. 28. l. 41. ff. de milit. testam.* 66 Imperitiæ venia non datur militibus in ultimis voluntatibus. *l. 3. C. de test. militia.* In bonis suis dividendis, ut voluit, habent privilegium: in tutoris vel curatoris datione non item.

67 Adde *l. 5. §. 7. ff. eod.* 68 Qui rationem actus sui reddere tutorem suum vetat, non ei remittit aut legat res ex tutela perceptas, aut contractus dolo initos. Ita sit ut ejus contutores eo nomine possint convenirii, quod eum tutorem, cujus dolus probatur, suspectum non fecerint. 69 *V. d. §. 7. in fin. ff. eod.* 70 Qui in solidum tutores erant. 71 *l. 19. ff. de reb. auct. jud.* ut in personali præseratur cæteris. 72 Cedi alteri non potest beneficium, quod ad heredem transmitti non potest.

73 Privilegium pupilli non transit ad ejus heredes: nisi ejus generis sit, ut personæ mero jure non detur. *l. à tutoribus. 33. §. heredibus. 2. ff. eod. l. non solum. 6. ff. de rest. in integr.* 74 Imò datur. *l. 33. §. 2. ff. eod.* 75 Vel pubertatem. *l. 39. in pr. ff. eod.* & sic finita tutela, si nomen pupilli fiat non idoneum, periculum est tutoris. 76 *l. 47. §. 5. ff. eod.* 77 *5 Harm. 11. §. 38.* 78 Id enim revocavit. *v. l. un. C. si adversus dot. l. 9. §. 1. ff. de minoribus.* 79 Nomine curatorio promittens, interdum quis non tenetur. *Bart. l. 2. ff. eod. v. l. 5 §. 1. ff. quando ex facto tutor.* 80 Vide quæ notavi ad *l. penult. ff. de institoria.* 81 *Nec illud.* Ita emendat Ant. Fab. *6 conject. 18.* 82 *Arg. l fin. vers. utrumque. C. de dotæ promiss. l. 53. ff. de reg. jur. v. l. 9. C. de cond. indeb.* 83 *l. 2. §. 3. ff. ad Velleian.*

84 Egreditur officium, qui id promittit sciens, quod scit pupillum non debere. 85 Sciens dolo malo. 86 Curator dotem promittens pro pupilla, non videtur eam promittere animo donandi, sed repetendi. facit *l. 34. ff. de negot.* 87 *Creditorem adimplere*, est solvere creditori. *l. 4. C. de convenundis fisci debitoribus. lib. 10.* 88 Adde *l. 9. §. 1. ff. de minoribus.* 89 Communis lectio habet *non queat.* vid. Leonin. *emend. lib. 3. c. 1. n. 5.* Anf. 90 *Al.* solvat, *forte*, servare.

De nominibus.

XLIV. IDEM [lib. XIII Quæstionum].

QUi [91] nominibus à curatoribus prioribus susceptis, sive tutoribus, nomina adgnoverunt [92], periculum in se transferunt [93].

§. 1. Sed si pupillus post pubertatem, rationibus à tutore acceptis, reliquationem ejus secutus, usuras acceptaverit [94], privilegium suum non amittit in bonis tutoris venditis: Prætor enim privilegium ei servare debet.

De liberatione unius ex duobus administratoribus.

XLV. IDEM [lib. XIV Quæstionum].

SI pupillus alterum ex tutoribus post pubertatem liberasset [95], improbe alterum illius [96] nomine conabitur interpellare.

† Idemque dicemus in duobus Magistratibus collegis, quorum alterum Respublica convenit. Sed hæc in Magistratibus tractavi, quasi duo rei ejusdem debiti essent omnimodo: quod non [97] ita est [98]: nam si uterque idoneus est, electio locum non habet.

† Is [99] autem qui tempore liberatus est, non ei similis est qui nihil habet, sed ei qui satisfecit: habet enim quod objiciat petitori.

Si adultus debitorem suum procuratorem fecit. 1. De divisione administrationum. 2. De pecunia fœnerata. 3. De usuris. 4. De fidejussore tutoris. 5. De apocha tutoris. 6. De duobus tutoribus testamentario & dativo, vel pluribus dativis. 7. De auctoritate tutoris.

XLVI. IDEM [lib. IX Responsorum.]

LUcius Titius curator Gaii Seii, tempore curæ, fundum Cornelianum locavit Sempronio, qui Sempronius reliqua traxit [100]: pupillus, ætate probata [1], eundem quondam colonum Sempronium fecit procuratorem: Quæro, an ex eo, quod ille ut procurator egit, omne debitum adulescens agnovisse videatur: eoque nomine curatorem suum liberasset [2]? Paulus respondit, non ex eo, quod adultus eum qui prædia ejus coluit procuratorem habere voluit, debitum, quod ex conductione reliquatus est, adgnovisse videri. §. 1. Sempronii, qui ex pollicitatione [3] debitor patriæ suæ exstiterat, bona Respublica [4] jussu Præsidis possedit, quorum bonorum Magistratus Reipublicæ tres curatores [5] constituerunt, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ [6], id est, *curatores*, vocantur, qui postea inter se, sine consensu Reipublicæ, administrationem bonorum Sempronii diviserunt [7]: ex quibus quidam, cum reliqua traherent, idonei [in] ipso tempore administrationis esse desierunt: postea pupillus heres Sempronii, qui abstentus erat, ab Imperatore impetravit, ut bona paterna ei restituerentur: Quæro, an ex bonis eorum, qui idonei sunt, indemnitati pupilli prospici debeat: cum inde dividuum his officium curæ à Magistratibus injunctum sit? Paulus respondit: si pupillo in curatores bonorum actiones [8] decerni placuerit, pro ejus portione, qui idoneus non sit, Magistratus conveniri oportere [9]: alia [10] enim causa est tutorum, alia eorum qui Reipublicæ negotia administrant. §. 2. Tutorem [11], qui pecuniam [12] pupillarem quamvis suo nomine fœneravit, non videri contra Constitutiones fecisse, quæ prohibent pecuniam pupillarem in usus suos convertere. §. 3. Quæsitum est, an ejus pecuniæ, qua tutor usus est, post [13] finitam quoque tutelam in diem [14] judicii accepti easdem usuras præstare debeat? Paulus respondit: finita administratione eas usuras debere computari, quæ in tutelæ judicio computantur. §. 4. Paulus respondit, propter ea, quæ post pubertatem, nulla [15] necessitate cogente, sed ex voluntate sua, tutor administravit, fidejussorem, qui *salvam rem fore* cavit, non teneri [16]. §. 5. Tutelæ judicio tutor conventus edidit librum rationum, & secundum eum condemnatus solvit: postea * cum * à debitoribus paternis, quorum nomina libro rationum non inerant, exigere vellet pupillus, [&] prolatæ sunt ab his apochæ [17] tutoris, quæsitum est, utrum adversus tutorem, an adversus debitores actio ei competat? Paulus respondit, si tempore administrandæ tutelæ tutori tutelam gerenti [18] debitores solvissent [19], liberatos [eos [20]] ipso jure à pupillo: sed si cum tutore actum esset, posse eundem adolescentem, propter eam causam, tutelæ experiri; & adversus exceptionem rei judicatæ doli mali uti replicatione. §. 6. Cum testamento duo tutores dati essent pupillo, & alter ex his vita defunctus fuisset: in [21] locum ejus, petente matre, ex Præsidis provinciæ præcepto à Magistratibus [alius] tutor datus est: à quo Magistratus satis exegerunt rem salvam fore: tutor testamento datus postea datum suspectum fecit: Quæsitum est, in quantum teneatur? Paulus respondit, tutorem testamento datum pro ea [22] parte conveniri oportere, pro qua parte administravit: pro contutoris autem portione prius [23] eos [24] conveniri debere, qui pro eo se obligaverunt [25], vel Magistratus, qui eum dederunt: tunc si solidum pupillus consequi non potuerit, de officio contutoris quærendum, an suspectum facere debuerit: præsertim cum suspectum quoque eum postulasse dicatur: Alias quidem, cum Magistratus plures tutores dant, non [26] prius ad eos reverti pupillus potest, quam omnes tutores excussati [27] fuerint. In proposito, cum unus à Magistratibus datus proponeretur, non est visum, prius collegam conveniendum, qui & suspectum fecit, & testamento datus est: perindeque habendos singulos, ac si in partes dimidias tutores dati essent. §. 7. Tutoribus concessum est [28], à debitoribus pupilli pecuniam exigere, ut ipso jure liberentur: non etiam donare [29], vel etiam deminuendi causa cum iis transigere [30]: & ideo eum, qui minus tutori solvit, à pupillo in reliquum conveniri posse.

Si testator jubeat fieri ex consilio alicujus. 1. De æstimatione diurni. 2. De instrumento debitorum provincialium repertis à tutoribus rerum Italicarum. 3. De venditione facta à protutore. 4. De usuris. 5. De mutuo & pignore. 6. Si tutor venditis omnibus communis negotiationis mercibus, & sibi redemptis, negotium suo nomine exercuit. 7. Si tutor rerum Italicarum creditori provinciali solverit.

XLVII. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

TItius & Mævium tutores quis dedit, & cavit: Βούλομαι, καὶ παραγγέλλω, πάντας γίνεσθαι τὴν Μαιβίου τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμην· καὶ ὅ,τι ἂν βούλῃ τοῦ τοιούτου ἄνωθεν ἔσται, id est, *volo & rogo, omnia fieri cum Mævii fratris mei consilio, & quod sine eo fiet, irritum fit*: Titius solus à debitoribus exegit: an liberati essent? Respondi, si [31] & administrationem Mævio dedisset [32], non recte [33] solutum [34].

§. 1. *Quantum* [autem] *filio meo diurnum* [35] *sufficiat, Marina & Januaria æstimabunt* [36]: Quæro, an contenti esse debeant tutores arbitrio [37] mulierum? Respondi, sumptum boni viri [38] arbitrio faciendum. §. 2. Tutores dati ad res Italicas, instrumenta Romæ reperierunt [39] debitorum provincialium, *ut pecunia Romæ, aut ubicumque* [40] *petitum fuerit, solvatur*. Quæro, cum [41] neque debitores in Italia essent, neque eorum prædia: an hæc exactio ad Italicæ rei tutores pertineat? Respondi, si provincialis contractus esset, non pertinere: respicere tamen [42] ad officium eorum, ne instrumentorum ignorantia contractus eos [43], ad quos administratio pertineret, lateret. §. 3. A matre datus [44] testamento tutor, cum putaret se tutorem esse, distraxit [45] bona materna & paterna pupillorum, & decessit non solvendo: quæritur, an pupillus res possit vindicare? Respondi, si manent res pupilli, vindicari ab eo posse [46]. §. 4. Præfectus Legionis ita testamento cavit, *Volo, ut sit in arbitrio tutorum filii mei, si voluerint hujus summæ uncias* [47] *inferre usurarum nomine, ita, ne nummi dispergantur*: Quæro, si apparuerit pecunia fœnerata à tutoribus, judicio tutelæ uncias usuras, an vero eas, quas stipulati sunt, præstare debeant? Respondi: Si secundum voluntatem defuncti elegisset [48] usurarum præstationem, neque pupilli [49] nomine in fœnus dedissent: id præstatur, quod testator voluisset. §. 5. Lucius Titius mutuam pecuniam à tutore accepit, & [50] rem hereditariam pignori ei dedit: post triennium jam puberibus his, quorum tutela administrata est, fisco [51] bona defuncti adjudicata sunt, quia mortem ejus heres non est ultus. Quæritur, an id nomen pupillus recusare possit? Respondi, secundum ea quæ proponuntur, id nomen ad onus tutorum [52] non pertinere. §. 6. Altero ex duobus fratribus sociis bonorum & negotiationis defuncto, herede filio, patruus tutor, venditis omnibus communis negotiationis mercibus, & sibi redemptis, negotium [53] suo nomine exercuit: Quæsitum est, utrum compendium [54] negotii, an usuras pecuniæ præstare debeat? Respondi, secundum ea, quæ proponuntur, pupillo usuram [55], non [56] compendium [57], præstandam [58]. §. 7. Tutor rerum Italicarum conventus à creditore provinciali, ubi rem pupillus habuit, solvit: Quæsitum est, an id tutelæ judicio reputari possit? Respondi, nihil proponi, cur non [59] possit.

Differentiæ curatorum.

XLVIII. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

INter bonorum ventrisque curatorem, & inter curatorem furiosi, itemque prodigi, pupillive, magna est differentia: quippe cum illis [60] quidem plane [61] rerum administratio, duobus [62] autem superioribus [63] sola custodia, & rerum, quæ deteriores futuræ sunt, venditio committitur.

De contumacia tutoris puniendo.

XLIX. PAULUS lib. II Sententiarum.

OB fœnus pupillaris pecuniæ per contumaciam non exercitum [64], aut fundorum omissam comparationem, tutor si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem [65] coërcebitur.

De tutem.

91 Noviſſimi curatores ſc. adde *l. 35. ff. eod.*

92 *Agnoviſſe nomina* pupillaria ab anteceſſore adminiſtratore contracta ſibi aſſignata is videtur, qui verbo vel aliquo actu ea ut idonea agnovit, *l. ſi filius. 7. §. de tutel.* non qui ſimpliciter ſuſcipit. Minus eſt enim *nomen ſuſcipere* quam *agnoſcere*.

93 *l. 19. ff. de tutele, & rationibus.* Imo non transferunt. *l. tutor. 35. ff. eod.* Solve: non transferunt in ſe periculum eorum nominum, quæ ſimpliciter ſuſceperunt, non tamen agnoverunt.

94 Pupillus uſuras reliquationis acceptando, privilegium ſuum non amittit. *Bart.* in cæteris aliud eſt. *l. 24. §. 1. ff. de rebus auctor. jud.*

95 Atqui id fieri non poſſe videtur, *arg. l. 39. §. 13. ff. eod.* An liberavit tranſigendo, non donando? *Goth.* Vide Zanger. *de Except. part. 3. cap. 10. n. 20.* Anſ.

96 Improbus eſt, qui cum unum tutorem liberaverit, id quod ei remiſerit, ab altero tutore velit exigere. Ita liberatus tutor cedere actiones ſuas non poteſt donatori, ut in collegam tutorem agat.

97 Cur duo Magiſtratus non habentur ut duo rei? An quia alter alterius culpa tantum tenetur, non ex dolo, *l. antepen. ff. de magiſtratib. conven.* ut putat Accurſius? An quia Magiſtratibus hoc jure beneficium diviſionis competit, quod hoc jure aliis reis non competit: ut vult Bartolus? quod magis videtur. Nam alioquin Magiſtratus tenetur, etiam ex culpa communi, *l. Imperator. 11. ff. ad municip. l. Magiſtratus 6 ff. de adminiſtr. rerum.* ut ea parte falſus Accurſius videatur. At hodie beneficium diviſionis datum eſt duobus reis. Igitur duo Magiſtratus hodie ſunt correi? Correus beneficium diviſionis habet, ſi correus ſit præſens, & tum idoneus ſit cum convenitur. *Anth. hoc ita. C. de duobus reis.* magiſtratus id beneficium habet (ut & tutor) uberius, ſufficit enim collegam fuiſſe idoneum tempore depoſiti officii, ſeu ante litem, *l. ex perſona. 3. C. de probat.* 98 Conveniuntur enim pro viribus. vide *legem 7. ff. de magiſtr. convenien. legem 3. C. de magiſtr. convenien.* 99 Præſcriptione liberatus, ſimilis eſt ſolventi, *ut hic.* poteſt enim adverſario culpam & negligentiam ita objicere, ut eum repellat ab agendo, perinde ac ſi ei ſolviſſet: alias minus poteſt præſcriptio, quam ſolutio: quippe ſolutio naturalem etiam obligationem tollit, quam non tollit præſcriptio. *Goth.* Vide Pap. *decaſ.* 199. Damhoud. *prax. civ. cap. 137. num. 65.* Anſ. 100 Id eſt; reliquatus eſt. 1 Ante non poteſt, niſi præſente curatore; *l. 11. in fin. C. de procurat.* 2 Non liberavit. *ff. eod.* Adultus debitorem ſuum colonum procuratorem conſtituens, non videtur eum, ut debitorem idoneum ex cauſa intercedente approbare. *Bart.* non videtur reliqua ei remittere, quæ cum colonus eſſet, contraxit. 3 Vide *l. 1. ff. de pollicitat.* 4 *Al.* Reipublicæ. & male. 5 Bonorum ſc. *ut §.*

6 ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου, Fori curatores decem erant apud Athenienſes: eodem munere fungebantur, quo apud Romanos Ædiles Cereales, & eligebantur ut rerum venalium curationem haberent, & ut frumenti, quod in mercatum Atticum appelleret, binas partes in urbem perferri cogerent. *Suidæ; Alciatus 2 parergon 29.* Erant & Græcis ἐπιμεληταὶ τῶν χορῶν, ludorum curatores. τῶν μυστηρίων, initiorum. Erant & Perſis ἐπιμεληταὶ, οἱ τὰς τετρωμένους ἐν πολέμῳ ἰατρεύοντες, qui vulneratos in bello curabant. *Suidas.* Hi autem de quibus hic agitur, videntur bonorum Reipublicæ curatores fuiſſe. 7 Diviſione facta inter plures tutores, unus pro alio tenetur, antequam veniri poſſit ad ipſos Magiſtratus, qui tutores dederunt: quod contra eſt in diviſione facta inter plures Reipublicæ adminiſtratores. 8 An negotiorum, ut vult Accurſius, & Bartolus?

9 Imo, is convenietur, cui legitima hereditas quæſita eſt. *l. 26. in fi. ff. de negotiis geſtis.*

10 Imo eadem, cum Magiſtratus in ſolidum pro altero teneatur. §. 6. *ff. eod. l. 45. ff. eod. l. cum alicui. 26. ff. de negotiis. l. aufertur. 46. in fi. ff. de jure fiſci.* 11 *Synopſis Baſilicon 37. tit. 11. ex titul. 8. cap. 65.* 12 *l. 16. in princ. ff. eod.* 13 Tutela finita ante ſolutionem, currunt uſuræ, quæ prius currebant. 14 *l. 1. in fi. ff. eod. l. 1. §. fi. ff. de uſuris.* 15 Fidejuſſor tutoris ea non præſtat, quæ tutor poſt pubertatem pupilli ſponte geſſit, *ut hic.* Quid, ſi tutor negotium aliquod connexum geſſit? Fidejuſſor tenebitur. Ex hoc loco notant quoque: Fidejuſſores ſemeſtris cuſtodiæ caſtri, poſt id tempus non teneri, neque præſtare cuſtodiam, niſi forte promiſerint caſtrum reſtituere. *Bart.* item fidejuſſores publicani temporarii, poſt tempus non teneri, publicano in conductione manente. *Alberic.* 16 Semel enim adquiſita exceptio fidejuſſori, ei auferri non poteſt. *l. ult. ff. de pactis.* 17 Apocha à tutoribus datæ fidem faciunt contra pupillum. Inde colligunt, Procuratorem ad mutuum accipiendum conſtitutum poſſe de recepta pecunia confiteri: eoque nomine apocham dare, ut adverſus Bartolum & vulgatam ſentit Zaſius 5 *Reſponſorum 21.* de apochis vide *l. 19. C. de fide inſtr.* 18 Nec remoto ab adminiſtratore, vide *l. 14. §. 2. ff. de ſolutionibus.* 19 Apocha ſeu ſcriptura tutoris probat contra pupillum, licet in tutorem regreſſum habeat pupillus, *ut hic.* Atqui confeſſio tutoris ſponte facta, pupillo non nocet, *l. certum. 6. §. ſed an & ipſos. 4. ff. de confeſſis.* Hoc argumento putat Bartolus, in hujuſmodi apocha ſolam confeſſionem recepti non ſufficere: ſed eo amplius, veræ numerationis mentionem fieri ibidem oportere. *l. 1. §. ſi mutuum. ff. ſi quid in fraudem patroni.*

20 *A. l. 14. §. 1.* 21 Atqui habenti tutorem tutor non datur. *l. 1. C. in quibus caſibus tut. hab.* Specialis eſt hic caſus. *Goth.* Ad intellectum hujus §. vide Hartmann. Piſt. *quæſt. 5. num. 17. & ſeq.* Anſ.

22 Vide *l. 4. ff. eod.*

23 Imo contutor prius eſt conveniendus quam magiſtratus, *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutele, & rationibus diſtrah.* An hic initio diviſa fuit adminiſtratio per Judicem? An potius hic agitur, quando tutores ſimul diverſæ conditionis (puta unus teſtamentarius, alius dativus, alius legitimus)? Ibi quando omnes ejuſdem ſunt conditionis: quod & ſentit poſt Jacobum Arretinum Bartolus.

24 Si tutor teſtamentarius & dativus gerunt diviſim, pro dativo prius pervenitur ad magiſtratum, quam ad teſtamentarium: ſecus ſi omnes eſſent dativi, qui caſus eſt ſingularis. *Bart.*

25 *l. 1. in pr. ff. de magiſtr. conveniend.*

26 *Arg. l. 5. ff. de magiſtr. conven.*

27 *Al.* excuſſi. *Excuſſati pro excuſſis.*

28 Vide *l. 1. §. fi. ff. eod.*

29 *V. l. 1. §. 1. de tutela, & rationib.*

30 Imo, tranſigere poteſt diſtincte. *l. 56. §. 4. ff. de furtis.* Solve: tranſigere diminuendi cauſa tutoribus interdictum.

31 Tutor juſſus omnia gerere *cum alterius, puta Titii, conſilio*, an præciſe conſilio Titii uti debet? Sic ſine, ſi Titius & adminiſtrationem habet, *ut hinc colligitur.* Quid, ſi Titius non eſt particeps officii? Neceſſitate non cogitur ejus conſilium ſequi: honeſtius tamen faciet, ſi ſequetur: & ita accipienda lex 5. §. 8. ff. eod. *l. 1. §. ſi plures. ff. de exercet. l. idemque. 10. §. ſi quis. 7. ff. mandati. l. ſi quis mihi. 25. §. ſi coram. 10. ff. de adqu. hered.* Goth. Vide Cuj. *lib. 26 obſ. 6.* S. L.

32 Vide *l. 14. §. 1. ff. de ſolutionib.*

33 Imo, cuique eorum recte ſolvitur: nili à Prætore interdicta ſit adminiſtratio. *l. 14. §. 1. ff. de ſolutionibus.*

34 Conſilio alterius juſſus quid facere, ſi quidem eſt particeps officii, tenetur eum requirere & ſequi. *Bart.*

35 *Sub.* alimentum.

36 Arbitrium conferri poſſe in mulierem, hinc nonnulli colligunt. 37 Tutores juberi poſſunt à teſtatore in ſumptibus & alimentis pupillo decernendis mulierum arbitrium & æſtimationem ſequi. 38 *V. l. 1. §. 1. ff. de leg. 2.* 39 *Al.* repererunt. 40 *V. l. 21. ff. de obligg. & act.*

41 Reus ſolvendi ubicunque petitum erit, ubicumque convenietur, ibi videbitur contraxiſſe: dummodo convenitur ubi vel ipſe præſens eſt, vel bona poſſidet. *ut hic.* 42 *V. l. 39. §. 3. ff. eod.*

43 Vide *l. 4. ff. eod.* 44 Id eſt, inutiliter datus. *l. 2. C. de eo, qui pro tutore.* 45 Venditas res ſuas injuſte pupillus vindicare poteſt. 46 Tanquam res illegitime venditas. *Bart.* 47 De unciariis uſuris vide *Bud. & 2 Aug.* 10. Eſt autem unciaria uſura, pars duodecima centeſimæ cum mille ducentis menſibus, ſive centum annis, uſura æquatur ſorti: quoties nimirum annuatim unum in centum ſolvitur: ſemuncialis vero eſt viceſima quarta pars centeſimæ, quæ in ducentis annis ſorti æquatur, *de qua Tac. 5.* adde *Molinæum de uſuris. in princ. n. 53.* 48 Tutor, qui ſuo nomine & pupilli facere poteſt, indiſtincte ſeu ſimpliciter eum facit, ſuo nomine feciſſe videtur. 49 Sed ſuo periculo. adde *l. 10. §. 8. ff. mandati.* 50 Tutor mutuum dare & pignus accipere poteſt.

51 Damnum ſubito emergens in re pignorata, tutori non imputatur. 52 *l. 45. ff. eod.* 53 An potuit cum ſuo pupillo ſocietatem expreſſe contrahere? An tacite cenſetur durare ſocietas? *v. Alciat. 1 præſumpt. 23. & additiones ad eundem. ibid. litera C.* ubi etiam eam quæſtionem tractat, An quæſitum per unum ex fratribus ſimul habitantibus poſt mortem patris cenſeatur adquiſitum ex communi. vide *hic etiam Bart.* 54 Compendium negotiationis extra rem ipſam eſt: & ab uſuris ſeparatur. *l. 58. ff. eod. l. 3. ff. ad l. Falcid.* 55 *l. 58. ff. eod. v. Cujac. 8. ad Afric. fol. 109. tertia pr.*

56 Cur? vide quæ ſcripſi *ad l. 74. ff. pro ſocio. l. 8. C. ſi quis alteri vel ſibi.* 57 Hinc nota, uſuram dici, non compendium: impendium igitur hic præſtabitur, non compendium. vide Cujac. 10 *obſ. 26.*

58 Imo, compendium præſtandum. *l. 65. §. 2. ff. pro ſocio.* 59 Imo, videtur non imputandum, cum tutores regiones ſuas defendere debeant. *l. 2. §. 2. ff. de curat. bon. damn.* 60 Curatores furioſi & prodigi plenam rerum habent adminiſtrationem. 61 Plenam rerum adminiſtrationem habens, plenius quiddam habet, quam rerum cuſtodiam: hoc, inquam, habet, ut etiam vendere poſſit eas res, quæ deteriores futuræ non ſunt. Porro *plena adminiſtratio*, libera adminiſtratio eſt. *l. ſi procurator. 10. C. de procurat. l. 1. ff. de off. proconſ.* 62 Curatores bonorum & ventris à curatoribus furioſi & prodigi diſtinguuntur: Hi enim poſtremi plenam rerum habent adminiſtrationem: Illi cuſtodiam tantum earum rerum, quæ deteriores futuræ ſunt, venditionem: plenam denique & ſic liberam habent rerum adminiſtrationem. 63 Vide *l. 5. §. 2. ff. de Carbon. edict.* 64 De quo vide *l. 5. in princ. ff. eod.* 65 Corporaliter ſc. *Bart.* imo aliud videtur. *arg. l. 6. in fi. ff. de off. Præſ. l. penult. 15. C. de pœnis.*

De rerum furtarum, de periculo nominum.

L. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

SI res pupillaris incursu latronum [66] pereat [67], vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum fuisset celebertimus, solidum reddere non potest: nihil eo nomine tutor præstare cogitur.

De fidejussore tutoris, & divisione tutelæ.

L. VENULEIUS lib. VI Stipulationum.

SI duo plurave tutores tutelam administrent, in fidejussorem quidem in solidum per quemlibet [68] eorum committitur stipulatio: at si inter eos divisa sit tutela regionibus (quod plerumque fit), & alius urbica negotia, alius peregrina administraret; tunc ex substantia cujusque rei, aut committi contra fidejussorem stipulationem aut non committi dicemus: nam licet omnes tutores sint, & tutelam gerant, tamen cum quis de ea [69] re, quæ extra [70] suam regionem erit, experiri vel ad judicium vocari cœperit, perinde non committitur stipulatio, atque si ei administratio tutelæ permissa non esset; * quantum enim facit in [71] totum denegata, tantumdem valet [72], si in ea re, de qua agitur, denegata sit.

De dote & impendiis ad nuptias.

LII. NERATIUS lib. I Responsorum.

CUrator pro minore non [73] tantum dotem dare debet, sed etiam impendia [74], quæ ad nuptias facienda sunt.

De periculo tutorum & Magistratuum.

LIII. PAULUS lib. II Decretorum.

ÆMilius Dexter, magistratus sui tempore datis tutoribus, cessaverat in exigenda satisdatione: deinde [à] quibusdam excusatis, à sequentibus Magistratibus Dexter tutor adsumptus fuerat: creatus conveniebatur in solidum duplici ratione, quod, cum Magistratus esset, & tutores dedisset, satisdationem non exegisset: Ex diverso dictum est, licet satis exactum non esset, tamen in diem tutelæ finitæ idoneos [75] fuisse tutores, neque cessationem curatorum obesse tutoribus debere: *Pronunciavit*, si [76] in diem finitæ tutelæ idonei permansissent tutores, licet [&] satis non esset exactum, curatorum esse periculum: si minus, tutorum & Magistratuum: hoc est, tunc esse periculum ejus, qui suspectum non fecisset, aut satis non exegisset, cum finita tutela non inveniretur idoneus fuisse.

De tutore pecuniam pupilli mutuato.

LIV. TRYPHONINUS lib. II Disputationum.

NOn existimo maximis [77] usuris subjiciendum eum [78], qui à contutoribus suis mutuam pecuniam pupilli accepit, & cavit, certasque usuras promisit, quas & alii debitores pupillo dependunt: quia hic sibi non consumpsit, nec [79] clam [80], nec quasi sua pecunia licenter abutitur: & nisi his usuris a contutore mutuum ei daretur, aliunde accepisset. Et multum refert, palam [81] aperteque [82] debitorem se ut [83] extraneum & quemlibet faceret pupillo, an sub administratione tutelæ pupillique utilitate latenter [84] sua commoda pupilli pecunia juvaret [85].

De pluribus tutoribus.

LV. IDEM lib. XIV Disputationum.

TRes tutores pupillo dati sunt: unus tutelam gessit, & solvendo non est: secundus Titio gerendam mandavit [86], & Titius quædam administravit: tertius nihil omnino gessit: Quæsitum est, quatenus quisque eorum teneatur? Et [87] tutorum quidem periculum commune est in administratione tutelæ: & in solidum universi tenentur [88]. Plane, si [89] pecunia numerata pupilli inter eos distributa est [90], non in majorem summam quisque eorum, quam accepit, tenetur. §. 1. Sed si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus, an ea actione, quæ proponitur ex Lege 91 duodecim tabularum adversus tutorem in duplum [92], singuli in solidum teneantur? Et quamvis unus duplum præstiterit, nihilominus etiam alii teneantur: nam in aliis furibus ejusdem rei pluribus, non est propterea cæteris pœnæ deprecatio, quod ab uno jam exacta est [93]: sed * tutores, propter [94] admissam administrationem, non [95] tam invito domino contrectare eam videntur [96], quam perfide agere: nemo [97] denique dicet, unum tutorem & duplum hac actione præstare, & quasi specie condictionis, aut ipsam rem, aut ejus æstimationem. §. 2. Non [98] solum ergo gessisse tutelam is creditur, qui alii gerendam mandavit [99]: sed & qui [100] satis à contutore accepit *rem salvam pupillo futuram*, eique permisit administrationem totius tutelæ: nec potest se defendere Constitutionibus, quæ [1] jubent ante convenire eum, qui gessit.

§. 3. Item in eo, quod nemo gessit, non utique ejus periculum est, qui quædam gessit, sed communiter omnium: Exigi autem ab eo solo periculum ob alia, quæ non gessit [2], non oportet: nisi si qua talia sunt, quæ vel consummationem cœptorum ab eo desiderabant, vel ita conjuncta fuerunt, ut separari non debuerunt.

§. 4. Quod autem dicitur, *desisse si luendo esse, vel non esse, contutores præstare debere*, videamus qualem [3] intellectum habet: id est, utrum sufficit, nihil diminutum esse de facultatibus contutoris, ex quo tempore datus est, sed eandem faciem [4] patrimonii permansisse: an, etsi nihil post accidit, quod palam faciat deminutionem patrimonii, debet tamen contutor inquirere fortunas contutoris? Sed hoc & ex personæ qualitate, & ex temporis intercapedine, quo testamentum factum est, usque ad mortem patris, aliam æstimationem accipere debet: nam aperte prodigo [5], vel cujus bona venierunt [6], licet obreptum [7] fuerit Prætori, qui decreto eum dedit, permittere contutori administrationem non debet: & [8] potuit aliquid pater eorum, post testamentum factum accidens ignorasse, aut, cum destinatum haberet mutare testamentum, id non fecisse.

De tutore, qui rem pupilli venditam retinet.

LVI. SCÆVOLA lib. IV Digestorum.

TUtor rerum & animalium [9] pupilli venditionem fecit: sed quædam animalia, emptoribus pretium non solventibus, retinuit [10], & apud se habuit: pretium idem rationibus pupilli accepto tulit: ex his aliquot nata sunt: defuncto tutore heres [ejus] eandem tutelam administravit, & animalia annis plurimis possedit: Quæsitum est, an, cum is cujus tutela administrata est, annis viginti quatuor [11] esset, jure animalia vindicaret? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, pupillum ea vindicare non posse.

De debitoribus conveniendis ex inventario. 1. De emptione.

LVII. IDEM lib. X Digestorum.

CHirographis [12] debitorum incendio exustis, cum ex [13] inventario tutores convenire eos possent [14] ad solvendam pecuniam, aut novationem [15] faciendam cogere, cum idem circa priores debitores propter eundem casum fecissent, id omisissent circa debitores pupillorum: an, si quid propter hanc cessationem eorum pupilli damnum contraxerunt, judicio tutelæ consequantur? Respondit, si adprobatum fuerit, eos tutores hoc per dolum [16] vel culpam prætermisisse, præstari ab his hoc debere. §. 1. Ab eo, qui sententia Præsidis bonis ademptis relegatus erat, cum ex permissu Principis [17] appellatio ejus recepta sit, quam is qui pronunciaverat non receperat, fundum emerat pupillus, intervenientibus tutoribus: & *appellatione injusta* pronunciata, fundus ei ablatus est [18]: Quæsitum est, an tutelæ judicio pretium fundi pupillus consequi a tutoribus possit? Respondit, si scientes [19] emerunt ab eo, qui in ea causa esset, ut obnoxius sententiæ priori esset, tutelæ judicio eos teneri.

De rationibus reddendis. 1. De sorte facta ex usuris. 2. De cessatione tuturu testamento, quod ruptum videbatur, dati. 3. De exactione legata neglecta. 4. De sorte facta ex usuris.

LVIII. IDEM lib. XI Digestorum.

QUi negotiationem per Pamphilum & Diphilum, prius servos postea libertos, exercebat, suo testamento eos tutores reliquit: & cavit, *Ut* [20] *negotium eodem more exerceretur, quoties exercebatur*: [hique] tutelam administraverunt, non tantum cum impubes patroni filius fuisset, sed etiam post pubertatem ejus: sed Diphilus quidem cum incremento [21] negotiationis rationes obtulit [22], Pamphilus autem putavit reddere oportere non ad incrementum negotiationis [23], sed ad computationem usurarum, ut in tutelæ judicio solet: Quæsitum est, an secundum voluntatem defuncti, exemplo Diphili Pamphilus quoque rationem reddere debeat? Respondit, debere. Claudius Tryphoninus: Quia * lucrum facere ex tutela non [24] debet. §. 1. Ex duobus tutoribus pupilli altero defuncto adhuc impubere pupillo, qui superarat, ex persona pupilli sui judice accepto, consecutus est [25] cum usuris quantum ex tutela ad tutorem defunctum pervenerat: Quæsitum est, judicio tutelæ, quo experitur pubes factus, utrum ejus tantum [portionis], quæ ab initio [quod] ex tutelæ ratione pervenerat ad defunctum contutorem, usuræ veniant, an [26] etiam ejus summæ, quæ exortis [27] usuris pupillo aucta, post mortem ejus ad superstitem æque cum sorte translata sit, aut transferri debuit? Respondit, si eam pecuniam in se vertisset, omnium pecuniarum usuras præstandas [28]: Quod si pecunia mansisset in [29] rationibus pupilli, præstandum quod bona fide percepissent, aut percipere potuisset, sed [30] fœnori dare cum potuisset, neglexisset: cum id [31] quod ab alio debitore nomine usurarum cum sorte datur, ei qui accipit, totum sortis vice fungitur, vel fungi debet. §. 2. Testamento dati tutores, quod [32] ruptum videbatur [33], cessaverunt in administratione tutelæ, & à Præside tutor datus est pupillo: jussi autem sunt etiam hi qui dati erant testamento tutores, tutelam administrare, conjuncto eo qui à Præside datus cœperat administrare: Quæsitum est, ex testamento datos periculum [antecedentis temporis] administrationis, utrum ex apertis tabulis, an ex quo jussi sunt, pertineat [ad eos]? Respondit, ad eos de quibus quæreretur, nullum antecedentis [34] temporis periculum pertinere. §. 3. Pupillo herede instituto, filiæ exheredatæ duo millia nummorum aureorum legavit: eosdemque tutores utrisque dedit. Quæsitum est, an ex eo die [35], quo duo millia potuerunt à substantia hereditatis [36], & in nomina collocare neglexerint, usurarum [37] nomine pupillæ tutelæ judicio teneantur? Respondit, teneri [38]. §. 4. Quæsitum est, an usuræ pupillaris pecuniæ, quas tutores debuerunt, cum ad curatorem transferuntur, in sortem [39] computentur [40]; & universæ summæ usuras debere curatores incipiant? Respondit, omnis pecuniæ, quæ ad curatores transit, parem causam esse: quia omnis sors efficitur.

De pacto tutoris cum creditoribus.

LIX. IDEM lib. XXVI Digestorum.

CUm hereditas patris ære alieno gravaretur, & res in eo statu videretur, ut pupilla [ab] hereditate paterna abstineretur: unus

---

65 *l. 3. §. 1. ff. de pericul. & commod. rer.*

66 In loco verisimiliter tutoris alicujus à nebulone tutoris, vide *l. 1. C. de pericul. tut.*

67 Quomodo unus tutor teneatur pro aliis, eodem modo tenetur ejus fidejussor. *Bart.*

68 Vide *l. 4. ff. eod.*

69 *l. 4. ff. eod.*

70 Quod de toto prædicatur, prædicatur & de parte. *ut vid.* Nisi la committatur stipulatio adversus eum, qui tutor non est: nec igitur divisis tutelæ regionibus, commissa stipulatio adversus alium committetur. *l. 76. in pr. ff. de rei vind. v. l. 13. ff. pro derelicto.*

71 Imo non valet tantundem in genere denegare, quod in specie denegare: *l. quoties. 34. ff. de legat.* Genere inest: vel excluditur res ipsa, ut in ipsa specie, durat tamen magis genus, quam species, *ut hic. l. si ædes. 79. ff. de leg. 3. l. omnes. 4. C. de præscript. 30 ann.* Fit etiam interdum, ut res non ita genere contineatur ut specie, ut eo casu specialis permissio vel prohibitio negligatur. *l. illud. 84. §. si talis. ff. de rit. nuptiar.*

72 *l. 9. C. eod.*

73 De quibus vide *l. 13. §. ult. ff. eod.*

74 *l. 39 §. 10. ff. eod. l. 1. C. de alend. tutela. l. ult. in fin. C. de spons. tutor. heb.*

75 Sententia sub conditione dici potest, quoties ea conditio est, quæ negotio ipsi cohæret. *l. cum Fidei. 11. C. de fent. l. à divo. 15. §. in conditione. 2. ff. de re judic. l. 1. §. biduum. ff. quando appell.*

76 Contextus. vide *l. 38. versf. sed quæ usuras. ff. de negot.*

77 Contutorem.

78 Contutorem. 79 Clandestina præsumuntur fraudem continere. vide Capolam *ad l. 1. C. pro emptore.*

80 Ideo mitius punitur. *v. l. ult. in fi. ff. de rit.*

81 Tutor potest mutuo accipere pecuniam pupilli a contutore, vel ipso, palam, & bona fide, non clam.

82 Non per interpositam personam. *l. 5. §. 3. ff. de auct. tut. l. 5. C. de contrah. empt.*

83 Ut extraneus & quilibet potest quis interdum, quod ex suo officio, vel ut ipse non possit. *ut hic.* 84 Vide *l. 2. C. de repud. l. ed.*

85 *Al.* juverit. 86 Is gessisse videtur. *§. 2. ff. eod. & argum. l. 5. §. 1. ff. eod.* 87 Tutorum generaliter periculum est commune, ut in solidum teneantur, *ut hic.* quod obtinet quoties communiter ipsi gesserunt, ut quia tutela non fuit divisa, vel a testatore, vel a Judice. *l. si duo. 51. ff. eod.* Quid, si unus gessit, alter non gessit? Prius convenietur qui gessit. *l. tutores. 39. §. qui post. §. in eum. §. tutor. ff. eod.* Quid, si finita administratione omnes sunt solvendo? Inter eos dividetur periculum. *l. 53. ff. eod.* 88 Ubi cæteri non sunt solvendo. *l. 38. §. 1. ff. eod. l. 12. versf. nec quisquam. ff. rem pupilli salvam fore.* 89 Tutela, non tota, sed in re aliqua (puta pecunia aliqua) divisa a testatore, vel a Judice, periculum ejus rei ita divisæ, divisum intelligitur, ut quisque ea tantum parte teneatur, quam accepit. Ita partis divisio ad partem idem præstat, quod totius divisio ad totum. adde *l. 5. §. 1. ff. eod.*

90 *V. l. 4. ff. eod.* 91 Dixi ad Ciceronem 1 *de Oratore*, ubi tractatur de Hypseo Octavio.

92 Tutorum periculum est commune, quoties ad id, quod interest, adversus eos agitur. Quid, si actione pœnali ex facto in eos agitur? pœna non à singulis in solidum exigetur, sed ab omnibus communiter: unica sufficiet solutio, *ut hic. l. si multi. 6. ff. de public. l. sacrilegii. 6. ff. ad l. Jul. peculat. l. aufertur. 46. in fi. ff. de jure fisci.* 93 Imo, si ab uno exacta, cæteri liberantur. *l. 1. C. de condict. furt.*

94 Administratio delictum & pœnam minuit, *ut hic.* Imo administratio non minuit delictum. *l. Athletas. 4. §. ait Prætor. 2. ff. de his, qui notant.* An id ita statuitur, quod caupo conveniatur ibi, non ut caupo, sed ut quilibet habens quæstuaria mancipia? An potius quod cauponis officium est utilitate publicum, non auctoritate? 95 Atqui tenetur furti. *l. 1. §. in tutela. ff. de tut. & rat. dist.* Ibi non convenitur, ut tutor, sed ut quilibet: hic, ut tutor. *Bart.* 96 Et sic velamen administrationis temperat furtum, & aliud est perfide agere, & furari. 97 Imo duplo non inest simplum, *l. si pro fure. 7. ff. de condict. furtiva?* Hic tutor convenitur actione de rationibus distrahendis, & ut tutor: at non actione furti, vel ut fur. 98 *Gessisse tutelam* is videtur, non tantum qui gessit ipse, sed & qui vel alteri, vel contutori mandavit gerendam: aut ab eo satis accepit. 99 *In pr. ff. eod. l. 5. §. 1. ff. eod.* 100 *Ut §. 1. Inst. de satisd.* 1 *l. fin. C. de divid. tut. l. fi. C. si tut. non gess.*

2 *d. l. fin. C. si tut.* 3 Desisse solvendo tutores quando dicantur. 4. *Facies* eadem patrimonii, idem status, ejusdem.

5 Prodigus licet aliquis sit manifeste, gestu tamen per eum valent, nisi interdicatur ei administratio. vide *l. 6. ff. de verb. oblig.* Bart.

6 Præsumitur non solvendo is, cujus bona veneunt.

7 Vide *l. 5. §. pen. ff. de reb. eor.*

8 Cur ita? vide *l. 6. ff. de suspect.*

9 Vide *l. 22. in fin. C. eod.*

10 Atqui tutor & venditoris & emptoris officio fungi non potest. *l. 5. §. 2. ff. de auct. tut.* ut in re sua auctoritatem interponat? Juste ab initio fuit interposita tutoris auctoritas, quasi extraneo aliquo tum emturo, quo non emente potuit in tutorem transferri jus emendi: sit non videbitur nova emptio, sed antiquæ in personam tutoris translatio: ut hoc etiam addatur, tutorem hic emisse rem pupilli palam & bona fide.

11 *Al.* quatuordecim.

12 Publicis; nam in privatis non fit comparatio. *Bart.*

13 Exemplum instrumenti in inventario transcripti probat, ut ex eo conveniri possint debitores. *Novell. 119. c. 3. dixi ad Authent. si quis. C. de edendo.* Atqui ex instrumenti exemplo conveniri neminem posse videtur. *Authent. si quis in aliquo. C. de edendo.* Dic, potest hoc exemplum auctoritate simul Judicis & parte citata descripturi esse. *l. nam ita. 39. ff. de adopt.* deinde totam seriem instrumenti seu chirographi in ipso commentario transcriptam esse, non ejus tantum partem. Nam pars tantum exscripta chirographi nihil probaret. *arg. l. incerville. 24. ff. de legib. Goth. V. Cujac. lib. 9 obs. cap. 36. Ans.*

14 *l. 6. l. 7. ff. de edendo. Novell. 127. c. 2.* hinc collige, ex instrumento exemplato in inventario probari debitum, vel delictum. Imo id non posse fieri videtur. *v. Novell. 119. cap. 3.*

15 In hanc legem vide nonnulla apud Cujac. 19 *obs. 36.* mutatio chirographi, novatio est.

16 *l. 39 ff. eod. l. 2. C. arbitr. tut.* vide *l. 35. ff. de reb. credit.*

17 Vide *l. 1. §. 1. nihil innovari.*

18 An sine pretio? vide *Bart.*

19 Vide *l. 7. §. 2. ff. eod.* Pendente appellatione facta in pristinum per officium judicis appellationis, revocantur. vide *l. 6. ff. de appell. recipiend.* 20 Testator negotiationem mandare liberis suis potest, ut eam exercere tutores dati teneantur. 21 *Incrementum* negotiationis, est ejusdem compendium ab usuris differens, *ut l. 47. §. penult. ff. eod.* 22 Et sic ex defuncti voluntate. 23 Vide quæ not. *ad l. 47. §. penult. ff. eod.* 24 Lucrum facere ex pupilli tutela tutor non debet: lucrum autem non facit, qui salarium a Judice eo nomine accipit. *l. a tutor. 33. in fin. ff. eod.* adde *l. 46. §. 4. in fi. ff. de procur.* 25 Vide *l. 7. §. 12. ff. eod.* 26 Omnis pecunia, sive fors sit, sive usura, quam tutor pupillorum nomine percipit, ejusdem status & conditionis est: utraque fortem efficit, & fortis rationem sustinet. adde § 4. *ff. eod.* 27 Ex fortis usuris, &c. ut de anatocismo intelligat id. 28 Sed quomodo? vide *l. 54. in fi. §. eod.* 29 Ut quia pecuniam illam fœneravit pupilli nomine. 30 *Al.* si. 31 Vide *l. 7. §. 12. ff. eod.* quod tutor exigit ab alio, nomine usurarum, ei fortis loco est. 32 Tutor inutili testamento datus, confirmatus à Judice periculum tutelæ præstat, ab eo tempore quo jussus est à Judice tutelam administrare.

33 Forte tamen non erat, ut quia postumus natus non erat legitimus. 34 Id est, ante confirmationem. *l. 2. C. de confirm. tut.* 35 Quos? vide *l. 13. §. 1.* vide *l. 15. ff. eod. l. 24. C. eod.* 36 Ita *Flor.* sed alii præferunt, *hereditatis separare.* Quod rectum: nisi hic & pro *etiam* seu *vel* accipiamus. 37 Usuras ex pecunia pupillari præstat tutor, in qua fœnori occupanda negligens fuit. 38 Hodie tenentur tantum custodire. *Novell. 72. c. 6.* 39 Usuræ pupillares quas pupillorum nomine tutores accipiunt, sortis locum obtinent, ut bono & utilitati pupilli sortem efficiant, & pro sorte habeantur: & eadem sit ratio in illis, quæ in sorte alterius pecuniæ.

40 Computentur. vide & *l. 7. §. 12. ff. eod.*

unus ex tutoribus cum plerisque creditoribus ita decidit [41], ut certa crediti portione contenti essent, acciperentque [42]: idem [43] curatores jam viripotenti accepti cum plerisque creditoribus decidunt: Quæsitum est, an, si aliquis tutorum creditor patris pupillæ solidam pecuniam expensam sibi ex re pupillæ cum usuris fecerit, revocari à curatoribus pupillæ ad portiones eas possit, quas cæteri quoque creditores acceperunt? Respondit, eum tutorem, qui cæteros ad portionem vocaret [44], eadem parte contentum esse debere.

De herede tutoris.

LX. POMPONIUS lib. VIII Epistularum.

SI tutoris heres [45] exsecutus est quæ tutor inchoavit [46], tutelæ etiam eo nomine tenetur.

De petitione hereditatis.

LXI. IDEM lib. XX Epistularum.

APud Aristonem ita scriptum est. * Quod culpa [47] tutoris pupillus ex hereditate desiit possidere, ejus æstimatio in petitione hereditatis sine ulla dubitatione fieri debebit: ita, si pupillo de hereditate cautum sit: * *Cautum* autem *esse* videtur, etiam si tutor erit idoneus, à quo [48] servari possit id quod pupillus ex litis æstimatione subierit. † Sed si tutor solvendo non est, videndum erit, utrum calamitas pupilli, an detrimentum petitoris esse debeat: perindeque haberi debet, ac si res fortuito casu interisset: similiter atque ipse pupillus expers culpæ quid ex hereditate deminuisset, corrupisset, perdidisset. † De possessore quoque furioso quæri potest, si quid ne in rerum natura esset, per furorem ejus accidisset: tu quid putas? Pomponius, Puto eum [49] vere dicere. Sed quare cunctatus es, si solvendo non sit tutor, cujus damnum esse debeat? cum alioquin elegantius dicere posset, actiones dumtaxat, quas haberet cum tutore pupillus, venditori hereditatis præstandas esse: sicuti heres, vel bonorum possessor, si nihil culpa ejus factum sit (veluti si fundo hereditario [50] vi dejectus sit, aut servus hereditarius vulneratus ab aliquo sit sine culpa possessoris,) nihil plus, quam actiones, quas eo nomine habet, præstare debeat. † Idem dicendum est & si per curatorem furiosi, culpa vel dolo quid amissum fuerit, quemadmodum si quid stipulatus tutor vel curator fuisset, aut vendidisset rem hereditariam: * Impune [51] autem puto admittendum, quod per furorem [52] alicujus accidit: quomodo si casu [53] aliquo, sine [54] facto personæ, id accidisset.

[41] Pactum quod tutor facit cum creditoribus pupilli, tenetur servare in semetipso, si sit & ipse creditor pupilli. *Bart.* At si fuerit: ita ei officium damnosum, contra. *l. sed si quis. 7. §. ff. quemadm. aper.?* Num dicemus eum Accursio, tutorem id in sua quoque persona sequi cogi, quod major pars creditorum hic consenserit aliquid remittendum esse pupillo? An potius adhibenda hereditatis facta à pupillo, tutorem eundemque creditorem, debitorem factum fuisse, quem non habuisset, ea hereditate non adita? An potius, quod eum aliis provocavit ad partem debiti remittendam, in id quoque ipse consensisse tacite intelligatur, ut voluntati nulla facta fuerit injuria?

[42] Forte legendum, *abiveruntque.*

[43] *Al.* iidem.

[44] *l.* 44. *in fi. ff. de pact.*

[45] Vide *l. 1. in pr. l. 4. §. de fidejuss. tut.*

[46] Tutoris heres inchoata à defuncto exsequi potest: unde & tutelæ nomine obligatur quoque, *ut hic.* alias non tenetur exsequi inchoata ab auctore. vide *l. tutores. 39. ff. eod. l. etiam 3. §. de fidejuss. tutor.* 47 *l. 4. §. quando ex facto tut. l. 7. C. arbitr. tut.* 48 *l. 1. §. quando ex facto tut.* 49 Aristonem sc. de quo in pr. hujus legis. 50 De eo vide *l. 16. §. 4. ff. de petit. hered.* 51 Furori nulla pœna imposita. 52 Vide *l. 14. ff. de off. Præsid.* 53 Casu facere & furore, paria. 54 *Casus* est, quod sine facto personæ accidit.

TIT. VIII.

DE AUCTORITATE ET CONSENSU TUTORUM ET CURATORUM.

De negotio pertinente ad tutorem. 1. De tutore invito retento.

1. ULPIANUS lib. I ad Sabinum.

QUamquam regula sit juris civilis, *In rem suam auctorem tutorem fieri non posse*, tamen potest tutor proprii sui debitoris hereditatem adeunti pupillo auctoritatem accommodare, quamvis per hoc debitor ejus efficiatur: prima enim ratio auctoritatis ea est, ut heres fiat; per consequentias [4] contigit, ut debitum subeat: se tamen auctore, ab eo stipulari non potest [5]. Et cum quidam auctoritatem accommodaret pupillæ suæ, *ut servo suo stipulanti sponderet*, D. Pius Antoninus rescripsit, jure pupillam non teneri: sed in quantum locupletior [6] facta est, dandam actionem. Sed si auctor fiat, *ut filio [7] suo quid tradatur*, nulla erit auctoritas: evidenter enim sua auctoritate rem adquirit. §. 1. Tutor [8] si invitus [9] retentus sit [10] per vim, non valet quod agitur: neque enim præsentia corporis [11] sufficit ad auctoritatem, ut [12] si somno aut morbo comitiali occupatus tacuisset.

De auctoritate non interposita, vel perperam adhibita.

II. IDEM lib. XXIV ad Sabinum.

NUlla [13] differentia est, non interveniat auctoritas tutoris, an perperam [14] adhibeatur.

De interrogatione.

III. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

ETiamsi non [15] interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas ejus, cum se probare dicit id, quod agitur: hoc est enim *auctorem fieri.*

De pluribus tutoribus, de tutore remoto.

IV. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

ETsi pluribus datis tutoribus unius [16] auctoritas sufficiat, tamen, si tutor auctoretur cui administratio tutelæ concessa non est, id ratum à Prætore haberi non debet [17]. † Et ideo puto verius esse, quod Ofilio placebat, si [18] eo tutore auctore, qui tutelam non gerat, emam à pupillo, sciens alium ejus tutelam gerere, dominum me non posse fieri. † Item si eo auctore emam, qui à [19] tutela fuerit remotus: nec enim id ratum haberi.

An pupillus tutori obligetur. 1. De venditione & emptione.

V. ULPIANUS lib. XL ad Sabinum.

PUpillus obligari tutori eo [20] auctore non potest. Plane si plures sint tutores, quorum unius auctoritas sufficit, dicendum est, al-

[1] v C. LIX. & 1 *Inst.* 21. & 37 *Eclog.* 8. *Auctoritas* est pars administrationis, atque approbatio expressa tutoris. Cujac. *hic.* & C. *eod.* Separatur autem à *voluntate* auctoritas. *Auctor* interponitur in ipso negotio, non post negotium nec per nuncium aut epistolam: *voluntas* etiam post finitum negotium per ratihabitionem, & actu quolibet sine verbis. *l. ult. C. ad Macedon.* dixi *ad l. 9. ff. eod.* Auctor in rem suam nemo esse potest. *l. 1. §. eod.* Velle & consentire in rem suam quis potest.

[2] Auctor in rem suam nemo esse potest, *ut hic.* & in eo differt *auctoritas* à *voluntate*: potest enim quis in rem suam velle.

[3] *l. 5. in pr. l. 7. in princ. §. eod.*

[4] Et sic per consequentias interdum licet, quod non licet directo. *l. 7. in pr. §. eod.*

[5] Cur ita? vide *l. 5. in princ. §. eod.*

[6] V. *l. 5. §. eod.*

[7] *l. 5. in fi. l. 7. in princ. §. eod.*

[8] Quid, si testis per vim retentus sit? vide Ulpianum eodem libro in *l. 20. in fi. §. de testamentis.*

[9] Auctoritatem præstare pupillo invitus tutor non potest: eum in modum interposita atque ita potest esse species sunt. [13] Paria sunt auctoritatem non interposuisse, & male. [14] Paria sunt auctoritas nulla, & vitiosa. vide *l. 6. ff. qui satisdare.* [15] Interrogatus seu pro interrogato habetur, qui non interrogatus respondet. *l. 9. in princ. ff. de interrog. in jure.* Silentium habetur pro confessione. [16] Auctoritas unius tutoris sufficit, si possit administrare. *l. 5. in princ. C. eod.*

[17] Imo pupillus, quoties talis tutor hereditatem adit, obligatur. *l. 49. §. de adqu. hered.*

[18] Tutore honorario auctore pupillus vendendo & tradendo non alienat, *ut hic.* Atqui hereditatem adit eo auctore? *l. 49. §. de adqu. hered.* An ideo traditio ab aditione separanda est: quod aditio animi sit potius, quam facti, vel administrationis, *l. 20. §. de adqu. hered.* & fuppletur facile animus quolibet tutore auctore, *l. pupillus.* 189. §. *de regulis juris.* venditio vero & traditio facti est potius quam animi, *l. consilio. 7. §. ult. §. de curat. furiosi.* ut ideo auctoritas ejus requiratur, qui negotia gerit, neque sufficiant honorarii? Atenim dices, solutionem esse facti, *dict. l. consilio.* & recte tamen tutori honorario solvi? *l. quod si forte. 14. §. 6. §. de solutionibus.* Fit recte honorario tutori solutio: at non ab eo, vel à pupillo, eo auctore: An vero hac lege nostra dicemus cum Azone interdictam à Prætore administrationem huic tutori, cujus negatur auctoritas, sufficere? Prior sententia verior est. [19] Adde casum *l. 7. §. 5. §. pro emptore.*

[20] Vide *l. 18. in princ. §. eod.*

tero auctore, pupillum ei posse obligari: sive mutuam pecuniam ei det, sive stipuletur ab eo. Sed & cum solus [sit] tutor mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo stipuletur, non erit obligatus tutori: naturaliter tamen obligabitur, in [21] quantum locupletior factus est: nam in pupillum non tantum tutori verum cuivis actionem, in quantum locupletior factus est, dandam Divus Pius rescripsit. §. 1. Pupillus vendendo [22] sine tutoris auctoritate non obligetur: sed nec in emendo [23], nisi in quantum locupletior factus est. §. 2. Item ipse tutor & emptoris [24] & venditoris officio fungi [25] non potest [26]. Sed enim si contutorem habeat, cujus auctoritas sufficit, proculdubio emere potest: sed si mala fide emptio interceserit, nullius erit momenti: ideoque nec usucapere potest: Sane, si suæ ætatis factus comprobaverit emptionem, contractus valet. §. 3. Sed si per interpositam [27] personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit: quia [28] non bona fide videtur rem gessisse. Et ita est rescriptum à D. Severo & Antonino. §. 4. Sane si ipse quidem emit palam [29], dedit autem nomen, non mala fide, [sed] simpliciter [30], ut solent honestiores non [31] pati nomina sua instrumentis inscribi, valet emptio. Quod si callide, idem erit, ac si [per] interpositam personam emisset. §. 5. Sed & si creditor pupilli distrahat, æque emere bona fide poterit. §. 6. Si filius tutoris [32], vel quæ alia persona juri ejus subjecta emerit, idem erit, atque si ipse emisset.

VI. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

TUtores, quibus administratio decreta non esset [33], tanquam [34] extranеos, recte à pupillo emere placet.

De duobus tutoribus, de stipulatione.

VII. ULPIANUS lib. XL ad Sabinum.

QUod dicimus *, *in rem suam auctoritatem accommodare tutorem non posse*, totiens verum est, quotiens per semet vel subjectas [35] sibi personas adquiritur ei stipulatio: cæterum negotium ei geri per consequentias [36], ut dictum est, nihil prohibet [auctoritas.]

§. 1. Si duo rei sint stipulandi, & alter me auctore à pupillo stipuletur, alter altero tutore auctore: dicendum est, stipulationem valere [37]: sic tamen, si auctoritas tutoris unius sufficiat [38]: cæterum, si non sufficiat, dicendum erit inutilem esse stipulationem.

§. 2. Si [39] & pater, & filius, qui in potestate ejus fuit, tutores [40] fuerunt, & pater sit stipulatus filio auctore: nullius momenti erit stipulatio: idcirco, quia in rem patris auctor esse filius [41] non potest [42].

De conditione.

VIII. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

ET si conditionalis [43] contractus cum pupillo fiat, tutor debet pure auctor fieri: nam auctoritas [44] non conditionaliter sed pure interponenda est, ut conditionalis contractus confirmetur.

De omnibus contractibus. 1. De manumissione. 2. De solutione. 3. De hereditate. 5. Quomodo interponitur auctoritas.

IX. GAIUS lib. XII ad Edictum provinciale.

OBligari ex omni contractu pupillus sine tutoris auctoritate non potest [45]: adquirere autem sibi stipulando [46], & per traditionem accipiendo [47], etiam sine tutoris auctoritate potest: Sed credendo [48] obligare sibi non [49] potest [50]: quia sine tutoris auctoritate nihil alienare potest. §. 1. Ex hoc autem, quod pupillus nullam rem sine tutoris auctoritate alienare potest, apparet, nec manumittere [51] eum sine tutoris auctoritate posse. Hoc amplius, licet tutoris auctoritate manumittat, debet è Lege Ælia Sentia [52] apud consilium causam probare. §. 2. Pupillus ex omnibus causis solvendo [53] sine tutoris auctoritate, nihil agit: quia nullum dominium transferre potest. Si tamen crediror bona fide pecuniam pupilli consumpserit [54], liberabitur pupillus. §. 3. Hereditatem [55] adire pupillus sine tutoris auctoritate non [56] potest: quamvis lucrosa sit, nec [57] ullum habeat damnum [58]. §. 4. Nec ex Senatusconsulto Trebelliano hereditatem recipere [pupillus] sine tutoris auctoritate potest. §. 5. Tutor statim [59] in [60] ipso negotio præsens [61] debet auctor fieri: post [62] tempus vero, aut per epistulam interposita ejus auctoritas nihil agit. §. 6. Etiamsi non exaudiat tutoris auctoritatem is, qui cum pupillo contrahit, scriptis tamen hoc adprobetur, recte negotium geritur [63]: veluti si absenti pupillo per epistulam [64] vendam aliquid, aut locem, & is tutoris auctoritate consentiat.

De tutore, qui auctor fieri non potuit.

X. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

TUtor, qui per valetudinem, vel absentiam vel aliam justam [65] causam auctor fieri non potuit, non tenetur.

De bonorum possessione.

XI. GAIUS lib. XV ad Edictum provinciale.

SI ad pupillum aut furiosum bonorum possessio pertineat, expediendarum rerum gratia, & in agnoscenda [66] & in repudianda bonorum possessione voluntatem tutoris curatorisque spectari debere, placuit: qui scilicet, si quid [eorum] contra commodum

[21] Naturaliter tutori pupillus obligatur, quatenus factus est locupletior, §. *pro. in fin. §. eod. l. 1. §. eod.* vide *l. 1. in fin. §. commoda. l. ultim. C. pro emptore. §. ultim. Inst. quibus alienare. l. 3. §. 1. §. de tributoria.*

[22] Pupillus obligari non potest sine tutoris auctoritate in contractu hinc inde obligatorio. *Instit. eod. in princ.* adde *l. 1. & 2. C. si adversus vend.*

[23] *Inst. eod. in princ.* adde *l. 11. §. 4. l. 27. §. 1. §. de min.*

[24] *l. 34. in fin. §. de contrab. empt.*

[25] Cur non potest? inter vendentem & ementem est diversitas, *l. 1. §. de rerum permutatione.*

[26] Imo potest. *l. 56. in fin. §. tit. prox.*

[27] Vide *l. 7. in princ. §. eod.*

[28] Præsumitur mala fide emere, qui quid comparat ex rebus pupilli per interpositam personam: de quo vide plenius hic *Bart.*

[29] V. *l. 54. circa §. §. de administr. tut.*

[30] Id est, bona fide, aut certe non mala fide, *ut l. 6. §. 4. §. de negotiis.*

[31] Vide Edictum Justiniani *7. cap. 2.*

[32] Vide *l. 1. §. eod. in fin. princ.*

[33] De quibus, *l. 4. §. eod.*

[34] Ut extraneus à pupillo recte emere potest tutor, cui decreta non est administratio, *ut hic.* At quomodo? eorum auctoritate, qui eam præstare possunt: quibus administratio non est denegata.

[35] *l. 5. §. 3. §. eod.* adde *l. 26. C. de administr. tut.*

[36] *l. 1. §. eod.*

[37] Ita diversitas tutorum auctoritatem præstantium non impedit duos reos constitui.

[38] Sufficit autem unius tutoris auctoritas, nisi expresse dictum sit, ut ne unius auctoritas sufficeret. *l. Titium. 47. §. tit. prox.*

[39] Filius tutor non potest auctoritatem interponere, patre contrahente in cujus sit potestate.

[40] Dativi, vel testamentarii. Nam legitimi simul esse non possunt, cum pater præcedat filium uno gradu, atque ita in tutela. *l. si plures. 9. §. de legit.*

tutorib. 41 *d. l. 1. in fin. princ. §. eod.* 42 Hinc quæritur, an filius Notarius possit in rem patris instrumentum conficere? Non posse videtur, quia Notarius testis munere fungitur. Imo, posse videtur, quia Notarii officium, cum sit officium publicum, in eo non curatur patria potestas: Bartolus ait posse, si non sit in patria potestate. 43 Veluti, si ita contraxerit, *si placet tutori meo.*

44 Auctoritatis interpositio conditionem non recipit, ut & actus quivis legitimus. *l. 77. §. de reg. jur.* 45 *Inst. eod. in princ.* 46 *l. 1. C. eod. pr. Inst. eod. §. 2. Inst. quib. alien. licet, vel non. l. 11. §. de adqu. rer. dom.* 47 *§. 2. Inst. quib. alien. non licet.* 48 *l. 19. §. 1. §. de rebus cred.*

49 Quid ita, cum possit obligari, ubi fit tuopletior? *l. 1. §. an in pupillum. §. depositi.*

50 Nec pecuniam facit accipientis. *d. §. 2. Inst. quib. alien. l. 14. in fin. §. de solutionib.*

51 Siquidem quam manumittit, alienat; manumissio est alienatio. *l. ult. C. de reb. alien.*

52 *§. 4. Inst. quib. ex causis manumit.* 53 *V. l. 14. in fin. §. de solutio.* 54 Id est, alteri crediderit, vel in solutum dederit. *l. 19. §. 1. §. de rebus cred.* 55 *V. l. 11. §. eod.* 56 Cur non potest, cum mutuum dando non obligetur? Non quia non obligatur mutuum dando, prohibetur mutuum dare: sed quia mutuum dando rem suam alienat. 57 *Al.* ne. 58 Appareus. 59 Theophil. *eod. §. 2.* perseveranter, cum negotium geritur, à principio ad extremum: Quod Cujacius non admittit: satis est enim, si statim atque peractum est negotium, in re præsenti tutor auctor fiat, nec quidquam nocet, si in ipso tractatu & gestu negotii non interfuerit. *l. 25. §. 4. §. de adqu. hered. v. Cuj. 13 obs. 31.*

60 Auctoritas interponitur in ipso negotio, non post tranfactum negotium, nec per nuncium aut epistolam. *ut hic. l. 1. in fi. §. de tutelis. l. si quis mihi bona. 25. §. §. de adquir. hered.* Voluntas enim post finitum negotium est pro ratihabitione. *l. 3. §. sed si mutua. §. de in rem verso. l. 2. in §. §. soluto matrimonio.* & in actu quolibet sine verbis. *l. §. §. ratam rem haberi.* Ita consensus potest subsequi: ut & jussus ex intervallo aliquo præcedere. *l. si quis mihi bona. 25. §. §. jussum. 4. §. de adqu. hered.*

61 *§. 2. Inst. eod.* 62 Puta post unum diem. Theoph. *§. 2. Inst. eod.* at non potest, vel ante tempus modicum, dum ne actus contrarius aliquis intervenerit. *l. continuus. 137. §. de verb. oblig.*

63 Contractus quoties per epistolam habetur, tunc perfectus intelligitur, cum recipiens epistolam consentit. *Bart.* Summam, ut dicitur, manum venditio accipit consentiente eo, cui se vendere quis scribit. v. Cujac. 13 *obs. 31.* 64 Epistola ratum haberi negotium potest. *l. 34. §. mandati.*

65 *l. 1. in fin. §. eod.* 66 *l. 9. §. 3. §. eod. §. 1. Inst. eod. l. 7. §. 3. C. de curat. furiosi.*

dum [67] pupilli furiosive fecerint, tutelæ curationisve judicio tenebuntur.

De servo communi tutoris, & extranei.

XII. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

SI servus communis, tuus & Titii, à pupilla tua te auctore aliquam rem per traditionem acceperit, tota ad Titium pertinebit. Marcellus notat: Nam quodcumque ad omnes dominos non potest pervenire [68], id pro solido ad eum, cui adquiri potest, pertinere veteres comprobaverunt.

Si pupillus taceat.

XIII. IDEM lib. XXI Digestorum.

IMpuberes tutore auctore obligantur, etiamsi taceant [69]: nam cum pecuniam mutuam acceperint, quamvis nihil dicant, auctoritate tutoris interposita tenentur: Quare etsi non debita pecunia his personis soluta fuerit, quamvis tacuerint, interposita tutoris auctoritas sufficit, ut condictione [70] teneantur.

De absentia vel ignorantia tutoris.

XIV. IDEM lib. XXXI Digestorum.

NOn multum interest [71], abfuerit tutor, cum negotium contraheretur, an [72] præsens [73] ignoraverit, quale esset, quod contrahebatur.

De judicio accipiendo, & intendendo.

XV. MARCIANUS lib. II Regularum.

ACcipientis [74] & edentis judicium [75] idem tutor auctor utrique fit: Sed [hoc] utrum ita est, si bis auctor factus est, an & una auctoritas sufficiat eo animo, ut ad utrumque pertineat, dubitat quidem Pomponius? Sed fortiter defenditur, sufficere [76] unam auctoritatem.

De tutore cæco.

XVI. PAULUS lib. I ad legem Æliam Sentiam.

ETiam si tutor cæcus [77] factus sit, auctor [78] fieri potest.

Si tutor nolit auctor fieri.

XVII. IDEM lib. VI ad Edictum.

SI tutor pupillo [79] nolit auctor fieri, non debet eum Prætor cogere: Primum, quia iniquum est, etiamsi non [80] expedit pupillo, auctoritatem eum præstare: deinde, etsi expedit, tutelæ judicio [81] pupillus hanc jacturam [82] consequitur [83].

De delegatione, de procuratore dando, de eo, quod pertinet ad tutorem.

XVIII. IDEM lib. I ad Plautium.

POtest [84] pupillus tutore auctore debitorem suum Titio delegare [85]: Sed cum tutor debet pupillo, dicendum est, neque delegari [86] eum, neque procuratorem adversus tutorem dari ipso tutore auctore posse: quia futurum sit, ut auctoritate sua liberetur [87].

De curatore impuberi dando.

XIX. IDEM lib. IX Responsorum.

CUratorem etiam impuberi dari posse: sed ad ea, quæ solemnitatem [88] juris desiderant [89], explicanda tutore auctore opus esse.

De divisione hereditatis, de subsignatione tutoris.

XX. SCÆVOLA lib. X Digestorum.

INter pupillos paternæ hereditatis divisio facta est præsente tutore, sed non adsignante [90] instrumento divisionis: Quæritum est, an ei stari oporteret? Respondit, si tutor auctor fuisset, non idcirco minus standum esse divisioni [91], quod non adsignasset [92].

De abstentione ab hereditate paterna.

XXI. IDEM lib. XXVI Digestorum.

DEfendente tutore pupillus condemnatus ex contractu patris, accepit curatorem: inter quem & creditorem Acta [93] facta sunt apud Procuratorem Cæsaris infra scripta. Priscus Procurator Cæsaris dixit [94], *faciat judicata* [95]: Novellius curator dixit, *abstineo* [96] *pupillum*: Priscus Procurator Cæsaris dixit, *Responsum habes: scis, quid agere debeas.* Quæritum est, an secundum hæc acta adulescens [à] bonis patris abstentus sit? Respondit, proponi abstentum [97].

De eo, quod ad tutorem pertinet.

XXII. LABEO lib. V Pithanon.

SI quid est, quod pupillus agendo tutorem suum liberaturus est [98], id ipso tutore auctore agi recte non potest.

TIT. IX.

QUANDO [1] EX FACTO [2] TUTORIS VEL CURATORIS MINORES [3] AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT.

De pupillo condemnando ob dolum, vel culpam tutoris.

I. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

OB dolum malum, vel culpam tutoris, Aristo ait pupillum possessorem condemnandum: Sed non puto, quanti actor in litem juraret. Et tamen illud ita est, si rem [4] à tutore pupillus servare possit.

Si tutor vel curator crediderit.

II. ULPIANUS lib. I Opinionum.

SI tutor vel curator pecunia ejus, cujus negotia administrat [5], mutua data, ipse stipulatus fuerit, vel prædia in nomen suum emerit: utilis actio ei [6], cujus pecunia fuit, datur ad rem vindicandam, vel mutuam pecuniam exigendam.

De dolo tutoris.

III. PAPINIANUS lib. XX Quæstionum.

DOlus [7] * tutorum puero [8] neque nocere neque prodesse debet. † Quod autem vulgo dicitur, *tutoris dolum pupillo non nocere*, tunc verum est, cum ex illius fraude locupletior [9] pupillus factus non est. † Quare merito Sabinus triburoria [10] actione pupillum conveniendum ex dolo tutoris existimavit: scilicet, si per iniquam distributionem pupilli rationibus favit: † Quod in depositi [11] quoque actione dicendum est: Item hereditatis petitione: si modo, quod tutoris dolo defuit [12], pupilli rationibus illatum probetur.

IV. ULPIANUS lib. LXIV ad Edictum.

AT si extrinsecus [13] aliquid tutor [14] dolo admiserit, pupillo [15] nihil nocere oportet.

De tutela vel curatione finita.

V. PAPINIANUS lib. V Responsorum.

POst mortem furiosi [16] non dabitur [17] in curatorem, qui negotia gessit, judicati [18] actio, non magis, quam in tutores [19]: si modo nullam ex consensu, post depositum officium, novationem factam, & in curatorem vel tutorem obligationem esse translatam, constabit. §. 1. Tutor, qui *pecuniam se soluturum* cavit [20], *quam* [21] *pater pupilli condemnatus fuerat*, actionem post tutelam finitam recte recusat. Non [22] idem in eo [23] placuit, qui suo nomine mutuam pecuniam accepit, & judicatum pro pupillo fecit: nisi forte creditor ideo contraxit, ut in causam judicati pecunia transiret.

De actore.

VI. IDEM [lib. II Definitionum.]

TUtor, interposito decreto Prætoris [24], actorem [25] reliquit [26]: Secundum eum sententia dicta, judicati transfertur ad pupillum actio non [27] minus, quam si tutor obtinuisset.

De infante.

VII. SCÆVOLA lib. XIII Quæstionum.

TUtori, qui infantem defendit, succurritur, ut [28] in pupillum judicati actio detur.

Si coheredis tutor fideicommissi nomine in solidum caverit.

VIII. IDEM lib. V Responsorum.

TUtor, qui & coheres pupillo erat, cum conveniretur [29] fideicommissi nomine, in solidum ipse cavit. Quæritum est, an [30] in adultum pupillum pro parte [31] danda sit utilis actio? Respondit, danda.

---

1 VC. XXXIX.

2 Administratione, contractu, fide, diligentia, dolo, culpa. Cujac. *hic.*

3 Pupilli, & adolescentes. Cujac. *hic.*

4 Id est, si tutor sit solvendo, *ut l. ult. ff. de adm. tut.*

5 Idem in uxore Ecclesia, & muliere esse, ait Bartolus.

6 Id est, pupillo. *l. 2. l. 4. C. eod.*

7 *Eclog.* 8. *c.* 2. *l.* 5 §. *pen. ff. de const. pecun.* Goth. Quando pupillorum nomine quid egisse tutores intelligantur, & quid de prædiis aut aliis rebus ex pupillorum pecunia simpliciter emptis, vide *not. censur. forens. nostr. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 12. S. 1.

8 Pupillo.

9 Dolo tutoris catenus convenitur pupillus, quatenus est factus locupletior.

10 Vide *l.* 3. §. *ult. ff. de tribut.*

11 Adde *casum l.* 1. §. 15. *ff. de posit.*

12 *Sub.* esse in hereditate.

13 Id est, in re sua propria, suoque nomine.

14 Vide *l.* 61. *in pr. ff. de admin. tut.*

15 *l.* 198. *ff. de reg. jur.*

16 *Cui* curator *datus fuit.*

17 Imo dari videtur. *l.* 67. *ff. de procuratorib. l.* 3. §. 2. *ff. de adm tut.*

18 Judicati actio ex sententia contra curatorem, curatorio nomine furiosi, vel tutorem lata non datur in ipsum curatorem vel tutorem finita tutela, nisi post depositum officium debitum pupillorum suorum novaverint, & in se obligationem transtulerint.

19 Quam in tutores post depositum officium, si modo nullam ex consensu novationem factam, &c. hanc trajectionem notat Cujacius 20 *obs.* 39. 20 Ut tutor scil. vide quæ notavi *ad l. ult. ff. de institoria.* 21 *In quam.* 22 Quod promittit tutor directo, & ab ipso negotii initio, ut rei pupilli inserviat, tutela finita ab eo peti non potest, *ut in princ. legis.* Quod suo nomine initio accepit mutuum, postea in rem vertit pupilli, ab eodem tutore etiam finita tutela peti potest.

23 Vide *l.* 43. §. 1. *ff. de adm. tut.* 24 *Ut l.* 24. *ff. de adm. tut.* 25 Actorem ad agendum, ut & adjutorem tutor eligit, vide *hic l.* 1. *C. de actore à tutore seu curatore dando. l. si actor.* 10. *C. de appellat. l. actor.* 9. *ff. ratam rem.* curatorem ipsum magistratus. Cur à tutoribus procurator constitui non potest? domini non sunt: ideo hoc eis datum est, ut quoties abfuturi essent, vel alias impedirentur, decreto Prætoris vel Præsidis actorem darent. actor autem ad agendum, *ut ff.* adjutor ad alia munia datur. *l. solet.* 13. *ff. de tutelis.* 26 Ad debita pupilli exigenda.

27 Ut pupillo adquiritur per tutorem, ita eidem acquiritur per actorem ab ipso tutore constitutum. 28 *l.* 8. *ff. eod. l.* 1. *l.* 3. *C. eod. l.* 2. *ff. de adm. tut. l.* 28. *C. de adm. tut. l.* 4. §. 1. *ff. de re judic.*

29 Puta legatariis. 30 Vide *l.* 7. *ff. eod.* 31 Si negotium pro parte spectat ad pupillum, pro alia ad tutorem, tutor videtur pro illa facere nomine tutorio, pro alia proprio. *Bart.*

TIT. X.

DE SUSPECTIS [1] TUTORIBUS, ET CURATORIBUS.

Utilitas hujus tituli. 1. *Propositio dicendorum.* 2. Unde *suspecti crimen descendit.* 3. Qui de *suspecto* cognoscunt. 5. Qui accusare *possunt.* 6. *De mulcere accusante.* 7. *De tutore plebeio.*

1. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

HÆc clausula [2] & frequens [3] & pernecessaria est: cottidie enim suspecti tutores postulantur [4]. §. 1. Primum igitur tractemus, *Unde* [5] *descendat suspecti crimen* [6], & *apud quos* [7] postulari [8] quis possit suspectus tutor vel curator: deinde *quis* [9], & *a* [10] *quo*, & *ex quibus* [11] *causis* removetur, deque *pœna* [12] suspecti. §. 2. Sciendum est, suspecti crimen è Lege [13] duodecim tabularum descendere. §. 3. Damus [14] autem jus removendi suspectos tutores Romæ Prætoribus [15]: in provinciis Præsidibus earum.

§. 4. An [16] autem apud Legatum Proconsulis suspectus postulari possit, dubium fuit [17]? Sed Imperator Antoninus cum Divo Severo Braduæ Mauricо Proconsuli Africæ rescripsit, posse *: quia mandata jurisdictione, officium [18] ad eum totum [19] juris dicundi transit. † Ergo &, si Prætor mandet jurisdictionem, simili [20] modo dicendum est, suspectum posse apud eum postulari, cui mandata est: cum [21] enim sit in provincia hoc rescriptum, consequens erit dicere, & eum, cui à Prætore mandata est jurisdictio, posse de suspecto cognoscere. §. 5. Ostendimus [22], qui possunt de suspecto cognoscere: nunc videamus, *qui suspecti fieri possunt.* Et quidem omnes tutores possunt, sive [23] testamentarii sint, sive non sint, sed alterius generis tutores: Quare & si legitimus sit tutor, accusari poterit: Quid, si patronus? adhuc idem erit dicendum: modo ut meminerimus, patrono parcendum [24]. §. 6. Consequens est, ut videamus, *qui possunt suspectos postulare.* Et sciendum est, quasi [25] publicam [26] esse hanc actionem, [hoc est, omnibus patere.] §. 7. Quinimo, & mulieres admittuntur: sed hæ solæ, quæ pietate necessitudinis ductæ ad hoc procedunt: ut puta mater, nutrix [27] quoque, & avia [possunt.] Potest & soror (nam in sorore & rescriptum exstat Divi Severi), & si qua alia mulier fuerit,

---

1 VC. XLIII. *ff. Inst. ult.* 37. *Eclog.* 10.

2 Id est, materia.

3 Quotidiana subtilius examinanda. *l. legavi.* 25. *ff. de libertat. legata.*

4 Si à gestione se abstineant, vel male gerant. *l.* 5. §. 2. *ff. de admin. tut.*

5 Quo ex jure? dic ex lege XII Tabularum §. 2.

6 Id est, actio, vel accusatio criminis de suspecto: hoc enim crimen non est publicum.

7 Judices. §. 3. §. 4.

8 Accusari.

9 §. 5. *ff. eod.*

10 §. 6. 7. 8. *l.* 2. *l.* 3. *ff. eod.*

11 *l.* 3. §. 5. *ff. eod.*

12 Ob dolum removetur, & fit infamis. §. 6. *Inst. eod. l. ult. C. eod.* v. §. 6. *ff. eod. l.* 3. §. 15. §. 16. §. *ult. l.* 4. *ff. eod.*

13 §. 1. *Inst. eod. in princ.*

14 §. 1. *Inst. eod.* De suspecto cognoscere & removere possunt Prætores & Præsides.

15 Imo Præfectis Urbi. *l.* 1. §. 7. *ff. de off. Præf. Urbis.* 16 De suspecto cognoscere potest Legatus Proconsulis, at non eo nomine removere. 17 Nunc non est dubium. *ff. eod.* nam & iidem legati tutores dari possunt, *l. pen. ff. de off. Proconf.* & cognitio suspecti mandari potest. *l.* 4. *ff. de off. ejus, cui mand.* 18 Potestas, vide *l.* 3. §. 2. *ff. de admin. rerum ad civit. l.* 1. *ff. de jurisd.*

19 Imo, non totum. *l.* 6. *ff. de off. Proconf.* 20 Prætoris & Proconsulis cognatio.

21 Jus Provinciale seu provinciæ ad Urbem extenditur. 22 §. 2. *Inst. eod.* 23 *l.* 4. *C. eod.*

24 Id est, ejus honori consulendum. vid. *d.* §. 2. *l.* 4. *l* 10. *ff. de in jus vocando. l.* 6. *C. eod.* Suspecti tutoris accusatio, quasi publica est. Cur quasi publica? An quia vere publica? An quia non est omnino publica: quia si vere publica esset, omnibus quidem pateret, præterquam fœminis, *l.* 8. *ff. de accusat.* quæ tamen ad hanc accusationem admittuntur. 25 §. 2. *Inst. eod.* 26 *Publicum* est, quod omnibus patet. *Bart.* 27 Adde *l.* 13. *ff. de manumiss. vind.*

fuerit, cujus Prætor perpensam [28] pietatem intellexerit non sexus verecundiam egredientis [29], sed pietate [30] productam, non continere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.

§. 8. Si quis de plebeis ob facta atrociora [31] in tutela admissa fuerit apud Prætorem accusatus, remittitur ad Præfectum [32] Urbis graviter puniendus [33].

De liberto tutore.

II. IDEM lib. I de omnibus Tribunalibus.

LIbertus [34] quoque, si fraudulenter gessisse tutelam filiorum patroni probetur, ad Præfectum Urbis [35] remittetur puniendus [36].

De tutore accusante contutorem. 1. De liberto accusante. 2. De curatore suspecto. 4. De accusatione. 5. Ex quibus causis suspecti removentur. 6. De eo, qui desiit esse tutor, & cœpit esse curator, vel iterum tutor. 9. De una tutela habente intervalla. 10. Si abfuturus Reipublicæ causa desideravit in locum suum constitui alium tutorem. 11. De curatore ventri bonisque dato, deinde tutore dato. 12. De tutore inimico, & aliis causis removendi tutorem. 13. De rebus veritus sine decreto distractu. 14. De tutore, qui non præstat alimenta. 16. De pecunia deponenda ad prædiorum comparationem. 17. De abstentione ab hereditate. 18. De infamia.

III. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

TUtor quoque contutorem [37] potest suspectum facere, sive duret adhuc tutor, sive jam desierit ipse, contutor autem maneat tutor: Et ita Divus Severus rescripsit. Plus Divus Pius Cæcilio Petino rescripsit, *posse* [38] *tutorem suspectum remotum contutores suos suspectos facere.* §. 1. Liberti quoque pupillorum grate facient, si tutores vel curatores eorum, male gerentes rem patronorum, vel liberorum patronorum, suspectos fecerint: Sed si patronum suum ut suspectum in tutela facere velint, melius [39] est, libertos ab accusatione repelli, ne in ipsa cognitione gravius aliquid emergat: cum hoc aliis omnibus pateat. §. 2. Non tantum autem adulescentis curator, sed etiam furiosi, vel prodigi, ut suspectus removeri potest. §. 3. Sed & si quis [40] curam ventris bonorumve administrat, non carebit hujus criminis metu. §. 4. Præterea videndum, an & *sine* [41] *accusatione possit suspectus repelli?* Et magis est, ut repelli debeat [42], si Prætori liqueat [43] ex apertissimis [44] rerum argumentis, suspectum eum esse: Quod favore [45] pupillorum accipiendum est. §. 5. Nunc videamus, *ex quibus causis suspecti removeantur?* Et sciendum est, aut ob dolum in tutela admissum suspectum licere postulare, si [46] forte grassatus in tutela est, aut sordide egit, vel pernicioſe pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus jam tutor: Quod si quid admisit, ante [47] tamen [admisit] quam tutor esset, quamvis in bonis pupilli, vel in tutela, non potest suspectus tutor postulari: quia [48] delictum tutelam præcessit: proinde si pupilli substantiam expilavit, sed antequam tutor esset, accusari debet expilatæ hereditatis [crimine]: si minus, furti. §. 6. Quæri potest, si tutor fuerit pupilli, idemque sit curator confirmatus adulescenti, an possit ex delictis tutelæ suspectus postulari? Et cum possit tutelæ à concuratoribus conveniri, consequens erit dicere, cessare suspecti accusationem: quia tutelæ agi possit, deposito [49] officio, & alio tumpto. §. 7. Idem erit quærendum, [&] si proponas aliquem desisse esse tutorem, & rursum cœpisse (utputa usque ad tempus, vel ad conditionem erat datus: deinde iterum, vel superveniente conditione testamentaria [50], vel etiam à Prætore postea datus est), an suspectus postulari possit? Et quia duæ tutelæ sunt, si est, qui eum tutelæ judicio conveniat, æquissimum erit dicere, cessare crimen suspecti.

§. 8. Si autem ipse tutor est solus [51], numquid, quia tutelæ cessat, removendus sit ab hac administratione, quasi [in hac] suspectus ex eo [52], quod in alia male versatus sit? Ergo & in eo, qui curator solus post finitam tutelam confirmatus est, idem dici potest. §. 9. Quod si quis ita tutor datus sit, *quoad in Italia erit, tutor esto*: vel, *quoad trans mare non ierit*: an possit suspectus postulari ex eo gestu, quem administravit, antequam trans mare abesset? Et magis est, ut postulari possit: quasi una [53] tutela sit, habens intervalla. §. 10. Si quis abfuturus [54] Reipublicæ causa desideravit in locum suum constitui alium [55] tutorem, an reversus ex ante gesto suspectus postulari possit? Et quia potest ex priore gestu utili actione conveniri, cessabit postulatio. §. 11. Si curator ventri [56] bonisque [57] datus fraudulenter versatus sit, deinde tutor datus [58], an postulari suspectus propter fraudes in cura admissas possit, dubitari potest? Et si quidem habet contutores, non poterit postulari, quia conveniri potest: si non habet, amoveri potest. §. 12. Si tutor inimicus pupillo parentibusve [59] ejus sit, & generaliter, si qua justa causa Prætorem moverit, cur non debeat in ea tutela versari, rejicere eum debebit. §. 13. Severus & Antoninus rescripserunt Epicurio, *Tutores, qui res veritus* [60] *sine decreto distraxerunt, nihil quidem egisse; verum, si per fraudem id fecerunt, removeri eos oportere.* §. 14. Tutor, qui ad alimenta [61] pupillo præstanda copiam sui non faciat, suspectus est, poteritque removeri. §. 15. Sed si non latitet [62], sed præsens *nihil posse decerni* contendit, quasi inopibus, si datis pupillo Advocatis [63] in mendacio revincatur, ad Prætorem Urbis [64] remittendus est: neque enim interest, id agere quemquam ut corrupta fide inquisitionis tutor constituatur, an bona fide constitutum velut prædonem bonis alienis incumbere: Hic ergo non quasi suspectus removebitur, sed remittetur [65] puniendus ea pœna, qua solent adfici, qui tutelam corruptis ministeriis Prætoris redemerunt.

§. 16. Qui [66] pecuniam ad prædiorum emptionem conferre, neque [pecuniam] deponere pervicaciter perstant, quoad emptionis occasio inveniatur, *vinculis publicis* [67] jubentur *contineri*, & insuper pro suspectis habentur: Sed sciendum est, non omnes hac severitate debere tractari, sed utique humiliores: cæterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere. §. 17. Is tutor, qui inconsideranter pupillum vel dolo abstinuit hereditate, potest suspectus postulari.

§. 18. Qui ob segnitiem [68], vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem vel ineptiam [69] remotus sit, in hac causa est, ut integra existimatione [70] tutela vel cura abeat. Sed & si [quis] ob fraudem non removebit aliquem, sed ei adjunxerit, non erit famosus: quia non est *abire tutela* jussus.

3. De prohibito gerere. 4. De his, qui non gesserunt.

IV. IDEM lib. I de omnibus Tribunalibus.

HÆc [71] enim causæ faciunt, ut integra existimatione [72] tutela vel cura quis abeat. §. 1. Decreto igitur debebit *causa* removendi significari [73], ut appareat de existimatione. §. 2. Quid ergo, si non significaverit causam remotionis decreto suo? Papinianus ait, debuisse [74] dici hunc integræ esse famæ: Et est verum.

§. 3. Si Prætor sententia sua non removerit tutela, sed *gerere* prohibuit, dicendum est, magis esse, ut & hic desinat tutor esse. §. 4. Qui nihil gesserunt, non possunt suspecti postulari: verum ob ignaviam, vel neglegentiam [75] vel dolum, si dolo fecerunt, possunt removeri.

De satisdatione.

V. IDEM lib. III Disputationum.

SUspectus fieri is [76] quoque qui satis dederit, vel nunc offerat, potest: expedit enim pupillo, rem suam salvam fore, quam tabulas rem salvam fore cautionis habere: Nec ferendus est contutor, qui ideo collegam suum [77] suspectum [78] non fecit, quoniam cautum erat pupillo.

VI. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

QUia * satisdatio propositum tutoris malevolum [79] non mutat, sed diutius grassandi in re familiari [80] facultatem præstat.

De impuberibus accusantibus tutores, vel adultus curatores. 1. De lata neglegentia. 2. De tutore, qui non præstat alimenta. 3. Si tutor datus non comparet.

VII. ULPIANUS lib. I de omnibus Tribunalibus.

IMpuberibus [81] quidem non permittitur suspectos [82] facere: adulescentibus [83] plane volentibus suspectos facere curatores suos permittitur, dummodo [ex] consilio [84] necessariorum id faciant. §. 1. Si [85] fraus non sit admissa, sed lata neglegentia, quia ista prope fraudem accedit, removeri hunc quasi suspectum oportet. §. 2. Præterea accesserunt quædam species ex Epistola Imperatoris nostri, & D. Severi [86] ad Atriunculonium [87]: nam adversus eos, qui ne alimenta [88] decernantur sui copiam perseverant non facere, ut suis rebus careant præcipitur; reique servandæ causa pupillus in possessionem mittatur ejus, qui suspectus sententia [89] sua factus est; quæque mora deteriora futura sunt, curatore dato distrahi jubentur. §. 3. Item si quis tutor datus non compareat, solet [90] Edictis evocari, novissimeque, si copiam sui non fecerit, ut suspectus removeri, ob hoc ipsum quod copiam sui non fecit. Quod & perraro & diligenti habita inquisitione faciendum est.

De moribus & paupertate tutoris.

VIII. IDEM lib. LXI ad Edictum.

SUspectum tutorem eum putamus, qui moribus [91] talis est, ut suspectus sit: enimvero tutor, quamvis pauper [92] est, fidelis tamen & diligens, removendus non est quasi suspectus.

De cognato vel affini pupilli, vel patrono tutore.

IX. MODESTINUS lib. sing. de Eurematicis.

SI tutor aliquo vinculo necessitudinis vel adfinitatis pupillo conjunctus sit, vel si patronus pupilli liberti tutelam gerit, & quis eorum à tutela removendus videatur, optimum factum [93] est, curatorem ei potius adjungi [94], [quam eundem] cum notata fide & existimatione removeri.

De periculo post remotionem.

X. PAPINIANUS lib. XII Quæstionum.

DEcreto Prætoris ut suspectus remotus, periculum futuri [95] temporis non timet [96]: iniquum [97] enim videtur, removeri quidem à tutela vel cura, in futurum autem non esse securum.

De tutela finita.

XI. IDEM lib. V Responsorum.

POst finitam [98] tutelam, cognitio suspecti tutoris, quamvis pridem recepta, solvitur.

De fraude tutoris per servum detegenda.

XII. JULIUS AQUILA lib. Responsorum.

NIhil proponi, cur præscribere [99] curator possit in cognitione suspecti, quominus religio Prætoris à pupillari servo [100] detegente fraudes instruatur [1].

---

28 Propensam. *Inst. eod.* § 3.
29 *Al.* egredientem.
30 §. 3. *Inst. eod. l.* 5. §. 1. *J. quibus ex causis in poss.*
31 Quæ non inumerantur inter atrocia illa, de quibus in *l.* 3. §. 14. § 16 *J. eod. l. auctum* 37 *T. de minorib.*
32 *l.* 2. *l.* 3. §. 15. *J. eod.* §. 10. §. 11. *Inst. eod. l.* 1. §. 7. *T. de off. Præf. urb.*
33 Et hæc quæstio pro tribunali tantum cognoscitur. *l.* 1. §. 11 *J. ad Turpil.*
34 §. 11. *Inst. eod.*
35 Romæ: quid in provinciis? ad Præsides, & provinciarum ipsarum rectores.
36 Etiam in corpus. *Theoph.* §. 11. *Inst. eod.*
37 *l.* 9. §. 8. *T. de admin. tut.*
38 In dubio inspicitur magis causa prohibens, quam permittens: vide quæ notavi ad *l.* 5. *J. de fidejuss.*
39 Prohibitio magis spectatur, quam permissio.
40 §. 11. *J. eod.* adde *l.* 48. *T. de admin. tut.*
41 Inquirere in suspectos tutores Judex potest, eosque removere: idque favore pupillorum, *ut hic.* Quid? qui ita remotus, estne infamis? non est. *Dyn. & Bart. Gloss. in l. ult. C. eod.* Remotus alioqui ob dolum accusante aliquo infamis est. *d. l. ult.* §. 6. *Inst. eod.*
42 Tutor removeri potest etiam officio Judicis, sine accusatione. *Bart.*
43 Vel ipso Judice principaliter inquirente, vel incidenter fraudem tutoris detegente.
44 Ut *l. fin. C. de prob.*
45 Inquirere ad utilitatem privati, ex suo officio Judex non potest: (excipitur tamen hic pupillus: ad utilitatem publicam, potest.
46 *l* 17 §. 1. *T. de testam. tut.*
47 Ob crimen commissum alia in re, quam in tutela, (dici idem potest in Notario secundum Baldum) non potest quis removeri ut suspectus. *Bart.*
48 Delictum tutelam præcedens hic non attenditur.
49 *l.* 1. *in fin. l.* 4. *in pr. J. de tutel. & ration.*
50 Nam dativa utilis ita esse non potest. *l.* 6. §. 1. *T. de tut.*
51 Propter defectum personæ, quia non est persona, quæ gerat.
52 In uno malus, præsumitur in eodem genere malus. *l.* 7. § 3. *circa fin. J. de accus.*
53 Adde *l.* 45. *in pr. J. tit. proæ.*
54 *V. l.* 1. & 2. *C. si tutor reip. causa. l.* 1 *C. in quib. cas. tutor.*
55 Dixi ad *Theoph.* §. 2. *Inst. de excus. l.* 13. *T. de tut.*
56 *V. l.* 8 *J. de curat. fur.*
57 *V.* §. 3. *T. eod.*
58 *V. tit. J. de curat. bon. dando.*
59 Num idem fuerit, si cognatis collateralibus vel transversalibus pupilli cognatis inimicus fuerit? Id arbitrio Judicis, & regionis consuetudini relinquendum. *Bart.*
60 Alienari scil. vide *l.* 22. *C. de adm. tut.*
61 *l.* 7. §. 2. *J. eod.* §. 9. *Inst. eod. l.* 6. *J. ubi pupill. educari.*
62 Tutor.
63 Advocati dandi sunt pupillo adversus tutorem suum de alimentis litiganti.
64 *V. l.* 1. *in fin. T. eod.*
65 *l. ult. in fin. C. arbitr. tutelæ.*
66 Tutores, qui repertorium non fecerunt, vel qui pecuniam. *Haloa.* adde *l.* 9. *T. de tutela.*
67 Lege XII Tabularum ex Cujacii sententia, qui hæc verba refert ad legem XII tab. 10 *observ.* 11.
68 *l.* 4. *in fi. J. eod.*
69 Vel pauperatem. *l.* 2. *C. de tutore, qui non satisd.*
70 *l.* 4. *J. eod.*
71 Quæ non cadunt in ipsciem doli, de quibus §. *ult. J. eod.*
72 Infamis fit tutor ob dolum remotus, hac lege & *l.* 7. *in fin. J. eod.* § 6. *Inst. eod. l. ultim. C. eod.*
73 *l.* 2. § 2. *T. de his, qui notant.*
74 Cur ita? colligi ex *l.* 104. *J. de regulis jur.*
75 *l.* 2. *l.* 3. *C. eod.*
76 *l.* 6. *J. eod.* § *ult. Inst. eod. l.* 17. §. 1. *T. de testam. tut.* Goth. Vid. Ant. Augustin. *emendat. lib.* 4. *cap.* 8. Hotoman. *lib.* 2 *obs. cap.* 3. *in fin.* Anf.
77 *l.* 3. *in pr. T. eod.*
78 Atqui collega ad reddendam rationem non tenetur *l.* 19. *T. de adm. tut.*
79 Vid. *l.* 17. §. 1. *T. de testam. tut.* vide *l.* 21 §. 5. *T. de tutor. datis.*
80 Pupilli bonis.
81 *l.* 6. *in fin. C. eod.* §. 4. *Inst. eod.*
82 Tutores vel curatores suos.
83 Adolescentia, & impuberis in suspecti tutoris postulatione dissimilitudo: Hi suspectos non faciunt, illi consilio necessariorum faciunt.
84 Consilium sequi necessariorum interdum lex nos jubet.
85 *l. ult. C. eod.*
86 Caracalla & Severus. de quorum nominibus & eorum differentiis vide Revard. *var. lib.* 3 *c.* 10. Anf.
87 Atrium Clonium.
88 Vid. *l.* 3 §. 14. *T. eod.* §. 9. *Inst. eod.*
89 Fugitivus sententia sua fit suspectus, quoties nimirum fuga ipsi habetur pro delicto. Adde quæ de fuga Scripsi ad *l.* 28. *in fin. J. de bonis libert.* adde *l.* 1. *C. de defortoribus. l. locorum. C. de omni agro deserto. Novell.* 53.
90 *l.* 68. *T. de judiciis.*
91 Mores faciunt suspectum tutorem, vide idem in nuncio, & tabellario; non facultates. §. *fin. Inst. eod. l.* 5. *C. eod.* adde *l.* 7. §. 4. *T. de admin.*
92 Pauper, si fidelis sit & diligens, non removetur à tutela quasi suspectus §. *ult. in fin. Inst. eod.* 93 *Optimum factum est*, & ita locutus est Cicero 1 *in Catil.* Saluſt. *in Jugurthino.* Plautus *in Aulularia.* v. Cujac. 12 *obs.* 32. & *l.* 58. *T. soluto.*
94 Imo removendus est omnino. *l. ult. in fin. C. arbitrium tutelæ.*
95 Id est, insequentis temporis.
96 *l.* 22. *C. de excusat.*
97 Remotus à tutela periculum antecactæ tutelæ præstat, non autem id, quod, postquam remotus est, tutelæ acciderit.
98 *l.* 1. *C. eod.* adde §. 8. *Inst. eod.*
99 Excipere, ut in *l.* 15. § 7. *J. de adul.*
100 *V. l.* 33. *T. de admin. tut.*
1 *V. l.* 1. *T. de fide instrum.*

LIBER VICESIMUSSEPTIMUS.

Tit. I.

DE [1] EXCUSATIONIBUS [2].

Præfatio. 3. *Qui creari non possunt.* 4. *De ingenuo & libertino.* 5. *De sponsis.*

1. MODESTINUS lib. 13 Excusationum.

ΕΡίννι Μοδεστῖνος, Ἰγνατίῳ Δέξτρῳ. Συλλογάς σοι συγγράμματος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, χρησίμου τοῦτο, ὅπερ παρατήσιν ἐπιτροπῆς ἢ κηδεμονίας ἀνὸμασα, τοῦτο σοὶ πέπομφα.

§. 1. Ποιήσομαι δὲ ὡς ἂν εἴπω τι ἄν, τῶν ἀπὸ τούτων διδασκαλίαν σαφῆ, ἀφηγούμενος, τὰ νόμιμα τῇ τῶν ἑλλήνων φωνῇ, εἰ καὶ οἶδα δυσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα ὡς πρὸς τοὺς τοιούτους μεταβολάς.

§. 2. Προσήκων ἡ τῆς λεγομένων διηγησις αὐτοὺς τοὺς τῶν νόμων ῥήμασιν, εἰ ἄρα ἢ τούτῳ δηλοῦσιν, ἵνα τὸ τε τῶν λεκτέων, καὶ τὸ τῶν ἀναγνωστέων χρῄζων ἔχοντες, τὸ ὁλόκληρον τοῖς δεομένοις, ἢ τὸν ὠφέλειαν παρέχωμεθα.

§. 3. Λεκτέον τοίνυν πρῶτον, τίνες ἃ δεῖ χειροτονεῖσθαι.

§. 4. Ἁπλῶς μὲν οὖν ὁρῶμεν οὐ δίδοντας οὐδὲ ὀφείλοντας οἱ ἀρχοντες ἐπιτρόπους ἢ κηδεμόνας, πολὺ εἰ μὴ παντελὴς ἀσθένεια τῷ τοῦτον ἁπλῶς ἐλευθέρῳ ἢ ἁπλῶς θεσμὸς μήτις δεῖν δίδοσθαι τοὺς ὑπ' αὐτὸ τιθησόμενος, θεῖα Μάρκος ὁρᾷ πελάγη. Ἐὰν δὲ δόξῃ θειότατος Σεβαστὸς τοῖς ἀφηλίκων κηδεμόνας, τὸν αὐτὸν εἶναι τῇ ἐπιτροπῇ, ἐὰν μὴ ἐμπεσθεμοὺς δικαιολογήσεται, αὐτεγκαλέν.

§. 5. Οὐκ ἔξεστιν κηδεμονεύειν μνησθεὶς μνησθῆς, ὡς ἡ συγκλητος λέγ· χειροβιωθεὶς δὴ ὁ τοιοῦτος ἀπολυθήσεται.

De septuagenario. 1. *De ætate probanda.* 2. *De numero liberorum.* 9. *De tribus tutelis.*

II. IDEM lib. II Excusationum.

Ἀφίεται ἐπιτροπῆς ἢ κηδεμονείας ὁ οἱ ἑβδομήκοντα ἔτη πεπληρωκότες. Τὸν δὲ ἑβδομηκοντούτην δεῖ τὸ ἑβδομηκοστὸν ἔτος, ἐν ᾧ κύκλῳ τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ χειροθετεῖται, ἢ ἐν ᾧ τῇ κληρονομίας προστρέχεται τις, ἢ ἐν ᾧ ἡ αἵρεσις, ἢ ἡ ἀφθήκη προσγραφεῖσα πεπλήρωται, σὺν οἷς ἡ χρόνων τὸ παραλήψεως.

§. 1. Ἡ δὲ ἡλικία δείκνυται ἢ ἐκ γραφῶν, ἢ ἐξ ἑτέρων δοθεῖσῶν νομίμων.

§. 2. Ἀφίησιν ἐπιτροπῆς, ἢ κηδεμονείας ὁ πολυπαιδία.

§. 3. Νομίμως δὲ παῖδας εἶναι δεῖ πάντως, κἂν μὴ ὦσιν ἐξ ἐμοῦ σπέρματος.

§. 4. Δεῖ δὲ εἶναι τοὺς παῖδας, ὅτε οἱ πολίται δίδοσθαι ἐπίτροποι εἰ γὰρ πρὸ τελευτησάντος ἢ συμβιβάσαντος· ὅτε πάλιν ἐλαττώσιν οἱ μὴ τοῦ ἀποθανόντος. ὁ τοῦτο φησι Δίφιλος ὁ θειότατος Σεβῆρος.

§. 5. Τοῦτο δὲ δεκεῖ μὴ εἰρῆσθαι πρὸς ὃ ἢ Δίφιλος δοξεῖ· ἐπιτρόπους ἀφιοῦσθαι ἂν ὑπὸ παντὸς ἑτέρου.

§. 6. Ὁ δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ὢν, εἰ ὁ ἐν πολλοῖς μέρεσι νόμος συζεύξει τοῖς ἤδη γεγονόσι, ὅμως ὅτε ἐν τῇ περὶ τῆς ζητήσεως, ὅτε ὁ ταῖς λοιπαῖς πολιτικαῖς λειτουργίαις συναίρεται τοῦ παιδός. ὁ τοῦτο εἰρηται Δίφιλος τοῦ θειοτάτου Σεβῆρου.

Erennius 4 Modestinus, Ignatio Dextro S. Conscribens librum, ut mihi videtur, utilissimũ, quem *excusationem tutelæ & curatoris vocavit*, hunc tibi misi.

§. 1. Faciam autem, quoad possibile erit, de his doctrinam manifestam, enarrans legalia Græcorum voce, etsi cognoverim, inepta [5] ea ad transferendum esse.

§. 2. Apponam [6] dicendorum narrationi etiam ipsa [7] legum verba [8], si necesse erit, ut dicendorum simul, & legendorum usum habentes, integritatem indigentibus, & utilitatem præbeamus.

§. 3. Dicendum igitur primum est, *quos creari non oporteat.*

§. 4. Libertinis pupillis ingenuos [9] tutores, vel curatores Præsides non dabunt, nisi omnimodo libertinorum penuria [10] secundum locum illum sit: libertinis [11] enim libertinos solos oportere dari, qui ex eodem [12] loco sint [13], Oratio Divi Marci jubet. Si autem dabitur, Divus Severus impuberum curam habens, obligarum esse tutelæ, nisi [14] juste rationes reddiderit, rescripsit [15].

§. 5. Non potest curator esse sponsæ [16] sponsus, ut senatus dicit: creatus autem talis, absolvetur [17].

[1] IV C. LXII. [2] Inst. 25. Paul. 2 sent. 27. 38 Ecl. 1.

[3] Tutorum fil. ut enim senatorum alii a senatu amoventur, alii excusantur: ita & curares a tutela. Cujac. &c.

[4] Sex libros excusationum conscripsit Modestinus, titulum autem eis fecit: ἐπιτροπῆς ἀπολογίας.

[5] Interpretatio hæc Latina cujusdam Latini interpretis insulsissimi, & imperitissimi est, non Modestiani, qui Græce scripsit: cujus extant Græca fragmenta hæc.

[6] Διάφερα. coguntur tamen Græci sæpissime Latinis uti vocibus, quales sunt illæ, *Curator, oratio, incola, spado, salarium, veteranus, primipilus, legionarius, legatarius, caliga, patronus, excusatio, librarii, calculatores.*

[7] Vide *l.* 2. §. 2. *ff. qui petant tutores.*

[8] Verba sive sententiæ, sive testimonia, quæ commode in vulgarem sermonem transferri non possunt, ipsissima, & ut ita loquamur, de verbo ad verbum, & formaliter referenda sunt.

[9] An quædam ex libris Ulpiani, & Pauli? an constitutiones imperatorum? vid. Anton. Aug. *hic.* & Cujac.

[10] Nobilium penuria ignobiles ad dignitates promoveri posse hinc colligunt, junctis *l. generaliter.* 3. §. 2. *ff. de decur.* *l. honor.* 14. *in fin. ff. de muneribus.*

[11] *l.* 27. *in fin. ff. de tutorib. dativ.*

[12] *l.* 13. *in fin. ff. cod.* [13] 3. *ff. de tutorib. dat. l.* 5. *C. qui dare tut. l.* 3. *C. qui pet. tut.*

[13] Imo & eos, qui non sunt ex eodem loco. *l.* 10. *ff. de tut. &c.* vide Cujac. *hic.*

[14] Ei μὴ ἐμπεσθεμοὺς δικαιολογήσῃ, nisi tempore finito se excusaverit.

[15] Tutor datus non juste, si administrat rationes, perinde tenetur reddere, ac si juste datus esset.

[16] Imo vetat curatorem fieri μνησθεὶς μνησθῆς utriusque verbi appellatio ad eos pertinet, qui matrimonio junctri sunt: & ita apud *Matthæum*, & *Lucam*, quidam non ineptè μνησθεὶς Δαυὶδ, & μνηστευθεῖσαν, nuptam interpretantur. vide *l.* 14. *ff. de cur. fur.* De tutela fœminarum vide Cujac. 7 *observ.* 11.

[17] ἀπολυθήσεται, excusabitur.

[18] Et à cæteris muneribus personalibus. *l.* 3. *C. qui ætate.* [19] §. 13. *Inst. cod. l. un. C. qui ætate. l.* 3. *C. qui ætate, vel profess.* [20] Ætas, quæ certo tempore, aut in negotio aliquo, puta ad excusationem, exigitur, initio ipsius negotii esse debet: ita ut postea superveniens, pendente judicio nihil conferat ad excusationem.

[21] ἐν πασῶις ἡμέραις, natalibus, professionibus. vide *l.* 13 *l.* 16. *ff. de probationib.* [22] Dixi ad *l.* 13. *ff. de probat. l.* 2. *C. de his, qui veniam ætatis.* [23] Id est, excusat. [24] Πολυπαιδία, de qua vide *Inst. cod. in princ. l.* 1. *C. qui num. lib.* exemplum summi favoris, vide *l.* 7. §. 3. *ff. de bonis damnat.* Multi porro dicuntur duo, tres, quatuor, quinque. [25] Non naturales tantum, *Theoph. Inst. cod.* Publice enim interest legitime progenitis patriam augeri, *l.* 2. *C. de indiff. viduit.* non adoptivis. vide *l.* 2. §. 2. *ff. de vacat. muner.* [26] Si quidem emancipati prosunt. *d. l.* 2. §. 5.

[27] Si quis velit se excusare numero liberorum. [28] Desuncti enim non prosunt, nisi in bello amissi. vide *l.* 18. *ff. cod.* [29] Facit *l.* 28. *ff. cod.* [30] *l.* 7. §. *de statu.* [31] Cur ita? vid. quæ notavi ad *l.* 9. *in fin. ff. ad l. Falcid.* vide *hic* Cujac.

III. ULPIANUS lib. sing. de Officio Prætoris Tutelaris.

TRia [46] onera [47] tutelarum dant excusationem. † *Tria* autem *onera* sic sunt accipienda, ut non numerus [48] pupillorum plures tutelas faciat, sed patrimoniorum separatio [49]: & ideo qui tribus fratribus tutor datus est, qui indivisum [50] patrimonium habebant, vel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam susceperit creditur.

IV. MODESTINUS lib. II Excusationum.

ΕΦάμην, τοὺς ἔχοντας ἐπιτροπὰς εἰς τελευτὴν μὴ καλεῖσθαι. ἐζητήθη τοίνυν, ἐὰν τις ἐν δυσὶν ὢν ἐπιτροπαῖς, εἶτα εἰς ἐπιτροπὴν τρίτων προσληθεὶς συγκλίσεται, καὶ ἐπὶ μείζοσι χρῄσις ἢ δίκης τὸ ἐπὶ τὴν συγκλητον εἰς τελευτὴν ἐπιτροπὴν προσδληθῆ· πότερον εἰς τὴν τελευτὴν δικαιολογήσεται ἢ μενθήσεται ἐν τρίτῃ, ἢ παυσάμενον τῆς λειτουργίας ἐκείνου ἢ δύσκωμα τοῦ θειοτάτου Σεβῆρος καὶ Ἀντωνίνου. Λέγει ὁ κρείττων Οὐλπιανὸς ὠφελεῖ τὸ τελῶν ἐπιτροπῶν τοιοῦτος.

§. 7. Non solum autem filii remissionem tutelæ tribuunt, & filiæ, sed etiam nepotes [32] ex filiis masculis nati, masculi & fœminæ. Auxiliantur autem tum quando patre eorum mortuo illius locum supplent [33] avo. Quotcunque autem nepotes fuerint ex uno filio, pro uno filio numerantur [34]. Hæc autem ex constitutionibus, quæ de *liberis* loquuntur, possunt colligi: nusquam enim facile est invenire, ubi de *filiis* ioquatur constitutio, sed de *liberis*: appellatio autem hæc & ad nepotes [35] extenditur [36].

§. 8. Numerum autem liberorum determinatum constitutionibus esse oportet unicuique, tunc cum creatur: nam si [37] post creationem generantur, non auxiliantur, ut constitutio inquit Severi & Antonini.

§. 9. Amplius autem & qui habet tres [38] tutelas, aut tres curatorias [39]: aut commixtim [40] tres curatorias, & tres tutelas, & adhuc manentes, hoc [41] est, nondum excedentibus [42] ætatem minoribus, hi excusantur ad tutelam vel curatoriam vocari [43]. Sed tamen & si curator quis fuerit, non impuberis [44], sed furiosi, [seu prodigi], in numerum curarum & hæc computabitur curatoria: quod sic se habere docet constitutio Severi & Antonini. Dicit autem hæc & nobilis [45] Ulpianus de tribus tutelis.

[32] *l.* 3. *C. de his qui num. lib.*

[33] Avus mortuo filio tenet locum patris, & nepotes locum filii. adde *l. sed si conditioni* 6. §. *nepotes.* 1. *ff. de heredib. Inst.*

[34] Ut non eorum capita numerentur, sed stirpes: quin & ita fit in successione ab intestato. vide §. 6. *Inst. de hered. quæ ab intestato.*

[35] Nepotes excusant a tutela ut filii.

[36] Id est, porrigitur, quia non est propria extensio, sed generalis vocabuli prædicatio. vide *l.* 103. *ff. de verb. sign.*

[37] §. 4. *ff. cod.* [38] *l.* 4. *ff. cod.* §. 5. *Inst. tod. l. un. C. qui num. tut.*

[39] Curationes.

[40] Imperfectæ duæ excusationes ejusdem generis perfectæni constituunt.

[41] Tutela adhuc manere dicitur, nondum excedentibus ætatem minoribus.

[42] Vide *l. non tantum.* 17. *ff. tod.*

[43] Non tamen excusantur a reliquis muneribus civilibus. *l.* 3. *C. de excus. mu.*

[44] Μὴ ὠφέλιμος, id est, non minoris 25 annis. Ant. Aug. *hic.*

[45] Κρείττων, alibi dicitur egregius. *l.* 2. *in fin. ff. qui petant tut.* nobilissimus. *l.* 4. *in fin. ff. cod.*

[46] *l.* 2. §. *ult. ff. cod.*

[47] Recte: quia si quarta est affectata, non est onus.

[48] §. 5. *Inst. cod.* [49] Vide *l.* 15. §. 15. *l.* 31. *in fin. ff. cod.*

[50] Indivisa patrimonia, unius patrimonia censentur. *c.* 1. *extr. ne sede vacante.*

[51] *d.* §. *ult. & l.* 3. *ff. cod. l.* 6. *ff. cod.*

[52] Quidam appellari non posse à tutelæ datione existimant: verum id Cujacius negat. *arg. l.* 3. *l.* 6. *ff. cod. l. pen. ff. de tut dat. l.* 20. *ff. de administ. tutor. l.* 17. *in fin. ff. de appellat. l* 1. §. 1. *ff. quando appellandum. l.* 18. *C. h. t.*

[53] Appellatione pendente nihil est innovandum, sive causam spectes, in qua est appellandum, sive eam, quæ ei cohæreat. vide *l. un. ff. nihil novari appellatione interposita.*

[54] Appellationi non renunciat, qui sententiam pro se allegat. *Bald.*

[55] ἀλλὰ μείζοσι χρῄσις τῆς ἐπὶ τῇ τρίτῃ χειροβιώς δικαιολογίας τὸ ἐκλύειν τὰ ἀπὸ τοῦ πρώτου, id est, *sufficiens allegatione tertii, ejus finis exspectabitur. Tertiam* vocat *sententiam*, causam appellationis ex qua cognoscitur, quarta subeunda sit, necne, si hæc non liberatur, aliter liberabitur, & è contra. Quarta ordine decretorum est quarta, vi ipsa & effectu est tertia: sed non antequam de tertia bis secundum tutorem judicetur. vide Cujac. *hic.* [56] Vel appellatione. [57] Quoties alterum ab altero dependet, principale prius inspiciendum est. [58] Præposteratio litis non permissa. [59] Παρὰ τοὺς νόμους, id est, *præter.* [60] Cur non vexabitur? Quoties paterfamilias unius domus onera sustinet, toties ejusdem domus liberi onera non sustinent. Onus patri impositum, & ab eo præstitum, prodest liberis, ut aliud onus non subeant. adde *l. filio pater.* 87. *ff. de legat.* 1. *l.* 1. *C. de honorib. & mun. non continuandis.* [61] Tria onera tutelarum in una domo sufficiunt. *l.* 5. *ff. cod.* [62] *Domum* enim dicimus, plures personas unius potestati subjectas. *l.* 1. *C. de honor. & mun. lib.* 10. *tit.* 40. *l.* 3. *C. de filiisfam. quæmad. lib.* 10. *tit.* 60. *Theoph.* §. ἴσως διαλύσωμεν. *Inst. de test.* [63] Unitas domus inter patrem & filium videtur ex parte potestate. [64] Κρείττων, uti *l.* 2. *in fin. ff. cod.* Præfides provinciarum vocabant κρατίστους, ut ex Actis Apostolorum apparet. *c.* 23. 24. 26.

V. ULPIANUS lib. singulari de Officio Prætoris Tutelaris.

TRia 63 onera in domo una 64 esse sufficit: proinde si pater alicujus, vel filius, vel frater 65, qui est in ejusdem potestate 66, tria onera sustineat, quæ ad periculum patris sui spectent, quia voluntate ejus administrant, omnibus excusatio a tutela competit. Sed si non patris voluntate administrent, non prodesse sæpe rescriptum est.

De professoribus & medicis. 12. *De Jurisperitis.* 13. *De athletis.* 14. *De Sacerdotio.* 15. *Quale munus sit tutela.* 16. Περὶ στρατηγῶν τῶν πόλεων, hoc est, *De magistratibus municipalibus.* 17. *De capitalibus inimicitiis.* 18. *De statu controversia.* 19. *De Rusticis, humilibus & illiteratis.*

VI. MODESTINUS lib. II Excusationum.

Ἂν δύο ἔχοντι ἐπιτροπὰς ἄλλαι δύο ὁμοῦ ἐπαχθῶσιν, ἡ τῇ τάξει τρίτη βοηθήσει αὐτῷ εἰς τὴν ἄφεσιν τῆς τετάρτης, κἂν αὐτοκράτωρ ᾖ ὁ τὴν τετάρτην ἐγχειρίσας, ἢ τὴν τρίτην, πρὶν μέντοι γνῶναι τὰ τοῦ αὐτοκράτορος, φθάσει προβληθεὶς εἰς ἄλλην. ἐὰν δὲ ἡ τάξις μὴ φαίνηται, ἀλλὰ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ αἱ δύο χειροτονίαι προτεθῶσιν ἐν διαφόροις χάρταις, οὐχ ὁ χειροτονηθεὶς ἀλλὰ ὁ χειροτονήσας ἐπιλέξεται, ὁποίαν δεῖ αὐτὸν ὑποδέξασθαι.

SI duas habenti tutelas aliæ duæ simul superinductæ fuerint, quæ est ordine tertia, auxiliabitur ei, ad remissionem quartæ, etsi 67 Imperator 68 fuerit, qui quartam injunxerit, aut tertiam, & antequam cognoscat 69 Imperatoris mandata promotus 70 erit ad aliam 71. Si 72 autem ordo non apparuerit, sed in una die duæ creationes proponerentur in diversis chartis, non qui creatus est, sed qui creavit, eliget 73, quam oporteat eum suscipere.

§. 1. Γραμματικοί, σοφισταί, ῥήτορες, ἰατροί, οἱ περιοδευταὶ καλούμενοι, ὥσπερ τῶν λοιπῶν λειτουργιῶν, οὕτω δὲ καὶ ἀπὸ ἐπιτροπῆς καὶ κουρατορίας ἀνάπαυσιν ἔχουσιν.

§. 1. Grammatici, Sophistæ, Rhetores, Medici qui περιοδευταί, id est, circulatores 74 vocantur, quemadmodum a reliquis muneribus, ita & à tutela & à cura requiem 75 habent 76.

§. 2. Ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀριθμὸς ῥητόρων ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν τὴν ἀλειτουργησίαν ἐχόντων, καὶ αἱρέσεις τινὲς προσκείμεναι τῷ νόμῳ. ὅπερ δηλοῦται ἐξ ἐπιστολῆς Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς, γραφείσης μὲν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, παντὶ δὲ τῷ κόσμῳ διαφερούσης, ἧς ἐστι τὸ κεφάλαιον τοῦτο ὑποτεταγμένον· Αἱ μὲν ἐλάττους πόλεις δύνανται πέντε ἰατροὺς ἀτελεῖς ἔχειν, καὶ τρεῖς σοφιστάς, καὶ γραμματικοὺς τοὺς ἴσους. αἱ δὲ μείζους πόλεις ἑπτὰ τοὺς θεραπεύοντας, τέσσαρας τοὺς παιδεύοντας ἑκατέραν παιδείαν. αἱ δὲ μέγισται πόλεις δέκα ἰατρούς, καὶ ῥήτορας πέντε, καὶ γραμματικοὺς τοὺς ἴσους. Ὑπὲρ δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμόν, οὐδὲ ἡ μεγίστη πόλις τὴν ἀτέλειαν παρέχει. Εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μεγίστῳ ἀριθμῷ χρήσασθαι τὰς μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, τῷ δὲ δευτέρῳ τὰς ἐχούσας ἀγορὰς δικῶν, τῷ δὲ τρίτῳ τὰς λοιπάς.

§. 2. Est autem & numerus Rhetorum 77 in unaquaque civitate, qui vacationem munerum habent, & hæreses 78 quædam propositæ lege: quod manifestum est ex Epistola Antonini Pii, quæ descripta quidem est communitati Asiæ, universo 79 autem orbi conveniens est, cujus capitulum hic subjectum est: *Minores quidem civitates possunt quinque* 80 *medicos* 81 *immunes habere, & tres Sophistas* 82, *Grammaticos totidem: majores autem civitates septem, qui curent; quatuor, qui doceant utramque doctrinam: maximæ autem civitates decem Medicos, & Rhetores quinque, & Grammaticos totidem. Supra* 83 *hunc autem numerum ne maxima quidem civitas immunitatem præstat. Decet autem maximo quidem numero uti* 84 *Metropoles* 85 *gentium: secundo autem, quæ habent vel forum* 86 *causarum* 87 *vel loca judiciorum: tertio autem, reliquas.*

§. 3. Τοῦτον τὸν ἀριθμὸν ὑπερβαίνειν μὲν οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ψηφίσματι βουλῆς, οὔτε ἄλλῃ τινὶ παρευρέσει· ἐλαττοῦν δὲ ἔξεστιν. ἐπειδήπερ ὑπὲρ τῶν πολιτικῶν λειτουργιῶν φαίνεται τὸ τοιοῦτο γινόμενον.

§. 3. Excedere 88 quidem hunc numerum non licet neque sententia 89 senatus, neque alia qua adinventione: minuere autem licet: quoniam pro civilibus muneribus apparet hoc tale factum.

§. 4. Καὶ μέντοι οὐκ ἄλλως τὴν ἀλειτουργησίαν ταύτην καρπώσονται, ἐὰν μὴ δόγματι βουλῆς ἐγκαταλέγωσιν τῷ ἀριθμῷ τῷ συγκεχωρημένῳ, καὶ περὶ τὸ ἔργον ὀλιγώρως μὴ ἔχωσιν.

§. 4. Et utique non aliter de immunitate hac fructum habebunt, nisi decreto 90 senatus inscripti 91 fuerint numero concesso, & circa 92 operationem 93 se negligenter non habeant.

§. 5. Καὶ φιλοσόφους δὲ ἀπολύεσθαι ἐπιτροπῶν, Παῦλος γράφει οὕτως.

§. 5. Et Philosophos quidem liberari à tutelis Paulus scribit ita:

† *Philosophi, Oratores, Grammatici, qui publice juvenibus prosunt* 94 *excusantur à tutelis* 95, nam & Ulpianus lib. IV de Officio Proconsulis ita scribit.

§. 6. *Sed &* 96 *reprobari* 97 *medicum posse à Republica, quamvis semel probatus sit, Imperator noster cum Patre Lælio Basso rescripsit.*

§. 7. Περὶ δὲ τῶν φιλοσόφων ἡ αὐτὴ διάταξις τοῦ Πίου οὕτω λέγει· Φιλοσόφων δὲ οὐκ ἐτάχθη ἀριθμός, διὰ τὸ σπανίους εἶναι τοὺς φιλοσοφοῦντας. οἶμαι δὲ ὅτι οἱ πλούτῳ ὑπερβάλλοντες ἐθελονταὶ παρέξουσι τὰς ἀπὸ τῶν χρημάτων ὠφελείας ταῖς πατρίσιν· εἰ δὲ ἀκριβολογοῖντο περὶ τὰς οὐσίας, αὐτόθεν ἤδη φανεροὶ γενήσονται μὴ φιλοσοφοῦντες.

§. 7. De Philosophis autem eadem constitutio D. Pii ita dicit: *Philosophorum autem non constitutus est numerus*, quia rari 98 sunt, qui philosophantur 99. *Existimo autem, quoniam qui divitiis superabundant, voluntarie* 100 *tribuent pecuniam in utilitates patriæ* 1: *si autem proprie loquantur de substantia, inde jam manifesti fient non philosophantes.*

§. 8. Ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως Κομμόδου διατάξεσιν ἐγγεγραμμένον κεφάλαιον ἐξ ἐπιστολῆς Ἀντωνίνου τοῦ εὐσεβοῦς, ἐν ᾧ δηλοῦται, καὶ φιλοσόφους ἀλειτουργησίαν ἔχειν ἀπὸ ἐπιτροπῶν· ἔστι δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα· Ὁμοίως δὲ τούτοις ἅπασιν ὁ θειότατος πατήρ μου παρελθὼν εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀρχήν, διατάγματι τὰς ὑπαρχούσας τιμάς, καὶ ἀτελείας ἐβεβαίωσεν, γράψας, φιλοσόφους, ῥήτορας, γραμματικούς, ἰατρούς, ἀτελεῖς εἶναι γυμνασιαρχιῶν, ἀγορανομιῶν, ἱερωσυνῶν, ἐπισταθμιῶν, σιτωνίας, ἐλαιωνίας· καὶ μήτε κρίνειν, μήτε πρεσβεύειν, μήτε εἰς στρατείαν καταλέγεσθαι ἄκοντας, μήτε εἰς ἄλλην αὐτοὺς ὑπηρεσίαν ἐθνικήν, ἤ τινα ἄλλην ἀναγκάζεσθαι.

§. 8. Est autem Imperatoris Commodi constitutionibus inscriptum capitulum ex epistola Antonini Pii, in qua manifestatur, & philosophos habere immunitatem tutelarum: sunt autem hæc verba: *Consimiliter autem his omnibus Divus pater meus* 2 *mox ingrediens* 3 *principatum, constitutione existentes honores & immunitates firmavit scribens*, Philosophos, Rhetores, Grammaticos, Medicos *immunes esse gymnasiis* 4 *sacerdotii* 5 *stantes* 6, *& neque ad frumenti* 7, *& vini, & olei emptiones, & præpositiones, & neque judicare* 8, *neque legatos esse, neque in militia numerari nolentes, neque ad alium* 9 *famulatum* 10 *eos cogi.*

§. 9. Ἔτι κἀκεῖνο εἰδέναι χρή, ὅτι ὁ ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι διδάσκων, ἢ θεραπεύων, τὴν ἀλειτουργησίαν ταύτην ἔχει· ἐὰν γὰρ Κομανεὺς ὢν ἐν Νεοκαισαρείᾳ σοφιστεύῃ, ἢ θεραπεύῃ, ἢ διδάσκῃ, παρὰ Κομανεῦσιν ἀλειτουργησίαν οὐκ ἔχει. καὶ τοῦτο οὕτω νενομοθέτηται ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.

§. 9. Amplius & illud scire oportet, & eum, qui in patria 11 propria docet, aut medicatur, immunitatem hanc habere: si enim existens Comaneus in Cæsarea doceat, aut medicetur, apud Comanenses immunitatem non habet. & hoc ita promulgatum est à D. Severo & Antonino.

§. 10. Τοῖς μέντοι ἄγαν ἐπισήμοις, καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ πατρίδι τὰς διατριβὰς ποιουμένους, εἶναι ἀλειτουργήτους Παῦλος γράφει, λέγων τὸν θειότατον Ἀντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ οὕτω κεκελευκέναι.

§. 10. Valde 12 tamen disciplinis instructos, & si supra numerum, & in aliena patria moram faciant, esse immunes Paulus scribit, dicens D. Pium Antoninum ita jussisse.

§. 11. Τὸν ἐν Ῥώμῃ σοφιστεύοντα ἢ συνταξείῳ ἢ καὶ χωρὶς συνταξείου, ἄφεσιν ἔχειν νενομοθέτηται ὑπὸ τῶν θειοτάτων Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου, οὕτως ὡσανεὶ ἔτυχεν ἐν ἰδίᾳ πατρίδι διδάσκων. Αἷς νομοθεσίαις δύναταί τις ἐκεῖνον προσαγαγεῖν τὸν λόγον, ὅτι κοινῆς οὔσης τε καὶ νομιζομένης πατρίδος τῆς βασιλευούσης, εἰκότως ἄν, ὡς ἐν ἰδίᾳ πατρίδι, χρήσιμον ἑαυτὸν παρεχών, ἀλειτουργησίαν καρπώσεται.

§. 11. Romæ 13 philosophantem cum salario vel sine salario, remissionem habere promulgatum est à Divo Severo & Antonino, ita ac si in propria patria doceret. Quibus promulgationibus potest quis illam rationem adducere, quoniam in Regia Urbe, quæ & habetur & est communis patria 14, decenter utique utilem seipsum præbens, non minus, quam in propria patria, immunitate fruetur.

§. 12. Νόμων δὲ διδάσκαλοι ἐν ἐπαρχίᾳ διδάσκοντες, ἄφεσιν οὐχ ἕξουσιν· ἐν Ῥώμῃ δὲ διδάσκοντες, ἀφίενται.

§. 12. Legum vero doctores in aliquo præsidatu 15 docentes, remissionem non habebunt. Romæ 16 autem docentes, à tutela & cura remittuntur.

§. 13. Ulpianus libro singulari de Officio Prætoris Tutelaris ita scribit: *Athletæ* 17 *habent à tutela excusationem, sed qui sacris certaminibus coronati* 18 *sunt* 19.

§. 14. Ἔθνους ἱερωσύνη, οἷον Ἀσιαρχία, Βιθυνιαρχία, Καππαδοκαρχία, παρέχει ἀλειτουργησίαν ἀπὸ ἐπιτροπῶν, τουτέστιν ἕως ἂν ἄρχῃ.

§. 14. Gentium præsidatus, puta 20 Asiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, tribuit immunitatem à tutelis, hoc est, quoad 21 in præsidatu sunt.

§. 15. Tutela non est 22 Reipublicæ munus, nec quod ad impensam pertinet, sed civile: nec provinciale videtur tutelam administrare.

§. 16. Ἀφίενται ἐπιτροπῆς καὶ κουρατορίας στρατηγοὶ τῶν πόλεων.

§. 16. Remittuntur à tutela & cura Magistratus 23 civitatum.

§. 17. Δίδωσιν ἄφεσιν ἐπιτροπῆς καὶ κεφαλικὴ ἔχθρα τῷ χειροτονηθέντι γενομένη πρὸς τὸν πατέρα τῶν ὀρφανῶν· ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ διαθήκας φανείη δοθεὶς ὁ ἐπίτροπος, πλὴν εἰ μή, μετὰ τὸ γραφῆναι τὴν διαθήκην, κεφαλικὸς ἀγὼν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους συνέστη, ἢ εἰ μὴ πρεσβυτέρα μέν ἐστι τῆς διαθήκης ἡ ἔχθρα. διὰ τοῦτο δὲ δοκεῖ δίδοσθαι ἐπίτροπος, ἵνα ὑποβληθῇ ἐνοχῇ καὶ πράγμασιν, καὶ τοῦτο ἐξ ἐπιστολῆς Σεβήρου βασιλέως δείκνυται.

§. 17. Dat remissionem tutelæ & capitalis 24 inimicitia à creato facta adversus 25 patrem pupillorum, nisi secundum testamentum 26 apparuerit datus tutor: nisi, postquam scriptum est testamentum, capitale certamen 27 eis ad invicem constitit: vel nisi antiquior quidem est testamento inimicitia. propter 28 hoc autem videtur esse datus tutor, ut supponatur debito, & negotiis: & hoc ex epistola Imperatoris Severi ostenditur.

§. 18. Ἔτι ἀπολύεται ἐπιτροπῆς, ὁπόταν ἀμφισβήτησίν τις τῷ ὀρφανῷ περὶ τῆς καταστάσεως κινῇ, φαίνεται δὲ τοῦτο μὴ συκοφαντίᾳ ποιῶν, ἀλλ᾽

§. 18. Amplius autem absolvitur à tutela, cum quæstionem quis pupillo de statu movet, cum videtur hoc non ca-

63 Dixi l. 2. §. 9. & l. 14. l. 67. §. 2. ff. de ritu. 64 Dixi l. 4. §. 1. ff. eod. adde l. 31. in fin. ff. eod. 65 Adde l. 67. § 2. ff. de ritu. 66 l. 3. C. de filiisfam.

67 Interpretamur voluntatem Principis ex jure communi. 68 Excusare se à tutela quis potest, etiamsi eam injunxerit Princeps. 69 Principem non contemnit, qui ignorat ejus mandatum: Unde rursus notant, mandatum Principis non obligare ignorantes. 70 Appellat etiam promotus ad honores. 71 Ordinis ratione interioris factum præfertur facto Principis. *Bald.* 72 Ordo certus servandus, incertus à judice definiri debet. 73 Gratiæ locus non est in necessariis: Sed & id colligunt, Dubium, quod ex facto judicis oriatur, per judicem ipsum definiri. Ejus esse definire, cujus sit disponere. 74 Circuitores: circumforanei: recte, si dixisset περιοδευταί. de periodeuta vid. l. 42. §. 9. *in fin.* C. *de episc.* datur medicis circuitoribus tantum immunitas, non iis, qui sedentarii sunt, & in umbra studia medicinæ exercent, Cujac. *hic.* 75 Id est, excusationem. 76 Et merito, est enim eorum causa justissima. l. 1. ff. *de extraordin.* 77 ῥητόρων, id est, professorum liberalium artium, de quibus dicam ad l. 4. C. *de professor. & med.* 78 Καὶ αἱρέσεις, id est, conditiones (male Accursius divisiones civitatum: nec enim Jurisconsultus dixit διαιρέσεις). Lex enim has conditiones dat, ut professores & medici probentur decreto ordinis: & sic *conditiones propositas* dicit lex penultima. ff. *de condit. & demonstr.* 79 Principem esse totius orbis Imperatorem hinc vane colligunt. 80 l. 1. ff. *de decretis ab ordine.* 81 Hi Archiatri dicuntur, quasi principales medici, honorati comitiva primi & secundi ordinis. vide l. ult. C. *de professor. & med.* 82 *Sophistæ*, qui docent præcepta dicendi: *Rhetores*, etiam ii, qui non docent. vide Cujac. *hic.* vel hi Latine, illi Græce docuerunt.

83 Immunitatem ab oneribus publicis civitates alicui præstare non possunt, nisi suum in præjudicium. 84 Urbium aliæ, metropoles, aliæ forum causarum habent, aliæ neutro jure censentur. 85 Metropolitanæ urbes, aliis majores. 86 Non omnis civitas forum causarum habet: sine foro causarum civitas esse potest. 87 ἀγορᾶς δικῶν, alii legunt ἀγορᾶς δικῶν vel δικάων, id est, *jus fori:* quam lectionem probat hic Cujac. 88 Numerum a superiore finitum inferior excedere non potest. 89 Principis major est potestas, quam senatus. v. *l. Barbarius.* 3. ff. *de off. Prætoris.* 90 *l. 7. C. de professorib. & med.* 91 Privilegio non fruuntur, qui matriculæ non sunt inscripti. 92 Salarium professori non debetur lectiones non continuanti. 93 Ut immunitas datur tantum medicis circuitoribus. §. 1. ff. *eod.* ita & Rhetoribus sophistis, Præceptoribus & magistris. 94 Profitendo. 95 At non muneribus patrimonialibus. §. 7. ff. *eod.* 96 Reprobari potest Medicus etiam semel probatus. Cur potest? Publicæ utilitati id debetur. 97 Vide *l. 2. l. 8. 10. C. de profess. & med.* 98 Rari sunt, qui philosophantur, *ut hic.* Sic rari boni apud Juvenalem *Satyr.* 8. Sic rari Oratores, & quidem pauciores, quam in sua quaque arte alii professores. De quo Cicero queritur *lib. 1 de Oratore.* 99 Vix singulæ ætates singulos ferunt philosophos. 100 Hinc constat philosophos non excusari à muneribus patrimonialibus. v. *l. 6. C. de muner. patrimonialibus.* 1 Philosophus verus non est, qui de suis bonis sollicitus est. opes contemnit philosophus. vide *d. l. 6. C. de muner. l. 8. C. de professor.*

2 Hadrianus sc. *argum. l. ult.* ff. *de min.* 3 Moris enim erat initio imperii cujusque immunitatem vel petentibus confirmare, vel etiam ultro non petentibus concedere ex instituto Tiberii, Suet. *in Tito* & Dio *in Tito.* Extat etiam edictum Nervæ confirmantis beneficia a Domitiano concessa. Plin. 10 *epist.* Aurelius Victor in eodem. Cujac. *hic.* adde Plin. 4 ἀτελεῖς εἶναι γυμνασιαρχιῶν, ἀγορανομιῶν, ἱερωσυνῶν. Gymnasiarchæ præsunt exercitio palæstræ, cum sumptu aliquo. Hesych. Ulp. *in orat. contra Leptinem.* Philo *in Flaccum.* Cujac. *hic.* Gymnasiarches idem quod Xystarches, oleum certaminibus præbens. De ædilitate v. *l. 1* ff. *de via publica.* 5 De sacerdotiis veterum v. quæ notavi ad *l. 1. C. de offic. Comitis Orient.* 6 ἱερωσυνῶν, ἐπισταθμιῶν. Hesych. ἐπισταθμία [illegible] Cuj. 7 A munere sitoniæ, vel elæoniæ. 8 Quod alias invitis injungi solet. *l. 18.* §. 14. ff. *de mun. & hon.* 9 ὑπηρεσίαν ἐθνικήν, provinciale munus. Ant. Aug. Cujac. *hic.* 10 Puta suscipiendorum hospitum. *l. 11.* ff. *de vacat. mun.* non vulgarium, sed eorum, qui sunt in comitatu Principis, aut legati. 11 Originali, & communi, puta Romæ. v. *l. 9.* ff. *de vac. mun.* 12 Valde docti privilegia habent, quæ minus docti non habent. 13 V. *l. 9.* ff. *de vac. mun.* 14 *l. 33.* ff. *ad municipalem.* 15 ἐπαρχία in aliqua provincia. 16 Juris professores Romæ excusationem à tutela habent. 17 V. *l. 5. C. quæ res pign.* 18 Coronari caput in signum honoris hinc colligit Bald. 19 Hos vocabant στεφανίτας ἀγῶνας, Galenus *ad Trasibulum.* adde *l. 1. C. de athletis.* alii sunt, qui dicuntur ἀργυρῖται, quos qui vicerunt, consequuntur pecuniaria commoda. Ulp. *in orat. in Leptinem.* v. *l. 40.* ff. *de re judic.* 20 ἀσιαρχία. *Act.* 19. 30. 4 *Euseb.* 15. Hoc sacerdotio qui fungebantur suis sumptibus, præerant ludis institutis in honorem Dei. Hinc Asiarchæ. *l. 8.* ff. *de vacat. muner.* Bithyniarchæ, Cappadocarchæ, Phœnicarchæ. *l. 1. C. de naturalib. lib. Novell.* 89. *in fin.* Munerarii dicuntur à Russino. De sacerdotum immunitate, Cicero *in Lucullo.* vide *l. 8.* ff. *de vacat.*

21 Cessante causa privilegii cessat privilegium. 22 Imo publicum munus est, *pr. Inst. eod.* vide *hic* Cujac. 23 Στρατηγοὶ τῶν πόλεων. v. *l. 15.* §. 9. ff. 24 Κεφαλικὴ ἔχθρα, id est, *ob capitalem accusationem orta.* *Novell.* 90. c. 6. Ant. August. 25 Inimicus pupillo præsumitur, qui patri pupilli inimicus fuit, etiamsi pupilli pater sit mortuus. 26 Probatur pax & redintegratio amoris testamento, ut per subsequentia merita. 27 Κεφαλικὸς ἀγών, id est, *lis capitalis*, quam sola mors diremptura sit. adde Paul. 2 *sent.* 27. §. 1. Quid? quæ Capitalis inimicitia apud veteres fuit? Quam solenni quadam ratione præsentibus testibus professi erant, renunciata amicitia, ut colligi potest ex Ciceronis *oratione pro L. Flacco.* Seneca, 10 *epist.* 2. & 3 *de ira.* & *declam.* 10. Sidonio 7 *epist.* Arnobio 2 *adversus gentes.* Sic Germanicus amicitiam renunciat Pisoni apud Suetonium *in Claudio.* Sic Tiberius Gracchus ex professo inimicitias gessit cum Africano & Asiatico Scipionibus. v. *Valer.* Hujusmodi inimicitiæ testatæ eidem Valerio, *ibid.* Acerrime, inquit, cum Scipione Africano Macedonicus dissenserat: eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, sed graves testatasque inimicitias profecta fuerat. Ita capitales inimicitiæ, *hic.* & *l. 8. in fin.* ff. *de procur.* *l. 15.* ff. *de arbitr.* *l. 3.* §. 11. ff. *de adimendis legat.* *l. 9* ff. *de his, quæ ut indignis.* §. *item si propter. Inst. eod.* testatæ, denunciatæ, quæ sanguinem & vindictam spectant ex professo. 28 Arbitrio judicis definitur, lis sit reconciliata vero, nec ne.

καὶ ὧν πολλὰς γέγραφε Θεοδόσιος καὶ Βαρβ. συμμέτρησεν.

§. 19. Περὶ τῶν ἀγροίκων, καὶ τῶν ταπεινῶν, καὶ ἀγραμμάτων, καὶ ἀβλαβῶν. Haec Adrianus statuit.

Mediocritas [10] & rusticitas interdum excusationem praebent, secundum epistolas Divorum Hadriani & Antonini. † *Ejus, qui se necet literas* [31] *fore, excusatio accipi non debet* [32], *si* [33] *modo non sit expers negotiorum.*

De paupertate.

VII. ULPIANUS lib. sing. excusationum.

PAupertas [34] sine dat excusationem, si quis imparem [35] se oneri [36] injuncto possit probare [37]: Idque Divorum Fratrum [38] rescripto continetur.

De militibus veteranis.

VIII. MODESTINUS lib. III Excusationum.

ΟΙ πάλαι στρατεύσαντες, εἰ ἐπίτιμοι πληρώσειαν τὸ τῆς στρατείας χρόνον, ἀφίστανται τῶν ἐπιτρόπων τῶν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἰδιώταις. Πρὸς δὲ τοὺς αὐτοὺς τὸ αὐτὸ τάξας κεκρίκασιν οἱ τῶν πάλαι στρατευσάντων, ὡστε μὴ ὀνομαστὶ ἀπαιτεῖσθαι ἀφεσιν ἔχειν· ἀλλ' ὡσπερ ἐπὶ τῶν ἰδιωτῶν, εἰς παυσάμενα ὁ βοηθήσειν τοῖς ἐχομένοις, καὶ δὲ εἰς τοὺς τρεῖς ψηφίζεται· ὅπως καὶ ἐπὶ τῶν πάλαι στρατιωτῶν, σὺν ὠφελεῖ τὸ μεμνῆσθαι· τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κεκριθέντων εἶναι νενομοθετημένον, ὡς δηλοῖ θεία ἀφορμὴ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου.

§. 11. Καὶ δεῖν ἀφέρῃ, πῶς δέησονται οἱ παῖδες τὸ σωφρονιστῆ, ἐπίτροπος, ἢ κηδεστήρ, πότερον ἀπὸ χειρὸς ἀπολυθέντες, ἢ ἐν παιδὸς ἀποθανόντι.

§. 12. Παραπιπλέοντες οἱ ἀφιστάμενοι ἐπιτροπῶν παραπιπλαρίᾳ δὲ ὧν ἐπίτροπος ὤν, πότερον ὁ ἐπὶ τοῖς ἀπολυθεὶς ἐστὶν ἐνοχος τῷ λοιπῶν ἐπιτροπῶν παραπιπλαρίᾳ ἢ ἐν ἐπιτροπεύσας. Παραπιπλέοντες ὁ ἐστὶ νομίζοντες, εἰ ἀφανισθείη τὸ παραπίπλον. Ἐὰν δὲ μὴ ἀφανίσας ἀποδημῇ· τοῦτο τὸ παιδὸς παραπιπλέοντος ἐστὶν ἐπίτροπος.

§. 1. Οἱ μὲν ἀτίμως ἀποστρατευσάμενοι, ὁμοίως τοῖς μηδὲ στρατευσαμένοις νομίζονται, καὶ ἀφ' ὧν ἐστὶν αὐτοῖς ἔχειν ἀφορμῶν, ὅτε τοῖς τῶν ταυτὸν πάλαι στρατιωτῶν ἐπίτροποι δοθέντες, κεκωλύσθησονται.

§. 2. Ἐνιοτε δὲ ὁ πληρῶσαι τὸ τῆς στρατείας χρόνον, καὶ ὅλως ἔχειν ἄφεσιν ἐπιτροπῶν καὶ τὸ αὐτὸ τοῖς πληρώσασιν· ὁ δὲ εἰκοστὸν ἔτος τῆς στρατείας ὑπερβάς, ὁμοίως εἶναι πιστεύεται τῷ πληρώσαντι τὸ τῆς στρατείας χρόνον.

§. 3. Ὁ δὲ σὺν τούτων τὸ ἐπὶ τοῖς ἀφεθεῖς, σὺν ἔχῃ διλυκηθῆναι τὸν ἐπὶ τοῖς ἐπιτροπαῖς ἀλειτουργησίαν, ἀλλὰ πρὸς χρόνον, ὥσπερ καὶ τὸ λοιπῶν πολιτικῶν λειτουργιῶν ἄφεσιν ἔχει· ὁ μὲν γὰρ ὄντος πέντε ἐτῶν τῆς στρατείας ἀπολυθεὶς, ἑβδομάδα ἑαυτῷ σκηνῆς ἀλειτουργησίαν, ὁ δὲ μὴ πέντε ἐνὸς σὺν ἔχῃ ἀλειτουργησίαν· ὁ δὲ μὴ ὅλως, διετείας· ὁ δὲ μὴ δώδεκα, τριετείας, ὁ δὲ μὴ δεκαετές, τετραετείας, ὁ δὲ μὴ εἴκοσι, πενταετείας· ὁ δὲ μὴ τριάκοντα, ἑξαετείας· ὁ δὲ μὴ ἐπὶ πᾶσιν, ἑπτὰ ἐτῶν.

§. 4. Ὁ δὲ σὺν τοῖς νυκτοφυλακίαν τοῖς ὑπὲρ Ῥώμην στρατευσάμενος, σὺν ἔχῃ μὲν ἄφεσιν.

§. 5. Οὗτοι δὲ δηλαδὴ ἐὰν σὺν τιμὴν ἀπολυθῶσιν, ὥσπερ προεῖπται, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἡμιολίου καισαρείαν ἄφεσιν λαμβάνουσιν· ἔστιν γὰρ καὶ αὐτὴ ἔνλημα· ὁ γὰρ ἀτίμως τυχὼν ἀφέσεως, σὺν ἔχῃ ἀναπαυσιν.

§. 6. Συμβεβερανὸς ὁ εἶναι πιστεύεται ὁ μόνον ὁ λεγεωναρίου, ἀλλὰ καὶ πᾶς ὅστις ἂν ὁποσοῦν στρατευσάμενος, ἐπίτιμος ὁ καὶ αὐτὴ ἀπολυθεὶς· καὶ γὰρ λεγεωναρίου τὸ σὺν τοῖς νυκτοφυλακίαν στρατευσάμενος παίδων ἐπίτροπος γίνεται.

§. 7. Ἤδη ὁ καὶ στρατιώτης ἀφηλικίου κυρίτης δοθήσεται ὁ πάλαι στρατιώτης· δηλαδὴ ἐὰν ὁ πατὴρ αὐτὸ ἀπολυθῇ· ἐὰν ὁ μὴ ἄτοι ἀπὸ χειρὸς ἀπολυθῶν, ὁμοίως.

§. 8. Καὶ τούτοις ἅπασιν ἀφιστᾶξεις μαρτυρῶσιν.

§. 9. Γεγραφὲ ὁ καὶ Οὐλπιανὸς ὕστως.

Sed ignominia missi ab [68] urbicis plane tutelis excusabuntur: quia [69] ingredi eis urbem non licet [70]. † Plane, si quis in cohortibus urbanis [71] permilitavit [72], licet ante viginti annos mittitur, tamen perpetuam habet à tutelis excusationem.

§. 10. Quæsitum est autem, utrum unam & semel tutelam recipiunt, qui olim fuerunt milites, vel uno tempore non amplius quam semel: quiescente autem prima tutela, rursus [privilegium] recipiant [73]: aliter atque in privatis, qui quievérunt: non enim auxiliantur his, qui habuerunt, neque inter tres adnumerantur, ita & in his, qui olim fuerunt milites, non prodest [74] creatum esse. † Hoc autem & in Curiis [75] est promulgatum, ut ostendit Divi Severi & Antonini constitutio.

§. 11. Et nihil differt, qualiter indigent filii commilitonis [76] tutore vel curatore, utrum emancipati, vel patre mortuo.

§. 12. Primipilarii ex constitutionibus imperialibus excusationem habent reliquarum tutelarum: primipilarii autem filiorum tutores erunt. † Primipilarii autem hi existimantur, qui exercent [77] primum pilum [78]. Si autem non exercens mortuus fuerit, hujus filiorum primipilarius tutor non erit.

De cohorte Prætoria.

IX. ULPIANUS lib. sing. de Officio Prætoris Tutelaris.

SI Tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit, etiam à collegarum filiorum tutela excusabitur, beneficio Divi Severi, & Imperatoris nostri.

De absentia reip. causa. 1. *De anno vacationis.* 4. *De rebus, quæ sunt in alia provincia.* 5. *Si primipilo functus tutelam susceperit, & rursus ad militaria munera assumatur.* 6. *De assessore.* *De excusatione ad tempus.* 7. *Si minor 25 annis, curator vel tutor detur.* 8. *De adversa valetudine.* *De favore.*

X. MODESTINUS lib. III Excusationum.

ΟΥ μόνον ὁ οἱ τὰς ἀπὸ κοιλίας στρατείας, καὶ τὰς λοιπὰς στρατευσάμενοι, ἀλλὰ καὶ οἱ ὁποσονοῦν χρόνου δημοσίας Ῥωμαίων ἕνεκα ἀποδημήσαντες, σὺν ἔχουσιν ἀνάπαυσιν μὴ τὸ ἐπαναλθεῖν.

§. 1. Ὁ μὲν τοῖς σὺν ἔτος ὁ μόνον τοῖς πληρώσασιν τὸ στρατείας καιρὸν ὁν τὰς λοιπὰς, δημοσίας χρείας δίδωσι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁποσονοῦν πεσοῦσιν τὸ δημοσίας χρείας, καὶ ἐπαναλθοῦσιν, καὶ ἐλαττόνα χρόνον ἀφαιρεῖσιν ἢ ἀφαιρεῖται μόνος.

§. 2. Ἂς μὲν πρότερον εἶχον ἐπιτροπάς· ἀφ' ὧν ἀπέθετο, ὅτι δημοσίας ἕνεκα στρατιᾶς ἀπεδήμει, ταύτας ἐπανελήφασι παραυτίκα ἐπανελθόντες παραυτίκα ἐπανελήφασι, ἢ δὲν αὐτοῖς βοηθήσῃς ἢ σὺν αὐτοῖς· ὁ γὰρ σὺν αὐτοῖς ὧν τοὺς μελλήσας καὶ κενὰς δόξειν, ἢ ὅτι τοὺς ἀναληφθέντας ὀφειλήσας.

§. 3. Ἐνιαυτὸς ὁ συμπεμφθέντων ἡμερῶν ἐξεπεσόντος· ἐξότε τις ἐπανῆλθεν, δύθειαν ὀδὸν δύθυνον, ἢ διὰ θυρεῶν γε ὀφείλων, ἐχὶ τὴν σὺν ὁδόν.

§. 4. Καὶ οἱ κατ' ἀφήκας δοθέντες ἐπίτροποι παραιτησάμενοι αὐτὴν ἀπολυθῆναι· καὶ γὰρ λεγεωναρίου τὸ σὺν τοῖς νυκτοφυλακίαν στρατευσάμενος παίδων ἐπίτροπος γίνεται.

§. 7. Jam vero & militi impuberi [65] curator dabitur, qui olim miles fuerit, scilicet si pater hujus mortuus fuerit, sive etiam hic emancipatus [66] fuerit similiter.

§. 8. Et de universis his constitutiones testantur [67].

§. 9. Scribit autem & Ulpianus ita.

§. 10. Quæritur autem, utrum unam & semel tutelam recipiunt, qui olim fuerunt milites, vel uno tempore non amplius quam semel: quiescente autem prima tutela, rursus [privilegium] recipiant [73]: aliter atque in privatis, qui quievérunt: non enim auxiliantur his, qui habuerunt, neque inter tres adnumerantur, ita & in his, qui olim fuerunt milites, non prodest [74] creatum esse. † Hoc autem & in Curiis [75] est promulgatum, ut ostendit Divi Severi & Antonini constitutio.

§. 11. Et nihil differt, qualiter indigent filii commilitonis [76] tutore vel curatore, utrum emancipati, vel patre mortuo.

§. 12. Primipilarii ex constitutionibus imperialibus excusationem habent reliquarum tutelarum: primipilarii autem filiorum tutores erunt. † Primipilarii autem hi existimantur, qui exercent [77] primum pilum [78]. Si autem non exercens mortuus fuerit, hujus filiorum primipilarius tutor non erit.

De cohorte Prætoria.

IX. ULPIANUS lib. sing. de Officio Prætoris Tutelaris.

SI Tribunus in cohortibus Prætoriis permilitaverit, etiam à collegarum filiorum tutela excusabitur, beneficio Divi Severi, & Imperatoris nostri.

De absentia reip. causa. 1. *De anno vacationis.* 4. *De rebus, quæ sunt in alia provincia.* 5. *Si primipilo functus tutelam susceperit, & rursus ad militaria munera assumatur.* 6. *De assessore.* *De excusatione ad tempus.* 7. *Si minor 25 annis, curator vel tutor detur.* 8. *De adversa valetudine.* *De favore.*

X. MODESTINUS lib. III Excusationum.

NOn solum autem, qui ad caligatas [79] militias, & reliquas primipilarii militaverunt, sed & qui qualitercunque necessitatis publicæ plebis Romanorum gratia absentes fuerunt, annis [80] habent vacationem post reversionem [81].

§. 1. Annus denique hic non solum his qui compleverunt consuetum militiæ tempus, in reliquis publicis necessitatibus datur, sed & his, qui qualitercunque [82] quieverunt [83] à publica necessitate, & reversi sunt, & si minus tempus eo, quod constitutum est, consummaverunt.

§. 2. Quas denique prius habebant tutelas, propter hoc autem deposuerunt, quoniam publici negotii gratia abibant, has, quum reversi fuerint, consistim recipiant, nihil eis auxiliante anno: annus enim ad futuras novasque datur, non ad eas, quæ resumi debent.

§. 3. Annus autem copulatorum dierum scrutabitur [84] ex quo quis reversus est: rectam [85] viam dirigens, vel dirigere debens, non eam, quæ est ex circuitibus.

§. 4. Et qui in testamento [86] dati sunt tutores, renuent secun-

---

28 Calumnioſa aut falſa excuſatio non præbet excuſationem. Qui ſtatim controverſiam movet pupillo, excuſatur quidem ab ejus tutela: ſi tamen id per calumniam dicit, non excuſatur. Itaque in eas cauſas inquirere judex debet, ut hic. Eadem ratio fuerit in eo qui falſo ſe dixerit pupilli creditorem, ut eo nomine excuſetur. Eadem quoque in eo qui accuſat teſtes, ne eorum teſtimonio accuſari vel convinci poſſit.

29 Μάρκος ὁ Βάρβ. *Marcus & Verus.* Hi ſunt qui *Divi fratres*, & interdum *Fratres Imperatores* vocantur. vide Aut. & Cujac. *hic.*

30 Vide *l.* 15. §. 15. & *l.* 40. *ff. eod.* ut Græce μετριότης, ita Latine *mediocritas* paupertatem ſignificat, & hoc ſenſu hominem *mediocrem* dicemus, ut *mediocri e patrimonium.*

31 Pro ruſtico non eſt habendus, qui peritiam rerum agendarum habet, licet ἀγοραῖος, id eſt, *licet ignaret literas.*

32 Hodie recipitur. §. 8 *Inſt. eod.*

33 Illiteratis non excuſabitur omnia a tutela, ſi modo non expertes negotiorum. Quod ad orphanotrophos & noſocomia extendit Bald.

34 Paupertas excuſat a tutela. §. 6. *Inſt. eod.* Goth. Quis dicatur pauper, v. Schneidw. *ad §. item propter paupertatem. h. t.* Menoch. *lib.* 2 *arbitr. jud. quæſt. caſ.* 65. Anſ.

35 Ut non poſſit ſuo ſumptu quæ dam perficere ſine impenſis pupilli; vel non poſſit avelli à victu quærendo ſibi.

36 Facit *l.* 40. *ff. eod.*

37 Paupertas quemadmodum probabitur? creditur dicenti ſe pauperem, niſi contrarium notorium ſit, vel probatum.

38 Severi & Antonini, *Tocophil. §. 6. Inſt. eod.*

39 Quin ut non compleverint, ne quidem ſi velint, tutores eſſe poſſint. *l.* 4 *C. qui dare tut.*

40 Id eſt, veterani.

41 Privilegiatus adverſus æque privilegiatum non utitur privilegio.

42 τέκνων: hinc & ex ſequentibus colligere poſſis appellatione τέκνων ſolos filios non nepotes intelligi, & *l.* 6. §. *de teſt. tut.* & ideo, cum eſſet interdictum τοῖς πατρὶ, id eſt, filiis ſenatorum, ne ludo polluerentur, Auguſtus poſtea idem nepotibus interdixit, Dion 34. cui regulæ repugnare videtur *l.* 84. §. *de verb. ſign.* vide Cujac. ad *l.* 2. §. *eod.* 43 Par in parem privilegio non utitur. 44 Honoris ſpecies eſt militia. 45 Privilegio ſublato ſeu revocato, jure communi utitur, qui privilegium amiſit. 46 *Nepotes* jure communi non continentur appellatione *filiorum.* 47 In privilegiis nepotes non continentur appellatione *filiorum.*

48 *Al.* nimium. Unde notavit Baldus in infantia gradus eſſe, ut in virtute. 49 Formulam miſſionis ignominioſæ vide apud Hirtium, *de bello Africano.* adde *l.* 13. §. 3. §. *de re militari.* 50 Reatus omnem honorem excludit *l.* 1. *in fin. C. ubi ſenatores.* 51 Ut excuſentur a tutelis. 52 ὅτι τοῖς τότων πατὴρ πάλαι στρατιώτης, neque horum filiis, qui olim. Bulgarus ita recte vertit. 53 Militiæ juſtum tempus qui complet perpetuam habet immunitatem: qui non complet, interdum vel nullam vel temporalem pro rata temporis quo in militia fuit. 54 Ut alii emeriti, quorum ætas militaris definitur ab anno 17 ad 46 ex inſtituto Servii Tullii, & lege Gracchana. 55 *l.* 9. *C. quando provocare.* ante emerita ſtipendia dimittuntur, qui 20 annos in militia fecerunt. *l. ult. C. de his, qui non impleta.* Dion 57. Tacit. 1. Cujac. *hic.* 56 Vide in hunc locum Cujac. 57 *l.* 1. *l.* 3. §. *de off. Præf. vigilum.* Vigiles etiam milites ſunt. *l.* 1. §. 3. §. *de adult.* Ulp. *tit.* 3. §. 5. ubi vide. 58 *Cauſarii*, ob vitium ægritudinis aut ſenectæ dimiſſi, *l.* 8. *C. de re militari. l.* 12. ut Græcis ἀσθένεια, ſic Latinis cauſa *vitium* eſt, Seneca, *cauſa ita partes animi*, id eſt, vitioſæ. 59 Ægritudo militi parit honeſtam miſſionem. 60 Συμβεβερανὸς vox hybrida, poterat dicere συναποστρατιώτης. 61 Facit *l.* 15. §. 3. §. *de adult.* 62 In quocunque genere militum.

63 *l. ult. C. de excuſat. veter.*

64 De quibus §. 4 §. *eod.*

65 Παιδίον ἀφηλικίου militis minoris curator: ne absque cum Accurſio, Baldo hic, & Bartolo in *l. in rationc.* §. *quod attin.* §. *ad l. Falcid.* putes, impuberes militare potuiſſe. vide Tiraq. *6 de nobilitate* differunt enim impubes, & minor.

66 Pater non eſt legitimus curator filii emancipati, *ut hic.* Quid igitur? judex dat ei curatorem.

67 Teſtimonium lex perferre poteſt: Unde notant, ſtatuti verbis narrationem facti continentibus fidem adhiberi.

68 Infamis excuſatur a tutela in urbe gerenda.

69 Militibus ignominia miſſis in urbem ingredi non licuit. Unde colligas, Jam tutorem in ea urbe dari non poſſe, cui in eam urbem ingredi non liceat.

70 Non quod id eorum honori detur, ut de conductoribus vectigalium dicitur, *l. penult* §. 10. §. *de jure immunitatis.* & de iis, qui neceſſitate impediuntur. *l. penult. in fin.* §. *eod.*

71 Hinc milites Urbaniciani. *l.* 35. §. 4. *ex quib. cauſ. major.* Vigilibus incendii urbanis cuſtodia urbis potiſſimum committitur: Prætoriis, cuſtodia Imperatoris, hi σωματοφύλακες, & δορυφόροι dicuntur Herodiano, *lib.* 5. vide Cujac. *in hunc locum.* & P. Fabr. 1 *Semeſtr.*

72 *Permilitare* dixit, ut & alias pernoctare. *l. Urbana.* §. *pernoctare.* §. *de verb. ſign.* Quibus in verbis, *per*, perfectionem quandam adjicit.

73 Privilegium non amittitur per actum contrarium ipſi privilegio.

74 Tutorem creatum eſſe non prodeſt ad excuſationem, ſed adminiſtraſſe: non excuſat creatio, ſed nominatio.

75 ἐπὶ τῶν κουρατόρων.

76 *Commilito*, qui ſimul militat.

77 *Privilegio* alicui ratione officii vel boni viri conceſſo officium in habitu & actu eſſe debet. *Bald.*

78 Qui fuit primipili centurio, primus centurio, primus centurionum, primi ordinis centurio; dicitur etiam eo nomine & 18, qui nondum depoſuit primipilum, cujus præcipuum munus fuit in exhibenda militari annona. vide *l.* 10. §. 5. §. *eod.*

79 *Caligatæ militiæ* ſunt gregariorum & manipularium militum, & tyronum. *Caliga*, militare tegmen pedum. Aliæ ſunt clariores militiæ, vel etiam Palatinæ, nam & in Palatina militia, & in officio Magiſtra- Excuſantur a tute-

---

tuum primipilares fuiſſe conſtat. Cujac. *hic.* dixi ad *l.* 10. §. *de cuſtodia.* 80 Ex lis intra annum à reditu, qui abſentes Reipublicæ cauſa deſierunt. 81 *l.* 2. *C. ſi tutor vel curat. reipubl.* 82 Imo non qui qualitercunque. §. 2. *Inſt. eod.* 83 ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁποσονοῦν πεσοῦσιν τῆς δημοσίας χρείας, id eſt, *perfunctis publico negotio.* Cujacius *hic.* 84 Id eſt, non eſt utilis, computatur, ex quo rediit, vel redire debuit recta via, ſine mora, aut ſine circuitione. *l.* 4. §. *de vacat. muner.* 85 Viam rectam, non flexuoſam aut longiorem inſtituere debet, cui iter aliquod commiſſum eſt. vide quæ ſcripſi ad *l.* 3. *C. de uſuris.* 86 Tutor teſtamento datus excuſatur ab

κῆ νόμως τ χειρισμὸν τ ἄλλη ἐπαρχία ὄντων κλημάτων· ὡς δηλοῖ ἡ ὑποτεθεῖσα γνώμη τ Θειοτάτ Σεβήρ Ἀφρικῆς.

dum leges: administrationem earum [86], quæ in alia provincia sunt possessionum, quod ostendit subjecta Divi Severi constitutio.

Divi Severus & Antoninus Augusti Valerio: Testamento tutor datus, ante præfinitum diem adire debuisti, & postulare, ut ab administratione rerum, quæ in alia provincia erant, liberaretis.

§. 5. Ὁ πεμπτον Ἀφρικανὸς, ἐὰν ἐπιτροπὴν δεξάμενος ἑνὸς παιδὸς, πάλιν εἰς τὰς στρατιωτικὰς χρείας ἀναληφθῇ, ἀποληφθεῖσαν τὴν φροντίδα τ ἐπιτροπῆς.

§. 5. Qui primum pilum [87] explevit, si cum tutelam suscepisset unius filii, rursus [88] in militares necessitates [89] assumptus erit, deponet solicitudinem tutelæ.

§. 6. Ὁμοίως κ εἰς τ τύπον ἐκεῖνο τ ἐπιτρόπε, ὃν μετ ταῦτα συνιφέδρον ἑαυτῷ τὰ ἀπόγραφε, δεδῶκε κρατῆσε, ὡς φησι Ἀφρικανὸς τ Θειοτάτ Σεβήρ. λιθ ὀρθῶς ἐφαρμόζων πᾶσιν τοῖς ὁμοίοις κεφαλαίοις, κεκριμένα δίδοσθαι ἐρεῖ εἰς τ τύπον τ χρόνε ἀναπεσόντων λαμβανόντων.

§. 6. Similiter & in [90] locum illius tutoris, quem postea sibi collegam [91] quis adduxerit, dabitur curator, ut ait constitutio D. Severi: quam recte adaptans [92] omnibus [93] similibus capitulis, curatorem dari licet in [94] locum eorum, qui temporis vacationem recipiunt.

§. 7. Ἐὰν ἀπελεύθερ δυνῇ ἀφήλικι ὑπὸ πάτρον ὢν ἐπίτροπος τοῖς τέκνοις αὐτ, ἢ ἕτερος οἷος δήποτε ἐλάττων τ ἑπτὰ πάλι συναυτῶν· ἕως μ ἀφήλικ ᾖ, σὺν συνεχληθήσεται. ὃ τοσοῦτ ἢ ἕτερ εἰς τοῦτον αὐτ χειρισθῆναι κηδεμόν. ὁμοίως ἐστὶ τοῦτ τ ὁ νόμιμ ἐπίτροπ, ἐὰν ἀφήλικ ὢν τυχῇ. τ γὰρ εἰς τ τύπον τοῦτ κηδεμὼν οὐ πᾶσιν ἁρμόσει.

§. 7. Si libertus impubes dabitur à patrono tutor filiis suis, vel alius quicunque minor viginti annis: donec [95] quidem impubes fuerit, non molestabitur: interim autem alter in locum ejus creabitur curator [96]. Similis est huic & legitimus tutor [97], si impuberem esse contigerit: etenim in locum ejus curator [98] interim dabitur.

§. 8. Εἰ μὴ τις ἔστις νοσήσῃ, οἷς δεῖν αὖθις μὴ πεφυλάξασιν ἀφεθῆναι ἐπιτροπῆς, εἰς τ τύπον αὐτ κεκρῶσιν δίδοσθαι. ῥαίνοις δὲ πάλιν ἔτ ἀνακληθεὶς τ ἐπιτροπῆς. εἰ δὲ καί τις εἰς μανίαν ἐμπέσῃ, ὁμοίως ἐστὶ τοῦτ. κ Οὐλπιανὸς γεγραφ.

§. 8. Si quis ita ægrotus fuerit, ut oporteat eum non omnino [99] dimitti à tutela, in locum ejus curator [100] [interim] dabitur: sanatus autem hic rursus recipiet tutelam. Si quis autem in insaniam [1] inciderit, similis est huic: & ita Ulpianus scribit.

Adversa [2] quoque valetudo excusat, sed ea quæ impedimento est [3], quominus quis suis rebus superesse possit, ut Imperator Noster cum Patre rescripsit.

XI. Paulus lib. sing. de excusatione tutorum.

ET non tantum, ne incipiant, sed [4] & à cœpta excusari debent.

1. *De mutatione domicilii.*

XII. Modestinus lib. III Excusationum.

IDem Ulpianus scribit. Sed in hoc rescripto adjectum est, solere vel ad tempus vel in perpetuum excusari, prout valetudo est, qua adficitur. Furor [5] autem non in totum excusat, sed efficit, ut curator interim [6] detur.

§. 1. Εἰσὶν δ ἄλλοι, οἱ, κἂν ᾖδε ὦσιν ἐπίτροποι ἢ κηδεμόνες, διλωσκῶς λοιπὸν ἀπολυσίμ τ φροντίδ. οἷον οἱ τῶν ἐσίων ἀλλαχ μεθιστάντες τυχόντες ἐξ αὐλογραφῆς βασιλέως εἰδότ τ αὐτ ἐπιτροπεύειν, τὸ μεθικῆσθ ῥητῶς αὐτ φιλοκμένης, ἓ τοῦτον ἑκάτερον δηλοῖ τοῖς χρόμασιν.

§. 1. Sunt & alii, qui, etsi jam sint tutores vel curatores, continuo tamen de reliquo absolvuntur à solicitudine: puta qui domicilium alio transtulerunt [7], ex rescripto Imperatoris scientis [8] quidem tutorem esse eum, transmigrare [9] autem expressim ei concedentis, & horum alterutrum literis [10] significantis.

De appellatione. 1. *De tempore proponendi excusationes.*

XIII. Idem lib. IV Excusationum.

ΕΙδέναι χρὴ, ὅτι ὅτε οἱ χειροθετηθέντες ἐπίτροποι, ὅτε οἱ κ Ἀφρικὸν δυθέντες, σκηκλεῖσθαι ἀναγκὸν ἔχουσιν, ὡς δηλοῖ Ἀφρικὸς τῶν Θειοτάτων Σεβήρ κ Ἀντωνίν. Τέτ δ φυλάττειν δεῖ κ ἐπὶ τ χειροθετηθέντων κεκρῶσιν· ἐν ὀλίγοις γὰρ πάνυ Ἀφρικὸν οἱ κρατῆτορες ἀπὸ τ ἐπιτρόπων. κ μέντοι τ ψήφων τ σκηκλεισμένων αὖθις τὰς ἐξαιρετίονας ἀδείαν ἔζεσιν σκηκλεῖσθαι.

§. 1. Πολλὰ δὲ φυλάττειν πρόσταγμ, ἵνα ἐπίτροπ ἐπίτροποι ἢ κηδεμόνες τὰ δίκαια φυλάξωσι τ ἀφέσεως. Δεῖ γὰρ αὐτὸς ἐμπεδοῦσαι πρόσταξιν τ δίκηση. ἐστὶν δ αὕτ πρόσταγμ αὐτ. Ὁ μὲν γὰρ ἐν αὐτ τ πόλ ὤν, ὅτε κεχειροθετῆσθαι, ἢ ἐν ὅσ ἑκατὸν σ μιλίᾳ τ πόλεως· ὅσ δὲ πεντηκοντ ἡμερῶν παραπόσιλ, ἢ μετ τοῦτο ἐ συλχωρηθήσεται, ἀλλ ἠξεῖλε τ φροντίδ. κἂν τούτων τι μὴ ποιήσῃ, ἕτερ ἐν τ αὐτ πόλ ἀτίμ, ἐν ᾗ ἰδ ἂν, εἰ ἀπεφάνη τ ἰδίω κινδύνω αὐτὸν ὀλιγωρεῖν, πρὸς τὸ μηδὲ κηδεπιτροπεῦσ αὐτὸ πάνα ὀδὲν πρὸς παραπησιν. Ὁ δὲ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλια τ πόλεως ὑποδημῶν, εἴκοσι μίλια ἐξῆ ἀπελθεῖν ἡμέραν αὐτ κηδ ἐκφόλιν ἡμέραν, ὑφ ἧς ἂν γνῶ· δεῖ γ αὐτὸ μίνυθλῶν ὑπὸ τ δεχόντων, ἢ κηδ πρόσωπον, ἢ ἐπὶ τ οἰκίας), κ ἐξωθεν τούτων ἕκας τελάσῃ ἡμέρας ἔχῃ πρὸς δικαιολογίαν. Τοῦτ δὲ Ἀφρικὸς τοῖς κ Ἀφρικὰς δεδώκασιν ἐὰν τε ἐπίτροποι ὦσιν, ἐάν τε κρατῆτορες, οἷς κεκρίσθαι βεβαιοῦσθαι δ ὑπὸ τ ἡγεμόνος.

§. 1. Multa vero observari oportet, ut concedatur, tutores vel curatores causas remissionis tribuere. Oportet enim, eos constituto legibus tempore [16] ad judicem accedere: sunt autem constituta tempora hæc. Qui enim in ipsa civitate est, ubi creatur, vel intra centesimum lapidem à civitate, intra quinquaginta [17] dies excusabitur, postea autem non admittetur, sed tenebitur ad solicitudinem, & si horum quid non fecerit, erit in eadem [18] causa, in qua est, si apparuisset proprio periculo ipsum negligere, neque [19] ulla ei via relicta erit ad excusationem. Qui autem supra centum milliaria à civitate abest, viginti milliaria habebit numerata in unamquamque diem a quo [20] cognoverit (oportet autem ei manifestari [21] à Præsidibus vel in faciem [22], vel ad domum [23]), & extra hos, alios triginta dies habebit ad excusationem. † Hoc autem convenit & iis [24], qui testamento dati sunt, sive tutores fuerint, sive curatores, quos confirmari [25] a Magistratibus [26] consuetum [27] est.

§. 2. Ἕτερ δ ὑπεῖνο δύσκοπον ἐκ τ Μάρκε νομοθεσίας, ζητήσας ἄξιον· τὸ γὰρ ἐν αὐτ τ πόλ ὄντα, ἐκ ἡ κεχειροθετῆσθαι, ἢ ἐντὸς ἑκατὸν μιλίων, πεντηκοντ ἡμερῶν ἔδωκεν ὁ νομοθέτης προθεσμίαν. τὰ δ ὑπὲρ ἑκατὸν μίλια Ἀφρικανὸν ἠθ ἐκρίνω μέρεσι δεῖν ἀεληθεῖσθαι εἴκοσι μίλια ἑκάλυσεν, εἰς δικαιολογίαν. ὅθεν συμβαίνῃ, ἐὰν ᾖ τις ὑπὲρ ἑκατὸν ἐξήκοντ μιλίων τὰς Ἀθήνας ποιούμ, τέτ εἶναι προθεσμίαν ὅπως ἐ τελέσῃ ἡμερῶν ὅκτω μὲν τ ἑκατὸν ἐξήκοντα μιλίων, ὡς κἀ ἑκατὸν ἡμέραν ἑκατὸν μιλίων ἀριθμουμένων. τριάκοντα δ τοὺς ἐντὸς τῶν δικαιολογίαν. ἔσαι οὖν ὁ χείσοι τάξ ὁ πρόσωθεν Ἀφρικανὸς ἐκτὸς ἑκατὸν μιλίων ὄντ, ἢ ὁ αὐτ τῇ πόλ· εἶτα τούτοις μὲν ἀεὶ πεντηκοντ ἡμέραι προθεσμίαι εἰσὶν, ἐκείνοις δὲ ἑλάττοις, ἀλ' εἰ κ μάλιστα τὸ ῥητὸν τ νόμε τοῦτων ἐπιλείπ τὴν Ἀφρικανὸν. ὅμως γνώμη τ νομοθέτ ἄλλο βάλεται. ἕτως γὰρ κ Κερβίδ Σκαιόλας, κ Παῦλος κ Δομίτ Οὐλπιανὸς, οἱ κριτικοὶ τ νομικῶν χρόφρασι φάσκοντες, ὅτως δεῖν τοῦτο φυλάττειν. ὡς μηδέποτε πρὸ ἑλάττω δίδοσθαι τ πεντηκοντ ἡμερῶν προθεσμίαν· τότε γ μακροτέραν, ὁπόταν ἡ Ἀφρικανὴ μνησθῇ τ ἐπὶ τῇ ὁδῷ ἡμερῶν προσθήκην τοῖς τεσσαράκοντα ἡμέρας, ὡς πρὸς δικαιολογίαν ὁ νόμ δίδωσιν, ὑπερβαίνῃ τοὺς πεντηκοντ ἡμέρας· οἷον ἐάν τινα φῶμεν ἀπὸ τετρακοσίων τοῦτο ἀριθμοῦντα μιλίων ἀπέχειν ὅτως ἂν δεῖν τοῦτο προσθήκην ἡμερῶν ἑβδομήκοντα πέντε· ἐπεὶ ἐν ἑκατὸν μιλίοις ἐστὶν ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι· ὅτως δὲ ἂν καὶ ἐν ἑκατὸν εἴκοσι μιλίοις ἐστὶν ἡμέρας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε.

§. 2. Aliud etiam invenimus in Divi Marci promulgatione [28], inquisitione dignum: etenim ei, qui in ipsa civitate est, in qua creatus est, vel intra centum milliaria, quinquaginta dierum spatium legislator dedit: ei vero, qui ultra centum milliaria habitat, in unamquamque diem numerari [29] viginti milliaria jussit, & extra hos alios triginta dies adjecit ad excusationem. unde contingit, ut, si cujus habitatio centum sexaginta milliaribus absit, is octo & triginta dierum spatium habeat, octo quidem centum sexaginta milliorum nomine in unamquamq; diem, viginti milliariis numeratis, triginta vero, eo, quod ad excusationem faciunt: Erit igitur in deteriori ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum milliaria est, vel in ipsa civitate, si utiq; his quidem semper quinquaginta dies spatii sunt, illis vero pauciores: Sed etsi maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens [30] legislatoris aliud vult: ita enim & Cerbidius [31] Scævola [32], & Julius Paulus, & Domitius Ulpianus, coryphæi legum prudentum scribunt, dicentes ita oportere hoc observari, ut nunquam alicui minus [33] detur quinquaginta dierum spatio: tunc autem longius [34], cum annumeratio dierum, qui in viam computantur, adjectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, excedit quinquaginta dies: utputa si dixerimus, aliquem à [35] quadringentis quadragiuta milliariis habitare: hic [36] enim viæ quidem habebit dies viginti duos, ad excusationem autem alios triginta.

§. 2. Aliud etiam invenimus in Divi Marci promulgatione [28], inquisitione dignum: etenim ei, qui in ipsa civitate est, in qua creatus est, vel intra centum milliaria, quinquaginta dierum spatium legislator dedit: ei vero, qui ultra centum milliaria habitat, in unamquamque diem numerari [29] viginti milliaria jussit, & extra hos alios triginta dies adjecit ad excusationem. unde contingit, ut, si cujus habitatio centum sexaginta milliaribus absit, is octo & triginta dierum spatium habeat, octo quidem centum sexaginta milliorum nomine in unamquamq; diem, viginti milliariis numeratis, triginta vero, eo, quod ad excusationem faciunt: Erit igitur in deteriori ordine, qui longius habitat, eo qui intra centum milliaria est, vel in ipsa civitate, si utiq; his quidem semper quinquaginta dies spatii sunt, illis vero pauciores: Sed etsi maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens [30] legislatoris aliud vult: ita enim & Cerbidius [31] Scævola [32], & Julius Paulus, & Domitius Ulpianus, coryphæi legum prudentum scribunt, dicentes ita oportere hoc observari, ut nunquam alicui minus [33] detur quinquaginta dierum spatio: tunc autem longius [34], cum annumeratio dierum, qui in viam computantur, adjectis triginta diebus, quos ad excusationem lex dat, excedit quinquaginta dies: utputa si dixerimus, aliquem à [35] quadringentis quadragiuta milliariis habitare: hic [36] enim viæ quidem habebit dies viginti duos, ad excusationem autem alios triginta.

§. 3. Φυλάξουσι δὲ καὶ τούτων τῶν προθεσμιῶν πάντες οἱ ὑποκείμενοι παραλήμψει ἐπιτροπῆς ἢ κηδεμονίας, ἢ μέρ τ τούτων.

§. 3. Observabunt autem hoc temporis spatium omnes, qui qualitercunque [37] excusantur à tutela, vel cura, vel parte [38] ejus.

§. 4. Ἀκόλουθον δὲ ἐστὶ πιστεύειν, ὅτι εἰ κ μή τι εἰδὴ παραπήσεως ἢ πις χρόμ, σὺν ἄλλως ἀκκλησίας, ἐὰν μὴ φυλάξῃ τὴν προθεσμίαν· εἰ μὴ ἄρα τ ἑτέρας πόλεως πολίτης ἐστίν.

§. 4. Consequens autem est credere, quod si aliqua specie excusationis fuerit quis usus, non aliter audietur, quam si observaverit constitutum [39] tempus: nisi forte alterius [40] alicujus civitatis est civis.

§. 5. Οὕτως δ ἐπάναγκές ἐστι φυλάττειν τὴν προθεσμίαν ὅτε κἀν δικαιολογησάμεν ἀφεθῇ, μὴ ἐλευθερόσθαι αὐτὸν, οἱ θειοτάτοι Σεβῆρ & Ἀντωνῖν δηλῶσιν ὦ Ἀφρικανέ, κελεύσαντες μὴ κρατεῖσθαι τ εἰς τοῦτον αὐτ χειροθετηθέντα, ὡς σὺν ἐξὸν δεδομένον εἰς τοῦτον ὁπὸ τ ἐπιτρόπ.

§. 5. Itaque necesse est custodiri constitutum tempus, ut & si excusatus fuerit dimissus, non liberari eum D. Verus & [41] Antoninus ostendant in constitutione, jubentes non detineri eum, qui in locum ejus creatus sit, quasi non [42] liceat alium dari in locum existentis tutoris.

§. 6. Ἀπορεῖ δ, σὺν τ προθεσμίας σὺν λειφθέντων ἐὰν ὁ μετ ταῦτα μὴ ἐκὼν ἀπολειφθῇ, σὺν ἴσως φροντιστικὸς διόπερ ἐὰν ἀφοσιώσεως χάριν μόνον σὺν λέγῃ τοῦτο Ἀφρικανὸς τ αὐτοκρατόρων Σεβήρ & Ἀντωνίνε.

§. 6. Sufficit autem intra constitutum tempus excusare se solum. Si enim postea nolens [43] defierit, non ei nocebit. ideoque si repræsentaverit [44] quis se solum, non permanserit [45] autem postea, ut se excuset, post constitutum tempus exceptione repellitur [46], & hoc dicit constitutio Imperatorum Veri & Antonini.

§. 7. Ἐὰν γάρ τις Ἀφ νόσον, ἢ δ' ἄλλ ἀνάγκλ (οἷον θαλάσσης ἢ χειμῶν ἢ ἑρόδ λῃστῶν ἢ τινα ἑτέραν προφάσιν), ἐμποδισθῇ μὴ ἐλθεῖν εἰς τὴν πόλιν, ἐκ ἀπολειφθήσεται ὑπὸ τ ἐκλειπόντος τὴν πόλιν· ἀλλ ἐν τ ἐπιδημίᾳ τ ἐκεῖ ἐξουσίᾳ τ ἐπιτροπεύσει.

§. 7. Si enim quis propter ægritudinem, vel aliam necessitatem (puta maris, vel hyemis, vel incursus latronum, aut aliam quam similem [47]) constituto tempore non venerit, non deseretur à discedente civitatem. sed in ea commorante licentia tutelæ administrabit.

---

86 Adde *l.* 12. *l.* 19. *l.* 21. §. *pen. l.* 42. *l. ult. in fin.* Ff. *cod. l.* 2. *l.* 11. C. *cod. l.* 39. §. 8. Ff. *de admin. tut.*

87 ὁ πεμπτον ἐπιτάγμας. Primipilaris excusatur ab omnibus tutelis, præterquam una filiorum primipilaris, post annum. vide *l.* 8. *in fin.* Ff. *cod.*

88 Publicum officium post tutelam injunctum excusat ab administratione, ut interim detur alius.

89 Ad exhibendam annonam, χρήσεως χρείας ἀναγκαίας.

90 §. 2. *Inst. cod.* §. 5. *Inst. de curator.*

91 Συγκάδελφον.

92 Legis virtus in eo quoque consistit, ut similes similibus connectantur.

93 Vide quæ notavi ad *l.* 19. C. *de Sacrosanct. Eccles.*

94 Curator datur in ejus locum, qui excusationem temporariam habet tutelæ.

95 Spes testamentarii tutoris efficit, ut interim detur tutor a judice: locum facit interim dativo tutori, & ut locus non sit legitimo tutori. Eadem ratione spes legitimi prostimioris locum facit dativo, excluso remotiore legitimo. Porro *in spe* id esse dicitur, quod est in potentia naturali.

96 Κηδεμόν quod verbum est ambiguum: siquidem eo significatur tam tutor, quam curator: reperitur etiam Ff. *cod. & in l.* 2. *in pr.* & §. 1. Ff. *qui pet. tut.*

97 Hæc excusatio proprie excusatio non est, quia tutelam non solvit: dativi & testamentarii es excusant, non legitimi. vide Cujac. ad *l.* 10 12. Ff. *cod.*

98 Κηδεμονα.

99 Μὴ σωληπανσιν.

100 *l.* 13. Ff. *de tut.* §. 5. *Inst. de curatorib.*

1 Μανίαν, vel furorem. vide *l.* 12. Ff. *cod.*

2 *l.* 11. *l.* 12. Ff. *cod.* §. 7. *Inst. cod. l. un.* C. *qui morbo.*

3 Puta sontica. *l.* 2. §. 3. *in fin.* Ff. *si quis cautionib. l.* 39. Ff. *de re jud. junctâ l.* 18. Ff. *de judic.*

4 *l.* 40. Ff. *cod.*

5 *l.* 10. *in fin.* Ff. *cod.*

6 *l.* 11. Ff. *de tut.* §. 2. *Inst. qui tes. tut.*

7 Translatus à Principe sciente ad aliud domicilium, intelligitur liberatus ab oneribus primi domicilii, & tutelis ibi gerendis.

8 Principis certa scientia idem præstat, quod clausula, *Non obstante.*

9 De eo genere migrationis vide *l.* 4. C. *de jure fisci.*

10 Scripturam requiri in gratiis, quæ à Principibus solent impetrari, hinc quidam colligunt. Alii scripturam non exigi necessario, ut gratia esse incipiat, sed ut prabetur.

11 Hæc lex est *de temporibus excusationum.*

12 Possunt tamen appellare à nominatione. Ff. *cod.* vide *l.* 4. Ff. *cod.*

13 *Al.* Severi.

14 Curatores à tutoribus distant in paucissimis.

15 Appellari non potest à tutela vel cura nisi per judicem legitima excusatio non sit admissa. adde *l. ait Prætor.* 7. §. 2. *versf. permittitur.* Ff. *de minorib. c. ex parte. de appell. in* 6.

16 Intra 50 dies: dic ut Ff. *cod. l.* 38. Ff. *cod.* §. 16. *Inst. cod.*

17 Paria sunt nullo modo comparere, & post tempus lege constitutum.

18 Puta clarigationem seu repressalias.

19 Contumacia se non excusantis intra tempus, purgari non potest.

20 *l.* 6. C *cod.*

21 *l. ult.* Ff. *de tutoribus. Actio.*

22 Renunciatio sit vel ad faciem, hoc est, præsenti, vel ad domum absenti.

23 Quod, & quando fiat, vide Cujac. 7 *obs.* 15. Porro denunciationem ad domum eam vim habere notat Baldus, ut id tempus currat ignoranti, quod alias non currit, nisi scienti.

24 Id est, & dativis & testamentariis. An legitimis? negat Cujacius. *v. l.* 10. §. 7. Ff. *cod.*

25 Confirmari etiam testamentarios probat Cujac. 7 *obs.* 7.

26 Ἐπὶ τὰ ὑγιεῖνα, a Præside.

27 Consuetudo in tutore & curatore confirmandis servanda.

28 *Promulgare* quid, vide Festum in *Promulgari.*

29 *l.* 3. Ff. *de verbor. sign.*

30 Quoties ex verbis legis simpliciter intellectis, præfertur intellectus æquo, recedimus a verbis, & statuus menti rationique legis. *Bald.* Goth. Bald. in *l. pure.* §. *rogo. ff. ad Trebell.* Serapbin. *de privileg. jurament. t.* 1. *n.* 74. Goed. ad *l.* 116. *num.* 1. *de verb. signif.* Anf.

31 Κερβίδ.

32 §. 16. *Inst. cod.*

33 Adde *l.* 38 Ff. *cod.*

34 Τότε ἢ μακροτέραν, legendum puto, μακροθεσμ, vel συμπληρωμ, hoc est, *minorem.* hæc sententia: regulariter pauciores quam 50 dies ad excusationem non dari, pauciores tamen tum dari, cum dierum adnumeratio, qui in via computantur, adjectis 30 diebus (quos ad excusationem lex dat) excedit 40 dies: ut in hoc exemplo, Titius habitat 440 milliariis: hic viæ quidem habebit dies 22, ad excusationem 30, quia dies viæ 22 junctí 30 diebus excedunt dies 50. In priore exemplo aliud fuerat. Ponе Titium 100 milliariis abesse: Hic 8 dies habiturus est ad excusationem: ac præterea dies non 30 sed 42. Ut non pauciores 50 diebus habeat: ne deteriore sit loco, quam qui in urbe.

35 A particula dividit & separat.

36 Diliriones dantur remotioribus, & magis distantibus, quam qui prope.

37 Alii enim excusantur in omnem tutelam, alii in partem. vide *l.* 19. Ff. *cod. l.* 2. C. *cod. l.* 111. Ff. *de leg.* 1.

38 Partis excusationem tutela admittit, hoc est, à parte tutelæ potest quis se excusare, ut ab universa tutela.

39 Tempus constitutum à lege in quaque excusatione referari oportet. Excusatur tamen alienæ civitatis civis, qui intra id statutum tempus non egerit. Ita jus strictum solennitatis remittitur peregrino & extraneo ignoranti.

40 Is enim potest impune jurisdictioni extranei judicis non obtemperare. §. *ult.* Ff. *cod. l. ult.* Ff. *de jurisd.*

41 Severus.

42 *l.* 9. C. *qui petant tutores. l.* 9. C. *qui dare tutores.*

43 *Al.* volens, quod & notat Glossa, & *Bald.*

44 Δόκησις ἐὰν ἀφοσιώσεως χάριν μόνον ἐντυχῇ· sic in *l.* 2. §. 1. Ff. *qui petant tutores*, δόκησις χάριν, putitatis gratia. Harpocratio ὡσπερ δοκῆς ἔνεκεν, perfuforie: hinc perfuforiæ affertiones. Suetou. *in Domitiano.* vide Cujac. *hic.*

45 Paria sunt non comparuisse, aut legitime adversarium non expectasse in jure. *l.* 2. *in fin.* Ff. *quibus ex caus. in possess.*

46 Tempus legitimum elapsum vim habet peremptorii. *Goth.* An termini dies in termino computetur, vide Magon. *decis. Flavent.* 8. *num.* 16. Anf.

47 Puta clarigationem seu repressalias.

τ᾽ ἀναγκαίων μὴ διώκεσθαι ἐπιτρέπει, φιλανθρώπως ἐχόντων τῶν πάντων ἐπὶ συνέσει τῇ ἐξ αὐτοῦ φοιτώσῃ δικαίων· ἐπὶ πλέον δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκτείνομεν τὸν νόμον, ἵνα καὶ τοῖς ἐκ τῶν ὑπερορίων Σεουήρῳ καὶ Ἀντωνίνῳ τοῖς πατράσι λέγωσιν.

§. 2. Εἰδέναι δὲ δεῖ ὅτι οὐκ ἀπόχρη τὸ ἀναγνωσθῆναι τὸ ἀνωγὸν τοῦτο, ἀλλὰ δεῖ αὐτὸν ἐν τοῖς ἐκείνου τοῦ ἀνέκτου μαρτυρεῖσθαι· καὶ εἰ πολλοὶ ἐπὶ τοῦτο ἀφίκοιντο δίκαιοι, πλὴν οὐ πάντες εἰ μὴ, ὁμοίως ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος τῶν ἐγκλήτων προσελθόντος, ὁ προσελθὼν μόνος, δίκαιον ὁ ἀφίστως μὴ ὀνομάσας.

§. 9. Αἱ δὲ πυκνότεραι ἡμέραι συνεχεῖς ψηφίζονται. Δεχόμενοι δὲ καὶ τὰ γνώσεως ὧν ὡς πρὸς ἐγὼ ἑαυτὸν διδάξω.

§. 10. Χρὴ δὲ μιᾷ μαρτύρεσθαι τῷ βήματι· ἢ ἄλλως ἐπὶ τοσούτοις μνήμασιν. Δυνατὸν δὲ βιβλίδια ἐπιδεῖναι χαμόθεν, ὡς οἱ αὐτοὶ φασιν αὐτοκράτορες.

§. 11. Τοῦτο δεῖ τὸ φυλάσσειν τὸν προθεσμίαν ὀφειλόντων. Περὶ δὲ τῶν μὴ ὑποκειμένων ταῖς προθεσμίαις, φέρε σκεψώμεθα.

§. 12. Οἱ γὰρ προδήλως δοθέντες ἐπίτροποι (τυγχάνει, ὑφ᾽ ὧν μὴ ἐγκρίνοι, ἢ ὅτι μὲ μὴ δοκεῖ, ἢ εἰς μὴ ἱκανὸν, ἢ ὧν μετ᾽ ὀλίγον πρόσω) ἐὰν μὴ τὰ βεβαιωθέντα, μήτε ἐξαίρεσιν ἢ χειροτονίαν εἰσὶν ἀνυθωνιν· δεῖ γὰρ τοιούτοις τὰς αὐτὰς, ὅτι τὰς προθεσμίας σὺν ἐτήρησαν τὸ παραυτίκα. δεῖ γὰρ ἔχουσιν παραυτήσεως ἀναγκῶν· ὡς δείκνυσιν σὺν τὸ ὑποτεταγμένον Ἀλφιδίῳ, ἃς προδήλως μὴ χαίρειν τὰ ἑτέρα. ἐφαρμοζοιτο δὲ ἂν πᾶσιν.

Divi Severus & Antoninus Augusti Narcisso: *Ab avo materno tutor datus* [65] *necesse non habuisti excusari, cum ipso jure non teneru* [66]*: si igitur administrationi te non miscuisti, potes esse securus.*

† Ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν τὸ μὴ ὑποκείμενον τῇ δικαιοδοσίᾳ χειροτονήσωσιν οἱ ἄρχοντες ἐπίτροπον ἢ κηδεστὸν· δεῖ γὰρ τὸς ἀναγκῶν ἔχει προφυλάσσειν τὰς προθεσμίας, οἷον τὸ μήτε πολίτην, μήτε τὸ ἐντὸς λαν.

† Similiter autem & si eum qui non [67] suppositus est jurisdictioni, creabunt Magistratus tutorem vel curatorem: neque hic necessitatem habet observare constituta tempora, utputa, quia neque civis [68] neque incola [69] est.

De libertii tutoribus.

XIV. IDEM lib. V Excusationum.

Ἀπελεύθερον τῷ λόγῳ τοῦ δεῖ ἀφίσεως ἐπιτρόπων καὶ κηδεστῶν, εἰδέναι δεῖ, ὅτι ἐ μόνον ὃ πατρὸς ὃ ὀρφανῶ, ἀλλὰ καὶ μητρὸς νοεῖσθαι χρή.

§. 1. Καὶ ὁπόταν ὁ ζητοῦμεν δεῖ παίδων πάτρωνος, εἰδέναι χρὴ, ὅτι τῶν προσηκόντων τοῦτο ἐν τῷ πρώτῳ βαθμῷ ἑστῶσιν, ἐστὶν ἰδὼν καὶ θυγατέρα, ἀλλὰ καὶ ἑξῆς ἑξῆς ἑκατέρα, καὶ τὰς ἐφεξῆς.

§. 2. Ἀλλὰ καὶ ἐὰν δίκαιον χρυσῶν δικτυλίων λάβῃ, ἐπὶ ἀφαιρεῖσθαι τοῦτο τὸ ἀπελεύθερον τοῦτο ἐν τούτῳ, ὥσπερ αὐτεργάσεν ὁ θειότατος Ἀντωνῖνος ὁ μέγας.

§. 3. Ὁ ἰδίῳ ὄρκῳ ὀνηθείς, καὶ ἀπελεύθερωθείς, ἐδώμως συκρίνεται τοῖς λοιποῖς ἀπελευθέροις.

§. 4. Ἐὰν πολλοὶ ἀπελεύθεροι ὦσιν, εἰς ὑπάντων τοὺς τέκνους ἐπίτροπον δοθήσεται καὶ δὸς τριῶν ἐπιτρόπων σὺν ἀπολυήσεται.

De spadone. 1. *De eo qui patri promisit se futurum tutorem.* 2. *De dignitate.* 5. *De librariis, & calculatoribus.* 6. *De Judæis.* 7. *De rationibus civitatis.* 8. *De libertu uxorum Senatorum.* 9. *De magistratibus. De fidejussoribus. De tutoribus honorariis.* 10. *De publicanis.* 11. *De pluribus causis excusationu.* 12. *De immunitate civilium aut publicorum munerum.* 13. *An liberatus tutela vel cura possit eisdem actu uti ad excusationem alterius.* 14. *De tutore ignoto patri vel matri pupilli.* 15. *De tribus tutelis vel curationibus.* 16. *De filiofam. tutore.*

XV. IDEM lib. VI Excusationum.

Παίδονται χειροτονήσωσιν ἐπίτροπον· ἐδεμίαν γὰρ ἔχῃ παραίτησιν, ὡς δείκνυσιν Ἀλφιδίῳ τῷ αὐτοκρατόρων Σεουήρῳ καὶ Ἀντωνίνῳ.

Spadonem [74] quoque creabunt tutorem [75]: nullam enim habet excusationem, ut constitutio ostendit Imperatorum Severi & Antonini.

§. 1. Ὁ τοῦ πατρὸς ἐπαγγελάμενον ἐπιτροπεύειν τὸ παιδίον, ἀφίεσθαι τοῦτος τῆς ἐπιτροπῆς ἐ δυνάμενος, καὶ ἄλλως ἔχῃ δίκαιον ἀφίσεως.

§. 2. Εἰδέναι δεῖ ὅτι ἀξιώματι ἐδεῖ παρίξει ὑπερέχοντας ὄντων τῶν τῆς συκλήτου ἢ, ἐπὶ τῶν ἐπιτροπεύοντι καὶ τὰ κρατιστέρας τάξεως ὄντων συκλητικῶν, ὁ αὐτὸς ἀντεγράψαν οἱ θειότατοι Μάρκος καὶ Κόμμοδος.

§. 3. Εἰ δέ τις ἐπίτροπος ἢ κηδεστὴς ὢν μὴ συκλητικὸς, ἢ ἄλλως ἀξιώματικὸς, εἶτα ὕστερον χρόνῳ τῇ συκλητικῆς, διὰ νικῶς λαλήσεται τὸ φρονεῖν. Εἰ δὲ οἱ ἐπιτροπεύοντες ἢ κρατιστεύοντες παρ᾽ αὐτὸ, παῖδες ἦσαν συκλητικοῦ, σὺν λαλήσεται τὸ ἐπιτροπῆς.

§. 4. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κρατιστέρας τάξεως ὢν, ὃ ἐπιτροπεύσει ἐπιτροπεύειν ἢ κηδεστεύειν τὸ μειζόνων.

§. 5. Μηδὲ λιβράριος, μηδὲ καλκουλάτορας, ὃς Ἀλφηνὸς λέγομεν, ἐχῃ ἀλειτουργησίαν, λέγουσιν αἱ θεῖαι Ἀλφαῖοι.

§. 6. Ἤδη δὲ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ μὴ Ἰουδαίων ἐπιτροπεύσουσιν, ὡσαύτως καὶ τὰ λοιπὰ λειτουργήσουσιν· αἱ γὰρ Ἀλφαῖοι οἰκείοις μόνοις αὐτοκλήτοις αὐτοῖς εἶναι κελεύουσιν, δι᾽ ὧν θρησκείας χρῄνεσθαι δοκεῖ.

§. 7. Λογισεία πόλεως δὲ εἰς ἀριθμὸν μιᾶς ἐπιτροπῆς ἀφαιροῦσι.

§. 8. Ἀπελεύθεροι γυναικῶν συκλητικῶν, καὶ διοίκουσιν τὰ αὐτῶν πράγματα, σὺν ἀπολύονται ἐπιτροπῶν· τοῦτο γὰρ τοῖς γόνεσιν συγκλητικῶν ἀπελεύθεροι μόνοις συγχωροῦνται.

§. 9. Ἐὰν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, τυτεῖον ὁ στρατηγὸς, ἀφαιπέσωσις αὐτῷ τὸ χειροτονίας, ὑποδύνῃ ἡμῖν κινδύνῳ ἐπιτροπῆς, τοῦτο ἐ συναριθμήσῃ ἄλλαις ἐπιτροπαῖς· ὥσπερ γὰρ ὁ ἐξυπηρετῶν ἐπιτροπεύει· ἀλλ᾽ δεῖ οἱ κτῆμα ἐπίτροποι γραφέντες.

§. 10. Ὁ τέλη μεμισθωμένος τῆς πόλεως, σὺν ἀφίσεται ἐπιτροπῆς.

§. 11. Ὁ πολλὰ δίκαια ἔχων εἰπεῖν, ὧν ἕκαστον καθ᾽ ἑαυτὸ σὺν ἔστιν ἰκανὸν, εἰ δυνήσεται ἀφεθῆναι, ἐζητήθη. οἱον ἐὰν δύο δικαιώματα μᾶλλον ἐτῶν σὺν ἔστιν, ἢ δὲ τρεῖς ἔχῃ ἐπιτροπάς, ἢ δὲ πέντε τέκνα, ἢ ἄλλο τι δίκαιον ἀφίσεως· ἔχῃ μόνοι δύο ἐπιτροπάς, ἢ δύο παῖδας, ἢ ἐξήκοντα ἔστιν ἐτῶν, ἢ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα λέγῃ, καθ᾽ ἑαυτὸ μᾶλλον σύντελῆ τῶν βοηθειαν μὴ παρέχοντα, τῇ ὄντως ἄλληλα κοινωνίᾳ ὄντα δικαιοφανῆ· ἀλλ᾽ ἔδοξεν, τοῦτον μὴ ἀφίεσθαι.

§. 12. Ὁ λαῶν ἢ ἔργων ἀλειτουργησίαν πολιτικῶν ἢ δημοσίων λειτουργῶν, ὅτος ἐπιτροπῆς σὺν ἀφεθήσεται.

§. 13. Ὁ ἀπολυθεὶς ἐπιτροπῆς ἢ κηδεμονείας, ὃ πάντως τοῖς τοιούτοις μνήμασι φησὶ ἄφεσιν ἑτέρας χειροτονίας δοθήσεται, ἐὰν μὴ ὑπάρχῃ αὐτῷ δίκαια ἀφίσεως.

§. 14. Ὁ φάσκων ἑαυτὸν ἀγνοῦν εἶναι τοῦ πατρὸς ἢ τῆ μητρὸς ὃ ὀρφανὸς, ὃ Ἀλφ. τέρ. ἀφεθήσεται.

§. 15. Ἐὰν ὅτε κῆ ὁ τρεῖς ἔχων

76 Promissio tutelæ gerendæ retractari non potest: Post eam promissionem non est excusatio a tutela. *l.* 29 ff. *de test. tut.*

77 Συγκλητικὸς, de quo hic & *passim*, de quo in *l.* 18. *l.* 22. ff. *de tutoribus dativ.* differunt. Recte vetus interpres in Evangelio, ubi est βουλευτὴς, vertit; *decurio.*

78 Μὴ ἀξιωματικῷ

79 *Al. Senatores*; & ita Dynus legit. Unde Nicolaüs Neapolitanus colligit, Pupillum in Senatorem cooptari posse: Quo quid inceptius? cum a fœminis Senatus dictus sit & Cicero *in Verrina* 4 notat, quod apud Halesinos puer annorum fœmin fœpenumque denum senatorium nomen nundinarentur: & lege 2 P. Clodio Lata cautum est, Ut ne quis minor annis 30 Senator cooptaretur. Certe finito anno 24 permisit in Senatum admiti Augustus, vide *Alexand. & Genial.* 11.

80 Varii fuere ordines Senatorum olim, patricii conscripti, pedarii: hodie illustres, spectabiles; clarissimi. Cujac. *hic. & l.* 1. *C. de dignitatibus.*

81 *l.* 92. ff. *de regul. jur.*

82 Μὴ λαβαρίους, μηδὲ καλκουλάτορας, ὡς διαλογιστὰς λέγομεν. ii numerandi artem docent. *l.* 1. §. 6. ff. *de extraord. cognit. l.* 4. *C. de professf. & med.*

83 Additur in Basilicis *lib.* 38. ζυγοστάτης, id est, ponderatores & libripendes: possunt addi *ex d. l.* 1. § 6. notarii & tabularii.

84 Judæus tutor esse potest, *ut hic.* nec tamen eo casu apud Judæum pupillus Christianus moratur, cum ejus periculum versetur. *l.* 2. *C. ubi pupillus educari. Jacobus Rebuffus ad l. omnes.* 50. *C. de decurionibus.* facit *l.* 1. *C. Ne Christianum mancipium* facit quoque *finis hujus paragraphi.*

85 Judæi Christianorum liberis tutores ita dari poterunt? Minime sane id hodie videtur ferendum, *arg. l.* 1. 2. *C. ne Judæus Christianum mancipium.* facit *etiam l.* 1. §. 2. ff. *ubi pupillus educari.* Judæus potestne procurator à Christiano ita constitui, ut alium instituat, vel substituat? non potest. vide Minsingerum 2 *obs.* 13.

86 Judæi ea ratione decuriones esse possunt. *l.* 50. *C. de decurionibus.*

87 Et etiam

collegia habent, vide *l.* 3. *in fin.* ff. *de decur.* 88 ἐ σφυκτὰς. 89 Ideoque salva religione septimo die nec arma movere, nec iter ullum instituere teneuntur. v. Joseph. 14. 90 Λογισταὶ, logistæ, curatores, & patres Reipublicæ. vide *l.* 30. *C. de decurionibus.* 91 Verte melius: liberti mulierum Senatoriarum, quamvis earum negotia gerant, à tutelis non excusantur. *Cujac.* 92 Id est, ei liberto, qui res patroni procurat. *l.* 17. §. 1. ff. *ad municipalem.* v. tamen *l.* 13. *C. hoc tit.* & adde *l.* 43. *l.* 44. *in fin.* ff. *hoc tit.* 93 ὁ τῆς τάξεως ἄρχων. v. *l.* 21. §. 4. ff. *de tut. dativ.* 94 Municipiorum scribet σφραγιστὴς. sic vetus interpres Lucæ 23 σφραγιστὴς magistratus interpretatur: quos idem Lucas 24 ἄρχοντας vocat: adde *l.* 21. §. 4. ff. *de tut.* 95 Est enim tutor subsidiarius. ff. *de magistr. conven.*

96 In numerum trium onerum non cedit, si quis sit fidejussor tutoris, *l.* 60. ff. *de ritu.* vel si tutor sit honorarius. 97 Vel à fisco: item coloni prædiorum, & è contra. *l.* 49. ff. *locati.* Cujac. *ad l.* 8. *C. eod.* 98 Imo qui præsentes id munus curant, excusantur. v. *l.* 8. §. 1. ff. *de vacat.* vide hic Cujacium differentiam constituentem inter vectigalia fisci, & civitatis. 99 Singula quæ non profunt, interdum etiam conjuncta non profunt. 100 V. *l unic. C. qui ætate.* 1 Variæ species excusationis, si per se singulæ imperfectæ sint, nec turba seu acervo valent. *Cujac.* 2 §. 10. *Inst. eod.* recte enim ignotus heres instituitur, *l.* 11. *C. de hered. instituend.* §. *ult. Inst. de hered. inst.* recte ignoto donatur *l.* 29. *C. de donat.* recte ignotus tutor datur.

48 Dilatio prorogatur, propter impedimenta.

49 Vide *l.* 19. §. 1. ff. *de probat. & prob.*

50 Probationem.

51 Similis ratio *in lege* 5 ff. *de jurejur. exportandis.* Naturalis ratio pro lege scripta observanda est: etiam sine lege rationem naturalem adferre fas est. *ut hic. l.* 3. *in fine. de manumiss. vindict. l.* 1. *de bonis damn. l. in summa.* 2. §. *item Varus.* 5. ff. *de aqua pluvia.* Unde notant legem generalem restringi per rationem naturalem, neque verisimiliter lege contineri casus, quos vir bonus non statueret.

52 Naturalis justitia est juris notorium. de quo vide *l.* 4. ff. *ad l. Aquil. l. ult.* ff. *de bonis damn. l.* 220. §. 3. ff. *de verb. signif.* De notorio dixi *l.* 1. §. 8. ff. *de dote præleg.* Naturalem rationem allegare pro lege, sufficit.

53 Σαφῶς εἰς ἀυτὸ ὁ τοῦτ᾽ δίκαιος.

54 Generaliter rationem reddi haud sufficit, cum in specie reddi oportet.

55 Continui esse debent. §. 16. *Inst. eod.*

56 Μὴ μαρτύρεσθαι, una testari.

57 Scripturam non exigit excusatio tutoria, *ut hic.* Quid excepto recusationis, ut non numeratæ pecuniæ? Scripturam exigit, *l. apertissimi. C. de judiciis. Authent. hanc autem. C. de non numerata.* v. *Socinum regul.* 228.

58 Βιβλίδια. Quem in finem? ut scilicet contestetur excusatio summovendæ præscriptionis gratia: alias pro tribunali discepatur, excutitur, recipitur excusatio tutoris. & sic intellige *l.* 25. ff. *eod.*

59 ἐπίπεδα χαμόθεν, de plano, ἐξ ἐπιπέδου qua forma & χαμαιδικασταὶ dicuntur judices *pedanei*, judices qui plano pede judicant, nec tribunal habent. & χαμαιδικασταὶ, quasi pedanei magistri, qui primas litteras docent de plano, nec cathedram habent. Cujac. *hic.* adde quæ notavi ex eodem ad *l.* 11. §. 3. ff. *de inst. Aurelian.* Ita χαμόθεν quidam interpretantur male, superficiarie: præcipue vero Accursius in *l.* 25. ff. libellos interpretatur sententiam inter absentes latam, vel apud judices delegatos.

60 Puta a matre, *l.* 1. *C. de confirmando.* vel avo materno. ff. *eod.* tutore vel patrono, *l.* 1. *C. de test. tut.* vel tutore extraneo.

61 Ut qui datur à patre filio emancipato vel naturali.

62 Ut qui dantur verbis precariis, non directis, *v. l.* 1. ff. *de confirm. tut.* 63 A proponenda excusatione. 64 *l.* 6. *C. eod.* 65 Inutiliter scilicet.

66 Facit *l.* 8. ff. *de fidejussoribus tut.* 67 V. §. 4. ff. *eod. l.* 5. *C. qui dare tut.* 68 Civium alii cives, & originarii: alii incolæ. 69 Hi μέτοικοι, *l.* 4. *C. de jure fisci.* 70 Hæc lex est de iis quorum excusatio non recipitur: libertus autem non excusatur, *l.* 5. *C. eod.* nisi adversa valetudine laboret, *l. pen. in fin.* ff. *eod* & sit minor annis, *l.* 10. §. 7. ff. *eod.* adde & aliam exceptionem, ff. *eod.* quin si minus idoneus est, adjungi ei curator potest: Paul. 2 *sent.* 29. §. 1. 71 Libertus donatus anulis, tutor datus liberis patroni, non habetur pro ingenuo. 72 Nam in plerisque aliis jura patronatus manumissori non debentur. *l.* 10. ff. *de in jus vocando. l.* 5. §. 20. ff. *de liberis agnosc. l.* 71. §. 2. ff. *de adquir. hereditat. l.* 1. *C. de bon. libert. l.* 7. *de oper. lib.* 73 ἐὰν πολλοὶ ἀπελεύθεροι ὦσιν, &c. Author ὁ πλάτης, ita legit Cujacius. 74 Spadoni hoc ipso quod spado sit, non est a tutela excusatio. *l.* 1. *C. eod.*

75 Tale vitium non est impedimentum, quo minus suis & alienis superesse possit.

2 ὁ μεσίτης γονέως ἐστιν, id est, qui mediocris patrimonii, vel mediocris pupilli, *arg. l. 4. §. de usu & habit. l. 25. §. 1. §. de oper. libert.* Iactus est tutor: non igitur pauper tutor, sed pauperis tutor, eis verbis significatur, qui tam levem tutelam dicis causa præsumitur affectasse, ut expleretur numerus trium tutelarum: eamque confirmat opinionem Theophilus *in §. 5.* τὴν μὲν ἐλαχίστην τοῦ πλούτου τιμὴν ἐπιτροπὴν ἀπολαβών, ἀντὶ τοῦ ἐλαχίστου πλούτου ἐπίτροπος, ἐπιτηδεύσας δοκεῖ.

ἐπίτροπος ἢ κηδεμών, οὐκ ἤδη δίκαιον ἀφίστασθαι, οἷον ἐὰν τις ἐπιτηδεύσῃ ἀπορίᾳ ἕξαι, ἢ ὅτι γε ὁ μετρίου γεγονὼς ἐπίτροπος, ἐπιτηδεύσειν δοκεῖ.

qui *tres habet tutelas*, vel curas, non habet jus remissionis, puta si quis affectaverit suscipere. Jam autem & tutor, qui modici [patrimonii 1] factus est, affectasse videtur.

§. 16. Ulpianus libro singulari de excusationibus ita scribit: Si quis inter tres tutelas emancipati 3 filii sui tutelam administret, an ei hæc in numerum procedit, scio dubitatum 4: Invenio tamen rescriptum, emancipatæ filiæ tutelam numerari inter onera oportere.

§. 17. Εὰν τις χειροτονηθῇ ἐπίτροπος, ὢν οὐ τῷ πατρὸς ἐξιστᾶται, εἶτα ὁ πατὴρ μὴ βάλοιτο ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποδοκιμασίαν, συμβαίνει τὸν νόμῳ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα χειροτονεῖσθαι ἐπίτροπον, ὡς μηδενὶ τρόπῳ διαφεύδῃ τὸ ἐπὶ τῇ ἐπιτροπῇ ἀσφαλές, ὡς δηλοῖ ὁ θεῖος Ἀδριανὸς διάταξις.

§. 17. Si quis creabitur tutor existens in patris potestate, deinde pater noluerit pro eo cavere, jusserunt 5 leges & ipsum patrem creari tutorem 6, ut nullo modo impediatur tutelæ cautio, ut ostendit Divi Hadriani constitutio.

† Imperator Hadrianus Bitrasio Pollioni legato Lygdonensi 7: *Si Claudius Maer, quamvis* 8 *filiusfamilias sit, idoneus tutor esse videbitur: pater autem ejus idcirco cavere non vult, ut filium suum tutela eximat, & in hoc artificio perseveraverit: existimo te huic fraudi recte occursurum, ut & filius & ipse* 9 *ad tutelam liberorum Clementis gerendam compellantur* 10.

De excusatione à cura.

XVI. Idem lib. II Responsorum.

GAius testamento Nigidium filio suo tutorem dedit, eundemque usque ad vicesimumquintum annum curatorem 11 constituit: quæro, cum liceat Nigidio à curatione 12 etiam citra appellationem 13 se excusare, ex qua die tempora, quæ in excusationibus observanda D. Marcus statuit, computanda sunt: utrum 14 ex die aperti testamenti, an ex quo ad negotia gerenda vocatur, id est, post quartumdecimum annum impletum? Modestinus respondit, excusationem 15 à cura tunc necessariam esse, cum decreto Prætoris seu Præsidis confirmatus curator fuerit.

De tribus tutelis. 1. De Ilienſibus. 2. De collegiis vel corporibus. 4. De ædilitate. 5. De honoribus. 6. De domino navium. 7. De inquilinis.

XVII. Callistratus lib. IV de Cognitionibus.

NOn tantum magnitudo 16 patrimoniorum ineunda est suscepturum trium tutelarum, quæque suscipienda est: sed etiam ætas pupillorum consideranda est: nam si priorum pupillorum ætas prope 17 pubertatem sit, ita ut tantummodo semestre 18 tempus reliquum fuerit, aut eorum, quorum suscipere tutelam cogitur, non dabitur excusatio: Idque principalibus constitutionibus cavetur. §. 1. Ilienſibus 19 & propter inclytam nobilitatem 20 civitatis, & propter conjunctionem 21 originis Romanæ, jam antiquitus & Senatusconsultis & Constitutionibus Principum pleniſſima 22 immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant: scilicet eorum pupillorum, qui Ilienſes non sint. Idque D. Pius rescripsit. §. 2. Eos qui in corporibus sunt, veluti fabrorum 23, immunitatem habere dicimus: etiam circa tutelarum exterorum hominum administrationem, habebunt excusationem: nisi si facultates eorum adauctæ fuerint, ut ad cætera quoque munera publica suscipienda compellantur. Idque principalibus constitutionibus cavetur. §. 3. Non omnia tamen corpora, vel collegia vacationem tutelarum habent, quamvis 24 muneribus municipalibus obstricta non sint: nisi 25 nominatim id privilegium eis indultum sit. §. 4. Is qui Ædilitate 26 fungitur, potest tutor dari: nam Ædilitas inter eos Magistratus 27 habetur, qui [à] privatis muneribus excusati sunt, secundum Divi Marci rescriptum.

§. 5. Sane notum est, quod gerentibus 28 honorem vacationem tutelarum concedi placuit: vacare autem eos, qui tunc primum vocentur ad suscipiendum officium tutelæ: cæterum eos, qui 29 jam se miscuerint administrationi, ne tempore quidem Magistratus vacare [æque notum est.] §. 6. Domini navium 30 non videntur habeti inter privilegia, ut à tutelis vacent: Idque Divus Trajanus rescripsit. §. 7. Inquilini castrorum 31 à tutelis excusari solent: nisi eorum, qui & ipsi inquilini sunt, & in eodem castro, eademque conditione sunt.

De liberis bello amiſſis.

XVIII. Ulpianus lib. XX ad legem Juliam & Papiam.

BEllo 32 *amiſſi* ad tutelæ excusationem prosunt: Quæritum est 33 autem, qui sunt isti: utrum 34 hi, qui in acie sunt interempti; an vero omnes omnino, qui per causam belli parentibus sunt abrepti, in obsidione forte? Melius igitur probabitur, eos solos qui in acie amittuntur, prodesse debere, cujuscunque sexus * vel * ætatis sint: hi 35 enim pro Republica eciderunt.

De his qui in Italia domicilium habent.

XIX. Idem lib. XXXV ad Edictum.

ILlud usitatissimum est, ut his qui in Italia domicilium 36 habeant, administratio rerum provincialium 37 remittatur.

De lite cum pupillo.

XX. Julianus lib. XX Digestorum.

SI pupillum patruus contendat exheredatum esse, & se heredem scriptum, æquum est, tutorem 38 pupillo dari, recepta patrui excusatione: vel, si nolit excusationem petere, remoto eo à tutela, ita litem de hereditate 39 expedire.

1. De pluribus excuſationibus. 2. De excuſatione pro parte patrimonii.

XXI. Marcianus lib. II Institutionum.

PRopter litem 40 quam quis cum pupillo habet, excusare se à tutela non potest: nisi forte de omnibus bonis aut plurima parte eorum controversia sit. §. 1. Qui se 41 vult excusare, si plures habet excusationes, & de quibusdam non probaverit, aliis uti intra tempora non prohibetur 42. §. 2. Licet 43 datus tutor ad universum patrimonium datus est, tamen excusare se potest 44, ne ultra centesimum lapidem 45 tutelam gerat: nisi in eadem provincia 46 pupilli patrimonium sit: & ideo illarum rerum dabunt tutores in provincia Præsides ejus. §. 3. Nec Senatores ultra 47 centesimum lapidem 48 urbis tutelam gerere coguntur.

§. 4. Habenti ergo 49 tutorem tutor datur: sed aliarum rerum, non earumdem [datur].

De geometris. 1. De his quibus Princeps curam alicujus rei injunxit.

XXII. Scævola lib. I Regularum.

GEometræ 50 à tutelis * non * vacant 51. §. 1. Hi vero, quibus Princeps curam alicujus rei injunxit, excusantur à tutela, donec 52 curam gerunt.

De magiſtratu municipali. 1. De his qui in caſtris merent.

XXIII. Ulpianus lib. II Responsorum.

PRopter Magistratum, quem in municipio 53 quis erat administraturus, tutelæ excusationem non habere respondi.

§. 1. Si in castris merentes non 54 ab eo tutores dentur qui in castris merebat, excusationem habere [respondi].

De manumiſſione ex cauſa fideicommiſſi.

XXIV. Papinianus lib. XI Quæstionum.

NEquaquam credendum est, ei privilegium excusationis ablatum, cui fideicommissaria 55 libertas soluta est: nam in toto fere jure manumissor ejusmodi nihil juris ut patronus adversus liberti personam consequitur: excepto, quod in jus vocare [patronum] injussu Prætoris non debet.

De libello.

XXV. Ulpianus lib. II de officio Proconsulis.

EXcusare se tutor per libellos 56 non poterit 57.

De menſoribus frumentariis.

XXVI. Paulus lib. singulari de Excusationibus.

MEnsores frumentarios 58 habere jus excusationis, apparet ex rescripto Divorum Marci & Commodi, quod rescripserunt Præfecto Annonæ.

De legatario.

XXVII. Marcianus lib. V Regularum.

LEgatarius, qui rogatus 59 est alii omne legatum restituere, si maluit se excusare à tutela, legatum propter fideicommissarium consequitur: cui similis est, qui de falso egit, nec obtinuit.

De petitione & decreto. 1. De eo quod tutori relictum eſt. 2. De exilio tutoris.

XXVIII. Papinianus lib. V Responsorum.

TUtor petitus ante 60 decreti diem, si aliquod privilegium quærit, recte petitionem institutam excludere non poterit.

§. 1. Quæ tutoribus remunerandæ 61 fidei causa testamento parentis relinquuntur post excusationem ab heredibus extrariis quoque retineri placuit 62: Quod non habebit locum in persona filii, quem pater impuberi fratri coheredem & tutorem dedit: cum judicium patris ut 63 filius non ut tutor promeruit.

§. 2. Tutorem ad tempus exulare 64 jussum excusare non oportet: sed per tempus exilii curator in locum ipsius debet dari.

XXIX. Marcianus lib. II Institutionum.

PLane si in exilium datus sit tutor, potest se excusare, si in perpetuum datus est 65. §. 1. Facilius autem exulis 66 ignorantia, qui contutorem 67 suspectum facere non potuerit, veniam habebit.

De conſiliariis Principum. 1. De rebus quæ partim Romæ, partim in provincia ſunt. 2. De fratre. De colliberto tutore vel curatore dato à patrono.

XXX. Papinianus lib. V Responsorum.

IUrisperitos 68, qui tutelam gerere cœperunt, in consilium 69 Principum adsumptos, Optimi Maximique Principes Nostri constituerunt excusandos 70: quoniam 71 circa 72 latus eorum age-

1 *l. 2. C. ad.* adde *l. 10. §. 4. ff. ead.*

2 Tutela filii emancipati numeratur inter tres tutelas, *ut hic.* dubium autem movebat naturalis stimulus. *l. amiciſſimos. 36. §. Lucius. 1. ff. ead.*

4 Quia tutela filii onus non videtur esse, cum pietatis ratione ad eam compellatur pater, *l. 16. in fin. ff. ead.* & rem suam agere videtur, cum agit filii, ut pater quidam apud Antiphanem ὡς ἀγαπητόν τι πατρὶν πρὸς κέρδη ἰδρυνθὲν ἑαυτῷ τοῦτον ὅμως φέρω, apud Stobæum 121. vide Cujac. *hic.*

5 Pater latitans in fraudem legis ne filius tutor fiat, cogitur una cum filio administrare: cogitur una cum filio se obligare, & tutelam gerere, *ut hic.* An idem in dote? Ita notat Dynus. adde *l. ſi cum dotem. 22. in fi. ff. ſoluto.*

6 Atque ita tutela filio delata computatur in numerum trium tutelarum. *l. 4. §. ead.*

7 Lugdunensi: *Haloand.* Lugdunensi, *l. ult. ff. de ceaſis.* à Plinio vero 37. *cap. 7.* Procurator Claudii Cæsaris in Ægypto, & à Dione 57. Præfectus prætorio. Forte à familia hujus Vitrasii nomen accepit Senatusconsultum Vitrasianum. Cujac. *hic.*

8 Filiusfamilias potest esse tutor.

9 Pater scilicet, Ex hoc verbo (juncta epigraphe hujus rescripti in verbo Lugdunensi) Imbertus in Enchiridio notat adversus Accursium, Gallos veteres filios habuisse in sua potestate. idque facere ad quæstionem, an hodie in Gallia pater lucretur usumfructum bonorum filii adventitiorum. 10 Captis pignoribus. *§. pen. inſt. de ſatisd.* 11 Curator testamento constitui debere non potest, *ut hic.* 12 Quia curator testamento non datur. *l. 6. C. de negotiis.* 13 *Ut l. 1. §. 1. ff. quando appellandum.* alias appellare potest. *v. l. 4. §. ead.* 14 Curator adulti non cogitur se excusare ante confirmationem. Actus qui indiget confirmatione, perfectus esse non videtur, antequam confirmatus sit. 15 Adde *l. 20. C ead.* 16 *l. 31. §. 4. ff. ead. Theophil. §. 1. inſt. de ſatisdat. tut.* 17 Distare nihil videtur, quod sex mensibus tantum distat, quod intra semestre fieri potest, *ut hic.* Prope pubertatem esse videtur, qui ab ea semestri tantum distat. 18 *V. l. 4 §. 26. ff. de doli except.* Tres tutelæ excusant à quarta, nisi si qui ex iis, quorum tutela geritur, vel defertur, proximi sint pubertati: ut quia semelire duntaxat tempus supersit. 19 Et aliis quibus hoc nominatim indultum est, *l. 41. in fin. ff. ead.* adde *l. 24. C. ead. l. 1. ff. ad municip.* vide *Tacit. 22. Strabon. 13. Sueton. in Claudio. Liviumq 38. Cujac. 10 obſerv. 5.*

20 Nobilitas tribuit immunitatem. 21 Conjunctione originis privilegium confertur. vide Cuj. 10 *obſ. 5.* 22 Ilienſibus immunitas pleniſſima data: sub Claudio enim soluti sunt omni publico munere. adde *l. 1. §. 2. ff. ad municipalem.* 23 Et navicullariorum. *l. 24. C. ead.* 24 *l. 15. §. 12. ff. ead.*

25 Præsumi non solet privilegium nisi probetur. 26 *V. l. 6. §. 8. ff. ead.* Possis hoc ad ædiles municipales referre. dixi *ad l. 30. §. 1. ff. locati.* 27 *§. 3. Inſt. ead.* 28 *l. 41. ff. ead §. 3. Inſt. ead. ubi Theophil.* 29 *l. 28. ff. ead.* 30 Adde *l. 5. §. 6. & 4. ff. de jure immunitatis.* 31 Castrorum inquilini, castrorum habitatores: hinc colligit Baldus, advenas non teneri ad custodiam castri. Quidam inquilinos castrorum urbanorum interpretantur, de quibus Lazius, 4. *c. 5.* Fuerint forte ii, quos Galli appellant *mortepayes.* 32 Bello amissi vivere semper intelliguntur. *Inſt. ead. in pr. l. ult. ff. de vacat. muner.* 33 Quia soli liberi supersites prosunt regulariter. *l. 2. §. 4. ff. ead. 2. Gell. 15.* 34 In acie quis cadat, an in obsidione, interest: Minus est enim in obsidione cecidisse, quam in acie. Hi quasi in bello amissi, ad tutelæ excusationem prosunt: Illi non tam in bello, quam per causam belli amissi à tutela non excusant. 35 Pro republica cecidisse intelliguntur, qui in acie ceciderunt.

36 Domicilium in Italia habentes, à rerum provincialium administratione excusantur.

37 *l. 2. C. ead.* adde *l. 10. §. 4. ff. ead.*

38 Alium sc. Nam qui litem habent cum pupillo vel adolescente, olim excusabantur, si lis erat omnium bonorum, vel de statu, *l. 6. §. 18. ff. ead.* hodie ob quamvis litem removentur. *Novell. 72. c. 1.*

39 *l. 16. C. ead. §. 4. Inſtit. ead.*

40 *d. l. 16. d §. 4.*

41 *§. 16 Inſt. ead.*

42 *V. l. 8. ff. de exceptionibus.*

43 *§. 17 Inſt. ead.*

44 *l. 10. §. 4. ff. ead. l. 2. C. ead l 27. ff. de tutoris. dat.*

45 V. quæ scripsi *ad §. 3. ff. ead.*

46 De exceptione longinquæ provinciæ adde *l. 35. §. 2. ff. de procur.*

47 De centesimo lapide *v. l. 1. §. 4. ff. de offic. Præf. Urbi.*

48 Lapidibus itinerum spatia metiebantur veteres, *ut hic. & §. 2. ff. ead. §. 16. Inſt. ead.* & milliariis, *l. 1. §. 4. ff. de offic. Præf. Urb.* unde colligitur lapidem & miliarium pro eodem sumi: hoc ideo, quod singulis milliariis lapideæ columnæ, spatiorum signa inscripta habentes, positæ essent. *Plutarchus in Gracchis.* Notata inscriptis lapidibus itinerum spatia testatur quoque Quintil. 4. *c. ult.* Hujusmodi lapides Boëtius *lib. 3 de Geometria* appellat Cursorios. & in vetusto libro Canonum pœnitentialium: milliaria lapidea litteris plena viam docent. & in monumento quod Thelaziæ exstat: Viam feci ab Rhegio ad Capuam, & in ea via pontes omnes, milliariis tabellariisque posui. Hinc sunt Nuceriam usque milliaria 51. Franci vero *Leugis* (vocabulum id Francum est, ut ex Paulo Warnefrido, *lib. 15 appendicis ad Eutropium*, Hieronymo *in Joëlem*, & legibus Bajuvariis a Theodorico latis, & Isidoro in libello variorum de limitibus constat) itinera dimetiebantur: adde Brissonium, *4. ſelect. 8.* & quæ scripsi de milliario, columna Romæ posita, *ad l. 154. ff. de verb. ſign.*

49 Dixi *ad l. 4. C. in quibus cauſis tutor.*

50 Geometræ excusationem à tutelis non habent, *ut hic.* adde *l. 2. C. de excuſationib. artificum.*

sunt autem agri mensores. *V. ſi menſor.* 51 Licet habeant immunitatem, *d. l. 2. in fin.* nam generaliter data immunitate, semper tutelæ exceptæ videntur. v. Cujac. *in l. 6. §. 1. ff. ead. & in l. 2. C. de muner. patrim.* 52 *l. 30. l. 41. ff. ead.* 53 Magistratus municipalis non excusatur à tutela Romæ gerenda propter magistratum in municipio administrandum. 54 *V. l. 1. ff. de tutorib. dativ.*

55 Aliud est si directa. *v. l. 14. ff. de tutor. dat.* 56 Cur ita? Cognitio necessaria est. *v. l. 9. §. 1. ff. de offic. Proconſul. l. 71. ff. de regulis.* 57 Potest tamen contestari excusationem per libellos, *ut l. 13. §. 10. ff. ead.* 58 *l. 10. §. 2. ff. de vacat. muner.* vide quæ notavi *ad l. 5. in fin. ff. ſi menſor.* 59 *l. 8. §. 14. ff. de inoff.* 60 *l. 17. §. 5. ff. ead. l. 45. ff. ead.* vide *l. 7. ff. de judic.*

61 5 Harmenop. 11. §. 41. 62 *l. 28. ff. de teſt. tut. l. 41. §. 3. ff. de fideic. liber.* 63 Præsumitur pater solvere, ut pater, non ut administrator bonorum filii; id ex hac lege colligit Alciatus, quem vide 1 *præſumpt. 26. num. 5.* 64 *l. 32. in fin. ff. de admin. tut.* 65 Ejusque loco dari potest tutor vel curator. *l. 14. §. 3. ff. de ſolut.* 66 In perpetuum exilium damnati. 67 Qui domi mansit. 68 *V. l. 15. §. 12. ff. ead.* 69 *V. l. 11. §. 2. ff. de minoribus.* Consiliarii Principum à tutelis immunes. Principum consiliarios hic interpretor eos, qui circa latus Principum agunt, *ut ff. ead.* unde pars ejus corporis dicuntur, *in l. 5. C. ad l. Jul. majeſt.* 70 In perpetuum. 71 Consiliarii, qui circa latus Principum versantur, his de causis à tutelis excusantur: Primo, quod circa latus ipsius Principis agant, quem deferre neque possint, neque Reipublicæ expedit. Deinde quod honor ille consiliarii finem certi temporis & loci non habet. Quod cum ita sit, consiliarii Principum merito in perpetuum excusantur à tutela. In perpetuum, hoc est, non ad tempus, non rationem merito in perpetuum excusantur à tutela. In perpetuum, hoc est, non ad tempus, non rationepum merito in perpetuum excusantur à tutela. In perpetuum, hoc est, non ad tempus, non ratio-ne hujus vel illius loci, sed omnium plane: cum quovis tempore sequi Principem eos oporteat. Nescitur enim quo temporis spatio Princeps eos apud se habiturus sit, aut in quem locum missurus. adde *l. 22. in fin. ff. ead.* Unde norant, annonas Ecclesiasticas percipere eum, qui sui antilitis in comitatu vel servitio sit. 72 Legatorum alios esse à latere, alios de latere, hinc colligunt.

agerent, & honor delatus finem [73] certi temporis ac loci non haberet. §. 1. Cum orundus [74] ex provincia Romæ domicilium haberet, ejusdem curator decreto Præsidis [75] ac Prætoris constitutus, rerum administrationem utrobique suscepit: Placuit, eum duas curationes administrare non videri: quod videlicet unius duo patrimonia non viderentur. §. 2. Qui privilegio [76] subnixus est, si artis [77] curationem suscipere non cogitur [78]. §. 3. Patronus impuberi liberto quoddam ex libertis tutores aut curatores testamento dedit: Quamvis eos idoneos esse constet, nihilominus jure publico poterunt excusari, ne decreto confirmentur.

De tribus tutelis.

XXXI. PAULUS lib. VI Quæstionum.

SI [79] is, qui tres [80] tutelas administrabat, duobus [81] pupillis diversis decretis datus est, [qui potuit excusari [82],] & priusquam causas excusationis allegaret, unus ex pupillis, quorum jam tutelam administrabat, decessit: ubi desiit ei competere excusatio, statim [83] renuit eum prius decretum, quasi in loco tertiæ tutelæ quarta subroganda [84]: nam ipso [85] jure tutor est, & antequam excusetur. Potuit ergo tutela ejus, qui nunc quarto loco invenitur, excusari: sed cum non sit excusatus, necessario subeundum est onus illius quoque tutelæ. Nec [86] me movet, quod dicat aliquis, hoc ne [87] exigi, an administretur tutela: hoc enim eo pertinet, ne sit finita administratio: cæterum, si periculum sustineat cessationis, puto ei imputandam eam quoque tutelam. §. 1. Idem [88] evenire potest, si duobus testamentis, cum haberet tres tutelas, tutor datus est: ubi [89] non apertarum tabularum tempus inspici debebit, si quæratur, quæ prior delata sit tutela, sed [90] aditæ [91] hereditatis, vel conditionis existentis. §. 2. Illa [92] quoque erit differentia tutelarum de quibus diximus, si tertia & quarta sit delata, licet in quartam prius detentus sit, quod hujus, id est, quartæ, ex quo jussus est administrare, illius, ex quo datus est, periculum sustinet. §. 3. Eum [93], qui pupillum bonis paternis abstinuerat, detinendum in quarta tutela existimavi, quasi deposita illa.

§. 4. Cæterum putarem, recte facturum Prætorem, si etiam [94] unam tutelam sufficere crediderit, si tam diffusa [95] & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat. Neque igitur fratres consortes [96] plurium loco habendi sunt: neque non fratres, si idem patrimonium habent, & ratio administrationis pariter reddenda sit. † Et ex diverso fratres [97], diviso patrimonio duæ tutelæ sunt: non enim (ut dixi) numerus pupillorum, sed difficultas [98] rationum considerandum & reddendarum consideranda est.

De eo quod relictum est tutori.

XXXII. IDEM lib. VII Quæstionum.

NEsennius Apollinaru Julio Paulo: Mater [99] filium suum pupillum, vel quivis alius extraneus extraneum æque pupillum scripsit heredem, & Titio legatum dedit, eumque eidem pupillo tutorem adscripsit: Titius confirmatus excusavit se à tutela: Quæro, an legatum amittat [100]? [Et quid,] si testamento quidem tutor non sit scriptus, legatum tamen acceperit, datusque à Prætore tutor excuset se, an æque repellendus sit à legato: & an aliquid interfit, si à patre vel emancipato pupillo tutor datus sit, vel puberi curator? Respondi, Qui [1] non jure datus [sit] vel tutor vel curator à patre, confirmatus [2] à Prætore, excusationis beneficio uti maluit, repellendus est à legato: idque & Scævolæ nostro placuit: nam * & * Prætor, qui eum confirmat tutorem, defuncti [3] sequitur judicium. † Idem in matris testamento dicendum est.

† Similis est matri quivis extraneus [4], qui pupillum heredem instituit, eique & in tutore dando prospicere voluit. quales sunt alumni [5] nostri. † Recte ergo placuit, eum, qui recusat [6] id quod testator relinquit, ab eo quod petit, quod idem dedit, repelli debere. † Non semper tamen existimo, eum qui onus tutelæ recusavit, repellendum à legato: sed [7] ita demum, si legatum ei ideo adscriptum appareat, quod eidem tutelam filiorum injunxit, non quod alioquin daturus esset, etiam sine tutelæ [8]: Id apparere potuit [9], si posueris testamento legatum adscriptum, codicillis vero postea facis tutorem datum: in hoc enim legato potest dici, non ideo ei relictum, quia & tuerorem esse voluerit testator.

XXXIII. IDEM lib. XXIII Quæstionum.

SEd hæc [10] nimium scrupulosa [11] sunt, nec admittenda: nisi evidenter pater expresserit [12], velle se dare, *etiamsi tutelam non administravit*: semper enim legatum aut antecedit, aut sequitur tutelam [13].

XXXIV. IDEM lib. VII Quæstionum.

EX eis apparet, non esse his similem [eum] quem Prætor [14] tutorem dedit, cum posset uti immunitate: hic enim nihil contra judicium fecit testatoris: nam quem [15] ille non dedit tutorem, eum voluisse [16], tutelam administrare filii, dicere non possumus.

XXXV. IDEM lib. XXIII Quæstionum.

QUid autem, si se non excusaverit, sed administrare noluerit, contentus [17], quod cæteri idonei essent? Hic poterit conveniri [18], si ab illis res servari non potuisset. Sed hoc non quærendum est, sed contumacia punienda [19] est ejus, qui quodammodo se excusavit. Multo [20] magis quis dicere debebit, indignum judicio patris, qui ut suspectus remotus est à tutela.

1. Si Jus trium liberorum habens curator filio petatur.

XXXVI. IDEM lib. IX Responsorum.

AMicissimos [21] quidem & fidelissimos parentes liberis tutores eligere solere, & ideo ad suscipiendum onus tutelæ etiam honore legati eos persequi: sed cum proponatur, is de quo quæritur, in testamento legatum meruisse [22], & idem pupillo substitutus [23], non est verisimile, hunc demum eum testatorem substituere voluisse, *si & tutelam suscepisset*: Et ideo eum de quo quæritur, à legato quidem, si adhuc viveret pupillus, repellendum fuisse, à substitutione autem non esse summovendum [24]: cum eo casu etiam suscepta tutela finiretur [25]. §. 1. Lucius Titius ex tribus filiis incolumibus unum habet emancipatum [26] ejus ætatis, ut curatores accipere debeat. Quæro, si idem Titius pater, petente eodem filio emancipato, curator à Prætore detur, an jure publico uti possit, & nihilo minus trium filiorum nomine vacationem postulare? Respondi, præmium quidem patri, quod propter numerum liberorum ei competit, denegari non oportere [27]: sed cum filio suo curator petatur, contra [28] naturales [29] stimulos facit, si tali excusatione utendum esse tentaverit.

De falsa allegatione, & de vitio pronunciationis.

XXXVII. SCÆVOLA [lib. II Responsorum.]

QUi testamento tutor datus fuerat, adito Prætore dixit, *se tres liberos habere*; adjecit præterea, *habenti patruum legitimum tutorem se vitiose tutorem datum:* Prætor ita decrevit, SI [30] LEGITIMUM TUTOREM HABENTI TUTOR DATUS ES, NON EST TIBI NECESSARIA EXCUSATIO: Quæro, cum nemo patruus impuberi tutor esset, an nihilo minus tutor remanserit? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, quamvis justas excusationis causas haberet, non tamen esse excusatum propter vitium [31] pronunciationis. §. 1. Item quæro, si adquievisset sententiæ, an ob id quod non gessit tutelam, utilis actio in hunc dari debeat? Respondi: si errore potius, quod se pro jure trium liberorum quod allegabat, excusatum crederet, quam malitia [32] ab administratione cessasset, utilem actionem [non] dandam.

De tempore excusationis.

XXXVIII. PAULUS lib. II Sententiarum.

QUinquaginta [33] dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet: peragendo enim negotio, ex die nominationis continui quatuor menses constituti sunt.

XXXIX. TRYPHONINUS lib. XIII Disputationum.

SI [34], cum ipse institueret [35] ut proferret excusationem, mora contradictionis [36] impeditus est, quo minus decreto liberaretur: excusationem recte probari.

De tutore cæco, surdo, muto, furioso, valetudinario. 1. De paupertate.

XL. PAULUS lib. II Sententiarum.

POst [37] susceptam tutelam, cæcus [38], aut surdus, aut mutus, aut furiosus, aut valetudinarius [39] deponere tutelam potest.

§. 1. Paupertas quæ operi [40] & oneri tutelæ impar est, solet tribuere vacationem.

De administrantibus rem Principum. 1. De Præfecto annonæ, aut vigilum. 2. De comitibus absentium reipub. causa. 3. De jure corporis vel collegii.

XLI. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

ADministrantes [41] rem Principum [42], ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela, itemque cura, tempore administrationis delata, excusantur. §. 1. Idemque custoditur in his qui Præfecturam Annonæ vel Vigilum [43] gerunt. §. 2. Eorum, qui Reipublicæ [44] causa absunt, comites [45], qui sunt intra statutum [46] numerum, de tutela quæ absentibus vel profecturis [47] delata est, excusantur, nam suscepta antea non deponunt.

§. 3. Qui [48] corporis [49] item collegii [50] jure excusantur, à collegarum filiorumque eorum tutela non excusantur: exceptis his [51], quibus hoc specialiter tributum est.

XLII.

---

73 Perpetua ea dicuntur, quæ eorum finem neque loci neque temporis habent. adde *l. fugitivi. 56. §. vicesimi. Judex.* quæ ab arbitrio, & mera voluntate Principis pendent. cum hi incertum quo tempore finantur. Perpetua intelligentur, quæ tempus limitatum non habent: perpetui censentur officiales Principis nisi quid aliud ex ipsa collationis officii possit colligi, veluti si Princeps dixerit, se ad beneplacitum suum uti pragmatici loquuntur, hoc est ad arbitrium suum, vel quamdiu ipse voluerit, officialem sibi adsumere: his enim verbis colligitur Principi animum fuisse & esse perpetui officii non conferendi.

74 Tutor qui decreto constituitur ad diversa patrimonia administranda, utriusque Judicis decreto constituendus est, unde notant de delicto in consimilibus commisso, utrumque Judicem simul cognoscere debere, ne contrariæ sententiæ in re eadem ferantur. Rem habentem bona in diversis territoriis, si ab uno bonis sit multatus, ab alio, seu apud alium, vel in alio territorio, bonis non esse multatum: unde rursus colligas, Bonis in uno territorio confiscatis non censeri confiscata in alio.

75 Tutor decernendus administrationi diversorum patrimoniorum, decerni per utrumque Judicem non per alterum debet. *Bald.*

76 Privilegio excusatus a tutela, excusatur etiam a tutela fratris. Ita privilegium excusationis tutelæ fratris conjunctione quavis potentius est. 77 *V. l. 2. C. de legitima tutela.* 78 Vide *l. 12. C. eod.* privilegii jus potentius est, quam naturæ. *Bald.*

79 *l. 6. ff. eod.* 80 Tres tutelæ excusant a quarta, quinta, & ulterioribus. Quid, si una ex tribus deficiat? quia hoc casu quarta reputatur tertia, quasi succedens in locum tertiæ, & quinta censetur quarta, quasi succedens in locum quartæ, in quarta quæ succedit loco tertiæ non erit excusatio, sed à quinta quæ succeffit in locum quartæ: quod obtinet, sive omnes tutelæ unius generis sint, puta omnes dativæ, sive diversorum generum, puta quædam dativæ, quædam testamentariæ. 81 Ita acceffit ei quarta quædam ac quinta tutela. 82 *Sub.* à quarta: idque puta propter numerum 3 tutelarum. 83 Hoc est, quarta tutela succeffit in locum tertiæ, cum primum una ex tribus tutelis finita est. 84 Ut ita ex quarta & quinta tutela prior ea censeatur cujus decretum prius est. Cujac. *ad l. 2. ff. eod.* 85 Ipso jure quis est tutor antequam excusetur. Cui rei hoc argumentum est, quod ei jam tutori excusatio competat, non ante. *l. Gaius. 16. ff. eod.* Ita si jus excusationis natum, antequam quis eo uratur, expiret, nihil proderit antea natum esse. Quippe omnis exceptio & excusatio tum demum spectanda est, cum proponitur, seu cum in judicium deducitur. Ante competiisse nihil juvat, si desiit postea competere. 86 Tutelam ex tribus finitam, in numero trium tutelarum non haberi paulo ante diximus, ut ea ratione quæ quarta decreta erat à Judice, in ejus locum succedat, & fiat tertiasque quinta quoque decreta erat ab eodem Judice, succedat in locum quartæ, & fiat quarta. De quo possit aliquis dubitare, ac tandem etiam dicere, Tutelam finitam, non eo finitam intelligi, quod finita sit ejus administratio: sed tum demum ac potius finitam, cum rationes plene fuerint redditæ. Cæterum hic rationes redditas non poni: proinde finitam quidem administrationem: at non finitam tutelam. Paulus contra existimat, finitam tutelam censeri, cum primum finita est administratio, etiam ante redditas rationes, cum primum periculum cessationis non sustinet tutor, finita hunc in modum una ex tribus tutelis, quartam succedere in ejus locum, qui desiit. 87 *Al.* hoc non exigi: *al.* hic non exigi.

88 Quod superiori capite dictum est de tutela quarta, & quinta decreta per Judices, idem obtinet in tutela quarta & quinta decreta per testatores. 89 In testamentis prius, & posterius non sumitur ex die testamenti vel apertis tabulis, sed ex die, ex quo actus (de quo quæritur) vires & effectum sumit. 90 Tutelæ dies testamentariæ non cedit à die mortis testatoris, aut apertis tabulis, sed ab adita ejus hereditate, vel conditione existente post additionem, *ut hic.*

91 Vide *l. 7. ff. de test. tut. l. 55. §. 2. ff. ad Treb.* 92 Si quarta & quinta tutelæ sint testamentariæ, & quarta subrogatur loco tertiæ, tutor statim atque notitiam habuerit, eam administrare tenebitur: ubi vero quinta loco quartæ, post elapsos dies excusationis. *vel ita*: Qui duas habet tutelas, deinde ad alias duas vocatur, tertiæ adstringitur, statim atque scivit se tutorem datum: quartæ vero post finitum tempus excusationis. 93 Qui tres tutelas habet, & unius tutelæ pupillos abstinet hereditate paterna, duas tantum tutelas habere videtur, ideoque aliam tutelam delatam agnoscere cogitur, *ut hic.* Cur duas tantum tutelas habere videtur? An quidem ejus tutelæ, cujus nomine pupillos hereditate patris abstinuit, habitus quidem tutor est, sed sine effectu, fingere, sine administratione, ut Baldus hunc locum accipere videtur? An quia, quo momento pupillos hereditate paterna abstinuit, eodem quasi depositse tutelam intelligitur, ut hoc loco dicitur? 94 Etiam una tutela (diffusa tamen habens negotia) sufficit ad excusationem aliarum. 95 *l. 17. ff. eod.* 96 Si tres sint fratres consortes, una est tutela: si tres dissortes, tres sunt tutelæ. Consortes fratres dicuntur, & socii, quibus communis domus, communiaque sunt patrimonia. Cujac. *hic. & 5 observ.* 19. Quid Consors & Dissors, dixi ad Festum in Dissortiones, adde *l. 14. C. de contr. empt.* 97 *Al.* fratrum. 98 Vide *l. 15. §. 15. ff. eod.*

99 Mater liberis suis tutorem dare non potest: qui tamen ita datus fuerit, confirmandus à Prætore erit, 100 Amittit. *l. 28. in pr. ff. de test. tut.* 1 Testatoris præceptum non servans, legatum ejus testamento relictum amittit. 2 Tutor testamentarius dicitur is, etiam qui confirmatus est à Judice. Quid ita? Judex ex se non confirmat, sed Judicium testatoris sequitur.

3 Hinc ortus Baldus, testamentarium tutorem confirmatum à Judice, testamentarium. dici, non dativum; quia Judex eum non ex se confirmat, sed ex patris judicio. 4 Vide *l. 4. ff. de confirm. tut.* 5 Alumnis ab eo, qui aluit, tutores dari confirmandi; adde quod de alumno scripsit *ad l. 1. C. qua res pignori.* 6 34 *Synopf. 1. cap. 21.* 5 Harmen. 11. §. 41. *l. 5. §. 2. ff. de his, quæ ut indig. l. pen. in fin. C. de bonatis. die ut ff. eod.* 7 Tutor vel curator inutiliter testamento datus, à Judice confirmandus, si se excusat à tutela, privatur legato sibi in eo testamento relicto (etiamsi ab extraneo aliquo tutor datus sit), nisi testator alias fuit legatum relicturus: quod non præsumitur, nisi ab eo dictum fuerit, *ut hic.* An idem est in tutore dato per Judicem? non idem. Quid, quæ hic dicta sunt de tutore se excusante, utrum locum habent, etiam in cessante ab administratione, vel suspecto remoto? Sic fane, *ut hic. & legib. seqq.*

8 Ita *Flor.* pro *tutela.* pariter ut *l. sæpe. 53. ff. de verb. sign. & l. 44. in fin. ff.*

9 *Sub.* utrum contemplatione tutelæ relictum sit, an non sit.

10 Distingue utrum præcedat tutela an legatum.

11 Hinc notat Baldus, Codicillos trahi ad mentem testamenti, & contra.

12 Vel sit verisimile eum voluisse. *l. tutor. 28. §. 1. 2. ff. eod.*

13 Sive præcedat, sive sequatur, præsumitur ratione tutelæ relictum, favore pupilli. 14 *d. l. 5. §. 2. ff. de his, quæ ut indign.*

15 Testator non videtur eum tutelam gerere voluisse, quem ipse tutorem non dedit.

16 Non credimus hominem aliquid velle nisi id quod dicit. *Bald.*

17 *Al.* contendens, male: sic enim Basilic. κέκτηται.

18 *l. 8. C. de administr. tut.*

19 Non præmio afficienda. *Bald.*

20 Commodum officii amittit, qui officio removetur propter culpam. *l. Mævia. 13. ff. de annuis.*

21 Electum eligenti præsumi amicum, Baldus hinc colligit: nisi chirurgus pestis tempore electus visitandis ægrotis, v. *Arr. ff.*

22 Licet tutor, qui se excusat à tutela, repellitur à legato, *l. 28. ff. de testam. tut.* non repellitur tamen à pupillari substitutione. Ratio? quia non intelligitur relinqui propter officium, quod relinquitur post illud depositum. *Bald.* Substitutio pupillaris confertur in tempus, quo finitur tutela.

23 Substitutus impuberi, potest ei tutor testamento dari, *ut hic.* at non a Judice, idque propter suspicionem successionis. *arg. l. 1. §. 1. ff. ubi pupillus. l. ult. C. ubi pupillus educari.*

24 Adde *casum l. 51. ff. de usufructu.*

25 Quia cum hic substitutio competat, & incipiat ubi tutela desinit, non intelligitur fieri contemplatione tutelæ.

26 Emancipatus filius stricto jure prodest patri, etiam ut excusetur à cura ipsius emancipati: naturali tamen aliud fuademur.

27 Privilegio, quod habeo propter te id est, propter liberos) utor contra te. *Bald.*

28 Et sic non potest se excusare: v. quæ scripsi ad *l. 1. C. de legit. tut.*

29 Naturales stimulos sequi debemus. *v. l. 15. §. 16. ff. eod.* adde *leg. 7. C. de in integr. restit minor.*

30 Sententia sub conditione inutiliter datur. *l. 1. §. 5. in fin. ff. quando appell.* 31 Quia tata est sententia sub conditione. *d. l. 1. §. 5.* 32 Errori, non malitiæ, subvenitur. *l. 32. in fin. ff. de cond. & demonst.* 33 *leg. 13. §. 1. §. 6. ff. eod.* 34 Exceptio legis superioris. 35 Id est, instaret, insisteret: sic constituere, est consistere. *in l. 11. §. 1. ff. de custod. reor. l. 19. in fin. ff. de adult.*

36 Adversarii: facit *l. ult. C. de jure fisc.* 37 *l. 11. ff. eod. l. 17. ff. de tutelis.* 38 *V. l. 9. C. eod. l. 1. C. qui morbo.* 39 Valetudinarius, cujus valetudo sæpius laborat. vide *l. 13. ff. de tutelis.*

40 Id est, administrationi. adde *l. 7. ff. eod.* 41 *l. 17. §. 5. l. 22. §. 1. ff. eod. l. 10. C. eod.*

42 §. 1. *Inst. eod.* vel fisci. 43 Adde *l. 8. §. 4. ff. eod.* 44 §. 2. *Institt. eod. l. 10. in pr. ff. hoc tit. l. 1. C. de professorib. & medicis.* 45 Comites eorum, qui Reipublicæ causa absunt, non excusantur à tutela jam suscepta, sed ab ea tantum quæ absentibus iis aut mox profecturis delata est. Ita privilegium excusationis transit ad comites, sicut ad ipsos dominos. 46 *l. 6. §. 3. ff. eod. l. ult. ff. eod.* 47 *l. 35. §. 8. ff. ex quibus causis majores.* 48 Corporati & collegiati Romæ urbis excusantur à tutela aliorum, at non à collegarum tutela: Nisi specialiter hoc sit eis tributum, *ut hic* (Ita privilegium collegii, non datur collegiato adversus collegiatum). vel nisi ultra centesimum milliarium ab urbe tutela sit gerenda. 49 *l. 17. §. 2. ff. eod. l. pen. in fin. C. eod.* 50 *l. ult. ff. eod.*

51 Puta urbicis. *d. l. ult. §. 1.*

XLII. PAULUS lib. sing. de Cognitionibus.

PLane ultra centisimum [51] miliarium [52] ab Urbe filiorum collegarum suorum tutelam suscipere non coguntur.

De liberto Senatoris.

XLIII. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

LIbertus [53] Senatoris, filiorum ejus tutelam administrans, ab aliis tutelis non excusatur [54].

XLIV. TRYPHONINUS lib. II Disputationum.

CUm [55] ex Oratione Divi Marci ingenuus [56] libertino tutor datus excusari debeat, eandem [57] excusationem competere etiam ei qui jus annulorum [58] impetrasset, Imperator Noster cum Divo Severo Patre suo rescripsit. §. 1. Ergo si pupillo libertino habenti jus annulorum, datus sit ingenuus tutor vel curator, consequens est, ut excusatio ejus ob hanc conditionum diversitatem [59] non debeat accipi. §. 2. At si, antequam pupillus vel pubes minor annorum vigintiquinque jus annulorum acciperet, Lucius Titius ei datus, ut ingenuus excusatus fuit, post impetratum beneficium denuo [60] eidem tutor curatorve dari poterit, exemplo eo, quo placuit, & rescriptum est, eum qui tempore, quod intra annum erat, ex quo Reipublicæ [61] causa abesse [62] desierat, excusatus fuit, præterito eo, ipsum suo [63] loco dari posse. §. 3. Et quamvis libertinus, qui Senatori patrono procurat [64], excusationem ab aliorum tutela habeat, iste tamen qui jus annulorum impetravit, qui in [65] ordinem [66] ingenuorum transit, tali excusatione uti non posset.

De absentia reipub. causa. 2. De jure liberorum. 3. De tutore Romæ dato. 4. De liberto qui gerere non potest.

XLV. IDEM lib. XIII Disputationum.

TItius filius meus, *quoad* [67] *Reipublicæ* [68] *causa non aberit, tutor esto:* gessit tutelam ex testamento delatam: deinde Reipublicæ causa abesse cœpit, & desiit: An, quasi nova tutela nunc delata, excusari debeat etiam ob absentiam Reipublicæ causa? an quia præcessit testamentum absentiam ob publicam causam, & est ab eo jam administrata tutela, non oporteat eum excusari? quid, si liberos interea susceperit, aut aliam excusationem paravit? Magis est, ut hæc una [69] tutela sit: ideo nec excusationem ei competere, nec agi tutelæ ob prius tempus posse. §. 1. Sed si ita scriptum in testamento fuit: *Titius tutor esto: cum* [70] *Reipublicæ causa aberit, tutor ne esto: cum redierit, tutor esto:* quid de excusatione aut ob absentiam Reipublicæ causa, aut aliam, quæ post obvenit, dici oporteat, videamus. † Præcedit autem alia quæstio: testamento [71] ex die vel sub conditione [tutores] dati, an se excusare ante diem conditionemve necesse habeant? & in primis an jam dies quinquaginta eis cedant, intra quos necesse est causas excusationis exercere? Sed verum est, non [72] ante esse tutorem, quam dies venerit: nam nec antequam [73] adita sit hereditas. Quia igitur ex eodem testamento jam gesta fuit tutela, & qui excusatus est alias, absturus Reipublicæ causa, reversus continuo hæret tutelis ante susceptis, etiam intra annum: sed hic ex ipso testamento desierit esse tutor: & ideo ex secunda tutela excusare se potest.

§. 2. Si à Prætore detur curator mente [74] capto, aut muto, sive ventri, excusatur jure liberorum. §. 3. Romæ datos tutores eos tantum accipere debemus, qui vel [75] à Præfecto Urbis, vel à Prætore, vel in [76] testamento Romæ [77] confecto, vel in continentibus [78] *ædificiis* dati sunt. §. 4. Si tanta [79] corporis aut mentis valetudine ab agendis rebus libertus prohibeatur, ut ne suis quidem negotiis sufficiat, necessitati [80] erit subcumbendum: ne impossibile [81] injungatur tutelæ munus, quod obiit à liberto non potest, cum incommodo pupilli, & adversus utilitatem [82] ejus.

De pistoribus. 1. De domicilio.

XLVI. PAULUS lib. singul. de Cognitionibus.

QUi in collegio [83] pistorum sunt, à tutelis excusantur: si modo per semet [84] pistrinum exerceant: sed non alios puto excusandos, quam qui intra [85] numerum sunt. §. 1. Urbici autem pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur [86].

§. 2. Sed & hoc genus excusationis est, si quis se dicit ibi domicilium [87] non habere, ubi ad tutelam datus est: Idque Imperator Antoninus cum D. Patre [88] significavit.

De pistoribus. 1. De domicilio.

XLVI. PAULUS lib. singul. de Cognitionibus.

QUi in collegio [83] pistorum sunt, à tutelis excusantur: si modo per semet [84] pistrinum exerceant: sed non alios puto excusandos, quam qui intra [85] numerum sunt. §. 1. Urbici autem pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur [86].

§. 2. Sed & hoc genus excusationis est, si quis se dicit ibi domicilium [87] non habere, ubi ad tutelam datus est: Idque Imperator Antoninus cum D. Patre [88] significavit.

51 *Pro centesimum. Hal. ut l.21. §. 2. ff. eod.*
52 De miliario alias sæpe dixi. v. *l.21. §.3. ff. eod.*
53 Vid. quæ not. ad *l.15. §. 8. ff. eod.*
54 Scribe igitur privilegium accipimus. *d. l.15.*
55 Argumentum ab ingenuo ad eum, qui jus aureorum anulorum impetravit.
56 *l.27. in fin. ff. de tutorib.*
57 Paria sunt, privilegio qualitatem inesse, & natura, *ut hic.* eodem privilegio fruuntur ingenui, & aureis anulis donati. Utrique excusantur à tutelis libertinorum.
58 §. 1.2. ff. *eod. l.14. §. 2. ff. eod.*
59 Diversa quidem est à natura conditio ingenui & libertini habentis jus aureorum anulorum, civili tamen jure, eadem: Ideoque hæc diversitas negligitur, & ea neglecta, recte tutor datur ingenuus libertino habenti jus aureorum anulorum.
60 Sententia retro lata non prodest statu mutato.
61 *l.10. ff. eod.*
62 V. *l.1. C. in quib. causis tutor. hab.*
63 In locum sui ipsius tutor dari potest.
64 *l.15. §. 8. ff. eod. l.13. C. eod. l.17. §. 1. ff. ad municip.*
65 In ordinem ingenuorum transit jure aureorum anulorum donatus.
66 Ordo alius est ingenuorum & libertinorum.
67 *Quoad & Donec* particulæ temporis in se spatium habent, non tamen conditionem quæ perpetuo rem extinguat, inducunt.
68 V. *l.1. C. in quibus causis tutorem habenti.*
69 *l.3. §.9. ff. tit. prox.*
70 Quoad reipublicæ causa. *Hal.*
71 Tutores ex die vel sub conditione testamento dari possunt.
72 Tutores ex die vel sub conditione dati se excusare non coguntur ante diem vel conditionem: & quidem intra quinquaginta dies excusationibus proponendis præfinitos. Quid ita? iidem nec ante aditam hereditatem coguntur se excusare.
73 *l.9. ff. de test. tut.* 74 Liberorum numero quis excusatur, ut ne curator mente capto, vel muto ventrive detur. 75 §.4. *Inst. de Attiliano tutore.* 76 Testamentaria tutela, dativa etiam dici potest. *ut hic.* 77 Locus testamenti insp iciendus est semper testatori: testamentum fieri debet ex consuetudine & solennitate loci ubi fit, non ex consuetudine loci ipsius testatoris. In testamentis & contractibus inspicitur locus, ubi actus ipse geritur, non agentium ipsorum, vel contrahentium. 78 *l.2. ff. de verb. sign.* 79 *l.10. §.8. ff. eod.* 80 Necessitati succumbendum. vide quæ notavi ad *l.8. §.9. ff. eod.* 81 Græci hoc loco eleganter, ἀνώγκην τῆς διαλύσεως ἰσοῤῥοπίαν ἐχὴν ἐπὶ θάτερα ὑπερλίπῃ. Cujac. 8 *ad Africanum.* 82 Nam in tutelis semper spectamus utilitatem pupilli. *l. utilitatem. 10. ff. de confirmando tutore.* 83 Pistores habuerunt Romæ suum collegium. vide *l.41. §.3. ff. eod.* 84 Vide quæ not. ad *l.6. §.1. & §.4. ff. eod.* 85 *l.41. §.2. ff. eod.*
86 Specialiter. *d. l.41. in fin.* 87 *l.10. §.4. ff. eod.* 88 Caracalla & Severus. Revard. *lib.3 variar. cap.10.* Ans.

TIT. II.

UBI PUPILLUS EDUCARI [1] VEL MORARI DEBEAT: [ET DE ALIMENTIS [2] EI PRÆSTANDIS.]

De Prætore adeundo. 1. De circumstantiis considerandis à Prætore. 2. De eo, qui recusat apud se educari.

I. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

SOlet Prætor [3] frequentissime [4] adiri, ut constituat, ubi filii vel alantur [5] vel morentur: non tantum in posthumis [6], vetum omnino in pueris. §. 1. Et solet ex [7] persona, ex conditione [8], [&] ex tempore statuere, ubi potius alendus sit: & nonnunquam à voluntate patris recedit [9] Prætor. Denique cum quidam testamento suo cavisset, *ut filius apud* [10] *substitutum educetur*, Imperator Severus rescripsit, *Prætorem æstimare debere, præsentibus cæteru propinquis* [11] *liberorum:* id enim agere Prætorem oportet, ut sine ulla maligna suspicione [12] alatur partus, & educetur.

§. 2. Quamvis autem Prætor recusantem apud se educari non polliceatur se coacturum, attamen quæstionis est, an debeat etiam invitum [13] cogere [14]: utputa [15] libertum, parentem, vel quem alium de adfinibus cognative? Et magis est, ut interdum debeat id facere. §. 3. Certe non male dicetur, si [16] legatarius vel heres educationem recuset testamento sibi injunctam, denegari ei actiones debere, exemplo [17] tutoris testamento dati. Quod ita demum placuit, si idcirco sit relictum: cæterum, si [18] esset relicturus, etiamsi educationem recusaturum sciret, non denegabitur ei actio: & ita Divus Severus sæpissime statuit.

De reputationibus tutoris admittendis. 1. De modo alimentorum.

II. IDEM [lib. XXXVI ad Edictum.]

OFficio judicis, qui tutelæ [19] cognoscit, congruit, *reputationes* [20] *tutoru* non improbas [21] admittere: utputa [22] si dicat, impendisse in alimenta pupilli, vel disciplinas [23]. §. 1. Modus autem, si [24] quidem Prætor arbitratus est, is servari debet, quem Prætor statuit: si vero Prætor non est aditus, pro modo [25] facultatium pupilli debet arbitrio judicis æstimari: nec enim permittendum est tutori tantum reputare, quantum dedit, si plus æquo dedit. §. 2. Hoc amplius, etsi Prætor modum [26] alimentis statuit, verumtamen ultra vires facultatium est, quod decretum est, nec suggessit [27] Prætori de statu facultatium, non debet ratio haberi alimentorum omnium: quia, si suggessisset, aut minuerentur jam decreta, aut non tanta decernerentur. §. 3. Sed si pater statuit alimenta liberis, quos heredes scripserit, ea præstando, tutor reputare poterit: nisi [28] forte ultra vires facultatium statuerit: tunc enim imputabitur ei, cur non adito Prætore desideravit alimenta minui.

6. De pupillis egenu. De alimentis diminuendis vel augendis.

III. IDEM lib. I de Omnibus Tribunalibus.

IUs alimentorum decernendorum pupillis Prætori competit: ut ipse moderetur [29], quam summam tutores vel curatores ad alimenta pupillis vel adulescentibus præstare debeant. §. 1. Modum [30] autem patrimonii spectare debet, cum alimenta decernit: & debet statuere tam moderate, ut [31] non universum reditum [32] patrimonii in alimenta decernat, sed semper sit [33], ut aliquid ex reditu supersit. §. 2. Ante oculos habere debet in decernendo & [34] mancipia [35] quæ pupillis deserviunt, & mercedes [36] pupillorum, & vestem, & tectum pupilli: ætatem [37] etiam contemplari in qua constitutus est, cui alimenta decernuntur. §. 3. In amplis tamen patrimoniis [positis] non cumulus patrimonii, sed quod exhibitioni [38] frugaliter [39] sufficit, modum alimentis dabit.

§. 4. Sed si non constat, quis modus facultatium sit, inter tutorem, & eum, qui alimenta decerni desiderat, suscipere debet cognitionem [40], nec temere alimenta decernere, ne in alterutram partem delinquat: prius tamen exigere debet ut profiteatur tutor, quæ sit penes se summa: & comminari graviores ei usuras [41] infligi ejus quod supra professionem apud eum fuerit comprehensum. §. 5. Idem ad instructionem quoque pupillorum, vel adulescentium, pupillarum, vel earum quæ intra vigesimum annum constitutæ sunt, solet decernere respectu facultatium, & ætatis eorum qui instruuntur. §. 6. Sed si egeni sunt pupilli, de suo eos alere tutor non [42] compellitur [43]; & si forte post decreta alimenta ad egestatem fuerit pupillus perductus, deminui debent quæ decreta sunt: quemadmodum [44] solent augeri, si quid patrimonio accesserit.

De alimentis pupillæ pupilli præstitu.

IV. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

QUi filium heredem instituerat, filiæ dotis nomine, *cum in familia nupsisset*, ducenta legaverat, nec quicquam [45] præterea, & tutorem eis Sempronium dedit: is à cognatis & [à] propinquis pupillæ perductus ad Magistratum jussus est alimenta [46] pupillæ, & mercedes, ut liberalibus [47] artibus institueretur, pupillæ nomine præceptoribus dare: pubes factus pupillus puberi [48] jam factæ sorori suæ ducenta, legati causa, solvit: Quæritum est, an tutelæ judicio consequi possit, quod in alimenta pupillæ, & mercedes à tutore ex tutela præstitum sit? Respondi, Existimo, etsi [49] citra Magistratuum decretum tutor sororem pupilli sui aluerit, & liberalibus [50] artibus institueret [51], cum hæc aliter ei contingere non possent, nihil eo nomine, tutelæ judicio, pupillo, aut substitutis pupilli præstare debere.

De causæ cognitione.

V. ULPIANUS lib. III de officio Proconsulis.

SI disceptetur, ubi morari, vel ubi educari pupillum oporteat, causa cognita id Præsidem [52] statuere oportebit. In causæ cognitione evitandi [53] sunt, qui pudicitiæ impuberis possunt insidiari [54].

De absentia tutoris.

VI. TRYPHONINUS lib. XIV Disputationum.

SI absens sit tutor, & alimenta pupillus desideret: si quidem negligentia, & nimia [55] cessatio in administratione tutoris objiciatur, quæ etiam ex hoc arguatur, quod per absentiam ejus deserta derelictaque sunt pupilli negotia, evocatis [56] adfinibus atque amicis [57] tutoris, Prætor, edicto proposito, causa cognita, etiam absente tutore, vel removendum eum qui dignus tali nota videbitur, decerner, vel adjungendum curatorem: & ita, qui datus erit, expediet alimenta pupillo. † Si vero necessaria absentia tutoris & improvisa acciderit (forte [58] quod subito ad cognitionem [59] principalem profectus, nec rei suæ providere nec consulere pupillo potuerit), & speratur redire, & idoneus sit tutor, nec expediat alium adjungi, & pupillus alimenta de re sua postulet, recte

16 Pœna hæc est legatarii, heredis vel tutoris, pupillum apud se educare recusantis, ut denegentur ei actiones ex testamento.
17 *l.28. §.1. ff. tit. prox. l.28. ff. de test. tut.* Argumentum a tutela ad educationem. vide quæ scripsi ad *l.1. C. ubi pupilli.*
18 *l.32. l.33. l.34. ff. de excusat.*
19 *Al.* de tutela.
20 *l.3. ff. eod. §.2. Inst. de obl. ex quasi contractu.* Expensas tutorum non improbas judex officio suo admittit.
21 *l.2. C. de alimentis.*
22 Expensæ non improbæ dicuntur, quæ vel in alimenta pupilli, vel disciplinas factæ.
23 *d.l.2.*
24 Expensarum in educando pupillo modum priore loco penimus ex ipsius judicis decreto: si id dictum non sit, ex facultatum modo præstandas esse dicimus judicis arbitrio.
25 *l.12. §.5. ff. de religiosis. l.12. §.3. ff. de admin. tut.* Goth. Expensæ tutoris quo modo reputentur ac probentur, vide Garf. *de expens. cap.20.* Montan. *de tutel. cap.30. n.1.* Ans.
26 *l.3. ff. eod.*
27 Id est, nec instruxit aut admonuit Prætorem de facultatibus pupilli.
28 Voluntas patris alimenta filiis suis decernentis non semper servatur. *Accurs.* quid enim si ultra facultates alimenta statueret testator?
29 *l.2. in princ. §.1. ff. eod.* Goth. Vid. Leon. *emend. lib.3. cap.11. n.7.* Ans.
30 *d.l.2. §.1.*
31 Expensas qui præstat, id semper spectare debet, ut minor sit expensa quam reditus: ut plus sit in reditu, quam in expensa.
32 Expensæ pro reditu patrimonii fieri debent.
33 Sumptus faciendi sunt, ut aliquid supersit. *v. l.24. §.2. ff. solut. matrim.*
34 In expensis pupillorum spectamus expensas etiam mancipiorum ejus, mercedum, vestis, tecti, ætatis ejus.
35 *l.12. §.3. ff. de administ. tut.*
36 Quæ aliis præstantur pro pupillis. Mercedum autem nomine hic intelligi videntur alimentorum mercedes.
37 Nec enim in pueros tanti sumptus faciendi, quanti in majores, & ætate proveetiores. *l.10. in fin. ff. de alim.*
38 Alimenta: est enim exhibere idem quod alere. 39 Frugaliter, est quanti virum frugi & bonum virum æstimare oportet. Baldo frugaliter est competenter: Alberico, large. 40 Causæ cognitio in litigiosis adhibenda.
41 *l.7. §.8. ff. de administ. tut.* 42 Tutor egenos pupillos alere non tenetur. 43 Sed nec tutorem egenum pupilli alere tenentur. *l.33. in fin. ff. de admin. tut.* 44 Augmenti & deminutionis eadem est ratio. Ut augetur & minuitur pupilli reditus, ita augere & minuere pupilli sui vel adulti expensas tutor & curator potest. 45 Id est, non reliquerat ei alimenta. *Goth.* Vide Revard. *conjectan. lib.2. cap.19.* Ans. 46 Non idem est in dote. *l.12. §.3. l.13. §.2. ff. de admin. tut.* 47 Liberales artes quæ dicantur, vide in *l.1. ff. de extr. cognit.* 48 Dos relicta alicui nupturæ, ei debetur, cum est nubilis ætatis, hoc est 13 annorum, licet nondum nupserit. vide Cynum in *l. foncimus. 24. C. de nupt.* Bartolum in *l. Titio centum. 71. §. Titio genero. ff. de cond. & demonst.* 49 Frater tenetur alere sororem nondum nubilem: cui in tempus nubendi pater dotem reliquit; interim eam alere tenetur. 50 De quibus v. *l.1. ff. de extr. cognit.* 51 Alere qui alium tenetur jure naturæ, eundem & liberalibus artibus instituere cogitur. Ita alimentorum verbo artes, eruditio, atque disciplinæ continentur, si quis alium jure naturæ alere tenetur: secus, si testamento. 52 *l.1. ff. eod. l.1. C. eod.* 53 Privignos non cogi cum noverca suis habitare hinc colligunt ob earum consueta odia. *l.4. ff. de inofficios.* facit *l.17. in princ. ff. de adopt.* Sequestrum fieri debere, quoties partes mutuas sibi tendunt insidias, Baldus hinc colligit. 54 Tales sunt novercæ. 55 *l.3. §.14. ff. de suspectis.* 56 Adde *l.5. ff. quibus ex caus. in possess.* Absentem adversus indefensum quoties lis instituitur, vocandi sunt cognati & affines ejus.
57 *l.223. ff. de verb. sign.* 58 Casus improvisus est, factum Principis: quippe quoties jubet, parendum, & quidem rebus propriis etiam relictis. 59 *l.41. ff. de excusationibus.*

1 V. C. XLIX.
2 V. C. L. *Goth.* Hanc materiam vid. apud Menoch. *de arbitrar. jud. cent.2. cas.168.* Cravett. *consil.18. n.11. & consil.190. num.2.* Roman. *consil.344. n.2.* Grammat. *decis. 55.* Montan. *de tutel. cap.32. reg.9. num.230.* Ans.
3 Et præses. *l.5. ff. eod. l.1. C. ubi pupilli.*
4 Tituli à frequenti usu commendantur.
5 *l.1. l.2. C. ubi pupill.*
6 Posthumorum etiam educandorum curam habet Judex. *l.2. C. ubi pupilli.* 7 Circumstantiæ personarum, conditionum & temporis judici semper spectandæ. 8 *d.l.2.* 9 Ut hic & alias. *l.14. §.6. ff. de religiosis. l.5. §.9. ff. de administ. tutor.* 10 V. *l.36. ff. de excusat.* 11 Facit *l.18. in fin. C. de mort. v. l.5. ff. quib. ex causis in possess.* 12 *l.2. C. eod.* 13 Invitum apud se educare pupillum interdum cogit Prætor.
14 *l.1. C. ubi pupilli.* 15 Vide quæ scripsi ad *l.3. §.1. ff. de arbitris.*

recte constituetur ad hoc [80] solum, ut ex re pupilli alimenta expediat.

Tit. III.

DE TUTELA [1] ET RATIONIBUS [2] DISTRAHENDIS [3], [4] TUTILIS [4] CURATIONIS CAUSA ACTIONE.

De Actione tutelæ. De factis vel omissis. De dolo, culpa & diligentia. 1. *De mortis causa.* 2. *Vel non mortis causa donatione.* 3. *De rationibus.* 4. *De matre aliis.* 5. *De munere nuptiali.* 6. *De alimentis statutis tutori.* 7. *Vel servis, vel libertis, vel aliis hominibus liberis.* 9. *De sumptibus litis & victus.* 10. *Quatenus plures tutores teneantur.* 16. *De successoribus tutoris,* 17. *Vel pupilli.* 18. *De actionibus tutori mandandis.* 19. *De rationibus distrahendis. De genere tutelæ.* 20. *Quid veniat in hanc actionem.* 21. *De actione tutelæ & rationibus distrahendis, & furti.* 23. *De successoribus.* 24. *De tempore hujus actionis.*

1. ULPIANUS lib. XXXVI ad Edictum.

IN omnibus [5] quæ fecit tutor, cum facere non deberet, item in his quæ non fecit [6], rationem reddet hoc judicio: præstando dolum, culpam [7], & quantam in rebus suis diligentiam.

§. 1. Unde quæritur apud Julianum libro XXI Digestorum, si tutor pupillo auctoritatem ad mortis causa donationem [8] accommodaverit, an tutelæ judicio teneatur? Et ait, teneri eum: nam sicuti [9] testamenti factio (inquit) pupillis concessa non est, ita nec [10] mortis [11] quidem causa donationes permittendæ sunt [12].

§. 2. Sed & si non mortis causa donaverit tutore auctore, idem Julianus scripsit, plerosque quidem putare, non valere donationem: & plerunque ita est sed [13] nonnullos casus posse existere, quibus sine reprehensione tutor auctor fit pupillo ad deminuendum, decreto scil. interveniente: veluti si matri [14], aut sorori, quæ aliter se tueri non possunt, tutor alimenta præstiterit: nam cum [15] bonæ fidei judicium sit, nemo feret (inquit) aut pupillum aut subститutum ejus quærentes, quod tam conjunctæ [16] personæ aliæ sint. Quinimo per contrarium putat posse cum tutore agi tutelæ, si tale officium prætermiserit. §. 3. Officio tutoris [17] incumbit, etiam rationes [18] actus sui conficere [19], & pupillo reddere [20]: cæterum, si non fecit, aut si factas non exhibet, hoc nomine judicio tutelæ tenebitur [21]. De servis quoque interrogationes, sed & quæstiones habendas, & hoc officio judicis [22] convenire placuit: nam D. Severus decrevit, cum neque inventaria neque auctionalia [23] proferentur, remedio eo uti debere, ut rationes à servis qui rem gesserant, proferantur: has rationes si esse mala fide conscriptas à servis dicunt tutores, etiam in quæstionem servi interrogari poterunt. §. 4. Præterea si matrem [24] aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse: sed est verius, non, nisi perquam egenti dedit, imputare eum oportere de largis facultatibus pupilli: utrumque [25] igitur concurrere oportet: ut & mater egena [26] sit, & filius in facultatibus positas. §. 5. Sed si munus [27] nuptiale matri pupilli miserit, non eum pupillo imputaturum [28] Labeo scripsit: nec perquam necessaria est ista numeratio. §. 6. Si pupillis tutores pater dedit, inter quos & libertum suum, perque eum voluerit tutelam administrari, & tutores certam summam ei statuerunt, quia aliter se exhibere non poterat: habendam ejus rationem quod statutum est, Mela existimat. §. 7. Ergo & si ex inquisitione propter rei notitiam fuerit datus tutor, eique alimenta statuerint contutores: debebit eorum ratio haberi, quia justa causa est præstandi. §. 8. Sed & si servis [29] cibaria præstiterit, vel libertis, scilicet rei pupilli necessariis, dicendum est, reputaturum. Idemque & si liberis hominibus, si tamen ratio præstandi justa intercedat. §. 9. Item sumptus [30] litis tutor reputabit, & viatica, si ex officio necesse habuit aliquo excurrere, vel proficisci. §. 10. Nunc tractemus, si plures tutelam pupilli administraverint, pro qua quisque eorum parte conveniendus sit? §. 11. Et, si quidem omnes simul gesserunt tutelam, & omnes [31] solvendo sunt, æquissimum erit [32], dividi [33] actionem inter eos pro portionibus virilibus [34], exemplo [35] fidejussorum. §. 12. Sed & si non omnes solvendo sint, inter eos qui solvendo sunt, dividitur actio: sed prout [36] quisque solvendo est, poterunt conveniri. §. 13. Et si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus præstiterit, vel ex communi gestu, nec ei mandatæ sunt actiones, constituturum est à Divo Pio, & ab Imperatore Nostro, & Divo Patre ejus, utilem [37] actionem tutori adversus contutorem dandam. §. 14. Plane, si ex dolo communi conventus præstiterit tutor, neque mandandæ sunt actiones, neque utilis competit: quia proprii delicti pœnam subit: quæ res indignum eum fecit, ut à cæteris quid consequatur doli participibus: * nec enim ulla societas [38] maleficiorum [39], vel communicatio justa damni ex maleficio [est]. §. 15. Usque adeo autem ad contutores non venitur, si [40] sint solvendo contutores, ut prius ad Magistratus, qui eos dederunt, vel ad fidejussores veniatur: Et ita Imperator noster Ulpio Proculo rescripsit. Quod enim Marcellus lib. VIII Digestorum scripsit, quodque sæpissime rescriptum est, quamdiu [vel] unus ex tutoribus idoneus est, non posse ad Magistratus qui dederunt veniri, sic erit accipiendum, si [41] non contutor ob hoc conveniatur, quod suspectum facere vel satis exigere noluit. §. 16. Hanc actionem etiam in [42] heredem tutoris competere constat. §. 17. Sed & heredi [43] pupilli æque competit, similibusque [44] personis. §. 18. Non tantum ante condemnationem, * sed etiam post condemnationem * desiderare tutor potest, mandari sibi actiones [45] adversus contutorem pro quo condemnatus est. §. 19. Rationibus distrahendis [46] actione non solum hi tenentur tutores qui legitimi fuerunt, sed omnes qui jure tutores sunt, & gerunt tutelam.

§. 20. Considerandum est in hac actione, utrum pretium rei tantum duplicetur [47], an etiam quod pupilli interfit? Et magis esse arbitror, in hac actione quod interest non venire, sed rei tantum æstimationem [48]. §. 21. In tutela ex una obligatione duas esse actiones [49] constat: & ideo, sive tutelæ fuerit actum, [de] rationibus distrahendis agi non potest: sive contra, tutelæ actio, quod ad speciem istam, perempta est. §. 22. Hunc tamen tutorem qui intercepit pecuniam pupillarem, & furti teneri Papinianus ait: qui, & si furti [50] teneatur, hac actione conventus, furti actione non liberatur: nec enim eadem est obligatio furti ac tutelæ, ut quis dicat plures esse actiones ejusdem facti, sed plures obligationes: nam & tutelæ & furti obligatur. §. 23. Hanc actionem [51] sciendum est perpetuam esse, & heredi, similibusque personis dari ex eo, quod vivo pupillo captum est. † Sed in heredem cæterosque successores non dabitur: quia [52] pœnalis [53] est. §. 24. Hæc actio tunc competit, cum & tutelæ actio [est], hoc est finita [54] demum tutela.

De causa actionis. 1. De actione furti, & condictione furtiva. 2. Quid persequitur hac actio de rationibus distrahendis.

II. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

ACtione [de] rationibus [55] distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit. §. 1. Quod si furandi animo fecit, etiam furti tenetur [56]. Utraque autem actione obligatur, & altera alteram non tollet. Sed & condictio ex furtiva causa competit: per quam si consecutus fuerit pupillus quod fuerit ablatum, tollitur hoc judicium: quia nihil absit pupillo. §. 2. Hæc actio licet in duplum [57] sit, in simplo rei persecutionem continet, non tota dupli pœna est.

De actione tutelæ. Si incertum sit quantum tutori curatorive debeatur.

III. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI tutelæ aut negotiorum gestorum agatur, incerto [58] hoc, quantum ab adversariis debetur tutori procuratorive: arbitratu judicis cavendum est, quod eo nomine eis absit.

Quando agi potest. 1. De emancipatione tutoris. 2. Si impubes agat. 3. De curatore furiosi.

IV. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

NIsi finita [59] tutela sit, tutelæ agi non potest. † Finitur autem non solum pubertate [60], sed etiam morte [61] tutoris vel pupilli [62]. §. 1. Filiumfamilias emancipatum, si tutelam [63] administret, etiam directo teneri Julianus putat. §. 2. Si adhuc impubes tutelæ agat, nihil consumitur. §. 3. Cum furiosi curatore non [64] tutelæ sed negotiorum gestorum actio est: quæ competit etiam [65] dum negotia gerit: quia [66] non idem in hac actione, quod in tutelæ actione, dum impubes est is cujus tutela geritur, constitutum est [67].

De deposito.

V. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

SI tutor [68] rem sibi depositam [69] à patre pupilli vel commodatam non reddat: non tantum commodati, vel depositi, verum [70] tutelæ quoque tenetur: &, si [71] acceperit pecuniam ut reddat, plerisque placuit, eam pecuniam vel depositi vel commodati actione repeti vel condici posse. Quod [habet rationem: quia] turpiter accepta sit [72].

De dolo & emancipatione tutoris.

VI. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

SI filiusfamilias [73] tutelam administraverit, & liberatus patria potestate dolo aliquid fecerit: an actio tutelæ Patrem [quoque] hoc nomine teneat? quæritur. Et æquum est, ut [74] cum duntaxat dolum pater præstet, qui commissus est ante emancipationem filii.

De causa hereditaria. 1. De captivitate tutoris.

VII. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

SI pupillus heres [75] exstiterit ei, cujus tutelam tutor suus gesserat, ex hereditaria causa cum tutore suo habebit actionem.

§. 1. Si tutor in hostium potestatem pervenerit, quia [76] finita tutela intelligitur, fidejussores, qui pro eo rem salvam fore sponderint, & si quis exstat defensor [77] ejus, qui paratus est suscipere judicium tutelæ, vel si quis [sit] curator [78] bonis ejus constitutus, recte convenientur [79].

VIII. PAPINIANUS lib. XXVIII Quæstionum.

QUamvis jure postliminii tutelam pristinam possit integrare [80].

De absentia Reip. causa. 1. Si pupillus frater perfectæ ætatis esse cœperit. 2. De conditione. 3. De die. 4. Si tutor desiit, & iterum cœpit esse. 5. De curatore adjuncto. 6. De tutore confiscato. 7. De cæteris actionibus præter tutelæ.

IX. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

SI tutor Reipublicæ causa abesse cœperit, ac per hoc fuerit excusatus [81], quod Reipublicæ causa aberit: tutelæ [82] judicio locus est. Sed si desierit Reipublicæ causa abesse, consequenter desinit qui in locum ejus datus est, & tutelæ conveniri poterit.

§. 1. Si duobus impuberibus fratribus tutor datus sit, & alter eorum in legitimam [83] tutelam fratris sui perfectæ [84] ætatis constituti recidit [85], eum qui datus [86] esset, tutorem esse desisse Neratius ait. Quia igitur desinit, erit tutelæ actio etiam ex persona impuberis:

---

1 Actione fiat, quæ arbitrium dicatur, v. C. 1. 1. quod hujus judicii potestas omnis fiat in arbitrio judicantis.

2 *l.* 1. §. 3. 19. *l.* 2. *ff. eod.* 27 Ecl. 7. 38 *Isidor.* 3.

3 Actione, quæ est arbitraria: & instituitur adversus eum, qui rationes pupilli distraxit, id est, perturbavit dolo malo. vide *l.* 1. §. 19. *ff. eod. l.* 14. *C. eod.*

4 V. *l.* 24. *ff. eod.* adversus eum, qui non gessit.

5 In actionem tutelæ venit factum, non factum, dolus, culpa, & diligentia tutoris.

6 Quæ faceret idoneus paterfamilias. *l.* 10. *ff. de administr. tut.*

7 Sed. levem: 8 *l.* 22. *l.* 46. *in fin. ff. de administr. tut. l.* 13. *ff. de curat. furios. l.* 16. *C. de administr. tut.* vide *tit. C. si adversus donat.*

9 Argumentum à testamento ad donationem causa mortis valet prohibitive. Hinc etiam colligunt, mortis causa donationem ultimæ voluntati magis accedere, quam contractui, *ut hic.* Si modo formam & modum spectes, non personam. Quippe contrahere pupillus tutore auctore potest: donare non potest, *ut hic.* Hoc addendum, filiumfamilias, non pupillum tamen, donare causa mortis posse, patris consensu. *Bald.*

10 Argumentum à testamento ad donationem causa mortis observa.

11 Mortis causa donare minores non possunt.

12 Imo permittitur iis, qui testamentum facere possunt, *l.* 25 *ff. de mort. causa donat.* vide Graffum, §. *donatio mortis causa. qu.* 4.

13 Tutor certis casibus diminuere potest patrimonium pupilli. At quomodo? decreto judicis: si matri aut sorori pupilli prorsus egenis alimenta suppediter. Quinimo agi eo casu adversus tutorem potest, si tale officium prætermiserit.

14 Adde *l.* 21. *ff. soluto. l.* 13. §. 2. *ff. de administr. tut.* adde *l.* 4. *ff. tit. proximo.*

15 Tutela bonæ fidei judicium est. §. 28. *Inst. de actionibus.*

16 Conjunctis personis multa debemus, quæ extraneis non debemus. 17 Cujuscunque, ut & curatoris, & negotiorum gestoris, *l.* 2. *ff. de negotiis.* procuratoris ad lites, ad negotia, *l.* 46. §. 4. *ff. de procuratorib.* orphanotrophi, seu hospitalarii. *Novell* 131. *c.* 15. heredis gravati fideicommisso, *l. ult. C. de jure deliberandi.* Bart. ad *l.* 72. §. 2. *ff. de condit. & demonstr.* servi institoris, socii, fratris administrantis bona communia, patris negotia filii gerentis, officialis publici, notarii, argentarii, quæstoris publici, vide Roland. a Valle, 1 *cons.* 49. commissarii, curatoris bonis dati, missi in possessionem, usufructuarii. 18 Inventarium, repertorium bonorum pupilli, *l.* 7. *ff. de administr. tutor.* libros expensarum pupilli nomine factarum, *argum. l.* 2. *ff. tit. proxim.* auctionalia seu rationalia, *vide. de servo. ff. eod.* Ita tutor rationum codicem conscribere, & in eum referre omnes expensas pupillares debet. 19 *l.* 7. *l.* 46. §. 5. *ff. de administr. tut.* plene, sufficienter. *l.* 10. §. 2. *ff. de edend.* 20 Edere nec ferendus est, si eas se amisisse dixerit, quia ejus officium est eas diligenter custodire. adde §. *ult. Inst. de Attil. tutor.* 21 Jurabitur quoque in litem eo casu, *l. ultim. C. de in litem jurand.* nam qui non facit, quod ex officio suo debet, in dolo est præsumpto. vide Mol. 1 *consuet. part.* 1. §. 6. *gl.* 6. *num.* 34. *ad* 38. 22 Tortura petitur fieri officio judicis. *Bald.* 23 Rationalia instrumenta auctionis. 24 *l.* 13. §. 2. *ff. de admin. tut.* 25 Vide *l.* 5. §. 13. *ff. de agnosc. lib. l.* 1. *C. de alend. lib.* 26 *Synopsis Basilic.* 37. *tit.* 11. *lib.* 38. *tit.* 2. & 3. *cap.* 2.

27 *d. l.* 13. §. 2. *de administr. tut.* 28 Imo imputabit. *l.* 12. §. *penultim. ff. de administrat. tut.* 29 Vide *l.* 3. §. 2. *ff. tit. proxim.* 30 *l.* 13. *in fin. ff. de administr. tut. l.* 10. §. 9. *ff. mandati.* 31 Tempore depositi officii. *l.* 3. *C. de probat.* 32 *l.* 38. *ff. de administr. tut. l.* 6. *C. arbitr. tut. l. ultim. ff. rem pup.* 33 Imo non dividetur. *l.* 2. *C. de divid. tut.* 34 Viriles portiones fiunt, quotiescumque viritim res distribuitur, κατ' ἀνδρα, *Glossæ.* 35 *l. ultim. C. de constituta pecunia.* 36 §. 15. *ff. eodem.* 37 *l.* 20. *ff. eodem.* 38 Societas non est communio, sed per societatem inducitur justa communicatio lucri & damni: dixi ad *l.* 63. *ff. pro socio.*

39 *l.* 57. *ff. pro socio. l.* 35. §. 2. *ff. de contrab. empt. l.* 70. *in fin. ff. de fidejussoribus.* 40 §. 12. *ff. eod.* vide *l.* 3. *C. de probat.* si non sint solvendo: Ita legit Cujac. ad *tit. C. de divid. tut.* Goth. De vero intellectu hujus §. vide Hartmann. Pistor. *quæst.* 5. Ans. 41 *Al.* si contutor. Ita Cujac. ad *tit. C. de dividenda tutela.* & in *l. ult. C. de pericul. nominatorum. libr.* 11. *ex Hugolin.* 42 Vide *l.* 3 *C. de heredib. tut.*

43 *l. ff. ff. eod. l.* 12. *C. eod. l.* 2. *in fin. C. comm. de succ. ff.*

44 Creditoribus. *l.* 18. *ff. eod.*

45 *l.* 20. *in fin. ff. eod. l.* 25. *in fin. l.* 39. §. 4. *ff. de admin. tut. l.* 2. *C. de divid. tut. l.* 2. *C. de contrar. jud. tut.*

46 Vide *l.* 2. *ff. eod.*

47 *l.* 2. *in fin. ff. eod. v.* Paul 2 *sentent.* 30. & *ibid.* Cujac. *l.* 55. §. 1. *ff. de administ. tut.*

48 Quæ minus quiddam contineat quam id quod interest. *l.* 2. §. 3. *ff. eod.*

49 Tutelæ scilicet, & rationibus distrahendis. Illa finita tutela, ut rationes dentur & reddantur: hæc etiam finita tutela, in duplum cum eo, qui in gerenda tutela pecuniam intercepit, vel quam rem aliam pupilli abstulit, avertit, subripuit, agitur: hac fere formula, quod ex rationibus pupilli abest. Concurrit cum ea furti actio. vid. Cujac. *hic.*

50 *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* adde *l.* 55. §. 1. *ff. de admin. tut.*

51 De rationibus distrahendis scil.

52 *l.* 1. *ff. de privat. delict.*

53 In duplum. *l.* 2. *in fin. ff. eod.*

54 V. *l.* 4. *ff. eod.*

55 Vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 19. 21. *ff. eod.*

56 *l.* 1. §. 22. *ff. eod. l.* 33. *ff. de furt.*

57 Vid. *l.* 1. §. 20. *ff. eod.*

58 Ab obligatione conditionali quis conservatur indemnis, non per solutionem, sed per idoneam satisdationem. Bald. ad *l.* 13. §. 5. *ff. de pignoribus.*

59 *l.* 1. *in fin. ff. eod. l.* 9. §. 2. *l.* 18. *in fin. ff. eod. l.* 3. §. 6. *ff. de susp.* vide Cujac. in hanc leg. 17 *obs.* 7.

60 Vide quæ dixi ad *l.* 1. *C. quando tutores esse desinant.*

61 Eveniente ante pubertatem pupilli.

62 §. 3. *Instit. quib. mod.*

63 *l.* 11. *ff. eod.*

64 Curator furiosi non tutelæ, sed negotiorum actione tenetur.

65 *l.* 16. *ff. eod. l.* 26. *ff. de admin. tut.*

66 Curatoris furiosi, à tutore & curatore adulti hæc differentia est: Ille, dum gerit negotia, convenire potest negotiorum gestorum: Hi, dum gerunt negotia, neque tutelæ neque curæ conveniuntur, *ut hic.* Cur tam varie? In pupillis & adultis certum tempus est ac finitum: In furiosis nullum.

67 In pupillo & adulto tempus certum est; in furioso, non æque. *Accurs. Bald.*

68 Debitor patris. *l.* 5. §. 4. *ff. de adm. & peric. tut.*

69 *l.* 2. §. 1. *l. ult. ff. de condict. ob turp. l. ult. ff. depos.*

70 Tutor aliis pluribus judiciis teneri potest, quam tutelæ, *ut hic.* tenetur commodati & depositi.

71 Solvendi officium sustinens, si nomine solutionis aliquid recipit, turpiter facit, idque restituere tenetur: quod adversus Thesaurarios Regum & Principum summe notandum est: Solent enim hi vel ipsi, vel per interpositos subtilitatis, solutionis nomine nonnulla exigere.

72 *d. l.* 2. §. 1. *ff. de condict. ob turp.* 73 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.* 74 Fidejussio, qua pater pro filio obstringitur juris necessitate, finitur filio sui juris facto. 75 *l.* 1. §. 16. *ff. eod.* 76 Tutela finitur tutore ab hostibus capto. 77 Hinc collige valere judicium contra captum ab hostibus. *Bald.* 78 *l.* 15. *ff. ex quibus caus. major. l.* 6. *in fin. ff. de tutelis.* 79 Fictio superveniens non extinguit judicium, interim recte agitatum: nec impedit jus agendi. *Bald.* 80 §. 2. *Inst. de Attiliano.* 81 *l.* 11. §. 2. *ff. de minoribus.* 82 Tutelæ intermissio facit censeri tutelam denuo receptam novam tutelam esse. 83 Pubes impuberi fratri tutor est legitimus. *l.* 19. §. 1. *ff. ad Velleian.* 84 Perfecta ætas annorum 25. 85 Reciderit. *Hal.* 86 Datur enim tutor. *l.* 12. *ff. de tutelis. l.* 3. §. 10. *ff. de suspectis.* Imo curator. §. 2. *Inst. de excus. tut.*

puberis: quamvis si testamento datus fuisset, non desineret [88] esse tutor ejus, qui adhuc erat impubes: quia * semper legitima tutela testamentariæ cedit [89]. §. 2. Si testamento sub conditione tutor datus sit, deinde alius medio tempore ex inquisitione: dicendum est locum esse tutelæ judicio, existente conditione, quia tutor esse desinit. §. 3. Sed & si quis testamento usque ad tempus fuerit datus, idem erit dicendum. §. 4. Et generaliter quod traditum est, *pupillum cum tutore suo agere tutelæ non posse*, hactenus verum est, si eadem tutela sit * [90]: absurdum enim erat, à tutore rationem administrationis negotiorum pupilli reposci, in qua adhuc perseveraret [91]: in qua autem desinit tutor, & iterum cœpit esse, sic ex pristina administratione tutelæ debitor est pupillo, quomodo si pecuniam creditam à patre ejus accepisset. Quem igitur effectum hæc [ex] sententia habeat, videamus? Nam, si solus tutor est, utique ipse secum non aget: sed vel per specialem [92] curatorem conveniendus est, vel pone eum contutorem [93] habere, qui possit adversus eum judicem accipere: ex qua causa cum eo tutelæ agi potest. Quinimo si medio tempore solvendo esse desierit, imputabitur contutoribus, cur non egerunt cum eo. §. 5. Si [94] tutori curator sit adjunctus, quamvis suspecto postulato, non cogetur tutelæ judicium tutor suscipere: quia tutor maneret.

§. 6. Sed & si [95] fuerit tutor confiscatus [96], adversus [97] fiscum dandam esse actionem constat ei qui loco ejus curator datus sit, vel contutoribus ejus. §. 7. Cæteræ actiones, præter [98] tutelæ, adversus tutorem competunt [99], etsi adhuc tutelam administrant, veluti furti, damni, injuriæ, condictio [100].

x. Paulus lib. viii brevis Edicti.

Sed non dantur [1] pupillo, dum tutor tutelam gerit: quamvis enim morte tutoris intereant, tamen pupillus cum herede ejus actionem habet: quia sibi solvere [2] debuit [3].

De emancipatione tutoris.

xi. Ulpianus [lib. xxxv ad Edictum].

Si filiusfamilias tutelam administraverit [4], deinde [5] fuerit emancipatus [6], remanere eum tutorem Julianus ait: & cum pupillus adoleverit, agendum cum eo [7], ejus quidem temporis quod est ante emancipationem, in quantum facere potest, ejus vero quod est post emancipationem, in solidum: cum patre vero duntaxat de peculio [8]: manere enim adversus eum etiam post pubertatem de peculio actionem: neque enim ante annus cedit, intra quem de peculio actio detur, quam tutela fuerit finita.

xii. Paulus [lib. viii Brevis Edicti].

Filius autem tutor propter hoc suum factum [9] cum patre agere non potest ante pubertatem: quia [10] nec finita tutela hoc ab eo exigi potest.

De pubertate.

xiii. Ulpianus lib. xxxv ad Edictum.

Si tutor post pubertatem pupilli negotia administraverit, in judicium tutelæ veniet id tantum, sine [11] quo administratio tutelæ expediri non potest: si vero post pubertatem pupilli is qui tutor ejus fuerat, fundos ejus vendiderit, mancipia & prædia comparaverit, neque venditionis hujus, neque emptionis ratio judicio tutelæ continebitur. Et est verum, * ea quæ connexa [12] sunt, venire in tutelæ [13] actionem: Sed & illud est verum, si cœperit negotia administrare post tutelam finitam, devolvi judicium tutelæ in negotiorum gestorum actionem [14]: oportuit enim eum à semetipso tutelam exigere. Sed & si quis, cum tutelam administrasset, idem curator aduleſcenti fuerit datus, dicendum est, negotiorum gestorum eum conveniri posse.

xiv. Gaius lib. xii ad Edictum provinciale.

Si post pubertatem tempore aliquo, licet brevissimo [15], intermiserit administrationem tutor, deinde [16] cœperit gerere: sine ulla dubitatione, tam tutelæ quam negotiorum gestorum judicio cum eo agendum est.

De dolo communi tutorum.

xv. Ulpianus lib. i Disputationum.

Si ex duobus tutoribus cum altero quis transegisset [17], quamvis ob dolum communem: transactio nihil proderit alteri: nec immerito: cum * unusquisque [18] doli sui pœnam sufferat. Quod si conventus alter præstitisset, proficiet id quod præstitit, ei qui conventus non est: licet enim doli ambo rei sint, tamen sufficit unum satisfacere: ut in duobus, quibus res commodata est, vel deposita, quibusque mandatum est.

Si conveniatur, qui est adhuc tutor, i. Vel curator.

xvi. Idem lib. lxxiv ad Edictum.

Si cum *adhuc* tutore ex stipulatu agatur, vel cum his qui pro eo intervenerunt, erit dubitatio, an quia tutelæ agi non potest, nec ex stipulatu agi possit? Et plerique putant, etiam hanc actionem propter eandem utilitatem differendam [19]. §. 1. Cum curatore pupilli sive aduleſcentis agi [20] poterit [21], & si usque adhuc cura perseveret [22].

De sumptibus lutis.

xvii. Idem lib. iii de Officio Consulis.

Imperatores Severus & Antoninus rescripserunt in hæc verba: *Cum hoc ipsum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus vel curatoribus debeatur, non habet rationem postulatio tua, volentu in sumptum lutu ab his tibi pecuniam submini strari* [23].

De tutore, qui pupillum perperam abstinuit.

xviii. Papinianus lib. xxv Quæstionum.

Cum tutor, negotiis impuberis administratis, pupillum paterna hereditate abstinet [24], bonis patris venditis, tractari solet, utilis actio pupillo relinqui, an creditoribus [25] concedi debeat? Et probatur, actionem inter pupillum & creditores patris esse dividendam: scilicet, ut quod rationi bonorum per tutorem deerit, creditoribus reddatur: quod autem [dolo] vel culpa tutoris in officio pupilli perperam abstenti contractum est, puero relinquatur. Quæ actio sine dubio non prius competet, quam pupillus [26] ad pubertatem pervenerit: sed illa confestim creditoribus datur.

De nomine probato à novissimo curatore.

xix. Ulpianus lib. i Responsorum.

Si probatum [27] est nomen debitoris à novissimo curatore, frustra tutorem de eo conveniri [28].

De restitutione in integrum adversus adultum. i. De restitutione adulti adversus tutorem.

xx. Papinianus lib. ii Responsorum.

Alterius curatoris heredem minorem, ut [29] majore pecunia condemnatum, in integrum restitui placuit. Ea [30] res materiam litis adversus [31] alterum curatorem instaurandæ non dabit, quasi minore pecunia condemnatum, si non sit ejus ætatis actor, cui subveniri debeat: sed æquitatis ratione suadente, per utilem [32] actionem ei subveniri, in quantum alter relevatus est, oporret.

§. 1. Non idcirco actio, quæ post vigintiquinque annos [33] ætatis intra restitutionis tempus adversus tutorem minore [34] pecunia tutelæ judicio condemnatum redditur, inutilis erit [35], quod adulescenti curatores ob eam culpam condemnati sunt [36]. Itaque si non judicium [37] à curatoribus factum est, per doli exceptionem curatores consequi poterunt eam actionem præstari [38] sibi.

De actione tutoris adversus contutorem.

xxi. Idem lib. i Definitionum.

Cum pupillus tutelæ actione contra tutorem alterum, tutori, quem judex in solidum condemnavit, cessit [39], quamvis postea judicatum fiat, tamen actio data [40] non intercidit: quia pro parte condemnati tutoris non tutela reddita, sed nominis pretium [41] solutum videtur.

De defensione tutoris, de privilegio pupilli.

xxii. Paulus lib. xiii Quæstionum.

Defensor tutoris condemnatus non auferet privilegium [42] pupilli [43]: neque enim sponte cum eo pupillus contraxit [44].

Si heres tutoris vel magistratus conveniatur.

xxiii. Idem lib. ix Responsorum.

Convento [45] herede tutoris judicio tutelæ, curatorem ejusdem neque ipso jure liberatum videri [46], neque exceptionem rei judicatæ ei dandam. Idemque in heredibus Magistratuum observandum.

De posthumo non nato.

xxiv. Idem lib. ii Sententiarum.

Posthumo [47] tutor datus, non nato posthumo, neque tutelæ, quia nullus pupillus est: * neque pro tutore, quia nulla significatio [48] est *: neque negotiorum gestorum, judicio tenetur [49], quia administrasse negotia ejus, quia natus non esset, non videtur: & ideo utilis [50] in eum actio dabitur.

De privilegio tutelæ.

xxv. Hermogenianus lib. v juris Epitomarum.

Non solum tutelæ privilegium [51] datur in bonis tutoris, sed etiam ejus, qui pro tutela negotium gessit: vel ex curatione pupilli, pupillæve, furiosi, furiosæve debebitur, si eo nomine cautum non sit.

---

88 *l.* 3. c. *de testt. tut.*

89 Tutela data vel cedit legitimæ: legitima, testamentariæ. *Bald.*

90 Secus si sit nova tutela, tunc enim tutor convenire per curatorem potest. *Bald.*

91 Actus continuatus & diversi differunt. Priore casu, totius temporis ratione, una est actio: altero, plures. *Bald.* adde *l.* 4. §. *eod.*

92 Nec enim generaliem habet: fac *l.* 3. §. 2. §. *de tutelis.* §. *ult. Inst. de auctorit. tut.*

93 *l.* 24 §. *de testt. tut.*

94 Tutoris officium non finitur curatoris adjunctione.

95 Tutela finitur tutore confiscato, damnato, ejusque bonis publicatis & tutelæ actione agi potest.

96 Tutore confiscato in perpetuum finitur tutela. *l.* 28. *l.* 29. §. *de excus. l.* 14. §. 3. §. *de solution.*

97 *l.* 32. *in fin.* §. *de administr.*

98 Tutela constante adversus tutorem agi tutelæ non potest: furti, damni, injuriæ potest. Hæc particula *præter* excludit: adde *l.* 4. §. *eod.*

99 Nascuntur.

100 Ut prout gerit, in singulas res, velut ex pluribus causis obligetur. *l.* 37. §. *de adm. tut.*

1 Quatenus exercitium spectamus: ac tum quidem cum oriuntur post tutelam: secus si ante. *Bald.*

2 V. *l.* 69. §. *de solution.*

3 Actionem devolutam magis durare quam primitivam, hinc colligit *Bald.*

4 Non ut legitimus tutor, sed ut dativus, & testamentarius.

5 Variatur qualitas, & modus agendi, propter varietatem temporum).

6 *l.* 37. §. 1. §. *de admin. l.* 4. *C. de legit. tut.* §. 4. *Inst. quib. mod. tut.*

7 *l.* 4. §. 1. §. *eod.*

8 *d. l.* 37. *in fin.*

9 Delictum, malam administrationem, quæ præcessit emancipationem.

10 Accessorium ea suspendit ratio, quæ principale suspendit.

11 Facit *l.* 17. §. *de negotiis.* Administratio cohærens tutelæ venit in actionem tutelæ.

12 Connexa veniunt in actionem tutelæ, *l.* 11. *C. arbitrium tutelæ. l.* 37. §. 1. §. *de admin. tut.* adde *l.* 1. §. 3. §. *de eo, qui pro tut.*

13 Et negotiorum. *l.* 17. §. *de negot.*

14 *l.* 6. *in fin. l.* 8. §. *de negot.*

15 Cum in aliis causis mora brevissimi temporis non inducat discrepantiam. *l.* 8 §. *de cond. & demonst.*

16 Duplici ex officio duæ oriuntur agendi formæ.

17 Transactio minus operatur, quam solutio, quoties nimirum agitur de extendenda libertate ad aliam personam. 18 *l.* 1. §. 18. §. *depositi. l.* 25. *circa finem.* §. *de administr. tutor.* 19 Ad tempus finitæ tutelæ. vide *l.* 1. §. *rem pupilli.* Ita suspensa actione principali suspenditur & omnis alia actio, quæ inde originem habet. 20 Propter unam speciem male administratam. 21 Imo non poterit. *l.* 14. *C. de administ. tut.* 22 *l.* 14. *in fin.* §. *eod. l.* 26. §. *de admin. tut. l.* 1. §. 3. §. *de eo, qui pro tut. l.* 14. *C. de admin. tut.* 23 Nemo sumptus cogitur ministrare contra seipsum. facit *l.* 10. §. *de postulando. l.* 11. *C. de testibus.* hinc concludit Baldus, Assessorem dari expensis actoris, si solus assessorem petierit; utrinque, si judicis officio datus fuerit. 24 *l.* 4. *C. eod.* 25 Gestor bonorum tenetur creditoribus ex mala gestione, seu negotiis male gestis.

26 *l.* 1. *In fin.* §. *eod.*

27 Probatum semel nomen debitoris, perpetuo probatum intelligitur.

28 *l.* 44. §. *de administ. tut.* v. Cujac. 7 *observ.* 12.

29 Restituitur minor adversus sententiam: utputa si in majorem pecuniam condemnatus sit, quam debuerit.

30 Id est, restitutio minori concessa.

31 Minore adversus majorem restituto, ipsi majori restituitur actio contra tertium, qui beneficio ipsius minoris fuerat liberatus.

32 *l.* 1. §. 13. §. *eod. l.* 2. *C. de quæstrar. jud. tutelæ.*

33 Post 25 annum ætatis. *Hal,*

34 Curatores solventes propter culpam tutoris absoluti, beneficium restitutionis in integrum sibi cedi ad versus tutorem recte à pupillo postulant.

35 Adversus alios. *l.* 3. *l.* 5. *C. si tutor vel curat. interven.*

36 Vide *l.* 25. §. *de admin. tut.*

37 *Al.* judicatum. vide *l.* 21. §. *eod.*

38 *l.* 1. §. 18. §. *eod.* Cedi beneficium restitutionis in integrum potest. *l.* 24. §. *de minorib. l.* 25. §. *de administ. tut.*

39 Solutio facta cedendæ actionis causa debitorem non liberat. Cur ita? Solutio ad unum finem destinata contrarium effectum haud fortitur.

40 Id est, concessa mandata, *l.* 1. *C. de fatisdat.* sic data jurisdictio, in *l.* 2. §. *de jurisd.*

41 Vide *l.* 76. *in fin.* §. *de solutionibus.* Solutio ad unum finem ordinata non debet ejus oppositum operari. *Bald.* 42 Privilegium petitoris non mutatur ex persona defensoris. *Bald.* adde *l.* 18. §. *de interrogat.* 43 Hypothecam tantum. *l.* 20. *C. de administ. tut. l.* 19. §. *de reb. auct. judicis possid.* 44 Id est, quasi contraxit litigando: novatio hæc necessaria fuit per sententiam condemnatoriam facta. 45 Tutelæ actio adversus heredem tutoris mota, curatores, aut heredes Magistratuum non liberat, neque parit eis exceptionem rei judicatæ. 46 *l.* 18. *in fin.* §. *de administ. tut.* 47 *l.* 19 §. *ult.* §. *de testam. tut.* 48 Id est, nulla similitudo est, propter quam actio tutelæ locum habere possit. 49 Imo negotiorum tenetur. *l.* 26. §. *de negotiis.* 50 Vide *l.* 47. §. *de negot.* 51 Reale & personale.

Tit. IV.

De contraria [1] tutelæ [2], et utili [3] actione.

Ratio hujus actionis. 1. *De protutore. De curatoribus.* 3. *De tempore hujus actionis.* 4. *De compensatione & petitione.* 5. *De causa obligationis.* 7. *De obligatione quæ tempore finitur.* 8. *Si judicio directo tutelæ,* 11. *Vel rationibus distrahendis non agatur.*

i. Ulpianus lib. xxxvi ad Edictum.

Contrariam [4] tutelæ actionem Prætor proposuit, induxitque [5] in usum, ut facilius tutores ad administrationem accederent, scientes pupillum quoque sibi obligatum fore ex sua administratione. Quamquam enim sine tutoris auctoritate pupilli non [6] obligentur, nec in rem [7] suam tutor obligare pupillum possit: attamen receptum est, ut tutori suo pupillus sine tutoris auctoritate civiliter [8] obligetur, ex administratione scilicet: etenim provocandi fuerant tutores, ut promptius de suo aliquid pro pupillis impendant, dum sciunt, se recepturos id quod impenderint. §. 1. Hæc actio non solum tutori [9], verumetiam ei [10] qui pro tutore negotia gessit, competere debet. §. 2. Sed & si curator sit vel pupilli, vel aduleſcentis, vel furiosi [11], vel prodigi, dicendum est, etiam his contrarium dandum. † Idem in curatore quoque ventris probandum est. Quæ sententia Sabini fuit existimantis, cæteris [12] quoque curatoribus ex isdem causis dandum contrarium [judicium]. §. 3. Finito autem officio hanc actionem competere dicemus tutori: cæterum, quandiu durat, nondum competit [13]. Sed si pro tutore negotia gessit, vel etiam curam administravit, locus erit judicio, etiam statim [14]: quia hoc casu in ipsum quoque statim actio competit. §. 4. Præterea, si tutelæ judicio [quis] convenietur, reputare [15] potest id quod in rem pupilli impendit [16]. Sic erit arbitrii ejus, utrum compensare [17], an petere velit sumptus. Quid ergo, si judex compensationis ejus rationem non [18] habuit? an contrario judicio experiri possit? Et utique potest [19]: Sed [20] si reprobata [21] est hæc reputatio, & adquievit, non debet judex contrario judicio id sarcire. §. 5. An in hoc judicio, non tantum quæ pro pupillo, vel in rem ejus impensa sunt veniant, verumetiam ea quoque, quæ debebantur alias tutori,

---

1 V C. LVIII.

2 Quæ tutori competit ad id repetendum quod ei abest.

3 Negotiorum gestorum. Ea competit curatori. *Cujac.*

4 Sic enim vocatur, §. *in epigraphe. l.* 6. §. *eod.* §. 2. *Inst. de oblig. quæ ex quasi contract.* & contrarium judicium, §. 4. §. *eod. l.* 3. §. 1. §. *eod. l.* 6. *in fin.* §. *de his qui notant.* adde *l.* 5. §. 1. §. *de oblig. & act. l.* 2. *in fin.* §. *de neg.*

5 Ex lege aliqua, forte negotiorum: eam enim hæc imitatur. Cæterum, *de inducendi* voce dixi *l.* 1. §. *ad exhibendum.* Prætoriam interim nota hanc actionem esse.

6 *l.* 9. §. *de auct. tut.*

7 *l.* 1. §. *de auct. tut.*

8 Et naturaliter in hoc casu. *l.* 5. §. *de auct. tut. l.* 46. §. *de obl. & act.*

9 §. 3. §. *eod.*

10 *l. ult.* §. *de eo, qui pro tut.*

11 Ut *l.* 24. *in fin.* §. *de oblig.*

12 Quibuvis curatoribus hoc judicium datur. 13 Quia ejus contraria, nempe directa, eo tantum tempore competit, *l.* 4. §. *tit. prox.* contrariorum autem eadem est ratio. 14 Quia tutor non est. *l.* 1. §. 3. §. *tit. prox.* 15 *l.* 2. *l.* 3. §. *ubi pupill.* 16 Id est, impensas, sumptus. *l.* 3. §. *eod.* 17 *l.* 3. *C. eod. l.* 2. *C. de in litem dando tutore.* 18 Quia nec admisit exceptionem, neque reprobavit expresse. 19 *l.* 8. §. 2. §. *de negot. l.* 7. §. 1. §. *de compensationib.* 20 Exceptionem non admitti, & discussam reprobari per interlocutorium aut definitivam, differunt. Priore casu non obstat exceptio rei judicatæ, sed posteriore. *l. si autem.* 8. §. *ult.* §. *de negot. l. quod in diem.* 7. §. *si ration.* 1. §. *de compens. l. ult.* §. *ultim. C. de compens.* 21 *d.* §. 1.

tutori (utputa à patre pupilli si quid debitum fuit) quæritur? Et magis puto, cum integra sit actio [21] tutori, non esse in contrarium judicium deducendum. §. 6. Quid tamen, si ideo expectavit, quia tutor erat, & ideo non exegit? videamus, an contrario judicio tutelæ indemnitatem consequatur. Quod magis probandum est: nam * sicuti quodcunque aliud gessit pro utilitate pupilli, id contrario judicio consequetur, ita etiam id, quod sibi debetur, consequi debet, vel ejus securitatem. §. 7. Ego, & si ex causa, quæ tempore finitur [22], obligatio aliqua fuit, tutelæ contrarium judicium esse ei opinor. §. 8. Hanc [23] actionem dandam placet, & si tutelæ judicio non agatur [24]: etenim nonnunquam pupillus idcirco agere tutelæ non vult, quia [25] nihil ei debetur: imo plus in eum impensum est, quam [quod] ei abest: nec [26] impediendus est tutor contrario agere.

21 Facit *l. 2. in fin. C. de in litem jurando.*

22 Sunt enim quædam quæ certo tempore finiuntur, *l. 5. in fin. §. 19. ff. de negot.* nec enim omnes in heredes actiones dantur: aliæ sunt temporales.

23 Contrariam *Sab.*

24 Id est, hæc actio ultro datur. *l. 10 ff. de negot. l. 17. §. 1. C. in fin. ff. comm.*

25 *l. 3. in fin. C. eod.*

26 Contraria tutelæ actio proponi potest, licet exceptio proponi non possit, adde *l. 5. in fin. ff. de dol. except.*

27 Hoc judicium contrarium.

28 De hac actione vid. *ff. tit. prox.*

29 Tutori per pupillum, vel pupilli nomine.

30 Si modo utiliter cœperæ & factæ sint impensæ: alias non consequitur impensas. *ff. eod.* vide §. 7. *ff. eod.* Goth. Montan. *de tutel. c. 40. num. 43.* Ans.

31 Pupilli sumptibus non sunt mergendi.

32 Tutor in pupillum plus expendere non debet, quam sit in ejus facultatibus.

33 Utilitatem pupilli judex semper spectare debet. *l. 10 ff. de confirm. tut.*

34 Contrario judicio tutor non agit ut liberetur, sed ut accipiat potius expensas.

35 Nota quid consequamur contrario judicio tutelæ, & formulam hujus actionis collige.

36 Potest tamen agere, ut iidemmis servetur à pupillo. *l. ult. ff. eod.*

37 Fingamus tamen, tutorem, justam ob causam, tutela liberari velle, qua actione aget? vide *ff. de excus. tutor.*

38 *l. 22. ff. de evict.*

39 *l. 19 §. 4. ff. de negot. l. 18. C. de negot. l. 37. ff. de usuris.*

40 Si modo tantæ debentur, secundum conditionem suæ personæ. *l. 26. §. 1. C. de usuris.*

41 *l. 1. ff. de usur.*

42 *d. l. 37.*

43 Prorogare quid, vide *l. 53. ff. de pact.*

44 Imo consequitur. *d. l. 19. §. 4. ff. de negot.*

45 Pensabit. *Hal.* sensus est: Si tutor pecuniam pupillarem fœnerari debuit (hodie necessitas ea tutoribus est remissa, *Novell. 72. cap. 6.*) & aliquid pupilli nomine solvit, nec pupillus ab eo (pecuniæ non fœneratæ), nec is à pupillo (pecuniæ solutæ pupilli nomine) usuras exiget. At forte, cum pecunia pupillari, quam apud se reliquam habet, pensabit? ne id quidem fiet. vide *l. 11. ff. de compensationibus.* 46 *l. 10. §. 6. ff. de in rem verso.* 47 Id est, ob eam causam. 48 Pecuniæ scilicet quam in usus suos vertit. 49 Regulam observa. *Goth.* Vide Ant. August. *lib. 1 emendat. cap. 2.* Ans. 50 Sterilem pupillorum pecuniam lex esse non patitur, *ut hic. & l. 7. ff. de usuris.* ut hinc colligas, jure civili nummos nummum parere. *l. 33. ff. de usuris.* Goth. Abrogatur hæc lex per *Novell. 72. cap. 6. 7. 8.* Ans. 51 *l. 9. §. 5. ff. de administr. tut.* 52 Vide quæ notavi de destinata pecunia, ad *l. 58. §. 1. ff. pro socio.* Porro depositæ pecuniæ nomine Zasius ad *l. 15. ff. de rejudicat.* intelligit non simplicem depositionem, & separationem pecuniæ, *l. 79. §. 1. ff. de leg. 3.* depositam hic intelligi ait, quæ ex venditione rei immobilis fit redacta: quæ non simpliciter redacta, sed in arca prædii emendi causa specialiter recluſa. Porro, an pecunia redacta ex re immobili censeatur immobilis, vide quæ notavi ad *l. 48. in fin. ff. de furt.* 53 Vel redituum annuorum, siquidem talis pecunia prædio comparatur: neutrum sine decreto tutor impune potest attingere. *arg. l. 12. C. de admin. tut.* 54 Imputare sibi debet, qui à Prætore vel Judice id non petiit, quod petere potuit, vel debuit. 55 Nam si a Prætore id postulasset, Prætor id ei permittere potuisset. *l. 15. in fin. ff. de rejudicat.* 56 Injuria facta tutori seu administratori, dicitur facta pupillo, ideoque ei nocet. 57 *l. 10. §. 1. ff. de negot.* vide quæ notavi ad *l. 4. C. mandati.* 58 Eventum adversum negotiorum pupillarium tutor non præstat, ea si initio gessit ex bona fide. 59 Connexorum idem judicium. *Bald.* 60 Utiliter tamen cœptos. *§. 7. ff. eod.* 61 Tutelæ contrariam. 62 *l. 8. C. arbitr. tutel.* hodie 30 annis finitur. *l. 3. in fin. C. de præscr. 30.* 63 Singulares, non universales. *l. 1. §. si heres ff. ad Trebell. l. nominib. 2. C. de oblig.* 64 Remotus tutor eodem jure est quo is cujus tutela tempore finita est: & sic paria sunt tutelam tempore finitam, & ab ea tutorem remotum esse. 65 Licet quis ab actu aliquo removeatur, jura tamen quæ intermedio tempore quæsivit, non amisit. *Bald.* Goth. Vid. Montan. *de tutel. c. 40. n. 27.* Ans. 66 Remotus a tutela, id quod in eam impendit, actione tutelæ contraria recuperat. 67 Et fidejussoris. *l. 14 ff. mandati.* 68 *§. 2 in fin. Inst. de oblig. ex quasi contractu.* 69 At quatenus? nempe ut liberetur à suscepta obligatione, vel ut ei præstetur indemnitatis cautio. *l. si tutelæ 3. ff. tit. prox.* 70 *l. 28. in fin. ff. de negot. l. 45. ff. mandati.*

Tit. V.

DE EO, QUI PRO [1] TUTORE PROVE CURATORE NEGOTIA GESSIT [2].

Ratio hujus actionis. 1. *Quid sit* pro tutore gerere. 2. *De servo.* 3. *Si ante pubertatem agatur.* 4. *De tutela finita.* 5. *Si pro tutore administravit:* Deinde, *quasi tutor.* 6. *De eo, qui tutorem habere non potest.* 7. *De curatore dato impuberi.* De eo, *qui cum tutor non esset, coactus est gerere.* 8. *De usuris.* 9. *De gestis, vel omissis.*

I. ULPIANUS lib. XXXVI ad Edictum.

PRotutelæ [3] actionem necessario Prætor [4] proposuit: nam [5] quia plerunque incertum est, utrum quis tutor, an vero quasi tutor pro tutore administraverit tutelam, idcirco in utrumque casum actionem scripsit: *Ut, sive tutor est, sive non fit qui gessit, actione tamen teneretur.* Solent enim magni errores intercedere, ut discerni facile non possit, utrum quis tutor fuerit, & sic gesserit, an vero non fuerit, pro tutore tamen munere functus sit. §. 1. *Pro tutore* autem *negotia gerit*, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, sive se putet tutorem, sive scit non esse, singet tamen [esse.]

§. 2. Proinde & si servus quasi tutor egerit, Divus Severus rescripsit, dandum in dominum judicium utile. §. 3. Cum eo qui pro tutore negotia gessit, etiam [6] ante pubertatem agi posse nulla dubitatio est: quia tutor non est 7. §. 4. Quare, si quis finita tutela pro tutore negotia impuberis gessit, tenebitur.

§. 5. Sed & si prius pro tutore administraverit, deinde quasi tutor, æque tenebitur ex eo quod pro tutore administravit: quamvis devolvatur [8] hic gestus in tutelæ actionem. §. 6. Si quis quasi tutor negotia gesserit ejus, qui jam pubes est, neque tutorem habere potest: protutelæ actio cessat. Simili modo & si ejus qui nondum natus est [9]: nam ut pro tutore quis gerat, eam esse personam oportet, cujus ætas recipiat tutorem, [id est impuberem esse oportet]: sed erit negotiorum gestorum actio. §. 7. Si curator impuberi [10] a Prætore datus [11], negotia [12] gesserit, an quasi pro tutore gesserit, teneatur, quæritur? Et est verius, cessare [13] hanc actionem: quia officio curatoris functus est: Si quis tamen, cum tutor non esset, compulsus à Prætore, vel à Præside, dum se putat tutorem, gesserit tutelam, videndum, an pro tutore teneatur? Et magis est, ut quamvis [14] compulsus gesserit, teneri tamen debeat, qui animo tutoris gessit, cum tutor non esset. At iste curator, non quasi tutor, sed quasi curator gessit. §. 8. In protutelæ judicio usuræ quoque veniunt [15]. §. 9. Sed utrum solummodo in id quod gessit tenebitur, an vero in id etiam, quod gerere debuit? Et, si quidem omnino non attingit [16] tutelam, non tenebitur: neque enim attingere debuit, qui tutor non fuit. Quod si quædam gessit, videndum, an [17] etiam eorum, quæ non gessit, teneatur. Et hactenus [18] tenebitur, si alius gesturus fuit: sed [&] si cognito quod tutor non fuit, abstinuit [se] administratione: videamus, an teneatur, si necessarios pupilli non certioravit [19], ut ei tutorem peterent? Quod verius est.

1 VOCATI in proprio nomine: alias finitò officio non tenetur.

2 Cum neque tutor, neque curator esset.

3 Sic enim appellatur. §. 6. §. 8. *ff. eod.*

4 Protutelæ actio prætoria.

5 Protutelæ actio inventa, quia plerunque incertum est, utrum quis tutelam pro tutore administraverit ut tutor, an ut quasi tutor.

6 Protutelæ agi potest etiam ante pubertatem: qua parte protutelæ actio differt ab actione tutelæ, quæ ante pubertatem non movetur. Cur autem hæc etiam ante pubertatem moveri possit? Quia ut principium nullum verum ac certum habet, ita nullum quoque finem certum habet.

7 *l. 26. ff. de admin. tut. l. 4. ff. de tut. & rationib.*

8 Cohæreat. *l. 13. ff. de tut. & rationib.*

9 Posthumi. *l. 19. in fin. ff. de testam. tut.*

10 Curator impuberi non tantum ad lites; *l. 3. §. 2. ff. de tut.* sed ad negotia dari potest. *l. 25. ff. de tut. dat.* Bald.

11 Forte invito. *vide l. 1. ff. de minorib.*

12 Curator non tantum ad judicia: sed etiam ad negotia dari potest. Roman. *singul. 238.*

13 Dixi ad *l. 3. C. arbitrium tutelæ.*

14 Compulsus à Judice qui gessit, æque tenetur rationes reddere, ut qui non compulsus gessit.

15 *Subaudi*, à die moræ.

16 Attigerit. *Haloënd.*

17 Protutelæ actione protutor conventur etiam ob ea quæ non gessit.

18 Facit *l. 6. §. ult. ff. de negot.*

19 Recessurus à negotiis pupilli, de suo discessu pupilli conjunctos certiorare debet. An idem in fidejussore, vide *l. 10. §. 12. ff. mandati.* & conductore? vide *l. 13. §. 7. ff. locati.* 20 Id ad possessorem prælaturæ extendit Baldus. 21 Etiam interposito decreto: unde colligunt, venditionem rerum pupilli etiam interposito decreto Judicis & cum auctoritate protutoris factam non valere. *Bald.* 22 Imo utcunque usucapta est, non nocet pupillo. *l. 4. §. 24. ff. de dolo malo except.* 23 Quia non potest usucapi res pupillaris. *l. 48. ff. de adquir. rerum.* 24 Ut tutor non gerit, qui ignorans in re pupillari versatur. adde *l. 22. ff. de adquir. hered.* 25 De qua vide *l. 33. ff. de admin. tut.* 26 *l. 1. §. 1. ff. de contr. tut.*

De tutore remoto.

IV. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

ATutela remotus eo [64] loco haberi debet, quo esset finita tutela [65]: & sicut actiones patitur, perinde ac si pupillus pubes factus esset, ita [66] contrario judicio, si quid ei aberit, persequi debebit: nihil enim prohibet suspectum tutorem esse, quamvis complura in rem pupilli impenderit, quæ eum amittere non oportet.

De herede tutoris.

V. ULPIANUS lib. I Responsorum.

HEredem tutoris [67], si eam summam solverit, in quam obligati pupilli fuerunt, actionem contrariam adversus eos habere posse respondi.

Si tutor se pro pupillo obligavit.

VI. PAULUS lib. V ad Plautium.

SI tutor pro pupillo se obligavit [68], habet [69] contrariam actionem, & antequam [70] solvat.

Tit. VI.

QUOD [1] FALSO TUTORE AUCTORE GESTUM ESSE DICATUR [2].

Æquitas Edicti. 1. *Verba Edicti.* 2. *Si tutor auctoritatem accommodare non potuit.* 3. *De duobus tutoribus altero falso, altero vero.* 4. *De pluribus falsis tutoribus.* 5. *De protutore.* 6. *Alia verba Edicti. De scientia & ignorantia actoris.*

I. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

HUjus Edicti æquitas non est ambigua: ne [3] contrahentes decipiantur, dum falsus tutor adhibetur. §. 1. Verba autem Edicti hæc sunt: QUOD EO AUCTORE, inquit, QUI TUTOR NON FUERIT. §. 2. Verbis Edicti multa [4] desunt [5]: Quid enim si fuit tutor, is tamen fuit, qui auctoritatem accommodare non potuit, puta [6] furiosus, vel ad aliam regionem datus? §. 3. Sed Pomponius libro XXX scribit, interdum, quamvis [à] non tutore gestum est, non pertinere ad hanc partem Edicti. Quid enim, si duo tutores, alter falsus, alter verus auctoritatem accommodaverint: nonne valebit quod gestum est? ?

§. 4. Item hoc Edictum, licet singulariter scriptum sit, si tamen plures intervenerint, qui tutores non erant, [tamen] locum habere debere, Pomponius lib. XXX scribit. §. 5. Idem Pomponius scribit, etiamsi pro tutore negotia gerens auctoritatem accommodaverit, nihilominus hoc edictum locum habere: nisi forte Prætor decrevit [8], *ratum se habiturum id, quod his auctoribus gestum est*: tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non [9] ipso jure [10].

§. 6. Ait

1 Περὶ πλάσεων ἐπιτρόπων. 38 *Eclog. 6.*

2 Dicetur. *Hal.*

3 Similis ratio in *l. 1. ff. de exercit.*

4 Quem in modum multa desunt? Quandoque est gestum à vero tutore, & tamen locum habet hoc Edictum, ut *ff. eod.* quandoque non est gestum à vero tutore, & tamen non habet locum hoc Edictum. *§. 5. ff. eod.*

5 Interdum verba legis defectuosa sunt, veluti si in omnem casum vel eventum non prospexerunt. adde *l. 12. ff. de legib.* 6 Adde *l. 1. §. 2. in fin. ff. quod cujusque universit.* 7 Utile per inutile non vitiatur. 8 Auctoritas interpolita à falso tutore valet, propter auctoritatem Prætoris decernentis se ratum habiturum: alias non valet. *l. 4. C. in quib. caus. in integ. rest. non est.* 9 Non ipso jure, seu vi ipsa gestionis, sed auctoritate decreti. 10 Potest enim Prætor supplere defectum tutoris.

§. 6. Ait Prætor: SI ID ACTOR IGNORAVIT, DABO IN INTEGRUM RESTITUTIONEM. Scienti [11] non subvenit: merito: quoniam [12] ipse se decepit.

II. PAULUS lib. XII ad Edictum.

Si id, inquit, *actor ignoraverit* [13]. Labeo: & si dictum [14] sit ei, & bona fide non crediderit [15].

III. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

PLane si is sit, qui auxilio non indiget, scientia ei non nocet: ut puta si pupillus [16] cum pupillo egit: nam cum nihil actum sit, scientia non nocet.

IV. PAULUS lib. XII ad Edictum.

MInori viginti quinque annis succurretur, etiamsi scierit [17].

V. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

INterdum tamen & si [18] scientia noceat [19], tamen restitutio facienda erit, si à Prætore compulsus est ad judicium accipiendum.

VI. PAULUS lib. XII ad Edictum.

PUpilli [20] scientia computanda non est: tutoris ejus computanda est: Utique [&] si pupillo cautum sit, melius dicitur, rem suam restitui pupillo, quam incertum [21] cautionis eventum [eum] spectare: Quod & Julianus, si alias circumventus sit pupillus, respondit.

Alia verba Edicti. 1. *De scientia, dolo & metu ejus, qui auctor fuit.* 2. *Interpretatio verborum*, Quanti ea res erit. 3. *De sumptibus judicii restitutorii.* 4. *Si plures auctores fuerint.*

VII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

NOvissime Prætor ait: IN EUM [22], QUI, CUM TUTOR NON ESSET, DOLO MALO AUCTOR FACTUS ESSE DICETUR, JUDICIUM DABO: UT QUANTI [23] EA RES ERIT, TANTAM [24] PECUNIAM CONDEMNETUR. §. 1. Non semper tutor convenitur: nec sufficit, si sciens auctor fuit: verum ita demum, si dolo malo auctor fuit. Quid, si compulsus, aut metu ne [25] compelleretur, auctoritatem accommodaverit? Nonne debebit esse excusatus? §. 2. Quod ait Prætor, *Quanti ea res erit*, magis puto non pœnam, sed [26] veritatem [27] his verbis contineri. §. 3. Pomponius lib. XXX recte scribit, etiam sumptuum in hoc judicio rationem haberi, quos facturus est actor restitutorio [28] agendo. §. 4. Si plures sint, qui auctores fuerunt, perceptione ab uno facta & cæteri liberantur, non [29] electione.

VIII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

ET ideo, si nihil aut non totum servatum sit, in reliquos non denegandam in id, quod deest, Sabinus scribit.

De eo, qui alium, ut auctoraretur, adhibuit. 1. *De successoribus. De tempore & forma harum actionum. De his, qui sunt alieni juris.*

IX. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

HUjus actionis exemplo Pomponius lib. XXXI scribit, dandam actionem adversus eum qui dolo [30] malo adhibuit, ut alius auctoraretur inscius. §. 1. Has in factum actiones heredibus quidem competere, cæterisque successoribus [31]: in eos vero non reddi, Labeo scribit: nec in ipsum, post annum: quoniam & factum [32] puniunt, & in dolum concipiuntur: & adversus eas personas, quæ alieno juri [33] subjectæ sunt, noxales erunt.

De actione finita. De usucapione.

X. GAIUS lib. IV ad Edictum Provinciale.

SI [34] falso [35] tutore actum sit, & interea dies actionis exierit [36], aut res [37] usucapta sit [38]: omnia incommoda perinde sustinere debet [39], ac si illo tempore vero tutore auctore egisset [40].

De dolo & conditione ejus, qui auctor fuit. 2. *De filiafamilias. De ancilla.* 3. *De patre.* 4. *De eo ad quem dos pertinet.*

XI. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

FAlsus [41] tutor, qui in contrahendo auctor minori duodecim vel quatuordecim annis fuerit, tenebitur in factum actione, propter dolum [42] malum: cujuscunque conditionis fuerit, vel sui juris, vel alieni. §. 1. Qui dolo [43] malo auctoritatem accommodavit, tenebitur hoc Edicto. §. 2. Sed & si quis filiæfamilias auctor factus sit ad contrahendum, tenetur. †. Idemque juris est, si ancillæ quis tutore auctore credidisset. Nam omnibus istis modis propter tutorem decipitur is qui contraxit, qui aliter cum impubere contracturus non fuit, quam si tutoris auctoritas intercessisset. §. 3. Julianus lib. XXI Digestorum tractat: * an etiam * in patrem debeat dari hæc actio, qui filiam minorem [44] duodecim annis nuptum dedit? Et magis probat, patri ignoscendum esse (qui) filiam suam maturius in familiam sponsi perducere voluit: affectu [45] enim propensiore magis quàm dolo * malo * id videri fecisse. §. 4. Quod si intra duodecim annos hæc decesserit, cum haberet dotem: putat Julianus, si dolo malo conversatus sit is, ad quem dos pertinet, posse maritum doli mali exceptione condicentem summovere, in casibus, in quibus dotem vel in totum vel in partem, si constabat matrimonium, fuerat lucraturus.

De interrogatione in jure.

XII. IDEM lib. I Responsorum.

EX eo quod interrogatus *tutorem se esse* respondit, nulla eum actione teneri. si [46] tamen, cum tutor non esset, responso suo in aliquam captionem aduleścentem induxit, utilem actionem adversus eum dandam.

11 *l.* 145. ff. *de regul. jur.*
12 Decipienti se non subvenitur.
13 *l.* 57. ff. *de oblig. & act.*
14 Denunciatum. Ita denunciatio facta ab eo, cujus non interest denunciationem factam esse, denunciatum in mala fide non constituit: ut qui possit ei denunciationi impune fidem habere.
15 Id accidere potuit, quia is, cujus non intererat denunciare, denunciavit. Ejus denunciatio non inducit malam fidem. vide *l.* 13. ff. *depositi.* vide quæ notavi ad *l.* 10. §. 3. ff. *quæ in fraud. credit.* Temere igitur non credendum, *ut hic.* adde *l.* 2. ff. *de eo, per quem. l.* 3. §. *fed si.* ff. *de in rem verso.* nisi probus & fide dignus sit. vide *Gloss. in l.* 73. ff. *de cond. & demonstr. &c.* Tiraquellum, *de pœnis caus.* 31.
16 Adde *l.* 6. ff. *eod.*
17 *l.* 3. *C. de in integr. rest. min.*
18 *Tametsi* unica dictione, Cicero *ad Plancium* 4 *epist. famil.* 15. vid. Cujac. 1 *observ.*
14. Eam vocem reperiri apud Plautum *in Milite.* apud Ciceronem *in Verrem. & de petitione consulatus.* 3 *de Oratore. &* 5 *ad Atticum* 17, *&* 12 *ad Atticum.* Cæsarem 7 *de bello Gall. duob. locis.* apud Ennium & Lucanum *in carmine ad Pisonem.* Senecam *l.* 5 *de beneficiis.* notat Muretus 11 *variar.* 17. & Catullum, Terentium *in Andria.*
19 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.*
20 *l.* 3. ff. *eod.* v. *Cujac.* 14 *obs.* 8.
21 Vid *l.* 66. §. 1. ff. *ad Trebell.*
22 Vid. *l.* 11. ff. *eod.*
23 Falsus tutor tenetur in id, quod interest ei, qui auctoritatem ejus secutus est.
24 Tantam in.
25 Paria sunt aliquid fieri vel confiteri coacte, vel timore coactionis. *Bald.*
26 Pœna & veritas rei differunt.
27 Veram rei æstimationem. *l.* 1. *in fin.* ff. *si quis jus dicenti. l.* 2. *in fin.* ff. *qui satisd. l.* 179. ff. *de verb. signif.*
28 Restitutoria actione, quæ in factum dicitur. *d. l.* 11. ff.
29 Perceptionis & electionis differentia.
30 *l.* 7. ff. *eod.*
31 Universalibus.
32 Facti nomine delictum intelligitur, v. *l.* 4. *l.* 25. §. 1. ff. *de oblig. & act.*
33 Id est, dominio.
34 Vide Cujac. 12 *obs.* 19.
35 Si cum falso. *Hal.*
36 Ei scilic. qui adversus pupillum agebat.
37 Puta actoris.
38 A pupillo.
39 Ipse pupillus.
40 Verbo agendi hic intellige actionem & exceptionem, ut *l.* 1. ff. *de except. eod. dicta l.* 7. *l.* 9. *in pr. &* §. 1. ff. *eod.* 41 Vide Cujac. 22 *obs.* 20. 42 *l.* 7. ff. *eod.* 43 *In prine.* ff. *eod.* 44 *l.* 9. ff. *de sponsalib.* 45 De quo vide *l.* 62. ff. *de vitu. l.* 17. §. 1. ff. *de Adoptionibus. l.* 4. *in fin.* ff. *de re militari. l.* 36. ff. *de excusat. tutor. l.* 7. *C. de curatore fur. iosi.* 46 Mendacium quod nemini nocet, non punitur, etiamsi quis judici mentiatur. *Bald.*

TIT. VII.

DE FIDEJUSSORIBUS [1], ET NOMINATORIBUS [2], ET HEREDIBUS [3] TUTORUM ET CURATORUM.

De inchoatis à tutore. 1. *De eo, quod penes tutorem vel pupillum fuit.*

1 V C. LVII.
2 V. *l.* 2.
3 5 C. 54.

I. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

QUamvis heres tutoris tutor non [4] est, tamen ea quæ per defunctum inchoata sunt, per heredem, si legitimæ [5] ætatis & masculus sit, explicari [6] debent [7]: in quibus dolus ejus admitti potest. §. 1. Quod penes tutorem fuit, heres [8] quoque ejus reddere debet: quod apud pupillum is reliquerit, si heres capit, non quidem crimine [9] caret, sed extra tutelam est; & utili actione hoc reddere compellitur.

Si per alium postuletur vel nominetur tutor.

II. ULPIANUS lib. XXXIX ad Sabinum.

POstulare tutorem videtur & qui [10] per [11] alium postulat: Item nominare [12] & qui per alium hoc idem facit.

De usuris.

III. IDEM lib. XXXV ad Edictum.

ETiam [13] fidejussorem [14] & heredes fidejussoris ad rationem eandem usurarum revocandos esse constat, ad quam & tutor revocatur.

De dolo, 1. *Et negligentia heredu.* 2. *De usuris.* 3. *De fidejussoribus & affirmatoribus sine stipulatione obligandis.*

IV. IDEM lib. XXXVI ad Edictum.

CUm ostendimus, heredem [15] quoque tutelæ judicio posse conveniri, videndum, an etiam proprius ejus dolus, vel propria administratio veniat in judicium? Et exstat Servii sententia existimantis, si post mortem tutoris heres ejus negotia pupilli gerere perseveraverit, aut in arca tutoris pupilli pecuniam invenerit, & consumpserit, vel eam pecuniam quam tutor stipulatus fuerat, exegerit, tutelæ judicio eum teneri suo nomine: nam cum permittatur adversus heredem ex proprio dolo jurari in litem, apparet eum judicio tutelæ teneri ex dolo proprio. §. 1. Negligentia [16] plane propria heredi non imputabitur [17]. §. 2. Usuras quoque [18] ejus pecuniæ, quam pupillarem agitavit, præstare debet heres tutoris: quantas autem & cujus temporis usuras præstare debeat, ex bono & æquo constitui ab judice oportet.

§. 3. Fidejussores à tutoribus nominati, si præsentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina sua referri in acta publica passi sunt, æquum est, perinde [19] teneri [20], atque si jure legitimo stipulatio interposita fuisset. † Eadem causa videtur adfirmatorum [21]: qui scilicet, cum idoneos esse tutores adfirmaverint, fidejussorum vicem [22] sustinent.

De Reputationibus.

V. PAULUS lib. XXXVIII ad Edictum.

SI cum fidejussoribus tutoris ex stipulatione *rem salvam* [23] *fore* agetur, easdem reputationes habebunt, quas [24] tutor.

De beneficio divisionis fidejussoribus concedendo.

VI. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

PUpillus contra tutores, eorumque fidejussores [25], Judicem accepit: Judice defuncto, prius quam ad eum iretur, contra solos fidejussores alter Judex datus est: Officio cognoscentis conveniet, si tutores solvendo sint, & administratio non dispar sed communis fuit, portionum [26] virilium admittere rationem ex persona [27] tutorum.

VII. IDEM lib. III Responsorum.

SI fidejussores, qui *rem salvam fore pupillo* caverant, tutorem adulescens ut ante conveniret, petierant [28], atque ideo stipulanti promiserunt [29] *se reddituros, quod ab eo servari non potuisset*: placuit inter eos qui solvendo essent, actionem residui dividi [30]: quod onus fidejussorum susceptum videretur: Nam & si mandato plurium pecunia credatur, æque dividitur actio: si enim quod datum pro alio, solvitur, cur species actionis æquitatem divisionis excludit [31]?

De herede ejus qui non jure datus non gessit. 1. *Si tutor lite contestata vel ante decesserit.*

VIII. PAULUS lib. IX Responsorum.

HEredes ejus, qui non jure [32] tutor vel curator datus administrationi se non immiscuit, dolum & culpam [33] præstare non [34] debere. §. 1. PAULUS RESPONDIT, tale [35] judicium in heredem tutoris transferri oportere, quale defunctus suscepit. Hoc eo pertinet, ut non excusetur heres, si dicat se instrumenta tutelaria non invenisse: nam [36] cum ex omnibus bona fide judiciis propter [37] dolum defuncti heres teneatur, idem puto observandum [&] in tutelæ actione. Sed Constitutionibus subventum [38] est ignorantiæ heredum: hoc tamen tunc observandum est, cum post mortem tutoris heres conveniatur, non si lite contestata tutor decesserit: nam [39] litis contestatione & pœnales actiones transmittuntur ab utraque parte, & temporales [40] perpetuantur.

TIT.

4 Tutela ad heredes non transmittitur, *l.* 16. *in fin.* ff. *de tut.* v. 5 *Harmen.* 11.
5 Id est, 25 annorum. vid. quæ scripsi ad *l.* 10. §. 1. ff. *de tut. l.* 27. ff. *de neg.* Goth. Adde *l.* 4. *l.* 8. ff. *de legitim. tut.* S. L.
6 Ad heredes defuncti officium quidem seu jus officii non transit, transit tamen administratio seu exercitium in connexis extrajudicialibus. *l. Nam & Servius.* 21 §. *si vivo.* 2. ff. *de negot.* Nam in judicialibus heres tutoris exequi non potest etiam inchoata: quod ultimum tamen non admittit Dynus, Andreas & Aretius, *arg. l.* 1. *in fin.* ff. *si pendente appell. l. tutor si.* 27. *de appell.* contra legem *Tam ex contractib.* 57. *vers. certe.* ff. *de judic.*
7 *l.* 4. ff. *cod. l.* 5. §. 6. ff. *de admin. tut. l.* 27. ff. *de appell. l.* 13. ff. *de tutel. & ration. distrah.*
8 V. *l.* 4. ff. *eod.*
9 Heres tutoris pecuniam pupillarem intercipiens crimine non caret.
10 Postulare vel nominare etiam is videtur, qui per alium postulat, vel nominat.
11 *l.* 1. §. 2. ff. *de postulando.*
12 Potiorem sc. v. Paul. 2 *sentent.* 28. §. 1. 2.
13 Usuras eadem præstant fidejussores tutorum, & eorum heredes, quas tutores ipsi præstare debent.
14 *l.* 8. ff. *de eo quod certo. l.* 29. ff. *de admin. tut.*
15 *l.* 1. *in pr.* ff. *eod.*
16 Vide Cujac. 13 *obs.* 39. *l.* 1. C. *de heredib. tut. l.* 4. ff. *de magistratibus conveniendis.*
17 Nisi sit minia. *l.* 4. *in pr.* ff. *de magistratib. conveniend. l.* 1. C. *de hered. tut.* Imo ne si quidem magna fit. Adde *l.* 4. ff. *tit. prox.* v. Cujac. 13 *obs.* 39.
18 Vid. Montan. *de tutel. cap.* 39. *num.* 224. Anf.
19 Fidejussor tenetur ex stipulatione, non ex contractu, quo reus principalis obligatur. Baldus ad *l.* 33. C. *de Episcop.*
20 Imo, non tenetur, quia non præsumitur stipulatio interveniſſe, hoc tantum ipso quod apud acta contractum sit. *l.* 8. ff. *de transact. ubi dixi.*
21 Adfirmator hic tenet vicem fidejussoris: alias non tenetur, nisi
23 Pupilli
25 Dividitur actio tutelæ ut inter ipsos tutores, ita inter fidejussores eorum: Datur utrisque beneficium divisionis. Porro hic agitur de fidejussoribus; qui omnes pro omnibus, non singuli pro singulis fidejusserint. 26 *l.* 51. ff. *de fidejuss. eod.* 28 Hoc enim possunt eligere. *l.* 1. C. *de fidejussorib. tutor.* v. *Novel.* 4. *c.* 1. 29 Tacita novatio non tollit beneficium legis. *Bald.* 30 Inter fidejussores habet locum beneficium divisionis. *Bald.* 31 Ratio ubi eadem, idem beneficium ibi esse debet. *Bald.* 32 *l.* 13. §. 12. *in fin.* ff. *de excus. tut. l.* 1. C. *de testament. tutel. l.* 5. C. *qui dare tutor.* 33 In abstinendo.
34 Cur non debent? Juris impotentia negligentiam excusat. 35 Heres tutoris eo judicio tenetur, quo tutor ipse. 36 Argumentum a genere ad speciem. 37 Heres tenetur ex dolo defuncti. 38 Heres excusatur ob ignorantiam: & quidem ante litem contestatam cum defuncto: secus si lis cum defuncto contestata. 39 Litis contestatæ hi sunt effectus: pœnales transmittuntur ad heredes: temporales perpetuantur. 40 §. 1. *Instit. de perpetuis & temporalibus.* A. 1. C. *ex delict. defuncti. l.* 9. §. 3. ff. *jurejur. l.* 29. ff. *de novat.*

Tit. VIII.

DE MAGISTRATIBUS CONVENIENDIS[1].

De ordine, de Magistratibus. De sidejussoribus & nominatoribus Magistratuum. 1. De Praetore & aliis qui tutores dandi jus habent. 2. De Praeside & Magistratibus. 4. De pupillis & eorum successoribus. 5. De Praeside & Magistratibus. 6. Si tutor vel curator datus non sit. 7. Si Magistratus distulerit in successorem. 8. De electo ad aestimandas satisdationes. 9. De conventione Magistratuum. De collega qui non dedit. 10. De tutoribus exquirendis ex vicinis civitatibus. 11. De satisdatione. De tutore idoneo, vel non. 14. De privilegio pupilli. 15. Quis stipuletur rem salvam fore. 16. De effectu stipulationis. 17. De patre Magistratus.

1. ULPIANUS lib. XXXVI ad Edictum.

IN Ordinem [2] subsidiaria actio non dabitur, sed in Magistratus [3]: nec in fidejussores eorum: hi enim *Rempublicam salvam fore* promittunt, non pupilli: Proinde nec nominatores Magistratuum ex hac causa tenebuntur, sed soli Magistratus.

† Sed si Ordo receperit in se periculum, dici debet, teneri eos qui praesentes fuerunt: parvi enim refert nominaverint, vel fidejusserint, an in se periculum receperint: Utilis ergo in eos actio competit. † Sed si à Magistratibus municipalibus tutor datus sit, non videtur per Ordinem electus. §. 1. Neque [4] Praetor, neque quis alius cui tutoris dandi jus est, hac actione tenebitur [5].

§. 2. Si Praeses Provinciae denunciare Magistratus tantum de facultatibus tutorum voluit, ut ipse daret: videamus an & quatenus teneantur? Et exstat Divi Marci rescriptum, quo voluit, eos qui Praesidi renunciant, non [6] perinde teneri, atque si ipsi dedissent; sed si deceperunt, gratia forte aut pecunia, falla renunciantes: Plane, si Praeses provinciae satis eos exigere jussit, non dubitabimus teneri [7] eos, etiamsi Praeses dederit. §. 3. Si Praeses provinciae, nominibus ab alio [8] acceptis, ad Magistratus municipales remiserit, ut se de nominibus instruant, & perinde instructus dederit tutores, an exemplo eorum, qui Praetorem instruunt, debeant magistratus teneri, quaeritur: utique enim interest, utrum ipsi Magistratus nomina electa dederint Praesidi, an ea, quae ab alio Praeses accepit, inquisierint? Et puto [9], utroque casu [sic] teneri, quasi dolo vel lata culpa versati sunt.

§. 4. Non tantum pupilli, sed etiam successores eorum subsidiaria agere possunt. §. 5. Si curatores fuerunt minus idonei dati, dicendum est, teneri Magistratus oportere, si ex suggestu [10] eorum, vel nominibus ab eis acceptis, Praeses dederit. † Sed & si ad eos remiserit ut ipsi dent, vel post dationem ut exigerent satisdationem, periculum ad eos pertinebit. §. 6. Magistratibus imputatur etiam, si omnino tutor vel curator datus non sit: sed ita demum tenentur, si [11] moniti [12] non dederint: Ideo damnum, quod impuberes vel adulescentes medio tempore passi sunt, ad eos Magistratus pertinere non ambigitur, qui munere [13] mandato non paruerunt. §. 7. Sciendum autem est, si Magistratus municipales data opera tutelam distulerint [14] in successores [15] suos, vel si satisdationem data opera traxerint quoad successores accipiant, nihil eis prodesse. §. 8. Divus Hadrianus rescripsit, etiam in eum qui electus est ad aestimandas [16] tutorum satisdationes, actionem dandam. §. 9. Si inter Magistratus hoc convenerit [17], *Ut alterius tantum periculo tutores darentur*: conventiones pupillo non praejudicare, Divus Hadrianus rescripsit: conventione enim Duumvirorum jus publicum [18] mutari non potest: Prius tamen arbitror conveniendum eum qui hoc suscepit: deinde excussis facultatibus ejus, tunc veniendum ad collegam: quemadmodum si solus dedisset, diceremus prius eum, deinde collegam adgrediendum. §. 10. Si [19] quando desint in civitate, ex qua pupilli oriundi [20] sunt, qui idonei videantur, officium est Magistratuum [21] exquirere ex vicinis civitatibus honestissimum quemque, & nomina Praesidibus provinciae mittere, non ipsos arbitrium [22] dandi sibi vindicare. §. 11. Si Magistratus ab initio tutorem idoneum [23] dedit, & satis non exegit [24], non sufficit: quod si satis exegit, & idoneum exegit, quamvis postea facultatibus lapsi sint tutores vel fidejussores, nihil [25] est quod ei qui dedit imputetur: non enim debent Magistratus futuros casus & fortunam [26] pupillo praestare. §. 12. Sed & si satis non exegit, idoneus tamen tutor eo [27] tempore fuit, quo tutelae agi potest, sufficit. §. 13. Probatio [28] autem non pupillo incumbit, ut doceat fidejussores solvendo non fuisse, cum acciperentur, sed [29] Magistratibus, ut doceant eos solvendo fuisse.

§. 14. Privilegium [30] in bonis Magistratus pupillus non habet, sed cum caeteris creditoribus partem habiturus est. §. 15. Exigere autem cautionem Magistratus sic oportet, ut pupilli servus [31], aut ipse pupillus, si fari potest, & in praesentiarum est, stipuletur à tutoribus, item fidejussoribus eorum, *rem salvam fore*: aut, si nemo est qui stipuletur, servus publicus [32] stipulari debet, [*rem salvam fore pupillo*], aut certe ipse Magistratus.

§. 16. Plane [33] ubi servus publicus vel ipse Magistratus stipulatur, dicendum est utilem actionem pupillo dandam.

§. 17. Si filiusfamilias fuit Magistratus, & caveri pupillo non curaverit, aut non idoneè cautum sit culpa ejus: an & quatenus in patrem ejus actio danda sit, quaeritur? Et ait Julianus, in patrem de peculio [34] dandam, sive voluntate ejus filius Decurio factus sit, sive non: Nam & si voluntate patris magistratum administravit, attamen non oportere patrem ultra, quam de peculio, conveniri: quasi *Rempublicam salvam* [*solam*] *fore* promittat, qui dat voluntatem, ut filius Decurio creetur,

Si unus ex duobus tutoribus pupillo in solidum satisfecerit.

II. IDEM lib. III Disputationum.

PRoponebatur [35], duos tutores à magistratibus municipalibus datos, cautione non exacta [36], quorum alterum inopem decessisse, alterum in solidum conventum satis pupillo feciste: & quaerebatur, an tutor iste adversus magistratum municipalem habere possit aliquam actionem, cum sciret à contutore suo satis non esse exactum? Dicebam, cum à tutore satis pupillo factum sit, neque pupillum ad magistratus redire posse, neque rutorem: cum nunquam tutor adversus magistratus habeat actionem: Senatus enim consultum pupillo subvenit; praesertim cum sit quod tutori imputetur, quod satis a contutore non exegit, vel suspectum non [37] fecit, si scit (ut proponitur) magistratibus eum non caviße.

III. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

QUod si tutor ab hac parte culpa vacet, non erit iniquum adversus magistratus actionem ei dari.

De magistratu, & heredi magistratus, vel tutoris.

IV. ULPIANUS lib. III Disputationum.

NOn [38] similiter tenentur heredes [39] Magistratuum, ut ipsi renentur, nam nec heres tutoris [40] negligentiae [41] nomine tenetur: nam Magistratus quidem in omne [42] periculum succedit; heres ipsius dolo [43] proximae culpae succedaneus est.

Si unus ex tutoribus sine herede decesserit.

V. JULIANUS lib. XXI Digestorum.

DUo tutores partiti [44] sunt inter se administrationem tutelae: alter sine herede decessit: Quaesitum est, in Magistratum qui non curasset ut caveretur, an in alterum tutorem actio pupillo dari deberet? Respondi, aequius [45] esse in alterum tutorem dari, quam [46] in Magistratum: debuisse enim eum, cum sciret pupillo cautum non esse, universa negotia curare: & in ea parte, quam alteri tutori commisisset, similem esse ei, qui ad administrationem quorundam negotiorum pupilli non accessisset: nam etsi aliquam [47] partem negotiorum pupilli administraverit, tenetur etiam ob rem quam non gessit, cum gerere deberet.

De herede magistratus.

VI. ULPIANUS lib. I ad Edictum.

QUod ad heredem [48] Magistratus pertinet, extat D. Pii rescriptum, causa cognita debere dari actionem: Nam Magistratus si [49] tanta fuit negligentia, ut omnem cautionem omitteret, aequum est haberi eum loco [50] fidejussoris, ut & heres ejus teneatur: si vero cavit, & tunc idonei [51] fuerunt, [&] postea desierunt, sicut [&] ipse Magistratus probe recusaret hanc actionem, ita & heres [52] multo justius. Novissime non alias ait in heredem actionem dandam, quam si evidenter magistratus cum minus idoneis fidejussoribus contrahunt.

In quantum magistratus tenetur.

VII. CELSUS lib. XI Digestorum.

IN Magistratus, qui tutorem dederunt, rogo rescribas utrum [53] pro virili portione actio danda sit, an optio sit ejus, qui pupillus fuit, cum quo potissimum agat? Respondit, si dolo fecerunt Magistratus, ut minus pupillo caveretur, in quem vult actio ei danda in solidum est: sin culpa [duntaxat] eorum, neque dolo malo id factum est, aequius esse existimo, pro portione [54] in quemque eorum actionem dari, dum pupillo salva res sit.

Si unus ex curatoribus sine herede decesserit.

VIII. MODESTINUS lib. VI Responsorum.

MAgistratus à curatoribus adulti cautionem exegerunt *rem salvam fore*: ex his alter sine herede decessit: Quaero, an indemnitatem in solidum collega ejus praestare debeat? Modestinus respondit, nihil proponi, cur non debeat.

De usuris.

IX. IDEM lib. IV Pandectarum.

AN in Magistratus actione data, cum usuris fors exigi debeat [55], an vero usurae peti non possint, quoniam constitutum est [56] narum usuras [57] peti non posse, quaesitum est? Et rescriptum est à D. Severo & Antonino, & usuras peti posse: quoniam [58] eadem in Magistratibus actio datur, quae competit in tutores.

---

[1] Ut C. LXXV Goth. An obtineat, vid. Centur. fuerit. nostrum, *lib. 1. cap. 17. num. 4.* S. L.

[2] Universum sc. Curiae municipalis. §. 1. *J. eod.* §. *ult. Inst. de satisdat. tut. l. 53. ff. de administ. tutor.* Goth. Vid. Ant. Augustin. *lib. 1. emendat. cap. 3.* Anf.

[3] Ipsos sc. municipales, & duumviros.

[4] §. *ult. Inst. de satisd. tut.*

[5] Cur ita? quia damnum per eos non evenit, qui tutoria dationem injungunt aliis. *d. §. ult. Cujac. hic.* Non tenebitur igitur Magistratus ad alium referibens, ut se informet: id est, ut inquirat. Nisi sordide, aut per gratiam falso rescripserit.

[6] Periculum tutelae in se non suscipit, qui inquirendi onus in se recipit, nisi falsum renunciaverit.

[7] Si non receperint idoneam satisdationem.

[8] Paria sunt aliquid fieri proprio motu, vel ad denunciationem alterius: utroque modo Judex male judicans, litem suam facit. *Bald.*

[9] Vide quae scripsi ad *l. 4. ff. de fidejuss. tutor.*

[10] Suggerens aliquid fieri, quod fieri non debet, tenetur damnum passo. *Bald.*

[11] Officio Magistratus quod quis praestare debet, tacitam habet conditionem, si denunciatum ei fuerit.

[12] Monitionem tamen anteverterre possunt, & ex inquisitione dare. *§. 4. Inst. de Attiliano.*

[13] *Al.* Muneri.

[14] Successoris in tempus differre Magistratus id non debet, quod ipse praestare atque perficere tenetur.

[15] *l. 2. C. eod.*

[16] Vide *Anlt. C. eod.* Aestimatores rerum publicos, si injuste aestiment, teneri hinc colligunt.

[17] Pactum quod inter se Magistratus faciunt, pupillo, cui ex officio obligantur, non nocet ordinis ratione: scilicet ut priore loco conveniatur Magistratus, qui in se periculum suscepit, quam alius.

[18] *V. l. 20. ff. de religiosis.*

[19] *l. 24. ff. de tut. dat.*

[20] Origo pupilli in dando ei tutore potissimum spectatur.

[21] Municipalium.

[22] Jurisdictionem suam egredi non licet. [23] *l. 6. J. eod.* [24] *l. 3. C. eod. l. 11. ff. de probation.* §. 2. *Inst. de satisd. tut.* [25] Officio suo semel functus, non tenetur.

[26] Casum & fortunam pupillo magistratus praestare non debent. *l. 7. §. 8. ff. de min.*

[27] Vide *l. 3. C. de probat.* [28] Praesumitur non idoneis quisque esse facultatibus, nisi contrarium probetur, hoc est, non praesumuntur facultates: magis praesumitur paupertas.

[29] Probare debet se officio functum fuisse Magistratus in eo quod gessit. [30] Magistratus bona non obligantur tacite ex quasi delicto, seu ex negligentia. [31] Et publicus. *J. eod. l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. J. rem pupilli salvam.* [32] *d. l. 2.* [33] Ex tabellionis vel Magistratus stipulatione actio utilis cuique adquiritur sine cessione. Quid ita? quia publicum officium utergue gerit.

[34] *l. 3. in fin. ff. de pecul.* [35] Tutor solvens regressum habet contra tutorem, non contra Magistratum: nisi ipse tutor qui regressum habet, sit sine culpa, Magistratus cum culpa.

[36] Idque contra leges. *§. 5. Inst. de Attiliano.*

[37] *l. 19. §. 16. ff. de admin. tut.*

[38] Heredes interdum minus tenentur, quam defunctus cui successerunt. Defuncti etiam negligentiae teneri potest: heres culpae dolo proximae.

[39] *l. 6. J. eod.*

[40] Et fidejussoris tutorum, *l. 4. §. 1. ff tit. prox.*

[41] Latam diligentiae. vid. Cujac. [42] *ulsf. 39. v. l. 1. C. de haered. tutor. l. 4. §. 1. ff. de fidejuss. tut.*

[43] Periculum omne qui praestat, negligentiae quoque tenetur, *ut hic.* Periculi verbo continetur damnum negligentia datum.

[44] Ex culpa dolo proxima heres obligatur.

[45] *l. 2. in fin. C. de divid. tut.*

[46] *l. 4. C. eod.*

[47] *l. 5. §. 1. ff. de admin. tut.*

[48] Vid. *l. 4. ff. eod. l. 2. C. eod.*

[49] Excusari negligentia ejus non potest, qui omnia omisit.

[50] Fidejussoris loco habetur magistratus, qui sua negligentia non exegit satisdationem, quam exigere debuit.

[51] *l. 1. §. 11 ff. eod.*

[52] Heredis justior est excusatio, quam defuncti.

[53] Magistratus ratione doli, in solidum culpae, pro virili tenentur. *Bald.*

[54] *l. 3. in fin. C. eod. l. 45. ff. de admin. tut.*

[55] Usurae possunt à Magistratibus exigi eo modo, quo a tutoribus quando conveniuntur actione tutelae.

[56] Usurae poenarum non debentur. [57] Usurae poenarum non debentur. [58] nam si deberentur, usura usurae esset, cum nihil aliud sit usura quam poena non solventis. dixi ad *l. 1. C. de fiscalibus usuris. lib. 10.*

Tit. IX.

DE REBUS EORUM, QUI SUB TUTELA VEL CURA SUNT, SINE DECRETO NON ALIENANDIS[2], VEL SUPPONENDIS[3].

Summa, 1. Tempus, 2. Et verba Orationis Severi. 3. De rebus, quae defunctus venales habuit. 4. An praedia sint obligata venditori.

1. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

IMperatoris Severi [4] Oratione prohibiti sunt tutores & curatores praedia rustica [5] vel suburbana distrahere. §. 1. Quae oratio in Senatu recitata est, Tertyllo & Clemente Consulibus [6], idibus Juniis. §. 2. Et sunt verba ejus hujusmodi: *Praeterea, Patres Conscripti, interdicam tutoribus & curatoribus [7], ne praedia rustica vel suburbana distrahant: nisi [8] ut id fieret parentes testamento vel codicillis caverint. Quod si forte as [9] alienum tantum erit, ut ex rebus exteris non possit exsolvi: tunc Praetor Urbanus Vir Clarissimus adeatur, qui pro sua religione aestimet [10], quae possint alienari [11] obligarive debeant: munente [12] pupillo actione, si postea potuerit probari, obreptum [13] esse Praetori. Si communis res erit, & socius ad divisionem provocet [14]; aut si creditor, qui pignoris agrum a parente [15] pupilli acceperit, jus exequetur: nihil novandum censeo.* §. 3. Si defunctus dum viveret res venales habuerit, testamento [16] tamen non caverit *uti distraherentur*: abstinendum [17] erit venditioni [18]: non [19] enim utique, qui ipse voluerit [20] vendere, idem etiam postea distrahenda putavit.

§. 4. Si minor vigintiquinque annis emit praedia, *ut quoad pretium solveret, essent pignori obligata venditori*: non puto pignus valere [21]: nam ubi dominium quaesitum est minori [22], coepit non posse obligari [23].

II. PAULUS lib. singul. ad Orationem D. Severi.

SEd hic videtur illud movere, quod cum [24] dominio pignus quaerantur. [9] *l. 3. C. quando decreto opus* [10] *l. 5. §. 9. §. 13. J. eod.* [11] *l. 5. §. 10. J. eod.* [12] *d. §. 10.* [13] *d. l. 5. §. penult. J. eod.* [14] *d. §. pen. l. 5. C. eod. l. 55. in fin. ff. de admin. tut.* [15] *l. 8. in fin. J. eod. l. 17. C. eod.* [16] Vid. *l. 2. C. si adversus venditionem pignoris.* Quid, si ab ipso pupillo? *v. l. 7. §. 1. J. eod.* [17] Testator cavere testamento potest ut res ejus distrahantur. [18] Hinc collige, mercatorum etiam in filiis, si forte res paternas vendere voluerint, requiri decretum in his quae possunt servando servari. *Bald.* [19] *Al.* venditione. [20] Voluntas non semper eadem in testatore praesumitur. Non si res venales testator superstes habuit: ideo venales eas post mortem habere velle censendus est. A testatoris usu plerumque recedimus. Cur ita? favore pupilli. [21] Non omnis voluntas patris, est testamentum. *Bald.* [22] In hoc casu: licet in aliis talis conventio licita sit. *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* [23] Quaeritum est autem per emptionem. [24] Atque ita valeré contractus emptionis potest, non tamen valere pactum in eo appositum. *Bald.* [25] Pignori res ipsi venditori, ut ab eo empta est, dari statim potest: sic ut quo momento rei dominium adquisitum est, eodem & in re ipsa pignus ab initio possit contrahi: cum dominio pignus constitui & ab initio obligatio pignoris inhaerere potest. *ut hic.* An & in minore id verum est? non verum stricto jure: sed ii imperiali beneficio pignus confirmatum sit.

[1] Praediis, *5 C. 71.* & dominio, & servituribus, & emphyteusi. vid. *l. 16. C. eod.*

[2] 37 *Ecl. 9.* Alienationis verbo intelligitur venditio, commutatio, transactio, datio in solutum, cautio reddendae rei donatae, divisio, usucapio, longa possessio, donatio.

[3] Id est, pignori obligandis. Cornutus in illum locum, me tibi suppositi, tanquam aliquid pignus, inquit. *Cujac. hic.*

[4] *l. 2. C. de curat furiof. l. 9. in fin. C. hoc tit.*

[5] *l. 22. C. de admin. tut.*

[6] Anno urbis 944.

[7] *Synopf. Basilic. 37. tit. 11. ex tit. 8. c. 1. §. Harmen. 11. §. 48.*

[8] An autem in executoribus testamentariis? sic putat Bartolus: tutor enim & executor comparantur.

quæsitum est, & ab initio obligatio inhæsit. Quod si à fisco [26] emerit, nec dubitatio est, quin jus pignoris salvum sit. Si igitur talis species in privato venditore inciderit, imperiali [27] beneficio opus est, ut [ex] rescripto pignus confirmetur [28].

Si ex pupilli pecunia fundus alteri pupillo sit comparatus. 1. De prætorio pignore. 2. De litis æstimatione. 3. De fundo restituto ex condemnatione. 4. De jure emphyteutico vel embateutico. 5. De usufructu & servitutibus. 6. De lapidicinis & fodinis.

III. Ulpianus lib. xxxv ad Edictum.

Sed si pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus sit comparatus, isque pupillo vel minori traditus, an pignoris obligationem possit habere is, cujus pecunia fundus sit emptus? Et magis est, ut salvum sit jus pignoris secundum constitutionem Imperatoris nostri, & D. patris ejus, ei pupillo, cujus [29] pecunia comparatus est fundus. §. 1. Pignori [30] tamen capi jussu magistratus vel Præsidis, vel alterius potestatis, & distrahi fundus pupillaris potest. † Sed & in possessionem [31] mitti rerum pupillarium à Prætore quis potest: & jus pignoris contrahitur sive legatorum servandorum causa, sive damni infecti: & ut procedat [32], juberi etiam possideri poterit: Hæ enim obligationes sive alienationes [33] locum habent, quia non ex tutoris vel curatoris voluntate id fit, sed ex magistratuum auctoritate. §. 2. Item quæri potest, si fundus à tutore petitus sit pupillaris, nec restituatur, an litis æstimatio oblata [34] alienationem pariat? Et magis est, ut pariat: hæc enim alienatio non sponte tutorum fuit. §. 3. Idemque erit dicendum & si fundus petitus sit, qui pupilli fuit, & contra pupillum pronunciatum, tutoresque restituerunt: nam & hic valebit alienatio, propter rei judicatæ [35] auctoritatem. §. 4. Si jus ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατευτικὸν [36] habeat pupillus, videamus, an distrahi hoc à tutoribus possit? Et magis est, non posse [37], quamvis jus [38] prædii potius sit. §. 5. Nec usufructus alienari potest, etsi solus fuit usufructus pupilli. † An ergo hic nec non utendo amittatur, si tutor causam præbuerit hujus rei? Et manifestum est, restaurari debere. † Sed si proprietatem habeat pupillus, non potest usumfructum vel usum alienare, quamvis oratio nihil de usufructu loquatur. † Simili modo dici potest, nec servitutem imponi posse fundo pupilli vel adulescentis, nec servitutem remitti: † Quod & in fundo dotali [39] placuit.

§. 6. Si lapidicinas vel quæ alia metalla [40] pupillus habuit stypteriæ [41], vel cujus alterius materiæ, vel si cretifodinas, argentifodinas [42], vel quid aliud huic simile,

IV. Paulus lib. singul. ad Orationem D. Severi.

Quod tamen privatis licet possidere:

1. De Salinis. 2. De fundo bona fide empto à pupillo, 3. Vel ei pignerato, vel ex causa damni infecti possesso. 4. De legato & fideicommisso. 5. Si pupillus promiserit, 6. Aut stipulanti, 7. Vel vendituri successerit. 8. De repudiatione legati. 9. De ære alieno. 14. Si æs alienum nullum sit. 15. De obreptione. 16. De prædiis communibus pro diviso vel indiviso.

V. Ulpianus lib. xxxv ad Edictum.

Magis puto ex sententia Orationis impediri alienationem. §. 1. Sed & si salinas [43] habeat pupillus, idem erit dicendum. §. 2. Si pupillus alienum fundum bona fide emptum possideat [44], dicendum puto, nec hunc alienare tutores posse: ea enim, qua quasi pupillaris vero [45] distractus est, venditio valet [46].

§. 3. Si fundus pupillo pigneratus [47] sit, an vendere [48] tutores [49]: hunc enim quasi debitoris, hoc est, alienum vendunt. Si tamen impetraverat pupillus, vel pater ejus, ut jure dominii [50] possideant, consequens erit dicere non posse distrahi, quasi prædium pupillare. † Idemque & si fuerit ex causa damni infecti jussus possidere. §. 4. Si fundus legatus, vel per fideicommissum fuerit relictus Seio à pupillo herede instituto, an tutores restituere hunc fundum possint sine auctoritate Prætoris? Et putem, si quidem rem suam legavit, cessare Orationem: sin [51] vero de re pupilli, dicendum erit, locum esse Orationi, nec inconsulto Prætore posse alienare. §. 5. Si pupillus stipulanti spoponderit, an solvere [52] possit sine Prætoris auctoritate? Et magis est, ne possit: alioquin inventa erit alienandi ratio [53]. §. 6. Sed si pater stipulanti fundum spoponderit, successeritque [54] pupillus in stipulatum: fortius dicetur, sine Prætoris auctoritate posse eum reddere. † Idemque & si jure hereditario alii successerit, qui erat obligatus. §. 7. Eadem ratione, & si parens fundum vendidit, vel quis alius cui pupillus successerit, potest dici pupillum cætera [55] venditionis [56] inconsulto Prætore posse perficere. §. 8. Fundum autem legatum repudiare pupillus sine Prætoris auctoritate non potest: esse [57] enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli, nemo dubitat. §. 9. Non passim [58] tutoribus sub obtentu æris alieni permitti debuit [59] venditio: namque non esse viam eis distractionis [60] tributam: & ideo Prætori arbitrium hujus rei Senatus dedit: cujus officio in primis hoc convenit excutere, an aliunde possit pecunia ad extenuandum æs [61] alienum expediri: Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quæ conveniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe [62], atque obventionum. † Item requirat, num aliæ res sint præter [63] prædia quæ distrahi possunt, ex quorum pretio æri alieno satisfieri possit. Si igitur deprehenderit non posse aliunde exsolvi, quam ex prædiorum distractione, tunc [64] permittet distrahi, si modo urgeat [65] creditor, aut usuræ modus parendum æri alieno suadeat. §. 10. Idem Prætor æstimare [66] debebit, utrum vendere potius an obligare permittat. Necnon illud vigilanter observare, ne plus [67] accipiatur sub obligatione prædiorum fœnoris, quam [quod] opus sit ad solvendum æs alienum, aut distrahendum arbitrabitur: ne propter modicum æs alienum magna possessio distrahatur: sed si sit alia possessio minor, vel minus utilior pupillo, magis eam jubere distrahi, quam majorem & utiliorem [68]. §. 11. In primis igitur, quotiens desideratur ab eo, ut remittat [69] distrahi, requirere [70] debet [eum] qui se instruat de fortunis pupilli, nec [71] nimium tutoribus vel curatoribus credere, qui nonnunquam lucri [72] sui gratia adseverare Prætori solent, necesse esse distrahi possessiones, vel obligari. Requirat ergo necessarios [73] pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habet: aut si nemo inveniatur, aut suspecti sint qui inveniuntur, jubere debet edi rationes, itemque synopsin [74] bonorum pupillarium, Advocatumque [75] pupillo dare, qui instruere [76] possit Prætoris religionem, an adsentire venditioni vel obligationi debeat. §. 12. Illud quæri potest, si Prætor aditus permiserit distrahi possessionem provincialem [77], an valeat quod fecit? Et putem valere [78], si modo tutela Romæ agebatur: & hi tutores eam quoque administrationem subierant [79]. §. 13. Ne tamen titulo tenus tutores ære alieno allegato pecunia abutantur, quam mutuam acceperunt, oportebit Prætorem curare, ut pecunia accepta creditoribus solvatur, & de hoc decernere: dareque viatorem qui ei renunciet [80], pecuniam istam ad hoc conversam, propter quod desiderata est alienatio vel obligatio. §. 14. Si æs alienum non interveniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere, & [vel] alia comparare [81], vel certe istis carere: videndum est an Prætor eis debeat permittere? Et magis est, ne possit [82]: Prætori enim non liberum arbitrium datum est distrahendi res pupillares, sed ita demum, si æs alienum immineat. Proinde & si permiserit ære alieno non allegato, consequenter dicemus nullam esse venditionem, nullumque decretum: non enim passim distrahi jubere Prætori tributum est: sed ita demum si urgeat æs alienum. §. 15. Manet actio pupillo, si postea poterit probari, obreptum [83] esse Prætori. Sed videndum est utrum in rem an in personam dabimus ei actionem? Et magis est, ut in rem detur, non [tantum] in personam adversus tutores sive curatores. §. 16. Communia [84] prædia accipere debemus, si pro indiviso communia sint. Cæterum si pro diviso [85] communia sint, cessante Oratione decreto locus erit.

Si alius proprietatem fundi alius usumfructum habeat.

VI. Idem lib. 11 de omnibus Tribunalibus.

Sed si forte alius proprietatem fundi habeat, alius usumfructum, magis est ut cesset hæc pars Orationis, quæ de divisione loquitur: nulla enim communio [86] est.

De prædiis communibus pupillorum. 1. De pignore distrahendo à creditore pupilli. 2. De parente tutore. 3. De tutore, qui aliud fecit, quam quod decretum est. 4. De decreto alternato. 5. Si res sine decreto obligetur.

VII. Idem lib. xxxv ad Edictum.

Si pupillorum [87] sint communia prædia, qui diversos tutores habent: videamus an alienatio locum habere possit? Et cum provocatio necessaria sit, puto alienationem [88] impediri [89]: neuter enim poterit provocare [90], sed ambo provocationem exspectare. † Item, si eosdem tutores habeant, multo magis [91] quis impeditam alienationem dicet. §. 1. Si pupillus dedit pignori [ex] permissu Prætoris, nonnulla erit dubitatio, an alienatio possit impediri? Sed dicendum est, posse [92] creditorem jus suum exequi: Tutius [93] tamen fecerit, si prius Prætorem adierit. §. 2. Si pater vel parens tutor sit alicui ex liberis, an Prætor adeundus sit, si obligare velit? Et magis est, ut debeat [94]: pronior tamen esse debet Prætor ad consentiendum patri [95]. §. 3. Si Prætor tutoribus permiserit vendere, illi obligaverint, vel contra: an valeat quod actum est? Et * mea fert opinio, eum qui aliud [96] fecit, quam quod à Prætore decretum est, nihil egisse [97]. §. 4. Quid ergo, si Prætor ita decrevit, *vendere obligareve permitto*, an possit liberum arbitrium habere, qui faciat [98]? Et magis est, ut possit, dummodo sciamus Prætorem non recte partibus suis functum [99]: debuit enim ipse statuere & eligere, utrum magis obligare an vendere permittat. §. 5. Si obligavit rem tutor sine decreto, quamvis obligatio non valeat, est tamen exceptioni [100] doli locus: sed tunc cum tutor acceptam mutuam pecuniam ei solverit, qui [1] sub pignore erat creditor. §. 6. Idem videndum est, an & obligare ei rem possit? Et dicendum est, si eandem sortem acceperit, nec gravioribus usuris, valere obligationem, ut jus prioris [2] creditoris ad sequentem [3] transeat.

De protutore & procuratore. 1. De curatoribus. 2. An obligari communia possint.

VIII. Idem lib. 11 de omnibus Tribunalibus.

Qui neque tutores [4] sunt ipso jure, neque curatores, sed pro tutore negotia gerunt, vel pro curatore, eos non posse distrahere res pupillorum, vel adulescentium, nulla dubitatio est.

§. 1. Sed si curator sit furiosi [5], vel cujus alterius non adulescentis, videndum est, utrum jure vereri valebit venditio, an hanc Orationem admittemus? Et puto, quia de pupillis Princeps loquitur, & conjunctim tutoribus curatores accipiunt [6], pertinere: & [7] de cæteris puto ex sententia Orationis idem esse dicendum.

§. 2. An obligari communia possint, quæritur? Sed non puto sine decreto obliganda [8]: nam quod excepit Oratio, ad hoc tantum pertinet, ut perimatur communio [9], non ut augeatur difficultas communionis.

Si Præsidis successor fraudem & dolum deprehenderit.

IX. Idem lib. v Opinionum.

Quamvis antecessor Præsidis decrevisset, *ea prædia venundari*, quæ tutor pupilli subjecto [10] nomine alterius emptoris ipse sibi comparabat: tamen si fraudem & dolum contra Senatusconsulti auctoritatem & fidem tutori commissam deprehendisset suc-

---

26 Tacite fisco obligata sunt bona majoris, qui à fisco comparavit, *l. 2. l. 3. C. de privileg. fisci.* secus in minore, *ut hic. l. 2. C. in quibus caus. pign. tacite.*

27 *l. 2. C. quando & decreto opus non est.* Goth. V. Brisson. *lib. 1 select. Antiq. c. 16.* late Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. c. 171.* S. L.

28 Confirmatio namque invalidum validum facit.

29 *l. 7. §. qui potiores.*

30 *l. 1. C. eod.* Goth. Vide Cuj. *lib. 7 obs. cap. 23.* S. L.

31 *l. 26. §. de pignor. act.*

32 Ut dominium præcedat juberi, &c. Græci ἐπὶ τῷ δικαίῳ. vid. Cujac. *7 obs. 23.*

33 Missio ex secundo decreto transfert dominium. vide quæ notavi ad *l. 5. §. de damno.*

34 Et ad eam solvendam coacto per judicem possessore.

35 Propter auctoritatem rei judicatæ, & per sententiam transfertur dominium. *Bart.*

36 Jus ἐμφυτευτικὸν, jus prædii est, ut & ἐμβατευτικὸν utrumque perpetuarium, quinimo temporarium esse potest, *l. ult. §. si ager vectigalis.* videlicet si non ad modicum tempus prædia fruenda tradantur. Cujac. *Inst. de locat.* ἐμβατευτικὸν dicitur ἐκ τοῦ ἐμβαλεῖν, quod creditor jus ingrediendi in bona pignorata habeat, Alciat. 1 *Parerg.* 26. Goth. Adde Turneb. *Adverss. lib. 30. c. 35.* S. L.

37 Pupilli proprietatem, vel utile dominium tutor alienare non potest.

38 Jus prædii non est prædium, & sic jus prædii differt ab ipso prædio urbano vel rustico.

39 *l. 5. 6. 7. §. de fundo dotali.*

40 Id est, lapides, cretas, arenas. Metallorum nomine lapides etiam intelliguntur: ut & apud Spartianum in statuam Pescennii Nigri ex Thebaïco lapide factam: *Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi: Ut convenirent forma metalla sibi.* Cujac. *15 obs. 21. in fin.* adde *l. 9. §. 2. 3. l. 13. §. 5. §. de usufruct.* facit *titulus C. de metallar.* sub quo tractatur de saxis & lapidibus. Ita metallum dicetur quidquid erutum ex terra: sic sulphur vivax metallum. Apul. *9 de asino.*

41 Id est, aluminis, παρὰ τὸ στύφειν, quod potentissime adstringit. 42 De Argentifodinis, & earum jure, vide Petr. Heig. *part. 1. quæst. 19.* Ans. 43 Vide quæ notavi ad *l. 8. §. 8. §. de panis.* 44 Habet eo nomine Publicianam, *l. 1. §. de Publiciana.* non tantum uudam possessionem. 45 *Vero*, id est, vere, vel vero pretio. 46 Posse etenim, si quasi pupillaris distractus est, venditio non valet, *vulg. & Haloand.* vel sic, Ea enim (qua quasi pupillaris vero pretio distractus est) venditio valet. Quid, si legamus, *ea enim, qua quasi pupillaris revera distractus est, venditio non valet?* ac si diceret omnem fundi venditionem non valere, si quasi pupillaris venditus fuerit. 47 Pignus pupilli tutor sine decreto alienare potest, *ut hic.* Cur potest? quia pignus pupilli, non est res pupilli. Pignoris possessio sola transit in creditorem non dicta lege commissoria. *l. cum & sorte. 35. §. ultim. §. de pignor. act.* 48 *Eum vendent recte.* 49 Tutores possint. *Haloand.*

50 *l. ultim. C. de jure dominii.* 51 Quando testator legat rem heredis, non transit dominium in legatarium recta via. *Bal.* 52 Alienat qui solvit. 53 Adde *l. 3. §. de Senatusconsulto Macedonian.* 54 *l. 1. C. quando decreto opus non est.* 55 Hic notat Baldus dictionem, *cætera*, comprehendere ea, quæ ad perfectionem contractus pertinent. 56 An id, quod venditorem facere & præstare oportet (quo sensu cætera cognitionis dicimus, *l. 29. §. de minor.* omnia, quæ ad causam pertinent)? an generalem hypothecam intelligemus, quomodo dicimus, cætera bona pignori dari, *l. 2. §. qui potior. l. 1. §. de distract. pign.* ut sit sensus, pupillum ea generaliter obligare posse, quæ ejus auctor alienare jusserit. 57 Alienat, qui repudiat. 58 Vide in hanc leg. Rolandum à Valle, 1 *cons. 33.* 59 *Al.* debet, *vel* debebit. 60 Dicendum est sc.

61 *l. 1. §. 2. vers. 2. §. eod.* adde *l. 15. §. 2. §. de rejudicata.* 62 Hæc venditio est fructuum futurorum venditio. 63 *l. 16. C. eod.* 64 Decreti interpositio in venditionibus rerum pupillarium est futuræ venditionis permissio, quæ ordine præcedere ipsum venditionem debet.

65 Res pupilli immobiles non alias vendi possunt, quam si creditor urgeat, vel dispendium sit in mora. *l. ult. C. eod.*

66 *l. 1. §. 2. vers. 2. §. eod.*

67 Necessitatis ex modo vendendi obligandique potestas mensuranda est. *Bald.* ut ne unius nummi aut vilissimi debiti prætextu res pretiosas & magno numero vendamus.

68 Adde *l. 7. §. 8. §. de minoribus.*

69 *Remittat* pro permittat.

70 Inquirere facti veritatem a peritis judex debet.

71 Judex non debet esse nimis credulus.

72 Mentitur enim facile quis propter lucrum suum. *Bald.*

73 Adde *l. 5. §. 2. §. ex quib. caus. in possess.*

74 Synopsis hic, brevis est descriptio bonorum pupillarium. de hac voce vide Cujac. *8 obs. 1.* Robert. *2 animadv. 14.* Anton. Mercat. *2 not. 14.* Goth. Adde Revard. *conject. lib. 1. cap. 15.* Ans.

75 *l. 9. §. 5. §. de off. Proconf. l. 1. §. 4. §. de postulando.* Baldus hic notat usitatum in Francia esse, ut in opi adversus Regem litigaturo Rex ipse Advocatum ministret.

76 Advocatorum utilitas ex his satis intelligitur. adde *l. 22. §. de re judic.*

77 Decretum potest interponi de re alibi existente.

78 Jurisdictio voluntaria personæ ratione vim suam extendit ad res extra territorium judicii sitas. *Bald.*

79 Tutius est tamen ab utroque judice decretum interponi, *l. 30. §. 1. §. de excusat. tut.* vide quæ notavi ad *l. ult. §. de jurisdict. l. 16. C. de prædiis minorum.*

80 Creditur viatori, seu nuncio publico & jurato, quoties rem exequitur secundum naturam officii sui, & in modicis. *Bald.*

81 Permutandi facultatem tutori, Prætor tribuere non debet. v. *l. 4. C. eod.*

82 *l. 12. 18. C. eod.*

83 *l. 1. §. 2. §. eod. l. 55. in fin. §. de admin. tut.* Et decreto obreptitio non transfertur dominium. *Bald.*

84 V. *l. 7. §. eod.*

85 Partes ubi discretæ sunt, ibi non est communio.

86 Ubi non est communio, ibi divisio.

87 Adde *l. ult. C. de fundo dotali. l. 17. C. h. t. l. 17. §. commun. divid.*

88 Dividens alienat.

89 Quid, si evidens sit utilitas utriusque pupilli? divisionem videre aiunt interpretes. *arg. l. 14. in fin. §. pro soc. l. ult. §. de jure dot. l. 20. §. de auctoris.*

90 Id est, alter ex pupillis alterum provocare ad divisionem non potest. vide tamen Socin. *regul. 329.*

91 Cur ita? vide *l. 42. §. 6. §. de procurat.* 92 Facit *l. 16. §. de pign.* 93 Vide *l. 3. C. de pign.* 94 *l. 3. C. eod.* 95 Amare enim liberos præsumitur. de qua præsumptione vide Alciat. 1 *præs. 1.* 96 Etiam minus, quam est permissum. Aliud faciens quam permissum sit, nihil egisse intelligitur. 97 A forma decreti non est recedendum: est enim stricti juris, nec extenditur ad similia, vel minora. *Bald.* adde *l. 8. §. 13 §. quib. mod. pign. solv.* vide quæ notavi ad *l. 21. §. de neg. jur.* 98 Quid faciat? *Hal.* 99 Cur? decretum judicis alternativum esse non debet. 100 *l. 14. C. eod.* 1 Vide *l. 16. §. de pign.* 2 Qui strictiori sibi desiderat. 3 Secundum creditorem. 4 *l. 4. in fin. C. de curat. furiosi.* 5 *l. 11. in fin. §. eod. l. 2. C. de curat. furios.* 6 Accipiuntur. *Haloand.* 7 Adde *l. 34. in fin. §. de contrah. empt.* 8 *l. 17. C. eod.* 9 *l. 1. §. 2. vers. ult. §. eod.* 10 *l. 2. C. eod.*

11 *l.* 26 §. *de tu. test.*

12 Addo *l.* 38. §. 4. *de pœnis.*

13 Illicite quod hic dicitur venundatum prædium, eſt: ne prædium venditum non adhibitis ſolennitatibus juris? An potius prædium venditum proprio nomine? Bartolus in *l. cum vir.* §. *de manſcript.* hoc poſtremum non admittit: cum hic titulus ſit de alienationibus, quæ per tutores fiunt, at non de his quæ facit tutor proprio nomine, ideoque in dubia quæſtione hunc caſum ſuam ad rubricam referendum eſſe. *l. Imperator.* 16. §. *de in ſtem additi.* Præterea, ut ſe tutor hic obligaverit proprio nomine, in factum tamen conſenſit: quod præſumi non ſolet, niſi probetur, *l. in bello.* 12. §. *facti.* 2. §. *de captivis.* Ad hæc, ſi nomine proprio hic vendidiſſet tutor, ſtricto jure repeteretur, & tamen dicitur hic repetitionem ex æquitate inhiberi, *l. eodem. l. vindicantem.* 17. §. *de evict.* Ex æquitate, inquam, quod hæc negativa promiſſio, *Non contra veniendi*, tacite videatur omnibus contractibus ineſſe, fraudibus alioqui viam pateſieri: unde notant interpretes, *Rati* clauſulam in mandatis ſupervacuam eſſe, quod mandator mandatum ratum habere teneatur. Addit Bartolus, ſuperiorem ſententiam reprobari, *l. ſi ſervo.* 20. §. *qui & à quibus manumiſſ.* Poſtremo majorem dubitationem in hac interpretatione eſſe: quoniam ſi tutor ſe hic obligaſſet nomine proprio, indubius caſus fieret. 14 Igitur non ſtricto jure, ut hinc colligas in hac facti ſpecie, tutorem ſe non obligaſſe proprio nomine, ſed ut tutorem non ſervatis ſolennibus vendidiſſe. 15 *l. 6. l.* 18. *C eod* vide *l.* 9. §. *de offic. Proconſ.* Cui inhibetur? An pupillo? An tutori? utique tutori. Cur inhibetur? An quia ſine ſolennitatibus vendidit? An quia pretium recepit? 16 Nec enim tam aſpere tractandum eſt jus prohibitæ alienationis prædiorum pupillarium, ut & ſoluta æſtimatione a tutore, in emptorem pupillus ſummo jure experiatur. Cujac. ad *l.* 14. *in fin.* §. *quod metus cauſa.* 17 Vel Proconſul, ut docet inſcriptio. 18 *l.* 8. §. 1. §. *eod.* 19 Hodie fieret contra conſtitutionem Juſtiniani, *Novell.* 72. *in princ.* & authenticam *minoris debitor. C. qui dare tutores.* 20 Agrorum vitioſorum alii ſteriles, alii ſaxoſi, alii peſtilentes. 21 De peſtilenti fundo v. *l.* 4. *C. de ædil. act.* 22 Infructuoſos Eccleſiæ fundos ſine decreto vendi non poſſe hinc colligit Cujac. *Novell.* 7. 23 Valor rei ex ejus reditu intelligitur. adde *l.* 92. §. *de leg* 1.

24 *l.* 14. *C. eod.* 25 Pupilli. 26 Hinc colligit Bart. in *l.* 8. §. *de tranſ.* minores (& Eccleſiam) interdum res ſuas diſtrahere poſſe, etiam ſine decreto. 27 Id Baldus extendit ad executores datos codicillis. 28 Sunt Septim. Severus & Anton. Caracall. ejus filius. *Anſ.*

29 Hinc colligit Baldus, Teſtamentum irritum probare voluntatem defuncti. Voluntas teſtatoris tutorem vendentem excuſat: etſi voluntas illa teſtatoris fiat irrita. Ita quod nullum eſt, interdum impedimentum adfert: contra juris regulam. *c.* 52. *de reg. jur. in* 6.

TIT. X.

DE CURATORIBUS [1] FURIOSO ET ALIIS [2] EXTRA MINORES DANDIS 3.

De prodigo & furioſo.

I. ULPIANUS lib. I ad Sabinum.

LEge 4 XII tab. prodigo 5 interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio: quod moribus 6 quidem ab initio introductum eſt. † Sed ſolent hodie Prætores vel Præſides, ſi talem hominem invenerint, qui 7 neque tempus neque finem 8 expenſarum habet, ſed bona ſua dilacerando & diſſipando 9 profudit, curatorem ei dare exemplo furioſi 10: & tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu vel furioſus ſanitatem, vel ille 11 ſanos mores receperit: quod ſi evenerit, ipſo jure 12 deſinunt eſſe in poteſtate curatorum. §. 1. Curatio autem ejus 13, cui bonis interdicitur, filio negabatur permittenda. Sed extat D. Pii reſcriptum, filio 14 potius curationem permittendam in patre furioſo, ſi tam probus ſit.

1 §. 1. *Inſt.* 23. Ulpian. 12.

2 Ut prodigo.

3 C. LXX. muto, ſurdo. *l.* 10. *C. qui teſtam. fac. poſſ.*

4 Talis eſt prodigus, demens, futuus, ſurdus, ventri (v. *l.* 6 §. *eod.*), laborans morbo perpetuo. §. 4. *Inſtit. eod.* Bonis abſentis non defenſi datur etiam curator, *C. de curatore bonis dando.* ut & bonis diſtrahendis, *l.* 9. *eod.* adde his omnibus *l.* 19. 20. 21. 22. §. *de rebus auct.* & generaliter omnibus qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. vide Cujac. *hic.*

4 Ulp. *tit.* 12. §. 2. & §. 4.

5 *l.* 1. *C. eod. l.* 12. §. 2. §. *de tut. dat.* Cic. *de ſenectute.*

6 Ulp. 11. §. 2. noſtro more. Cic. *ibid.* vide quæ notavi ad *l.* 1. §. *de don. inter virum.*

7 Prodigus neque tempus, neque finem habet expenſarum. Adde Ariſtot. 4 *Ethic.* 1. Sic largitio fundum non habet. Cic. 1 *de offic.* Ita prodigus à prodigendo, id eſt, conſumendo. Feſtus, *in prodigere.* 8 Non habet fundum, peccat ἐν τῇ ὕλῃ ſicut avarus, ἐν τῷ λόγῳ. Cuj. ad *l.* 6 §. *de verb. obl.* 9 Diſperdendo, idque ſua nequitia, & liberos ad egeſtatem perducendo, formulam interdicendi prodigo v. apud Paul. 3 *ſent.* 4. §. 4. §. 7. 10 Scripſi ad leges XII tab. *tit. de tutelis.* adde Cic. 2 *de inventione.* & 3 *Tuſc.* 2. Ulp. 3. *l.* 7. *C. de curat. furioſ. l.* 27. §. *ſin autem. C. de epiſc. aud.* ut merito hic quæri poſſit, an quemadmodum pater furioſo ſubſtituere poteſt, §. 1. *Inſt. de pupill. ſubſt.* ita poſſit & prodigo? v. *l.* 16. §. 1. §. *eod.* 11 Prodigus. 12 Id eſt, quando certum eſt, eos neque furere amplius, neque prodigos eſſe. *Bald.* 13 Id eſt, patris furioſi. 14 *l.* 3. *C. eod.*

15 §. 4. *Inſt. eod.* 16 Filius patri furioſo curator eſſe poteſt, *ut hic. & l.* 1. §. *eod. l.* 4. §. *eod. l.* 12. §. 1. §. *de tut. & curat. dat.* adde *l.* 60. §. 4. §. *mandat. l.* 3. *C. eod.* quinimo nec impune furioſum parentem negligit. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 12. 17 *l.* 8. §. *quib. ex cauſis in poſſeſſ.* 18 Hereditatem defuncti. 19 Aut ſigno publico defuncti domus obſignanda. 20 An & patris? ſic ſane. v. *l.* 12. § 1. §. *de tut. & cur.* & in *l.* 1. *in fin.* §. *eod.* 21 Vide *l.* 2. *in fin.* §. *eod.*

ſucceſſor 11 ejus, æſtimabit, quatenus tam callidum commentum etiam in exemplum 12 coerceri debeat.

De his æſtimatione.

X. IDEM lib. VI Opinionum.

ILlicite 13 poſt ſenatuſconſultum pupilli vel aduleſcentis prædio venundato, ſi eo nomine apud judicem tutelæ, vel utilis actionis æſtimatio facta eſt, eaque ſoluta: vindicatio prædii ex æquitate 14 inhibetur 15.

De cauſæ cognitione, cum curatores diſtrahere volunt.

XI. IDEM lib. III de Officio Proconſulis.

SI prædia minoris vigintiquinque annis diſtrahi deſiderentur, cauſa cognita 16 Præſes 17 provinciæ debet id permittere. † Idem ſervari oportet, & ſi furioſi 18 vel prodigi, vel cujuſcunque alterius prædia curatores velint diſtrahere.

Si tutor in locum creditoris ſucceſſerit.

XII. MARCIANUS lib. ſingulari ad formulam hypothecariam.

NOn 19 fit contra ſenatuſconſultum, ſi cujus tutor creditori patris pupilli exſolvit, ut ejus loco ſuccedat.

De fundo infructuoſo. Si tutor errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus ſolverit.

XIII. PAULUS lib. ſingul. ad Orationem D. Severi.

SI fundus ſit ſterilis 20, vel ſaxoſus, vel peſtilens 21, videndum eſt an alienare eum non poſſit? Et Imperator Antonin. & Dpater ejus in hæc verba reſcripſerunt: *Quod allegaſtis, infructuoſum* 22 *eſſe fundum, quem vendere vultis, movere nos non poteſt: cum utique pro* 23 *fructuum modo pretium inventum ſit.* † Quanquam autem neque diſtrahere neque obligare tutor pupillare prædium poſſit, attamen Papinianus, lib. V Reſponſorum, ait, tutorem pupilli ſine decreto Prætoris non jure diſtrahere: ſi tamen, inquit, errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus 24 paternis pueri 25 ſolverit; quandoque domino prædium cum fructibus vindicanti doli non inutiliter opponitur 26 exceptio, pretium ac medii temporis uſuras, quæ creditoribus debentur, non offerenti; ſi ex cæteris ejus facultatibus æs alienum ſolvi non poterit. Ego autem notavi, Et ſi ſolvi potuerit, ſi tamen illæ res ſalvæ erunt, ex quarum pretio æri alieno ſatisfieri potuit, dicendum eſt adhuc doli exceptionem obſtare, ſi lucrum captet pupillus ex damno alieno.

De teſtamento irrito.

XIV. IDEM lib. IX Reſponſorum.

PAulus reſpondit, etſi teſtamentum patris poſtea irritum eſſe apparuit, tamen tutores 27 pupilli ſive curatores filii nihil contra Orationem Divorum Principum 28 feciſſe videri, ſi ſecundum voluntatem defuncti teſtamento ſcriptam prædium ruſticum pupillare vendiderunt 29.

7 Prodigus neque tempus, neque finem habet expenſarum. Adde Ariſtot. 4 *Ethic.* 1. Sic largitio fundum non habet. Cic. 1 *de offic.* Ita prodigus à prodigendo, id eſt, conſumendo. Feſtus, *in prodigere.* 8 Non habet fundum, peccat ἐν τῇ ὕλῃ ſicut avarus, ἐν τῷ λόγῳ. Cuj. ad *l.* 6 §. *de verb. obl.* 9 Diſperdendo, idque ſua nequitia, & liberos ad egeſtatem perducendo, formulam interdicendi prodigo v. apud Paul. 3 *ſent.* 4. §. 4. §. 7. 10 Scripſi ad leges XII tab. *tit. de tutelis.* adde Cic. 2 *de inventione.* & 3 *Tuſc.* 2. Ulp. 3. *l.* 7. *C. de curat. furioſ. l.* 27. §. *ſin autem. C. de epiſc. aud.* ut merito hic quæri poſſit, an quemadmodum pater furioſo ſubſtituere poteſt, §. 1. *Inſt. de pupill. ſubſt.* ita poſſit & prodigo? v. *l.* 16. §. 1. §. *eod.* 11 Prodigus. 12 Id eſt, quando certum eſt, eos neque furere amplius, neque prodigos eſſe. *Bald.* 13 Id eſt, patris furioſi. 14 *l.* 3. *C. eod.*

15 §. 4. *Inſt. eod.* 16 Filius patri furioſo curator eſſe poteſt, *ut hic. & l.* 1. §. *eod. l.* 4. §. *eod. l.* 12. §. 1. §. *de tut. & curat. dat.* adde *l.* 60. §. 4. §. *mandat. l.* 3. *C. eod.* quinimo nec impune furioſum parentem negligit. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 12. 17 *l.* 8. §. *quib. ex cauſis in poſſeſſ.* 18 Hereditatem defuncti. 19 Aut ſigno publico defuncti domus obſignanda. 20 An & patris? ſic ſane. v. *l.* 12. § 1. §. *de tut. & cur.* & in *l.* 1. *in fin.* §. *eod.* 21 Vide *l.* 2. *in fin.* §. *eod.*

De teſtamento irrito.

XIV. IDEM lib. IX Reſponſorum.

PAulus reſpondit, etſi teſtamentum patris poſtea irritum eſſe apparuit, tamen tutores 27 pupilli ſive curatores filii nihil contra Orationem Divorum Principum 28 feciſſe videri, ſi ſecundum voluntatem defuncti teſtamento ſcriptam prædium ruſticum pupillare vendiderunt 29.

rentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua 22 debebitur.

Si bona claræ perſonæ venire debeant.

V. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

CUrator ex SC. conſtituitur, cum clara 23 perſona (veluti Senatoris vel uxoris ejus) in ea cauſa ſit, ut ejus bona 24 venire debeant: nam, ut honeſtius ex bonis ejus, quantum poteſt, creditoribus ſolveretur 25, curator conſtituitur, diſtrahendorum bonorum gratia, vel à Prætore 26, vel in provinciis à Præſide.

De cauſæ cognitione.

VI. ULPIANUS lib. I de omnibus Tribunalibus.

OBſervare 27 Prætorem oportebit, ne cui temere citra cauſæ cognitionem plenifſimum 28 curatorem det: quoniam plerique vel furorem, vel dementiam fingunt 29, quo magis curatore accepto onera 30 civilia detrectent.

De patrimonio, corpore ac ſalute furioſi. 1. De alienatione facta à curatore, qui non cavit. 2. De exceptione rei judicatæ. 3. An uni ex curatoribus recte ſolvatur, & an unus rem furioſi alienare poſſit?

VII. JULIANUS lib. XXI Digeſtorum.

COnſilio 31 & opera 32 curatoris *tueri* 33 debet non ſolum patrimonium, ſed & corpus ac ſalus 34 furioſi. §. 1. Curator dementi datus, decreto interpoſito, uti ſatisdaret, non cavit 35, & tamen quaſdam res de bonis ejus legitimo modo alienavit: ſi heredes dementis eaſdem res vindicent, quas curator alienavit, & exceptio opponetur, *ſi non curator vendiderit*, replicatio dari debet, *aut ſi ſatisdatione interpoſita ſecundum decretum vendiderit*: quod ſi pretio accepto curator creditores furioſi dimiſit 36, triplicatio doli tutos poſſeſſores præſtabit. §. 2. Cum dementis curatorem, quia ſatis 37 non dederat, & res male adminiſtraret, Proconſul removerit à bonis, aliumque loco ejus ſubſtituerit curatorem; & hic poſterior, cum nec ipſe ſatisdediſſet, egerit cum remoto negotiorum geſtorum, poſteaque heredes dementis cum eodem negotiorum geſtorum agant, & is exceptione rei judicatæ inter ſe & curatorem utatur: heredibus replicatio danda erit, *aut ſi is, qui erit, ſatisdederat.* † Sed an replicatio curatori profutura eſſet, judex æſtimabit: nam ſi curator ſequens pecuniam, quam ex condemnatione conſecutus fuerat, in rem furioſi vertiſſet, doli triplicatio obſtabit. §. 3. Quæſitum eſt, an alteri ex curatoribus furioſi recte ſolvetur, vel an unus rem furioſi alienare poſſit? Reſpondi, recte ſolvi 38: eum quoque, qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi legitime mercaretur, uſucapturum: quia * ſolutio, venditio, traditio, 39 facti magis, quam juris ſunt: Ideoque ſufficit unius 40 ex curatoribus perſona: quia intelligitur alter conſentire: Denique ſi præſens ſit, & vetet ſolvi, vetet venire, vel tradi, neque debitor liberabitur, neque emptor uſucapiet 41.

De curatore bonorum ventris nomine.

VIII. ULPIANUS lib. VI de Officio Proconſulis.

BOnorum ventris 42 nomine curatorem dari oportet: eumque, rem ſalvam fore, viri boni arbitratu ſatisdare Proconſul jubet: ſed hoc ſi non ex inquiſitione detur: nam ſi 43 ex inquiſitione, ceſſat ſatisdatio.

De curatore bonis diſtrahendis dato.

IX. NERATIUS lib. I Membranarum.

CUjus bonis diſtrahendis curatores facere Senatus permiſit, ejus bona creditoribus vendere non permiſit: quamvis creditores poſt id beneficium bona vendere mallent: ſicut enim integra re poteſtas ipſorum eſt, utrum velint eligendi, ita cum alterum elegerint, altero 44 abſtinere debent. † Multoque magis id ſervari æquum eſt, [ſi etiam] factus eſt curator, per quem bona diſtraherentur, quamvis nondum explicato eo negotio deceſſerit: Nam 45 & tunc ex integro alius curator faciendus eſt, neque heres prioris curatoris onerandus: cum accidere poſſit, ut negotio, vel propter ſexus vel propter ætatis infirmitatem, vel propter dignitatem majorem minoremve quam 46 in priore [a] curatore ſpectata erat, habilis non ſit; poſſint etiam plures heredes ei exiſtere; neque [aut] per omnes 47 id negotium adminiſtrare expediat, aut quicquam dici poſſit, cur unus aliquis ex his potiſſimum onerandus ſit.

De interdictione bonorum. 1. Si curator rem ſuam quaſi furioſi tradat, vel furioſi quaſi ſuam.

X. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

IUlianus ſcribit, eos quibus per Prætorem bonis interdictum eſt, nihil 48 transferre poſſe ad aliquem, quia in bonis non habeant, cum eis deminutio 49 ſit interdicta. §. 1. Curator furioſi rem quidem ſuam quaſi furioſi 50 tradere poterit, & dominium transferre: rem vero furioſi ſi quaſi ſuam tradat, dicendum ut non transferat dominium: quia non furioſi negotium gerens tradidit.

De pignore.

XI. PAULUS lib. VII ad Plautium.

PIgnus à curatore furioſi datum valet, ſi utilitate 51 furioſi exigente id fecit.

De rei dedicatione & alienatione.

XII. MARCELLUS lib. I Digeſtorum.

AB adgnato 52 (vel alio 53) curatore furioſi, rem furioſi dedicari 54 non poſſe, conſtat: adgnato enim furioſi non uſquequaque 55 competit rerum ejus alienatio: ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio.

Si legitimus curator inhabilis ſit.

XIII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

SÆpe 56 ad alium è lege 57 XII tabularum curatio furioſi aut prodigi pertinet, alii Prætor adminiſtrationem dat, ſcilicet cum ille legitimus inhabilis 58 ad eam 59 rem videatur.

De viro & uxore.

XIV. PAPINIANUS lib. V Reſponſorum.

VIrum uxori 60 mente captæ curatorem dari 61 non oportet.

22 Quæ in aliis attenditur, ejuſque hæc ratio eſt, cur non in nuptiis matris conſenſus æque ac ipſius patris requiritur.

23 Clariſſimorum nomine Senatores olim honorati, ut & *l.* 100. §. *de verb. ſign. l.* 8. §. *de Senatorib. l.* 22. §. *ad municip. l.* 10. *C. de nupt.* Lamprid. *in Alex.* ac multis aliis clariſſimi appellationem tributam eſſe veriſimile eſt, quam Senatoribus. Atque ita accipienda eſt clara dignitas, *l.* 23. §. *quod met. cauſ.* clariſſimus vir, *l.* 52. §. 2. §. *de judiciis. l.* 35. §. *de leg.* 3. *l.* 16. §. 1. §. *de his, quæ ut indign. l.* 12. §. *de publ. judic. l.* 18. §. 1. §. *de jure fiſci.* Lamprid. *in Alexand.* Præfectis Prætorio Senatorium addidit dignitatem, ut viri clariſſimi eſſent & declararentur: eaque nullam quam conferret majorem dignitatem dicebat ſe habere Hadrianus teſte Spartiano. Poſtea Præſidibus provinciarum & aliis tributum, ut clariſſimi dicerentur. vide Briſſon. 3 *ſelect.* 16.

24 Vide *l.* 1. *C. de tutor. vel curator. illuſtr.*

25 *Al.* ſolvatur.

26 In urbe.

27 Curator datur cauſa prius cognita.

28 *Al.* pleniſſimam: ut ad cognitionem referas.

29 Facit *l.* 13. §. 1. *in fin. l.* 14. §. *de off. Præſid.*

30 Facit *l.* 2. §. 2. *in fin.* §. *de his qui notant.*

31 Animi.

32 Corporis.

33 Id eſt, defendi, ut paſſive hanc vocem accipias.

34 Quin & ipſi mores furioſi, *l.* 12. §. 3. §. *de admin. tut.* & ipſa ſecuritas ſpectanda. *l.* 14. §. *de off. Præſid.*

35 V. §. 2. §. *eod.*

36 *l.* 13. §. 1. §. *tit. prox.*

37 §. 1. §. *eodem. l. l. l.* 3. *l.* 5. *C. de tutor. qui non ſatisd.*

38 Uni ſc. *l.* 14. §. 5. §. *de ſolut.*

39 Contractus & diſtractus ſunt facti.

40 *l.* 5. *C. de admin. tut.* Ulp. 11. §. 26.

41 V. Zaſ. 2 *Reſponſor.* 39. ubi latius exponit, quando actus legitimi ſint facti vel juris.

42 *l.* 20. §. *de tutor. datis. l.* 24. §. *de reb. auct.*

43 *l.* 13. *in fin.* §. *de tut. dat. Inſt. de ſatisd. in princ.*

44 Duas qui vias à principio habet, unam eligendo, videtur alteri renunciaſſe. *Bald.*

45 Morte extinguitur cura bonorum vendendorum. Cura bonorum vendendorum ad heredes non tranſit.

46 *Al.* quæ in priore curatore ſpectata non erat.

47 Tunc ad primogenitum recurrendum eſſe Baldus ait.

48 *l.* 6. §. *de verb. obl.* 49 *l.* 26. §. *de contrab. empt.* 50 Curator rem pupilli ſuo nomine vendens, non transfert dominium: ſi pupilli tantum, vel ſuo & pupilli, ſecus. Hoc poſtremum emptoribus utile eſt.

51 *l.* 2. §. 1. §. *de admin. tut.* & pignus rei mobilis ſit. *Accurſ. Dynus. Alberic.* 52 Ad agnatos furioſorum cura pertinebat. Ulp. 12. §. 2. *Goth.* Vide Edmund. Merill. *lib.* 1 *obſ. cap.* 19. Anſ.

53 Qui & neceſſarius dicitur. *l.* 13. §. 1. §. *de off. Præſid.* 54 Et donari, *l.* 1. §. 1. §. *de tut. & rat.* poteſt tamen novare. *l. ult.* §. 1. §. *de novat.* 55 Non indiſtincte, non pro ſuo arbitrio.

56 Proximior non ſemper ſit curator, aut adminiſtrationem conſequitur, quippe ſi inhabilis fuerit, licet proximior ſit, alii defertur adminiſtratio. 57 Lege XII tabularum cura defertur proximis. 58 *l.* 10. *in fin.* §. *de legitimis tutoribus.* 59 Ad curam & adminiſtrationem curæ.

60 V. *l.* 1. §. 5. §. *de excuſat. l.* 2. *C. qui dare tut. l.* 4. *C. de excuſ. tut.* §. 19. *Inſt. de excuſat.* ut mulieribus tutores dati fuerint, vide apud Ulpianum, *tit.* 11. §. 18. 20. 22. 23. 24. 25. 27. 61 Quod difficile poſtea ſit ab eo *rationes exigere.*

De muliere quæ luxuriosè vivit. 1. De privilegio furiosi, prodigi & cæterorum.

XV. PAULUS lib. III Sententiarum.

EST mulieri, quæ luxuriosè vivit [61], bonis interdici potest.

§. 1. In bonis curatoris privilegium [62] furiosi furiosæve servatur. Prodigus, & omnes [63] omnino etiamsi in Edicto non fit eorum mentio, in bonis curatoris decreto privilegium [64] consequuntur.

Si pater furioso, 1. Vel prodigo curatorem dederit.

XVI. TRYPHONINUS lib. XIII Disputationum.

SI furioso puberi, quanquam [65] majori annorum viginti quinque, curatorem pater testamento dederit, eum Prætor dare debet [66], secutus patris voluntatem: manet enim ea datio curatoris apud Prætorem, ut rescripto D. Marci continetur. §. 1. His consequens est, ut, [&] si prodigo curatorem dederit pater [67], voluntatem ejus sequi debeat Prætor, eumque dare curatorem. Sed utrum omnimodo, an ita, si futurum esset, ut, nisi pater aliquid testamento cavisset, Prætor ei bonis interdicturus esset? & maxime si *filios habeat* iste [68] prodigus? §. 2. Potuit tamen pater & alias providere nepotibus suis, si eos jussisset heredes esse, & exheredasset filium [69], eique quod sufficeret alimentorum nomine ab eis certum legasset, addita causa [70] necessitateque judicii sui: aut si non habuit in potestate nepotes, quoniam emancipato jam filio natl fuissent, sub conditione eos heredes instituere, ut emanciparentur [71] à patre prodigo. §. 3. Sed quid, si nec ad hoc consensurus [72] esset prodigus? [sed] per omnia judicium testatoris sequendum est [73]: ne, quem pater vero *consilio* prodigum credidit, eum Magistratus, propter aliquod forte suum vitium, idoneum putaverit.

De manumissione & alienatione.

XVII. GAIUS lib. I de Manumissionibus.

CUrator furiosi nullo [74] modo libertatem [75] præstare potest: quod ea res ex administratione non est: nam in tradendo ita res furiosi alienat, si [id] ad administrationem negotiorum pertineat: & ideo si donandi [76] causa alienet, [neque] traditio quicquam valebit; nisi ex magna utilitate furiosi hoc cognitione judicis faciat.

61 Meretrici bonis interdicitur. vide Paulum 3 *sent.* 4. §. 6. ubi Cujacius, reprehensus à Fornerio, 2 *select.* 5. luxuriæ vocabulo prodigum intelligit: ut luxuriosè vivere nihil aliud sit quam profuse: & hoc sensu ἀσωτίαν Cic. 2 *de finibus*, ubi de Epicuro loquitur, vertit luxuriam. Sic Festo: Luxa membra, Luxuriosis in re familiari. Ita, Luxuria immoderata, in *l.* 40. ff. *de damno. l.* 1. *in fin.* ff. *de ædilit.* adde Nonium in *Luxuria*. 62 *l.* 16. 20. 21. 22. ff. *de reb. auct. jud.* 63 Puta, negotiorum gestores. *l.* 23. ff. *de reb. auct. jud.* 64 Personale, & tamen hypothecæ, *l. ult.* ff. *de tut. & rat. distrab.* Dynus, Oldradus, Alberic. 65 §. 3. *Inst. eodem.* 66 Vide *l.* 2. *in fin.* ff. *de confirmando tutore.* 67 Pater prodigo filio curatorem dare potest. *Bald.* 68 Hic casus ultratissimus est hodie. 69 Scil. prodigum: non tamen plene: nam eo casu pater alimenta cogitur filio relinquere: neque sit id in prodigi odium, sed ejus potius favorem, ne sua bona dissipet, ac disperdat. 70 Exheredationis causam testamento adjiciendam esse observa. 71 Prodigus, licet res suas non possit alienare, potest tamen emancipare suos liberos. *Bald.* 72 Nec enim cogi debet emancipare. §. *ult. Inst. quibus modis jus patr. pot.* 73 Præsumitur prodigus, quem pater suo testamento prodigum appellavit. vide Alciat. 1 *præsumpt.* 15. 74 Quid ita? Curator administrare potest, non alienare: qui manumittit, non administrat, sed alienat. Administrandi voce alienatio non continetur: quod ad verum quoscunque administratores extendi potest utiliter. 75 V. *l.* 13. ff. *de manumiss.* 76 *Donare* rem non potest, qui nudam ejus administrationem habet.

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM
PARS QVINTA[1].
LIBER VICESIMUSOCTAVUS.

TIT. I.

QUI [2] TESTAMENTA FACERE POSSUNT, ET QUEMADMODUM [3] TESTAMENTA FIANT.

Definitio *testamenti.*

1. MODESTINUS [lib. II Pandectarum].

TEstamentum [4], est [5] voluntatis [6] nostræ [7] justa [8] sententia [9], de eo [10], quod quis post [11] mortem [12] suam [13] fieri velit [14].

De mentis vel corporis sanitate.

II. LABEO [lib. I Posteriorum Javoleno Epitomatorum].

IN [15] eo, qui testatur, ejus temporis, quo testamentum facit, integritas [16] mentis [17], non corpotis sanitas exigenda est [18].

De jure testandi.

III. PAPINIANUS [lib. XIV Quæstionum].

TEstamenti [19] factio [20] non privati sed publici juris est [21].

Ut testamentum valeat, duo quæruntur & requiruntur.

IV. GAIUS [lib. II Institutionum].

SI quæramus, an valeat testamentum, in [22] primis animadvertere debemus, an is, qui fecerit testamentum, habuerit testamenti factionem [23]: deinde si habuerit, requiremus, an secundum regulas juris [24] civilis testatus sit [25].

De ætate testatoris.

V. ULPIANUS [lib. VI ad Sabinum].

[A] qua [26] *ætate* testamentum vel masculi vel fœminæ facere possunt, videamus? Verius est, in masculis [27] quidem quartum decimum [28] annum spectandum, in fœminis vero duodecimum completum [29]. † Utrum autem excessisse debeat quis quartumdecimum annum, ut testamentum facere possit: an sufficit complesse? Propone aliquem Kalendis Januariis natum, testamentum ipso natali [30] suo fecisse quartodecimo anno: an valeat testamentum? Dico valere. Plus arbitror, etiam si pridie [31] Kalendarum fecerit post sextam horam noctis [32], valere testamentum: jam enim complesse videtur annum quartumdecimum, ut Marciano videtur.

De filiofamil. de surdo vel muto.

VI. GAIUS [lib. XVII ad Edictum provinciale].

QUi [33] in potestate parentis est, testamenti faciendi jus non habet [34]: adeo ut quamvis pater ei permittat, nihilo magis tamen jure testari possit. §. 1. Surdus, mutus, testamentum facere non possunt [35]: sed si [36] quis [post] testamentum factum valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus permanet testamentum.

VII. ÆMILIUS MACER lib. I ad legem vicensimam hereditatium.

SI [37] mutus [38], aut surdus [39], ut liceret sibi testamentum facere, à Principe impetraverit: valet testamentum [40].

De eo, qui est apud hostes. 1. De eo, cui aqua & igni interdictum est. 2. De deportatu. 3. De relegatu & interdictis. 4. De damnatu ad ferrum, aut ad bestias, aut in metallum.

VIII. GAIUS lib. XVII ad Edictum provinciale.

EJus [41], qui apud [42] hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet [43], quamvis redierit. §. 1. Si [44] cui aqua & igni interdictum sit [45], ejus nec illud testamentum valet, quod ante fecit, nec id, quod postea [fecerit]: bona quoque, quæ tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur [46], aut, si non videantur [47] lucrosa, creditoribus [48] concedentur. §. 2. In insulam deportati, in eadem causa sunt. §. 3. Sed relegati in insulam, & quibus terra Italica & sua provincia interdicitur, testamenti faciendi jus retinent [49]. §. 4. Hi vero, qui ad ferrum [50], aut ad bestias, aut in metallum damnantur [51], libertatem [52] perdunt, bonaque eorum publicantur: unde apparet, amittere eos testamenti factionem.

De accusato.

IX. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

SI quis post accusationem in custodia fuerit defunctus [53] indemnatus [54], testamentum ejus valebit.

De eo, qui manus amisit.

X. PAULUS [lib. III Sententiarum].

QUi [55] *manus amisit* [56], testamentum facere potest, quamvis scribere [57] non possit.

De

1 *Quinta* Pars Pandectarum est de testamentis, & ultimis voluntatibus. Vide constitutionem ad omnes populos, §. 6. *C.* 11. 2 *Inst.* 12. Ulpian. 20. Paul. 3 *sent.* 4. 4 *C. Theod.* 4. 35 *Eclog.* 1. 3. Sexta incipit infra à titulo de bonorum possessionibus, *lib.* 37.

2 An sui juris? an mulier? vide 5 *Harm.* 1. an alieni juris? 2. liberti? 3. Episcopi? Monachi? 4. *ibid.* adde *Novell. Leonis.* 37. Imperatoris servi? *Novell. Leon.* 38. an captivi? 40. cæci? *Novell. Leon.* 69. Efficientem testamenti hinc interim observa.

3 VI C. XXIII. 2 *Inst.* 10. 25 *Eclog.* 2. An imperfectum valeat inter liberos & extraneos, vide *Novell.* 1 7. *v. l.* 21. §. 1. *C. de testam.* Quot testes, & an signacula requirantur, vide *Nov. Leon.* 41. 42. an per conscribendi ignaros possint confirmari, vide *Novell.* 43. de testamento resignato, vide *Novell* 82. occulto, v. 4 *Harmenop.* 1. περὶ διαθήκης μυστικῆς, ἢ περὶ ἀτέλους, ἢ περὶ ἀγράφου, ἢ περὶ ἀδεσπότου, vid. 35 *Eclog.* 2. *Novell. Leon.* 69. Porro rectè ait, *quemadmodum*; nec enim potest quis arbitrio suo testari. *v. l.* 13. *C. de testam.* Formam igitur testandi hinc observa. 4 *Synopf. cod. c.* 1. 5 Natura sua sc. & definitione. Quid atymo? Quasi mentis testatio, *Inst. cod.* Ulp. 10. §. 1. Servius 2 *de leg.* apud Gell. 6. *c.* 12.

6 Mentis. *Inst. cod.* Ulpian. *ibid.* Hinc colligunt, testamentum numerari in voluntariis. *v. l.* 1. *C. de sacros. Eccles.* 7 Nostra non est voluntas, quæ non est integra, *l.* 2. *l.* 16. *in fin. l.* 17. quæ dependet ab alio, puta patre. *l.* 6. quæ juste captiva, *l.* 8. *l.* 11. *l.* 13. *l.* 19. cujus libertas sententia capitali, à qua non est appellatum, nobis adempta est, *d. l.* 8. §. 1. *& seq. l.* 13. *in fin. l.* 18. *in fin.* quam exprimere omnino non possumus, *l.* 6. *in fin. l.* 7. quam liberam esse nescimus, *l.* 14. *l.* 15. ff. *eod.* quæ in alienum arbitrium est collata. vide *l.* 32. ff. *de hered. instituendis.* 8 Id est, in id solenniter facta, Ulp. *ibid.* secundum regulas juris, *l.* 14. *in fin.* ff. *cod.* in suo genere, puta ut testamentum, non ut alius actus absolute: In eo testamentum differt à *codicillo*, quod codicillus nullam solennitatem ordinationis desideret. *Inst. de codicill. in fin.* non contra leges, *v. l.* 55. ff. *de legat.* 1. adde quæ notavi ad *l.* 14. §. 5. ff. *de religios.* Ad solennitatem referendi sunt testes, *l.* 20. §. 7. §. 8. ff. *eod.* §. 2. *Inst. de testam. ordinand.* (quod tamen Cujacius negat, 2 *ad Africanum*) & heredis institutio: non est solenniter facta, quæ est imperfecta, *l.* 29. ff. *cod.* nec valet, nisi eam voluerimus valere ut codicillos, *l. ultim. C. de codicillis.* Solenniter factum testamentum ex juris Romani legibus, juris est civilis, non gentium: ideoque extranei Romæ non sunt capaces testamenti *l.* 1. *C. de hered. instit. & ibi notat.* Rectè Baldus notat, quadruplicem perfectionem in testamento requiri, materiæ scilicet, id est, voluntatis defuncti: formæ, seu substantiæ, ut est institutio heredis: solennitatem confirmationis per mortem testatoris, & testamenti executionem. 9 Testatio, *Inst. cod.* contestatio, Ulpian. *ibid.* Quatenus dicitur *sententia* testamentum, habere vim legis dici potest, *Novell.* 22. *c.* 2. quatenus *testatio*, chirographi loco est, vel quasi heredibus, vel legatariis. *l.* 41. ff. *ad l. Aquil. l.* 3. ff. *de pign. l.* 50. §. 1. ff. *de obligat.* 10 Non tamen de omni re: de quibusdam enim testari non possumus, nec quovis modo, nec quidvis imperare. De re aliena testari an possumus domini consensu? posse videmur. *l.* 8. §. 11. ff. *quib. modis pignus vel hypotheca solvitur.* 11 Huc enim usque tantum voluntas ambulare potest, *l.* 32. §. 3. ff. *de donat. inter vir. & uxor.* ideoque *suprema* dicitur, *d. l.* 32. §. 2. & *suprema* dicitur *ordinare*, qui testamentum facit, *l.* 39. ff. *de pignerat.* & postremum judicium. *l.* 15. *C. de test.* 12 Naturalem scilicet. Hæc enim proprie mors est. vide *l.* 48. *in fin.* ff. *de jure fisci.* & ante eam nihil legatariis & fideicommissariis competit: propter pœnam rumpitur: quilibet enim utroque tempore testamenti faciendi potestatem habere debet, & cum facit testamentum, & cum moritur, *l.* 1. §. 8. ff. *second. tab.* propter captivitatem suspenditur. An per ingressum monasterii confirmatur testamentum, tanquam morte naturali? vide Bald. *hic.* 13 Non alterius. 14 Hinc *voluntas* dicitur testamentum, *l.* 14. §. 1. ff. *de diversis.* hinc etiam dici solet, quod in testamentis in re dubia potissimum inspicienda sit defuncti voluntas, *v. l.* 69. ff. *de leg.* 3. quam etiam in dubio colligimus ex jure communi: ut id voluisse videatur, quod consentaneum juri municipali sit (ubi municipale reperitur); vel eo deficiente, juri communi. *v. l.* 57. §. 1. ff. *ad Trebell.* 15 *Synopf. cod. cap.* 2.

16 Sinceritas. *l.* 3. *C. eod.* 17 Facit *l.* 17. ff. *cod.* 18 Censetur tamen sanitas satis superque fuisse in testatore, si notarius eum sanæ mentis scripserit: cum alias etiam quilibet sanus mente præsumatur, nisi contrarium probetur. *l.* 5. *C. de codicillis.* 19 *Synopf. Basil. cod. c.* 6. 20 Id est, jus testamenti faciendi tribuitur cuique jure publico & legibus, non privatorum voluntate: nec enim pater filiofamilias, *l.* 6. ff. *eod. l.* 43. ff. *de vulgari*, testamenti factionem præbet (etsi ei jus vovendi tribuere possit, *l.* 2. ff. *de pollicitationib.*); nec Patronus liberto. *l.* 47. §. 2. ff. *de bon. libert.* Cujac. *hic.* 21 Licet utilitas testamenti plerumque ad res & personas privatas pertineat: Ideoque testamentum vocatur jus publicum, *l.* 1. ff. *ad l. Falcid.* dicitur etiam testamentum instrumentum publicum. vide *l.* 2. ff. *quemadm. testam. aperiantur.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 6. cap.* 17. Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 12. Anf. 22 In quaque juris materia primo quærendum est de personis, *l.* 24. *C. de procuratoribus.* & sic de causa efficiente, postea de forma. 23 Vide *l.* 19. ff. *eod.* 24 Jure, *l.* 1. ff. *de petit. hered.* de regulis in testamento observandis vide §. 2. *Inst. de testam.* 25 Demus defunctum testamentum cœpisse tantum, nec tamen perfecisse, num tacite velut codicillus valebit? non valebit. *l.* 8. *C. de codicill.* valebit tamen inter liberos. *v. l.* 21. *C. de testam.* 26 *Synopf. eod. c.* 7. Ulp. 20. §. 2.

27 *l.* 19. ff. *eod.* §. 1. *Inst. cod. l.* 4. *C. eod. l.* 1. §. 8. ff. *secund. tab. l.* 2. *C. quando provocare.* Paul. 3 *sentent.* 4. §. 1. Igitur pubilli, id est, impuberes, testari non possunt? sic fane: Id tamen olim remissum fuit Tribunis militum, *l. ult. C. de testam. milit.* & professoribus cœlibatum, auctore Sozomeno & Nicephoro. Cujac. *ibid.*

28 Fit enim in eo mutatio per septenarium, ut ex Solone tradit Clemens *lib.* 6. infans usque ad 7. impubes ad 14. vid. *hic* Cujac.

29 Dic ut ff. *eod.* Gaius 1 *Inst.* 7.

30 *Natalis dies*, quo quisque natus, *v. l.* 23. ff. *de annuis legatis. l.* 3. §. *ult. de minorib.* ff. de natali Christi, Romæ & Constantinopoli, vide *l.* 7. *C. de fer.* urbium regiarum Cassiodor. 6. *Tripart.* 30. 8. 5 Sozom. 16. adde Censorinum *de natali.* Natalitium inde munus. *l.* 194. ff. *de verbor. signif.*

31 Annus cœptus hic habetur pro completo; contra quam in aliis multis causis vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 3. ff. *de minorib.*

32 Dies civilis sive Romanus à media nocte ad insequentem mediam noctem; constans horis viginti quatuor. *l. more.* 8. ff. *de feriis.* Hac ratione quotics anni testatoris computandi erant, computabantur de die ad diem, *ut hic.* Valere dicitur testamentum, quod quis fecit anno 14 pridie natalis sui, post mediam noctem. 33 Filiusfamilias: Patremfamilias testatorem esse oportet. 34 A jure civili: cum nihil eo sibi proprium habeat: secus ex constitutionibus, quibus habet castrense seu militare peculium, *Inst. eod. in princ.* vide alias exceptiones apud Socinum, *regula* 153. 35 Neque per as & libram: quia nec verba nuncupatim loqui nec verba familiæ emptoris exaudire potest. Ulpian. *in fragmentis.* nec qualecunque: cum accire, rogare, audire testes non possit. *arg.* §. 4. apud Paul. 3 *sentent.* 4. 36 Prima exceptio.

37 *Synopsis eod. cap.* 9. Secunda exceptio. 38 Quid, si miles testamenti potestatem impetraverit? vide *l.* 10. *C. eodem.* 39 Alteruto morbo laborans scilicet, & quidem paganus.

40 Si modo solennitates in eo observaverit, *l.* 35. *C. de inoffic.* de surdo & muto hoc olim verum fuit. Hodie surdus omnino & mutus à natura non potest: Qui talis est casu, vel voce vel scriptura potest: multo magis si alterutro tantum morbo laborat. vide *l.* 10. *C. eod.* adde *Novell. Leon.* 40.

41 *Synopf. eod.* c. 9. 42 §. *ult. Inst. eod. l.* 10. ff. *de test. milit.* Paul. 3 *sent.* 4. §. 8. 43 Hodie valet ex *Nov. Leon.* 40. 44 V. Socin. *reg.* 76. 45 In locum aquæ & ignis interdictionis successit deportatio. *v. l.* 3. ff. *peculatus.* 46 Hodie non publicantur. *Nov.* 134. *c. ult.* 47 Fisco.

48 Damnati. 49 Retinent enim civitatem. *l.* 7. §. 3. ff. *de interdict.* Paul. 3 *sent.* 4. §. 9.

50 Suetou. *in Nerone.* ad gladium, *l.* 6. §. 6. ff. *de injusto. l.* 25. §. 3. ff. *de adqu. hered.* quique intra annum consumendi sunt. Paul. 5 *sent.* 17. §. 1. *in fin.* ad ludum venatorium vel gladiatorium damnati. *l. ult. C. ad l. Fab.* Hæc pœna postea mutata est, *l.* 1. *C. de gladiatorib.* Cujac. *hic.* & illic apud Paul. vide etiam P. Pithœum ad 11 *Notar. Musaic.* 51 Hodie qui in metallum damnantur, libertatem non amittunt. *Nov.* 22. *c.* 8. 52 Παῤῥησίαν. Græci ita vertunt, male: cum potius vertere debuerint, ἀλλοτρίων. 53 Qui & antequam moriatur, testari potest: certus enim est de suo statu, licet de ejus duratione sit incertus. *Bald.* valet enim testamentum decedentis pendente appellatione. *l.* 13. *in fin.* ff. *eod.* Porro nomine *defuncti* hic non intellige eum, qui mortem sibi conscivit in custodia. *v. l.* 6. §. 7. ff. *de injusto.* 54 An aliud est in accusatis majestatis & repetundarum? Accusf. ex *l.* 20. ff. *de accus.* negat Bart. *hic.* sed fatetur ex fecuta sententia infirmari eorum testamentum. 55 Vide *Nov. Leon.* 26. & 27. quæ scripsi ad *l.* 4. §. 12. ff. *de re militari.* 56 Puta in bello, vel rixa, vel conflictu. Quid, si supplicii causa: an ejus testamentum valebit? valere putat Bald. *hic.* quem vide. 57 Facit *l.* 29. *C. de testamentis.*

De obside.

XI. ULPIANUS [lib. X ad **Sabinum**].

O*bsides* [58] testari non possunt [59], nisi eis permittatur [60].

De eo, qui in potestate hostium *decessit.*

XII. JULIANUS [lib. XLII Digestorum].

LEge Cornelia [61] **testamenta** *eorum* [62], *qui in hostium potestate decesserunt*, perinde confirmantur [63], ac si hi, qui ea fecissent, in hostium potestate non perveniissent: & hereditas ex his eodem modo ad unumquemque pertinet. Quare servus heres scriptus ab eo, qui in hostium potestate decesserit, liber & heres erit, seu [64] velit, seu nolit; licet minus proprie [65] necessarius heres dicatur: nam & filius ejus, qui in hostium potestate decessit, invitus [66] hereditati obligatur; quamvis suus heres dici non possit [67], qui in potestate morientis non fuit.

De capto à latronibus. 1. De legatis. 2. De condemnato, qui appellavit.

XIII. MARCIANUS [lib. IV Institutionum].

QUi [68] à *latronibus* [69] *capti* sunt, cum liberi manent, possunt facere testamentum. §. 1. Item qui apud externos [70] *legatione* funguntur, possunt facere testamentum [71]. §. 2. Si quis in capitali crimine damnatus appellaverit, & medio [72] tempore pendente appellatione fecerit testamentum, & ita decesserit: valet ejus testamentum.

De eo, qui de statu suo dubitat vel errat.

XIV. PAULUS [lib. II Regularum].

QUi [in]testamento domini manumissus [73] est, si ignorat dominum decessisse, aditamque ejus esse hereditatem, testamentum facere non potest [74], licet jam paterfamilias & sui juris est: nam qui *incertus* [75] *de statu suo* est, certam legem testamento dicere non potest.

XV. ULPIANUS [lib. XII ad Edictum].

DE *statu* [76] *suo dubitantes* [77], vel [78] errantes, testamentum facere non possunt, ut Divus Pius rescripsit.

De filiofamilias, servo alieno, posthumo, surdo, 1. Furioso.

XVI. POMPONIUS [lib. singul. Regularum].

FIliusfamilias [79], & servus alienus, & posthumus [80], & surdus, testamenti factionem [81] habere dicuntur: licet enim testamentum facere non possunt, attamen ex testamento [vel] sibi vel aliis adquirere possunt. §. 1. Marcellus notat: Furiosus [82] quoque testamenti factionem habet, licet testamentum facere non potest [83]. Ideo autem habet testamenti factionem, quia potest [84] sibi adquirere legatum vel fideicommissum: nam etiam compotibus mentis personales [85] actiones etiam ignorantibus acquiruntur.

De mente capto.

XVII. PAULUS [lib. III Sententiarum [86]].

IN [87] adversa corporis valetudine mente captus [88], eo tempore testamentum facere non potest.

De prodigo. 1. De damnato ob carmen famosum.

XVIII. ULPIANUS [lib. I ad Sabinum].

IS [89], cui lege [90] bonis interdictum [91] est, testamentum facere non potest [92]: & si fecerit, ipso jure non valet [93]. Quod tamen interdictione vetustius [94] habuerit testamentum, hoc valebit. Merito ergo nec testis [95] ad testamentum adhiberi poterit, cum [96] neque testamenti factionem habeat. §. 1. Si quis ob carmen famosum [97] damnetur, senatusconsulto expressum est, ut intestabilis [98] sit: ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum adhiberi.

De filiofamilias. De pupillo. De servo.

XIX. MODESTINUS [lib. V Pandectarum].

SI filiusfamilias [99], aut pupillus [100], aut servus [1] tabulas testamenti fecerit, signaverit: secundum eas bonorum possessio [2] dari non potest, licet [3] filiusfamilias sui juris, aut pupillus pubes, aut servus, liber factus decesserit: quia nullæ sunt tabulæ testamenti, quas is fecit, qui testamenti faciendi facultatem non habuerit.

De testibus.

XX. ULPIANUS lib. I ad Sabinum.

QUi testamento *heres* instituitur, in eodem testamento testis [4] esse non potest [5]. Quod in *legatario* [6] & in eo, qui *tutor* scriptus est, contra habetur [7]: hi enim testes possunt adhiberi, si aliud eos nihil impediat, utputa si impubes [8], si in *potestate* sit *testatoris*.

§. 1. *Potestatis* autem verbum non solum ad liberos, qui sunt in potestate, referendum est, verum etiam ad eum, quem redemit ab hostibus: quamvis placeat, hunc servum non esse, sed vinculo [9] quodam retineri, donec pretium solvat. §. 2. Per contrarium quæri potest, an pater ejus, qui de castrensi peculio potest testari, adhiberi ab eo ad testamentum testis possit? & Marcellus lib. X Digestorum scribit, posse: & frater ergo poterit. §. 3. Quæ autem in testamento diximus super perhibendis testimoniis eorum, qui in potestate sunt, in omnibus testimoniis accipias, ubi aliquid negotii geritur per quod adquiratur. §. 4. Ne *furiosus* quidem testis adhiberi potest, cum compos mentis non sit: sed si habet intermissionem, eo tempore adhiberi potest: testamentum quoque, quod ante furorem consummavit, valebit; & bonorum possessio ex eo testamento competit. §. 5. Eum, qui *lege repetundarum* damnatus est, ad testamentum adhiberi posse [10] existimo: quoniam [11] in judicium testis esse vetatur. §. 6. *Mulier* testimonium dicere in testamento [12] quidem non poterit: alias autem posse testem esse mulierem, argumento [13] est lex Julia de adulteriis, quæ adulterii damnatam testem produci vel dicere testimonium vetat. §. 7. *Servus* quoque merito ad solennia adhiberi non potest, cum [14] juris civilis communionem non habeat in totum, ne [15] Prætoris quidem Edicti. §. 8. Et veteres [16] putaverunt, eos, qui propter solennia testamenti adhibentur, *durare* debere [17], donec suprema contestatio peragatur. §. 9. Non tamen intelligentiam sermonis [18] exigimus: hoc enim Divus Marcus Didio Juliano in teste, qui Latine non noverat, rescripsit: nam si vel sensu [19] percipiat quis, cui rei adhibitus sit, sufficere.

§. 10. Sed si detenti sint *invitis* ibi [20] testes, putant non valere testamentum.

De heredibus palam nuncupandis. 1. De mutatione aut declaratione testamenti. 2. De testibus rogandis. 3. De uno contextu.

XXI. IDEM lib. II ad Sabinum.

HEredes palam [21], ita [22] ut exaudiri possint, nuncupandi sunt [23]. Licebit ergo testanti vel nuncupare heredes, vel scribere: sed, si nuncupat, palam debet. † Quid est, *palam*? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit: exauditi autem non ab omnibus, sed à testibus: &, si plures fuerint testes adhibiti, sufficit [24] solennem [25] numerum exaudire [26]. §. 1. Si quid [27] post factum testamentum mutari [28] placuit, omnia ex integro facienda sunt [29]. Quod vero quis obscurius in testamento vel nuncupat, vel scribit, an post solennia explanare possit, quæritur [30]: utputa Stichum legaverat, cum plures haberet, nec declaravit de quo sentiret; Titio legavit, cum multos Titios amicos haberet; erraverat in [31] nomine, vel *prænomine*, vel cognomine, cum in corpore non errasset: poteritne postea declarare [32], de quo senserit? Et puto, posse: nihil enim nunc dat, sed datum significat. † Sed & si notam postea adjecerit legato, vel sua voce, vel literis, vel summam, vel nomen legatarii, quod non scripserat, vel nummorum qualitatem, an recte fecerit? Et puto, etiam qualitatem nummorum posse postea addi: nam etsi adjecta non fuisset, utique placeret conjectionem [33] fieri ejus, quod reliquit, vel [34] ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine [35] patrisfamilias vel regionis [36].

§. 2. In testamentis [37], in quibus testes rogati [38] adesse debent [39], ut testamentum fiat, alterius rei causa forte rogatos, ad testandum non esse idoneos placet: quod sic accipiendum est, ut, licet ad aliam rem sint rogati, vel collecti, si tamen ante [testimonium] certioretur ad testamentum *se* adhibitos, posse eos testimonium suum recte perhibere. §. 3. *Uno contextu* [40] *actus* [41] testari oportet [42]: est autem *uno contextu*, nullum actum alienum [43] testamento intermiscere, quod (si) aliquid pertinens ad testamentum faciat, testamentum non vitiatur.

De testibus. 4. De subscriptione, & signis.

XXII. IDEM [lib. XXXIX ad Edictum].

AD testium numerum [44] simul adhiberi possumus, [ut] ego [45], & pater, & plures [46], qui fuimus in ejusdem potestate.

§. 1. Conditionem [47] testium tunc inspicere debemus, cum signarent [48], non mortis [49] tempore: si igitur * tunc * cum signarent, tales fuerint, ut adhiberi possint, nihil nocet, si quid [50] postea eis contigerit. §. 2. Si ab ipso testatore anulum accepero, & signavero, testamentum valet, quasi alieno [51] signaverim.

§. 3. Si signa turbata sint [52] ab ipso testatore, non videtur signatum. §. 4. Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen [53] signaverit, pro [54] eo est, atque si adhibitus non esset: & si (ut multi faciunt) adscripserit se, non [55] tamen signaverit, adhuc idem dicemus. §. 5. Signum autem utrum [56] anulo tantum impressum adhibemus, an vero & si non anulo, verum alio quodam impresso: varie enim homines signant? Et magis est, ut tantum [57] anulo quis possit signare: dum tamen habeat χαρακτῆρα [58], id est, *formam, insculptamque signo imaginem* [59].

§. 6. Posse & *nocte* [60] *signari* testamentum, nulla dubitatio est.

§. 7. Signatas tabulas accipi oportet, & si linteo, quo tabulæ involutæ sunt, signa impressa fuerint [61].

XXIII. IDEM [lib. IV Disputationum].

SI testamentum, quod resignaverit testator, iterum [62] signatum fuerit septem testium signis, non erit imperfectum: sed utroque jure valebit, tam civili, quam Prætorio.

De pluribus exemplis.

XXIV. FLORENTINUS [lib. X Institutionum].

VNum [63] testamentum [64] *pluribus* [65] *exemplis* [66] consignare quis potest:

---

48 Quos ab hoste Killect obsides acceperimus. *l.* 31. §. *de jure fisci.*

59 Nec enim sunt cives: captivis comparantur, *d.* l. 31. §. 11. non obsidem, sed civem. Nec ex testamento, nec ab intestato heredem habent. Cujac. *d. l.* 31.

60 Quo eis usu toga Romanæ. v. *l.* 33.) *de jure fisci.*

61 De qua vide *l.* 18. §. *de minor.*

62 *Synopf. cod. cap.* 12.

63 Id est, vires suas retinent. *convalescere*, est vires recipere.

64 2 Gaius 3. §. 7.

65 Vide *l.* 18. §. *ad leg. Falcid. l.* 4. §. 1. §. *de bon. Vibert. l.* 3. §. *de verbor. signif.*

66 Adde §. 2. *in fin. Inst. de hered. qualit. & diff.*

67 §. 2. *Inst. de hered. qualit.*

68 Vide Manticam, 2 *de conjecturis* 7.

69 *l.* 1. §. *de legat.* 3. *l.* 24. §. *de capt.*

70 Non subditos imperio Romano.

71 Secundum suas leges scil. jure suo. *Bart. Ferret. Cujac.*

72 Adde *l.* 9. §. *cod. l.* 6. §. 8. §. *de injuss.*

73 V. *Novv. Leon.*

74 Hodie potest. *Novv. Leon.* 37.

75 *l.* 15. §. *cod. l.* 1. §. *de legat.* 3.

76 V. *l.* 14. 5 *cod.*

77 *Synopf. cod. cap.* 6.

78 *Dubitans* non errat: hic enim separatur ab errante.

79 V. *l.* 8. *C. de pet. hered.*

80 *Postumi* sunt capaces hereditatis, & legatorum, *ut hic.* Imo, non sunt. *l.* 29. §. 15. §. *de hæred.*

81 Passivam.

82 De *furioso* adde ex eodem libro *l.* 24. §. *de obligat.*

83 *l.* 9. *C. cod.* Tuditani tamen furiosi testamentum comprobatum à Centumviris fuit. Cicer. 3 *Phil.* 7. Valer. Maxim. 8. de ejus furore meminit Lactantius 3. *c.* 23.

84 V. *l.* 24. §. *de oblig.*

85 Dominium enim ignoranti non adquiritur. v. Cujac. *hic.*

86 *Tit.* 4. §. 12.

87 *Synopf. c.* 18.

88 *l.* 9. *C. cod.*

89 *Synopf. c.* 19.

90 A Prætore, de quo vid. Paul. 3 *Sent.* 4. §. 7.

91 Id est, prodigus. de quo vide quæ dixi ad *l.* 1. §. *de curatore furiosi.*

92 §. 2. *Inst. quibus non est permissum.* commercium enim illi est interdictum, qui familiam mancipare non potest. Ulp. 20. §. 12. hodie potest ex *Novell. Leon.* 39.

93 Imo valere debet: nec enim cuiquam testamenti factione interdicitur. *l.* 6. §. *de inoff.* 94 Vel quod eam subsequitur recepta vitæ sanitate, & ad bonos mores eo reverso. Paul. 3 *Sent.* 4. §. 12. 95 Excipe, ut antea dixi ex Paulo.

96 §. 6. *Inst. de test. ordin.* ac si diceret, qui in suis ut incuriosis rejicitur, multo magis, & in alienis rejiciendus est. 97 V. *l.* 5. §. 10. §. *de injuriis.* 98 *l.* 21. §. *de testib.* 99 Is enim, nisi sit miles, proprium nihil habet, Ulp. 20. §. 10. Paul. 3 *Sent.* 4. §. 3. 100 Nec enim impubes plenum animi judicium habet. *l.* 20. §. *cod.* Ulp. 20. §. 12. 1 Nisi publicus Prætorisve sit. Ulpian. 20. *in fin.* vel, ut ibi legit Cujacius, *servum publicum pop. Romani.* Is plus juris habet, quam civitatum aut privatorum servus. 2 Vide *l.* 1. §. 8. §. *secund. tab.* v. *l.* 3. *C. qui testam. fac. poss.*

3 V. *l.* 29. §. *de regulis.* 4 Transit Jurisconsultus à personis testantibus ad testamenti solennia. 5 Nisi in testamento arcano, secreto, & mystico. de quo vide *Novv. Leon.* 69. 6 *l.* 22. *C. de testamentis.* 7 Cur? heres non poterit, legatarius poterit, *l.* 22. *C. de testam.* vel ideo, quod totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, inter testatorem & heredem agitur. §. 10. *Inst. de test.* Ulp. 20. §. 3. vide Forner. 2 *select.* 12. 8 *l.* 19. §. *cod.* 9 Vide *l.* 15. §. *de captivis.*

10 Adhiberi non posse. Cuj. *arg. l.* 13. §. *de testib.* Goth. Idem *lib.* 1 *obs. cap.* 20. Anf. 11 Argumentum à judiciis ad ultimas voluntates valet. *Bald.* 12 §. 6. *Inst. de testam. ordin.* An in codicillis? sic visum est interpretibus, *l. ult. C. de codicill.* præterquam Harmenopuli Scholiasti, 1 *tit.* 6. qui eam quoque removet à testimonio dicendo in donatione causa mortis. An in criminalibus causis? v. quæ notavi ad *l.* 18. §. *de testib.* An in crimine Majestatis? sic fane, ut & in iis, ubi viri non advocantur. *Harm. ibid.* v. *tit. de insp. ventr.* alias exceptiones vide apud Socin. *reg.* 419.

13 Argumentum tale est: Lege vetatur adultera esse testis: ergo mulier non adultera lege testis admittitur. Argumentum à contrario sensu valet etiam in statutis. *Bald. hic.*

14 Aliud in Latino Juniano. Ulpian. 20. §. 8.

15 Sed ne Prætorii quidem edicti. *Vulg. Haloandr.* vide *l.* 7. §. *de falsis.*

16 Juris auctores scil. qui de testamento per æs & libram scripserunt.

17 Nisi contagio vel aliquis alius casus obstet. *l.* 8. *C. de testamens.*

18 Puta Latini, si Latine quis testetur, atque ita Græcus sensu percipiens se rogatum, potest esse testis in testamento Latini. v. quæ notavi ad *l.* 21. *in fin. C. de testam.* adde Paul. 3 *sentent.* 4. §. 13.

19 Testis debet testari de eo, quod sensu aliquo percepit: & ex sensu rationem sui dicti reddere. adde *l.* 18. *C. de testib.* Bart. Bald.

20 In testamento sc. dic idem in contractu, qui ab invito Notario factus ipso jure non valet. *Bald.*

21 *l. ult.* §. *de jure codicillorum. l.* 29. *C. de testamentis.*

22 Formulam olim nuncupandi testamenti vide apud Ulp. 20. §. 9.

23 Sunt. *Hal.* In testamento nuncupativo scil. nam in mystico seu scripto id non requiritur. v. *Nov.* 119. *c.* 9. Porro, ut olim nuncupatio fieret, v. Ulp. 20. §. 9.

24 Plus igitur creditur testibus adfirmantibus, quam negantibus; sufficit enim solennem numerum adfirmare: licet alii negent, *ut hic* Bald.

25 Qui requiritur hujus actus natura: uam in codicillis & testamentis ruri factis, aut pestis tempore, pauciores quam septem sufficiunt. v. *l. ult. C. de testam. l. ult. C. de codicill.*

26 Superflui testes non nocent. vid. Paul. 3 *sent.* 4. §. 10.

27 Puta heredem, vel legata.

28 *Synopf.* 35. *titul.* 2. *c.* 21. §. 6. 29 Heres sc. in testamento instituendus erit: legata in codicillis relinquenda, *l.* 16. §. *de vulgari.* & hæc mero jure vera sunt: nam nuda voluntate legatum mutare possumus. *l.* 3. *in fin.* §. *de adimendo.* decennii silentio, aut nuda voluntate. *l.* 27. *C. de testam.*

30 V. Simon. de Præt. *de interpr. ultimar. voluntat. lib.* 1. *interpr.* 1. *dubitat.* 5. *solut.* 1. 2. 3. 4. 5. & *reliqq.* Anf. 31 Vid. *l.* 4. *C. de testam.* 32 Obscura testamenti possumus sine solennitate, nudis literis, vel nuda voluntate declarare. 33 *Conjectio*, est conjectura. 34 Conjecturas voluntatis testatoris colligimus, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine testatoris, vel regionis. 35 *l* 50. *in fin* §. *de leg.* 1. Porro consuetudinem, de qua hoc loco, etiam possis referre ad consuetudinem loquendi testatoris. de qua v. Mantic. 3 *de conjectur.* 9. 36 *l.* 1. §. *de usuris. l.* 50. *in fin* §. *de legatis.* 1. obscurum declaratur ex conjecturis. 37 Aliud in codicillis, *l. ult. C. de codicill.* in testamento ad pias causas, & inter liberos. *Gloss. in d. l. ult.* v. Socin. *reg.* 420. 38 *l.* 21. *in fin. C. de testam.* ut rogarentur. v. Ulp. 20. §. 9. Paul. 3 *sent.* 4. §. 4. & *ibid.* Cuj. v. quæ scripsi de rogatis testibus ad *Nov.* 90. *c.* 1. 39 Sufficit, si antequam testamentum fiat, certiorentur. §. *cod.* 40 V. *l.* 28. *C. de testam.*

41 *Al.* actionis, 42 Nisi quid aliud obstet. *l.* 8. *C. de testam.* 43 Non igitur poterit in testamento donari, promitti per stipulationem, celebrari contractus? Id negare videtur *lex* 20. §. *de verb. sign.* sed post Accurs. tamen omnes interpretes reclamant: eamque communem opinionem in scholis & foro esse receptam, ait Ferretus *hic.* Jul. Clar. 3 *sent.* §. *testamentum. q.* 75. scribit, hanc juris regulam obtinere, quando conventiones, & contractus, qui testamento inferuntur, non sunt penitus extranei ab ipso testamento: verbi gratia, non est actus omnino extraneus à testamento, libertorum adsignatio, ut quæ neque legatum neque fideicommissum sit, *l.* 7. §. *de adsign. libert.* & tamen testamento fieri potest. *l.* 1. §. 3. *d. tit.* 44 In alieno negotio se. §. 8. *Inst. de testam.* v. *l.* 17. §. *de testib.*

45 Testis in ultima alicujus voluntate potest esse pater & filius. *Synop.* 35. *tit.* 1. *c.* 22. 46 Ulpian. 20. §. 6. 47 Veram, vel putativam. §. 7. *Inst. de testam. l.* 1. *C. de testam.* 2 *Feud.* 19. *in fin.*

48 In teste initium spectamus: initium, id est, tempus, quo testis fuit. *l.* 1. *C. de testam. l.* 1. §. 14. §. *de quæst.* 1. 99. *in fin.* §. *de verb. sign.* 49 Testatoris sc. 50 Puta servitus, infamia, condemnatio: his enim fit aliquis intestabilis. 51 Est enim testi alienus. adde §. 5. *in fin. Inst. de test.*

52 Consulto sc. non casu. *l. un.* §. *si tabul. testam. extant.* 53 *Signare testamentum* aliud est, quam testamento nomen suum adscribere. 54 Testamenti scriptura jure non valet, nisi quam testes signaverint. Testis debet subscribere & signare testamentum: alterum enim non sufficit. 55 Signa, ex jure prætorio: subscriptiones vero testium, ex constitutionibus requiruntur. 56 *Anulis* testamenta veteres obsignabant. adde Festum in *signare.* Senecam 1 *epist.* 8. 57 Ut non tantum anulo, Hotom. 1 *obs.* 20. reprehensus à Roberto, 1 *recept.* 21. & à Cujac. 14 *obs.* 21. 58 Anulo non quovis testamentum signari potest, sed eo tantum, qui habeat χαρακτῆρα. §. 5. *Inst. cod.*

59 Talis anulus signatorius est, *sigillaticius* Vopisco dicitur. 60 Vide quæ notavi ad *l.* 20. *in fin. C. de transf. Synopf. cod. c.* 23. 61 E contrario, linteo inciso consulto à testatore, non videntur tabulæ signatæ. *l.* 1. §. *pen.* §. *secund. tab.* 62 Naturam ad suam res facile redit. 63 Hoc est, unius testamenti plura exempla. 64 Exemplis pluribus fieri possunt testamenta, *ut hic.* contractus. *Pragmaticum Justin. cap.* 21. literæ. Cicero 4 *famil.* 4. literæ non uno exemplo. 65 Vide *l.* 1. §. 6. §. *secund. tab.* 66 Exemplaribus authenticis: potest etiam unum, quasi authenticum, aliud quasi exemplum facere. *d. l.* 1. §. 7. An duo possunt in uno tantum exemplo testamenta facere? hoc tantum Valentinianus dedit conjugibus. *Novv.* 1. *de testam.* vide Cujac. *hic.* Huc refer elegantem speciem ex Minsing. 1 *obs.* 8.

potest : idque interdum necessarium est: forte si navigaturus, & secum ferre & relinquere judiciorum [67] suorum testationem velit.

De testamento imperfecto.

XXV. JAVOLENUS lib. V Posteriorum Labeonis.

SI [68] is, qui testamentum faceret, heredibus primis nuncupatis, prius quam secundos exprimeret heredes, obmutuisset [69], magis cœpisse eum testamentum facere, quam fecisse, Varus Digestorum lib. I Servium respondisse scripsit: itaque primos heredes ex eo testamento non [70] futuros. Labeo tum hoc verum esse existimat, si constaret [71], voluisse plures eum, qui testamentum fecisset, heredes pronunciare: ego nec Servium puto aliud sensisse.

De intestabili.

XXVI. GAIUS [lib. XXII ad Edictum provinciale].

CUm lege quis *intestabilis* [72] jubetur esse: eo pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eo amplius (ut quidam putant) neve ipsi dicatur testimonium.

De teste, qui testamentum scripsit.

XXVII. CELSUS [lib. XV Digestorum].

DOmitius [73] Labeo Celso suo salutem. Quæro, an testium numero habendus sit is, qui, cum rogatus est ad testamentum scribendum [74], idem quoque cum tabulas scripsisset, signaverit? *Jubentius Celsus Labeoni suo salutem.* * *Aut* * *non intelligo* [75], *quid sit, de quo me consulueris, aut valide stulta* [76] *est consultatio tua: plus enim quam ridiculum est dubitare, an aliquis jure testis adhibitus sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit.*

Si servus testamentum scripserit.

XXVIII. MODESTINUS [lib. IX Regularum].

SErvus [77], licet alienus, jussu testatoris testamentum scribere non prohibetur.

De testamento imperfecto.

XXIX. PAULUS [lib. XIV Responsorum].

EX ea scriptura, quæ ad testamentum faciendum parabatur, si nullo jure testamentum perfectum esset, nec [78] ea, quæ fideicommissorum verba habent, peti posse. §. 1. Ex his verbis, quæ scriptura paterfamilias addidit, *ταῦτα τὰ ἀξιόπιστα βούλομαι εἶναι κυρία ὑπὲρ πάσης ἐξουσίας* [79] *Hoc testamentum volo esse ratum, quacunque* [80] *ratione poterit*; videri cum voluisse, omnimodo valere ea, quæ reliquit, etiam si intestatus decessisset.

De subscriptione testium.

XXX. IDEM [lib. III Sententiarum].

SIngulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio [81] *chirographo* [82] adnotare convenit, quis & cujus testamentum signaverit.

Si quis se Imperatorem facturum heredem jactaverit.

XXXI. IDEM [lib. V Sententiarum].

EJus [83] bona, qui se Imperatorem facturum heredem esse jactaverat [84], à fisco occupari non possunt.

67 Testamentum, judicii nostri testatio.

68 *Forte legendum*, si quis cum testamentum.

69 *Harmenop.* 2. §. 16. & 48.

70 *l.* 29. *C. de testam.* Actus enim imperfectus dicitur nullus.

71 Nam alias tribus verbis perficitur testamentum: *Lucius heres esto. l.* 1. §. 3. *ff. de hered. instituend.*

72 *V. l.* 5. §. 9. *ff. de injur.*

73 Vide *Manticam* 2 *de Conjectur.* 12.

74 De scriptura testamenti *v. l.* 21. *C. de testam. Synopf.* 35. *tit.* 1. *c.* 29.

75 Id videtur quæsisse Labeo, An rogatus ad testamentum scribendum, idem non rogatus, testamentum recte signare possit: ut videatur omnino aliud fecisse ab eo, de quo rogatus fuerit? aliud enim est scribere, aliud signare, seu sigillum adponere.

76 Stulte interroganti, rustice respondendum. *Bart.*

77 Quilibet enim potest testamentum scribere. *l.* 21. *C. de testam.*

78 Id est, imperfectum testamentum non valet, ne quidem jure codicillorum. *v. tamen l.* 11. §. 1. *ff. de legat.* 3. *l.* 29. *C. de fideicommiss.*

79 In omni jure. *l.* 88. *in fin. ff. de leg.* 2.

80 Etiam jure codicillorum.

81 Subscriptionem alteri committi non posse, ne quidem Notario, *Baldus* hinc colligit. Alieno tamen anulo subsignare possumus. §. 5. *Inst. de testam:*

82 Testamento ita subscribere testes oportet: *Lucius Titius subscripsi, & Gaii Seii testamentum obsignavi.* Testamentum non jure valet, quod ita subscriptum non est. adde *Synopsin* 35. *tit.* 1. *c.* 31. *Nov. Leonis.* 82.

83 Adde *l.* 6. *C. qui testament.*

84 *Paul. 5. sent.* 12. §. 9. vid. *l.* 22. *ff. de jure fisci.*

TIT. II.

DE LIBERIS [1] ET POSTHUMIS [2] HEREDIBUS INSTITUENDIS, VEL [3] EXHEREDANDIS [4].

Nominatim *exheredandus filius.*

I. ULPIANUS [lib. I ad Sabinum].

QUid sit *nominatim* exheredari, videamus: nomen [5], & prænomen, & cognomen ejus dicendum est: an sufficit vel unum [6] ex his? Et constat sufficere.

II. IDEM [lib. VI Regularum].

NOminatim exheredatus filius & ita videtur, *Filius meus exheres esto*, si nec *nomen* ejus expressum sit, si modo unicus [7] sit: nam si plures sunt filii, benigna [8] interpretatione potius à plerisque respondetur, nullum exheredatum esse.

1. Pure *exheredandus filius.* 2. *De exheredatione inter medias institutiones, vel qui heres erit,* 3. *Vel ante institutionem,* 4. *Vel inter duos gradus* 5. *commixtos,* 6. *Vel à secundo gradu.*

III. IDEM [lib. I ad Sabinum].

ET si pepercerit *filium* dicere, *ex Seia* autem *natum* dixit, recte exheredat [9]: &, si cum convicio [10] dixerit, *non nominandus*, vel *non filius meus, latro, gladiator*, magis est, ut recte exheredatus sit: &, si *ex adultero* [11] *natum* dixerit. §. 1. *Pure* [12] autem filium exheredari [13] Julianus putat: qua sententia utimur. §. 2. Filius inter [14] medias quoque heredum institutiones recte exheredatur, & erit à toto gradu [15] summotus, nisi forte ab unius persona eum testator exheredaverit: nam, si hoc fecit, vitiosa erit exheredatio: quemadmodum si ita eum exheredaverit, *Quisquis mihi erit filius, exheres esto*: nam (ut Julianus scribit) hujusmodi exheredatio vitiosa est, quoniam post [16] *adstam* hereditatem voluit eum summotum, quod est impossibile. §. 3. Ante [17] heredis institutionem exheredatus, ab omnibus gradibus summotus est. §. 4. Inter [18] duos [autem] gradus exheredatus, ab utroque remotus est, secundum Scævolæ sententiam, quam puto veram. §. 5. In eo qui miscuit duos gradus, exheredationem valere, Mauricianus recte putat: veluti, *Primus heres esto, ex semisse: si primus heres non erit, secundus* [*ex semisse*] *heres esto: tertius ex alio semisse heres esto: si tertius heres non erit, quartus heres esto:* nam ab utroque gradu summotus est. §. 6. Si ita testatus sit paterfamilias, ut à primo [19] quidem gradu filium præteriret, à secundo solo exheredaret, Sabinus, & Cassius, & Julianus putant, peremptо primo gradu, testamentum ab eo gradu exordium capere, unde filius exheredatus est: quæ sententia comprobata est.

1 VI C. XXVIII. Jam natis.

2 VI C. XXIX. Id est, nascituris: de voce *posthumus v. l.* 3 *ff. de injusto.*

3 Vide *l.* 4. *C. de lib. præt.* Theophilum *Inst. de exheredat. liberorum.* Ferrandum 2 *explicat.* 30.

4 2 *Inst.* 13. Institutionis & exheredationis usum in testamentis *v. in l.* 30 *ff eod.*

5 Quod ad exheredationes attinet, magna semper causa esse debuit, ut liberos parentes exheredarent. Cicero *Pro Roscio Amerino.* Seneca 1 *de Clementia.*

6 Nominatim satis exheredatus videtur is, cujus nomen, vel prænomen, vel cognomen exprimitur. *l.* 34. *ff. de cond. & demonstr.*

7 Indefinita ad unum tantum relata orationi singulari æquipollet. *Bald.* Nihil interest, utrum dicas, *Socrates*, an *Sophronisci filius*, cum unus Sophronisco sit filius: *Porphyrius. v. Cujac. hic* Nihil interest in jure, utrum quis unum filium habens dicat, *Filius heres esto*: an *Tite heres esto.* Servius 4 *Æneidos* ad illum versum, & *mortientem nomine clamat.* Quin Theophilus, *Inst. de exhered. liberorum*, nominatim exheredatum videri scribit, qui designatus sit ὑπὸ ὀνόματος, ὑπὸ τόπου, ὑπὸ ἡλικίας, ὑπὸ χρόμου, ex studiis arte, ætate, *dolore*: Et breviter omnem sermonem, qui dilucide explicat personam, de qua quis loquitur, exheredationem nominatim perficere. adde *l.* 90. *ff. de legat.* 3. *l.* 34. *ff. de cond. & demonstr. l.* 24. *ff. de manumiss. test.*

8 Benigna interpretatio dicitur, quæ exheredationem excludit, licet vitiet testamentum. adde *l.* 19. *in fin. ff. eod. & Manticam* 4 *de conjectur.* 11.

9 Nam è contrario recte instituit cum convicio. *l.* 48. §. 1. *ff. de heredib. instituend.*

10 Imo, non recte exheredat, si cum convicio dixit. *l.* 9. §. 8. *in fin. ff. de heredib. instituendis.* adde *l.* 29. *in fin. ff. de probation. l.* 13. *C. ex quibus causis infam l.* 1. §. 8. *ff. de Carboniano.*

11 Ex adulterio, *Haluan. d.* §. 8.

12 *l.* 68. *in fin. ff. de heredib. Instituend. l.* 18. *ff. contra tabulas. l.* 1. §. 3. *ff. de ventre in possessionem mit.* Goth. Ad hanc *l.* 3 v. Sarmient. *lib. 4 selectar.* Anf.

13 Puto quoque posthumus institutus est. *l.* 22. *l.* 24. *ff eod.*

14 Et ante, *l.* 1. *ff. de hered. instituendis.*

15 *Gradus* hic intellige, non ex numero heredum, sed ex ratione successionis.

16 *l.* 68. *in fin. ff. de heredib. instituend.*

17 *l.* 1. *C. eod.*

18 *l.* 1. *C. eod.*

19 *l.* 3. *in fin. ff. de injusto. l.* 75. *ff. de hered. inst. l.* 43. §. 1. *ff. de vulg.*

20 Subintelligis scil.

21 *Posthumus* testamenti factionem passivam habet. *l.* 3. *ff. secund. tabul.* §. 4. *Inst. de hered. qual. Ulp.* 22. §. 15. 29. *fq.* 21. vide *Paul. 3. sent.* 4. §. 22. 23.

22 Posthumus instituere potest quis, etiam antequam uxorem ducat.

23 Posthumus qui instituit, non tantum facit de eo, qui ad eum cum uxore prælentis, sed ex futura. *Bald.*

24 Et Javolenus & Cassius. *Cujac. hic.* Vide Sarmient. *lib. 4 selectar.* Et quæ sit differentia inter Spadones, Eunuchos & Castratos, Aut. Augustin. *lib. 3 emend. cap.* 5. Anf.

25 *V. l.* 39. *ff. de jure dot.*

26 *l.* 2. §. 1. *ff. de adoptionib.* Potest testamentum facere eo tempore, quo plerumque pubescit. *Paul. 3 sent.* 1. §. 12. potest generare. *l.* 6. 7. 35. §. 7. *ff. de adilitio.* potest manumittere. *l.* 14. *ff. de manumiss. vind.*

27 *Castrati* quid sit permissum, *v. l.* 5. *C. qui testam.*

28 Atqui exemplo omnium, testamentum facere potest. *l.* 5. *C. qui testam.* Sed ideo posthumum castratus non instituit, quia nullo modo generare potest.

29 Et ad testamentum testis adhiberi. *l.* 15. *in fin. ff. de testib.* & mas æstimari. *l.* 10. *ff. de statu hominum.*

30 *l. pen.* ff eod.

31 *l* 16 *in fin ff. de vulgar. Instit. de exheredat. liberor.*

32 In quo scil. filius institutus est, vel exheredatus. *Cujac. hic.* Secundum testamentum, quod ratione præteritionis est nullum, non tollit primum, etiamsi præteritus vivo testatore decedat. *Bald.*

33 Jam natum, non posthumum.

34 Filius jam natus rumpit spem ejus gradus, à quo præteritus est incontinenti: posthumus vero, statim cum nascitur. *Bart.* Et sic filio ab instituto exheredato, à subsituto præterito, valet institutio, substitutio non item. *Cujac.*

35 *l.* 3. §. *ult. ff.*

36 Vivo primo. *Cujac. hic. & Inst. de exhered. liber.*

37 Inhabilis ex accidenti non ex natura posthumum instituere potest. *Leon.* 60.

38 Vide *Novell.*

39 Non possumus ex ea muliere, quæ nupta est, vel quam honeste uxorem ducere non possumus, posthumum heredem instituere. *hic, &* §. 3. §. 4 *ff. eod.* Possumus ex quacunque alia. *l.* 4. *ff. eod.* & vidua. *l.* 27. *ff. eod.*

40 Facit *l.* 1. *in fin. ff. de his, qui not. ant. Novell* 22. *c.* 16.

41 Vide *l.* 2. *C. de liberis præteritis.*

42 Hodie quid juris sit, *v. l.* 34. *C. de inoff.*

43 Cur diversum? vide Langebekium, *c.* 20 *Annotat.*

44 Filius ependerit. *Hotom.* 1 *obs.* 15.

45 Vide *l.* 7. §. 1. *ff. de Carbon.*

46 Dixi ad *Ulp.* 26. §. 1. *in fin.*

47 Quo.

48 Destituitur autem & deseritur testamentum, non adita hereditate. *l. ult. ff. de cond. inst.*

49 Vid. quæ scripsi ad *l.* 83. §. *verf. sed genus. ff. de verb. oblig.*

50 §. 1. *ff. eod.*

51 Vid. §. 1. *ff. eod.*

52 Soror per adoptionem mihi est, quam pater meus adoptavit: alias, ut fratrem, ita nec fororem adoptare possumus. *l.* 7. *C. de hered. instit.*

53 *l.* 17. *ff. de ritu.* 1. 35. §. 1 *ff. de verb. oblig.*

54 Vide Molinæum *ad hanc legem*, ejusve singularem repetitionem. *Goth.* Adde Sarmient. *lib. 4 select.* Leonin. *emendar. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 1. Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 11. Ant. Merend. *lib.* 4 *controv. cap.* 4. Anf.

55 Id est, uno ex his quinque modis. *Qui mihi nascetur posthumus: Qui post testamentum: Qui me vivo: Qui me mortuo: Qui me vivo, vel mortuo, posthumus nascetur, heres esto.* Primus, ut simplicior, ita à Notariis diligenter est servandus. adde *Paul. 3 sentent.* 4. §. 22.

56 Hæc institutio posthumi fit ex lege Julia Velleia. *Ulp. l.* 22. §. 19.

57 Institutio hæc posthumi fit ex jure civili. *Ulp. ibid.* & ita in omnem casum instituitur. *l.* 47. §. 1. *ff. de hered. inst.*

58 Imo non rumpit. *l. ult. C. de postliminio reverf.* Goth. Plures casus ponit *Gloss. hic.* S. L.

De successione sui heredis.

XI. PAULUS lib. II ad Sabinum.

IN suis heredibus evidentius apparet, continuationem [59] dominii eo rem [60] perducere, ut nulla videatur hereditas fuisse, quasi [61] olim hi domini essent, qui etiam vivo patre quodammodo domini [62] existimantur: unde etiam filiusfamilias appellatur, sicut paterfamilias: sola nota hac adjecta, per quam distinguitur genitor ab eo, qui genitus sit: itaque post mortem patris non hereditatem percipere videntur: sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur: hac ex causa, licet non sint heredes instituti, domini [63] sunt: nec obstat, quod licet eos exheredare, quod [64] & occidere [65] licebat [66].

De ventre exsecto. 1. De animali non integro edito.

XII. ULPIANUS lib. IX ad Sabinum.

QUod dicitur filium natum rumpere testamentum, natum accipe, & si exsecto [67] ventre editus sit: nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate. §. 1. Quid tamen, si non integrum [68] animal editum sit, cum spiritu [69] tamen: an adhuc testamentum rumpat? & * hoc * tamen rumpit.

De institutione uxoris, & posthumi, vel posthumæ. 1. De ademtione hereditatis & libertatis. 2. De exheredatione filii, post mortem ejus.

XIII. JULIANUS lib. XXIX Digestorum.

SI ita scriptum sit, *si filius mihi natus fuerit, ex besse [70] heres esto [ex reliqua parte uxori mea heres esto]*; *si vero filia mihi nata fuerit, ex triente heres esto, ex reliqua parte uxor heres esto*; & filius [71], & filia nati essent: dicendum est, assem distribuendum esse in septem partes, ut [72] ex his filius quatuor, uxor duas, filia unam partem habeat: ita enim secundum voluntatem testantis, filius altero tanto amplius habebit, quam uxor: item uxor altero tanto amplius, quam filia: licet [73] enim subtili [74] juris regulæ conveniebat, ruptum fieri testamentum, attamen, quum ex utroque nato testator voluerit uxorem aliquid habere, ideo ad hujusmodi sententiam humanitate suggerente decursum est: quod etiam Juventio Celso apertissime placuit. §. 1. Regula est juris civilis, qua constitutum est, *hereditatem [75] adimi non posse*, propter quam liber & heres esse jussus, quamvis dominus ademerit eodem testamento libertatem, nihilominus & libertatem & hereditatem habebit. §. 2. Testamentum, quod hoc modo scribitur, *Titius post mortem filii mei heres esto, filius exheres esto*, nullius momenti est: quia filius post [76] mortem suam exheredatus est [77]: quare & contra tabulas paternorum libertorum hujusmodi filius bonorum possessionem accipere poterit.

De postumo partim præterito, partim exheredato. 1. Quo casu valet gradus, a quo filius præteritus est. 2. De falso elogio.

XIV. AFRICANUS [lib. IV [78] Quæstionum].

SI posthumus à primo gradu exheredatus [79], à secundo præteritus sit; quamvis eo tempore nascatur, quo ad heredes primo gradu scriptos pertineat hereditas, secundum tamen gradum vitiari placet, ad hoc, ut prætermittentibus institutis ipse heres existat: imo & si defuncto eo heredes instituti omiserint hereditatem, non posse substitutos adire. Itaque & si à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus, à tertio exheredatus sit, & viventibus primis & deliberantibus decedat: quæri solet, omittentibus primis additionem, utrum ad eos, qui tertio gradu scripti sint, an potius ad legitimos heredes pertineat [80] hereditas? quo & ipso casu rectius existimari putavit, ad legitimos eam pertinere. Nam & cum duobus [81] heredibus institutis, & in singulorum locum facta substitutione, à primis exheredatus posthumus, à secundis præteritus fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamvis posthumus excludatur [82], non tamen magis substitutum admitti [83]. §. 1. Quod vulgo [84] dicitur, *eum gradum, à quo filius præteritus [85] sit, non valere*, non usquequaque verum esse [ait]: nam si primo gradu heres institutus sit filius, non debere eum à substitutis exheredari: ideoque si filio & Titio heredibus institutis, Titio Mævius substitutus sit, omittente Titio hereditatem, Mævium eam adire posse, quamvis filius secundo gradu exheredatus non sit. §. 2. Si quis ita scripserit, *ille, quem scio ex me natum non esse, exheres esto* [86]: hanc exheredationem ita nullius momenti esse ait, si [87] probetur ex eo natus: non enim videri quasi filium exheredatum esse, cum *elogium* [88] pater, cum filium exheredaret, proposuisset, [&] adjecisset propter eam causam exheredare: probaturque patrem circa causam exheredationis errasse.

XV. ULPIANUS [lib. I ad Sabinum].

IDem est & si ita dixerit, *ille illius filius exheres esto*, patrem ei adulterum per errorem adfignans.

De filio instituto, & posthumo præterito, & nepote.

XVI. AFRICANUS [lib. IV [89] Quæstionum].

SI filius heres institutus sit, omisso posthumo, filioque substitutus [90] nepos ex eo sit: si interim moriatur filius, posthumo non nato, nepotem tam patri, quam avo suum heredem futurum: quod si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit, tunc, quia eo tempore, quo is moriatur, certum esse incipit, neminem ex eo testamento heredem fore, ipse filius intestato patri heres existat: sicut evenire solet, cum sub ea conditione, quæ in ipsius potestate erit, filius heres institutus, prius quam ei pareret, moriatur.

De formula exheredationis.

XVII. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

FIlii etiam hoc modo exheredantur, *filius exheres sit [91], filius exheres erit.*

De exheredatione non notæ causa.

XVIII. ULPIANUS [lib. LVII ad Edictum.]

MUlti non [92] notæ [93] causa exheredant filios, nec ut eis obsint, sed ut [94] eis consulant (utputa impuberibus): eisque fideicommissam hereditatem dant.

De exheredatione ex parte vel certa re.

XIX. PAULUS [lib. I ad Vitellium].

CUm quidam filiam ex asse heredem scripsisset, filioque quem in potestate habebat, decem legasset, adjecit, [&] *in cætera parte exheres mihi esto*, & quæreretur, an recte exheredatus videretur? Scævola respondit, non videtur [95]: & in disputando adjiciebat, ideo non valere, quoniam nec sundi exheres esse jussus, recte exheredaretur: aliamque causam esse institutionis, quæ benigne [96] acciperetur: exheredationes autem non [97] essent adjuvandæ.

De filio, qui pendente conditione institutionis se dedit adrogandum.

XX. MODESTINUS [lib. II Pandectarum].

SUb conditione [98] filius heres institutus, si pendente conditione adrogandum se dedit [99], necessarius heres non erit [100].

Si idem exheredetur, deinde instituatur.

XXI. POMPONIUS lib. II ad Quintum Mucium.

SI filium nominatim exheredavero, & eum postea heredem instituero, heres erit [1].

De posthumo instituto sub conditione.

XXII. TERENTIUS CLEMENS [lib. XVII ad legem Juliam & Papiam].

CUm posthumus sub conditione [2] instituitur, si prius quam nascatur, conditio exstiterit: non rumpitur testamentum posthumi adgnatione.

De adoptione.

XXIII. PAPINIANUS [lib. XII Quæstionum].

FIlio, quem pater post emancipationem à se factam, iterum adrogavit, exheredationem ante scriptam nocere dixi: nam in omni fere jure sic observari convenit, ut veri patris adoptivus filius numquam intelligatur: ne imagine naturæ veritas [3] adumbretur [4], videlicet quod non translatus, sed redditus videretur: nec multum puto referre, quod ad propositum attinet, quod loco nepotis filium exheredatum pater adrogavit. §. 1. Si Titius heres institutus, loco [5] nepotis adoptetur [6]: defuncto postea filio, qui pater videbatur, nepotis successione [7] non rumpitur testamentum ab eo, qui heres invenitur.

XXIV. PAULUS [lib. IX Quæstionum].

POsthuma sub conditione heres instituta, si pendente conditione vivo patre nascatur, rumpit testamentum.

De exheredatione, cæteri omnes filii, filiæque. 1. De institutione posthumi alieni, qui paulo ante testamentum testatore ignorante natus erat.

XXV. IDEM [lib. XII Responsorum].

TItius testamento heredem instituit, & filium habens sic exheredationem posuit: *cæteri [8] omnes filii filiæque meæ exheredes sunto.* Paulus respondit, filium recte [9] exheredatum videri. † Postea consultus, an videatur exheredatus, quem pater putavit [10] decessisse? Respondit, filios & filias nominatim exheredatos proponi: de errore autem patris, qui interfuisse proponitur, apud judicem agi oportere. §. 1. Lucius Titius, cum suprema [11] sua ordinaret in civitate, & haberet neptem ex filia prægnantem ture [12] agentem, scripsit *id, quod in utero haberet, ex parte heredem:* Quæro, cum ipsa die, qua Titius ordinaret testamentum in civitate, hora [13] diei sexta [14], eodem die [albescente [15] cælo], rure sit enixa Mævia masculum, an institutio heredis valeat, cum, quo tempore scriberetur testamentum, jam editus esset partus? Paulus respondit, verba quidem testamenti ad eum pronepotem directa videri, qui post testamentum factum nascereturve: sed si (ut proponitur) eadem die, qua testamentum factum est, neptis testatoris, antequam testamentum scriberetur, enixa esset, licet ignorante testatore, tamen institutionem jure factam videri [16], [recte] responderi.

De filiofam. milite.

XXVI. PAULUS lib. III Sententiarum.

FIliusfamilias si militet, ut paganus nominatim à patre aut heres scribi aut exheredari debet [17]: jam sublato Edicto Divi Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredet.

De posthumo ex qualibet vidua.

XXVII. IDEM [lib. III ad Neratium].

POsthumum ex qualibet [18] vidua [19] natum sibi filium heredem instituere potest.

Si filius pendente conditione tam institutionis quam exheredationis moriatur. 1. De nepote, qui recidit in potestatem militis testatoris ob mortem avi. 2. De posthumo ex certa uxore instituto. 3. De posthumo ex ea, quæ tempore testamenti non poterat esse uxor. 4. Si posthumus & posthuma instituatur, & unus solus nascatur.

XXVIII. TRYPHONINUS [lib. XX Disputationum].

FIlius [20] à patre, cujus in potestate est, sub conditione, quæ non est in ipsius potestate, heres institutus [21], & in defectum conditionis exheredatus, decessit pendente etiam tunc conditione tam institutionis, quam exheredationis: dixi, heredem eum ab intestato mortuum esse, quia dum vivit [22], neque ex testamento heres, neque exheredatus fuit. Herede autem scripto ex parte filio, coheres post mortem filii institui [23] potest.

§. 1.

---

59 Fastidium fit. l. 1 §. 7. J. de suis & legit. hered. Institutio ipso jure. l. 14. J. de fund. adde l. 3. C. ex quibus causis major.

60 Al. Eam rem. vid. Forcat. Neque dialog. 36. Vacon. lib. 3. de appar. 50. & 112. Tiraquell. ad l. si unquam. C. de revocand. donat. n. gratiæ num. 19. S. L.

61 §. 2. Inst. de hereditat. quæ ab intest. Cicero Verrinarum Quibuscum vivi nostra patrimonia.

62 Et necessarii heredes. l. 93. J. de adquir. vel omit.

63 Si filius, ergo heres. Fastus est, scil. Cujac. l. 3. in fin. cod. versus. hinc appellantur sibrevi appropinqui.

64 Al. Quos. Argumentum à majore ad minus: licet enim exheredare, si licet occidere.

65 l. ult. C. de patria potestat. l. 5. J. de lege Pompeia de parricid. Cicero pro domo.

66 Licebat: ita scriplit Ulpianus; neque quicquam hic a Tribonian immutatum: unde liquido apparet, Ulpiani temporibus jus patriæ potestatis, quod erat vitæ & necis, valde imminutum fuisse.

67 l. 6. in fin. princip. J. de inoff. l. 141. J. de verbor. significat.

68 l. 3. circa fin. C. de posthum. hered. Theophil. §. 1. Inst. de exheredat. liberor.

69 Vid. l. 2. l. 3. C. de postliminio reversis.

70 Hic filius ad matrem, & mater ad filiam est in propotione dupla. Erit ergo eadem ratione dividenda hereditas inter geminos, & matrem.

71 Simplicibus duobus expressis, mixtus casus continetur. v. Doctores in l. 2. J. de verbor. oblig.

72 Proportionis hæc est ratio, ut quæ sit ratio octo ad quatuor, eadem sit quatuor ad duo, & duorum ad unum.

73 A subtilitate discedimus, ut æquum sequamur.

74 Al. Subtilis juris.

75 Libertatem, Cujac. hic. Hereditatem servo. Hal. Hanc posteriorem tuetur lex 6 in fin. J. de hered. instit. Florentinam defendit lex 17. §. 2. J. de test. milit. Goth. Adde Cujac. lib. 17 obs. cap. 38. S. L.

76 l. 29. §. 10. J. eod.

77 Post mortem exheredatus est, quando post mortem filii hereditas adiri potest: itaque hic filius pro præterito habetur.

78 V. Cujac. ad hanc l. 4. ad Afric.

79 Hodie non exheredantur posthumi: nec enim hodie licet parentibus filios exheredare, nisi ingratos. Nov. 115. c. 3. Posthumi autem ingrati esse non possunt. 80 *Pertinere* dicitur hereditas, quæ delata est, nondum adquisita, vel repudiata. v. Cujac. ibid. 81 l. 19. J. de inoffic.

82 Morte sua scil. 83 Quis admittetur? An qui simul institutus. *ut hic?* Imo, ne simul quidem institutus, cum testamentum ruptum videatur. l. 19. J. tit. prox. Hic substitutus admitti negatur, etiamsi posthumus excludatur morte. Quæ responsio per se satis imperfecta: & ideo plenior requirenda est ex d. l. 19. 84 Regula Sabini. 85 Filius, qui non instituitur, ab omnibus gradibus exheredandus est. Qui instituitur, non necesse est eum exheredari a sequentibus. Cujac. ibid. 86 Ita Florent. al. esse. 87 Exheredatio filii nulla est, si probat filius elogium fallsum: secus, si non probat l. 3. S. eod. Hodie heres exheredantis probare debet elogium filii verum esse. Nov. 115. c. 3. 88 *Notariam*, vituperationem. l. 6. l. 11. in fin. J. de custodia. cum elogio, μετὰ τῶν ἐν ὠτῷ ἐγχρίνεων. Elogia μνήσεις, & elogia, l. 3. J. de re militari. μετὰ ἀναφορᾶς. *Notaria*, seu *Notoria*, scriptum breve apud Augustinum & Symmachum: pro vituperatione & convicio. ut hic. & l. 1. §. 9. J. de Carbon. l. 37. §. 2. J. de legat. 3. v. Cujac. ibid.

89 V. Cujac. hic. & 4 ad Afric. 90 Suitatem substitutione vulgari tolli hinc colligunt: de quo vide Socinum regula 390. Goth. Ad hanc legem vide Purpurat. Sarmient. lib. 4 select. Govean. lect. lib. 1. cap. 4. Ans. Adde Cujac. lib. 3 emend. cap. 21. Gomes. tom. 1 variar. resolut. c. 9. S. L.

91 His verbis, *sit* & *erit*, institutio & exheredatio fieri potest. l. 15. C. de test. Ulp. 21. §. 1.

92 Lepidiore si in Latini ratione potest: quos imponi non mala mente.

93 Exheredatio non omnis notæ causa fit: inest tamen in exheredatione quali quædam nota. v. Cujac. hic.

94 l. 16. §. 2. J. de curat. fur. l 12. §. 2. J. de bon. lib.

95 Al. videri

96 Institutiones sunt favorabiliter interpretandæ: exheredationes, stricte: ideoque in his non, ut in illis, locus est juri adcrescendi. Bald.

97 Ideo restringendæ: sunt enim favorabilia extendenda; odia coërcenda. Dynus in capite odia. de regulis. in 6.

98 Puta, *si Alexandriam iverit.*

99 Post mortem patris.

100 Quia nec suus: vel ideo, quod in familia patris non est, tempore delatæ hereditatis. Suus est autem, qui in familia proximior est delatæ hereditatis tempore. Cujac. hic.

1 Secunda scriptura potior est priore tunc maxime, cum prior odiosa est. Bald.

2 Institutioni posthumi adjecta conditio, & ante eum natum existens, testamentum non rumpit.

3 Id est, jus naturale.

4 Veritas ubi haberur, ibi non est opus fictione: nec fictioni cum veritate convenit. Decius ad l. 5. J. de reg. jur. Fictio & veritas quoties ad unum collineant, veritas prævalet fictioni. Bart.

5 l. 10. J. de adopt.

6 Vel adrogetur. l. 18. J. de injusto.

7 l. 6. §. 3 J. de injusto.

8 Plures filii ita exheredari solent. De exheredatione inter cæteros vid. Inst. de exhered. liber. in princ. & §. 1. Ulpian. 22. §. 20. 21. 22.

9 Imo male: Nam qui ita exheredatur filius, *incipit*; seu indefinite exheredatur: Filius autem in potestate, inter cæteros exheredari non debet, sed nominatim. Theophil. in princ. Inst. de exhered. liberor.

10 l. 29. J. de manumiss. test.

11 Id est, testamentum.

12 Et ita ignorantem. Unde colligunt, rustico ignoscendum, qui feudi investituram non petierit intra tempora moribus præfinita. Anchoranus cons. 393. Choppinus 1 de privil. rustic. 4. n. 2.

13 Id est, meridie. Ita cito moriturus testator potest meridie heredem posthumum instituere, qui jam albescente cœlo eo ignorante natus sit. 14 De sexta diei v. l. 2. in fin. J. de verbor. sign. Est vero hic sexta hora, sexta à media nocte: more enim Romano dies incipit à media nocte. l. more. J. de feriis. v. Forcatulum cap. 10 Antarii. 15 Id est, diluculo nondum clarescente: ut primum albescere lucem incem, Vidit Virgil. 4 Æneid. albicassit Phœbus, Cell. 15. albente cœlo copias educit, Cæsar. 1. dies inalbebat, Apul. 7. Cujac. hic. 16 Atque ita favore testamenti, & propter ignorantiam testatoris, natus habetur pro non nato. Nemo enim dubitat, testatorem aliter fuisse provisurum, si scivisset. v. l. 22. in princip. vers. Brasidas. J. ad Trebell. l. 5. l. 16. S. de testament. tutel.

17 Utcumque enim sit miles, pater in filium jus paternum habet. l. 1. J. de obseq. 18 Legem restringi, ut improprius sensus & fictio evitetur, hinc colligit Stephanus de Phedericis. libro de interpret. legum. c. qualiter lex restringatur ex mente. adde l. Statius. 48. in fin. J. de jure fisci.

19 Secus si ex nupta. l. 9. §. 1. S. eod. 20 V. Langebekium. cap. 1 Annotat. 21 Et ideo male institutus: debet enim institui sub conditione potestativa. l. ult. J. de condit. instit. Sub casuali non potest. 22 Id est, quia pro præterito habetur. Cujac. 23 Substitui. vide Antonium Fabrum 3 Conject. 15.

§. 1. Filiusfamilias miles de castrensi peculio fecit testamentum, habens filium in ejusdem potestate: cum militare desisset, patre eodemque avo defuncto, quæsitum est, an rumpetur ejus testamentum? Non quidem adoptavit [23], nec hodie ei natus est filius, nec priore subducto de potestate suo herede, ulterior successit in proximum locum: sed tamen in potestate sua habere cœpit, quem non habebat: simulque paterfamilias factus est, & filius sub ejus recidit potestate: Rumpetur ergo testamentum. Sed si heres sit institutus, vel exheredatus iste ejus filius, non rumpitur: quia nullo circa eum novo facto, sed ordine quodam naturali [24] nactus est potestatem. §. 2. Si quis ex certa [25] uxore natum scribit heredem, in periculum rumpendi testamentum deducit, ex aliena susceptis liberis. §. 3. Si quis eo [26] tempore, quo nondum ejus uxor esse posset, testator natum ex ea scripsit heredem: an postea contracto licito matrimonio natus, heres ex testamento esse possit, quæritur: veluti si scribas hodie heredem, qui tibi ex Titia natus erit, quando Titia ancilla [27], vel minor annis vigintiquinque ea cujus pater tuus [28] tutelam administravit, aut tutor tu ipse fuisti; postea [Titia] uxor justa tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore annorum vigintiquinque, & utilis anni, & rationum allegatione: an natus heres esse possit? Nemo certe dubitabit, ex Titia, quæ tunc propter tenorem ætatis uxor duci non potuit, quando testamentum fiebat, natum postea ea uxore ducta, heredem esse posse. Et generaliter nato post testamentum herede scripto, aditus est ad hereditatem, in qualicunque statu [29] testamenti faciendi tempore fuit, quæ postea testatori civiliter nupta est. §. 4. Quid autem, si filium post testamentum natum ex bello, filiam autem post testamentum natam ex triente scripsit heredem, nec ullum coheredem dedit, nec substituit invicem [30] alium? unus natus solus ex testamento fit heres.

De institutione nepotum ulteriorumve postumorum suorum. Jus antiquum, *de institutione natorum post mortem parentis, de institutione nepotis, si filius ante annum testatoris moriatur.* 1. *Si non exprimatur de morte filii.* 2. *De institutione pronepotis, si nepos,* 3. *Aut filius,* 4. *Aut uterque moriatur.* 5. *Si exprimatur de morte filii, & alius casus contigerit.* 6. *Si filius apud hostes decesserit.* 7. *De nepote, qui apud hostes conceptus est, & redit.* 8. *Si nepote non recte instituto, pronepos ex eo instituatur.* 9. *Si pronepos institutus adoptetur in locum nepotis.* 10. *De institutione præcedentium personarum.* 11. *Legis Velleæ* 12. *Caput primum de natis post testamentum:* 13. *Et alterum de his, qui post testamentum succedunt in locum suorum heredum.* 14. *Si filius sit apud hostes.* 15. *Si nepos nondum natus instituatur & vivo patre nascatur,* 16. *Et emancipetur.*

XXIX. SCÆVOLA [lib. VI Quæstionum].

GAllus [31] sic [32] posse [33] institui posthumos [34] nepotes [35] induxit [36]: *Si filius meus, vivo* 37 *me, morietur* [38], *tunc si quis mihi ex eo nepos, sive quæ nepta* [39], *post mortem meam in decem mensibus proximis* [40], *quibus filius meus moreretur* [41], *natus, nata erit* [42], *heredes sunto.* §. 1. Quidam recte admittendum credunt, etiam si non exprimat de morte filii, sed simpliciter instituat [43], ut eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit [44]. §. 2. Idem credendum est Gallum existimasse & de pronepote [45], ut dicat testator, *si me vivo nepos decedat, tunc qui ex eo pronepos* [46], & 47 cætera.

§. 3. Sed & si vivo filio, jam mortuo pronepote [48], cujus uxor prægnas esset, testamentum faceret, potest dicere: *si me vivo filius decedat, tunc qui ex eo pronepos.* §. 4. Num si & filius & nepos vivant, concipere utrisque mortuis, vivo se, tunc qui pronepos nasceretur, poterit? Quod similiter admittendum est: ita tamen, si prius nepos, deinde filius decederet, ne successione testamentum rumperetur. §. 5. Et quid, si tantum in mortis filii casum conciperet: Quid enim, si aquæ & ignis interdictione [49] peteretur? Quid, si nepos, ex quo pronepos institueretur, ut ostendimus, emancipatus [50] esset? His enim casus & omnes, ex quibus suus heres post mortem scilicet avi nasceretur, non pertinent ad legem Velleam. Sed ex sententia legis Velleæ, & hæc omnia admittenda sunt, ut ad similitudinem [51] mortis, cæteri casus admittendi sint. §. 6. Quid si, qui filium apud hostes [52] habebat, testaretur? quare non induxere, ut, si antea quam filius ab hostibus rediret, quamvis post mortem patris, decederet, tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis vivis post mortem scilicet avi nasceretur, non rumperet? nam hic casus ad legem Velleam non pertinet. Melius ergo est, ut in ejusmodi utilitate, præsertim post legem Velleam, quæ & multos casus rumpendi abstulit, interpretatio admittatur, ut instituens nepotem, qui sibi post mortem suus nasceretur, recte instituisse videatur, quibuscunque casibus nepos post mortem natus suus esset, rumperetque præteritus, atque etiam si generaliter [53], *quidquid* [54] *sibi liberorum natum erit post mortem:* aut, *quicunque natus fuerit*, sit institutus, si suus [55] nasceretur. §. 7. Si ejus, qui filium habeat, [&] nepotem ex eo instituat [56], nurus prægnas ab hostibus capta sit, ibique vivo avo & ejus filio pariat, mox ille post mortem patris, atque avi redeat: utrum hic casus ad legem Velleam respiciat, an ad jus antiquum [57] aptandus sit: possitque vel ex jure antiquo, vel ex Vellea institutus non rumpere? quod quærendum est, si jam mortuo filio, pronepotem instituat, redeatque mortuo. Sed cum testamentum ab eo non [58] rumpitur, nihil [59] refert, utrum ex jure antiquo an ex lege Vellea excludatur. §. 8. Forsitan [60] adduciter quis, an istis casibus, si nepos post testamentum nascatur, vivo patre suo, deinde ex eo concipiatur, isque vivo patre deinde avo nascatur: an non potuerit heres institui, quia pater ipsius non recte [61] institutus esset: Quod minime est expavescendum: hic enim suus heres nascitur, & post mortem nascitur.

§. 9. Ergo & si pronepos [62] admittetur, qui natus erit ex nepote, postea vivo filio, atque si ex eo natus esset, adoptatur.

§. 10. In omnibus his speciebus illud servandum est, ut filius duntaxat, qui est in potestate [63], ex aliqua parte [64] sit heres institutus: nam frustra exheredabitur post [65] mortem suam: quod non esse [66] necessario [67] in eo filio, qui apud hostes [est], si ibi decedat: & in nepote certe, & pronepote, quorum si liberi heredes instituantur, institutionem numquam exigemus: quia possunt præteriri. §. 11. Nunc de LEGE VELLEA [68] videamus: voluit VIVIS NOBIS NATOS SIMILITER NON RUMPERE TESTAMENTUM. §. 12. Et videtur *primum caput* eos spectare, qui, cum nascerentur, sui heredes futuri essent. Et rogo: si filium habeas, & nepotem nondum natum tantum [69] ex eo heredem instituas, filius decedat, mox vivo te nepos nascatur? Ex verbis dicendum est non rumpi testamentum, ut non solum illud primo capite notaverit, si nepos, qui eo [70] tempore instituatur, quo filius non sit: verum & si vivo patre nascatur [71]: quid enim necesse est, tempus testamenti faciendi respici, cum satis sit observari id tempus, quo nascitur? nam etsi ita [72] verba sunt, QUI TESTAMENTUM FACIT, ISQUE OMNIS [73] VIRILIS SEXUS, QUI EI [74] SUUS HERES FUTURUS ERIT, & cætera [75]: ETIAMSI [VIVENTE] PARENTE VIVO NASCANTUR, §. 13. *Sequenti parte*, succedentes in locum liberorum non vult * lex * rumpere testamentum: & ita interpretandum est, ut si & filium, & nepotem, & pronepotem habeas, mortuis utique [76], pronepos institutus succedens in sui heredis locum, non rumpat. Et bene verba se habent, SI QUIS EX SUIS HEREDIBUS SUUS HERES ESSE DESIERIT [77], ad omnes casus pertinentia, quos supplendos Galli Aquilii sententia diximus [78]: Nec solum si nepos vivo patre decedat, nec succedens pronepos [79] avo mortuo rumpat, sed & si supervixit patri, ac decedat, dummodo heres institutus sit, aut exheredatus.

§. 14. Videndum, num hac posteriore parte, SI QUIS EX SUIS HEREDIBUS SUUS HERES ESSE DESIERIT, LIBERI EJUS, & cætera, IN LOCUM SUORUM SUI HEREDES SUCCEDUNTO, possit interpretatione induci, ut, si filium apud hostes habens nepotem ex eo heredem instituas, non tantum si vivo te filius decedat, sed etiam post mortem, antequam ab hostibus reversus fuerit, succedendo non rumpet: nihil enim addidit [80], quo significaret tempus; nisi quod [licet audenter [81]] possis dicere, vivo patre hunc suum heredem esse desisse, licet post mortem decedat: quia nec redit, nec potest redire. §. 15. Ille casus in [82] difficili est, * si * filium habeas, & nepotem nondum natum instituas, isque nascatur vivo patre suo, ac mox pater decedat: non enim suus heres est tempore, quo nascatur; nec posteriori alii succedendo prohiberi videtur rumpere, quam qui jam natus erit. Denique [&] superiore capite, ut liceat instituere nondum natos, qui cum nascentur sui erunt, permitti: posteriore capite non permittit instituere, sed vetat rumpi: neve ob eam rem minus ratum esset, quod succedit. Porro procedere debet, ut utiliter [83] sit institutus, (quod nullo jure potuit) qui nondum natus erat. Juliano tamen videretur, duobus [84] quasi capitibus legis [85] commixtis, in hoc quoque inducere legem, ne rumpantur testamenta. §. 16. Quæremus tamen, cum recepta est Juliano [86] sententia, an, si nascatur nepos vivo patre suo, deinde emancipetur [87], sponte adire possit hereditatem? Quod magis probandum est: nam emancipatione [88] suus heres fieri non potuit.

De liberis præteritis.

XXX. GAIUS lib. XVII ad Edictum provinciale.

INter cætera, quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale [89] jus est de liberis heredibus instituendis, vel exheredandis: ne præteritis istis, rumpatur [90] testamentum: namque filio [91], qui in potestate est, præterito, inutile [92] est testamentum.

De filio, qui est apud hostes.

XXXI. PAULUS lib. II ad Sabinum.

DUm apud hostes [93] est filius, pater jure fecit testamentum, & recte eum præteriit: cum si in potestate esset filius, nihil valiturum esset testamentum.

De exheredatione emancipati, & præteritione.

XXXII. MARCIANUS lib. II Regularum.

SI filio emancipato [94] exheredato, is, qui in potestate est, præteritus sit, ipse quidem emancipatus, si contra tabulas petat, nihil agit [95]: ab intestato [96] autem & suus & emancipatus venient.

---

23 Ille notat Baldus, his modis dici *posthumum* per nativitatem, adoptionem, si quis incipiat primum locum tenere, si patriam in potestatem incidat per legitimationem.

24 Interest quid fiat facto hominis, an ordine naturæ. *Bald.*

25 Verba specialiter prolata non possunt ad aliud prorogari. *Bald.*

26 Valet institutio posthumi ex ea, quæ uxor esse potest: licet ea non possit esse uxor de præsenti. *Bald.*

27 4 *Harmen.* 4. §. 19.

28 Non est mihi aut filio meo cum ea connubium, cujus tutor aut curator fuim: erit tamen allegatis redditisque rationibus, & expleto tempore vigintiquinque annorum, & utilis anni: vel ex constitutione Justiniani expleto tempore vigintinovem annorum.

29 Non prohibito tamen de jure divino vel naturali. *Bald.*

30 Sua cuique vice, non mutuo. *Cujac.*

31 Aquilius fc. de quo vide *l.* 2. §. 43. *ff. de origine juris.* Cautiones ejus commendat Cicero, *orat. pro Caecina.* Goth. Ad hanc leg. scripsere Alciatus, Ægum. Baro, Corvinus, Bolognetus, Govenius, Taurellius, Hottomannus. Vid. Alciat. *lib.* 3 *paradox.* 1. *cap.* 2. Duaren. *lib.* 2 *disp. c.* 38. Charond. *lib.* 1 *variarum cap.* 15. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 8. *num.* 144. & *cas.* 59. S. 1. Adde Mar. Salomonium, *pag.* 22. & *pag.* 44. & *seqq.* Anton. Merend. *lib.* 4 *controv. c.* 3. Anf.

32 Sub conditione. vid. *l.* 4. *ff. de hered. instit.* Multo brevius instituerentur eo modo, quem notavi ad *l.* 10. *ff. eod.*

33 Ex legib. 12 tabularum: iis saltem non refragantibus. *Posse* ea dicimur, quæ jure permittente possumus. v. quæ notavi ad *l.* 12. *in fin. ff. de bon. poss.*

34 Suos scilicet, *Cujacius.* quin & alienos. *l. pen. ff. de legatis* 1. *Salomonius.*

35 Quo casu fc. præmortuo parente avo suo, sui futuri sunt: alioquin rumperetur testamentum.

36 Ex legibus 12 tabularum scil. sic ut Prætorem adire non cogantur pro bonorum possessione impetranda. Salomonius, *arg. l. pen. ff. de legat.* 1.

37 Is, cujus pater vivo avo moritur, *Opiter* latinis dictus. vide Festum in *Opiter.*

38 Hæc verba non sunt necessaria in institutione posthumi nepotis. §. 1. *ff. eod.*

39 Adde, vel ex nepote pronepos, aut proneptis. §. 2. 3. *ff. eod.*

40 A morte, non testatoris, sed genitoris posthumi. *ff. eod. l. ult. C. de posthum. hered. inst.* Non post decem menses. *l.* 3. §. 11. *ff. de suis. Nov.* 39. *c.* 2. Multo minus post longius tempus. *l.* 6. *ff. de his, qui sunt sui. v. l.* 12. *ff. de statu.*

41 Vel aqua vel igni interdictus, vel emancipatus, §. 4. vel captivus apud hostes erit, & generaliter, quibuscunque casibus nepos post mortem meam suus reperietur. §. 5. 6. *ff. eod.*

42 Vel ab hostibus redierit. §. 7. tunc enim videtur nasci.

43 Sufficiet ergo, si ita instituat, *instituo filium, & nepotem ex eo:* & ita verbum *instituendi*, ad filium relatum, proprie: ad nepotem, pro *substituere* sumitur. *Bald.*

44 Hic casus institutioni tacite inest: cæterum non videtur testator sensisse, quod non dixit.

45 Num qui inducit posthumos institui posse, pronepotes comprehendit.

46 Pronepos posthumus instituti potest in eum casum, quo suus futurus est. *Cujac.*

47 Seneca 2 *de beneficiis. c.* 16. Refert quid, cui, quando, quare, ubi, &c. De hac particula, *& cætera*, quam vim habeat, vid. hic Bartolum. adde §. 12. *ff. eod.* & Paponem. *lib.* 4 *Arrest. tit.* 14. *art.* 10.

48 Mortuo nepote. *Mut. Cujac.*

49 *Al.* interdictionem pateretur. Aqua & igni interdictus, habetur pro mortuo. vid. *l.* 1. §. 8. *ff. contra tab.*

50 Emancipatio in his, quæ per eam extinguantur, comparatur morti. *Bald.* vid. *l.* 3. *C. de inst.*

51 Provisio facta in uno casu, censetur facta in simili. *Bald.*

52 Captus ab hostibus, apud eos moriens, fingitur mortuus captivitatis tempore. *l.* 12. *ff. de test.*

53 Potest quis sibi generaliter providere: & tantum prodest provisio generalis, quoad genus: quantum specialis, quoad speciem. *Bald.*

54 Ea verba referuntur ad eum, qui suus nascitur, non ad alienum. *Bald.*

55 Suus qui non est, institui potest sub conditione, *si suus erit.* Bald.

56 Ex eo pariat. *Cujac. hic.*

57 *Jus antiquum, hic,* Leges duodecim Tabularum. *Ulp.* 22. §. 19.

58 Vide *l.* 9. *ff. de captivis.*

59 Cum habetur statutum, ulterius non est quærenda ratio. *Bald.*

60 Vide Langebekium, *c.* 40 *annotat.*

61 Id est, nullo modo. *Accurs. & retinus tamen*, conjectura dictus, putat negotium hic institutum, *si testatore mortuo nascatur*, eumque vivo testatore natum: ergo male institutum. Salomonius putat hunc locum depravatum esse.

62 Et si nepos. *Cujac. hic.* ergo & si pronepos. *Hal.*

63 Nam is, qui est apud hostes, præteriri potest, si non revertatur, *l. pen. ff. eod.* nullum enim habet jus in bonis patris, cæteri præteriti non possunt.

64 Olim quota, hodie certa. *Bald.*

65 *l.* 13 *in fin. ff. eod.* Hæredatio non potest incipere post mortem exheredati. *Bald.*

66 Quod non est necesse. *Hal. Cujac.*

67 Ita Flor. *at necesse.*

68 V. *l.* 10. §. 2. *ff. de testament. tut.* Lex Vellea, *seu Julia* Ulpiano dicitur. *tit.* 22. §. 19.

69 Natum tamen. *Hal.*

70 Si nepos eo tempore. *Hal. Cujac.*

71 Patre instituatur. *Cujac.* Vox *nascatur*, & *instituatur*, deest apud *Hal.*

72 Nam & ita verba sunt. *Cujac.* Nam ita. *Hal.*

73 Omnes virilis sexus. *Hal.*

74 Qui, cum nasceretur, suus futurus erit, instituendi potestatem habeto. *August.*

75 Vide Langebekium, *c.* 41. *annotat.* de hac particula adde §. 2. *ff. eod.* & *l.* 31. *ff. de evictionib.* & *l.* 20. §. 15. *ff. de hered. pet.*

76 Al. *utrisque.*

77 Desierit, liberi ejus & cæteri in locum suorum sui heredes succedunto: neve ob eam rem, si instituti, aut nominatim exheredati ad similitudinem posthumorum sunt, minus ratum testamentum esto. *Ant. Aug.*

78 §. 1. §. 2. *ff. eod.*

79 Nec succedens nepos. *Govean. Cujac.*

80 Verbis legis contenti esse, nec aliquid ulterius inquirere debemus. non debemus requirere plus quam verba legis aut statuti requirunt. *Bald.*

81 Interpretibus audaciam permissam esse Baldus hinc colligit.

82 *Al.* Indifficilis est. Quid, si legas, *in dissimili?* vide quæ scripsi ad *l.* 1. §. 21. *ff. de migrando.* sic in *l.* 9. §. 11. *ff. de hered. inst.* plane erit similis: & *l.* 31. §. 1. *ff. de vulgari.* non simili modo: & *in l.* 74. §. 3. *ff. de adquir. hered.* similis est.

83 Ut inutiliter. *Hotom.* reprehensus a Roberto 1 *recept.* 32.

84 Argumentum ex duarum legum, vel duorum capitulorum ejusdem legis conjunctione validum est, v. *Bald. hic.*

85 Velleæ. 86 Ita Flor. *Al.* Juliani. 87 Post mortem patris sui, & quidem ab avo.

88 Id est, propter obstaculum emancipationis, suus heres fieri non potest, fit tamen voluntarius. adde Langebekium, *c.* 42 *Annotat.*

89 *l.* 1. *l.* 3. §. 3. *ff. tit. pron. Nov.* 115. *c.* 3. *c.* 4. *Inst. de exheredat. lib. in pr.*

90 Posthumo nato fc.

91 Nato fc.

92 Ab initio.

93 *l.* 3. *C. eod.*

94 *l.* 8. *ff. contra tabul.*

95 Ipso jure.

96 Testamentum, in quo filius in potestate, præteritus est, ad intestati causam deducitur. *Bald.* Præsentia filiifamilias defuncti intestatum facit.

TIT. III.

DE INJUSTO, RUMPTO, IRRITO FACTO TESTAMENTO.

Quibus ex causis testamentum non valet.

I. PAPINIANUS [lib. I Definitionum].

TEstamentum [5] aut [6] non jure factum dicitur, ubi *solemnia* [7] *juris* defuerunt: aut nullius esse momenti, cum filius, qui fuit in patris potestate, præteritus est: aut rumpitur alio [8] testamento, ex quo heres existere poterit, vel adgnatione [9] sui heredis: aut in irritum constituitur, non adita hereditate [10].

De

1 Adde 2 *Inst.* 17. 5 *Hor.* 5. 39 *Synop.* 2.

2 *Al.* rupto. *Ulp.* 23. §. 1. *Inst. quib. mod. test. infirm.*

3 Irritum testamentum *Proritum* dicitur Festo.

4 Varia sunt testamentorum vitia: est enim aliud *injustum*, ac non jure factum, nullum: *non jure factum*, quod non rite ac solenniter: *nullum*, in quo filius præteritus est: *ruptum*, mutatione, & adgnatione sui heredis: *irritum*, non adquisita hereditate, capitis minutione testatoris tempore decennii. vide *Cujac. hic.*

5 *Synops. eod. c.* 1.

6 Testamenti hæc quatuor vitia: non jure factum, nullius momenti, ruptum, irritum.

7 Ut si pauciores septem testib. *Theoph. Inst. eod. in princ.*

8 *l.* 4. *in fin. ff. de adimend.*

9 *l.* 3. §. 3. *ff. eod. l.* 1. *C. de ord. judicior.*

10 *l.* 14. *C. de fideicom. l.* 12. §. 5. *ff. de bon. libert.*

De posteriore testamento.

II. Ulpianus [lib. II ad Sabinum].

TUnc [11] autem prius testamentum rumpitur, cum posterius [12] ita perfectum est: nisi forte posterius vel jure militari sit factum, vel in eo scriptus est qui [13] ab intestato venire potest: tunc enim & posteriore non perfecto superius rumpitur.

De posthumo exheredato vel praterito.

III. Idem lib. III ad Sabinum.

POsthumi [14] per virilem sexum [15] descendentes, ad similitudinem filiorum [16] nominatim exheredandi sunt, ne testamentum adgnascendo rumpant. §. 1. Posthumos [17] autem dicimus eos [duntaxat], qui post mortem parentis nascuntur. Sed & hi [18], qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. §. 2. Unde etiam ante [19] heredis institutionem, vel inter medias heredum institutiones, vel inter gradus exheredari possunt: nam Divus Marcus decrevit, idem in posthumo, quod in filio, servandum: nec ratio [20] diversitatis reddi potest. §. 3. Ex [21] his apparet, aliam causam esse filiorum superstitum, aliam posteriorum [22]: illi injustum faciunt, hi rumpunt: illi semper; hi, si nascantur [23], nec inveniant se exheredatos. §. 4. Sed & si sit ante [24] hoc aliud testamentum, à quo posthumus exheredatus sit [25]: placet, sive post mortem testatoris nascatur, sive vivo testatore, utrumque rumptum esse, & superius per inferius, & inferius per posthumum. §. 5. Nominatim autem exheredatus posthumus videtur, sive ita [26] dixerit: *Quicunque mihi nascetur*: sive ita, *ex Seia*, sive ita, *venter exheres esto*: Sed & si dixerit, *posthumus exheres esto*, natus vel [27] post mortem, vel vivo testatore, non rumpet. §. 6. Licet autem posthumus præteritus adgnascendo rumpat, tamen interdum evenit, ut pars testamenti rumpatur: utputa si proponas, à primo [28] gradu posthumum exheredatum, à secundo præteritum: nam hic primus gradus valet, secundus ruptus est.

IV. Idem [lib. IV Disputationum].

DEnique & deliberantibus [29] primo gradu scriptis heredibus, qui secundo gradu scripti sunt heredes obtinere hereditatem non possunt: gradu [30] enim rumpto, & infirmato, amplius hereditas inde obtineri non potest.

V. Idem [lib. III ad Sabinum].

NAm, & si sub conditione sit heres institutus quis, à quo posthumus non est exheredatus, tamen pendente [31] conditione rumpitur gradus, ut & Julianus scripsit. † Sed & si sit ei substitutus quis, etiam deficiente conditione primi gradus, non admittetur substitutus: à [32] quo scilicet posthumus exheredatus non est. Puto igitur, existente quidem conditione primi gradus, posthumo potius locum fore: post defectum autem conditionis natus posthumus gradum non rumpit: quia [33] nullus est. Rumpendo autem testamentum, sibi locum facere posthumus solet, quamvis filius sequentem gradum, à quo exheredatus est, patiatur valere. Sed si à primo gradu præteritus, à secundo exheredatus sit, si eo tempore nascatur posthumus, quo aliquis ex institutis vixit, totum testamentum rumptum est: nam tollendo primum gradum, sibi locum facit.

De nepote praterito. 2. De capto ab hostibus. 5. De eo, qui se venundari passus est. 6. De servitute pœnæ. 7. De deportatione. 8. De eo, qui mortem sibi conscivit. 9. De appellatione. 10. De condemnatione illicita. 11. De memoria post mortem damnata. 12. De postliminio, de lege Cornelia, de restitutione damnati. 13. De testamento militis aut veterani.

VI. Idem [lib.X ad Sabinum].

SI [34] quis, filio exheredato, nuru prægnante relicta, decesserit, & extraneum sub conditione instituerit; & pendente conditione, post mortem patris, vel deliberante herede instituto de adeunda hereditate, exheredatus filius decesserit, & nepos fuerit natus: an rumpat testamentum? & dicemus testamentum non rumpi [35]: cum nec exheredari hujusmodi [36] nepos deberet ab avo, quem pater præcedebat. † Plane, si forte institutus omiserit hereditatem, hunc avo suo futurum heredem ab intestato, non dubitatur. Utrumque propriis rationibus: nam adgnascendo quidem is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore [37]: ab intestato vero is succedit, [cui] ante cum alii non est delata hereditas: non fuisse autem filio delatam hereditatem apparet, cum deliberante instituto decesserit. Sed hæc ita, si [38] mortis avi tempore in utero nepos fuit: cæterum si postea conceptus est, Marcellus scribit, neque ut suum, neque ut nepotem aut cognatum ad hereditatem, vel ad bonorum possessionem posse admitti.

§. 1. Sed si pater ejus, qui mortis avi tempore in utero fuit, apud hostes erat, nepos iste, patre in eadem causa decedente, post mortem avi succedendo [39], testamentum rumpet: quia suprascripta persona ei non obstat: nec enim creditur in rebus humanis fuisse, cum in ea causa decedat: quamquam captivus reversus, patris sui injustum faceret testamentum, in eo præteritus.

§. 2. Sive autem in civitate nepos fuit conceptus, sive apud hostes: quoniam datur & partui postliminium, succedendo testamentum rumpit. §. 3. Succedendo itaque sui non rumpunt, sive [40] fuerint instituti, vel exheredati ab eo gradu, ad quem hereditas defertur: scilicet si gradus ille valeat. §. 4. Quocunque autem modo parentes præcedentes in potestate esse desierint, succedentes liberi, si fuerint instituti vel exheredati, non rumpent testamentum, sive per captivitatem, sive per mortem, vel pœnam.

§. 5. *Irritum* [41] fit [42] testamentum, quoriens ipsi testatori aliquid contigit [43]: puta si civitatem amittat per subitam servitutem, ab hostibus [44] (verbi gratia) captus; vel si major annis viginti venum [45] se dari passus [46] sit ad [actum 47] gerendum, [pretiumve] participandum. §. 6. Sed & si quis fuerit capite [48] damnatus, vel ad bestias, vel ad gladium [49], vel alia pœna, quæ vitam adimit, testamentum ejus irritum fiet: [&] non tunc, cum consumptus est, sed cum sententiam passus est: nam pœnæ [50] servus efficitur: Nisi [51] forte miles fuit ex militari delicto [52] damnatus: nam huic permitti solet testari, ut Divus Hadrianus rescripsit: &, credo [53], jure militari testabitur. † Qua ratione igitur damnato ei testari permittitur? numquid, & si quod ante habuit factum testamentum, si ei permissum sit testari, valeat? an vero pœna irritum factum reficiendum est? &, si militari jure ei testandum sit, dubitari non oportet, quin, si voluit id valere, fecisse id credatur. §. 7. Ejus [54], qui deportatur, non statim irritum fiet testamentum, sed cum Princeps factum comprobaverit [55]: tunc enim, & capite minuitur. † Sed & si [56] de decurione puniendo, vel filio, nepoteve, Præses scribendum Principi interlocutus est, non puto statim servum pœnæ factum, licet in carcere soleant, diligentioris [57] custodiæ causa, recipi: nec hujus igitur testamentum irritum fiet, prius quam Princeps de eo supplicium sumendum rescripserit: proinde, si ante decesserit, utique testamentum ejus valebit, nisi mortem sibi [58] consciverit. Nam eorum, qui mori magis quam damnari maluerint ob conscientiam criminis, testamenta irrita Constitutiones faciunt [59], licet in civitate decedant. Quod si quis tædio [60] vitæ, vel valetudinis adversæ impatientia, vel jactationis [61], ut quidam Philosophi [62]: in ea causa sunt, ut testamenta eorum valeant [63]. † Quam distinctionem in militis quoque testamento Divus Hadrianus dedit Epistula ad Pomponium Falconem: ut, siquidem ob conscientiam delicti militaris mori maluit, irritum sit ejus testamentum: quod si tædio vitæ, vel dolore, valere [testamentum]: aut si intestato decessit, cognatis [64]; aut si non sint, legioni [65] ista sint vindicanda. §. 8. Hi autem omnes, quorum testamenta irrita damnatione fieri diximus, si provocaverint [66], capite non minuuntur: atque ideo neque testamenta, quæ antea fecerunt, irrita fient: & tunc testari poterunt: Hoc enim sæpissime est constitutum: nec videbuntur, quasi de statu suo dubitantes, non habere testamenti factionem: sunt enim certi status, nec ipsi de se interim certi [67]. §. 9. Quid tamen, si appellationem ejus Præses non recepit, sed Imperatori scribendo pœnam remoratus est? puto, hunc quoque suum statum interim retinere, nec testamentum irritum fieri: nam (ut est Oratione D. Marci expressum) * tametsi provocantis, vel ejus, pro quo provocatur, appellatio non fuerit recepta, pœna tamen sustinenda est [68], quoad Princeps rescripserit ad literas Præsidis, & libellum rei cum literis missum: nisi [69] forte latro manifestus, vel seditio prærupta, factioque cruenta, vel alia justa causa, quam mox Præses literis excusavit, moram non recipiant, non pœnæ festinatione, sed præveniendi periculi causa: tunc enim punire permittitur, deinde [70] scribere. §. 10. Quid, si quis fuerit damnatus illicite, pœna non sumpta? an testamentum ejus irritum fiat, videamus: ut puta decurio [71] ad bestias, an capite minuatur, testamentumque ejus irritum fiat? Et non puto: cum sententia eum non tenuerit. Ergo, & si quis eum, qui non [72] erat jurisdictionis suæ, damnaverit: testamentum ejus non erit irritum, quemadmodum est constitutum. §. 11. Sed ne eorum quidem testamenta rata sunt, [sed irrita fient], quorum memoria post mortem [73] damnata est, ut puta ex causa Majestatis, vel alia tali [causa].

§. 12. Quatenus tamen diximus, ab hostibus capti testamentum irritum fieri, adjiciendum est, postliminio [74] reversi vires suas recipere jure postliminii: aut, si ibi decedant, lege Cornelia confirmari. Ergo & si quis damnatus capite, in integrum indulgentia [75] Principis sit restitutus, testamentum ejus convalescet.

§. 13. Filiifamiliæ veterani sui juris morte patris factum [76] testamentum irritum non fieri constat: nam quantum ad testandum de castrensi peculio pro [77] patrefamilias habendus est: & ideo nec emancipatione [78] irritum fieri militis vel veterani testamentum, verum est.

Rupto primo gradu, qui valet jure speciali; secundus, qui dependet ex eo, non rumpitur. Bart.

VII. Ulpianus lib. X ad Sabinum.

SI miles jure [79] civili testamentum fecerit, & primo gradu heredem eum scripserit, quem jure militari [80] poterat; secundo [81], eum, quem [82] communi [83] jure potest; & post annum missionis decesserit: primus gradus irritus fiet, & à secundo incipiet testamentum.

De adoptione, 1. Et emancipatione.

VIII. Idem [lib. XI ad Sabinum].

VErum est, adoptione [84] vel adrogatione [85] filii filiæve testamentum rumpi: quoniam sui heredis adgnatione solet rumpi. §. 1. Filia cum emancipatur, vel nepos, quia una [86] mancipatione [87] exeunt de potestate, testamentum rumpunt.

De postliminio.

IX. Paulus [lib. II ad Sabinum].

SI pater ab hostibus capiatur, filio manente in civitate: reverso eo, non rumpitur [88] testamentum.

X. Idem [lib. I ad Vitellium].

SEd nec filius postliminio rediens rumpit patris testamentum, ut Sabinus existimavit.

De tabulis vacuis.

XI. Ulpianus [lib. XLVI ad Edictum].

SI binæ [89] *tabulæ* proferantur diversis temporibus factæ, unæ prius, aliæ postea, utræque tamen septem testium signis [90] signatæ; & apertæ posteriores *vacuæ* [91] inventæ sint [id est, nihil scriptum habentes omnino]: superius testamentum non est rumptum: quia sequens nullum est.

Quibus casibus testamentum convalescit jure Prætorio. 1. De posteriore testamento, quo prius confirmatur jure fideicommissi.

XII. Idem lib. IV Disputationum.

POsthumus præteritus [92], vivo [93] testatore natus decessit: licet juris [94] scrupulositate, nimiaque *subtilitate* [95] testamentum rumptum videatur, attamen si [96] signatum fuerit testamentum, bono-

11 *Synopsis cod. c. 2.* 12 *l. 21. §. 1. ff. qui testam.* 13 *l. 21. §. pen. C. de test.* 14 *Inst. de exheredat. lib. Synops. cod. c. 3.* 15 Cujuscumque sexus. *Ulpian. 21. §. 18.* 16 Naturorum, qui jam nati sunt. 17 a *Gaius 3. ad de Fetium in Posthum.* Posthumus autem in Pandectis Florentinis, vox *posthumus*, sine *h* aspiratione scribitur: quæ res effecit, ut doctissimo Cujacio vox *posthumus* videatur non à *post*, & *humo* deducenda: sed eam particulam, *umus*, intendi & inflecti, ficuti a *citra*, citumus; extra, extumus dicitur: & a Græcis verti ὑστερος non ὑπατος. 3 *observ. 4.* in eo tamen reprehenditur a Roberto 3 *animad. 1 & 2.* defenditur ab Anton. Merca. 2 *Notat. 2.* 18 Posthumi per prolepsim hi dicuntur, qui in vita testatoris nascuntur, post ejus testamentum. Ita dos dicitur quæ dos non est, *l. 39. ff. de jure dotium.* vendere pro velle vendere. *l. 17. §. 4. ff. de præscriptis.* 19 Vid. *l. 1. ff. de bered. inst.* 20 Ratio diversitatis in quibus reddi non potest, jus in iis idem constituendum, dicendum est. 21 *Synops. cod. c. 3.* 22 Posteriorum, 2 *Feudor. 95. Al.* posthumorum. 23 *l. 1. in fin. ff. eod. l. 2. C. de contra tab.* 24 Sed & si stante. *Hal.* 25 Exheredatus non sit. *Hal.* 26 *Nominatim* dicitur fieri, quod ex ipso nomine apparet, licet non sit proprium. *Hal.* 27 *§. 1. Inst. de exhered.* 28 *l. 3. ff. de liber. & posthum.* 29 Quandiu prior heres institutus hereditatem adire potest, substitutus non potest. *v. l. 3. ff. de adqu. bered.* 30 Rupto & infirmato ex gradu hereditas obtineri non potest. 31 Atqui conditionis eventus semper expectandus est, uti agi possit. *l. 22. ff. mandati. l. 43. §. pen. ff. de ædilitio. l. 13. l. 25. ff. quando dies leg.* Goth. Ad hanc *l. 5.* vid. Anton. Merend. *lib. 4 controverf. c. 24.* Arf. 32 *V. l. 83. ff. de reg. jur.* 33 Vid. *l. 208 ff. de reg. jur.* 34 Vid. *l. 10. in fin. ff. de lib. inoffic. test.* & quæ scripsi ad *l. 3. C. de collationib.* 35 Summo jure, *l. 9. §. 2. ff. de liberis.* non novo. *v. l. 34. C. de inoff.* 36 Posthumus, quem alius præcedit tempore mortis testatoris, potest præteriri (veteri jure scil.) licet qui eum præcedebat pater, in rerum natura esse desinat: ideoque posthumus ita præteritus, testamentum non rumpit. *Bald.* 37 Dic ut in *d. l. 34.* 38 *l. 5. ff. de suis & legitim. junct. l. 1. §. 8. eod. S. L.* 39 Id est, agnascendo. 40 *l. 23. in fin. l. 25. ff. de liber. & legitim. junct. l. 1. §. 8. eod. S. L.* 41 *Synops. Basilic. 39. tit. 2. c. 6.* 42 Superius dixit de vitio rupti: nunc tractare incipit de vitio irriti. 43 Vid. *Inst. de cap. demin. §. 4. Inst. quib. mod. testam. 2 Gaium 2. §. 6.* 44 Ulpian. 23. §. 5. 45 *l. 5. §. 1. ff. de statu. §. 4. Inst. de jur. person. l. 14. ff. de pœn.* 46 Hodie prohibetur hujusmodi venditio. *Nov. Leonis. 59.* 47 Ingenui nonnunquam seipsos vendebant, ut esserent actores dominorum: præferebant conditionem actoris servilem suæ ac propriæ. vide *Salvianum.* adde Cujacium ad *l. 1. C. ne quis liber invitus actum Reipublicæ gerere cogatur. lib. 11.* Hotomanus tamen putat hunc locum intelligendum esse de eo, qui se vendidit, ut actuarius fieret publicus. 48 *Synopsis cod. c. 6.* vid. *Clarum, 3 sent. §. Testament. q. 21.* 49 Vide *l. 8. ff. qui testam. fac.* 50 Hodie nemo pœnæ servus efficitur. *Nov. 22. c. 8.* 51 *Synops. d. c. 6.* 52 Dic ad *l. 14. C. de testam. milit.* non tamen ex rupta fide sacramenti. *l. 11. ff. de test. milit.* 53 Consilium qui dat jurisperitus, *se ita credere* respondere potest: quod perinde est ac si diceret *se affirmare.* 54 *d. c. 6.* Goth. Ad intellect. hujus §. vid. Wamel. *cent. 1. conf. 9. num. 4.* Bart. Bald. Alciat. *lib. 4 parerg. cap. 4.* Menoch. *de arbitrar. jud. lib. 2. cent. 3. caf. 284.* Arf. 55 Nec enim ante deportationem confirmatam à Principe amittitur civitas à deportato. *l. 2. §. 1. ff. de pan. l. 6. ff. de interdict.* 56 V. quæ scripsi ad *l. 1. C. de bonis proscript. l. 27. ff. de pœn. l. 1. in fin. pr. ff. quando appellandum. & quæ scripsi ad sit. de decurionib.* 57 Adde Cujacium 14 *obs.* 34. 58 Vid. quæ notavi ad *l. 9. C. qui test. fac.* 59 Primis tamen temporibus urbis Romæ, & sub Cicerone, bona C. Licinii Marci sui ipsius interfectoris, ac repetundarum rei, confiscata non fuerunt. Valer. *5 c. 12.* 60 *V. l. 3. §. 4. ff. de bonis eorum qui ante sent.* 61 Vel jactatione. *Hal.* vid. quæ scripsi ad *l. 3. §. 4. ff. de bon. eor.* addit Paulus, *5 sent. 12. §. 1.* loco jactationis vel pudore æris alieni. 62 Et alii; de quibus vide Valer. *7. c. 22.* adversus eos scripsit Varro Satyram, cui titulum fecit, περὶ ἐξαγωγῆς. vide de Nonium *c. 2. n. 375.* 63 Eorum etiam corpora humantur. 64 *l. 2. ff. de vet. & milit. succeff.* 65 Exsillationi. *l. 2. in fin. C. de bered. decur.* 66 Vid. *l. 15. ff. qui testam. l. 2. in fin. ff. de pœnis.* 67 *Al.* incerti. 68 *l. 6. ff. de appell. recip.* 69 Seditionis propulsatio moram, & longiorem causæ cognitionem non admittit: adde *l. 6. §. 1. C. de custodia. l. 16. ff. de appell. l. 2. C. quorum appell. l. 3. in fin. C. de off. Præf. Prat. Orient.* 70 Vid quæ notavi ad *l. 7. §. 2. ff. ad l. Iul. majest.* Cato apud Sallustium *in Catilina* & Cætera maleficia tum persequare, ubi facta sunt: hoc nisi provideris, ne accidat, ubi evenit, frustra judicia implores. 71 *l. 9. §. 11. ff. de pœnis.* 72 Vid. *l. ult. ff. de jurisdict.* 73 Potest enim quis post mortem damnari. *v. l. ult. ff. ad l. Iul. majest.* 74 *l. 22. in princ. & §. 1. ff. de captivis.* 75 *V. l. ult. C. de sent. passis.*

76 *Al.* facti. 77 *§. 2. §. 3. Inst. de milit. test.* 78 *l. 22. l. 23. ff. de test. milit.* Testamentum restituti factum tempore damnationis, convalescit ipso jure, neque opus est, ut à restitutione confirmetur, *v. l. ult. C. de sent. passis & restitutis.* Oddum Sfortiam, *tract. de restit. qu. 95. artic. 2.* 79 Id est, jure communi, quantum ad solennitatem testamenti. 80 Non communi. 81 Gradu scil. 82 Id est, capacem. 83 Lex præsumit, militem testari potius voluisse jure communi, quam speciali. vide quæ notavi ad *l. 5. ff. de fidejuss.* 84 *§. 1. Inst. quib. modis test. infirm.* 85 *Synops. cod. c. 9.* 2 Gaius 3. §. 4. 86 Ulpian. 10. §. 1. 87 *Al.* una cum emancipatione. *Al.* una cum emancipatur. 88 *V. l. 12. ff. qui test. facere.* 89 Potest enim quis pluribus codicibus testari. *l. 24. ff. qui test. §. 13. Inst. de test. ordin.* 90 *l. 22. §. 5. ff. de testam.* 91 Vacuæ tabulæ, mentis testationem defuncti non continent: ideoque licet posteriores, prius testamentum non rumpunt. 92 Et sic ruptum testamentum. 93 Et sic rupti causa cessare cœpit. 94 Civilis vetat enim jus civile posthumos præteriri. 95 *l. 3. §. 3. ff. eod.* 96 Ulpian. 23. §. 6.

bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest 97: remque 98 obtinebit 99, ut & Divus Hadrianus & Imperator noster rescripserunt. Idcirco[que] legatarii & fideicommissarii habebunt 100 ea, quæ sibi relicta sint, securi. † Idem & circa injustum & irritum testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data fuerit ei, qui rem ab intestato auferre possit.

§. 1. Si paganus, qui habebat jam factum testamentum, aliud feciſſet, & in eo comprehendiſſet 1, fidei heredis committere, ut priores tabulæ valerent: omnimodo prius testamentum rumptum eſt: *quo* rupto, poteſt quæri, an vice codicillorum id valere deberet? Et cum hæc verba ſint fideicommiſſi, & ſine dubio univerſa, quæ illic ſcripta ſunt, in cauſa fideicommiſſi erunt, non ſolum legata, & fideicommiſſa, ſed & libertates, & heredis inſtitutio.

De nepote ſuccedente in locum filii.

XIII. GAIUS lib. II Inſtitutionum.

POſthumorum 2 loco ſunt & hi, qui in ſui heredis loco ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes: ut ecce, ſi filium, & ex eo nepotem 3 neptemve in poteſtate habeam, quia filius gradu præcedit, is ſolus jura ſui heredis habet; quamvis nepos quoque, & neptis ex eo, in eadem poteſtate ſint: ſed ſi filius meus me vivo morietur, aut qualiber ratione exeat de poteſtate mea, incipit nepos neptiſve in ejus loco ſuccedere: & eo modo ſua jura ſuorum heredum quaſi adgnatione nanciſcuntur: ne ergo eo modo rumpat mihi teſtamentum, ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere vel exheredare nominatim debeo, ne non jure faciam teſtamentum, ita & nepotem, neptemve ex eo neceſſe eſt mihi vel heredem inſtituere, vel exheredare; ne forte, me vivo filio mortuo, ſuccedendo in locum ejus, nepos neptiſve, quaſi adgnatione rumpat teſtamentum: idque lege Junia Vellea proviſum eſt.

De exheredatione alternata.

XIV. PAULUS [lib. ſingul. de adſignatione libertorum].

SI ita facta ſit exheredatio, *ſi filius natus, natave 4 ſit, exheres eſto*, utriſque natis, non rumpitur 5 teſtamentum.

De nato poſt captivitatem patris teſtatoris.

XV. JAVOLENUS [lib IV Epiſtularum].

QUi uxorem prægnatem 6 habebat, in hoſtium poteſtatem pervenit: Quæro, filio nato, quo tempore teſtamentum in civitate factum rumpatur? & ſi filius ante moriatur, quam pater, an ſcripti heredes hereditatem habituri ſint? Reſpondi: Non puto dubium eſſe, quin per legem Corneliam 7, quæ de confirmandis eorum teſtamentis qui in hoſtium poteſtate deceſſiſſent lata eſt, nato filio, continuo 8 ejus teſtamentum, qui in hoſtium poteſtate ſit, rumpatur: Sequitur ergo, ut ex eo teſtamento hereditas ad neminem 9 perveniat.

De poſteriore teſtamento.

XVI. POMPONIUS [lib. II ad Quintum Mucium].

CUm in *ſecundo teſtamento* heredem eum qui vivit inſtituimus, ſive pure, ſive ſub conditione: ſi tamen conditio exiſtere potuit 10, licet non exiterit, ſuperius teſtamentum erit ruptum. † Multum autem intereſt, qualis conditio poſita fuerit: nam aut 11 in præteritum concepta ponitur, aut in præſens, aut in futurum. † *In præteritum* 12 *concepta* ponitur, veluti, *Si Titius conſul fuit*: quæ conditio ſi vera eſt [(id eſt, ſi Titius conſul fuit)] ita eſt inſtitutus heres, ut ſuperius teſtamentum rumpatur: tum enim ex hoc heres eſſet: ſi vero Titius Conſul non fuit, ſuperius teſtamentum non eſt ruptum. † Quod ſi *ad præſens* 13 *tempus conditio* adſcripta eſt herede inſtituto, veluti, *ſi Titius conſul eſt*: eundem exitum habet: ut, ſi ſit, poſſit heres eſſe, & ſuperius teſtamentum rumpatur; ſi non ſit, nec poſſit heres eſſe, nec ſuperius teſtamentum rumpatur. † *In futurum* autem *collatæ conditiones*, ſi *poſſibiles* ſunt, exiſtere potuerunt [licet non exſtiterint], efficiunt, ut ſuperius teſtamentum rumpatur, etiam ſi non exſtiterint: ſi vero *impoſſibiles* 14 ſunt, veluti, *Titius, ſi digito cœlum tetigerit, heres eſto*, placet, perinde eſſe quaſi conditio adſcripta non 15 ſit, quæ eſt impoſſibilis.

De filio præterito.

XVII. PAPINIANUS [lib. V Reſponſorum].

FIlio 16 præterito 17, qui fuit in patris poteſtate, neque libertates competunt, neque legata præſtantur 18, ſi præteritus fratribus 19 partem hereditatis avocavit: Quod ſi bonis ſe patris abſtinuit, licet 20 ſubtilitas 21 juris refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo 22 tuebitur 23.

De herede arrogato à teſtatore.

XVIII. SCÆVOLA [lib. V Quæſtionum].

SI quis heres inſtitutus eſt, à teſtatore adrogetur 24, poteſt dici ſatis ei factum: quia & antequam adopteretur, inſtitutio ut in extraneo locum habebit.

De poſthumo partim exheredato partim præterito.

XIX. IDEM lib. VI Quæſtionum.

SI ego 25 & Titius inſtituti ſimus, & à nobis poſthumus exheredatus ſit, à 26 ſubſtituti noſtris non ſit exheredatus: Titio defuncto, ne 27 ego quidem adire potero: jam enim propter inſtituti perſonam, à quo poſthumus exheredatus eſt, in 28 cujus locum ſubſtitutus vocatur, à quo poſthumus exheredatus non eſt, ruptum eſt 29 teſtamentum. §. 1. Sed ſi ego & Titius invicem ſubſtituti ſimus, quamvis in partem ſubſtitutionis exheredatus non ſit: mortuo, vel repudiante Titio, me poſſe adire puto, & ex aſſe heredem eſſe. §. 2. In prima tamen ſpecie, etſi vivat Titius, neque ego ſine illo, neque ipſe ſine me adire poterit: quia incertum eſt, an adhuc altero omittente rumpatur teſtamentum: itaque ſimul adire poſſumus.

De teſtamento inciſo à teſtatore mente capto.

XX. IDEM [lib. XIII Digeſtorum].

LUcius Titius, integra mente & valetudine, teſtamentum fecit, uti oportet: poſtea cum in valetudinem adverſam incidiſſet, mente captus tabulas eaſdem incidit 30: Quæro, an heredes his tabulis inſtituti adire poſſint hereditatem? Reſpondit, ſecundum ea, quæ proponerentur, non ideo minus adiri poſſe 31.

31 Quia teſtamentum factum tempore ſanæ mentis, conſtante furore non poteſt revocari.

TIT. IV.

DE 1 HIS, QUÆ IN TESTAMENTO DELENTUR 2, INDUCUNTUR 3, VEL INSCRIBUNTUR 4.

Si inconſulto deleta vel adempta legi poſſunt, 2. Vel non. 3. Et ſi petantur, an obſtet exceptio. 4. De hereditate adempta. 5. De codicillo deleto.

1. ULPIANUS [lib. XV ad Sabinum.]

QUæ 5 in teſtamento legi poſſunt, ea inconſulto 6 deleta & inducta 7 nihilo minus valent: conſulto, non valent. Id vero, quod non juſſu domini ſcriptum, inductum, deletumve eſt, pro nihilo eſt: *Legis* autem ſic accipiendum 8, non intelligi, ſed oculis 9 perſpici, quæ ſunt ſcripta. Cæterum, ſi extrinſecus intelliguntur, non videbuntur legi poſſe: ſufficit autem, ſi legibilia ſint *Inconſulto deleta* 10, ſive ab ipſo, ſive ab alio, ſed nolentibus. *Inducta* accipiendum eſt, & ſi deducta ſint 11. §. 1. Quod igitur incaute factum eſt, pro 12 non facto eſt, ſi legi potuit. Et ideo & ſi noviſſime (ut ſolet) teſtamento fuerit adſcriptum, LITURAS, INDUCTIONES, SUPERINDUCTIONES IPSE FECI: non 13 videbitur referri ad ea, quæ inconſulto contigerunt. Proinde & ſi inconſulto ſuperſcripſit induxiſſe ſe, manebunt: &, ſi ademit, non erunt adempta. §. 2. Sed ſi legi non poſſunt, quæ inconſulto deleta ſunt, dicendum eſt, non deberi: ſed hoc ita demum, ſi ante conſummationem teſtamenti factum eſt. §. 3. Sed conſulto quidem deleta 14 exceptione petentes repelluntur: inconſulto vero, non repelluntur, ſive legi poſſunt, ſive non poſſunt: quoniam ſi totum teſtamentum non exſtet, conſtat valere omnia, quæ in eo ſcripta ſunt. Et ſi quidem illud concidit teſtator, denegabuntur actiones: ſi vero alius invito 15 teſtatore, non denegabuntur.

§. 4. Et hereditatis portio adempta, vel tota hereditas, ſi forte ſit ſubſtitutus, jure facta videbitur: non quaſi adempta (quoniam hereditas ſemel data, adimi facile non poteſt 16) ſed quaſi nec data. §. 5. Si quis codicillos in teſtamento confirmavit, & codicillis aliquid adſcripſit, mox delevit, ita ut appareat: an debeatur? Et Pomponius ſcribit, codicillos deletos non valere.

De cancellatione propter unum heredem facta.

II. IDEM lib. IV Diſputationum.

CAncellaverat quis teſtamentum [vel induxerat], etſi 17 propter unum heredem facere dixerat, id poſtea teſtamentum ſignatum eſt: Quærebatur de viribus teſtamenti, deque portione ejus, propter quem ſe cancellaſſe dixerat? Dicebam, ſi quidem unius ex heredibus nomen induxerit, ſine dubio cæteram 18 partem teſtamenti valere, & ipſi ſoli denegari actiones: ſed legata ab eo nominatim relicta debebuntur, ſi voluntas ea fuit teſtantis, ut tantum heredis inſtitutio improbetur. Sed ſi inſtituti nomen induxit, & ſubſtituti reliquit, inſtitutus 19 emolumentum hereditatis non habebit. Sed ſi omnia nomina induxerit (ut proponitur) adſcripſerit autem, idcirco ſe id feciſſe, quia unum heredem offenſum habuit, multum intereſſe arbitror, utrum illum tantum fraudare voluit hereditate, an vero, cauſa illius, totum teſtamentum infirmare, ut licet unus inductionis cauſam præbuerit, verum omnibus offuerit: & ſi quidem ſoli ei ademptam voluit portionem, cæteris 20 nihil nocebit inductio, non magis, quam ſi volens unum heredem inducere, invitus & alium induxerit: quod ſi putaverit totum teſtamentum delendum ob unius malum meritum, omnibus denegantur actiones. Sed an legatariis denegari actio debeat, quæſtio eſt? in ambiguo tamen interpretandum erit, & legata 21 deberi, & coheredum inſtitutionem non eſſe infirmandam.

Si teſtator nomen heredis & ſervi manumiſſi induxerit.

III. MARCELLUS lib. XXIX Digeſtorum.

PRoxime in cognitione Principis, cum quidam heredum nomina induxiſſet, & bona ejus ut caduca à fiſco vindicarentur 22, diu de legatis dubitatum eſt, & maxime de his [legatis], quæ adſcripta erant his, quorum inſtitutio fuerat inducta: Plerique etiam legatarios excludendos exiſtimabant: quod ſane ſequendum ajebam, ſi omnem ſcripturam teſtamenti cancellaſſet: nonnullos opinari, id jure ipſo perimi, quod inductum ſit, cætera omnia valitura. quid ergo? non & illud interdum credi poteſt, eum, qui heredum nomina induxerat, ſatis ſe conſecuturum puraſſe, ut teſtati exitum faceret? * ſed in re dubia benigniorem 23 interpretationem ſequi non minus juſtius eſt, quam tutius. Sententia 24 Imperatoris Antonini Auguſti, Pudente & Pollione Conſulibus: *Cum Valerius Nepos, mutata voluntate, [&c.] incideriſt teſtamentum ſuum, & heredum nomina induxeriſt: hereditates ejus, ſecundum Divi patris mei Conſtitutionem, ad eos, qui ſcripti fuerint, pertinere non* 25 *videtur* 26. Et Advocatis 27 fiſci dixit: *Vos habetis judices veſtros* 28. Vivius Zeno dixit: *Rego* 29, *domine Imperator, audias me patientem: de legatis quid ſtatues?* Antoninus Cæſar dixit: *videtur tibi voluiſſe teſtamentum valere* 30, *qui nomina heredum induxit?* Cornelius Priſcianus Advocatus Leonis dixit: *Nomina heredum tantum* 31 *induxit.* Calpurnius Longinus Advocatus fiſci dixit: *Non poteſt ullum teſtamentum valere, quod heredem non habet* 32: Priſcianus dixit: *Mantumiſit quoſdam, & legata dedit* 33. Antoninus Cæſar remotis omnibus cum deliberaſſet, & admitti rurſus eoſdem juſſiſſet 34, dixit: *Cauſa præſens admittere videtur humaniorem* 35 *interpretationem: ut ea dumtaxat exiſti-*

1 35 *Synopſ. 7.* Cancellata, ἐξαλειφθέντα, & διεγραμμένα. Inducta, ἐνεγεγραμμένα, & ἐνεγεγραμμένα. deleta, ἀνακεκλασμένα.

2 *Irritum* fit etiam teſtamentum, ſi deleatur, aut incidatur, Cujac. *hic.* idque permiſſum eſt. *l. 17. ff. de adimendis legat.*

3 Suet. *in Galba. c.* 17.

4 Hæc tria verba Suetonius *in Nerone* collegit: Ita, inquit, multa & deleta, & inducta, & ſuperſcripta inerant. Inſcriptum hic pro ſuperſcripto accipitur.

5 Hæc verba ſunt Sabini. *Cujac.*

6 *l.* 12. *C. de teſtam.*

7 Conſulto inducta adimuntur. *l.* 16. *ff. de adimend.*

8 Hæc verba ſunt Ulpiani. *Cujac.*

9 Legi id poſſe dicitur, quod oculis perſpici poteſt.

10 Oblita cauſa & lituris.

11 Hinc perducetum nomen, *l.* 8. §. 3. *ff. ſecund. tab.* id eſt, cancellatum. *l.* 22. *C. de ſolut.*

12 Incaute factum, pro non facto habetur.

13 Verba generalia non referuntur ad ea, de quibus non eſt cogitatum. *Bald.*

14 Teſtamento ſcilicet.

15 *l.* 1. *ff. eod. l.* 12. *in fin. C. de teſtam.*

16 Poteſt tamen *l.* 16. *l.* 17. *ff. de adim.*

17 Cancellatio teſtamenti ex ratione cancellationi inſerta reſtringenda eſt.

18 Id eſt, alteram, ſeu reliquas, vel cæteras partes teſtamenti.

19 Subſtitutus. *Cujac.*

20 Si teſtator omnium, id eſt, & inſtitutorum & ſubſtitutorum nomina induxit, & dubitetur, cujus eorum cauſa id fecerit, in dubio id præſumitur feciſſe ejus cauſa, qui male ſit meritus, ut cæteris non noceatur.

21 Nemo enim præſumitur velle officere his, qui male non ſunt meriti.

22 Forte ex *l. ſi cauſa leg. 4. C. de bis quæ ut indign.*

23 Vide *l.* 10. *in fin. ff. de reb. dub.*

24 Formam veterem apud Principem agendi obſerva: adde & aliam ex *l.* 1. *C. de appellation ibus.* vide Cujac. 18 *obſerv.* 32. *adde l. penult. ff. de auctor. tut. l. pe ult. ff. ad l. Jul. de vi priv.*

25 N'hil enim intereſt, quis nomen heredis inducat, an ei adimat. *l.* 16. *ff. de adimendis.* vide Cujac. 3 *obſ.* 26.

26 Hac formula utebantur quoque Judices, quoties dicebant, *ſibi non videri*: de qua dixi ad *l.* 28. *ff. de probat. l.* 1. §. 5. *ff. ad Turpill.* ſic Magiſtratus, teſte Feſto, cum de conſilii ſententia capitis quem condemnaturus erat, *patres aſſe videri* pronunciabat: Ita quæ jurati judices cognoverant, non ea eſſe facta, ſed *videri* pronunciabant. Cicer. 4 *Academic. Verrina* 4. 6. *in Piſonem.* 1 *de finibus.* Livius 25. Lactant. 4 *Inſtitut. eadem* to rma decreta collegii Tribunorum & Pontificum concipi mos erat. Cicero 4 *Verr. Pro domo ſua.* 4. *ad Attic.*

27 De Advocatis fiſci dixi *l. ult. ff. de poſtulando.* 28 Præfectos ærarii. *l.* 12. *ff. de bon. quib. ut indign. l.* 2. §. 4. *ff. ne quid in loco publico.* dixi ad *l.* 42. *ff. de jure fiſci.* quaſi diceret, non eſt cur ea re Princeps ipſe vel Imperator ſollicitandus. 29 Et hanc quoque formulam elegantem obſerva.

30 Utile legatariis eſſe. 31 Quaſi diceret, Non igitur inductio heredum nocebit legatariis. 32 *l.* 1. *in fin. ff. de vulg. l. ult. ff. de jure codicill* §. 34. *Inſtit. de legat.* 33 Hic ſtruc to juri opponuntur cauſæ favorabiles. 34 Nota formam ſententiæ ferendæ in Principis auditorio, ubi Princeps litigantes removeri jubet, deliberat, admitti eoſdem jubet, ſententiam pronunciat.

35 Hinc poſſis colligere, humaniorem ſententiam exiſtimari, quæ actum quoquo modo ſuſtinet ac ſuſtentat, quæ pœnam unius ad alium non extendit, quæ libertati favet, quæ contra fiſci in reſpondet: atque ita, Cancellatio inſtituti heredis, legatis & libertati non nocet. addo Alcia. 3 *præſumt. ult.*

exheredatum Nepotem irrita esse voluisse, quæ induxit. Nomen servi, quem liberum esse jusserat, induxit: Antoninus rescripsit, liberum eum nihilominus fore: quod videlicet favore constituit libertatis.

De uno deletu tabulis.

IV. PAPINIANUS [lib. VII Responsorum].

PLuribus [37] tabulis eodem exemplo scriptis, unius testamenti voluntatem eodem tempore dominus solenniter complevit: si quasdam tabulas in publico depositas abstulit, atque delevit [38], quæ jure gesta sunt, præsertim cum ex [39] cæteris tabulis, quas non abstulit, res gesta declaretur, non constituentur irrita. Paulus notat: Sed si, ut intestatus moreretur, incidit tabulas: sed [40] hoc adprobaverint hi, qui ab intestato venire desiderant, scriptis avocabitur hereditas.

37 Vide *l.* 14 *ff. qui testam. fac.*

38 V. quæ scripsi ad *l.* 30. *C. de testam.*

39 Hoc interpretes extendunt utiliter ad notarium. Si de eodem, inquiunt, facto sint plura instrumenta, unius cancellatio, alterius integri vires non tollit, nisi de mente constiterit. *Bart. Bald.*

40 *Al.* Et.

TIT. V.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS [1].

De initio testamenti. 1. *Qui dicatur institutus.* 2. *De muto & surdo.* 3. *Quot verbis testamentum nuncupativum fieri possit.* 4. *De institutione ex fundo.* 5. *De oratione imperfecta, de verbo uno.*

I. ULPIANUS [lib. I ad Sabinum].

QUi testatur, ab heredis institutione plerunque [2] debet [3] initium [4] facere testamenti: licet etiam ab exheredatione, quam nominatim facit: Nam D. Trajanus rescripsit, posse nominatim etiam ante [5] heredis institutionem filium exheredare.

§. 1. Institutum autem heredem cum quoque dicimus, qui scriptus non est, sed solummodo nuncupatus [6]. §. 2. Mutus & surdus recte heres institui potest [7]. §. 3. Qui neque legaturus quid est, neque quemquam exheredaturus, quinque [8] verbis potest facere testamentum, ut dicat, *Lucius Titius mihi heres esto.* † Hæc autem *scriptura* [9] pertinet ad eum, qui non per scripturam testatur: qui poterit etiam tribus [10] verbis testari, ut [dicat], *Lucius heres esto*: nam & *mihi*, & *Titius*, abundat. §. 4. Si ex [11] fundo fuisset aliquis solus institutus, valet institutio, detracta fundi mentione. §. 5. Si autem sic scribat, *Lucius heres*, licet non adjecerit [12] *esto*, credimus plus nuncupatum, minus scriptum: & si ita, *Lucius esto*, tantundem dicimus: ergo & si ita, *Lucius* sollummodo. Marcellus non insubtiliter, non putat hodie hoc procedere. Divus autem Pius, cum quidam portiones inter heredes distribuisset ita, *ille ex parte tota, ille ex tota*, nec adjecisset, *heres esto*, rescripsit, valere institutionem: quod & Julianus scripsit.

§. 6. Item Divus Pius rescripsit, *illa uxor mea esto*, institutionem valere, licet deesset *heres*. §. 7. Idem Julianus, *illum heredem esse*, non putavit valere: quoniam deest aliquid: sed & ipsa valebit, subaudito *jubeo* [13].

1 vi C. xxiv.

2 *Inst.* 14. Ulp. 22. Hujus tituli summa hæc est: Testamentum non valere sine institutione heredis. §. 1. *J. eod.* Quid, si testamentum ad piam causam pertineat? aliud putant. vide Tiraqu. *privilegio 9 pia causa.*

3 Ait Sabinus *plerunque*. Nam & antiquo jure (ex quo hæc Sabini regula est) potuit etiam ante heredis institutionem tutor & fideicommissum dari. Ulp. *fragm. tit.* 25. §. 8. Certe postea hæc regula paulatim abolita fuit. Primum enim exheredationes ante heredis institutionem fieri posse D. Trajanus rescripsit, *l.* 1. & Justinianus tandem de legatis & libertatibus idem constituit. *l. ambiguitates* 24. *C. de testam.* & §. *ante heredit. Inst. de legatis.*

4 Id est, tenetur.

5 *l.* 2. §. 4. *J. de vulgari.*

6 Facit *l.* 3. §. 2. *J. de liberis. l.* 3. §. 2. *J. de injusto.*

7 Est enim aliud testamentum scriptum, aliud quo viva voce heredem nuncupavimus. vide *l.* 29. *C. de testamentis.*

8 *l.* 16. *J. qui testam.* §. 4. *Inst. de hered. qualit.* non poterat tamen olim esse emptor familiæ. Ulp. 20. §. 7.

9 Vel tribus. vide *J. eod.*

9 Id est, Sententia Sabini: sic alibi dicitur scriptura Mutii, *l.* 7. *J. de annuis.* Juliani, *l.* 18. §. 5. *J. de damno.* postquam poëta sensit scripturam suam, Terent. *in Adelph.* Cujac. *hic.*

10 Tribus verbis testari possumus.

11 Sabini hæc sententia est: ut apparet ex *l.* 9. §. 13. *J.* 10. *J. eod.*

12 *l.* 7. *in fin. C. de testamentis.*

13 Vel volo. *l.* 4. §. 6. *C. de arbitris. l.* 10. *C. de fideicommiss.*

14 *l.* 36. *J. eod.*

15 Conditionali, & pura. Cujac. *hic.*

16 Adde *l.* 29. *J. eod.*

17 Nota differentiam inter enunciationem de præterito, & futuro.

18 *l.* 31. *J. eod.*

19 *l.* 38. §. 2. *J. eod.*

20 Nec Seius erit, ante Titii additionem.

21 *l.* 71. §. 1. *J. de adquir. hered.*

22 Jus necessarii heredis dilatio extrinsecus adveniens (ut est dilatio aperturæ tabularum) non mutat. vide plura apud Langebeck. *c.* 27 *Annotat.* 23 Imo necessarius non erit. *l.* 20. *ff. de lib.* 24 Id est, non tantum necessarius & voluntarius. 25 *l.* 6. §. 1. *J. eod. l.* 29. *ff. de liberis. l. ult. J. de condit. instit. l.* 83. *J. de cond. & demonst. l.* 20. §. 4. *in fin. J. de bon. libert. l.* 4. *C. de inst. & substit.* 26 Etiam in legitima, dummodo conditio sit potestativa. *Alc. Cujac.* 27 Ut te instituo, si testamentum feceris. 28 Cum enim possit eam conditionem implere, quasi pure institutus censetur: ideoque si conditionem non impleverit, paternam hereditatem repudiasse videtur: nec hujusmodi conditio potestativa ab institutione filii rejicietur, nisi contra bonos mores fuerit. v. *Jul. Clar.* 3 *sent.* §. *testamentum.* q. 39. vide *l.* 15. *J. de condit. inst.*

De uno deletu tabulis.

IV. PAPINIANUS [lib. VII Responsorum].

PLuribus [37] tabulis eodem exemplo scriptis, unius testamenti voluntatem eodem tempore dominus solenniter complevit: si quasdam tabulas in publico depositas abstulit, atque delevit [38], quæ jure gesta sunt, præsertim cum ex [39] cæteris tabulis, quas non abstulit, res gesta declaretur, non constituentur irrita. Paulus notat: Sed si, ut intestatus moreretur, incidit tabulas: sed [40] hoc adprobaverint hi, qui ab intestato venire desiderant, scriptis avocabitur hereditas.

37 Vide *l.* 14 *ff. qui testam. fac.*

38 V. quæ scripsi ad *l.* 30. *C. de testam.*

39 Hoc interpretes extendunt utiliter ad notarium. Si de eodem, inquiunt, facto sint plura instrumenta, unius cancellatio, alterius integri vires non tollit, nisi de mente constiterit. *Bart. Bald.*

40 *Al.* Et.

TIT. V.

DE HEREDIBUS INSTITUENDIS [1].

De initio testamenti. 1. *Qui dicatur institutus.* 2. *De muto & surdo.* 3. *Quot verbis testamentum nuncupativum fieri possit.* 4. *De institutione ex fundo.* 5. *De oratione imperfecta, de verbo uno.*

I. ULPIANUS [lib. I ad Sabinum].

QUi testatur, ab heredis institutione plerunque [2] debet [3] initium [4] facere testamenti: licet etiam ab exheredatione, quam nominatim facit: Nam D. Trajanus rescripsit, posse nominatim etiam ante [5] heredis institutionem filium exheredare.

§. 1. Institutum autem heredem cum quoque dicimus, qui scriptus non est, sed solummodo nuncupatus [6]. §. 2. Mutus & surdus recte heres institui potest [7]. §. 3. Qui neque legaturus quid est, neque quemquam exheredaturus, quinque [8] verbis potest facere testamentum, ut dicat, *Lucius Titius mihi heres esto.* † Hæc autem *scriptura* [9] pertinet ad eum, qui non per scripturam testatur: qui poterit etiam tribus [10] verbis testari, ut [dicat], *Lucius heres esto*: nam & *mihi*, & *Titius*, abundat. §. 4. Si ex [11] fundo fuisset aliquis solus institutus, valet institutio, detracta fundi mentione. §. 5. Si autem sic scribat, *Lucius heres*, licet non adjecerit [12] *esto*, credimus plus nuncupatum, minus scriptum: & si ita, *Lucius esto*, tantundem dicimus: ergo & si ita, *Lucius* sollummodo. Marcellus non insubtiliter, non putat hodie hoc procedere. Divus autem Pius, cum quidam portiones inter heredes distribuisset ita, *ille ex parte tota, ille ex tota*, nec adjecisset, *heres esto*, rescripsit, valere institutionem: quod & Julianus scripsit.

§. 6. Item Divus Pius rescripsit, *illa uxor mea esto*, institutionem valere, licet deesset *heres*. §. 7. Idem Julianus, *illum heredem esse*, non putavit valere: quoniam deest aliquid: sed & ipsa valebit, subaudito *jubeo* [13].

1 vi C. xxiv.

2 *Inst.* 14. Ulp. 22. Hujus tituli summa hæc est: Testamentum non valere sine institutione heredis. §. 1. *J. eod.* Quid, si testamentum ad piam causam pertineat? aliud putant. vide Tiraqu. *privilegio 9 pia causa.*

3 Ait Sabinus *plerunque*. Nam & antiquo jure (ex quo hæc Sabini regula est) potuit etiam ante heredis institutionem tutor & fideicommissum dari. Ulp. *fragm. tit.* 25. §. 8. Certe postea hæc regula paulatim abolita fuit. Primum enim exheredationes ante heredis institutionem fieri posse D. Trajanus rescripsit, *l.* 1. & Justinianus tandem de legatis & libertatibus idem constituit. *l. ambiguitates* 24. *C. de testam.* & §. *ante heredit. Inst. de legatis.*

4 Id est, tenetur.

5 *l.* 2. §. 4. *J. de vulgari.*

6 Facit *l.* 3. §. 3. *J. de liberis. l.* 3. §. 2. *J. de injusto.*

7 Est enim aliud testamentum scriptum, aliud quo viva voce heredem nuncupavimus. vide *l.* 29. *C. de testamentis.*

8 *l.* 16. *J. qui testam.* §. 4. *Inst. de hered. qualit.* non poterat tamen olim esse emptor familiæ. Ulp. 20. §. 7.

9 Vel tribus. vide *J. eod.*

9 Id est, Sententia Sabini: sic alibi dicitur scriptura Mutii, *l.* 7. *J. de annuis.* Juliani, *l.* 18. §. 5. *J. de damno.* postquam poëta sensit scripturam suam, Terent. *in Adelph.* Cujac. *hic.*

10 Tribus verbis testari possumus.

11 Sabini hæc sententia est: ut apparet ex *l.* 9. §. 13. *J.* 10. *J. eod.*

12 *l.* 7. *in fin. C. de testamentis.*

13 Vel volo. *l.* 4. §. 6. *C. de arbitris. l.* 10. *C. de fideicommiss.*

14 *l.* 36. *J. eod.*

15 Conditionali, & pura. Cujac. *hic.*

16 Adde *l.* 29. *J. eod.*

17 Nota differentiam inter enunciationem de præterito, & futuro.

18 *l.* 31. *J. eod.*

19 *l.* 38. §. 2. *J. eod.*

20 Nec Seius erit, ante Titii additionem.

21 *l.* 71. §. 1. *J. de adquir. hered.*

22 Jus necessarii heredis dilatio extrinsecus adveniens (ut est dilatio aperturæ tabularum) non mutat. vide plura apud Langebeck. *c.* 27 *Annotat.* 23 Imo necessarius non erit. *l.* 20. *ff. de lib.* 24 Id est, non tantum necessarius & voluntarius. 25 *l.* 6. §. 1. *J. eod. l.* 29. *ff. de liberis. l. ult. J. de condit. instit. l.* 83. *J. de cond. & demonst. l.* 20. §. 4. *in fin. J. de bon. libert. l.* 4. *C. de inst. & substit.* 26 Etiam in legitima, dummodo conditio sit potestativa. *Alc. Cujac.* 27 Ut te instituo, si testamentum feceris. 28 Cum enim possit eam conditionem implere, quasi pure institutus censetur: ideoque si conditionem non impleverit, paternam hereditatem repudiasse videtur: nec hujusmodi conditio potestativa ab institutione filii rejicietur, nisi contra bonos mores fuerit. v. *Jul. Clar.* 3 *sent.* §. *testamentum.* q. 39. vide *l.* 15. *J. de condit. inst.*

De institutione ex partibus, quæ adscripsero: vel, quas adscripsi: vel ex quibus me heredem scripsit: vel ex quibus testamento matris scriptus est.

II. IDEM [lib. II ad Sabinum].

CIrca eos, qui ita heredes instituti sint, *ex* [14] *partibus quas adscripsero*, non putat Marcellus eos heredes, nullis adscriptis partibus: quemadmodum si ita essent heredes instituti, *si eis partes adscripsero*: sed magis est, ut sic utraque institutio accipiatur, si voluntas defuncti non refragatur, ex quibus partibus adscripsero; si minus, ex æquis, quasi duplici [15] facta institutione. quam sententiam Celsus lib. XVI Digestorum probat: aliter atque [scribat] in illa institutione, *ex qua parte me* [16] *Titius heredem scripsit, Seius heres esto*: tunc enim, si non est à Titio scriptus, nec Seius ab eo: nec immerito: hic enim creditur inesse conditio. sed Marcellus hæc similia putat. §. 1. Potest autem interesse, utrum ita quis scribat, *ex his partibus, quas adscripsi* [17], an, *adscripsero*: ut superiori modo dicas, nullis adscriptis partibus, nullam esse institutionem: quomodo in illo Marcellus, *ex his partibus, ex quibus testamento matris scripti fuissent, heredes sunto*, si intestata mater decesserit, hos non esse institutos.

De servo alieno. 1. *De servo testatoris.* 2. *De conditione*, si Titius heres erit. 3. *De statu libero.* 4. *De dilatione aperturæ tabularum, si impuberi substitutus, se arrogandum dederit.*

III. IDEM [lib. III ad Sabinum].

SErvus [18] alienus vel totus, vel pro parte, sine libertate heres institui potest. §. 1. Si servum meum pure heredem scripsero, sub conditione [19] liberum: differtur institutio in id tempus, quo libertas data est. §. 2. Si quis ita scripserit, *si Titius heres erit, Seius heres esto*, [*Titius heres esto*]: quasi quæris conditio, exspectatur [20] Titii aditio, ut Seius heres fiat: & sane, & Juliano & Terrylliano hoc videtur. §. 3. Qui fideicommissam libertatem sub conditione accepit, potest ab herede pure cum libertate heres institui: & non expectata conditione, libertatem & hereditatem consequitur: & erit interim [21] necessarius, & existente conditione voluntarius heres efficietur; ut non desinat heres esse, sed ut jus in eo mutetur successionis. §. 4. Aperturæ [22] tabularum dilatio necessarii heredis jus non mutat: ut solemus in substituto impuberis dicere: nam est relatum, si se adrogandum dederit substitutus impuberi defuncti filius, necessarium eum fore [23].

14 Facti potius esse, *Hot.* factitat: quæ ideo in potestate judicis. *Cujac.*

15 Conditio potestativa institutionis, nisi moriente ipso herede non desinit, *ut hic.* nisi dies adjecta fuerit. *l.* 5. *J. eod. & l. Thais.* 41. §. *Intra.* 12. *J. de jurejur. libert.*

16 Cur ita? vide *l.* 3. *J. de adqu. hered.*

17 *l.* 29. §. 10. *J. de liberis.*

18 *l. ult. J. de cond. inst.*

19 Id est, ultimo. Conditio, quæ non potest semper impleri, desinens, patrem intestatum facit, nisi coheredem vel substitutum dederit: quæ autem ad extremum usque vitæ impleri potest, donec institutus vivat, non deficit. Institutus ita moriens, hereditatem ex testamento, vel intestato non transmittit, quia non moriendo heres fuit. *l. ult. J. de condit. inst.*

20 *Al.* dies lit.

21 Ubicunque est conditio & dies, conditio non potest impleri post diem. *Bald.*

22 De Capitolio Romano v. Pancirolli *rer. memorabil.* Anf.

23 Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. *Bartol.* adde *l.* 4. *J. eod.*

De institutione sui heredis sub conditione.

IV. IDEM [lib. IV ad Sabinum].

SUus quoque [24] heres, sub [25] conditione heres potest institui [26]. Sed excipiendus est filius: quia non sub omni conditione institui potest: Et quidem sub ea conditione, quæ est in potestate ipsius [27], potest [28]: de hoc enim inter omnes constat: sed utrum ita demum institutio effectum habeat, si paruerit conditioni, an & si non paruerit, & decesserit? Julianus putat, filium sub ejusmodi conditione institutum, [etiam] si conditioni non paruerit, summotum esse: & ideo si coheredem habeat ita institutus, non debere eum exspectare, donec conditioni pareat filius: cum etsi patrem intestatum faceret non parendo conditioni, proculdubio exspectare deberet: quæ sententia probabilis mihi videtur: ut sub ea conditione institutus, quæ in arbitrio ejus sit, patrem intestatum non faciat. §. 1. Puto recte generaliter definiri, utrum in potestate fuerit conditio, an non fuerit, facti [29] potestas est: potest enim & hæc, *si Alexandriam pervenerit*, non esse in arbitrio per hyemis conditionem: potest & esse, si ei, qui à primo milliario Alexandriæ agit, fuit imposita: potest & hæc, *Si decem Titio dederit*, esse in difficili, si Titius peregrinetur longinquo itinere: propter quæ ad generalem definitionem recurrendum est. §. 2. Sed & si, filio sub conditione, quæ [30] in ejus potestate est, herede instituto, nepos sit substitutus, sive extraneus, puto vivo filio non exaturum heredem substitutum [31], post mortem vero exaturum: nec necessariam [à] substituto filii exheredationem: cum etsi fuerit facta, frustra est: post [32] mortem enim filii facta est, quam inutilem esse alias ostendimus: opinamur igitur, filium, si sit institutus sub ea conditione, & sit in ejus potestate, non indigere exheredatione à sequentibus gradibus: alioquin & [à] coherede indigebit.

24 *l.* 29. §. 10. *J. de liberis.*

25 *l. ult. J. de cond. inst.*

26 Id est, ultimo. Conditio, quæ non potest semper impleri, desinens, patrem intestatum facit, nisi coheredem vel substitutum dederit: quæ autem ad extremum usque vitæ impleri potest, donec institutus vivat, non deficit. Institutus ita moriens, hereditatem ex testamento, vel intestato non transmittit, quia non moriendo heres fuit. *l. ult. J. de condit. inst.*

27 *Al.* dies lit.

28 Ubicunque est conditio & dies, conditio non potest impleri post diem. *Bald.*

29 Facti potius esse, *Hot.* factitat: quæ ideo in potestate judicis. *Cujac.*

30 Conditio potestativa institutionis, nisi moriente ipso herede non desinit, *ut hic.* nisi dies adjecta fuerit. *l.* 5. *J. eod. & l. Thais.* 41. §. *Intra.* 12. *J. de jurejur. libert.*

31 Cur ita? vide *l.* 3. *J. de adqu. hered.*

32 *l.* 29. §. 10. *J. de liberis.*

33 *l. ult. J. de cond. inst.*

34 Id est, ultimo. Conditio, quæ non potest semper impleri, desinens, patrem intestatum facit, nisi coheredem vel substitutum dederit: quæ autem ad extremum usque vitæ impleri potest, donec institutus vivat, non deficit. Institutus ita moriens, hereditatem ex testamento, vel intestato non transmittit, quia non moriendo heres fuit. *l. ult. J. de condit. inst.*

35 *Al.* dies lit.

36 Ubicunque est conditio & dies, conditio non potest impleri post diem. *Bald.*

37 De Capitolio Romano v. Pancirolli *rer. memorabil.* Anf.

38 Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. *Bartol.* adde *l.* 4. *J. eod.*

De servo communi instituto pendente conditione libertatis.

V. Apud JULIANUM lib. XXIX Digestorum Marcellus notat.

SI ejusmodi sit conditio, sub qua filius heres institutus sit, ut ultimo [33] vitæ ejus tempore certum sit eam existere non posse, & pendente ea decedat: intestato patri heres erit: velut *Si Alexandriam pervenerit, heres esto.* Quod si etiam novissimo [34] tempore impleri potest, veluti, *Si decem Titio dederit, heres esto*: contra puto.

De die conditioni adjecto. 1. *De postumo Velleano.* 2. *De medio tempore.* 3. *De servo communi instituto pendente conditione, quando efficiatur heres necessarius.* 4. *Libertas testamento data an possit codicillis adimi.*

VI. ULPIANUS [lib. IV ad Sabinum].

SEd si conditioni dies esset [35] adjectus [36], ut puta, *Si Capitolium* [37] *intra dies triginta ascenderit*, tantundem potest dici: ut, si non paruerit conditioni, substitutus possit admitti, filio repulso: consequens est sententiæ Juliani, & nostræ. §. 1. Nepotes autem, & deinceps cæteri, qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta, sub omni [38] conditione institui possunt, etsi rediguntur ad filii conditionem. §. 2. Solemus dicere, *media* [39] *tempora non nocere*: ut puta civis Romanus heres scriptus, vivo testatore factus peregrinus [40], mox [41] civitatem [42] Romanam pervenit, *media tempora non nocent.* † Servus alienus sub conditione heres scriptus, traditus est servus [43] hereditario, mox usucaptus ab extraneo: non est vitiata institutio. §. 3. Si servum communem cum libertate dominus heredem scripserit, & eum redemerit [44]: necessarius efficietur. Sed si substitutus sit impuberi, & partem redemerit impubes, necessarius non efficietur, (ut) Julianus scribit. §. 4. Sed si sit cum libertate institutus, an ei libertatis datio codicillis adimi possit, apud Julianum quæritur? Et putat, in eum casum, quo necessarius fieret, ademptionem [45] non valere, ne à semetipso ei adimatur libertas: servus enim heres institutus, à semetipso libertatem accipit: quæ sententia habet rationem: nam sicuti legari sibi non potest, ita nec à se adimi.

35 *Al.* dies lit.

36 Ubicunque est conditio & dies, conditio non potest impleri post diem. *Bald.*

37 De Capitolio Romano v. Pancirolli *rer. memorabil.* Anf.

38 Liberi sequentis gradus post filium possunt sub omni conditione institui. *Bartol.* adde *l.* 4. *J. eod.*

39 Sunt tria tempora testamenti, mortis testatoris, medium tempus, & additionis. *l.* 49. §. 1. *l.* 50. *J. eod.* § 4. *vers. medio. Inst. de hered. qualit.* Extrema tempora magis consideranda quam media, hinc colligunt. de quo vide Bald. *hic.*

40 De *peregrino* dixi ad *l.* 1. *C. eod.*

41 *Mox*, id est, vivo ac superstite adhuc testatore, *l.* 1. *ff. de reb. cred.* de hoc articulo *mox*, vide notata in *l.* 7. *ff. soluto.*

42 *Al.* ad civitatem. Mutationes heredis scripti mediis temporibus contingentes non nocent.

43 *Al.* servo.

44 *l.* 18 *J. de vulgari.*

45 *l.* 13. §. 1. *J. de liberis.*

De servo communi instituto pendente conditione libertatis.

VII. JULIANUS lib. XXX Digestorum.

SI servus communis [46] sub conditione heres institutus, vivo testatore libertatem consecutus sit: etiam pendente conditione testamentariæ libertatis, adire hereditatem potest. §. 1. Item sive testator eum alienaverit [47], sive heres post mortem testatoris, jussu domini, hereditatem adibit [48].

Si hereditatis delata à duobus dominis dies simul cedit, servus utrique necessarius erit. Bart.

VIII. IDEM [lib. II ad Ursеium Ferocem].

DUo socii quendam servum communem, testamento facto, heredem & liberum esse jusserant: ruina simul [49] oppressi perierant: Plerique responderunt, hoc casu duobus orcinum [50] heredem existere: & id est verius. §. 1. Sed & si sub eadem conditione servum communem uterque socius liberum heredemque esse jussisset, eaque extitisset, idem juris erit.

46 Si servus cum libertate. Cujac. *hic. arg. l.* 90. *J. eod.*

47 *l.* 9. §. 16. *J. eod.*

48 Adire potest. *l.* 38. §. 2. *J. eod.*

49 Prius & posterius ubi non apparet, simul & eodem tempore rem gestam fuisse præsumitur.

50 Orcinum & heredem. *Cujac.*

De errore in herede, 1. *Vel in corpore*, 2. *Vel in parte*, 5. *Vel in conditione*, 7. *Vel in adjectione coheredis.* 8. *De demonstratione heredis.* 12. *De jure heredis, & divisione hereditatis.* 13. *De heredibus institutis ex partibus unius fundi.* 14. *De institutione*, liber esto, & postea heres. 15. *Si substituto major pars data sit, quam instituto.* 16. *Si servus proprius institutus in eadem causa non manserit.*

IX. ULPIANUS [lib. V ad Sabinum].

QUotiens volens [51] alium heredem scribere, alium [52] scripserit, in corpore [53] hominis errans (veluti *Frater meus, patronus meus*): placet neque [54] eum heredem esse, qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur; neque eum, quem voluit, quoniam scriptus non est. §. 1. Et si in re quis erraverit (utputa, dum vult lancem relinquere, vestem leget), neutrum debebit. Hoc, sive ipse scripsit, sive scribendum dictaverit [55]. §. 2. Sed si non in corpore erravit, sed in parte (puta [si], cum dictasset ex semisse aliquem scribi, ex quadrante sit scriptus), Celsus [lib. XII Quæstionum] Digestorum undecimo, posse defendi [56] ait [57], ex semisse heredem fore, quasi plus nuncupatum sit, minus scriptum: quæ sententia rescriptis adjuvatur generalibus. † Idemque est, & si ipse testator minus scribat, cum plus vellet adscribere.

§. 3. Sed si majorem adscripserit testamentarius [58], vel (quod difficilius est probatione) ipse testator (ut pro quadrante semissem); Proculus putat ex quadrante fore heredem: quoniam inest [59] quadrans in semisse: quam sententiam & Celsus probat.

§. 4. Sed & si quis pro centum ducenta per notam [60] scripsisset, idem juris est: nam & ibi utrumque scriptum est, & quod voluit, & quod adjectum est: quæ sententia non est sine ratione.

§. 5. Tantundem Marcellus tractat, & in eo, qui conditionem destinans inserere, non addidit: nam & hunc pro non instituto putat. Sed si conditionem addidit dum nollet, detracta ea heredem futurum, nec nuncupatum videri, quod contra voluntatem scriptum est: Quam sententiam & ipse & nos probamus.

§. 6. Idem

51 *l.* 4. *C. eod.*

52 Vide *l.* 92. *J. de reg. jur.*

53 *Error* in corpore vel nomine appellativo institutionem vitiat. adde *l.* 4. *J. de leg.* 1.

54 Imo est. *l.* 7. *C. de testam.*

55 Pusa Notario. *l.* 24. *C. de testamentis.*

56 *Error* in quota vel quantitate, non vitiat. Error autem qui non vitiat, removetur, ut actus maneat validus. *Bald.* 57 Quid ita? *v. l.* 110 *J. de verb. oblig.* 58 Id est, scriptor testamenti. 59 Majori summæ minor inest. *l.* 27. §. 3. *ff. de receptis. l.* 19 *ff. de pecul. l.* 15. *J. de leg.* 1. *l.* 1. §. 4. *J. de verb. oblig.* 60 Notis insitatis testamentum scriptum non valet: usitatis, valet. adde *l.* 6. *in fin. J. de honor. possess. Novell.* 107. *c.* 1. Imo & insitatis notis scriptum testamentum ad pias causas valere, notat Tiraquell. 12. *privilegio pia causa. Auth. quod sine. C. de testament.* Porro de notis adde *l.* 40. *J. de testam. milit. l.* 15. *C. de milit. testam. l.* 33. *ff. ex quibus causis majores.*

§. 6. Idem tractat, & si testamentarius contra voluntatem testatoris conditionem detraxit [vel mutavit], heredem non futurum, sed pro non instituto habendum. §. 7. Sed si, cum primum heredem ex parte dimidia scribere destinasset, primum & secundum scripsit, solus primus scriptus heres videbitur, & solus heres existet, quasi ex parte dimidia institutus. §. 8. Si quis nomen heredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo [61] eum demonstraverit, quod pene nihil à nomine distat, non tamen eo, quod contumeliæ [62] causa solet addi: valet institutio. §. 9. Heres instituì, nisi ut certe [63] demonstretur, nemo potest [64].

§. 10. Si quis ita dixerit: *Uter* [65] *ex fratribus meis, Titio, & Mævio, Seiam uxorem duxerit, ex dodrante: uter non duxerit, ex quadrante heres esto:* [hic] recte factam institutionem esse, certum est: sed quis, ex qua parte, incertum. §. 11. Plane erit similis, si ita institutio facta fuerit: *Uter* [66] *ex suprascriptis fratribus meis Seiam uxorem duxerit, heres esto:* sed & hanc puto valere institutionem, quasi [67] sub conditione factam *. §. 12. Heredes, juris [68] successores sunt: &, si plures instituantur, dividi [69] inter eos à testatore jus oportet [70]: quod si non fiat [71], omnes æqualiter [72] heredes sunt.

§. 13. Si duo sint heredes instituti, unus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse [73] ejusdem fundi: Celsus expeditissimam Sabini sententiam sequitur, ut, detracta [74] fundi mentione, quasi sine partibus [75] heredes scripti, hereditate potirentur [76], si modo voluntas patrisfamilias manifestissime non refragatur [77].

§. 14. Si quis ita scripserit: *Stichus* [78] *liber esto, & posteaquam* [79] *liber erit, heres esto:* Labeo, Neratius, [&] Aristo opinantur, detracto [80] verbo medio, *postea*, simul ei [&] libertatem & hereditatem competere. Quæ sententia mihi quoque vera videtur.

§. 15. Si quis primum [81] ex triente, secundum ex triente heredem instituerit, &, si secundus heres non erit, tertium ex besse heredem scribat: hic secundo repudiante [82] bessem habebit non solum jure substitutionis, sed & institutionis, id est, trientem jure substitutionis, trientem jure institutionis. §. 16. Servus cum libertate heres institutus, si [83] sit alienatus [84], juberi adire ab eo potest, cui alienatus est: sed, si redemptus [85] sit à testatore, institutio valet, & necessarius heres erit. §. 17. Si servus ex die [86] libertatem acceperit, & hereditatem pure [87], mox [88] sit alienatus, vel manumissus: videamus, an institutio valeat? Et quidem, si alienatus non esset, potest defendi, institutionem valere: ut, die veniente libertatis, quæ hereditatem moratur, competente libertate, & heres necessarius exittat. §. 18. Sed si in diem libertas, hereditas [autem] sub conditione, data sit, si conditio post [89] diem advenientem extiterit, liber & heres erit. §. 19. Sed [&] si pure fuerit heres institutus, libertate in diem data, si sit alienatus, vel manumissus, dici debet [90], heredem eum posse existere.

§. 20. Sed [&] si non ipse servus sit alienatus, sed ususfructus in eo, æque institutio valet, sed differtur in id tempus, quo extinguitur ususfructus.

De duobus heredibus institutis ex diversis partibus diversorum fundorum.

X. PAULUS [lib. I ad Sabinum].

SI alterius atque alterius fundi pro partibus quis heredes instituerit, perinde [91] habebitur, quasi non [92] adjectis partibus heredes scripti essent: nec [93] enim facile, sed 94 diversitate partium [95] portiones inveniuntur: ergo expeditius est, quod Sabinus scribit, perinde habendum, ac si nec fundum nec partes nominasset.

De conjunctu & institutione ex re certa.

XI. JAVOLENUS [lib. VII Epistularum].

A *Titius* [96] *fundi Corneliani heres esto [mihi], duo* [97] *Titii illius insulæ heredes sunto:* habebunt duo Titii semissem, Attius [98] semissem: idque Proculo placet: quid tibi videtur [99]? Respondit: Vera [100] est Proculi opinio.

De partibus inæqualibus exæquatis.

XII. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

SI inæqualibus partibus datis, ita adjiciatur: *Quos* [1] *ex disparibus partibus heredes institui, æque heredes sunto:* existimandum est, ex æquari eos, scilicet si hoc ante [2] peractum testamentum scriptum sit.

De adjectione, Æque heredes sunto. 1. *De divisione hereditatis solenni in duodecim uncias.* 2. *Si pars vacet.* 4. *Si testator duodecim uncias excesserit.*

XIII. ULPIANUS [lib. VII ad Sabinum].

INterdum hæc adjectio, *Æque* [3] *heredes sunto*, testatoris voluntatem exprimit: utputa, *Primus & fratris mei filii æque* 4 *heredes sunto:* nam hæc adjectio declarat, omnes ex virilibus partibus institutos, ut & Labeo scripsit: qua detracta, semissem [5] fratris filii, semissem Primus haberet. §. 1. Paterfamilias distribuere hereditatem in tot partes potest, quot [6] voluerit: sed solennis [7] assis distributio in duodecim [8] uncias fit. §. 2. Denique, si minus [9] distribuit, potestate [10] juris in hoc revolvitur: ut puta si duos heredes ex quadrante scripserit: nam hereditas ejus [11] resi-

dua [12] accedit, ut ex semissibus videantur scripti. §. 3. Sed si *alter ex quadrante, alter ex semisse heres* scripti sunt, qui accedit quadrans, pro partibus hereditariis eis adrescit. §. 4. Sed si excesserit in divisione duodecim uncias, æque pro rata [13] decrescet: utputa, me ex duodecim unciis heredem, te ex sex scripsit, ego hereditatis habeo bessem, tu trientem. §. 5. Sed si *duos ex asse heredes* scripsit, *alios ex duodecim unciis*, an æque distributio fiat, apud Labeonem libr. IV posteriorum quæritur? Et putat Labeo, & illos ex [14] semisse, & hos qui ex duodecim unciis scripti sunt, ex semisse heredes fore: cui sententiæ adsentiendum puto. §. 6. Sed si duos ex asse heredes instituerit, tertium autem ex dimidia & sexta, eodem libro Labeo ait, in viginti uncias assem dividendum, octo laturum ex dimidia & sexta scriptum, illos duos duodecim. §. 7. Apud eundem refertur: *Titius ex parte tertia*, deinde asse expleto, *Idem ex parte sexta:* in quatuordecim [15] uncias hereditatem dividendam Trebatius ait.

De parte prima, secunda.

XIV. JAVOLENUS lib. I ex Cassio.

SI quis heredes ita instituit: *Titius ex parte prima, Seius ex parte secunda, Mævius ex parte tertia, Sulpicius ex parte quarta, heredes sunto:* æquæ partes hereditatis ad institutos pertinebunt, quia testator appellatione [16] numeri, scripturæ magis ordinem [17], quam [18] modum partibus imposuisse videtur.

Si tertius instituatur ex eadem parte ex qua secundus. 1. Si in substitutione excedatur as.

XV. ULPIANUS lib. VII ad Sabinum.

IUlianus quoque lib. XXX refert, si quis ita heredem scripserit, *Titius ex parte dimidia heres esto, Seius ex parte dimidia: ex qua* [19] *parte Seium instituo, ex eadem parte Sempronius heres esto:* dubitari posse, utrum in tres semisses dividere voluit hereditatem, an vero in unum semissem Seium & Sempronium conjungere. Quod est verius: & ideo conjunctim [20] eos videri institutos [21]: Sic fiet, ut Titius semissem, hi duo quadrantes ferant. §. 1. Idem eodem libro scripsit, *si primus ex semisse, secundus ex semisse: si primus* [22] *heres non erit, tertius ex dodrante substitutus sit:* facti quidem quæstionem esse: verum recte dicitur, si quidem primus adierit, æquales partes habituros: si repudiaverit, quindecim partes futuras: ex quibus novem quidem laturum tertium, sex secundum.

XVI. JULIANUS lib. XXX Digestorum.

NAm tertium & instituti & substituti personam sustinere: in tres partes institutum videri, in sex substitutum.

De institutis sine parte.

XVII. ULPIANUS lib. VII ad Sabinum.

ITem quod Sabinus ait, *Si cui pars adposita non est* [23], [excutiamus]: Duos ex quadrantibus heredes scripsit: tertium sine parte: quod assi deest [24], feret: Hoc & Labeo. §. 1. Unde idem tractat: *si duos ex undecim, duos sine parte scripsit*; mox unus ex his, qui sine parte [25] fuerunt, repudiaverit: utrum omnibus semuncia, an ad solum sine parte scriptum, pertineat? Et variat: Sed Servius omnibus adrescere ait: quam sententiam veriorem puto: nam quantum [26] ad jus adrescendi, non [27] sunt conjuncti, qui sine parte instituuntur: Quod & Celsus lib. XVI Digestorum probat.

§. 2. Idemque putat, & *si, expleto asse, duos sine parte heredes scripserit*, neque hos neque illos conjunctos. §. 3. Sed *si asse expleto, alium sine parte heredem scripserit*, in alium assem veniet. Aliter atque si ita scripsisset, expleto asse, *Ex reliqua parte heres esto:* quoniam, cum nihil [28] reliquum est, ex nulla [29] parte heres institutus est. §. 4. Sed si [30] expleto asse duo sine partibus scribantur, utrum in singulos asses itti duo, an in unum assem conjungantur, quæritur? Et putat Labeo, & verius est, in unum [31] assem venire: nam & si unus sine parte, duo conjunctim [32] sine parte instituantur, non tres trientes fieri, Celsus lib. XVI scripsit, sed duos semisses. §. 5. Quod si quis dupondium distribuit, & tertium sine parte instituit, hic non in alium assem, sed in trientem [33] venit, ut Labeo quarto Posteriorum scripsit: nec Aristo, vel Aulus [34], utpote probabile, notant [35].

Institutus sine parte habebit, quod deest ad dupondium. Bart.

XVIII. PAULUS lib. I ad Vitellium.

SAbinus: Quæsitum est, si plus [36] asse paterfamil. distribuisset, & aliquem sine parte fecisset heredem: utrumne is assem habiturus foret, an id duntaxat, quod ex dupondio deesset? Et hanc esse tolerabilissimam sententiam puto: ut eadem ratio in dupondio omnique re deinceps, quæ in asse, servetur. Paulus: Eadem ratio est in secundo asse, quæ in primo.

De substituto in partem non heredis.

XIX. ULPIANUS lib. VII ad Sabinum.

EX facto [37] etiam agitatum Pomponius & Arrianus referunt: Si quis, vacua parte relicta, ita instituerit: *Si mihi Seius heres non erit* [38] (quem non instituerat) *Sempronius heres esto:* an hic occupare possit vacantem portionem? Et Pegasus quidem existimat, ad eam partem admitti: Aristo contra putat, quia huic pars esset data, quæ nulla [39] esset: Quam sententiam & Javolenus probat, & Pomponius & Arrianus. Et hoc jure utimur.

De institutis sine parte.

XX. PAULUS lib. II ad Sabinum.

QUo loco [40] scribatur heres sine parte, utrum primo, an medio, vel novissimo, nihil interest. §. 1. Si jam mortuo quadrans, alii dodrans, datus sit, & alius sine parte scriptus sit: Labeo ait, eum, qui sine parte heres institutus sit, alterum assem habiturum: & hanc mentem esse testantis: Quod & Julianus probat, & verum est. §. 2. Quod si vivus & mortuus ex parte dimidia conjunctim heredes instituti sunt, ex altera alius: æquas partes eos habituros ait: Quia mortui pars pro non scripto [41] habetur [42].

De

61 Id ὁμολογούμενον γνώσιμον Græci vocant. *Cujac.*

62 *l.* 48. §. 1. *ff. eod.*

63 Nisi certus, *Hal.* Ulpian. 22. §. 4. dixi ad §. 4. *Theoph. Inst. de hered. inst.* excipe tamen *l.* 49. *C. de episc.*

64 Ideoque incerta persona heres institui non potest. Incerta est, si dixero, qui primus ad funus meum venerit. Ulpian. 22. §. 4. adde *l.* 62. §. 1. *ff. eod.* Certus intelligitur, designatus a testatore per relationem ad aliam scripturam, in qua sit nomen ejus expressum. *v. l.* 6. *ff. de reb. cred. l.* 74. *l.* 75. *ff. de verb. oblig.* Clar. 3 *sent.* §. *testamentum. num.* 36. Eamque opinionem esse communem ait, non tantum in legatariis, sed & heredibus receptam.

65 *l.* 24. *ff. eod. l.* 24. §. 1. *ff. de damno.*

66 *Uter*, idem est, quod *si quis.*

67 Certitudo ex eventu conditionis, certa censetur, vel ab ipso initio.

68 *Subaudi*, universi, *l.* 24. *ff.* 178. §. 1. *ff. de verb. signif. l.* 59. 62. 128. §. 1. *l.* 194. *ff. de regul jur. l.* 6. *ff. de except. l.* 11. *ff. de diversis.* Ita *heredis* nomine is intelligitur, qui jure succedit.

69 Dividi jus potest: nam hic dividitur hereditas quæ jus est. de quo vide plura apud Bald.

70 Quoties id à testatore dictum est.

71 *Subaudi*, divisio.

72 §. 6. *Inst. eod.*

73 Et ita dispariter.

74 Institutio *in re certa* trahitur ad universalem institutionem: quia certæ rei demonstratio, jus institutionis ad rem ipsam non coërcet: perinde namque institutio intelligenda est, ac si rei certæ facta non esset mentio. Universalis successio non notatur ex re certa signata, adde *l.* 35. *ff. eod.* vide Grassum, *lib. sentent.* §. *Institut. qu.* 22. *n.* 8.

75 Sine certæ rei partibus.

76 Potiantur.

77 Atque ita, heredes æquis partibus instituti ex re certa, pariter seu æque universaliter sunt heredes, nisi repugnet intentio testatoris. *Bald.* 78 Servus meus scil. 79 Qui ita instituitur, perinde est ac si pure institutus sit. adde *l.* 49 *ff. eod. l.* 21. *l.* 22. *ff. de cond. inst. Inst. de hered. inst. in princ.* & §. 1. Videbatur dicendum hanc institutionem esse nullam: quia liber initio factus, deinde heres: liber autem esse non potuit ex testamento nullo ei coherede dato: Nam testamento libertas non competit, nisi ex eo testamento fuerit aliquis heres. *l. si nemo* 9. *ff. de testam. tut.* Verum, ut viteur id absurdum, vocem *posteaquam* sic interpretantur, ut ordinem intellectus non temporis designet. Ita fiet ut ea voce detracta, fiat simul liber & heres. *Postea*, temporis intervallum nullum innuit in his, quæ simul sunt natura. 80 Verba quandoque detrahuntur velut superflua. 81 Facit *l.* 15. § 1. *ff. eod.*

82 Quid, si adiit? Substitutio facta tertii evanuit. 83 Institutus servus cum libertate & alienatus, non amittit hereditatem, cum jussu novi domini adire possit. Quid, si redemptus à testatore? Redit ejus institutio ad pristinam causam, ut efficiatur necessarius heres. 84 *l.* 7. *in fin. ff. eod.*

85 *l.* 50. *ff. eod.* 86 Puta post annum. 87 Id est, simpliciter. 88 Institui servum meum simpliciter, eique libertatem ex die dedi: Differtur institutio in tempus datæ libertatis, nisi fuerit à jure manumissus, vel alienata ejus proprietas. Nam si ejus tantum ususfructus alienatus est, differetur libertatis & hereditatis datio in tempus finiti ususfructus. 89 Hereditas sub conditione dari potest: diem quoque recipit. *v.* 7. 9. *C. de hered. inst.* 90 Dixi ad Ulpian. 1. §. 19.

91 *Perinde*, omnem omnimodo similitudinem non denotat. Nam hoc *perinde*, referendum est ad portiones. *Goth.* Ad intellectum hujus leg. vide Decher. *lib.* 1 *disput.* 14. *num.* 47. Ans.

92 *l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 13. *ff. eod.* 93 Nullo modo. 94 *Al. ex.* 95 Prædiorum. *Hal.* pretiorum. 96 Hic verbis est disjunctus à duobus Titiis, de quibus *ff.* 97 Hi verbis conjuncti sunt inter se. 98 Cur ita? vide *l.* 17. §. 4 *ff. eod.* 99 De hac formula scripsi ad *l.* 21. §. 1. *ff. de arbitris.* 100 Quænam opinio Proculi est? Institutos in re certa, & conjunctos, in ipso jure succedendi universim, & accrescendi, conjunctos esse, loco unius haberi in divisione hereditatis cum alio facienda. 1 Inæquales initio, seu prima parte testamenti, æquales fieri possunt in ultima parte testamenti. Ita finis scripturæ principio ejus præfertur. 2 Eodem testamento quis se corrigere potest. Consummato testamento, si qua corrigere velimus, omnia ex integro facienda sunt. *Cujac.* 3 *Æque* particula distribuit in capita, non in stirpes. 4 Omnes conjuncti, unius loco habentur. *l.* 15. *l.* 53. *in fin. ff. eod.* 5 *l.* 19. *in fin. ff. de legat.* 1.

6 §. 5. *Inst. eod.* Paul. 3 *sentent.* 4. §. 19. 7 Et usitata. *l.* 50. *in fin. ff. eod.* 8 Ut Astrologi res omnes revocant ad duodecim partes, menses, horas, signa, latitudinem signorum: sic nos hereditatem, usuras, & res solidas omnes. Cujac. *hic.* 9 *l.* 8. *ff. secund. tabular.* 10 Id est, tacite. *l.* 7. *ff. de reg. jur.* 11 Militis. *l.* 3. *C. de testamento militis.*

12 §. 7. *Inst. eod.*

13 Quæ excedit, quæ vacat. *l.* 47. §. 1. *ff. eod.* §. 7. *Inst. eod.*

14 Adde *l.* 23. *C. de legatis.*

15 Atqui hæc verba *Tertia, Sexta*, non tam modum partibus imponunt, quam ordinem scripturæ. *l.* 14. *in fin. ff. eod.*

16 Id est, sic numerando heredes.

17 *Ordo loquendi* non significat ordinem succedendi: vel ita: Nemo plus juris habet, ex eo quod prior sit nominatus, *Bald.* Die potius, ex parte prima, secunda, tertia, quarta heredem instituere non est ex una uncia, vel duabus, tribus, vel quatuor unciis heredem instituere, sed ex partibus æquis tantum: & proinde hoc sermone Titius primus est heres: Seius, secundus; Mævius, tertius: Sulpicius, quartus. His numeris ex parte prima, secunda, tertia, quarta, scripturæ tantum ordo demonstratur, non modus partibus imponitur.

18 Ordo scripturæ, & modus partium hereditariarum distinguuntur.

19 *l.* 142. *in fin. ff. de verb. sign.*

20 Re & verbis.

21 Cur ita? vide *l.* 2 *ff. eod.*

22 *l.* 9. §. 7. *ff. eod.*

23 Vide Leonin. *emendat. lib.* 5. *c.* 2. *num.* 1. Ans.

24 De asse non distributo. adde *l.* 77. *ff. eod. l.* 6. *Inst. eod. l.* 12. *ff. secund. tab.*

25 Certa.

26 Conjuncti in jure adcrescendi non sunt, qui sine parte sunt instituti.

27 Atqui paulo ante dixit omnibus adcrescere: Igitur sunt conjuncti. *l. re conjuncti.* 89. *ff. de legatis.* 3. An expungenda hæc negatio est, ut sit sensus: vocatos sine parte, re conjunctos esse cum iis, quibus certa pars est relicta? vide Grassum, in §. *jus adcrescendi. qu.* 5. *n.* 4. *in fin.* si modo una oratione conjuncti sint.

28 *l.* 19. *in fin. l.* 78. *l.* 79. *l.* 80. *ff. eod. l.* 9. §. *fec. tab.*

29 Imo, ex aliqua. *l.* 87. *ff. eod.*

30 Vide Anton. Fabr. 5 *conjectur.* 20.

31 Id est, alterum. *l.* 53. *in fin. ff. eod.*

32 Adde *l.* 11. *ff. eod. l.* 59. §. 1. *eod. l.* 9. *ff. de vulgari. l.* 11. *C. de impuberum.*

33 Sed in tressem, Hotoman. in §. 6. *Inst. eod.* & quidem non separatim, sed conjunctim, id est, in summam trium assium: haud qui triens est in asse, in tripondio est as. *Vigilius.* Goth. Vigl. *Inst. de hered. instit.* §. *si plures. num.* 3. *Ans.* Adde Augustin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 3. Duaren. *lib.* 2 *disput. cap.* 36. S. L. 34 Forte Cascellius. *Cujac.* 35 Aristo & Aulus scripta Labeonis notarunt, & ut probabiles eorum notas accepit Ulpianus. 36 *l.* 87. *ff. eod.* §. 6. *Inst. eod.* 37 Ad intellectum hujus leg. vide Bellon. *Supputat. lib.* 2. *cap.* 18. Ans. Adde Govean. *lib.* 2 *var. lect. cap.* 16. Augustin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 2. S. L. 38 *Heres erit.* Antonius Augustinus ita legit: nec probatur tamen in eo à Cujacio. 39 *l.* 17. §. 3. *ff. eod.* 40 *l.* 78. §. *penult. in fin. ff. eod.* §. 6. *in fin. Inst. eod.*

41 Pro non scripta. *Hal.* 42 Et apud conjunctum remanet. *l. un.* §. 3. *C. de caducis.*

De institutione servi proprii.

XXI. POMPONIUS lib. I ad Sabinum.

TRebatius ait, si non recte scribi: *Quisquis* 42 *mihi heres erit, Stichus liber & heres esto* 43: liberum tamen [futurum]. Labeo, & heredem eum futurum, recte putat. §. 1. Servo 44 libertatem pure 45, hereditatem sub conditione, dari posse, verissimum puto: ut tamen utrumque ex conditione pendeat.

XXII. JULIANUS lib. XXX Digestorum.

ET expleta quidem conditione, liber hereſque erit, quocunque loco 46 libertas data fuerit: deficiente autem conditione, perinde habetur, ac si libertas sine hereditate data fuerit.

De die certo vel incerto. 1. De conditione. 4. De causa cognitione.

XXIII. POMPONIUS lib. I ad Sabinum.

SI quis instituatur heres in *diem certum* 47 vel *incertum* 48, is bonorum possessionem 49 agnoscere potest, & tanquam heres, distrahere hereditatem 50. §. 1. Sed si bonorum possessionem non admittat, sed conditionem trahat, cui facile parere possit (veluti, *Si servum*, quem in potestate habeat, *manumiserit*, nec manumittat): hic Prætoris erunt partes, ut imitetur Edictum suum illud quo 51 præfinit tempus, intra quod adeatur hereditas.

§. 2. Item 52 si conditioni heres parere non poterit, quam in sua potestate non habebit (veluti institutione collata in alterius 53 factum, aut quendam casum, *Si ille*, puta, *Consul factus fuerit*) tunc postulantibus creditoribus constituet Prætor, nisi intra certum tempus hereditas obtigerit, adiraque fuerit, se bona defuncti creditoribus possidere [jussurum]: & interim, quæ urgebunt 54, per procuratores distrahi jussurum. §. 3. Sed si sub conditione quis heres institutus sit, & grave æs alienum sit, quod ex pœna crescit, & maxime si publicum debitum imminet, per procuratorem solvendum æs alienum: sicuti cum venter in possessione sit, aut pupillus heres tutorem non habeat. §. 4. Et ideo ait, *causæ cognitionem* adjectam propter eos 55 qui sine dilatione peregre essent, vel ægritudine vel valetudine ita impedirentur 56, ut in jus produci non possint, nec tamen defenderentur.

De institutione conjuncta & alternata.

XXIV. CELSUS lib. XVI Digestorum.

TItius & Seius, uterve 57 eorum 58 vivet, heres mihi esto: Existimo, si uterque vivat, ambo 59 heredes esse: altero mortuo, eum qui supererit 60, ex asse 61 heredem fore.

XXV. ULPIANUS [lib. VI Regularum].

QUia tacita substitutio ineſse videatur institutioni 62.

De legato.

XXVI. CELSUS [lib. XVI Digestorum].

IDque & in legato eodem modo relicto Senatus censuit.

De institutione pura & conditionali.

XXVII. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

SI te solum ex parte dimidia *pure*, ex altera *sub conditione* heredem instituero, & substituero tibi: non existente conditione, substitutum ex ea parte heredem fore Celsus ait. §. 1. Sed si te heredem instituero, & deinde eundem te sub conditione instituam, nihil valere sequentem institutionem, quia satis plena 63 prior fuisset. §. 2. Sed si plures institutiones ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint factæ, utra prior conditio exstiterit, id faciet, quod supra diximus, si pure & sub conditione idem instituatur.

De hærede.

XXVIII. ULPIANUS lib. V ad Sabinum.

SI ita 64 quis instituatur sit, *Titius heres esto si secundus heres non erit*: deinde, *Secundus heres esto*: placet, primo gradu Secundum esse institutum.

De verbo Quisque.

XXIX. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

HOc articulo, *Quisque* 65, omnes 66 significantur: & ideo Labeo 67 scribit, si ita scriptum sit, *Titius & Seius, quanta quisque eorum ex parte heredem me habuerit scriptum, heres mihi esto*, nisi omnes habeant scriptum heredem testatorem, neutrum heredem esse posse: quoniam ad omnium factum sermo refertur: in quo puto testatoris mentem respiciendam. Sed humanius est, eum quidem, qui testatorem suum heredem scripserit, in tantam partem ei heredem fore 68: qui autem eum non scripserit, nec ad hereditatem ejus admitti.

De servo pignorato.

XXX. ULPIANUS lib. XXI ad Edictum.

PIgnori obligatum *servum*, necessarium domino posse fieri 69, Imperator Severus rescripsit: ita tamen, si paratus sit prius creditori satisfacere.

De servo, 1. Hereditario.

XXXI. GAIUS lib. XVII ad Edictum provinciale.

NOn minus *servos* 70, quam liberos, heredes instituere possumus: si modo eorum 71 sc. servi sint, quos ipsos heredes instituere possumus: cum testamenti factio cum servis ex persona dominorum introducta est. §. 1. *Hereditarium* 72 *servum* ante aditam hereditatem, ideo placuit heredem institui posse, quia creditum est *hereditatem dominam* 73 *esse* 74, *defuncti locum* 75 *obtinere*.

Arbitrio alterius permitti non potest hæredis institutio. 1. De captivo.

XXXII. IDEM lib. II de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.

ILla institutio, *Quos Titius voluerit*, ideo vitiosa est 76, quod *alieno* 77 *arbitrio* permissa est: nam satis constanter Veteres decreverunt, *testamentorum* 78 *jura ipsa per se firma* 79 *esse oportere*, *non* 80 *ex alieno arbitrio pendere*. §. 1. Is, *qui apud hostes est*, recte heres instituitur, quia jure postliminii omnia jura civitatis in personam ejus in suspenso retinentur, non abrumpuntur. Itaque si reversus fuerit ab hostibus, adire hereditatem poterit. Servus quoque ejus recte heres instituitur: &, si reversus sit ab hostibus, potest eum jubere adire hereditatem: si vero ibi decesserit qui ei heres existet, potest per servum heres fieri.

De instituto ex parte pure.

XXXIII. IDEM lib. II de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.

SI quis ita scripserit, *Titius ex parte dimidia heres esto: idem Titius ex altera parte dimidia, si navis ex Asia venerit, heres esto*: cum ex pura institutione adierit heres, quamvis conditio alterius institutionis pendeat, ex asse fit heres, scil. etiam conditione deficiente: cum non 81 prosit ei conditio quicquam existens: quippe cum non dubitetur, quin, si quis ex parte dimidia heres institutus sit, nec præterea quisquam alius, ipse ex asse heres institui videatur.

De die.

XXXIV. PAPINIANUS lib. I Definitionum.

HEreditas 82 *ex die* 83, vel *ad diem* 84, non 85 recte datur 86: sed vitio temporis sublato 87, manet institutio 88.

De pluribus institutis heredibus.

XXXV. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

EX facto proponebatur quidam duos heredes scripsisse, unum rerum provincialium, alterum rerum Italicarum: &, cum merces in Italia devehere soleret, pecuniam misisse in provinciam ad merces comparandas; quæ comparatæ sunt, vel vivo eo, vel post mortem, nondum tamen in Italiam devectæ: Quærebatur, merces utrum ad eum pertinent, qui rerum Italicarum heres scriptus erat: an vero ad eum qui provincialium 89? Dicebam 90, * receptum esse, rerum 91 heredem institui posse: nec esse inutilem institutionem: sed ita ut Officio Judicis familiæ herciscundæ cognoscentis 92 contineatur, nihil amplius eum, qui ex re institutus est, quam rem, ex qua heres scriptus est, consequi. Ita igitur res accipietur: verbi gratia, pone duos esse heredes institutos, unum *ex fundo Cornelliano*, alterum *ex fundo Libiano* 93: & fundorum alterum quidem facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem: erunt quidem heredes ex æquis partibus, quasi sine partibus instituti, verumtamen Officio Judicis tenebuntur, ut unicuique eorum fundus, qui relictus est, adjudicetur 94, vel attribuatur. §. 1. Unde scio quæsitum, æris alieni onus pro qua parte agnosci debeat? Et refert Papinianus, cujus sententiam ipse quoque probavi, pro 95 hereditariis partibus eos adgnoscere æs alienum debere, hoc est, pro semisse: fundos etenim vice præceptionis accipiendos. Quare si forte tantum sit æs alienum, ut nihil, detracto eo, supereſſe possit, consequenter dicemus, institutiones istas ex re factas, nullius esse momenti. Et si forte Falcidia 96 interveniens recisionem 97 esset legatorum factura, hic Officio 98 Judicis recidit præceptiones istas: ut non 99 plus quisque eorum habeat, quam esset habiturus, si legatum accepisset, vel aliud 100, vel etiam præceptiones. Quod si fuerit incertum, an Falcidia interventura sit, rectissime probatur, Officio Judicis cautiones 1 esse interponendas. §. 2. Cum hæc ita sint, hæc etiam institutio, de qua quæritur, non *est* * repellenda, si alius *rerum provincialium*, alius *rerum Italicarum* heres fuerit scriptus: Officioque Judicis attribuentur singulis res quæ adscriptæ sunt. Erunt tamen heredes ex æquis partibus 2: quia nulla pars adscripta est. Quæ res facit, ut si forte in aliis facultatibus plus sit (in Italicis forte quam in provincialibus), in aliis minus, & æris alieni ratio urgeat, dici imminutionem eandem fieri, quam supra ostendimus. Proinde & si aliis fuerint legata relicta, contributio admittenda erit. §. 3. *Rerum* autem *Italicarum vel provincialium* significatione quæ res accipiendæ sint, videndum est. Et facit quidem totum voluntas 3 defuncti: nam, quid senserit, spectandum est: verumtamen hoc intellegendum erit, *rerum Italicarum* significatione eas contineri, quas perpetuo 4 quis ibi habuerit, atque ita disposuit ut perpetuo haberet: Cæteroquin si tempore 5 in quo 6 transtulit in alium locum, non ut ibi haberet, sed ut denuo ad pristinum locum revocaret, neque augebit 7 quo transtulit, neque minuet unde transtulit: utputa de Italico patrimonio quosdam servos miserat in provinciam (forte Galliam) ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, recursuros, si comparassent: dubium non est, quin debeat dici, ad Italicum patrimonium eos pertinere debere: ut est apud Mucium relatum, cum fundus erat legatus, vel cum instrumento, vel cum his quæ ibi sunt. Agasonem enim missum in villam à patrefamilias, non pertinere ad fundi legatum [Mucius] ait: quia non idcirco illo erat immissus, ut ibi esset. Proinde si servus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia 8 dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus, responsum est eum ad villæ legatum non pertinere. Quare ne servi quidem, qui operari in agro consueverunt, qui in alios agros revertebantur, [&] quasi ab alio commodati, in ea sunt conditione, ut ad legatum pertineant: quia non 9 ita in agro fuerant, ut ei agro viderentur destinati 10: Quæ res in proposito quoque suggerit, ut *Italicarum rerum* esse credantur hæ res, quas in Italia esse testator voluit. §. 4. Proinde & si pecuniam misit in provinciam ad merces comparandas, & necdum com-

42 Hæc verba, *Si quis mihi heres erit*, conditionem non faciunt, quotics persona ad quam ponit referri, nulla subest.

43 *Subaudi*, in solidum.

44 Libertas simpliciter relicta, in eventum conditionis, sub qua hereditas est relicta, ea non existente nec liber est, nec heres, si in solidum institutus erit: quod si coheredem habuit, non differtur: imo statim debetur, etiamsi postea hereditatis conditio deficiat, quod coheredis additione confirmetur.

45 Id est, simpliciter. *l.* 18. *ff. de condit. instit.*

46 Gradu. *l.* 2. *in fin. ff. de statuliberis.*

47 *l.* 2. §. 3. *ff. secund. tab.*

48 Vis huius capitis in hoc articulo consistit: quia dies incertus in ultimis voluntatibus conditionem facit. *l. dies incertus.* 75. *ff. de condition. & demonstrationib.* Pendente autem conditione heres adire non potest, nec bonorum possessionem juris, quæ dominium tribuit; petere, sed eam tantum quæ facti est, quæ solam administrationem continet.

49 *Subaudi*, secundum tabulas.

50 Consequitur ita bonorum administrationem, & potestatem vendendi, ut satisfiat creditoribus hereditariis, perinde ac si curator fuisset institutus heredi incerti hominis.

51 Vide *l.* 4. *ff. de rebus auctorit. l.* 1. *ff. de curator. bon.*

52 Vide Anton. Fab. *conject.* 18.

53 Institutio conditionalis collata in factum alienum, non est in potestate instituti.

54 *l.* 5. §. 2. *ff. de Carboniano. l.* 8. *ff. quibus ex causis in possessionem. l.* 4 *ff. de rebus eorum qui sub tut. dic. l.* 1. *ff. de curat. bon. dand.*

55 *l.* 2. *ff. quis ordo in bon. possess.*

56 V. *l.* 60. *ff. de re judicata.*

57 *l.* 9. §. 10. *ff. eod.* vox, *Uter*, substitutionem vulgarem demonstrat.

58 Substitutionem vulgarem verbis aientibus (& sic tacite fieri posse hinc colligunt: expressam enim verbis negantibus & adfirmativis fieri: veluti, *si Titius heres non erit, Seius heres esto.*

59 *l.* 4. *versic. melius. C. de verb. sign.* Imo neuter heres videtur, quia *uter*, de uno, *Uterque* de duobus dicitur, *l. si creditores.* 18. *C. de pactis. l. si ex toto.* 8. §. 1. *ff. de legatis primo.* unde cum non constet, de quo videatur testator sensisse, magis videbitur institutio vitiari ipsa incertitudine. An dicemus, *uter*, de uno tantum prædicari, quoties jungitur verbo, quod non convenit nisi uni, *leg. uter.* 23. *ff. de condit. institut.* de duobus vero, si verbo jungatur, quod duobus competit, *ut leg. penultim. C. de impuberum, & aliis substitut.*

60 *l.* 7. *ff. de reb. dub.*

61 Scilicet in dimidia sua, tanquam institutus: & in dimidia defuncti, tanquam tacite substitutum. *l.* 25. *ff. eod.*

62 *l. ult. C. eod.* Institutionem omnem in defectum heredis collatam vulgarem esse Baldus hinc colligit.

63 Institutionis prima forma quoties plenior est secunda, statur priori.

64 Non primo nominatus, sed qui primus succedit, habetur loco instituti *Bald.*

65 *l.* 1. *ff. de verb. signif.*

66 *l.* 8. §. 3. *ff. de pignorat.*

67 *l.* 20. *in fin. ff. de condit. institut.*

68 Imo non erit. Est enim hujusmodi institutio captatoria, hoc est nulla, *l.* 1. *in fin. ff. de his, quæ pro non scriptis.* facit *l.* 162. *ff. de verb. signif.* adde quæ scripsi ad *l.* 11. *C. de testamento militis.*

69 Pignoris nexus non impedit existentiam necessarii heredis, si creditori satisfiat. *Bald.* Pignoratus servus potest debitori necessarius esse heres.

70 *l.* 3. *ff. eod. Inst. eod.*

71 *l.* 49. §. 1. *ff. eod.*

72 *l.* 50. *l.* 64. *ff. eod.* §. 2. *Inst. eod.*

73 *l.* 13. §. 2. *l.* 43. *ff. ad l. Aquil. l.* 15. *ff. de interrogationibus. l.* 9. *C. depositi.* adde *l.* 13. §. 9. *in fin. ff. quod vi aut clam. l.* 1. §. 1. *ff. si is, qui testamento.*

74 Esse &c.

75 §. 2. *Inst. eod. l.* 116. §. 3. *in fin. ff. de legat.* 1. *l.* 34. *ff. de adquir. rer. l.* 15. *l.* 22. *ff. de usucapionibus. l.* 28. *in fin. ff. de stipul. servor. L.* 22. *ff. de fidejussoribus. l.* 24. *ff. de novationibus. l.* 62. *l.* 138. *ff. de reg. jur. Inst. de stipul. serv. in pr.*

76 Imo valet: videtur. *l.* 43 § 2. *ff. de legat.* 1. Goth. De captatoria voluntate sub conditione vel modo concepta, v. Sarmient. *lib.* 2. *c.* 4. 5. & 6. Aust. Adde Augustin. *lib.* 4 *emendat. cap.* 15. S. L.

77 *Ab arbitrio alieno* testamentum pendere non potest. vide *l.* 25. *in fin. ff. de cond. & demonstrat.*

78 *Testamenti jura* per se firma esse debent, non ex alieno pendere arbitrio.

79 *Firma* dicuntur quæ ipsa per se sunt, non ex alieno arbitrio, aut ab alio dependent.

80 Dixi, *l.* 1. §. *qui testamenta.*

81 Conditio non expectatur, cujus eventus nil proficit. *Bart.*

82 Non idem est in legato. *l. ult. C. de legatis.*

83 §. 9. *Inst. eod. l.* 77. *ff. de reg. jur.* Cur ita? ne quis pro parte testatus mori videatur *l.* 7. *ff. de reg. jur.*

84 Cur ita? durum est, ut qui heres semel factus est, nomen heredis exuat. *l.* 88. *in fin. ff. eod.*

85 *Subaudi*, nisi à milite. vide *l.* 8. *C. de testam. milit.* vide quæ scripsi ad *l.* 9. *C. de his, à quibus instit.*

86 Nisi ratione libertatis. *l.* 9. §. 18. *ff. eod.*

87 Institutus *donec vixerit*, in perpetuum est heres: vitium temporis tollitur, ut pura maneat institutio, *ut hic.* §. *heres pure. Inst. eod.* nisi probabili aliqua conjectura doceatur rogatus restituere post mortem hereditatem legitimis heredibus ab intestato. Castrens. 2 *cons.* 241. Coru. 1 *Consil.* 60.

88 Ut institutus heres ex Calendis Martiis, statim possit adire: ut ad aliquod tantum tempus heres, perpetuo heres futurus sit.

89 Respondeo, ad eum qui rerum Italicarum heres fuit institutus pertinere. Nam eæquæ aliquo tempore loco destinato (puta Italia) abſunt, perinde habentur, ac si non abesſsent. *Bald.* adde §. 3. *in fin. ff. eodem.*

90 Hoc quod sequitur Ulpiani responsum ad finem §. ita longe petitum est, ut illud interim prætermittere Lectorem satius sit, quam legere.

91 Rerum, id est, in re certa heres institui potest, *ut hic. l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 13. *ff. eod. l. pen. C. eod.* vide Grassum, *lib. sententt.* §. *Institutio. qu.* 22.

92 Inter coheredes scil.

93 *Al.* Libonianо.

94 *l.* 78. *ff. eod.*

95 *l.* 85. *in princ. & §.* 1. *ff. de verb. oblig.* Pro hereditariis portionibus onera hereditaria heredes sustinent, *l.* 1. *C. si certum petatur.* nisi intercedat pignus, vel hypotheca: tunc enim possessor obligatæ rei conveniendus est. vide *l.* 2. *C. de act. heredit.*

96 Vide Mantic. 9 *de conjectur. ultimar. volunt. num.* 8. 9. 10.

97 Falcidia legata resecat.

98 Officium. *Hal.*

99 *l.* 22. *in fin. pr. ff. ad l. Falcid. v. l.* 17. *C. ad l. Falcid.*

100 Falcidia detrahi potest ex institutione facta in rebus certis: habetur enim, qui ita institutus est, pro legatario: ut ex communi opinione refert Mantic. 9 *de conjectur. ultimar. volunt.* 13. *n.* 10. Graſſ. §. *Falcidia. qu.* 5.

1 *l.* 1. *ff. si cui plus quam per leg.*

2 Adde *l.* 13. *C. eod.*

3 Voluntas testatoris totum facit, id est, regit ac gubernat ipsum testamentum: Cumprimis spectandum est, quid testator senserit aut voluerit.

4 Adde *l.* 39. §. 1. *ff. de auro. l.* 17. §. 7. *ff. de act. empt. l.* 32. *ff. de pignorib. l.* 7. *ff. quib. in caus. pignus tacite.*

5 Si in tempore. vide *l.* 44. *ff. de leg.* 3. si ad tempus translata.

6 Si tempore iniquo transtulit. *Cujac.* quid, si legamus, *si tempore quodam transtulit. ut tempore transferre* sit, ad tempus transferre? *Goth.* Adde Cujac. *lib.* 13 *observ.* 34. S. L.

7 *l.* 86. *ff. de leg.* 3.

8 Pœnæ causa servi ex urbe in villam mittebantur. v. quæ scripsi ad *rit. ff. si servus exportandus.*

9 V. *l.* 4. *ff. de instructo.*

10 *Destinatum* à testatore portioni relictæ seu legatæ, ipsi rei legatæ cedit: De destinatione vide plura apud Simonem de Pratis, 4 *de interpr. ultim. voluntatum* 1. *dubit.* 7. *n.* 50.

comparatæ sint, dico, pecuniam, quæ ideirco missa est, ut per eam merces in Italiam adveherentur, [in] Italico patrimonio injungendam: Nam & si dedisset in provincia de pecuniis, quas in Italia exercebat, ituras & redituras, dicendum est, hanc quoque Italici patrimonii esse rationem. §. 5. Igitur efficere dici, ut merces quoque istæ, quæ [11] comparatæ sunt, ut Romam vehementur, sive profectæ sunt eo vivo, sive nondum, & sive scit, sive ignoravit, ad eum heredem pertinere, cui *Italicæ res* sunt adscriptæ.

De parte in codicillis adscribenda, vel non.

XXXVI. IDEM [lib. VIII Disputationum].

SI quis ita scripserit heredem, *ex qua* [12] *parte Codicillis Titium heredem scripsero, heres esto:* etiamsi pars in Codicillis non fuerit adscripta, erit tamen heres, quasi sine parte institutus [13].

De nepote postumo instituto secundum Galli formulam. 1. De substitutione reciproca. 2. De filiis institutis & exheredato.

XXXVII. JULIANUS [lib. XXIX Digestorum].

CUm in testamento ita scribitur, *si* [14] *filius meus me vivo morietur, nepos ex eo post mortem meam natus, heres esto:* duo gradus heredum [15] sunt: nullo enim casu uterque [16] ad hereditatem admittitur [17]. Ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus fuerit, & filius patri heres extiterit, non [18] posse Titium una cum filio heredem esse: quia non in primum, sed in secundum gradum substituitur. §. 1. Hæc verba, *Publius, Marcus, Gaius invicem substituti, heredes mihi sunto*, sic interpretanda sunt, ut *breviter* videretur testator tres instituisse heredes, & invicem eos substituisse [19]: perinde, ac si ita scripsisset, *ille, & ille, & ille instituti heredes, & substituti sunto.* §. 2. Qui tres filios habebat, & ita scripserit, *filii mei heredes sunto, Publius* [20] *filius meus exheres esto*, videri potest, prima parte duos dumtaxat filios heredes instituisse.

Si servus legatus instituatur post mortem legatarii. 1. Si testamento hereditas pure, libertas sub conditione, & codicillis libertas pure servo relinquatur. 2. De alienatione servi instituti. 4. De alienatione aut manumissione servi legatarii. 5. Si emptor servum nondum sibi traditum pro parte heredem scripserit.

XXXVIII. IDEM [lib. XXX Digestorum].

QUi filio impuberi exheredato Pamphilum legat [21], eundem *post* [22] *mortem* filii ex parte heredem instituere eodem modo potest, quo is, qui servum Sempronio legatum [23], eundem *post mortem* Sempronii ex parte heredem instituit. §. 1. Servus testamento heres pure scriptus, liber autem jussus esse *si* [24] *intra Kalendas Decembres decem dedisset*, si Codicillis pure libertatem acceperit, intra Kalendas quidem neque liber, neque heres erit, nisi decem dederit: si intra Kalendas non dederit, liber ex Codicillis erit. §. 2. Si quis servum suum liberum sub [25] conditione, heredem pure scripsisset, eumque vendidisset [26]: pendente conditione, jussu emptoris servus adire hereditatem potest: quia & constitit instituris, & est qui jus imperandi habet. §. 3. Quod si post defectam conditionem alienatus fuisset: non potest jussu emptoris hereditatem adire: quia eo tempore ad eum pervenisset, quo jam extincta institutio inutilis fuerat. §. 4. Igitur cum servus sub conditione liber esse jubetur, & legatum pure accepit, si pendente conditione manumissus vel alienatus fuerat [27], legatum habebit, aut domino adquiret: quamvis mortis tempore conditio libertatis extincta fuerit: Si vero post defectum conditionis manumissus aut alienatus fuerit, legatum ad irritum recidit. §. 5. Cum venditor servum ante traditionem ab emptore pro parte heredem scriptum adire jubet, restituere coheredi servi necesse habet: quia lucrum [28] facere ejus servi jure, quem [29] vendidit, non debet. Planè, non totum quod adquisierit, restituet, sed pro ea duntaxat parte, qua servus coheredem habuerit:

XXXIX. MARCIANUS lib. II Regularum.

ID est partem dimidiam servi, & quartam hereditatis. Lib. XXX Digestorum Juliani Marcellus notat: immo [&] id debet præstari, quod consequi venditor non potuisset, si prius quam adiret servus partem hereditatis, is traditus esset. Quod est verum.

Si liber opinatus instituatur, & alius ei substituatur.

XL. JULIANUS lib. XXX Digestorum.

SI paterfamilias Titium, quem ingenuum [30] esse credebat, heredem [31] scripserit, eique, si heres non esset, Sempronium [32] substituerit; dein Titius, quia servus fuerat, jussu [33] domini adierit hereditatem: potest dici, Sempronium in partem [34] hereditatis admitti: Nam qui scit aliquem servum esse, & eum heredem scribit, & ita substituit, *si* [35] *Stichus heres non erit, Sempronius heres esto*, intellegitur tale quod [36] dicere, si Stichus neque ipse heres erit, neque alium fecerit: At qui eum, quem liberum putat esse, heredem scripserit, hoc sermone, *si heres non erit*, nihil aliud intellegitur significare, quam si hereditatem [37] vel sibi adquisierit [38], vel mutata conditione alium heredem non fecerit: quæ adjectio ad eos pertinet, qui patresfam. heredes scripti, postea in servitutem deducti fuerint: Igitur in hoc casu semisses fient, ita ut alter semis [39] inter eum, qui dominus instituti heredis fuerit, & substitutum, æquis portionibus dividatur.

XLI. POMPONIUS [lib. XII ex Variis lectionibus].

ET hoc Tiberius [40] Cæsar constituit [41] in persona Parthenii [42], qui tanquam ingenuus heres scriptus, adierat hereditatem, cum esset [43] Cæsaris servus: nam divisa hereditas est inter Tiberium [44], & eum qui Parthenio substitutus erat, ut refert Sextus Pomponius.

De servis propriis instituris ab eo qui solvendo non est.

XLII. JULIANUS [lib. LXIV Digestorum].

QUi solvendo non erat, duos [45] Apollonios liberos heredesque esse jusserat: Altero ante [46] apertas tabulas testamenti mortuo, non inelegantur defendi poterit, eum, qui supererit, liberum & solum necessarium heredem fore: Quod si uterque vivit, institutionem nullius [47] esse momenti propter legem Ælianam Sentiam, quæ amplius quam unum necessarium heredem fieri vetat.

XLIII. PAULUS [lib. I ad legem Æliam Sentiam].

INvicem enim eos sibi obstare.

De facto coheredis.

XLIV. ALIENUS [lib. V Digestorum].

PAterfamilias testamento duos heredes instituerat: eos *monumentum* [48] *facere* jusserat *in diebus certis:* deinde ita scripserat, *qui* [49] *eorum non ita fecerit, omnes exheredes sunto:* alter heres hereditatem prætermiserat; reliquus heres *consulebat*, cum ipse monumentum instruxisset [50], numquid minus heres esset ob eam rem, quod coheres ejus hereditatem non adiisset? Respondit, neminem ex alterius facto hereditati neque alligari neque exheredari posse: sed uti quisque conditionem implesset, quamvis nemo adisset præterea, tamen eum heredem esse [51].

De conditione possibili & impossibili.

XLV. IDEM [lib. II Digestorum à Paulo epitomatorum].

SI [52] *Mævia mater mea & Fulvia filia mea vivent, tum mihi Lucius Titius heres esto.* Servius respondit, si testatot filiam nunquam habuerit, mater autem supervixisset, tamen Titium heredem fore: quia id, quod impossibile [53] in testamento scriptum esset, nullam vim haberet.

De fideicommisso, de mandato.

XLVI. AFRICANUS [lib. II [54] Quæstionum].

QUidam, cum filiumfamilias heredem instituere vellet [55], ne ad patrem ejus ex [ea] hereditate quicquam perveniret, voluntatem suam exposuit filio: filius, cum patris offensam [56] vereretur, petit à testatore, ne sub conditione, *si* [57] *à patre emancipatus esset*, heredem eum institueret; & impetravit [58] ab eo, ut amicum suum heredem institueret: atque ita testamento amicus filii, ignotus [59] testatori, heres institutus est, nec quicquam ab eo petitum est: Quærebatur, si ille amicus aut adire nollet, aut aditam nollet restituere hereditatem, an fideicommissum ab eo peti possit, aut aliqua actio adversus eum esset: & utrum patri an filio competeret? Respondit, etiamsi manifestum sit scriptum heredem fidem suam interposuisse, non tamen aliter ab eo fideicommissum peti posse, quam si & ipsum testatorem fidem ejus secutum esse probaretur: si tamen, cum a filiofamilias rogaretur amicus, & aditurum se hereditatem recepisset, & restituturum patrifamilias facto, non absurde dici possit mandati actionem futuram, & eam actionem patri inutilem [60] fore: quia *non sit ex bona fide, id ei restitui, quod testator ad eum pervenire noluerit:* sed nec filio vulgarem [61] competituram, verum utilem [62], ficuti dare placeret ei, qui, cum filiusfamilias esset, pro aliquo fidejussisset, ac paterfamilias factus solvisset.

De verbo, imo. *1. De institutione filiæ, & posthumi, & posthumæ. 2. Si primo uncia reliquis partes dentur.*

XLVII. IDEM [lib. IV [63] Quæstionum].

SI ita scriptum fuerit, *Titius, imo* [64] *Seius, heres esto:* Seium solum heredem fore, respondit. Sed & si ita, *Titius heres esto, imo Seius heres esto*, idem erit dicendum. §. 1. Quidam testamento ita heredes instituit: *Titia filia mea heres esto: si quid mihi liberorum me vivo* [65] *mortuove nascietur, tunc qui virilis sexus unus* [66] *pluresve nascientur, ex parte* [67] *dimidia, & quarta; qui fœminini sexus una pluresve natæ erunt, ex parte quarta mihi heres sit:* posthumus ei natus est: Consulebatur, quota ex parte posthumus heres esset et? Respondit, eam hereditatem in septem partes distribuendam: ex his filiam quatuor, posthumum tres, habituros: quia filiæ totus as, posthumo dodrans datus est: ut quarta portione amplius filia, quam posthumus, ferre debeat. Ideo si posthuma quoque nata esset, tantundem sola filia, quantum uterque posthumorum habituri essent: Itaque in proposito cum as filiæ, dodrans posthumo sit datus, viginti unam partes fieri: ut filia duodecim, novem filius habeat.

§. 2. In testamento ita scriptum est: *Lucius Titius ex duabus* [68] *uncis, Gaius Attius ex parte una, Mævius ex parte una, Seius ex partibus duabus, heredes mihi sunto:* Consulebatur, quid juris esset? Respondit, hanc scripturam, illam interpretationem accipere posse: ut Lucius Titius duas uncias habeat, cæteri autem quasi [69] sine [70] partibus instituti, ex reliquo dextante heredes sint: quem dextantem ita dividi oportet, ut Seius quincuncem, Attius & Mævius alterum quincuncem habeant.

De institutione, hereditatis dominus esto. *1. De herede instituto cum maledicto. 2. De instituto a domina, cum qua adulterium commisisse dicitur. 3. De falsa demonstratione heredis.*

XLVIII. MARCIANUS [lib. IV Institutionum].

HIs verbis [71], *Titius hereditatis meæ dominus* [72] *esto*, recte institutio fit. §. 1. Illa institutio valet [73], *filius meus impiissimus* [74] *male de me meritus, heres esto:* pure enim heres instituitur cum maledicto, & omnes hujusmodi institutiones receptæ sunt.

§. 2. Interdum [75] nec cum libertate utiliter servus à domina heres instituitur: ut constitutione divorum Severi & Antonini significatur: cujus verba hæc sunt: *Servum adulterii accusatum* [76], *non jure testamento manumissum ante sententiam ab ea muliere videri, quæ rea fuerit ejusdem criminis postulata, rationis est: Quare sequitur, ut in eundem à domina collata institutio nihil momenti habeat.* §. 3. Si in patre,

11 *l.* 27. §. 1. ff. *de mdtnelo.*
12 *l.* 2. *in fin.* ff. *eod.*
13 Ut quæ valere possint sine declaratione, non vitiantur non facta declaratione.
14 Institutioni quando & quamdiu locus est, substitutus adire hereditatem non potest.
15 Unus, instituti: alter, substituti.
16 Filius & nepos simul.
17 Nec enim gradus subalterni primo gradui conjungendi.
18 Adde *l.* 3. ff. *de adquir. heredit.*
19 Atque ita valet substitutio sine institutione expressa: adde *l.* 4. *in fin.* ff. *de vulgari.* adde *l.* 10. ff. *de mortis causa donationib.* adde *l un.* §. 7. *C. de caducis.* & eadem verborum oratione institutio substitutione reciproca fiet.
20 Hæc postrema pars testamenti priorem declarat, & restringit.
21 Adde *l.* 5. §. 3. *C. de necessariis servis hered. instit.*
22 Servus legatus post mortem legatarii, institui ex parte heres cum libertate & substitui filio potest, eritque necessarius. *l.* 19. ff. *de vulgari.*
23 Instituere eum servum heredem possumus, quem alteri legavimus.
24 Aditio hereditatis pure relictæ, per conditionem impositam libertati differtur. *Bald.*
25 *l.* 3. §. 1. ff. *eod.*
26 *l* 7. ff. *eod.*
27 *Al.* fuerit.
28 Venditæ rei lucrum & commodum sperare venditor non debet. *Bald.*
29 *l. Julian.* 13. §. 1. ff. *de act. empt. l.* 1. *C. de periculo.*
30 §. *ult. Inst. de vulgari.* Goth. Vide in hanc l. Alciat. *lib.* 1 *disp. c.* 2. Vacon. *lib.* 6 *declarat.* 85. Cujac. *lib.* 17 *obs.* 21. S. L.
31 *Subaudi*, in universum.
32 Sempronium coheredem substituerit. Alciat. 1 *disp.* 2. Goveanus, *observ.* 6. Duarenus, Balduinus, Wesemb. Minsing. Cantiuncula, Cancellorius Politus. *Instit. de vulgari.* hoc sensu: inter Titium & Sempronium ejus coheredem in semissem & æquas partes dividi: deinde propter patrisfamilias errorem, rursus semissem Titii eum Sempronio dividendum. Verum hæc lectio displicet Viglio, *Instit. de vulgari.* Conano, 12 *comment.* 7. Baroni.
33 Hereditatem adire jussu domini servus potest.
34 Dimidiam, ut ff. *eod.* æqualem. Theoph. *Instit. de vulgari.*
35 *l.* 7. ff. *de adquir. hered.* §. *ult. Inst. de vulgari.* 36 Quid. 37 *Al.* hero. *al.* quam si sibi.
38 *Al.* non adquisierit. 39 Ita ut as. Cujac. *hic. & Instit. de vulgari. al.* ut uterque. *al.* alteruter. 40 *d.* §. *ult. Inst. de vulgari. al.* Titus & Vespasianus. Suetonius, Dion, Martial. *al.* D. Pius, *Theoph.* quod de Antonino Pio interpretatur Conanus 10. *cap.* 7. 41 Jus sibi dicere potest, qui superiorem non cognoscit. vide quæ scripsi ad *tit. ne quis in sua causa.* 42 Vide quæ scripsi ad §. *ult. Inst. de vulgari.* 43 Cæsarem judicem esse posse in causa propria Baldus hinc colligit. adde *l.* 3. ff. *tit. prox.* 44 *Al* Titum & Vespasianum. 45 Et male. nam lex Sentia amplius quam unum necessarium heredem fieri vetat. ff. *eod. l.* 43. *l.* 57. ff. *eod.* §. 1. *Inst. quibus ex causis manumiss.* quod refer ad legem Juliam & Papiam. 46 Antequam heres extiterit. Hinc colligo, Regulam Catonianam non pertinere ad legem Juliam & Papiam, *l. ult.* ff. *de regula Catoniana.* Cujac. *hic.* adde quæ scripsi ad Ulp. 24. §. 31.

47 Imo alicujus est momenti: nam primo loco scriptus, liber & heres fit ex lege Ælia Sentia, ut scribit Ulpianus in *fragment. tit.* 1. §. 14. *in fin.*
48 Adde *l. pen.* ff. *de conditionib. & demonstrat. l.* 13. ff. *de manumiss. testam.*
49 Institui etiam extranei plerumque exheredabantur, nisi voluntati testatoris parerent. Cujus rei exempla extant in *l. uxorem.* 41. §. *ejus heres.* 8. ff. *de legat.* 3. *l. Seius.* 27.] *ad l. Falcid. l.* 5. *si certarum* 17. §. *si cui.* 2. ff. *de testam. milit.* Imo exheredati, & qui non instituti, Lucilius Satyar. lib. XII apud Nonium, *c. 4. de communi. Exheredare. Sed ex hereditate patris, & damnati alii omnes.* vide & Theophilum, & *l.* 53. ff. *de inoffic testam.* to Gregorii Nazianzeni, ἐὰ μὴ κοινὸς παῖς, ἢ ἀναγκαῖος μὴ ἐκκληρώσῃ, & in testamento S. Remigii. *Cæteri omnes exheredes esto, sunto etc.* Quam fuisse vulgarem testamentorum in Gallia clausulam, formula edita à Marculpho indicat, in qua est, *Reliqui vero heredes, exheredes sunto.* Alioquin exheredationem in extraneo ineptam esse oltendit *Aquidam cum filium.* 132. ff. *de verb. oblig.*
50 *Al.* construxisset.
51 *l.* 6. *C. de conditionibus injustis.*
52 Conditio eadem est in *l.* 6. §. 2. ff. *de conditionibus & demonstrationibus.* Goth. Ad hanc leg. vide Coltal. *lib.* 1 *select. cap.* 11. Sarmient. *lib.* 2 *select. cap.* 2. S. L.
53 *l.* 6. *in fin.* ff. *de conditionib. & demonstrationibus.* Cur hæc conditio impossibilis dicatur? Non, quia proprie falsa est, sed negatoria. Negatoria institutionem non vitiant. Quæ sunt impossibilia, ea non proprie falsa sunt. Cur impossibilis est? quia in rerum natura nunquam fuit. Testator ita scripsit, *si filia mea vivet, Titius heres esto:* Filiam nunquam habuisse testator hic proponitur: hæc igitur conditio, quia nunquam in natura fuit, impossibilis fuit, & quia impossibilis natura, non vitiat institutionem heredis: falsa aliqui conditio vitiat. *l.* 16. *in fin.* ff. *de inspic.*
54 Vide Cujac. 2 *ad African.*
55 Id est, proposium in mente haberet.

56 Nam filiorum institutiones sub conditione emancipationis factæ, plerumque filios invidiosos, & patribus offensos reddunt. 57 Sub ea conditione Curtius Perolus instituit apud Plinium 8 *epist.* adde Suetonium *in Vitellio. cap.* 6. *Novell.* 159. *cap.* 1. 58 Adde *l.* 31. §. 7. ff. *de donat. inter vir.* 59 Potest enim ignotus testatori institui. *l.* 11. *C. eod.* 60 Imo utilem. *l.* 40. ff. *de fidejuss. fervor.* Goth. Ibi in contractu, ubi tempus contractus inspicitur: secus in hereditate. S. L.
61 Id est, directam. *l.* 42. ff. *de furtis.* 62 Quæ *in factum* dicitur. *l.* 12. §. 6. ff. *rem dulti.*
63 Vide Cujac. 4 *ad Africam.* 64 *l.* 21. ff. *de manumiss. testam.* 65 Eo genere posthumus commodius instituitur. *l.* 10. ff. *de lib.* 66 Sic in Satyra Varronis, quæ inscribitur *Testamentum: Si quis mihi filius, unus, pluresve.* Nam qui unius tantum mentionem facit, in periculum rumpendi deducit testamentum pluribus natis. 67 Adde *l.* 13. ff. *de liberis.*
68 Adde *l.* 78. §. 2. *eod.* 69 Institutus sine parte, id consequitur, quod assi deest.
70 *l.* 36. ff. *eod.* 71 *l.* 15. *C. de testamentis.* Goth. Vide ad hanc leg. Eman. Cost. *lib.* 1 *select. cap.* 3. Vacon. *lib.* 4. *declarat.* 124. Forner. *select. lib.* 1. *cap.* 19. S. L. 72 Id est, heres. *Heres* etiam pro domino ita sumitur. §. *ultim. ubi Theoph. Institut. de heredum qualitate.* 73 Imo non valet, quia institutio, ut & legatum, & donatio, fit meritis antecedentibus, *l.* 9. ff. *de jurejurando.* vide *l.* 9. §. 8. ff. *eod.* 74 *l.* 9. §. 8. ff. *eod.* adde *l.* 3. ff. *de liberis.* vide Valer. 5. *cap.* 9. Maledicto instituti, non vitiar institutionem. 75 *l.* 76. §. 4. ff. *de leg.* 2. *Inst. eod. in princ. vers. est tamen casus.* 76 Maculatum. *Inst. de hereditum instit. in fin. princ.* ἔλεγον τὴν μοιχείαν. *Theoph. ibid.* ubi scripsi.

patre [**], vel patria, vel alia simili adsumptione falsum scriptum est: dum de eo, qui demonstratus sit, constet, institutio valet.

Si servus alienus cum libertate institutus testatore efficiatur. 1. Quibus temporibus testamenti factio requiritur.

XLIX. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

SI alienum servum liberum & heredem esse jussi, & is postea meus effectus est, neutrum [78] valet: quia libertas alieno servo inutiliter data est. §. 1. In extraneis heredibus illa observantur, ut sit cum eis [79] testamenti factio; sive ipsi heredes instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt: Et id duobus [80] temporibus inspicitur: testamenti facti, ut constiterit institutio: & mortis testatoris, ut effectum habeat: hoc amplius, & cum adibit hereditatem, esse debet cum eo testamenti factio, sive pure, sive sub conditione heres institutus sit: Nam jus [81] heredis eo vel maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem: medio [82] autem tempore inter factum testamentum & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris [83] heredi non nocet: quia (ut dixi) tria tempora [84] inspicimus.

De servo proprio instituto, deinde alienato. 1. De conditione impossibili. 2. De divisione hereditatis.

L. ULPIANUS lib. VI Regularum.

SErvum meum heredem instituturn cum libertate, si vivus vendidero ei, cum quo testamenti factio non est, posteaque cum redemero [85]: ex testamento mihi heres esse poterit, nec medium [86] tempus, quo apud eum fuit, vitiavit institutionem: quia verum est, utroque tempore, tam testamenti faciendi, quam mortis [tempore], meum fuisse. Unde, si apud eum remanserit, vitiatur institutio: vel, si cum eo testamenti factio est, jussu ejus adeundo adquiret ei hereditatem. §. 1. Si in non faciendo *impossibilis* [87] *conditio* institutionem heredis sit expressa, secundum omnium sententiam heres erit, perinde ac si pure institutus esset.

§. 2. *Heredes* plerumque [88] *dividitur* in duodecim uncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem, [puta] hæc: *sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx*, [*as*].

De institutione servi proprii, si liber erit, 1. Vel si meus erit cum moriar.

LI. MARCIANUS [lib. III Regularum].

TAlem institutionem quidam valere non putabant, *Stichus liber esto: &, si* [89] *liber erit, heres esto.* Sed D. Marcus rescripsit [90], hanc institutionem valere: perinde [91] atque si non erat adjectum, *si liber erit.* §. 1. Si quis ita scripserit, *Stichus, si meus erit cum moriar, liber & heres esto:* alienatus non [92] poterit jussu emptoris adire hereditatem: quamvis, etsi non erat hoc expressum, non alias liber & heres fieri poterat, quam si mansisset ejus. † Sed si vivus eum manumiserit, Celsus lib. XV Digestorum scribit, fieri hunc heredem: non enim hunc casum testatorem voluisse excludere palam est: neque verba omnino repugnant: nam quamvis servus ejus non est, at certe libertus est.

De servo hereditario.

LII. PAULUS [lib. II Regularum].

SErvus hereditarius [93] heres institui potest: si modo testamenti factio fuit cum [94] defuncto: licet cum herede instituto non sit.

Si quibusdam institutis, & invicem substitutis, ac ceteris exheredatis, deinde legata & libertates dentur, pestea alii heredes instituantur, & invicem substituantur.

LIII. MARCELLUS [lib. singul. Responsorum].

LUcius Titius, Seio & Sempronio ex semissibus heredibus institutis, & cæteris [95] exheredatis, invicem heredem substituit: deinde legata & libertates dedit: postea ita subjecit, *Cornelius, & Saluſtius & Varo æquis partibus heredes sunto, quos invicem sul stituo:* Quæro, quantum vel priores duo [96] ex semissibus instituti vel posteriores [97] habere debeant? Marcellus respondit, in obscuro esse, Cornelium & Saluſtium & Varonem primo, an secundo vel tertio gradu heredes instituere voluerit: sed secundum scripturam testamenti, quæ poneretur [98], alterum [99] assem datum eis videri.

Si servus proprius pupillariter substitutus alienetur à pupillo, & instituatur heres ab emptore.

LIV. NERATIUS [lib. I Membranarum].

PAter filio impuberi servum heredem substituit, liberumque esse jussit: eum pupillus vendidit [100] Titio: Titius eum, jam primo testamento facto, in secundo testamento liberum heredemque esse jussit [1]: Superius testamentum Titii ruptum est: quia is servus & heres potest esse: & ut superius [2] testamentum rumpatur, sufficit, ita posterius factum esse, ut aliquo casu potuerit ex eo heres existere: Quod ad vim autem ejus institutionis pertinet, ita se res habet [3], ut, quamdiu pupillo ex ea substitutione heres potest esse, ex Titii testamento liberum hereditatemque consequi non possit: si pupillus in suam [4] tutelam pervenerit, perinde ex Titii testamento liber heresque sit, ac si pupillo substitutus non fuisset: si pupillo heres exstitit, propius est, ut Titio quoque, si velit, heres esse possit.

De testatore qui non est solvendo.

LV. PAULUS [lib I ad legem Æliam Sentiam].

SI is *qui solvendo non* [5] *est*, primo loco Stichum, secundo eum, cui ex fideicommissi causa libertatem debet, liberum & heredem instituerit: Neratius secundo [6] loco heredem scriptum fore ait: quia non [7] videtur creditorum fraudandorum causa manumissus [8].

De institutione, si intra annum illum decessero.

LVI. IDEM [lib. singulari de secundis tabulis].

POrest [9] quis ita heredem instituere: *si intra annum septuagesimum decessero, ille mihi heres esto:* non enim pro parte testatus intelligi debet, sed sub conditione instituisse.

De testatore qui non est solvendo.

LVII. IDEM [lib. LVIII ad Edictum].

SI is *qui solvendo non est*, servum cum libertate heredem instituerit, & liberum substituerit: ante incipiendum erit à substituto: Lex enim Ælia [10] Sentia ita demum ei, qui in fraudem creditorum heres institutus est, conservat libertatem, si nemo alius ex eo testamento heres esse potest.

De pronomine hic. 1. De herede sub appellatione fratris instituto.

LVIII. IDEM lib. IV ad Vitellium.

NEmo dubitat, recte ita [11] heredem nuncupari posse, *hic* [12] *mihi heres esto:* cum sit coram qui ostenditur. §. 1. Qui *frater* [13] non est, si fraterna [14] caritate diligitur, recte [15] cum nomine suo sub appellatione *fratris* heres instituitur.

De libero homine bona fide serviente. 1. De socio instituto ex qua parte socius est. 2. De conjunctis. 3. De jure accrescendi. 4. Quo tempore spectatus testamenti factio. 5. De instituto ex parte pure, & ex parte sub conditione. 7. Si coheres coheredi successerit.

LIX. CELSUS lib. XVI Digestorum.

LIber [16] homo, cum tibi serviret, heres institutus, jussu tuo adiit. Trebatius, esse eum heredem: Labeo, tunc non esse heredem, si necessitate id fecerit, non quod alioquin vellet obligari. §. 1. Si quis ita heredem instituerit, *Titius qua ex parte mihi socius est in vectigali salinarum, pro ea parte mihi heres esto:* Quidam putant, si asse descripto id dictum sit, ut maxime socius fuerit Titius, non esse heredem: sed si qua pars vacua relicta fuerit, ex ea heredem esse: Quod totum & ineptum & vitiosum est: quid enim vetat, asse descripto utiliter Titium, ex parte forte quarta, ex qua socius erat, heredem institutum esse? §. 2. *Titius heres esto* [17]: *Seius & Mævius heredes sunto:* Verum est, quod Proculo placet, duos semisses esse, quorum alter conjunctim duobus datur. §. 3. Cum quis ex institutis, qui [18] [non [19]] cum aliquo conjunctim institutus sit, heres non est: pars ejus omnibus pro portionibus hereditariis adcrescit: neque refert, primo loco quis institutus, an alicui substitutus heres sit. §. 4. Si heres institutus scribendi testamenti tempore civis Romanus fuit, deinde [20] ei aqua & igni interdictum est: heres fit, si intra illud tempus quo testator decesserit, redierit [21]; aut, si sub conditione heres institutus est, quo tempore conditio exstitit. † Idem & in legatis, & in bonorum possessionibus. §. 5. *Titius ex semisse heres esto: Seius ex quadrante heres esto: Titius, si in Capitolium ascenderit, ex alio quadrante heres esto:* Antequam Capitolium ascendat, si pro herede gerat, [ex semisse heres erit]: si Capitolium ascenderit, & ex quadrante heres erit: nec erit ei necesse [22] pro herede gerere, quippe jam heredi. §. 6. Si ita scriptum fuerit, *Titius ex parte tertia, Mævius ex parte tertia heredes sunto: Titius, si intra tertias Kalendas navus ex Asia venerit, ex reliqua parte heres esto:* Videamus, ne Titius statim ex semisse heres sit: nam duo heredes instituti sunt: Sed Titius aut ex semisse, aut ex besse: ita sextans utique erit in pendenti: & si conditio exstiterit, ex besse heres erit: si non exstiterit, ille sextans Mævio adcrescet: Sed si decesserit Titius, antequam conditio exsistat, deinde conditio exstiterit, tamen ille sextans non Titii heredi, sed Mævio adcrescet: nam, cum adhuc dubium esset, Titio an Mævio is sextans datus esset, Titius decessit: nec [23] potest intelligi datus ei, qui tempore dandi in rerum natura [24] non fuit. §. 7. Si Attius Titium, & Mævium & Seium æquis partibus heredes instituit, Titius interim solus adiit hereditatem, & Seium heredem instituit: poterit Seius Titii adire hereditatem: Attii vel adire [25], vel omittere: Sed Attio antequam adeat vel omittat ejus hereditatem, ex semisse heres erit: Si adierit Seius Attii hereditatem, Titius ex triente duntaxat heres erit: & per hereditatem Titii triens duntaxat ad Seium perveniet: alterum trientem ex sua institutione habebit. † Quid ergo, si ab Attio Titius & Seius heredes instituti sunt, Titius adierit hereditatem, Titio Seius heres exstiterit? Potestne Attii hereditatem omittere? an necessario ei ex asse heres est? quippe cum alius nemo [26] heres institutus est, quam is ipse, [qui] ex aliqua parte jam heres est, perinde est, quasi unus heres per Titium [27] institutus sit.

De testatore qui non est solvendo.

LX. CELSUS lib. XXIX Digestorum.

QUi solvendo non erat, servum primo loco, & alterum servum secundo loco heredes scripsit: Solus is qui primo loco scriptus est, hereditatem capit: nam Lege Ælia [28] Sentia ita cavetur, *ut si duo pluresve ex eadem causa heredes scripti sint, uti* [29] *quisque primus scriptus sit, heres sit.*

De exheredatione.

LXI. MODESTINUS lib. VIII Responsorum.

QUi volebat [30] filiam *exheredare*, sic testamento comprehendit: *te autem filia, ideo exheredavi, quoniam* [31] *contentam* [32] *te esse doti* [33] *volui:* Quæro, an efficaciter exheredata sit? Modestinus respondit, nihil proponi, cur non esset voluntate testatoris exheredata.

De relicto in tempus capiendæ hereditatis. 1. De demonstratione heredis.

LXII. IDEM lib. II Pandectarum.

IN tempus [34] capiendæ hereditatis institui heredem posse, benevolentiæ est: veluti, *Lucius Titius, cum capere potuerit, heres esto.* Idem & in legato. §. 1. Quotiens [35] non apparet, quis heres institutus sit, institutio non valet: quippe evenire potest, si testator complures amicos eodem [36] nomine habeat, & ad designationem nominis singulari nomine utatur: nisi ex aliis apertissimis

---

[*] Facit *l.* 4. *C. comm. de succ.* [**] Imo Ulpian. *l.* 8. *in fine* Theoph. *hic tit.* *l.* 6. *C. de testam.* 2. *de milit.*

[78] Imo, utcumque libertas supervacue data videatur, institutio tamen non infirmatur. Paul. 3 *sent.* 4. §. 20.

[79] §. 4. *Inst. de hered. qualit.* Facit *l.* 31. *ff. eod. l.* 30. *C. eod.*

[80] *d.* § 4.

[81] Capacitas, vel incapacitas.

[82] *d.* § 2. *vers. medio autem tempore.*

[83] Capacitatis vel incapacitatis.

[84] Momenta rium temporum.

[85] *l.* 9. §. *penult. ff. eod.*

[86] *Media tempora* non nocent in his, quæ substantiam ex interpellationis tempore capiunt; *ut hic:* secus est in his, quæ continuationem temporis exigunt. *l.* 5. *l.* 23. §. 2. *ff. de usucap.* Bald. *hic.*

[87] *l.* 3 *ff. de cond. & demonstr.*

[88] V. *l.* 13. §. 1. *ff. eod.* §. 5. *Inst. eod.*

[89] *l.* 9. §. 14. *ff. eod. Inst. eod. l.* 21. *l.* 22. *ff. de cond. inst.*

[90] Corrigendo scil.

[91] Dixi ad *l.* 6. *C. de inst.*

[92] Quia non fuit testatoris, quo tempore mortuus est testator.

[93] *l.* 31. §. 1. *ff. eod.*

[94] Ulpian. 22. §. 1. Theoph. §. 2. *Inst. de hered. inst.*

[95] Id est, filiis: alias, in extraneis hæc enunciatio inepta videri posset. v. tamen quæ scripsi ad *l.* 44. *ff.*

[96] Seius & Sempronius.

[97] Cornelius, Saluſtius, Varo.

[98] Al. *proponeretur.*

[99] Qui sine parte heres institutus est, vacantem portionem vel alteram assem occupat *l.* 17. §. 3. *ff. eod.* §. 6. *vers. si vero totus. Inst. eod. l. ult. ff. secund. tab.*

[100] Servus substitutus impuberi, interim potest alienari cum sua causa. *Bald.*

1 Emptor sc.

2 Prius testamentum posteriore rumpitur.

3 Servus substitutus impuberi, & ab eo alienatus, non potest à novo domino heres institui: nisi is impubes in suam tutelam venerit. adde *l.* 2. §. 1. *ff. de statulib. l. ult. ff. de vulgari.*

4 Id est, cum pubes factus fuerit. *l.* 50. *ff. de legat.* 3. *l.* 5. §. 1 *ff. ex quib. caus. in poss.*

5 *l.* 42. *ff. eod.*

6 *l.* 24. *in fin. ff. qui & à quib.*

7 Fraudem facere non videtur creditoribus defunctus, qui eum servum manumittit, quem ex fideicommisso manumittere debet.

8 Nec enim à tali debitore volens manumittitur. *l.* 84. *ff. eod.*

9 Imo, non potest: eo enim casu heredi nihil datum videtur. *l.* 1. §. 1. *ff. de reg. Catoniana.*

10 De qua *lex* 42. *ff. eod.*

11 Adde Ulpian. 20. §. 1.

12 Heredis nomen nuncupari non est necesse: sufficit eum institutum demonstrare. *l.* 9. §. 8. *ff. eod.*

13 *Fratrem* appellare possumus, quem heredem nominamus. vide *l.* 4. *ff. de confirm. tutor.* adde *l.* 48. *in fin. ff. hoc tit.*

14 Adde *l.* 8. *C. de oblig.*

15 Neque vitiatur institutio, quasi incerta aut perperam persona instituta. vid. quæ scripsi ad *l.* 24. *ff. de testam. militis:* Error in nomine heredis, cum de persona constat, non vitiat heredis institutionem: sunt enim vocabula reperta hominis gratia: quæ si alio modo intelligantur, nihil intereſt. *l. si in nomine. 4. C. de test. §. si quidem in nomin. Inst. de legat.* Ita falsa *patria* vel *patriæ* denominatio non vitiat institutionem. *l. hic verbis. 48. in fin. ff. eod.* Ita *fratris* vocabulo, amicum recte instituimus, *ut hic.* ut & uxorem, *adfinis* vocabulo. *l. non ideo. 5. C. de hered. inst.* vid. plura apud Manticam, 4 *de conjectur. 5.*

16 *l.* 54. *ff. de adq. rerum. l.* 21. *C. de jure deliber.*

17 Vid. *l.* 11. *ff. eod.*

18 Portio disjuncti ab omnibus, omnibus accrescit pro hereditaria parte. *Bald.*

19 Ita legendum putat Duaren. 2 *de jure accrescendi.* 11.

20 Inter testamentum factum, & mortem testatoris.

21 *l.* 104. *ff. de condit. & demonstr.*

22 Jus expressum trahit ad se tacitum. *Bald.*

23 Dubius eventus in ultimis voluntatibus non transmittitur. *Bald.*

24 Dari nihil intelligitur ei, qui in rerum natura non est.

25 Quoties quis sibi plures institutiones diversorum adserit, potest unam agnoscere, aliam repudiare. *Bald.*

26 Heres pro parte coheredem non habens, in solidum est heres. *Bald.*

27 Per Attium. *Cujac.*

28 *l.* 83. §. 1. *ff. eod. l.* 42. *ff. eod.*

29 *l.* 24. §. 17. *ff. de fideicommiss. liber.* Ordo verborum desiguat ordinem intellectus. *Bald.*

30 *l.* 2. *l.* 17. *ff. de liberis. l.* 3. *C. de liberis.* 31 Exheredatio his verbis non inducitur: ut nec tollitur ad supplementum actio. *l.* 29. *C. de inoffic.* 32 Exheredatiombus interdum causa non turpis adjiciebatur, *ut hic. & l. emptor.* 65. §. *ult. ff. de rei vindicat.* Et ita Leontius Philosophus, cum Eudoxiæ filiæ (quæ postea Theodosio nupsit, ex siderum positione & effectu prosperam fortunam portendi præviderat, modicum ideo quid ei reliquit, quod fortuna sua contenta esse ea deberet. Zonar. *tom.* 3. 33 *Al.* dote. 34 Non capax potest institui, cum capere poterit. *Bald.* Porro tempus capiendæ hereditatis & capacitatis hic refer ad orbum. de quo dixi ad *Ulp.* 14. 35 Paul. 3 *sent.* 4. §. 16. *l.* 73. §. 3. *ff. de reg. jur.* vide quæ notavi ad *l.* 20. *ff. de testam. tut.* vide Anton. Fabrum 2 *Conjectur.* 9. 36 Institutis pluribus ejusdem nominis, is demum videbitur institutus, qui probaverit se à testatore designatum: sin minus, ob institutionis incertum, institutio non valet. Quid, si testator Titium heredem instituit, & sit aliquis Titius testatori speciali aliqua amicitia conjunctus, aut genere proximus? hæ circumstantiæ nominis obscuritatem declarant. Romanus in *l. heredes palam.* 21 *ff. de testament. l. duo sunt Titii.* 30. *ff. de testament. tutel.* Jason, *l.* 1. §. *hoc autem. ff. ad Trebell.* Ita putant, Titio filiam & neprem habente, & *filiam* instituente (etsi superstes neprem appellaverit semper nomine filiæ) filiam tamen institutam videri, non neptem, *l. cum acutissimi.* 30. *C. de fideicommiss.* Cynus, Albericus, Raven. Jason, in *l. si pater.* 4. *C. de heredibus instit.* Eadem ratione *filios* institutis, solos filios non filias institutas videri, si filiæ statuto excludantur masculis extantibus, Anchar. Bald. in *l.* 3. §. *fratres.* 35. *ff. de pact.* Alex *in l. Gaius Inc.* 29. §. *quidam recte. ff. de liberis.* Huc referendum, *pauperibus* indultinête institutis pauperes ejus Ecclesiæ institutos intelligi, in qua testator domicilium suamque habitationem habuerit. *l. si quis ad declinandam.* 49. §. *ubi.* 3. *C. de episcopis. l. hac conditio.* 10. *in fin. ff. de condit. & demonstr.*

mis 37 probationibus fuerit revelatum, pro qua persona testator senserit.

De conjunctis, & disjunctis, & jure accrescendi.

LXXII. JAVOLENUS lib. I ex Cassio.

HFredes sine partibus utrum 38 conjunctim an separatim scribantur, hoc interest, quod, si quis ex conjunctis decesit, hoc non ad omnes, sed ad reliquos qui conjuncti erant, pertinet: sin autem ex separatis, ad omnes qui testamento eodem scripti sunt heredes, portio ejus pertinet.

De servo posthumi.

LXIV. IDEM [lib. VII Epistolarum].

EJus servum, qui post 39 mortem meam natus erit, heredem instituì posse, Labeo frequenter scribit. Idque verum esse manifesto argumento comprobat, quia servus hereditarius 40, prius quam adeatur hereditas, instituì heres potest: quamvis is testamenti facti tempore nullius 41 sit.

De legato. De commendatione liberti.

LXV. IDEM lib. XII Epistolarum.

HEreditas ad Statium Primum nullo jure pertinet, cum institutus heres non sit. Nec quicquam ei prodest 42, quod 43 ab eo aliquid legatum est, aut libertus ei defuncti testamento commendatus 44 est, ex quo, si manumissus non est, servus est.

De jure accrescendi.

LXVI. POMPONIUS lib. I ad Quintum Mucium.

SI ita quis heredes instituerit: *Titius* 45 *heres esto: Gaius* 46 *& Mævius* 47 *equis ex partibus heredes sunto:* quamvis & syllaba conjunctionem 48 faciat; si quis tamen ex his 49 decedat 50, non alteri soli 51 pars adcrescit, sed [&] omnibus coheredibus 52 pro hereditariis portionibus, quia non tam conjunxisse 53, quam celerius dixisse videatur 54.

De institutione, & conditionali, & pura.

LXVII. IDEM lib. II ad Quintum Mucium.

SI ita scriptum fuerit, *Tithasius* 55 *si in Capitolium ascenderit, heres esto: Tithasius heres esto:* secunda scriptura potior erit: plenior 56 est enim quam prior.

De institutione collata in voluntatem alterius. De his quæ tacita valent, expressa non valent.

LXVIII. IDEM lib. VII ad Quintum Mucium.

SI quis Sempronium heredem instituerit sub hac 57 conditione, *si Titius in Capitolium ascenderit:* quamvis non alias heres esse possit Sempronius, nisi Titius ascendisset in Capitolium, & hoc ipsum in potestate sit repositum Titii; quia tamen scriptura non est expressa voluntas Titii, erit utilis ea institutio. Atquin si quis ita scripserit, *si Titius voluerit, Sempronius heres esto:* non valet institutio 58. * Quædam enim in testamentis si exprimantur 59, effectum nullum habent: quando, si verbis tegantur, eandem significationem habeant, quam haberent expressa: [&] momentum aliquod habebunt. Sic enim filii exheredatio cum eo valet, *si quis heres existat:* & tamen nemo dubitat, quin si ita 60 aliquis filium exheredaverit, *Titius heres esto*, * & * *cum heres erit Titius, filius exheres esto*, nullius momenti esse exheredationem.

De institutione duorum heredum, uter eorum volet.

LXIX. PROCULUS [lib. II Epistularum.]

COrnelius, *& Mævius, uter eorum volet, heres esto*; uterque vult: Trebatius, neutrum fore heredem; Cartilius; utrumque; Tu cui adsentiaris? Proculus: Cartilio adsentior, & illam adjectionem, *uter eorum volet*, supervacuam puto 61: id enim, etiam ea non adjecta, futurum fuit, ut, uter vellet, heres esset uter nollet, heres non esset: quod si hi ex numero necessariorum 62 heredum essent, tum id non frustra adjectum esse 63: & non solum figuram, sed vim quoque conditionis continere: dicerem tamen, si uterque heres esse vellet, utrumque heredem esse.

De captatoria institutione.

LXX. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

CAptatorias 64 *institutiones* non eas Senatus improbavit, quæ mutuis 65 affectionibus judicia provocaverunt: sed quarum conditio confertur ad secretum 66 alienæ 67 voluntatis 68.

LXXI. PAULUS [lib. V ad leg. Juliam & Papiam].

ILlæ autem institutiones captatoriæ non sunt: veluti si ita heredem quis instituat, *qua* 69 *ex parte Titius me heredem instituit, ex ea parte Mævius heres esto:* quia in præteritum 70, non in futurum institutio collata est. §. 1. Sed illud quæri potest, an idem servandum sit, quod Senatus censuit, etiam si in aliam personam captionem 71 direxerit? Veluti si ita scripserit: *Titius si Mævium* 72 *tabulis testamenti sui heredem à se scriptum ostenderit, probaverit que, heres esto.* Quod in sententiam SC. incidere non est dubium 73.

De testatore, qui non est solvendo.

LXXII. TERENTIUS CLEMENS [lib. IV ad legem Juliam & Papiam].

SI quis solidum 74 à Lege 75 capere non possit 76, & ex asse sit institutus ab eo 77 qui solvendo non est: Julianus, ex asse eum heredem esse respondit: Legi enim locum non esse in ea hereditate quæ solvendo non est.

De conditione.

LXXIII. GAIUS lib. XIII 78 ad legem Juliam & Papiam.

SUb conditione herede instituto, si substituamus: nisi eandem conditionem repetemus, pure cum heredem substituere intelleginur.

De exceptione certæ rei, vel usufructus.

LXXIV. LICINNIUS RUFINUS lib. II Regularum.

SI 79 ita quis heres institutus fuerit, *excepto* 80 *fundo, excepto usufructu heres esto:* perinde erit jure civili, atque si *sine ea re* heres institutus esset, idque auctoritate *Galli Aquilii* factum est.

De filio substituto, vel exheredato à substituto.

LXXV. PAPINIANUS [lib. XII Quæstionum.]

SI filius substituatur ei 81 à quo præteritus est: non ut intestati patris, sed ex testamento habebit hereditatem: quoniam & quolibet alio substituto, si fuisset ab eo exheredatus, inde testamentum inciperet, ubi filius esset exheredatus.

De servo uxori à marito mortis causa donato.

LXXVI. IDEM lib. XV Quæstionum.

SErvus uxori à marito mortis causa donatus, mariti manet 82, ut & Juliano quoque videtur. Idem, si accipiat libertatem simul & hereditatem, viro necessarius heres erit, nec sine libertate aliquid ei legari potest 83.

De herede scripto in Codicillis.

LXXVII. IDEM lib. XVII Quæstionum.

ASse toto non 84 distributo, ita scriptum est: *quem* 85 *heredem Codicillis* 86 *fecero, heres esto.* Titium Codicillis heredem instituit: ejus quidem institutio valet, ideo, quod licet *Codicillis* 87 *dari hereditas non posset* 88, tamen hæc ex testamento data 89 videtur: sed hoc tantum 90 ex hereditate habebit, quantum ex asse residuum manet.

De heredibus institutis ex certis rebus. 1. De institutione ex duabus partibus, & ex quadrante. De nummis legatis. 2. Quibus casibus sit transitus ad dispondium. 3. De institutio ex reliqua parte, vel non facta reliqui mentione.

LXXVIII. IDEM lib. VI Responsorum.

QUi non militabat 91, *bonorum maternorum*, quæ in Pannonia possidebat, libertum heredem instituit; *paternorum*, quæ habebat in Syria, Titium: jure semisses ambos habere constitit: sed arbitrum dividendæ hereditatis suprema voluntatem, factis adjudicationibus 92, & interpositis propter actiones cautionibus, sequi salva Falcidia: scil. ut quod vice mutua præstarent, doli ratione quadranti retinendo compensetur 93. §. 1. Lucio Titio ex *duabus partibus*, Publio Mævio ex *quadrante*, scriptis heredibus, assem in dodrantem esse divisum respondi: modum enim duarum partium 94 ex quadrante 95 declarari 96: quod Veteres nummis Titio legatis nummorum specie non demonstrata 97, cæterorum legatorum contemplatione receperunt. §. 2. Filiis heredibus æquis partibus institutis, ac postea fratris filio pro duabus unciis: unum assem inter omnes videri factum placuit, & ex eo decem uncias filios accepisse: tunc enim 98 ex altero asse portionem intelligi relictam, cum, asse nominatim dato, vel duodecim unciis distributis, residua portio non invenitur: * nihil 99 autem interest, quo loco sine portione quis heres instituatur, quo magis assis residuum accepisse videatur. §. 3. Seius Mævium ex parte quam per Leges 100 capere possit, heredem instituit, ex reliqua Titium: si Mævius solidum capere poterit, Titius adjectus, aut substitutus, heres non erit.

LXXIX. IDEM [lib. I Definitionum.]

QUod si non sit reliqui facta mentio, tantundem in altero asse habebit Mævius, quantum Titius in primo.

LXXX. IDEM lib. VI Responsorum.

QUod si Mævius nullius capax sit, in totum substitutus admittitur.

De posthumis. De institutione captatoria.

LXXXI. PAULUS [lib. IX Quæstionum.]

CLemens Patronus testamento caverat, *ut si sibi filius natus fuisset, heres esset: si duo filii, ex æquis partibus heredes essent: si duæ filiæ, similiter: si filius & filia, filio duas partes, filiæ tertiam dederet* 2: Duobus filiis & filia natis, quærebatur 3 quemadmodum in proposita specie partes faciemus: cum filii debeant pares, vel etiam singuli duplo plus quam soror accipere: quinque igitur partes fieri oportet, ut ex his binas masculi, unam fœmina accipiat. §. 1. Si ita scripserit testator, *Quanta 4 ex parte mea Titio heredem instituram recitassem, ex ea parte Sempronius mihi heres esto:* non est captatoria 5 institutio: planè, nullo recitato testamento ab ipso testatore, inanis videbitur institutio, remota suspicione captatoriæ institutionis.

De institutione, si legitimus heres vindicare nolit.

LXXXII. SCÆVOLA [lib. XV Quæstionum.]

SI quis ita 6 heres instituatur, *Si legitimus heres vindicare nolit hereditatem meam:* puto deficere conditionem testamenti, illo vindicante.

De testatore, qui non est solvendo.

LXXXIII. IDEM [lib. XVIII Quæstionum.]

SI non Lex Ælia Sentia 7, sed alia Lex 8, vel SC. 9 aut etiam Constitutio 10 servi libertatem impediat: is necessarius fieri non potest 11, etiam si non sit solvendo testator. §. 1. Temporibus Divi Hadriani Senatus censuit: *Si testator, qui, cum moritur, solvendo non fuit, duobus pluribusve libertatem dederit, eisque hereditatem restituì jusserit, & instructus heres suspectam sibi hereditatem dixerit: ut adire eam cogatur: & ad libertatem perveniat, qui priore* 12 *loco scriptus fuerit, eique hereditas restituatur.* Idem servandum in his, quibus per fideicommissum libertas data fuerit. Igitur, si primo loco scriptus desideraret adire hereditatem, nulla difficultas erit: nam si posteriores quoque liberos se esse dicent, & restituì hereditatem desiderent, an solvendo sit hereditas, & omnibus liberis factis restituì deberet, apud Prætorem quæreretur: absente autem primo, sequens desiderans adiri hereditatem, non est audiendus: quia si pri-

37 Quotes dubitatur de persona heredis, apertissimis probationibus debet offendi, de quo testator senserit. *Bald.*

38 Vide *l.* 142. *ff. de verb. signif.* Goth. Vid. Chasond. *lib.* 2 *verisimil. cap.* 14. S. L.

39 Servus ejus, qui nondum est in rerum natura, potest instituì, §. 2 *Inst. eod.* Bald.

40 *V. l.* 31 *Rod.*

41 Servus hereditarius nullius est, veritate inspecta: fictione tamen dicitur hereditatis.

42 Ad præsumendam sc. institutionem.

43 Non ideo quia præsumitur institutus heres, quod ab eo quid legatum sit.

44 Commendatio titulum non confert. *Bald.*

45 Hic Titius Caio & Mævio (de quibus infra) conjunctus est re tantum.

46 Hi duo verbis conjuncti.

47 Hi duo verbis tantum conjuncti, quia sub una oratione comprehenduntur: & tamen re non sunt conjuncti, propter divisionem portionum: quia testator dixit, *æquis partibus.* Bart. *l.* 89 *ff. de legatis.* 3.

48 Verbalem sc.

49 Duobus sc.

50 Et ita verbis conjuncti non præferuntur re conjunctis.

51 Verbis conjuncto.

52 Id est, etiam ei, qui re tantum est conjunctus.

53 *Subaudi*; re quam verbis.

54 Celerius dixit, *Caium & Mævium heredes sunto*, quam, *Gaius heres esto, Mævius heres esto.*

55 Hoc verbo Græci manuductum significant τιθασσεύω, πραΰνω. Hesychius, & ex eo Suidas. Glossæ Cyrilli τιθασεύω; *elicur.* τιθασεύω (id enim supplendum).

56 Plenior voluntas est servanda in testamento, *ut hic*: in procuratoris mandato, in statutis, in arbitriis. *Bald.*

57 *l.* 52. *ff. de cond. & demonstr.* Goth. Vid. Sarmient. *lib.* 2 *select. c.* 6. Conman. *lib.* 6 *comment. c.* 4. S. L.

58 Quia etsi in voluntatem & potestatem tertii potest conferri conditio facti, non tamen mera conditio voluntatis poni potest. *l.* 52. *ff. de condit. & demonstr.*

59 *l.* 52. *in fin. ff. de cond. & demonstr. l.* 77. *l.* 195. *ff. de reg. jur.*

60 Exheredatio filii non potest post aditam hereditatem conferri. *Bald.*

61 Quia hereditas non defertur nisi volenti. 62 Vid. *l.* 12. *ff. de cond. instit.* 63 Cur? talis institutio, *si voluerit*, non est in suo conditionalis, quoad suspendendum effectum institutionis: sed eum tantum ex necessario voluntarium facit. *Bald.* 64 *l.* 64. *ff. de legat.* 1. vid. *in hunc locum* Cujac. 16 *observ.* 39. Goth. Adde Corrad. *lib.* 5 *miscellan. cap.* 13. Ant. Augustin. *lib.* 4 *emend. cap.* 15. Sarmient. *lib.* 2 *select. cap.* 4. Ant. Guibert. *lib.* 1 *quæst. cap.* 7. *num.* 17 *& seqq.* S. L. Adde Decher. *lib.* 1 *dissert.* 7. *num.* 8. 9. Anf. 65 *l.* 3. *ff. si quis aliquem testari. l.* 17. *C. de pact.* Quid tamen, si legamus, *mutuatis*, hoc est, sermonibus vel blanditiis provocatis affectionibus? dixi ad *l.* 11. *C. de test. milit. & in dict. l.* 3.

66 *l.* 3. *in fin. ff. de probat. l.* 68. *ff. l.* 11. *C. de testam. militi.* Secretum alienæ voluntatis est conditio à testatore adposita eo fine, ut ab alio heres instituatur? Cujac. 12 *observ.* 11. Augustinus 4 *emendar.* 15. An potius captatoria institutio est, cujus conditio seu eventus confertur à testatore in meram alterius voluntatem? An vero techna testatoris, per quam alteri hereditatem polliceatur si ab eo ipse vel alius instituatur, *l.* 12. *C. de condit.*, hoc modo: Titius heres esto, si me quoque testamento suo heredem facit: hæc enim conditio in secretum alienæ voluntatis confertur: hamata est, & vitiata, id est, captatoria. 67 *l.* 52. *ff. de cond. & demonstr.* 68 Non ita est in legato ut in institutione. v. *l.* 43. §. 2. *ff. de legat.* 1. 69 *l.* 1. *ff. de his, quæ pro non script.*

70 *l.* 29. *ff. eod.* Potest quis adstringi ad instituendum, spe præmii. *Bald.* 71 *Al.* captationem. 72 *V. l.* 61. *ff. de verb. obligat.* 73 Igitur non valebit institutio facta spe alterius substitutionis: videtur tamen esse contra legem 19. *C. de pact.* 74 Bannitus an aliquid possit adquirere in territorio, unde bannitus fit, v. apud Socinum, *regul.* 36. 75 Julia & Papia, ut docet inscriptio legis. 76 Ut filius naturalis. *l.* 1. *C. de suscend. mupt. l.* 2. *C. de naturalib. liberis.*

77 Solidi non capax, voluti orbus potest instituì ab eo, qui non est solvendo.

78 *Al.* duodecimo.

79 Vide Langebekium *c.* 5 *Annotat.* Exceptio quæ repugnat actui, cui interponitur, vitiatur & non vitiat.

80 *l.* 82. *ff. de leg.* 2. Forte hic legendum *ea certo fundo.*

81 *l.* 3. *in fin. ff. de liberis.*

82 Imo non manet, *l.* 20. *ff. de donat. inter vir.*

83 Sumitur jure; secus ex æquitate. *l.* 5. §. 2. *C. de necessar.*

84 *l.* 17. *ff. eod.*

85 Relatio cum omnibus suis qualitatibus fit.

86 Directa institutio codicillis, testamento id referente declarata valet. Goth. Vid. Anton. Merend. *lib.* 3 *controv. cap. ult.* Anf.

87 *l.* 2. *C. de codicill.*

88 Nisi à milite. *l.* 19. *ff. de testam. militi.*

89 *l.* 38. *ff. de cond. & demonstr.*

90 In relato quidquid est, id in referente censetur repetitum, *l.* 12 *sententiæ.* 59. *ff. de re judicata.*

91 Aliud in milite. *l.* 16. §. 6. *ff. ad Treb.*

92 *l.* 17. §. 1. *ff. de test. milit.*

93 Compensatio fit generis ad genus.

94 In quibus Titius fuit institutus.

95 Id est, ex ea parte, qua Mævius institutus est.

96 Sequentia declarant præcedentia. Sic testator appellatione duarum partium, intellexit duos quadrantes.

97 Tunc nummi currentes intelliguntur legati. *Bald.*

98 Non fit transitus ad dispondium, ubi verba & mens testatoris possunt salvari, sine isto transitu. *Bald.*

99 §. 6. *Inst. eod.*

100 *Sub.* Papias, *Ulpian.* 13.

1 *Partis* & residui appellatio quandoque totum comprehendit, *Bald.* adde *l.* 2. *C. eod.*

2 Non videbatur testator in eum casum cavisse: sed tamen cavit, si voluit filio & filia natis, filium duas partes, filiam tertiam habere: duobus filiis & filia natis, duo filii quatuor partes habebunt: filia, quintam. Quæ est ratio sive proportio unius ad unam, ea debet esse duorum ad unam.

3 Adde *l.* 47. §. 2. *ff. eod. l.* 13. *ff. de liberis.*

4 Baldus hic notat, dictionem, *quanta*, indicare conditionem.

5 *l.* 70. *ff. eod.*

6 Ex voluntate testatoris causa intestati potest præcedere causam testati in ordine succedendi, *Bald.* voluntate testatoris potest causa intestati præcedere testati causam: fideitutitio vulgaris potest fieri ab intestato heredis.

7 De qua, *l.* 42. *l.* 60. *ff. eod.* Goth. v. Aug. Politian. *miscellan. cap.* 84. S. L.

8 Puta Pavia, *l.* 12. *ff. de manum.*

9 Vid. *l.* 11. *ff. qui & à quibus.* 10 *l.* 48. §. 2. *ff. eod. l.* 1. *l.* 2. *C. quib. ad libert. procl.*

11 Imo is, qui solvendo non est, heredem necessarium unicum, etiam in fraudem creditorum relinquere potest. *l.* 3. *C. de necess.* 12 *l.* 60. *ff. eod. l.* 24. *ff. qui & à quib. manumiss.*

primus velit [12] sibi restitui hereditatem, præferendus est; & hic servus futurus.

Si dominus servum, cui libertatem debebat, instituerit.

LXXXIV. PAULUS lib. XXIII Quæstionum.

SI servo fideicommissa data sit libertas: heres [13] hunc eundem servum cum libertate heredem reliquisset: Quæsitum est, an necessarius fiat hæres? Et humanius est & magis æquitatis ratione subnixum, non fieri necessarium: qui enim, etiam invito [14] defuncto, poterat libertatem extorquere, is liber esse jussus, non [15] magnum videtur beneficium à defuncto consequi: Immo nihil [16] commodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem. §. 1. Idem probandum erit & in illo servo, quem testator ea lege emerat, ut manumitteret, si heres fuerit institutus: nam & hic sepositio beneficio testatoris, proprio jure poterit ad libertatem pervenire ex Constitutione Divi Marci [17].

§. 2. Idem & in eo, qui [18], propria sua data pecunia, emptus est ab aliquo: nam & hic poterit ab ipso testatore libertatem extorquere.

De particula aut.

LXXXV. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

LUcius Titius [19], qui fratrem habebat, testamento ita cavit: *Titius frater meus ex asse mihi heres esto: si mihi Titius heres esse noluerit, aut* [20] (*quod* [21] *abominor*) *prius moriatur, quam meam hereditatem adierit, aut filium filiamve ex se natum natamve non habebit, tunc Stichus & Pamphilus servi mei, liberi & heredes mihi aequis partibus sunto.* Quæro: cum Titius hereditatem adierit, & liberos aditæ hereditatis tempore non habuerit: an Stichus & Pamphilus ex substitutione liberi & heredes esse possint? Item quæro: si ex substitutione neque liberi, neque heredes esse possint: an in partem hereditatis videantur adjecti? Respondit: Apparet quidem non eam mentem testatoris fuisse, ut quemquam heredem adhiberet fratri, quem aperte ex asse heredem instituisset: Igitur si frater adiit, Stichus & Pamphilus heredes non erunt: quod eos amplius noluit heredes esse, si frater prius quam hereditatem aditet, decessisset liberis relictis: nam prudens consilium testantis animadvertitur: non [22] enim fratrem solum heredem prætulit substitutis, sed & ejus liberos.

De suo herede sub conditione instituto.

LXXXVI. MÆCIANUS lib. VII Fideicommissorum.

IAm dubitari non potest, suos quoque heredes sub hac [23] conditione institui posse, *ut si voluissent heredes essent: si heredes non essent, altum, quem visum erit*, eis substituere: Negatumque hoc casu necesse esse, sub contraria conditione filium exheredare. Primum, quia tunc tantum id exigeretur, cum in potestate ejus non esset, an heres patri existeret, expectantis extrinsecus positæ conditionis eventum. Deinde, quod etsi quacunque posita conditione deberet filius sub contraria conditione exheredari, in proposito ne possibilis quidem reperiri posset; certè si verbis exprimeretur, inepta [24] fieret: huic enim conditioni, *Si volet, heres esto*, quæ alia verba contraria [25] concipi possunt, quam hæc, *Si nolet heres esse, exheres esto*? quod quam sit ridiculum [26], nulli non patet.

§. 1. Non ab re autem hoc loco velut excessus [27] hic subjungetur, suis ita heredibus institutis, *si voluerint* [28] heredes esse, non permittendum amplius abstinere se hereditate: cum ea conditione instituti, jam non ut necessarii, sed sua sponte heredes extiterunt; sed & cæteris conditionibus, quæ [29] in ipsorum sunt potestate, si sui pariant, jus abstinendi adsequi non debent.

Si testator assem excesserit, & alium ex residua parte vel partis non facta mentione instituerit.

LXXXVII. HERMOGENIANUS lib. III juris Epitomarum.

EX unciis sex primo herede instituto, secundo ex octo, si tertius ex residua parte, vel nulla portionis facta mentione, heres instituatur, quinque uncias hereditatis tertius habebit: in vigintiquatuor etenim partes hereditate distributa, tertio ratio [30] calculi, veluti [31] ex decem partibus instituto, quinque uncias adsignavit.

De testatore qui non est solvendo.

LXXXVIII. GAIUS lib. singul. de Casibus.

EI, qui solvendo non est, aliquo [32] casu evenit, ut & servus cum libertate heres exsistat, [&] præterea alius heres adjiciatur: veluti si servo cum libertate herede instituto, [ita] adjectum sit, *Si mihi Stichus heres erit, tunc Titius quoque heres esto*: nam Titius, antequam Stichus ex testamento heres exsisterit, heres esse non potest [33]: cum autem semel heres exstiterit servus, non potest adjectus efficere, ut qui semel heres exstitit, desinat heres esse [34].

De socio, de servo communi, de servo herede.

LXXXIX. PAULUS lib. II Manualium.

SI socius heres institutus sit ex asse, & servo communi legetur pure sine [35] libertate: hoc legatum non constitit [36]. † Plane sub conditione [37] ei utiliter & sine libertate legabitur: quoniam & proprio servo ab herede recte sub conditione legatur. Quare etiam heres institui sine libertate, ut alienus, socio herede scripto poterit: quia & proprius cum domino heres institui poterit.

De servo proprio instituto, qui necem domini detexit.

XC. TRYPHONINUS lib. XXI Disputationum.

TEstamento domini servus sub conditione cum libertate heres institutus, pendente adhuc conditione necem domini detexit: eumque Prætor *mereri* [38] *libertatem* decrevit: etsi postea conditio testamenti exstiterit, aliunde liber est, id est ex præmio, non [39] ex testamento: Igitur non est necessarius domino heres: licet autem ei volenti adire [40].

Imperator litis causa non instituendus.

XCI. PAULUS lib. V Sententiarum.

IMperatorem litis [41] causa heredem instituì, invidiosum est [42]: nec calumnia [43] facultatem ex principali Majestate capi oportet [44].

De testamento ex falsa causa mutato.

XCII. IDEM Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex primo, seu Decretorum [45] libro [secundo].

PActumeius Androsthenes Pactumeiam Magnam filiam Pactumeii Magni ex asse heredem instituerat: eique patrem ejus substituerat. Pactumeio Magno occiso, & rumore perlato [46], quasi filia quoque ejus mortua, mutavit testamentum, Noviumque Rufum heredem instituit, hac præfatione: *Quia heredes, quos voluis habere mihi, continere* [47] *non potui, Novius Rufus heres esto*: Pactumeia Magna supplicavit Imperatores Nostros: & cognitione suscepta, licet modus institutione contineretur, quia *falsus* [48] non solet obesse, tamen ex voluntate testantis putavit Imperator ei subveniendum: igitur pronunciavit [49], *hereditatem ad Magnam pertinere, sed legata ex posteriore testamento eam præstare debere, proinde atque si in posterioribus tabulis ipsa fuisset heres scripta.*

ex falsa causa factum, *non* rumpit nec vitiat primum. Heres tamen in primo scriptus, cogitur solvere legata in secundo relicta, quia falsa causa legatis non fuit adjecta, sed institutioni tantum. 49 In hac sententia Princeps non dicit, *condemno*: atque ita sufficit ferre sententiam declaratoriam, licet non sit insertum verbum, *condemno* vel *absolvo*: facit *lex* 21. §. 1. ℣. *de recept.*

TIT. VI.

DE VULGARI [1] ET PUPILLARI [2] SUBSTITUTIONE [3].

Divisio institutionis. 1. Substitutionis. 2. De liberis institutis vel exheredatis. Qui et substituì possint. 3. Si pater sibi heredem non instituerit.

I. MODESTINUS lib. II Pandectarum.

HEredes [4] aut instituti dicuntur, aut substituti: instituti, primo gradu [5]: substituti, secundo, vel tertio. §. 1. Heredis *substitutio* duplex est, aut simplex: veluti *Lucius Titius heres esto: si mihi Lucius Titius heres non erit, tunc Seius heres mihi esto: si heres non erit, sive erit, & intra pubertatem decesserit, tunc Gaius Seius heres mihi esto.* §. 2. Substituere liberis tam heredibus institutis quam exheredatis [6] possumus, & tam eum quem heredem nobis instituimus, quam alterum. §. 3. Substituere liberis pater non potest, nisi si [7] heredem sibi instituerit: nam sine [8] heredis institutione nihil in testamento scriptum valet.

Quibus liberis pupillariter substituatur. 1. Si pater sibi testamentum non fecerit, aut ejus hereditas ex testamento adita non sit. 2. De herede instituto adire cogendo. 3. Si minor adeundæ hereditatis causa sit restitutus. 4. De ordine scripturæ. De filio vel servo testatoris, vel posthumo suo pupillariter substituto. 7. De ordine in quæstione, an valeat testamentum.

II. ULPIANUS lib. VI ad Sabinum.

MOribus [9] introductum est, *ut quis* [10] *liberis impuberibus* [11] *testamentum facere possit, donec masculi ad quatuordecim* [12] *annos pervenant, fœminæ ad duodecim.* quod sic erit accipiendum, si sint in potestate [13]. Cæterum *emancipatis* non possumus: *Postumis* [14] plane possumus. *Nepotibus* etiam possumus: & deinceps si qui non recasuri sunt in patris potestatem. Sed si eos patres præcedant, ita demum substituì eis potest, si heredes instituti sint, vel exheredati: ita enim post legem Velleiam succedendo non rumpunt testamentum; nam si principale [15] ruptum sit testamentum, & pupillare evanuit. † Sed si *extraneum* quis impuberem heredem scripserit, poterit ei substituere: si modo eum in locum nepotis adoptaverit, vel adrogaverit, filio præcedente. §. 1. Quisquis autem impuberi testamentum facit, sibi [16] quoque debet facere. Cæterum soli filio non poterit, nisi forte *miles* [17] sit. Adeo autem, nisi sibi quoque fecerit, non valet, ut nisi adita quoque patris hereditas sit, pupillare testamentum evanescat. † Plane si omissa causa principalis testamenti, ab intestato possideatur hereditas, dicendum est, & pupillo substitutum servandum. §. 2. Interdum etiam pupillaris testamenti causa compellendum heredem instituta adire hereditatem, ut ex secundis tabulis fideicommissum convalescat: utputa, si jam pupillus decessit: cæterum, si adhuc [18] vivat, *improbum* [19] *esse* Julianus existimat *eum, qui sollicitus est de vivi hereditate.* §. 3. Ego, etiamsi minor [20] vigintiquinque annis adeundæ hereditatis causa fuerit restitutus, puto proficere secundis tabulis, ut Prætor utiles actiones decernat substituto.

§. 4. Prius [21] autem sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere; & non convertere ordinem scripturæ: & hoc Julianus putat, [prius sibi debere, deinde filio heredem scribere]: Cæterum, si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere. Quæ sententia rescripto Imperatoris nostri ad Virium Luppum Britanniæ Præsidem comprobata [22] est, & merito: constat enim unum [23] esse testamentum, licet duæ sint hereditates: usque adeo, ut, quos quis sibi facit necessarios, eosdem etiam filio faciat, & posthumum suum filio impuberi possit quis substituere. §. 5. Sed si [24] quis [25] ita fuerit testatus, *si filius meus intra 14 annum decesserit, Seius heres esto*: deinde, *filius heres esto*: valet substitutio, licet conversa [26] scriptura filii testamentum fecerit.

§. 6. Sed & si ita scripserit, *si filius mihi heres non erit, Seius heres esto: filius heres esto*: secundo quidem gradu Seius scriptus est heres, & si filius heres non exstiterit; proculdubio Seius [27] ei heres erit: sed etsi exstiterit filius heres, & in [28] pubertate defunctus est, Seius admittendus recte videtur, ut non ordo scripturæ, sed ordo successionis spectetur. §. 7. Quod igitur dictum est, singulis liberorum substituere licere, ideo adjectum est, ut declaretur [29], non esse à filii testamento incipiendum [30] impuberis [31].

De substitutione pupillari, quisquis mihi heres erit.

III. MODESTINUS lib. I Differentiarum.

CUm filio impuberi pater ita [32] substituerit: *Quisquis mihi heres erit, idem filio impuberi heres esto*: placuit ad hanc substitutionem scriptos tantummodo [ad hereditatem] admitti: Itaque [33] dominus, cui per servum hereditatis portio quæsita sit, ex substitutione impuberi heres effici non poterit, si servus ab ejus exierit potestate.

Si pa-

---

11 *l.* 32. §. 1. ℣. *ad Trebell.*

12 *l.* 6. §. 1. ℣. *de vulg.*

13 *Al.* & heres, *al.* deinde & heres.

14 *l.* 60. ℣. *eod.*

15 *l.* 50. ℣. *de vulg.*

16 Statutum tale sit. *legata vestigali certo & instauration. sint obnoxia* Legatum pro in de ablatis a testatore relictum vectigali & instauration obnoxium non erit. Cui? legatis id quod debet solvit: legatarius vero suum recipit. vid. Cortium in *statuta cavetur.*

17 De qua vide *l.* 2. *C. si manc. ita fuer. alien. ut manumitt.*

18 *l.* 4. ℣. *de manum.*

19 Vid. in hanc *l. Forcatul.* Necyomant. *dialog.* 50. Nic. Vall. *de rebus dubiis tract.* 4. Corras. *lib.* 2 *miscellan. cap.* 29. Et an liberi in conditione positi etiam sint in dispositione, v. Censur. forens. nostram, *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 18. S. L.

20 *Aut* particula pro & hic sumitur, ut & *l.* 6. *C. de inst. & substit. v. l. pen. C. de verb. sign.*

21 *l.* 41. *in fin.* ℣. *de vulgari. l.* 88. §. 9. ℣. *de leg.* 2. Plin. 9 *epist. ad Tyron.* Q. Curt. 7. Quod dii prohibeant, *Terentius.* quod Deus avertat. *Cic.* Dii averruncent. *Cicer.* 9 *ad Attic.*

22 Verba testatoris sunt interpretanda, uti naturalis ratio, & necessitudo sanguinis dictat. *Bald.* adde *l.* 6. *C. de inst. & substit.*

23 *l.* 69. ℣. *eod. l.* 12. *j. de cond. inst.*

24 Inepta impossibilia: Quod ineptum est, dicitur impossibile.

25 Velle & Nolle contraria, *ut hic.* non nolle, medium est. *l.* 3. ℣. *de reg. jur.*

26 Cur ridiculum? quia nemo seipsum exheredare potest.

27 Id est, digressio, *Alciat.* 2 *parerg.* 4.

28 Nulla magis potestativa est conditio, quam ista, *si voluerit.*

29 *l.* 4. ℣. *eod.*

30 Ratio calculi est servanda. *Bald.*

31 *l.* 18. ℣. *eod.*

32 Potest fieri per posterius (puta conditionaliter) quod per prius (id est, simpliciter) fieri non potest. *Bald.*

33 Cur ita? vid. *l.* 3. §. 2. ℣. *eod.*

34 *l.* 7. §. 10. *in fin.* ℣. *de minor.*

35 *l.* 76. *in fin.* ℣. *eod:*

36 *l.* 76. *in fin.* ℣. *eod.* v. *l.* 3. *C. de legat.*

37 Differentiam inter legatum purum & conditionale, & inter legatum & institutionem, vid. apud Emmundum Merill. *libr. sing. different. cap.* 13. Anf.

38 Pure scil. atque ita vox publica privati ac testatoris voci præjudicat. *Bald.*

39 *l.* 84. ℣. *eod. in fin.* ℣. *de adq. her.*

40 Servus hoc casu ex necessario fit voluntarius, alias necessarius est. *l.* 57. 12. §. 8. v. *l.* 3. *C. qui mil.*

41 §. *ult. Inst. quibus mod. test. infirmentur. l. ult.* ℣. *qui test.* Paul. 5 *sent.*

42 Vid. *l. ult. C. ne fiscus vel Respubl.* Paul. *d. loco.*

43 *Al.* calumniæ.

44 Notandum hoc adversus eos, qui Romanam Ecclesiam instituunt, sperantes eam litem coheredibus suis ob id moturam. *Bald.* Idem hic notat, plura privatis permitti, quam Principi: Principem magis, quam alios abstinere debere ab illicitis: Hæc verba literis aureis scribenda. Hæc ille: adde Suet. *Domitiano.*

45 De tribus Pauli Decretorum libris, vide Cujac. 2 *obs.* 26.

46 *l.* 28. ℣. *de Inoff. l.* 11. §. 12. ℣. *de adult. l.* 3 §. 2. ℣. *de testib.* v. Cic. 1 *de Orat.* Goth. adde Cujac. *lib.* 2 *observ.* 26. S. L.

47 *Al.* contingere.

48 Falsus modus institutioni heredis obesse non solet: secundum testamentum ex falsa causa factum, non rumpit nec vitiat primum. Heres tamen in primo scriptus, cogitur solvere legata in secundo relicta, quia falsa causa legatis non fuit adjecta, sed institutioni tantum. 49 In hac sententia Princeps non dicit, *condemno*: atque ita sufficit ferre sententiam declaratoriam, licet non sit insertum verbum, *condemno* vel *absolvo*: facit *lex* 21. §. 1. ℣. *de recept.*

1 2 *Instit.* 15.

2 2 *Inst.* 16. 6 *C.* 26.

3 *Substitutio*, appendix institutionis præcedentis 5 *l.* 35. ℣. *de adq. hered.*

4 Paul. 3 *sent.* 4. §. 17. Ulp. 22. §. 33. 35. Synops. 10. *c.* 1. 5 Harm. 8. §. 1. §. 2. Goth. Ad hanc leg. vide Govean. & Charond. *verisimil. lib.* 2. *c.* 13. Anf. Adde Vacon. *lib.* 4 *declarat.* 62. & Forcat. *Necyomant. dialog.* 23. S. L.

5 Id est, primo loco. *l.* 2. §. 4. ℣. *secund. tab.*

6 §. 4. *Inst. de pupillari.* Ulp. 23. §. 8.

7 *l. ult.* ℣. *de jure codicill.* §. 34. *Inst. de legat.*

8 Institutione heredis testamenta vim accipiunt. *l. ult.* ℣. *de jure codicill.* §. 34. *Inst. de legat.*

9 Consuetudine & statuto fieri potest, ut quis decedat pro parte testatus & intestatus. vid. Tiraquell. 13 *privilegio piæ causæ.* Goth. Adde hic Vacon. *lib* 4 *declarat.* 63. Alciat. *lib.* 4 *parerg. c.* 21. Zas. *lib.* 2 *singular. Intellect. c.* 8. Forcatul. *Necyoman. dialog.* 31. S. L.

10 In potestate, *verific. quod sic.* ℣. posthumis etiam, *verf. posthumis.* non tantum filiis, sed & nepotibus. v. *verf. nepot.* An & extraneis impuberibus? vide *verf. sed si extraneus.*

11 *Inst. de pupill. in pr. l.* 7. *C. de impub. & aliis substit.*

12 §. 8. *Inst. de pup.*

13 Cum non extranei. §. *ult. Inst. de pupill.*

14 §. 4. *Inst. de pupill.*

15 §. 5. *in fin. Instit. de pupill.*

16 *d.* §. 5. *in princ.*

17 *l.* 15. §. 5. *l.* 41. *in fin.* ℣. *de testament. mil.*

18 Viventis super hereditate sollicitum esse improbum est. *l.* 1. §. 21. ℣. *de collat. bon. l. ult. C. de pact. l.* 2. *in fin.* ℣. *de his, quæ ut indign. l.* 29. *l.* 30. ℣. *de donat.*

19 Nisi præsente eo, de cujus hereditate agitur, pacisc atur. *l. ult. C. de pact.*

20 Vid. Anton. Govean. *var. lect. lib.* 1. *cap.* 8. & Leonin. *emendat. lib.* 5. *cap.* 18 & 19. Anf.

21 *l.* 1. ℣. *de hered. inst.*

22 *Improbata*, Govean. 1 *var.* 9. reprehensus à Roberto 1 *recept.* 34.

23 Vel quasi, §. 2. *Inst. de pupill.* duplex, *l.* 1. §. 1. ℣. *si cui plus quam per leg. Falcid.*

24 *Sed & si quis*, Goveanus 1 *var.* 9. reprehensus à Robert. 1 *rec.* 34. Goth. Vid. Anton. Merend. *lib.* 3 *controv. cap.* 35. Anf.

25 Præmissa scil. substitutione institutioni.

26 Verba præposita & postposita idem significant. *Bald.*

27 Vulgaris expressa quoties pupillarem tacitam includit, vulgaris naturam habet vulgaris & pupillaris: ita ut ex ea patri & impuberi succedatur. *Bald.*

28 *Al.* intra.

29 Id autem indicat verbum, *substituere*, quod significat secundum actum, & non priorem. *Bald.*

30 Si spectes ordinem successionis, non scripturæ.

31 Id est, qui est impubes.

32 Id est, generaliter.

33 V. *l.* 7. *C. eod.*

Si pater in unum casum substituerit. 1. De substitutione reciproca.

1 V. IDEM [libro singulari de Euremeticis 34.]

IAm hoc jure utimur ex D. Marci & Veri constitutione, *ut cum pater impuberi filio in alterum casum substituisset, in utrumque casum substituisse intellegatur* 35: sive filius heres non extiterit, sive extiterit & impubes decesserit. §. 1. Quod jus ad tertium 36 quoque genus substitutionis tractum esse videtur: Nam si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque invicem substituat, in utrumque casum reciprocam 37 substitutionem factam videri, D. Pius constituit. §. 2. Sed si alter pubes 38, alter impubes, hoc communi verbo 39, *eosque invicem* 40 *substituo*, sibi fuerint substituti: in vulgarem tantumnodo casum factam videri substitutionem, Severus & Antoninus constituit. Incongruens 41 enim videbatur, ut in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris. Hoc itaque casu singulis separatim pater substituere debebit: *ut si pubes heres non extiterit*, impubes ei substituatur: *si autem impubes heres extiterit, & intra pubertatem decesserit*, pubes frater in portionem cohæredis substituatur: quo casu in utrumque eventum substitutus videbitur, ne, si vulgari modo impuberi quoque substituat, voluntatis quæstionem relinquat, utrum de una vulgari tantummodo substitutione in utriusque persona sensisse intellegatur: ita enim in altero utraque substitutio intellegitur, si voluntas 42 parentis non refragetur: vel certe evitandæ quæstionis gratia specialiter 43 in utrumque casum impuberi substituat fratrem, *Sive heres non erit, sive erit, & intra pubertatem annos decesserit.*

De substitutione, Quisquis mihi heres erit. Quisquis mihi heres erit *conditio ad deficientis quoque partem vocat.* Duar.

V. GAIUS [lib. III ad legem Juliam & Papiam].

SI in testamento heredes scripti ita alicui substituti fuerint, *Ut si is* 44 *heres non esset, quisquis sibi heres esset, is in parte quoque deficientis esset heres:* pro qua parte quisque heres exstitisset, pro 45 ea parte eum in portione quoque deficientis vocari placet: neque interesse, jure institutionis quisque ex majore parte heres factus esset, an quod per Legem 46 alteram partem alicujus vindicasset.

Prohibitus succedere patri, quatenus possit succedere filio.

VI. TERENTIUS CLEMENS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

SI is 47, qui ex bonis testatoris solidum capere non possit, substitutus sit ab eo impuberi filio ejus: solidum ex ea causa capiet, quasi à pupillo capiat: Sed hoc ita interpretari Julianus noster videtur, ut ex bonis quæ testatoris fuerant, amplius capere non possit: quod si pupillo aliquid præterea adquisitum esset, aut si exheredato esset substitutus, non impediri eum, capere quasi à pupillo capiat.

De substitutione facta post pubertatem.

VII. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

VErbis civilibus 48 substitutionem post quartumdecimum annum ætatis fruſtra fieri convenit 49: sed qui non admittitur ut substitutus, ut adjectus heres quandoque non erit: ne fiat contra voluntatem, si filius non habeat totum interim, quod ei testamento pater dedit.

De substitutione pupillari pura, vel conditionali, veluti, 1. Si mihi heres erit: *aut* Quisquis mihi heres erit.

VIII. ULPIANUS lib. IV ad Sabinum.

QUi liberis 50 impuberibus substituit, aut pure 51, aut sub conditione 52 solet substituere. † *Pure* 53 sic, *Si* 54 *filius meus intra pubertatem decesserit, Seius heres esto:* sive Seius iste heres institutus sit, & impuberi substitutus, nullam habet conditionem; sive solum substitutus. † *Sub* 55 *conditione* autem institutum si substituat, id est *si mihi heres erit*, non alias existet heres ex substitutione, nisi & ex institutione heres fuerit 56: cui similis 57 est & hæc substitutio, *Quisquis* 58 *mihi ex suprascriptis heres erit*: habet enim in se eandem [conditionem] similem superiori. §. 1. Hæc verba *Quisquis mihi heres erit, idem impubem filio heres esto*, hunc habent sensum, ut non omnis qui patri heres extitit, sed 59 is qui ex testamento heres extitit, substitutus videatur: & ideo neque pater, qui per filium, neque dominus, qui per servum extitit, ad substitutionem admittetur, neque heredis 60 heres: quia non 61 ex judicio veniunt: Partes 62 quoque eædem ad substitutos pertinent, quas in ipsius patrisfamiliæ habuerunt hereditate.

Si pater heredes suos & alium præterea pupillo substituat.

IX. LABEO lib. I Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

SI pater filio impuberi eosdem quos sibi, & te unum 63 præterea heredem instituit: bonorum filii te dimidiam 64, cæteros patris heredes communiter dimidium ita habere, ut unus semis apud te maneat: alterius semissis pro his partibus inter heredes paternos diviſio fiat, quibus ex partibus hereditatem paternam haberent.

De substitutione pupillari, Quisquis mihi heres erit. 1. *Qui fiunt heredes necessarii pupillo.* 2. *In quibus bonis succedat substitutus impuberi.* 3. *De substituto pupillariter qui repudiavit hereditatem patris.* 5. *In quibus bonis succedat substitutus impuberi.* 7. *De eo, qui institutus & sibi substitutus est.*

X. ULPIANUS lib. IV ad Sabinum.

SEd si plures sint ita substituti, *Quisquis mihi ex suprascriptis heres erit*; deinde quidam ex illis, posteaquam heredes extiterint patri, obierunt: soli superstites 65 ex substitutione heredes existent, pro rata partium, ex quibus instituti sint: nec quicquam valebit ex persona defunctorum. §. 1. Quos 66 possum heredes mihi facere necessarios, possum & filio: ut servum meum, & fratrem suum, quamvis in rebus humanis 67 nondum sit: posthumus igitur erit fratri heres necessarius. §. 2. Filio impuberi herede ex asse instituto substitutus quis est; extitit patri filius heres: an possit substitutus separare hereditates, ut filii habeat, patris non habeat? Non potest: sed aut utriusque debet hereditatem habere, aut neutrius: juncta 68 enim hereditas cœpit esse. §. 3. Idemque est, si pater me heredem scripserit ex parte, [&] filium ex parte, & ego patris hereditatem repudiavero: nam neque filii hereditatem habere possum. §. 4. Si ex asse heres institutus, filio exheredato substitutus repudiaverit patris hereditatem, cum non haberet substitutum: non poterit filii adire *: nec enim valet filii testamentum, nisi 69 patris fuerit adita hereditas: Nec [enim] sufficit ad secundarum tabularum vim, sic esse factum testamentum, ut ex eo adiri hereditas possit. §. 5. Ad substitutos 70 pupillares pertinent, & si 71 quæ postea pupillis obvenerint: neque enim suis bonis testator substituit, sed impuberis: cum & exheredato substituere quis possit: nisi mihi proponas militem esse, qui substituit heredem hac mente, ut ea sola velit ad substitutum pertinere, quæ à se ad institutum pervenerunt. §. 6. In adrogato quoq; impubere dicimus ad substitutum ejus ab adrogatore datum non debere pertinere ea, quæ haberet, si adrogatus non esset: sed ea sola, quæ ipse ei dedit adrogator; nisi forte distinguimus, ut quartam quidem, quam omnimodo ex rescripto Divii Pii debuit ei relinquere, substitutus habere non possit, superfluum habeat: Scævola tamen lib. decimo Quæstionum putat, vel hoc 72 adrogatori permittendum: quæ sententia habet rationem: Ego etiam amplius puto, & si quid beneficio adrogatoris adquisiit, & hæc substitutum posse habere: ut puta adrogatoris amicus 73, vel cognatus ei aliquid reliquit. §. 7. Nemo institutus & sibi substitutus sine causæ mutatione 74 quicquam proficit: sed hoc in uno gradu: cæterum, si duo sint gradus, potest dici valere substitutionem, ut Julianus libro trigesimo Digestorum putat: Si quidem sic sit substitutus sibi, cum haberet coheredem Titium, *Si Stichus heres non erit, liber & heres esto*, non valere substitutionem: Quod si ita, *Si Titius heres non erit, tunc Stichus liber, & heres, & in ejus partem esto*, duos gradus esse: atque ideo repudiante Titio Stichum liberum & heredem fore.

Quo tempore spectatur an heres possit capere.

XI. PAULUS lib. I ad Sabinum.

SI is, qui heres institutus est, filio substitutus sit: nihil 75 obest ei in substitutione, si tunc capere possit, cum filius decesserit. Contra quoque potest pœnas 76 in testamento pupilli pati, licet in patris passus non sit.

De separatione hereditatis paternæ & pupillaris.

XII. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

SI filius, qui patri ac postea fratri ex secundis tabulis heres exstitit, hereditatem patris recusset, fraternam autem retinere malit: auditi debet 77. Justius enim Prætorem facturum existimo, si fratri separationem * bonorum * patris concesserit: etenim jus dicenti 78 proposítum est, liberos oneribus hereditariis non sponte susceptis liberare; non invitos ab hereditate removere: præsertim quod remotis tabulis secundis legitimam haberet fratris hereditatem: Itaque legata duntaxat ex secundis tabulis præstari debent, habita ratione facultatium in Falcidia, non patris, ut alias solet, sed impuberis.

De gradu substituti pupillariter.

XIII. POMPONIUS [lib. I ad Sabinum].

QUo gradu 79 heres liberis substituatur, nihil interest.

De fine substitutionis pupillaris.

XIV. IDEM lib. II ad Sabinum.

IN *pupillari substitutione*, licet longius 80 tempus comprehensum fuerit, tamen finietur substitutio pubertati 81.

De substitutione facta à milite.

XV. PAPINIANUS lib. VI Responsorum.

CEnturio 82 filiis, *si intra* 83 *quintum & vicesimum annum ætatis sine liberis vita decesserint*, directo substituit: Intra XIV annos etiam propria bona filio substitutus jure communi capiet: post eam autem ætatem ex privilegio militum patris duntaxat, cum 84 fructibus 85 inventis in hereditate.

Si servus legetur, & à substituto filii liber esse jubeatur. 1. Si pater primum sibi, deinde filio: vel primum sibi & filio, deinde sibi testamentum fecerit.

XVI. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

SI quis, eum 86 testamento suo legavit, rursus à substituto filii liberum esse jusserit: liber erit: quasi legato adempto: Nam & in legato in [his] testamentis novissima 87 scriptura erit spectanda: sicut in eodem testamento, vel testamento [&] codicillis confirmatis observaretur. §. 1. Si suo testamento perfecto, alia 88 rursus hora 89 pater filio testamentum fecerit, adhibitis legitimis testibus: nihilominus id valebit: & tamen partis testamentum ratum manebit. Nam & si sibi & filio pater testamentum fecisset, deinde sibi tantum, utrumque superius rumpetur. Sed si secundum testamentum ita fecerit pater, ut sibi heredem instituat, *si vivo se filius decedat*, potest dici non rumpi superius testamentum: quia * secundum non valet, in quo 90 filius præteritus sit.

De

---

34 De quibus v. *l. 58. T. falsi.*

35 Vulgaris expressa continet tacitum pupillarem, & è converso. *Bald.*

36 *Primus* casus est delatæ hereditatis: *secundus* adquisitæ, *l. 8. C. de Impub. & aliis.* at *tertius est*, qui habet formulam diversam à vulgari & a pupillari substitutione, introductam potissimùm propter caduca, ut remedio substitutionis reciprocæ valeret inter coheredes jus adcrescendi antiquum, potius quam jus caduci. Et formularum si inspicias, multa sunt genera substitutionum: si successionem; duo tantum, vulgaris & pupillaris: quæ divisione comprehenduntur quæcunque ad instar earum redigantur, etiam duplices, sive, ut loquitur Theophilus, *vulgaris pupillaris*. Cujac. *hic.*

37 *Reciprocam* substitutionem nostri *brevilo-quam* (quod brevi sermone plures contineat substitutiones, vulgarem & pupillarem) id est, *compendiosam appellant.*

38 Ut *l. 6. C. de æst. milit. l. 2. C. de impub.*

39 Verbum *substituere*, est verbum commune: potest enim trahi ad diversas species institutionum, puta directam & fideicommissariam. *Bald.*

40 *l. 43. §. eod. l. 2. C. eod.*

41 Incongrue de persona respondetur, *ut hic.* de contractu, *l. 52. §. 1. T. de verb. oblig.* de facto, *l. 24. §. de leg. 2.* de aliis atq; aliis rebus, *l. 13. T. de offic. Præsid.*

42 Ut tacita includatur expressa, in potestate testatoris est. *Bald.*

43 Optimum est consilium, ut testator substituendo exprimat singulos casus, ut ne quæstio voluntatis supersit. *Bald.*

44 Vide quæ scripsi ad *l. un. C. de caducis.*

45 Quantam partem quis habet in institutione primæva jure primævo, vel accrescendi, tantam habet ex substitutione. *Bald.* adde *l. 24. §. eod.*

46 Papiam caducariam, *l. un. C. de cadue.* id est, jure accrescendi: & sic para jure accrescendi dicitur propria. *Bald.*

47 Puta cœlebs. vide Ulp. 3, §. 2. 9. vel filius naturalis, *l. 2. C. de nat. Accurs.* vel uxor instituta pro parte & pupillo substituta, quæ olim plus decima bonorum mariti capere non poterat per legem Juliam hodie sublatam, *l. 2. C. de inſirm. pœn. cœlibat.* Govean. His vero verbis Cujac. 9 *obs. 17.* aliud quam de orbo & cœlibe exemplum profert, puta de uxore, quæ ex testamento mariti solidum capere non potest, ex testamento filii potest. Ulp. 15. 48 *Verba civilia*, directa, legitima, communia, vulgaria: quibus opponuntur obliqua & precaria: directa sunt, *ut heres esto, heredem facio · do, lego, capito, sumito, habeto.* Ulp. 25. §. 1. Zas. Govean. Duar. 1 *disp. 9.* v. Cujac. 11 *obs. 25.* Goth. Adde Ant. Merend. *lib. 4 controv. c. 10.* Vacon. à Vacuna *lib. 4 declarat. 64. num. 7.* Ans. 49 Nisi à milite: *l. 15. T. eod.*

50 Substitutio pupillaris potest fieri pure & sub conditione extrinseca 51 Quid ita? An aliud est substitutio, quam conditionalis institutio? vid. *l. 41. §. 6. T. eod.* 52 *l. ult. §. 1. T. eod.* Paul. 3. *sent. 4. §. 18.* 53 In substitutione pupillari pure facta non requiritur, ut institutus sit heres patris.

54 Conditio quæ tacite inest, etiam expressa, actum conditionalem non facit. 55 Verba affirmativa sub conditione concepta dispositionem & institutionem inducunt, *ut hic*, etsi vulgo dicatur in dispositione non esse ea, quæ sunt in conditione; & conditionem nihil certum constituere.

56 Imo ut heres non sit, aliud erit. *l. 21. T. de hered.* 57 Institutiones, *si Titius mihi heres erit, & quisquis mihi heres erit*, verborum conceptione & formula dissimiles, re & effectu pares sunt.

58 *Quisquis*, distributive junctum verbo futuri temporis inducit dispositionem. 59 Substitutio pupillaris, in qua fit mentio *heredum testatoris*, ad eos tantum heredes pertinet, qui judicio defuncti sunt heredes, at non per aliam personam, ut est pater per filium: dominus per servum: Hi non sunt heredes ex judicio defuncti, sed per medium personam. Unde notant, verbum simpliciter prolatum, intelligi per prius, non per posterius, hoc est, directo ac primario, non secundario. 60 *l. 70. T. de verb. sign.* 61 *Heredum* alii heredes judicio defuncti, alii non judicio defuncti, *ut hic*, & *l. 1. §. 4. ut legatorum nomine.* 62 *l. 5. T. eod. l. 24. T. eod.* 63 Conjuncti habentur loco unius personæ; disjunctus, loco alterius. 64 Vid. *l. 7. C. eod.*

65 Spes vulgaris substitutionis non transmittitur ad heredes.

66 Necessarius patri, potest & impuberi necessarius fieri. *l. 2. §. 4. T. eod. l. 6. in fin. T. tit. prox.*

67 Humanus.

68 *l. 59. T. de acquirend. hæredit.* Conjunctorum & unitorum impossibilis est separatio. *Hereditatem* proprie dici ante aditam hereditatem: post aditam, *patrimonium hereditis* dici, hinc colligunt. Socin. ad *l. 1. §. 8. T. de adquirend. hæredit.*

69 Principale quando est caducum, & accessorium etiam caducum est. *Bald.*

70 Sicut pater non potest decedere pro parte testatus, pro parte intestatus: ita nec filius, cui pupillariter substituitur. *Bald.*

71 Imo non ea, *l. 22. §. 1. T. de adopt.*

72 Id est, quartam substitutionis. Atque ita pater non tantum naturalis, sed & adoptivus potest substituere filio pupillariter, etiam in legitima. *Bald.*

73 Beneficium quod alii conferetur meo nomine, mihi conferetur. An idem in uxore, ut quæ ei fuerint donata à consanguineis mariti, censeantur ei data favore mariti, ut ita donatio maritо adquiratur? Veteres aiunt: Alciatus negat. de qua præsumptione vide Alciatum, *1 præsumpt 1.* vid. quæ notavi ad *l. 9. C. de donat. ante nupt.*

74 Sine ademptione commodi ex substitutione provenientis. *Bart.* Causa mutatur, si res à me in alium transferatur. *l. 48. §. 1. T. eod.*

75 Cur? pupillaris substitutio conditionalis est, v. *l. 1. T. eod.* In dispositione autem conditionali inspicitur tempus existentiæ conditionis. Capacitas substituti spectatur tempore cedentis substitutionis.

76 Pœna est, non posse capere ex testamento. *Bald.* Pœnas autem legis Juliæ cœlibibus constitutas intelligit, de quibus dixi ad Ulp. 14. §. 4.

77 *l. 57. §. 1. T. ad Trebell.*

78 Id est, Prætori. *l. 1. T. de jurisdict.*

79 *l. 36. T. eod.*

80 Quid, si brevius? *l. 21. T. eod.*

81 *Al.* pubertate. Ita pupillaris substitutio finitur pubertate: filius enim impuberibus tantum fieri potest. v. *l. cohered. 41. §. cum filia. 2. T. hoc tit. Inst.* de pupill 2. Gaius 4. Hanc substitutionem sic describit Horat. 2 *serm. 5: Si cui præterea validum malo filius, in ve Arripere assectus,*

De

clara sublatus aletur: ne manifestum Cœlibi obsequium nudet te, leviter in spem & ut scribare secundæ Hæres, ut si quis casus puerum egerit Orco, In vacuum veniet.

82 Et sic miles. *l. 8. C. eod.* 83 Vid. Cujac. in hanc legem, 11 *obsery. 25. & lib. 12. cap. 37.* Compendiosa substitutio facta à milite differtis verbis tempore pupillaris ætatis, valet ut pupillaris: post pubertatem vero, valet ut militaris, & in eam veniunt nuda bona testatoris cum fructibus exstantibus, non autem bona impuberis. *Goth.* Vide in hanc leg. Vacon. à Vacun. *lib. 4 declarat. 64.* Forcat. *Necyomant. Dialog. 25.* Duaren. *lib. 2 disputat. 7.* S. L. Adde Charond. *lib. 2 verisimil. cap. 11.* Ans. 84 Fructus inventi in hereditate, tempore mortis, vel percepti post mortem testatoris jacente hereditate, vel percepti post aditam hereditatem, an & quemadmodum fideicommissario sint restituendi, vide omnino apud Manticam 7 *de Conjectur. ult. volunt.* 10.

85 *l. 9. T. ad l. Falc.* 86 Vide *l. 14. T. de leg. 2.* 87 Vide quæ notavi ad *l. 21. §. 1. T. qui test.* 88 Testator potest facere testamentum sibi & filio, diversis horis, & tabulis.

89 De hora & horis, vid. Cujac. *cap. 2. de præscriptionibus.* & Oldend. *cap. 2. de præscript.*

90 Vide *l. 7. T. de lib.*

De nato iuxta poſt mortem ejus, cui pupillariter ſubſtituitur.

XVII. IDEM [lib. IV ad Sabinum].

SUbſtitui liberis is etiam poteſt, qui [91] poſt mortem ejus natus fuerit, cui ſubſtitutus heres fuerit.

De ſervo communi pupillariter ſubſtituto. De ſubſtitutione vel inſtitutione ſervus legati.

XVIII. ULPIANUS [lib. XVI ad Sabinum].

SI ſervus communis [92] ſubſtitutus ſit impuberi cum libertate, ſi quidem à patrefamilias fuiſſet redemptus, erit impuberi neceſſarius: ſi vero ab impubere redemptus, non neceſſarius, ſed voluntarius ſit heres, ut Julianus lib. XXX Digeſtorum ſcribit. Quod ſi neque à patre neque à pupillo fuerit redemptus, æquitatis ratio ſuggerit, ut ipſe pretium [93] partis ſuæ domino offerens poſſit & libertatem & hereditatem conſequi. §. 1. Si Titio fuerit legatus [94] ſervus, poſſe eum impuberi [95] ſubſtitui cum libertate, quemadmodum inſtitui potuit legatus: & evaneſcit legatum exiſtente conditione ſubſtitutionis.

XIX. JULIANUS [lib. XXX Digeſtorum].

IDem eſt, & ſi poſt [96] mortem legatarii ſervus ſubſtitutus ſit.

De ſubſtitutione pupillari.

XX. ULPIANUS [lib. XVI ad Sabinum].

PAtris & filii [97] teſtamentum pro uno [98] habetur, etiam in jure Prætorio: nam (ut Marcellus libro Digeſtorum IX ſcribit) ſufficit [99] tabulas eſſe patris ſignatas, & ſi reſignatæ ſint filii: & ſeptem ſigna patris ſufficiunt. §. 1. Si pater ſibi per [100] ſcripturam, filio per nuncupationem, vel [1] contra, fecerit teſtamentum, valebit.

De ſubſtitutione, Si intra decimum annum deceſſerit.

XXI. IDEM [lib. XLI ad Edictum].

SI ita quis ſubſtituerit: *ſi filius meus intra* [2] *decimum annum deceſſerit, Seius heres eſto*: deinde hic ante quartumdecimum, poſt decimum deceſſerit, magis eſt, ut non poſſit bonorum poſſeſſionem ſubſtitutus petere: non enim videtur in hunc caſum ſubſtitutus.

De bonorum poſſeſſione contra tabulas.

XXII. GAIUS [lib. XV ad Edictum provinciale].

IS, qui contra tabulas teſtamenti patris bonorum poſſeſſionem petierit, ſi fratri impuberi ſubſtitutus [3] ſit, repellitur [4] à ſubſtitutione.

Ex ſubſtitutione reciproca qui & quatenus vocentur.

XXIII. PAPINIANUS [lib. VI Reſponſorum].

QUi [5] plures heredes inſtituit, ita ſcripſit: *Eoſque omnes invicem* [6] *ſubſtituo*: poſt aditam à quibuſdam ex his hereditatem, uno eorum defuncto, ſi conditio ſubſtitutionis extitit, alio heredem partem ſuam repudiante, ad ſuperſtites tota portio pertinebit: quoniam invicem in omnem cauſam ſinguli ſubſtituti videbuntur: ubi enim quis heredes inſtituit, & ita ſcribit, *Eoſque invicem ſubſtituo*, hi ſubſtitui videbuntur, qui heredes extiterunt [7].

Pars data in inſtitutione, cenſetur data in ſubſtitutione.

XXIV. ULPIANUS lib. IV Diſputationum.

SI plures ſint inſtituti ex [8] diverſis partibus, & omnes invicem ſubſtituti: plerumque credendum [&] ex [9] iiſdem partibus ſubſtitutos, ex quibus inſtituti ſint: ut ſi forte unus ex uncia, ſecundus ex octo, tertius ex quadrante ſit inſtitutus, repudiante tertio, in novem partes dividatur quadrans; feratque octo partes, qui ex beſſe inſtitutus fuerat; unam partem, qui ex uncia [ſcriptus eſt]: niſi forte alia mens fuerit teſtatoris, quod vix credendum eſt, niſi [10] evidenter fuerit expreſſum.

De filiis impuberibus invicem ſubſtitutis, & extraneo ſubſtituto ei, qui noviſſimus moritur.

XXV. JULIANUS lib. XXIV Digeſtorum.

SI pater impuberes filios invicem ſubſtituerit, & ei qui noviſſimus mortuus fuerit, Titium: Reſpondendum eſt, ſolos fratres [11] bonorum poſſeſſionem accepturos, & quodammodo duos gradus hujus inſtitutionis factos: ut primo fratres invicem ſubſtituerentur; ſi illi [12] non eſſent, tunc [13] Titius vocaretur.

Si poſthumus pupillariter ſubſtitutus vivo patre naſcatur.

XXVI. IDEM lib. XXIX Digeſtorum.

SI pater filium impuberem heredem ſcripſerit, & ei ſubſtituerit, ſi quis ſibi poſt mortem natus erit; deinde vivo patre poſthumus [14] natus fuerit: teſtamentum [vivo] rumpetur: poſt mortem autem fratris vivo patre natus, ſolus heres patri ſuo exiſtet.

Si quis heredi ſubſtituto ſubſtituatur.

XXVII. IDEM lib. XXX Digeſtorum.

SI [15] Titius coheredi ſuo ſubſtitutus fuerit, deinde [16] ei Sempronius: verius puto, in utramque [17] partem Sempronium ſubſtitutum eſſe.

De lege Cornelia.

XXVIII. IDEM lib. LXII Digeſtorum.

LEx [18] Cornelia, quæ teſtamenta eorum, qui in hoſtium poteſtate deceſſerunt, confirmat [19], non ſolum ad hereditatem ipſorum, qui teſtamenta fecerunt, pertinet, ſed ad omnes hereditates, quæ ad quemque ex eorum teſtamento pertinere potuiſſent, ſi in hoſtium poteſtatem non perveniſſent. Quapropter cum pater in hoſtium poteſtate deceſſit, filio impubere relicto in civitate, & is intra tempus pubertatis deceſſerit, hereditas ad ſubſtitutum pertinet, perinde ac ſi pater in hoſtium poteſtatem non perveniſſet. Sed ſi pater in civitate deceſſit, filius impubes apud hoſtes; ſi quidem mortuo patre filius in hoſtium poteſtatem pervenerit, non commode [20] dicitur, hereditatem ejus ex ea lege ad ſubſtitutos pertinere? ſi vero vivo patre filius in hoſtium poteſtatem pervenerit, non exiſtimo legi Corneliæ locum eſſe: quia non efficitur per eam, ut is qui nulla bona in civitate reliquit, heredes habeat. Quare etiam ſi pubes [21] filius vivo patre captus fuerit, deinde, mortuo in civitate patre, in hoſtium poteſtate deceſſerit, patris hereditas ex lege XII tabularum, non [22] filii ex lege Cornelia, ad adgnatum proximum pertinet.

XXIX. SCÆVOLA lib. XV Quæſtionum.

SI pater captus ſit ab hoſtibus, mox filius, & ibi ambo [23] decedant: quamvis prior pater decedat, lex Cornelia ad pupilli ſubſtitutionem non pertinebit, niſi reverſus in civitate impubes decedat: quoniam [24] & ſi ambo in civitate deceſſiſſent, veniret ſubſtitutus.

De ſubſtituto tertio gradu.

XXX. JULIANUS lib. LXXVIII Digeſtorum.

QUidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia & quarta heredem inſtituit: deinde Quieto Florum, Proculo Sofiam heredes ſubſtituit: deinde, ſi neque Florus, neque Sofia heredes eſſent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam [25] Leptitanorum, [&] ex quarta complures heredes ſubſtituit in plures quam tres uncias: Quietus hereditatem adiit: Proculus & Sofia vivo teſtatore deceſſerunt: Quæritur, quadrans Proculo datus ad Quietum an ad ſubſtitutos tertio [26] gradu pertineat? Reſpondi, eam videri voluntatem patrisfamilias fuiſſe, ut tertio gradu ſcriptos heredes ita demum ſubſtituerit, ſi tota hereditas vacaſſet: idque apparere evidenter [27], ex eo quod plures quam duodecim uncias inter eos diſtribuiſſet: & idcirco partem quartam hereditatis, de qua quæritur, ad Quietum pertinere.

De ſubſtitutione pupillari, quiſquis mihi heres erit, 1. Vel ſi ille mihi heres non erit.

XXXI. IDEM lib. ſingulari de Ambiguitatibus.

IN ſubſtitutione filio ita facta, *Quiſquis mihi ex ſuprafcriptis heres erit, idem filio* [28] *heres eſto*: Quæritur, quiſque heres, quandoque fuerit, intellegatur: an quiſquis heres tum erit, cum filius moriatur? Placuit Prudentibus, ſi quandoque [29] heres fuiſſet: quamvis enim vivo pupillo heres eſſe deſiſſet [30], forte ex cauſa de inofficioſo, quæ pro parte mota eſt, futurum tamen cum heredem ex ſubſtitutione creditum eſt. §. 1. Non ſimili modo in hac ſpecie dicendum eſt, ſi quis, cum filios duos haberet, Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio ſubſtituiſſet: *Si Lucius filius meus impubes deceſſerit, neque mihi Gaius filius heres erit* [31], *tunc Seius heres eſto*: nam ita Prudentes hoc interpretati ſunt ut ad impuberis mortem conditio ſubſtitutionis eſſet referenda.

De coheredibus ſubſtituti, & alio aliiſve adjectis.

XXXII. IDEM [lib. I ad Urſeium Ferocem].

QUi complures heredes ex diſparibus [32] partibus inſtituerat, & in his Attium: ſi Attius non adierit, cæteros ex iiſdem partibus, quibus inſtituerat, heredes ei ſubſtituerat: deinde ſi Attius non dediſſet, Titium coheredem eis qui ſubſtituti ſunt, adjecit: Quæſitum eſt quam partem is, & quam cæteri habituri eſſent? Reſpondi, Titium virilem [33], cæteros hereditarias: veluti ſi tres fuiſſent, Titium partem quartam Attianæ partis habiturum, reliquarum partium hereditarias partes, ex quibus inſtituti erant, reliquos habituros eſſe. Quod ſi non ſolum Titium, ſed etiam alios adjeciſſet heredes: hos quidem viriles partes habituros: veluti ſi tres (puta) coheredes fuiſſent ſubſtituti, extranei duo adjecti, hos quintas partes Attianæ partis, reliquos autem coheredes hereditarias partes habituros eſſe [dixit].

Si mater filio, cum pubes erit, *inſtituto vulgariter ſubſtituat. 1. Si quis nepoti ſecundum Galli formulam inſtituto, vulgariter ſubſtituatur.*

XXXIII. AFRICANUS [lib. II [34] Quæſtionum].

SI mater ita teſtetur, ut filium puberem, cum [35] erit annorum quatuordecim, heredem inſtituat, eique pupillaribus [36] tabulis, ſi ſibi heres non erit, alium ſubſtituat: valet [37] ſubſtitutio.

§. 1. Si filius, & ex eo nepos poſthumus ita heredes inſtituantur, ut Gallo Aquilio placuit: & nepoti, ſi is heres non erit, Titius ſubſtituatur: filio herede exiſtente [38], Titium omnimodo, id eſt, etiamſi nepos natus non fuerit, excludi [39] reſpondit.

De ſupremo & proximo. 1. De ſubſtitutione, quiſquis mihi heres erit. *2. De bonorum poſſeſſione contra tabulas.*

XXXIV. IDEM [lib. IV [40] Quæſtionum].

EX duobus impuberibus *ei, qui ſupremus moreretur*, heredem ſubſtituit: Si ſimul [41] morerentur, utrique heredem eſſe reſpondit: quia *ſupremus* [42] non is demum qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, intelligatur: ſicut & è contrario *proximus* [43] non ſolum is, qui ante aliquem, ſed etiam is ante quem nemo ſit, intellegitur. §. 1. Filium impuberem & Titium heredes inſtituit: Titio Mævium ſubſtituit: filio *quiſquis ſibi heres eſſet* ex ſuprafcriptis, ſubſtituit: Titius omiſit hereditatem, Mævius adiit: Mortuo deinde filio, putat magis ei ſoli ex ſubſtitutione deferri pupilli hereditatem, qui patris quoque hereditatem adierit.

§. 2. Etiamſi contra patris tabulas bonorum poſſeſſio petita ſit, ſubſtitutio tamen pupillaris valet, & legata omnibus præſtanda ſunt, quæ à ſubſtitutione data ſunt.

XXXV. IDEM [lib. V Quæſtionum].

ET ſi contra tabulas patris petita ſit à pupillo bonorum poſſeſſio, in ſubſtitutum tamen ejus actionem legati dandam eſſe, ita ut augeantur [44] præterea [45]: quod filius extraneis non debuerit: Sic & creſcere à ſubſtituto data legata, ſi per bonorum poſſeſſionem plus ad filium perveniſſet, quemadmodum & ipſe filius plus exceptis deberet. His conſequens eſſe exiſtimo, ut, ſi impubes ex aſſe heres ſcriptus ſit, & per bonorum poſſeſſionem ſemis ei ablatus ſit, ſubſtitutus in partem legati nomine exoneretur: ut quemadmodum portio, quæ per bonorum poſſeſſionem acceſſerit, auget legata, ita & hic, quæ abſceſſerit, minuat [46].

De numero graduum. De ſervo herede neceſſario. 1. De numero heredum ſinguli gradibus. De ſubſtitutione reciproca.

XXXVI. MARCIANUS lib. IV Inſtitutionum.

POteſt [47] quis in teſtamento plures [48] gradus heredum [49] facere: puta, *Si ille heres non erit, ille heres eſto*: & deinceps plures: ut noviſſimo loco in ſubſidium vel ſervum neceſſarium heredem inſtituat.

---

91 Poſthumus poteſt jam nato pupillariter ſubſtitui. *Bald.*

92 *l.* 6. § 3. *ff. de hered. inſt.*

93 Favore libertatis & pupillaris ſubſtitutionis partem ſuam vendere quis cogitur. *v. l.* 1. §. 1. *C. de comm. ſerv. manum.*

94 *l.* 16. *ff. cod.*

95 *l.* 5. § 3. *C. de neceſſariis.*

96 *l.* 38. *de hered. inſt.*

97 *Subaudi*, impuberis.

98 §. 2. *C. ibid. Theoph. Inſt. de pupill. l.* 28. *verſ. me illud maxime mov. ff. de reb. auct. jud.* ideoque ſolennitas unica ſufficit in utroque. *Bald.* & conſequenter, ut ibidem Theophilus ſcribit, ſeptem teſtes ſufficiunt, neque quatuordecim exiguntur.

99 *l.* 9. *ff. ſecund. tab.*

100 *l.* 8. *in fin. ff. ſecund. tabul.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 11 *ff. teſtam. quemadmod. aper.*

1 Poteſt quis ſibi teſtamentum ſcriptum facere: filio vero per nuncupationem: & retro, filio per ſcripturam, ſibi per nuncupationem.

2 Quid, ſi in tempus longius? *v. l.* 14. *ff. cod.* permiſſum intra tempus, poſt tempus vitietur denegatum. *Bald.*

3 Vide Tiraqu. *privil.* 29. *pia cauſ.*

4 *l.* 8. § 5. *ff. de inoff. l.* 27. § 2. *ff. ad Trebell. l.* 5. § 2. *ff. de leg. præſtand.* Impugnans paternum teſtamentum, non debet ex pupillari & neceſſorio commodum reportare.

5 Vide Langebek. *c.* 7 *Annotationum.* Cujac. in hanc legem, 10 *obſerv.* 40.

6 Ex ſubſtitutione reciproca debent admitti heredes ſuperſtites, non autem heredes præmortuorum: & debent admitti pro hereditariis portionibus.

7 *l.* 41. *ff. de adquir. hered.*

8 §. 2. *Inſt. de vulgari.*

9 *l.* 5. *l.* 8. *in fin. l.* 10. *ff. cod.* §. 7. *in fin. Inſt. de pup. l.* 1. *C. de impub. & aliis.*

10 Ut ſi dixerit teſtator, *hos ſubſtituo æquis partibus.*

11 Præmortui ſcil. ac primo defuncti.

12 Fratres.

13 Subſtitutus poſt filios, aliquo vel uno vivente, non admittitur; extraneus in dubio videtur ſubſtitutus poſt mortem omnium filiorum. Nunquam admittitur ſubſtitutus, ubi perſona ſupereſt, quæ ex præſumpta voluntate defuncti ſubſtitutum antecedere debet. *Bald.*

14 Agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum ex ſubſtitutione. *Bald.* 15 §. 3. *Inſtit. de vulgari.* 16 Subſtitutus ſubſtituti, videtur utriqué ſubſtitutus. *Bald.* 17 Cur ita? vide Paponem, 20 *arreſtorum* 3. *arreſto* 3. 18 Vide Antonium Fabrum, 3 *conject.* 9. 19 Heres ejus, qui apud hoſtes mortuus eſt, heres fingitur ante mortem patris, idque propter fictionem legis Corneliæ. *l.* 25. *ff. familiæ. l.* 12. *ff. qui teſtam. l.* 9. *ff. de injuſto. l.* 3. § 6. *ff. de bon. poſſeſſ. l.* 4. § 1. *ff. de bon. libert. l.* 22 *ff. de captivis.* v. in hanc legem Cujac. 15 *obſ.* 17. 20 Non incommode. *Cujac.* 21 Impubes, Cujac. ad *l.* 10. § 1 *ff. de captivis.* quæ eſt ex lib. 29 Papiniani Quæſtionum.

22 *l.* 10. *in fin. ff. de captivis.*

23 *l.* 11. *ff. de capt.*

24 Quanquam, Cujac. ad *l.* 19. *ff. de uſurpat. & uſucap.*

25 *l. ultim. ff. de cenſib.*

26 Conjunctus ſubſtituto præfertur ex præſumpta voluntate teſtatoris. *l.* 2. § 6. *ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* Goth. Vide Anton. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 13. §. *fin.* Anſ.

27 Probari evidenter dicitur, quod probatur ex conjecturis & verifimilitudinibus. *Bald.*

28 Pupillo, *ut ff. cod.*

29 Semel quem heredem extitiſſe ſufficit, niſi teſtator eum heredem eſſe tempore mortis requirat. *Bald.* momento conditionem extitiſſe ſufficit.

30 Heres interdum eſſe deſinit. *l.* 43. *ff. cod.* §. 5. *Inſt. de hered. ab inteſtato.*

31 Differentiam nota inter hanc conditionem, *Si heres non erit. de* qua *hic. &* illam, *Quiſquis heres erit.* de qua *ff. cod.* Primo caſu, exiſtente conditione ſubſtitutus excluditur: Poſteriore, admittitur. Cur facilius quis admittitur ad favorem, quam à favore excluditur? *Bald.*

32 Disjuncti in inſtitutione intelliguntur disjuncti in ſubſtitutione facta per verba, *Quiſquis mihi heres erit.* Baldus.

33 Coheredes reſpectu aliorum ſubſtitutorum dicuntur venire in viriles: habito reſpectu inter ſe ipſos dividunt pro hereditariis portionibus. *Bald.*

34 Vide Cujac. *ad Afric.*

35 *V. l.* 9. *C. de inſtit. & ſubſtit.*

36 *Pupillares* tabulæ hic dicuntur improprie: quia mater non poteſt ſubſtituere pupillariter.

37 Subſtituere filio vulgariter mater poteſt, etiam in legitima? An & pupillariter? non poteſt.

38 Apparente. vide Cujac. 2 *ad African.* ut in illo XII Tab *ſi furioſus exiſtat.*

39 Subſtitutio facta in locum deficientis primi & ſecundi gradus, non vindicat ſibi locum inſtituto adeunte. *Bald.*

40 Vide Cujac. 4 *ad African.*

41 *l.* 42. *ff. cod. l.* 32. §. 14. *ff. de donat. inter vir. l.* 34. *ff. ad Trebell. l.* 9. *ff. de reb. dub. l.* 11. *ff. ſecund. tabul.* quæſtio eſt de pariter commorientibus: cujuſmodi inſcriptio eſt veteris cujuſdam fabulæ Plauti, *Commorientes*, tranſlatæ ex Græcis Diphili, *συναποθνήσκοντες. Cujac.* 42 *Supremus* dicitur primus & ult. *dub. l.* 1. § 5. *ff.* unde cognat. *l.* 92. *l.* 155. *l.* 162. *ff. de verb. ſign.* 43 *l.* 9. *ff. de reb.* 44 *l.* 5. *ff. de leg. præſtand.* 45 *Al.* Augeantur legata? ſic in *l.* 66. § 6. *ff. de leg.* 2. legitur *propterea*, pro *præterea.*

46 *l. ult. in fin. ff. de leg.* 3. 47 *l.* 1. *l.* 13. *ff. cod. Inſt. de vulg. in princ.* 48 Etiam in infinitum. *l.* 1. *ff. cod.* 49 Et ſic ſubſtitutionum.

48 §. 1. *Inst. de vulg.* ubi v. *Theoph.* 35 *Synops. Basil.* 10. *cap.* 34. 5 *Harm.* 8. §. 3.

stituat. §. 1. Et vel plures [48] in unius locum possunt substitui, vel unus in plurium, vel singulis singuli, vel invicem ipsi qui heredes instituti sunt.

Si singulis liberis vel novissime morituro substituatur.

XXXVII. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

49 §. 6. *Inst. de pupill.* l. 87. §. 2. ff. *de leg.* 2.

VEl singulis [49] liberis, vel qui eorum novissimus morietur, heres substitui potest: *singulis*, si neminem eorum intestato decedere velit: *novissimo*, si jus legitimarum hereditatium integrum inter eos custodiri velit.

Si non omnibus liberis substituatur. 1. *De substitutione pupillari ad breve tempus ætatis.* 2. *Et alius substitutus post illud tempus.* 3. *Si heres à fideicommissario coactus adierit.*

XXXVIII. PAULUS lib. sing. de secundis tabulis.

50 l. 39. §. 1. l. 45. ff. *eod.*

QUi plures liberos habet, potest quibusdam [50] substituere: neque utique necesse habet, omnibus: sicuti potest nulli substituere. §. 1. Ergo [51] & ad breve tempus ætatis substituere potest: ut puta, *si filius meus intra annum decimum decesserit, Titius mihi heres esto.* §. 2. Itaque & si diversos substituat post finem ætatis, admittendum erit: veluti, *si intra decimum annum decesserit, Titius heres esto: si post decimum, intra quartum decimum, Mævius heres esto.*

51 Argumentum de personis ad tempus valet: secus de numero personarum ad diminutionem temporum. *Bald.*

52 l. 14. §. 4. *ad Trebell.* Sicut additio spontanea paternæ hereditatis confirmat tabulas pupillares, sic & coacta additio. *Baldus.*

§. 3. Si à patre institutus, rogatusque hereditatem restituere, coactus [52] ex fideicommissario [53] adierit: quamvis cætera, quæ in eodem testamento relicta sunt, per eam additionem confirmentur, ut legata & libertates: secundas tamen tabulas non oportere resuscitari destituto jam jure civili testamento, [Quintus] Cervidius Scævola noster dicebat: sed plerique in diversa sunt opinione: quia & pupillares tabulæ pars [54] sunt prioris testamenti: quo jure utimur.

53 *Al.* fideicommissso.

54 §. 5. *Inst. de pupill.*

De duobus impuberibus, altero in potestate, altero emancipato. 1. *Si alius vulgariter, alius pupillariter substituatur.* 2. *De jure accrescendi.*

XXXIX. JAVOLENUS lib. I ex posterioribus Labeonis.

55 Et ita diversæ conditionis. l. 45. ff. *eod.* l. 6. C. *de testam. milit.*

CUm ex filio quis duos nepotes impuberes habebat, sed alterum eorum in potestate, alterum non [55], & vellet utrumque ex æquis partibus heredem habere, &, si quis ex his impubes decessisset, ad alterum partem ejus transferre: ex consilio [56] Labeonis, Ofilii, Cascellii, Trebatii, cum, quem in potestate habebat, solum heredem fecit; & ab eo alteri dimidiam partem hereditatis, *cum in suam* [57] *tutelam venisset*, legavit [58]; quod si is, qui in potestate sua esset, impubes decessisset, alterum heredem ei substituit. §. 1. Filio impuberi in singulas [59] causas alium & alium heredem substituere possumus: veluti ut alius, *si sibi nullus filius fuerit*, & alius, *si filius fuerit, & impubes mortuus fuerit*, heres sit.

56 Sapiens testator testari debet consilio sapientum. *Bald.*

57 Id est, post 14 annum. v. l. 54. ff. *de hered. instit.*

58 Hoc verbum est obliquum.

59 Ut ita expressum faciat cessare racitum. *Bald.*

§. 2. Quidam quatuor heredes fecerat, & omnibus heredibus præter unum substituerat: unus ille, cui non erat quisquam substitutus, & ex cæteris alter vivo patrefamilias decesserat: Partem cui nemo [60] erat substitutus, ad substitutum quoque [61] pertinere, Ofilius, Cascellius responderunt: Quorum sententia vera est.

60 l. 29. *in fin.* ff. *eod.* l. 42. ff. *eod.* l. 9. ff. *de reb. dub.*

61 Non solum ad primos heredes institutos: atque ita substitutus vulgariter, institutis dicitur conjunctus. *Bald.*

De bona impuberis arrogati.

XL. PAPINIANUS lib. XXIX Quæstionum.

62 Vide Papon. 20 *Arrestor.* 3. *artic.* 2.

CAusa cognita [62] impubes adrogatus decesserat: Quemadmodum legitimis heredibus auctoritate principali prospicitur vinculo cautionis, ita si forte substituit naturalis pater impuberi, succurrendum erit substituto: nam & legitimis heredibus futuris non aliæ, quam utiles [63] actiones præstari possunt.

63 Per publicam personam adquiritur utilis, non directa actio. *Bald.* quod confirmat Cujac. *consultat.* 46.

Si ei, qui coheredi substitutus est, alius substituatur. 1. *De substitutione reciproca.* 2. *Si is, cui parens substituit, mortuus tempore non sit in ejus familia.* 3. *De fideicommisso.* 4. *De conjunctis. De substitutione reciproca.* 6. *Si coheres vel extraneus substituatur impuberi. De eadem re uni in primo tabulis, alteri in secundis, legata.* 7. *De pupillari substitutione ei quæ novissima morietur.* 8. *De substitutione in locum partemve filii. De substituto ex re certa.*

XLI. IDEM lib. VI Responsorum.

64 Vide Langebuk. *cap.* 11 *Annot.*

65 l. 27. ff. *eod.* Substitutus substituti, ejusdemque coheredis videtur in utriusque portionem substitutus. *Bald.* Substitutus substituto directa substitutione intelligitur substitutus quoque instituto, *ut hic.* & fideicommissaria substitutione multo magis, in qua testatoris voluntas potissimum spectatur. l. *heredes.* l. 57. §. *cum ita.* 1. ff. *ad Treb.*

66 Vide Papon. 20 *Arrestor.* 3. *artic.* 2.

67 Reciproca substitutio videtur facta pro partibus hereditariis sibi vel alteri quæsitis. *Bald.*

68 Substituere etiam post pubertatem verbis fideicommissariis liberis nostris possumus. adde l. 6. *in fin. C. de testam. milit.*

69 Falcidia & Trebellianica deducitur etiam ab herede. dixi ad l. 10. *C. ad legem Falcid.*

70 Hinc colligit Goveanus, jure civili unius duntaxat quartæ retentionem permitti, addit-que l. 10 ff. *ad l. Falcid.* qua de re *alibi* dicam commodius. 71 Substitutiones odiosas esse hinc colligunt, cum onus heredibus inferant, & eorum mortem spectent. dixi ad l. 3. §. 5. ff. *de verbor. obligat.* & bonorum alienationem impediant, l. *ult. C. de fideicomm.* quod odiosum. l. *non usque.* 2. ff. *si à parente.* Hoc etiam notant, substitutionem esse facultatem favore cognationis excogitatam, ut in familia bona conserventur, Decius *cons.* 652. Socinus Junior, *cons.* 168. Baldus, *cons.* 104. & in dubio semper pro fideicommisso judicandum esse. vide Socinum *cons.* 249. præsertim si agnationis facta fit mentio. Ancharanus *cons.* 29. Godzadinus *cons.* 89. Curtius *cons.* 22. Paris. *cons.* 7. 35. 63. Craveta *cons.* 228. Plenam denique interpretationem fimendam in fideicommissis, ut actus valeat. Craveta *cons.* 208. Decius *in leg. In testam.* 12. ff. *de regul.* 72 Si non valet testamentum, non valet substitutio fideicommissi. *Bald.* 73 Clausula, *si non valet jure testamenti*, &c. non intelligitur tacite, sed debet adjici expresse. *Bald.* vide l. 28. ff. *de fideicommiss. libert.* Porro de clausula codicillari, adde l. 8. §. 1. *C. de codicill.* 74 l. 17. §. 2. ff. *ad Treb.* In fideicommissaria substitutione non veniunt bona impuberis: secus in pupillari. *Bald.*

75 Substitutio fideicommissaria non potest fieri exheredato: secus in pupillari. *Bald.* 76 Distinctas, separatas. 77 Quod sit raro.

[64] [65] [66] [67] [68] [69] [70] [71] [72] [73] [74] [75] [76] [77] [78] [79] [80] [81] [82] [83] [84] [85] [86] [87] [88] [89] [90] [91] [92] [93] [94] [95] [96] [97] [98] [99] [100] 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

[78] [79] [80] [81] [82] [83] [84] [85] [86] [87] [88] [89] [90] [91] [92] [93] [94] [95] [96] [97] [98] [99] [100] 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21

78 Substitutio reciproca generaliter facta, refertur prius ad conjunctos, deinde ad cæteros. *Bald.* vel ita: Substitutio facta per relativum *quos*, jus accrescendi imitatur. *Bald.* vel ita: Reciproca substitutio invicem videtur facta secundum ordinem conjunctionis, Graff. ff. *jure accrescendi. qu.* 8. n. 2. vel ita: Ubi discretæ institutiones, etiam eorum substitutiones discretæ intelliguntur, nec alterutra ad alteram producitur.

79 Ordinem in substitutione præsumimus ex amore & dilectione defuncti: in substitutionibus præsumuntur a testatore magis dilecti, hoc est, in substitutionibus præferuntur, qui testatoris habent affectionem atque judicium. Castrensis, Aret. 18, Alex., Jas. *hic.* Alex. 2 *cons.* 66. Decius *cons.* 86. Curt Junior *cons.* 125. 161. Jus conjunctionis simul & substitutionis nuda substitutione potentius est. Ex conjunctione voluntas defuncti præsumitur.

80 l. *ult. in fin. C. eod.*

81 Legata relicta in secundis tabulis contribuuntur cum relictis à substituto in primis tabulis bonum cum relictis ab avo.

82 Substitutus pupillariter perinde habetur, ac si esset substitutus in testamento paterno sub conditione: quia minus aliud est substitutio, quam conditionalis institutio. l. *in ratione legis Falcid.* 12. §. *quod vulgo.* 5. ff. *ad leg. Falcid.*

83 De contribuendis legatis ab institutis, ac eo eodem impubere substituto relictis, vide Cujac. 4 *observ.* 36. Quoties pars gravata non gravatæ accedit, ex substitutione pupillari portio augetur per non gravatam. & ita fit contributio, *ut hic.* Non augetur tamen quoties legata nominatim relicta a pupillo, l. *qui fundum.* 87. §. *qui filium.* 4. l. *in ratione.* 11. §. *quæsitum.* 7. ff. *ad leg. Falcid.* aut si gravata portio non gravatæ accedat ex jure accrescendi. l. *quidsi alterutro.* 78. ff. *ad l. Falcid.* 84 De non contribuendis legatis a pupillo & pupilli substituto relictis cum his, quæ ab alio quodam coherede pupillo relicta sunt, v. Cujac. 4 *obs.* 37. 85 Pars quæ defertur ex substitutione ad extraneum, non augetur portione coheredis. Quid ita? v. *Limnæum.* 7. 7. ff. *ad l. Falcid.* 86 Id est, simpliciter. 87 Legata re duobus, uni in testamento patris, alteri in tabulis pupillaribus, secundo legato non intelligitur primum ademptum, *ut hic. plane.* 34. §. *si conjunctim.* 9. ff. *de leg.* 1. Quinimo tales legatarii faciunt sibi partes per concursum, perinde ac si res eadem legata fuisset duobus in eodem testamento. l. *si pluribus.* 33. ff. *de leg.* 1. §. 8. *Inst. de leg.* Re denique videntur conjuncti. 88 Substitutio pupillaris facta novissimo in pupillari ætate moriente expirat, si ultimus moriatur pubes. 89 *Al.* non decessit. 90 Vid. Cuj. in hunc §. 6 *obs.* 40. Substitutio facta filio valet, licet institutio non præceserit, cum intelligatur præcessisse, *Bart.* quod non probatur Dyno, Alberico, Angelo, Baldo, Jasoni. adde l. 37. ff. *de hered. instit.* l. 10. ff. *de mortis causa.* l. *un. C. de caduc.* 91 l. 4. *C. cod.* l. 85. ff. *de hered. inst.* 92 Id est, non magis, quam si adjecta esset alia conditio extrinseca. 93 5 *Harmen.* 1. §. 38. Substitutio pupillaris facta in partem, vel rem certam, si alius non reperitur, trahitur ad universum patrimonium.

94 *Partis* appellatione totum interdum continetur. l. 2. §. 2. ff. *secund. tabul.* 95 Substitutus duobus impuberibus, si ambo in ætate pupillari decesserint, utrique ex pupillari substitutione succedit: alias ultimo morienti, & in ratione Falcidiæ non computatur hereditas primi quam is hereditate secundi reperit, & legata relicta à substituto impuberis evanescunt. 96 Vide l. 34. ff. *eod.* 97 l. 14. §. 2. ff. *ad l. Falcid.* 98 *Sefcuncia*, est uncia cum dimidia. ut l. *filium.* 5. ff. *de legat. præstand.* 99 Falcidia retineri dicitur jure testamenti, *ut hic.* ut alias jure hereditario. l. 14. ff. *ad l. Falcid.* adde quæ scripsi ad l. 30. ff. *de act. empt.* 100 Novum enim erat, patrem puberi filio substituere. 1 Hodie non est necesse imperari: potest enim pater exemplariter substituere filio muto. l. 9. *C. de impub. & aliis subst.* 2 Princeps jus substituendi muto potest concedere. 3 Muto filio potest parens substituere. 4 Mutus potest uxorem ducere, l. 73. ff. *de jure dot.* ergo & voto obligari, *arg.* l. 124. ff. *de regulis.* Bald. & Alberic. *hic.* 5 l. 191. *in fin.* ff. *de reg. jur.* 6 Interpretatio Principis vim legis habet. *Novell.* 138. & statuti. 7 Mens reperibenda præsumitur juxta. 8 Substitutio exemplaris facta ex privilegio Principis, ratione morbi vel vitii, cessante morbo vel vitio expirat. *Bald.* 9 Est enim morbosus. l. 9. ff. *de adulter.* 10 Rescripta Principum jus commune similibus in casibus imitantur. 11 Pupillare testamentum pubertate finitur. 12 Cessante furore cessat furioso facta exemplaris substitutio, *ut hic.* & eodem modo ætate impubere cessante, cessat pupillaris, *vers. & ut quemadmodum.* ff. *eod.* & eodem modo cessante impedimento linguæ, vel orationis, cessat substitutio facta filio muto. *hac leg.* 13 l. 31. ff. *eod.* 14 *Respuisset.* 15 Æquum deferendum, si iniquum esse incipit. 16 l. 101. ff. *de condit. & demonstr. l. 6. C. de inst. & subst.* 17 l. 38. §. 1. ff. *eod.* 18 Species temporis derogat generi. *Bald.* 19 Specie derogatur generi: idque vel in rebus, l. *uxorem.* 41. §. *fideicommissi.* 3. ff. *de leg.* 3. l. *quæstum* 12. *in fin.* ff. *de fundo inst.* vel in tempore, *ut hic.* vel in personis. l. *coheredi.* 41. §. *qui patrem.* 5. ff. *eod.* 20 Præteritus si filius sit à primo gradu, substitutus a secundo, incipit testamentum à secundo gradu. Primo gradu vitiato incipit testamentum à secundo. Ita filius impugnans primum gradum à quo præteritus est, potest succedere ex substitutione vulgari. 21 l. 3. *in fin.* ff. *de liberis.*

ſpondi, eum gradum, à quo filii præteriti ſint, nullius 22 eſſe momenti: & ideo, cum iidem ſubſtituti proponantur, ex teſtamento eos heredes extitiſſe videri: ſcilicet quia non totum teſtamentum infirmant filii, ſed tantum 23 eum gradum, qui ab initio non valuit: ſicut reſponſum eſt, ſi à primo ſit filius præteritus, à ſecundo exheredatus: Nihil autem intereſt, qua ratione ſecundi heredis inſtitutio valeat: utrum quia ab eo filius exheredatus eſt, an quia ipſe filius ſubſtitutus eſt. §. 3. Julius 24 Longinus pater eos, quos ſibi heredes inſtituerat, filio ita ſubſtituit, *Quiſquis 25 ſibi heres eſſet*: Unus ex heredibus inſtitutis, qui tacitam 26 fidem accommodaverat, ut non capienti partem ex eo, quod acceperat, daret, ad ſubſtitutionem impuberis admiſſus, utrum 27 pro ea parte, pro qua ſcriptus fuit, veniat; an vero pro ea quam cepit, ita ut augeatur ejus pars in ſubſtitutione? Reſpondi *: Qui in fraudem 28 legum fidem accommodat, adeundo heres efficitur: nec 29 deſinet heres eſſe, licet res quæ [ita] relictæ ſunt, auferuntur 30. Unde & ex ſecundis tabulis in tantum heres eſſe poteſt, in quantum ſcriptus eſſet: ſatis 31 enim punitus eſt in eo, in quo fecit contra leges. Quinimo, etſi deſineret heres eſſe, idem dicerem: quemadmodum 32 intellegendum eſt in eo, qui, cum ſcriptus eſſet heres, poſtquam adiſſet hereditatem in ſervitutem redactus eſt, & poſtea libertate donatus, cui permiſſum eſt ad ſubſtitutionem venire, quæ ei in teſtamento 33 fuerat relicta: licet enim hereditatem ex inſtitutione amiſit, tamen ex ſubſtitutione iſtam portionem, quantum 34 amiſit, percepturum.

Primas tabulas ex ſecundis non confirmari.

XLIV. IDEM [lib. x Quæſtionum].

EX pupillari teſtamento ſuperius principale 35 neque ex parte neque in totum confirmari poſſe, Mæcianus ſcripſit 36.

De ſubſtitutione reciproca.

XLV. IDEM [lib. XII Reſponſorum].

LUcius Titius legitimum filium, & alterum 37 naturalem heredes inſtituit: eoſque invicem 38 ſubſtituit. Titianus legitimus filius, quem pater anniculum reliquit, poſt patris mortem impubes deceſſit ſuperſtite matre, & fratre naturali, quem etiam coheredem habebat: Quæro [an] hereditas ejus ad Titium naturalem fratrem ex cauſa ſubſtitutionis pertineat, an vero ad matrem? Reſpondi: ad primum 39 caſum non exiſtentium heredum, ſubſtitutionem, de qua quæritur, pertinere: non ad ſequentem 40, ſi quis eorum poſtea deceſſiſſet intra pubertatem: cum in naturalis filii perſona duplex 41 ſubſtitutio locum habere non poterit: & ideo ad matrem legitimi filii hereditas ab inteſtato pertinet 42.

§. 1. Paulus reſpondit, ſi omnes inſtituti heredes omnibus invicem ſubſtituti eſſent, ejus portionem, qui quibuſdam defunctis poſtea portionem ſuam repudiavit, ad eum 43 ſolum, qui eo tempore ſupervixit, ex ſubſtitutione pertinere.

De fideicommiſſo & conditione, ſi mihi heres erit.

XLVI. IDEM [lib. XIII Reſponſorum].

PAterfamilias primis tabulis poſthumo herede inſtituto, ſecundis ſibi vel filio, ſi intra pubertatem deceſſiſſet, Gaium Seium fratrem ſuum ſubſtituit, deinde Titium Gaio Seio: & poſtea ſic dixit: *quod ſi Gaius Seius frater meus primo loco ſubſtitutus, heres 44 mihi eſſet, tunc Titio fideicommiſſum relinquo*: Quæro, cum filius patri heres extiterit, eoque intra pubertatem mortuo frater teſtatoris ex ſubſtitutione heres ſit, an fideicommiſſum debeatur, cum ita relictum ſit: *Si Gaius Seius frater ſuus ſibi heres extitiſſet?* Reſpondi, fratrem defuncti, qui in utrumque caſum [inſtitutus vel] ſubſtitutus eſt, filio impubere defuncto, ea, quæ teſtator reliquit, præſtare debere: nec adverſari hæc verba, *quod ſi Gaius Seius mihi heres erit, tunc dari volo*; cum verum ſit, eum & teſtatoris heredem extitiſſe.

De ſubſtitutis ſubſtitutæ pupillariter.

XLVII. SCÆVOLA [lib. II Reſponſorum].

QUi habet filium & filiam impuberes, inſtituto filio herede, filiam exheredavit: &, *ſi filius intra pubertatem deceſſiſſet*, filiam eidem ſubſtituit: ſed filiæ, ſi, antequam nuberet, deceſſiſſet, uxorem ſuam, item ſororem ſuam ſubſtituit: Quæro cum filia impubes 45 prior 46 deceſſerit, deinde frater ejus impubes, an filii hereditas ad uxorem & ſororem teſtatoris jure ſubſtitutionis pertineat? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, non 47 pertinere.

De ſervo communi. 1. De ſervo legato, & inſtituto, deinde ſub conditione, ſi heres non erit, *inſtituto cum libertate. Si quis ſibi ſubſtituatur. 2. De ſervo proprio pupillariter ſubſtituto, deinde alienato à pupillo, & inſtituto ab emptore.*

XLVIII. IDEM [lib. ſingulari Quæſtionum publice tractatarum].

SErvum communem 48 habemus: hic heres ſcriptus eſt: &, *ſi 49 heres non ſit*, Mævius illi ſubſtitutus eſt: alterius juſſu dominorum adiit hereditatem, alterius non: Quæritur, an ſubſtituto locus ſit, an non? Et verius eſt, ſubſtituto 50 locum eſſe 51.

§. 1. *Titius heres eſto: Stichum Mævio do lego: Stichus heres eſto: Si Stichus heres non erit, Stichus liber heresque eſto.* In hac quæſtione in primis quærendum eſt, utrum unus gradus ſit, an duo: & an cauſa mutata 52 ſit ſubſtitutionis, an eadem permaneat. Et quidem in pleriſque quæritur, an ipſe ſibi ſubſtitui poſſit? Et reſpondetur, *cauſa 53 inſtitutionis mutata 54 ſubſtitui poſſe.* Igitur ſi Titius heres ſcriptus ſit, &, ſi heres non ſit, idem heres juſſus ſit, ſubſtitutio nullius momenti erit: Sed *ſi ſub conditione quis heres ſcriptus ſit, pure autem ſubſtitutus [eſt], cauſa immutatur*, quoniam poteſt ex inſtitutione defici conditio, & ſubſtitutio aliquid adferre: ſed ſi extiterit conditio, duæ 55 puræ ſunt, & ideo nullius momenti erit ſubſtitutio: Contra ſi pure quis inſtituatur, deinde ſub conditione ſibi ſubſtituatur, nihil 56 facit ſubſtitutio conditionalis: nec mutata intellegatur: quippe cum, [&] ſi extiterit conditio, duæ puræ ſunt inſtitutiones. † Secundum hæc propoſita quæſtio manifeſtetur, *Titius heres eſto: Stichum Mævio do lego: Stichus heres eſto: ſi Stichus heres non erit, Stichus liber heresque eſto.* Nos didicimus, quoniam eodem teſtamento & legatus ſit Stichus & libertatem accepit, prævalere 57 libertatem: & ſi prævalet libertas, non deberi 58 legatum, & ideo juſſu legatarii non poſſe adire hereditatem: ac per 59 hoc verum eſſe, Stichum heredem non eſſe: & ex ſequentibus verbis libertatem illi competere, cum unus gradus videtur. † Quid ergo, ſi non adierit Titius? Incipiet ſubſtitutione Stichus liber & heres eſſe: Porro, quamdiu non adit juſſu legatarii, nec ex cauſa legati intellegitur legatarii eſſe effectus: & ideo certum eſt, illum heredem non eſſe: ac per hoc ex his verbis, *ſi heres non erit, Stichus liber heresque eſto*, liber & heres exiſtet. Hoc autem, quod ſentimus, Julianus quoque in libris ſuis probat. §. 2. Si pupillus ſubſtitutum ſibi ſervum alienaverit 60, eumque emptor liberum heredemque inſtituerit: numquid iſte in ſubſtitutione habeat ſubſtitutus univerſum? Et ſi quidem pupillus ad pubertatem pervenerit, neceſſarius 61 ex teſtamento emptoris heres exſtitit: ſin vero intra pubertatem deceſſerit, ex ſubſtitutione quidem liber & heres fit, & neceſſarius patri pupilli; emptori autem voluntarius 62 heres exſtitit.

22 Præteritio filii in poteſtate poſiti, reddit teſtamentum ipſo jure nullum. *l. 1. ℱ. de legit. l. ſi filius. C. de bon. poſſ. contra tab.*

23 Primum quidam qui impediat reportare commodum poteſt ex ſecundo gradu. *Bald.*

24 Anton. Fab. *5 Conject.* 17.

25 Qui ſemel eſt heres, licet deſinat eſſe heres in totum, vel pro parte (ut quia ei tanquam indigno aufertur hereditas), admittitur tamen ad ſubſtitutionem propter verba: *Quiſquis mihi heres erit, ſit filio meo ſubſtitutus.*

26 *Tacitam fidem accommodat*, qui incapaci partem ex eo quod accipit, dat.

27 Verborum trajectionem hic obſervat Cujac. *in prælectione ad me tranſmiſſa*, utrum pro ea parte, quam cepit, veniat, an pro ea parte pro qua ſcriptus fuit, ita ut augeatur, &c.

28 V. *l. 30. ℱ. de legib.*

29 Heredi indigno aufertur commodum hereditatis, non tamen nomen *heredis*: nec ullum aliud commodum, quod ſequela ſit ſolius nominis, *Bald.* Ita fiſcus hoc caſu non proprie heres fuerit, licet teneat locum heredis in eo quod debetur, quod creditum eſt, quod legatum eſt. *l. 2. C. ad leg. Jul. de vi. l. cum fiſco. 9. ℱ. de Senatuſc. Silaniano. l. recuſare. 6. §. ſi fiſco. 3. ℱ. ad Trebell.*

30 Tacitam fidem qui adcommodat de reſtituenda re incapaci, privatur eo quod reſtituere voluit incapaci (quippe ea parte deliquit), at non ſubſtitutione pupillari, in qua nihil deliquit, *ut hic. arg. l. 29. ℱ. de donat.* Unde notant, excluſum à teſtamento paterno, non excludi a tabulis pupillaribus: Jus ſubſtitutionis pupillaris, bonorum publicatione ſeu confiſcatione non contineri. Quid ita? ſutura non continentur publicatione bonorum. *l. ejus. 8. §. 1. ℱ. de teſtament. l. ſi mandavero tibi. 22. §. is cujus. 5. ℱ. mandati.* An quia publicatio ad bona pupilli nihil pertinet, ſed ad bona patris tantum, quibus eſt adcommodata fides tacita, ut vult Jaſon?

31 Duplici pœna nemo afficiendus. *l. 4. §. 2. ℱ. de lege Rhod.*

32 Heres qui ob ſervitutem eſſe deſinit, ſi poſt fiat liber, admittitur ad ſubſtitutionem factam his verbis: *Quiſquis mihi heres erit.* Quid ita? licet ſervitute jus heredis amiſit, retinet tamen nomen *heredis*: quod ſatis eſt, ut recuperata libertate recuperet quoque jus ſubſtitutionis.

33 An in inſtitutione data? id enim *teſtamentum* interdum ſignificat. vide Cujac. 7 *obſerv.* 18.

34 *Al.* quam tum. 35 Acceſſorium non confirmat ſuum principale, *ut hic.* Hinc fit, ut remiſſo pignore, debitum remiſſum non intelligatur: ut pactum veſtitum aut ſtipulatio pœnalis rei acceſſoriæ non veſtiat pactum nudum adjectum rei principali. *l. nuda. 5. C. de contrah. ſtipulat.*

36 Ne ex pupillari (quod ex principali valet) ipſum principale confirmari videatur. v. *l. 10. ℱ. de jur. codicill.* Principale non capit vires ab acceſſorio. 37 V. *l. 4. §. 2. ℱ. eod.* 38 *l. 39. ℱ. eod.*

39 Id eſt, vulgaris ſubſtitutionis: & ſic quo caſu heredes non exiſtunt. 40 Id eſt, ſecundum, ac pupillaris ſubſtitutionis. *l. 8. C. de impub.* 41 Abſurdum eſt unius verbi in alterius perſona vim eſſe duplicem, in alterius, ſimplicem, Govean. v. *l. 4. ℱ. h. t.* 42 Pertinet aliter, ſi ejuſdem ætatis liberi inſtituti, invicemque ſubſtituti fuiſſent: tunc enim altero defuncto intra pubertatem, ejus ſucceſſio non ad matrem, ſed ad ſubſtitutum ejus devolvitur. *vulgat.* quam Cujac. 17 *obſerv.* 26. ita emendat: aliter ſi ejuſdem conditionis & ætatis liberi. 43 Vide *l. 81. ℱ. de adquir. hered.*

44 *Heredis* appellatio complectitur omnem heredem, qui judicio teſtatoris ſuccedit ex quocunque gradu. *Bald.* Goth. Vide Cujac. *lib. 18. obſ.* 36. Anſ. 45 *Al.* pubes. *al.* in pubertate.

46 Subſtitutus moriens, vivente eo cui ſubſtitutus fuit, non tranſmittit jus ſubſtitutionis ad heredem. *Bald.* Goth. V. hic Vigl. *de vulgari ſubſtitutione. §. ſed ſi. num. 5.* Pariſ. *conſil. 73. num. 23.* Graſſ. *recept. ſentent. §. ſubſtitutio. quæſt. 51. num. 6.* Anſ. 47 Subſtitutione pupillari pubertatis adventu extincta, etiam extinguitur tacita pupillaris, quæ ea continetur: deſtructo medio deſtruitur finis. 48 Unus quoties plures repræſentat, pro parte heres eſſe poteſt (atque ita locum ſubſtitutioni vulgari facere) & pro parte non eſſe. *Bald. Vel ita*, Si ſervo duorum dominorum communi inſtituto datus ſubſtitutus vulgari juſſu unius adit, alterius repudiat, ſubſtitutus admittitur. Ita ſervus communis inſtitutus heres, poteſt pro parte adire & pro parte repudiare: contra *l. 1. l. 2. l. ſi ſolus. 80. ℱ. de adqu. hered. l. quidam. 20. C. de jure delib.* hoc ideo, quia perſonam duorum repræſentat. 49 Conditio, *ſi heres non ſit*, inſtitutionibus adjecta, id ſignificat, *quatenus heres non erit.* 50 Subſtitutus hic concurrit cum inſtituto. 51 Pro parte ſcilicet, non omnino. *l. 65. ℱ. de adq. hered.*

52 Subſtitui ſibi ipſi, niſi mutetur cauſa, nemo poteſt, hoc eſt, niſi ſubſtituto ſubſtitutio adferat emolumentum aliquod, ut *l. ſed ſi plures. 10. ℱ. eod.* Quid ita? effectu ipſo unus & idem bis inſtitutus eſſet: ita ſecunda inſtitutio idem continens, quod prima, inutilis eſt: Sic quoties bis legatur, ſecundum legatum non valet, *l. cum quæſt. 23. C. de legat.* ut & quoties bis idem ſtipulamur; ſecunda ſtipulatio nihil juvat, *l. qui bis idem. 18. ℱ. de verb. oblig.* niſi ſubſtitutio utilitatem aliquam ſubſtituto adferat, quia teſtator ſæpius loqui poteſt, at non ſæpius inſtituere, vel legare. *l. Mævius. 66. §. cum qui. ℱ. de leg. 2.*

53 Id eſt; utilitas.

54 *l. 10. in fin. ℱ. eod.*

55 Conditio purificata, hoc eſt, quæ extitit pura cenſetur, idem operatur, quod quæ pura eſt ab initio. Puri & purificati inſtrumenti idem eſt judicium. *l. ſi pupillus. 26. ℱ. de cond. inſt. l. qui de inofficioſo. 20. ℱ. de inoff.* vide Jaſ. *hic.* 56 *l. 27. ℱ. de hered. inſtit.* 57 Duo quoties relinquuntur, quæ ſimul valere non poſſunt, valet id, quod eſt favorabilius. Ita libertatis legatum legato ſervi prævalebit. *l. 14. ℱ. de leg. 2. l. 10. in fin. ℱ. de manumiſſ. teſt. l. 50. ℱ. de fideic. lib. l. 20. ℱ. de reg. jur.*

58 Si liber eſt, legatum de ipſo factum nullum eſt, legatarius ejus non erit dominus.

59 Qui non poteſt adire ex inſtitutione, nec ex ſuo arbitrio nec alterius juſſu adire poteſt. *Bald.*

60 Alienatio à pupillo facta, pupillari ſubſtitutioni non officit. *Bald.* Pupillus alienando ſervum ſibi pupillariter ſubſtitutum judicium teſtatoris non evertit. Ita valet alienatio ſervi pupillariter ſubſtituti pendente conditione & caſu pupillaris ſubſtitutionis: Sic res ſubjectas legato vel fideicommiſſo conditionali poteſt interim heres alienare: cujus tamen alienatio reſolvitur adveniente conditione. *l. ult. §. penult. C. comm. de legat. l. Marcellus. 15. ℱ. de mortis cauſa donat.* An pupillus eadem ratione poterit alienare omnia bona ſua, ut & ſervum? Bart. Bald. Angel. Imola, Alexand. Caſtr. Raphaël ita putant, in *l. ſed ſi conditioni. 6. § ſi ſervum communem. 3. ℱ. de heredib. inſtituendis. arg. l. fideicommiſſa. 11. § ſi rem. 12. ℱ. de leg. 3.* Jaſon negare videtur: cum ſit inter hæc duo (alienationem ſervi & bonorum) diſcrimen: & cum ſervi alienatio revocetur, adveniente conditione, in bonis vero ſit alia ratio. 61 *l. 71. §. 1. ℱ. de adqu. hered.* Servus ſubſtitutus pupillariter, heres neceſſarius eſt etiam primi teſtatoris, *ut hic.* Quid ita? Heres heredis, teſtatoris eſt heres. *l. paterfam. 46. ℱ. eod.* 62 *l. 54. in fin. ℱ. de hered. inſtit.*

TIT. VII.

DE CONDITIONIBUS 1 INSTITUTIONUM.

De conditione impoſſibili, vel alio mendo.

I. ULPIANUS [lib. v ad Sabinum].

SUb impoſſibili 2 conditione vel alio 3 mendo 4 factam inſtitutionem placet non 5 vitiari.

De pronomine meus. 1. Mei.

II. IDEM lib. VI ad Sabinum.

SI teſtamento comprehenſum ſit, *ille ſervus, ſi meus erit*, aut *qui meus erit, cum moriar, heres eſto*: quatenus accipiatur *meus* 6, quæritur? Et ſi quidem alienavit in eo uſumfructum, nihilo 7 minus ipſius 8 eſt: ſi vero partem in eo alienavit, an deficiat conditio inſtitutionis, quæritur? Et verius eſt, non 9 defeciſſe conditionem, niſi 10 evidentiſſimis probationibus teſtatorem voluiſſe apparuerit, pro hac conditione hæc verba inſeruiſſe, ſi totus ſervus in dominio ejus remanſerit: tunc enim parte alienata, conditio deficit. §. 1. Sed ſi duo ſervi ita ſint heredes inſtituti, *Primus & Secundus, ſi mei erunt, cum moriar, liberi & heredes ſunto*, & alter ex his ſit alienatus, Celſus recte putat, ſic accipiendum, atque ſi ſingulos 11 ſeparatim ſub eadem conditione heredes inſtituiſſet.

Si per heredem non ſtet, quominus impleat conditionem.

III. PAULUS [lib. 1 ad Sabinum].

SI ita heres inſtitutus ſim, *ſi decem dedero*: & accipere nolit 12, cui dare juſſus ſum, pro impleta conditione habetur.

De ſocietate. 1. De ſervo hereditario non alienando, & Muciana cautione.

IV. ULPIANUS [lib. VIII ad Sabinum].

SI 13 qui ita ſint inſtituti: *Si ſocii una bonorum meorum permanſerint uſque 14 ad annos ſedecim, heredes ſunto*: inutilem 15 eſſe inſtitutionem ſecundum verborum ſignificationem, Marcellus ait 16: Julianus autem, quoniam & ante 17 habitam 18 hereditatem iniri ſocietas poteſt, quaſi rei futuræ, valere inſtitutionem. quod eſt verum 19. §. 1. Idem Julianus ſcribit, eum, qui ita heres inſtitutus eſt, *ſi ſervum hereditarium non alienaverit*, caventem 20 coheredi implere conditionem: cæterum, ſi ſolus heres ſcriptus ſit, ſub impoſſibili 21 conditione heredem inſtitutum videri: quæ ſententia vera eſt.

De

1 VI C. XXV. *Conditio* eſt eventus futurus, qui in dubio eſt, ſit, an non ſit, Cuj. *hic.*

2 *Impoſſibilis* natura vel jure conditio, vel aliter inepta, quæ pro non adjecta habetur, inſtitutionem non vitiat, ut æquitate Prætoris; pura remaneat inſtitutio, v. *l. 3. ℱ. de cond. & demonſt.* adde §. 10. & *ibi Theoph. Inſt. de hered. inſt.*

3 Inepto ſcilicet. Relativum facere conditionem hinc notat Baldus, quoties eventum futurum notat.

4 Vel alio modo, *Hal.* male, ſenſus eſt enim hic: Impoſſibilis conditio non vitiat in teſtamento, mendi colore, quo non probabiliter uti poſſis in contractibus: cum enim in contractibus res geratur inter duos, non videtur mendum eis exciſſe, quod non alter animadvertere & confeſtim corrigere potuerit. *l. 31. ℱ. de oblig.*

5 Niſi ſit ἄπορος: hujuſmodi enim conditio vitiat. vide *l. 16. ℱ. eod.*

6 *l. 85. ℱ. de legat. 3.*

7 *Dominii* voce intelligitur etiam nuda proprietas: quod dominium vindicantibus, in rei vindicatione ſcitu utile eſt. adde *l. ſciendum. 15. §. 1. ℱ. qui ſatiſdare. l. cujuſque. 60. §. ſi fundus. ℱ. de uſufruct.* 8 Proprietarii. Quod pro parte meum eſt, vel commune, meum dicitur: parte, inquam, proprietatis ſcilicet. *l. 1. §. 1. ℱ. de Silaniano.* 9 Cur non deficit conditio? *Noſtrum* eſt etiam cujus pars noſtra dici poteſt. 10 *l. 68 §. 2. ℱ. de leg. 3.* 11 Conditio dividitur, ſive uni ſive pluribus adjiciatur. 12 *l. 24. ℱ. de condit. & demonſtr. l. 161. ℱ. de reg. jur.* & ita conditio dandi dicitur impleri per ſolam oblationem, ſi is, cui debetur, nolit recipere. *Bald.*

13 Vide Antonium Fabrum, 2 *Conject.* 16. 14 Teſtator poteſt præcipere heredibus, *ne dividant, niſi ad certum uſque tempus.* Goth. Vide Bart. Ang. & Bald. *hic.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* 8. 7. *num.* 3. Gabr. Mud. in *l. ſi convenerit. num. 11. ff pro ſocio.* Anſ. 15 Cur inutilis eſt? quia perplexa hujus conditionis forma conditioni inſtitutionis repugnat. 16 *Subaudi*, & male: quippe heredes eſſe non poſſunt antequam ſocii; nec ſocii bonorum præſentium, antequam heredes: quia nondum domini. 17 Societas ſuper futura ſucceſſione interdum poteſt contrahi. *Bald.*

18 *Al.* aditam. 19 Itaque ſufficit conditionem impleri quoquomodo contracta ſocietate, dummodo per tempus adjectum à teſtatore duret. 20 Mutiana cautione. v. *l. 72. §. 2. ℱ. de cond. & demonſtr.* & Cujac. 3 *obſ.* 2. Conditio negativa impletur per cautionem Mutianam. *Bald.* 21 De qua vide *l. 3. ℱ. de condit. & demonſtr.* adde Cujac. *conſultat.* 5.

De pluribus conditionibus.

V. PAULUS [lib. 11 ad Sabinum].

SI heredi plures [22] conditiones conjunctim [23] datæ sint, omnibus parendum est; quia unius [24] loco habentur: si disjunctim [25] sint, cuilibet [26].

De monumento faciendo & impossibilitate conditionis.

VI. ULPIANUS [lib. IX ad Sabinum].

SI quis ita institutus sit, *si monumentum post mortem testatoris in triduo* [27] *proximo mortis ejus feciſſet*: cum monumentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem [28].

De cautione legatorum præstandorum.

VII. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

SI quis sub conditione heredes instituisset, *si invicem caviſſent, se legata eo teſtamento relicta reddituros*: placet, remitti eis conditionem: quia ad fraudem [29] Legum [30] respicerent, quæ vetarent quosdam legata capere: quamquam [&] si cautum esset in ipsa actione, exceptione [31] tuendus esset promissor.

De jurejurando.

VIII. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

QUæ sub conditione *jurisjurandi* [32] relinquuntur, à Prætore reprobantur [33]: providit enim ne is, qui sub jurisjurandi conditione quid accepit, aut omittendo conditionem, perderet hereditatem, legatumve, aut cogeretur turpiter accipiendi conditionem jurare: voluit ergo, eum, cui *ſub jurisjurandi conditione* quid relictum est, ita capere, ut capiunt hi, quibus nulla talis jurisjurandi conditio inseritur: & recte. Cum enim faciles [34] sint nonnulli hominum ad jurandum contemptu [35] religionis [36], alii perquam timidi [37] metu divini numinis usque ad superstitionem [38], ne vel hi vel illi aut consequerentur aut perderent quod relictum est, Prætor consultissime intervenit. Etenim potuit is, qui voluit factum, quod religionis conditione adstringit, sub conditione faciendi relinquere: ita enim homines aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerentur conditione. §. 1. Hoc Edictum etiam ad legata pertinet, non tantum ad heredum institutionem. §. 2. In fideicommissis quoque oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi [39] Prætoris [40] Edictum, ea propter, quia vice [41] legatorum funguntur. §. 3. Et [42] in mortis [43] causa donationibus dicendum est Edicto locum esse [44]: si forte quis caverit, *nisi juraſſet* [45] *se aliquid* facturum, restituturum quod accepit: oportebit itaque remitti cautionem. §. 4. Si quis sub jurisjurandi conditione, & præterea [46] sub alia sit institutus: huic videndum est an remittatur conditio: Et magis est, ut remitti jurisjurandi conditio debeat, licet [47] alii conditioni parendum habeat. §. 5. Sed si sub jurisjurandi conditione sit institutus, *aut si decem* [*millia*] *dederit*, hoc est, alternata conditione, ut aut pareat conditioni, aut juret: aliud quid videndum, numquid remitti ei conditio non debet, quia potest alteri conditioni parendo, esse securus: Sed est verius, remittendam conditionem: ne [48] alia ratione conditio alia eum urgeat ad jusjurandum.

§. 6. Quotiens heres jurare jubetur, *daturum se aliquid, vel facturum*, quod non improbum est, actiones hereditarias non [49] alias habebit, quam [50] si dederit, vel fecerit id, quod erat jussus jurare. §. 7. Mortuo [51] autem vel manumisso Sticho, vivo testatore [52] qui ita heres institutus est, *si juraſſet se Strichum manumiſſurum*, non videbitur defectus conditione [heres]: quamvis verum sit, compellendum eum manumittere, si viveret. † Idem est, & si ita heres institutus esset quis, *Titius heres esto, ita* [53] *ut Strichum manumittat*: aut, *Titio centum ita lego, ut Strichum manumittat*. Nam mortuo Sticho nemo dicet summovendum eum: non videtur enim defectus conditione, si parere conditioni [54] non possit, implenda est enim voluntas, si [54] potest. §. 8. De hoc jurejurando remittendo non [55] est necesse adire Prætorem: semel enim [56] in perpetuum à Prætore remissum est, nec per singulos remittendum. Et idcirco, ex [57] quo dies legati cesserit, remissum videtur, etiam ignorante [58] scripto herede. Ideoque in herede legatarii recte probatur, ut post diem legati cedentem, si decesserit legatarius, debeat heres ejus actione de legato uti, quasi pure legato relicto ei, cui heres exstiterat.

De conditione contra bonos mores.

IX. PAULUS [lib. XLV ad Edictum].

COnditiones, quæ *contra bonos* [59] *mores* inseruntur, remittendæ sunt, veluti *si* [60] *ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit* [61], *si parentibus ſuis patronove alimenta non præſtiterit*.

De herede scribendo, 1. Aut scripto in codicillis. De conditione in præteritum vel præsens relata.

X. ULPIANUS [lib. VIII Disputationum].

INstitutio talis, *Si codicillis* [62] *Seium heredem ſcripſero, heres eſto*, non est inutilis in quovis herede instituto, præter [63] filium: est enim conditionalis institutio, nec videtur hereditas codicillis [64] data, quod interdictum est: verum conditionalis est hæc institutio, quæ testamento data esset. Proinde & si ita scripserit, *Cujus* [65] *nomen codicillis* [66] *ſcripſero, ille mihi heres eſto*: pari ratione dicendum erit institutionem valere, nullo jure impediente. §. 1. Si quem ita institutum ponamus, *Ille, ſi eum codicillis heredem ſcripſi, heres eſto*: valet institutio, etiam in filio, qui in potestate est: cum [67] nulla sit conditio [67] quæ in præteritum [68] confertur, vel [69] quæ in præsens: veluti, *Si Rex Parthorum vivit*: *Si navis in portu ſtat*.

Si per heredem non ſtet, quo minus impleat conditionem.

XI. JULIANUS [lib. XXIX Digestorum.]

SI quis testamento hoc modo scripserit, *filius* [70] *meus, ſi Titium adoptaverit* [71], *heres eſto*; *ſi non adoptaverit, exheres eſto*; & filio parato [72] adoptare, Titius nolit [73] se adrogandum dare: erit filius heres, quasi expleta [74] conditione.

De conditione, si volet.

XII. HERMOGENIANUS [lib. III juris Epitomarum].

VErba hæc, *Publius Mævius, ſi volet, heres eſto*, in necessario [75] conditionem faciunt [76], ut, si nolit, heres non existat: [nam] in [77] voluntaria heredis persona frustra [78] adduntur: cum & si non fuerint addita, invitus non efficitur [79] heres.

De conditione impleta.

XIII. JULIANUS [lib. XXX Digestorum].

EI [80], qui ita hereditatem vel legatum accepit, *ſi decem dederit*, neque hereditas neque legatum aliter adquiri potest, quam si post impletam conditionem id egerit scriptus heres, vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquiri solet.

De conditione contra jus, aut contra bonos mores, aut deriſoria.

XIV. MARCIANUS [lib. IV Institutionum].

COnditiones contra Edicta [81] Imperatorum, aut contra leges, aut quæ legis vicem obtinent, scriptæ, vel quæ contra bonos mores, vel deriſoriæ sunt, aut hujusmodi, quas Prætores improbaverunt [82], pro non scriptis habentur: & perinde, ac si conditio hereditati sive legato adjecta non esset, capitur hereditas, legatumve.

XV. PAPINIANUS [lib. XVI Quæstionum].

FIlius qui fuit in potestate, *ſub conditione* scriptus heres, *quam Senatus aut Princeps improbant* [83], testamentum infirmet [84] patris, ac [85] si conditio non esset in ejus potestate: nam quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt: nec [86] facere nos posse credendum est.

De perplexitate.

XVI. MARCIANUS [lib. IV Institutionum].

SI *Titius heres erit, Seius heres eſto*: *ſi Seius heres erit, Titius heres eſto*: Julianus inutilem [87] esse institutionem [88] [scribit], cum conditio existere non possit.

De pluribus conditionibus.

XVII. FLORENTINUS [lib X Institutionum].

SI plures institutiones [89] ex eadem parte sub diversis conditionibus fuerint [90]: conditio, quæ prior extiterit, occupabit institutionem [91].

De tacita repetitione.

XVIII. MARCIANUS [lib. VII Institutionum].

CUm [92] servus pure liber, & heres scriptus sub conditione sit; & si heres non exstiterit, legatum acceperit: in legato repetitam [93] videri conditionem, Divus Pius rescripsit. §. 1. Hac ratione & Papinianus scribit, cum avia nepotem *ſub conditione emancipationis* pro parte heredem instituit, & postea codicillis scriptis *hoc amplius* [94] ei legavit, quam quod heredem eum instituit, repetitam videri conditionem emancipationis etiam in legato, quamvis in legato nullam, ut in hereditate, substitutionem [95] fecisset.

Si quis ſuſpectam hereditatem adierit.

XIX. IDEM [lib. VIII Institutionum].

SI ita scriptum fuerit, *Titius heres eſto*: *ſi Titius heres erit, Mævius heres eſto*: si [96] Titius suspectam [97] adierit hereditatem, potest Mævius suo arbitrio adire, & quartam [98] retinere.

De dote non petenda. 1. De manumissione servi hereditarii. 2. De institutione & legato.

XX. LABEO [lib. II Posteriorum à Javoleno Epitomatorum].

MUlier, quæ viro suo ex dote promissam pecuniam debebat, virum heredem ita instituerat, *ſi eam pecuniam, quam doti promiſiſſet, neque* [99] *petiſſet, neque* [100] *exegiſſet*: Puto, si vir denunciasset cæteris heredibus, per [1] se non [2] stare, quo minus acceptum faceret id, quod ex dote sibi deberetur, statim [3] eum heredem futurum. Quod si solus heres institutus esset in tali conditione: nihilominus puto statim eum heredem futurum: quia ἀδύνατον [4] id est, *impoſſibilis*, conditio pro non scripta accipienda est. §. 1. Si quis hereditarium [5] servum jussus est manumittere, & heres esse: quamvis, si manumiserit, nihil agat, tamen heres erit: verum est enim eum manumisisse: sed post additionem, libertas servo data, secundum voluntatem testatoris convalescit. §. 2. Si quis te heredem ita instituit, *ſi ſe* [6] *heredem inſtituiſſes, aut quid ſibi legaſſes*: nihil [7] interest, quo [8] gradu is à te heres

---

22 Conditiones conjunctæ, omnes adimplendæ: In disjunctis, electio est implentis. In copulativa & conjunctiva, duo extrema vera esse oportet: In alternativa, unum sufficit esse verum. *l.* 13. §. 2. ff. *de reb. dub. l.* 129. ff. *de verb. oblig.*

23 §. 11. *Inſt. de hered. inſt.*

24 Conjuncti unius loco habentur: vide quæ scripsi ad *l.* 29. ff. *de verb. oblig.*

25 *l.* 78. *in fin.* ff. *de cond. & demonſt.*

26 Id est, uni ex pluribus. Dictio, *quilibet*, est dictio particularis, non universalis: non collectiva, sed distributiva: de qua vide Molinæum 1. *p. Conſuet.* §. 2. *Gloſſ.* 4. *num.* 49.

27 De sumptu triduano sepulchri, vide Ciceronem, 2 & 3 *de legib.*

28 Conditioni adjectæ in fraudem legum, non est parendum: ac licet reipsa obtemperatum sit, aut in contractum translata sit, vim tamen non obtinet. Unde notant, impossibile testatori per modum dispositivum, non posse eundem id per modum conditionis facere. *l.* 3. ff. *de condit. & demonſtr.*

29 Præsumitur dolus, ubi nimia diligentia adhibita. dixi ad *l.* 2. *C. de ſurt.* & ad *l.* 17. *C. de teſt.*

30 Legis Juliæ & Papiæ.

31 *l.* 1. §. 14. *in fin.* ff. *ut legatorum.*

32 Id est, si juraverit. *l.* 29. §. 2. ff. *de teſtam. milit. l.* 112. *in fin.* ff. *de legat.* 1. *l.* 20. ff. *de cond. & demonſtr.* vide Cujac. 5 *obſerv.* 1.

33 Imo, non reprobantur, *l.* 29. ff. *jurejur.* non reprobantur in conventionibus, sed in institutionibus.

34 Jurans facile, Deum non timet: difficile, timet. vide *cap. Eſſi Chriſtus. de jurejur.*

35 Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tangunt, Juvenal. *ſatyr.* 13.

36 Religionem contemnunt, qui facile jurant: & hi impii: alii metu divini numinis vix jurant, & hi plerumque superstitiosi. Ita neque in jurejurando impietas, neque superstitio ferenda.

37 *l.* 21. *C. de fide inſtr.*

38 De qua vide *l.* 1. §. 9. ff. *de ædilitio. & l.* 30. ff. *de pœnis.* 39 Judex sequi formam legis debet, nec ab ea recedere. 40 *Subaudi*, fideicommissarii. Ulpian. 25. §. 12. 41 Iisque sunt exæquata. *l.* 1. ff. *de legat.* 1. 42 Edictum Prætoris ultimarum voluntatum extenditur ad donationes mortis causa. 43 Conditio impossibilis adjecta donationi causa mortis, non vitiat donationem. vide Cors. tum, *ſingulari Conditio.* 44 Quia ad instar legatorum fere sunt comparatæ. §. 2. *Inſtit. de donat.* 45 Renuncianti beneficio *l.* 2. *C. de reſcindenda venditione.* beneficium dictæ legis non dari, hinc colligunt. vide tamen Socinum, *regula* 226. & 436. 46 *l.* 26. ff. *de cond. & demonſtrat.* 47 Conditio justa non remittitur, licet injusta (pone jurisjurandi) ei adjuncta remittatur. Ita utile inutili non vitiatur. 48 Prohibitum simpliciter, prohibetur etiam alternative, *Bald.* Alternative vel causative cogi non potest, qui præcise non potest. 49 Conditio juramenti licet remittatur, non tamen remittitur id cujus nomine jurari debet. Ita aliud est, liberare juramento & obligatione principali. 50 *l.* 14. ff. *de legat.* 3. *l.* 26. ff. *de cond. & demonſtrat.* 51 *l.* 6. *in fin.* ff. *de cond. & demonſtrat.* 52 Modus demonstratur his verbis.

53 Id est, modo. dixi ad *Titulum C. de his, quæ ſub modo.* 54 Conditio, *ſi poteſt*, subintelligitur in quocunque facti mandato. vide *cap.* 41. *de reg. jur. in* 6. 55 Juramentum ubi per legem remissum est, ibi ministerio factove judicis non est opus. 56 Judicem adiri non est necesse in his quæ jure sunt permissa. Generaliter semel dispositum sigillatim constitui non est necesse. Quod remissum est à lege, non est necesse remitti à Judice. *l. de pupillo.* 5. ff. *de operis novi nunciat.* 57 An quia mors testatoris evenit, ut vult post Glossam Bartolus? An quia legatarius implevit onus legato adjectum, ut vult Dynus? Primam veriorem in transmissione, alteram in petitione, notat *Bald.* 58 Ignorantes etiam juvantur legis beneficio, adde *l. multum intereſt.* 21. ff. *de cond. & demonſtr.* 59 *l.* 14. *l.* 15. ff. *eod. l.* 29. §. 2. *in fin.* ff. *de teſt. milit. l.* 2. §. 44. ff. *ad Tertull.* 60 Patrem redimere filius naturaliter tenetur. vide *Novell.* 115. *c.* 3. §. 8. & quæ scripsi ad *l.* 5. §. 16. ff. *de agnoſc. liberis.* 61 Facit *l.* 73. ff. *de jure dot.* 62 *l.* 38. ff. *de cond. & demonſt. Goth.* Vide Cujac. *lib.* 7 *obſ. c.* 18. S. L. Adde Ant. Merend. *controv. lib.* 3. *c. ult.* Anf. 63 Instituí sub conditione futura filius non potest, *ut hic.* sub præsenti vel præterita potest. §. 1. ff. *eod.*

64 Codicillis hereditas dari non potest. *l. Scævola.* 76. ff. *ad Trebell. l.* 14. *C. de teſtam.* 65 Institutio facta in scriptura confirmata, videtur facta in scriptura confirmante: Confirmatum retrotrahitur ad tempus confirmationis: Confirmatio confirmatum præcedere potest. *l. Aurelius.* 28. §. *teſtam.* 1. ff. *de liberatione legata.*

66 Codicillis testamentum declarari & purificari potest. *Bald.*

67 Conditio nulla in præteritum, vel præsens confertur, *ut hic.* existentia tamen ejus probanda est. *l. qui ſub conditione.* 111. ff. *de cond. & demonſtr.*

68 *l.* 80. ff. *de cond. & demonſtr.*

69 Sub conditione præteritæ vel præsenti instituí etiam filius potest. Unde notant, institutionis filii conditionem veram esse sufficere: non requiri tamen, ut sit liquida: differentiam esse inter non liquidum & conditionale. *Gothofred.* Bald. *hic* Emanuel Costa, *lib.* 1 *ſelect. cap.* 1. Graff. *recept. ſent.* §. *inſtitutio. q.* 25. *n.* 4. & *quæſt.* 26. *n.* 2. Anf.

70 *Subaudi*, emancipatus.

71 *l.* 41. §. 8. ff. *de leg.* 3.

72 Paratus implere conditionem testamenti filius ex ipso testamento proprie non per fictionem succedit.

73 *l.* 45. ff. *de cond. & demonſtr.*

74 *Al.* impleta. Ita conditio licet remittatur à Prætore, si tamen institutus paratus est eam implere, non succedet tanquam ex conditione remissa, sed tanquam ex impleta: hoc casu, civili; illo, Prætorio jure succedet. *Bald.*

75 *l.* 69. 86. ff. *de hered. inſtit.*

76 Imo, talis conditio pro enunciatione pura habetur. *l.* 1. §. 8. ff. *ſi quis omiſſa cauſa.*

77 *l.* 69. *in fin.* ff. *de heredib. inſt.*

78 *Si* particula, non semper facit conditionem.

79 Efficiatur.

80 Conditionem qui implet, adire hereditatem, aut legatum agnoriſſe non videtur. Ita hic institutus sub conditione potestativa, potest repudiare impleta conditione.

81 *l.* 9. ff. *eod.* Paul. 3 *ſentent.* 4. §. 15. *l.* 20. ff. *de condit. & demonſtr. Inſt. de legat. in fin. l. unic. C. de his quæ pœn. nomin. l.* 6. *C. de pactis.*

82 *l.* 15. ff. *eod.*

83 Improbaverunt, *l.* 14. ff. *eod.* id est, quam improbant Senatusconsulta, vel Constitutiones Principum.

84 Infirmat, *Bal.* Atqui hujusmodi conditiones, ut impossibiles de jure, pro non scriptis habentur. *l.* 3. ff. *de cond. & demonſtr.*

85 Conditio turpis adjecta filio instituto in potestate patris reddit testamentum nullum.

86 Vide *c.* 18. *de reg. in* 6. Impossibilia dicuntur, quæ non nisi cum dedecore possumus: quæ salva fama & existimatione non possumus. vide quæ notavi ad *Nov.* 83. & *l.* 79. ff. *de jur. dot.* Paria sunt impossibile, & turpe: in nostra potestate non esse, & injustum. 87 V. *l.* 188. ff. *de reg. jur.* 88 Hujusmodi enim institutio est perplexa (nec enim hic conditio præcedere potest effectum dispositionis. *Bald.*), est τῶν ἀσυμφώνων. *l.* 88. ff. *ad l. Falcid.* Perplexa est institutio sub conditione facta, quoties conditio non potest præcedere suæ dispositionis effectum. adde *l. ult. verſ. ſecund. hæc.* ff. *tit. prox.* 89 Id est, plures conditiones continentes institutionem. 90 *Subaudi*, de eodem herede, vel de pluribus.

91 Eaque considerabitur. 92 Conditio adjecta institutioni videtur repetita in legato & prælegato. 93 *l.* 77. ff. *de cond. & demonſtr.* 94 Quid his verbis significetur, vide Cujac. 8 *obſ.* 36.

95 *Al.* mentionem. 96 Conditio *ſi heres erit*, impletur etiam per coactam additionem: hujusmodi conditionem interpretamur non tantum in spontanea, sed & in coacta aditione. Coacta additio, aditio est, & puram efficit conditionem, *ſi heres erit.* 97 *l.* 67. ff. *ad Trebell.* 98 *Subaudi*, suæ partis, non Titii. 99 Vide in hanc l. Cujac. 9 *obſ.* 4. 100 Dos profectitia remanet penes virum. dixi ad *l.* 4. *C. ſoluto matr.* 1 Conditio non petendi & non exigendi, impletur per acceptilationem, vel si per virum non stet, quominus accepto feratur. Paria sunt conditionem rejectam, & pro rejecta habitam. 2 *l.* 23. *in fin.* ff. *eod.* 3 Nulla præstita cautione vel oblata. 4 Dotis lucrandæ pactum locum habet, sive dos sit soluta, sive non sit soluta. v. *l.* 3. *l.* 7. *in fin.* ff. *de cond. & demonſt.* 5 Pone conditionem fuisse, *Titius heres eſto, ſi fervum meum manumiſerit.* 6 Pone eam conditionem fuisse, *Titius heres eſto, ſi me inſtituerit.* 7 *l.* 29. ff. *de hered. inſt.* hujusmodi institutio estne captatoria? v. *l.* 1. *in fin.* ff. *de his quæ pro non ſcriptis.* dixi *l.* 11. *C. de teſtam. milit.* 170. ff. *de hered. inſtit. l.* 64. ff. *de leg.* 1. 8 Substitutus omnis, etiam *inſtitutus* dici potest. Conditio ad institutionem relata locum habet, etiam in substitutione.

heres institutus, vel quid 7 ei legatum 8 sit: dummodo aliquo 9 gradu id te fecisse probes.

De conditione cum liber etit.

XXI. CELSUS lib. XVI Digestorum.

Servus alienus ita 10 heres institui potest, *cum liber erit*: proprius autem ita institui non 11 potest 12.

XXII. GAIUS [lib. XVIII ad Edictum Provinciale].

Quia ratio suadet, eum, qui libertatem dare potest, ipsum debere aut præsenti die, aut in diem, aut sub conditione dare libertatem: nec habere facultatem, in casum à quolibet obvenientis libertatis heredem instituere.

De alternatione si per heredem non stet, quominus conditionem impleat.

XXIII. MARCELLUS [lib. XII Digestorum].

Titi ex fratribus meis consobrinam 13 nostram duxerit 14 uxorem, ex dodrante; qui non duxerit, ex quadrante heres esto: Aut nubit alteri, aut non vult nubere: Consobrinam qui ex his duxit [uxorem], habebit dodrantem: erit alterius quadrans: Si neuter eam duxerit uxorem, non quia ipsi ducere noluerunt, sed quia illa nubere noluerit, ambo in partes æquales admittuntur: plerumque enim hæc conditio, *si uxorem duxerit, si dederit, si fecerit*, ita accipi oportet, quod 15 per eum non stet, quo minus ducat, det, aut faciat.

XXIV. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

Qui ex fratribus meis Titiam consobrinam uxorem duxerit, ex besse heres esto: qui non duxerit, ex triente heres esto: Vivo testatore consobrina defuncta, ambo ad hereditatem venientes semisses habebunt: quia verum est, eos heredes institutos, sed emolumento portionum eventu nuptiarum discretos 16.

De servo.

XXV. MODESTINUS [lib. IX Regularum].

Sub conditione heres institutus *servus*, sine jussu domini conditioni parere [non] potest 17.

De Pupillo.

XXVI. POMPONIUS [lib. II ad Quintum Mucium].

Si *pupillus* sub conditione heres institutus fuerit, conditioni etiam sine 18 tutoris auctoritate parere potest. Idemque [est] & si legatum ei sub conditione relictum fuerit: quia conditione expleta, pro eo est, quasi *pure* ei hereditas vel legatum relictum sit.

De reliquiis testatoris. 1. *De codicillis.*

XXVII. MODESTINUS [lib. VIII Responsorum].

Quidam in suo testamento heredem scripsit sub tali conditione, *si 19 reliquias ejus in mare abjiciat*: Quærebatur, cum heres institutus conditioni non paruisset, an expellendus est ab hereditate? Modestinus respondit: Laudandus 20 est magis, quam accusandus heres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius voluntatem abjecit: sed memoria humanæ conditionis, sepulturæ 21 tradidit. Sed hoc prius inspiciendum est, ne 22 homo, qui talem conditionem posuit, neque 23 compos mentis esset. Igitur si 24 perspicuis rationibus hæc suspicio amoveri potest, nullo modo legitimus heres de hereditate controversiam facit scripto [heredi]. §. 1. Heredi, quem testamento pure instituit, codicillis scripsit 25 conditionem: Quæro, an ei parere necesse habeat? Modestinus respondit: Hereditas 26 codicillis neque adimi potest: porro in defectu conditionis de ademptione hereditatis cogitasse intellegitur.

De filio inscripto sub conditione, & nepotibus substitutis, vel non substitutis.

XXVIII. PAPINIANUS [lib. XIII Quæstionum].

Si filius sub conditione heres erit, & nepotes ex eo substituantur; cum * non 27 sufficit, sub qualibet conditione filium heredem instituit, sed ita demum testamentum ratum est, si 28 conditio fuit in filii potestate: considerandum nunquid interfit, quæ conditio fuerit adscripta? Utrum quæ 29 moriente 30 filio impleri non potuit (veluti *si Alexandriam iens filius, heres esto*, isque Romæ decesserit): an vero quæ potuit 31 etiam extremo vitæ momento impleri (veluti, *si Titio decem dederit, filius heres esto*)? quæ conditio nomine filii per 32 alium impleta potest. Nam superior 33 quidem species conditionis admittit vivo filio nepotes ad hereditatem: qui, si neminem substitutum haberet, dum 34 moritur, legitimus patri heres extiterit: Argumentoque est, quod apud Servium quoque relatum est: quendam enim refert ita heredem institutum, *si in 35 Capitolium ascenderit; quod si non ascendisset*, legatum ei datum; eumque, antequam ascenderet, mortem obisse: de quo respondit Servius conditionem morte defecisse; ideoque, moriente 36 eo legati diem cessisse 37. Altera 38 *vero * species conditionis vivo filio non 39 admittit nepotes ad hereditatem, qui, substituti si non essent, intestato avo heredes existerent: neque 40 enim filius videretur obstitisse, post cujus mortem patris testamentum destituitur 41: quemadmodum 42 si, exheredato eodem filio, nepotes, cum filius moreretur, heredes fuissent 43 instituti.

7 *Legatarius* dicitur, cui quid etiam minimum legatum est.

8 *Legatarius* etiam is dicitur, qui jus habet ab instituto, vel à substituto vel à quovis alio gradu.

9 Verbum *in gradu*, est commune ad omnes gradus: Institutus qui substituit.

10 *l. 9. §. 14. & seq. l. 11. §. de hered. & lect. de hered. instituend. in pr. §. 1. In l. qui sub. suprà.*

11 Cur non potest? An quia quod testator in sua potestate habet, id fortunæ committere non debeat?

12 Nam quod explicari libere potest a testatore, fortunæ non est committendum. *Bald.*

13 Consobrinam uxorem ducere licuit. v. *l. 24. §. cod.*

14 *l. 24. §. cod. l. 2. §. 6. §. secund. tab.*

15 Conditionem impleviſſe is videtur, per quem non ſtat eam impleri, *l. 20. §. cod. l. 92. §. 1. §. de legat. 1. l. 13. in fin. §. de annuis. l. 14. l. 40. l. 57. in fin. l. 58. §. de cond. & demonſtr.* Goth. *l. 39 l. 161. §. de reg. jur. l. 24. §. de cond. & demonſtrat.* Johann. Decher. *lib. 1 diſſert. 2. num. 42.* Anſ. adde *conſil. 50. lib. 3. cap. 5. num. 30. S. L.*

16 Conditio licet deficiens diſtributionem deſicere faciat, deficere tamen diſtributum non facit. *Bald.*

17 Parere potest, Cujac. *1 obſ. 16. arg l. 5. §. de cond. & demonſtr. dixi l. 26. §. cod.*

18 Pupillus conditioni parere potest etiam ſine tutoris auctoritate, eique parendo conſequitur hereditatem & legatum. *l. 5. §. de cond. & demonſtr.*

19 Ex verbis teſtamenti præſumitur quis furioſus, ſi ſapiunt ea furorem: niſi per alia indicia contrarium probetur. *Bald.*

20 Voluntas defuncti non ſemper eſt ſequenda, pie poteſt interdum non ſervari, *l. 14. §. 5. l. 37. in fin. §. de religioſis. l. 4. §. 5. §. de adminiſtr. tut. l. 1. in fin. §. ad legem Falcid. Novell. 1. cap. 1. Novell. 22. cap. 43. in fin. l. 6. §. de uſufr.*

21 An quod hominis id conditioni præ cæteris animantibus debetur, ut mortuus ſepeliri debeat, non abjici? An vero teſtandæ immortalitatis cauſa id ſit, cum nota ſit ejus ſepultura? Cicero 1 *Tuſculana.* Quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid elogia ſignificant, niſi nos etiam futura cogitare? Idem 3 *de finibus.* Ex hac animorum affectione teſtamenta, commendationeſque morientium natæ ſunt. ubi verbum *commendandi* ad ſepulturam refero, *l. 14. §. 4. §. de religioſ.* Valentinianus, *Novell. de ſepulchris. tit. 5.* ſumptus exquiſitos in ſepulchra Prudentium intelligentia recuſaret, ſi nihil crederet eſſe poſt mortem. An potius quod ſepultura, quaſi imago eſt corporis humani corruptioni obnoxii? An quod ſepulchri honore lætantur animæ, & circa ſua cadavera oberrant, ut Valentinianus innuit, *Novell. 5.* & gentilitas putavit. 2 *Lactant.* 2. Judæique nonnulli. vid. Fagium ad 14 & 21 *Deuteronomii.* An quod humanæ conditionis & infirmitatis inſtar exhibent? 22 *Inhumana* conditio, quæ humanitati contraria eſt, tanquam juri contraria ſpernitur. 23 Id eſt, non. 24 Præſumitur teſtator ſanæ mentis, niſi contrarium probetur. adde *l. nec codicillos 5. C. de codicillis.* Item præſumptio alia aliam tollit. *ut hic.* 25 *Al.* adſcripſit. 26 *§. 2. Inſt. de codicillis.* vide *l. 2. C. de codicillis.*

27 Inſtitui conditione poteſtativa, quæ in ejus ſit poteſtate, filius poteſt. Quid, ſi ea ſit, quæ non poſſit ultimo vitæ ſpiritu vivente filio impleri? ſubſtituto & venientibus ab intestato locum faciet. *Goth.* Vid. Vacon. à Vacun. *lib. 3. declar. 50.* Eman. Coſt. *lib. 2 ſelect. cap. 1.* Sarmient. *lib. 2 ſelect. cap. 2.* Duaren. *lib. 1 diſputat. cap. 15.* Anſ. 28 Vide *l. 4. §. de heredib. inſtit.* 29 Conditio facti, temporis ſpatium continens, impleri ultimo vitæ momento non poteſt: dandi, poteſt etiam per alium: quinimo impleta ignoranti, puram diſpoſitionem efficit.

30 Vide *l 5. de hered. inſtit.* 31 Adde *l. 213. §. de verb. ſignific.* 32 Conditioni implendæ poteſt unus pro alio ſe offerre, *l. decem. 72. §. 1. §. de ſolut.* adde *l. 15. in fin. §. de ſtat. hominum.* ac maxime quidem, ſi perſona ſit conjuncta. *l. 1. l. 2. l. 3. §. de liberali.* niſi conditio perſonæ gravati adhæreat: & ipſa perſona electa ſit. 33 Si Alexandriæ erit filius.

34 Dum eſt in actu moriendi, & efficitur ſuus heres, & ita tranſmittit: nam ſi non tranſmitteret, momentanea iſta adquiſitio negligeretur. *l. ult. C. de bon. quæ liber.* Ita ſui heredis exiſtentia, etiam momentanea, inducit tranſmiſſionem hereditatis. 35 De hac conditione vid. Duarenum 1 *diſput. 15.* 36 In actu moriendi exiſtente. 37 Quia prius defecit conditio inſtitutionis, quam vita. Ita quodam momento extitit conditio & tranſmittitur: ut hinc colligas, ſuum ita tranſmittere hereditatem, ut legatarios, legatum. 38 *Si Titio decem dederit.*

39 Quia per totum vitæ tempus pendet conditio inſtitutionis.

40 Filius non obſtat ſequentibus in ſtirpe, quo ſenſu ipſe nunquam fuit ſuus, ut quis dum vixit, fuit in ſuspenſo conditio. 41 *§ 7. Inſt. de hered. quæ ab intest.* 42 Similitudo ejus, quod defectu, & per exheredationem excluditur: neutro caſu reperitur exiſtentia ſui heredis.

43 Hoc caſu nepotes tanquam ſui ſuccederent avo.

TIT. VIII.

DE [1] JURE DELIBERANDI [2].

De ſervo. 1. *Verba edicti.* 2. *Quod tempus præſtituendum.*

I. ULPIANUS [lib. LX ad Edictum].

Si ſervus fuerit heres inſtitutus: utique 3 non ipſi præſtituimus tempus ad deliberandum, ſed ei, cujus ſervus eſt: quia pro 4 nullo iſti habentur apud Prætorem: Itemque ſi plurium ſervus ſit, utique omnibus dominis præſtituemus.

§. 1. Ait Prætor, *ſi tempus ad deliberandum petet 5, dabo.*

§. 2. Cum dicit tempus, nec adjicit diem, ſine 6 dubio oſtendit, eſſe in Jus dicentis poteſtate, quem diem præſtituat 7.

II. PAULUS [lib. LVII ad Edictum].

Itaque pauciores centum dierum non ſunt dandi.

An dies ad deliberandum ſæpius detur.

III. ULPIANUS [lib. LX ad Edictum].

Necnon illud ſciendum, nonnunquam ſemel, nonnunquam ſæpius 8 diem ad deliberandum datum eſſe, dum 9 Prætori ſuadetur, tempus, quod primum aditus præſtituerat, non ſufficiſſe.

IV. IDEM [lib. LXI ad Edictum].

Sed hoc impetrari non debet, niſi ex magna cauſa.

De inſtrumentis inſpiciendis. 1. *De diſtractione & ſolutione.*

V. IDEM [lib. LXX ad Edictum].

Ariſto ſcribit, non 10 ſolum creditoribus ſed & heredi inſtituto Prætorem ſubvenire debere: hiſque copiam inſtrumentorum 11 inſpiciendorum facere, ut perinde 12 inſtruere ſe poſſint, expediet, necne, agnoſcere hereditatem. §. 1. Si major ſit hereditas & deliberat heres, & res ſunt in hereditate, quæ 13 ex tractu temporis deteriores fiunt: adito 14 Prætore poteſt is, qui deliberat, ſine præjudicio 15 eas juſtis pretiis vendere 16: qui poſſit etiam ea, quæ nimium ſumptuoſa 17 ſint, veluti jumenta, aut venalitia, item ea, quæ mora deteriora fiant, vendere: quique præterea curaturus ſit, ut æs alienum 18, quod ſub pœna, vel ſub pretioſis pignoribus 19 debeatur, ſolvatur.

VI. GAIUS [lib. XXIII ad Edictum provinciale].

Igitur ſiquidem in hereditate ſit vinum, oleum, frumentum, numerata pecunia, inde fieri debebunt impendia 20: ſi minus, a debitoribus hereditariis exigenda 21 pecunia. Quod ſi nulli ſunt debitores, aut Judicem provocent 22: venire debent res ſupervacuæ 23.

Alia verba Edicti, ſi pupilli nomine petitum ſit, 1. *Et eorum interpretatio.*

VII. ULPIANUS [lib. LX ad Edictum].

Ait Prætor: *Si 24 pupilli, pupillæ, nomine poſtulabitur tempus ad deliberandum, an expediat, eum hereditatem retinere, & hoc datum ſit: ſi juſta cauſa eſſe videbitur, bona interea deminui, niſi ſi cauſa cognita boni viri arbitratu, vetabo 25.* §. 1. Merito Prætor impedit interim deminutionem, quandiu nomine pupilli petitur tempus ad deliberandum. §. 2. Quid ſit autem *deminui 26 vetabo*, videamus? His verbis Prætor non tantum alienationem 27 impedit: verumetiam actiones exerceri non patitur: eſt enim abſurdum, ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere 28. & ita Labeo ſcribit. §. 3. In cauſæ autem cognitione hoc vertetur, an *juſta 29 cauſa* ſit, ut deminuere Prætor permittat. † Ergo & funeris cauſa deminui permittet. Item eorum, quæ ſine piaculo non poſſunt prætiri. † Veſcendi 30 gratia æque deminui permittet. Sed & ubi urget, ex aliis quoque cauſis permittere eum oportet: ut ædificia farciantur; ne agri inculti ſint; ſi qua pecunia ſub pœna debetur, ut reſtituatur; ne pignora 31 diſtrahantur.

† Ex aliis quoque juſtis cauſis Prætor aditus deminutionem permittet: neque enim ſine permiſſu ejus debet deminutio fieri.

De eo, qui ſe abſtinuit.

VIII. IDEM [lib. LXI ad Edictum].

Si quis ſuus heres, poſteaquam ſe 32 abſtinuerit, tunc petat 33 tempus ad deliberandum: videamus an impetrare debeat: Magiſque eſt, ut ex cauſa debeat impetrare, cum nondum 34 bona venierint.

De alimentis.

IX. PAULUS [lib. LVIII ad Edictum].

Filius, dum deliberat, alimenta habere debet ex hereditate 35.

De gradibus heredum.

X. MARCELLUS [lib. XXVIII Digeſtorum].

Si plures gradus 36 ſint heredum inſtitutorum, per ſingulos obſervaturum ſe ait Prætor id, quod præfiniendo tempore 37 deliberationis edicit 38: videlicet ut à primo quoque ad ſequentem tranſlata 39 hereditate, quamprimum inveniat ſucceſſorem, qui 40 poſſit defuncti creditoribus reſpondere.

De con-

1 VI. CXXV.

2 Tempus dabatur inſtitutis deliberandi, & cernendæ hereditatis (de cretione. vid. *Ulp. 22. §. 27. & ſeq.*) hodie tutior inventa eſt ratio adquirendæ hereditatis, ex inventario ſc. de qua vid. *l. ult. C. eod.*

3 Deliberandi jus dominis competit, non ſervis. Unde colligas, deliberandi tempus ſtatui perſonis idoneis & capacibus, non incapacibus.

4 *l. 3. §. de capite minutis l. 32. §. de reg. jur.*

5 Deliberandi tempus non datur: niſi petenti: facit *l. ad peremptorium. 68. §. de judiciis. l. 2. C. ut intra certum tempus civilis quæſtio terminetur l. 4. §. hoc autem ſenatuſcitum. §. de d. anno l. properandum. 13. §. 1. C. de judiciis.*

6 Arbitrarium tempus eſt, quod lege non eſt finitum.

7 *l. 9. in fin. C. eod.*

8 Imo, nunquam ſæpius. *l. ult. §. 13. in fin. C. eod.*

9 Deliberandi tempus ſæpius, ex magna tamen cauſa, dari poteſt.

10 Deliberandi tempus creditorum & heredum favore introductum. Debent autem creditores hereditas copiam inſtrumentorum inſpiciendorum facere, ut ſe inſtruere inde poſſint, adgnoſcere debeant necne hereditatem. Ita editio inſtrumentorum fieri debet deliberanti.

11 *l. 28. §. de adqu. hered.*

12 *Forte legendum* exinde, *vel* inde, vel *proinde.*

13 Officium judicum pendente dilatione non quieſcit in his, quæ neceſſe eſt interim expediri. Dilatio non impedit ſequeſtrem, ſi juſta cauſa id exigat.

14 Sequeſter fructus vendere poteſt: adito tamen Prætore, hoc eſt, ejus auctoritate. *l. 7. in fin. §. eod. l. ſi magiſtrat. 27. §. de reb. auctor. jud.*

15 *Sub.* additionis inducendæ, vel præſumendæ.

16 *l. 5. §. de her. pet.*

17 *Sumptuoſa* dicuntur, in quibus magni ſumptus exiguntur.

18 Et alimenta. *l. 9. §. cod.*

19 *l. 7. in fin. §. eod.*

20 Adde *l. ult. §. 4. C. de bon. quæ lib.*

21 *Sub* per curatorem bonis datum.

22 Negando ſe debitores. 23 Fructus, & quæ in fructu conſiſtunt omnia, tempore fiunt deteriora. 24 Deliberante pupillo bona hereditaria alienari vel actiones hereditariæ exerceri non poſſunt, niſi cauſa cognita, Prætoris permiſſu. 25 De vetitis à Prætore v. *l. qui vetante. 102. §. de regulis.* 26 Vid. Hot. 3 *obſerv. 16.* 27 Rerum pretioſarum. *l. 63. §. de procurat. l. 22. C. de adminiſtr.* Goth. Alienare qui nequit, actiones item exercere videtur prohibitus. Bart. & Bald. hic Hottomann. *lib. 3 obſ. 16.* Pan. *ad cap. edoceri. verſ. non obſtat. extr. de reſcript.* Anſ. 28 In judicium deducere, ſpecies alienationis eſt. *Bald.* 29 Et neceſſaria. *l. 53. §. de pet. hered.* 30 *l. 9. §. eod.* 31 *l. 5. in fin. §. eod.* pretioſa forte. 32 Poſt repudiationem.

33 Et ita variet. *l. 8. §. de collat.* adde quæ ſcripſi ad *l. 39. §. 1. §. de l. 3.* 34 Licitum eſt abſtinenti adire re integra. *l. 6. §. de optione. l. ult. C. de repud. hered.* 35 *l. 7. §. 3. §. eod.* maxime, ſi nulla ſint ei bona. *l. 51. §. de petit. hered. l. ult in fin. C. de ordin. cognit.* 36 *l. 2. §. de adq.*

37 Per ſingulos gradus ſinguli termini ſtatuendi ſunt. *Bald.* 38 In Edicto. 39 Per lapſum temporis. 40 Non ad alium finem, puta excludendum ſucceſſorem. dixi ad *l. 1. §. 12. §. de ſucceſſ.*

De conditione, si filius nullus erit, qui in suam tutelam veniat, *& filio libertino.*

XI. JAVOLENUS [lib. IV ex posterioribus Labeonis].

QUi filium libertinum [41] habebat, heredem eum instituerat: deinde ita scripserat: *si mihi filius* [42] *nullus erit, qui in suam* [43] *tutelam veniat, tum Dama servus liber esto*: is filius pupillus libertinus erat [44]. Quærebatur, si [45] Dama liber esset: Trebatius negat [46], quia *filii* [47] appellatione libertinus quoque contineretur. Labeo contra: quia eo loco verum [48] filium accipi oportet. Trebatii sententiam probo [49]: si [50] tamen testatorem de hoc filio locutum esse apparet.

41 Qui in servitute conceptus simul cum patre manumissus erat. *Goth.* Vid ad hanc leg. Alciat. *parerg. lib.* 4. *c.* 5. Cujac. *lib.* 3 *obs. c.* 37. S. L. 42 In genere loquitur *de filio*, non de filio instituto. 43 *l.* 50. *ff. de leg.* 3. 44 Et in tutelam suam venerat. 45 *Si*, id est, *an.*

46 Et recte: servata restrictione Javoleni: de qua in fine *ff. eod.*

47 Vide in hunc locum Cujac. 3 *observ.* 37. Appellatione *filii* continetur etiam naturalis in servitute conceptus. *Bald.*

48 Verus autem mihi filius non videtur, qui in servitute mihi conceptus est: utpote, extra nuptias, quæ in servos non cadunt: *filius* est autem, quem demonstrant nuptiæ. *l. 6. ff. de his, qui sunt sui.* 49 Cur? filius meus etiamsi libertinus sit, meus tamen est filius, nec minus verus natura, quod libertinus sit. 50 Nam mens & voluntas testatoris semper spectanda est.

LIBER VICESIMUSNONUS.

TIT. I.

DE TESTAMENTO [1] MILITIS.

De origine privilegii militaris. 1. *Etymologia* militis, *& exercitus.* ἀπὸ τάγματος, ἀπὸ χιλιάρχου.

I. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

MIlitibus liberam [2] testamenti factionem primus quidem *Divus Julius* [3] *Cæsar* concessit: sed ea concessio temporalis erat. † Postea vero primus *Divus Titus* dedit. † Post hoc *Domitianus*. † Postea *Divus Nerva* plenissimam indulgentiam militibus contulit: eamque & *Trajanus* secutus est: & exinde Mandatis inseri cœpit caput tale. [Caput ex Mandatis]: *Cum in notitiam meam prolatum sit, subinde testamenta* [a] *commilitonibus* [4] *relicta proferri, quæ possint in controversiam deduci, si ad diligentiam legum revocentur & observantiam: secutus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones, simplicitati* [5] *eorum consulendum existimavi: ut quoquo modo* [6] *testati fuissent, rata esset eorum voluntas. Faciant igitur testamenta, quomodo volent: faciant, quomodo poterint: sufficiat quæ ad bonorum suorum divisionem faciendam nuda* [7] *voluntas testatoris* [8]. §. 1. *Miles* autem appellatur, vel [9] à militia, id est, duritia, quam pro nobis sustinent, aut à multitudine: aut à malo, quod arcere milites solent: aut à numero mille [10] hominum, ducitum [11] à Græco verbo, tractum [12] à tagmate: nam Græci mille hominum multitudinem τάγμα appellant, quasi millesimum quemque dictum, unde ipsum ducem χιλίαρχον appellant [13]. † *Exercitus* autem nomen ab exercitatione [14] traxit.

1 VI C. XXI. *& 2 Inst.* 11. *& 35 Synopf.* 21. *Goth.* In hanc materiam v. Jul. Clar. §. *testament. quæst.* 5. Gieseg. Tholos. *Syntagm. jur. lib.* 42. *tit.* 6. Graff. *recept. sent.* §. *testament. quæst.* 3. *num.* 2. 3. 4. item *quæst.* 7. 8. & 9. Anf.

2 Habet enim multa propria & singularia. *l.* 2. *ff. eod.* Potest enim miles imperfecte testari, *l.* 35. & notis, *l.* 40. *ff. eod.* quoquomodo. *Inst. eod. in pr. l.* 1. *C. eod.*

3 Et post eum Augustus, Nerva, Trajanus. *Instit. quibus non est permiss. in princ.* & alii.

4 Sic enim, id est, *commilitones*, Principes appellant milites: quoties vero eos exauctorant, *quirites*, id est, quasi privatos & paganos. vid. Petrum Fabr. 1 *Semestr.* 17.

5 Imperitiæ. *Inst. eod. in pr.*

6 *Inst. ibid.*

7 *l* 15. §. 1 *ff. eod.*

§ Nisi domi sit, tunc enim jure communi testari debet, *l pen. C. eod.* quidam addunt, si in testoriis, duobus vocatis testibus. *Aug. l.* 24. *ff. eod.* si in prælio, etiam nullo vocato teste testari posse, *l.* 15. *C. eod.* quæ Viglius non probat. Probat tamen, *Inst. eod. in pr. num.* 11. adhuc hodie in condendis testamentis durare militiæ privilegia.

8 *Miles*, vel à militia, multitudine, malo, millenario numero, *ut hic.* à malitia, *Varro.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 2. Anf.

9 Tot enim milites, nempe mille tres tribus mittebant ad legionem conficiendam. *Varro de lingua.*

10 *Al.* ductum.

11 Adde & aliud etymon, à mollitia κακῶς ἀντιφρασιν dici, quod nihil molle, sed potius quid asperum gerat. *Paul. apud Festum*: alii à *malitia* derivant.

12 *Al.* χίλιον. unde χιλιαρχὴς tractum est, &c.

13 Quod exercitando fiat melior. Varro 4 *de lingua.* adde *l.* 12. §. 1. *ff. de re milit.*

14 *Al.* testamento. *Al.* testamentis.

15 *Al.* testamentum.

16 *Synopf. eod. cap.* 3.

17 Id est, perfecte, ac solenniter. *l.* 35. 40. *ff. eod.*

18 De hac præsumptione v. Alciat. 3 *præsumpt.* 35.

19 Ita Flor. al. *testamenta per.*

20 *l. ult.* §. 1. *C. de codic.*

21 Vide ad hanc legem Viglium, §. *quinimo & mutus.* 2. *Inst. eod.*

22 *l.* 17. *C. eod.*

23 V. *l.* 6. *in fin. C eod.*

24 Creditur, *vulg.*

25 §. 5. *& ibi* Theoph. *Inst. de hered. inst. l.* 7. *ff. de reg. jur.*

26 An & alius? interdum posse innuit lex 14. *ff. eod.* An ad pias causas? ita putat Tiraquellus *privilegio* 13 *piæ causæ.* adde *l.* 15. *ff. de inoff.*

27 *l.* 11. *in fin. l.* 12. *l.* 13. *l.* 19. *l.* 37. *ff. eod. l.* 1. *C. eod. l.* 7. *ff. de reg. jur.*

28 Ignorantia non officit testamento militis. *Bald.*

29 Vel cum prægnantem fecerit. *Hal.*

30 Agnatione postumi.

31 *l.* 20. *ff. eod.*

32 Id est, captivus. vide *l.* 15. *ff. ex quibus caus. major.*

33 *l.* 8. *ff. qui testam. fac.*

Capite condemnatus *testamentum facere potest.* 1. *Vt* incertus *de statu vel jure suo.*

XI. IDEM lib. XLV ad Edictum.

EX [34] militari delicto *capite damnatus* testamentum facere licet super bonis duntaxat [35] castrensibus: sed utrum jure militari, an jure communi, quæritur? Magis autem est, ut jure militari eis testandum sit: nam cum ei quasi militi tribuatur jus testandi, consequens erit dicere, jure militari ei testandum: quod ita intellegi oportet, si non sacramenti [36] fides rupta sit. §. 1. Si miles *incertus* [37], an sui juris sit, testamentum fecerit, in ea conditione est testamentum ejus: ut valeat: nam & si incertus, an pater suus vivat, testamentum fecerit, testamentum ejus valebit.

§. 2. Si filiusfamilias *ignorans* patrem suum decessisse, de castrensi peculio in militia testatus sit: non pertinebunt ad heredem ejus patris bona, sed sola [38] castrensia.

XII. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

MIlites enim ea duntaxat, quæ haberent [39], scriptis relinquunt.

De mutatione testamenti. 1. *De veteranis.* 2. *Qui possunt à milite instituti.* 3. *De servo proprio, quasi libero instituto.* 4. *De fideicommisso tralabendo ad jus directum, si heres mortuus sit, antequam adeat.*

XIII. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

IDem est, & si de *testamento mutando* cogitavit: non quia adimere volebat castrensia bona heredi scripto, sed quia de paternis testari volebat, & alium heredem scribere [40]. §. 1. Sed si jam veteranus decessit, universa [41] bona etiam paterna ad heredem pertinere castrensium, Marcellus libro undecimo [42] Digestorum scribit. Neque enim jam [43] potuit de parte bonorum testari [44]. §. 2. Et deportati, & fere omnes, qui testamenti factionem non habent, à milite heredes institui possunt. Sed si servum pœnæ heredem scribat, institutio non valebit. Sed si mortis tempore in civitate inveniatur, institutio incipit convalescere [45], quasi nunc data hereditate. Et generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles scribit heredes, ut institutio incipiat vires habere, si mortis tempore talis inveniatur, ut à milite institui poterit.

§. 3. Si servum proprium, quem liberum esse credidisset, miles heredem [46] sine libertate instituit: in ea conditione est, ut institutio non [47] valeat. §. 4. Cum miles in testamento suo servo libertatem dederit, eidemque & à primo & à secundo herede per [48] fideicommissum hereditatem reliquerit: quamvis & primus heres, & substitutus, prius quam adierint hereditatem, mortem obierunt, non [49] debere intestati exitum facere, Imperator noster cum Divo Severo rescripsit: sed perinde habendum est, ac si eidem servo libertas simul & hereditas directo data esset: quæ utraque ad eum pervenire testatorem voluisse, negari non potest.

34 *l.* 6. §. 6. *ff. de injusto. l.* 1. *ff. de veteran. & mil. succeff. Goth.* V. Alexandr. ab Alexandr. *Genial. dier. lib.* 2. *c.* 13. Brisson. *select. lib.* 2. *c.* 5. S. L.

35 Dixi ad *l.* 14. *C. eod.*

36 De sacramento militari dixi plenius ad *l.* 2. *ff. de veteran.* adde 16. Gell. 3. Halicarnass. 10. Appianum, 1 *Civilium* Consulis verba jurabant, Livius 3. 22. 45. Cæsaris salutem se omnibus antelaturos promittebant, Arrian. 3 *Epictet* 14. patrem, matrem, & omnes proximos pejerabant, Tertull. *de corona milit.* quin, se & liberos, Suet. in Caligul. se nisi completa militia non recessuros, 9 Isid. 3. Servius, 8 Æneid. Jurabant in verba & præcepta Principis, Veget. 2. *c.* 5. Suet. Claudio *c.* 9. in Galba, 11. 16. Othone, 8. Vitellio, 13. Vespasian. 6. Tacit. 6. 17. 20. Ammian. 21. & 26. Id erat sacramento rogari, & dicere, Liv. 4. 24. 25. Senec. *epist.* 37. 66. Plin. 10 *epist.* Tacit. 1. 20. 37 *l.* 9. *ff. de jur. codicillorum.*

38 Quorum ratione moritur testatus. v. *l.* 6. *ff. eod.*

39 Quæ habent. *Hal.*

40 Ut eo pacto in paganis moriantur intestati. *l.* 2. *C. eod.*

41 *l.* 19. §. 2. *ff. de castrensi peculio.*

42 *Al.* Decimo.

43 Postquam factus est veteranus.

44 Quia jure communi testari debuit. §. 3. *Inst. eod.*

45 Testamentum militis citius convalescit, quam pagani. *Bald.*

46 Vel tutorem. adde *l.* 24. §. 9. *ff. de fideic. lib.* Goth. V. Cujac. *lib.* 17 *obs. c.* 21. S. L.

47 Cur ita? v. *l.* 5. *in fin. C. eod.*

48 Favore militiæ, & libertatis ratione, verba obliqua trahuntur ad directa. *Bald.*

49 Idque jure speciali.

50 Favore libertatis fcil. de qua actum *l.* 13. *in fin. ff. eod.* Potest etiam non inutiliter quærere: An paganus hodie pro parte testatus, pro parte intestatus mori possit: præsertim ratione diversorum bonorum diversam jurisdictionem habentium, & ad pias causas? vide Tiraquellum *privilegio* 3 *piæ causæ.* 51 Fideicommissarius moriens vivo testatore, eoque id sciente, transmittit fideicommissi jus in heredem: adde quæ dixi ad *l.* 14. *C. de fideicommiss.* vide Sebast. *Medicum tract. de morte. part.* 2. *conc.* 44. 52 Privilegium alicui concessum, in damnum tertii recidere non debet. *Bald.* 53 *l.* 2. *ff. eod.* 54 *l.* 20. *in fin. ff. eod.* 55 *l.* 15. *in fin. ff. eod.* 56 Eo ipso quod miles testamentum factum non mutat, approbare videtur. *Bald.*

57 Puta quoad vivit. *l.* 19. *in fin. ff. eod. l.* 8. *C. eod. l.* 41. *ff. eod.* 58 *l.* 2. §. 1. *ff. de vulgari.*

59 Anni, in liberis: centum dierum, in reliquis. §. 4. *in fin. Inst. de bon. poss.* 60 *Appellat.* vid. Cujac. *initio libelli de præscriptionibus.* 61 De qua vide *l. un.* §. 15. *C. de rei ux. act.*

De heredibus institutis ex certis rebus. 1. *Si alius sit heres rerum castrensium, alius ceterarum.* 2. *De ademptione solius hereditatis.* 3. *Si pater militis omnia causa testamenti peculium possideat, aut dolo fecerit, quo minus possideret.* 4. *De testamento facto in militia, & codicillis post militiam. de lege Falcidia.*

XVII. GAIUS lib. XV ad Edictum provinciale.

SI certarum [61] rerum heredes instituerit miles, veluti alium urbanorum prædiorum, alium rusticorum, alium [62] ceterarum rerum: valebit institutio: perindeque habebitur, atque si sine partibus heredes eos instituisset, resque omnes [63] suas per præceptionem cuique legando distribuisset. §. 1. Julianus etiam ait, si quis alium *castrensium rerum*, alium *ceterarum* scripsisset, quasi duorum hominum duas [64] hereditates intelligi: ut etiam in æs alienum, quod in castris contractum esset, solus is teneatur, qui castrensium rerum heres institutus esset; extra castra contracto ære alieno is solus [65] obligetur, qui ceterarum rerum heres scriptus esset. † Cui scilicet convenienter videtur respondisse, ut ex qua qua causa debeatur militi, vel huic heredi vel illi, ipso jure debeatur. † Quod si alterutra pars bonorum ære alieno, quod ex ea causa pendebit, non sufficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte heres institutus est, non adierit: alterum, qui adisset, compellendum esse [66] aut defendere totam hereditatem, aut totam creditoribus solvere. §. 2. Si eodem testamento miles eundem heredem, deinde exheredem scripserit: adempta videtur hereditas: cum * in paganorum testamento sola [67] hereditas exheredatione adimi [68] non possit. §. 3. Si pater à filiofamilias milite ex castrensi peculio heres institutus, omissa [69] causa testamenti, aliquid ex peculio possidebit, dolove malo fecerit, quominus possideret: datur in eum legatorum [70] actio. §. 4. Si miles testamentum in militia fecerit, codicillos post [71] militiam, & intra annum missionis moriatur: plerisque placet, in codicillis juris civilis regulam spectari debere: quia non sunt à milite facti: nec ad rem pertinere, quod testamento confirmati sunt. † Ideoque in his legatis, quæ testamento data sunt, legi Falcidiæ locum [72] non esse: at in his, quæ codicillis scripta sunt, locum esse.

61 Adde *l.* 16. §. 6. *ff. ad Trebell.*
62 An aliud in pagano, vid. *l.* 8. *ff. de bered. inst.*
63 Castrenses, & paganus as.
64 Nihil habebunt inter se eum mane heredes instituti. vid. *l.* 11. *C. eod.*
65 Onus æris alieni sumit sequitur patrimonium. *Bald.*
66 Favore creditorum sc. uno repudiante alter in solidum tenebitur, usque adeo scindi hereditatem non debet: Et sic non obstat *l.* 1. *C. eod.*
67 *Al.* sola exheredatione hereditas adimi non potest, ut sit sensus, hereditatem in paganis testamento sola exheredatione non adimi, sed etiam aliis modis, puta mutatione testamenti. Sed dic *sola*, id est, sine mutatione.
68 *l.* 13. §. 1. *ff. de liberat. l.* 1. §. 4. *ff. de his quæ in test. del. l.* 6. *in fin. ff. de bered. inst.*
69 Pater occupans jure peculii, & omittens ex testamento, tenetur legatariis. *Bald.*
70 Testamento filii legatorum.
71 *l.* 17. *ff. ad l. Falcid.*
72 Dixi ad *l.* 12. *C. eod.*
73 Relicta testamento diminuitur per relictum codicillorum: relicta codicillis, fingunturne relicta testamento. *Bald.*
74 *l.* 11. §. 3. *ff. ad leg. Falcid.*
75 Miles cum duobus testamentis decedere potest. *Bald.*
76 *Al.* se fidei.
77 Ita ut prius per postremum non censeatur revocatum. *Bald.*
78 *l.* 6. *ff. eod.*
79 *l.* 77. *ff. de bered. inst.*
80 Testator potest verba obliqua transferre in directa. *Bald.*
81 Testamentum, quod ipso jure non valet, defuncti voluntate per fideicommissum valere potest, hoc est, in causam fideicommissi & codicillorum verti potest.
82 V. quæ scripsi ad *l.* 10. *C. qui test. fac.*
83 Codicillorum jus quoties testamento tribuitur, non solum transferuntur legata, sed etiam heredis institutio. *Bald.*
84 *Fideicommissarius* lata appellatione, *institutus* dici potest. *Angel. in §. legatarius. Inst. de testam.* vide quæ scripsi ad *l.* 1. §. 1. *ff. ad* Trebell.
85 Vide *l.* 15. §. 4. *ff. eod.* Aliud est ordinare successionem per distinctionem temporis, aliud est substituere. *Bald.*
86 Privilegium, quod conceditur propter officium, finito officio terminatur. *Bald.* Goth. Vid. Menoch. *lib.* 8. *consil.* 779. *num.* 8. Tiraquell. *de privileg. quæst.* 40. *num.* 170. Et Bart. ad *l. maximar.* 13. *C. de excusat. munier.* Ant. 87 *l.* 9. *ff. eod.*
88 *l.* 15. §. 1. *ff. eod.* 89 Sigillum suum qui scripturæ alicui apponit, eam approbare videtur. *Bald.* 90 V. Cujac. 4. *ad Afric.* 91 *Syn. Basil.* 35. *tit.* 3. *ex tit.* 21. *c.* 17. 92 *l.* 26. *ff. eod.*

XVIII. TRYPHONINUS [lib. XVIII Disputationum].

SI vero composita utraque legata, tam quæ testamento, quam quæ codicillis data sunt, ultra dodrantem sint, quæritur, quatenus minuantur ea, in quibus Falcidia locum habet? Commodissime autem id statuetur, ut ex universitate bonorum in solidum solutis legatis, quæ testamento miles dedcrat, id quod supererit, pro dodrante & quadrante dividatur inter heredes, & eos, quibus codicillis legata data sunt. §. 1. Quid ergo, si consumant universorum bonorum quantitatem legata, quæ testamento data sunt: utrum nihil [73] ferent hi, quibus codicillis legatum est, an aliquid? Et quoniam, si adhuc miles hæc quoque legasset, contribuebantur [74] omnia, & pro rata ex omnibus decedebat ea portio, quam amplius legaverat quam in bonis habuerat, nunc quoque idem fiat: deinde constituta quantitate legatorum, quæ codicillis data sunt, ex summa, quæ reliquebatur debita, si æquo jure omnia deberentur, quartam deducat his solis, quibus codicillis legata sunt. §. 2. Quod si, post utraque legata solida computata, deprehenderetur, quod remaneat apud heredem, non tamen sufficiens quartæ eorundem legatorum: quod ei deest, detrahatur his solis, quibus codicillis legata data sunt.

De duobus testamentis, de herede ex parte, de codicillis, & testamento. 2. *De duobus heredibus tempore distinctis.*

XIX. ULPIANUS [lib. IV Disputationum].

QUæretur, si miles, qui habebat jam factum testamentum, aliud [75] fecisset; & in eo comprehendisset, *fideicommittere* [76] *heredis, ut priores tabulæ valerent*: quid juris esset? Dicebam, Militi licet plura testamenta facere [77]: sed five simul fecerit, five separatim, utique valebunt, si hoc specialiter expresserit: nec superius per inferius rumpetur: cum & ex parte heredem instituere possit, hoc est, ex parte [78] testato, ex parte intestato decedere. Quinimo & si codicillos ante [79] fecerat, poterit eos, per testamentum sequens cavendo, in potestatem institutionis redigere [80], & efficere directam institutionem, quæ erat precaria. Secundum hæc in proposito referebam, si hoc animo fuerit miles, ut valeret prius factum testamentum, id, quod cavit, valere oportere: ac per hoc effici, ut duo testamenta sint: Sed in proposito cum fidei heredis committatur, ut valeat prius testamentum, apparet, eum non [81] ipso jure valere voluisse, sed [82] magis per fideicommissum, id est, in causam fideicommissi & codicillorum vim prioris testamenti convertisse. §. 1. Utrum autem totum testamentum in eam causam conversum [83] sit, hoc est, & heredis institutio, an vero legata tantum, & fideicommissa, & libertates, quæritur? Sed mihi videtur non solum cætera præter institutionem heredis, sed & ipsam institutionem [84] in causam fideicommissi vertisse: nisi aliud testatorem scripsisse probetur. §. 2. Si quis à milite heres ad tempus [85] scriptus esset, & alius ex tempore: quæritur, an posterior heres à priore relicta legata debet? Et arbitror, hunc non debere, nisi alia voluntas militis probetur.

73 A verbo legati vel statuti vel privilegii recedere non debemus, nec posumus privilegia extendere. *Bald.*
74 Aliud in pagano. Testamentum enim pagani, capitis diminutione infirmatur. §. 4. *Inst. quibus modis test. infirm.* Est hoc itaque, quod hac lege traditur singulare in milite.
75 *l.* 6. *in fin. ff. de injusto.* §. 5. *Inst. eod.*
76 Ut sit idem in adrogatione, quod in adoptione
77 Militia.
78 Id est, se adrogandum dederit.
79 *Al.* fecerit.
80 Quia post missionem paganus censetur, & pagani testamentum infirmatur, si post testamentum à se factum, alicui se adrogandum dederit, quia per adrogationem factus est alienæ potestatis.
1 §. 1. *Inst. eod.*
2 Catilio Severo. *Hal.* de eo extat epistola Plinii *lib.* 1: Sub Trajano vixit, fuitque D. Marco proavus maternus. *Capitolinus in Marco*: Præses Syriæ. *Spartianus Hadriano*: Præfectus urbi, & ea dignitate privatus ab eodem Hadriano. v. *Spartianum in Hadriano.*
3 Testes in testamento militis requiruntur, & quidem plures, & rogati. vide quæ scripsi ad *Novell. Leon.* 40.
4 Institutum eum heredem non continuo intelligemus, quem testator se facturum heredem jactaverit, *ut hic. l. ult. supra de test.* (etsi institutiones tanquam favorabiles aliis extendere soleamus). Hoc fit, ut ne institutiones contra testatoris voluntatem interpretemur: adeo ut verbum, *instituit*, plerumque flectamus ad fideicommissum, ut testatoris voluntas fervetur. Paul. Cast. 2 *consil.* 5. Ita fit quoque ut is institutus non videatur, quem in contractu aliquo heredem meum appellavero Bart. *in l. tale pactum.* 40. *in fin. ff. de pactis.* Alex. *in l. licet inter privatos.* 19. *C. de pact.* quemadmodum is institutus non videtur, cui decem pro sua benedictione reliquero. Bald. *in proœmio decr.* Alex. *in l. apud Julianum.* 11. *l. nam quod.* 14. §. *non omnis.* 5. *ff. de liberis.* nisi communi usu *benedictionis* verbum accipiatur pro institutione. *arg. l. Labeo.* 7. *ff. de supellect.*
5 Ὁμοίως, Theoph. §. 1. *Inst. eod.* 6 *l.* 7. *C. de rescindenda* §. 1. *Inst. milit. test.*
7 Βελόμενος dixit Theophilus voluntates, 8 *Al.* subvertierentur. 9 Qualitas, quæ causa alicujus effectus est, tunc temporis inesse debet, & exigitur, cum de illo effectu disponitur: nec postea superveniens patrocinatur. 10 Legiones sub Julio fuerunt triginta: legiones singulæ decem cohortibus constabant. Prima ceusu, genere, literis, forma & virtute pollentes habuit: reliquæ prout Principi placuisset, ut à Tribunis, vel præpositis regebantur. Legionibus itaque fuerunt sui tribuni, *ut hic.* ut & cohortibus. adde quæ de legionibus dixi ad *l.* 12. *C. de re milit. lib.* 12. 11 Cingebantur & milites: & de veteri more milites cingendi dixi ad *l.* 43. *ff. eod.* 12 *Synopsis Basilicon.* 35. *tit.* 20. *c.* 11. 13 Ignominia. *Hal.* 14 Testamentum infamis valet jure communi, non privilegiato. *Bald.* 15 *l.* 21. *ff. eod. l.* 5. *C. eod. l.* 38. *ff. eod.* §. 3. *Inst. eod. & ibid.* Theoph. 16 *l.* 30. *ff. eod.* 17 Privilegia concedentur in præmium, ideoque nec ad odiosos & immerentes pertinent. *Bald.* Privilegium nemo consequi ex eo debet, quod pœnam meretur. 18 Nova. Contium 2 *disp.* 3. 19 Neque eo quenquam substituit, postea hujusmodi verbis cavit, quibus non editis ad superius testamentum, &c. Zoannet. *lib. restit. cap.* 1. 20 Primum testamentum, vi confirmationis extremæ efficitur tertium, & prævalet secundo. *Bald.* Nisi contrarium exprimatur. *Alb.* 21 *l.* 5. *ff. eod.* 22 *l.* 41. §. 2. *ff. eod. l.* 2. *ff. de test. tut. l.* 40. *ff. de administr. tut.* 23 *l.* 2. *ff. de testament. tut.* Privilegio suo miles jus alienum minuere non potest. Privilegia omnia interpretanda sunt salvo tertii cujusque jure. *l.* 15. *ff. eod. l.* 43. *ff. de vulgari. l.* 4. *C. de emancip. cap. venientes. extra, de rescriptis.* 24 In militis testamento habet locum auctoritas Senatusconsulti Trebelliani. *Bald.* 25 Prohibita per legem miles facere non potest. v. *l.* 4. *C. eod.* 26 Remissa heredibus per legem, miles testamento suo impedire non potest. *l.* 8. *ff. de condit. instit.* 27 *l.* 14. *ff. de cond. instit.* 28 Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur emancipato in aliis bonis quam castrensibus, competit, *ut hic.* & *l.* 30. *ff.* vid. Cujac. 8 *observ.* 25.

De capitis deminutione.

XXII. MARCIANUS lib. IV Institutionum.

MIles [94] filiusfamilias, si capite minutus fuerit, vel emancipatus, vel in adoptionem datus à patre suo: testamentum ejus valet, quasi ex [95] nova voluntate.

XXIII. TERTULLIANUS [libro sing. de Castrensi peculio].

IDem [96], & si paterfamilias miles de castrensibus rebus duntaxat testatus adrogandum se dederit. Si vero missus [97] jam hoc [98] fecerat [99], non [100] valet testamentum.

Rescriptum Trajani.

XXIV. FLORENTINUS [lib. X Institutionum].

DIvus [1] Trajanus Statilio Severo [2] ita rescripsit: *Id privilegium, quod militantibus datum est*, ut quoquomodo facta ab his testamenta rata sint, *sic intelligi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse: quod & sine scriptura, & a non militantibus fieri potest. Si ergo miles, de cujus bonis apud te quæritur, convocatis* [3] *ad hoc hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita locutus est, ut declararet, quem vellet sibi esse heredem, & cui libertatem tribuere: potest videri, sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas ejus rata habenda est. Cæterum si* [4] *(ut plerumque sermonibus* [5] *fieri solet) dixit alicui,* EGO TE HEREDEM FACIO, *aut* TIBI BONA MEA RELINQUO: *non oportet hoc pro testamento observari. Nec* [6] *ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus id privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti: alioquin non difficulter post mortem alicujus militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit: & per hoc judicia* [7] *vera subvertuntur* [8].

94 Aliud in paganis. Testamentum enim pagani, capitis diminutione infirmatur. §. 4. *Inst. quibus modis test. infirm.* Est hoc itaque; quod hac lege traditur singulare in milite.
95 *l.* 6. *in fin. ff. de injusto.* §. 5. *Inst. eod.*
96 Ut sit idem in adrogatione, quod in adoptione
97 Militia.
98 Id est, se adrogandum dederit.
99 *Al.* fecerit.
100 Quia post missionem paganus censetur, & pagani testamentum infirmatur, si post testamentum à se factum, alicui se adrogandum dederit, quia per adrogationem factus est alienæ potestatis.
1 §. 1. *Inst. eod.*
2 Catilio Severo. *Hal.* de eo extat epistola Plinii *lib.* 1: Sub Trajano vixit, fuitque D. Marco proavus maternus. *Capitolinus in Marco*: Præses Syriæ. *Spartianus Hadriano*: Præfectus urbi, & ea dignitate privatus ab eodem Hadriano. v. *Spartianum in Hadriano.*
3 Testes in testamento militis requiruntur, & quidem plures, & rogati. vide quæ scripsi ad *Novell. Leon.* 40.
4 Institutum eum heredem non continuo intelligemus, quem testator se facturum heredem jactaverit, *ut hic. l. ult. supra de test.* (etsi institutiones tanquam favorabiles aliis extendere soleamus). Hoc fit, ut ne institutiones contra testatoris voluntatem interpretemur: adeo ut verbum, *instituit*, plerumque flectamus ad fideicommissum, ut testatoris voluntas fervetur. Paul. Cast. 2 *consil.* 5. Ita fit quoque ut is institutus non videatur, quem in contractu aliquo heredem meum appellavero Bart. *in l. tale pactum.* 40. *in fin. ff. de pactis.* Alex. *in l. licet inter privatos.* 19. *C. de pact.* quemadmodum is institutus non videtur, cui decem pro sua benedictione reliquero. Bald. *in proœmio decr.* Alex. *in l. apud Julianum.* 11. *l. nam quod.* 14. §. *non omnis.* 5. *ff. de liberis.* nisi communi usu *benedictionis* verbum accipiatur pro institutione. *arg. l. Labeo.* 7. *ff. de supellect.*
5 Ὁμοίως, Theoph. §. 1. *Inst. eod.* 6 *l.* 7. *C. de rescindenda* §. 1. *Inst. milit. test.*
7 Βελόμενος dixit Theophilus voluntates, 8 *Al.* subvertierentur. 9 Qualitas, quæ causa alicujus effectus est, tunc temporis inesse debet, & exigitur, cum de illo effectu disponitur: nec postea superveniens patrocinatur. 10 Legiones sub Julio fuerunt triginta: legiones singulæ decem cohortibus constabant. Prima censu, genere, literis, forma & virtute pollentes habuit: reliquæ prout Principi placuisset, ut à Tribunis, vel præpositis regebantur. Legionibus itaque fuerunt sui tribuni, *ut hic.* ut & cohortibus. adde quæ de legionibus dixi ad *l.* 12. *C. de re milit. lib.* 12. 11 Cingebantur & milites: & de veteri more milites cingendi dixi ad *l.* 43. *ff. eod.* 12 *Synopsis Basilicon.* 35. *tit.* 20. *c.* 11. 13 Ignominia. *Hal.* 14 Testamentum infamis valet jure communi, non privilegiato. *Bald.* 15 *l.* 21. *ff. eod. l.* 5. *C. eod. l.* 38. *ff. eod.* §. 3. *Inst. eod. & ibid.* Theoph. 16 *l.* 30. *ff. eod.* 17 Privilegia concedentur in præmium, ideoque nec ad odiosos & immerentes pertinent. *Bald.* Privilegium nemo consequi ex eo debet, quod pœnam meretur. 18 Nova. Contium 2 *disp.* 3. 19 Neque eo quenquam substituit, postea hujusmodi verbis cavit, quibus non editis ad superius testamentum, &c. Zoannet. *lib. restit. cap.* 1. 20 Primum testamentum, vi confirmationis extremæ efficitur tertium, & prævalet secundo. *Bald.* Nisi contrarium exprimatur. *Alb.* 21 *l.* 5. *ff. eod.* 22 *l.* 41. §. 2. *ff. eod. l.* 2. *ff. de test. tut. l.* 40. *ff. de administr. tut.* 23 *l.* 2. *ff. de testament. tut.* Privilegio suo miles jus alienum minuere non potest. Privilegia omnia interpretanda sunt salvo tertii cujusque jure. *l.* 15. *ff. eod. l.* 43. *ff. de vulgari. l.* 4. *C. de emancip. cap. venientes. extra, de rescriptis.* 24 In militis testamento habet locum auctoritas Senatusconsulti Trebelliani. *Bald.* 25 Prohibita per legem miles facere non potest. v. *l.* 4. *C. eod.* 26 Remissa heredibus per legem, miles testamento suo impedire non potest. *l.* 8. *ff. de condit. instit.* 27 *l.* 14. *ff. de cond. instit.* 28 Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur emancipato in aliis bonis quam castrensibus, competit, *ut hic.* & *l.* 30. *ff.* vid. Cujac. 8 *observ.* 25.

De testamento militis.

XXV. MARCELLUS [lib. singulari Responsorum].

TItius, prius [9] quam Tribunus legionis [10] factus esset, testamentum fecit; & postea cinctus [11], manente eodem, defunctus est: Quæro, an militis testamentum videatur esse? Marcellus respondit: Testamentum, quod ante tribunatum fecisset, nisi si postea ab eo factum, dictum esse probaretur, quod valere vellet, ad commune jus pertinet: constitutionibus enim Principum non militum testamenta, sed quæ à militibus facta sunt, confirmantur: sed plane feciſſe testamentum eum interpretandum est, qui se velle testamentum, quod ante fecerat, valere *aliquo modo* declaravit.

De ignominiosa missione.

XXVI. MACER [lib. II Militarium].

TEstamenta eorum, qui [12] *ignominiæ* [13] *causa* missi sunt, statim desinunt militari [14] jure valere: quod anni [15] spatium testamentis eorum, qui honestam vel causariam missionem meruerunt, tribuitur. §. 1. Jus testandi de castrensi [16] * peculio, * quod filiusfamilias militantibus concessum est, ad eos, qui ignominiæ causa missi sunt, non pertinet: quod hoc præmii loco [17] merentibus tributum est.

De reversione ad primum testamentum.

XXVII. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

CEnturio [18] secundo testamento posthumos heredes instituit, neque [19] substitutos dedit: quibus non additis, ad superius [20] testamentum se redire testatus est: Cætera, quæ secundo testamento scripsit, esse irrita placuit: nisi nominatim ea confirmasset, ad priorem voluntatem reversus.

Filiusfamilias miles filio impuberi substituere potest: Tutores dare non potest.

XXVIII. ULPIANUS [lib. XXXVI ad Sabinum].

CUm filiusfamilias miles decessisset, filio impubere herede instituto, eique substituisset in avi potestate manenti, tutoresque dedisset, Divi Fratres rescripserunt, substitutionem [21] quidem valere, tutoris [22] autem dationem non valere: quia hereditati quidem suæ miles qualem vellet substitutionem facere potest, veruntamen alienum [23] jus minuere non potest.

9 A verbo legati vel statuti vel privilegii recedere non debemus, nec posumus privilegia extendere. *Bald.*
10 Aliud in paganis. Testamentum enim pagani, capitis diminutione infirmatur. §. 4. *Inst. quibus modis test. infirm.* Est hoc itaque; quod hac lege traditur singulare in milite.
11 *l.* 6. *in fin. ff. de injusto.* §. 5. *Inst. eod.*
12 Ut sit idem in adrogatione, quod in adoptione
13 Militia.
14 Id est, se adrogandum dederit.
15 *Al.* fecerit.
16 Quia post missionem paganus censetur, & pagani testamentum infirmatur, si post testamentum à se factum, alicui se adrogandum dederit, quia per adrogationem factus est alienæ potestatis.
17 §. 1. *Inst. eod.*
18 Catilio Severo. *Hal.* de eo extat epistola Plinii *lib.* 1: Sub Trajano vixit, fuitque D. Marco proavus maternus. *Capitolinus in Marco*: Præses Syriæ. *Spartianus Hadriano*: Præfectus urbi, & ea dignitate privatus ab eodem Hadriano. v. *Spartianum in Hadriano.*
19 Testes in testamento militis requiruntur, & quidem plures, & rogati. vide quæ scripsi ad *Novell. Leon.* 40.
20 Institutum eum heredem non continuo intelligemus, quem testator se facturum heredem jactaverit, *ut hic. l. ult. supra de test.* (etsi institutiones tanquam favorabiles aliis extendere soleamus). Hoc fit, ut ne institutiones contra testatoris voluntatem interpretemur: adeo ut verbum, *instituit*, plerumque flectamus ad fideicommissum, ut testatoris voluntas fervetur. Paul. Cast. 2 *consil.* 5. Ita fit quoque ut is institutus non videatur, quem in contractu aliquo heredem meum appellavero Bart. *in l. tale pactum.* 40. *in fin. ff. de pactis.* Alex. *in l. licet inter privatos.* 19. *C. de pact.* quemadmodum is institutus non videtur, cui decem pro sua benedictione reliquero. Bald. *in proœmio decr.* Alex. *in l. apud Julianum.* 11. *l. nam quod.* 14. §. *non omnis.* 5. *ff. de liberis.* nisi communi usu *benedictionis* verbum accipiatur pro institutione. *arg. l. Labeo.* 7. *ff. de supellect.*
21 Ὁμοίως, Theoph. §. 1. *Inst. eod.* 22 *l.* 7. *C. de rescindenda* §. 1. *Inst. milit. test.*
23 Βελόμενος dixit Theophilus voluntates, 24 *Al.* subvertierentur. 25 Qualitas, quæ causa alicujus effectus est, tunc temporis inesse debet, & exigitur, cum de illo effectu disponitur: nec postea superveniens patrocinatur. 26 Legiones sub Julio fuerunt triginta: legiones singulæ decem cohortibus constabant. Prima censu, genere, literis, forma & virtute pollentes habuit: reliquæ prout Principi placuisset, ut à Tribunis, vel præpositis regebantur. Legionibus itaque fuerunt sui tribuni, *ut hic.* ut & cohortibus. adde quæ de legionibus dixi ad *l.* 12. *C. de re milit. lib.* 12. 27 Cingebantur & milites: & de veteri more milites cingendi dixi ad *l.* 43. *ff. eod.* 28 *Synopsis Basilicon.* 35. *tit.* 20. *c.* 11. 29 Ignominia. *Hal.* 30 Testamentum infamis valet jure communi, non privilegiato. *Bald.* 31 *l.* 21. *ff. eod. l.* 5. *C. eod. l.* 38. *ff. eod.* §. 3. *Inst. eod. & ibid.* Theoph. 32 *l.* 30. *ff. eod.* 33 Privilegia concedentur in præmium, ideoque nec ad odiosos & immerentes pertinent. *Bald.* Privilegium nemo consequi ex eo debet, quod pœnam meretur. 34 Nova. Contium 2 *disp.* 3. 35 Neque eo quenquam substituit, postea hujusmodi verbis cavit, quibus non editis ad superius testamentum, &c. Zoannet. *lib. restit. cap.* 1. 36 Primum testamentum, vi confirmationis extremæ efficitur tertium, & prævalet secundo. *Bald.* Nisi contrarium exprimatur. *Alb.* 37 *l.* 5. *ff. eod.* 38 *l.* 41. §. 2. *ff. eod. l.* 2. *ff. de test. tut. l.* 40. *ff. de administr. tut.* 39 *l.* 2. *ff. de testament. tut.* Privilegio suo miles jus alienum minuere non potest. Privilegia omnia interpretanda sunt salvo tertii cujusque jure. *l.* 15. *ff. eod. l.* 43. *ff. de vulgari. l.* 4. *C. de emancip. cap. venientes. extra, de rescriptis.* 40 In militis testamento habet locum auctoritas Senatusconsulti Trebelliani. *Bald.* 41 Prohibita per legem miles facere non potest. v. *l.* 4. *C. eod.* 42 Remissa heredibus per legem, miles testamento suo impedire non potest. *l.* 8. *ff. de condit. instit.* 43 *l.* 14. *ff. de cond. instit.* 44 Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur emancipato in aliis bonis quam castrensibus, competit, *ut hic.* & *l.* 30. *ff.* vid. Cujac. 8 *observ.* 25.

De restitutione ex SC. Trebelliano. 1. *De manumissione.* 2. *De conditione jurisjurandi, vel turpi.* 3. *De bonorum possessione contra tabulas.*

XXIX. MARCELLUS [lib. X Digestorum].

SI à milite scriptus heres sua sponte adierit hereditatem, & rogatus totam hereditatem restituerit: ex Trebelliano [24] transeunt actiones. §. 1. Miles [25] testamento suo manumittendo, nihil efficit in eo, cujus libertas lege Ælia Sentia, vel aliqua impeditur. §. 2. Edictum Prætoris, quo jusjurandum [26] *heredibus instituris legatarius remittitur*, locum habet etiam in militum testamentis: sicut etiam in fideicommissis. † Idemque si turpis [27] esset conditio. §. 3. Patri [28] [ejus], qui in emancipatione ipse manumissor extitisset, contra tabulas testamenti dandam bonorum

24 *ff. ad Treb. 2. consil.* 70. Jas. *Auth. novissima. C. de inoff. & in l. & si pupercerit.* 3. *ff. de liberis.* nisi communi usu *benedictionis* verbum accipiatur pro institutione. *arg. l. Labeo.* 7. *ff. de supellect.*
25 Ὁμοίως, Theoph. §. 1. *Inst. eod.* 26 *l.* 7. *C. de rescindenda* §. 1. *Inst. milit. test.*
27 Βελόμενος dixit Theophilus voluntates, 28 *Al.* subvertierentur. 29 Qualitas, quæ causa alicujus effectus est, tunc temporis inesse debet, & exigitur, cum de illo effectu disponitur: nec postea superveniens patrocinatur. 30 Legiones sub Julio fuerunt triginta: legiones singulæ decem cohortibus constabant. Prima censu, genere, literis, forma & virtute pollentes habuit: reliquæ prout Principi placuisset, ut à Tribunis, vel præpositis regebantur. Legionibus itaque fuerunt sui tribuni, *ut hic.* ut & cohortibus. adde quæ de legionibus dixi ad *l.* 12. *C. de re milit. lib.* 12. 31 Cingebantur & milites: & de veteri more milites cingendi dixi ad *l.* 43. *ff. eod.* 32 *Synopsis Basilicon.* 35. *tit.* 20. *c.* 11. 33 Ignominia. *Hal.* 34 Testamentum infamis valet jure communi, non privilegiato. *Bald.* 35 *l.* 21. *ff. eod. l.* 5. *C. eod. l.* 38. *ff. eod.* §. 3. *Inst. eod. & ibid.* Theoph. 36 *l.* 30. *ff. eod.* 37 Privilegia concedentur in præmium, ideoque nec ad odiosos & immerentes pertinent. *Bald.* Privilegium nemo consequi ex eo debet, quod pœnam meretur. 38 Nova. Contium 2 *disp.* 3. 39 Neque eo quenquam substituit, postea hujusmodi verbis cavit, quibus non editis ad superius testamentum, &c. Zoannet. *lib. restit. cap.* 1. 40 Primum testamentum, vi confirmationis extremæ efficitur tertium, & prævalet secundo. *Bald.* Nisi contrarium exprimatur. *Alb.* 41 *l.* 5. *ff. eod.* 42 *l.* 41. §. 2. *ff. eod. l.* 2. *ff. de test. tut. l.* 40. *ff. de administr. tut.* 43 *l.* 2. *ff. de testament. tut.* Privilegio suo miles jus alienum minuere non potest. Privilegia omnia interpretanda sunt salvo tertii cujusque jure. *l.* 15. *ff. eod. l.* 43. *ff. de vulgari. l.* 4. *C. de emancip. cap. venientes. extra, de rescriptis.* 44 In militis testamento habet locum auctoritas Senatusconsulti Trebelliani. *Bald.* 45 Prohibita per legem miles facere non potest. v. *l.* 4. *C. eod.* 46 Remissa heredibus per legem, miles testamento suo impedire non potest. *l.* 8. *ff. de condit. instit.* 47 *l.* 14. *ff. de cond. instit.* 48 Bonorum possessio contra tabulas, quæ datur emancipato in aliis bonis quam castrensibus, competit, *ut hic.* & *l.* 30. *ff.* vid. Cujac. 8 *observ.* 25.

bonorum possessionem partis debitæ placet: exceptis his rebus, quas in castris adquisisset: quarum liberam testamenti factionem habet.

XXX. PAULUS [lib. VII Quæstionum].

NAm in bona castrensia non esse dandam [29] contra tabulas filii militis bonorum possessionem, D. Pius Antoninus rescripsit.

De manumissione servi legati.

XXXI. MARCELLUS [lib. XIII Digestorum].

SI miles Titio & Seio servum legaverit, & eum Titius manumisisset deliberante Seio, moxque is legatum omisisset: liberandum fore dico: quia & si heres servum alicui legatum interim manumisisset, deinde legatarius [30] repudiasset, liber [31] esset.

Si secundum voluntatem militis non adeatur.

XXXII. MODESTINUS [lib. IX Regularum].

SI secundum probabilem voluntatem militis hereditas ejus non adeatur, nec res castrenses heredibus competunt [32].

De posthumo.

XXXIII. TERTYLLIANUS [lib. singul. de Castrensi peculio].

SI filiusfamilias miles fecisset testamentum more militiæ, deinde post mortem patris posthumus ei nasceretur: utique rumpitur [33] ejus testamentum. Verum si perseveraſſet in ea voluntate, ut vellet adhuc illud testamentum valere, valiturum illud, quasi rursum aliud factum, si modo militaret adhuc eo tempore, quo nasceretur illi posthumus. §. 1. Sed si filiusfamilias miles fecisset testamentum, deinde postea, vivo eo & adhuc avo quoque superstite, nasceretur ei posthumus, non rumpitur ejus testamentum: quia cum id, quod nasceretur, in potestate ejus non perveniret, non videtur suus heres adgnasci. Ac ne avo quidem suo hunc nepotem posthumum, cum vivo filio nasceretur, suum heredem protinus adgnasci: & ideo nec avi testamentum rumpi: quoniam licet in potestate avi protinus esse inciperet, tamen antecederet [34] eum filius. §. 2. Secundum quæ, si filiusfamilias miles testamentum fecerit, & omiserit posthumum per errorem, non quod volebat exheredatum; deinde posthumus, post mortem avi, vivo adhuc filio, id est, patre suo, natus fuerit, omnimodo rumpet illius testamentum. Sed si quidem, pagano [35] jam illo facto, natus sit, nec convalescet ruptum: si vero militante adhuc natus fuerit, rumpetur; deinde, si voluerit ratum illud esse pater, convalescet sic, quasi denuo factum. §. 3. Sed & si vivo avo nascatur posthumus, hic non rumpet continuo patris testamentum: si supervixerit post mortem avi, vivo adhuc patre, rumpet [36], quod novus illi nunc primum heres adgnascitur. Ita tamen, ut nunquam possit duorum [37] simul testamenta rumpere, & avi, & patris.

De milite, qui mori maluit. 1. De secundo testamento cæpto. 2. De nuda militis voluntate.

XXXIV. PAULUS [38] [lib. XIV Quæstionum].

EJus militis, qui [39] doloris impatientia [40] vel tædio vitæ mori maluit, testamentum valere, vel intestati bona ab his, qui lege vocantur, vindicari, Divus Hadrianus rescripsit.

§. 1. Militia missus intra annum testamentum facere cœpit, neq; perficere [41] potuit: Potest dici solutum ita esse testamentum, quod in militia fecit, si jure militiæ fuit scriptum: alioquin, si valuit jure communi, non esse jure rescissum. §. 2. Nec tamen circa militem eadem adhibetur distinctio: nam quocunque [42] modo testamentum fecerit, novissima voluntate rescindetur: quoniam *voluntas quoque* [43] *militis testamenti* [44] *est*.

XXXV. IDEM [lib. XIX Quæstionum].

MIles si testamentum imperfectum [45] relinquat, scriptura, quæ profertur, perfecti testamenti poreſtatem obtinet: nam militis testamentum sola [46] perficitur voluntate. † Quique plura per dies varios scribit, sæpe facere testamentum videtur.

De codicillis ad testamentum factis. 1. De priore testamento mutato pro parte. 2. De adgnatione posthumæ. 3. Si veteranus, qui jure communi, militiæ tempore testamentum fecerat, intestatus esse malit. 4. Si is, qui testamento militari superius jure communi factum rupit, post annum missionis decesserit.

XXXVI. IDEM [lib. VI Responsorum].

MIlitis codicillis ad testamentum factis, etiam hereditas jure videtur dari: Quare si parte m dimidiam hereditatis Codicillis dederit, testamento scriptus ex asse heres partem dimidiam habebit: legata autem testamento data communiter [47] debentur.

§. 1. Miles castrensium bonorum, & non castrensium, diversis heredibus instituris, postea castrensium bonorum alios heredes instituit: Prioribus tabulis tantum abstulisse videtur, quantum in posteriores contulerit: nec videtur mutare, etsi prioribus tabulis unus heres scriptus fuisset. §. 2. Miles in supremis ordinandis ignarus [48] uxorem esse prægnantem, ventris non habuit mentionem: Post mortem patris filia nata, ruptum esse testamentum apparuit, neque legata deberi: si qua vero medio tempore scriptus heres legata solvisset, utilibus actionibus filiæ datis, ob improvisum casum esse revocanda [49]; nec institutum, cum bonæ fidei possessor fuerit, quod inde servari non potuisset, præstari.

§. 3. Veteranus moriens, testamentum jure communi tempore militiæ factum, irritum esse voluit [50], & intestatus [51] esse maluit: Heredum institutiones [ac substitutiones] in eodem statu mansisse placuit: legata vero petentes [52] exceptione [53] doli mali secundum jus commune summoveri: cujus exceptionis vires ex persona petentis æstimantur; [&] alioquin potior [54] est in re pari causa possessoris [55]. §. 4. Miles jure communi testatus, postea testamento jure militiæ super bonis omnibus facto, post annum militiæ vita decesserat: prioris testamenti, quod ruptum esse constabat, non redintegrari vires constitit.

Si ex duobus heredibus unus adeat, qua ex parte miles intestato moritur, ea ex parte patronus ei succedit.

XXXVII. PAULUS [lib. VII Quæstionum].

SI duobus à milite liberto scriptis heredibus alter omiserit hereditatem: pro ea parte intestatus videbitur defunctus decessisse: quia miles & pro [56] parte testari potest: & competit patrono ab intestato bonorum possessio: nisi [si] hæc voluntas defuncti probata fuerit, ut omittente altero, ad alterum vellet totam redire [57] hereditatem.

Si conditio post annum missionis extiterit. 1. Si miles missus iterum militare cœperit.

XXXVIII. IDEM [lib. VIII Quæstionum].

QUod dicitur, *si miles intra* [58] *annum, quam missus est, decesserit, valere ejus testamentum, quod jure militari fecerat*: verum est, etiam si post annum conditio institutionis extiterit, mortuo eo intra annum. Et ideo, si heredi filio substituerit, nihil intereſt quando filius moriatur: sufficit enim patrem intra annum obisse.

§. 1. Miles testamentum fecerat: deinde non ignominiæ causa missus, rursum [59] cinctus [60] est in alia militia: Quærebatur, an testamentum ejus, quod in militia fecerat, valeret? Quæsivi, utrum jure militari an communi jure testatus est? & si quidem communi jure testatus est, nulla dubitatio est, quin valeat: sed si ut miles fecisset testamentum, agitare cœpi, quando adsumptus fuisset, postquam desiit in numeris esse, utrum intra annum, an post annum? Cognovi, intra annum eum adsumptum: ergo si, cum adhuc jure militari valeret, rursus eodem jure posset testari, nunquid etiam post annum eo mortuo valeat testamentum? *Me movebat*, quod alia militia est posterior. Sed humanius est dicere, valere testamentum, quasi conjuncto munere militiæ. Non loquor [61] de eo, qui voluit valere testamentum etiam adsumptus: hic enim quasi in militia sequenti fecit testamentum, exemplo ejus, qui paganus fecit, deinde militare cœpit.

De mortuo apud hostes, & de lege Cornelia.

XXXIX. IDEM [lib. IX Quæstionum].

SI filiusfamilias miles captus, apud hostes decesserit: dicemus, legem Corneliam [62] etiam ad ejus testamentum pertinere. Sed quæramus, si pater ejus prius in civitate decesserit, relicto nepote ex filio, an similiter [63] testamento patris rumpatur? Et dicendum est, non rumpi testamentum: quia ex eo tempore, quo captus est, videtur decessisse [64].

De testamento notu excepto, & nondum literis perscripto. 1. Si servo legatum sit. 2. De serva instituta, deinde legata ut manumittatur.

XL. IDEM [lib. XI Responsorum].

LUcius Titius miles Notario [suo] testamentum scribendum notis [65] dictavit, & antequam literis [66] præscriberetur, vita defunctus est: Quæro, an hæc dictatio valere possit [67]? Respondi, militibus quoquo modo velint, & quo modo possunt, testamentum facere concessum esse: ita tamen, ut hoc ita subsecutum esse legitimis [68] probationibus ostendatur. §. 1. Idem respondit, ex testamento ejus, qui jure militari testatus esset, servum, qui (licet sub conditione) legatum meruit [69], etiam libertatem posse sibi vindicare. §. 2. Idem respondit, Lucius Titius miles testamentum ita fecit, *Pamphila serva mea ex asse mihi heres esto*: alio deinde capite, Sempronio commilitoni suo eandem Pamphilam reliquit: cujus fidei commisit, ut eam manumitteret. Quæro, an heres esset Pamphila, atque si directo accepisset libertatem? Respondi, intellegendum, militem qui ancillam suam heredem instituerat ignoraſſe, posse ex ea institutione etiam libertatem ei competere: & ideo sine causa postea à commilitone petisse, ut eandem manumitteret: cum ex priore scriptura libera [70] & heres effecta est, postea, nullo præjudicio voluntati facto, frustra legata est.

De herede ex tempore, vel ad tempus. 1. De mulere in quam turpis suspicio cadit. 2. De tutoris datione. 3. De legato relicto à substituto filii non instituti. 4. De substitutione filio emancipato, vel in potestate avi existenti facta. 5. De hereditate non adita.

XLI. TRYPHONINUS [lib. XVIII Disputationum].

MIles ita heredem scribere potest [71]: *Quoad vivit Titius, heres esto; post mortem ejus, Septicius.* Sed si ita scripserit, *Titius usque ad annos decem heres esto*, nemine substituto, intestati causa post decem annos locum habebit. Et quia diximus, *ex certo tempore, & usque ad certum tempus* milites posse instituere heredem, his [72] consequens est, ut antequam dies veniat, quo admittatur institutus, intestati hereditas deferatur. Et quod in bonorum portione ei licet, hoc etiam in temporis spatio, licet non modicum sit, ex eodem privilegio competat. §. 1. Mulier, in [73] qua turpis suspicio cadere potest, nec ex testamento militis aliquid capere potest, ut Divus Hadrianus rescripsit. §. 2. Nec tutorem ei [74], qui in aliena est potestate, miles dare potest. §. 3. Si miles exheredaverit filium; vel, sciens eum filium suum esse, silentio præterierit: an legatum à substituto ejus dare possit, quæsitum est? Dixi, non posse, licet ampla legata reliquerit [75]. §. 4. Exheredato [76] miles & emancipato filio substituere potest. Verum hoc [77] jus in his exercebitur, quæ ab ipso ad eum, cui substituit, pervenerint; non etiam in his, [si] quæ habuerit, vel postea adquisierit: nam & si filio suo, vivo adhuc avo, substituit, post adquisitam ei avi hereditatem, nemo diceret, ad substitutum pertinere. §. 5. Si militis adita non fuerit hereditas, an substitutio, quam pupillo fecit, valeat, quæritur? Et consequens erit, hoc dicere: quia permittitur, militem filio facere testamentum, quamvis sibi [78] non fecerit.

Ex quo tempore quis jure militari testari possit.

XLII. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

EX eo tempore quis jure militari incipit posse testari, ex quo in numeris [79] relatus est: ante, non: Proinde qui [80] nondum in numeris sunt, licet [81] etiam lecti tirones sint, & publicis expensis iter faciunt, nondum milites sunt: debent enim in numeros referri.

XLIII. PAPINIANUS [lib. VI Responsorum].

FIliusfamilias equestri militia exornatus, & in comitatu Principum

---

29 Patri sc. *l. 1. §. 4. ff. si à parente quis manumiss.*

30 *l. 2. ff. de manumiss.* Jus accrescendi retro fingit, & actum convalescere facit. Factum per eum, qui plenum jus non habuit, convalescit, si jus plenum ei supervenit.

31 Vide *l. 1. C. de communi servo. Inst. de donat. in fin.*

32 Legata ad pias causas non deberi, non adita hereditate, hinc Bald. colligit: cum ex testamento militis, ex quo hereditas non est adita, non debeantur.

33 Posthumus rumpit testamentum filii militis, nisi nascatur vivo avo, quia tunc patri suo non adgnascitur.

34 Nepos hic testamentum avi non rumpit, quia à patre præceditur.

35 Testamentum ruptum agnatione posthumi non convalescit ex nuda voluntate pagani, sed militis. *Bald.* Nuda illa voluntas non est testamentum, sed in testamento tantum perseveratio.

36 *l. 28. §. 2. ff. de liberis.*

37 Est impossibile, ut nepos simul rumpat testamentum patris & avi: sicut est impossibile, ut sit in utrusque potestate, & utrique agnascatur. *Bald.*

38 *Al.* Papinianus.

39 *Synops. 35. §. 21. c. 27.*

40 *l. 6. §. 7. ff. de injusto.* Lepidum & suave est, quod hic à quibusdam dicitur, & præsertim à Baldo, testamenta eorum, qui ipsos impatientia doloris occidant, valere secundum Jurisconsultos: eos tamen ad inferos ire secundum Theologos.

41 Testamentum perfectum rumpit imperfectum, nisi in milite. *Bald.*

42 Testamentum imperfectum militis, alio imperfecto revocari potest. *ut hic.* At imperfectum testamentum patris inter liberos non potest revocari, nisi alio perfecto. vide quæ scripsi ad *Nov. 107. c. 2.*

43 *Al.* quæque militis testamentum est.

44 Vice scilicet, vel legendum est testamentum.

45 *l. 3. ff. eod. Synopsis 35. titul. 21. c. 28.*

46 Et nuda. *l. 1. ff. eod.*

47 Qui succedit in partem hereditatis, succedit in partem onerum. *Bald.*

48 *l. 9. l. 10. C. eod.* Goth. V. Anton. Augustin. *lib. 1 emendat. cap. 2.* S. L.

49 Ignorantia (puta præteriti posthumi) dans causam testamento, ei officit, & legata soluta condicuntur. *Bald.*

50 Vid. Paponem 20 *arrest. 1. §. 3.*

51 Testamentum alio testamento revocandum: dixi ad *Authent. hoc inter liberos. C. de testament.*

52 Quia legata & fideicommissa nuda voluntate revocantur. *l. 3. §. 11. ff. de adim. vel transfer. legat.* S. L.

53 Vide *l. 30. C. de testam.*

54 Si actor non habet jus petendi, licet reus non habeat jus possidendi, reus tamen potior est ex regula, qua possessores potiores sunt jure. *Bald.*

55 *l. 154. ff. de reg. jur.*

56 *l. 6. ff. eod.*

57 Verbum *redeat*, est verbum directum. *Bald.*

58 Vid. *l. 26. ff. eod.*

59 Privilegia conjunguntur: & factum prætextu unius privilegii conservatur per aliud privilegium superveniens. *Bald.*

60 Cingerentur uti milites: & de veteri more militum cingendorum dixi ad *l. 43. ff. eod.*

61 Quia tunc dubium non esset, valiturum ex recenti voluntate. *Bald.*

62 *l. 14. ff. de capt.*

63 Hoc vocabulum magnam vim habere indicat *Cujac.*

64 Et ita eo tempore quo filium suum in potestate non habebat. *Accurs.* hanc enim negativam Cujacius glossæ restituit, ut mihi hactenus fecit ejus quædam prælectio ad me transmissa.

65 *Synops. 35. tit. 1. cap. 33.* de testamento notis scripto à pagano, & milite, v. Cujac. 3 *observat. 3.* adde quæ scripsi ad *l. 33. ff. ex quibus causis majores. l. 15. C. hoc tit. l. 9. §. 4. ff. de hered. inst.* Goth. Vide Molin. ad *l. 1. §. 12. ff. de verb. oblig.* Cujac. *lib. 3 observ. cap. 3.* Brisson. *lib. 4 select. cap. 21.* S. L.

66 Plenioribus scil. vide quæ scripsi ad *l. contractus. 17. C. de fide instrument.*

67 Non valet. vide Paponem, 3 *Notar. 2.*

68 *l. 24. ff. eod.*

69 V. *l. 7. in fin. C. eod.* In aliis ita jus non est. *l. 1. l. 5. §. 2. C. de necess. hered.*

70 *l. 10. in fin. ff. de manumiss. testam.*

71 Id est, ad tempus. *l. 15. §. 4. l. 19. ff. eod. l. 8. C. eod.*

72 Divisionem quæ recipiunt in substantia, divisionem recipiunt in tempore. *Bald.*

73 *l. 14. ff. de his quæ ut indigni. Synops. 6. tit. 36. ex lib. 35. tit. 21. cap. 36.* Miles turpem personam instituere non potest. *Bald.* Goth. Adde *l. 2. C. de donat. inter vir. & uxor.* Charond. *lib. 2. respons. 167.* Cæsar. Ursell. *ad decis.* Afflict. *102. cap. dicat aliquis. 32. quæst. 4.* Ans.

74 *l. 28. ff. eod. l. 2. ff. de testam. tut.*

75 Reliquerit. Exheredato miles & emancipato. Florent. *Hal.* adde *l. 5. ff. eod.* Alii vocem *exheredato* cum voce *reliquerit* connectunt.

76 Si hæc vox exheredati. *Bald.*

77 Miles testando impuberi filio non ita testatur, ut testamentum pupillare fruatur militari privilegio. *ut hic.* Aliud esse volunt, si pater miles testetur filio impuberi ad pias causas. vide Tiraquellum, 20 *privilegio piæ causæ.*

78 *l. 15. §. 5. ff. eod.*

79 Id est, in aliquam cohortem. dixi ad *l. 18. C. eod. l. 1. in fin. ff. de bonorum possess. ex testam. milit.*

80 Numeris militum qui non continetur, militum privilegiis non fruitur.

81 Sola electio militem non facit, sed in numerum receptio;

---

superiori §. connectatur, sensus sit hic: Miles non potest relinquere à substituto

77 Miles testando impuberi filio non ita testatur, ut testamentum pupillare fruatur militari privilegio. *ut hic.* Aliud esse volunt, si pater miles testetur filio impuberi ad pias causas. vide Tiraquellum, 20 *privilegio piæ causæ.*

78 *l. 15. §. 5. ff. eod.*

79 Id est, in aliquam cohortem. dixi ad *l. 18. C. eod. l. 1. in fin. ff. de bonorum possess. ex testam. milit.*

80 Numeris militum qui non continetur, militum privilegiis non fruitur.

81 Sola electio militem non facit, sed in

cipum retentus, cingi [82] confestim [83] jussus, testamentum de castrensi * peculio * facere potest.

De his, qui in hostico loco testantur.

XLIV. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

REscripta Principum ostendunt, omnes omnino, qui ejus sunt gradus, ut jure militari testari non possint [84], si in hostico [85] deprehendantur, ut illic decedant, quomodo [86] velint, & quomodo possint testari: sive Præses sit Provinciæ, sive quis alius, qui jure militari testari non potest.

82 *Circi militia* apud Romanos non fuit, v. 26. *l.* 28 *ff. cod.* gladiatori & Præfectus Asphaltum *Tertia* exemplo militum. **Serv.** 2 *Æneid.* Inde testamentum in procinctu, quod militares pugnaturi, *Festus* vel, ut Plutarchus refert, *Brutus* genere Cicero 1 *de Oratore*, & 2 *de Natura*. Velleius 2. Tacit. 11. Nec in castris sine nota discingebatur verbatur. Hinc parma militaris genus, dicingi. Sueton. Livius, Frontinus 4. Discincti quoque sub jugum mittebantur, *Festus*. qui exauctorabantur. Herodian. 2. 83 Proximus cingi vel cingendo habetur pro cincto. Paria sunt, aliquid esse factum, vel in proximo faciendum. *Bald.*

84 *Synops.* 35. *tit.* 21. *c.* 39. ut pagani. 85 *d. l. un. in princ.* Miles, ut & alius quicunque, moriens in hostium vel inimicorum manu, sine ulla solennitate testari potest. 86 *l.* 15. *C. cod.*

TIT. II.

DE ADQUIRENDA [1] VEL OMITTENDA [2] HEREDITATE.

De aditione & repudiatione pro parte.

1. PAULUS lib. II ad Sabinum.

QUi totam hereditatem [3] adquirere potest, is pro parte eam scindendo adire non [4] potest.

II. ULPIANUS [lib. IV ad Sabinum].

SEd & si quis ex pluribus partibus in ejusdem hereditate institutus sit, non potest qualdam partes repudiare, quasdam adgnoscere.

De substitutione.

III. IDEM [lib. VI ad Sabinum].

QUamdiu [5] prior heres institutus hereditatem adire potest, substitutus non potest.

De eo, qui non potest adire.

IV. IDEM [lib. III ad Sabinum].

NOlle adire hereditatem non videtur, qui non potest [6] adire.

De muto. De surdo. 1. *De prodigo.*

V. IDEM lib. I ad Sabinum.

MUtum [7], necnon *surdum*, etiam ita natos, pro herede gerere, & obligari hereditati posse, constat. §. 1. Eum *cui* [8] *bonis interdictum*, * heredem * institutum posse adire hereditatem constat.

De filiofamilias instituto. 4. *De eo, qui se putat filiumfamil. aut incertus est.* 5. *De institutione nepotis ex filio exheredato.* 6. *De herede adoptato à filio exheredato.* 7. *De metu.*

VI. IDEM [lib. VI ad Sabinum].

QUi in alienа est potestate, non potest invitum [9] hereditati obligare eum, in cujus est potestate: ne æri alieno patet obligaretur. §. 1. Sed [10] in bonorum [11] possessione placuit, ratam [12] haberi posse eam, quam citra [13] voluntatem adgnovit is, qui potestati subjectus est. §. 2. Sed & si legitima hereditas filio delata sit ex Senatusconsulto Orficiano matris [14], idem [15] erit probandum. §. 3. Sed & si non adierit filius, diu [16] tamen possedit pater hereditatem, credendus est admisisse [17] hereditatem, ut D. Pius & Imperator noster rescripserunt. §. 4. Si is qui [18] putabat [19] se filiumfamilias, patris jussu adierit: eum neque sibi, neque ei qui jussit, quæsisse hereditatem constat: quamquam [20] is quem pater jussit adire, & decessit [21], si adierit [22] jam mortuo patre, obliget se hereditati: ut Julianus lib. XXXI Digestorum scripsit. Nam cum qui dubitat [23], utrum filiusfamilias an paterfamilias morte patris factus sit, posse adire hereditatem magis admittit. §. 5. Interdum filiifamilias & sine [24] aditione adquirent hereditatem his, in quorum sunt potestate: ut puta si nepos [25] ex filio exheredato, heres sit institutus: patrem enim suum sine aditione faciet heredem, & quidem necessarium [26]. §. 6. Sed si quis heres institutus adoptetur à filio exheredato, necessarium eum non facit: sed juberi debet, ut adeat: quoniam mortis tempore in potestate non fuerit: Nam per [27] eum quis existere necessarius non potest, qui ipse non esset exstaturus. §. 7. Celsus lib. XV Digestorum scripsit, Eum qui [28] metu verborum [29] vel aliquo timore coactus, fallens [30] adierit hereditatem, sive liber sit, heredem non [31] fieri placet; sive servus sit, dominum heredem non facere.

De substitutione vulgari. 1. *De abstentione.* 2. *De herede heredis.*

VII. PAULUS [lib. I ad Sabinum].

SI [32] quis filiumfamilias heredem instituerit, & ita scripserit, *Si mihi Titius iste filiusfamilias heres non* [33] *erit, Sempronius heres esto*: filio adeunte jussu patris, substitutus excluditur. §. 1. Si filius, prius quam sciret se necessarium extitisse patri heredem, decessit relicto filio necessario: permittendum [34] est nepoti abstinere se avi hereditate: quia & patri [35] ejus idem tribueretur. §. 2. In omni successione, qui ei [36] heres extitit qui Titio heres fuit, Titio quoque heres videtur esse, nec potest Titii omittere hereditatem.

De impubere.

VIII. ULPIANUS lib. VII ad Sabinum.

MOre [37] nostræ [38] civitatis neque pupillus neque pupilla sine tutoris auctoritate obligari possunt [39]: hereditas [40] autem [41] quin obliget [42] nos æri alieno, etiam si non sit solvendo, plus [43] quam manifestum est. De [44] ea autem hereditate loquimur, in qua non succedunt hujusmodi personæ quasi necessariæ.

§. 1. Impubes [45], qui in [46] alterius potestate est, si jussu ejus adierit hereditatem, licet consilii [47] capax non fuerit, ei adquirit hereditatem.

Pupillus potest cum tutoris auctoritate hereditatem adire. Bartol.

IX. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

PUpillus si [48] fari [49] possit, licet hujus ætatis sit, ut causam adquirendæ [50] hereditatis non intelligat (quamvis non videatur [51] scire hujusmodi ætatis puer: neque enim scire [52] neque decernere talis [53] ætas potest, non [54] magis quam furiosus), tamen cum tutoris auctoritate hereditatem adquirere potest: hoc enim favorabiliter eis præstatur.

Si destinans partem habere, pro herede gesserit.

X. ULPIANUS [lib. VII ad Sabinum].

SI ex asse heres destinaverit [55] partem [56] habere hereditatis, videtur in assem [57] pro herede gessisse.

De abstentione.

XI. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

IMpuberibus [58] liberis omnimodo [59] abstinendi potestas fit: puberibus autem ita, si [60] se non immiscuerint.

XII. ULPIANUS [lib. XI ad Edictum].

EI, qui se non miscuit hereditati paternæ, sive major sit, sive minor, non esse [61] necesse Prætorem adire: sed sufficit [62], se non miscuisse hereditati. † Et est in Semenstribus Viviis [63] Soteri & Victorino rescriptum, *Non esse necesse pupillu m integrum restituiex avito* [64] *contractu, quorum pater constituerat non agnoscere hereditatem, neque* [65] *quicquam amoverat, vel pro herede gessirat.*

De effectu repudiationis. De hereditate delata. 1. *Si quis dubitet, an sit delata. De substituto.* 3. *De filiofamil. instituto.*

XIII. IDEM [lib. VII ad Sabinum].

IS qui heres institutus est, vel [is] cui legitima hereditas delata est, repudiatione [66] hereditatem amittit. Hoc ita verum est, si [67] in ea causa erat hereditas, ut & adiri posset: cæterum heres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiavit, nihil egit, qualisquales fuit conditio: etsi in arbitrium collata est. §. 1. Si quis dubitet [68], vivat testator, necne: repudiando nihil agit. §. 2. Substitutus [69] quoque similiter si ante repudiat, quam heres institutus decernat [70] de hereditate: nihil valebit repudiatio. §. 3. Neque filiusfamilias repudiando sine [71] patre, neque [72] pater sine filio, alteri nocet [73]: utrique autem possunt repudiare.

XIV. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

IDem [74] est etiam, si legitima hereditas filiis obvenit.

De voluntario herede, qui se putat necessarium, vel contra.

XV. ULPIANUS [lib. VII ad Sabinum].

IS qui putat [75] se necessarium, cum sit voluntarius, non poterit repudiare: nam [76] plus [77] est in opinione [78], quam in veritate.

XVI. IDEM [lib. XXIV ad Edictum].

ET è contrario, qui se putat necessarium, voluntarius existere non [79] potest.

Si testamentum dicatur non valere. 1. *De institutione heredis legitimi.*

XVII. IDEM lib. VII ad Sabinum.

NEc [80] is, qui non valere testamentum aut falsum esse putat, repudiare potest. Sed si certum [81] sit, falsum non [82] esse, quod falsum dicitur, sicut adeundo adquirit, ita & repudiando amittit hereditatem. §. 1. Heres institutus, idemque legitimus: si quasi institutus repudiaverit, quasi [83] legitimus non amittit hereditatem: sed si [84] quasi legitimus repudiavit, si quidem scit se here-

1 VI C. XXX. quid sit adire hereditatem, bona, institutionem, nomen, testamentum, vide Cujac. 7 *obs.* 18.

2 VI C. XXXI. Paul. 4 *sent.* 4.

3 *l.* 6. *C. de impuberum.* vel totum legatum. Paul. 3 *sent.* 6. §. 12. adde *l.* 38. *ff. de legat.* 1. Goth. vide Cujac. *lib.* 7 *observ.* 18. & Paul. Buf. *h. l.* Anf.

4 *l.* 20 *in fin. C. de jure delib.*

5 *l.* 69. *ff. cod. l.* 36. *in fin. l.* 37. *ff. de heredib. instit. l.* 4. *ff. de injusto. l.* 19. § 1 *ff. de condit. & demonst. l.* 3. §. 2. *ff. fecund. tab. l.* 5. *C. de imp.*

6 *l.* 18. *ff. cod.* Privatio ejus est, cujus est positio. Ubi non adiistit juris potentia, voluntas est inanis & vacua. *Bald.*

7 *l.* 93. §. 1. *ff. cod.* §. *ult. in fin. Institut. de heredum qualit.*

8 Vide *l.* 6. *ff. de verb. oblig.*

9 Patrem vel dominum scil. *l.* 8. *in princ. verf. sive à contrario. C. de bonis, quæ liber.* Ita aditione filii, vel servi non obligantur patres vel domini. *Goth.* Vide Bellon. *fupputat. lib.* 3. *cap.* 2. & 3. Gomez. *var. refolut. tom.* 1. *cap.* 3. Paul. Buf. *comm. h. l.* Anf.

10 *Filius* hereditatem adire non potest sine jussu patris, licet bonorum possessionem possit petere, eam petitionem patre postea ratam habente: *vel ita*, Hereditatis aditio confirmari non potest ratihabitione patris, licet bonorum possessio & decretum possit. Quid? quæ ratio est, ut hereditatis aditio facta per filium ratihabitione patris confirmari non possit, possessio vero bonorum possit? An quia hereditas initio per procuratorem adiri non potest, eadem ex postfacto rata haberi quoque non potest? *l. Pannonius.* 86. *ff. cod.* An quia aditio hereditatis actus legitimus est, qui in pendenti esse nequeat, *l. actus.* 77. *ff. de regulis juris.* bonorum vero possessio actus non sit legitimus? An quia aditio ministerii non est, sed tota pender ab animo constituentis adire? An ut ne heres per alium heres esse videatur, non directo? 11 Decretalis bonorum possessio potest esse in pendenti, & confirmari ratihabitione. *l.* 1. *C. qui admitti.* 12 *l.* 24. *ff. rem ratam haberi.* 13 *l.* 1. *C. qui admitti ad bonorum.* id est, sine jussu, non præcedente jussu. Quid? potestne filius hereditatem adire sine jussu patris? Potest, eo etiam contradicente, *l. ultim. C. de bonis quæ liberis.* multo magis ignorante. *l. qui potest.* 26. *ff. de regulis juris.* 14 Videbatur filius in hereditate materna adquirenda tanquam sibi debita plus posse, quam in hereditate extranei, *l. filiusfamil.* 92. *ff. cod.* sed utrobique idem est, *ut hic.* 15 *Subaudi*, ut aditio facta non præcedente jussu patris non valeat. 16 *l.* 10. *C. de petit. hered. l.* 4. *l.* 18. *circa fin. C. de jure deliber.* Præsumitur solennitas juris ex temporis diuturnitate: unde notant, præsumi pro consuetudine, & longa possessione.

17 Id est, agnovisse: ea nimirum solennitate, quæ in jure requiritur. 18 *Errans*, qui existimat se jussu patris adire, adire hereditatem non potest, *ut hic.* sciens adire, vel dubitans potest. ut *ff. cod.* 19 *l.* 96. *ff. cod.* 20 Hinc colligitur, Actus sequentes præsumi fieri ad executionem præcedentium. vide Alciat. 2 *præf.* 24. 21 *Subaudi*, pater: post jussum, & ante aditionem. 22 *Subaudi*, filius. 23 *Dubitans* quod quis facit, valet omni modo, quo melius valere potest, *ut hic.* nisi certa scientia nominatim exigatur. *l. in totum omnia.* 76. *ff. de regul.*

24 Vide §. 3. *Inst. de hered. quæ ab intestato.* sine jussu præcedente aditionem. 25 Nepos (patre exheredato) avo suus est heres & necessarius, *ut hic.* Cynus anomalum heredem putat: cum sit in potestate, non tamen proximus tempore mortis. & male. 26 Heres quisque is efficitur, qualis is fuit, per quem heres factus est. Ita non necessarius heres, alium necessarium non facit. 27 Heredem necessarium non facit, qui ipse non est necessarius, *ut hic.* Exheredatus à patre, alium adoptando, adoptivum non facit necessarium heredem patri. 28 Protestatio præcedens, aditioni hereditatis contraria, actum aditionis reddit inutilem. 29 Ita quoque Flor. ad *Verberum* reponit Cujac. ad *l.* 21. §. 5. *ff. de eo, quod metus causa.* adde *l.* 16. *C. de jure deliberandi.* Ex impressa lectione colligit Baldus, potentiorum verba inducere justum metum. 30 Id est, clam: vel decipiens per protestationem præmissam. 31 Imo fit heres. *d.l.* 21. §. 5. *ff. de eo, quod met. caus.* 32 Hereditatis aditio facta per filiumfamilias jussu patris, vulgarem substitutum excludit.

33 *l.* 40. *ff. de hered. inst.*

34 Suus heres transmittit jus immiscendi & abstinendi: beneficia adquirendi & omittendi ad heredes transeunt.

35 *l.* 42. *ff. cod.*

36 Heres heredis, testatoris primi heres censetur. *l. ult. C. de hered. inst. l.* 3. *ff. de bon. pet. l.* 194. *ff. de reg. jur.*

37 Moribus multa introducta, est vero *moribus* hic, idem quod jure civili. Cæterum juris moribus recepti adde aliud exemplum ex Ulpiani fexto ad Sabinum, ex *l.* 2. *ff. de vulgari. & l.* 1. *ff. de donat. inter virum.*

38 Et civili jure. *l.* 43. *ff. de obl.*

39 Civiliter & naturaliter.

40 Idem in bonorum possessione. §. 1. *Inst. de auctoritat. tut.*

41 Pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur ex suo facto, sed ex dispositione legitima: non potest itaque adire hereditatem sine tutoris auctoritate.

42 Obligat nos æri alieno hereditas, etiamsi non sit solvendo.

43 Propositiones quasdam plusquam notorias esse hinc colligunt.

44 Cur de ea loquitur hic Jurisconsultus? quia ubi pupillus suus & necessarius est heres, jure ipso est heres, etiam sine tutoris auctoritate: sic tamen est heres, ut abstinere possit, ut abstinendi beneficium habeat: quod beneficium abstinendi id ei præstat, ut ne ante conveniri possit, quam se hereditati immiscuerit.

45 *l.* 7. §. 1. *ff. de bon. possess.*

46 *Filius major infante*, hereditatem jussu patris adire potest.

47 *Impubes*, non plene consilii capax est, plenum consilium non habet. *l.* 9. *ff. cod. l. ult. C. de test. milit. l.* 1. *circa fin. C. de falsa moneta.*

48 Hereditatem adire tutoris auctoritate pupillus major infante potest.

49 *l.* 18. *C. de jure deliberandi.*

50 *Subaudi*, testato, vel ab intestato.

51 *l.* 26. *ff. de jurejur. l. ult. ff. de juris & facti ignor.*

52 *Nescire* is dicitur, qui ex causa rem non cognoscit. Nam id scire est: seu *scire* tum

53 Ulpian. 22. §. 8. 54 Pupilli & furiosi similitudo. 55 *Destinatio* pro actu perfecto est nonnunquam.

56 Individui partem qui facit, totum fecisse videtur. 57 *l.* 80. *ff. cod.* 58 *l.* 57. *in princ. verf. sed impuberibus. ff. cod.* 59 Id est, non impediente immixtione. 60 Nam si se immiscuerint, abstinendi beneficium non habent ipso jure, sed per restitutionem in integrum.

61 Jure communi quod constituere, precibus impetrari a Principe vel Judice non est necesse. adde *l. quæ sub conditione.* 8. *ff. de cond. inst.* vide *l.* 6. *ff. ad Treb.* 62 *l.* 2. *C. de leg. hered.* 63 Ita diserte Florentina. *al.* in Semenstribus Juris, Victorino. *al.* in Semenstribus D. Severi & Victorini.

64 Hereditate avita nepos abstinere potest, & se immiscere hereditati paternæ: ut contractibus avi nepos non teneatur, nisi ejus sit heres mediate vel immediate. 65 *l.* 42. *in fin. ff. cod.*

66 Contraria destinatione. *Inst. de hered. qualit. in fin.* §. 5. *Inst. de bon. poss. l.* 1. §. 3. *ff. unde liberi. l.* 1. §. 6. *ff. de succeff. edicto. l.* 4. *C. quis ordo in bonor. poffeff. l.* 22. §. 1. *C. de jure delib. l.* 4. *C. de repudian.* 67 Renunciatio juri nondum competenti, non valet. adde *l.* 45. §. 1. *ff. de legat.* 2.

68 V. *l.* 23. *ff. cod.* Hereditatem repudiare non potest, qui dubitat de morte testatoris. Renunciare nemo potest juri nondum competenti, vel quod dubitat competere. 69 Hereditatem repudiare non potest substitutus vulgaris, antequam eam repudiet institutus. 70 *Cernere* est, quasi decernere se heredem esse: de cretione vide Cujac. 7 *obs.* 18. Ulp. 22. §. 27. *& seq.* 71 Hodie repudiare potest etiam sine patre vel non adire. *l.* 8. *C. de bonis quæ liber.* 72 *l.* 11. *C. de jure delib.* 73 Cur ita? vide *d. l.* 1. *ff. de succeff. edicto.* 74 Hoc est, superiora obtinent, sive de hereditate testamentaria agatur, sive de legitima. 75 Hereditatem repudiare non potest, qui errat in qualitate successionis. vide *l* 13. *ff. cod.* 76 Opinio, quæ repugnat hereditatis additioni vel repudiationi, inutilem reddit additionem & repudiationem. 77 In opinione plus est, quam in veritate, *ut hic. l.* 20. *ff. quib. mod. usufr.* imo minus, *l.* 4. *ff. de manumiff. vindict.* imo non plus, ut *l.* 2. §. 2. §. 15. *ff. pro empt. d. l.* 20. §. 11. *Inst. de legatis. l.* 9. §. 4. *ff. de juris & facti ignor.* Opimo spectatur in his, quæ dependent ab animo & voluntate gerentis: unius vero opinio non spectatur adversus omnes vel ipsam veritatem. vide Azonem *rubrica* 58. 78 *Subaudi*, ejus. Quid ita? quia opinatur se necessarium, cum sit voluntarius. Plutie est in necessario heredе, quam in voluntario? Est sane. Voluntarius repudiare potest: necessarius non potest. Ne alioqui putes cum Accursio & aliis, hic regulam generalem constitui. Nam contra, interdum minus est in opinione privati, quam in veritate, *l.* 20. *ff. quib. mod. usus fr.* & ita plus ei nocet opinio, quam prolit veritas.

79 Quamdiu manet in eodem errore. 80 Hereditatem repudiando is nihil agit, qui putat testamentum non valere, vel esse falsum. 81 *l.* 30. *in fin. ff. cod.* 82 Negativam indefinitam sub sensum cadere hinc colligit Baldus. 83 *l.* 41. *l.* 76. *in fin. ff. cod. l.* 3. *ff. unde legitim. l.* 1. §. 11. *ff. de succeffor. l.* 2. §. 12 *ff. de Tertull. l.* 91. *ff. de reg. jur. l.* 13. *C. de jure delib.* 84 Id est, si quasi ex testamento. *l.* 91. *ff. de regul. jur.*

heredem institutum, credendus est utrumque [85] repudiasse: si ignorat, ad neutrum ei repudiatio nocebit: neque ad testamentariam, quoniam hanc non repudiavit; neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata [86].

De eo, qui potest acquirere vel non.

XVIII. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

IS [87] potest repudiare qui & adquirere potest.

De morte testatoris.

XIX. IDEM [lib. LIX ad Edictum].

QUi hereditatem adire vel bonorum possessionem petere voler, certus [88] esse debet [89], defunctum esse testatorem.

Quid sit pro herede gerere. 1. *De his, quæ filius gessit.*

XX. ULPIANUS lib. LXI ad Edictum.

PRo [90] *herede gerere* videtur [91] is, qui aliquid facit quasi heres. Et generaliter Julianus scribit, eum demum pro herede gerere, qui aliquid quasi heres gerit: pro herede autem gerere, non esse [92] facti, quam animi [93]: nam hoc animo esse debet, ut velit esse heres: Cæterum si quid [94] pietatis [causa fecit], si quid custodiæ [95] causa fecit, si quid quasi non heres egit, sed quasi alio jure dominus, apparet non videri pro herede gessisse. §. 1. Et ideo solent testari liberi, qui necessarii existunt, non animo heredis se gerere, quæ gerunt: sed aut pietatis aut custodiæ causa, aut pro [96] suo: Utputa patrem *sepelivit* [97], vel *justa ei* [98] *fecit*, si animo heredis, pro herede gessit; enimvero [99], si pietatis causa hoc fecit, non videtur pro herede gessisse: servos hereditarios *pavit*, jumenta aut pavit aut distraxit, si hoc ut heres gessit, pro herede; aut si non ut heres, sed [100] ut custodiat, aut putavit sua, aut dum deliberat, quid fecit, consulens ut salvæ sint res hereditariæ, si forte ei non placuerit pro herede gerere, apparet non videri pro herede gessisse. † Proinde & si fundos aut ædes *locavit*, vel *fulsit*, vel [si] quid aliud fecit, non hoc animo, quasi pro herede gererer; sed dum ei, qui substitutus est, vel ab intestato heres exstaturus [1], prospicit; aut res tempore peritaras distraxit: in ea causa est, ut pro herede non gesserit, quia non hoc animo fuerit.

§. 2. Si quid tamen quasi heres petit, sed ex his, quæ ad heredem extraneum non transeunt: videamus, an oneribus se immerserit hereditariis: Utputa à liberto parentis operas petit; has heres extraneus petere non potuit; hic tamen petendo consequi potest: & constat, pro herede eum non gessisse: cum petitio earum [2] etiam creditoribus competat, & maxime futurarum. §. 3. Sed & qui in sepulchrum hereditarium mortuum intulit, obligari paternis creditoribus non est existimandus [3], ut Papinianus ait: quæ sententia humanior est, licet Julianus contra scripserit. §. 4. Papinianus scribit, filium heredem institutum, qui se bonis paternis abstinuit, volgo putare quosdam, si à statuliber pecuniam accepit, à creditoribus conveniendum: sive nummi peculiares fuerint, sive non fuerint: quia ex defuncti voluntate accipitur, quod conditionis implendæ causa datur: Julianus autem, & si [4] non abstinuit, idem existimavit. † Ita demum autem *pro herede gessisse* ait Papinianus, si solus heres sit. Cæterum si coheredem habeat, & coheres adiit, non est cogendus (inquit) is, qui accepit à statulibero, actiones creditorum suscipere: nam, cum se filius abstinet, idem debebit consequi [5] jure Prætorio, quod emancipatus consequitur, qui hereditatem repudiavit: quo facto statuliber filio nominatim pecuniam dare jussus, potuisset non heredi dando ad libertatem pervenire. † Itaque tunc *pro herede geri* dicendum esse ait, quotiens accipit, quod citra nomen [6] & jus [7] heredis accipere non poterat. §. 5. Si sepulchri violati filius ager, quamvis hereditarii: quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis immiscere: hæc enim actio pœnam & vindictam [8], quam rei persecutionem continet.

De re surrepta vel expilata. 1. De solo animo. 2. De hereditate delata, vel non. 3. De ignorantione partis vel conditionis.

XXI. IDEM [lib. VII ad Sabinum].

SI quis extraneus rem hereditariam quasi [9] *subripiens*, vel expilans tenet, non pro herede gerit: nam [10] admissum contrariam [11] voluntatem declarat. §. 1. Interdum autem animus [12] solus eum obstringet hereditati: ut puta si re non hereditaria quasi heres usus sit. §. 2. Sed ita demum pro herede gerendo adquiret hereditatem, si [13] jam sit [ei] delata. Cæterum ex quibus causis repudiantem nihil agere diximus, ex iisdem causis nec pro herede gerendo quicquam agere sciendum est. §. 3. Si quis partem [14], ex qua institutus est, ignoravit, Julianus scribit, nihil ei nocere, quominus pro herede gereret. Quod & Cassius probat, si conditionem, sub qua heres institutus est, non ignorat: si tamen extitit conditio, sub qua * substitutus * est. Quid tamen, si ignorat conditionem extitisse [15]? Puto * posse [16] * adire hereditatem: quemadmodum si ignoret, an coheredis, cui substitutus est, repudiatione portio ei delata sit.

De ignorantia causæ, ex qua defertur hereditas.

XXII. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

SI is, ad quem legitima hereditas pertinet, putaverit defunctum servum suum esse, & quasi peculium ejus nactus sit: placet, non obligari eum hereditati. † Idem ergo dicemus (ut ait Pomponius) si quasi libertini sui, cum ingenuus esset, bona [ejus] occupabit. Nam * ut quis pro herede gerendo obstringat se hereditati, scire [17] debet, qua ex causa hereditas ad eum pertineat: veluti adgnatus proximus justo testamento scriptus heres, antequam tabulæ proferantur, cum existimaret intestato patremfamilias mortuum, quamvis omnia pro domino fecerit, heres tamen non erit. † Et idem juris erit, si [18] non justo testamento scriptus heres, prolatis tabulis, cum putaret justum esse: quamvis omnia pro domino administraverit, hereditatem tamen non [19] adquiret.

Si heres certus sit, vel incertus de jure suo.

XXIII. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

IN repudianda hereditate, vel legato, certus [20] esse debet de suo jure is, qui repudiat.

De hereditate non gratis omissa.

XXIV. ULPIANUS [lib. VII ad Sabinum].

FUit quæstionis, an pro herede gerere videatur, qui [21] pretium hereditatis omittendæ causa capit? Et obtinuit, hunc pro herede quidem non gerere, qui ideo accepit, ne heres sit, in Edictum tamen Prætoris incidere [22]: sive igitur à substituto [non] heres accepit, sive à legitimo, mortis causa accepisse videtur. † Idemque [23] erit, & si non accepit, sed promissa sit ei pecunia: nam & stipulando [24] mortis causa capit.

De bona fide serviente. De servo fructuario, 1. Vel universitatis, 2. Vel fisci, 3. Vel pœnæ. 4. De jussu patris.

XXV. IDEM [lib. VIII ad Sabinum].

SI [25] quis mihi bona fide serviat servus alienus, jussu [26] meo hereditatem adeundo nihil promovebit, nec acquiret mihi: nec fructuarius quidem servus. §. 1. Servus municipum, vel collegii, vel decuriæ [27], heres institutus, manumissus, vel alienatus, adibit hereditatem. §. 2. Si fisci [28] servus sit, jussu procuratoris [29] Cæsaris adibit hereditatem, ut est sæpe rescriptum.

§. 3. Si quis plane servus pœnæ [30] fuerit effectus, ad gladium [31], vel ad bestias, vel in metallum damnatus, si fuerit heres institutus, pro [32] non scripto hoc [33] habebitur: idque Divus Pius rescripsit. §. 4. Jussum [34] ejus, qui in potestate habet, non [35] est simile tutoris auctoritati, quæ interponitur perfecto [36] negotio: sed præcedere debet [37], ut Gaius Cassius lib. II juris civilis scribit: & putat, vel per internuncium [38] fieri posse, vel per [39] epistolam [40].

§. 5. Sed utrum generaliter, *quæcunque tibi hereditas fuerit delata*: an specialiter? Et magis placet (ut Gaius Cassius scribit) specialiter [41] debere mandare. §. 6. An nominatim de vivi [42] hereditate mandari possit, quæritur? Sed ego non puto recipiendum, ut de vivi hereditate mandetur. † Plane, si rumor [43] fuit *Lucium Titium decessisse*, poterit ei mandare, ut si heredem scripsit eum, adeat: aut si clusæ [44] adhuc tabulæ sunt, & sit [45] incertum, an filius scriptus sit heres. §. 7. Sed quid, si mandavit, *ut hereditatem colligat* [46]? an videtur mandasse, ut adeat? Quid, si, *ut petat bonorum* [47] *possessionem*? aut, *ut rem hereditariam distrahat*? Aut quid, si petitam bonorum possessionem ratam [48] habuit, mox [49] filius adeat hereditatem? Vel quid, si pro herede gerere mandavit, filius adiit hereditatem? An jussu [50] videatur adisse, dubitari potest? Imo verius est, ex his omnibus aditionem esse introducendam. † Pater filio ita scripsit, *Scio, fili, quod pro tua prudentia invigilabus* [51] *hereditati delatæ tibi Lucii Titii*: Puto, jussu patris adisse [52].

§. 9. Quid, si mandavit, *si* [53] *expedit adire, adito*? *si* [54] *putas expedire* [*adire*], *adito*? Erit jussu aditum. §. 10. *Si coram* [55] *Titio* jussit adire; si [56] arbitrio Lucii Titii: recte puto jussisse. §. 11. Sed si mandavit quasi ex asse instituto, & inveniatur ex parte: non [57] puto ex jussu adisse. Quod si ex parte jussit, potest ex asse adire. † Aliter [58] atque si mandavit quasi ab intestato, & ex testamento adit: nam non puto quicquam egisse. At si ex testamento mandavit, poterit [59] & ab intestato, quoniam [60] non facit deteriorem conditionem patris. † Idemque, & si [61] quasi instituto præcepit, & inveniatur substitutus, vel contra [62]. §. 12. Sed si mandavit, *ut patru adiret*, sit autem & impuberi substitutus, non sufficit jussum. §. 13. Plane [63] si sic mandavit, *si qua ex testamento Lucii Titii deferatur hereditas*, potest defendi jussu adisse.

§. 14. Sed si posteaquam jussit, pœnitentiam [64] egit [65], prius quam adiret, nihil agit adeundo. §. 15. Item si se adrogandum dederit prius quam filius adiret, non est adquisita hereditas.

De jussu patris vel domini.

XXVI. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

SI ego & servus meus, vel filius, heres institutus sit: si jussero filio vel servo adire, statim [66] & ex mea institutione me heredem esse Pomponius scribit: Idem & Marcellus probat, & Julianus.

Si

---

85 Heres institutus cum unum vult, duo vult: unum, id scilicet, quod ipse vult: alterum vero, sine quo velle non potest. Repudiatio unius, non est alterius repudiatio, nisi aliter valere non possit. Ita unus actus vim plurium habere potest, *l. singul. 15. §. si certum. l. 3. §. secundum. ff. de donat. inter virum.* uno jure exclusus, alio non admittitur, *l. vindicantem. ff. de evict. l. ferme. 13. ff. de bon. libert. l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edicto. l. milites. 11. §. sexagintal. ff. de adult.*

86 Quid ita? quia causa testati intestati causam præcedit. *v. l. 94. ff. eod.*

87 *l. 4. ff. eod. l. 174. in fin. ff. de reg. jur.* Contrariorum eadem est disciplina: ut ubi unum non fit, non sit & alterum. *Gorh.* Vide Covarruv. *lib. 2. resolut. cap. 6.* & ad limitationem text. vid. Bart. in *l. si infanti. vers. ultimum. C. de jur. delib.* Ans.

88 Vide *l. 32. ff. eod.* adde *l. 2. pro emptore.*

89 Cur? viventis nulla est hereditas, nec vivo aliquo potest quis se pro herede gerere. *l. 27. l. 94. ff. eod. l. 2. §. interdum. ff. de vulgari. l. 1. §. 21. ff. de collat. l. 5. C. soluto matrimonio.*

90 Ulp 22. §. 26. *§. ult. Inst. de hered. qualit. v. l. 1. C. de repudian. la.* vide Mantic. am, *de conjectur. 2. & ult.*

91 Aditio, alia tacita: alia expressa.

92 *Al.* non tam esse facti. Est vero Hellenissimus. Ant. August. 4 *emendat.* 8.

93 *l. 5 C. de jure deliberandi.*

94 Vide *l 1. C. de jure delib. l. 1. C. de repud. hered.*

95 Forte, vel cu. studiendi corporis, vel custodiendarum rerum causa.

96 Id est, putans sua. *ff. eod.*

97 *l. 49. in fin. ff. familiæ.*

98 *Al.* busta. & *male.* vide *l. 2. ff. de in jus vocand. Busium*, est de combustis: *justum*, de sepulturis. Forcatul. 1 *Necyomant.*

99 Id est, nam si.

100 *l. 4. C. unde legitimi. l. 1. C. de repud. §. ult. Inst. de hered. qualit.* adde *l. 21. 22. 29. 42. §. 1. 78. 87. ff. eod.*

1 Exstiturus.

2 Filius agens ut heres, intelligitur se talem asserere, qualem natura petitionis requirit. *Bald.*

3 Quia exheredato etiam id licet. *l. 6. in pr. ff. de relictis.*

4 Vide *l. 4. C. arbitr. tutelæ.*

5 Adde *l. 57. ff. eod.*

6 Quod consistit in appellatione.

7 Quod in effectu seu commodo consistit. 8 *l. 6. in fin. l. 10. in fin. ff. de sepulch.* Filius qui jus vindictæ persequitur, nec aliquid hereditarium attingit, non videtur pro herede gerere. *Bald.*

9 *l. 20. §. 1. vers. servos. ff. eod. l. ult. §. 10. C. de jure deliberand.* 10 Injuriarum teneri eum, qui alteri dicit, *Tu mentiris, salvo honore tuo*, hinc colligunt: præfationem enim, & exceptionem, hujusmodi injuriam non excludere, vel excusare: cum verba injuriosa præcedentia injuriæ inferendæ animum ostendant. vide Guidonem Papæ, *qu.* 465. Gail, *observ.* 101. & quæ scripsi ad *l. si non convicii. 5. C. de injuriis.* 11 Cur contrariam? Nemo sibi furtum facere intelligitur. Subripuisse hic dicitur, igitur alienum furatus est: si alienum, non pro herede gessit: quippe qui pro herede gerit, tanquam suum attingit. Furtum non est modus hereditatis adeundæ. Non adit hereditatem, qui quid ex ea subvertit, avertit. 12 *l. 88. ff. eod.* Animo solo hereditatem adit, qui quasi heres utitur re non hereditaria. Animum potius, quam factum inspicimus. 13 *l. 27. l. 69. ff. eod. l. 9. C. qui admitti. l. 12. C. de jure delib.* 14 Adde *l. 75. ff. eod. l. 5. in fin. ff. si pars hereditatis.* Adire non prohibetur, qui ignorat portionem hereditatis & conditionem institutionis impletam. 15 *Subaudi*, & eo amplius ignorat conditionem adjectam: ut quia credit se pure institutum: quippe si sciret adjectam conditionem, & nesciret eam extitisse, adire non posset. *l. multum. 21. ff. de condit. & demonst.* Sed tamen Accursius putat reipsi ignorasse, vehementer tamen opinatum, eamque vehementem opinionem veritati & certitudini exæquari. 16 Imo non potest. *l. 2. in fin. l. 23. ff. de cond. & demonst.* 17 Hereditatem adire nemo potest, nisi qui scit, qua ex causa ad eum hereditas perveniat. *l. 93. ff. eod. l. 1. §. 4. ff. secund. tab. §. ult. Inst. de hered. qualitate. l. 3. ff. pro herede.*

18 *l. 6 ff. secund. tab.*

19 Cur non adquiret? Fundit in causa substantiali. Additione facta ex una causa, seu uno capite, ex alia causa vel capite non confirmatur, itaque adire volens cogitur dicere, an *ex testamento*, vel *ab intestato* sit heres. Hoc nisi dixerit, adire non poterit. *Bald.* 20 *l. 13. §. l. 15. l. 16. l. 17. ff. eod.*

21 *Pro herede non gerit*, qui quid accepit, aut stipulatus est, ne heres esset, aut omittendæ hereditatis causa. Quid igitur? mortis causa accepisse videtur. Differunt enim *pro herede gerere*, & *mortis causa accipere*: ruitur *hereditatem adire*, & *hereditatis omittendæ causa aliquid accipere.* Actus agentium interpretamur ex eorum proposito, non ex oppositio.

22 Cur ita? vide *l. 21. ff. eod. l. 2. §. si quis omisit. causa.*

23 Argumentum à pecunia numerata accepta, ad stipulatam.

24 Vide *l. 34. ff. de mort. caus.*

25 Hereditas non adquiritur per servum bona fide possessum, vel fructuarium.

26 Jussus enim præcedere debet. *§. 4. ff. eod.*

27 *Subaudi*, urbis Romæ. Decurialium urbis Romæ corpus fuit. Hi acta Senatus perscribebant & servabant. *l. 1. l. 2. C. de decurialibus Urbis Romæ.*

28 *l. 46. §. pen. ff. de jure fisci.*

29 *l. 1. §. 2. ff. de off. Procurator. Cæs. l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.* adde *tit. de off. procur Cæsar.*

30 *Pœnæ servus*, non est servus Cæsaris, aut fisci *Goth.* Vide Cæl. Rodig. *lib. 3 antiqu. lect. cap* 3. Cujac. *lib. 13 obs. cap. 10.* Ans.

31 Hereditatem fiscus non adquirit per servum pœnæ. vide *l 8. in fin ff. qui testam. fac.* vide Cujac. 13 *obs.* 10.

32 *l. 17. ff. de pœnis.*

33 Id est, pro non scripta habebitur hujusmodi hominis institutio.

34 Pater enim certiorari debet.

---

l. ult. ff. quis ordo in bon. poss. Jussus patris debet præcedere in adeunda hereditate, sed consensus potest sequi. *Bald.* 35 *Jussus* & *auctoritatis* differentia. Jussus præcedit negotium: auctoritas perfecto negotio, seu in ipso negotio interponitur, *ut hic.* Jussus per nuncium & epistolam fieri potest: auctoritas non potest, *ut hic.* dixi ad *l. 9. §. 5. ff. de auctorit. tut.* Goth. Vide Ludovic. Romani *consil. 54.* Capit. *decis. 13.* Bellou. *supput. lib 3. cap. 2. & 8.* Gozadin. *consil. 94. num. 48.* Ans. 36 Auctoritas perfecto negotio interponitur, *ut hic.* id est, statim in ipso negotio, non post transactum negotium, ut dixi *l. 9. §. 5. ff. de auct. tut.* Comitatur negotium, non antecedit, neque sequitur. 37 Imo, non est necesse. *l. 1. C. qui admitti ad bonorum possession.*

38 *Nuncio* uti possumus in jubendo: at non in auctoritate præstanda. 39 *Epistola* jubere possumus, auctoritatem interponere non possumus. 40 Jussus potest fieri in *absentia. Bald.* Id est, absens jubere potest. 41 Generale non tantum valet quoad generalia, quantum speciale quoad specialia, *ut hic.* valet tamen in casibus jure expressis. vide *l. 14. §. 4.* & ibi Bald. *ff. si quis cautionib.* 42 Viventis ut hereditas adeatur, mandari recte non potest. *l. 21. §. 2. ff. eod.* Spes in mortem alterius collata reprobatur. *Bald.* 43 Pro licito habetur, quod licere probatur. *Bald.* 44 Scripturæ clusæ vera certitudo haberi non potest. *Bald.* qui hic etiam notat, Attestationes clausas esse oportere, donec publicentur, ne committatur fraus aliqua. *Bald.* 45 Et sic incertum, *Haluand.* 46 Hujusmodi impropria vocabula non nocent. *l. pater. 101. §. conditionum. 2. ff. de cond. & demonstr. l. quoniam.* 15. *C. de testam.* Unde notant, eum, qui collector hereditatis defuncti à defuncto sit relictus, heredem esse. Nam qui jubet hereditatem colligi, jubet adiri hereditatem. Unde rursus colligas, Verba minus propria non vitiare jussum. Paria sunt dici, *Hereditatem meam collige*, & *heres mihi esto.* 47 *l. 117. ff. de regulis.* 48 *Ratihabitio* bonorum possessionis inducit tacitum jussum aditionis. *Bald.* 49 Heres jure Prætorio factus, etiam jure civili heres fieri potest. Ita hereditas una & eadem diverso jure apud unum & eundem esse potest. *l fructus. 7. §. si fundum. 12. ff. soluto matrimonio. l. puberem. 12. C. de jure deliberandi.* 50 *l. 51. ff. eod.* 51 Verba enunciativa & monitoria mandatum tacite inducunt. *Bald.* Ita interpellasse debitorem videtur creditor, si ei dixerit, *Cogita ut mihi satisfacias.* Item delictum servo mandasse, qui ei dixerit, *Vide, ut ne domum vedeas, nisi me ultus fis*; & eo nomine tanquam mandatorem delicti capite plexum Florentiæ refert Bartolus. 52 *V. l. 92. ff. eod.* 53 Consensu consanguineorum minor contrahere statuto jussus, si sine eorum consensu contrahit, contractus ipso jure nullus est. vide Socin. *reg. 261.* 54 Pater conferendo filio liberum arbitrium adeundi, mandare videtur ei, ut adeat. *Bald.* 55 Hereditatis aditionem in arbitrium filii vel tertii pater conferre potest. 56 Sc. arbitrio. *Hal.* 57 Quid ita? Error in jubente jussum vitiat.

58 A forma mandati non est recedendum. Qui à forma recedit, à subditantia recedit. *Bald.*

59 Qui mandat quod est magis periculosum, videtur mandare quod est minus. *Bald.* 60 Hereditatem adire jure intestati minus periculosum est, quam ex testamento. 61 *Institutionis* verbo substitutio continetur, nec enim *scia* inter se differunt, sed gradu. 62 *Sub.* dum ne fiat deterior conditio. 63 Speciale mandatum adeundi, restrictius est generali. Specifica verba minus continent quam indefinita. 64 Hereditatis adeundæ jussus revocavi potest, licet in notitiam jussi non venerit. 65 De effectu revocationis vide *hic* Bald. 66 Adire partem sibi per alium delatam qui vult, idem & partem sibi delatam adire intelligitur. Consensus mediatus trahit ad se immediatum.

Si vivus sit is in cujus bonis gerendum est.

XXVII. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

NEminem pro herede gerere posse vivo [67] eo, cujus in bonis gerendum sit, Labeo ait.

De rationibus, tabulis, literis inspiciendis.

XXVIII. ULPIANUS [lib. VIII ad Sabinum].

ARistonem existimat, Prætorem [68] aditum facultatem facere debere heredi, rationes, [69] defuncti ab eo petere, penes quem depositæ sunt, deliberanti de adeunda hereditate.

XXIX. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

QUi heres institutus prohibeatur ab eo, qui una institutus jam hereditatem adiit, tabulas, literas, rationes inspicere [70] mortui, unde scire posset, an sibi adeunda esset hereditas, non videtur pro herede gerere.

De jussu paterno. 1. *De proximo herede a filio posthumo, & de suo herede.* 2. *Si testamentum dicatur non valere.*

XXX. ULPIANUS [lib. VIII ad Sabinum].

CUm quidam Legationis [71] causa absens [72] filium heredem instituisset, non potuisset jubere adire in provincia agentem, Divus Pius rescripsit Consulibus, subvenire ei oportere [73], mortuo filio: eo quod reipublicæ causa aberat [74]. §. 1. Quod dicitur, *proximus [75] a filio posthumo heres, dum [76] mulier prægnas est, aut putatur esse, adire hereditatem non potest: sed si scit non esse prægnatem, potest*: accipe proximus à ventre, qui suum heredem parituras est. [Et] non solum ad testatos hæc verba, verum ad intestatos quoque pertinent. † Et in eo ventre idem accipias, qui legitimum vel [77] consanguineum pariturus est: Quoniam * mortis tempore qui in utero est, quantum ad moram faciendam inferioribus, & sibi locum faciendum si fuerit editus, pro [78] jam nato habetur. [† Idemque & per bonorum possessionem edictalem [79]. Denique Prætor ventrem mittit in possessionem. §. 2. Sive igitur putem prægnatem, sive sit revera prægnas, quæ eum paritura est qui suus heres futurus est, adire hereditatem non possum: quoniam in eo est, ut rumpatur testamentum: nisi [80] si proponas ventrem institutum vel exheredatum [81]. §. 3. Quod dicitur, *si putatur esse prægnas*, sic accipiendum [est], si dicat se prægnatem. † Quid ergo, si ipsa non dicat, sed neget, alii dicant prægnatem esse? Adhuc adiri hereditas non potest: finge obstetrices dicere. † Quid, si ipse putat solus? Si justa ratione ductus, non potest adire: si secundum multorum [82] opinionem, potest. §. 4. Quid ergo, si prægnas fuit, cum putaret heres non esse prægnatem, & adiit: mox abortum [83] factum est? Proculdubio nihil egerit. Totiens igitur ei sua præsumptio proficit, quotiens concurrit cum veritate [84]. §. 5. Sed & si ipsa mulier heres instituta sit, quæ se prægnatem fingit, adeundo adquiret hereditatem. Per contrarium non adquiret, si se putet prægnatem, cum non sit. §. 6. Suum heredem, certum est, ex asse [85] heredem esse, etsi putat esse prægnatem mulierem, quæ non [86] est prægnas. Quid, si unum in utero habeat, an ex parte dimidia sit heres? Sive institutum posthumum proponas, sive intestatum patrem decessisse: quod & Sextum * Proponium [87] * opinatum Tertullianus [88] lib. IV Quæstionum refert: putasse enim, sicuti [cum] vacuo [89] utero suus ex asse heres est, ita & cum unum gerit, nec per naturam humanæ conditionis aliud partum formare potest (quod quidem post certum tempus conceptionis evenit), ex parte dimidia & ignorantem fore heredem: non [90] ex quarta, ut Julianus putat.

§. 7. Scientia [91] autem, vel opinio, si filiusfamilias vel servus instituti sunt, utrum ipsorum, an domini vel patris accipienda sit? finge patrem putasse prægnatem, filium certum esse finge, & sic adire: an adquirat hereditatem? puto adquirere: sed contra, non adquirere. §. 8. Si [92] certus [93] sum, non esse falsum testamentum, vel irritum, vel ruptum: licet dicatur esse, possum adire hereditatem.

De posthumo & jure accrescendi.

XXXI. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

HEredi cum posthumo [94] instituto reliquæ partes adcrescunt [95], quæ posthumo datæ sunt, si certum sit non esse prægnatem, licet heres ignoret [96].

De ignorantia & dubitatione heredum.

XXXII. ULPIANUS [lib. VIII ad Sabinum].

HEres institutus, si [97] putet testatorem vivere, quamvis jam defunctus sit: adire hereditatem non potest [98]. §. 1. Sed & si scit, se heredem institutum, sed utrum pure, an sub conditione, ignoret, non poterit adire hereditatem, licet pure heres institutus sit: & sub conditione, licet paruerit conditioni. §. 2. Sed & si de conditione testatoris [99] incertus sit, paterfamilias an filiusfamil. sit, non poterit adire hereditatem: etsi ejus conditionis sit in veritate, ut testari poterit.

XXXIII. PAULUS [lib. XII ad Plautium].

QUod si dubitet, apud hostes decessit, an civis Romanus [100]: quoniam utroque [1] casu est jus adeundi, & in [2] re est ut possit adire, dicendum est posse adire.

Error in conditione persone adeuntis additionem non impedit. Ex Bart.

XXXIV. ULPIANUS [lib. VIII ad Sabinum].

SEd [&] si de [3] sua [4] conditione quis dubitet, an filiusfamilias sit, posse eum adquirere hereditatem, jam dictum est. † Cur autem, si suam ignoret conditionem, adire potest; si testatoris [5], non potest? Illa ratio est, quod qui conditionem testatoris ignorat, an valeat testamentum dubitat: qui de sua, de testamento certus est. §. 1. Sed & si cum [6] esset pure institutus, putavit sub conditione, & impleta conditione, quam [7] injectam putavit, adiit, an possit adquirere hereditatem? Consequens est dicere, posse eum adire [8], maxime cum hæc suspicio nihil ei offuerit, nec periculum adtulerit. † Facilius quis admittet, si quis pure institutus, putabit se sub conditione institutum, conditionemque impletam, quam in [9] eventum putabat: nam in nullo hæc suspicio offuit.

De substituto coheredi. 1. *De patre & filio coheredibus,* 2. *De fratribus coheredibus.*

XXXV. IDEM [lib. IX ad Sabinum].

SI quis heres institutus ex parte, mox Titio substitutus, antequam ex causa substitutionis ei deferatur hereditas, pro herede gesserit: erit heres ex causa quoque substitutionis [10]: quoniam invito [11] quoque ei adcrescit portio. † Idem dico, & si filiusfamilias vel servus, jussu domini vel patris adierint hereditatem, mox emancipatus, vel manumissus, ex causa substitutionis adeant, erunt namque heredes: sunt enim appendices [12] præcedentis institutionis. §. 1. Si [13] exclusus [14] per conditionem sibi datam pater filium jussit adire, dicendum erit, eum non quæsisse suam portionem. §. 2. Sed si ex duobus filiis unum jusserit, debebit & alium filium jubere adire.

De patre & filio, vel domino & servo coheredibus.

XXXVI. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

SI ex sua parte dominus vel pater adierit: necessarium est jussum [15], ut filius vel servus coheredes adeant [16].

De jure heredis.

XXXVII. IDEM [lib. V ad Sabinum].

HEres in omne [17] jus mortui, non tantum singularum rerum [18] dominium, succedit: cum & ea, quæ in nominibus [19] sint, ad heredem transeant [20].

De duobus suis heredibus, quorum alter immiscuit se.

XXXVIII. ULPIANUS [lib. XLIII ad Edictum].

SI duo sint necessarii heredes, quorum alter se abstinuit, alter, posteaquam prior abstinuit, immiscuit se: dicendum est, hunc non posse recusare, quo minus tota [21] onera hereditaria subeat: qui enim scit, aut [22] scire potuit, illo abstinente, se oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur.

De eo qui testati & intestati.

XXXIX. IDEM [lib. XLVI ad Edictum].

QUamdiu [23] potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non [24] defertur.

De filio instituto & substituto impubere.

XL. IDEM [lib. IV Disputationum].

QUæsitum est, an licet quis paternæ hereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, vel faciat, an creditoribus paternis cogatur respondere? utputa [25] si impuberi fuerit substitutus: in qua specie Julianus lib. XXVI Digestorum scripsit, incidere eum in Edictum [26], si se immiscuerit impuberis hereditati: nam qui judicium parentis oppugnaverit [27], non debet ex eadem hereditate quicquam consequi. Sed Marcellus [28] eleganter distinguit: multum interesse, utrum ex asse fuerit institutus [in] patris testamento, an ex parte: ut si ex parte, potuerit sine metu, remota patris successione, impuberis hereditatem amplecti.

XLI. JULIANUS lib. XXVI Digestorum.

FIlius [29], qui se paterna hereditate abstinuit [30], si exheredati fratris hereditati se immiscuerit [31], & pro herede gesserit, poterit ex [32] substitutione hereditatem obtinere.

De herede instituto & substituto impubere. 1. *De societate,* 2. *De manumissione servi paterni,* 3. *Vel castrensi peculio.*

XLII. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

IUlianus lib. XXVI Digestorum scripsit. Si pupillus paterna hereditate se abstinuisset, deinde ei aliquis heres exstitisset, non [33] esse eum compellendum creditoribus paternis respondere, nisi substitutus ei fuit [34]: inclinat enim in hoc, ut putet substitutum etiam patris onera subiturum: Quæ [35] sententia à Marcello recte notata

---

6* *l.* 21. § 1 *l.* 35 § 3 *ff. ad Vell.* Vacuus hereditas ad ri non potest.

68 *l.* 2. *ff. de cur. furios.*

69 Probantur rationibus defuncti ejusdem facultates. adde *l. Neseannium.* 34 *ff. de negotiis. l. mar. iure.* 95. *in fin. ff. ad leg. Falcid.*

70 Non videtur adire hereditatem, qui petit instrumenta defuncti edi.

71 *l.* 85. *ff. eod.* Legationis causa absens, Reipublicæ causa absens *dicitur. Goth.* Vide ad hanc leg. Leonin. *lib. 7. variar. cap.* 14. n. 8. Hottoman. *lib. 7 resp.* c. 30. & *ult.* Anf.

72 *l. ult.* §. 1. *ff. quis ordo in bon. possess.* Hereditatis adeundæ commodo exclusus propter propriam vel filii absentiam restituitur.

73 Imo non oportet *Adrianque. 3.* §. *sed utrum. 4. ff. de minoribus.* Patri non subveniturob ætatem filii, *ut ibi.* propter absentiam ejusdem subvenitur, *ut hic.* ut ea ratione plenior sit absentiæ quam ætatis restitutio.

74 Legatione qui fungitur, Reipublicæ causa abest.

75 *l.* 1. §. 14. *ff. de inspic. ventre. l.* 1. §. 6. *ff. si mulier ventris nom.* Proximus defuncto dum adire hereditatem ex testamento vel ab intestato potest, remotiores non admittuntur. Ita fit ut sive uxor defuncti sit prægnans, *ut hic.* sive dubitetur esse, §. 2. ff. posterior adire non possit hereditatem.

76 Prægnante uxore defuncti, posterior adire non potest. *Bald.*

77 *Legitimus* & *consanguineus* hic opponuntur, cum tamen unus & idem possit esse interdum legitimus & consanguineus. *l.* 1. *in fin. ff. de suis.*

78 *Venter*, id est, is qui in ventre est, pro nato habetur. *l.* 84. *ff. eod.* vide *l.* 7. *ff. de statu. l.* 2. 3. §. 9. *ff. de suis.*

79 Imo & decretalem. *l.* 3. §. *à municip. vers. proinde. ff. de bon. possess.* Utrænique habet. Eadem enim ratio est edictalis ad decretalem, quæ juris ad sententiam, vel decretum.

80 Venter jure æqualis vel posterior non expectatur.

81 Venter instituti & exheredati potest. 82 Vide *l.* 3. *ff. de Senatusconf. Macedon.* Fama dicitur multorum opinio. *Bald.* Sic præsumitur nemo id ignorare, quod in fama omnium est: alias præsumitur ignorantia. *l.* 6. *C. qui militare.* 83 *Abortum* dixit in neutro: ut & Festus *Abortum.* 84 Tria sunt quæ faciunt additionem valere: veritas, propria heredis opinio, & fama, scilicet quod non sit prægnans. Porro fama consideranda est, ubi agitur de incerto, non de iis quæ certa sunt. *Bald.* De fama vide Tertull. *in apolog. adversf. gentes.* 85 *l.* 5. *ff. si pars hered. l.* 3. §. 10. *ff. de suis.* 86 Si uxor non est prægnans, filius jam natus, est heres in solidum. *Bald.* 87 *Al.* Pomponium.

88 Tertullianus libros quæstionum composuit. 89 *Vacuus uterus* dicitur, mulier cum prægnans non est. Nam hic opponitur mulieri, quæ unum utero gerit. vide & *l.* 84. *ff. eod.* 90 Imo ex quarta. *l. antiqui.* 3. *ff. si pars heredit. pet. l. sed & si.* 28. *ff. de judiciis.* Hic sufficiet naturæ certitudo: ibi certum quoque judici esse debet. Ita manifestum aliud natura est: aliud nobis. *l. cum ad præsens.* 37. *ff. si cert. l. si pecuniam.* 5. §. *si servum. ff. de condict. ob caus.* 91 In hereditate filio vel servo, qui majores sunt pupillis, delata inspicitur eorum scientia, non patris & domini, *ut hic.* si minores pupillis, patris vel domini inspicietur scientia: cum scientiam perfectam habere non possint. *l. pupillus.* 9. *ff. eod.* 92 Hereditatem adire potest, qui certus est valere testamentum, licet communi opinione testamentum falsum habeatur. 93 *l.* 17. *ff. eod.* 94 Posthumo non nato, aut si eum certum sit non nasciturum, partes ejus adcrescunt ejus coheredi. 95 *l.* 3. *in fin. ff. de bon. possess.* 96 Adcrescit portio deficiens vel ignoranti. In jure adcrescendi considerator veritas, non opinio. 97 Hereditatem adire non potest, qui dubitat, an hereditas sibi sit delata (ut si dubitet de vita testatoris, de conditione testamento inserta, de testatoris statu). Contra adire potest si certus sit delatam sibi hereditatem esse: licet dubius sit in quibusdam circumstantiis: ut si dubitet, testator captivus decesserit necne: an ipse sui juris sit, vel non sit: sufficit enim scisse eum mortuum esse, licet ejus mortis modum ignoret. 98 Cur ita? *v. l.* 19. *ff. eod. l.* 1. §. 4. *ff. secund. tab. l.* 4. *C. de postlimin.* 99 *l.* 34. *ff. eod.* 100 Constabat tamen ei testamentum in civitate conditum: sciebat quidem testatorem mortuum, sed ignorabat an captivus an dimissus captivitate mortuus esset. Ita ignorabat, an heres esset ex lege Cornelia, an ex fictione postliminii. Hujusmodi dubitatio non nocet: scit enim fatis, qui effectum compertum habet, licet modum ignoret. 1 Dubitatio non nocet, quoties neutra pars dubitationis nocet: secus, si alter a tantum. *v. l.* 32. *ff. eod.* 2 Et nihil aliud vetat eum adire.

3 Hereditatem adire potest, qui de sua conditione dubitat; non potest, qui de conditione testatoris, *ut hic.* Cur tam varie? Qui ignorat conditionem testatoris, dubitat an valeat testamentum: id ignorat, unde in principe deficit. Qui suam ignorat, de testamento certus est, non ignorat id quod præcipuum est, sed quod secundarium & accessionem tantum, ut *ff. eod.*

4 *l.* 96. *ff. eod.*

5 *l.* 32. §. *ult. ff. eod.*

6 Hereditatem adire potest, qui credit se institutum: conditionem extitisse, quæ pura plane fuerit.

7 Qui credit institutionem puri ficatam, quæ a principio pura fuerat, is potest adire hereditatem. *Bald.*

8 Nec enim errat in effectu, sed in ejus mediis.

9 Id est, quam nondum evenisse putabat.

10 Puta ante repudiationem Titii.

11 *l.* 53. *in fin. l.* 59. *in fin. ff. eod. l.* 6. *in fin. C. de impub. l.* 20. *in fin. C. de jure delib. l. un.* §. 10. *ff. si in his itaque C. de caducis.* Adito hereditatis ex institutione trahit ad se partem vacantem ex substitutione vulgari, vel ex jure adcrescendi vel ex fideicommissaria substitutione. Ita quod jus fuerit in principali, idem fuerit & in appendicibus. In eadem persona ita concurrent jus substitutionis & accrescendi.

12 Dicuntur & *appendices divi ad Factum in appendices.*

13 Vide ad hunc §. Cujac. 12 *observ.* 14.

14 Adire qui non potest ex sua persona (ut potestate exclusus) jubere filium coheredem adire potest: portionem suam non adquirit judicio testatoris, sed patrio jure: non ut heres defuncti, sed ut pater ejus, quem coheredem habuit: Unde notant, patrem & filium eodem simul testamento institutos, non ordine successionis, sed simul institutos: ut ne

---

obstet *l. Gallus.* 29. §. *idem. ff. de liberis & posthum.* cum ibi testari ita oporteuerit defuncti Galli consilio. 15 *l.* 26. *ff. eod. l.* 25. *j. si quis omissa causa.* 16 Adde *l.* 80. *in fin. ff. eod.*

17 *l.* 1. 2. 3. *ff. de bonor. possess. l.* 59. *ff. de reg. jur.* 18 Corporalium. 19 *Nomina* sunt ea, quæ debentur. 20 *l.* 156. *l.* 177. *ff. de reg. jur.* adde *l* 76. *in fin. ff. de contrahenda emp.* Heres non solum dominii defuncti sed & omnium obligationum successor est, sive activæ, sive passivæ, quæ ei & in eum competunt. 21 Qui adiit hereditatem pro parte, totam consequitur, si pars coheredis vacet, & in solidum tenetur creditoribus hereditariis. *Bald.* Goth. Vide in hanc leg. Alciat. *regul.* 3 *præsumpt.* 32. *num.* 14. Cagnol. ad *l. qui cum alio.* 8. *ff. de reg. jur.* Anf. 22 Paria sunt *scire*, & *facile scire posse.* Qui scire potuit, habetur pro sciente. 23 Testati causa potior est, quam causa intestati: si modo testamentum justum est, neque tale ut rumpi possit. *l.* 70. *ff. eod. l.* 89. *ff. de reg. jur. l.* 2. *C. unde liberi. l.* 8. *C. commun. de successionibus.* 24 Vide tamen *l. si quis ita heres.* 82. *ff. de heredibus instituendis.* 25 Substitutus impuberi instituto, Juliani sententia non potest substitutionem sive institutionem obtinere: Marcelli vero sententia distinguitur. Nam si solus fuit institutus, vera est sententia Juliani: sin coheredem, qui & adeat, habuerit, substitutionem consequi poterit, etsi hereditatem paternam non habeat. Ita qui solus institutus est, & repudiat hereditatem primam, pupillarem obtinere non potest: si coheredem habuit, eumque adeuntem, potest. *Bald.* Agnoscens hereditatem pupillarem, paternam videtur quoque agnoscere, si solus fuit heres: secus, si habuit coheredem. 26 De hoc edicto vide Cujacium 18 *obs.* 8.

27 Ex testamento, quod quis impugnat, nemo reportat commodum. 28 Vide Cujac. *lib.* 18 *obs. cap.* 8. 29 Hic erat institutus, ne præterea substitutus pupillariter fratri exheredato.

30 *l.* 17. §. 1. *ff. eod.* 31 *Subaudi*, fratre mortuo in pupillari ætate: ut ita extitisse conditionem substitutionis pupillaris dicamus. 32 Cur ex substitutione hereditatem obtinebit, cum ipse hereditate paterna abstinuerit? Dici solet, Existentiam filii heredis confirmare tabulas pupillares, ut ipse suus heres possit pupillariter succedere exheredato. 33 *l.* 7. §. 1. *l.* 12. *circa fin. ff. eod. l.* 56. *ff. eod.* Imo compellendus est, ut Marcellus Julianum notans illico subjicit. 34 Aliud est, si ei ab intestato succederet. 35 Substitutus pupillo, si pupillus hereditate paterna se abstinuit, & impubes decessit, adeundo ex substitutione, hereditariis oneribus defuncti testatoris non tenetur Marcelli sententia, ea parte Julianum notantis. Primum enim, cur non pupilli hereditatem quis adeat lucrosam, ut ea ratione defunctus aliquem habeat heredem, quem non haberet, si qui ei substitutus est, una cum ipsius pupilli hereditate, patris pupilli hereditatem onerosam adire cogeretur? Ita Juliani sententia hæc cum repugnet utilitati pupilli, recte notata est & Marcello. Est & hæc ratio adversus Julianum: Substitutus in hac hypothesi malket ab intestato quam ex substitutione succedere. Nam ab intestato succedens evitaret onera hereditaria patris pupilli. Ab intestato eo successionis delitutum fieret testamentum: idque nullo substituti ipsius incommodo, cui jure licet ab intestato succedere potius, quam ex testamento, si id dolo non faciat, sed ut damnum evitet.

notata est: impugnat enim utilitatem [35] pupilli, qui ipse saltem potest habere successorem: metu enim onerum patris, timidius quis etiam impuberis hereditatem adibit: Alioquin (inquit) & si frater fuit, omissa causa testamenti, ab intestato possidebit hereditatem: & quidem impune: * nec enim videtur voluisse fraudare [36] Edictum, qui sibi prospicit, ne oneribus patris pupilli hereditas implicaretur. Sed [37] quod in fratre scripsit, credo ita intellegendum, si non impuberis frater fuit, sed testatoris: cæterum utique, si frater à patre fratri substitutus impuberi [38] sit, sine dubio necessarius heres existet. §. 1. Si in societatem, quam vivo [39] patre inchoaverat filius, post mortem patris perseveraverit [40]: Julianus recte distinguit, interesse, utrum rem cœptam sub patre perficit, an novam inchoavit: nam si quid novum in societatem inchoavit, non videri miscuisse hereditati patris, scripsit. §. 2. Si servum paternum filius [41] manumiserit [42], sine dubio miscuisse se paternæ hereditati videbitur. §. 3. Proponebatur filius à patre de [43] castrensi peculio servos comparasse, eosque à patre manumittere rogatus, cum heres esset ab eo institutus: Quærebatur, si se abstinuisset paterna hereditate, eosque manumisisset, an miscuisse se paternæ hereditati videatur? Dicebamus: nisi evidenter quasi heres manumiserit, non debere eum calumniam pati, quasi se miscuerit hereditati.

De servo hereditario.

XLIII. JULIANUS [lib. XXX Digestorum].

HEres per servum hereditarium ejusdem hereditatis partem, vel id quod ejusdem hereditatis sit, adquirere non potest [44].

De restitutione adversus immissionem.

XLIV. IDEM [lib. XLVII Digestorum].

QUotiens pupillus patri heres extitit, & abstinet se hereditate, quamvis patris bona sub creditoribus fiant, tamen [45] rata haberi debent quæcunque pupillus bona [46] fide gesserit: & ideo ei, qui fundum tutore auctore à pupillo emerit [47], succurrendum [48] erit: nec interest, pupillus solvendo sit, necne.

De servo adeunte.

XLV. IDEM [lib. I ad Ursejum Ferocem].

ADitio [49] hereditatis non est in opera servili. §. 1. Idcirco, si servus dotalis [50] adierit, actione de dote eam hereditatem mulier recuperabit, quamvis ea, quæ ex operis dotalium adquiruntur, ad virum pertineant [51]. §. 2. Et cum quæstus [52] & compendii societas initur, quidquid ex operis suis socius adquisierit, in medium conferet, sibi autem quisque hereditatem [53] adquirit. §. 3. Præterea nec fructuarius [54] quidem servus jussu ejus, qui usumfructum in eo habet, adire hereditatem potest.

§. 4. Et quod à quibusdam respondetur, si liber homo qui bona fide mihi serviebat, propter [55] me heres institutus erit, posse eum jussu meo adire hereditatem; potest verum esse, ut intellegatur non opera sua mihi adquirere, sed ex re mea: sicut [56] in stipulando, & per traditionem accipiendo, ex re mea mihi adquirat.

Si testamentum falsum dicatur.

XLVI. AFRICANUS lib. I [57] Quæstionum.

CUm falsum [58] testamentum diceretur: si quidem ipse heres accusaretur, quoniam certus esse debeat *se* [59] *falsum non fecisse*, recte adibit hereditatem: sin autem alius argueretur citra conscientiam ejus, non potest adire: quasi dubitet verum esse testamentum.

De furore.

XLVII. IDEM [lib. IV [60] Quæstionum].

QUi servum suum heredem institutum adire jusserat, prius quam ille adiret, furiosus [61] est factus: negavit, recte servum aditurum: quoniam non nisi voluntate domini adquiri hereditas potest: * furiosi autem voluntas nulla est.

XLVIII. PAULUS [lib. I Manualium].

SI quis alicui [62] mandaverit, *ut si æstimaverit, peteret sibi bonorum possessionem*; & postquam ille petit, furere [63] cœperit: nihilominus adquisita est ei bonorum possessio. Quod si, antequam ille petat, is, qui mandavit petendam, furere cœperit: dicendum non est, statim ei adquisitam bonorum possessionem: igitur bonorum possessionis petitio ratihabitione debet confirmari.

De auctoritate tutoris.

XLIX. AFRICANUS [lib. IV [64] Quæstionum].

PUpillum [65], etiam eo [66] tutore auctore, qui tutelam non gerat, hereditatem adeundo obligari ait [67].

L. MODESTINUS [lib. sing. de Eurematicis].

SI per epistolam [68] servo pupilli tutor hereditatem adire jusserit: si post subscriptam epistolam tutor moriatur [69], antequam ex epistola servus adiret, nemo dicturus est, obligari [70] postea pupillum hereditati.

De dubitatione, utrum ex duobus testamentis valeat. 1. De jussu patrono, 2. Additione conditionali.

LI. AFRICANUS lib. IV [71] Quæstionum.

EUm, qui duobus testamentis ejusdem testatoris heres scribitur, cum dubitet, num posterius falsum sit, ex neutro eorum posse adire hereditatem placet [72]. §. 1. Filiusfamilias heres scriptus patrem suum certiorem fecerat, *videri sibi solvendo esse hereditatem*: pater rescripserat, *sibi parum idoneam renunciari* [73]; *itaque debere eum diligentius explorare, & ita adire, si idoneam comperisset*: filius, acceptis literis patris, adiit hereditatem: Dubitatum est, an recte adisset? Probabilius diceretur, quandiu persuasum ei non sit solvendo esse hereditatem, parrem non obligasse. §. 2. Sed & si quis ita dixerit, *si* [74] *solvendo hereditas est, adeo hereditatem*, nulla [75] additio est.

De filio furioso. 1. De instituto ex parte pure, ex parte sub conditione.

LII. MARCIANUS [lib. IV Institutionum].

CUm heres institutus erat filius, & habebat patrem furiosum, in cujus [76] erat potestate: interponere se fuam benevolentiam D. Pius rescripsit, ut si filiusfamilias adierit [77], perinde habeatur, atque si paterfamilias adisset: permisitque ei & servos hereditatis manumittere [78]. §. 1. Qui ex parte heres institutus est pure, ex parte sub conditione, solus: etiam [79] pendente conditione, si adierit hereditatem, ex asse heres erit: quia solus heres futurus est omnimodo: nisi habeat in conditionalem partem substitutum.

De jure accrescendi.

LIII. GAIUS [lib. XIV ad Legem Juliam & Papiam].

QUi ex duabus partibus heres institutus fuerit, ex alia pure, ex alia sub conditione; & ex pura institutione adierit & decesserit, posteaque conditio exiterit: ea quoque pars ad heredem [80] ejus pertinet. §. 1. Qui semel aliqua ex parte heres exiterit, deficientium partes etiam invitus [81] excipit, id est [82], [tacite ei deficientium partes etiam invito adcrescunt].

De tempore successionis.

LIV. FLORENTINUS [lib. VIII Institutionum].

HEres quandoque [83], adeundo hereditatem, jam [84] tunc [85] à morte successisse defuncto intellegitur.

De abstentione.

LV. MARCIANUS [lib. II Regularum].

CUm hereditate patris necessarius heres se abstineat, conditio coheredi, sive suo, sive extraneo, defertur, ut aut totam adgnoscat, aut à tota recedat: & ita se abstinere potest propter [86] alium, qui per suam personam non poterat: Si tamen creditores dicant, se contentos esse ejus portione, quia non potest exonerari, nisi deferatur conditio, & alterius parte abstinere se creditores debent, ut ejus actiones ei, qui convenitur, dentur.

LVI. ULPIANUS [lib. LVII ad Edictum].

SI is qui immiscuit se hereditati, decessisset, deinde alter se abstinet: eadem conditio deferenda est heredi [87] ejus, quæ & ipsi: quod Marcellus ait.

De abstentione. 1. De restitutione in integrum. 2. De servis necessariis heredibus.

LVII. GAIUS [lib. XXIII ad Edictum provinciale].

NEcessariis heredibus non solum impuberibus, sed [88] etiam puberibus, abstinendi [89] se [90] ab hereditate Proconsul [91] potestatem facit: ut quamvis creditoribus [92] hereditariis jure civili teneantur, tamen in eos actio non detur, si velint derelinquere hereditatem. Sed impuberibus quidem, etiamsi se immiscuerint [93] hereditati, præstat abstinendi facultatem: puberibus autem ita, si [94] se non immiscuerint. §. 1. Sed tamen & puberibus minoribus vigintiquinque annis, si remere damnosam hereditatem parentis appetierint, ex generali [95] Edicto, quod est *de minoribus viginti quinque annis*, succurrit: cum, & si extranei damnosam hereditatem adierint, ex ea parte Edicti in integrum eos restituit.

§. 2. Servis autem necessariis heredibus, sive puberes sive impuberes sint, hoc non permittitur [96].

LVIII. PAULUS [lib. II Regularum].

EX parte heres institutus servus, & nondum adita hereditate a coherede ejus, liber & heres fit necessarius: quia non [97] à coherede sed à semetipso accipit libertatem: nisi ita institutus fuerit, *cum mihi quis heres erit, Stichus liber & heres esto*.

De instituto qui substitutus est impuberi.

LIX. NERATIUS [lib. II Membranarum].

QUi patri [98] heres extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hereditatem ejus prætermittere. Quod sic recipiendum est, [etiam] si vivo pupillo mortuus erit, deinde pupillus impubes decesserit: nam is, qui heres exiterit, pupillo quoque heres necessario [99] erit: nam si ipsum invitum obligat, conjungi [100] eam paternæ hereditati, & adcrescendi jure adquiri cuicumque [1] patris heredi, existimandum est.

De instituto qui ab intestato petit.

LX. JAVOLENUS lib. I ex posterioribus Labeonis.

FIlium emancipatum [2] pater solum heredem instituit, &, *si is heres non esset*, servum liberum & heredem esse jusserat; filius, tanquam pater demens fuisset, bonorum * ejus * possessionem ab intestato petit, & ita hereditatem possedit: Labeo ait, si probaretur [82] Tacite fieri intelligitur, quod ab invito fieri lex jubet. [83] Quandocunque. [84] *l.* 193. *ff. de reg. jur.* [85] Hereditatis additio fingit heredem statim à morte testatoris adisse. Retro agitur hereditatis additio. adde *l.* 41. *ff. de reb. cred.* [86] *l.* 29. *in fin. ff. de liberat. leg.* Permittitur ex accidenti, quod alias non permitteretur. *Bald.* Quod non possum per me, possum interdum per alium. Abstinere nobis licet ab hereditate propter alium, quod jure nostro alias non licet. [87] Æquitas quæ patrocinatur defuncto, patrocinatur ejus heredi. *Bald.* [88] Abstinendi beneficium datur impuberibus & puberibus. [89] Abstinendi beneficium heredes habent, nisi se immiscuerint. de abstinendi beneficio adde §. 2. *Inst. de heredum qualitate & differentia.* Porro duplex abstinendi beneficium est: unum concessum Edicto Prætoris mortui, suo heredi competens antequam se immiscuerat; imo & post immixtionem, quæ ipso jure non valet: alterum quod à Judice conceditur, restitutione in integrum data post immixtionem, quæ ipso jure tenet: conceditur, inquam, favore ætatis minori, idque extraneo heredi, ut suo. [90] Abstinendi beneficium eo pertinet, ut quis se ab hereditate abstineat. [91] Cur Proconsul? Agitur hac lege de Edicto provinciali, ut inscriptio hujus legis indicat. [92] Suus heres, mero jure est heres, eoque creditoribus hereditariis tenetur. [93] Abstinendi beneficium heres suus post immixtionem non habet: nisi immixtio sit ipso jure nulla, vel ex Edicto de minoribus, ope restitutionis in integrum revocetur. *Bald.* [94] Ante immixtionem. [95] Edictum de minoribus generale. [96] Contra immixtionem juris, & de jure (qualis est, quæ a servis sit, utpote necessariis heredibus) non habet locum beneficium & remedium abstinendi. *Bald.* [97] Institutionis jus ideo dicitur directum, quod eo jure quis à se ipso capiat, non per mediam alterius manum: atque hinc manifesta est differentia institutionis directæ & obliquæ. [98] Intellectum hujus leg. v. apud Kinschot. *respons.* 89. *n.* 68. Cephal. *vol.* 1. *cons.* 16. *num.* 46. Ans. [99] Quoties adquisitio & transmissio necessaria est, hereditas non adita transmittitur ad heredes: secus si voluntaria. *Bald.* [100] *l.* 10. §. 2. *ff. de vulgari.* [1] Spes juris adcrescendi transmittitur ad quemlibet heredem. *Bald.* [2] Emancipatus filius bonorum possessionem inutiliter agnovit, & bona possedit: An possidendo videtur gerere pro herede, ut ne impediatur illo actu inutili? Labeo ita putat: Javolenus post Proculum contra sentit. Quid ita? Hæc possessio differt à quæstione pro herede: non ex ea defendit pro herede gestio: sed manat potius ab utili agnitione. *Goth.* Vide Anton. Augustin. *lib.* 3 *emendat. cap.* 3. Ans.

35 Substitutio pupillaris & ex ea successio continet utilitatem ipsius pupilli.

36 *l.* 77. §. 31. *in fin. ff. de legat.* 2. Fraudem non committit, qui periculum cavet. Fraudem legi Corneliæ non fecit, qui suis rebus cavet: qui damni vitandi causa mavult ab intestato succedere, quam ex testamento. *l. cum pater.* 77. §. *Titio.* 31. *ff. de legat.* 2.

37 Frater testatoris potest esse heres impuberis ex substitutione, nec erit ullo modo heres testatoris. Frater autem impuberis, utriusque heres est necessarius.

38 *V. l.* 1. §. 16. *ff. de adquir. vel amittr. poss.*

39 Et ejus consensu.

40 Filius qui rem cœptam a patre perficit, videtur se immiscere: secus, si inchoat novum factum vel proprium. *Bald.*

41 Non emancipatus. *l.* 1. *C. de jure deliberandi.*

42 *l.* 85. §. *ult. ff. eod.* Hereditatem adire videtur, qui servum hereditarium manumittit: quippe nemo servum hereditarium manumittere potest nisi heres.

43 Filius proprio jure cum utitur, paternæ hereditati non se immiscet. Actum quemque interpretamur, ut eo minus quisque obligetur.

44 Quia antequam heres adeat, non est heres: post additionem heredis, servus non est amplius hereditarius. *Bart.*

45 Licet quis (puta pupilli administrator) removeatur ab officio, valent tamen ea, quæ per eum legitime facta sunt, constante officio.

46 *l.* 6. §. 2. *ff. de rebus auctor.*

47 Æris alieni solvendi causa. *l. mavis.* 5. §. *non passim.* 9. *ff. de rebus eorum.*

48 Ut non revocetur fundus à pupillo venditus.

49 Hereditatis adeundæ actus in opera non consistit, *ut hic.* Ideoque hereditas quæsita per servum dotalem, mulieri soluto matrimonio restituenda est. §. 1. *ff. eod.* quæ non restitueretur, si operis servi quæsita diceretur: nam quod ex operis servi dotalis maritus adquirit, id suum facit, & sibi adquirit: neque restituit mulieri.

50 *l.* 47. *ff. de jure dotium.*

51 Nisi testator expressim vetuerit marito adquiri. *l.* 65. *ff. de jure dotium.* 52 Hereditatis adquisitionem non inducit quæstus & compendii societas. *l.* 13. *l.* 71. *ff. pro socio.* 53 *l.* 9. *ff. pro soc.* 54 *l.* 25. *ff. eod.* Hereditatem sibi relictam fructuarius servus fructuario non adquirit. 55 Contemplatione mei quod dispositur, meum esse videtur. *Bald.* Hereditas propter me relicta homini libero, qui bona fide à me possidetur, mihi adquiritur.

56 Argumentum a contractu ad hereditatis aditionem nota. 57 Vide Cujac. *t ad Afr. fol.* 4.

58 *l.* 1. *C. de bonor. possess. secund. tab.* 59 Præsumitur in facto proprio, quis scire veritatem: certusque esse, se id seciss vel non fecisse. *Bald.* 60 Vide Cujac. 4 *ad Afric. fol.* 53. 61 *l.* 48. *ff. eod.* Mandatum de adeunda hereditate tacite revocatur per furorem mandanti supervenientem.

62 Puta procuratori. *l.* 3. §. 7. *ff. de bonor. possess.* Goth. Vide in hanc legem Edmundum Merill. *lib. sing. Different. cap.* 9. Adde Cujac. *tract. ad African.* 1. *cap.* 9. Ans. 63 Furor supervenies non vitiat actum jam perfectum. *l.* 47. *ff. eod.* 64 Vide Cujac. 4 *ad African. fol.* 54.

65 Majorem infante: qui fari potest. Nam infans ne tutore quidem auctore adire potest, ut qui verba additionis fari non possit: subveniturtamen ei, ut per tutorem adire possit. *l. si infanti.* 18. *C. de jure delib.* Goth. Vide Cujac. *d. loc.* & Paul. Bus. *h. l.* Ans. 66 Pupillus tutore honorario auctore hereditatem adire potest, *ut hic.* Imo non potest: dixi ad *l.* 4. *ff. de auct. tut.* 67 Adde *l.* 4. *ff. de auct. tut.* 68 *Epistola* jubere possumus adiri hereditatem. 69 Morte tutoris revocatur mandatum procuratoris a tutore constituti. *l.* 26. *l.* 27. §. 3. *ff. mandati.* 70 *l.* 7. *ff. ratam rem haberi.* 71 Vide Cujac. 4 *ad African. fol.* 49. 72 Cur ita? vel ideo quod de utriusque testamenti viribus dubitat: prioris, scil. an per posterius sit revocatum, posterioris, an sit verum. 73 Pater, qui filio rescribit, *sibi videri non idoneam hereditatem*, eo ipso videtur prohibere, *ne adeat*, donec filio oppositum rescribat. *Bald.*

74 Additionem hereditatis actum esse, qui non recipiat conditionem, hanc colligunt. *v. l.* 77. *ff. de reg. jur.*

75 Quod ita hereditatis aditio actus legitimus est: pure fieri debet, sine conditione, semel, *l.* 80. *in fin. ff. eod.* tutore auctore non quovis re, *l.* 90. *ff. eod.* jussu patris & domini, testato & certis conceptisque verbis, per se, non per alium, symbolo aliquo, veluti percussione digitorum. Quæ omnia cessant in petitione bonorum possessionis: quia jus Prætorium jus solenne non est, *l.* 27. *ff. de reg. jur.* sic jussum adeundi conditionale esse potest, licet aditio esse non possit conditionalis.

76 *l.* 8. *ff. de bon. qui sunt sui.* Goth. Vide Anton. Merend. *controv. lib.* 4. *cap.* 23. Bus. Bart. Bald. Alex. Imol. & Ludovic. Roman. *h. l.* Ans.

77 Quid, si mutuum contraxerit? idem esse ait Baldus.

78 Furorem ob patris, filio a Principe permittitur jus adeundæ hereditatis sibi delatæ & manumittendi. Unde notant: Filium, si furiosum paterem habeat, recte contrahere sine ejus consensu (tametsi alias consensus patris lex vel statutum exigat,) item utiliter ei mutuo obligari: denique pro patrefamilias haberi.

79 Conditio minime expectanda est, cujus eventu atque existentia effectus non augetur. Conditio necessaria adquisitionem non impedit: neque suspendit, sed contingens tantum.

80 Etiam heredi heredis pro parte adquiritur portio, in conditionis eventum. *Bald. ad de l* 2. *in fin. ff. de liberat. legata.* Conditionem institutionis ad heredem meum hic non transmitto, sed jus accrescendi ab ipsa institutione informatum expressa testatoris voluntate. Ideoque meus heres coheredi meo præfertur. *Bald.* Spem denique juris accrescendi meum ad heredem transmitto. *Alberic.*

81 Jus accrescendæ hereditatis defertur etiam in-

82 Tacite fieri intelligitur, quod ab invito fieri lex jubet. 83 Quandocunque. 84 *l.* 193. *ff. de reg. jur.* 85 Hereditatis additio fingit heredem statim a morte testatoris adisse. Retro agitur hereditatis aditio. adde *l.* 41. *ff. de reb. cred.* 86 *l.* 29. *in fin. ff. de liberat. leg.* Permittitur ex accidenti, quod alias non permitteretur. *Bald.* Quod non possum per me, possum interdum per alium. Abstinere nobis licet ab hereditate propter alium, quod jure nostro alias non licet. 87 Æquitas quæ patrocinatur defuncto, patrocinatur ejus heredi. *Bald.* 88 Abstinendi beneficium datur impuberibus & puberibus. 89 Abstinendi beneficium heredes habent, nisi se immiscuerint. de abstinendi beneficio adde §. 2. *Inst. de heredum qualitate & differentia.* Porro duplex abstinendi beneficium est: unum concessum Edicto Prætoris mortui, suo heredi competens antequam se immiscuerat; imo & post immixtionem, quæ ipso jure non valet: alterum quod à Judice conceditur, restitutione in integrum data post immixtionem, quæ ipso jure tenet: conceditur, inquam, favore ætatis minori, idque extraneo heredi, ut suo. 90 Abstinendi beneficium eo pertinet, ut quis se ab hereditate abstineat. 91 Cur Proconsul? Agitur hac lege de Edicto provinciali, ut inscriptio hujus legis indicat. 92 Suus heres, mero jure est heres, eoque creditoribus hereditariis tenetur. 93 Abstinendi beneficium heres suus post immixtionem non habet: nisi immixtio sit ipso jure nulla, vel ex Edicto de minoribus, ope restitutionis in integrum revocetur. *Bald.*

94 Ante immixtionem. 95 Edictum de minoribus generale. 96 Contra immixtionem juris, & de jure (qualis est, quæ a servis sit, utpote necessariis heredibus) non habet locum beneficium & remedium abstinendi. *Bald.* 97 Institutionis jus ideo dicitur directum, quod eo jure quis à se ipso capiat, non per mediam alterius manum: atque hinc manifesta est differentia institutionis directæ & obliquæ. 98 Intellectum hujus leg. v. apud Kinschot. *respons.* 89. *n.* 68. Cephal. *vol.* 1. *cons.* 16. *num.* 46. Ans. 99 Quoties adquisitio & transmissio necessaria est, hereditas non adita transmittitur ad heredes: secus si voluntaria. *Bald.* 100 *l.* 10. §. 2. *ff. de vulgari.* 1 Spes juris adcrescendi transmittitur ad quemlibet heredem. *Bald.* 2 Emancipatus filius bonorum possessionem inutiliter agnovit, & bona possedit: An possidendo videtur gerere pro herede, ut ne impediatur illo actu inutili? Labeo ita putat: Javolenus post Proculum contra sentit. Quid ita? Hæc possessio differt à quæstione pro herede: non ex ea defendit pro herede gestio: sed manat potius ab utili agnitione. *Goth.* Vide Anton. Augustin. *lib.* 3 *emendat. cap.* 3. Ans.

retum 4 fane mente pater testamentum fecisse, filium ex testamento patri heredem esse: Hoc falsum puto: nam filius emancipatus cum hereditatem testamento datam ad se pertinere noluit, continuo 5 ea ad substitutum heredem transit: nec potest videri pro herede gessisse, qui, ut hereditatem omitteret, ex alia parte Edicti possessionem bonorum petat. Paulus. Et Proculus Labeonis sententiam improbat, & in Javoleni sententia est.

4 Probare non cogitur heres testatorem fanae mentis fuisse, nisi contraria praesumptione oneretur. Quo jure? praesumitur quisque fanae mentis esse. Cui praesumitur? Naturalis haec qualitatis est hominis, & praesumptiones tuto ac certo ducimus à natura.

5 *l.* 3. C. *de impub. & aliis substit.*

De restitutione in integrum, & jure abstinendi.

LXI. MACER lib. I de Officio Praesidis.

SI minor annis, posteaquam ex parte heres extitit, in integrum restitutus est: D. Severus constituit, ut ejus partis onus coheres suscipere non 6 cogatur, sed bonorum possessio creditoribus detur.

6 Invito non adcrescit portio deficiens ex postfacto, per restitutionem in integrum. *Bald.*

Si heres scripta pareat conditioni, I. Iussu domini.

LXII. JAVOLENUS [lib. I ex posterioribus Labeonis].

ANtistius Labeo ait: si ita institutus sit, *si juraverit, heres esto*: quamvis 7 juraverit, non tamen eum statim heredem futurum, antequam 8 pro herede aliquid gesserit: quia jurando voluntatem magis suam declarasse 9 videatur. Ego 10 puto, satis eum pro herede gessisse, si 11 ut heres juraverit: Proculus idem: eoque jure utimur. §. 1. Si servus heres institutus post jussum domini, antequam adiret, alienatus esset: novum jussum 12 posterioris 13 domini, non jussum prioris exigitur 14.

7 Juraverit, voluntatem suam perspicue imo evidentissime ostendit. Jusjurandum voluntatis enarratio testimonium evidentissimum est.

8 Adire hereditatem non videtur, qui implet conditionem, nisi hoc expresse animo adeundi fecerit. *Bart.*

9 Jurando voluntas declaratur.

10 V. quae scripsi ad *l.* 13. §. de *cenat. edict.*

11 Adire non videtur, qui conditionem implet citra animum adeundi. Animus distinguit additionem.

12 *Jussum* neutro genere dixit.

13 § 1. *cum si vero alienatus. infra. de hered. inst.*

14 Cur ita? Finita potestate domini, jussus ejus finitur.

De furioso.

LXIII. [LIBRO singul. regularum Pomponii Marcellus notat].

FUrioso adquirere sibi commodum hereditatis ex testamento non potest 15, nisi [si] necessarius patri aut domino heres existat: per 16 alium autem adquiri ei potest: veluti per servum, vel eum, quem in potestate habet.

15 *l.* 7. §. 3. C. *de curat. furios.* vide Hotomann. *5 observ.* 27.

16 Per servum, eumve quem in potestate habet furiosus, adquirere hereditatem potest, licet per seipsum non possit. *ut hic.* Cur tam varie? An quia jure factoque ipse adquirere non tam prohibetur, quam non potest adquirere: qui si prohibitus esset per se adquirere, per alium quoq; adquirere non posset?

De servo communi.

LXIV. JAVOLENUS [lib. II ex posterioribus Labeonis].

SErvus duorum heres institutus, & adire jussus, si alterius domini jussu adierit, deinde manumissus fuerit, poterit ipse adeundo ex parte dimidia heres esse.

LXV. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

ET si substitutum haberet idem servus ita, *si heres non erit, ille heres esto*, substitutus locum non habet 17.

17 Omnino: secus, pro parte. *l. ult.* §. de *vulgari.*

LXVI. ULPIANUS [lib. LXI ad Edictum].

SI *servus communis* 18 vel uni ex dominis, vel pluribus, vel omnibus heres extiterit necessarius: nullius eorum hereditate se poterit abstinere.

18 §. 3. *Inst. de heredib. instit.*

LXVII. IDEM [lib. I Regularum].

SErvus communis ab extero heres institutus, si jussu unius adierit hereditatem, non pro majore parte interim heredem eum facit, quam 19 pro dominica: deinde caeteris sociis non jubentibus, tacito 20 jure partes ei adcrescunt 21.

19 §. 3. & *ibi Theophil. Inst. de heredib. instit.*

20 Quid ita? ne defunctus pro parte intestatus moriatur. Aderesendi jus eam ob causam inductum est. v. Grassum, §. *jus adcrescen. quaestion.* 3.

21 *l.* 3. *in fin.* §. *de bon. poss.* Adcrescendi jus est inter heredes lege conjunctos *ut hic.* Non inter legatarios. *l. & Proculo.* 20. §. *de l.* 2. Cur tam varie? Jus adcrescendi locum habet in directo jure adquirendi (talis est hereditas) etiam inter non conjunctos, ne testator decedat pro parte testatus & intestatus.

LXVIII. PAULUS [lib. V ad leg. Juliam & Papiam].

CUm solus servus heres institutus sit, sicut licet uno tempore omnium dominorum jussu adire hereditatem, ita & separatis temporibus singulorum jussu recte adit: nam quia saepius adit, non ex testamento, sed ex jure dominorum venire, utilitatis causa, videtur: ne, alterius 22 festinatione, alterius jus laedatur.

De tempore adeundi, vel repudiandi.

LXIX. ULPIANUS [lib. LX ad Edictum].

QUamdiu 23 institutus admitti potest, substituto locus non est: nec ante succedere potest, quam excluso herede instituto. Eveniet igitur, ut necessarium sit remedium 24 Praetoris & circa denegandas primo actiones, & circa praestituendum 25 tempus substituto: quia 26 intra diem primo praestitutum, neque adire hereditatem potest, neque pro herede gerere. Is 27 autem, qui tertio gradu scriptus est, si primo deliberante secundus decedat, ipse potest succedere 28. Ergo exspectamus 29 in singulis, ut prius eis deferatur hereditas; tunc deinde, posteaquam delata est, exspectamus diem 30 praestitutum: intra 31 quem [diem] nisi aut adeat, aut pro herede gerat, denegamus 32 ei actiones.

22 *l. ult.* §. *de Silaniano l.* 5. §. 5. §. *de nov. operis nunc.* 23 *l.* 3. §. *eod.* Substitutus non admittitur, quamdiu institutus admitti potest, hoc est, nisi post institutum, verbi gratia instituto excluso, vel per tacitam renunciationem, quae temporis lapsu inducitur. Ita ordo succedendi servatur, ubi plures sunt gradus, neque admittuntur secundi, sequentesve, nisi prioribus exclusis. 24 Petente primo substituto praefigitur terminus substituto. Petente vero secundo substituto, primo substituto praestituitur terminus. 25 Tempus adeundi praestituitur instituto, petente primo substituto, primis vero substitutis, si posteriores aut sequentes id petant. Quippe quae ratio instituti est ad primos substitutos, eadem est eorum ad ulteriores. 26 Vide quae scripsi ad *l. ult.* §. 14. *C. de jure delib.* 27 Substitutus secundus succedit in locum primi, primo decedente, ut ex secundo fiat primus substitutus. Ita secundae institutiones primae fiunt. 28 Ut substitutio secunda prima esse incipiat.

De servo redempto ab hostibus. 1. De eo, qui manumitti debuit. 2. De suo herede per quem factum est, quo quid ex hereditate amoveretur.

LXX. ULPIANUS [lib. LXI ad Edictum].

SI servum quis alienum ab hostibus redemerit, & heredem eum cum libertate instituerit: magis puto fore eum liberum & necessarium heredem: Nam cum scribit ei libertatem, vinculo suo resolvit: & in hoc solum reddit jure postliminii, ut non iterum 41 servus ejus fiat, cujus erat antequam caperetur (hoc enim satis impium est): sed [ut] pristino domino suam aestimationem 42 omnimodo offerat, vel maneat ei obligatus donec pretium solvat: quod libertatis favore introductum est. §. 1. Si quis hac lege emptus sit, ut intra certum diem manumittatur, & cum libertate heres institutus sit: an ei succurrendum sit, ut se abstineat, videamus? Magisque est, ut, donec 43 dies non extiterit, possit ei necessarius heres effici, & non possit [se] se abstinere: sin autem dies praeteritus fuerit, tunc non necessarius, sed voluntarius heres efficitur, & potest se abstinere secundum exemplum ejus, cui fideicommissaria libertas sub conditione debebatur.

§. 2. Si quis dederit nummos domino, ut manumittatur: puto huic omnimodo esse succurrendum. §. 3. Praetor ait, *si per eum eamve factum erit, quo quid ex ea hereditate amoveretur* 44.

§. 4. Si quis suus se dicit retinere hereditatem nolle, aliquid autem ex hereditate amoverit: abstinendi beneficium non habebit. §. 5. Non dixit Praetor, *si quid amoverit*, sed, *si per eum eamve factum erit, quo quid ex ea amoveretur*: sive ergo ipse amoverit, sive amovendum curaverit, Edictum locum habebit.

§. 6. *Amovisse* eum accipimus, qui quid celaverit, aut interverterit, aut consumpserit. §. 7. Ait Praetor, *quo quid ex ea amoveretur*: sive autem una res sive plures fuerint amotae, Edicto locus est, sive ex ea hereditate sint, sive ad eam hereditatem pertineant. §. 8. *Amovere* non videtur, qui non 45 callido animo nec maligno rem reposuit. Ne is quidem, qui in re erravit, dum putat non esse hereditariam. Si igitur non animo amovendi, nec ut hereditati damnum det, rem abstulit, sed dum putat non esse hereditariam, dicendum est eum amovisse non videri.

§. 9. Haec verba Edicti ad eum pertinent, qui ante quid amovit, deinde se abstinet: caeterum si 46 ante se abstinuit, deinde tunc amovit, hic videamus, an edicto locus sit? Magisque est, ut putem, istic Sabini sententiam admittendam: scilicet, ut furti potius actione creditoribus teneatur: etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex postdelicto obligatur?

41 Non ut iterum, *Contra l. Lecl.* 7.

42 Servum alienum quem ab hostibus redemimus, instituere heredem possumus numerato prius pretio ejus domino. *Bald.*

43 *l.* 3. §. 3. §. *de heredibus instit. l. ult. in fin.* §. *de vulgari.*

44 Sui heredes nec furari ex hereditate, nec subripere, nec expilare, sed leniore verbo *amovere* dicuntur, & eodem modo heredes non fieri, sed *existere*, & apparere, *ἀναφαίνεσθαι*. vid. Cujac. *Inst. de hered. qualit.*

45 Doli etsi lex non faciat mentionem, dolus tamen subintelligitur. *Bald.*

46 Quod impedit indulgendum beneficium, non tollit indultum. *Bald.*

De tempore adeundi.

LXXII. PAULUS [lib. I ad Plautium].

SI quis heres ita scriptus fuerit, *ut intra certum tempus adeat hereditatem: &, si non ita adierit, alius ei substituatur*; prior autem heres, antequam adiret, decesserit 47: nemo dubitat, quin substitutus ultimum diem 48 additionis exspectare non solet 49.

47 Finita causa distinctionis, finitur dilatio. *Bald.* Quoties certum est primum adire non posse, substitutus adire potest: *vel ita*, Institutione concepta in diem, vel sub conditione, existente conditione potest adiri hereditas, die non exspectata. *Goth.* vid. Eman. Cost. *l.* 2 *select. cap.* 13. Ant.

48 Qui adpositus fuit in institutione: alias nunquam intelligitur dies repetita seu intellecta, nisi conjectura aliqua probabilis id suadeat.

49 Non soleat. *Hal.* adde *l. ult. C. qui admit.*

De alimentis.

LXXIII. IDEM [lib. VII ad Plautium].

SI quis, non 50 quasi heres, sed quasi patroni filius, egens 51, à liberto paterno ali velit: proculdubio hoc extra 52 causam est immiscendi se bonis paternis: & ita recte Labeo scribit.

50 Finita causa distinctionis, finitur dilatio. *Bald.* Quoties certum est primum adire non posse, substitutus adire potest: *vel ita*, Institutione concepta in diem, vel sub conditione, existente conditione potest adiri hereditas, die non exspectata. *Goth.* vid. Eman. Cost. *l.* 2 *select. cap.* 13. Ant.

51 Secus si loculpes. *l.* 5. §. 19. §. *de agnoscend. liber.*

52 Actus diversus ab aditione, non includit hereditatis additionem. *Bald.*

De ignorantia vel dubitatione heredis.

LXXIV. IDEM [lib. XII ad Plautium].

QUi putat se decem 53 dare jussum, cum quinque jussus sit: si decem dederit, fiet heres adeundo. §. 1. At si quinque putet se jussum dare, cum decem dare jussus est, & dat quinque 54, non implet conditionem: sed ad aliquid proficit, ut, si adimpleverit reliquum, aliorum quinque datione videatur conditio esse impleta. §. 2. Qui 55 bona fide servit, si quasi jussu 56 domini adierit, non obligabitur. §. 3. Similis est huic statuliber, qui jussus ab herede adire hereditatem, post conditionem libertatis existentem, cum hoc ignoraret, adiit. §. 4. De eo, qui heres institutus ab aliquo dubitat 57, * an * libertas ei ex testamento domini obtigerit, cum nesciat conditionem libertatis extitisse, vel hereditatem 58 aditam, an adeundo heres fiat, videndum? Julianus hunc diceret fieri heredem.

53 Errans in quantitate additionis, adire hereditatem non vetatur.

54 *l.* 23. *l.* 32. §. *de condit. & demonstrat.* Errans implet conditionem plus faciendo, sed non minus. *Bald.*

55 Hereditati se non obligat, qui per alium possessus heres institutus est; intuitu alterius, adit.

56 *l.* 21. *C. de jure deliber.* Goth. Adde *l.* 6. §. 7. §. *eod. & l.* 59. §. *de hered. instit.* S. L.

57 *l.* 95. §. *eod.*

58 Vide *l.* 1. §. 6. *C. de caducis.*

De errore petentis bonorum possessionem vel adeuntis.

LXXV. MARCELLUS [lib. IX Digestorum].

EX semisse Titius heres scriptus est: quadrantis 59 bonorum possessionem per errorem 60 petit: Quaero, an nihil actum sit; an vero perinde omnia servanda sint, ac si quadrans nominatus non sit? Respondit, magis nihil actum esse, quemadmodum cum ex semisse scriptus heres, ex quadrante per errorem adiit hereditatem.

59 Qui ex minori parte, quam sit institutus, adit, non adit.

60 Actus errore admissus non valet, sive fiat coram judice, sive extra judicium. *Bald.*

De subſtituto, qui ex parte sub conditione institutus est.

LXXVI. JAVOLENUS [lib. IV Epistularum].

SI tu ex parte sexta sub conditione institutus fuisses heres, & omittente partem suam Titio, cui substitutus eras, ex substitutione adisses, deinde conditio jure sextantis extitisset: Quaero, an adire necesse habueris, ne sextans tuus intereat? Respondit: nihil interest, utrum ex substitutione prius adierit, an ex prima institutione: cum ab utraque causa una aditio sufficiat: sextans itaque, qui sub conditionem datus mihi est, ad me solum pertinet. §. 1. Item si tu sextantis, ex quo institutus esses heres, omiseris aditionem: nunquid *dubitas*, quin 61 ex substitutione adeundo Titianae partis habiturus partem esses? Respondit: non dubito quin, si prima institutione adeundo heres esse possim, in potestate 62 mea sit, quam partem hereditatis aut amittere velim, aut vindicare.

61 Repudians hereditatem ex institutione, admitti potest ex substitutione vulgari. *Baldus.* 62 *l.* 17. §. 1. §. *eod.*

De causa testamenti & ab intestato.

LXXVII. POMPONIUS lib. VIII ad Quintum Mucium.

ILlud *dubitari* potest, [an], si cum testamento heres institutus essem ab eo, qui etiamsi intestatus decessisset, legitima hereditas ejus ad me pertineret? an simul 63 utramque hereditatem repudiare possim: quoniam antequam ex testamento hereditatem repudiarim, legitima nondum ad me pertinet? Verum eodem 64

63 *l.* 70. *in fin.* §. *eod.*

61 Consequens qui vult, idem vult antecedens. vide *l. ad rem.* 56. *l. ad legatum.* 62. *ff. de probation.*

63 Rejudians ab intestato, videtur etiam ex testamento repudiare; quia, cum aliquid simpliciter sit, præsumitur fieri eo ordine, quo debet fieri. *Bald.* Facta priore loco præsumuntur, quæ priore loco fieri oportet. Prius est autem, ut quis ex testamento succedat, quam ab intestato.

66 Id est, hereditatem. Interdum enim vocabulum *testamenti* pro hereditate usurpatur. vid. Cujac. 7 *obs.* 8. *in fin.*

67 Vid. Alciat. 4 *paradox. cap.* 1. Cujac. *lib.* 10 *obs. cap.* 16. Ans.

68 Remanere in communi, seu usus rei communis (nisi jus communionis excedatur: id autem accidit, cum quis solus & in solidum possidere vult) præsumptivam additionem hereditatis non inducit. *Bald.*

69 Dominationem interponit, non qui pro fructuario, aut possessore, aut paterfamilias, sed qui se pro proprietario gerit. Cujac. 10 *obser.* 16.

70 *l.* 10. ff. *de adqu. rer.*

71 Adquisitio duplex Baldo constituitur. Una quæ transeat, altera quæ permaneat. Primam notat proficisci a persona adquirente, & in eam desinere cui adquiritur, totam tamen cohærere personæ adquirenti, *l. qui libertis.* §. *hæc verba.* 1. ff. *de vulgari. l. cum filio.* 11. ff. *de legat* 1. Alteram ita cohærere personæ cui adquiritur, ut ab ea non separetur.

72 Ordo nullus hic temporis statuitur, sed intellectus tantum.

73 *ἐν ἀτόμῳ de momento.* vid. Cujac. *cap.* 1. *de præscriptionib.* Civiles adquisitiones ex persona filii vel servi immediate transeunt in patrem, vel dominum. *Bald.*

74 *l.* 52. ff. *eod.*

75 Licet testator substitutum det vulgarem, non videtur tamen permittere ut actus aditionis scindatur. *Bald.*

76 *Al.* Mixtis.

77 Institutus sæpius ab eodem, non potest fieri sæpius heres: ut ita unica aditio trahatur ad omnem portionem. *ut hic.* Quid, si ex se heres fieri non possit, sed per alium? Nova portio novam requiret additionem. §. *ult.* ff. Quid ita? mox sequitur. 78 Vide in hunc §. Cujac. 12 *obs.* 9 24. 79 Aditio hereditatis est actus legitimus: ideoque pure fit, *l.* 77. ff. *de reg. jur.* & semel, *ut hic.* v. Cujac. 7 *obs.* 18. dixi *l.* 51. *in fin.* ff. *eod.* & *l.* 90. ff. *eod.* 80 *l.* 36. ff. *eod. l.* 22. §. 1. ff. *de oper. libert.*

81 Quia propter personam mediam, cujus status potest variari, non potest omnis institutio uniformiter, id est, eadem censeri. Variato autem medio, variantur extrema, & eorum effectus. *Bald.*

82 Spes succedendi ex substitutione vulgari, ad heredem non transmittitur. *ut hic.* Jus tamen adcrescendi transmittitur. *Bald. hic, & l. qui patri.* 59. ff. *eod.* 83 *l.* 9. *in fin.* ff. *de fins.* l. 8. *in fin. l.* 10. *l.* 23. *in fin. l.* 45. *in fin. l.* 47. ff. *de vulg.* 84 Conciliationem hujus leg. & *l.* 49. §. 5. ff. *de hered. inst.* v apud Paul. Buss. ad *l.* 49. Ans. 85 Puta, Cœlebs. 86 Juliæ & Papiæ. 87 Puta, Orbus. 88 V. Aut. Fab. 11 *cognit.* 10. 89 *l.* 3. ff. *pro derelicto.* Quod de toto prædicatur, & de parte quoque prædicari intelligitur. v. *l.* 76. ff. *de rei vind. l.* 1. ff. *de evict.* 90 Si totam hereditatem, aut partem. *Hal.* Si totam an, Cujac. 2 *obs.* 7. 3 *obs.* 38. ut hæc particula *an* veteri more usurpata sit pro *eam.* adde *l.* 29. *in fin.* ff. *de statulib.* 91 Adcrescendi jus rei, non personæ defertur: scriptum in rem est, ideoque nec personam sequitur, quotics nimirum agitur de proprietate, non de usufructu. Cur tam varie? In usufructu jus principale scriptum ne conceptum est in personam fructuarii: igitur & ejus juris accessio personalis est: accessio inquam, id est, jus accrescendi. *l. si Titio.* 33 §. *usumfr.* 2. ff. *de usufr.* 92 Principale cui adimitur, ei adimitur accessorium. *Bald.* 93 Indignus est, eique velut indigno eripitur hereditas, qui tacite caver se incapaci hereditatem restituturum. v. Cujac. 12 *obs.* 94 Ventre præterito, institutus interea adire non potest. Quid ita? mox dicetur. *l.* 30. §. 3. 4. & 6. ff. *eod.* vide in hanc legem Cujac. 3 *obs.* 21. Goth. Adde Alciat. *lib.* 3 *parerg. cap.* 14. Emanuel. Cost. *select. lib.* 2. *cap.* 1. S. I.. 95 *Extor*, id est, extraneus. 96 *Sub.* nato posthumo.

97 Cur? pendent interim vires testamenti, & instituti præteritos expectant. *Bald.* 98 Interim adiri hereditas non potest, neque bonorum possessio peti. 99 *Forte legendum*, vacuo. *ut* ventre pleno, vacuo utero. *l.* 30. §. 6. ff. *eod.* 100 Id est, dum jus testamenti pendet. vid. *l.* 4. *in fin.* ff. *contra tabulas.* 1 An etiam in extraneo? vide quæ scripsi ad *Lunic.* §. 3. C. *de eadue. toll.*

2 Vid. *tit. de ventre in possess.* 3 Metu lacta aditio, abstentionem non impedit. Arbitrium quod non est liberum, neminem hereditati obligat. *Bald. l.* 6. ff. *eod. l.* 21. §. 5. ff. *de eo quod met. caus. l.* 16. C. *de jure deliber.* An velle videatur, qui cogitur, vide Cujac. 16 *observ. ult.*

dem 67 momento intelligor 68 & ex testamento, & legitimam repudiare: ficuti si legitimam velim ad me pertinere, cum sciam testamento mihi relictam, videbor ante repudiare testamentum 66, & ita legitimam adquisisse.

De societate & rerum communium usu.

LXXVIII. IDEM lib. XXXV ad Quintum Mucium.

DUo fratres 67 sociant, bona communia habuerant: eorum alter intestato mortuus, suum heredem non reliquerat: frater, qui supererat, nolebat ei heres esse: *Consulebat*, num ob eam rem, quod communibus, cum sciret eum mortuum esse, usus 68 esset, hereditari se alligasset? Respondit, nisi eo consilio usus esset, quod vellet se heredem esse, non adstringi: itaque cavere debet, ne qua in re plus sua parte dominationem 69 interponeret.

De acquisitione per alium.

LXXIX. ULPIANUS [lib. II ad legem Juliam & Papiam].

PLacet, quotiens 70 adquiritur per aliquem hereditas vel quid aliud ei cujus quis in potestate est, confestim 71 adquiri ei cujus est in 72 potestate: neque 73 momento aliquo subsistere in persona ejus, per quem adquiritur: & sic adquiri ei, cui adquiritur.

De instituto ex pluribus partibus. 2. Si servus ex parte pure institutus sit, ex parte sub conditione, dato coheredc.

LXXX. PAULUS [lib. V ad legem Juliam & Papiam].

SI solus heres ex pluribus 74 partibus fuero institutus, unam partem omittere non possum: nec 75 interest, in quibusdam habeam substitutum necne. §. 1. Idem puto, etiamsi aliis mixtus 76 heredibus, ex pluribus partibus heres institutus sim: quod & hic, adeundo 77 unam portionem, omnes acquiro, si tamen delatæ sint. §. 2. Item 78 si servus meus ex parte heres institutus sit pure, ex parte sub conditione, dato scilicet coherede; & jussu meo adierit; deinde eo manumisso conditio alterius portionis extiterit: verius est, non mihi esse adquisitam illam portionem, sed ipsum comitari: Omnia enim paria permanere debent in id tempus, quo alterius portionis conditio exter, ut adquiratur ei, cui prior portio adquisita est. §. 3. Ego quidem puto, & si adhuc in potestate sit, iterum adeundum esse, si conditio extiterit: & illud, quod dicimus semel 79 adeundum, in ejusdem persona locum habet; non 80 cum per alium adquirenda est hereditas 81.

De ejus substitutionis ad heredem non transmittenda.

LXXXI. ULPIANUS lib. XIII ad legem Juliam & Papiam.

TOtiens videtur heres institutus etiam in causa substitutionis 82 adisse, quotiens adquirere sibi possit: nam si mortuus 83 esset, ad heredem non transferret substitutionem.

De servo instituto cujus dominus capax non est.

LXXXII. TERENTIUS CLEMENS [lib. XVI ad legem Juliam & Papiam].

SI servus 84 ejus, qui capere non 85 potest, heres instituatur, & antequam jussu domini adeat hereditatem, manumissus alienatusve sit, & nihil in fraudem legis 86 factum esset: ipse admittitur ad hereditatem: Sed & si partem 87 capere possit dominus ejus, eadem 88 dicenda sunt de parte, quam ille capere non potest: nihil enim interest de universo 89 quæratur, quod capere non possit, an de portione.

De jure accrescendi.

LXXXIII. ULPIANUS [lib. XVIII ad legem Juliam & Papiam].

SI totam an 90 [partem, ex qua quis heres institutus est, tacite rogatus sit restituere]: apparet, nihil ei debere adcrescere: quia 91 rem 92 non videtur habere 93.

De ventre præterito.

LXXXIV. PAPINIANUS [lib. XVI Quæstionum].

VEntre 94 præterito, si filius, qui fuit emancipatus, aut exter 95 heres institutus sit: quamdiu rumpi testamentum potest 96, non 97 defertur ex testamento hereditas 98: Sed si vacua 99 ventre mulier fuit, & incerto eo filius in familia retentus vita decessit, heres fuisse intellegitur: emancipatus, aut exter, non aliter possunt hereditatem quærere, quam si non esse prægnatem sciant. Ergo si ventre pleno sit mulier, nonne iniquum erit, interea 100 defunctum filium heredi suo 1 relinquere nihil? & ideo decreto 2 filio succurrendum est: quia, sive frater ei nascatur, sive non nascatur, patri heres futurus est. Eademque ratio facit, ut emancipato quoque subveniri debeat, qui alterutro casu rem omnimodo habiturus est.

De metu.

LXXXV. IDEM [lib. XXX Quæstionum].

SI *metus* 3 causa adeat aliquis hereditatem: fiet, ut quia invitus heres existat, detur abstinendi facultas.

Si quis moriatur antequam sciat se institutum. 1. De hereditate rei perduellionis. 2. Quid sit pro herede gerere.

LXXXVI. IDEM [lib. VI Responsorum].

PAnnonius Avitus 4, cum in Cilicia procuraret, heres institutus, ante vita decesserat, quam heredem se institutum cognosceret: quia bonorum possessionem, quam procurator ejus petierat, heredes Aviti ratam habere non potuerant, ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant: quæ stricto jure 5 non competit, quia intra diem 6 additionis Avitus obisset: Divum tamen Pium contra constituisse Mæcianus libro quæstionum refert in eo, qui legationis 7 causa Romæ erat: & filium, qui marris delatam possessionem absens amiserat, sine 8 respectu ejus distinctionis restitutionem * locum * habere: Quod & hic humanitatis gratia obtinendum est. §. 1. *Rei perduellionis* 9 hereditatem, suspensa cognitione filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, potest quærere. §. 2. *Pro herede gessisse* filium placet, qui 10 moriens, comperto matrem suam intestato vita decessisse, codicillis petit ab herede suo, ut maternorum bonorum servum manumitteret 11, ac sibi patentibusque suis in possessionem matris monumentum extrueret.

4 Pomponius Avitus. *Hal.*

5 Alias, ex æquo & bono competit. Impeditur igitur adire ex justa absentia, licet interim decedat, jus tamen petendæ restitutionis & additionis relinquit heredi. *Goth.* Ex hac leg. heredi, cujuslibet heredis absentis, aut ignorantis, dari in integrum restitutionem volunt. Ita sentit Vincent. Cabot. *lib.* 2. *disp.* 23. & Jacob. Cancer. *var. resolut. cap.* 21. *num.* 19. Sed Cujacius restringit ad absentiam reipublicæ causa ex singulari & benigno jure, quod ad consequentias trahendum non est. *lib.* 6. *Resp. Papinian.* In hanc leg. confer Ant. Fabr. *lib.* 14. *conject. cap.* 1. Ans.

6 Dies additionis, centum dies. *l.* 9. §. 1. ff. *de jure & facti ignor.* dixi ad *l.* 2. C. *qui admitti.*

7 *l.* 30. ff. *eod.*

8 Hæc quæ sequuntur, videntur esse Triboniani.

9 Pendente accusatione contra memoriam defuncti, heres cui liquet de innocentia, adire potest. *Bald.*

10 Potest quis testamentum faciendo hereditatem adire, & quasi contrahere: hoc est, qui testatur de re hereditaria sibi relicta, videtur gerere pro herede. adde *l. si avia.* 6. C. *eod.* Ultimæ voluntati potest ita contractus permisceri. *Bald.*

11 *l.* 42. §. 2. ff. *eod.*

12 Actus, qui in extraneo inducit hereditatis additionem, in suo inducit immissionem. *Bald.*

13 Data ejs restitutione adversus additionem.

14 Restitutio in integrum actiones confusas in integrum statum restituit.

15 *l.* 20. ff. *eod.*

16 Ex animo dependet pro herede gestio. Quid? an pro herede gestio animo falso sine verbis aut factis inducitur? Item quibus verbis vel factis? An & non faciendo, aut res hereditarias pupilli nomine in commentarium vel inventarium referendo? vide hic Bartolum, *l.* 21. §. 1. ff. *eod.*

17 *l.* 4. C. *unde legitimi. l.* 6. *l.* 14. C. *de jure delib.* §. 5. §. 1. ff. *de administr. & peric.*

18 Heredibus veram possessionem non habet, sed qualem qualem. de hac voce vid. *l.* 9. *in fin.* ff. *de eundet.* Hinc notant, possessionem impropriissimam esse in hereditate: hoc est non veram: ideoque fingi non posse eam possidere: cum in iis tantum fictio locum obtineat, in quibus veritati sit locus. Zas. 2 *Respons.* 27. *ubi de fictitia & improprietate differentia.* adde quæ scripsi ad *l.* 32. ff. *ad Trebell.*

19 *l.* 51. ff. *de procuratorib. l.* 2. *in fin.* ff. *de admin. tut.* 20 Nihil enim creditoribus hereditariis deperit, ut quibus etiam salva maneat actio adversus eum, qui nomine hereditario adituras est, translatione judicii nil amittunt. 3 *Harmenop. G.* §. 27. 21 Per procuratorem. *Hal.* Atque ita legitur in manuscriptis Contii. Unde quidam hunc locum ita accipiunt: hereditas adquiri non potest per procuratorem, *ut hic.* cum tamen possit per Procuratorem Cæsaris, *l.* 1. ff. *de offic. Proc. Cæsar.* v. Contium 2 *Subcesivar.* 17. Goth. adde Duaren. *lib.* 2. *disp. cap.* 27. Cujac. *lib.* 1. *observ. c.* 34. Reward. *de auct. prud. cap.* 5. S. L. 22 Nisi opinam, *l.* 1. *in fin.* ff. *de off. Procurat. Cæsar. l.* 3. §. 7 ff. *de bonor. possess.* An per procuratorem, tutorem, curatorem adquiri possit hereditas, v. Cujac. 1 *obs.* 33. 23 Fit enim actus legitimus, ideoque nisi pure, *l.* 77. ff. *de reg. jur.* v. *l.* 51. *in fin.* ff. *eod.* nisi semel, *l.* 80. *in fin.* ff. *eod.* nisi verbis conceptis, *l.* 51. *in fin.* ff. *eod.* nisi testibus præsentibus adiri potest hereditas. vid. Cujac. 7 *obs.* 18. 24 *l ult.* C. *de inoff.* 25 Titulus adquisitus clam & generalis possessio facit, ut præsumatur fraus & simulatio. *Bald.* v. *l.* 2. C. *de repudian.* 26 Nepos in avi potestate positus avi jussu, non patris, adire debet. 27 *l.* 22. ff. *eod.* 28 *l.* 5. ff. *eod. l.* 2. ff. *de bonor. possess. furios. Instit. de hered. qualit. in fin.* 29 *l.* 13. *l.* 17. *in fin. l.* 70. ff. *eod. l.* 4. ff. *de adopt.* Sibert. Vivus heredem non habet, ideoque qui sibi & *filio* pacisci nitur, filio pacisci tur, ut heredi. 30 Nisi renunciationi interpositum sit juramentum, eaque juramento sit conjuncta. *c.* 2. *de pact. in* 6. v. *l.* 3. C. *de collat.* 31 Hereditas recusari quibus verbis videatur, vide apud Mantic. 12 *c. cap.* 14.

32 V. *l.* 37. ff. *ad Trebell.* Factis, non tantum verbis, res declaratur. v. *Paul.* 4 *sent.* 4 §. 1. 33 Veluti si patiatur res hereditarias destrui. *l.* 2. C. *de infantib. exposit.* 34 *l.* 6. § 4. *l.* 34. ff. *l.* 4. *in fin.* ff. *eod. l.* 21. *circa finem.* ff. *de condit. & demonstr.* Veritas præfertur opinioni. *Bald.*

herede gesit : quo minus heres existat, nihil error talis ei nocebit.

De eo qui adit ex posteriore testamento quod putat valere.

XCVII. PAULUS lib. III Decretorum.

CLodius Clodianus, facto prius testamento, postea eundem heredem in alio testamento inutiliter facto instituerat: scriptus heres, cum posterius putaret valere, ex eo hereditatem adire voluit: sed postea hoc inutile repertum est. Papinianus putabat [35], repudiasse eum ex priore hereditatem; ex posteriore autem non posse adire: Dicebam, non [36] repudiare eum, qui putaret posterius valere: pronunciavit, Clodianum intestatum [37] decessisse.

Si quemdam ex heredibus restitutus adversus additionem.

XCVIII. SCAEVOLA lib. XXVI Digestorum.

QUæ neptis suæ nomine, quam ex Seia habebat, Sempronio tot dotis nomine spoponderat, & pro usuris in exhibitionem certam summam præstabat, decessit, relicta Seia filia, & aliis heredibus; cum quibus Sempronius judicio [38] [egit]: condemnatique pro portionibus hereditariis singuli heredes, inter quos & Seia, Sempronio caverunt summam, qua quisque condemnatus erat, usuris iisdem, quæ ad exhibitionem à testatrice præstabantur: postea, excepta Seia filia, cæteri heredes abstinuerunt hereditate beneficio [39] Principis, & tota hereditas ad Seiam [40] pertinere cœpit: Quæro, an [41] in Seiam, quæ sola heres remansit, & omnia ut sola heres egerat, pro eorum quoque portionibus, qui beneficio principali hereditate abstinuerint, utilis actio dari debeat? Respondit, pro parte eorum, qui [se] abstinuissent, actiones solere decerni in eam, quæ adisset, & maluisset integra hereditaria onera subire.

Si unus ex necessariis heredibus abstineat.

XCIX. POMPONIUS [lib. I Senatusconsultorum].

ARisto in decretis Frontianis [42] ita refert: Cum duæ filiæ patri necessariæ heredes extitissent, altera se paterna abstinuerat [43] hereditate, altera bona paterna vindicarat, totumque onus suscipere parata erat [44]: Sanctum [45] Cassium Prætorem, causa cognita actiones hereditarias utiles daturum, recte pollicitum ei [46], quæ ad hereditatem patris accederat [47], denegaturumque ei quæ se abstinuerat.

TIT. III.

TESTAMENTA QUEMADMODUM APERIANTUR [1], INSPICIANTUR, ET DESCRIBANTUR.

I VI C. XXXII.

Quibus fiat copia inspiciendi describendique testamentum. 1. Ratio hujus edicti. 2. Si quis neget se sigillum suum agnoscere.

1. GAIUS [lib. XVII ad Edictum provinciale].

OMnibus, quicumque desiderant [2] tabulas [3] testamenti inspicere [4], vel etiam describere, despiciendi [5] describendique potestatem facturum se Prætor pollicetur. † Quod vel suo vel alieno nomine desideranti tribuere eum, manifestum est. §. 1. *Ratio* autem hujus Edicti manifesta est. Neque enim sine judice transigi, neque apud judicem exquiri veritas de his controversiis, quæ ex testamento proficiscerentur, aliter potest, quam inspectis [6] cognitisque verbis testamenti. §. 2. Si 7 quis [8] neget sigillum suum agnoscere, non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ, sed alias suspectæ [9] fiunt.

Cujus est testamentum. 1. Quæ dicuntur testamenta. *2. Quæ* pertinent ad causam testamenti. *3. De pluribus testamentis. 4. Si dubitetur, utrum vivat, an decesserit testator. 5. De lectione. 6. De die, & Consule. 7. De tempore ad exhibendum dando. 8. De eo qui fatetur, aut negat, apud se tabulas esse.*

II. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

TAbularum testamenti instrumentum [10] non est unius hominis, hoc est heredis, sed universorum, quibus [11] quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum.

§. 1. *Testamentum* autem proprie illud dicitur, quod jure perfectum est: sed abusive testamenta ea [12] quoque appellamus, quæ falsa [13] sunt, vel injusta, vel irrita, vel rupta: itemque imperfecta [14] solemus testamenta dicere. §. 2. *Ad causam* autem *testamenti pertinere* videtur id, quodcumque [15] quasi ad testamentum factum sit, in quacumque materia fuerit scriptum, quod contineat supremam voluntatem: & tam principales, quam [16] secundæ [17] tabulæ Edicto continentur. §. 3. Si plura sint testamenta, quæ quis exhiberi desideret: universorum ei facultas faciendæ est. §. 4. Si dubitetur [18], utrum vivat, an decesserit is, cujus quis, quod ad causam testamenti pertinet, inspici describique postulat: dicendum est, Prætorem causa cognita statuere id debere: ut, si liquerit [19] eum vivere, non [20] permittat inspici tabulas, & ut ipsam scripturam quis inspiciat, & sigilla, & quid aliud ex tabulis velit spectare. §. 5. *Inspectio tabularum* etiam lectionem [21] earum indicat. §. 6. *Diem* autem *& Consulem* [22] *tabularum non* [23] *patitur* Prætor *describi vel inspici*, idcirco, ne quid falsi fiat: namque [24] etiam inspectio materiam falso fabricando instruere potest [25]. §. 7. Utrum autem incontinenti [26] potestatem inspiciendi vel describendi jubet, an desideranti tempus dabit ad exhibitionem? Et magis est, ut dari debeat, secundum locorum [27] angustias, seu prolixitates. §. 8. Si quis non negans [28] apud se tabulas esse, non patiatur inspici, & describi, omnimodo ad hoc compelletur: si tamen neget [29] penes se tabulas esse, dicendum est, ad [30] interdictum remitti, quod est *de tabulis exhibendis.*

De vindicatione tabularum, & actione ad exhibendum.

III. GAIUS lib. XVII ad Edictum provinciale.

IPsi tamen heredi vindicatio [31] tabularum, sicut ceterarum hereditariarum rerum competit: & ob id [32] ad exhibendum [33] quoque agere potest.

De signatoribus cogendis, & de absentibus.

IV. ULPIANUS lib. L ad Edictum.

CUm [34] ab initio aperiendæ sint tabulæ, Prætoris [35] id officium est, ut cogat [36] signatores [37] convenire, & sigilla [38] sua recognoscere [39].

V. PAULUS [lib. VIII ad Plautium].

VEl negare se signasse: publice [40] enim expedit, suprema hominum judicia exitum [41] habere.

VI. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

SEd si major pars [42] signatorum fuerit inventa, poterit ipsis intervenientibus resignari testamentum, & recitari.

VII. GAIUS [lib. VII ad Edictum provinciale].

SEd si [43] quis ex signatoribus aberit, mitti debent tabulæ testamenti, ubi [44] ipse sit, uti agnoscat: nam revocari [45] eum, agnoscendi causa, onerosum est: quippe sæpe cum magna captione a rebus nostris revocamur; & sit iniquum, damnosum [46] cuique esse officium suum. Nec ad rem pertinet, unus absit, an omnes: & si forte, omnibus absentibus, causa aliqua aperire tabulas urgeat, debet Proconsul curare, ut intervenientibus optimæ [47] opinionis viris aperiantur, & post descriptum & recognitum [48] factum, ab hisdem, quibus intervenientibus apertæ sunt, obsignentur: tunc deinde eo mittantur, ubi ipsi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua.

De secundis tabulis.

VIII. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

PUpillares [49] tabulas, etiam si non fuerit superscriptum *ne aperiantur*, attamen, si seorsum eas signatas testator reliquerit, Prætor eas aperiri, nisi [50] causa cognita non patietur [51].

IX. PAULUS [lib. XLV ad Edictum].

SI mulier ventris [52] nomine in possessione sit, aperiendæ sunt secundæ tabulæ, ut sciatur cui demandata sit curatio.

De duobus exemplaribus. 1. De tabulis sui natura apertis. 2. Si tabulæ non appareant.

X. ULPIANUS [lib. XIII ad leg. Juliam & Papiam.]

SI in duobus [53] exemplariis scriptum sit testamentum, alterutro patefacto apertæ tabulæ sunt. §. 1. Si sui natura tabulæ patefactæ sunt, apertum videri [54] testamentum non dubitatur: non enim quæremus, à quo aperiantur. §. 2. Si tabulæ non compareant [55], vel exustæ [56] sint futurum est, ut subvenire [57] legatariis debeat. Idem est, si suppressæ, * vel * occultæ sint.

De codicillis & secundis tabulis.

XI. GAIUS [lib. XI ad legem Juliam & Papiam].

SIcut [58] codicilli pars [59] intelliguntur testamenti: ita secundæ [60] tabulæ principalium tabularum partem obtinere videntur.

De authentico & exemplo.

XII. ULPIANUS [lib. XIII ad legem Juliam & Papiam].

SI quis fecerit testamentum, & exemplum ejus, exemplo quidem aperto nondum apertum est testamentum: quod si authenticum [61] patefactum est, totum apertum est.

---

35 Et male. *J. eod.*

36 Repudiare hereditatem ex priori testamento delatam non videtur, qui eam adit ex secundo testamento quod valere putat. Nec repudiat is hereditatem, qui eam sibi competere ignorat.

37 Instituto in testamento solemni ante aditam hereditatem decedens, facit testatorem intestatum decessisse.

38 Actio divisa inter plures heredes per legem 12 Tab. per sententiam subsequentem, & cautionem, coheredibus se abstinentibus, solida transfertur in personam ejus, qui eam hereditatem possidet: ut in eum actio rei judicatæ transeatur.

39 *l.* 61. *ff. eod.*

40 *Subaudi* volentem.

41 Adversus unum ex pluribus heredibus adeuntem solidæ actiones dantur. 42 Frontonianis. *Haloand.*

43 Adversus additionem hereditatis uno heredum restituto, alteri coheredi tota adcrescit hereditas. Proinde ut in solidum adeunti, solidæ actiones hereditariæ competunt, ita in solidum abstinenti denegantur quoque solidæ. 44 Parata esset. *Hal.* 45 Secundum Cassium *Hal.* Forte, *Statium.* 46 *Subaudi* filiæ. 47 Accesserat. *Hal.*

1 Id est, quorum interest: non calumniandi animo petentibus. Nam verba generalia ad honestos petitores restringuntur. *Bald.* Goth. Ratio hujus legis est in *l.* 6. *ff. de transact.* & §. 1. *h. t.* & v. Socin. *regul.* 421. Cephal. *consil.* 103. *lib.* 1. Minsinger. *centur.* 6 *obs.* 6. Menoch. *consil.* 693. *num.* 15. *lib.* 7. Surd. *decis.* 292. Ans.

2 Quid, qui nuncupativum? Collige ex *l.* 2. *C. secund. tab.*

3 Vid. *l.* 1. *J. de tabulis exhibendis*, legere, *l.* 2. §. 5. *J. eod.*

4 *Al.* inspiciendi.

5 Translationem & renunciationem factam, non inspectis cognitisque verbis testamenti, non valere hinc colligas, *l.* 6. *in fin. l.* 12 *ff. de transactionib.* qua de re vide Rolandum à Valle, *consil.* 13. *præsertim num.* 20. & *seq.* vide Paponem 3. *Nota* 9. *c. des restitutions de transaction dependant de testament.*

6 35 *Synops.* 6. *cap.* 2.

7 Ex testibus. 8 Contradictio unius testis non impedit aperturam testamenti, sed reddit scripturam suspectam. *Bald.* 9 *l.* 1. *ff. de fide instrument.* 10 *l.* 3. §. 10. *J. de tabul. exhib.*

11 Hæ qualitates sunt testamentorum: Testamentorum alia jure perfecta, alia falsa, injusta, irrita, rupta, imperfecta. 12 Adde *l.* 6. *J. de falsis.* 13 *l.* 1. §. 5. *J. de tab. exhib.*

14 Seu id, quod quocumque tenore factum sit. *l. ult. C. eod. l.* 1. *J. de tab. exhib.* 15 Ordo est inversus: legendum est, tam secundæ, quam principales. Petr. Fab. 1 *Semestr.* 23. 16 De quibus in *l.* 11. *J. eod.* 17 Mors quemadmodum probetur, vide in *l.* 6. §. 2. *J. de Silaniano.* Goth. Ad hunc §. vide Cujac. *lib.* 3 *observ. cap.* 7. & *lib.* 11. *cap.* 1. Fachin. *lib.* 6 *controv. cap.* 46. Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 1073. & *seqq.* Ans.

18 In præterito, ut pluit, & luit. vid. Cujac. 11 *observat.* 1. 19 Hoc Baldus ita extendit, ut vivo testatore notarius non debeat heredi testamentum edere. adde *Hebr.* 9. 11. viventis atque superstitis hominis tabulæ hoc Edicto non exhibentur. 20 Inspiciendi instrumenti data facultate, datur & facultas ejus legendi; vide quæ dixi in *l.* 6. *J. de alimentis.* ut per contrarium colligamus, ea non esse inspicienda, quæ legenda non sint. 21 Hinc colligere possumus, Moris fuisse apud veteres, diem & consulem testamentis adscribi: adde *l.* 3. *C. eod.* Ciceron. 13 *epist. fam.* 29. An vero id necessitatis est? nihil nocere testamento, si utrumque desit, post Fizhœum ex veteribus auctoribus refert Cujacius, in *l.* 20. *ff. qui testament. fac.* quod eodem modo, id est, sine die cautio interponi possit, *l.* 34. §. 1. *in fin. ff. de pignor.* vide quæ notavi ad *l.* 3. *J. de accusat. & ad l.* 21. *C. de testament.*

22 Imo patitur, *l. prætor.* 4. *ff. de edendo.* Patitur, si à tabellione, eove petatur, cujus muneris sit instrumenta atque testamenta conficere, *d. l. prætor.* secus si à nudo possessore testamenti: & ita hunc locum veteres accipiunt, Bartolus, Baldus, Albericus. 24 *l.* 1. §. 2. *ff. de edendo.*

25 Quomodo? nempe quia possunt adulteria, die vel Consule cognitis, μαλλον ψευδογραφον, ψευδογραφων & ἀναπλαστικὸν conficere, 1 *Harmenop.* 4. quo fit. quasi posteriore prius rumpatur. v. Cujac. 3 *observ.* 7.

26 Dilatio justa editioni instrumentorum concedenda.

27 Locorum habita ratione dilationes dari solent.

28 Vid. Duaren. *lib.* 2. *disp. cap.* 34. Ans.

29 *l.* 1. §. 1. *J. de tabul. exhibendi* Testis negans, etiam unicus, actum reddit dubium: dixi ad *l.* 9. *in fin. C. de testib.*

30 Adversus consitentem se tabulas habere testamenti, hoc Edictum: adversus negantem, interdictum de tabulis exhibendis datur. Cur tam varie? An quia hoc Edictum officio judicis, sine litis contestatione, & in confitentem datur: interdictum vero judicii formam exigit, exceptiones & probationes, ut putat Baldus?

31 Heres ut cæteras res hereditarias vindicare potest, ita & tabulas testamenti.

32 Cui vindicatio, ei & ad exhibendum actio competit.

33 *l.* 3. §. 8. *ff. ad exhibendum.*

34 Formam publicandi testamenti ex hoc loco observa, & junctа *leges* 6. 7 *& sequent.* adde Paul. 4 *sent.* 6. §. 1.

35 35 *Synops.* 6. *c.* 4. vel cujusquis idonei vel competentis judicis. *l.* 2. *C. eod.*

36 Testes cogi possunt sigilla sua recognoscere.

37 Quid, si mortui sint signatores? An testamentum concidet? non putat Vigilius ad §. 7. *Inst. de testament. ordin. n.* 94 etiamsi eo casu penitus sigilla cognosci nequeant, dummodo appareat subscriptum subsignatumque à mortuo testamentum: Iniquum est enim ut unius testis facto pereat testamentum, cum alioquin de voluntate certi esse possimus. *arg. l. ult. C. de edicto D. Hadriani.* adde *l.* 6. *J. eod.* 38 Quid si de testamento non scripto, sed nuncupativo agitur, & unus testium sit mortuus: An testamentum concidet? negat *ibid.* Vigilius *n.* 5. 6. 39 Hæc igitur verba, *officium Prætoris est ut cogat, &c.* tunc locum habent, cum testamentum scriptum est, & omnes testes vivunt. 40 *l.* 1. *J. tit. proximo. l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. Novell.* 22. *c.* 2. 41 Id est, effectum. 42 35 *Synopf.* 6. *c.* 6. Quid, si nulli omnino sint præsentes? coram Prætore & honestis personis testamentum aperiri poterit. *J. eod. & l.* 2. *C. eod.* 43 35 *Synopf.* 6. *cap.* 7. 44 *V. l.* 18. *C. de test.* 45 *l.* 3. §. 6. *ff. de testib.* Testis negotia sua omittere cogi non potest, testimonii dicendi causa: ne officium quod alteri præstat, ei sit damnosum. *l.* 19. *C. de testib.* 46 *l.* 1. *l.* 29. *ff. ex quib. caus. major. l.* 140. *J. de reg. jur.* 47 *l.* 2. *C. eod.* vide omnino Paul. 4. *sent.* 6. §. 2. & *C. de edicto Divi Hadriani.*

48 *V. l.* 4. *l.* 5. *ff. familiæ.* 49 *V. l.* 3. *C. eod.* 50 Vide quæ scripsi ad *l.* 11. *J. eod.*

51 Cur ita? v. §. 3. *Inst. de pupill.* 52 *l.* 1. *J. de ventre in possess.* 53 *V. l. ult. J. eod. l.* 1. §. 5. *J. fec. tabul.* 54 Quid ita? natura quod fit, eo loco est, quo quæ constant, ac perficiuntur artificio. Ars & natura comparantur. Nihil interest natura an facto hominis tabulæ aperiantur.

55 *l.* 1. §. 3. *in fin. J. fec. tabul.* 56 Adde *dict. l.* 1. §. *ult.* 57 Incerta igitur petitio admittetur, etsi neque incerta probatio, neque condemnatio admittatur. 58 Codicilli eadem ad testamentum ratio, quæ secundarum tabularum ad principales. Codicilli, pars testamenti: secundæ tabulæ, pars sunt principalium tabularum. Codicilli, supplementum testamenti. 59 *l.* 18. *J. de jure codicillorum.* 60 *l.* 2. §. 2. *ff. eod.* Secundæ tabulæ, pupillares dicuntur: quibus opponuntur, *ut hic. l.* 2. §. 2. *ff. eod.* principales, *l.* 5. §. 14. *J. de his, quæ ut indig. l.* 11. §. 5. *l.* 79. *J. ad l. Falcid. l.* 1. §. 1. *J. si cui plus, quam per legem Falcid. l.* 2. §. 3. *J. de statulib.* Secundæ autem dicuntur forte, quod pupillares substitutiones in inferiori parte testamenti, seu ima cera fieri solebant: aut plerumque cavebant, ne inferiores illæ vivo testatore aperirentur, 2 *Gaii Inst.* 4. §. 3. *Inst. de pupillari subst. l. ult. J. ad SC. Trebell.* Ideoque non aperiebantur, nisi causa cognita. *l.* 8. *ff. eod.* Plerumque tamen sufficiebat solas patris tabulas signatas esse, *l.* 20. *ff. de vulgari. l.* 9. *in fin. J. de bonor. possess. secund. tabulas.* Atque ita ex testamento, quod secundas tabulas habet, adiri potest hereditas. *l.* 14. §. 3. *J. ad SC. Trebell.* 61 Authenticum testamentum nisi apertum sit, exempli apertura non sufficit, *ut hic.* nisi manu ejusdem Notarii exemplum apertum fuerit. *Imola, hic.* de authentico vide *l.* 8. *ff. familiæ erciscun. l.* 3. *C. de diversor. rescript.*

TIT. IV.

SI QUIS OMISSA [1] CAUSA TESTAMENTI, AB INTESTATO, VEL ALIO [2] MODO POSSIDET HEREDITATEM.

I VI C. XXXIX.

Summa Edicti. 1. De eo, qui per se vel alium potest acquirere. 2. De eo, qui in potestate habet heredem institutum. 3. Si idem sit institutus & substitutus. 6. De repudiatione. 7. De suis heredibus. 8. De conditione potestativa. 9. De causa ex qua hereditas possidetur. 10. De eo, qus dolo desiit, 11. Aut non cœpit possidere. 13. De fraude omittentis ut ad legitimum perveniat.

1. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

PRætor [3] *Voluntates defunctorum tuetur &* [4] *eorum calliditati occurrit, qui omissa causa testamenti ab intestato hereditatem partemve ejus possident, ad hoc, ut eos circumveniant, quibus quid ex judicio defuncti debere potuit, si non ab intestato possideretur hereditas: & in eos actio-*

1 VI C. XXXIX. Prætermissa, *l.* 1. §. 2. §. 6. *J. eod.* Relicta testamento, regulariter ab intestato non debentur: debentur tamen jure Prætorio, propter fraudem omittentium ex testamento, & derinentium ab intestato, *l.* 1. §. 9. *in fin. J. eod.* Goth. vid. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 27. & *præsumpt.* 86. *num.* 7. Graff. *recept. sent. verb. bonor. possess. & successio ab intestato.* Ans. 2 Velut bonorum possessor, vel prædo. *l.* 1. §. 9. *in fin. J. eod.* 3 *l. ult. C. eod.* 4 *V. l.* 5. *ff. tit. prox.*

De voluntate testatoris, & alia justa causa omittendi. 4. Si bona ad alium pertineant. De collusione. 5. De possessione, 7. Bonorum vacantium. 8. De patrono. 9. De bonorum possessione contra tabulas. 10. De libertate relicta sub conditione.

VI. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

QUia autem is, qui ab intestato possidet hereditatem, conveniri [37] potest, si omittit causam testamenti: quæritur, si quasi ex voluntate testatoris videatur omisisse, an cogatur præstare? Utputa, fratrem suum scripsit heredem, & codicillos fecit ab intestato: petitque a fratre, ut *si legitima hereditas ad eum pertinuerit, fideicommissa præstaret quibusdam*: si igitur, omissa causa testamenti, ab intestato possideat hereditatem, videndum est, an legatariis cogatur respondere? Et Julianus libro trigesimo primo Digestorum scribit, cogendum primum legata præstare: mox dimissis legatis, si quid superfuerit ex dodrante, tunc fideicommissa cogi præstare: cæterum, si legata adsumant [38] dodrantem, tunc nihil fideicommissariis præstandum: habere enim integrum [39] quadrantem [40] legitimum heredem oportet [41]. Ordo igitur à Juliano adhibetur, ut prius legata [42] præstentur: deinde ex superfluo [43] fideicommissa [44]: dummodo quadrans non tangatur. Ego puto Juliani sententiam ita accipiendam, ut, si omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem, cogatur omnimodo legata præstare: nec [45] enim utique omittere ei hereditatem permisit, qui fideicommissa ab eo relinquit [ab] intestato.

§. 1. Plane si nominatim id [46] ei permisit [47], dicemus, non eum incidere in Edictum: quia usus est facultate ea, quam ei testator concessit: quod si non ei concessit specialiter testator omittere, is ordo erit sequendus, quem Julianus ostendit.

§. 2. Quid deinde dicemus, si iisdem, & ex testamento legata & fideicommissa ab intestato fuerint relicta, & præterea aliis fideicommissa? an ordinem illum debeamus facere, quem Julianus monstrat: an vero contribuemus omnes fideicommissarios, quasi æquales? Et magis est, ut ita distinguamus: multum interesse, utrum incidit in Edictum heres, an non. Nam si incidit, præferendi [48] erunt hi, quibus testamento relicta fuerunt quædam: sin vero non incidit, quia hæc fuit testatoris voluntas, ut [49] daret ei facultatem, & ab intestato succedendi, vel quia alia causa interfuit, quæ secundum ea quæ supra scripta sunt, non offendit Edictum: dicendum est, contribui fideicommissa debere quasi exæquata.

§. 3. Non simpliciter autem Prætor pollicitus est, se daturum actionem [50], sed *causa cognita* [51]: nam sive invenerit testatorem hujus rei [52] auctorem [53] esse, ipsumque permisisse ab intestato succedere, aut si qua alia [54] justa causa omittendi intervenerit, utique non dabit actionem in eum [55] legatorum.

§. 4. Item si invenerit bona ad alium pertinere, non dabit actionem: si vero nulla suspicio [56] collusionis religionem Prætoris instruxerit.

§. 5. Si autem is, cui auferri hereditas potest, aliquid possidet de hereditate, & possidere desierit sine dolo malo, magis est ut desinat conveniri.

§. 6. Quod ergo tempus spectabimus, posse [57] licet, necne? Litis contestatæ tempus spectari debet.

§. 7. Certe si vacantia bona quis possederit, & quadriennium [57] præterierit, indubitate conveniri poterit ex hac parte Edicti: quia & omisit causam testamenti, & quia ab intestato possedit: & quidem sic, ut præscriptione quadriennii tutus sit.

§. 8. Si patronus ex debita sibi portione heres scriptus, dato sibi coherede, ex alia parte omiserit institutionem, quia debita pars ejus erat exhausta; omiserit & coheres; deinde possideat patronus ab intestato legitimam hereditatem totam: dandam in eum legatorum actionem Celsus libro sexto decimo Digestorum ait, quæ in Titium competeret: sufficeretque patrono [58], quod integram debitam sibi portionem habeat: Hæc autem ita sunt, si coheres collusit cum patrono: aliter enim non esse patronum cogendum legata præstare: neque [59] enim interdictum est, ut quis omittat hereditatem, si sine [60] fraude id fiat. §. 9. Hoc [61] Edictum etiam ad contra tabulas [62] bonorum possessionem pertinere, magis dicendum est: scilicet ut qui accipiendo contra tabulas bonorum possessionem, liberis parentibusque [63] legata præstaret, si omiserit eam bonorum possessionem, & ab intestato possideat hereditatem, cogatur ea præstare, quæ præstaret, si contra tabulas * bonorum * possessionem accepit. §. 10. Si libertas sub conditione fuerit data, *si decem dederit*, & omissa causa testamenti fuerit: non aliter libertas competet, quam si conditioni paritum sit [64].

De legato præceptionis.

VII. MARCELLUS [lib. XII Digestorum].

QUidam Titium & Mævium instituit heredes, & centum Titio legavit: uterque omisso [65] testamento legitimam adiit hereditatem: Non probe legatorum actionem Titius postulabit. † Idem, si utrique legasset [66].

De conditione.

VIII. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

SI quis sub [67] conditione dandorum decem, vel qua alia, quæ in dando vel in faciendo fuit, heres institutus, omissa causa testamenti, ab intestato possideat hereditatem: videndum est, an huic, in cujus persona conditio collata est, subveniri debeat? Et magis est, ne subveniatur [68]: neque enim legatarius est.

IX. PAULUS [lib. XLV ad Edictum].

SEd & si adhuc parendi conditioni tempus habeat, hac parte Edicti non tenetur.

Si is, qui omisit, cum alio possideat. De substituto cui legatum est. 2. Si institutus vel substitutus omiserint.

X. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

SI non solus, sed cum [69] alio possidet hereditatem is qui omisit causam testamenti, rectissime Julianus ait, quod & Marcellus probat, dandam in ipsum quoque legatorum actionem utilem [70]: nec [71] enim aspernari debet, obesse sibi factum heredis scripti, cui etiam profuerit: Hoc [72] autem ita est, nisi si pecuniam accepit is, qui omisit causam testamenti: tunc enim in solidum tenebitur. §. 1. Cum substitutis * ab institutis * legata fuissent

4 Convenirí possunt. *l.* 6. *ff. eod.*

5 *Iussisse* intelligitur, qui jubere potuit, nec jussit.

6 Dominus non potest obtendere inobedientiam servi, cum habeat jus cogendi. *Bald.* Hæc compulsio velut probabilis & necessaria, adtionem non vitiat. *l.* 3. *C. de hered. instit.*

7 Ficta simulataque ignorantia non excusat. Scire quis ubi tenetur, simulata præsumuntur ignorantia. *l.* 5. *ff. si certum.*

8 Institutus coheredi substitutus, potest si velit, institutionem omittere. adde *l.* 8. §. 9. *ff. de inoff.* *l.* 16. *ff. de liberis & posthum.* *l.* 10. *in fin. ff. de vulgari.*

9 Testamenti causam præterimittit, qui hereditatem repudiat.

10 *V. l.* 11. *ff. de liberis.* Filius est heres ipso jure, eamque ob causam creditoribus tenetur. *Bald.* Omittens tamen, Prætorio jure ex testamento non tenetur, sed ex hoc Edicto. vide *l.* 57. *ff. de adq. hered.*

11 Miscent se fuli, adeunt extranei. *Goth.* v. Gomes. *var. tom.* 2. *c.* 19. *num.* 25. Ans.

12 Conditio potestativa non censetur conditio. *Bald.* *l.* 174. *ff. de regul. juris.* Goth. vid. Eman. Cost. *lib. select.* 2. *cap.* 2. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 183. *num.* 2. conditio potestativa quid operetur, & de ejus implemento, vide Graff. *recept. sent.* §. *legatum. q.* 57. *num.* 2. & *in* §. *institutio. quæst.* 36. *num.* 3. Ans.

13 Vid. *l. ult. ff. eod.*

14 *l.* 13. *ff. eod.*

15 Primum heredem adire sufficit, ut legata debeantur, licet secundus non adeat.

16 Dixi ad *l.* 2. *C. qui potiores.*

17 Colorata vel improba possessio, non est melioris conditionis, quam ea, quæ justum titulum habet. *Bald.* In fraudem possidet, qui justam possidendi causam non habet. Habens titulum probabilem, à fraude excusatur. Ubi non est fraus, cessat hoc Edictum.

18 *l. ult. C. de pet. hered.*

19 V. *l.* 131. *ff. de reg. jur.*

20 Gratuita possessio juris vel facti possessorem ex hoc Edicto adstringit.

21 V. *l.* 131. *ff. de reg. jur.*

22 Imo minus tenetur hic, quam ille. *l.* 68. §. 1. *ff. pro socio.* *l.* 1. §. 6. *ff. si quid in fraud. pat.* *l.* 6. *ff. quæ in fraud. cred.*

23 Accepta pecunia. vid. *l.* 4. *ff. eod.* *l.* 1. *C. eod.*

24 Imo is non tenebitur, sed possessor, *l.* 4. §. 1. *in fin. ff. eod.* sed discutiendus primum erit legitimus, qui possidet.

25 Pro herede non gerit, qui pretium accipit, ne sit heres: sed ut hereditas ad substitutum deferatur: in Edictum tamen incidit, *l.* 3. *l.* 10. *in fin. ff. eod. l.* 24. *ff. de adq. hered.* Quo modo? legatarii tenetur, & fideicommissarius, *ut hic.* discusso prius subtituto, §. 1 *ff. eod.* Unde notant, vafro etiam homini & cauto ordinis & discussionis beneficium dari.

26 *d. l.* 24.

27 Imo, qui pro donato habet, à legatariis non convenitur. *l. ult. ff. eod.*

28 V. *l.* 2. *ff. eod.*

29 Dum vult gratificari substituto vel legitimo heredi. *l.* 1. *C. eod.*

30 Indignantur leges, testatorum voluntates circumveniri.

31 Nimia gratia qui facit, æque punitur atque is, qui pecunia accepta quid facit.

32 Imo possessor non conveniendus est, sed is, qui omisit. *l.* 1. *in fin. ff. eod.*

33 Legatarius (qui ab intestato succedere potuit. *Bald.*), cujus dolo malo repudiata hereditas est, fideicommissariis relicta à se præstare cogitur.

34 *l.* 28. *ff. eod.*

35 Vendens hereditatem, non tenetur tanquam fraudulentus, sed tanquam verus heres. *Bald.*

36 Fraudem non fecit, qui fraudem excluit. adde *l.* 6. §. 8. *ff. eod.*

37 Puta fugam, *l. quod sæpe.* 35. §. *si quis amico.* 3. *ff. de contr. emp.* Fraudem non commisit, qui fecit quod potuit. *l.* 1. §. 35. *ff. stit. prætor.*

37 *l.* 1. *ff. eod.*

38 Absumant. *Hal.*

39 Hic locus ostendit legitimam onerari legatis non posse, & Falcidiam deduci.

40 Legis Falcidiæ *sc. l.* 18. *in fin. ff. eod. l ult. C. eod. l.* 1. §. 2. *l.* 22. *ff. ad l. Falcid.*

41 Imo non oportet. *l.* 1. §. 2. *ff. ad l. Falcid.*

42 Tanquam relicta ex testamento.

43 *Subaudi* dodrante.

44 *Subaudi* tanquam relicta ab intestato.

45 Ab intestato relinquens jus abstinendi ex testamento non confert. Intestati clausula existentiam sui heredis ab intestato non excludit.

46 *Sub.* omittere ex testamento hereditatem.

47 Repetitis legatis ab intestato non præsumitur jus abstinendi concessum, nisi nominatim sit promissum §. 3. *ff. eod. l.* 1. §. 5. *in fin. ff. eod.* Gothofr. vid. Mantic. *de conjectur. ultimar. voluntat. lib.* 12. *tit* 4. Ans.

48 Legata quæ debentur tanquam ex testamento, prius sunt solvenda, quam ea quæ debentur tanquam ab intestato. *Bald.*

49 Ordo Juliani locum habet, ubi in agendo causa testati & intestati concurrit: ubi vero sola testati causa est, omnes legatarii & fideicommissarii pares sunt. §. 1. *ff. eod.*

50 *Sub.* in eum, qui ex testamento repudiat hereditatem: ut eam ab intestato adeat.

51 De causa in institutione attendenda vel non, videnda vel non, vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 24. *num.* 17. Ans.

52 Id est, omissionis ex testamento.

53 §. 1. *ff. eod.*

54 De hac clausula vide *l.* 12. *in fin. ff. qui satisdare.*

55 Omittentem ex testamento, & ab intestato adeuntem.

56 *l. ab hered.* 2. *ff. de sep. strat.* Probatur *collusio* per suspicionem & indicia.

57 A tempore denunciationis: vicennium vero, à tempore dilationis. *l.* 1. §. 2. 3. *ff. de jure fisci.*

58 *l.* 19 *ff. eod.*

59 Invitus nemo cogitur hereditatem retinere, seu non omittere: modo id fiat sine fraude.

60 *l.* 77. §. 31. *ff. de leg.* 2.

61 Vid. *l.* 2. *C. contra tabulas.*

62 Vide Cujac.

63 *l. ult. vers. sanctimus. C. de lib. præter.*

64 Statim. adde *l.* 12. *in fin. ff. de manumiss. test.*

65 Adire hereditatem qui potest, eam si omittit, beneficio hujus edicti non utitur. *Bald.*

66 Prælegata per hoc Edictum non confirmantur. *Bald.*

67 Hoc Edictum locum non habet ejus causa, quod conditionis implendæ causa dandum est. *Goth.* Quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione, vide *Gensur. forens. nostram. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 18. & quæ notat Groeneweg. ad *l.* 85. *ff. de heredib. instituend.* S. L.

68 Imo subveniri debet in eum, qui conditionem non implet. *l.* 1. §. 8. *ff. eod.*

69 Possidens cum doloso in fraudem creditorum, convenitur simul cum eo. *Bald.*

70 Ex sententia Edicti. *l.* 2. *l.* 4. *ff. eod. l.* 19. *l.* 27. *in fin. ff. eod. l.* 1. *C. eod.*

71 Damnum sentire debet, qui & lucrum consequitur. *l.* 149. *ff. de reg. jur.*

72 *Sub.* ut uterque teneatur pro parte.

fuissent relicta [72], & tam instituti [73] quam substituti, omissa causa testamenti, possideant ab intestato hereditatem: Divus Pius rescripsit, neque improbe, neque imprudenter [74] substitutos legata recusare substitutis data: recte enim recusant in se dari legatorum fideive commissorum petitionem substituto, cui liberum fuit adeunti hereditatem, non fideicommissum petere, sed universa bona obtinere. §. 2. Si duo sint heredes, institutus & substitutus, & ambo, omissa causa testamenti, ab intestato possideant hereditatem: quæritur, an ambo cogantur legata præstare, & utrum uniquisque ea legata, quæ à se relicta sunt, an vero ambo utraque legata cogantur præstare? Ego puto, in solidum [75] adversus singulos legatorum petitionem dandam. † Sed utrum eorum, quæ à se legata sunt: an vero etiam eorum, quæ ab altero herede, videamus: Et alias proponamus, institutum solum possidere hereditatem, eorum legatorum, quæ sunt à se relicta, an etiam eorum, quæ sunt à substituto relicta, actionem patietur? dicendum est, ita demum etiam eorum, si dolo substituti perveniat ad institutos hereditas sine pecunia: nam si pecuniam accepit substitutus, ipse erit conveniendus. † Item si solus substitutus possideret, si quidem, pecunia [76] accepta, institutus omisisset, dicemus institutum suis legatariis respondere debere, substitutum suis: si autem sine pecunia, adversus substitutum dabimus actionem. † Nunc cum ambo possideant, melius dicetur, singulos suis legatariis respondere debere.

[72] Forte sub conditione, si substituti non fiert, ut *l. cum testamento. 22. in fin. ff. eod.*

[73] Si institutus & substitutus repudiant in fraudem legatariorum, non potest substitutus petere legata relicta sibi ab instituto. *Bald.*

[74] *Al.* imprudenter.

[75] Si institutus & substitutus repudiarit in fraudem legatariorum, unusquisque tenetur suis legatariis in solidum. *Bald.* adde *l. 11. ff. eod.*

[76] Si institutus & substitutus repudiarit in fraudem legatariorum, & utrumque potuerit, legatario utriusque utrumque tenetur in solidum: aliter tamen est eligendus.

XI. JAVOLENUS [lib. VII Epistolarum].

SI [78] ab instituto & substituto eadem res mihi legata sit, & omissa causa testamenti, hereditatem possideant lege: etiam si ab utroque [77] herede [*] solidum [79] mihi debetur, tamen ab uno legatum consecutus, ab altero petere non potero: eligere itaque reum potero.

[77] Add *l. 11. §. ult. in pr. ff. eod.*

[78] Add *l. 2. §. 1. ff. eod.*

[79] Add *l. 2. §. 1. ff. eod.*

De libertatibus. 1. De herede ejus, qui meruit in hoc edictum.

XII. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

DE libertatibus [80] quoque in hoc casu quæritum est, an competant tam hæ, quæ ab instituto, quam hæ, quæ à substituto datæ sunt? Et magis est, ut competant tam directæ, quam fideicommissariæ [81]. §. 1. Heredem ejus [82], qui omissa causa testamenti, ab intestato possidet hereditatem, in solidum legatorum actione teneri constat: magis est enim, rei persecutionem, quam pœnam continere: & ideo [&] perpetuam esse: hoc autem ita est, nisi propter dolum defuncti [83] conveniatur heres: tunc enim in id [84], quod ad eum pervenit, conveniretur.

[80] Pure relictis. *l. 22. vers. cum enim ff. eod.*

[81] Per heredes institutos & substitutos præstandæ.

[82] Scripti heredis.

[83] Qui omisit aliquid quod adipisci potuit: vel qui rem hereditariam ad alium pramio accepto transtulit.

[84] Ex dolo defuncti descendit obligatio in heredem, si ad eum pervenit res aliqua. *Bald.*

De eo, qui partem sive rem possidet.

XIII. GAIUS [lib. XVII ad Edictum provinciale].

ET si non totam aliquis [85] hereditatem, partemve [86] ejus ex qua heres institutus est, ab intestato possideat [87], sed [vel] minimam [88] portiunculam, vel etiam unam aliquam rem, tenetur hoc Edicto.

[85] Major annis, 25. *l. 24 ff. eod.*

[86] *l. 1. §. 9. ff. eod.*

[87] Solus (alias pro parte tantum teneretur. *l. 10. ff. eod.*), & quidem pro herede vel possessore. *l. 1. §. 9. ff. eod. l. ult. ff. eod.*

[88] Minima etiam possessio idem præstat, quod major, *ut hic.* & sic in possessione bonorum esse dicendus erit, qui res ejus aliquas possidebit. *Bald.* Minimum in unitis facit partem. *l. 23. ff. de usurpat.* in separatis vel separabilibus, non item.

XIV. IDEM [lib. II de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani].

QUamvis non proprie pars hereditatis in una [89] re intellegatur.

[89] §. 9. *ff. eod.*

XV. IDEM [lib. XVII ad Edictum provinciale].

NEC id iniquum est, cum ex suo [90] quisque vitio, hoc incommodo afficiatur.

[90] Solus (alias pro parte tantum teneretur. *l. 10. ff. eod.*), & quidem pro herede vel possessore. *l. 1. §. 9. ff. eod. l. ult. ff. eod.*

XVI. IDEM [lib. II de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani].

CUm enim hereditas ab eo [91] quoque peti possit, qui unam aliquam rem hereditario nomine possideat, dubitari non oportet, quin verum sit quod diximus.

Si omittens non possideat.

XVII. IDEM [lib. XVII ad Edictum provinciale].

SI quis omissa causa testamenti, omnino eam hereditatem non possideat, excluduntur legatarii [92]: nam [93] liberum cuique esse debet, etiam lucrosam hereditatem omittere, licet eo modo legata [94] libertatesque intercidunt: Sed in fideicommissariis [95] hereditatibus id provisum est, ut si scriptus heres nollet adire hereditatem, jussu Prætoris adeat [95], & restituat: quod beneficium [97] his quibus singulæ res per fideicommissum relictæ sunt, *non* magis tributum est, quam legatariis.

[91] *l. 4. ff. de hered. pet.*

[92] *l. 2. in fin. C. eod.*

[93] Invitus nemo cogitur hereditatem etiam lucrosam adire, excepto fideicommissario universali. *Goth.* Quando heres ob fideicommissarium cogatur adire, vel non, vide Turret. *de effect. clauf. co dicill. qu. 40. n. 6.* Ans.

[94] *d. l. 2. in fin.*

[95] In universali fideicommisso.

[96] *l. 43. ff. ad Trebell. §. 5. vers. sed quæria. Inst. de fidei. libert.*

[97] *Subaudi*, cogendi heredem adire.

De duobus heredibus omittentibus. 1. De lege Falcidia.

XVIII. IDEM lib. II de testamentis ad Edictum Prætoris Urbani.

[SI] duo heredes instituti, ambo, omissa causa testamenti, ab intestato possideant hereditatem: tunc, quia uterque Prætorio jure perinde habetur, atque si ex testamento hereditatem adiisset, pro partibus [98] in singulos competit actio. §. 1. Admonendi sumus, huic, in quem ex hac parte Edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidiæ [99] concedendum.

[98] Si duo heredes instituti, ambo, omissa causa testamenti, ab intestato possideant hereditatem: tunc, quia uterque Prætorio jure perinde habetur, atque si ex testamento hereditatem adiisset, pro partibus in singulos competit actio. §. 1. Admonendi sumus, huic, in quem ex hac parte Edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidiæ concedendum.

[99] Id est, quartæ. *l. 6. in princ. vers. ego. ff. eod.*

De parte debita patrono.

XIX. IDEM lib. XVII ad Edictum provinciale.

PRæterea patrono [100] quoque, qui ex asse heres institutus est, si ab intestato possederit hereditatem, commodum partis debitæ, quod habiturus foret, si ex testamento adiisset hereditatem, salvum [ei] debet esse.

[100] *l. 6. §. 8. ff. eod.*

De legato relicto ab instituto & à substituto.

XX. ULPIANUS [lib. IV Disputationum].

SI eadem res diversis personis ab instituto & substituto fuerit relicta: non uterque, sed qui ab instituto [1] accepit, solus vindicabit [2].

[1] Vide *l. 12. C. de fideicommiss.*

[2] Dominium legatorum ex hoc Edicto servatorum transit recta via in legatarios, sine ulla traditione.

De patre heredis omittente.

XXI. JULIANUS [lib. XXVII Digestorum].

SI filius meus à matre sua heres scriptus fuerit, & ego, testamenti causa omissa, bonorum possessionem [3] ejusdem filii nomine petiero: actio legatorum in me dari debebit, non secus ac si ipse heres scriptus, omissa causa testamenti, bonorum possessionem ab intestato accepissem.

[3] Unde legitimi. *l. 2. in fin. ff. unde legitimi.*

De legato, libertate & hereditate. 2. Si legetur substituto sub conditione, si heres non erit.

XXII. IDEM lib. XXXI Digestorum.

SI in testamento ita scriptum fuerit, *Titius heres esto: si Titius heres erit, Mævius heres esto:* & Titius omissa causa testamenti hereditatem legitimam [4] possederit: Mævio [5] adversus eum petitio hereditatis dari non debet pro parte, quam habiturus esset, si testamenti causa omissa non fuisset. Cum enim omisso testamento hereditas possidetur, legatorum quidem & libertatium [6] ratio habenda est: quia aliter [7], quam ab herede dari non potuerunt: hereditatis vero, quæ ita data est, rationem habere Prætor non debet: sua enim culpa testator sub hac conditione hereditatis partem dedit, quam potuit pure [8] dare. §. 1. Quare & si ita scriptum fuisset, *Titius heres esto, quisquis mihi ex suprascripto heres erit, Stichus liber hæresque esto*, & Titius omisso testamento hereditatem possideat, libertatem Prætor Stichi tueri non debet: nec hereditatis petitionem ei dare. §. 2. Si quis hoc modo testamentum scripserit, *Titius heres esto: si Titius heres non erit, Mævius heres esto: quisquis mihi ex suprascripto heres erit, Mævio, si mihi heres non erit, centum dato*: deinde Titius [9], omisso testamento, legitimam hereditatem possideat: An Mævio, cujus in potestate fuit, ut ex substitutione adeundo totam [10] hereditatem haberet, legatorum actio dari debeat, quæritur? & placet dari: quia nihil prohibet, Mævium justam causam habuisse, propter quam nollet negotiis hereditariis implicari [11].

[4] Legitima hereditas, quæ ab intestato defertur, cui opponitur testamenti causa.

[5] Institutio directa hoc edicto non servatur. Sed & id quoque colligunt. Nullam obligationem naturalem esse inter coheredes; rejecta Glossa. *l. si post divisionem. 4. C. de juris & facti ignor.*

[6] *l. 12. ff. eod. l. 28. in fin. l. 29. ff. eod. l. 2. C. eod.*

[7] Legata & fideicommissa aliter quam ab herede dari non possunt.

[8] Adde *l. servum alienum. 21. cum l. seq. ff. de cond. inst.*

[9] Substitutus omittens justa ratione non in fraudem petit legata sibi data ab instituto, qui in fraudem repudiavit.

[10] Universum qui repudiavit, potest alio jure venire ad partem universi. *Bald.*

[11] Facit *l. 41. §. 11. ff. de doli mali.*

De pupillo. 1. De adulto.

XXIV. PAULUS [lib. LX ad Edictum].

SI dolo tutoris [16] omiserit pupillus causam testamenti, & legitimam hereditatem possideat: danda est legatorum actio in pupillum: sed eatenus [17], quatenus hereditas ei adquisita est: Quid enim, si cum alio possideat hereditatem? §. 1. Sed hoc & in eo, qui pubes est, plerique putant observandum, ut pro qua parte possideat, teneatur: quamvis Prætor perinde [18] in eum det actionem, atque si adisset hereditatem.

[12] Vide Curic. 3 *obs.* 20.

[13] Soror quæ convenitur ad legata hoc Edicto, quia creditur heres testamentaria, non confert dotem. Baldus hinc colligit, Fictionem & veritatem eodem jure privilegio; Fictum heredem consequi privilegia veri heredis fiscum civem, veri civis.

[14] Introductum contra me, in favorem meum inducere me posse ut jus retinendi habeam, hinc Bald. colligit, *arg. l. si filium. 12. in fin. ff. de interrogat.*

[15] *l. 3. ff. de dotis collatione.*

[16] Omittens ex testamento, ut ab intestato adeat, minimam rem possidendo, tenetur in solidum id præstare quod ab eo relictum est. Hoc tamen fallit *in* minore, qui si dolo tutoris omiserit, non tenetur, nisi quatenus possidet. adde quæ scripsi ad *l. 12. in fin. ff. eod.*

[17] *l. 18. in pr. ff. eod.*

[18] *Perinde* dixit: temperamentum tamen quoddam adhibendum est. *Bald.*

De eo, qui omisit, & jussit servum substitutum, vel filiam substitutam adire, 1. Aut filiæ substitutus adit.

XXV. CELSUS lib. XVI Digestorum.

CUi servus ipsius substitutus est, servum suum adire [19] jussit [20]: si idcirco fecit [21], ne legata præstaret, utraque [22] præstabit, & qua heres est, & qua, omissa causa testamenti, possidet ex substitutione hereditatem; salva Falcidia [23] ei servata.

[19] Vide *l. 18. in pr. ff. eod.*

[20] Quasi dicat, ex institutione repudiavit.

[21] Vide *l. 36. ff. de adq. hered.*

[22] Vide Anton. August. *emendat. lib. 2. cap 2.* Ans.

[23] Relicta à se & à servo.

XXVI. PAPINIANUS [lib. XVI Quæstionum].

IUlianus scribit, patrem, qui filiam sibi substitutam jussit adire hereditatem, legata quæ ab ipso data sunt ex sententia Edicti præstaturum: quoniam filia patri substituitur in casu [24]; non ut arbitrium eligendi relinquatur. Sed si varia legata supra dodrantem data sint, eorum prius rationem habendam, quæ à filia relicta sunt: non [25] enim caret dolo pater, qui, honore [26] proprio omisso, propter [27] compendium alienam [28] institutionem maluit.

[24] Vide *l. 23. ff. de usurpat.* in separatis vel separabilibus, non item.

[25] §. 9. *Inst. de fideicommiss. hered.*

[26] *l. 203. ff. de reg. jur.*

[27] *l. 4. ff. de hered. pet.*

[28] *l. 2. in fin. C. eod.*

§. 1. Denique si filiæ pater substitutus adiit hereditatem, nihil eum dolo facere Julianus existimat [29]: quia nemo filiæ patrem contra votum [30] parentium substituere videtur, sed ut arbitrium eligendi relinquat.

[29] Invitus nemo cogitur hereditatem etiam lucrosam adire, excepto fideicommissario universali. *Goth.* Quando heres ob fideicommissarium cogatur adire, vel non, vide Turret. *de effect. clauf. co dicill. qu. 40. n. 6.* Ans.

[30] *Al.* imprudenter.

De institutione & pupillari substitutione. 1. De eo qui non emancipavit filium suum substitutum. 2. De non fide scripto herede.

XXVII. IDEM [lib. VI Responsorum].

MAter secundis tabulis impuberi filio substituta, locum [31] Edicto facit, si, omisso testamento [32], legitimam hereditatem filii possideat. Idem juris erit, & si filio heres data sit, & substituta.

§. 1. In sententiam Edicti propter legatorum causam frater incidisse non [33] videbatur [34], qui filium [35] suum substitutum impuberi testamento fratris non emancipavit: sed ab intestato per eum *bona* possidere cœpit. §. 2. In eum, qui testamento scriptus heres non fuit, si fraudis [36] consilio cum heredibus scriptis participato [37], legitimam hereditatem solus possideat, actio legatorum ex sententia Prætoris dabitur.

[31] Institutionis titulus est honorabilis: exheredatio notæ & injuriæ species est *l. filium. 5. §. 5. 6. ff. de legat. præst.* 27 Vide *l. 5. C. de inst.* 28 Etiam filii sui. 29 Vota parentum hæc sunt, sibi adquirere, tum filiis: at non filiis, deinde sibi: aut simul sibi & filiis. Ita qui redimit *sibi liberisque emit*, sibi eos comparat primo, & quidem superstiti: deinde post mortem liberis. 30 Vide *l. 7. in fin. ff. unde liberi.* 31 Præsumitur in dolo esse mater quæ propriam institutionem omisit, ut adeat ex substitutione filiæ. 32 Id est, substitutione pupillari quæ ex testamento defertur. 33 Dolum non admittit pater, qui filium emancipare non vult, sed potius ab intestato possidere. 34 Non videbitur. *Haloand.* Imo, videbitur: is enim, qui potuit parere, & non paruit, tenetur. *l. 1. §. 8. ff. eod.* 35 *Subaudi*, institutum sub conditione emancipationis. 36 *l. 10. in pr. ff. eod.* 37 Dolo cessante hoc Edictum cessat. 38 *V. l. 4. in fin. ff. eod.* 39 *l. 12. ff. eod.* 40 Patronatus jus ad eum pertinet, qui omissa causa testamenti, hereditatem adiit, *ut hic.* ad eum quoque Falcidia pertinet. *l. 6. l. 18. ff. eod. l. 1. § 2. ff. ad l. Falc.* Goth. ad hanc l. v. Bart. *Ans.* 41 Hoc Edicto non convenitur qui possidet titulo inter vivos. 42 Imo is convenitur. *l. 91. ff. de adq. hered.* 43 Imo convenitur. *l. 2. in fin. ff. eod.* 44 *l. 1. §. 9. ff. eod.*

pro herede, & pro possessore, possideat hereditatem: à legatariis & fideicommissariis non convenitur.

Tit. V.

DE [1] SENATUSCONSULTO SILANIANO [2] ET CLAUDIANO [3], QUORUM TESTAMENTA NE APERIANTUR [4].

Senatusconsulta, ut occiso domino quæstio habeatur, & supplicium sumatur de servis, nisi opem tulerint. Ratio Senatusconsulti. 1. De nuda proprietate. 2. De bonæ fidei possessore. De fructuario. 3. De servo pignerato. 4. Vel sub conditione legato. De statulibero. 5. De libertate debita ex fideicommisso. 6. De parte dominii. 7. De servis patru. 10. De alumno. 11. De servis matru. 12. De filio captivi occisi. 13. De servis patris pure legatis vel manumissis. 14. De servis peculii castrensis. 15. De viro & uxore. 16. De occiso vi aut clam. 22. De eo, qui sibi manus intulit. 24. Si non constet occisum esse. 25. Quæstio quid. 26. De his, qui sunt in eodem tecto, vel in eadem regione. 30. De occiso in villa, 31. Vel in itinere. 32. De servis impuberibus. 34. De auxilio lato. 36. De clamore. 37. De servo vulnerato. 38. Si dominus de servis conquestus non sit.

1. Ulpianus lib. L ad Edictum.

Cum aliter [5] nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui custodiam [6] dominis, tam ab domesticis, quam ab extraneis, præstare servi cogantur, ideo SC. introducta sunt *de publica quæstione* [7] *à familia occidorum habenda*. §. 1. *Domini* appellatione continentur, qui [8] habet proprietatem, etsi ususfructus alienus sit.

§. 2. Qui servum bona fide possedit, domini appellatione non [9] continebitur: nec [10] qui usumfructum [11] solum habuit.

§. 3. Servus pignori [12] datus, quod attinet ad debitoris necem, per omnia [perinde] habetur, atque si pignori datus non esset.

§. 4. *Servi* appellatione etiam hi continentur, qui sub conditione legati sunt: nam [13] medio tempore [14] heredis sunt: nec [15], quod conditio existens efficit, ut desinant esse heredis, facit, ne videantur interim ejus *esse*. † Idemque erit dicendum in statulibero. §. 5. Sed in eo, cui fideicommissa libertas [16] pure debetur, exstat rescriptum Divi Pii ad Jubentium Sabinum: quo ostenditur, non [17] esse festinandum ad tormenta ejus, cui fideicommissa libertas debetur: & magis est, ne puniatur ob hoc, quod sub [18] eodem tecto fuit, nisi particeps [19] sceleris fuerit.

§. 6. *Domini* appellatione etiam pro parte [20] dominum contineri, dicendum est. §. 7. Domini appellatione & filiusfamilias [21] cæterique liberi, qui in potestate sunt, continentur. Senatusconsultum enim Silanianum non solum ad patresfamilias, verum ad liberos quoque pertinet. §. 8. Quid deinde dicemus, si liberi non sint in potestate? Marcellus lib. XII Digestorum dubitat: ego puto plenius accipiendum, ut etiam ad eos liberos pertineat, qui in potestate non sunt. §. 9. In eo, qui est in adoptionem datus, non [22] putamus locum habere Senatusconsultum, quamvis in adoptato locum habet. §. 10. Sed nec in *alumno* [23] occiso locus est Senatusconsulto. §. 11. De matris [24] servis, filio filiave occisis, quæstio non habebitur. §. 12. Si pater ab hostibus captus sit, quæstionem de servis habendam & supplicium, filio occiso, *eleganter* Scævola ait: Quod etiam post mortem patris probat, si, antequam ei suus heres existat, occisus fuerit.

§. 13. Idem Scævola ait, constantius defendendum, herede instituto filio, de his quæstionem habendam & supplicium, qui pure [25] legati vel manumissi sunt, ante aditam hereditatem filio occiso: quamvis enim si viveret, herede eo existente, ipsius [26] non essent futuri, attamen ubi decessit, qua extinctum legatum & libertas est, Senatusconsulto fore locum dicit. §. 14. Si pater necatus sit, an de servis filii quæstio habeatur, si forte in castrensi peculio servos habuit? Et magis est, quæstionem de servis filii [27] habendam [28], suppliciumque sumendum, licet non sit in potestate filius. §. 15. Si vir [29] aut uxor occisi esse proponantur, de servis eorum quæstio habetur [30]: quamquam neque viri servi proprie uxoris dicantur, neque uxoris proprie viri: sed quia [31] *commixta familia [est] & una* [32] *domus est*, ita vindicandum atque in propriis servis, Senatus censuit. §. 16. Sed neque uxore occisa, neque marito, de servis soceri quæstionem habendam, Senatus censuit. Marcellus autem lib. XII Digestorum etiam in soceri servis idem, quod in mariti, recte dixit. §. 17. *Occisorum* [33] appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim [34] aut cædem sunt interfecti: [ut]puta jugulatum, strangulatum, præcipitatum, vel saxo, vel fuste vel lapide percussum, vel quo alio [35] telo [necatum]. §. 18. Quod si quis (puta) veneno [36], vel etiam quo alio quod clam necare soleat, interemptus sit: ad [hoc] Senatusconsultum vindicta mortis ejus non pertinebit: hoc idcirco, quia totiens puniendi sunt servi, quia auxilium domino non tulerunt, quotiens potuerunt ei [37] adversus vim opem ferre, & non tulerunt. Cæterum [38] quid potuerunt facere adversus eos, qui veneno vel quo alio more insidiantur? §. 19. Plane si venenum per vim infusum sit, Senatusconsultum locum habet.

§. 20. Ubicunque igitur vis adhibita est, quæ interemere solet, ibi dicendum est, locum Senatusconsulto fore. §. 21. Quid ergo, si dominus veneno non per vim necatus esse proponatur, impunitum erit factum? nullo modo: licet enim cessat Senatusconsultum Silanianum, nec quæstio suppliciumque de his, qui sub eodem tecto fuerunt, habeatur: tamen si qui conscii vel factores [39] sceleris fuerunt, hi demum supplicio adficiuntur: & adiri hereditas aperirique tabulæ etiam ante quæstionem habitam possunt. §. 22. Si [40] sibi [41] manus quis intulit, Senatusconsulto quidem Silaniano locus non est, sed mors ejus vindicatur: scilicet, ut si in conspectu servorum hoc fecit, potuerintque eum in se sævientem prohibere, pœna adficiantur; si vero non potuerunt, liberentur. §. 23. Si quis non metu criminis imminentis, sed tædio [42] vitæ vel impatientia doloris sibi manus intulit, ejus testamentum aperiri & recitari mortis casus non impedit.

§. 24. Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem: Liquere igitur debet, scelere interemptum, ut Senatusconsulto locus sit. §. 25. Quæstionem autem sic accipimus, non tormenta tantum, sed omnem inquisitionem & defensionem mortis. §. 26. Hoc autem Senatusconsultum eos quidem, *qui sub* [43] *eodem tecto* fuerunt, omnimodo punit: eos vero qui non [44] sub eodem tecto, sed in eadem regione [45], non aliter, nisi conscii fuissent. §. 27. *Eodem* [46] *autem tecto* qualiter accipiatur, videamus: utrum intra eosdem parietes, an & ultra [47], intra eandem diætam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eosdem hortos, vel totam villam? Et ait Sextus [48], sic esse sæpe [49] judicatum, ut quicunque eo loci [50] fuerunt, unde vocem [51] exaudire potuerunt, hi puniantur, quasi sub eodem tecto fuerint, licet alii validioris vocis, alii exiguioris [fuint], nec omnes undique exaudiri possunt. §. 28. Juxta hoc tamen videtur & Divus Hadrianus [52] rescripsisse in hæc verba: *Servi* [53] *quotiens domino suo auxilium ferre possunt, non* [54] *debent salutem eorum suam anteponere: potuisse autem ancillam, quæ in eodem conclavi cum domina sua fuerat, auxilium rei* [55] *ferre, si non corpore suo, at certe voce* [56] *plorantem, ut his, qui in domo fuerant, aut vicini audirent: hoc ipsum manifestum est, quod dixit percussorem sibi mortem minatum si proclamasset: ultimum utique supplicium pati debet vel hoc, ne* [57] *cæteri servi credant, in periculo dominorum sibi quemque consulere debere.* §. 29. *Hoc* rescriptum multa continet: nam ei non parcit, qui in eodem conclavi fuit; & ei, qui timuit [58] mori, non ignoscit; & quod vel voce [59] oporteat servos dominis auxilium ferre, ostendit. §. 30. Si quis in villa agens occisus sit: plus quam iniquum est, etsi forte *diffusa late prædia habeat*, de omnibus, qui in ea regione fuerint, servis, & quæstionem habere, & supplicium sumi: sufficit ergo eos, qui cum ipso, qui occisus dicitur, fuerunt, & qui suspicione cædis, aut conscientia attingi videbuntur, [de his] quæstionem haberi.

§. 31. Cum dominus in itinere [60] esset occisus, de his, qui una cum eo fuerunt, cum occideretur vel cum una fuissent, profugerunt, supplicium sumendum est: Quod si cum domino nemo fuit, cum occideretur, cessant ista Senatusconsulta. §. 32. *Impubes* [61] servus, vel ancilla nondum viripotens, non in eadem causa erunt: ætas enim excusationem meretur. §. 33. Impuberi autem utrum in supplicio tantum parcimus, an vero etiam in quæstione? Et magis est, ut de impubere [62] nec quæstio habeatur: & alias solet hoc in usu observari, ut impuberes non torqueantur: terreri tantum solent, & habena [63] vel ferula [64] cædi.

§. 34. Excusantur autem servi, qui auxilium tulerunt sine dolo malo: nam si finxit [65] se quis auxilium ferre, vel dicis [66] gratia tulit; nihil hoc commentum eis proderit. 35. *Tulisse* [67] autem *auxilium* non tantum is videtur qui servavit dominum (hoc est, qui potuit ita opem ferre, ut salvus esset dominus), verum is quoque, qui quidquid [68] potuit, fecit, tametsi dominus interfectus est: veluti si quis clamavit, ut ad auxilium conveniretur, aut terruit aggressores; atque si quis turbam convocavit, aut si corpus suum objecit, vel alias corpore suo auxilium tulit. §. 36. Non tamen semper, qui clamore usus est, auxilium tulisse videtur: quid enim, si cum posset manu depellere à domino periculum, ille clamorem inanem elegit? plectendus utique erit. §. 37. Quid, si [69] vulnerati sint servi, cum protegerent dominum? Dicendum est, parci eis debere: nisi si aut ipsi [70] vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur; aut talia [71] vulnera isti acceperunt, ut posset nihilominus opem ferre, si voluissent. §. 38. Si dominus mortifere vulneratus supervixerit [72], nec de quoquam servorum suorum conquestus [73] sit: etiam si sub eodem tecto fuerunt, tamen parcendum illis erit.

Si dominus officium servorum purgaverit.

II. Callistratus [lib. V de Cognitionibus].

Divus Marcus Commodus Pisoni rescripsit in hæc verba, *Cum constiterit apud te, Piso carissime, Junium Donatum, posteaquam conterritus adventu latronum profugerat villam suam, vulneratum esse, mox* [74] *testamento facto purgasse* [75] *officium servorum suorum: nec pietas pro servis nec sollicitudo heredis obtinere debet, ut ad pœnam vocentur, quos absolvit dominus ipse.*

De servo ægroto. 1. Si dominus de servis conquestus sit. 2. De viro & uxore. 3. De servo qui unus tantum opem tulit. 6. De servo clauso, 7. Vel ætate defecto, 8. Vel surdo, 9. Vel cæco, 10. Vel muto, 11. Vel furioso. 12. De receptatore servi noxii. 13. De eo qui eadem domini detexit. 16. De manumissis testamento. 18. Edicta Prætoris de tabulis non aperiendis, & summa. 19. De apertura. 21. De eo qui ignorat occisum. 22. De ignorantia juris. 23. De lino inciso. 24. De parte aperta. 25. De codicillis. 26. Si id quod apertum est, jure valeat, vel non. 27. De secundis tabulis. 28. De pluribus testamentibus. 29. De successione ab intestato. 30. De eo qui decessit antequam adiret.

III. Ulpianus [lib. L ad Edictum].

Si quis in [76] gravi valetudine [77] adfectus, opem domino ferre non potuerit, subvenendum est ei. §. 1. Si quis moriens [78] dixisset, *à servo* [79] *vim mortis allatam esse sibi*: dicendum est, non [80] esse credendum domino, si moriens hoc dixit: nisi potuerit & probari. §. 2. Si maritus uxorem noctu intra cubiculum secum cubantem necaverit, vel uxor maritum: servi pœna Senatusconsulti liberabuntur. † Sed si exaudissent [81], & opem non tulissent, plectendi erunt, non tantum si proprii essent mulieris, sed etiam

---

1 *v. l. G.* xxxv. 3 Paul *sentent.* 5. 35 *huius* 16.

2 Hoc Senatusconsultum factum est non sub Divo Marco, Ed Augusti temporibus, Dolabella & Silano Coss. nam Senatusconsultum, de quo agitur in *l.* 13. *j. eod.* posterius fuit Silaniano: Id vero factum sub Augusto. Simile igitur vero est, anno præcedenti Silanianum esse factum. Cujac. 1 *observ.* 19. id notat ex monitione P. Fabri.

3 Quod & Neronianum appellari a Paul. 3 *sentent* 5. & Pisonianum putat *ibid.* Cujac.

4 Nec aperiant. *Hal.* Porro hæc fuit Senatusconsulti sententia, hereditatem ejus, qui a familia occidis esse dicetur, ante habitam quæstionem adiri non posse, neque bonorum possessionem postulari. Paul. 3 *sent.* 5. §. 1. An heres autem adire non possit? vide Cujac. 18 *observ.* 6.

5 In hanc materiam vide Ferdinand. Vasq. *de successionibus creat.* Peregrin. *de jure fisci. lib.* 2. *tit.* 5. Cephal. *consil* 341. *n* 38. *lib.* 3. Jul. Clar. *prax. criminal.* §. *fin. q.* 79. Ans. Adde Cujac. *lib.* 1 *obs. cap.* 18. S. L.

6 De qua *l.* 19. *j. eod.*

7 Vide Tacit. 14 *Annal.* adde Plin. *in epist.* 1. 18 *Ff. famil l.* 27. *ff. comm. divid.*

8 *Domini* appellatione intelligitur etiam nudus proprietarius. facit *l. recte* 25. *ff. de verb sign.* ut ne ea ratione varius videatur, qui se dominum dixerit, aut asseruerit, & proprietarium probaverit.

9 Imo habetur: non enim se potest negare dominum.

10 Imo fructuarius dominium formalis ususfructus habet.

11 *Inst. de hered. inst. in fin. princ.*

12 Pignus est in dominio debitoris. vide *l.* 27. §. 2. *ff. de adult.*

13 Heredis sunt servi, & in ejus dominio pendente conditione & die servi sub conditione legati, ut & statuliberi, *ut hic.*

14 Vide *l.* 4. *ff. si usufruct. petat.* Goth. Adde *l.* 12. §. 2. *ff. famil. erciscund. l.* 66. *ff. de rei vindicat.* S. L.

15 Conditio existens in legatis retro non agitur.

16 *l.* 5. *C. de quæstion.*

17 Cur non est festinandum? quia mox manumittendus habetur pro manumisso. 18 Sub eodem tecto fuisse crimen non est: sed tum demum crimen admisit servus, cum sceleris particeps fuit. 19 Participes scelerum ut rei ipsi tenentur. 20 §. 1. *ff. eod. l.* 15. §. 1. 8. *qui satisd. l.* 13. §. 1. *ff. de fundo dotali. l.* 2. *ff. de cond. instit.* 21 Dominum ejusque filios a vasallis defendi oportere, Baldus hinc colligit. Eadem pœna puniri vasallum offendentem dominum, & ejus liberos: Catastrum patris prodesse filiis ejus & nepotibus, etiam emancipatis: at non aliis, puta familiaribus domesticis & extraneis. 22 Quid ita? *Adoptivus* in altam familiam adscitus est. 23 De *alumno* dixi ad *l.* 1. *C. quæ res pignori.* 24 Filium non esse de domo matris, Baldus hinc colligit: & rursum, matre vivente, rei maternæ dominos filios non haberi. 25 Vel sub conditione. §. 4. *ff. eod.* adde *l.* 64. *j. de furt.* 26 *l.* 64. *j. de furt.* 27 Ut qui serviunt filio, censeantur quoque patri servire. 28 Imo non est habenda. *l.* 10. §. 2. *j. de quæst.* 29 Vide Paul. 3 *sentent.* §. 5.

30 *l.* 1. §. 11. *j. de quæst.* 31 Matrimonii vis unam domum facit viri & uxoris. 32 *V. l.* 1. *ff. rerum amotarum.* 33 *Occisi* dicuntur qui vi aut cæde interfecti: puta jugulati, strangulati, præcipitati, percussi saxo, vel fuste, vel lapide, necati denique alio quo telo. 34 V. Paul. 3 *sent.* 5. §. 2.

35 V. *l.* 233. §. 2. *ff. de verb. sign.* 36 V. *l.* 21. *ff. eod.* Imo si veneno, idem erit: Honestati enim heredis convenit, qualemcunque mortem testatoris inultam non præmittere. Paul. 3 *sent.* 5. §. 2.

37 *l.* 3. §. 4. *j. eod. l. ult. in fin. C. eod. l.* 50. *ff. de reg. jur.* 38 Vis parum nihilve prodest adversus ea, quæ clam geri ac committi solent. 39 *Al.* fautores. 40 Servus dominum impedire cogitur ne seipsum strangulet, aut sibi manus inferat: Id enim injuriam inferre non est, sed opem ferre: vis non omnis, injuria est, sed quæ animo fit nocendi. Ira vim non facit medicus dum secat, aut qui furiosum ligat. Quamquam notum illud experturo & perire volenti animo, *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* 41 Paul. 3 *sent.* 5. §. 4.

42 *l.* 3. § 4. *ff. de bon. tor. qui ante sent.*

43 Qui suffuerunt. *Suffuerat* enim Festus exponit, sub eodem tecto fuerat.

44 *l. ult. C. eod.* Paul. 3 *sent.* 5. §. 6.

45 An verbis? An regio hic idem quod vicus: an idem quod pro incia? Imo pro agri seu fundi parte

46 *Sub eodem tecto fuisse* ita dicuntur, qui eo loco fuerint, unde vocem ejus, cui vis infertur, exaudire potuerunt.

47 Paul. 3 *sentent* 5. §. 3.

48 Σέξτος, sic Græci tute Lemclavio.

49 Judicatis sæpe recte standum est. Optima enim interpretatio est, quæ dicitur ex sententiis judicantium.

50 Puta, cum eodem in itinere, vel de proximo. Paul. 3 *sent.* 5. §. 6. 7. 8.

51 *Vicini* dicuntur, qui vocem alterius conquerentis audire possunt.

52 Vide Spartianum *in Adriano.*

53 Vide 6 Valerii 8.

54 V. quæ scripsi in mea Epitome feudorum, *tit. de his quæ ut indigno.*

55 Ita Flor. al. *ei.*

56 *l. ult. C. eod.* Voce etiam nuda auxilium ferre posse quis rem testificatur. Quin his vocibus & querelis exauditis judicia de vi recte colliguntur.

57 Adde *l.* 1. *C. ad l. Jul. repet.*

58 Mortis metus non excusat servum pro domini vita ac salute servanda mori recusantem. Eadem pene possis dicere de subdito, Principem tuam in vitæ discrimine deserente.

59 Clamore.

60 Paul. 3 *sentent.* 5. §. 8

61 §. 33. *j. eod. l.* 14. *j. eod.* delicti tamen non capax. *l.* 23. *j. de furt.*

62 *l.* 10. *j. de quæstionibus.*

63 *Habena*, hic lorum. Horat. 2 *epist.* 2. *In scalis jacuit, meruens pendentis habenæ.*

64 Adde *l.* 1. *C. de cursu publico.*

65 Fictum auxilium ut & ficta querela non excusat.

66 De hac dictione vide *l.* 4. *ff. commodati.*

67 Probat se opem domino tulisse non is tantum, qui probat se dominum servasse, sed & qui fecit quidquid potuit, qui clamavit ad auxilium, qui terruit aggressores, qui turbam convocavit, qui corpus suum objecit, vel alias auxilium tulit.

68 *Auxilium opemve tulisse dicitur*, qui fecit quod potuit. adde *l* 5. *ff. si quis omissa caus. test.*

69 Probans infirmitatem probat quoque se opem ferre non potuisse. 70 Adfectata vulnera non excusant servum opem domino non ferentem. 71 Vulnus medicum non excusat servum domino opem non ferentem. 72 *Mortiferum* ac mortale seu lethale dicitur, tametsi vulneratus supervivat. 73 *l.* 2. *ff. eod.* 74 Id est, post. *l.* 1. *ff. de reb. cred.* 75 V. *l.* 5. *C. famil. erisc.*

76 Hæc particula videtur superesse: aut solœcismus fuerit. De solœcismo adde *l.* 82. *j. de leg.* 2. *l.* 14. *C. de fidei.* Solœcismum autem dictum putant à Solone, quod in legibus suis pingui Minerva sit locutus. 77 Facit *l.* 15. *in pr. l.* 23. §. 1. *l.* 34. *j. de oper. libert.* 78 Morientis testimonio dicto & querelis an fides habenda sit, ut ex iis quis torqueri possit, dixi ad *l.* 6. *C. de test. ordin.* Sane hic non creditur morienti, nisi & rei veritas probetur, tametsi alias nemo præsumitur moriens immemor suæ salutis. *l. ult. C. ad l. Jul. repetund.* Goth. De probatione per mortem v. Crav. *ett. consil.* 6. *n.* 51. *vol.* 1. *& consil.* 158. *n.* 7. *cons.* 275. *n.* 5. Et *de Antiquitate tempor. part.* 1. *vers. Quarto limitatur. num.* 43. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 4. *num.* 5. Ans. 79 Vel a filio. *l.* 4. *ff. de inofficioso.* 80 Confessionem & depositionem morientis & offensi non audiri observa. facit *lex* 39. *ff. de pign. l.* 28. *in fin. pr. ff. ad Velleian.* nec fidem facere adversus servos, *ut hic* filios, *d. l.* 4. *ff. de inoff.* Ut hinc possis colligere rei depositionem, quam testamentum vocant, supplicii tempore neminem onerare, alteri præjudicium non facere. v. Medicem, *part.* 3. *tract. de morte. num.* 2.

81 V. *l.* 4. *in fin. pr. ff. de noxalib.*

etiam si mariti. § 3. Si tamen maritus in adulterio deprehensum occidat: quia ignoscitur [80] ei, dicendum est, non tantum mariti sed etiam uxoris servos libertandos, si justum [81] dolorem exequenti domino non resistierint [82]. § 4. Si cum omnes domini adgressi nam paterentur, uni servus opem tulit, an sit excusandus; an vero, quia omnibus non tulit, plectendus? Et magis est, [ut] si quidem omnibus ferre potuit, quamvis quibusdam tulit, supplicio adficiendum: si vero simul omnibus non potuit, excusandum, quia quibusdam opem tulerit. Nam illud durum est dicere, si, cum duobus auxilium ferre non posset, elegit [83] alteri esse auxilio, electione crimen eum contraxisse. § 5. Quare & si servus mulieris marito dominæ magis auxilio fuit, quam dominæ, vel contra, dicendum est, ignosci ei debere. § 6. Subveniturus eis, qui eo tempore, quo dominus dominave occisus est, *clausi* ita fuerunt sine dolo malo, ut erumpere succurrendi causa, aut comprehendendi eos, qui cædem fecerint, non potuerint. Nec interest, à quo *clausi* continebuntur. Sic tamen, si non [84] data opera voluerint se ita includi, ne opem ferre possint. *Clausos* [85] accipere debemus, & si sunt vincti: si tamen ita vincti, ut omnimodo erumpere vincula & auxilio esse non potuerunt. § 7. Ignoscitur etiam his, qui *ætate defecti* [86] sunt. § 8. *Surdus* quoque inter imbecillos [87] numerandus est, aut inter eos, qui sub eodem tecto non sunt: quia ut illi [88] per spatium, ita hic per morbum nihil audit. § 9. *Cæcus* quoque veniam mereri debet.

§ 10. *Mutum*, simili modo excipiemus, sed ibi, ubi vocis [89] tantum auxilium superfuit. § 11. *Furiosos* excipi, nequaquam dubium est. § 12. Si quis [quem] eorum sevum servamve ex ea familia, qui ejus facinoris noxius erit, receperit [90] vel celaverit sciens dolo malo: in ea causa est, ac si lege, quæ de sicariis lata est, facinoris noxius fuerit. § 13. Si ex stipulatu servus debeatur, & cædem domini arguerit [91], & pro [hoc] præmio [92] liber esse jussus sit: ex stipulatu actio stipulatori non datur: nam, & si supplicio adfectus fuisset, non daretur: Quod si sub eodem tecto non fuit, ex stipulatu actio in æstimatione servi utilis erit creditori. § 14. Utrum autem is solus videatur indicasse [93] vel arguisse, qui ad hoc profuit ultro; an etiam is, qui, cum recusaretur, ipse detorsit in alium crimen? & magis est, ut ille hoc præmio dignus sit, qui ultro ad accusationem profuit. § 15. Hi quoque, qui non potuerunt alias ad libertatem pervenire (utputa, si hac lege distractus erat quis, *ne manumitteretur*), poterunt propter hoc, quod in commune utile est, ad libertatem pervenire. § 16. De his quoque servis, qui testamento manumissi sunt [94], perinde atque servis, supplicium sumendum est. § 17. De his qui antequam testamentum occisi occisave aperiretur, profugissent, postea aperto testamento liberi scripti inveniren tur, perinde ac si de servis, quæstio habenda, supplicium que sumendum est. Nam est *æquissimum, ultioni dominorum non obstare indulgentiam ipsorum: quam* [95] *quisque plenior em esset expertus, eo gravior em sceleri suo pœnam meretur*. § 18. Quod ad causam testamenti pertinens relictum erit ab eo, qui occisus esse dicetur: id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum, describendumque curet, Edicto cavetur, prius quam de ea familia quæstio ex Senatusconsulto habita, supplicium que de noxiis sumptum fuerit. § 19. *Aperire* autem hic ille videtur, qui naturaliter [96] aperit, sive sint signatæ, sive non sint legatæ [97], sed tantum naturaliter clausæ. § 20. Aperire accipere debemus prohibitos nos, vel palam, vel publice, vel secreto. Omnis enim apertura prohibita est. § 21. Si quis ignorans occisum, aperuerit: non debet hoc Edicto teneri [98].

§ 22. Et si sciens, non [99] tamen dolo aperuit, æque non tenebitur: si forte per imperitiam [100], vel per rusticitatem [1], ignarus Edicti Prætoris vel Senatusconsulti, aperuit. § 23. Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter, linum autem inciderit: excusatus erit: quia dolo caret, qui ipsas tabulas non aperuit.

§ 24. Si autem non totum testamentum, sed pars [2] ejus aperta sit: dicendum est, in Edictum incidisse eum, qui aperuit: parvi enim refert, utrum totum an pars aperiatur. § 25. Si quis codicillos aperuerit, testamentum non aperuerit: in Edictum incidit: nam & codicilli ad causam testamenti pertinent.

§ 26. Item sive jure valeat id, quod apertum est, sive non valeat, attamen Edicto locus est. § 27. Eadem servantur & de his, quæ ad causam substitutionis pertinent, si pupillus, pupillave, occisus, occisave esse dicetur. § 28. Si alius aperuit, alius recitavit, alius descripserit: omnes in Edictum incident, qui singula eorum fecerunt. § 29. Non tantum ex testamento, sed etiam ab intestato hereditas ad hoc Edictum pertinet: ut ne [3] quis adeat, bonorumve possessionem [4] petat, antequam quæstio de familia habeatur: ne heres propter compendium suum familiæ facinus occultaret. § 30. Eleganter Scævola ait, ut quis ad hereditatem suum utiles actiones transmittat, si forte ante additionem decessit, exploratum esse debere, idcirco eum non adire, quod Senatusconsulto Edicto que terreatur. § 31. Si conditioni intra diem ex die mortis præstitutum parere jussi, ignorantia non paruerunt; si idcirco ignoratum est, quia metu Senatusconsulti aperiri tabulæ non potuerunt: succurritur [5] eis ad implendam conditionem. § 32. Si & aliud impedimentum sit de non adeunda hereditate, vel aperiendarum tabularum, [sit] & Senatusconsulti: nihil [6] prodesse impedimentum Senatusconsulti, si & aliud fuit: veluti si prægnans [7] uxor occisi fuit, vel etiam putabatur, & propterea adire hereditatem institutus non potuerit.

IV. Papinianus [lib. VI Responsorum].

Qui posthumos heredes instituerat, non natis posthumis uxorem secundo loco scripsit: hetedem: cum à familia necatus diceretur, uxor diem suum obierat [8]: heredes mulieris actiones ex constitutione [9] sibi dari postulabant? Eos ita demum audiendos esse respondi, si mulier, quam in utero nihil gestare constabat, propter Senatusconsultum hereditatem adire noluit: alioquin prægnate [10] ea defuncta [11] nullam injuriæ querelam intervenisse.

De necessariis heredibus. 1. De bonorum possessione. 2. De publicatione bonorum. 3. De incuria & medici insidiis.

V. Ulpianus [lib. L ad Edictum].

Necessarios heredes puto Edicto comprehendi, si [12] se misceant hereditati. § 1. Nec bonorum [13] possessionem peti Prætor permittit: & ego puto ad omnes [14] bonorum possessiones hoc Edictum pertinere. § 2. Non alias bona publicantur [15], quam si constabit esse occisum patremfamilias, & heredem ante quæstionem de familia habitam, suppliciumque sumptum, adisse hereditatem. § 3. Ubi quis incuria necatus est, vel medici [16] insidiis, adiri quidem hereditas potest, sed heredi defertio mortis incumbit.

Si certus sit percussor. 1. De herede accusato. 2. Si unus ex dominis non comparet. 3. De eo, qui nec appetitus est, nec occisus.

VI. Paulus [lib. XLVI ad Edictum].

Et [17] si percussor certus sit, tamen habenda quæstio [18] est, ut cædis mandator [19] inveniatur. Utique autem ipse [20] maxime quæstioni dabitur [21], quamvis & exteri [22] puniantur.

§. 1. Quamvis alias in caput domini servi non torqueantur, recte tamen fiet quæstio, etiam [23] si heredem accuset, sive extraneus heres, sive ex suis sit. § 2. Si unus ex dominis non compareat [24], quærendum est de casu ejus per servos, quos communes habuerunt: magis enim de salute aut ultione domini non comparentis quam in caput præsentis torquebuntur. § 3. Si *appetitus* [25] *sit nec occisus* dominus, nihil Senatusconsulto cavetur: ipse enim in familiam suam potest animadvertere.

VII. Idem lib. sing. ad Senatusconsultum Silanianum.

Et (in) libertos extraordinarium [26] auxilium habebit.

De servo vendito. 1. De castrensi peculio.

VIII. Idem [lib. XLVI ad Edictum].

Senatusconsulto Pisoniano cavetur, *ut, si pœnæ obnoxius servus vemsset* [27], *quandoque animadversum in eum esset, ut venditor pretium* [28] *præstaret*, ne emptori injuriam feciss e videatur Senatus. § 1. Si filiusfamilias, qui in castrensi [29] peculio testatus est, occisus sit: omni modo id defendendum est, ut ex quibus casibus ad fiscum [30] patrisfamilias bona pertinent, his casibus & hujus peculium, potius quam ad heredes qui deliquerunt in adeundo, & similibus, ultive non sunt.

De confiscatione bonorum ob mortem inultam.

IX. Gaius [lib. XVII ad Edictum provinciale].

Cum fisco caduca [31] bona defuncti addicantur propter inultam mortem, in [32] cum legatorum actio datur [33]: & libertates ratæ sunt, eorum scilicet, qui Senatusconsulto excipiuntur.

De filio exheredato. 1. De libertis.

X. Paulus [lib. sing. ad Senatusconsultum Silanianum].

Si exheredatus filius, antequam adiretur patris hereditas, occisus sit: ex eventu [34] inspicietur: ut si adita fuerit hereditas, quasi alieni fuisse videantur; si vero irritum testamentum factum sit, quia ipsius essent si viveret, omnia perinde aguntur, ac si dominus esset. § 1. Sub Divo Trajano constitutum est, de his libertis, quos vivus manumiserat, quæstionem haberi.

XI. Tryphoninus lib. II Disputationum.

Idemque erit & de [35] his, qui jus annulorum petierant.

Si servus legatus pro præmio libertatem accipiat.

XII. Paulus lib. sing. ad Senatusconsultum Silanianum.

Si servus à restatore occiso legatus sit, & Prætor pro præmio statuerit liberum eum esse: dicendum est, non impediri libertatem [36].

De tempore cognitionis aperti testamenti.

XIII. Venuleius Saturninus [lib. II de publicis judiciis].

In *cognitione aperti* adversus Senatusconsultum *testamenti* ejus, qui a familia sua occisus dicatur, *quinquennium tempus* [37] *constitutum* est Senatusconsulto, Tauro & Lepido Consulibus [38]: quod tamen ad extraneos pertinet: namque eos, qui parricidii pœna teneri possunt, semper [39] accusare permittitur eodem Senatusconsulto.

De servo impubere.

XIV. Mæcianus [lib. II de publicis judiciis].

Excipiuntur Senatusconsulto Silaniano *impuberes* [40] *servi*. Trebius autem Germanus Legatus etiam de impubere sumi jussit supplicium: & tamen non sine ratione: nam [41] is puer [42] nec multum à puberi [43] ætate aberat, & ad pedes domini cubuerat, cum occideretur, nec postea cædem ejus prodiderat: ut enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentium præstitisse etiam postea, certum erat: & his duntaxat impuberibus Senatusconsulto parci credebat, qui tantum sub eodem tecto fuissent; qui vero ministri vel participes cædis fuissent, & ejus ætatis (quamquam nondum puberis) ut rei intellectum capere possent, his non magis in cæde domini, quam in ulla alia [44] causa parci oportere.

Si substitutus ultus sit necem testatoris. 1. Si heredi scripto legatum fuerit. 2. De herede scripto vel legitimo.

XV. Marcianus [lib. singul. de Delatoribus].

Si sequens [45] gradus ultus fuerit necem testatoris, an priore [46] hereditas ad illum *trans*feratur? Et ait Papinianus, non esse hoc: nam pœna illius, hujus præmium esse non debet.

§. 1. Cum ex parte heredi instituto legatum quoque erat, & in ulciscenda morte cessaverat: Divi Severus & Antoninus rescripserunt, tam hereditatis portionem, quam legatum ei auferendum.

§. 2. Heredibus [47] autem qui in ulciscenda morte defuncti cessaverant, tam testamento quam ab intestato auferuntur bona (forte & si quasi patronus venit): quamvis hi suo jure admittantur.

Si servus communis necem detexerit.

XVI. Marcellus [lib. XII Digestorum].

Domino à familia [48] occiso, servus communis [49] necem ejus detexit: favore libertatis liber quidem fieri debet, pretii [50] autem partem sibi contingentem socium consequi oportet.

De

---

80 Quantum ad peccatum ejus attinet Cornelius, non tamen in totum. *l. 11. in fin. l. 24. l. 38. §. 8. ff. de adult. l. 1. in fin. ff. de agnosc. &c. Votum.* Adde quæ notavi Cenfur. Forens. *lib. 1. cap. 11. n. 9. & 10. col. 1. & 14. n. 1.*

81 Justum dolorem cuique licet exequi. adde *c. 4. C. de Episc.*

82 Alias non resistere, cum **potius**, culpæ est.

83 Gratificationi locus est in re pari. *Bald.* vide *l. 53. n. 14. ff. de re jud.*

84 *l. 2. §. 8. ff. si quis caut. in jud.*

85 *l. 19. 3 ex quibus caus. major.*

85 Senes & decrepitos a quæst. & tormentis immunes esse hinc colligunt. v. Clar. *§ fin. qu. 64.*

87 *l. 3. l. 9. ff. de adul. l. 43. ff. de evulgari.* Goth. Ad hunc §. 8. & §. 10. vide Zanger. *de tortur. cor. cap. 1. num. 47.* Farinac. *de tortur. qu. 5. quæst. 41. n. 24. & segq.* Ans.

88 Id est, qui sub eodem tecto non sunt.

89 *l. 1. §. 29. ff. eod.*

90 Qui reum recepit, eodem quo reus tenetur crimine. vide *l. 1. ff. de recept.*

91 Indicaverit. *§. 14. 15. ff. eod. l. 197. ff. de verb. signif. l. 1. C. pro quib. caus. serv.* v. Cujac. 18 *obs.* 22.

92 Vide *l. 25. ff. eod. l. 2. ff. de jurisd. l. 8. ff. de accusat.*

93 Vindicasse. *Hal.* Florentinam defendit August. 2 *emendat.* 19. Cujac. 18 *obs.* 22.

94 De statuliberis. de quibus *l. 1. §. 4. in fin. ff. eod.* adde Paul. 3 *sent. 5. §. 6.*

95 *Al.* quam quo quisque, &c. Pœna majore digni sunt, qui majora præmia sunt experti. *l. un. in fin. C. de conductorib. lib. 11. tit 71.* vide *Novell. Valentiniani de sepulchris. in §. cleric.*

96 Naturaliter tabulas aperire dicitur, qui facit ut id quod naturaliter clausum est, videri possit, & oculis percipi. adde *§. 24. ff. eod.*

97 *Al.* ligatæ.

98 Non præsumitur dolo fecisse, qui ignorans fecit: de qua præsumptione vide Alciat. 3 *præs.* 30. Goth. Adde Tiraquell. *tr. de pœn. caus. 13. num. 24. & caus. 44. num. 4.* Ans.

99 Dolum non continuo admittit, qui sciens quid facit: cum imperitia & rusticitate possit excusari.

100 *L. 5. §. 1. ff. de his qua ut indig.*

1 Juris, ut *l. 8. C. qui admitti.* cui parci solet, *l. 7. §. 4. ff. de jurisd. l. 2. §. 1. ff. si quis in jus vocat. l. 1. in fin. ff. de inspic. vent. l. 2. in fin. ff. de jure fisci. l. 31. C. de testam.* quod in sagacissimis fallit, *arg. l. 6. §. 19. ff. de excusat. tut.* & in delictis. Jason ex *d. l. 7.* ait rusticitatem nunquam excusare, nisi in casibus jure comprehensis.

2 V. quæ notavi *in Epitome feudor. tit. si quid in fraudem patroni.* & *tit. de contr. empt.* 3 *l. 5. §. 1. ff. eod.* 4 *l. 5. §. 1. ff. eod.* 5 V. quæ notavi ad *l. un. C. de caducis.* 6 In dubio potentior est, & inspicitur magis causa quæ nocet, quam quæ prodest. vide *l. 5. ff. de fidejuss.* ac maxime quidem in inseparabilibus. *Dynus.* 7 *l. 4. in fin. ff. eod.*

8 Antequam adiret. 9 Ex substitutione. Cujac. 4 *obs.* 12. 10 *l. 3. in fin. ff. eod.* 11 Nec possunt de eo torqueri mulieris heredes. 12 *Suos* non dici ad hanc Edicti pœnam, antequam se immiscuerint, ex hoc loco notat Baldus. 13 *l. 3. §. 29. ff. eod.* Paul. 3 *sent. 5. §. 1.*

14 Sunt enim varia, sex ordinaria; una extraordinaria. *Inst. de bonor. possess.*

15 *l. 8. in fin. ff. eod.*

16 Medicus eo casu punitur, *l. 6. §. 7. ff. de off. Præf.* adde *l. 3. ff. de variis & extraordin. cogn.*

17 Multo magis si incertus.

18 De familia scilicet: pessime namque hunc locum Accursius accipit de percussore qui certus est.

19 *l. 17. ff. eod.* primus vel secundus.

20 Percussor sc.

21 Ob eam rem scilicet, ut prodat mandatorem.

22 Servi qui sub eodem tecto sunt.

23 Habetur de familia quæstio, etiamsi heres testatorem occidisse dicatur. Paul. 3 *sent. 5. §. 9.*

24 Mortuus præsumitur, ac probatur, qui diu quæsitus in itinere aut conflictu non comparet. Alios modos mortis probandæ vide apud Capell. Thozan. *decis.* 12. An & anno centesimo? vide *l. 13 C. de sacrof. Eccles.* Ex hac quoque lege decidenda est pars *l. 2. §. 4. ff. testamenta quemadmod. aperi.*

25 Perfecta esse homicidia ac delicta interdum exigitur, ut vindicari possint, adeoque de perfectis delictis statuta intelligenda esse notat Baldus, ut ad statuta de homicidio non pertinent *lex 13, qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicariis.*

26 Ut scilicet in servitutem redigantur. *arg. l. 2. C. de libert.*

27 Alienatio servi fisco ob pœnam obnoxii, non impedit vindictam fisci.

28 Facit *lex si fundus. 33. ff. locati.*

29 Castrense peculium publicatur propter delictum heredis filii.

30 Vide *l. 5. §. 2. ff. eod. l. 9. ff. eod.*

31 Bona caduca fisco addicuntur propter inultam mortem.

32 Hereditate publicata seu confiscata, omnia onera hereditatis transfeunt in fiscum: Onera, inquam, legatorum & libertatum.

33 Atque ita sentit onus hereditatis, *l. 2. in fin. ff. si quis aliquem testari.* & in eum datur legatorum persecutio, *l. 50. §. 2. ff. de leg. 1.* quemadmodum & adversus privatos successores. *l. 2. in fin. ff. de alimentis. l. 60. in fin. ff. de cond. & demonstr. l. 3. in fin. ff. ad Trebell. l. 14. ff. de jure fisci. l. un. §. 14. C. de caducis.*

34 Eventus futurus expectandus, quoties inspecto tempore præsenti, de delicto non liquet. *Bald.*

35 Adde *l. 42. ff. de adulter.*

36 Quia liber habetur pro mortuo, *l. si mihi alimenta. 92. ff. de solut. l. inter omnes. 46. ff. de furt.* & hic oblique & indirecto jus tertii absorbetur. *Bald.* 37 V. Cuj. 4 *obs.* 14. 38 V. quæ notavi ad *inscriptionem hujus tit.* 39 *l. ultim. ff. ad l. Pomp. de parricid.* adde Tiraquell. *de pœnis. caus.* 29. 40 *l. 1. §. 32. ff. eod.* 41 Impubes, qui non multum à puberi ætate abest, pœna capitali puniri potest. 42 Puer impubes. 43 *Al.* à pubertate. 44 Quam in nulla alia. *Hal.* 45 Ut puta soror defuncti. *l. 10. C. de his, quib. ut indignis.* 46 An a priore, puta uxore defuncti instituta. *d. l. 10.* 47 Facit *lex 20. l. 21. ff. de his, quæ ut indignis.* 48 Exstat hæc Marcelli sententia in *l. 1. C. de communi servo.* 49 36 *Synops. περὶ ἐδίκων. c. 16.* 50 *§. ult. Inst. de donationib.*

De familia torquenda.

XVII. MODESTINUS [lib. VIII Regularum].

PRius de se familia torquenda est: &, si confiteatur, tunc interrogetur, quo mandante [51] flagitium admissum sit.

De querela inofficiosi, & morte defuncti vindicanda.

XVIII. IDEM [lib. IX. Regularum].

EX inofficioso testamento queri idem & mortem vindicare defuncti non prohibetur: idque Paulus respondit.

De auxilio à familia ferendo.

XIX. IDEM [lib. VIII Pandectarum].

CUm [52] dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet [53] & [54] armis, & manu [55], & clamoribus [56], & objectu [57] corporis. Quod si, cum posset, non tulerit, merito de ea supplicium sumitur.

De rebus hereditariis ordinandis.

XX. PAPINIANUS [lib. II Responsorum].

HEres, qui veneni [58] causam persequitur, res hereditarias urgentes [59] ordinare, salvis probationum indiciis, non prohibetur [60].

De tempore petendæ possessionis, de libertate. 1. De fideicommisso. 2. De appellatione.

XXI. IDEM lib. VI Responsorum.

PRopter veneni [61] quæstionem tempus petendæ possessionis non profertur: cum eo quoque suspenso crimine recte petatur. Aliud Senatui placuit, cum à familia dominus necatus dicitur, servorum videlicet causa, quorum libertatem, quæstionis habendæ gratia, neglegi necesse est. §. 1. Neptis, quæ possessionem aviæ petierat, mortem ejus, interfectam sciens, non defenderat: fideicommissum [62], quod avia ex alio testamento nepti debuit, in restituendis fisco bonis non esse deducendum placuit: dolus enim heredis punitus est: Si [63] autem neglegentia mulier emolumentum bonorum amiserit, fideicommissum esse retinendum, integrato [64] jure debiti, rationis est. §. 2. Præsidis iniquitate reis illatæ cædis absolutis, heredibus, qui non *defunctorum* [65] debitum officium impleverant, quamvis [66] non provocassent, hereditatem auferri non oportere, visum est.

De morte heredis.

XXII. PAULUS lib. XVI Responsorum.

GAius Seius, cum langueſceret [67], questus est, *se veneno occidi* [68] *à servo suo*; & sic exspiravit: cui heres exstitit Lucia Titia soror, & mortem ejus exequi [69] neglexit; & ipsa post annum decimum [70] decessit: exstitit, qui bona nunciaret [71] Gaii Seii: Quæro, an morte Titiæ extinctum sit crimen? Paulus respondit, causam de qua quæritur, cum sit pecuniaria [72], morte [73] ingratæ [74] heredis extinctam non videri.

De Senatusconsulto Trebelliano.

XXIII. MÆCIANUS [lib. XIII Fideicommissorum].

SI, antequam patefieret testatorem occisum, tabulæ testamenti apertæ essent; deinde innotuisset, id admissum esse: causa cognita puto [75] compellendum institutum adire hereditatem, quam suspectam diceret, & ex Trebelliano Senatusconsulto restituere [76].

XXIV. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

SI quis quasi suspectam hereditatem coactus [77] adit, non tenetur Edicto.

De præmio ejus qui fugitivos requisivit & convicit. 2. De actione populari in centum aureos.

XXV. GAIUS [lib. XVII ad Edictum Provinciale].

LEge Cornelia cavetur *de præmio* [78] *accusatoris qui requisivit & renunciavit eos servos, qui ex ea familia ante quæstionem fugerint* [79]: *ut in singulos* [80] *servos, quos convicerit, quinque aureos* ex bonis occisi, aut, si *inde redigi ea quantitas non possit, ex publico* [81] *accipiat*: Quod præmium non in omnes servos, qui sub eodem tecto locove fuerunt, sed in eos solos qui cædem admisissent, accusatori tribuitur.

§. 1. Præterea cavetur, *Ut de his, qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniantur, Lege de sicariis judicium fiat: ita ut ex* [82] *vinculis causam dicant; & convicti, perinde ac servi, puniantur; & ei, qui convicerit, deni aurei præmii nomine darentur ex bonis damnati.* §. 2. Ex hoc Edicto actio proficiscitur contra eum, qui adversus Edictum Prætoris tabulas testamenti aperuisse [dicetur]: vel si quid aliud fecisse dicetur: nam (ut ex supradictis apparet) plura sunt, propter quæ pœna Edicti constituta est. † Palam est autem popularem actionem esse: cujus [83] pœna in centum [84] aureos ex bonis damnati extenditur: & inde partem dimidiam ei, cujus opera convictus erit, præmii nomine se daturum Prætor pollicetur, partem [85] in publicum redacturum.

De eo, qui fideicommissum accepit ab herede.

XXVI. SCÆVOLA [lib. XXXIV Digestorum].

FIdeicommissum [86], quod ex testamento fratris patruelis Gaius Seius Titio debebat, ab heredibus Seii Titius accepit: Quæsitum est, cum necem Gaii Seii heredes ejus non vindicaverint, an [Titius] nihilominus [eos] heredes [87] ut indignos accusare possit ob id, quod necem ejus non vindicaverint; nec obsit ei, quod ab iisdem fideicommissum ex testamento fratris patruelis consecutus sit? Respondit, nihil proponi cur obstaret.

An delictum heredis coheredi noceat.

XXVII. CALLISTRATUS [lib. I de jure fisci].

SI de pluribus heredibus, quibusdam invitis, aut ignorantibus, apertum erit testamentum, non amittunt portiones suas, qui [88] culpa carent.

[51] *l. 6. §. eod.* quo in anno, MS. Accurſ. unde notat, Teſtes interrogandos eſſe de die & menſe, dixi ad Accurſium. *Novell. de teſtibus. §. & licet.*

[52] 36 *Synopſ. περὶ φόνου. c. 6. 18.*

[53] *l. 1. §. eod.*

[54] Auxilium ferre alter alteri armis, manu, clamore & corporis objectu poteſt.

[55] *l. 5. §. 35. §. eod.*

[56] *l. 1. §. 28. §. 36. l. 3. §. 10. §. eod.*

[57] *l. 1. §. 35. in fin. §. eod.*

[58] *l. 1. §. 18. §. 19. l. 5. in fin. §. eod. l. 21. §. eod. l. 9. C. eod.* Veneni alia cauſa eſt, & alia necis per vim illatæ. *l. 21. §. eod.*

[59] Reſcere ædificia, quæ ruinam minantur, tueri pignora pretioſa, ſervos hereditarios paſcere, diſtrahere onerofa, & ſervos inutiles, dummodo eos non diſtrahat qui prolationibus idonei ſint.

[60] Senatuſconſ. ſc. Silanian. quia Silanianum non pertinet ad cauſam veneni.

[61] V. *l. 19. §. eod.*

[62] Et fructus. *l. 17. §. de his, quæ ut indign.*

[63] Confuſa adítione hereditatis actio non integratur, ſi hereditas ob dolum ſit evicta: ſecus ſi per negligentiam. Ita in pœnis pecuniariis culpa ſufficit, neque dolus exigitur.

[64] V. quæ ſcripſi ad *l. 98. §. 2. §. de ſolut.*

[65] V. *l. 1. §. 34. §. eod.*

[66] Sufficit heredi accuſaſſe, nec tenetur appellare.

[67] V. *l. 3. §. 1. §. eod.* Goth. De confeſſione in articulo mortis v. *l. 1. §. 24. cum notat. §. de quæſtion.* Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 41.* Anſ.

[68] Mori viventem, non mortuum, hinc colligunt. v. *l. 18. §. 1. §. de manum. teſt. l. 1. §. 18. §. de collat. l. 11. C. de contr. ſtip. 6* Gell. 13.

[69] Vindicare, ulciſci.

[70] Poſt decennium movetur quæſtio bonorum: & ſic ingratus heres longo tempore non præſcribit. *Bald.* vide tamen *l. 13. §. eod.*

[71] Fiſco.

[72] Et ipſo jure impoſita.

[73] Mors delinquentis non impedit cauſam bonorum poſt mortem agitari. *Bald.*

[74] Ingratus eſt heres, qui non vindicat mortem defuncti. *Bald.*

[75] Hereditatem adire cogendus eſt heres, & reſtituere fideicommiſſum, etiam ante vindicatam mortem defuncti: Hoc amplius adjicit, *Bald.* mortis defuncti vindicandæ onus heredi, at non fideicommiſſario univerſali incumbere. *l. pen. §. cod.*

[76] Et ſic reſtitutio fideicommiſſi non patitur moram propter inultam mortem defuncti. *Bald.*

[77] Puta à Prætore. Juſſus enim judicis excuſat. *l. 2. §. ult. §. ſi quis cautionib. c. quod quis mandato. de reg. in 6.*

[78] *l. 3. §. 13. §. cod.* v. quæ ſcripſi ad *l. 13. §. 2. §. de jur. fiſc.* Cic. *pro Cluentio:* Præmio quis ad accuſandum invitatur.

[79] *Fuga* ſola ſuſpicionem & ſuſpectam facit. dixi ad *Nov. 53. c. 4. & 161.*

[80] Statutum ſi talentum deferenti reum læſæ majeſtatis pollicebitur, quot quis reos detulerit, tot talenta ferat.

[81] Præmium de bonis offenſi ei, qui vindicat ejus necem, debetur. Quid, ſi bona offenſi non ſufficiunt? debetur e publico. *Bald.*

[82] *l. 2. §. de cuſtod. reor.* Reus criminis cauſam ex vinculis debet dicere, nec licet datis fidejuſſoribus dimittendus eſt. *Bald.*

[83] Adde *l. un. §. de ambitu.* adde §. 1. *Inſt. de ſucceſſ. libert.*

[84] In centum millia feſtertium. Paul. 3 *ſent.* in decem, Hotom. *in ſua diſputatione de aureo Juſtinianeo.*

[85] Popularibus in actionibus pars pecuniæ actori, dimidia fiſco applicatur: quod verum eſt in caſibus expreſſis à jure: alias regulariter totum actori debetur. *l. lege Agraria. 3. §. de termino. l. ſi qua. 244. §. de verb. ſign. l. ſi quis id, quod 7. §. de juriſdict. omn. jud.* Bald.

[86] Fideicommiſſarius univerſalis poteſt accuſare heredem de inulta morte defuncti. *Bald.*

[87] *l. 9. §. cod.*

[88] *l. 5. §. 6. §. de novi operis nunc.* Puniri non debet, qui culpa caret.

TIT. VI.

SI QUIS [1] ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT, VEL COEGERIT [2].

De teſtamentario prohibito. 1. Si dominus ſcripti heredis dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur. 2. De pluribus heredibus.

1. ULPIANUS [lib. XLVIII ad Edictum].

QUi [3], dum captat hereditatem legitimam, vel ex teſtamento, prohibuit teſtamentarium [4] introire, volente eo [5] facere [6] teſtamentum, vel mutare [7]: Divus Hadrianus conſtituit, denegari ei debere actiones, denegatiſque ei actionibus, fiſco [8] locum fore. §. 1. Si dominus [9] dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur [10], in quo ſervus ejus ſcriptus erat: quamvis manumiſſus adierit hereditatem, actiones ei denegantur: cum [11] & liberis ejus, ſi quid fuerit datum, denegari debeat, etſi non fuerit in poteſtate. † Sed ſi legatum ei relictum ſit, idque reſtituere ſit rogatus, conſequens erit dicere, admitti eum ad legatum, quod non ipſe habuiſſet, ſed ad alium ſit tranſlaturus. §. 2. Si plures heredes inſtituti ſint, & omnes dolo fecerint, quo minus teſtamentum mutaretur: dicendum eſt, actiones omnibus denegari: quia omnes dolo fecerunt.

De teſtibus impeditis. 1. De fratribus. 2. de fideicommiſſo.

II. PAULUS [lib. XLIV ad Edictum].

SI [12] quis dolo malo fecerit, ut teſtes non veniant [13], & per hoc deficiatur facultas teſtamenti faciendi: denegandæ ſunt actiones ei, qui dolo fecerit, ſive legitimus heres ſit, ſive priore teſtamento ſcriptus. §. 1. *Fratres* autem factum fratri [14] non nocet. §. 2. Si fidei ejus, qui dolum admiſit, commiſſum eſt, ut hereditatem reſtitueret, ea hereditas caduca [15] cum ſuis [16] oneribus fiet, ut commodum legis Falcidiæ fiſcus ſentiat, dodrantis autem fideicommiſſarius.

De viro & uxore.

III. PAPINIANUS [lib. XV Reſponſorum].

VIrum, qui non [17] per vim, nec dolum, quo minus *uxor* contra eum, mutata voluntate, codicillos faceret, interceſſerat, ſed (ut fieri adſolet) offenſam [18] ægræ mulieris maritali ſermone placaverat, in crimen non incidiſſe reſpondi: nec ei, quod teſtamento fuerat datum, auferendum.

[1] VI C. XXXIV. vide Paul. *5 ſent. §. 2. §. Ecl. log. 4.*

[2] De eo crimine vide in oratione Ἰσαίου περὶ τοῦ Κλεωνύμου κλήρου. Goth. Adde Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 4. caſu 305. num. 5. & 28. & caſ. 472. num. 5.* Boſſ. *tit. qui teſtam. prohib. num. 1.* Clar. *lib. 5 ſent. §. final. qu. 83.* Peregrin. *de jure fiſci. lib. 2. tit. 6.* Mantic. *de conject. lib. 2. cap 7.* Anſ.

[3] Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui ad finem (tollenda eſt ex hoc loco vox hæc *ad finem.* Nulla eſt enim adfinitatis jure ab inteſtato ſucceſſio, vel cognatum cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit: aut ne jure ſubſiſteret, operam dedit. Paul. *5 ſent. 12. §. 2.* adde *l. 2. C. eod.*

[4] Id eſt, teſtamenti ſcriptorem. *l. 9. §. 6. §. de hered. inſt. l. 3. in fin. §. ad Trebell. l. 22. §. 10. §. de falſis.*

[5] Sic interpretor *eo*, ubi quis vult teſtamentum facere vel mutare: vel dic, *eo*, id eſt, teſtatore.

[6] Vel ordinare. *l. 2. C. eod.* [7] §. *l. 19. §. de his, quæ ut indig.*

[8] *Synopſ. eod. c. 1.*

[9] *Domini* delictum adverſus hoc Edictum nocet ejus ſervo heredi ſcripto.

[10] *In princ. §. eod. l. un. §. quibus non compet. bon. poſſeſſ.*

[11] *Patris* delictum adverſus hoc Edictum nocet ejus filio heredi ſcripto, etiam emancipato.

[12] *Synopſ. eod. c. 2.*

[13] Et ita jure non ſubſiſteret. Paul. *5 ſent. 12. §. 1.*

[14] *l. 5. §. §. §. de novi oper. nunc.*

[15] Heredi, qui fraudem admiſit adverſus hoc Edictum, ſuccedit fiſcus cum oneribus.

[16] V. *l. 9. §. de Silaniano.*

[17] Vis aut dolus non eſt, offenſam uxoris maritali ſermone placare.

[18] Judicium uxoris poſtremum in ſe provocare, maritali ſermone, non eſt crimino-ſum. *l. ult. C. eod.* adde *l. 70. §. de hered. inſt.*

TIT. VII.

DE [1] JURE [2] CODICILLORUM [3]

De teſtamento non jure facto.

1. ULPIANUS [lib. IV Diſputationum].

SÆpiſſime reſcriptum & conſtitutum eſt, eum qui teſtamentum facere opinatus eſt, nec voluit quaſi codicillos id valere, videri nec [4] codicillos feciſſe. Ideoque quod in illo teſtamento ſcriptum eſt, licet quaſi in codicillis poterit valere, tamen non debetur.

De nato, 1. Mortuove poſt teſtamentum ante codicillos. 2. Utrum ſpectetur tempus teſtamenti facti, an codicillorum. De libertate. 3. De furioſo. 4. De hereditate.

II. JULIANUS [lib. XXXVII Digeſtorum].

SI ei [5], qui poſt teſtamentum factum & ante codicillos ſcriptos natus eſſet, codicillis per fideicommiſſum aliquid daretur, utile eſt. §. 1. Quod ſi ei, qui [6] poſt teſtamentum factum, & antequam codicilli ſcriberentur, mortuus eſſet, datum eſſet, pro non ſcripto habetur. §. 2. Codicillorum jus *ſingulare* [7] eſt, ut, quæcunque in his ſcribentur, perinde haberentur, ac ſi in teſtamento ſcripta eſſent. Ideoque [8] ſervo, qui teſtamenti facti tempore teſtatoris fuiſſet, codicillorum tempore alienus, non recte libertas directa datur. Et contra, ſi, cum teſtamentum fiebat, alienus eſſet, codicillorum tempore teſtatoris, intellegitur alieno ſervo libertas data. Et ideo licet directæ libertates deficiunt, attamen ad fideicommiſſarias eundum eſt. §. 3. *Furioſus* [9] non intellegitur codicillos facere: quia nec aliud quicquam agere intellegitur, cum per omnia [10], & in omnibus, abſentis [11] vel quieſcentis loco habeatur [12]. §. 4. Hereditas teſtamento inutiliter [13] data non poteſt [14] codicillis quaſi hereditas confirmari, ſed ex fideicommiſſo petitur, ſalva ratione legis Falcidiæ.

De codicillis ab inteſtato. 1. De legitimis heredibus natis poſt codicillos. 2. De teſtamento facto.

III. IDEM [lib. XXXIX Digeſtorum].

SI quis, cum teſtamentum nullum [15] habebat, codicillis fideicommiſſa hoc modo dedit, *quiſquis* [16] *mihi heres erit bonorumve poſſeſſor, ejus fidei committo*: fideicommiſſa præſtari debent: quia paterfamilias, qui teſtamenti factionem habet, & codicillos faceret [17], perinde haberi debet, ac ſi omnes heredes ejus eſſent, ad quos legitima ejus hereditas vel bonorum poſſeſſio perventura eſſet. §. 1. Sed & ſi *poſt codicillos factos natus* quis eſſet proximus adgnatus, vel ſuus heres, fideicommiſſum præſtari debebit: intelligetur enim is quoque heres ſcriptus: & ideo non perinde habendus eſt, ac ſi rupiſſet hos codicillos. §. 2. *Teſtamento facto*, etiam

[1] VI C. XXXVI.

[2] *Inſt. ult. 4 C. Theod. 4. 36 Ecl. 1.*

[3] Ac ſolennitate. Porro non tanta ſolennitas requiritur in codicillis, quanta in teſtamento. §. *ult. Inſt. eod.*

[4] Codicillus quid eſt? An correctio teſtamenti, ut *Moſchopulus* putat? An ſupplementum teſtamenti, ut *Theophilus*? Neutrum præcise verum eſt. Nam & ſine teſtamento fieri codicillus poteſt, & qui neque corrigit, neque ſupplet teſtamentum, codicillus eſt. Codicillus igitur eſt *inteſtati voluntas, vel teſtamenti ſequela minus ſolennis.* Fit enim ab inteſtato verbis precariis tantum, & ex teſtamento vires accipit. Teſtamentum ſi non valet, aut ſi rumpitur, non valet codicillus, rumpitur codicillus. Quid, ſi ante teſtamentum factus eſt? eſt etiam ſequela: quia intellectu poſterior eſt. *l. 5. §. cod.* Goth. Ad tit. & *mater.* v. Socin. *reg* 84. Turret. *de effect. claus. codicill. qu. 119. n. 4.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 1. tit. 8. 9.* Cottam, *in memorabil. verb. codicilli.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. 3. nn. 6. & præſumpt. 177. n. 3.* Cujac. *lib. 2 ad Aſr.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ. lib 3. §. 30. de codicill.* Anſ.

[4] Inutile teſtamentum vim codicillorum non habet. *l. 13. §. 1. §. cod. l. 29. §. qui teſtamenta.*

[5] Codicillis fideicommiſſum relinqui poteſt ei, qui in utero ſit teſtamenti tempore, vel qui natus ſit codicillorum tempore.

[6] *l. 4. §. de his, quæ pro non ſcriptis.*

[7] Codicillis ſcripta perinde habentur, ac ſi teſtamento ſcripta eſſent, *ut hic.* Inde fit ut rupto teſtamento, rumpantur codicilli.

[8] Codicillis directa libertas recte non datur ſervo, qui alienus fuerit tempore teſtamenti, licet tempore codicillorum fuerit teſtatoris, *ut hic.* ut per contrarium, codicillis recte datur directa libertas ſervo, qui teſtamenti tempore fuerit teſtatoris, licet codicillorum tempore fuerit alienus.

[9] *l. 5. C. eod.* quid differt a prodigo, v. Hotom. 3 *obſ. 29.*

[10] Imo, non per omnia. *l. 2. §. de procurat.*

[11] *§. quib. ex cauſ. in poſſ. l. 124. in fin. §. de reg. jur.*

[12] Vox *habetur* fictionem notat, niſi antecedant hæc verba *per omnia*, ut hic, vel *in omnibus*. Unde notant, ut peregrinus civis factus ceterorum civium jure fruatur, cautionem optimam eſſe, ut mixta hæc verba *habeatur & ſi* conjungantur. v. Corſetum *ſingulari*, *Habetur.*

[13] Inutiliter teſtamento data hereditas, codicillis quaſi hereditas confirmari non poteſt. Inutile teſtamentum non valet, ut codicillus. Hereditatis appellatio directa intelligitur, *ut hic. l. in libertatibus. §. de manumiſſ. teſtam.*

[14] Nec enim jus teſtamenti & codicillorum confundi oportet. §. 2. *Inſt. eod. l. 14. C. de teſt.*

[15] *Qui* ſuccedit ab inteſtato poteſt gravari.

[16] Hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit*, etiam non facto teſtamento, ad inteſtato venientes referuntur. *Bald.*

[17] Et codicillos facit.

etiam [18] si codicilli in eo confirmati non essent, vires tamen ex eo capient. † Denique si ex testamento hereditas [19] adita [20] non fuisset, fideicommissum ex hujusmodi codicillis nullius momenti erit.

De eo, qui non est solvendo.

IV. IDEM [lib. LXIII Digestorum].

EUm, qui codicillorum tempore solvendo sit, recte libertatem dare, placuit: quamvis testamenti facti tempore solvendo non fuerit.

De codicillis factis ante testamentum.

V. PAPINIANUS [lib. VII Responsorum].

ANte [21] *tabulas testamenti codicilli facti* [22] non aliter valent, quam si testamento, quod postea factum est, [vel] codicillis confirmentur; aut voluntas eorum quocunque [23] indicio retineatur: sed non servabuntur ea, de quibus aliter defunctus novissime judicavit.

De conditione. De substitutione. 1. De pluribus codicillis. De scriptura & signaculo. 3. Qui possunt facere codicillos. 4. Si mortuo legatur.

VI. MARCIANUS [lib. VII Institutionum].

DIvi Severus & Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrem, quæ, cum pure liberos suos heredes instituerit, conditionem emancipationis codicillis adjecit: quia neque [24] conditionem heredi instituto codicillis adjicere, neque substituere directo potest. §. 1. Codicillos & plures [25] quis facere potest: & ipsius manu neque [26] scribi neque signari necesse est. §. 2. Licet in confirmatione codicillorum paterfamilias adjecerit, *ut* [27] *non aliter valere velit, quam sua manu signatos & subscriptos*, tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati, neque manu ejus scripti fuerint: nam ea, quæ postea [28] geruntur, prioribus derogant [29]. §. 3. Codicillos is demum facere potest, qui [30] & testamentum facere potest [31]. §. 4. Si post testamentum factum mortuo [32] codicillis quis legaverit, licet testamento confirmatis: pro [33] non scripto legatum sit.

Utrum spectetur tempus testamenti facti, an codicillorum.

VII. IDEM [lib. II Regularum].

QUædam non referuntur ad confirmationem codicillorum: veluti si ante captivitatem quis codicillos confirmaverit, & in captivitate codicillos scribat: nam non valent: Idem est si aliquo modo jus testamenti faciendi desierit habere [34]. §. 1. Præterea in illis quæ non juris, sed facti sunt, non est perinde habendum quod codicillis scribitur, atque si ubi confirmatio [35], scriptum fuisset: Veluti si ita in codicillis scriptum erit, *vestem, quæ mea est*, codicillorum tempus spectandum, non quo confirmantur. † Item, *Si Titius vivus est* [36]; vel *si tot annus est*, codicillis legavit Seio: tempus codicillorum, non quo tempore fit testamentum, spectandum.

Quibus modis codicilli fiant. 1. De fideicommisso ab intestato. 2. Qui possunt facere codicillos. 3. De arrogatione & emancipatione. De mutato. De adgnatione postumi. 4. De militia. 5. Si servo legatum in testamento, libertas in codicillis datur. 6. De confirmatione codicillorum novissimorum.

VIII. PAULUS [lib. singul. de jure Codicillorum].

COnficiuntur codicilli quatuor modis: aut enim in futurum confirmantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum testamento facto, aut sine [37] testamento. §. 1. Sed ideo fideicommissa dari possunt ab intestato succedentibus: quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. §. 2. Codicilli totiens valent, quotiens quis [38] testamentum quoque facere possit. Non tamen hoc ita intelligemus, ut exigamus, potuisse eum eo tempore, quo scribit eos codicillos, testamentum facere (quid enim, si sufficientium testium facultatem non habuit?), sed si jure testamenti factionem habuit.

§. 3. Si post factum testamentum codicillos quis confirmaverit [39], deinde adrogandum [40] se præbuerit, & ibi [41] codicillos fecerit, atque ita emancipatus decesserit: Quæritur, an ex codicillis legata debeantur: nam & testamentum valet: Sed eo tempore eos fecit, quo testamenti factionem non habuit: Nec similis est muto [42], qui recte codicillos confirmaverit: licet enim is testamentum facere non possit, tamen testamentum, quod ante fecerat, in eodem statu est; hujus autem testamentum sublatum est, & de alicnis quodammodo rebus testatur? Sed *dicemus*, codicillos valere: nam etsi posthumus natus ruperit testamentum, & decesserit, nihilominus codicilli valent [43]. §. 4. Si *miles* testamentum quidem ante militiam, sed codicillos in militia fecerit: an jure militari valeant codicilli, *quæritur*: quoniam testamentum jure communi valet, nisi [si] militiæ tempore signavit, vel quædam adjecerit? Certe codicilli militiæ tempore facti, non debent referri ad testamentum: sed jure militari valent.

§. 5. Si [44] ei servo, qui testamento legatum acceperat, libertas codicillis detur: utile legatum esse dicemus: quasi [45] ab initio constiterit legatum. §. 6. Si quis certi generis codicillos confirmaverit, puta *quos novissimos fecero*: non utique statim, quæ codicillis dantur, consistere videbuntur, quamdiu [46] alii quoque fieri possint; & ideo, si alii postea fiant, legata in prioribus data non valebunt.

De incerto sui statu.

IX. MARCELLUS [lib. IX Digestorum].

ARisto negavit valere codicillos ab eo factos, qui paterfamilias, necne esset, ignorasset [47]. Ulpianus notat: Nisi [48] veteranus fuit: tunc enim & testamentum valebit.

De hereditate.

X. PAPINIANUS [lib. XV Quæstionum].

QUod per [49] manus traditum est [50], *Codicillis hereditatem dari non posse*, rationem illam habet: ne [51] per codicillos, qui ex testamento valerent, ipsum testamentum, quod vires per institutionem heredum accipit, confirmari videretur.

De libertatibus, & posthuma prætorita.

XI. IDEM [lib. XIX Quæstionum].

QUi gravi [52] utero uxorem esse ignorabat, codicillis ad filium scriptis, libertates [53] dedit: nata post mortem patris filia, cum de ea nihil patrem sensisse constitisset, placuit, libertates [54] à solo filio prætari posse:

XII. IDEM [lib. XXII Quæstionum].

REdemptis à sorore partibus.

De hereditate.

XIII. IDEM [lib. XIX Quæstionum].

ILlud [enim] sine dubio dici non potest, etiam filiam manumittere cogendam, cum ab ea nihil pater petierit, & jure suo heres extiterit. §. 1. Tractari solet de eo, qui cum tabulas testamenti non fecisset, codicillis ita scripsit, *Titium heredem esse volo*: sed multum interest, utrum fideicommissariam hereditatem [55] a legitimo per hanc scripturam, quam codicillorum instar habere voluit, reliquerit; an vero testamentum facere se existimaverit. Nam hoc casu nihil à legitimo peti poterit. Voluntatis autem quæstio ex [eo] scripto plerumque declarabitur [56]: nam si forte a Titio legata reliquit, substitutum adscripsit, heres si non extitisset, sine dubio non codicillos, sed testamentum facere voluisse intellegetur [57].

De legato relicto vel adempto in codicillis post mortem heredis.

XIV. SCÆVOLA [lib. VIII Quæstionum].

QUidam referunt (quantum repeto) apud Vivianum Sabini & Cassii & Proculi expositam esse in quæstione [58] hujusmodi controversiam: an legata, quæ, posteaquam instituti mortem obierunt [59], codicillis adscripta vel adempta sunt, a substituto debeantur? id est, an perinde datio & ademptio etiam hoc [60] tempore codicillis facta valeat, ac si testamento facta esset: quod Sabinum & Cassium respondisse aiunt, Proculo dissentiente: nimirum autem Sabini & Cassii collectio [61] (quam & ipsi reddunt) illa est, quod *codicilli pro parte* [62] *testamenti habentur, observationemque* [63] *& legem juris inde traditam servent*. Ego autem ausim sententiam Proculi verissimam dicere*: nullius enim momenti est legatum, quod datum est ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis [64] non est, licet testamenti fuerit: esse enim debet cui detur. Deinde sic quæri, an datum consistat, ut non ante juris [65] ratio quam persona quærenda sit: & in proposito igitur, quod post [66] obitum heredis codicillis legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia heres, ad quem sermonem conferat, in rebus humanis non est: eaque ademptio & datio nunc vana efficietur. Hæc in eo herede, qui ex asse institutus erit, dato substituto: ita ut ab instituto codicilli confirmarentur.

§. 1. Quod si duo instituti sint, substitutis datis, unusque eorum decesserit: utilia videntur legata, sed circa coheredem erit tractatus, nunquid totum legatum debeat, si *quisquis mihi heres erit* legatum erit, an vero non? quia sit substitutus heres, qui partem faciat, licet ipse non debeat. idem etiam potest circa nomina expressa tractari: multoque magis solum coheredem totum [67] debere puto; quia is adjunctus sit, qui etiam tunc, cum adjungebatur, in rebus humanis non erat.

XV. AFRICANUS [68] [lib. II Quæstionum].

SEd cum ea testatoris voluntas fuerit, ut ex universa hereditate legata erogarentur, dicendum scriptis heredibus profuturam doli exceptionem, si amplius [69] quam hereditaria portio petatur.

De codicillis ab intestato vel ex testamento. De nato post codicillos.

XVI. PAULUS [lib. XXI Quæstionum].

AB [70] intestato factis codicillis, relicta etiam postea natus intestati successor debebit. Quicumque enim ab intestato successerit, locum habent codicilli, nam unus casus est: nec interest, quis succedit, dum intestato succedat: ad testamentum autem, quod quoquo tempore fecisset, pertinent [71] codicilli. Et (ut manifestius dicam) intestato patrefamilias mortuo, nihil desiderant codicilli, sed vicem testamenti exhibent: testamento autem facto, jus sequuntur ejus.

De literæ.

XVII. IDEM [lib. III Sententiarum].

LIteræ [72], quibus hereditas promittitur [73], vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent.

De codicillis ante testamentum factis.

XVIII. CELSUS [lib. XX Digestorum].

PLotiana Celso suo salutem. Lucius Titius his verbis ita cavit: *Si quid tabulis, altove quo genere ad hoc testamentum pertinens* [74] *reliquero* [75], *ita valere volo*: Quæro, an codicilli, qui ante hoc testamentum scripti sunt, debeant rati esse? Juventius Celsus Plotianæ salutem. Hæc verba, *si quid ad hoc testamentum pertinens reliquero, valere volo*, etiam ea quæ ante testamentum scripta sunt, comprehendere.

Si quis damnetur, quasi solus heres ab intestato, & habeat coheredem.

XIX. MARCELLUS [lib. XIV Digestorum].

IS [76], qui unum filium habebat, cum codicillos [77] ad eum scripsisset, decessit intestatus, herede eo [78], [&] quem postea procreavit: Adgnatione sui heredis nemo dixerit codicillos evanuisse: igitur si nihil tum de posthumis speravit [79], [&] codicilli non evanescent: & quæ relicta sunt, pro parte dimidia filius, ad quem codicillus factus est, solvere compellitur; non etiam posthumus. Sed

---

18 Codicilli vires ex testamento capiunt, etiamsi in testamento non fuit confirmati.

19 Codicillus, ut testamento non valente non valent, ita rupto testamento rumpitur, adde *l.6.* ff. *eod.*

20 Si factum est testamentum ad codicillorum confirmationem, requiritur adhuc ex testamento: si non est factum, ab intestato: & ita Baldus adversus Accursium tenet, *hic.* & *l.* 2. ff. *de fideic. libert. l. qui filio.* §. *servum.* ff. *de hered. inst.*

21 §. 1. & *ibi Theoph.* ubi dixi, *Inst. cod l.* 2. §. 6. ff. *de falsis.* adde Ant. Fab. 5 *conjectur.* 12. 5 *Harm.* 6. §. 7. 37 *Synopsi.* 1. c. 1.

22 Codicillus etiam ante testamentum factus, testamenti sequela est: quippe intellectu posterior est, valet quoque etiamsi testamento non sit confirmatus, si modo voluntas testatoris quocunque judicio retineatur. Hodie codicilli valent, etiamsi non sint specialiter confirmati. §. 1. *Inst. eod.*

23 Sed tamen Cujacius putat codicillis scripta verbis directis non aliter valere, quam si specialiter codicilli testamento sint confirmati. 18 *obs.* 7.

24 §. 2. *in fin. Inst. eod. l.* 27. *in fin.* ff. *de cond. inst.* Imo, qui conditionem codicillis adjicere potest. *l. penult. in fin.* ff. *de condit. inst.*

25 §. *ult. Inst. eod.*

26 Codicillus testamenti sequela est minus solennis. §. *ult. Inst. de codicill.* nullæ in eo formulæ observantur, nulla certa verba, nullus ordo, nullus in eo libripens, nullus emptor familiæ, nec scribi aut signari debet testatoris manu, *ut hic.*

27 *l.* 22. ff. *de legat.* 3.

28 Posteriores codicilli prioribus derogant.

29 De clausula derogatoria vide Cujac. 14 *obs.* 7. v. *l.* 75. ff. *de reg. jur.*

30 *l.* 8. §. 2. ff. *eod.*

31 Jure scilicet: Nam si facto, non jure prohibeor testari (veluti si septem testes desint, quinque tamen adsint, codicillos facere possum. *l.* 8. §. 2. ff. *eod. l. ult. in fin. C. eod.*

32 V. *l.* 4. ff. *de his, quæ pro non scriptis.*

33 Hoc referendum est ad caduca, in quibus Jurisconsulti versati. dixi ad *l. un. C. de caducis.*

34 Causa efficiens ubi deficit, ibi confirmatio nihil operatur. *Bald.*

35 Ubi confirmavit. *Hal.*

36 Verbum *est* denotat tempus præsens. *Bald.*

37 *l.* 3. ff. *eod. l.* 16. ff. *eod.* §. 1. *Inst. eod.*

38 *l.* 6. §. 3. ff. *eod.*

39 De confirmatione dante robur actui invalido, v. Decian. *consil.* 65. *n.* 18. *lib.* 2. *& lib.* 3. *consil.* 38. *num.* 70. Turret. *de effect. clausul. codicill. quæst.* 31. *num.* 18. 19. 20. *& qu.* 64. *num.* 4. *&* 9. 31. *num.* 28. Riminald. *consil.* 332. *num.* 42. *lib.* 4. Anf. 40 *l.* 6. §. 5. ff. *de injust.* 41 Apud adrogatorem. 42 *l.* 6. *in fin.* ff. *qui test.* §. 3. *in fin. Inst. quib. non est permissum facere testam.* 43 Prætorio jure. 44 Codicillis scripta perinde confirmantur, ac si testamento scripta essent: inde fit, ut legatum testamento relictum servo proprio valeat, quasi relictum cum libertate, si modo libertas codicillis adscripta sit. 45 Si legatum ab initio non valet, confirmatur ex postfacto, impedimento ex ultima voluntate testatoris sublato, Bart. *l.* 91. §. 2. ff. *de legatis* 1. *l.* 9. *l.* 19. ff. *de manumiss. testa. l.* 8. *C. de fideicommiss.* ut hic regula Catoniana locum non habeat. Codicilli testamento junCti regulam impediunt. *Bald.* 46 Ultimus codicillus non est, post quem alium facere superstes testator adhuc potest. Vivo testatore, nullum ejus testamentum novissimum seu ultimum est dicendum. 47 *l.* 1. ff. *de legat.* 3. 48 Codicillos facere non potest, qui de suo statu dubitat, nisi sit miles. *l.* 11. ff. *de testam. milit.*

49 *Traditiones* suas habent utiam Jurisconsulti.

50 *l.* 6. *in pr.* ff. *eod.* ff. 2. *Inst. cod.*

51 Adde *l.* 44. ff. *de vulgar.* Codicillis testamentum confirmari non potest. Quid ita? Accessio suum principale non confirmat. Causa suæ causæ nihil esse potest: Quod confirmat, confirmato majus est.

52 Id est, præguantem.

53 Libertas codicillis relinqui potest.

54 Adde *l.* 77. §. 29. ff. *de legat.* 2. *l.* 31. §. 1. ff. *de fideicomm. liber.*

55 De legatis ab heredibus ab intestato præstandis, v. Turret. *de effect. clausul. codicill.* 4 79. *num.* 2. *q.* 80. *n.* 3. *&* 9. 64. *n.* 44. *&* 45. Anf.

56 Ex præsumptione colligitur, utrum testator voluerit instituere directo, vel non. *Bart.*

57 Quomodo? v. *l.* 14. *C. de testamentis.* Testamentum, non codicillos facere voluisse is videtur, qui heredem instituit, qui ab herede legata reliquit, qui substitutum heredi adscripsit? hæc enim omnia testamenti fieri solent.

58 *Quæstio*, propositio dubia est.

59 *Pro non scripto* dicitur, quidquid ei relinquitur, qui non est, vel ab eo, qui non est in rerum natura. *Bald.*

60 Post mortem heredum institutorum.

61 Id est, syllogismus, conclusio.

62 *Codicilli*, pars sunt testamenti. v. *l.* 16. ff. *eod.*

63 Hoc quid est? Codicilli pro parte testamenti habentur, observationem & legem juris inde traditam servant. Ne dicas easdem esse testamenti & codicillorum solennitates: Sed eadem in codicillis observari, quæ in testamento, ut is demum faciat codicillos, qui testamentum, *l.* 6. §. 3. ff. *eod.* & ut ei legetur codicillis, cui & testamento legari potest. *l.* 12. §. 1. ff. *de captivis. l.* 76. ff. *de rei vindic. in pr.*

64 V. *l.* 4. ff. *de his, quæ pro non scriptis.*

65 Prius quærendum est de persona, quam de jure, *Bald.* v. *l.* 6. ff. *de falsis.*

66 Codicillis legatum relinqui & adimi post obitum heredis non posse hinc colligunt: item, legem juris codicillorum inde traditam seu petitam. Codicillos & testamenta iisdem modis infirmari, ut & post Azonem Accursius acute notat.

67 Imo, partem: *l.* 19. *in fin* ff. *eod.*

68 V. Cujac. 2 *ad African. fol.* 14. 15. 16. 17.

69 *l.* 1. §. 17. ff. *ad Trebell.*

70 V. *l.* 8. ff. *eod.*

71 *l.* 14. ff. *eod. l.* 11. ff. *quemadmodum testam. aperiant.*

72 *l.* 52. ff. *de pactis.*

73 Hereditas promitti non potest. *Bald.* Lepidum est, quod idem adjicit, eum, qui hereditatem promittit, servire de vento. *Goth.* Vide Schurff. *cent.* 2. *consil.* 69. Valent. Forster. *de success. lib.* 4. *cap.* 24. Fachin. *lib.* 5 *controv. cap.* 84. *&* 85. Anf. 74 Subintellige, ante vel post hoc tempus à me scriptum. 75 Imo, obtinent. Nam epistola fideicommissum relinqui potest. *l.* 22. *C. de fideic.* 76 Verbum futuri temporis etiam præterita comprehendit. *l.* 123. ff. *de verb. sign.*

77 Vide Anton. Fab. 3 *conjectur.* 12. 78 Herede eo relicto. *Hal.* 79 A filio, quem testator gravare non credidit, legata non debentur. *Bald.*

Sed & si codicillos reliquisset duobus superstitibus filiis decedens, cum putaret alterum ex his prius decessisse, simili modo dici potest, omnia perinde debere filium, ad quem scripti sunt codicilli, atque si solus heres extitisset patri [80]. Imo dumtaxat partem [81] debet. Eorum tamen, quæ pro parte præstari non possunt, nihil eorum præstandum: quoniam illi non fuerit filio ablaturus, nisi [82] solum putaret successorem sibi futurum.

[80] Extitisset patri: Ulpianus notat. Imo, &c. *Hal.* eodem modo Ulpianus notat Marcellum in *l.* 27. *in fin. ff. de pign. l.* 28. *in fin. ff. de administr. tut.* [81] Imo, totum. *l.* 14. *in fin. ff. eod.*

[82] Non præsumitur patrem velle diminuere hereditatem filii per legatum: de qua præsumptione vide *Alciat. præs.* 3.

De herede nuncupato & legatis solis scriptis.

XX. PAULUS [lib. V ad leg. Juliam & Papiam].

SI palam [83] heres nuncupatus [84] sit, legata [85] autem in tabulis collata fuerint, Julianus ait, *tabulas testamenti non intelleges, quibus* [86] *heres scriptus non est: & magis codicilli* [87] *quam testamentum, existimandæ sint.* & hoc puto rectius dici.

[83] Sic enim nuncupandi fuit. *l.* 21. *ff. qui testamenta.*

[84] Codicilli pars esse possunt testamenti etiam nuncupativi. [85] Sine heredis institutione adjecta. Testator potest per nuncupationem solemnem testari, & codicillos nihilominus in scriptis facere: & utrumque valebit.

[86] *V. l. 1. in fin. ff. de vulgari.* [87] Nominatio heredis sine scriptura, non facit, ut scriptura continens legata sine institutione sit testamentum, sed ut codicilli habeantur. *Bart.*

LIBER TRIGESIMUS.

[LIBER PRIMUS].

DE [1] LEGATIS [2] ET [3] FIDEICOMMISSIS [4].

De exæquatione legatorum, & fideicommissorum.

1. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

PEr [5] omnia [6] exæquata [7] sunt [8] legata [9] fideicommissis [10].

Qui possunt fideicommittere.

II. IDEM [lib. I Fideicommissorum.]

SCiendum est, eos demum fideicommissum posse relinquere, qui [11] testandi jus habent. [12].

De conditione.

III. IDEM [lib. IV ad Sabinum].

HÆc verba testatoris, *Quisquis* [13] *mihi ex suprascripta heres erit:* aut, *si* [14] *heres erit Seius*, vel *si hereditatem adierit:* subjectum legatum vel fideicommissum non faciunt conditionale [15].

De errore in nomine rei legatæ. 1. De legato relicto ab hered. certarum rerum.

IV. IDEM [lib. V ad Sabinum].

SI quis in fundi [16] vocabulo [17] erravit, & Cornelianum pro Semproniano nominavit: debebitur Sempronianus: Sed, si in corpore [18] errabit, non debebitur [19]. Quod si quis, cum vellet vestem legare, supellectilem adscripsit, dum putat supellectilis appellatione vestem contineri: Pomponius scripsit, vestem non deberi: quemadmodum si quis putet, auri appellatione electrum vel aurichalchum [20] contineri: vel (quod est stultius) vestis [21] appellatione etiam argentum contineri. Rerum enim vocabula [22] immutabilia sunt: hominum [23] mutabilia [24]. §. 1. Si quis heredes instituerit, & ita legaverit, *quisquis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas esto dare:* ab omnibus [25] heredibus videri legatum: quoniam ad omnes eos res Gallicanæ pertinent.

De electione, 1. Et pronomine Meus.

V. PAULUS [lib. I ad Sabinum].

SErvi electione legata, semel [26] dumtaxat optare possumus. §. 1. Labeo ait, cum certa res aut persona legatur ita, *qui meus erit, cum moriar, heres dato*; & communis sit [27]; totum deberi: Trebatium vero respondisse, partem [28] deberi, Cassius scripsit: quod & verius est. §. 2. Cum fundus communis legatus sit non adjecta portione, sed *meum* [29] nominaverit, portionem [30] deberi constat.

De conditione, & demonstratione. 1. De pronomine, meus.

VI. JULIANUS [lib. XXXIII Digestorum].

SI *Tichum, qui meus erit cum moriar, heres meus dato*, magis conditionem [31] legato injecisse, quam demonstrare [32] voluisse patremfamilias apparet: eo quod, si demonstrandi causa hæc oratio poneretur, ita [33] concepta esset, *Stichus qui meus est:* non, *qui meus erit.* Sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, ut, si totum alienaverit, legatum extinguatur: si partem, pro ea parte debeatur, quæ testatoris mortis tempore fuerit.

De domino legatarii repudiante.

VII. PAULUS lib. II ad Sabinum.

LEgatum servo delatum dominus potest [34] repudiare [35].

[1] De *legatis* multa præclare & acute notata vide apud Ant. Fabr. 6 *Conject.* 1. adde 2 *Gai.* 7. §. *ult.* §. 10. *Inst. de fideicom. hered. & Inst. de singul. veb. per fideicom. relict.*

[2] VI C. XXXVII. 2 *Inst.* 20. Ulpian. 24. Paul. 3 *sent.* 6. & Harmen. 10. & 44 *Eclog.* 1. Ad hunc titulum scripserunt ex Neotericis, Zasius, Alciatus, Duarenus, Ferretus. *Legatum* quid est? An delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod universum foret heredis alicui quid collatum vult, ut Florentinus scribit, *l.* 116. *ff. eod.* An donatio testamento relicta, ut Modestinus, *l.* 36. *ff. de legat.* 2? His adde quædam quasi legata esse. v. *l. filiæ.* 18. *C familiæ.* ubi v. *Accurs.*

[3] Legata imperative fideicommissa precariis verbis relinquuntur. Ulp. 24. §. 1. & 25. §. 1.

[4] 6 C. 42. 2 *Inst.* 23. Ulp. 25. Paul. 4 *sent.* 1.

[5] Per omnia exæquata dicuntur, quod vi eadem sunt: licet nomine & forma sint diversa, §. *sed non usque. Inst. eod.* §. 1. *Inst. de donat.* §. 1. *vers. pari ratione. Inst. quib. mod. jus patriæ potest. l. Antoninus.* 42. *ff. de fideicom. libert. l. Jus civile. ff. de justitia. l. ult. C. de contr. empt.* Goth. vid. Vigl. §. 11. *Inst. de legat.* Cujac. 8 *obs.* 4. Augustin. 3 *emendat. cap. ult.* Revard. 3 *varior.* 4. Vasq. *de success.* §. 17. *num.* 118. Ans.

[6] Puta in quarta deductione. de qua v. Cuj. 4 *obs.* 4.

[7] A Justiniano, v. *l.* 2. *C. comm. de leg.* v. Duar. *hic. & 2 disp.* 9. De verbo *exæquari* adde *l. unic.* §. 1. *ff. ut ubi.* §. 4. *in fin. Inst. de interdict.*

[8] Legata fideicommissis exæquata, igitur diversa. Est enim diversorum exæquatio. Fuerint igitur forma & nomine diversa, ut & natura eadem.

[9] Siquidem olim erant inter legata & fideicommissa differentiæ. de quibus v. *hic* Alciat. *num.* 2. 3. 4. 5. 6. & Duar.

[10] An particularia & singularia, non autem universalia? ait Zasius *hic. num.* 13.

[11] Ulp. 25. §. 4. *l.* 1. *ff. de l.* 3. adde *l.* 24. *ff. de fideic. libert. l. conficiuntur.* 8. §. *codicill.* 2. *ff. de jure codicill.*

[12] Filius utcunque testari non potest, potest tamen donare causa mortis. *l.* 25. §. 1. *ff. de mort. causa.*

[13] Dictio *quisquis*, ad conditionem faciendam apta est. *l.* 67. *eod.*

[14] Ditio *si* conditionem facit. *l.* 24. *quando dies legator.*

[15] Cur ita? vel ideo, quod conditio quæ tacite, *Bald.* vel necessitate inest, legatum conditionale non facit. Socinus, Zasius, *hic.* ejus expressio sive adjectio nihil efficit. Alciat. *hic.* adde *l.* 107. *ff. de cond. & demonstr.* Tacite quæ insunt, si adjecta sint, nihil novi juris constituunt. *l.* 3. *C. de fidej. l.* 22. §. 1. *ff. quando dies leg. l.* 7. *in fin. C. de revoc. donat.*

[16] Vel hominis. *l.* 8. §. 2. *ff. secund. tab.* Goth. V. Sichard. ad *l.* 4. *C. de test. num.* 10. Ans. Adde Alciat. *lib.* 7 *parerg. cap.* 4. Vacon. *lib.* 4 *declarat.* 56. Revard. *lib.* 1 *variar. cap.* 19. Joan. Robert. *lib.* 1 *sent. jur. cap.* 16. S. L.

[17] Appellativo nomine, ut sequens exemplum docet.

[18] *l.* 9. *ff. de contr. empt. l.* 9. *ff. de hered. inst.*

[19] Tunc enim testator non scripsit quod voluit; scripsit autem quod noluit.

[20] *Aurichalcum*, non ideo dicitur quod ex auro & ære mixtum sit: alias venditio aurichalci pro auro valeret, *l.* 14. *ff. de contr. emp.* sed aurichalcum hic, est æs quod auri colorem & splendorem habet, quod longo jam tempore non reperiri effœta tellure Plinius ait, *lib.* 34. vide Anton. Mercat. 1 *nota.* 4. vid. Joseph. Scalig. *apud Fest. in voce Aurichalcum. ubi etiam dixi.* adde *l.* 45. *in fin. ff. de contrab. empt.* Fuit auro præstantius. Plaut. Servius

[21] *Æneid.* 21 *Vestis* appellatione argentum non continetur.

[22] Errore proprio in nomine admisso, legatum debetur: in appellativo, vel corpore, non debetur. Quid ita? vocabula rerum immutabilia: ideoque in illis nemo censetur errare. Hominum vero, mutabilia sunt, ideoque facile sit, ut in illis error admitti possit, & decipi quis.

[23] Vocabula alia rerum, alia hominum: hæc mutari possunt; illa non possunt. Quid? hominum vocabula quæ sunt? Ne dicas cum Accurs. ea esse, quæ, ab hominibus imposita: quippe omnia rerum vocabula, ab hominibus imposita, *teste Arist.* 1. *de interpr. & c.* 1. *de generat.* Ne dixeris rursus cum eodem, ea esse, quæ sint hominum, sed quæ ab hominibus deducta: Verbi gratia hic, Cornelianus & Sempronianus fundus, vocabula sunt non rerum sed hominum. Fundus rei nomen est, & quidem immutabile: Hominum vero vocabula mutari possunt; potest enim fieri, ut qui fuerit Cornelianus fundus, postea sit Sempronianus, nempe dominis mutatis fundorum. v. Ferrand. 1 *Explicat.* 31.

[24] *l. unic. C. de mutat. nomin.*

[25] Quoties enim testator, *volo, ut quisquis mihi heres erit, det centum*, nullum heredem excipio: ideoque ab omnibus peti potest. *l.* 33. *ff. de l.* 2.

[26] *l.* 20. *ff. de optionib.* Semel eligere permissum, nec ubi elegeris, variare licet. adde *l. hujusm.* 84. §. *Stichum.* 9. *ff. eod.* Electione jus eligendi in universum absumimus.

[27] Legare rem communem possumus. Nam quod commune est, aut futurum commune est, meum est. v. *l.* 46. *ff. de rebus. l.* 2. *C. de comm. serv.*

[28] *l.* 30. §. 4. *de leg.* 3.

[29] Verba *meum & tuum*, sunt ambigua: Intelliguntur enim de toto & parte, *l.* 25. *ff. de verb. sign.* vide in hunc locum Socin. *regula* 224.

[30] Hac *l.* 5. §. 1. *ff. eod.* Goth. In dubio quisque pro parte sua disposuisse censetur. Nicol. Everhard. *consil.* 79. *num.* 2. S. L.

[31] Ut nihil interest an ita dictum fuerit, *qui meus erit*: an ita, *si meus erit. l.* 85. *ff. de leg.* 3. v. Cujac. 2 *obs.* 30.

[32] Imo, hujusmodi enunciatio demonstrationem continet. *l.* 34. *in fin. ff. de auro.*

[33] Id est, in præteritum tempus: nam *demonstratio*, in præteritum: *conditio*, in futurum concipitur. *l.* 34. *in fin. ff. de conditionib. & demonstr.*

[34] Imo non potest. *l.* 34. §. 2. *ff. de leg.* 2. v. Cujac. 3 *obs.* 11.

[35] Quin potest & alienare. *Repudiare* est alienare. *l.* 5. §. 8. *ff. de rebus eorum.*

De augmento, & decremento. 1. De duobus heredibus alternate oneratis. 2. De pluribus rebus alternate legatis.

VIII. POMPONIUS lib. II ad Sabinum.

SI ex toto fundo legato testator partem [36] alienasset, reliquam duntaxat partem deberi placet: quia [37], etiam si adjecisset [38] aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet. §. 1. Si ita [39] scriptum sit, *Lucius Titius heres meus aut Mævius heres meus decem Seio dato:* cum utro [40] velit, Seius aget: ut si cum uno actum sit, & solutum, alter [41] liberetur: quasi [si] duo rei promittendi in solidum obligati fuissent. † Quid ergo, si ab altero partem petierit? Liberum cui [42] erit ab alterutro reliquum petere. † Idem erit, & si alter partem solvisset. §. 2. Si ita legatum sit, *Lecticariis* [43] *octo, aut* [44] *pro his in homines singulos certam pecuniam, utrum legatarius volet:* non potest legatarius partem servorum vindicare, pro parte nummos petere: quia unum [45] in alterutra causa legatum sit: quemadmodum si olei pondo quinquaginta, aut in singulas libras certum [46] æs legatum sit, ne aliter observantibus, etiam uno homine legato divisio concedatur: nec interest, divisa ea summa an juncta ponatur: [&] certe [47] octo servis aut pro omnibus [48] certa pecunia legata, non [49] posse invitum heredem partem pecuniæ, partem mancipiorum debere.

[36] *l.* 24. §. *penult. ff. eod.*

[37] Id est, quia sicut res legata aucta crescit, ita deminuta decrescit.

[38] *l.* 3. *ff. de institutio. l.* 32. §. 15. *ff. de don. inter vir.*

[39] V. *l.* 9. *ff. de duobus reis.*

[40] *l.* 25. *ff. de legat.* 3. Goth. Quod non tantum procedit in testament. sed etiam in contractibus. Hartmann. Pistor. *quæst.* 9. v. Duaren. hic & Leonin. *Emend. lib.* 5. *cap.* 4. Ans.

[41] *l.* 51. *in fin. ff. de eviction.*

[42] *Al.* ei

[43] Lecticarios, Hal. & *l.* 29. *in fin. princ. ff. de verborum obligationib.* Cæterum *lecticarii* erant, qui lecticas faciebant, in quibus per urbem potentiores ac ditiores circumferebantur, *ut & l.* 65. §. 1. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. *C. de execut. artif.* Quarum lecticarum meminit Juvenalis, *Satyra.* 1. Quin & eodem nomine dicebantur hi quoque, qui lecticas ipsas circumferebant, quos Petronius arbiter *lecticarios* appellat. *Procurator*, inquit, *Insulæ à duobus lecticariis in medium rixam profertur.* Lecticariorum meminit quoq; Sulpicius in quadam ad Ciceronem epistola.

[44] Atque ita illud, aut illud. v. *l.* 27. *ff. de legat.* 2.

[45] In alternativis unum tantum legatum esse intelligitur.

[46] Æstimatio si pro re legata alternative subjicitur, non potest solvi para rei legatæ, & pars æstimationis.

[47] Id est, ad numerum.

[48] Aliud fuerit, si pro singulis certa pecunia data esset.

[49] Ne varia solutio in una re recipiatur. adde *l.* 15. *ff. de leg.* 2.

IX. IDEM [lib. III ad Sabinum].

ID, quod apud hostes est, legari [50] posse [51] Octavenus scripsit: & postliminii [52] jure consistere [53].

De Optione.

X. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

UIianus, nec [54] à filiofamilias sine jussu patris optari posse, nec ante aditam hereditatem, putat: quod est verum.

[50] Vide ad hanc legem Cujac. 10 *obs.* 30.

[51] Non posse. *Hal.*

[52] Vel emptionis. *l.* 104. §. 2. *ff. eod.*

[53] Res, in qua spes est postliminii, legari potest. Quis autem legataria fructus fuerit? Heredi incumbit onus eius rei redimendæ ac recuperandæ. *Jas.*

[54] Quid ita? Optioni tacite inest repudiatio: siquidem uno electo ex pluribus, aliud repudiatur, *d. l.* 5. *ff. eod.* id autem filio sine patre non licet. *l.* 13. *in fin. ff. de adquirend. hered.* Ita filiusfamilias sine jussu patris optare legatum non potest.

De eo, quod est apud hostes.

IX. IDEM [lib. III ad Sabinum].

ID, quod apud hostes est, legari [50] posse [51] Octavenus scripsit: & postliminii [52] jure consistere [53].

De Optione.

X. PAULUS [lib. II ad Sabinum].

UIianus, nec [54] à filiofamilias sine jussu patris optari posse, nec ante aditam hereditatem, putat: quod est verum.

De fideicommisso relicto à patre vel domino legatarii.

XI. PAPINIANUS [55] [lib. IX Quæstionum].

CUm [56] filiofamilias vel servo alieno legatum vel hereditas datur [57], fidei committi patris vel domini potest [58]: ac tunc demum ex persona ipsorum fideicommissum vires capit, cum ipsis, per quos commodum hereditatis vel legati patri [59] dominove quæritur, fideicommissum relinquitur. † Denique Julianus, non insubtili ratione motus, patrem, cujus filius heres institutus est, extero quidem, habita ratione legis Falcidiæ, restituere hereditatem respondit: quoniam ex persona filii teneretur: Ipsi vero filio, non admissa Falcidia: quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset; ac pater non ut heres [60], sed ut pater, rogari videtur. † Et ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam, quod ad se pervenit ex legato vel hereditate filio relictis, restituere; isque vivo patre decedat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommissum ex persona patris vires acceperit.

Si legatarius collegatario successerit. 1. De difficultate præstationis. 2. De servis alienis. 3. De novissimo & præcedentibus scripturis.

XII. POMPONIUS [lib. III ad Sabinum].

SI mihi & tibi eadem res legata fuerit, deinde die legati cedente, heres tibi extitero [61]: liberum mihi esse Labeo ait, ex meo legato, an ex eo, quod tibi heres sim, adquiram [legatum]: Si voluero eam rem ex meo legato ad me pertinere, ut tota mea sit: ex hereditario [62] legato petere eam posse [63] Proculus ait.

§. 1. Si quis servos, *quos Gadibus* [64] *haberet*, eo testamento, quod Romæ moriens fecerit, triduo [65], quo mortuus fuerit, heredem dare mihi damnaverit: ratum esse legatum [66], & angustias [67] temporis nihil legato nocere. §. 2. Regula juris civilis est, quæ efficit, *ut* [68] *quibus ipsis legare possumus, eorum quoque servis* [69] *legare possimus.* §. 3. In legatis novissimæ [70] scripturæ valent [71]: quia mutari [72] causa præcedentis legati vel die, vel conditione, vel in totum ademptione, potest: Sed si sub alia & alia conditione legatum ademptum est, novissima ademptio spectanda est. † Interdum tamen in legatis non posteriori, sed præcedens scriptura valet: Nam si ita scripsero, *quod Titio infra legavero, id neque do, neque lego*, quod infra legatum erit, non valebit: nam & eum sermonem, quo præsentia legata data in diem proferuntur [73], ad postea quoque scripta legata pertinere placuit [74]. † Voluntas [75] ergo facit, quod in testamento scriptum valeat.

[55] A Justiniano, v. *l.* 2. *C. comm. de leg.* v. Duar. *hic. & 2 disp.* 9. De verbo *exæquari* adde *l. unic.* §. 1. *ff. ut ubi.* §. 4. *in fin. Inst. de interdict.*

[56] Legata fideicommissis exæquata, igitur diversa. Est enim diversorum exæquatio. Fuerint igitur forma & nomine diversa, ut & natura eadem.

[57] Siquidem olim erant inter legata & fideicommissa differentiæ. de quibus v. *hic* Alciat. *num.* 2. 3. 4. 5. 6. & Duar.

[58] An particularia & singularia, non autem universalia? ait Zasius *hic. num.* 13.

[59] Ulp. 25. §. 4. *l.* 1. *ff. de l.* 3. adde *l.* 24. *ff. de fideic. libert. l. conficiuntur.* 8. §. *codicill.* 2. *ff. de jure codicill.*

[60] Filius utcunque testari non potest, potest tamen donare causa mortis. *l.* 25. §. 1. *ff. de mort. causa.*

[61] Ditio *si* conditionem facit. *l.* 24. *quando dies legator.*

[62] Cur ita? vel ideo, quod conditio quæ tacite, *Bald.* vel necessitate inest, legatum conditionale non facit. Socinus, Zasius, *hic.* ejus expressio sive adjectio nihil efficit. Alciat. *hic.* adde *l.* 107. *ff. de cond. & demonstr.* Tacite quæ insunt, si adjecta sint, nihil novi juris constituunt. *l.* 3. *C. de fidej. l.* 22. §. 1. *ff. quando dies leg. l.* 7. *in fin. C. de revoc. donat.*

[63] Vel hominis. *l.* 8. §. 2. *ff. secund. tab.* Goth. V. Sichard. ad *l.* 4. *C. de test. num.* 10. Ans. Adde Alciat. *lib.* 7 *parerg. cap.* 4. Vacon. *lib.* 4 *declarat.* 56. Revard. *lib.* 1 *variar. cap.* 19. Joan. Robert. *lib.* 1 *sent. jur. cap.* 16. S. L.

[64] Appellativo nomine, ut sequens exemplum docet.

[65] *l.* 9. *ff. de contr. empt. l.* 9. *ff. de hered. inst.*

[66] Tunc enim testator non scripsit quod voluit; scripsit autem quod noluit.

[67] *Aurichalcum*, non ideo dicitur quod ex auro & ære mixtum sit: alias venditio aurichalci pro auro valeret, *l.* 14. *ff. de contr. emp.* sed aurichalcum hic, est æs quod auri colorem & splendorem habet, quod longo jam tempore non reperiri effœta tellure Plinius ait, *lib.* 34. vide Anton. Mercat. 1 *nota.* 4. vid. Joseph. Scalig. *apud Fest. in voce Aurichalcum. ubi etiam dixi.* adde *l.* 45. *in fin. ff. de contrab. empt.* Fuit auro præstantius. Plaut. Servius

[68] *Æneid.* 21 *Vestis* appellatione argentum non continetur.

[69] Errore proprio in nomine admisso, legatum debetur: in appellativo, vel corpore, non debetur. Quid ita? vocabula rerum immutabilia: ideoque in illis nemo censetur errare. Hominum vero, mutabilia sunt, ideoque facile sit, ut in illis error admitti possit, & decipi quis.

[70] Vocabula alia rerum, alia hominum: hæc mutari possunt; illa non possunt. Quid? hominum vocabula quæ sunt? Ne dicas cum Accurs. ea esse, quæ, ab hominibus imposita: quippe omnia rerum vocabula, ab hominibus imposita, *teste Arist.* 1. *de interpr. & c.* 1. *de generat.* Ne dixeris rursus cum eodem, ea esse, quæ sint hominum, sed quæ ab hominibus deducta: Verbi gratia hic, Cornelianus & Sempronianus fundus, vocabula sunt non rerum sed hominum. Fundus rei nomen est, & quidem immutabile: Hominum vero vocabula mutari possunt; potest enim fieri, ut qui fuerit Cornelianus fundus, postea sit Sempronianus, nempe dominis mutatis fundorum. v. Ferrand. 1 *Explicat.* 31.

[71] *l. unic. C. de mutat. nomin.*

[72] Quoties enim testator, *volo, ut quisquis mihi heres erit, det centum*, nullum heredem excipio: ideoque ab omnibus peti potest. *l.* 33. *ff. de l.* 2.

[73] *l.* 20. *ff. de optionib.* Semel eligere permissum, nec ubi elegeris, variare licet. adde *l. hujusm.* 84. §. *Stichum.* 9. *ff. eod.* Electione jus eligendi in universum absumimus.

[74] Legare rem communem possumus. Nam quod commune est, aut futurum commune est, meum est. v. *l.* 46. *ff. de rebus. l.* 2. *C. de comm. serv.*

[75] Verba *meum & tuum*, sunt ambigua: Intelliguntur enim de toto & parte, *l.* 25. *ff. de verb. sign.* vide in hunc locum Socin. *regula* 224.

Quia si ut heres restitueret, sibi ipsi restitueret: quod est absurdum. *l.* 41. *in fin. pr. ff. de evictionibus.* Duaren. *hic.*

[76] Et ita legatum adcreverit mihi ex causa lucrativa. *l.* 21. §. 1. *ff. de legat.* 3.

[77] Ex testamentario.

[78] Eam non posse. *Contius.*

[79] Loco à Roma remoto. Horat. 2 *od.* 2. *Quam si Libyam remotis Gadibus jungat, & uterque Poenus serviat uni.*

[80] Utcunque sit conditio impossibilis. vide *l.* 3. *ff. de cond. & demonstrat.*

[81] *l.* 19. *C. eod.*

[82] Servus legatum ab postle capere, ex persona ejus domini dijudicandum est: de quo vide quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. de verb. oblig.*

[83] *l.* 82. §. *ult. ff. de leg.* 2. *l.* 5. *ff. de servitute legata.*

[84] *l.* 87. *ff. de cond. & demonstr.*

[85] Vide tamen *vers. intend. ff. eod.*

[86] Legati causa mutari potest, vel in die, vel in conditione, vel in totum ademptione. adde *l.* 75. *ff. de reg. jur.*

[87] *l.* 30. *in fin. ff. eod.*

[88] *l.* 22 *ff. de leg* 3.

[89] *l.* 7. *in fin. ff. de usufruct.* v. Cujac. 14 *obs.* 7.

De homine *generaliter legato.*

XIII. IDEM [lib. IV ad Sabinum].

C Um incertus homo legatus tibi esset, heres Stichum servo tuo tradidit: Neratius respondit, si voluntate [55] domini tradidit, vel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus esset.

De ademptione legati.

XIV. ULPIANUS [lib. XV ad Sabinum].

S I ita sit adscriptum, *si mi legavero bis, semel heres esto*: vel *ut semel debeatur*: & eidem duas quantitates adscripserit, vel duos fundos: An utrumque debeatur? Et ait Aristo, unum videri legatum. Nam quod ademptum est, nec [56] datum videri, secundum Celli & Marcelli sententiam: quæ vera est. §. 1. Sed Papinianus libro nonodecimo quæstionum ait, & si post legata sæpius adscripta idem hoc subjecit, *semel* [57] *præstari velle*, & hoc ante impletum testamentum fecerit, ipso jure videri cætera legata adempta, sed quo [58] magis erit ademptum, non enim apparet? & ait, posse dici, exiguius esse præstandum.

De errore in quantitate. 1. *De jure accrescendi.*

XV. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

Q Ui quartam *partem* bonorum legare voluit, dimidiam scripsit. Proculus recte ait, posse defendi quartam legatam: quia [59] inesse [60] dimidiæ. Idem erit & si quinquaginta voluit legare, & centum scripta sint: quinquaginta enim debebuntur. † Sed & si plus legare voluit, & minus scripsit, valebit legatum. §. 1. Si quis unam summam filiabus [61] legaverit, ut etiam de postbuma sentiret: si ea non est nata, superstiti [62] solidum debebitur [63].

1. *Si is, qui cum alio damnatus sit, solus sit heres.* 2. *De jure accrescendi.*

XVI. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

S I duobus res conjunctim legata sit, quamvis alter in rerum natura non [64] fuerit: alteri solam partem deberi, puto verum esse. §. 1. Heres, adjecto ei nomine cujusdam, qui heres non sit, dare damnatus, totum legatum debet: nam & si duos ex heredibus suis nominatim quis damnasset, & alter hereditatem non adisset, qui adisset [65], totum deberet; si pars ejus, qui non adisset, ad eum qui adisset, pervenerit. §. 2. Si Titio & posthumis legatum sit, non nato posthumo [66], totum Titius vindicabit. † Sed & si testator Titio & posthumis viriles partes dari voluisset, vel etiam id expressisset, totum legatum Titio debetur, non nato posthumo.

Cur appellationi filiæ *contineatur posthuma.* 1. *Si posthumæ legetur, & plures nascantur.* 2. *De legato* præceptionis.

XVII. ULPIANUS libro quinto *decimo* ad Sabinum.

Q Ui *filiabus* [67] legavit, si mentionem aliqua [68] parte testamenti posthumæ fecit, videtur in filiarum legato & de posthuma [69] sensisse. §. 1. Si quis ita legaverit: *Si qua* [70] *filia mihi genitur* [71], *ei heres meus centum dato*: pluribus natis [72], videtur singulis tantundem legasse: quod ita accipiendum est [73], nisi evidens sit contraria sententia testatoris. §. 2. Si [74] uni ex heredibus fuerit legatum: hoc deberi ei officio judicis familiæ herciscundæ, manifestum est: sed etsi abstinuerit [75] se hereditate, consequi eum hoc legatum posse, constat.

XVIII. JULIANUS [lib. XXXI Digestorum].

E T quidem totum [76] legatum petere potest: quamvis à [77] semetipso inutiliter ei legatum fuisset.

De repetitione legati, 1. *Et pluribus legatariis.*

XIX. ULPIANUS [lib. XV ad Sabinum].

L Egata inutiliter data, Papinianus putat libro Quæstionum confirmari per repetitionem [78], [id est, per hanc scripturam] postea forte in codicillis factam, *Hoc amplius ei heres meus dato*: & diversum esse in illa scriptura, *Quæ pecuniæ legavi, quibus dies adpositus non est, annua, bima, trima die, heres meus dare damnas esto*: non enim hoc egisse testatorem, ut confirmaret quæ inutilia sunt: sed ut diem utilibus prorogaret. §. 1. Idem eodem loco, & in substituto impuberis scripsit: ut, si fuerit ab impubere inutiliter legatum, substitutus hoc debeat, si hoc amplius legatum ab eo sit relictum aliquid, nec ille patri heres exstiterit, & decesserit.

§. 2. In legato pluribus relicto [79], si partes adjectæ non sunt, æquæ [80] servantur.

Si unus ex servis legetur.

XX. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

Q Ui duos servos haberet, unum [81] ex his legasset, ut non intellegeretur quem legasset [82]: legatarii [83] est electio.

De Grege, *&* Insula.

XXI. ULPIANUS [lib. XV ad Sabinum].

G *Rege* [84] legato, & quæ postea [85] accedunt, ad legatarium pertinent.

XXII. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

S I grege legato, aliqua pecora vivo testatore mortua essent, in eorumque locum aliqua essent substituta [86]: eundem [87] gregem videri: & si deminutum ex eo grege pecus esset, & vel unus bos supereresset [88], eum vindicari posse, quamvis grex desisset esse: quemadmodum insula legata, si [89] combusta esset, area posset vindicari [90].

XXIII. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

S I quis bonorum partem legaverit, ut hodie fit, sine fructibus [91] restituitur: nisi mora [92] intercesserit heredis.

De re futura. 1. *De usufructu,* 2. *De augmento,* 3. *De decremento rei legatæ.* 4. *De pronomine,* meum.

XXIV. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

Q Uod in rerum natura adhuc non sit [93], legari posse, veluti, *quidquid illa ancilla peperisset*, constitit: vel ita, *ex vino, quod in fundo meo natum est, vel fetus tantum dato.* * §. 1. Si usumfructum [94] habeam, eumque legaverim, nisi postea proprietatem ejus nactus sim, inutile legatum est. §. 2. Si quis post testamentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adjecerit [95], quam fundi Titiani destinaret: id, quod adjectum [96] est, exigi à legatario potest: & similis est causa alluvionis [97]: [&] maxime si ex alio agro, qui fuit ejus, cum testamentum faceret, eam partem adjecit. §. 3. Quod si post testamentum factum, ex fundo Titiano aliquid detraxit [98], & alii fundo adjecit: videndum est, utrumne eam quoque partem legatarius petiturus sit; an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit: cum nostra destinatione fundorum nomina [99] & domus, non natura constituerentur? Et magis est, ut quod alii destinatum est, ademptum esse videatur. §. 4. Si navem legavero, & specialiter meam adscripsero, eamque per partes totam refecero [100] carina eadem manente: nihilominus recte à legatario vindicaretur.

Si patri heredi legetur.

XXV. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

A Filio [1] herede [2] etiam pure patri [3] legari potest: nec interest, an die cedente legati in patris potestate sit. Igitur, & si jussu patris adita sit hereditas, imputabitur ei in Falcidiam.

Quid sit legatorum nomine pertinere. 1. *De interitu rei legatæ.* 2. *De parte bonorum.*

XXVI. POMPONIUS [lib. V ad Sabinum].

N On [4] amplius legatorum nomine ad quemquam pertinere videtur, quam quod deducto eo, quod explendæ conditionis causa datum esset, supereresset. §. 1. Si *certum corpus* heres dare damnatus sit; nec fecerit, quo minus ibi, ubi id esset, traderet: si [5] id postea sine dolo & culpa heredis perierit, deterior sit legatarii [6] conditio. §. 2. Cum, *bonorum parte* legata, dubium sit, utrum rerum partes an æstimatio debeatur? Sabinus quidem & Cassius æstimationem, Proculus & Nerva rerum partes esse legatas existimaverunt. Sed oportet heredi succurri [7]: ut ipse eligat, sive rerum partes sive æstimationem dare malnerit. In his tamen rebus partem dare heres conceditur, quæ sine damno dividi possunt: sin autem vel naturaliter [8] indivisæ sint, vel sine damno divisio earum fieri non potest, æstimatio ab herede omnimodo præstanda est.

XXVII. PAULUS [lib. IX ad Plautium].

P Oresť autem heres vel paucioribus vel in una re relictam partem legatario dare, in quam vel legatarius consenserit, vel judex [9] æstimaverit: ne necesse haberet legatarius in omnibus [10] rebus vindicare portionem.

De debito legato creditori.

XXVIII. ULPIANUS [lib. XIX ad Sabinum].

S I creditori meo, tutus [11] adversus eum exceptione, id quod ei debeo, legem: utile legatum est: quia remissa * ei * exceptio videtur: Sicut Aristo ait, id, quod honoraria actione mihi debetur, si legetur mihi, legatum valere: quia civilis mihi datur actio pro honoraria. §. 1. Marcellus libro vicesimo octavo putat, rem, quam ex stipulatu mihi debes, si legaveris, utile esse legatum: ut neque [12] Falcidia hoc minuat.

XXIX. PAULUS [lib. VI ad legem Juliam & Papiam].

S In [13] autem neque [14] modo, neque tempore, neque conditione, neque loco debitum [15] differatur: inutile [16] est legatum.

De clausula, qua dies adjicitur legato, quibus dies oppositus non est.

XXX. ULPIANUS [lib. XIX ad Sabinum].

T Alis scriptura, *quæ pecuniæ* [17] *legavi, quibus dies adpositus* [18] *non est, eas heres meus annua, bima, trima die* [19] *dato*, ad corpora legata non [20] pertinet, sed ad ea, quæ pondere, numero, mensura continentur. §. 1. Et ad ea tantum legata pertinet, quibus dies non est adpositus: proinde si forte pure legatum est, ex hac adjectione prorogabitur. §. 2. Quid si forte *centum* mihi legata sunt *præsentia*? Utrum annua [21] die debuntur, an vero præsentia? Et ait Servius, & Labeo, præsens deberi. Quamvis igitur supervacua sit hæc adjectio, quantum ad vim, & effectum legati pertinet: tamen ad hoc proficiet, ut præsenti die legatum debeatur.

§. 3. Sed si [22] *in annos singulos* aut *singulos menses* sit legatum relictum, cessabit ea scriptura, quia hoc legatum & initium [23], & finem habet. §. 4. Sed & si sub conditione sit legatum relictum, potest dici, cessare annuam adjectionem: quia dies incertus [24] appellatur [25] conditio. §. 5. Cui congruit, quod Trebatius existimat: si cui legetur, *quando annorum viginti erit*, vulgarem [26] hanc [27] clausulam cessare. §. 6. Item si legetur pecunia, *quæ* [28] *in arca est*, vel vinum, *quod in apotheca est*, dicendum

[55] 49. *T. de fideic.*

[56] *l.* 17. *C. eod.*

[57] Et sic nuda voluntate adimuntur legata. *l.* 2 *in fin. T. de adimen.*

[58] *Al.* quod, *vel* quo, id est, cur.

[59] Flor. quæ inest.

[60] Quinquaginta inest. Hal. *l.* 9 *T. de heredit. v. l.* 110. *T. de verb. jur.*

[61] Omnibus.

[62] Deficiens portio superstiti adcresceret.

[63] Et adcresceret. *l.* 7. *T. de reb. dub.*

[64] *l.* 34. § 9. *T. eod.*

[65] *l.* 122. §. 1. *T. eod.*

[66] *l.* 7. *in pr. T. de reb. dub.*

[67] Filiæ legans, etiam de posthuma sensisse intelligitur, si mentionem aliqua parte testamenti posthumæ fecerit: secus, si non fecerit. Hunc tamen locum refert Jason ad vere posthumos, qui mortuo testatore nascuntur, non ad natos post testamentum vivo testatore: cum eos testator viderit, imo & dilexerit. *l. si cognatis* 19 *T. de reb. dub. l. omnia.* 32. *in fin. T. test. prox.* Quid, si quis filiabus leget id quod eis necessitate præstare tenetur, verbi gratia, dotem, aut tutorem det? Posthumam contineri notant. *l. si quis filiabus. 5. T. de test. tut. v.* Jason. *hic. num.* 26. & *seq.* Gothofr. Adde Alciat. *lib.* 8 *parerg. cap.* 33. S. L.

[68] V. quæ scripsi ad *l.* 50. *T. eod.* Testamenti (ut & legis & statuti) verba ambigua, alia ejus parte declarantur & interpretationem accipiunt, *ut hic.* Imo, & testatoris aliis scripturis, & epistolis, *l. alimenta.* 16. §. 1. *T. de aliment.* ut per contrarium contractus verba declarantur ex verbis prolatis in ultima voluntate. *l. uxori.* 33. *in fin. T. de legat.* 3. Ita fiet, ut una cum clausula legati, legatario petenti ea sit quoque edenda clausula, ex qua ipsius legati clausulæ interpretationem & lucem potest accipere. *Bart. Angel. Jas.* 69 V. *l.* 164. *T. de verb. sign.* 70 *Qua*, particula distributiva: quæ ut uni, ita pluribus convenit, ut *quisquis & quicunque.* 71 ἀφορισμὸς: Varro Audabata: *Hæc loca aliquid gemunt.* Lucretius 3. *Tanto magis inficiandum, totum extra corpus durare, genique.* Prisicianus lib. X. *Ceno pro Gigno vetustissimi protulerunt.* Varro 4 de re rustic. *Antequam genat filiquas.* 72 *Singularis* sæpe accipitur pro plurali, *ut hic.* filia, pro filiabus, *l.* 81. §. 8. *T. eod. l.* 24. *l.* 25. *l.* 26. *T. de hered. inst. l. ult. T. ad Trebell.* 73 Evidens quid est? quod etiam conjecturis colligitur. *l. licet imperator.* 74. *T. eod. l. quidam testam.* 30. *T. de vulg.* 74 *Prælegata*, hoc est, legata nobis etiam institutis, consequimur judicio familiæ erciscundæ, hoc est, pro parte: at si hereditatem repudiaverimus, actione ex testamento solidum consequemur. 75 *l.* 91. §. 2. *T. eod. l.* 4. §. 11. *T. de doli mali. v. l.* 12. *C. de legat.* Legatarius pro parte, & pro alia heres, hereditate abstinere, & legatum consequi potest. 76 V. quæ scripsi ad *l.* 16. *C. de fideic.* 77 *l.* 116. §. 1. *T. eod.* 78 *l.* 32 *T. eod.* de particulis repetitionis servientibus vid. Cujac. 8 *obs.* 36. sane *vide Amplius*, hac lege repetitionem inducit. 79 *l.* 9. §. 12. *T. de hered. Inst.* Ans. 80 *arg. l.* 23. *in fin. C. eod.* adde §. 6. *Inst. de hered.* 81 Ex duobus scil. Aliud erit, si unum tantum legaverit: tunc enim heredis electio est. *l.* 32. §. 1. *T. eod.* 82 Id est, quoties incertus ex certis legatus est, legatarii electio est. 83 *l.* 2. *T. de optione. v. l.* 106. *T. de verb. oblig.* Quid, si duo sint legatarii? is in eligendo præfertur, qui prior erit nominatus. *arg. l.* 34. *T. de usufr.* 84 5 *Harm.* 10. §. 6. Id est, toto universali. 85 §. 18. *Inst. eod. l.* 3. *T. de institu.* 86 *l.* 24. *in fin. T. eod. l.* 65. §. 1. *in fin. T. de legat.* 2. *l.* 16. *l.* 79. §. *penult. T. de legat.* 3. 87 *l.* 76. *T. de indiciis.* 88 In residuis universitatis supererit legatum. *l.* 10. *in fin. l.* 11. *T. quib. mod. usufr.* 38. *T. de auro.*

[89] 5 *Harmen.* 20 § 7.

[90] Imo, en casu area vindicari non potest. *l.* 5 § 2. *T. quib. mod. usufr.*

[91] *l.* 77 § 19 *T. de legat.* 2 *l.* 18. §. 1. §. 2. *ad Trebell.*

[92] *l.* 84 *T. de legat.* 2. *l.* 26. *T. de legat.* 3 adde, idem esse in legatis ad pias causas. *l.* 46. §. 4. *C. de Epis. ep.*

[93] Sed tamen esse potest. *l.* 15. *l.* 17. *T. de legat.* 3. §. 7. *Inst. eod.* Alius legatum erit inutile *l.* 7. *in fin. T. de testim.*

[94] *l.* 20. *C. eod.*

[95] V. *l.* 1 *C. finium regund.*

[96] *l.* 3. *T. de instruct.*

[97] *l.* 16 *T. de legat.* 3. adde *l.* 16. *T. de pignor.*

[98] *l.* 8. *T. eod. l.* 65. *T. de leg.* 2. *d. l.* 3.

[99] V. *l.* 1. 2. *C. finium regundor.*

[100] V. *l.* 22. *T. eod.*

1 Ulp. 24. § 24. Legare a servo herede, ipsi domino ita possumus. §. 33. *& ibi Theoph. Inst. de legat.*

2 Instituto scil. 3 *l.* 91 *T. eod. l.* 17. *in fin. quando dies legat.*

4 *l.* 76. *in fin. pr. T. de legat.* 2.

5 Interdum sine detrimento heredis mortuo servo legatus.

6 *l.* 14 *in fin. T. eod. l.* 32. §. 2. *T. de leg.* 2. *l.* 22. *in fin. l.* 88. §. 2. *T. de leg.* 3. *l.* 18. *in fin. T. de aur.* *l.* 30. §. 2. *T. ad l. Falc.* §. 16. *Inst. hoc tit.*

7 *l.* 32. §. 8 *T. de usufr. legato.*

8 *Individua* alia sunt natura, alia lege. Natura, quæ naturaliter dividi non possunt: Lege, quæ sine damno dividi non possunt.

9 Vel arbiter. *l.* 3. *T. de arbitris.*

10 Id est, in singulis.

11 *l.* 13. *T. de liberat. legata.*

12 *l.* 1. §. 13. *T. de dote prælegata.*

13 Debitum differtur modo, tempore, conditione, loco, *ut hic.* & reipsa. *l. nemo.* 55. *T. eod. l. interdum.* 73. *T. de verb obl.* His detractis præsenti die debetur ex stipulatione. *l.* 14. *T. de reg. jur.* In constituto decem dierum spatium est. *l. promissor.* 21. §. 1. *T. de constituta pecun.*

14 Cum obligationem differri dicit, id est, modo, tempore, conditione, loco, quatuor terminos in decussem collocari, & quasi χιασμὸν facit: quod & σχῆμα χιαστὸν vocant Græci: nam modus respondet conditioni: tempus, loco. vide Cujac. 14 *obs.* 24.

15 Mihi sc. *l.* 25. *vers. contra. T. de liberatione.* §. 14. *Inst. eod.*

16 Legare creditori debitor, quod ei ipse debeat, non potest: nisi modo, tempore, conditione, loco meliorem faciat creditoris conditionem, *ut hic.* adde Socinum *reg.* 200.

17 Pecuniæ legato corpora non continentur, sed ea tantum, quæ pondere, numero, mensura constant.

18 *l.* 54. *T. de cond. & demonstr.* Porro hæc verba, *quibus dies adpositus non est*, Cujacius sit esse ex interpretatione, non ex formula: idque apparere ex *l.* 19. *T. eod.* v. Cujac. 15 *obser.* 19.

19 Id est, anno, biennio, aut triennio. *l.* 41. §. 1. *T. de man. vind. l.* 3. *T. de ann. legat. Ans.*

20 Imo pertinet. *l.* 178. *T. de verb. signif.*

21 Id est, tribus pensionibus: compendium enim orationis hic affectavit Tribonianus pro annua, bima, trima die. Vide Cujac. 7 *obser.* 20. dixi ad Ulpian. 6. §. 13. *T. de annuis.*

22 Legata in annos singulos ac menses initium & finem habent, & quia initium & finem habent, certa sunt: diem habent, ut ne videantur ex eorum legatorum esse numero, quibus dies non est adpositus.

23 *Certa* dicuntur, quæ initium & finem habent. Certitudo esse censetur in his, quæ initium & finem aliquem habent.

24 Conditio incertus dies dici potest.

25 *l.* 75. *T. de cond. & demonstr. l.* 8. *C. de testamen. manumiss.* Conditio dies est incertus.

26 Annua, bima, trima die.

27 Quæ prorogat legata pure relicta.

28 Quoties quæ pondere, numero vel mensura constant, non simpliciter legantur, sed *uti certo quodam loco concludantur*, non quantitatis, sed speciei legatum est. Ita pecunia, *quæ in arca est*, legata, speciei est legatum, ac corporis, non quantitatis, *ut hic.* Quis inde effectus? Pecuniæ legato pecunia, quæ in arca fuerit, non continebitur. Quid ita? Pecunia legato quantitates solæ continentur, non species, *ut hic.* non corpora, *hæc l. in princ.*

dum est, cessare clausulam: quoniam, quotiens species legetur, cessare diximus. §. 7. Hanc [29] autem scripturam non solum ad præcedentia [30] [sola] legata, sed ad universa, quæ testamento adscripta sunt, extendi, Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius responderunt: idque verum est.

XXXI. Paulus [lib. III ad Sabinum].

Sed etiam ad ea, quæ codicillis confirmatis postea legata fuerint, hæc clausula pertinet.

De legator. repetitione à substituto pupilli. 1. De verbo homonymo. 2. De relicto parti civitatis.

XXXII. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

Si quis a filio pupillo herede instituto, *cum* [31] *is in tutelam suam venisset*, pecuniam legaverit, & à substituto herede legata repetierit [32]: impubere [33] filio mortuo, secundus heres legatum non debebit: quod ita verum esse tam Sextus quam Pomponius putant, si repetitio [34] legatorum ad eum modum concepta sit, veluti, *quæ a filio meo legavi, quæque eum dare jussi, si mihi heres esset, id heres meus* [35] *nisi bonis diebus dato*; sed si ita repetita fuerint, *quæ a filio meo legavi, heres meus dato*, pure repetita videbuntur legata, & damnatæ demonstratio eorum facta: ipsum & hoc ipsum legatum, de quo quæritur, præsens debebitur. §. 1. Si quis plures Stichos habens, Stichum legaverit: si non [36] apparet, de quo Stichо sensit, quem [37] eligeret, debet præstare. §. 2. Si parti [38] civitatis [39] aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel compendium Reipublicæ spectat, sine dubio debebitur.

De re pluribus legata.

XXXIII. Paulus [lib. III Regularum].

Si [40] pluribus eadem res legata fuerit: si quidem conjunctim [41], etiam [42] si alter vindicet, alter ex testamento aget, non plus [43] quam partem [44] habebit is, qui ex testamento aget: † Quod si seperatim [45], si quidem evidentissime [46] apparuerit, ademptione à priore legatario facta, ad secundum legatum testatorem convolasse, solum posteriorem ad legatum pervenire placet; sin autem hoc minime apparere potest, pro virili [47] portione ad legatum omnes venire: scilicet [48] nisi [49] ipse testator ex scriptura manifestissimus [50] est, utrumque eorum solidum accipere voluisse: tunc enim unum pretium, alii ipsa res adjungatur, electione rei, vel pretii [51] servanda ei, qui [52] prior [53] de legato sive fideicommisso litem contestatus est; ita tamen, ut non [54] habeat licentiam, altero electo, ad alterum transire.

1. De eod. re sæpius in eodem testamento vel duobus testamentis legata. 7. De emente rem sibi legatam. 8. De eadem re duobus testamentis legata. 9. De legatario conjuncto. 10. Vel de omnibus. 11. Si heredes heredi, & extraneo. 12. Si legatur heredibus. 13. Si unus ex legatario heredi successerit. 14. De duobus rebus alternate legatis. 15. De fundo legato, ut per partem habeat.

XXXIV. Ulpianus [lib. XXI ad Sabinum].

Plane, ubi transire volunt legatum in novissimum, priori non debebitur: tametsi [55] novissimus talis sit, in cujus persona legatum non constitit. At si conjuncti disjunctive commixti sint, conjuncti [56] unius personæ potestate fungantur. §. 1. Si eadem [57] res sæpius [58] legetur in eodem testamento: amplius quam semel peti non potest, sufficitque, vel rem consequi, vel rei æstimationem. §. 2. Sed si duorum [59] testamentis mihi eadem res legata sit, bis petere potero: ut ex altero testamento rem consequar, ex altero æstimationem. §. 3. Sed si non corpus sit legatum, sed quantitas, [60] eadem in eodem testamento sæpius, Divus Pius rescripsit, tunc sæpius præstandam summam, si evidentissimis probationibus ostendatur testatorem multiplicasse [61] legatum voluisse. Idemque & in fideicommisso constitui. Ejusque rei ratio evidens est, quod eadem res sæpius præstari non potest: eadem [62] summa volente testatore multiplicari potest.

§. 4. Sed hoc ita erit accipiendum, si non certum corpus nummorum sæpius sit relictum, utputa *centum, quæ* [63] *in arca habet*, sæpius legavit: tunc enim fundo [64] legato esse comparandum credo.

§. 5. Sed si pondus auri vel argenti sæpius sit relictum, Papinianus respondit, magis [65] summæ legato comparandum: meritо; quoniam non species certa relicta videatur. §. 6. Proinde & si quid aliud est, quod pondere, numero, mensura continetur, sæpius relictum, idem erit dicendum [id est, sæpius deberi, si hoc testator voluerit]. §. 7. Quod si rem emissem [66] mihi legatam: utique ad pretium, quod mihi abest, competet mihi ex testamento actio. §. 8. Et multo magis hoc dicendum est, si duobus testamentis mihi eadem res legata sit; sed alter me rettituere rogaverit, vel ipsam rem, vel aliud pro ea, aut [si sub conditione legatus] dandi quid pro ea: nam hactenus mihi abesse res videtur, quatenus eam præstaturus. §. 9. Si conjunctim [67] res legetur: conflat partes [68] ab initio fieri: nec solum hi partem [69] facunt, in quorum persona constitit [70] legatum, verum hi quoque, in quorum persona non constitit legatum: utputa si Titio & servo proprio sine libertate [71]. §. 10. Sed si in pupillari testamento alii eandem rem legaverit, quam mihi in suo testamento legavit, Julianus scribit, concursu [72] partes nos habere: interim igitur partem habebit is, cui in suo testamento legavit.

§. 11. Si duobus sit [73] legata, quorum alter heres institutus sit: a semetipso [74] ei legatum inutiliter videtur: ideoque quod ei a se legatum est, ad collegatarium pertinebit.

§. 12. Inde dicitur: si duo sint heredes, unus ex uncia, alter ex undecim unciis, & eis fundus legatus sit: unciarium heredem undecim partes in fundo habiturum [75]: coheredem unciam.

§. 13. Plane si alter ex legatariis heres extiterit heredi, a quo legatum erat relictum, non ideo minus partem collegatario faciet: retinet enim pro parte legatum. §. 14. Si ita Titio legetur, *fundum Seianum vel usumfructum ejus sibi habeto*: duo esse legata; & arbitrio [76] ejus esse, an velit usumfructum vindicare.

§. 15. Sed & si quis ita leget Titio, *fundum do lego, ut eum pro parte habeat*; mihi videtur posse dici, partem habiturum: videri eum fundi appellatione non totum fundum, sed [77] partem appellasse: nam & pars [78] fundus recte appellatur.

De manumissione legati.

XXXV. Paulus [lib. III ad Sabinum].

Si [heres] alienum hominem dare damnatus sit, & hic a domino [79] manumissus sit: nihil ex hoc legato debetur [80].

De perplexitate exceptionum. 1. De exceptione. 2. De partiali lite, & partiali Cum. 3. De interitu rei duobus legatæ.

XXXVI. Pomponius [lib. VI ad Sabinum].

Titiæ textores meos omnes, *præterquam quos hoc testamento alii legavi, lego* Plotiæ vernæ [81] *meæ omnes, præterquam quos alii lego*, lego [82]: cum essent quidam [&] vernæ, idem & textores: Labeo ait, quoniam nec quos Titiæ textores non legaverit aliter apparere possit, quam si cognitum fuerit quos eorum Plotiæ legaverit, nec quos Plotiæ [83] legaverit possit, neutrius legato exceptos esse eos, de quibus quæritur: & ideo communes [84] ambobus esse: hoc enim juris est, & si neutrius legati nomine quicquam esset exceptum. §. 1. Quod si hoc modo esset legatum, *textores omnes, præter vernas*; & turpius, *vernæ omnes præter textores*: qui & verna & textor esset, neutri fuisse legatum. §. 2. Nihil [85] distat, utrum ita legetur, *Titio & Mævio*; an ita, *Titio cum* [86] *Mævio*: utrubique enim conjunctim legatum videtur. §. 3. Si alteri [87] Stichum heres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat; & antequam interpellaretur ab altero [88], Stichus mortuus [89] est: heres non tenetur: quia nihil [90] per eum factum intelligitur.

De legato generali. 1. Si testator de re certa sensit, nec apparet, de qua cogitavit.

XXXVII. Ulpianus [lib. XXI ad Sabinum].

Legato generaliter relicto, veluti *hominis*: Gaius Cassius scribit, id esse observandum, ne optimus [91] vel pessimus [92] accipiatur [93]: quæ sententia rescripto Imperatoris nostri & Divi Severi juvatur: qui rescripserunt, homine [94] legato actorem [95] non posse eligi [96]. §. 1. Si de certo fundo sensit testator, nec appareat, de quo cogitavit: electio [97] heredis erit, quem velit dare: aut, si appareat, ipse fundus vindicabitur. † Sed & si Lucem legaverit, nec appareat quam, æque electio est heredis, quam velit dare.

De acquisitione & repudiatione pro parte. 1. De effectu repudiationis.

XXXVIII. Pomponius [lib. VI ad Sabinum].

Legatarius [98] pro parte adquirere, pro parte [99] repudiare legatum non potest: heredes [100] ejus possunt: ut alter eorum partem suam adquirat, alter repudiet. §. 1. Si legatum nobis relictum constituerimus nolle ad nos pertinere, pro [1] eo erit, quasi nec legatum quidem sit: & ideo dicimus, nec confusas servitutes, si forte prædium mihi legatum prædio meo debuerit servitutes, & integra furti actio manebit, si servus legatus sit [ei], cujus nomine furti agere poterit legatarius.

De fuga aut absentia servi legati. 1. De fructibus & cæteris accessionibus, & rei legatæ interitu. 2. Si res vendita ante traditionem legetur venditori. 3. Vel extraneo. 4. De lapide cædendo. 5. De oneribus præterea ab herede solvendis. 6. De verbo homonymo. 7. De re aliena. 8. De re Principis. 9. De re universitatis. 10. De re Principis.

XXXIX. Ulpianus [lib. XXI ad Sabinum].

Cum [2] servus legatus in fuga [3] [esset], vel longinquo absens exigatur: operam præstare heres debet, ut a eam rem requirat, & præstet: & ita Julianus scribit: nam & sumptum an in hanc rem facere heres deberet, Africanus [libro XX Epistolarum] apud Julianum quærit; putatque, sumptum præstandum: quod & ego arbitror sequendum. §. 1. Fructus [4] autem hi deducuntur in petitionem, non [5] quos heres percepit, sed quos legatarius percipere potuit: & id in operis servorum, vel vecturis jumentorum, vel naulis [6] navium dicendum. † Quod in fructibus dicitur, hoc [8] & in pensionibus urbanorum ædificiorum intellegendum erit. † In usurarum autem quantitate mos [9] regionis erit sequendus. Judex igitur usurarum modum æstimabit & statuet. † Ipsius quoque rei interitum post [10] moram [11] [debet]:

---

29 Qui ita loquitur, *quæ pecuniæ legavit*. De hac enim scripserat loquitur Ulpianus, de qua locutus est hujus loci scriptor: ideo non tantum includit, quæ antea legavit, sed & universi, hoc est ea, quæ postea legabit, eadem testamento, *arg. l. ult.* Imo & eaque legaverit in codicillis confirmatis. *l. 32. ff. eod.*

30 *l. 17 in fin. ff. eod. l. 31 ff. eod.*

31 Quoniam nemo licet tempore certo testatus, puer pubertatis, adhuc gravatus.

32 Repetit a substituto quidquid, quæ legatum virum, in dubio non credimus. *l. sic vos. 113. §. fratribus 4. ff. eod. l. Titia. 134. §. 1. ff. de verb. obligat.* Quid ita? ne ultro pereat. *Lysimachus. 12. ff. de reb. dub.*

33 Antequam venisset in tutelam suam.

34 Vid. *l. 19. ff. eod.*

35 Heres testatoris est is etiam, quem pupillariter filio impubi substituit, *ut l. sed si plures. 10. §. ad institutos. 5. ff. de evictat. l. ult. C. de haered. inst.*

36 *l. 37. in fin. l. 39. §. 6. ff. eod. v. l. 20. ff. eod.*

37 Quem heres elegerit. *vulg.* Imo quem legatarius elegerit. *v. l. 106 ff. de verb. oblig.* Itaque electio est heredis, si certum aliquem testator fenerit, de eo tamen non constet. Cur hic incertitudo non valeat legatum? Apparet ex nomine proprio rei legatæ adjecto, testatorem certi cujusdam habuisse rationem, licet in individuo ac specie is fit incertus. Quod, si incerta sit persona legatarium an idem? ita putat Cujacius. *ad l. si quis servum. 8. §. si Insulæ dum. 3. de legat.*

2. quod Jason duplicari. *l. si facit. 110. verf. sed si legatum. ff. si quis de pluribus. 27. ff. de reb. dub.* Audiendum in judicio, ut heres possit voluntatem defuncti de duplo nec non idem: ne res bona præjudicium. *Faber.*

38 Legati parti civitatis potest, modo ad commodum totius civitatis pertineat, *ut l. in id legatum* peti posse videatur a tota & universa civitate, licet ejus parti hic relictum. Quid? puta civitatis expulsa, potestne Syndicum sibi eligere? posse censet Bartolus *hic.* An parti civitatis improbanti, puta fœtæ, legari potest? non potest. An pars civitatis, quæ intra pomœrium, vel muros, ea, quæ extra est, separatim possint abeuntem civitatem ipsam sibi facere? negat Bert. Baldi. Castrens. Jas. 39 Potest autem legari civitatibus. Ulp. 24. §. 28. 40 *§ Harum. 10. §. 8.* 41 An re & verbis, ut putant Dynus, Aretinus? An verbis tantum, ut Castrensis? Jason dubius hæret inter utrosque. 42 Legatariorum quidem rei unus ex testamento actione personali, alter rei vindicatione experiri potest. 43 *l. 85. ff. eod. l. 5. §. 1. ff. eod.* 44 Quid ita? vide quæ scripsi ad *l. 31 ff. de rei judicata.* 45 Legata re eadem duobus separatim, quilibet in dubio pro virili adquirunt, non in solidum. 46 *l. 7. in fin. C. eod.* 47 *l. un. §. 11. verf. sin autem disjunctim. C. de caduc.* 48 *Scilicet* particula declarat, & tollitur. *Imperatoris hæc, quod ex non remotæ. 1. §. præterea. 3. ff. de purgor. l. 7. §. ult. ff. solut. matrimon.* 49 Vide *d. §. 11. verf. hæc intuor.* 50 *Manifestissimum* quid? vel id quod ex conjecturis colligimus. *l. licet. 74. ff. eod.* 51 V. *l. 20. ff. de testam.* 52 Occupantis melior est conditio. 53 Litis contestatione lis nec opitur. *l. 32. ff. de procurator.* 54 *l. 20. ff. de optione.* Electio in ultimis voluntatibus mutari non potest. 55 *l. 20. ff. de admendo.* Inutilis translatio legatum perimit. 56 Adverbius disjunctivus &c. Facit *l. 7. ff. de usufr. adcresc.* 57 *§ Item. 10. §. 31* 58 *l. 21. in fin. C. eod. v. l. 66. ff. de her. a. l. 11. ff. qui omittit causa testi l. 1. § pen. ff. de dote prælegata.* Species & quæ ad speciem accedunt; sæpe legatæ semel tantum debentur: nisi in duorum testamentis: excepte etiam *§. 1. ff. eod.* adde *l. 10. ff. de legat.* 59 V. *§. 6. Inst. eod. l. 66. ff. de legat.* 60 *l. 87. in fin. pr. ff. de legat.* De differentia corporis & quantitatis v. Cujac. 14 *obs. 19.* adde *l. 94. ff. de solutionib.* Goth. Adde Goedd. *de contrab. Ripalat. cap. 9. num. 140.* Videtur obiit re *l. 12. ff. de probat.* Sed conciliat Charond. *verisimil. lib. 1. cap. 21.* Anf. 61 Adde *l. 29. ff. de pact. dot.* 62 *l. 21. §. 1. in fin. ff. de legat. 3.* 63 V. *l. 10. §. 6. ff. eod.* 64 Id est, rei legato. 65 Ponderis auri & summæ legatæ similitudo, & a specie certa differentia. adde quæ scripsi ad *l. 1. ff. de contr. empt.*

66 *l. 108. §. 4. §. 5. l. ult. ff. eod.* 67 *l. 85. ff. eod.* 68 Partes heri dicuntur alicui, quoties uno ex duobus conjunctis non percipiente, alteri pars adcrescit. 69 Partem hi tantum, non quorum persona in divisione hereditatis partem accipiunt: sed cum ejus, qui repudiat, aut incapax est, pars conjuncto adcrescit. 70 Quod ab initio, in uno legatariorum constitit, alteri non adcrescit. *l. 16 ff. eod. l. 84. §. 8. ff. eod. l. 7. ff. de legat. 2.* Vide Ulp. 24. §. 12. 71 Legetur fi.

72 Ut uno non petente alteri adquatur. *l. 1. §. 2. de usufr. adcresc.*

73 *Al* res sit legata.

74 *l. 116 §. 1. ff. eod.*

75 *l. 104. §. 3. & 4. ff. eod.*

76 Adde *l. 23. ff. de leont. 2. l. 10. ff. de usufructu. lu leg.*

77 *Fundi* appellatione pars venit.

78 *Partis fundi* appellatione, totus ipse fundus significatur. vide *l. 60. ff. de verb. signif.*

79 Vel a prætore, prætii causa. *l. 12. ff. de Silaniano: & sic factum heredis non intervenit. § C. Inst. de legat.*

80 Si res aliena desiit posse præstari hoc facto debentis, jam nec æstimatio solvetur. *Zas.*

81 Id est, domitos. *Vernæ Var.* 10 *9 de lingua.* v. *l. 15. ff. de annuis nutos: quod tempus anni maxime naturale fœturæ est. Festus, Nonius.* Verna *ver.* v. Cujac. 10 *obser. 9.* 17 hinc autem vocabulo *verna* significamus servos domi nostræ natos. v. Robert. 2 *sent.* 13.

82 Hinc oritur perplexa petitio. Titia petit textores omnes, etiam vernas, cum non appareat a suo legato ullos textores esse exceptos. Plotia contra petit omnes vernas: etiamsi sint textores: cum non appareat a suo testamento ullos vernas esse exceptos. *Carl.* V. Menoch. *consil. 509. num. 19* Revard. *conject. lib. 3. cap. 15.* Anf.

83 Plotiæ vernas non legaveris, intelligi posse. *Hal.*

84 Si duobus (puta Titiæ & Plotiæ) certi generis (puta textores & vernæ, fervi) legantur, ii communes erunt, qui de utroque participant, etsi obscure exceptum: dare electi, fiet enim *Zas.*

85 *Vi, cum*, hæ inquam particulæ eandem vim habent: utrasque conjungunt.

86 *l. 112. §. 2. ff. eod. l. 7. in fin. ff. de usufruct. adcresc. l. 40. ff. de usu & usufr. legat.*

87 Id est, unius ex legatariis.

88 Id heredi licet.

89 Vid. Manticam 19 *de Conject. 12.*

90 Eadem est ratio in *l. 141. in fin. ff. eod.* Goth. Vide Joh. Robert. *lib. 2 cont. jur. cap. 13.* Akiat *parad. lib. 1. c. 10. in fin.* S. L.

91 Sed medius est. *l. 14. in fin. ff. eod. l. 39. §. 6. ff. eod.* 92 Homine dato servo legato, alterum servum eligere non potuimus. Actor enim inter reos patronum locum obtinet. vide *l. 35. §. 2. C. de donat.*

93 *Actor* enim fervus, summus consultor in inter fervos: actum enim domini gerebat, & plerumque ei notæ melius erant res domini, quam ipsius dominо. vide *l. 17. ff. de public.* vid. *Duarenus de ministeriis. 96* Electio in legata, legatario est, *ut hic*, quod obtinet in vindicationis legatis. *Goth.* Si fuerit generaliter de re contet. quo fac. *§ 22. Institut. de legat. l. 1. 8. 2. ff. de legat. 1.* Sed, si quid ita in genere fit relictum, ut de eo non constet, aut non satis apparet a testatore fuerit demonstratum, heredi electio competit. *ut l. 5. §. 1. ff. eod.* 97 *l. 32. §. 1. ff. eod. Quæ & minor: si is utilis aliquo modo esse potest.* vide Socinum *regula 212.* 98 *§ Harmenop. 10. §. 5.* 99 *l. 4. l. 6. l. 58. ff. de legat. 2* adde Paul. 3 *sentent. 6. §. 12.* adde *l. 1. ff. de acquirend. hæredit.* 100 Heredibus interdum plus juris competit, quam testatori. 1 *l. 44. §. 1. l. 86. §. 2. ff. eod. l. 26. C. de fideicommiss.* 2 *§ Harmenop. 10. §. 10.* 3 *l. 85. §. 10. ff. eod.* 4 *l. 69. in fin. ff. eod.* 5 Adde Paul. 3 *sent. 6. §. 38.* 6 De fructibus percipiendis quis teneatur heres (idem in male fidei possessore, *l. præterea. 20. l. si navis. 62. in fin. ff. de rei vindic.*) eos fructus præstat, non quos ipse, sed quos adversarius percipere potuisset: ut in fructibus percipiendis habeatur ratio petitori, non possessoris. Quod obtinet in fructibus prædii urbani, rustici, & aliis, *ut hic.* 7 Vide *l. 6. ff. quæ pignor.* 8 Argumentum à fructibus ad pensiones notæ. 9 *l. 1. ff. de usur.* 10 Fructus omnes, ut & alias accessiones naturales & civiles, heres post moram suam præstat legatario: si modo legatarius legatum petat actione personali ex testamento, (quemadmodum in bonæ fidei judiciis fit, *l. 32. §. in bonæ. 2 l. eidem. 3 §. si alienem. 7. ff. de usur.*) Sin legatum petat rei vindicatione (ut si res legata sit ipsius legatarii), tenetur ante moram heredis percipiet: ab eo nimirum tempore, quo rei legatæ factus est dominus, id est, a tempore aditæ hereditatis. *l. si tibi homo. 86. §. cum fervum. 2. ff. eod.* tanquam perceptos ex re propria, *l. Herenn. 42. ff. de usur. l. 1. l. 2. C. de usur. & fructib.* Ita titulus non excusat heredem a fructibus percipiendis; quod videtur contra *l. si fundum. 17. C. de rei vindicat.* Quid ita? in re legata legatarius est quasi heres, *l. id tempus. 14. in fin. ff. de tritic. appointbut. l. quod in tertiam 24. §. 1. ff. eod.* 11 Vel post culpam suam & delictum, *l. 47. in fin. ff. eod.*

12 Usqui fructus eo nomine petitori judex condemnetur, quos detestatione in bona, ex fide, a mora, *l. cum fundus. 31. ff. si cert. pet. l. quidquid. 38. §. fi addition. 7. ff. de act. emt.* In utroque judicio post moram & interitum debetur æstimatio (atque ita similiter olim est constitutum strictis juris & ultimarum voluntatum. *l. si ex legat. cautio. 23. ff. de verb. obl.*): id fructibus alia ratio est inter judicia bonæ fidei & stricti juris.

13 Partus post moram heredis debetur legatario, *ut hic.* Quin ante moram debetur, si partus sit perceptus ex re propria ipsius legatarii. *l. si tibi homo. 86. §. cum servus. 2. ff. eod.*

14 *l. 86. §. 2. in fin. ff. eod.*

15 Legari mihi res mea potest, in qua alius jus habet, *l. Senatus. 43 §. qui ab hostib. ff. eod.* aut quæ mihi advocari potest, *ut hic. l. in bello. 12. §. si quæ. ff. de captiv.* aut dubio jure mea est. 16 Legatum non extinguitur mutatione rei legatæ facta ab alio, quam testatore, *l. quod in rerum. 24. §. 1. ff eod.* quod extinguitur, si testator voluntate ultro ac sponte dominium ejus alienet. *l. fideicommiſſ 11. §. si rem. 12. ff. de legat. 3.*

17 Etiam ex intervallo: Ita *mox* particula interdum magnum spatium continet. *l. sed & si quid. 25. §. si operæ. 2. ff. de uſufr.* 18 Si testator legat venditori rem, quam ab eo emit, deinde legatarius idemque venditor eandem rem tradideriti testatori, pretio recepto, hujuſmodi traditione non videtur legatarius jus legati abdicare. 19 Prima facie videri qui dicit, deinde contrarium definit, discredit a priori opinione, *c. ad audientiam, de reſcript.* ſi nihil poſt definit, qui prima facie videri ſibi ait, definiſſe rem ipſis verbis ſatis intelligitur. *l. un. §. 11. verſ. ſin vero non omnes. C. de caduc.* 20 Licet res mea mihi legari non poſſit. vid. *l. 13. C. eod.* ſi tamen tu in re mea jus habeas, hujus juris reſpectu mihi rem meam legare potes. 21 Venditor tradens rem emptori liberatur actione ex empto: etiamſi non tranſtulerit dominium: ſorte quia non erat dominus. *l. ex empt. 11. ff. de act. empt.* 22 Liberationis legatum in actionem verti hinc colligunt: facit lex *quod mihi. ff. de liberatione.* 23 Venditor ante receptum pretium rem ſimpliciter tradens, fidem habere de pretio intelligitur, nihil contra denunciet, atque ita transfert dominium. 24 Tunc fidem habui de pretio. *l. 19. ff. de contrab. empt.* 25 Rem & pretium ejus ſimul interdum conſequimur, quoties nimirum actiones varias ex cauſis oriuntur: ut hic actio ex contractu oritur ad pretium ex teſtamento, ad rem ipſam: alias rem ſimul & pretium conſequi non poſſumus. *l. 1. C. ſi ſervum extero. l. ſcripturam. 10. §. ſi pacto. 1. ff. de pact. l. prædia. 28. ff. de act. empt.* 26 Legans ſibi debitum, ipſi debitori liberationem videtur legare: de quo tamen vide hic Jaſon., *num 4.* dicam etiam paulo poſt. 27 Legata quæ tendunt ad liberationem, actionem pariunt. Zaſ. *num. 11.* 28 Et necdum à venditione per traditionem acceperat. 29 Legato nomine, heres nomen teſtatoris, & actionem ex eo nomine competentem cedendo, ſe ac defunctum pariter liberat. *l. ſervum filii 44. §. cum qui chirographum. 5. ff. eod.* 30 Legans rem ſibi debitam, intelligitur legaſſe actionem, quam habet ad rem. *Zaſ.* adde *§. 21. Inſt. eod.* Imo quidam aliud quam actionem: hoc enim caſu legatarius non experitur ſine ceſſione, *ut hic.* cum actio legata ceſſ, experitur utili actione. *l. de legato. 38. C. de legat.* v. Cephal. *1 conſ. 17. n. 7.* 31 Legans rem ſibi debitam ab extraneo, etſi tacite videatur legare nomen debitoris, ſi tamen teſtator poſt teſtamentum eam rem a debitore exegerit, non extinguit legatum, *ut hic.* ſecus ſi dixerit, lego nomen debitoris Titii; quoniam id exigendo extinguit legatum. *l. fideic. 11. §. ſi rem. 12. ff. de leg 3.* 32 Legans ſimpliciter rem ſibi debitam ex contractu emptionis, nondum tamen ſibi traditam, actionem ex empto legaſſe intelligitur: cogitur enim heres teſtatoris legatario actionem ex empto præſtare. 33 Legato factum cohærens, perſonæ legatarii cohæret: ut ne tranſeat faciendi jus ad heredem (tametſi ſolet dici eandem perſonam eſſe teſtatoris & heredis: idem jus eſſe in herede, quod in ejus auctore), niſi nominatim dictum ſit, ut heredi quoque jus faciendi eſſet. Quid? quo jure factum hic dicitur cohærere legato, & perſonæ legatarii? An quia incertum & infinitum qualitate & tempore: cum teſtator legat, *ut lapidem cædere*, neque adjicit modum tempuſque cædendi, ut putat Jaſon? Quid, cum hoc jus in heredem tranſire hic dicatur: hicetne legatario, quandiu vixerit, ſæpius ac ſæpius, an vero ſemel tantum lapidem cædere? *arg. l. boves. 89. §. hæ ſermone. ff. de verb. ſign.* Hoc ait Aretinus. Caſtrenſis addubitat: Jaſon annuum legatum eſſe ait. *arg. l. cum quidam. 23. ff. de annuis.* 34 Eſt enim perſonale legatum. *l. 22. ff. de uſu & uſufr. leg.* 35 V. *l. 91. ff. de verb. obl.* Renunciare emphyteuſi *pro ſe & hæredi* acceptæ patrem non poſſe hinc colligunt, cum caſus contingens in perſona legatarii non noceat ejus heredibus. *hic.* & quæ quaſi conceſſiones videantur, una patri, altera liberis facta, *l. ſtipulatio iſta. 38. §. ſi quis ita. 10. ff. de verb. obl. l. ult. ff. de pact.* Dyn. Ray. Bal. Salic. Flor. Raph. Caſtrenſ. Jaſ. niſi forte pater adquiſiviſſet emphyteuſin *pro ſe & liberis heredibus.* In hoc enim propoſito liberi heredis facto & renunciatione patris obligantur. *Imola, Alex.* 36 Heres cogitur ſolvere vectigalia & onera publica mere realia præterita, hoc eſt, rei legatæ cohærentia, *ut hic.* Cur præterita ſolvere cogitur? prædium hujuſmodi onerum nomine obligatum cenſetur, *l. Imperatores. 7. ff. de publican. l. 1. C. in quibus cauſis pignus tacite.* ſed & fructus præteriti temporis ex ea re legata percipit heres, *§. 1. ff. eod.* igitur & hoc onus ſentire debet. Quid, ſi tale vectigal vivo teſtatore inductum, & ejus ſolutio poſt mortem ejus incidat? Heres id vectigal præſtare etiam cogitur, ut impoſiti vectigalis habeatur potius ratio, quam temporis, quo ſolvi vectigal debet. *Caſtrenſ. Alexand. Acti Bald. Jaſ.* Quid, ſi vectigal ſolvendum par ſit fructibus rei legatæ? Cynus putat tributi in futurum præſtandi onus ad heredem pertinere, *arg. l. qui concubinam. 29. l. qui quatuor. 30. §. qui hortos. 1. ff. de legat. 3.* ne legatum alioqui penitus inutile reddatur. 37 Hypothecam tacitam in collectis induci hinc colligunt, ut bona allibrata & acaſtrata (ſic enim loquuntur Itali) pro collectis ſint tantum ſubjecta hypothecæ, *l. 1. C. in quibus cauſis pign.* ac niſi collectæ ſolvantur, poſſint vendi, *l. ult. C. ſine cenſu. & C. de vendend. bonis ſiſci. l. Imperatores. 7. ff. de publican.* Imo vendi poſſunt pro pœnis etiam impoſitis, Alexand. *in notis ad Bart. in l. creditor. 52. ff. de act. empt.* adeo ut poſt ea ſolenniter vendita, debitor non admittatur offerens collectas; ſecus, ſi non ſolenniter vendita. *l. 1. C. de fide & jure haſt. fiſc.* Bald. *in l. 1. C. ſi propter publ. cenſit.* 38 Idque ratione legatarii: alias ipſe fiſcus poteſt, ſi vult ab ipſo prædio, id eſt, a legatario vel emptore & poſſeſſore, tributum exigere. *l. 7. ff. de publican. l. 36. ff. de jure fiſci. l. 5. in fin. ff. de cenſib. l. 1. C. de annon. & tribut.* 39 Vectigalis, tributi, ſolarii, cloacarii & aquæ formæ differentia.

40 De quo vide *l. 15. in fin. ff. qui potior.* 41 *l. 27. §. 3. ff. de uſufruct.* 42 *Al.* fatebatur. Porro his verbis, *vulgo fatebitur*, nihil aliud ſignificatur, quam vulgo & paſſim receptum eſſe, vel vulgus etiam id dicturum 43 Minimum de incertis legare teſtator intelligitur: ut ea in re electio ſit heredis ejus, non legatarii. vide *l. 14. in fin. l. 37. ff. eod.* adde *l. 43. in fin. ff. de legat. 2. l. 29. l. 75. ff. de legat. 3.* 44 Alienas res legare (ut & eas quarum difficilis paratio ſeu adquiſitio eſt) poſſumus, *ut hic.* ſcientes tamen vel conjunctæ perſonæ, *l. cum alienam. 10. C. de legat. l. un. ex familia. 67. §. ſi rem. 8. ff. de legat. 2.* An & in re aliena heredem inſtituere? non poſſumus, etiamſi ſcientem. *l. ult. C. de hered. inſtit.* Quid ita? An quia legatum præcipue ac ſecundario rem legatam reſpicit: heredis vero inſtitutio perſonam, ut Baldus & Jaſon notant.

45 Alias non, *l. 14. in fin. ff. de legat. 3. l. 4. §. 1. in fin. ff. de ſtatulib.* 46 Difficultas præſtationis non vitiat legatum, *ut hic.* quia nec vitiat contractum etiam ſtricti juris. *l. continuus. 137. §. illud 4. ff. de verb. oblig. l. in teſtamentis. 12. ff. de reg.* 47 Qui non ſunt in commercio. 48 Furioſus videtur, qui hortos Auguſti, aut rem Principis uſui ſervientem legat, *ut hic.* Ita furor ex ſermone ejus, de quo agitur, probatur. adde *l. quidam in ſuo. 27. ff. de condit. inſt.* 49 Difficile admodum, impoſſibile. Quis inde eſt effectus? Hujuſmodi difficultas rei legatæ cohærens legatum vitiat, adeo ut nec æſtimatio quidem debeatur. An idem, ſi talis difficultas tempori præſtationis rei legatæ cohæreat, aut conditioni. v. *l. ſi mihi & tibi. 12. §. ſi quis. 1. ff. eod. l. 2. ff. de cond. inſt.*

50 *§. 4. Inſt. eod.* Ibi dixi ad Theophilum. 51 *l. 137. §. 6. ff. de verb. obl.* 52 Ulpian. *24. §. 9.* 53 In formam patrimonii Cæſaris prædia redigi dicebantur, quæ patrimonio Cæſaris (veluti corpori alicui ſuo); jungebantur, incorporabantur. 54 Procurator patrimonii, qui & rei privatæ procurator. Meminit hujus Procuratoris Capitolinus *in Macrino.* Fuit autem inſtitutus primum à Severo poſt Clodium Albinum victum, *teſte Spartiano.* Antea rei familiari Principis liberti plerumque, nonnunquam equites, ſine aliqua muneris & adminiſtrationis forma, duo pluresve præficiebantur, *Tacit. 3.* Hic procurator rei dominicæ appellabant cœptus. *l. 9. C. de jure fiſci.* Cui ſimilis fuit poſterioribus temporibus, *Comes rerum privatarum*, de quo dixi *C. de off. Comit. rer. privat.*

55 Legatorum, quorum omnino difficilis ac impoſſibilis præſtatio eſt, ne quidem æſtimatio debetur, *ut hic.* Quid, ſi ignarus teſtator conjunctæ perſonæ rem Principis legavit? Raphaël putat æſtimationem deberi: quia, ſi ſciviſſet Principis eſſe, aliud legaſſet, *l. ſi quis inquilinos. 112. ff. eod.* quod Caſtrenſis & Alexand. non probat.

bet]: ſicut 12 in ſtipulatione, [ſi poſt moram res interierit, æſtimatio ejus præſtatur]. Item partus 13 ancillarum. † Et ſi ſervus fuerit legatus; & hereditas 14, vel legatum, vel quid per eum adquiſitum ſit: heres præſtare debet. §. 2. Si Titius à me rem emiſſet, & eandem 15 mihi legaſſet, antequam 16 ei traderem; mox 17 ei tradidero, & pretium recepero: videtur 18 quidem is prima 19 facie rem mihi meam 20 legaſſe, & ideo legatum non conſiſtere, ſed ex 21 empto actione liberatus, utique per 22 legatum rem vindicare potero, quam tradidi. Sed ſi 23 nondum erat ſolutum mihi pretium 24, Julianus ſcribit, ex vendito quidem me acturum, ut pretium exequar; ex 25 teſtamento vero, ut rem, quam vendidi, & tradidi, recipiam. † Idem ſubjungit, ſi pretium quidem mihi erat ſolutum, rem autem nondum tradideram, ex teſtamento me agentem liberationem 26 conſequi 27.

§. 3. Idem Julianus ſcribit: ſi fundum teſtator, quem ab alio emerat 28, mihi legavit: heredem cogendum 29 mihi actionem 30 ex empto præſtare: ſcilicet ſi nondum res tradita fuerit vel defuncto 31, vel heredi 32. §. 4. Si quis alicui legaverit, *licere 33 lapidem cædere*: quæſitum eſt, an etiam ad heredem hoc legatum tranſeat: & Marcellus negat, ad heredem tranſmitti 34, niſi 35 nomen heredis adjectum legato fuerit. §. 5. Heres 36 cogitur legati prædii ſolvere vectigal 37 præteritum 38, vel 39 tributum, vel ſolarium 40, vel cloacarium 41, vel pro aquæ forma.

§. 6. Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos ejuſdem nominis habens, legaſſet *fundum Cornelianum*; & eſſet alter pretii majoris, alter minoris; & heres diceret minorem legatum, legatarius majorem: volgo fatebitur 42, utique minorem 43 eum legaſſe, ſi majorem non potuerit docere legatarius. §. 7. Conſtat, etiam res alienas 44 legari poſſe, utique ſi parari poſſint 45: etiamſi difficilis 46 earum paratio ſit. §. 8. Si vero *Saluſtianos hortos*, qui 47 ſunt Auguſti, vel *fundum Albanum*, qui principalibus uſibus deſervit, legaverit quis, furioſi 48 eſt, talia 49 legata teſtamento adſcribere. §. 9. Item *campum 50 Martium*, aut *forum 51 Romanum*, vel *ædem ſacram 52* legari non poſſe conſtat.

§. 10. Sed, *& ea prædia Cæſaris, quæ in 53 formam patrimonii redacta ſub Procuratore 54 patrimonii ſunt*, ſi legentur: nec 55 æſtimatio eorum debet præſtari; quoniam commercium eorum, niſi 56 juſſu 57 Principis, non ſit: cum 58 diſtrahi non ſoleant.

De re aliena.

XL. IDEM [lib. 11 Fideicommiſſorum].

SEd ſi res aliena, cujus 59 commercium legatarius non habet, ei 60, cui jus poſſidendi non eſt 61, per fideicommiſſum relinquatur, puto æſtimationem 62 deberi 63.

De rebus corporalibus, vel incorporalibus. 1. De his quæ ſunt ædificiis juncta.

XLI. IDEM [lib. XXI ad Sabinum].

CÆtera igitur præter hæc videamus: & 64 quidem *corpora* 65 legari omnia, & *jura* 66, & *ſervitutes* 67 poſſunt.

§. 1. Sed *ea, quæ ædibus juncta ſunt*, legari non 68 poſſunt: quia hæc legari non poſſe Senatus cenſuit, Aviola & Panſa 69 Conſulibus 70. §. 2. Tractari tamen poterit, ſi quando marmora vel columnæ fuerint ſeparatæ ab ædibus, an legatum convaleſcat? Et 71 ſi quidem ab initio non conſtitit legatum, ex poſtfacto non convaleſcet: quemadmodum nec res mea legata mihi, ſi 72 poſt teſtamentum factum fuerit alienata 73: quia vires ab initio legatum non habuit 74. Sed ſi ſub 75 conditione legetur, poterit 76 legatum valere: *ſi 77 exiſtente conditionis tempore mea non ſit, vel ædibus juncta non ſit*: ſecundum eos qui & emi 78 rem meam ſub condition, & promitti 79 mihi ſtipulanti & legari aiunt. Purum igitur legatum Catoniana regula impediet: conditionale non 80; quia ad conditionalia Catoniana non 81 pertinet. §. 3. Item quæri poteſt, ſi quis binas ædes habens, alteras legaverit, & ex alteris aliquid junctum ei, cui ædes legavit: an legatum valebit? Movet quæſtionem, quod ex Senatuſconſulto & Conſtitutionibus licet 82 nobis ab ædibus noſtris 83 in alias ædes 84 transferre poſſeſſoribus earum futuris: id eſt, non diſtracturis: Et ita Imperator noſter & D. Severus reſcripſerunt. Nunquid ergo & legari poſſit ei, cui aliam domum legem? Sed negandum erit: quia cui legatum eſt, non eſt poſſeſſor futurus. §. 4. Si duobus domum legaverit Sempronianam, & ex ea alteri eorum marmora ad extructionem domus Sejanæ, quam ei legaverat: non male agitabitur, an valeat? quia dominus 85 eſt utriuſque legatarius. Et quid, ſi quis domum *deductis 86 marmoribus* legaverit, quæ voluit heredem habere ad extruendam domum, quam retinebat in hereditate? Sed melius dicetur in utroque detractionem non 87 valere: legatum tamen valebit, ut 88 æſtumatio eorum præſtetur.

§. 5. Sed ſi quis *ad opus Reipublicæ faciendum* legavit: puto, valere legatum: nam & Papinianus lib. 81 Reſponſorum refert, Imperatorem noſtrum & Divum Severum conſtituiſſe, eos, qui Reipublicæ ad opus promiſerint, poſſe detrahere ex ædibus ſuis urbanis atque ruſticis, & id ad opus uti: quia 89 hi quoque non promercii 90 cauſa id haberent. † Sed videamus, utrum ci 91 ſoli civitati legari poſſit, in cujus territorio eſt, an & de alia civitate in aliam transferre poſſit? Et puto, non eſſe permittendum 92: Quamquam conſtitutum ſit 93, ut de domo, quam aliquis habet, ei permittatur in domum alterius 94 civitatis transferre.

§. 6. Hoc Senatuſconſultum non tantum ad urbem 95, ſed & ad alias 96 civitates pertinet. §. 7. Sed & Divorum Fratrum eſt reſcriptum ad libellum Procliani & Epitynchani ob debitum 97 publicum deſiderantium, ut ſibi diſtrahere 98 permittatur; quod eis jus diſtrahendi denegaverunt 99. §. 8. Hoc Senatuſconſultum non tantum ad ædes, ſed & ad balinea, vel aliud quod ædificium, vel porticus 100, ſine 1 ædibus, vel tabernas, vel popinas extenditur 2. §. 9. Item [hoc] prohibetur [hæc] legari, quod non alias

56 Impoſſibile cenſetur, quod privati expedire non poſſunt ſine Principis vel domini ſui conſenſu. adde *l. 4. in pr. & §. 1. ff. de fideic. libert.* vide tamen *l. quidam relegatus. 5. ff. de reb. dub. l. intercidit. 59. ff. de condit. & demonſtr.*

57 *l. 12. C. de fundis patrimonialibus.* Alias locari tantum ſolent, *l. 12. d. tit. C.*

58 Patrimonium Principis ſine ejus juſſu ſpeciali vendi non poteſt, adde *l. 1. ff. de off. proc. Cæſaris.*

59 Legata re aliena, quæ ſit in commercio cujuſque præterquam legatarii, debetur æſtimatio: ſi modo vitio legatarii impedimentum acciderit. *Jaſ.*

Quid, ſi quis ſtipuletur id, cujus commercium ipſe non habeat, habeant cæteri? Ne quidem æſtimatio debetur. *l. multum intereſt. 34. ff. de verb. oblig.* Quid ita? ſtipulationes ſtricte interpretamur. *l. quidquid. 99. ff. de verb. oblig.*

60 *Al.* &, ita Græci ex Synopſi Baſilic. *44. tit. 1. 1. cap. 38.*

61 Ei cui jus poſſidendi eſt. Cujac. ad *l. 34. ff. de verb. oblig.* idem repetit *in Inſtitutionib.* reprehenſus à Roberto *3 animad. 11.* defenſus ab Ant. Mercatore, *3 notat 11.*

62 V. *l. 114. §. 5. ff. eod. l. 11. §. 16. ff. de legat. 3.*

63 Æſtimatio rei debetur fideicommiſſario, quoties jus poſſidendi rei legatæ non habet, & legatarius, qui rem ei præſtare debet, ejus commercium non habet. *Goth.* Adde *l. 114. §. 5. h. t.* Menoch. *lib. 4 præſumpt. 120. num. 6. & ſeq.* Mantic. *de conjectur. ultimar. volunt. lib. 9. tit. 9. num. 9. & 10.* Peregrin. *de fideicomm. art. 11. num. 78.* Ad intellect. h. l. vid. Goedd. *de contrab. ſtipul. cap. 6. num. 118.* & Duaren. *hic.* Anſ. 64 Edictum legatorum prohibitorium eſt certarum rerum, ut & certarum perſonarum, *ut hic.* Idem in edicto de teſtibus, *l. 1. ff. de teſtib. l. quoniam. 11. C. de teſt.* de teſtamentis, *l. ſi quæramus. 4. ff. de teſtam.* de matrimoniis, *c. cum apud. extr. de ſponſa.* procuratoribus, *l. mutuo. 43. §. 1. ff. de procur.* Permiſſa quæque, niſi prohibita ſint. Prohibitum autem qui quid ait, id probare cogitur. *v. l. 5. ff. de probat.* 65 *§. 21. Inſt. eod.* 66 *l. 30. §. 1. 1. de leg. 3.*

67 *l. 17. in fin. ff. de legat. 3.* 68 *§. 3. in fin. ff. eod.* Imo poſſunt: præſertim ſi ſine damno auferri poſſunt, *l. 43. §. 1. ff. eod. l. 45. ff. de donat. inter virum.* & auferendæ res aptandæ ſunt ædificio publico. *§. 5. ff. eod. v. l. 6. C. de ædific. priv.* adde *l. 11. §. 14. ff. de leg. 3.* 69 Affixa ædibus nunquam legari poſſunt: ne urbs ruinis deformetur. *l. 2. C. de ædific. priv.* Aliud igitur fuerit, ſi amoveri poſſint ſine ædium deformatione, *l. mutuo. 21. in fin. ff. de legat. 3. l. Marcellus. 45. ff. de donat. inter virum.* ſi ædificium illicite factum, *l. fideicommiſſa. 11. §. ſi quis illicite. ff. de leg 3.* ſi domunculæ affixa, *l. ſenat. 43. §. Marcellus. 1. ff. eod.* ſi affixa legentur ad opus aliquod publicum. *§. 5. ff. eod.* 70 Sub Trajano anno Chriſti 123. 71 Ab initio nullum, ceſſante etiam impedimento non convaleſcit. 72 Et ſi poſt. 73 *§. 10. ff. in fin. Inſt. eod.* 74 Imo, legatum mihi hoc caſu debetur. *l. 1. in fin. ff. de regula Catoniana.* vid. Cujac. ad *l. 16. ff. de verb. oblig.* 75 Affixa ædibus poſſunt legari ſub conditione. *l. 98. ff. de cond. & demonſtr.* 76 Sub conditione quædam fieri poſſunt, quæ pure facere non licet. 77 Expectatio injuſta non cenſetur, ut affixa ædibus ſeparentur, *ut hic.* ſecus eſt, ſi quis exſpectet, ut liber ſtat ſervus: ut facrum fiat profanum. *l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. 5. ff. de verb. oblig.*) Quid ita? Affixa ea juſte poſſunt multis modis eximi, ut transferantur in alias ædes domini. 78 Mea res ſub conditione mihi vendi, promitti, legarive poteſt, *ut hic.* adde *l. proprias. 13. C. eod.* 79 Vide *l. 98. ff. de verb. oblig.*

80 V. *l. 4. ff. de regula Catoniana.* 81 Cur regula Catoniana ad legata conditionalia, & ſubſtitutiones (quæ nihil aliud ſunt quam conditionales inſtitutiones *l. in ratione. 11. §. quod vulg. 5 ff. ad leg. Falcid.* non pertinet? An quod teſtator qui conditionem adjicit, tempus teſtamenti non vult inſpici, ſed aliquod futurum tempus. 82 Imo non licet, ſi ea detractione publicus deformetur aſpectus. *l. 2. C. de ædif. priv.* 83 Non communibus tamen. *l. ſi quis poſt hanc. 6. C. de ædif. privat.* 84 Etiam disjunctas, diverſas, & in alia civitate ſitas, *§. 5. verſ. ſed ni ſecamus.* ſi ut non in villa, *l. ſi quis poſt hanc. 6. C. de ædif. privat.* 85 Pro parte dominus, vere totius rei dominus dici poteſt. Nam verbum *eſt*, quod ſequitur, veritatis eſt index: ſi modo veritas notari poteſt: alias ſecus: ut in hoc exemplo: *Florentini ſint originarii Peruſini.* Vox ea *ſint*, fictionis eſt nota, non veritatis: nec enim ſtatuentium auctoritas quidquam valet adverſus naturam: præſtat itaque dici, pro parte dominum totius dominum ſicte dici. 86 Directo legando quod quis facere non poteſt, id & excipiendo non facit. Quemadmodum non poſſis damnare legatarium, ut ex domo ei legata detrahat marmora, eaque heredi præſtet: Ita non poſſis ædes legare deductis marmoribus, hoc eſt, ut ex iis ædibus heres ipſe detrahat marmora. 87 Directo quidquid prohibetur, etiam per obliquum prohibetur. 88 Legatum de adfixis domui detrahendis per ſe inutile eſt, ut detrahi poſſint: utile eſt tamen, ut debeatur æſtimatio. 89 Adfixa ædibus tollenda legari non poſſunt, niſi tollenda in opus publicum legentur. Quid ita? qui ita legat, promercii cauſa id non facit, *ut hic.* nec oratione generali publica utilitas coërcenda. *l. ſi quis in gravi. 3. §. utrum. 14. ff. ad Silan. l. hoc modo. 64. ff. de condit. & demonſtr.* Ita à favore publico urbis ruinis non deformandæ recedimus propter favorem publicum majorem. Favendum eſt utilitati publicæ magis, quam ornatui ædium. 90 Quod vetitum eſt, *l. 52. ff. de contrab. empt.* vide *l. ult. ff. de damno.*

91 Adfixa ædibus in una civitate legari non poſſunt ad uſum publicum alterius civitatis, *ut hic.* Ita uni civitati nihil detrahendum, ut id alteri tribuatur. 92 Neque enim Reipublicæ ſuæ detrahendum eſt propter alterius commodum. 93 Adfixa ædibus in una civitate, in aliam domum noſtram alterius civitatis transferre poſſumus, *ut hic.* licet legare non poſſumus, *ut ff. eod.* Hadrianum tamen conſtituiſſe refert Spartianus, *ut in nulla civitate domus aliquæ transferende ad aliam urbem ullius materiæ cauſa diruerentur.* 94 Eadem ratione notant, Frumento vetito extra territorium exportari, frumentum quemque exportare poſſe extra territorium uſus ſui cauſa: noſtra namque intereſt frumento proprio nos uti, quam ab alio emere, etſi eodem pretio.

95 Urbis Romanæ ſtatuta ad alias civitates extenduntur, in quibus eadem eſt ratio, licet ſola Roma publicum habeat. *l. eum. 16. ff. de verb. ſignif.* 96 Quibus hoc datum erat à ſenatu, ut legibus Romanis uterentur. *Zaſ.* 97 Affixa ædibus detrahere non licet ob debita vectigalia, tributa, & cætera hujuſmodi: non licet, inquam, ſive ipſi domino, ſive officialibus. Adhuc intellige, oſtia, tegulas, feneſtras. At poſſumus detrahere adfixa, ut fiat ædificium publicum. *§. 5. ff. eod.* An id fit, quaſi magis favendum ornatui quam debito publico: cum in omnium oculos ornatus incurrat, non debitum? 98 Hinc poſſis etiam colligere, non valere legatum domus, ut diruatur. *l. 114. §. 9. ff. eod.* 99 Legimus tamen motu judicis villas delinquentis dirui poſſe. *l. 20. ff. comm. divid.* 100 *Porticus* appellatione domus non continetur, niſi per extenſionem, *ut hic.*

1 Porticus in ædibus. *Hal.* 2 Sunt enim ſpecies ædificii. *l. 9. in fin. ff. de incend.*

4 §. 1. ff. *eod. l.* 33. *l.* 114. § 9 ff. *ad l.* Goth. Vide Alciat. *lib.* 1 *parerg. c.* 20. Alber. Gent. *de diversis temp. appell. cap.* 6. Ans.

5 *Al.* regulia.

6 Ultimum continuetur appellatione domus. *l.* 1. §. 6. ff. *de thesaur.*

7 *Vt vel*, quibusdam videtur distpungendum. *arg. l.* 78. ff. *de contr. empt.*

8 *Al.* Castella.

9 Quæ sponte moventur, ut horologia. vide Alciat. 1 *parerg.* 20.

10 Vide *l.* 79. *in fin.* ff. *de verb. sign.*

11 Quæ perpetuo, & tanquam portio ædibus inhærent, detrahi non debent. adde *l. fundi.* 17. §. *Labeo* 7 ff. *de act. empt.*

12 Destinata ad ædificium legari possunt, *ut hic.* At adfixa non possunt. ff. *eod. hac l.* Destinatorum & adfixorum alia ratio est. Destinatum ædificio, non est ædificii: non est perfectum: non habetur pro impleto, ac perfecto, ac tacto. *Goth.* Hunc §. conjungit Duaren. cum *l.* 44. ff. *h. t.* Ans.

13 De destinationis effectu vide *l.* 58. §. 1. ff. *pro socio.* Destinata ad aliquod ædificium legari possunt.

14 Adfixa ædibus nostris detrahere possumus, ut in alias nostras transferamus, ac postea proposito mutato ea alteri tertio legare. Quid ita? ubi ab initio separatio adfixorum licita fuit, licet id propositum mutare, ut ex post facto liceat quod alias non liceret.

15 Adde *l.* 6. ff. *de auro.*

16 Cur extinctum erit? Legatum extinguitur, quoties facto testatoris, etiam necessario, res legata esse desiit. Ita fit, ut si rem legatam *junxerit* ædibus suis testator, extinctum rei ejusce legatum intelligatur. adde *d. l. Seia* 6. ff. *de auro.* 17 Legatum facto heredis extingui jure non potest, testatoris potest. *l. si id, quod.* 21. ff. *de liberat. leg.* 18 Legata res si facto heredis perierit, imo & nuda ejus ignorantia ac negligentia, debetur æstimatio legatario. 19 *V. l.* 41. §. 9. ff. *eod.*

20 *Al.* ut præstet. 21 Flor. *al.* ut præstiterit: *vel* ut præstaret. Unde colligimus, heredem non excusari à pœna hujus legis, si res adfixas ædibus separaverit, ut satisfaceret legato ac voluntati testatoris. 22 *Solutio* emptioni similis. Ita lex prohibens, & pœnalis venditionibus adjecta extenditur ad in solutum dationem. *l.* 1. ff. *pro emptore. l. ult.* ff. *quib. ex caus. in possess. l. si prædium.* 4. *C. de evict.* 23 Vide Cujac. 5 *obs.* 26. & Duar. *h. l.* Ans. Adde Brisson. *lib.* 3 *select. c.* 13. S. L.

24 *Dicta* habitatio voluptaria causa. Alii exponunt, domunculam fructuum causa: & ita prædium rusticum, ut *Aret. Bald. Rayn.* alii domunculam in urbe, ut *Imola* & *Alex.* alii habitationem patrisfamilias, in qua die is habitet. Dictæ, commutatione Græcis ubitata, Zetæ dicuntur Lamprid. *in Heliogab.* duobus locis. 25 In hortis dictas veteres habuere, *ut hic.* & *l.* 66. §. 1. ff. *de don. inter vir. & uxor. l.* 13. *in fin.* ff. *de usufr. l.* 41. §. 1. *l.* 55. §. 3. ff. *de leg.* 3. Plin. 2 *epist. ad Cassium.* 26 De hortis divi ad *d. l.* 66. & ad *l.* 4. § 5 ff. *de pens legata.* 27 *l.* 45. ff. *de donat. inter vir.* v. Cujac. 5 *obser.* 16. 28 Cur non est impedimento? Maritus adfixa prædio dotali ita detrahendo non id facit negotiandi seu promerendi causa (quod Senatus prohibet, *l. extera.* 41 *h. l. in pr.*), sed necessitate, ne suas expensas amittat. *l. Marcellus.* 45. ff. *de donat. inter vir. l. duce ancillam.* 9. *C. de rei vind. l. pro voluptuariis.* 9. ff. *de impensis.* 29 Tertii cujusdam. *Goth.* Vide Charond. *lib.* 1 *verisimil. c.* 21. Cujac. *lib.* 2 *obs. c.* 2. Joan. Robert. *lib.* 2 *sent. jur. c.* 10. & 11. S. L. 30 Expresse vel tacite. 31 Imo non potest. *l.* 52. ff. *de condit. & demonst.* v. Cuj. 2 *obs.* 2. 32 In cujus voluntatem collatum est legatum.

33 Cur non potest legatum conferri in liberam voluntatem heredis? Heres nunquam præsumeretur velle obligari. *l. sub hac.* 8. ff. *de obligationib.* 34 *d. l.* 8 ff. *de oblig. & act.* v. tamen *l.* 11. §. 7. ff. *de legat.* 3. *l.* 46. §. 4 ff. *de fideicom. libert.* 35 Legare homini libero, in quem jus pignoris ipsi habemus (ut is est, quem ab hostibus redeminus) jus illud pignoris possimus: ut ea ratione jure pignoris videatur liberatus, *ut hic.* eodem modo vassallo jus vassallagii legare possimus, ut & debitori actionem, quam in eum habemus. Unde notant, in his speciebus differentiam non esse inter legatarium ipsum, & rem legatam: legatarium & rem legatam unum esse. Ita fur & res furtiva simul est fugitivus. *l. ancilla.* 60. ff. *de furtis. l.* 1. *C. de servis fugitivis.* 36 Captivus redemptus redimenti est pignori, tantisper dum ei redemptionis pretium solvetur. *l.* 15. ff. *de captivis.* 37 *l.* 9. *vers. idem referebat* ff. *de castrensi pecul.* adde *l.* 98. § 3 ff. *de solutionib.* 38 An & ipse filius castrensis sium peculium legare potest? Sic sane, & id abalienare sive inter vivos, sive ultima voluntate. *l.* 2. ff. *ad Macedon.* 39 Filiofamilias milite intestato moriente, castrensia ejus omnia finguntur retro fuisse patris ejus, *ut hic. l. proponebatur.* 9. *l. de hered.* 19. *in pr. & §. pater* 3. *l. ult.* ff. *de castrensi peculio.* eaque occupat pater jure peculii. *l.* 2. *l. pater, qui castrense.* ff. *de castrensi.* Cur finguntur retro patris fuisse? Quidquid filius etiam miles adquirit, patri adquirit stricto jure: Nam militia non est modus tollendæ patriæ potestatis. *l. placet.* 79. ff. *de adquir. hered. l.* 1. ff. *si quis à parente manumiss.* §. *filiusfam. Inst. quib. mod. jus patr.* l. 2. *C. de castr. pecul lib.* 12. Hinc fit ut publicato filio, non publicetur ejus peculium. *l.* 3. *C. de bonis proscript.* 40 Legare rem nobis legatam ignorantes possumus, si modo legatum voluerimus ad nos pertinere, *ut hic.* Quid, si legatum repudiaverimus? Res ita repudiata retro videtur fuisse heredis. ff. *eod. in fin.* An valebit legatum? Bartolus, Salicetus, Castrens. Alex. ita putant. Dynus, Jacob. de Aretio, Cynus, Baldus, Angelus, Fulgosius, Imola, Raphaël, Jason negant. Talis enim repudiatio alienatio est, *l. magis.* §. *fundum.* 8. ff. *de reb. eorum.* ut ea re videatur extingui legatum. *l. rem legatam.* 18. ff. *de adim. legat. l. fideicommissa.* 11. §. *si rem.* 12. ff. *de legat.* 3. 41 *l.* 38. §. 1. ff. *eod. l.* 17. *in fin. l.* 34. *l.* 35. *l.* 36. ff. *ad l. Aquil. l.* 8. ff. *de reb. dubiis.* 42 Legatum legatarii censetur fuisse à morte testatoris, ficte: à die aditæ hereditatis, vere. *l. si tibi homo.* 86. §. *cum servus.* ff. *eod.* 43 Legata re sepius à te mutata, legatum non extinguitur. Hujusmodi iterata mutatio, commutatam voluntatem non efficit.

44 Legatum consistit. ff. *eod.* Imo non consistit. *l.* 36 *in pr.* ff. *de usufr.* 45 Legatum consistit. ff. *eod.* Imo non consistit. *l.* 88. *in princ.* ff. *de leg.* 3. 46 § 3. ff. *eod. l.* 49. §. 5. *l.* 88. *in fin.* ff. *de leg.* 3. adde *l.* 9. *in princ. vers. hæc omnia.* §. 2. ff. *de tritico.* 47 V. § 2 ff *eod.* 48 In area legata ædificatum legatario debetur etiam ultra aream ipsam. Ita legato solo cedit superficies, & ædificium ei post impositum. facit *l. Paulus* 29. ff. *de pign. l. adeo* 7. §. *cum in fundo.* ff. *de adquir. rer. domin. l.* 2. *C. de rei vind.* Augmentum legati cedit legatario. *l. si ex toto.* 8. *l. quod in rerum.* 24. §. 1. ff. *eod.* 49 Et ipsa domus & superficies. *l.* 39. ff. *de leg.* 2. 50 *Chirographum* qui legat, debitum legat. sunt ista synonyma, chirographum, debitum, creditum, quod debetur, nomen debitoris, actio. His speciebus, effectu ipsa actio censetur legata, *ut hic.* aliud fuerit, si quis legaverit specifice rem sibi debitam. id enim legatum rei esse dicitur, non actionis. Inter hæc duo diserimen constituitur. Priore casu, legatarius sine ulla cessione heredis, actione sua utiliter experiri potest: posteriore sine cessione non potest. *l. ex legato. C. de legatis. l.* 39. §. 2. ff. *eod.* v. Cephal. 1 *cons.* 15. v. *l.* 59. ff. *de leg.* 3. v. *l.* 1. *C. de don.*

alias 4 præstari potest, quam ut ædibus detrahatur, subducatur: id est, marmora vel columnæ. † Idem & in tegulis 5, [&] in tignis, & ostiis 6 Senatus censuit. † Sed & in bibliothecis parietibus inhærentibus. §. 10. Sed si cancelli [sint], vel vela, legari poterunt: Non tamen *fistulæ*[A], vel 7 castelli 8. §. 11. Sed automataria 9, aut si qui canthari per 10 quos aquæ saliunt, poterunt legari: maxime si imposititii sint. §. 12. Quid ergo in *statuas* dicendum? Si quidem inhærent parietibus, non licebit: si vero alias existant, dubitari potest. Verum mens Senatus plenius accipienda est: ut si qua ibi fuerunt perpetua 11, quasi portio ædium, distrahi non possint. §. 13. Proinde dicendum est, nec tabulas adfixas & parietibus adjunctas, vel singula sigilla adæquata, legari posse. §. 14. Sed & si paravit 12 quædam testator quasi 12 translaturus in aliam domum, & hæc legavit, dubitari poterit, an valeat. Et 14 puto valere. §. 15. Sed si ea, quæ legavit, ædibus 15 junxit, extinctum 16 erit legatum. §. 16. Sed si 17 heres ea junxit, puto non extingui.

XLII. IDEM [lib. 11 Fideicommissorum].

SIve scilit, sive ignoravit 18.

De legato in arbitrium heredis vel extranei collato.
3. De redempto ab hostibus.

XLIII. IDEM [lib. XXI ad Sabinum].

SEnatus enim ea, quæ sunt ædium, legari 19 *non* permisit: hæc autem mortis tempore ædium non fuerunt: heres ergo æstimationem præstabit. Sed si detraxerit, & 20 præstiterit 21, pœnis erit locus: quamvis, ut non vendat, detraxit, sed 22 ut exsolvat. §. 1. Marcellus 23 etiam scribit, si maritus diætam 24 in 25 uxoris hortis 26, quos in dotem acceperat, fecerit: posse eum hæc detrahere 27, quæ usui ejus futura sint, sine mulieris tamen damno: nec 28 ad hoc *ei* Senatusconsultum futurum impedimento. Ergo si non est ei obfuturum, quominus detrahat, dici oportebit, posse eum hæc legare, quæ detrahere potest.

§. 2. Legatum in aliena 29 voluntate poni 30 potest 31: in heredis 32 non 33 potest 34. §. 3. Qui ab hostibus redemptus est, legari sibi 35 poterit; & proficiet legatum ad liberationem vinculi 36 pignoris, quod in eo habuit qui redemit.

De peculio castrensi. 1. Si quis rem sibi legatam alii legaverit. 2, 3. De mutatione rei legatæ. 4. De domo imposita areæ legatæ. 5. De chirographo. 6. De nomine. 7. Si servus legetur, & liber esse jubeatur. 8. Si statuliberum heres legaverit. 9. De aditu ad fundum, cujus est ususfructus legatus.

XLIV. IDEM [lib. XXII ad Sabinum].

SErvum filii 37 sui, castrensis peculii, legare pater 38 potest: &, si vivo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remansit, constitit legatum: cum 39 enim filius jure suo non utitur, retro creditur pater dominium in servo peculiari habuisse.

§. 1. Si quis rem sibi 40 legatam ignorans adhuc legaverit, postea cognoverit, & voluerit ad se pertinere: legatum valebit: quia, ubi legatarius non repudiavit, retro 41 ipsius fuisse videtur, ex quo hereditas adita est: Si vero repudiaverit, retro 42 videtur [res] repudiata fuisse heredis. §. 2. Si *pecula* quis legavit, & 43 massa facta est 44, vel contra; item si *lana* legetur, & vestimentum ex ea fiat 45: Julianus lib. XXXII *Digestorum* scripsit, legatum in omnibus 46 suprascriptis consistere, & deberi quod exstat. Quam sententiam puto veram, si modo non mutaverit testator voluntatem. §. 3. Sed & si *lanicam* legavit, & massam 47 fecit, mox poculum, debebitur poculum, durante scilicet voluntate. §. 4. Si *area* 48 legatæ domus imposita sit: de debitur legatario 49, nisi testator mutavit voluntatem. §. 5. Eum, qui *chirographum* 50 legat, debitum legare, non solum tabulas, argumento 51 est venditio: nam 52, cum chirographa veneunt, nomen venisse videtur.

§. 6. Sed etsi *nomen* 53 legetur, benigne id quod debetur accipiendum est: ut actiones adversus debitorem cedantur 54.

§. 7. Si idem servus & legatus & liber 55 esse jussus sit: interdum 56 procedere solum legatum poterit: ut 57 puta, si in fraudem creditoris data erit libertas 58; vel si is sit servus, qui in perpetuam 59 servitutem venierit; idem erit, vel si servus sit forte pignori 60 datus. §. 8. Si *statuliberum* 61 heres legaverit, expediet 62 heredi 63 ipsum statuliberum præstare magis, quam æstimationem: etenim 64 æstimationem [veram 65] præstabit: ipsum vero si dederit, existente conditione, nullum sentiet damnum: jam enim 66 æstimatio postea non petitur ab eo hominis liberi.

§. 9. Si duos fundos habens testator, alterius mihi usumfructum, alterum Titio leget: aditum 67 mihi legatarius non debebit, sed heres 68 cogitur redimere aditum 69, & præstare.

Si legatarius rem emerit & alienaverit. 1. Qualiter res præstari debet ex legato generali, 2. Vel speciali, vel stipulatione.

XLV. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

SI à substituto pupilli ancillas tibi legassem, easque tu à pupillo 70 emissles 71, &, antequam 72 scires tibi legatas esse, alienaveris: utile 73 legatum esse 74, Neratius, & Aristo, & Ofilius probant. §. 1. Heres generaliter 75 dare damnatus 76, fanum eum esse promittere 77 non 78 debet: sed *furtu & noxius solutum esse* promittere debebit: quia ita 79 dare debet, ut 80 eum habere liceat; sanitas autem servi ad proprietatem 81 ejus nihil pertinet. Sed ob id quod furtum fecit servus, aut noxam nocuit, evenit quo minus eum habere domino liceat: ficuti ob id, quod obligatus est fundus, accidere possit, ut eum habere domino non liceat. §. 2. Si vero certus homo legatus est, talis 82 dari debet, qualis 83 est.

XLVI. IDEM lib. IX Epistularum.

QUæ de legato dicta sunt, eadem 84 transferre licebit ad eum, qui *vel Seiobum vel hominem dari* 85 promiserit.

Quando & ubi legatum solvi debet. 2. De servo legato, qui in fuga est. 3. De duobus servis alternate legatis. 4. Si res perit, aut non comparet. 5. De culpæ æstimatione. 6. De interitu rei legatæ.

XLVII. ULPIANUS [lib. XXII ad Sabinum].

CUm res legata est; si quidem propria fuit testatoris, & copiam ejus habet heres: morari facere non debet 86, sed eam præstare 87. Sed si res alibi sit, quam ubi petitur, primum quidem constat, ibi 88 esse præstandam, ubi 89 relicta est: nisi alibi testator voluit: nam si alibi voluit, ibi præstanda est, ubi testator voluit, vel ubi verisimile 90 est eum voluisse: & ita Julianus scripsit tam in propriis, quam in alienis legatis. † Sed si alibi relicta est, alibi 91 autem ab herede translata 92 est 93 dolo malo ejus, nisi ibi præstetur, ubi petitur, heres condemnabitur doli sui nomine: æterum si sine dolo, ibi præstabitur, quo transtulit. §. 1. Sed si id 94 petatur, quod 95 pondere, numero, mensura continetur: si quidem certum corpus legatum est (veluti frumentum ex illo horreo,

servus, & liber esse jussus in fraudem creditorum, non fit liber: valet eo casu legatum servi. Libertatis datione inutili non revocatur legatum servi ipsius, cui libertas ita data est inutiliter. 58 Tunc enim qui inutiliter manumittitur, legari eodem testamento potest. *l.* 37. ff. *de legat.* 2. 59 Id enim fieri potest. vide *l.* 5. *C. si mancip. ita fuerit alien.* 60 *l.* 3. *C. de servo pign. dato.* 61 *l.* 81. §. 9. ff. *eod.* 62 Evictio ubi non debetur, consultius est rem ipsam præstare, quam æstimationem. 63 Heredis scilicet. 64 Id est, alioqui. Et hic electionem habet heres heredis, ut vel det statuliberum, vel ejus æstimationem: sed ifultus fuerit valde, si maluerit æstimationem solvere, quam ipsum statuliberum præstare. 65 Adde *l. mortua causa.* 18. *in fin.* ff. *de donat. causa mortis.* 66 Æstimatio (post rem ipsam semel à nobis præstitam) amplius à nobis peti non potest, *ut hic.* Quid, si quis æstimationem rei præstiterit legatæ, cujus legatæ conditio non extitit? An eam æstimationem reperet? Imo ita? tanti videtur æstimasse dubium eventum conditionis. *l. si servus.* 4. ff. *de condict. furt. l. si heres.* 68. *l. Lucius.* 78. §. *ult.* ff. *ad Trebell.* 67 Usufructu fundi legato intelligitur 1 ad fundum fructuarium necessaria legata per alium fundum testatoris, *ut hic.* Quid ita? fundum fructuarium aut fundi unius usumfructum videtur ea qualitate & conditione legasse, qua ipse habuit. *l. decimas.* 15. §. 1. ff. *de usufructu legat. l. binas.* 36. ff. *de servitutibus urbanorum. l.* 1. §. *ultim.* ff. *si usufructl. petat. l. testatrix.* 20. ff. *si servitus vind.* Quid? eo nomine in quem agetur? non in legatarium alterius fundi, e cujus fundo servitutem expectamus, sed in ipsius heredem. Cur non in legatarium fundi? quia nihil ab eo mihi legatum est, sed ab herede. 68 *l.* 15. ff. *de usu & usufr. leg.* 69 Adde *l. ult. in princ.* ff. *de servit. urban.* 70 A cujus persona substitutum est.

71 Res pupillari substitutioni obnoxia ignoranter alienari potest. *Bald.* Atqui res obnoxiæ restitutioni ex substitutione fideicommissaria, & vulgari, alienari non possunt. *l. ult.* §. *fin autem. Authentica res quæ. C. commun. de legat.* Aliud est in substitutione pupillari, *ut hic. l. qui filium* 4. ff. *ubi pupilli. l.* 1. §. 2. ff. *de tutela & rationibus.* Cur aliud? ut testator potest sua alienare, facto testamento, *l. cum hic statur.* 32. §. *Oratio.* 16. ff. *de donationibus inter virum & uxorem. l. fideicommiss.* 11. §. *si rem.* ff. *de legatis*, 3. ita pupillus post substitutionem pupillarem: quia substitutio pupillaris, ejus est testamentum. *l. Papinianus.* 8. §. *sed nec impuberis.* 5. ff. *de inofficios. l.* 2. §. *primo. l. patris & filii.* 20. ff. *de vulgari.* Præterea substitutio pupillaris bono pupilli inventa est, non ut ei fit oneri. *Instit. de pupillari.* & eo differt a fideicommissaria & vulgari: quæ oneri sunt. *l. coheredi.* 41. §. *cum filiæ.* 2. ff. *de vulgari.* An dicemus potius, post Baldum & Alexandrum, pupillum habentem substitutionem pupillarem, non posse res substitutioni obnoxias, nisi ob justam causam alienare. *arg. l.* 1. §. 2. *vers. sed nonnullos.* ff. *de tutela & rationib. distr.* An dicemus *dictum vers. sed nonnullos* referendum esse ad substitutionem fideicommissariam, cum Jasone?

72 Emens (etiam sciente) legatum ab extraneo, vel ab herede, rem legatam eveniente conditione petere potest, *ut hic.* Quid ita? Juri futuro etiam expresse renunciari potest.

73 Cur? quia tu non possides ancillas tibi legatas, sed earum pretium habes ex causa onerosa. 74 Et legatum peteretur, non obstante, quod legatarius interim emerit ab instituto.*

75 Non nominatim ac specialiter. *l.* 58. ff. *de evict.* 76 Damnationis in legato electionem esse heredis, hinc colligunt. 77 *l.* 71. § 1. ff. *eod. l.* 69. ff. *ad Trebell.* 78 In genere legato servo, heres vel infirmum servum dando, liberatur, *ut hic.* dat etiam mediocrem, qui dat infirmum. *arg. l. legato generaliter.* 37. ff. *eod. l. si heres generaliter.* 110. ff. *eod.* 79 *l.* 29. §. 3 ff. *de legat* 3. 80 Generis legato heres præstat evictionem, *ut hic.* in speciei, non præstat. §. 1. ff. *eod.* An quia generi nulla est qualitas, ut speciei, *in fin.* ff. *eod.* ut putat Bald. & Fulg? An quod in legato generis lata potestas est heredis in re præstanda; in speciei, recitor: ut censet Bellaperticanus?

81 Adde *l.* 75. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* 82 Species legata talis ab herede præstanda est, qualis ea est, *ut hic.* Quid, si testator scivit eam esse alteri obligatam? Cogitur heres eam solvere. *l. quid ergo.* 53. §. *si heres.* 3. *l. si res obligata.* 57. ff. *eod.* 83 *l.* 56. *l.* 70. *l.* 116. *in fin.* ff. *eod.* 84 Similitudinem ultimarum voluntatum & contractuum hinc nota. vide *hic* Duar. & argumentum à testamento ad contractus adfusni. vide *l.* 26. ff. *de pignoratitia. l.* 4. *in fin.* ff. *de oper. libert.* & contra, *l.* 21. ff. *de verb. oblig.* vide hic plura apud Jasonem. 85 Dandi promissor in contractu stricti juris, dominium transferre cogitur, *ut hic.* §. *sic itaque.* 13. *Inst. de act. l. ubi autem.* 75. *in fin.* ff. *de verb. oblig. l. ultim.* ff. *de condict. ob caus.* An & in bonæ fidei? præstatione ejus, quod interest liberari putat Accursius, in §. *actionum.* 28. *Inst. de act.* quod Joanni Fabro & Angelo displicet. Angelus putat Accursii sententiam veram esse in obligationibus dandi & faciendi mixtis.

86 Minus enim solvere, quam legatum est. *l.* 85. ff. *de solut.* 87 *Præstare absque mora*, Haloand. *quia intercedente, usuras, & omnem utilitatem præstandam Sabinus ait. Sed si*, &c. Ita vulgata habet: Ita veteres quoque legerunt. De mora vide Horomannum 2 *uber.* 12. de usuris. adde *l.* 84. *in fin.* ff. *de leg.* 2. 88 Vide *l. un. C. ubi fideicommiss.* 89 An ubi erat tempore testamenti? an ubi res ipsa sita est? heres speciem legatam ibi in dubio præstare cogitur, ubi ea sita est: ut adeundo non continuo contrahat eo loci, ubi adit hereditatem, sed ubi res sitæ, *ut hic.* In contractibus species præstanda, ubi petitur. *l. heres absens.* 19. ff. *de judic.* 90 *l.* 52. §. 2. ff. *de judiciis.* Verisimilis etiam voluntas defuncti servanda, non tantum expressa. 91 Legatum rem alio transferre dolo malo heres non debet. Quid, si transtulerit? Legatarius, præstabit, qui ante eam alibi præstare non cogebatur, quam quo loco sita erat. 92 *l.* 38. ff. *de judiciis.* 93 Quid, si sine dolo malo in provinciam transtulerit longinquam? Idem fuerit, ut eam præstare teneatur. *l. si servum.* 91. §. *de illo.* 2. ff. *de verb. obl.* 94 Quantitas legata fidem in legato generis quidam statuunt] præstatur ab herede legatariis, ubi ipsa quantitas petitur: non eo loco ubi quantitas ipsa est, *ut hic.* Quid ita? Quantitas nullo certo loco circumscribitur. *l. Gaius.* 86. ff. *de leg.* 2. 95 *d. l.* 38. *vers. præterea.*

51 Argumentum à venditione ad legatum: a contractu ad ultimas voluntates, valet affirmative, *ut hic.* adde quæ scripsi ad *l.* 3. ff. *de usurp. oblig. ad l.* 46. ff. *de pact.* Quo jure? contractibus cum minus faveatur, licet à minori ad majus interpretationem extendere, atque argumentari.

52 Chirographo legato vel venditio, non tabulæ, sed debitum, & nomen ipsum, quod tabulis continetur, legatum & venditum intelligitur, *ut hic.* Quid ita? legatum alias ridiculum esset, & inutile, & symbolum rei pro re est.

53 *l.* 39. §. 3. ff. *eod.*

54 Legato nomine debitoris, liberatur heres testatoris cedendo legatario actionem, *ut hic. l. si fic.* 75. §. 1 ff. *eod.* Unde notant, heredem suo sumptu & impensa id nomen exigere non cogi. imo ne quidem suis sumptibus instrumentum nominis dare Baldus, Angel. Flor. Alex. Jason.

55 Hæc capita separata sunt, & ad diversas personas referuntur, ut ea re utile per inutile non vitietur. *l. sanctimus.* 34. *C. de donationib. l.* 1. §. *illud.* §. *Trebatius* 3 *de aqua quotid.*

56 *Interdum*: vox, inquam, illa *interdum* natura sua denotat regulam generalem contrariam esse. *l. interdum.* 29. ff. *de condict. indeb.*

57 Legatus uni legatum servi. Libertatis datione inutili non revocatur legatum servi ipsius, cui libertas ita data est inutiliter. 58 Tunc enim qui inutiliter manumittitur, legari eodem testamento potest. *l.* 37. ff. *de legat.* 2. 59 Id enim fieri potest. vide *l.* 5. *C. si mancip. ita fuerit alien.* 60 *l.* 3. *C. de servo pign. dato.* 61 *l.* 81. §. 9. ff. *eod.* 62 Evictio ubi non debetur, consultius est rem ipsam præstare, quam æstimationem. 63 Heredis scilicet. 64 Id est, alioqui. Et hic electionem habet heres heredis, ut vel det statuliberum, vel ejus æstimationem: sed ifultus fuerit valde, si maluerit æstimationem solvere, quam ipsum statuliberum præstare. 65 Adde *l. mortua causa.* 18. *in fin.* ff. *de donat. causa mortis.* 66 Æstimatio (post rem ipsam semel à nobis præstitam) amplius à nobis peti non potest, *ut hic.* Quid, si quis æstimationem rei præstiterit legatæ, cujus legatæ conditio non extitit? An eam æstimationem reperet? Imo ita? tanti videtur æstimasse dubium eventum conditionis. *l. si servus.* 4. ff. *de condict. furt. l. si heres.* 68. *l. Lucius.* 78. §. *ult.* ff. *ad Trebell.* 67 Usufructu fundi legato intelligitur 1 ad fundum fructuarium necessaria legata per alium fundum testatoris, *ut hic.* Quid ita? fundum fructuarium aut fundi unius usumfructum videtur ea qualitate & conditione legasse, qua ipse habuit. *l. decimas.* 15. §. 1. ff. *de usufructu legat. l. binas.* 36. ff. *de servitutibus urbanorum. l.* 1. §. *ultim.* ff. *si usufructl. petat. l. testatrix.* 20. ff. *si servitus vind.* Quid? eo nomine in quem agetur? non in legatarium alterius fundi, e cujus fundo servitutem expectamus, sed in ipsius heredem. Cur non in legatarium fundi? quia nihil ab eo mihi legatum est, sed ab herede. 68 *l.* 15. ff. *de usu & usufr. leg.* 69 Adde *l. ult. in princ.* ff. *de servit. urban.* 70 A cujus persona substitutum est.

71 Res pupillari substitutioni obnoxia ignoranter alienari potest. *Bald.* Atqui res obnoxiæ restitutioni ex substitutione fideicommissaria, & vulgari, alienari non possunt. *l. ult.* §. *fin autem. Authentica res quæ. C. commun. de legat.* Aliud est in substitutione pupillari, *ut hic. l. qui filium* 4. ff. *ubi pupilli. l.* 1. §. 2. ff. *de tutela & rationibus.* Cur aliud? ut testator potest sua alienare, facto testamento, *l. cum hic statur.* 32. §. *Oratio.* 16. ff. *de donationibus inter virum & uxorem. l. fideicommiss.* 11. §. *si rem.* ff. *de legatis*, 3. ita pupillus post substitutionem pupillarem: quia substitutio pupillaris, ejus est testamentum. *l. Papinianus.* 8. §. *sed nec impuberis.* 5. ff. *de inofficios. l.* 2. §. *primo. l. patris & filii.* 20. ff. *de vulgari.* Præterea substitutio pupillaris bono pupilli inventa est, non ut ei fit oneri. *Instit. de pupillari.* & eo differt a fideicommissaria & vulgari: quæ oneri sunt. *l. coheredi.* 41. §. *cum filiæ.* 2. ff. *de vulgari.* An dicemus potius, post Baldum & Alexandrum, pupillum habentem substitutionem pupillarem, non posse res substitutioni obnoxias, nisi ob justam causam alienare. *arg. l.* 1. §. 2. *vers. sed nonnullos.* ff. *de tutela & rationib. distr.* An dicemus *dictum vers. sed nonnullos* referendum esse ad substitutionem fideicommissariam, cum Jasone?

72 Emens (etiam sciente) legatum ab extraneo, vel ab herede, rem legatam eveniente conditione petere potest, *ut hic.* Quid ita? Juri futuro etiam expresse renunciari potest.

73 Cur? quia tu non possides ancillas tibi legatas, sed earum pretium habes ex causa onerosa. 74 Et legatum peteretur, non obstante, quod legatarius interim emerit ab instituto.*

75 Non nominatim ac specialiter. *l.* 58. ff. *de evict.* 76 Damnationis in legato electionem esse heredis, hinc colligunt. 77 *l.* 71. § 1. ff. *eod. l.* 69. ff. *ad Trebell.* 78 In genere legato servo, heres vel infirmum servum dando, liberatur, *ut hic.* dat etiam mediocrem, qui dat infirmum. *arg. l. legato generaliter.* 37. ff. *eod. l. si heres generaliter.* 110. ff. *eod.* 79 *l.* 29. §. 3 ff. *de legat* 3. 80 Generis legato heres præstat evictionem, *ut hic.* in speciei, non præstat. §. 1. ff. *eod.* An quia generi nulla est qualitas, ut speciei, *in fin.* ff. *eod.* ut putat Bald. & Fulg? An quod in legato generis lata potestas est heredis in re præstanda; in speciei, recitor: ut censet Bellaperticanus?

81 Adde *l.* 75. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* 82 Species legata talis ab herede præstanda est, qualis ea est, *ut hic.* Quid, si testator scivit eam esse alteri obligatam? Cogitur heres eam solvere. *l. quid ergo.* 53. §. *si heres.* 3. *l. si res obligata.* 57. ff. *eod.* 83 *l.* 56. *l.* 70. *l.* 116. *in fin.* ff. *eod.* 84 Similitudinem ultimarum voluntatum & contractuum hinc nota. vide *hic* Duar. & argumentum à testamento ad contractus adfusni. vide *l.* 26. ff. *de pignoratitia. l.* 4. *in fin.* ff. *de oper. libert.* & contra, *l.* 21. ff. *de verb. oblig.* vide hic plura apud Jasonem. 85 Dandi promissor in contractu stricti juris, dominium transferre cogitur, *ut hic.* §. *sic itaque.* 13. *Inst. de act. l. ubi autem.* 75. *in fin.* ff. *de verb. oblig. l. ultim.* ff. *de condict. ob caus.* An & in bonæ fidei? præstatione ejus, quod interest liberari putat Accursius, in §. *actionum.* 28. *Inst. de act.* quod Joanni Fabro & Angelo displicet. Angelus putat Accursii sententiam veram esse in obligationibus dandi & faciendi mixtis.

86 Minus enim solvere, quam legatum est. *l.* 85. ff. *de solut.* 87 *Præstare absque mora*, Haloand. *quia intercedente, usuras, & omnem utilitatem præstandam Sabinus ait. Sed si*, &c. Ita vulgata habet: Ita veteres quoque legerunt. De mora vide Horomannum 2 *uber.* 12. de usuris. adde *l.* 84. *in fin.* ff. *de leg.* 2. 88 Vide *l. un. C. ubi fideicommiss.* 89 An ubi erat tempore testamenti? an ubi res ipsa sita est? heres speciem legatam ibi in dubio præstare cogitur, ubi ea sita est: ut adeundo non continuo contrahat eo loci, ubi adit hereditatem, sed ubi res sitæ, *ut hic.* In contractibus species præstanda, ubi petitur. *l. heres absens.* 19. ff. *de judic.* 90 *l.* 52. §. 2. ff. *de judiciis.* Verisimilis etiam voluntas defuncti servanda, non tantum expressa. 91 Legatum rem alio transferre dolo malo heres non debet. Quid, si transtulerit? Legatarius, præstabit, qui ante eam alibi præstare non cogebatur, quam quo loco sita erat. 92 *l.* 38. ff. *de judiciis.* 93 Quid, si sine dolo malo in provinciam transtulerit longinquam? Idem fuerit, ut eam præstare teneatur. *l. si servum.* 91. §. *de illo.* 2. ff. *de verb. obl.* 94 Quantitas legata fidem in legato generis quidam statuunt] præstatur ab herede legatariis, ubi ipsa quantitas petitur: non eo loco ubi quantitas ipsa est, *ut hic.* Quid ita? Quantitas nullo certo loco circumscribitur. *l. Gaius.* 86. ff. *de leg.* 2. 95 *d. l.* 38. *vers. præterea.*

horreo, vel vinum ex apotheca illa), ibi præstabitur, ubi relictum 95 est; nisi alia mens fuit testantis: sin vero non fuit certa species, ibi erit præstandum, ubi petitur. §. 2. Itaque si Stichus sit legatus, & 96 culpa 97 heredis non pareat, debebit æstimationem ejus præstare: sed si culpa nulla intervenit, cavere heres debet de restitutione servi, non æstimationem præstare. † Sed & si alienus servus in fuga 98 sit sine culpa heredis, idem dici potest: nam [&] in alieno culpa admitti potest: cavebit autem sic, *ut, si fugerit adprehensus, aut ipse, aut æstimatio præstetur.* † Quod & in servo ab hostibus capto constat. §. 3. Sed si Stichus aut Pamphilus legetur, & alter ex his vel in fuga 98 sit, vel apud hostes: dicendum erit præsentem præstari, aut absentis æstimationem: totiens 99 enim electio est heredi committenda, quotiens moram non est facturus legatario. † Qua ratione placuit, & si alter decesserit 100, alterum omnimodo præstandum: fortassis vel mortui pretium. † Sed si ambo sint in fuga, non ita cavendum, ut si in potestate ambo redirent; sed si vel alter: & vel ipsum, vel absentis æstimationem præstandam. §. 4. Item si res aliena vel hereditaria sine culpa heredis perierit, vel non comparetur: nihil amplius quam cavere eum oportebit. sed si culpa 1 heredis res perit 2, statim damnandus est. §. 5. *Culpa* autem qualiter sit æstimanda, videamus: an non solum ea quæ dolo proxima [sit], verum etiam quæ levis est: an numquid & diligentia 3 quoque exigenda est ab herede: quod verius est. §. 6. Item si fundus chasmate pericrit, Labeo ait, utique æstimationem non deberi: quod 4 ita verum est, si non 5 post moram 6 factam id evenerit: potuit 7 enim eum acceptum legatarius vendere.

Si servus heredu rem legatam surripiat. 1. Si unus ex heredibus servum legatum interficiat.

XLVIII. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

SI heredis servus rem legatam, ignorante 8 domino, subtraxisset & vendidisset: Atilicinus, in factum 9 dandam actionem: ut *vel noxæ servum dederet dominus*, vel *ex peculio* 10 *præstaret, quod ex venditione ejus rei haberet.* §. 1. Si unus ex heredibus servum legatum occidisset: omnino mihi non 11 placet coheredem teneri, cujus culpa factum non sit, ne res in rerum natura sit.

De legato, cum erit quatuordecim annorum. 4. *De debito legato creditori.* 8. *De damnato vendere.*

XLIX. ULPIANUS [lib. XXIII ad Sabinum].

SI cui legetur, *cum* 12 *quatuordecim annorum erit*: certo jure utimur, ut 13 tunc sit quatuordecim annorum, cum 14 impleverit: & ita Imperatorem decrevisse Marcellus scripsit. §. 1. Ergo cum esset sic relictum, *cum ad quartumdecimum annum pervenisset, annua, bima, trima die*, & decem & septem annorum mortis tempore inveniatur, præsens legatum erit: proinde, si quindecim annorum, consequenter dicemus post biennium deberi: si sedecim, post annum debebitur: si menses desint ad septimumdecimum annum, residuis mensibus [debetur]. hæc ita, si putans minorem esse quatuordecim annorum, cum jam excessisset, sic legavit: si vero scit, triennium ad legati præstationem ex die testamenti facti numerabimus. §. 2. Hoc 15 autem legatum & conditionale est, & in diem: conditionale tamdiu, quamdiu quartusdecimus annus sit completus; postea in diem. §. 3. Et ideo, si quidem ante quartumdecimum annum decesserit, ad heredem nihil transit: certe postea ad heredem transfert. Quod si testamenti facti tempore minor quatuordecim annis filius inveniatur: puto tempus *annua, bima, trima die* præstationis ex die completi quartidecimi anni statim cedere: nisi evidens alia mens probaretur testatoris aliud sentientis. §. 4. Si Titio *decem, quæ ego debeo*, legavero & rogavero eadem creditori præstare: fideicommissum quidem in creditoris persona non valet, quia nihil ejus interest; heres vero potest cum legatario agere, quia ipsius 16 interest creditori solvi, ne eum conveniat: ergo propter hoc valebit legatum. §. 5. Sed si testator decem mihi sub fidejussore debuit: fideicommissi petitio non solum heredi, sed & fidejussori competit: interest enim ejus, solvi mihi, quam ipsum conventum mandati actionem intendere: nec interest, solvendo sit, necne. §. 6. Julianus [lib. XXXIX Digestorum scribit]: Si fidejussor creditori legasset, *quod ei deberet* 17, an legatum valeret? & ait, creditoris quidem nihil 18 interesse, verum debitorem habere ex testamento actionem: interest enim ipsius liberari: quippe conveniri à fidejussoris herede non 19 poterit. §. 7. Quod si idem fidejussor Titio leget, & fidei ejus commiserit, *ut* 20 *creditori solvat*: & debitor & fidejussoris heres agere cum Titio ex causa fideicommissi poterunt: quia utriusque interest legatarium solvere. § 8. Meminisse autem oportet, eum 21, qui damnatur 22 [hoc solum], fundum vendere, non 23 gratis damnari hoc facere; sed hoc solum, ut vendat vero 24 pretio. §. 9. Quod si *certo* 25 *pretio* sit damnatus *fiscere*, necesse habebit tanti vendere, quanti damnatus est.

De servo communi. 1. De sententia lata contra heredem. 2. Si quis ante quæstionem de familia habitam adierit, vel necem testatoris non defenderit. 3. De nummis.

L. IDEM [lib. XXIV ad Sabinum].

SI servus plurium sit, pro 26 dominii portione legatum ei relictum adquiret. §. 1. Si hereditatis judex contra heredem pronunciaverit non 27 agentem causam, vel lusorie 28 agentem: nihil hoc nocebit legatariis. † Quid ergo, si per injuriam fuerit pronunciatum, non tamen provocavit 29? Injuria ei facta 30 non 31 nocebit legatariis, ut & Sabinus significat. Si tamen secundum substitutum 32 pronunciet, an ille legatariis teneatur, videamus: & cum jus facit hæc pronunciatio, quod attinet ad ipsius personam, nunquid legatariis tenebatur: nec enim tam improbe causari potest, secundum se judicatum per gratiam? respondebit 33 igitur & legatariis 34, ut creditoribus 35. §. 2. Si quis ante quæstionem de familia habitam, adierit hereditatem, vel necem testatoris non defenderit, legatorum persecutio adversus 36 fiscum locum habet. † Quid tamen si fiscus bona non adgnoscat? Ex necessitate redundabit onus legatorum ad heredem. † Sed si subjecit delatorem sibi, ut ei 37 hereditas abjudicetur & oneribus careret, vel minus 38 plene defendit causam: non se exonerat: exemplo ejus, qui collusorie 39 de hereditate litigavit. §. 3. Si numerus nummorum legatus sit, neque 40 apparet, quales sunt legati: ante 41 omnia ipsius patrisfamilias 42 consuetudo, deinde regionis 43, in qua versatus est, exquirenda est: sed & mens 44 patrisfamiliæ, & legatarii dignitas vel caritas, & necessitudo: item earum, quæ præcedunt 45, vel quæ sequuntur, summarum scripta sunt spectanda.

De certis nummis, aut certa lance.

LI. PAPINIANUS [lib. IV Quæstionum].

SEd si certos 46 nummos, veluti quos in arca habet, aut certam lancem legavit: non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum, vel rei legatæ continentur: neque permutationem recipiunt, & exemplo cujuslibet corporis æstimanda sunt.

De servo omnibus cum peculio legato. 1. De legato repetito à substituto.

LII. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

SI cui servi omnes *cum* 47 *peculio* legati sint, etiam hi servi debentur, qui nullum peculium habent. §. 1. Si à filio impubere sub conditione legatum sit, & filius heres extitit, deinde mortuus est: potest dici patremfamilias, qui à filio sub conditione legavit, à substituto pure repetit 48, statim voluisse à substituto dari, si filius pendente conditione decessisset.

2. De rebus eidem legata. 3. De servo occiso, 4. Vel noxæ dedito. 5. De animali occiso. 6. De damno infecto. 7. De illatione mortui. 8. De servo ad maleficium compulso ab herede, ut ab alio occideretur. 9. De servo capto ab hostibus.

LIII. ULPIANUS [lib. XXV ad Sabinum].

QUid ergo, si majorem quantitatem à substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à substituto relictum est: quod vero concurrit cum summa superioribus tabulis inscripta, inde debebitur. §. 1. Sed si repetierit legatum cum alio, forte fundum mihi legaverat ab impubere, repetiit hunc ab impuberis herede mihi & Seio: repetitio 49 hæc efficiet, ut pars mihi debeatur.

§ 2. Si quis duos heredes scripserit, & damnaverit unumquemque solidam rem legatario præstare: idem est, atque si duobus testamentis legatum esset: nam & si mihi & filio, vel servo meo esset eodem testamento legatum, sine dubio valeret legatum utriusque, ut & Marcellus apud Julianum adjicit. §. 3. Si heres hominem legatum occidit ob facinus 50, hoc est, merentem: [sine dubio] dicendum erit, eum ex testamento non teneri.

§. 4. Sed si noxæ dedit, an teneatur, quia potest redimere? & puto teneri. §. 5. Sed si *animal* legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem præstet, vel cætera [λείψανα 51, id est, *reliquias*], sed ut 52 præstet pretium, quanti esset, si viveret. §. 6. Item si ædes legatas ob damnum infectum possideri passus est: puto eum teneri: debuit enim 53 repromittere 54. §. 7. Sed si mortuum intulit, fecitque 55 religiosum locum legatum: si quidem patremfamilias intulit, cum alio inferre non posset, vel tam opportune non haberet, ex testamento non tenebitur. An vero teneatur, ut pretium loci præstet? [Et] si quidem ipse paterfamilias illo inferri voluit, ex testamento non tenebitur: quod si heres intulit suo arbitrio, debebit præstare, si sit in hereditate, unde pretium præsterur: testator enim, qui legavit, vel alio inferri voluit, vel pretium loci legatario offerri. §. 8. Item si servum non ipse occidit, sed compulit 56 ad maleficium, ut ab alio occideretur, vel supplicio adficeretur: æquissimum erit, pretium eum præstare. quod si sua 57 mala mente ad hoc processit, cessabit æstimatio 58.

§. 9. Servus legatus, si ab hostibus captus sit sine dolo heredis, non præstabitur: si dolo, præstabitur.

De turpi legato. 1. De conditione, si arbitratu illius nupserit. *2. De conditione implenda. 3. Quota pars debetur à singulis heredibus.*

LIV. POMPONIUS [lib. VIII ad Sabinum].

TUrpia 59 *legata*, quæ denotandi magis legatarii gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur. §. 1. Si Titiæ dum quem in causa petitæ hereditatis etiam injuria judicatum est, tenetur creditoribus & legatariis. *Dyn. Bald. Imol. Castr. Jas.* 34 Adde *l.* 74. ff. *eod.* 35 V. quæ notavi ad *l.* 1. ff. *qui testam.* 36 V. *l.* 9. ff. de *Silaniano.* 37 Fisco. 38 In fraudem legatorum. 39 Facit *l.* 1. § 34. ff. de *Silaniano.*

40 *l.* 75. ff. de *leg.* 3. 41 Obscurum legatum his conjecturis declaratur consuetudine patrisfamilias, regionis, mente testatoris, dignitate legatarii, caritate, necessitudine, ex præcedentibus & sequentibus, *ut hic.* Quid? conjecturæ, quæ hic enumerantur, quo ordine hic enumerantur, funtne potiores? Castrensis negat, existimans potiorem esse conjecturam, quæ ex antecedentibus & consequentibus ac vicinitate scripturarum ducatur. *arg. l. cum pater* 77. §. *cum imperfecta* 22. ff. de *leg.* 2. *l. heredes patiam* 21. § *si quid post* 1. ff. de *test.* Contrarium censet Pet. Imol. Alex. Aret. *arg. d. l. cum pater* 77. *Novell.* 1. c. 1. §. *inordinatum. l. nec enim* 6. ff. de *solut. l.* 2. §. *prius.* ff. de *vulgari. l. pen.* ff. de *alim. l. si cui annuum* 14. ff. de *annuis. l. nummis* 75 ff. de *leg.* 3. 42 *d. l.* 75. *l.* 13. *in fin.* ff. de *usuris. l.* 1. § 1. ff. *quæ test. l.* 3. *in fin.* ff. de *supellect.* 43 *l.* 31. § 20. ff. de *ædil. l.* 1. ff. de *usuris. l.* 1. *in fin.* ff. de *inspic. vent. l.* 18. § 3. ff. *de instructo. l.* 34. ff. de *reg. jur.* 44 Mens testatoris, est mens ejus conjecturata, vel conjecturæ, quibus mentem colligimus. 45 Præcedentia lucem adferunt sequentibus obscuris & generalibus; & è contra, *ut hic.* etiamsi præcedentia sint meræ præfationes. *l. ult.* ff. de *hered. inst. l.* Titia 134. § *idem* ff. de *verb. obl.* 46 V. *l.* 75 ff. de *leg.* 3. 47 Adde *l.* 13. *in fin.* ff. de *manumiss. testam.* 48 *Hal.* repeti. adde *l.* 89. ff. de *cond. & dem.* 49 *l.* 23. *in fin.* C. *eod.* 50 *l.* 96. ff. de *verb. oblig.* 51 Id est, reliquias, id est, carnem & corium, nec ea quidem debentur usufructuario. *l. pen.* ff. *quib. mod. usufr. l.* 49. ff. de *leg.* 2. 52 *l.* 14. § 2. ff. de *cond. furt.* adde *l.* 49. *in fin.* ff. de *rei vind.* 53 Imo, non debuit. *l.* 15. § 3. ff. de *damno* 54 Quia missus est tantum ex primo decreto. *Accurs.* 55 *l. ult.* ff. de *religiosis. l.* 66. § 4. ff. de *leg.* 2. 56 Paria funt, occidere, vel compellere aliquem ad delinquendum, unde mors sequatur. *Bald.* 57 Id est, ipsius servi. 58 Id est, æstimationis petitio. 59 §. *ult. Inst. eod. l.* 112 § 3. ff. *eod. l. un.* C. de *his, quæ pœnæ.*

95 Vide Peckium, *c.* 33 *de testamentorum honor. l.* 108 ff. de *leg.* 1.

96 Heres legati suæ culpæ amissi præstat æstimationem legatario, sive res propria fuerit testatoris, sive aliena. Quid, si sine culpa amiserit? non præstat æstimationem, sed cavet le eam restituturam, ubi invenerit.

97 §. 4. ff. *eod.*

98 *V. l.* 2. *in fin.* ff. de *rei vindic.*

99 In legato alternativo electio est heredis, *ut hic.* imo legatarii, *l. Lucio.* 23. ff. de *leg.* 2. An hic legati præstatio relata nominatim est ad heredem, ut putat Dynus, Baldus, Castrens. Alex. Aretinus? An potius heredis est electio, ubi nullam moram facit legatario, ut hinc colligit Jason? Quod verius. Ita Sticho & Pamphilo præsentibus eliget heres quem præstet. Si præsens Stichus, absens ut Pamphilus, eligere absentem non poterit: ut eum det legatario, ut qui moram sua electione faceret ipsi legatario: quod hic vetatur.

100 *l.* 11. *circa fin.* ff. de *leg.* 2.

1 § 2. ff. *eod.*

2 *Subaudi*, vel non apparent: hæc enim paria, non esse, & non apparere. *Bart.*

3 Obligatus ex testamento de levi, non de leviss. ma culpa tenetur. *Bald.* sed omnino Jason adversus Glossam Accursii & Duarenus putant, heredem non tantum teneri ob culpam latam, sed etiam ob levem & leviss. mam: hic enim dici heredem primum levem præstare, deinde diligentiam. Quod quid aliud, quam leviss. ma culpa? v. Duaren. *hic.* adde *l.* 108. § 12. ff. *eod.*

4 Legatæ rei interitu ante moram heres liberatur: ut ne quidem æstimationem præstet, *ut hic.* Excipe casum *l. cum quidam*, 7. C. de *condit. insert.*

5 Superveniens casus non excusat moram præcedentem, *Bald. l.* 39. § 1. ff. *eod. l.* 108. § 11. ff. *eod. l.* 6. ff. de *usu & usufr. l.* 3. C. de *usufr. vel fruct. leg. seu fideic.*

6 Post moram heres præstat interitum rei legatæ. Quid ita? res ipsa legatario si præstita fuisset, potuisset non apud eum, sed apud alium mori, *ut hic.* Ita adversus moram admittentes, stricte interpretationem jusque strictum sequimur. *l. locum.* 3. § *condemnatio.* 11. ff. de *tabul. exhib. l.* de *ætate.* 11. § *qui tacuit.* 4. ff. de *interrog. act.* 7 *l.* 14. § 11. *in fin.* ff. de *eo quod met. caus.* 8 Heredis servo furtum committente in re legata, domino ignorante, heres liberatur, vel servum noxæ dedendo, vel præstando ex peculio servi, quod ipse servus ex venditione rei legatæ redegerit, *ut hic.* Imo non liberatur noxæ dedendo: cum id quod ad se pervenerit, restituere prius cogatur, deinde servum noxæ dedere. *l. si servus.* 14. ff. de *cond. furtiva.* An hac lege nostra furti agitur: ibi in id quod dominus ex servo consequutus est, ut Aretinus putat? An noxæ dabit, si nihil ad eum pervenit: de peculio vero convenitur, si nihil pervenit? Quid, si in servi peculio minus sit, quam pretium rei legatæ venditæ sit? ultra peculium tenetur veram æstimationem præstare. *l. miles.* 6. § *decem.* 1. ff. de *rejudicat. l.* 1. *vers. si servus.* ff. de *his, qui dejecerunt.* Quid, si domino sciente servus rei legatæ nocuit? dominus tenetur in solidum. *l.* 2. *l. in delictis.* 4. ff. de *noxalib.* 9 *l.* 63. *in fin.* ff. de *legat.* 2. *l.* 9. § 4. *in fin.* ff. ad *exhib.* adde *l.* 52. § 20. *in fin.* ff. de *furtis.* 10 De peculio actione ex servi delicto dominus non tenetur, nisi qua quid ad eum pervenit, factusve est locupletior. *l.* 3. § *ex furtiva.* 12. ff. de *pecul. l. quæsties.* 34. ff. de *noxalib.* 11 Imo factum coheredis nocet alteri coheredi. *l.* 2. § 2. *l.* 4. § *Cato. l.* 5. *in fin.* ff. de *verb. oblig.* Nocet in individuis: & si pœnam defunctus promiserit, *d. l.* 2. non nocet, *ut hic.* Imo prodest ut cæteri liberentur. *l. non amplius.* 26. *l. cum res* 47. ff. *eod.* 12 Vide Cujac. ad *l.* 5. ff. *qui test.* Robert. 3 *animad.* 26. Anton. Mercat. 3 *not.* 26. 13 Impletus annus hic non censetur, qui tantum inceptus est. Quatuordecim annorum hic censetur, qui non decimumquartum cœpit, sed qui eum perfecte implevit. 14 *l.* 48. ff. de *cond. & demonst. l.* 22. ff. *quando dies leg.*

15 *d. l.* 22. ff. *quando dies leg.* 16 *l.* 11. § 12. ff. de *leg.* 3. hinc fumitur exceptio, *Tua non interest: Tu non es nominatus in testamento*: de qua exceptione vide Oldend. 51 de *except.* 17 Fidejussor, debitor est creditoris, ut & *l. & magis.* 4. ff. de *solut. l. si servum.* 91. § *nunc videamus.* 4. ff. de *verb. oblig.* unde notat post Angelum Jason, Fidejussorem apud pupillum, ejusdem tutorem esse non posse: cum fidejussor apud pupillum sit ejus debitor. *Auth. minoris debitor. C. qui dare tut.* vide *l.* 7. ff. de *liberat. legata.* Fidejussorem autem apud pupillum intellige eum, qui pro pupilli debitore fidejussit. 18 Imo creditoris interest. Fidejussor enim id legans creditori, quod ei debeat, utilitatem adfert creditori: Nam jure novo creditor experiri adversus reum principalem prius debet, deinde adversus fidejussorem. *Auth. præsente. C. de fidejuss.* Cui beneficio videtur hoc generis legato renunciare ipse fidejussor: unde putat Salicetus hanc legem esse correctam. Sed non ita est: Pone fidejussorem renunciasse beneficio dictæ Authenticæ *præsente*: Hoc genere legato (de quo hic agitur) videbitur fidejussor renunciasse ei beneficio, quod & putat Jason. 19 Fidejussor legans creditori quod ipse ei debeat, non se à creditore liberat, sed debitorem potius, ut non fidejussoris heredes possint convenire, *ut hic.* Quid, si heredes ipsi creditori solverint? ne id quidem repeti posse à debitore per fidejussoris heredes, notat Jason. adde *l. tribus.* 8. ff. de *usufr. earum rerum.* 20 Fidejussor damnare potest legatarium vel heredem, ut pro debitore principali solvant. 21 Vendere simpliciter damnatus heres a testatore, intelligitur jussus vendere justo pretio. 22 *l.* 54. *l.* 89. § 1. ff. de *leg.* 2. *l.* 30. § 3. ff. de *leg.* 3. *l.* 5. ff. de *act. empt.* 23 Nec enim est venditio sine pretio. *l.* 2. *in fin.* ff. de *contrah. empt.*

24 De vero & justo pretio vide Fornerium 2 *select.* 19 & quæ notavi ad *l.* 2. C. de *rescindenda.* & Nic. vellam Romani Seniorii.

25 Vendere certo pretio damnatus heres, pretium egredi non debet, etiamsi modicum esset, ut eo prætexto juvari non possit, *l.* 2. C. de *rescind. vend.* adde *l.* 13. § 3. *vers. etiam.* ff. de *petit. hered.* nisi testator putavit id esse justum pretium, quod adjecit. *Raphael, Alex. Jas. arg. l. cum tale* 72. § *Salsam.* 6. ff. de *cond. & demonst.*

26 *l.* 20. *in fin.* ff. de *leg.* 2. Legatum servo communi relictum, dominis adquiritur non æqualiter, sed pro dominica portione, *ut hic.* unde notant, relictum castro, adquiri dominis castri non æqualiter, sed pro dominicis portionibus. *Bald. Fulg. Imol. Raph. Jas.* ut eadem ratione res nostræ nobis adquirant, ut servi. *l. Gaius de annuis legatis.* Goth. Extrema generalia declarant media. *h. l.* & *l.* 3. ff. de *lib. & posthum.* Adde Leonin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 2. & Duar. *h. l.* Anf

27 Sententia lata contra heredem, legatarius non nocet, si ea lata sit contra heredem causam non defendentem, vel si sententia injuriosa dicatur, & ab ea non appellavit, *ut hic.* His casibus exceptis sententia lata contra heredem nocet legatariis. *l. Papinianus.* 8. § *si ex causa.* 16. ff. de *inoff. l. si stiperatus.* 3. § 1. ff. de *pignorib. l.* 1. ff. de *except. rei judic.*

28 *l. si perfusorio.* 14. *in fin.* ff. de *appell. l. qui repudiantis.* 17. *in fin.* ff. de *inoffic. l. divi.* 27. ff. de *liberalit.*

29 Scilicet heres, Ita Grot. *Flor. Sparsic. hic.* S. L. *Al.* provocabit. *Goth.*

30 Facta nocebit legatariis. Cujac. 2 *obs.* 7. adde & *eundem* 16 *obs.* 32. reprehensus autem à Roberto, 2 *recept. sentent.* 13.

31 *l.* 14. *in pr.* & § 1. ff. de *appellat.*

32 Legata relicta ab instituto censentur repetita à substituto, *ut hic.* Quid ita? substitutus instituti locum sustinet, *l. cohæredib.* 41. ff. de *vulgari. l. Julianus.* 15. ff. de *hered. instit.* ita jus conjunctionis instituti transit ad substitutum. *l. cum ex filio.* 39. ff. de *vulgari.*

33 Heres, secundum quem in causa petitæ hereditatis etiam injuria judicatum est, tenetur creditoribus & legatariis. *Dyn. Bald. Imol. Castr. Jas.* 34 Adde *l.* 74. ff. *eod.* 35 V. quæ notavi ad *l.* 1. ff. *qui testam.* 36 V. *l.* 9. ff. de *Silaniano.* 37 Fisco. 38 In fraudem legatorum. 39 Facit *l.* 1. § 34. ff. de *Silaniano.*

40 *l.* 75. ff. de *leg.* 3. 41 Obscurum legatum his conjecturis declaratur consuetudine patrisfamilias, regionis, mente testatoris, dignitate legatarii, caritate, necessitudine, ex præcedentibus & sequentibus, *ut hic.* Quid? conjecturæ, quæ hic enumerantur, quo ordine hic enumerantur, funtne potiores? Castrensis negat, existimans potiorem esse conjecturam, quæ ex antecedentibus & consequentibus ac vicinitate scripturarum ducatur. *arg. l. cum pater* 77. §. *cum imperfecta.* 22. ff. de *leg.* 2. *l. heredes patiam.* 21. § *si quid post.* 1. ff. de *test.* Contrarium censet Pet. Imol. Alex. Aret. *arg. d. l. cum pater* 77. *Novell.* 1. c. 1. §. *inordinatum. l. nec enim.* 6. ff. de *solut. l.* 2. § *prius.* ff. de *vulgari. l. pen.* ff. de *alim. l. si cui annuum.* 14. ff. de *annuis. l. nummis* 75 ff. de *leg.* 3. 42 *d. l.* 75. *l.* 13. *in fin.* ff. de *usuris. l.* 1. § 1. ff. *quæ test. l.* 3. *in fin.* ff. de *supellect.* 43 *l.* 31. § 20. ff. de *ædil. l.* 1. ff. de *usuris. l.* 1. *in fin.* ff. de *inspic. vent. l.* 18. § 3. ff. de *instructo. l.* 34. ff. de *reg. jur.* 44 Mens testatoris, est mens ejus conjecturata, vel conjecturæ, quibus mentem colligimus. 45 Præcedentia lucem adferunt sequentibus obscuris & generalibus; & è contra, *ut hic.* etiamsi præcedentia sint meræ præfationes. *l. ult.* ff. de *hered. inst. l.* Titia. 134. § *idem* ff. de *verb. obl.* 46 V. *l.* 75 ff. de *leg.* 3. 47 Adde *l.* 13. *in fin.* ff. de *manumiss. testam.* 48 *Hal.* repeti. adde *l.* 89. ff. de *cond. & dem.* 49 *l.* 23. *in fin.* C. *eod.* 50 *l.* 96. ff. de *verb. oblig.* 51 Id est, reliquias, id est, carnem & corium, nec ea quidem debentur usufructuario. *l. pen.* ff. *quib. mod. usufr. l.* 49. ff. de *leg.* 2. 52 *l.* 14. § 2. ff. de *cond. furt.* adde *l.* 49. *in fin.* ff. de *rei vind.* 53 Imo, non debuit. *l.* 15. § 3. ff. de *damno* 54 Quia missus est tantum ex primo decreto. *Accurs.* 55 *l. ult.* ff. de *religiosis. l.* 66. § 4. ff. de *leg.* 2. 56 Paria funt, occidere, vel compellere aliquem ad delinquendum, unde mors sequatur. *Bald.* 57 Id est, ipsius servi. 58 Id est, æstimationis petitio. 59 §. *ult. Inst. eod. l.* 112 § 3. ff. *eod. l. un.* C. de *his, quæ pœnæ.*

tiæ legatum relictum est, *si* 60 *arbitratu Seii nupsisset*, & vivo testatore Seius decessisset, & ea nupsisset: legatum ei deberi.

§. 2. Sed & si servi mors impediisset 61 manumissionem, cum tibi legatum esset, si eum manumisisses: nihilominus debetur tibi legatum: quia per te non stetit, quominus perveniat ad libertatem. §. 3. Si pars heredum nominata 62 sit in legando, viriles 63 partes heredes debent: si vero omnes, hereditarias.

De Legibus. De obligatione.

LV. IDEM [lib. IX ad Sabinum].

NEmo 64 potest in testamento suo cavere, ne leges 65 in suo testamento locum habeant 66: quia nec tempore 67, aut loco, aut conditione finiri obligatio heredis legatorum nomine potest 68.

De servo legato, qualia legatario præstatur.

LVI. IDEM [lib. XIV ad Sabinum].

SI legati servi nomine stipuletur legatarius, fugitivum eum non esse præstari: nihil veniet in eam stipulationem. quia qualis sit, talis 69 ex testamento præstari debet: nec ullum in legato damnum facere intellegeretur.

De re obligata.

LVII. ULPIANUS [lib. XXXIII ad Sabinum].

SI 70 res obligata per fideicommissum fuerit relicta, si quidem scit 71 eam testator obligatam, ab herede luenda est; nisi si animo alio fuerit: si nesciat, à fideicommissario; nisi si vel hanc, vel aliam rem relicturus fuisset, si scisset obligatam; vel potest aliquid esse superfluum exsoluto ære alieno. † Quod si testator eo animo fuit, ut quamquam liberandorum prædiorum onus ad heredes suos pertinere noluerit, non tamen aperte utique de his liberandis senserit: poterit fideicommissarius per doli exceptionem, à creditoribus, qui hypothecariam 72 secum agerent, consequi, *ut actiones sibi exhiberentur* 73, quod quanquam suo tempore non fecerit, tamen per jurisdictionem Præsidis provinciæ id ei præstabitur.

De sumptibus in rem legatam factis.

LVIII. PAPINIANUS [lib. IX Responsorum].

DOmus hereditarias exustas, & heredis nummis exstructas, ex causa fideicommissi post mortem heredis restituendas, viri boni arbitratu sumptuum rationibus deductis 74, & ædificiorum ætatibus 75 examinatis, respondi.

LIX. ULPIANUS [lib. XXXIII ad Edictum].

SI 76 modo nulla culpa ejus incendium 77 contigisset.

LX. JULIANUS lib. XXXIX Digestorum.

QUod si nulla retentione facta domum tradidisset, incerti condictio ei competet, quasi plus debito solverit.

LXI. PAPINIANUS [lib. IX Responsorum].

SUmptus autem in reficienda domu necessarios 78 à legatario factos, petenti ei legatum, cujus postea conditio exstitit, non esse reputandos existimavi.

De ancilla cum liberis legata.

LXII. PAULUS [lib. XLI ad Edictum].

SI ancilla *cum 79 liberis* 80 legata sit: & ancilla sola, si non sint liberi; & liberi soli, si non sit ancilla, debentur.

De ancillis, & eo, quod ex his natum erit.

LXIII. CELSUS [lib. XVII Digestorum].

SI ancillas omnes, & quod ex his natum erit, testator legaverit: una mortua, Servius partum ejus negat deberi: quia accessionis loco legatus sit. quod falsum puto, & nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata hæc sententia est.

De captatoria scriptura.

LXIV. GAIUS lib. XV ad Edictum provinciale.

CAptatoriæ 81 *scripturæ* simili modo neque in hereditatibus, neque in legatis 82 valent.

De particula, præter. 1. *De conditione*, si legatarius volet. 2. *De domo.*

LXV. IDEM [lib. I de legatis ad Edictum Prætoris].

SI ita legatum sit, *Seio servos decem do, præter eos decem, quos Titio legavi*: si quidem decem tantum inveniantur in hereditate, inutile est legatum; si vero ampliores, post eos quos Titius elegit, in cæteris valet legatum, sed non in ampliores, quam decem, qui legati sunt; quod si minus sunt, in tantos, quanti 83 inveniantur.

§. 1. *Illi, si* 84 *volet, Stichum do*, conditionale 85 est legatum: & non aliter ad heredem transit, quam si legatarius voluerit: quamvis alias, quod sine adjectione, *si volet*, legatum sit, ad heredem legatarii transmittitur. aliud 86 est enim juris, si quid tacite 87 continetur, aliud si verbis exprimatur. §. 2. Si *domus* fuerit legata, licet particulatim 88 ita refecta sit, ut nihil ex pristina materia superstit: tamen dicemus, utile manere legatum. at si, ea domu destructa, aliam 89 eodem loco testator ædificaverit, dicemus interire legatum: nisi aliud testatorem sensisse fuerit adprobatum.

De re emenda vel vendenda.

LXVI. IDEM [lib. XVIII ad Edictum provinciale].

ET si *æquo pretio emere* 90 *vel vendere* 91 *jusserit heredem suum testator*: adhuc utile legatum est. Quid enim, si legatarius, à quo emere fundum heres jussus est, cum ex necessitate eum fundum venderet, nullum inveniret emptorem? vel ex diverso, quid, si legatarii magni interesset, eum fundum emere, nec aliter heres venditurus esset, quam si testator jussisset?

De delicto servi legati. 1. Quotam partem singuli heredes debent.

LXVII. IDEM [lib. I de legatis ad Edictum Prætoris].

SErvus uni ex heredibus legatus, si quid in hereditate malitiose fecisse dicatur, forte rationes interlevisse 92, non aliter adjudicandus est, quam ex eo, volentibus coheredibus, quæstio habeatur. Idem est & si extraneo fuerit legatus. §. 1. Si ex pluribus heredibus, ex disparibus partibus institutis, *duobus eadem res legata sit*: heredes non pro hereditaria portione, sed pro virili 93 id legatum habere debent.

De legato post mortem patris, 1. Vel domini. 2. De libertate relicta servo legato.

LXVIII. IDEM [lib. XVIII ad Edictum provinciale].

SI *post mortem patris* filio legetur, dubium non est, quin mortuo patre ad filium pertineat legatum: nec interest 94, an patri heres exstiterit, necne. §. 1. Sed si servo *post mortem domini* relictum 95 legatum est: si quidem in ea causa durabit 96, ad heredem domini pertinebit 97: usque adeo, ut idem juris est 98, & si testamento domini *liber* esse jussus fuerit. ante enim cedit dies legati, quam aliquis heres domino existat 99: quo fit, ut hereditati adquisitum legatum, postea herede aliquo existente, ad eum pertineat: præterquam si suus heres aliquis, aut necessarius domino ex eo testamento factus erit. tunc enim quia in unum concurrit, ut & heres existat, & dies legati cedat, probabilius dicitur ad ipsum potius, cui relictum est, pertinere legatum, quam ad heredem ejus, à quo libertatem consequitur. §. 2. Si pure 100 legatus servus, sub conditione liber esse jussus fuerit, sub contraria conditione valet legatum: & ideo existente conditione legatum perimitur; deficiente, ad legatarium pertinebit: & ideo si pendente conditione libertatis legatarius decesserit, postea que decesserit conditio [libertatis], ad heredem legatarii non pertinet legatum. §. 3. Quod si idem pure legatus sit, & ex die liber esse jussus erit: omnimodo inutile legatum est, quia diem venturam certum est: ita Julianus quoque sensit. † Unde ait: Si servus Titio legatus sit, & idem post mortem Titii liber esse jussus fuerit: inutile legatum est 1, quia moriturum Titium certum 2 est.

Si servo legato legetur. 1. De alienatione servi sub conditione legati. 2. De ære alieno solvendo. De dote. 3. De servitutibus. 4. De rationibus reddendis. 5. Si dubitetur, an res legata exstet.

LXIX. IDEM [lib. II de legatis ad Edictum Prætoris].

SErvo legato 3 legari posse receptum est: quod adita hereditate statim servus adquiritur legatario, deinde sequetur legatum.

§. 1. Si servum sub conditione legatum heres alienaverit 4, deinde conditio exstiterit: potest nihilominus à legatario vindicari, nec extinguitur legatum. §. 2. Si testator quosdam ex heredibus jusserit æs alienum solvere: non creditores habebunt adversus eos actionem, sed coheredes 5, quorum interest hoc fieri. Nec solum hoc casu alius 6 habet actionem, quam cui testator dari jussit: sed alio quoque: veluti si filiæ nomine genero, aut sponso dotem dari jusserit. non enim gener, aut sponsus, sed 7 filia habet actionem, cujus maxime interest. §. 3. * Si fundus, qui legatus est*, servitutem debeat impositam: qualis 8 est, dari debet. Quod si ita legatus sit, *Uti 9 optimus maximusque*: liber 10 præstandus est. §. 4. Servus, qui in negotio fuerit, legatus, non ante tradi debet, quam rationes explicet: & si ad judicium itum sit, judicis eædem partes esse debent. §. 5. Si res, quæ legata est, an in rerum natura sit dubitetur, forte si dubium sit an homo legatus vivat: placuit, agi quidem ex testamento posse, sed officio judicis contineri, ut cautio 11 interponeretur, qua heres caveret, eam rem persecuturum, &, si nactus sit, legatario restituturum.

De furto. De servitutibus.

LXX. IDEM [lib. XVIII ad Edictum provinciale].

SI servus Titii furtum 12 mihi fecerit, deinde Titius herede me instituto servum tibi legaverit: non est iniquum, talem 13 servum tibi tradi, qualis apud Titium fuit, id est, ut me indemnem præstes furti nomine, quod is fecerit apud Titium. §. 1. Nam & si fundus, qui meo fundo serviebat, tibi legatus fuerit, non aliter à me tibi præstari debeat, quam ut pristinam servitutem recipiam. §. 2. Nec dissimile est ei, qui mandato alieno alicujus servum emit, vel ei, qui servum redhibet: qui omnes non 14 aliter restituere servum coguntur, quam ut ratio habeatur furti, quod ab eo servo factum fuerit, vel antequam negotium contraheretur, vel postea. §. 3. Quare & si post aditam hereditatem servus legatus heredi furtum fecerit, ita præstari debebit, ut ob hoc delictum quasi litis æstimatio à legatario sufferatur heredi.

De domo. 1. De evictione. 2. De tempore ad solvendum dando. 3. De æstimatione loco rei præstandæ. 5. De fundo vectigali.

LXXI. ULPIANUS [lib. LI ad Edictum].

SI domus alicui simpliciter 15 sit legata, neque adjectum, quæ domus: cogentur 16 heredes, quam vellet 17, domum ex his, quas testator habebat, legatario dare. quod si 18 nullas ædes reliquerit: magis derisorium est quam utile legatum. §. 1. *De evictione* an cavere debeat is, qui servum præstat ex causa legati, videamus. & regulariter dicendum est, quotiens sine judicio præstita res legata evincitur, posse eam ex testamento peti: cæterum si judicio petita est, officio Judicis cautio necessaria est, ut sit ex stipulatu actio.

§. 2. In pecunia legata confitenti heredi modicum 19 tempus ad solutionem dandum est: nec urgendum ad suscipiendum judicium: quod quidem tempus ex bono & æquo Prætorem observare oportebit. §. 3. Qui confitetur se quidem debere, justam autem causam 20 adfert, cur utique præstare non possit, audiendus est: utputa si aliena res legata sit, negetque dominum eam vendere, vel immensum pretium ejus rei petere adfirmet: aut si servum hereditarium neget se debere præstare, forte patrem suum 21, vel matrem, vel fratres naturales 22: æquissimum est enim, concedi ei ex hac causa æstimationem officio Judicis præstare. §. 4. Cum alicui poculum legatum esset, vellet que heres æstimationem præstare, quia iniquum esse aiebat, id separari à se: non impetravit id à Prætore. alia enim conditio est hominum, alia cæterarum rerum: in hominibus enim benigna ratione receptum est, quod supra probavimus. §. 5. Si fundus municipum vectigalis 23 ipsis municipibus sit legatus, an legatum confistat, petique possit, videamus 24. Et Julianus lib. XXXVIII Digestorum scribit, quamvis fundus vectigalis municipum sit 24, attamen, quia 25 aliquod 26 jus

60 Id est, sub ea conditione.
61 *l.* 6. §. 1. *ff. de cond. & demonst.*
62 *l.* 124. *ff. eod.*
63 Æquas. *l.* 23. *ff. ad Trebell.*
64 Nota locum de ratione testandi.
65 *l.* 35. *C. de inoffic.* ideoque testator non potest prohibere insinuationem testamenti, si ea statuto requiretur. *Doctores hic.* non potest prohibere liberos primi gradus præsertim, quominus detrahant quartam Trebellianicam; v. *l.* 6. *C. ad SC. Trebell.* eo sve legitima defraudare sine justa causa: non potest fructuario remittere cautionem de utendo fruendo arbitrio boni viri, v. *l.* 1. *C. de usufr.* Cujacius tamen aliud putat, *arg. l. ult. C. arbitr. tut.* non potest in præjudicium creditorum etiam creditori remittere inventarii confectionem. vide *l.* 22. §. 1. *C. de jure delib. l.* 1. 2. *C. de usufr. l.* 1. §. 6. *ff. ut legator. seu fideicommiss.* non potest etiam prohibere, quo minus heredes in perpetuum hereditatem dividant. v. *l.* 52. §. 9. *l.* 70. *ff. pro socio.* Non potest quoque legatario potestatem facere propria auctoritate, possidente herede res legatas, capiendi legati, v. *l.* 5. *C. de leg.* adde *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 2. scripsi ad *l.* 1. §. 2. *ff. quorum legatorum.* non potest etiam prohibere, quominus heres res suas alienet. v. *l.* 9. *C. de Judæis.* sed & jus adcrescendi inter institutos, v. *l.* 7. *ff. de reg. jur.* de quibus v. Clar. 3 *sent. in §. testam. q.* 61. *& seq.*
66 *l.* 112. *in fin. ff. eod. l.* 7. §. 16. *ff. de pact. l.* 13. *C. de testam. l.* 27. *ff. de reg. jur.* vide Jul. Clar. 3 *sent. §. testamentum. q.* 61.
67 De tempore, loco & conditione, v. Duaren. *hic.*
68 Testator scil. potest tamen ipse heres pacto jus suum deterius facere.
69 *l.* 45. *in fin. ff. eod.*
70 5 *Harmen.* 10. §. 57.
71 *l.* 6. *C. de fidei.* §. 11. *in fin. Inst. hoc tit. l.* 22. *ff. de prob.*
72 *Al.* hypothecaria.
73 Exhibeantur.
74 Qui in conservandis rebus hereditariis sumptus factus est, imputari debet. *l.* 19. *in fin. ff. ad Trebell.*
75 Statu &quantitate ædificiorum ex modulo laterithii, aut cæmentitii, aut marmorei operis æstimatione facta. *Cujac.* Alius tamen ætatis vocabulo intelligit æstimationem factam temporis, quo ædes ab herede restauratæ duraturæ sint: quem reprehendit Cujacius, 18 *observ.* 38. vide eundem Cujacium, de *ætatis* vocabulo, 6 *observ.* 3. Alii legunt *quantitatibus*, alii *qualitatibus*. Forner. 2. Vide Tessaur. *decis.* 251. Joann. Sande, *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 15. *defin.* 4. Anf. Adde August. *lib.* 3 *emend. cap.* 1. Cujac. *lib.* 6 *observ. cap.* 3. Menoch. *de arbitr. jud. æst.* 215. S. L.
76 Tunc enim tenetur.
77 *l.* 3. §. 1. *ff. de off. Præf. vigil.*
78 Necessario factos petenti legatario, legatum, cujus postea conditio extitit, non esse reputandos, &c. Audio doctissimum virum Jacobum Cujacium, hanc legem ita emendasse.
79 Vide *l.* 3. *ff. de peculio legato.*
80 Natis vel nascituris.
81 *Captare*, est venari & aucupari lucrum. Porro *Captatoriæ scripturæ* sunt, ὰ χάριν ἐνεζαμένης γεγραφὰ. 44 *Symps. Basilic.* 1. *cap.* 56. Goth. Vide Augustin. *emendat. lib.* 4. *cap.* 15. S. L.
82 Neque in institutionibus. *l.* 11. *C. de test. milit. l.* 70. *ff. de heredib. instit.*
83 *l.* 8. §. 2. *ff. de leg.* 2.
84 Expressum enim magis operatur, quam tacitum. *Bald.*
85 *l.* 69. *ff. de condit. & demonst.*
86 *l.* 69. *ff. de cond. & demonst.*
87 *l.* 47. *ff. de cond. & demonstr.*
88 Per partes. *l.* 10. §. 1. *ff. quib. mod. usufruct.* 5 *Harmenop.* 10. §. 32.
89 *l.* 7. *ff. de instruct.* adde *l.* 76. *ff. de judic.*
90 *Factum* legari potest. *l.* 108. *in fin. ff. eod.*
91 *l.* 49. §. 9. *ff. eod.*
92 *V. l.* 12. *C. de test. ordin.*
93 *l.* 2. *ff. de usufruct.*
94 Ubi sit mentio filii ab extraneo, filius non venit ut heres, sed ut filius: secus si à patre. vide *l.* 17. §. 4. *ff. de pact.*
95 Ab extraneo scilicet.
96 Servus scil.
97 Pertinebit.
98 *Al.* sit.
99 Id est, cedit & die mortis *l.* 1. §. 1. *C. de cadue.*
100 *l.* 20. *ff. de usu fru & usufruct. leg.*
1 Imo, non est inutile. *l.* 65. *in fin. ff. de legat.* 2.
2 Mors certa, dies mortis incertus *l.* 1. §. 1. *ff. de cond. & demonst.*
3 *l.* 91. §. 3. *ff. eod.*
4 *l.* 15. *ff. de reb. dub.*
5 *l.* 20. §. 3. §. 8. *ff. familiæ.*
6 *l.* 11. §. 22. *ff. de leg.* 3. *l.* 8. §. 3. *ff. de liberat. legata.*
7 Aliud in dote. *l.* 5. *C. de dotis promiss.*
8 *l.* 66. §. 6. *ff. de legat.* 2.
9 Adde *l.* 91. §. 4. *ff. de leg.* 3. *l.* 22. *ff. de instructo.*
10 *l.* 59. *ff. de contr. empt. l.* 75. *ff. de evict.*
11 *l.* 39. *ff. eod.*
12 *l.* 64. *ff. de furtis.*
13 *l.* 45. *in fin. ff. eod.*
14 *l.* 23. §. 8. *ff. de ædilitio.*
15 Id est, sine certa designatione: veluti si testator non dixerit, *Titius de lego domum illam sitam in tali vico, vel quam emi à Sempronio, vel quam inhabito nunc, & incolo.* Goth. Vide *l.* 37. *ff. eod. & ibi not.* S. L.
16 Cogetur heres quam domum volet ex his, *subaud. l.* 106. *ff. de verbor. obligat.* cogentur heredes quam domum volent ex his, *Haloand.* adde *l.* 32. §. 1. *ff. eod.*
17 *Al.* quam voluerit.
18 *d. l.* 106.
19 Vide *l.* 1. §. 6. *ff. si quis testamento.*
20 *V. l.* 44. §. 1. *ff. eod. l.* 29. §. 3. *ff. de leg.* 3.
21 Facit *l.* 8. *ff. de pignorib.*
22 *l.* 11. *ff. de manumiss. vind.* In auctione, fratres hostilis hasta non dividit. Seneca 9 *controv.* 3.
23 Vectigalis fundus legari etiam ipsis municipibus potest.
24 Proprietatem & dominium directum municipes in eo habeant.
25 Adde *l.* 16. *in fin. ff. quib. mod. usus fr.*
26 Dominium utile, vel actionem in rem. *l.* 1. §. 1. *ff. si ager vectigalis.*

jus in eo is, qui legavit, habet, valere legatum. §. 6. Sed & si non municipibus, sed alii fundum vectigalem [17] legaverit, non [18] videri proprietatem rei legatam, sed id jus, quod in vectigalibus fundis habemus.

LXXII. PAULUS [lib. XLVIII ad Edictum].

SI quis legaverit fundum Cornelianum, *exceptis vineis, quæ mortis ejus tempore erunt* [19]: si nullæ vineæ erunt, legato nihil decedit.

De posse facere, ut quis habeat. 1. De civitatibus & vicis.

LXXIII. GAIUS [lib III de legatis ad Edictum Prætoris].

SI heres jussus sit *facere* [20], *ut Titio centum habeat*, cogendus est heres centum dare: quia nemo facere potest, ut ego habeam centum, nisi mihi dederit. §. 1. Vicis legata perinde [21] licere capere, atque civitatibus [22], rescripto Imperatoris nostri significatur.

De repetitione legati à substituto.

LXXIV. ULPIANUS [lib. IV Disputationum].

LIcet Imperator noster [33] cum Patre [34] rescripserit, *Videri* [35] *voluntate testatoris repetita* [36] *a substituto, quæ ab instituto fuerant relicta*: tamen hoc ita erit accipiendum, si non fuit evidens [37] diversa [38] voluntas, quæ ex multis colligetur, an quis ab herede legatum vel fideicommissum relictum noluerit à substituto deberi. Quid enim, si aliam rem relinquit a substituto ei fideicommissario vel legatario, quam ab instituto non reliquerat? Vel quid si certa causa fuit, cur ab instituto reliquerat, quæ in substituto cessaret? Vel quid, si substituit ex parte fideicommissarium, cui ab instituto reliquerat fideicommissum? In obscura igitur voluntate locum habere rescriptum, dicendum est.

De legato collato in arbitrium heredis. 1. De eo, quod quis debet, 3. Alternate.

LXXV. IDEM [lib. V Disputationum].

SI sic legatum vel fideicommissum sit relictum, *si æstimaverit* [39] *heres, si comprobaverit, si jussum putaverit*: & legatum & fideicommissum debebitur: quoniam quasi viro [40] potius bono ei commissum est, non in meram [41] voluntatem heredis collatum.

§. 1. Si mihi, *quod Titius debet*, fuerit legatum, neque Titius debeat [42]: sciendum est nullum esse legatum. & quidem, si quantitas non sit adjecta, evidenti ratione nihil debebitur [43]: quia non apparet quantum fuerit legatum. nam & si quid ego Titio debeo, ei legavero, quantitate non adjecta, constat nullum esse legatum: cum si decem, quæ Titio debeo, legavero, nec quicquam Titio debeam, falsa [44] demonstratio non perimit legatum, ut in legato dotis Julianus respondit. §. 2. Quod si addiderit, *decem, quæ mihi Titius debet, lego*: sine dubio nihil erit in legato: nam inter falsam demonstrationem & falsam conditionem, sive causam, multum interest. proinde, & si Titio decem, quæ mihi Seius debet, legavero, nullum erit legatum: esse enim debitor debet: nam & si [45] vivus exegissem, extingueretur legatum; &, si debitor maneret, actiones adversus eum heres meus duntaxat præstare cogeretur. §. 3. Si quis ita stipulatus, *Stichum, aut decem, utrum ego velim*, legaverit quod [46] ei debebatur: tenebitur heres ejus, ut præstet [47] legatario actionem, electionem habituro, utrum Stichum, an decem persequi malit. §. 4. Proinde si Stichum legaverit, cum ille ei Stichum, aut decem deberet, incerti [48] actio legatario adversus heredem competit, ut scripsit Julianus lib. XXXIII Digestorum: per quam actionem compellat heredem experiri: & si Stichum consecutus fuerit, præstabit ei; si decem [49], nihil consequetur. secundum quod erit in arbitrio debitoris, an sit legatarius is, cui Stichus legatus est.

LXXVI. JULIANUS [lib. XXXIV Digestorum.]

QUod si quis *Stichum aut Pamphilum* stipulatus, Sempronio Stichum legasset, Mævio Pamphilum: oneratus heres intelligitur, ut necesse habeat alteri [50] actionem suam, alteri [51] æstimationem Stichi aut Pamphili dare.

De fideicommisso relicto à depositario vel alio debitore.

LXXVII. ULPIANUS [lib. V Disputationum].

SI pecunia fuit deposita [52] apud aliquem, ejusque fidei commissum, ut eam pecuniam præstet: fideicommissum ex rescripto D. Pii debebitur: quasi videatur heres rogatus remittere id debitori. nam si conveniatur debitor ab herede, doli exceptione uti potest: quæ res utile fideicommissum facit. Quod cum ita se habet, ab omni debitore fideicommissum relinqui potest.

De fideicommisso relicto à legatario.

LXXVIII. IDEM [lib. VIII Disputationum].

FIdeicommissum, quod [53] a legatario relinquitur, ita demum ab eo debetur, si [54] ad legatarium legatum pervenerit.

De decem relictis Titio & Seio.

LXXIX. JULIANUS [lib. V Digestorum].

SI quis testamento suo, *Titio & Seio decem dari* jusserit, nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem: ut dena [55] dixisse videatur [56], qui decem dixit.

De relictis ultra vires patrimonii.

LXXX. Apud JULIANUM lib. XXXII Digestorum MARCELLUS notat.

IS, qui sola triginta reliquerat, Titio triginta legavit, Seio viginti, Mævio decem: Massurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Mævium quinque consecuturos: ita tamen, ut ex his pro rata [57] portionis Falcidiæ satisfiat.

Si heres fundum legatum legaverit. 1. Si servo plurium legetur. 2. De servo uni pure, alteri sub conditione, nisi manumittatur, legato. 3. Si fundus excepto ædificio legetur. 4. De legato, Quisquis cum patrono heres erit. De servis à testatore æstimatis. 5. De conditione, quæ consistit in dando, & de acceptilatione. 6. Si legatarius ignorans sibi legatum rem legatam legaverit. 7. De legato à filio impubere & à substituto. 8. De conjunctione & alternatione legatariorum. 9. De statulibero. 10. Si servus à filio impubere legetur, & à substituto liber esse jubeatur.

LXXXI. JULIANUS lib. XXXII Digestorum.

SI fundum sub conditione legatum heres [58] pendente conditione sub alia conditione alii legasset; & post existentem conditionem, quæ priore testamento præposita fuisset, tunc ea conditio, sub qua heres legaverat, existitisset: dominium [59] a priore legatario non discedit. §. 1. Si servo communi res legata fuisset, potest alter dominus agnoscere legatum, alter [60] repellere: nam in hanc causam servus communis quasi duo servi sunt. §. 2. *Stichum Sempronio do, lego. Si Sempronius Stichum intra annum non manumisisset, eundem Stichum Titio do, lego*: Quæsitum est, quid juris esset? Respondi, Sempronium interim totum habiturum: &, si quidem intra annum manumisisset, liberum eum effecturum; sin autem hoc non fecisset, totum ad Titium pertinere. §. 3. Qui fundum *excepto ædificio* [61] legat, appellatione [62] ædificii aut superficiem [63] significat, aut solum quoque, cui ædificium superpositum est: Si de solo [64] superficie exceperit, nihilominus jure legati totus [65] fundus vindicabitur: sed exceptione doli mali posita, consequetur heres [id], *ut sibi habitare in villa liceat*: in quo inerit, *ut iter quoque & actum in ea habeat*. Si vero solum quoque exceptum fuerit, fundus, excepta villa, vindicari debebit: & servitus ipso jure villæ debebitur; non secus ac si duorum fundorum dominus alterum legaverit, ita ut alteri serviret: sed inclinandum est, testatorem etiam de solo [66] cogitasse, sine quo ædificium stare non potest. §. 4. Si libertus patronum ex septunce heredem scripserit, alios ex cæteris; & ita legaverit, *Quisquis mihi alius ex supradictis cum patrono meo heres erit, servos illum & illum Titio lego, quos æstimo* [67] *singulos vicenos aureos*: intellegendum erit à cohærede patroni quantum legatum datum, & ideo Titium non amplius quincuncem in servis vindicare posse: Adjectio autem illa, *Quos æstimo singulos vicenos aureos*, non mutat legati conditionem, si legis Falcidiæ rationem habere oporteat: nihilominus enim verum pretium servorum in æstimationem deducetur. §. 5. *Titio fundum do, lego, si heredi meo decem dederit*: si decem heres Titio debuisset, & ea Titius accepta [68] ei fecisset, fundum vindicare potest. §. 6. Si [69] Titius, cui Stichus legatus fuerat, antequam sciret ad se legatum pertinere, decesserit, & eundem Seio legaverit, & heres Titii legatum non [70] repudiaverit: Stichum Seius vindicabit. §. 7. Si paterfamilias, ab impubere filio, Titio fundum legaverit, & à substituto eundem eidem Titio; & pupillus patri heres exstiterit [71]: sive vindicaverit Titius legatum, sive repudiaverit, quamvis filius impubes decesserit, à substituto vindicare non poterit. hoc enim quod rursus à substituto legatur, perinde habendum est, ac si repetita legata essent. Quare, & si pure à filio [72], sub conditione substituto legatum fuerit, perinde omnia servabuntur, ac si tantum à filio legatum fuisset: contra autem, si à filio sub conditione, à substituto pure legatum fuerit, & pupillus pendente conditione decesserit, ex substitutione sola legatum valebit. §. 8. His verbis, *Lucio & Titio, eorumve cui fundum do, lego*, utiliter legatur: & si utrique vixerint, utrique [73]: si alter, alteri [*] totum [74] debebitur. §. 9. Cum statuliber [75] sub conditione legatus est, &, pendente conditione legari, conditio statuæ libertatis deficit: legatum utile fit: nam sicut statuta [76] libertas tunc perimit legatum, cum vires accipit, ita legatum quoque non ante perimi potest, quam dies cesserit ejus. §. 10. A filio impubere legatus, & a substituto liber esse jussus: si quidem pupillus ad pubertatem pervenerit, ab eo, cui legatus fuerat, vindicabitur: mortuo [77] vero pupillo, libertas competit [78]. † Longe magis hoc servari conveniet, si idem servus sub conditione ab impubere legatus fuerit, & pendente conditione filius intra pubertatem decesserit.

Si legatarius rem ex alia causa acquisierit, 2. Vel rei usumfructum, 3. Aut ejus partem. 4. De partu legato & emptione ancillæ. 5. De duobus reis. 6. De alternatione.

LXXXII. IDEM [lib. XXXIII Digestorum].

NOn quocunque modo [si] legatarii res facta fuerit, die cedente, obligatio legati extinguitur: sed ita, si eo modo fuerit ejus, quo avelli non possit. Ponamus rem, quæ mihi pure legata sit, accipere me per traditionem die legati cedente, ab eo herede, à quo eadem sub conditione alii legata fuerit: nempe agam ex testamento: quia is status est ejus, ut existente conditione discessurum sit à me dominium. nam & si ex stipulatione mihi Stichus debeatur, & is, cum sub conditione alii legatus esset, factus fuerit meus ex causa lucrativa [79], nihilominus, existente conditione, ex stipulatu agere potero. §. 1. Si ex bonis ejus, qui Reip. causa aberat, rem usu acquisierim; & ea, antequam evinceretur, mihi legata sit, deinde postea evincatur [80]: recte ex testamento petam, eam mihi dari oportere. §. 2. Fundus mihi legatus est [81]: proprietatem [82] ejus fundi redemi [83], detracto [84] usufructu: postea venditor capite [85] minutus est, & ususfructus ad me pertinere [86] cœpit: Si ex testamento egero [87], Judex tanti litem æstimare debebit, quantum mihi aberit [88]. §. 3. Marcellus: Idem erit, & si partem redemero, pars mihi legata est, aut donata: partem [89] enim duntaxat petere debebo. §. 4. Julianus: Quod si legatum mihi est quod ex Pamphila natum erit, ego Pamphilam [90] mercatus sum & ea apud me peperit: non possum videri partum ex causa lucrativa habere: quia matrem ejus mercatus sum: argumentum rei est, quod evicto eo actio ex empto competit.

§. 5. Qui Gaium & Lucium ejusdem pecuniæ reos habebat, si ita legaverit, *Quod mihi Gaius debet, id heres meus Sempronio damnas esto dare: Quod mihi Lucius debet, id heres meus Mævio damnas esto dare*: eam conditionem heredis sui constituit [91], ut is necesse habeat alteri actiones suas, alteri litis æstimationem præstare. Si tamen vivus testator Gaio acceptum fecit, necesse est, ut Sempronii & Mævii legatum inutile sit. §. 6. Cum mihi *Stichus aut Pamphilus* legati fuissent duorum [92] testamentis, & Stichum ex [altero] testamento consecutus fuissem: ex altero Pamphilum petere possum: quia & si uno testamento Stichus aut Pamphilus legati fuissent, & Stichus ex causa lucrativa meus factus fuisset, nihilominus Pamphilum petere possem.

De parte.

LXXXIII. MARCELLUS [lib. XIII Digestorum].

TItius Stichi partem [93] tibi legavit, ejusdem Stichi [94] partem Seius tibi legavit: ex utriusque testamento consequeris.

De

---

1. [illegible] *Scævola.* Unum ratio in utrisque, qua in fundo publico *l. 32. §. de contrah. empt.*

18 Vectigalis fundi possessor proprietatem non habet, sed jus tantum: proprietas penes ipsam municipium est.

19 *l. 123. §. de verb. sign.*

20 His verbis, *Heres, ut Titius centum hæc* [*] jubetur heres Titio centum dare. An & [illegible] negat Baldus. Cui [illegible] verbis factum immediatum solvendi: posteriori bus, quo [illegible] factum demonstratur. *Bald.*

21 Vicis & civitatum jus incapiendis legatis exæquatum est.

22 Vid. *l. 122. §. eod.*

23 Antoninus scil.

24 Severo Scilic. *l. 61. in fin. §. de legat. 2. l. 4. C. de SC. Trebell.*

25 De hac præsumptione vide Alciatum, *3 præs. 35.* adde Socin. *reg. 334.*

26 Repetita à substituto videntur legata, quæ relicta ab instituto: nisi aliud appareat. *l. 50. §. 1. S. eod. l. 126. in fin. §. eod. l. 61. in fin. l. 77. §. 15. l. 82. §. 1. §. de leg. 2.*

27 *Evidens* dicitur voluntas, quæ ex liquidis & apertis conjecturis multis apparet: *Multa* autem dicuntur tria.

28 Conjectura conjecturam tollit.

29 V. *l. 11. §. 7. §. de legat. 3.*

30 Legatum in meram heredis voluntatem conferri non potest: in quasi viri boni arbitrium potest. *l. 24. §. locat.*

31 Veluti si dixit, *si voluerit heres, centum Titio dato.* Goth. Vide Menoch. *de arbitr. jud. lib. 1. qu. 7. 8. 9.* Ans.

32 Id est, nec reperiatur debitum. adde *l. 32. §. 3. §. de legat. 2. l. 25. in fin. §. de liberat. legata.*

33 V. *l. 20. §. de verb. oblig.*

34 Vide *l. 21. §. de leg. 2. l. 33. §. de cond. & demonst.*

35 *§ 21. Inst. eod.*

36 Jus alternativum.

37 Actio alternativa cedi potest.

38 Incerti hæc actio legatario competit adversus heredem, ut agat: & sic libellus hic valet, *Ago adversus te, ut adversus Titium agas.*

39 *l. 50. §. 1. §. de legat. 2.*

40 Ei scil. cui eligendi potestas obvenerit.

41 Ei scil. qui eligere non potest.

42 Depositarius & debitor potest fideicommissi onere gravari, & gravatus habet exceptionem contra heredem petentem. *Bald.*

43 Fideicommissum à legatario relinqui potest: idque proprie fideicommissum est. *Bald.*

44 *l. 70. §. de legat. 2.*

45 Id est, singulis decem. facit *l. 44. in fin. §. de leg. 2.*

46 Imo, qui sibi & Titio decem, eadem, non alia stipulatur. *l. 38. §. 19. §. de verb. oblig.* 47 Propter defectum facultatum, & propter legem Falcidiam, fit legatorum deminutio. *Bart.* Pro rata diminuuntur legata, ut heres Falcidiam suam habeat. Quælibet contributio pro rata fieri debet. 48 Heres non potest derogare dispositioni testatoris.

49 *l. 105. §. de cond. & demonst.*

50 *l. 41. §. 9. §. de legat. 3.*

51 Quod in eo fundo est.

52 Id est, legato.

53 Ipsum ædificium.

54 *Al.* sola.

55 Vel hic superficies sequitur solum. *l. 21. §. de pignorat. l. 44. §. 1. in fin. §. de obl. & act.*

56 Imo, de sola superficie cogit. sic discordia est. vide *l. 30. Tale fere contractus rustic.*

57 Quæ ita, quæ per legem Falcidiam retinetur, æstimatione, quam testator fecit, non magis minui potest, quam auferri, *l. 15. in fin. l. 42. §. ad l. Falc.* vide *l. 1. C. arbitr. jur.*

58 *Dat*, qui acceptum facit. Ideoque *dare decem jussus Titio & legatum accepto ab herede*, legatum vindicare potest, si Titio decem accepto tulerit. vide *l. 115. §. de reg. jur.* 59 Vide Ludg. Gothofredum, *c. 13 annotationum.*

60 Vid. quæ notavi ad *l. 19. in fin. §. quemadm. ser. vir. amitt.* & quæ notavi ad *Novell. 48. c. 1.*

61 Et ita habetur ex causa lucrativa. *l. 21. §. 1. §. de leg. 3.*

62 Vide *l. 89. §. de cond. & demonst.*

63 *§. 1. §. eod.*

64 *l. 7. §. de reb. dubiis.*

65 *l. 44. §. 8. §. eod. l. 9. §. ult. §. de optione.*

66 Conditio statuliberi.

67 Infra pupillarem ætatem.

68 Legatum vero non valet.

69 Lucrativæ duæ causæ concurrunt, quatenus in una plus est, quam in altera, *Bald.* adde *d. l. 17. §. eod.* Goth. Vide Graff. *recept. sent. §. legatum. quæst. 14.* Ans.

70 Mea res, quæ potest a me evocari, mihi legari potest. *Bald.*

71 A non domino.

72 Et sic non totum fundum.

73 *§. 9. Inst. eod.*

74 Id est, solam proprietatem emi; non usumfructum.

75 Ususfructus capitis minutione fructuarii extinguitur.

76 Consolidationis jure.

77 Fundi legati nomine adversus heredem testatoris.

78 Id tantum quod numerari proprietatis nomine: non enim æstimabit usumfructum qui ad me rediit, vel pertinere cœpit jure consolidationis: is enim ex lucrativa causa meus factus est.

79 *l. 22. circa fin. §. de leg. 2.*

80 *l. un. §. 11.*

90 *l. 73. §. de legat. 2.* Goth. Vide Decher. *lib. 2 dissert. 1. num. 41. 42.* Ans. *vers. hoc autem ita. C. de caducis.* 92 Lucrativæ duæ causæ in diversis rebus, testamentis & partibus possunt concurrere. 93 Hic pars Stichi legatur; quæ pars legetur, non exprimitur: hinc colligit Bald. In parte intellectuali, quæ non potest ad oculum demonstrari, concurrere posse plures causas lucrativas. 94 *l. 23. C. de legatis.*

De conditione, quæ in cavendo consistit. 2. Si heres rem legatam eidem legatario legaverit. 3. De legato generali & rei interitu. 4. De ædibus & servitutibus. De servo debilitato. 5. Si legatarius rem legatam emerit ab herede. 6. De dote à patre legata. 7. De conditione, si tabulas chirographi reddiderit. 8. De legatario conjuncto. 9. De alternatione. 10. De ancilla quæ in fuga est. 11. De alternatione. 12. Qui sunt conjuncti vel disjuncti. 13. De heredibus legatarius.

LXXXIV. JULIANUS lib. XXXIII Digestorum.

HUjusmodi legatum, *Si Titius heredi meo caverit* 94, *centum Mævio si daturum, & heres meus Titio centum* 95 *dato*, utile 96 [legatum] est: quemadmodum 97 quod alicui legatum, ex 98 causa fideicommissi restituatur. §. 1. Eadem 99 ratione hoc quoque legatum utile sit: *Si Titius heredi meo caverit, se in municipio ex centum aureis opus facturum, tum ei centum aureos heres meus dare damnas esto.*

§. 2. Si Sempronius Titium heredem instituerit, & ab eo post biennium fundum dari jusserit Mævio, Titius deinde 100 ab herede suo eundem fundum Mævio præsenti die legaverit, & Mævius pretium 1 fundi ab herede Titii acceperit: si ex testamento Sempronii fundum petere velit, exceptione repelli poterit, si pretio fundi contentus non erit. §. 3. Si cui homo legatus fuisset, & per legatarium stetisset, quo minus Stichum, cum heres tradere volebat, acciperet: mortuo Sticho, exceptio doli mali 2 heredi proderit. §. 4. Ædes, quibus heredis ædes serviebant, legatæ 3, sunt traditæ 4 legatario non imposita servitute: dixi, posse legatarium ex testamento agere, quia non 5 plenum legatum accepisset: nam & eum qui debilitatam ab herede servum acceperit, [recte] ex testamento agere. §. 5. Qui servum testamento sibi legatum, ignorans 6 eum sibi legatum, ab herede emit: si cognito legato, ex testamento egerit & servum acceperit, actione ex vendito absolvi debet 7: quia hoc judicium fidei bonæ est, & continet 8 in se doli mali exceptionem. † Quod si pretio soluto, ex testamento agere instituerit, hominem consequi debebit: actione ex empto pretium reciperabit: quemadmodum reciperaret, si homo evictus fuisset. † Quod si judicio ex empto actum fuerit, & tunc actor compererit legatum sibi hominem esse, & agat ex testamento: non aliter absolvi heredem oportebit, quam si pretium restituerit & hominem actoris fecerit. §. 6. Cum pater 9 pro filia sua, dotis nomine, centum promisisset, deinde eidem centum eadem legasset: doli mali exceptione heres tutus erit 10, si & gener ex promissione, & puella ex testamento agere instituerit: convenire enim inter eos oportet, ut alterutra actione contenti sint. §. 7. Si ita cui legatum esset, *Si tabulas* 11 *chirographi mei heredi meo reddiderit, heres meus ei decem dato:* hujusmodi conditio hanc vim habet 12, si heredem meum debito liberaverit: Quare & si tabulæ exstabunt, non intellegetur conditioni satisfeciisse creditor, nisi acceptum heredi fecerit 13: & si tabulæ in rerum natura non fuerint, existimabitur impleisse conditionem, si heredem liberaverit. Nec ad rem pertinebit, jam tunc, cum testamentum fiebat, tabulæ interciderint, an postea, vel mortuo testatore.

§. 8. Si Titio & Mævio legatus fuerit Stichus, qui Titii erat, debebitur pars Stichi Mævio: nam Titius, quamvis ad legatum non admittatur, partem 14 faciet. §. 9. *Stichum aut Pamphilum, utrum heres meus volet* 15, *Titio dato:* si dixerit 16 heres, Stichum se velle dare, Sticho mortuo, liberabitur: cum autem semel dixerit heres, utrum dare velit, mutare 17 sententiam non poterit.

§. 10. Legatum est ita, *Fundum Cornelianum & mancipia, quæ in eo fundo, cum moritur, mea erunt, heres meus Titio dato:* ancilla quæ in eo fundo esse consueverat, mortis tempore, cum in fuga esset, enixa est: Quæro, an vel ipsa vel partus ejus legato cedat? Respondi, Ancilla quamvis in fuga 18 sit, legata 19 videtur: & licet fugitiva erat, perinde habetur, ac si in eo fundo fuisset moriente patrefamilias. huic consequens est, ut partus 20 quoque matrem sequatur, & perinde 21 legato cedat, ac si in fundo editus fuisset.

§. 11. Si Titio Stichus aut Pamphilus, utrum eorum mallet, legatus est; deinde Pamphilum testator Titio donavit 22: Stichus in obligatione remanet. §. 12. Quibus ita legatum fuerit, *Titio & Mævio singulos servos do, lego*, constat [eos] non 23 concursuros in eundem servum: sicuti non concurrunt, cum ita legatur, *Titio servum do, lego; Mævio alterum servum do, lego.* §. 13. Si is, cui legatum fuerat, antequam constitueret, qua actione uti vellet, decessit duobus heredibus relictis: legatum accipere simul venientes, nisi 24 consenserint, non possunt. quare quamdiu alter rem vindicare vult, alter in personam agere non potest. sed si consenserint, rem communiter habebunt: consentire autem, vel sua sponte 25 debent, vel Judice 26 imminente.

De legatariis conjunctis.

LXXXV. PAULUS [lib. XI ad Plautium].

DUobus conjunctim 27 fundus erat legatus: alter ex his partis æstimationem per actionem personalem abstulit: alter si fundum totum 28 vindicare velit, exceptione doli pro parte dimidia repellitur: quia defunctus semel ad eos legatum pervenire voluit.

De pignore. 1. De re bis legata. 2. De servo legato. De legati repudiatione vel adgnitione. 3. De fundo unius heredis. 4. De superficie.

LXXXVI. JULIANUS [lib. XXXIV Digestorum].

SI tibi homo, quem *pignori dederas* 29, legatus ab alio 30 fuerit: actionem ex testamento habebis adversus heredem, ut pignus luatur 31. §. 1. Si testamento Stichus ab uno herede legatus fuerit Mævio, & eidem codicillis idem Stichus ab omnibus heredibus; & antequam codicilli aperirentur, Mævius litis æstimationem consecutus fuerit: ipso jure vindicari ex codicillis non potest: quia testator semel legatum ad eum pervenire voluit.

§. 2. Cum servus legatur, & ipsius servi status, & omnium, quæ personam ejus attingunt, in suspenso 32 est: nam si legatarius repulerit à se legatum, nunquam 33 ejus fuisse videbitur: si non repulerit, ex die aditæ hereditatis ejus intellegetur. Secundum hanc regulam, & de jure eorum, quæ per traditionem servus acceperit, aut stipulatus fuerit, deque his 34 quæ legata ei vel donata fuerunt, statuetur: ut vel heredis vel legatarii servus singula gessisse existimetur. §. 3. Si fundus 35 ab omnibus heredibus legatus sit, qui unius heredis esset: is quidem, cujus fundus esset, non amplius quam partem suam præstabit; cæteri in reliquas partes tenebuntur. §. 4. Valet legatum, si superficies 36 legata sit ei 37, cujus in solo fuerit: licet is dominus soli sit: nam consequetur, ut hac servitute 38 liberetur, & superficiem lucrifaciat.

Si filio eidemque heredi prælegatum sit.

LXXXVII. PAPINIANUS [lib. XVIII Quæstionum].

FIlio pater, quem in potestate retinuit, heredi pro parte instituto, legatum quoque reliquit: duriissima 39 sententia est 40 existimantium denegandam ei legati petitionem, si patris abstinuerit hereditate: * non 41 enim impugnatur judicium ab eo, qui justis rationibus noluit 42 negotiis hereditariis implicari.

LXXXVIII. MARCIANUS [lib. VI Institutionum].

SEd si non alias voluit pater habere eum legatum, nisi hereditatem retineat, tunc neque adversus coheredem dandam ei legati petitionem, secundum Aristonis sententiam, constat: cum ipsi filio non videretur esse solvendo hereditas: & hoc ita est, licet non conditionaliter expressisset, intellexisse tamen manifestissime adprobetur.

LXXXIX. JULIANUS [lib. XXVIII Digestorum].

NAm nec emancipatus, hereditate omissa, legatum 43 ab herede petere prohibetur: Prætor enim permittendo his, qui in potestate fuerint, abstinere 44 se hereditate paterna, manifestum facit, jus se in persona eorum tribuere, quod futurum esset, si liberum arbitrium adeundæ hereditatis habuissent.

XC. PAPINIANUS [lib. XVIII Quæstionum].

QUid ergo, si ita legaverit, *Hoc amplius filio meo?* non dubie voluntatis quidem quæstio erit: sed non 45 absimilis est prioris casus circa filii providentiam 46, nisi evidens voluntas contraria patris probetur. §. 1. Plane si pluribus filiis institutis 47, ratione legatorum actio denegabitur ei, qui non agnoverit hereditatem.

Si filio, vel patri, vel fratri heredi, vel servo patris ejus legetur. 1. Si legetur servo legato. De accessionibus rei legatæ.

XCI. JULIANUS [lib. XXXVI Digestorum].

QUæsitum est, si filiusfamilias qui filium 48 habebat, heres institutus fuisset, cum esset uterque in potestate aliena: an ab eo, filio ejus legari possit? Respondi, Cum possit à filio patri 49 legari, consequens est, ut vel fratri ipsius, vel filio, vel etiam servo patris sui legetur. §. 1. Præsenti 50 quidem die data libertate, servo legari vel pure, vel sub conditione potest. † Cum vero libertas sub conditione data fuerit, alias utiliter, alias inutiliter pure legabitur. Nam si ea conditio libertatis fuerit, ut patrefamilias statim mortuo possit ante aditam hereditatem existere conditio (veluti, *Stichus, si decem Titio dederit, vel Capitolium ascenderit, liber esto*), utile legatum est: hujusmodi autem conditiones, *si heredi decem dederit, si post aditam hereditatem Capitolium ascenderit*, inutile legatum efficient. † Necessario 51 autem ex asse herede scripto, etiam hæ conditiones, quæ ante aditam hereditatem impleri possunt, inutile legatum efficient. §. 2. Duobus heredibus institutis, alteri Stichum legaverat, & eidem Sticho decem: cum Stichus, vivo testatore, ad libertatem pervenisset, totum legatum ei debebitur: nam in solidum constitisse causam legati in ejus persona, hoc quoque argumento est, quod si heres, cui legatus fuerat, hereditatem non adisset 52, solidum ab altero herede consequi possit. §. 3. Servo legato legatum datum est 53: si 54 alienatus à testatore fuisset, legatum ad emptorem pertinebit.

§. 4. Cum servus Titio, & eidem servo aliquid legatur, fideicommitti potest, *ut aut servum alium restituat, vel ea, quæ servo legata sunt:* hoc amplius, etiam ipsi servo, cum liber erit, fideicommissum à Titio dari potest. §. 5. Si quis Stichum legaverit & eundem alienaverit, vel manumiserit; deinde codicillis eidem legatum dederit: legatum vel manumisso vel emptori debebitur.

§. 6. Si mihi servus a te herede legatus fuerit, & eidem servo aliquis legaverit, & vivo eo qui mihi servum legaverat, dies legati servo dati cesserit: confestim id legatum hereditati 55 adquiritur: & ideo, quamvis postea moritur is, qui servum mihi legaverat, ad me id, quod servo legatum est, non pertinebit. §. 7. Cum homo ex testamento petitus est, causa ejus temporis, quo lis contestabatur 56, repræsentari 57 debet actori: & sicut partus ancillarum, sicut fructus fundorum interim percepti in hoc judicium deducuntur, ita quod servo legatorum, vel hereditatis 58 nomine interim obvenerit, præstandum est petitori.

De venditione fundi per fideicommissum relicti. 1. De conditione implenda. 2. De herede legitimo fideicommittente vel filio ejus impuberis.

XCII. JULIANUS [lib. XXXIX Digestorum].

SI fundum per fideicommissum relictum unus ex heredibus, excusso 59 pretio secundum reditum ejus fundi, mercatus sit propter æs alienum hereditarium, præsente & adsignante eo, cui fideicommissum debebatur: placet, non fundum, sed prerium ejus restitui deberi. Marcellus notat, Si fundum restituere malit 60 heres, audiendum existimo. §. 1. Julianus: Si Titio pecunia legata fuerit, & ejus fidei commissum *ut alienum servum manumitteret*, nec dominus eum vendere velit: nihilominus legatum capiet: quia per eum non 61 stat, quo minus fideicommissum præstet: nam & si mortuus fuisset servus, à legato non summoveretur. §. 2. Sicuti conceditur unicuique ab eo, ad quem legitima ejus hereditas, vel bonorum possessio perventura est, fideicommissum dare: ita & ab eo, ad quem impuberis filii legitima hereditas vel bonorum possessio perventura est, fideicommissa recte dabuntur.

XCIII. ULPIANUS [lib. I Fideicommissorum].

QUod fideicommissum hactenus 62, quatenus impubes decedat, valebit: cæterum, si pubes factus decesserit, evanescit fideicommissum.

1. De

---

94 *l.* 32. ℣. *ad Trib.*

95 Licet omus æquipolleat, hoc est, par ut legato, nihilominus legatum est utile. *Bald.*

96 Legatum cautionis, dandi vel faciendi, *ut hic & §. 1. ℣. eod.* præstandi, comparatur legato cui onus restituendi adjectum est.

97 Legatum utile est, etiamsi tantundem sit in onere, quantum in ipso legato, *ut hic.* Imo non est. *l. fin autem. 29. ℣. eod. l. civitatibus. 122. in fin. ℣. eod.*

98 *Al.* ut ex causa.

99 Hinc colligunt, stipulationem & contractum testamento permiscri posse.

100 Si in testamento testatoris & heredis eidem eadem res legatur, semel tantum debetur. *Bald.* Cur semel? hæ duæ causæ lucrativæ deferuntur ex testamentis duorum, quæ loco unius habentur, sc. testatoris & heredis: deinde heres videtur id jus tantum legare, quod ipse habeat, hoc est, jus per beneficium retinendi.

1 Qui ex una causa rei æstimationem consecutus est, non potest consequi rem ex alia causa lucrativa. v. tamen Bald. *hic.*

2 V. *l.* 72. ℣. *de solut.*

3 In diem, vel sub conditione.

4 Existente die vel conditione.

5 Vide *l.* 12. ℣. *de auro.* Si res legata traditur deterior, vel in ea aliquid juris desit, non contingit heredi liberatio ab ex testamento actione. *Bald.*

6 Vide *l.* 16. ℣. *de contrab. empt.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. stipulat. cap. 3. num. 126.* & Zanger. *de except. part. 2. cap. 19. num. 28.* Ans.

7 Bis enim eandem rem consequi non debet. *l.* 108. §. 4. ℣. *eod.*

8 Dixi ad *l.* 3. *C. de except.*

9 *l.* 11. *C. eod.*

10 Ut ad duplicem præstationem non teneatur: unde colligitur, Patrem pro filia dotem promittentem, si postea quid ei legaverit, animo compensandæ dotis promissæ legasse ei intelligi. vide tamen Socin. *reg.* 182.

11 *l.* 59. ℣. *de legat. 3.*

12 Conditio reddendi chirographi, liberationem debiti includit, *Bald.* ne alioqui sit mane legatum.

13 Et tabulas reddiderit.

14 *l.* 34. §. 9. ℣. *eod.* Qui non admittitur ad partem jure legati, ad eam jure proprii dominii admitti debet. *Bald.* 15 V. *l.* 109. § 1. ℣. *eod.* 16 *l.* 11. §. 1. *in fin.* ℣. *de leg. 2.* 17 *d. l.* 11 *l.* 20. ℣. *de opt.* Eligens variare non potest. *Bald.* 18 *l.* 39. ℣. *eod. l.* 82. ℣. *de leg. 3.* 19 Fugitiva res, quæ videlicet fugit, fingitur præsens juris fictione. *Goth.* Hinc colligunt, non locum fortuitæ nativitatis, sed originis paternæ & domicilii considerari. Castrens. & Imol. *h. l.* Leonin. *consil. 54. vers. quæ omnia.* Ans. 20 *l.* 1. *in fin.* ℣. *ad municipal.* 21 Ex quo mater est in fuga, & partus in fuga esse dicitur. *Bald.* Fugitivæ matris partus fugitivus censetur. 22 *l.* 82. §. *ult.* ℣. *eod.*

23 *l.* 23. *in fin. C. eod.* Quid ita? vocantur ad res diversas: licet enim sint conjuncti verbis, re tamen sunt disjuncti: ideoque pars conjuncte deficiens, alteri conjuncto non adcrescit, sed heredi testatoris. Graffus, §. *jur adcrescendi. q. 8. n. 5.* 24 *l.* 34. ℣. *de usufr. l. 3. in fin.* ℣. *quemad. usufr. amitt.*

25 V. quæ notavi ad *l.* 52. ℣. *de oblig.* 26 Transactio non fit ideo irrita, quod judice jubente facta sit. 27 Ut *l.* 80. ℣. *de leg. 3.* 28 Nec enim potest: cum fundo duobus conjunctim legato, singulis pro virili detur actio, *l.* 16. *l.* 34. §. 9. *l.* 79. ℣. *eod. l.* 88. §. 6. *in fin.* ℣. *de legat. 2. l.* 80. ℣. *de legat. 3.* §. 8. *Inst. eod. l.* 56. ℣. *de verb. oblig.* 29 Mea res alicui obligata, potest mihi ab extraneo legari, & venit in hujusmodi legato luitio. *Bald.* 30 Non à creditore. 31 Vide Graff. *recept. sent.* §. *legatur. q.* 15. Ans. 32 Legatæ rei dominium recta via transit ad legatarium adita hereditate. v. *l.* 64. ℣. *de furtis.*

33 *l.* 38. §. 1. ℣. *eod.*

34 *l.* 39. §. 1. ℣. *eod.* §. 3. *Inst. per quas person. cuique adquir.* v. quæ notavi ad *l.* 62. ℣ *de leg. 3.*

35 Declarationem hujus §. vid. apud Vacon. *lib. 9. cap.* 68. *n. 4. vers. & quia supra* Ans.

36 Superficiarius potest legare proprietario jus fundi, id est, ipsam superficiem. *l.* 1. ℣. *de liberatione.*

37 Debitori. *l.* 1. ℣. *de liberatione.*

38 Superficies, est servitutis species, *ut hic.* improprie: superficiarius enim utile dominium habet, ut & emphyteuticarius *Dyn Bald.*

39 *l.* 4. §. 9. ℣. *de dolo mali excepr.* v. *l.* 12. *C. de legat. Socin. reg.* 156.

40 Imo non est, cum privetur legitima. v. *l.* 4. ℣. *ad Trebell.*

41 Renuncians non dicitur impugnare.

42 Voluit. *Hal.*

43 *l.* 4. §. 11. ℣. *de dol. mali.*

44 Emancipato suus heres Prætoris beneficio comparatur. vid *Bald.* Suus heres non præsumitur se immiscuisse, nisi creditores immixtionem ejus probent. vide Mantic. 12 *de conject.* 10.

45 Potest enim legatum admittere, & hereditatem repudiare. *Goth.* V. Johann. a Sande, *de c. Frisic. lib. 4. tit. 4. definit 7.* & pro interpretatione legis Augustin. *lib. 4 emendat. cap. 17.* S. L.

46 Vide Cujac. 14 *obs. 29.*

47 Institutis, inter eos verbis legatorum bona diviserit, voluntatis ratione legatorum, &c. *vulg. Hal.*

48 Filius institutus potest gravari, filio suo in avi potestate constituto. *Bald.* vide quæ notavi ad *l.* 9. *C. de donat. ante nupt.* Goth. Vide Cujac. *lib. 25 observ. cap* 39. S. L.

49 *l.* 25. ℣. *eod.*

50 Et sic pure. Purum est enim, quod præsenti die legatur.

51 *l.* 86. *in fin.* ℣. *de condit. & demonstr.*

52 Dixi ad *l.* 12. *C. de legatis.*

53 Potest enim servo legato legari. *l.* 69. ℣. *eod.* olim non poterat. Ulp. 24.

54 Legatum ambulat cum persona legatarii. adde *l.* 16 ℣. *de præscript.*

55 Servo legato quod vivo testatore adquiritur, legatario non cedit: sed heredi testatoris. Accessorium non potest prius adquiri, quam principale. *l.* 38. ℣. *de legat. 2.*

56 *l.* 1. *C. de usuris & fructibus legatorum.*

57 Id est, præstari. *l.* 84. *in fin.* ℣. *de legat. 2.*

58 Hereditatem hic appellat, bona viventis: non male: spe namque sunt futura hereditas. Nomen destinatum post mortem, potest ante mortem imponi. *Bald.*

59 Valor rei ex ejus reditu sumitur. vide *l.* 13. ℣. *de rebus eorum, qui sub.*

60 Solvendo rem liberatur, qui ad pretium tenetur propter rem. 61 *l.* 23. *in fin.* ℣. *de condit. instit. l.* 88. §. 3. ℣. *de legat. 2.* 62 Id est, valebit ad tempus usque pubertatis, non post pubertatem.

1. De servo heredi vendito. 2. De alternatione. 3. Qui possunt onerari fideicommisso.

XCIV. JULIANUS [lib. XXXIX Digestorum].

PLane si filium impuberem exheredaverit [61], fideicommissum legitimus heres præstare cogendus non erit, nisi idem & patri heres fuerit. §. 1. Qui rogatus erat hereditatem, ex qua servus ejus heres institutus erat, restituere, cum alii servum vendidisset, quæsitum est, an hereditatem restituere cogendus est is, ad quem hereditas ex emptione servi heredis scripti pervenerit? Dixi compellendum esse ad fideicommissum restituendum eum, qui servum suum heredem scriptum vendidit: cum pretium hereditatis, quam restituere rogatus est, habeat. † Is autem, ad quem hereditas exemptione servi heredis scripti pervenerit, ex causa [64] cogendus erit fideicommissum præstare: id est, si dominus servi heredis scripti solvendo non erit. §. 2. Si cui Stichus aut Dama legatus esset, electione legatario data, & fidei ejus commissum esset, ut Stichum alteri præstaret: si Damam vindicare [65] maluerit, nihilominus Stichum ex causa fideicommissi præstare debebit [66]. Sive enim pluris est Dama, compellendus [est] Stichum redimere, sive minoris, æque Stichum juste dare cogetur: cum per eum steterit, quo minus ex testamento haberet, quod fideicommissum [67] fuerit. §. 3. Qui testamento manumittitur, & neque legatum, neque hereditatem capit, fideicommissum præstare cogendus non est [68]. Ac ne is quidem, qui servum legatum rogatus fuerit manumittere. Is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid ejusdem generis, vel similis, ex testamento consequitur.

61 Illegitimo licebat exheredati fideicommissum dari non potest. vide *l.* 126. §. *ead.*

64 V. *l.* 2. *C. de bon. vend.*

65 Dixi ad Ulpianum, 24. §. 14.

66 Quia videtur dolo versatus fuisse in exigendo Dama, cum non ejus, sed Stichi præstatio fuerit ei commissa. *l.* 108. §. 12. § *ead.*

67 *Al.* fidei ejus commissum fuerit.

68 Neminem enim oportet plus legati nomine præstare, quam ad eum ex hereditate pervenit. *l.* 1. §. 17. *in fin.* ff. *ad Trebell.*

XCV. ULPIANUS [lib. I Fideicommissorum].

VIdendum tamen est, numquid, si vice operarum rogaverit eum aliquid [69], debeat hoc fideicommissum valere? quod nequaquam dicendum est: quia nec operæ imponi hujusmodi libertо [70] possunt, nec impositæ exiguntur, quamvis testator ita caverit.

69 Aliquid dare. *Hal.*

70 Id est, fideicommissario. *l.* 5. *C. de operis lib.*

De demonstratione, & conditione. 1. De bonis vacantibus. 2. De morte servi legati. 3. De herede rogato præcipere, & legatarii distribuere. 4. De pecunia danda statulibero.

XCVI. JULIANUS [lib. XXXIX Digestorum].

QUidam testamento vel codicillis ita legavit: *Aureos quadringentos Pamphila dari volo, ita ut infra scriptum est: ab Julio auctore aureos tot: & in castris quos habeo, tot: & in numerato quos habeo, tot:* post multos annos eadem voluntate manente decessit, cum omnes summæ in alios [71] usus translatæ essent: Quæro, an debeatur fideicommissum? Respondi, vero similius est, patremfamilias demonstrare potius heredibus voluisse, unde aureos quadringentos sine incommodo rei familiaris contrahere possint, quam conditionem fideicommisso injecisse, quod initio pure datum esset: & ideo quadringenti Pamphilæ debebuntur. §. 1. Quotiens lege [72] Julia [73] bona vacantia [74] ad fiscum pertinent, & legata & fideicommissa præstantur, quæ [75] præstare cogeretur heres, à quo relicta erant. §. 2. Si tibi servus legatus fuerit, & petitum à te, *ut Titio aliquid præstares usque ad pretium servi*, deinde servus decesserit: nihil fideicommissi nomine præstare cogendus eris [76]. §. 3. Si scriptus ex parte heres rogatus sit *præcipere pecuniam, & ei, quibus testamento libertates erat, distribuere* [77]: id quod sub conditione legatum est, tunc præcipere debebit, cum conditio extiterit: interim [78] aut ei, aut his, quibus legatum est, satisfari oportet. §. 4. Cui statuliber pecuniam dare jussus est, is rogari potest, *ut eandem pecuniam alicui restituat*. Nam cum possit testator codicillis pure libertatem dare, & hoc modo conditionem extinguere, cur non etiam per fideicommissum eandem pecuniam adimendi potestatem habeat?

71 *l.* 28. ff. *de usufruct. vel usufruct. leg. l.* 12. ff. *de alimentis. vel cibar. legat.*

72 Vacantia bona lege Julia ad fiscum deferebantur. Vacantia sunt autem quæ non habent, aut reperiunt heredem, qui ea occupet vel petat. v. *tit. Codicis de bonis vacantibus.*

73 Caducaria, Ulp. 20. §. 7. *in fin.*

74 Intestatorum facultates sine legitimis heredibus morientium, fisci jusibus vindicantur. v. *tit. C. de bon. vacantib. lib.* 10 *tit.* 16. *l. pen. C. de præpos. sacr. cub. lib.* 12. *tit.* 5.

75 *l.* 6 § 3. ff. *ad Trebell.*

76 Aliud erit, si maritus pro manifipit dotalem pecuniam legaverit, eaque vivo marito mortuis sint: tunc enim mariti voluntas tuenda est. *l.* 8. ff. *de dote.*

77 V. *Nov Leon.* 68. *l.* 7. *in fin.* ff. *si cui plus quam per legem Falcid.*

De re legata aut alia restituenda.

XCVII. IDEM [lib. XLII Digestorum].

SI mihi Stichus legatus esset, fideique meæ commissum, *ut aut Stichum aut Pamphilum meum servum redderem*, & in Sticho aliquid ex legato [79] propter legem Falcidiam perdidissem: necesse habebo, aut Pamphilum servum meum totum Titio dare, aut eam partem Stichi, quam legatorum nomine accepero.

78 Executoribus seu dispensatoribus testamentariis præstatur cautio legatorum, *ut hic. l.* 114. §. 12. ff. *eod. l.* 12. *in fin.* ff. *qui satisd. l.* 4. *in fin. C. ut in possess. leg.* Imo, & petitio, *l. alio.* 9. ff. *de alimentis.* Adde quæ scripsi ad *l.* 107. ff. *eod.*

79 *l.* 21. §. 1. ff. *de annuis legatis.*

De servo capto ab hostibus.

XCVIII. IDEM [lib. LII Digestorum].

SErvus ab hostibus captus [80] recte legatur: hoc enim jure postliminii fit, ut quemadmodum heredem instituere possumus servum, qui in hostium potestate est, ita legare quoque eum possemus.

80 Seu res hostium. *l.* 104. §. 2. ff. *eod.*

De domino & servo legatariis.

XCIX. IDEM [lib. LXX Digestorum].

SI domino [81] Stichus legatus esset, & servo ejus [82] optio data: partem dimidiam [83] Stichi dico ad dominum pertinere: quod possit servus manumissus eundem Stichum optare.

81 Puta Sempronio.

82 Puta Sempronii.

Si heres rem legatam eidem legaverit.

C. IDEM [lib. LXXVII Digestorum].

SI mihi Sempronius [84] à Titio herede legaverit, Titiusque [85] mihi sub eadem conditione eandem rem legaverit: existente conditione, capiam legatum ex testamento Sempronii [86].

83 Quoties res legata est duobus conjunctim, uni pure, alteri sub conditione, is cui pure relinquitur, interim partem tantum consequitur. *Bart.*

84 Primus testator. 85 Secundus testator heres prioris. 86 Prioris testatoris scil. & sic dispositio heredis non tollit dispositionem defuncti. *Bart.* adde *l.* 67. *l.* 88. §. 12. ff. *de legat.* 2.

De domino & servo collegatariis. 1. De capto ab hostibus.

CI. IDEM [lib. LXXVIII Digestorum].

SI servo meo Stichus legatus fuerit testamento, idque legatum repudiavero [87]; deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi quoque eundem Stichum legatum esse: nihilominus eundem vindicare possum. §. 1. Si ei, qui in hostium [88] potestate est, legatum fuerit, & is apud hostes decesserit: nullius momenti legatum erit, quamvis postliminio confirmare potuit.

87 Duobus legatis relictis, unum repudiare, alterum amplecti possumus. *l.* 5. ff. *de legat.* 2.

88 §. 24. *Inst. de legat. l.* 4. *in fin.* ff. *de his, quæ pro non script. l.* 1. *C. de hered. Instit.*

De testatore minore viginti annis.

CII. IDEM [lib. LXXXI Digestorum].

SI minor [quam] viginti annis dominus servum causa non probata manumiserit, & postea legatum ei dederit, isque alienatus ad liberratem perductus fuisset: legatum non capit [89]: Nam perinde nullius est momenti legatum, ac si sine libertate datum fuisset.

89 Hodie minor ex quo tempore testari potest, libertatem potest conferre. *Nov.* 119. *cap.* 2.

De tacito fideicommisso.

CIII. IDEM [lib. LXXXIII Digestorum].

IN tacitis [90] fideicommissis tunc [91] legi fieri videtur [92], quotiens quis neque testamento, neque codicillis rogaretur [93], sed domestica [94] cautione [95] vel chirographo obligaret se ad præstandum fidejcommissum ei, qui capere non potest.

De heredibus generaliter damnatis, & herede excepto. 1. De tabulis heredi reddendis. 2. De re hostium. 3. Si legetur heredi a primo gradu, 6. Vel a secundo. 7. De socero herede.

CIV. IDEM [lib. I ad Ursejum Ferocem].

AB omnibus heredibus legatum ita erat, *Quisquis mihi heres erit, damnas esto Titio dare centum*: deinde infra comprehensum erat, ne unus ex heredibus ei daret: Quæritur, reliqui heredes utrum tota centum [dare] deberent, an deducta unius [illius] hereditaria portione? Respondit, verius esse reliquos 97 heredes tota centum debere: cum & significatio verborum non repugnet huic sententiæ, & voluntas testatoris congruat. §. 1. In testamento sic erat scriptum, *Lucio Titio, si is heredi meo tabellas, quibus ei pecuniam expromiseram, dederit, centum dato*: Titius deinde, antequam tabellas heredi redderet, decesserat 98: Quæsitum est, an heredi ejus legatum deberetur? Cassius respondit, si tabulæ fuissent, non deberi: quia non redditis his dies legati non cessit. Julianus notat 99, si testamenti faciendi tempore tabulæ nullæ fuerunt, una ratione dici posse, legatum Titio deberi: quod *ἀδύνατον*, id est, *impossibile* [100] conditio pro non [1] scripta habetur.

90 Taciti fideicommissi definitionem hinc observa. *l.* 46. ff. *de hered. pet. l.* 17. §. 2. ff. *de usur. l.* 3. ff. *de probat.*

91 *l.* 123. *in fin.* ff. *eod. l.* 10. ff. *de reg. quæ ut indem. l.* 15. ff. *de jure fisci.*

92 Fraus hujusmodi punitur confiteatione. *l.* 3. §. 4. ff. *de jure fisci.*

93 Id est, non pudam *l.* 3. ff. *de jure fisci.* Ulp. 25. § 17.

94 Tacite fit, quod fit domi, vel nuda pollicitatione vel cautione, vel chirographo.

95 Puta nuda pollicitatione. *d. l.* 10. ff. *de his, quæ ut indign.*

96 *Damnas* pro *damnatus*. Alii legunt, *damnes*: ea forma qua *capes*, pro *capisse*. Goth. v. Augustin. *emendat. lib.* 1. *c.* 6. S. L.

97 Si testator unum ex heredibus ab onere præstandi legati eximit, cæteri ad onus integrum tenentur. *Bart.*

98 Adde *l.* 109. ff. *de cond. & demonstr.* Gothofr. Vid. Luman. Cost. *lib.* 1 *select. cap.* 9. Anf. adde Sarmient. *lib.* 1 *select. cap.* 1. & 2. Alciat. *lib.* 2 *praterm. f.* S. L.

99 Addendo.

100 Legatario mortuo, ante conditionis possibilis eventum, legatum extinguitur. *Bart.* Conditio possibilis impedit transmissionem. *Bald.*

1 *l.* 3. ff. *de cond. & demonstr.* 2 *l.* 103. ff. *de verb. oblig. l.* 9. *l.* 98. ff. *eod.* Goth. Vide Joann. Rob. *lib.* 1 *sententi. c.* 17. & Goedd. *de contrah. stipulat. cap.* 6 *num.* 48. 49 50. Anf.

3 Jurare contra scripsum neminem invitum cogi, hinc colligunt nonnulli. Vid. Additiones Bartoli ad l. Paul. *responf.* 29. *In fin.* ff. *de pignoribus.*

4 Cur ita? vid. *l.* 34. §. 12. ff. *eod.*

5 *l.* 44. *in fin.* ff. *de condit. & demonstr.*

6 Quandocunque. *Ital.*

7 Si conditio impletur, ultimo vitæ momento legatum transfertur ad heredem.

8 *l.* 8. *in fin. l.* 9. ff. *de legat.* 2.

9 Rogatus restituere hereditatem, deducit dotem sibi debitam, & quodlibet aliud debitum.

10 *l.* 10. ff. *de liberat. legat.*

11 *l.* 67. §. 9. ff. *de leg.* 2.

12 Perfecta hæc oratio satis intelligitur, etsi verbum principale deficiat. *Goth.* Adde *l.* 77. §. 22. ff. *de leg.* 2. Anf.

13 Vide Cujac. *ad Afric.*

14 Dispensare, præstare, distribuere. hic dispensator est legatorum, & ita appellatur in Novella Martiani, *de testibus* & ὑπηρέτης, *Basil. & in l.* 17. ff. *de leg.* 2. minister. Hujusmodi ministros, executores testamentorum vocat, ἐπίτροπος, *Novella Leonis* 68. Laërtio ἐπιτελεῖ τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων dicuntur. vide Cujac. *ibid.* exequendi testamenti causa sæpe eligebantur à testatore hujusmodi personæ. *l.* 7. ff. *si cui plus quam per legem Falcid. Novell. Martiani de testibus.* Hic dispensatoribus præstatur cautio legatorum. *l.* 96. §. 3. ff. *eod.* Imo & petitio, *ut hic. & l. alio.* 9. ff. *de alimentis.* 15 Legari servo legato potest. vide quæ scripsi ad *l.* 5. §. 2. *C. de necessar. hered.* 16 Vide ad hunc locum Cujacium 2 *ad African. fol.* 19. & quemadmodum hunc paragraphum dispungi oporteat

17 Vide Cujac. in hanc *l.* 5. *ad African. fol.* 73. *ad* 81. 18 *l.* 8. ff. *de legat.* 2.

19 Vide quæ notavi ad *l.* 30. §. 1. ff. *de legat.* 3. 20 Vide *l. unic. C. ubi fideicommissum.*

21 Vide *l.* 2. ff. *de optione.* Cicero 2 *de inventione.* Heres meus quæ volet dato, nihil attinuisse scribi, *quæ volet.* vide Cujac. *ibid.* Goth. Vid. *censur. Jurisc. nostr. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 12. S. L.

22 Vide *l.* 11. ff. *de reb. dub.*

quidem non [23] ex lucrativa causa stipulatio intercessit, utile legatum esse, placebat: sin è duabus, tunc magis [placet], inutile esse legatum: quia nec absit quicquam, nec bis eadem res præstari possit. §. 5. Sed si cum mihi ex testamento Titii Srichum deberes, eundem à te herede Sempronius mihi legaverit, fideique meæ commiserit, *ut eum alicui restituam*, legatum utile erit: quia [24] non sum habiturus. Idem juris erit, & si pecuniam à me legaverit. Multo magis si in priore testamento fideicommissum sit. Item si in priore testamento Falcidiæ locus sit, quod inde abscidit ratione Falcidiæ, ex sequenti testamento consequar.

§. 6. Item si domino heres exstitero, qui non esset solvendo, cujus fundum tu mihi dare jussus esses, manebit tua obligatio: sicut maneret, si eum fundum emissem. §. 7. Si ita scriptum erit, *amplius, quam Titio legavi, heres meus Seio decem dato*: dubitandum non erit, quin & Titio suum legatum maneat, & Seio nihil ultra decem debeatur: nam & usitatum fere est sic legare, *Lucio Titio tot, & hoc* [25] *amplius uxori & liberis ejus tot.* §. 8. Si [26] ei, cui nihil legatum est, cum hac adiectione, *hoc amplius*, aliquid [27] legetur: minime dubitandum est, quin id, quod ita legaverit, debeatur: multoque minus dubitandum, si ab eo, qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero, *Amplius quam mihi debes, decem dare spondes*, quin decem debeantur. §. 9. Si servus [28] alienus liber esse jussus, & legatus sit, peti eum ex legato posse ait: nam cum libertas nullius momenti sit, absurdum esse, per eam legatum infirmari, quod alioquin valeret, & si solum datum fuisset. §. 10. Qui quinque in arca habebat, ita legavit, vel stipulanti promisit, *decem quæ in arca habeo* [29]: & legatum, & stipulatio valebit [30]: ita tamen, ut sola quinque vel ex stipulatione, vel ex testamento debeantur: ut vero quinque quæ deerunt [31], ex testamento peti possint, vix ratio patietur: nam quodammodo certum corpus, quod in rerum natura non sit, legatum videtur. Quod si mortis tempore plena summa fuerat, & postea aliquod ex ea deperierit: sine dubio soli heredi deperit. §. 11. Si servus legatus sit, & moram [32] heres fecerit: periculo ejus & vivit, & deterior fit: ut si debilem [33] forte tradat, nihilominus teneatur. §. 12. Cum quid tibi legatum, fideive tuæ commissum sit, ut mihi restituas; si quidem nihil præterea ex testamento capias, dolum malum duntaxat in exigendo eo legato, alioquin [34] etiam culpam [35] te mihi præstare debere, existimavit: sicut in contractibus fidei bonæ servatur, ut si quidem utriusque [36] contrahentis commodum versetur, etiam culpa; sin unius solius, dolus malus tantummodo præstetur. §. 13. Qui margarita Titio pignori dederat, filium heredem instituit, & filiam exheredavit: deinde ita cavit, *te, Titi, rogo, fideique tuæ* [37] *committo, uti margarita, quæ tibi pignori dedi, vendas, & deducto omni debito tuo, quod amplius erit, id omne filiæ meæ restituas*: ex ea scriptura filiam à fratre fideicommissum petere posse, ut is actiones suas adversus debitorem ei præstaret: Hoc enim casu eum, qui creditor fuisset, debitorem intelligendum, ejus scilicet, quod pretium pignoris summam debiti excedat. §. 14. Non autem mirandum, si [cum] alius rogatus sit, alius [38] fideicommisso obstringatur: nam & cum in testamento ita scribatur, *te, Titi, rogo, ut accepta centum* [39], *illum servum manumittas, vel Sempronio quid præstes*, parum quidem apte [40] scribi, verum æque intelligendum heredis fidei commissum, ut pecuniam Titius præstaret: ideoque & ipsum Titium cum herede acturum, & libertatem servo, vel Sempronio, quod rogatus sit, præstare cogendum. §. 15. Auidius filii sui fidei commisit, *ut certam pecuniam quatuor libertis suis mutuam daret* [41], *& usuras leviores* [42] *taxaveret*: placuit, hoc fideicommissum utile totum esse.

Interpretatio facienda, per quam legatum non sit inutile. Duaren. *Facultas solvendi aliud pro alio transit ad singularem possessorem.* Bartolus. *Si maritus uxori leget, quæ ei donaverit.* 1. *De alternatione.*

CIX. IDEM [lib. VI [43] Quæstionum].

SI quando quis uxori suæ ea, quæ vivus donaverat, volgari [44] modo leget, non de aliis donationibus videri eum sentire ait, quam de his, quæ jure valituræ non sunt. Alioquin [&] fruſtra [45] legaturus sit: [atque] si ita exprimat, *quæ uxori jure donavero*, vel ita, *quæ uxori manumissionis* [46] *causa donavero, [ea ex lege]*: nam inutile legatum futurum est. §. 1. Heres, cujus fidei commissum erat, ut mihi fundum aut centum daret, fundum Titio vendidit: cum electio [47] ei relinquitur, utrum malit, dandi, ut tamen alterum solidum præstet, Prætoris officio convenire existimo, ut si pecuniam Titius offerat, inhibeat fundi persecutionem: ita enim eadem [48] causa constitueretur, quæ futura esset, si alienatus fundus non fuisset: quando etiam adversus ipsum heredem officium Prætoris sive arbitri [49] tale esse deberet, ut si fundus non præstaretur, neque pluris, neque minoris [50] quam centum æstimaretur.

De legato generali.

CX. IDEM [lib. VIII Quæstionum].

SI heres generaliter servum, *quem* [50] *ipse voluerit*, dare jussus, sciens furem dederit, isque furtum legatario fecerit: de dolo [malo] agi posse ait. Sed quoniam illud verum est, heredem in hoc teneri, ut non pessimum [51] det, ad hoc tenetur, ut & alium hominem præstet, & hunc pro noxæ deditione [52] relinquat.

De excusatione tutoris.

CXI. MARCIANUS [lib. II Institutionum].

ETiam si partis [53] bonorum se excusaverit tutor (puta Italicarum [54], vel provincialium rerum), totum, quod testamento datum est, ei auferetur. & ita Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

De adscriptitiis. 1. *De manumissione servi legati.* 2. *De particula* Cum. 3. *De facto illicito.* 4. *De jurejurando.*

CXII. IDEM [lib. VI Institutionum].

SI [quis] inquilinos sine prædiis, quibus [55] adhærent, legaverit: inutile est legatum [56]: Sed an æstimatio debeatur, ex voluntate defuncti statuendum esse, Divi Marcus & Commodus rescripserunt. §. 1. Cum servum suum heres damnatus dare, eum manumiserit [57], tenetur in ejus æstimationem: nec interest, scierit, an ignoraverit legatum. † Sed & si donaverit servum heres, & eum is cui donatus est, manumiserit, tenetur heres, quamvis ignoraverit, à se eum legatum esse. §. 2. Si ita legatum fuerit, *Titio cum Seio do lego* [58]: utrisque legatum est: sicut utrumque legatum est, cum fundus cum domo Formiana legatus est. §. 3. Si quis scripserit testamento fieri, quod contra jus [59] est, vel bonos mores: non valet: Veluti si quis scripserit contra legem aliquid, vel contra edictum Prætoris, vel etiam turpe [60] aliquid. §. 4. Divi Severus & Antoninus rescripserunt, *jujurandum* contra vim [61] legum & auctoritatem juris in testamento scriptum, nullius esse momenti.

De servo alieno. 1. *De cibariis servo legatis.* 2. *De legatis repetitis à substituto in tertio gradu.* 3. *Vel a substituto impuberis.* 5. *De sepultura.*

CXIII. IDEM [lib. VII Institutionum].

SErvo alieno ita legari potest, *quoad* [62] *serviat*, vel *si servus* forte *Titii erit*, ut & Marcellus ait. §. 1. Si quis post tempus libertatem servo suo dederit, & interea rogaverit heredem, donec ad libertatem perveniat, cibaria [63] ei dare: testatoris voluntati obtemperandum esse, D. Severus & Antoninus rescripserunt.

§. 2. Si quis à primo herede centum legaverit alicui, & eidem à secundo ducenta, posteaque generaliter repetierit legata: trecenta videtur repetisse. §. 3. Sed si pater impuberi filio substituerit, & à substituto legata repetierit, si pupillus heres exstiterit, & intra pubertatem decesserit, repetitio non valet, quia voluntas defuncti hæc est, ut semel debeantur. §. 4. Si ab impubere legatum fuerit sub conditione, *si ad pubertatem pervenerit*, & à substituto repetitum [64] fuerit: legatum debetur & à substituto: nec videtur repetita conditio quæ [65] inutile legatum facit.

§. 5. Ineptas [66] voluntates defunctorum circa sepulturam (veluti vestes [67], aut si qua alia supervacua ut in funus impendantur) non valere, Papinianus libro III responsorum scribit.

De peculio castrensi. 1. *De liberto & patrono.* 2. *De fisco.* 3. *Si quis rogetur restituere fundum sibi legatum, & præterea centum post mortem suam,* 4. *Vel pure.* 5. *Si relinquatur ei, qui capere potest.* 6. *De rogato, ut heredem instituat.* 7. *De rogato hereditatem suam, vel partem ejus restituere.* 8. *De emancipatione.* 9. *De ædibus destruendis.* 10. *De manumissione fideicommissaria.* 11. *De fideicommisso relicto filiofam. vel servo.* 13. *De conditione, si sine liberis decesserit.* 14. *De alienatione prohibita,* 15. *Hoc adjecto, ut in familia relinquatur.* 16. *De morte servi relicti.*

CXIV. IDEM [lib. VIII Institutionum].

FIliusfamilias [68] *miles vel veteranus*, licet sine testamento decedat, potest fideicommittere à patre: quia etiam testamentum facere potest. §. 1. Si libertus ab intestato decesserit, à patrono potest, usque ad [69] partem debitam, fideicommissum relinquere: quia, si testamentum faceret, licebit ei partem debitam solam relinquere. §. 2. Qui intestato decedit, & scit bona sua ad fiscum perventura vacantia, fidei fisci committere potest. §. 3. Apud Marcellum lib. XII Digestorum talis quæstio agitatur: Quidam ab eo, cui fundum legaverat, fideicommiserat, ut eum fundum post mortem suam restitueret Sempronio: ejusdem legatarii fidei commiserat, ut Titio daret centum: quæritur, quid juris sit? Et ait Marcellus, si Titio testator centum ex fructibus, quos vivus legatarius percepisset, reliquerit, & legatarius post tantum temporis decessisset, ut ex fructibus centum fierent, Titium centum accepturum: si post acceptum legatum confestim decessisset legatarius, Titii fideicommissum extingui: quia placet * *non plus* [70] *posse rogari quem restituere, quam [quantum] ei relictum est.*

§. 4. Sed si Titii fideicommissum non est in tempus mortis legatarii collatum, ait Marcellus, confestim fideicommissum Titio dandum, sed cautione exacta, quanto amplius ceperit, reddi: quam cautionem ita committi, si prius legatarius decesserit, quam ex fructibus centum perciperet: sed vix est, ut legatarium ex reditibus voluerit ante [71] dare quam fructus legatarius percepisset. Certe erit legatarius audiendus, si velit totum fundum præstare, si de restituendo eavetur: absurdum enim est, de suo [72] eum præstare centum: maxime si fundus centum, vel non multo pluris est: quo jure utimur. §. 5. Si quid alicui [73] licite fuerit relictum [vel jus aliud], quod ipse quidem propter corporis [74] sui [75] vitium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam [76] quamcunque probabilem [77] causam habere non potuit, alius tamen [78] hoc habere potuit: quanti [79] solet comparari, tantam æstimationem accipiet. §. 6. Ut quis heredem instituat aliquem, rogari [80] non potest: plane [81] Senatus censuit perinde habendum, atque si rogasset hereditatem restitui. §. 7. Quid ergo, si heres post mortem suam rogatus fuerit hereditatis suæ partem quartam restituere? Verius esse existimo, quod & Scævola notat, & Papirius Fronto scribit, valere fideicommissum, atque si de hereditate sua restituenda rogatus esset: & eatenus restituenda est, quatenus [82] hereditas testatoris patitur, secundum [83] vulgarem [84] formam juris. §. 8. Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit, non cogitur [85] hoc facere: potestas enim patria, inæstimabilis [86] est. §. 9. Ædes destruendæ [87] neque legari, neque per fideicommissum relinqui possunt: & ita Senatus censuit.

§. 10. Si fideicommissum relictum fuerit servo alieno sine libertate, & ad libertatem pervenerit: dicendum est, posse eum admitti ad capiendum. §. 11. D. Severus & Antoninus rescripserunt, eum qui rogatus est sub conditione fratris sui filiis restituere, ante diem fideicommissi cedentem ne quidem ex voluntate eorum posse restituere his in potestate patris agentibus: cum possit, die fideicommissi cedente, sui juris constitutis ipsis debere restitui: vel si aliquis ex his ante decesserit, non omnibus.

§. 12. Iidem Principes rescripserunt, filiis ante diem fideicommissi venientem restitui hereditatem maternam necesse non esse: sed præstare heredem posse *vulgarem cautionem* [88], aut si præstare eam non poterit, mitti liberos in [89] possessionem fideicommissi servandi causa: ut pro pignore, non [90] ut pro dominis possideant, vel alienandi jus, sed ut pignus habeant: ut filius per patrem fructus consequatur, & servus per dominum. §. 13. Cum erit rogatus, si sine liberis decesserit, per fideicommissum restituere: condi-

23 *l.* 45. *in pr. l.* 84. §. 5. *ff. eod. l.* 102. §. 2 *ff. de legat.* 3. §. 6. *Instit. de legat.* Vide tamen *l.* 21. §. 1. *ff. de legat.* 3.

24 *l.* 34. §. 7. *ff. eod.*

25 Verbum, *amplius solutum*, implicationem facit, repetitionem inducit. Verbum, *hoc amplius*, replicationem, & multiplicationem. *Bald.*

26 Falsa demonstratio non minuit legatum.

27 Certum scil. *l.* 82. *ff. de verb. signif.*

28 Vid. Vacon. *lib.* 4 *declar.* 64. Molin. ad *l.* 1. §. *si quis. ff. de verb. oblig. num.* 43. Ans.

29 Vide *l.* 37. *ff. de verb. oblig.* Hæc verba pro conditione & causa sunt: qualitatem significant, & jus legati, & certum corpus nummorum.

30 Imo, non valebit. *l.* 120. *ff. de verb. oblig.*

31 Id est, quæ non erunt in rerum natura. *l.* 7. *in fin. ff. de tritico.*

32 *l.* 47. §. *pen. & ult. ff. eod.*

33 Adde *l* 12. *ff. de auro.*

34 Si commodum sentias.

35 Qui testamento commodum non sentit, de levi culpa non tenetur: secus, si sentit commodum. *Bald.*

36 *l.* 5. §. 2. *ff. commodati.*

37 Licet verba legati referantur ad debitorem, actio tamen competit contra heredem: cui in dubio videtur onus impositum. *Bart.*

38 Vide *l.* 11. §. 22. *ff. de legat.* 3.

39 Ab herede meo.

40 *Al.* Aperte. vide Antonium Fabrum 5 *Conjecturar.* 18. Nam apte id scriptum est, sed non aperte satis: quia his verbis heres pecuniam Titio dare neque jussus, neque rogatus est.

41 Factum utiliter legati potest. *l.* 66. *ff. eod.*

42 Valet legatum, in quo heres jubetur pecuniam levioribus usuris mutuare. *Bald.*

43 Vid. Cujac. 6 *ad African.*

44 De quo, *l.* 33. §. 1. *ff. de leg.* 3. *l.* 13. *ff. de auro.*

45 Verborum interpretatio ea fumenda est, ut nihil fruſtra adjectum videatur. *l.* 84. §. 4. *l.* 110. *ff. eod. l.* 25. §. 17. *ff. famil. Goth.* Verba superflua esse non debent. Vid. Ant. Govean. *lect. jur. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 9. Ans.

46 *l.* 22. *C. de don. inter virum.*

47 *l.* 10. *in fin. ff. de jure dot.*

48 Emptor ejus conditionis esse debet, cujus & venditor. *Bald.*

49 Vide quæ notavi ad *l.* 7. *ff. de fideicommiss.* vide ad hunc locum Ant. Fabr. 3 *Conjectur.* 13.

50 V. *l.* 109. §. 1. *ff. eod.*

51 *l.* 37. *ff. eod. l* 99. *ff. de verb. oblig. l.* 35. *C. de donat.* Male solvens non liberatur. *Bald.*

52 *Flor.* dedito.

53 Vide quæ notavi ad *l.* 13. §. 3. *ff. de excusat. tut.* Qui peccat in parte officii, in toto peccare videtur. *Bald.*

54 *l.* 28. *ff. de testam. tut.*

55 *l.* 7. *C. de agricolis & censitis.*

56 Nam quæ à solo inseparabilia sunt, per se separatim legata nihil operantur.

57 §. 16. *vers. si vero. Inst. de legat.*

58 *l.* 16 §. 2. *ff. eod.*

59 Quod lex reprobat, testator adprobare non potest. *Bald. l.* 55. *ff. eod. l.* 16 *ff. de usu & usufr. l.* 3. *in fin. ff. de annuis. l. un. C. de his quæ pœnæ.* §. *ult. Inst. de legat.*

60 *l.* 54. *ff. eod.* Turpia legata, Græcis, κακόζηλα.

61 *l.* 8. *ff. de condit. inst.* Juramentum non firmat actum jure prohibitum. *Bald.* adde *l.* 5. *C. de leribus. cap. non est obligatorium. de regulis in* 6.

62 *l.* 82. *in fin. ff. de legat.* 2.

63 *l.* 17. *ff. de alimentis.*

64 Adde *l.* 89. *ff. de cond. & demonstr.*

65 Repetita non censetur conditio, quæ repetita vitiaret, & inutile legatum faceret. Bart. *l. ab exheredat.* 126 §. *ult. ff. eod. l.* 1. *ff. de dote prælegata. l. ult. ff. de manumiss. testament. l. Titia.* 134. §. 1. *ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. cum servum.* 18. *ff. de conditionibus institutionum.* Castrens. *in l. a mea.* 77. *ff. de cond. & demonstr.* Alexand. *in l. si idem.* 11. §. *si una.* 2. *ff. de jurisd. omn. judic.*

66 Nec enim omnis, qui tutatur, sapit.

67 Ut *l. ult. in fin. ff. de auro. l.* 14. §. 5. *ff. de religiosis.* Idem constituisse Lycurgum refert Alexand. ab Alexandro 3 *Genial.* 2. & 6. *cap.* 4. Quam graviter ex scripturis *Bald. Nudus egressus sum de ventre matris meæ, & nudus revertar illuc.* Scio tamen Rebuffum aliud de Episcopis sentire, quasi nefas fit eos sine vestibus sepelire. adde Sueton. *in Augusto. c.* 100. & *Livium* 34.

68 *l.* 1. §. 6. *ff. ad Trebell.*

69 *l.* 2. *in fin. ff. de dote.*

70 *l.* 1. §. 17. *ff. ad Trebell.*

71 Quod est præstandum ratione fructuum, non debet præstari ante perceptos fructus. adde *l.* 58. *ff. de usufruct.*

72 *l.* 34. §. 2. *in fin. ff. de leg.* 3.

73 Et sic capaci: proinde non obstabit *l.* 49. §. 2. *ff. de leg.* 2. Goth. Ad hunc §. & *l.* 40. *ff. b. t.* vid. Joann. à Sande *decis. Frisicar. lib.* 4. *tit.* 4. *de fin.* 4. Ans.

74 Vitium est facti, non juris.

75 *l.* 40. *ff. eod.*

76 Ut quia militia vel feudum est relictum. *arg. l.* 11. §. 16. *ff. de leg.* 3.

77 Ut si peregrino quid legatum sit eo loco, ubi quid possidere non potest. *l. unic. C. non licere habitatoribus.* Quid, si militi sit legatus fundus, ut illo militet loco? Mutare locum non cogetur: capax est hujus legati. *l.* 9. *in fin. ff. de re militari.*

78 Vide quæ scripsi in Epitome Feudorum, *titulo de testamentis.*

79 Pretium rei est quanti res comparari consuevit, & sic ex consuetudine & usu pretium rei metimur.

80 *l.* 17. *ff. ad Trebell.*

81 Jussus alium heredem

82 Patitur, secundum vulgarem formam juris, & si filios suos emancipare rogatus, &c. *Cujac. in* v. Paul. 4 *sent.* 13. §. 1. & *ibid.* Cujac.

83 *l.* 70 §. 2. *ff. de leg.* 2.

84 Vulgaris formula, hic interpreta Accursio, stricta est formula: sed veritimilius est, jus rectum & ordinarium intelligi, quo legatarius non cogitur filios emancipare: quia patria potestas est res inæstimabilis & sanctæ. Cogi tamen potest jure extraordinario, id est, auctoritate Principis. adde *l.* 5. *ff. de monstr.* Paul. 4 *sent.* 13. §. 1. Cæterum quidam hic initium paragraphi constituunt.

85 Imo cogitur. *l.* 92. *ff. de condit. & demonstr.*

86 Inæstimabilis est patria potestas, *ut hic.* ut & libertas. *l.* 106. *ff. de reg. jur.*

87 Vid. quæ notavi ad *l.* 41. §. 1. *ff. eod.*

88 V. *l.* 12. *in fin. ff. qui satisdare.*

89 *l.* 1. §. 1. *ff. ut in possess. legat.*

90 Vid. *l.* 5. *ff. ut in possess. legat.*

conditio defeciſſe videbitur, ſi patri ſupervixerint liberi: nec quæritur an heredes exſtiterint. §. 14. Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, eos, qui teſtamento vetant quid alienari, nec 91 cautam exprimunt, propter quam id fieri velint, niſi 92 inveniatur perſona, cujus reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum eſt, nullius eſſe momenti ſcripturam, quaſi nudum præceptum reliquerint: quia talem legem teſtamento non poſſunt dicere. Quod ſi liberis, aut poſteris, aut libertis, aut heredibus, aut aliis quibuſdam perſonis conſulentes, ejuſmodi voluntatem ſignificarent: eam ſervandam eſſe, ſed hæc neque creditoribus 93, neque fiſco 94 fraudi eſſe: nam ſi heredis, propter 95 teſtatoris creditores, bona venierunt, fortunam communem fideicommiſſarii quoque ſequuntur. §. 15. Cum pater, filio herede inſtituto, ex quo tres habuerat nepotes, fideicommiſit, *ne fundum alienaret, & ut in* 96 *familia relinqueret*: & filius decedens, duos heredes inſtituit 97, tertium exheredavit, eum fundum extraneo legavit: Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, verum eſſe, non paruiſſe voluntati defuncti filium. §. 16. Sed, & ſi cum duos exheredavit, unum heredem inſtituit, fundum extraneo legavit, [ut] putat Marcellus, poſſe exheredatos petere fideicommiſſum. Quod evenit, & ſi vivus filios emancipaſſet 98, & poſtea fundum alienaſſet. §. 17. Sed ſi omnes filii heredes inſtituti ſint ex diſparibus partibus, non poſſunt petere fideicommiſſum ex minore parte ſcripti, ut viriles, non hereditarias, partes in eo habeant: verum 99 eſt enim in familia reliquiſſe, licet uni 100 reliquiſſet. §. 18. Item ſi unum heredem inſtituiſſet, nec quicquam legaſſet, exheredati nihil interim, quandiu in familia res eſt, petere poſſunt.

§. 19. Interdum etiam cum lucro [1] heredis moritur ſervus legatus, vel per fideicommiſſum relictus: veluti ſi alienus [2], vel [licet] proprius, pluribus tamen ſeparatim ita relictus, ut unuſquiſque in ſolidum capiat: [ſcilicet ſi] ſine culpa heredis mortuus ſit.

De verbis precariis.

CXXV. ULPIANUS [lib. II Inſtitutionum].

ETiam hoc modo [3], *cupio* [4] *des, opto des, credo* [5] *te daturum*, fideicommiſſum eſt.

Definito legari. 1. Si legetur heredi, vel heredi & extraneo. 2. An heres legari poſſit. 3. De ſervo hereditario. 4. Quale fundus dari debet, & de ſervitutibus.

CXVI. FLORENTINUS [lib. XI Inſtitutionum].

LEgatum eſt delibatio [6] hereditatis, qua teſtator ex eo, quod univerſum heredis foret, alicui quid collatum velit.

§. 1. Heredi à ſemetipſo [7] legatum dari non poteſt, à [te] coherede poteſt. Itaque ſi fundus legatus ſit ei, qui ex parte dimidia heres inſtitutus eſt, & duobus extraneis, ad heredem, cui legatus eſt, ſexta pars fundi pertinet: quia à ſe vindicare non poteſt, à coherede vero ſemiſſario, duobus extraneis concurrentibus, non amplius tertia parte: extranei autem & ab ipſo herede, cui legatum eſt, ſemiſſem, & ab alio herede trientem vindicabunt. §. 2. Alienus ſervus heres inſtitutus legari ipſe à ſe nec totus, nec pro parte poteſt. §. 3. Servo hereditario recte legatur, licet ea adita non ſit: quia *hereditas perſonæ* [8] *defuncti, qui eam reliquit, vice ſungitur*. §. 4. Fundus legatus talis dari debet, qualis [9] relictus eſt: itaq; ſive ipſe fundo heredis ſervitutem debuit, ſive ei fundus heredis, licet confuſione [10] dominii ſervitus exſtincta ſit, priſtinum jus reſtituendum eſt: & niſi legatarius imponi [11] ſervitutem patiatur, petenti ei legatum exceptio doli mali opponetur: ſi vero fundo legato ſervitus non reſtituetur, actio ex teſtamento ſupereſt.

De Civitate.

CXVII. MARCIANUS [lib. XIII Inſtitutionum].

SI quid relictum ſit Civitatibus [12], omne valet: ſive [13] in diſtributionem [14] relinquatur, ſive in opus, ſive in alimenta, vel in eruditionem [15] puerorum, ſive quid aliud.

De verbo precario.

CXVIII. NERATIUS [lib. X Regularum].

ETo modo [16] relictum, *exigo* [17], *deſidero uti des*, fideicommiſſum valet: ſed & ita, *volo hereditatem meam Titii eſſe, ſcio hereditatem meam reſtituturum te Titio.*

De rationibus reddendis.

CXIX. MARCIANUS [lib I Regularum].

SI ſervus *vetitus eſt à teſtatore rationes* [18] *reddere*, non hoc conſequitur, ut ne [19], quod apud eum ſit, reddat, & lucrifaciat, ſed ne ſcrupuloſa [20] inquiſitio fiat: hoc eſt, ut neglegentiæ ratio non habeatur, ſed tantum fraudium [21]. Ideo & [22] manumiſſo non videtur peculium legari per hoc, quod vetitus eſt rationes reddere.

De alienatione ædium, quarum reditus legatus eſt. 1. Si fideicommiſſarii ad diſtractionem conſenſerint. 2. De fructibus fundi legati.

CXX. ULPIANUS [lib. II Reſponſorum].

NIhil proponi, cur prohibeatur heres ædificia diſtrahere [23], quorum [24] reditus ſportulæ [25] ſunt relictæ: ſalva tamen cauſa legati. §. 1. Omnibus [26], quibus fideicommiſſum relictum eſt, ad diſtractionem conſentientibus, nullam fideicommiſſi petitionem ſuperfuturam. §. 2. Fructus ex fundo pure legato, poſt aditam hereditatem [27] à legatario perceptos, ad ipſum pertinere: colonum [28] autem cum herede ex conducto habere actionem.

De particula Cum.

CXXI. MARCIANUS [lib. III Regularum].

SI quis legaverit Titio cum Mævio: & ſine altero alter ad legatum admittitur: Nam & cum dicit Prætor, *ventrem cum* [29] *heredem in poſſeſſionem eſſe jubeo*, etſi non ſint liberi, venter in poſſeſſionem mittetur.

De relicto ad ornatum vel honorem civitatis. 1. Si à quo legatum eſt, non adierit. 2. Si, cui ſub conditione dandi legatum eſt, oneretur fideicommiſſo.

CXXII. PAULUS [lib. III Regularum].

CIvitatibus [30] legari poteſt [31] etiam quod ad honorem ornatumque [32] civitatis pertinet. † *Ad ornatum*, puta quod ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit. † *Ad honorem*, puta quod ad munus [33] edendum venationemve [34], ludos Scenicos [35], ludos Circenſes, [relictum fuerit], aut quod ad diviſionem [36] ſingulorum civium, vel epulum [37], relictum fuerit: hoc amplius, quod in alimenta infirmæ ætatis, (puta [38] ſenioribus [39], vel pueris, puellíſque) relictum fuerit, ad honorem [40] civitatis pertinere reſpondetur. §. 1. *Lucius* [41] *Titius & Gaius Seius Publio Mævio decem dare damnas* [42] *ſunto*: Gaius Seius heres non extitit: Sabinus ait, Titium ſolum legatum debiturum. Nam Seium pro non ſcripto habendum eſſe: hæc ſententia vera eſt: [hoc eſt, Titius tota decem debebit]. §. 2. Eum, cui ſub hac conditione fundus legatus eſt, *ſi centum heredi dediſſet*, ſi tantum [43] ſit in pretio fundi, quantum heredi dare juſſus eſt: non eſt legatarius cogendus fideicommiſſum a ſe relictum præſtare: quoniam nihil [44] ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat, quantum accipit.

Si fideicommiſſarius heredi ſucceſſerit pro parte. 1. De tacito fideicommiſſo.

CXXIII. MARCELLUS [lib. ſing. Reſponſorum].

LUcius Titius, cum duos filios heredes relinqueret, teſtamento ita cavit, *quiſquis mihi liberorum meorum heres erit, ejus fidei committo, ut ſi quis ex his ſine liberis decedat, hereditatis meæ beſſem* [45], *cum morietur, fratribus ſuis reſtituat*: frater decedens fratrem ſuum ex dodrante fecit heredem: Quæro, an fideicommiſſo ſatisfecerit? Marcellus reſpondit, id quod ex teſtamento Lucii Titii fratri teſtator debuiſſet, pro [46] ea parte, qua alius heres extitiſſet, peti poſſe, niſi diverſum ſenſiſſe eum probaretur: nam parvum [47] inter hanc ſpeciem intereſt, & cum [48] alias creditor debitori ſuo exiſtit heres: ſed plane audiendus erit coheres, ſi probare [49] poſſit, ea mente teſtatorem heredem inſtituiſſe fratrem ſuum, ut contentus inſtitutione, fideicommiſſo abſtinere deberet.

§. 1. In teſtamento ita ſcriptum eſt, *Gaio Seio illud & illud heres meus dato: & te rogo, Sei, fideique tuæ mando, uti ea omnia, quæ [ſupra] ſcripta ſunt, reddas ſine ulla mora, ei redderes ipſe* [50]: Quæro, an tacitum [51] fideicommiſſum ſit, cum perſonam teſtator, cui reſtitui vellet, teſtamento non ſignificaverit? Marcellus reſpondit: ſi in fraudem legum tacitam fidem Seius accommodaſſet, nihil ei prodeſſe [poteſt], ſi his verbis paterfamilias cum eo locutus eſſet: non enim ideo circumveniſſe minus leges exiſtimandus eſt, cum perinde incertum ſit, cui proſpectum voluerit.

Pro qua parte heredes teneant.

CXXIV. NERATIUS [lib. V Membranarum].

SI heredes nominatim [52] enumerati, dare quid damnati ſunt, propius eſt, ut viriles [53] partes debeant [54]: quia perſonarum enumeratio hunc effectum habet, ut exæquentur [55] in legato præſtando, qui ſi nominati non eſſent, hereditarias partes debituri eſſent.

De legato præceptionis & bonorum poſſeſſione contra tabulas.

CXXV. RUTILIUS MAXIMUS [lib. ſingul. ad legem Falcidiam].

SI heres centum præcipere juſſus ſit, & reſtituere hereditatem, & patronus bonorum poſſeſſionem contra tabulas petierit: ſicut legata, ita & præceptio pro parte, quam patronus abſtulit, minuetur [56].

De ſubſtituto ut legitimo herede exheredati. 1. De ſubſtitutis poſthumo.

CXXVI. PAULUS [lib. ſingul. de ſecundis tabulis].

AB exheredati ſubſtituto inutiliter legatum datur. Ergo nec à legitimo exheredati fideicommiſſum dari poterit: quod & legitimi eo jure præſtare coguntur, quo, ſi ſcripti fuiſſent. † Sed ſi committente aliquo ex liberis in Edictum Prætoris, quo contra tabulas bonorum poſſeſſionem pollicetur, ſcriptus quoque filius contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit: ſubſtitutus ejus, legata pro modo patrimonii, quod ad filium pervenit, præſtabit, perinde ac ſi id quod per bonorum poſſeſſionem filius habuit, à patre accepiſſet. §. 1. Cum à poſthumo [57] ita legetur, *ſi heres erit*, & non nato poſthumo ſubſtituti adeant: legata eos debere, exiſtimandum [58] eſt, quæ ille, ſi viveret, debiturus erat.

De poſthumo alieno.

CXXVII. IDEM [lib. ſingul. de jure Codicillorum].

AFratris [59] poſthumo fideicommiſſum dari poteſt: ſola enim voluntas [60] ſervatur in fideicommiſſis: & obtinuit Galli [61] ſententia, alienos [62] quoque poſthumos legitimos nobis heredes fieri.

Si tutor pupillam ſuam uxorem duxerit.

CXXVIII. MARCIANUS [lib. II Inſtitutionum].

SI tutor pupillam ſuam contra [63] Senatusconſultum uxorem duxit, illa quidem ex teſtamento ejus capere poteſt, ipſe autem non [64] poteſt: & merito: delinquunt [65] enim hi, qui prohibitas nuptias contrahunt: & merito puniendi ſunt, quod impetrari non [66] poteſt mulieri, quæ à tutore decepta eſt [67].

LIBER

91 *l.* 38. §. 4. *l.* 69. *ff. de legat.* 3. Cuja. *Vid. Anton. Merend. lib.* 4 *controv. cap.* 20. Anſ. Adde Cujac. *lib.* 5 *obſ.* 15. & *lib.* 9 *obſ.* 24. Revard. *lib.* 3 *variar. cap.* 16. n. 1.

92 *l.* 69. §. 1. *ff. de legat.* 2. v. Rodenburg. à Valle, *l. conſil.* 25. *num.* 17. 18 19.

93 Bonorum alienatione vetita excipiuntur in gratiam creditorum pignoris. Cujac. *obſ.* 16. vid. *l.* 2. *C. debite rem conditionem pignor.*

94 Bonorum alienatione vetita excipitur vicuſima: nec enim juſſus teſtatoris fiſco fraudi eſſe debet, quominus fiſcus detrahat vicenſimam. Cujac. *obſ.* 16. An vero id referemus ad vicenſimam rerum venalium vel hereditatis? vide eundem, 9 *obſ.* 24.

95 Nam ſi propter heredis. *Hal.*

96 Dixi 5 *Fend.* 3.

97 Alienationis verbo inſtitutio comprehenditur. adde *l.* 1. *C. de fundo dotali. l. ult. C. de rebus alienis non alienandis.*

98 Tunc enim non eſt voluntaria alienatio. *l.* 69. §. 1. *ff. de leg.* 2.

99 *dict. l.* 69. *in fin.*

100 *l.* 6. §. 2. *in fin. ff. de legat.* 2.

1 Id eſt, citra damnum heredis. *l.* 26. §. 1. *ff. eod.*

2 *l.* 22. *in fin. ff. de leg.* 3.

3 Facit *l.* 11. *ff. de legat.* 3.

4 Fideicommiſſi verba, *Cupio, Opto, Credo te daturum*, adde *l.* 118. *ff. eod.* Paul. 4 *ſent.* 1. §. 6. dixi ad *l.* 2. *C. de codicill. l.* 2. *C. commun. de legat. l.* 10. *C. de fideicommiſſ.*

5 *Al.* confido.

6 *juſtum.* 34 *Eccleſ.* 1. *c.* 105. adde & aliam definitionem. *l.* 36. *ff. de legat.* 2. & §. 1. *Inſtit. eod.*

7 *l.* 18. *l.* 34. §. 11. *in fin. ff. eod.* Ulpian. 24. §. 22.

8 Vid. *l.* 31. *in fin. ff. de heredibus inſtit.*

9 *l.* 45. *in fin. ff. eod.*

10 *l.* 1. *ff. quemadmodum ſervit.*

11 *l.* 75. §. 2. *ff. de legat.* 2.

12 Civitatibus legari poteſt. *l.* 122. *ff. eod.*

13 Civitatibus in eas cauſas legabatur in diſtributionem, opus, ſalimenta, eruditionem puerorum, *ut hic.* & ſimilia, ut ad honorem, & ornatum ejus. vide *l.* 122. *ff. eod.*

14 Diſtributio hæc alias diviſio dicitur, *l.* 122. *ff. eod. ubi vide.* diſtributionis quoq; verbo, intelliguntur aliæ diſtributiones, quæ penſitari ſolent Eccleſiaſticis perſonis, quod ſtatis horis ſolennibus precibus adfuerint. *cap.* 2. §. 1. *de ætate & qualitate. In Clement. cap. unic. de clericis non reſident. in* 6. *cap. licet vobis. de præbend.* 15 Eruditionis is eſt favor, ut in eam relicta valeant. 16 Adde *l.* 11. *ff. de legat.* 3. Gothofr. Vide Govean. *teſt. lib.* 2. *cap.* 18. Anſ. 17 Vid. *l.* 115. *ff. eod.* 18 *l.* 23. §. 2. *ff. de pecul.* vide *l.* 5. §. 7. *ff. de adminiſtr. tutor.* Goth. Vid. Alciat. *lib.* 2 *paradox. cap.* 5. Vacon. *lib.* 4. *cap.* 64. S. L.

19 Rationibus reddendis liberatus reliqua debet reddere, *ut hic.* ut & ipſa rationum volumina. *l. ultim. ff. de liberat. legata.* 20 Rationibus reddendis liberatus, ſcrupuloſe non eſt inquirendus: negligentiæ namque ejus ratio non habetur, ſed fraudis & doli tantum. 21 *l.* 9. *ff. de liberatione.* 22 Rationibus reddendis liberatus & manumiſſus hoc ipſo, quod rationibus reddendis liberatus eſt, peculium ſuum non conſequitur. Hinc etiam colligitur, legatum utile non vitiari per inutilem libertatis dationem. 23 Vide *l.* 49. §. 8. *ff. eod. l.* 21. *ff. de annuis legatis. l.* 38. *ff. de uſu & uſufr.* 24 *Al.* & quorum reditu ſportulæ. *Hal.* 25 Sportulæ quid, vide Budæum in *l.* 19. §. *fi mulier.* 17. *ff. de donat. int. vir. & uxor.* Alciat. 3 *diſputat.* 17. 26 *l.* 11. *C. de fideicomm.*

27 Tunc enim heres eſt in mora dandi legati: ideoque fructus reſtituere tenetur. *l.* 84. *ff. de legat.* 2. adde quædam ex Paulo huic loco non inidonea. 3 *ſent.* 6. §. 64. 28 *l.* 31. *ff. locati.*

29 Dictio *cum* non facit conditionem. *l.* 13. *in fin. ff. de manumiſſ. teſtam.*

30 *l.* 73. *in fin. l.* 117. *ff. eod. l.* 20. *ff. de reg. l.* 1. §. 5. *ff. ad Tubul. l.* 20. *ff. ad Treb. l.* 12 *ff. ut in poſſ. leg.* Ulp. 24. §. 28. Goth. Vid. Porner. *Jeleff. lib.* 2. *cap.* 11. Revard. 2 *var. c.* 16. Anſ.

31 Olim non poterant: neque per alium inſtitui heredes poterant. Ulpian. 22. §. 5.

32 Honor civitatis ab ejus ornatu diſtinguitur. Ad ornatum civitatum hæc pertinent, forum, theatrum, ſtadium: ad honorem vero hæc, muneris editio, venatio, ludi Scenici & Circenſes.

33 Gladiatorium munus intelligo.

34 De venatione adde quæ ſcripſi ad *l.* 4. *ff. de adminiſtr. rer. l.* 5. *ff. de pollicit.* adde *Novell.* 105. *cap.* 1. *ubi dixi.*

35 Ludorum alii Scenici, *l.* 5. §. *interdum. ff. commodat. l.* 2. *l.* 4. *C. Th. de prætor. & quæſt.* alii Circenſes, *l.* 2. *in fin. ff. de bis, qui notantur. l.* 12. §. *equitii. ff. de inſa. l. ff. de muneribus.* v. 18 Iſidor. 12. Suetonius. *Nerone.* 11. dixi de ludis ad *l.* 12 *tabular.* adde Alexand. ab Alexandr. 6 *genial.* 19.

36 Diviſio hic eſt diſtributio. *l.* 117. *ff. eod.* adde *l.* 23. *ff. de annuis.*

37 *l.* 17. *in fin. ff. de cond. & demonſtr.* viſceratione. *l.* 54. *ff. de leg.* 3. Ant. Auguſt. 4 *emend.* 1.

38 Hinc colligit Alciatus, ſtatutum aliquid diſponens in caſum infirmitatis habere locum in caſum ſenectutis. Probata ſenectute, præſumptionem juris eſſe, quod quis ægerſit. vide Alciat. 1 *præſumpt.* 53. Ibidem tradit, præſumptionem eſſe, libidinem in ſenectute minui.

39 Adde *l.* 8. §. 10. *ff. de tranſact.*

40 Quod in alimenta ſenum, puerorum & puellarum relinquitur, ad honorem civitatis pertinet.

41 *l. un.* §. 3. *C. de caduc.*

42 Veteres dicebant *damnas* in plurali, non *damnes*. v. Paul. 3 *ſent.* 6. §. 6. & *ibidem Cujac.* adde *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 3.

43 Adde *l.* 23. *ff. ad leg. Falcid.*

44 Capere non videtur, qui tantum erogat, quantum accipit. vide *l.* 51. *ff. de regulis juris.*

45 Octo uncias duos trientes. *Gothoſ.* v. Lud. Roman. *ſingul.* 546. Anſ.

46 *l.* 50 *ff. de fidejuſſoribus.* 47 *Al.* parum. 48 Confuſio fit pro parte, quoties creditor debitori ſuccedit. *l.* 6. *C. de hereditat. act.* 49 *l.* 85. *ff. de legat.* 2. 50 *Al.* & reddas ipſe.

51 De quo lex 103. *ff. eod.* 52 *l.* 56. *in fin. ff. eod.* Quid, ſi nominatim? vide *l.* 92. *ff. de leg.* 3. *c.*

53 Imo, pro hereditariis conveniendi ſunt. *l.* 17. *ff. de duobus reis.* 54 Et accipiant. §. 6. *Inſt. de hered. inſtit.* 55 Ut ſint pares ejuſdemque conditionis. 56 *l. ult. in fin. ff. de legat.* 3.

57 Nam poſthumo fideicommitti poteſt. *l.* 1. §. 8. *ff. de legat.* 3. 58 Repetitam non videri conditionem, quæ repetita vitiaret legatum, hinc colligunt. dixi ad *l.* 113. §. 4. *ff. eod.*

59 Poſthumo alieno fideicommitti poteſt. §. 26. *Inſt. eod.* 60 *l.* 7. *in fin. ff. de ſepulchrali.*

61 *l.* 29. *ff. de liberis.* 62 Alienus mihi eſt poſthumus, qui fratri etiam eſt poſthumus. 63 *l.* 63. *in fin. ff. de vitu. l.* 2. §. 1. *ff. de bis, quæ ut indign.* vide *titulum Codicis de interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem.* 64 Pœna inter ceteras prohibitas nuptias contrahentis, hæc eſt, ut ex teſtamento jus capiendi non habeat. 65 Prohibitas nuptias contrahere eſt delictum, & ideo puniendum. 66 Pœna ibi imponi non debet, ubi non eſt delictum. 67 Præſumi mulierem à viro decipi hinc colligunt, nimis ſane generaliter: cum hic tantum agatur de pupilla, quæ à tutore ſito decepta fuiſſe dicitur.

LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

[Liber Secundus].

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

De legato in arbitrium alterius collato.

1. Ulpianus lib. IX ad Sabinum.

IN *arbitrium alterius* [1] conferri legatum, veluti [2] conditio [3], potest [4]: quid enim interest [5] *Si Titius in Capitolium ascenderit*, nihil legetur, an, *Si voluerit?* §. 1. Sed cum ita legatum sit, pupillo sive pupillæ, *Arbitrio tutorum*, neque conditio inest legato, neque mora: cum placeat, in testamentis legatum in alterius arbitrium collatum, pro [6] viri boni arbitrio accipi: quæ [7] enim mora est in boni viri arbitrio, quod injectum legato velut certam quantitatem exprimit, pro viribus [8] videlicet patrimonii?

De numero legatorum.

II. Paulus [lib. LXXV ad Edictum].

QUotiens nominatim [9] plures res in legato [10] exprimuntur [11], plura legata sunt: si autem supellex [12], aut argentum, aut peculium, aut instrumentum legatum sit, unum legatum [est].

De conditione quæ est in potestate heredis.

III. Idem [lib. IV ad Plautium].

SI ita legetur, *Heres dare damnas esto, si in Capitolium non* [13] *ascenderit*: utile legatum est, quamvis in potestate ejus sit ascendere, vel non ascendere.

An possit pro parte repudiari, pro parte acquiri.

IV. Idem [lib. VIII ad Plautium].

NEminem ejusdem rei legatæ sibi partem [14] velle, partem [15] nolle, verius est.

V. Idem [lib. VII Quæstionum].

SEd duobus [16] legatis relictis, unum quidem repudiare, alterum vero amplecti posse, respondetur. §. 1. Sed si unum ex legatis onus [17] habet, & hoc repellatur, non idem dicendum est: Pone eum, cui decem & Stichus legatus est, rogatum [18] servum manumittere: si Falcidia locum haber, ex decem utriusque legati quarta deducetur: igitur, repudiato servo, non evitabitur *onus deductionis*, sed legatarius ex pecunia duas quartas relinquet.

VI. Idem [libro singulari ad legem Falcidiam].

GRege autem legato, non potest [19] quædam sperni, quædam vindicari: quia non plura, sed unum legatum est. † Idemque [20] dicemus, peculio legato aut veste [21], aut argento, & similibus.

Si unus ex collegatariis capere non potest.

VII. Idem [lib. VIII ad Plautium].

SI *Titio* [22] & ei [23], qui capere [24] non potest, decem legata sint: quia duobus heres dare damnatur [25], & unus capere non potest, quinque sola Titio dantur.

De servo qui in fuga est. Si cui decem, aut, si noluerit, homo legetur. 2. De amphoris tot ex dolio illo. 3. Si dubitetur, utri dandum sit legatum. 5. De parte hereditatis.

VIII. Idem [lib. IX ad Plautium].

SI quis servum heredis vel alienum legaverit, & is fugisset: cautiones interponendæ sunt de reducendo eo: Sed si quidem vivo testatore fugerit, expensis [26] legatarii reducitur; si post mortem, sumptibus heredis. §. 1. Si ita legetur, *Sempronio decem: aut, si noluerit, hominem Stichum lego*: hoc casu duo legata sunt, sed uni [27] contentus esse debet. §. 2. Si quis legaverit *ex illo dolio amphoras decem*: etsi non decem, sed pauciores [28] inveniri possint, non extinguitur legatum: sed hoc tantummodo accipit, quod invenitur. §. 3. Si inter duos dubitetur de eodem legato, cui potius dari oportet: utputa si *Titio* relictum est, & duo ejusdem nominis amici testatoris veniant, & legatum petant, & heres solvere paratus sit, deinde ambo defendere heredem parati sint: eligere [29] debere heredem, cui solvat, ut ab eo defendatur. §. 4. Certam pecuniam legatam si & legatarius & substituti legatarii peterent, & heres solvere paratus sit: si ambo defendere heredem parati sint, eligere debet heres, cui solvat, ut ab eo defendatur: & si neutrius manifesta calumnia videatur, ei potius solvendum, cui primum [30] legatum est. §. 5. Si cui certam [31] partem hereditatis legavero: Divus *Hadrianus rescripsit*, ut neque pretia manumissorum neque funeris impensa deduceretur.

De parte bonorum.

IX. Modestinus [lib. IX Regularum].

CUm autem pars bonorum ita legatur, *bonorum meorum, quæ sunt, cum moriar*: dos [32] & manumissorum pretia e medio deducenda sunt.

De accessione.

X. Javolenus [lib. I ex Plautio].

CUm fundus nominatim legatus sit, si quid [ei] post testamentum factum adjectum [33] est, id quoque legato cedit, etiam si illa verba adjecta non sint, *qui meus erit*: si modo testator eam partem non separatim possedit, sed universitati prioris fundi adjunxit.

De statu libero. 1. De alternatione.

XI. Pomponius [lib. VII ex Plautio].

STatuliberum ab herede ne tunc quidem, cum dubia sit ejus ex testamento libertas, legatum sine libertate accipere posse, Labeo ait: quia servus ejus [34] esset. sed si heres eandem [35] conditionem legato inserat, quæ libertati à testatore data præposita fuerit, valet legatum. nam & si, cum moreretur heres, servus liber esse jussus esset, recte sine libertate ei ab herede legari posse constitit: quia supervacuum sit, ei libertatem dare, quam ex testamento heredis capturus non sit, sed [ex] testatoris [habet].

§. 1. *Stichum aut Pamphilum, utrum heres meus volet, Titio dato: dum utrum velit dare, eo* [36] *die, quo testamentum meum recitatum erit, dicat*: si non dixerit heres, Pamphilum an Stichum dare malit, perinde obligatum eum esse puto, ac si Stichum aut Pamphilum dare damnatus esset, utrum legatarius elegerit. Si dixerit [37], se Stichum dare velle, Sticho mortuo, liberari eum. Si ante diem legati cedentem alter [38] mortuus fuerit: alter qui supererit, in obligatione manebit. Cum autem semel dixerit heres utrum dare velit, mutare [39] sententiam non poterit: & ita & Juliano placuit.

De pecunia. 1. De legato, cum heres morietur.

XII. Paulus [lib. II ad Vitellium].

SI pecunia legata in bonis legantis non sit, solvendo tamen hereditas sit: heres pecuniam legatam dare compellitur: sive de suo, sive ex [40] venditione rerum hereditariarum, sive unde voluerit. §. 1. Quod ita [41] legatum est, *Heres, cum morietur, Lucio Titio dato decem*, cum incerta die legatum est, ad heredes legatarii non pertinet, si vivo herede decesserit.

De duobus reis. 1. De eo, quod testatori debetur.

XIII. Pomponius [lib. VII ex Plautio].

QUi duos reos ejusdem pecuniæ habet, Titium atque Mævium, ita legavit: *Quod mihi Titius debet, Mævio heres meus dato: quod Mævius* [debet], *Seio dato*: his verbis onerat heredem. nam cum actiones suas heres Mævio præstiterit adversus Titium, videtur Mævius facto ejus liberatus esse: & idcirco Seio heres tenebitur [42]. §. 1. Si is, qui unum reum habebat, quod is sibi deberet, duobus in solidum separatim legasset: oneratur heres duobus satisfacere, uni actione cedendo, alteri pecuniam solvendo [43].

Si servus legatus & liber esse jussus sit. 1. De servo alieno.

XIV. Paulus [lib. IV ad Vitellium].

SI idem servus & legatus [44] & liber esse jussus sit: favor libertatis prævalet [45]. sin autem & in posteriore scriptura legatus est, & evidens [46] ademptio libertatis ostenditur: legatum propter defuncti voluntatem prævalebit. §. 1. Servo alieno [47] herede instituto, post mortem domini ejus, cui adquisita hereditas, & libertatem fideicommissariam dari posse constat.

De alternatione.

XV. Celsus lib. VI Digestorum.

SI quis duobus heredibus institutis, ita legaverit, *Stichum aut decem heredes danto*: non [48] potest alter heredum quinque, alter partem Stichi dare. sed necesse est, utrumque aut Stichum totum aut decem solvere.

XVI. Paulus [lib. VI Digestorum].

SI Titio aut [49] Seio, *utri heres vellet*, legatum relictum est: heres alteri dando, ab utroque liberatur. si neutri dat: uterque perinde petere potest, atque si ipsi soli legatum foret. nam ut Itipulando duo rei constitui possunt, ita & testamento potest id fieri.

De fideicommisso relicto à legatario. 1. Si uni ex libertis legatum sit, nec appareat cui.

XVII. Marcellus [lib. X Digestorum].

SI quis Titio decem legaverit, & rogaverit [50], *ut ea restituat Mævio*, Mævioque fuerit mortuus [51]: Titii [52] commodo cedit, non heredis: nisi [53] dumtaxat ut ministrum [54] Titium elegit. † Idem est, & si ponas usumfructum legatum. §. 1. Si heres damnatus esset, decem uni ex libertis dare, & non constituerit cui daret: heres omnibus [55] eadem decem præstare cogendus est.

De re legatarii.

XVIII. Celsus [lib. XVII Digestorum].

HEredem meum ita tibi obligare possum, ut si, quandoque ego moriar, tuus servus Stichus non erit, dare eum tibi damnas sit.

De alternatione.

XIX. Idem [lib. XVIII Digestorum].

SI is, cui legatus sit Stichus, aut Pamphilus, cum Stichum sibi legatum putaret, vindicaverit: amplius mutandæ vindicationis jus non habet [56]: tanquam si damnatus [57] heres alterutrum dare, Stichum dederit, cum ignoret sibi permissum vel Pamphilum dare, nihil repetere possit [58].

De servo communi è jure accrescendi.

XX. Idem [lib. XIX Digestorum].

ET Proculo placebat, & à [59] patre sic accepi, quod [60] servo communi legatum sit, si alter dominorum omitteret [61], alteri non adcrescere: non [62] enim conjunctim, sed partes [63] legatas: nam ambo si vindicarent, eam quemque [64] legati partem habiturum, quam in servo haberet.

De dote, de verbo reddere.

XXI. Idem [lib. XX Digestorum].

CUm quidam uxori suæ dotem reddidisset, quadraginta ei legare voluisset; & quamquam sciret dotem redditam [65], hoc tamen prætextu usus esset, quasi dotis reddendæ nomine eam summam legaret: existimo, deberi quadraginta: etenim *reddendi* [66] verbum, quamquam significationem habeat retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

Si testator rem legatam, aut ejus partem legatario solverit.

XXII. Idem [lib. XXI Digestorum].

LUcius Titius, in testamento suo, Publio Mævio *militiam* [67] *suam reliquit* [68], *sive pecuniam [ejus]*, *quæcunque redigi ex venditione ejus*

1 An externi? sic putat Augustinus, 4 *emendat.* 15. *in fin.* sed tamen adde *l.* 75. ff. *de legat.* 1. Gothofr. Costal. *lib.* 1 *select.* 21. S. L. Charond. *verosim. lib.* 1. *cap.* 21. Anf.

2 Similitudine probat superiorem sententiam.

3 Veluti conditionem. Cujac. 2 *obs.* 2.

4 Imo, legatum in heredis voluntatem conferri non potest. *l.* 43. § 2 ff *de legat.* 1. Quid aio? Imo potest, si modo non plenum arbitrium ei committas, sed quasi bono viro. *l.* 11. § 7. ff. *de legat.* 3. vid. Cujac. *obs.* 2.

5 Imo multum: nam legatum sub hac conditione, *Si Titius Capitolium ascenderit*, debetur, *l.* 68. ff. *de heredib. instit. l.* 11. §. 1. *l.* 52. ff. *de cond. & demonstr.* sub ea, *si voluerit*, non debetur, *l.* 11. § 7. ff *de legat.* 3. vid. Bart. *hic.*

6 *d. l.* 11. § 7. ff. *de leg.* 3. *l.* 7. ff. *de contrab. empt. l.* 47 §. 1. *in fin.* ff. *de administ. tut.*

7 Præsumi pro ludo & sententia arbitri colligit hinc Alciat. 3 *præs.* 12.

8 *l.* 14. ff. *de annuis.*

9 *l.* 3. ff. *de peculio.*

10 Idem in stipulatione: tot enim sunt stipulationes, quot res sunt. *l.* 29. ff. *de verb. oblig.*

11 *Sub.* conjunctim, non disjunctim. *l.* 27. ff. *eod.*

12 *l.* 6. *in fin.* ff. *eod.*

13 Vide *l.* 7. ff. *de cond. & demonst.*

14 Vasalli catalogum cogi dominum seu patronum universum adprobare, hinc colligit Molinæus, *in consuet. Paris. de mattere feudale.* §. 35. *n.* 28.

15 Legatarius pro parte adquirere unum vel idem legatum potest, pro parte vero repudiare non potest. *l.* 38. ff. *de leg.* 1.

16 Ex diversis causis, *l.* 101. §. 1. ff *de leg.* 1. adde *l.* 10 ff. *de usu & & usufr. leg.*

17 *l.* 15. *in fin.* ff. *de alimentis.*

18 *d. l.* 36. §. 3. ff. *ad l. Falcid. l.* 22. ff. *de fideicomm. libert.*

19 Non possunt. *Hal.* adde *l.* 38. ff. *de leg.* 1.

20 Cur? hæc cum legantur, unum corpus videtur legatum.

21 *l.* 2. ff. *eod.*

22 Qui capere potest.

23 Puta Mævio.

24 *l.* 34. §. 9. ff. *de leg.* 1.

25 De legato damnationis vide Ulpian. 24. §. 4.

26 *l.* 108. ff. *de legat.* 1.

27 *Al.* uno.

28 *l.* 65. *l.* 108. §. 10. ff. *de leg.* 1.

29 Gratificari heres uni collegatario potest, ubi collegatarii pares sunt per omnia. vid. Bald. *hic.*

30 *l.* 6. C. *de legatis.* Præsumitur enim in dubio magis pro instituto, quam pro substituto. *Bald.*

31 Legatarius certæ partis hereditatis, non partis bonorum, subjicitur oneribus, *ut hic.* & *l.* 9. ff. *eod. l. ult.* ff. *de usu & usufr.*

32 *l.* 104. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

33 Accedit quod res legata legatario cedit, & ad legatarium pertinet. *Bart.* Ampliatis per testatorem legati finibus, legatum ampliatur. *Bald.* Imo non augetur, *l.* 7. ff. *de aur.* sed ibi vox *meum* legatum restringit ad tempus testamenti.

34 Heredis. *l.* 9. ff. *de statulib.*

35 Heres non legat statu libero, nisi sub conditione libertatis, vel nisi fiat liber per mortem heredis. *Bald.*

36 † lectionem ad tempus usque concedens post tempus videtur eadem revocare, & alteri concedere. Terminus a testatore præstitutus, per emptorius est, *ut hic.* ut & contrahentibus. *l.* qui *Jundum.* 40. ff. *de contr. empt.*

37 *l.* 84. §. 9. ff. *de legat.* 1.

38 *l.* 47. § 3. ff. *de legat.* 1.

39 *d.* § 9. *l.* 20. ff. *de optione.* Electio facta ex ultima voluntate, libera voluntate mutari non potest. *Bald.* Cur? an propter translationem dominii, ut vult Accursius? an quod ultimæ vitam tales pendere non debeant, ut Bald. *arg. l. receptum est.* 18. ff. *comm. præd.*?

40 *l.* 26. ff. *famliæ.* Pecuniæ legatario debetur pecunia numerata, licet in bonis testatoris non sit inventa, sed sola immobilia. *Bald.*

41 Legatum in mortem heredis collatum non transmittitur, si legatarius vivo testatore decesserit. *l.* 4. ff. *quando dies legat.*

42 Quando facto heredis debitor liberatur, imputatur heredi. *Bald.*

43 Cur? jura cessa uni non possunt postea cedi alteri. *l. unic.* §. 11. C. *de caducis.*

44 Eadem scil. scriptura: & ita duo quoties simul eadem scriptura relinquuntur, quæ simul valere non possunt, valet favorabilius, *Bald. l.* 16. *l.* 18. *in fin.* ff. *de vulgari. l.* 94. *in fin.* ff. *de cond. & demonstr. l.* 10. *in fin. l.* 40. ff. *de manumiss. testam.*

45 Excipe casum *l.* 37. ff. *eod.*

46 V. *l.* 50. ff. *de fideicomm. libert.*

47 *l.* 16. ff. *de fideicomm. libert.*

48 In diversis rebus non potest fieri solutio. *Bald.* adde *l.* 85. ff. *de verb. obl. l.* 8. *in fin.* ff *de legat.* 1 *l.* 34. §. 1. ff. *de solutionibus.*

49 Vide *l* 9. ff. *de duobus reis.*

50 Legatarius rogari de legato restituendo potest. *Goth.* Expositionem hujus leg. v. apud Emmanuel. Merill. *lib.* 1 *observ. c.* 22. A. C.

51 *l.* 60. ff. *eod. l.* 38. §. 6. ff. *de leg.* 3. *l. unic.* §. 4. & 9. *vers. sin autem. C. de caducis.*

52 Legem Papiam ea tantum vindicare, quæ apud heredem remansura sunt, non quæ apud legatarium, hinc colligit Cujac. 5 *ad Afric. ad l.* 60. ff. *eod.* 5 *Harmenop.* 10. §. 26. ff. *de alim.*

53 *l.* 8. ff. *de alimentis.*

54 Qui à Græcis vocatur ὑπηρέτης. *de*

56 Cur ita? vide

57 Dixi ad Ulpian. 24. §. 14.

58 Nihil repetere potuerit. *Hal.* Imo potuit, *l.* 19. §. 3. ff. *de cond. indeb.* vide Cujac. 8 *obs.* 35.

59 Patris sui opinionem & sententiam defendere pulchrum est, eamque auctoritatibus aliis defendere, *ut hic.* & *l.* 29. ff. *eod.* discedere tamen ab ea jure possumus. *l.* 3. §. 7. ff. *de condict. causa data.*

60 An proprietas? an usufructus? non usufructus: vide *l.* 1. §. 1. ff. *de usu.* ergo proprietas. Cur ita? non ideo certe, quod usufructus personæ servi cohæreat; nam, si ita esset, nunquam à persona, ut personale quoddam discederet.

61 Omittimus delata, amittimus adquisita: omissa proprietas, vel omissus usufructus, alteri adcrescit; amissa non adcrescit, amissus non adcrescit. vide Cujac. 5 *ad Afric. fol.* 69.

62 Imo adcrescit. *l.* 1. §. 1. ff. *de usufr. adcrescendo.*

63 *l.* 80. ff. *de leg.* 3.

64 *l.* 50. ff. *de leg.* 1.

65 §. 15. *Inst. eod.* 4. 3. C. *de falsa causa.*

66 *l.* 100. ff. *de leg.* 3. *l.* 94. ff. *de verb. sign.*

67 Militia est officium eorum, qui in aliqua schola inter statuta relati sunt, ex quo commoda & salaria a Principe consequuntur.

68 Poterat enim interdum militia relinqui. *l. ult.* C. *de pign.*

ejus potuerit, cum suis commodis: sed cum supervixit testamento Lucius Titius, militiam vendidit, & pretium exigit, & dedit [68] ei, cui illam militiam vel pretium ejus testamento dari voluerit: post mortem Lucii Titii iterum Publius Mævius vel militiam vel pretium ejus ab heredibus Lucii Titii exigebat. Celsus existimo pretium militiæ præstari non oportere: nisi legatarius ostenderit, testatorem, & post factam solutionem, iterum eum pretium militiæ accepere voluisse: Quod si non totum [69] pretium militiæ, sed partem vivus testator legatario dedit, reliqui superesse exactionem; nisi heres [&] ab hoc decessisse testatorem ostenderit: onus [70] enim probandi mutatam esse defuncti voluntatem, ad eum pertinet, qui fideicommissum recusat.

De alternatione. De usufructu rei legatæ.

XXIII. MARCELLUS [lib. XIII Digestorum].

Licet Titio jumenta Seianum, vel usumfructum fundi Seiani lego: potest legatarius vel fundum vindicare [71], vel fructum: quod facere non potest is, cui tantum fundus [72] legatus est.

De legato in voluntatem heredis collato.

XXIV. ULPIANUS [lib. II Fideicommissorum].

CUm quidam ita fideicommissum reliquisset, *rogo testimonio liberti mei quibus* [73] *voles:* Marcellus putavit, posse heredem & indignum [74] præferre. At si ita, *huc quos dignos putaveris:* petere posse ait eos, qui non offenderint. Idem ait, si neminem [75] eligat, omnes ad petitionem fideicommissi admitti videri, quasi jam præsenti die datum, cum sic relinquitur [*quibus voles*], nec ulli offerat. Plane, si cæteri defuncti sunt, superstiti dandum, vel heredi ejus, si prius, quam peteret, decessit. Scævola autem notat, si omnes petere potuerunt, cum nulli offertur, cur non [76] & qui decesserunt, ad heredem transmiserunt? utique, si uno petente jam eligere non potest, cui det? videtur enim Marcellus, cum fideicommissum ita relinquitur, *ex libertis cui voluero*, arbitrari, nisi offerat, cui heres velit, & statim offerat, sine aliquo scilicet intervallo, statim competere omnibus [77] petitionem: cum igitur omnibus competat, merito notatus est, cur superstiti soli putet dandum: nisi forte antequam justum tempus prætereat, quo potuit eligere, cui potius offerat, cæteri decesserint.

XXV. MARCELLUS [lib. XXV Digestorum].

SI tamen quibusdam absentibus præsentes petent [78], cum præsenti die relictum sit fideicommissum, causa cognita [79] statuendum est, explorandumque an & alii sint petituri.

De usufructu rei legatæ.

XXVI. IDEM [lib. XVI Digestorum].

SI, cujus in servo proprietas erat, fructuario [80] herede instituto, alicui eum servum legavit: non potest heres doli mali exceptione uti, si legatarius vindicare servum vellet non relicto heredi usufructu.

De alternativo.

XXVII. CELSUS [lib. XXXIV Digestorum].

Si illud [81] *aut* [82] *illud* legatum sit, unum legatum est: si sub contrariis conditionibus aliud atque aliud legatum est, unum [83] legatum esse arbitramur: neque refert, & heredum, & eorum, quibus legatum est, diversas personas esse: veluti si ita legatum est, *si Nerva consul factus erit, Titius heres Attio fundum: si non erit Nerva consul factus, Seius heres Mævio centum dato.*

De parte debita patrono.

XXVIII. MARCELLUS [lib. XXIX Digestorum].

CUm patronus ex debita parte instituta, fideicommissum relictum ab eo præstare non cogitur [84]: si omiserit institutionem, qui eam partem vindicant, utrum eodem modo retinere, an vero præstare debeant fideicommissum? & magis est, deberi fideicommissum: quoniam* quod illius personæ præstaretur, hoc nequaquam ad [85] alium pertinere deberet.

Si legatarius oneratus fideicommisso, non accipiat legatum. 1. De relicto ab herede qui non adivit.

XXIX. CELSUS lib. XXXVI Digestorum.

PAter [86] meus referebat, cum esset in consilio Duceni Veri Consulis itum in sententiam suam: ut, cum Oracilius Catulus, filia ex asse herede instituta, liberto ducenta legasset, petissetque ab eo, ut ea concubinæ ipsius daret, & libertus, vivo testatore, decessisset, & quod ei relictum erat, apud filiam remansisset, cogeretur [87] filia id fideicommissum concubinæ reddere.

§. 1. Quod alicujus heredis nominatim fidei committitur, potest videri ita demum dari voluisse, si ille extitisset heres.

§. 2. Si [88] filio heredi pars ejus, à quo nominatim legatum est, adcrevit: non [89] præstabit legatum, quod jure antiquo [90] capit.

De relicto in tutelam viæ, non adscripta certa quantitate.

XXX. IDEM lib. XXXVII Digestorum.

QUidam in testamento ita scripsit, *Reipublicæ Graviscanorum* [91] *lego in tutelam viæ* [*reficiendæ*], *quæ est in colonia eorum, usque ad viam Aureliam:* Quæsitum est, an hoc legatum valeat? Juventius Celsus respondit, Propemodum quidem imperfecta est hæc scriptura, *in tutelam* [*Aureliæ*] *viæ:* quia summa adscripta non est. Potest tamen videri tanta summa legata, quanta ei rei sufficeret: si modo non apparet, aliam fuisse defuncti voluntatem, aut ex magnitudine ejus pecuniæ, aut ex mediocritate facultatium, quam testatrix reliquit: tunc enim officio [92] Judicis, secundum æstimationem patrimonii, & legati quantitas definiri potest.

De his, qui manumitti non possunt, legatis ut manumittantur.

XXXI. MODESTINUS [lib. I Regularum].

SI quis [93], quos non poterit [94] manumittere, legavit, ut manumitterentur: nec legatum nec libertas valet.

Relictum quando præstari debet. 1. De fundo detento à legatario ante conditionem impletam. 2. De his, quæ in fundo erunt. 3. De legato, quidquid in horreo erit. De herede legatarii fideicommisso, relicto familiæ.

XXXII. IDEM [lib. IX Regularum].

OMnia, quæ testamentis sine die vel conditione adscribuntur, ex die [95] aditæ hereditatis præstentur [96]. §. 1. Fundum ante conditionem completam ab herede non traditum, sed à legatario detentum [97], heres vindicare cum fructibus poterit [98].

§. 2. Cum ita legatur, *illi hoc amplius fundum illum cum* [99] *omnibus rebus, quæ in eo fundo erunt*, mancipia [100] quoque continentur.

§. 3. Cum ita legatur, *quidquid in horreo meo erit*; & is, cui legatum est, ex iebus non legatis, ignorante eo, ampliandi [1] legati sui gratia, in horreum intulerit: quod illatum est, non videtur esse legatum. §. 4. Quod à legatario petitum erat, *ut alii restitueret*: si legatarius decedat, heres [2] quoque ejus id, quod legatum est, præstare debebit. §. 5. Species nominatim legatæ, si non reperiantur [3], nec dolo heredis deesse probentur [4]: peti ex eodem testamento non possunt. §. 6. In fideicommisso, quod *familiæ* [5] relinquitur, hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui [6] nominati sunt [7]: aut post omnes eos extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo testator moreretur, & qui [8] ex his primo gradu procreati sint: nisi specialiter defunctus ad ulteriores voluntatem suam extenderit.

Qui & pro qua parte præstant legata.

XXXIII. IDEM [lib. IX Responsorum respondit].

LEgatorum petitio adversus heredes pro partibus hereditariis [9] competit: nec pro his qui solvendo non sunt, oneratri coheredes oportet [10]. §. 1. Qui plures heredes instituit testamento, à quibusdam nominatim relinquit legata: postea codicillos ad omnes heredes scripsit: Quæro, quæ [11] legata debeantur? Modestinus respondit, cum manifeste testator testamento expresserit, à quibus heredibus legata præstari vellet, licet codicillos ad omnes scripserit, apparet tamen ea, quæ codicillis dedit, ab his [12] præstanda esse, quos munere [13] fungi [14] debere testamento suo ostendit testator.

De fideicommisso, peto, ut servum tuum manumittas, cum tot capita servorum tibi in codicillis legavero. 1. *De heredibus jussis accepere a semetipsis.* 2. *De domino fideicommissarii, qui divisioni quasi testis interfuit.* 3. *De his, quæ testator in prætorium uxoris transtulerat.* 4. *De conditione implenda.* 5. *De dote filiæ relictæ.* 6. *De eo, quem testator dixit esse onera sustentaturum, & legata præstaturum.* 7. *De his, quæ testator dixit futura heredis post mortem ejus, qui reliquerat.*

XXXIV. IDEM [lib. X Responsorum].

TItia cum testamento facto decederet, heredibus institutis Mævia & Sempronio filiis suis ex æquis partibus, petit à Mævia, ut Stichum servum suum manumitteret, in hæc verba: *a te autem, Mævia filia carissima, peto, ut Stichum servum tuum manumittas, cum in ministerio tuo tot capita servorum tibi hu codicillis legavero*: nec legavit [15]. Quæro, quid his verbis relictum videatur: cum ut supra cautum est, duobus heredibus institutis defunctam testatricem, & mancipia hereditaria duarum personarum fuisse; & codicillis nihil relictum sit de præstandis mancipiis; nec possit utile fideicommissum putari, quod datum non sit, cum legasse se dixerit, nec adjecerit legati speciem, nec ab herede, uti præstarentur mancipia, petierit? Modestinus respondit, ex verbis consultationi insertis Mæviam neque legati, neque fideicommissi petitionem habere, neque libertatem servo suo dare compelli. §. 1. Lucius Titius in testamento suo ita cavit: Ὀκταβιάνῃ Στραλονίκῃ τῇ γλυκυτάτῃ μου συμβίῳ χαίρειν. Βούλομαι αὐτῇ πιστεύειν ἑαυτὸν λαβεῖν χωρὶς Γαΐζας σιτοδοσίας ἃ ὠφείλησάς μοι πάσας. Ὀκταβιάνε Ἀλεξάνδρε τοῦ γλυκυτάτου μοι υἱοῦ. Ἐξαιρετον βούλομαι αὐτὸν παρ' ἑαυτῷ λαβεῖν σύγκτησιν [16] οἰκονόμεσον [17] Κομιανὸν, σὺν αἷς ἐχῇ ὑπάρχεις πάσας. Id est, *Octaviane Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ salutem. Volo eam à se* [18] *ipsa accipere villam Gazam cum impositionibus* [19] *suis omnibus. Octaviano Alexandro dulcissimo filio meo salutem. Præcipuum volo eum accipere syntheſin ſteriliorum* [20] *villarum cum impoſitionibus ſuis.* Quæro, an hujusmodi scriptura integrum prædium singulis datum esse videatur, an vero partem hereditariam duntaxat contineat: cum inutiliter à semetipso quemque eorum, quam habebat, partem accipere voluit? Modestinus respondit, non sic [21] interpretandam scripturam, de qua quæritur, ut fideicommissum inutile fiat. Item quæro, si integrum prædium relictum esse videtur, an pretium portionis fratri & coheredi solvendum sit? ut hoc ipso, quod à [22] semetipso accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Item respondit, ad solutionem pretii fideicommissarium minime compellendum. §. 2. Lucia Titia [23] intestata moriens, à filiis suis per fideicommissum alieno servo domum reliquit: post mortem filii [ejus] iidem qui heredes cum diviserunt hereditatem matris, diviserunt etiam domum: in qua divisione dominus servi fideicommissarii *quasi* [24] *testis* adfuit: Quæro, an fideicommissi persecutionem adquisitam sibi per servum, eo quod interfuit divisioni, amisisse videatur? Modestinus respondit, fideicommissum ipso jure amissum non esse [25], quod ne repudiari [26] quidem potest: sed nec per doli exceptionem summovetur: nisi evidenter apparuerit, omittendi fideicommissi causa hoc [eum] feciſſe.

§. 3. Gaius Seius, [cum domum suam] haberet, & in prætorio [27] uxoris suæ transtulisset, quasdam res de domo sua in eodem [28] prætorio [29] transtulit: ibique post multos dies decedens, testamento uxorem suam heredem & alios complures reliquit: quo testamento significavit verba, quæ infra scripta sunt: *In primis sciant heredes mei, nullam pecuniam esse penes* [30] *uxorem meam. Sed nec aliud quidquam. Ideoque hoc nomine eam inquietari nolo*: Quæro, an ea, quæ vivo eo in prætorio uxoris ejus translata sunt, communi heredi tati vindicari possunt; & an secundum verba testamenti præscribi coheredibus possit à parte uxoris defuncti? Modestinus respondit, si ea, quæ in domum seu prætorium uxoris defunctus transtulit, præcipua ad eam pertinere voluit, nihil proponi, cur voluntate [31] ipsius standum non sit [32]. Necesse igitur habet mulier [33], talem

---

68 Legata vivus testator prælocare potest, *l. 1. §. 11. C. cod.* si præstiterit mortuo heredum pecunia petita non poterunt: non enim præsumitur legatum duplicare voluisse, *l. 6. de annuis* at non hereditas. *vide l. 1. §. pro emptore.*

69 Totum habet, cui nihil deducitur. Partis exercitio, partis alteratio executionem non fallit.

70 *l. 11. §. 12. §. de legat. 3.* vid. quæ scripsi ad *l. 22. §. de probat.*

71 Dixi ad Ulpian. 24 §. 14.

72 Alternative totum vel pars, ubi legatur, utrumque est in obligatione. adde *l. 34. in fin. §. de leg. 1. l. 10. §. de usu & usufr. l. 2. §. de optione. v. l. 10. in fin. §. de jure dot.*

73 *Volo* verbum sui natura liberam tribuit potestatem. adde *l. 46. in pr. §. de fideic. lib. l. 7. §. 1. §. de rebus dub.* Jaf. *l. si fr. 75. §. de leg. 1.*

74 Indignus potest eligi.

75 *l. 17. in fin. §. cod. l. 67. §. 7. l. 77. §. §. cod. l. 21. in fin. §. de statulib.*

76 *l. 4. 17. in fin. §. cod.*

77 *l. un. C. de his qui ante apert.*

78 *Al.* petant.

79 Interim dum absunt alii. facit *l. 4. §. de reb. auct. jud.*

80 Testator, legando rem simpliciter, intelligitur legare proprietatem. *Bald.*

81 *l. 8. §. 2. §. de leg. 1. l. 25. §. quando dies leg.*

82 Aliud erit, si ita legetur, *illud & illud.* v. *l. 2. §. cod.* adde quæ scripsi ad *l. 29. §. de verb. oblig.*

83 Adde *l. 2. §. de in diem addict.* Unum *dicitur*, quod finaliter unum est. *Bald.*

84 *Al.* cogatur.

85 *l. 12. l. 13. §. solute. l. 1. §. 1. §. de jure immunitis. l. 68. l. 196. §. de reg. jur. c. 7. de reg. jur. in 6. §. 6. Inst. de jure nat.*

86 *Al.* Celsus pater meus.

87 *l. 9. §. de usu. v. l. 1. §. 43. §. de aqua quotidiana & æstiva.* Legata quasi caduca adcrescunt cum onere. *Bald.*

88 *Al.* Unde si filio.

89 Hoc, jure antiquo receptum erat, ante rescriptum Divi Severi, *l. 61. in fin. §. cod.* hodie aliud constitutum est. *l. 74. in fin. §. de legat. 1.*

90 Jus antiquum vocat, quod ante legem Papiam. *l. unic. C. de caducis.*

91 Livius 41: Plenis religionum animis prodigia insuper nunciata: Tusculi facem in cœlo visam, Gabiis ædem Apollinis, & privatæ ædificia complura, Graviscis muxum portamque de cœlo tacta.

92 *l. 89. §. 4. §. de jure dot.*

93 Puta minor. *v. l. 4. §. de servis exportandis.*

94 Quos non potuit. *Hal.* quos non poterat.

95 Vide *l. 7. §. quando dies legatorum.* Notat hic Bald. quadruplicem cessionem legatorum. Primam quoad transmissionem. *l. un. §. 5. C. de caducis.* Secundam quoad dominii translationem. *l. 86. §. 2. §. de leg. 1.* Tertiam quoad actionem nascentem. Quartam quoad præstationem.

96 Ante igitur non debentur legata, nec præstantur.

97 Legatarius non potest invadere rem legatam sub conditione: & si invadit, interim vindicatur ab eo. *Bald.*

98 Cur ita? v. *l. 12. in fin. §. de usufr.*

99 *l. 88. In pl. l. 78. §. 2. l. 93. §. §. de leg. 3.*

100 Rerum appellatione continentur personæ, vide quæ notavi ad *l. 1. §. de rebus cred.*

1 V. *l. 18. §. §. de instructo.*

2 *l. 40. §. §. ad Treb.*

3 *l. 26. §. 1. §. de legat 1.* Quæ non reperiuntur, præsumuntur non esse. *Bald.*

4 Dolum vel culpam qui allegat, probationis onus sustinet.

5 Adde *l. 54. §. ad leg. Falcid.* Familia & agnatio quo ordine admittenda sit ad bona, quæ vel ex fideicommisso, vel quæ primigenio debentur, vel agnationi, vide Covarruv. 1 *practic* 38.

6 Nomine proprio ad substitutionem vocati à testatore, cæteris præferuntur: censentur enim magis dilecti.

7 Suo ordine, scilicet quatenus proximiores.

8 Repræsentatio est in fideicommissis: filius ingreditur locum patris defuncti, ut adversus Baldum post glossam, Angelum, Puteum, Imolam, Alexandrum, Socinum, Bertrandum, Ruinum, Cravetam, Chassaneum, Durantium, Decium, Gozadinum, Molineum, Fabium de Eugubio, & Corneum, refert Cephalus, 1 *conf. 161 num. 29.*

9 *l. 44. §. cod. l. 4. in fin. §. de legat. 1. l. 98. §. de leg. 3.*

10 Ubi agitur personali, non hypothecaria. v. hic Bald. vide quæ scripsi ad *l. 2. C. de hered. act.*

11 *Al.* qui.

12 V. *l. 13. §. de alimentis.*

13 Forte, quos eo munere fungi.

14 Fungi munere legati est legatum præstare, *l. 2. §. ad Treb.* sed fungi munere Falcidiæ dicitur, qui Falcidiam patitur. *l. 77. §. 1. §. cod.*

15 Onus injunctum prætextu alicujus emolumenti, non debetur, si illud emolumentum non detur. *Bald.*

16 Σύγκλητος *hic, & l. alumnæ. 30. §. Titia. 1. §. de admend.* Glossis Massa, quod & verbum eadem significatione est in Novella Leonis & Anthemii, *Novella de bonis vacantibus.* ut communi inquiunt jure Gestiana massa, de qua quæritur, prædictæ dominæ illustri restituatur. Est autem σύγκλητος *hic, & l. 30. §. 1. §. de ædimendo legatis.* multæ prædia vicina ac

---

se continentia. Qua ratione dici existimant Syntheſin vestium, *l. 38. §. de auro.* Vasorum, Martial. Statius *Sylvar. 4.* Q. Serenus Sammonicus, *c. de lumbricis, & cap. de venenis.* Massa terræ frequenter apud Gregorium libris Registri legitur, Galli *Mestairie.*

17 Vide *l. ult. §. 17. §. de muneribus.*

18 Testator legatario jus conferre potest legati non ab herede, sed per se, hoc est, à semetipso capiendi: ita restringe *l. 1. §. 2. §. quorum legatorum.* non tamen auferendi ab ipso herede jam possessore. Clarus 3 *sent.* 68 Porro eam partem expresse auferre potest vel tacite: Expresse, ut §. *cod.* Tacite, si eum testator faciat executorem testamenti, si vetet heredem molestiam ullam inferre legatario in re legata: si voluit legatum libere ad legatarium pervenire: si rem legatario tradidit; aut eam apud eundem scivit esse sine vitio. vide Ripensem ad *l. 1. §. quod legatorum. num. 11. 12. 13. 14.*

19 ὑπάρχεις. Entheca quid sit, vide *l. 2. §. de instructo.*

20 Σύγκλητον ἀγωνοφόρον. Ἀμνοφόρον. *Hal.* alii ἀγωνοφόρου, ut sit plantæ genus, Arist. 9 *de nat. anim.* hic interpres videtur legisse ἀφόρων κομῶν vel magis ὑπόρων quo verbo fœnea possessio intelligitur in Novellis. vide quæ dicam ad *l. ult. C. de fundis patrim.* vide Petr. Fabrum, 2 *Agonisticon* 17.

21 Verba testatoris à proprietate detorqueri possunt, ne alioquin legatum inutile fiat. *Bart.*

22 Vide *l. 18. §. 34. §. 11. l. 116. §. 1. §. de legat. 1.* Ulpian. 24. §. 22.

23 Vide Johann. Decher. *lib. 1 select. quæst. 51.* Anf. Adde Nicol. Vall. *de reb. dub. tract. 10.* Cujac. *lib. 3 observ. cap. 12.* S. L.

24 Qui divisioni tanquam testis adfuit, repudiare jus, quod in ea potest prætendere, censetur. vide Bart. *l. 34. in fin. §. soluto.*

25 Imo videtur amissum, *l. 26. §. 1. in fin. §. de pignor.*

26 Imo repudiari potest, *l. 7. §. de legat. 1.* vide Cujac. 3 *observat. 11.* quod nec repudiatum. *Haloand.*

27 *Al.* prætorium.

28 *Al.* in idem prætorium.

29 Villa urbana. Prætoriæ prædia voluptati deserviunt. *l. 198. §. de verbor. signif.*

30 De hac dictione vide *l. 63. §. de verbor. signif.*

31 Voluntati ipsius.

32 Cur ita? vide *l. 69. §. de legat. 3.*

33 Imo non mulier, sed heres, *l. 18. §. de auro.*

talem voluntatem fuisse testatoris ostendere: quod nisi fecerit, in hereditate mariti & hæc remanere oportet. §. 4. Si ea conditione libertо 34 fideicommissum relictum est, *ne 35 à filiis ejus recederet*; & 36 per tutores factum est, quo minus conditionem impleret: iniquum est, eum, cum sit inculpatus, emolumento fideicommissi carere. §. 5. Qui, invita filia, de dote egerat, decessit, eadem illa exheredata, filio herede instituto, & ab eo fideicommissum filiæ dotis nomine reliquit: quæro, quantum a fratre mulier consequi debeat? Modestinus respondit: Quod in primis est, non 37 esse consumptam de actionem mulieri, cum patri suo non 38 consenserit, utique non ignoras: sic enim res explicatur, ut, si quidem major 39 quantitas *in priore* dote fuit, illius petitione sit tantummodo mulier contenta: quod si in summa dotis nomine legata amplius sit, quam in dote principali, compensatio 40 fiat usque ad eandem summam, quæ concurrit; & id tantummodo, quod excedit in sequenti summa, ex testamento consequatur: non 41 est enim verisimile patrem duplici præstatione dotis filium eumdemque heredem onerare voluisse; præterea cum 42 putaverit se efficaciter, licet non consentiente filia, instituisse adversus generum de dote actionem. §. 6. Lucius Titius, relictis duobus filiis suis heredibus diversi sexus institutis, addidit caput generale, *uti legata & libertates ab his heredibus suis præstarentur*: quadam 43 tamen parte testamenti à filio petit, ut omne onus legatorum in se sustineret, in hunc modum: [*ex*] *quæcunque in legatis reliqui vel dari præcepi, ab Attiano filio meo & herede dari præstarique jubebo* 44: deinde subjecit in præceptione relinquenda filiæ suæ hæc verba: *Paulinæ filiæ meæ dulcissimæ si quid me vivo dedi, comparavi, sibi habere jubeo: cujus rei quæstionem fieri veto, & peto à te filia carissima, ne 45 velis iratus, quod ampliorem substantiam fratri tuo reliquerim, quem 46 scis magna onera sustentaturum, & legata, quæ supra feci, præstaturum*: Quæro, an [ex] his extremis verbis, quibus cum filia sua in testamento pater locutus est, effectum videatur, ut hereditariis actionibus [id est] omnibus filium suum oneraverit; an vero jam 47 solum propter onus legatorum locutus 48 esse videatur, petitiones autem hereditariæ in utrumque heredem creditoribus dari debeant? Modestinus respondit, ut actiones creditorum filius solus 49 excipiat, jussisse testatorem, non proponi 50.

§. 7. Titia cum nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quasdam alias res: postea decedens Codicillis ita cavit: Ἐάν Σάϊον τὸν ἄνδρα μου παραλάβῃ Δημοῖ σοι, ὦ θύγατερ· ᾧ βούλομαι δοθῆναι εἰς βίου χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν μετοχὴν 51 κώμης Νακλώων, ὡς ἐφθασα δεδωκέναι, εἰς φερνήν, σὺν σώμασι τοῖς ἐμεγερμένοις τῇ φερνῇ· ἢν δὲ μὴ παραλάβῃ αὐτὸν ἕτερ ὃν μισθὸν ἐπιχλιθῶσαι αὐτὸν ἀεὶ τῇ φερνικῇ· ἔστω δὲ μὴ πλὴν τελοῦντι αὐτῇ σὲ, καὶ τὰ τέκνων σου. Id est, *Gaium Seium virum meum commendo tibi ô filia: cui volo dari ad vitæ usum & fructum, participationem Castelli Nacleorum quam præveni dedisse in dotem cum corporibus, quæ inferuntur dotі: & in nihilum molestari eum de dote: erunt enim post mortem ejus tua, & filiorum tuorum*: præterea alia multa huic [eidem] marito legavit, ut, quandiu viveret, haberet. Quæro, an propter hæc, quæ codicillis ei extra dotem relicta sunt, possit post mortem Gaii Seii, ex causa fideicommissi, petitio filiæ & heredi 52 Titiæ competere, & earum rerum nomine, quas in dotem Gaius Seius accepit? Modestinus respondit: Licet non ea verba proponuntur, ex quibus filia testatricis fideicommissum à Gaio Seio, postquam præstiterit, quæ testamento legata sunt, petere possit: tamen nihil prohibet, propter voluntatem 53 testatricis, post mortem Gaii Seii fideicommissum peti.

Si uxori legetur, quæ usus hujus causa parata sunt.

XXXV. IDEM [lib. XVI Responsorum respondit].

LEgatis uxori, quæ usu ejus causa parata sunt, eos servos ad eam non pertinere, qui non proprii ipsius, sed communis 54 usus causa parti 55 sunt.

Describtio legati.

XXXVI. IDEM [lib. III Pandectarum].

L*Egatum* est donatio 56 testamento 57 relicta 58.

Si servus legetur & liber esse jubeatur.

XXXVII. JAVOLENUS [lib. I ex Cassio].

QUi testamento inutiliter 59 manumissus est, legari eodem testamento potest: quia totiens efficacior est libertas legato, quotiens utiliter data est.

De eo, quod servus legatus adquirit.

XXXVIII. IDEM [lib. II ex Cassio].

QUod servus legatus ante aditam hereditatem adquisivit, hereditati 60 adquirit.

De ædificio impositо areæ legatæ.

XXXIX. IDEM [lib. III ex Cassio].

SI areæ 61 legatæ, post testamentum factum, ædificium impositum est: utrumque debebitur, & solum, & superficium 62.

De legato duobus servis unius.

XL. IDEM [lib. I Epistularum].

[SI] duobus servis meis eadem res legata est, & alterius servi nomine ad me eam pertinere nolo, totum 63 ad me pertinebit: quia partem alterius [servi 64 per alterum servum adquiro, perinde ac si meo & alterius] servo esset legatum.

De jure adcrescendi. 1. De dote.

XLI. IDEM [lib. VII Epistularum].

M*Ævio fundi partem dimidiam, Seio 65 partem dimidiam lego, eundem fundum Titio 66 lego*: si Seius decesserit, pars ejus utrique adcrescit: quia cum separatim 67 & partes fundi, & totus legatus sit, necesse est, ut ea pars quæ cessat, pro portione legati cuique eorum, quibus fundus separatim legatus est, adcrescat. §. 1. A me heredi 68 uxori meæ ita legatum est, *Quidquid propter Titiam ad Seium 69 dotis nomine pervenit, tantum pecuniam Seius heres meus Titiæ det*. Quæro, an deductiones impensarum fieri possint, quæ fierent, si de dote ageretur? Respondit: Non dubito, quin uxori suæ 70, quod ita legatum est, *A te heres peto, quidquid ad te per venisset, ut tantum et dares*, tota dos sine 71 ratione deductionis impensarum mulieri debeatur. † Non autem idem jus servari debet ex testamento extranei, quod servatur in testamento viri qui dotem uxori relegavit: hæc enim taxationis loco habenda est, *Quidquid ad te pervenit*; illic autem, ubi vir uxori relegat, id videtur legare, quod in judicio dotis [mulier] consecutura fuerit.

Si non capax solidi oneretur fideicommisso.

XLII. IDEM [lib. XI Epistularum].

CUm ei, qui 72 partem 73 capiebat, legatum esset, ut 74 alii restitueret: placuit solidum 75 capere posse.

De legato, quantum heres habebit. 1. Vel, quanti unus heres habebit. 2. De fructibus fideicommissi in diem relicti. 3. De alternatione.

XLIII. POMPONIUS [lib. III ad Quintum Mucium].

SI ita relictum fuerit, *Quantum heres 76 meus habebit, tantum Titiæ dari volo*: pro eo est, quasi ita scriptum sit, Quantum omnes 77 heredes habebunt. §. 1. Quod si ita fuerit: *Quantum unus heres habebit, tantum Titiæ heredes meos dare volo*: minor 78 pars erit accipienda, quæ venit in legato. §. 2. Pegasus solitus fuerat distinguere, si in diem fideicommissum relictum sit, veluti post annos decem: interesse, cujus causa tempus dilatum sit, utrumne heredis, quo casu heredem fructum retinere debere; an legatarii, veluti si in tempus pubertatis ei, qui impubes sit, fideicommissum relictum sit, tunc 79 enim fructus præstandos & antecedentis temporis: & hæc ita intelligenda sunt, si non 80 nominatim adjectum est, ut cum incremento heres fideicommissum præstet. §. 3. Si ita scriptum sit, *Decem aut quindecim heres dato*: pro eo est, ac si decem 81 sola legata sint; aut si ita sit, *Post annum, aut post biennium, quam ego decessero, heres dato*: post biennium 82 videtur legatum, quia heredis 83 esset potestas in eligendo.

De legato, heres meus damnas esto. 1. *De eadem summa bis legata.*

XLIV. IDEM [lib. IV ad Quintum Mucium].

SI pluribus heredibus institutis, ita scriptum sit, *Heres meus 84 damnas esto dare aureos quinque*: non quilibet heres, sed omnes videbuntur damnati, ut una quinque dent. §. 1. Si ita legatum fuerit, *Lucius Titius heres meus, Titiæ quinque aureos dare damnas esto*; deinde 85 alio loco ita, *Publius Mævius heres meus Titiæ quinque aureos damnas esto dare*: nisi Titius 86 ostenderit adimendi 87 causa à Publio legatum esse relictum, quinos 88 aureos ab utroque accipiet.

De filiis & filiabus. 1. De repudiatione legati conditionalis vel in diem. 2. De conditione nuptiarum.

XLV. IDEM [lib. VIII ad Quintum Mucium].

SI ita sit scriptum, *Filiabus 89 meis centum aureos do*: an & masculini generis & fœminini liberis legatum videatur? nam si ita scriptum esset, *Filiis meis hosce tutores do*, responsum est, etiam 90 filiabus tutores datos esse: quod non 91 est ex contrario accipiendum, ut filiarum nomine etiam masculi contineantur: *exemplo* enim *pessimum* est, *fœminino 92 vocabulo etiam masculos contineri.*

§. 1. Si sub conditione, vel ex die certa, nobis legarum sit: ante 93 conditionem vel diem certum, repudiare non possumus: nam nec pertinet ad nos, antequam 94 dies veniat vel conditio existat. §. 2. Si pater filiæ suæ testamento aureos tot heredem dare jusserit, *ubi 95 ea nupsisset: si filia nupta sit 96*, cum testamentum fit, sed absente patre & ignorante, nihilominus legatum debetur: si enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis sensisse.

De eo quod quis debet.

XLVI. PROCULUS [lib. V Epistularum].

SI scripsisset, qui legabat, *Quidquid mihi Lucium Titium dare facere oportet, Sempronio lego*; nec adjecit, *præsens in diemve*: non dubitarem, quantum ad verborum significationem 97 adtineret, quin ea pecunia comprehensa non esset, cujus dies, moriente eo qui testamentum fecisset, nondum venisset. adjiciendo autem hæc verba, *Præsens in diemve*: aperte mihi videtur ostendisse, eam quoque pecuniam legare voluisse.

De duobus exemplariis.

XLVII. IDEM lib. VI Epistularum.

SEmpronius Proculus Nepoti suo salutem. Binæ 98 tabulæ testamenti eodem tempore exemplarii 99 causa scriptæ, ut volgo 100 fieri solet, ejusdem patrisfamilias proferuntur; in alteris centum, in alteris quinquaginta aurei legati sunt Titio: quæris, utrum & 1 quinquaginta aureos, an centum duntaxat habiturus sit? Proculus respondit: In hoc casu [magis] heredi parcendum est; ideoque utrumque legatum nullo modo debetur, sed tantummodo quinquaginta aurei.

De dote relegata. 1. De herede demente.

XLVIII. IDEM lib. VIII Epistularum.

LIcinius Lucusta Proculo suo salutem. Cum faciat conditionem in releganda dote, ut si mallet uxor mancipia, quæ in dotem dederit, quam pecuniam numeratam recipere: si ea mancipia uxor malit, nunquid etiam ea mancipia, quæ postea ex his mancipiis nata sunt, uxori debeantur, quæro 2? Proculus Lucustæ suo salutem. Si uxor mallet mancipia, quam dotem accipere: ipsa mancipia, quæ æstimata in dotem dedit, non 3 etiam partus mancipiorum ei debebuntur. §. 1. Bonorum possessione dementis curatori data, legata à curatore, qui furiosum defendit, peti poterunt: sed qui petent, cavere 4 debebunt, *si hereditas evicta fuerit, quod legatorum nomine datum sit, redditus 5 sit.*

De

---

34 Idem dicendum, si maritus uxori alimenta legaverit sub ea conditione, si cum liberis suis vixerit. Prohibita enim uxor cum suis liberis morari, ab eorum tutore relictum etiam consequetur.

35 *l.* 30. §. 5. *ff. de legat.* 3.

36 Quod fit à persona repræsentante, videtur fieri à persona repræsentata. *Bald.*

37 Dotis actio mulieri seu filiæ non consumitur, qua invita pater de dote agit.

38 Invitus dicitur, qui non consensit.

39 *l.* 22. §. 3. *l.* 37. §. *fulut.*

40 Compensandi animo in dubio quisque intelligitur legare potius, quam donandi: præsumitur compensandi voluntas magis quam donandi.

41 Præsumi non debet testator voluisse heredem duplici præstatione onerare.

42 Præsumitur quisque id facere, quod jure valet, & valere potest.

43 Specialis ut ita dispositio deroget generali. *Bart.*

44 *Al.* jubeo.

45 Verba adulatoria non inducunt fidecommissi petitionem. *Baldus.*

46 Hæc verba, ut superflua, non vitiant rei veritatem. *l.* 32. §. 6. *ff. de auro.*

47 *Al.* eam.

48 *Al.* allocutus.

49 Imo is intelligitur oneratus, qui præcipere justus est. *l.* 107. *ff. de leg.* 1.

50 Nam propter generalia verba non est verisimile in dubio velle testatorem à speciali provisione recessisse. *Bald.*

51 Μέτοχὴ quæ hic dicitur, non est participatio, sed universitas prædiorum uno clausa septo, auctore Suida illo Davidis loco, ἐς ἡ μέτοχή ὥστε ἐστὶ τὸ αὐτό. cujus conceptum in semet revolvitur: qua oratione summa civium conjunctio significatur.

52 Vide *l.* 22. *C. de legat.*

53 *l.* 7. *in fin. ff. de supellectile.*

54 Vide *l.* 10. *ff. de auro.*

55 *Al.* parati.

56 34 *Ecleg.* 1. §. 1.

57 Imo, & codicillis legatum relinqui potest. *C. de his, quæ pœnæ nomine testamento, vel codicillis relinquuntur.*

58 Ab herede præstanda, *arg. l.* 5. *C. eod.* §. 1. *Inst. eod.* Ad hanc definitionem, v. Cujac. *hic. in paratit.* adde aliam definitionem legati ex *l.* 116. *ff. de leg.* 1.

59 Puta in fraudem creditorum. *l.* 44. §. 7. *ff. de legat.* 1.

60 Hereditati adquirit servus hereditarius, quidquid adquiritur, hoc est, quidquid adquiritur ante aditam hereditatem, id hereditati adquirit. *l.* 91. §. 6. *ff. de leg.* 1. 61 *l.* 44. §. 4. *ff. de leg.* 1. 62 Superficii vox reperitur in *l.* 32. *ff. de jure dot.* & in indice titulorum de superficiis. 63 *l.* 58. *in fin. l.* 60. *eod.* 64 Inclusa in quibusdam codicibus desunt. 65 Hic Seius & Mævius verbis conjuncti. *Goth.* Vide in hanc leg. Govean. *lib.* 1 *lect. cap.* 13. Petr. de Bellapert. Castr. & Bart. *hic.* Ans. Adde Alciat. *lib.* 7 *parerg. cap.* 9. Duaren. *de jure acrescendi. cap.* 13. Cujac. *lib.* 24 *obs.* 35. S. L.

66 Hic re tantum conjunctus est. 67 Atqui non est inter eos jus adcrescendi inter quos nulla est conjunctio. *argum. l.* 20. *ff. eod. l.* 1. *ff. de usufructu. adcrescend.* 68 *Al.* herede.

69 Vide omnino ad hunc locum Antonium Fabrum, 1 *conjectur.* 3. 70 *Al.* tuæ (similis est error, in *l. ex asse.* 28. *ff. ad Trebell.*) Et ita legendum demonstrant verba hæc sequentia, quidquid ad te pervenisset. Utique enim dixisset Javolenus quidquid ad me pervenit, si de legato testatoris uxori relicto intellexisset.

71 Imo quasdam impensas deducet. *l.* 5. *ff. de dote.*

72 *l.* 16. §. 15. *ff. ad Trebell.*

73 Legari incapaci potest, ut restituat legatum capaci, *ut hic.* & *l.* 28. *ff. de leger* 3. *l.* 16. §. 15. *ff. ad Trebell.*

74 Puta orbo. Dixi ad Ulp. 13. *l.* 16. §. 12. *ff. ad Trebell.* vel uxori & viro. vide Ulpianum *tit. de decimis.*

75 Solidum, totum, atque integrum, est id, quod deductionem patitur nullam. Seneca 2 *de benefic.* Ut beneficia tua illibata, ut integra ad eos quibus promissa sunt, perveniant, sine ulla, quod aiunt, deductione.

76 Relatio facta ad heredem complectitur omnes heredes. *Bald. dub.*

77 Ergo ille dimidiam, reliqui heredes aliam partem dimidiam habituri sunt.

78 Nam in dubio minimum accipiendum est, *l.* 39. §. 6 *ff. de legat.* 1. imo minimum non est accipiendum. *l.* 17 *ff. de leg.* 1. *l.* 38. *ff. de auro.*

79 *l.* 3. §. 2. *in fin. ff. de usuris. l.* 21. §. 2. *in fin. ff. de annuis. l.* 78. §. 12. *ff. ad Trebell.*

80 *l.* 63. §. 4. *ff. ad Trebell.*

81 Est enim hæc summa minor, *l.* 12 *l.* 83. §. 3. *l.* 109. *ff. de verb. obligat.* facit *l.* 39. §. 6. *ff. de leg.* 1. vide *c.* 30. *de regul. in* 6.

82 Hoc enim tempus debitori commodius est. *d.* §. 6.

83 Imo legatarii, *l.* 22. *ff. eod.* dixi ad Ulp. 24. §. 14.

84 Indefinita vox æquipollet universali collective non distributive, *Bart. Bald.* Goth. facit *l.* 23. *ff. de verb. urb. prad.* vide de Kinschot, *rep.* 2. *n* 19. Ans.

85 Ubi sunt diversæ orationes, & diversi heredes gravati, quilibet per se de diversa summa gravatus intelligitur. *Bald.* vel sic, Si uni ex diversis heredibus quantitas relinquitur in dubio, ab utroque debebitur tota. *Bald.*

86 Heres fidicet, imo non is, sed legatarius probare debet. *l.* 29. *ff. de jure datium.*

87 Facit *l.* 2. *ff. de adimendis.*

88 *l.* 113. §. 2. *ff. de leg.* 1.

89 *l.* 5 *Harmen.* 10. §. 3.

90 *l.* 16. §. 1. *ff. de testam. tut.* vide *l.* 116. *ff. de verbor. sign.*

91 Vide Horom. *conf.* 6.

92 *l.* 81. *ff. de legat.* 3. vide quæ notavi ad Novell. 134. *c.* 9.

93 Renunciari juri nondum competenti non potest. adde *l.* 13. *ff. de adquir. hereditate.* 94 *l.* 1. §. 11. *ff. quod legatorum.*

95 De hac voce, *ubi*, junctа verbo futuri temporis, vide Bartolum in *l.* 1. *ff. de cond. & demonstr.* 96 Jam factа sunt, quæ conditionis loco ponuntur, & nescit testator, præsentia debentur. *l.* 1. *ff. de condit. & demonstr.* 97 Cui in dubio, nisi contrarium probetur, tribuitur. *l.* 69. *ff. de legat.* 3. 98 §. 13. *Inst. de testament.* Goth. Vide Cujac. *lib.* 14 *observat.* 7. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *cap.* 212. S. L. 99 *Al.* exemplaris. Quid? Exemplarium, seu exemplar, etne originale, seu primaria scriptura, ut putat Accursius & Bartolus? An id, quod ex aliquo transcriptum est, ut Ferrand. 1 *explicat.* 33? 100 *l.* 1. §. 5. *ff. secund. tab.* §. *sed & unum. Inst. de test.* 1 *Al.* centum & quinquaginta. 2 ἀπορώτερος; seu reticentia, figura est, quotiens id tacetur, quod facile intelligi potest. Idem accidit quoties JCti proponunt quæstionem, nec respondent. Nam si affirmando proposuerunt quæstionem, intelligimur respondere etiam affirmando: ceu negative, negando. *l.* 31. §. 1. *ff. de reb. cred.* 3 *l.* 14. *in fin. ff. de usufr.* 4 *l.* 8. *ff. si cui plus quam per leg. Falcid.* 5 Redditus iri.

De morte animalis legati. 1. *De tessera frumentaria.* *De militia.* 2. *De re cujus commercium legatarius,* 3. *Vel heres non habet.* 4. *De oneribus partis accrescentis.*

XLIX. PAULUS [lib. V ad leg. Juliam & Papiam].

MOrtuo bove, qui legatus est, neque corium [6], neque caro [7] debetur [8]. §. 1. Si Titio frumentaria [9] tessera [10] legata sit, & is decesserit: quidam putant extingui legatum. sed hoc non est verum: nam cui tessera vel militia legatur, æstimatio videtur legata. §. 2. Labeo [11] refert, agrum cujus commercium non habes, legari tibi posse, Trebatium respondisse. quod merito [12] Priscus Fulcinius falsum esse aiebat. § 3. Sed [13] Proculus [ait], si quis heredem suum eum fundum, cujus commercium is heres non habeat, dare jusserat ei, qui ejus commercium habeat: putat heredem obligatum esse (quod verius est) vel in ipsam rem, si hæc in bonis testatoris fuerit: vel, si non est, in ejus æstimationem. §. 4. Si testator dari quid jussisset, aut opus fieri [14], aut munus dari: pro portione sua eos præstare, quibus pars hereditatis adresceret, æque atque cætera legata, placet.

6 *l.* 20 *ff. quib. mod. usufr.* vide *l.* 33. § 5 *ff. de legat.* 1.

7 *l.* 30 § 2. *ff. de usufruct.* & 30. *ff. quib. mod. usufr.*

8 Aliud est, si vindicari bos poterat. *l.* 49 *in fin. ff. de rei vind.* *l.* 14. §. 2. *ff. de condict. furt.*

9 *l.* 52. §. 1. *ff. de judiciis.* Tessera frumentaria est, signum frumentarium, quo exhibito frumentum certa portione à principe dabatur, *l.* 87. *ff. eod.* vide Turneb. 19 *adverf.* 26. hinc tesserarii qui annonam dividebant, vide Cujac. 6 *observ.* 33. *in fin.* vide Covarruviam, & *variarum* 1. n. 9. *& seq.*

10 Vel tribus. *l.* 35. *ff. de leg.* 3.

11 Vide Cujac. *Inst. cod. l.* 34. *ff. de verb. oblig.*

12 Imo, immerito. vide quæ notavi ad *l.* 34. *ff. de verb. oblig.*

13 Quasi diceret, multum interest, utrum stipuler rem, cujus commercium non habeo; an promittam. Priori casu, inutilis est mihi stipulatio: altero utilis est. *l.* 34. *ff. de verb. oblig.*

14 Damnari heres potest, ut alii domum extruat. vide Paul. 3 *sentent.* 6. §. 10.

15 *l.* 36. §. 1. *l.* 77. *ff. de condit. & demonst.* dixi ad *l.* 9. *C. de fideicomm.*

16 §. 1. *Inst. de singul. rebus per fideic. relict.*

17 *l.* 75. *in fin. ff. de legat.* 1.

18 Juliam & Papiam, ut inscriptio hujus loci indicat.

19 Genus loquendi observa, *cum quando*: alias alterutra sufficit.

20 *Subaudi*, per legem. Posse enim dicimur, quæ per leges possumus.

21 Ut *l.* 9. *ff. de cond. & demonstr.*

22 Parentum appellatione non semper veniunt adoptivi, *l.* 76. *ff. de cond. & demonstrat.* aliter quam in *l.* 8. *ff. de in jus vocando.*

23 Etiam à fisco. vide Cujac. 1 *ad Afric. fol.* 8.

24 Id est, cum unus heres onerarus est. facit *l.* 20. §. 8. *ff. fam. l.* 46. *ff. solut.*

25 Quid? compensandi animus num præsumitur? vide *l.* 34. §. 5 *ff. eod. l.* 6. *C. de hered. instit. l.* 85. *ff. eod.* Goth. Pro intellectu legis vid. Surd. *decis* 90. *n.* 5. *in fin.* Ans.

26 *Al.* de dote.

27 Testator potest unum heredem gravare restitutione dotis.

28 *l.* 8. *ff. ad leg. Falcid.*

29 Tota dos computatur in ære alieno: unde non detrahitur Falcidia de dote sed de residuo. *Bald.*

30 Adde *l.* 49. *in fin. ff. de leg.* 1.

31 Confines fundos interdum supra justam æstimationem emimus. *l.* 1. §. 15. *ff. si quid in fraudem patroni. l.* 36. *ff. de bonis libert.*

32 Id quod interest sæpe excedit justam rei æstimationem. 33 *l.* 31. *ff. de hered. inst.* 34 Princeps solutus est legibus caducariis, quia sunt odiosæ, vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. ad leg. Falcid.* Goth. Vide Goveau. *lib.* 2 *variar. c.* 31. S. L. Baldus. aliud est in Augusta. *l.* 57. *ff. eod.* 35 Quia licet Imperator moriatur, dignitas tamen Imperatoris & ejus officium non moritur. 36 Atqui Principe mortuo non deficit, *l.* 56. *ff. eod.* iisdem autem privilegiis, quibus Princeps, Augusta ejus uxor fruitur, utitur. *l.* 32. *ff. de legib.* Cur tam varie? vel ideo quod dignitas Augustæ mediatam causam habet, & à mariti dignitate dependet: eoque nomine successorem in Augustæ dignitate non habet.

De substitutione. 1. *De eo quod quis debet alternate,* 2. *Vel simpliciter.*

L. MARCELLUS [lib. XXVIII Digestorum].

VT heredibus substitui potest, ita etiam legatariis [15]. videamus, an idem fieri possit, & cum [16] mortis causa donabitur: ut id promittat ille alteri, si ipse capere non poterit? quod magis est: quia in posterioris quoque persona donatio confertur.

§. 1. Si Titius mihi Stichum aut decem debeat, & legavero tibi Stichum quem mihi debet: placet extingui [17] legatum, decem solutis. & si diversis, alii decem, alii Stichus legatus fuerit: ex eventu solutionis legatum valet. §. 2. Cum ita legatum est, *Quantam pecuniam heres meus à Titio exegerit, tantam Mævio dato:* si sub conditione legatum est, antequam exacta pecunia sit, legatarius agere non potest: quod si statim dies legati cedit (ut Publicius recte putat), legatarius agere potest, ut actiones præstentur.

De capacitate. 1. *De adoptione.*

LI. ULPIANUS lib. VIII ad legem Juliam & Papiam.

SI ita quis testamento suo cavisset, *Illi, quantum plurimum per legem* [18] *accipere potest, dari volo:* utique tunc, cum [19] quando capere potuerit, videtur ei relictum. Sed & si dixerit, *Quam maximam partem dare possum* [20], *damnas esto heres meus ei dare:* idem erit dicendum. §. 1. Is, cui *in* [21] *tempus liberorum* tertia pars relicta est, utique non poterit adoptando [22] tertiam partem consequi.

De capacitate.

LII. TERENTIUS CLEMENS lib. III ad legem Juliam & Papiam.

NOn oportet [23] prius de conditione cujusquam quæri, quam hereditas legatumve ad eum pertineat.

De eo, quod mulieri relictum est pro dote.

LIII. IDEM [lib. IV ad leg. Juliam & Papiam].

CUm ab uno [24] herede mulieri pro dote, compensandi [25] animo, legatum esset, eaque dotem suam ferre, quam legatum maluerit: utrum in omnes heredes, an in eum solum, à quo legatum est, actio ei dote [26] dari debeat, quæritur? Julianus, in eum [27] primum, à quo legatum sit, actionem dandam putat: nam cum aut suo jure, aut judicio mariti contenta esse debeat, æquum esse, eum, à quo ei maritus aliquid pro dote legaverat, usque ad quantitatem legati onus hujus æris alieni sustinere, reliqua parte dotis ab heredibus ei præstanda. §. 1. Eadem erunt dicenda, si heres instituta pro dote, omiserit hereditatem, ut in substitutum actio detur: & hoc verum est. §. 2. Sed de legatis & legis Falcidiæ ratione belle dubitatur, utrum is [28], in quem solum dotis actio detur, legata integra ex persona sua debeat, perinde ac si omnes heredes dotem præstarent: an dotem totam in ære [29] alieno computare, quia in eum solum actio ejus detur. quod sane magis rationem habere videtur.

De conditione, si tantum dederit legatarius, quanti res valet.

LIV. IDEM [lib. XIII ad leg. Juliam & Papiam].

SI cui fundus [30] centum dignus legatus fuerit, *Si centum heredi vel cuilibet alii dederit:* uberrimum videtur esse legatum. nam alias intereset legatarii fundum potius habere, quam centum: *sæpe enim confines [31] fundos etiam [32] supra justam æstimationem interest nostra adquirere.

Si legatarius collegatario successerit. 1. *De servo hereditario.*

LV. GAIUS [lib. X^mo II^do ad leg. Juliam & Papiam].

SI Titio & mihi eadem res legata fuerit; & is die cedente legati decesserit, me herede relicto, & vel ex mea propria causa, vel ex hereditaria legatum repudiavero: magis placere video, partem defecisse. §. 1. Si eo herede instituto, qui vel nihil, vel non totum capere potest, servo hereditario legatum fuerit: tractantibus nobis de capacitate [33], videndum est, utrum heredis an defuncti persona, an neutrius spectari debeat? Et post multas varietates placet, ut, quia nullus est dominus, in cujus persona de capacitate quæri possit, sine ullo impedimento adquiratur legatum hereditati: atque ob id omnimodo ad eum pertineat, quicunque postea heres extiterit, secundum quod accipere potest: reliqua autem pars ad eos, qui jure vocantur, venit.

De Principe.

LVI. IDEM [lib. XIV ad leg. Juliam & Papiam].

QUod Principi [34] relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus est, ex Constitutione Divi Antonini, successori ejus debetur [35].

De Augusta.

LVII. JUNIUS MAURICIANUS [lib. II ad legem Juliam & Papiam].

SI *Augustæ* legaveris, & ea inter homines esse desierit: deficit, quod ei relictum est [36]. sicuti Divus Hadrianus in *Plotinæ*, & proxime Imperator Antoninus in Faustinæ [37] *Augustæ* persona constituit, cum ea ante inter homines esse desiit, quam testator decederet.

37 Uxoris suæ.

Si legatarius rem ex parte voluerit.

LVIII. GAIUS [lib. XIV ad leg. Juliam & Papiam].

SI cui res legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit suam esse: totam [38] adquirit.

Si legatur domino & servo, vel duobus servis ejusdem.

LIX. TERENTIUS CLEMENS [lib. XV ad legem Juliam & Papiam].

SI mihi pure, servo meo vel pure, vel sub conditione eadem res legata est [39]; egoque legatum, quod mihi datum est, repudiem, deinde, conditione existente, id quod servo meo legatum est, vellem ad me pertinere: partem legati deficere, responsum est: nisi si quis dubitet, an existente conditione [40], si servus vivat, omnimodo legatum meum fiat, quod semel ad me pertinere voluerim: quod [41] æquius esse videtur. † Idem est, & si duobus servis meis eadem res legetur.

38 Quia pro parte adquirere, pro parte repudiare non potest *l.* 38. *ff. de legat.* 1. Partis acceptatio, reliquum ad se trahit. *Bald.*

39 Eo casu diversa jura in meam personam conveniunt.

40 Sub qua legatum est servo meo.

41 Quando plura jura concurrunt, imo repudiato non repudiatur alterum. *Bald.* adde *l.* 40 *ff. eod.*

Si fideicommissum à legatario relictum deficiat.

LX. ULPIANUS [lib. XVI ad leg. Juliam & Papiam].

IUlianus ait: Si à filio herede legatum sit Seio, fideique ejus commissum [fuerit] sub conditione ut Titio daret, & Titius pendente conditione decesserit: fideicommissum deficiens [42] apud [43] Seium manet, non ad filium heredem pertinet: quia * *in fideicommissis potiorem causam habere eum, cujus fides electa sit, Senatus voluit.*

42 Si fideicommissum deficit, legatum remanet penes legatarium, nec transit ad heredem. *Bart.*

43 Vide *l.* 16. *l.* 17. *ff. eod.*

De oneribus portionis accrescentis.

LXI. ULPIANUS [lib. XVIII ad legem Juliam & Papiam].

SI Titio & Mævio heredibus institutis, qui quadringenta reliquebat, a Titio ducenta legaverit, & quisquis heres esset, centum; neque Mævius hereditatem adierit: trecenta [44] Titius debebit. §. 1. Julianus quidem ait, si alter ex legitimis heredibus repudiasset portionem, cum essent ab eo fideicommissa relicta, coheredem ejus non esse cogendum fideicommissa præstare: portionem enim ad coheredem sine onere pertinere: sed post [45] rescriptum Severi, quo fideicommissa ab instituto relicta, a substitutis debentur [46], & hic [47] quasi substitutus cum suo onere consequetur adcrescentem portionem.

44 Si portio minus gravata magis gravatæ accedit, augetur legatum. *Bald.*

45 Aliud erat ante rescriptum. *l.* 29. *in fin. ff. eod.*

46 *l.* 74. *ff. de legat.* 1.

47 Cui portio jure adcrescendi adquiritur.

De fideicommisso relicto à domino heredis.

LXII. LICINIUS RUFINUS lib. IV Regularum.

SI alienus [48] servus heres institutus fuerit, à domino ejus fideicommissum relinqui potest [49]. sed ita hoc fideicommissum dominus præstare debet, si per servum factus sit heres. quod si, antequam jussu ejus adiretur hereditas, servus manumissus fuerit, & suo arbitrio adierit hereditatem: dominus id debiturus non est, quia heres factus non est; nec servus, quia rogatus est [50]: itaque utilis actio hoc casu competit, ut is [51], ad quem emolumentum hereditatis pervenerit, & fideicommissum præstare compellatur [52].

48 Puta Titii.

49 Cuivis, puta tertio.

De re in funus consumpta.

LXIII. CALLISTRATUS [lib. IV Edicti monitorii].

SI heres rem legatam ignorans [53], in funus [54] consumpsit: ad exhibendum actione non tenebitur: quia nec possidet, nec dolo malo fecit, quo minus possideret. sed per in factum [55] actionem legatario consulitur, ut indemnitas ei ab herede præstetur.

50 *Al.* non est.

51 Puta servus manumissus.

52 Atque ita non gravatus fideicommisso, convenitur ut commodum sentiens: & onus injunctum domino petitur actione utili ex testamento ab ejus servo manumisso adeunte hereditatem. *Bald.*

De mutua substitutione omissa. De conjecturis.

LXIV. PAPINIANUS [lib. XV Quæstionum].

CUm proponebatur, in scriptura fideicommissi, quod pluribus sub conditione fuerat relictum, per errorem omissam mutuam substitutionem, quam testator in secundis tabulis, cum eosdem substituisset, expressit: Divi Marcus & Commodus Imperatores rescripserunt, voluntatem manifestam [56] videri mutuæ factæ substitutionis: etenim in causa fideicommissi, utcunque precaria voluntas quæreretur, conjectura potuit admitti.

53 *l. ult. in fin. ff. cod. l.* 9. §. 4. *in fin. ff. ad exhib. l.* 25. §. 2. *in fin. ff. ad Trebell. l.* 1. §. 17. *in fin ff. ut legatorum.*

54 Ignorantia heredis rem legatam in alium usum convertentis, eum excusat a dolo: non eum tamen a præstatione æstimationis liberat. *Bald.*

55 *l.* 48. *ff. eod.*

56 Fideicommissaria substitutio probatur per conjecturas, *Bald.* Probari septem testibus voluntatem testatoris omissam errore notarii, hinc colligunt. vide plura apud Mininger. 4 *observ.* 98. Goth. Vide Jul. Clar. §. *testamentum. q.* 56.

De peculio, de familia. De lecticariis. De pedissequis. 1. *De quadriga.* 2. *Si servo legato libertas post tempus reliquatur.*

LXV. IDEM [lib. XVI Quæstionum].

PEculium legatum augeri [57] & minui potest, si res peculii postea esse incipiant aut desinant. † Idem in familia erit, sive universam familiam suam, sive certam, veluti urbanam [58] aut rusticam, legaverit, ac postea servorum officia [59] vel ministeria mutaverit. † Eadem sunt, lecticariis aut pedissequis legatis.

§. 1. *Quadrigæ* [60] legatum, equo postea mortuo [61], perire quidam ita credunt, si equus ille decessit, qui demonstrabat [62] quadrigam [63]: sed si medio tempore deminuta suppleatur [64], ad legatarium pertinebit. §. 2. Titio Stichus legatus, post mortem Titii libertatem accepit: & legatum adita [65] hereditate, & libertas post mortem Titii competit [66]. † Idemque est, & si morienti Titio liber esse jussus est. §. 3. Si tamen Titio, ex parte heredi instituto, servus legatus [sit], & post mortem ejus liber esse jussus sit, sive adierit hereditatem Titius [67], sive non adierit, post cujus mortem libertas ei data est, defuncto eo, libertas competit.

57 §. 20. *Instit. hoc tit. l.* 8. *ff. de pecul. legato.* crescit, decrescit, moritur, homini simile est. vide *l.* 40. *ff. de pecul.*

58 V. *l.* 79. *ff. de legat.* 3.

59 Adde *l.* 65. §. 1. *ff. de leg.* 3.

Si heres legatario legaverit. 1. *De eadem re duobus testamentis legata.* 4. *Si heres sepelierit in loco legato.* 5. *De re legata in testamento & in codicillis.* 6. *De usufructu, & servitutibus fundi legati, & ceteris præstationibus.* 7. *De nuda proprietate legata à municipibus.*

LXVI. IDEM [lib. XVII Quæstionum].

MÆvius fundum mihi ac Titio sub conditione legavit, heres autem ejus eundem sub eadem conditione mihi legavit: rerendum esse Julianus ait, ne exstante [68] conditione pars eadem ex utroque testamento mihi debeatur. Voluntatis tamen quæstio erit: nam incredibile videtur, id egisse heredem, ut eadem portio bis [69] eidem debeatur. Sed verisimile [70] est, de altera parte eum cogitasse. "Sane Constitutio Principis, qua placuit, *eidem sæpe legatum*

60 Quadriga, biga, triga, Latinis est numerus quaternarius, binarius, ternarius. Græci eodem modo συνωρίδα, τελεσφόρια dicunt. Marcellus Empiricus quadrigam vocat τὸ τελεσφόρικον

medicorum. Propertius *lib.* 3 vocat quadrigam Caystri, urbes Ephesum, Smyrnam, Colophonem, Miletum, & vetus poëta, *Triga mihi paucos inter delecta sodales, Triga sodalitii, pars haec magna mei.* Hæc Josephus Scaliger in 3 *Propertii.* 61 *l.* 58. *ff. pro socio.* 62 ὁ καλλιστεύων ἐν ὄχλοις, Χαιρήμων. *Theoph.* §. 10. *de leg. Aquil.* 63 Cur ita? Collige ex *l.* 34. *in fin. l.* 38 §. *ultim. ff. de ædilit.* quam vide. 64 *l.* 10. *in fin. l.* 11. *ff. quibus modis usufr.* adde *l.* 22. *ff. de legat.* 1.

65 *l.* 25. *ff. de manumiss. test.* 66 Imo, non competit. *l.* 68. *in fin. ff. de leg.* 1. 67 *l.* 26 § 6. *ff. de fidei. lib.* 68 *Al.* existente. 69 *l.* 14. §. 1. *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. *pen. ff. de dote.*

70 Vide *l.* 114 *ff. de reg. jur.*

legatum corpus, non onerare heredem, ad unum testamentum pertinet. Debitor autem [non] semper, quod debet, jure legat: sed ita, si [71] plus sit in specie legati. si enim idem sub eadem conditione relinquitur, quod emolumentum legati futurum est? §. 1. Duorum [72] testamentis pars fundi, quæ Mævii est, Titio legata est: non ineleganter probatum est, ab uno herede soluta parte fundi, quæ Mævii fuit, ex alio testamento liberationem obtingere; neque postea parte alienata revocare actionem semel extinctam [73].

§. 2. Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mævii fuit, legetur, solutio prior non peremit [74] alteram actionem: atque etiam hanc eandem partem aliquo modo suam [75] factam poterit alter heres solvere: * [neque [76]] plures [77] in uno fundo dominium [78] juris intellectu [79], non [80] divisione corporis obtinent.

§. 3. Non idem respondetur, cum duobus testamentis generatim homo legatur: nam qui solvente altero, legatarii factus est, quamvis postea sit alienatus, ab altero here de idem solvi non poterit. † Eademque ratio stipulationis est: * *Hominis* [81] *enim legatum, orationis compendio singulos homines continet*, ut quæ ab initio non constitit in his [82], qui legatarii fuerunt, ita frustra solvitur cujus dominium postea legatarius adeptus est, tametsi dominus esse desinit. §. 4. In fundo legato si heres [83] sepelierit, æstimatio referenda erit ad totum pretium fundi, quo potuit ante sepulturam æstimari: quare, si fuerit solutus, actionem adhuc ex testamento propter locum alienatum durare, rationis est. §. 5. Eum qui ab uno ex heredibus, qui solus oneratus fuerat, litis æstimationem legatæ rei abstulit, postea codicillis [84] apertis ab omnibus heredibus ejusdem rei relictæ dixi dominium non quærere. * Eum enim, qui pluribus speciebus juris uteretur, non sæpius [85] eandem rem eidem legare, sed loqui sæpius. §. 6. Fundo legato, si usufructus alienus sit, nihilominus petendus est ab herede: * usufructus enim, etsi in jure non [86] in parte constitit, emolumentum tamen rei continet. Enimvero fundo relicto, ob reliquas [87] præstationes, quæ legatum sequuntur [88], agetur: verbi gratia [89], si fundus pignori datus, vel aliena possessio sit. † Non idem placuit de cæteris servitutibus. † Sin autem res mea legetur mihi, legatum propter [90] istas causas non valebit. §. 7. A municipibus heredibus scriptis, detracto usufructu, legari proprietas potest: quia non utendo [91] possunt usumfructum amittere.

De re relicta illi ex familia quem heres cum moretur elegerit. 8. *Si testator rem heredi quasi suam legaverit.* 9. *De verbo omissis.* 10. *Si testator cavit, non dubitare se uxorem liberis suis redditurum.*

LXVII. IDEM [lib. XIX Quæstionum].

VNum ex familia, propter fideicommissum à se cum morere tur relictum, heres eligere [92] debet [93]: ei, quem elegit, frustra testamento suo legat, quod posteaquam electus est, ex alio [94] testamento petere potest. utrum ergo non constitit, quod datur, quasi creditori relictum: an, quamdiu potest [95] mutari voluntas, non recte creditori comparabitur? Sive tamen durat electio, fuisse videtur creditor; sive mutetur, ex neutro testamento petitio competit. §. 1. Si Falcidia [96] quæratur: perinde omnia servabuntur, ac si nominatim ei, qui postea electus est, primo testamento fideicommissum relictum fuisset. * non enim facultas necessariæ electionis, propriæ liberalitatis [97] beneficium est: quid [98] est enim! quod de suo videatur reliquisse, qui quod relinquit omnimodo reddere debuit? §. 2. Itaque si cum forte tres ex familia essent ejus, qui fideicommissum reliquit, eodem vel dispari gradu: satis erit uni [99] reliquisse: nam postquam [100] paritum est voluntati, cæteri conditione deficiunt.

§. 3. Sed si, uno ex familia herede instituto, ille fundus extraneo [1] relictus est: perinde fideicommissum ex illo testamento peretur, ac si nemo de familia heredi heres extitisset. verum is, qui heres scriptus est, ratione doli exceptionis cæteris fideicommissum petentibus facere partem intellegitur: * nam quæ ratio cæteros admittit, eadem tacitam [2] inducit pensationem.

§. 4. Si duos de familia non æquis portionibus heredes scripserit [3], & partem (forte quartam) extero [4] ejusdem fundi legaverit: pro his quidem portionibus, quas jure hereditario retinent, fideicommissum non peretur; non magis, quam si alteri fundum prælegasset, pro altera vero parte, quæ in exterum collata est, virilem, qui sunt de familia petent; admissa, propter heredes virilium portionum pensatione. §. 5. Sed etsi [5] fundum heres uni ex familia reliquerit, ejusque fidei commiserit, *ut eum extero restituat*: quæsitum est, an hoc fideicommissum peti possit? dixi ita demum peti posse, si [6] fundi pretium efficiat: sed si quidem ille prior testator ita fideicommissum reliquisset, *rogo fundum, cui voles, aut quibus voles ex familia, reliquas*, rem in expedito fore: quod si talia [7] verba fuissent, *peto non fundus de familia exeat*, heredis heredes propter sequens fideicommissum, quod in exterum collatum est, oneratum intellegi: petituris [8] deinceps cæteris ex primo testamento fideicommissum, post mortem videlicet ejus, qui primo electus est. §. 6. Et ideo si, electo uno, fideicommissum in exterum non conferatur, non alias ei, qui electus est, fideicommissum præstandum erit, quam interpositis cautionibus [9], *fundum, cum morietur, si non in familia cum effectu relinqueretur, restitui*. §. 7. *Rogo fundum, cum morieris, restituas ex liberis cui voles*: quod ad verba attinet, ipsius erit electio: nec petere quisquam poterit, quandiu præferri alius potest. defuncto eo, prius [10] quam eligat, petent omnes [11]. Itaque eveniet, ut quod uni datum est, vivis pluribus unus petere non possit: sed omnes petant, quod non omnibus datum est: & ita demum possit petere unus, si solus moriente eo superfuit. §. 8. Si rem tuam [12], quam [13] existimabam meam, te herede instituto, Titio legem: non est Neratii Prisci sententiæ, nec Constitutioni locus: qua cavetur, non cogendum præstare legatum heredem. nam succurſum est heredibus, ne cogerentur redimere, quod testator suum existimans reliquit: sunt [14] enim magis in legandis suis [15] rebus, quam in alienis comparandis, & onerandis heredibus faciliores voluntates: quod in hac specie non evenit, cum dominium rei sit apud heredem. §. 9. Si omissa [16] fideicommissi verba sunt, & cætera, quæ leguntur, cum his, quæ scribi debuerant, congruant: recte datum, & minus scriptum, exemplo institutionis legatorumque intellegitur: quam sententiam Optimus quoque *Imperator noster Severus* secutus est. §. 10. Item *Marcus Imperator* rescripsit, verba, quibus testator ita caverat, *non dubitare* [17] *se, quodcunque uxor ejus cepisset, liberis suis reddituram*, pro fideicommisso accipienda. Quod rescriptum summam habet utilitatem: ne scilicet honor [18] bene transacti matrimonii, fides etiam communium [19] liberorum decipiat patrem, qui melius de matre præsumpserat: & ideo Princeps providentissimus & juris religiosissimus [20], cum fideicommissi verba [21] cessare animadverteret, eum sermonem pro fideicommisso rescripsit accipiendum.

LXVIII. PAULUS [lib. XI Quæstionum].

SEquens quæstio est, an etiam, quæ vivus [22] per donationem in uxorem contulit, in fideicommissi petitionem veniant? respondi, ea extra causam bonorum defuncti computari debere [23], & propterea fideicommisso non contineri: quia ea habitura esset etiam alio herede existente. Plane nominatim maritus uxoris fidei committere potest, ut & ea restituat.

De fideicommisso, contentus sis pro tua parte centum aureis.
1. *De alienatione prohibita.* 2. *De fideicommisso tutorum.*
3. *De alienatione extra familiam prohibita.*

LXIX. PAPINIANUS [lib. XIX Quæstionum].

PEto, *Luci Titi*, *contentus* [24] *sis centum aureis*: fideicommissum valere placuit: idque rescriptum est. Quid ergo, si, cum heredem ex parte instituisset, ita locutus est: *peto, pro parte tua contentus sis, Luci Titi, centum aureis*? petere poterunt coheredes partem hereditatis, retinente sive præcipiente, quo contentum esse voluit defunctus. Sine dubio facilius est, hoc probare, quam probari potuit illud: cum ibi fideicommissum petatur ab his [cum [25]] quibus testator non est locutus. † Idem dicemus, si, cum ex asse scripsisset heredem, ejus gratia, qui legitimus heres futurus esset, ita loquatur: *peto pro hereditate, quam tibi reliqui, quæ ad fratrem meum jure legitimo rediret, contentus sis centum aureis.* §. 1. Prædium, quod *nomine* [26] *familiæ* relinquitur, si non voluntaria [27] facta sit alienatio, sed bona heredis veneant [28], tamdiu [29] emptor retinere debet, quamdiu debitor haberet bonis non venditis: post mortem ejus non habiturus, quod [30] extet [31] heres præstare coegeretur. §. 2. Mater filio impubere herede [32] instituto, tutorem eidem adscripsit [33], ejusque fidei commisit, *ut, si filius suus intra quatuordecim annos decessisset, restitueret* [34] *hereditatem Sempronio*: non [35] ideo minus fideicommissum recte datum intellegi debet, quia tutorem dare mater non potuit. nam & si pater non jure facto testamento tutoris fidei commiserit, æque præstabitur, quemadmodum si jure testamentum factum fuisset: sufficit enim, ut ab impubere datum fideicommissum videatur ab eo [36] dari, quem is, qui dabat tutorem, dederat, vel etiam tutorem fore arbitrabatur. † Idem in curatore impuberis vel minoris annis debet probari. † Nec interest, tutor recte datus vivo patre moriatur, vel aliquo privilegio excusetur, vel tutor esse non possit propter ætatem, cui tutor fuerat datus: quibus certe casibus fideicommissum non intercidit, quod à pupillo datum videtur. † Hac denique ratione placuit, à tutore, qui nihil accepit, fideicommissum pupillo relinqui non posse: quoniam quod ab eo relinquitur extero, non ipsius proprio, sed pupilli jure debeatur. §. 3. Frater here de instituto petit, *ne domus alienaretur, sed ut* [37] *in familia relinqueretur*: si non paruerit heres voluntati, sed domum alienaverit, vel extero herede instituto decesserit, omnes fideicommissum petent, qui [38] in familia fuerunt. † Quid ergo, si non sint ejusdem gradus? ita res temperari debet, ut [39] proximus quisque primo [40] loco videatur invitatus: nec tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum lædi debet, sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus *sit cavere, se familiæ domum restituturum*. Quod si cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata: nulla quidem eo nomine nascetur condictio [41]; sed si domus ad externum quandoque pervenerit, fideicommissi petitio familiæ competit [42]. Cautionem [43] autem ratione doli mali exceptionis puto juste desiderari: quamvis nemo alius ulterior ex familia superſit. §. 4. Si quidam sint postea emancipati [44], tractari potest, an hi quoque recte fideicommissum petant. Et puto, recte petituros: quoniam familiæ [45] appellatione personæ quoque hæ demonstratæ intelleguntur.

De legatario rogato restituere totum, vel partem. 1. *Vel duplum ejus, quod accepit.* 2. *De herede jusso heredem facere.* 3. *De jusso restituere quidquid ex hereditate supererit.*

LXX. IDEM [lib. XX Quæstionum].

IMperator Antoninus rescripsit, legatarium, si nihil [46] ex legato accepit, ei, cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere [47]: nec id cogendum solvere. Quid ergo, si non totum, sed partem legati relicti restituere rogatus, abstinuit eo? utrum actioni-

---

71 §. 14. *Instit. cod. l. 25. sect. contra. in fin. ff. de liberatione.*

72 *l.* 34. §. 2. ff. *de leg.* 1. vid. § 6. *& ibi Theophilum. Instit. de legat. ubi scripsi.* Goth. Vid. Alciat. *lib.* 1 *disputect. cap.* 24. Augustin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 2. Cujac. *lib.* 13 *observ. cap* 2. Hottom. *illustr. quæst.* 28. S. L.

73 Extincta semel actio non revocatur.

74 Prior perimit. *Hal.* facit *l.* 83. ff. *de legat.* 1.

75 *l.* 67. ff. *de sol.*

76 Namq; Hottomann. 18 *illustr. quæst.*

77 Namq; plures. *Hal.* quod Hottomann. probat. *quæst. illustr.* 18.

78 Dominium dividi potest.

79 Intellectu juris, non divisione corporis, plures in uno & eodem fundo partes dominii habent. *l.* 5. ff. *de stip. servorum.*

80 Intellectus & corpus opponuntur

81 Vid. Cujac. 14 *obs.* 21.

82 Vid. *l.* 13. *C. eod.*

83 *l. ult.* ff. *de religiosis.*

84 Codicillis legari potest.

85 *l.* 142. *in fin.* ff. *de usufr. & quemadmodum.* *l.* 18 ff. *de verb. oblig.*

86 Imo, usufructus pars est dominii. *l.* 7. ff. *de usufr. & quemadmodum. l.* 70 §. 2. *in fin.* ff. *de fidejuss. for.* Hottom. 18 *illustr.*

87 Vide *l.* 27. ff. *de solutionibus.*

88 *l.* 12. ff. *de auro.*

89 Heres tenetur, si fundus traditur deminutus, puta cum usufructu, vel pignoratus, vel ab alio possessus.

90 Præter, Cujac. 5 *ad african.* & sic *l.* 35. ff. *de vulgar.* legitur male *præterea*, pro, *propterea.*

91 *l.* 2. *l.* 25. ff. *quibus mod. usufruct. vel usus amitt.*

92 *l.* 114. §. 17. ff. *de leg.* 1. Electio potest fieri in ultimis voluntatibus, & non vitiat testamentum. *Bald.* Goth. Vid. Govean. *lect. lib.* 2. *c.* 19. Ans.

93 Is, cui commissa electio est, cogi potest officio judicis ut eligat.

94 *l.* 100. ff. *de legat.* 1.

95 Cur potest? hoc casu jus eligendi non constitit in præsenti, sed à tempore mortis, cum non consummetur electione.

96 Electus non dicitur adquirere jus in electione, sed ex testamento, ex quo procedit electio. & ideo in ratione legis Falcidiæ non inspiciuntur vires patrimonii eligentis, sed testatoris. *Bald.* 97 Donare non videtur, qui aliquo jure cogente cedit, vel solvit. vide *l.* 29. ff. *de donat.* Heres juris necessitate eligit: ideoque eligendo non donat. *l.* 18. *in fin.* ff. *de adimendis.* 98 Primogenituræ onus imponi non potest; id ita nonnulli ex hoc loco notant, & colligunt. adde *notata* ad Authenticam *licet.* 28. *C. de episcop.*

99 *l.* 114. §. 17. *in fin.* ff. *de leg.* 1. adde *l.* 94. *in fin.* ff. *de leg.* 3. 100 Electio unius, est excluſio reliquorum. *Bald.* 1 Eligere de familia non dicitur, qui uno de familia instituto, fundum legat extraneo, & ideo omnis ex familia ad petendum admittetur. *Bald.* 2 Partem facit, qui, quod sit universalis heres, non admittitur ad partem. Compensatione excluſus, jus adereſcendi alteri non tribuit. adde *l.* 78. ff. *de heredibus.* quid fit tacita pensatio, vide Cujac. 15 *observ.* 1. 3 Is scilicet qui testamento jussus erat rem uni ex familia electo relinquere.

4 Jussus unum ex familia eligere, mandato non satisfacit, dum exterum eligit. 5 Is scil. qui jussus est testamento fundum uni ex familia restituere. 6 Si præterea tantundem ei relictum esset, quod fundi pretium efficeret. *Hal.* 7 In familia fundum relinquere gravatus, quem liber etiam remotiorem ex familia potest eligere, *ut hic.* hoc ideo quod electus non heredi, sed testatori hereditatem acceptam ferre debet. Alciat. in *l. qui Romæ.* 122. §. *coheredes* 3. ff. *de verb. oblig.* 8 Dixi 5 *Fend.* 13. 9 *l.* 3 §. 4. *in fin.* ff. *de adimend.* 10 Vid. *l.* 21. *C. de fideicomm.* 11 *l.* 24. *versic. idem.* ff. *eod.* Heredis est eligere. Eo mortuo ante electionem jus eligendi non transmittitur. *Bald.* 12 Id est, heredis. vid. *l.* 25. *C. de fidecomm.* 13 Vide *l.* 10. *C. eod.* Valet legatum rei hereditariæ ab ignorante testatore relictum. *Bald.*

14 Legare rem propriam magis intelligitur testator, quam alienam, *ut hic.* eam & hoc ultimæ voluntati consentaneum est magis, quæ eum in re nemen inventa est, ut de re sua ac propria quisq; testari possit. *l.* 1. ff. *de testam.* Ex qua sententia hæ rursus consectaneæ oriuntur: Testatorem in dubio videri jus ad solum legare, quod in ipsa re habeat. *l. quod in rerum natura.* 24 §. 1. ff. *de legat.* 1. *l. Stycho.* 36. ff. *de usufr. legat. l. uxor patri.* 20. *C. de legat.* Cautionem, chirographum & instrumentum legantem, jus quod in iis habeat, accedentium legare intelligi. *l. servum filii.* 44. §. *eum, qui.* 5. ff. *de leg.* 1. *l. qui chirographum.* 59. ff. *de legat.* 3. Rationum librum legantem debita & credita legare videri. Corneus, 4 *cons.* 173. Legantem Ecclesiæ, non ipsius ædes, aut prædia, sed jus patronatus legare. *arg. l. monumenta.* 14. *C. de legatis.* Legantem fundum voluntatem, non proprietatem, sed jus legare. *l. si domus.* 71. §. *ult.* ff. *de legat.* 1. Rem communem cum alio legans partem suam tantum ita legat, *l. servi electionc.* 5. §. *ult.* ff. *de legat.* 1. (nisi rem cum ipso herede communem legat testator: tunc enim totam legat, nisi fundum suum legaverit) Bart. in *dict.* §. *ult.* Corn. 2 *cons.* 84. Fundum suum legans non id legat, eamve partem, quam præstare ipse alii personali actione tenetur, *l. qui concubinam.* 29. *l. qui quatuor.* 30. §. *qui fundum* 4. ff. *de legat.* 3. acuti dimidiam dimidiæ, quam habet, is tantum legat, qui dimidiam indistincte legat, *arg. l. Lucius.* 88. §. *filiam.* 9. *hoc tit.* Ita qui rem tibi pignoratam legat, non ipsam rem, sed jus pignoris tantum legasse videtur. *l. Julianus.* 68. ff. *de legat.* 3. Ita qui rem sibi debitam legat, actionem in personam relinquit ejus rei nomine, non rem ipsam præcise. *l. cum servum.* 39. §. *si Titius.* 2. ff. *de legat.* 1. Jus denique suum relinquit, etsi jus id in spe mera consistat, Accurs. in *l. servum filii.* 44. ff. *de legat.* 1.

& morte ipsius testatoris sit periturum, atque ita futurum sit inutile. *l. uxor* 20. *C. de legat.* Quid, si testator rem alienam possidet, eamque leget simpliciter? etiam proprietatem ipsam, non tantum possessionem legasse videbitur, Alexand in *l. si domus.* 71. §. *ult.* ff. *de legat.* 1. Quid, si pactum jure proprio, seu directo, & emphyteuseos rem possideat, remque leget? eam tantum partem legasse, quam habuit jure directo, notat Socinus Junior, *consil.* 72. *num.* 70. Quid, si rem alienam sciens legavit? aliud, §. *non solum.* 4. *Instit. de legat.* Vide plura apud Manticam, 9 *de conjecturis ultimarum voluntatum. cap.* 1. 15 §. 4. *Instit. eod.* 16 Vide *l.* 10. *C. de fideicommiss.* Imperfecta scriptura, dummodo intellectum aliquem admittere possit, non vitiat. *Baldus.*

17 Verba hujusmodi enunciativa dispositionem inducunt. 18 Quo legitima uxor à concubina differt. *l.* 49. §. 4. ff. *de legat.* 3. 19 Hæc res movet maxime. *l.* 57. §. 1. ff. *de ritu.*

20 Contractus principum omnes bonæ fidei, nullos stricti juris esse, hinc colligunt.

21 Vide *l.* 15. *C. de fideicommiss.* 22 Quæ à vivo testatore donata sunt, non censentur fuisse in ejus bonis. *l.* 67. *in fin.* ff. *eod.* 23 Imo, non debet. *d. l.* 1. 24 His verbis, utpote taxativis & deprecativis factum fideicommissum valet. vide *l.* 11. §. 4. ff. *de legat.* 3. 25 Non inspicitur, cum quo testator loquitur, sed in quem testatoris intentio dirigitur. *l.* 13. ff. *de legat.* 1. 26 Nomini familiæ. *Hal.* 27 *l.* 114. §. 14. ff. *de legat.* 1. *l. fideicommiss libert.* vide Cujac. 15 *observ.* 5. Quoties à testatore causa alienationis proficiscitur, res alienatæ nunquam revocantur. 28 Verbi gratia à fisco. vide *l.* 48. *in fin.* ff. *de jure fisci.*

29 Propter debitum heredis bona subjecta restitutioni videri possunt usufructu tenus.

30 *Alii* quod etiam extet. 31 Extraneus. 32 Vid. *l.* 4. *C. de testament. tut.* 33 Et ita utiliter. 34 Vide *l.* 20. *C. de fideicommiss.* 35 *l.* 34. §. 1. ff. *de usu & usufructu*

36 *l.* 5. *C de reb. cred.* 37 Vide *l.* 135. §. 3. ff. *de verb. oblig.* 38 Quid, si nulli sint? vide *l.* 114. §. 14. ff. *de legat.* 1. 39 Ordinem observandum circa gradus nota: Præsumitur enim affectio ordinata. *Baldus.* 40 *l.* 77. §. 3. ff. *eod. l.* 6. *C. de inst.* 41 Imo nascetur. *l.* 5. §. 1. ff. *usufruct. quemadmod. caveat.* 42 Cur ita? vide *l. ult. C. de rebus alienis non alienandis.*

43 *l.* 3. §. 4. *in fin.* ff. *de adimen.* 44 *l.* 114. §. 17. *in fin.* ff. *de legat.* 1. 45 Familia quid sit, vide *l.* 196. ff. *de verb. sign.* 46 *l.* 78. ff. *de legat.* 1. 47 *l.* 8. ff. *de legat.* 3.

ctionibus suis in totum cogetur cedere, an vero nonnisi ad eam quantitatem, quæ fideicommisso continetur? quod ratio suadet. † Sed & si legatum perceperit, * non amplius ex causa fideicommissi cogendus erit solvere, quam recepit. §. 1. Si centum legatis *duplum* [48] *restituere* rogatus sit, ad summam legati videbitur constituisse. Si autem post tempus fideicommissum relictum sit, usurarum duntaxat additamentum admittetur: nec mutanda sententia erit, quod forte legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio consecutus est, aut pœnam stipulationis imminentem evasit. † Hæc ita, si quantitas cum quantitate conferatur. Enimvero [49] si pecunia accepta rogatus sit rem propriam, quanquam [50] majoris pretii est, restituere: non [51] est audiendus legatarius, legato præcepto, si velit computare: non enim æquitas hoc probare patitur, si quod legatorum nomine perceperit, legatarius offerat. §. 2. Cum quidam filio suo ex parte herede instituto, patruum ejus coheredem ei dedisset, & ab eo petisset, *ut* [52] *filium suum pro virili portione filii suis coheredem faceret*: si quidem minus [53] esset in virili portione, quam fratris hereditas habuit, nihil amplius peti posse; quod si plus, etiam fructuum, quos patruus percepit, vel, cum percipere potuerit, dolo non cepit, habendam esse rationem, responsum est: non secus, quam si centum [milibus] legatis rogetur, post tempus majorem quantitatem restituere. § 3. Cum autem rogatus, *Quidquid ex* [54] *hereditate superest, post mortem suam restituere*, de pretio rerum venditarum alias [55] comparat, deminuisse [56], quæ vendidit, non videtur:

LXXI. IDEM [lib. VIII Responsorum.]

SEd quod inde comparatum est, vice permutati [57] dominii restitueretur.

LXXII. IDEM [lib. XX Quæstionum].

IDem servandum erit, & si proprios [58] creditores, ex ea pecunia dimiserit: * non enim absumitur, quod in corpore patrimonii retinetur.

De matre partus legati empta.

LXXIII. IDEM [lib. XXIII Quæstionum.]

SI *quod ex* [59] *Pamphila nascetur*, legatum mihi fuerit, & ego Pamphilam emam, eaque apud me sit enixa: ratione summa responsum est, non [60] ex causa lucrativa partum intelligi meum factum: ideoque petendum ex testamento, tanquam istum emissem: ut scilicet, pretii contributione facta, consequar tantum, quanti puerum, deducta matris æstimatione, constitisse mihi, judex in causa legati datus æstimaverit.

De prolatione diei.

LXXIV. IDEM [lib. XXVII Quæstionum].

TItio *centum aureos heres præsens dato* [61]; deinde, protulit diem legatorum: non est verum, quod Alfenus retulit, centum præsenti [62] deberi: quia diem proprium habuerunt.

De epistola. 1. De legato præceptionum.

LXXV. IDEM [lib. VI Responsorum].

MIles ad sororem epistolam [63], quam post mortem suam aperiri mandavit, talem scripsit: *scire te volo, donare* [64] *me tibi aureos octingentos*: fideicommissum deberi sorori, constitit. nec aliud probandum in cujuslibet suprema voluntate. Placet enim consistere fideicommissum, ac [65] si [66] defunctus cum eo loquatur, quem precario remuneratur [67]. §. 1. Pro parte heres institutus, cui præceptiones erant relictæ, post diem [68] legatorum cedentem, ante aditam hereditatem vita decessit: partem hereditatis ad coheredes substitutos pertinere placuit; præceptionum [69] autem portiones, quæ pro parte coheredum constiterunt, ad [70] heredes ejus transmitti.

De testamento pro parte rescisso per querelam inofficiosi. 1. De hereditate legata. 2. De usufructu & servitutibus rei legatæ. 3. De eo, quod quis debet, legato. 4. Si status servi, cui legatum est, extrinsecus suspendatur. 5. De jusso plus restituere uni, quam alii. 6. Si tutori non jure dato legetur. 7. De Mutiana cautione. 8. De variis actionibus legatorum. 9. De memoria testatoris damnata.

LXXVI. IDEM [lib. VII Responsorum].

CUm filius [71] divisis [72] tribunalibus [73] actionem inofficiosi testamenti matris pertulisset [74], atque ita variæ [75] sententiæ Judicum extitissent, heredem, qui filium vicerat, pro partibus, quas aliis coheredibus abstulit filius, non [76] habiturum præceptiones sibi datas, non magis quam cæteros legatarios actiones, constitit: sed [77] libertates ex testamento competere placuit, cum pro parte filius de testamento matris litigasset: quod non erit trahendum ad servitutes, quæ pro parte minui non [78] possunt. plane petetur integra servitus ab eo, qui filium vicit: partis autem æstimatio præstituitur [79], aut, si paratus erit filius pretio accepto servitutem præbere, doli summovebitur exceptione legatarius, si non offerat partis æstimationem [80]: exemplo scilicet legis Falcidiæ. §. 1. *Lucio Sempronio lego omnem hereditatem Publii* [81] *Mævii.* Sempronius ea demum onera suscipiet, quæ Mævianæ hereditatis fuerunt, & in diem mortis ejus, qui heres Mævii extitit, perseveraverunt: sicut vice mutua præstabuntur actiones, quæ præstari potuerunt. §. 2. Dominus, herede fructuario scripto, fundum [82] sub conditione legavit [83]; voluntatis ratio non patitur, ut heres ex causa fructus [84] emolumentum retineat. diversum [85] in cæteris prædiorum servitutibus, quas heres habuit, responsum est: quoniam fructus [86] portionis instar obtinet [87].

48 Legatarius quantitatis non potest ultra gravari, quam percipiat: potest tamen gravari in specie majori. J. *nai. vers. enimvero l. pecunia accepta.* Bald.
49 Vide J. *eod.*
50 Vide *l.* 36 J. *ad l. Falcid.*
51 Vide *l.* 25. J. *de legat.* 1. *l.* 1. §. 17. *in fin.* J. *ad Treb.*
52 Vid. *l.* 114 §. 6. J. *de legat.* 1.
53 Adde *l.* 122. *in fin.* J. *de legat.* 1.
54 Rogatus post mortem suam restituere, *quidquid ei ex hereditate defuncti supererit*, res quasdam hereditarias vendidit, de earum pretio alias comparavit: quæro, utrum res eas ita comparatas restituere post mortem suam debeat? tenetur. Quid ita? quia supersunt: non sunt deminutæ. Atqui non tam ex hereditate defuncti, quam ex pretio rei hereditariæ venditæ, comparatæ videntur: Juris fictione videntur ex hereditate superesse. Quo modo? res ita comparatæ vice permutati dominii sunt, *l.* 71. J. *eod.* sunt rerum hereditariarum vice.
55 Hereditarias res non diminuit, qui ex earum pretio alias comparavit.
56 Deminuere, quid sit, vid. *l.* 21. J. *de heredit. petit.*
57 Succedit ita res in locum pretii contra *l.* 25. §. 1. J. *de hered. petit.* In universalibus pretium succedit loco rei: vide quæ notavi ad *l.* 34. J. *de pignorat. l.* 26. J. *de jure dotium. l.* 22. *in fin.* J. *solut.*
58 Qui rogatus restituere, *quidquid ex hereditate supererit*, hereditarias res aliquas vendidit: & ea ex pecunia fideicommissaria creditores proprios dimisit, eam pecuniam restituere cogitur. Cur ita? ei superesse ea pecunia intelligitur. Quomodo superesse? quia non absumpsit, sed in corpore patrimonii retinuit. Quomodo retinuit? ea pecunia creditores proprios dimisit.
59 *l.* 82. §. 4. J. *de legat.* 1. *l.* 12. *in fin.* J. *de capt.*
60 Ancillam prægnantem si quis emit, partum ex causa lucrativa habere non intelligitur. *Bald.*
61 *Præsenti dato.* Hal.
62 Præsenti die. Cujac. 7 *obs.* 20. reprehensus à Roberto, 1 *rec.* 24.

63 5 *Harm.* 10. §. 25. vide *l.* 22. *C. de fideic.* 64 Donationis verbum hic sumi pro fideicommissi relicto observa. 65 *Al.* etsi. 66 Scribens, quasi loquitur. v. *l.* 7. *in fin.* J. *de supellect.* 67 Quem precario rogat. Cujac. 2 *obs.* 5. 68 *l. un.* §. 2. *C. de caduc.* 69 V. *l.* 12. *C. de legat.* 70 Prælegata in jure adcrescendi non veniunt, *l.* 17. §. 2. *l.* 18. J. *de legat.* 1. vide *l.* 16. *C. de fideic.* 71 Exheredatus a matre scilicet. *Goth.* Testamento pro parte rupto, legata pro eadem portione intereunt. vid. Fab. Turret. *de effect. claus. codicill.* Ans. 72 Cur dixit divisis tribunalibus? scripsi ad *l.* 10. J. *de inoffic.* adde Cujac. 10 *obs.* 20. Revardum *libro protribunalium.* 73 Erant enim quatuor, Quintilian. 12 *cap.* 5. *in fin.* sed omnino vid. Cujac. 10 *obs.* 20. 74 Id est, egisset de inofficioso testamento. 75 Puta quædam pro filio, quædam adversus filium, ut *l.* 15. §. 2. J. *de inoffic. l.* 13. *C. de inoffic.* 76 Pro qua parte resolutum est testamentum, pro ea neque legata, neque fideicommissa, neque prælegata debentur. *d. l.* 13. 77 *d. l.* 13. *C. de inoff.* 78 Excepto usufructu omnes servitutes individuæ sunt. v. *l.* 1. §. 9. *ad l. Falcid.* 79 *Al.* præstabitur. 80 Vid. *l.* 80. *in fin.* J. *ad l. Falcid* 81 V. *l. ult. C. de hered. inst.* 82 Cujus ususfructus erat penes ipsum heredem. 83 Titio puta. Nunc fingamus conditionem evenisse, & legatarium fundum ab herede petere: quæri possit, quid juris sit. 84 Voluntas præsumpta non patitur, ut heres prætextu ususfructus sibi competentis in eo fundo, solam proprietatem legatorum cedat: hinc colligimus, testatorem, simpliciter legantem, videri legare jus suum & heredis, si tale jus in usufructu vel proprietate consistit. *Bald.* 85 Casus ita constitue: & finge heredem meum jus stillicidii habere in fundum meum: finge me eundem fundum Titio legasse: Titium fundum liberum sibi tradi ab herede meo postulare: num audiendus est? Minime, *l.* 116. *in fin.* J. *de legat.* 1. *l.* 18. J. *de servitutibus.* 86 In primo casu scil. 87 Vide *l.* 58. J. *de verb. oblig.*

§ 3. *Heres meus Titio dato, quod ex testamento Sempronii debitur* [88] *mihi*: cum jure novationis, quam legatarius, idemque testator ante fecerat, legatum ex testamento non debeatur, * placuit falsam demonstrationem legatario non obesse; nec in totum falsum videri, quod veritatis primordio adjuvaretur. §. 4. Servus pure manumissus, cui libertas propter impedimentum juris post aditam hereditatem non competit, quod status ejus extrinsecus suspenditur, forte propter adulterii [89] quæstionem, ex eodem testamento neque legata, neque fideicommissa pure data sperare potest: quia dies inutiliter cedit. §. 5. Pater cum filia pro semisse herede instituta, sic testamento locutus fuerat: *peto, cum morieris, licet alios quoque filios susceperis, Sempronio nepoti meo plus* [90] *tribuas in honorem nominis mei*: necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes præcedere videbatur, sed moderandæ portionis, quam majorem in unius nepotis personam conferri voluit, arbitrium filiæ datum.

§. 6. Non jure tutori dato mater legavit: si consentiat, ut decreto Prætoris confirmetur, & Prætor non [91] idoneum existimet, actio legati [non] denegabitur. §. 7. Qui Mucianam cautionem [92], *alicujus non faciendi causa*, interposuit: si postea [93] fecerit: fructus [94] quoque legatorum, quos principio promitti necesse est, restituere debet. §. 8. Variis [95] actionibus legatorum simul legatarius uti non potest: quia legatum datum, in partes dividi non potest: non enim ea mente datum est legatariis pluribus actionibus uti, sed ut laxior eis agendi facultas sit ex una interim, quæ fuerat electa, legatum petere. §. 9. Repetendorum legatorum facultas ex eo testamento solutorum danda est, quod irritum esse post [96] defuncti memoriam [97] damnatam apparuit: modo si [98] à legatis solutis crimen perduellionis illatum est.

De hereditate, prædio, & pecunia acceptis restituenda. 1. De donatione causa mortis. 2. De dote viro legata. 3. De surdo, & muto. De ignorantibus. 4. De morte, & deportatione. 5. De pretio prædii dotalis, & legato. 6. Si creditori debitor mandaverit, ut ei solvat, cui mortis causa donabat. 7. Si heres oneratus fideicommisso non adeat. 8. De evictione. 9. De dote. 10. De fideicommissario eligendo, cum heres moriretur. 11. De manumissis ex fideicommisso. 12. De fideicommisso, quidquid ad te pervenerit. 13. *De conditione,* si sine liberis decesserit. 14. *De rationibus reddendis à curatore. 15. De fideicommissi repetitione à substituto. 16. De mensæ negotio. 17. De partu ancillæ relictæ. 18. De divisione facta à coheredibus rogatis hereditatem restituere post mortem, & de nominum prædiorumque periculo. 19. De fructibus rei relictæ. 20. De rebus relictis:* ne controversia oriatur. 21. *De traditis & assignatis uni ex heredibus custodiæ causa. 22. De scriptura imperfecta. 23. De jurejurando. 24. Si pater filiæ mandet, ne testetur, quoad liberos tollat. 25 De fideicommisso,* distribuas liberis, ut quisque meruerit. 26. *De verbis fideicommissi. 27. De alienatione extra familiam prohibita. 29. Si is, quem testator solum successurum putabat, fideicommisso oneretur. 30. De verbis,* contentus sis, *&c. quæ vim habent æstimationis, non fideicommissi. 31. Si fideicommisso oneratus fideicommissarium heredem instituat, eumque oneret fideicommisso. 32. De alternatione, electione, & substitutione. 33. De eo, quod fideicommittens dixit se alia scriptura declaraturum.*

LXXVII. IDEM [lib. VIII Responsorum].

CUm pater [99] filios, eorumque matrem heredes instituisset, ita scripsit: *peto a te, filia, ut, acceptis ex hereditate mea in portionem tuam centum aureis, & prædio Tusculano, partem hereditatis restituas matri tuæ.* Respondi, prædium [100] quidem hereditarium judicio divisionis de communi filiam habituram: pecuniam autem de parte sua retenturam. §. 1. Eorum, quibus mortis [1] causa donatum est, fidei committi quoquo tempore potest: quod fideicommissum heredes salva Falcidiæ ratione, quam in his [2] quoque donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, præstabunt. Si pars donationis fideicommisso teneatur, fideicommissum quoque munere Falcidiæ fungetur [3]. Si tamen alimenta præstari voluit, collationis totum onus in residuo donationis esse, respondendum erit ex defuncti voluntate, qui de majore pecunia præstari non dubie voluit integra. §. 2. Mater filiis suis vulgo [4] conceptis dotem suam mortis causa donando, stipulari [5] permisit: cum aliis heredibus institutis, petisset à filiis, *viro dotem restitui*, totum viro fideicommissum dotis deberi, si Falcidiæ ratio non intervenerit; ideo retentionem [6] dotis virum habere placuit: alioquin Falcidiæ partem heredibus, à filiis ex stipulatu cum viro agentibus, ex dote esse per in factum actionem reddendam [7]. §. 3. Surdo & muto [8], qui legatum accipit, *ut cum morietur, restituat*, recte mandatur: nam & ignorantes [9] adstringuntur fideicommisso: quibus ignorantibus [10] emolumentum ex testamento quæritur.

§. 4. *Hereditatem* [11] *filius cum moreretur, filiis suis vel cui ex his voluisset*, restituere fuerat rogatus: quo interea in insulam deportato [12], eligendi facultatem non esse pœna peremptam placuit [13]: nec fideicommissi conditionem ante mortem filii heredis exsistere: viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit. §. 5. Qui dotale prædium contra legem Juliam vendidit [14], uxori legatum dedit [15], & emptoris fidei commisit, *ut amplius* [16] *ei pretium restituat*: emptorem fideicommissi [17] non teneri constabat [18]: si tamen, accepto legato mulier venditionem irritam faceret: eam, oblato pretio, doli placuit exceptione summoveri. §. 6. Mævio debitori suo reus stipulandi mandavit, *ut Titio, cui mortis causa donabat, pecuniam debitam solveret*: cum sciens [19] dominum vita decessisse Mævius pecuniam dedisset, non esse liberationem secutam, constitit: nec si Mævius solvendo non esset, in Titium actionem solidi, vel jure Falcidiæ dandam esse: quia mortis causa cepisse non videtur. diversum probandum foret, si Mævius, ignorans [20] dominum vita decessisse, pecuniam errore lapsus dedisset: tunc enim portio jure Falcidiæ revocaretur [21]. §. 7. Cum pater fideicommissum prædiorum, ex testamento matris, filiæ deberet, eandem pro parte ita heredem instituit, *ut hereditatem fideicommisso compensaret* [22]: eademque prædia filio exhæredato dari voluit: Quanquam filia patris hereditatem suscipere noluisset, fideicommissum tamen ab [23] heredibus esse filio præstandum, ad quos hereditatis portio, quam accepit filia, redierat, placuit: quod si alium

88 Debitum nobis fuisse dicere possumus, quod ante novationem debitum fuit.
89 *l.* 48 §. 2. J. *de hered. inst. l. un.* J. *de adimpt. libert.*
90 Plus, præsupponit tantundem: Natura comparativi includit positivum. *Bald.* Et sic venditor donans emptori *quod plus valet res*, non renunciat beneficio *l.* 2. *C. de rescindenda*, quia qui plus donat, non dat immodicum. *Bald.*
91 Vide quæ scripsi ad *l.* 26. *C. de legatis.*
92 Muciana cautio plenam restitutionem rei & fructus continet. *Bald.*
93 Vide *l.* 17. J. *de his, quæ ut indign.*
94 Vid. *Nov.* 22. *cap.* 44.
95 Plures enim legatario competunt. *l.* 1. *C. comm. de fideicomm.*
96 Memoria defuncti quoties damnatur, testamentum ejus nullum esse pronunciatur, & legata soluta repetuntur. *Bald.*
97 Memoria defuncti interdum damnatur.
98 *Al.* jam.
99 Pro intellectu hujus leg. vide Govean. *lib.* 2 *variar. lect. cap.* 2. Joann. Decher. *lib.* 2 *dissert.* 8. *num.* 11. Ans.
100 *l.* 58. §. 3 J. *ad Trebell.*
1 *l.* 3. *in pr.* & *fin.* J. *de legat.* 3. vide *l* 9. *C. de fideicomm.* vel non mortis. *l* 89. §. 3. J. *eod.*
2 Vide *l.* 5. *C. ad l. Falcid.*
3 Fungi munere Falcidiæ, est eam pati. dixi ad *l.* 33. J. *eod.*
4 Mater filiis vulgo conceptis donare potest mortis causa. *Bald.*
5 *l.* 11. *in fin.* J. *de dote.*
6 Vide *l.* 18. *C. ad l. Falcid.*
7 *l.* 21. J. *ad Trebell.*
8 Vide Paul. 4 *sent.* 1. §. 4.
9 Adde *l. ult. C. quando dies legatorum.*
10 Dominium sine traditione adquiritur ex testamento.
11 Vide Cujac. 3 *obs.* 10. *in princ.* Goth. Adde Menoch. *lib.* 3 *præsumpt.* 115. *num.* 9. Ans.
12 Jus eligendi, ut & ea, quæ facultatis sunt, quæque in facto consistunt, deportatus non perdit. *Bald.*
13 Cur ita? mors vera est, quæ corporis & animæ separationem continet, *l.* 48 *in fin.* J. *de jur. fisc. l.* 121. §. 2. J. *de verb. oblig.* non deportatio in insulam. Mortis naturalis casus non trahitur ad deportationem, id est, mortem civilem: fideicommissum post mortem collatum non debetur post mortem civilem, sed expectatur mors naturalis. adde *l.* 10. J. *de capite minutis. l.* 48. § 1. J. *de jure fisc.* ut & in *l.* 121. §. *pen.* J. *de verb. obl.* 14 *l. un.* §. 15. *C. de rei uxor act.* 15 Animo compensandi. *d. l. unic.* §. 3. 16 Id est, præterea, ut *l. ult.* §. 1. J. *de doli mali except.* ut sit sensus, maritum uxori legatum ac præterea fideicommissum dedisse. 17 Fideicommissi nomine constabat. Ant. Faber, 4 *conject.* 11. 18 Cur ita? v. *l.* 1. §. 17. *in fin.* J. *ad Trebell.* 19 Sciens qui solvit, quod solvere non tenetur, donare præsumitur. *Bald.* 20 *l.* 19. §. 3. J. *de donat.* Solvens ignoranter liberatur, & solutum defalcatur, hoc est deducitur. *Bald.* 21 V. *l.* 18. *C. ad l. Falc.* 22 Legari potest res fideicommisso obnoxia. 23 *l.* 61. *in fin.* J. *eod.*

lium filiæ substituisset, eum oportere filio fideicommissum reddere. §. 8. Evictis [24] prædiis, quæ pater, qui se dominum esse crediderit, verbis fideicommissi filio reliquit, nulla cum fratribus & coheredibus actio erit: si tamen inter filios divisionem fecit, arbiter conjectura voluntatis, non patietur, eum partes coheredibus prælegatas restituere: nisi parati fuerint & ipsi patris judicium fratri conservari. §. 9. Pater certam pecuniam exheredatæ filiæ verbis fideicommissi reliquit, *eamque nuptura dotis nomine dari voluit, filio dotem ſt. pulante:* cum filius minorem [25] dotem dedisset, superfluum esse filiæ reddendum constabat. Divortio quoque secuto, fideicommissum filiam recte petituram, ut actio stipulationis sibi præstaretur: quoniam verisimile [26] non erat, patrem interponi stipulationem voluisse, quo filia post primas nuptias indotata constitueretur: cæterum si [27] postea nuberet, ad secundas nuptias cautionem extendi non [28] oportere.

§. 10. A [29] filia [30] pater petierat, ut, *cui vellet ex liberis suis prædia, cum moreretur, restitueret:* uni ex liberis prædia fideicommissi [31] viva [32] donavit: non esse electionem, propter incertum diem fideicommissi, certæ donationis, videbatur: Nam in eum destinatio dirigi potest, qui fideicommissum inter cæteros habiturus est, remota matris electione. §. 11. *Fidei heredum meorum committo, ne fundum Tusculanum alienent, & ne de familia nominis* [33] *mei exeat:* secundum voluntatem eos quoque invitatos intellegendum est, quibus heredes extranei fideicommissam [34] libertatem reddiderunt. §. 12. *Fidei tuæ committo uxor, * ut des*, ut restituas filiæ meæ, cum morietur, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis pervenerit:* etiam ea quæ postea codicillis uxori dedit, fideicommisso continebuntur: nam * *orda* [35] *scripturæ non impedit causam juris, ac voluntatis:* sed dos prælegata retinebitur, quoniam reddi [36] potius videtur, quam dari. §. 13. *Volo prædia dari libertu meis: quod si quis eorum sine* [37] *liberis vita decesserit, partes eorum ad reliquos pertinere volo:* collibertum [38] patris eundemque filium, ex voluntate [39] substitutionem excludere, placuit. §. 14. Curatoris sui frustra fidei commissive videbatur, *ut heredi fratri negotiorum gestorum rationem redderet:* quanquam igitur testamento cautum esset, *ut cum ad statutum* [40] *suum frater pervenisset, ei demum solveretur*, tamen sub curatore alio fratrem agentem, recte placuit actionem inferre: cum illis verbis fratri potius consultum videretur, quam solutio, quæ juste fieri potuit, dilata. §. 15. Ab instituto extraneo prædia libertis, cum moreretur, verbis fideicommissi reliquerat, & petierat, *ne ex* [41] *nomine familiæ alienarentur:* substitutum ea prædia debere ex defuncti voluntate, respondi; sed utrum confestim, an sub eadem conditione, voluntatis esse quæstionem: sed conjectura ex voluntate testatoris capienda, mors instituti [42] expectanda [est]. §. 16. Mensæ [43] negotium ex causa fideicommissi cum [44] indemnitate heredum per cautionem susceptum, emptioni simile videtur, & ideo non erit quærendum, an plus in ære alieno sit [45], quam in quæstu. §. 17. Pater filiæ mancipia, quæ nubenti dedit, verbis fideicommissi præstari voluit: partus susceptos, etsi matres ante testamentum mortuæ fuissent, ex causa fideicommissi præstandos respondi: nec aliud in uxore confirmatis donationibus pridem observatum est. §. 18. Hereditatem post mortem suam rogati restituere nominum periculo, quæ per divisionem [46] obtigerunt, inter coheredes interpositis [47] delegationibus [48], non adstringuntur: [non] magis, quam prædiorum, cum permutatio rerum discernens communionem interveniet. §. 19. *Filia mea præcipiat, sibique habeat, volo, rem matris suæ:* fructus quos medio tempore pater percipiet, nec in separato habuit, sed absumpsit, vel in suum patrimonium convertit, non videntur filiæ relicti.

§. 20. *Dulcissimis fratribus meis, avunculis autem tuis, quæcunque mihi superſunt in Pamphilia, Lycia, vel ubicunque, de maternis bonis, concedi volo, ne quam cum his controversiam habeas:* omnia corpora maternæ hereditatis, quæ in eadem causa dominii manserunt, ad voluntatem [49] fideicommissi pertinent: Ex iisdem igitur facultatibus percepta pecunia, & in corpus proprii patrimonii versa; item jure divisionis res propriæ factæ non præstabuntur: cum discordiis [50] propinquorum sedandis prospexerit, quas materia [51] communionis solet excitare. §. 21. Pater pluribus filiis heredibus institutis moriens claves [52] & anulum, custodiæ causa, majori [53] natu filiæ tradidit; & libertum eidem filiæ, qui præsens erat, res, quas sub cura sua habuit, adsignare [54] jussit: commune [55] filiorum negotium gestum intelligebatur; nec ob eam rem apud arbitrum divisionis præcipuam causam filiæ fore. §. 22. Cum imperfecta [56] scriptura invenitur, ita demum verbum legati vel fideicommissi, quod præcedit [57], vel sequitur, ad communionem [58] adsumitur, si dicto [59] scriptum congruat. §. 23. Filius matrem heredem scripserat, & fideicommissa tabulis data cum [60] jurisjurandi religione præstari rogaverat, cum testamentum nullo [61] jure factum esset: nihilo minus matrem legitimam heredem cogendam præstare fideicommissa, respondi: nam [62] enixæ [63] voluntatis preces ad omnem successionis speciem porrectæ videbantur.

§. 24. *Mando* [64] *filiæ meæ pro* [65] *salute sollicitus ipsius, ut quoad liberos tollat, testamentum non faciat: ita enim poterit sine periculo vivere:* fideicommissariam hereditatem sorori coheredi non [66] videri relictam, apparuit: quod [67] non de pecunia sua testari, sed obtentu consilii [68], derogare juri, testamentum fieri prohibendo, voluit.

§. 25. *Rogo, filia, bona tua quandoque distribuas liberis tuis, ut quisque de te meruerit* [69]: viderur omnibus liberis, etsi [70] non æqualiter promeruerint, fideicommissum relictum: quibus, matris electione cessante, sufficiet, si [71] non offenderint; eos autem, quos mater elegerit, fore potiores, si soli promeruissent, existimavi; quod si neminem elegerit, eos solos non admitti, qui offenderunt.

§. 26. Donationis prædiorum epistolam [72] ignorante filio mater in æde [73] sacra verbis fideicommissi non subnixam deposuit, & literas tales ad ædituum [74] misit: *Instrumentum voluntatis meæ post mortem meam filio meo trado volo:* Cum pluribus heredibus intestato [75] diem suum obisset, intellegi fideicommissum filio relictum, respondi: non enim [76] quæri oportet, cum quo de supremis *quis* loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigerur [77].

§. 27. Libertis prædium reliquit, ac petiit, *ne id alienarent, ut quæ in familia* [78] *libertorum retinerent:* si, excepto uno, cæteri [79] partes suas vendiderint [80], qui non vendidit [81], cæterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, integras petet: eos enim ad fideicommissum videtur invitasse, qui [82] judicio paruerunt: aliquin perabsurdum erit, vice mutua petitionem induci; scilicet ut ab altero partem alienatam quis petat, cum [83] partem suam alienando perdiderit. sed hoc ita procedere potest, si pariter [84] alienaverint. cæterum, prout quisque prior alienaverit, partem posterioribus non faciet: qui vero tardius vendidit, ei, qui non vendidit, in superiorum partibus feciſſe partem intelligitur: at si nemo vendiderit,, & novissimus sine liberis vita decesserit, fideicommissi petitio non superetur. § 28. Cum inter libertos ad prædii legatum liberta quoque fuisset admissa, quod patronus petit, ut de nomine familiæ non exiret, heredem libertæ filium [85] partem prædii, quam mater accepit, retinere visum est.

§. 29. Cum exiſtimaret [86] ad solam consobrinam suam bona perventura, codicillis ab ea [87] factis, pluribus fideicommissa reliquerat: jure successionis ad duos ejusdem gradus possessione devoluta, rationibus [æquitatis], & perpetui edicti exemplo, pro parte dimidia mulierem revelandam, respondi; sed libertates [88] ab ea præstandas, quas intercedere damni causa durum videbatur.

§. 30. Pater, qui filio semissem dederat, & sororibus ejus impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: *Fili, contentus* [89] *eris pro tuo semisse aureis ducentis, & vos filiæ pro vestris quadrantibus centenis aureis:* vice mutua liberis fideicommissum hereditatis reliquisse non videbatur, sed æstimationem [90], ut à parentibus frugi fieri solet, patrimonii sui feciſſe; nec idcirco fratrem judicio tutelæ bonæ fidei rationes quandoque præscriptione demonstratæ quantitatis exclusurum. §. 31. Titio fratri suo Mævius hereditatem Seii, [à] quo heres institutus erat, post mortem suam restituere rogatus, eodem Titio herede scripto, petiit, ut moriens Titius tam suam, quam Seii hereditatem Sempronio restitueret: cum ex fructibus medio tempore perceptis fideicommissi debitam quantitatem Titius percepisset, æris alieni loco non esse deducendum fideicommissum, respondi: quoniam ratione [91] compensationis percepisse debitum videbatur. plane si ea lege Mævius Titium heredem instituat, *ne fideicommissum ex testamento Seii retineat*, Falcidiam compensationi sufficere: sed iniquitate [92] occurrere. prudentius autem fecerit, si ex testamento fratris hereditatem repudiaverit, & intestati possessionem acceperit: nec videbitur dolo feciſſe, cum fraudem excluserit [93].

§. 32. *A te peto, marite, si quid liberorum habueris, illis prædia* [94] *relinquas* [95]: *vel si non habueris, tuis, sive meis propinquis, aut etiam libertis nostris:* non esse datam electionem [96], sed ordinem [97] scripturæ [98] factum substitutioni, respondi. §. 33. Vicos civitati relictos, qui proprios fines habebant, ex causa fideicommissi non [99] ideo minus deberi placuit [100], quod testator fines eorum significaturum, & certaminis formam, quam celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte præventus non fecit.

De mora. 1. *De æstimatione loco rei legatario solvenda.* 2. *De mora, & usuris, & sumptibus litis.* 3. *De alienatione extra familiam prohibita.* 4. *De eo, qui emit à creditore.*

LXXVIII. IDEM [lib. IX Responsorum].

QUi solidum fideicommissum frustra petebat, herede Falcidiam [1] obiciente, si partem interim [2] solvi sibi desideraverit, neque acceperit, in eam moram passus intellegitur. §. 1. Cum post mortem emptoris, venditionem Reipublicæ prædiorum optimus maximusque Princeps noster Severus Augustus rescindi [3], heredibus pretio restituto, jussisset: de pecunia legatario [4], cui prædium emptor ex ea possessione legaverat, conjectura voluntatis, pro modo æstimationis, partem solvendam esse respondi.

§. 2. Etiam Respublica fideicommissi post moram [5] usuras præstare cogitur: sed damnum, si quod ex ea re fuerit secutum, ab his sarciendum erit, qui post dictam sententiam judicatum [6] solvere supersederunt. † Nec aliud servabitur in litis sumptibus, si [7] ratio litigandi non fuit*: *ignaviam* etenim *præsendentes audiri non oportere.* † Quod in tutoribus [8] quoque probatur. §. 3. Prædium pater de familia liberorum alienari verbis fideicommissi prohibuit: supremus [9] ex liberis, qui fideicommissum petere potuit, non idcirco minus actionem in bonis suis reliquisse visus est, quod heredem extrarium [10] sine liberis decedens habuit.

§. 4. Si creditor ab eo, qui testamentum fecit [11], domum acceptam jure pignoris vendidit: contra emptorem fideicommissi causa [12], tametsi voluntatem defuncti non ignoravit, nihil decernetur.

---

24 *l.* 69. *l.* 72. *ff. ad Trebell.*

25 *l.* 78. *in fin. ff. ad Trebell.*

26 Indotatam filiam esse ac manere velle pater non præsumitur. Julii filium stipulari dotem sororum reddi, sorore tantum mortua dotem peter: non ea divertente tantum, vel ejus marito morieute, ne indotata maneat.

27 Vid. Largebecium, *ad Annotationum.*

28 Nupta intelligitur, quæ primas nuptias contraxit, non secundas, *ut hic. l. boves.* 89. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* Quid non nupta? cælebs, quæ nec primas nuptias experta est, virgo. v. Cujac. *conſultat.* 47.

29 Quid ita? Simpliciter enunciata, ad primum dictum tantum referuntur. Unde notant, poenam primæ stipulationis interpositæ in prima locatione, non censeri repetitam in secunda locatione: cum pœna non sit ex eodem contractu, aut ex natura contractus.

30 Vide interpretationem hujus loci apud Cujac. 10 *obſ.* 39.

31 *Al.* fideicommissa.

32 Eligere qui debet, cum morietur, ante mortem eligere non potest: eligendo ante mortem nihil agit.

33 Nomen quid in jure significet, vide Alciat. 4 *diſput.* 1.

34 *Al.* fideicommissariam.

35 Vide *l.* 16. *ff. de ſolut.*

36 Vide *l.* 2. *circa fin. ff. de dote.* v. Paul. *à ſent.* 1 §. 1.

37 Cur ex voluntate? Sine liberis non decedit, qui cum filiis naturalibus decesserit. adde *l. ult. ff. de jure delib.*

38 Vide *l. ult. ff. de jure delib.*

39 Vide *l.* 6. *in fin C. de inſtit.*

40 *l.* 13 *ff. de probat.* dixi ad *l.* 5. *C. quando dies legat. cedat*, id est, ætatem 25 annorum sic appellat, quod sit crescendi finis: qualis perfecta, plena, ac integra ætas à Jurisconsultis dicitur; quæ sequitur ætas, πρεσβυτικὴ dicitur. Hippocrates enim apud Galen. 5 *Aphoriſ.* 9. sentit, ætatem 25 annorum esse finem pubertatis. vide Cujac. *ff. de minorib.* 41 §. 11. *ff. eod.* vide *l.* 74. *ff. de leg.* 1. *l.* 108. *ff. de cond. & demonſtr.* 42 *Al.* substituti. 43 Mensæ negotium legari potest.

44 Id est, ita ut heredes indemnes servet legatarius. Universitatis onerosæ legatarius, cavere de suscipiendis oneribus debet, licet plus sit in onere, quam in legato. Indemnitatis hæc formula notanda est. 45 *V. l.* 6. *l.* 7. *ff. pro ſocio.* 46 Nomina inter coheredes interpositis delegationibus dividebantur. *l.* 2. §. *ult. ff. familiæ. l. arbiter.* 11. *l. ult. ff. de diſtract. pign.* 47 Inter coheredes æs alienum dividitur leg. XII tab. vel pacto interpositis delegationibus. 48 Contra quam in *l.* 40. §. 2. *ff. de pact.* 49 Fideicommissa ipsa ampliantur, restringuntur, extenduntur, declarantur, & limitantur per rationem & causam, propter quam testator motus fuit ad fideicommissum ita faciendum: adeo ut talis ratio potius attendi debeat, quam verba expressa: eamque communem esse conclusionem refert Jul. Clar. 3 *ſent. §. teſt. q* 76. *n.* 1. Ratio dictum ampliat & declarat, tanquam mens & anima dispositionis: verbis præfertur, ut anima corpori: casus expressos continet, ut ne omissi intelligantur; continet, inquam, ut genus species continet. 50 Discordiæ inter propinquos sedandæ gratia, is intellectus nobis sumendus est in lege, statuto, testamento, ut ad propinquos inter se componendos interpretationem semper sumamus. adde *l.* 6. §. 2. *C. de bonis, quæ lib. l.* 1. *C. de pactis. l.* 11. *C. de tranſact.* 51 Communio inter propinquos discordias excitare solet. *l.* 26. *ff. de ſerv. urb.* 52 Clavium & anuli traditio facta uni filiorum à patre, intelligitur facta ad custodiam, non ad translationem dominii, hoc est ad custodiam, non transferendi dominii causa, *ut hic.* Imo transfertur dominium traditione clavium. *l. clavibus* 74. *ff. de contr. empt.* Ibi traditionem clavium præcessit titulus ordinatus ad dominium. Idem actus numero, uti diversa est agentis voluntas, diversos effectus parit. 53 Primogenitis claves & anulum à patre moriente interdum tradi solitum, hinc colligas. v. *l. ult. ff. de fide inſtr.* 54 Adsignandi verbum juris translationem hic non innuit. 55 Cur commune? Præsumitur pater filios ex æquo diligere. 56 Imperfecta scriptura hic quid est? An semiplena? 57 Oratio imperfecta, vel ex præcedenti vel sequenti perficitur, si hoc fieri potest. *Bald.* 58 Quid est ad communionem verba præcedentia vel sequentia adsumi? nihil aliud, quam interpretationem adferre imperfectæ scripturæ, ex antecedentibus & sequentibus ipsius scripturæ. 59 Dictum hic quid est? voluntas, intentio. Scriptum dicto non congruit, cum aliud natura vocabuli, aliud voluntas loquentis habet.

60 *V. l.* 3. *ff. de jure ſiſc. l.* 2. *C. comm. de legat.* Goth. Vide Joan. Robert. *lib.* 1 *ſent. c.* 21. Cujac. *lib.* 17 *obſ. c.* 25. Ans. 61 Puta, quia testes non erant rogati. 62 Codicillaris clausula, ut & intestati, interdum tacite subintelligitur, *ut hic.* Jurante testatore vel herede, subintelligitur clausula codicillaris, si non valet jure testamenti, valeat jure codicillorum. 63 Jusjurandum enixæ voluntatis argumentum est, *ut hic.* Catullus, *Qui dum aliquid cupiens animus præſeſſit apiſci, Nihil metuit jurare.* adde quæ not. ad *l.* 37. §. 5. *ff. de leg.* 3. v. Cuj. 17 *obſ.* 25. & *ad Nov.* 48. 64 Id est, consulo. *ff. eod.* adde *l.* 68. §. 1. *ff. de leg.* 3. 65 *Inſt. de ſubſt. pupill.*

66 Imo, ex hac scriptura fideicommissum debetur. *l.* 74. *in princ. ff. ad Trebell.*

67 Favore alterius dicta, seu enunciata in ejus fraudem verti non oportet.

68 Concilium non obligat eum, cui consilium datur testamento.

69 *l.* 20. *ff. de manum. teſt.*

70 Imo, ut quisque meruerit. *ff. eod. l. cum ſilius.* 76. §. *pater. 5. ff. eod.* Cur ita? An lex eo æquam distributionem facit, quod testator rem totam ad merita heredis, non ad sua retulerit?

71 Præsumitur enim quilibet bonus (de qua præsumptione v. Alciat. 3 *præſumpt. A.*) & idoneus 3 *præſumpt.* 3. Præsumitur meruisse, qui non demeruit.

72 Epistola, quæ reperitur in æde sacra deposita per testatorem, probat ejus voluntatem.

73 *V. l.* 5. *in fin. ff. familiæ.*

74 Ædituus, qui ædes tuetur. §. 2. *Inſt. de tutelis.*

75 *Al.* institutis. quod improbat Anton. Fab. 1 *conjectur.* 12.

76 Testator potest cum extraneo prorsus loqui de supremis suis, hoc est, ultima voluntate.

77 *Al.* dirigatur, *vel* dirigitur.

78 *Novell.* 159. c. 3. Goth. Intellectum hujus §. v. apud Joan. Decher. *lib.* 2. *diſſert.* 8. *n.* 11. Ans.

79 Id est, omnes simul.

80 Simul, non successive. *verſ. ſed hoc ita. ff. eod.*

81 Nec consensit. vide *l.* 11. *C. de fideicom.*

82 *V. l.* 154. *in fin. ff. de reg. jur.*

83 Pœnam qui petit, extra omnem culpam debet esse: qui non facit, quod non debet, percipit quod non oportet. Hæc enim natura pœnarum & legitimarum, & conventionalium, ut liquida sit causa prius, quam pœna petatur. vid. Bart. ad *l.* 55. *ff. locati.*

84 *V. Nov.* 159. *cap.* 3.

85 Non alienat extra familiam, quæ filio vendit, licet mater filium in sua familia vere non habeat. *Bald.*

86 V. quæ scripsi ad *l.* 56. §. 1. *ff. de verb. oblig.* Goth. Adde Nicol. à Valla, *de reb. dub. tract.* 2. Ans.

87 *Al.* ad eam.

88 *V. l.* 11. *ff. de jure codicill.*

89 *V. l.* 11. *ff. de legat.* 3.

90 Æstimatio facta a testatore portionum heredi tarium non facit jus fideicommissi inter heredes. vide quæ notavi ad *Novell.* 48. *cap.* 1.

91 *l.* 12. *ff. ad leg. Falcid.*

Si

92 *Al.* iniquitatem. 93 Dolus bonus est fraudem excludere. *l.* 1. *ff. de doli mal. l.* 6. §. 8. *ff. ſi quis omiſſa.* Qui fraudem excludit, non præsumitur fraudulentus: de qua præsumptione v. Alciat. 3 *præſumpt.* 18.

94 Finganius duo reliquisse. 95 Substituere legatariis & fideicommissariis possumus. *v. l.* 9. *C. de fideicom.* 96 Marito, ut vi superiorum verborum donet hereditatem, cui volet; sed videtur mulier substituisse propinquos liberis, secundum ordinem scripturæ. 97 *l.* 69. §. 3. *ff. eod.* Ordo scripturæ videtur hic esse, Tuis liberis meos propinquos; propinquis tuis, meos; utrisque libertos nostros substituo. 98 *Legendum videtur*, scriptura. 99 *V l.* 8. *C. de inſtitutionib.* 100 Imo, non deberi videtur. Notum est enim, eum, qui conditionem destinat inserere, nec eam addidit, non instituisse videri. *l.* 9. §. 5. *ff. de hered. inſt.* 1 *l.* 2. *C. de uſuris & fructib. legator.* 2 Justa causa in parte, non tollit moram in alia, *Bart.* partis & totius aliam esse interdum rationem, hinc colligitur. 3 Rempublicam restitui adversus contractum, observa. *Bald.* 4 Si prædium evincitur, pretium legatario debetur. *Bald.* 5 Quid? num hujusmodi mora ab interpellatione finitur? an à die condemnatæ reipublicæ? Prius aiunt veteres, secundum Corraſ. 2 *miſcellan. 7. in fin.* Goth. Ade Menoch. *de arbitr. judic. caſ.* 177. Ans. 6 *l.* 9. §. 5. *ff. de adminiſtrat. tutor.* 7 *l.* 2. *C. de adm. tut.* 8 *l.* 23. *C. de admin. tut.* 9 Finita causa prohibitæ alienationis, res alienari in extraneum potest. *Bald.* 10 *l.* 2. *C. quando dies.* 11 Et vetuit res suas extra familiam alienari.

12 Id est, fideicommissarii ab hujusmodi emptore fundum testatoris non ideo avocabunt, quod is fundum extra familiam voluerit alienari.

Si rem fideicommissam quidam ex ea emerunt fideicommissario & alia reliquerit.

LXXIX. IDEM [lib. XI Responsorum].

QUæ fideicommissa moriens libertis viri debuit, eorundem proventum suis [13] quoque libertis fructum reliquit; juris ignoratione lapsi, qui petere prædia ex mariti testamento debuerant [14], secundum fideicommissum inter cæteros [15] longo tempore percepernat: non ideo peremptam videri petitionem [16] prioris fideicommissi constitit [17].

De acquisitione legati.

LXXX. IDEM [lib. I Definitionum].

LEgatum ita [18] dominium rei legatarii facit, ut hereditas heredis res singulas: quod eo pertinet, ut, si pure res relicta sit, & legatarius non repudiavit defuncti voluntatem: recta [19] via dominium, quod hereditatis fuit, ad legatarium transeat, nunquam factum heredis.

Si scriptus heres succedat ab intestato.

LXXXI. PAULUS [lib. IX Quæstionum].

SI quis testamento facto, à filiis suis, quos heredes instituisset, fideicommissa reliquisset, non ut à legitimis heredibus, sed ut à scriptis, & testamentum aliquo [20] casu irritum factum sit: filii ab intestato venientes fideicommissa ex testamento præstare compelli non [21] possunt.

De debito legato creditori. 1. De legatis à substitutis. 2. Si legetur servo alieno.

LXXXII. IDEM [lib. X Quæstionum].

DEbitor decem legavit creditori, quæ ei post annum sub pignore debebat [22]: non (ut quidam putant) medii temporis tantum commodum ex testamento debetur, sed tota decem peti possunt. Nec tollitur petitio, si interim annus supervenerit: nam sufficit, quod uriliter dies cessit. Quod si vivo testatore annus superveniat: dicendum erit, inutile [23] effici legatum, quamquam consisterit ab initio. Sic & in dote prælegata responsum est, totam eam ex testamento peti posse [24]. Alioquin secundum illam sententiam, si interusurium [25] tantum est in legato, quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus? nam nec pecunia peti potest, quæ non [26] est legata: nec pars fundi facile inveniretur, quæ possit pro commodo peti. §. 1. Si Primo, & Secundo, & Tertio heredibus institutis, sic legata dentur, *Si mihi Primus heres non erit, Secundus Titio decem dato: Si Secundus mihi heres non erit, Primus Seio fundum Tusculanum dato*: utrisque omittentibus hereditatem, Primo & Secundo, quærebatur, substituti, quos eis dederat, an & cui legata præstare debent? Ab [27] utroque substituto legata debentur.

§. 2. Servo alieno posse rem domini legari Valens scribit: item id, quod domino ejus pure debetur: Cum enim servo alieno aliquid in testamento damus, domini [28] persona ad hoc tantum inspicitur, ut sit cum eo testamenti factio: cæterum ex persona servi constitit legatum. Et ideo rectissime Julianus definit, id demum servo alieno legari posse, quod ipse liber factus capere posset: calumnioſa est enim illa annotatio, posse legari servo, & quandiu [29] serviat: nam & hoc legatum ex persona servi vires accipit. Alioquin & illud annotaremus, esse quosdam servos, qui, licet libertatem consequi non possint, attamen legatum & hereditatem possunt adquirere domino. Ex illo igitur præcepto, quod dicimus, *servus inspici personam in testamento*, dictum est, servo hereditario [30] legari posse. Ita non mirum, si res domini, & quod ei debetur, servo ejus pure legari possit: quamvis [31] domino ejus non possent [hæc] utiliter legari.

Si servus alienas heredi, à quo fideicommissum sub conditione meruit, substituatur.

LXXXIII. IDEM lib. XI Quæstionum.

LAtinus Largus: proxime ex facto incidit species talis: Libertinus patronum ex semisse heredem instituit, & filiam suam ex alio semisse: fidei commisit filiæ, ut quibusdam ancillis patroni restitueret, hæ manumissæ essent: & si eadem filia heres non esset, substituit ei easdem ancillas: quoniam filia non voluit heres exsistere, ancillæ jussu domini, [id est, patroni] adierunt defuncti hereditatem: Post aliquantum temporis ab eo manumissæ quærebant, an fideicommissum petere ab eodem patrono possint: rogo ergo, quid de hoc existimes, rescribas? Respondi, nec [32] repetitum videri in hunc casum fideicommissum: sed al terutrum datum, vel fideicommissum, vel ipsam hereditatem: melius autem dici, in [33] eundem casum substitutas videri, in quem casum fideicommissum meruerunt: & ideo ad substitutionem eas vocari. Cum enim servo alieno fideicommissum ab uno ex heredibus sub conditione libertatis fuerit datum, ideinque servus ei heredi substituatur; licet pure substitutio facta sit, tamen sub [34] eadem conditione substitui videtur, sub qua fideicommissum meruit.

De libertate, & pecunia per fideicommissum relicta servo proprio.

LXXXIV. IDEM [lib. XXI Quæstionum].

SI quis servo suo fideicommissam libertatem reliquit, & aliud quid adscripsit: quidam dicunt, quia placebat, ab herede eum manumitti debere, futurum esse, ut non admittatur ad fideicommissum: sed hoc iniquum est. in hujusmodi enim persona utriusque quodammodo dies cessit, & libertatis, & pecuniæ petendæ: adeo ut putem, * si mora fiat præstandæ libertati, etiam fideicommisso moram videri factam, & usurarum [35] onus accedere: nam & cætera, quæ medio tempore adquisiit domino, dum moratur præstare libertatem, eidem restitui oportere, rectissime responsum est.

De pignore legato creditori.

LXXXV. IDEM PAULUS [lib. IV Responsorum].

CReditorem, cui [36] res pignoris jure obligata à debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare [37] volentis evidenter non ostenderetur.

De herede instituto, exceptis domibus, & quæ ibi sunt. 1. De fundo diviso, ut facilius locetur.

LXXXVI. IDEM [lib. XIII Responsorum].

GAius Seius pronepos meus heres mihi esto ex semisse bonorum meorum, exceptis [38] domo mea, & paterna, in quibus habito, cum omnibus, quæ [39] ibi sunt. Quæ omnia seruis ad portionem hereditatis, quam tibi dedi, non pertinere. Quæro, cum sit in his domibus argentum, nomina debitorum, supellex, mancipia: an hæc omnia, quæ illic inveniuntur, ad alios heredes institutos debeant pertinere? Paulus respondit: nomina debitorum non [40] contineri, sed omnium esse communia; in cæteris vero nullum pronepoti locum esse. §. 1. Titius, cum fratris filio fundos & urbana prædia legaret, in his & fundum Seianum legavit: quem ipse paterfamilias, quoad viveret, uno quidem nomine universum habuit, sed, quo [41] facilius conductorem inveniret, per duas [42] partes locabat; ita ut ex quadrate loci superiorem partem, Seianum superiorem, inferiorem autem partem, Seianum inferiorem appellaret: Quæro, an is fundus totus ad fratris filium pertineat? Paulus respondit, si testator fundum Seianum uno nomine universum possedit: quamvis eundem divisis [43] partibus locaverat, universum [44] eum ex causa fideicommissi præstari oportere: nisi [45] si heres, de qua parte testator senserit, evidenter probaverit.

De tessera frumentaria. 1. De usuris & mora. 2. De fideicommisso ejus, qui ultimus decesserit. 3. De inofficiosa donatione.

LXXXVII. IDEM [lib. XIV Responsorum].

TItia Seio tesseram [46] frumentariam comparari voluit, post diem [47] trigesimum à morte ipsius. Quæro, cum Scius [48] viva testatrice, tesseram frumentariam ex causa lucrativa habere cœpit, nec [49] possit id quod habet, petere; an ei actio competat? Paulus respondit, ei, de quo quæritur, pretium [50] tesseræ præstandum: quoniam tale fideicommissum magis in quantitate [51], quam in corpore consistit. §. 1. Usuras fideicommissi, post [52] impletos annos vigintiquinque, puellæ, ex quo mora [53] facta est, deberi respondi: quamvis enim constitutum sit, ut minoribus vigintiquinque annis usuræ omnimodo præstentur, tamen non pro mora hoc habendum est; quam sufficit semel [54] interveniſſe, ut perpetuo debeantur. §. 2. Seia libertis [55] suis fundum legavit, fideique eorum ita commisit, *Fidei autem vestræ, Vere & Sapide, committo, ne eum fundum vendatis: cumque, qui* [56] *ex vobis ultimus decesserit, cum moretur, restituat Symphoro liberto meo, & successori, & Beryllo, & Sapido, quos infra manumisi, quive ex his tunc supervivent.* Quæro, cum nec in prima parte testamenti, qua fundum prælegavit, eos substituit, in secunda tamen adjecerit verbum, *Qui ultimus decesserit*; an pars unius defuncti ad alterum pertineret? Paulus respondit, testatricem videri in eo fideicommisso, de quo quæritur, duos gradus substitutionis fecisse: unum, ut is, qui ex duobus prior morietur, alteri restitueret: alterum, ut novissimus his restitueret, quos nominatim postea enumeravit. §. 3. Imperator [57] Alexander [58] Augustus Claudiano Juliano Præfecto Urbi: *Si liquet tibi, Juliane carissime, avuam interventa inofficiosi querelæ patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinaniſſe* [59]: *ratio deposcit, id, quod donatum est, pro dimidia* [60] *parte* [61] *revocari.* §. 4. Lucius Titius, cum haberet quinque liberos, universos emancipavit, & in unum [62] filium Gaium Seium amplissimas facultates donationibus contulit, & modicum sibi residuum servavit, & universos liberos cum uxore scripsit heredes: in eodem testamento duas possessiones, quas retinuerat, eidem Gaio Seio prælegavit: & ab eo petit, *ut ex reditibus prædiorum, quæ vivus* [63] *ei donaverat, Mævia filiæ tot aureos daret, item alteri fratri alios tot*: conventus à Mævia sorore sua, legem Falcidiam implorat. Quæro, cum sanctissimus Imperator (ut supra scriptum est) contra voluntatem donantis, ea quæ donata sunt, revocari præceperit; an Gaius Seius compellendus sit secundum voluntatem patris ex donationibus fideicommissum præstare heredi sororis? Paulus respondit, post literas [64] Imperatoris nostri dubitari non oportere, quin in hac quoque specie, de qua quæritur, subveniendum [65] sit liberis, quorum portio, in unum filium donationibus collatis, imminuta est: præsertim cum Imperator noster contra voluntatem patris subvenerit, in proposita autem causa etiam voluntas patris pro his, qui fideicommissum petunt, intercedit: sed si Falcidia lex intercedit, fideicommissa in solidum esse præstanda, propter immodicarum donationum rationem.

De augmento & decremento. 1. De summa præcipienda pro sepultura. 2. De hereditate bonisve præcipiendis cum suis oneribus. 3. De modo implendo. 4. Si legatarius dolo heredi factum esse dixerit, ne testamentum mutaretur, nec obtinuerit. 5. De repræsentatione legati in diem. 6. Si ita relinquatur, libertis, libertabusque, & quos hoc testamento manumisi, & Seiæ alumnæ meæ. 7. De legatis duplicatis à substituto. 8. De nomine legato. 9. De eo, quod testator vult deficientibus scriptis heredibus ad aliquem pertinere. 10. De falsa debiti confessione. 11. De alimentis. 12. De fideicommisso filio restituendo. 13. Si fideicommittatur legatarii, ut servo heredis restituat. 14. De alienatione prohibita. 16. Si rogatus relinquere uni potius, quam alii, intestatus decedat. 17. De voluntate testatoris, ut non legitime factum pro jure legitimo habeatur.

LXXXVIII. SCÆVOLA lib. III Responsorum.

LUcius Titius testamento ita cavit: *Si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donavi, aut in usum concessi, aut fibi acquisiit, aut ei ab aliquo datum, aut relictum est: id fibi præcipiat, sumat, habeat*: filii nomine calendarium [66] fecerat: postea sententia dicta est, & *placuit*, id quod sub nomine ipsius filii in calendario remanserat, ei deberi: non etiam id quod exactum in rationes suas pater convertisset: Quæro, si id, quod exegisset pater ex nominibus filii ante testamentum factum, iterum post testamentum factum in nomen filii convertisset; an ad filium secundum sententiam pertineret? Respondi, id quod ex eadem causa exactum in eandem causam redisset, deberi. §. 1. *A te peto, Titi, fideique tuæ committo, uti curam* [67] *condendi corporis mei suscipias, & pro hoc tot aureos è medio præcipito.* Quæro,

---

13 Id est, & vitrici, & suis libertis.
14 Id est, libertarii.
15 Id est, cum libertis uxoris.
16 Adversus libertos uxoris.
17 Utens re minus utili, non præjudicat sibi ad petendam postea rem magis utilem.
18 Id est, recta via legata ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, transeunt. *l. 64. in fin. ff. de furtis.*
19 *l. 64.* *de furt.*

20 Ex causa præcautionis, vel ex heredatione.
21 Imo possunt, *l. 12. ff. de inoffic. testam.* adde tamen *l. 1. C. de pallionario revocando.*
22 Id est, debitor creditori suo pure, quæ ei sub conditione debebat, legavit: id est, non potest. *l. 13. l. 14. ff. de libérat.*
23 Imo, non sit inutile. *l. 5. ff. ad l. Falcid. §. 14. l. 7. de lega.* Solve contradictionem & sine contradictione, cum alia actione personali ex obligatione peti possit. Et utile, cum actione ex testamento peti possit. *Gub.* Vel est utile est legatum si in specie consistat, si dictis locis, si vero in quantitate consistat, inutile est. ut hic Tiraqu. *part. 2. ex. 13. n. 4. lit. i.* Auf.
24 Statim scilicet, quamvis alioquin annua die dos præstanda esset. *l. 1. §. 2. ff. de dot.*
25 Interusurium, commodum est repræsentatæ summæ quæ in diem debetur. *l. 66. ff. ad l. Falcid. l. 9. §. 6. ff. de peculio.* Sed quid? in dilegata editione legatur *interesse*. Si ita est, verbum *interesse* erit substantivum, ut *c. 1. de rescriptis. cap. si falsa. Si de feudo controv.* 3 Quintil. 9. Hæc pene dicendi forma usus est Plin. 7 *epist.* Hieronym. *in epistolam adversus Jobannem Epiſc. Hierosolym.* bene, inquit, bene: sed quo istud tuum tam bene? Virgilius, *Donat habere viro.* vid. Corrad. 1 *miscell.* 20. Crimen rapere. *l. crimen. C. de ed. perpetua.* Scire tuum nihil est. Persius: *Cum nostrum ad vivere triste Assideri. Velle suum cuique est.* Fumæus *ad can. 1. de eo quod interest*, notat idem verbum reperiri in *l. 35. in fin. ff. de contr. empt.* quod falsum. adde Guibertum, *lib. singul. qu. 4.*
26 Non entis nullæ qualitates.
27 *l. 74. ff. de legat. 1.* vid. in hanc leg. Cujac. 17 *observ. 5.*
28 *l. 12. §. 2. ff. de leg. 1. l. 5. ff. de servit. leg.*
29 Imo non est calumnioſum dici posse servo legari, quoad servet. *l. 113. ff. de leg. 1.*
30 Vide *l. 26. ff. de stipul. servor.* 31 Imo, ei legare non possumus, cujus domino legare non possumus. *l. 12. §. 2. ff. de legat. 1.* 32 Imo, repetitum videtur. *l. 74. ff. de legat. 1.*
33 Conditio adjecta fideicommisso utili, videtur repetita in substitutione vulgari de eadem facta. *Bald.* 34 Adde *l. 77. ff. de cond. & demonstr.* 35 Usuræ & fructus in legatis & fideicommissis debentur post moram. *l. 87. §. 1. ff. eod. l. 23. l. 47. l. 91. in fin. l. 120. in fin. ff. de leg. 1. l. 35. ff. de legat. 3. l. 3. l. 34. ff. de usur.* 36 Vide *l. 16. C. de legatis.* 37 *V. l. 8. C. de her. act. l. 6. C. de her. inst. l. 123. ff. de leg. 1. l. 24. ff. ad l. Falcid.* adde Paul. 5 *sent. 6. §. 8.*

adde *l. 1. C. de inoff. donat.* 60 Quartæ partis. *l. 6. l. 7. C. de inoff. donat.* Cur pro dimidia? forte plures erant heredes. v. quæ scripsi ad *l. 8. C. de revoc. donat.* 61 *V. l. 16. §. 1. ff. de jure patronat.*
62 Donatio inofficiosa in unum ex liberis collata per querelam alterius revocatur usque ad legitimam ei debitam portionem. *Bald.* 63 *l. 37. §. 3. ff. de leg. 3. l. 56. in fin. ff. ad l. Falc.* Pater potest cum fideicommissi onere gravare, cui inofficiose donavit irrevocabiliter inter vivos. *Bald.*
64 De quibus *§. 3. ff. eod.* 65 *l. 1. l. 6. l. 7. C. de inoff. donat. Nov. 92. c. 1.* 66 Adde *l. 64. ff. de leg. 3.* hinc quæstio nascitur, An quod pater sibi nomine mutuo dederit, filio donasse videatur. *ff. de leg. 3.*
67 Sepulturæ & condendi sui corporis curam uni interdum demandabant testatores.

ro, an si Lucius Titius minus [67] quam decem aureos erogaverit, reliqua summa heredibus proficiat? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, heredem commodo proficere. §. 2. Quæ marito heres extiterat, ita testamento cavit: *Mævi & Sempronii, filii dulcissimi, præcipitote omne quicquid ex hereditate bonifve Titii domini mei* [68], *patris vestri, ad me pervenit mortis ejus tempore: ita tamen, ut omne* [69] *onus ejusdem hereditatis tam in præteritum, quam in futurum, nec non etiam si quid post mortem Titii domini mei adgnoscatur.* Quæro, an, si quid solvisset post mortem mariti, cum ipsa fructus cepisset [70], dedisset, ad onus [71] eorum pertineret? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, ea duntaxat onera legatariis imposuisse, quæ fuissent. §. 3. *Quisquis mihi heres heredesve erunt, hoc amplius Lucres Eutychus, quam quod eum heredem institui, è media hereditate sumito, sibique habeto unaeum* [72] *Pamphilo, quem liberum esse jubeo, instrumentum tabernæ ferrariæ, ita ut negotium exerceatis:* Lucius Eutychus [73] viva testatrice decessit: pars hereditatis ejus ad coheredem pertinuit. Quæro, an Pamphilus eodem testamento manumissus, ad petitionem partis instrumenti admitti possit: licet taberna, ut voluit testatrix, exerceri non possit? Respondi, admitti.

§. 4. Sempronia substituta heredi instituto, legata accepit, *si heres non esset:* movit contra [74] institutum actionem, quod dolo ejus factum esse dicebat, quo minus testatrix volens primo loco scribere eam heredem, testamentum mutaret: nec obtinuit. Quæro, an legati persecutionem salvam haberet? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, salvam habere. §. 5. Testator legata *ante quinquennium vetust peti, præstarique:* sed heres quædam sua [75] sponte ante quinquennium solvit. Quæritum est, an ejus, quod ante diem existentem solutum est, repræsentationem in reliqua solutione legati reputare possit? Respondi, non propterea minus relictum videri [76], quod aliquid ante diem sit solutum. §. 6. Lucius Titius testamento ita cavit: *Prædiolum meum dari volo libertu libertabusque meus, & quos hoc testamento manumisi, & Seiæ alumnæ* 77 *meæ, ita ne* [78] *de nomine familiæ meæ exeat, donec ad unam proprietas perveniat.* Quæro, an Seia in communione cum libertis habeat portionem: an vero sibi partem dimidiam ejus prædioli vindicare possit? Respondi, perspicuam [79] esse testantis voluntatem, omnes ad viriles [80] partes vocantis. §. 7. Impuberem filium heredem instituit: uxori dotem prælegavit, item ornamenta, & servos, & aureos decem: & si impubes decessisset, substituit: à quibus ita legavit, *Quæcunque primus tabulis dedi, eadem omnia ab heredibus quoque heredis mei in duplum dari volo.* Quæritur, an ex substitutione, impubere mortuo, dos quoque iterum debeatur? Respondi, non videri de dotis legato duplicando testatorem sensisse. † Item quæro, cum corpora legata etiam nunc ex lucrativa causa possideantur, an à substitutis peti possint? Respondi, non posse. §. 8. *Civibus* [81] *meis do lego chirographum Gaii Seii:* postea codicillis *vetust à Seio exigi:* & ab herede petit *ut ex alterius debitoris debito, quem codicillis nominavit, eandem summam reipublicæ daret.* Quæritum est, si posterior idoneus [82] non esset, an integram quantitatem heredes præstare debeant? Respondi, heredes Reipublicæ adversus eum duntaxat debitorem, qui novissimis codicillis (ut proponitur) designatus est, actionem præstare debere. §. 9. Filiam ex asse instituit heredem, eique substituit nepotem suum, & ita cavit: *Si (quod* [83] *abominor) neque filia mea, neque nepos meus, heredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiæ fundi illius ad libertos meos pertinere* [84] *volo.* Quæritur, cum ante testatorem & filia & nepos decesserunt, & intestati [85] bona pertinuerunt ad pronepotem ejus: an fideicommissum ad libertos pertineret? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, si nullus alius heres institutus substitutusque esset, quam filia & nepos, videri legitimorum fideicommissum [86] esse, ut præstarent. §. 10. *Quisquis mihi heres erit, fetat debere* [87] *me Demetrio patruo meo denaria tria, & deposita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria, quæ etiam protinus reddi & solvi eu jubeo.* Quæritum est, an, si non deberentur, actio esset? Respondi, si non deberentur, nullam quasi ex debito actionem esse, sed ex fideicommisso.

§. 11. Lucius Titius Damam & Pamphilum libertos suos ante biennium mortis suæ de [88] domo dimisit [89]; & cibaria [90], quæ dabat, præstare desiit: mox facto testamento ita legavit, *Quisquis mihi heres erit, omnibus libertu meis, quos hoc testamento manumisi, & quos ante habui, quosque, ut manumittantur, petii, alimentorum nomine in menses singulos certam pecuniam dato:* Quæritum est, an Damæ & Pamphilo fideicommissum debeatur? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, ita deberi, si [91] hi, qui petent, manifeste docerent, eo animo circa se patronum, cum testamentum faceret, esse cœpisse, ut his quoque legatum dari vellet: alioquin nihil ipsis [92] præstetur. §. 12. Damæ & Pamphilo, quos testamento manumiserat, fundum dedit, *ita ut post mortem suam filius suus restituerent:* eodem testamento petiit ab heredibus suis, *ut Pamphilam manumitterent*, quæ Pamphila filia naturalis erat Pamphili: idem Pamphilus, post diem legati sui cedentem, testamento heredem instituit Mævium, ejusque fidei commisit, *ut hereditatem suam* (id est, fundi suprascripti partem dimidiam, quam solam in bonis ex testamento patronæ suæ habebat) *Pamphilæ filiæ suæ, cum primum libera fuisset, restitueret.* Quæro: Pamphila manumissa utrum ex testamento superiore patris sui patronæ eam partem petere possit, an vero ex testamento patris naturalis [93], ex causa fideicommissi, habita ratione legis Falcidiæ? Respondi, ex his, quæ proponerentur, probari, Pamphilam duntaxat ex testamento superiore fideicommissum petere posse. Claudius: quia creditur, * appellatione filiorum & naturales liberos, id est, in servitute [94] susceptos, contineri [95]. §. 13. Scævola: CODICILLIS Gaio Seio centum legavit, ejusque fidei commisit, *ut ancillæ testatoris ea daret.* Quæro, an utile fideicommissum sit, quod legatarius ancillæ testatoris dare jussus est? Respondi, non esse [96]. Item, si utile non est, an legatarius heredi, cujus ancilla est, restituere compellatur? Respondi, non compelli: sed nec ipsum legatarium [97] legatum petere posse. §. 14. Insulam libertis utriusque sexus legavit, ita *ut ex reditu ejus masculi* [98] *duplum, fœminæ simplum percipiant: eamque alienare vetuit:* ex consensu omnium ab herede venundata est. Quæro: an & ex pretio insulæ duplum mares, simplum caperent fœminæ? Respondi, ob pretium nullam [99] fideicommissi persecutionem esse, nisi ea mente [100] venditioni consenserunt, ut similiter ex pretio mares quidem duplum, fœminæ autem simplum consequantur. §. 15. Instituto filio herede, & ex eo nepotibus emancipatis, testator ita cavit: Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ διανέμεσθαι καθ' αὑτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀνεχείρας αὐτοῖς, καὶ υἱοῖς, καὶ ἐκγόνοις, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· ἐὰν δέ τις βιάσηται αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ διανείσασθαι καθ' αὑτοῦ, ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ διανέμεσθαι παρ' αὐτοῦ, ἐὰν δέ τις ἀμφισβητῇ τοῦτο ποιῆσαι, ἔστω τὸ χρυσοῦν ἀργύριον ἀχρηστον καὶ ἄνωφελον, id est, *volo meas ædes non vendi ab heredibus meis, neque fœnerari super* [1] *eas: sed manere eas firmas, simplices, meis filiis & nepotibus universum* [2] *tempus. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere coheredi suo & fœnerari ab eo: si autem aliquis præter hæc 3 fecerit, erit quod obligatur, inutile atque irritum.* Quæritur, cum filius defuncti mutuam pecuniam à Flavia Dionysia acceperit, & locatis 4 ædibus pro parte sua, pensiones sibi debitas creditrici delegaverit, an conditio testamenti extitisse videatur, ut filiis suis fideicommissi nomine teneatur? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, non extitisse. §. 16. Matre & uxore heredibus institutis ita cavit, *A te, uxor carissima, peto, ne quid post mortem tuam fratribus tuis* 5 *relinquas: habes filios sororum tuarum, quibus relinquas: scis unum fratrem tuum filium nostrum occidisse, dum ei rapinam* 6 *facit: sed & alius mihi deteriora fecit.* Quæro, cum uxor intestata 7 decessit, & legitima ejus hereditas ad fratrem pertineat, an [sororis] filii fideicommissum ab eo petere possint? Respondi, posse defendi, fideicommissum deberi. §. 17. *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo Jurisperito* 8, *rationem animi 9 mei potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam* 10: *& si minus aliquid legitime minusve perite fecero, pro* 11 *jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas:* deinde heredes instituit. Quæsitum est, intestati 12 ejus bonorum possessione petita, an portiones adscriptæ ex causa fideicommissi peti possunt? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, posse.

De epistola. 1. De rei æstimatione. 2. Si legetur scripto heredi, si heres non erit, & præterea alii. 3. De communicatione bonorum ex causa fideicommissi. 4. Si rem fideicommissarii obligaverint, creditorque uni ex illis vendiderit. 5. De dote onerata fideicommisso. 6. Si fideicommissarius onerato succesferit pro parte. 7. De re alienata ab eo, qui ignorabat se oneratum fideicommisso.

LXXXIX. IDEM [lib. IV Responsorum].

TEstamento filium & uxorem suam heredes instituit: postea epistolam scripsisse dicitur, qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donavit, & adjecit, *præcipua hæc eum, sicque juris, & post mortem suam habere velle.* Quæro, cum testamento significaverit, si quid obsignatum recepisset, id vice [13] codicillorum valeret, epistola autem non [14] sit obsignata: an quæ epistola continentur, ad filium pertineant? Respondi, si fides [15] epistolæ constaret, deberi, quæ in eam dare se velle significavit. §. 1. Qui indivisam cum fratre suo rem habebat, filias suas heredes instituit, & ita cavit: *Propter res universas, quæ mihi cum illo fratre meo, patruo vestro, communes sunt, quas æstimationis consistenti esse universas duo millium aureorum: fidei vestræ committo, uti pro portione vestra mille aureos à Lucretio Pacato patruo vestro accipiatis:* huic testamento quinquennio supervixit [16], & abunde patrimonium reliquit. Quæsitum est, an heredes Lucretii Pacati secundum verba suprascripta offerentes mille aureos, fideicommissum consequantur? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, non facere voluntatem, ut universa datis millenis aureis restituerentur: sed æstimationis, quæ mortis tempore in rebus fuerat, oblationem debere fieri. §. 2. Seio, quem heredi substituerat, ita legavit: *Seio, si mihi heres non erit, & uxori ejus Marcellæ, argenti libras quindecim dari volo.* Quæro, cum Seius heres extiterit, an Marcellæ legati dimidia portio debeatur? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, deberi. §. 3. Lucius Titius intestato [17] moriturus, cum haberet uxorem, & ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc [18] verba inseruit, *Pertinent* [19] *[autem] hi codicilli ad uxorem & filiam, primum [autem] rogo, sic inter vos agatis, ut me vivo egistis: itaque rogo, ut quicquid aut ego reliquero, aut quod vos ipse habetis, commune* [20] *vobis sit:* filia intestati patris bonorum possessionem accepit. Quæritur, an aliqua pars hereditatis Lucii Titii ex causa fideicommissi à filia matri deberetur, & quota? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, dimidiam partem deberi, si modo uxor parata sit in commune bona sua conferre.

§. 4. Quatuor filios [21] æquis partibus instituit, & fundum per præceptionem singulis legavit: filii, cum universa bona patris obligata essent, mutua accepta pecunia hereditario creditori solverunt, & posteriori obligaverunt: qui, cum ei debitum non solveretur, prædia universa, lege pignoris, uni ex heredibus vendidit [22]. Quæritur, an cum iste filius ex causa emptionis ea possideat, fratribus & coheredibus fideicommissi petitio esset: an vero ea perempta esset, cum communiter universa sequenti creditori obligaverint? Respondi, actionem [23] quidem fideicommissi in [24] personam competentem omnibus invicem manere: non autem fideicommissum restituendum esse, nisi prius debitum ab eis emptori, eidemque coheredi persolveretur. §. 5. Filiæ fideicommisit in hæc verba, *Peto à te filia mea, ut dotalem* [25] *causionem post mortem meam mutes, & ita renoves, ut* [26] *fratres tui dotem stipularentur hoc casu, ut si sine liberis uno, pluribusve in matrimonio moriatis, dos ad eos perveniat:* post mortem patris decessit maritus, antequam renovaretur cautio dotalis:

---

67 Executor minus expendens, quam testator dixit, residuum reddit heredi. *Bald.* Nudus minister nullum commodum sentire debet ex testamento, *Bart.* Quid, si plus? non recte petit. adde *l.* 31. §. 4. ff. *de negotiis.* Curita? v. *l.* 17. ff. *eod. l.* 60. §. 3. ff. *mandati.* v. *l.* 102. ff. *de verb. sign.*

68 Ita solent mulieres maritos suos dominos vocare.

69 Præceptum observa de onere omni hereditario agnoscendo.

70 *Al.* quos percepisset.

71 Adde *l.* 48. *l.* 65. ff. *de rei vind.*

72 De hac dictione v. *l.* 13. *in fin.* ff. *De manumiss. test.*

73 Eutychus.

74 Impugnans heredem non dicitur impugnare testamentum, nec ideo perdit commodum testamenti, *Bald.* & legata. *Bart.*

75 Vide *l. ult. C. ne uxor pro marito.*

76 *Al.* deberi. Debebit, Cujac. *5 obs.* 12.

77 De alumno v. *l.* 1. *C. quæ res pignori.*

78 De hoc legati genere adde *l.* 108. ff. *de cond. & demonstr.*

79 Qua in re perspicua est? In eo scilicet quod omnibus pariter relinquit sub eadem conditione, *Ne fundus de nomine familiæ exeat.*

80 Vide *l.* 85. ff. *de legat.* 1.

81 Civibus qui legat, civitati legasse intelligitur. *l.* 2. ff. *de reb. dub.*

82 Nomen debitoris si alicui lego, heres meus ad solam nominis cessionem faciendam tenetur, nec idoneum præterea nomen facere cogitur.

83 V. *l.* 85. ff. *de hered. inst.*

84 *Pertinere* verbum ad fideicommissum trahitur. *Bart.*

85 Relicta in defectum testamenti, videntur ab intestato relicta. *Bald.*

86 Similes casus quibus legata debentur non adita hereditate, sunt in *l.* 2. §. *ult. ff. de legit. hered.* Cujac. *lib.* 18 *obs. cap.* 12. Item in *l.* 14. *C. de fideicommiss.* de qua vide Goveau. *lib.* 1 *var. lect. c.* 1. Duaren. *lib.* 1 *disput. cap.* 5. Fachin. *lib.* 6 *controv. cap.* 97. Alius casus est, quando testamento adscripta est clausula codicillaris. Gail. *lib.* 2 *observ.* 134. *n.* 3. Covarruv. *c. Raynut.* §. 18. *num.* 8. *extr. de testament.* Gomez. *lib.* 2 *var. resolut. cap.* 4. *c.* 8. *vers. tertio limita.* Ans.

87 Confessio in ultima voluntate non probat contractum inter vivos, nisi pars altera præsens fuerit.

88 Alimenta legans libertis, iis legasse alimenta non intelligitur, quos domo sua superstes cum esset, expulit, nisi probent se in patroni gratiam rediisse: unde notant, Generalia & favorabilia verba ad eos, qui offenderunt, & indignos non extendi. 89 Signum irati patroni & dirimendæ amicitiæ maximum est, domo dimitti a patrono. Tac. *l.* 51. *pr. & fin.* ff. *de manum. test.* Ita expulsus domo alicujus præsumitur esse inimicus: ut in eum testari non possit. adde *l. testa. Centurio.* 51. ff. *de manum. test.* 90 Cibaria liberti à patronis interdum accipiebant.

91 Si qui peteret, *Hal.* 92 Generalia verba restringuntur, ne odiosi comprehendantur. *Bart.* Verba referuntur ad merentes, non ad delinquentes. v. *l.* 10. ff. *soluto.* Generale mandatum habens, cum inimicis mandantis transigere non potest. *Bald.* 93 *l.* 81. §. 7. & *l.* 84. §. 1. ff. *de leg.* 1.

94 Filii naturales in servitute concepti filiorum appellatione continentur. 95 *l. ult. in fin.* ff. *de jur. delib.* v. *l.* 6. *in fin. C. de inst. & subst.* Venient igitur ad emphyteusim, quæ promissa stipulanti & ejus filiis fuerit. 96 Cur ita? quia libertas non censetur data. Nemo paganus propriæ ancillæ legat, libertate non adscripta, aut data. *l.* 20. ff. *de admendis. l.* 4. *C. de legat. l.* 28. *C. de fideic.*

97 Si non possidet. 98 Masculis duplum, fœminis simplum legari observa.

99 Cur ita? quia consensus alienationi præstitus, vim tacitæ repudiationis habet. *Bald.* Ita fiet, ut si testator ita insulam legaverit, ut ex reditu ejus masculi duplum, fœminæ simplum percipiant, reditus æqualiter inter liberos dividatur, at non ipsa proprietas.

100 Expressim declarata: alias reservatio in mente retenta nihil operatur. *Bald. v. l.* 7. *C. de conditione ob causam datorum.* Goth. Adde *l.* 51. ff. *de conditt. indebiti.* S. L.

1 Qui petit sibi credi *super res suas*, perinde est ac si diceret, Res meas tibi obligo. *Bald.* vide quæ scripsi *l.* 10. ff. *de annuis.*

2 Substitutiones perpetuæ, & in infinitum jure civili approbatæ, *ut hic.* hodie intra quartum gradum restrictæ. *Nov.* 159. adde Hotomann. 1 *consil.*

3 Id est, si heredum aliquis alteri quam coheredi suo partem vendiderit, aut pignori dederit: hinc nota, Prohibitum vendere extraneo, non prohiberi eidem locare.

4 Alienare prohibitus, locare in longissimum tempus, seu 100 annos non prohibetur. vide Socin. *reg.* 11.

5 Prohibitus alteri, puta Titio, relinquere, videtur jussus facere, & curare ne Titius ab intestato succedat. *Bald.* Goth. Intellectum vide apud Joann. Decher. *lib.* 1 *disser.* 11. *n.* 4. Ans.

6 Rapinam facere hic est rapas ferre, & locum iis serendis parare. Rapina etiam rapistrum dicitur. Columell. 9. *c.* 4. Sic porrina dicitur in *l.* 18. ff. *de usufr.* Napina & Rapina. Colum. 1. *c.* 2.

7 Intestatum mori, species est relicti & alienationis. *Bald.*

8 Veterum adeo exacta diligentia fuit in testamentis ordinandis, ut sine Jurisperito vix quisquam testamentum facere auderet. Ita litem vix instituebant aut suscipiebant sine advocato. *Novell.* 158. *c.* 1. *l.* 22. *C. de testam.* Crassus apud Ciceronem 2 *de oratore.* Scævolam hudens: Si, inquit, nullum erit testamentum rite factum, nisi quod tu scripseris, omnes ad te cives cum tabulis venient, omnium testamenta tu scribes unus. Arrianus 2 *dissertationum Epicteti* (sic enim Gellius 17. *cap.* 19. Titulum eorum librorum reddidit), ναυικὰς ἢ ἀξηγήτους τὰ ὠφέλιμα, ἀλλὰ διαθήκας ἢ γραφὰς; καὶ οὐδὲν ποῦς δὰ γραφεῖον, ἢ ὑφιλαιάδιον ἢ ὀθόνιον. Sueton. *in Nerone, c.* 31. Deinde ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent, ac ne impune esset studiosis juris, qui scripsissent, vel dictassent ea. *Hæc ille.* Quo loco studiosi juris, Jurisperiti. *l.* 1. ff. *de offic. Adjess. l. Dioms.* ff. *de extr. cognit.* 9 Clausulam codicillarem in omnibus testamentis hodie tacite intelligi notat Cujac. (8 *ad Afric. in explicat.* §. *locavi. tibi fundum.*) quod soleat ea adscribi frequentissime, & omnium testatorum fere eadem sit mens, quæ Lucio Titio, *hac lege.* Solita præsumuntur permissa. *l.* 31. §. 20. ff. *de ædilitio.* 10 Atqui nemo efficere potest, quin leges habeant locum in suo testamento *l.* 55. ff. *de legat.* 1. 11 *l.* 29. *in fin.* ff. *qui testamenta.* 12 Fideicommissa ab intestato deberi possunt. vide *l.* 4. *C. de codicillis.* Testator jubere potest, ut valeat testamentum omni modo, quo melius valere poterit: ut si non valeat jure testamenti, valeat jure codicillorum. adde *l.* 76. *in fin.* ff. *ad Trebell.* 13 Id est, jure. 14 Obsignatio in codicillis non requiritur necessario. Ratio dubitandi sumitur ex *l.* 6. §. 2. ff. *de jure codicill.* 15 De fide epistolæ constat, si manu ejus, de quo quæritur, scriptam esse constet: alias epistola non probat. 16 Generalia verba testamenti (ut & generalis æstimatio facta à testatore bonorum suorum) restringuntur ad tempus testamenti: non referuntur autem ad bona postea quæsita. *Bald.* 17 *l.* 114. §. 2. ff. *de legat.* 1. 18 Vide *l.* 11. ff. *de leg.* 3. 19 *l.* 78. ff. *ad Trebell.* 20 Communione bonorum legata quid veniat, vide *d. l.* 78. Potest testator præcipere in testamento communionem hereditbus. *Bald.* 21 Vide Leonin. *emendat. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 9. Auf. 22 Posumus cum tota re etiam partem nostram emere, ut in *l.* 17. ff. *comm. divid. v. l.* 13. *in fin.* ff. *de in diem addict.* Sic tamen, ut possit dividi. *l. ult. C. comm. divid. l.* 30. *l.* 75. ff. *pro socio.* 23 Familiæ erciscundæ scilicet. *l.* 7. *C. familiæ.* 24 Vide *l.* 65. ff. *de rei vindicat.* 25 Potest pater per fideicommissum filiæ substituere in dote. *Bald.* quando dos excedit legitimam: alias non potest ullum onus legitimæ imponi. *Bald. l. quoniam.* 32. *in fin. C. de inoffic.* 26 Id est, ita ut.

talis: & postea alii nupta decessit, nullo liberorum relicto, vivo adhuc Titio uno ex fratribus: Quæsitum est, an Titius petitionem haberet rerum, quæ in dotem fuerant? Respondi, posse fideicommissum ab heredibus sororis peti, si per eam steterit, quo minus dotem fuerit stipulatus. §. 6. Filium & filiam heredes instituit: & liberis legata dedit, eorumque fidei commisit in hæc verba, *A vobis peto, ut quidquid vobis legavi, contenti sitis vivere, ut post vos* [28] *filius meus restituatis*: defuncta testatricis filia Mævia libertus decessit, herede instituto patronæ filio ex parte debita, ex altera extraneo: Quæsitum est, an adita hereditate, patronæ filius à coherede suo [30] partem eorum, quæ ex testamento matris ad Mævium libertum pervenerant, petere potest? Respondi, ejus quod ei deberetur, si [30] hereditatem non adisset, partem à coherede petere posse. §. 7. Maritus uxorem ex asse heredem instituit, cujus post mortem codicillos aperiri testator præcepit: prædium hereditarium uxor infructuosum rationi suæ existimans [31] vendidit [32]: emptor quærit, an retractari hæc venditio possit post mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fideicommissum hereditas data deprehenderetur; an vero solum quantitas pretii ab herede uxoris fideicommissariis debeatur? Respondi, propter justam [33] ignorantiam tam mulieris [34], quam emptoris, heredem mulieris, ut fundus apud emptorem remaneat, fideicommissario pretium dare debere.

28 Id est, post mortem vestram.

29 Extraneo.

30 *L.* 10. *ff. de aure.*

31 Vid. *l.* 63 *ff. ad.*

32 Vide Bertrand. 4 *consil.* 6

33 *L. ult. ff. de transactionib. l.* 1 *in fin. & depositi.* Res subjecta ratificationi, propter justam ignorantiam potest efficaciter allegari, debetur tamen pretium. *Bald.* Hinc etiam colligit Roland. à Valle 1 *cons.* 9. *n* 4. discussionis exceptionem dari ementi rem fideicommissariam adversus evincentem. vide tamen quæ scripsi ad *l.* 29. *C. de jure dotium.* aude omnino hanc legi Bertrand. 4 *consil.* 6.

34 Quæ ignoranti ignoranti vendidit.

LIBER TRIGESIMUSSECUNDUS.

[LIBER TERTIUS [1]].

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

De ignorantia vel dubitatione testatoris. 1. De manumissione testatoris. 2. De aqua & igni interdicto. De deportato. 6. De eo, ad quem aliquid perventurum est. 7. De proximo bonorum possessore, & inferioribus. 8. De nondum nato. 9. De successorio Edicto.

I. ULPIANUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SI incertus [2] quis sit, captivus [sit], an à latrunculis obsessus: testamentum facere non potest [3]. † Sed & si sui juris sit ignarus, putetque se per errorem, quia à latronibus [4] captus est, servum esse velut hostium; vel legatus [5], [qui] nihil se à captivo differre putat: non posse fideicommittere certum est: quia nec [6] testari potest, qui, an liceat sibi testari, dubitat. §. 1. Sed si filiusfamilias [7] vel servus [8] fideicommissum reliquerit, non valet. si tamen manumissi decessisse proponantur, constanter dicemus, fideicommissum relictum videri: quasi nunc datum, cum mors ei contingit: videlicet si duraverit [9] voluntas post manumissionem. Hæc utique nemo credet in testamentis nos [10] esse probaturos: quia * nihil in testamento valet, quotiens ipsum testamentum non valet: sed si alias fideicommissum quis reliquerit. §. 2. Hi, quibus aqua & [11] igni interdictum est, item [12] deportati [13], fideicommissum relinquere non possunt: quia nec testamenti faciendi jus habent, cum sint κτόνλες [14], id est, *exortes* [15]. §. 3. *Deportatos* [16] autem eos accipere debemus, quibus Princeps insulas adnotavit [17], vel de quibus deportandis scripsit. Cæterum, prius quam factum Præsidis comprobet, nondum amisisse quis civitatem videtur: proinde, si ante decessisset, civis decessisse videtur: & fideicommissum, quod ante reliquerat, quam sententiam pateretur, valebit: sed [&] si post sententiam, antequam Imperator comprobet, valebit quod factum est, quia certum statum usque adhuc habuit.

§. 4. A Præfectis vero Prætorio, vel eo, qui vice [18] Præfecti ex mandatis Principis cognoscet, item à Præfecto Urbis deportatos (quia [19] ei quoque epistola D. Severi & Imperatoris nostri jus deportandi datum est) statim amittere civitatem [20]: & ideo [21] nec testamenti faciendi jus nec fideicommittendi constat habere. §. 5. Si quis plane in insulam deportatus codicillos ibi fecerit; & indulgentia Imperatoris restitutus, isdem codicillis durantibus decesserit: potest defendi fideicommissum valere, si modo in eadem voluntate duravit. §. 6. Sciendum est autem, eorum fidei committi [quem] posse, ad quos aliquid [22] perventurum est morte ejus: vel dum eis non adimitur.

§. 7. Nec tantum proximi bonorum possessoris, verum inferioris [23] quoque fidei committere possumus. §. 8. Sed & ejus, qui nondum [24] natus est [fidei committi posse], si modo natus nobis successurus sit. §. 9. Illud certe indubitate dicitur, si quis intestatus decedens, ab eo, qui primo gradu ei succedere potuit, fideicommissum reliquerit, si illo repudiante, ad sequentem gradum devoluta sit successio; eum fideicommissum [25] non debere: & ita Imperator noster [26] rescripsit. §. 10. Sed & si à patrono sit relictum, & aliquis ex liberis ejus mortuo [27] admissus sit ad bonorum possessionem, idem erit dicendum.

1 Absunt hæc à Florentinus In primo, de rebus, quæ legari possunt: in secundo, de personis, quibus legare possimus: hoc præcipue libro agitur de verborum & rerum significatione, quæ ad legata pertinent.

2 Vide *l.* 14. *in fin. ff. qui testam.*

3 Nisi sit miles. *l.* 11. §. 1. *ff. de test. milit.* adde *l.* 9. *ff. de jure codicill.*

4 *l.* 13 *ff. qui testam.*

5 Extranei scil. alias Romanus legatus testamentum facere potest, *l.* 13 §. 1. *ff. qui testam.*

6 Vide *l.* 2. *ff. de legat.* 1. Ulp. 25. §. 4.

7 *l.* 6. *ff. qui testam.*

8 *l.* 19. *ff. qui testam.*

9 Vide *l. pen. C. qui testam.* v. Cujacium, *c. ult. Academic.*

10 Non esse, ita scriptum esse in archetypo Florentino, ait Anton. Augustinus 1 *c.* 2.

11 *l.* 8. §. 1. *ff. qui testam.*

12 *Al.* id est, deportatio, namque successit in locum interdictionis aquæ & ignis, *l.* 2. *ff. de pœn.* quæ & ipsa exilium vocatur *in l.* 2. *ff. de public. judic.* Porro de aquæ & ignis interdictione agitur in *dd.* 8. §. 1. *l.* 18. *in fin. ff. de statu. l.* 5. *ff. de capite minut. l.* 4. *in fin. ff. de gradib. l.* 38. *ff. de solut. l.* 10. *in fin. ff. de vi publ. l.* 3. *ff. ad l. Jul. pecul. l.* 2. *ff. de pœnis. l ult. ff. de legationibus. l.* 5. *in fin. ff. de variis & extr. cognit.* Fuit autem introducta hæc pœna, propterea quod vita civi Romano vetustissimis legibus eripi non poterat. Cicero *pro Balbo*, *pro Cæcina*, *pro domo sua*. Cæsar apud Sallust. *in Catilin.* Livius, Paterculus. Paul. 5 *sent.* Hanc perdebat exul, quod in his duobus aqua & igni scil. vitæ, seu vivendi causa sit. Ovid. 4 *Pastor. Exulem mœsas erat domo recipere.* Paul. 5 *sent.* 28. Mansit autem hæc pœna ad tempora usque imperatorum. *l.* 2. *ff. de pœnis.* vide Brissonium 2 *select.* 5.

13 *d. l.* 8. §. 2.

14 *l.* 17 *ff. de pœnis.*

15 *Extorris*, ἐξόριστος. *Glossis.*

16 *l.* 7. §. 2. *ff. de interdict. & relegat.* 17 Rescripto suo, scil. De adnotatis à Principe in insulas, vid. Duarenum *disputat.* 8. *in fin. & l.* 1. *C. de precib.* 18 Vicarii, Præfectorum prætorio erant vicarii. *l.* 2. *C. de offic. ejus, qui vic. l.* 1. *C. ut omnes judices l.* 4. *C. de annon. tributis. & l.* 1. *C. de proximis sacror. scrinior.* Porro quot fuerint Vicarii eum in Oriente, tum in Occidente, Notitia Imperii Romani indicabit. 19 Præfectus Urbis deportandi potestatem habet. 20 Deportatus civitatem amittit. 21 Testamentum facere, nisi quis civis sit, nemo potest, ideoque deportatus, testamentum facere non potest: Imo ne quidem fideicommittendi potestatem habet. adde *l.* 7. §. 3. *ff. de interdictis.* 22 *l.* 1. §. 17. *in fin. ff. ad Trebell.* 23 *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

24 Id est, posthumi. *l.* 126. *in fin. ff. de legat.* 1. vide Paul. 4 *sent.* 1. §. 2. 25 Fideicommissum debere. Ita legit, & negationem hoc loco dispungit Ant. Faber 4 *conjecturar.* 15. ne hic locus repugnet §. 6. 7. 8. *ff. eod.* & *l. si Titio.* 61. §. *Julianus. ff. de legat.* 2. 26 Severus, vel Antoninus. 27 *Al.* mortuo eo. 28 Vel à patrono. *l.* 31. §. 3. *ff. de fideic. libert.* 29 *l.* 31. *C. de fideicommiss.* 30 Eorum fidei committi potest, quibus mortis causa donatum est. *l.* 77. §. 1. *ff. de legat.* 2. 31 Imo poterit eo maxime quidem, quod commodum repræsentationis hic esse dicitur. *l.* 1. §. 10. *ff. ad leg. Falcid.*

§. 3. Sed [&] si habenti tibi proprietatem, usumfructum mortis [32] causa cessero: potest dici, fideicommittere me posse: Nec quemquam moveat, quod ususfructus solet morte [33] extingui: nam [34] medii potius temporis, quo vivat qui donavit, commodum cogitemus [35]. § 4. 5. At autem pignus [36] debitoris liberavero mortis causa, & ejus fidei commitero: non potest valere fideicommissum.

De fideicommisso à patre vel domino heredis.

IV. PAULUS [lib. IV Sententiarum].

A [37] Patre vel domino relictum fideicommissum, si hereditas ei non quæratur, ab emancipato filio vel servo manumisso utilibus actionibus postulatur: penes eos enim quæsitæ hereditatis emolumentum remanet.

De municipio, & his, qui rempublicam gerunt. 1. De herede heredis vel legatarii.

V. ULPIANUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SI fuerit municipio [38] legatum relictum ab his, qui rempublicam gerunt, fideicommissum dari potest. §. 1. Si quis non ab herede, vel legatario, sed [39] ab [40] heredis, vel legatarii herede fideicommissum reliquerit, hoc valere benignum est.

32 *d. l.* 77. §. 1. *ff. de legat.* 2.

33 *l.* 2. §. 1. *l.* 5. *ff. quib. mod. usufruct.*

34 Ususfructus potest mortis causa donari: adeo ut eu etiam donatione, fructus medii temporis debeantur: & retro agatur ipsa donatio, etiam fructus causa, *ut hic.* quod non idem est in donatione conjugum, morte confirmata: uti notatur in *l. talis scriptura. ff. de legat.* 1. Ita mortis causa donatarius fructus lucratur etiam ante mortem quæsitos.

35 *Al.* cogitamus.

36 Pignoris remissionem non esse donationem hinc colligit Baldus. facit *l.* 1. §. 1. *ff. quib. modis pignus solvitur.*

37 Fideicommissum à patre, vel domino (puta à Titio relictum), utili actione fideicommissarius petere potest ab emancipato filio vel servo ejus à cujus persona relictum est, hoc est à filio vel servo Titii, si modo ipsi Titio hereditas relicta adquiri non potest.

38 Municipio quod legavi, id per fideicommissum alteri possum relinquere à persona ejus, qui municipium seu eam Rempublicam gerit.

39 Fideicommittere possumus etiam ab heredis vel legatarii herede.

40 Recte fideicommittitur ei, ad quem aliquid perventurum est. *l.* 2. §. 6. *ff. cod. l.* 15. *ff. de liberat. legat.*

De rogato fideicommittere. 1. De fideicommisso, si Stichus Seii factus, jussu ejus adierit.

VI. PAULUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SEd etsi sic fideicommissum dedero ab herede meo, *Te rogo, Luci Titi, ut ab herede tuo* [41] *petas dari Mævio decem aureos*, utile erit fideicommissum: scilicet, ut mortuo Titio, ab herede ejus peti possit: idque & Julianus respondit. §. 1. Sic autem fideicommissum dari non poterit, *Si Stichus Seii factus, jussu ejus hereditatem adierit, rogo det*: quoniam qui fortuito, non judicio [42] testatoris, consequitur hereditatem, vel legatum, non debet onerari: nec recipiendum esse [43], ut cui nihil [44] dederis, eum rogando obliges.

41 Vide *l.* 40. §. 1. *ff. ad Trebell.*

42 Qui fortuito, non judicio testatoris capit, non potest gravari: live utamur proprio, live appellativo nomine. Zas. 2 *intellect* 11. Goth. Pro intellectu adde Vacon. *lib.* 3 *declarat. cap.* 33. Ans.

43 Est.

44 *l.* 1. §. 17. *ff. ad Trebell.*

De servo deportati. 1. De servo heredis. 2. De fidei patris commisso, ut restituat filiæ.

VII. ULPIANUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SI [45] deportati [46] servo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere, dicendum est: nisi si eum deportatus vivo testatore alienaverit, vel fuerit restitutus: tunc enim ad ipsum debebit pertinere. §. 1. Si miles [47] deportato fideicommissum reliquerit, venus est, quod & Marcellus probat, capere eum posse. §. 2. Si quis creditori suo legaverit *id, quod debet*, fidei committi ejus non poterit, nisi commodum aliquod ex legato consequatur [48]: forte exceptionis timore, vel si quod in diem debitum fuit, vel sub conditionem.

45 Deportatus civitatem amittit. 46 Deportatus civitatem amittit. 47 Testamentum facere, nisi quis civis sit, nemo potest, ideoque deportatus, testamentum facere non potest: Imo ne quidem fideicommittendi potestatem habet. adde *l.* 7. §. 3. *ff. de interdictis.* 48 Scripto suo, scil. De adnotatis à Principe in insulas, vid. Duarenum *disputat.* 8. *in fin. & l.* 1. *C. de precib.*

De fideicommisso legatarii. 1. De servo heredis. 2. De fidei patris commisso, ut restituat filiæ.

VIII. PAULUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SI legatarius, à quo fideicommissum datum est, petierit legatum: id tantum, quod per judicem exegerit, præstare fideicommissario cogetur: vel, si non exegerit, actione cedere [49]: ad eum enim litis periculum spectare iniquum est, si non culpa legatarii lis perierit. §. 1. Servo heredis fideicommissum utiliter non relinquitur: nisi fidei ejus commiserit, *ut servum manumittat.* §. 2. Cum ita petisset testator, *ut quidquid ex bonis ejus ad patrem pervenisset, filiæ suæ ita restituret, ut eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset*: D. Pius rescripsit, manifestum esse, de eo tempore sensisse testatorem, quod post mortem patris futurum esset.

49 Actionem cedere. *Hal. l.* 70. *ff. de legat.* 2.

De succedentibus ab intestato.

IX. MÆCIANUS [lib. 1 Fideicommissorum].

SI ita fuerit fideicommissum relictum, *ad quemcumque ex testamento meo, vel ab intestato*; vel ita, *ad* [50] *quemcunque quoquo jure bona mea pervenient*: hac oratione & ejus, qui postea natus erit, inve familiam venerit; & ejus, qui postea cognatus esse cœperit, fideicommissum videtur; ejus quoque, quæ nondum nupta erit, sed postea, eo casu, quo ex Edicto [51] ad uxorem bona mariti intestati solent pertinere.

De conjunctis.

X. VALENS [lib. II Fideicommissorum].

SI tibi, & *ei, qui ex tribus liberis meis in funus meum venerit*, centum aureos legavero: non [52] minuitur in tua persona legatum, si [53] nemo venit [54].

De ver-

50 Vide *l. unic. ff. unde vir & uxor.* 51 Non minuitur hic, nihil aliud est, quam non decrescit. Nam per contrarium, Adcrescit idem est, quod non minuitur, vel non decrescit. Quid? num centum aurei, tui erunt? quidam ita putant, cum pluribus conjunctim sunt legati: & quod ob reliquorum moram diligenti pars adcrescat. Id Accursius non probat. Vim enim eam conjunctionis esse, ut re pluribus conjunctim legata, nemo plus parte sua possit petere. Secus fore si disjunctim centum aurei essent legati. 52 Conditio quæ uni personaliter adscribitur, ad alterum non porrigitur. *Baldus.* 54 Adde *l.* 13. *in fin. ff. de manumiss. testament.*

De verbis fideicommissi. 1. *De exemplo testamenti præparato.* 2. *De commendatione.* 3. *De rogato restituere portionem accepta certa quantitate.* 4. *De verbis*, sufficit tibi, *vel* contentus esto. 5. *De fideicommisso, vel legato, collato in arbitrium heredis.* 9. *De rogato prædia dispergere, & curam eorum agere, ut possint ad filios pervenire.* 10. *De fisco heredis fideicommissario.* 11. *De conditione, si morte patris sui juris fuerit effectus.* 12. *De alienatione rei legatæ.* 13. *De exactione debiti legati.* 14. *De ædificio illicite facto.* 15. *De favore.* 16. *De militia relicta servo alieno.* 17. *Quid præstandum ex fideicommisso.* 18. *Si quis alienum reliquerit: & si is relictum perdidisset, rursus id ei reliquerit.* 19. *Si fideicommittens dixerit summam fideicommissam posse compensari. De voluntate fideicommittentis servanda.* 20. *Si plurium interest, & testator de uno*, 21. *De pluribus senserit.* 22. *De rogato solvere publicum pro aliquo* 23. *De relicto in opus civitatis faciendum.* 24. *De rebus individuis.* 25. *De jusso opus facere.*

XI. Ulpianus [lib. II Fideicommissorum].

FIdeicommissa [55] quocunque [56] sermone relinqui possunt: non solum Latina, vel Græca [57], sed etiam Punica, vel Gallicana, vel alterius cujuscumque gentis. §. 1. Quotiens quis exemplum testamenti præparat, & prius decedat, quam testetur: non valent [58] quasi [59] ex codicillis, quæ in exemplo scripta sunt: licet verba fideicommissi scriptura habeat: & ita D. Pium decrevisse, Mæcianus scribit. §. 2. Si ita quis scripserit, *illum tibi commendo* [60]: D. Pius rescripsit, fideicommissum non deberi: aliud est enim personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. §. 3. Cum esset quis rogatus *restituere portionem accepta* [61] *certa quantitate*, responsum est, ultro petere ipsum fideicommissum ab herede posse. Sed utrum, si volet, præcipiet restituetque portionem, an vero & si noluerit, cogatur accepta quantitate portionem restituere, propriæ est deliberationis: Et sane, cum quis rogatur, *accepta certa quantitate portionem restituere*, duplex est fideicommissum: unum, ut possit petere quantitatem paratus portione cedere: aliud, ut etsi non petet, tamen [62] cogatur [63] fideicommissario restituere parato præstare quantitatem. §. 4. Si quis ita scripserit, *sufficiunt tibi vineæ, vel fundus*: fideicommissum est: quoniam & illud fideicommissum esse arbitramur, *contentus* [64] *esto* [65] *illa re*. §. 5. Sic fideicommissum relictum, *nisi heres meus noluerit, illi decem dari volo*: quasi conditionale fideicommissum est, & primam voluntatem exigit: ideoque post primam voluntatem non erit arbitrium heredis dicendi noluisse. §. 6. Hoc autem *legatum*, *cum* [66] *voluerit*, tractum habet, quamdiu vivat is, à quo fideicommissum relictum est: verum si antequam dederit [67], decesserit, heres ejus [68] præstat [69]: sed [&] si fideicommissarius, antequam heres constituat, decesserit, ad heredem suum nihil transmittere videtur: conditionale [70] enim esse legatum, nemini dubium est, & pendente conditione legati, videri decessisse fideicommissarium.

§. 7. Quanquam autem fideicommissum ita relictum non debeatur [71], *si* [72] *voluerit* [73], tamen si ita adscriptum fuerit, *si fuerus arbitratus* [74], *si putaveris, si æstimaveris* [75], *si utile tibi fuerit visum, vel videbitur*, debebitur: non enim plenum [76] arbitrium voluntas heredi dedit, sed quasi viro bono commissum relictum.

§. 8. Proinde si ita sit fideicommissum relictum, *illi si te meruerit* 77, omnimodo fideicommissum debebitur: si modo meritum, quasi apud virum bonum, collocare fideicommissarius potuit. Et si ita sit, *si te non offenderit*, æque debebitur. Nec poterit heres causari, non esse meritum, si alius vir [78] bonus & non infestus meritum potuit admittere. §. 9. Hæc verba, *te fili rogo, ut prædia, quæ ad te pervenerunt, pro* 79 *tua diligentia diligas, & curam eorum agas, ut possint* [80] *ad filios tuos pervenire* [81], licet non satis exprimunt fideicommissum, sed magis consilium [82], quam necessitatem relinquendi: tamen ea prædia in nepotibus post mortem patris eorum vim fideicommissi videntur continere. §. 10. Si filio à patre herede instituto fideicommissum relictum fuerit: etsi verbis non sit ita relictum, *cum pater moreretur*, sed [83] intellegi hoc possit (puta quia sic relictum est, ut relinquat [84] filio, vel, *volo eum habere* [85] vel, *volo ad eum pertinere* [86],) defendetur, in id tempus fideicommissum relictum, quo [87] sui juris filius efficitur.

§. 11. Si cui ita fuerit fideicommissum relictum, *si* [88] *morte patris sui juris fuerit effectus*, & emancipatione [89] sui juris factus sit: non [90] videri [91] defecisse conditionem: sed & cum [92] mors patri contingat, quasi extante conditione, ad fideicommissum admitetur. §. 12. Si rem suam testator legaverit, eamque necessitate urgente alienaverit [93]: fideicommissum peti posse, nisi probetur adimere ei testatorem voluisse: probationem autem * mutatæ* voluntatis ab [94] heredibus exigendam. §. 13. Ergo & si nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommissum reliquit, non tamen hoc animo quasi vellet extinguere fideicommissum: poterit dici deberi. † Nisi forte inter hæc interest [95]: hic enim extinguitur ipsa constantia [96] debiti: ibi res durat, tametsi alienata sit. Cum tamen quidam nomen debitoris exegisset, & pro [97] depositio pecuniam habuisset: putavi fideicommissi petitionem superesse: maxime, quia non ipse exegerat, sed debitor ultro pecuniam obtulerat, quam offerente ipso non potuit * non * accipere. † Paulatim igitur admittemus, etsi ex hac parte pecuniæ rem comparaverit, quam non hoc animo exegit, ut fideicommissarium privaret fideicommisso: posse adhuc fideicommissi petitionem superesse. §. 14. Si quis *illicite ædificasset* 98 (id 99 est, hoc quod dirui constituriones jubent), an fideicommissum relinquere ex eo [100] quis [1] possit, videamus? Et puto posse [2]: cum enim dirui necesse sit, nulla dubitatio est, quin Senatusconsultum impedimento non sit. §. 15. Si heres rogatus sit *certam summam usuris certis fœnori dare* 3, utile est fideicommissum: sed Mæcianus putat, non alias cogendum credere, quam idonee ei caveatur: sed ego proclivior sum, ut putem cautionem non exigendam. §. 16. Si servo alieno [4] militia [5] relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur? Et aut scit servum esse, & dico æstimationem deberi [6]: aut ignoravit, & denegari fideicommissi persecutio debet: quia [7] si scisset servum, non reliquisset.

§. 17. Ex his apparet, cum per fideicommissum aliquid relinquitur, ipsum præstandum quod relictum est: cum vero ipsum præstari non potest, æstimationem esse præstandam. §. 18. Si quis *decem* alicui per fideicommissum reliquerit; &, si [8] perdidisset id quod testamento relictum est, rursus ei reliquerit: quærebatur, an sequens fideicommissum valeat: vel an exigere heres debeat cautionem, *salva fore decem*, ne cogatur ad præstationem: & an si sæpius perdidisset, sæpius ei sarciretur fideicommissum? D. Pius rescripsit, neque cautionem exigendam: & non [9] amplius, quam semel postquam perdidisset, præstandum. non enim onerandus est heres, ut in infinitum, quotiens perdiderit, restituere ei tantundem debeat: sed ut per fideicommissum posterius duplicata ejus legata videantur: nec amplius ad periculum heredis pertineant, si quid postea is consumpserit, exsoluto & posteriore fideicommisso. §. 19. Item si quis certam quantitatem cui reliquerit, & addiderit, *facultas hanc summam posse compensari, cum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Gaii Seii*; nec velit ille hereditatem adire Gaii Seii, sed petat fideicommissum: Imperator noster, contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum rescripsit: cum * in fideicommissis præcipue spectanda servandaque sit testatoris voluntas [10]. §. 20. Plerumque evenit, multorum interesse id [11] quod relinquitur: verum testatorem uni [12] voluisse honorem habitum. & est hæc sententia Marcelli verissima.

§. 21. Sic evenit, ut interdum, si pluribus testator honorem habere voluit & de pluribus senserit, quamvis unum [13] legatum sit, tamen ad persecutionem ejus plures admittantur: Ut puta si decem fuerunt ejusdem rei [14] stipulandi, & heres vel fideicommissarius rogatus est, *ut eis* [15] *solveret*: hic enim, si omnium interest, & de omnibus sensit testator, fideicommissum relictum omnes petere potuerunt [16]. Sed utrum in partem agent, an in solidum, videamus? Et credo, prout cujusque interest, consequentur: unus igitur, qui occupat, agendo totum consequitur, ita ut caveat, *defensuri adversus cæteros fideicommissarios eum, qui solvit*, sive socii sunt, sive [17] non. §. 22. * Interdum alterius nomen scribitur in testamento, alteri [18] vero fideicommissi petitio, vel legati competit: ut puta si fidei heredis committatur, *ut ipse publicum* [19] *pro* [20] *Titio præstet*, fideicommissum hoc vel legatum non [21] publicanus perit, licet ei sit adscriptum, sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. Multum autem interesse arbitror, cui volet [22] prospectum, cujusque contemplatione testator fecerit? Plerumque [23] autem intellegendum est, privati causa hoc feciſſe, licet emolumentum publicano quæratur.

§. 23. Si *in opere civitatis faciendo* aliquid relictum sit, unumquemque [24] heredem in [25] solidum teneri, D. Marcus & Lucius Verus Proculæ rescripserunt: tempus tamen coheredi præstituerunt, intra quod mittat ad opus faciendum: post quod solam Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi sumptum pro parte ejus [26]. §. 24. Ergo & in statua, & in servitute, cæterisque, quæ divisionem [27] non recipiunt, idem D. Marcus rescripsit. §. 25. Si quis *opus facere* jussus, paratus sit pecuniam dare Reipublicæ, ut ipsa faciat, cum testator per ipsum id fieri voluerit, non [28] audietur [29]: & ita D. Marcus rescripsit.

De artificio docendo.

XII. Valens [lib. I Fideicommissorum].

S*I tibus liber esto, & ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit, peto*: Pegasus inutile fideicommissum esse ait: quia genus [30] artificii adjectum non esset: Sed Prætor, aut arbiter [31] ex [32] voluntate [33] defuncti, & ætate, & conditione, & natura, ingenioque ejus, cui relictum erit, statuet [34], quod potissimum artificium heres docere eum sumptibus suis debeat.

De verbo, hoc amplius.

XIII. Mæcianus [lib. II Fideicommissorum].

SI sic locutus erit testator, *heres meus illi fundum dato: Seio hoc* [35] *amplius decem*: non erit dubitandum, quin Seius & fundi partem [36], & decem ex testamento percipere debeat.

De conditione, si non nupserit. 1. *De conditione jurisjurandi.* 2. *De re aliena redimenda.*

XIV. Gaius [lib. I Fideicommissorum].

NOn dubium est, quin, si uxori legatum sit, *si non* 37 *nupserit*, idque alii restituere rogata sit, cogenda [38] est, si nupserit, restituere. §. 1. Heres quoque, cui jurisjurandi [39] conditio remittitur, legatum & fideicommissum debet. §. 2. Sed si cui legatum relictum est, *ut alienam rem redimat*, *vel præstet*: si redimere prospicitur. 22 Voluit. 23 Præsumitur quisque ei caviſſe, cujus interest maxime.

55 Cur dixit fideicommissa quacunque lingua dari posse? Olim directa civilia, seu legitima testamentorum verba Latina duntaxat lingua concipi poterant; obliqua, ut fideicommissa, quavis lingua enunciari poterant. Ulpian. 25.

56 Et quaque forma.

57 Fideicommissum olim Græcis scriptum valebat, licet legatum Græce scriptum non valeret. Ulpian. 25. §. 9. sic Græce accepto ferri potest. vide *l.* 8. *in fin.* ff. *de acceptil.* ut & tutor dari (quod olim non poterat), *l. ult. C. de test. tut.* testari Græce quoque possumus, *l.* 21. *in fin. C. de testament.* & directam libertatem dare (quod olim quoq; non licuit). *l.* 14. *C. de testam. manum.* Olim decreta interponi Latine oportebat, *l.* 48. ff. *de rejudicata.* sed post translatum Byzantium Imperium, etiam Græce sententiæ ferri cœperunt, *l.* 12. *C. de sentent. & interlocutionibus.* sic verbis obligatio Græce fieri potest, *l.* 1. §. 6. ff. *de verbor. obligat.* §. 1. *Instit. de verb. obl.* & fidejussio. vide *l.* 8. ff. *de fidejussoribus.* & acceptilatio. *l.* 8. §. 4. ff. *de acceptilat.*

58 Imo, valent. *l.* 39. ff. *de fideicomm. libertatib. l. ult.* ff. *de jure codicill.*

59 Vide *l. ult. C. de codicill.*

60 Commendo non est verbum precarium. Paul. 4 *sent.* 1. §. 6. vide *l.* 12. *C. de fideicomm. libertatib.*

61 *l.* 40. *in fin.* ff. *eod.* vide Cujac. ad *l.* 8. *C. de transact.*

62 §. 7. *in fin. Inst. de fideicomm. heredit.*

63 Imo, non cogitur. *l.* 30. §. 7. *in princ.* ff. *ad l. Falcid.* 64 *l.* 37. §. 4. ff. *eod. l.* 69. *in pr. l.* 77. §. 3. ff. *de legat.* 2. 65 Qui fideicommissum relinquit, etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest. *d. l.* 69. v. Paul. 4 *sent.* 1. §. 5.

66 *l.* 41. §. 13. ff. *eod. l.* 46. §. 4. ff. *de fideic. libert.* 67 Id est, voluerit. vid. Cujac. 14 *obs.* 9.

68 Nihil præstat, Hottom. ita legit, 1 *obs* 8. *in fin.* & particulam *nihil* sequentem huc advocat.

69 Aliud in stipulationibus. ut *l.* 46. §. 2. ff. *de verb. oblig.* 70 Dies incertus est conditio. *l.* 75. ff. *de condit. & demonstr.* Accurs. 71 Imo debetur. *l.* 1. ff. *de leg.* 2. 72 *Volo.* Verbum, inquam, hoc, *volo*, liberam potestatem confert, *ut hic.* & *l.* 34. *in fin.* ff. *de leg.* 2. *l.* 46. *de fideic. libert. l. utrum.* 7 ff. *de reb. dub.* 73 Tu heres. *l.* 43. §. 2. ff. *de leg.* 1. 74 Heres scil. 75 *l.* 75. ff. *de leg.* 1. legatum in arbitrium heredis quasi viri boni collatum, valet. 76 Arbitrium plenum & viri boni differunt. 77 Si demeruerit. *Hal. l.* 46. §. 3. ff. *de fideic. libert. l.* 20. ff. *de manumiss. test.*

78 Vide *l.* 22. *in fin.* ff. *de reg. jur.* 79 Fideicommissum relinquit, qui his verbis utitur, *pro tua diligentia dilige prædia, quæ ad te pervenerint, & curam eorum agas, ut possint ad filios tuos pervenire.* Goth. Vid. Ant. Govean. *lib.* 2 *lect. cap.* 18. Ans. 80 *Posse* verbum trahitur ad necessitatem: neque nudam potentiam demonstrat, sed actum plane. 81 *Pervenire* verbum indicat fideicommissum. 82 Verba consilii inter liberos, inferunt necessitatem. 83 Quod intelligi potest, habetur pro expresso. *Bald.* 84 A patre filio relinqui potest ad tempus quo sui juris erit, *ut hic.* pure non potest. §. *an servo.* 32. *Instit. de legat.* 85 *Habere* verbum trahitur ad fideicommissum. *l. Centurio.* 15. ff. *de vulgari.* 86 *Pertinere* verbum fideicommissarium, *ut hic.* imo directum. *l. liceat.* 19. *C. de pactis.* Dic, hic commune esse. 87 Adde *l.* 8. *in fin.* ff. *eod.*

88 *l.* 70. ff. *de condit. & demonstr. l.* 15. ff. *quando dies leg.* 89 Et sic non morte, seu alio modo, quam morte. 90 Imo videtur defecisse: nec enim civilis actus eandem vim habet, quam naturalis, hoc est, non videtur idem esse solvi patria potestate per emancipationem, & per mortem patris. *arg. l. ult. C. de his, qui veniam ætatis.* Die, civilis & naturalis actus hic eundem esse effectum: in lege contraria, diversum. 91 Cur ita? nil enim refert, quid ex æquipollentibus fiat.

92 Imo statim debebitur, cum sui juris factus fuerit. *l. mulier* 41. ff. *ad Trebell. l. si ita* 15. ff. *quando dies legat. l.* 3. *C. de inst.* An dicemus etiam ante mortem patris admitti: licet videri possit res non esse sine controversia, ut vult Accursius? An statim admitti utili actione ex testamento: non statim, sed post mortem patris, directa actione testamenti, cum vivo patre, nec dum plene liberatus sit propter reverentiam patri debitam, *l.* 1. *C. de ingratis liberis.* ut Jacobus Aretinus? An hunc locum proprie accipiendum esse: leges contrarias, ex hac nostra lege desiniendas, & accipiendas esse, ut censet Petrus? 93 V. §. 12. *Inst. de leg.* Paul. 4 *sent.* 1. §. 9. v. *l.* 3. *C. de leg.* Necessaria alienatio non perimit legatum. *Bald.* voluntaria, perimit. v. Socin. *reg.* 218. 94 Imo à legatario. Nam legatarius probare debet, testatorem non mutasse voluntatem. *l. cum servus.* 15. *l. rem legat.* 18. ff. *de adim. legat.* Hic necessitate: ibi voluntate testator alienavit. 95 Rem legare, & eam alienare, estne idem, quod nomen legare & id exigere? Non idem. Cum testator rem corporalem à se legatam alienat, res ipsa durat. cum nomen exigit, constantia debiti extinguitur. Posteriore casu, sive testator nomen exegerit sponte vel necessitate, legatarius probare debet, sibi non ademptum fuisse nomen ea exactione. Priore vero casu, onus probandi non sustinet, nisi cum testator rem ipsam voluntate alienavit. *Goth.* Vid. Anton. Merend. *lib.* 3 *controv. cap.* 46. Ans.

95 Substantia. *Bart. Brun.* Anton. Augustin. 2 *Emendat.* 1.

97 Nomen qui legat, idque post à debitore exigit, legatarius id ademinse non intelligitur, si nondum id exactum in depositio habuit. Hoc indicio legatarius probare potest, nomen sibi non esse ademptum a testatore.

98 Puta ædificio junxisset.

99 Ædificata illicite, dirui lex jubet.

100 Ex ædificio necessario diruendo, possunt legari marmora, & columnæ. *Baldus.* Nec enim reputatur esse id quod necessario destrui debet. *Idem.*

1 *Al.* quid.

2 Ædificata illicite per fideicommissum relinquere possumus, *ut hic.* utitur hic casus exceptionis loco ad *l.* 41. §. 1. ff. *de leget.* 1.

3 Factum legari potest. *l.* 108. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

4 Vide *l.* 40. ff. *de legat.* 1.

5 Militia quid sit, vide *Novell.* 117. *cap.* 5. hujus incapax est servus.

6 Tale enim legatum in quantitate potius (cujus servus non est incapax) quam in corpore consistit. vide Cujac. ad *l.* 34. ff. *de verb. obl.*

7 Militiæ incapaces servi. Unde notant: Rusticos feudum nobile sibi stipulari non posse.

8 *l.* 1. §. 11. ff. *ut legatorum seu fideicommissorum.*

9 *d.* §. *unde. l. ult.* §. 13. *in fin. C. de jure deliberandi.*

10 *l.* 7. *in fin.* ff. *de supellectile.*

11 Id est, plerumque evenit ut pluribus competat legati petitio, tametsi uni ex eis legatum sit.

12 Ut in eis legatis spectetur illud Cassii, cui bono? & Platonis, τοῦτο ὀψόν. Cujac. 14 *obs.* 26.

13 Quamvis uni legatum sit. Cujac. *ibid.*

14 Id est, promissoris. Cujac. 14 *observ.* 26.

15 Ut ei solveret. Cujac. *ibid.*

16 *Al.* poterunt.

17 Accursius tamen in *l. ex duob.* ff. *de dubiis reis*, negare videtur, negando debendi negando occupare debitum, quoties socii non sunt: quod & Bartolus notat.

18 *l.* 4. ff. *eod. l.* 108. §. 14. ff. *de legat.* 1.

19 Id est, vectigal. quidam tamen hic legunt *publicano.*

20 Pro Titio præstare est nomine Titii.

21 Imo publicanus petit. *l. si vero legato.* 69. §. ff. *testator.* 2. ff. *de legat.* 1. Hic publicani non intererat, utpote nudi executoris, indeque ei non

24 *l.* 25. §. 12. ff. *familiæ.* Cur in solidum quilibet heredum tenetur? ita jus est in individuis. ut §. 24. ff. *eod.* 25 Imo, pro parte. *l. mortuo.* 49. §. *ult.* ff. *de legat.* 2. Ibi heredes jussi tantum dare ad opus: hic ipsum opus facere. 26 Vide *l.* 80. *in fin.* ff. *ad l. Falcid.* 27 *l.* 72. ff. *de verb. oblig.* 28 Cur non audietur? quia electa est industria personæ. Facti debitor ex testamento facere præcise cogitur. adde *l. stipulationes.* 72. ff. *de verbor. obligat.* 29 Facere opus aliquod jussus legatarius à testatore, ipse præcise facere cogitur, nec liberatur sumptus operis offerendo, *ut hic.* faciendi operis reus proprio ex contractu, multo magis facere ipsemet cogendus erit. Contrarius 2 *miscell.* 3. *n.* 4. 30 Est enim longa inter artifices differentia. *l.* 31. ff. *de solut.* 31 Vide quæ notavi ad *l. penultim.* ff. *de confessis.* 32 Certum colligimus ex conjecturis voluntatis, defuncti, ætatis, conditionis, naturæ, ingenii. adde *l.* 64 §. 5. ff. *de Carbon.* 33 *l.* 7. ff. *de condit. & demonstr.* 34 Imo non statuet, quia incertum. 35 Videtur testatoris hæc fuisse sententia: Titio & Seio fundum heres dato: Seio vero hoc amplius, decem. 36 Imo, sola decem Seius ferret. *l.* 108. §. 7. ff. *de legat.* 1. 37 *l.* 63. *in fin.* ff. *de condit. & demonstr.* 38 Imo, non est cogenda. vide *l.* 22. ff. *de cond. & demonstr.* vide Robert. 1 *animadvers.* 3. & Anton. Mercat. 1 *notat.* 3. An jus novum hic proponitur? An hæc verba *quin cogenda* idem significant, quod *non cogenda?* An potius hic fideicommissum simpliciter relictum est citra pœnam, si non nupserit, ut probat Bartolus? 39 *l.* 8. §. 6. ff. *de condit. in fit.*

dimere [40] non possit, quod dominus non vendat, vel [41] immodico [42] pretio vendat: justam [43] æstimationem inferat.

De hu, quæ in profundo esse dicuntur.

XV. Marcianus [lib. II Fideicommissorum].

Hæ res testatoris legatæ, quæ in profundo esse [44] dicuntur, quandoque [45] apparuerint, præstantur.

De alluvione, de insula, de re futura.

XVI. Pomponius [lib. I Fideicommissorum].

Sæpe legatum plenius [46] restituitur fideicommissario, quam esset relictum: veluti si alluvione ager auctus esset, vel etiam insulæ natæ [47].

De servitute.

XVII. Marcianus [lib. II Fideicommissorum].

Etiam ea, quæ futura [48] sunt, legari possunt: ut insula vel in mare, vel in fluminibus enata. §. 1. Servitus [49] quoque servo prædium habenti recte legatur.

De posteriore testamento non jure facto.

XVIII. Pomponius [lib. I Fideicommissorum].

Si jure testamento facto fideicommissum tibi relinquero [50], deinde [51] postea aliud fecero non jure, in quo fideicommissum relictum tibi, vel aliud, quam quod priore testamento, vel omnino non sit relictum: videndum est, mens mea hæc fuerit facientis postea testamentum, ut nolim ratum tibi sit priore testamento relictum: quia nuda [52] voluntate fideicommissa infirmarentur? Sed vix [53] id obtinere potest: fortassis ideo, quod ita demum à priore testamento velim recedi, si posterius valiturum sit: & nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei non deberur, etiamsi iidem heredes utroque testamento instituti, ex priori exstiterunt.

De relicto, ut quid fiat.

XIX. Valens [lib. V Fideicommissorum].

Si tibi legatum est, vel fideicommissum relictum, *ut quid faciat*: etiamsi non interest heredis id fieri, negandam tibi actionem, si [54] non [55] caveas heredi futurum, quod defunctus voluit, Nerva & Attilicinus recte putaverunt.

De eadem re duobus relicta in solidum.

XX. Ulpianus [lib. VI Fideicommissorum].

Si res mihi per fideicommissum relicta, eadem tibi legata, vel per fideicommissum relicta sit, non communicandi animo, sed utrique in solidum: ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum nullum quidem jus in ipsam rem habere, sed [56] actionem de pretio integram eum habere.

De nutu, de causa lucrativa. 2. De columnis vel tignis relictis.

XXI. Paulus [lib. IV Sententiarum].

Nutu [57] etiam relinquitur [58] fideicommissum: dummodo is nutu relinquat [59], qui & loqui potest [60], nisi superveniens morbus ei impedimento sit [61]. §. 1. Fideicommissum relictum, & apud * eum *, cui relictum est, ex causa lucrativa [62] inventum, extingui placuit: nisi [63] defunctus æstimationem quoque ejus præstari voluit. §. 2. Columnis ædium vel tignis per fideicommissum relictis, ea tantummodo Amplissimus Ordo præstari voluit, nulla æstimationis facta mentione, quæ sine domus injuria [64] auferri possunt.

De priore & posteriore voluntate. 1. De condemnatione militis. 2. De morte servi relicti.

XXII. Hermogenianus [lib. IV juris Epitomarum].

Si quis in principio testamenti adscripserit, *cui bis legavero, semel [65] debere volo*, postea eodem testamento, vel codicillis sciens sæpe eidem legaverit: suprema voluntas potior [66] habetur: nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut à priore ei recedere non [67] liceat. † Sed hoc ita locum habebit, si specialiter [68] dixerit, *priorem voluntatis sibi [69] pœnituisse, & voluisse [70], ut legatarius plura legata accipiat*. §. 1. Miles [71], in eum ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente [72] eo in ipsa sententia qui damnavit, sicut testamenti faciendi, ita fideicommissi relinquendi potestatem consequitur. §. 2. Mortis damnum per fideicommissum servi relicti, antequam mora fiat fideicommissarius solus [73] patitur: licet alienus relinquatur.

Si relictum sit Imperatori ex testamento imperfecto.

XXIII. Paulus [lib. V Sententiarum].

Ex [74] imperfecto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare, inverecundum [75] est [76]: decet enim tantæ majestati, eas servare leges [77], quibus ipse solutus esse videtur [78].

De repetitione indebiti.

XXIV. Neratius [lib. II Responsorum].

Creditori ita potest legari, ne indebitum ab eo [79] repeteretur.

De alternatione. 1. De quæstione voluntatis.

XXV. Paulus [lib. I ad Neratium].

Ite [80], *aut ille heres Seio centum dato*: potest Scius, ab utro [81] velit, petere. §. 1. Cum in verbis nulla ambiguitas est, non [82] debet admitti voluntatis quæstio.

De fructibus, & omni damno, & mora.

XXVI. Idem [lib. II ad Neratium].

Is, qui fideicommissum debet, post moram [83] non tantum fructus, sed etiam omne damnum, quo adfectus est fideicommissarius, præstare cogitur.

Si legetur filiæ heredis in testamento, & relinquatur patri in codicillis. 1. De rogato in codicillis, ut certa re contentus sit pro omni hereditate, & his, quæ in testamento relicta fuerant. 2. De fideicommisso, quod testator à debitore solvi voluit.

XXVII. Idem [lib. II Decretorum].

Paula Callinico ex parte herede instituto, filiæ ejusdem Jubentianæ, *cum in familia nupsisset*, decem testamento legavit; deinde [84] post tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat, non adjecto *hoc amplius*: pronunciavit utramq; summam deberi: maxime cum in codicillis filiæ Callinici nihil legatum fuisset.

§. 1. Pompeius Hermippus filium Hermippum ex dodrante, filiam Titianam ex quadrante heredes instituerat, & prædia certa singulis prælegaverat: præterea, *si sine liberis Hermippus moreretur, aliam possessionem filiæ dari* jusserat: post testamentum factis codicillis, filiæ certa prædia dederat, eamque his contentam [85] esse voluit pro omni hereditate, & his, quæ in testamento reliquerat: Hermippi bona ad fiscum pervenerant: Titiana soror fideicommissum petebat: Quærebatur utrum pro hereditate tantum, an & pro his, quæ post mortem frater rogatus erat restituere, pater eam voluisset accipere ea, quæ codicillis [86] reliquerat: Mihi ab omni voluntate recessum videbatur: Placuit humanius interpretari, ea sola [87], quæ vivente [88] fratre acceptura erat, adempta videri: non etiam quæ post mortem ejus reliquerat, *si [89] sine liberis decederet*: & ita pronunciavit. §. 2. Julianus Severus decedens, institutis quibusdam heredibus, alumno suo quinquaginta legaverat, eaque Julio [90] Mauro colono suo, ex pensionibus fundi debitis [91] ab eo præstari voluerat, eidemque Mauro quædam legaverat: cum de hereditate fiscus quæstionem moveret, jussu [92] Procuratoris [93] Maurus pecuniam fisco solveret; postea heres scriptus obtinuerat fiscum [94]: alumno autem mortuo, heres ejus fideicommissum ab herede Mauri petebat: Placuit Imperatori, non [95] videri ejus [96] fideicommissum, sed demonstratum [97], unde accipere posset: & ideo heres Severi [98] hæc præstare debet.

De capacitate.

XXVIII. Idem libro singulari ad Senatusconsultum Tertullianum.

Si fidei meæ committatur, *ut quod mihi relictum fuerit supra [99] quod capere possum [100], alii [1] restituam*, posse [2] me id capere constat.

De legato, vestem, quæ ejus causa empta, parata esse. 1. Si legetur tantam pari, quanta habet unus heres. 2. De verbo, pervenisse. 3. *De evictione. 4. De conditione,* si in potestate mea erunt.

XXIX. Labeo lib. II Posteriorum à Javoleno Epitomatorum.

Qui concubinam habebat, ei vestem pridie concubinæ utendam dederat; deinde ita legavit, *vestem, quæ ejus causa empta [3], parata esset*: Cascellius, Trebatius, negant ei deberi prioris concubinæ causa parata: quia alia [4] conditio esset in uxore. Labeo id non probat: quia in ejusmodi legato non jus [5] uxorium sequendum, sed verborum interpretatio [6] esse facienda. Idemque vel in filia, vel in qualibet alia persona juris esset. Labeonis sententia vera est. §. 1. Cum ita legatum esset, *ut Titia uxor mea tantandem patrem habeat [7], quantulam [8] unus heres*: si non æquales partes essent heredum, Quintus Mucius & Gallus putabant, maximam partem legatam esse; quia in majore [9] minor quoque inesset: Servius, Ofilius, minimam [10]; quia cum heres [dare] damnatus esset, in potestate ejus esset, quam partem daret: Labeo hoc probat: idque verum est. §. 2. Cum ita legatum esset, *Quanta [11] pecunia ex hereditate Titii ad me pervenit, tantam pecuniam heres meus Seiæ dato*: id legatum putat Labeo, quod acceptum in tabulis [12] suis ex ea hereditate testator retulisset: cæterum negat cavendum heredi à legatario, si quid forte postea ejus hereditatis nomine heres damnatus esset. Ego contra puto [13]: quia * non [14] potest videri pervenisse ad heredem, quod ejus hereditatis nomine præstaturus esset. Idem Alfenus Varus Servio placuisse scribit: quod & verum est. §. 3. Si heres tibi, servo generaliter legato, Stichum tradiderit, isque à te evictus [15] fuisset: posse [16] te ex testamento agere, Labeo scribit: quia * non [17] videtur heres dedisse, quod ita dederat, ut habere non possis: & hoc verum puto. sed hoc amplius ait, debere te, prius [18] quam judicium accipiatur, denunvatur, videtur gravatus debitor, non heres. *l. penult. §. civibus.* 8. *ff. de legat.* 2. *l. si servus.* 50. §. *pen. l. si pecunia.* 77. *ff. de legat.* 1. An hic debitor damnatus est à judice solvere? An hic relictum non agnovit? An debitor hic adhibitus fuit ad executionem solum fideicommissi? Hoc verius videtur Bartolo. 96 Id est, Mauri. 97 Si debitum demonstretur unde solvatur, non videtur gravatus debitor, sed heres. *Bart.* Imo, ipse debitor gravatus videtur. *l.* 88. §. 8. *ff. de legat.* 2. 98 Testatoris. 99 Legatum incapaci relictum an valeat, vide in *l. cogi.* 16. §. *hi qui.* 15. *ff. ad Trebell.* 100 Id est, mihi incapaci. 1 Vide quæ scripsi ad *l.* 42. *ff. de legat.* 2. 2 *l.* 16. §. 15. *ff. ad Trebell.* 3 Duobus adjectivis prolatis respectu unius substantivi, non requiritur utriusque concursus. Nam licet hic testator dicat empta, parata: sufficit parata esse. Licet testator dicat empta, parata: sufficit parata esse, licet non empta. 4 Differt enim uxor dignitate à concubina. *l.* 49. §. 4. *ff. eod.* 5 Jus uxoreum, vel uxorium, est jus receptum in uxore. 6 Quæ interpretatio? ut vestis prioris concubinæ legata intelligatur fecundæ testatoris concubinæ, licet ei legaverit vestem ejus causa emptam, paratam. Atqui in hac specie vestis, qua de agitur, secundæ concubinæ causa non fuit empta, sed prioris: licet conjunctim empta parata secundæ concubinæ legaverit testator, sufficit tamen alterutrum verum esse: sufficit paratum fuisse ejus causa, licet non emptum, *ut hic*. Atqui in conjuncta oratione requiritur utrasque partes veras esse. *l. si heredi plures.* 5. *ff. de cond. instit. l. si ita stipulatus fuero, Decem.* 109. *ff. de verbor. obligat.* An hæc oratio neque conjuncta, neque disjuncta est, sed soluta? An potius in conjuncta oratione sufficit alteram partem veram esse, quoties duo adjectiva referuntur ad substantivum generis: non ad certum aliquod & finitum? 7 *Habeat*, particula adjecta portioni hereditatis, trahitur ad fideicommissum, non ad institutionem. Quin id verbi refertur ad heredem: perinde ac si dictum fuisset, ab heredis manu accipiat. Unde notant, verba executiva leges, *l. si à substituto.* 45. §. 1. *ff. de legat* 1. legatario speciei non præstat evictionem heres, sed generis tantum. 17 Traditum non intelligit, quod jure potest avocari. *l.* 3. *ff. de actionibus empt.* lucrativum habet: nam qui onerosum habet, quandocunque ante sententiam denunciare potest. adde *l. si rem.* 29. *in fin. ff. de evictionib.*

40 *l.* 30. *in fin. ff.*

41 Parti sunt nolle vendere, & nimio pretio.

42 *l.* 31. §. 4 *ff. de judic. libert.*

43 Vendere justus, si immodicum pretium exigat, modum in pretio seu nec cogatur à judice; *ut hic. l. alienum.* 31. §. *si ex contra. ff. de fals. cons. mulier.*

44 *l.* 24. *ff. de legat.* 1. 2. *Harmen.* 6. §. 1.

45 Quandocunque.

46 *l.* 23. *ff. de infr.*

47 Insulæ quædam interdum nascuntur, de quibus vide Plinium, 2. *cap.* 85. 86. & 87. *quæ continenti adjunctæ fuerint. vide ibid. c.* 88.

48 *d. l.* 24. *ff. de legat.* 1.

49 *l.* 41. *ff. de legat.* 1. *l.* 2. §. *ff. de servitute legata.*

50 *Al.* reliquero.

51 Legatum relictum in testamento solenni, per voluntatem minus solennem sequentem non intelligitur revocatum.

52 Nuda voluntas fideicommissum adimitur.

53 Imo obtinebit, & relicta in primo testamento non debentur, licet sequens voluntas sit invalida. *l.* 2. *in fin. l. licet transfugæ.* 20 *l.* 4. *ff. de adimendis. l. fideicommissum.* 2. *C. de fideicommiss. l. plane.* 34. *ff. de legat.* 1. An leges contrariæ locum habent, quoties expresse legatum revocatum est secundo testamento utili? Tum enim præsumitur testator legatum prioris testamenti revocasse. An vero in *d. l.* 3. & *d. l.* 4. præsumitur legatum ex aliis indiciis (puta inimicitiis) ademptum, non ex sola testamenti secundi factione?

54 Imo, legatarius non cavet. *l. liberto.* 21. §. *largius.* 4. *ff. tit. præsim.* Caveat legatarius: at non nudus executor.

55 Legatarius de modo implendo cavere debet. *l.* 40. *in fin. ff. de condit. & demonstr. Novell.* 1. *cap.* 1.

56 Ad pretium competit actio, ubi res haberi non potest.

57 *l.* 22. *C. de fideicommiss.* Ulpian. 25. §. 3. νῦμπατι 4 *Eclog.* 3. Sine scriptura. adde *l.* 5. *ff. de re judicata.* Quid, nutu quomodo quis relinquere potest? vel humeris vel capite adnuendo, *l. servo invito.* 65. §. *si pupillo.* 3. *ff. ad Trebell.* quod & notarius in testamentum referre cogitur.

58 Imo non relinquitur, *l. diseretis.* 10. *C. qui testamenta.* non relinquitur seu relinqui non potest ab omnino muto, sed ab eo, qui mutus sit ex accidenti. 59 Id est, à quo rogatus erit: & ita nutu relinqui potest, si ab altero verba idonea pronunciata sint, & ad ea testator nutu responderit.

60 Igitur mutus testamentum non faciet, *l.* 10. *C. qui testamenta.* Ulpian. 20. §. 7. §. 13. utique nisi morbus ei impedimento sit. *ff. eod.* 61 Hæc verba, *nisi superveniens*, & sequentia, ex dicta *l.* 10. sumpta esse ait Cujac. ad *l.* 6. *ff. qui testam.* 62 44 *Synopf.* 3. *c.* 21. puta successione, legato. *l.* 12. *l.* 81. §. 7. *l.* 108. §. 4. *ff. de legat.* 1. §. 6. *Inst. de legat.* 63 *l.* 34. §. 3. *ff. de legat.* 1.

64 Et ita restringe *l* 43. *ff. de legat.* 1. nec enim recte legantur domus destruendæ. 34 *Eclog.* 1. *cap.* 102. Vectigalium aut pignoris causa ædes tecto vel tegulis nudari non posse hinc colligit *Bart. arg. l. cetera. ff. de leg.* 1. 65 His verbis testator libertatem testandi sibi præripere videtur. *Goth.* Intellectum hujus leg. vid. apud Joann. Decher. *lib.* 1 *dissert.* 1. *num.* 17. Kinschot. *resp.* 1. *num.* 49. Anf. 66 Ita bis idem debebitur. 67 *l.* 7. §. 8. *ff. de donat. inter vir.* 68 Hæc verba Triboniani esse videntur, non Hermogeniani Jurisconsulti. Nam exigit ante scientiam, post specialem derogationem. vide Cujac. 14 *obs.* 7. ubi de clausula derogatoria tractat. adde Jul. Clarum 3 *sent.* §. *test. qu.* 99. & *l.* 6. §. 2. *ff. de jur. codicill.* vid. Papon. 20 *arrestor.* 1. §. 4.

69 *Al.* se. 70 Bartolus tamen negat testatorem tollere posse vim *legis. Mævius.* 66. §. *duorum. ff. de legat.* 2. qua cavetur, duas causas lucrativas circa rem eandem in eundem concurrere non posse. 71 *l.* 32. §. 8. *ff. de donat. inter vir. l.* 11. *ff. de testament. milit.* 72 Dixi ad *l.* 14. *C. de testam. milit.* 73 *l.* 114. *in fin. ff. de legat.* 1. 74 5 *Harmenop.* 8. §. 104. & 105. *l.* 3. *C. de testam.* & quod ibid. notavi. 75 Audiant hoc Principum adulatores; non tantum inverecundum est subditis & Principi id sentire, sed etiam non licet. *l* 4. *C. de legib.* 76 Vide quæ notavi de jure Principis ad *Novell.* 85. *in pr.* 77 Passim: & exempli causa, in testamentis. *l.* 7. *C. qui test. l. ult. ff. qui test. l.* 55. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *C. de test.* Goth. Concord. Gloss. in *c.* 1. *de const. in* 6. & *cap. inter cetera.* 26. *c.* 3. S. L. 78 Recte ait, *videtur*: nec enim vere solutus est legibus, quin legibus alligatus est. *l.* 4. *C. de legibus.* 79 Jam acceptum sc. ad quod repetendum alias heredi competebat condictio.

80 Vide *l.* 9. *ff. de duobus reis.*

81 *l.* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1.

82 *l.* 7. *in fin. ff. de stipulatiis.*

83 *l.* 23 *ff. de legat.* 1. *l.* 8. *l.* 39. *ff. de usuris. l.* 18 *ff. ad Vellej.*

84 Legatum filiæ in testamento factum non revocatur per legatum factum patri in codicillis. *Bart.*

85 Si testator jubet aliquem contentum esse pro his, quæ in testamento relicta querit, intelligitur de relictis pure, non de his, quæ sub conditione, senisse. *Bartol.* 1.

86 Legatum filiæ factum non revocatur per legatum factum patri in codicillis.

87 Id est, ea tantum, quæ pure legata sunt.

88 Imo & fideicommissum futurum debetur. *Lupi Romæ.* 122 §. *duo fratres. 6. ff. de verb. oblig.* An hic æquitas, ibi jus strictum? An potius hic loquitur pater inter liberos: ibi frater inter fratres? an potius ibi male judicatum fuit? hanc sententiam ut veram tenet Bartolus.

89 Id est, non ea, quæ sub conditione legata. Verba exclusiva intelliguntur adposita rebus ita fluentibus, quod ad interpretationem *capitis, quatenus. de pactis. in* 6. facit. v. Angel. in *l. quoties.* 9. *ff. si duo.* 13. *ff. de hered. inst.*

90 A Julio Mauro. *Hal.*

91 A debitore suo legatum præstari voluerat.

92 Hoc facit ad quæstionem, utrum civitas possit cogere debitores exulis solvere, & si solvant, utrum liberentur. *Bart.*

93 Fisci.

94 Ita legitur, & loquitur Jurisconsultus in *l.* 16. *ff. qui potiores* obtinuerat adversus fiscum. *Hal.*

95 Imo quoties debitum demonstratur unde solvatur, videtur gravatus debitor, non heres. *l. penult. §. civibus.* 8. *ff. de legat.* 2. *l. si servus.* 50. §. *pen. l. si pecunia.* 77. *ff. de legat.* 1. An hic debitor damnatus est à judice solvere? An hic relictum non agnovit? An debitor hic adhibitus fuit ad executionem solum fideicommissi? Hoc verius videtur Bartolo. 96 Id est, Mauri. 97 Si debitum demonstretur unde solvatur, non videtur gravatus debitor, sed heres. *Bart.* Imo, ipse debitor gravatus videtur. *l.* 88. §. 8. *ff. de legat.* 2. 98 Testatoris. 99 Legatum incapaci relictum an valeat, vide in *l. cogi.* 16. §. *hi qui.* 15. *ff. ad Trebell.* 100 Id est, mihi incapaci. 1 Vide quæ scripsi ad *l.* 42. *ff. de legat.* 2. 2 *l.* 16. §. 15. *ff. ad Trebell.* 3 Duobus adjectivis prolatis respectu unius substantivi, non requiritur utriusque concursus. Nam licet hic testator dicat empta, parata: sufficit parata esse. Licet testator dicat empta, parata: sufficit parata esse, licet non empta. 4 Differt enim uxor dignitate à concubina. *l.* 49. §. 4. *ff. eod.* 5 Jus uxoreum, vel uxorium, est jus receptum in uxore. 6 Quæ interpretatio? ut vestis prioris concubinæ legata intelligatur secundæ testatoris concubinæ, licet ei legaverit vestem ejus causa emptam, paratam. Atqui in hac specie vestis, qua de agitur, secundæ concubinæ causa non fuit empta, sed prioris: licet conjunctim empta parata secundæ concubinæ legaverit testator, sufficit tamen alterutrum verum esse: sufficit paratum fuisse ejus causa, licet non emptum, *ut hic*. Atqui in conjuncta oratione requiritur utrasque partes veras esse. *l. si heredi plures.* 5. *ff. de cond. instit. l. si ita stipulatus fuero, Decem.* 109. *ff. de verbor. obligat.* An hæc oratio neque conjuncta, neque disjuncta est, sed soluta? An potius in conjuncta oratione sufficit alteram partem veram esse, quoties duo adjectiva referuntur ad substantivum generis: non ad certum aliquod & finitum? 7 *Habeat*, particula adjecta portioni hereditatis, trahitur ad fideicommissum, non ad institutionem. Quin id verbi refertur ad heredem: perinde ac si dictum fuisset, ab heredis manu accipiat. Unde notant, verba executiva leges, *l. si à substituto.* 45. §. 1. *ff. de legat* 1. legatario speciei non præstat evictionem heres, sed generis tantum. 17 Traditum non intelligit, quod jure potest avocari. *l.* 3. *ff. de actionibus empt.* lucrativum habet: nam qui onerosum habet, quandocunque ante sententiam denunciare potest. adde *l. si rem.* 29. *in fin. ff. de evictionib.*

denunciare heredi: nam si aliter feceris, agenti ex testamento opponetur tibi doli mali exceptio. §. 4. *Si Stichus & Dama, servi mei, in potestate mea erunt, cum morior, tum Stichus & Dama liberi sunto, & fundum illum sibi habento:* Si alterum ex his post testamentum factum dominus alienasset, vel manumisisset, neutrum liberum futurum Labeo putat: sed Tubero eum, qui remansisset in potestate, liberum futurum, & legatum habiturum putat. Tuberonis sententiam voluntati defuncti magis puto convenire.

De duobus paribus. 1. De fructibus prædii conducti. De pecunia & libertate servo proprio legatis. 3. De re vendenda certo pretio. 4. De fundo communi. 5. De legato uxori, dum cum filio Capuæ erit. *6. De ædibus alienis.*

XXX. Idem [lib. II Posteriorum à Javoleno Epitomatorum].

QUi quatuor pocula oleaginea habebat, ita legavit, *pocula oleaginea paria* [19] *duo:* Respondi, unum par legatum esse: quia non ita esset, *bina paria*; neque ita, *poculorum paria duo:* idem & Trebatius. §. 1. Qui hortos publicos à Republica conductos habebat, *eorum hortorum fructus* [20] *usque ad lustrum* [21], *quo conducti essent, Aufidio legaverat: & heredem eam conductionem eorum hortorum ei dare damnaverat, sinereque uti eum, & frui:* Respondi, heredem teneri sinere frui: hoc amplius, heredem [22] mercedem [23] quoque hortorum Reipublicæ præstaturum. §. 2. Cum testamento scriptum esset, *Stichо servo meo heres quinque dato, & si Stichus heredi meo biennium servierit, liber esto:* Post biennium legatum deberi existimo: quia in id [24] tempus & libertas & [25] legatum referri deberet: quod & Trebatius respondit [26]. §. 3. Si *Fundum mihi vendere* [27] *certo pretio damnatus es*, nullum fructum ejus rei ea venditione excipere tibi liberum erit: quia id pretium ad totam [28] causam fundi pertinet. §. 4. Qui fundum mandatu meo in societate mihi [29] & sibi emerat, deinde eum finibus [30] diviserat, & prius quam mihi traderet, ita eum tibi legaverat, *fundum* [31] *meum illi do:* Negavi, amplius [32] partem [33] deberi [34]: quia verisimile non esset, ita testatum esse patremfamilias, ut mandati heres ejus damnaretur. §. 5. *Domi meæ, dum cum* [35] *filio meo Capuæ erit* [36], *heres meus ducenta dato:* filius [37] à matre migravit: Si ambo Capuæ habitassent, legatum matri debitu iri [38] putavi; quamvis una [39] non habitassent: sin autem in aliud municipium transissent, unius anni tantummodo debitu iri, quo una habitassent, quantoliber tempore, Trebatius ait. videamus, an his verbis, *dum cum filio Capuæ erit*, non conditio significetur, sed ea scriptura pro supervacuo debet haberi: quod non [40] probo. sin autem per mulierem mora non est, quo minus cum filio habitet: legata ei deberi. §. 6. Si *ædes alienas ut dares* damnatus sis, neque [41] eas ulla [42] conditione emere possis: æstimare judicem oportere, Atteius scribit, quanti ædes sint, ut pretio soluto, heres liberetur. † Idemque juris est, & si potuisses emere, non emeres.

19 Paria duo & bina pura legare differunt.
20 Nam jura legari possunt. *l.* 41. §. *de legat.* 1.
21 Conductiones in quinquennium fieri solebant. vide *l.* 4. §. 1. *ff. de reb. cred. l.* 67. §. *ult. ff. de furt.* Dixi ad Varron. *lib.* 5. *& ad Festum.*
22 Imo legatarium. *l.* 7. §. 2. *verf. hactenus. l. si pendentes.* 27. §. *si quid cloacarii.* 3. §. *de usufr.*
23 *l.* 27. §. 3. *ff. de usufr. & quemadm.* Horti conducti legati heres mercedem solvere tenetur: alioquin legatarius nullam pene utilitatem sentiet, *ut hic.* Eodem modo si servus legatus in fuga est, heres operam sumtumque in eo conquirendo ac redimendo præstare debet, *l.* 108. §. *de legat.* 1. unde notant, Heredem teneri præstare pretium amortizationis Regi ac fisco debitæ ex legato immobilium Ecclesiæ facto: quod tamen Pecio displicet, *c.* 33. *de amortizatione bonorum.*
24 Biennii scil.
25 Conditio apposita libertati, videtur apposita legato. vide tamen *l. quæsitum.* 91. §. 1. *ff. de legat.* 1.
26 Interim tamen alendus est ab herede. *l.* 16. §. *de annuis.*
27 *l.* 49. *in fin. ff. de legat.* 1.
28 Non ad ipsum tantum corpus fundi, sed ad fructus omnes ei cohærentes.
29 Ita mandatum consistere potest. *l.* 2. §. 4. *ff. mandati.*
30 Finibus agri dividebantur.
31 Recte ait, *unum*: quod enim commune est, nostrum est quodammodo.
32 Legato fundo, pars fundi ea non debetur, quam testator actione personali alteri dare debuit.
33 Amplius parte. *l.* 5. §. 1. §. 2. *ff. de legat.* 1.
34 Et merito: nec enim socius plus parte sua alienare potest. vide *l.* 68. *ff. pro socio.*
35 *l.* 34. §. 4. *ff. de legat.* 2. *l.* 8. *J. de cond. & demonstr.*
36 Id est, eadem in urbe.
37 Legatum uxori factum, *dum cum filio Capuæ erit*, semper debetur, si per filium stet: sin casu, his tantum annis debebitur, quibus morata fuerit; non pro futuris, aut deinceps.
38 Debitum iri. *Hal.*
39 Id est in eadem domo. Diversum autem est, si ita legetur uxori, *dum cum filio erit* (hoc enim casu simul cum filio & in eadem domo morari ei sit necesse.
40 Imo probandum videtur. Nam certo loco addici, servitutis species est. quæ nulli libero homini, sed libertis tantum injici potest. *l. Titio.* 71. §. *Titio.* 2. *J. de condit. & demonstr.* Sane addici certo loco simpliciter, species est servitutis: Secus si quid cui legetur sub ea conditione, si certo loco moretur.
41 Æstimationem ædium legatarum præstare cogitur heres, qui eas emere, uti jussus est, non potest. Quid, si heres potuit emere, nec emit? idem, *l. cum pater.* 60. *in fin. cum l. sequ. J. ad leg. Falcid.* adde *l. is qui.* 2. *C. de in litem jur.*
42 *l.* 14. *in fin. ff. eod.* §. 4. *Inst. eod.*
43 *Al.* quod supra solum.
44 Ædibus legatis, quid cedat, vel non cedat, æstimamus ex earum aditu. adde *l. quod conclave.* 47. *J. de damno.*
45 Ex cujus usu voluntas ejus inspicitur. *l.* 15. *in fin. J. de usu & usufr.*
46 V. *l.* 1. *C. de ædif. privat.*
47 Ut *l.* 34. §. 1. *J. eod.*
48 Prælegata non veniunt in subStitutione vulgari: secus in fideicommissaria. *Bald. l.* 3. §. 4. *J. ad Trebell. n. l.* 16. *C. de fideic.*
49 Partis appellatione totum interdum (puta ratione incertitudinis) intelligitur. *arg. l.* 2. *in fin. C. de hered. inst.* Est συνεκδοχή, quoties pars rei, temporis & similium pro toto sumitur. adde *l.* 76. *ff. de rei vindic.*
50 Morari proprie ibi quis dicitur, ubi dormire quis consuevit.
51 Quid? Domo legata in qua morari consuevit testator, num tota domus debetur quam in usu habuit testamenti vel mortis tempore? An potius omnis ea pars in qua morari cum familia sua consuevit? An ea tantum cubicula in quibus dormire consueverat? tot enim partes hac quæstione proponuntur? Jurisconsultus eam omnem partem deberi in qua morari cum familia sua consuevit: quæ verba interpretes accipiunt de tota domo: quod falsum puto. Legavit enim testator his verbis, *eam partem in qua morari consuevimus. Consuevimus* dixit, non *consuevi*, ut intelligamus id legatum referendum esse ad eas partes, in quibus non ipse solus, sed tota familia dormivit. Nec tamen continuo totas ædes deberi, quia partem ædium, non totas ædes legavit: nisi omni parte ædium ejus familia habitare consueverit.
52 Legans uxori *quidquid ei vivus donavit*, non intelligitur id ei legare, quod post id testamentum ei donaverit. Ita verbum præteriti temporis non extenditur ad futurum.

cessum videatur? Respondit, verba quæ proponerentur, nihil [53] pro [54] futuro [tempore] significare. §. 2. Cum Seius pro uxore centum aureos creditori solverit, & ornamentum pignori positum luerit, postea [55] autem testamento facto uxori suæ legavit *quidquid ad eum* [56], *inve stipulatum ejus concessit, & hoc amplius viceno aureos annuos:* Quæsitum est, an hos centum aureos heredes viri ab uxore, vel [ab] heredibus ejus repetant? Respondit, si donationis causa creditori solvisset, teneri heredes ex causa fideicommissi, si repetant: atque etiam petentes exceptione summoveri: Quod præsumptum [57] esse debet [58], nisi contrarium ab herede approbetur [59].

De nomine legato. 1. De optione nominis. 2. De ære alieno solvendo ab heredibus. 3. De oneribus ab uno ex heredibus subeundis.

XXXIV. Idem [lib. XVI Digestorum].

NOmen debitoris in hæc verba legavit, *Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi heredes Gaii Seii debent, adversus quos ei actionem mandari volo, eique eorundem pignora trado:* Quæro, utrum heredes tantum decem dare debeant, an [in] omne debitum, hoc est in usuras [60] debeant mandare? Respondit, videri universam ejus nominis obligationem legatam. † Item quæro, cum ignorante matrefamilias, actores in provincia adjectis sorti usuris, decem stipulati sint, an ex causa fideicommissi suprascripti etiam incrementum hujus debiti ad Titium pertineat? Respondit, pertinere. §. 1. Filio ex parte herede scripto, præceptionem [61] dedit inter cætera, his verbis: *Titio filio meo nomina ex Kalendario* [62], *quæ elegerit filius meus sibi, viginti dare damnas* [63] *sunto sine dolo malo:* eidem filio vivus omnium rerum suarum administrationem permisit: qui post testamentum factum, ante mortem patris annos decem, quibus procurabat patri, contra veterem consuetudinem patris, qua Kalendarium exercebatur, novos debitores amplarum pecuniarum fecit, & in priores, quos pater exiguarum fortunarum habebat, majus creditum contulit, ad hoc, ut viginti nominibus prope [64] omnis substantia Kalendarii esset: Quæsitum est, an huic filio eorum nominum, quæ ipse fecit, præceptio permittenda est? Respondit, ex his electionem [65] habere, quæ testamenti [66] tempore testator in Kalendario habuit. §. 2. Uni ex heredibus per præceptionem reliquit ea, quæ ex patrimonio viri sui Aretonis ei superarant: ejusque fidei commisit, hæc eadem restituere pronepoti, cum erit annis sedecim, in quibus hæc verba adjecit: *Item rogo, uti reliquum as alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex redditibus eorum bonorum solvas, reddas, satisfq; facias:* Quæsitum est [an], si probaverit heres, non sufficere reditum bonorum ad totius debiti exsolutionem, nihilominus tamen ipse debet agnoscere onus æris alieni? Respondit, * manifeste proponi, ex reditibus bonorum eorum jussum ex alienum exsolvere, non [67] de proprio. §. 3. Pater filio & filia heredibus institutis, cum singulis certa prædia & Kalendaria prælegasset, ita cavit, *A te autem, fili carissime* [peto], *quæcunque legavi, præstari volo. Et si quid evenerit æru alieni, si quod in tempus pro mutuo* [68] *acceperam, & debuero, à te solvi volo: ut quod soror tua reliqua, integrum ad eum pertineat:* Quæsitum [69] est, an quod ex quacunque [70] causa debuit pater, à filio sit præstandum? Respondit, posse filiam ex fideicommisso consequi, ut levaretur [71], quo magis integrum, quod testator dedisset, ad eam perveniisset [72].

De tribu comparanda. De mora heredis. 1. De falsa demonstratione. 3. De usu balnei.

XXXV. Idem [lib. XVII Digestorum].

PAtronus liberto statim *tribum* [73] *emi* petierat [74]: libertus diu moram ab herede patroni passus est, & decedens heredem reliquit Clarissimum [75] Virum: Quæsitum est, an tribus æstimatio heredi ejus debeatur? Respondit, deberi [76]. † Idem quæsiit, an & commoda [77], & Principales liberalitates [78], quas libertus ex eadem tribu usque in diem mortis suæ consecuturus fuisset, si ei ea tribus secundum voluntatem patroni sui tunc comparata esset: an vero usuræ [79] æstimationis heredi ejus debeantur? Respondi, quidquid ipse consecuturus esset, id ad heredem suum transmittere. §. 1. Sempronio ita legavit: *Sempronius sumito prædia ea omnia, quæ sunt usque* [80] *ad prædium, quod vocatur Gaan, finibus Galatiæ, sub cura villici Primi, ita ut hæc omnia instructa sunt:* Quæsitum est, cum in eodem confinio prædiorum unum sit prædium non Galatiæ, sed Cappadociæ finibus, sub cura tamen ejusdem villici: an etiam id [81] prædium cum cæteris ad Sempronium pertinere? Respondit, & hoc deberi [82]. §. 2. Libertis, quos nominaverat, ita legavit: *Fundum Trebatianum, qui est in regione Atellata: Item fundum Satrianum, qui est in regione Niphana, cum taberna dari volo:* Quæsitum est, cum inter fundos, quos supra legavit, sit quidem fundus vocabulo Satrianus, in regione [83] tamen Niphana non sit: an ex causa fideicommissi libertis debeatur? Respondit, si nul-

53 Imo aliquid, arg. *l. alia scriptura.* 30. §. *ultim. l. sequent ff. de leg.* 1. verbum præteriti temporis non extenditur ad futura quæ jure non sunt concessa, puta ad donationes jure non permissas.
54 Verbum præteriti temporis licet alias porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea quæ à jure communi exorbitant. *Bart.*
55 Ex verbis prolatis in testamento potest id declarari quod ex mera voluntate testatoris dependet, licet ad contractum pertineat. *Bart.* Dubia mens contractus inter vivos habiti verbis ultimæ voluntatis declarari potest. Jason, in *l. qui filiabus.* 18. *ff. de legat.* 1. *n.* 6.
56 Ne dicas quidquid uxori concessit aut donavit: Sed quidquid ad uxoris creditorem (cujus paulo ante facta mentio est), sive ejus stipulatum, concessit, id est, quidquid ei ex ejus stipulatione adnumeratum est: quidquid eo nomine ad eum pervenerit. adde Menoch. 2 *de arbitr. centur.* 1. *casu* 18. *num.* 17. 18.
57 De hac præsumptione vide Menoch. *d. loco.* Alciat. 1 *præs.* 31.
58 Imo non debet ex his verbis præsumptum. *l. si donatio. 5. C. de donat.* Præsumitur donatio, si is à quo res accipitur, sit dives, & quantitas accepta non sit magna.
59 *Al.* probetur.
60 Nominis legato debitum & usuræ continentur. *Bart.*
61 Ut *l.* 32. *ff. eod.* appellat posteà electionem.
62 Vide *l.* 64. *in fin. J. eod.* Dubitatio ex hoc verbo generali oritur in hac lege: quæritur enim an testator viginti leget filio ex Kalendario præsenti, quod est testamenti tempore: an vero ex Kalendario, quod post tempus testamenti valde auctum est.
63 In plurali, non *damnas.* vide *l.* 122. §. 1. *ff. de legat.* 1.
64 Donatione omnium prope facultatum (ut & omnium) fraudem præsumi hinc colligit Bartolus.
65 Adde *l. ult. J. de optione. l. ult. J. de auro.* Antea dixit præceptionem.
66 Imo eliget ex futuris. *l. ult. J. de optione. l. Mela.* 14. §. 1. *J. de alimentis.*
67 *l.* 114. §. 2. *in fin. ff. de legat.* 1. *l.* 1. §. 17. *in fin. J. ad Trebell.* Imo legatarius hereditatis tenetur ad onera. *l. Paturliborum.* 11. §. *ult. l. cum filius.* 76. §. 1. *ff. de legat.* 2. Non tenetur, quoties testator designavit onera, seu voluit heredes onera subire.
68 Pro mutua, *l.* 15. §. 6. *ff. locati.* Cæsar, 3 *de bello civili.* quasi mutuo datur quod prærogatur. P. Pithœus apud Cujac. 3 *observ.* 1.
69 Cur quæsitum? Mutui facta tantum fuit mentio. Verum quæcunque declarandi causa adjecta sint, ea minuere legatum non debent. *Mutui* verbum declarandi non restringendi causa adjectum est.
70 Promutui scilicet, vel alia.
71 *Al.* ut tenetur illo, scilicet ære alieno.
72 *Al.* perveniat.
73 Tribus emendæ legatum observa. Libertini cives Romani in tribus urbanas referebantur, sed non simul ac libertatem nacti erant. Sicut L. Cornelio non statim tribus concessa fuit ac civitas, ut Cicero scribit *Orat.* 1 *pro L. Cornelio.* Unde hic liberto tribum emi mandat patronus. *Goth.* Vide Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 16. Covarruv. 4 *var. cap.* 1. Cujac. *lib.* 7 *observ. cap.* 14. Ans.
74 Nec enim simul atque quis libertatem nactus erat, in tribus urbanas referebatur. sic L. Cornelio tribus concessa non fuit statim cum ipsa civitate, ut ait Cicero *pro L. Cornelio.* vide Cujac. 7 *observ.* 14. Quod de tribu emenda dixi, die idem de tessera frumentaria. *l.* 49. §. 1. *ff. de legat.* 2.
75 Id est, Senatorium. dixi ad *l.* 5. *ff. de curatore furioso.*
76 Imo non debetur tribus æstimatio, sed ipsa res seu ipsa tribus. *l. si domus.* 71. §. *cum alicui.* 4. *ff. de legat.* 1. An æstimatio hic prætanda est, quod testator certæ personæ tribum præstare voluit, ea autem persona sublata, res præstari non debeat, sed æstimatio? An potius hic non tribus legata, sed emptio tribus, & ita factum: ut post moram faciendi teneatur heres in id quod interest?
77 Id est, annonas, tesseras frumentarias, liberalitates Principis, ad quem locum proprie pertinet inscriptio hæc vetus, *Trajano, Augusto v Germanico, Dacico, Pontifici maximo, Trib. pot.* VI, *Imp.* 4. *Cos.* V. *P. P. tribus* 35. *quod liberalitate optimi Principis commoda earum, etiam locorum adjectione, amplificavit*, relata à Cujacio 7 *observ.* 14. *in fin.*
78 Congiaria, veteres glossæ scribunt congiarium liberalitatem in legibus appellari. Congiarium διδόσεις ἐπὶ τῷ ἴσῳ ἑκάστοις. vide Cujac. 10 *observ.* 37. *in fin.*
79 *l.* 84. §. *de leg.* 2.
80 De dictione *usque*, vide *Bart. hic.* & quam vim habeat quoties agitur de favore, vel odio: quoties adjecta loco, tempori, numero, gradui.
81 Adde *l.* 91. §. 3. *J. eod.*
82 Imo hoc prædium non debetur: Nam dictio *usque* excludit. *l. filiusfamilias.* 114. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l. faccularii.* 7. *l. sunt quædam.* 9. *in fin. J. de extraord. cogn. l.* 1. §. *in flumine publico.* 11. *l. pen. J. de fundis patrimon.* Excludit, ubi alias interpretatio legis esset vitiosa, *l.* 1. §. 1. *J. an per alium causa appellat.* alias includit. *l. item si cum exceptione.* 14. §. *quatenus.* 10. *ff. quod met. caus. l. ultim. ff. de jurat. l. à caligato.* 21. *C. de Nupt. Authent. hoc jus. C. de procurat. Authent. Quod locum. C. de dote cauta, non numerata. Novell. appellat.* 23. *cap.* 3. *illud etiam.*
83 Error regionis non nocet, si constet de corpore.

si nullus esset Satrianus in regione Niphana, & de eo sensisse testatorem certum sit, qui alibi esset: non [idcirco] minus deberi, quia in regione designanda lapsus [84] esset. §. 3. Codicillis confirmatis ita cavit: *Tribunibus municipibus meis, amantissimisque. Scatiæ balneum Julianum, junctum domui meæ, ita ut publice sumptu heredum meorum & diligentia decem mensibus totius anni præbeatur gratis.* Quæritur est, an & sumptus refectionibus necessarios heredes præstare debeant? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri testatorem, super [85] calefactionis & præbitionis onus, de his [86] quoque sensisse, qui [87] ad quotidianam tutelam [88] pertineant, quibus balineæ aut instruuntur, aut denique inter solitas cessationum vices parari purgarique, ut habiles ad lavandum fierent, sint solitæ.

[83] Falsa demonstratio non vitiat legatum. *l.* 32 §. *ult. ff. de cond. & demonstrat.*

[84] Id est, supra.

[85] Balnei usu legato videntur legata omnia necessaria ad balneum. *Bart.*

[87] *Al.* quæ. vel possis verbum *qui* ad verbum *sumptu* referre.

[88] Refectionem, *al.* T.

[89] *l.* 13. §. *de inofficios.* Rupto testamento per querelam, non præstantur legata, si ab intestato fuerint repetita. *Bart.* 90 *l.* 13 §. *de inofficios.* dixi ad *l. ult.* §. 1. *C. de cond. ex.*

De inofficioso testamento.

XXXVI. Apud Scævolam lib. XVIII Digestorum Claudius notat.

NEc fideicommissa ab intestato data debentur ab eo [89], cujus de inofficioso [90] testamento constitisset: quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse: ideoque nec aliud quid pertinens ad suprema ejus judicia valet.

Si is, cui sua res legata est, oneretur fideicommisso. 1. De codicillis quibus præcipitur, ut si quid aliud prolatum esset, non valeat. 2. De hereditate codicillis in alium translata. 3. De fideicommisso donatarii. 4. De eo cui mutuo mandavit, ut dotem stipularetur. 5. De confessione debiti facta in testamento. 7. De fideicommisso omnibus quos manumisi, manumissuram, sive his tabulis, sive quibuscunque alius.

XXXVII. Scævola lib. XVIII Digestorum.

CUm quis decedens Seiæ matri fundum, qui proprius matris erat, legaverat, ab ea petierat, ut eundem, cum moreretur, Flaviæ Albinæ conjugi suæ restitueret: post mortem testatoris mater apud Magistratum professa est, *Nihil se adversus voluntatem filii sui facturam, paratamque se fundum Flaviæ Albinæ tradere, si sibi annua bina præstarentur reditruum nomine:* sed neque possessionem tradidit, neque annua bina accepit. Quæsitum est, an jure fundum alii vendere possit? Respondit, si de legati jure fideique commissi quæreretur, secundum ea, quæ proponerentur, nec [91] valuisse, quod matri suum legabatur: neque onus fideicommissi processisse, si modo nihil [92] præterea mater cepisset. §. 1. Qui testamento heredem scripserat, Mævio ducenta legavit, & fidei ejus commisit, *ut centum daret Glauce tychæ: Elpidi autem, quinquaginta:* postea Mævius volente testatore, literas emisit ad eas, *secundum voluntatem testatoris constitutum:* postea testator fecit codicillos, quibus & hoc præcepit, *ut præter hos codicillos si quid aliud prolatum esset, non valeat* 93. Quæsitum est, an Mævius qui ducenta accepit, quia mutavit voluntatem de ea epistola testator, à mulieribus convenire ex causa fideicommissi possit? Respondit, secundum ea, quæ proponuntur, frustra 94 Mævium conveniri, sive ducenta, sive prædium pro his accepit. § 2. Seiam & Mævium libertos suos æquis partibus heredes scripsit: Mævio substituit Sempronium pupillum suum: deinde codicillos per fideicommissum confirmavit, quibus ita cavit: *Lucius Titius Seiæ heredi suæ, quam pro parte dimidia instituo, Salutem. Mævium libertum meum, quem in testamento pro parte dimidia heredem instituo, ejus partem hereditatis veto accipere. Cujus 95 in locum partemve ejus, Publium Sempronium dominum meum heredem esse volo:* & Mævio, ad quem hereditatis portionem noluit pervenire, cum hoc elogio 96 fideicommissum reliquit: *Mævio liberto meo de me nihil merito dari volo lagynos 97 vini vetusti centum quinquaginta.* Quæsitum est, cum voluntas 98 testatoris hæc fuerit, ut omnimodo perveniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum, an fideicommissum ex verbis suprascriptis valere intelligatur: & à quo Sempronius petere possit, cum ad certam personam codicillos scripserit? Respondit, posse fideicommissum à Mævio peti. §. 3. Pater emancipato filio bona sua universa, exceptis duobus servis, non mortis causa donavit, & stipulatus est à filio in hæc verba: *Quæ tibi mancipia, quæque prædia donationis 99 causa tradidi, cessi, per te non fieri dolo[ve] malo, neque per eum ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia, quæque ex his adgnata erunt, eaque prædia cum instrumento, cum ego volam, vel cum moriemur, quæque eorum exsibunt, neque dolo malo aut fraude factove tuo ejusque ad quem ea res pertinebit, in rerum natura, aut in potestate esse desisset, si vivam, mihi, aut cui ego volam, reddantur, restituantur: stipulatus est Lucius Titius pater, spopondit Lucius Titius filius.* Idem pater decedens epistolam fideicommissariam ad filium suum scripsit in hæc verba: *Lucio Titio filio suo Salutem. Certus 100 de tua pietate fide tua committo uti des præstes illi & illi certam pecuniam: & Lucrionem servum meum liberum esse volo.* Quæsitum est, cum filius patris nec bonorum possessionem acceperit, nec ei heres exstiterit: an, ex epistola fideicommissa & libertatem præstare debeat? Respondit, etsi neque hereditatem adisset, neque bonorum possessionem petisset, & nihil ex hereditate possideret: tamen nihil minus, & ex stipulatu [1] ab heredibus patris, & fideicommisso ab his, quorum interest, quasi debitorem conveniri posse, maxime post constitutionem Divi Pii, quæ hoc induxit. §. 4. Nuptura, duobus filiis [suis], quos ex priore marito habebat, mandavit *ut* [2] *viginti, quæ dotis dabat, stipularentur in omnem casum, quo solvi posset matrimonium: ut etiam alteruri ex his tota dos solveretur:* constante matrimonio, uno ex filiis mortuo, uxor per epistolam petit à superstite filio, *Uti quandoque partem dimidiam duntaxat dotis exigeret, & ea contentus 3 erit, alteram autem partem 4 apud maritum ejus remanere concedat:* Quæsitum est, postea in matrimonio muliere defuncta, an maritus, si de tota dote conveniatur à filio, doli mali exceptione sc tueri possit, & an ultro ex causa fideicommissi actio ei competit, ut de parte obligationis accepto ei feratur? Respondit, & exceptionem utilem fore, & ultro [5] ex fideicommisso peti posse. † Idem quærit, an de reliqua dimidia parte mandati actio utilis sit heredibus mulieris adversus filium ejus? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, maxime post literas ad filium scriptas, non fore utilem. Claudius: Quoniam in his expressit, *ut contentus esset parte dimidia dotis:* quibus verbis satis fideicommissum filio relinqui placuit. §. 5. Codicillis ita scripsit. Βιβλιαρ πέντε τὰ ἐπιδιαταγμένα ὑμῖν ἔδωκα τῷ Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου διαφέρα μικρὰ πινδικιδία, ἵνα ἐπὶ ἐλαίου τῷ κεφαλικίῳ, ὧν τῷ θείῳ αὐτοῦ Γαΐῳ Μαξίμῳ, ἵνα αὐτοῦ ἀνδρεφόντι δοκοδόμῳ, ἀγοντὶ αὐτὸ τόκῳ τοῖς μέρεσι, δοκοδομῶ αὐτοῦ βιβλιαρ, ἵνα τὸ τοῦ θείου αὐτοῦ ὄμοσον. Id est, *Volo omnia quæ infra ordinata sunt, firma esse: Maximo domino meo denaria quinquies mille, quæ accepi in depositum à patruo ejus Julio Maximo, ut ei viro facto vel adulto reddam cum usuris quæ sunt triginta millia, ei dari volo: ita enim patruo suo juravi* 6. Quæsitum est, an ad depositam pecuniam petendam sufficiant verba codicillorum, cum hanc solam nec aliam ullam probationem habeant? Respondi, Ex his quæ proponerentur, scilicet cum 7 jusjurandum dedisse super hoc testator adfirmavit, credenda [8] est scriptura 9. §. 6. Titia, honestissima femina, cum negotiis suis opera Callimachi semper uteretur, qui ex testamento capere [10] non poterat, testamento facto manu sua ita cavit, *Τίτια Διὸς ἀπὸ τῷ βιβλαρίῳ δεδώκα Καλλιμάχῳ τὰ μισθὰ χάριν ἀνηρέα μόχεν*, id est, *Titia testamentum condidi, & volo dentur Callimacho mercedis gratia* [11] *denarium decem millia.* Quæro, an hæc pecunia, ex causa mercedis, ab heredibus Titiæ exigi possit? Respondi, non idcirco, quod scriptum est, exigi posse in fraudem Legis relictum [12]. §. 7. Ex his verbis testamenti, *Omnibus quos* [13] *quasve manumisi, manumissuram* [14], *sive* [15] *his tabulis, sive quibuscunque alius, filios filiasve suos omnes concedi volo:* Quæsitum est, an his, quos vivus manumisisset, debeantur filii? Respondit, his quoque, quos quasve ante testamentum factum manumisisset, filios filiasve ex causa fideicommissi præstari oportere.

[91] Si non tenet legatum, nec onus fideicommissi adjectum. *Bart.*

[92] Ultra partem debitam. *l.* 20. §. *de donationib.*

[93] Is postea voluntatem de epistola mutavit.

[94] Imo conveniri recte potest legatarius ex fideicommisso: cum id vivo testatore promiserit, se restituturum. *l. ult. tim. in princ.* §. *de solut. l. Stratius* 48. §. *de jure fisci.* An hic facta promissio est contemplatione alicujus legati, quod postea factum non est, *arg. l.* 1. §. *si quis sub conditione.* 14. §. *ut legatorum.* in addita vero lege ultima, promissio facta est inter vivos, nulla contemplatione legati? An in *d. l.* 1. odio heredis suscipientis in se tacitum fideicommissum id constituisse est?

[95] *l.* 3. *C. de hered. inst.*

[96] *V. l.* 14. *in fin.* §. *de liberis.*

[97] Lagenas vini. *Hal.*

[98] Verba directa in codicillis prolata ad fideicommissum trahuntur. *Bart.*

[99] *l.* 87. §. 4. §. *de leg.* 2.

[100] Donatario volenti potest imponi onus fideicommissi à testatore, tanquam debitori. *Bart.*

[1] *l.* 3. *C. de donationibus, quæ sub modo.*

[2] Dotem sibi reddi mandato mulieris, qui stipulatur, præsumitur in dubio interpositus, ut ministret: non ut suo nomine, ac sibi dotem stipularetur.

[3] *l.* 11. §. 4. §. *eod.*

[4] *V. l. ult.* §. *de dote.*

[5] Ultro petere posse quid fit. vide *l.* 10. §. *de negotiis.*

[6] Jurata confessio testatoris probationem induxit, auget fidem scripturæ, & debitoribus prodest: alias nihil veritati officit, quod defunctus modum patrimonii sui jurando declaravit. vide *Nov.* 48.

[7] Adde *l.* 6. *C. de prob. l.* 5. *C. familia.*

[8] *l.* 77. §. 23. §. *de legat.* 2. Imo non est credenda. *Authentica, si quis in aliquo documento. C. de edendo. l. rationes. C. C. de probat.* credenda est contra testatorem, non contra alium: contra scribentem, non contra tertium.

[9] An ad probationem depositi? An potius ad fideicommissi petitionem? Alii hoc postremum putant. *arg. l. Lucius* 93. §. *Sempronia.* §. *eod. l. qui uxori.* 18. §. *de auro. l. si creditor.* 28. §. *de leg.* 1. *l. Lucius Titius.* 88. §. *quisquis.* 10. §. *de legat.* 2. Alii probationem induci censent, sive quia testator juravit: sive quia dixit se juraſſe.

[10] Confessio retiam jurata, testamento facta favore incapacis, præsumitur facta in fraudem. adde *l. qui testamentum.* 27. §. *de probat.*

[11] Facit *l.* 27. §. *de probation.*

[12] Facit *Novell.* 119. *c.* 3.

[13] *l.* 9. §. *de alimentis.*

[14] *Al.* manumiserim.

[15] *Sive* particula non restringit. adde *l. si quis ita.* 30. §. *de auro.*

16 Vide Langebekium, *c.* 16 *annotationum.*

17 Alienationis prohibitio proprie pertinet ad alienationem voluntariam, non ad necessariam. adde *l. peto.* 69. §. *prædium.* 1. §. *de legat.* 2. *l. filiæfam.* 114. §. *Divi.* 14. §. *de legat.* 1.

18 Alienandi prohibitione, necessaria non continetur. *Bart.*

19 *Al.* exsolveretur.

20 Simillis petitio est in *l.* 94. §. *eod.* v. quæ scripsi ad *l.* 108 §. *de cond. & demonstr.*

21 Vide Alciat. 4 *disputat.* 1.

22 Aliud in formula, de qua in §. 7. §. *eod.* ubi mandat testator prædium *suæ successioni* servari. Quin liberti appellatione libertus liberti continetur. *l. cum pater.* 77. §. *fidei heredum* 11. §. *cum inter.* 28. §. *de leg.* 2. *l. alimenta.* 16. §. *ult.* §. *de alimentis.*

23 Vide Cujac. 15 *observ.* 4.

24 Dando libertatem, quæ ex lege Caninia danda erat nominatim. *l.* 88. §. 6. §. *de legat.* 2. Cujac. 15 *obs.* 14. 25 His verbis, post mortem heredis ædificium vernis legatum videtur. *l.* 15. §. *de auro.* 26 Prohibitio hæc, *veto venire fos vendi, & malo ad tales pervenire*, plurium contemplatione facta conditionalis est: perveniet enim fundus ad nominatos, si prædium venditum fuerit adversus prohibitionem testatoris. Ideoque in hac specie venditus fundus ejus erit, qui ex pluribus illis tempore venditionis superstes fuerit. 27 Nominum enim nuncupatio viriles partes ab initio facit: & ideo singulis ab initio quasi divisim partes adscripcæ fuisse, videntur, *l.* 41. §. 9. §. *cod. l.* 7. §. *de legat.* 2. & consequenter inter eos non est jus adcrescendi, *l.* 3. §. *de usufructu adcrescend. l.* 16. *in fin.* §. *de leg.* 1. ideo, inquam, inter eos non est jus adcrescendi, nisi adjecerit testator, donec ad vernas ædificium perveniat. vide Cujac. 15 *obs.* 4 28 Vide Alcint. *hic.* Prohibitum ad tempus, post tempus permissum præsumitur. 29 *l.* 1. *C. debitorem venditionem pignoris.*

30 Alienatio interdicta filio, *quoad vixerit*, non videtur ei interdicta in testamento: Prohibitio alienationis heredi facta, *donec vixerit*, non impedit quo minus testamento leget extraneo: ideoque prohibitus in vita alienare, non impeditur heredem scribere etiam extraneum. *Alciatus.*

31 Imo non est habituris. Nam ratio prohibitæ alienationis, etiam testamento alienationem comprehendit: dixit enim testator, *de nomine vestro nunquam exeat.* vide Bart. Quinimo alienare prohibitus, in perpetuum etiam testamento alienare prohibetur, *l.* 114 §. 15. §. *de leg.* 1. *l.* 5. *C. de secund. nupt.* vide Conventium 3 *var.* 14. 32 Hinc notat Cujac. 3 *obs.* 18. *in fin.* matronas dici etiam dominas, non respectu maritorum duntaxat (quomodo ipsi quoque mariti ab uxoribus domini appellantur) sed etiam ex se. adde *l.* 19. §. 1. §. *de annuis.* ea de re vide etiam Forner. *l. select.* 11. 33 Secus ubi nudum non est. ut *l. peto.* 69. §. *fratre.* 3. §. *de legat.* 2. Nudum autem præceptum hic est, quod nullam pœnæ adjectionem continet. 34 Alienationis nuda prohibitio, sine causa adjecta, alienationem non impedit. 35 Cur ita? cum favore heredis fratris sit, ei renunciatum potest. Collige ex *l.* 62. §. *de adq. rer.* 36 Alii alienare prohibitus, intelligitur prohibitus aliis omnibus alienare, præter conjunctos. Nam ad conjunctos in eodem legato non refertur, & invicem videtur permissa alienatio. facit *l. voluntas.* 4. *C. de fideicomm.* repugnare tamen videtur ratio. *l. cum hi.* 8. §. *si uni.* 15. §. *de tranſati.* Quorum Intellectum hujus §. vide apud Bellon. *lib.* 4 *supputat. cap.* 12. Anf. Adde Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.* 54. S. L. 37 Ex eodem corpore liberti, an sunt liberti eodem testamento nominati? An ejusdem patroni? 38 Cur pertinet? Prohibitus alienare partem suam, non videtur prohibitus alienare partem quam redemit. *Bart.* vide Bellon. 4 *supputationum* 12. 39 Reipublicæ Tusculanorum. *Hal.* 40 Tusculanus fidei ejus cui duo millia solidorum legaverat, commisit in hæc verba. *Hal.* 41 Collegio legari potest. *l.* 20. §. *de reb. dub. l.* 2. *l.* 3. *C. de incertis personis.* 42 An legata pias ad causas caduca, remanent apud gravatum? remanere non videntur, cum in alias causas æque pias converti debeant, *l.* 16. §. *de usu & usufr.* v. tamen *hic* Bart.

nere debeat? Respondit, Petronium jure petere: utique si per eum non stetit, parere defuncti voluntati. §. 7. Mater filios heredes scripserat, & adjecit: *prædia, quæ ad eos ex bonis meis perventura sint, nulla ex causa abalienent* 43, *sed conservent successioni* 44 *suæ, deque ea re invicem sibi caveant.* Ex his verbis quæsitum est, an prædia per fideicommissum relicta videantur? Respondit, nihil de fideicommisso proponi 45. §. 8. Ex parte dimidia heredi instituto, per præceptionem fundum legavit, & ab eo ita petit: *Peto, uti velis coheredem tibi recipere in fundo Juliano meo, quem hoc amplius te præcipere jussi, Cledium Verum nepotem meum, cognatum tuum.* Quæsitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur? Respondit, deberi 46.

De fideicommisso, scio ad filios meos perventura. 1. *De prædiis relictis quæ fideicommissarius volunt, & de verbo* ꝑſ: 152. 2. *De revocatione legati.*

XXXIX. Idem lib. XX Digestorum.

P*Amphilo liberto hoc amplius, quam codicillis reliqui, dari volo centum: scio* 47 *omnia quæ tibi, Pamphile, relinquo, ad filios meos perventura: cum affectionem tuam circa eos bene perspectam habeam.* Quæro, an verbis suprascriptis Pamphili fidei commisit, ut post mortem filiis defuncti centum restituat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri quidem, quantum ad verba testatoris pertiner, fideicommissum Pamphili, *ut centum restitueret*, sed cum sententiam 48 defuncti à liberto decipi satis inhumanum est, centum ei relictos, filiis testatoris deberi restitui: Quia in simili specie & Imperator noster D. Marcus hoc constituit. §. 1. Propositum est, non habentem liberos nec cognatos, in discrimine 49 vitæ constitutum per infirmitatem, arcessitis 50 amicis 51 Gaio Seio contubernali 52 dixisse: *quod vellet* 53 *ei relinquere prædia, quæ nominasset: eaque dicta in testationem* 54 *Gaium Seium redegisse*, etiam ipso testatore 55 interrogato, an ea dixisset, & responso 56 ejus tali 57 μάκροις, id est, *maxime*, inserto. Quæsitum est, an prædia, quæ destinata essent, ex causa fideicommissi ad Gaium Seium pertinerent? Respondit, super hoc nec dubitandum esse, quin fideicommissum valet. §. 2. Duas filias æquis ex partibus heredes fecerat: alteri fundum prælegaverat, & ab ea petierat, *ut sorori suæ viginti daret*: ab eadem filia petit, *ut partem dimidiam fundi eidem sorori restitueret.* Quæsitum est, an viginti præstari [non] deberent? Respondi, non 58 esse præstanda.

Si ut solus heres legitimus fideicommisso oneratus ex parte bonorum possessionem acceperit. 1. *De jussu restituere hereditatem corpore aliquo retento.*

XL. Idem lib. XXI Digestorum.

POst emancipationem patris susceptа 59, à patruo ut legitimo 60 herede petierat, *ut partem hereditatis avunculo suo daret, & agros duos*: ad utrumque autem ut proximum cognatum successio ejus pertinuit per 61 bonorum possessionem: Quæsitum est, cum in parte hereditatis fideicommissum non constiterit, quam suo jure per bonorum possessionem avunculus habiturus est; an nihilominus in partem agrorum constitat, ut Titius partes agrorum duas, id est, unam, quam suo jure per bonorum possessionem habeat, alteram vero partem ex causa fideicommissi petere debeat? Respondit, posse petere. † Idem quæsiit, si ab eodem patruo fideicommissum aliis quoque dederit: utrum in solidum, an vero pro parte ab eo præstanda 62 sint? Respondit, in solidum 63 præstari.

§. 1. Seiam ex dodrante, Mævium ex quadrante instituit heredes: fidei Seiæ commisit, in hæc verba: *a te peto, tuæque fidei committo, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit* 64, *restituas filio tuo retento* 65 *tibi hortis meis.* Quæsitum est, cum generali capite fideicommissum esset, *quisquis heres esset de omnibus ut præstarent, quod cuique legasset, [præstari fierive jussisset]*: an cum dodrantem hereditatis restituerit, hortos in assem vindicare Seia debet? Respondit, etiam coheredis fidei commissum videri, ut quadrantem, quem in his hortis haberet Seia 66, redderet.

De vindicatione prohibita. 1. *De parte domus libertis legatæ, uni liberto legata.* *De filiis patri legatu præter legatos uxori.* 3. *De re quibusdam nominatim, deinde uni ex heredibus sermone generali legata.* 4. *De pueris intra septem annos ætatis legatis.* 5. *An filiis legatis, nepotes debeantur.* 6. *De fideicommisso.* quidquid ibi possideo. 7. *Si pater filiæ dotem reliquerit eamque rogaverit pati, ut filius & uxor stipulentur, deinde ipse vivus dotem dederit.* 8. *De adoptione.* 9. *De agri plaga transcribenda, ita ut pretium hereditati inferatur, de evictione si promittatur, & cautio præstetur ne ea res ad certas personas perveniat.* 10. *De partu res relictæ.* 11. *De patre naturali, qui, cum filiæ fideicommissum deberet, dotem pro ea dedit.* 12. *De fideicommisso restituto ante diem.* 13. *De rogato restituere cum volet.* 14. *De rogato restituere, à qua satis exigi vetuit.*

XLI. Idem lib. XXII Digestorum.

VXorem & filium communem heredes instituit, & uxoris fidei commisit in hæc verba: *Peto a te domina* 67 *uxor, ne ex fundo Tiriano partem tibi vindices* 68, *cum scias me universam emptionem ejus fundi fecisse: sed beneficio affectionis & pietatis, quam tibi debui, eandem emptionem, cum nummis meis comparassem, tecum communicasse.* Quæsitum est, an eum fundum in solidum filii esse voluerit? Respondit, eum, de quo quæreretur, perinde rationem in fundo haberi voluisse, ac si universus hereditarius esset: ut pro 69 dimidia parte & uxor & filius agrum ut hereditarium habeant. §. 1. In testamento ita scriptum fuit, *donum meam cum horto* 70 *applicito liberis meis concedi volo.* & alio capite: *Fortuno liberto meo ex domu mea, quam libertis dedi, diætam* 71 *in qua habitabam, item cellarium junctum* 72 *eidem diætæ, ab herede meo conceda volo.* Quæsitum est, an heres testatoris oneratus videatur in præstando legato Fortunio, quamvis domus universa libertis sit prælegata? Respondit, non esse oneratum 73.

§. 2. Codicillis confirmatis ita cavit: *Omnibus autem libertis meis, & quos vivus, & quos his codicillis manumisi, vel postea manumisero: contubernales* 74 *suas, item filios, filias lego, nisi si quos quasve ad uxorem meam testamento pertinere volui, vel ei nominatim legavi, legavero.* Idem postea petiit [ab heredibus suis] *ut Regionem Umbriæ, [Tusciæ], Picenо* 75 *coheredes uxori suæ restituerent cum omnibus quæ ibi erunt, & mancipiis rusticis vel urbanis, & actoribus exceptis manumissis.* Quæsitum est, cum Eros & Stichus servi in diem vitæ testatoris, in Umbria, in Piceno actum administraverint, sint autem Damæ, quem testator vivus manumiserat, filii naturales: utrum eidem Damæ ex verbis codicilli ab heredibus præstandi sint; an vero ad Seiam uxorem ex verbis epistolæ pertineant? Respondit, ex codicillis ad patrem eos naturalem pietatis intuitu 76 pertinere. §. 3. Feliciſſimo & Feliciſſimæ, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legavit cum casa 77: & alio capite, Titio filio, quem ex parte quarta heredem scripserat, prælegaverat in hæc verba, *Titi fili, hoc amplius de medio sumito legata mea, quæ mihi tam pater tuus Præsens, quam Cælius Justus frater patris reliquerunt.* Quæsitum est, cum fundus Gargilianus testatrici à marito ejus, id est, à patre Titii filii legatus sit, cui fundus ex causa fideicommissi debeatur: utrum Titio filio tantum, an Feliciſſimo, & Feliciſſimæ, an tribus? Respondit, non esse verisimile eam, quæ nihil aliud Feliciſſimo & Feliciſſimæ, nisi hæc [quæ] specialiter, legavit, ad filium, cui & hereditatis suæ partem reliquit, legatum generali 78 sermone transferre voluisse.

§. 4. Testamento pueros 79 ita legaverat, *Publio Mævio dominulo* 80 *meo ab heredibus meis dari volo pueros quinque ex meis, duntaxat intra annos septem:* post annos complures, quam fecit testamentum, moritur: Quæsitum est, cujus ætatis Mævio mancipia deberentur, utrumne, quæ testamenti facti tempore intra septem annos fuerunt, an quæ mortis tempore intra eam ætatem inveniantur? Respondit, eam videri ætatem designatam, quæ esset, cum 81 à testatore relinquerentur. §. 5. Concubinæ 82 inter cætera his verbis legaverat, *Fundum in Appia* 83 *cum villico* 84 *suo, & contubernali* 85 *ejus, & filio* 86, *dari volo.* Quæsitum est, an 87 nepotes quoque villici, & contubernalis ejus testator ad concubinam pertinere voluit? Respondit, nihil proponi, cur non deberentur.

§. 6. Legaverat per fideicommissum Mæviis ita, *& quidquid* 88 *in patria* 89 *Gadibus possideo*: quæsitum est, an, si quam suburbanam adjacentem possessionem haberet, hæc quoque ex causa fideicommissi Mæviis debeatur? Respondit, posse 90 ad hanc quoque verborum significationem extendi. † Item quæsitum est, calendarii 91, quod in patria sua, vel intra 92 fines ejus defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria sua habebat, reliquit: an id quoque calendarium propter verba supra scripta Mæviis ex causa fideicommissi deberetur? Respondit, non deberi 93. † Item quæsitum est, an pecunia, quæ in arca domi Gadibus inventa esset, vel ex diversis nominibus exacta, & ibi deposita 94: ex fideicommisso debeatur? Respondit, supra 95 responsum. §. 7. Testamento, quo filium & uxorem heredes instituerat, filiæ per fideicommissum centum, cum in familia nuberet, legavit: & adjecit ita: *Fidei tuæ, filia, committo, ut cum in familia nubas* 96, *& quotiescunque nubes, patruis ex dote tua, quam dabis, partem dimidiam stipulari fratrem tuum & Seiam matrem tuam pro partibus dimidiis dari sibi, si in matrimonio ejus cui nubes, sive divortio facto, priusquam dos tua reddatur, eove nomine satisfactum erit, morieris, nullo filio filiave ex eo relicto:* Pater virginem filiam nuptum collocavit, ejusque nomine dotem dedit 97: & post divortium eandem recepit, & alii in matrimonium cum dote dedit, & stipulatus est, eam [dotem] sibi aut filiæ suæ reddi: manente filia in matrimonio secundo, mortuus est eodem testamento relicto; eique heredes exstiterunt filius & uxor: postea mario defuncto, puella, dote recepta nupsit alii, præsentibus 98 & consentientibus fratre & matre, quæ etiam dotem ejus auxit, & 99 neuter eorum stipulati sunt dotem: mox matri filius & filia heredes exstiterunt: deinde in matrimonio filia decessit, marito herede relicto. Quæsitum est, cum puella non ex causa legati pecuniam in dotem ab heredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito materfamilias facta dotem reciperaverat: an heres ejus ex causa fideicommissi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam, quam percipere posset, si dotem stipulatus esset? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non teneri.

§. 8. [Ejus] heres vel legatarius rogatus est, *ut quendam* 100 *adopter*, his verbis adjectis, *si aliter fecerit, exheres esto*: vel, *perdat legatum.* Quæsitum est, si non adoptaverit, an ei, qui adoptatus non est, actio quædam ex fideicommisso competit? Respondit, fideicommissum, quo quis rogatur, *ut adopter*, ratum non 1 esse.

§. 9. *Agri plagam* 2, *quæ est in regione illa, Mævii Publio & Gaio transcribi* 3 *volo, pretio facto* 4 *viri boni arbitratu, & hereditati illato, duplæ evictione expromissa à reliquis heredibus: ita ut sub pœna centum promittant, eam agri plagam partemve ejus ad Seiam posterosve ejus non perventuram quaquа ratione.* Quæsitum est, an legatum valeat, cum Publius emere velit, Gaius nolit? Respondit, eum, qui fideicommissum præstari sibi velit, posse 5 partem dimidiam 6 ejus agri, qui legatus est, petere, quamvis alter persequi nolit. † Item quæsitum est, cautio, quæ interponi debeat secundum voluntatem, pro quota parte cuique heredum præstanda sit? Respondit, pro ea portione, quæ ex fideicommisso præstatur. §. 10. Sorori legavit homines, quos nominavit testamento: ejusque fidei commisit, *ut eadem mancipia filius suus cum obiret, restitueret.* Quæsitum est, adgnata ex his an defuncti filiis heredibus restituenda sint post mortem legatariæ, an remaneant ad 7 heredes ejus? Respondit, [ea], quæ postea adgnata essent, verbis fideicommissi non 8 contineri.

§. 11. Pater naturalis filiæ suæ, ex testamento mariti ejus, fideicommissi debitor, cum ea mulier alii nuberet, non mandatu mulieris dotem marito ejus dedit, & sibi reddi eam stipulatus est, si sine liberis filia moreretur: mulier filiam suscepit: Quæsitum

43 Vide *l.* 67. §. *de verb. sign.*

44 Hæc formula diversa est à § 1. §. *eod.*

45 Dubitari. Vigilius 32 *Pandect.* 6 *fol.* 703. Quid? Dynus putat non esse hic fideicommissum ex verbis, sed ex mente. Alii putant fideicommissum non esse inter heredes, sed inter eorum successores: Bartolus putat, nullo modo fideicommissum esse: cum hic agatur de successore universali, adde *l. sciendum.* 19. §. *pen.* §. *de ædilitio. l. sciendum.* 70. *in fin.* §. *de verb. sign.*

46 Ad fideicommissum ita transmittuntur verba institutionis ex re certa, si ad heredem institutum verba sint relata. *l.* 1. §. *si ex fundo.* 4. *l. ex facto.* 35. §. *de hered. inst.*

47 Verba enunciativa ad gravatum directa dispositionem inducunt. *Bart.* & fideicommissum. *l.* 67. *in fin.* §. *de legat.* 2. Gom. Ad de Rom. *sing.* 154. Mugon. *decis. Lucens* 55. *n* 9. Ans.

48 Vide *l.* 7. *in fin.* §. *de inspiciend.*

49 Testari quisque potest, etiam in discrimine vitæ constitutus. adde *l.* 3. *C. ad Trebell.*

50 Accersitis. *Hal.* & ita arcessere est evocare. Porro *arcessendi* verbum, eo significatu accipitur in *l. dominicis.* 7. *C. ubi causæ fiscales.* apud Festum quidam ita legunt, Noverca dicitur quam quis liberis sublatis arcessendæ (male legitur arcendæ, aliis augendæ) familiæ causa uxorem ducit.

51 Id est, legatariis, Duarenus, Forner. 2 *select.* 12. tradit legatariós in testamento testes esse posse, *arg. l.* 14. §. *de reb. dub.* quod non placet Cujacio, 9 *obs.* 37. *in fin.* Goth. Vide Vigil. §. *legatariis. Inst. de testam. ordin.* & Hotoman. *d. loco.* Ans.

52 Contubernales sunt milites in uno tentorio *l.* 21. §. 1. §. *commodati.* De quo vebo vide Anton. Augustin. *emendat. lib* 3. *cap.* 2. Ans.

53 Verbum *velle*, in ultimis voluntatibus, & aliis actionibus dependentiam habentibus de futuro dispositionem inducit: sicus in his quæ in continenti debent perfici, Bart. quod Castrensi & Jasoni displicet, in *l. cunctos populos. C. de summa Trinitate.* cum quidquid testamento, vel inter vivos dicitur, dispositionem inducat, si animo perpenso ac deliberato dicatur. *l.* 8. §. *de jure delib.*

54 Signatoribus testamenti recte legari, hinc colligunt. *l.* 22. *C. de test.*

55 Testamentum fieri potest stipulatione interposita.

56 V. Jasonem in *l. cunctos populos. C. de summa Trinitate.*

57 Adde *l.* 1. §. 2. §. *de verb. obl. l.* 12. *C. de fidejussorib.* §. 1. *Inst. de verb. oblig.*

58 Revocato legato onus legati revocatum intelligitur. facit *l. alteri.* 25. §. *de adim. legat.*

59 Filia fe.

60 Emancipatione tolliturne jus legitimum? tollitur jure novo. §. *ult. Inst. de legit. agnat. succeſſ. l.* 14. *C. de legit. her.*

61 Et ita jure prætorio: non jure fideicommissi.

62 Quid? à quo præstanda sunt hic fideicommissa? An à patruo, qui solvere gravatus videtur, §. *eod.* An ab avunculo? vide Bart. *hic.*

63 Imo partem. *l.* 19. *in fin.* §. *de jure codicill. l.* 76. §. 29. §. *de leg.* 2.

64 V. *l.* 57. §. *ad SC. Trebell.*

65 Retinere corpus hereditarium aliquod jussus, pro parte sua retentionem, pro parte coheredum etiam petitionem habet.

66 Seiæ redderet. Ita emendat Ant. Faber, 1 *conjectarar.* 14.

67 Quo sensu uxores dominæ dicerentur. vide Forner. 1 *select.* 11. Cujac. 3 *obs.* 18. *in fin.* adde *l.* 38. §. 4. §. *eod. l.* 19. §. 1. §. *de annuis.*

68 Adde *l.* 6. *C. si quis alteri vel sibi.*

69 His verbis deficientibus, uxor dimidium fundi haberet ex emptione, & aliud dimidium divideret cum filio. *arg. l.* 22. *in fin.* §. *de pecul.*

70 De hortis, & habitationibus veterum in hortis, dixi ad *l.* 66. §. 1. §. *de donat. inter virum.*

71 Diæta, habitationes voluptuariæ in hortis, *ut hic. & d. l.* 66. *l.* 43. §. 1. §. *de leg.* 1.

72 V. *l.* 24. §. *de manumiss. testam.*

73 Cur ita? quia non est verisimile testatorem voluisse gravare heredem duplici præstatione. *Bald.*

74 Id est, uxores (ita ad §. 5. §. *eod.* vide *l.* 12. §. 7. §. 23 §. *de inspiciendi.* Inter servos non est connubium, sed contubernium. *l.* 3. *C. de incestis. Interim* nota, uxores & filios parentibus legari posse.

75 In Piceno coheredi uxori. *Hal.*

76 *l.* 102. §. *de cond. & demonstr.* Nec enim verisimile est testatorem voluisse duram separationem injungere, §. 5. §. *eod. l.* 12. *C. comm. utriusque judicii.* adde *l.* 6. 7. 8. §. *de pign. l.* 71. §. 3. *in fin.* §. *de leg.* 1. *l.* 2. *C. de patribus, qui filios distrax.* *l.* 3. §. *de liberali causa.* An quia legatum uxoris magis generale est quam libertorum, ideo generi per speciem derogatur? An quia uxori hic nominatim non relinquitur, sed generaliter?

77 Casa quid, dixi ad *l. penult.* §. *de usufr.*

78 Generi per speciem derogatur. *l.* 99. *in fin.* §. *eod. l.* 80. §. *de reg. jur.*

79 Pueri appellatione ætatem puerilem demonstramus. *l.* 204. *in fin.* §. *de verb. sign.*

80 Sic Marcellus, à Marcidicitor apud Festum.

81 Legari mancipii æstimatio à tempore facti testamenti, non mortis testatoris ducitur. vide quæ notavi ad *l.* 3. *in verbo, deteriorem. in fin.* §. *de rebus cred.*

82 Concubinæ suæ legare quis potest, non omni tamen, sed veræ tantum, & legibus permissæ.

83 Via Scilicet.

84 Villicus, villæ custos.

85 Contubernalis est, quæ servo conjuncta, non vocatur uxor, sed contubernalis.

86 Filiorum legatorum appellatione veniunt nepotes.

87 Quid vero proponatur, ut nepotes debeantur? forte ut evitetur dura nepotum à parentibus separatio. v. §. 2. §. *eod.*

88 Vox generalis.

89 In patria seu urbe nostra esse ea possessio videtur, quæ urbi adjacet. adde *l.* 12. *in fin.* §. *de supellect. l.*

90 Patriæ appellatione etiam suburbia continentur: ita qui legat, quod in patria habet, legat id omne quod in urbe sua & ejus suburbiis possidet.

91 Qui legat, *quidquid in patria sua possidet*, Cæleudarium, quod in patria ejusve finibus habet, non legat.

92 Qui legat *id, quod in patriæ suæ possidet*, non id tantum legat, quod in patria sua possidet, sed id omne quod intra patriæ fines ejus est. *Patriæ* verbum finibus propriis ac suis etiam terminatur.

93 Cur ita? vel ideo quod in generali legato non continentur nomina debitorum. *l.* 86. §. *de leg.* 2.

94 *Sub.* ad tempus, non perpetuo. *l. si fundus:* 44. *l. si chorus.* 79. §. 1. §. *eod. l. si uxori.* 39. §. *cum ita.* §. *de annuis. l.* 32. §. *de pignor. l.* 7 §. *in quibus causis pign. tacite.*

95 Id est, in casu proximo. *d. l.* 86. Quis ille casus est? *Legato eorum, quæ in patria nostra habemus*, non contineri Calendaria, non contineri pecunias quoque ad tempus ibi depositas.

96 Nubes. *Hal.*

97 Et ita ademisse legatum ei censetur. *arg.* §. 11. *C. de legatis.*

98 Præsenti & consentienti non fit injuria.

99 Repudiato ex legato nihil peti potest.

100 *l.* 11. §. *de condit. instit.*

1 Imo est ratum. *l. si cui.* 92. §. *de cond. & demonst.* Quid? valetne onus adoptandi, licet petitionem fideicommissi non inducat ei, quem jussit testator adoptare? An potius nullo modo valet id onus, tanquam contra bonos mores? An *d. l. si cui.* agitur de emancipando: hic de adoptando? adde *l. si quis testamento.* 11. §. *de condit. inst. l. filiusfam.* 114. §. *sed fulcinios.* 8. §. *de legat.* 1.

2 Plaga agri, regio, tractus.

3 Transferibi est transferri: ductu locutione ex eo quod veteres in foro & de mensæ scriptura magis quam ex arca domoque pecuniam numerabant: nam quod argentarius Titio acceptum ferret, Titiique nomen expungeret, transferibere dicebatur: hæc vox etiam reperitur in *l.* 13. §. *ad Velleian. l.* 12. §. *de præscript. l.* 14. *in fin. C. de sacrosanct. eccles.*

4 Constituto.

5 Imo non potest. *l.* 64. §. *de contr. empt.*

6 *l.* 81. §. 1. §. *de leg.* 1.

7 *Ad*, pro *apud*, ut *l. un.* §. *apud eum à quo appellatur. l.* 7. §. *de incendiis.* ut *apud* pro *ad. l.* 43. §. *familiæ.*

8 *l.* 14. §. 1. *vers. Paulus respondit. in fin.* §. *de injuris.*

tum est, an fideicommissum à patre exigere possit? Respondit, si nec ratam habuisset dotem datam, superesse fideicommissi petitionem. † Idem quæsit, an, si pater accepto facere stipulationem velit, mulieri persecutio fideicommissorum deneganda sit? Respondit supra responsum: eumque patrem, de quo quæreretur, si ita decliret, ut mulier ratum haberet, posse condicere.

§. 12. Seium maritum scripsit heredem, eique substituit Appiam alumnam, fideique heredis commisit, *ut post mortem suam hereditatem eidem alumnæ restitueret: aut, si quid ante contigisset* [10] *alumnæ, tum Valeriano fratris filio restitueret eandem hereditatem.* Quæsitum est, si Seius vivus, quidquid ad eum ex hereditate pervenisset, alumnæ restituisset, an secundum voluntatem defunctæ id fecisse videretur: præsertim cum hæc eidem substituta esset? Respondit, si vivo [11] Seio Appia decessisset, non esse liberatum à fideicommisso Valeriano relicto. §. 13. Scævola respondit: Cum heres scriptus rogatus esset, *cum* [12] *voleret*, alii restituere hereditatem, interim non est compellendus ad fideicommissum. Claudius: Post [13] mortem [enim] utique creditur datum. §. 14. Heredis scripti fidei commiserat, *Ut Seiæ uxori universam restitueret hereditatem*: & uxoris fidei commisit in hæc verba: *Ate, Scia, peto, ut quidquid ad te ex hereditate mea pervenerit, exceptis his, [si] qua tibi supra legavi, reliquum omne reddas restituas Mæviæ infanti dulcissimæ: A qua, Scia, fatis* [14] *exigi veto: cum jam, eam potius rem auctaram, quam detrimento futuram.* Quæsitum est, an statim [15] Mævia fideicommissum à Seia petere possit? Respondit, nihil proponi cur non possit [16].

9 Pater nat ira-ha dotando filiam, negat compensandi quam donandi animum habuisse videtur: secus in legitimo, *l. uit. C. de dot. promiss.* ubi colligitur, patrem naturalem non cogi filias dotare. v. quæ notavi ad *l. 19. ff. de rebus nuptiarum*. Quod Paulus, *tr. de Jure. c. 49. num. 5.* negat pertinere ad patrem naturalem, qui multa bona habeat. vide Cujacium, *tr. ad Afric. part. 1. qu. 17.*

10 V. *l. 168. ff. de verb. sign.*

11 *l. 144. §. 11. in fin. ff. de leg. 1.*

12 *l. 11. §. 6. ff. eod.*

13 Restituere *cum voleret*, rogatus, post mortem suam restituere rogatus intelligitur. In ultimis voluntatibus moriendo, quis velle videtur, *ut l...* Imo moriendo videtur nolle. *l. centesimus. 46. §. si ita stipulatus. ff. de verb. oblig.* Aliud in contractibus: aliud in ultimis voluntatibus.

14 Satis exigi qui vetat, fideicommissi diem non differt.

15 Fideicommissum pure relictum, statim peti potest.

16 Statim scilic. Imo statim peti non debet, sed post mortem matris. *arg. l. 75. ff. ad Trebell.*

17 Imo ab ea tantum cui sepulturæ cura commissa est: potest enim vel unum tantum heredum testator onerare, *l. cum ab uno. 53. ff. de legat. 2.* potest si vult: sed hic in dubio præsumitur cura sepulturæ uni tantum injecta: cæteros sumptus ex æquo ab heredibus faciendos esse, quod etiam ex quantitate relicti colligitur.

18 Quo nomine coheres à cohærede cogi potest actione familiæ, vel præscriptis in factum, *l. 18. §. 2. ff. familiæ.* ab extraneo non potest, sed à Pontificibus, *l. 50. in fin. ff. de hereditat. petit. l. 8. ff. de religiosis. l. ultim. ff. de mortuo inferendo. l. 28. C. de episcopis.* vel à Prætore. *l. 14. §. 2. ff. de religiosis.*

19 Imo difficile est. *l. 1. C. de quæst. promiss.* adde *l. cum post. 69. §. gener. ff. de jure dot.*

20 Vide *l. 60. l. 69. §. 4. ff. de jure dot. l. 25. C. de nupt. l. 9. C. de admin. tut.*

21 Esse alicubi ea intelliguntur, quæ ibidem sunt perpetuo, non ad tempus.

22 Vel casu. *l. 67. l. 68. in fin. l. 84. in fin. ff. eod. l. 32. §. 2. ff. de usu & usufruct.*

23 *Hic quæ ibi erunt* legatis, pecunia fœnerandi causa non intelligitur legata, *ut hic.* Cur ita? quæ fœnerandi causa alicubi pecunia est, ad tempus est, non perpetuo; modo ibi est, modo non est. Hoc autem legato, *quæ ibi erunt*, legata intelliguntur, quæ perpetuo ibi sunt, non ad tempus: verbi τοῦ ἀνῦ hæc natura est, ut res momentarias, fluxas ac minime manentes non innuat. adde quæ scripsi ad *l. 41. §. 6. in fin. ff. eod.* 24 *Synopsis Basilic. 44. tit. 3. cap. 49.* 25 *l. 47. ff. eod. l. 13. ff. de auro.*

26 Paratorum uxoris causa voce intelligitur id omne quod ejus causa paratum est: puta continetur vestis, argentum, aurum, ornamenta, cæteraque quæ uxoris gratia parari solent.

27 Cur generale est? Indefinita generalia. 28 Parata alicujus causa ea videntur, quæ ad ejus usum proprium sunt destinata: non quæ ad usum communem ejus & alterius. 29 *l. 10. ff. de auro.* 30 *d. l. 47. in princ.* 31 *Al.* efficit. 32 *d. l. 10. vers. sed quod Quintus. ff. de auro.* 33 V. *l. 45. in fin. ff. eod.* 34 *Al.* parata, ut §. 1. *ff. eod.* 35 *l. 49. §. 3. ff. eod.* 36 Imo non inest: Nam qui legat empta, non legat parata. *l. 49. §. 3. ff. eod.*

37 Id est, tradita: Adsignare & tradere idem est, *l. 19. ff. de auro. l. 22. ff. de manumiss. testam.* Plin. 10 *epist.* vide Cujac. 12 *obs. 8. in fin.* 38 Id est, tradita.

4. De concubina, 5. Vel uxoris, 7. Vel filii, filiæve, vel servi servæve causa paratu.

XLIX. ULPIANUS [lib. XXII ad Sabinum].

ITem legato continentur mancipia, puta lecticarii [39], qui solam matremfamilias portabant: item jumenta, vel lectica [40], vel sella, vel burdones [41]: item mancipia alia, puellæ fortassis, quas sibi comatas [42] mulieres exornant. §. 1. Sed & si forte vitilia ei quædam donaverit, quodammodo ejus causa parata videbuntur. §. 2. Proinde & si quædam promiscui usus sint, solitus tamen fuerit ab ea quasi usum mutuari, dicendum erit, ipsius causa videri parata. §. 3. Item interest [43], *ipsius causa parata* [44] sint ei legata, an *ipsius causa empta: paratis* enim omnia continentur, quæ ipsius usibus fuerunt destinata [45]: *empta* vero ea sola, quæ propter eam empta fecit maritus. unde non [46] continebuntur emptis solis legatis, quæ alia ratione paterfamilias adquisita ei destinavit: utroque autem legato, continebuntur & quæ maritus emi mandaverit, vel quæ emerat, necdum autem ei adsignaverit, adsignaturus si vixisset. §. 4. Patri autem refert, uxori, an concubinæ quis leget, quæ *ejus causa empta parata sunt*: sane enim, nisi [47] dignitate [48], nihil interest. §. 5. Si uxori aurum *quod ejus causa paratum est*, legatum sit, & postea sit conflatum [49], materia tamen maneat: ea ei debetur. §. 6. Sed ut legatum valeat, mortis tempore uxorem esse debere, Proculus scripsit: & verum est *: separatio [50] enim dissolvit legatum. §. 7. Hoc legatum & filio & filiæ relinqui potest, *Quæ ejus gratia parata* [51] *sunt*: & servo servæque: & continebuntur, quæ ipsi sunt adtributa [52], vel destinata [53].

39 Lectlicis & sellis honestiores fœminæ vehebantur: quarum usus contra probitatis fœminis interdictus a Domitiano, teste Suetonio & Dione 58. Seneca *de vendilis fort.* Apuleio 11 *Metamorph.* unde Tertullianus, pessimi ire pudicitiam querebatur, quod stolis sellisque deauratis in publico mulieres versarentur, quo facies de plano posset perspici. adde quæ scripsi de veste matronarum & meretricum ad *l. 15. §. 15. ff. de injur.* & de sella gestatoria, ad *l. 7. §. de servit. rustic. prad. §. 7. Theoph. de jure naturali.* de vehiculis honoratorum & carrucis dixi, *tit. C. de honoratorum vehiculis.*

40 De qua vide *l. 7. ff. de serv. rust.*

41 Id est, mulos: eodem namque sensu ad *l. 62. ff. eod.* Græci scribunt τῷ λογάτῳ τῶν βοϱδονίων ἢ ἀπλῶς ϖϱοβάτῳ. (*Synopsi. Basil. 44. tit. 3. c. 58.* legit κοϱδονίου. Hieronymus in translatione 2 *Regum* ut tollam onus duorum burdonum. Burdones etiam manni & buriel vocantur. v. Cujac. 11 *obs. 16. in princ.* Pessime Accursius hic exposuit, baculos quibus effertur domina: eosve qui dominam portabant.

42 Queis sibi comas mulieres. Cujac. *ibid.* Hæ sunt quæ ciniflones dicuntur, ornatrices. v. *l. 65. §. 3. ff. eod.*

43 Generis legato species omnes continentur: speciei vero, non continetur alia species sub eodem genere posita. *Goth.* De legato generis vide Graff. *recept. sent. §. legatum. qu. 61. num. 62.* Anf.

44 Inter paratum & emptum interest. v. *l. 47. §. 1. ff. eod.*

45 Imo destinata ad usum non videntur contineri, cum non habeantur pro traditis. *l. cætera. 41. in fin. l. sequens. ff. de legat. 1.* Goth. Facit *l. 37. ff. de verb. oblig. l. 51. ff. de leg. 1. l. 22. ff. de auro argento legato. S. L.*

46 Imo emptionomine continetur paratum. *l. 47. §. 1. ff. eod.*

47 Uxor à concubina non differt nisi dignitate, *ut hic.* Quid ita? Utraque conjunctis jure civili comprobatur. *l. 1. ff. de concubin. Novell. quibus modis natural.* 89. *cap. 1.* 48 Matrisfamilias nomine quamlibet honestam mulierem intelligimus, *l. 41. in fin. ff. de ritu. l. 3. in fin. ff. de liber. exhib. l. 46. in fin. ff. de verb. sign. l. 29. C. de adulteris.* adde *l. 67. §. 10. ff. de legat. 2.* vide Cujac. 3 *obs. 18.* 49 *l. 44. §. 2. ff. de legat. 1.* 50 *l. 2. l. 3. ff. de auro.* 51 Parati verbo adtributa & destinata continentur. 52 Adtributa à destinatis distinguuntur. 53 Destinata dicuntur quæ parata. 54 In tutelam suam veniisse, nihil aliud quam pubertatis tempus attigisse: idve tempus, quo quis alterius tutelam evadens, suam subire videtur.

4. De legato, cum in suam tutelam pervenerit, 4. Vel cum sui juris fuerit factus, 5. Vel cum ad pubertatem pervenerit, 6. Vel cum suæ ætatis vel legitimæ, vel justæ, vel maturæ factus sit, vel cum adoleverit.

L. IDEM [lib. XXIII ad Sabinum].

CUm filiofamilias ita legatur, *Cum is in* [54] *tutelam suam* [55] *pervenerit*: pubertatis tempus significatur. Et sane si impuberi [56] filiofamilias legatum sit, plerunque sentiendum est, quod Sabinus ait, ut non & paterfamilias fiat, sed ut pubes. Caterum si mater, quæ suspectam habuit mariti, à quo divorterat, vitam, filio suo, quamvis impuberi leget, non videtur sensisse de eo tempore, quo pubes est: sed de eo quo & pubes & paterfamilias est: Nam & si pubes fuit, multo magis dicemus, de patrefamilias eam sensisse: ac * si * dixisset, *In suam tutelam, & in suam potestatem.*

§. 1. Quod si quis patrifamilias impuberi leget, cum suæ tutelæ sit: de pubertate sensit; interdum & de vigintiquinque annis, si mens testantis appareat. Nam si jam puberi, minori tamen vigintiquinque annis legavit, proculdubio anni vigintiquinque erunt præstituti. §. 2. Item, si furioso [57], vel prodigo, vel ei, cui Prætor ex causa curatorem dedit, ita [58] sit legatum: puto, & de eo sensum casu, quo curæ & tutelæ liberetur. §. 3. Ex his & hujusmodi apparet, voluntatis quæstionem Sabinum interpretatum. Et utique non dubitaret, si puberi, & multo magis majori vigintiquinque annis ita fit legatum, de sua potestate testatorem sensisse. §. 4. Sic autem hæc scriptura varia est, & voluntatis habet quæstionem: ut illa quoque, si quis ita scripserit, *Cum sui juris fuerit factus*: nam aliter alias accipiatur [59]; & plerumque potestatis [60] liberationem continet, plerumque pubertatem, vel vicesimumquintum annum. §. 5. Ego quidem, & si quis jam puberi, minori tamen vigintiquinque annis, sic legaverit, *Cum ad pubertatem pervenerit*, puto, de ætate [61] eum sensisse, quæ caret in integrum restitutione. §. 6. Idem & si [quis], *Cum suæ ætatis* [62] *fuerit factus*, * vel, *legitimæ ætatis* *, utrum de pubertate, an de vigintiquinque annis sensum [sit], disputari de voluntate potest: non minus quam si ita adscripserit, *Cum justæ* [63] *ætatis* [sit] *factus*, vel, *Cum maturæ ætatis*, vel, *Cum adoleverit.*

54 Tutelam suam venisse, nihil aliud quam pubertatis tempus attigisse: idve tempus, quo quis alterius tutelam evadens, suam subire videtur. *l. ult. ff. de jure deliberandi. Inst. de pupillari.* 56 Impuberi filiofamilias relictum, cum primum pubes factus fuerit, non debebitur, licet nondum sit paterfamilias. 57 *l. antepen. C. de cumm pubes factus fuerit, non debebitur, licet nondum sit paterfamilias. 57 l. antepen. C. de curat. furios.* 58 Cum in suam tutelam vel curam venerit: cum sui ipsius tutor & curator idoneus esse poterit. 59 *Al.* accipitur. 60 Sui juris dicuntur, qui vel potestate liberati, qui neus esse poterit. 59 *Al.* accipitur. 60 Sui juris dicuntur, qui vel potestate liberati, qui puberes, qui 25 annum attigerunt. 61 De ea ætate. *Hal.* 62 Nec etiam sufficit ad veniam impetrandam ætatis allegatio. *l. ult. C. de bis, qui ven. ætat.* 63 Ætates hic tres enumerantur, justa, matura, adolescens; & paulo ante, sua ætas, legitima. 64 Id est, tutelæ finem. 65 *l. 5. §. 2. ff. quib. ex caus. in possess. eatur.* 66 Volumina ideo dicta sunt, quod veteres volumina in cylindri, id est, volutarii modum complicare solebant. vide Paul. 3 *sent. 6. §. 87.* Goth. Vid. Sicchard. ad *l. 4. C. de testam. n. 11.* Anf. 67 Foliis chartæ non colligatis. 13 Plin. 15. 16. *c. 26.* 20. *c. 3.* de philyra & tilia, vid. Cottam *in memorabilib. in voce* Librorum. 68 *Synopsi. Basil. 44. tit. 3. c. 3.* de philyra & tilia, vid. Cottam *in memorabilib. in voce* Librorum. 68 *Synopsi. Basil. 44. tit. 3. c. 48.* Volumen & liber hic, idem: quod Laurentius Valla non admittit, auctoritate Plinii, qui tres libros in sex volumina divisos (propter amplitudinem) refert: ita volumen libro minus esse. sed libros in sex volumina divisos (propter amplitudinem) refert: ita volumen libro minus esse. sed Valla parum adsequitur hunc locum. Porro volumen à volvendo: unde volumen, serpentis cauda est Virgilio & Valerio. 69 Eodem modo Latine diceremus, Corpus juris civilis. Corpus enim est Virgilio & Valerio. 69 Eodem modo Latine diceremus, Corpus juris civilis. Corpus enim *Græce* σωμάτιον legum. *Novell. Leo* sumitur pro opere aliquo scripto. Cicero *ad Quint. fratrem. 2.* Hinc σωμάτιον legum. *Novell. Leonis. Goth.* Vide Ant. August. *emend. lib. 4. cap. 2.* Anf. 71 *l. 76. ff. eod.* 72 De bibliothecis v. §. 7. *ff. eod.* adde *l. 50. ff. de contrah. empt.*

XLVIII. ULPIANUS [lib. XXIV ad Sabinum].

Librorum appellatione continentur omnia volumina [66], sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia: sed & si in philyra [67], aut [in] tilia (ut nonnulli conficiunt), aut in quo alio corio, idem erit dicendum. † Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis: an debeantur, videamus? & Gaius Cassius scribit, deberi & membranas, libris legatis: consequenter igitur cætera quoque debebuntur, si non adversatur voluntas testatoris. §. 1. Si cui *centum libri* sint legati, centum volumina [68] ei dabimus: non centum, quæ quis ingenio suo metitus est, cui ad libri scripturam sufficerent; ut puta cum haberet Homerum totum in uno volumine, non quadraginta octo libros computamus, sed unum Homeri volumen pro libro accipiendum est. §. 2. *Si Homeri corpus* [69] sit legatum, & non sit plenum: quantæcunque partes [70] hodie inveniantur [71], debentur.

§. 3. *Libri* autem legatis, bibliothecas [72] non contineri Sabinus scripsit,

scripsit. Idem & Cassius: ait enim, membranas, quæ scriptæ sint contineri: deinde adjecit, neque armaria, neque scrinia, neque cætera, in quibus libri conduntur, deberi. §. 4. Quod tamen Cassius de membranis puris scripsit, verum est: nam nec chartæ puræ [debentur], *libris legatis*: nec *chartis* 73 *legatis* libri debebuntur. nisi forte, & hic nos urserit voluntas 74: ut puta si quis forte chartas sic reliquerit, *Chartas meas universas*, qui nihil aliud, quam libros habebat, studiosus studioso. nemo enim dubitabit, libros deberi: nam & in usu plerique libros *chartas* appellant. † Quid ergo, si quis *chartas* legaverit *puras*? Membranæ non continebuntur, neque cæteræ ad scribendum materiæ, sed nec cœpti 75 scribi libri. §. 5. Unde non male quæritur, si *libri* legati sint, an contineantur nondum perscripti? Et non puto contineri: non magis quam *vasis* appellatione nondum detexta 76 continetur. sed perscripti libri nondum malleati 77 vel ornati continebuntur: proinde & nondum conglutinati, vel emendati continebuntur: sed & membranæ nondum confutæ continebuntur.

§. 6. *Chartis* legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur. §. 7. Sed si *bibliothecam* legaverit, utrum armarium 78 solum, vel armaria [continebuntur], an vero libri quoque contineantur, quæritur? & eleganter Nerva ait, interesse [id] quod testator senserit: nam & 79 locum significari bibliothecam: eo alias armarium [sicuti dicimus, *eboream bibliothecam emit*] alias libros [sicuti dicimus, *bibliothecam emisse*]. † Quod igitur scribit Sabinus, libros bibliothecam non sequi, non per omnia verum est: nam interdum armaria quoque debentur, quæ plerique *bibliothecas* appellant. Plane si mihi proponas adhærentia 80 esse membro 81 armaria, vel adfixa: sine dubio non debebuntur, cum ædificii portio sint. §. 8. Quod in bibliotheca tractavimus, idem Pomponius libr. VI ex Sabino in *dactyliotheca* 82 legata tractat: & ait, anulos quoque contineri, non solum thecam, quæ anulorum causa parata sit. hoc autem ex eo conjectat, quod ita proponitur quis legasse, *Dactyliothecam meam, & si quos præterea anulos habeo*: & ita Labeonem quoque existimasse ait. §. 9. Sunt tamen quædam, quæ omnimodo legatum sequuntur, ut *lectum* legatum contineat & fulctra 83: & *armaria & loculis* clausura & claves cedunt.

De argento legato. 1. De anulis legatis.

LIII. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

Argento legato, constat arculas 84 ad legatarium non pertinere. §. 1. Item *anulis* legatis dactyliothecæ 85 non cedunt.

De verbo hoc amplius.

LIV. POMPONIUS [lib. VII ad Sabinum].

Si pure tibi legavero, deinde postea scripsero ita, *Hoc* 86 *amplius, si navis ex Asia venerit, heres meus ei fundum dato*: verius est, eo verbo *amplius* superiora repeti. † Sicuti dicimus, *Lucius Titius plebi quina milia dedit, hoc amplius Seius viscerationem* 87: quina quoque milia Seium dedisse intellegimus. Et, *Titius accepit quinque, Seius hoc amplius fundum*: Seium quinque quoque cepisse intellegimus.

De lignis & materia. 7. De ligni, carbonibus, titionibus, ligni coctu. 8. De sulphuratu. 9. De ad faces paratis. 10. De strobilo.

LV. ULPIANUS [lib. XXV ad Sabinum].

Ligni 88 appellatio nomen generale est: sed sic separatur, ut sit aliquid materia 89, aliquid 90 lignum. *Materia* est, quæ ad ædificandum, fulciendum, necessaria est: *lignum*, quidquid comburendi causa paratum est. † Sed utrum ita demum, si concisum sit, an & si non sit? & Quintus Mucius lib. II refert, si cui ligna legata essent, quæ in fundo erant, arbores quidem materiæ causa succisas non deberi: nec adjecit, si [non] comburendi gratia succisæ sunt, ad eum pertinere: sed sic intelligi consequens est.

§. 1. Ofilius quoque lib. V juris partiti ita scripsit: ci ligna legata sunt, ad eum [omnia] ligna pertinere, quæ alio nomine non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei olivarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad comburendum possit uti: sed & balani 91, vel si qui alii nuclei. §. 2. Idem lib. II negat, arbores nondum concisas, nisi quæ minutatim conciduntur, videri ei legatas, cui *ligna* legata sunt: ego autem arbitror, hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nondum minutatim fuit concisum, si jam concidendo fuit destinatum. proinde si sylvam huic rei habebat destinatam, sylva quidem non cedet, dejectæ autem arbores lignorum appellatione continebuntur, nisi aliud testator sensit. §. 3. *Ligni* autem legatis, quod comburendi causa paratum est, continetur: sive ad balnei calefactionem, sive diætarum 92 hypocaustarum 93, sive ad calcem, vel ad aliam rem coquendam solebat uti. §. 4. Ofilius lib. V juris partiti scripsit, nec sarmenta *ligni* appellatione contineri: sed (si voluntas non refragatur) & virgulæ, & gremia 94, & sarmenta 95, & superamenta 96 materiarum, & vitium stirpes, atque radices 97 continebuntur.

§. 5. *Lignorum* appellatione in quibusdam regionibus, (ut in Ægypto, ubi arundine pro ligno utuntur, & arundines, & papyrum comburitur) & herbulæ quædam, vel spinæ, vel vepres continebuntur. Quid mirum? cum ξύλον, id est, *lignum*, hoc, & naves 98 ξυλήγας 99, id est, *lignorum vectrices*, appellant, quæ hæc χερσὶ ἅλων, id est, *à paludibus*, deducunt. §. 6. In quibusdam provinciis, & editu 100 bubum ad hanc rem utuntur. §. 7. Si lignum 1 sit paratum ad carbones coquendas 2 atque conficiendas: ait Ofilius lib. V juris partiti, *carbonum* appellatione hujusmodi materiam non contineri. † Sed an *lignorum*? & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia hæc testator habuit. Sed & titiones, & alia ligna cocta ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut proprium genus habeatur. §. 8. Sulphurata 3 quoque de ligno æque eandem habebunt definitionem. §. 9. Ad faces 4 quoque parata, non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi hæc fuit voluntas. §. 10. De pinu 5 autem integri strobyli 6, ligni appellatione continebuntur.

De palis & perticis.

LVI. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

Pali 7 & perticæ in numero *materiæ* redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

De materia, area, armario.

LVII. POMPONIUS [lib. XXX ad Sabinum].

Servius respondit, cui *omnis materia* 8 legata sit, ei nec arcam, nec armarium legatum esse.

De uxoris causa paratis.

LVIII. ULPIANUS [lib. IV Disputationum].

Cum uxori suæ quis *ea, quæ ejus causa parata sunt* 9, legasset, deinc 10 vivus purpuras comparasset in provincia, necdum tamen advexisset: Rescriptum est, ad mulierem purpuras pertinere.

De chirographo.

LIX. JULIANUS lib. XXXIV Digestorum.

Qui *chirographum* 11 legat, non tantum de tabulis cogitat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur: appellatione enim chirographi uti nos, pro ipsis actionibus, palam est: cum venditis chirographis intellegimus nomen venisse: quin etiam si *nomen* 12 quis legaverit, id, quod in actionibus est, legatum intelligitur.

De agnis. 1. De servis & ancillis urbanis. 2. De uxoris causa paratis, de penu. 3. De prædiis & quæ prædiorum colendorum causa parata sunt.

LX. ALFENUS lib. II Digestorum à Paulo Epitomatorum.

Cum quæreretur, *agni* 13 legati quatenus viderentur, quidam aiebant, agnum duntaxat sex mensium. sed verius est, eos legatos esse, qui minores 14 anniculi 15 essent. §. 1. *Servis & ancillis urbanis* 16 *legatis*, agasonem, mulionem, legato non contineri respondi: eos enim solos [in] eo numero haberi, quos paterfamilias circum 17 se ipse sui cultus causa haberet. §. 2. *Lana, lino, purpura uxori legatis, quæ ejus causa parata essent*, cum multam lanam, & omnis generis reliquisset, quærebatur an omnis deberetur? Respondit, si nihil ex ea destinasset ad usum uxoris, sed omnis commixta esset, non dissimilem esse deliberationem, cum penus legata esset, & multas res, quæ penus essent, reliquisset, ex quibus paterfamilias vendere solitus 18 esset: nam si vina diffudisset, habiturus usioni 19 ipse, & heres ejus, tamen omne in penu existimari: sed cum probaretur, eum, qui testamentum fecisset, partem penus vendere solitum esse, constitutum esse, ut ex eo, quod ad annum 20 opus esset, heredes legatario darent. Sic mihi placet & in lana fieri: ut ex ea, quod ad usum annuum mulieris satis esset [ea] sumeret. non enim deducto eo quod ad viri usum opus esset, reliquum uxori legatum esset: sed quod uxoris causa paratum esset. §. 3. *Prædia legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta, parataque essent*, neque topiarium 21, neque saltuarium legatum videri ait: topiarium enim ornandi, saltuarium 22 autem tuendi 23 & custodiendi fundi magis, quam colendi, paratum esse. afinum machinarium legatum videri: item oves 24, quæ stercorandi fundi causa pararentur: item upilionem 25, si ejus generis oves curaret.

De textoribus qui sui essent cum moreretur.

LXI. IDEM [lib. VIII Digestorum à Paulo Epitomatorum].

Textoribus omnibus, qui sui essent cum moreretur, legatis: quæsitum est, an & is, quem postea 26 ex his ostiarium fecisset, legato contineretur? Respondit, contineri: non enim ad aliud artificium 27, sed ad alium usum transductum esse.

De sexu masculino & fœmmino.

LXII. JULIANUS [lib. singul. de Ambiguitatibus].

Qui duos mulos habeat, ita legavit; *mulos duos, qui mei erunt, cum moriar, *Sesio* heres dato*. Idem nullos mulos, sed duas mulas reliquerat. Respondit Servius, deberi legatum: quia 28 *mulorum* 29 appellatione etiam mulæ continentur: quemadmodum appellatione *servorum* etiam 30 servæ plerumque continentur. Id autem eo veniet, quod semper sexus 31 masculinus [etiam] fœmininum [sexum] continet.

De repetitione legatorum.

LXIII. IDEM [lib. I ad Urseium Ferocem].

In repetundis 32 legatis hæc verba quæ adjici solent; *item* 33 *dare damnas esto*: & ad conditiones, & ad dies legatorum easdem repetendas referri, Sabinus respondit.

De calendario.

LXIV. AFRICANUS [lib. VI Quæstionum].

Qui filium & nepotem heredem instituerat, certa prædia, quæque in his mortis tempore sua essent, nepoti per fideicommissum dederat *excepto* 34 *Kalendario* 35: mortis tempore in ea arca, in qua instrumenta & cautiones debitorum erant, pecunia numerata inventa est. Plerisque videbatur, vix vero simile esse, ut testator de pecunia numerata sensisset. Ego autem illud dignum animadversione existimabam, cum quis Kalendarium 36 præstari alicui voluerit, utrumne nomina duntaxat debitorum præstari voluisse intelligendus est, an vero etiam pecuniam, si qua ab his exacta, eidem tamen Kalendario destinata fuerit? Et magis puto: quemadmodum si exactæ pecuniæ, & rursus collocatæ essent, permutatio nominum non perimeret vel minueret fideicommissum: ita ipsæ quoque pecuniæ, si adhuc 37 Kalendario, id est, nominibus faciendis, destinatæ essent, eidem fideicommisso cedere debeant. Quin etiam illud quoque [putem] defendi posse: ut non modo à debitoribus exactæ pecuniæ, sed quacunque de causa redactæ, eidem tamen rationi [fuerint] destinatæ, fideicommisso cedant.

De servis negotiatoribus. 1. De officio & artificio servorum. 3. De ornatricibus. 4. De pecoribus. 5. De jumentis. 6. De equis. 7. De ovibus & agnis.

LXV. MARCIANUS [lib. VII Institutionum].

Legatis servis *exceptis negotiatoribus* 38, Labeo scripsit, eos legato ex-

73 Chartarum nomine, libros legatos videri Prudentes conjiciunt tribus argumentis: quod diverit testator chartam universam; quod nullas alias chartas, quam libros habuerit; quod studiosus studioso. ita legaverit. vide Cujac. *consult.* 35.

74 Vide *l.* 15. *C. de fideicommiss.*

75 *l.* 19. §. 11. *ff. de auro.* de destinatione, vide quæ not. ad *l.* 58. §. 1. *ff. pro socio.*

76 *l.* 22. *l.* 23. *ff. de auro.*

77 Malleati libri. hæc voce utitur Columell. 12. *c.* 19.

78 *l.* 12. §. 34. *ff. de instructo. l.* 50. *ff. de contr. empt.*

79 Festus: Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud Latinos, tam librorum per se magnus numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, appellantur. Quimmo hic bibliotheca non tantum est ædificium in quo libri, sed etiam armarium.

80 Vide *l.* 17. *ff. de act. empt. l.* 12. §. 23. *ff. de instructo.*

81 Membrum pro cubiculo sumitur hic, & *l.* 13. §. 1. *ff. de manumiss.*

82 Dactyliotheca, anulorum capsula, 37 Plin. 1.

83 Fulcra, *Hal.* fulcrum lecto cedit. *l.* 26. §. 1. *in fin. ff. de adqu. rer. dom.*

84 Arculas argenteas Heliogabalus fertur primus habuisse.

85 V. *l.* 67. *ff. de furt.*

86 *l.* 10. §. 2. *ff. de annuis. l.* 3. *ff. de dote prælegat.* de hac voce, vid. Cujac. 8 *obs.* 36. Goth. Adde Augustin. *emend. lib.* 4. *cap.* 1. Alexander ab Alexand. *gen. dier. lib.* 5. *c.* 7. S. L.

87 Visceratio, διανομὴ κρέως, Glossis: quid esset dixi ad *l.* 122. *ff. de legat.* 1. visceratio sine amico, vita lupi & leonis est. Seneca 2 *epist.* 19. adde eundem 10 *epist.* 74.

88 *l.* 167. *ff. de verb. sign.* Goth. Vide Leonin. *emend. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 13. Anf.

89 Aliud est materia, aliud lignum. dixi ad *l.* 57. *ff. cod. & ad l.* 12. *ff. de usufr.* dixi ad Festum *in Abietaria negotiatio.*

90 *Al.* aliud.

91 *d. l.* 167. *in fin.* Βάλανος generale nomen est, omnia continens quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur: de quibus v. Dioscoridem *c.* 11. 54. & 13 Plin. 4.

92 Diætæ cubicula, sive cœnacula, in quibus vivimus versamurque ætate ad umbram, hieme ad solem, ἐκ τοῦ διαιτᾶσθαι, id est, ζῆν. hæc vox reperitur in *l.* 13. §. 7. 8. *ff. de usufructu. l.* 43. §. 1. *ff. de legat.* 1. hinc diætarii, *l.* 12. §. 42. *ff. de instructo.* διαιτῶν, cœnaculum, Gloss.

93 Hypocaustis usi veteres, *l.* 16. *ff. mandati.* ὑπόκαυστον ἐκ τοῦ ὑποκαίειν, locus qui succenso sub pavimento igne, calefieri solet. *Goth.* Vide Alciat. *parerg. lib.* 12. *c.* 2. Anf.

94 Al. *Cremia.* nonnullis *Germina* placet, quando in vulg. est *germinales arbores*, in *l.* 7. §. 12. *ff. solutio.* Gremia Gallis, *bourrées*, *costerets*. Goth. Columell. *de re rustica. lib.* 12. *c.* 19. *levi primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ gremia rustici appellant, fornacem incendemus.* S. L. 95 Adde Festum *in Sarpta.* 96 Superamenta materiarum, *coupeaux.* 97 *Al.* radicas, ut *l.* 11. §. 3. *ff. quod vi.* Radices vitium, *souches.* 98 Vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 12. *ff. de exerc.* 99 Alciat. 2 *praterm.* legit ἐξίδια, vel ξυλοφόρας νῆας. 100 Editus boum, stercus, excrementum. Editus dicitur ab edendo, seu extra mittendo. 1 *l.* 167. *ff. de verb. signif.* lignum deputatum ad carbones coquendos, non est lignum. vide quæ de destinatione scripsi ad *l.* 58. §. 1. *ff. pro socio.* ἄνθρακες, carbo factus: ἀνθρακία faciendus. *Goth.* Vid. Cæl. Rhodigin. *lect. antiq. lib.* 13. *c.* 48. Cott. *in verbo* strobili. *S. L.* 2 Coquendos. *Hal.* 3 Sulphuratæ. *Hal. d. l.* 167. 4 *d. l.* 167. 5 *d. l.* 167.

6 Στρόβιλος, id est, *nucleus pineus*, vide Plin. 16. *c.* 15.

7 *l.* 17. *ff. de act. empt. l.* 168 §. *de verb. sign.*

8 *l.* 55 *ff. eod. l.* 88. §. 1. *ff. eod.* Materiam qui legat, non intelligitur legasse materiatum, id est, ex materia confectum corpus aliquod, ac maxime quidem si species facta ad pristinam materiam reduci non potest. §. *cum ex aliena. Inst. de rer. divis.* adde *l.* 53. *ff. eod.* & quæ scripsi ad *l.* 44. §. 2. *ff. de legat.* 1.

9 Parata esse, *Hal.*

10 Deinde vivus. *Hal.* vide in hanc l. Cujac. 12 *obs.* 8.

11 *l.* 34. §. 5. 8. §. 7. *ff. de legat.* 1. *l.* 3. §. 1. *ff. de liberat. leg. l.* 18. §. 2. *l.* 28. *ff. de mort. caus. don. l.* 38. *ff. de solut.*

12 *l.* 4. *ff. de verb. sign.*

13 *l.* 65. *in fin. ff. eod.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 74

14 *Synops. Basil.* 44. *tit.* 3. *c.* 36.

15 *Al.* anniculis.

16 Urbanis servis legatis agasones & muliones non continentur, sed ii tantum, quos paterfamilias circum se sui cultus causa habuit.

17 *l.* 99. *ff. eod. l.* 12. *ff. de supellect. l.* 166. *ff. de verbor. signif.*

18 *l.* 4. §. 2. *ff. de penu legata.* de loco à solitis & consuetis dixi ad *l.* 9. §. 8. *ff. de reb. eorum.*

19 Usionis verbo usus est Jurisconsultus quoque in *l.* 27. §. 4. *ff. de auro.* sic ubi Varroni, & abusio Ciceroni, 13 *ad Atticum* 20. Goth. V. Anton. Augustin. *emendat. lib.* 2. *c.* 2. *post med.* Anf.

20 Ita pro uno tantum anno debebitur. adde *l. nam quod liquide.* 4. §. *item si quis.* 2. *ff. de pen. legata.*

21 Topiarius quid, dixi, *l.* 8. *in fin. ff. de instructo.*

22 De quo *l.* 12. §. 4. *de instructo.*

23 *l.* 16. §. 1. *ff. de usu & habitat.* Got. Vide Coraf. 2 *miscell. cap.* 21. Dec. *consil.* 240. Anf.

24 *l.* 9. *ff. de instructo.*

25 Opilionem. vid. Paul. 3 *sent.* 6. §. 38. *in fin.* opilio, quasi ovilio, id est, ovium custos.

26 Mutatio artificii ad officium non mutat substantiam legati.

27 Servo ab uno artificio ad aliud translato, legatum extinguitur. vide Cujac. 9 *obs.* 17. adde *l.* 65. §. 1. *ff. eod.*

28 Mulorum legato mulæ continentur.

29 Βαστάλων, de quibus vide *l.* 49. *ff. eod. Synops.* 44. *tit.* 3. *c.* 8.

30 *l.* 81. *ff. eod. l.* 101. *l.* 195. *in pr. ff. de verb. sign.*

31 Masculinus sexus fœmininum semper continet. *l.* 1. *ff. de verb. sign.*

32 In repetitione legatorum. *l.* 80. *ff. de verb. sign.* adde *l.* 120. *ibid.*

33 *Item*, dictio inducit repetitionem præcedentis qualitatis, ubi personarum, vel rerum identitas

34 *l.* 6. *ff. de instructo.* 35 Kalendario legato, vel excepto à legato, nomina debitorum & pecuniæ destinatæ ad Kalendarium legatæ vel exceptæ intelliguntur. §. 1. *ff. eod. l.* 88. *ff. de leg.* 2. 37 Adde *l. pen. ff. de ademptis.* 38 Negotiatores servi dicuntur, qui ad emendum, locandum & conducendum præpositi: at non ii, qui officium alicui exercent in herili domo, ut *hic.* Quid, qui mutuum dat: qui propias possessiones locat, aut alias conducit: qui semel quid mercatus est ut revenderet: estne negotiator? non est. *Bart.*

exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotii exercendi cauſa: veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpoſiti eſſent: cubicularios autem, vel obſonatores, vel eos, qui piſcatoribus 39 præpoſiti ſunt, non videri *negotiationis* appellatione contineri: & puto veram eſſe Labeonis ſententiam. §. 1. Si ex 40 officio quis ad artificium tranſierit, quidam recte putant, legatum extingui 41: quia officium artificio mutatur 42. Non idem e contrario 43, cum lecticarius 44 cocus 45 poſtea factus eſt. §. 2. Si unus ſervus plura artificia ſciat; & alii coci legati fuerunt, alii textores, alii lecticarii: ei cedere ſervum dicendum eſt 46, cui legati ſunt, in quo artificio plerumque verſabatur 47. §. 3. *Ornatricibus* 48 legatis, Celſus ſcripſit 49, eas, quæ duos tantum menſes apud magiſtrum fuerunt, legato non cedere: alii 50 & has cedere; ne neceſſe ſit, nullam cedere, cum omnes adhuc diſcere poſſint; & *omne artificium incrementum recipit 51. quod 52 magis obtinere debet: quia humanæ naturæ congruum 53 eſt. §. 4. *Pecoribus* 54 legatis, Caſſius ſcripſit quadrupedes contineri, quæ gregatim paſcuntur. & ſues 55 autem pecorum appellatione continentur: quia & hi gregatim paſcuntur. ſic denique & Homerus in Odyſſea ait:

Δῆετ' ἐπ' οἰωνοῦ παράμερον, αἰ δ' ἀμέλγοιτο
Παῖς Κόραξ Φ πάντη, ὅθι τε κρὶνη Ἀρεθούσης.

Id eſt,

Invenies hunc aſſidentem ſuibus quæ paſcuntur
Juxta Coracis faxum, juxtaque fontem Arethuſam.

§. 5. *Jumentis* 56 legatis, boves 57 non continentur: nec contra 58. §. 6. *Equi* [autem] legatis, & equæ continentur. §. 7. *Ovibus* 59 legatis, agni 60 non continentur: quamdiu autem agnorum loco ſunt, ex uſu cujuſque loci ſumendum eſt: nam in quibuſdam locis ovium numero eſſe videntur, cum ad tonſuram venerint.

De avibus legatis.

LXVI. PAULUS [lib. III Sententiarum 61].

Avibus 62 legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, & aviaria debebuntur: phaſianarii autem & paſtores anſerum non continentur, niſi id teſtator expreſſit.

De ſaltu & his, quæ ibi eſſe ſolent.

LXVII. MARCIANUS [lib. VII Inſtitutionum].

QUi *ſaltum æſtivum* 63 legavit, & hoc amplius *etiam eas res [legasse ait], quæ ibi eſſe ſolent* 64, non videtur de illis pecoribus ſenſiſſe, quæ hieme in hibernis, aut æſtate in æſtivis eſſe ſolent: ſed de illis [ſenſit], quæ perpetuo 65 ibi ſunt.

De pignore. 1. De verbis futurum enunciantibus. 2. De ſervis communibus. 3. De prædiis cum enthecis.

LXVIII. ULPIANUS [lib. I Reſponſorum].

[UNiano reſpondit], Teſtatorem, adjiciendo *prædium Seianum omne* 66, eam quoque 67 partem fundi ſuprafcripti quaſi ad ſe pertinentem videri 68 per fideicommiſſum reliquiſſe, quam ex cauſa pignoris nactus eſt, ſalvo ſcilicet jure debitoris. §. 1. Ex his verbis *curate* 69 *agros attendere, & ita fiet, ut filius meus filios veſtros vobis condonet*: fideicommiſſum peti non 70 poſſe. §. 2. Servos communes à Seia ita relictos, *ſi* 71 *mes erunt, cum moritur*, non deberi: ſi 72 modo hoc ſenſit teſtatrix, ut ita deberentur, ſi in ſolidum ejus fuiſſent. §. 3. Prædiis *cum his enthecu* 73 *quæ in ea poſſeſſione ſunt*, relictis, mancipia quoque prædiorum, cum illic teſtamenti facti tempore fuerunt, cedent: ſed & quæ poſtea acceſſerunt, ſi 74 modo hoc teſtator manifeſte expreſſit.

De verborum ſignificatione. 1. De juvenibus.

LXIX. MARCELLUS [lib. ſing. Reſponſorum].

NOn 75 aliter à 76 ſignificatione verborum recedi oportet, quam 77 cum manifeſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem.

§. 1. Titius codicillis ſuis ita cavit: *Publio Mævio omnes juvenes, quos in miniſterio habeo, dari volo*: Quæro, à qua ætate juvenes, & in quam intelligi debeant: Marcellus reſpondit, quos verbis quæ proponerentur, demonſtrare voluerit teſtator, ad notionem 78 ejus, qui de ea re cogniturus eſſet, pertinere: * *non enim in cauſa teſtamentorum ad definitionem 79 utique deſcendendum eſt, cum plerumque abuſive loquantur, nec proprius nominibus ac vocabulis ſemper utantur*: cæterum exiſtimari poſſet juvenis is, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad 80 incipiat inter ſeniores numerari.

De lana legata. 11. De lino legato. 12. De verſicoloribus. 13. De purpura.

LXX. ULPIANUS [lib. XXII ad Sabinum].

SI cui *lana* 81 legetur, id legatum videtur, quod tinctum non 82 eſt 83, ſed *ait τοῦτο*, id eſt, *ſponte natum* 84. §. 1. Sive autem facta eſt, ſive infecta, lanæ appellatione continetur. §. 2. Quæſitum eſt, utrum lanæ appellatione ea ſola contineatur, quæ neta non eſt: an & ea, quæ neta eſt, utputa ſtamen & ſubtemen 85? Et Sabinus & netam contineri 86 putat: cujus ſententia utrimur.

§. 3. Lanæ appellationem eatenus extendi placet, quoad 87 ad telam 88 perveniſſet. §. 4. Et ſciendum ſuccidam 89 quoque contineri, & lotam, ſi modo tincta non ſit. §. 5. Lanæ appellatione tomentum 90 non continebitur 91. §. 6. Sed nec ea lana, ex qua quis quaſi veſtimentum fecerit valetudinis vel deliciarum gratia, continebitur. §. 7. Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata ſunt vel medicinæ 92, lanarum appellatione continentur. §. 8. Sed & pelles 93 lanatæ continebuntur? & hoc lanæ cedere, manifeſtum eſt. §. 9. Lana legata, etiam leporinam lanam, & anſerinam, & caprinam 94 credo contineri, & de ligno, quam *ἐριόξυλον* 95 (id eſt, *lanam lignearn*) appellant.

§. 10. Linum autem, lana legata, utique non continebitur.

§. 11. *Lino* autem legato, tam factum, quam infectum continebitur, quodque netum, quodque in tela eſt, quod eſt nondum detextum. Ergo aliud 96 in lino, quam in lana eſt. Et quidem ſi tinctum linum ſit, credo, lino continebitur. §. 12. *Verſicoloribus* 97 videndum eſt. & conſtabat 98 apud veteres, *lanæ* 99 appellatione verſicoloria non contineri: ſed ea omnia videri legata quæ tincta ſunt, & neta, quæ neque detexta, neque contexta ſunt. Proinde quæritur, an purpura appellatione verſicolorum contineatur? & ego *arbitror*, ea 100 quæ tincta non ſunt, verſicoloribus non adnumerari: & ideo neque album, neque naturaliter nigrum contineri, nec alterius coloris naturalis: purpuram 1 autem & coccum, quoniam nihil nativi coloris ſunt 2, contineri 3 arbitror: niſi aliud ſenſit teſtator. §. 13. *Purpuræ* autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: ſed coccum 4 non continebitur: fucinum 5, & ianthinum 6 continebitur. Purpuræ appellatione etiam ſubtemen factum contineri, nemo dubitat: lana tingendæ purpuræ [cauſa] deſtinata 7 non continebitur.

De verbo, Suum.

LXXI. IDEM [lib. XX ad Sabinum].

CUm *ſuas* 8 ancillæ ſive ſervi in teſtamento ſcribuntur, hi deſignari videntur, quos paterfamilias ſuorum numero habuit.

LXXII. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

EAdem in omnibus rebus, quas *ſuas* quis legaverit, dicenda ſunt.

LXXIII. ULPIANUS [lib. XX ad Sabinum].

SVos 9 autem ſervos vel ancillas eos accipimus, qui ſunt pleno 10 jure teſtantis: inter quos fructuarii non continebuntur.

§. 1. Sed qui bona fide teſtatori ſerviunt, ſuorum appellatione magis eſt ut contineantur: ſi modo ſuorum appellatione, eos quos ſuorum numero habuit, voluit contineri. §. 2. Eos vero, quos quis pignori 11 hypothecæve dedit 12, ſine dubio inter ſuos 13 legaſſe videbitur debitor: creditor nequaquam.

§. 3. Proinde ſi quis ſervos habuit proprios, ſed 14 quorum operas locabat 15, vel piſtorias 16, vel hiſtrionicas, vel alias ſimiles: an *ſervorum* 17 appellatione etiam hos legaſſe videatur? Quod & præſumi 18 oportet: niſi 19 contraria voluntas teſtatoris appareat. §. 4. Eum qui venalitiariam 20 [vitam] exercebat, puto *ſuorum* numero non facile contineri velle ejuſmodi mancipia: niſi evidens voluntas fuit etiam de his ſententia. nam quos quis ideo comparavit, ut illico diſtraheret, mercis 21 magis loco, quam ſuorum habuiſſe credendus eſt. §. 5. Vicarios 22 autem ſervorum *ſuorum* numero non contineri, Pomponius libro quinto ſcribit.

LXXIV. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

SI quis *ſuos* ſervos legavit, communes 23 quoque continentur, & in quibus uſusfructus 24 alienus fuit.

De nummis.

LXXV. ULPIANUS [lib. XX ad Sabinum].

NUmmo 25 indiſtincte legatis, hoc receptum eſt, ut exiguiores 26 legati videantur: ſi neque ex conſuetudine patrisfamiliæ, neque ex regionis, unde fuit, neque ex contextu 27 [teſtamenti poſſit apparere].

De chartis, de tabulis.

LXXVI. IDEM lib. II ad Edictum.

CHartis 28 legatis, nemo dicet ſcriptas 29, & libros jam factos, legato cedere. † Hoc idem & in tabulis eſt.

De repetitione legatorum.

LXXVII. JAVOLENUS [lib. I ex Plautio].

CUm in ſubſtitutione legata repetuntur, libertates 30 etiam continentur.

De eo

---

30 *Poſt legatum* plicationibus.

40 Obſcu & artificium diſtinctum eſt, de effectu principio diſcernit *v. Servius cap* 27. *Exod.*

41 *l.* 13. *T. quibus mod. uſusfr. vel.* adde *l.* 65. *T. de legat.* 1.

42 Quia officium artificio mutatur, non ideo, e contrario. Cum lectiarius cocus poſtea factus eſt, ſi unus ſervus, &c. *Zanetus, cap.* 7. *reſpondeo.* ita monet legendum.

43 Vide Cujac. 9 *obſ.* 17. *in princ.*

44 Lecticarii, *hic.* & § 2 *T. eod.* An artifices qui lectos faciunt: an potius qui lecticam portant? vide quæ ſcripſi ad *l.* 8. § 6 *T. de legat.* 1.

45 Cocus nomen officii, non artificii hic conſtituitur. Atqui inter artifices refertur, § 2 *T. eod.* quod & confirmat *l. ſi quid vendidero.* 18. *T. de adilitio.* Ita Livius queritur de inſigni temporis luxu, quo coqui miniſterium in artem tranſiit: & extant Coelii Apicii de re culinaria libri decem, ubi eam artificem nominat. An dicemus cum Accurſio coquum eſſe artificem, cum delicatiores cibos parat? An hic dicemus coquum nominari artificem: neque lecticarium (hoc eſt, qui lecticam portet in coquum evaſiſſe: ſed coquum in lecticarium? Quæret aliquis, cui bono hæc ita follicite diſquiri ſit neceſſe? Si cocum artificem poſuerimus, eadem opera pluris æſtimari fatebimur. *l. ſi duob.* 3. *verſ. ſanctum. C. communia de legat.* Deinde ſi artificiales vel fabriles operas indebitas patrono libertus errore juris præſtiterit, æſtimationem earum condicet: qui tamen officialium æſtimationem non condiceret. *l. ſi non ſortem* 26. §. *libertus.* 12. *T. de condiff. indebiti.* Artificiales operæ edentis ſumptu & victu præſtantur, *l. ſuo victu.* 18. *T. de operis libert.* officiales, patroni. *l. operæ.* 21. *T. de operis libert.* 46 Dicendum eſt, qui legatus eſt artificio in quo plerumque. *Hal.* 47 Adde *l.* 61. *T. eod.* 48 Ornatrices mulieres *cinifiones* dicuntur, quibus mulieres comas ſibi exornabant. adde *l.* 49. *in princ. T. eod.* adde *l.* 25. §. 10. *T. de auro.* Feſt. Acus qua ornatrix utitur. Acus comatoria Petronio. Ovid. *Tuta ſit ornatrix.* Martialis, Galenus apud Cujacium 11 *obſerv.* 16. *in fin.* Hinc cinerarii, Varroni, 4 *de lingua.* & in *coſtæ* Feſto. ornatrix Gallis *atourneuſe* eſſe. 49 Et male. vide *verſ. quod magis. T.* 50 Probatur hæc ſententia à Martiano. 51 Adde *l.* 20. *T. de fideicommiſſ. liber.* 52 Ornatricibus legatis, cedunt etiam eæ, quæ tyrocinium adhuc faciunt, & eo nomine ſunt apud magiſtrum. 53 Cur congruum eſt? quamdiu vivimus, diſcere poſſumus. *l.* 20 *T. de fideicommiſſ. libert.* 54 Paul. 3 *ſent.* 6. §. 73. *l.* 38. §. 3. 4. 5. 6. *T. de adilitio.* 44 *Synopſ.* 3. *cap.* 61. 55 *l.* 2. §. 2. *T. ad l. Aquil.* §. 1. *Inſt. de l. Aquil.* 56 *l.* 38. §. 6. *T. de adil.* Paul. 3 *ſent.* 6. §. 74. 57 Idem eſt in mulis. *l.* 62. *T. eod.* adde *l.* 81. *T. eod. l.* 89. *T. de verb. ſign.* 58 Bobus legatis non continentur jumenta.

59 *l.* 81. §. *penult. & ult. T. eod.* 60 *l.* 60. *T. eod.* 61 *tit.* 6. §. 76. 62 Vide Bart. in §. *gallinarum. Inſtit. de rer. diviſ.* Forcat. *Ariar. cap.* 9. Gomez. *tom.* 2 *var. cap.* 2. *num.* 14. Anſ.

63 Saltuum alii æſtivi, alii hyberni. dixi ad Feſtum *in ſaltus.* 64 *Solet* verbum perpetuitatem notat. 65 *V. l.* 44. *T. eod.* 66 Omne qui dicit, nihil excipit. 67 Id eſt, non tantum partem ſuam, ſed & eam, quam à ſocio pignori accepit. 68 Imo non videtur. *l.* 73. *l.* 101 *T. eod.*

69 Facit *l.* 32. *T. de juſu.* Quid, ſi dixero: Mando ut non facias teſtamentum? *v. l.* 77. § 24. *T. de legat.* 2. 70 Imo peti poteſt. *l.* 24. *T. ad Treb.* 71 Conditio, *ſi meus erit*, intelligitur in ſolidum, ſi teſtator hoc ſenſit: alias ſecus. *l.* 2. *T. de cond. inſt. l. Stichum, qui meus erit. G. T. de leg.* 1. *l. ſi quis ſuus.* 74. *T. eod.* 72 *l.* 2. *T. de cond. inſt.* 73 *V. l.* 34. §. 1. *T. de leg.* 2. *v. l.* 2. *T. de inſtr. 44 Synopſ.* 3. *c.* 64. Cujac. legiſſe videtur *entheciis*, ad *l. ult. C. de diverſ. prad. urb.* 74 *l.* 32. *in fin T. de leg.* 2. 75 44 *Synopſ.* 3. *cap.* 65. Imo, aliter: interdum enim vel manifeſtæ voluntati teſtatoris non ſtatur, *l.* 4. *T. de leg.* 1. ſed ibi erratum eſt in nomine appellativo. 76 Quid, quo ordine judex recedet à verborum ſignificatione teſtamenti? eſt enim judicis interpretari teſtamenta. *l. voluntatis.* 7. *C. de fideicommiſſ.* Primum inſpicit, quid ſenſerit teſtator, deinde quid verſimile tum eo deficiente primum ad ſignificationem verborum recurrit: quod ſi plures ſint, propriam interpretationem ſequitur, non impropriam. Quod ſi plures propriæ ſint, minimam ſequetur. *l. in conditionibus.* 19. *l. pater Severianum.* 101. §. *conditionum.* 2. *T. de cond. & demonſtr. l. ſi ſervum pinxerim.* 50. §. *ult. T. de leg.* 1. Dynus, *c. in obſcuris.* 30. *de reg. in* 6. *l.* 1. §. *ſi in qui navem.* 19. *T. de exercitoria.*

77 *l.* 34. §. 3. *l.* 46. *T. de leg.* 2. *l.* 27. § 2. *T. de inſtructo.* Goth. Quando dicatur apparere de mente, vid. Bart. in *l. omnes populi. num.* 3. 4. 6. *verſ. ſecundo caſu. ff. de juſt. & jur.* Jul. Clar. *lib.* 3 *ſent.* §. *teſtamentum. quæſt.* 76. vide Socin. *regul.* 441. Anſ. 78 *l.* 7. *C. de fideicomm.* 79 Id eſt, ad propriam verborum ſignificationem. *l.* 18. §. 3. *T. de inſtruct. l.* 7. *in fin T. de ſupellect. l.* 219. *T. de verb. ſign. l.* 96. *T. de reg. jur. l.* 3. *in fin. C. de libris prætoritis.* 80 Juventutem ſequitur ſenectus. Senec. 4 *Epiſt.* 30. Juvenis cenſetur qui inter ſenes non refertur. 81 *l.* 88. *T. eod.*

82 Imo lana legata, ea etiam quæ tincta eſt, debetur. Lana tincta, etiam lana eſt. *l.* 32. §. 6. *T. de auro.* Paul. 3 *ſentent.* 6. §. 82. Goth. Vid. Anton. Auguſt. *lib.* 4 *emend. cap.* 16. Cott. *in memorab.* verb. *lana.* Govean. *lib.* 2 *variar. lection, cap.* 9. S. L. 83 §. 12. *T. eod.* 84 Nondum fucatum.

85 Subtegmen *Hal.* Et male ſubtegmen eſt, quod ſubeſt ſtamini. Subtemen *ἀπὸ τοῦ ὑφαίνω*. vid Cujac. 11 *obſ.* 6 & *expoſ.* apud Terentium; tamen *Heautontimorumen.* 2. 2. legitur ſubtegmen.

86 Imo, lanæ appellatione ſtamen ſubtegmenve legatum non continetur. Paul. 3 *ſentent.* 6. §. 82. ſolve: Paulo ſubtemen eſt, filum in lana jam contextum. Sabino vero hic, filum ſubtemini cauſa paratum. Cujac. *ibid.* Lanæ ſuis eſt, quoad uſque ad telam pervenit. Govea. 2 *var.* 9.

87 Tela enim facta, tela dicitur, & lanæ appellationem amittit.

88 Lana legata, non continetur ea quæ ad telam pervenit, hoc eſt, quæ tela facta eſt.

89 Succidat. *Hal.*

90 Tormentum. *Hal.* & male. neque enim hic de aliqua machina bellica ſenſit Ulpianus. Interim notandum eſt, aliud lanam eſſe, aliud tomentum.

91 Licet lanas in tomenti uſum veniſſe, id eſt, tomenti loco eſſe teſtetur Plinius 8: *cap.* 48. De tomento Lingonico & Circenſi, vide Martialem 14 *Epigr.* 159. & 160. Petr. Fabr. 1 *ſemeſtr.* 11.

92 Si quidem lanæ ſordidæ ad irrigationes commodæ ſunt: uſtæ, in ulceribus carnem cito conſumunt. Ægineta 7. ſuccidæ, ſupervacuus eſt uſus: lota ad implendum vulnus proficit. Celſus 5 *de re medica.* oleo imbuta ad alvi profluvium valet. Trallianus 8. *c.* 7. calida & ſulphurata, ad pleuritidem ſedandam confert. Ægineta 3. *c.* 33.

93 Lana legata etiam ea continetur, quæ non eſt ſeparata pellibus, *ut hic.* Quod Bartolus refert ad pelles animantium jam mortuorum, non vivorum: deinde refert ad pelles eorum animalium, quæ lanæ cauſa primario ac directo habentur, non quæ habentur propter pelles directo, propter lanam ſecundario. Negat præterea,

lanam anſerinam contineri legato lanæ; uſu regionis ſuæ. 94 Lana caprina. 95 Eſt lanugo, quæ ex pomo cujuſdam fruticis apud Arabas decerpitur: goſſypium veteribus: & quia hæc lanugo eſt inſtar lanuginis mali cotonei, *coton* appellatur Alciat. 6 *parer.* 25. quibuſdam fericum videtur. dixi ad 12. *C. quæ res venire.* 96 Imo non aliud in lino, quam in lana. 132 §. 6 *T. de auro.*

97 *Al.* de verſicoloribus. 98 Et conſtat apud veteres lanæ appellatione verſicoloria non contineri. Petr. Fabr. apud Cujac. 3 *ſent. Paul.* 6. § 82. 99 *in pr. T. eod.* 100 Verſicolorum appellatione non continentur ea, quæ tincta non ſunt, quæ naturaliter alba vel nigra: denique quæ quemque colorem alium naturalem retinent. 1 Verſicolorum appellatione continetur purpura, & coccum. 2 *Al.* habent. 3 Paul. 3 *ſent.* 6. § 82. 4 Vid. *l.* 78. §. 5. *T. eod.*

5 Succinum quidam legunt Buccinum. *Hal.* Quod Cottæ placet, *in voce Purpuræ.* Eſt autem buccinum inter genera concharum minor purpura, ad ſimilitudinem buccini, quo ſanus editur. Plin. 9. *c.* 36. 6 Ianthinum, id eſt, purpurea viola: unde ianthina veſtis. Martialis. 2 *Epigr.* 39. Buccina famoſæ donans & ianthina mœchæ. v. Cottam in dictione *purpura.* Inde purpura ianthina in *l. 1. C. quæ res venire.* 7 Deſtinata lana purpuræ tingendæ, nondum eſt purpura, pro purpura non habetur. 8 *V. l.* 73. *T. eod.* 9 Suum cujuſque eſt, quod pleno jure ejus eſt, *l.* 71. *l.* 72. *T. eod. l.* 74. *T. eod. l.* 25. §. 6. *T. de auro. 44 Synopſ.* 3. *c.* 69. Imo uſu habere, quid? *v. l.* 203. *T. de verb. ſign.*

10 Pleno jure eum non habet, qui in ea uſumfructum tantum obtinet. 11 Ut olim fiduciæ. Paul. 3 *ſent.* 6. §. 69. *in fin.* 12 Noſtrum non eſt, quod pignori accepimus. *l.* 9. *in fin. T. de ſupellect.* 13 Suum quiſque recte dixerit, quod pignori dedit. *l.* 9. *C. de pignorat.* 14 Suum quiſque ſervum recte appellat, cujus operas locat. Quid ita? Qui locat ſervi fiti operas, dominium ſervi non amittit. Locando dominium non amittimus. *l.* 101. *T. eod.* adde *l.* 68. *T. eod. l.* 39. *T. locat.*

15 Locat operas, qui mercedem accipit. 16 Locari piſtorum, hiſtrionum & ſimilium operæ ſolebant. 17 *Suorum.* 18 Cur præſumitur ſuorum numero habere? hoc ideo, quod qui ſervum ſuum locat, dominium transferre non intelligitur. Nihil dominii ſui amittit, qui rem ſuam alteri locat. Suorum igitur numero ſervos habere præſumitur, qui eorum operas locaverit.

19 A præſumptione communi recedimus inſpecta agentis contraria voluntate. 20 Venalitiarios ſervos non legat, qui ſervos ſuos legat. Quid ita? Tales ſervos venditor mercis loco potius habet, quam ſuorum numero: ſuorum numero ea quiſque habet, quæ conſtantia quadam poſſidet. Quæ mercis cauſa poſſidemus, ea in horas atque adeo in momenta poſſidemus, hoc eſt, tantiſper dum inveniatur emptor. *v. l.* 37. *l.* 44. §. 1. *T. de adilit.* 21 *V. l.* 207. *T. de verb. ſign.* 22 *l.* 15 *T. de peculio legato.* 23 Commune quod eſt, meum dici poteſt. *l.* 239. *in fin. T. de verb. ſignif.* 24 *l.* 25. *T. de verb ſign.* 25 *l.* 50. *in fin. l.* 51. *T. de legat.* 1. 26 *V. l.* 39. §. 6. *T. de lec.* 1. 27 *V. l.* 44. *T. de man. teſt.* 28 *l.* 52. § 4. *T. eod.* 29 Scripturas. 30 *l.* 80. *T. de verb. ſign.*

De eo qui disciplinæ causa abest. 1. De nominibus debitorum. De nummis, de legato generali vel speciali. 2. De prædiis uti possessa sunt, & quæcunque ibi erunt. 3. De fundo ita uti est, adscribendo. 4. De materia, & specie. 5. De purpura, cocco, coracino, hysgino, melino. 6. De uxoris causa paratis. 7. De his quæ in fundo sunt.

LXXVIII. PAULUS [lib. II ad Vitellium].

QUæsitum est, Stichum servum ex eo fundo ante annum mortis testatoris abductum, & disciplinæ [30] traditum, postea in eum fundum non reversum: an deberetur? Responsum est, si studendi causa missus esset, non quo de fundo eum aliorsum transferret, deberi. §. 1. *Mævi fili, quod jam tibi maximam partem facultatium dederim, contentus esse debes fundo Sempronianocum suis inhabitantibus, id est, familia, & quæ ibi erunt.* Quæsitum est de nominibus debitorum, & nummis. Eadem epistolam talem emisit: *Argentum omne, & supellectilem, quodcunque habeo, tibi dono, & quidquid in prædio Sempronano habeo:* an supellex, quæ in aliis prædiis vel domibus esset, ad Mævium pertineret: & an servi, quos ex eo fundo aliis legavit? Responsum est, nomina [31] & nummos non videri deberi, nisi manifeste de his quoque legandis voluntas defunctæ approbaretur: servos ex isdem fundis aliis datos, deminuisse filii legatum: de argento & supellectili, quæ alibi esset, eum, cujus notio est, æstimaturum, ut id obtineat, quod testatori placuisse à legatario adprobabitur. §. 2. Prædia quidam reliquit, adjectis *his* verbis, *uti a me possessa sunt, & quæcunque ibi erunt, cum moriar.* Quæsitum est de mancipiis [32], quæ in his prædiis morata [33] fuerunt, vel operis rusticis causa, vel alterius officii, cæterisque rebus quæ ibi fuerunt in diem mortis: an ad legatarium pertinerent? Respondit, ea omnia de quibus quæreretur, legata videri. §. 3. *Peto ut fundum meum Capanianum [34] Geneſiæ alumnæ meæ adscribatis ducentorum aureorum, ita uti [35] est:* Quæritur an fundo & reliqua colonorum, & mancipia, si qua mortis tempore in eo fuerunt, debeantur? Respondit, reliqua quidem colonorum non [36] legata, cætera vero videri [illis] verbis, *ita uti est*, data.

§. 4. Illud fortasse quæsturus sit aliquis, cur *argenti* appellatione etiam [37] factum argentum comprehendetur: cum, si marmor [38] legatum esset, nihil præter rudem materiam demonstratum videri posset? cujus haec ratio traditur: quippe [39] ea, quæ talis naturæ sint, ut sæpius in sua redigi possint initia, ea materiæ potentia victa, nunquam vires ejus effugiant. §. 5. *Coccum* [40] quod proprio nomine appellatur, quin *versicoloribus* cederet, nemo dubitavit. Quin minus porro coracinum [41] aut isginum aut melinum suo nomine, quam coccum purpurave designatur?

§. 6. Cum vir ita legasset, *quæ uxoris causa [42] parata sunt, ei do lego*: [ego] apud Prætorem [43] fideicommissarium petebam etiam res æstimatas [44], quarum pretium in dotem erant; nec obtinui [45]; quasi testator non sensisset de his rebus: atquin si in usum ejus datæ sint, nihil interest, ab ipsa, an ab alio comparatæ sunt. postea apud Aburnium [46] Valentem inveni ita relatum: mulier res æstimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legaverat his verbis, *quæ ejus causa comparata emptaque essent:* dixit, *emptorum paratorumque* appellatione non contineri ea, quæ in dotem data essent: nisi si maritus eas res, posteaquam ipsius factæ essent, in uxoris usum convertisset. §. 7. Rebus quæ in fundo sunt legatis, accedunt etiam ea, quæ tunc non sunt, si esse solent: nec [47], quæ casu [48] ibi fuerunt, legata existimantur.

De choro & familia. 1. De legato, Quæ ibi mobilia mea erunt. 2. De area. 3. De servo legato.

LXXIX. CELSUS [lib. IX Digestorum].

SI *chorus* aut *familia* [49] legetur, perinde [50] est, quasi singuli homines legati sint. §. 1. His verbis, *quæ ibi mobilia [51] mea [52] erunt, do lego*, nummos ibi repositos, ut [53] mutui darentur [54], non esse legatos Proculus ait [55]: at eos, quos præsidii [56] causa repositos habet (ut quidam bellis civilibus [57] factitasse) eos legato contineri: & audisse [58] se rusticos senes ita dicentes *pecuniam sine peculio fragilem esse*; peculium [59] appellantes, quod præsidii causa [60] seponeretur. §. 2. *Area* legata, si inædificata medio tempore fuerat, ac rursus [61] area sit, quamquam tunc peti non [62] poterat, nunc [63] tamen debetur. §. 3. *Servus* quoque legatus, si interim manumittatur, & postea servus factus sit, postea peti potest [64].

De conjunctis.

LXXX. IDEM [lib. XXXV Digestorum].

COnjunctim [65] heredes instituti, aut conjunctim legari, hoc est: totam hereditatem & tota legata singulis data esse, partes [66] autem concursu fieri [67].

De sexu. 1. De mulsere vel viro legatis. 2. De pecudibus. 3. De armento. 4. De ovibus. 5. De ovium grege.

LXXXI. MODESTINUS lib. IX Differentiarum.

SErvis [68] legatis, etiam ancillas quidam deberi recte putant: quasi commune nomen utrumque sexum contineat. *Ancillis* vero legatis, masculos [69] non deberi nemo dubitat. † Sed *pueris* legatis, etiam puellæ [70] debentur. Id non æque, in puellis pueros contineri dicendum est. §. 1. *Mulieribus* vero legatis, etiam [71] virgines debentur [72]: sicuti *viris* legatis, etiam pueros deberi respondetur. §. 2. *Pecudibus* [73] autem legatis, & boves, & cætera jumenta continentur. §. 3. *Armento* autem legato, etiam boves [74] contineri convenit, non [75] etiam greges ovium & caprarum. §. 4. *Ovibus* [76] legatis, neque agnos, neque arietes contineri quidam recte existimant. §. 5. *Ovium* vero grege legato, & arietes & agnos deberi nemo dubitat.

LXXXII. IDEM [lib. IX Regularum].

SErvus, qui in fundo morari solitus erat, si fugerit [77], licet post mortem testatoris apprehendatur, fundo legato, *ut instructus est*, etiam ipse [legato] cedit.

De fructibus & cæteris, quæ vice fructuum sunt. 1. De posteris.

LXXXIII. IDEM [lib. VI Responsorum].

QUod his verbis relictum est, *Quidquid ex hereditate bonisve [78] meis ad te perveneritcum mor eris, restituas:* fructus [79], quos heres vivus percepit, item quæ fructuum [80] vice sunt, non [81] venire placuisse: nec enim quicquam proponi, ex quo de his quoque restituendis testatricem rogasse probari potest. §. 1. Idem testator, qui liberis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, *ut post mortem extremi ad posteros eorum pertineret:* Quæro, cum nemo alius sit, nisi libertus ejus, qui extremo mortuus est, an is ad fideicommissum admitti debeat? Respondit, *Posterorum* [82] appellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, fideicommisso contineri, nequaquam incertum est.

De his, quæ sunt Romæ, legatis.

LXXXIV. JAVOLENUS lib. II ex Cassio.

CUi, *quæ Romæ [83] essent*, legata sunt, ei etiam quæ custodiæ causa in horreis [84] *extra urbem* reposita sunt, debentur [85].

De verbo, meum.

LXXXV. POMPONIUS lib. II ad Quintum Mucium.

NUper constitutum est a Principe, ut & non adjecto hoc [86], *meum* [87], si quis corpus alicui leget, & ita sentiat, ut ita demum præstetur, si suum sit: ita valere legatum, ut appareat, magis sententiam legantis, non hoc verbum, *meum*, respiciendum esse. & ideo elegans est illa distinctio, ut * quotiens certum corpus legatur, ad præsens tempus adjectum hoc verbum, *meum*, non faciat conditionem: si vero incertum [88] corpus legetur (veluti ita, *vina mea, vestem mea*) videatur pro conditione hoc verbum esse, *mea*, ut ea demum quæ illius sunt, videantur legata: quod non puto fortiter posse defendi, sed potius & hic vestem, vel vinum, quod suorum [89] numero habuerit, hoc legatum esse: sic enim responsum est, etiam quod coacuerit [90], vinum legato cedere, si id vini numero testator habuisset. † Plane in mortis tempore collatum hunc sermonem, *vestem quæ mea erit*, sine dubio pro conditione accipiendum puto: sed & *Stichum, qui meus erit*, puto pro conditione accipiendum: nec interesse, utrum ita, *qui meus erit*, an ita, *si meus erit*: utrobique conditionem eam esse. Labeo tamen scribit, etiam in futurum tempus collatum hunc sermonem, *qui meus erit*, pro demonstratione accipiendum. Sed alio [91] jure utimur [92].

De legato, domum, quæque mea ibi erunt.

LXXXVI. PROCULUS [lib. V Epistolarum].

SI ita legatum est, *domum, quæque mea ibi erunt, cum moriar:* nummos ad diem exactos à debitoribus, ut aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse. Et Labeonis distinctionem valde probo: qui scripsit, nec quod casu abesset, minus esse legatum; nec quod casu [93] ibi sit, magis esse legatum.

Quæ continentur appellatione legati.

LXXXVII. PAULUS lib. IV ad legem Juliam & Papiam.

ET fideicommissum, & mortis causa donatio [94] appellatione *legati* continentur [95].

De lana. 1. De materia. 2. De nave. 3. De massa.

LXXXVIII. IDEM lib. V ad legem Juliam & Papiam.

LAna [96] legata, vestem, quæ ex ea facta sit, deberi [97] non placet [98]. §. 1. Sed & *materia* [99] legata, navis, armariumve ex ea factum, non vindicetur. §. 2. *Nave* autem legata dissoluta [100], neque materia, neque navis debetur. §. 3. *Massa* autem legata, scyphi [1] ex ea facti, exigi possunt [2].

De conjunctis.

LXXXIX. IDEM lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

RE [3] *conjuncti* videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim [4] eadem res legatur. Item verbis [5], non etiam re, *Titio & Seio fundum aquis [6] partibus do, lego:* quoniam semper partes habent legatarii. Præfertur [7] igitur omnimodo cæteris, qui *re & verbis* conjunctus est. Quod si *re tantum conjunctus sit*, constat non esse potiorem [8]. Si vero *verbis quidem conjunctus sit, re autem non:* quæstionis est, an conjunctus [9] potior sit? & magis est ut [&] ipse præferatur [10].

De le-

---

30 Adde *Senec. 9 contr. 9.* Fundo instructo legato uti est, missus studiorum causa debetur: atque ita absens habetur pro præsente: studiorum causa absens abesse non videtur: idem de actore. *l. 12. §. 38. l. 20. §. 6. ff. de instructo.*

31 *l. 86. ff. de legat. 2.*

32 *l. 32. §. 2. in fin. ff. de legat. 2.*

33 Ea esse in fundo videntur, quæ ibi sunt, ut perpetuo sint.

34 *Al.* Campanum.

35 *l. 101. in fin. ff. cod. l. 27. §. pen. ff. de instructo.*

36 Cur non legata? An quia reliqua ibi non erant, ut perpetuo essent? An quod reliqua, & cætera debita certum fundum non afficiunt, sed universum potius defuncti patrimonium? ut *l. si fideicommiss. 50. §. tractatum. 1. ff. de judic. l. ex facto. 35. ff. de hered. inst.*

37 *l. 19. ff. de auro.*

38 De marmoribus vid. Pancirol. *tit. de marmorib.* Ans.

39 Materiæ appellatione non continetur materiatum, quod ad suam materiam reverti non potest. *l. 57. ff. cod.*

40 Coccum, *l. 70. §. 12. in fin. ff. cod.* rubeum grameu laudatissimum, quod nascitur circa Emeritam Lusitaniæ civitatem. *Goth.* Vid. Cott. in *memorabil. verb. Coccum.* Alciat. *lib. 2 pareng. cap. 1.* Ans.

41 Crocinum, aut œnanthinum, aut melinum. Cott. in *voce croceum:* Crocinus. idem quod croceus. vel ita, coccinum, id est, cocci coloris, ubi de œnanthino, isgino, seu ysgino aut hysgino ac melino colore tractat. Crocinum quidam putant herbam esse, quam Granam appellant, eamque nigram, & velut coracinam colore corvi. Alciat. 2 *pavergon 1.*

42 *l. 58. ff. cod.*

43 De Prætore fideicommissario dixi ad 25 Ulp. 12.

44 Empti & parati legato non continentur res æstimatæ in dotem datæ, si non fuerint ad usum traditæ.

45 Num hæc sententia justa fuit? sic omnes putant: à quibus Cujacius dissentit. quem vid. 12 *obs. 9.* 46 Aburnius hic Valens libros fideicommissorum scripsit. 47 Casu quæ absunt, vel adsunt, abesse vel adesse non videntur. 48 V. *l. 44. ff. eod.* 49 V. *l. 29. ff. de verb. obl.* 50 Vid. ad hunc locum Cujac. 6 ad *Afric. fol. 99.* Goth. Adde Good. *de contrab. stipul. c. 12. n. 55. 56.* & Revard. *variar. lib. 5. c. 17.* Ans. 51 Adde *l. 93. ff. de verb. sign.* 52 Mobilibus legatis aurum & argentum non debetur, nisi de eis manifeste testator senserit. Paul. 3 *sent. 6. §. 60.* 53 Esse alicubi non videntur, quæ ibi sunt, ut mutuo dentur. 54 Facit *l. 95 ff. cod.* vel ut ex eis enerentur prædia. *l. 3. §. 6. ff. de cont. tut. l. 22. C. de adm. tut.* 55 Cur ita? vel ideo quod legibus præsumitur testator quibuscunque mobilibus memoratis, non generaliter pretiosiora quæque, sed specialiter memoraturus fuisse, *Harmen. 5. tit. 12.* alii hanc rationem addunt, quod hæc pecunia animi destinatione non fuit testatori sua. Aliud vero fore volunt, si simpliciter mobilia legata sint. vide in hunc locum Hottom. 3 *obs. 3.* elegantissime tractantem, An pecunia fœneratitia, & in prædiorum emptionem deposita, mobilis sit, necne.

56 Id est, συναυρίσιν, reponere in crastinum, & futuras necessitates. 57 De bello civili vid. *l. 21. §. 1. ff. de capt.* 58 Proverbia an probant? id videtur innuere lex 6. *in fin. ff. de off. Præsid.* 59 *l. 4. l. 5. §. 3. ff. de pecul.* 60 Id est, exercitus transeuntis causa: Ruttici enim solebant seponere certam pecuniæ summam pro redemptione fructuum, quam faciebant militibus advenientibus. Revard. *var. lib. 5. c. 17.* Ans. 61 *l. 22. ff. de leg. 1.* 62 Imo peti potest: nec enim desiit esse in rerum natura. *l. 98. §. ult. ff. de solut.* 63 *l. 36. ff. de usufr.* 64 Imo peti non potest. *l. 27. in fin. ff. de adim.* 65 *l. 85. ff. de leg. 1.* 66 Partes concursu fieri dicuntur, quoties uno partem suam non petente, alter qui petit, totum consequitur. *l. 1. §. 3. ff. de usufr. adcresc.* 67 V. Ulp. 24. §. 13. & *ibid.* Cujac. 68 Paul. 3 *sent. 6. §. 69.* Masculinum concipit femininum. *l. 62. in fin. ff. eod. l. 101. in fin. ff. de verb. sign.* 69 V. *l. 45. ff. de leg. 2.* 70 V. *l. 204. ff. de verb. sign.* 71 Mulieris legato etiam virgo, continetur. *l. 25. §. 9. ff. de auro.* adde *l. 13. l. 195. in fin. ff. de verb. signif. Synops. d. loco.* 72 44 *Synops. 3. cap. 75.* 73 Imo non debentur: Nam ex Servio 2 *Æneid.* Valla notat, mulierum appellatione virgines non contineri: quod tamen hic dicitur, ut & virorum appellatione pueros contineri. Verum legisse vel Tertullianum gravem authorem in lib. de velandis virginibus debuit Valla. Naturale, inquit, vocabulum est fœmina: Naturalis vocabuli generale mulier, generalis etiam speciale virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam ætatis nomine accedunt. adde quæ scripsi ad *l. queritur. 14. §. 3. ff. de ædilitio edicto.*

74 *l. 89. ff. de verb. signif.* adde quæ scripsi ad *l. 12. ff. de servit. rustic. prad.*

75 Non enim oves & capræ erant. Armenta autem ab arando.

76 *l. 69. in fin. ff. cod.*

77 Fugitivus dicitur esse in eo loco à quo fugit. *l. 84. §. 10. ff. de legat. 1.*

78 Bona & hereditas differunt, adde *l. 16. §. 1. ff. ad Trebell.*

79 *l. 75. §. 1. ff. ad Trebell.*

80 Fructuum vice esse quæ dicuntur? Usuræ, pensiones.

81 Imo veniunt, *l. 3. §. 2. ff. de usufr. l. 32. ff. ad Trebell.* An *dicta l. 3.* dies adjecta est fideicommissi gratia: hic, heredis? An *dicta l. 32.* vox *quantumcunque* usurpata, hic autem vox *quidquid?*

82 Posterorum appellatione continentur liberi, non liberti.

83 *l. 4. §. 4. ff. de pen. legat.*

84 De horreis scripsi ad *l. 7. ff. de instructo.*

85 Imo non debentur. *l. quæstum. 78. §. ult. ff. cod. l. si uxori. 39. ff. de auro.* An dicemus deberi, perinde ac si in civitate essent? An quæ extra urbem custodiæ causa deposita fuerunt, ea mente deposita fuerunt, ut essent postea in urbe, & quidem perpetuo? An potius horti extra urbem, horti sunt urbi contigui?

86 *Meum*, pronomen adjectum certo corpori & verbo præsenti, demonstrationem incerto corpori, taxationem: futuro tempori, conditionem facit. *Goth.* Vid. Eman. Cost. *lib. 1 fideic. cap. 6.* Cottam *in verb. annona.* Menoch. *consil. 1. n. 185. 190. 267. 275.* Ans.

87 *l. 2. ff. de cond. inst. l. 6. ff. de leg. 1.*

88 *l. 10. vers. sed quod quintus. ff. de auro.*

89 *l. 73. ff. cod.*

90 *l. 9. §. 2. ff. de tritico.*

91 Ut sc. particula *si meus erit*, magis conditionem legati innuat, quam demonstrationem. *l. 6. ff. de leg. 1.*

92 Imo non alio jure utimur: hæc enim particula demonstrationem innuit. *l. 34. in fin. ff. de auro.*

93 Casu ramicubi, seu certo loco esse, non inspicimus, sed hoc potius, perpetuo interitu & mortis causa donatio legati appellatione continetur, ita & hereditas continetur? *l. lege obvenire. 130. ff. de verb. sign.* vid. Bart. in *l. filium. 5. §. si legata. 5. ff. de legat. præstand.* 95 §. 1. *Inst. de donat.* 96 Adde *l. 70. ff. eod.* Paul. 3 *sent. 9. §. 85, in fin.* 97 Dixi ad *l. 44. §. 1. ff. de legat 1.* Potentior est enim forma, quam materia: præstantior est in veste formæ natura, quam materiæ. Imo etsi ex lana legata vestimentum fiat, legatum nihilominus debetur. *l. 44. §. 1. ff. de leg. 1.* Goth. Nota quod pecunia destinata negotiationi non contineatur legato mobilium. Vid. Mantic. *de conjectur. lib. 9. tit. 3. num. 3.* Ans. 98 Vid. Cujac. 5 ad *Afric. fol. 65.* 99 *l. 57. ff. eod.* 100 *l. 10. §. 7. ff. quib. mod. usufruct. l. 84. §. 5. ff. de verb. oblig. l. 98. in fin. ff. de solut.* 1 *d. l. 44. §. 2. ff. de leg. 1.*

2 Imo non possunt. *l. 10. §. 5. ff. quib. mod. usufr.* 3 *l. 142. ff. de verb. sign.* vid. in hanc legem Alciat. *hic. & 4 paradox. 8. & 9. c. 7.* Ripensem & Zasium 1 *respons. 18.* Porro, re tantum conjuncti sunt, quibus separatim, hoc est, diversis orationibus eadem res legatur. *Goth.* Adde Charond. *verisimil. lib. 2. cap. 14.* Fachin. *lib. 4 controvers. cap. 98.* Et an post legem Papiam sublatum fuerit jus accrescendi & conjunctionis, vide Emund. Merill. *var. 39.* Ans. 4 Id est, duabus orationibus. 5 Verbis tantum conjuncti dicuntur, quibus una & eadem oratione partes ejusdem rei relinquuntur. adde *l. 3. §. 1. ff. quib. mod. usufructi. amitt.* 6 Adde *l. 13. l. 86. ff. de hered. inst.*

7 Conjunctus simul re & verbis, re tantum vel verbis tantum conjunctis præfertur.

8 *Subaudi* re & verbis conjuncto. 9 Quid? num hæc voce intelligendus est re & verbis conjunctus? Quidam putant: nam cum inox lequatur, conjunctum esse potiorem, satis ostenditur re & verbis conjunctum conjuncto verbis tantum esse potiorem. Alii hanc vocem *conjunctus* accipiunt pro verbis tantum conjuncto, hac sententia: Conjunctus verbis tantum, potior est re tantum conjuncto. Nam si hoc modo potior est verbis tantum conjunctus, dicendum est eum potiorem esse re tantum conjuncto, cum utroque conjuncto non sit potior. Alii contra, hanc eandem vocem *conjunctus* accipiunt, de re tantum conjuncto, quem verbis tantum conjuncto anteponunt. Plane Bolognino re tantum conjunctos præferri ait. Hugolini tamen & Petri, communis denique sententia est, verbis tantum conjunctos præferri re tantum conjunctis. Azo, Accursius, & alii multi neutrum alteri præferri, sed simul admitti existimant. vid. Graff. *lib. sentent. §. jus adcrescendi. qu. 13.* 10 De jure adcrescendi hic communiter tractatur. de quo vide Graff. in *sentent. §. jus adcrescendi.*

De legato nominatim.

XC. IDEM lib. VII ad legem Juliam & Papiam.

NOMINATIM [11] legatum accipiendum est, quod [12] à quo legatum sit, intelligitur: licet [13] nomen [14] pronunciatum sit.

De reliquis. 1. *De prædiis cum prætorio, sicuti a testatore in diem mortis possessa sunt.* 2. *De taberna purpuraria cum servis instritoribus & purpuris, quæ in diem mortis fuerunt.* 3. *De prædiis sicuti comparata sunt.* 4. *De domo legata.*

XCI. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

PRædiis per præceptionem filiæ datis *cum reliquis* [15] *actorum & colonorum*, ea reliqua videntur legata, quæ de reditu prædiorum in eadem causa manserunt: alioquin pecuniam à colonis exactam, & in Kalendarium in eadem regione versam, *reliqua* non contineri, neque colonorum, neque actorum, facile constabit, tametsi nominatim actores ad filiam pertinere voluit.

§. 1. Ex his verbis, *Lucio Titio prædia mea illa cum Prætorio, sicut* [16] *a me in diem mortis meæ possessa sunt, do*, instrumentum rusticum, & omnia, quæ ibi fuerunt, quo domus fuisset instructior, deberi convenit: colonorum reliqua non debentur. §. 2. Pater filio *tabernam* [17] *purpurariam cum servis institoribus & purpuris, quæ in diem mortis ejus ibi fuerunt*, legavit: neque pretia purpuræ condita, neque [18] debita [19], neque reliqua legato contineri placuit.

§. 3. *Titio Sciana prædia, sicuti comparata sunt, do, lego:* cum essent Gabiniana quoque simul uno pretio comparata, non [20] sufficere solum argumentum emptionis respondi, sed [21] inspiciendum, an literis [22] & rationibus [23] appellatione Seianorum Gabiana quoque continentur, & utriusque possessionis confusi [24] reditus, titulo Seianorum accepto lati essent. §. 4. Balneas legatæ *domus* esse portionem constabat: quod si eas publice [25] præbuit, ita [26] domus esse portionem balneas, si per domum quoque intrinsecus adirentur, & in usu patrisfamiliæ vel uxoris nonnunquam fuerunt, & mercedes ejus inter cæteras meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur, & uno pretio comparatæ vel instructæ communi conjunctu fuissent. §. 5. Qui domum possidebat, hortum [27] vicinum [28] ædibus comparavit, ac postea *domum* legavit: si hortum domus causa comparavit, ut amœniorem domum ac [29] salubriorem posset videri, aditumque [30] in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum [31] fuit, domus legato continebitur. §. 6. Appellatione *domus* insulam quoque injunctam domui videri [32], si uno pretio cum domu fuisset comparata, & utriusque pensiones similiter accepto latas rationibus ostenderetur [33].

De instrumento, & pecunia.

XCII. PAULUS lib. XIII Responsorum.

SI mihi *Mævia & Nigidia filiæ meæ heredes erunt, tunc Mævia è medio sumito, præcipito sibique habeto fundos meos illum & illum cum casulis, & custodibus omnium* [34] *horum fundorum, & cum his omnibus agris, qui ad compendiorum cujusque eorum fundorum emptione, vel quolibet alio casu obvigerint: item cum omnibus mancipiis, pecoribus, jumentis, cæterisque universis speciebus, quæ in* [35] *isdem fundis, quove eorum, cum moriar, erunt: uti optimi maximique sunt, utique eos in diem mortis meæ possedi, & (ut plenius dicam) ita uti cluduntur:* In fundo autem uno ex his qui prælegati sunt, tabularium [36] est, in quo sunt & complurium mancipiorum emptiones, sed & fundorum & variorum contractuum instrumenta, præterea & nomina debitorum: quæro, an [37] instrumenta communia sint? Respondi, secundum ea, quæ proponuntur, instrumenta [38] emptionum, item debitorum, quæ in fundo prælegato remanserunt, non [39] videri legato contineri. §. 1. His verbis domibus legatis, *fidei heredum meorum committo, uti sinant eum habere domus meas, in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni instrumento* [40], *& repositis omnibus*, non videri testatorem de pecunia [41] numerata, aut instrumentis debitorum senssisse.

De alienatione prohibita. 1. *De confessione debiti facta in testamento.* 2. *De prædiis uti possessa sunt, & quæcunque ibi erunt tempore mortis.* 3. *De fratribus & sororibus.* 4. *De fundo cum sylvis uti optimus maximusque est.* 5. *De coherede in re legata recipiendo.*

XCIII. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

LUcius Titius testamento suo cavit, ne [42] *ullo modo prædium suburbanum aut domum heres alienaret:* filia ejus heres scripta heredem reliquit filiam suam: quæ easdem res diu possedit, & decedens extraneos heredes instituit. Quæsitum est, an prædia pertinerent ad Juliam, quæ Lucium Titium testatorem patruum majorem habuit? Respondit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quo minus ad heredem pertineret, cum hoc nudum [43] præceptum est. *§. 1. *Sempronia mulieri* [44] *me credidi* [45] *jubeo ab heredibus meis centum aureos, quos* [46] *mutuos acceperam.* Quæsitum est, si hanc pecuniam, ut debitam Sempronia petens [47] victa sit: an fideicommissum peti possit? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex [48] alia causa debitum. §. 2. Quidam prædia legavit libertis, adjectis his verbis, *uti a me possessa sunt, & quæcunque ibi erunt cum moriar.* Quæsitum est, an mancipia [49] quæ in his prædiis morata in diem mortis patrisfamilias fuerunt operis rustici causa, vel alterius officii, cæteræque res, quæ ibi fuerunt, ad legatarios pertineant? Respondit, pertinere. §. 3. Quæsitum est, an, quod heredes fratribus [50] rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret? Respondit, pertinere [51], nisi aliud senssisse testatorem probetur. §. 4. Collegio [52] fabrorum *fundum cum sylvis, quæ ei cedere solent, uti* [53] *optimus maximusque esset*, legavit: Quæro, an ea quoque quæ in diem mortis ibi fuissent, (id est, fœnum, pabulum, palea, item machinæ, vasa vinaria, * id est, cuppæ, & dolia quæ in cella defixa sunt: item granaria *) legata essent. Respondit, non [54] recte peti quod legatum non [55] esset.

§. 5. Ex [56] parte dimidia herede instituto, per præceptionem fundum legavit, & ab eo ita petiit: *Peto uti velis coheredem tibi recipere* [57] *in fundo Juliano meo, quem ampliare te recipere jussi, Clodium Vetum, nepotem meum, cognatum tuum.* Quæro, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti deberetur? Respondit, deberi.

De petitione, ne fundus de nomine testatoris exeat.

XCIV. VALENS [lib. II Fideicommissorum].

IS, qui complures libertos relinquebat, tribus ex his fundum legaverat: & petierat, *ut curarent, ne* [58] *de nomine suo* [59] *exiret.* Quærebat, ex tribus qui primus moriebatur, utrum utrique, vel alteri ex his, qui sibi in legato conjuncti essent, relinquere partem suam deberet: an possit vel alii conliberto suo eam relinquere? Placuit, etsi voluntatis quæstio esset, satis illum fecturum, etsi alii [60] reliquisset. Quod si nulli dedisset: occupantis, an omnium conlibertorum; & num eorum tantum, quibus pariter legatum esset, petitio fideicommissi esset, dubitabatur? & Julianus recte omnibus debere putavit.

Interpretatio verborum, quantas summas.

XCV. MÆCIANUS lib. II Fideicommissorum.

QUisquis mihi heres erit, *damnas esto dare, fideique ejus committo, uti det quantas* [61] *summas dixerit, dedero:* Aristo res quoque corporales contineri ait, ut prædia, mancipia, vestem, argentum: quia & hoc verbum *quantas* non ad numeratam duntaxat pecuniam referri, ex dotis relegatione, & stipulationibus emptæ [62] hereditatis apparet; & *summæ* [63] appellatio similiter accipi deberet, ut in his argumentis, quæ relata essent, ostenditur; voluntatem [64] præterea defuncti, quæ maxime in fideicommissis valeret, ei sententiæ suffragari: neque enim post eam præfationem [65] adjecturum testatorem fuisse res corporales [66], si duntaxat pecuniam numeratam præstari voluisset.

De hereditate restituenda.

XCVI. GAIUS lib. II Fideicommissorum.

SI Titius ex parte heres rogatus sit *Mævio hereditatem restituere*, & rursus *Titio coheres ejus* rogatus sit *partem suam, aut partis* [67] *partem restituere:* an hanc quoque partem, quam à coherede ex fideicommisso recipit, Titius restituere Mævio debeat, Divus Antoninus consultus, rescripsit, non [68] debere restituere: quia * *hereditatis* appellatione, neque legata neque fideicommissa continentur [69].

De reliquis.

XCVII. PAULUS lib. II Decretorum.

OSidius [70] quidam, instituta filia Valeriana herede, actori suo Antiocho data libertate, *prædia certa & peculium & reliqua* [71] *relegaverat, tam sua, quam colonorum:* legatarius proferebat, manu patrisfamiliæ reliquatum, [&] tam suo, quam colonorum nomine: item in eadem scriptura adjectum in hunc modum, *item quorum rationem reddere debeat, scilicet quæ in condito habuerat paterfamilias, frumenti, vini, & cæterarum rerum*, quæ & ipsa libertus petebat, & ex reliquis esse dicebat, & apud Præsidem obtinuerat: Ex diverso cum diceretur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria; diversam autem causam esse eorum, quæ in condito essent: Imperator [72] interrogavit [73] partem [74] legatarii, quærendi [75] causa: pone, inquit, in condito centies [76] aureorum esse, quæ in usum sumi solerent, diceres totum, quod esset relictum in arca, deberi? & placuit, recte appellasse. † A parte legatarii suggestum est, quædam à colonis post mortem patrisfamiliæ exacta: respondit, hoc quod post mortem exactum [77] fuisset, reddendum esse legatario.

De verbo, hæres.

XCVIII. IDEM libro singulari de forma testamenti.

SI plures gradus [78] sint heredum, & scriptum sit, *heres* [79] *meus dato:* ad omnes [80] gradus hic sermo pertinet: ficuti hæc verba, *quisquis mihi heres erit.* Itaque si quis velit non omnes heredes legatorum præstatione onerare, sed aliquos ex his, nominatim damnare debet.

De mancipiis urbanis & rusticis. 4. *Si idem sit lecticarius & cocus.* 5. *Vel verna & cursor.*

XCIX. IDEM libro singulari de Instrumenti significatione.

SErvus urbanus [81] legatis, quidam urbana mancipia non loco [82] sed opere separant, ut licet in prædiis rusticis sint, tamen, si opus rusticum non faciant, urbani videntur. Dicendum autem est, quod urbani [83] intelligendi sunt, quos paterfamilias inter urbanos adnumerare solitus sit: quod maxime ex libellis familiæ, item cibariis [84] deprehendi poterit. §. 1. *Venatores* [85] & aucupes utrum in urbanis, an in rusticis contineantur, poterit dubitari: sed dicendum est, ubi paterfamilias moraretur, & hos alebat, ibi eos numerari. §. 2. *Mulliones* [86] de urbano ministerio sunt: nisi propter opus rusticum testator eos destinatos habebat.

§. 3. Eum, qui natus est ex ancilla urbana, & missus in villam nutriendus, interim in neutris esse quidam putant: videamus, ne in urbanis esse intelligatur? quod magis placet. §. 4. Servis *lecticarius* legatis, si idem lecticarius sit & cocus: accedet [87] legato. §. 5. Si alii *vernæ* [88], alii *cursores* legati sunt, si quidam & vernæ & cursores sint, cursoribus cedent: * semper enim species [89] generi derogat. † Si in specie [90] aut in genere utrique sint: plerumque [91] communicabuntur.

De verbo

---

11 *l. 34. ff. de cond. & demonst.*

12 Nominatim legatum videtur, quod à quo legatum sit, intelligatur, adde *Text. in verbis, nominatim. Inst. de exhib. ed. libr.*

13 Nominatim legatum intelligitur, non tantum ex pronunciatione, sed ex intellectu.

14 Proprium.

15 Vid. *l. 97. ff. l. 101. ff. eod.*

16 *l. 20. ff. de instructo.* vid. Paul. 3 *sent. 6. §. 53. l. 52. in fin. ff. de act. empt.*

17 Taberna purpuraria legata cum purpuris & institoribus ejus, pretia purpuræ condita vel debita non debentur eo legato.

18 Imo debita, *l. cum pater 77. §. mensa. 16 ff. de leget. 2.* ibi legatur mensa, seu negotiatio: hic taberna, seu locus.

19 *l. 86. ff. de legat. 2.*

20 Probari solo emptionis titulo fines plebanatus, hinc colligit post Accurs. *Bart.*

21 Voluntas testatoris magis colligitur ex ejus usu, quam ex instrumentis emptionis.

22 Rem actori edere ad intentionem juvandam, hinc colligit Bartolus.

23 Hoc genus probationis est firmissimum. *l. 1. ff. de reb. dub.*

24 *l. 20. §. 7. ff. de instructi.*

25 Domo legata balineum ejus, quod publicum probatur, nisi alias separetur, legato cedit. Paul. 3 *sent. 6. §. 57.*

26 Non ex una, sed ex pluribus conjecturis colligitur legato domuum balneas contineri, quæ publice præberi solebant. adde *l. 52. §. 4. ff. eod.* vide Cujac. *consult. l. 35.*

27 Domo legata, hortus debetur, si hortus domus causa comparatus est, ut amœnior ac salubrior domus esset, & aditus in eum per domum fuit; denique si hortus ædium additamentum fuit.

28 Adde *l. ult. ff. de serv. urban.*

29 Hortos amœnitatis & salubritatis causa comparamus.

30 Aditui cedit res ea, ad quam per eum aditum acceditur. Ex aditu judicatur, res una cedat alteri, an non cedat. adde *l. quod conclave. 47. ff. de damno.*

31 Additamenta etiam immobilia cedunt principalibus suis.

32 Primogenito seu majori natu insula hujusmodi accessura est, si vi statuti domum paternam jure hereditario consequi debeat. *Bart.* 33 Addit Bartolus, idem dicendum esse, si aliunde additus non sit, *l. 47. in fin. ff. de damn.* adde *l. 31 ff. eod.* 34 Etsi hoc legatum latissime pateat, non tamen eo continentur instrumenta *ff. eod.* 35 *l. 41. §. 6. in fin. l. 78. §. 1. l. 91. §. 2 ff. eod. l. 86. ff. de l. 2. l. 12. §. 45. l. 18. in fin. ff. de instruct.* 36 Tabularium, locus ubi tabulæ & instrumenta servantur.

37 Instrumenta non continentur legato generali. 38 Instrumenta legato generali non continentur. 39 Imo, videntur contineri. *l. 27. §. 3. in fin. ff. de instructo.* 40 Instrumenti vox ad instrumentum domuum, quarum ante facta mentio est, refertur. Proinde legata domo cum omni instrumento, pecuniæ in ea domo repertæ non debebuntur, nec enim pecunia domus est instrumentum. 41 Adde *l. 79. §. 1 ff. eod.* 42 Alienare prohibito Titio herede, heres Titii alienare potest, videtur enim hæc prohibitio unius ac certi cujusdam tantum heredis esse. Aliud fuerit, si testator indefinite heredem alienare vetuerit: hoc enim interdicto omnes testatoris heredes, etiam secundi, prohibentur alienare, *ut hic. l. si plures ff. eod. Novell. de restit.* Quid, si filios alienare voluit? nepotibus jus alienandi est. *d. Novell.* Goth. De præcepto testatoris quando valeat vel non, vid. Sim. de Præsu, *de interpretatione ultim. volunt. lib. 4. folat. 4. num. 2. & 3. & 22. 26. 33. & seq.* Bellon. *supput. lib. 1. cap. 14.* Ansc. 43 Nudum præceptum testatoris non valet. *Bart.* Nudum dicitur, quod nullam præcepti rationem habet. *l. 38. §. 4 ff. eod.* 44 Mulier hic sumitur pro uxore, ut in *l. Titia. ff. de auro & argent.* Anton. Augustin. *emend. lib. 2. c. 1.* Ansc. 45 *V. l. 94. ff. de verb. sign.*

46 Confessio à testatore facta nocet ei in testamento consistenti. dixi ad *l. 37. §. 6. ff. eod.*

47 *l. 28. in fin. ff. de liberatione.* 48 Sententia absolutoria in una causa lata, non parit exceptionem rei judicatæ adversus eum, qui ex alia causa agere velit. 49 *V. l. 32. in fin. ff. de leg. 1.*

50 Fratrum appellatione continentur etiam sorores, *ut hic.* consanguinei, vel uterini secundi gradus, nisi forte alia sit alicubi loquendi ratio, 22 *qu. 2. cap. quæritur.* 51 *V. l. 38. ff. familiæ.*

52 Collegium suum etiam fabri habuerunt Romæ.

53 *l. 69. §. 3. ff. de leg. 1. l. 22. ff. de instructo.*

54 Imo, recte hæc petuntur. Fundo enim legato *uti optime esset*, etiam instrumenta fundi debentur. *l. fundo. ff. de instructo.*

55 Atqui vendita domo, hujusmodi res emptori cedunt. *l. 18. l. 54. in fin. ff. de act. empt.* Tiraquell. *lib. de retract. §. 1. gloss. 7. num. 98.* hic mendum esse putat.

56 Extat hic idem locus in *l. pater filium. in fin. ff. eod.*

57 His verbis, *Recipe tibi coheredem in fundo Julianus Claudium*, fideicommissum inducitur.

58 Similis petitio est in *l. 38. §. 1. ff. eod. l. 108. ff. de cond. & demonst.*

59 Libertos gentilitium nomen patronorum suorum usurpasse hinc colligitur: qua de re dixi ad *l. 108. ff. de cond. & demonstr.*

60 Et sic appellatione familiæ continentur non nominati à defuncto. *Bart.*

61 Adde *l. 117. ff. de verb. significat. l. 37. ff. de peculio.*

62 *l. 2. ff. de hered. vel act. vend.*

63 Summæ verbum speciebus & corporibus adcommodatur, non vi propria, sed ex manifestaria defuncti voluntate: qui cum dixisset initio, *quas summas dixerit, do lego*, dictavit postea corpora.

64 Voluntas defuncti maxime in fideicommissis spectanda. *v. l. 7. C. de fideicommiss. l. pen. ff. de legat. 1.*

65 Præfationem vocat clausulam superiorem, *quantas summas dixerit.*

66 Incorpoream rem esse pecuniam, hinc colligit Hottom. 15 *illustr.* vide *l. 94. §. 1. ff. de solut.*

67 Adde *l. 164. ff. de verb. sign.*

68 Imo debet, *l. 16. C. de fideic.*

69 Imo continentur; est enim hereditas successio in universum jus defuncti. *l. 24. ff. de verb. significat.* Inter jura defuncti legata continentur.

70 *Al.* Ofilius.

71 *l. 91. ff. eod. l. 17. ff. de opt. l. 20. §. 3. ff. de instruct.* Goth. Quid significet *reliqua*, vid. Ant. Augustin. *emend. lib. 2. cap. 6.* Ansc.

72 Non frustra Imperatoris fit hic mentio: est enim hic locus ex libris decretorum Pauli. sunt autem Decreta, sententiæ imperatoriæ.

73 In jure reddendo, vel ipsi Principes plerumque partes seu litigatores interrogabant.

74 Puta patronum legatarii: aut eum qui à legatario erat.

75 Et quasi irridendi, ut sit quasi ironia, ut in *l. 13. ff. quod metus causa.* adde *l. 24. ff. de verb. sign.* 76 Id est, centena millia aureorum. 77 Reliquorum appellatione non continetur pecunia jam exacta, vel quæ ad usum patrisfamilias est deposita. *Bart.* 78 Et ita sint instituti, & substituti.

79 Heres in genere simpliciter gravatus & nominatus à testatore omnes heredum gradus complectitur. 80 *l. 33. ff. de leg. 2.* 81 Urbani servi à rusticis non loco, sed opera separantur, unde accidit ut in prædio rustico esse possint servi, & tamen urbani esse. *l. 60. §. 1. ff. eod. l. 65. ff. de leg. 2. l. 12. ff. de supellect. l. 166. ff. de verb. sign.* 82 In quo habitant, *l. 166. l. 198. ff. de verb. sign.*

83 Urbani servi, quos urbanorum numero testator habuit. 84 *l. 166. ff. de verb. sign.* Cibariis, id est, diariis & demensis. Horat. 2 *epist.* cum servis urbana diaria rodere mavis. vid. Cujac. ad *Novell. 6.* 85 Paul. 3 *sent. 6. §. 71 l. 12 §. 12. ff. de instructo.* 86 Paul. 3 *sent. 6. §. 72.* 87 Imo non accedet: id enim officium inspiciendum est, in quo magis versatur. *l. legatis. 65. §. si unus. 2. ff. eod.* An hic cocus fuerit vilium ciborum? An ibi æque in utroque officio versatus, in uno tamen usu fidiuus magis quam in alio? 88 *V. l. 36. ff. de leg. 1.* 89 In dubio potior existimatur causa specialis quam generalis. vide quæ notavi ad *l. 5. ff. de fideiuss. l. 1. ff. de auro l. 41. ff. de pæn. l. 80. ff. de reg. juris. l. 16. ff. de legibus.* adde *l. 7. ff. de except. rei judic.* 90 Atqui species accidentibus non constat. *§. ult. Inst. de jure personarum.* Litis significatione species diverse dici possunt, quæ solis accidentibus differunt. 91 *Ut hic.* Accurs.

De verbo, reddere. 1. *De duabus statuis marmoreis, & omni marmore legatis.* 2. *De fulcris paratisque uxoris causa.* 3. *De vasis.* 4. *De testudineis.*

C. Javolenus lib. II ex posterioribus Labeonis.

Heres meus damnas esto Lucio Titio Stichum servum meum reddere 93: vel ita, *illum servum meum illi reddito.* Cascellius ait, deberi: neque id Labeo improbat: quia * qui reddere 94 jubetur, simul & dare jubetur. §. 1. Duæ *statuæ marmoreæ* cuidam nominatim, item omne *marmor* erat legatum: Nullam statuam marmoream, præter duas, Cascellius putat deberi: Ofilius, Trebatius contra: Labeo Cascellii sententiam probat: quod verum puto; quia duas statuas legando, potest videri non putasse in marmore se statuas legare 95. §. 2. *Uxori meæ * vestem *, mundum muliebrem, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod ejus causa factum paratumque esset, omne do lego.* Trebatius hæc verba, *quod ejus causa factum paratumque est*, ad aurum & argentum duntaxat referri putat: Proculus ad omnia 96: quod & verum est. §. 3. Cui *Corinthia* 97 *vasa* 98 legata essent, & βάσεις (id est, *bases seu fulcra*) quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit: Labeo autem id non probat, si eas βάσεις 99 testator numero vasorum habuit: Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint, non autem Corinthiæ, non deberi. §. 4. Cui *testudinea* legata essent, ei lectos testudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius, responderunt: quod verum est.

De prædiis legatis Ὅσα κέκτημαι, hoc est, *quæcunque possideo.* 1. *De fundo ita uti est.*

CI. Scævola [lib. XVI Digestorum],

Qui habebat in provincia, ex qua oriundus erat, propria prædia, & alia pignori sibi data ob debita, codicillis ita scripsit: τῇ γλυκυτάτῃ μοι παλλίδι [βούλομαι] εἰς τὰ μέρη αὐτῆς δοθῆναι 100, ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα, ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σωὶ πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσιν βοσκήμασιν, δούλοις, καρποῖς ὑποθέτοις 1, καὶ ἀσκευδαῖς πάσαις. id est, *suavissimæ patriæ meæ volo in partem suam dari, & ipsi separatim adjudico prædia omnia, quæcunque in Syria possideo, cum omnibus in eis existentibus,* [&] *pecoribus* [&] *servis,* [&] *fructibus* [&] *usu consumptilibus* [&] *apparatu omni.* Quæsitum est, an etiam prædia, quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquisse videatur? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non 2 videri relicta: si modo in 3 proprium patrimonium, quod fere 4 cessante debitore fit, non sint redacta. §. 1. *Peto fundum meum, ita uti 5 est, alumna meo dari.* Quæsitum est, an fundo & reliqua colonorum, & mancipia, si qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur? Respondit, reliqua 6 quidem colonorum non esse legata: cætera vero videri illis verbis, *ita uti est*, data.

De lateralibus viatoriis, & quidquid in his conditum erit. 1. *De falsa demonstratione.* 2. *De militia.*

CII. Idem [lib. XVII Digestorum].

His verbis legavit: *Uxori meæ lateraria 7 mea viatoria, & quidquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu scriptis continebuntur, nec ea sint exacta, cum moriar, licet in rationes meas translata sint, & cautiones ad actorem meum transtulerim:* hic chirographa debitorum, & pecuniam, cum esset profecturus 8 in Urbem, in lateralibus condidit: & chirographis exactis, quam pecunia erogata, reversus in patriam post biennium alia chirographa prædiorum, quæ postea compararat, & pecuniam in lateralia condidit: Quæsitum est, an ea tantum videatur nomina ei legasse, quæ postea reversus in hisdem lateralibus condidit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non deberi, quæ mortis tempore in his lateralibus essent, & membranis manu ejus scriptis contineruntur. † Idem quæsiit, an cum emptiones prædiorum in hisdem lateralibus condiderat, prædia quoque legato cedant? Respondit, non quidem manifeste apparere, quid de prædiis sensisset: verum si ea mente emptiones ibi haberet, ut his legatariæ datis proprietas prædiorum præstaretur, posse defendi, prædia quoque deberi.

§. 1. Paterfamilias ita legavit, *Lances numero duas leves 9, quas de sigillaribus 10 emi, dari volo:* is de sigillaribus leves 11 quidem non emerat, lances autem emptas habebat: & dictaverat testamentum ante triduum quam moreretur. Quæsitum est, an hæ lances, quas emptas de sigillaribus habuit, legato cederent, cum nullas alias de sigillaribus emerit, nec legaverit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, deberi eas, quas de sigillaribus emisset.

§. 2. Alumno præcepit militiam *emi* his verbis: *Sempronio alumno meo illud & illud: & cum per ætatem licebit militiam illam cum introitu 12 comparari volo: huic quoque omnia integra.* Quæsitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparaverit, an pretium ejus, sed & id, quod pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse. §. 3. Idem testator liberto 13 militiam 14 his verbis legavit, *Scio liberto meo militiam do lego illam*, quam militiam & testator habuit: Quæsitum est, an onera 15 omnia & introitus militiæ ab herede sint danda? Respondit, danda.

De legatis relictis à substituto pupilli exheredati. 2. *De bonorum possessione contra tabulas.*

CIII. Idem [libro singulari Quæstionum publice tractatarum].

Si pater exheredato filio substituit 16 heredem extraneum, deinde 17 ille extraneus hunc filium heredem instituit, & heres factus intra pubertatem decedat: puto, à substituto ei filio omnino legata præstari non 18 debere: quia non directo 19 sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit. §. 1. Plus ego in fratre, qui, cum heres extitisset patri, exheredatum fratrem heredem instituit, accepi, substitutum ejus legatum non debere: ac ne quidem si intestato fratre successerit, quia non principaliter, sed per successionem bona fratris 20 ad eum pervenerunt.

§. 2. Si filius ex uncia heres institutus sit 21, & [ab] eo legata data sint, habeat & substitutum, deinde commisso Edicto per alium filium accepit partis dimidiæ bonorum possessionem: substitutus ejus utrum ex uncia legata 22 præstat, an vero ex semisse? Et verius est, ex semisse 23: [sed 24 ex uncia, omnibus: ex reliquis, liberis & parentibus.] §. 3. Contra quoque si ex dodrante institutus, commisso Edicto, semissem 25 acceperit bonorum possessionem, ex semisse tantum legata substitutus debebit: quomodo 26 enim augentur, ubi amplius est in bonorum possessione; sic & ubi 27 minus est, deducitur.

93 Reddendi verbo datio continetur. *l.* 94. ff. *de verbor. sign.*

94 Vide *l.* 94. ff. *de verb. sign.*

95 Generalis clausula post quædam specificata ad illa solum refertur si utrique clausula ab eadem dependeat. *cap. cum dilecti. extr. de donat.* Ans.

96 Ita ut intelligatur etiam legata vestis ejus causa non parata.

97 Corinthiorum vasorum tanta olim fuit æstimatio, ut argento & auro pene anteponerentur. adde Plin. 84. c. 1.

98 De legato vasorum vide *l.* 19. § 10. ff. *de auro.*

99 Abaces *Vulgata & Nebrissens.*

100 *Al.* Σαδηνῶν.

1 Σπαλερὸς Alciatus legit 4 *disputat.* 18. à σπαλεύω, quod est consumo: quasi diceret, cum iis, quæ usu consumi possunt. male. κεκτῆσθαι Polluci, est ἀνασώσασθαι & πλουτῆσαι, fructus reservatius & sole adustus. v. Ferrandum 1 *explic.* 34. Glossis κατάθεσιν conditum & repositum.

2 Prædiis legatis, ea non intelligitur testator legasse, quæ pignorata habuit, nisi ex mora debitoris non solventis, ea in proprium patrimonium vertit. vide quæ scripsi ad *l.* 9. *in fin.* ff. *de supellectili.* Imo videntur relicta. Nam qui omne legat, nihil excipit, *l.* 68. ff. *eod.* solve: Prædia obligata hic non videntur obligata: quia dictio *omnis* ea duntaxat comprehendit, quæ natura verborum significari possunt. adde *l.* 73. §. 2. ff *eod.*

3 Pignus in proprium patrimonium creditoris verfum esse existimatur, cessante diu debitore in solutione. 4 Cessat debitor in luenda re pignorata, si sit tali pretio pignorata, ut non sit spes ejus amplius luendæ. v. *l.* 31. ff. *de pignoribus.* & ita restringe *l.* 22. §. 1. ff *de noxalibus.* Id cum accidit, creditor pignus pene in proprium patrimonium redigit, suumque esse arbitratur, & proinde si mea Romæ existentia legavero, tale pignus legasse videri potero. Meum enim esse putare potui, quod luere diutissimo tempore cessavit meus debitor. 5 *l.* 78. §. 3. ff. *eod. l.* 27. §. *pennult.* ff. *de instructo.* Fundo legato uti est, non debentur reliqua. 6 Quod reliqui debent coloni, seu reliquatio, hic, sunt pensiones à colonis debitæ, ut *l.* 78. §. 3. *l.* 91. *l.* 97. ff. *eod. l.* 32. *in fin.* ff. *de usu & usufruct. legato. l.* 20. *l.* 27. ff. *de instructo.*

7 Lateralia mea. *Hal.* sic ff. *eod.* in lateralibus condidit pecuniam. *& post*, pecuniam in lateralia condidit. *Item* emptiones prædiorum in lateralia condidit. Lateralia viatoria, sunt capsulæ, in quibus ad ephippium utrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. *Goth.* Vid. Ant. Augustin. *emend. lib.* 4. *cap.* 8. Ans.

8 Ea est causa, ob quam pecunia non debetur. *l.* 79. §. 1. ff. *eod.*

9 *Pura* lances sunt, quæ non sunt asperæ signis.

10 Vox *Sigillaris*, hic locum urbis Romæ significat, in quo sigilla vasaque cælata veniebant. Sueton. *in Claudio. c.* 5. & 16. *& Nerone c.* 24. Gell. *cap.* 4. Hinc dies sigillariorum in Saturnalib. vid. Alex. ab Alexandro 3 *Geniales.* 4.

11 Atque ita hic testator errat; legat enim lances leves, quæ cælatæ sunt. vide Cujac. 11 *obs.* 30.

12 *Introitus* verbum etiam repetitur in §. *ultim.* ff. *eod.* Vetus hic mos fuit, ut pro ingressu aliquid præstaretur prioribus militiæ, scholæ, officii, collegii, curiæ, corporis. Sueton. *in Claudio.* pro introitu facerdotii. Plin. *ad Trajan.* 10 *epist.* 113. Superest ut inspicias, an in omnibus civitatibus certum aliquid omnes, qui βουλὴν leguntur, debeant pro introitu dare. Solatium & suffragium vocat *lex* 11. *C. de prox. sacror. scrin.* Gallis dicitur, *la bien-venue, l'entrée.*

13 Militiam libertis interdum legabant patroni. 14 Militia legata, onera & introitus militiæ præstantur ab herede. 15 Honoraria legit Cujac. ad *l.* 7. *C. de prox. sac. scrin.* 16 Instituit. vide Cujac. 2 *observ.* 30.

17 Exheredatum cum substituto suo instituere possumus. 18 Imo substitutus exheredati legata præstare debet: potest enim legatis onerari à testatore. *l. in ratione.* 11. §. *ult.* ff. *ad leg. Falcid.* Substitutus gravari potest, quoties ipsi defuncto est heres; alias non potest. 19 Id est, non principaliter, §. 1. ff. *eod.* utrumque idem est. Cuj. *ib.* & §. *ult. Inst. quod cum eo.* 20 Patris ad eum. Cujac. 2 *obs.* 32. 21 *Sit, habeat & substitutum, & ab eo legata data sint, deinde*, &c. sic restituit Cujac. 3 *obs.* 9. quam lectionem non probat Anton. Faber 5 *conject.* 1. 22 A se, non à pupillo. Cujac. *ibid.* 23 Usque ad semissem. *l.* 5. ff. *de leg. præst.* 24 Sed ex v. o. e. r. l. & p. hæc verba esse cujusdam imperiti interpretis notat Cujac. *ibid.* 25 *Semissis acceperit*, &c. Cuj. *ibid.* 26 Oppositum in oppositio idem operatur, quod propositum in propositio. *l.* 35. ff. *de vulg.*

27 *l.* 35. *in fin.* ff. *de vulg. l.* 125. ff. *de legat.* 1.

LIBER TRIGESIMUS TERTIUS.

Tit. I.

DE ANNUIS [1] LEGATIS, ET FIDEICOMMISSIS.

Ubi legatum præstandum.

1. Pomponius lib. V ad Sabinum.

Cum *m annos singulos* quid legatum sit, neque adscriptum, quo loco detur: quocunque [2] loco petetur, dari debet: sicuti ex stipulatu [3], aut nomine [4] facto petatur.

De mora heredis.

II. Idem lib. VI ad Sabinum.

In annos [5] singulos heres damnatus *finere me frui fundo*, si initio anni, quo colere deberem, moram fecerit: licet postea patiatur, quia cultura sim exclusus, tamen totius [6] anni nomine mihi tenebitur: quemadmodum si *diurnas operas Stichi dare damnatus*, non à mane [7], sed à sexta [8] diei hora det, totius diei nomine tenetur.

De legato, annua, bima, trima die. 5. *De legato, trima die.* 6. *De usuris.*

III. Ulpianus [lib. XXIV ad Sabinum].

Si legatum sit relictum 9 annua, bima, trima die 10, triginta forte: dena 11 per singulos debentur annos, licet non fuerit adjectum *æquis pensionibus.* §. 1. Proinde & si adjectum fuerit *pensionibus*, licet non sit incertum *æquis*; item si scriptum fuerit *æquis*, licet non sit adjectum, *pensionibus:* dicendum erit, æquas fieri.

§. 2. Sed si adjectum *pensionibus inæquis*, inæquales debebuntur. Quæ ergo debeantur, videamus. Et puto eas deberi (nisi speciaIiter testator electionem heredi dedit), qui 12 vir bonus fuerit arbitratus: ut pro facultatibus defuncti & depositione 13 patrimonii debeantur. §. 3. Sed & si fuerit adjectum *Viri boni arbitratu*, hoc sequemur, ut pro positione patrimonii sine vexatione & incommodo heredis fiat. §. 4. Quid si ita, *Pensionibus quas 14 putaverit legatarius?* an totum petere possit, videamus. Et, puto totum non petendum simul: sicut & in heredis electione: fieri enim pensiones debere testator voluit, quantitates duntaxat pensionum in arbitrium heredis aut legatarii contulit. §. 5. Sed si ita fit legatum, *Heres meus Titio decem trima 15 die dato*, utrum pensionibus, an vero post triennium debeatur? Et puto sic 16 accipiendum, quasi paterfamilias de annua, bima, trima die sensisse proponatur. §. 6. Si cui certa quantitas legetur, *& quoad præstetur in singulos annos certum aliquid velut usuras 17* jusserit testator præstari: legatum 18 valet, sed 19 in usuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem 20 usurarum non excedit.

De numero & natura legati annui & transmissione ad heredes.

IV. Paulus lib. LXII ad Edictum.

Si *in singulos annos* alicui legatum sit, Sabinus (cujus sententia vera

1 44 *Eclog.* 4. legatum in annos singulos debetur in ingressu anni. *l.* 8. ff. *eod.*

2 In dubio legatum ibi dari debet ubi petitur. *l.* 38. *vers. præterea.* ff. *de judiciis. l.* 47. §. 1. ff. *de legat.* 1.

3 Hæ duæ actiones hic recte distinguuntur. Alia est enim obligatio ex stipulatu, alia quæ ex nomine fit: cum ex mensæ scriptura pecunia numeratur, nominibus contrahitur obligatio; cum ex arca, ex domo, *l.* 40. ff. *de reb. credit.* per stipulationem. vide Cujac. ad *l.* 9. *de pact.* 4 Nominibus obligatio (quæ & scriptura fieri dicebatur) olim in usu. §. 1. *Inst. de literarum obl.* tabulas proferebat, qui alterum sibi obligabat ex quoquo contractu, & ad eas scribendas & subsignandas urgebat, ut omissa veteris obligationis causa, ex literarum subsignatione civilis succederet debiti persecutio. *Theoph. Inst. de literar. oblig.* Cum nomina fiebant, pararii interponebantur, signatores advocabantur, & chirographum dabatur, Senec. 2 *de benef.* qui obligabatur, stipulatione interrogabatur quoque: quod tamen nonnulli negant, *arg. l.* 2. §. 1. *l.* 38. ff. *de verb. obligat.* Idem Seneca 3 *de benef.* 15. (Porro pararii, quibusdam librarii, *arg. l.* 92. ff. *de reg. jur.* Plauto, *Aulularia*, actuarii: Ulpiano, Tabellio). Testes vero in nominibus Romæ, equites aliique clari nominis, & integræ famæ viri (quales ex albo Prætorio privati litigaturi, aliquid facturi, sibi quasi judices & arbitros eligebant. Seneca 3 *de benef.* 14. Gell. 2.) in provinciis, duumviri, decuriones, & alii non ignobiles. *l.* 22. ff. *de testibus.* Hæc erat formula interrogationis: *Centum illos aureos, quos mihi ex causa mutui debes, tu mihi ex conventione & promissione literarum tuarum dabis?* Tum debitor respondebat, *Ex conventione dabo mearum literarum* (falsus est enim *Theoph. d. loco.* dum commentus est ad creditorem literas mississe debitorem: Is enim præsens interrogabatur, *ut dixi*). Creditor tabulas tenens, parariis dabat transcribendam eam formulam, adjecto loco, die, consule. *l.* 1. ff. *de edendo. l.* 9. §. 1. ff. *de pœnis.* Testes deinde subsignabant, & nomen eo amplius suum subscribebant, *l.* 39. ff. *de verb. signif. l.* 22. §. 4. ff. *qui testamenta.* modum signandi explicat Paulus 5 *sentent.* 25. *His signatores* dicebantur, à testibus utcunque differentes. *l.* 22. ff. *de testibus. l. ult.* ff. *de lege commiss. l.* 32. §. 1. ff. *de furtis.* Hujusmodi nomina, syngraphæ appellatæ potius, quam chirographa. Nam in chirographis gesta tantum: in syngraphis, citra fidem veritatis etiam pactio veniebat. *Pædianus.* Ita plurium nomina fiebant. Senec. 2 *de benefic.* plurium scilicet præsentia. Nam qui nomine obligatur, unum tantum nomen facit, non plura. *l.* 41. *in fin.* ff. *de fideicommiss. libert. l.* 12. §. 11. ff. *mandat.* 5 Adde *l.* 16. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* 6 Imo partis tantum, *l. stipulationes non dividuntur.* 72. §. *plane.* 2. ff. *de verb. obligat.* Hic partis aut in parte anni admissa totius temporis commodum abstulit. 7 Adde *l.* 3. *l.* 15. ff. *de operis libert.* 8 Hora diei sexta Romanis meridies. vide *l.* 7. ff. *de usurp.*

9 Dic idem esse si ita legatum sit, donec nubat, *l.* 17. die nundinarum, *l.* 20. §. 1. die natali, *l.* 23. per quadriennium, *l.* 24. ff. *eod.* quotannis, *l.* 12. §. 6. ff. *quando dies.* si ex reditu pars aliqua legetur. *l.* 58. *in fin.* ff. *de usufruct. & quemadm.*

10 Id est, unis, secundis, tertiis pensionibus. *Goth.* Vide Hotom. *de usuris. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 1. Covarruv. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 11. Budæum ad *l. necessarias.* ff. *de pignoratit. act.* Ans.

11 Legatum, *annua, bima, trima die*, præstari debet per annuas pensiones æquales, nisi mens alia testatoris fuerit.

12 *Quasi vir*, &c. vel quomodo jusserit distribuere arbitrio viri boni fungi debet.

13 Positione, §. 3. ff. *eod.* Positionem autem vocat, situm patrimonii. 14 Dare jubens, pensionibus, quas Tertius aliquis declaraverit, si ille tertius declarare non potuerit, videtur jussisse ut una pensione id detur. 15 Trima die qui quid dari alteri jubet, compendiose annuam, bimam, trimam diem intelgit; unde notat Bartolus, jussum dare tribus terminis, jussum intelligi dare tribus annis.

16 Id est, post triennium. 17 De usuris testamentariis vide *tit. C. de usur. vel fruct. leg.* 18 Usurarum præstandarum. 19 *Usuræ* etiam testamento adjectæ, legatæque, legitimum usurarum modum excedere non debent. Et tamen hinc satis constat, jure civili usuras etiam testamentarias permitti. Nam jure Canonico aliud dicendum putat Bartol. adde *l.* 2. ff. *de his, quæ pœne nomine.* 20 *l. l.* 3. ff. *de usuris. l.* 112. ff. *de leg.* 1. dixi ad *l.* 1. §. 3. ff. *de pignorat.*

vera est) plura [31] legata esse ait, & primi anni purum, sequentium [32] conditionale: videri enim hanc inesse conditionem, *si vixerit*, & ideo, mortuo [33] eo [34], ad heredem [35] legatum non transire.

De pensione ultimi anni.

V. MODESTINUS lib. X Responsorum.

A *Vobis quoque* extorii heredes peto, *ut uxori meæ præstetis quoad vivet, annuos decem aureos*: uxor supervixit marito quinquennio, & quatuor mentibus. Quæro, an heredibus ejus sexti anni legatum integrum debeatur? Modestinus respondit, integri [36] sexti anni [37] legatum deberi [38].

De pecunia ad ludos quibus heredes voluit præsidere, relicta.

VI. IDEM [lib. XI Responsorum].

ANnuam pecuniam ad ludos [39] civitati reliquit, quibus præsidere heredes voluit: successores heredum negant se debere; quasi testator tamdiu præstari voluisset, quamdiu præsiderent heredes. Quæro igitur, [an] cum præsidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommissum, an perpetuo præstari voluerit? Modestinus respondit, fideicommissum quotannis in [40] perpetuum [41] Reipublicæ præstandum esse.

De eo quod ad scribentis auctoritatem, non ad obligationem inducendam, pertineat.

VII. POMPONIUS lib. VIII ad Quintum Mucium.

QUintus Mucius ait: Si quis in testamento ita scripsit, *Filii filiaque mea ibi sunto ubi* [42] *eos mater sua esse volet, eisque heres meus in annos singulos, inque pueros puellasque singulas damnas esto dare cibarii nomine aureos decem*: si tutores eam pecuniam dare nolunt [43] ei, apud quem pueri atque puellæ sunt, nihil est, quod ex testamento agere possit [44]: nam ea res eo pertinet, uti [tutores] sciant, quæ voluntas testatoris fuit, uti possint eam pecuniam sine periculo dare. Pomponius: In [45] testamentis quædam scribuntur, quæ ad auctoritatem duntaxat [46] scribentis referuntur, nec obligationem pariunt. Hæc autem talia sunt, si te heredem solum instituam & scribam, *uti monumentum mihi certa pecunia faciat*: nullam enim obligationem ea scriptura recipit, sed ad auctoritatem meam conservandam poteris, si velis, facere. † Aliter atque si, coheredi tibi dato, idem scripsero. nam sive te solum damnavero, *uti monumentum faciat*, coheres tuus agere tecum potest familiæ erciscundæ, ut facias: quoniam interest [47] illius. quinetiam si utrique jussi estis hoc facere, invicem actionem habebitis. † Ad auctoritatem scribentis hoc quoque pertinet, cum quis jussit *in municipio imagines* [48] *poni*: nam si non honoris municipii gratia id fecisset, sed sua, actio eo [49] nomine nulli competit. Itaque hæc Quinti Mucii scriptura [50], *Liberi mei ibi sunto, ubi eos mater sua esse volet* [51], nullam obligationem parit: sed ad auctoritatem defuncti conservandam [id] pertinebit, ut, ubi jusserit, ibi sint. † Nec tamen semper [52] voluntas ejus aut jussum conservari debet: veluti si [53] Prætor doctus sit, non expedire, pupillum eo morari ubi pater jusserit, propter vitium, quod pater forte ignoravit in eis personis esse, apud quas morari jussit. † Si autem pro cibariis eorum in annos singulos aurei decem relicti sint: sive hoc sermone significantur, apud quos morari mater pupillos voluerit; sive ita acceperimus hunc sermonem, ut ipsis filiis id legatum debeatur: utile erit. & magis enim est, ut providentia filiorum suorum hoc feciſſe videatur. Et in omnibus, ubi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda, neque omnimodo observanda est: sed interventu [54] judicis hæc omnia debent, si non ad turpem causam feruntur, ad effectum perduci.

Collatio annui legati & usufructus.

VIII. GAIUS [lib. V ad leg. Juliam & Papiam].

IN singulos annos relictum legatum simile [55] est usuifructui, cum morte [56] finiatur: sane capitis deminutione [57] non finitur, cum ususfructus finiatur: & ususfructus ita legari potest, *Titio usumfructum fundi lego*, [&] *quotiensque capite minutus erit, eundem usumfructum ei do*. Illud certe amplius est in hoc legato, quod ingressu [58] cujuslibet anni, si decesserit legatarius, ejus anni legatum heredi suo relinquit: quod in usufructu non ita est; cum * fructuarius, etiam si maturis [59] fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, heredi suo eos fructus non [60] relinquet.

De pignore.

IX. PAPINIANUS [lib. VII Responsorum].

FUndus, quem paterfamilias libertis legatorum nomine, quæ in annos singulos reliquit, pignus [61] esse voluit: ex causa fideicommissi rei servandæ gratia recte [62] petetur. Paulus notat [63]: Hoc admittendum est, & in aliis rebus hereditariis, ut & in eas [64] legatarius mittatur [65].

De divisione legati. 1. De eo, quod à testatrice viva præstabatur. 2. De centum legatis, præter id quod annui nomine à vivo accipiebat. 3. De eo, quod à testatrice viva præstabatur.

X. IDEM [lib. VIII Responsorum].

S *Eio amico fidelissimo, si voluerit, sicut meus negotiis interveniebat, eodem modo filiorum meorum intervenire, annuos senos aureos, & habitationem quæ utitur, præstari volo*: non [66] ideo minus annua Scio pro parte hereditaria viventis filiæ deberi placuit, quod ex tribus filiis Titiæ duo aliis heredibus institutis vita decesserunt, cum tam labor [67], quam pecunia divisionem reciperent. §. 1. *Modium Sempronio quæ viva præstabam, dari volo*: ea [68] videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam [69] liberalitatis voluntatem habuerunt. §. 2. *Uxori, præter* [70] *id quod a me vivo annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo*: annuum videtur, & semel centum aureos reliquisse. §. 3. *Libertu dari volo, quæ* [71] *viva præstabam*: & habitatio [72] præstabitur: sumptus jumentorum non debebitur, quem actori domina præstare solita fuit utilitatis suæ causa. Ideo nec sumptum medicamentorum medicus [73] libertus recte petet: quem ut patronam [74] ejusque familiam curaret, acceptabat [75].

De numero legatorum. De jure capiendi.

XI. PAULUS [lib. XXI Quæstionum].

CUm in annos singulos legatur: plura [76] legata esse placet, & per singula legata jus capiendi inspiciendum est ex persona dominorum.

De servitute.

XII. IDEM [lib. XIII Responsorum].

GAius Seius prædia diversis pagis Mævix & Sciæ legavit, & ita cavit: *Præstari autem volo ex* [77] *prædiis Potitianis prædiis* [78] *Lutatianis annua arundinis milia trecena & falcis mundæ annua librarum singularia milia*. Quæro an id legatum defuncta legataria exsinctum sit. Paulus respondit, servitutem [79] jure constitutam non videri, neque in personam [80], neque in rem: sed fideicommissi petitionem competisse ei, cui prædia Lutatiana legata sunt. Et ideo, cum annua legata fuerint, mortua [81] legataria, finitum legatum [82] videri.

De conditione implenda.

XIII. SCÆVOLA [lib. IV Responsorum].

MÆvia nepotem ex Mævio puberem heredem instituit, & Lucio Titio ita legavit: *Lucio Titio viro bono, cujus obsequio gratias ago, dari volo annuos, quandiu vivat, aureos decem, si rebus meis interveniat, omnemque administrationem rerum nepotis mei ad folli citudinem suam revocaverit*. Quæro, cum Lucius Titius aliquo tempore Mævii negotia gesserit, & per eum non [83] steterit, quo minus gerat; Publius autem Mævius nollet eum administrare: an fideicommissum præstari debeat? Respondi, si [84] non propter fraudem, aliamve quam justam causam improbandæ operæ causa remotus esset a negotiis, quæ administrare secundum defuncti voluntatem veller, percepturum legatum. §. 1. Uxore herede scripta ita cavit: *Liberti mei omnibus alimentorum nomine, singulis annuos denarios duodecim ab herede dari volo, si ab uxore mea non* [85] *recesserint*. Quæro, cum paterfamilias sua voluntate de civitate difficile profectus sit, ea autem assidue proficiscatur: an liberti cum ea proficisci [86] debeant? Respondi, non posse absolute responderi, cum multa oriri possint, quæ pro bono sint æstimanda: ideoque hujusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est. † Item quæritur, cum proficiscens eis nihil amplius obtulerit, ac per hoc eam secuti non sint: an legatum debeatur? Respondit: & hoc ex longinquis brevibusque [87] excursionibus, & modo [88] legati æstimandum esse.

De summa non adjecta.

XIV. ULPIANUS [lib. II Fideicommissorum].

SI cui annuum fuerit relictum sine [89] adjectione summæ: nihil videri huic adscripturn Mela ait: sed est verior Nervæ sententia [90], quod testator præstare solitus fuerat, id videri relictum: si minus, ex dignitate personæ statui oportebit.

De solutione ante diem.

XV. VALENS [lib. VII Fideicommissorum].

[I Avolenus] Eum, qui rogatus *post decem annos restituere pecuniam*, ante [91] diem restituerat, respondit, si [92] propter capientis personam, quod rem familiarem tueri non posset, in diem fideicommissum relictum probetur, & perdituro [93] ei id heres ante diem restituisset, nullo modo liberatum esse: quod si tempus heredis [94] causa prorogatum esset, ut commodum medii temporis ipse sentiret, liberatum eum intelligi: nam & plus eum præstitisse, quam debuisset.

Si servo libertas post certum tempus legatum ex die mortis domini relinquatur.

XVI. PAULUS [lib. III ad Neratium].

SErvus *post decem annos liber esse jussus est*, legatumque ei ex die mortis domini in annos singulos relictum est: eorum [95] quidem annorum, quibus jam liber erit, legatum debebitur: interim autem heres ei alimenta præstare compellitur [96].

De legato donec nubat. 1. *De vino, quod domi nascretur.*

XVII. LABEO [lib. II Posteriorum à Javoleno Epitomatorum].

LEgatum ita est: *Attiæ donec* [97] *nubat, quinquaginta damnas esto heres meus dare*; neque adscriptum est, *in annos singulos*: Labeo, Trebatius annua, servitutes vero perpetuæ sunt, *l.* 4. ff. *de servit.* ad numerum res hic relinquitur: servitus realis constituitur ex causa necessitate. *l. & Atilicinus.* 35. ff. *de servit. rustic.* 71 Annua præstatio finitur morte legatarii. v. *l.* 10. ff. *de capite minut.* 72 Non videri, & ita quosdam legisse notat Bart. 73 Conditio quæ pendet ex legatarii & tertii voluntate, si tertii facto impeditur, sine facto & culpa legatarii, habetur pro impleta. adde *l.* 10. ff. *eod. l.* 8. *in fin.* ff. *de cond. & dem.* 74 Imo legatum non consequitur, etiamsi sine fraude removeatur. *l. Scio* 10. ff. *eod.* ibi casu remotus est: hic facto ejus, in cujus persona impleri debuit conditio. 75 Morari cum aliquo qui tenetur, non tenetur eum simpliciter alio sequi: id tamen arbitrio boni viri declarandum erit. *Bart.* 76 Adde *l.* 23. *in fin.* ff. *de cond. inst. l.* 20. *in fin* ff. *de oper. libert.* 77 Uxor tenetur virum sequi, si modica sit excursio. *Bart.* 78 Hoc est, quantitate legati, quod forte non sufficit ad hujusmodi expensas. Unde notant, vasallum sequi dominum suum non cogi, si itineri faciendo feudi fructus non sufficiant. 79 Incertum legatum valet, non quia annuum est, sed quia alimenta continet: alias non valet, *l. cum post.* 69. §. *gener.* 4. ff. *de jure dot.* Ita in contractibus incerta promissio non valet. *d.* §. *gener. l. triticum.* 94. *l. Ita stipulatur.* 115 ff. *de verb. oblig.* nisi aliquo alio certum esse demonstretur. *d. l. triticum.* 94. vel nisi causa favorabilis interputa dotis, alimentorum, & viæ reficiendæ. 80 In legato indefinito primum inspicitur consuetudo legantis: deinde ea cessante, modus ejus patrimonii: & sic favore alimentorum legatum incertum valet. *l.* 22. ff. *de alimentis.* 81 Ante diem restituens legatum, an liberetur. adde *l.* 50. ff. *de oblig. l.* 17. ff. *de reg. jur.* 82 An tempus capientis seu legatarii causa adjectum præsumitur, an potius heredis? heredis, utpote debitoris, ut notatur in *l. qui Rome.* 122. ff. *de verb. oblig.* 83 Quid, si non perdituro solvit? solutione heres liberatur.

84 Dilatio si heredis gratia adjecta fuerit, ante solvi poterit: si legatarii, non poterit. *l.* 122. ff. *de verb. oblig.* 85 *l.* 113. ff. *de leg.* 1. *l.* 130. §. 2. ff. *de leg.* 3. 86 Imo, non compellitur, cum legatum eo casu non valeat. *l.* 4. *C. de legatis.* An cogitur officio judicis, favore alimentorum? *l. fervos.* 17. ff. *de aliment. l. si in metallum.* 3. ff. *de bis, quæ pro non scriptis.* An servus eo tempore, quo servus est, in dominum non agit: liber factus agit pro tempore jam præterito? *l. Stella.* 40. ff. *si certum. l. hujusmodi.* 64. ff. *de verb. oblig.* Prior vera: Nam hic interim, hoc est etiam dum servus est, alere servum dicitur. Quid? an hujus legati nomine servum constituet procuratorem? v. *l. fi servum quoque.* 33. ff. *de procurat.* 87 Legatum, *donec nubat*, intelligitur annuum. *Bart.* non præsens, id est, unum. Idem dicendum, si legatum sit, *quoad vivam. l.* 56. §. 4. ff. *de verb. oblig.*

21 *l.* 11. ff. *eod. l.* 13 ff. *quando dies.* Non est ita in disputatione, quæ in annos singulos concepta, quæ una est, *l.* 16. *in fin.* ff. *de verbor. oblig.* imo unum legatum est. *l. nec semel.* 12. *l. si cum præstitutum.* 20. *l. Firmio.* 26. *in fin* ff. *quando dies legat.* An ibi unum legatum, cujus præstatio divisa fuerit favore heredis? An ibi alia concausa est? An ibi certum tempus adjectum? Prior interpretatio magis vera.

22 In legatario singulis annis capacitatem exigimus in stipulationibus tantio capacitatem fuisse sit est. *l.* 1. § 16 ff. *ad l. Falcid. l.* 10. *l.* 23. ff. *quando dies legat. l.* 35. *in fin.* ff. *de mort. caus. v. d. l.* 16. *in fin.* ff. *de verb. obligat.* adde *l. post dues.* 15. *C. de advocat. diversi. judic.* excipe tamen *l.* 6. ff. *eod.*

23 *l.* 10. ff. *de cap. minut.*

24 Legatario sc. & quidem ante conditionem.

25 Ejus, id est, ipsius legatarii.

26 Legatum annuum ut transmitti possit, sufficit ultimum annum esse cœptum.

27 Nec dum completi. *l.* 22. ff. *eod. l.* 58. ff. *de usufr. & quemadm.*

28 Imo non debetur. *l. si operas.* 26. *l. sed & si quid.* 25. §. *si operas.* 2. ff. *de usufr. l. petitionem.* 13. *C. de advocat. diversi.*

29 Annua reipublicæ, *ut hic.* vel templo, ut *l.* 20. *in fin.* ff. *eod.* legata in perpetuum debentur. adde *l.* 16. ff. *de usu & usufr. legato.* neque morte executoris exinguuntur.

30 Imo non præstatur in perpetuum, *l. legatum.* 4. *in fin.* ff. *de admin. rerum ad civit. pertinentium.* Ibi ad ludos inhonestos relictum est.

31 Aliud est in usufructu, qui centum annis tantum durat, *l.* 8 ff. *de usufr. leg.* ne proprietas alioqui semper sit inutilis. *Bart.*

32 Educationem liberorum suorum patres plerumque committebant matrum eorum arbitrio.

33 Quod justa de causa nolint pupillos ibi morari, ubi mater eorum jussit, vel decrevit.

34 Officio tamen judicis, quis potest.

35 In testamentis non omnia, quæ ibidem adscripta sunt, obligant heredem: sunt enim nonnulla, quæ ad auctoritatem duntaxat scribentis referuntur: hoc est, quæ ejus tantum causa, non alterius privati, aut civitatis adjiciuntur. Jussit testator monumentum sibi fieri ab unico & solo suo herede: Ille unicus ac solus heres, nemini obligatus est, ut monumentum id faciat, sed ad auctoritatem solius defuncti ad id cogi potest. Obligatio nulla est, nisi inter divisas personas. Nulla est inter testatorem & heredem: Est inter coheredes. ideoque jussus heres in hac specie monumentum facere, cogi ad id per coheredem potest: quemadmodum invicem eo nomine experiri poterunt, si utrique jussi fuerint monumentum defuncto ponere. 36 Is agere potest cujus interest, *l.* 5. *in fin.* ff. *ne quis eum.* hinc exceptio illa valida est, Tua non interest: agere itaque non potes. 37 Imagines ponendæ in municipio plerumque legabantur. *l.* 17. *in fin.* ff. *de usur. l.* 14. ff. *de cond. & demonst. l.* 5. ff. *de oper. publ.* Cic. 4 *Verrina, duob. locis.* 38 V. *l.* 6. *in fin.* ff. *de auro.* 39 Scriptura Mucii dicitur, ut alibi Juliani & Africani.

40 Vel jusserat. ff. *eod.* 41 Testatoris non omnem voluntatem servat Prætor, *ut hic.* adde *l.* 14. §. 5. ff. *de religiosis. l.* 10. ff. *de confir. tutore.* 42 Pupillus ubi morari debeat, summæ curæ esse debet judicibus: adeo ut voluntatem parentum ea parte, si pupillis noceat, negligere possint & debeant judices. 43 Executoribus testamentariis imminent judices, ut testamenta exequantur. Castrensis in *l. nulli.* 28. *C. de Episcopis.* 44 Similitudo & dissimilitudo usufructus, & in annos singulos relicti. Similitudo: utrumque morte finitur. dissimilitudo triplex: nam usufructus capitis diminutione finitur; potest prorogari in tempus capitis diminutionis; fructuarius in ingressu anni moriens, fructus nondum perceptos ad heredem non transmittit.

45 Vide *l.* 3. *in fin.* ff. *quib. mod. usufr.* 46 *l.* 10. ff. *de capite minutis.* 47 Legatarius in singulos annos, si in ingressu cujusque anni decesserit, ejus anni legatum heredi suo relinquit.

48 Et pendentibus: maturi, & pendentes fructus augent legatum. 49 Fructus pendentes ad heredem suum usufructuarius non transmittit. *l.* 13. ff. *quib. mod. usufr. amitt. l.* 25. §. 1. *verf. præterea.* ff. *de usurir. l.* 48. ff. *de adquir. rer. domin.* §. 36. *Instit. de rerum divis.*

50 Potest ager in alimenta obligari, *l.* 8. §. 12. ff. *de transact.* vide *l.* 12. ff. *de alimentis.*

51 Cur recte petetur? Qui quid legat super aliquo fundo, eum obligare videtur, *l.* 88. §. *instituto.* 15. ff. *de legat.* 2. vide tamen Romanum, *cons.* 358. *num.* 9. & *cons.* 508. *n.* 2. 52 Ut singulare scilicet, non tamen reprehendit. 53 Et interdum heredis ipsius. *l.* 6. *C. ut in poss. legat.*

54 Si non satisfidetur, ff. *ut in possess.*

55 Imo ideo ad nus debebitur. *l.* 13 ff. *eod.* Ibi fit per eum cui quis mori debebat, hoc per calum. adde *l.* 1. *C. de institut. & substit. l. in testamento.* 27 ff. *de cond. & demonstr.*

56 Labeo & pecunia diuth pos sunt. adde *l.* 13. ff. *eod.*

57 Imo ea, quæ tempore mortis præstitit. *l. Mela.* 14. §. 1. ff. *de alimentis l.*

58 Incerta nunquam quis in dubio præsumitur promisisse. unde notant, generalem renunciationem non complecti insolitas locutiones. dixi ad *l.* 78. ff. *de contr. empt.* Procuratorem generalem posse ea facere, quæ dominus solitus erat facere. *l. vel universorum.* 12. ff. *de pignorat. act.*

59 *l.* 54. ff. *de legat* 3. *Præter*, dicto ponitur inclusive, quoties cadit inter res separatas, quarum una aliam non comprehendit sed inter genus & species) alias secus. *l. nam quod.* 4. *in fin.* ff. *de penu leg. c. dudum. ext. de elect.*

60 Excipienda sunt ex hoc sermone generali, quæ utilitatis meæ causa superstes ei præstabam.

61 *l.* 33. ff. *de usufr. leg.*

62 Medicinam exercebant etiam liberti.

63 Legans, quæ vivus præstabat, ea tantum legat, quæ ipse sui causa, non ejus uxor sui causa præstabat.

64 *l.* 40. §. 2. ff. *de pact. l.* 9. *in fin.* ff. *de alimentis.*

65 V. *l.* 4 ff. *eod. l.* 28. ff *quib. mod. usufr.*

66 Idem si dixit de fundo. *l. ult. in fin.* ff. *de contrah. empt.*

67 Quemadmodum cum legatur servo meo, adquiritur mihi: ita quando legatur rei meæ, videtur mihi relinqui. *Bald.*

68 An eo nomine prædium est obligatum? est; generaliter tamen, non specialiter. *l.* 1. *C. comm. de legat. l. ex testamento* 4. ff. *de separation bonorum.*

69 Imo in personam: cum hic usufructus. *l. si quis ita.* 20. ff. *de usufr.* Ibi fructus à fetipso percipiebat: hic ab alio.

70 Imo in rem. *l. item.* 3. *l. veluti.* 6. *de serv. rust* sane non est servitus, nec enim hic patientia præstatur, ut *l. quoties.* 15. ff. *de servit.* sed datur. Hic legan-

77 Annua præstatio finitur morte legatarii. v. *l.* 10. ff. *de capite minut.* 72 Non videri, & ita quosdam legisse notat Bart. 73 Conditio quæ pendet ex legatarii & tertii voluntate, si tertii facto impeditur, sine facto & culpa legatarii, habetur pro impleta. adde *l.* 10. ff. *eod. l.* 8. *in fin* ff. *de cond. & dem.* 74 Imo legatum non consequitur, etiamsi sine fraude removeatur. *l. Scio* 10. ff. *eod.* ibi casu remotus est: hic facto ejus, in cujus persona impleri debuit conditio. 75 Morari cum aliquo qui tenetur, non tenetur eum simpliciter alio sequi: id tamen arbitrio boni viri declarandum erit. *Bart.* 76 Adde *l.* 23. *in fin.* ff. *de cond. inst. l.* 20. *in fin* ff. *de oper. libert.* 77 Uxor tenetur virum sequi, si modica sit excursio. *Bart.* 78 Hoc est, quantitate legati, quod forte non sufficit ad hujusmodi expensas. Unde notant, vasallum sequi dominum suum non cogi, si itineri faciendo feudi fructus non sufficiant. 79 Incertum legatum valet, non quia annuum est, sed quia alimenta continet: alias non valet, *l. cum post.* 69. §. *gener.* 4. ff. *de jure dot.* Ita in contractibus incerta promissio non valet. *d.* §. *gener. l. triticum.* 94. *l. Ita stipulatur.* 115 ff. *de verb. oblig.* nisi aliquo alio certum esse demonstretur. *d. l. triticum.* 94. vel nisi causa favorabilis interputa dotis, alimentorum, & viæ reficiendæ. 80 In legato indefinito primum inspicitur consuetudo legantis: deinde ea cessante, modus ejus patrimonii: & sic favore alimentorum legatum incertum valet. *l.* 22. ff. *de alimentis.* 81 Ante diem restituens legatum, an liberetur. adde *l.* 50. ff. *de oblig. l.* 17. ff. *de reg. jur.* 82 An tempus capientis seu legatarii causa adjectum præsumitur, an potius heredis? heredis, utpote debitoris, ut notatur in *l. qui Rome.* 122. ff. *de verb. oblig.* 83 Quid, si non perdituro solvit? solutione heres liberatur.

84 Dilatio si heredis gratia adjecta fuerit, ante solvi poterit: si legatarii, non poterit. *l.* 122. ff. *de verb. oblig.* 85 *l.* 113. ff. *de leg.* 1. *l.* 130. §. 2. ff. *de leg.* 3. 86 Imo, non compellitur, cum legatum eo casu non valeat. *l.* 4. *C. de legatis.* An cogitur officio judicis, favore alimentorum? *l. fervos.* 17. ff. *de aliment. l. si in metallum.* 3. ff. *de bis, quæ pro non scriptis.* An servus eo tempore, quo servus est, in dominum non agit: liber factus agit pro tempore jam præterito? *l. Stella.* 40. ff. *si certum. l. hujusmodi.* 64. ff. *de verb. oblig.* Prior vera: Nam hic interim, hoc est etiam dum servus est, alere servum dicitur. Quid? an hujus legati nomine servum constituet procuratorem? v. *l. fi servum quoque.* 33. ff. *de procurat.* 87 Legatum, *donec nubat*, intelligitur annuum. *Bart.* non præsens, id est, unum. Idem dicendum, si legatum sit, *quoad vivam. l.* 56. §. 4. ff. *de verb. oblig.*

Trebatius, *præsens* legatum deberi putat. Sed rectius dicetur, id legatum [88] in annos singulos deberi. §. 1. *Vini Falerni, quod domi nascereturr, quot annis in annos singulos binos culeos heres meus Attio dato:* etiam pro eo anno, quo nihil [89] vini natum est, deberi duos culeos [90]: si modo ex vindemia cæterorum annorum dari possit.

De morte fideicommissarii. 1. Quando legatum peti potest.

XVIII. Scævola [lib. XIV Digestorum].

Codicillis testamento confirmatis [91], fundum libertis legavit, *eumque alienari vetuit: sed pertinere voluit & ad filios libertorum, vel ex his natos:* deinde hæc verba adjecit: *A quibus præstari volo heredi, ex reditu ejus fundi decem per annos singulos, usque ad annos trigintaquinque à die mortis meæ.* Quæsitum est, cum heres à Titio institutus, intra [92] trigesimumquintum annum ætatis decesserit: an residui temporis fideicommissum ex verbis suprascriptis heredis quoque heredi [93] debeatur? Respondit, deberi [94]: nisi ostendatur à libertis, testatorem ad heredis trigesimumquintum annum respexisse [95]. §. 1. Sticho alumno suo centum, & menstruos decem, & annuos centum, dari voluit: & Sempronium, quam heredem ex triente instituerat, rogavit in hæc verba: *Fidei tuæ committo, Sempronia soror, ut legata, quæ alumnis meis reliqui, ex medio recipias, & apud te habeas, quoad usque [96] commendatos habeas.* Quæsitum est, cum Sempronia, cujus fideicommissum sit, abstinuerat se hereditate, antequam [97] secundum voluntatem defuncti perciperet pecuniam alumnis relictam, an Sticho de legatis actio etiam ante vicesimumquintum annum competat? Respondit, competere [98].

De morte legatarii onerati fideicommisso. 1. De legato generali & speciali. 2. De eo, quod testatrix viva præstabat.

XIX. Idem [lib. XVII Digestorum].

Titia, herede Seia scripta, usumfructum fundi Mævio legavit, ejusque fidei commisit in hæc verba: *A te, Mævi, ex [99] reditu fundi Speratiani præstari volo Arrio Pamphilo, & Arrio Stycho, [ex] die mortis meæ annuos sexcentos quotannis, quoad vivent.* Quæsitum est, cum Mævius annua alimenta præstiterit: post mortem autem ejus fundus ad heredem Titiæ pleno jure redierit, an alimenta, ex fideicommisso, Pamphilo & Sticho debeantur? Respondi, nihil [100] proponi, cur debeant præstari ab heredibus Titiæ: cum ab usufructuario alimenta relicta sunt. † Idem quæsiit, an ab heredibus Mævii legatarii præstanda sint? Respondi, nihil ab heredede legatarii: nisi testatorem manifeste probetur voluisse etiam finito usufructu, præstari: si modo id, quod ex usufructu receptum esset, ei rei parandæ sufficeret. §. 1. Qui Marco homini docto certa annua præstabat, testamento cavit, *Domina [1] sanctissima, scio te de amicis meis curaturam, ne [2] quid his desit: verumtamen & Marco dari octingenta [3].* Quæsitum est, an Marcus, præstitis sibi ex causa legati octingentis, annua quoque [4] consequi debeat? Respondit, nihil [5] proponi, cur non secundum ea, quæ in consultatione collata essent, debeantur. §. 2. *Lucio Titio auri pondo [6] tria, quæ viva præstabam.* Quæro, cum testatrix quadraginta Titio, quoad viveret [7], salarii nomine certam summam, & amplius festorum dierum nomine certum pondus argenti, aut pro eo pretium præstiterit, an eadem ex causa legati vel fideicommissi ab heredibus ejus Titio præstari debeant? Respondit, nihil proponi, cur præstanda non sint.

De conditione. 1. De eo, quod relictum est sacerdoti, & hierophylaco, & libertis, qui in illo templo erunt.

XX. Idem [lib. XVIII Digestorum].

Annua [8] his verbis legavit, *Si morarentur [9] cum matre mea, quam heredem ex parte instituo.* Quæsitum est, an, mortua [10] matre, conditio adposita defecisse videatur: ac per hoc neque cibaria, neque vestiaria his debeantur? Respondit, secundum ea [11] quæ proponerentur, deberi [12]. §. 1. Attia fideicommissum his verbis reliquit: *Quisquis mihi heres erit, fidei ejus committo, uti det ex reditu cœnaculi mei, & horrei post obitum sacerdoti [13], & hierophylaco [14], & libertis, qui in illo templo erunt [15], denaria decem die nundinarum [16], quas ibi possit.* Quæro, utrum his duntaxat, qui eo tempore, quo legabatur, in rebus humanis & in eo officio fuerint, debitum sit, an etiam his, qui in locum eorum successerunt? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ministerium nominatorum designatum: cæterum [17] datum templo [18]. † Item quæro, utrum uno duntaxat anno decem fideicommissi nomine debeantur: an etiam in perpetuum [19] decem annua præstanda sint? Respondit, in perpetuum.

De alienatione prædii, cujus reditus pars relicta est. 1. De lege Falcidia. 2. De fideicommisso reciproco. De fructibus. 3. De modo implendo. 4. De satisdatione. 5. De morte ejus, cujus fidei commissum est.

XXI. Idem [lib. XXII Digestorum].

Liberto suo ita legavit: *Præstari volo Philoni, usque dum vivet, quinquagesimam omnis reditus, quæ [20] prædiis à colonis vel emptoribus [21] fructus ex consuetudine domus meæ præstantur:* heredes prædia vendiderunt [22], ex quorum reditu quinquagesima relicta est. Quæsitum est, an pretii usuræ, quæ ex consuetudine in provincia præstarentur, quinquagesima debeatur? Respondit, reditus [23] duntaxat quinquagesimas legatas, licet prædia vendita sunt. §. 1. Alii berto, cui fundum legaverat ferentem annua sexaginta, per fideicommissum [24] dederat Pamphilæ annua dena. Quæsitum est, si lex Falcidia [25] liberto legatum minuerit, an Pamphilæ quoque annuum fideicommissum minutum videatur [26]: cum ex reditu legata sint, qui largitur, etiam si Falcidia partem dimidiam fundi abstulerit, annuam Pamphilæ præstationem? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri minutum [27]: nisi si aliis mens testatoris probaretur. §. 2. Filium ex dodrante, uxorem ex quadrante instituit heredes: & filii dixit commisit, ut novercæ restituereret hereditatem: ab ea autem petit, *ut infirmitatem filii commendatam [28] haberet: eique menstruos aureos denos præstaret, donec ad vicesimumquintum annum ætatis pervenerit: cum autem impleviset eam ætatem, partem dimidiam hereditatis ei restituereret:* filius deducta dodrantis parte quarta ex qua instituti erat, novercæ hereditatem restituit: & postea implevit vicesimumquintum annum ætatis. Quæsitum est, cum noverca universæ hereditatis haberet dodrantem, semunciam [29], & sicilicum [30]: an ejus partem dimidiam privigno suo restitueret? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, tantum restituendum, quantum cum eo, quod Falcidiæ nomine filius deduxisset, semissem faceret. † Idem quæsiit, an, quod infirmitati [31] filii pater consulere voluerit, fructus quoque medii temporis noverca ei restituere deberet? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, debere. §. 3. Lucius Titius testamento patriæ suæ civitatis [32] Sebastenorum centum legavit, uti alternis annis ex usuris ejusdem certamina [33] sub nomine [ipsius] celebrarentur: & adjecit hæc verba: *quod si conditione suprascripta recipere legatam sibi pecuniam civitas Sebastenorum noluerit, nullo modo heredes meos obligatos ei esse volo: sed habere sibi pecuniam:* postea Præses Provinciæ ex nominibus debitorum hereditariorum elegit idonea nomina, & in causam legati Reipublicæ adjudicavit [34], post cujus sententiam Respublica à plerisque adjudicatis sibi pecunias percepit. Quæsitum est, an si Respublica conditionibus [35] testamento adscriptis postea non paruerit, legatum ad filios heredes pertineat? Respondit, Rempublicam voluntati [36] testatoris parere compellendam [37]: ac nisi faciat, in his quidem summis, quæ per numerationem vel novationem [38] solutæ [39] sunt, utili repetitione [40] heredes adjuvandos: ab his vero nominibus, quæ neque solverunt Reipublicæ, neque novatione [41] abscesserunt à pristina obligatione, non prohibendos, quo minus debitum petant. §. 4. Largius Euripianus consuluit, alumno certam pecuniam patronum testamento legasse, deque ea re testamento ita caviſſe: *pecuniam quam Titio liberto & alumno meo legavi, esse volo penes [42] Publium Mævium usque ad annum vicesimumquintum ætatu ejus, proque ea computari cum eo usuras* quadrantes: *quantum autem in sumptum ei statuendum sit, tu Publi Mævi, cum [43] patru affectum ei præstare debeas, æstimabis.* Quæsitum est, an heredes à Publio Mævio satis accipere debuerint, solventes eam pecuniam? Respondit, cum testamento nulla exigendæ [44] satisdationis commemoratio fiat, satis habuisse heredes, secundum voluntatem defuncti Publio Mævio pecuniam numerare: & ideo nec Titius alumnus, vel heredes ejus audiri debeant adversus heredes patroni agentes, quod satis non exegerunt: ex ea enim numeratione etiam à Titio, ac proinde etiam ab heredibus ejus, liberatos esse suprascriptos heredes: nisi [45] vivente [46] testatore Publius Mævius solvendo esse desierit, tunc enim cautio ab eo exigenda est.

§. 5. Pater duos filios æquis ex partibus instituit heredes, majorem, & minorem, qui etiam impubes [47] erat; & in partem ejus certa prædia reliquit, & cum quatuordecim annos impleverit, certam pecuniam ei legavit, idque fratris ejus fidei commisit, à quo petit in hæc verba: *A te peto, Sex, ut ab annis duodecim ætatu ad studia liberalia fratru tui inferas matri ejus annua tot usque ad annos quatuordecim: eo amplius tributa fratru tui pro [48] censu ejus dependas, donec bona restituas: & ad reditus prædiorum illorum pertineant, quoad perveniat frater tuus ad annos quatuordecim.* Quæsitum est, defuncto majore fratre, herede alio relicto: utrum omnis conditio percipiendi reditus [49] fundorum anniversaria præstetur; & alia, quæ præstaturus esset si viveret Seius, ad heredem ejus transierint [50]: an vero id omne protinus ad pupillum & tutores transferri debeat? Respondit, Secundum ea quæ proponerentur, intelligitur [51] testator quasi cum tutore locutus, ut tempore, quo tutela restituenda est, hæc, quæ pro annuis præstari jussisset, percipiendisque fructibus, finiantur: sed cum major frater morte præventus est, omnia, quæ relicta sunt, ad pupillum & tutores ejus confestim [52] post mortem fratris transisse.

De pensione anni non completi.

XXII. Alfenus Varus [lib II Digestorum à Paulo Epitomatorum.]

Filiæ meæ, *quotiescunque vidua erit, in annos singulos centum heres meus dato.* Quæritur, si filia minus anni temporis vidua fuisset, nunquid minus ei centum deberentur? Respondit, sibi videri [53], tametsi totus annus nondum fuisset, tamen deberi.

Utrum legatum sit perpetuum.

XXIII. Marcianus [lib. VI Institutionum].

Cum quidam Decurionibus divisiones [54] dari voluisset die [55] natalis

---

88 Imo unicum legatum esse videtur, *l.* 39. §. 6. *l. si ita.* 65. ff. *de leg.* 1. Dic, annuum hic esse favore dotis: ut legataria facilius nubat in tam lauta dote, *ut hic.* Idem dicendum in alimentis, & in similibus causis favore dignis.

89 In annuo legato quod in fructibus unius anni deficit, sequentium annorum fructibus supplendum. Bart. in *l.* 33. ff. *de tritico. l.* 12. ff. *de alimentis.*

90 Vid. *l. ult.* §. *ult.* ff. *de pignorat. act.*

91 Tali confirmatione heredis opus non est. *Inst. de codicillis.*

92 Et ita ante 35. cujus temporis nominati facta mentio est à testatore.

93 Deberi, ait Jurisconsultus: atqui annuum legatum finitur morte. *l.* 8. §. *eod.*

94 Imo non debetur: quia annuum legatum finitur morte legatarii. *l. in singul.* 8. ff. *eod.* Legatum annuum simplex, morte legatarii finitur. Legatum annuum ad certum usque tempus, non item: cum debeatur ac præsteturad usque finem temporis testamento præfinituri.

95 *Forte legendum est*, non respexisse, hac sententia: Ad annos trigintaquinque legatum est Titio: Titius ante id tempus mortuus est: debeturne legatum residui temporis ejus heredibus? debetur: nisi ostendatur testatorem ad trigesimumquintum annum non respexisse, id est, noluisse fideicommissum heredi præstari à legatariis, si heres ante 35 annum moreretur.

96 Id est, usque ad 25 annum ætatis. *arg. l.* 21. §. 4. ff. *eod.*

97 Atqui, tametsi repudians retinere pecuniam apud se potuit, ut ministra, quippe non heres, minister esse potest. *l. alimenta.* 16. ff. *de alimentis.* Hic quia heres, & ministra, seu executrix relicta simul, hereditate repudiata, ministerium exsequendi legati retinere non potest. adde *l. Lucius.* 14. ff. *de fideic. libert.*

98 Ante diem scilicet. Imo non competit ante diem. *l.* 1. ff. *de cond. & demonstr.* Hic dies adjecta favore legatarii, non ibi. Imo hoc casu nulla omnino petitio esse videtur. *l.* 26. *in fin.* ff. *quando dies legat.* Hic sine ullo commodo depositam apud se pecuniam habere debuit.

99 *l.* 20. §. 2. ff. *de alimentis.* 100 Imo, legatum deficiens remanet apud heredem cum suo onere. *l. si ab eo.* 9. ff. *de usufr. l. un.* §. *pro secundo.* §. *in novissimo. C. de caducis tollend.* Hic legatum cœpit ab ipso legatario, & eo amplius natura sua & voluntate defuncti extinctum: ibi legatum nunquam vere cœpit: quin eo amplius, finitio ejus est citra cogitationem & voluntatem defuncti.

1 Matronæ dicebantur dominæ, non tantum maritis suis comparatæ, *l.* 41. ff. *de legat.* 3. *l. ult.* ff. *de auro. Nov.* 74. *c.* 4. sed & ex sese. *l.* 38. §. 4. ff. *de leg.* 3. 2 His verbis, *ne quid his desit*, legare videmur quod vivi atque superstites legatario præstabamus. 3 Volo scilicet, hoc enim verbum subintelligitur. *l.* 10. *C. de fideic.* 4 A legato generali per speciale non receditur, quoties simpliciter relinquitur, non ob eandem causam. 5 Imo speciei legato receditur à generali. *l. alimenta*, 16. §. *Basilica.* 2. *l. Stichus.* 20. ff. *de alimentis.* An ibi testator id ita voluit expresse: ut putat Accursius? An ibi relicta species est ob eandem causam, ex qua & genus: ut vult Dynus? An ibi legatum alimentorum iterari non potest: hoc autem legatum potest, ut vult Petrus? Atqui rursus dicitur generalem sententiam ad specialem non referri. *l. stipulationes commodissimum.* 53. *l. doli clausula.* 119. ff. *de verb. obl.* Non refertur, si generalis sententia præcedat, & specialis sequatur: secus, si specialis præcedat, & generalis sequatur. 6 Si testator id pondus legavit, quod præstabat ad numerum, legatum tamen valet ad ipsum pondus. 7 *Al.* viveret, & salarii. 8 Cibaria & vestiaria. 9 Vide ad hanc legem Cujac. 17 *obs.* 22. *in fin.* 10 *l.* 30. *in fin.* ff. *de alimentis.* 11 Si conditio legati deficit morte ejus, in quem collata conditio est, non extinguitur legatum, *ut hic.* 12 Imo, non debetur. *l.* 1. *C. de institut. l. in testam.* 27. ff. *de cond. & demonst.* Speciale est hic favore alimentorum. 13 Ecclesiæ sacerdoti legatum, videtur ipsi Ecclesiæ relictum, seu Ecclesiæ intuitu legatum. vide Bart. in *l. civibus.* 2. ff. *de rebus dub.*

14 Ἱεροφύλακας. *Hal.* seu œdituo. *l.* 3. §. 3. ff. *de tab. exhib.* 15 Vide *l.* 4. ff. *eod.* Legatum reipublicæ vel templo, perpetuum est. Cujacius ad *l.* 16. ff. *de verb. oblig.* sit habere se constitutionem Justiniani, περὶ καθιλωμένων ἀναλίων πόρων, ἢ ξενώνων, ἢ ἄλλης τινὸς ἐυαγοῦς συσήματος· intelligit forte *l.* 46. §. 9. *C. de episc.* 16 Nundinæ hic, denicales sunt feriæ, & Novemdialia, de quibus dixi ad Festum. 17 Ecclesiæ sacerdoti legatum, intelligitur esse annuum favore piæ causæ.

18 *l.* 2. ff. *de reb. dub.* 19 An ultra centum annos? An centum annis tantum, ut in usufructu? collige ex *l. penult.* ff. *eod. l. si usufr.* 8. ff. *de usufr. l. annuam.* 6. ff. *eod.* 20 *Al.* quæ ex prædiis. 21 Id est, conductoribus. vide Cujac. 9 *obs.* 15. v. quæ notavi ad *l.* 19. *l.* 20. ff. *de act. empt.*

22 Suo quidem jure, sed tamen salvo juro legatorum. *l.* 120. ff. *de legat.* 1.

23 Legatum ex reditu certo fit præstandum, non extinguitur alienatione hereditatis.

24 Legatario fideicommixti potest.

25 Qui utitur heres adversus legatarios, *l.* 1. ff. *ad l. Falcid.*

26 Non videtur: & ita legatarius onere extrinseco gravatus Falcidiam ejus detrahit contra fideicommissarium, licet ipse Falcidiam ab herede passus fuerit. *l.* 84. *in fin.* ff. *ad leg. Falcid.*

27 Imo, tantum minuendum est fideicommissario, quantum legatario ex Falcidia detractum erit. *l.* 32. §. 4. ff. *ad leg. Falcid.* Sic hic legatarius damnatus est dare quidam extrinsecum, puta decumbiario intrinsecum, puta partem relicti, seu legati?

28 Commendabant interdum parentes liberos suos amicis suis, *ut hic.* *l. generali.* 32. §. *duas.* ff. *de usufr. l. Lucius.* 78. §. *filiam.* ff. *ad Trebell.* Cicero *lib.* 2. & 3 *de finibus. l. de oratore. Orid. 3 Trist.* 13. 4 Propert. *ult.* Cæsar *de bello civil.* Terent. *And. act.* 1. *scen.* 5. Suet. *Claudio.* 26. Libertos, *l. verba.* 5. ff. *de alimentis. l. Imperatores.* 52. ff. *de manum. testam. l. Thais.* 41. §. *Lucius.* ff. *de fideicommiss. libert. l. fideicommissa.* 11. §. *si ita quis.* ff. *de legat.* 3. Goth. Adde Ant. Augustin. *emend. lib.* 3. *c.* 8. S. L.

29 Semuncia unciæ pars dimidia.

30 Siciliæum unciæ pars quarta, teste Volusio Mæciano, duæ drachmæ.

31 *l.* 43. §. 2. ff. *de legat.* 2.

32 *Al.* civitati. *Goth.* Intellectum hujus §. vid. apud Docher. *lib.* 2 *dissert.* 16. *num.* 17. Apsi.

33 Vel quid tale. *l.* 17. *in fin.* ff. *de cond. & demonst.*

34 Ulpian. 19. §. 16.

35 Id est, modo vide quæ scripsi ad *tit. C. de his, quæ sub modo.*

36 *l.* 1. *l.* 4. ff. *de administr. rer. ad civit. pertin.*

37 Imo, potest eam summam in alios usus convertere. *l.* 17. ff. *de usufr. l.* 1. *l.* 4. ff. *de admin. rerum ad civit. pertinent.* Potest, si testator mandaverit; eas summas ad heredes suos redire, si id quod ipse jussit, non fiet.

38 Solutio sit, vel numeratione, vel novatione.

39 Extinctæ. 40 *d. l.* 17. *in fin. l.* 2. *C. de his, quæ sub modo.* 41 Novatione abscedimus à priori na seu contracta obligatione. 42 Quid, si post mortem? Idem. Imo, & multo magis. *Accurs. Bart.*

43 Executorem testamentarium hunc constituit Custrenſin *l. nulli.* 28. *C. de epsc.* Qui Græcis νομοφύλακες in *l.* 17. ff. *de leg.* 2. Dispensator legatorum *Novella Martiani, de test. etiam. Novell. Leon.* 68. Ubi clerici tutores & curatores esse non possunt: & tamen possunt *interdum*, id est, *executores esse.* Hujusmodi executores, in testamento Theophrasti & Stratonis apud Diogen. Laërt. dicuntur ἐπιμεληταὶ τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων. 44 V. *l.* 7. ff. *si cui plus, quam per legem Falcidiam.*

45 Legatorum distributor satisdare non debet, nisi pauper fiat testatore ignorante. adde *l. Decem.* ff. *si cui plus quam per leg. Falc.* Unde notanter, Paupertatis interventu procuratorem revocamus intelligi, *l.* 12. *in fin.* ff. *qui satisdare.* idem in tutore, *l.* 8. ff. *de confirm. tutore.* 46 Heres salvens executori testamentario, conveniri non potest à legatariis. 47 Et ita major est ei fiduciarius. *Sed de fiduciaria.* 48 Pro cujus modo certum est, singularum civitatum cives & possessores tributa dependere. adde *l.* 7. *C. de iuris. prosscript.* v. Cujac. ff. *de censib.* 49 Atqui fructus hunc majorem fratrem non lucrari videtur, ex *l. si ita.* 43. §. *Regulus.* 2. ff. *de leg.* 2. *l. in fideicommisso.* 3. §. *cum Publius.* 2. ff. *de usuris.* Hic testator voluit majorem natu lucrari fructus. 50 Non transiunt. *l.* 49. §. 2. ff. *de leg.* 1. *l.* 2. ff. *de usufr.* 51 Imo, non intelligitur, nec enim præsumitur persona extranea. *arg. l. si ita stipulatus.* 126. §. *Chrysogonus.* 2. ff. *de verb. oblig.* Deinde præsumitur quisque id, quod agit, nomine proprio agere. *l. & magis.* 4. ff. *de solutionibus.* Hæc omnino vera, nisi circumstantiæ aliud suadeant. *l. post mortem.* 5. ff. *quando ex facto tutoris. l. cum post.* 43. ff. *de admin. tutor.* Nam hic testator de rebus pupilli loquitur: & voluntatem suam retulit ad tempus pupillaris ætatis: & loquutus cum successore, seu fratre, qui tutor erat fiduciarius, videtur. 52 Imo non confestim, sed post pubertatem. *l.* 5. *C. quando dies legat. l. Seius.* 46. ff. *ad Trebell.* An quod ibi tempus adjectum, gravati causa: hic onerati? An hic se retulit ad tempus, quo tutela finitur: ut nihil interfit morte an tempore finiatur? An interest, legetur prius alicui, deinde executor constituatur, *ut hic. & l. à filia.* 62. §. 1. ff. *ad Trebell.* vel legatarius damnetur in certum tempus ætatis restituere. *d. l. Seius.* 46. *l. ex his.* 5. *C. quando dies?* 53 Adde *l.* 5. ff. *eod.* 54 V. *l.* 122. ff. *de leg.* 1. adde Sueton. in *Julio*, *c.* 83. *in fin.* Divisio Glossis διανομὴ χρυσία ἢ ἀργύρου. *Goth.* Vide Covarr. *lib.* 3 *variorum. c.* 9. & Revard. *lib.* 2 *var. cap.* 16. S. L. 55 Vide *l.* 3. ff. *eod.*

natalis sui: Divi Severus & Antoninus rescripserunt, non esse verisimile, testatorem de uno anno sensisse; sed de perpetuo legato.

XXIV. IDEM [lib. VIII Institutionum].

CUm erat certa pecunia, id est, centum, reipublicæ Sardianorum [56] relicta per quadriennium [57] certaminis Chrysantiani [58]: Divi Severus & Antoninus rescripserunt, videri perpetuam [59] pensationem reliquisse testatorem per quadriennium; non in primum quadriennium.

De filiosam.

XXV. VALENS [lib. II Fideicommissorum].

FIliofamilias, quoad in potestate patris sit, in annos singulos dena [60] dari possunt.

56 Sardis urbs Tmolo monti vicinore conterminans, in provincia Mæonia, id est, Lydia, proxima Myrre, de qua *l. 3. ff. de off. Asiæ.* Unde Sardiana jurisdictio. 5 Plin. 29. Strabo 10 refert, Sardim terræmotu ætate Tiberii, qua ipse floruit, concussam: deinde restitutam, florentem ac claram extitisse. Sardis hæc olim regis Lydiæ, & Crœsi sedes, ac regia. 57 Vide *d. l. 3.* 58 Chrysus Apollinis delubro insigne. Unde certamen Chrysantianum, *hic.* ut Apollinis honori id certamen a Sardianis dicatum suspicio sit, vel forte Cereri. Memoriæ enim prodidit Pausan. *in Atticis lib.* 1. 59 *l. 20. in fin. ff. eod.* Goth. Junge hic, *l. 79. ff. de legat. 1.* Anf. 60 Adde *l. 79. ff. de leg. 1.*

TIT. II.

DE USU[1], ET USUFRUCTU, [ET REDITU[2]], ET HABITATIONE, ET OPERIS PER LEGATUM VEL FIDEICOMMISSUM DATIS.

An legatum valeat. De natura servitutis.

I. PAULUS lib. III ad Sabinum.

NEc usus, nec usufructus itineris, actus, viæ, aquæductus legari potest [3], quia *servitus servitutis esse non* [4] *potest*; nec erit utile ex Senatusconsulto [5], quo cavetur, *ut omnium, quæ in bonis sint, usufructus legari possit*, quia id [6] neque [7] ex bonis, neque [8] extra bona sit: sed incerti actio erit cum herede, ut legatario quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem præstet; aut ea servitus constituatur sub hac cautione, ut, si decesserit legatarius, vel capite deminutus ex magna causa fuerit, restituatur.

De operis servorum.

II. PAPINIANUS [lib. XVII Quæstionum].

HOminis *operæ* legatæ, capitis [9] diminutione vel non utendo non amittuntur [10]. Et quoniam ex operis mercedem legatarius percipere potest, etiam [11] operas ejus ipse locare [12] potest. Quas si prohibeat heres capi, tenebitur. Idem est [13], & si servus se locaverit. Et quia legatarius fructuarius non est, ad heredem suum operarum legatum transmittit: sed servo usucapto legatum [14] perit [15].

De operis hominis liberi.

III. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

HOminis quoque liberi [16] operæ legari possunt: sicut locati, & in stipulationem deduci.

De nuda proprietate legata.

IV. ULPIANUS [lib. XVIII ad Sabinum].

SI pure proprietas legata erit, ea ad legatarium perveniet, quamvis fructuarius heres sit institutus.

V. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

VSumfructum, *cum moriar* [17], inutiliter [18] stipulor: idem est in legato: quia & constitutus usufructus morte intercidere solet.

De mora heredis.

VI. POMPONIUS [lib. XV ad Sabinum].

SI usufructus mihi *in biennium continuum à morte testatoris legatus sit*, & per heredem steterit [19], quo minus eum mihi daret: præterito biennio, nihilominus tenetur: quemadmodum teneretur, si res legata in rerum natura esse desisset, quam quis deberet, moratusque [20] esset in ea danda: ut peti quidem jam usufructus, qui legatus sit, non possit [21], quia alius futurus sit, quam qui legatus fuerit, sed [22] æstimatio [23] ejus bima duntaxat facienda sit.

De operis.

VII. ULPIANUS [lib. XXVI ad Edictum].

OPera testamento relictæ quando cedere debeant? utrum ex quo petit eas legatarius, an ex quo adita hereditas est? Et cui pereant dies, quibus æger servus fuit? Et *puto*, ex [24] die petitionis [25] eas cedere: quare si post petitas æger [26] esse servus cœperit, legatario peribunt.

De usufructu municipibus relicto.

VIII. GAIUS [lib. III de legatis ad Edictum Prætoris].

SI usufructus [27] municipibus legatus erit, quæritur, quousque in eo usufructu tuendi sint: nam si quis eos perpetuo tuetur, nulla utilitas erit nudæ proprietatis, semper abscedente usufructu: unde [28] centum [29] annos [30] observandos esse constat [31]; qui finis vitæ longissimus [32] esset.

1 44 *Eclog. 5.*
2 V. *l. 16. l. 17. l. 22. l. 38. ff. eod.*
3 Nec pignorari. vide *l. 11. ff. de pign.* Goth. Imo potest. *l. 41. ff. de legat. 1.* Vide Molin. *de divid. & individ. part. 3. n. 319.* Anf.
4 *l. 33. in fin. ff. de serv. rust.* Imo, potest. *l. 2. §. 1. l. per quem. 14. ff. de serv. rust. l. 15. ff. commun. prad.* In servitute nobis constituta servitutem aliam constituere non possumus: In nostro fundo, qui jam alteri serviat, servitutem constituere possumus. Hæc servitutis non est servitus, sed servientia jure feudi.
5 Ulp. 24. § 27.
6 Servitutes proprie ex bonis non sunt, *ut hic.* & tamen, quia non omnino extra bona, magis est, ut bonis adnumerentur, ut ea ratione, eam ea, quæ sunt, quam quæ intelliguntur, in bonis nostris computentur.
7 Imo est ex bonis: cum ejus nomine nobis competat actio & exceptio. *Lrem in bonis. 52. ff. de adqu. rer. dom.* Non est in bonis, quia neque sine fundo per se, neque non habenti fundum cedi potest, *l. si aliena. 10. §. 1. ff. de usufac. §. ideo. Inst. de servit.* deinde est accessio alterius. Est tamen latissima interpretatione in bonis.
8 Imo, servitutes sunt extra bona, quia nobis debentur in prædio alieno. *l. utifrui. 5. ff si usufr. pet.* Non est ita extra bona, ut proprietas ejus sit alterius.
9 Operarum legatum ab usufructus legato differt. Operæ non amittuntur capitis diminutione, vel non utendo: deinde operas locare possumus, & mercedem ex iis accipere. Quin ipse servus, cujus operas ipsi habemus, ipse se locare potest. Postremo ad heredes operarum legatum transmittimus. *Goth.* Vide Cujac. *lib. 14 observ. c. 23* Anf.
10 *l. 2. l. 3. ff. de oper. servor.*
11 Locare operas servi, in quo operas quis habet, potest. *l. 3. ff. de operis servorum.*
12 Aliud est, ex operis servi mercedem capere: aliud, operas servi locare. Qui illud potest, & hoc sane potest: & retro, Qui illud non potest, hoc non potest. vide Cujac. *14 obs. 23.*
13 *Id est*, vide Cujac. in hunc locum, *14 obs. 23.*
14 Operarum scilicet.
15 Atqui usucapto servo, jus pignoris, vel usufructus, quod in eo habes, non perimitur. *l. 7. C. de pignoris.* Cur tam varie? vel ideo quod operæ dominii jus sequuntur: pignus, non item. v. Cujac. *19 obs 3.*
16 Ut liberti. *l. 26. §. 12. ff. de cond. indeb. l. 9. ff. de oper. libert.*
17 Ususfructus ab eo casu incipere non potest, a quo extingui solet. *l. 5. ff. de usufr. & quemadm.*
18 Imo, stipulatio hoc modo concepta, est utilis. *l. 45. §. 1. ff. de verb. oblig.* adde *l. un. C. ut actiones ab heredib. l. 11. C. de contrab. stipulat.* hoc certe verum est in reliquis legatis: in usufructu falsum. Nec enim quis usumfructum sibi, *cum moritur*, stipulari potest, ne alias ususfructus eo incipiat, unde debet extingui.
19 *l. 35. l. 37. ff. de usufr. & quemadm.*
20 V. *l. 47. in fin. ff. de leg. 1.*
21 Id, quod interest in obligationibus faciendis, petitur, quoties desiit posse fieri. *l. stipulationes non dividuntur. 72. ff. de verb. obl.*
22 Æstimatio succedit loco rei.
23 Quæ rei peremptæ loco solet succedere. In eam etiam veniunt fructus percepti.
24 Imo, cum præteritæ fuerint. *l. 13. §. 2. ff. de operis libert.* Ibi, certe: hic, incertæ.
25 Imo a die mortis: ut cætera legata. *l. un. §. in novissimo. C. de caducis.* a die petitionis cedunt, ut dici possint esse in obligatione; a die mortis, ut transmitti.
26 Et debilis. *l. ult. §. 1. ff. de oper. servor.*
27 An in annum civitati relictum ita finitur, ut ususfructus? Rogerius negat: Hugolinus ait, quod & Bartolo probatur. *l. in singulos. 8. ff. tit. 1.*
28 An nullo penitus alio modo? Imo, & non utendo: & si civitas aratrum patiatur. *l. Mevius. 66. §. ult. ff. de leg 2. l. si usufructu. 21. ff. quib. mod. usufruct. amittatur.*
29 Imo, triginta tantum, *l. 68. in pr. ff. ad l. Falc.* vide Cujac. *c. 34. de prescript.*
30 *l. 56. in fin. ff. de usufr. & quemadm.*
31 Idem dicitur de legato ad redemptionem captivorum. ut scil. excludi non possit nisi præscriptione centum annorum. v. quæ scripsi ad *l. 23. C. de sacrof. Eccles.*
32 Atqui ita Respublica æstimatur, ὡς ὁ μακροχρόνιος ἀνθρωπος hoc temporis spatium, seculum Varroni dicitur.

De fideicommisso legatarii.

IX. ULPIANUS [lib. VIII Disputationum].

SI ab eo, cui legatus esset ususfructus, fideicommissum fuerit relictum: licet ususfructus ad legatarium non [33] pervenerit, heres [34] tamen, penes quem ususfructus remanet, fideicommissum præstat [35]. quod & in militis testamento erit dicendum, si legatarius, à quo fideicommissum relictum est, repudiaverit legatum: vel vivo testatore decesserit.

De fundo & ejus usufructu eidem legato.

X. JULIANUS [lib. LXXVIII Digestorum].

SI Titio *fundus*, & [36] *ejusdem fundi ususfructus* legatus fuerit: erit [37] in potestate ejus, fundum [38] an usumfructum vindicare malit: &, si fundum elegerit, necessario plenam [39] proprietatem habebit, licet usumfructum à se repulerit; si vero usumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi repulerit, solum usumfructum habebit.

De habitatione.

XI. IDEM [lib. I ex Minicio].

HAbitationis legatum in singulos annos ab [40] initio anni deberi [41], constat.

De eo, quod heres posuit in fundo, cujus ususfructus legatus est.

XII. PAULUS [VARUS lib. II Digestorum à Paulo Epitomatorum].

HEres in fundo, cujus ususfructus legatus est, villam posuit: eam invito fructuario demolire [42] non potest: nihilo magis, quam si quam arborem posuisset, ex fundo [is] evellere [43] vellet: sed si, antequam usufructuarius prohibuerit, demolierit [44], impune facturum.

De relicto alternis annis.

XIII. PAULUS [lib. XIII ad Plautium].

CUm ususfructus alternis [45] annis legatur: non unum, sed plura [46] legata sunt. aliud [47] est in servitute aquæ, & viæ: viæ enim servitus una [48] est: quia natura sui habet intermissionem [49].

De usufructu duobus separatim relicto.

XIV. CELSUS [lib. XVIII Digestorum].

DUos separatim *uti frui sinere* damnatus heres, communiter uti frui passus est. Quærebatur, an utrique ex testamento teneretur? Dixi teneri, si [50] testator utrumque solidum habere voluit: nam ipsius onus est, ut solidum singulis legatum præstaret: qua parte igitur alterum uti frui sineret heres, ea parte eum non sinere alterum uti frui. ideoque per æstimationem unicuique, quod deest, replere debet.

De habitatione, quoad vivet. 1. De via fructuario præstanda.

XV. MARCELLUS [lib. XIII Digestorum].

DAmnas esto heres Titium *sinere in illa domo habitare, quoad vivet*: unum [51] videtur esse legatum. §. 1. Qui duos fundos habebat, unum legavit, & alterius fundi usumfructum alii legavit. Quæro, si fructuarius ad fundum aliundè [52] viam non habeat, quam per illum fundum qui legatus est: an fructuario servitus debeatur? Respondit, quemadmodum si in hereditate esset fundus, per quem fructuario posset præstari via, secundum voluntatem defuncti videtur id exigere ab herede [53]: ita & in hac specie non [54] aliter concedendum esse legatario fundum vindicare, nisi prius jus [55] transeundi usufructuario præstet: ut hæc forma in agris servetur, quæ vivo [56] testatore obtinuerit, sive donec usufructus permanet, sive dum ad suam proprietatem redierit.

De legato civitati ad certum usum.

XVI. MODESTINUS [lib. IX Responsorum].

LEgatum civitati relictum est, *ut ex reditibus* [57] *quotannis in ea civitate memoriæ conservandæ defuncti gratia spectaculum* [58] *celebretur*, quod illic celebrari non licet. Quæro, quid de legato existimes? Modestinus * respondit: cum testator spectaculum edi voluerit in civitate, sed tale [59], quod ibi celebrari non licet, iniquum esse, hanc quantitatem, quam in spectaculum defuncti destinaverit, lucro heredum cedere [60]: igitur adhibitis [61] heredibus, & primoribus [62] civitatis, dispiciendum [63] est [64], in quam rem converti debeat fideicommissum, ut memoria testatoris alio & licito genere celebretur.

XVII. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

QUidam prædia Reipublicæ legavit, de quorum reditu [65] quotannis ludos edi voluit, & adjecit: *quæ legata peto, Decuriones, & rogo, ne* [66] *in aliam speciem, aut alios usus, convertere velitis.* Respublica per quadriennium continuum ludos non edidit. Quæro, an reditus, quos quadriennio respublica percepit, heredibus restituere

33 Legatum caducum, vel quasi, remanet apud heredem cum onere suo.
34 *l. 29. §. 1. ff. de leg. 2. l. 19. ff. de adimend.*
35 Imo, non præstat, *l. unic. §. in primo. C. de caducis.* Quæ pro non scriptis dicuntur, apud legatarium remanent sine onere, *ut ibi.* Caduca, & quasi, ad eum transeunt cum onere. adde quæ scripsi in *l. 77. tla. 19. ff. tit. prox. l. Stichus. 20. §. 2. ff. de alimentis legatis.*
36 Conjunctio, sive conjuncta oratio, posita inter res penitus diversas, resolvitur in disjunctam, *ut hic.* ut & in his formulis: Valeat jure testamenti, & codicillorum: substituo vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum: Constituo Titium procuratorem, actorem, & nuncium: Uxor sit domina & fructuaria. Bart. *hic.*
37 *l. 5. ff. de leg. 2.*
38 V. *l. 23. ff. de leg. 2.* id est, proprietatem.
39 Plena proprietas est, quæ usumfructum sibi conjunctum habet.
40 *l. 12. §. 1. ff. quando dies legat.* Imo, ab initio anni habitatio debetur non potest: cum habeat causam continuam, ac successivam, per annum integrum. *l. item quæritur. 13. §. qui impleto. 11. ff. locati.* An hic habitatio est relicta: ibi pecunia pro habitatione? An ibi initio anni deberi dicitur habitatio, quod eo tempore inspicimus, an legatarius habitationis sit capax legati: non quod ei præcise eo tempore debeatur? Bartolus ita putat, adversus multos.
41 Quid, si habitationis legatarius intra annum mortuus fuerit? habitationem non transmittet ad heredes: exemplo usufructus. *l. cum antiquitas. 13. C. de usufructu.*
42 Demoliri non potest. *Hal.*
43 *l. 15. in princ. ff. de usufructu. & quemadm.*
44 Demolitus erit. *Hal.* adde *l. 2. ff. si usufr. pet.* In fructuario fundo villam positam heres demoliri non potest invito fructuario.
45 Potest enim ita constitui, *l. 16. §. 2. ff. familiæ.* vel ex die, *l. 4. ff. de usufructu. & quemadm. l. un. §. 3 ff. quando dies usufr.* Goth. Vid. Cujac. *lib. 14 obs. c. 18. S. L.*
46 *l. 28. ff. quib. mod. usufr.*
47 Cur aliud? legatum viæ, quia perpetuum, individuum est, *l. 4. ff. de servitut.* ususfructus dividi potest.
48 Imo, multiplex. *l. si prius. 17. ff. de aqua & aquæ pluviæ.* Ibi separatim concessio aquæ facta est, ideoq; multiplex est servitus: hic simul, ac semel.
49 In usu sc. & continua possessione. *l. 20. ff. de servitut. urb.* in usufructu non idem: nam & si possit usufructuarius non ita aliudve capere fructus: tamen assiduo utitur re, eaque fruitur, dum eam naturaliter possidet. v. Cujac. *14 obs 18.*
50 *l. un. §. 11. versf. hoc autem ita. C. de caduc. tollend.*
51 Imo, annuum, & in annos singulos est legatum ob vocem, *quoad*, & *donec. l. legatum. 17. ff. tit. 1.* Ibi dividuum, hic individuum, est legatum: dividuum ibi, quia ususfructus: Individuum hic, quia habitationis.
52 Ususfructus adminiculis eget. *l. 1. §. 1. ff. si usufructu. petat. l. ult. ff. de servitut. urban.*
53 *l. 44. in fin. ff. de leg. 1.*
54 Ususfructus legatario viam heres constituere non potest, retinendo alterum fundum legatum, per quem via petitur ad alium fundum legatum, *ut hic.* Atqui viam emere tenetur heres, non gratis exigere ab altero legatario. *l. servum filii. 44. §. ultim. ff. de legat. 2.* Ibi redimit viam heres per retentionem, vel incerti condictionem: proinde hæc species non sunt diversæ.
55 De jure transeundi dixi ad *l. 6. ff. de servit. leg.*
56 V. *l. 31. ff. de leg 3.*
57 De reditu legato adde *l. 17. l. 22. l. 38. ff. eod.*
58 Ludos funebres intelligit: qui mos apud Homerum observatus fuisse perspicitur. v. Alciat. *parerg. 22.* officium autem mortuis talibus spectaculis facere se veteres arbitrabantur: nam olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos mercati, in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare: itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos, tantum ut occidi diceretur, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant: ita mortem homicidiis consolabantur. Hæc muneris origo. Tertullianus, *libro de spectacul. cap. de munere.*
59 *l. 112. §. penult. ff. de legat. 1.* adde *l. 37. ff. de cond. & demonstr. l. 13. in fin. ff. de pollicitationibus.* adde *l. 14 §. 5. ff. de religiosis.*
60 Imo, heredibus cedere debet. *l. 38. § 6. in fin. ff. de leg. 3. l. 21. § 3. ff. de annuis.* Imo converti in alium usum licitum Reipublicæ & civitatis commode debet. *ff. eod. l. 1. l. conditiones. 9. l. filius. 15. ff. de condit. instit.*
61 Imo adito Principe. *l. legatam. 4. ff. de administr. rer. ad civit. pertin.* si pecunia, qua de agitur, ad usum illicitum relicta, *ut hic.* aut non sufficit usui licito, *d. l. legatam.* per ipsos primores civitatis in alium usum verti potest. Sin ad usum licitum sufficit, in alium usum verti non potest sine auctoritate Principis. *d. l. legatam. cap. 2. de religiosis domib. in Clement.* nisi testator ad suos heredes reverti legatum voluerit, si id factum non fuerit. *l. 17. ff. eod. l. liberto. 21. §. Lucius. 3. ff. tit. 1.*
62 Primores civitatis, & primarii civitatis, Ciceroni 3 *Verrina.*
63 Quid, si dissentient? Judex medius adhibebitur. *arg. l. 1. l. in conjunctione. 20. C. de nupt.*
64 Observa diligentissime hoc consilium. potest enim ad res maxime utiles aptari. adde *l. 1. & l. 4. ff. de administr. rer. ad civit.*
65 V. *l. 16. ff. eod.*
66 Qui sic testatur, periculo legis superioris (si scilicet) occurrit

re debeat, vel compensare in aliam speciem legati ex eodem testamento? Respondit, & invitis heredibus possessione adprehensa, perceptos fructus restituendos [68] esse: & non erogatum secundum defuncti voluntatem, in alia, quæ deberentur, compensari.

De legatario designando.

XVIII. MODESTINUS [lib. IX Responsorum].

QUi plures habebat libertos, testamento suo dixit, *se habitationem relinquere iis, quos codicillis designasset*: cum [69] nullos postea designaverit: Quæro, an omnes admitti debeant? Respondit, Si patronus, qui se designaturum personas libertorum pollicitus est, nullum postea designavit: legatum habitationis perfectum esse non [70] videtur, non [71] existente, cui datum intelligi possit.

Si alii fundus, alii ususfructus ejusdem fundi legetur.

XIX. IDEM [libro singulari de Euematicis].

SI alii fundum, alii usumfructum ejusdem fundi, testator legaverit: si eo proposito fecit, ut alter nudam proprietatem haberet, errore [72] labitur: Nam detracto usufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo: *Titio fundum detracto usufructu lego, [vel] Seio ejusdem fundi usumfructum heres dato*: Quod nisi fecerit, usufructus inter eos communicabitur: quod * interdum [73] plus valet scriptura, quam peractum sit.

De usufructu servi, qui sub conditione liber esse jussus est.

XX. POMPONIUS [lib. VIII ad Quintum Mucium].

SI servum sub [74] conditione liberum esse jubeam, & usumfructum ejus tibi legavero: valet legatum.

De alternatione.

XXI. PAULUS lib. VII ad legem Juliam & Papiam.

TItio ususfructus Stichi, *aut si navis ex Asia venerit, decem legata sunt?* non peret usumfructum, antequam [75] conditio decem existat, vel deficiat: ne [76] potestas heredi utrum velit dandi auferatur.

De reditu.

XXII. ULPIANUS [lib. XV ad legem Juliam & Papiam.]

PAtrimonii mei reditum [77] omnibus [78] annu uxori meæ dari volo. Aristo respondit, ad heredem uxoris non [79] transire: quia [80] aut usufructui [81] simile esset [82], aut huic legato, *in annos singulos.*

De repetitione ususfructus.

XXIII. JUNIUS [83] MAURITIANUS [lib II ad legem Juliam & Papiam].

LIcet testatori repetere [84] legatum ususfructus, ut etiam post capitis deminutionem deberetur [85]: & hoc nuper Imperator Antoninus ad libellum rescripsit, tunc tantum [86] esse huic constitioni locum, cum in annos singulos relegaretur.

De fructu bonorum legato. 1. De servo, quem testator alicui servire voluit.

XXIV. PAPINIANUS [lib. VII Responsorum].

VXori fructu bonorum legato, fœnus [87] quoque fortium, quas defunctus collocavit, post [88] impletam ex SC. [89] cautionem, præstabitur [90]. Igitur usuras nominum in hereditate relictorum ante cautionem interpositam debitas, velut sortes, in cautionem deduci necesse est [91]. Non idem servabitur, nominibus ab herede factis: tunc enim sortes duntaxat legatario debuntur: aut quod propter moram usuras quoque reddi placuit, super his non cavebitur. §. 1. *Scorpum* [92] *servum meum Semproniæ concubinæ meæ servire* [93] *volo*: non videtur [94] proprietas servi relicta, sed ususfructus.

De morte fructuarii.

XXV. IDEM [lib. VIII Responsorum].

QUi fructus [95] prædiorum uxori reliquit, post mortem ejus, *prædia cum* [96] *reditibus ad heredes suos redire volunt*, imperitia lapsus [97]: nullum fideicommissum dominus [98], neque [99] proprietatis, neque fructus [100], ad eos reverti dedit [1]: etenim reditus futuri, non præteriti [2] temporis demonstrati videbantur.

Si heres pendente conditione legati fundi, vel proprietatis decesserit. 1. De conjunctis, & jure accrescendi.

XXVI. PAULUS [lib. X Quæstionum].

SEmpronius Attalus ab herede suo fundum in Italiam Gaio post decennium, *deducto* [3] *usufructu*, dari jussit. Quæro, cum medio hoc decennii spatio heres vita functus sit, an post tempus decennii plenus fundus ad legatarium pertineat? Movet enim me quod dies legati hujus sive fideicommissi cesserit, ac per hoc [&] ad heredem legatarii pertinere potuerit: & ideo quasi circa debitum jam legatum, mortuo herede, ususfructus extinctus sit, nec ad heredem heredis pertinere possit. Respondi: * Dies quidem fideicommissi vel legati cedit statim, cum [4] post tempus certum heres dare rogatur, sive jubetur: sed [5] ususfructus nondum est heredis: nisi cum dominium deducto usufructu, præstitit & ideo capitis deminutione vel morte perire non potest, quod nondum habuit. † Idem evenit, si proprietas, deducto usufructu, sub conditione legata sit, & pendente conditione heres decesserit: tunc [6] enim ab heredis herede incipit ususfructus, qui ex persona ejus finietur. † Sed his casibus de sententia testatoris quærendum est, qui utique [7] de eo usufructu detrahendo senserit, qui [8] conjunctus esset heredis personæ: quo extincto solidam [9] proprietatem ad legatarium voluit pertinere: nec plus transmitti ad successorem suum, qui nondum habere cœpit usumfructum, quam si jam habere cœpisset.

§. 1. Si fundus duobus [10], aliis ususfructus legatus sit: non trientes in usufructu, sed semisses constituuntur. † Idemque est ex contrario, si duo sint fructuarii, & alii proprietas legata est. Et inter eos tantum adcrescendi jus est.

De repetitione indebiti.

XXVII. SCÆVOLA [lib. I Responsorum].

VXori maritus per fideicommissum usumfructum, & alia, & dotem prælegavit: heredes usumfructum ei concesserunt: post biennium, illicitum matrimonium fuisse pronunciatum est [11]. Quæsitum est, an id, quod præterito tempore possedit, ab ea reperi possit [12]? Respondit, id, quod fructus nomine percepisset [13] repeti posse [14].

De oneribus fundi fructuarii.

XXVIII. PAULUS [lib. XIII Responsorum].

QUæro, si ususfructus fundi legatus est, & eidem fundo indictiones [15] temporariæ indictæ sint, quid juris sit? Paulus respondit, idem juris esse, & in his speciebus, quæ postea indicuntur, quod in vectigalibus dependendis responsum est [16]: ideoque hoc onus ad fructuarium [17] pertinet.

De usufructu relicto a legatario.

XXIX. GAIUS [lib. I Fideicommissorum].

SI quis usumfructum legatum sibi, alii restituere rogatus sit, eumque in fundum induxerit fruendi causa: licet jure civili morte [18] & capitis deminutione ex persona legatarii pereat [19] ususfructus, quod huic ipso jure adquisitus est; tamen Prætor jurisdictione sua id agere debet, ut idem servetur [20], quod futurum esset, si ei, cui ex fideicommisso restitutus esset, legati jure adquisitus fuisset.

De usufructu legato, donec satisfiat. 1. Si ususfructus colono legetur.

XXX. JAVOLENUS [lib. II ex posterioribus Labeonis].

CUi ususfructus legatus esset, *donec* [21] *ei totius dotis satisfieret* [22]: cum ei heres pro sua parte [23] satisfecisset, quamvis [24] reliqui satis non darent, tamen pro ea parte usumfructum desinere habere mulierem, ait Labeo: idem fieri, & si per mulierem mora fieret, quo minus satis acciperet. §. 1. Colono suo dominus usumfructum fundi, quem is colebat, legaverat: agat colonus cum herede ita, ut Judex cogat heredem ex locationis actione eum liberare [25].

De usufructu partis pro indiviso.

XXXI. LABEO [lib. II Posteriorum a Javoleno Epitomatorum].

IS, *qui* fundum tecum communem habebat, *usumfructum fundi uxori* [26] *legaverat*, post mortem ejus tecum heres arbitrum communi dividundo petierat. Blæsus ait, Trebatium respondisse, si arbiter certis regionibus fundum divisisset: ejus partis, quæ tibi obtigerit, usumfructum mulieri nulla ex parte deberi: sed ejus quod heredi obtigisset, totius usumfructum eam habituram. Ego hoc falsum puto. Nam cum ante arbitrum communi dividundo conjunctus pro indiviso ex parte dimidia totius fundi ususfructus mulieris fuisset: * non [27] potuisse arbitrum, inter alios judicando, alterius jus mutare: quod & receptum est.

Quibus verbis legatur. 1. De usufructu legato, ita ut post obitum legatarii ad heredes, aut ad eum, qui ex his vivet, redeat. 2. De usufructu divorum, & omnium quæ ibi sunt, excepto argento: item fundorum, & salinarum legatu. 4. Ex revocatione legati. 5. De sumptibus. 6. De usufructu portionis filii mente capti sorori ejus eidemque coheredi legato. 7. De morte fructuarii, & reliquis colonorum. 8. De usufructu partis bonorum.

XXXII. SCÆVOLA [lib. XV Digestorum].

GEnerali [28] capite præposito, quidam in testamento suo ita adjecit: *Felici, quem liberum esse jussi, usumfructum fundi Vestigiani lego: cujus proprietatem puto te* [29] *consecuturum, si non contenderis cum herede meo, sed potius concordaveris: sed & tu heres omma fac, ut amici sitis: hoc enim vobis expedit.* Quæsitum est, an vivente herede exigere possit Felix fundi proprietatem? Respondit, nihil proponi [30], cur Felici proprietas fundi legata videretur. §. 1. Filios [31] ex Seio, & filiam ex alio marito, heredes instituit [32] æquis portionibus, & matri ita legaverat: *Æliæ Dorcadi matri meæ dari volo, quoad vivat, usumfructum* [33] *bonorum meorum: ita ut post obitum ejus ad liberos meos, aut ad eum, qui* [34] *ex his vivet, pertineat*: filii post aditam hereditatem decesserant. Quæsitum est, mortua matre, superstite filia testatricis, ususfructus utrum ad solam filiam, an vero pro portione hereditatis pertineret? Respondit, ad eos redire, apud quos [35] proprietas esset. Claudius non credidit [36] ipsum usumfructum in [37] vicem portionum hereditariarum post mortem aviæ inter ipsos datum: eo magis, quod æquis partibus heredes erant scripti. §. 2. *Uxori usumfructum domuum, & omnium rerum, quæ in his domibus erant, excepto argento legaverat: item usumfructum fundorum, & salinarum.* Quæritum est, an lanæ cujusque coloris, mercis causa paratæ: item purpuræ, quæ in domibus erant, ususfructus ei deberetur? Respondit, excepto argento, & his, quæ mercis [38] causa comparata sunt, cæterorum omnium usumfructum legatarium habere. §. 3. Idem quæsiit, cum in salinis, quarum ususfructus legatus esset, salis inventus sit non minimus modus: an ad uxorem ex causa fideicommissi ususfructus pertineat? Respondit, de his legandis, quæ venalia ibi essent, non sensisse testatorem.

§. 4 Idem

---

68 *V. l.* 21. §. 3. *ff. de annuis. l* 2. *C. de his, quæ sub modo.*

69 Incerto legatario habitatio relicta non debetur: Incertitudine legatarii, legatum redditur nullum, *ut hic.*

70 Imo videtur perfectum. *l. cum pater.* 77. §. *ult. ff. de legat.* 2. *l. si testament.* 8. *C. de Institut. & substitut.* Ibi certa persona, fines incerti: hic incerta est persona.

71 *l.* 4. *ff. de reb. dub.*

72 *l.* 1. §. 17. *ff. ut legat. nomin.*

73 *V. l.* 34. *ff. de reg. jur.*

74 *l.* 68. §. 2. *ff. de legat.* 1.

75 Vide *l.* 14. *ff. quando dies legat.*

76 Electio est heredis in alternativis, *ut hic.* Imo legatarii est, *l. Lucio.* 23. *ff. de legat.* 2. Hic verba executiva relata fuerunt ad heredem: ibi, ad legatarium.

77 De reditu v. *l.* 16. *l.* 17. *ff. cod. & l.* 38. *ff. cod.*

78 Legare reditum omnibus annis, & singulis annis; imo, & usumfructum legare, paria sunt.

79 *l.* 41. *ff. cod.*

80 Similia ejusdem juris censentur.

81 *l.* 3. *in fin. ff. quib. mod. usufr. amit. l.* 21. *in fin. ff. de annuis.*

82 Ususfructus, & legatum in annos singulos, ad heredes non transit.

83 Julius Ulpianus. *Hal.*

84 *l.* 2. *l.* 5. *ff. quib. mod. usufr. l.* 3. §. 2. *ff. usufr. quemadm. caveat.* Goth. Vid Cujac. *lib.* 14 *obs. cap.* 17. Ans.

85 Debeatur.

86 Tunc tamen. *Hal.* Nec tantum. Cujac. 14 *obs.* 17. reprehensus a Robert. 1 *animadv.* 5. adde *l.* 8. *ff. de annuis. & d. l.* 3. *l.* 5. *ff. quib. mod. usufr.* Defensus ab Ant. Merc. at. 2 *not.* 3. ut sit sensus, usumfructum non tacite tantum, sed etiam expressim repeti posse. *d. l.* 3.

87 Fructuario usuræ pecuniæ fœneratæ per defunctum debentur, cujuscunque temporis eæ sint: ab herede fœneratæ, debentur ex mora, *ut hic.*

88 Quid, fructuarius faciens fructus suos ante præstitam satisfactionem? Oldrad. ait. *arg. hujus legis.* Azo negat, *arg. l. hac edictali.* 6. §. *his illud. l. in fin. C. de secund. nupt.* Quid juris sit? Fructus perceptos ab herede ante præstitam cautionem suos non facit: sed a se perceptos scienter & patiente herede: secus si ignorante & invito. *Bart.* 89 Cautionem uxor præstitisse etiam intelligitur, quæ sciente & patiente proprietario usa est: ut eo casu fructus suos faciat, perinde ac si cautionem præstitisset. vide Minsing 1 *observ.* 6. 90 Ut eas quidem consequatur, non lucretur. 91 De quo vide §. 2. *Instit. de usufruct.* 92 Scorpium. *Hal.* 93 Servire, vel servitia debere, & servum esse: servitus & servitium differunt. Potestas domini, servitutem: patientia servientis, servitium facit. Vasilli non sunt servi, sed δουλοι. 94 In dubio, nisi aliud testator dixerit. *l.* 4. §. 4. *ff. de statulib.* 95 Id est, usumfructum. 96 Legatum usufructus non valet, ut legatarius post mortem suam restituat fructus. 97 Imo, imperitia non labitur, qui ita legat. *l.* 15. *ff. de auro. l. ultim. ff. de usufructu. ear. rer.* 98 *Al.* Dicimus.

99 Quia proprietatem nulli legavit. 100 Præteriti temporis: hos enim lucrata est mulier jure fructuario. 1 *Al.* debere. 2 Fructus præteriti ususfructus non restituuntur, *ut hic.* imputantur tamen in quartam. *l. in fideicommissaria.* 18. *ff. ad Treb.* 3 Usufructu deducto legamus fundum, quoties alicui proprietatem legamus, ipsum vero usumfructum heredi: per contrarium dominio deducto, seu proprietate deducta, legamus fructum quoties proprietatis dominum, ipsum heredem esse volumus, fructus vero, ipsum legatarium. Prior ususfructus conjunctus est heredis personæ. *vers. sed his. ff. eod.* 4 *l.* 1. §. 1. *ff. de condit. & demonstrat. l.* 13. *ff. quando dies legat.* 5 Legatum in diem, cedit a die mortis, si transmittendi jus spectes: sin dominii adquisitionem, non cedit nisi die adveniente. 6 Ususfructus ab heredis herede incipere potest, quoties deducto usufructu proprietas sub conditione alicui legata est: & pendente ipsa conditione heres fructuarius moritur. 7 Vide *l.* 36. §. 1. *ff. de usufruct.*

8 Ususfructus conjunctus heredis personæ dicitur, quoties ususfructus ei relictus est, proprietas alteri.

9 Solidam proprietatem hic intelligit, cui ipse ususfructus accessit.

10 *l.* 9. *ff. de usufruct. accresc.*

11 Et ita apparuit per errorem facti usumfructum solutum *l.* 7. *C. de condict. indebit.*

12 *l.* 15. *ff. de condict. indebit.*

13 Cur ita? vid. *l.* 2. *ff. de his, quæ ut indign.*

14 Imo non potest repeti legatum relictum injuste uxori. *l. præfectus.* 63. *ff. de rit. l.* 2. *ff. de his, quæ ut indign.* Ita adversus ignorantem uxorem non repetitur: hic adversus scientem. An ab ipsa mulierre, vel a fisco? a fisco. *d. l.* 2.

15 Indictio est circulus 15 annorum. de quo vide Cujac. *lib. 6 observat. cap. 6.* Ans.

16 *V. l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de usufr. & quemadm.*

17 Imo ad heredem. *l.* 102. *in fin ff. de legat.* 3. Heres præstat onera, pro jure fructuum percipiendorum: fructuarius vero onera, ipsis, vel fructibus, vel prædio, vel personæ imposita. adde *l.* 7. §. 2. *vers. hactenus. ff. de usufruct.*

18 *V. l.* 3. *in fin. ff. quib. mod. usufr.*

19 Imo, non perit. *l.* 4. *ff. de usufruct. l. usufr.* 57. *ff. solut. matr.* Hic usufructus restituitur alteri voluntate defuncti, qui usumfructum constituit: ibi fecus.

20 *Sub.* si fideicommissario facta est restitutio, secus si ante fideicommissum deficeret. *l. si quis Titio.* 17. *ff. de leg.* 2.

21 Atqui non satisfiatur pro dote. *l.* 1. *C. ne fidejussores dotium.* Non satisfiatur constante matrimonio, *ut ibi.* sed soluto, *ut hic.*

22 Satisfacit, qui satisfiat, *ut hic.* Imo, non satisfacit, nisi qui solvit. *l. si rem.* 9. §. 3. *vers. satisfactum. ff. de pignorat. Authent. si quando. C. de constituta pecunia.*

23 Ut *l.* 56. *vers. & ideo singuli cum sua parte. ff. de cond. & demonstr.*

24 Imo, omnes satisdare oportet. *arg. l. unic. C. de distr. pign. l. si necessarias.* 8. §. *si unus.* 2. *ff. de pignorat.* adde *l. inter cohered.* §. *usufr. familiæ erciscundæ.*

25 Multo magis id verum erit, si expressim colono liberatio legata sit. *l.* 18. *ff. de liberatione legata.*

26 De simili scribendi formula vid. *l.* 34. *in fin. ff. eod.*

27 *l.* 3. *C. communi dividund.*

28 Eo scil. *quæ legavero, ea dari volo.*

29 Hic testator dirigit verba ad legatarium. 30 His verbis scil. *Puto te consecuturum*: Item, *Fac, ut amici sitis.* Imo, aliud videtur. Nam recte fideicommittitur his verbis: cupio, opto, ut des, credo te daturum, *l.* 115. exigo, desidero ut des, sic hereditatem meam restituturum te, *l.* 118. *ff. de leg.* 1. mando ut des. *l.* 74. *ff. ad Treb.* Imo, non aliud videtur. Nec enim his verbis fideicommittitur, *curate id attendere, ita fiet, ut filius meus filios vestros vobis condonet. l.* 68. §. 1. *ff. de leg.* 3. Ex qua lege colligitur, verba adulatoria ad honoratum directa non inducere dispositionem. *Bart.*

31 *V.* Langebekium *c.* 18. Goth. Adde Cujac. *lib.* 20 *observ.* 39. *& lib.* 23 *observ. cap.* 8. S. L.

32 Mater scil. 33 Usumfructum omnium bonorum matris legare filius potest, ea lege ut is ususfructus revertatur ad liberos suos. 34 Fingamus, mortuum esse unum ex liberis testatoris, relictis liberis: fingamus fructuariam mortuam: Num ususfructus partiendus erit inter filium superstitem testatricis, & liberos alterius filii defuncti? Minime: solius enim superstitis erit, ob hæc verba, *Aut ad eum qui ex his vivet, pertinent.* 35 Et sic non ad solam filiam, quæ sola ex liberis defuncti superstes est, sed ad filiorum præmortuorum liberos, id est, ad nepotes testatricis. Ex qua lege colligitur, verba adulatoria ad honoratum directa non inducere dispositionem. *Bart.*

36 Scævola sc. ut hic ait Claud. v. Cujac. 10 *obs.* 30. Ant. Fab. 1 *Conject.* 11. ita emendat: *Claudius: nam credidit.* feliciter, meo judicio. Quo magis enim hanc legem retracto, Claudium Scævolæ adjicere rationem, ejusque sententiam confirmare, non notare deprehendo. 37 Id est, pro rata. 38 Ususfructu omnium rerum legato, ea, quæ mercis causa comparata sunt, non comprehenduntur. Mercis causa, id est, ad tempus. *l.* 44. *ff. de leg.* 3. Imo, merces videntur legato omnium bonorum comprehendi. Nam qui pignori dat tabernam, merces quoque pignorare censetur, quæ mortis suæ tempore in taberna reperientur. *l.* 34. *in fin. principio. ff. de pignorib.*

§ 4. Idem quæsit: cum eodem testamento ita caverit, *à te peto, uxor, uti ex usufructu, quem tibi præstari volo in annum quintumdecimum, centena* 39 *sis annuos quadringentos: quod amplius fuerit, rationibus heredis heredumve meorum inferatur:* an recessum videatur à superiore capite, ideoque uxor non amplius habeat ex usufructu, quam annuos quadringentos? Respondit, satis id, quod quæreretur, aperte verba, quæ proponerentur, declarare. §. 5. Lucius Titius testamento suo Publio Mævio fundum Tusculanum reliquit: ejusque fidei commisit, ut ejusdem fundi partem dimidiam usufructus Titiæ præstaret: Publius Mævius villam vetustate corruptam, cogendis & conservandis fructibus necessariam ædificavit. Quæro, an sumptus partem pro portione usufructus Titiæ 40 adgnoscere debeat? Respondit, si prius, quam usumfructum præstaret, necessario ædificavit: non alias cogendum restituere, quam ejus 41 sumptus ratio habeatur. §. 6. Duas filias & filium mente captum heredes scripsit, filii portionis mente 42 capti datæ usumfructum legavit in hæc verba: *hoc amplius Publia Clementiana præcipiet sibi quartæ partis hereditatis meæ, ex qua Julium Justum filium meum heredem instituit: petoque à te, Publia Clementiana, uti fratrem tuum Julium Justum alas, tueatis, dependas pro eo, pro* 43 *quo tibi usumfructum portionis ejus reliqui, donec mentis compos fiat, & convaluerit.* Quæritum est, cum filius in eodem furore in diem mortis suæ perseverans decesserit, an usufructus interciderit? Respondit, verbis, quæ proponerentur, perseverare legatum: nisi manifestissime probetur, aliud testatorem sensisse. §. 7. Heredis instituti fidei commisit, *filio suo annua decem præstare: aut [ea] prædia emere, & adsignare, ut* 44 *usumfructum haberet, reditum efficientia* 45 *annua decem:* filius fundos sibi ab herede secundum matris voluntatem traditos locavit: & quæritum est, defuncto eo, reliqua colonorum utrumne ad heredem filii fructuarii, an vero ad heredem Seiæ testatricis pertineant? Respondit, nihil proponi, cur ad heredem Seiæ pertineant. §. 8. Usumfructum tertiæ partis bonorum suorum uni ex heredibus legaverat: Quæritum est, an pecuniæ, quæ ex rebus divisis secundum æstimationem effecta est, tertia præstanda sit? Respondit, heredis 46 esse electionem, utrum rerum, an æstimationis usumfructum præstare vellet 47. §. 9. Item quæritum est: tributa 48, præter 49 ea, quæ vel pro prædiis aut moventibus 50 deberi & reddi necesse est, [an] eximenda sint ex quantitate, [ut] reliquæ 51 duntaxat pecuniæ, si hoc heres elegerit, reddi debeat? Respondit, reliquæ pecuniæ tertiam præstandam.

39 *l. 14 in fin. ff. de adim. leg.*

40 Fructuaria fail. hinc colligo, ad expensas factas pro fructibus colligendis fructuarium teneri pro rata. *Bart.*

41 *l. 50. in fin. ff. de usufruct. & quemadm. l. 19. in fin. ff. ad Trebell.*

42 Hottomann. 3 *observ.* 5. putat, hæc verba ex Glossa in contextum irrepsisse: nisi legas, portionis, filio mente capto datæ, &c.

43 Finita causa impulsiva legati non extinguitur legatum, nisi de mente testatoris constiterit aliud. *Bart.*

44 Usufructus fabrogatus in locum annui legati, ejus naturam sapit. *Bart.*

45 Id est, quæ reditum annorum decem efficerent.

46 *l. 26. in fin. ff. de legat. 1.*

47 Alterutrum heres hoc casu solvere potest. *Bart.*

48 Onus tributorum pertinet ad legatarium usufructus. *Bart.*

49 Tributum duplex: unum soli, alterum capitis. *l. ult. §. 7. ff. de censib.* adde Festum *in Tributor.*

50 Servis, & animalibus.

51 Id est, pensionis debitæ. vid. *l. 101. in fin. ff. de legat. 3.*

52 Quid si non habitabat? idem videtur juris esse. *l. 10. in fin. ff. de annuis.*

53 Liberti plerumque cum patrono suo habitabant; inde familiæ, & quasi clientes. *l. 2. ff. de usu. & habit.*

54 His casibus ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ habuerunt, non incertæ liberalitatis voluntatem. *l. 10. §. 1. ff. de annuis.*

55 Nigidium. *Hal.*

56 Senibus libertis plerunque habitationem legabant patroni.

57 Habere gerocomium volo. Græci 2 *Paratitlorum. 5.*

58 Ad eum modum degant, ad quem me vivo degebant.

59 Heres gravatus pati, in dubio id pati debet, quod ipse testator patiebatur.

60 Intellectum hujus leg. vide apud Joann. Decher. *lib. 2 dissert. 16. num. 12.* Anf.

61 *Adcrescat* verbum inducit fideicommissum. vide *interpretes in l. Centurio. 15. ff. de vulg.*

62 V. *l. 13. ff. de institoria.*

63 Fideicommissum relictum post mortem omnium, ab ultimo decedente videtur esse relictum. 64 *In hunc §.* v. Cujac. 3 *obs. 27* 65 De alumno dixi ad *l. 1. C. quæ res pignori.* 66 *l. 69. §. 2. ff. de leg. 2.* Non jure autem dederat: quia curator testamento non datur. 67 Seu ima cera. Suet. *in Julio. cap. 83.* Extrema cera, Cicer. 3 *in Verrem.* eo sensu quatuor ceras se implesse ait Plaut. *in Curculione.* In prima cera. Suet. *in Nerone.* Solebant enim veteres etiam ceratis codicillis scribere. *l. 52. ff. de leg 3.* 68 Curatorei, id est, curatori. sic in *l. 31. ff. ead.* legitur, *uxorei*, pro *uxori.* Cujac. 3 *obs. 27.* 69 Et ita fideicommissum relictum à curatore, quem quis putabat idoneum, ab herede scripto debetur. *Bart.* 70 *l. 15. l. 16. ff. de instruct.*

71 *Tunc*, particula extremitatem temporis demonstrat. 72 *l. 12. in fin. C. de usufr.* 73 Conditio licet extiterit, expectanda tamen est dies, quæ supereſt. Imo non est expectanda dies. *l. aliquando. 13. in fin. ff. de Velleian. l. fundum. 4. ff. si usufruct. pet.* An ibi conditio & dies adjecta? *l. in illa. 8. ff. de verb. obl.* An dies hic expectanda est, quod particula *Tunc*, hic adjecta sit, quæ temporis extremitatem innuit? *l. 4. in fin. ff. de cond. & demonstr.*

De his, quæ vivus præstabat, legatis. 2. De petitione, ut heres patiatur libertos, ubi nunc agunt, senescere.

XXXIII. Idem [lib. XVII Digestorum].

Sempronio eo, *quæ vivus præstabam, dari volo:* is etiam habitabat 52 in testatoris domo, quæ uni ex heredibus prælegata erat. Quæritum est, an habitatio quoque debeatur? Respondit, nihil proponi, cur non debeatur. §. 1. Ex his verbis testamenti, *libertis meis, quibus nominatim nihil reliqui, quæ vivus præbabam, dari volo,* Quæritum est, an libertis, qui 53 cum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio relicta videatur? Respondit, videri 54. §. 2. Codicillis ita scripsit, *Negidio* 55, *Titium, Dionem libertos meos senes, & infirmos, peto, in locis* 56, *in quibus nunc agunt, senescere* 57 *patiamini:* Quæro, an ex hoc capite liberti suprascripti ex fideicommisso fructus locorum, quibus morantur, recipere debeant: cum alia, quæ eis specialiter legata sunt, sine controversia consecuti sint? Respondit, verbis quæ proponerentur, id petitum, ut ad 58 eum 59 modum paterentur heredes ibi eos esse, ad quem modum ipsa patiebatur.

De fideicommisso relicto ab eo, qui novissimus morietur. 1. De curatoris fideicommisso.

XXXIV. Idem [lib. XVIII Digestorum].

Codicillis 60 fideicommissa in hæc verba dedit: *Libertis libertabusque meis, & quos in codicillis manumisi, fundum, ubi me humari volui, dari volo; ut qui ab his decesserit, portio ejus reliquis adcrescat* 61, *ita ut ad novissimum pertineat: post cujus novissimi decessum ad Rempubl. Arelatensium* 62 *pertinere volo: hoc amplius libertis libertabusque meis habitationes in domo, quamdiu vivent: Pactiæ & Trophimæ diætas omnes, quibus, uti consuevit, habitet: quam domum post mortem eorum* 63 *ad Rempub. pertinere volo.* Quæritum est, Reip. fideicommissum utrum ab herede, an à libertis datum sit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse ita verba accipi, ut ejus legatarii, qui novissimus decederet, fidei commissum videatur. † Idem quæsiit, defunctis quibusdam ex libertis, quibus habitatio relicta erat, an portiones domus, in quibus hi habitaverant, jam ad Rempublicam pertineant? Respondit: quoad aliquis eorum vivat, fideicommissum Reipublicæ non deberi. §. 1. Qui 64 Sempronium ex parte decima, & Mæviam ex parte decima, alumnum 65 ex reliquis partibus instituerat heredes, curatorem alumno dedit, cum 66 jure facere putaret: & curatoris fidei commisit, *ne pateretur fundum venire*, sed cum *Sempronia & Mævia nutricibus suis fructus reditu ejus:* & ima 67 parte testamenti ita adjecit: *omnem voluntatem meam fideiheredum meorum committo.* Quæritum est, an tertias partes usufructus fundi nutrices ex fideicommisso petere possint, quamvis curator ei 68 receptus sit, quem jure dare non poterat alumno? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, utiliter 69 fideicommisso voluntatem suam confirmasse: id igitur cuique dediſſe, ut & nutrices una cum alumno reditu fundi uterentur.

De conditione, & die.

Licet extiterit conditio, tamen exspectanda est dies quæ supereſt. Bartolus.

XXXV. Idem [lib. XXII Digestorum].

Vxori usumfructum villæ 70 legavit in quinquennium à die mortis suæ: deinde hæc verba adjecit, *& peracto quinquennio, cum ejus usufructus esse desierit, tunc* 71 *eum fundum illi & illi liberis dari volo.* Quæritum est, cum uxor intra 72 quinquennium decesserit, an libertis proprietatis petitio jam, an vero impleto quinquennio competat: quia peracto quinquennio testator proprietatem legaverat? Respondit, post 73 completum quinquennium fundum ad libertos pertinere.

Si fructuarius proprietatem legaverit.

XXXVI. Idem [lib. XXV Digestorum].

Sticho testamento manumisso fundi usufructus erat legatus, & cum is uti fruique desisset, fidei heredum testator commisit, uti eum fundum darent Lucio Titio: sed Stichus testamento suo ejusdem fundi proprietatem nepotibus suis legavit: & heredes Stichi ex testamento ejus legatariis nepotibus eum fundum tradiderunt. Quæritum est, cum nepotes legatarii ignoraverint conditionem fundi suprascripti priore testamento datam, & plus quam tempore statuto 74 possederint, an eum fundum sibi adquisierint? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, legatarios sibi adquisisse. §. 1. Idem quæsiit, si aliquo casu legatariis auferri possit, an repetitionem ab heredibus Stichi ejus nepotes habere possint? Respondit, supra quidem de acquisitione responsum: verum, si ex alia causa adquisitio cessasset, videri Stichum, si post mortem eorum, quibus proprietas legata esset, testamentum fecisset, potius quod habere se crederet, quam quod onerare heredes vellet, legasse.

74 Decem inter præsentes: viginti inter absentes. *l. ult. C. de præscript. longi temp.*

De usufructu bonorum.

XXXVII. Idem lib. XXXIII Digestorum.

Vxori meæ usumfructum lego bonorum *meorum* 75, *usque dum filia mea annos impleat octodecim:* Quæritum est, an prædiorum tam rusticorum, quam urbanorum, & mancipiorum, & supellectilis, itemque calendarii usufructus ad uxorem pertineat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, omnium 76 pertinere.

75 Adde *l. ult. ff. eod.*

76 Omnia pertinere. *Hal.* Imo; non omnia, sed dodrans. v. *l. 29. ff. de usufr.* v. quæ notavi ad *Novell. 18. c. 3.*

De reditu.

XXXVIII. Idem [lib. III Responsorum].

Vndi Æbutiam 77 *reditus* 78 *uxori meæ, quoad vivat, dari volo:* Quæro, an possit tutor heredis fundum vendere, & legatario offerre quantitatem annuam, quam vivo patrefamilias ex locatione fundi redigere consueverat? Respondit, posse 79. † Item quæro, an habitare impune prohiberi possit? Respondit, non esse obstrictum heredem ad habitationem præstandam. † Item quæro, an compellendus sit heres reficere prædium? Respondit, si heredis facto minores reditus facti essent, legatarium recte desiderare, quod ob eam rem deminutum sit. † Item quæro, quo distat hoc legatum ab usufructu? Respondit, ex his quæ supra responsa essent, intellegi differentiam 80.

77 Trebatiani. *Hal.*

78 Reditus proprie pecuniæ sunt ex locatione prædiorum redactæ, *l. 22. ff. eod.* impropric fructus omnes. *l. 17. l. 25. ff. eod.*

79 Nam & esse heres potest *l. 126. ff. de legat. 1.*

80 Imo, nulla est differentia inter usumfructum, & legatum reditus, quoad vivet. *l. 41. ff. eod.*

De rebus legatis ita, ut proprietas ad filias testatoris revertatur.

XXXIX. Idem [lib. VI Responsorum].

Filios heredes instituit, uxori vestem, mundum muliebrem, lanam, linum, & alias res legavit, & adjecit, *Proprietatem autem eorum, quæ supra scripta sunt, reverti volo ad filias meas, quæve ex his tunc vivent.* Quæritum est, utrum usufructus, an proprietas earum rerum data sit? Respondit proprietatem legatam videri 81.

81 Addito onere fideicommissi scil. vid. *l. 15. in fin. ff. de auro.* alioquin earum rerum inutilis esset usufructus. *l. 12. ff. de usufr. ear. rer.*

De particula, cum.

XL. Alfenus [Varus lib. VIII Digestorum à Paulo Epitomatorum].

Illi cum illo habitationem lego: perinde est, ac si 82 ita, *illi & illi*, legasset.

82 V. *l. 36. §. 2. ff. de legat. 1.*

De fructibus annuis.

XLI. Javolenus [lib. II ex posterioribus Labeonis].

Cum ita legatum esset: *Fructus annuos fundi Corneliani Publio Mævio do lego:* perinde 83 putat accipiendum esse Labeo, ac si usufructus fundi similiter esset legatus: quia hæc mens fuisse testatoris videatur,

83 *l. 22. ff. eod. l. 20. ff. de usufr. & quemadmod.* Imo, perinde non est. vid. *l. 43. ff. de evictionibus.* Aliud est usufructus, aliud fructus annui legati. *l. un. ff. quando dies usufr. legat. cedat.*

De fructibus maturis vel immaturis.

XLII. Idem [lib. V ex posterioribus Labeonis].

In fructu id esse intellegitur, quod ad usum hominis inductum est: neque enim maturitas 84 naturalis hic spectanda est, sed id tempus, quo magis colono dominove eum fructum tollere expedit: itaque cum olea immatura 85 plus habeat reditus 86, quam si matura legatur, non potest videri, si immatura lecta est, in fructu non esse.

84 Vid. *l. 48. in fin. ff. de usufr. & quemadm.*

85 Immatura olea plus habet reditus, quam matura, *ut hic.* Quid ita? minimum amurcæ effluit ex matura. vide plura apud Forcatulum *cap. 10 Pensor.*

86 Tenetur tamen lege Aquilia, qui eam legerit. *l. 27. §. 25. ff. ad leg. Aquil.*

De usufructu bonorum, vel rerum.

XLIII. Venuleius [lib. X Actionum].

Nihil 87 interest, utrum *bonorum* quis, an *rerum* 88 tertiæ 89 partis usumfructum legaverit. Nam si bonorum usufructus legabitur, etiam æs 90 alienum ex bonis deducetur; & quod in actionibus 91 erit, computabitur: at si certarum 92 rerum usufructus legatus erit, non idem observabitur.

87 Nonnihil. *Hal.* Multum interest. *vulgat.* vid. Anton. Fabrum 1 *Conjecturar. 14.* Goth. Adde Hartmann. Pistor. *quæst. 46. n. 27.* & Covar. *resolut. lib. 2. c. 2.* Anf. 88 Rerum certarum. Ita emendat Anton. Faber 1 *Conjecturar. 14.* 89 Dixi ad *l. 4. C. quando dies legati.* Goth. Alii: *tertiæ partis.* Grot. post *Herald. S. L.* 90 V. Roland. à Valle 1 *consil. 22. n. 19.* 91 V. *l. 49. ff. de verb. sign.* 92 *l. 8. l. 9. ff. de legat. 2.*

Tit. III.

DE SERVITUTE LEGATA [1].

De ædificatione ex superiore taberna ad inferiorem.

1. Julianus [lib. I ex Minicio.

Qui duas tabernas conjunctas habebat, eas singulas duobus legavit. Quæritum est, si quid ex superiore taberna in inferiorem inædificatum esset: num inferior oneri ferundo in superioris tabernæ loco contineretur? Respondit, servitutem impositam videri. Julianus notat: Videamus, ne hoc ita verum sit, si aut nominatim hæc servitus imposita est, aut ita legatum datum est, *Tabernam meam, uti* 2 *nunc est, do lego.*

1 De hac materia vide Menoch. *lib. 4 præsumpt. 144. Math. Afflict. decis. 298. num. 23.* Decii *Consil. 41. vers. secundo quia.* Bartholom. Cæpoll. *de servitut. cap. 38.* Anf.

2 Vid. *l. 52. in fin. ff. de act. empt.* adde *l. 34. ff. de pign.*

De fundo communi. De pluribus heredibus stipulatoris.

11. Marcellus lib. XIII Digestorum.

Fundum communem habentibus legari 3 potest via; cum & communis servus recte 4 viam stipulatur: & cum duo ei, qui ipse viam stipulatus fuerit, heredes exstiterint, non corrumpitur stipulatio.

3 Adde *l. ult. in fin. ff. commun. prædiorum.*

4 *l. 12. ff. de servitutib. l. 19. ff. de servitutib. rustic.*

De fundo uni cum via, alii sine via legato. De fundo sub conditione, vel pro parte pure, pro parte sub conditione, & via pure legatis. De fundo communi.

111. Idem lib. XXIX Digestorum.

Si fundum 6 Mævio, & ad eum viam per alium fundum, & eundem fundum sine via Titio legasset: si uterque fundum vindi-

5 V. in hanc l. Cujac. 1 *obs. 23.*

6 Pone Tusculanum & quidem solidum.

vindicassetˢ, sine via legato fundum cessurum: quia neque adquiri per [7] partem servitus possit. Et si prius Mævius fundum vindicaret, altero deliberante, posse dubitari, an, si postea Titius omisisset, viæ legatum salvum esset? Et hoc magis videbatur. Quamquam si sub conditione quis fundum legasset, viam pure: aut pro parte fundum pure, pro parte sub conditione, & viam sine conditione: si, pendente ea, legati dies cessisset [8], interiturum fore viæ legatum. ut responsum est, cum alteri ex vicinis, qui fundum communem habebant, viam sub conditione, alteri pure legasset, pendente [9] conditione decessissetˢ [10]: quia alterius legatarii persona impedimento esset, quo minus solidus fundus cum via vindicaretur.

[7] Vid. *l.* 11. ff. *de servitutib.*

[8] Cedere, est incipere deberi. *l.* 213. §. *de verb. signif.*

[9] Et pendente. Cujac. 1 *obs.* 23.

[10] Dies decessisset. Cujac. *ibid.*

[11] Flor. *al.* immissum.

[12] Ut fiat divisio. *l.* 26. ff. *de servitut. urb.*

[13] De hac dictione dixi in *l. qui se patris. C. unde liberi.*

[14] *l.* 12. § 2. ff. *de leg.* 1. *l.* 82. *in fin.* ff. *de leg.* 2.

[15] V. *l.* 4. § ult. ff. *de usu & habitat. l.* 111. §. *de verb. oblig.*

[16] Jus transeundi, hoc est, iter, servitus quidem rustica, sed tamen personæ conceditur, non prædio interdum, *ut hic. l.* 15. §. 1. *in fin.* ff. *de usufr. legat. l.* 41. ff. *de servit. urban.* Ejus generis est pecoris ad aquam appulsus, *l.* 4. ff. *de servit. pred. rust.* aquæductus. *l.* 37. *de servit. rust.*

[17] Præsidalis.

[18] V. *l.* 1. § 43. §. *de aqua quot.*

[19] *l.* 80. *in fin.* §. *ad l. Falcid.* vis partem non recipit, individua est. *Goth.* Vid. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt. c.* 145. Cujac. *lib.* 7 *observ. cap.* 20. Anſ.

De servo alieno.

V. Papinianus [lib. XVI Quæstionum].

Etsi maximeˡ³ testamenti factio cum servis alienis ¹⁴ ex persona dominorum est: ea tamen quæ servis relinquuntur, ita valent, si liberis relicta possent valere: sic ad fundum domini via servo frustra legatur.

De domo filiæ legatæ, & jure transeundi per domus hereditarias.

VI. Idem [lib. VII Responsorum].

Pater filiæ domum legavit, *eique per domus hereditarias jus transeundi præstari voluit*: si filia domum suam habitet, viro ¹⁵ quoque jus transeundi præstabitur: alioquin filiæ præstari non videbitur. quod si quis non ¹⁶ usum transeundi personæ datum, sed legatum servitutis ¹⁷ esse plenum intelligat: tantundem juris ad heredem quoque transmittetur: quod hic nequaquam ¹⁸ admittendum est: ne quod affectu filiæ datum est, hoc & ad exteros ejus heredes transire videatur.

[13] De hac dictione dixi in *l. qui se patris. C. unde liberi.*

[14] *l.* 12. § 2. ff. *de leg.* 1. *l.* 82. *in fin.* ff. *de leg.* 2.

[15] V. *l.* 4. § ult. ff. *de usu & habitat. l.* 111. §. *de verb. oblig.*

[16] Jus transeundi, hoc est, iter, servitus quidem rustica, sed tamen personæ conceditur, non prædio interdum, *ut hic. l.* 15. §. 1. *in fin.* ff. *de usufr. legat. l.* 41. ff. *de servit. urban.* Ejus generis est pecoris ad aquam appulsus, *l.* 4. ff. *de servit. pred. rust.* aquæductus. *l.* 37. *de servit. rust.*

[17] Præsidalis.

[18] V. *l.* 1. § 43. §. *de aqua quot.*

[19] *l.* 80. *in fin.* §. *ad l. Falcid.* vis partem non recipit, individua est. *Goth.* Vid. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt. c.* 145. Cujac. *lib.* 7 *observ. cap.* 20. Anſ.

De pluribus heredibus.

VII. Paulus [lib. XXI Quæstionum].

Cum à pluribus heredibus institutis via legata est, quia partem [19] non recipit, singuli heredes in solidum conveniuntur: quia & uno ex heredibus adeunte vindicari potest.

Tit. IV.

DE DOTE PRÆLEGATA [1].

Quid continetur legato dotis. 1. De pacto dotali. 2. De repræsentatione. 3. De donatione inter virum & uxorem. 4. De impensis in res dotales factis. 5. De dote stante matrimonio soluta. 6. De interitu rei dotalis. 7. De dote promissa, nec data. 8. De demonstratione. 9. Si socer nurui, 10. Vel marito dotem legaverit. 12. De dote alii legata, ut muliери restituatur, 13. Vel muliери, ut alii restituat. 14. De legato generali, & speciali. 15. De fundo dotali locato.

I. Ulpianus [lib. XIX ad Sabinum].

Cum dos relegatur, verum est, id dotis legato inesse, quod actione de dote inerat [2]. §. 1. Et ideo, si inter virum & uxorem convenerat [3], ut morte viri soluto matrimonio, filio communi interveniente, dos apud mariti heredem remaneret, & maritus decedens dotem relegaverit: stari pacto non debet ob hoc, quod dos relegata est: Verum & citra relegationem hoc probari debet: nam * quod est admissum, posse deteriorem conditionem dotis fieri intervenientibus liberis, totiens [4] locum habet, quotiens ipsa [5] in matrimonio decedit, vel divortium intervenit. §. 2. [Et] verum est, commodum in dote relegata esse repræsentationis [6], quamvis annua [7] die dos præstaretur. §. 3. Est & illud, quod ob res donatas [8] hodie post Senatusconsultum [9] nulla fit exactio [10], si modo voluntatem non [11] mutavit restator. §. 4. Impensæ [12] autem ipso jure dotem minuunt: sed quod diximus ipso jure [13] dotem impensis minui, non ad singula corpora [14], sed ad universitatem [15] erit referendum. §. 5 Adeo autem dotis actionem continet dotis relegatio, ut si vivus eam uxori (scil. quibus licet casibus [16]) solverit, cesset legatum. §. 6. Sed & si mancipia fuerint in dote non æstimata, & hæc demortua [17] sint: legatum dotis in his evanescit. §. 7. Sed & si dotem promiserit mulier, neque dederit, & decedens maritus uxori dotem prælegaverit, mulier nihil amplius quam liberationem [18] habebit. Nam & si quis ita legaverit, *Centum, quæ* [19] *in arca habeo*: aut, *quæ ille apud me deposuit*: si nulla sint, nihil [20] deberi constat, quia nulla corpora sint.

§. 8. Si quis uxori fundum Titianum his verbis legasset: *Is enim fundus propter illum ad me pervenit*: omnimodo debetur fundus: nam * quicquid demonstratæ [21] rei additur satis demonstratæ, frustra [22] est. §. 9. Celsus lib. XX Digestorum scribit, Si socer nurui dotem relegavit: si quidem jus actionis de dote voluit relegare, nullius momenti esse legatum; quippe nupta [23] est: sed si voluit eam recipere dotalem pecuniam, (inquit) utile erit legatum. Si tamen hæc dotem receperit, nihilominus maritus dotis persecutionem habebit: sive heres institutus esset, familiæ erciscundæ judicio; sive non, utili actione. Ego puto, quoniam non hoc voluit socer, ut bis dotem heres præstet, & mulierem agentem ex testamento, cavere [24] debere, *defensu* [25] *iri heredem adversus maritum*. † Ergo & maritus idem debebit cavere, adversus mulierem defensu iri, si prior agat. §. 10. Per contrarium apud Julianum libro XXXVII [26] quæritur, si socer filio suo exheredato [27] dotem nurus legasset? Et *ait*, agi quidem cum marito exheredato de dote non posse: veruntamen ipsum dotem persecuturum ex causa legati: sed non alias eum legatum consecuturum, quam si caverit, *heredes adversus mulierem defensu iri*. & differentiam [28] facit inter eum, cui dos relegata est, & orcinum [29] libertum, cui peculium legatum est: namque eum [30] de peculio posse [31] conveniri [32] ait; heredem non [33] posse: quia peculium desiit [34] penes se habere: at dotis actio nihilominus competit [35], ersi dotem desierit habere. §. 11. Idem Julianus quærit, si dotem marito relegaverit socer, an dote soluta [36] mulieri legatum mariti extinguatur? Et dicit extingui: quia nihil esset jam, quod marito posset præstari. §. 12. Idem quærit, si dos alii legata esset, eamque rogatus sit mulieri restituere: an lex Falcidia in legato locum haberet? Et dicit habere [37]: sed quod minus est in fideicommisso, mulierem dotis actione consecuturam. Ego quæro, an commoda repræsentationis in hoc legato sic observentur; atque si dos ipsi mulieri fuisset relegata? Et puto [habere].

§. 13. Idem Julianus quærit, si mulieri dos sit relegata, eaque rogata *dotem restituere*, an Falcidia locum habeat? Et negat [38] habere: quoniam fideicommissum quoque negat valere. Quod si præterea quid uxori legatum sit, putat ex residuo fideicommissum præstari: quod utique, habita ratione Falcidiæ, mulieri præstabitur. Sed & marito ex parte herede instituto, à socero dote prælegata, legatum dotis Falcidiam passurum: videlicet, quia adhuc constante [39] matrimonio, indebita dos videtur relegata. verum quod Falcidia recidit, in familiæ herciscundæ judicio maritum præcepturum: quemadmodum totam dotem præciperet, si non esset relegata. §. 14. Mela scripsit, si fundus in dote sit, & specialiter sit legatus, mox generaliter dos relegata: non bis [40], sed semel deberi fundum. §. 15. Ibidem Mela conjungit, si fundus in dote fuit locatus à marito ad certum tempus: uxorem non [41] alias fundum ex relegatione consequi, quam si caverit, *se passuram colonum frui*: dummodo ipsa pensiones percipiat.

[1] Relegata. *Hal.* & ita legimus passim hoc titulo περὶ προικὸς διατελεσθείσης. 44 *Ecl.* 7. Formula relegandæ dotis hæc est: Quanta pecunia dotis nomine ad me pervenit, tantum heres meus dato. Cujac. *hic.* Relegare, est alteri quodammodo rem suam legare. Cujac. 4 *obs.* 23. *in fin.* In hoc etiam verbo Prothesin quidam observant.

[2] Et ita fructus infunt ante nuptias percepti. v. *l.* 38. *in fin.* ff. *de usuris.*

[3] Vid. *l.* 2. ff. *de pact. dotalib.*

[4] *l.* 2. § 3. *de pact. dotalib. l.* 3. *C. de pact. convent.*

[5] Non maritus. *l.* 3. *C. de pact. convent.*

[6] §. 12. ff. *eod. l.* 2. *in fin.* ff. *eod. l.* 24. § 2. ff. *soluto.* Repræsentat, qui ante diem solvit: qui efficit, ut res sit præsens, utque quasi ad manum præsens detur.

[7] Compendiose dicit, annua, pro annua, bima, trima die. *l.* 30. § 2. ff. *de leg.* 1. v. quæ scripsi ad *l.* 4. ff. *eod.*

[8] Inter virum & uxorem scil.

[9] Cujus sit mentio in *l.* 32. *in princ.* §. 1. § 2. ff. *de donat. inter vir.*

[10] Ab herede donatoris scil. est enim durum & amarum, ut res donata eripiatur adversus voluntatem suprematn ejus, qui donavit. *d.* §. 2. [11] *d. l.* 32. § 3. 4. 5. [12] Necessariæ sc. *l.* 2. ff. *eod. l.* un. § 5. *vers. cum enim. C. de rei uxor. act.* Goth. Ad hunc §. vid. Corasius ad *l. qui liberos.* ff. *de ritu nupt. in* 1 *part. num.* 45. Vacon. *lib.* 6. *declarat. cap.* 238. Anſ. [13] *l.* 56. § 3. ff. *de jure dot. l.* 5. *l.* 15. ff. *de impensis.* [14] Dotis. [15] Ejusdem dotis, *l.* 5. *in princ.* ff. *de impensis.* adde *l.* 50. § 1. ff. *de judiciis.* [16] Puta, ut se suosque alat. *l.* 73. § 1. *de jure dotium.* vide *l. un. C. si dos constante matrim. soluta fuer.*

[17] *l.* 8. ff. *eod.* [18] Dotis, quæ dari debuit: quia maritus de ea tantum cogitasse videtur. *Accurs.* [19] Adde *l.* 34. § 4. ff. *de leg.* 1. [20] Imo, alibi deberi videtur aliquid, non ut dos, sed ut legatum. Sufficit enim testatorem quantitatem expressisse dotis, etsi ea in dotem vere data non sit, *l.* 3. *C. de falsa causa.* ut valeat non quasi dos, sed quasi fideicommissum. *l.* 88. §. 10. ff. *de legat.* 2. [21] Demonstrata res intelligitur, quæ tempore & facto finita est. *l.* 137. §. 6. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* Notoria, quam omnes sciunt, *l.* 213. 223. ff. *de verb. sign.* quæ sensu ipso deprehenditur, *cap.* 2. *de verb. sign. in* 6. quæ fit frequentissime. *l.* 9. § 2. ff. *de edendo.* Notorium juris est, quod lex tacita ratioque naturalis nobis indidit. Cicero pro Milone. *l.* 4. ff. *ad leg. Aquil. l.* 2. §. 7. ff. *de ex inf. tutor. l.* ult. ff. *de bon. damnat. l.* 220. *in fin.* ff. *de verb. sign.* Facti vero notorium est, quod negari neque debet, neque potest. adde *l.* 11. §. 12. ff. *de act. empt.* [22] Notoria non indigent probatione. *c.* 31. *de regul. in* 6. *l.* 137. § 2. ff. *de verb. oblig. l.* 33. ff. *de condit. & demonstrat.*

[23] *l. un. C. si dos constante matrimonio soluta fuerit.*

[24] Quid, si cautio est omissa? potest mulier conveniri actione incerti, ut caveat, vel repetat quod datum est *l. quod si nulla.* 60. ff. *de legat.* 1. *l. qui exceptione.* 40. § *si part.* ff. *de condict. indeb.*

[25] Imo de indemnitate cavere debet. *l.* 7. ff. *eod.*

[26] *Al.* vicesimo septimo.

[27] *l.* 7. *in princ.* ff. *eod.*

[28] Differentiæ inter peculium legatum libertis, & dotem legatam marito, ratio hæc est, quod actio de dote, ex contractu verbis inita est: actio de peculio, ex contractu tacita. *l. quæsitum.* 30. ff. *de peculio.* Priore actione heredes soceri tenentur, licet desierint habere: posteriore, libertus non tenetur, si desierit habere peculium: ut in pupillo est, qui sine culpa sua rem habere desiit. *l. si à bonæ.* 21. ff. *de rei vind.*

[29] Orcinus libertus quis, v. in §. 2. *Inst. de singulis rebus.*

[30] Libertus potest conveniri, si peculium ei ut prælegatum. adde *l.* 2. *C. an servus pro suo facto.*

[31] Imo, non potest servus conveniri, sed heres. *l.* 2. *C. an servus pro suo facto.* vid. *tertiam solutionem Accursii.*

[32] Nam qui peculium cohæredi prælegat, cum onere legat. *l.* 6 ff. *de peculio legato.*

[33] Imo, potest conveniri, ex quo illi cavere necesse est. *l.* 17. *l.* 18. ff. *de peculio legato.*

[34] *l.* 28. ff. *de peculio.*

[35] Dos licet sit soluta viro, actio tamen de dote adhuc superest, *ut hic.* quod verum, si postea fit solutum matrimonium: alias non peteret. vide ff. *eod. in princip.* aut si constante matrimonio actionem dari eo casu dixeris, actionem hic interpretabere, non ipsam omnimodo actionem, sed spem tantum actionis.

[36] *l.* 7. § 1. ff. *eod.*

[37] Imo, non habet. *l.* 57. ff. *ad leg. Falcid.*

[38] *l.* 28. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

[39] Dos constante adhuc matrimonio relegari non potest. Cur non potest? quia indebita, *ut hic.* Ita dos utiliter relegatur, quæ debita.

[40] *l.* 66. ff. *de legat.* 2.

[41] Imo alias; nec enim tenetur mulier stare colono mariti, *l. nihil prosoni.* 120. § *ult.* ff. *de leg.* 1. an hoc speciale est in dote. vide Bart. in *l. si filiofamiliar.* 25. § *ult.* ff. *soluto.* [42] Dotis prælegatæ (hoc est, quam uxori suæ relegat maritus) commodum per fideicommissum maritus alteri relinquere potest. [43] Necessariæ impensæ dotem ipso jure minuunt. v. *l.* 1. § 4. ff. *eod. l.* 5. ff. *eod.* [44] Dos relegata videtur, non modo si dos ipsa relegata est, sed & si pro dote aliquid relegatum est. [45] Compensationis habendæ animo, non præsumitur maritus legare uxori, hoc est, ut legatum habeat uxor dotis loco. adde *l. unic.* § *sciendum. C. de rei uxoriæ act. l. creditorem.* 85. ff. *de leg.* 2. [46] Non restituet. *Hal. l.* 67. *in fin. l.* 68. ff. *de legat.* 2. [47] Quod quis ex dote lucratur id ad paternam hereditatem non refert. [48] Atqui potest quis rogari restituere ultra id, quod ei sit relictum. *l. Imperator.* 70. § 1. ff. *de legat.* 2. [49] Recipit dotem, non accipit mulier, cum ei dos relegatur. *l.* 77. § 12. *in fin.* ff. *de legat.* 2. adde *l.* 41. ff. *de bon. libert.* 50 *l.* 114. § 3. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

[51] Imo, cum fructibus non restituet. *l. quod hic verbis.* 83. ff. *de leg.* 3. Conjectura quadam videtur testator hic reliquisse pro debito, atque ita ut restituereat cum fructibus. [52] Adde *l.* 54. ff. *de legat.* 3. vide Cujac. 8 *obs.* 36. Verbum *amplius*, repetitionem inducit. Quid, si uxori maritus legavit centum præter dotem, ut *l. Seio.* 10. §. *uxor.* ff. *de annuis legatis. vel supra dotem, l. fugitivum.* 7. §. *quod in anno.* 6. ff. *soluto matrimonio. l. ex conducto.* 15. §. *antepenult.* ff. *locati.* vel ultra dotem. *l. si ultra.* 22. *C. de fidejussoribus?* Dotem relegasse intelligitur. [53] Imo, non est. Nam vox *amplius* repetitionem non inducit, nisi adjectum sit *hoc*, vel *eo amplius. l. si servus.* 108. §. *si ita scriptum.* 7. ff. *de legat.* 1. [54] Vide Cujac. 5 *ad African.* [55] Id est, his verbis, annua, bima, trima die. *l.* 30. § 2. ff. *de legat.* 1. vide Cujac. 7 *obs. serv.* 20. & Govean. 1 *variar.* 28. Ea erat vulgaris clausula, legatis adjici solita, *ut hic.* Iis solvendis annuum diem præfinivit Augustus. Suet. in *ejus vita.* Annuus dies, tres pensiones. Cujac. *ibid.* 6. Ulpian. 8. & 13. [56] Imo, aliquid pertinet, *l. talis.* 30. ff. *de legat.* 1. spectale est in dote.

De solutione dotis non differenda.

V. MARCIANUS [lib. III Regularium].

DOte relegata, non [57] est heres [58] audiendus. si velit ob [59] donationes in mulierem factas solutionem differre, vel ob impensas [60] alias, quam quæ ipso jure dotem minuunt: aliud est enim, minorem [61] esse factam dotem, quod per necessarias [62] impensas accidit: aliud, pignoris nomine retineri dotem ob ea, quæ mulierem invicem præstare æquum est.

De pecunia legata pro dote.

VI. LABEO [lib. II Posteriorum à Javoleno epitomatorum].

CUm scriptum esset: *Quæ pecunia propter uxorem meam ad me venit quinquaginta, tantundem pro ea dote heres meus dato*: quamvis quadraginta dotis fuissent, tamen quinquaginta debere Alfenus Varus Servium respondisse scribit, quia [63] proposita summa quinquaginta adjecta sit. §. 1. Item ei, quæ dotem nullam habebat, vir sic legaverat: *Quanta pecunia dotis nomine, & reliqua: pro ea quinquaginta heres dato*: deberi ei legatum Ofilius, Cascellius, item & Servii auditores [64] retulerunt: perinde habendum esse, ac si servus alicui mortuus [65], aut pro eo centum legata essent: quod verum est: quia his verbis non [66] dos ipsa, sed pro dote pecunia legata videtur.

Si pater dotem à nuru acceptam filio exheredato legavit.

VII. PAPINIANUS [lib. XVIII Quæstionum].

PAter dotem à nuru acceptam filio exheredato [67] legavit: heres patris, opposita doli exceptione, non ante solvere legatum cogendus est, quam ei cautum fuerit de [68] indemnitate soluto matrimonio. §. 1. Sed si prius quam legatum filio solveretur [69], mulier dotem suam reciperavit [70]: frustra [71] filius de legato aget.

§. 2. Sed si lex Falcidia locum in legato dotis adversus filium exheredatum habuerit [72], & mulier solutionem ratam fecerit: propter eam quantitatem, quam heres retinuerit, utilis actio dotis ei dabitur, quod si ratum non habeat, defendi quidem debebit heres à viro, qui se [73] defensurum promisit; sed si totam litem vir solus subierit, actio judicati [74], si cautum non [75] erit, pro [76] ea quantitate, quæ jure Falcidiæ petenda est, adversus heredem dabitur. §. 3. Sed si prius quam legatum filio solveretur, mulier divertit: quanquam ipsa nondum præcipere dotem possit, non ideo tamen actio filii differtur: quia tunc iisdem [77] diebus filio solvi dotem [78] responsum est. Cum patri pro parte heres exstitit, & ad præceptionem dotis, soluto matrimonio, postquam heres exstitit, admissus est [79], §. 4. si forte per errorem cautio defensionis omissa sit, & ex causa fideicommissi filius dotem acceperit: ut indebitum fideicommissum non repeteretur. cautionis enim præstandæ necessitas solutionem moratur: non indebitum facit, quod fuit debitum. sed non erit iniquum, heredi subveniri [80]. §. 5. Quid ergo, si patris heres solvendo sit: nonne juste mulieri dabitur adversus virum utilis [81] actio dotis? cui dos perire non debet: quia non interposuit per errorem heres cautionem.

De pecunia legata pro dote.

VIII. IDEM [lib. VII Responsorum].

VIr uxori, quæ dotem in mancipiis habebat, pecuniam [82] pro dote legaverat: vivo viro mancipiis mortuis [83], uxor post virum vita decessit: Ad heredem ejus actio legati recte transmittitur [84]: quoniam mariti voluntas servanda est.

Si testator certum fundum, & quæ nuptura obtulit æstimata, in speciebus restitui *voluit.*

IX. IDEM [lib. VIII Responsorum].

V *Xori meæ fundum Cornelianum, & quæ nuptura obtulit æstimata* [85], *in speciebus restitui volo.* Respondi, non æstimatum prædium in dotem datum, exceptum non videri: sed * universa dote prælegata, rerum æstimatarum pretium non relictum; verum ipsas res, quales invenirentur.

De fundo uxori pro dote & alii legato.

X. SCÆVOLA [lib. VIII Quæstionum].

SI Seiæ pro dote centum fundus legatus sit, idemque Mævio: quod Mævio Falcidia aufert, pro eo, quasi concursus non fuerit, mulier plus vindicet: quia amplius sit in dote mulieris.

Si mulier dotem, ad quam stipulandam alium adhibuerat, vivo reliquit.

XI. PAULUS [lib. VII Responsorum].

SEia, cum nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine centum aureos, & adhibuit Quintum Mucium, qui nihil numeravit, sed dotem stipulatus est, si morte mulieris solutum fuerit matrimonium: Scia moriens testamento suo ita cavit: *Lucio Titio marito meo, cui maximas gratias ago, dari volo super* [86] *dotem, quam ei dedi, tot aureos.* Quæro, cum instituit Lucium Titium convenire Quintus Mucius ex stipulatu actionem: an repellere eum maritus possit ex verbis testamenti? Respondit, si Quintus Mucius mandante Seia, non [87] donationis causa, stipulatus est, heredibus mulieris eum teneri: & ideo Quintum Mucium exceptione repellendum esse: quod si [88] donationis causa Seia stipulari permisisset, videri eum in eum casum, qui morte mulieris extitit, mortis causa stipulatum; & ideo fidei ejus committi potuisse [89], in eum casum, dicendum fore.

De conditione implenda.

XII. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

QUi dotem in pecunia numerata & æstimatis rebus acceperat, uxori ita legavit: *Seia uxori meæ, si omnes res, quæ tabulis* [90] *dotalibus contineantur, heredi meo exhibuerit, & tradiderit summam dotis, quam mihi pro ea pater ejus intulit, dari volo hoc amplius* [denarios] *decem.* Quæsitum est, cum res in dotem datæ plures ipso usu finitæ essent [91], nec moriente marito fuerant, an quasi sub impossibili conditione legatum datum debeatur? Respondi, videri conditioni paritum, si, quod ex rebus in dotem datis supererat, in potestatem heredis pervenit [92].

Si filiusfamilias dotem ab uxore accepit, eamque illi patersfamilias factus legavit.

XIII. LABEO [lib. I Pithanorum à Paulo epitomatorum].

[P Aulus]: si filiusfamilias, uxorem cum haberet, dotem ab ea acceperat; deinde paterfamilias factus, dotem ei, ut solet, legavit: quamvis patri heres non erit, tamen id legatum debebitur.

De eo, cui testator voluntatem suam se declarasse testatus est.

XIV. SCÆVOLA [lib. XV Digestorum].

THeopompus testamento facto duas filias & filium æquis partibus instituit heredes, & codicillis ita cavit: *Τῷ θυγατρὶ μου Κρισπίνῃ, ὃν ἠβούλμην ἐνδοῦναι ᾧ ἂν οἱ φίλοι μου καὶ οἱ συγγενεῖς δοκιμάσωσι, παραδοῦναι ἐνδύτῃ Πολλιανὸς εἰδὼς μὲ τῷ γαμβρῷ μου, ὅτι τοῖς ἴσοις, ἐφ' οἷς κ' τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς ἐξέδωκα.* Id est, *Filiam meam Crispinam, quam vellem tradi nuptui cuicunque amici mei & cognati approbabunt, providebit* 93 *tradi Pollianus* 94 *sciens* 95 *mentem meam, in aqualibus portionibus, in quibus & sororem ejus tradidi.* Pollianus à marito puellæ juratus [96] scripsit [97], voluisse patrem eandem quantitatem in dotem accipere etiam minorem filiam, quam major accepisset: Quæro, an eandem summam dotis nomine coheredes extra partem hereditatis minori filiæ præstare debeant? Respondit, eum cujus notio est, æstimaturum, ut eadem quantitas ex communi præcipua minori filiæ dotis nomine detur.

De re obligata.

XV. GAIUS [lib. II de legatis ad Edictum Prætoris].

LIcet placeat pignoratas res, vel in publicum obligatas, heredem, qui dare jussus est, liberare debere: tamen si is, qui tales res in dotem accepit, dotem prælegaverit, non cogetur heres liberare eas, nisi aliud specialiter [98] testator dixerit.

Si uxori legetur dos, quæ alii reddenda erat.

XVI. PAULUS [lib. II ad Vitellium].

QUi dotem [99] à matre uxoris acceperat, & stipulanti ei promiserat, testamento uxori dotem legavit: cum quæsitum esset, an uxor dotis summam consequi posset, respondit Scævola, non videri dari uxori, quod necesse sit matri reddi. alias sic respondit, non videri [100], nisi manifeste uxor docuisset, eam testantis voluntatem fuisse, ut onerare heredes duplici [1] præstatione dotis vellet.

De legato uxori, quidquid ei comparavi, & quod mihi dedit. 1. Vel quanta pecunia ad me, inve stipulationem dotis ejus nomine pervenit.

XVII. SCÆVOLA lib. III Responsorum.

V Xori ita legavit: *uxor mea, quidquid ei comparavi, & quod mihi dedit, è medio sibi sumat.* Quæro, an dos prælegata videatur? Respondit, verbis quæ proponerentur, videri [2] & de dote legata loqui: nisi aliud testatorem voluisse probaretur. §. 1. *Titiæ uxori meæ, quanta pecunia ad me inve stipulationem dotis ejus nomine pervenit: quæ dos est dotalibus duobus consignatis* 3 *instrumentis centum aureorum.* Quæsitum est, an utramque summam consequi possit? Respondit, nihil proponi, cur non possit.

---

[1] 41. §. 1. ff. de legat. 2.

[58] Heres dicebat, iniquum esse, mulierem utrumque consequi, & dotem & donationem.

[59] Dote relegata, non poterit heres testatoris dotem retinere, propter impensas utiles in eam factas, vel donationes uxori factas, etsi impensas necessarias possit deducere.

[60] l. 15. ff. de impensis.

[61] Ipso jure scilicet; id enim fit per necessarias impensas. l. 2. ff. eod.

[62] Imo, necessariis impensis dos minuitur, dote relegata. l. Mævio. 41. §. 1. ff. de legat. 2. Hic dos simpliciter relegata, ibi quidquid ad maritum pervenit.

[63] Al. *quia proposita summa quinquaginta adjecta sint.* hinc Bartolus: Si legat aliquis pro dote, adjecta certa quantitate, sive dos fuerit nulla, sive minor, tenet legatum.

[64] Auditores Servii, ejus discipuli. dixi ad l. 1. §. 6. ff. de aqua pluvia.

[65] Corpus, quod in rerum natura non est, & pecunia alternativa quoties legatur, legatum in pecunia utile est. Bart.

[66] Adde l. 3. C. de falsa causa adjecta.

[67] l. 1. §. 10. ff. eod. Goth. V. Cujac. lib. 11 observ. cap. 29. Ans.

[68] Imo, cavere debet de herede defendendo. §. 2. ff. eod. & l. 1. §. 9. ff. eod. Utraque cautio ejusdem est effectus. adde l. 2. C. de in litem dand. tut. l. si quid posseſſor. 31. ff. de hereditatis petitione. Goth. Qui indemnitatem promittit, cogitur judicium suscipere Socin. vol. 3 consil. 70. Cuman. consil. 185. Bart. hac l. 7. Alexand. ad l. wenditores. ff. de verb. obl. Ans.

[69] l. 1. §. 11. ff. eod.

[70] Atqui mulier conitante matrimonio dotem recuperare non potest. l. in rebus. 30. verſ. omnia. C. de jure dotium. An hic matrimonium solutum fuit, vel ad inopiam maritus vergebat, ut putat Rogerius? An hic matrimonium solutum fuit, respectu soceri, l. cum hic. 32. §. fi socer. 19. ff. de donat. inter virum. ut vult Jacobus de Aretio? An mulier facto, non jure, dotem recepit, ut vult Azo? An actio de dote committi potest constante matrimonio, ut putat Joannes? An hic dotem recepit, quibus casibus jure eam recipere potest, ut innuere videtur Bartolus, argum. l. mutuo. 73. §. manente. 1. ff. de jure dotium. l. quamvis. 20. ff. soluto matrimonio? Bartolus Rogerii & Azonis sententiis præfert.

[71] Imo, non frustra: quia solutio facta mulieri, nocere viro non debet. l. fi Stichum. 8. §. ultim. ff. de novat. l. ultim. in fin. ff. de verb. oblig. Hic non tam alii personæ, quam creditori creditoris solutio facta esse videtur. l. 1. §. idem Julianus. ff. eod.

[72] Atqui Falcidia locum adversus filium habere non potest: cum hoc judicio familiæ erciscundæ consequatur ut debitum. l. si filia. 20. §. 2. ff. familiæ erciscundæ. An hic solutum est matrimonium, ut putat Rogerius? An potius hic constante matrimonio hoc agebat actor ex testamento. l. 1. §. idem Julianus. ff. eod.?

[73] l. 1. §. 9. ff. eod. Atqui de indemnitate cavere debet. hac l. in prine. dixi ibid.

[74] Vide l. 4. ff. de rejudicata.

[75] Quid, si cautum erit? An maritus in solidum tenebitur, si præsens fuit tempore stipulationis? An nullo modo convenietur, si cautum fuerit animo novandi, ut vult Jacobus de Ravenna? An tenetur ex stipulatione propria, non procuratoria, ut ex Dyno notat Bartolus?

[76] Imo in solidum. l. si procurator. 28. l. si actor. 29. ff. de procurat.

[77] Imo, incontinenti dotem consequi potest, si agere velit familiæ erciscundæ. l. si filia. 20. §. 2. ff. familiæ. Aut hic solutum est matrimonium: aut si solutum non est, incontinenti dotem vir recuperabit, si onera matrimonii sustinebit.

[78] Dotem responsum est, cum patri heres exstitit, & ad perceptionem dotis soluto matrimonio, postquam heres exstitit, admissus est. Cuj. 11 obs. 29.

[79] Al. *Ita admissus.*

[80] Qua actione? condictione incerti ad cautionem exigendam. l. 2. ff. de usufruct. ear. rer.

[81] Dotis nomine experiri potest adversus maritum uxor, si heres soceri non sit solvendo, qua actione? utili, *ut hic.* Imo, & mandati, negotiorum, incerti, de dote. Bartol. hic.

[82] *Subaudi* certam, seu expressam, Rogerius apud Bartolum. Atqui teneri videntur heredes, etiamsi quantitas non fuerit expressa. l. plurumque. 10. l. in rebus. 17. ff. de jure dotium. Hic mancipia mortua sunt sine culpa heredis seu mariti.

[83] l. 1. §. 10. ff. eod.

[84] Imo non transmittitur, neque mortuis mancipiis æstimatio debetur. argum. l. 86. §. 2. ff. de legat. 1. Hic legata est certa quantitas pro servi pretio: at non servi pretium indefinite, nulla quantitate expressa.

[85] De hac æstimatione vide l. 10. ff. de jure dotium.

[86] Super dotem quæ marito suo mulier quid legat, ipsam dotem etiam legare intelligitur.

[87] Adhibitus ad stipulandum totam dotem, in dubio non videtur adhibitus animo donandi. Bartol. adde l. 37. §. 4. ff. de legat. 3. l. 2. C. de jure deliberandi.

[88] Adhibitus animo donandi, intelligitur causa mortis, si mortis causa facta est mentio. Bart. l. 77. §. 2. ff. de legat. 2.

[89] Imo non potuit. l. 29. §. ult. ff. de pact. dotalib.

[90] De dotalibus tabulis vide quæ scripsi ad l. 29. ff. de pact. dotal.

[91] Atque ita impossibile esset, uxorem eas res heredi mariti exhibere juxta defuncti voluntatem.

[92] Id est, si conditio pro parte est possibilis, sufficit si ei pareatur in eo quod possibile est. Bart.

[93] Dotis filiæ quantitatem per alium pater declarare potest. vide tamen quæ scripsi ad Novell. 18. cap. 6. Goth. Vid. Alciat. lib. 2 pareg. c. 19. Covarruv. var. lib. 2. cap. 18. Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 59. Afflict. decis. 371. Ans.

[94] Atqui id videtur fieri non posse: cum uxi testi non credatur. l. 9. C. de testib. Aliud est in alterius voluntatem aliquid conferre; aliud, alicui amico mandare, tanquam mentis suæ instructo, ut cum usus venerit, usus fidem faciat. vide Alciat. 2 pareg. 19. Vide l. 1. in fin. ff. de verbor. oblig. & hic testator expressit nominatim se æquales portiones servari velle.

[95] Captatoriam dispositionem, quæ in alicujus specialem voluntatem collata sit, speciali dotis favore non infirmari, & posse testatorem hoc jubere, ut solius testis affirmationi stetur, quidam hinc colligunt: quod non placet Alciato, quem vide 2 pareg. 19. & tamen Mantica post Castrensem & Cravettam notat, testes singulares admitti ad probandam conjecturam voluntatis defuncti, [12] de conjecturis ultimarum voluntatum 18. num. 18.

[96] Juramenti præstandi causa advocatus.

[97] Testimonium scripto perferre testis potest.

[98] Vide l. 57. ff. de legat. 1.

[99] Vid. Cujac. lib. 11 observ. c. 13. Ans.

[100] Non deberi, similem errorem notat Cujac. in l. 88. §. 5. in fin. ff. de legat. 2. vide Cujac. 11 observ. 13.

[1] Alias id non est verisimile testatorem voluisse.

[2] Si testator legat uxori, quæ ei debet, videtur dotem relinquere. Bart.

[3] Adde §. 15. Inſt. de legat.

TIT. V.

DE OPTIONE [1] VEL ELECTIONE [2] LEGATA.

De servo.

I. ULPIANUS [lib. II ad Sabinum].

DIvus Pius Cæcilio Proculo rescripsit, eum, cui *servorum* legata sit electio, tres [3] posse [4] eligere.

De servo. 1. De legato generali. 2. Si legatarius semel elegerit.

II. IDEM [lib. XX ad Sabinum].

QUotiens *servi* electio vel optio datur, legatarius [5] optabit, quem *velit* [6]. §. 1. Sed & homine generaliter legato, arbitrium eligendi quem acciperet, ad legatarium pertinet.

§. 2. Data igitur optione, si quis optaverit alienum [7] servum, vel hominem liberum: videndum est, an consumpserit optionem? & puto non consumi. §. 3. Eum [8], cui centum *amphorarum* electio data sit, acetum eligentem non consumere optionem, si id acetum elegerit, quod vini [9] numero paterfamilias non habuit:

III. IDEM [lib. XXIII ad Sabinum].

SCilicet si ante exhibitionem, hoc est, ante degustationem [10] acetum elegerit.

IV. PAU-

---

1 Optionem actum esse legitimum, l. 77. ff. de regulis juris. ait, Cujac. hic. Fit enim solenniter, vel exhibita publice familia, vel rebus legatis, herede præsente, certis verbis, l. 20. ff. eod. testibus præsentibus semel & pure, interdum Prætore diem ad eam decernente. De optione agit §. 22. 23. Inſt. de de legat. 1. ult. C. com. de legat. Goth. Ad hanc materiam vid. Menoch. lib. 4 præſumpt. 150. Cujac. & Hottomann. ad §. 22. Inſt. de leg. S. l.. 2 περὶ τῶν κατ' ἐπιλογὴν λεγομένων. 44 Eclog. 8.

3 Multo magis duos. arg. l. 12. ff. de testibus. An unicum tantum? utique, si ejus tantum ratio habeatur. Sin vero jussus est quis pauperibus bona distribuere, unum tantum eligere non potest. Bart.

4 Sed jure tres eligere potest: veteres, qui frugi erant, tribus servis erant contenti, ut dicam ad l. 85. ff. de verb. sign.

5 l. 20. l. 24. in fin. l. 108. §. 2. ff. de legat. 1. l. 23. ff. de legat. 2. §. 22. Institut. de legat. Ulpian. 24. §. 14.

6 Non tamen optimum. l. 37. ff. de legat. 1.

7 Nihil agit. Nam optione data debet eligi de rebus hereditariis. Bart.

8 Harm. 10. §. 38. 44 Synopſ. 9. c. 3.

9 Acetum interdum à patrefamilias vini numero haberi potest. l. 9. ff. tit. prox.

10 Degustatio sola non facit electionem. adde l. 1. in princ. l. 4. §. 1. l. 15. ff. de periculo. Gustus ad hoc prodest, ut improbare liceat. l. 34. §. 5. ff. de contrab. empt. vide l. 2. in fin. ff. de tritico.

IV. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

SCyphi electione data, si non [11] omnibus scyphis exhibitis legatarius elegisset, integram [12] ei optionem manere [13] placet [14]: nisi [15] ex his duntaxat eligere voluisset, cum sciret & alios esse.

V. AFRICANUS [lib. V [16] Quæstionum].

NEc solum si fraude heredis: sed etiam si alia qualibet causa id evenerit.

De tempore præstituendo ad eligendum.

VI. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

MAncipiorum electio legata est: ne venditio quandoque eligente legatario interpelletur, decernere [17] debet Prætor, nisi intra tempus [18] ab ipso præfinitum elegisset, actionem legatorum ei non competere. † Quid ergo, si die præterito, sed antequam [19] venderet heres, vindicare legatarius velit? quia non est damnum subiturus heres, propter quod decernere Prætor id solet. & quid si die præterito, quem finierit Prætor, heres aliquos ex servis, vel omnes manumiserit? nonne Prætor eorum tuebitur libertatem? ergo totiens actio deneganda non est, si omnia in [20] integro sint. † Idem est, & si pignori aliquos ex his servis heres dederit post diem, vel vendiderit.

VII. PAULUS [lib. X Quæstionum].

IMo & si quosdam servos distraxit, quosdam retinuit: non est audiendus legatarius, si velit optare ex retentis ab herede, cum jam disposuerit [21] familiam heres.

1. De rerum numero. 2. De collegatariis. 3. De rebus depositis.

VIII. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

SI tibi electio servi, & mihi reliqui legati sunt: decernendum [22] est à Prætore, nisi intra certum tempus optaveris, petitionem tibi non [23] datu iri. §. 1. Si ex quatuor vitiolis [24] duæ, quas elegissem, mihi legatæ sint: sive [25] duæ solæ relictæ sint, sive ab initio duæ solæ fuerint, valet legatum. §. 2. Unius *hominis* mihi & tibi optio data est: cum ego optassem, si non mutassem voluntatem, deinde tu eundem optaveris, utriusque nostrum servum futurum. quod si ante decessissem, vel furiosus factus essem, non futurum communem: quia * non videor [26] consentire, qui sentire [27] non possim [28]: humanius autem erit, ut & in hoc casu, quasi semel electione facta, fiat communis. §. 3. Si *rerum depositarum* electio mihi relicta sit: & ad exhibendum cum eo, apud quem depositæ sint, agere potero; & cum herede agere, ut [29] is depositi agendo, facultatem mihi eligendi præstet.

De conditione, alternatione. 1. De libertate pure vel sub conditione relicta.

IX. JULIANUS lib. XXXII Digestorum.

CUm ita legatur, *Titio Stichum do lego, si Pamphilum non elegerit:* simile est, atque si ita legatum fuisset, *Titio Stichum aut Pamphilum, utrum eorum volet, do lego.* §. 1. Quæritum est, si Stichus sub conditione [30] liber esse jussus sit, & mihi optio servi data esset, vel servus generaliter legatus esset: quid juris esset? Dixi, commodius constitui, eum, qui sub conditione libertatem Sticho det, & optionem servorum, non cogitare de Sticho: sicuti constat non cogitare eum de eo, cui præsentem dederit. secundum quod si Stichum optavero vel elegero, nihil agam: & ex cæteris nihilominus optabo. §. 2. In eodem casu quæritum est, si optione servorum data, antequam optarem, conditio statutæ libertatis defecisset: an Stichum optare possim? Puto Mucianæ sententiæ adsentiendum: quia placet, ipsa libertate legatum perimi: non datione statutæ [31] libertatis. quare five vivo testatore, five post mortem ejus, [&] ante aditam hereditatem conditio statutæ libertatis defecerit: legatum erit utile: nam sicut pura [32] libertas, ita statuta [33] libertas aditæ hereditatis tempore vires accipit. ideo[que] Stichum optare possum.

De manumissione legatarii.

X. IDEM [lib. XXXIV Digestorum].

SI Pamphilo servo Lucii Titii servus generaliter legatus sit, deinde dominus Pamphili, postquam dies legati cesserit [34], eum manumisisset: siquidem Titius servum vindicaverit, extinguitur Pamphili legatum: quia non esset in hereditate, qui possit optari: si vero [35] Titius legatum à se repudiasset, Pamphilum optare posse legatum constat: licet enim manumissione Pamphili duæ [36] personæ constituerentur, Titii & Pamphili, unius tamen rei legatum inter eas vertitur: & Titio vindicante, optio extinguitur; repudiante [37], Pamphilus optare potest.

Si servo legato, vel servo communi legetur.

XI. IDEM [lib. XXXVI Digestorum].

SI Eros Seio legatus sit, & Eroti [38] fundus, deinde optio servi Mævio data fuerit, isque Erotem optavit: fundus [39] ad solum [40] Seium pertinebit: quoniam aditæ hereditatis tempore is solus erit, ad quem posset legatum pertinere. Nam & cum servo communi alter ex sociis legat, idcirco ad solum socium totum legatum pertinet: quoniam die legati cedente solus est, cui per eum servum possit adquirere.

De electione data heredibus.

XII. IDEM [lib. I ex Minicio].

SErvo generaliter legato, verius est, omnes heredes, si eis electio data est, eundem [41] dare debere: si non consentiant heredes, ex testamento eos teneri.

Si servo proprio legetur sine libertate. 1. Si emptor hereditatus, ut optetur, postulet.

XIII. PAULUS [lib. VIII ad Plautium].

SI optio servi data mihi fuerit, & Sticho aliquid testator sine [42] libertate legasset, tunc sequens legatum consistit, cum tota familia ad unum, id est, Stichum, reciderit: ut quasi pure legato, utiliter sit legatum. Nec adversatur Catoniana [43], si voluntarius heres institutus sit: quia potest ante aditam hereditatem, etiamsi statim decesserit, familia minui. Quod si necessarius heres institutus sit, sequens legatum propter Catonianam inutile est.

§. 1. POMPONIUS scribit, emptore hereditatis postulante, ut is, cui servi optio legata sit, optet: videndum esse, an Prætor, ut id faciat, cogere debeat legatarium, quemadmodum si heres institutus id postularet: quia potest per heredem id emptor consequi: & quare non possit, non video.

De manumissione.

XIV. JAVOLENUS [lib. II ex Cassio].

SI cum optio servi ex universa familia legata esset, heres aliquem, prius [44] quam optaretur, manumisit: ad libertatem eum interim non [45] perducit: servum tamen, quem ita manumiserit, amittit: quia is aut electus, legato cedit: aut relictus, tunc liber ostenditur.

Si servo proprio legetur sine libertate.

XV. IDEM [lib. II Epistularum].

SErvo sine libertate legavi [46], deinde optionem servorum Mævio dedi: is eundem servum optavit. Quæro, an id quoque, quod legatum est, ei deberetur? Respondit, Non puto legatum hujus servi nomine ad dominum pertinere.

Quando optetur.

XVI. TERENTIUS CLEMENS [lib. XV ad legem Juliam & Papiam].

OPtione legata placet non posse ante aditam [47] hereditatem optari, & nihil agi, si optaretur.

De electione omissa.

XVII. IDEM [lib. XVII ad legem Juliam & Papiam].

CUm optio duorum servorum Titio data sit, reliqui [48] Mævio legati sint: cessante primo in electione *, reliquorum appellatione omnes [49] ad Mævium pertinent.

De legato generali.

XVIII. SCÆVOLA [lib. XIII Quæstionum].

HOmine legato, Neratius ait, nihil agi repudiato Pamphilo: itaque eum ipsum eligi posse [50].

Si moriatur legatarius, antequam eligat.

XIX. PAULUS [lib. III Sententiarum].

ILlud, *aut illud, utrum elegerit legatarius:* nullo à legatario electo, decedente eo post diem legati cedentem, ad heredem transmitti [51] placuit [52].

Si legatarius semel elegerit.

XX. LABEO [lib. II Posteriorum à Javoleno Epitomatorum].

APud Aufidium lib. I refcriptum est: cum ita legatum est, *vestimenta, quæ volet, triclinaria* [53] *sumito* [54], *sibique habeto*; si is dixisset, quæ vellet, deinde, antequam ea sumeret, alia se velle dixisset: mutare voluntatem eum non [55] posse [56], ut alia sumeret: quia omne jus legati prima restatione [57], qua sumere se dixisset, consumpsit; quoniam res continuo [58] ejus fit, simul ac si dixerit eam sumere.

De legato, cum nupserit.

XXI. SCÆVOLA [lib. XXII Digestorum].

FIlium & uxorem heredes scripsit; filiam exheredavit, & ei legatum dedit, cum in familia nuberet, centum, [& cum in familia nupserit,] his verbis, *Insuper arbitratu Sempronia matru ejus mancipia decem, quæ confestim post aditam hereditatem meam à Sempronia uxore mea eligi volo: Quæ mancipia, cum in familiam nupserit, dari volo: & si, antequam nupserit, aliquod ex mancipiis decesserit, tunc in locum ejus arbitratu Sempronia matru ejus dari volo, dum ad eam plenus numerus perveniat: quod si Sempronia mater ejus non elegerit, tunc ipsa sibi quæ volet, eligat.* Quæritum est, cum mater [59] elegerit, an ea, quæ ex his mancipiis ante nuptias adgnata sunt, ad puellam supra numerum decem mancipiorum pertineant? Respondit, cum mancipiorum legatum in tempus nuptiarum testator transtulit, id, quod medio tempore ancillæ enixæ sunt, ad filiam non [60] pertinere. † Idem quæsiit, ante nuptias, eorundem mancipiorum fructus & usus an ad Sempronium matrem pertineant? Respondit, nihil proponi, cur ad matrem pro solido pertineant.

Ex quibus rebus eligendum.

XXII. IDEM [lib. XVII Digestorum].

MAritus uxori suæ codicillis per fideicommissum dedit prædia: item lances, quas elegerit, quatuor. Quæstum est, an ex his lancibus, quæ mortis [61] tempore sint, eligere possit? Respondit, posse.

TIT. VI.

DE TRITICO, VINO, VEL OLEO LEGATO.

Acetum *quando legato vino contineatur.*

1. ULPIANUS [lib. XX ad Sabinum].

VIno legato, acetum quoque continetur, quod paterfamilias vini [2] numero habuit.

De penu & vino. 1. De optione legata.

II. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

CUm alii penum, alii vinum legatum esset: excepto vino, omne penum ad alium legatarium pertinebit. §. 1. Si centum amphoræ, quas velles, tibi legatæ sint: ex testamento agendo consequi potes, ut degustare [3] tibi liceat: aut quanti interfuerit licere tibi degustare, ad [4] exhibendum agere potes.

De vino & aceto. 1. De vino & vitiis.

III. ULPIANUS [lib. XXIII ad Sabinum].

SI cui vinum sit legatum centum amphorarum [5], cum nullum vinum reliquisset: vinum heredem empturum & præstaturum: non [6] acetum, quod vini numero fuit. §. 1. Si vinum legatum sit, *videamus*, an cum vasis debeatur? Et Celsus inquit *, vino legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, vasa quoque legata videri: non quia pars sunt vini vasa, quemadmodum emblemata [7] argenti, scyphorum forte vel speculi [8], sed quia credibile est, mentem testantis eam esse, ut voluerit accessioni esse vino amphoras: & sic (inquit) loquimur, habere nos amphoras mille, ad mensuram vini referentes. † In doliis [9] non puto verum: ut, vino legato, &c, dolia deberentur, maxime si depressa [10] in cella vinaria fue-

---

11 Ante exhibitionem rerum electio non tenet, nisi à sciente facta.
12 Ut denuo possit eligere.
13 *l.* 9. §. 1. ff. *de dolo.*
14 Ut postea voluntatem mutare possit: alias non potest. *l.* 20 ff. *eod.*
15 Renunciasse tunc juri suo intelligitur.
16 Vide Cujac. 5 *ad Afric.*
17 *l.* 8. ff. *eod.* Goth. Vide Ant. August. *lib.* 4 *emend. c.* 17. Auct.
18 Hinc colligit Hotomann. 32 *illustr.* Optionem pure fieri sublatam: ne alioqui heres semper incerto suspensoq; sit animo: semel fiebat, *l.* 20. ff. *quod. l.* 5. ff. *de leg.* 1. (Seneca 24 *controvers.* Non oportet tibi amplius optare, quam semel. Omnis nimia potentia saluberrime brevitate constringitur.) sine jussu patris, nec ante aditam hereditatem. *l.* 10. ff. *de leg.* 3. *l.* 25. ff. *de liberali.* exhibitio quoque universa rerum optandarum fiebat. *l.* 3. §. 6. ff. *ad exhib. l.* 80. §. 2. ff. *de furtis.* vide Cujac. 5 *ad Afric.*
19 Adde *l.* 7. ff. *de in integrum.*
20 *l.* 8. ff. *de jure deliberandi. l. ult. C. de repud. hered.*
21 Quomodo? alios alienando, pignorando, manumittendo, retinendo.
22 *l.* 6. ff. *eod.*
23 *l.* 28. ff. *de verb. sign.*
24 Viriolæ quid, dixi ad *l.* 14. ff. *de contr. empt.* adde *l. ult.* ff. *de auro.*
25 Falsa demonstratio, legatum optionis non vitiat.
26 Naturaliter, vel ficte: ad id enim se porrigit legis fictio, ad quod jus naturæ porrigitur.
27 *l.* 33. *in fin. C. de inoffic.* Consentire non intelligitur, qui sentire non potest.
28 Imo possum. *l.* 2. *in fin.* ff. *soluto.*
29 Exhibitio ut fiat, agi ad exhibendum ex testamento potest. *Bartol.*
30 Optio cui data est, servum pure, vel sub conditione manumissum eligere non potest. *Bart.*
31 Statu libertatis, *Hal.* adde *l.* 81. *in fin.* ff. *de leg.* 1.
32 V. *l.* 81. §. 9. ff. *de legat.* 1.
33 Statuta libertas puræ opponitur.
34 A die mortis scil. *l. un.* §. 5. *C. de caduc.*
35 Sensus est: jus electionis relictum servo, competit ejus domino post manumissionem, si vult: si non vult, ipsi servo manumisso. *Bart.*
36 Manumissione vel emancipatione seu solutione potestatis duæ aut plures personæ constituuntur, *hic.* ut & à Theophilo manumissione personas, hoc est, patrem à filio, separari atque discerni: quæ alias potestatis jure ac modo, unius personæ loco jure civili habentur. Ideoque Aristoteles scribens filium patris quandam esse partem, adjecit recte, πλὴν ὅσαν ἤδη λάβῃ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τάξιν ἢ χωρισθῇ ὑπ' αὐτοῦ, quod jure civili sit emancipatione, vel manumissione; & utroque genere duæ personæ quodammodo constituuntur.
37 Heredes, quibus data est optio, consentire debent.
38 Id est, servo legato.
39 Id est, res legata servo legato.
40 Non ad Mævium: & ita legatum factum servo legato, ad legatarium optionis non pertinet. *Bart.*
41 *l.* 10. §. 1. ff. *de leg.* 1.
42 Vide *l.* 86. ff. *de cond. & demonstr.*
43 Regula scil. *l.* 3. ff. *qui & à quib. manum.*
44 Servus manumissus ab herede, ante electionem frustra manumittitur, quoad personam eligere debentis utiliter manumittitur, quoad personam manumittentis.
45 Cur? quia plenum dominium servi legati non habet. adde *l.* 11. ff. *de manumiss.*
46 Hujusmodi legatum est inutile. *l.* 4. *C. de legatis.*
47 *l.* 10. *in fin.* ff. *de legat.* 1.
48 Vide *l.* 160. ff. *de verb. sign.*
49 *l.* 97. ff. *de legat.* 3.
50 Imo, non potest eligi *l.* 27. §. 7. ff. *de pactis.*
51 Olim non transmittebatur. §. 23. *Inst. de legat.*
52 Vide *l.* 12. *in fin.* ff. *quando dies legatorum.*
53 Triclinaria vestimenta, quibus in tricliniis utebantur.
54 Vindicationis hoc legatum est.
55 Imo, potest. vide Accurs. ad *l.* 21. *in fin. in litera h.* ff. *de act. empt. l. unum ex familia.* 67. ff. *de leg.* 2.
56 Semel enim fit. v. quæ notavi ad *l.* 6. ff. *eod.* adde *l.* 5. *l.* 84. §. 8. 9. ff. *de leg.* 1. *l.* 11. *in fin. l.* 33. *in fin.* ff. *de legat.* 2. *l.* 8. *C. de inofficios. l.* 17. *C. de testib. l.* 4. §. 2. ff. *de lege commissoria.* vide Dynum ad *c.* 21. *de regulis in* 6.
57 Optionem legati certis verbis fieri solitam, hinc Hotoman. colligit 32 *illustr.* adde Ulpian. 24. §. 14.
58 An sine traditione?
59 Optionem servi per procuratorem, cui id mandatum sit, fieri posse, hinc Hotomano. colligit, 32 *illustr.*
60 Vide *l.* 14. ff. *de usuris.*
61 *l.* 34. §. 1. ff. *de leg.* 3.

1 44 *Eclog.* 9.

2 *l.* 9. *vers. hoc omnia. & in fin.* ff. *eod. l.* 2. *in fin.* ff. *de optione.*
3 De degustatione dixi ad *l.* 3. ff. *de optione.*
4 *l.* 38. *in fin.* ff. *de judiciis. l.* 8. *in fin.* ff. *de optione.*
5 Vide Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 152. *num.* 22. 28. Auct.
6 Imo, id acetum præstabit. *l.* 1. ff. *eod.*
7 Emblemata sunt pars scyphorum, vel speculi. de quibus vid. *l.* 7. §. 2. ff. *ad exhibendum. l.* 17. ff. *de auro.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 89.
8 Σκύφια, vel σκύφια. 44 *Eclog.* 9. *cap.* 3.
9 *l.* 14. *l.* 15. ff. *eod.*
10 Dolia non debentur vino legato: non enim pars sunt vini, maxime si depressa sint: vinum igitur solum debetur, ὅταν οἱ πίθοι ᾖ μάλιστα οἱ κεχωσμένοι. 44 *Eclog.* 9. c. 3.

fuerint; aut eâ sunt, quæ [11] per magnitudinem difficile [12] moventur. † In cuppis autem sive cuppulis puto admittendum, & ea deberi: nisi pari modo immobiles in agro, veluti instrumentum agri erant. † Vino legato, utres non debebuntur, nec culeos [13] quidem deberi dico.

11 Immobilibus rebus adnumerantur, quæ per magnitudinem difficile moventur.

12 Difficile, id est, sine fractione.

13 Οὔτε ἀσκοὺς. *Scheg. ibid.*

De qualitate olei.

IV. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

CUm certum pondus *olei*, non adjecta qualitate [14], legatur: non [15] solet quæri, cujus generis oleo uti solitus fuerit testator; aut cujus generis [oleum] istius regionis hominesin usu habeant. & ideo [16] liberum [17] est heredi, cujus velit generis oleum legatario solvere.

14 Bonitate.

15 *Forte secundum id, ut ex consuetudine civitatis & domus testatoris.* Sic *Jas. ubi Lectis*, cum quæri. *& post*, nec ideo liberum est.

16 *Al.* nec ideo, ut T.

17 *l. 52. T. mandati.*

De quantitate vini, quod in fundo natum est.

V. JULIANUS [lib. XV Digestorum].

CUm certus numerus amphorarum vini legatus esset [18] ex eo, quod in fundo Semproniano natum esset; & minus [19] natum esset: non [20] amplius deberi placuit; & quasi taxationis vicem obtinere hæc verba, *Quod natum erit.*

18 44 *Synops.* 9. c. 5. 5 *Harmen.* 10. §. 39.

19 Adde *l.* 39. §. 1. T. *de contrab. empt.*

20 Imo amplius, ac totum legatum debetur. *l.* 12. *in fin.* T. *de alimentis.*

21 *l.* 9. *l.* 15. T. *eod.*

22 Imo, nil dari oportet, liquidem legatum indebitum non valet. *arg. l.* 94. T. *de verb. oblig.*

De vino & vasis, de servo & peculio.

VI. PROCULUS [lib. V Epistularum].

CUi vinum heres dare damnatus est, quod in amphoris & cadis diffusum [21] est, dari debet: etiamsi vasorum mentio facta non est. † Item quamvis cum vasis, cadis, legatum est: tamen id quoque, quod in doliis, legatum esse videtur. † Sicuti si servos omnes cum peculio cujusque eorum legasset: etiam eos, quibus peculii nihil esset, legasse videretur.

23 Modii singuli tritici centum pondo multi pendebant. Ita triticum veteres non tantum modiatione explorabant, sed appensione, ac pondere.

24 *l.* 108. §. 10. T. *de leg.* 1.

25 Cujac. 24 *obser.* 39.

26 Vinum est, quod ex vinea natum. An mulsum, zythum, camum, cervisia, hydromeli, conditum, œnomeli, passum, defrutum, acinaticium, cydoneum, acetum? v. hanc legem. *Goth.* Vide Alciat. *lib.* 9 *parerg. c.* 2. Cujac. *lib.* 11 *obs.* 30. S. L.

27 Zythum, quod & sabaia Illyricis. Ammianus 29: Valens injuriose compellabatur, ut sabaiarius: est autem sabaia, ex hordeo vel frumento in liquorem conversus paupertinus in Illyrico potus.

28 Vel ex paneco (sive panico) conficitur. Cujac. nec enim zythum fit ex pane. Idem Alciatum reprehendit legentem, *ferre*, 11 *obs.* 30.

29 Nec curmi. *Hal.* & ita legit Dioscorides apud Cujacium, *ibid.* Curmi, & camum, idem quod lora. Cujac. *ibid. ex Apitio.* sed Hieronymus Mercurialis 5 *Var.* 1. putat camum esse potionis genus ex variis rebus commixtæ, perinde ac cervisiæ, non absimilis sabaiæ, potioni quæ in Illyrico ex hordeo & frumento fiebat. Ammian. 26. his adde Alciat. 2 *praetermissorum.* Goth. Alii *caretum* legendum volunt: quod fervendo parte careat. Ita Grot. *flor. sparf. hic.* S. L. 30 Nec cervisia, *Hal.* à Cerere dicitur, seu frumento. 31 Hydromeli potio ex aqua & melle: vetustate vini saporem adquitur. v. Dioscorid. 5. *c.* 13. 24. Plin. 17. 32 OEnomeli potio ex vino & melle. *Goth.* Vide Alciat. *lib.* 9 *parerg. c.* 2. Ans. 33 Imo, œnomeli non continebitur. Mulsum enim non continebitur, *in pr. T. eod.* Mulsum autem & œnomeli eadem sunt Dioscoridi, & Plinio. Alciat. 9 *parerg.* 2. duplex genus œnomeli statuit. v. *ibid.* 34 Vide *l. ult.* §. 1. T. *eod.* 35 Defrutum à defervendo. Idem de sapa dicendum est, quæ à defruto non differt, nisi nomine, & modo, & decoquendi mensura: defrutum mustum est decoctum ad dimidium redactum defervendo: sapa, ad tertium. adde *l. quæsitum.* 12. §. *cellariarum* 9. T. *de fundo instructo.* de sapa & defruto coquendis, v. 12 Columell. 19. & 20. 36 Acinaticium ex uvarum acinis aqua maceratis fit, idem quod lora: sed tamen id non placet Mercuriali 5 *var.* 1. ex Cassiod. 12 *variar.* probat protropi seu prodromi genus esse, à Galeno fœpius in usu medicamentorum nominatum: quod ut fieret, indicat Plin. 14. *c.* 9. fuisse inter dulcium genera; dulcia à vino distincta fuisse. sed ille male *hic* legit Acinaticium vino non contineri. Gallis *de la despence.* 37 Cydoneum ex malis cotoneis: quod & cydonium. Macrob 7 *Saturn.* 7. Dioscorid. 5. 38 Ut piratica & pomatica ex piris & pomis: aut etiam quæ ex cerasis, frumento & sorbis. Virgil. 3 *Georgicon*, *& pocula læti Fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.* Venetis, *Sorbole.* 39 *V. l.* 1. T. *eod.* 40 Vini appellatione ea omnia continentur, quæ vini numero paterfamilias habuit. adde *l.* 2. *in fin.* T. *tit. prox.* 41 Vide Menoch. *lib.* 4 *præsumpt. c.* 152. Ans.

42 Embamma, 9. *in fin.* T. *de contr. empt.* acetum factitium, τὸ ἔξος σκάμενον quod & Ἔμβαμμα. vide Cujac. 2 *obs.* 4. & 15 *obs.* 27. *in fin.* 43 Nam ei magna aceti portio admiscetur: & ita *lib.* 12. Columell. 33. de embammate non bammate. Idem auctor 12. *cap.* 53. cujusdam sinapis ad embammata idonei mentionem facit. v. Mercurial. 1 *var.* 14. Embamma, intinctus dicitur, 9. *in fin.* T. *de contrab. empt.* ἐμβάπτειν enim est intingere. Dioscoridis interpres pro oleo usurpat. Cujac. 15 *obs.* 27. *in fin.* bene pro aceto ὄξος σκιλλιτικὸν. 44 *l.* 44. §. 2. *in fin.* T. *de leg.* 1. *l.* 85. *verf. sic enim responsum est.* T. *de legat.* 3. *l.* 67. *in fin.* T. *de legat.* 3. 45 *Al.* Usui. 46 Vinum vetus ex usu testatoris accipimus. *l.* 10. T. *eod.* Usu deficiente, vetus dicimus, quod est anni prioris, *l.* 11. *l.* 12. T. *eod.* vide Zasium 2 *responsor.* 14.

X. HERMOGENIANUS [lib. II Juris Epitomarum].

EX usu testatoris [47] legatum æstimabitur: id est, quot annorum vino pro vetere urebatur: Quod si non appareat,

XI. ULPIANUS [lib. XXIII ad Sabinum].

VEtus [48] [accipietur], quod [49] non est novum: id est, & anni prioris [50] vinum appellatione veteris continebitur:

XII. PAULUS [lib. IV ad Sabinum].

NAm aliter observantibus, quis finis, aut quod initium veteris vini sumeretur [51]?

De quantitate vini, quod in fundo nascetur.

XIII. ULPIANUS [lib. XXIII ad Sabinum].

EX eo vino, quod in illo fundo nascetur, heres meus amphoras decem quotannis [52] in annos singulos dato: quo anno natum non [53] fuisset, ex superiore anno ejus fundi eum numerum amphorarum heredem daturum, Sabinus existimat: quæ sententia, si voluntas non adversetur, mihi quoque placet.

47 Vid. Zas. *lib.* 2 *respons.* 14. Cujac. *lib.* 15 *obs. cap.* 27. Corras. *miscell. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 6. Ans.

48 De vino tradit hæc Gellius 13 *Noctium ultim.* Vinum novum refrigerat: vetus calefacit: medium est prandium caninum, id est, pro vino non habendum; si quidem canis vino non utitur: nigrum, vires; album, urinam; medium, seu gilvum κίρρον οἶνον efficit. Novum mense Novembri militibus dari moris erat: veteris enim difficilis erat erogatio. *l.* 10. C. *de erogat. militaris annonæ.*

49 Definitio sumpta à remotione contrarii.

50 E contrario, novum est, quo nullum est recentius. vid. Zas. *responsor.* 4.

51 Atque ita male. Bart. in *l.* 2. T. *de reb. cred.* definit, vinum illud vetus esse, si ultra annum servari non possit, simul ac clarum esse cœpit.

52 Quotannis, & in annos singulos, non differunt.

53 *l.* 17. *in fin.* T. *de annuis legatis.*

De vino & vasis.

XIV. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

VIno [54] legato, ea demum vasa sequuntur, quæ [55] ita diffusa sunt, ut non ad perpetuum usum [vasa] reservarentur: veluti amphoræ & cadi.

54 1 *Harmenop.* 10 §. 37.

55 Forte legendum, *in qua vina ita diffusa.* Nam vina diffusa apte dicimus, at non vasa diffusa.

XV. PROCULUS lib. II Epistularum.

VInum cum [56] *vasis* legavit: Negat Trebatius, quod in doliis sit, deberi: & sensum testatoris alium putat esse; verborum, alium: cæterum dolia in vasis vinariis non essent [57]: Ego, etsi dolia in vasis vinariis non sunt, tamen non concederem [58] Trebatio, vinum, quod in doliis esset, id est, quod in vasis non esset, non esse legatum. * Illud verum esse puto, cui vinum *cum vasis* legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffusa servamus, legatos esse [59]: vinum enim in amphoras & cados hac mente diffundimus, ut in his sit, donec usus causa *probetur* [60]; & scilicet id vendimus cum his amphoris & cadis: in dolia autem alia mente conjicimus, scilicet ut ex his postea vel in amphoras & cados diffundamus, vel sine ipsis doliis veneat.

56 Vino cum vasis legato, vinum quod in doliis [illegible] legatum Trebatius negat; Proculus concedit, dolia quidem non esse in vasis vinariis, sed tamen vino cum vasis legato, vinum quod in doliis fuerit, legatum intelligi. Interim fatetur vino *cum vasis* legato, vinum quod in amphoris & cadis fuerit, legatum quoque: & alia mente vina diffundi in cados, & amphoras; alia in dolia. 57 Non erunt. Imo sunt, *l.* 206. T. *de verb. signif.* 58 *Al.* non concederem.

De dulcibus legatis.

XVI. IDEM lib. III ex Posterioribus Labeonis.

QUi vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffusum, is tibi vinum legaverat in [61] amphoris: omne illud quoque vinum, quod in urnalibus fuisset, legatum esse Labeo & Trebatius responderunt. §. 1. Cui *dulcia* [62] legata essent, si nihil aliud testamento significetur: omnia hæc esse legata, mulsum [63], passum [64], defrutum [65], & similes potiones [66]; item uvas [67], ficos, palmas [68], caricas [69]. §. 2. Quod si ita esset legatum, *Vinum amphorarium, aminæum* [70], *Græcum, & dulcia omnia:* nihil [71] inter dulcia, nisi quod potionis fuisset, legatum putat Labeo ex collatione [72] vini amphorarii. quod non improbo.

59 Sunt enim vasa vinaria, & ad condendum vinum parata: culei vero ad deferendum. Dolia vero ad perpetuum usum cellæ deprimuntur. vid Cujac. 2 *obs.* 36. 60 Forte legendum, *promantur*, vel *prodigantur.* 61 In amphoris vino legato, id etiam vinum debetur, quod in urnalibus sit. 62 Dulcium legato quid comprehendatur, vide Paul. 3 *sent.* 6. §. 77. Plautus *in Pseudo*: *Quid si opus fiet, ut dulce promat indidem: Ecquid habet? murrinam, passum, defrutum, meinam.* Cujac. *ibid.* Murrina quid est? Num vinum ex baccis myrrhi factum, ut vult Julius Scaliger in 6 *Theophr. de carsis plantarum* 38? Num vinum aut altera potio odoribus condita, ἀπὸ τῶν μύρων, ut vult Junius? Certe non est vinum lautissimum, myrrhæ odore conditum, ut ait Plinius 14. *c.* 12. Mulieribus enim Romanis myrrhina uti licuit (Porro de murrha adde illud Tibulli 3. *Spumabat Tyria murrha.* Virgilius, *Crines vibrabat ferro murrhaque madentes.* Horatius, 3 *Carmin.* 14. murrheum nodo cohibere crinem): vino non æque. 10 Gellius 23. Eam nectar verterunt Græci mulieres ipsæ, murriolam. *Festus.* Deinde murrinam inter dulcia refert Plaut. Myrrha vero est amara. Hujusmodi vinum myrrhatum Judæi Christo crucifixo obtulerunt. Recte Mercurialis 5 *Var.* 1. ait solum myrrhinæ nomen remansisse; constare tamen dulcibus myrrhinam adnumerari, esseque potionis mixtæ genus. 63 Mulsum. vide *l.* 9. T. *eod.* 64 Passum vinum, *l.* 9. T. *eod.* quod ex uvis passis conficitur. Passa uva, quæ in sole passa est aduri *Varro.* 65 Defrutum quid, dixi *l.* 9. T. *eod.* & *l.* 12. §. 10. T. *de instructo.* 66 Sapam addit Paulus *ibid.* vide *d.* §. 10.

67 Passas scilicet, & dulce vinum. Paul. *ibid.* 68 Palmas hic accipe pro fructu ipso, non pro arbore: Porro de palma arbore hoc singulare est, eam ponderi non cedere, sed rentri, 3 Gell. 6. Plutarch. *Natural. cap.* 32. unde signum victoriæ, palma, cujus imagine glandes Nicolai dicebantur. v. Plutarch. *Sympos. c.* 4. palmarium, munus victoriæ. *l.* 1. §. *si cui cautum.* T. *de variis & extraordinariis cognitionibus.* 69 Caricæ etiam possunt numerari inter poma. *l.* 205. T. *de verb. sign.* Porro caricæ, sive cariotæ, palmarum fructus. Caricas cum asse Januariis Calendis pauperes & clientes offerebant patronis. Martialis in *Xenis: Aurea porrigitur Jani Cariota Calendis, Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.* Idem alibi *de phiala Ruffi: Hoc linitur sputo Jani Cariota Calendis, Quam fert cum parvo sordidus asse cliens.* Mel quoque oblatum refert Ovidius 1 *Fastorum* ibi, *Quid vult palma sibi, rugosaque carica, dixi, Et data sub nivea candida mella cado?* Cætera vide ibid.

70 Quasi sine minio, id est, rubore. Grot. *Flor. Sparf. hic.* S. L. 71 Generalia restringuntur ad casus superius expressos. 72 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *in fin.* T. *de rebus dubiis. l.* 91. §. 3. T. *de legat.* 3.

TIT. VII.

DE INSTRUCTO [1] VEL INSTRUMENTO LEGATO.

De numero legatarii. 1. *De alienatione fundi.*

1. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

SIve [2] *cum instrumento* fundus legatus est, sive *instructus*, duo legata intelliguntur. §. 1. Fundo *cum instrumento* legato & alienato [3], instrumentum non vindicabitur ex sententia defuncti.

1 Περὶ σκευοθήκης ἢ ἐρμαρίου, &c. 44 *Eclog.* 10. Goth. De inscriptione hujus tit. vid. Anton. Augustin. *emendat. lib.* 2. *c.* 4. Ans.

2 Vide Cujac. 7 *obs.* 14.

3 *l.* 5. *in fin.* T. *eod.*

De prælegato. 1. *De enthecis.*

II. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

CUm pater, pluribus filiis heredibus scriptis, duobus *præceptionem bonorum* aviæ prætet partes hereditarias dedisset: pro partibus coheredum viriles habituros legatarios placuit. §. 1. Dotes 4 prædiorum, quæ Græco vocabulo ἐπίκλητα [5] appellantur, cum non instructa legantur, legatario non præstantur.

4 *l.* 20. §. 1. T. *eod. l.* 52. §. 2. T. *de fidejuss. l.* 15. C. *ad l. Falcid.*

5 *l.* 34. §. 1. T. *de legat.* 2. ἐπίκλητα, ferramenta & instrumenta agri causa reposita, *Hal.* adde *Novo.* 128 c. 8. *l.* 9. §. 6. T. *de usufructu.* Isidoro rei copiosa substantia: alias, entheca pecuniam sepositam

Si is, cui fundus instructus legatus est, rogetur fundum restituere. 1. *De servis inutiliter manumissis.*

III. IDEM lib. VIII Responsorum.

FUndum instructum libertis patronus testamento legavit: postea codicillis petit, *ut morientes partes suas fundi superstitibus restituerent*; nec *instructi* mentionem habuit. Talem in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis fuerat legatus: sed [6] medii tem-

à mensariis significat apud Libanium, & onus impositum navi. nam Augustinus *ad fratres in Heremo*: Enthecam nobis habere non licet. vide Cujac. *ad Nov.* 128. Quidquid enthecarum possederat Sicon. apud Turneb. 8 *adverf.* 9. 6 *Al.* sed & medii.

temporis 7 augmenta 8 fœtuum & partuum, item detrimenta 9 fatalium, fideicommisso contineri 10. §. 1. Minor viginti annis, *instructa prædia* consobrinæ suæ dari voluit, & quosdam servos prædiorum vivus manumisit: non idcirco servi manumissi præstabuntur, quod ad libertatem pervenire non possunt. † Idem juris est, cum ex quavis alia causa libertas non competit.

7 Vide Manticam *de conjecturis ultimarum voluntatum*. 4.

8 *l.* 19. ff. *eod. l.* 21. *l.* 24. §. 2. ff. *de leg.* 1. *l.* 16. *l.* 60. *in fin.* ff. *de legat.* 3. *l.* 19. §. 13. ff. *de auro.*

9 Adde *l.* 24 §. 3. ff. *de leg.* 1.

10 Non continerilitа legit Martinus apud Accursium. Ita quoque emendat Antonius Fab. 5 *conjectur.* 5. quem vide.

De bobus.

IV. Javolenus [lib. II ex Posterioribus Labeonis].

CUm quidam duos fundos junctos haberet, & ex altero boves, cum opus fecissent, in alterum reverterentur, utrumque fundum *cum instrumento* legaverat: Labeo, Trebatius, boves 11 ei 12 fundo cessuros putant, ubi opus fecissent, non 13 ubi manere consuevissent: Cascellius contra: Labeonis sententiam probo 14.

11 Boves aratorii, pars instrumenti fundi. dixi ad *Authent. agricultores. C. quæ res pignori.*

12 *l.* 12. §. 14. ff. *eod. l.* 35. §. 3. ff. *de hered. inst.*

13 Consuetudinem non semper sequimur.

14 Imo probandum non videtur. Nam duo faciunt pro Cascellio: unum, Boves in eo fundo morari, & in eum fundum reverti solitos; seu consuetudo. Alterum, quod verisimile sit in eodem fundo boves quoque opus fecisse. Ita verisimile est, hic ita legendum esse: Labeo, Trebatius, boves & fundo cessuros putant, ubi manere consuevissent, non ubi opus fecissent: Cascellius contra. Labeonis sententiam probo. Idque eo magis amplectendum videtur, quod idem Labeo similis ea parte sui ipsius sit in *l.* 39. §. 1. ff. *de auro.*

De debitore condemnato, qui satis non fecit.

VI. Scævola [lib. XVI Digestorum].

NEpoti legaverat, quæ certa regione prædia habuerat, ut instructa sunt, cum vino, grano, calendario 20: & adjecerat hæc verba, *Quidquid erit, cum moriar, in illa regione, & quidquid in quacunque specie erit in illa regione, vel quod meum erit*: viva testatrice unus ex debitoribus condemnatus, vivente testatrice satis non fecit. Quæsitum est, an quod ex sententia judicis deberetur, ad nepotem pertineret? Respondit, nihil proponi, cur non deberetur.

15 1 *Harmen.* 10. §. 40. Goth. Adversari videtur §. *si quis ancillae. Inst. de legat.* solvit Gloss. *h. l.* Sed aliter Wesenb. in *d.* §. *si quis.* Rursus aliter Steph. Forcatul. *Necyom. jur. dial.* 40. Anf.

16 Imo non contra. §. 17. *in fin. Inst. de legat.* Fundi instructi, quam fundi cum instrumento relicti legatum plenius est. vide *l.* 12. §. 28. ff. *eod.*

17 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.* §. 17. *Inst. de legatis.*

18 Cur? quia manifesta est testatoris sententia. *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.*

19 *l.* 16. ff. *de usu, & habitatione.*

20 Adde *l.* 64. ff. *de leg.* 3.

De instrumento fundi.

VIII. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

IN 25 instrumento fundi 26 ea esse, quæ fructus quærendi, colendi, conservandi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitelium evidenter enumerat. † *Quærendi* 27, veluti 28 homines, qui agrum colunt, & qui eos 29 exercent, præpositive sunt his; quorum in numero sunt villici 30, [&] monitores 31: præterea boves domiti, & pecora, stercorandi causa parata, vasaque utilia culturæ; quæ sunt aratra, ligones, sarculi 32, falces putatoriæ, bidentes, & si qua similia 33 dici possunt. † *Cogendi* 34, quemadmodum torcularia, corbes 35, falcesque messoriæ, falces fœnariæ 36, quali 37 vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur. † *Conservandi* 38, quasi dolia, licet defossa non sint, & cupæ 39. §. 1. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior 40 est, veluti 41 atrienses 42, scoparii 43: si etiam virdiaria 44 sint, [topiarii 45]: si fundus saltus 46 pastionesque habet, greges 47 pecorum, pastores, saltuarii 48.

16. *De instrumento domus.* 17. *De fundo instructo.* 36. *De imaginibus.* 37. *De prædia instructu.* 39. *De hortus instructu.* 40. *De supellectili.* 41. *De fundo instructo.* 42. *De domo instructa.* 44. *De servis, qui in fundo morantur, legatu.* 45. *De his quæ sunt in domo.* 46. *De fundo, ita ut instructus est, legato, & alia re adjecta.* 47. *De horto instructa, & eo quod in horto est, aliis specialiter legato.*

XII. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

QUæsitum est, an frumentum 52, quod cibariis cultorum paratum foret, instrumento cederet? Et plurimis non placet: quia consumeretur: quippe * instrumentum 53 est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio: accedit eo, quod cibaria victus magis quam colendi causa parantur. Sed ego *puto*, & frumentum & vinum ad cibaria paratum instrumento contineri: & ita Servium respondisse auditores 54 ejus referunt. Item nonnullis visum est, frumentum, quod serendi 55 causa sepositum est, instrumento contineri: puto, quia & instar culturæ esset; & ita consumitur, ut semper reponeretur: sed causa seminis nihil à cibariis differt. §. 1. *Conservandi* fructus causa: veluti granaria 56, quia in his * fructus custodiuntur, urceos, capsellas, in quibus * fructus componuntur. sed & ea, quæ exportandorum fructuum causa parantur, instrumenti esse constat: veluti jumenta 57, & vehicula 58, & naves, & cupæ, & culei.

§. 2. Ajfenus autem, si quosdam ex hominibus aliis legaverit, cæteros, qui in fundo fuerunt, non contineri instrumento ait: quia nihil animalis instrumenti esse opinabatur. quod non est verum 59: constat enim eos 60, qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri. §. 3. Quæritur, an servus, qui quasi colonus 61 in agro erat, instrumento legato contineatur? Et Labeo & Pegasus, recte negaverunt: quia non pro instrumento in fundo fuerat, etiam si solitus fuerat & familiæ imperare. §. 4. Saltuarium 62 autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum servandorum gratia paratus sit: eum non, qui finium custodiendorum 63 causa: sed Neratius etiam hunc: & hoc jure utimur, ut omnes saltuarii contineantur. §. 5. Trebatius amplius etiam pistorem 64, & tonsorem 65, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri; item fabrum, qui villæ reficiendæ causa paratus sit; & mulieres, quæ panem coquant, quæque villam servent; item molitores, si ad usum rusticum parati sunt; item focariam 66, & villicam 67, si modo aliquo officio virum adjuvet; item lanificas 68, quæ familiam rusticam vestiunt, & quæ pulmentaria 69 rusticis coquant. §. 6. Sed an instrumenti 70 instrumentum legato instrumento contineatur, quæritur: hæc enim, quæ rusticorum causa parantur, lanificæ 71, & lanæ, & tonsores 72, & fullones, & focariæ 73, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti? *Puto* igitur, etiam focariam contineri: sed & lanificas, & cæteros, qui supra numerati sunt: & ita Servium respondisse auditores 74 ejus referunt. §. 7. Uxores quoque & infantes eorum, qui supra enumerati sunt, credendum est in eadem villa agentes voluisse testatorem legato contineri: neque enim duram 75 separationem injuxisse credendus est. §. 8. Si aliqua parte anni in fundo pascantur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur; vel servi, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem 76 mittuntur: nihilo minus instrumento continentur 77.

§. 9. *Cellararium* 78 quoque ([id est], ideo præpositum, ut rationes salvæ sint), item ostiarium, mulionemque instrumenti esse constat. §. 10. Et molas 79, & machinas, fœnum, stipulas, asinum machinarium 80, machinam frumentariam, vas æneum, in quo sapa 81 coqueretur, & defrutum 82 fiat, & aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur, instrumenti esse 83: & cribra, & plaustra, in quibus 84 stercus evehatur. §. 11. Ea vero, quæ solo continentur, instrumenti fundi non esse Cassius scribit: veluti arundineta, & salicta, antequam cæsa sint: quia fundus fundi instrumentum esse non potest 85. sed si cæsa 86 sint, puto contineri: quia quærendo fructui deserviunt. † Idem & in palis 87 erit dicendum. §. 12. Si in agro *venationes* 88 sint, puto venatores 89 quoque, & vestigatores 90, & canes, & cætera, quæ ad venationem sunt necessaria, instrumento contineri: maxime si ager [&] ex hoc reditum habuit. §. 13. Et si ab *aucupio* reditus fuit, aucupes, & plagæ, & hujus rei instrumentum agri instrumento continebitur: nec mirum: cum & aves 91 instrumento, exemplo apium 92, contineri Sabinus & Cassius putaverunt. §. 14. Si quis eodem instrumento in plurimis agris utatur, cujus agri sit instrumentum, quæritur? Et ego arbitror, si quidem apparet voluntas patrisfamiliæ, cui 93 potius agro destinaverat, ejus esse instrumentum: cæteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur. si non appareat, nullius instrumento cedet: * neq; enim pro parte dividemus instrumentum. §. 15. Supellex, cæteraque si qua in agro fuerunt, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur 94. §. 16. Si domus sit instrumentum legatum, videndum quid contineatur? Et Pegasus ait, instrumentum domus id esse, quod tempestatis arcendæ aut incendii 95 causa paratur; non quod voluptatis gratia: itaque neque specularia 96, neque vela quæ frigoris causa vel umbræ in domo sunt, deberi 97. Quæ sententia Cassii fuit, qui dicebat, inter instrumentum & ornamentum multum interesse: instrumenti enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti, quæ ad voluptatem; sicuti tabulas pictas. §. 17. Vela autem Cilicia 98 instrumenti esse 99 Cassius: quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. §. 18. Acetum quoque quod extinguendi 100 incendii causa

52 De frumento repositio ad manipiorum exhibitionem, adde *l.* 18. §. 9. ff. *eod.*

53 *l.* 5. §. 13. ff. *de tributoria.* adde §. 16. ff. *eod.*

54 Auditores, discipuli. vide §. 6. ff. *eod.*

55 Adde *l.* 18 ff. *de act. empt.*

56 Granariis fructus custodiuntur. *d. l.* 18. §. 9. ff. *eod. Paul.* 3 *sent.* 6. §. 35. Goth. Vide Tholosan *syntagm. jur. lib.* 2. *cap* 25 *num.* 2. Anf.

57 Puta asinus. Paul. 3 *sentent.* 6. §. 37. asinus machinarius, §. 10. ff. *eod.* non tamen asina molendaria. *l.* 18. §. 2. ff. *eod.* Paul. 3 *sentent.* 6. §. 37.

58 *l.* 8. *in fin. pr.* ff. *eod.* adde & cacabos, & patinas, urceos, si modo testatoris usus non repugnet. *l.* 18. §. 3. ff. *eod.*

59 Hoc falsum est, ff. *eod.* verum est autem, animalia supellectilis verbo non contineri. *l.* 2. ff. *de supellectili.*

60 *l.* 19. ff. *eod.*

61 De officio patrisfamilias erga colonos, v. 1 Columell. 7.

62 Saltuarii fructus servabant, & fines custodiebant, *l.* 8. *in fin.* ff. *eod. l.* 15. §. 7. *l.* 17. *in fin.* ff. *eod. l.* 60. *in fin.* ff. *de legat.* 3. Paul. 3 *sent.* 6. §. 35. Goth. Vide Tholosan *syntagm. jur. lib.* 3. *cap.* 15. Menoch. *lib.* 4 *praesumpt.* 154. *n.* 26. Anf.

63 De custodibus vide *l.* 15. §. *ultim.* ff. *eod.*

64 Paul. 3 *sentent.* 6. §. 37. *l.* 15. ff. *eod.*

65 De quo §. 6. ff. *eod.*

66 *d.* §. 6. ff. *eod.*

67 De officio villici vide Caton 3. & 5. & 142. 1 Columell. 8.

68 §. 6. ff. *eod. l.* 16. §. 2. ff. *eod.*

69 *l.* 18. §. 3. ff. *eod.*

70 Vide Adr. Turneb. *adverf. lib.* 8. *c.* 9. Anf.

71 §. 5. ff. *eod.*

72 *d.* §. 5. ff. *eod.*

73 *d.* §. 5. ff. *eod. l.* 15. ff. *eod. l.* 2. C. *de don. inter virum. l.* 3. C. *de cond. infert.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 3. ubi quidam legunt *forcariam.* Caeterum *focaria* est quæ focum colit, culinaria. nam quas μαγειρίσσας dicimus, Hieronymus focarias reddidit. Turneb. 8 *adverf.* 9. dicitur & focarius, *l.* 1. §. 5. ff. *nauta.* Eadem forma cafaria Festo, est cafæ custos.

74 Auditoris testimonium admittitur, *ut hic.* & hac eadem lege *in prine.* nalis. *l.* 41. §. 2. ff. *de legat.* 3. Paul 3 *sentent.* 6. §. 38. 76 Facit *d.* §. 2. *l.* 8. ff. *de pignoribus.* 77 Imo non continetur, *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.* Paulus 3 *sentent.* 6. §. 40. 78 Paulus 3 *sentent.* 6. §. 72. Cellarium. *Haloand.* 79 *l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* 80 Id est, molendarium, qui molit, & molam torquet: hinc machinaria pondera, Ausonius 7. id est, pistrialia. de Machinis Cicer. *de per. conf.* vide Turneb. 7 *adverf.* 9. 81 Faba. *Haloand.* Sapa, est mustum ad mediam partem decoctum. Varro *apud Nonium.* 82 Defrutum ut fiat, vide 12 Columell. 21. de defruto adde *l.* 9. ff. *de tritico.* 83 Imo asinus machinarius non est instrumenti. *l.* 18. §. 2. ff. *eod.* 84 Varro 4 *de lingua.* Sirpea, quæ virgeis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur. 85 §. 23. ff. *eod.* tunc enim ea pars fundi fiunt. *l.* 44. ff. *de rei vindicat. l.* 17. ff. *de act. empt.* 86 Utcunque non sint cæsa, usufructuarii sunt, cum quodam temperamento. *l.* 9. *in fin.* ff. *de usufruct. l.* 17. *l.* 18. ff. *de act. empt.* 87 *d. l.* 9. *d. l.* 17.

88 Paulus 3 *sentent.* 6. §. 41. 89 *l.* 99. §. 1. ff. *de legat.* 3. 90 Varro 4 *de lingua. n.* 18. vestigator à vestigiis ferarum, quas indagat; ut venator à venatu. Glossis vestigator ἰχνευτὴς, qui & iisdem fagax. 91 *l.* 11. ff. *eod.* 92 *l.* 10. ff. *eod.* 93 Cujus potius agro. *Haloand. l.* 4. ff. *eod.* 94 Instructi tamen continentur. §. 28. ff. *eod.* 95 Paul. 3 *sentent.* 6. §. 59. 96 Vide §. 25. ff. *eod.* 97 Imo debentur. §. 17. ff. *eod.* 98 *l.* 17. §. 4. ff. *de act. empt.* vela Cilicia sunt tegumenta aspera ex pilis pecorum, quæ & segestria. Procop. 2 *ad bellum Perf.* Suidas apud Cujac. 13 *observat.* 13. Alconius 1 *in Verrem*, interpretatur, texta de pilis in usum nautarum & castrorum. 99 Imo non sunt instrumenti. §. 16. ff. *eod.* 100 Acetum solum ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi, 7 Macrob. *Saturn.* 6. adde *l.* 3. §. 5. ff. *de penu.* Cui rei aptissimum est, quod Luitprandus 3 *hiftor.* 6. ait: Ignem Græcum nullo præterquam aceti liquore extingui. De vi aceti in unionibus solvendis dixi ad *l.* 6. ff. *de auro.*

temporis 7 augmenta 8 fœtuum & partuum, item detrimenta 9 fatalium, fideicommisso contineri 10. §. 1. Minor viginti annis, *instructa prædia* consobrinæ suæ dari voluit, & quosdam servos prædiorum vivus manumisit: non idcirco servi manumissi præstabuntur, quod ad libertatem pervenire non possunt. † Idem juris est, cum ex quavis alia causa libertas non competit.

De bobus.

IV. Javolenus [lib. II ex Posterioribus Labeonis].

CUm quidam duos fundos junctos haberet, & ex altero boves, cum opus fecissent, in alterum reverterentur, utrumque fundum *cum instrumento* legaverat: Labeo, Trebatius, boves 11 ei 12 fundo cessuros putant, ubi opus fecissent, non 13 ubi manere consuevissent: Cascellius contra: Labeonis sententiam probo 14.

De fundo cum instrumento, vel fundo & instrumento, vel fundo instructo legato.

V. Labeo [lib. I Pithanon à Paulo epitomatorum].

SI 15 cui fundum & instrumentum ejus legare vis, nihil interest, quomodo leges: *Fundum cum instrumento*, * an *Fundum & instrumentum** [an *Fundum instructum*]. Paulus: imo contra 16: nam inter ea legata hoc interest, quod si fundo alienato 17 mortuus fuerit, qui ita legavit, ex hac scriptura, *Fundum cum instrumento*, nihil 18 erit legatum: ex cæteris 19 poterit instrumentum esse legatum.

De debitore condemnato, qui satis non fecit.

VI. Scævola [lib. XVI Digestorum].

NEpoti legaverat, quæ certa regione prædia habuerat, ut instructa sunt, cum vino, grano, calendario 20: & adjecerat hæc verba, *Quidquid erit, cum moriar, in illa regione, & quidquid in quacunque specie erit in illa regione, vel quod meum erit*: viva testatrice unus ex debitoribus condemnatus, vivente testatrice satis non fecit. Quæsitum est, an quod ex sententia judicis deberetur, ad nepotem pertineret? Respondit, nihil proponi, cur non deberetur.

De mutatione voluntatis.

VII. Idem [lib. XXII Digestorum].

TAbernam 21 cum cœnaculo Pardulæ manumisso testamento legaverat *cum mercibus & instrumento, & supellectili, quæ ibi esset? item horreum* 22 *vinarium cum vino, & vasis, & instrumento, & institoribus, quos secum habere consueverat.* Quæsitum est, [&] cum vivo testatore insula, in qua cœnaculum fuit quod ei legatum erat, exusta sit, & post biennium eodem loco 23 constituta nova; & horreum, quod eidem legatum erat, à testatore venierit 24; vini autem venditio dilata sit, ut ex eo commodo venirent: an universa legata Pardula consequi possit? Respondit, ea, in quibus voluntas mutata esset, non deberi.

De instrumento fundi.

VIII. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

IN 25 instrumento fundi 26 ea esse, quæ fructus quærendi, cogendi, conservandi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitelium evidenter enumerat. † *Quærendi* 27, veluti 28 homines, qui agrum colunt, & qui eos 29 exercent, præpositive sunt his; quorum in numero sunt villici 30, [&] monitores 31: præterea boves domiti, & pecora, stercorandi causa parata, vasaque utilia culturæ; quæ sunt aratra, ligones, sarculi 32, falces putatoriæ, bidentes, & si qua similia 33 dici possunt. † *Cogendi* 34, quemadmodum torcularia, corbes 35, falcesque messoriæ, falces fœnariæ 36, quali 37 vindemiatorii, exceptoriique, in quibus uvæ comportantur. † *Conservandi* 38, quasi dolia, licet defossa non sint, & cupæ 39. §. 1. Quibusdam in regionibus accedunt instrumento, si villa cultior 40 est, veluti 41 atrienses 42, scoparii 43: si etiam virdiaria 44 sint, [topiarii 45]: si fundus saltus 46 pastionesque habet, greges 47 pecorum, pastores, saltuarii 48.

IX. Paulus [lib. IV ad Sabinum].

DE grege ovium ita distinguendum est, ut si ideo comparatus sit 49, ut ex eo fructus caperetur, non debeatur: si vero ideo, quia non aliter ex saltu fructus percipi poterit, contra erit; quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

X. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

SI reditus 50 [etiam] ex melle constat, alvei 51 apesque continentur.

XI. Javolenus [lib. II ex Cassio].

EAdem ratio est in avibus, quæ in insulis maritimis aluntur.

16. *De instrumento domus.* 17. *De fundo instructo.* 36. *De imaginibus.* 37. *De prædia instructu.* 39. *De hortus instructu.* 40. *De supellectili.* 41. *De fundo instructo.* 42. *De domo instructa.* 44. *De servis, qui in fundo morantur, legatu.* 45. *De his quæ sunt in domo.* 46. *De fundo, ita ut instructus est, legato, & alia re adjecta.* 47. *De horto instructa, & eo quod in horto est, aliis specialiter legato.*

XII. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

QUæsitum est, an frumentum 52, quod cibariis cultorum paratum foret, instrumento cederet? Et plurimis non placet: quia consumeretur: quippe * instrumentum 53 est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio: accedit eo, quod cibaria victus magis quam colendi causa parantur. Sed ego *puto*, & frumentum & vinum ad cibaria paratum instrumento contineri: & ita Servium respondisse auditores 54 ejus referunt. Item nonnullis visum est, frumentum, quod serendi 55 causa sepositum est, instrumento contineri: puto, quia & instar culturæ esset; & ita consumitur, ut semper reponeretur: sed causa seminis nihil à cibariis differt. §. 1. *Conservandi* fructus causa: veluti granaria 56, quia in his * fructus custodiuntur, urceos, capsellas, in quibus * fructus componuntur. sed & ea, quæ exportandorum fructuum causa parantur, instrumenti esse constat: veluti jumenta 57, & vehicula 58, & naves, & cupæ, & culei.

§. 2. Ajfenus autem, si quosdam ex hominibus aliis legaverit, cæteros, qui in fundo fuerunt, non contineri instrumento ait: quia nihil animalis instrumenti esse opinabatur. quod non est verum 59: constat enim eos 60, qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri. §. 3. Quæritur, an servus, qui quasi colonus 61 in agro erat, instrumento legato contineatur? Et Labeo & Pegasus, recte negaverunt: quia non pro instrumento in fundo fuerat, etiam si solitus fuerat & familiæ imperare. §. 4. Saltuarium 62 autem Labeo quidem putat eum demum contineri, qui fructuum servandorum gratia paratus sit: eum non, qui finium custodiendorum 63 causa: sed Neratius etiam hunc: & hoc jure utimur, ut omnes saltuarii contineantur. §. 5. Trebatius amplius etiam pistorem 64, & tonsorem 65, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri; item fabrum, qui villæ reficiendæ causa paratus sit; & mulieres, quæ panem coquant, quæque villam servent; item molitores, si ad usum rusticum parati sunt; item focariam 66, & villicam 67, si modo aliquo officio virum adjuvet; item lanificas 68, quæ familiam rusticam vestiunt, & quæ pulmentaria 69 rusticis coquant. §. 6. Sed an instrumenti 70 instrumentum legato instrumento contineatur, quæritur: hæc enim, quæ rusticorum causa parantur, lanificæ 71, & lanæ, & tonsores 72, & fullones, & focariæ 73, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti? *Puto* igitur, etiam focariam contineri: sed & lanificas, & cæteros, qui supra numerati sunt: & ita Servium respondisse auditores 74 ejus referunt. §. 7. Uxores quoque & infantes eorum, qui supra enumerati sunt, credendum est in eadem villa agentes voluisse testatorem legato contineri: neque enim duram 75 separationem injuxisse credendus est. §. 8. Si aliqua parte anni in fundo pascantur pecora, aliqua parte his pabulum conducitur; vel servi, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedem 76 mittuntur: nihilo minus instrumento continentur 77.

§. 9. *Cellararium* 78 quoque ([id est], ideo præpositum, ut rationes salvæ sint), item ostiarium, mulionemque instrumenti esse constat. §. 10. Et molas 79, & machinas, fœnum, stipulas, asinum machinarium 80, machinam frumentariam, vas æneum, in quo sapa 81 coqueretur, & defrutum 82 fiat, & aqua ad bibendum lavandamque familiam paratur, instrumenti esse 83: & cribra, & plaustra, in quibus 84 stercus evehatur. §. 11. Ea vero, quæ solo continentur, instrumenti fundi non esse Cassius scribit: veluti arundineta, & salicta, antequam cæsa sint: quia fundus fundi instrumentum esse non potest 85. sed si cæsa 86 sint, puto contineri: quia quærendo fructui deserviunt. † Idem & in palis 87 erit dicendum. §. 12. Si in agro *venationes* 88 sint, puto venatores 89 quoque, & vestigatores 90, & canes, & cætera, quæ ad venationem sunt necessaria, instrumento contineri: maxime si ager [&] ex hoc reditum habuit. §. 13. Et si ab *aucupio* reditus fuit, aucupes, & plagæ, & hujus rei instrumentum agri instrumento continebitur: nec mirum: cum & aves 91 instrumento, exemplo apium 92, contineri Sabinus & Cassius putaverunt. §. 14. Si quis eodem instrumento in plurimis agris utatur, cujus agri sit instrumentum, quæritur? Et ego arbitror, si quidem apparet voluntas patrisfamiliæ, cui 93 potius agro destinaverat, ejus esse instrumentum: cæteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur. si non appareat, nullius instrumento cedet: * neq; enim pro parte dividemus instrumentum. §. 15. Supellex, cæteraque si qua in agro fuerunt, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur 94. §. 16. Si domus sit instrumentum legatum, videndum quid contineatur? Et Pegasus ait, instrumentum domus id esse, quod tempestatis arcendæ aut incendii 95 causa paratur; non quod voluptatis gratia: itaque neque specularia 96, neque vela quæ frigoris causa vel umbræ in domo sunt, deberi 97. Quæ sententia Cassii fuit, qui dicebat, inter instrumentum & ornamentum multum interesse: instrumenti enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent: ornamenti, quæ ad voluptatem; sicuti tabulas pictas. §. 17. Vela autem Cilicia 98 instrumenti esse 99 Cassius: quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. §. 18. Acetum quoque quod extinguendi 100 incendii causa

74 Auditoris testimonium admittitur, *ut hic.* & hac eadem lege *in prine.* nalis. *l.* 41. §. 2. ff. *de legat.* 3. Paul 3 *sentent.* 6. §. 38. 76 Facit *d.* §. 2. *l.* 8. ff. *de pignoribus.* 77 Imo non continetur, *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.* Paulus 3 *sentent.* 6. §. 40. 78 Paulus 3 *sentent.* 6. §. 72. Cellarium. *Haloand.* 79 *l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* 80 Id est, molendarium, qui molit, & molam torquet: hinc machinaria pondera, Ausonius 7. id est, pistrialia. de Machinis Cicer. *de per. conf.* vide Turneb. 7 *adverf.* 9. 81 Faba. *Haloand.* Sapa, est mustum ad mediam partem decoctum. Varro *apud Nonium.* 82 Defrutum ut fiat, vide 12 Columell. 21. de defruto adde *l.* 9. ff. *de tritico.* 83 Imo asinus machinarius non est instrumenti. *l.* 18. §. 2. ff. *eod.* 84 Varro 4 *de lingua.* Sirpea, quæ virgeis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur. 85 §. 23. ff. *eod.* tunc enim ea pars fundi fiunt. *l.* 44. ff. *de rei vindicat. l.* 17. ff. *de act. empt.* 86 Utcunque non sint cæsa, usufructuarii sunt, cum quodam temperamento. *l.* 9. *in fin.* ff. *de usufruct. l.* 17. *l.* 18. ff. *de act. empt.* 87 *d. l.* 9. *d. l.* 17.

88 Paulus 3 *sentent.* 6. §. 41. 89 *l.* 99. §. 1. ff. *de legat.* 3. 90 Varro 4 *de lingua. n.* 18. vestigator à vestigiis ferarum, quas indagat; ut venator à venatu. Glossis vestigator ἰχνευτὴς, qui & iisdem fagax. 91 *l.* 11. ff. *eod.* 92 *l.* 10. ff. *eod.* 93 Cujus potius agro. *Haloand. l.* 4. ff. *eod.* 94 Instructi tamen continentur. §. 28. ff. *eod.* 95 Paul. 3 *sentent.* 6. §. 59. 96 Vide §. 25. ff. *eod.* 97 Imo debentur. §. 17. ff. *eod.* 98 *l.* 17. §. 4. ff. *de act. empt.* vela Cilicia sunt tegumenta aspera ex pilis pecorum, quæ & segestria. Procop. 2 *ad bellum Perf.* Suidas apud Cujac. 13 *observat.* 13. Alconius 1 *in Verrem*, interpretatur, texta de pilis in usum nautarum & castrorum. 99 Imo non sunt instrumenti. §. 16. ff. *eod.* 100 Acetum solum ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi, 7 Macrob. *Saturn.* 6. adde *l.* 3. §. 5. ff. *de penu.* Cui rei aptissimum est, quod Luitprandus 3 *hiftor.* 6. ait: Ignem Græcum nullo præterquam aceti liquore extingui. De vi aceti in unionibus solvendis dixi ad *l.* 6. ff. *de auro.*

causa paratur: item centones, sifones [2], pertica quoque & scalæ: & formiones, & spongias [3], & hamas 4, & scopas [5] contineri, plerique & Pegasus aiunt. §. 19. Tegulam [6] autem, & tignum ejus rei causa paratum, instrumento contineri, si ad hujusmodi causam habeat tigna parata, ad alios usus non deservientia. Proinde & fulcimenta, si qua habebat huic rei necessaria, etiam ea instrumento domus continebuntur. §. 20. De velis, quæ in hypethris [7] extenduntur, item de his quæ sunt circa columnas, Celsus scribit, magis supellectili adnumeranda: & ita Sabinum & Cassium putare. §. 21. Canales autem, & harpagones, & hamas [8], instrumento contineri constat. §. 22. Item perticæ, quibus aranea detergantur: item spongiæ [9], quibus columnæ, pavimenta, podia [10] extergantur [11]: scalæ, quæ ad lacunaria admoveantur, instrumenti sunt: quia mundiorem domum reddunt.

§. 23. Papinianus quoque lib. VII Responsorum ait: Sigilla [12] & statuæ [13] adfixæ, *instrumento domus* non continentur, sed domus portio [14] sunt [15]. quæ vero non [16] sunt adfixa, instrumento non continentur, inquit: supellectili enim adnumerantur: excepto horologio [17] æreo, quod non est adfixum, nam & hoc instrumento domus *putat contineri: sicut prothyrum [18] domus, si velamen est, (inquit) instrumento domus * continetur. §. 24. Fistulæ autem & canales & crateres, & si qua sunt alia ad aquas salientes [19] necessaria: item ferræ & claves [20], magis domus portio quam domus instrumentum sunt. §. 25. Specularia [21] quoque adfixa, magis puto domus esse partem: nam & in emptione domus & specularia & pegmata [22] cedere, sive in ædificio sunt posita, sive ad tempus detracta. Sed si non sint reposita, ad hoc tamen sint, ut suppleantur, si qua desint, instrumento * potius continebuntur. §. 26. Cancellos [23] quoque instrumento * contineri puto. §. 27. Sed si *fundus* non sit cum [24] instrumento legatus, sed *ita ut instructus sit*? Quæsitum est, an plus contineatur, quam si cum instrumento legatus esset? Et Sabinus [libris] ad Vitellium scribit, fatendum esse, * plus esse, cum instructus fundus legetur, quam si cum instrumento: quam sententiam quotidie increscere & invalescere videmus. Quanto igitur hoc legatum uberius est, videndum est. Et Sabinus definit, & Cassius apud Vitellium notat, Omnia quæ eo collata sunt, ut instructior esset paterfamilias, instructo (inquit) continebuntur: id est, quæ ibi habuit, ut instructior esset. Hoc ergo legato non agri instrumentum, sed [25] proprium suum instrumentum reliquisse videtur. §. 28. Proinde si *fundus* sit *instructus* legatus, & supellex continebitur [26], quæ illic fuit usus ipsius gratia; & vestis non solum stragula, sed & qua ibi uti solebat; mensæ quoque eboreæ [27], vel si quæ aliæ; item vitrea [28], & aurum, & argentum: vina [29] quoque, si qua ibi fuerint usus ipsius causa, continentur [30], & si quid aliud utensilium [31].

§. 29. Sed si qua eo congesserat [32] non usus sui causa, sed custodiæ [33] gratia, non continebuntur; vina etiam, quæ in apothecis [34] sunt, non cedent: & hoc jure utimur, ut quæ ibi paterfamilias quasi in horreo habuit, hæc non contineantur. §. 30. Celsus quoque lib. XIX Digestorum scribit, fructus ibi repositos, ut venirent [35], vel in alium usum, quam fundi, converterentur, instructo fundo non contineri. §. 31. Idem Celsus eodem libro ait, etiam supellectiarios [36], & cæteros hoc genus servos contineri; id est, ministeria, quibus instructus erat in eo fundo, extra ea, quæ libertatem acceperunt: & qui rure morari solebant. §. 32. Si instructum fundum legasset, ea pædagogia [37], quæ ibi habebat, ut cum ibi venisset præsto essent in triclinio, legato continentur.

§. 33. Contubernales [38] quoque servorum, id est, uxores, & natos, instructo fundo contineri verum est. §. 34. *Instructo* autem *fundo*, & bibliothecam [39], & libros qui [40] illic erant, ut quotiens venisset uteretur, contineri constat: sed [41] si quati apotheca [42] librorum utebatur, contra erit dicendum. §. 35. Neratius quoque lib. IV Epistolarum Rufino respondit, *instructo fundo* & supellectilem, & vina, & mancipia non solum ad cultum custodiamve [43] villæ, sed etiam quæ ut ipsi patrifamilias in ministerio ibi essent, legato cedere. §. 36. Imagines quoque hæ solæ legatæ videntur, quæ in aliquo ornatu villæ fuerunt. §. 37. Papinianus quoque *prædus instructu* legatis, mancipia non contineri, quæ temporis causa illic fuerunt, ac non eo animo transtulit paterfamilias, ut aut fundi, aut suum instrumentum faceret.

§. 38. Idem respondit, *prædus instructis* legatis, actorem [44] ex his in Provinciam missum, ut ordinatis negotiis ad pristinum actum rediret, legato prædiorum cedere, quamvis nondum redierit.

§. 39. Idem respondit, *instructis hortis* legatis, etiam vina quæ ibi fuerunt, quo dominus esset instructior, contineri: aliud esse, si horrea [45] ibi habuit, unde instruebatur vel in urbe, vel in aliis prædiis. §. 40. Idem respondit, *domo* per fideicommissum relicta *cum supellectili* [46] Claudio Hieroniano [47], clarissimo viro ab Umbrio Primo, & mensas, & cæteram supellectilem quam in hortis [48] paterfamilias in Proconsulatum profecturus contulerat, ut tutiore loco essent, contineri. §. 41. Idem respondit theriacam [49] quoque, & cætera medicamenta quæ secessus causa dominus ibi habuit, & vestem propter secessum ibi depositam, instructo fundo legato, inesse. §. 42. Idem respondit, *domo, ita* [50] *ut instructa est*, cum omni jure suo *legata*: urbanam [51] familiam, item artifices quorum operæ cæteris quoque prædiis exhibebantur, legato non contineri: ostiarii autem (inquit) vel topiarii [52], diætarii [53], aquarii, domui tantum deservientes, continebuntur: sed quod de artificibus ait, falsum est, si ejus domus causa parati sunt; licet aliis quoque prædiis commodabantur. §. 43. Idem respondit, *domo instructa* legata, mensas eboreas [54], & libros [55] non contineri: sed [&] hoc falsum est. nam omne, quidquid in domo sunt, quo instructior [56] ibi esset paterfamilias, continebitur: supellectilem [57] autem patrisfamiliæ instrumentum esse, nemo dubitat. Denique Neratius lib. IV Epistolarum Marcello fratri [58] suo respondit, & vestem domus instructæ legato contineri, maxime, inquit, in proposita specie: proponebatur enim, qui legaverat, argentum & rationes excepisse: nam qui hæc (inquit) excepit [59], non potest non videri de cæteris rebus, quæ in ea essent, sensisse. † Sed & ipse Papinianus eodem libro Responsorum ait, patrem mercatorem ac fœneratorem, qui duos filios totidemque filias heredes instituerat, ita legasse, *filiu maribus domum meam instructam do lego, dariique jubeo*: merces & pignora an contineantur, quæri posse: Sed facilem Judici voluntatis conjecturam fore, cæteris patris facultatibus examinatis [60], §. 44. Celsus scribit, *servus, qui in fundo moraretur* legatis, vicarios eorum non contineri: nisi appareat, & de vicariis eum sensisse. §. 45. Papinianus quoque lib. VII Responsorum, uxori, cui vir *omnia quæ in domo erant*, ab herede filia præstari voluit, cautiones [61] debitorum emptionesque servorum non [62] videri legatas, respondit: nisi (inquit) ex alia parte, & de servis eum cogitasse, apparuerit: scilicet ut eorum servorum ei legasse videatur emptiones, quos & ipsos voluit ad eam pertinere. §. 46. Si quis *fundum ita ut instructus est*, legaverit, & adjecerit *cum supellectili, vel mancipiis, vel una aliqua re*, quæ nominatim expressa non erat [63]: utrum minuit legatum adjiciendo [64] speciem, an vero non, quæritur? Et Papinianus respondit, non [65] videri minutum: sed potius ex abundanti adjectum. §. 47. Idem Papinianus lib. VII Responsorum ait, *Instructu hortis* filio legatis, mater argentum muliebre filiæ legaverat: Respondit, etiam id argentum muliebre, quod in hortis habuit, ut ibi esset instructior, ad filiam pertinere.

De instrumento tabernæ cauponiæ vel cauponæ, 1. Vel balneario.

XIII. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

TAbernæ cauponiæ [66] instrumento legato, etiam institores contineri, Neratius existimat. sed videndum, ne inter instrumentum tabernæ cauponiæ, & instrumentum cauponæ sit discrimen: ut tabernæ non nisi loci instrumenta sint, ut dolia, vasa, ancones [67], calices, trullæ [68], quæ circa cœnam [69] solent trajici; item urnæ æreæ, & congiaria [70], sextaria, & similia: cauponæ autem, cum negotiationis nomen sit, etiam institores [71]. §. 1. Instrumento balneario [72] legato, etiam balneatorem [73] contineri, Neratius respondit.

XIV. IDEM lib. II ad Vitellium.

COntinetur autem & fornicator [74].

De factu paratisque tabernarum exercendarum, instruendarum, pistrini, cauponæ causa. 1. De domo instructa. 2. De fundo instructo, vel cum instrumento.

XV. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

SI ita testamento scriptum sit, *quæ tabernarum* [75] *exercendarum, instruendarum, pistrini, cauponæ causa facta parataque sunt, do lego*: his verbis Servius respondit, & caballos [76], qui in pistrinis essent, & pistores, [&] in cauponio institores [77], & focariam [78], mercesque, quæ in his tabernis essent, legatas videri. §. 1. Domo instructa: responsum est, supellectilem legatam, non [79] etiam vina: quia domus vinis instructa intelligi non potest. §. 2. Mulier villæ custos [80] perpetua fundo, qui cum instrumento legatus esset, aut instructo continebitur, sicuti saltuarius: par enim ratio est. nam desiderant tam villæ, quam agri custodiam: illic, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent; hic, ne quid cæterarum rerum, quæ in villa continentur. Villa autem sine ulla dubitatione pars fundi habetur [81].

De instrumento villæ, 1. Vel vineæ. 2. De fundo instructo.

XVI. ALFENUS lib. II Digestorum à Paulo epitomatorum.

VIllæ [82] instrumento legato, supellectilem non [83] contineri verius est. §. 1. Vinea & instrumento ejus legato, instrumentum vineæ nihil esse, Servius respondit. qui eum consulebat, Cornelium respondisse aiebat, palos, perticas, rastros, ligones instrumenti vineæ esse: quod verius est. §. 2. Quidam uxori fundum, uti [84] instructus esset, in quo ipse habitabat, legavit. consultus de mulieribus lanificis [85] an in instrumento continerentur: respondit, non quidem esse instrumenti fundi: sed quoniam ipse paterfamilias, qui legasset, in eo fundo habitasset, dubitari non oportere, quin & ancillæ, & cæteræ res, quibus paterfamilias in eo fundo esset instructus, omnes legatæ viderentur.

De instrumento pictorio, 1. Piscatorio, 2. Balneario, *fundi, cauponæ.*

XVII. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

ITem *pictoris* [86] instrumento legato, *cera*, colores similiaque horum legato cedunt: item peniculi [87] & *cauteria* [88], & conchæ [89].

§. 1. Instrumento *piscatorio* contineri Aristo ait naucellas [90], quæ piscium capiendorum causa comparatæ sunt: sed & piscatores contineri, verius est [91]. §. 2. Instrumento *balneatorio* [92] legato, dictum est, balneatorem [93] sic instrumento contineri balneario, quomodo instrumento * fundi saltuarium [94], & topiarios [95], & instrumento * cauponio institorem [96]: cum balneæ sine balneatoribus usum suum præbere non possint.

De

---

2 Siphones inter instrumenta, incendiis extinguendis, referuntur, *ut hic*. & apud Plin. *in epist. ad Trajanum de Nicomedensium incendio*. Vasa autem esse lusoria, *adde l. 6.* quæ aquas sufflando fundunt. Meminit etiam siphonii Colum. 3. *cap.* 9. Senec. 1. 2. *quæst. Naturali*. Paulum autem in additus fuisse siphones, qui subterraneis meatibus aquam exprimerent, restitisse Strabo, *lib.* 15.

3 V. §. 22 *J. eod.*

4 §. 21. *J. eod.* *l.* 3. §. 3. *D. de offic. Præfect. vigil.*

5 Scaphas. *Hal.* à scopis scoparii.

6 Paul. 3 *sent.* 6. §. 56.

7 *l.* 242. §. 2. *J. de verb. sign.* §. 18. *D. eod.*

8 §. 18. *D. eod.*

9 §. 18. *D. eod.*

10 Podium quid, vide Cujac. 13 *observ.* 13.

11 Effingantur. vide Cujac. 3 *observ.* 13.

12 Sigilla, signa habentia formam Deorum vel hominum.

13 *l.* 17. *D. de act. empt. l.* 245. *J. de verb. sign.*

14 V. *l.* 242. *J. de verb. sign.*

15 Imo non sunt. *l.* 245. *J. de verb. sign.*

16 §. 11. *D. eod.*

17 De horologio adde *l.* 41. §. 11. *D. de legat.* 1.

18 De prothyro, *l.* 245. *J. de verb. sign.* vide Cujac. 14 *obs.* 1.

19 *l.* 15. *D. de act. empt. l.* 79. *J. de verb. sign.*

20 *l.* 17. *D. de act. empt.*

21 Specularia, §. 16. *D. eod. l.* 15. §. 6. *D. de usufr.* Paul. 3 *sent.* 56. (hinc specularis lapis) integumenta sunt ex speculari lapide. Martial. *Hybernis obficta notus, specularia puris Admittunt soles, & sine face diem.* Alii legunt, *specula*. Goth. Vide Panciroll. *memorab. tit. de spectaculoribus*. Anf.

22 Antepagmenta seu valvarum ornamenta affixa antis. Turn. 8 *adverf.* 9. de pegmatis vid. Cott. *in voce* specularia.

23 *l.* 41. §. 10. *J. de leg.* 1.

24 *l.* 8. *D. eod.*

25 *l.* 16. *D. de usu & habit.*

26 Instructo sc. *ut hic*. non instrumento. §. 15. *D. eod.*

27 §. 43. *J. eod.*

28 Paul. 3 *sent.* 6. §. 67.

29 §. 35. §. 39. *J. eod.*

30 Imo non continentur. v. *l.* 15. §. 1. *J. eod.*

31 V. *l.* 12. *J. de decur.*

32 *l.* 1. *C. de verb. sign.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 39. 33 V. *l.* 1. *C. de verb. sign.* 34 Apotheca, est locus ad quascunque res recondendas idoneus. 35 *l.* 1. *in fin. C. de verb. sign.* non ut ibi absumerentur. Paul. 3. *sent.* 6. §. 42. 36 Supellecticarii, qui supellectilem curant, Turneb. 8 *adverf.* 9.

37 *l.* 15. §. 16. *J. de injur.* id est, puerorum cœtus: hinc pædagogianos Marcellin. *lib.* 26. vocat, quos *pagios* appellare solemus. v. Turneb. 8 *adverf.* 9. Senec. 22 *epist.* 123. fit mentio pædagogi *l.* 13. *J. de manumiss. vind.* 38 Contubernales, id est, uxores eorum servorum, qui operantur in fundo, instrumento cedunt: ne dura separatio inducatur. Paul. 3 *sent.* 6. §. 38. at non uxores eorum, qui mercedem præstare consueverunt, *ibid.* §. 40. adde *l.* 41. §. 2. *D. de leg.* 3. & §. 7. *D. eod.* 39 Paul. 3 *sent.* 6. §. 51. *l.* 52. §. 7. *D. de leg.* 3. 40 Bibliothecas etiam in fundis & prædiis veteres habuere. 41 Bibliotheca & apotheca librorum differunt. 42 V. *l.* 21. §. 6. *J. de furt.* 43 §. 4. *D. eod. l.* 15. §. *ult. J. eod.* 44 *l.* 10. §. 4. *J. eod.* 45 *Subaudi*, vinaria. de quibus dixi ad *l.* 7. *D. eod.* 46 Supellectili ab Claudio Herminiano clarissimo viro, Umbrio Primo. Cujac. 1 *observat.* 28. Goth. Turneb. *lib.* 18 *adverf. cap.* 23. Cott. *in memorabil. verb.* dicta, Brisson. *lib.* 4 *select. cap.* 18. Anf. 47 Hieronymiano, *Hal.* Hermoniano, *alii*. forte legendum est Herminiano. Tertullianus *ad Scapulam*. Possumus, inquit, æque & exitum quorundam præsidum tibi proponere, qui in fine vitæ suæ recordati sunt deliquisse, quod vexassent Christianos: Claudius Herminianus in Cappadocia, cum indigne ferens uxorem suam ad hanc sectam transiisse, Christianos crudeliter tractasset: soluisque in Prætorio suo vastatus peste, cum vivus vermibus ebullisset, Nemo sciat, aiebat, ne gaudeant Christiani. vide Cujac. 1 *obs.* 28. 48 In horrea, *vulgata*: comprobata à Brissonio *d. select.* 18. Movetur autem quod horrea custodiæ causa siebant, non horti. dixi ad *l.* 7. *D. eod.* 49 Theriaca est medicamentum adversus omnium animantium venena. 20 Plin. 24. ita dicitur, ἀπὸ τῶν θηρίων, à venenatis bestiis, sive quod ex carne viperina fiat, sive quod adversus venenata animalia prosit. Ut conficiatur, quas vires habeat, v. Aëtium 4 *Tetrab. c.* 87. *& segq.* Paulum Æginetam 7 *de re medica* 11. v. Nicandr. Forcat. *c.* 1. *penult.* 50 Paul. 3 *sent.* 6. §. 58.

51 *l.* 60. §. 1. *D. de leg.* 3. 52 *l.* 8. §. 1. *l.* 17. *in fin. D. eod. l.* 60. *in fin. D. de leg.* 3. Topiarius dicitur a topiis, id est, funiculis quibus frutices & arbusculæ tonsiles in animalium aut rerum historias luculenta varietate affimilantur, religantur, torquentur, flectunturque. vide Turneb. 18 *adverf.* 23. 53 Diætarii, v. quæ notavi de diæta ad *l.* 55. §. 3. *D. de leg.* 3.

54 Mensæ eboreæ instructi fundi legato continentur. §. 28. *D. eod.*

55 Quos illic habuit studiorum causa. §. 34. *D. eod.*

56 Vel munitior, vel tutior ab incendio. Paul. 3 *sent.* 6. §. 55.

57 V. *l.* 1. *D. de supellect.*

58 Dixi ad *l. ultim. C. de serv. Reipub.*

59 Exceptio firmat regulam. *l.* 4. *in princ. D. de penu. l.* 63. *in fin. D. de cond. & demonstr.*

60 Ut si sint exiguæ, non cedant. *Accurf.*

61 *l.* 92. *in fin. pr. D. de leg.* 3.

62 Imo cedunt, Paul. 3 *sentent.* 6. §. 59. *l.* 86. *D. de leg.* 2.

63 Vel quæ nominatim expressa erat: vel quæ nominatim expresserat. Hotom. 3 *observat.* 2. & 30. Goth. Enumeratio specierum non restringit genus præcedens. adde *l.* 19 *J. eod. l.* 5. *ff. de alimenti. & cibar. legat.* Manuc. *de conjectan. lib.* 9. *tit.* 3. Anf.

64 Specierum enumeratione minuitur legatum generale: nisi species ex abundanti per errorem adjectæ sint. v. *l.* 9. *J. de supellect.*

65 Imo modus videtur legato adjectus. *d. l.* 9. *J. de supellect.* Solve, *ut ibi.*

66 *l.* 15. *in princ. l.* 23. *D. eod.* Paul. 3 *sentent.* 6. §. 61. Goth. Vid. Alciat. *pareg lib* 7. *c.* 3. Turneb *lib.* 2 *adverf. cap.* 22. & *lib.* 18. *c.* 23. S. L.

67 Ancones calices inflexi, & angulum habentes: inde enim nomen habent.

68 Tryllæ, *l.* 19. §. 9. *J. de auro.* truellæ, *l.* 36. *J. de auro.* truili Festo *in Naffiterna*. trullæ, Paul. 3 *sent.* 6. §. 86. quæ & bacriones. de trullis vide Cujac. 11 *obs.* 7. In eis non tenebatur vinum, sed fundebatur in pocula. Truam quoque appellat Nonius *cap.* 1 *in Trudue.* 68. Ticinius Salina: Cocus magnum ahenum quando fervit, paulla confutat trua. Truæ Varroni 4 *de lingua*. quæ à culina in lavatrinam aquam fundunt. ibidem meminit Trullei & vinariæ trullæ. Est & Festo Drua, & Trua, id quo permovent coquentes exta. *in Andruare & Antruare.*

69 Cœnum. *Hal.* ahenum, Alciat. 7 *pareg.* 3.

70 Congiarium vas, congii unius capax, seu sex sextariorum: interdum manus imperatorium significat.

71 *l.* 15. *l.* 17. *in fin. J. eod.* Imo institores non cedunt. Paul. 3 *sentent.* 6. §. 61. 72 Paul. 3 *sent.* 6. §. 65. *l.* 17. *in fin. J. eod.* 73 *l.* 17. §. 2. *J. eod.* 74 Fornicator, vel (ut ab aliis legitur) Fornacator, is est, qui fornacem balnei caminumque fuccendit. vide Turneb. 8 *adverf.* 9. qui & fornacarius, in *l.* 27. §. 9. *D. ad l. Aquil.* de furnario dicam ad *l.* 24. §. 7. *J. de damno.* 75 *l.* 23. *J. eod.* 76 Caballi: hinc caballatio, *l.* 14. *C. de erogation. milit. annonæ.* Caballarius, in *gloss. Isidor.* 77 V. *l.* 13. *in fin. pr. D. eod.* 78 De qua v. *l.* 12. §. 6. *D. eod.*

79 Imo etiam vina. *l.* 12. §. 33. *D. eod.* 80 V. *l.* 12. §. 4. §. 35. *D. eod.* 81 Ideoque alterutro legato, alter alteri cedit. Paul. 3 *sent.* 6. §. 68. 82 Adde *l.* 35. *D. de usufr. legat.* 83 Adde *l.* 19. §. 1. *D. eod.* 84 V. *l.* 8. *D. eod.* 85 V. *l.* 12. §. 5. *D. eod.* 86 Paul. 3 *sent.* 6. §. 63. 87 Penicillum, sc. *l.* 12. §. 5. *D. de instr. & instrum. legat.* Vide Cujac. 1 *obs.* 28. 88 Cauteria sunt quibus pictores olim cevis pingentes picturam tabularum inurebant. Turneb. 8 *adverf.* 9. de hac pictura intellexit Ovidius, *rabulaque coloribus uris*. Cotta *in voce* cauteria. Encaute, picturæ genus, à quo monumenta civitatis encausta & encaustarium dicitur, *l.* 9. *C. de agricolis*. Cujac. *ibid.* de Encausto dicam, ad *l.* 6. *C. de diversis rescript.*

89 Addit *ibid.* Paulus, & temperandorum colorum vasa. 90 Navicellas, *Haloand.* naviculas, Paul. 3 *sent.* 9. §. 66. 91 Adde & retia, nassas & fuscinas, Paul. *ibid.* Nassæ meminit Festus. Nassa Glossis κυφίνη, ἁλιευτικὸς. 92 Paul. 3 *sent.* 6. §. 65. Balnearia. *Hal.* 93 Dixi *l.* 13. *in fin. D. eod.* 94 Vide *l.* 12. §. 4. *D. eod.* 95 V. *l.* 12. §. 42. *D. eod.* 96 V. *l.* 13. *in fin. in pr. D. eod.* adde & scamna, hypodia, fistulas, miliaria, epitonia, rotas aquarias, & jumenta quæ ligna deferunt. Paulus *ibid.*

De instrumento lanionis. 1. *De personis.* 2. *De instrumento fundi.* 10. *De instrumento medici.* 11. *De fundo instructo, & manciptis nominatim legatis.* 12. *De fundo, & his quæ ibi sunt.* 13. *De villa ita ut testator possedit, cum quibusdam specialiter legatis.* 14. *De domo instructa.*

XVIII. PAULUS lib. II ad Vitellium.

CUm de *lanionis* instrumento quæritur: semota carne, mensas, pondera [96] ferramentaque laniandæ carnis causa præparata; item trutinas [97], cultros, dolabras instrumento relinquimus.

§. 1. Instrumento legato, aliquando etiam personas legantium necesse est inspici: ut ecce, pistorio instrumento *legato*, ita ipsi pistores inesse videri possunt [98], si paterfamilias pistrinum exercuit: nam plurimum interest, instrumentum pistoribus an pistrino paratum sit. §. 2. Afinam [99] molendariam & molam negat Neratius instrumento fundi contineri. §. 3. Item caccabos & patinas [in] instrumento fundi esse dicimus; quia sine his pulmentarium coqui non potest. Nec multum refert inter caccabos & aënum [100] quod supra focum pendet: hic [1] aqua [2] ad potandum calefit: in illis 3, pulmentarium 4 coquitur. Quod si aënum instrumento continetur, utrei quoque, quibus aqua in aënum infunditur, in idem genus rediguntur: ac deinceps in infinitum primis quibusque proxima copulata procedunt *. optimum ergo esse Pedius ait, non propriam verborum significationem 5 scrutari: sed in primis, quid testator demonstrare voluerit: deinde in qua præsumptione sunt, qui in quaque regione 6 commorantur. §. 4. Cum de villico 7 quæreretur, [&] an instrumento inesset, & dubitaretur? Scævola consultus respondit, si non pensionis certa quantitate, sed fide dominica 8 coleretur, deberi.

§. 5. Idem consultus de meta 9 molendaria: respondit, si rusticis ejus fundi operariis moleretur, eam quoque deberi. est autem meta, inferior pars molæ; catillus [10], superior. §. 6. De bubulco quoque ita respondit: sive de eo qui bubus ibi araret, sive de eo, qui boves ejus fundi aratores pasceret, quæreretur, deberi.

§. 7. De putatoribus [11] quoque [ita] respondit, si ejus fundi causa haberentur, inesse. §. 8. Pastores quoque, & fossores ad legatarium pertinere. §. 9. Item, cum fundus ita legatus esset, *Mævio fundum Seianum, ita ut optimus maximusque est, cum* [12] *omni instrumento rustico & urbano, & mancipiis, quæ ibi sunt*; & quæreretur, an semina [13] deberentur? Respondit, verius esse deberi: nisi aliud testatorem sensisse, heres probaret. † Idem respondit de frumento repositio [14] ad mancipiorum exhibitionem [15]. §. 10. In instrumento medici [16] esse collyria [17], & emplastra, & cætera ejus generis [18], Cassius scribit. §. 11. Cui fundum instructum legaverat, nominatim mancipia legavit: Quæritum est, an reliqua mancipia, quæ non nominasset, instrumento cederent? Cassius ait, responsum esse, tametsi mancipia instructi fundi sint, tamen videri eos solos legatos esse, qui nominati essent: quod appareret non intellexisse patremfamilias, instrumento quoque servos adnumeratos [esse]. §. 12. Sabinus: cui fundus, quæque ibi sunt, legata sunt, ei fundus, & omnia quæ in eo solita sunt esse, quæque ibi majore [19] parte anni morari, & hi qui in eum manendi causa recipere se consueverunt, legati videntur: at si qua consulto [20] in fundo congesta contractave sunt, quo legatum cumularetur, ea non videntur legata esse. §. 13. Quidam cum ita legasset, *Villam meam, ita ut ipse possedi, cum supellectile, mensis, mancipiis, quæ ibi deputabuntur, urbanis & rusticis, vinis, quæ in diem mortis meæ ibi erunt, & decem aureis*: & quæreretur, cum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & vesticulam habuerit, an eadem omnia legato cederent, quoniam quædam enumerasset: Scævola respondit, specialiter expressa [quæ] legato cederent. §. 14. Domum instructam legavit cum omnibus adfixis: quæritur de instrumentis [21] debitorum, an ea legatarius habere posset? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse.

De instrumento fundi vel villæ.

XIX. PAULUS lib. XIII Responsorum.

SI mancipia [22], quæ post testamentum factum in fundum Seiæ relictum à testatore inducta fundi colendi gratia, in eodem fundo fuerint: ea quoque instrumento fundi contineri respondi: quamvis enim ea mancipia testator demonstrasset, quæ tunc ibi essent, cum legaret, tamen non minuendi legati, sed augendi [23] causa, mancipiorum quoque fecit mentionem: cæterum instrumento fundi mancipia quoque colendi agri causa inducta contineri, non ambigitur. §. 1. Paulus respondit, villæ [24] instrumento neque fructus repositos [25], neque equitium contineri: supellectile autem legato cedere [26], servum vero arte fabricæ peritum [27], qui annuam mercedem præstabat, instrumento villæ non contineri.

De fundo instructo. 2. *De fundi instructi & domo.* *De instrumento habitationis.* 3. *De prædiis ut instructa sunt cum dotibus & reliquis colonorum, & villicorum, & mancipiis, & pecore omni, & peculiis, & cum actore.* 6. *De fundo cum instrumento, & his, quæ in eodem erunt.* 7. *De pascuis.* 8. *De domibus instructis.* 9. *De verbis* uti possedi.

XX. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

SEiæ [28] ex parte heredi institutæ, si heres erit, fundos per præceptionem dederat instructos cum suis villicis, & reliquis [29] colonorum: & Cocidillis ita scripsit, *Postea mihi venit in mentem, Seiæ fundos, quos reliqui, ita ut sunt instructi rustico instrumento, supellectile, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum & apotheca, habere volo.* Quæritum est, an etiam ea, quæ patrisfamilias usus quotidiani causa in fundis fuerunt, legato continerentur? Respondit, testamento quidem (ut proponeretur) Seiæ infuper [30] fundum legatum: verum non [31] amplius deberi, quam in codicillis, quos fane post oblivionem testamentariæ scripturæ fecisset, instructi appellatione contineri velle se manifeste ostendisset. §. 1. Liberto suo quidam prædia legavit his verbis: *Seio liberto meo fundos illum & illum do lego, ita ut instructi* [32] *sunt, cum dotibus* [33], *& reliquu colonorum, & saltuarius, cum contubernalibus suis, & filiis, & filiabus.* Quæritum est, an Stichus servus, qui prædium unum ex his coluit, & reliquatus est amplam summam, ex causa fideicommissi Seio debeatur? Respondit, si non *side dominica* [34], sed mercede, ut extranei coloni solent, fundum coluisset, non deberi. §. 2. *Gaio Seio alumno meo fundos meos illum* [35] *& illum, ita ut instructi sunt, & domum superiorem dari volo.* Quæritum est, an etiam domum instructam dari voluerit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ita videri dedisse, nisi is, à quo peteretur, aliud testatorem sensisse manifeste doceret: at si habitationis [36], id est, ædificii instrumentum legasset, non cedere servos operæ alive rei paratos. §. 3. Prædia, ut instructa sunt, cum dotibus [37], & reliquis colonorum & villicorum, & mancipiis [38], & pecore omni legavit, & peculiis, & cum actore. Quæritum est, an reliqua colonorum, qui finita conductione, interposita cautione, de colonia [39] discesserant, ex verbis suprascriptis legato cedant? Respondit, non videri de his reliquis esse cogitatum. §. 4. Idem quæsiit in actore [40] legato, an uxor & filia legato cedant: cum actor non in prædiis, sed in civitate moratus sit? Respondit, nihil [41] proponi, cur cedant [42].

§. 5. Idem quæsiit, cum testator, facto testamento, in Provinciam sit profectus: an ea mancipia, quæ post profectionem ejus, aut mortem, sine cujusquam auctoritate sponte sua ad parentes & notos sibi homines in fundos legatos transiere, legato cedant? Respondit, non legatos eos, qui forte veluti commeantes transissent. §. 6. *Pamphila libertæ meæ dari volo fundum Tusculanum, cum instrumento, & his quæ in eodem erunt, cum moriar.* Quæritum est, si Stichus servus ex eo fundo ante annum mortis testatoris abductus, & in disciplinam [43] traditus, postea in eum fundum non reversus [44] sit, an debeatur? Respondit, si studendi causa [45] misisset, non quo à fundo eum aliorsum transferat, deberi.

§. 7. *Tyrannæ sorori meæ fundum meum Græcianum, cum stabulo, & instrumento rustico omni relinquo.* Quæritur, an fundi appellatione etiam pascua [46] quæ ad eum simul cum fundo pervenerint, & quæ semper in usibus hujus possessionis habuerat, legato cederent? Respondit, si prata fundo Græciano ita conjunxisset [47], uti sub una fundi appellatione haberentur, ea quoque deberi. §. 8. Instructis [48] domibus legatis, crabattus [49] argento inaurato tectus, mortis Titiæ tempore in domibus non est repertus, sed in horreis [50] tantisper conditus. Quæro, an is quoque præstandus sit? Respondit, si in domo esse soleret [51], & quo tutiore loco haberetur, interim in horreo allatus esset, nihilominus præstandum.

§. 9. Quod adjecit testator, *uti* [52] *possedi*, an hoc significet sicut instructa in diem mortis habuit, id est, cum mancipiis, pecoribus, instrumento rustico? Respondit, non de jure quæritur.

De fundo legato sine instrumento.

XXI. POMPONIUS lib. I Fideicommissorum.

CUm fundus sine instrumento legatus sit: dolia [53], molæ [54] olivariæ [55], & prælum [56], & quæcunque infixa [57] inædificataque [58] sunt, fundo legato continentur. * nulla [59] autem ex his rebus, quæ moveri [60] possunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur. † De molis [61] tum quæri solet, cum ita adfixæ itave inædificatæ sint, ut partes ædificiorum esse videantur.

De fundo, ut optimus maximusque est. 1. *De peculio.*

XXII. PAULUS lib. III Sententiarum.

FUndo legato, *ut* [62] *optimus maximusque est*, ætia aprraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur: [quod etiam] ad instrumenta pertinet, si quæstus [63] fundi ex maxima parte in venationibus consistat. §. 1. Fundo legato *cum* [64] *mancipiis, & pecoribus, & omni instrumento rustico & urbano*: peculium actoris [65] ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere.

De instrumento tabernæ.

XXIII. NERATIUS lib. II Responsorum.

CUm quæratur, quod sit *taberna* [66] instrumentum: interesse, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum [67] sit.

De instrumento fundi.

XXIV. PAULUS [lib. III ad Neratium].

FUndus qui locatus erat, legatus est cum instrumento: instrumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit. Paulus: an quod coloni fuit, an tantum id, quod testatoris fuit? Et hoc magis [68] dicendum est: nisi nullum domini fuit.

Illud instrumentum, quod est in fundo, inspicitur, non quod fundus sustinere potest. Bartolus.

XXV. JAVOLENUS lib. II ex posterioribus Labeonis.

FUndi instrumento legato, id pecus cedere putabat Tubero, quod is fundus sustinere [69] potuisset. Labeo contra: quid enim fiet (inquit), si cum mille oves fundus sustinere potuisset, duo millia ovium in eo fundo fuerint? quas oves potissimum legato cessuras existimabimus? nec [70] quærendum esse, quid debuisset parari pecoris, instrumenti fundi causa, sed [71] quid paratum esset: non enim ex numero aut multitudine legata æstimandum esse. Labeonis sententiam probo. §. 1. Quidam, cum in fundo figlinas haberet, figulorum opera, majore parte anni, ad opus rusticum utebatur; deinde ejus fundi instrumentum legaverat. Labeo, Trebatius, non videri figulos [72] in instrumento fundi esse. §. 2. Item cum instrumentum omne legatum esset, excepto pecore: pastores oviliones, ovilia quoque legato contineri, Ofilius non recte putat [73].

De doliis, & viridiariis quæ in eis sunt. 1. *De molis.*

XXVI. IDEM lib. V ex posterioribus Labeonis.

DOlia [74] fictilia [75], item plumbea, quibus terra adgesta est, & in his viridiaria [76] posita, ædium esse Labeo, Trebatius, putant:

---

96 Carnem moris fuisse Romæ ad pondus vendi, hinc colligere possis. de ponderibus amplius dicam ad *tit. C. de ponderib.*

97 Carnes hinc constat Romæ (ut & apud Græcos, teste Plutarcho 2 *Symposiorum ultim.*) ad pondus venisse (ut & in quibusdam Galliæ partibus ad hunc diem mansit mos illæ). Lamprid. *in Alexand.* Tantum carnis fuit intra biennium, ut cum fuisset octominutalis libra, ad duos unumque utriusque carnis & porcinæ & bubulæ libra redigeretur. Idque probat vetus inscriptio apud Brissonium 1 *Variar.* 16. in qua, consuetudine mi candi sublata, lex jubet carnes sub exagio, id est, sub trutina vendi. Id etiam probat *lex* 4. *C. Theodos. de suariis.* qua mandatur, ut pondus porcorum trutinæ, non oculari libertate quæratur. Hoc præterea addendum est, curam carnis Romæ commissam fuisse Præf. urbis, *l.* 1. §. 11. *ff. de offic. Præfect. Urb.* formam cucæ carnis, v. apud Ammian. 26.

98 Id est, servi qui pistrinum exercent; quin & scribæ, asini, molæ, machinæ, quibus farinæ subiguntur. Paul. 3 *sent.* 6. §. 64.

99 *l.* 12. §. 10. *ff. cod.* adde *l.* 26. *in fin. ff. cod.*

100 Ahenum. *Hal.* vide quæ notavi ad *l.* 38. §. 2. *ff. de act. empt.*

1 *Al.* hoc, id est, aëno.

2 Aqua calida veteres inter potandum nonnunquam usi sunt, *ut hic.* Seneca 1 *de Ira* 2. Irascuntur si calida non bene præbeatur, si vitrum fractum est, si calceus luto sparsus est. Idem 25 *de Ira.* 25. Minimis sordidisque rebus non exacerbemur. Parum agilis puer, aut parum tepidior aqua potui erogata, aut turbatus thorus, aut mensa negligentius posita, ad ista concitari insania est. Inde calix, quod calidum eo biberent. Varro 4 *de lingua.* Festus *in Calix.* hinc Martialis 8 *epigr.* 67. *Caldam poscis aquam, sed nondum frigida venit.* Juvenalis *Satyr.* 5. *calida gelidæque minister.* hinc thermopotare, apud Plautum *in Trinummo.* & thermopolia, apud eundem *ibid. Curculione & Rudente.* cauponæ in quibus aqua calida vendebatur, quem morem Claudius sustulit. *Dio.* Caligula cauponem interfecit, quod Drusillæ aquam calidam vendidisset. *Dion.* hinc Drusus ebrietatis notatus, quod aliquando excitatus, ad ignem extinguendum, calidam infundi jussit. *Idem Dion.* Ea re Tiberius Claudius Nero, Caldius Biberius Mero per jocum dictus est, Sueton. *Tiberio* 42. Porro hujusmodi calida vino infundebatur, a gulonibus præsertim. Apuleius 2, Aqua calida injecta porrigit ut bibam. Martialis 2 *epigr.* 1: *Te convivia leget misto quincunce, sed ante Incipiat positus quam tepuisse calix.* alibi 1 *epigramm.* 12: *Jam defecisset portata calda ministros, Si non potares, Sextiliane, merum:* Plautus *Curculione, Calidum bibunt, tristes atque ebriosi incedunt.* Et *in Milite: Hic caldum exhibit in Prandio.* Tacitus 13. Præcalida & libata gustu potio tradita Britannico. Plin. 7. *c.* 53. Calidam in pultario poscit. Vas huic aquæ infrutum, Athenæo 3 Δίφυιον, quod & miliarium Seneca 3 *Natural.* 24. & 4. *cap.* 9. Plura vide apud Lipsium 1 *Electorum* 4. 3 Caccabis utebantur ad pulmentarium coquendum. 4 Id est, cibus, Varro. veteribus glossis προσφάγιον. sic vetus interpres προσφάγιον, pulmentarium vertit. vide Cujac. 11 *obs.* 8. adde quæ scripsi ad Varr. 4 *de lingua. ubi de caccabo.*

5 Vide *l.* 69. *ff. de legat.* 3. 6 *l.* 50. *in fin. ff. de legat.* 3. 7 *l.* 8. *ff. cod.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 25.

8 *l.* 20. §. 1. *ff. cod.* 9 V. *l.* 26. *in fin ff. cod.* 10 Catillus, quo operatur machina seu meta. Plutarch. in Philopœmene appellat προσχοίνιον λίθον. Liv. 9. saxum. 11 Paul. 3 *sent.* 6. §. 50.

12 Paul. 3 *sent.* 6. §. 43. 13 *l.* 12. *ff. cod.* 14 *d. l.* 12. 15 Id est, alimenta. 16 Medici sunt qui medicamenta conficiunt, vulnera curant, cucurbitas admovent, qui circumcidunt aut castrant. *l. lege Cornelia.* 4. §. *ult. ff. ad l. Corn. de sicar.* 5. Paul. 23. §. 7. §. 13. 17 §. 25. *Inst. de rer. divis.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 62. 18 Puta ferramenta, & apparatum omnem ad conficienda medicamenta, Paul. 3 *sent.* 6. §. 62. adde *quædam ex l.* 8. *ff. cod. l.* 21. §. 1. *l.* 25. *in fin. ff. de auro.* 19 Vide quæ notavi ad *l.* 160. §. 1. *ff. de reg. jur.* 20 *l.* 32. *ff. de leg.* 2. *l.* 39. *in fin. ff. de auro.* 21 Adde *l.* 21. *ff. cod.* Adfixorum ædibus nomine, instrumenta debitorum non continentur. 22 *l.* 12. §. 2. *ff. cod.* 23 V. *l.* 3. *ff. cod.* 24 Paul. 3 *sent.* 6. §. 68. 25 In villa sc. 26 Imo non cedit. *l.* 16. *ff. cod.* 27 *l.* 12. §. 8. *in fin. ff. cod.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 40. 28 Vide ad hunc locum Anton. Fab. 1 *Conjectur.* 7. 29 Id est, pensionibus debitis a colono. *l.* 101. *in fin. ff. de leg.* 3.

30 Instructum fundum. Ita Cujacius emendat, probatur ab Antonio Fab. 1 *Conjectur.* 7.

31 Atque ita enumeratio speciorum facta in codicillis, restringit legatum generis factum in testamento. *Bart.*

32 Legato fundi instructi non cedit servus, qui colit data mercede. *Bart.*

33 V. *l.* 2. *ff. cod.*

34 *l.* 18. §. 4. *ff. cod.*

35 Copulativæ vis qualitatem præcedentis legati repetit in sequenti. *Bart.*

36 De habitationis definitione vide Hotom. 3 *observ.* 23.

37 V. *l.* 2. *in fin. ff. cod. l.* 97. *ff. de legat.* 3.

38 Paul. 3 *sentent.* 6. §. 47.

39 De Colonia adde *l.* 2. §. 23. *ff. ne quid in loco publico.*

40 *l.* 12. §. 38. *ff. cod.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 48.

41 Imo cedere videntur. *l.* 12. §. 4. *ff. cod.*

42 Servo legato quid contineatur, v. *l.* 62. *ff. de legat.* 3.

43 Paul. 3 *sent.* 6. §. 52.

44 Adde *l.* 12. §. 38. *ff. cod.*

45 Causa finalis inspicitur.

46 Paul. 3 *sent.* 6. §. 14.

47 *l.* 7. *ff. cod. & l.* 27. §. 1. *ff. cod.*

48 Paul. 3 *sent.* 6. §. 49.

49 Grabbatus. *Hal.* κράββατος, est lectulus meridiando idoneus.

50 De horreis v. quæ scripsi ad *l.* 7. *ff. cod.*

51 Consuetudo patrisfamil. inspicitur.

52 *l.* 27. §. 3. *ff. cod. l.* 91. §. 1. *ff. de leg.* 3.

53 *l.* 26. *ff. cod.*

54 Paul. 3 *sentent.* 6. §. 36.

55 Molæ olearie. Varro 4 *de lingua.*

56 *l.* 17. *ff. de act. empt.*

57 Infixa, adde & immobilia vide Cujac. 9 *obs.* 9.

58 Infixa & inædificata fundi legato cedunt.

59 Nullæ autem. *Hal.*

60 Mobilia fundi appellatione non continentur.

61 Nam immobilia, adfixa, & inædificata fundi legato comprehenduntur.

62 *l.* 69. §. 3. *ff. de leg.* 1. *l.* 93. §. 4. *ff. de legat.* 3. vide Paul. 3 *sentent.* 6. §. 47.

63 *l.* 26. *ff. de usuris.*

64 Vide Paul. 3 *sent.* 6. §. 47.

65 *Subandi*, servi.

66 *l.* 13. *l.* 15. *l.* 17. *in fin. ff. cod.* adde *l.* 32. *ff. de contrab. empt.* adde *l.* 34. *ff. de pignorib.*

67 Consuetudo loci ac tabernæ inspicitur. *Gothofredus.* Vide *l.* 32. *ff. de contr. empt.* Ans.

68 Ut sc. testator id tantum, quod fuisset erat, videatur legasse. facit *l.* 5. *in fin. ff. de legat.* 1.

69 Id est, alere.

70 Imo, jus potius quam factum inspiciendum est. *l.* 12. *ff. de off. Præfid.*

71 *l.* 60. §. 2. *ff. de leg.* 3. 72 Figlinas. 73 Et merito. nam remoto principali (pecoribus sc.) & accessorium (pastor sc.) removetur, *l.* 2. *ff. de peculio.* 74 V. *l.* 21. *ff. cod.* 75 V. Plin. 35. *c.* 12. v. Juven. *Satyr.* 14. *in fin.* Ulp. 6. Suet. in *Tiberio.* 60. Lamprid. *in Heliogabalo.* 4. Veget. 6. quæ & viridia in *l.* 15. §. 1. *ff. de servitut. l.* 79. *in fin. ff. de verb. sign.* 6. Vitruv. 6. & 5. *c.* 9. Senec. 15. *epist.* 1. Cisterna viridibus subdita, Senec. 13 *epist.* Plin. 5 *epist. ad Apollinarem.* Macrob. 1 *Saturn.* 4. virdiaria, *l.* 13. §. 4. *ff. de usufr.*

putant: ita id verum puto, si [76] ita illigata sint ædibus, ut ibi perpetuo posita sint. §. 1. Molas [76] manuarias quidem supellectilis, jumentarias autem instrumenti esse, Ofilius ait. Labeo, Cascellius, Trebatius neutras supellectilis, sed potius [77] instrumenti putant esse: quod verum puto.

De prædiis cum servis qui ibi erunt. 1. De fundo ita ut est instructus, cum omnibus rebus, & mancipiis, & reliquis colonorum. 3. De fundo & his quæ in eo sunt. 4. De verbis, sicut est. *5. De fundo ut instructi sunt, cum suis salictis & sylvis.*

XXVII. SCÆVOLA lib. VI Digestorum.

P*Rædia maritima cum servis qui ibi erunt* [78], *& omni instrumento, & fructibus qui ibi erunt, & reliqua* 79 *colonorum*, nutritori suo legavit. Quæsitum est, an servi piscatores [80] qui solebant in ministerio testatoris esse, & ubicunque [81] eum sequi, & urbicis rationibus expungebantur [82], nec mortis testatoris tempore in prædiis legatis deprehensi fuerint, legati esse videantur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non esse legatos. §. 1. Adfini suo ita legavit: *Fundum Cornelianum Titio, ita ut est instructus, cum omnibus rebus & mancipiis & reliquis colonorum dari volo:* hæc testatrix Romæ [83] litis causa ex Africa veniens, mancipia quædam ex fundo suprascripto, quo citius per hyemem [84] [operam elegeret], secum abduxit. Quæsitum est, an ea mancipia fideicommisso cedant, cum quædam ex his rusticis officiis ad [85] tempus peregrinationis abducta sunt, relictis conservabus, & filiis suis, & quædam matribus, & patribus? Respondit, mancipia, de quibus quæreretur, secundum ea, quæ proponerentur, ex causa fideicommissi deberi. §. 2. Item quæsiit, an fructus ejusdem fundi, qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicommisso cedant: cum plenissima [86] testatoris erga adfinem voluntas ab eo quoque manifestetur, quo reliqua colonorum ejusdem possessionis ad eum pertinere voluerit? Respondit, in hujusmodi scriptura posse responderi, hoc solum quærendum, an manifeste appareat, defunctam id de quo quæreretur dari voluisse. §. 3. Liberto [87], quem heredem ex parte rescripsit, fundum per præceptionem dedit in hæc verba: *Pamphile liberte, præcipito, tibique habeto fundum meum Titianum, & agellum Sempronianum cum instrumento & his quæ in eodem erunt, cum* [88] *mortar, familiaque, quæ in eo fundo moratur: exceptis quos manumisero.* Quæsitum est, cum testator in eo fundo aliquantum vini in doliis habuerit, quod vivus totum vendiderat [89], & partem tertiam pretii pro eo acceperat, an vinum in doliis remanens, ad libertum ex causa præceptionis pertineat? Respondit, verbis, quæ proponerentur, contineri: nisi manifeste contrariam voluntatem coheredes approbant. In eo fundo instrumenta calendarii, & nummos reliquit: Responsum est, de nummis quoque, ut supra responsum [90].

§. 4. Ita legatum est, *Sipitiæ sorori meæ fundi paterni mei Seiani partem dari volo, sicut* [91] *est: & alteram partem, ita ut in diem mortis fuerit.* Quæsitum est, an ex verbis suprascriptis asseres, & præsa jam posita parataque ut immittentur ædificio: item instrumentum urbanum & rusticum, cum mancipiis, quæ fundi causa erant, ad legatarios pertineant? Respondit: Possunt hæc verba, *sicut* [92] *est*, ad instructum referri. §. 5. Fundos legavit in hæc verba: *Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos, ita ut instructi sunt, Cassianum, Nonianum, cum suis salictis & sylvis.* Quæsitum est, cum silvæ & salicta non in fundis suprascriptis, sed in adjectis [93] agellis, & quos simul testator comparavit, nec sine his fundi coli possint: an legato cederent? Respondit, id tantum cedere legato, quod verbis comprehendisset.

De fundo instructo.

XXVIII. IDEM lib. XXIII Digestorum.

L Ucius Titius fundum, uti erat 94 instructus, legaverat. Quæsitum est, fundus instructus quemadmodum dari debeat: utrum [95] sicut instructus fuit mortis patrisfamiliæ tempore, ut quæ medio tempore adgnata, aut in fundum illata sunt, heredis sint: an vero instructus fundus eo tempore [96] inspici debeat, quo factum est testamentum; an vero eo tempore, quo fundus petitio cœperit, ut quidquid eo tempore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat? Respondit, ea quibus instructus sit fundus, secundum verba legati, quæ sint in eadem causa cum dies [97] legati cedat [98], instrumento contineri.

De instrumento navis.

XXIX. LABEO lib. I Πιθανῶν.

SI navem cum instrumento emisti, præstari tibi debet scapha navis. Paulus: imo contra. etenim scapha navis non [99] est instrumentum navis: etenim mediocritate [100], non genere [1] ab ea differt; instrumentum autem cujusque rei necesse est alterius generis esse, atque ea quæque sit. quod Pomponio lib. VII epistolarum placuit.

[76] Dolia tamen, ut non illigata sint & defossa, instrumento cedunt. *l. 8. in fin. pr. ff. eod.*

[76] *l. 12. §. 10. l. 18. §. 1. ff. eod.*

[77] Imo, mola non est instrumenti. *l. 18. §. 2. ff. eod.*

[78] Servis piscatoribus non adnumerandi sunt ii piscatores, qui solebant esse in ministerio testatoris & eum quocunque sequi, quique mortis ejus tempore in prædiis maritimis non sunt deprehensi.

[79] Id est, pensionibus debitis à colonis. *l. 101. §. 1. ff. de legat. 3.*

[80] Piscatores servi, prædiis maritimis adtributi.

[81] Quocunque. *Hal.*

[82] *Al.* fungebantur.

[83] Romam. *Hal.*

[84] Per hyemem, ad oram legeret. *Hal.*

[85] Adde *l. 35. in fin. ff. de hered. instit.*

[86] V. *l. 69. ff. de legat. 3.*

[87] Vide ad hunc paragraphum Antonium Fabrum. *1 Conject. 6.*

[88] *l. 20. in fin. ff. eod.*

[89] *l. 11. §. 12. ff. de legat. 3.*

[90] Contineri scilicet nomina & instrumenta non continentur fundi appellatione. *l. 92. ff. de legat. 3.*

[91] *l. 78. §. 3. l. 101. in fin. ff. de legat. 3.*

[92] *l. 20. in fin. ff. eod.*

[93] V. *l. 3. ff. eod. l. 24. §. 2. ff. de legat. 1.*

[94] *Al.* erit.

[95] Tempus mortis testatoris an spectandum: an testamenti: an quo legatum peti cœpit: an cum dies legati cedit?

[96] V. quæ notavi ad *l. 3. ff. de reb. cred. & l. 41. §. 4. ff. de leg. 3.*

[97] *l. 28. in fin. ff. quando dies.*

[98] Imo, ea videtur legasse quæ testamenti tempore fuerunt. *arg. l. 7. in fin. ff. de aura.*

[99] *l. 44. ff. de evict.* vid. quæ notavi ad *l. 1. §. 3. ff. de exercit.* Quid ita? Navis per se subsistit: si per se subsistit, non est igitur majoris navis instrumentum. [100] *l. 3. §. 1. ff. de rei vindic.* [1] Genere differunt, quæ sunt sub diversis generibus (ita genere differunt Navis & ejus instrumentum; genere conveniunt Navis & scapha, *ut hic:*) vel quorum unum genus, alterum species. Specie differunt, quæ sunt sub eodem genere, verbi gratia, aliud est vendere, aliud venditioni consentire, *l. 160. ff. de reg. jur.* donum & munus, *l. 194. ff. de verb. sign.* creditum & mutuum. *l. 2. ff. de reb. cred.*

TIT. VIII.

DE PECULIO [1] LEGATO.

De alienatione, manumissione, morte.

I. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

SErvo legato cum [2] peculio, & alienato vel manumisso, vel mortuo [3]: legatum etiam peculii extinguitur [4].

II. GAIUS lib. XVIII ad Edictum provinciale.

NAm quæ accessionum locum obtinent, extinguuntur [5], cum principales [6] res peremptæ fuerint.

III. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

AT [7] si ancilla cum suis [8] natis legata sit: etiam [9] mortua ea vel alienata, vel manumissa, nati ad legatarium pertinebunt: quia duo [10] legata sunt separata.

IV. GAIUS lib. XVIII ad Edictum provinciale.

SEd & si cum vicariis suis legatus sit servus: durat vicariorum legatum & mortuo eo, aut alienato, aut manumisso.

[1] Περὶ τῶν ἀπὸ διαθήκης λεγάτων, ὑποθηκῶν, 44 *Ecloga.* 11.

[2] Peculii & servi peculiaris differentia est, *ut hic. & l. 4. ff. eod.* ut & peculii & mercis peculiaris, *l. 1. §. peculiarem. ff. de tribut. act.* peculii & in rem versi, quamvis & hoc ipsum in peculio sit. *Goth.* Peculii materiam vid. apud Tholosanum, *Syntagm. lib. 9. c. 15.* Menoch. *lib. 4 præsumpt. 155.* Anf.

[3] *l. 12. ff. eod. l. 39. §. 4. ff. familiæ. §. 17. Inst. de leg.*

[4] Cur ita? v. *l. 2. ff. eod.* [5] Principali extincto, extinguitur accessorium. *l. 19. in fin. ff. de dolo. l. 129. in fin. l. 178. ff. de reg. jur.* Theoph. §. 17. *Inst. de legat.*

[6] Imo, non extinguuntur. *l. 12. ff. eod. l. fundo. 22. §. ult. ff. tit. prox. l. intelligere. 2. C. de luitione pignor. l. quid tamen. 10. ff. quib. mod. usus. amitt.* [7] Etsi. *Hal.* [8] *l. 2. ff. de leg. 2. §. 17. Inst. de legat. l. 62. l. 122. §. 2. ff. de leg. 1.* [9] V. *l. 62. ff. de leg. 1.* [10] Adde *l. 1. ff. de instructo.*

De nominibus.

V. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

PEculio legato, constat heredem nomina peculiaria persequi posse, & insuper ipsum, si quid debeat servo, reddere [11] legatario debere.

[11] *l. 23. ff. eod.*

De corporibus. 1. De ære alieno. 2. De peculio vicarii. 4. De eo quod dominus debet: vel domino, 5. Vel heredi debetur.

VI. ULPIANUS lib. XXV ad Sabinum.

SI peculium legetur, & sit in corporibus (puta fundi vel ædes): si quidem nihil sit, quod servus domino, vel conservis, liberisve domini debeat, integra corpora vindicabuntur [12]: sin vero sit, quod domino, vel suprascriptis personis debeatur, deminui singula [13] corpora pro rata debebunt. & ita Julianus & Celsus putant. §. 1. Et si fuerit legatum peculium, *non deducto ære alieno*: verendum ne inutile legatum sit: quia quod adjicitur, contra naturam legati fit. sed puto verum, [ad] hanc [14] adjectionem non vitiare legatum. sed nihil ei adjicere: nec enim potest crescere vindicatio peculii per hanc adjectionem. † Plane si proponas, legatarium nactum possessionem rerum, exceptione doli adversus heredem vindicantem uti potest: habet enim in solidis rebus voluntatem æris alieni non deducendi. † Sed & si dominus remittere se servo quod debet, vel nihil sibi servum debere, significaverit, valet hæc adjectio: quia nuda voluntate potest dominus servo remittere, quod ei debet. §. 2. Vicario autem meo mihi legato, an & vicarii mei peculium ad me pertineat, quæritur? Et putamus, contineri [15] legato vicarii, ejus peculium, nisi adversa sit voluntas testatoris. §. 3. Si servus & vicarius ejus, liberi esse jussi sint, eisque peculia sua legata sint: verba secundum voluntatem testatoris exaudienda, tanquam de duobus separatisque peculiis testatore locuto: & secundum hæc vicarius vicarii non communicabitur: nisi hæc mens fuit testantis. §. 4. Sicut autem æs alienum, hoc est, quod [16] debetur domino, minuit legatum peculium: ita per contrarium id [17], quod dominus debet servo, augere debet. Sed huic sententiæ adversatur Rescriptum Imperatoris nostri & patris ejus, quod ita est: *Cum peculium servo legatur, non etiam id conceditur, ut petitionem habeat pecuniæ, quam se in rationem domini impendisse dicit.* † Quid tamen, si hæc voluntas fuit testatoris? cur non possit consequi? certe compensari debet hoc, quod impendit, cum eo, quod domino debetur [18]. An & quod dominus scripsisset [19] se servo debere, peculio legato cederet? Pegasus negat: idem Nerva. & cum Gneus Domitius filiæ suæ peculium, quod ejus esset, legasset, & annuum, quod ei solitus erat dare, biennio non dedisset; sed in rationibus suis retulisset, filiæ se debere quinquaginta: Atilicinus existimavit, legato non cedere. quod verum est, quia consonat rescripto. §. 5. Non solum autem, quod domino debetur, peculio legato deducitur: sed & si quid heredi [20] debitum fuit.

[12] Peculium quando vindicatur, res singulæ petuntur: quando condicitur, potest universaliter peti. *Bort.*

[13] Imo, universim agi sufficit: est enim peculium quiddam universum, *l. quod dicitur. 5. ff. de impensis. arg. l. 1. ff. de edendo.* sit sane: si actione personali petatur peculium: alias singula corpora petenda, si agatur rei vindicatione.

[14] Id est, etiamsi hæc clausula, *non deducto ære alieno*, non sit adjecta.

[15] Imo servo legato peculium ejus non continetur. *l. 24. ff. eod.*

[16] *l. 9. §. 4. ff. de peculio.* Goth. Vide Bart. *in l. si certis. C. de pact.* Bald. *in l. geris. ff. de acq. hered.* Anf.

[17] *l. 23. §. 1. in fin. ff. eod. §. 20. Inst. de legat.*

[18] Naturaliter. *arg. l. 41. ff. de peculio.*

[19] Dominus servo, pater filio scribens se debere, non per hoc efficitur debitor. *l. 49. in fin. ff. de peculio.* Inunda ratio. *l. 26. ff. de don.*

[20] V. *l. 8. ff. eod.*

De arrogatione.

VII. POMPONIUS lib. VII ad Sabinum.

SI quis creditori suo adrogandum [21] se dederit, & agetur de peculio cum adrogatore: idem puto dicendum, quod de herede dicitur.

[21] *l. 42. ff. de peculio.*

De eo, quod heredi, 2. Vel conservo debetur. 3. De eo, quod heredi; 5. Vel domino datum est. 6. De liberatione legata debitori peculiari. 7. De peculio tacite legato. 8. Quo tempore spectatur quantitas peculii.

VIII. ULPIANUS lib. XXV ad Sabinum.

DEnique Pegasus respondit, si statulibero, cui peculium legatum sit, heres [22] interim crediderit: id ipso jure detrahi [23] & corpora singula [etiam] per hoc æs alienum deminui.

§. 1. Proinde si pure libertatem accipiet, & heres vel vivo domino, vel ante aditam hereditatem, servo crediderit: legatum peculii minuetur secundum Juliani sententiam, licet dominus servi nunquam fuerit. §. 2. Qui Stichum & Pamphilum servos habebat; testamento eos manumisit, & unicuique peculium suum legavit: placet, quod alteri debet, de peculio ejus decedere, & alterius [24] accedere legato. §. 3. Item quæritur, si servo libertas data sit, *si decem dedisset heredi*, peculiumque ei legatum sit: an decem, quæ dedisset heredi, debeant de peculio decedere? Et est verum, quod Sabino placuit, hoc rainus esse in peculio legato.

§. 4. Plus ait Sabinus, si statuliber servum heredi vendiderit, perinde desinere eum in peculio esse, atque si extraneo vendidisset. §. 5. His consequenter quæritur, si servus cum domino de libertate pactus fuerit, & partem [25] pecuniæ dedefit, & antequam residuum dederit, dominus decesserit, liberumque esse testamento jusserit cum peculio legato: an quod domino dederit in peculio sit imputandum? Et ait Labeo, de peculio decedere: plane si nondum dederat, sed, donec totum traderet, pro depósito apud eum fuerit, id in peculio esse placuit.

§. 6. Item si servo peculium sit legatum, & a debitore ejus peculiari heres vetitus sit petere: verum est, hoc minus esse in legato peculio: hoc est, detrahendum id quod debitori legatum est. §. 7. Interdum & si non sit legatum peculium, velut legatum sic accipitur: id est, in hujusmodi specie: quidam servo libertatem, *si rationes reddidisset* [26], dederat; & *si heredibus centum intulisset*: Imperator igitur noster cum Patre rescripsit, peculium quidem non nisi legatum deberi, verum (inquit) si conditionibus præscriptis paruit servus, testatorem voluisse eum retinere peculium interpretamur, videlicet [27] ex eo, quod ex peculio eum jusserat centum inferre. §. 8. Utrum autem id demum peculium accipimus, quod mortis tempore fuit: an vero & quod postea accessit, applicamus; vel quod decessit, detrahimus? Et Julianus alias accipiendum legatum peculii ait, si ipsi servo legetur; alias, si alii. nam si ipsi, id tempus in legato spectandum, quo dies [28] legati cedit; si vero extraneo, mortis [29] tempus: sic tamen, ut incrementa [30] ex rebus peculiaribus ad eum perveniant, ut puta partus ancillarum, vel fœtus pecorum: quod autem ex operis suis vel ex alia re accedit, id, si alii quam ipsi legetur peculium, non debebitur. Hoc utrumque Julianus secundum voluntatem testatoris scribit: cum enim ipsi suum peculium legatur, verisimile est, eum omne augmentum ad ipsum pertinere voluisse, cui patrimonium manumisso futurum est: cum alii, non sic: tamen ut, si in alterius persona hoc eum sensisse appareat, idem dicas.

[22] *l. 6. in fin. ff. eod.*

[23] *l. 1. §. 9. ff. de exercitoria.* vid. Cujac. 8 *ad Afric. in explic. legis ult. ff. de exercitoria. §. ult.*

[24] V. *l. 9. ff. eod.*

[25] V. *l. 6. ff. de manumiss. & l. 11. §. 1. ff. de peculio.*

[26] *§. 20. in fin. Inst. de legat.*

[27] Peculium tacite legare is intelligitur, qui jubet servum liberum esse sub hac conditione, *si rationes reddiderit, & heredibus centum intulerit.* Jussisse enim intelligitur dominus, centum ex peculio inferre. Diminutionem quæ inducunt, augmentum operantur, si inutilis alioqui futura sit dispositio, *l. 19. ff. de usufr.* alias non operantur diminutionem. *l. 72. in fin. ff. de cond. & demonstr.*

[28] *d. §. 20.*

[29] *d. §. 20. l. 83. ff. ad l. Falcid.*

[30] *d. §. 20. l. 28. in fin. ff. de peculio.* Imo, si in alterius persona hoc eum sensisse appareat, idem dicas.

De eo

De eo quod ordinarius debet vicario. 1. Si servus conservum vulneret, scindat, frangat, surripiat, 2. Se vulneret, se occidat, fugiat.

IX. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

ID quod servo, qui [31] in ipsius peculio est, debetur, non deducitur ex legato peculio, quamvis conservus ejus sit. §. 1. Si conservum suum vulneraverit [32] servus & viliorem fecerit: Marcellus, non esse dubitandum, deduci ex peculio, quod domino interesset. nam quid interest, conservum vulneret an scindat aliquid, vel frangat, an subripiat [33]? quo casu sine dubio minuitur peculium: sed non [34] ultra simplum. §. 2. Sed si se vulneravit, vel etiam occidit, nihil est deducendum hoc nomine: alioquin dicemus, & si fugerit, deducendum id, quanto vilior sit factus propter fugam.

31 Vicarius quod debet ordinario, peculium vicarii minuit.
32 *l.* 9. §. 1. ff. *de peculio.*
33 *l.* 4. §. 3. *l.* 9. ff. *de peculio.*
34 Pœnas ipso jure à lege impositas, non augeri, etiam contra negantem, hinc colligit Bartolus.

De eo quod patri vel domino debetur.

X. POMPONIUS lib. VII ad Sabinum.

SI peculium servo vel filio prælegare [35] velis: ne deducatur id, quod tibi debebitur, specialiter [36] ea, quæ in peculio erunt, legenda sunt.

35 *Prælegari peculium* cur dicimus, non *legari*? Prælegare est alteri quodammodo rem suam legare. ut *l. ult.* ff. *cod. l.* 1. §. *si servum.* 4. ff. *de except. rei venditæ.* Sic obligatio prælegatur, *l. non solum.* 8. §. *penult.* ff. *de liberatione.* ut & dos. ff. *de dote prælegata.*
36 Et ita nulla erit ambiguitas. ἀφορισμὸς ad hunc locum refert hoc Bartolus. Pone statuto ementem universim seu aversione omnia bona alicujus, æri alieno ejus obnoxium fiori: Cautio, inquit, tibi fuerit, ut sigillatim debitoris bona compares. Ita enim fiet, ut ne venditoris æri alieno subjiciare.

De peculio futuro.

XI. ULPIANUS [lib. XXIX ad Edictum].

EI quoque, qui nihil [37] in peculio habet, potest peculium legari: non enim tantum præsens, sed etiam futurum peculium legari potest.

37 *l.* 30. ff. *de peculio.*

De morte servi.

XII. JULIANUS lib. XXXVII Digestorum.

TUnc inutile legatum peculii fit, cum servus vivo testatore decedit [38]: cæterum, si mortis tempore servus vixerit, peculium legato cedet.

38 *l.* 1. ff. *eod. l.* 2. ff. *de pœnis.*

XIII. CELSUS lib. XIX Digestorum.

ALiter atque si servus vestitus legatus foret.

XIV. ALFENUS VARUS [lib. V Digestorum].

QUidam in testamento ita scripserat, *Pamphilus servus meus peculium suum, cum moritur, sibi habeto, liberque esto:* Consulebatur, rectene Pamphilo peculium legatum videretur, quod prius quam liber esset, peculium sibi habere jussus esset? Respondit, * in conjunctionibus ordinem [39] nullum [40] esse; neque quicquam interesse, utrum eorum primum diceretur, aut scriberetur: quare recte peculium legatum videri, ac si prius liber esse, deinde peculium sibi habere jussus est.

39 Orationum scil. adde *l.* 25. *C. de testam. l.* 6. ff. *de solutionibus.*
40 Imo, ordo antiquus servatur. *l.* 84. ff. *de usufr.*

Si servi peculium alii, alii omnes ancillæ legentur; & sit ancilla peculiaris.

XV. IDEM lib. II Digestorum à Paulo epitomatorum.

SErvo manumisso peculium legatum erat; alio capite omnes ancillas suas uxori legaverat; in peculio servi ancilla fuit [41]: servi [42] eam esse respondit; neque referre, utri prius legatum esset.

41 Ut vicaria scil. *l.* 73. *in fin.* ff. *de legat.* 3. vid. *l.* 38. §. 2. ff. *de peculio.*
42 Imo, non servi tantum, sed & reliquarum ancillarum est communis. *l.* 36. ff. *de legat.* 1.

De eo quod vicarius debet domino.

XVI. AFRICANUS lib. V [43] Quæstionum.

STichus habet in peculio Pamphilum [44]: hunc dominus noxali [45] judicio defendit, & damnatus litis æstimationem solvit: deinde Stichum testamento manumisit: eique peculium legavit. Quæritur, an quod Pamphili nomine præstitum sit, ex peculio vel ipsius Pamphili vel Stichi deducendum sit? Respondit, Pamphili quidem de peculio utique deducendum, quantacunque ea summa esset, id est, etiam si eum noxæ dedere expediisset: quidquid [46] enim pro capite servi præstitum sit, in eo debitorem eum domini constitui: quod si Pamphili peculium non sufficiat, tunc ex peculio Stichi non ultra pretium Pamphili deduci debere.

§. 1. Quæritur, si ex alia [qua] causa Pamphilus pecuniam domino debuisset, nec ea ex peculio ejus servari posset, an usque [47] ad pretium ejus ex peculio Stichi possit deducere? Negavit: neque enim simile id superiori esse. ibi enim propterea pretium vicarii deducendum, quod eo nomine ipse Stichus ob defensionem [48] vicarii sui domino debitor constituatur: at in proposito, quia Stichus nihil debeat, ex ejus peculio nihil esse deducendum, sed ex Pamphili duntaxat; qui certe ipse in suo [49] peculio esse intellegi non potest.

43 Vide Cujac. *5 ad Afric.*
44 Vicarium sc.
45 Adde *l.* 11. ff. *de peculio.*
46 Invito beneficium dari interdum posse, hinc colligunt, adeo ut quisque pro invito solvere possit, cui sit pes vel manus ex pœna statuti vel sententiæ amputanda, nisi intra certum diem solverit. *Bartolus hic.* Bald. in *l. ult. C. de negotiis. Decius in regula* Invito. 69. ff. *de reg. jur.* adde quæ scripsi ad *l.* 1. *l.* 3. *l.* 4. ff. *de liberali causa. l.* 6. ff. *de appell.*
47 *l.* 38. §. 2. ff. *de peculio.*
48 Adde *l.* 41. ff. *de negotiis.*
49 Nemo est in peculio suo. *dicto* §. 2. ff. *de pecul.*

Si dominus judicium servi nomine acceperit.

XVII. JAVOLENUS lib. II ex Cassio.

QUi peculium servi legaverat, judicium eo nomine acceperat: deinde decesserat: placuit, non aliter peculium ex causa legati præstari, quam si de accepto judicio heredi caveretur [50].

50 *l.* 18. ff. *cod. l.* 8. ff. *si cui plus quam per leg. Falcidiam.*
51 Cur? liber factus non tenetur de iis quæ gessit in servitute.
52 Vide Langebekium. *c.* 38 *annotationum.*

De creditoribus peculiariis.

XVIII. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

SI servo manumisso peculium legatum fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiariis actiones non [51] competunt: sed non alias heres peculium præstare debet, nisi ei caveatur defensu iri adversus creditores peculiarios.

De manumissione inter vivos.

XIX. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

CUm [52] dominus servum vellet manumittere, professionem [53] edi sibi peculii jussit, atque ita servus libertatem accepit: res peculii professioni subtractas, non videri manumisso tacite concessas, apparuit. §. 1. Testamento data libertate, peculium legaverat, eundemque postea manumiserat: libertus, ut & nominum peculii actiones ei præstarentur, ex testamento consequetur.

§. 2. Filiusfamilias, cui pater peculium legavit, servum peculii vivo patre manumisit [54]: servus communis omnium heredum est exemptus peculio propter filii destinationem: quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inveniatur.

51 Cur? liber factus non tenetur de iis quæ gessit in servitute.
52 Vide Langebekium. *c.* 38 *annotationum.*
53 Peculii professionem qui à servo, quem manumittere velit, edi sibi postulat dominus, hoc ipso peculium sibi recepisse intelligitur potius, quam servo concessisse. unde sequitur, Dominum, qui contentus fuerit his quæ in hujusmodi professione continentur, ea quæ professione illa non continebuntur, tacite servo concessisse, nisi forte ea servus per dolum subtraxit. Dolus enim in omni causa excipiendus est. Improfessa peculio non cedunt. Cætera quæ Accursius hic adjicit, falsa esse Langebekius notat. *cap.* 38 *annotation.*
54 Sine voluntate patris: idque injuria. *l.* 13. ff. *de jure patron.*

De Vicario.

XXI. SCÆVOLA lib. VIII Quæstionum.

SI Sticho manumisso peculium legatum sit, & Titio servus peculiaris: quantum peculio detractum erit ob id quod domino debetur, tantum ei accidere, cui Vicarius legatus est, Julianus ait.

De eo, quod domino debetur, heredi soluto. 1. De vicario communi.

XXII. LABEO lib. II Posteriorum à Javoleno epitomatorum.

DOminus servum testamento manumiserat, & ei peculium legaverat: is servus mille nummos domino debuerat, & eos heredi solvit: Respondi, omnes eas res deberi orcino, si pecuniam orcinus, quam debuerat, solvisset. §. 1. Dominus servum qui cum eo vicarium communem habebat, testamento manumiserat, & peculium ei legaverat: deinde [56] ipsum vicarium, qui communis erat, nominatim & ipsi & libertæ suæ legaverat: Respondi, partem [57] quartam libertæ, reliquam [partem] quartam liberti futuram: quod & Trebatius.

56 Peculium hic primo legatur, deinde vicarius; & ita res eadem hic legatur sub diversis appellationibus: secus est si sub eadem appellatione res eadem legetur. *l. cum quæstio. 24. C. de legatis.*
57 *l.* 41. §. 1. ff. *de legat.* 3.

De peculio relicto ei, qui jussus est liber esse, si rationes reddidisset. 1. De eo, quod dominus servo debet. 2. De his quos testator jussit esse ἀνεξελέγκτους. hoc est, à reddendis rationibus liberos.

XXIII. SCÆVOLA lib. XV Digestorum.

DOminus Sticho servo suo [58], qui bona liberti ejus gessit cui pro parte dimidia testamento heres extiterat, in quibus negotiis gestis & Kalendaria fuerunt, testamento suo libertatem dederat, *si rationem reddidisset*; eique peculium suum per fideicommissum dedit: Stichus summas, quibus reliquatus erat tam ex Kalendario, quam ex variis causis reddidit, manentibus debitoribus pro quibus ipse pecuniam heredibus patroni refuderat: libertatemque adeptus decessit. Quæsitum est, an heredibus Stichi adversus nomina debitorum, pro quibus Stichus pecuniam heredibus patroni intulit, heredes patroni ex causa fideicommissi compellendi sint actiones præstare: cum nihil aliud à Sticho patrono debitum fuerit? Respondit, præstandum [59]. §. 1. Testamento codicillisve servos manumisit, & peculia legavit, & de Sticho ita cavit: *Stichum servum meum liberum esse volo, eique volo dari decem aureos, & quidquid ex ratione loculorum meorum habet: rationes autem heredibus meis dari volo: his omnibus, quos hoc testamento manumisi, peculia sua concedi volo.* Quæsitum est, an, quod amplius rationi loculorum in diem mortis erogavit Stichus ex peculio suo, ab heredibus recipere debeat: cum ex consuetudine [60] domus esset, ut quidquid amplius ex suo in ratione [61] loculorum erogasset, dominica ratio ei deberet, atque exsolveret? Respondit, secundum ea, quæ propter consuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & solita erat reddere. §. 2. Servis libertates legataque dederat, & conditionem ita scripserat, Ὅστις κατέλιπτον ἐλεύθερος ἔστω καὶ τὰ καταλειπόμενα αὐτοῖς, τούτοις βούλομαι εἶναι ἀνεξετάστως [62], id est, *Quorquot reliqui liberos, atque [eis] legata, eos ipsos inexcussos esse volo.* Quæritur, an peculia quoque legata his videbuntur? Respondit secundum ea quæ proponerentur, non videri legata. §. 3. Item quæritur, an ex iisdem verbis reliqua [63] rationum quasi legata retinere possint: aut si res dominicas apud se habuerint [64], aut si qui eorum coloni prædiorum fuerunt, pensiones [65]? Respondit, supra [66] responsum.

58 Vide Alcias. *lib. 4 disputat.* 13. Ant.
59 *l.* 5. ff. *eod.*
60 Quod dominus debet servo, computatur in peculio suo, si talis erat domini consuetudo. *Bart.*
61 *l.* 6. §. 4. ff. *eod.*
62 *l.* 119. ff. *de legat.* 1. vid. *l.* 5. §. 7. ff. *de administrat. tut.*
63 *l.* 12. ff. *de liberatione.*
64 *Sub.* eas retinere possint.
65 Subintellige, retinere possint.
66 Quid? non contineri nec videri legatum §. 2. ff. *eod.*

De servo legato.

XXIV. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

SI legatus fuerit servus, peculium excipere non [67] est necesse, quia non [68] sequitur, nisi legetur.

67 Vide *l.* 29. ff. *de contr. empt.*
68 Imo, sequitur. Paul. 3 *sent.* 6 §. 34. adde *l.* 6. §. 2. ff. *eod.*

De Vicario vicarii.

XXV. CELSUS lib. XIX Digestorum.

SI servus liber esse jussus sit, eique peculium legatum sit: vicariorum ejus vicarii legato continentur.

De fœnore quod pater filii nomine exercuit.

XXVI. SCÆVOLA [lib. III Responsorum.]

Iti fili, è medio præcipito, sumito, tibique habeto domum illam, item aureos centum: alio deinde capite peculia filiis prælegavit. Quæsitum est, an peculio prælegato, & centum aurei, & usuræ eorum debentur, cum rationibus breviariis [69] in ære alieno & fortem & usuras inter cæteros creditores complexus sit? Respondit, si id fœnus nomine [70] filii exercuisset, & usuras, ita ut proponeretur, filio adscripsisset, id quoque peculio legato deberi.

69 Breviariæ rationes in epitomen & compendium redactæ rationcula, & logarium videntur appellari in *l.* 3. §. 10. ff. *de penu legata.* Suetonius in *Galba. cap.* 12. Breviarium rationem dixit.
70 Quod pater pro filio stipulatur in profectitio peculio, id in dubio ei concedere videtur *Bart.*

TIT. IX.

DE PENU[1] LEGATA.

Si heres penum dare; & nisi penum dederit, nummos dare damnetur.

I. ULPIANUS [lib. XXIV ad Sabinum].

UXori suæ in annos singulos penoris aliquid heres dare jussus est: si [2] non dedisset, nummos dare damnatus est. Quæritur, an penus legata peti possit: an vero solummodo sit in præstatione, &, si non præstetur, tunc quantitas petatur? Et si quidem semel penus sit legata, non per singulos annos, certo jure utimur, (ut & Marcellus libro XXXIX Digestorum apud Julianum notat) in præstatione esse duntaxat penum, quantitatem vero & peri posse: habebit igitur heres oblationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia contestetur: nisi forte aliud rempus vel mente vel verbis testator præstituit: Quod si in annos singulos penus legata sit, per singulos annos penus adhuc poterit præstari: si minus, summæ per singulos annos perentur. † Quid ergo, si una summa legata sit, & primo penus non sit præstita? Utrum tota summa debeatur, quam toto penoris legato transfuso: an vero quantitas primi anni æstimationis sola sit translata, dubitari potest. Puto tamen, sic voluntatem sequendam testatoris, ut tota summa ilico, postquam cessaverat heres dare penum uxori, præstetur, heredis indevotione coercenda.

1 Tipi πλακοῦντος. 44 *Eclog.* 12. Penum definiunt Græci, ἕψημα ἐκ πυρῶν καὶ σησάμου συμφυρόμενον. Cujac. *hic.* Ea continentur παντὰ τὰ βρώσιμα & ποτὰ *Eclog. libb.* Penus est, quod edulentum aut poculentum est. Scævola apud 4 *Gell. quem vide lib.* Penoris, res ad victum necessarias. Paul. quod fictum. Videntur penus vocari, quod hujusmodi res ad victum necessarias intus & penitus reconditur. Vid. Fortet. *hic.* ¶ 2. *Penus.* Est autem penus vel esculenta, *l.* 3. §. 2. §. 3. ff. *eod.* vel poculenta. §. 3. Gothofred. Vide Govell. *de rerum. pop. c.* 5 *num.* 38.

De vasis.

XI. MARCIANUS lib. III Regularum.

PEnu certa cum vasis certis legata & consumpta [3], nevasa quidem eodem loco legato, exemplo [4] pecuniæ, *De his*, Ant.

2 *l.* 7. §. 8. ff. *eod.*

leg. Falcid. l. 19. ff. *quando dies legat.* 3 *l.* 4. *in princ.* ff. *eod.* 4 *l.* 12. ff. *tit. præced.*

De his, quæ esui potuique sunt, 1. Vel non. 2. De penu esculenta. 3. De esculentis. 4. De potulentis. 5. De acto. 6. De usus gratia paratis. 8. De frumento vel legumine. 9. De ligna, carbonibus, & cæteris per quæ penus conficitur. De molu, thure, cereo. 10. De unguentis, chartis, odoribus. 11. De vasis.

III. ULPIANUS lib. XXII ad Sabinum.

QUi penum legat, quid legato complectatur, videamus. & Quintus Mucius [5] scribit lib. II juris civilis, penu legata contineri, quæ esui [6] potuique sunt. idem Sabinus libris ad Vitellium scribit: quæ harum (inquit) patrisfamiliæ, uxoris, liberorumve ejus, vel familiæ, quæ circa [7] eos esse solet; item jumentorum [8], quæ dominici usus causa parata sunt. §. 1. Sed Aristo notat, etiam quæ esui potuique non sunt, contineri legato: ut puta ea, in quibus [9] esse solemus: oleum forte, garum [10], muria [11], mel, cæteraque his similia. §. 2. Plane (inquit) si penus esculenta legetur, Labeo lib. IX posteriorum scribit, nihil eorum cedere, quia non hæc esse, sed per ea solemus. Trebatius in melle contra scribit: merito, quia mel esse solemus. Sed Proculus omnia hæc contineri recte scribit: nisi contraria mens testatoris appareat. §. 3. Esculenta utrum ea quæ esse, an & ea per quæ esse solemus, legaverit? Et ea quoque legato contineri credendum: nisi contraria mens patrisfam. doceatur. mella certe semper esculentæ penui cedere. † Lacertas [12] quoque cum muria [13] sua contineri, nec Labeo negavit. §. 4. Poculenta penu, ea, quæ vini loco paterfamilias habuit, continebuntur: * suprascripta vero non continebuntur *. §. 5. Penori acetum [14] quoque cedere nemo dubitat, nisi extinguendi ignis [15] causa fuit * paratum: tunc enim esui potuique non fuit *: & ita Ofilius lib. XVI actionum scribit. §. 6. Sed quod diximus, *usus sui gratia paratum*, accipiendum erit, & amicorum [16] ejus, & clientium, & universorum, quos circa se habet: non etiam ejus familiæ, quam neque circa se, neque circa suos habet: puta si qui sunt in villis deputati; quos Quintus Mucius sic definiebat, ut eorum cibaria contineri putet, qui opus non faceret: sed materiam præbuit Servio notandi, ut textorum & textricum cibaria adjiceret contineri: Sed Mucius eos voluit significare, qui circa patremfam. sunt. §. 7. Simili modo & jumentorum [17] cibaria penui continentur, sed eorum jumentorum, quæ usibus ipsius & amicorum deserviunt: cæterum si qua jumenta agris deserviebant, vel locabantur, legato non cedere cibaria eorum. §. 8. Sive autem frumentum, sive quid leguminis in cella [18] penuaria [19] habuit, penori legato continebitur: sed & hordeum sive familiæ sive jumentorum [20] gratia: & Ofilius scribit lib. XVI actionum.

§. 9. Ligna & carbones [21] cæteraque, per quæ penus conficeretur, an penori legato contineantur, quæritur? Et Quintus Mucius & Ofilius negaverunt [22]: non magis quam molæ (inquiunt) continentur. Iidem & thus & ceras contineri negaverunt [23]. Sed Rutilius & ligna, & carbones, quæ non vendendi causa parata sunt, contineri ait. Sextus autem Cæcilius etiam thus, & cereos [24] in domesticum usum paratos, contineri legato scribit. §. 10. Servius apud Melam, & unguentum & chartas epistolares penoris esse scribit. & est verius, hæc omnia, odores quoque contineri: sed & chartas [25] ad ratiunculam vel ad logarium [26] paratas contineri. §. 11. Vasa [27] quoque penuaria quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristo autem scribit, dolia non contineri: & est verum secundum illam distinctionem, quam supra in vino fecimus. Nec frumenti, nec leguminum thecæ, arculæ forte, vel spurtæ: vel si qua alia sunt, quæ horrei penuarii, vel cellæ penuariæ instruendæ gratia habentur, non continebuntur: sed ea sola continentur, sine quibus penus haberi non recte potest.

De his, quæ in promptuario sunt. 1. De eo qui fructus vendere solet. 3. De genere vocabuli penus. 4. De penu quæ Romæ est. 5. De penu urbana. 6. De vino excepto.

IV. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

NAm quod liquidæ materiæ sit, quia per se esse non potest, rapit [28] secum in accessionis locum id, sine quo esse non potest: vasa autem, accessio legatæ penus, non legata sunt. Denique penu consumpta, vasa non debentur. Sed & si penum cum vasis specialiter sit legatum: vasa non debebuntur, vel consumpta [29] poni, vel adempta. §. 1. Si cui, quæ in promptuario sint, legata fuerint: non omnis penus legata est. §. 2. Item si quis solitus fructus suos vendere, penum legaverit: non omnia, quæ & promercii [30] causa habuit, legasse videtur: sed ea sola, quæ in penum [31] sibi separabat. quod si promiscue uti solebat, tunc quantum ad annuum usum ei sufficeret, familiæque ejus [32], cæterorumque, qui circa eum sunt, legato cedet: quod fere (inquit Sabinus) evenit in personis mercatorum, aut quotiens cella est olei & vini, quæ venire solebant, in hereditate relicta.

§. 3. Nomen autem *penus* mihi traditum est omnibus [33] generibus dictum. §. 4. Si ita legetur, *penum quæ Romæ* sit: utrum, quæ est intra continentia, legata videtur, an vero ea sola, quæ est intra murum? & quidem urbes fere omnes murotenus [34] finiri, Romam continentibus [35], & urbem Romam æque continentibus. §. 5. Quod si urbana penus sit legata: omnem quæ ubique [36] est, legatam videri, Labeo ait, etiam si in villa sit *urbico* usui destinata: sicuti [37] *urbica ministeria* dicimus & quæ extra urbem nobis ministrare consueverunt. Si autem extra urbem, Romæ tamen sit, sed & si in *hortis* [38] sit *urbi* junctis [39]: idem erit dicendum. §. 6. Si cui *penus* legata sit *præter vinum*, omnis penus legata videtur, excepto vino. Sed si ita scriptum sit, *Omnem* [40] *penum, præter* [41] *vinum, quod* [42] *Romæ erit*, sola penus, quæ Romæ est, legata videtur: Et ita & Pomponius lib. VI ad Sabinum scribit.

De eo quod bibitur. 1. De pipere, ligustico, careo, laser, & cæteris hujusmodi.

V. IDEM lib. IV ad Sabinum.

NOn omne quod *bibetur* [43], in penu habetur: alioqui necesse est, ut omnia medicamenta, quæ biberentur, contineantur: itaque ea demum penoris esse, quæ alendi [44] causa biberentur: quo in numero antidotum [45] non est. & sane vere Cassius sensit.

§. 1. Sed quod quidam negaverunt, piper, & ligusticum [46] & careum [47], & laser & cætera hujusmodi in penu non esse, improbatum est.

De instrumento pistrini. 1. De vasis.

VI. IDEM lib. X ad Sabinum.

INstrumentum pistrini, item universa vasa vocitatoria [48] penu non continentur.

De omni penu.

VII. SCÆVOLA lib. III Responsorum.

PEnum meam omnem ad matrem liberosque meos qui cum matre sunt, pertinere volo. Quæro, si tutores pupilli eam solummodo penum deberi, quæ in cœnaculo esset, dicant; sint autem & in horreis amphoræ [49]: an hæ quoque deberentur? Respondit, quidquid penoris usus causa ubicunque habuisset, deberi.

[1] Scævola Rul. vid. 4 coll. 2. & 1 c. *T. eod.*

[2] De duchone *cinea* vide Mercurial. *de arbitr. class.* 45. Anf. 8 §. 8. *in fin. T. de*

[3] Nota formam loquendi, oleum, garum, muriam, non esse esui potuique, sed in iis nos esse, ea nos non esse, sed per ea tantum nos esse. §. 3. *T. eod.* non sunt esculenta, vel poculenta, sed eorum velut condimenta.

[4] Id est, liquamen ex pisce scilicet confectum. Aurelius, a *Chronic.* oxygarum liquamen aceto-sum, *Apicius*. vid. Cujac. 9 *observ.* 9. vel est liquor piscium saltus, quo olim pisces condiebant. vide 20 *Iſid.* 3. dixi ad *l.* 1. *C. quæ res exportari.* Hinc γαρίσκος, 2 *Harm.* 4 §. 33. falsamentarius. adde Forcat. *cap.* 1. *Penus.*

[5] §. 3. *T. eod.* γάρος, ὄξυμον. 44 *Eclog.* 12. *cap. ult.* Cotta in voce *garum* legisse videtur amurcam. Muriam antiqui dixere liquamen, & Syrorum lingua sic dici refert Acron, apud Cujac. 9 *observ.* 9. muria lacertas condiri legimus in §. 3. *T. eod.* & olivas albas, apud Celf. 2. eamque copia salis & calore solis spissari. vide Mercurialem 2 *variar.* 26. Muriæ componendæ rationem v. apud Columell. 12. Porro apud Festum, Muries est sal in pila tunsum & in olla fictilem confectum, & in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso Vestales virgines utebantur in sacrificio.

[6] Lacertos. Lacertus Græcis ταρίχος dicitur, ideoque argumento hujus loci, apud Martialem 10. *Epigr.* 48. non incommode legemus, *Secta* [*corr.* sacra] *natabunt muriatos* (non *rutatos*) *ova lacertos.*

[7] V. §. 1. *T. eod.* Goth. Adde Mencch. *lib.* 4 *præsumpt.* 156. *num.* 2. *& ſeq.* Anf.

[8] Adde 7. 9. *T. de tritico.*

[9] V. *l.* 12. §. 18. *T. de inſtructo.*

[10] *l.* 4. §. 2. *T. eod.*

[11] V. §. 8. *T. eod.*

[12] De cella dixi ad Festum.

[13] Quæ & penaria Martiano Capellæ.

[14] *In fin. princ. T. eod.* §. 7. *T. eod.*

[15] *l.* 55. *T. de legat.* 3.

[16] Male. Distinguendum est enim, ut paulo post distinguit Sextus Cæcilius.

[17] Cerei in domesticum usum parati, penoris legato debentur. 44 *Synopſ.* 12. *c.* 3.

[18] Græcis ἀποθήκαι χάρμα. *Synopſ. ibid.*

[19] Dicitur à λάθρᾳ, alibi breviaria, rationes dicuntur, *l. ult. T. tit. prox.* χάρμας & τὰ λογαρίκια. *Synopſ.*

[20] *l. ult. T. eod.*

[21] Quæ sine alio esse non possunt, accessionis loco ea rapiunt, sine quibus non consistunt.

[22] *l.* 2. *T. eod.*

[23] Promerci causa habentur, quæ venalia non sunt tantum, sed quæ palam venalia haberi solent, ut præpositio *pro* vim augeat. *l. quod ſi.* 10. *T. de inſtructo.*

[24] *l.* 60. §. 2. *T. de leg.* 3.

[25] *l.* 3. §. 6. *T. eod.*

[26] Penus omnibus generibus dicitur, hic penus, hæc penus, hoc penus. §. *ult. T. eod. l.* 2. *T. de tritico.* Non. Serv. Terent. in *Eunucho*, & *ibi Donatus*.

[27] *l.* 87 *T. de verb. ſign.* Goth. Qualitas loci adjecta legato restringit legatum, *hic.* & *l. quæſtum.* §. 2. *T. de legat.* 3. Oldrad. *Conſil.* 8. vide tamen Mantic. *de conjectur. ultim. vol. Nov. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 17. Anf.

[28] *l.* 64. *T. de legat.* 3. *l.* 87. *T. de verb. ſign.*

[29] *l.* 12. *T. de ſupellect.*

[30] Urbica ministeria non ea tantum quæ in urbe, sed & quæ extra urbem ministrare dominis solent.

[31] De hortis dixi, & habitationibus veterum in hortis, ad *l.* 66. §. 1. *T. de adnationib. inter virum.*

[32] Recte alt, junctis: nam extra urbem horti. Cicero, 12. *ad Atticum.* Inde qui in hortis, absentes non videntur; imo præsentes habentur. *l.* 5. *T. de procurat.*

[33] *Al. omne*: sequitur enim mox *quod.* Verum hæc particula referri potest ad vinum quod antecedit, nisi pro *quod*, sit, *quæ res.* vide Forcat. *cap.* 2 *Penus.*

[34] Id est, oxupedo vino.

[35] Relativum restringere suum antecedens ad quod distinctionis causa, non id ad quod excipiendi gratia, refertur, licet hoc propinquius sit, hinc colligunt interpretes.

[36] Adde Paul. 3 *ſent.* 6. §. 67.

[37] Ad verbum, quæ mensam sustinentia ea vox reperitur apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 56. *Eclog. ibid.* τραπεζοφόρα ἢ τὰς τραπέζας ἔχοντες. repositoria 33 Plin. 11. τραπεζοφόρον Caliclare. *Gloſſ.*

[38] διλοφίαι. *Eclog. ibid.* Delphica 33 Plin. 11. Delficæ, abaci sunt, è quibus vina miniſtrantur. vid. Cujac. 10 *obſ.* 13.

[39] Subsellia. *Hal.* σωβίλια. *Eclog. ibid.* dixi ad Varronem quid subsellia.

[40] Quæ & hypopodia, quæ sub pede sedentibus ponuntur. Cujac. apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 65.

[41] Lectos auratos & inargentatos dicimus ex hoc loco, & *l.* 9. §. 1. *T. cod. l. unum aurum.* 19. §. *ult. T. de auro.* Porro lecti, de quibus hic, conviviorum: in quibus veteres solebant, depositis soleis, cœnare. *Terent. Heautont. Adſido, accurrunt ſervi, ſocci detrahuntur, video alios feſtinare, lectos ſternere, cænam apparare.* Plautus *Truculento*: *Dene, deme ſoleas, cedo vinum.* Martial. 3 *Epigr.* 50. *Depoſui ſoleas, adſertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumque liber.* Horat. 2 *ſerm.* 8. de Natidieno inter cœnam surgente, *& ſoleas poſcit.* In his autem non sedebant, sed accumbebant, quod medium est inter ambulare & sedere. *l. hæc verba.* 124. *T. de verb. ſign.* Accumbebant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente, capite leviter erecto, dorso à pulvillis modice fussulto. Primus decumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur pone dorsum secundi: secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto, pedes jacebant ad tergum tertii: & sic deinceps tertius, sic quartus. Is qui primus & ad capit lecti, summus qui locus altus ac Pontificalis Servio: & male: qui ad pedes, imus: qui inter istos, medius: & hic locus honoratior & dignior: sic Cicero consularis, 9 *epiſt. ad Fam.* medius inter Atticum & Verrium cœnat. Ita Dido mediam se locat apud *Virgil.* Sertorius Imperator, medius interior in medio: super eum Justus senator, in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versius, & alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & Ovium Perpernam Salluſt. 3 *hiſt.* Igitur quoties tres in uno lecto, medius dignissimus: proximus honor, summus: si quatuor, medius dicebatur, qui proximus erat a summo: si duo tantum, dignissimus summus fuit: plura vide apud Lipſ. 3 *antiq. lect.* 1.

[42] Στρώματα, πρωτοστρώματα. *Eclog. ibid.* instrata & cervicalia: de quibus *l.* 25. §. 5. *T. de auro & argento.*

[43] Πρωτοστάται. Cujacius, impelia aut impilia 10 *obſ.* 13. & Impilia ait esse non tantum σάβανα, ut *l.* 25. *T. de auro.* verum etiam pulvinos, quod coactiores & duriores sint. Homiliæ scholasticæ: κρωσσωνν τὴν κλίνην, καὶ δι' αὐτὸ σκληρὰν ἔχειν ἐξεπιτάσεως καὶ πρωτοστρώμασιν ἐμπλέκεσθαι. Sed Joseph. Scal. ad 1 *Parr. de re ruſtica.* monet, *impetia* hic legi pro *imparia.* Imparia vasa esse in supellectile familiari, quæ paterfamilias sibi servat præter ea, quæ sunt usus quotidiani: a Catone præcipi, trapetes impares esse oportere: impares, id est, præter illos quotidianos in singulis torcularibus: ut, si aliquid fractum sit in quotidianis, imparia in illorum locum suffician tur: paria vocari, quæ habentur quotidiano usu: imparia alibi vocari supervacanea. Hæc ille.

[44] Sic etiam legitur, §. 3 *T. eod.* & apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 56. aquiminaria. *Hal.* vox aquiminaria extat *l.* 19. §. 12. & in *l.* 21. §. *ult. T. de aur. argento* vel χαρτοβάσεια. *Eclog. ibid.* Aquiminalia legit Joseph. Scal. apud Festum in dictione *mhnalem lapidem*. Idem apud Nonium c. 15. in *Truculento* ita legit, ureeolum aquæmanalem (non aquæmanale) dicimus χερόνιβον. vide etiam Cujac. 10 *obſerv.* 13. Aquiminale autem dicitur, vel quod ex eo aqua maneat in pelves, vel quod aquam postere solerent his verbis, *aquam manibus*. ut apud Plautum *Truculento*. & *in Perſit.* Fabius pictor apud Nonium: Aquam pueibus manibusque dato: poculum sinistra manu tenero, dextra vas cum aqua. Caper Grammaticus, veteres manibus pedibusque aquam dixerunt. Gloſſæ, Aqua manus νίψασθαι. Aristophanes Grammaticus, ὅτι οἱ ἀδόλως κλίναν, ὕδωρ κατὰ χεῖρας ἐφὸ τῆς ὁπαιζούσης τὴν τράπεζαν· κατὰ δὲ τὸ βυτινήσιον κτενεῖ ἀδικῶ ὦ ναί. 15 Adde *l. pen. T. de verb. ſign.* 16 Vide *l.* 13. *T. de inſtructo.* 17 Paul. 3. *ſent.* 6. §. 67. 18 Armorum. 19 *l.* 7. *in pr. T. eod.*

20 *l.* 19. §. 19. *T. de auro, mitris. Eclog. ibid. cap.* 1. & *cap.* 10. quæ male apud Paul. byssina vocantur. vid. Cujac. 3 Paul. 6. §. 67. Murrea dicuntur in *l.* 11. *in fin. T. eod.* Murra pro vase myrrhino accipitur apud Martial. 12. *Epigr.* 113. *Si calidum potes, ardenti murra Falerno Convenit, & mallar ſit ſæpe ille mero.* de murrha alias dixi. *Gothoſ.* Vide Pancirol. *rer. memorabil. tit. de murrhino.* Coiffer *l.* 18. §. 3. *in fin. T. de inſtrum. vel inſtrumento.* Anf. 21 Argentea. 22 Vide Plin. 35. *cap.* 11.

23 Imperitos hic appellat omnes, qui nesciunt æstimare verum argenti pretium & vilium: qui argento primitibus & vilissimis in rebus utuntur. 24 Καὶ τὸ κηλίον τοῦ χαρτίου ἤγουν ἐσθὴς. *Eclog.* 13. *cap.* 1. *in fin.* Id est, imperitia testatoris jus facit. Plin. 2 *Epiſt.* Bonis hereditibus, defunctorum voluntatem intelligere, pro jure est. vide Cujac. 10 *obſerv.* 13.

25 Quomodo facto? Error hic facti est, quo non lædit ur jus publicum: Error hic, voluntas est errantis testatoris: ultas error juris nocet, *l.* 22. §. 2. *in pr. T. de fideic. libert.* sed & id additur, Errorem jus facere contingenter, non necessario. Possis & errorem hic accipere imperitiam testatoris, qui candelabrum in argento numerat, non in supellectili.

Tit. X. DE SUPELLECTILE LEGATA.

Definitio ſupellectilis. Quæ res hac actione continentur.

I. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

SUpellex [2] est domesticum patrisfamiliæ instrumentum [3], quod neque argento, aurove facto vel vesti adnumeretur:

II. FLORENTINUS lib. XI Institutionum.

IDest, res moventes [4], non animales [5].

De vasis. 2. De capsis & armariis. 3. De vitreis, argenteis, aureis, margentatis, inauratis, gemmatis. 4. De murrhinis, & cryſtallinis. 5. De materia ſupellectilis.

III. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

SUpellectili legata hæc [6] continentur, mensæ, trapezophora [7], delficæ [8], subsellia [9], scamna [10], lecti etiam inargentati [11], culcitræ, toralia [12], imperia [13], vasa aquaria, pelves, aquiminalia [14], candelabra [15], lucernæ, trullæ [16]. §. 1. Item vasa ænea vulgaria, id est, quæ non proprie essent loco adtributa.

§. 2. Præterea capsæ [17], armaria: sed sunt, qui recte putant, capsas & armaria, si librorum aut vestium aut armamentorum [18] gratia parata sint, non esse in supellectili: quia ne hæ quidem ipsæ res, quibus attributæ essent, supellectilis instrumento cederent.

§. 3. Vitrea escaria & pororia in supellectili sunt, sicut fictilia: nec solum vulgaria, sed etiam quæ in pretio magno sunt: nam & pelves argenteas, & aquiminalia [19] argentea, & mensas, & lectos inargentatos, vel inauratos, atque gemmatos, in supellectili esse non dubitatur: usque adeo, ut ident juris sit, & si tota argentea vel aurea sint. §. 4. De murrhinis [20] & cryſtallinis dubitari potest, an debeant adnumerari supellectili, propter eximium usum & pretium: sed & de his idem dicendum est. §. 5. Nec interest, cujus materiæ sint res, quæ sunt in supellectili: sed craterem argenteum non esse in supellectili [21], nec ullum vas argenteum, secundum seculi [22] severitatem nondum admittentis supellectilem argenteam. Hodie propter usum imperitorum [23], si in argento relatum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur, & error [24] jus facit [25].

De rhe-

[1] Ὑπὸ σκευασίαν. 44 *Eclog.* 13. unde ſupellex dicitur, vide *l.* 7. *T. eod.*

[2] Quæ & ὑποφορία. Cujac. *hic.* Hoc notat Festus, veteres dixisse etiam *ſupellectilia*, non *ſupellex.*

[3] Id omne quod instruit domum patrisfamilias: ab instruendo namque aliquo, instrumentum dicitur. *l.* 1. *T. de fide inſtrum.*

[4] Supellex est id omne quod domum instruit. Ergo argentum, aurum factum & vestes? Minime. *l.* 1. *T. eod.* Ergo res cæteræ moventes? sic fane, dummodo non sint animales, *ut hic.* & proinde servi, boves, equi & similes res animales ſupellectilis appellatione non continentur. *Goth.* An inventium appellatione contineatur? sic *l.* 93. *T. de verb. ſignif.* ubi vid. Alciat. & Joann. Robert. 2 *recept. cap.* 30. Anf.

[5] *l.* 12. §. 2. *T. de inſtructo.* adde *l.* 207. *T. de verb. ſignif.*

[6] Adde Paul. 3 *ſent.* 6. §. 67.

[7] Ad verbum, quæ mensam sustinentia ea vox reperitur apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 56. τραπεζοφόρα ἢ τὰς τραπέζας ἔχοντες. repositoria 33 Plin. 11. τραπεζοφόρον Caliclare. *Gloſſ.*

[8] διλοφίαι. *Eclog. ibid.* Delphica 33 Plin. 11. Delficæ, abaci sunt, è quibus vina miniſtrantur. vid. Cujac. 10 *obſ.* 13.

[9] Subsellia. *Hal.* σωβίλια. *Eclog. ibid.* dixi ad Varronem quid subsellia.

[10] Quæ & hypopodia, quæ sub pede sedentibus ponuntur. Cujac. apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 65.

[11] Lectos auratos & inargentatos dicimus ex hoc loco, & *l.* 9. §. 1. *T. cod. l. unum aurum.* 19. §. *ult. T. de auro.* Porro lecti, de quibus hic, conviviorum: in quibus veteres solebant, depositis soleis, cœnare. *Terent. Heautont. Adſido, accurrunt ſervi, ſocci detrahuntur, video alios feſtinare, lectos ſternere, cænam apparare.* Plautus *Truculento*: *Dene, deme ſoleas, cedo vinum.* Martial. 3 *Epigr.* 50. *Depoſui ſoleas, adſertur protinus ingens Inter lactucas oxygarumque liber.* Horat. 2 *ſerm.* 8. de Natidieno inter cœnam surgente, *& ſoleas poſcit.* In his autem non sedebant, sed accumbebant, quod medium est inter ambulare & sedere. *l. hæc verba.* 124. *T. de verb. ſign.* Accumbebant reclinata supera parte corporis in cubitum sinistrum, infera in longum porrecta ac jacente, capite leviter erecto, dorso à pulvillis modice fussulto. Primus decumbebat ad caput lecti, cujus pedes porrigebantur pone dorsum secundi: secundus vero occiput obvertebat ad umbilicum primi, pulvillo interjecto, pedes jacebant ad tergum tertii: & sic deinceps tertius, sic quartus. Is qui primus & ad capit lecti, summus qui locus altus ac Pontificalis Servio: & male: qui ad pedes, imus: qui inter istos, medius: & hic locus honoratior & dignior: sic Cicero consularis, 9 *epiſt. ad Fam.* medius inter Atticum & Verrium cœnat. Ita Dido mediam se locat apud *Virgil.* Sertorius Imperator, medius interior in medio: super eum Justus senator, in summo Antonius, & infra scriba Sertorii Versius, & alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium & Ovium Perpernam Salluſt. 3 *hiſt.* Igitur quoties tres in uno lecto, medius dignissimus: proximus honor, summus: si quatuor, medius dicebatur, qui proximus erat a summo: si duo tantum, dignissimus summus fuit: plura vide apud Lipſ. 3 *antiq. lect.* 1.

[12] Στρώματα, πρωτοστρώματα. *Eclog. ibid.* instrata & cervicalia: de quibus *l.* 25. §. 5. *T. de auro & argento.*

[13] Πρωτοστάται. Cujacius, impelia aut impilia 10 *obſ.* 13. & Impilia ait esse non tantum σάβανα, ut *l.* 25. *T. de auro.* verum etiam pulvinos, quod coactiores & duriores sint. Homiliæ scholasticæ: κρωσσωνν τὴν κλίνην, καὶ δι' αὐτὸ σκληρὰν ἔχειν ἐξεπιτάσεως καὶ πρωτοστρώμασιν ἐμπλέκεσθαι. Sed Joseph. Scal. ad 1 *Parr. de re ruſtica.* monet, *impetia* hic legi pro *imparia.* Imparia vasa esse in supellectile familiari, quæ paterfamilias sibi servat præter ea, quæ sunt usus quotidiani: a Catone præcipi, trapetes impares esse oportere: impares, id est, præter illos quotidianos in singulis torcularibus: ut, si aliquid fractum sit in quotidianis, imparia in illorum locum suffician tur: paria vocari, quæ habentur quotidiano usu: imparia alibi vocari supervacanea. Hæc ille.

[14] Sic etiam legitur, §. 3 *T. eod.* & apud Paul. 3 *ſent.* 6. §. 56. aquiminaria. *Hal.* vox aquiminaria extat *l.* 19. §. 12. & in *l.* 21. §. *ult. T. de aur. argento* vel χαρτοβάσεια. *Eclog. ibid.* Aquiminalia legit Joseph. Scal. apud Festum in dictione *mhnalem lapidem*. Idem apud Nonium c. 15. in *Truculento* ita legit, ureeolum aquæmanalem (non aquæmanale) dicimus χερόνιβον. vide etiam Cujac. 10 *obſerv.* 13. Aquiminale autem dicitur, vel quod ex eo aqua maneat in pelves, vel quod aquam postere solerent his verbis, *aquam manibus*. ut apud Plautum *Truculento*. & *in Perſit.* Fabius pictor apud Nonium: Aquam pueibus manibusque dato: poculum sinistra manu tenero, dextra vas cum aqua. Caper Grammaticus, veteres manibus pedibusque aquam dixerunt. Gloſſæ, Aqua manus νίψασθαι. Aristophanes Grammaticus, ὅτι οἱ ἀδόλως κλίναν, ὕδωρ κατὰ χεῖρας ἐφὸ τῆς ὁπαιζούσης τὴν τράπεζαν· κατὰ δὲ τὸ βυτινήσιον κτενεῖ ἀδικῶ ὦ ναί. 15 Adde *l. pen. T. de verb. ſign.* 16 Vide *l.* 13. *T. de inſtructo.* 17 Paul. 3. *ſent.* 6. §. 67. 18 Armorum. 19 *l.* 7. *in pr. T. eod.*

20 *l.* 19. §. 19. *T. de auro, mitris. Eclog. ibid. cap.* 1. & *cap.* 10. quæ male apud Paul. byssina vocantur. vid. Cujac. 3 Paul. 6. §. 67. Murrea dicuntur in *l.* 11. *in fin. T. eod.* Murra pro vase myrrhino accipitur apud Martial. 12. *Epigr.* 113. *Si calidum potes, ardenti murra Falerno Convenit, & mallar ſit ſæpe ille mero.* de murrha alias dixi. *Gothoſ.* Vide Pancirol. *rer. memorabil. tit. de murrhino.* Coiffer *l.* 18. §. 3. *in fin. T. de inſtrum. vel inſtrumento.* Anf. 21 Argentea. 22 Vide Plin. 35. *cap.* 11.

23 Imperitos hic appellat omnes, qui nesciunt æstimare verum argenti pretium & vilium: qui argento primitibus & vilissimis in rebus utuntur. 24 Καὶ τὸ κηλίον τοῦ χαρτίου ἤγουν ἐσθὴς. *Eclog.* 13. *cap.* 1. *in fin.* Id est, imperitia testatoris jus facit. Plin. 2 *Epiſt.* Bonis hereditibus, defunctorum voluntatem intelligere, pro jure est. vide Cujac. 10 *obſerv.* 13.

25 Quomodo facto? Error hic facti est, quo non lædit ur jus publicum: Error hic, voluntas est errantis testatoris: ultas error juris nocet, *l.* 22. §. 2. *in pr. T. de fideic. libert.* sed & id additur, Errorem jus facere contingenter, non necessario. Possis & errorem hic accipere imperitiam testatoris, qui candelabrum in argento numerat, non in supellectili.

De rhedis & sedulariis.

IV. IDEM libro singulari de instrumenti significatione.

RHedæ [26], & sedularia [27] supellectili adnumerari solent.

De tapetis, linteis, stragulis, toralibus, pellibus, loris.

V. IDEM [lib. IV ad Sabinum].

DE tapetis [28] quæri potest, subsellia [29] cathedraria [30] quibus insterni solent: utrum in veste sint, sicut stragula; an in supellectili, sicut toralia [31], quæ propria stragulorum non sunt? Et hoc magis placuit, ea supellectili contineri. §. 1. De tapetis autem vel linteis quibus insternuntur vehicula, *dubitari* potest, an sint in supellectili? Sed *dicendum* est, potius instrumenti viatorii [32] ea esse: sicut pelles [33], quibus involvuntur vestimenta; lora [34] quoque, quibus hæ pelles constringi solent.

Definitio supellectilis. 1. De pugillaribus & codicibus.

VI. ALFENUS lib. III Digestorum à Paulo epitomatorum.

SUpellectilis eas esse res puto, quæ ad usum communem [35] patrisfamilias paratæ essent, quæ nomen sui generis separatim non haberent: quare quæ ad artificii genus aliquod pertinerent, neque ad communem usum patrisfamilias accommodatæ essent, supellectilis non esse. §. 1. Sed nec pugillares & codices in supellectili sunt.

Etymologia, 1. Et definitio supellectilis. De materia & specie. 2. De verbis & mente agentis.

VII. CELSUS [lib. XIX Digestorum].

LAbeo ait, originem [36] fuisse supellectilis, quod olim his; qui in legationem proficiscerentur, locari solerent, quæ sub [37] pellibus usui forent. §. 1. Tubero hoc modo demonstrare supellectilem tentat, *instrumentum quoddam patrisfamiliæ rerum ad cottidianum* [38] *usum paratarum, quod in aliam speciem non cadevet: ut* (verbi gratia) *penum, argentum, vestem, ornamenta, instrumenta agri aut domus.* Nec mirum est, moribus [39] civitatis, & usu rerum, appellationem ejus mutatam esse: nam fictili [40], aut lignea, aut vitrea, aut ærea denique supellectili utebantur: nunc ex ebore [41], atque testudine [42], & argento, jam ex auro etiam atque gemmis supellectili utuntur. quare speciem [43] potius rerum, quam materiam intueri oportet, supellectilis potius, an argenti, an vestis sint.

§. 2. Servius fatetur, sententiam ejus, qui legaverit, aspici oportere, in quam rationem ea solitus [44] sit referre: verum si ea, de quibus [45] non ambigeretur quin in alieno genere essent, (utputa escarium [46] argentum, aut penulas & togas) supellectili quis adscribere solitus [47] sit, non idcirco existimari oportere, supellectili legata ea quoque contineri: non [48] enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. Id Tubero parum sibi liquere ait: nam quorsum nomina (inquit) nisi ut demonstrarent voluntatem dicentis? equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentiret, ut maxime nomine usus sit, quo id appellari solet: nam vocis ministerio utimur: cæterum * nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit. Sed etsi magnopere me Tuberonis & ratio & auctoritas movet, non tamen à Servio dissentio, non videri quemquam dixisse, cujus [49] non suo nomine usus sit: nam * *etsi prior atque potentior est, quam vox, mens* [50] *dicentis, tamen nemo sine voce* [51] *dixisse existimatur:* nisi forte & eos, qui loqui non possunt, conato [52] ipso & sono quodam ἀγ τῇ ἀναρθρῳ φωνῇ, id est, *inarticulata voce*, dicere existimamus.

26 Instrumenti significatione rhedæ, &c. *Hal.*

27 Seliquastra. *Hal.* ut apud Festum. Sedularia sunt, quæ in rheda sedenti subjiciebantur. Augustin. 1 *emendat.* 4. Seliquastra sedilia antiqui vocabant, *D* in *L* converso, à sedendo. *Festus.* Sedularia legisse videtur Turnebus 8 *adverss.* 9. quæ in sedibus: sicut cathedraria quæ in cathedris. de quibus *l.* 5. ff. *eod.* & idem Turneb. 18 *adverss.* 23. ut rosaria rosæ, sedularia tanquam sedillaria.

28 *Al.* trapetis, *& male.*

29 Subsellia, & cathedraria *Hal.*

30 V. *l.* 4. ff. *eod.*

31 *l.* 3 ff. *eod.* Toral, tori involucrum, id est, congestæ plumæ, vel herbæ, vel arundinis operimentum, quod & elegantiore rursus stragulo obducebatur, convivii causa, aut feriarum. Turneb. 1 *adverss.* 24.

32 Viatorium instrumentum, quo utimur in via, & itinere faciendo.

33 *l.* 24. *l.* 25. ff. *de auro.*

34 Petronius Arbiter, Ego vos (inquit) in duas jam pelles conjiciam, vinctosque loris inter vestimenta, pro farcinis habebo. Cujac. 10 *observ.* 13.

35 Id est, domesticum, *l.* 1. ff. *eod.* vide quæ notavi ad *l.* 6. ff. *de pign.* περὶ τὴν καθημερινὴν ὠνὴ χρῆσιν.

36 Aliam adfert Turneb. 18 *adverss.* 25. supellectilem à lectis dici, ut supellex prius habita sit, quæ super lectum poni soleret; dein familiare quidvis. ac labore, nivibus lites esse. Cicero *in Lucullo.* non multum ocii fub ipsis pellibus relinquatur. Festus *in contubernales.* Tabernacula dicta ex tabulis, licet ex tentoriis & pellibus fiant. *Goth.* Vide Revard. *var. lib. 4. cap.* 3. Leonin. *emendat. lib. 6. cap. 9. num.* 1. Ans. 38 Περὶ τὴν καθημερινὴν ὠνὴ χρῆσιν. vide ff. *eod.* 39 Adde *l.* 9. §. 1. ff. *eod.* 40 Hinc illud Propertii 4. *Fictilibus crevere dis hæc aurea templa.* Et ita Juvenal. 11. *Hanc vobis Latiis curam præstare solebat Fictilis & nullo violatus Jupiter auro.* Item ille: *Fama est fictilibus cænasse Agathoclea regem.* Senec. 14 *epist.* 31. *loquens de diis:* cogita illos, cum propitii essent, fictiles fuisse. 41 Hinc mensæ eboreæ. *l.* 12. §. 28. ff. *de instructo.* 42 Hinc testudineorum legatum, & testudinei lecti. *l.* 100. *in fin.* ff. *de legat.* 3. Primus Carvilius Pollio testudines secare in laminas, lectosque & repositoria his vestire instituit. 43 Plin. 11. 43 Vide *l.* 76. *in fin.* ff. *de judiciis.* 44 *l.* 10. ff. *eod.* 45 *l.* 25. *in fin.* ff. *de legat.* 3. 46 Escale, *l.* 8. ff. *eod.* 47 *l.* 10. ff. *eod.* 48 Verba seu nomina non ex opinione hominis exaudiri oportet, sed ex communi usu. 49 Qui non suo. *Hal.* 50 *l.* 12. *in fin. l.* 127. *in fin.* ff. *de leg.* 1. *l.* 34. *in fin.* ff. *de leg.* 2. *l.* 69. *in fin.* ff. *de leg.* 3. *l.* 19. *l.* 101. §. 2. ff. *de cond. & demonst. l.* 23. *C. de leg. l.* 16. *C. de fidei.* 51 *l.* 20. ff. *de arbitr. l.* 3. ff. *de reb. dub.* 52 Conatu ipso. *Hal.*

De argento.

VIII. MODESTINUS [lib. IX Responsorum].

CUm quidam uxori suæ legaverat domum *cum* [53] *jure suo omni, & instrumento, & supellectili:* Quærebatur [54], an videretur & argentum escale & potorium legato contineri? Respondit, si quid [55] in supellectili argentum est, deberi: escale [56] autem vel potorium argentum non deberi, nisi hoc quoque testatorem sensisse legatarius doceat.

De enumeratione specierum. 1. De mensis, lectis, candelabris. 2. De pignore.

IX. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

LEgata supellectili, cum species ex abundanti [57] *per imperitiam* enumerentur, generali legato non derogatur: si tamen *species certi numeri* demonstratæ fuerint, modus generi datus in his speciebus intelligitur. † Idem servabitur instructo prædio legato, si quædam species numerum certum acceperint. §. 1. Supellectilis mensas esse cujuscunque materiæ (scilicet vel argenteas vel argento inclusas [58]), placet. nam & argenteos [59] lectos, item argentea candelabra supellectili cedere, *posterior atas* [60] recepit: cum & Ulixem ex auro & argento lectum viventis arboris truncis ædificatum ornasse, quem Penelopa recognoscendi viri signum accepit, ut voluit Homerus [61]. §. 2. Supellectili sua omni legata, acceptum argentum pignori [62] non continebitur: quia supellectilem suam [63] legavit: utique si non in usu [64] creditoris id argentum voluntate debitoris fuit, sed propositum [65] propter contractus fidem, ac restituendæ rei vinculum.

De veste.

X. JAVOLENUS lib. III ex posterioribus Labeonis.

QUi vestem omnem, & res plurium generum supellectilis [66] expenso ferre solitus [67] erat, is uxori supellectilem legaverat: Recte negabant, vestem legato cessuram Labeo, Ofilius, Cascellius: quia [68] non posset videri vestis appellatione supellectilis contineri.

De vasis.

XI. IDEM lib. X ex posterioribus Labeonis.

VAsa ænea [69] salientis aquæ posita, item si quid aliud magis deliciarum [70] quam usus causa paratum esset, non esse supellectilis, Labeo, Trebatius putant. † Murrea [71] autem vasa, & vitrea, quæ ad usum edendi & bibendi causa parata essent, in supellectili dicuntur [72] esse.

De urbanis, rusticis seu peregrinis.

XII. LABEO lib. IV Pithanon à Paulo epitomatorum.

QUemadmodum urbanus servus & rusticus distinguitur non [73] loco, sed genere usus, ita urbana penus & supellex ad usum urbanum, non ad locum urbanum aut peregrinum dirigenda est: multumque interest, penus & supellex ea, quæ *in urbe sit*, an *urbana* [74] legetur vel promittatur.

De habitatione.

XIII. MODESTINUS lib. IX Responsorum respondit.

NUmquam [75] ex eo, quod supellectilem legavit maritus testamento, habitationem [76], in qua supellex fuit, legasse videtur: quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vindicare, proculdubio est.

De fundo vel domo legata.

XIV. CALLISTRATUS lib. III de Cognitionibus.

FUndo legato, instrumentum ejus non [77] aliter legato cedit [78], nisi specialiter id expressum sit. Nam & domo legata, neque instrumentum ejus, neque supellex aliter legato cedit, quam si idipsum nominatim expressum a testatore fuerit.

53 Cum omni sua causa & statu.

54 Ex verbo supellectilis scilicet.

55 *Al.* aliquod.

56 Escarium. *l.* 7. §. *ult. in princ.* ff. *eod.*

57 Adde *l.* 12. §. 46. ff. *de instructo.*

58 Vide quæ notavi ad *l.* 41. *in fr.* ff. *de contrab. empt.*

59 V. quæ scripsi ad *l.* 3. ff. *eod.*

60 *l.* 3. *in fin. l.* 7. §. 1. ff. *eod. l. ult. in fin.* ff. *eod.*

61 3 *Odyss.*

62 Pignus non continetur supellectilis legato, nisi in usu creditoris fuit, voluntate debitoris, *ut hic.* aut nisi in proprium patrimonium creditoris versum fuerit, cessante æmirum debitore. *l.* 101. ff. *de leg.* 3. Quid, si pignus in eam quantitatem sit nexum, spes ut non sit id unquam à debitore lui posse? id pignus non tantum obligatum, sed alienatum plane intelligitur. Bart. *hic* & in *l. in quorum fin. nibus.* 24. ff. *de pignorib. arg. l.* 101. ff. *de legat.* 3. ut eo casu tradant, id genus rei in censum publicum à creditore deferendum esse, stante statuto, ut quisque res suas in censum deferat. Ang. *l. cum notissimi.* 7. C. *de præscript.* 30 *annor.* Alex. in *l.* 4. §. *per servum.* 15. ff. *de adquir. poss.* Deinde id pignus in creditoris possessione esse, non debitoris: Hujus generis pignore, legatum adimere legatario testatorem: Hujus pignoris fructus fieri creditoris: Hoc casu pignorantem alienare videre. Negusant. *de pigneribus.* 2. *membro* 4. *n.* 27. & *seq.*

63 *l.* 239. *in fin.* ff. *de verbor. signif. l.* 34. ff. *de auro.*

64 Pignore uti debitoris voluntate creditor potest. 65 *Quid si legar*, suppositum? 66 Forte supellectilis: hoc sensu supellectilis legato, vestis non continetur: etiamsi testator, qui supellectilem legavit, vestem omnem & res plurium generum supellectili expensio ferre solitus fuit. 67 *l.* 7. §. 2. ff. *eod.*

68 Cur ita? vel ideo quod stultum est existimare, supellectilis appellatione vestem contineri, & rerum vocabula quæ sunt διδασκαλικὰ ὀργανα ἢ διακεκλικὰ τῆς ἕξεως, arbitrio nostro mutari posse. vide Cujac. ad 3 Paul. *sent.* 6. §. 67. v. *l.* 6. ff. *de pign.* 69 Ahenea. *Hal.* τὰ ὕδωρ ἐπιφέροντα καὶ σχεῖν. 44 *Eclog.* 13. *c.* 10. *l.* 79. *in fin.* ff. *de verb. sign.* Goth. Vide Cott. *in memorabil. in verb. gumma.* Turneb. *lib.* 8 *adverss. cap.* 9. Ans. 70 Deliciarum causa potius quam usus gratia parata supellectilis legato non continentur. 71 Vide *l.* 3. §. 4. ff. *eod.* 72 Vide *l.* 9. §. 1. ff. *eod.* 73 *l.* 60. §. 1. ff. *de legat.* 3. *l.* 166. ff. *de verb. sign.* 74 *l.* 4. §. 5. ff. *de pen.* 75 Supellectilis appellatione non continetur habitatio in qua fit supellex. 76 Supellectile uxori legata, habitatio mus in qua supellex legata est, non continetur. *Goth.* Et vice versa. vide Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 157. *num.* 123. Ans. 77 Imo, nunquam cedit. Paul. 3 *sentent.* 6. §. 34. 78 *l.* 2. *in fin.* ff. *de instructo.*

LIBER TRIGESIMUSQUARTUS.

TIT. I.

DE [1] ALIMENTIS [2] VEL CIBARIIS LEGATIS.

De aqua.

I. ULPIANUS lib. V de omnibus Tribunalibus.

SI alimenta fuerint legata: dici potest, etiam aquam [3] legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi venundari [4] aqua solet.

De libertis. 1. De fisco.

II. MARCIANUS lib. VIII Institutionum.

SI quis libertis [5] alimenta reliquerit: etsi legati fuerint servi & rogati legatarii manumittere, ad fideicommissum admittuntur: ut & Divi quoque Severus & Antoninus rescripserunt. §. 1. Et licet ad fiscum [6] bona fuerint devoluta, ex quibus alimenta debeantur, præstanda sunt, sicuti si ad quemlibet successorem transissent.

De divisione alimentorum. De electione unius qui ea præstet.

III. ULPIANUS lib. II de Officio Consulis.

SOlent Judices [7], ex causa alimentorum, libertos dividere [8], quotiens plures sunt heredes: ne [9] à singulis heredibus minutatim [10] alimenta petentes distribuantur [11]: quam divisionem perinde tueri oportet, atque si paterfamilias ipse libertos divisisset. † Solent & unum elegere, per quem alimenta præstentur, aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio [12] suo, ut descripta subjecta ostendunt: *Exemplum libelli dati mihi à libertis Stlii missi vobis, scient, ad exemplum istam rem pertinere: quia multi testamentis suis præstari libertis jubent necessaria, quæ, quia minimi æris sunt, ad nihilum perducuntur, cum plures heredes cœperunt per successiones existere. quæ de causa puto vos recte facturos, si, convocatis Favillæ heredibus, procuratoribusve* [13] *eorum, constituerit, cui à cæteris dari debeat pecunia, ex cujus usuris alimenta præstentur: debebit autem is, qui accipiet, cavere* [14] *eis, qui dabunt, redditurum se, ut quisque ex libertis decesserit, aliove quo modo in civitate esse desierit, tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio.* Divus Pius Rubrio cuidam Teleiphoro rescripsit: *Consules vocatis his, à quibus vobis alimenta deberi ex causa fideicommissi constiterit, vel omnes ab uno, vel facta pro rata distributione, quis & à quibus percipiatis, decernent. Fiscus enim, si eo nomine quid ab eo vobis deberetur, exemplum* [15] *sequetur. Jam nunc sciatis, partes eorum, qui solvendo esse desierint, non pertinere* [16] *ad unus reliquorum heredum.*

De prædio relicto in alimenta. 1. De alimentis pure legatis.

IV. MODESTINUS lib. X Responsorum.

Τοῖς τὰ ἀπελεύθερος, ταῖς τε ἀπελευθέραις μου, ἃς ζώσας ἔγνωτε τῇ διαθήκῃ, ἔγνωτε τῷ κωδικίλλῳ ἐλεύθερος τε ἢ ἐλευθέρους, δοῦναι βούλομαι τὰ ἐν Χίοις μοι χωρία, ὅπως τοῦ ἢ ὅσα ζώσης μοι ἐπιμελήσαντο τοιχεῖας αὐτῶν κλεῖσις ἢ βασιλεία ἀνόμασι. id est, *Libertis libertabusque meis, quos vivens in testamento & codicillis manumisi, vel manumittam, dari volo mea prædia, quæ in Chio insula habeo, ad hoc, ut quæcunque vivente me acceperint, constituantur eis cibarii & vestiarii nomine. Quæ-*

1 *Alimentorum* favor in multis elucet. Primum enim valent relicta minus utili voluntate, *l.* 1. *C. de fideic.* incapacibus, *l. is cui.* 11. *l. servos.* 17 ff. *eod.* item generali clausula legata minuente, non minuuntur, *l. libertis.* 18. §. *posthumis.* 3. ff. *eod.* intelliguntur repetita à substituto, *l.* 4. §. *Lucius.* ff. *eod.* privilegium habent exigendi: habet enim executor actionem. *l. alio.* ff. *eod.* dilationes pauciores admittunt, *l.* 2. ff. *de re jud.* sed nec appellationem, *l. ult.* ff. *de appell. recip.* nec compensationem interdum, *l.* 3. *C. de compens.* pubertatis tempus in longius tempus protrahunt, ut eo longius debeantur, *l.* 14. ff. *eod.* pacto remitti non possunt sine auctoritate judicis, *l.* 8. ff. *de transact.* peti die etiam feriato possunt. *l.* 2. ff. *de feriis.* 2 Περὶ τροφῶν. 44 *Eclog.* 14. de alimentorum favore Rebuffus *in tractatu sententiarum provisionalium. tom.* 1. *art.* 1. *gloss.* 2. *in verbo, Donnez en matiere d'aliments.* Goth. Quid alimentorum verbo contineatur, vide *l.* 34. & *l.* 234. ff. *de verb. sign. l.* 6. *ubi pupill. educari.* Ans. 3 Aqua alimentorum legato continetur: de aquæ legato adde *l.* 14. §. 3. ff. *eod.* 4 *d. l.* 14. §. *ult.* ff. *eod.* 5 *l.* 16. ff. *eod.* 6 *l.* 9. ff. *de Silan.* 7 Forte Consules, ut ex inscriptione hujus legis potest colligi; vel forte judices à Consulibus dati.

8 Ut itaconsulatur alimentario. *l.* 8. §. 9. ff. *de transact.*

9 Alimentorum favore unus conveniur, nesi plures convenire sit necesse, difficilior sit exactio.

10 V. *l.* 3. ff. *familiæ.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de hered. act.*

11 *Al.* distringantur.

12 Adde *l.* 27. ff. *de leg.* 1. adde *l.* 33. §. 4. *C. de Episc.*

13 Citatio & judicium à procuratore incipere potest. *l.* 21. §. 2. ff. *ex quibus caus. major. l. penult.* §. 1. ff. *ad l. Falc. l.* 25. §. 1. *C. de Episc. l.* 3. *C. de procur.*

14 Vide *l.* 56. *in fin.* ff. *de usufr.*

15 Vide *l.* 6. ff. *de jure fisci.*

16 *l.* 24. *in fin. C. de familiæ.*

15 Fundi, pluribus si relinquitur, ut alimenta percipiant, videtur legata proprietas esse relicta: quæ etiam ad heredes & conjunctos transmittitur.

10. quam habeant significationem: utrum [16] ut ex prædiis alimenta ipsi capiant, an vero ut præter prædia, & cibaria & vestiaria ab herede percipiant? & utrum proprietas, an ususfructus relictus est? & si proprietas relicta sit, aliquid tamen superfluum inveniatur in reditibus, quam est in quantitate cibariorum & vestiariorum, an ad heredem patronæ pertinet? & si mortui aliqui ex libertis sint, an pars eorum ad fideicommissarios superstites pertinet: & an die cedente fideicommissi, morientium libertorum portiones ad heredes eorum an testatoris decurrant? Modestinus respondit, Videntur mihi ipsa prædia esse libertis relicta, ut pleno [17] dominio hæc habeant, & non per solum usumfructum: & ideo & si quid superfluum in reditibus quam in cibariis erit, hoc ad libertos pertineat. † Sed etsi decesserit fideicommissarius ante [18] diem fideicommissi cedentem, pars ejus ad [19] cæteros fideicommissarios pertinet: post diem autem cedentem si qui mortui sint, ad suos heredes hæc transmittent. §. 1. Lucius Titius testamento suo libertis libertabusque cibaria & vestiaria à liberis [suis] eisdemque heredibus præstari jussit, nulla conditione addita. Quæro, an, si [20] sine patroni liberis iidem liberti agant, cibaria & vestiaria accipere possint? Modestinus respondit, nihil proponi propter quod petitio eorum, quæ testamento pure legata sunt, non competat.

16 Licet alimentorum, quæ morte finiri solent, mentio facta sit, tamen & in heredem legatarii hic fundus transmittetur, & alienari poterit consulto Prætore. Illa enim verba, *ad alimenta & cibaria vestiariaque nomine*, causam legandi non usumfructum exprimunt. *l. penult. ff. eod.* vide Cujac. *ad l. 8. §. 12. ff. de transact.*

17 Secus, si post. vide *l. 21. C. de fidei.*

18 *l. 7 ff. de reb. dub.*

19 Sine patroni liberis vivere, hic nihil aliud est, quam extra domum liberorum patroni, hac sententia: Legatis alimentis & vestiario libertis, tacitam conditionem non imponi libertis legatariis, ut cum testatoris liberis vivant, quibus forte commodius sit domi suæ alimenta & vestiaria accipere: ne quis hic cum Accursio somniet, extraneos quosdam una cum liberis institutos, vel aliquos substitutos fuisse liberis absentibus. Est igitur hujus loci hic sensus, Alimentis relictis, legatarios non cogi morari cum heredibus testatoris.

21 Meis. *Hal.*

22 Qui heredes mei estis.

23 Ut *l. ult. ff. de reb. dub.*

24 Nec tamen qui de eorum alterutro transigit, de altero transegisse censetur. *l. 8. §. 12. ff. de transact.*

25 *l. ult. ff. eod. l. 43 ff. de verb. sign.* Imo non debitur: quippe *alimentorum* appellatione vestitus & habitatio non continetur. nam qui alimentis renunciant, neutri renunciant. *l. 8. §. 2. ff. de transact.* Respondeo, ubi de renunciatione alimentorum agitur, alimentorum voce duo illa non continentur: nam stricte renunciationes interpretamur: ubi de legatis alimentis agimus, continentur, ac pleniorem interpretationem facimus.

26 Uno concesso, & omnia videntur concessa, sine quibus id explicari non potest. Ideoque alimentis legatis, vestis & habitatio, *ut hic.* concessa jurisdictione, media ad eam tendentia, *l. 2. ff. de jurisd.* rei vindicatione, actio ad exhibendum, *l. 56. 62. ff. de procuratoribus.* tabularum inspectione, lectio, *l. 2. §. 5. ff. testam. quemadm. aper.* areæ concessione, superficies, *l. 44. §. 1. vers. placet. ff. de oblig.* usufructu concesso, accessus, *l. 10. in fin. ff. de serv. urban.* haustu aquæ, aditus & iter concedi intelligitur. vide *l. 20. §. 1. ff. de servitut. urban. l. 3. §. 3. ff. de servit. rust.* servus datus tutor intelligitur liber. Nam quoties casus omissus *inexcogitatus* & virtute expressi comprehendi potest, toties ad illum fieri debet extensio: ut casus omissus expresso contineri videatur vi ipsius vocabuli, aut actus antecedentis, aut connexi, aut consequentis ejus, aut ex necessaria causa ex eo emergente. Alciat. in *l. 2. ff. de jurisdict.* vide ad hanc legem Rolland. a Valle *consil. 22.* 27 Imo continentur ea, quæ ad disciplinam pertinent legato alimentorum. *l. qui filium. 4. ff. ubi pupillus educari.* Disciplinæ debentur, si jure sanguinis vel officio Judicis debentur alimenta: non debentur, si nudo testamento sint relicta. 28 An pharmaca debentur, si alimenta simpliciter alicui relicta? *l. verbo victus. 43. l. 44. ff. de verb. sign. l. si cum dotem. 22. §. fin autem. 8. ff. solut. matrim.* Quod si non simpliciter, sed operanti relicta, minimi non magni pretii pharmaca debentur. *l. 7. §. impendi. 16. ff. soluto. l. 2. l. omnino. 12. ff. de impensis.* An lectus debetur? *l. instratum. 45. l. quos nos. 234. §. verbum vivere. ff. de verb. sign.* 29 Ut legatarium scilicet, non ut ministrum. 30 Cur non est cogendus? vide *l. 17. l. 60. ff. de leg. 2. & Harmen. 10. §. 26.* 31 Libertorum sc. 32 Heres cui quid prælegatum est cum onere alimentorum, cavere non tenetur, vel reddere coheredibus deficientium portionem: secus si nudus sit minister.

33 Imo non est diversa: quia cavere non cogitur. *l. Divus. 7. ff. si cui plus quam per l. Falcid.* adde *l. si à pluribus. 107. ff. de leg. 1.* 34 *l. 17. ff. de leg. 2.* 35 *l. 88. §. 1. ff. de leg. 2.* 36 Alimenta collegiis legata annuatim, *l. si quis ad declinandam. 49. C. de Episcop.* privatis menstruatim præstantur, *ut hic. l. ult. ff. de liberis agnoscendis.* nisi talia sint alimenta (pone exemplum in vestimentis & lectis) quæ menstruam solutionem non recipiant: ea enim annuatim solvenda. 37 Verecundia & pudore perinde interdum adstringimur, ut obligatione civili: unde colligit Bartolus, eum excusari, qui verecundia factum omiserit. vide *l. 1. §. 5. quarum rerum actio non datur.* 38 Lego, *adstringit.* 39 Hoc verbo motus Bartolus tractat hic de *executoribus testamentariis.* quem vide. adde *l. 28. C. de Episcopis & clericis.* Goth. Intellectum hujus l. vide *decis. Ultrajectin. 63. num. 4.* & Surd. *de aliment. privileg. 18. num. 2.* Ans. 40 Executor testamenti bona defuncti distrahere non potest, sed actionem habet pro relictis alimentorum usque ad Falcidiam. 41 Executor, minister seu dispensator testamentarius, legatorum petitionem habet, *ut hic. & l. 107. ff. de leg. 1. l. nulli. 28. C. de Episcop.* de quo plura scripsi ad *d. l. 107.* 42 Adde *l. 37. in fin. ff. de legat. 3.*

43 Acceptare, quid? vide *l. 10. in fin. ff. de annuis legatis.* 44 *l. 16. ff. eod.* 45 *l. 11. ff. eod. l. 18. §. 1. ff. eod.*

De omnibus libertis.

V. IDEM lib. XI Responsorum.

VErba testamenti: *omnibus libertis nostris* [21] *cibaria præstabitis pro arbitrio vestro: non ignorantes, quos ex his caros habuerim:* item alio loco: *Prothumum, Polychronium, Hypatium commendo, ut & vobiscum* [22] *sint, & cibaria præstetis, peto.* Quæro, an omnibus cibaria debent dari: an his, quos commendavit, & cum heredibus esse jussit? Modestinus respondit, omnibus [23] libertis cibaria relicta proponi, quorum modum viri boni arbitrio statuendum esse.

Quæ continentur appellatione alimentorum.

VI. JAVOLENUS lib. II ex Cassio.

LEgatis alimentis cibaria, & vestitus, & habitatio [24] debebitur [25], quia sine [26] his ali corpus non potest: cætera [27] quæ ad disciplinam pertinent, legato non [28] continentur.

VII. PAULUS [lib. XIV Responsorum].

NIsi aliud testatorem sensisse probetur.

De legato præceptionis. De eo, cui legatorum diviso mandatur.

VIII. PAPINIANUS lib. VII Responsorum.

PEcuniæ sortem alimentis libertorum destinatam, unum ex heredibus secundum voluntatem defuncti præcipientem [29], cavere non [30] esse cogendum, ex persona deficientium [31] partes coheredibus restitui, placuit: ob eam igitur speciem post mortem omnium libertorum indebiti non competit actio, nec utilis dabitur. † Diversa [32] causa est [33] ejus [34], cui legatorum diviso mandatur: nam ea res præsentem [35] ac momentariam curam injungit: alimentorum vero præbendorum necessitas oneribus [36] mensruis atque annuis, verecundiam [37] quoque pulsantibus adstringitur [38].

De nudo ministro. 1. De cibariis & vestiario, quæ testatrix præstabat.

IX. IDEM [lib. VIII Responsorum].

ALio herede instituto, ita scripsit: *à te peto, Gaie Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des* [39] *singulos denos aureos, eandemque summam pones te esse volo, cujus ex incremento eos alere te volo: reliquum restitues Numerio conliberto nostro.* Respondi, quamvis distrahere [40] bona Gaius Seius alio scripto herede non posset: tamen eum, alumnis relictam pecuniam, ut servet, ac restituat intra Falcidiam, recte petiturum [41]: quod de superfluo probari non potest. §. 1. Eum quoque libertum [42] inter eos, quibus cibaria item vestiarium patrona, quæ viva præstabat, reliquit, recte fideicommissum petiturum existimavi, qui annuos viginti aureos, & menstruum frumentum atque vinum acceptavit [43].

De herede heredis. 1. De dilatione & mora. 2. De arbitrio boni viri.

X. IDEM lib. IX Responsorum.

CUm unus ex heredibus certam pecuniam præcipere jussus esset, de cujus sorte libertis alimenta præstaret: heredem quoque heredis ad præceptionem admitti placuit: si tamen plures [44] heredes heres haberet, intentionem quidem defuncti prima facie refragari, sed aliud probari non oportere: quid enim, si cæteros heredes suos evitavit, & quietam ac verecundam atque etiam idoneam, libertis consulens, domum sequi maluit? & ideo ab omnibus heredibus heredis alimenta præstabuntur. §. 1. Verbis fideicommissi pure manumisso [45], præteriti quoque temporis alimenta reddenda sunt, quamvis tardius libertatem recipetaverit, nec heres moram libertati fecerit: tunc enim explorari moram oportet, cum de usuris fideicommissi quæritur, non de ipsis fideicommissis. §. 2. Alimentis viri boni arbitratu filiæ relictis, ab herede filio pro modo legatæ dotis, quam solam pater exheredatæ filiæ nubenti dari voluit, atque pro incrementis [46] ætatis, eam exhibendam esse respondi, non pro viribus hereditatis.

16 *l. 7. §. 1. ff. de his, quæ pro non.*

17 Ita legari potest, *l. 8. §. 15. in fin. ff. de transact. l. 26. ff. de pignorat. l. 9. ff. de annuis. l. 4. ff. de separationib. l. 1. 2. C. communia de legatis.* sed & pignus testamento rectè contrahi, hinc colligitur, ut *l. 8. §. 15. vers. idem. ff. de transact. l. 1. C. commun. de leg.*

18 *l. 17. in fin. ff. de annuis.*

19 Vid. Guidon. Papium *decis. 5.* Imo non integra. *l. 5. ff. de tritico.*

20 Legatum intelligitur translatum in alium cum onere suo. adde *l. legatum. 24. ff. de ademend. leg.*

21 *l. 74. ff. de legat 1. l. 32. in fin. ff. de leg. 2.*

22 Imo non recepit. *l. si tibi. ff. de ademend.* Ibi legatum translatum fuit in eundem, hic in alium.

23 Imo non debentur post mortem. *l. Seio. 10. ff. de annuis legat.* Ibi legatum adjectum favore ejus, cum quo debet morari: hic, secus.

24 *l. 20. in fin. ff. eod.*

25 Alimenta simpliciter relicta ab aliquo, etiam mortuo eo a quo sunt relicta, debentur legatario: perpetuo enim relicta intelliguntur: perpetuo, hoc est ad vitam ipsius legatarii.

26 Imo non manet. Nam conditione injusta, casu deficiente, deficit legatum. *l. legatum. 4. C. de condit. insert. l. in testamento. 31. ff. de condit. & demonst.* Ne dixeris particulam hanc *quoad* non facere conditionem, *l. 1. C. de legat.* sed hoc speciale esse favore alimentorum.

27 Morari qui cum aliquo jussus est legatarius, si facto adversarii non potest cum eo morari, legatum non amittit. Facto, puta ob graviorem servitutem familiæ, malos mores, *ut hic.* adde *l. Mævia. 13. ff. de annuis. l. penult. ff. ubi pupill.* mora heredis non nocet legatario conditionem implere volenti.

28 Plus & gravius est, alimenta legatario offerre, ut eo vice servitutis uteris, quam ea offerre, ut in defuncti domo moretur: unde colligitur, morandi cum herede onus legatario seu alimentario adjectum, hunc effectum parere, ut alimentarius quædam servitia præstet heredi, pro qualitate personæ, non jure servitutis, sed vice servitutis, *ut hic.* Povro alimentis uxori relictis in domo testatoris, uxorem heredibus viri operari cogi ali aiunt, alii negant; quod & honestius est. vide Bald. *l. 1. C. de legat.* adde *l. sicut patronus. 48. ff. de operis libert.* 61 *Alimenta* sintne præstanda legatario in domo defuncti testatoris an heredis, an ipsius legatarii, vide Roland. à Valle, *1 cons. 12. num. 9.* adde *l. 11. C. com. utriusque jud.* 62 *Puero* vel *puellæ* alimenta relicta non debentur usque ad pubertatem tantum, sed per totum vitæ tempus. Atqui *puertitia* pubertate finitur. *Pueri* appellatio hic non ætate certa præstationem alimentorum definit, sed indicat potius personam ea ætate tum affectam, nec legatum relinqui ob eam, vel ad eam usque ætatem tantum.

29 *l. 8 ff. de transact. l. 68. ff. ad leg. Falcid.* Imo ultra vitam debentur. *l. 3. ff. eod.* Hic alimenta, ibi fundus ad alimenta relictus est. adde *l. 8. §. modus. ff. de transact. l. heredit. 68. ff. ad l. Falc.*

30 Usque ad pubertatem alimenta alicui relicta, pueris ad 18, puellis ad 14 annum præstabuntur. 63 *V. l. 12. C. de fact. eccles.* 66 Pubertas plena favore alimentorum in masculo 18, in fœmina 14 anno finitur. 67 *V. l. 34. ff. de regul.* 68 Solitum facere dicimus, quod ultima vice facit. vox *solitus* etiam in una vice significationem suam ostendit. 69 *l. 6. in fin. C. ne de statu defunct.* 70 Aqua legari potest, *ut hic.* Imo alimentorum legato continetur. *l. 1. ff. eod.*

31 Libertorum sc.

32 Heres cui quid prælegatum est cum onere alimentorum, cavere non tenetur, vel reddere coheredibus deficientium portionem: secus si nudus sit minister.

33 Imo non est diversa: quia cavere non cogitur. *l. Divus. 7. ff. si cui plus quam per l. Falcid.* adde *l. si à pluribus. 107. ff. de leg. 1.* 34 *l. 17. ff. de leg. 2.* 35 *l. 88. §. 1. ff. de leg. 2.* 36 Alimenta collegiis legata annuatim, *l. si quis ad declinandam. 49. C. de Episcop.* privatis menstruatim præstantur, *ut hic. l. ult. ff. de liberis agnoscendis.* nisi talia sint alimenta (pone exemplum in vestimentis & lectis) quæ menstruam solutionem non recipiant: ea enim annuatim solvenda. 37 Verecundia & pudore perinde interdum adstringimur, ut obligatione civili: unde colligit Bartolus, eum excusari, qui verecundia factum omiserit. vide *l. 1. §. 5. quarum rerum actio non datur.* 38 Lego, *adstringit.* 39 Hoc verbo motus Bartolus tractat hic de *executoribus testamentariis.* quem vide. adde *l. 28. C. de Episcopis & clericis.* Goth. Intellectum hujus l. vide *decis. Ultrajectin. 63. num. 4.* & Surd. *de aliment. privileg. 18. num. 2.* Ans. 40 Executor testamenti bona defuncti distrahere non potest, sed actionem habet pro relictis alimentorum usque ad Falcidiam. 41 Executor, minister seu dispensator testamentarius, legatorum petitionem habet, *ut hic. & l. 107. ff. de leg. 1. l. nulli. 28. C. de Episcop.* de quo plura scripsi ad *d. l. 107.* 42 Adde *l. 37. in fin. ff. de legat. 3.*

43 Acceptare, quid? vide *l. 10. in fin. ff. de annuis legatis.* 44 *l. 16. ff. eod.* 45 *l. 11. ff. eod. l. 18. §. 1. ff. eod.*

De restitutione damnati.

XI. PAULUS [lib. V Quæstionum].

IS cui [annua] alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia Principis restitutus est. Respondi, eum & præcedentium [47] annorum recte cepisse alimenta, & sequentium [48] deberi ei.

46 Adde *l. 3. §. 2. ff. ubi pupill.*

47 *l. 10. §. 1. ff. eod.*

48 *l. 7. ff. de his, quæ pro non.*

De prædiis pro alimentis obligatis.

XII. IDEM lib. XIV Responsorum.

LUcius Titius libertis suis cibaria & vestiaria annua certorum nummorum reliquit, & posteriore parte testamenti ita cavit: *obligatos* [49] *eis ob causam fideicommissi fundos meos, illum, & illum, ut ex reditu eorum alimenta suprascripta percipiant.* Quæsitum est, an si quanto [50] minores reditus provenerint, quam est quantitas cibariorum & vestiariorum, heredes ad supplendam eam onerari non debeant: vel si alio anno excesserint, an supplendum sit, quod superiore anno minus perceperint? Paulus respondit, cibaria & vestiaria libertis defuncti integra [51] deberi, neque ex eo, quod postea prædia his pignoris jure testator obligare voluit, ut ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat, videri.

49 Ita legari potest, *l. 8. §. 15. in fin. ff. de transact. l. 26. ff. de pignorat. l. 9. ff. de annuis. l. 4. ff. de separationib. l. 1. 2. C. communia de legatis.* sed & pignus testamento rectè contrahi, hinc colligitur, ut *l. 8. §. 15. vers. idem. ff. de transact. l. 1. C. commun. de leg.*

50 *l. 17. in fin. ff. de annuis.*

51 Vid. Guidon. Papium *decis. 5.* Imo non integra. *l. 5. ff. de tritico.*

De translatione legati. 1. Si legetur alicui, quoad cum illo moretur.

XIII. SCÆVOLA [lib. IV Responsorum].

GAio Seio trecentos aureos legavit, *ut ex usuris ejus summæ libertis cibaria & vestiaria præstaret, quæ statuerat: codicillis autem eandem summam vetuit dari Caio Seio, sed* [52] *dari Publio Mævio voluit.* Quæro, an libertis fideicommissum debeat Mævius? Respondi, Mævium, nisi [53] aliud, de quo non deliberaretur, doceat sibi à testatore injunctum, videri secundum voluntatem testatoris recepisse [54] ea onera, quæ adscripta erant ei summæ quæ in eum codicillis transferebatur. §. 1. Imperator Antoninus Pius libertis Sextiæ Basiliæ: *Quamvis verba testamenti ita se habeant, ut, quoad cum Claudio Justo morati essetis, alimenta & vestiarium legata sint: tamen hanc fuisse defunctæ cogitationem interpretor, ut & 55 post 56 mortem Justi eadem vobis præstari voluerit.* Respondit, ejusmodi scripturam ita accipi, ut necessitas alimentis præstandis perpetuo [57] maneat [58]. §. 2. Item consultus de tali scriptura, *& tecum sint semper, volo.* Quæro, cum manumissi ab herede cum eo morati diu sint, sed ob [59] graviorem servitutem ab eo decesserint, an alimenta his debeantur, quæ negat se præstare, nisi [60] vice servitutis iis uteretur [61]? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, deberi.

52 Legatum intelligitur translatum in alium cum onere suo. adde *l. legatum. 24. ff. de ademend. leg.*

53 *l. 74. ff. de legat 1. l. 32. in fin. ff. de leg. 2.*

54 Imo non recepit. *l. si tibi. ff. de ademend.* Ibi legatum translatum fuit in eundem, hic in alium.

55 Imo non debentur post mortem. *l. Seio. 10. ff. de annuis legat.* Ibi legatum adjectum favore ejus, cum quo debet morari: hic, secus.

56 *l. 20. in fin. ff. eod.*

57 Alimenta simpliciter relicta ab aliquo, etiam mortuo eo a quo sunt relicta, debentur legatario: perpetuo enim relicta intelliguntur: perpetuo, hoc est ad vitam ipsius legatarii.

58 Imo non manet. Nam conditione injusta, casu deficiente, deficit legatum. *l. legatum. 4. C. de condit. insert. l. in testamento. 31. ff. de condit. & demonst.* Ne dixeris particulam hanc *quoad* non facere conditionem, *l. 1. C. de legat.* sed hoc speciale esse favore alimentorum.

59 Morari qui cum aliquo jussus est legatarius, si facto adversarii non potest cum eo morari, legatum non amittit. Facto, puta ob graviorem servitutem familiæ, malos mores, *ut hic.* adde *l. Mævia. 13. ff. de annuis. l. penult. ff. ubi pupill.* mora heredis non nocet legatario conditionem implere volenti.

60 Plus & gravius est, alimenta legatario offerre, ut eo vice servitutis uteris, quam ea offerre, ut in defuncti domo moretur: unde colligitur, morandi cum herede onus legatario seu alimentario adjectum, hunc effectum parere, ut alimentarius quædam servitia præstet heredi, pro qualitate personæ, non jure servitutis, sed vice servitutis, *ut hic.* Povro alimentis uxori relictis in domo testatoris, uxorem heredibus viri operari cogi ali aiunt, alii negant; quod & honestius est. vide Bald. *l. 1. C. de legat.* adde *l. sicut patronus. 48. ff. de operis libert.* 61 *Alimenta* sintne præstanda legatario in domo defuncti testatoris an heredis, an ipsius legatarii, vide Roland. à Valle, *1 cons. 12. num. 9.* adde *l. 11. C. com. utriusque jud.* 62 *Puero* vel *puellæ* alimenta relicta non debentur usque ad pubertatem tantum, sed per totum vitæ tempus. Atqui *puertitia* pubertate finitur. *Pueri* appellatio hic non ætate certa præstationem alimentorum definit, sed indicat potius personam ea ætate tum affectam, nec legatum relinqui ob eam, vel ad eam usque ætatem tantum.

63 *l. 8 ff. de transact. l. 68. ff. ad leg. Falcid.* Imo ultra vitam debentur. *l. 3. ff. eod.* Hic alimenta, ibi fundus ad alimenta relictus est. adde *l. 8. §. modus. ff. de transact. l. heredit. 68. ff. ad l. Falc.*

64 Usque ad pubertatem alimenta alicui relicta, pueris ad 18, puellis ad 14 annum præstabuntur. 65 *V. l. 12. C. de fact. eccles.* 66 Pubertas plena favore alimentorum in masculo 18, in fœmina 14 anno finitur. 67 *V. l. 34. ff. de regul.* 68 Solitum facere dicimus, quod ultima vice facit. vox *solitus* etiam in una vice significationem suam ostendit. 69 *l. 6. in fin. C. ne de statu defunct.* 70 Aqua legari potest, *ut hic.* Imo alimentorum legato continetur. *l. 1. ff. eod.*

71 Aqua in Africa & Ægypto venalis. adde *l. 1. ff. eod.* 72 Aquam qui legat, aquæ pretium legat, *ut hic.* Imo ipsa specie debetur. *l. 8. §. si cui non nummus. 24. ff. de transact.* 73 Id est, hoc prætexto, quod servitus prædii legari non possit ei, qui vicinam possessionem non habeat. Aquam enim qui hic legat, non servitutem legat, sed debitum personale. 74 Seu domino. *l. 1. ff. comm. prad.* 75 Al. *esi.* male. 76 Interdum scilicet. 77 Imo jus hauriendi, non personæ, sed prædii est. *l. 1. §. 1. l. 20. in fin. ff. de servit. rustic.* 78 *l. 38. l. 39. ff. de servit. urban.* 79 Inutiliter legabitur. 80 Pomum decerpendi, cœnandi, spatiandi, *l. 8. ff. de servit.* aucupandi. *l. 16. ff. de servit. rustic.* 81 *V.* quæ scripsi ad *l. ult. C. de servit.* & Festum.

De alimentis vel cibariis relictis à legatario. 1. De his, quæ testator præstabat.

XV. SCÆVOLA [lib. XVII Digestorum].

A Filio herede codicillis Seiæ decem reliquit, & alumno his verbis: *Mævio infanti alumno meo quadringenta dari volo, quæ peto a te, Seia,*

Seia [80] *suscipias, & usuras ei quincunces* [81] *in annum usque vicesimum ætatis præstes, eumque suscipias & tueatis.* Quæsitum est, an Seia postquam legatum suum acceperit, si nolit pecuniam alumno relictam suscipere, vel in suscipienda ea cessaverit, onus [82] alimentorum ex die mortis testatoris compellenda sit agnoscere? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, compellendam præstare: cum fideicommissum sit. † Idem quæsiit, an heres quoque Seiæ in annos viginti alimenta præstare debeat? Respondit, debere.

§. 1. Testator concubinæ mancipia rustica numero octo legavit, & his cibaria præstari jussit in hæc verba: *Eisque mancipiis, quæ supra legavi, cibaria nomine ab heredibus meis præstari volo quæ* [83] *me vivo accipiebant.* Quæsitum est, cum vivo testatore semper mancipia rustica tempore messium & arearum [84] delegata fuerint, & eo tempore cibaria ex ratione domini sui nunquam acceperint, excepto custode prædii: an heres ejus quoque temporis, id est, messis, & arearum, & cibaria concubinæ pro mancipiis rusticis præstare deberet? Respondit, eum, cujus notio est, æstimaturum. Claudius: merito: nam si eodem modo, quo apud testatorem fuerunt, & apud concubinam futura legavit, non debebuntur ejus temporis, de quo quæsitum est, cibaria: verum si velut in ministerium urbanum ab his transferentur, debebuntur. §. 2. Titia decedens testamento ita cavit: *omnibus libertis libertabusque meis cibaria & vestiaria, quæ* [85] *viva præstabam, dari præstarique volo.* Quæsitum est, cum tribus solis eo tempore, quo ea vixit, sicut rationibus continebatur, cibaria & vestiaria præstiterit: an heres ejus à cæteris quoque libertis conveniri possit; an vero tribus tantum sit obnoxius, qui rationibus ipsius cibaria & vestiaria accepisse reperiuntur? Respondit, ab omnibus [86].

De morte heredis. 1. De his, quæ testator præstabat. De liberto paterno. 2. De legato generali & speciali. 3. De libertis communibus.

XVI. Idem lib. XVIII Digestorum.

ALimenta & vestiaria libertis suis dedit: Quæsitum est, an quia nominatim à Moderato uno ex heredibus [dari] jussit testator, solus Moderatus debeat, non etiam post mortem Moderati heredes ejus? Respondit, & heredes [87] teneri. §. 1. Libertis [88] libertabusque, item quos quasque testamento codicillisve manumiserat, *alimenta Commoda, quæ viva præstabat, dari jusserat: item omnibus libertis libertabusque fundos.* Quæsitum est, an ad ea legata admitteretur liberti paterni libertus [89], cui scribere solebat ita, Δοῦ Ρ'ηΐνης ἡμέτερῳ ἀπελεύθερῳ, id est, *Rufina prognato liberto nostro*: epistola [90] etiam emissa ad Ordinem Civitatis, unde oriunda erat, perierat *uti publice, quod medicus erat, salaria ei præstarentur*, manifestando [91] literis suis, *eum suum esse libertum* [92]? Respondit, cum, cujus notio est, æstimaturum: ut si quidem viva ea, & ei præstabat, nihilominus ad fideicommissum admitteretur: aliter vero non. §. 2. Basilicæ libertæ decem dedit, quam apud Epictetum & Calliftum libertos esse voluit, *ut, cum fuerit Basilica annorum viginti quinque, cum usuris quincuncibus* [93] *restituerentur: ita ut ex usuris aleretur, prout ætatem ampliaverit.* Quæsitum est, an ex alio [94] capite, quo generaliter libertis libertabusque cibaria & vestiaria & habitationem reliquit, etiam Basilicæ deberetur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non [95] deberi, nisi hoc quoque ei datum probaretur. Claudius: Quia destinaverat alimentis ejus usuras pecuniæ, quas specialiter ei prælegaverat. §. 3. Qui socieratem omnium bonorum suorum cum uxore [96] sua per annos amplius quadraginta habuit, testamento eandem uxorem, & nepotem ex filio, æquis partibus heredes reliquit, & ita cavit: *item libertis meis* [97], *quos vivus manumisi, ea quæ præstabam.* Quæsitum est, an & qui eo tempore, quo societas inter eos permansit, manumissi ab utrisque, & communes liberti facti sunt, ea quæ à vivente percipiebant, solida ex fideicommisso petere possint? Respondit, non amplius quam quod vir pro [98] sua parte præstabat, deberi.

De servis testatoris.

XVII. Idem lib. XIX Digestorum.

SErvos ad custodiam [99] templi reliquerat, & his ab herede legaverat his verbis: *Peto, fidesque tua committo, ut des præstes in memoriam meam pedissequis* [100] *meis, quos ad curam templi reliqui, singulis mensibus cibaria* [1], *& annua vestiaria certa.* Quæsitum est, cum templum nondum [2] esset extructum: ex die mortis, an vero ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit, percipere servi debeant legatum? Respondit, officio Judicis heredem compellendum servis [3] relicta præstare, donec templum extrueretur.

Si specialiter in testamento, deinde generaliter codicillis relictum sit. 1. De tempore quo non est facta interpellatio. 2. De morte ejus, qui certo ætatis suæ anno rogatus erat præstare. 3. De deminutione relictorum in testamento. 4. De onere morandi in aliquo loco.

XVIII. Idem lib. XX Digestorum.

LIbertis, quos [4] testamento manumiserat, alimentorum nomine menstruos decem legaverat: deinde [5] codicillis generaliter omnibus libertis menstruos septem, & annuos vestiarii nomine denos legavit. Quæsitum est, [an] & ex testamento, & ex codicillis, libertis fideicommissum heredes præstare debeant? Respondit, nihil [6] proponi cur non ea quæ codicillis data proponerentur, præstari deberent: nam ab his, quæ testamento cibariorum nomine legata essent, recessum est propter ea, quæ codicillis relicta sunt. §. 1. Manumissis testamento cibaria annua, *si cum matre morabuntur*, per fideicommissum dedit: mater filio triennio supervixit, neque [7] cibaria, neque vestiaria eis præstitit, cum in petitione fideicommissi liberti cessarent: sed & filia, posteaquam matri heres extitit, quoad vixit, annis quatuordecim interpellata de iisdem solvendis non est. Quæsitum est, an post mortem filiæ à noviſſimo herede petere possint, & tam præteriti [8] temporis, quam futuri, id, quod cibariorum nomine & vestiarii relictum est? Respondit, si conditio extitisset, nihil proponi, cur non possent. §. 2. Ab heredibus Stichum manumitti voluit [9], eique, *si cum Seio moraretur*, cibaria & vestiaria præstari à Seio: deinde hæc verba adjecit: *Te* [10] *autem, Sei, peto, ut cum* [11] *ad annum vicesimumquintum perveneris, militiam ei compares: si tamen te ante non reliquerit.* Quæsitum est, Sticho statim libertatem consecuto, prius autem defuncto Seio, quam ad annum vicesimumquintum perveniret: an ab his, ad quos bona Seii pervenerunt, militia Sticho comparari debet; & si placet deberi, utrum statim militia comparanda sit? an eo tempore, quo Seius annum vicesimumquintum expleturus fuisset, si supervixisset? Respondit, cum placeat comparandam: non [12] ante deberi [13], quam id tempus cessisset. §. 3. Posthumis heredibus institutis, & patre, & matre: & substitutione facta, actores manumisit, & peculia eis legavit, & annua, & certis libertis suis legata, & aliis exteris plura: deinde post testamentum factum nata filia, codicillis ita cavit, *Si quid testamento, quod ante* [14] *hoc tempus feci, legavi cui, dari volui: peto ab his, uti tertiam partem Petinæ filiæ meæ reddant.* Secundis autem tabulis facta pupillari substitutione, impuberibus libertis, quibus à parentibus libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum in nummo, præter cibaria & vestiaria, dari voluit: Quæsitum est, cum supervixisset filia testamento aperto & codicillis, postea autem decesserit, & fideicommissum datum ei de restituenda parte tertia ad heredes suos transmiserat: an etiam cibariorum & vestiariorum tertiæ partes ei per fideicommissum datæ esse videantur? Respondit, non [15] videri. §. 4. Idem quæsiit, an eorum quæ codicillis per fideicommissum relicta sunt, tertiæ partes ad filiam pertinere deberent? Respondit, non deberi. Idem quæsiit, an alterum tantum à substitutione legatum, deducta tertia parte quantitatis legatorum testamento datorum, computari debeat: ut duæ partes quantitatis debeantur, præter codicillos, quibus tertiam partem codicillis legatorum ad filiam suam pertinere voluit? Respondit, integrum [16] ex tabulis substitutionis deberi. §. 5. Cibaria & vestiaria per fideicommissum dederat, & ita adjecerat, *quos libertos meos, ubi corpus meum positum fuerit, ibi* [17] *eos morari jubeo, ut per absentiam filiarum mearum ad sarcofagum* [18] *meum memoriam* [19] *meam quotannis celebrent.* Quæsitum est, uni ex libertis, qui à die mortis neque ad heredes accesserit, neque ad sepulchrum morari voluerit, an alimenta præstanda sint? Respondit, non præstanda [20].

De cibariis & aliis quæ testator præstabat.

XIX. Idem [lib. XXII Digestorum].

TEstamento ita cautum fuit: *Libertis meis cibaria, quæque alia præstabam, ab heredibus meis præstari volo*: unus ex libertis, ex [21] voluntate patroni, negotii sui gratia, quadriennio ante diem mortis abfuit: ex hac causa cibaria, quæ ante acceperat, mortis tempore non accepit: cui tamen liberto eodem testamento patronus, sicut & aliis, quos vivus manumiserat, legatum quinque dederat. Quæsitum est, an isti quoque cibaria, & reliqua, quæ cæteris libertis legata sunt, debeantur? Respondit, cur [22] non?

De legato speciali & generali. 1. De contubernali & liberis. 2. De relicto à legataria. 3. De conditione implenda.

XX. Idem lib. III Responsorum.

SIchus nutricis [23] *meæ nepos liber esto: cui decem aureos annuos dari volo*: qui deinde, interpositis nominibus [24], eidem Sticho [25] *contubernalem* [26] *ejus & liberos legavit, usque quæ vivus præstabat*: deinde alio capite *libertis omnibus, quæ vivus præstabat*, dari jussit. Quæro, an Stichus, præter suum legatum, & alimenta percipere possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse.

§. 1. Item *cum alimenta libertis utriusque sexus reliquerit à Republica, & ex prædiis, quæ ei legavit, dari voluisset*, Quæro, Sticho contubernali & liberis utrum ab herede instituto, an à Republica diaria & vestiaria, quæ vivus dabat, præstari deberent? Respondit, posse benigna [27] voluntatis interpretatione dici, iis quoque à Republica præstanda. §. 2. Titia usumfructum fundi legavit Mævio, ejusque fidei commisit, *ut ex reditu fundi præstaret Pamphilæ & Stichо annuos centenos nummos, quoad vivent* [28]. Quæro, an mortuo Mævio, heres alimenta debeat? Respondit, nihil proponi, cur debeat præstari ab herede Titiæ: sed nec ab herede legatarii; nisi id testator manifeste probetur voluisse etiam finito [29] usufructu præstari; si modo id quod ex usufructu receptum esset, ei rei præstandæ sufficeret. §. 3. Mater filio herede instituto, per fideicommissum libertatem Pamphilo servo dedit: eidem cibariorum nomine legavit quinos aureos, & vestiarii in singulos annos quinquagenos, si cum filio ejus moretur. Quæro, filio defuncto [30], an alimenta debentur? Respondit, si conditioni paruisset, deberi & post mortem.

De diariis vel cibariis.

XXI. Ulpianus lib. II Fideicommissorum.

DIariis [31], [vel cibariis] relictis: neque habitationem, neque vestiarium, neque calciarium deberi palam est: quoniam [32] de cibo tantum testator sensit.

De quantitate non adscripta. 1. Si is, qui debet alimenta, vineas alimentario reliquerit, uti habeat, unde se pascat.

XXII. Valens lib. I Fideicommissorum.

CUm alimenta per fideicommissum relicta sunt, non [33] adjecta quantitate: ante omnia inspiciendum est, quæ defunctus solitus fuerat ei præstare; deinde, quid cæteris ejusdem ordinis reliquerit: si neutrum apparuerit, tum [34] ex facultatibus [35] defuncti, & caritate [36] ejus, cui fideicommissum datum erit, modus statui debebit. §. 1. Qui fratris sui libertis alimenta debebat [37], is testamento vineas cum hac adjectione reliquerat, *ut habeant, unde se pascant*: Si pro alimentis vineas reliquisset, non aliter eis ex fideicommissi causa eas præstari debere, quam si testamenti obligatione heredes liberassent: aut, si id omissum fuisset, & postea ex testamento agerent, doli mali exceptione tutum heredem futurum: scilicet si non minus valent vineæ, quam alimentorum æstimatio: illam autem adjectionem, *ut habeant, unde se pascant*, magis ad causam prælegandi, quam ad usumfructum constituendum pertinere.

De

---

80 Executrix testamenti fœmina esse potest. vide Petrum *c.* 20 *de test. conjugum.*

81 De quibus v. *l.* 17. ff. *de usuris.*

82 *l.* 5. §. 1. ff. *de legat.* 2.

83 Relativum hoc suum antecedens limitat, & tempore, & quantitate. *Bart.*

84 Vid. Revard. *conjectan. lib.* 2. *c.* 2. & quid sit area. *l.* 14. *in fin.* ff. *eod.* Auct.

85 Hoc relativum limitat suum antecedens, non alia. *Bart.*

86 *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.*

87 Adde *l.* 2. *in fin. l.* 10. ff. *eod.* Legata relicta ab herede debentur ab heredibus heredis, *Bart.* non tantum libertates.

88 Fideicommisso relicto, libertas datur manumissis per fideicommissum, & libertorum libertis, *l.* 2. ff. *eod.* sed & iis, qui manumissi testamento. vide Paul. 4 *sentent.* 1. §. 16.

89 Libertorum heredis appellatione, libertus liberti continetur, quem testator ut suum agnovit.

90 Testatoris voluntas probari potest, & declarari ex alia scriptura ejusdem testatoris: pura epistolis ejus, *ut hic.* de quo vide plura apud Manticam, 12 *de conjecturis.* 16. *n.* 19.

91 Voluntas defuncti ex ejus scriptura probatur, *l* 15. *in fin.* ff. *eod. l.* 34. ff. *de negot.*

92 Medicinam exercebant etiam liberti, *l.* 25. §. 2. *l.* 26. ff. *de operis libertorum. l.* 41. §. 6. ff. *de fideicomm. lib.* ut & servi. dixi ad *l.* 1. §. 5. *C. de communi servo manumiss.*

93 De quibus v. *l.* 15. *eod. & l.* 17. ff. *de usuris.*

94 Clausula generalis in legato non reiterabili (veluti alimentorum) non refertur ad ea de quibus specialiter non est cautum, *ut hic.* secus in iterabili. *l.* 19. §. 1. ff. *de annuis.*

95 *l.* 20. ff. *eod.* Imo debetur, *l.* Titia. 19. §. *qui Marc.* 1. ff. *de ann. leg.* Hic legatum, quia alimentorum est, iterari non potest: ibi potest. Vel dic, ibi legati diversas causas esse: hic unam & eandem.

96 Societas omnium bonorum haberi potest cum uxore. facit *l.* 1. ff. *de ritu.* Imo omnis contractus præter donationem potest cum eadem iniri: dixi ad *l.* 31. §. 3. ff. *de donat. inter virum.*

97 Appellatione *suorum* libertorum, intelliguntur etiam communes. *l.* 74. ff. *de leg.* 3.

98 *l.* 5. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

99 Templi custodiam servis interdum testatores mandabant: & quidem custodiam, *ut hic.* curam vero, ut ff. *eod.* adde *l.* 35. ff. *de liberali causa.*

100 Pedissequis nostris legare possumus. adde *l.* 65. ff. *de legat.* 2.

1 *l.* 113. §. 1. ff. *de legat.* 1.

2 Templo quod non est, sed esse potest, potest relinqui. *Bart.* vide quæ scripsi ad *l.* 5. §. 2. *C. de necessariis servis heredibus instit.* 3 Servi, licet sint incapaces, tamen in causa alimentorum admittuntur. *Bart.* 4 *l.* 100. ff. *de legat.* 1. *l.* 23. *in fin.* ff. *de servit. urb.* 5 Codicillis generalibus verbis conceptis, minuuntur relicta in testamento facta, *ut hic.* at non ea, quæ relicta in testamento ad pias causas. Tiraq. 19. *in privilegio piæ causæ.* Imo generalis clausula ultimæ voluntatis edicta, specialiter antea relicta, hic minuit. vide quæ scripsi ad *l.* 16. §. 2. ff. *eod.*

6 *l.* 19. ff. *eod.* 7 Alimenta debita non soluta, possunt peti tam præterita quam futura. *Bart.* & quidem eodem libello. *l.* 35. ff. *de judic. l.* 1. *C. de fideic.* 8 *l.* 10. §. 1. ff. *eod.* 9 Testator. 10 *Al.* A te. 11 Adde & vide *l.* 16. ff. *de manum. testam.*

12 Imo ante, *l.* 6. *in fin.* ff. *ad Trebell.* 13 Et ita tempus certæ ætatis conditionem facit. *l. si ita scriptum.* 16. ff. *de manumiss. testam.* An hic certum fuit testatorem dici adjectione, conditionem adjecisse, ut vult Jacobus Aretius? An hic tempus adjicitur onerato, ibi honorato?

14 Demonstratio legatorum relictorum in testamento, non pertinet ad legata nec ad alimenta relicta supra in codicillis, vel in tabulis pupillaribus. *Bart.*

15 Imo videtur: & hæc clausula refertur ad omnia relicta. *l. talis scriptura.* 30. ff. *de legat.* 1. hic specialis est favor alimentorum.

16 Imo non integrum, sed ea quæ sunt relicta in codicillis, *d. l. talis.* ibi simpliciter adjecit, quæ legavit: hic legavit, quæ in codicillis.

17 Nota genus legati. adde *l.* 72. §. 2. ff. *de cond. & demonst.*

18 *Sarcofagum*, de quo *l.* 37. ff. *de religiosis. l.* 6. ff. *de sepulchro violato. C. Theod.* dicitur autem ἐκ τοῦ τὰς σάρκας φαγεῖν, fiebatque hujusmodi sepulchrum ex lapide fissili, corpora celerrime consumente, qui in Troade pluribus locis nascebatur. vide *l* 6 Isid. 4.

19 Defunctorum & mortuorum memoriam Etrusci quorannis sacrificii quodam genere celebrare soliti. Sacra illa anniversaria erant.

20 Causa dubitandi erat, quod hujusmodi legatum est species fervitutis. *d. l.* 71. Dicendum est autem hoc locum non habere in alio, quam in libertis.

21 Abfens propter negotia testatoris ut præsens debet alimenta percipere. *Bart.*

22 *l.* 15. *in fin. l.* 18. ff. *eod.*

23 Vide ad hanc leg. Augustin. *lib.* 3 *emendat. cap.* 1. Auct.

24 An quia certa nomina adsignavit, ex quibus solutionem fieri voluit, ut putat Accursius?

25 Et idem Sticho, &c. Anton. Augustin. 3 *emend.* 2.

26 Contuberniales fervorum uxores vide apud Anton. Augustin. 3 *emend.* 2. adde *l.* 41. §. 2. ff. *de legat.* 3. *l.* 41. §. 15. ff. *de fideicomm. lib.*

27 Qua in re consistit benigna hæc interpretatio? An quod olim non poterat à legatario legari, ut puta contubernali & libertis non relinquit libertatem expresse, & tamen si continentur appellatione libertorum, ut vult Jacobus de Aretio?

28 Quoad viveret. *Hot.* adde *l.* 19. ff. *de annuis.* 29 Cum finitur legatum, finitur quoque onus ei adjectum, nisi aliud voluntate testatoris appareat. *Bart.* 30 *l.* 13. §. 1. ff. *eod. l.* 20. ff. *de annuis. l.* 1. *C. de legat.* 31 Diaria quotidiana victus: alio intellectu hæc vox significat erogationes annonarum, portulas & salaria, quæ militibus dabantur. Cicero 8 *ad Atticum* 22. Cæsar 3 *de bello civili.* Quidam legunt *viaria*, alii *vivaria*, alii *vestiaria*, quos improbat Accursius. 32 Imo quia de cibo testatur, semper habitatio & vestiarium debentur: Victus enim verbum hæc omnia comprehendit. *l. ult.* ff. *eod. l.* 43. *l.* 44. ff. *de verb. sign.* 33 *l.* 14. ff. *de annuis.* 34 Si alimenta simpliciter legantur, debentur arbitrio boni viri, inspectis his circumstantiis. 35 An hoc innuitur, bona defuncti vendi oportere, ut alimenta præstentur, si fructus non sufficiunt? Proprietas vendi non debet: sed ex quantitate facultatum, alimenta præstanda. *l. Imperator.* 50. ff. *ad Treb.* 36 Modus alimentorum ex facultatibus defuncti & caritate fideicommissarii statui debet. vide quæ scripsi ad *l.* 12. §. 4. ff. *de usu.*

37 Compensandi animo, si quid cui relinquit debitor, legatarius id petere non poterit, nisi heredem liberet: quo omisso doli mali exceptione repellitur.

De aliquo educando. De alimentorum appellatione.

XXIII. PAULUS lib. IV ad Neratium.

ROgatus es, *ut quendam educes* [37]: ad victum necessaria ei præstare cogendus es. Paulus: cur plenius est alimentorum legatum, ubi dictum est & vestiarium & habitationem contineri? Imo ambo exæquanda sunt.

37 Idem est, gravare heredem, *ut aliquem educet*, & ab eo alimenta relinquere.

TIT. II.

DE AURO, ARGENTO, MUNDO [1], ORNAMENTIS, UNGUENTIS, VESTE VEL VESTIMENTIS ET STATUIS LEGATIS.

De legato generali & speciali. I. De pondere.

I. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

SI alii *vestimenta*, alii [2] *vestimenta muliebria* separatim legata sit: detractis muliebribus & ei adsignatis, cui specialiter legata sunt, reliquum alteri debetur. † Idem est, cum alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum esset, de argento, quod in mundo esset. † Item si duæ statuæ marmoreæ [3] tibi, & deinde omne marmor legatum esset: præter duas nulla statua marmorea legata est tibi. † Idem, urbanis servis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit. §. 1. Cui certum pondus [4] argenti dare heres jussus sit, ei pecuniam numeratam dando jure ipse [5] liberatur, si in ea pecunia eadem æstimatio fuerit: quod [6] ita verum est, si non certum genus [7] argenti legatum sit.

1 Κόσμος, verbo Græci hic videntur comprehendere & mundum, & ornamentum. 44 *Ass.* 15. *l.* 8. *l.* 13 *l.* 22. §. 10 *l.* 32. §. 6. 49 *J. eod.*

2 Vestis muliebris, vestimenti: argentum muliebre, mundi muliebris: statuæ marmoreæ, marmoris: dispensator, urbanorum servorum appellatione continentur. Legato earum specierum generis legato derogatur.

3 *l.* 100. §. 1. *J. de legat.* 3.

4 Pondus argenti in genere qui debet, liberatur æstimationis solutione.

5 *Al.* ipso.

6 Dixi *l.* 9. *l.* 35. §. 1. *J. eod.*

7 Vel species. *l.* 9. *J. eod.*

De uxoris causa paratis & divortio.

II. AFRICANUS lib. II [8] Quæstionum.

QUi tibi mandaverat, ut ornamenta in usum uxoris suæ emeres, eidem uxori (uti adsolet 9) legavit, quæ ejus causa parata erunt; tu deinde post [10] mortem mandatoris, ignorans eum decessisse, emisti: non debebuntur mulieri: quoniam ea verba [11] ad mortis tempus referuntur. At si vivente testatore, muliere autem mortua, emeris: non ineleganter dicetur, inefficax [12] hoc legatum esse, quando non possit vere dici, ejus causa paratum videri, quæ prius decessit. † Eadem dicenda erunt, & si vivat quidem mulier, sed diverterit: & quæratur, an post empta ei debeantur: quasi non videantur uxoris causa parata?

8 Vide Cujac. 2 *ad Afric.*

9 Maritus ita vulgo uxori legat. *l.* 45. *J. de legat.* 3.

10 Jus caducum innuit. vid. *l. un. C. de caducis.*

11 Id est, particula *erunt*. *l.* 5. *J. de reg. Catonian.*

12 Vide in hunc locum Cujacium *ibid.* & 19 *obs.* 17. *in pr.*

III. CELSUS lib. XIX Digestorum.

VXori legavit, *quæ ejus causa parata sunt*, & ante mortem divortit [13]: non deberi, quia adempta videantur, Proculus ait. nimirum facti quæstio est: nam potest nec repudiatæ adimere voluisse.

13 *l.* 49. §. *pen. J. de leg.* 3.

De lanis purpureis.

IV. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

CUm quidam libertum suum in Asiam [14] misisset ad purpuras [15] emendas, & testamento uxori suæ lanam purpuream legasset: pertinere ad eam, si quam purpuram vivo eo libertus emisset, Servius respondit.

14 Forte Tyrum: quæ purpura conchyliisque fuit nobilissima civitas. v. §. 33. *in fin. Instit. de actionib.* Cujac. 10 *observ.* 17.

15 Tyrias scilic. Cujac. *ibid.*

V. AFRICANUS lib. II Quæstionum.

APud Phuphidium [16] Quæstionum libro secundo ita scriptum est: *Si mulier mandaverit tibi, ut sibi unciones usus sui causa emeres: si tu post mortem ejus, cum putares eam vivere, emeris: Atilicinus negat esse legatos ei, cui mulier ita legaverit:* Ornamenta, quæ [17] mea causa parata sunt eruntve: *non enim ejus causa videri parata esse, quæ jam mortua ea empta fuerint.*

16 De Phuphidio aut Fufidio v. Cujac. 1 *observ.* 9. Ejus fit etiam mentio in *l.* 29. *J. de reb. auct.*

De solutione vel mutatione rei relictæ. 2. De porticu & imaginibus.

VI. MARCELLUS libro singulari Responsorum.

SEia ab herede Publio Mævio ita legavit: *Antoniæ Tertillæ * do * lego auri pondo tot, & unionem* [18] *cum hyacinthis:* postea unionem solvit [19], neque [20] ullum mortis tempore inter ornamenta sua unionem reliquit. Quæro, an heres ex causa fideicommissi æstimationem rei, quæ in hereditate non est, præstare debeat? Marcellus respondit, non debere. §. 1. Item quæro, si probari possit, Seiam uniones & hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamenti, quod postea pretiosius fecit additis aliis gemmis & margaritis, convertisse: an hos uniones vel hyacinthos petere possit, & heres compellatur ornamento posteriori eximere, & præstare? Marcellus respondit, petere non posse: * nam [21] quid fieri potest, ut legatum vel fideicommissum durare existimetur: cum id quod testamento dabatur in sua specie [22] non permanserit? nam quodammodo extinctum sit: ut interim omittam, quod etiam dissolutione ac permutatione tali, voluntas quoque videatur mutata. §. 2. Lucius Titius testamento ita scripsit, *Heredem meum volo, fideiq; ejus committo, ut in patriam* [23] *meam faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines* [24] *argenteas, item marmoreas.* Quæro, an legatum valeat? Marcellus respondit, valere: & operis, cæterorumque, quæ ibi testator poni voluerit, legatum ad patriam pertinere: intelligi enim [potuit], aliquod civitati accedere ornamentum.

16 Vide *l.* 106. *J. de verb. obligat.*

17 *Al.* neque enim fieri posse.

18 Mutata namque forma, prope interimitur rei substantia. *l.* 9. §. 3. *J. ad exhib.*

19 *Al.* patria mea.

20 *l.* 38. *in fin. J. eod. l.* 7. *vers. ad authoritatem scribentis. J. de annuis.*

De verbo, meum.

VII. PAULUS lib. VIII ad Plautium.

SI ita esset legatum, *Vestem meam, argentum meum, damnas esto dare*: id legatum videtur, quod [25] testamenti [26] tempore fuisset: quia præsens tempus semper intelligeretur, si aliud comprehensum non esset. nam cum dicit, *Vestem meam, argentum meum*: hac [27] demonstratione *meum* [28] præsens non futurum [29] tempus ostendit. † Idem est & si quis ita legaverit, *servos meos.*

21 *Al.* neque enim fieri posse.

22 Mutata namque forma, prope interimitur rei substantia. *l.* 9. §. 3. *J. ad exhib.*

23 *Al.* patria mea.

24 *l.* 38. *in fin. J. eod. l.* 7. *vers. ad authoritatem scribentis. J. de annuis.* 25 *Meum & tuum* futura non continet, sed præsentia tantum, *ut hic.* unde notant, collatis privilegiis alicui Academiæ, alteri ea privilegia, quæ in præsenti tunc fuerunt, concessa intelligi, non futura, ut post Guillielmum Cuneum notat Corsetus *singulari* meus. vid. Beroum *quæst.* 20. 26 Imo, ea vestis debetur, quæ die legati cedente testatoris est, *l.* 28. *J. de instructo. & l.* 10. *J. de legat.* 2. vide decisiones Capellæ Tholosanæ, *decis.* 190.

27 Negat tamen Molinæus, 1 *consuetud. gloss.* 5. *num.* 17. fieri restrictionem ad tempus testamenti, vi hujus particulæ, *meum*: sed ex vi & natura dispositionis, quæ est præsentis temporis.

28 Adde *l.* 19. *J. de reb. dub.* adde *l.* 5. *in fin. J. de legat.* 1. Roland. à Valle, 4 *cons.* 39.

29 Imo, & eam significat, quam in usus suos habuit. *l.* 25. §. 6. *J. eod.* 30 Hanc particulam, *meam*, expungit Cujac. 10 *observ.* 17. Goth. Adde Anton. Augustin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 6. Ans. 31 *l.* 23. *J. eod.*

De legato, vestem, mundum, ornamentaque muliebria.

VIII. IDEM lib. IX ad Plautium.

PLautius: mulier ita legavit, *Quisquis mihi heres erit, Titiæ vestem* [meam 30], *mundum, ornamentaque muliebria damnas esto dare.* Cassius ait, si non appareret, quid sensisset, omnem [31] vestem secundum verba testamenti legatam videri. Paulus: idem Javolenus scribit, quia verisimile est (inquit), testatricem tantum ornamentorum universitati derogasse, quibus significationem muliebrium accommodasset: accedere eo, quod illa demonstratio, *muliebria*, neque vesti neque mundo applicari, salva ratione recti [32] sermonis potest.

30 Nostrum id proprie esse dicitur, quod omni ex parte nostrum est, cujus nulla pars est alii communis.

31 Non igitur uxoris causa paratur, quod ipsius & absentis causa paratur. *Bart.*

32 Recti sermonis ratio servanda. v. Cujac. 17 *obs.* 16. & quæ notavi ad *l* 4. *C. de arbitr.*

De pondere.

IX. MODESTINUS lib. IX Regularum.

CUm certum auri vel argenti pondus legatum est, si non [33] species [34] designata sit: non materia, sed pretium [35] præsentis temporis præstari debet.

33 *l.* 1. *in fin. J. eod.*

34 Certum genus argenti. *l.* 6. *J. eod.*

35 *l.* 35 *J. eod.*

De uxoris causa paratis. De falsa demonstratione.

X. POMPONIUS lib. V ad Quintum Mucium.

QUintus Mucius ait: Si paterfamilias uxori vas, aut vestimentum, aut quippiam aliud ita legavit, *quod ejus causa emptum paratumve esset*: id videtur legasse, quod [36] magis illius quam communis usus causa, paratum esset. Pomponius: sed hoc verum est, non solum si ipsius viri & uxoris [communis [37] usus], sed etiam si liberorum ejus, aut alterius alicujus communis usus fuerit: id enim videtur demonstrasse, quod proprio usui uxoris comparatum sit. Sed quod Quintus Mucius demonstrat, vas, aut vestimentum, aut quid aliud: efficit ut falsa sint, quæ subjecimus. multum enim interest, generaliter an specialiter legentur hæc. nam si generaliter (veluti ita, *quæ uxoris causa comparata sunt*) vera est illius definitio: si vero ita scriptum fuerit, *vestem illam purpuram*, ut certa demonstraret (licet adjectum sit, *quæ ejus causa empta paratave essent*: licet neque empta, neque parata, neque in usum ei data sint) legatum omnimodo valet: quia * certo [38] corpore legato, demonstratio [39] falsa posita non [40] peremit legatum; veluti si ita sit scriptum, *Stichum quem ex venditione Titii emi*: nam si neque emit, aut ex alia venditione emit, legatum nihilominus valet. Plane si ita legatum fuerit: *Vas* [41], aut *vestimenta*: [aut] *quæ uxoris causa parata sunt*: tunc æque erit vera Quinti Mucii sententia. quo casu sciendum est, etiam si alienæ res hæ fuerint, quas putavit [42] testator suas esse, heredem teneri, ut eas det.

36 Nostrum id proprie esse dicitur, quod omni ex parte nostrum est, cujus nulla pars est alii communis.

37 Non igitur uxoris causa paratur, quod ipsius & absentis causa paratur. *Bart.*

38 De incerto vid. *l.* 85. *J. de legat.* 3.

39 Vid. *l.* 33. *J. de condit. & demonstr.*

40 Cur non perimit? sufficit certum corpus designatum esse, licet impropriis verbis demonstretur.

41 Cujacius ita legit, vasa aut vestimenta, quæ uxoris, &c. 10 *observ.* 17.

42 *l.* 10. *C. de legatis.*

De auro, gemmis, margaritis, quæ in eo auro sunt.

XI. PROCULUS lib. V Epistolarum.

SI quis legaverit aurum, gemmas, margaritas [43], quæ [44] in eo auro essent: etiam id aurum, cui neque gemmæ neque margaritæ inessent, legasse videtur.

43 De margaritis, & an differant à gemmis, v. Pancirolli. *rer. memorabil. tit. de lapidib.* Cujac. *lib.* 10 *observ.* 18. Ans.

44 Relativum restringit antecedens ad quod refertur. *Bart.*

De imagine.

XII. PAPINIANUS lib. XVII Quæstionum.

SI imaginem [45] legatam heres [46] derasit, & tabulam solvit: potest dici, actionem ex testamento durare: quia legatum imaginis, non tabulæ [47] fuit.

45 Imaginis legatum valet.

46 Adde *l.* 84. §. 4. *l.* 108. §. 11. *J. de legat.* 1.

47 Derasæ scil. aliud est imago, aliud tabula rudis.

De carrucha cum mulis. De veste.

XIII. SCÆVOLA lib. XV Digestorum.

VXori quis legavit his verbis: *Mundum muliebrem omnem, ornamenta, & quidquid vivus dedi, donavi, ejus causa* [48] *comparavi, confeci: id omne dari volo.* Quæsitum est, an carrucha dormitoria [49] cum mulis [50], cum [51] semper uxor usa sit, ei debeatur? Respondit, si ejus usus causa habita esset, deberi [52]. † Idem quæsiit, an ex eadem clausula vestis, quam ancillis, vel lectiariis [53] ejusdem uxoris suæ comparaverat vel fecerat, præstanda esset? Respondit, præstandam [54].

48 *l.* 47. *J. de legat.* 3.

49 De carruchæ legato, vid. Paul. 3 *sent.* 6. §. 91.

50 Hinc mulæ carruchariæ. *l.* 38. §. 8. *J. de ædilitio.*

51 *Al.* qua.

52 Cur debetur? legavit *quidquid virum donavit.*

53 *l.* 65. §. 1. *J. de legat.* 3.

54 Cur præstanda? legavit quicquid ejus causa comparavit.

De statua.

XIV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI statuam legavero, & postea ex alia statua brachium [55] ei adjecero [56]: omnimodo statua à legatario vindicari potest.

55 Adde *l* 23. §. 2. *J. de rei vindic.*

56 Additum formæ primæ, legatum non minuit. *Bart.*

De proprietate, usufructu, fideicommisso.

XV. SCÆVOLA lib. XV Digestorum.

SPecies auri & argenti Seiæ legavit, & ab ea petiit in [57] hæc verba: *Ate, Seia, peto, ut, quidquid tibi specialiter in auro, argento, legavi, id cum moriere reddas, restituas illi & illi vernæ* [58] *meis: quarum rerum usumfructus, dum vivet, tibi sufficiet.* Quæsitum est, an usufructus auri & argenti solus legatariæ debeatur? Respondit, verbis, quæ proponerentur [59], proprietatem [60] legatam addito onere fideicommissi.

57 Vide Cujac. 15 *obs.* 4.

58 Libertis scil. non servis, servis enim inutiliter legatur. v. Cujac. 10 *obs.* 17.

59 *l.* 39. *J. de usufr. leg. vid. l* 38. §. 1. *J. de legat.* 3. vide Cujac. 10 *observ.* 39.

60 Imo, usumfructum; cum legatum sit restituendum post mortem, *l.* 12. *J. de usufructuar. rer.* Imo neque usumfructum, neque proprietatem. *l.* 25. *J. de usufr. legat.*

De verbo, servare.

XVI. IDEM lib. XVIII Digestorum.

FIliam in potestate patris manentem mater scripsit heredem, eique patrem Mævium substituit, & ita scripsit: *Quisquis mihi heres erit, fidei ejus committo, ut ornamenta mea omnia, aurum, argentum, vestimenta, quibus ego usa sum, ne veneant, & filiæ meæ reserventur* [61]. Quæsitum est: cum, filia recusante, pater ex substitutione heres extitisset, & intestato decessisset, filia autem bonis ejus abstinuerat: an fideicommissum petere possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri patris utiliter fidei commissum. Claudius: Quoniam verbo *servandi*, quod scriptum est, videri in id tempus [62] dilatum fideicommissum, quo [63] sui juris futurus esset is, cui dabatur.

61 *l. ult. §. pen. J. de leg.* 2.

62 Potest legari filio, si legatum in tempus existentiæ filii juris confertur. *Bart.*

63 *l.* 19. *J. ad Trebell.*

De his, quæ alii rei juncta sunt.

XVII. ULPIANUS lib. XXI ad Sabinum.

SI gemma ex anulo legetur, vel aliæ materiæ junctæ, vel emblemata [64]: recte legantur, & separantur, & præstanda sunt.

64 Emblemata dicuntur ea, quæ rei alicujus ornatus causa adjiciuntur. *l.* 19. §. 5. §. 6. *l.* 32. §. 1. *J. eod. l.* 7. §. 2. *J. ad exhibendum.* Paul. 3. *sent.* 6. §. 89. *l.* 3. §. 1. *J. de tritico.* 65 Decimam uxoribus legare solebant mariti. Quinimo jure antiquo, viri & uxores inter se decimam tantum matrimonii nomine capere poterant. Ulpian. 15.

De eo, quod testator quasi domino jussit reddi. 2. De speciebus in hereditate inventis, vel non.

XVIII. SCÆVOLA [lib. XXII Digestorum].

QUi uxori suæ legaverat bonorum suorum decimam [65] & mancipia & species argenti quas expresserat [66]: eidem anulos & vestem reddi ab heredibus petit, quasi propria uxoris fuissent. Quæsitum est, si uxoris non fuerint: an præstari ex causa legati deberent? Respondit, legandi animo dedisse ea videri, nisi [67] contrarium ab herede approbetur. §. 1. Idem testator fidei commisit uxoris, ut quidquid ad eam ex testamento ejus pervenisset, alumno communi restitueret. Quæsitum est, an etiam eas res, quas proprias uxoris suæ fuisse testator sciat, eique reddi præce-

66 Hoc non fuit contra jus antiquum: quoniam testamento additur onus fideicommissi. *l.* 42. *J. de legat.* 2. *l.* 28. *J. de legat.* 3. adde *l. ult. J. de usufr. leg.* vide Cujac. 10 *obs.* 17. 67 Et ita recedimus à verborum proprietate, ut salvum sit legatum.

præcepit, alumno præstare debeat? Respondit: si propriæ fuissent, non debere: si legato adquirerentur, debere.

§. 2. Mulier testamento & postea codicillis multas species vestis, argenti, quas vel ipsa se confecisse vel habere significavit, specialiter per fideicommissum reliquit. Quæritum est, an non aliæ legatariis cederent, quam quæ in hereditate inventæ essent? Respondit, eas cedere, quæ inventæ [68] essent.

De auro vel argento. 1. De pondere. 4. De vasculis. 5. De argento. De vestimentis. 6. De auro. 8. De argento, 9. Facto. 10. De vasis. 11. De argento infecto, facto, cælato, 12. Escario. 13. Quid cui cedat. 17. De gemmis, lapillis, 18. Margaritis, 19. Murrhinis vasis. 20. De auro. De gemmis, quid cui cedat.

XIX. Ulpianus [lib. XX ad Sabinum].

CUm aurum vel argentum legatum est: quidquid auri argentique relictum sit, legato continetur, sive factum [69], sive infectum: pecuniam autem signatam placet eo legato non [70] contineri. §. 1. Proinde si certum [71] pondus auri sit legatum, vel argenti: magis quantitas legata videtur: nec ex vasis tanget [72].

§. 2. Sed si argenti facti pondo centum sint legata: ex facto argento debebitur legatum. Unde est quæritum apud Celsum, an & vascula possit separare? Et scripsit vascula non [73] separaturum, licet ei optio fuerit relicta. §. 3. Idem Celsus libro XIX quæstionum quærit, si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut sic appendantur? Et Proculus & Celsus aiunt, exempto plumbo appendi debere: nam & emptoribus replumbatæ [74] adsignantur, & in rationes argenti pondus sic defertur: quæ sententia habet rationem. §. 4. Plane si cui vascula argentea, utputa lances quadratæ sint legatæ: etiam plumbum [75] quo continentur [76], eum sequetur. §. 5. Simili modo quæritur, si cui argentum legetur, an emblemata [77] aurea, quæ in eo sunt, eum sequantur? Et Pomponius libro V ex Sabino distinguit multum interesse, certum pondus ei argenti facti legetur, an vero argentum factum: si pondus, non contineri: si argentum factum, contineri: quoniam argento cedit, quod ad speciem argenti junctum est. quemadmodum clavi [78] aurei, & purpuræ [79] pars sunt vestimentorum. Idem Pomponius libris epistolarum: Et si non sunt clavi [80] vestimentis consuti: tamen veste legata contineri. §. 6. Idem Celsus libro XIX Digestorum, commentariorum septimo scribit, auro legato ea quæ inaurata [81] sunt non deberi: nec aurea emblemata [82], quæ in absidibus [83] argenteis sint. §. 7. An autem auri appellatione anuli [84] aurei contineantur, quæritur? Et Quintus Saturninus libro X ad Edictum scribit, contineri. §. 8. Lectum [85] plane argenteum, vel [86] si quæ alia supellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, si numero argenti habita non [87] est: Ut in junctura [88] argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfamilias reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel sigilla, quæ in domo reposita sunt, vel imagines argenteæ, argenti appellatione continebuntur: nec speculum [89] [vel] parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi causa habuit: si [90] modo non in argenti numero habita sunt. §. 9. Argento facto legato, Quintus Mucius ait, vasa argentea contineri: veluti parapsidas [91], acetabula, tryllas [92], pelves, & his similia: non tamen quæ supellectilis sunt.

§. 10. Sed cui vasa [93] sint legata, non solum ea continentur, quæ [94] aliquid in se recipiant [95] edendi [96] bibendique causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant: & ideo scutellas vel promulsidaria [97] contineri. † Repositoria quoque continebuntur: nam vasorum appellatio generalis est: dicimus vasa vinaria & navalia [98]. §. 11. Infecti [99] autem argenti appellatio rudem [100] materiam continet, id est, non factam. † Quid ergo, si cœptum [1] sit argentum fabricari, nondum perfectum? utrum facti an infecti appellatione contineatur, dubitari potest: sed puto magis facti. Certe si jam erat factum, sed cælabatur, facti appellatione continebitur. † An & cælati continebitur, quod cælari cœpit [2]? & puto contineri, si cui forte cælatum [3] sit argentum legatum.

§. 12. Si cui escarium [4] argentum legatum sit: id solum debebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit [id est, ad esum & potum]. † Unde de aquiminario [6] dubitatum est: & puto contineri: nam & hoc propter escam paratur. Certe [7] si caccabos [8] argenteos habebat, vel miliarium [9] argenteum, vel sartaginem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an escario contineatur? & hæc magis cocinatorii [10] instrumenti sunt.

§. 13. Perveniamus & ad gemmas inclusas [11] argento, auroque: & ait Sabinus, auro argentove cedere: ei enim cedit, cujus major [12] est species: quod recte expressum. semper enim cum quærimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cujus rei ornandæ causa adhibetur: ut accessio [13] cedat principali. cedent igitur gemmæ phialis, vel lancibus, inclusæ auro, argentove. §. 14. Sed & in coronis mensarum gemmæ coronis cedent, & hæ mensis.

§. 15. In margaritis quoque & auro idem est: nam si margaritæ auri ornandi gratia adhibitæ sunt, auro cedunt: si contra, aurum margaritis cedet. §. 16. Idem & in gemmis anulis inclusis.

§. 17. Gemmæ autem sunt perlucidæ materiæ: quas (ut refert Sabin. libb. ad Vitellium) Servius [à] lapillis eo distinguebat, quod gemmæ essent perlucidæ materiæ, veluti smaragdi [14], chrysolithi [15], amethusti [16]: lapilli autem contrariæ [17] superioribus naturæ, ut obsiani [18], venientani [19]. §. 18. Margaritas autem nec gemmis nec lapillis contineri, satis constitisse [20], ibidem Sabinus ait: quia concha [21] apud rubrum [22] mare & crescit, & coalescit.

§. 19. Murrina [23] autem vasa in gemmis non esse [24] Cassius scribit. §. 20. Auro legato, vasa aurea continentur [25]: & gemmis, gemmea [vasa]. secundum hæc sive gemmæ sint in aureis vasis, sive in argenteis, auro argentove cedent: quoniam hoc [26] spectamus, quæ res, cujus rei ordinandæ [27] causa fuerit adhibita, non quæ sit pretiosior.

XX. Paulus [lib. III ad Sabinum].

SI ut habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint: tum aurum gemmis dicimus cedere [28].

De argento proprio. 1. De unguentis. 2. De aquiminario.

XXI. Pomponius [lib. VI ad Sabinum].

IN argento potorio [29] utrum id duntaxat sit, in quo bibi possit; an etiam id, quod ad præparationem in bibendi comparatum est: veluti colum nivarium [30], & urceoli: dubitari potest. sed propius est, ut hæc quoque insint. §. 1. Unguentis legatis, non tantum ea legata videntur, quibus unguuntur voluptatis causa, sed & valetudinis [31]: qualia sunt commagena, glaucina [32], crina [33], rosa, mura, colum [34], nardum purum [35]: hoc quidem etiam, quo elegantiores sint & mundiores, unguntur fœminæ.

§. 2. Sed de aquiminario [36] Cassius ait, consultum se respondisse, cum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario [37] cedere.

De vestibus & vestimentis.

XXII. Ulpianus [lib. XXII ad Sabinum].

VEstimentum [38] id est, quod detextum est, etsi defectum non sit: [id est, si sit consummatum]. Quod in tela est, nondum [pertextum, vel] detextum, contextum appellatur. Quisquis igitur vestem legaverit: neque ftamen, neque subtemen [39] legato continebitur.

XXIII. Idem [lib. XL IV ad Sabinum].

VEstis [40] an vestimenta legentur, nihil refert. §. 1. Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombucina [41], quæ induendi [42], præcingendi [43], amiciendi [44], insternendi [45], injiciendi [46], incubandive [47] causa parata sunt: & quæ his accessionis vice cedunt [48], quæ sunt insitæ [49] picturæ [50], clavique [51], qui vestibus insuuntur. §. 2. *Vestimenta* omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica [52]. † *Virilia* [53] sunt, quæ ipsius patrisfamiliæ causa parata sunt: veluti togæ, tunicæ, palliola, vestimenta, ftragula, amfitapa [54], [&] saga, reliquaque similia. † *Puerilia* sunt, quæ ad nullum aliud usum pertinent, nisi puerilem: veluti togæ prætextæ, aliculæ [55], chlamydes, pallia, quæ filiis nostris comparamus. † *Muliebria* sunt, quæ mœtrisfamiliæ causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolæ [56], pallia [57], tunicæ [58], capitia [59], zonæ, mitræ [60], quæ magis capitis tegendi, quam ornandi causa sunt comparata, plagulæ [61], penulæ [62]. † *Communia* sunt, quibus promiscue [63] utitur mulier cum viro: veluti si [ejusmodi] penula [64] palliumve est, & reliqua hujusmodi, quibus sine reprehensione vel vir vel uxor utatur. † *Familiarica* sunt, quæ ad familiam vestiendam parata sunt: sicuti saga [65], tunicæ [66], penulæ [67], lintea, vestimenta, ftragula & consimilia. §. 3. Vestis etiam ex pellibus constabit,

XXIV. Paulus [lib. XI ad Sabinum].

CUm & tunicas, & ftragula pellicia nonnulli habeant.

De ornamento vel mundo muliebri.

XXV. Ulpianus [lib. XLIV ad Sabinum].

ARgumento sunt etiam nationes quædam, veluti [68] Sarmatarum, cum illis dos fuisset æs grave? Non fecisset illis senatus dotem, si habuissent. Seneca 1 *Naturalium ultim.* 91 *l.* 32. §. 1. *ff. eod.* Parapsis, & acetabulum, idem. Illud, Græcum; hoc, Latinum vocabulum est. Hesychio ἀρυβάλιον est, & πυξάλιον. Apsis, est vas, in quo ponitur esca. §. 6. *ff. eod.* Parapsis, quod illi accedit acetabulum. vid. Cujac. 10 *obf.* 17. 92 Trullas *vulgat.* & male.

93 *l.* 32. §. 5 *ff. eod.* adde *l.* 100 §. 3 *ff. de leg.* 3. 94 Vasa eo fini parata, ut aliquid in se recipiant.

95 V. Paul. 3 *fent.* 6. §. 86. 96 Vasorum alia edendi, bibendive, alia sustinendi causa, alia, ut quid in iis reponatur. 97 Vasa, in quibus promulsis vel condimentum ponitur. vid. Turneb. 28 *obf.* 23 98 Navaria, nivaria, nivalia. v. *l.* 21 *ff. eod.* 99 *l.* 27. §. 4. *ff. eod.* 100 Infectum argentum, rudis materia argenti. 1 Cœptum fabricari argentum, facti argenti appellatione continetur: ut & factum, nondum tamen cælatum. 2 Cœptum cælari argentum, cælato argento contiuetur. 3 Cælatum, quid? vide Festum in *casa.* hinc cœlatura, *l.* 13 *ff. de condict. furtiva.*

4 Escario argento legato, continetur omne argentum quod ad esum & potum pertinet: ut & aquiminarium. 5 *l.* 32. §. 3 *ff. eod.* hæc verba, *ad esum & potum*, adultera esse notat Cujacius, aut legendum esse, *item ad esum & potum*, 10 *obf.* 17. 6 V. *l.* 21. *in fin. ff. eod.* vid. *l.* 3. *ff. de supellect.* adde Cujac. 10 *obf.* 17. 7 Escarium argentum à cocinatorio seu coquinatorio distinguitur. Escaria vasa sunt, in quibus quæ ad escam parantur, seu offeruntur, quæ nobis sunt in ministerio, dum edimus & potamus: Cocinatoria vero, in quibus coquimus, ut sunt cacabi, miliaria, sartagines.

8 Caccabus est, in quo pulmentarium coquitur. 9 Miliarium est, non vas ad milium coquendum, sed aënum, in quo aqua ad potandum calefit, ut *l.* 38. *in fin. ff. de act. empt.* v. Cujac. 2 *obf.* 6. Glossis Θερμάστρον. 10 Coquinarii. *Hal. v. l. pen. ff. de penu.* 11 Paul. 3 *fent.* 6 §. 88. 13 Minus cedit majori. 12 Accessio cedit principali. *l.* 20. *l.* 29 *ff. eod.* §. 26. *Inft. de rer. divif. l.* 23 §. 5 *ff. de rei vind.* 14 V. 16 Isid. 7. *de virid. gemmis.* 15 Gemmarum sunt quædam genera ex specie metallorum vel lapidum cognominata. *Chrysophie*, aurum tantum videtur esse. *Chrysolithus*, auro similis est, cum marini coloris similitudine; hunc Æthiopia gignit. *Chrysoleftros* similia auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu jucundus, capacissimus ignium, & si juxta fuerit, citissime ardescens. *Chrysolampis* ex auro & igne vocata. Aurea est enim die, & nocte ignea. *Ammochrysus* (aut potius *Psammochrysus*) arenis auro interuixtis, nunc bracteatum, nunc pulveris habet quadrulas; gignitur in Perside. *Leuchrysus* colore aureo, interveniente candida vena. *Melechrysus*, quod veluti per aurum sincerum, sic hæc gemma transluceat. *Chrysocolla* gignitur in India, ubi formicæ eruunt aurum. Est auro similis, & habet naturam magnetis, nisi quod aurum augere traditur 16 Isid. 14 *de aureis.* His addatur, *Chrysoprasus.* 16 Isid. 15.

16 Inter purpureas gemmas principatum Amethystus Indicus tenet. Isidor. 16. *c.* 9. ubi inter purpureas gemmas refertur: ab eodem quoq, Sapphirus, Hyacinthus, Hyacinthizon, Amethystizon, Chelidonia, Cyanea, Rodites.

17 Imo, non sunt contrariæ naturæ: est enim *obsidianus* (qui hic obsianus) in genere vitri, nigerrimi coloris, aliquando & translucidi, in speculis paratum, pro imagine, umbras reddens, ex quo multi gemmas & imagines faciunt. 36 Plin. 27. *in fin.*

18 *Al.* obsidiani, ut *ff. d. l.* dicit. dicitur tamen obsidius. Isid. 16. *c.* 4. Goth. Vid. Pancirolli. *rer. memorabil. cap. de obsidiano.* Auf.

19 *Forte* Veientani. Ilid. 16. *cap.* 11. de nigris: Veientana, inquit, Italica gemma est à Veientibus reperta, nigra facie, albis intermicantibus notis.

20 Jurisconsultis scil. nam alii auctores refragantur.

21 Margarita namque concha pars est potius, quam gemma, aut lapilli: vel conchæ partus, ut voluit Plin. v. Cujac. 10 *obf.* 18.

22 Inde Hieronymo rubri maris grana. Tertull. in *lib. de resurrectione*, rubentis maris grana. & Martiali 9 *Epigr.* 3 *Erythræi lapilli.* & *Epigr.* 28. *gemma Erythræa cruta undis* dicuntur. vide Cujac. *ibid.*

23 *De murrinis vasis* vide *l.* 3. §. 4. *ff. de supellect.*

24 Quia nec crystallina continentur, perinde ac vitrea & fragilia. Plin. 33. Murrina & crystallina ex eadem tellure effodimus, quibus pretium facit ipsa fragilitas. Hoc argumentum opum, hæc vera luxuria existimata est habere, quod possit totum perire. vid. Cujac. 10 *obf.* 18. adde Senec. *epist.* 124. 25 Imo, non continentur. §. 1. *in fin. ff. eod.*

26 V. *l.* 29. *in fin. ff. eod.* 27 *Al.* ornandæ. 28 Imo, non cedunt. *l.* 32 §. *ff. eod.* 29 *l.* 36. *in fin. ff. eod.* Paul. 3 *fent.* 6. §. 90. Goth. Vid. Alciat. *lib.* 8 *parerg. cap.* 4. Cujac. *lib.* 10 *obf. c.* 17. S. L.

30 Colum nivarium. *Hal.* vas ad colandum vinum. Alciat. 8 *parerg.* 8. de colo nivario v. Martial. 18 *Epigr.* 111. de sacco nivario, 114. de lagena nivaria, 116. adde 117. 118. 31 *l.* 25. *in fin. ff. eod.* 32 Glaucina, crinina Rhodina è myrrha. *Hal.* 33 *Forte* Cyprina, à flore Cypri. 4 Isid. 12. 34 Colum. v. *l. ult.* § 7. *ff. de publican.* 35 Nardinum purum. *Hal.* Nardinum purum, nardum purum, nardus pistica dicitur in Evangelio, quam & Marcell. *lib. de medicamentis*, & Theophylactus vocat ἄδολον μετὰ πίστεως καθαπιστάτου. & glossæ veteres nardum pisticam, balsamum sine impostura. vid. Cujac. 8 *ad Afr. fol.* 164. de nardo adde *l. ult.* §. 7. *ff. de publicanis.* 36 *l.* 19. §. 12. *ff. eod. l.* 3. *ff. de supellect.* 37 Atqui aquiminario ad aquam, & sic ad potum potius, quam ad escam utimur. 38 Augustin. *lib.* 3 *emend. c.* 7. S. L. 39 V. *l.* 70. §. 2. *de leg.* 3. 40 *l.* 8 *l.* 21. *ff. eod. l.* 37 *ff. eod.* Paul. 3 *fent.* 6. §. 79. Goth. Vid. Cujac. *lib.* 10 *obf. c.* 18. & *lib.* 12 *obf. c.* 24. Alciat. *lib.* 8 *parerg. c.* 4. Cott. *in memorab. in voce Amphitapa. & in voce Capicinia.* S. L. 41 Bombycina. *Hal.* Bombycina vestis, *hic.* & Paul. 3 *fent.* 6. & 19 Isid. 22. à bombyce vermiculo. adde Clement. Alexandrin. 2 *Pædag.* 10. Tertull. *lib. de pallio.* & 3 *adversus Marcionem.* & 11 Plin. 3. Servium 2 *Georgic.*

42 Uti tunicæ capitia. 43 Ut zonæ, semizonæ, semicinctia, quæ vestes præcinctorias à D. Augustino, & πεκτώμασι. v. Cujac. 10 *obf.* 18. 44 Ut pallia, quæ Tertullianus sit operire solutio, id est, uno circumjectu operiendi. dixit Paul. 4 *fent.* 6. §. 79. & Varro amictum, circumjectum. v. Cujac. 10 *obf.* 17. 45 Ut vestes stratoriæ, aut ftragulæ, veluti amphitapa, psilotapa, pallia, peristromata. *l.* 45. *ff. de verb. sign.* 46 Ut tapeta, quibus mensæ teguntur, *l.* 25. §. 3. *ff. eod.* insternuntur tabes: injiciuntur supra: utimur tamen utroque promiscue. *l.* 45. *ff. de verb. sign.* 47 Ut culcitra, toralia. 48 Cedunt institæ picturæ, *ut test.* Cujac. 12 *obf.* 24. 49 Institæ Petr. Pithœus apud Cujac. 10 *obf.* 17. Institæ, sunt segmenta & limbi assuti vestibus, *bordures.* An interdictus usu purpuræ, segmenta purpurea interdicta videantur, vid. Cujac. 12 *obf.* 24. adde quæ de segmentis purpuræ & eorum commercio permisso dixi ad *Novellam Leonis* 80. 50 Et varietates colorum, Forcatul. Cupidinum 20. *n.* 9. 51 *l.* 19. §. 5. *ff. eod.* Hinc Clavata, vestimenta clavis intertexta, aut calciamenta clavis confixa. Festus. 52 *hic & ff. eod. in fin.* Eo sensu familiarica dicuntur, quo Varroni & Vitruvio sellæ familiaricæ. vid. Cujac. *ibid.* 53 Paul. 3 *fent.* 6. §. 80.

54 ἀμφιτάπης χρῶν ἑκατέρωθεν ἔχων μάλλους. *Hesychius* ftragulæ utrinque villosæ; Galli vocant *Manteaux*: villosa sunt Turcarum tapetia, non tamen utrinque. vid. Turneb. 28 *adversar.* 20. 55 Id est, togæ breves. v. Cujac. 10 *obf.* 17. Male Haloander legit *alicubi*: alii legunt *caligula.* 56 Nec enim stola numeratur inter vestes viriles, etiamsi ea vel Caligula vel Heliogabalus utantur: ut merito τοῦλον ἀπόσφυρον Tatianus dixerit *in oratione πρὸς Ἕλληνας.* Cujac. ad 3 Paul. 6. §. 8. videtur tamen stola usi interdum masculi. Ennius Telepho apud *Nonium cap.* 14: *Cedo & Cavaa vestitus, squallida sepsine stola.* Idem *eadem: Regnum reliquit sepsine medici stola.* Quo loco notat etiam Nonius, stolam veteribus non honestam vestem solum esse, sed etiam omnem, quæ corpus tegeret. Stola etiam utebantur matronæ. *Festus matronalibus.* 57 Pallæ. Petr. Faber 1 *semestrium* 15. Est enim palla honestæ mulieris vestimentum, tunicæ pallium, Nonius *cap.* 14. dictam pallam, quod foris & palam; ut intusium, quod intus, Varro scribit 4 *de lingua.* 58 Varro de vita populi Romani 4 apud Nonium *cap.* 14, hæc tria quoque conjungit, Tunicas, Capitia, Zonas.

59 Capitia pectoris sunt ornamenta, quod pectus capiant, Varroni 4 *de lingua*: non capitis, ut putat Nonius, *cap.* 14. *num.* 37. ubi capitia, *capitula* appellari quoque ait: ut & Isidoro 19. *cap.* 31. Cappa appellatur à forma capitali, Varroni 4 *de lingua*, quod facerdotulæ in capite solent habere.

60 Mitræ vesti adnumerantur, si tegendi capitis causa eis mulieres uti cœperint, *ut hic*: sin vero statis, ornamentis, *l.* 25. §. 10. *l.* 26. *ff. eod.* Isidoro 19 *cap.* 31. mitra pileum Phrygium, quale est ornamentum capitis devotarum fœminarum: est & ex lana redimicula, quibus mitra alligatur. Rigula, mitra virginalis capitis. 61 Dicitur à plaga. Plaga Varroni est chlamys. Nonio 8 *cap.* 14. plaga grande linteum, tegmen, quod nunc torale, vel lectiicarium sindonem dicimus, quarum diminutivum, plagulæ. 62 Atqui paulo post penulam recenset inter virilia vestimenta.

63 Vide Forner. 1 *select.* 1. 64 Vide Fabrum 1 *semest.* 15. 65 Sagum est vestimentum militare. Cicero 1 *epist. ad Cæsarem*: descendi ad forum togatus, cum reliqui consulares sagati vellent descendere. Sifenna *historiar.* 3. senatus auctoritate sagaria. nunc & apud Non. *c.* 14 dicitur sagus. Varro *virgula divina*: Cum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret. 66 Tunica vestimentum sine manicis. Non. *cap.* 14 67 Penula vestis supra tunicam. Non. *c.* 14. 68 Et Scytharum. Senec. 14 *epist.* 91.

rum [68], quæ pellibus teguntur. §. 1. *Aristo* etiam coactilia [69] vesti cedere ait, & tegimenta [70] tubicilliorum [71] huic legato cedere. § 2. Vittæ [72] margaritarum, item fibulæ ornamentorum magis, quam vestis sunt. §. 3. Tapeta vesti cedunt, quæ aut sternì aut injici solent. Sed stragulas, & babylonica [73], quæ cequis insterni solent, non puto vestis esse. §. 4. Fasciæ crurales pedulesque [74], & impilia [75], vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. † Alia [76] causa est odonum [77], quia usum calciamentorum præstant. §. 5. Cervicalia [78] quoque vestis nomine continentur. §. 6. Si quis addiderit *vestem suam*, apparet, de [79] ea eum sensisse, quam ipse in usus suos habuit. §. 7. Culcitæ [80] etiam vestis erunt. §. 8. * Item pelles caprinæ & agninæ vestis erunt *. §. 9. Muliebri veste legata, & [81] infantilem contineri, & puellarum, & virginum [82], Pomponius libro XXII ad Sabinum recte scribit: mulieres [83] enim omnes dici, quæcunque sexus fœminini sunt. §. 10. *Ornamenta muliebria* sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures [84], armillæ [85], viriolæ [86], anuli, præter signatorios [87], & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, quia aliam nullam in se utilitatem habent. † *Mundus* [88] *muliebris* est, quo [89] mulier mundior fit: Continentur eo specula [90], matulæ [91], unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possunt: veluti [92] lavatio, [riscus 93]. † Ornamentorum hæc: vittæ [94], mitræ [95], semimitræ, calautica [96], acus [97] cum margarita quam mulieres habere solent; reticula, crocutantia [98]. Sicut & mulier potest esse munda, non [99] tamen ornata: ut solet contingere in his, quæ se emundaverint lotæ in balneo, neque se ornaverint: & contra est aliqua ex somno statim ornata, non tamen commundata. §. 11. Margaritæ, si non soluta [100] sunt, vel qui alii lapides, si quidem exemptiles sint, dicendum est ornamentorum loco haberi. Sed ersi in hoc sint resoluti, ut componantur, ornamentorum loco sunt. Quod si adhuc sint rudes lapilli, vel margaritæ, vel gemmæ, ornamentorum loco non erunt: nisi alia mens fuit testantis, qui hæc quoque, quæ ad ornamenta paraverat, ornamentorum loco, & appellatione comprehendi voluit. §. 12. Unguenta, quibus valetudinis [1] causa unguimur, mundo non [2] continentur.

De veste & ornamentis.

XXVI. PAULUS lib. XI ad Sabinum.

QUamvis [3] quædam ex veste magis ornatus gratia, quàm quo corpus tegant, comparentur: tamen, quod eo nomine sint reperta, potius [4] habenda esse vestis numero, quam ornamentorum. † Similiter ornamentorum esse constat, quibus uti mulieres venustatis & ornatus causa cœperunt: neque referre, si quædam eorum alium quoque usum præbeant, sicuti mitræ, & anademata [5]: quamvis enim corpus tegant, tamen ornamentorum, non vestis esse.

De argento, 2. Suo. 3. De argento & auro facto. 4. De omni auro. De auro facto vel infecto. De auro vel argento signato. 5. De argento, 6. Facto.

XXVII. ULPIANUS lib. XLIV ad Sabinum.

QUintus Mucius lib. II juris civilis ita definit, argentum factum [6], vas argenteum videri esse. §. 1. An cui argentum omne legatum est, ei nummi quoque legati esse videantur, quæritur? Et ego puto, non [7] contineri: non facile enim quisquam argenti numero nummos computat. † Item argento facto legato, puto, nisi evidenter contra sensisse testatorem appareat, nummos non contineri. §. 2. Argento omni legato, *quod suum* [8] esset: sine dubio non [9] debetur id, quod in credito esset: hoc ideo, quia [10] non [11] videtur suum esse, quod vindicari non possit.

§. 3. Cui aurum vel argentum factum legatum est, si fractum, aut collisum sit, non continetur. Servius enim existimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commode uti possumus: argentum autem fractum & collisum non incidere in eam definitionem, sed infecto contineri. §. 4. Cui legatum est aurum omne, *quod suum esse* [12], *cum moreretur* [13], vindicare potuit: suum esse. Sed si qua distributio ejus rei facta est, tunc interest, quomodo sit legatum. † *Si factum aurum* [14] legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectum: sive id suæ, sive alterius usionis [15] causa paratum esset: veluti vasa aurea, emblemata, signa, aurum muliebre, & cæterà, quæ his rebus sunt similia. Sed si infectum legatum est, quod ejus ita factum est, ut eo, [quod] ad rem [16] comparatum est, non possis uti sine refectione, quodque ab eo [17] patrefamilias infecti numero fuerint, id videtur legatum esse. † Si autem *aurum vel argentum signatum* legatum est; id paterfamilias videtur testamento legasse, quod ejus aliqua forma est expressum: veluti, quæ Philippi [18] sunt, itemque nomisinata & similia. §. 5. Argento legato, non puto ventris causa habita scaphia [19] contineri: quia argenti numero non habentur. §. 6. *Argentum factum* recte quis ita definierit, quod [20] neque in massa, neque in lamna [21] neque in signato, neque in supellectili [22], neque in mundo [23], neque in ornamentis insit.

De testatoris causa parato.

XXVIII. ALFENUS [VARUS] lib. VII Digestorum.

CUm in testamento alicui argentum, *quod usus sui causa paratum esset*, legaretur, itemque vestis, aut supellex: Quæsitum est, quid cujusque usus causa videretur paratum esse: utrumne id argentum, quod victus sui causa paratum paterfamilias ad cottidianum usum parasset: an & si eas mensas argenteas & ejus generis argentum haberet, quo ipse non temere [24] uteretur, sed commodare ad ludos, & ad cæteras apparationes soleret? Et magis *placet*, quod victus sui causa paratum est; tantum contineri.

De auro argento facto. 1. De principali & accessorio.

XXIX. FLORENTINUS [lib. XI Institutionum].

SI quando alterius generis materia auro argentove injecta sit: si factum aurum vel argentum legetur, & id, quod injectum [25] est, debetur. §. 1. Utra autem utrius materiæ sit accessio [26], visu [27] atque usu rei, consuetudinis patrisfamilias æstimandum est.

De verbo seu.

XXX. PAULUS [lib. singul. de adsignatione libertorum].

SI quis ita [28] legaverit: *uxori meæ mundum, ornamenta, seu* [29] *quæ ejus causa paravi, do lego*: placet omnia deberi. Sicuti cum ita legatur, *Titio vina, quæ in urbe habeo, seu* [30] *in portu, do lego* [omnia deberi]. Hoc enim verbum *seu* ampliandi legati gratia positum est.

De verbo minor.

XXXI. LABEO [lib. II Posteriorum à Javoleno epitomatorum].

QUi lancem maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legaverat, *Lancem minorem illi lego*: mediæ [31] magnitudinis videri legatam lancem responsum est, si non appareret, quam lancem ex his paterfamilias demonstrare voluisset.

De argento facto. 1. De auro facto. 2. De argento potorio vel escario. 4. De verbo meum. *5. De argento & electro. 6. De verbo* generali & speciali. *7. De mundo muliebri. 8. Si testator detraxerit de re legata.*

XXXII. PAULUS [lib. II ad Vitellium].

PEdiculis [32] argenteis adjuncta sigilla æntea, cæteràque omnia, quæ ad eandem similitudinem redigi possunt, argento facto cedunt. §. 1. Auro facto adnumerantur gemmæ anulis inclusæ: quippe anulorum sunt. *Cymbia* [33] *argentea* crustis aureis illigata: margaritæ, quæ ita ornamentis muliebribus contextæ sunt, ut in his aspectus auri potentior fit, auro facto adnumerantur [34]. Aurea *emblemata*, quæ in [lapidibus [35]], aspidibus [36] argenteis essent, & replumbari possent, deberi Gallus ait [37]: sed Labeo improbat. Tubero autem, quod testator auri numero habuisset, legatum deberi ait: alioquin [38] aurata [39] & inclusa vasa alterius materiæ, auri numero non habenda. §. 2. Argento potorio vel escario legato, in his, quæ dubium est cujus generis sint, consuetudinem patrisfamilias spectandam: non etiam in his, quæ certum est ejus generis [non] esse. §. 3. Quidam primipilaris [40] uxori suæ argentum escarium [41] legaverat. Quæsitum est, cum paterfamilias in argento suo vasa habuerit, quibus & potabat [42] & edebat: an legato hæc quoque vasa continerentur? Scævola respondit, contineri. §. 4. Idem, cum quæreretur de tali legato, *Hoc amplius filia mea dulcissima e medio sumito, sibique habeto ornamentum omne meum muliebre cum* [43] *auro, & si qua alia muliebria apparuerint*: cum testatrix negotiatrix [44] fuerit, an non solum argentum, quod in domo, vel intra horreum [45] usibus ejus fuit, legato cedat; sed etiam quod in Basilica [46] fuit muliebre: Respondit, si testatrix habuit proprium argentum [47] ad usum suum paratum, non [48] videri id legatum, quod negotiandi causa venale proponi soleret: nisi de eo quoque sensisse, is, qui petat, probet. §. 5. Neratius Proculum refert ita respondisse, vasis electrinis [49] legatis, nihil interesse, quantum ea vasa, de quibus quæritur, argenti aut electri habebant. † Sed utrum argentum electro, an electrum argento cedat? Id ex aspectu [50] vasorum facilius intellegi posse: quod si in obscuro sit, inspiciendum est, in utro numero ea vasa is, qui testamentum fecit, habuerit. §. 6. Labeo testamento suo Neratiæ uxori suæ nominatim legavit, *vestem, mundum muliebrem omnem, ornamentaque muliebria omnia, lanam, linum, purpurum, versicoloria facta infectaque omnia*, &c. sed non mutat substantiam [51] rerum non necessaria verborum multiplicatio, quia Labeo [52] testamento lanam, ac deinde versicoloria scripsit, quasi desit [53] lana tincta, 33 Pocula ad

[68] Sarmenta, qui & Sauromatæ, alii sunt Anatici, alii Europei. *Ita Festus.* Stolæ appellantur.

[69] Coactilia indumenta sunt tritis & minutis compacta ex hinc crationibus, quo ex genere pretati, & [illegible] & gallicæ, vel mollionicæ alia quædam, quæ ex lanis asylicis, caprinis, ovillibus conficiuntur. Jugulinodi sunt thoracomachi. Cujac. 5 *obs.* 11. Galli vocant *Feutres* & *Gabans*.

[70] Tegimenta.

[71] Quæ & folaria. Cujac. 10 *observ.* 17.

[72] V. Petr. Fabr. 1 *semestr.* 19.

[73] Babylonicum gloss. Græc. [illegible], & alibi βαλανικὸν ἔφηβον, Bene ornatum. Plin. 8. c. 48. Colores diversos picturæ intexere Babylon maxime celebravit, & nomen imposuit. *Ibidem* Metellus Scipio triclinia ria Babylonica festertium octiesdecies millibus vænisse jam tunc posuit in criminibus Capitonis: quæ Neroni Principi quadragies festertio nuper stetere.

[74] De impilibus & pedulis v. Cujac. 5 *observ.* 11. *in fin.* Græc. Festus: Pedules sunt fasciæ pedum aut calceamentorum. Cujac. 10 *obs.* 17. Alii pedules, ἐνώτια.

[75] Impilia. & ita à quibusdam legitur apud Plin. 19. c. 2. non mapalia, πάβαλα. Theophrastus de [illegible], πάβαλα.

[76] *Legendum videtur*, Nec alia est causa odonum. Nam cur odones non sint vestimentorum numero, cum usum calciamentorum præstent?

[77] Udonum. *Holand.* sunt autem lanei calcei. In donatione Constantini σανδάλια λευκὰ διὰ ὑποδημάτων, vetus interpres habet, udonibus. Cujac. 10 *obs.* 17. sed Turnebus udones legit, & interpretatur calceamenta ex hircinis pellibus contexta, 1 *adversar.* 13. Cotta Undones legit, & Undones cilicios interpretatur ab undis dictos, quasi cymaritos, & undulatos. ineptissime, mea sententia.

[78] Cervical glossis τὰ κεφαλαῖα. Goth. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. & *lib.* 28. *cap.* 4. Anf.

[79] Suum ac cujusque est, quod in usus suos habet. 80 Culcitræ. *Haloand.* Goth. Vide Turneb. *adverf. lib.* 7. *cap.* 22. Tiraquell. *lib.* 3 *connub. gloss.* 1. *part.* 3. *num.* 27. Anf. 81 Mulieris appellatione continentur etiam infantes, puellæ, & virginies sexus fœminini. 82 Vide quæ scripsi ad *l.* 81. §. 1. ff. *de legat.* 3. *l.* 13. ff. *de verb. sign.* 83 *l.* 81. §. 1. ff. *de leg.* 3. 84 ἐνώτια.

[85] Armillæ & viriolæ ornamenta sunt manuum, quæ ψέλια, καλύκια, σπειρώματα. vide Cujac. 20 *obs.* 17. *in fin.* v. *l.* 14. ff. *de contrab. empt.* unde dicta armilla vide apud Festum. 86 Glossis ψέλιον, viriola, armilla. ψέλιον ἀνδρὸς, brachionarium. 87 Vide Paul. 3 *sent.* 6 §. 84. v. *l.* 74. ff. *de verb. sign.* 88 V. Paul. 3 *sent.* 6. §. 83. 89 Mundus muliebris dictus à munditia. Varro 4 *de lingua*. 90 *l.* 19. §. 8. ff. *eod.* Novit etiam speculum argenteum Plinius: & dispositio cœnæ Cypriani. v. Cuj. 10 *obs.* 17. In mundo etiam collocat Varro 4 *de lingua*. 91 ἀρύταινα. Cuj. 10 *obs.* 17.

[92] Veluti *alabastricus* ornamentorum, &c. Turneb. 28 *adverf.* 23. Quid tamen si *rica* legatur? Nam Varro 4 *de lingua*, ricam refert in mundum muliebrem, ut & discerniculum, pecten, speculum. Reticulum, calamistros & mitram, palliola, interpretatur capitis Festus. 93 In veteri contractu emptionis legit Cujacius, fupellectilem, & cum ea basem, cofinum, riscum. Riscus κύφελ@- μεγάλη, Hieronymus *in Ezechielem*, risco, loculis omnem supellectilem tribuunt. vide Cujac. 8 *obs.* 1. Goth. Pollux *lib.* 7 *Onomastic. cap.* 19. & *lib.* 10. *cap.* 31. Anf. 94 De vittis vide Turneb. 16 *adverf.* 4. anademata. *l.* 26. ff. *eod.* 95 *l.* 23. §. 2. ff. *eod.* 96 Calantica. *Hal.* idem quod mitra: inde decalauticare, id est, calauticam detrahere. v. Cujac. 10 *obs.* 17. *in fin.* Glossis cacautica, κάκκαβος. 97 Acus, qua sarcinatrix vel etiam ornatrix utitur; Festus. dixi ad *l.* 65. §. 3. ff. de *leg.* 3. discerniculum vocari videtur à Varrone 4 *de lingua*. Est enim discerniculum, quo discernitur capillus: ut calamistri, quibus calefactis in cinere capillus ornatur. qui ea minis trabat, à cinere cinerarius est appellatus. 98 Crocohiphanta. *Hal.* ornamenta capitis villosa, quæ sub reticulis contexta per corum plagulas apparent. *Hotom.* sed Turneb. 28 *adverf.* 23. ornamenta sine ullo stamine contexta interpretatur. crocyphantium dicitur, quod διακρόκης ὑφαίνῃ. Glossis *peticulum*, γύγγαγ@-, ἢ κρηπίδιον @-. 99 Mundæ & ornatæ mulieris differentias v. 12 Columell. 3. Ferrandus *explicat.* 35. ornamentum & vestitum, mundi seu κόσμου appellatione contineri probare nititur ex Livio *lib.* 32. 34. Polyb. 1. Gellio, Nonio, Varrone, Festo, Cic. 1 *de divinat.* Justino 20. Artemidoro *lib.* 2. Galeno περὶ διαγνώσεως. Polluce 5. Platone *in Alcibiade*. ab Halicarnasseo ornatum a veste separari, Halicar. 2. adde Cottam *memorabil. in voce* undones. 100 De solutis margaritis dixi ad *l.* 6. ff. *eod.* 1 *l.* 21. §. 1. ff. *eod.* 2 Cur? unguenta quibus utimur valetudinis causa, mundi appellatione non continentur: non enim in id parata sunt. 3 Vide Petr. Fabr. 1 *semestr.* 16. *in princ.* 4 Principale attendi debet, non secundarium. 5 Anademata, id est, redimicula, ut Pollux 7. c. 22. Hesych. vide Cujac. 10 *obs.* 17. *in fin.* Glossis redimicular, ἀναβολὴ διαμαῖς, pro Redimicula, ἀναβολαῖς, quæ & Catella Festo *in redimiculum*. est autem ab ἀναδέω, unde Etymologicus & Phavorinus ταφανώματα appellat. Lucretius 4. fiunt anademata mitræ. Sed quid? Alciatus 2 *praterm issorum*, & Cotta *in voce* undones, legunt ἀναδίσματα: fieri enim ἀναδεσμὸς mentionem apud Suidam. adde Ferrandum 2 *explicat.* 36. 6 *l.* 19. ff. *eod.* 7 Adde *l.* 19. ff. *eod.* *l.* 78. §. 4. ff. *de legat.* 3. Aliud putat Cicero *in Topicis in loco à genere*. 8 Pronominibus possessivis junctis eum substantivo alterius generis (puta cum auro, tritico) dominium significari notat Socinus *regula* 96. 9 *l.* 34. ff. *eod.* Imo, debetur. Cic. *in Topicis*. 10 Suum nemo id possit dicere, quod vindicare non possit. Igitur à vindicatione ad proprietatem ascendimus. adde *l.* 239. *in fin.* ff. *de verb. sign.* 11 V. quæ notavi ad *l.* 1. ff. *de reb. cred.* 12 Quod suum esset. *Hal.* 13 *Al.* moreretur, ejus omne aurum fiet, quod tunc paterfamilias, cum moreretur, vindicare potuit, suum esse. 14 Aurum factum recte definitur, omne, ex quo species aliqua effecta est. Infectum, quod ita factum est, ut eo (cujus id rei causa comparaveris) non possis uti sine refectione nova. Rudis auri materia est aurum infectum. vid. Cujac. 10 *obs.* 28.

[15] Hoc verbo utitur Jurisconsultus, *l.* 60. §. 2. ff. *de legat.* 3. Cato *de re rustica*. & Gellius 4 *cap.* 2. vid. Anton. August. 2. *c.* 2.

[16] Ut eo ad rem ad quam comparatum est. *Hal.*

[17] Supertius enim dixit, ejus omne aurum heris, quod tunc paterfamilias, cum moreretur, habuit. v. Cujac. 10 *obs.* 18.

[18] Qui & Philippei. Sunt aurei nummi à Philippo rege ita nominati. hujus nummi frequens apud Plautum fit mentio. Hor. 1 *epistol.* Philippi regale nomisma, à Philippis regibus Macedoniæ.

[19] Scaphia, vasa ad purgandam alvum: ne alioqui pütes cum Accurfio, genus cinguli. Scaphium etiam significat vas potorium. Plaut. *in Persa*. Cicero 6 *in Verrem*. sed & vas, quo horas designabant, imo, & vas ad ignem, & instrumentum medicum, & rusticum: quinetiam pars est corporis vicina femoribus: sed & tonsuræ inhonestioris genus. Juvenal. *satyr.* 6. Martialis, Ferrandus 1 *explicat.* 37.

[20] Argentum factum est, quod neque in massa, vel lamina, vel in supellectili, vel in mundo, vel ornamentis.

[21] Lamina. *Hal.*

[22] 1. 7. ff. *de supellectile.*

[23] *l.* 25. §. 10. ff. *eod.*

[24] Non solus. ff. *de verb. sign.*

[25] *l.* 32. ff. *eod.*

[26] *l.* 19. §. 13. ff. *eod.*

[27] Visus, & aspectus judicio multa committuntur. adde *l.* 32. §. 5. ff. *eod.*

[28] Vide Covarruv. *lib.* 1 *variar. resolut. cap.* 5. Cujac. *lib.* 12 *observ. cap.* 34. Fachin. *lib.* 5 *controv. c.* 68. Anf.

[29] Dic idem esse de particula *ve. l.* 14. ff. *de injusto.* adde *l.* 53. ff. *de verb. sign.*

[30] Vide Romanum *singulari* 548. *verb.* 549.

[31] Minorem rem apud Latinos interdum intelligi, hinc colligere possumus, quæ mediæ sit magnitudinis. Eodem sensu, *minorem libertatem* dici, quæ est inter justam & dedititiam: & minorem capitis deminutionem: minorem ordinem. v. Cujac. 10 *obs.* 36. *in fin.*

[32] Pendiculis vel pendiclis. Glossis ἀρτιδέσμας interpretatur. *Leunclavius.*

[33] Pocula ad modum cymbæ facta. Festus 20. Isidor. 5. [34] Imo, non adnumerantur. *l.* 20. ff. *eod.* [35] Hanc vocem *lapidibus*, delendam esse ait Cujac. 6 *obs.* 31. *in fin.* [36] *l.* 19. §. 6. ff. *eod.* [37] Ut in consultatione Demiphonis apud Terentium, 2 *Phormionis* 3. ex tribus unus negat, alter adfirmat, tertius cunctatur. & apud Ulp. 11. §. *ult.* ubi pubertas à Cassianis definitur ex habitu; à Proculo annis 14; à Prisco aliter. adde *l.* 10. *C. de adopt.* ita in hac quæstione, Gallus deberi emblemata ait, Labeo negat, Tubero in facto, atque adeo in incerto rem esse positam ait. Dubitandi causa hæc est: quod inauratis, vel auro inclusis argenteis vasis aurum ita alligetur, ut non detrahatur, quasi confusione facta: emblemata vero aurea plerumque exemptitia sunt: verum tamen est, omnia argento legato cedere, nihil eorum auro legato cedere. Cujac. 6 *obs.* 31. [38] Id est, cæterum. Cujac. 6 *obs.* 31.

[39] Auro legato, inaurata; vel auro incluso, auro cooperta & vestita, non debentur. [40] Primipilaris. [41] Escario argento legato, ea vasa argentea debentur, quibus paterfamilias potabat & edebat. *Goth.* Vide Edmund. Merill. *lib.* 1 *observ. c.* 2. Anf. [42] Id est, quod illi erat in promiscuo usu. vide Cujac. 11 *obs.* 7. [43] Aurata, ut & aurum muliebre venale vendituri esse hac formula colligitur. [44] Legatis mobilibus non continentur merces, vel quæ negotiandi causa testator habuit, *l.* 32. §. 2. ff. *de inst. & instruct. legato.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *quæst.* 137. Anf.

[45] De horreis vide quæ scripsi ad *l.* 7. ff. *de instructo.* [46] Quid, si legas *in tabernâ*? nam hic agitur de muliere auri & argenti negotiatrice, de auro & argento negotiandi causa venali: nisi Basilicam hic intelligas fori vel argentariorum. [47] Cur argenti facit hoc loco mentionem in responsione, cum ipsa quæstio fuerit de auro? an ut intelligamus auro legato, argentum deberi? [48] Auro legato non id intelligitur legatum, quod negotiandi causa venale proponi solet. [49] Electri tria sunt genera: unum ex arboribus, quod & succinum; aliud naturale; tertium, quod fit de tribus partibus auri & unæ argenti. Servius 8 *Æneid.* adde *l.* 4. ff. *de legat.* 1. *l.* 7. §. 8. ff. *de adquir. rerum.* vide 15 Isid. 23. [50] Aspectui quædam committenda: vide *l.* 29. *in fin.* ff. *eod.* [51] Substantiam rerum testamento adscriptarum non mutat verborum non necessaria multiplicatio. adde *l.* 65. ff. *de verbor. oblig.* [52] Quamvis Labeo: *Holtandi.*

[53] Tincta lana, etiam lana est.

tincta, lana esse: detractoque verbo *versicolorio*, nihilominus etiam versicoloria debebuntur, si non appareat, aliam defuncti voluntatem fuisse. §. 7. Titia mundum muliebrem Septiciæ legavit: ea putabat, sibi legata & ornamenta, & monilia, in quibus gemmæ & margaritæ insunt, & anulos, & vestem tam coloriam, quam versicoloriam. Quæsitum est, an hæc omnia mundo continentur? Scævola respondit, ex his, quæ proponerentur, duntaxat argumentum 54 balneare 55 mundo muliebri contineri. §. 8. Item cum inaures, in quibus duæ margaritæ 56 elenchi 57, & smaragdi duo, legasset, & postea elenchos eisdem detraxisset: & quæreretur, an nihilominus detractis elenchis inaures deberentur: respondit, deberi, si maneant inaures, quamvis margaritæ eis detractæ sint.

§. 9. De alio idem respondit, cum quædam ornamentum mammillarum 58 ex cylindris 59 triginta quatuor & tympanis 60 margaritis triginta quatuor legasset, & postea quatuor ex cylindris, etiam sex de margaritis detraxisset.

54 Flor. *al.* argentum.

55 Argentum balneare, Cujac. 19 *obser. v.* 17. *Basil.* ἀργύωμα βαλανικὸν. adde Paul. 3 *sent.* 6. §. 83.

56 Margaritæ lingua Indica dicuntur, teste Arriano: uniones Latine.

57 Elenchus est lapillus ex genere margaritarum, fastigiatæ longitudinis, alabastri figura in plenioremorbem desinens, 9 Plin. 35. *Auribus extensis magnos commisit elenchos.* Juvenal. *satyr.* 6. Porro hoc notandum est, margaritas elenchos junctim appellari, non margaritas & elenchos. Dicuntur & eum in modum §. 9. *ff. eod.* tympani margaritæ, non tympani & margaritæ.

58 Ornamenta mammillarum. *Hal.* Martialis 14 mamillare vocat. vide Pollucem.

59 Cylindrus, proceritatis est orbiculatæ: in eo differt ab elencho, de quo supra. Est & cylindrus gemmæ ac smaragdi species, 5 Plin. 37. Juvenal. *satyr.* 2.

60 Tympaniis. *Haloan.* Tympanæ margaritæ, vid. 9 Plin. 35. quæ quia instar tympani ab una parte tumidæ seu rotundæ sunt: ab altera, planæ, tympania nominantur: solidæ sunt substantiæ, in quo differunt à phisemmatis.

De veste aut vestimento virili vel muliebri.

XXXIII. POMPONIUS [lib. IV ad Quintum Mucium].

INter vestem 61 virilem & vestimenta virilia nihil interest: sed difficultatem facit mens legantis, si & ipse solitus fuerit uti quadam veste, quæ etiam mulieribus conveniens est. itaque ante omnia dicendum est, eam legatam esse, de qua senserit testator: non quæ revera aut muliebris, aut virilis sit. nam & Quintus [Titius] ait, scire 62 se quendam Senatorem muliebribus cœnatoriis uti solitum: qui, si legaret muliebrem 63 vestem, non 64 videretur de ea sensisse, qua ipse quasi virili utebatur.

61 Vestis virilis & vestimentum virile, idem.

62 Viri interdum muliebribus cœnatoriis utebantur.

63 Quid, si legaret virilem? Horom. 3 *obs.* 13. ut sit sensus, Legato vestis virilis abusivam muliebrem non contineri: alias sensus est, Vestis muliebris appellatione ea non continebitur, qua viri inhoneste utuntur.

64 Imo, videtur & de ea sensisse, *l.* 110. *in fin. ff. de verb. oblig.* solve, Aliud in stipulatione, aliud in legato.

De omni auro suo. 1. De uxoris causa parato.

XXXIV. IDEM [lib. IX ad Quintum Mucium].

SCribit Quintus Mucius, *Si aurum suum omne* paterfamilias uxori suæ legasset, id aurum, quod aurifici faciendum dedisset, aut quod ei deberetur, si ab aurifice ei repensum non esset, mulieri non debetur. Pomponius: Hoc ex parte verum est, ex parte falsum. † Nam de eo, quod debetur, sine dubio, ut puta si auri libras stipulatus fuerit, hoc 65 aurum, quod ei deberetur ex stipulatu, non pertinet ad uxorem: cum illius factum adhuc non sit: id enim, quod suum esset, non 66 quod in actione haberet, legavit. † In aurifice falsum est, si 67 aurum dederit, ita 68 ut ex eo auro aliquid sibi faceret: nam tunc, licet apud aurificem sit aurum, dominium 69 tamen non mutabit; manet tamen ejus, qui dedit, & tantum videtur mercedem præstaturus pro opera aurificii: per quod eo perducimur, ut nihilominus uxori debeatur. Quod si aurum dedit aurifici, ut non tamen ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed ex alio: tunc quatenus dominium transit ejus auri ad aurificem (quippe quasi permutationem fecisse videatur), & hoc aurum non transibit ad uxorem. §. 1. Item scribit Quintus Mucius, si maritus 70 uxori, cum haberet quinque pondo auri, legasset ita, *Aurum, quodcumque uxoris causa paratum esset, uti heres uxori daret:* etiam si libra auri inde veniisset, & mortis tempore amplius quam quatuor libræ non deprehendentur, in totis quinque libris heredem esse obligatum: quoniam * articulus *est* præsentis 71 temporis demonstrationem in se continens. Quod ipsum, quantum ad [ipsam] juris obligationem pertineat, recte dicetur, id est, *ut ipso jure* heres sit obligatus: verum sciendum, si in hoc alienaverit testator inde libram, quod deminuere vellet ex legato uxoris suæ, tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni, ut, si perseveraverit mulier in petendis quinque libris, exceptione doli mali submoveatur: sed si ex necessitate 72 aliqua compulsus testator, non quod vellet deminuere ex legato, tunc mulieri ipso jure quinque libræ auri debebuntur, nec doli 73 mali exceptio nocebit adversus petentem.

§. 2. Quod si ita legasset uxori, *Aurum, quod ejus causa paratum erit* 74, tunc rectissime scribit Quintus Mucius, ut hæc scriptura habeat in se 75 & demonstrationem 76 legati, & argumentum: ideoque ipso jure, alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione, nec erit utendum distinctione, qua ex causa alienaverit testator.

65 Flor. *al.* esse.

66 Suum nemo recte dixerit, quod in actione tantum habet: cum in id tantum agere, non id vindicare possit.

67 De duobus rerum locatarum generibus vide *l.* 31. *ff. locat.*

68 Suum argentum uxori qui legat, & id quoque argentum legasse intelligitur, quod aurifici dedit aut adpendit, ut ex eo aliquid sibi faceret: secus si aurum dedit, ut ex alio auro aurifex quid faceret. 69 Nostrum est, cujus dominium ipsi habemus. 70 Vide Anton. Merend. *controv. lib.* 3. *cap.* 46. Ans. 71 *l.* 7. *ff. eod.* 72 *l.* 11. §. 12. *ff. de legat.* 3.

73 Vide *l.* 19. *in fin. ff. de regul. jur.* 74 De verbo *erit* adde *l.* 123. *ff. de verbor. significat.* 75 Habeat in se & deminutionem legati & augmentum. sic legit Cujacius 2 *observat.* 39. *in fin.* 76 Imo, conditionem magis, quam demonstrationem habet. *l.* 6. *ff. de leg.* 1. *l.* 85. *ff. de legat.* 3. 77 Id est, uxori meæ. Anton. Augustin. *emendat. lib.* 2. *cap.* 1. Ans.

De ornamentis.

XXXVII. PAULUS [lib. XXI Responsorum].

ORnamentorum 86 appellatione vestem muliebrem non contineri, nec errorem heredis 87 jus mutasse respondi 88.

86 *l.* 25 *ff. eod.* Paul. 3 *sentent.* 6. §. 84.

87 Solventis fe.

88 Nullus enim est erroris consensus. *l.* 9. *C. de jur. & fact. ignor.*

De speciebus in hereditate inventis, vel non. 1. De electione. 2. De signo statuendo.

XXXVIII. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

TItia testamento item codicillis multas species tam argenti quam vestis specialiter per fideicommissum reliquit. Quæro, an non aliæ species legato cedant, quam quæ in hereditate inventæ essent? Respondit, eas cedere, quæ 89 inventæ essent: de cæteris cavendum 90, ut si inventæ essent, præstentur. §. 1. *Sempronia* 91 *Pia hoc amplius coopertoria Tabiana* 92, *& tunicas tres cum palliolis, quas elegerit, dari volo.* Quæro, an ex universa veste, id est, [an] ex synthesi 93, tunicas singulas, & 94 palliola Sempronia eligere possit? Respondit, si essent tunicæ singulares 95 cum palliolis relictæ, ex his duntaxat eligi posse: quod si non 96 est 97, heredem vel tunicas, & palliola, sed ex synthesi 98, præstaturum, vel veram æstimationem earum. §. 2. Seia testamento ita cavit: *Si* 99 *mihi per conditionem humanam contigerit, ipsa faciam: sin autem, ab heredibus meis fieri volo: jubeoque signum* 100 *Dei ex libru centum in illa sacra æde, & in patria statui subscriptione* 1 *nominis mei.* Quæsitum est, cum 2 in eo templo non nisi aut æreа 3 aut argentea tantum sint dona: heredes Seiæ utrum ex argento an ex auro signum ponere compellendi sunt, an æreum? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, argenteum 4 ponendum 5.

86 *l.* 25 *ff. eod.* Paul. 3 *sentent.* 6. §. 84.

87 Solventis fe.

88 Nullus enim est erroris consensus. *l.* 9. *C. de jur. & fact. ignor.*

89 V. *l.* 22. *l.* 69. *ff. de legat.* 1.

90 Vid. *l.* 69. *in fin. ff. de leg.* 1.

91 Ad hunc §. v. Alciat. *lib.* 1 *parerg. c.* 21. Turneb. *lib.* 23 *adversar. cap.* 19. *& lib.* 27. *c.* 18. Ans.

92 A Tabia civitate Italiæ.

93 Synthesim Accursius locum atque domicilium facit ejus, qui hic testatur. Synthesim Alciatus 2 *parerg.* 21. id esse ait, quod Galli *livraam* vocant: Turnebus 23 *adversar.* 19. lautiorem vestem, qua populo Romano certis diebus publice (ut Saturnalibus) uti licebat: Idem *lib.* 27. *cap.* 18. pro veste elegantissima, & viris parum decora, accipit. Alii pro virili veste: ut sit synthesis hoc loco, vestis universa defuncti definitur, id est, & Tabiana, & aliis præterea in locis relicta: ut sit sensus, Si electo trium coopertoriorum Tabianorum, & trium tunicarum cum palliolis relicta sit: neque superiora in urbe Fabiana reperta sint, heredem eo casu teneri legatario ea omnia præstare ex reliqua veste defuncti, quam forte aliis locis habuit: sin minus, veram æstimationem: Ferrando *explicat.* 32. *synthesis*, vestes in uno loco positæ, ut apud Martial. 2. ita synthesis vasorum, Martiali 2. adde Strat. 4 *spharum.* Q. Serenum Sammonicum, 1 *de lumbric. & c.* 1 *de venenis prohibendis. l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 30. §. 1. *ff. de admundis.*

94 An & palliola? *Hal.*

De mundo muliebri. 1. De legato argenti, quod ibi erit.

XXXIX. JAVOLENUS lib. II ex Posterioribus Labeonis.

SI uxori mundus muliebris legatus esset: ea tantummodo deberi, Ofilius, Labeo, responderunt, quæ ex his tradita utendi causa uxori viro 6 fuissent: aliter enim interpretantibus, summam fore caprionem 7, si vascularius 8 aut faber argentarius uxori ita legasset. §. 1. Cum ita legatum esset, *argentum, quod domo* 9 *meæ erit, cum moriar:* Ofilius, nec quod depositum 10 à se, nec quod commodatum reliquisset, argentum legatum videri, respondit. Idem Cascellius de commodato. Labeo, quod depositum esset ita deberi, si 11 præsentis custodiæ causa, non perpetuæ, veluti thesauro, depositum esset: quia illa verba, *Quod domo* 12 *meæ erit*, sic accipi debere, *esse* 13 *solebat:* & hoc probo. §. 2. Atteius Servium respondisse scribit: cui *argentum, quod in Tusculano fundo, cum moreretur, habuisset*, legatum esset, & quod, antequam moreretur, ex urbe in Tusculanum jussu testatoris translatum esset, deberi; contra fore, si injussu 14 translatum esset.

95 Tunicæ singulæ. *Hal.* 96 Quod si non esset. *Hal.* 97 Flor. *al.* essent. 98 Vel tunicam & palliolum ex synthesi præstaturum. *Hal.* 99 Id est, sin mihi quid humanitus non contigerit, & sic superstes fuero. *Goth.* Vide Sarmient. *select. lib.* 3. *cap.* 3. Ant. Augustin. *lib.* 2 *emend. cap.* 1. Ans. 100 Imagines ponendas interdum legabant veteres. vide *l.* 6. *in fin. ff. cod.* v. Petr. Fabr. *in semestribus.* 1 Imaginibus templorum qui eas ponebant, nomen suum inscribebant.

2 Ratio dubitandi sumitur à loci, quo legatum relictum est, qualitate. 3 *Puto legendum*, aut æreа, aut aurea, aut argentea, ut ex sequentibus potest colligi. 4 Et ita in dubio, jussus *signum* Deo ponere in eo templo, ubi nullum aureum sed argenteum vel æneum aliquod signum reperitur, argenteum debebit: & sic Bartolus non male sensit, Favore religionis, intelligi legatum in dubio id, quod majus est. adde Ludovicum Romanum *singul.* 5. 7. 5 Facit *l.* 37. *ff. de legat.* 1. Imo, non argenteum ponendum est, sed æreum: cum sit minus. *l.* 39. §. 6. *ff. de legat.* 1. *l.* 43. *ff. de leg.* 2.

6 *Al.* à viro. 7 Ea vitanda est. *l.* 5. *in fin. ff. de transact.* 8 *l.* 61. *ff. de oblig. & act.*

9 *Al.* domi. 10 *l.* 41. §. 6. *ff. de legat.* 3. 11 *Ita legendum videtur:* si perpetuæ, veluti thesauro, non si præsentis custodiæ causa, depositum esset. Nam mox sequitur, *esse solebat.* similis est error in *l.* 4. *ff. de instructo. l.* 17. §. 7. *ff. de act. empt.* 12 *Al.* domi. 13 *l.* 35. §. 3. *ff. de hered. inst. l.* 4. *ff. de instructo.* 14 *l.* 32. *ff. de leg.* 2. *l.* 18. §. 12. *ff. de instructo.* 15 Contubernales, qui eodem contubernio utuntur, vel usi contubernio, hoc est, lecto ac tentorio. adde Festum in *adtubernalis & contubernalis.* 16 Viatorium argentum, quo in via & itinere utimur. adde *l.* 7. *ff. eod.* 17 V. *l.* 19. §. 1. *ff. de annuis.* 18 Balneare argentum, quo in balneis utimur.

19 Hodie non licet inferre mortuis pecuniam, id est, sepelire una cum mortuo pecuniam. *l.* 4. §. 6. *ff. ad leg. Jul. peculat.* 20 Vide *l.* 14. §. 5. *ff. de religios.* vide *l.* 113. *in fin. ff. de legat.* 1.

21 Vide quæ scripsi ad *l.* 52. §. 25. *ff. de furtis.* 22 V. *l.* 8. §. 1. *ff. de optione.* 23 Adde *l.* 14. §. 5. *ff. de religiosis.*

De ornamentis.

XXXVII. PAULUS [lib. XXI Responsorum].

ORnamentorum 86 appellatione vestem muliebrem non contineri, nec errorem heredis 87 jus mutasse respondi 88.

De speciebus in hereditate inventis, vel non. 1. De electione. 2. De signo statuendo.

XXXVIII. SCÆVOLA [lib. III Responsorum].

TItia testamento item codicillis multas species tam argenti quam vestis specialiter per fideicommissum reliquit. Quæro, an non aliæ species legato cedant, quam quæ in hereditate inventæ essent? Respondit, eas cedere, quæ 89 inventæ essent: de cæteris cavendum 90, ut si inventæ essent, præstentur. §. 1. *Sempronia* 91 *Pia hoc amplius coopertoria Tabiana* 92, *& tunicas tres cum palliolis, quas elegerit, dari volo.* Quæro, an ex universa veste, id est, [an] ex synthesi 93, tunicas singulas, & 94 palliola Sempronia eligere possit? Respondit, si essent tunicæ singulares 95 cum palliolis relictæ, ex his duntaxat eligi posse: quod si non 96 est 97, heredem vel tunicas, & palliola, sed ex synthesi 98, præstaturum, vel veram æstimationem earum. §. 2. Seia testamento ita cavit: *Si* 99 *mihi per conditionem humanam contigerit, ipsa faciam: sin autem, ab heredibus meis fieri volo: jubeoque signum* 100 *Dei ex libru centum in illa sacra æde, & in patria statui subscriptione* 1 *nominis mei.* Quæsitum est, cum 2 in eo templo non nisi aut æreа 3 aut argentea tantum sint dona: heredes Seiæ utrum ex argento an ex auro signum ponere compellendi sunt, an æreum? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, argenteum 4 ponendum 5.

De mundo muliebri. 1. De legato argenti, quod ibi erit.

XXXIX. JAVOLENUS lib. II ex Posterioribus Labeonis.

SI uxori mundus muliebris legatus esset: ea tantummodo deberi, Ofilius, Labeo, responderunt, quæ ex his tradita utendi causa uxori viro 6 fuissent: aliter enim interpretantibus, summam fore caprionem 7, si vascularius 8 aut faber argentarius uxori ita legasset. §. 1. Cum ita legatum esset, *argentum, quod domo* 9 *meæ erit, cum moriar:* Ofilius, nec quod depositum 10 à se, nec quod commodatum reliquisset, argentum legatum videri, respondit. Idem Cascellius de commodato. Labeo, quod depositum esset ita deberi, si 11 præsentis custodiæ causa, non perpetuæ, veluti thesauro, depositum esset: quia illa verba, *Quod domo* 12 *meæ erit*, sic accipi debere, *esse* 13 *solebat:* & hoc probo. §. 2. Atteius Servium respondisse scribit: cui *argentum, quod in Tusculano fundo, cum moreretur, habuisset*, legatum esset, & quod, antequam moreretur, ex urbe in Tusculanum jussu testatoris translatum esset, deberi; contra fore, si injussu 14 translatum esset.

De argento viatorio. 1. De argento balneari. 2. De ornamentis universis.

XL. SCÆVOLA lib. XVII Digestorum.

MEdico suo contubernali 15 & communium expeditionum comiti inter cætera ita legaverat: *Argentum viatorium meum dari volo.* Quæsitum est, cum paterfamilias in diversis temporibus Reipubl. causa abfuerat, quod viatorium 16 argentum hoc legato comprehensum esse videtur? Respondit, quod habuisset argentum viatorium eo tempore, cum testamentum faciebat, deberi.

§. 1. Uxori suæ testamento ita legatum est, *Semproniæ Dominæ* 17 *meæ hoc amplius argentum balneare* 18. Quæsitum est, an etiam id argentum, quo diebus festis in balineo uti consuevit, legato cedat? Respondit, omne legatum videri. §. 2. Mulier decedens ornamenta legaverat ita, *Seia amicæ meæ ornamenta universa dari volo:* eodem testamento ita scripserat, *Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri* 19 *mihi, quæcunque* 20 *sepulturæ meæ causa feram ex ornamentis, lineas* 21 *duas ex margaritis, & viriolas* 22 *ex smaragdis;* sed neque heredes 23, neque maritus, cum humi corpus daret, ea ornamenta, quæ corpori jussus erat adjici, dederunt. Quæsitum est, utrum ad eam, cui ornamenta universa reliquerat, pertineant; an ad heredes? Respondit, non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.

15 Flor. *al.* essent. 98 Vel tunicam & palliolum ex synthesi præstaturum. *Hal.* 99 Id est, sin mihi quid humanitus non contigerit, & sic superstes fuero. *Goth.* Vide Sarmient. *select. lib.* 3. *cap.* 3. Ant. Augustin. *lib.* 2 *emend. cap.* 1. Ans. 100 Imagines ponendas interdum legabant veteres. vide *l.* 6. *in fin. ff. eod.* v. Petr. Fabr. *in semestribus.* 1 Imaginibus templorum qui eas ponebant, nomen suum inscribebant.

2 Ratio dubitandi sumitur à loci, quo legatum relictum est, qualitate. 3 *Puto legendum*, aut æreа, aut aurea, aut argentea, ut ex sequentibus potest colligi. 4 Et ita in dubio, jussus *signum* Deo ponere in eo templo, ubi nullum aureum sed argenteum vel æneum aliquod signum reperitur, argenteum debebit: & sic Bartolus non male sensit, Favore religionis, intelligi legatum in dubio id, quod majus est. adde Ludovicum Romanum *singul.* 5. 7. 5 Facit *l.* 37. *ff. de legat.* 1. Imo, non argenteum ponendum est, sed æreum: cum sit minus. *l.* 39. §. 6. *ff. de legat.* 1. *l.* 43. *ff. de leg.* 2.

6 *Al.* à viro. 7 Ea vitanda est. *l.* 5. *in fin. ff. de transact.* 8 *l.* 61. *ff. de oblig. & act.*

9 *Al.* domi. 10 *l.* 41. §. 6. *ff. de legat.* 3. 11 *Ita legendum videtur:* si perpetuæ, veluti thesauro, non si præsentis custodiæ causa, depositum esset. Nam mox sequitur, *esse solebat.* similis est error in *l.* 4. *ff. de instructo. l.* 17. §. 7. *ff. de act. empt.* 12 *Al.* domi. 13 *l.* 35. §. 3. *ff. de hered. inst. l.* 4. *ff. de instructo.* 14 *l.* 32. *ff. de leg.* 2. *l.* 18. §. 12. *ff. de instructo.* 15 Contubernales, qui eodem contubernio utuntur, vel usi contubernio, hoc est, lecto ac tentorio. adde Festum in *adtubernalis & contubernalis.* 16 Viatorium argentum, quo in via & itinere utimur. adde *l.* 7. *ff. eod.* 17 V. *l.* 19. §. 1. *ff. de annuis.* 18 Balneare argentum, quo in balneis utimur.

19 Hodie non licet inferre mortuis pecuniam, id est, sepelire una cum mortuo pecuniam. *l.* 4. §. 6. *ff. ad leg. Jul. peculat.* 20 Vide *l.* 14. §. 5. *ff. de religios.* vide *l.* 113. *in fin. ff. de legat.* 1.

21 Vide quæ scripsi ad *l.* 52. §. 25. *ff. de furtis.* 22 V. *l.* 8. §. 1. *ff. de optione.* 23 Adde *l.* 14. §. 5. *ff. de religiosis.*

TIT. III.

DE LIBERATIONE LEGATA.

1 Περὶ ἀπολύσεως καὶ ἀναδόσεως. 44 *Basil.* 10.

De eo, quod debetur. 1. De pignore.

1. ULPIANUS [lib. XXI ad Sabinum].

OMnibus debitoribus ea 2, quæ debent, recte legantur: licet domini eorum sint. §. 1. Julianus scripsit, si res pignori 3 data legetur debitori à creditore, valere legatum, habereque eum actionem, ut pignus recipiat, prius quam pecuniam solvat: sic autem loquitur Julianus, quasi 4 debitum non debeat lucrari: sed si alia testantis voluntas fuit, & ad hoc pervenietur exemplo luitionis.

2 *l.* 3. *ff. eod. l.* 86. *in fin. ff. de legat.* 1. *l.* 18. *C. de fideicommiss.* §. 13. *Inst. de legat.*

3 *l.* 21. *ff. eod.* adde *l.* 3. *ff. de pactis.*

4 Legans debitori suo pignus sibi obligatum, non præsumitur ei debitum remisisse, *ut hic.* Hoc legato accessorii (hoc est pignorum) legatum non intelligitur principale, seu debitum. *l. ex pupillari.* 44. *ff. de vulgar.* Quid, si pignus par sit debito? Aliud dicendum putat Bartolus, *arg. l. qui habebat.* 101. *ff. de leg.* 3. quod Angelo, Castrensi & Alexandro displicet: potest enim vel sola pignoris obligati remissio utilis esse legatario: & in *d. l. qui habebat*, res pignori obligata, non fuit legata debitori, sed alicui extraneo relicta. 5 Liberatio relinquitur variis modis. Expresse relinquitur, quotiens nimirum liberatio nominatim relinquitur. *l.* 3. *ff. eod.* Idem est, si tibi relinquo id, quod ipse mihi debeas, *l.* 1. *ff. eod.* si damno heredem meum non petere, *ut hic.* si chirographum tibi lego. *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 6 *l.* 5. *ff. eod.*

De eo, quod debetur. 2. De signo statuendo.

II. POMPONIUS [lib. VI ad Sabinum].

HEredem damnatum 5 *à fidejussore non petere*, à reo petere posse: sed à reo 6 petere vetitum, si à fidejussore petat: reo ex testamento

mentò teneri Celsus putat. §. 1. Idem [Celsus] ait, " nullam dubitationem habere, quin, herede petente à debitore vetito, nec heres: heredis petere possit.

An valeat adoptio. 1. De chirographo reddito, 2. Vel dato, ut reddatur. 3. De effectu rei legatæ. 4. An legatarius sit, cujus nomen non est scriptum in testamento.

III. Ulpianus [lib. xxiii ad Sabinum].

Liberationem debitori [8] posse legari, jam [9] certum est. §. 1. Sed etsi chirographum [10] quis decedens debitori suo dederit, exceptionem ei competere puto, quasi [11] pro [12] fideicommisso hujusmodi datione valitura. §. 2. Julianus etiam libro xl Digestorum scripsit: Si quis decedens, Chirographum Seii Titio dederit, *ut post mortem suam* [13] *Seio det, aut, si convaluisset, sibi redderet*; deinde Titius, defuncto donatore, Selo dederit [14], & heres ejus petat debitum: Seius doli exceptionem habet. §. 3. Nunc de *effectu legati* videamus: & si quidem mihi liberatio sit relicta, cum solus sim debitor, sive à me petatur, exceptione [15] uti possum; sive [16] non petatur, possim [17] agere, *ut liberet per acceptilationem*. † Sed etsi cum alio sim debitor, puta duo [18] rei fuimus promittendi, & mihi soli testator consultum voluit [19], agendo consequar, non [20] ut accepto liberet, ne [21] etiam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto [22] liberabor [23]. † Sed quid si socii [24] fuimus? videamus ne per acceptilationem debeam liberari: alioquin, dum [25] à conreo meo petitur, ego inquietor. Et ita Julianus libro [trigesimo secundo Digestorum] scripsit: si quidem socii non simus, pacto me debere liberari: si socii, per acceptilationem [26]. §. 4. Consequenter quæritur, an & ille socius pro legatario habeatur, cujus [27] nomen in testamento scriptum non est; licet commodum ex testamento ad utrumque pertineat, si socii sunt? Et est [28] verum, non solum eum, cujus nomen in testamento scriptum est, legatarium habendum: verum eum quoque, qui non est scriptus, si & ejus contemplatione liberatio relicta esset. §. 5. Utrique autem legatario habentur & in hoc casu: nam & si quod ego debeo Titio, sit ei legatum mei gratia, ut ego liberer, nemo me negabit legatarium: ut & Julianus eodem libro scribit, & Marcellus notat, utriusque legatum esse, tam meum, quam creditoris mei, & si solvendo fuero: interesse [29] enim creditoris, duos reos habere.

IV. Pomponius [lib. vii ex Plautio].

Quid ergo est, cum agere poterit [30] creditor ex testamento? non aliter heres condemnari debebit, quam [31] si caveatur ei *adversus debitorem defensuri*. Item agente debitore, nihil [32] amplius heres præstare debet, quam ut eum adversus creditorem defendat.

De reo, & fidejussore. 2. De patre, & filio. de marito.

V. Ulpianus [lib. xxiii ad Sabinum].

Si [33] quis reum habeat, & fidejussorem, *& reo liberationem* leget: Julianus ibidem scripsit, reum [34] per acceptilationem liberandum: alioquin [35], si fidejussorem cœperit convenire, alia ratione reus convenitur. † Quid tamen, si donationis [36] causa fidejussor intervenit, nec [37] habet adversus reum regressum? vel quid, si ad fidejussorem pecunia pervenerit, & ipse reum dederit vice sua, ipseque fidejusserit? pacto est reus liberandus. Atquin solemus dicere, " *pacti exceptionem* [38] *fidejussori dandam quæ res competit*: sed cum alia sit mens legantis, alia pacisentis, nequaquam [39] hoc dicimus. §. 1. Quod *si fidejussori sit liberatio legata*, sine dubio (ut & Julianus scripsit) pacto erit fidejussor liberandus: sed [40] & hic puto interdum acceptilatione liberandum, si vel reus ipse vere fuit, aut in eam rem socius reus. §. 2. Idem Julianus eodem libro scripsit, si [41] filiusfamilias debitor fuerit, *& patri ejus fuerit liberatio relicta*: patrem pacto [42] liberandum esse, ne etiam filius liberetur: & parvi (inquit) refert, si sit aliquid in peculio die legati cedente, necne: securitatem enim pater per hoc legatum consequitur, maxime (inquit) cum rei judicandæ tempus circa peculium [43] spectetur. † Huic patri similem facit Julianus maritum, cui uxor post divortium *liberationem dotis* legavit. Nam & hunc, licet die legati cedente solvendo non sit, legatarium esse: & utrumque, ait, solutum repetere [44] non posse. Sed est verius, quod Marcellus notat, patrem petere posse; nondum enim erat debitor, cum solveret: maritum non posse; quod debitum solvit: patrem enim etsi quis debitorem existimaverit, attamen loco esse conditionalis [45] debitoris, quem solutum repetere posse non ambigitur. §. 3. Sed si [46] damnatus sit heres *filium liberare*, non adjicit Julianus, utrum acceptilatione filius an pacto sit liberandus? Sed videtur hoc sentire, quasi acceptilatione debeat liberari: quæ [47] res patri quoque proderit. quod obtinendum est, nisi evidenter approbetur, contrarium sensisse testatorem, id est ne filius inquietetur, non, ne pater: tunc [48] enim acceptilatione eum non liberandum, sed pacto. §. 4. Idem Julianus scripsit, si pro filio pater fidejusserit [49], *eique liberatio sit legata*, eum pacto liberandum, quasi fidejussorem, non quasi [50] patrem: & ideo de peculio posse conveniri: hoc [51] ita demum putat, si duntaxat quasi fidejussorem eum voluit testator liberari: cæterum si & quasi patrem, & de peculio erit liberandus.

VI. Javolenus [lib. vi Epistolarum].

Post emancipationem vero filii eatenus [52] pater actionem habebit, quatenus aliquid ex peculio, aut in rem verso præstaturus est: id enim legatorum nomine ad patrem pertinebit, quod ejus intererit. §. 1. Illud quæri potest, an eo quoque nomine pater ex testamento agere possit, ut etiam filius actione liberetur? Quibusdam quoque extendi actionem placebat: quia patris interesse videatur, si peculium filio post emancipationem concessisset, integrum jus [53] ejus permanere. Ego contra sentio: nihil quicquam amplius patri præstandum ex ejusmodi scriptura testamenti puto: quam ut nihil ex eo, quod præstaturus heredi fuerit, præstet.

De parte. 1. De obligatione alternata. 2. De quantitate. 3. De herede damnato solvere creditori. 4. De actione & petitione.

VII. Ulpianus [lib. xxiii ad Sabinum].

Non solum autem, quod [54] debetur, remitti potest: verum etiam pars [55] ejus vel pars [56] obligationis: ut est apud Julianum tractatum lib xxxiii Digestorum. §. 1. Si is, qui stipulatus Stichum, aut decem, damnaverit heredem Stichum non petere: legatum valere constat: sed quid contineat videamus. Et Julianus scribit, actionem ex testamento in hoc esse videri, ut debitor accepto liberetur, quæ res utique debitorem & [57] in decem liberabit [58], quia * *acceptilatio solutioni comparatur* [59]: & quemadmodum si Stichum solvisset debitor, liberaretur, ita & acceptilatione Stichi liberari. §. 2. Sed si debitorem decem damnatus sit heres viginti liberare, idem Julianus scripsit [libro trigesimo tertio], nihilominus esse liberandum decem: nam & si ei viginti accepto ferantur, in decem liberabitur. §. 3. Sed si duobus heredibus Institutis, alterum ex his damnaverit creditori solvere, valet legatum propter coheredem: eumque ex testamento acturum, ut creditori solvatur. §. 4. Liberatio autem debitori legata * ita * demum effectum habet, si non fuerit exactum [60] id à debitore, dum vivat testator: cæterum, si exactum est, evanescit legatum.

§. 5. Unde quærit Julianus, si ab impuberis substituto sit liberatio relicta, deinde impubes exegerit, quod debetur: an evanescat legatum? Et cum constet pupillum in his, quæ à substituto [61] relinquuntur, personam sustinere ejus, à quo sub conditione legatur: consequens est, substitutum actione ex testamento teneri, si pupillus à debitore exegerit. §. 6. Idemque est, & si pupillus non exegerit, sed solummodo litem sit contestatus: teneri eum, ut remittat actionem. §. 7. Nam & si debitori liberatio sub conditione legata fuisset, & vel lis fuisset contestata, vel etiam exactum pendente conditione: ex testamento [62] actio maneret, liberatione relicta.

De debitore testatoris, vel heredis, vel alius. 1. De liberatione ad tempus. 3. De herede legatario. 5. De rationibus reddendis. 6. De dolo. 7. De causa obligationis.

VIII. Pomponius [lib. vi ad Sabinum].

Non solum nostrum debitorem, sed & heredis, & cujuslibet alterius [63], ut liberetur, legare possumus. §. 1. Potest heres damnari, ut [64] ad certum tempus non petat à debitore: sed sine dubio nec liberare eum intra id tempus debebit: & si debitor decesserit, ab herede [65] ejus intra id tempus peti non poterit.

§. 2. Illud videndum est, an ejus [66] temporis, intra quod petere heres vetitus sit, vel usuras, vel pœnas petere possit? & Priscus Neratius existimabat, committere eum adversus testamentum, si petisset. quod verum est. §. 3. Tale legatum, *Heres meus à solo* [67] *Lucio Titio ne petito*, ad heredem Lucii Titii non transit, si nihil vivo Lucio Titio adversus testamentum ab herede, eo quod ab eo exigere debitum tentavit, sit commissum: * quotiens [68] enim cohæret persona id, quod legatur, veluti personalis servitus, ad heredem ejus non transit; si non cohæret, transit.

§. 4. Si verba liberationis *in rem* [69] sint collata, pro eo est, quasi heres ab eo debitore heredeque [70] ejus petere vetitus sit: ut adjectio heredis perinde nihil valeat, atque non esset valitura, ipsius debitoris persona non comprehensa. §. 5. Is, qui *reddere* [71] *rationes jussus sit*, non videtur satisfacere, si reliquum [72] reddat non editis rationibus. §. 6. Si heres *vetitus sit agere cum eo, qui negotia defuncti gesserit*: non videtur obligatio ei prælegata, quæ [73] dolo [74], vel [ex] fraude ejus, qui negotia gesserit, commissa sit: & testator id videtur sensisse. ideo si heres negotiorum gestorum egisset, agens procurator ex testamento incerti, doli mali exceptione excludi potest. §. 7. Et ei [75] liberatio recte legatur, apud quem deposuero, vel cui commodavero, pignorive dedero: vel ei, quem ex furtiva causa mihi dare oportet.

De reliquis. De dolo.

IX. Ulpianus [lib. xxiv ad Sabinum].

Si [76] quis *rationes* [77] *exigere* vetetur, ut est sæpissime rescriptum, non [78] impeditur reliquas [79] exigere, quas quis se [80] reliquavit, & si quid dolo [81] fecit, qui rationes gessit. Quod si quis & hæc [82] velit remittere, ita debet legare: *damnas esto heres meus, quidquid ab eo exegerit illa vel illa actione, id ei restituere, vel actionem ei remittere.*

De reo, fidejussore, & extraneo.

X. Julianus [lib. xxxiii Digestorum].

Si damnatus heres fuerit, *à fidejussore quidem non petere: quod autem reus debet, Titio dare* pacisci [83] debet, ne à fidejussore petat, & adversus reum actiones [84] suas præstare legatario: quemadmodum damnatus heres *ne à reo petat*, & damnatus dare quod fidejussor debet, & reo acceptum [85] facere, & legatario litis æstimationem sufferre cogatur.

Si debitor fidejussori, aut debitor creditori legaverit.

XI. Idem [lib. xxxvi Digestorum].

Si debitor *fidejussorem suum ab herede suo liberari* jusserit, an fidejussor liberari debeat? Respondit, debere. Item quæritum est, an, quia mandati [86] actione heredes tenerentur, inutile legatum est, quod debitor creditori suo legat? Respondit, quotiens debitor creditori suo legaret, ita inutile [87] esse legatum, si nihil interesset creditoris, ex testamento potius agere, quam ex pristina obligatione: nam & si Titius mandaverit Mævio, ut pecuniam promitteret, deinde liberari eum jusserit à stipulatore, manifestum est, quantùm interfit promissoris liberari potius [88], quam præstare ex stipulatu, deinde mandati agere.

De

---

a *l.* 63. *ff. de adq. hær.*

8 *V. l.* 1. *ff. eod.*

9 Olim itaque non satis bene constabat. Hodie constat, *vel hæc & l.* 1. *ff. eod.*

10 *l.* 59. *ff. de pact.* 3.

11 Sc. partivale civile ob rem improbatis.

12 Imo, videtur donatio inter vivos. *l.* 1. *ff. de donat. l.* 3. *cod. Cod.* 41. *in fin. ff. de donat. cum mort. caus.* An hic dixit testator mortis ejus causa instrumentum dare? An hæc donatio causa mortis effectu ipso quasi fideicommissum est?

13 *l.* 18. § 2. *ff. de acquir. vel amitt. hæredit.*

14 Quid, si dare nolit? negotium teneatur. *l. si pupilli.* 6. § *si quis pecuniam.* 2. *ff. de negotiis.*

15 *l.* 22. *ff. eod. l.* 17. *C. de fideicommiss.*

16 Exceptionis subsidium, est actio. *v. l.* 8. *ff. de doli malis.*

17 *V. l.* 9. *in fin. ff. de novationib.*

18 *l.* 31. § 2. *ff. eod.*

19 Nempe quia mei unius contemplatione reliquit.

20 Acceptilationis & pacti differentia: Acceptilationem solutionis habet, pactum non habet.

21 Imo liberari non possum, quin mea liberatio prosit alteri, saltem pro ea parte, qua in me regressum habet. *l.* 2. *C. de duobus reis.* Contrarium verum.

22 *l.* 5. § 1. *l.* 10. *in pr. ff. eod.*

23 Atqui pactum minime hic videtur necessarium: cum mihi competat exceptio: nec enim pacto opus est, ubi exceptio est. *l. hæc Pipianis.* 14. § *Divus. ff. ut legatorum. l. penult. ff. de petit. hered.* Quoties exceptio nobis adest, agi non potest, ut pacto fe adversarius obliget: sed ut nos pacto etiam liberet. de quo vide hic Bartolum.

24 Omnium bonorum, vel in illo debito, sic ut inter nos lucrum & damnum esset commune. *l. eandem.* 9. *ff. de duobus reis.*

25 Convenimur ab adversario mediate vel immediate. Mediate per correum, seu correo nostro convento.

26 Differunt hæc duo, liberari per acceptilationem, & pactum. *d. l.* 10. *in fin. l.* 12. *in fin. ff. de ineff.*

27 Non nominatus in testamento, habetur pro legatario, si testator prodesse illi voluit. *Bart.*

28 Imo, non est verum: Nam creditor non habetur ut legatarius. *l. si cui.* 49. §. *fin. 6. & seq. ff. de leg.* 1. non habetur, nisi testator ei prodesse voluit. 29 Imo, non interest plures reos solvendo habere, si unum solvendo habeamus. *l. si quis stipulatus Stichum.* 112. §. *ult. ff. de verb. oblig.* v. Bart.

30 *Al.* possit. *al.* cœperit. 31 Formulam libelli observa, quo peto heredem compelli, ut me contra debitorem defendat: aut si minime id faciat, ut, in quod interest mea, damnetur. *Bald.*

32 Imo, non id agit, ut heres tantum præstet, quantum ipse præstaret creditori. *l.* 6. *ff. eod.* Sic sane, si heres nolit defendere. 33 Vide explicationem hujus loci apud Anton. Fabrum 4 *conject.* 18. 34 *l.* 2. *ff. eod.* 35 *l.* 3. § 3. *in fin. ff. eod.* 36 Fidejussor interdum donationis causa fidejubet. *l.* 32. *ff. de pactis. l.* 16. § 1. *ff. ad Velleian. l.* 9. § *non solum. ff. de Senatusconsult. Macedon.*

37 Fidejussor donationis causa fidejubens, regressum in reum principalem non habet. 38 *l.* 3. § 3. *ff. eod.* 39 Imo, pactum cum reo principali factum fideiussori prodest. *l. si mulier.* 16. § *si ab ea. l.* 8. *ff. ad Velleian.* 40 Fidejussor, cui relicta liberatio est, interdum pacto, interdum acceptilatione liberandus est. 41 Pater pacto liberandus est, cujus filiofamilias debitori liberatio legata est. 42 *l.* 6. *ff. eod.* 43 *l.* 27. *ff. eod.* 44 *l.* 9. *l.* 9. *ff. de condict. indeb.* 45 *l.* 48 *ff. de conditt. indeb.* 46 Filius, cui liberatio est relicta, in dubio acceptilatione liberandus est, quoties non eum solum voluit liberatum esse testator, sed & ejus patrem: alias pacto tantum liberandus est.

47 Acceptilatio facta filiofamilias debitori, prodest ejus patri: pacto vero facta liberatio, non prodest. 48 Differentiam pacti & acceptilationis observa. 49 Fidejubere pro filio pater potest. *l* 1. § 3 *ff. quod jussu.* 50 *V. l.* 6. *ff. quod cujusque univers.* 51 Liberatione patri filii fidejussori legata, interdum ipse pater, vel pacto vel acceptilatione liberandus est: pacto, si eum testator liberari voluit quasi fidejussorem; acceptilatione, si eum liberari voluit, ut patrem. Priore, non posteriore casu pater, cui ea liberatio est relicta, de peculio tenetur. 52 Imo, non id agere debet, ut defendatur. *l.* 4. *ff. eod.*

53 Quod habetur filio succedat, § 6 *Inst. quib. mod. jus patr. potest.* hinc nota, Non habendam affirmationem spei, quod quis alteri possit succedere, *Bart.* Spes quidem est, sed ei potest, successionis: verum ea spes illegitima est. *l. ult. C. de jur. dot.* vide tamen *l.* 3. § *sed utrum. ff. de minorib.*

54 Totum debitum.

55 *V. l.* 9. *ff. de acceptilat.*

56 Vel ut ne ad tempus petatur. § 13. *Inst. de leg.*

57 Liberatione unius rei sub alternatione debitæ relicta, liberatio alterius quoque rei relicta intelligitur, *ut hic.*

58 Imo, non liberabit in altera. *l. qui hominem.* 11. *ff. tit. prox.* Ibi speciei liberatio est: hic unius partis alternativæ.

59 *l.* 31. *in fin. ff. de novat. l.* 5. *l.* 16. *ff. de acceptilatione.* Imo, acceptilatio non comparatur solutioni. *l.* 49. *in fin. ff. de solut.*

60 Vel solutum. *l.* 21. *ff. eod.*

61 Relictum à substituto videtur relictum conditionaliter ab ipso pupillo. *l.* 11. § 5. *ff. ad l. Falcid.*

62 *V. l.* 17. *C. de fideic.*

63 Extranei.

64 *l.* 28. § 8. *ff. eod.* § 13. *Inst. de legat.*

65 § 4. *ff. eod.*

66 *l.* 40. *ff. de rebus credit.*

67 *l.* 20. *ff. eod.* Goth. Vid. God. *de contrab. stipulat. c.* 9. *num.* 165. Ans.

68 Legatum personæ cohærens (ut est personalis servitus) ad heredem non transit.

69 Liberatione in rem collata, heres testatoris petere prohibetur, non modo à debitore testatoris, sed & à debitoris herede.

70 *l.* 15. *ff. eod.*

71 Rationes reddere, est edere rationes legendas, & computandas: tradere etiam libros rationum, instrumentaque actus sui: instruere heredem de singulis, quæ ad eam rem pertinent, & non hoc tantum, sed etiam reliqua solvere in solidum, *ut hic.* Rationum redditio incipit à facto, id est, computatione & distinctione rationum, & desinit in pecuniæ dationem: qua de causa mista est conditio, quæ in faciendo & dando constitit. vide plura in *l. cum servus.* 82. *ff. de conditionib. & demonstr.*

72 *l.* 13. § 2. *ff. de manumiss. test.*

73 Prohibitus petere à debitore, non intelligitur prohibitus id petere, quod debitor dolo vel fraude subtraxit. Ita ad dolo ablata non extenditur liberatio debitori relicta.

74 *l.* 9. *ff. eod.*

75 Quid? liberatione relicta depositario, commodatario, creditori pignoratitio, obli-

De rationibus reddendis.

XII. IDEM [lib. XXXIX Digestorum].

LUcius Titius, cum Erotem actorem haberet, codicillis ita cavit, *Erotem liberum esse volo: quem rationes* 88 *reddere volo ejus temporis, quod erit post novissimam meam subscriptionem* 89: postea vivus Erotem manumisit, in eodem actu habuit, rationesque subscripsit usque in eum diem, qui fuit ante pauciſſimos dies, quam moreretur: heredes Lucii Titii dicunt, quasdam summas & servum adhuc Erotem & postea liberum accepisse, neque in eas rationes, quæ à Lucio Titio subscriptæ sunt, intulisse. Quæro, an heredes ab Erote nihil exigere debent ejus temporis, quo Lucius Titius subscripsit? Respondi, Erotem ex ea causa, quæ proponeretur, liberationem petere non 90 posse: nisi & hoc specialiter ei remissum est.

88 Dixi ad *l.* 9. *ff. eod.*

89 His verbis videtur prioris temporis liberationem reliquisse.

90 Liberatio ab onere reddendarum rationum, ad reliqua non porrigitur, nisi exprimatur. *Bart.*

De exceptione perpetua.

XIII. IDEM [lib. LXXXI Digestorum].

SI creditor debitori, qui se exceptione 91 perpetua tueri poterat, legaverit, quod sibi deberet: nullius 92 momenti legatum erit: At si idem debitor creditori legaverit, intelligendum erit, exceptionem eum remitti creditori voluisse.

91 *l.* 21. *in fin. ff. eod. l.* 28. *ff. de legat.* 1.

92 Imo, alicujus momenti: legatum enim liberationis parit actionem, ut legatarius liberetur per acceptilationem. *l.* 5. §. 1. *ff. eod.*

De die, & conditione.

XIV. ULPIANUS [lib. I Fideicommissorum].

IDem est, & si in diem 93 debitor fuit, vel sub conditione.

93 Id est, puta post annum. *l.* 82. *ff. de legat.* 2.

De herede heredis.

XV. IDEM [lib. LXIV ad Edictum].

SI quis in testamento damnatus est, *ne à Titio debitore exigat*: neque ipsum, neque 94 heredem ejus potest convenire 95. nam neque heredis heres agere, neque ab heredis herede potest peti. Heredis 96 autem heres potest damnari, ne exigat debitorem.

94 *l.* 8. §. 4. *ff. eod.*

95 Et sic in dubio, relictum liberationis intelligitur in rem, ut personam heredis comprehendat.

96 *l.* 5. *in fin. ff. de legat.* 3.

De locatione, & conductione.

XVI. PAULUS [lib. IX ad Plautium].

EI cui fundum in quinquennium locaveram 97, legavi *quidquid* 98 *eum mihi dare facere oportet, oportebit ve, ut fineret heres sibi habere.* Nerva, Atilicinus, si heres prohiberet eum frui, ex conducto 99; si jure locationis quid retineret, ex testamento fore obligatum aiunt: quia nihil interesset, peteretur 100, an retineret: totam enim locationem legatam videri:

97 Conductori liberatio legari potest.

98 His verbis, *quidquid eum mihi dare facereve oportet oportebitve*, omne id videtur remissum, ad quod præstandum actione personali debitor tenetur: remissa videtur locatio: idque omne, cujus nomine tenebatur ratione doli, vel culpæ, vel reliquorum: item ut heres teneatur pati uti frui, ut gratuitam habitationem præstet, *ut hic. & l.* 17. *l.* 18. *ff. eod.*

99 Ut si liberatæ sint hæ personæ à deposito, commodato, &c. res ab eis peti non possit: sin liberatæ sint actione depositi & commodati, peti possit: ut vult Gulielmus Cuneus, *l.* 8. *in fin. ff. eod.* An potius liberatione hisce personis relicta, dolus, culpa, & omnis alia hujusmodi præstatio remissa intelligitur: non autem ipsa res seu species, ut censet Bartolus, *argum. l. Nesennius*, 41. §. *fundum. ff. de re judicata. l. si in* 24. §. *ultim. ff. locati?* Sane id verum existimat Bartolus in liberatione speciei: at non in liberatione pecuniæ: Hanc enim esse plenam, & ab ipsa re liberationem.

100 *Al.* peteret.

XVII. JAVOLENUS [lib. II Labeonis Posteriorum].

REliqua quoque in judicio locationis venire:

1 *l.* 24. *in fin. ff. locati. l.* 30. *in fin. ff. de usu & usufr. leg.*

2 Quoad is. *Hal.*

3 Adde *l.* 8. §. *pen. ff. eod.*

4 *Al.* exigi.

5 *l.* 8. §. 3. *ff. eod. l.* 28. §. 1. *ff. eod.*

6 *Al.* vivet.

7 Causa perlata. *Hal.* cum prolatis Alciatus legit. *Prolatorum* nomine intelligit res, quas patefamil. ex urbe rus advehit. Alciat. 6 *parerg.* 23. Sed Anton. Augustin. legit Caperlatam, idque nomen possessionis fuisse ait. Augustinus 3 *emendat.* 7. adde Cuj. 7 *obs.* 16.

8 Imo, non est diversum. *l.* 15. *ff. eod.*

9 Curator adolescenti, id est, puberi datur.

XVIII. PAULUS [lib. IX ad Plautium].

CAssius: Etiamsi habitatio eo modo legata esset, gratuitam habitationem heres præstare deberet. & præterea placuit, agere posse colonum 1 cum herede ex testamento, *ut liberetur conductione.* quod rectissime dicitur.

De causa obligationis.

XIX. MODESTINUS [lib. IX Regularum].

CUm ita testemur: *Heres meus damnas esto liberare illum, quod* 2 *negotia* 3 *mea gesserit: & si quid eum mihi dare facere oportet, ab eo non exigere:* damnatur heres, nec creditas ab eo quoque pecunias exiget. in simili autem legato vix est, ut de eo quoque legando paterfamilias senserit, quod servis ejus peculii nomine debetur.

De herede debitoris. 1. De dolo curatorum, & eo, quod apud ipsos est.

XX. IDEM lib. X Responsorum.

A *Urelio Sempronio fratri meo. Neminem molestari volo nomine debiti, neque exigere* 4 *aliquid ab eo* 5, *quamdiu viveret* 6, *neque de sorte aut usura nomine debiti: & absolvo* [ei] *& libero ex pignoribus ejus domum & possessionem Caperlatham* 7. Modestinus respondit, ipsum debitorem, si conveniatur, exceptione tutum esse, diversum 8 in persona heredis ejus. §. 1. Gaius Seius cum adolevisset 9, accepit curatores Publium Mævium, & Lucium Sempronium: sed [enim] idem Gaius Seius intra legitimam 10 ætatem constitutus, cum in fatum concideret 11, testamento 12 suo de curatoribus suis ita cavit, *Quæstionem* 13 *curatoribus meis nemo faciat, rem enim ipse tractavi.* Quæro, an rationem curæ heredes adulti à curatoribus petere possint: cum defunctus (ut ex verbis testamenti appareat) confessus sit, se omnem rem suam administrasse? Modestinus respondit: si 14 quid dolo 15 curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt, eo nomine conveniri eos posse.

Quibus modis legatum liberationis vel nominis extinguitur.

XXI. TERENTIUS [CLEMENS lib. XII ad legem Juliam & Papiam].

SI id, quod mihi [deberes 16, vel tibi vel alii legavero, idque mihi] solveris 17, vel qualibet alia ratione liberatus à me fueris: extinguitur legatum. §. 1. Unde Juliano placuit, etsi debitori heres extiterit creditor, posteaque ipse creditor decesserit: legatum extingui. & hoc verum est: quia *confusione perinde extinguitur obligatio, ac solutione.* §. 2. Sed si sub conditione dato legato heres præoccuparit, & exegerit debitum: aliud dici oportet, quia in arbitrio heredis esse non debet, ut, quandoque conditione existente, neque ipsi legatario debeatur legatum, si tum vivat & capere possit, neque ei, ad quem hoc commodum pervenit, si legatarius capere non possit.

De exceptione, & actione.

XXII. PAPINIANUS [lib. XIX Quæstionum].

QUod mihi Sempronius debet, peti *polo* 18. non tantum exceptionem habere debitorem, sed & fideicommissum, ut liberetur, petere posse responsum est.

De procuratore.

XXIII. IDEM [lib. VII Responsorum].

PRocurator, *à quo rationem heres exigere prohibitus, eoque* 19 *nomine procuratorem liberare damnatus est*, pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quem ut procurator fecit, jure mandati cogetur restituere, vel actiones præstare.

8 Imo, non est diversum. *l.* 15. *ff. eod.*

9 Curator adolescenti, id est, puberi datur. 10 Dixi ad *l.* 27. *ff. de negotiis.* 11 *Al.* Concederet. 12 Testamentum facere adultus potest, etiamsi curatorem habeat, *ut hic.* 13 *l.* 5. §. 7. *ff. de admin. tut.* 14 5 *Harmenop.* 11. §. 55. Liberatio curatoribus relicta, non extenditur ad dolum eorum & reliqua. vide *l.* 8. §. 6. *ff. eod.* vide plura hic apud Bartolum. 15 *l.* 9. *ff. eod. l.* 28. §. 9. *ff. eod. l.* 5. §. 7. *ff. de admin. tut. v. l.* 18. *C. de fideicomm.* 16 *Al.* debes, *vel* debeas. 17 *l.* 7. §. 4. *ff. eod. l.* 24. *in fin. ff. eod.* 18 *l.* 3. §. 3. *ff. eod. l.* 37. §. 4. *ff. de leg.* 3. *l.* 8. *ff. de doli exc.* §. 13. *Inst. de leg.*

19 His verbis restringitur liberationis legatum: quæ si deessent, ac liberatus simpliciter fuisset procurator, aliud diceretur. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.*

Si debitor heredis post mortem testatoris solverit.

XXIV. IDEM [lib. VIII Responsorum].

CUm heres rogatur debitorem suum liberare: de 20 eo tantum cogitatum videtur, quod in obligatione manserit. itaque si quid ante tabulas apertas fuerit solutum, ad causam fideicommissi non pertinebit: quod autem post tabulas apertas ante aditam hereditatem, ab eo, qui voluntatem defuncti non ignoravit, fuerit exactum 21, dolo proximum erit, ideoque repeti potest.

20 Liberatio heredi heredis relicta ad debitum tempore apertarum tabularum restringitur.

21 *l.* 21. *ff. eod.*

De certa quantitate, vel specie adjecta, vel non.

XXV. PAULUS [lib. X Quæstionum].

LEgavi Titio quod mihi debetur, vel adjecta certa quantitate, sive specie, vel non adjecta: aut ex contrario, æque cum distinctione: veluti, *Titio* 22, *quod ei debeo*: vel ita, *Titio centum, quæ ei debeo* 23. Quæro, an per omnia requirendum putes, an debitum sit: & plenius rogo, quæ ad hæc spectant, attingas, cottidiana 24 enim sunt? Respondi, Si is, cui Titius debebat, debitum ei remittere voluit, * nihil interest, heredem suum jussit, ut eum liberaret, an prohibeat eum exigere: utroque enim modo liberandus est debitor, & utroque casu competit ultro ad liberandum debitori actio. † Quod si etiam centum aureorum vel fundi debiti mentionem fecit: si quidem debitor fuisse probetur, liberandus est: quod si nihil 25 debeat, poterit dici quasi falsa demonstratione adjecta, etiam peti, quod comprehensum est, posse. Sed poterit hoc dici, si ita legavit, *Centum aureos, quos mihi debet*: vel 26, *Stichum* 27, *quem debet, heres meus damnas esto non petere.* † Quod si 28 sic dixit, *heres meus centum aureos, quos mihi* [*Titius*] *debet, damnas esto ei dare* 29: etiam illud tentari poterit, ut petere possit, quasi falsa demonstratione 30 adjecta. quod mihi nequaquam placet: cum dandi verbum ad debitum referre se testator existimaverit. † Contra autem, si debitor creditori leget, nullam 31 utilitatem video, si sine quantitate leget. Sed & si id demonstret, quod debere se confitetur: nulla utilitas est, nisi in his speciebus in quibus 32 emolumentum debiti ampliatur. Quod si centum aureos, quos se debere dixit, legavit: si quidem debet, inutile est legatum: quod si non fuit debitor, placuit utile esse legatum: certa enim nummorum quantitas similis est Sticho legato cum demonstratione falsa: idque, & D. Pius rescripsit, certa pecunia dotis acceptæ nomine legata.

22 Puta ei, qui meo nomine fide-jussit. *l.* 11. *ff. mod.*

23 Id fit per damnationem vel finendi modum: ex quoque verba pro demonstratione sunt.

24 Quotidiana plenius tractanda. *l.* 1. *ff. de suppellex tutoris.*

25 *l.* 75. §. 1. *ff. de legat.* 1.

26 Hæc verba, *vel Stichum, quem debet heres meus, damnas esto non petere*, dispunguenda esse, notat Anton. Faber 5 *conjectur.* 2.

27 Cujac. 5 *ad Afric. sel.* 78. videtur velle ita intelligi: Decem, quæ mihi debet, heres meus damnas esto non petere: quia liberationem legavi, non qualitatem. Si nihil debeat Titius, nulla legati petitio est.

28 Quæ ratio est hic differentiæ? Anton. Fab. *ibid.*

29 Id est, *donare*, vel remittere.

30 Falsa demonstratio non vitiat legatum. *v. l.* 33. *ff. de condit. & demonstr.*

De tutore, & pupillo.

XXVI. SCÆVOLA [lib. IV Responsorum].

TUtor decedens aliis heredibus scriptis, pupillo suo, cujus tutelam gessit, tertiam partem bonorum dari voluit, *si heredibus suis tutela causa controversiam non fecerit* 33, *sed eo nomine omnes liberaverit*; pupillus legatum prætulit, & postea nihilominus petit quicquid ex distractione aliave causa ad tutorem suum ex tutela pervenerit: Quæro, an verbis testamenti ab his exactionibus excludatur? Respondit, si, prius quam conditioni pareret, fideicommissum percepisset, & pergeret petere id, in quo contra conditionem faceret, doli mali exceptionem 34 obstaturam: nisi paratus esset, quod ex causa fideicommissi percepisset, reddere: quod ei ætatis beneficio indulgendum est.

31 Cur ita? Qui, neque modo, neque tempore, neque conditione, neque loco debitum differt, inutiliter legat. *l.* 29. *ff. de legat.* 1.

32 *V. l.* 66. *ff. de leg.* 1.

33 A legatario possumus liberationem relinquere heredibus nostris.

34 Agnito legato conditionali legatarius impugnans conditionem removetur.

De peculio.

XXVII. TRYPHONINUS [lib. VIII Disputationum].

VIdeamus, si ei 35, cum quo de peculio actio erit, liberatio testamento legata sit: an si die, quo legata cedere solent, nihil in peculio sit, legatarii loco habetur? atquin nondum debitor fuit: nec procedit, ut emolumentum aliquod ex legato ad eum perveniat, nisi propter spem 36 futuri peculii, nunquid ergo in pendenti sit, an legatarius fuerit, perinde atque si qua alia causa spem legati dubiam faceret?

35 Adde *l.* 5. §. 4. *ff. eod. l.* 57. *ff. de pecul. l.* 45. *ff. de jure dot.*

36 Spe legatarius quis nonnunquam dicitur, licet re non sit legatarius. *Bart.*

De fideicommisso, Ne quid ex ratione tutelæ à pupillis exigatur. 1. *De eo, quod post testamentum debens cœpit.* 3. *De liberatione patri relicta.* 4. *De ratione tutelæ non posscenda.* 5. *De imminutione fideicommissi.* 6. *De sorte, & usuris.* 7. *De rationibus non reddendis à manumisso.* 8. *De liberatione ad tempus.* 9. *De rationibus actus non reddendis à manumisso.* 10. *De liberatione ad tempus.* 11. *De rationibus actus non reddendis.* 12. *De eo, quod tutori debetur.* 13. *Si ut creditori legetur.*

XXVIII. SCÆVOLA lib. XVI Digestorum.

ARelius Symphorus fidejusserat pro tutore quodam, & decedens eisdem pupillis legavit in hæc verba: *Arellio Latino, & Arellio Felici, singulis quina* 37, *cum quis eorum quatuordecim annorum fuerit: ad quod tempus præstari eis volo, singulis alimentorum nomine mensuos denarios senos, & vestiarii nomine annuos denarios viginti quinque: quo legato contenti esse debetis, quando tutela vestra non minimo damno rationem meam adstrinxerit: à vobis autem heredes mei peto, ne quid ex ratione tutelæ ab his* 38 *exigere, vel ab hoc legato eorum retinere velitis.* Quæsitum est, si heres ejus ex causa fidejussionis aliquid præstiterit: an ab herede filiorum ejus, pro quo fidejusserat, repetere possit? Respondit, verbis, quæ proponerentur, id solum videri heredum fideicommissum, ne exigerent, quod ex ratione tutelæ, quam ipse Symphorus administraverat, ab Arelliis sibi deberetur.

§. 1. Testamento facto, debitoribus liberationem reliquerat: post inciso 39 lino, & recognito testamento, aliud testamentum fecit, in quo repetiit legatum his verbis: *quibusque legata in eo testamento, quod incideram, dedi, omnia rata esse, & quæque scripta sunt, volo.* Quæsitum est, adita ex sequente testamento hereditate, an debitores, quibus priori testamento liberatio relicta erat, consequi possint, ut etiam ejus 40 quantitatis nomine, quam post prius testamentum debere cœperant, liberarentur; & si ab his heredes petere cœperint, an doli mali exceptione summoverentur? Respondit, non liberari. §. 2. Titius Seio debitori suo ita legavit, *Do lego Seio denarios decem. Item dono illi quidquid sortis & usurarum nomine mihi debebat*: præterea generaliter damnavit heredes, fideique eorum commisit, uti darent, restituerent unicuique quidquid ei legasset: postea Seius aliam præterea pecuniam à Titio mutuatus est. Quæro, an hæc quoque pecunia 41, quæ post testamentum factum data esset Seio, legata intelligatur? Respondit, cum in præteritum tempus verba collata proponerentur: non esse posterius credendum legatum. §. 3. Titius testamento facto, & filiis heredibus institutis, de patre 42 tutore suo quondam facto ita locutus est: *Seium patrem meum liberatum esse volo ab actione tutelæ.* Quæro, hæc verba quatenus accipi debent, id est, an pecunias, quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis

37 Quina, bina, dena, & his similes voces sunt distributiva. v. quæ scripsi ad *l.* 96. §. 2. *ff. ad l. Falcid.*

38 Liberatio relicta pupillo non extenditur ad ejus tutorem.

39 *l.* 30. *C. de testam.*

40 Legatum liberationis ad debitum tempore testamenti restringitur, non ad post contractum. *Bart.* Hoc est, liberatio relicta debitoribus, refertur ad eos debitores, qui debitores erant tempore testamenti, *ut hic.* Rutgosius *cons.* 37. Eadem ratione liberatione relicta debitoribus, intelligitur relicta debitoribus puræ, non in diem. Raph. *cons.* 170. ut nec iis videtur liberationem testator reliquisse, qui res ejus possident: quia non proprie debitores dicuntur. Bald. in *l. cum necessitatem.* 18. *C. de fideicomm.* & in *l.* 1. *C. de falsa causa adjecta*, nam etsi rei vindicatione conveniri possint. §. 1. *Inst. de act.* 1. 1. *C. de alienat. judic. mut. caus. facta. l. actionum* 25. *ff. de dol.* 41 Adde *l.* 102. *ff. de legat.* 3. 42 Liberatio generalis patri relicta continet liberationem socus in extraneo. *Bart.* de hac præsumptione vide 1 Alciat. *præsumpt.* 6.

exactis in suos usus convertit, vel nomine suo fœneravit, filiis, & heredibus testatoris, nepotibus suis debeat reddere? Respondit, eum, cujus notio est, æstimaturum *: *præsumptio enim propter naturalem* 43 *affectum facit, omnia patri voluisse concessisse*: nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus ejus approbetur 44. §. 4. Mævia 45 testamento suo alterum ex heredibus suis actione tutelæ voluit liberari his verbis: *rationem tutelæ, quam egit Julianus* 46 *Paulus cum Antistio Caverne, peto ab eo nolo, eoque nomine causa omni liberatum esse volo*: Quæro, an si qua pecunia ex tutela apud eum remanſit, peti ab eo possit? Respondit, nihil proponi cur pecunia, quæ 47 pupillæ est, & apud tutorem posita maneret, legata videretur. §. 5. Testamento ita scripserat: *Titio adsini meo quidquid mihi quacunque ex causa debebat, remitti volo, eoque amplius decem do.* codicillis ita scripsit: *Titio hoc amplius adsini & debitori meo usuram pecuniæ, quam mihi debebat, ab herede meo donec adviver* 48. *Quod si exigere ultra voluntatem meam putaverit, ejus sortis usuram eidem Titio ab heredibus meis, donec vivat, præstari volo.* Quæsitum est, cum augendi potius, quam minuendi testator voluntatem habuerit: an heredes ex causa fideicommissi Titio teneantur, ut eum omni debito liberent? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri minutum legatum, quod primo dederat. §. 6. Legatum est testamento hoc modo: *Seio concedi volo, quidquid mihi ab eo debitum est, vel fide sua mecum pro eo obligavi.* Quæro, utrum id solum, quod testamenti facti tempore debebatur, legatum sit: an etiam, si quid ex ea summa usurarum 49 nomine postea accessit, legato cedat? Respondit, videri omnem obligationem ejus debiti per fideicommissum solvi voluisse. §. 7. Stycho testamento manumisso fundum instructum & alia legavit, & hæc verba adjecit: *quem rationem reddere veto, quia* 50 *instrumenta penes se habet.* Quæsitum est, an Stichus reliqua, quæ ex administratione actus debuerat, reddere debuerit? Respondi, Stichum eo nomine non teneri. Claudius: nemo enim ex servitutis actu 51 post libertatem tenetur, & consultatio 52 ad jus debiti relata fuerat: retineri ergo reliqua possunt cum peculio, aut ex eo deduci, si legatum est 53.

§. 8. *Centum quæ apud Apronianum deposita habeo, apud ipsum esse volo, donec filius meus ad annos viginti pervenerit: ejusque pecuniæ usuram exigi vetо.* Quæsitum est, an ex causa fideicommissi Apronianus consequi possit, ne ante 54 tempus à testatore præscriptum ea summa ab eo exigatur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, consequi posse. §. 9. Filias heredes scripserat, quarum fidei commisit in hæc verba: *Ne a Gaio Seio rationes actus rei meæ, quæ per mensam* 55 *ejus, [sive extra mensam], in diem mortis meæ gesta est, exigatis: eoque* 56 *nomine cum liberetis.* Quæsitum est, cum universas rationes in diem mortis ite 57 administraverit, & 58 per mensam suam, & [quæ] extra administrabantur: an ad rationes reddendas heredibus teneatur? Respondit, liberationem quidem secundum ea quæ proponerentur, legatam esse: sed quatenus præstanda sit, ex 59 qualitate disceptationis judicem æstimaturum.

§. 10. Eum, qui tutelam ipsius administraverat, [&] fratrem suum, & alios [quosdam] scripsit heredes: & tutori legavit, *quæ impenderat in se, & fratrem ipsius, decem.* Quæsitum est, an utile esset in persona ejus fideicommissum? Respondit, si id dederit per fideicommissum, quod debebatur: peti 60 non posse.

§. 11. Idem quæsiit, si in tutoris persona inutile esset, an in persona fratris utile videretur, quoniam illi proficeret, cujus, & ipsius tutelam administrasset? Respondit, fratri utiliter esse legatum: cum suo debito liberetur. §. 12. Idem quæsiit: si tutor amplectеretur fideicommissum, ita ut quibusdam 61 stari vellet verbis testamenti, in quibusdam autem recedat, quod minorem quantitatem sumptuum dicat fideicommisso contineri, quam ipse erogaverat, an audiri deberet? Respondit, non 62 impediri eum scriptura testamenti, quominus omne, quod sibi deberi probasset, petere posset. §. 13. Quidam ita legavit: *Sempronia uxori meæ reddi jubeo* 63 *ab heredibus meis quinquaginta ea quæ mutua* 64 *acceperam chirographo particulatim in negotia mea.* Quæsitum est, an, si vere uxoris debitor fuerit, fideicommissum constiterit? Respondit, si debita 65 fuissent, nullum esse fideicommissum. §. 14. Idem quæsiit, an si hanc pecuniam ut debitam apud judicem petierit, & victa fuerit: an fideicommissum peti possit? Respondit, secundum ea, quæ proponuntur, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuisset non fuisse ex alia causa debitum.

De duobus reis.

XXIX. PAULUS [lib. VI ad legem Juliam & Papiam].

SI is, qui duos reos promittendi habet, damnaverit heredem, ut utrosque liberet: si alter ex his capere non possit, nec socii sint, delegari debebit is, qui nihil capit 66, ei, cui hoc commodum lege competit: cujus petitione utrumque accidit, ut & hoc commodum ad eum perveniat, & is, qui capit, liberetur: Quod si socii sint, propter 67 eum, qui capax est, & ille capit 68 per consequentias, delegato illo per acceptilationem: id enim eveniret, etiamsi solum capacem liberare jussus esset.

De judicio non exercendo.

XXX. IDEM [lib. X Quæstionum].

PEtitor 69 vel possessor damnavit heredem suum, *ne centumvirale* 70 *judicium exerceat*: de effectu legati quæritur? Et dictum, ita demum utile videri legatum esse, si malam causam adversarius testatoris habuit, ut litigante herede vinci debuerit. tunc enim non tantum litis emolumentum, sed etiam sumptus heres legatario præstare cogitur: nam in bona 71 causa nihil videtur esse in legato, nec 72 propter 73 sumptus; quod quidam existimaverunt.

De solutione post testamentum facta. 1. De rationibus à liberto non reddendis. 2. De ratione tutelæ non reposcenda. 4. De sorte & usuris. 5. De novatione post testamentum facta.

XXXI. SCÆVOLA [lib. III Responsorum.]

CReditor debitori legavit ita: *Gaio Seio quidquid mihi sub pignore hortorum suorum debuit, ab heredibus meis dari volo* 74. Quæro, cum testator vivus à Seio aliquid recepit, an id ex causa legati peti possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse. † Idem repetit: & ait, [item] testatorem ante factos codicillos, quibus legavit, pene omnem pecuniam sortis & usurarum recepisse, ita ut modicum sortis & usurarum debeatur: & quæsiit, an ei petitio 75 competeret, propter verba ad præteritum relata, *quidquid mihi debuit?* Respondit: Prius quidem secundum ea, quæ proponerentur, recte responsum est: verum posterius, propter ea quæ in tempore adderentur, ita ab judice æstimandum, ut inspiceret, oblivione pecuniæ solutæ, aut quod eo inscio numerata esset, id fecisset, an consulto, quod quantitatem quandam debitam, non jus liberationis dare voluisset. §. 1. Inter cætera liberto ita legavit, *Et si quid me vivo gessit, rationes ab eo exigi veto.* Quæritur, an chartas 76, in quibus rationes 77 conscriptæ sunt, item reliquas 78, secundum accepta 79 & expensa, heredibus reddere debeat? Respondit, ea, de quibus quæreretur, posse heredem vendicare, id autem, quod convertis, qui remanent in hereditate, crediderit, & in rem domini versum esset, desisse in reliquis esse. §. 2. Titia, quæ duos tutores habuerat, ita cavit: *Rationem tutelæ meæ, quam egit Publius Mævius cum Lucio Titio, reposci ab eo nolo*: Quæritur, an si qua pecunia apud eum ex tutela remansit, peti ab eo possit? Respondit, nihil proponi, cur non pecunia, quæ pupillæ esset, & apud tutorem remaneret, legata videretur. §. 3. Item quæritur, an contutor liberatus videretur? Respondit, contutorem non 80 liberari. §. 4. *Gaio Seio optime merito hoc amplius lego, concedique volo, neque ab eo peti, neque ab heredibus ejus, quidquid mihi aut chirographis aut rationibus debitor est, vel quidquid a me mutuum accepit, vel fidem meam pro eo obligavi.* Quæro, utrum id solum, quod eo tempore, quo testamentum fiebat, debebatur, legatum sit: an & si quid ex ea summa usurarum 81 nomine postea accessit, legato cedat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri omnem 82 obligationem Seio ejus debiti per fideicommissum solvi voluisse. §. 5. Item quæritur, si postea novatione facta & ampliata summa, cœperit debere: an id, quod ex vetere contractu debebatur, nihilominus in causa legati duret, & an vero novatione facta, quasi novus debitor ampliatæ summæ possit conveniri? Respondit, id duntaxat legatum videri, quod tunc debuisset: si tamen mansit in ea voluntate testator, quæ tunc fuisset.

---

43 *l.* 50. *in fin. ff. de legat.* 1. *l.* 72. *l.* 103. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* Valer. 5. 4. vid. Alciat. *Dissens.*

44 Approbatur. *Hal.*

45 *V. l. ult.* §. 2. *ff. eod.*

46 *Al.* Julius.

47 Liberatione *generali* ea remissa non videntur quæ vindicare testator potuit.

48 Hoc verbum reperitur in *l.* 30. *ff. de adim. mend.* vid. Cujac 8. *Obs.* 36.

49 Sortem remittens testator, intelligitur usuras quoque remittere post testamentum contractas. *l.* 31. §. 4. *ff. eod.* Goth. De legato liberationis quando ad accessoria trahatur, v. Menoch. *lib.* 4 *præsumpt.* 164. *n.* 30. Ans.

50 Ratione adjecta, solent legata restringi.

51 Id est, ex eo quod eum servus effici gessit. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 5. *C. an servus pro suo facto post manum. teneatur. l.* 4. *C. de test. manum.*

52 Ex responsione colligimus, quid in ipsa interrogatione dictum aut cogitatum fuerit, *ut hic.* Item positiones ex responsione rei: ut ex conclusione capita antecedentia libelli intelligimus. adde *l. cum pater.* 77. §. *dulcissime.* 20. *ff. de legat.* 2. *l. epist.* 75. *ff. ad Trebell.*

53 Quod sibi legatum est.

54 *l.* 8. §. 1. *ff. eod.* Liberatio cui ad tempus relicta est, silentium interim adversario imponi petere potest.

55 Mensæ argentariorum quid, dictum est *l.* 26. *ff. de constituta pecunia.*

56 Id est, quatenus vires legati patiuntur.

57 *l.* 20. *in fin. ff. eod.*

58 Actum dominicum administrabant servi, vel per mensam, vel extra.

59 Legatum, *ne rationes exigantur*, eatenus extendi vel ampliari oportet, quatenus testatorem voluisse colligemus.

60 Cur ita? vid. *l.* 25. *in fin. ff. eod.*

61 Vid. *l.* 75. *ff. de reg. jur.*

62 Imo, impediri videtur: nec enim cuique concessum est, pro parte probare & pro parte reprobare. *l.* 27. *ff. de procuratoribus.*

63 *Jubeo* verbum est precarium, & utrunque significat, volo, sive cupio; hæc verba *παρακλητικὰ* dicuntur, & inflexa & fideicommissaria. verba hæc precaria sunt, peto, rogo, volo, mando, *l.* 2. *C. comm. de legat.* §. *ult. Inst. de singulis rebus per fideicomm.* item, deprecor, cupio, injungo, desidero, *l.* 115. *l.* 118. *ff. de leg.* 1. & relinquo. *l.* 78. §. 8. *ff. ad Treb.* v. Cujac. 4 *sent.* Paul. 1. §. 6. 64 Mutuum inter conjuges est permissum, *ut hic.* Imo, & omnis contractus præter donationem. dixi ad *l.* 31. §. 3. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* 65 Si debitor fuisset. *Hal.* 66 Junge *l.* 140. *ff. de verb. sign.* quæ est ejusdem libri. 67 Quod per me non possum, possum interdum propter alium (puta meum socium). *l.* 13. §. 7. *ff. de accept. lat. l.* 4. *ff. de decurionibus. l.* 55. *ff. de adquir. hered.* 68 Imo capere non debet. *l.* 5. §. 1. *ff. de donat. inter vir.* 69 Hereditatis scil.

70 Id est, petitionem hereditatis. vid. *l. ult in pr. C. de petit. hered.* 71 Id est, si adversus testatorem legatarius bonam habiturus fuisset causam, legatum ei relictum nihil proficeret.

72 Sed nec propter. *Hal.* 73 Principali in causa si legatum non valet, propter sumptus litis etiam non valebit. 74 Adde & has formulas legandæ liberationis: heres libera, ne exige, *l.* 25. *ff. eod.* parte contentus esto, *l.* 37. §. 4. *ff. de leg.* 3. dotem marito meo restitue. *l.* 77. §. 2. *ff. de leg.* 2. plura vobis legassem, nisi me parens vester male accepisset, & hostes substantiam meam abstulissent, *l.* 17. §. 1. *ff. de doli mali.* soluta est mihi pecunia. *l.* 1, *l.* 4. *C. de falsa causa.*

75 *Al.* repetitio.

76 Rationibus reddendis testamento liberatus volumina rationum tradere cogitur, & reliqua quæ apud eum sunt. adde *l. si servus vetitur.* 119. *ff. de legat.* 1.

77 *l.* 12. *ff. eod.*

78 Reliquæ, reliqua. ut *l.* 9. *ff. eod.*

79 Rationum duæ partes præcipuæ, accepti & expensi.

80 *l.* 3. §. 3. *ff. eod.* Relativum ea ratione restringit suum antecedens ad quod directo ac principaliter refertur, non ad quod accessorie.

81 *l.* 28. §. 6. *ff. eod.*

82 Hinc, & ex §. *ult. ff. eod.* collige, legatum liberationis porrigi ad debitum accessorie.

---

forie post testamentum contractum, & ad nomen etiam debitum, quod primi loco succedit. *Bart.* vide quæ scripsi ad *l.* 28. §. 1. *ff. eod. l.* 7. *ff. de auro.*

TIT. IV.

DE ADIMENDIS [1], VEL TRANSFERENDIS [2] LEGATIS VEL FIDEICOMMISSIS.

De actu & itinere.

1. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

QUi actu 3 legato iter adimat 4, nihil adimit 5: quia nunquam actus 6 sine itinere esse potest 7.

De proprietate, & usufructu. 2. De parte.

II. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

FUndo legato adimi ita potest, *Fundum illi præter* 8 *usumfructum neque do, neque lego*: ut ususfructus in legato relinquatur.

§. 1. Sed & fructus 9 adimi potest, ut proprietas relinquatur.

§. 2. Item pars 10 fundi legati adimi potest.

Conditiones non minus adimi quam adscribi possunt. De translatione conditionali. 4. Legatum secundo si primus legatarius alienaverit. 5. Si plus adimatur quam datum sit. 6. Si aliud detur, aliud adimatur. 7. De incertitudine. 8. De puritate & conditione. 10. De imminutione. 11. De nuda voluntate. De immicitia, 14. Et reconciliatione.

III. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

SI quis ita legaverit: *Titio fundum do, lego* 11: *si Titius decesserit* 12, *Seio* 13 *heres meus dare damnas esto* 14, recte translatum 15 legatum videtur: sed etsi jam mortuo eo, cui legatum erat, easdem res transtulerit, Sempronio debetur. §. 1. Si quis Titio legaverit sic: *Titio dato; aut si Titius ante decesserit, quam accipiat* 16, *Sempronio dato*: secundum meram subtilitatem utrique obligatum videri heredem, id est, [&] Sempronio & heredi Titii. sed si quidem mora Titio ab herede facta est, ad heredes ejus legati exactio transmittitur, Sempronio repellendo: sin autem nulla mora intercesserit, tunc Sempronius legatum accipit, & non Titii heredes: sed si ante 17 diem legati cedentem decesserit Titius, soli Sempronio debetur legatum. §. 2. Idem dicendum est, & fideicommissa hereditate puero data, aut, si ante restitutam decessisset, matri ejus relicta: ut si puer ante diem legati cedentem decessisset, matri debeatur; si postea, ad pupilli heredes fideicommissum transmittatur, utpote re 18 ipsa mora subsecuta. §. 3. Sed & cum quis ita legasset: *heres meus Titio dato: si non dederit, Sempronio dato*: ita demum Sempronio debetur, si dies ejus in persona Titii non cessisset. §. 4. Si quis ita 19 legaverit: *heres meus Titio fundum dato, & si Titius eum fundum alienaverit, heres meus eundem fundum Seio dato*: oneratus est heres. non enim à Titio fideicommissum relictum est, si alienasset fundum, sed ab herede ei legatum est: heres igitur debebit, doli exceptione opposita, prospicere sibi cautione 20 à Titio de fundo non 21 alienando. §. 5. Si quis plus 22 quam dedit, ademerit, ademptio valet: veluti si quis viginti legaverit, & quadraginta ademerit. §. 6. Si loci usumfructum leget testator, & iter adimat: non valet ademptio, ne vitiatur legatum. † Sicuti qui proprietatem fundi legat, iter adimendo, legatum non minuit. §. 7. Si duobus Titiis separatim legaverit & uni ademerit, nec 23 appareat cui ademptum sit: utrique 24 legatum debetur: quemadmodum & in dando, si non appareat cui datum sit, dicemus neutri 25 legatum.

§. 8. Si Titio fundus pure, eidemque sub conditione legatus sit; deinde postea ademptum sit sic, *Titio fundum, quem sub conditione legavi, heres meus ne dato*: ex nulla 26 datione debetur; nisi specialiter dixerit, pure eum legatum velle accipere. §. 9. Conditio 27 legati an adimi possit, vel hereditatis, vel statuliberi, vel dendstare non fingatur. *Bart.* adde *l.* 23. *in fin. ff. de cond. instit.* 17 *l.* 10. *in fin. ff. eod.*

18 *l.* 5. *C. in quibus causis in integr.* 19 Vid. Anton. Merend. *controv. lib.* 4. *cap.* 21. Ans.

20 *l.* 69. §. 3. *ff. de legat.* 2. Facto legatarii quoties heres damnum sentire potest, legatarius ei cavere de illo non faciendo cogitur *Bartolus.* 21 *l.* 67. §. 5. *ff. de legat.* 2.

22 Plus qui adimit, quam dedit, & id quod minus est, ademisse intelligendus est. Minus enim inest ei, quod plus est. vide *l.* 110. *ff. de regulis juris.* 23 *l.* 10. *in fin. ff. de rebus dubiis.* Goth. Personarum incertitudo vitiat legatum. Vide Leoninum *emendat. lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 6. Ans.

24 *Al.* neutri. *Al.* utique. 25 Utrumque: sic enim à quibusdam legi scribit *Bartolus.*

26 Ademptio si ad rem refertur, adimi quoque omnis dispositio facta circa illam rem videtur. *Bart.* 27 *l.* 53. *ff. de cond. & demonstr.*

1 II *Instit.* XXI. An & quatenus legatum vitiatum, mutatum, extinctum, finitum dicatur inspecta dispositione legis vel Principis, inspecto modo vel forma legati, inspecta mutatione formæ rei legatæ, inspecto facto testatoris, legatarii, jure, casu eveniente, & tempore. vide apud Simonem de Prætis, *lib.* 4. *de interp. ult. volunt. Interpretatione ultim. Dubitatione ult.*

2 Addit *Ecloga* ἢ ἀπὸ χειρὸς εἰς ἄλλον, id est, de restitutione. 44 *Ecloga.* 17.

3 Actu legato, iter ei adimi non potest.

4 Adimit. *Hal.*

5 Cur? quia iter ad actum, est pars substantialis: partis autem substantialis ademptio nihil valet. *Bart.* adde *l.* 14. §. 1. *in fin. ff. de usu.*

6 Actus sine itinere esse non potest.

7 Imo, esse potest: est enim abitinere actus diversus. *l.* 1. *ff. de servit. rustic.*

8 Negativa oratio, si prior est, dictio *præter* ponit illud de quo prius erat dispositum. *Bart.*

9 *d. l.* 14. §. 1. *ff. de usu.*

10 *l.* 3. §. *penult. l. ult. ff. eod.*

11 Audis legatum.

12 Audis conditionem.

13 *Al.* Sempronio.

14 Audis quæ heres jubeatur facere post eventum conditionis.

15 *l.* 25. *ff. ad Trebell.*

16 Verbum *accipiendi* verificatur, sive accipiat legatarius, sive per eum non stet, sive per eum

dendum: Et Julianus scribit, in statulibero detractam conditionem non repræsentare libertatem. Papinianus quoque lib. XVII quæstionum scribit generaliter, conditionem adimi non posse: nec enim datur (inquit) conditio, sed adscribitur: quod autem adscribitur, non potest adimi, sed quod datur: Sed * melius est, sensum [28] magis, quam verba amplecti; & conditiones [29] sicuti adscribi, ita & adimi posse. §. 10. Cum Titio centum testamento legasset, & eidem codicillis ita legasset, *Titio* [30] *quinquaginta dumtaxat* [31], *nec amplius heres meus dato*: non amplius quinquaginta legatarium petiturum. §. 11. Non solum autem legata, sed & fideicommissa adimi possunt: & quidem nuda [32] voluntate [33]. Unde quæritur, an etiam inimicitiis interpositis fideicommissum non debeatur? Et si quidem capitales [34] vel gravissimæ [35] inimicitiæ intercesserint, ademptum videri, quod relictum est: sin autem levis offensa, manet fideicommissum. Secundum hæc & in legato tractamus, doli [36] exceptione opposita.

IV. IDEM lib. XXXIII ad Sabinum.

QUod si iterum in amicitiam redierunt, & pœnituit [37] testatorem prioris offensæ: legatum vel fideicommissum relictum redintegratur: *ambulatoria* [38] *enim est voluntas defuncti usque ad vitæ supremum exitum.*

Collatio ademptionis & translationis.

V. GAIUS lib. II ad Edictum Urbicum.

SIcut adimi legatum potest, ita & ad alium transferri [39]: veluti hoc modo, *quod* [40] *Titio legavi, id Seio do lego*: quæ res in personam Titii tacitam [41] ademptionem continet.

Quibus modis translatio fit.

VI. PAULUS [lib. V ad legem Juliam & Papiam].

TRanslatio legati fit quatuor modis: aut enim *à persona* [42] *in personam* transfertur: aut *ab* [43] *eo, qui dare jussus est*, transfertur, ut alius det: aut cum *res* [44] *pro re* datur, ut pro fundo decem aurei: aut quod pure datum est, transfertur *sub conditione*. §. 1. Sed si id, quod à Titio dedi, à Mævio dem, quamvis soleant esse duo ejusdem rei debitores, tamen verius est hoc casu ademptum esse legatum: nam cum dico, *quod Titium dare damnavi, Seium damnas esto dare*, videor dicere, ne Titius det. §. 2. Item si pro fundo decem legentur, quidam putant non esse ademptum prius legatum: sed verius est, ademptum esse. *novissima* [45] enim *voluntas servatur.*

VII. ULPIANUS [lib. XIV ad Sabinum].

QUod si alii legetur sub conditione, quod alii pure datum est: non plene recessum videtur à primo [46]: sed ita demum, si conditio sequentis extiterit. cæterum si hoc animo fuerit testator, ut omnimodo recessum à primo putaverit, dicendum erit, à primo ademptum legatum.

VIII. JULIANUS [lib. XXXII Digestorum].

ET ideo si vivo testatore mortuus fuerit is, in quem translatum legatum fuerit: nihilo magis ad eum, à quo translatum fuerit, pertinebit.

Si quantitas bis relinquatur, bis debetur: nisi animo adimendi secunda voluntas fuit expressa. Bart.

IX. ULPIANUS [lib. V Disputationum].

CUm centum, quæ quis pure reliquit, conditione adjecta iterum [47] eidem legavit: si quidem quasi aliam hanc summam esse voluit, & quod pure relictum est, statim debebitur; & quod sub conditione adscriptum est, si conditio extiterit. † Quod si eandem summam mutata voluntate sub conditione reliquit: pura datio, conditionalis effecta videbitur. Quare si in eodem testamento, in quo centum adscripserat, postea quinquaginta [48] reliquerit: si quidem [49] alia voluit esse hæc quinquaginta, centum quinquaginta debebuntur: sin vero quinquaginta tantum deberi voluit, quinquaginta tantum debebuntur. † Idem est, & si in codicillis [id] fuerit factum.

De ademptione, 1. Vel translatione conditionali.

X. JULIANUS lib. XXXVII Digestorum.

SI legatum pure datum Titio, adimatur [50] sub conditione, & pendente conditione Titius decesserit: quamvis conditio defecerit, ad heredem Titii legatum non pertinebit: nam legatum cum sub conditione adimitur: perinde est, ac si sub contraria conditione datum fuisset. §. 1. Quod ita legatum est, *Titio decem heres meus dato: si Titio non dederit* [51], *eadem decem Sempronio dato*: si moriatur Titius ante [52] diem legati, Sempronius legatum utiliter peter: translatum enim legatum intelligi debebit.

De legato generis, & ademptione speciei.

XI. IDEM lib. LIV Digestorum.

QUi hominem legat, & Stichum adimit [53], non [54] perimit legatum, sed extenuat [55]:

XII. ULPIANUS lib. L ad Sabinum.

UT Stichum legatarius eligere non possit.

De eo quem testator pessimum libertum vocavit.

XIII. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

DIvi Severus & Antoninus rescripserunt, cum testator postrema [56] scriptura, quaqua ratione motus, *pessimum libertum esse adjecisset*: ea quæ priori scriptura ei relicta fuerant, adempta videri [57].

De legato inutili. 1. De ademptione ex his causis, quibus datio non valet.

XIV. FLORENTINUS lib. XI [58] Institutionum.

Legata inutiliter data, ademptione non confirmantur: veluti si domino herede instituto, [servo] pure legatum, sub conditione adimatur: nam * pure [59] legatum si sub [60] conditione adimatur, sub contraria conditione datum intelligitur [61]: & ideo confirmatur: ademptio autem quo minus, non quo magis legatum debeatur, intervenit. §. 1. Quibus ex causis datio legati inutilis est, ex iisdem causis etiam ademptio inefficax [62] habetur [63]: veluti si viam [64] pro parte adimas, aut pro parte liberum esse vetes.

De alienatione & redemptione servi legati.

XV. PAULUS [lib. singul. de adsignatione libertorum].

CUm servus legatus à testatore, & alienatus [65], rursus redemptus sit à testatore, non debetur [66] legatario, opposita exceptione [67] doli mali: sane si probet legatarius novam voluntatem testatoris, non [68] submovebitur.

Collatio inductionis, & ademptionis.

XVI. IDEM ex lib. singul. de jure Codicillorum.

NIhil interest [69] inducatur [70], quod scriptum est, an adimatur.

De priore & posteriore scriptura.

XVII. CELSUS lib. XXII Digestorum.

NIhil prohibet [71], priorem scripturam posteriore [72] corrigere, commutare, rescindere.

De donatione rei legatæ.

XVIII. MODESTINUS lib. VIII Differentiarum.

REm legatam si testator vivus [73] alii donaverit, omnimodo extinguitur legatum: nec [74] distinguimus, utrum propter necessitatem rei familiaris, an mera [75] voluntate donaverit: ut, si necessitate donaverit, legatum debeatur; si nuda voluntate, non debeatur: hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit, cum * nemo [76] in necessitatibus liberalis existat.

De fideicommisso relicto à legatario, cui legatum ademptum est.

XIX. IDEM lib. II Responsorum.

MOdestinus respondit: Si adimendo legatum, quod Mævio relictum sit, fideicommissum ab eo datum defunctus revocare [77] noluit [78]: heredes [79] ex causa fideicommissi conveniri posse recte probari.

De translatione in eum, cui deberi non potest.

XX. POMPONIUS lib. I ad Quintum Mucium.

LIcet transferam legatum in eum [80], cum quo nobis testamenti factio non est, sive in servum proprium, sive cui sine [81] libertate legavero: licet eis non debeatur, nec [82] illi tamen debebitur, cui fuerit ademptum.

Cui adimi potest.

XXI. LICINIUS RUFINUS lib. IV Regularum.

LEgatum nulli alii [83] adimi potest, quam [84] cui datum est: quapropter si filio aut servo alieno legatum fuerit, domino * aut patri legatum adimi non [85] potest.

De inimicitiis.

XXII. PAPINIANUS lib. VI Responsorum.

EX parte heres institutus, etiam legatum acceperat: cum testator inimicitiis gravissimis [86] persecutus, cum testamentum aliud facere instituisset, neque perficere potuisset, præteriit: Hereditariæ quidem actiones ei non denegabuntur, sed legatum si petat, exceptione doli mali submovebitur.

De possessione empta ex pecunia legata.

XXIII. IDEM lib. VII Responsorum.

PAter inter filios facultatibus divisis [87] filiam ex ratione primipili [88] commodorum trecentos aureos accipere voluit; ac postea de pecunia commodorum possessionem paravit [89]: nihilominus fratres & coheredes sorori fideicommissum præstabunt [90]. Non enim absumptum videtur, quod in corpus patrimonii versum est. Cum autem inter filios diviso patrimonio, res indivisas ad omnes coheredes pertinere voluisset, ita possessionem ex commodis comparatam dividi placuit, ut in eam superflui pretii filia portionem hereditariam accipiat: hoc enim eveniret, in bonis pecunia relicta [91].

De translatione legati conditionalis. 1. De donatione rei legatæ.

XXIV. IDEM lib. VIII Responsorum.

LEgatum sub conditione datum, cum transfertur, sub eadem conditione [92] transferri videtur, si non conditio priori personæ cohæreat: nam [93] si quis uxori *sublatis* [94] *libertis* legaverit, repetita conditio non videbitur, quæ fuit in persona mulieris necessaria [95]. §. 1. Pater hortos instructos filiæ legavit; postea quædam ex mancipiis hortorum uxori donavit [96]: sive donationes confirmavit, sive non confirmavit, posterior voluntas filiæ legato potior erit [97]. Sed etsi [98] non valeat donatio, tamen [99] minuisse filiæ legatum pater intellegitur.

De duo-

---

48 *l.* 10. §. *de confirmand. tut.* v. *l.* 3. C. *de liberis præterit.*

29 Non solum res legata adimi potest, sed & qualitas rei legatæ adjecta.

30 Pars enim adimi potest. *l.* 2. *in fin.* §. *eod.*

31 Dictio *taxativa*, in residuo inducit ademptionem. An dictio taxativa posita in lege nova sufficit ad inducendam veteris correctionem? Bartolus post alios negare videtur, Jason autem ait, idque puto verius.

32 Ad adimendi formas refer *l.* 13. *l.* 16. *l.* 29. §. *eod. l.* 14. *circa fin.* §. *de legat.* 1. *l.* 18. §. *de leg.* 3. *l.* 32. §. 4. §. *de usufructu legato l.* 27. C. *de fideicommiss.*

33 Adde *l.* 27. C. *de testam.*

34 V. *l.* 9. §. *de his quæ ut indign. l.* 3. §. *de testib.*

35 Gravissimæ inimicitiæ, majoris partis bonorum vel status. §. 11. §. 12. *Inst. de excusat tutorum. l. ult. in fin. princ.* C. *de revoc. donat.*

36 *l.* 15. §. *eod. l.* 19. §. *de reg. jur.* Goth. Facit *l.* 22. *h.t.* vid. Aurpach. *lib.* 4 *epist. cap.* 5. Ans.

37 V. quæ scripsi ad *l.* 5. C. *familiæ.*

38 Vid. *l.* 32. §. 3. *in fin.* §. *de donat. inter vir. & uxor.*

39 §. 1. *Inst. eod.* Goth. V. Alciat. *lib.* 7 *parerg. c.* 8. Ans.

40 Prioris obligationis commemoratione inducitur novatio. *l.* 47. §. *de verb. obl.*

41 Translatio in alium tacitam ademptionem induci. *Bart.*

42 Ejus cui legatur.

43 Id est, ab eo à cujus persona legatur.

44 *l.* 30. §. 1. §. *eod. l.* 23. C. *de leg.*

45 V. *l.* 87. §. *de cond. & demonstr.*

46 Cur ita? vid. *l.* 6. §. *quando dies legat.*

47 Bis si quantitas modis diversis relinquitur, bis debetur, nisi animo adimendi secunda voluntas fuerit expressa. *Bart.*

48 Centum quinquaginta. & ita hunc locum restituit Ant. Fab. 5 *Conject.* 18. nam & ea summa mox sequitur: & id agit Ulpianus, ut doceat tantum deberi, quantum sit legatum.

49 *l.* 44. *in fin.* §. *de legat.* 2.

50 Vide *l.* 6. §. *quando dies legati.*

51 Puta quia decessit. *l.* 3. §. 1. §. *eod.*

52 Imo etsi decesserit antequam accipiat, legatum utiliter petet: veluti in fideicommisso universali receptum est. *l. quidam ita.* 25. §. *ad Trebell.* An diversitatis hæc differentia est, quod in legato quantitatis dominium recta via non transeat, sicut in pit: in fideicommisso vero universali acceptatio, id est, cognitio fideicommissarii necessaria est, ejusque factum requiritur; cum in fideicommisso damnum esse possit, in legato vero merum lucrum versetur? 53 Adde *l.* 7. §. 1. §. *de liberatione.* 54 Imo, perimit. *l. non solum.* 7. §. 1. §. *de liberatione legat.* Hic in legato generis: ibi, in alternativo. 55 Extenuare & adimere legatum differunt. Qui adimit, in totum perimit: qui extenuat, non in totum perimit, sed partem tantum adimit. 56 *l.* 6. *in fin.* §. *eod.* 57 Imo non videtur: nec enim testimonio vel querelis testatoris fides adhibenda. *l.* 3. §. 1. §. *ad Silanianum. Novell.* 115. *cap.* 3. §. *causor.* Hic testator legatum tantum adimit: ibi, pœnam infligere vult. Ita in dicta Novella testator vult auferre filio successionem quæ ei lege debetur: hic, beneficium indebitum. 58 *Al.* primo.

59 Adimens sub conditione, dat sub conditione. 60 Ita non adimero, dare est. Λωτάτη, dixi ad *l.* 29. *in fin.* §. *de probat.*

61 Privatione posita seu constituta, videtur sequi positio habitus. *Bart.*

62 Imo, non est inefficax: quia inutilis ademptio non perimit legatum. vide *l.* 20. §. *eod.*

63 Et e contra. vid. *l.* 26. §. *eod.*

64 Vid. *l.* 11. *in fin.* §. *de servit.*

65 Testator supervivens, si eam rem, quam reliquit, vendiderit, extinguitur fideicommissum. Paul. 4 *sent.* 1. §. 9. Goth. Alienatione rei legatæ an legatum censeatur ademptum, v. Anton. Meread. *lib.* 3 *controv. tap.* 46. Ans.

66 Non reconvalescit. Cur ita? quia servo herede cum libertate instituto, & post alienato, & mox redempto, institutio convalescit. *l.* 9. §. 16. §. *de hær. Instit.*

67 *l.* 3. *in fin.* §. *eod.*

68 V. *l.* 19. *in fin.* §. *de reg. jur.* Imo, submovebitur. *l.* 18. §. *eod. l. verum est.* 58. §. *de usurp. testam. in d. l.* 18. Distinguitur alienatio spontanea à necessaria. In *l. verum.* 58. specialis est favor libertatis: nisi dicatur ex *l.* 4 §. *eod.* cessantibus inimicitiis, causam adimendi cessare præsumi; meram autem alienationem legati, non esse causam voluntatis mutatæ, sed indicium tantum.

69 Adde *l.* 3. *in fin.* §. *eod.*

70 Adimit legatum, qui inducit. *l.* 1. *l.* 2. §. 2. §. *de his, quæ in testam.*

71 Cur ita? vide *l.* 4. *in fin.* §. *eod.*

72 *l.* 6. *in fin.* §. *eod. l.* 87. §. *de cond. & demonstr.*

73 Adde Paul. 4 *sent.* 1. §. 9.

74 Ut in alienatione, *l.* 11. §. 12. §. *de leg.* 3. dixi ad *l.* 3. C. *de legatis.*

75 Mera voluntas, quæ necessitatem non continet.

76 *l.* 19 §. *de donat.* ἀδιὰ ἕκαστον ἐστὶν ἀμάρτημα. 44 *Eclog.* 17. Donare nemo præsumitur, quoties res familiaris necessitate premitur.

77 *l.* 9. §. *de usu & usufr. legat.*

78 In dubio autem non præsumitur revocare velle.

79 Legatum simpliciter ademptum apud heredem cum suo onere remanet, *ut hic.* ut per contrarium, quoties in alium transfertur, cum suo onere transfertur. *l. Galo.* 13. §. *de aliment.* 80 *l.* 34. §. *de legat.* 1. Goth. Legatum etiam perimitur per translationem inutiliter factam. Bart. *hic.* & ad *l. fundum.* §. *minor.* §. *de fundo instructo.* Socin. *consil.* 172. Joseph. Ludovic. *comm. conclus.* 24. *num.* 18. Ans.

81 *l.* 4. C. *de legat.* 82 Imo, illi non debebitur. Inutilis enim translatio non perimit legatum. *arg. c. non præstat. de reg. in* 6. *l.* 1. §. *de nov. l. si id, quod.* 7. §. *de rescind. vend.* Aliud in contractibus, qui duorum voluntate constant: aliud in ultimis voluntatibus, *ut hic.* & *l. plane.* 94. §. *de legat.* 1. Atqui rursus possis dicere, ademptione inutili non vitiari legatum. *l.* 14. *in fin.* §. *eod.* Ibi ademptio inutilis erat rei & incertitudinis ratione: hic autem de inutili agitur, quæ utilem habet in se ademptionem. 83 Cur? quæ facti sunt, non transeunt ad alium. *l.* 44. §. *de cond. & demonstr.* 84 Nec enim ei adimi potest, qui non habet. 85 Imo, potest. *l. legatum servo.* §. §. *de legat.* 1. *l.* 1. §. *per servum.* §. *de successorio.* Parentes & domini legata filiis & servis possunt repudiare: & tamen legatum eorum filiis vel servis, non potest illis adimi. Nam cum repudiatur mortuo jam testatore, rem fiam repudiant. Adimi autem illis, quod (vivo utpote testatore) eorum non fuerit, non potest. 86 Adde *l.* 3. *in fin.* §. *eod.* 87 Parentes nonnunquam bona sua inter liberos testamento dividebant, *ut hic.* & *l.* 30. §. 3. §. *eod. l. si filia nupta.* 20 §. *si pater.* §. *l ex parte.* 39. §. *pater.* 5. *l. quæ pater.* 50. §. *familiæ. l. quoties.* 10. *l. si cogitatione.* 21. *l. licet.* 23. C. *familiæ. l. scriptura.* 10. C. *comm. utriusque judicii.* Sic Constantinus inter liberos testamento imperium divisit. Theodoret. 1 *hist. eccles.* 2. Sozom. *ult.* 1 Ruff. 11. 88 Primipilum, annona militaris. C. *de primip.*

89 Pater scilic. & sic pecuniam in alios usus transtulit. *l.* 96 §. *de legat.* 1. Si ex pecunia legata per testatorem aliquid emitur, legatum non extinguitur, sed ex re empta præstatur. *Bart.*

90 Imo, non præstabunt. Nam alienatione rei legatæ extinguitur legatum, *l.* 18. §. *eod.* Hic autem pecunia legata est in emptionem rei alicujus: atque ita pecunia alienata est. Sic sane: sed tamen rem emptam ea pecunia in suo patrimonio retinuit testator. Imo, ut res empta servata fuerit in patrimonio, extinguitur etiam legatum. *l. Seia.* §. *de auro.* Ibi species legata: hic quantitas in genere. genera non ita facile perimuntur, ut species. 91 *l.* 25. *in fin.* §. *similiter.*

92 *l.* 95. §. *de condemn. & demonstrat.* 93 Legatum intelligitur transferri cum sua conditione: nisi conditio cohæreat personæ. 94 Vide *l.* 4. C. *quando dies legatorum.*

95 Vide Cujacium 10 *observat.* 17. 96 Inutiliter scilicet. Gothofred. Vide Johann. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 1. *num.* 39. Ans. 97 Cur ita? vel ideo quod per donationem inutilem inducitur legati ademptio. *Bartolus.* 98 Dixi ad *l.* 18. §. *eod.* 99 Inutili donatione inducitur legati ademptio.

De duabus prælegatis.

XXV. IDEM lib. IX Responsorum.

A Lteri ex heredibus præceptionem prædii dedit; mox alteri præstari adversus debitorem actiones ad 100 eum 1 finem mandavit, quo prædium fuerat comparatum: cum postea prædio distracto citra ullam offensam ejus, qui præceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonii redisset, non 2 esse præstandas actiones coheredi, respondi.

Si servo legato legatum fuerit.

XXVI. PAULUS [lib. IX Quæstionum].

SI 3 servo cum libertate dato legato & alienato adimatur libertas: quamvis alieno inutiliter adimatur 4, tamen legatum ad emptorem non perventurum: & merito. constitit enim ademptio, quia potuit 5 redimi: sicut datio, cum in eum confertur, qui testamenti faciendi tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. §. 1. Quid ergo, si eum, quem liberum esse quis jusserat, manumiserat vivus, deinde codicillis libertatem ei ademerit? videamus, an perditerit legatum vana ademptio libertatis: quod quidam putant: sed *supervacua scriptura non nocet legato* 6.

XXVII. IDEM [lib. XXI Quæstionum].

SErvus legatus est, & ei aliquid: si alienato eo adimatur quod ei legatum est, valet ademptio: quia & legatum potest procedere, si redimatur. §. 1. Servo legato, & inter vivos manumisso, si legatum adimatur: nullius momenti ademptio est. igitur legatum, quod ipsi datum est, capiet: nam etsi rursus in servitutem reciderit, non tamen legatum ejus resuscitabitur 7: novus 8 enim videtur homo esse.

De posteriore scriptura.

XXVIII. VALENS [lib. V Fideicommissorum].

SI tibi certam rem legavero, & rogavero te, *ut eam Titio restituere*; deinde 9 eandem rem tibi fideicommisero, nec rogavero te, ut alii eam præstares: quæritur, an in tua potestate sit, ex causa fideicommissi eligere, ut fideicommissum non præstes? & 10 magis posteriorem 11 scripturam testamenti placuit spectari.

De liberto, quem testator ingratum appellavit.

XXIX. PAULUS [lib. III Sententiarum].

LIbertus 12, qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus 13 postea 14 eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata 15 voluntate, actionem ex testamento habere non potest.

De fideicommisso translato ab herede ad legatarium. 1. De legato translato in heredem, si heredi atem omiserit. 2. De ademptione modi. 3. De mutatione voluntatis pro parte. 4. De translatione ob suspicionem mortis ejus, à quo transfertur.

XXX. SCÆVOLA [lib. XX Digestorum].

ALumnæ suæ plura legaverat: quædam ex his abstulit: quædam ut præstarentur, ab herede suo petiit: in quibus viginti dari voluit his verbis, *Hoc amplius do, lego, daríque volo viginti auri libras*: & adjecit, *fideique tuæ, Attî, committo, ut imprimis Sempronium sororem tuam pro tua pietate & regere & tueri velis: & si putaveris eam ad bonam vitæ consuetudinem reversam, tum viginti auri libras ei reddere, cum morieris: interim tamen reditus* 16 *ejus*, id est, *usuras semisses ei præstes*: postea codicillis ad Mævium legatarium easdem 17 viginti libras auri transtulit, & fidei ejus commisit in hæc verba, *Viginti libras auri, quas* 18 *testamento Sempronie alumnæ meæ reliqui, eas dari volo Mævio, cautionibus interpositis, ut ex ea summa eidem Sempronie, quandiu advixerit* 19, *præstet mensibus denarios quinque, & vestiarii nomine denarios centenos vicenos quinos, idque fidei vestræ committo: certa* 20 *sum autem te, Mævi, pro tua pietate petiturum ab herede tuo, ut voluntas mea in persona alumnæ meæ duret.* Quæritur est, an Mævius legatarius cogendus sit post mortem suam viginti libras auri Sempronie restituere, sicut rogatus fuerat Attius heres? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, viginti quidem auri libras non cogendum præstare: sed alia, quæ ab eo alumnæ relicta sunt, deberi & à Mævio, & ab herede ejus, donec vivit alumna. §. 1. Titia testamento Seiam libertam, eandemque collactaneam ex parte duodecima heredem instituerat: Pamphilo liberto suo prædia per fideicommissum dedit: in quibus & σύγκτησιν 21, id est, *instrumentum* prædiorum, quæ appellabatur circa Colonem: eidem liberto postea per epistolam alias 22 etiam res donavit, in quibus de Seia & Pamphilo ita est locuta Titia: Τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν. Βούλομαι βεβαίαν εἶναι τὰ ὑποτεταγμένα, ὅσα ἐδώκα εἰς τὸ ὄνομα Παμφίλα πεποιηκέναι· ἐὰν Σεία ἡ σωθῆσές μου κληρονόμ[ος] μὴ γένῃ, ἐξ ὧν γέγραφα αὐτῷ μέρος, βούλομαι αὐτῇ δοθῆναι [τὴν] σύγκτησιν 23 τὴν περὶ Κολόνιαν· id est, *Heredibus meis salutem. Volo firma esse, quæ inferius ordinata sunt, quæcunque in nomen Pamphili jam ante constituí. Si Seia collactanea mea heres non fiet ex parte, ex qua eam scripsi, volo ei dari synctesin, quæ est circa Colonem.* Quæritur est, cum Seia liberta, omissa parte hereditatis ei testamento adscripta, ex codicillis fideicommissum, id est, σύγκτησιν circa Colonem eligat, an si Pamphilus ex causa fideicommissi eadem prædia vindicet, doli mali exceptione summoveri debeat? Respondit, translatum videri fideicommissum prædiorum, id est, σύγκτησιν, quæ est circa Colonem [in Seiam libertam].

§. 2. Ab heredibus petierat, ut si in Provincia decessisset, sexaginta Lucio Titio darentur, ut is corpus ejus curaret in patriam reportari, & adjecerat hæc verba, *Cui concedi volo, si quid ex ea pecunia supererit*: eadem die codicillos ad heredes suos ita scripserat, *Peto à vobis, ut sive in Provincia, sive in via aliquid mihi humanitus* 24 *acciderit, corpus meum curetis in Campaniam, & in monumentum filiorum meorum reportare.* Quæritur est, an id, quod superfuerit ex sexaginta, à Lucio Titio tacite ademerit? Respondit, ademptum 25 videri. §. 3. Qui filias ex disparibus portionibus testamento heredes instituerat, pene omnium bonorum suorum eodem testamento divisionem 26 fecit: deinde hæc verba adjecit, Τὰ δ' λοιπὰ πάντα ἅπερ ὑπαρχόντων μου, ὁμοίως καὶ τὰ τῆ κληρονομίας βάρη, ἴσως μόνον τῶν δύο [μου] θυγατέρων, Πρίμης καὶ Σεκούνδης, ἢ τῶν ἐξ αὐτῶν τεκνίσης, id est, *Reliqua autem omnia bona existentia mihi similiter & hereditaria onera erunt solum duarum filiarum mearum, scilicet, Primæ & Secundæ, vel quæ ex his subsistet* 27: postea codicillis longe aliam 28 divisionem fecit bonorum inter easdem, inter quas & testamento diviserat: quædam tamen nulli nominatim dedit. Quæritur est, an Prima & Secunda filiæ, ex verbis testamenti consequi possint, ut solæ habeant ea, quæ nominatim nulli relicta sunt in divisione, quæ novissima à patre facta est? Respondit, non 29 à tota voluntate recessisse videri, sed his tantum rebus, quas reformasset.

§. 4. Cum post apertas tabulas testamenti Priscillianus vixerit: de cujus legato, portioneque hereditatis, mater epistola ita caverat, *Quoniam cognovi Priscillianum filium meum in extremis esse, justissimum & piissimum duxi, portionem ejus hereditatis, quam ei testamento dederam, legare Mariano fratri meo, & Januario marito meo, æquis portionibus. Et si quid ei amplius legaveram, ut si quid ei humanitus* 30 *contigerit, do lego, daríque eo volo*: postea ex eadem infirmitate 31 Priscillianus decessit. Quæritur est, an legatum quoque ejus ad Januarium & Marianum ex causa fideicommissi pertineat? Respondit, posse videri, si decessisset ex ea infirmitate, omnimodo & legatum ad eos, de quibus quæreretur, transtulisse.

Si servus legatus transferatur in fundum alteri legatum. 1. De ademptione fideicommissi relicti à legatario. 2. De capitali accusatione. 3. De peculio.

XXXI. IDEM [lib. XIV Digestorum].

FIlio ex parte heredi 32 instituto duos fundos cum mancipiis & instrumento omni legavit: idem uxori plura legata, & servos Stichum & Damam legavit: sed cum in altero ex fundis filio prælegatis cognovisset villicum 33 non esse, Stichum misit, & tam rei rusticæ, quam rationibus fundi præfecit. Quæritur est, Stichus utrum ad uxorem, an ad filium pertineret? Respondit, cum memor 34 erat eorum quæ testamento cavisset: Stichum his prædiis, in quæ translatus 35 est, actorem cedere: nec uxorem posse Stichum ex fideicommissi causa petere. §. 1. Matri suæ heredi ex parte instituræ quatuor prædia legavit, & fidei ejus commisit, *ut ex his duo socero restitueret*: deinde codicillis 36 socero ademit fideicommissum. Quæritur est, an nihilominus ex prælegatione ad matrem pertinerent? Respondi, nihil proponi cur ad matrem pertinerent 37. §. 2. Seia testamento suo legavit auri pondo quinque: Titius accusavit 38 eam, quod patrem suum mandasset interficiendum: Seia post institutam accusationem codicillos confecit; nec ademit Titio privigno legatum; & ante finem accusationis decessit: acta causa, pronunciatum est, patrem Titii scelere Seiæ non interceptum 39. Quæro, cum codicillis legatum, quod testamento Titio dederat, non ademerit: an ab heredibus Seiæ Titio debeatur? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non 40 deberi. §. 3. Filiæ, quam in potestate habebat, inter cætera legavit peculium: idem post factum testamentum pecuniam à debitore filiæ exegit, & in suam 41 rationem convertit. Quæro, an filia eo nomine cum heredibus patris agere possit? Respondit, si probaret non adimendi animo factum, agere posse.

De pecunia numerata. De rebus corporalibus. 1. De libertate.

XXXII. VENULEIUS lib. X Actionum.

DEtrahere 42 legatis, vel adjicere, si nihil præter numeratam pecuniam legatum sit, promptum est. cum 43 vero res corporales intervenient: & scriptura difficilior fit, & obscura portio. §. 1. Cum libertas adimitur, legata servis relicta 44 nihil attinet adimi.

29 Adde *l.* 1. *in fin. ff. eod.*

30 §. 2. *ff. eod. l.* 26. *ff. depositi.* §. 1. *Inst. de donat.* His verbis mors intelligitur.

31 *l.* 3. *l.* 4. *ff. de mortis caus. donat.* Translatio legati facta occasione mortis speratæ ex præsenti vel jam existente infirmitate, ita demum effectum habebit, si ex eadem infirmitate legatarius moriatur, non si ex alia. *Bart.*

32 Ex parte herede. *Hal.*

33 De villico v. *l.* 16. *ff. de instructo.*

34 Præsumitur quisque memor esse eorum quæ semel sciverit. hoc an sit perpetuo verum, vide *Nov.* 18. *cap.* 6. *v. l.* ex *consensu.* 23. §. *ult. ff. de appellat.*

35 Si servus legatus transfertur in fundum, ut ibi perpetuo sit: legatum ejus factum, videtur extinctum esse.

36 Potest enim codicillis adimi. §. 1. *Inst eod.* Ulp. 24. §. 29.

37 Non pertinerent: ita emendat Anton. Faber 3 *Conject.* 8.

38 Accusans testatorem criminis capitalis, videtur inimicus ei capitalis esse. Ideoque legatum amittit. adde *l.* 3. *in fin. ff. eod.*

39 *Al.* interemptum.

40 *l.* 1. *ff. de his quæ ut indign.* 41 *l.* 64. *ff. de legat.* 3. 42 *l.* 3. *l.* 13. *ff eod.*
43 Corporalibus rebus pecuniam non adnumerari, hinc colligunt. vid. *l.* 94. §. 1. *ff. de solut.*
44 Cur? quia per consequentiam adempta intelliguntur.

TIT. V.

DE REBUS DUBIIS [1].

De alternatione, & homonymia.

I. PAPINIANUS [2] lib. VII Responsorum.

FUndum Mævianum aut Seianum Titio legaverat: cum universa possessio 3 plurium prædiorum sub appellatione fundi Mæviani 4 rationibus 5 demonstraretur: Respondi, non 6 videri cætera 7 prædia legato voluisse defunctum cedere, si fundi Seiani pretium 8 à fundi Mæviani pretio 9 non magna pecunia distingueretur.

De relicto civibus.

II. IDEM lib. IX Responsorum.

CIvibus 10 civitatis 11 legatum vel fideicommissum datum, civitati 12 relictum videtur.

De sermone ambiguo. De eo qui aliud dicit quam vult.

III. PAULUS lib. XIV Quæstionum.

IN ambiguo 13 sermone non 14 utrunque dicimus: sed id duntaxat, quod volumus 15. itaque * qui aliud dicit quam vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult: neque id, quod vult, quia id non loquitur.

De eo quod conditionis implendæ causa datur.

* IDEM lib. XIX Responsorum.

PAulus respondit, *id quod conditionis* 16 *implendæ causa datum est, sine dubio & certis, & incertis personis dari debere* 17, *ut fideicommissi petitio possit competere* *.

De novæ

1 Addit *Ecloga* 44. *cap.* 18. ὑπὲρ ἀφανῶν προσώπων, id est, de incertis personis. Si ita est, malim conjungere huic titulo Titulum Codicis *de incertis personis*. quam *de verb sign.* Et certe ita est, passim hoc titulo agi de incertis personis: unde & interpretes hoc titulo passim tractant de amphibologia & ambiguitate quæ vel ex singulis vel ex conjunctis vocibus oritur: de qua Quintilian. 7. Cæterum hic tractatus est τῶν ἀφανῶν seu ἀπροσώπων. *l.* 88. §. *ad l. Falcid.*

2 Vide in hanc leg. Cuj. 8 *obs.* 25.

3 Id est, σύγκτησις. *l.* 31. §. 1. *ff. de liberationc.*

4 Ex hoc verbo nascitur ambiguitas: nam fundi Mæviani appellatione quidam Mævianus specialis & alius universalis testatoris intelligi potest: hæc ἀμφιβολία rem dubiam facit. 5 Hoc genus probationis firmissimum est. *l.* 91. §. 3. *ff. de legat.* 3.

6 Et ita est. Nam fundo Mæviano & Seiano legatis, si plures Mæviani fundi fuerint in bonis testatoris, is Mævianus legatus videbitur, cujus pretium non magna pecunia distinguetur à fundo Seiano. *Goth.* Negationem hic delendam censet Hottom. 1 *obs.* c. 3. Aut. 7 Id est, universa illa prædia quæ appellatione Mæviani comprehendebat. 8 Comparatio rerum adjunctarum dubitationem omnem tollit. Ex comparatione fundorum legatorum ambiguitas solvitur, adde *l. ult. in fin. ff. de trit.* Atque ita ex duobus Mævianis fundis, is Mævianus videbitur legatus, qui magis accedet ad pretium Seiani. Cur ita jus est? vel ideo quod qui Mævianum aut Seianum legat, æqualia legata inter se conjunxisse intelligitur. Ideoque in dubio ex Seiano fundo, qui certus est, Mæviani, qui incertus est, æstimatio facienda erit. 9 Pretio magna pecunia, &c. Hott. 1 *obs.* 3. reprehensus à Rob. 2 *rec.* 6. 10 Civibus legari potest. *l.* 32. §. 2. *ff. de leg.* 1. Porro Azo & Accursius hæc voce administratores civitatis intelligit: inepte tamen, aut potius non necessario. Civium enim nomen latius patet: nec soli administratores Reipublicæ, cives sunt. 11 Indefinite: non uni vel duobus.

12 Eodem modo legimus, relictum hierophylaco & sacerdoti templi, templo deberi. *l.* 20. *in fin. ff. de annuis.* ideoque privilegium concessum civibus, loco & universitati concessum intelligitur. *Socin.* Porro civitati relinqui potest. *l.* 122. *ff. de leg.* 1. 13 V. 10 Gell. 12. 14 In ambiguo sermone etsi duplex aut multiplex est interpretatio, tamen, qui ambigue loquitur, non ad omnes eas interpretationes simul se refert, sed ad unam tantum: nimirum ad eam quam vult: de qua denique intelligit. Nam id demum dixisse videri debemus, quod ipsi dicere voluimus. Itaque futurum est ut qui aliud dicat, quam velit, hoc est, ut qui sermone ambiguo utatur, neque id dicat quod vox significat, neque id quod velit. Non enim dicit id quod vox significat, quia aliud plane vult: neque id quod vult, quia vox, qua ipse utitur, aliud significat. 15 Prior enim est atque potentior mens dicentis, quam ejus vox. *l.* 7. *in fin. ff. de supellectile. l.* 7. *ff. de reg. jur.* 16 Puta legati in personam indefinite præstandi, *l.* 10. *ff. eod.* atque ita dandi conditio conferri potest in personam incertam. *l.* 14. *ff. eod. l.* 21. 22. *ff. de statulib.* 17 Id est, dari posse.

100 De hoc genere loquendi dixi ad *l.* 19. *in fin. ff. de compensat.*

1 Si testator uni heredum aliquid prælegat, & propter illam causam alii coheredi prælegat aliquid: si admittit prælegatum uni, intelligitur ademptum prælegatum alteri, licet expresse dictum non fuerit. *Bart.*

2 Prælegato uni adempto (ut fervetur æqualitas) intelligitur & alteri prælegatum ademptum. de quo vide Mantic. 5 *de conject. n.* 30. & 39.

3 Vide Langebek. *cap.* 23 *annotationum.*

4 Id est, adimi videatur.

5 *l.* 27. *ff. eod.*

6 Supervacuæ scripturæ non nocent legatariis. v. *l.* 17. *C. de test.*

7 Imo, resuscitabitur. *l.* 79. *in fin. ff. de legat.* 3.

8 Novus homo videtur esse, qui ex libertate in servitutem rursus cadit.

9 Id est, in alio testamento. *l.* 3. §. 7. *ff. si cui plus quam per legem.*

10 Translatio legati facta ab uno in eundem, non videtur fieri eum onere, *ut hic*. secus si facta sit in aliam personam. *l. legatum sub conditione.* 24. *ff. eod. l. Caio.* 13. *ff. de alimentis.* Adde etiam *l. cum servus.* 18. *ff. de cond. inst. l. avia.* 77. *ff. de cond. & demonstr.*

11 *l.* 6. *in fin. ff. eod.*

12 *l.* 13. *ff. eod.*

13 *l.* 13. *ff. eod.* fingamus, eum patronum non redemisse ab hostibus. vid. *Novell.* 115. *cap.* 3.

14 Id est, secunda, aut posteriore.

15 Mutasse voluntatem suam testator intelligitur, qui eum, cui initio quid legavit, posteriore testamenti sui parte ingratum vocavit.

16 Vide *l.* 24. *ff. de præscript.*

17 Repetita conditio prioris legati non intelligitur, quoties in loquenti alia conditio adjicitur. v. Mantic. *de conjectur.* 6. *num.* 30.

18 Vid. *l.* 28. §. 5. *ff. de liberatione legata.*

19 Si fideicommissum ab uno in alium transfertur cum onere speciali, onus primo injunctum in personam secundi, in quem transfertur cum onere speciali, non videtur repetitum. *Bart.*

20 His verbis fideicommissum innuitur.

21 Vid. Alciat. 3 *præterniss.* vide *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 2. *l.* 38. §. 1. *ff. de auro.*

22 Si de rebus specialiter legatis, & sub generali nomine confirmatis, una alteri legetur, ea in totum videtur esse legata, & legatario primo ademptа. *Bart.*

23 Σύγκησις quid esset, dixi ad *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 2. 24 V. §. *ult. ff. eod.* 25 Per ademptionem oneris adjecti in vim modi, etiam legatum videtur ademptum: tunc enim duæ obligationes sunt & quidem correlativæ. Heres enim dare: legatarius, modum implere cogitur. In correlativis autem uno sublato, aliud tollitur. *l. ult. ff. de accepti. l.* 5. *ff. de rescindenda vendit.* Bart. 26 Parentes nonnunquam bona sua inter liberos testamento dividebant. dixi ad *l.* 23 *ff. eod.* 27 Superstes erit. id enim περίεσται significat. *Omnes qui supersunt*, Cic. 9 *epist.* Plaut. *Asinar. sicut tu vis uniéam gnatam tuæ superesse vitæ.* ne alioqui putes cum Viviano τὸ subsistet, referri ad vocem βάρη.

28 Quantum ad res reservatas, videtur testator voluntatem mutare, non quantum ad alias. *Bart.*

De nomine fideicommissarii non adscripto.

IV. IDEM lib. XIX Responsorum.

PAulus respondit: cum nomen fideicommissarii [18] testamento adscriptum non sit [19], nulli personæ, neque certæ, neque incertæ, datum fideicommissum videri, indubitatum est [20].

De persona incerta. 1. Si relinquatur jam nato, & posthumo.

V. GAIUS lib. I Fideicommissorum.

QUidam relegatus [21] facto testamento post heredis institutionem, & post legata quibusdam data, ita subjecit: *Si quis ex heredibus cæterisve amicis, quorum hoc testamento mentionem habui, sive quis alius restitutionem mihi impetraverit* [22] *ab Imperatore, & ante decessero, quam ei gratias agerem: volo dari ei qui id egerit à cæteris* [23] *heredibus aureos tot.* unus ex his, quos heredes scripserat, impetravit ei restitutionem: &, antequam [24] sciret, decessit: Cum de fideicommisso quæreretur, an deberetur? consultus Julianus respondit, deberi: sed etiam si non heres vel legatarius, sed alius [25] ex amicis curavit eum restitui, & ei fideicommissum præstari. §. 1. Si tibi [26] & posthumo suo vel alieno hereditatem restituere quis rogaverit;

VI. MÆCIANUS [lib. III Fideicommissorum].

VEl ex parte [te, & ex parte] posthumum heredem instituisset, legarumve similiter vel fideicommissum dedisset:

De jusso restituere, cui ex coheredibus velit.

VII. GAIUS [lib. I Fideicommissorum].

VTrum ita posthumus partem faciat [27], si natus sit; an & si natus non sit, quæritur? Ego commodius dici puto, si quidem natus non est, minime eum partem facere [28], sed totum [29] ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto: sin autem natus fuerit, utrosque accipere, quantum cuique relictum est. ut uno nato pars tibi dimidia debeatur; duobus natis, tertia tibi debeatur; tribus natis, quia trigemini [30] quoque nascuntur, quarta [debeatur]: & *nostra quidem ætate Serapias* Alexandrina mulier ad Divum Hadrianum perducta est cum quinque [31] liberis, quos uno fœtu enixa est, sed tamen quod ultra tres nascitur, fere portentosum videtur. §. 1. Cum quidam, pluribus heredibus institutis, unius fidei commisisset, *ut cum moreretur, uni ex coheredibus, cui* [32] *ipse vellet* [33], *restitueret eam partem hereditatis, quæ ad eum pervenisset:* verissimum est, utile esse fideicommissum, nec enim in arbitrio ejus, qui rogatus est, positum est, an omnino velit restituere, sed cui potius restituat *. Plurimum enim interest, utrum in potestate [34] ejus, quem testator obligari cogitat, faciat, si velit dare, an post necessitatem dandi, solius distribuendi liberum arbitrium concedit. §. 2. Quæsitum est, si coheredes ex disparibus partibus scripti sint: utrum partem suam in viriles partes restituere singulis debeat, an pro portionibus hereditariis, ex quibus heredes scripti sint? Et placuit, si testator ita restitui jussisset partem, si aliquam pecuniam dedissent, si quidem æquas [35] partes jussi fuerint dare, conveniens videri esse, etiam ex fideicommisso æquas partes eis restitui oportere: si vero dispares in ea pecunia distribuenda significavit testator, ut videatur [36] hereditariis portionibus congruere, consentaneum [37] esse, etiam fideicommissum [38] pro hereditariis partibus eis restitui debere.

De commorientibus.

VIII. PAULUS [lib. II Sententiarum].

SI inter virum & uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum est, ad eum [39] res redit, qui donaverat. quod si simul tam is, cui donatum est, quam is, qui donaverit: quæstionis decidendæ gratia, magis placuit valere donationem: eo maxime, quod donator non supervivat, qui rem condicere possit.

IX. TRYPHONINUS [lib. XXI Disputationum].

QUi duos impuberes filios habebat, ei, qui supremus [40] moritur, Titium substituit: duo impuberes simul in nave perierunt: Quæsitum est, an substituto, & cujus hereditas deferatur? Dixi, Si ordine vita decessissent, priori mortuo frater ab intestato heres erit, posteriori substitutus; in ea tamen hereditate etiam ante defuncti filii habebit hereditatem: in proposita autem quæstione, ubi simul perierunt, [utrum] quia cum neutri [41] frater superstes fuit, quasi utrique ultimi decessisse [sibi] videantur? an vero neutri, quia comparatio posterioris decedentis ex facto prioris mortui sumatur [quæritur]? Sed superior sententia magis admittenda est, ut utrique heres sit: nam & qui unicum [42] filium habet, si supremum morienti substituit, non videtur inutiliter substituisse; & * proximus [43] adgnatus intelligitur etiam, qui solus est, quique neminem [44] antecedit; & hic utrique, quia neutri eorum alter superstes fuit, ultimi primique obierunt.

§. 1. Cum bello pater cum filio periisset, materque filii, quasi postea mortui, bona vindicaret, adgnati [45] vero patris, quasi filius ante periisset: Divus Hadrianus credidit, patrem [46] prius [47] mortuum. §. 2. Si cum filio suo libertus simul perierit [48], intestati patrono legitima defertur hereditas, si non probatur supervixisse patri filius: hoc enim reverentia patronatus suggerente dicimus. §. 3. Si maritus & uxor simul perierint, stipulatio de dote [49] ex capitulo, *Si in matrimonio mulier decessisset*, habebit locum [50], si non probatur illa superstes viro fuisse. §. 4. Si Lucius Titius cum filio pubere, quem solum testamento scriptum heredem habebat, perierit: intelligitur supervixisse filius [51] patri, & ex testamento heres fuisse, & filii hereditas successoribus ejus defertur, nisi contrarium approbetur. † Quod si impubes [52] cum patre filius perierit, creditur pater supervixisse [53]: nisi & hic contrarium approbetur.

De persona incerta. 1. De conditione, Si primum marem peperit.

X. ULPIANUS [lib. VI Disputationum].

SI fuerit legatum relictum uni ex cognatis meis *qui primus Capitolium ascenderit*: si simul [54] duo venisse dicantur, nec apparet quis prior venerit, an impedietur legatum? vel, *ei, qui monumentum fecerit*, & plures fecerint: vel ei, qui maximus natu est, & duo pares ætate sint: sed & si legatum Sempronio amico fuerit relictum, & duo sint æqua caritate conjuncti. † Sed & si duobus hominibus ejusdem nominis fuerit legatum, puta Sempronii; mox Sempronio ademptum sit, nec appareat, cui ademptum sit? Utrum datio in utriusque persona infringitur, an ademptio nulla est, quæri potest. Item si ex pluribus servis ejusdem nominis uni, vel quibusdam libertas relicta est? Et verius est, in his omnibus etiam legata & libertates [55] impediri: ademptionem [56] autem in utrumque valere. §. 1. Plane si ita libertatem acceperit ancilla, *Si primum marem pepererit, libera esto*, & hæc uno utero marem & fœminam peperisset: si quidem certum est, quid prius edidisset, non debet de ipsius statu ambigi, utrum libera esset, necne; sed nec filiæ, nam, si postea edita est, erit ingenua: sin autem hoc incertum est, nec potest, nec per subtilitatem [57] judicialem manifestari *, *in ambiguis rebus humaniorem* [58] *sententiam sequi oportet*, ut tam ipsa libertatem consequatur, quam filia ejus ingenuitatem, quasi per præsumptionem [59] priore masculo edito.

De persona incerta ex certis.

XI. JULIANUS lib. XXXVI Digestorum.

QUotiens libertis ususfructus legatur, & ei, qui novissimus [60] supervixerit, proprietas: utile est legatum [61]. existimo enim omnibus libertis proprietatem sub hac conditione, *Si novissimus supervixerit* [62], dari.

De oratione ambigua.

XII. IDEM lib. L Digestorum.

QUotiens in actionibus, aut [in] exceptionibus, ambigua oratio est: commodissimum est, id accipi, quo res, de qua agitur, magis valeat [63], quam pereat.

De particula cum. *de conditione*, si illud, aut illud; *vel* si illud, & illud: *vel* si quid factum non erit. *De natura orationis universalis vel particularis.*

XIII. IDEM lib. singul. de Ambiguitatibus.

SI is, qui ducenta deposuit, ita leget, *Seio cum* [64] *ducenta, quæ apud eum deposui, trecenta lego*: singulæ summæ separatæ quidem, certam habent demonstrationem: conjunctione [65] vero tali incidunt in ambiguitatem. sed dicendum est, non trecenta, sed quingenta deberi, quia duæ summæ junguntur. §. 1. Si quis leget, *Fundum Semanum heres meus Attio cum Dione Mævis servo dato*: dubitatur quidem Dioni quoque fundus legatus sit, an Dio cum fundo legatus sit. Sed magis [66] dicendum est, non solum fundum, sed etiam servum Dionem esse legatum: maxime si nullas justas causas habuit Dioni legandi. §. 2. Cum [67] ita stipulationem concipimus: *Si hominem aut* [68] *fundum non dederis, centum dari spondes?* utrumque [69] est faciendum, ne stipulatio committatur: id est, sive alterum, sive neutrum factum fit, tenebit stipulatio. † Idemque est evidenter, cum propositis specialiter pluribus rebus, quas fieri volumus, ita stipulamur: *Si quid eorum factum non erit*, veluti, *Stichum, & Damam, & Herotem sisti? Si quis eorum non steterit, decem dari?* necesse est enim omnes [70] esse sistendos, ut stipulationi satisfiat. † Vel (ut propius accedamus) fingamus ita stipulationem factam: *Si Stichum, & Damam, & Erotem non steterit, decem dari?* neque enim dubitabimus, quin æque omnes sisti oporteat.

§. 3. Utrum [71] ita concipias stipulationem, *Si illud, aut illud factum non erit*: an hoc modo, *Si quid eorum factum non* [72] *erit, quæ ut* [73] *fierent, comprehensa sunt*: hoc interest, quod quamvis altero facto verum sit, hoc aut illud vere factum esse, non ideo tamen verum erit hoc aut illud factum non esse. nam simul ea possunt esse vera [74], quamvis inter se contraria sunt: quia cum significatio non ex universo [75], sed ex aliquo [76] sumitur, si veri aliquid inde sit, veram efficit totam orationem. sicut è contrario duæ orationes pugnantia [77] continentes simul falsæ sunt: veluti *si qui* [78] *liberorum partim puberes, partim impuberes decesserint*: nam & hoc falsum erit, omnes impuberes decessisse; & illud, omnes puberes decessisse. id accidit, quia significatio sumitur ex universo: in quo [79] si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficis. Animadvertendum igitur est, quid sit de quo quæritur. Nam cum ita concipio, *Si illud aut* [80] *illud non fuerit*, quæri debet, an aliquid factum non sit? illius [81] effectus hic est, ut neutrum fiat; hujus autem, ut utrumque [82] fiat: nec in illo prodest, aliquid non feciſſe, si aliquid factum sit: neque in hoc aliquid feciſſe, si aliquid factum non sit.

§. 4. Proinde si quis [ita] interroget, *Eorum quid, quæ objiciuntur tibi, fecisti?* ille neget: hoc [83] exprimat, Eorum quid, quæ objiciuntur, non feci: id est, nihil horum feci. §. 5. Si quis autem plura in stipulatum deducat, quorum unum [84] fieri velit, ita comprehendere debet: *Illud aut illud fieri spondes? si nihil eorum factum erit, tantum dabis?* §. 6. Item si paterfamilias in testamento ita scripserit, *Si quis mihi filius aut filia genitur* [85], *heres mihi esto* [86]: *Si mihi filius aut filia heres non erit, Seius [heres] esto* [87]: non satis voluntatem suam declaravit, si non aliter extraneum heredem esse volet, quam si neque filius neque filia heres sit: hoc enim modo concipi oportet, *Si mihi neque filius neque filia heres erit*. potest autem interdum superior scriptura esse necessaria, si quis, cum filium & filiam habeat, utrumque heredem instituere velit: sed, sive alter heres futurus sit, extraneum miscere; sive neuter, extraneum substituere. sed proclivior est sententia [88] testatoris sic esse interpretanda [89], ut, sive filius sive filia nati ei fuerint, extraneus non admittatur, nisi specialiter hoc testator expresserit.

De

---

18 Fideicommissarius incertis legari non potest. *l.* 18. §. *de usufr. legato.*

19 Omnimodo, & nulla ejus demonstratio penitus facta.

20 Id hodie correctum videtur. *l.* 1. *C. de incertis personis.* Goth. V. Gomez. *variar. resolut. tom.* 2. *n.* 8. Graff. *recept. sententt. §. legatum. quæst.* 64. *num.* 1. Sarmient. *select. interpret. lib.* 2. *c.* 3. Ans.

21 Is enim potest testamentum facere. *l.* 8. §. 3. §. *qui testam.*

22 Cum effectu fcil. non solo conatu: & sic valet legatum incertis personis declarandis ex futuro eventu.

23 Cæterorum appellatione omnes comprehenduntur. *l.* 160. §. *de verb. sign.*

24 *l.* 10. *in fin.* §. *de cond. & demonstr.*

25 Utcunque hic testator videtur velle gratificari ei heredi, à quo beneficium acceperit: si tamen ab alio uno extraneo beneficium acceperit, intelligitur ei legare.

26 5 Harmen. 10. §. 30.

27 Id est, utrum facit, ut, quem habet conjunctum, sit partiarius, nec ei totum adcrescat.

28 Id est, non impedit conjunctum, quominus totum accipiat. *l.* 16. *in fin.* §. *de leg.* 1.

29 Legatum in conjuncti persona deficiens, alteri conjuncto adcrescit. *l.* 15. *l.* 16. *in fin.* §. *de legat.* 1. *l.* 24. *l.* 25. §. *de hered. instit. l.* 26. *in fin.* §. *de cond. & demonstr. l. un. C. de caduc.* §. 8. *Inst. de legatis.*

30 Tergemini. vid. *l.* 3. §. *si pars hered.*

31 Quod ut verum sit, vid. quæ notavi ad *l.* 36. §. *de sol.* Goth. De numeroso partu vid. Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 4. & 5. Cæl. Rodigin. *antiquar. lection. lib.* 4. *c.* 23. Ans.

32 *l.* 46. §. *de fideicommiss. libert.*

33 *Velle* verbum liberam potestatem confert.

34 Substantia legati, ut fideicommissi, in arbitrium alterius conferri non potest: sed electio & nominatio personæ. *l.* 11. §. 7. §. *de legat.* 3.

35 *l.* 23. §. *ad Trebell.*

36 Ut videatur. *Hal.*

37 Correlativorum uno aliud declaratur. *Cuma.*

38 Ab onere commodum regulatur. *Socin.*

39 *l.* 32. §. 14. §. *de don. int. vir. l.* 6. *C. de donat. int. vir.* Paul. 2 *sent.* 23. §. 5.

40 Supremus moreretur. *Haloand. l.* 34. *l.* 42. §. *de vulgari. l.* 34. §. *ad Trebell.* 41 Qui neuter frater superstes. *Haloand.* 42 Vide *l.* 162. §. *de verb. signif.* 43 Proximus est, qui & solus, *l.* 1. §. 6. §. *unde cognati.* qui ante aliquem est, & quem ante nemo est. Supremus est, post quem nemo. *l.* 34. §. *de vulgar. l.* 92. *l.* 155. *l.* 162. §. *de verbor. signif.* §. 5. *Inst. de legit. agn. succeff.* 44 Quemque nemo antecedit. 45 Hexameter Jurisconsulto hic excidit, ut & alibi. dixi *l.* 46. §. *de adilitio.* 46 Patre & filio publice simul mortuis in bello, filius patri præsumitur supervixisse. 47 Imo, præsumitur filius postremus mortuus. §. 4. *in fin.* §. *eod. l. un. facto.* 17. §. *si quis autem.* 7. §. *ad Trebell.* In dicto §. 4. filius impubes præsumitur ante patrem mortuus: *d.* §. *si quis autem.* 7. sine liberis decedere intelligitur, qui non probatur decessisse relictis liberis: hic autem sine liberis decessisse intelligitur, qui simul atque una cum ipso filio decessisse pronitur. 48 Si libertus & filius simul moriuntur, patroni favore non præsumitur filius supervixisse. *Socinus.* Alias, si filius præfumeretur post patrem mortuus, ejus intestati hereditas ad patronum non deferretur. 49 Lucranda scilicet. 50 Id est, obtinet & verificatur, si maritus & uxor simul moriantur. *l.* 32. *in fin.* §. *de religiosis.* 51 Ascendens prius mortuus intelligitur, quam descendens: ut in hujusmodi casibus ab ordine naturali mortalitatis ducatur argumentum. *l.* 15. §. *de inoffic.* 52 Aliud est in pubere. *l.* 22. §. *eod.*

53 Ætas enim impuberis repentino casui magis videtur subjecta, *l.* 23. §. *eod.* aliud est in pubere.

54 Lex præmium primo aliquid facienti decernens, quomodo intelligenda sit, si duo simul faciant, vide Alciat. 9 *parerg.* 10. Dic paucis, stricto jure, neutri: ex æquitate, utrique: præsertim si præmium facile dividi potest.

55 *l.* 28. §. *eod. l.* 31. §. *de manum. testam. l.* 3. §. 7. §. *de admend.*

56 *Al.* ademptione. & ita Donellus hic legit.

57 Idque lucri cupiditatis causa: quamvis earum magnus sit favor. Ad pias autem causas, quod hic dicitur de libertate, transfert *Socinus.*

58 Si de nativitatis ordine non apparet, prior natus præsumitur ille, ex quo mater libertatem consequitur: & ita favore libertatis masculus censetur prior natus. *in fin.* §. *eod.* Socin. vid. *l.* 5. *C. de bonis quæ liber.* Dixi ad *l.* 8. §. *de pact. l.* 14. *C. de fideicomm. libert. l.* 24. *in fin.* §. *de conditionib. institut.* 13. §. *de liber. & posth.*

59 Præsumptio hæc unde oritur? præsumitur masculus tortior: & ita prior editus.

60 Id est, ultimus.

61 Possum enim legare incerto alicui, dum postea certus fieri possit. *l.* 5. §. *eod.*

62 Adde *l* 108. §. 3. §. *de legat.* 1.

63 Interpretatio nobis ea sumenda est, quæ quod actum gestumque sit, censuerit. *l.* 21. §. *eod. l.* 16. *in fin. pr.* §. *ad Trebell. l.* 109. §. *de legat.* 1. de hac præsumptione v. Alciat. 3 *præsumpt.* 34. & sic pro actore & stipulatore: alias adversus utrumque fumenda interpretatio est. *l.* 38. §. 18. §. *de verb. oblig.*

64 Dictio *cum*, posita inter res legatas, idem importat quod dictio &. *Socin.*

65 Hoc ambiguum *ex Socino*, conjunctionem appellant.

66 Sensus est, si servus accipi potest, ut res legata, & ut legatarius, in dubio accipitur pro re legata.

67 Vid. *in hunc* §. Hottom. *obs.* 1.

68 Hominem & fundum. Hottom. *ibid.*

69 Vid. *l.* 5. §. *de cond. inst.*

70 Cum plures res in stipulationem deducuntur, tot sunt stipulationes, quot res: & singulæ debentur, *l.* 29. *l.* 86. §. *de verb. obligat.* idem est cum plures res legantur. *l.* 2. §. *de legat.* 2.

71 V. *ad hunc* §. Govean. 2 *var.* 22. Cujac. 5 *observ.* 3. De Langebek. *c.* 39.

annotat. Hott. 3 *obs.* 1. 72 *Factum erit.* Quidam tempore Accursii ita legerunt. Hott. 3 *obs.* 1.

73 *Quæ ut non fierent.* Cujac. 5 *obs.* 3. Hott. 3. reprehensus à Rob. 2 *rec.* 22. 74 Nec enim semper ex duabus orationibus contrariis una est vera, altera falsa: sed duæ adversæ simul possunt esse falsæ: veluti Omnis actio est in factum, Non omnis actio est in factum. vid. Cujac. 5 *obs.* 3.

75 Καθόλου. 76 *In quid*, de parte. 77 V. *l.* 188. §. *de reg jur.* 78 Hanc particulam *qui* expungendam monet Hott. 3 *obs.* 1. 79 In universali orationc, si falsa aliqua particula reperitur, totam enunciationem falsam efficiet. In universali denique si quid est falsum, tota oratio falsa est. *Bald.* 80 Si illud & illud. Hott. 3 *obs.* 1. 81 In stipulatione copulativa de duobus non faciendis, neutrum fieri debet, ne pœna aliqua committatur. *Castrens.* 82 Et sic dictio, *quid*, particularis dialecticis, refolvitur in universalem apud Jurisconsultos: ut comprehendatur etiam minus quid. 83 Sensus est, qui interrogatus, an quid eorum, quæ objiciuntur, fecerit, respondet, Non feci, hoc respondet, Nihil feci. Cujac. *ibid.* Totum negat. 84 Vid. *l.* 110. §. 3. §. *de reg jur.*

85 Antique dixit *genitur.* Gignetur, *Hal.* 86 Audis institutionem. 88 Proclivius est, sententiam testatoris, &c. *Hal.* 89 Interpretandam. *Hal.* Sensus est, alternativam ex tacita mente testatoris resolvi in conjunctam: ne videatur testator extraneum propriæ posteritati præferre voluisse. *Socinus.* In dubio quisque suos prætulisse extraneis censendus est.

De legato ille qui testamentum signaverint.

XIV. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

SI quis ita scripserit, *Ille, qui testamentum meum signaverit* 91, *heres meus decem dato*: Trebatius utile legatum esse putat: quod Pomponius verius esse existimat, quia ipsum testamentum confirmatur 92 testibus 93 adhibitis: quod verum esse existimo.

De cognitione vel repudiatione legati.

XV. IDEM lib. II Regularum.

QUædam sunt, in quibus res dubia est, sed ex postfacto retroducitur, & apparet 94 quid actum est: Ut ecce si res legata fuerit, & deliberante legatario eam rem heres alii tradiderit 95: nam si quidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla est: si vero repudiaverit 96, valet. † Tantundem est, & 97 si pecuniam hereditariam legatam crediderit heres: nam si quidem non repudiaverit legatarius, alienam pecuniam credidit: si vero repudiaverit, suam pecuniam credidisse videtur. Quid ergo, si consumpta fuerit pecunia? utique idem erit ex eventu dicendum.

De commorientibus.

XVI. IDEM lib. III Regularum.

QUod de pariter 98 mortuis tractamus 99, & in aliis 100 agitatum est: Ut ecce, si mater stipulata est dotem à marito, mortua filia in matrimonio, sibi reddi, & simul cum filia perit: an ad heredem matris actio ex stipulatu competeret? Et D. Pius rescripsit, non esse commissam stipulationem: quia mater filiæ non supervixit [1]. §. 1. Item quæritur, si extraneus, qui dotem stipulatus est, simul cum marito decesserit, vel cum ea, propter quam stipulatus esset: an ad heredem suum actionem transmittat?

XVII. PAULUS lib. XII ad Plautium.

IDem est, si dos uxori prælegata sit, & simul cum marito perierit.

XVIII. MARCIANUS lib. III Regularum.

SEd & in illo quæritur, si pariter pupillus, & qui ei substitutus erat frater necessarius, decesserit: an frater fratri exstat heres, an contra? vel, si duo invicem necessarii substituti sunt, & una perierint: an heredes extitisse videantur. vel alter alteri, [hoc est], si invicem hereditatem rogati fuerint restituere [2]? In quibus casibus si pariter decesserint, nec appareat quis ante spiritum emisit, non [2] videtur alter alteri supervixisse. §. 1. Sed & circa legem Falcidiam, si dominus cum servis simul vita functus sit, servi, quasi in bonis ejus mortis tempore fuerint, non computantur.

De cognatis & cognatione.

XIX. ULPIANUS lib. XXV ad Sabinum.

SI cognatis legatum 3 sit, & hi cognati quidem esse desierint, in civitate autem maneant: dicendum, deberi legatum: cognati enim testamenti facti tempore 4 fuerunt. Certe si quis testamenti facti tempore cognatus non fuit, mortis 5 autem tempore factus est per adrogationem: facilius legatum consequitur.

§. 1. Si quis cognationi leget, idem est, atque si cognatis [6] legasset.

De collegio.

XX. PAULUS lib. XII ad Plautium.

CUm Senatus temporibus Divi 7 Marci permiserit collegiis legare, nulla dubitatio est, quod, si corpori [8], cui licet coire, legatum sit, debeatur: cui autem non licet, si legetur, non valebit, nisi singulis legetur: hi enim, non quasi collegium, sed quasi certi homines, admittentur ad legatum.

De ambiguitate.

XXI. IDEM [lib. XIV ad Plautium].

VBi est verborum ambiguitas, valet, quod acti 9 est: veluti cum Stichum stipuler, & sint plures Stichi, vel hominem; [vel] Carthagini, cum sint duæ [10] Carthagines. semper in dubiis id agendum est, ut quam tutissimo loco res sit bona fide contracta: nisi cum aperte contra leges scriptum est.

De commorientibus.

XXII. JAVOLENUS lib. V ex Cassio.

CUm pubere filio mater naufragio [11] periit: cum explorari non possit, uter prior extinctus sit, humanius est credere, filium [12] diutius vixisse.

XXIII. GAIUS [lib. V ad legem Juliam & Papiam].

SI mulier cum filio impubere naufragio [13] periit, priorem filium [14] necatum esse intelligitur.

De eo, quod ambigue vel perperam scriptum est.

XXIV. MARCELLUS lib. XI Digestorum.

CUm in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est: benigne interpretari, & secundum id quod credibile [15] est cogitatum, credendum est.

De eo, quem dicturum se significavit.

XXV. CELSUS lib. XXII Digestorum.

QUem heredem meo dixero velle me liberum esse, liber esto: cui ut dare damnas sit heres meus, dixero, ei heres meus dare damnas esto: testatoris voluntas, si quibusdam [16] argumentis apparebit de quo dixit, adimplenda est.

De ambiguitate stipulationis.

XXVI. IDEM lib. XXVI Digestorum.

CUm quæritur in stipulatione [17], quid acti sit, ambiguitas contra [18] stipulatorem [19] est.

De incertitudine.

XXVII. MODESTINUS lib. I Regularum.

SI quis de pluribus unum manumiti voluerit, nec appareat de quo manumittendo testator sensit: nulli [20] eorum fideicommissa [21] competit libertas [22].

De errore in verbis.

XXVIII. JAVOLENUS lib. III ex Posterioribus Labeonis.

QUi habebat Flaccum fullonem, & Philonicum pistorem, uxori Flaccum pistorem [23] legaverat: qui eorum & num uterque deberetur? Placuit primo eum legatum esse, quem testator legare sensisset [24]: quod si non appareret, primum inspiciendum esse, an nomina servorum dominus nota [25] habuisset: quod si habuisset, eum deberi qui nominatus esset, tametsi [26] in artificio erratum esset: sin autem ignota nomina servorum essent, pistorem legatum videri, perinde ac [si] nomen ei adjectum non esset.

De clausula in fine posita.

XXIX. SCÆVOLA lib. XVIII Digestorum.

PLures testamento manumiserat, in quibus Sabinam & Cyprogeniam, cum quisque eorum ad trigesimum annum ætatis perveniisset: &, cum liber quisque eorum esset, certam summam dari voluerat, & conjuncta scriptura ita caverat: *Sabinæ & Cyprogeniæ dari [volo], cum ad statutam [27] ætatem pervenerint, singulis decem, & hoc [28] amplius alimentorum nomine in annos singulos, quoad vivent, singulis decem.* Quæsitum est, utrum omnibus [29] manumissis alimenta debeantur, an vero Sabinæ & Cyprogeniæ solis? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri omnibus alimenta legata.

TIT. VI.

DE HIS QUÆ POENÆ [1] CAUSA RELINQUUNTUR [2].

De relicto in pœnam ejus, cui per alium acquiritur.

I. AFRICANUS libro Quæstionum.

FIliofamilias vel servo herede instituto, etiam si in patris dominive pœnam illicite vel probrose datum est, nullius [3] momenti legatum esse respondit: non enim id solum, quod in heredes, sed omne, quod in cujusque lucrum aliquid ex ultima voluntate sentientis, talem [pœnam] in testamento scriptum sit, nullius momenti habendum.

Distinctio pœnæ, conditionis, translationis.

II. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

POEnam à conditione voluntas testatoris separat [4]: & [an] pœna, an conditio, an translatio sit, ex voluntate defuncti apparet, idque Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

TIT. VII.

DE REGULA [1] CATONIANA [2].

Regula prima de legato conditionali.

I. CELSUS lib. XXXV Digestorum.

CAtoniana regula sic definit: *Quod si testamenti facti tempore decessit testator, inutile [3] foret: id legatum, quandocunque [4] decesserit, non valere.* Quæ definitio in quibusdam falsa est.

§. 1. Quid enim, si quis ita legaverit, *Si post Kalendas mortuus fuero, Titio dato?* an cavillamur [5]? nam hoc modo, si statim mortuus fuerit, non esse datum legatum, verius [6] est, quam inutiliter datum. §. 2. Item, si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est: si [7] eum vivo testatore alienaveris, legatum tibi debetur: quod non deberetur, si testator statim decessisset.

II. PAULUS lib. IV ad Plautium.

SEd & si sic legaverit, *Si filia mea Titio nupta erit* [8]: sufficere visum est, si mortis tempore nupta inveniatur, licet testamenti facti tempore fuerit impubes.

De his quorum dies cedit post aditam hereditatem.

III. PAPINIANUS lib. XV Quæstionum.

Catoniana regula non pertinet ad hereditates [9], neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, sed post aditam cedit hereditatem.

De conditionali institutione.

IV. ULPIANUS lib. X ad Sabinum.

PLacet, Catonis regulam ad [10] conditionales [11] institutiones non pertinere.

De novis legibus.

V. IDEM lib. XXII ad Sabinum.

REgula *Catoniana* ad novas leges [12] non pertinet.

TIT. VIII.

DE HIS, QUÆ PRO [1] NON SCRIPTIS HABENTUR.

De eo, quod quis sibi adscripsit in testamento.

I. JULIANUS lib. LXXVIII Digestorum.

SI quis hereditatem vel legatum adscripserit [2], quæritur, an hereditas vel legatum pro non scripto habeatur: & quid, si substitutum habeat hujusmodi institutio? Respondit: Pars hereditatis, de qua me consuluisti, ad substitutum pertinet: nam Senatus, cum pœnas legis Corneliæ constitueret adversus eum, qui sibi hereditatem vel legatum scripsisset, eodem modo improbasse videtur, quo improbatæ [3] sunt illæ, *Qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte heres esto*; ut perinde [4] haberentur, ac si insertæ testamento non fuissent.

De his quæ non intelliguntur.

II. ALFENUS VARUS lib. V Digestorum.

QUæ in testamento scripta essent, neque intelligerentur, quid significarent, ea perinde [5] sunt, ac si scripta non essent: reliqua [6] autem per seipsa valent.

De

---

91 Audis legari incertis personis. adde *l. 4. §. 6. ff. eod.*

92 Id est, etsi incerta ab initio testatoris persona fuerit, ex ipso tamen eventu postea certo apparet, quis testamentum signaverit.

93 Hinc colligit Vighius ad §. 11. *Inst. de testam. ordin.* Legatarium testem in testamento esse posse: ne si denegetur id ei, tardior, aut nunquam, ad testamentum veniat. Id enim probat Fornerius 2 *select.* 12. Signatoribus itaque & testibus exiguus legati honos aspergitur, ut eorum beneficio testamenti fides, quæ ne periret, vel inimicis testibus uteremur, eis relinqui posse receptum est: quod ut verum sit, v. Cujac. 9 *obs.* 37. *in fin.* vide tamen *l. 22. C. de testam.*

94 Exitus acta probat.

95 Et ita alienaverit, *l. 69. §. 1. l. 120. ff. de leg. 1. l. 105. ff. de condit. & demonstr.* & sic restringe *l. ult. §. 2. C. commun. de legat.*

96 Legatario rem repudiante, fingitur res nunquam fuisse legatarii, sed semper heredis. *l. 8. in fin. ff. de reb. cred.*

97 *l. ult. §. 3. C. comm. de leg.*

98 Adde *l. 17. l. 22. ff. eod.* vide Bart. in hanc leg. Gothofr. Vide Covarruv. *var. resolut. lib. 2. cap. 7.* Vasq. *illustr. controvers. cap. 91.* Matthæil. *sing. 71.* Ans. Adde Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 50. n. 21.* Anton. Fab. *ad C. lib. 4. tit. 14.* S.L.

99 In legatis.

100 Puta in stipulationibus.

1 Excipe *l. 23. ff. eod.*

2 Ut alter alteri sit heres, necesse est ut supervixerit. *Castr. Socin.*

3 Pure, non sub conditione: ut post Ruinum, Socinum & Curtium notat Rolandus à Valle 4 *cons.* 39. *n.* 3.

4 Tempus testamenti facti inspicitur, non eventus. *l. 7. ff. de aur.*

5 Imo, legati cedentis. *l. 24. ff. de leg. præst.*

6 Adde *l. 2. ff. eod.*

7 Ulp. 4. §. 28.

8 V. *l. 1. 2. 3. C. de incert. person. l. 1. ff. quod cujusque univers. l. 8. C. de hared. inst.*

9 *l. 12. ff. eod. l. 28. ff. eod. l. 66. ff. de judiciis l. 172. ff. de reg. jur.*

10 Una in Africa, altera in Hispania.

11 Naufragio.

12 *l. 16. ff. eod.* adde *l. 13. ff. de inoff. l. 7. ff. de bon. damn.*

13 *Al.* naufragio.

14 Est enim debilior, *l. 10. ff. eod. l. 26. ff. de pact. dotal. l. 17. §. 7. ff. ad Trebell.* de hac præsumptione vide Alciat. 1 *præsumpt.* 49. excipe *l. 10. ff. eod.* 15 Interpretatio debet fieri secundum id quod magis est verisimile. Socin. adde *cap. 45. de reg. In 6.* 16 Paria sunt verbis & relatione aliquid declarare. A pari procedunt, quod testator declarat propriis verbis, vel per relationem. Socin. adde *l. 123. in fin. ff. de leg. 1.*

17 Dubia sc. & in ambiguis. 18 V. *l. 38. §. 18. l. 99. ff. de verb. oblig.* 19 Et sic secundum promissorem. v. *l. 99. ff. de verb. oblig.* 20 Cur nulli? Ne dixeris cum Bartolo & Socino hoc ideo esse, quod hic incertitudo sit rerum & personarum. Est enim hic rerum certitudo, puta libertatis: una est enim libertas. *l. un. C. de Latina libertate. §. ult. Inst. de libert.* Dicendum potius hic solam esse incertitudinem personæ, & ignorari cui sit relicta libertas. Jure autem veteri (quod quia mutatum in eo non reperitur, constare intelligendum est, *l. præcipimus. 32. C. de appellat. l. sanctissimus. 27. C. de testam.*) incertæ personæ libertatem dari non potuisse: cum placeret veteribus servos nominatim libertos fieri oportere. §. 25. *vers. libertate quoque. Inst. de legat.* ac præterea si quem liberum fieri in hac specie diceremus, is forte liber fieret, quem testator noluisset: contra is servus maneret, quem liberum esse voluisset. vide Manticam 6 *de conjectl. 3. n. 38.* 21 Per fideicommissum relicta. 22 Incertitudinis ratione, vitiatur legatum libertatis. *l. 10. in fin. pr. ff. eod. l. 2. ff. de his, quæ pro non script. l. 30. ff. de test. tut. l. 188. ff. de regulis.*

23 Audis sub falsa demonstratione legatum fieri.

24 In primis enim spectanda est testatoris voluntas.

25 Ex notitia testatoris cognoscitur ejus voluntas. *l. 12. §. 4. ff. de usu & habit.*

26 Magis attenditur demonstratio per nomen proprium magis notum, quam per nomen artificii. *Bart.*

27 Statuta ætas hic triginta anni. vide quæ scripsi ad Ulp. 1. §. 2.

28 Dictio, *hoc amplius*, est repetitio præcedentis legati. *Socin.* Goth. Vid. Afflict. *decis.* 248. Cravett. *cons.* 70. *n.* 34. Ans.

29 *l. 5. in fin. ff. de alimentis.*

1 Pœnæ causa legatum relinquitur, quod non grata legatarii, sed in pœnam & odium heredis relinquitur.

2 Vel scribuntur in testamento, vel codicillis fcilicet. VI C. XLI.

3 Ulp. 25. §. 13. hodie utiliter pœnæ nomine relinquitur, *l. 1. C. eod. §. ult. Inst. de legat.* nisi pœna sit adjecta mandato rei probrosæ.

4 Si odio heredis id adpositum est, pœna est: si in favorem legatarii, conditio. *Socin.*

1 Ea sententia dicitur in *l. 86. ff. de condit. & demonstr.* Catonianæ vel Cassianæ sententiæ. *Novell 26. §. 1.* adde *Theoph. 32. Inst. de legatis.*

2 Per eam legata cedunt, non ab apertis tabulis (ut lex Julia & Papia caducæ volebant), sed à morte testatoris. vide ad hanc regulam Hotom. 2 *obs.* 3.

3 *l. 29. l. 178. l. 201. ff. de reg. jur. Inst. de exher. lib.*

4 Id est, post testamentum factum: vel statim à testamento facto. §. 1. §. 2. ff. *eod.*

5 Cavillatio fit, quoties quis scienter falso argumento utitur, aut verba captat. Cicero *pro Cæcinna.* Quintilianus. Porro de cavillatione adde *l. 177. l. 233. ff. de verb. sign. l. 65. ff. de reg. jur, l. 2. §. 44. ff. ad Tertull.*

6 Imo, non est verum. v. *l. 56. ff. de hared. inst.*

7 An hoc innuit, sub tali conditione legatum esse? Maxime. *Goth.* Ita solve *l. 41. ff. de leg. 1. l. 66. §. 6. de leg. 2.* vide Cujac. *obs. lib. 4. cap. 4.* Ans. 8 Intelligo, *quandocunque*: verbi gratia, etiam post testamentum testatoris.

9 Ad libertates, sic legit Cujac. 4 *obs. 5.* vide Hotom. 4 *obs. 3.* sed Govean. 2 *var. 29.* intelligit hereditatem relictam servo legato, cujus dies, nisi adita hereditate, cedere non potest. *l. un. §. 6. C. de cad. tollend.* 10 *l. 41. §. 2. ff. de legat. 1.* 11 Vide quæ scripsi ad *l. 210. ff. de reg. jur.*

12 Puta legem Juliam & Papiam, quibus cedit dies ex apertis tabulis. Cujac. 14 *obs. 4.* quæ sententia displicet Hotom. 2 *obs. 3.*

1 V. *l. un. §. 2. §. 3. C. de caducis.*

2 Sibi adscripserit. *l. 15. ff. de falsis.* Goth. V. Anton. August. *lib. 4 emendat. cap. 15.* Ans.

3 *l. 71. ff. de hær. instit.*

4 Imo aliter habentur; & valet hujusmodi institutio. *l. 29. ff. de hared. inst.*

5 V. *l. 28. ff. de reb. dub.*

6 Utile per inutile non viciatur. *Goth.* vide *l. 73. ff. de reg. jur.* Cujac. *lib. 4 obs. 4.* Ans.

De damnato in metallum. 2. De servo alieno redempto à testatore. De his quæ in eam causam perveniunt.

III. MARCIANUS lib. XI Institutionum.

SI in [7] metallum damnato quid extra [8] causam alimentorum [9] relictum fuerit: pro non scripto est [10], nec ad fiscum pertinet: nam pœnæ servus est, non Cæsaris. & ita Divus Pius rescripsit.

§. 1. Sed etsi post testamentum factum heres institutus vel legatarius in metallum damnatus sit, ad fiscum non pertinet.

§. 2. Item, si servo alieno quid legatum fuerit, & postea à testatore redemptus sit, legatum extinguitur. Nam *quæ* [11] *in eam causam pervenerunt, à qua incipere non poterant, pro non scripto habentur.*

De eo, qui non est in rebus humanis. 1. De captivo.

IV. ULPIANUS lib. [*] XIII [*] ad legem Juliam & Papiam.

SI eo tempore, quo alicui legatum adscribebatur, in rebus humanis [12] non erat, pro non scripto hoc habebitur. §. 1. Sed & si in hostium potestate [13] erat, quo [14] testamentum fiebat, neque ab hostibus rediit, pro non scripto erit. † Et ita Julianus scribit.

De eo, quod quis sibi adscripsit.

V. PAULUS lib. XII Quæstionum.

QUod quis sibi adscripserit, si alii [15] restituere à testatore jussus est, cum onere fideicommissum id apud heredem remanet, quamvis pro [16] non scripto esset. † Idem est, & in testamento militis.

TIT. IX.

DE HIS QUÆ [1] UT INDIGNIS AUFERUNTUR [2].

De eo, qui patronum quasi illicitæ mercis negotiatorem detulit.

I. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

DIvi Severus & Antoninus rescripserunt, *quasi indignum carere legato seu fideicommisso libertum, quæ ei testamento patroni relicta erant, cum patronum suum post mortem ejus quasi illicitæ* [3] *mercis negotiatorem detulerat, quamvis & præmium* [4] *meruit.*

De eo, qui bonorum p. c. t. petit. 1. De nuptiis illicitis. 3. De eo, qui vivi bona donavit.

II. IDEM lib. XI Institutionum.

AUfertur hereditas ex asse, & ad fiscum pertinet, si emancipatus filius contra [5] tabulas bonorum possessionem patris ut præteritus petierit, & ex substitutione impuberis adierit hereditatem. §. 1. Item, si quis contra [6] Mandata duxerit uxorem ex ea Provincia, in qua officium aliquod gerit: quod ei ex testamento uxoris adquisitum est, Divi Severus & Antoninus rescripserunt, *retinere eum non posse*: Tanquam si tutor pupillam [7] contra Decretum Amplissimi ordinis in domum suam duxisset [8]. Utroque ergo casu, & si ex asse heres institutus adierit hereditatem, fisco [9] locus fit: nam quasi indigno ei aufertur hereditas.

§. 2. Per contrarium autem ducta tam ab eo, qui officium in Provincia gerebat, quam à tutore [10] illicite: magis est ut dicatur capere [illam] ex testamento: nec quasi indignam esse repellendam. §. 3. Idem erit, si quis vivi *ignorantis* bona, vel partem bonorum alicujus cognati donaverit [11]: nam quasi indigno aufertur.

De eo, cujus negligentia & culpa testatrix mortua est.

III. IDEM lib. V Regularum.

INdignum esse D. Pius illum decrevit (ut & Marcellus lib. XII Digestorum refert), *qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut per negligentiam &* [12] *culpam suam mulier, à qua heres institutus erat, moreretur.*

De accusatione falsi.

IV. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

PApinianus lib. V Quæstionum ait, Si quis unum heredem, quasi per falsum [13] adscriptum accusavit: legatum ei non auferri à coherede relictum, quem non inquietavit.

De accusatione testamenti. 2. De excusatione tutoris. 3. De accusatione testamenti. 4. De manumissione. 5. De accusatione testamenti. 20. De præmio quod datur his qui se deferunt.

V. PAULUS lib. I de jure Fisci.

POst legatum acceptum, non tantum licebit falsum arguere [14] testamentum, sed & non jure factum contendere: inofficiosum [15] autem dicere non permittitur. §. 1. Ille, qui non jure factum contendit, nec obtinuit, non repellitur ab eo, quod meruit. Ergo qui legatum secutus, postea falsum dixit, amittere debebit quod consecutus est. † De eo vero, qui legatum accepit, si neget jure factum esse testamentum, D. Pius ita rescripsit: *Cognati Suphronis licet ab herede instituto acceperant legata, tamen si is ejus conditionis fuerit visus, ut obtinere hereditatem non posset, & jure intestati ad eos cognatos pertinet, petere hereditatem ipso jure poterunt.* † *Prohibendi* [16] *autem sint, an non, ex cujusque persona* [17], *conditione* [18], *ætate* [19], *cognitâ causâ à judice constituendum erit.* §. 2. Amittere id quod testamento meruit, & eum placuit, qui tutor datus excusavit [20] se à tutela. sed si consecutus fuerit, non admittitur ad excusationem. Diversum puto in eo, qui legatum tantum meruit, & à matre pupilli tutor petitus, excusare se maluit: hic enim nihil [21] contra judicium defuncti fecit. † Sed hoc legatum, quod tutori denegatur, non ad fiscum transfertur, sed filio relinquitur, cujus utilitates desertæ sunt. §. 3. Si pater [22] accusaverit testamentum, vel dominus: denegabitur ei actio etiam ejus, quod filio ejus vel servo legatum est, si ad ipsos emolumentum rei perventurum est. Quod si personam illorum spectet, diversum dicendum est. §. 4. Si fervum *suum rogatus sit manumittere*, qui legatum meruit, vel etiam ipsi servo utrunque datum sit: dicendum est, non debere obesse servo factum domini, sed à fisco redimendum, ut manumittatur: si tamen velit servum vendere: quia non potest cogi, qui judicium sprevit [23] defuncti.

§. 5. Si filiusfamilias falsum accusaverit testamentum: videndum est, an denegari debeat actio patri? & puto, si invito [24] patre accusavit, non esse denegandam patri actionem. §. 6. Si is, cui rogatus sum *legatum restituere*, falsum dixerit: restituere id fisco debebo. §. 7. Qui accusavit falsum, heres [25] legatario extitit, vel heredi scripto: nihil huic nocere dicendum est. §. 8. Similis est [26] ei, & qui inofficiosum dicit. §. 9. Ætati [27] ejus, qui accusavit, ignoscitur [28]: & maxime si tutor vel curator dicere falsum vel inofficiosum velit: & ita Imperatores Severus & Antoninus rescripserunt. §. 10. His vero, qui testimonio suo intentionem accusatoris adjuvaverunt, deneganda est actio: idque Divus Severus decrevit. §. 11. Sunt qui putant (& recte) & ei [29] denegandam, qui accusatori adfuit, vel fidejussor pro eo extiterit. §. 12. Quidam & Præsidem indignum putant, qui testamentum falsum pronunciavit, si appellatione intercedente heres scriptus obtinuit. §. 13. Advocatum fisci, qui intentionem delatoris [30] exequitur, in omnibus officii [31] necessitas satis excusat [32]. §. 14. Qui principale [33] testamentum arguit, & [34] a secundis [35] tabulis repellendus est: item à codicillis ad testamentum factis, licet non confirmatis. Non idem sequendum est, si secundas tabulas vel codicillos coarguit: quia non utrumque hoc casu improbasse videtur. §. 15. An libertas ei servo data, qui testimonio [36] suo infringere voluerit testamentum, auferri debeat, videndum est. Fideicommissum utique non [37] est dignus consequi: & de libertate Divus Pius judicavit, esse ea privandum.

§. 16. Ei qui tutor datus est, non prodest ad excusationem, quod falsum dixit; sed à legato [38] removetur. §. 17. Qui mortis causa donationem [39] accepit à testatore, non est similis in hac causa legatario. §. 18. Alia causa est ejus, qui propter testamentum à legatario vel à statulibero [40] accipere jussus est; hic enim ut indignus repelletur. §. 19. Et Falcidiæ beneficium heredi scripto auferri debere, D. Pius & D. Marcus putaverunt.

§. 20. Omnes, qui ut indigni repellentur [41], summovendi sunt à præmio, quod secundum Edictum D. Trajani datur his, qui se deferunt.

De re mota.

VI. MARCELLUS lib. XXII Digestorum.

REscriptum est à Principe, *heredem rei* [42], *quam amovisset, quartam non retinere.* & ideo si is qui quadringenta habebat, universa quadringenta legavit, & heres centum subtraxisset: trecentorum quartam retinebit, septuagintaquinque scilicet; & ducenta vigintiquinque dabit legatariis: [ex] centum, quæ subripuit, legatariis quidem dabit septuagintaquinque; reliqua, id est, vigintiquinque, ad fiscum venient.

De accusatione testamenti.

VII. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

QUi Titii testamentum falsum dixit, nec obtinuit, heredi [43] ejus heres existere prohibendus non est: quia non principaliter [44] in Titii hereditatem succedit.

De actionibus confusis.

VIII. IDEM lib. IX Regularum.

INdigno herede pronunciato, adempta hereditate, confusas actiones restitui non [45] oportet.

De inimicitiis. 1. De maledictione. 2. De status controversia.

IX. ULPIANUS lib. XIV ad legem Juliam & Papiam.

SI inimicitiæ capitales [46] intervenerunt inter legatarium & testatorem, & verisimile esse cœperit, testatorem noluisse legatum sive fideicommissum præstari ei, cui adscriptum relictum est: magis est, ut legatum ab eo peti non possit. §. 1. Sed & si palam & aperte testatori maledixerit [47], & infaustas voces adversus eum jactaverit, idem erit dicendum. §. 2. Si autem status [48] ejus controversiam movit, denegatur ejus, quod testamento accepit, persecutio: ex qua specie statim fisco deferetur.

De tacito fideicommisso. 1. Si fideicommissarius desierit posse capere. 2. De tacito fideicommisso.

X. GAIUS lib. XV ad legem Juliam & Papiam.

IN *fraudem juris fidem accommodat*, qui vel id quod relinquitur, vel aliud, tacite [49] promittit restituturum se personæ, quæ [50] Legibus ex testamento capere prohibetur: sive chirographum [51] eo nomine dederit, sive nuda pollicitatione repromiserit. §. 1. Si quis ei, qui capere possit, rogatus fuerit restituere, & is mortis tempore prohibetur Legibus hoc capere: non dubito, quin, etsi deficit fideicommissum, apud eum tamen, qui rogatus est restituere, manere [52] debet: quia nullæ fraus ejus intervenisse videtur: nisi si in futurum casum fidem accommodavit, id est, ut, licet capere Legibus prohiberi cœperit, restituat. §. 2. Recte dictum [est], si pater [53] filii, quem in potestate habebat, tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere: quia parendi [54] necessitatem habuerit.

XI. PAPINIANUS [lib. XV Quæstionum].

HEres, qui tacitam fidem contra Leges accommodavit, in ea parte, qua fraudem adhibuit, Falcidia [55] non utitur: & ita Senatus [56] censuit. † Sed si major modus institutionis, quam fraudis fuerit, quod ad Falcidiam attinet, de superfluo quarta retinebitur.

De incapaci herede scripto in posteriore testamento. De nomine heredis inducto.

XII. IDEM lib. XVI Quæstionum.

CUm quidam scripsisset [57] heredes, quos instituere non potuerat: quamvis institutio non valeret, neque superius [58] testamentum ruptum esset, heredibus [59] tamen ut indignis, qui non habuerunt suprema [60] voluntatem, abstulit [61] jam pridem Senatus hereditatem. Quod D. Marcus in ejus persona judicavit, cujus nomen peracto testamento testator induxerat [62]: causam enim ad Præfectos [63] ærarii misit. Verum ab eo legata relicta salva manserunt. De præceptionibus eidem datis voluntatis erit quæstio, & legatum ei non denegabitur, nisi hoc evidenter testatorem voluisse appareat.

De

---

7 Incapaci quod relinquitur, pro non scripto est, & ideo cedit heredi, non fisco, *ut hic.*

8 *l.* 11. *ff. de alim.*

9 Alimenta possunt legari in metallum damnato.

10 Et sic apud heredem remanet.

11 Vide ad hunc versiculum Cujac. 18 *obs.* 13.

12 *l.* 2. *l.* 6 *in fin. l.* 14. *ff. de jure codicillor.*

13 *l.* 101. *in fin. ff. de leg.* 1.

14 *Subaudi*, tempore.

15 *l.* 14. *in fin. ff. de falsis.*

16 V. *l.* un. §. 3. *C. de caducis.*

1 VI C. XXXV. vide ad hunc tit. Ægid. Bossium *tit.* 11. Goth. Adde Brisson. *select. lib.* 4. *cap.* 4. Vasq. *de success. resolut. lib.* 2. §. 19. Peregrin. *de jure fisci. lib.* 2. *tit.* 2. 3. 4. 7. 8. Anf.

2 Ea dicebantur veteribus *ereptitia.* hujus itaque tituli sit hæc Epitome, *Omnibus qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indigniæ, aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum.* Paul. 3 *sent.* 5. §. 10.

3 V. *tit. C. quæ res vendi non possunt.* dixi ad *l.* 11. §. 3. *ff. de public.*

4 Præmium meretur, ut delator: ut ingratus & patronum accusans, privatur ejus legato: Atque ita ex eodem pœnam & præmium consequitur: quod singulare est.

5 Indignus est, qui contra tabulas petit: idcirco hereditas ei aufertur. *l.* 18. *in fin. ff. contra tabulas.*

6 Indignus est, qui contra Mandata vel Senatusconsulta uxorem duxit. *l.* 63. *ff. de ritu.*

7 V. *tit. C. de interdicto matrimonio inter pupill.*

8 De in domum ductione dixi ad *l.* 15. *ff. de cond. & demonstr.*

9 *l.* 13. *ff. eod.*

10 Indigna non est, quæ nupsit officiali provinciæ, vel tutori. v. *l. ult. ff. de leg.* 1. nisi scivit nuptias inutiles esse. *l.* 63. *ff. de ritu. l.* 27. *ff. de usufruct. legato.*

11 *Indignus* est, qui de vivi ignorantis bonis disponit. *l.* 29. *l.* 30. *ff. de don. l. ult. C. de pactis.*

12 V. *l.* 8. *ff. de l. Aquil.*

13 Delictum injuria adfecti personam non egreditur. *l.* 5. *ff. de injur. l.* 2. *in fin. ff. de alimentis.*

14 Adde *l.* 30. *ff. de except. rei jud. l.* 3. *ff. de falsis. l.* 43. *in fin. ff. de hered. petit.*

15 *l.* 24. *ff. eod. l.* 10. *in fin. ff. de Inoff. l.* 8. *in fin. C. de inoff.*

16 *Sub.* à petitione hereditatis.

17 *Puta*, si mulier sit. 1 *Harmen.*

18 *in fin.* adde Cujac. 5 *obs.* 39.

18 *Puta*, si miles vel rusticus. *l.* 3. §. 22. *ff. de Silaniano.* 19 *Puta*, si minor. 20 *l.* 32. *verf. recte. ff. de excus. tut.* 37 *Synops. Basil.* 1. *c.* 21. 5 *Harm.* 11. §. 41. 21 *l.* 34. *ff. de excus. tut.* 22 Vide Paul. 5 *sent.* 12. §. 3. 23 Id est, qui nihil accepit à testatore. *l.* 35. *ff. de fideicom. lib.* §. 2. *verf. quod si dominus. Inst. de sing. reb. per fideicomm.* secus si recepit. *l.* 19. *in fin. ff. de fidei. lib.* 24 In publicis judiciis filius potest accusare invito patre. *l.* 37. *ff. de adult.*

25 V. *l.* 7. *ff. eod.* 26 Vide tamen *l. ult. in fin. ff. de inoff.*

27 Vide Paul. 5 *sent.* 12. §. 4. vide *l.* 14. §. 2. *ff. de ben. lib.*

28 Imo, non ignoscitur, nisi beneficio Principali. *l.* 22. *in fin. ff. eod.* adde *l.* 2. *C. eod.*

29 Cur ei? quia voluntate accusatori adfuit consilio vel fidejubendo.

30 Delatoris quodammodo est patronus, fisci patronus. ut *l. ult. C. de delatorib.* Si vero sine delatore agit, ipse delator est potius, quam fisci patronus.

31 Necessitas officii excusat delatorem & delatoris adjutorem. adde *l.* 22. *ff. eod. l.* 2. *C. de delatoribus.* ubi dixi. adde *l. pen. ff. de postulando.*

32 Non sit igitur infamis, ut delator, neque punitur. Idem dicendum de servis fiscalibus. vide Cujac. ad *l.* 2. *C. de delator.* Neque tenetur ad expensas, multo minus ad talionis pœnam. Cogendus est tamen delatorem nominare: ne prætextu vel colore officii, clam suas inimicitias exerceat.

33 Quid, si codicillos? v. *l.* 15. *ff. eod.*

34 Testamenti principalis cum secundis tabulis & codicillis connexitas & similitudo.

35 Secundis tabulis hic opponitur principale testamentum. v. quæ scripsi ad *l.* 11. *ff. test. quemadm. aper.*

36 Testis admittitur adversus testamentum.

37 Imo non est indignus. *l.* 24. *in fin. ff. de falsis.*

38 *l.* 6. *ff. de hered. pet.*

39 Adde *l.* 11. *ff. de inoff.*

40 Indignus heres privatur etiam commodo, quod accepit à statulibero. vid. ad hunc locum Manticam. 11 *de conjecturis ultimarum voluntatum.* 17. *n.* 20. ubi notat, indignitatis causam referri vel ad portionem hereditatis incapaci restituendæ, vel ad testamentum, quod heres ipse accusat.

41 Repelluntur. *Hal.*

42 *l.* 24. *l.* 68. *in fin. ff. ad l. Falcid. Novell.* 1. *cap.* 2. dixi ad Accurs. *Novell.* 1. *cap.* 2. & hoc jure veteri.

43 *l.* 5. §. 7. *ff. eod.*

44 Sed per aliam heredem: non denique voluntate ipsius testatoris heres factus est, sed voluntate ejus heredis.

45 *l.* 17. *l.* 18. §. 1. *ff. eod. l.* 29. *in fin. ff. de jure fisci.*

46 *l.* 6. §. 17. 18. *ff. de excus. tut. l.* 3. *in fin. ff. de admitt. l.* 11. *Inst. de excus. tut.*

47 *l.* 1. *in fin. ff. de jure patron.*

48 *l.* 6. §. *pen. ff. de excus. tut.* §. 12. *Inst. de excus. tut.*

49 *l.* 103 *ff. de leg.* 1. Goth. Vigo obligamur, aut nuda pollicitatione. *l.* 3. *ff. de jure fisci.* 52 *l. ult. ff. eod.* 53 Vel dominus servi. vide *l.* 13. *ff. ad l. Falcid.* 54 *l.* 13 *ff. ad l. Falcid.* huc refer Gell 2. *c.* 7. 55 Id est, quadrantem non deducit, nec caducum vindicat ex eo testamento, si liberos habeat. Ulpian. *ibid.*

56 Senatusconsulto *Plantiano* id cautum est. *l.* 59. *in fin. ad l. Falcid.* 57 In secundo testamento. *Basil.* 58 Prius. 59 Et sic heredes in priore testamento scripti, quasi indigni reperiuntur. *Græci.* 60 Ultimam. 61 Cur? Cum testator in priori voluntate non perseveraverit, testator judicavit ea re plane se odio heredis ad secundam voluntatem transire. *Græci.*

62 *l.* 16. *in fin. ff. eod. l.* 2. §. 7. *ff. secund. tab.* 63 Præfecti ærarii cognoscebant de caducis, v. *l.* 3. *ff. de his, quæ in testam.* dixi ad *l.* 42. *ff. de jure fisci.*

de Leonin. *emendat. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 6. Anf. 50 Vide Ulpian. 25. §. 17.

De matrimonio cum adultera.

XIII. IDEM lib. XXXII Quæstionum.

CLaudius Seleucus Papiniano suo Salutem. *Mavius in adulterio Sempronia damnatus, eandem Sempronium non* 64 *damnatam duxit* 65 *uxorem, qui moriens heredem eam reliquit: quæro, an justum matrimonium fuerit, & an mulier ad hereditatem admittatur?* Respondi, neque tale 66 matrimonium stare, neque hereditatis lucrum 67 ad mulierem [pertinere]: sed quod relictum est, ad 68 fiscum 69 pervenire. † Sed etsi talis mulier virum heredem instituerit, & ab eo quasi ab indigno hereditatem auferri dicimus.

De stupro.

XIV. IDEM lib. XXXIII Quæstionum.

MUlierem 70, quæ stupro cognita in contubernio militis fuit, etsi sacramento 71 miles solutus intra annum mortem obierit, non admitti ad testamentum jure militiæ factum, & id quod relictum est, ad 72 fiscum pertinere, proxime tibi respondi.

De accusatione codicillorum.

XV. IDEM lib. VI Responsorum.

HEredi, qui falsos codicillos 73 esse dixit, neque obtinuit, hereditas 74 non aufertur: si tamen aliquid à coheredecodicillis acceperit, ejus actio denegabitur. itaque si bonorum inter heredes divisionem defunctus codicillis fecerit: partes quidem hereditarias, in quibus legatum consistere non potuit, tenebit: sed Falcidiæ beneficio non utetur, si tantum 75 in amissis portionibus erit, quod Falcidiam æquitate compensationis recusaret.

De accusatione subjecti partus. 1. De concubina. 2. De nomine heredis inducto.

XVI. IDEM lib. VIII Responsorum.

CUm tabulis 76 secundis pater impuberi filio fratris 77 filios, coheredibus datis, substituisset; ac substituti fratris filii, post mortem pueri, matrem ejus partus 78 subjecti 79 ream postulassent, ut hereditatem patrui legitimam obtinerent: victis auferendam esse partem hereditatis ex causa substitutionis, respondi: quia ex testamento sententiam 80 secundum se dictam non haberent. §. 1. Quoniam 81 stuprum in ea contrahi non placuit, quæ se non 82 patroni concubinam esse patitur 83, ejus, qui concubinam habuit, quod testamento relictum est, actio non denegabitur: idque in testamento Cocceii Cassiani clarissimi viri, qui Rufinam ingenuam honore 84 pleno dilexerat, Optimi Maximique Principes nostri judicaverunt: cujus 85 filiam 86, quam alumnam 87 testamento Cassianus nepti coheredem datam appellaverat 88, vulgo quæsitum 89 apparuit. §. 2. Cum heredis nomen mutata voluntate paterfamilias inciss tabulis induxisset 90, atque ideo fisco portionis emolumentum adjudicatum fuisset: eam rem legatariis non obesse, qui retinuerant voluntatem, Divo Marco placuit, & ideo cum suo onere fiscum succedere.

De vindicta defuncti omissa.

XVII. IDEM [lib. XIII Responsorum].

HEredem, qui sciens defuncti vindictam insuper habuit 91, fructus 92 omnes restituere cogendum existimavi: nec probe desideraturum, actionem 93 confusam restitui. Deceptum 94 autem ignorantione facti 95, bonæ fidei possessoris defensionem habiturum, ante motam scilicet controversiam, si ratio fructuum subducatur: nec improbe confusam 96 actionem reddi postulaturum.

De tacito fideicommisso. De morte non defensa.

XVIII. IDEM lib. XV Responsorum.

EUm, qui tacitum fideicommissum in fraudem Legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi: quod bonæ fidei possessor fuisse non videtur, exemplo bonorum fisco vindicatorum. † Post motam de tacito fideicommisso controversiam, ante pretia fructuum percepta cum usuris 97 esse restituenda respondi: sed omnium fructuum, quorum pretia percepta fuerant. quod si fructus in usu habuit, eorum pretia tantum restitui satis erit. Sed D. Severus bonorum tacite relictorum, citra distinctionem 98 temporis, fructus duntaxat deberi, non 99 etiam usuras eorum, benigne decrevit. quo jure utimur. §. 1. Bonis universis 100 ex causa taciti fideicommissi fisco restitutis, heredem onus æris alieni non spectare convenit. Nec aliud servatur, morte non defensa. Si quid tamen ob aditam hereditatem, actionibus aut servitutibus confusis 1, amiserit, auxilio restitutionis non merebitur. §. 2. Pro parte heres institutus, prædii legatum acceperat, & in hereditate non capienti restituendi tacitum ministerium susceperat: quanquam legatum pro ipsius parte non constitisset, ideoque portionem istam pro herede possideret, tamen ei prædium integrum 2 esse relinquendum respondi: neque enim rationem juris 3, ac possessionis varietatem inducere divisionem 4 voluntatis.

D. impedito mutare testamentum.

XIX. PAULUS lib. XVI Responsorum.

SI scriptis heredibus ideo hereditas ablata est, quod testator aliud testamentum mutata voluntate facere voluit, & impeditus 5 ab ipsis est: ab universo judicio priore recessisse eum videri.

De morte non defensa.

XX. HERMOGENIANUS lib. III juris epitomarum.

EI 16, qui 17 mortem 18 uxoris non defendit 19, ut indigno 20 dos 21 aufertur 22.

XXI. PAULUS lib. V Sententiarum.

POrtionesque 23 eorum fisco vindicantur, qui mortem libertorum 24 suspecto decedentium non defenderunt. Omnes 25 enim heredes, vel eos, qui 26 loco heredis sunt, officiose 27 agere circa defuncti vindictam convenit.

Si tutor testamentum falsum & inofficiosum dicat.

XXII. TRYPHONINUS lib. V Disputationum.

TUtorem, qui pupilli sui nomine 28 *falsum vel inofficiosum* 29 *testamentum* dixit, non 30 perdere sua legata, si non obtinuerit, optima ratione defenditur 31: &, si libertum patris pupilli sui nomine capitis accusaverit, non repelli à bonorum possessione contra tabulas. Quia officii necessitas, & tutoris fides excusata esse debet. Nec quisquam Judicum calumnia 32 notabit tutorem, qui non suis simultatibus accusationem sub nomine pupilli instituit: sed cogente forte matre pupilli, vel libertis patris instantibus. Et si tutor reum aliquem postulaverit pupilli nomine, & ideo non sit exsecutus, quod interim ad pubertatem pupillus pervenerit; non oportet dici in Turpillianum eum Senatusconsultum incidisse: discreta sunt enim jura, quamvis plura in eandem personam devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii: & cum non suæ personæ jure, sed pupilli accusaverit, propriam pœnam mereri non debet. Deniq; pupillo relicta in eo testamento, nisi 33 à Principe conservata sint, pereunt: adeo ille est accusatoris defensor, & quasi patronus. idem & Sabinus libris ad Vitellium scripsit.

De tacito fideicommisso.

XXIII. GAIUS lib. singul. de tacitis Fideicommissis.

SI quilibet heres ex cujuscunque testamento tacite rogarus fuerit, ut quadrantem, quem legis Falcidiæ beneficio retinuit, non capienti restituat: æque locus erit Senatusconsulto 34. neque enim multum intererit inter tale fideicommissum, & cum quis id quod ad se ex hereditate pervenerit, restituere rogatus sit.

Si testamentum non jure factum dicatur.

XXIV. PAPINIANUS lib. XVIII Quæstionum.

SI testamentum patris jure 35 factum filius negavit: quoniam de jure 36 disputavit, non judicium impugnavit aut accusavit, retinet defuncti voluntatem.

Tacitum fideicommissum non inducitur ex sola heredis instituti affectione.

XXV. IDEM lib. XIV Responsorum.

SI gener 37 socerum heredem reliquerit, taciti fideicommissi suspicionem [sola ratio paternæ 38 affectionis non admittit 39].

§. 1. Apud Scævolam lib. XXX Digestorum Claudius notat: Si vivo testatore decesserit is, cui illicite 30 legatum relictum erat, non fisco 31 hoc vindicatur, sed apud 32 eum, à quo relictum est, remanet 33.

---

64 Vide 6 Marcian. 2. *in fin.* leges hactenus fideicommissam adulteram duxit. *l.* 37. *ff. de ritu nuptiarum*

65 Atqui damnatam & supplicio capitali eum affectum oportuit. *l. quamvis.* 30. *C. de adulteris.* An hoc jure adulterii pœna non sit capitalis. *arg. l.* 2. §. *ancilla* 3. *ff. de his, qui notantur infamia. l. qui cum uxore* 4. §. *adulterii* 7. *ff. de re militari?* An adulterii pœna capitalis est certis personis, quæ aliis non sit, ut notatur *l. si quis vidaum.* 5. *ff. de quæstionibus?* An hic causa cognita minor pœna imposita est. *l. quid ergo.* 13. §. *pœna gravior.* 7. *ff. de his qui notantur?*

66 Nemo potest eam jure in uxorem ducere, quam per adulterium polluit. Hujusmodi uxori tanquam indignæ aufertur, quod à viro ei relinquitur. *Bart.* adde *cap. fin. de eo, qui duxit in matr. quam pollut per adulterium.* Quid, quo secutu matrimonium adulteræ cum adultera non est? Canonistæ id intelligunt verum esse, si adulterium committum fuerit, data fide matrimonii contrahendi, mortuo uxoris marito. *dist. cap. ult.* Goth. Vide Cujac. *lib. 5 observ. cap.* 6. Peregrin. *de jure fisci. lib.* 2. *cap.* 2. Ans.

67 *l.* 2. *ff. eod.*

68 Imo certis personis defertur, *l. qui contra legem.* 4. *C. de inofficios.* unde hæc lex emendata novo jure videtur. *Bart.*

69 *d. l.* 2. *l.* 14. *ff. eod. l.* 32. *in fin. ff. de donat. inter virum.*

70 *l.* 41. §. 1. *ff. de testam. milit.*

71 Vide *l.* 11. *ff. ad leg. Jul. de adult.*

72 Imo quod relinquitur à milite ei, quam per stuprum cognovit, non cedit fisco, *l. affectionis.* 5. *ff. de donat.* lex contraria in pagano, hæc in milite obtinet. Ita not. *l.* 2. *C. de donat. inter virum. l. milit.* 41. §. 1. *ff. de test. milit.* 73 Adde *l.* 5. §. 14. *ff. eod.* 74 Cur non aufertur? Accessorium qui impugnat, eo tantum privatur, at non his quæ consequi potest ex jure principali.

75 Adde *l.* 61. *ff. ad l. Falcid.* 76 Secundæ tabulæ, pupillaris substitutio. 77 Substituere filio impuberi fratris filios possumus. 78 Suppositum qui partum esse ait, secundas tabulas impugnat: ideoque ut indigno ei auferuntur quæ illis tabulis ei relicta. 79 Atque ita testamentum impugnabant. *argum. l* 4. *C. de her. inst.* 80 Sententia secundum se dicta non haberent. Ita legit & emendat Anton. Faber, *6 conject.* 19. atque ita veteres quosdam legisse notat Bartolus.

81 Adde *l.* 1. *ff. de concubinis.* adi ad hanc legem Langebekium *cap.* 3 *annotationum.* Antonium Fabrum 3 *conjectur.* 13. 82 Cum concubina nemo stuprum committit jure civili; est enim concubinatus jure civili permissus. *l.* 3. *ff. de concubinis.* Quod etiam constitutum fuit in concubina patrono juncta: cum jure civili liberta multo honestius patroni fuerit concubina quam uxor. *l.* 1. *ff. de concubin.* Unde constat, concubinæ testamento relinqui posse: eique actionem non denegari. Imo, & matri concubinæ, & liberis ejus (ex alio autem concubinatu suscepti) relinqui potest: cum si turpis esset conjunctio, æque in liberis atque in matre inutile esset relictum. 83 Vide Cujac. 5 *obs.* 3. 84 Honor hic plenus est maritalis, quo differt uxor à concubina. *l.* 49. §. 4. *in fin. ff. de leg.* 3. *l.* 31. *ff. de donat.* Concubina, matrisfamilias honestatem non habet, nisi patroni concubina sit. *l.* 41. *in fin. ff. de rit.* Nuptias facit plenus honor, *ut hic.* maritalis honor & affectio. *l. donationes.* 31. *ff. de don.* Honor est in ipsa appellatione. *Novell.* 74. uxor, materfamilias, domina, nomina sunt dignitatis. Concubina, quasi nomen voluptatis. Porro hic quidam etiam legunt, *pleno amore*: quam lectionem non improbat Anton. Fab. 3 *conject.* 4. 85 Judicaverunt, quam alumnam testamento Cassianus nepti coheredem datam appellaverat, cujus filiam vulgo quæsitam apparuit. Ita hunc locum restituit & emendat Anton. Fab. 3 *conject.* 14. 86 Cum idem Cassianus post mortem Ruffinæ dixisset, scil. 87 Quasi eam educasset. 88 Quæritur, an ei jure potuerit legare. 89 Cæterum vulgo quæstum fecisse apparuit. Cujac. 5 *obs.* 6. hinc sumitur ratio decidendi, juste ei legatum videri, ex quo Cocceius Cassianus stuprum cum legataria non commiserit: stuprum non commisisse hinc apparet, quod eam concubinam habuerit, quæ vulgo quæstum fecerit. *l.* 3. §. *de concubinis.* 90 *l.* 12. *ff. eod.* 91 Id est, neglexit. *Insuper habendi* verbo usus est & Gellius 1. *c.* 19. Apuleius 1 *de Asino.* v. Muretum 11 *variar.* 17. adde quæ notavi ad *l.* 43. *ff. de religiosis.* adde *l.* 2. *C. si omissa causa.* 92 *l.* 1. *C. eod. l.* 76. §. 7. *ff. de leg.* 2. 93 *l.* 8. *ff. eod.* 94 *l.* 21. §. 1. *ff. de Silaniano.* 95 Quid, si ignorantia juris? secus. *l. sed etsi.* 25. §. *scire.* 6. *ff. de pet. hered.* Ignorantia juris, quoties de fructibus quæstio est, neminem in mala fide constituit. *l. si fur.* 32. §. 1. *ff. de usucap.* 96 Confusæ actiones non restituuntur nisi ignorantia deceptis, *ut hic.*

97 *l.* 1. *C. eod. l.* 17. §. 2. *ff. de usuris.*

98 Citra finem temporis *l. pen. ff. de re militari.*

99 Etiam si sit bonæ fidei judicium.

100 Onus æris alieni non ei incumbit, cui bona universa auferuntur, nec tamen jura confusa restituuntur.

1 *l.* 8. *ff. eod.*

2 In bonis quæ auferuntur ex causa taciti fideicommissi, prælegata non veniunt.

3 *Subaudi*, stricti.

4 Quid, si legat, *divisionis voluntatem?* Nam paulo ante scripsit, prædium integrum esse relinquendum.

5 Indignus est hereditate defuncti scriptus heres, qui defunctum impedivit ne testamentum mutaret. *l.* 1. *ff. de his, quæ pro non script.*

6 Viro sive marito.

7 Dos uxoris num marito adquiretur, si uxoris necem ultus fuerit? olim ita fuisse videtur: hodie non item. dixi ad *l. un. §. illo proculdubio. C. de rei uxoriæ actione.*

8 Adde *l.* 21. *ff. eod. l.* 27. *ff. de jure fisci.*

9 Id est, non ulciscitur.

10 Indignus dote est maritus, qui mortem uxoris non defendit.

11 Quam lucrari aliter potuit.

12 Imo non cedit fisco, sed heredibus mulieris, *l. si ab hostibus.* 10. §. *ult. ff. soluto.* ibi uxor à marito: hic ab alio fuit interfecta. Priore casu, vir nullo tempore dotem lucratus est: posteriore, secus: quam tamen amittit, quod mortem uxoris non vindicaverit.

13 *Al.* quoque.

14 Indignus est, qui mortem liberti non defendit. adde *l.* 20. *ff eod. l.* 15. *in fin. ff. de Silaniano.*

15 Heredes, vel qui loco heredis sunt, officiose circa defuncti vindictam agere debeat. Omnes, etiam libertorum.

16 Bonorum possessores heredis loco sunt.

17 Officium præstat defuncto, qui ejus mortem vindicat.

18 An est ad utilitatem pupilli; ut putat Accursius? An potius etiam tutorio nomine accusare potest, *ut hic.* & *l Polla.* 2. *C. eod.*? licet subscribere nomine pupilli non possit; *l.* 2. *qui accusare. arg. l. ult. C. de injuriis.* ubi alius accusat, alius subscribit. 19 *l.* 30. *ff. de inoff.* §. 5. *Inst. de inoff.* 20 Imo amittit. *l.* 5. §. 11. *ff. eod. l. filium.* 22. *l. ultim. ff. de inofficioso.* hic necessitate officii accusat: ibi, voluntate. 21 Est enim æquum, ut qui necessitate officii testamentum accusat, eo, quod proprio nomine meruit, non privetur. adde *l. ult. ff. de postulando.* 22 Adde *l. ult. ff. de postulando. l.* 2. *C. qui accusare.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 9. 23 Adde *l.* 5. §. 9. *ff. eod.* 24 Plantiano, de quo *l.* 59. *in fin. ff. ad leg. Falcid.* 25 *l.* 5. §. 5. *ff. eod.*

26 Testamentum qui jure factum negat, de jure tantum testamenti disputat, non autem judicium defuncti impugnat. 27 Uxor est incapax ex lege Papia decimaria: ideoque tacitum fideicommissum ei perperam relinquitur, *ut hic.* hodie ex constitutione *l.* 2. *C. de infirmandis pœnis cœlibatus*, non est incapax. 28 Est enim loco parentis. *l.* 16. *ff. soluto.* 29 Præsumptio fraudis non inducitur ex sola consanguinitate. *Bart.* 30 Vide Tiraquell. *c.* 29. privilegio pia causæ. 31 Hoc referendum ad caduca, de quibus videnda est *l. un. C. de caducis.* 32 Id est, apud heredem testatoris. 33 *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

LIBER TRIGESIMUSQUINTUS.

TIT. I.

DE [1] CONDITIONIBUS [2] ET DEMONSTRATIONIBUS, ET CAUSIS [3], ET MODIS [4] EORUM, QUÆ IN TESTAMENTO SCRIBUNTUR.

Divisio legati. 1. *De die certo.* 2. *De die incerto.* 3. *De conditione.*

I. POMPONIUS lib. III ad Quintum Mucium.

LEgatis, quæ relinquuntur [5], aut dies incertus [6], aut conditio adscribitur: aut, si nihil horum factum sit, præsentia [7] sunt: nisi [8] si vi ipsa conditio inlit. §. 1. Cum dies certus adscriptus est, quamvis dies [9] nondum venerit, solvi tamen possunt: quia certum est ea debitu iri. §. 2. *Dies* autem *incertus* [10] est, cum ita scribitur: *Heres meus cum morietur, decem dato:* nam diem incertum mors [11] habet ejus. & ideo, si legatarius ante decesserit, ad heredem ejus legatum non transit: quia non cessit dies vivo eo, quamvis certum [12] fuerit moriturum heredem.

§. 3. Inest [13] autem *conditio* legati, veluti cum ita legamus: *Quod ex Arescusa natum fuerit, heres dato:* aut, *fructus, qui ex [eo] fundo percepti fuerint, heres dato* [14]: aut, *servum, quem alii non legaverо, Seio dato.*

Divisio *conditionum*, & *de* tempore *earum implendarum.*

II. ULPIANUS lib. V ad Sabinum.

COnditionum quædam sunt, quæ quandoque [15] impleri possunt etiam [16] vivo [17] testatore [18]: utputa, *Si navis ex Asia venerit:* nam quandoque venerit navis, conditioni paritum videtur. quædam [19], quæ non nisi post [20] mortem testatoris: *Si decem dederit; Si Capitolium ascenderit*; nam [21], ut paruisse quis [22] conditioni videatur, etiam scire [23] debet [24] hanc conditionem insertam; nam, si fato [25] fecerit, non [26] videtur obtemperasse [27] voluntati.

Impossibilis *c. pro nulla habetur.*

III. IDEM [lib. VI ad Sabinum].

OBtinuit, *impossibiles* [28] conditiones testamento [29] adscriptas pro [30] nullis habendas.

De conditione dandi. 1. *De particula* tum.

IV. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

SI his [31] legatum est [32], quibus [33] patronus [34] legata præstat [35], temperare [36] debet Prætor conditionem [37]: ut & patrono [38], & heredibus scriptis pro portione dentur [39] conditionis explendæ gratia [40]. §. 1. Si ita scriptum sit: *Si in quinquennio proximo Titio filius natus non erit, tum* [41] *decem Seiæ heres dato:* si Titius ante mortuus sit, non [42] statim Seiæ decem deberi, quia hic articulus *tum* [43] extremi quinquennii tempus significat.

Qui implere conditionem possit Pupillus. 1. *Servus & filiusfamilias sponte conditionis parere possunt.*

V. PAULUS lib. II ad Sabinum.

COnditionibus *pupillus*, & sine tutoris auctoritate parere [44] potest [45]. nec quem moveri, quod expleta conditione necessarius heres aliquando esse potest [46]: nam hoc jure potestatis fieri, non conditionis expletæ 47. §. 1. Item *servus* vel *filiusfamilias* sine jussu patris vel domini conditionem implere possunt: quia eo facto nemo fraudatur [48].

Pro impleta habetur si non stet per her. vel leg. quominus cond. impl.

VI. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

MUlta testamento non committitur ab herede vel legatario, vel eo, qui ex ultima voluntate aliquid lucratur, qui alicujus arbitratu [49] monumentum facere jussus sit, si is, cujus arbitrium [50] est, non vivat, vel adesse non possit, aut rei [51] arbitrari nolit.

§. 1. *Si servos certos* [52] *quis manumisisset*, heres esse jussus erat: quibusdam ex his ante mortuis, Neratius respondit, defici eum conditione; nec æstimabat, pareri posse conditioni necne: Sed Servius respondit, cum ita esset scriptum, *Si filia & mater mea vivent* [53], altera jam mortua [54], non defici conditione: idem est & apud Labeonem scriptum: Sabinus quoque & Cassius, quasi impossibiles eas conditiones in testamento positas, pro non scriptis esse: quæ sententia admittenda est.

In non faciendo consistens cond. cautione Mutiana præstita non imp. legatum statim capi.

VII. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

MUtianæ [55] cautionis [56] utilitas [57] consistit in conditionibus, quæ in non [58] faciendo sunt conceptæ: utputa, *Si in Capitolium* [59] *non ascenderit, si Stichum non manumiserit*, & in similibus: & ita Aristoni, & Neratio, & Juliano visum est: quæ sententia & Constitutione Divi Pii comprobata est. Nec solum in legatis placuit, verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est. §. 1. Unde si uxor maritum suum, cui dotem promiserat, ita heredem scripserit ex parte, *Si dotem, quam ei promisi, neque* [60] *peterit, neque exegerit*: denunciare [61] eum posse coheredi, paratum se accepto facere dotem vel [62] cavere: & ita adire posse hereditatem. sed si ex asse sit institutus maritus sub ea conditione, quoniam non [63] est, cui caveat, non impediri eum, quo minus adeat hereditatem. nam * jure ipso videtur impleta conditio, eo [64] quod non est, quem possit de dote convenire ipse adeundo hereditatem.

Si non stat per l. condtio impl. censetur.

VIII. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI quis ita legaverit, *Dum uxor mea cum* [65] *filio erit, heres meus ei tantum dato:* si ea latitans patronum, de medio discessit, ut tamen consilium retineret habendi secum liberos, deberi ei legatum, Trebatius & Labeo aiunt: quia non omne momentum exigendum sit [66], ut cum liberis sit, sed si eam mentem, & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, neve [67] per eam stet, quo minus cum ea filius educetur.

Quando impleri possit & debeat. liberorum in tempus c. cond. test. impleri.

IX. ULPIANUS lib. XX ad Sabinum.

SOlemus dicere eum qui in [68] *tempus liberorum* uxori legat, de his non sensisse, quos [69] jam tunc uxor habuit, cum testaretur maritus [70].

Nuptiarum conditio, & vivo testatore impleri potest. Quomodo impleri debeat conditio? legitime. 1. *Si jam factum sit quod conditionis loco ponitur.*

X. IDEM lib. XXIII ad Sabinum.

HÆc conditio [71], *Filiæ meæ, cum nubserit*, talis est, ut qui testatus est, impleri solummodo conditionem voluerit; non satis egerit, quando: & ideo, [&] si vivo testatore nupserit post testamentum factum, impleta conditio videtur, præsertim cum conditio hæc talis est ut semel impleri debeat. † Sed enim non omnes conjunctiones implent conditionem: puta enim nondum [72] nubilis ætatis in domum mariti deducta [73], non paruit conditioni. sed etsi ei conjuncta sit, cujus nuptiis ei interdictum sit, idem dicemus. An tamen nubendo postea parere conditioni possit, quasi non nupserit, dubitari potest? & si testator de primo nuptiali jugo sensit, puto defectam conditionem: benigne tamen dicendum est, nondum impletam conditionem [74] defectam. §. 1. Si [sic] legatum sit, *Si navis ex Asia venerit*, & ignorante testatore navis venerit testamenti facti tempore: dicendum, pro impleta haberi. † Et si cui sic legatum est, *Cum pubes erit*, simili modo hoc erit dicendum.

1. De conditionibus promiscuis, vel non promiscuis.

XI. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

SI jam facta sint, quæ conditionis loco ponuntur [75], & sciat testator: quæ iterum fieri possunt [76], expectentur, ut fiant: si vero nesciat [77], præsenti debeantur. §. 1. Item sciendum est, promiscuas [78] conditiones post mortem impleri oportere, si in hoc fiant, ut testamento pareatur: veluti, *Si Capitolium ascenderit*, & similia. non promiscuas, etiam [79] vivo testatore existere posse: veluti, *Si Titius consul factus fuerit.*

Exemplum causæ: ejus distinctio & pœne.

XII. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

SI ita legatum sit, *Quoniam* [80] *filius major ex ancilla mea decem fuerit, heres minor filius decem è medio sumito:* debetur legatum: quia idcirco relictum est, ut conditio filiorum exæquaretur. & sane hæc causa est: nam causa in præteritum, pœna [81] in futurum [82] confertur.

In cujus persona dandi c. impl. p.

XIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

SI fundus alicui legatus fuerit, *si pupillo vel furioso pecuniam dedisset*: videtur [83] expleſſe conditionem, curatori vel tutori dando. Si

---

1 De conditionibus, multis disputat Bartolus in explicatione legis 1. hoc titulo; nimirum: Quid sit conditio; quibus verbis inducatur; & utrum semper inducatur hoc articulo, *si*: An inducatur adverbio, præpositione quavis, vi nominis, pronomine, verbo, participio, gerundio, supino.

2 Infertis, scil. tam legatis, quam fideicommissis & libertatibus. VI C. XLVI. περὶ τῶν ὑπὸ πίστιν ἐληλυθότων, & ἐπὶ μέρει καὶ ἐπὶ τέλει τιθεμένων, id est, *de his, quæ sub conditione & die legata sunt.* 44 *Eclog.* 29. adde *tit.* 30.

3 De falsa causa adjecta legato vel fideicommisso, VI C. XLIV. Causa exprimit rationem, quæ nos movet, ut alteri legemus.

4 Περὶ τῶν ὑπὸ πίστιν ληφθέντων. 44 *Eclog.* 28. de his, quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur, VI C. XLV. Ut hæc omnia separemus, demonstratio rem ipsam legatam notat, designat ac depingit: conditio suspendit transmissionem legati. Modus ostendit, quid legatarium ex legato facere velimus.

5 Dies, aut certus aut incertus. *Hal.* Goth. De certo aut incerto tempore vid. Alberic. Gentil. *de diverſ. temp. appell. cap.* 12. Anſ.

6 V. §. 2. *ff. eod.* quid, si certus? v. §. 1. *ff. eod.*

7 Si dies certus, aut conditio expresse vel tacite legato non adjicitur, legatum purum intelligitur. 8 V. §. 3. *ff. eod.* 9 Quod in diem debetur, ante solvi potest, licet peti non possit. *l.* 137. §. 2. *in fin. ff. de verb. oblig.* 10 Si, *cum heres morietur*, legatur, conditionale legatum est. *l.* 4. *l.* 21. *ff. quando dies legat.* 11 Mors habet diem incertum, licet sit certa. *ff. eod.* 12 *l.* 68. *in fin. ff. de legat.* 1. 13 Ex re ipsa, *l.* 73. *ff. de verb. oblig.* extrinsecus sc. non ex testamento. hujusmodi tacitæ conditiones non faciunt legata conditionalia. *l.* 99. *ff. de verb. oblig.* Tacitæ igitur sunt conditiones, quæ insunt: quæ, velit nolit testator, insunt tamen ac subintelliguntur. Accidunt autem sex modis hujus generis conditiones tacitæ: puta ex necessitate (ut natura rei & juris dispositione) tacita ademptione, repetitione, legis subauditione, præsumptione, qualitate legati. Bald. *hic.* 14 His casibus expectare legatarius debet donec fructus nascantur, & per rerum naturam præstari possint, *d. l.* 99. *l.* 83. §. 5. *ff. de verb. oblig. l.* 39. *in fin. ff. de contr. empt.* hæc verba quasi taxationis vicem obtinent. *l.* 5. *ff. de tritico.* 15 Etiam vivo testatore, ut mox sequitur. 16 Conditiones casuales testamento adjectæ, possunt etiam vivo testatore impleri: potestativæ, post mortem, & quidem scienter, non facto ipso. Quid, si contractui vel legi adjectæ hujusmodi conditiones? Idem. Nam casuales impletas esse ante contractum sufficit, etiam iis ignorantibus, qui contraxere, *l. hæc conditio.* 10. *in fin. ff. eod.* potestativæ ac faciles implendæ post contractum a sciente, non fato. 17 *l.* 11. *in fin. ff. eod.* 18 Veluti casuales, quæ quod ex potestate honorati non pendeant, dici non potest testator sensisse, ut ab herede implerentur, sed effectum tantum, & implementum hujusmodi conditionum spectasse. 19 Ut potestativæ, in potestate heredis positæ. 20 An ante vel post aditam hereditatem? si implenda conditio ab herede, & in persona heredis, post aditam hereditatem implenda est; alias, ante. 21 Præsumitur quis non fato, vel casu, sed implendæ conditionis animo Capitolium ascendisse, quoties idem probatur sciviſſe conditionem sibi adjectam. Fingit lex, seu præsumit, eo animo Capitolium ascendisse. 22 Puta heres. 23 *l.* 11. *ff. eod.* 24 Imo non tenentur scire. *l.* 21. *in fin. ff. de adquir. hered.* 25 Id est, citra deliberationem ac scientiam, vel si ignorans. 26 Cur non videtur? Conditionem potestativam implere, nihil aliud est, quam parere testatori, obsequii natura pendet ab animo, non à fato. 27 Obtemperare, est consentire. Qui ignorat, consentire non potest. Consensus scientiam præsumit. *l.* 2. *ff. de jud.* 28 *l.* 6. §. 1. *ff. eod. l.* 16. *in fin. ff. de injuſt. l.* 50. §. 1. *ff. de her. inſt. l.* 1. *l.* 4. *in fin. l.* 6. *l.* 20. *ff. de cond. inſt. l.* 12. §. 1. *in fin. l.* 104. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 1. §. 10. *Inſt. de hered. inſt.* 29 Impossibilis conditio ex legatis & institutionibus rejicitur, *l.* 1. *ff. de cond. inſt.* An & ex contractibus? Minime. Impossibilis conditio voluntates ultimas non vitiat contractus. *l. non solum.* 31. *ff. de obl.* 30 Id est, vitiantur & non vitiant, *l.* 1. *ff. de cond. inſt.* evanescunt, *l.* 6. *d. tit.* pro non scriptis accipiendæ sunt, *l.* 6. *in fin ff. eod. l.* 20 *d. tit. l.* 16. *in fin. ff. de injuſto. l.* 104. *C. de leg.* 1. §. 10. *Inſt. de her. inſt.* pro non adjectis, *l.* 135. *ff. de reg. jur.* perinde est, ac si pure legatum esset, *l.* 50. §. 1. *ff. de hered. inſt.* nihil legato nocent. *l.* 12. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 1.

31 Parentibus & liberis. 32 A liberto. 33 Id est, liberis. *l.* 64. *in fin. ff. ad Trebell.*

34 Præteritus sc. à liberto suo, & sic rumpens ejus testamentum. Pro tertia namque hodie bonorum possessionem ab intestato habet. 35 Accepta bonorum possessione contra tabulas liberti.

36 Non enim legatarii debent ea, quæ dare jussi sunt scripto heredi, soli & uni scripto heredi in hac specie dare; sed pro portione ea dare scripto heredi, & patrono defuncti, qui pro tertia testamentum defuncti rupit: pro ea namque parte heres est. 37 Fingamus relictum legatariis aliquid sub hac conditione, *si scriptis heredibus decem dediſſent.* 38 Quamvis non scripto heredi, sed tantum bonorum possessori: & merito. nam quem sequuntur commoda, eum sequi debent & onera. *Socin.* 39 Ea quæ testator voluit scriptis heredibus à legatariis dari. 40 Ut eo pacto patronus bonorum possessor, & scripti heredes voluntati defuncti pareant: atque ita conditio heredi scripto adjecta in bonorum possessore obtineat. *Socin.* 41 Id est, finito penitus quinquennio. adde *l.* 42. *ff. de verb. oblig.* adde de particula *tum*, *l. penult. ff. de teſt. tut.* 42 Conditio hæc negativa num dicitur impleta, quam primum exploratum est eam impleri non posse? Minime: utcunque enim conditio hæc deficiat ante diem, exspectandus est tamen dies, propter dictionem, *tum*, quæ extremitatem temporis demonstrat. 43 *Tum* articulus significat extremum tempus. adde *l. in ſubſtitut.* 31. *ff. de vulgari. l.* 1. §. *rectiſſime.* 34. *ff. de vi & vi armata. l. in illa ſtipulat.* 8. *l. hoc jure.* 10. *ff. de verb. oblig. l. uxori uſumfructum.* 35. *ff. de uſufr. leg.* 44 *l.* 26. *ff. de cond. inſt.*

45 Cur potest? An quod conditionem implet, neque contrahit vere, vel quasi, ut putat Baldus? An quod neque se obligat vel alienat? An potius, quod viam sibi tantum feciſſe ad adeundum, videatur impleta conditione, non vere adiſſe? 46 Talis est objectio, Si pupillus id potest, potest igitur obligari sine tutore: nam adita hereditate obligatur: id autem non est ei permissum. *l.* 11. *ff. de auct. tut.* §. 1. *Inſt. de auct. tut.* 47 Id est, conditione expleta, pro eo est, quasi pure ei hereditas vel legatum relictum sit. *d. l* 26. *in fin.* Eo casu abstinere potest, *l.* 1. 2. *C. ſi minor ab hered.* hoc igitur jure potestatis facit: nec ita censetur pupillus adire, ut necessario ac perpetuo illigetur hereditati, post conditionem impletam, jure potest ea adita abstinere. 48 Quæ nimirum præjudicant vel obsunt, citra solennitatem possunt fieri. *Bald.*

49 *l.* 28. *ff. eod.* adde *l.* 43. 44. *l.* 113. *ff. de verb. oblig l.* 54. §. 2. *ff. de leg.* 1.

50 Adde *l* 40. §. 5. *ff. eod. l.* 11. *ff. de cond. caus. data.*

51 Aut ex. *Hal.*

52 Explicationem hujus §. 1. *v.* apud Anton. Merend. *controv. lib.* 2. *cap.* 26. Anſ.

53 *l.* 45. *ff. de hered. inſt.* id est, si supervixerint. hæc conditio est de futuro. vide Graſſ. §. *inſt. qu.* 25. *in fin.*

54 *l.* 8. §. 7. *ff. de cond. inſt. l.* 54. §. 2. *ff. de leg.* 1.

55 Mutiana cautio a Mutio Scævola inventa est, adde *l.* 77. *ff. eod.*

56 Cautio hæc fit datis fidejussoribus. *l. cum ſub hac.* 67. *ff. eod. Auth. cui relictum. C. de indicta viduit.*

57 Alias sine cautione relicta conditionaliter, nisi impleta conditione, peti non possunt.

58 Id est, in conditionibus negativis, consistentibus in non faciendo. *l.* 3. *ff. eod. v. l.* 7. §. *ſi ſer. vin.* adde *Nov.* 22. *c.* 44.

59 *l.* 3. *ff. de leg.* 2.

60 Atqui soluto matrimonio dotem restituere maritus debet. Igitur non necesse est, id ei remitti. An dicemus maritum, pacto interposito dotem hic lucrari oportuisse, vel statuto? Plerunque autem mulieres in dote maritis solvenda, moram ita admittunt. *l. ſi donatur* 9. *ff. de cond. ob cauſam. l. Julianus.* 20. *ff. de jure dotium.*

61 Conditionis implendæ debitor, ipse se offerre, eumque adire cui implenda est conditio debet, neque petitionem operiri. *l. pen.* §. *Priſcus.* 3. *ff. eod.*

62 Id est, &. nam utrumque fieri oportet. *Caſtr.*

63 Imò est: caveri enim oportet venientibus ab intestato. *l. ii*, *cui.* 18. *ff. eod.*

64 Pro facto habetur, quod non potest fieri. *l.* 6. *ff. eod. l.* 20. *ff. de cond. inſtit.*

65 *l.* 3. §. 5. *ff. de legat.* 3.

66 Id enim impossibile est: hinc colligitur, Ad probandam continuam possessionem & habitationem, necesse non esse singula temporum momenta probare.

67 *l.* 10. *l.* 13. *ff. de annuis.*

68 *l.* 51. *in fin. ff. de leg.* 2.

69 *l.* 61. *ff. eod.*

70 Sed de futuris. Imo, etiam ad antea natos id refertur. *arg. l.* 14. *ff. de pact. dotal.* 71 Vide Leonin. *emendat. lib.* 7. *c.* 15. Anſ. Adde Cujac. *lib.* 13 *obſ.* 40. & Eman. Costam *lib.* 2 *ſelect. c.* 12. S. L. 72 *l.* 4. *ff. de ritu. l.* 68. *ff. de jur. dot. l.* 30. *ff. quando dies leg. Inſt. de nupt.* 73 De in domum deductione dixi ad *l.* 15. *ff. eod.* 74 Non defectam, Cujac. 13 *obſ.* 40. 75 Puta navis ex Asia venerit. 76 Hujusmodi conditio iterum evenire potest; hujus conditionis est reiteratio; ideoque reditus alter navis ex Asia expectandus est. Quod si talis conditio sit, quæ iterari non possit, qui sciens eam adjicit, velle non præsumitur, ut ejus eventus exspectetur. Nec enim in dubio voluntas testatoris ad ea quæ sunt impossibilia extendi debet. 77 *l.* 45. *in fin ff. de legat.* 2. 78 Promiscuæ conditiones, potestativæ. Casuales, sunt non promiscuæ. cur ita dicuntur? An quia potestativæ sunt in facili; casuales, in difficili? ut promiscuæ sint impossibiles, & promptæ? An vero promiscuæ dicuntur, quod nulla fere sit potestativa, quæ & non possit esse non potestativa, *l.* 3. *l.* 4. §. 1. *ff. de hered. inſtit.* casualis non possit esse potestativa. Mixta vero dicatur, cujus eventus partim pendet ex casu, veluti, *Si Titio reverſo ab hoſtibus decem dederit.* vide Cujac. 24 *obſervat.* 2. 79 *l.* 2. *ff. eod.* 80 Causa demonstratur his vocibus, *quoniam*, ut hic. *quia*, *l.* 17. § 2. *ff. eod.* & similibus. 81 V *l* 19. *ff. eod.*

82 Pœna solet imponi factoris vel non factoris aliquid. 83 Conditio collata in personam domini, vel pupilli, potest in persona ejus administratoris impleri: & merito, quia is repræsentat personam domini vel pupilli. *Bald.*

Conditio impedita per tertium legatario, habetur pro impleta. Bart.

XIV. POMPONIUS lib. VIII ad Sabinum.

TItius, *si Stichum* [83] *in municipio posuerit, heres esto*: si paratus est ponere, sed locus à municipibus ei non datur [84]; Sabinus, Proculus, heredem eum fore [85], & in legato idem juris esse dicunt.

Nuptiarum conditio, ducta uxore impletur.

XV. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

CUi fuerit sub hac conditione legatum [86], *Si in familia hupsisset*: videtur impleta conditio statim atque ducta [87] est uxor, quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. *Nuptias* enim *non concubitus, sed consensus* [88] *facit* [89].

De his quæ extra testamentum incurrunt, vel ex testamento oriuntur.

XVI. GAIUS lib. I de testamentis ad Edictum Prætoris.

IN his [90], quæ extra testamentum incurrerent [91], possunt res [92] ex bono & æquo [93] interpretationem capere. Ea vero, quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scripti [94] juris rationem expediri.

Falsa demonstratio legatum non vitiat: 2. Ut nec falsa causa: 3. Nisi causa conditionaliter concepta sit. 4. Modus quid.

XVII. IDEM lib. II de legatis ad Edictum Prætoris.

DEmonstratio falsa est, veluti si ita scriptum sit, *Servum Stichum, quem de Titio emi: Fundum Tusculanum, qui mihi a Seio donatus est.* nam si constat, de quo homine, de quo fundo senserit testator: ad rem non pertinet [95], si is, quem emisse significavit, donatus esset: aut, quem donatum sibi esse significaverat, emerit.

§. 1. Igitur & si ita servus legatus sit, *Stichum cocum, Stichum sutorem Titio lego*: licet neque cocus, neque sutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sensisse testatorem conveniat. nam & [*] si in persona legatarii designanda aliquid erratum fuerit, constat autem, cui legare voluerit: perinde valet legatum, ac si nullus error intervenerit [96]. §. 2. Quod autem juris est in falsa demonstratione, hoc vel magis est in falsa causa [97]. veluti ita: *Titio fundum do, quia negotia mea curavit.* item, *Fundum Titius filius meus præcipito, quia frater ejus [ipse] ex arca tot aureos sumpsit.* licet enim frater hujus pecuniam ex arca non sumpsit, utile legatum est.

§. 3. At si conditionaliter [98] concepta sit causa, veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curavit, fundum do: Titius filius meus, si frater ejus centum ex arca sumpsit, fundum præcipito*: ita utile erit legatum, si & ille negotia curavit, & hujus frater centum ex arca sumpsit. §. 4. Quod si cui in hoc legatum sit, ut ex eo aliquid faceret, veluti monumentum testatori, vel opus, aut epulum municipibus faceret, vel ex eo ut partem alii restitueret: sub modo [99] legatum videtur.

Cautio Muciana præstanda cui.

XVIII. IDEM lib. XVIII ad Edictum provinciale.

IS, cui sub conditione non faciendi aliquid relictum est, ei sc. cavere debet Muciana [100] cautione, ad quem jure civili deficiente conditione hoc legatum, cave hereditas pertinere potest.

De voluntate defuncti. 1. De scriptura, si heres non erit, vel quidquid mihi Ephesi oportet dari.

Conditio, quæ tacite inest, si exprimatur, legatum conditionale non facit, nisi testator aliter voluerit. Ex Bart.

XIX. ULPIANUS lib. V Disputationum.

IN conditionibus primum locum voluntas [1] defuncti obtinet, eaque regit conditiones [2]. denique & in ea conditione [3], *si filia mea cum Titio nupta erit*, placuit, non semper mortis tempus observari, sed voluntate patrocinante tardius [4] produci. §. 1. Hæc scriptura, *si primus heres erit, damnas esto dare*, pro conditione non est accipienda [5]. magis enim demonstravit testator, quando legatum debeatur, quam conditionem inseruit: nisi forte hoc animo fuerat testator, ut faceret conditionem. Proinde nec illud dicendum erit facere conditionem, *Quidquid mihi Ephesi oportet dari, hoc do, lego.* Sed si sic leget, *Si primus mihi heres non erit, damnas esto secundus dare*, & primus heres extitit: legatum non debebitur. si primus adierit cum secundo, non extitisse conditionem, nequaquam ambigendum est. §. 2. Si patronus contra tabulas [6] bonorum possessione accepta debitam portionem occupet: legata, quæ sic data sunt, *Si patronus heres* [8] *non erit*, non debet coheres patroni præstare [9]. §. 3. Si à primo ita legatum est, *Si secundus heres non erit, viginti Titio dato*; simili modo, a secundo, eidem Titio ita legatum est, *Si primus heres non erit*; & ambo heredes extiterint: legati conditio deficiet. si alter heres extitit, alter heres non extitit: legatum debebitur [10].

Turpis cond. veluti Jurisjurandi, remittitur.

XX. MARCELLUS apud Julianum lib. XXVII Digestorum notat.

NOn dubitandus, quin *turpes* [11] conditiones remittendæ sunt. quo in numero plerumque [sunt] etiam jurisjurandi.

XXI. JULIANUS lib. XXXI Digestorum.

MUltum [12] interest, conditio facti [13] an juris esset. Nam hujusmodi [14] conditiones, *Si navis ex Asia venerit. Si Titius Consul factus erit*, quamvis impletæ essent [15], impedierit [16] heredem circa adeundam hereditatem; quandiu ignoraret [17] eas impletas esse. Quæ vero ex [18] jure venient, in his nihil amplius exigendum, quam ut impletæ sint [19]. veluti si quis se filiumfamilias existimat [20], cum sit paterfamilias: poterit adquirere hereditatem. quare & ex parte heres scriptus, qui ignorat, an tabulæ testamenti apertæ sint, adire hereditatem poterit.

Non nubendi conditio remittitur.

XXII. IDEM lib. XXXV Digestorum.

QUotiens sub cond tione mulieri [21] legatur, *Si non* [22] *nupserit*, & ejusdem fidei commissum sit, *ut Titio restituat, si nubat*: commode statuitur & si nupserit, legatum eam petere posse [23], & non esse cogendam fideicommissum præstare.

De conditione dandi heredibus.

XXIII. IDEM lib. XLIII Digestorum.

QUi duobus heredibus decem dare jussus est, [&] *fundum sibi habere*, verius est, ut conditionem scindere [24] non possit: ne etiam legatum scindatur. Igitur quamvis alteri quinque [25] dederit, nullam partem fundi vindicabit, nisi alteri quoque adeunti hereditatem reliqua quinque numeraverit, aut illo omittente hereditatem, ei, qui solus adierit hereditatem, tota decem dederit.

De conditione implenda.

XXIV. IDEM lib. LV Digestorum.

IUre civili receptum est, quoties [26] per eum, cujus interest conditionem impleri [27], fit quo minus impleatur: ut perinde habeatur, ac si impleta conditio fuisset. † Quod plerique & ad legata & ad heredum institutiones perduxerunt. † Quibus [28] exemplis stipulationes quoque committi quidam recte putaverunt, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator conditioni pareret.

De conditione liberorum.

XXV. IDEM lib. LXIX Digestorum.

CUm vir uxori, *Quandoque* [29] *liberos habeat*; fundum legat: si mulier divortio facto liberos ex alio procreaverit, deinde soluto secundo matrimonio, ad priorem maritum redierit, non intelligitur expleta conditio [30], quod testatorem verisimile [31] non est de his liberis sensisse, qui se vivo ex alio [32] susceptí fuissent.

Jurisjurandi conditio remittitur, non danda facsendive. 1. De jure accrescendi.

XXVI. IDEM lib. LXXXII Digestorum.

HÆc scriptura [33], *Si viginti dederit, aut juraverit se aliquid factum*, unam conditionem exprimit habentem duas [34] partes. quare, [si] quicunque heres scriptus erit sub conditione [35] *si juraverit se decem daturum, aut monumentum facturum*: quamvis verbis edicti ad hereditatem vel legatum admittatur, tamen compellitur facere id quod facturum se jurare jussus est, solo [36] jurejurando remisso. §. 1. Cum eadem res alteri pure, alteri sub conditione legatur, aut cum alter pure, alter sub conditione heres scriptus est: pars legati vel hereditatis, deficiente conditione adcrescit [37] etiam heredi [38] ejus cui pure legatum vel hereditas data est; si tamen hereditas ejus adita fuerit.

Monumenti ad cujusdam exemplum faciendi conditio.

XXVII. ALFENUS VARUS lib. V Digestorum.

IN testamento quidam scripserat, *Ut sibi monumentum ad* [39] *exemplum ejus, quod in via Salaria* [40] *esset Publii Septimii Demetrii* [41], *fieret: nisi factum esset, heredes magna pecunia multare*: & cum id monumentum Publii Septimii Demetrii nullum [42] reperiebatur, sed Publii Septimii Damæ erat, ad quod exemplum suspicabatur eum, qui testamentum fecerat, monumentum sibi fieri voluisse: Quærebant heredes, cujusmodi monumentum se facere oporteret: & si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non reperirent ad quod exemplum facerent, num pœna tenerentur? Respondit; si intelligeretur, quod monumentum demonstrare voluisset is, qui testamentum fecisset: tametsi in scriptura [43] non tum esset, tamen ad id, quod ille se demonstrare animo sensisset, fieri debere sin autem voluntas ejus ignoraretur, pœnam quidem nullam vim habere; quoniam ad quod exemplum fieri jussisset, id nusquam extaret: monumentum tamen [44] omnimodo secundum substantiam & dignitatem defuncti extruere debere.

Si illius arbitratu nupserit. 1. De specie quæ in locum alterius succesit.

XXVIII. PAULUS lib. II Epitomarum Alfeni Digestorum.

FIliæ [45] suæ ita quis legavit, *Si Attia filia mea arbitratu Lucii Titii nupserit, ei tot heres meus dato.* Titio ante testatorem mortuo, Attia nupserat. Quærebatur, an legatum ei deberetur? Respondit, deberi [46]. §. 1. *Attia uxor mea optato* [47] *Philargyrum puerum, Agatheam ancillam, qui mei erunt cum moritur.* is qui testamentum fecit, Agatheam, quam testamenti tempore habuit, vendidit; & postea ancillas emit: ex his uni Agatheæ nomen imposuit. Quæsitum est, an hæc legata videretur? Respondit, legatum videri [48].

Si in

---

[83] Statuæ ponendæ interdum legabantur. dixi ad *l. 7. §. de statuis.*

[84] Nec enim cuiquam in loco publico citra consensum publicum id permittitur. Talis conditio partim pendet à legatario, partim ab aliis, quorum impedimentum si intervenerit, pro impleta respectu legatarii habebitur.

[85] Nec enim per eum stat. *l. 123. in fin. §. de cond. inst.*

[86] Aut stipulanti promissum. *l. 21. §. de jure dotium*, quæ est ejusdem libri. *Goth.* Vide in hanc *l. 15.* Joann. Aurpach. *lib. 1 epist. cap. 12.* Anf.

[87] Quid? uxor, quando viro ducta censetur? ducta hic certe intelligitur, etiam antequam in mariti cubiculum venerit, multo magis antequam maritus cum ea concubuerit. Quid? non ductam intelligimus, in mariti hortos deductam, in separata tamen dieta habitantem, antequam aqua & igni die nuptiarum sit accepta, ut *l. 66. §. 1. §. de donat. inter vir.* An vero in mariti domum deductam? vide *l. 5. 6. 7. §. de ritu.* ut sit sensus: In mulierem domum deducta non concubitum, sed consensum facere nuptias: ne alioqui si nudus consensus id faciat, etiam cum castrato, & puella, nondum viripotente, & mulieri arcta vulva nuptias esse dicamus. v. Hottomann. *4 obs. 26.* Quæras exinde, Num sufficiat osculum ei à marito datum, ut ducta censeatur, *arg. l. 16. C. de nupt.*? Num quæ in maritum per verba de futuro consensit? An ea tantum, quæ per verba de præsenti ducta est? Alterutro casu, num consensus nudus citra copulam sufficit, ut ducta intelligatur? Nam hi omnes gradus diligenter distinguendi sunt: Consentus per verba de futuro, per verba de præsenti, osculum, in hortos mariti, in domum, in cubiculum deductio, aquæ & ignis interventus olim (hodie sacra, & Ecclesiastica, & publica benedictio), postremo, ipse concubitus. Si quidem hinc definiri video ab Andrea Gaylio 2 *observ.* 80. statutum de lucro dotis conceptum in casum non existentium liberorum, locum etiam in desponsata habere. Ductam ego plane putaverim, si verbis de præsenti ducta fuerit, licet neque in domum mariti deducta sit, neque cum eo concubuerit: sed præstat hanc rem totam ex ipsa antiquitate deducere. Vetus mos Romanis fuit, in mariti domum novas nuptas traducendi, ut hinc colligitur, & *l. 10. §. cod. l. 5. §. 10. §. commodati. l. 9. §. de sponsal. l. 68. l. 69. §. 3. §. de jure dot. l. 32. §. 27. l. pen. §. de donat. inter virum. l. 2. §. 1. §. de his, quæ ut indignis. l. 17. in fin. §. de reb. auct. judicis possid.* Tacit. *lib. 12.* Senec. *4 controvers.* Augustin. *6 de civit.* 9. Vesperе autem domum uxores transferebantur tædis ac facibus præeuntibus. Noctu enim nubebant. *Festus.* Eam ob causam in Catulli Epithalamio noctem imminere pueri & puellæ monent. Porro velatæ deducebantur. Tertul. *libro de velandis virginibus.* Deus, qui huic solenni deductioni præerat, Domiducus dicebatur. Marcian. Capella *2 Philologiæ.* Domus ipsius postes inungebantur, unde uxoris sive unxoris nomen. *Donatus* in Terent. 9. Isidor. *ult.* Ex hoc more promanavit id, quod præcise dicimus, *uxorem ducere*, subintellecta voce *domum*: plene vero ac perfecte dicimus, *uxorem domum ducere.* Plaut. *Aulularia duobus locis.* Terent. *Hecyra duobus locis, Phormione.* quo & modo Græci, ἄγεσθαι γυναῖκα dicunt. Lysias *in oratione de Eratosthenis cæde.* Pollux 3. Hinc innubere veteribus est transire: Nonius. quippe nubentes in domum mariti transibant. Hujusmodi deductio sic in nuptiis exacta, mulier ut absens absenti per literas nubere non posset, *l. 5. §. de ritu. l. 69. §. 3. §. de jur. dot.* etsi vir absens ducere poterat. Paul. *2 sentent. 20.* adde Brisson. *1 select. 18.*

[88] Maritalis affectio. *l. 32. §. 13. §. de don. int. vir. l. 30. §. de reg. jur.*

[89] Id est, consensu distinguuntur nuptiæ à concubinatu, *l. 4. §. de concub.* solo consensu, etiam sine tabulis & scriptura.

[90] Id est, in re dubia. *Goth.* Vide Nicol. Vall. *de reb. dub. tract. 14.* Anf.

[91] Incurrunt. *Ital.*

[92] Testamenti arbitrio viri boni interpretari nos oportet. vide Mantic. *3 de conject. 2.*

[93] Æquum & bonum nos deducit ad humaniorem interpretationem. *l. 10. in fin. §. de rebus dub.*

[94] Adde *l. 69. §. de legat. 3.*

[95] Id est, non nocet. *l. 33. §. cod. l. 8. §. 2. §. fecund. tab.*

[96] Interveniret. *Ital.* Goth. Interveniret. Florent. S.L.

[97] Nec enim falsa causa legato obest. *l. 72. §. 6. §. cod. §. 31. Inst. de legat.*

[98] *d. §. 31. vers. sed si conditionaliter. Inst. de legat.*

[99] Vid. *l. 1. C. de his, quæ sub modo.*

[100] V. Mantic. *3 de conject. ultimar. voluntat. 3.*

1 Et discernitur à pœna. *l. ult. §. de his, quæ pœnæ.* & causa. *l. 12. §. cod.*

2 Vid. *l. 6. C. de inst.*

3 Ut sufficiat, quod quandoque fuerit nupta ante mortis suæ tempus.

4 Nam quæ tacite insunt, actum conditionalem non faciunt. *Socin.*

5 *Sub.* liberti.

6 Id est, sub hac conditione.

7 Id est, sub hac conditione. 8 Verbum, *heres*, verificatur etiam in herede Prætorio. *Socin.* Vid. *l. 117. §. de reg. jur. l. 1. l. 2. §. de possessorio hered. petit. l. 2. §. de bonor. possess.*

9 Quia succedens contra tabulas dicitur etiam heres. *Bald.*

10 Atque ita conditio, *si heres erit*, dicitur purificata, pro quacunque parte sit heres: ideoque masculis existentibus heredibus, tamdiu fœminæ excluduntur, quamdiu reperitur masculus ex minima parte heres.

11 *l. 14. §. de cond. inst.*

12 Conditiones aliæ facti, aliæ juris.

13 Facti scil.

14 Facti conditio dicitur, quæ à testatore exprimitur, nec à lege subintelligitur: juris, quæ à lege subintelligitur. *Socin.*

15 Impletæ sunt. *Bal.*

16 Imo, non impedient. *l. 21. in fin. §. de adquir.*

17 Ignoraverit. *Bal.* adde *l. 2. §. cod.*

18 Conditio juris est, quæ ex jure venit.

19 In conditionibus juris, sufficit sola veritas existentiæ conditionis. In conditionibus facti præter existentiam conditionis requiritur scientia heredis. *Socin.*

20 *l. 96. §. de adquir. hered.*

21 Indefinite. quid, si uxori? si nupserit, cogenda erit restituere. *l. 14. §. de legat. 3.* vid. Robert. *1 animad. 14. 3.* vid. Anton. Mercator. *1 notar. 1. 2. 3.* præsertim 3.

22 Vide Tiraq. 18. *privilegio pia causæ.*

23 Hoc videtur abrogatum. *Novell. 22. cap. 44.* Unam enim ex duabus conditionibus cogitur uxor legataria eligere, aut nuptiis abstinere, si legatum habere velit: aut si nuptias eligit, legato carere.

24 Dandi conditio, ut quævis alia, non dividitur: pro parte impleri non potest. *l. 56. §. cod.*

25 *l. 74. §. 1. §. de adqu. hered.*

26 *l. 81. in fin. §. cod. l. 50. in fin. §. de contrah. empt. l. 20. in fin. l. 38. §. locati. l. 32. §. 1. §. de usuris. l. 23. §. in fin. §. de condit. instit. l. 50. in fin. l. 85. in fin. §. de verb. oblig. l. 1. §. 13. §. de extraord. cogn. l. 161. §. de reg. jur. l. 1. C. de inst. & subst. l. 1. C. de his, quæ sub modo.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 4. cap. 20. n. 1.* Anf. Adde Ant. Augustin. *lib. 4 emendat. c. 17.* Zas. *lib. 2. singul. intell. cap. 25.* S.L.

27 Non impleri. vide Hotomann. *4 obs. 21.*

28 Argumentum ab ultima voluntate ad contractus observa. dixi *l. 46. §. de pact.*

29 Vid. Ulpian. *15 vers. Prat.*

30 Cur ita? legatum factum à marito uxori in tempus liberorum, intelligitur de liberis communibus ex se non ex alio marito susceptis. Verbum *liberorum*, in dubio intelligitur de liberis professis five locuntis mariti.

31 Vide *l. 114. §. de reg. jur.*

32 Vide quæ scripsi ad *l. 4. C. quando dies legat.*

33 *Sic legit* Cujac. *5 obs. 1. in fin.* Hæc scriptura, *si juraverit se viginti daturum, aut aliquid facturum.*

34 Adde *l. 23. §. 1. §. de recept. arbitr.* Cur ita? Ubi duæ conditiones alternative ponuntur, videtur una esse conditio, quæ duas partes habeat.

35 *l. 8. §. 4. §. de cond. inst.*

36 Conditio jurisjurandi licet remittatur, id tamen quod in juramento continetur, impleri debet. *Socin.*

37 *l. 7. §. de reb. dub.*

38 Jus adcrescendi transmittitur ad heredes. *l. 9. §. de suis.* Cur? adcrescit portioni, non personæ. *l. 33. in fin. §. de usufr. & quemadmod.*

39 Inscriptiones monumentorum fidem facere hinc colligunt. dixi *l. 6. in fin. §. de relig. l. 6. C. de relig.*

40 Salaria via Romæ dicta, quod per eam Sabini sal à mari deferebant. vid. Fest. *Salarii & Salariam.*

41 Demetrii nomen pro Dama sumitur per parallagen: ut Cratini pro Cratisti. *l. 54. §. de manum testam.*

42 Authentico desinente, id unde exemplum sumi oportet, esse definit. Castrens. in *l. omnia privilegia. 35. C. de episcop.*

43 Vide *l. 6. C. de religios.*

44 Forma per testatorem expressa si non reperitur, arbitrio boni viri declaranda fuerit. *Socin.*

45 Mora Tertii non nocet ei, qui quid facere ejus consilio damnatus est. *l. 72. §. 4. §. cod. l. 3. C. comm. de legat.*

46 Vide Cujac. in hanc *l. 7. obs. 22.*

47 Optionis legatum.

48 Quoties rei emptæ idem nomen quod habebat res legata, & postea alienata, imponitur, indicium est testatorem velle rem ita de novo emptam substituere, & esse loco prioris.

Si in Capitolium ascenderit.

XXIX. JULIANUS lib. I ad Ursеium Ferocem.

HÆc conditio, *si in Capitolium ascenderit*, sic recipienda est, [si] cum primum potuerit Capitolium ascendere 49.

De jure accrescendi.

XXX. IDEM lib. I ex Minicio.

SI separatim mihi totus fundus pure, tibi sub conditione legatus fuerit 50, & tu decesseris antequam conditio extiterit: non 51 habebo necessitatem implere conditionem, utpote cum etiam si conditio defecerit, pars quam vindicaturus eras, mihi adcrescat 52.

De conditione implenda.

XXXI. AFRICANUS lib. II 53 Quæstionum.

IN testamento ita erat scriptum, *Stichus & Pamphila liberi sunto: & si* 54 *in matrimonium coierint, heres meus his centum dare damnas esto:* Stichus ante apertas 55 tabulas decessit: Respondit, partem Stichi defectam 56 esse: sed & Pamphilam defectam conditione videri, ideoque partem ejus apud heredem remansuram 57. Sed etsi uterque viveret, & Stichus nollet 58 eam uxorem ducere, cum mulier parata esset nubere: illi quidem legatum deberetur, Stichi autem portio inutilis fiebat. Nam cum uni ita legatum sit, *Titio si Seiam uxorem duxerit, heres meus centum dato:* si quidem Seia moriatur, defectus conditione intellegitur: at si ipse decedat, nihil ad heredem suum cum transmittere, quia morte ejus conditio defecisse intellegitur: utroque autem vivente, siquidem ipse nolit uxorem ducere, quia ipsius facto conditio defecit, nihil ex legato consequitur; muliere autem nolente nubere, cum ipse paratus esset, legatum ei debetur.

De rationibus reddendis.

XXXII. IDEM lib. IX Quæstionum.

QUamvis *rationes* 59 *reddere*, nihil aliud sit, quam reliqua solvere: tamen si & statuliberi & heredis culpa, sine fraude 60 tamen servi, minus solutum sit, & bona fide redditas esse rationes existimatum fuerit, liberum fore: & nisi ita observetur, neminem, qui sub conditione ita manumissus esset, unquam ad libertatem perventurum, si per imprudentiam 61 minus solutum esset. † Hæc ita accipienda ait, si quando is, qui rationes reddere jussus sit, per aliquem errorem 62 sine dolo 63 malo ita rationes ediderit, ut dominus quoque circa computationem erraret.

Falsa demonstratio. 1. Si inter plures de nomine controversia sit. 2. De jure aureorum annulorum. 3. De conditione, si mea erit, 4. Vel si mei erunt.

XXXIII. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

FAlsa 64 demonstratio neque legatario 65 neque fideicommissario nocet, neque heredi 66 instituto: veluti si fratrem dixerit, vel sororem, vel nepotem, vel quodlibet aliud: & hoc ita juris civilis ratione 67, & Constitutionibus Divorum Severi & Antonini cautum est. §. 1. Sed si controversia sit de nomine inter plures, qui probaverit sensisse de se defunctum, ille admittetur.

§. 2. Sed si cui quasi liberto, id est, inter libertos, legatum fuerit 68, non idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab Imperatore acceperit: nam honor 69 ejus auctus est, non conditio mutata: & ita Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

§. 3. Si quis legaverit rem ita, si mortis tempore ejus erit, nec tunc ejus inventur: nec æstimatio 70 ejus legari videbitur.

§. 4. Quid ergo, si quis ita scripserit, *Stichum & Pamphilum Titio do, lego, si mei erunt cum moriar*, & unum ex his alienaverit 71, an vel alter possit à legatario vindicari? Placet vindicari: nam hunc 72 sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset, *Stichum si meus erit, cum moriar.*

Demonstratio *quid, & vice nominis fungitur, & falsa.*
1. *Discrimen demonstrationis & conditionis.*

XXXIV. FLORENTINUS lib. XI Institutionum.

NOminatim 73 alicui legatur ita, Lucio Titio: an 74 per demonstrationem 75 corporis, vel artificii, vel officii, vel necessitudinis, vel adfinitatis, nihil interest: nam * *demonstratio plerumque vice* 76 *nominis fungitur*: nec interest 77 falsa an vera sit, si certum sit, quem testator demonstraverit. §. 1. Inter demonstrationem & conditionem hoc interest, quod demonstratio 78 plerumque factam rem ostendit, conditio futuram.

De levissima libertatis conditione.

XXXV. POMPONIUS lib. singulari Regularum.

LEvissima 79 libertatis conditio ea intelligenda est, quæ ad libertatem perducit 80, quamvis natura gravior & durior sit 81.

De relicto in honorem Consulatus. 1. De tempore fideicommissi restituendi.

XXXVI. MARCELLUS lib. singulari Responsorum.

PUblius Mævius testamento suo ita cavit: *Quisquis mihi heres heredesque erunt, do, lego, fideique eorum committo, uti dent Gaio Seio sororis meæ filio in honorem Consulatus quadringenta:* vivo 82 Mævio Seius Consul designatus 83 est, & munus 84 edidit: deinde ex Calend. Januar. 85 Consulatum ingressus est, atque ita Mævius decessit: Quæro, an quadringenta Seio debeantur? Marcellus respondit, deberi. §. 1. Titia codicillis de prædiis, quæ testamento Septitiæ reliquerat, ita cavit: *A te peto, Septitia, ut filio meo, cum annorum sedecim esset* 86, *eadem prædia restitueres* 87: *quod si filius meus sedecim annos non impleverit, peto, uti reddas* 88 *ea restituas Publio Mævio & Gaio Cornelio.* Quæro, cum Septitia decesserit, deinde filius quintumdecimum annum agens defunctus sit: an repræsentetur fideicommissum, quintodecimo anno impleto: & 89 heredes Septitiæ restituere id Publio Mævio & Gaio Cornelio debeant? Marcellus respondit, Septitiam jus, quod in his prædiis habuisset, heredi suo reliquisse: etenim * videri contra voluntatem testatricis repræsentationem 90 fideicommissi desiderari, ut amplius ad substitutos perveniat, quam ad puerum pervenire, vel à Septitia, vel ab heredibus potuisset. & verba quidem videntur repræsentare fideicommissum: sed non 91 est verisimile, ut maturius voluerit testatrix ad substitutos id transferre. † Nec quicquam mutat, quod Septitia ante decessit: nam etsi puer viveret, non prius Septitiæ heredes, quam Septitia possent conveniri.

De legato ut manumittatur.

XXXVII. PAULUS lib. singulari ad leg. Fusiam Caniniam.

SI quis eum, quem ipse manumittere non poterat 92, legaverit ita, *ut eum legatarius manumitteret:* etsi à legato non repellatur 93, non est compellendus, ut manumittat, quoniam * totiens secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens 94 contra legem nihil sit futurum: idque Neratius scripsit: & tamen à legato non esse eum repellendum: quoniam 95 magis legatarium aliquod commodum testator in hoc servo quam heredem habere voluisset.

De quantitate non adscripta in testamento.

XXXVIII. IDEM lib. singulari de jure Codicillorum.

SI ita scripsero, *quantum codicillis Titio legavero:* licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento 96 valet: solaque quantitas in codicillo delata est: nam & apud veteres legata talia fuere, *quantum ei per epistolam* 97 *scripsero: quantum ex illa actione detraxero, heres dato.*

Ad quos refertur conditio. 1. De foro.

XXXIX. JAVOLENUS lib. I ex Posterioribus Labeonis.

QUæ conditio ad genus personarum, non ad certas & notas personas pertineat, eam existimamus totius esse testamenti, & ad omnes 98 heredes institutos pertinere: at quæ conditio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum duntaxat 99 gradum, quo hæ personæ institutæ fuerunt.

§. 1. Cum ita in testamento scriptum erat, *ut aliquid in foro fiat*, neque adscriptum erat, in quo foro: Labeo ait, si 100 non appareat quid mortuus senserit, in ejus municipii foro faciendum, in 1 quo 2 is, qui testamentum fecerit, domicilium habuerit: quam sententiam ego quoque probo.

De conditione implenda. 1. De impensis. 2. De conditione legati generaliter & ex intervallo adjecta. 3. De eo, quod dominus servo debet. 4. De falsa demonstratione. 5. De legato ad monumentum ædificandum.

XL. IDEM lib. II ex posterioribus Labeonis.

QUibus diebus vicinus tuus te via publica, cum ad parendum conditioni ire velles, ire prohibuerit, nec per 3 te staret, quo minus agendo ob calumnias eum summoveas: hi dies conditioni non imputabuntur. §. 1. Quidam ita legaverat: *Si Publius Cornelius impensam* 4, *quam in fundum Seianum feci, heredi meo dederit, tum heres meus Publio Cornelio fundum Seianum dato.* Cascellius aiebat, etiam pretium fundi dari debere. Ofilius * impensæ verbo negat pretium significari 5: sed eos duntaxat sumptus 6, quos in eum, posteaquam emptus esset, fecit. Idem Cinna scribit, adjecto eo, quod non deductis fructibus impensarum ratio haberi debeat: & [hoc] magis verum puto. §. 2. Quidam Titio centum legaverat, deinde infra ita jusserat, *Quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, si mater mea moritur, dato:* mortuo patrefamilias Titius vixerat, & viva matrefamilias decessera. Mortua matre heredibus Titii legatum deberi Ofilius respondit: quoniam non sub conditione esset legatum, sed ante legatum pure 7, deinde dies solvendi adjecta. videamus (inquit Labeo) ne id falsum sit: quia nihil 8 interfit utrum ita scribatur, *quas pecunias cuique legavi, eas heres meus, si mater mea moritur, dato*; an ita 9, *nisi* 10 *mater mea moritur, ne* 11 *dato:* utrobique 12 enim sub conditione [vel] datum vel ademptum esse legatum. Labeonis responsum probo.

§. 3. Dominus servo aureos quinque sic legaverat: *Heres meus Stycho servo meo, quem testamento liberum esse jussi, aureos quinque, quos in tabulis debeo, dato.* Nihil servo legatum esse, Namusa Servium respondisse scribit: quia dominus servo nihil debere potuisset. Ego puto, * secundum mentem testatoris naturale 13 magis quam civile debitum spectandum esse: & eo jure utimur.

§. 4. Qui dotalem fundum nullum habebat, ita 14 legaverat: *Fundum Cornelianum, quem illa mihi doti dedit, ei heres dato.* *Labeo*, Ofilius, Trebatius, respondorunt, fundum nihilo minus legatum 15 esse, quia cum fundus Cornelianus in rerum natura sit, demonstratio falsa legatum non perimit 16. §. 5. Thermus Minor, quorum arbitratu 17 monumentum sibi fieri vellet, testamento scripserat: deinde ita legaverat, *Lucius, Publius, Cornelius ad monumentum meum ædificandum mille heres meus* 18 *dato.* Trebatius respondit, pro eo habendum, ac si ita legatum esset, si satisfedissent se ita id monumentum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatii sententiam probat: quia hæc mens testantis fuisset, ut ea pecunia in monumentum consumeretur. idem & ego & Proculus probamus.

Effectus conditionis.

XLI. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

LEgata sub conditione relicta non statim, sed cum 19 conditio extiterit, deberi incipiunt: ideoque interim delegari non potuerunt.

De conditione, si in potestate manserit.

XLII. AFRICANUS lib. II 20 Quæstionum.

FIliofamilias legatum est sub hac conditione, si in potestate patris mansisset: magis patri legatum videri ait, & patrem suo nomine legatum petere. † Idem juris esse, & si servo 21 similiter constituitur, *dato, si mater mea moritur*; &, *nisi mater mea moritur, ne dato.*

---

49 Post mortem testatoris scilicet. *l. 2. in fin. ff. eod.* Conditio potestativa facilis, statim, ut potest, implenda est.

50 Re sumus conjuncti: nec videtur plene recessum à meo legato: conditio sequentis expectanda est. *l. 7. ff. de adim.*

51 Jus non decrescendi procedit sine onere.

52 Id est, ad me in solidum pertinet juré non decrescendi. *Bald.* & sic, in conjunctis re, habet locum jus adcrescendi, id est, non decrescendi. *Socin.* Adcrescendi, inquam, sine onere.

53 Vide Cujac. *2 ad Afric.*

54 *5 Harmenop. 10. §. 45.*

55 Vide Ulpian. *24. §. 31. l. 4. C. de cond. infer. l. 104. ff. eod.*

56 *l. 59. ff. eod.*

57 Cur? conditio pendens ex facto duorum, si casu, non facto unius, deficit, non habetur pro impleta.

58 *l. 1. C. de inst. & substit. l. 1. C. de his, quæ sub modo.*

59 *l. 82. ff. eod.*

60 Impleta conditio rationum reddendarum dicitur, si bona fide rationes sunt redditæ, licet in calculo sit erratum. *Bald.*

61 *l. 74. ff. de adquir. hered.*

62 Adde *l. 37. in fin. ff. de excusat.*

63 Cur? bona fide quod factum est, pœnam non meretur. vid. Cujac. *9. ad Afric. in hanc leg.*

64 Falsa demonstratio non nocet. *l. 17. ff. eod. l. 34. l. 40. §. 4. in fin. ff. eod. l. 75. §. 1. in fin. l. 108. §. 8. ff. de legat. 1. l. 35. §. 2. in fin. l. 102. §. 1. ff. de legat. 3. l. 1. §. 8. ff. de dote. l. 10. circa fin. ff. de auro. l. 25. verb. quod si fic. ff. de liberatione. l. 28. ff. de reb. dub. l. 2. l. ult. C. de falsa causa adject. §. 30. Instit. de legatis.*

65 Imo legatario nocet: nam falsa demonstratio legati non facit legatum. *l 72. §. 7. ff. eod.*

66 Vide *l. 48. in fin. ff. de hered. instit.*

67 De juris & constitutionum differentia vide Cujacium *7 observat. 19.*

68 *l. 1. ff. de jure aur. anul.*

69 Anulorum aureorum jure honor augetur, conditio non mutatur. vide quæ scripsi ad *l. 3. ff. de bonis liber. & l. ult. C. de jure aureorum annulor.*

70 Æstimatio legati quando debeatur, vid. Mantic. *8 de conjectur. 8. 9.*

71 *l. 2. in fin. ff. de cond. inst.* 72 Pluralitas diversos effectus respiciens, suas in singularitates restituitur, *ut hic.* Secus si communem effectum respicit. *l. 8. §. 3. ff. de pignoratitia.* vide *l. 148. ff. de reg. jur.* 73 Si nominatim. *Hal.* Goth. Vide Cujac. *lib. 2 observ. cap. 2.*

74 *l. 90. ff. de legat. 3.* 75 Theophil. *Inst. de exhered. liber. vers. nominatim.* 76 *l. 6. in fin. ff. de rei vindic. l. 6. §. de reb. cred.* 77 *l. 33. ff. eod.* 78 Adde *l. 12. ff. eod. l. 6. ff. de legat. 1. l. 2. ff. de his quæ pœn.* 79 Potest enim libertas sub pluribus conditionibus dari. *l. 45. ff. de manum. testam.* 80 Facilius sc. *l. 5. ff. de manum. test.* 81 Demus institutum sub his conditionibus, *vel si decem dederit, vel si cœlum digitis retigerit:* posterior, quo gravior & magis impossibilis, facilius deducit ad libertatem: facilius, inquam, quia habetur pro non adjecta. *l. 3. ff. eod.*

82 *l. 91. circa finem. ff. eod.* 83 Consules alio tempore designabantur: alio magistratum ingrediebantur. adde *l. 20. §. 6. ff. de hered. pet.* 84 Munera gladiatoria etiam Consules edebant, tametsi perraro: venationes sæpe. Cicero *2 Officiorum:* Magnificentissima Pompeii munera secundo Consulatu. Sueton. *in Nerone cap. 4:* Domitius prætura consulatusque honore venationes & in vico & in omnibus urbis regionibus dedit. Munus etiam gladiatorium, sed tanta sævitia, ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum coërcere. adde *Nov. 105. cap. 1.* 85 Consules ex Calendis Januariis Consulatum inibant. 86 Forte, essit, id est, erit. 87 *Al.* restituas. *Hal.*

88 Substituere à legatario & fideicommissario possumus. *l. 77. ff. eod.* vide *l. 9. C. de fideicomm.*

89 Et an heredes. *Hal.* adde *l. 40. ff. ad Trebell.*

90 Repræsentatio fideicommissi.

91 Potest tamen maturari. *l. 62. §. 1. ff. ad Trebell.*

92 Per legem Fusiam Caniniam, ut ex inscriptione hujus legis colligitur, de qua vide *tit. Inst. de l. Fusia Caninia. & Ulpian. c. 1. & l. un. C. de l. Fus. Can. toll.*

93 Et sic, Falsus modus non vitiat, licet vitietur.

94 Vide *l. 16. ff. de usu & usufr.*

95 Onus injunctum si deficit, cedit lucro ejus, cui erat injunctum: & sic in re legata, legatarius censetur magis dilectus, quam heres. *Socin.*

96 *l. 77. ff. de hered. instit. l. 10. ff. de condit. instit. l. 1. C. de codicill.*

97 Testatoris voluntatem interpretari possumus ex ejus epistola & memoriali manu scripto, si id voluerit, dum tamen ex comparatione literarum, vel aliis legitimis conjecturis constet, schedulam, qua de agitur, manu testatoris scriptam esse. facit *l. Theopomp. 14. ff. de rebus.* Plane executores non tenentur sequi voluntatem scriptam in epistola, nisi veritas epistolæ testibus comprobetur, cum possit esse supposititia. Alciat. *9 consil. 107. num. 12.* de testamento holographo vid. *Newell. 2 Theodof. de testamentis.*

98 Quia verbum *heres*, comprehendit omnes gradus heredum. *l. 1. ff. de vulg.*

99 Cur ita? colligе ex *l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact.*

100 Vid. *l. 95. l. 115. ff. de verb. obligat.*

1 Locus in testamentis interdum subintelligitur, ut ecce, testator justit fieri rem quampiam loco non adscripto: in ea civitate id fiet, in qua testator domicilium habet, *ut hic. & l. 49. C. de Episcop.*

2 *l. 26. C. de sacrosanct. Eccles.*

3 Vid. *l. 123. ff. de cond. inst.*

4 Fundi legatarius sub hac conditione, *si impensas in eo factas restituerit*, heredi solas impensas restituit, non fundi pretium: fructus tamen percepti non lucratur.

5 Merito: nam pretium rei non est in rem, sed propter rem habendam & adquirendam impensa. *Socin.*

6 *V. l. 9. C. de evictionibus.*

7 Eadem res cum legatur uni pure, & alteri sub conditione, legatum prius extinguitur. *l. 89. ff. eod.*

8 Conditio utroque hoc casu Oratio conditionalis habet à contrario sensu implicitam negativam. *Baldus.* 10 *Nisi* conditionem facit. adde *l. 2. ff. de in diem addict.* 11 Adde *l. 59. in fin. ff. de manumiss. test.* adde Alciat. *5 paradox. 4.*

12 Conditio quecunque parte testamenti adjecta, legatum conditionale reddit. *Bald.*

13 *l. 83. ff. de solut. l. 32. ff. de regul. jur.* & sic, Quoties verba testatoris non possunt verificari, id est, accipi proprie (puta de vero debito & exigibili, quale est civile) verificantur, & accipienda sunt impropriè de debito naturali. *Socinus.* 14 Ita relictum valet ut legatum non ut dos, *l. 21. in fin. ff. de verbor. obligat.* hinc collige, per testamentum & ultimam confessionem non probari rem dotalem esse. *l. 28. §. penult. ff. de liberat. legat. l. 21. in fin. ff. de verb. oblig.*

15 *l. 33. ff. eod.* 16 *l. 75. §. 1. ff. de legat. 1. l. 21. ff. de legat. 2. l. 72. §. 6. ff. eod.* S. L.

17 Adde *l. 6. ff. eod. l. 11. ff. de condict. causa data.* 18 Si satisfederint se monumentum ædificaturos. 19 Conditio legatum suspendit. *l. 5. §. 2. ff. quando dies.* 20 Vide Cujacium *2 ad Afric. fol. 22.* 21 Interpreteres hoc ad monachos extendunt: sunt enim Præpositis & Abbatibus suis servorum loco. *Bart.* ad *l. 8. ff. de transact.*

ter legetur. Argumentum rei est, quod etsi cibaria servis Titii legentur, proculdubio domini est, non servorum legatum.

De bonorum possessione contra tabulas. 1. De lege Falcidia. 2. De partis capacitate. 3. De lege Falcidia.

XLIII. PAULUS lib. VIII ad Plautium.

PLautius Rogatus est heres [22] à liberto [23] testatore, *ut percepto* [24] *sibi decem* [25]; *totam hereditatem restituerat* [26]: postea patronus [27] defuncti bonorum possessionem contra tabulas petierat, & partem [28] hereditatis, quæ debebatur, abstulerat [29]. Proculus, Cassius, fideicommissarium pro rata quod scripti repetere [30] debere aiunt [31]. Paulus: hoc jure utimur: nam quemadmodum præstatione fideicommissorum & legatorum heres exoneratur [32] per Prætorem, ita etiam ipse partem consequi debet.

§. 1. Diversum est, si Falcidia interveniat & minuat legatum: nam his casibus nihil repetetur: quia in solidum conditioni paretur [33]. §. 2. Item scinditur jus dandi, si is cui legatum est, non potest partem hereditatis sibi relictam, totam capere: nam verius est, partem eum præstare debere, partem illos, qui auferunt ab eo, quod plus relictum est, quam à lege conceditur.

§. 3. Neratius libro primo Responsorum scribit, ex duobus scriptis heredibus, si unus rogatus sit tibi hereditatem restituere, tu Titio certam summam dare, & beneficio legis Falcidiæ in restituendo heres utatur: quanto minus tibi præstiterit, tanto [34] minus te Titio præstare, non esse iniquum.

Cui dandum est, ut impleatur conditio. 4. De Senatusconsulto Trebelliano. 6. De controversia heredatis. 7. De Senatusconsulto Trebelliano. 8. An conditio dandi recipiat divisionem.

XLIV. IDEM lib. IX ad Plautium.

QUi [35] heredi dare jussus est servo alieno instituto, non domino dare debet. nam & si alio herede instituto jussus est servo Titii dare, ipsi servo datur: quia * *quæ facta* [36] *sunt, non* [37] *transeunt ad dominum.* quemadmodum si mihi aut servo Titii stipulatus sim: non Titio, sed servo ejus dari potest. & hæc vera sunt.

§. 1. Sed cum heredi dare jussus est, videamus, ne domino dandum sit: & consequens est & hic servo dari. §. 2. Certe statuliber, quin domino dare debeat, non est dubium.

§. 3. Contra, qui domino debet dare [38], non implet conditionem dando servo ejus, nisi [si] dominus consenserit: nemo enim in tali specie conditionem, nesciente me vel nolente, implere potest. §. 4. Cum hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est, heredi [39] dandum est, ut impleatur conditio: nec [40] hoc restituendum est ex causa fideicommissi.

§. 5. Sed cum suspectam adiit & restituit: & dubitatur, an ei auferendum sit? & benignius est, & in hoc casu nihil [41] ei auferri.

§. 6. Si autem me herede instituto, controversia mihi fiat hereditatis, si cavet legatarius, evicta hereditate reddi legatum: & [42] ipsi cavendum est, reddi [43] quod dedit. §. 7. Sed si jussus sis mihi decem dare, & accipere hereditatem ex Senatusconsulto: decem tibi ex causa fideicommissi non restituam. §. 8. Si duorum [44] servo legatum sit sub conditione dandi: non posse per partes conditioni pareri [45] quidam aiunt, sed semel dandam pecuniam. sed ego contra [46] puto [47]. §. 9. Si pars rei legatæ usucapta [48] sit, an in solidum parendum sit? Dubito: & potest dici, pro parte [49] parendum ex sententia testatoris. §. 10. Plautius: uni ex heredibus fundum legavi, si centum heredibus dedisset: Deducet suam partem hereditariam [50]: & reliquam summam heredibus pro portione [51] eorum dabit. At si heres ex parte ita institutus esset, *si heredibus decem dedisset*: non aliter esset heres, quam si tota decem coheredibus dedisset [52]. quia non ante ad hereditatem admitteretur, quam si omnem summam dedisset. Nam cum & servus testamento liber, & ex parte heres ita scriptus esset, *si heredibus decem dedisset*: constitit non [53] aliter eum liberum heredemque futurum, quam si tota decem coheredibus dedisset. Paulus: Hoc jure utimur.

De acceptilatione.

XLV. IDEM lib. XVI ad Plautium.

IUlianus ait, si heredi legatarius, cui sub conditione legatum erat, *si heredi decem dederit*, id quod ei deberet heres accepto tulisset [54]: non quidem videri conditioni paruisse quasi dederit; sed quasi per heredem stet, quo minus pareat, posse petere legatum, quasi extiterit conditio.

Quando dies conditionis cedit.

XLVI. IDEM lib. III ad Vitellium.

SI in [55] diem (exempli gratia) centesimum imperatum est statulibero, ut pecuniam solveret [56], neque initium temporis ejus, quod futurum esset, adscriptum est: adita [57] hereditate cedere dies incipit. quia [58] absurdum [59] visum est, ante diem præterire, quam is existeret, quem oportet accipere. & hoc in omnibus qui heredi dare jussi sunt, dicendum est: igitur & legatario ex adita hereditate ad parendum conditioni tempus computabitur.

De conditione expressa, quæ non expressa inesset.

XLVII. MARCELLUS lib. XIV Digestorum.

SErvo libertatem ita dedit, *Ille, si meus erit* [60], *liber esto*: legatum vel hereditatem sine conditione ei dedit: deinde eum alienavit: Debebitur domino ejus legatum vel hereditas, & jussu ejus adiri poterit. nam id expressit, *si meus erit*, in libertate danda: quo futurum erat ut impediretur libertas, etiam si id expressum non esset. * sæpenumero tamen mutatur rei effectus: quanquam [61] id expresserit testator, quod etsi non fecisset, messet tamen.

De relicto, cum ad annum illum pervenisset:

XLVIII. IDEM lib. XV Digestorum.

NOn putabam diem fideicommissi venisse, cum sextumdecimum [62] annum ingressus fuisset, cui erat relictum, *cum ad annum sextumdecimum pervenisset*: & ita etiam Aurelius [63] Imperator Antoninus ad appellationem ex Germania [64] judicavit.

De relicto in annos decem.

XLIX. CELSUS lib. XXII Digestorum.

SI *in annos decem* heres dare damnatus, aut quis liber esse jussus est: novissimo [65] ejus temporis die legatum debebitur, & libertas obtinget.

De rationibus reddendis.

L. ULPIANUS lib. I de officio Consulis.

SI cui libertas data sit directo sub hac [66] conditione, *si rationes reddidisset*: arbitrum [67] à Consulibus Divus Pius dari permisit his verbis: *Aditi à vobis amplissimi Consules* [68], *arbitrum dabunt, qui excussis rationibus, non tantum quæ reliqua sint Epaphroditi, constituent, verum etiam quas rationes quæque instrumenta tradere, aut exhibere Dominus suus debeat: cujus sententiæ cum fuerit satisfactum, non impedietur Epaphroditi libertas.*

De pluribus conditionibus disjunctis. 1. De conditione dandi heredi.

LI. MODESTINUS lib. V Differentiarum.

SUb diversis conditionibus disjunctim positis liber esse jussus, eam conditionem eligere potest, quæ sibi levior [69] esse videbitur: legato vero eo modo relicto, legatarium novissimæ conditioni parere oportet. §. 1. Heredi decem dare jussus, & liber esse, & heredis [70] heredi [71] dando perveniet ad libertatem. quod non similiter in legatarii [72] persona custoditi, Publicius scribit.

De conditione expressa, vel tacita.

LII. IDEM lib. VII Differentiarum.

NOnnunquam contingit, ut quædam nominatim expressa officiant, quamvis omissa tacite intelligi potuissent nec essent obfutura. quod evenit, si alicui ita legatur: *Titio decem do, lego, si Mævius Capitolium* [73] *ascenderit*. nam quamvis in arbitrio Mævii sit, an Capitolium ascendat & velit efficere ut Titio legatum debeatur: non tamen poterit aliis [74] verbis utiliter legari, *si Mævius voluerit, Titio decem do*. nam * *in alienam* [75] *voluntatem* [76] *conferri* [77] *legatum non* [78] *potest*. Inde dictum est *, expressa [79] nocent [80], non expressa non nocent.

De conditione rationum reddendarum.

LIII. IDEM libro sing. de Evrematicis.

SI quis servum liberum esse jusserit, *si hereda rationes reddidisset* [81], posteaque [82] eum rationes reddere veruerit, quasi puram facturus libertatem: competit ex testamento libertas.

De prorogatione legatorum. 1. Si duobus legetur sub conditione dandi.

LIV. JAVOLENUS lib. II ex Cassio.

SI quis legata, quibus [83] dies apposita non esset, *annua, bima, trima die dari jussit*; & alicui, *cum pubes esset*, pecuniam legavit: id quoque legatum annua, bima, trima die post pubertatem præstandum esse, *in commentariis Gaii* scriptum est. quia magis conditio, quam dies, legato adjecta esset. Contra ego sentio: quia* fere dies ponitur ad proroganda ea, quæ ad præsens tempus, non etiam quæ in futurum legata sunt, dieque pubertatis habet [84] aliquam temporis demonstrationem. §. 1. Duobus eadem res, *si* [85] *heredi centum dedissent*, legata est: si alter [86] ex his quinquaginta dederit, partem legati consequetur; & pars ejus, qui non dederit, alteri cum sua conditione adcrescit [87].

De conditione dandi incapaci.

LV. IDEM lib. XIII Epistularum.

MÆvius, cui fundus legatus est, *si Calimacho*, cum quo testamenti factionem non habebat, *ducenta dedisset*: conditioni parere debet, & ducenta dare, ut ad eum legatus fundus pertineat; licet [88] nummos non faciat accipientis. quid enim interest, utrum tali personæ dare jubeatur, an aliquo loco ponere, vel [89] in mare dejicere? neque enim illud quod ad talem personam perventurum est, testamenti nomine, sed [90] mortis causa capitur.

An conditio dandi recipiat divisionem.

LVI. IDEM lib. XIV Epistularum.

CUi fundus legatus est, *si decem dederit*, partem fundi consequi non potest, nisi totam pecuniam numeravisset: dissimilis est causa, * cum duobus eadem res sub conditione legata est. In hac enim quæstione statim à testamento, quo pluribus conditio apposita est, divisa quoque in singulas personas videri potest: & ideo singuli cum [91] sua parte & conditioni parere, & legatum capere possunt. nam quamvis summa universæ conditionis sit adscripta, enumeratione [92] personarum potest videri esse divisa: in eo vero, quod uni sub conditione legatum est, scindi ex accidenti conditio non debet: & omnis numerus [93] eorum, qui in locum ejus substituuntur, pro singulari persona est habendus.

De operis.

LVII. POMPONIUS lib. IX ad Quintum Mucium.

QUæsitum est, an si jussus fuerit servus *quinque operas extraneo dare, ut liber sit*, conditio talis sit recipienda: ut, quemadmodum circa pecuniæ dationem dicitur, ita & circa præstationem operarum dicamus? Sed hoc jure utimur, ut quemadmodum dictum est, si pecuniam ex peculio suo det extraneo, admitti eum ad libertatem: ita & si operam præstiterit, necesse sit eum admitti ad libertatem. itaque [&] in proposito sapienter faciet heres, si impedierit [94] eum, quo minus præstet & operas: hac enim ratione servus perveniet quidem ad libertatem, sed operis ejus extraneus non utetur.

De conditione nuptiarum.

LVIII. IDEM lib. X ex variis lectionibus.

SI ancillæ alienæ, *cum ea nupsisset*, legatum sit, Proculus ait, utile legatum esse: quia possit [95] manumissa nubere.

An

22 Puta Plautus patronus.
23 Puta Titio.
24 Ut perceptis sibi decem.
25 Puta à Caio.
26 Venderet. *Mol.*
27 Præteritus scilic. a suo liberto.
28 Puta tertiam.
29 Eidem Caio.
30 A Plautio.
31 Diminuta re sicut diminuitur onus: ita re aucta augetur. *Sociniur.*
32 A Caio fideicommissario.
33 Falcidia introducta favore heredis in damnum ejus non retorquenda. *Baldus. l. 6. C. de legib.*
34 Fideicommissarius, cui per fideicommissum aliquid relictum est ea lege, *ut Titio aliquid det*, tantum detrahit ex legatis quæ præstare debet, quantum heres ei detraxit per Falcidiam *l. 32. §. 4. ff. ad l. Falcid. l. 63 §. 12. ff. ad Trebell.*
35 Legatarius scil.
36 Facti quæ sunt ad dominum non transeunt *l. 24. ff. de adqu. poss.* adde *l. 21. ff. de admend. §. 2. Inst. de stipulat. servor. l. 38. §. 6. ff. de verbor. oblig.*
37 In ejus persona debet impleri conditio, in cujus persona est formata, non in persona alterius. *Bald.*
38 Dare domino jussus, conditionem non implet dando ejus servo. Quæ in facto consistunt, ea per servum domino non adquiruntur.
39 Directo scil. Nam conditio dandi heredi intelligitur de directo herede, non utili, puta fideicommissario. Et merito: nam verba quæ directo & utiliter intelligi possunt, accipienda sunt potius de eo quod directum est, quam quod obliquum. *Socin.* Ita implenda est conditio heredi, seu ejus commodo, licet alii hereditatem restituat ex fideicommisso. Quid, si ei ablata est hereditas, ut indigno? Quid, si hereditatem vendidit? Idem. *Bart.* Quid, si minor restitutus in integrum nodo nomine heres sit? Bartolus dubitat. Imola negat dandum esse minori. in *l. qui liberis. 8. §. hæc verba. 1. ff. de vulg.*
40 Conditionis implendæ gratia quæ dantur heredi, ea fideicommissario restituere heres non debet.
41 Cur nihil auferatur? An quod ridiculum sit, si incontinenti auferatur, ut putat *Bald. arg. l. ult. C. de bon. quæ liber.*
42 Cavet legatarius heredi de legato ei restituendo, si ipsi heredi fuerit evicta hereditas: ita vicissim legatario cavet heres de restituendo, quod ab eodem legatario accepit conditionem implendi seu implendæ conditionis gratia.
43 Evincitur ubi legatum, datum implendæ conditionis causa recipitur. *Bald.*
44 Et sic communi.
45 A diversis dominis scilicet.
46 Cur? quoties unus plures repræsentat, idem juris est de uno, quod de pluribus separatis. facit *l. & Proculo. 20. ff. de legat. 2.*
47 Et merito, quia servus communis vicem dominorum sustinet. *l. 1. §. 4. ff. de stip. serv.*
48 Sicut per alienationem voluntariam testatoris censetur revocatum legatum, *l. 21. §. 12. ff. de legat. 3.* ita per alienationem causatam ab usucapione. *l. 28. ff. de verb. sign.*
49 Diminuto legato per usucapionem diminuitur conditio. *Bartolus.* Emolumento legati præscriptione minuto, onus ei injunctum minuitur. vide *Bald.*
50 Hoc enim casu est heres, sicut alii.
51 Jussus dare heredibus censetur jussus dare pro hereditaria portione, non viriliter. *Socinus.*
52 Et merito, quia hæc conditio est adjecta institutioni: ideoque non ante heres esse poterit, quam impleta conditio fuerit.
53 Adde *l. 15. in fin. ff. de stat. hom.*
54 Jussus dare, acceptum ferendo non paret conditioni. Est enim aliud dare, aliud liberare: qui dat, facit quid accipientis; qui liberat, nihil facit accipientis: acceptilatio licet vim habeat solutionis, non tamen dicitur proprie solutio. Igitur non dicitur impleta conditio per acceptilationem. *Socinus.* adde *l. 49. ff. de solut.*
55 Si intra. *Haland.*
56 Jussus dare simpliciter, intelligitur jussus dare heredi. *Socin.*
57 Tempus conditionis dandi heredi non incipit currere niti post aditam hereditatem. *Socin.*
58 Repetita conditio non censetur, quæ tacite inest: quia frustra & inutiliter esset expressa. vide Manticam 10 *de conjectur. 6. num. 27.*
59 Dilatio temporis non prius potest habere finem quam principium.
60 Cum moriar scilicet.
61 *l. 65. §. 1. ff. de leg. 1.* vide quæ notavi ad *l. 56. ff. mandati.*
62 Decimum quartum. Cujac. ad *l. 5. C. qui test.*
63 Aliud autem judicavit Imperator Hadrianus. *l. 74. §. 1 ff. ad Trebell.* adde *l. 49 ff. de legat. 1. l. 5. C. quando dies legat.*
64 Germania Imperio Romano subdita fuit. Appellationes enim ex Germania ad Imperatorem fuisse, hic locus indicio est. adde *l. 11. ff. de evict.*
65 Id est; ultimo. Imo statim. *l. 4. in fin. ff. de manumiss. testam.*
66 *l. 47. §. 2. ff. de fideic. libert.*
67 *l. 53. in fin. ff. de judiciis.*
68 Consules arbitros dabant ad rationes manumissorum audiendas.
69 *l. 35. ff. eod. l. 87. ff. eod.*
70 *l. 94. in fin. ff. eod.*
71 Heredi etiam heredis dando fit liber is, qui jussus est heredi dare, & ita liber esse.
72 *l. 109 ff. eod.*
73 *l. 68. ff. de hered. inst.*
74 Legatum expresse in alterius voluntatem non potest conferri: acite & non ita verbis apertis potest: *l. 32. l. 68. vers. atquin si quis. l. 70. ff. de hered. inst. l. 64. ff. de legat. 1.* vid. Cujac. 2 obf. 2. extranei vel heredis. *l. Senatus. 43. §. legatum. 2. ff. de leg. 1. l. fideicommissaria libertas. 23. ff. de fideic. libert.*
75 Meram & profusam.
76 Expressim.
77 Imo potest. *l. 43. §. 2. ff. de legat. 1.*
78 *l. 68. ff. de hered. inst.*
79 Ubi scil. ratione expressi occurrit aliqua ratio vitiandi actus. *Bald.* vide *l. 195. ff. de reg. jur.*
80 *l. 3. §. 9. ff. de adimendis.*
81 Sicut legata possunt adimi, ita & conditiones: nec tamen per amotam conditionem videtur id remotum, cui conditio erat adjuncta; sed purificatur. *Bald.*
82 *l. 30. ff. de legat. 1.*
83 Dies incerta interpellat pro homine, ex quo dies est. *Bald.*
84 Id est, sub hac conditione.
85 *l. 15 ff. de statu.*
86 Adcrescit cum onere suo pars deficiens.
87 *Dandi* verbum hic improprie: ita sumitur *l. 167. ff. de regul. jur.*
88 Atqui conditio in mare projiciendi servari non debet. *l. quidam. 27. ff. de cond. inst.* Aliud in pecunia, aliud in hominis reliquiis.
89 Adde *l. 8. ff. de mort. caus.*
90 Pro sua. *Hal. l. 44. §. 8. in fin. ff. eod. l. 11. §. 1. l. 13. §. 2. ff. de manumiss. testam. l. 30. ff. de usufr. legat.*
91 Enumeratio personarum vim divisionis portionum habet.
92 Numerus omnis, qui unius in locum substituitur, pro una persona habetur. *Bald.*
93 *l. 23. in fin. ff. de cond. inst.*
94 Conditio dicitur esse possibilis, quæ etiam statu mutato possibilis est. *Bald.*
95

An morte, 1. Et media, 2. Vel maxima capitu diminutione legatum extinguitur.

LIX. ULPIANUS lib. XIII ad legem Juliam [96] & Papiam.

INtercidit legatum, si ea persona decesserit [97], cui legatum est sub conditione. §. 1. Quid ergo, si non decesserit [98], sed in civitate esse desierit? puta alicui legatum, *si Consul fuerit*, & is in insulam deportatus [99] est: numquid non interim extinguitur legatum, quia restitui in [100] civitate potest? quod probabilius [1] esse arbitror. §. 2. Non [2] idem erit dicendum, si ea pœna in eum statuta fuerit, quæ irrogat servitutem: quia * *servitus* [3] *morti adsimilatur* [4].

Divisio conditionum. 1. De fisco.

LX. PAULUS [lib. VII ad leg. Juliam & Papiam].

IN *facto* [5] consistentes *conditiones varietatem habent*, & quasi tripartitam recipiunt divisionem, *ut quid detur, ut quid fiat, ut quid obtingat* [6]: vel retro [7], *ne detur, ne fiat, ne obtingat*: ex his dandi faciendique conditiones in personas collocantur [8], aut ipsorum, quibus quid relinquitur, aut aliorum; tertia species in eventu ponetur. §. 1. Fiscus iisdem [9] conditionibus parere debet, quibus persona, à qua ad ipsum, quod relictum est, pervenit: sicut etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat.

De conditione filiorum.

LXI. ULPIANUS [lib. VIII ad leg. Juliam & Papiam].

SI vir uxori ad tempus liberorum legaverit, dubitari potest, an de his duntaxat filiis sensisset testator, qui post mortem ejus nati fuissent, an [&] de his, qui vivo [10] eo ab eo suscepti fuissent post [11] testamentum factum, cum manente matrimonio decessisset: verum æquum est proficere [12], sive vivo marito, sive post mortem nascatur.

1. De conditione dandi & non solidi capacitate.

LXII. TERENTIUS CLEMENS lib. IV ad legem Juliam & Papiam.

SEd si hoc specialiter expressit testator, etiam si ex alio post mortem suam liberos procreaverit, nihilo minus eam ad legatum admitti. §. 1. Cuidam non [13] solidum capienti, amplius legi concessæ portionis relicta est, *si heredi aliquid dedisset*. Quæritur, an id quod conditionis implendæ causa dederat, consequi ex causa legati possit, quasi non capiat id quod deroget? an vero id extra sit, nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quam capturus esset, si sine conditione legatum esset? Et Julianus rectissime scribit, tanto [14] amplius eum capturum, quantum conditionis implendæ causa dare eum oportet: nec interesse, heredi, an extraneo dare jussus sit, quia computatione facta, quæ semper in persona ejus introduceretur, non amplius legi concessæ portionis ad eum subsideret. §. 2. Cum vir uxori, *Si* [15] *à liberis ne* [16] *nupserit*, in annos singulos aliquid legavit, quid juris sit? Julianus respondit, posse [17] mulierem nubere & legatum capere, quod si ita scriptum esset, *Si à liberis impuberibus ne nupserit*, legem locum non habere: quia magis cura liberorum, quam viduitas injungeretur.

LXIII. GAIUS. [lib. III ad leg. Juliam & Papiam].

CUm ita legatum sit, *Si Titio non nupserit*, vel ita, *Si neque Titio, neque Seio, neque Mævio nupserit*, & denique si plures personæ comprehensæ fuerint: magis placuit, cuilibet eorum si nupserit, amissuram legatum, nec videri tali [18] conditione viduitatem [19] injunctam, cum alii cuilibet fatis commode possit nubere.

§. 1. Videamus, & si ita legatum sit, *Si Titio nupserit*. & quidem si honeste [20] Titio possit nubere, dubium non erit, quin, nisi [21] paruerit conditioni, excludatur à legato: si vero indignus sit nuptiis ejus iste Titius, dicendum est, posse eam beneficio legis cuilibet nubere. * quæ enim Titio nubere jubetur, cæteris [22] omnibus nubere prohibetur: itaque si Titius indignus sit, tale est, quale [23] si generaliter scriptum esset, *Si non nupserit*. imo, si verum amamus, durior hæc conditio est, quam illa, *Si non nupserit*: nam & cæteris omnibus nubere prohibetur; & Titio, cui inhoneste nuptura sit, [cum] nubere jubetur.

LXIV. TERENTIUS CLEMENS lib. V ad legem Juliam & Papiam.

HOc modo legato dato, *Si Lucio Titio non nupserit*: non [24] esse legi [25] locum, Julianus aiebat. §. 1. Quod si ita scriptum esset, *Si Aricinæ non nupserit*: interesse, an fraus legi facta esset. nam si ea esset, quæ aliubi [26] nuptias non facile possit invenire, interpretandum, ipso [27] jure rescindi, quod fraudandæ legis gratia esset adscriptum *: legem enim utilem Reipublicæ, sobolis [28] scilicet procreandæ causa latam, adjuvandam interpretatione.

Si heres pendente legati conditione decesserit.

LXV. PAULUS lib. LXII ad Edictum.

LEgato sub conditione relicto, si heres, à quo sub conditione legatum est, pendente conditione moriatur [29], heredem suum obligatum relinquit.

De manumissione statuliberi.

LXVI. MODESTINUS lib. X Responsorum.

HEres statuliberum, cui in eventum conditionis fideicommissum restituere rogatus erat, manumisit [30]. Quæro an fideicommissum præstare debeat? Herennius Modestinus respondit, Quanquam statuliberum heres manumiserit, tamen fideicommissum, quod sub iisdem conditionibus relictum ei debet, ita præstare cogitur, si conditiones impletas esse præstabit [31], aut per eum stetit, quominus impleantur.

De cautione Muciana & translatione conditionali.

LXVII. JAVOLENUS lib. XI Epistolarum.

CUm sub hac conditione fundus alicui legatus esset, *Si* [32] *servum non manumiserit*, &, *Si manumiserit*, legatum fundi ad Mævium translatum esset, legatarius de non liberando satisfecit, & legatum accepit, & postea liberavit: Quæro, an aliquid Mævio detur? Respondit, Si cui ita legatum erit, *Si servum non manumiserit*, satisdatione interposita, accipere ab herede [33] legatum potuerit: & si postea servum manumiserit, commissa stipulatione, heredi vel fundum, vel quanti ea res est, restituet; eoque casu heres ei, cui ex sequenti conditione legatum debuerit, restituet.

De conditione nuptiarum.

LXVIII. IDEM lib. II ex Cassio.

SI ita legatum esset, *Cum nupserit*: si nupta fuerit, & hoc testator scisset, alterum matrimonium erit exspectandum [34]; nihilque interesse [35], utrum vivo testatore, an post mortem ea iterum nupserit.

De legato, si voluerit.

LXIX. GAIUS lib. XIII ad legem Juliam & Papiam.

SI ita expressum erit, *Titio, si* [36] *voluerit, do, lego*: apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad heredem legatarii pertinere, quam si ipse legatarius voluerit [37] ad se pertinere: quia conditio personæ injuncta videtur.

Emancipationis conditio.

LXX. PAPINIANUS lib. XVI Quæstionum.

DUos mater filios *sub conditione emancipationis* ex partibus heredes instituit, eisque plurium rerum præceptiones pure dedit; hereditatem adierunt: patrem à legatorum commodo illa quoque ratio debet summovere, quod emancipando [38] filios, obsecutus voluntati, supremum judicium uxoris suæ custodiri voluit.

De fundo emendo. 1. De matrimonio. 2. De jure libertatis. 3. De dote.

LXXI. IDEM lib. XVII Quæstionum.

TItio centum, *ita* [39] *ut fundum emat*, legata sunt: non [40] esse cogendum Titium cavere [41] Sextus Cæcilius existimat: quoniam ad ipsum duntaxat emolumentum legati rediret. † Sed si filio, fratri, alumno minus industrio prospectum esse voluit, interesse heredis, credendum est: atque ideo cautionem interponendam, ut & fundus comparetur, ac postea [42] non alienaretur.

§. 1. Titio centum relicta sunt ita, *ut Mæviam uxorem, quæ vidua est, ducat*: conditio [43] non remittetur: & ideo nec cautio remittenda est. Huic sententiæ non refragatur, quod si quis pecuniam promittat, si Mæviam uxorem non ducat, Prætor actionem denegat: * *aliud est enim eligendi matrimonii pœnæ* [44] *metu libertatem* [45] *auferri, aliud ad matrimonium* [46] *certa lege invitari*. §. 2. Titio centum relicta sunt ita, *ut à monumento meo* [47] *non recedat*, vel *uti in illa civitate domicilium habeat* *: potest dici, non [48] esse locum cautioni, per quam jus libertatis infringitur. Sed in defuncti libertis [49] alio jure utimur. §. 3. *Titio genero meo heres meus dotis Seiæ filiæ meæ nomine centum dato*: legati quidem emolumentum ad Seiam, quæ dotem habere incipit, pertinebit, sed quia non tantum mulieri, sed Titio quoque, cui pecuniam legavit, consultum videtur, prope est, ut ipse legatarius intelligatur, & legatum petere debeat. † Si post divortium genero pecuniam heres solverit, æque liberabitur: quoniam in dotem solutio convertitur. † Constante autem matrimonio, etiam prohibente muliere, Titio recte solvetur: hoc enim & mulieris interest [50], ut incipiat esse dotata: nam & si quis ipsam quoque petitionem habere responderit, eaque pecuniam petat, neque dotis fieri velit, non dubie doli summovebitur exceptione. † Ante nuptias vero Titio vel muliere defunctis legatum apud heredem manet. Quod si nolit eam uxorem ducere, causa legati, quod ad mulieris personam attinet, satisfactum intelligetur: sed Titio legatum petenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta muliere Titio, sine cautione legatum deberi, quoniam pecunia dotis [51] efficeretur: sed cum ante nuptias, quia purum legatum est, peti potest, cautio, *Mulieri pecuniam reddi*, necessaria erit. † Quod si maritus vitio suo causa ceciderit, neque solvendo sit: nunquid adversus heredem mulieri, quæ nihil deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam quæ doti fuerat destinata? Sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, salvam habebit, non soluta pecunia viro, mulier actionem.

De conditione, si à liberis non discesserit. *2. De cautione fideicommissi non petenda*, 3. *Et ratione non exigenda*. 4. *De conditione, si arbitratu illius nupserit*. 5. *Vel si non nupserit*. 6. *De falsa causa*. 7. *De conditione falsa vel deficiente*. 8. *De falsa demonstratione*.

LXXII. IDEM lib. XVIII Quæstionum.

CUm tale legatum esset relictum, *Titiæ, si à liberis non discesserit*: negaverunt [52] eam recte cavere, quia vel mortuis liberis legati conditio possit existere. sed displiciut sententia: * non enim voto [53] matris opponi tam ominosa non interponendæ cautionis interpretatio debuit. §. 1. Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis [ejus] non discessisset, permisit Imperator velut [54] Mucianam [55] cautionem offerri: fuit enim periculosum ac triste, libertum conjunctum patroni liberis eorundem mortem exspectare. §. 2. Titius [56] heredem institutum rogavit post mortem suam hereditatem restituere, si fideicommissi cautio non fuisset petita: Mucianæ cautionis exemplum ante constitutionem remissæ cautionis locum habere non potuit, quoniam vivo eo [57], cui relictum est, impleri conditio potuit.

§. 3. Quid ergo, si ita scriptum sit, *Peto post mortem tuam restituas hereditatem tuam, ita ne fatus fideicommissi petatur, neve* [58] *ratio exigatur*? sine dubio per hujusmodi verba non interponendæ quidem cautionis conditio videbitur adscripta, rationi vero non exigendæ modus adhibitus, scilicet ut culpa, non etiam dolus [59] remissus intelligatur: idque in ejus persona, qui negotia gessit, cuique rationis reddendæ necessitas fuerat testamento remissa, rescriptum est. §. 4. *Si arbitratu Titii Seia nupserit, heres meus ei fundum dato*: vivo Titio, etiam [60] sine arbitrio Titii eam nubentem legatum accipere, respondendum est: eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptiis [61] impedimentum inferatur. † Sed si Titius vivo [62] testatore decedat, licet conditio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurretur.

§. 5. *Mævia, si non nupserit, fundum cum moriatur, lego*: potest dici, & si nupserit, eam confestim ad legatum admitti [63]. Non idem probatur, si [64] certus dies incertusve alius legato fuerit adscriptus.

§. 6. Falsam *causam* legato non [65] obesse, verius est: quia ratio legandi legato non cohæret. sed plerunque doli exceptio locum habebit, si probetur alias legaturus non fuisse. §. 7. Falsam *conditionem* Cassius & Cælius Sabinus impossibilem [66] esse dixerunt: veluti, *Pamphilus, si quod Titio debeo solverit, liber esto*: si modo nihil Titio fuit debitum. quod si post testamentum factum testator pecuniam exsolvit, defecisse [67] conditionem intelligi.

§. 8. Fal-

96 An lex Julia & Papia sint una lex vel duæ? negat Robertus 1 *animadv.* 1. aitque Anton. Mercat. 1 *notat.* 1. *in pr. & fin.* adde *l.* 43; *l.* 44. ff. *de ritu.*

97 *l.* 31. ff. *eod. l.* 69. ff. *eod. l.* 59. §. 6. ff. *de hered. instit. l.* 65. §. 1. ff. *de leg.* 1. *l.* 11. §. 6. ff. *de leg.* 3.

98 Naturaliter.

99 Deportatione legatarii non extinguitur ei legatum, sed suspenditur tantum.

100 *l.* 104. ff. *eod.*

1 Deportatio hunc in modum morti non comparatur: idque cohibendorum caducorum & legis Papiæ causa. vide Cujac. ad *l.* 121. §. 2. ff. *de verb. oblig.*

2 Deportatio servitutem non irrogat.

3 Et manumissio. *l.* 92. ff. *de solut.*

4 Assimilatur. *Hal.* adde *l.* 3. *in fin.* ff. *de capite minutis. l.* 32. §. 6. ff. *de don. inter vir. l.* 209. ff. *de reg. jur.*

5 Qui facit, dat: dat, qui facit. vide *l.* 218. ff. *de verb. sign.*

6 *Al.* contingat. ea ponitur in eventu.

7 Id est, è converso, ut *l.* 40 § 2. ff. *de adquir. poss. l.* 21. §. 2. *in fin* ff. *de fidejuss.*

8 Conferuntur.

9 *l.* 9. ff. *de Silan. l.* 2. ff. *de alim. l.* 6. ff. *de jure fisci.*

10 V. quæ scripsi ad *l.* 4. *C. quando dies legatorum.*

11 *l.* 9. ff. *eod.*

12 *l.* 91. *in fin.* ff. *eod.*

13 *l.* 2. *C. de naturalib. liberis.*

14 Usque ad concurrentem quantitatem oneris cum relicto, etiam non capax capit: quia non videtur habere ex causa lucrativa. *Bald.*

15 *l.* 72. §. 5. ff. *eod.*

16 *Al.* non.

17 Hodie non potest. *Novell.* 21. *c.* 44.

18 Viduitatem perpetuam inducens conditio remittitur. *Bald.*

19 *l.* 64. ff. *eod.*

20 *l.* 2. *C. de instit. & substit.*

21 *l.* 71. §. 1. ff. *eod.*

22 *l.* 12. §. 43. ff. *de instructo. l.* 6. ff. *de jure patronatus.*

23 *l.* 14. ff. *de legat.* 3. hinc Bald. uxori carere marito melius est, quam malum maritum habere.

24 *l.* 63. ff. *eod.*

25 Juliæ & Papiæ, ut indicat hujus legis inscriptio. *Goth.* Vide Brisson. *lib.* 3 *select. cap.* 3. Alex. ab Alexandr. *genial. dier. lib.* 4. *cap.* 8. S. L.

26 Actus quoties geri, nisi certo loco interdicto, non potest, actus interdictus intelligitur. *Bald.*

27 Ipso jure rescinditur, quod fraudandæ legis causa factum est.

28 *l.* 1. ff. *solut.* Lex reip. utilis, extendenda est. *Bald.*

29 Legatum conditionale non perit, licet gravatus moriatur pendente conditione. *Bald.*

30 Ante conditionis eventum.

31 Prætenderit, *Hal.* constituit, *alii.* pere de manu heredis, non de manu primi legatarii debet. *Bald.*

32 *l.* 73. ff. *eod.* 33 Legatarius in quem translatio pœniæ causa sit, caquivis dos possit conferri in arbitrium alterius. *Bald.* 61 V. *l.* 4. ff. *de usu.*

63 V. *Nov.* 22. *c.* 44. 64 Conditio expressa vel tacita non nubendi rejicitur, non alia suspensio. *l.* 62. *in fin.* ff. *eod.* 65 Falsa causa legatum non vitiat, nisi de voluntate testatoris ducatur, *l.* 17. §. 2. ff. *eod. l.* 31. *Inst. de legat.* & ibi *Theoph.* ubi dixi. 66 Falsa & impossibilis conditio æquipollent. *Bald.* 67 Et sic valebit favore libertatis. *Accurs.*

34 Verba conditionalia, in dubio intelliguntur de futuro. *Bald.*

35 *l.* 91. *in fin.* ff. *eod. l.* 2. ff. *eod.*

36 Legatum valet in arbitrium legatarii collata conditione, *ut hic.* An & stipulatio in voluntatem stipulatoris? Ita censet Cujac. ad *l.* 17. ff. *de verb. oblig.*

37 Id est, declaraverit: & sic legatum collatum in voluntatem legatarii, ante declarationem non transmittitur. *Bald.*

38 Adde *l.* 40. ff. *eod.*

39 Et sic sub modo.

40 Adde *l.* 92. ff. *eod. l.* 15. *C. de fideicomm.*

41 Se emturum.

42 Omnis qui cavet de modo implendo, tenetur cavere de modo impleto conservando, ut si quid contra fecerit, aut contra venerit, rem restituat. *Baldus.*

43 *l.* 63. ff. *eod.* Modus hic appellatur conditio, ut *l.* 108. ff. *eod. l.* 1. *C. de his quæ sub modo.*

44 *l.* 2. *C. de inutilib. stip.*

45 Debent enim matrimonia esse libera. *l.* 134. ff. *de verb. oblig.*

46 Al. *testamentum. ita & in Florentin.* S. L.

47 V. *l.* 44. ff. *de manumiss. testam.* Pacto quis non potest stringi ad *domicilium* uno tantum in loco habendum. *Bald.* Manumissi eunt & habitant quo lubet, *l.* 12. *C. de operis libert.* v. Cujac. 14 *obs.* 17. an subdito liceat patriam mutare, vide Papon. 3 *not. lib.* 6. *tit. des lettres de naturalité. fol.* 462.

48 Possit ex hoc loco videri, iniquas esse institutiones, quibus parentes certi loci incolatum seu *domicilium* liberis injungunt

49 *l.* 18. *in fin.* ff. *de alimentis.* conditione infringi libertas ingenui non potest, liberti potest.

50 *l.* 3. ff. *soluto.*

51 *l.* 2. *C. ne fidejussoribus dot.*

52 Et male. *vertis. sed dissuasit.* ff. *eod.*

53 *l.* 28. ff. *de liberatione legata.* adde *l. ult. C. de inst. & subst.*

54 Id est, ad exemplum Marcianæ comparata. de hac particula vid. quæ scripsi ad *l.* 1. §. 2. ff. *de superficieb.*

55 De Muciana cautione scripsi ad *Nov.* 22. *c.* 43.

56 Vide Cujac. in hunc §. 1; *observ.* 37.

57 *l.* 101. §. *pen.* ff. *eod.*

58 Testator potest remittere heredi necessitatem conficiendi inventarii: ea tamen remissione dolus minime continetur, alias heres fideicommissario universali teneatur rationem reddere: & eam ob causam inventarium facere. *Bald.*

59 V. *l.* 9. ff. *de liberat.*

60 Conditio nuptiarum in contilium vel arbitrium alterius collata non tenet,

62 *l.* 28. ff. *eod.*

§. 8. Falſam legati demonſtrationem non facere legatum, Sabinus reſpondit: veluti ſi quis, cum Titio nihil legaſſet, ita ſcriptum reliquerit, *ex centum quæ Titio legavi, quinquaginta heres Seius dato*: idque ſumpſit ex defuncti voluntate: quia non animo legandi, ſed diminuendi legatum, quod falſo datum exiſtimaret, ita ſcriberet. † Propter falſam tamen demonſtrationem legati non plus Seius adſequetur, quam ſi vere demonſtratum fuiſſet.

De legato duobus ſub contrariis conditionibus, & cautione Muciana.

LXXIII. IDEM lib. XIX Quæſtionum.

TItio fundus, *ſi in Aſiam non venerit*: idem, *ſi pervenerit*, Sempronio legatus eſt: cum * in omnibus conditionibus; quæ morte legatariorum finiuntur, receptum eſt, ut Muciana [68] cautio interponatur: heres cautionem à Titio accepit & fundum ei dedit: ſi poſtea in Aſiam pervenerit, Sempronio heres quod [69] ex ſtipulatu cautionis interpoſitæ conſequi poteſt, utili actione præſtare cogitur: ſed ſi cautio medio tempore defecerit, quæ ſollicite [70] fuerat exacta, non de ſuo præſtabit heres, ſed quia nihil ei poteſt objici, ſatis erit actiones præſtari: ſi tamen, Titius cum in Aſiam veniſſet, Sempronius prius quam legatum accipiat, deceſſerit, heredi ejus deberetur, quod defunctus petere potuit.

De jure accreſcendi.

LXXIV. IDEM lib. XXXII Quæſtionum.

MUlieri & Titio uſusfructus, *ſi* [71] *non nupſerit* [72] *mulier*, relictus [73] eſt: ſi mulier nupſerit [74], quamdiu Titius & vivit & in eodem ſtatu [75] erit [76], partem [77] uſusfructus habebit [78]: tantum enim beneficio legis ex legato conceſſum eſſe mulieri intelligendum eſt, quantum haberet, ſi [79] conditioni paruiſſet: nec [80], ſi Titius, qui conditione defectus [81] eſt, legatum repudiet, ea res mulieri proderit [82].

De die incerto.

LXXV. IDEM lib. XXXIV Quæſtionum.

DIes incertus [83] conditionem [84] in teſtamento [85] facit.

De conditione, ſi ſine liberis deceſſerit.

LXXVI. IDEM lib. VI Reſponſorum.

FIdeicommiſſum à filiis relictum, *ſi qua ex his ſine liberis diem ſuum obierit*, adoptionis [86] commento non excluditur.

De repetitione conditionis vel libertatis. 1. De cautione Muciana. 2. Et legato alicui, ſi mulier non nupſerit. 3. De tutoribus juſſis ſub conditione ad rem gerendam accedere. De remiſſione cautionis legatorum vel fideicommiſſorum.

LXXVII. IDEM [lib. VII Reſponſorum].

AVia, quæ nepotem ſub conditione emancipationis pro parte heredem inſtituerat, ita poſtea codicillis ſcripſit: *Hoc amplius nepoti meo, quam quod cum heredem inſtitui, lego prædia illa*: conditionem emancipationis repetitam [87] videri placet, quamvis avia nullum [88] in legatis, ut in hereditate ſubſtitutionem feciſſet. Nam & cum ſervus pure quidem liber, heres autem ſub conditione ſcriptus, & ſi heres non exiterit, legatum accipere juſſus eſt: in legato repetitam videri libertatem [89] Divus Pius reſcripſit.

§. 1. * Muciana cautio locum non habet, ſi [90] per aliam conditionem actio legati differri poſſit. §. 2. *Titio, ſi mulier non nubſerit, heres centum dato*: quam pecuniam eidem mulieri Titius reſtituere rogatus eſt: Si nupſerit mulier, die legati cedente, fideicommiſſum petet: remoto autem fideicommiſſo, legatarius exemplum Mucianæ cautionis non habebit. §. 3. Pater exheredatæ filiæ tutores dedit, eoſque, ſi mater ejus, impubere filia conſtituta vita deceſſiſſet, ad rem gerendam accedere juſſit: cum uxori mandatum eſſet, *ut moriens filiæ communi decies* [91] *reſtitueret*: non ſub conditione tutores videbuntur dati, nec ſi quid aliud interea puella quæſiſſet, ejus adminiſtratione prohiberi: cautio vero fideicommiſſi matri remiſſa. * Quocunque indicio [92] voluntatis cautio legatorum vel fideicommiſſorum remitti [93] poteſt. Itaque ſi *cautionis non petendæ* conditio legato vel fideicommiſſo præſcribatur, conditionem ea res non faciet: hon enim deficiet, ſi quis caveri deſideraverit [94], onere cautionis non ſecuto: quod adverſus invitum hodie jure publico ſequi non poteſt, poſtquam remitti poſſe cautionem placuit.

De conditione implenda. 1. Disjunctiva.

LXXVIII. IDEM [lib. IX Reſponſorum].

CUm pupillus aut tutor ejus conditionem in perſonam pupilli collatam impedit, tam legati, quam libertatis, jure [95] communi, conditio impleta [96] eſſe videtur. §. 1. Disjunctivo [97] modo conditionibus adſcriptis, alteram [98] defeciſſe non oberit, altera vel poſtea impleta. Nec intereſt, in poteſtate fuerint accipientis conditiones, an in eventum collatæ.

De legato, cum morietur legatarius, 1. Vel heres. 2. *De cautione Muciana.* 3. *De uſufructu.* 4. *De nuptiis.*

LXXIX. IDEM [lib. I Definitionum].

HEres meus, *cum* [99] *morietur Titius, centum ei dato*: purum [100] legatum eſt, quia non conditione, ſed mora ſuſpenditur: non poteſt enim conditio non exiſtere. §. 1. *Heres meus cum ipſe* [1] *morietur, centum Titio dato*: legatum ſub [2] conditione relictum eſt: quamvis enim heredem moriturum certum ſit, tamen incertum eſt, an legatario vivo dies legati non cedat, & non eſt certum ad eum legatum perventurum. §. 2. Qui poſt Mucianam [3] cautionem interpoſitam legatum accepit, ſi contra cautionem aliquid fecerit, ſtipulatione commiſſa etiam fructus [4] heredi reſtituet: hoc enim legatarius & in exordio cavere cogitur. §. 3. Quamvis uſusfructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur: tamen cautionis Mucianæ remedium, uſufructu quoque ſub conditionem alicujus non faciendi legato locum habet. §. 4. [5] Quod in fraudem legis [6] ad impediendas nuptias ſcriptum eſt, nullam [7] vim habet: veluti, *Titio puero centum, ſi filia, quam habet is in poteſtate, non nupſerit, heres dato*: *vel filiofamiliæ, ſi pater ejus uxorem non duxerit, heres dato.*

De conditione & modo.

LXXX. SCÆVOLA lib. VIII Quæſtionum.

EAs cauſas, quæ protinus [7] agentem repellunt [8], in fideicommiſſis non [9] pro conditionalibus obſervari oportet [10]: eas vero, quæ habent moram cum ſumptu [11], admittemus cautione oblata: nec enim parem dicemus eum, cui ita datum ſit, *ſi monumentum fecerit*, & cum, cui datum eſt, *ut monumentum faciat* [12].

De rationibus reddendis. 1. De conditione implenda.

LXXXI. PAULUS lib. XXI Quæſtionum.

IUlius Paulus Numphidio. Quæſiſti, ſi ita in teſtamento cautum eſſet, *Stichus, ſi rationes reddiderit, cum contubernali ſua liber eſto: eique decem heres dato*: an Sticho mortuo [13], antequam rationes redderet, vel pariatore [14], vel reliqua habente, libera eſſet mulier; & an de legato idem accipiamus? Libertate data, *ſi rationes reddiderit*, hanc conditionem rationum reddendarum, ut juſſus videatur reliqua reddere, ſi qua habet, cum fide actus ſui: quæ ſi [15] nulla ſunt, pure acceptæ libertatem videbuntur: & ſi poſt aditam hereditatem deceſſit, competente libertate etiam legatum eos ſecutum eſt: quod ſi, cum adhuc reliqua haberet, deceſſit, ſub eadem conditione & contubernalis ejus libertatem accepiſſe videtur, & defecta [videbitur] conditione. Sed non ineleganter illud dicetur, Stichum quidem ſub conditione manumiſſum, contubernalem autem ejus pure; & illam [16] conjunctionem non ad conjungendam conditionem, ſed ad neceſſitudinem demonſtrandam pertinere. §. 1. Tunc demum pro [17] impleta habetur conditio, cum per eum [18] ſtat, qui ſi impleta eſſet, debiturus erat.

De rationibus reddendis.

LXXXII. CALLISTRATUS lib. II Quæſtionum.

CUm ſervus ita liber eſſe juſſus ſit, *ſi rationes* [19] *reddiderit, eique ſundum heres dare damnas ſit*: videamus, utrum conditio libertati præpoſita ſit, an vero & legato. & quidem ſi libertati ſoli accipiamus præpoſitam, nullus tractatus amplius ſupereſt: nam legatum purum invenitur; & ideo inutile fit: quod ſi conditio etiam legato inſita ſit, quod quidam recte putant, ſimul cum libertate dies quoque legati utiliter cedit. Quid ergo continetur his [20] verbis, *ſi rationes reddiderit*? Quidam hoc aiunt, ſi reliqua reddiderit: quaſi nihil [21] interſit, utrum ſub hac conditione *ſi reliqua*, vel ſi hæc, *ſi* * *rationes reddiderit*. Sed nos neque [22] conditionem meram putamus eſſe, quæ in datione conſiſtit, neque meram conditionem, quæ in facto ſit; ſed eam conditionem, quæ ex mixtura quadam conſiſtit. nam non [23] utique, ſi ille in folle [24] reliqua obtulerit, liber erit: non enim teſtator hoc ſenſit: ſed illud ut rationes reddat, quomodo ſervus reddere ſolet [25], id eſt, legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari poſſit, imputationes probe, an improbe referantur, accepta recte relata, an non recte. Ita enim incipit [26] quidem res à facto, pervenit autem ad pecuniam. Ineſt his verbis etiam, heredes notitia inſtrui rationum, ut ſciant, quid in quaque ratione ſcriptum ſit: nam quod ipſe vivus facturus erat, ab heredibus ſuis fieri juſſiſſe intelligitur: ille autem utique non ſic ſolebat ſervo ſuo, oſtendenti reliqua, rationes ſubſcribere; ſed ita ut legeret [27], examinaret, exciperet. Itaque cum ſervo ſub hac conditione teſtamento libertas datur, *Si rationes reddiderit*, non hanc ſolam habet ſignificationem, ſi cautiones inſtrumentaque omnia actus ſui exhibuerit heredi: ſed & ſi [28] reliqua ſolverit.

De filio teſtatoris herede ſcripto ſub conditione.

LXXXIII. PAULUS lib. XII Reſponſorum.

LUcius Titius ita teſtamentum fecit; *Aurelius Claudius natus ex illa muliere, ſi* [29] *filium meum ſe eſſe judici probaverit, heres mihi eſto.* Paulus reſpondit, filium, de quo quæreretur, non ſub ea conditione inſtitutum videri, quæ [30] in poteſtate [31] ejus eſt [32], & ideo teſtamentum nullius eſſe momenti [33].

De conditione, ſi cum filio meo morati fuerint.

LXXXIV. IDEM lib. XIV Reſponſorum.

LIberti *libertis alimentorum nomine, ſi cum filio meo morati fuerint, menſtruos denarios centenos & veſtiarios dari volo*: liberti in obſequio fuerunt, quamdiu adoleſcens ad militiam promoveretur: qua cauſa effectum eſt, ut quibuſdam Romæ relictis proficiſceretur, & apud [34] caſtra defunctus eſt. Quæſitum eſt, an ab heredibus ejus alimenta debeantur. Paulus reſpondit, conditionem quidem in perſona libertorum, qui cum filio defuncti morati ſunt, aut per eos non ſtetit, quo minus morarentur, mortuo filio teſtatoris deficiſſe non [35] videri: ſed ſi teſtator propter filii utilitatem his, qui cum eo morati fuiſſent, alimenta præſtari voluit, contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.

De verbis, cum illi petierint.

Legatum aliui, cum petierit, *non eſt conditionale.* Ex Bart.

LXXXV. SCÆVOLA lib. III Reſponſorum.

TItia heredis inſtituti liberos habentis filii fidei commiſit, uti rem ejus univerſam reſtitueret filiis ejus, liberiſve eorum, cum [36] ipſi petiſſent, ſine ulla juris cavillatione: Quæro, an his verbis, *cum illi a te petierint*, conditio fideicommiſſo adſcripta videatur? Reſpondit, non videri.

De libertate ſub conditione & legato relicto ſervo.

LXXXVI. MUCIANUS lib. III Fideicommiſſorum.

IUlianus noſter, cum, *qui decem dare, & ita liber eſſe* juſſus eſſet: ſi à vivente manumiſſus eſſet, non aliter legatum, quod ei cum libertate datum eſſet, habiturum, quam ſi conditioni libertatis paruiſſet. Item in emptorem, ſi alienatus eſſet. Sed id tunc [37] locum habet, cum omnimodo ſimul cum libertate legatum adquiri potuit, licet legato impoſita non ſit, veluti cum in tempus libertatis

---

68 *l. 71. T. eod.* 69 *l. 79. §. 1. T. eod.* 70 Satis eſt etiam quod creditori ei velit bono viro. *Gloſſ. hic.* vide Tiraquell. *de pœnis cauſa. §. 1.* 71 Et ita ſub conditione viduitatis. 72 Id eſt, ſub hac conditione. 73 Conjunctim ſcil. 74 Quæritur, num uſusfructus & mulieri & Titio debeatur? Reſponſio: Pars mulieri tantum debetur, *T. eod. in verb. tantum.* in parte altera Titius conditione deficit, nec mulieri adcreſcit. *in fin. T. eod.* 75 Matrimonii. 76 Ipſa mulier ſcil. 77 Quaſi diceret, poſt nuptias à muliere contractas contra voluntatem teſtatoris, mulier ipſa partem tantum uſusfructus conſequitur, Titius ipſe conditione defectus eſt, non tamen ei pars Titii adcreſcit. *in fin. T. eod.* 78 Atque ita mulier admittitur ad legatum contra voluntatem teſtatoris, idque jure ſpeciali & favore matrimonii. 79 Si non nupſiſſet. 80 Adcreſcendi jus non habet, qui ad legatum jure ſpeciali contra voluntatem defuncti admittitur. Bart. Bald. Socin. *l. 3. §. 3. l. 5. §. 5. T. de legat. præſcond.* ſecus ſi non jure ſpeciali admittitur. *l. 1. T. de uſufr. accreſc.* Hæc tamen regula diſplicet Alciato, 8 *paradox.* 8. 81 Cur? viduitatis conditio remittitur in hac ſpecie mulieri: non autem Titio. *l. 1. C. de indicta viduitate.* 82 Ad quem igitur reditura eſt portio Titii conditione defecti? utique ad proprietarium. Caſus hic valde ſingularis eſt, ut in quo jus adcreſcendi non ſit inter re & verbis conjunctos. 83 Dies incertus eſt, cum ita ſcribitur, Heres meus cum morietur dato. *l. 1. §. 2. T. eod.* 84 Dies incertus appellatur conditio. *l. 30. §. 4. in fin. T. de legat. 1. l. 38. §. 16. T. de verb. oblig.* Goth. Adde *l. 4. l. 21. l. 22. T. Quando dies legator.* S. L. 85 Et contractibus, *l. 56. in fin. T. de cond. indeb.* in qua argumento hujus legis, legendum eſſe opinor, *conditionis*, non *conditionis*. 86 *l. 51. in fin. T. de legat. 2.* 87 Repetita in legatis conditio videtur, inſtitutioni heredis adjecta. *l. 82. l. 108. T. eod. l. 18. T. de cond. inſt. l. 83. in fin. T. de legat. 2.* 88 *V. l. 30. T. eod.* 89 V. Cujac. 8 *obſ. 36. in fin.* 90 Unum impedimentum removere non ſufficit, ubi plura removenda ſunt *Caſtrenſ.* 91 Centena, ſcil. dotis; videtur hæc fuiſſe magna quantitas, ut dixi ad *l. 6. in fin. T. de uſuris.* 92 Dixi ad *l. 2. C. familiæ.* & ad *l. 2. in fin. C. ut in poſſeſſ. leg.* 93 *l. 7. C. ut in poſſeſſ. legat.* 94 *l. 12. T. ut legat. nomin.* 95 Jus commune opponitur juri ſingulari, *l. 23. §. 3. T. de fideicomm. lib.* quæ huic legi conjungenda eſt. Jus commune eſt regula juris. *l. 3. §. 10. T. de ſtatuliberis.* 96 *l. 23. in fin. T. de cond. inſt.* 97 *l. 5. in fin. T. de cond. inſt. §. 11. Inſt. de hered. inſt.* 98 *V. l. 110. §. 3. T. de reg. jur.* 99 Legatum in tempus mortis collatum, in momentum vitæ potius, quam mortis collatum videtur. 100 Non tamen debetur aut præſtatur præſenti die. 1 Paul. 3 *ſent. 6. §. 6. l. 9. C. de hered. inſt.* 2 *l. 4. T. quando dies legat.* 3 Vide Cuj. 14 *obſ. 32.* 4 *Nov. 22. c. 44.* 5 *Subaudi*, Juliæ Miſcellæ. de qua dixi ad *l. 1. l. 2. l. 3. C. de indicta viduitate. & lege Julia Miſcella tollenda.* 6 Dixi ad *Novell. 22. cap. 43.* 7 Statim, conſeſtim: veluti ſi legatum ſit ſub conditione, quæ vel tum vel jam antea falſa ſit. *Dyn. Bart.* 8 Quales ſunt eæ, quæ ad præſens tempus cold latæ. 9 Id eſt, legatum peti illis caſibus non poteſt, etiam oblata cautione. 10 Sunt enim continuo veræ vel falſæ, *l. 13. T. de reb. dub. l. 10. in fin. T. de cond. inſt. l. 120. in fin. T. de verb. oblig.* 11 Moram conjunctam. v. Forner. 1 *ſelect. ult.* male. 12 Non faciat. *Ital.* 13 *l. 40. in fin T. de ſtatuliberis.* 14 Pariator, reliquator eſt, Græcis ἀλογισταὶ, id eſt, *pariator*, reliquatori opponitur; vide Cujac. 9 *ad Afric. ſul. 216.* aliud eſt a pario, de quo Seneca 2 *de Clementia.* & 3. vide Briſſon. in verbo, *paria facere.* 15 Dixi ad *l. 31. §. 1. T. de fœnulib.* 16 Vide Manticam 10 *de conject. 5. n. 15. in fin.* 17 Pro impleta conditio eſt, quæ mora adverſarii non impletur. 18 Impleta ei conditio intelligitur, per quem ſtat ut ne impleatur: vide *l. 24. T. eod.* 19 *l. 108. T. eod. v. l. 5. T. de ſtatuliber. l. 89. in fin T. de verb. ſign.* vide quæ notavi ad *l. 8. T. familiæ.* 20 *l. 32. l. 81. T. eod. l. 111. T. eod. l. 31. T. de ſtatulib.* 21 Rationes reddere, & reliqua ſolvere, conditio eadem: *ut hic. & l. 8. §. 5. T. de liber. legata.* 22 Rationum reddendarum conditio mixta ex faciendo & dando: Quid ita? incipit a faciendo, definit in pecuniæ dationem, ut *T. eod.* 23 Rationes reddere non videtur, qui chartas in quibus conſcriptæ ſunt rationes, tradit, qui edit rationes tantum, niſi & reliqua ſolvat: & è contra non videtur rationes reddere, qui tantum offert in folle. 24 In ſacculo; *l. 3. §. 6. T. de ſtatulib.* ut ille Juvenalis verſus, *Si reddat veterem cum tota erugine follem*: hinc deponere faeculum. adde *l. 1. §. 36. l. 29. T. depoſiti.* in faeculo ſolvere, *l. 25. §. 1. in fin. T. de uſufr. & quemadm.* atque ita Bartolus intelligendam aiet eſſe *l. 19. C. de uſuris.* in qua agitur de oblatione & conſignatione pecuniæ ad evitandas uſuras faciendas. 25 Argumentum à ſolitis & conſuetudine. 26 Rationum reddendarum conditio incipit à facto, & pervenit deinde ad pecuniam: hoc eſt, incipit à computatione & diſpunctione rationum, & deſinit in pecuniæ dationem. 27 Rationes reddens pati adverſarium debet; legere, examinare, excipere. 28 Imo non cogitur reliqua ſolvere. *l. 37. T. de fideicomm. libert. l. 5. C. an ſervus ex ſua facto.* 29 Probatio filiationis, conditio non eſt poteſtativa. adde *l. 13. C. de probat. l. 6. T. de his, qui ſunt ſui.* v. Menoch. 2 *de arbit. 1. caſu 88. n. 49.* 30 Adde Auguſtinum, 5 *conſeſſionum §. 6.* 31 Qui ſub tali conditione inſtituit, non jure teſtatur, *l. 4. T. de hered. inſt. l. 4. C. de inſtitut.* adde Menoch. 2 *arbitr. 1. caſu 88. n. 8. 9. 10.* 32 Utcunque tamen non probetur, lex eum definit eſſe filium teſtatoris, qui ex eo ejuſque uxore natus eſt. *l. 6. T. de his, qui ſunt ſui. l. 5. in fin T. de in jus vocando.* Præſumitur filius, tametſi directe non probetur. 33 Hinc colligimus, Non ſufficere præſumptionem legis, ubi probatio formaliter requiritur, Alciat. *tr. præſumpt. fol. 603.* 34 Id eſt, in caſtris. 35 *l. 1. C. de leg.* 36 *l. 48. T. de verb. obl.* 37 *l. 66. T. eod.*

tatis legatum collatum esset. † Cum vero libertas sub conditione, legatum autem præsenti die datum est: in hoc quæstio est, an constiterit [37] legatum? etenim nec Catonianæ [38] sententiæ locum in proposito esse, quia etsi statim testator decessisset, non tamen omnimodo inutile esset legatum, cum posset conditio libertatis ante [39] aditam hereditatem impleri, & legatum manumisso deberi: nisi forte necessarius [40] heres extitisset: tunc enim omnimodo inutile erit legatum jure ipso: quia sub conditione acceperit libertatem.

De priore & posteriore scriptura.

LXXXVII. VALENS lib. I Fideicommissorum *.

QUod traditum est, in legatis novissimam [41], in libertatibus levissimam [42] conditionem spectandam esse:

LXXXVIII. GAIUS [lib. I Fideicommissorum].

(ID est, quæ ipsi servo commodior sit):

LXXXIX. VALENS lib. I Fideicommissorum.

NOn ad ea duntaxat pertinet, quæ sæpius sub diversis conditionibus; sed etiam, quæ primo pure [43], deinde sub conditione dantur. Itaque quod heres pure dare jussus est, quodve pure legatum est, cum id ex [44] intervallo sub conditione legatum est, posterius valet. Si prius sub conditione, deinde [45] pure legatum est: præsens debetur. Quod si pure legatum, ex continenti heres sub conditione damnatus aut rogatus est dare: perinde est, ac si juncta subjecta scriptura idem legatum esset, vel ut præsens vindicari, si hoc voluerit legatarius, vel, cum conditio exstiterit, ab herede peti posset: nisi commemoratione [46] superioris legati posterius scriptum fuerit, velut, *Stichum, quem illi legavi, heres meus ei, si illud factum erit, dato*: tunc enim revocandi animo præsens legatum, & sub conditione dandi ita scripsisse videbitur: & si ante conditionem rem vindicet, doli exceptio locum habere poterit.

XC. GAIUS lib. I Fideicommissorum.

PEr fideicommissum varie data libertate non levissima spectanda est, sed novissima: quia posterior voluntas [47] potior haberi debet: cui consonat etiam rescriptum Divi Antonini.

Divisio conditionum.

XCI. MÆCIANUS lib. II Fideicommissorum.

CONditionum, quæ in futurum conferuntur, *triplex* [48] *natura* est, ut quædam ad id tempus, quo testator vivat, quædam ad id, quod post mortem ejus futurum sit, quædam ad alterutrum pertineant: tempus autem vel certum vel infinitum comprehendatur: quæ omnia non minus in fideicommissis, quam in institutionibus ac legatis incidere solent: Ut hæc conditio, *Titiæ, si mihi nupserit*, non dubie, nisi vivente testatore; illa autem, *Si ad exsequias funeris mei venerit*, nisi post mortem impleri non possit: illa vero, *Si filio meo nupserit*, vel vivente [49] vel mortuo [50] testatore impleri possit. Et prima quidem ac tertia ex relatis conditionibus, infinitum tempus habent: quandoque enim nupserit, impletur conditio, secunda ad certum tempus adscripta est.

De emancipatione.

XCII. ULPIANUS lib. V Fideicommissorum.

SI cui legatum fuerit relictum, isque rogatus sit *liberos suos emancipare*: an cogi debeat manumittere? Et retineo me dixisse, defici eos à petitione fideicommissi; neque enim Prætor fideicommissarius [51] eos ad libertatem tuetur, ut servos. Papinianum quoque libro nono responsorum scribere referebam, non [52] esse cogendum emancipare filios suos. Arbitror tamen extra [53] ordinem debere constitui, eum, qui adgnovit [id] quod sibi relictum est hac contemplatione, ut liberos suos emanciparet, cogendum [54] emancipare: neque enim debet circumveniri testantium voluntas: sic deinde hoc accipiendum, quemadmodum si sub conditione liberorum emancipandorum ei fuisset legatum, vel ita relictum, ut eos emanciparet. † Cui rei consequens est quod Divus Severus rescripsit: nam cum quædam mulier nepotes suos heredes instituisset, & ipsum filium coheredem filiis suis dedisset, eosque invicem substituisset, rogasseque filium, *ut filios emanciparet*, non autem rogasset, *ut hereditatem eis restitueret*, ex auctoritate D. Severi emancipare eos compulsus est, hisque restituere hereditatem: & adjectum est, [ut] si tardius id faceret, quasi ex mora usuras præstaturum: videri [55] enim eum, qui moram faceret emancipationi, moram restitutioni fideicommissi eam facere.

XCIII. PAPINIANUS lib. VIII Responsorum.

MAter [56] filio suo coheredes sine ulla conditione filias ipsius dedit, ac petiit, *ut filias suas emanciparet* [57], ita ut curatores à Prætore acciperent: filii videri fidei commisisse placuit, ut eas sui juris constitutas, ad hereditatem aviæ pervenire paterentur: nec ad rem pertinere, si portionem filiarum jure substitutionis quæsiisset.

Differentia statuliberi & legatarii in conditione dandi heredi, 1. Vel non heredi.

XCIV. HERMOGENIANUS lib. I Juris epitomarum.

CUm ita datur libertas, *si Titio*, qui non est heres, *decem dederit*: certa [58] persona demonstratur, ac propterea in personam ejus tantum conditio impleri potest: sane si cum cesserit dies, pecuniam conditioni comprehensam statuliber habuerit, jure constituto [59] nulli dando consequitur libertatem. † Diversa causa est legatarii, in cujus persona placuit conditionem deficere, si antequam dederit legatarius pecuniam, Titius moriatur. §. 1. Ex his verbis, *si heredi*, vel *si heredi Titio decem dederit, liber esto*: non tantum heredi, sed etiam heredis [60] heredi dando, pervenit ad libertatem. at si nullus heredi successerit, jure constituto, nulli dando ad libertatem perveniet.

Translato legato repetita conditio censetur.

XCV. IDEM [lib. IV Juris epitomarum].

LEgatum sub conditione relictum, & ad alium translatum, si non conditio personæ [61] cohæreat, sub [62] eadem conditione translatum videtur.

De verbo desinere.

XCVI. PAULUS [lib. I ad Neratium].

TItio usus fructus servi legatus est, &, *si ad eum pertinere desisset*, libertas servo data est; Titius vivo testatore decessit: libertas non [63] valet: quia [64] conditio nec initium accepit. Paulus: Ergo & si viveret Titius & capere non posset, idem dicendum est: desisse [65] enim non videtur, quod nec incipit. §. 1. Servi usus-fructus mulieri, *quoad vidua esset*, legatus; idem servus, *si ea* [66] *nupsisset*, liber esse jussus est: si mulier nupserit, liber erit [67]: quia potior est legato libertas [68].

Jurejurandi conditio municipibus imposita, per syndicum impletur.

XCVII. IDEM [lib. VI ad Neratium].

MUnicipibus, *si juravissent* [69], legatum est: hæc conditio non est impossibilis. Paulus: Quemadmodum ergo pareri potest? per eos itaque jurabunt [70], per quos [71] municipii res geruntur.

Tempus conditionis expletæ in cond. l. attenditur.

XCVIII. IDEM [lib. III ad Neratium].

MEa res sub [72] conditione legari mihi potest: quia, in hujusmodi legatis non testamenti facti tempus, sed conditionis expletæ spectari oportet.

De conditione, quæ tacite inest.

XCIX. PAPINIANUS [lib. XVIII Quæstionum].

CONditiones extrinsecus [73] non ex testamento [74] venientes, id est, quæ tacite [75] inesse [76] videantur, non [77] faciunt legata conditionalia.

De nuptiis.

C. IDEM [lib. VII Responsorum].

TItiæ, *si non nupserit*, ducenta, *si nupserit*, centum legavit; nupsit mulier: ducenta, non etiam centum residua petat: ridiculum [78] est enim, eandem & ut viduam & ut nuptam admitti.

1. *De liberis.* 2. *De verbo*, & voluntate. *De verbo*, Tutela. 3. *De conditione*, si in matrimonio perseveraverit. 4. *De menstrua vel annua relicta.*

CI. IDEM [lib. VIII Responsorum].

PAter Severianam Proculam Ælio Philippo cognato nuptiis testamento designavit [79]: eidem filiæ prædium, *si Ælio Philippo nupsisset*, verbis fideicommissi reliquit; quod *si non nupsisset*, idem prædium Philippo dari voluit: nondum viripotens puella diem suum obiit. Respondi, cum * in [80] conditionibus testamentorum voluntatem potius, quam verba considerari oporteat, Ælio Philippo fideicommissum ita datum videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset [81]: quare cum ea prius, quam viripotens fieret, vita decesserit, conditionem extitisse non videri [82]. §. 1. Ita fideicommissio dato, *Volo restituas, si sine liberis decedas*: conditio deficit ex voluntate, vel uno [83] filio superstite relicto. §. 2. Conditionum verba, quæ testamento præscribuntur, pro [84] voluntate considerantur: & ideo, cum tutores testamento dati, quoniam interea puer adoleverat [85], id egerint, ut curatores ipsi constituerentur, conditio fideicommissi talis præscripta, *Si tutelam in annum octavum decimum* [86] *gesserint*, defecisse non videbitur.

§. 3. Socrus nurui fideicommissum ita reliquerat, *si cum filio meo in matrimonio perseveraverit*: divortio sine culpa viri post mortem socrus facto, defecisse conditionem respondi, nec ante diem fideicommissi cedere quam mori cœperit nupta vel maritus; & ideo nec Mucianam cautionem locum habere; quia [87] morte viri conditio possit existere. §. 4. Fideicommissa menstrua & annua sub ea conditione liberto relicta, *Quamdiu res patroni filia esserit*, etsi præstari necesse est, filia prohibente res suas administrari: tamen voluntatem filia mutante, conditionem resumunt, quoniam plura sunt.

Tacita, si sine liberis decesserit, ex conjectura pietas.

CII. IDEM [88] [lib. IX Responsorum].

CUm avus filium ac nepotem ex altero filio heredes instituisset, a nepote petiit, ut *si* [89] *intra annum tragesimum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret*: nepos liberis relictis, intra ætatem suprascriptam vita decessit: Fideicommissi conditionem, conjectura [90] pietatis, respondi defecisse [91], quod minus scriptum, quam dictum fuerat, inveniretur.

De cautione legati non exigenda.

CIII. PAULUS [lib. XIV Quæstionum].

SI ita legatum sit, *Titio post decem annos dato, si satis ab herede non exegerit*, & Titius intra decimum annum decesserit, ad heredem suum transmittat legatum: quia moriente eo conditio extitit [92].

Quo tempore testamenti factio spectatur.

CIV. IDEM [lib. XIV Responsorum].

EUm, qui post apertum [93] testamentum deportatus [94], & restitutus est, fideicommissum petere posse, cujus conditio postea exstitit, quam Civitatem Romanam recipiat.

De jure heredis in re legata sub conditione.

CV. POMPONIUS [lib. V Epistolarum].

SI fundum à testatore sub conditione legatum heres alii pendente conditione legavit, post existentem conditionem, quæ priori testamento præposita fuerat, neque proprietas à priori [95] legatario recedit, nec locum religiosum in eo fundo heres facere, nec servitutem imponere poterit: sed & imposita servitus [96] finietur exsistente conditione.

Certo alicui non nubendi conditio.

CVI. JULIANUS [lib. XXV Digestorum].

HOc genus legati, *Si Titio non nupserit*, perinde habendum est, ac si post mortem Titii legatum fuisset, & ideo nec Muciana [97] satisdatione interposita capere legatum potest: sed & alii nubendo, nihilominus legatum consequitur.

Utrum sit legatum purum, an conditionale.

CVII. GAIUS [libro singulari de Casibus].

ALiquando accidit, ut sub conditione [98] datum legatum purum intelligatur [99]: veluti [100] quod sub eadem [1] conditione reli-

37 V. §. 32. *Inst. de legat.*
38 *l.* 13. *ff. de optione.*
39 *l. un. §. 6. C. de caducis.*
40 *l.* 91. §. 1. *ff. de legat.* 1.
41 *l.* 88. *l.* 89. *ff. eod. l.* 8. *in fin. ff. de testam. tut. l.* 16. *ff. de vulg. l.* 6. *l.* 7 *in fin. ff. de adimend. l.* 12. §. *ult. ff. de legat.* 1. *l.* 3. *C. de codicillis. l.* 19. *C. de fideicomm.*
42 V. *l.* 35. *ff. eod.*
43 *l.* 40. §. 2. *ff. eod. l.* 7. *ff. de adimend.*
44 Non conjuncta scriptura.
45 *l.* 32. *in fin. l.* 81. §. 7. *l.* 113. §. *penult. ff. de leg.* 1. *l. ult. in fin. ff. de fideicomm. libert.*
46 Novatio inducitur commemoratione prioris obligationis. vide *l.* 47. *ff. de verbor. oblig.*
47 *l.* 9. *in fin ff. de manumiss. test.*
48 Adde *l.* 16. *ff. de impubb.*
49 *l.* 36. *l.* 61. *l.* 68. *ff. eod. l.* 7. *C. de institutionib.*
50 *l.* 19. *ff. eod.*
51 Fideicommissarius Prætor, qui de fideicommissis cognoscebat; de quo dixi ad Ulp. 25. §. 12.
52 Emancipare filios, agnite legato, legatarius non cogitur, *ut hic.* non cogitur, inquam, jure ordinario, seu secundum vulgarem formulam juris, *l.* 114. §. 8. *ff. de legat.* 1. quia patria potestas inæstimabilis est, & sancta: sed jure extraordinario, seu auctoritate Principis. dixi *d.* §. 8. vide *l.* 4. *C. de emancipationib.* adde Paul. 4 *sent.* 13. §. 1.
53 Cui opponitur vulgaris forma juris. *l.* 113. §. 3. *in fin. l.* 114. §. 8. *ff. de legat.* 1.
54 Imo, non est cogendus. *l.* 114. §. 8. *ff. de leg.* 1.
55 Moram qui in præcedenti committit, eandem in consequenti committere videtur. *Castr.*
56 Pater filio. *Haloand.*
57 *l.* 70. *ff. eod.*
58 Conditio dandi certæ personæ, personam non egreditur. *Castrens.* adde *l.* 95. *ff. eod.*
59 Id est, constitutionibus: quæ sæpe, & plurimum, aut nulla, aut levi ratione discrepant à jure communi.
60 *l.* 51. §. 1. *ff. eod.*
61 Primi legatarii.
62 *l.* 24. *ff. de adimendo.*
63 *l.* 19. *ff. quemadm. servit.*
64 Interdum tamen quod non cœpit, deficere dicitur. *l.* 3. *ff. usufr. quemadm. caveat.*
65 Privatio præsupponit habitum. Ita desinere non potest, quod nec incepit, *ut hic.* vide *l.* 208. *ff. de reg. jur.* dixi *l.* 43. §. 9. *ff. de ædilitio.*
66 *l.* 14. *ff. de legat.* 2.
67 *l. ultim. ff. de statulib.*
68 Libertas potior est legato alteri facto, ut in hac specie servi usus fructus legatus est mulieri, *quoad vidua esset, si ea nupsisset, liber esse jussus est* in servum. Favendum est potius libertati servi, quam nuptiis legatariæ: ad hunc modum legato piam causam potiorem esse tradunt. de quo vide Tiraquell. 18 *privilegium piæ causæ.* Ubi etiam notat, Conditionem impedientem matrimonium rejici, nisi vocata sit pia causa, deficiente conditione: quippe hujusmodi conditione non impleta piam causam succedere. Hæc ille: tametsi ex hac lege colligi possit matrimonii libertate potiorem esse manumissionem servi.
69 *l.* 122. *ff. de legat.* 1.
70 Imo non coguntur jurare: juramenti condictio remittitur. *l.* 26. *in fin. pr. ff. eod.*
71 Per eos, quibus summa Reipublicæ commissa est, *l.* 14. *ff. ad municip.* per majorem partem. *l.* 160. §. 1. *ff. de reg. jur.*
72 *l.* 41. §. 2. *ff. de legat.* 1. non pare, §. 10. *Inst. de legatis. & ibidem Theoph.* ubi dixi. adde *l.* 13. *C. de legat.*
73 Ex natura rei legatæ.
74 Non ex voluntate testatoris.
75 Conditionum tacitarum varia exempla vide apud Oldendorp. *in Topicis, loco ab authoritate*, seu *præjudicio.*
76 *l.* 1. §. *ult. ff. eod. l.* 6. *ff. quando dies leg.*
77 Imo faciunt. v. *l.* 1. *in fin. ff. eod.*
78 De exceptione contrarietatis, vide Oldendorp. *cap.* 26. *de exceptionib.* per eam adversarius repellitur contraria proponens. *Goth.* Vide Covarruv. *lib.* 2 *var. resolut. cap.* 19. Ant. Augustin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 2. S. L.
79 Destinavit. v. *l.* 36. *l.* 66. *ff. de ritu.*
80 *l.* 10. *ff. eod.*
81 Immatura viro, non dicitur nolle nubere, ut quæ nubere, etiam volens, non possit. Nolle dicimur, cujus contrarium possumus. v. *l.* 3. *l.* 4. *ff. de regulis.*
82 Ut noluisse non videatur, qui velle non potuit. *Bart.*
83 *l.* 10. §. 2. *C. ad SC. Trebell. l.* 148. *l.* 149. *ff. de verb. signif.*
84 *l.* 7. *in fin. ff. de supellectile.*
85 Et finita tutela ejus esset.
86 Tutelam liberorum ad annum usque decimum octavum parens eorum potest extendere.
87 *l.* 72. §. 2. *ff. eod.* 88 Vide Bartholomæum Socin. in hanc legem, quam ad naufeam usque repetiit. 89 Rogati restituere liberi alteri hereditatem, intelliguntur rogati restituere sub hac conditione, *si sine liberis ipsi decesserint*, ut hic. adde *l.* 6. *C. de Instit. l.* 30. *C. de fideicom.* 90 Nec enim præsumitur avus voluisse cogere nepotem, ut restitueret potius hereditatem extraneo, quam propriis liberis, *l.* 30. *C. de fideic. l.* 8. *C. de donationib.* de qua præsumptione v. Alciat. 1 *præsumpt.* 9. *v. l.* 30. *C. de fideicom.* 91 Ideoque nepos non restituet hereditatem patruo, sed liberis propriis: hinc colligo, liberos in conditione positos intelligi ad hereditatem vocari. *l.* 101. §. 1. *ff. eod. l.* 43. *ff. de vulgari. l.* 6. *C. de institutionib. l.* 30. *C. de fideicom. l.* 22. *ff. ad Treb.* & excludere extraneos. Magna hic tamen quæstio occurrit: An nepos eo casu cogatur morienti universam hereditatem filiis suis relinquere, denegata ei facultate ejus diminuendæ. v. Hotom. 13 *illustr.* & Jul. Clar. 3 *sent.* §. *testamentum.* q. 77. Goth. Vid. Censur. Forens. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 18. S. L. 92 Certum est enim eum, utpote mortuum, satisfactionem exigere non posse. 93 *l.* 31. *ff. eod.* 94 *l.* 59. §. 1. *in fin. ff. eod. l.* 59. §. 4. *ff. de hered. inst.* 95 *l.* 81. *ff. de leg.* 1. *l.* 15. *ff. de reb. dub.* 96 V. *l.* 11. *in fin. ff. quemadm. servit.* 97 Conditio quæ potest impleri vivo legatario, non impletur præstita cautione Muciana. *Bart. l.* 19. §. 1. *ff. eod. l.* 3. *ff. de legat.* 1. *l.* 21. *in fin. l.* 22. §. 1. *ff. quando dies legat.*
98 Vide Bartholomæum Socin. in hanc legem, quam ad naufeam usque repetiit. 99 Rogati restituere liberi alteri hereditatem, intelliguntur rogati restituere sub hac conditione, *si sine liberis ipsi decesserint*, ut hic. adde *l.* 6. *C. de Instit. l.* 30. *C. de fideicom.* 100 *l.* 21. §. 1. *ff. quando dies legat.* 1 Eandem conditionem. *Flor.*

relictum est, sub qua etiam heres alius institutus est: item quod sub hac conditione relictum est, *si hereditatem adierit*. Ex diverso quoque purum datum legatum conditionale videtur, veluti quod sub conditione ademptum est: quia sub contraria [100] conditione datum intellegitur.

De tacita repetitione.

CVIII. SCAEVOLA [lib. XIX Digestorum].

LIberis omnibus legavit domum: & hæc verba adjecit, *ut* [1] *in ea habitent liberi, nec* [2] *de nomine* [3] *exeat, & ut ad unum, qui novissimus extiterit, perveniat, & eo amplius* [4] *eisdem liberis meis dari volo fundum Sofianum*. Quæsitum est, an conditio [5] adposita, *ne de* [6] *nomine exeat*, ad sequens quoque legatum pertineret? Respondit, pertinere.

De rogato restituere hereditatem accepta centum nummis.

CIX. IDEM lib. XX Digestorum.

A Testatore rogatus, *ut acceptis* [7] *centum nummis restitueret hereditatem Titiæ coheredi suæ*, adita hereditate decessit, similiter & Titia, antequam daret centum: Quæritum est, an heres Titiæ, offerendo centum ex fideicommisso [8], partem 9 hereditatis consequi possit? Respondit, heredem conditioni parere [10] non posse. Claudius: magno [11] ingenio de jure aperto [12] respondit, cum potest dubitari, an in proposito conditio esset.

De pecunia data à statulibero.

CX. POMPONIUS lib. IX Epistularum.

ETiam si invitis heredibus ex peculio statuliber pecuniam Titio det, liber quidem fit: sed Titius, qui invitis heredibus sciens accepit, pro possessore videtur eam pecuniam possidere, ut avocare [13] eam hi, qui inviti fuerunt, possint.

Rationum reddendarum conditio quid contineat.

CXI. IDEM lib. XI Epistularum.

QUi sub conditione rationum reddendarum [14] liber esse jussus est, decere [15] debet, constare fidem omnibus, quæ ab eo gesta sunt: ut neque [16] subtraxerit quid ex his, quæ acceperit, neque expensum [17] rationibus præscripserit, quod non dederat: sed & quod reliquum per contextum scriptum est remanere apud eum, solvere debet: neque enim aliter liber esse potest, quam si hoc modo conditioni, sub qua data est libertas, satisfecerit. Cæterum debitores, cum quibus ipse contraxerit, non utique in diem mortis domini sui fuisse idoneos [18] præstare cogendus est: sed eo tempore, quo his creditum est, ejus conditionis fuisse, ut diligens paterfamilias his creditura fuerit.

An conditio faciendi, 1. Vel dandi, recipiat divisionem.
3. Ubi rationes reddendæ.

CXII. IDEM lib. XII Epistularum.

TAles conditiones, *si monumentum* (puta) *fecerint*, pluribus [19] propositæ, non [20] possunt nisi [21] in omnibus simul personis existere. §. 1. Item, *si Sumphoro & Januario centum Titius præstiterit, fundum ei lego*. Sumphoro mortuo an legatum periisset? sed hoc quoque sic puto interpretandum, ut si dum quisque eorum vivet, præstitisset. Sed benigna interpretatione dicendum, si non post moram Titii Sumphorus decessit, debere partem dimidiam Januario dantem, partem fundi dimidiam legatarium esse consecuturum. §. 2. De illo quoq; quæritur, fundus quibusdam legatus est, si pecuniam certam in funus impensamque perferendi [22] corporis in aliam regionem dedisset: nam, nisi uterque dederit, neutri sit legatum: quoniam conditio nisi per utrumque expleri non potest. Sed hæc humanius interpretari solemus: ut cum duobus fundus legatus sit, si decem dedissent, & alteri dando partem, legatum quoque debeatur. §. 3. Priscus respondit, statuliberum non [23] utique ibi, ubi paterfamilias decessit, aut ubi ipse relictus sit, aut ubi [24] velit, rationes reddere debere: sed interim proficisci ad eum, cui reddere debeat: utique si is Reipublicæ causa aberit: verissimum est autem, ut alias [25] aliud ex persona locoque sit æstimandum.

Si antequam res suas administrare posset, decessisset, cond.

CXIII. PAULUS Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex libro secundo.

CUm filius rogatus fuisset à patre, *si antequam res suas administrare posset* [26], *decessisset, hereditatem Titio restituere*: & egressus viginti annos decessisset: rescriptum est, fideicommissum deberi.

---

100 *l.* 63. *ff. quando dies leg. l.* 10. *ff. de adimend.*

1 Ut particula modum facit.

2 Simile petitio est in *l.* 94. *ff. de legat.* 3. *l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2.

3 Libertos generalitum nomen patronorum tuliss. hinc colligitur: quod etiam confirmatur *l.* 77. §. 15. *ff. de leg.* 2. *l.* 38. §. 1. *l.* 94. *ff. de legat.* 3. Tertull. *lib. de cultu fœmin. carnis.* Lactant. 2 *Inst.* 3. Hinc Spurii Camilli libertus, Camillus, Plutarch. *Problemat.* & Pompeii Magni libertus, Pompeius Leneus, 25 Plin. 5. Suetou. *lib. de claris Rhetoribus.* Ciceronis libertus, Laurea Tullius, 32 Plin. 1. Cornelii Lentuli, Cornelius Alexander, *à Suida.* Quin patronorum origine liberti censiti, dixi ad *l.* 6. *in fin. C. ad municip.* Appellatione etiam familiæ continentur. *L. ultim. C. de verb. sign.* Et tamen familiaria sepulchra libertis paternis negant liberi. *l.* 6. *ff. de religios.*

4 Dictio, *eo amplius*, non solum legati, sed & conditionis antecedentis repetitiva est. *Bart.*

5 Modus hic appellatur conditio, ut *l.* 71. §. 1. *ff. eod. l.* 6. *l.* 77. *l.* 82. *ff. eod.*

7 Ablativum absolutum facere conditionem, hinc colligunt.

8 *Al.* fideicommissi partem.

9 Quæ potuisset restitui Titiæ, si superstes centum obtulisset heredi.

10 *l.* 52. *in fin. l.* 104. §. 1. *ff. de legat.* 1.

11 Scævolam laudat Tryphoninus.

12 *Al.* aperte: *al.* non aperto.

13 Adde *l.* 20. §. 1. *ff. de statuliber.*

14 *l.* 81. *ff. eod.*

15 Quemadmodum autem probabit se nihil subtraxisse? hoc ipso, quod subtraxisse non probatur. *l. super servis.* 6. *C. qui milit.*

16 Rationes bona fide reddi non videntur, si quid expensis falso retulerit statuliber, vel si quid subtraxerit acceptis. 17 Quid? qua tandem ratione probaturus est, se verum præscripsisse? An hæc persona ex earum numero est, quarum juramento stari debeat? *arg. l. divus.* 7. *ff. si cui plus, quam per l. Falcid. l. si quis pro redempt.* 36. *C. de donat.* An tum demum, cum probaverit virum bonum tantum fecisse expensarum? *arg. l. ult. C. de alimentis pupillo præstandis.* 18 *l.* 41. *in fin ff. de fidei. libertatib.* Goth. Hinc collige eum esse solvendo, qui fidem habet, licet nullum patrimonium, *l.* 112. *in fin. ff. de verb. oblig.* Ant. Adde *l.* 37. §. 1. *ff. de negot. gest. l.* 7. *C. arbitr. tutel.* Castr. Cyn. & Alberic. ad *auth. novissime. C. de administr. tutor.* Vall. *de reb. dub. tract.* 20. *n.* 24. Hartm. Pistor. *lib.* 1. *q.* 89. *n.* 29. Joan. Sande *decis. Frisi. lib.* 2. *tit.* 9. *defin.* 13. S. L. 19 V. quæ not. ad *l.* 6. §. 2. *ff. de excusf. tut.* 20 Imo, individua conditio potest per unum impleri. *l. pen. C. eod.* Potest per unum impleri, ut ei prosit, non aliis, nisi contraria sit voluntas defuncti. 21 V. *l.* 13. *ff. de manumiss. testam. l* 45. *ff. de hered. instit.* 22 *l.* 14. §. 3. *ff. de religios.* v. Plin. 1 *epist.* 73. 23 Rationes reddere statuliber debet, non ubi testator mortuus est, non ubi is ipse relictus sit, non denique ubi velit, sed apud eum, cui reddere debet: quod totum judicis arbitrio relinquitur, qui id æstimaturus est ex qualitate loci, &c. 24 *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *ff. de tdend.* 25 Circumstantiæ personarum & locorum efficiunt, ut aliud & aliud æstimetur. 26 Quæritur, quando quis res suas administrare posse censeatur? Negat lex etiam post vicesimum annum id censeri. Nemo dici potest res suas administrare ante vigesimumquintum annum. adde *l. ult. C. de bis, qui veniam ætat.*

---

1 VI C. XLIX. 2 *Inst.* 22. *Nov* 1. 18. Paul. 3 *sent.* 8. περὶ θωλικίου. 44 *Ecolog.* 31. 5 *Harmen.* 9. Ulp. *l.* 25. §. 14. *& seq.*

2 Quæ & plebiscitum dici potest.

3 V. ad hunc tit. Duaren. & Govean. *Anst.*

4 Falcidia non à falce, ut quidam etiam ætate Harmenop. existimarunt, 5 *Harm.* 9. sed a Falcidio Tribuno plebis temporibus Augusti adhuc triumviri. *Govean.* Goveanus tamen refert Augustum eam sanxisse. Porro, ut donationibus lex Cincia: dotibus Papia: *Corn. Tacit.* manumissionibus Caninia. *Inst. de l. Fus. Canin.* ita legatis lex Furia primum, *Inst. eod. ubi Theoph.* Cic. *pro Balbo.* Deinde lex Voconia, & ad extremum lex Falcidia præscripsit modum, dodrantis sc. qui civilis modus dicitur à Corn. Tacito. Eadem Falcidia constitutione D. Severi postea ampliata est ad donationes causa mortis: Senatusc. Pegasiano (quod Vespasiani temporibus, ut Trebellianum Neronis temporibus factum est) ad fideicommissa testamento relicta: Constitutione D. Pii, ad fideicommissa ab intestato. vide Cujac. *in paratitl. hic.*

5 Cur lata est? lex XII tab. liberam potestatem legandi fecerat: deinde lex Furia, Ulp. *in pr.* §. 2. plus mille assibus legatarium vetabat capere: hinc eveniebat, ut multiplicato legatariorum numero heres nihil caperet: postea lex Voconia vetabat quemquam plus alteri legare, quam ad heredem legantis perveniret: hinc eveniebat, ut pluribus legatariis existentibus, unus interdum aureus ab herede perciperetur: spe tam exigui lucelli fiebat, ut nullus heres adire vellet. Ne id esset, lata lex est Falcidia, ea quatam hereditatis partes heredem efse voluit: quovis prohibito legare ultra dodrantem bonorum.

6 *Novell. 1. in pr. Nov.* 22. *c.* 2.

7 Hæc verba, *usque ad dodrantem* ὑπόλογον quia finis dodrantis secundo capite, non hoc primo capite, dirigitur. Cujac. *C. eod.* Hæc etiam verba Haloander non legit.

8 Omnes Quirites hoc verbo comprehenduntur: alterum erat principium legis, *quicunque Senator*, qua lege nec plebs nec equites continebantur. Cicer. *pro Rabirio*, & *pro Cluentio.* 7 Govean. *hic.*

9 Nam nulla lex, jure civili, præteritum tempus respicit.

10 Rogata dicitur, quum populus interrogabatur, juberetne legem esse. Itaque in tabellis, quibus suffragia ferebantur, scripta hæc verba erant, *uti rogas*. Govean.

11 Nec enim alibi, quam in testamento legatum relinquebatur. §. 10. *Inst. de fideic comm. hered.*

12 Quam pecuniam, quasque res. Duar. *disp.* 58. sam pecuniam, sasque res, λαχτάκις. Cujac. *C. eod.*

13 Pecuniæ verbo intellige res hereditarias patrimonii, vel extra, jura, actiones. *Govean. l.* 13. *C. de testam. l* 77. §. 24. *ff. de leg.* 2.

14 Quibuscunque, sive maribus sive fœminis.

15 Per vindicationem.

16 Per damnationem vel alium legandi modum.

17 V. *l.* 53. *l.* 120. *ff. de verb. sign. Novell.* 22. *c.* 2. Ulp. *l.* §. 9. §. 11. §. 14.

18 Hæc verba, *ut hac lege sequenti licebit*, ὑποδόλως. Cujac. *C. eod.*

19 Non testamento, *l.* 3. *ff. qui testam.* sed quod per leges licet legare. *l.* 67. *ff. eod.*

20 *l.* 73. *in fin. ff. eod.* & merito: ut per legem Falcidiam delibari possit hereditas; onerari vel exhauriri non possit. Legata hereditatem delibant, quæ non excedunt dodrantem: onerant, quæ excedunt: exhauriunt, quæ assem absumunt. vide Cujac. apud Paul. 3 *sent* 8. §. 1. 21 Detur, legetur, Cujac. *C. eod.* 22 Quæ hodie aucta est. vid. *Nov.* 18. An liberi fideicommisso gravati duas quartas detrahere possint jure civili, alibi dicam. 23 Quam ideo jure hereditatis habere debet. *l.* 91. *ff. eod.* 24 Hic Duarenus tertium caput legis Falcidiæ constituit, 1 *disp.* 58.

25 Datum legatum, Cujac. *C. eod.* 26 Sine pœna quadruplı legis Furiæ, vid. Duar. 2 *disp.* 10. sine ulla dodrantis diminutione ex lege Voconia. adde Cujac. 7 *obs* 33. *l.* 131. *ff. de verb. sign.*

27 Quartum caput legis Falcidiæ addit Duaren. 1 *disp.* 58. quod Cujacio displicet. *C. eod.*

28 Id est, ad eorum testamenta: lex enim Falcidia locum habebit, & Falcidia deducetur ex relictis in hujusmodi testamentis. 29 *l.* 18. *verf. nec huic contrarium ff. eod.* 30 Fingit enim lex Cornelia captivum ipsamet hora captivitatis decessisse. *l. ejus.* 8. *ff. de testam.* 31 De fictione inductiva, privativa, translativa, vetativa, permissiva, impropria, propria (his enim vocibus interpretes docendi causa utuntur, vide disputationem Pyrrhi in fine Consuetudinum Aurelianensium.

32 Non enim lex Cornelia captivorum testamenta confirmat, qui tempore testamenti factionem testamenti non habuere. *l. pater.* 10. *in fin. ff. de captivis.* 33 Adde *l.* 6. *ff. si quis omissa caus.*

34 *l.* 26. *in fin pr. ff. de cond. & demonstr.* 35 *Al.* municipium. *l.* 122. *ff. de leg.* 1. 36 Non etiam ea, Cuj. *Inst. eod.* & apud 4 Paul. *sent.* 3. §. 2. & 10 *obs.* reprehensus a Fornerio 2 *select.* 25. & à Roberto 1 *recept. sent.* 15. 37 Deo legare possumus. Porro apud veteres, Dii non omnes heredes poterant institui. v. Ulp. 22. §. *Deos* 6. 38 Neque enim iniquum videri debet, si de legatis Deo relictis quarta detrahatur, cum ipsis rebus Dii non indigeant, quas ipsi mortalibus ad usum vitæ tribuunt. *Govean.* verum hodie in legatis ad pias causas Falcidia locum non habet. *Nov.* 131. *c.* 12. quod intellige, si heres moram admittit in relictis ad pias causas præstandis. 39 In nominibus est, quod in tabulis debetur: quod quamvis nostrum non sit (quia vindicari non potest, tamen quia nobis debetur, recte nostrum appellatur. Goveanus hac voce actiones intelligit. 40 *l.* 19. *ff. quando dies legat. l.* 1. *ff. de penu.* 41 A quo? forte à Juliano: fuit enim Juliani Ulpianus studiosissimus. 42 Id est, & ideo heres detrahet suam ex eo Falcidiam. Nota in hac lege verbum *imputandi* sensu plane contrario accipi, quam in toto hoc titulo, ubi imputare in Falcidiam, est adnumerare Falcidiæ. 43 Verba hæc, *in continenti, ex continenti, confestim, statim, illico, quamprimum*, accipienda sunt cum aliquo temporis laxamento. *l.* 1. *l.* 13. *ff. de solut.* Goth. Verba *ex continenti* quomodo accipienda sint, vide Tessaur. *decis.* 77. *num.* 3. Anf. 44 Cum aliquo temperamento, quod judicis arbitrio definitur. *l.* 105. *ff. de solut. l.* 5. §. 1. *ff. de collation.* 45 Id est, non detrahet ratione suæ Falcidiæ. Nam lex Falcidia ad ea legata pertinet, quæ voluntate testatoris erogantur. Quod autem mortis causa capitur à legatario (quamvis de patrimonio testatoris erogetur) ad legem tamen Falcidiam non pertinet: id enim sua voluntate heres dat, ut legati onus defugiat, sicuti ostendit *lex* 93. *ff. eod.* In iis, quæ causa mortis capiuntur, admitti Falcidia non potest. v. tamen *l.* 5. *C. ad leg. Falcid. & l.* 2. *C. de mort. caus. donat.* 46 V. *l.* 135. §. 2. *ff. de verb. oblig.* 47 Usufructus dividuus est. *l.* 5. *ff. de usufruct. l.* 19. *ff. de usu. l.* 14. *ff. quibus modis usufruct.* v. in hunc locum Hotom. 18 *illustr.* ubi notat, quemadmodum usufructus dividi possit.

48 Quamvis jus sit, & meritò; huic enim juri corpora subsunt, hoc est, fructus, qui dividi possunt. 49 *l.* 8. *ff. eod. l.* 5. *ff. de usufr.* 50 Imo, usus. *l.* 5. *ff. de oper. servor.* 51 *l.* 5. *ff. eod.*

52 Cur non potest avocari possessio ei, qui eam nactus est ab errante, cum errore acta nil valeant? *l.* 15. *ff. de jurisdict.* 53 In facto scilicet, seu non existimantis Falcidiam sibi competere, cum esset ignarus patrimonii. Aliud plane erit, si sciens prudens legata promittat vel solvat, *l.* 9. *C. eod.* Nam si solverit ignorantia juris, comparatur ei qui donat. *d. l.* 9. 54 Incerti condictio, non certi. *l.* 21. *l.* 22. *ff. ad Treb.* 55 Auferatur. 56 Cur enim eum remoretur incertitudo heredis dubitantis, habitura sit necne locum Falcidia? 57 Cur interponitur? ne sc. lapso facultatibus legatario, res heredi pereat, qui necessario solida legata solvit. 58 *l.* 1. §. 9. *ff. si cui plus, quam per legem.* Cavet, qui dat fidejussionem. 59 *l.* 1. §. 11. *ff. si cui plus, quam per legem.* 60 Sensus est: ante secundarum tabularum apertionem (quæ legis consilio clausæ manent) legata primis tabulis relicta interim solvuntur exacta cautione, *Quanto amplius*; quæ quidem cautio committitur apertis tabulis, si legata secundarum tabularum cum legatis primarum commixta dodrantem excedant hereditatis testatoris, Govean. ad *l.* 1. §. 1. *ff. tit. prox.*

TIT. II.

AD LEGEM FALCIDIAM.

Verba legis. 1. *De mortuis apud hostes.* 2. *Si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem.* 3. *De jurejurando conditione remissa.* 4. *De eo, quod legatum est servo proprio, vel captivo vel posthumo,* 5. *Vel municipibus, vel Deo.* 6. *De re restatoris vel aliena.* 7. *De corpore, quantitate, jure.* 8. *De legato penoris, & legato* decem, si penus non detur. 9. *De usufructu & servi operis.* 10. *De debito legato creditori.* 11. *Si legatarius possideat voluntate heredis.* 12. *De cautione* quanto amplius, quam per leg. Falcidiam ceperit, reddi. 13. *De subsitutione coheredis.* 14. *De jure accrescendi.* 15. *De arrogatione coheredis.* 16. *De annuo legato.* 17. *De naturali debito.* 18. *Si debitor creditoris successerit.* 19. *De impensa funeris & monumenti.*

1. PAULUS [lib. singulari ad legem Falcidiam].

Ex Falcidia 4 lata 5 est, quæ primo capite liberam 6 legandi facultatem dedit [usque ad dodrantem 7] his verbis: *Qui cives* 8 *Romani sunt, qui eorum post* 9 *hanc legem rogatam* 10 *testamentum* [11] *facere volet, ut eam* [12] *pecuniam* [13], *easque res quibusque* [14] *dare* [15], *legare* [16] *volet, jus* [17] *potestasque esto, ut* [18] *hac lege sequenti licebit.* Secundo capite modus legatorum constituit his verbis, *Quicunque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam jure publico* [19] *dare, legare volet, jus potestasque esto: dum* [20] *ita detur legatum* [21], *ne minus, quam partem quartam* [22] *hereditatis* [23], *eo testamento heredes capiant: eu* [24], *quibus quid ita datum, legatumve erit, eam pecuniam sine fraude* [26] *sua capere liceto: isque* [27] *heres, qui eam pecuniam dare jussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est.* §. 1. *Lex Falcidia* etiam ad eos [28], qui apud hostes [29] moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur: quod ea lex perinde eorum testamenta confirmat, atque [30] si in civitate decessissent: propter quam fictionem [31] lex Falcidia, & omnes testamentariæ pertinent; quæ [32] tamen possint locum habere. §. 2. Ad eos, qui omissa causa testamenti, possident hereditatem, non pertinet lex Falcidia: sed per Edictum [33] Prætoris inducitur potestas legis. §. 3. Idemque est, si jusjurandi conditio remissa [34] sit. §. 4. Sed & si servo suo testator data libertate legaverit; quia differtur in id tempus, quo liber futurus est; item si ei, qui apud hostes est, aut ei, qui nondum natus est, datum sit aliquid, hæc lex locum habebit.

§. 5. Ad municipum [35] quoque legata, vel [36] etiam ea quæ Deo 37 relinquuntur, lex Falcidia pertinet [38]. §. 6. Non solum autem ad res proprias testatoris legatas, sed & alienas lex pertinet. §. 7. Et omne quod ex bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem: sive in corpore consteterit certo incertove, sive pondere, numero, mensura valeat, aut etiam si jus legatum sit, ut usufructus, aut quod in nominibus [39] est. §. 8. Item si ita legatum sit, *heres meus Seio penum dato: si non dederit, decem* [40] *dato*: quidam putant omnimodo in legato decem esse, penum autem mortis causa capi, nec in Falcidiam imputare id heredem posse. Ego autem didici [41], si in continenti heres penum solverit, videri hoc legatum esse, & in legem Falcidiam imputari [42] posse: & quod dixi *in* [43] *continenti*, ita accipiendum, cum aliquo [44] spatio: quod si jam mora facta solverit heres penum, tunc nec legatum eum accepisse, nec in Falcidiam imputari [45] posse: jam enim transfusum legatum esse & decem deberi. † Idemque erit, & si ab initio ita legatum datum sit, *Si penum* [46] *non dederit, decem dato*: quia hic penus non est legata: & penus si datur, mortis causa capitur: quia deficit legati conditio. §. 9. Si *ususfructus* legatus sit, qui & dividi [47] potest [48], non sicut cæteræ servitutes individuæ sunt: veteres quidem æstimandum totum usumfructum putabant, & ita constituendum quantum sit in legato. Sed Aristo à veterum opinione recessit: ait enim, posse [49] quartam partem ex eo, sicut ex corporibus retineri. idque Julianus recte probat. † Sed *operu servi* legatis, cum neque [50] usus, neque ususfructus in eo legato esse videtur, necessaria est veterum sententia, ut sciamus, quantum est in legato: quia necessario ex omnibus, quæ sint facti, pars decedere debet, nec pars operæ intelligi potest. Imo & in usufructu, si quæratur, quantum hic capiat, cui ususfructus datus est: quantum ad cæterorum legatorum æstimationem, aut etiam hujus ipsius, ne dodrantem excedat legatum, necessario ad veterum sententiam revertendum est. §. 10. Si quis creditori suo, quod debet, legaverit: aut inutile legatum erit, si nullum commodum in eo versabitur; aut si propter repræsentationis (puta) commodum utile erit, lex quoque Falcidia in eo [51] commodo locum habebit. §. 11. Si legatarius possessionem nactus est, & non [52] potest avocari ei res, quia voluntate heredis erranti [53] nactus est possessionem: dabitur actio [54] heredi, ut id, quod supra dodrantem est, offeratur [55]. §. 12. Interdum omnimodo necessarium est, solidum solvi legatario [56] interposita [57] stipulatione [58], *Quanto* [59] *amplius, quam per legem Falcidiam ceperit, reddi*: Veluti si quæ à pupillo legata sint [60], non excedant modum legis Falcidiæ: veremur autem, ne impubere eo mortuo alia legata inveniantur, quæ contributione facta excedant dodrantem. † Idem dicitur, & si principali testamento quædam sub conditione legata sunt,

---

20 *l.* 73. *in fin. ff. eod.* & merito: ut per legem Falcidiam delibari possit hereditas; onerari vel exhauriri non possit. Legata hereditatem delibant, quæ non excedunt dodrantem: onerant, quæ excedunt: exhauriunt, quæ assem absumunt. vide Cujac. apud Paul. 3 *sent* 8. §. 1. 21 Detur, legetur, Cujac. *C. eod.* 22 Quæ hodie aucta est. vid. *Nov.* 18. An liberi fideicommisso gravati duas quartas detrahere possint jure civili, alibi dicam. 23 Quam ideo jure hereditatis habere debet. *l.* 91. *ff. eod.* 24 Hic Duarenus tertium caput legis Falcidiæ constituit, 1 *disp.* 58.

25 Datum legatum, Cujac. *C. eod.* 26 Sine pœna quadruplı legis Furiæ, vid. Duar. 2 *disp.* 10. sine ulla dodrantis diminutione ex lege Voconia. adde Cujac. 7 *obs* 33. *l.* 131. *ff. de verb. sign.*

27 Quartum caput legis Falcidiæ addit Duaren. 1 *disp.* 58. quod Cujacio displicet. *C. eod.*

28 Id est, ad eorum testamenta: lex enim Falcidia locum habebit, & Falcidia deducetur ex relictis in hujusmodi testamentis. 29 *l.* 18. *verf. nec huic contrarium ff. eod.* 30 Fingit enim lex Cornelia captivum ipsamet hora captivitatis decessisse. *l. ejus.* 8. *ff. de testam.* 31 De fictione inductiva, privativa, translativa, vetativa, permissiva, impropria, propria (his enim vocibus interpretes docendi causa utuntur, vide disputationem Pyrrhi in fine Consuetudinum Aurelianensium.

32 Non enim lex Cornelia captivorum testamenta confirmat, qui tempore testamenti factionem testamenti non habuere. *l. pater.* 10. *in fin. ff. de captivis.* 33 Adde *l.* 6. *ff. si quis omissa caus.*

34 *l.* 26. *in fin pr. ff. de cond. & demonstr.* 35 *Al.* municipium. *l.* 122. *ff. de leg.* 1. 36 Non etiam ea, Cuj. *Inst. eod.* & apud 4 Paul. *sent.* 3. §. 2. & 10 *obs.* reprehensus a Fornerio 2 *select.* 25. & à Roberto 1 *recept. sent.* 15. 37 Deo legare possumus. Porro apud veteres, Dii non omnes heredes poterant institui. v. Ulp. 22. §. *Deos* 6. 38 Neque enim iniquum videri debet, si de legatis Deo relictis quarta detrahatur, cum ipsis rebus Dii non indigeant, quas ipsi mortalibus ad usum vitæ tribuunt. *Govean.* verum hodie in legatis ad pias causas Falcidia locum non habet. *Nov.* 131. *c.* 12. quod intellige, si heres moram admittit in relictis ad pias causas præstandis. 39 In nominibus est, quod in tabulis debetur: quod quamvis nostrum non sit (quia vindicari non potest, tamen quia nobis debetur, recte nostrum appellatur. Goveanus hac voce actiones intelligit. 40 *l.* 19. *ff. quando dies legat. l.* 1. *ff. de penu.* 41 A quo? forte à Juliano: fuit enim Juliani Ulpianus studiosissimus. 42 Id est, & ideo heres detrahet suam ex eo Falcidiam. Nota in hac lege verbum *imputandi* sensu plane contrario accipi, quam in toto hoc titulo, ubi imputare in Falcidiam, est adnumerare Falcidiæ. 43 Verba hæc, *in continenti, ex continenti, confestim, statim, illico, quamprimum*, accipienda sunt cum aliquo temporis laxamento. *l.* 1. *l.* 13. *ff. de solut.* Goth. Verba *ex continenti* quomodo accipienda sint, vide Tessaur. *decis.* 77. *num.* 3. Anf. 44 Cum aliquo temperamento, quod judicis arbitrio definitur. *l.* 105. *ff. de solut. l.* 5. §. 1. *ff. de collation.* 45 Id est, non detrahet ratione suæ Falcidiæ. Nam lex Falcidia ad ea legata pertinet, quæ voluntate testatoris erogantur. Quod autem mortis causa capitur à legatario (quamvis de patrimonio testatoris erogetur) ad legem tamen Falcidiam non pertinet: id enim sua voluntate heres dat, ut legati onus defugiat, sicuti ostendit *lex* 93. *ff. eod.* In iis, quæ causa mortis capiuntur, admitti Falcidia non potest. v. tamen *l.* 5. *C. ad leg. Falcid. & l.* 2. *C. de mort. caus. donat.* 46 V. *l.* 135. §. 2. *ff. de verb. oblig.* 47 Usufructus dividuus est. *l.* 5. *ff. de usufruct. l.* 19. *ff. de usu. l.* 14. *ff. quibus modis usufruct.* v. in hunc locum Hotom. 18 *illustr.* ubi notat, quemadmodum usufructus dividi possit.

48 Quamvis jus sit, & meritò; huic enim juri corpora subsunt, hoc est, fructus, qui dividi possunt. 49 *l.* 8. *ff. eod. l.* 5. *ff. de usufr.* 50 Imo, usus. *l.* 5. *ff. de oper. servor.* 51 *l.* 5. *ff. eod.*

52 Cur non potest avocari possessio ei, qui eam nactus est ab errante, cum errore acta nil valeant? *l.* 15. *ff. de jurisdict.* 53 In facto scilicet, seu non existimantis Falcidiam sibi competere, cum esset ignarus patrimonii. Aliud plane erit, si sciens prudens legata promittat vel solvat, *l.* 9. *C. eod.* Nam si solverit ignorantia juris, comparatur ei qui donat. *d. l.* 9. 54 Incerti condictio, non certi. *l.* 21. *l.* 22. *ff. ad Treb.* 55 Auferatur. 56 Cur enim eum remoretur incertitudo heredis dubitantis, habitura sit necne locum Falcidia? 57 Cur interponitur? ne sc. lapso facultatibus legatario, res heredi pereat, qui necessario solida legata solvit. 58 *l.* 1. §. 9. *ff. si cui plus, quam per legem.* Cavet, qui dat fidejussionem. 59 *l.* 1. §. 11. *ff. si cui plus, quam per legem.* 60 Sensus est: ante secundarum tabularum apertionem (quæ legis consilio clausæ manent) legata primis tabulis relicta interim solvuntur exacta cautione, *Quanto amplius*; quæ quidem cautio committitur apertis tabulis, si legata secundarum tabularum cum legatis primarum commixta dodrantem excedant hereditatis testatoris, Govean. ad *l.* 1. §. 1. *ff. tit. prox.*

sunt, quæ an debeantur, incertum est: & ideo si heres sine judice [61] solvere paratus sit, prospiciet sibi per hanc stipulationem.

§. 13. Id [62], quod ex substitutione coheredis ad coheredem [63] pervenit, proficit legatariis [64]. Is enim similis est heres ex parte pure, ex parte sub conditione heredi instituto: sed ea [65], quæ ab eo [66] legata sunt, si omiserit [67] hereditatem [68], non augebuntur, scilicet si ab eo [69] nominatim [70] data sunt, non [71] *Quisquis* [72] *mihi heres erit*. §. 14. Si [73] coheredis mei portio [74] exhausta sit [75], mea integra, & illam vindicavero [76], Cassius confundendas [77] esse partes existimat [78]: Proculus contra. in qua specie & Julianus Proculo [79] adsentit: quam sententiam probabiliorem esse puto. † Sed & Divus Antoninus judicasse dicitur commiscendas [80] esse utrasque partes in computatione legis Falcidiæ. §. 15. Si coheredem meum [81] post aditam [82] hereditatem adrogavero [83]: non dubitabitur, quin separandæ [84] sint portiones, perinde atque si coheredi meo heres exstitissem. §. 16. Si *in annos singulos* legarum sit Titio, quia multa [85] legata & conditionalia [86] sunt, cautioni [87] locus est [88], quæ in Edicto proponitur, *Quanto amplius acceptt, reddi*. §. 17. Id, quod natura [89] hereditati debetur, & peti quidem non potest, solutum vero non repetitur [90], non esse computandum in hereditate quidam putant [91]. Sed Julianus & hæc ex eventu augere patrimonium aut non augere existimat, & hereditario jure id quoque capi: ideoque & in restitutionem hereditatis venturum. §. 18. Si debitor [92] creditori heres exstat, quamvis confusione liberetur [93], tamen locupletiorem hereditatem percipere videtur: ut computetur ei quod debet, quamvis aditione [94] confusum sit. §. 19. De impensa monumenti nomine facta, quæritur, an deduci debeat? Et Sabinus ita deducendum putat, si necessarium fuerit monumentum [95] extruere. Marcellus consultus, an funeris [96] monumentique impensa, quantam testator fieri jussit, in ære alieno deduci debeat, Respondit, non amplius eo nomine, quam quod funeris causa consumptum est, deducendum: nam ejus quod in extructionem monumenti erogatum est, diversam esse causam. nec enim ita monumenti ædificationem necessariam esse, ut sit funus [97] ac sepultura: idcirco eum cui pecunia ad faciendum monumentum legata sit, Falcidiam passurum.

II. MARCELLUS [lib. XXII Digestorum].

NEc amplius concedendum erit, quam quod sufficiat ad speciem modicam [98] monumenti.

De venditore hereditatis non solvendo. 1. De transactione. 2. De annuo legato reipublicæ relicto.

III. PAULUS [libro singulari ad leg. Falcidiam].

SI heres institutus eam hereditatem, quæ solvendo non est [99], vendiderit [100]: vix quidem poterit persuaderi non fuisse eam hereditatem solvendo, quæ emptorem invenerit. vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex stultitia [1] emptoris habere videtur heres institutus, quam ex bonis defuncti. nam & è contrario, si male vendiderit res hereditarias, non erit hoc legatariorum detrimentum: ita ergo commodum debet esse heredis, si bene res administraverit. §. 1. Sed & si is, qui solvendo non est, legaverit, & heres eum creditoribus decideric [2], ne solidum solveret, & ob eam decisionem factum sit, ut aliquid retineret, nihil tamen legatariis debiturum: quia eam pecuniam non ex hereditate, sed ex decisione habet. §. 2. Item [3] si Reipublicæ [4] in annos singulos legatum sit [5]: cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat, tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad usuras trientes [6] ejus summæ, quæ legata est, colligendas.

Si legatarius pendente legati conditione heredi successerit, deinde legati conditio extiterit.

IV. PAPINIANUS [lib. XVI Quæstionum].

FUndo legato mihi sub conditione [7], pendente legati conditione heres [8] me heredem instituit, ac postea legati conditio extitit: in Falcidiæ ratione [9] fundus non [10] jure hereditario, sed legati, meus esse intellegitur [11].

De pollicitatione.

V. IDEM [lib. VIII Responsorum].

VErbis [12] legati vel fideicommissi non [13] necessarie [14] civitati [15] relinquitur, quod ex causa pollicitationis præstari necesse est [16]. Itaque si debiti [17] modum testamento dominus [18] excessit, superfluum duntaxat Falcidia minuetur [19]. Quare nec fidei committi legatarii [20] poterit [21]. † Quod si dies aut conditio legatum fecerit [22], non utilitatis [23] æstimatio, sed totum [24] petetur quod datum est [25]: nec si vivo testatore [26] dies venerit, aut conditio fuerit impleta, fiet irritum quod semel competit.

De sumptu funeris.

VI. VENULEIUS [lib. XIII Stipulationum].

SI vir [27] uxori [28] heres extiterit, & in funus ejus impenderit: non videbitur totum quasi heres impendere [29], sed deducto eo, quod quasi dotis nomine, quam lucrifacit, conferre debuerit.

De servitute.

VII. PAPINIANUS [lib. VII Quæstionum.]

LEge Falcidia interveniente legata servitus, quoniam dividi [30] non potest [31], non aliter in solidum restituetur, nisi partis offeratur æstimatio.

De ære alieno.

VIII. IDEM lib. XIV Quæstionum.

IN legem [32] Falcidiam [33] æris alieni rationem [34] in hereditate relicti, quod unus [35] ex heredibus [36] solvere [37] damnatus sit [38], ipse solus habebit [39].

De fructibus. 1. De partu ancillæ.

IX. IDEM lib. XIX Quæstionum.

IN Falcidia placuit, ut fructus postea [40] percepti, qui maturi [41] mortis [42] tempore fuerunt, augeant hereditatis æstimationem [43] fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuisse pretiosior [44]. §. 1. Circa ventrem ancillæ nulla [45] temporis admissa distinctio est, nec immerito: quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur [46].

De eo quod potest ad heredem pervenire.

X. IDEM [lib. XX Quæstionum].

QUod supra quadrantem apud heredem potest pervenire, supra dodrantem in pecuniam [47] legatum non onerat heredem: veluti hereditas pupilli [48], si forte substitutus sit exheredato [49], qui patri pupilli heres exstitit.

De retentionibus omnis temporis. 1. De morte servi cui sub conditione libertas data fuerat. 2. De parte bonorum oblata. 4. Si servus testamento manumissus decedat ante aditionem. De servis qui moriente domino ea valetudine affecti erant, ut vivere non possent, & his qui sub eodem tecto fuerunt cum dominus a familia necaretur. 5. De tabulis pupillaribus.

XI. IDEM lib. XXIX Quæstionum.

IN ratione legis Falcidiæ retentiones [50] omnis temporis heredi in quadrantem imputantur. §. 1. Si servus sub conditione libertate data, vita decessit: si quidem impleta conditio quandoque fuerit, heredi non videbitur periisse: quod si defecerit, in contrarium ratio trahit: sed, quanti statuliber, moriens fuisse videbitur. §. 2. Imperator Marcus Antoninus decrevit, heredes, quibus pars bonorum oblata est [51], non [52] in ampliorem partem, quam pro ea parte, quæ relicta est, legatorum nomine teneri.

§. 3. Cum quidam parte dimidia bonorum adempta fuisset relegatus, idemque, provocatione interposita [53], testamento postea facto, obiisset, atque post mortem ejus, *non juste appellatum*, esset pronunciatum [54]: Quæritum est, utrum æris alieni loco pars dimidia abscederet, ut reliqua sola videretur fuisse in bonis, an vero succurri heredi necessarium esse videbitur? Sed videbitur succurri debere: cum animus litigantis [&] obtinendi votum hanc opinionem admittit. §. 4. Si servus testamento manumissus ante aditam hereditatem decedat, heredi quidem periisse intellegitur: sed cujus pretii erit, qui si viveret, non [55] æstimaretur? Nam & eos, qui moriente domino ea valetudine affecti fuerant, ut eos non posse vivere certum esset, tamen si postea moriantur, hereditati periisse responsum est. Nec aliud in his, qui sub eodem tecto fuerunt, cum dominus à familia necarctur. §. 5. Quod vulgo dicitur [56], " *in tabulis patris* [57] *& filii unum* [58] *Falcidiam servari*, quam potestatem habeat, videndum est. Quamvis enim substitutus, quæ à pupillo relicta [59] sunt, cum filius heres exstitit, ut æs [60] alienum quodlibet debeat: tamen propter ea, quæ data sunt tabulis secundis [61], contributioni [62] locus est. Secundum quæ poterit evenire, ne substitutus quicquam retineat, vel ut [63] longe plus habeat quartæ paternæ hereditatis. † Quid [64] ergo, si non sufficiat pupilli hereditas legatis, cum patris sufficisset? De suo quadrante [65] nimirum dabit substitutus: quoniam pater legavit de suo: nec ad rem pertinet, quod ex nullo testamento præstatur ultra vires patrimonii, cum in hac parte juris legata, quæ tabulis secundis [66] relinquuntur, quasi primis sub condutione relicta intelliguntur. §. 6. Si filio suo duos substituerit, & alterius portionem oneraverit, tractari solet, an ex persona sua Falcidiam possit inducere substitutus, quam pupillus non haberet, vel unus pupilli substitutus? & facile quis dixerit consequenter prioribus, quæ de patrimonii ratione dicta sunt, non esse Falcidiæ locum: & ultra vires portionis conveniendum alterum substitutum: Sed verior est diversa sententia, perinde huic quartam relinquendam existimantium, atque ita si patri heres exstitisset: ut enim opes [67] patris heres eis legata solvat. adde *l. 15. in fin. ff. de vulg.* 44 Propter fructus. 45 Imo aliqua. Nam partus augere hereditatem videtur, cum sit pars rei. *l. 1. §. ex hoc rescripto. 1. ff. de ventre inspic. l. 8 quod ex Pamphila.* 73. *ff. de leg. 2. l. qui in utero. 7. ff. de statu.* 46 Partus nondum editus, non est homo. Sequimur enim Stoicorum sententiam, ζῶον non esse animalia: sed tamen Galenus *in libro in utero*, & libro proprio ὁ ζῶον κατὰ γένεσιν, quomodo & leges Lycurgi & Solonis docent ζῶον esse animal, nam quæ abegit partum, punitur: sed hoc non tam quod animal, quam quod spem animalis peremit, *l. 2. 3. de mortuo inferendo.* idque fit fictione quadam, qua partus habetur pro animali. Idem scribit Galenus *lib. περὶ σπερματικῶν ἀρχῶν.* vide Cujacium ad *l. 2. §. 6. ff. de exeus. tut.* Tertullianus in *Apologetico*: Nobis vero homicidio severiti interdicto etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet: homicidii scilicet est, prohiberi nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an nascentium disturbet: homo est, & qui est futurus, & fructus hominis jam in semine est. 47 In pecuniam legatam. vid. Cujac. 4 *obs.* 36. *in fin.* 48 Quod ex re ulteriùs, quamvis testatoris voluntate ac judicio ad heredem pervenerit, in Falcidiam non imputatur. 49 *l. 1. §. 2. ff. de vulgar.* 50 *l. 50. ff. eod.* Retineri hic intellige legata, quæ apud heredem ipsum remanent: qualia sunt, & quæ vel ab initio non constiterunt, vel quæ postea deferuntur. 51 Puta per contra tabulas, vel querelam inofficii. 52 *l. 43. §. 1. ff. de cond. & demonstr.* 53 Appellatio suspendit sententiæ effectum, *l. 6. §. 1. ff. de his qui not.* hinc videri potest pars hæc obligata quodammodo fuisse in bonis defuncti.

54 Hinc videri potest, partem illam perire heredi. 55 Ut *l. ult. ff. de his qui dejecer.* 56 *l. 80. in pr. & fin. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. si cui plus quam per leg.* 57 Quarum illæ principales, hæ secundæ dicuntur. scripti ad *l. 11. ff. testam. quemadm. aperiant.* 58 Una Falcidia in duplicibus testamentis servatur. Fit & in eisdem legatorum & bonorum contributio: in Falcidia in eis detrahenda mortis paternæ tempus inspicitur, bonorum augmentum vel diminutio post contingens legatariis nec prodest, nec nocet. 59 Legata. Goth. Vid. Donell. 8. *c. 23.* Duaren. *ad tit. c. 8.* Cuj. *lib. 4 obs. 34.* Govean. *hoc loco.* Ant. 60 Substitutus pupillo, hoc loco legata à pupillo relicta integra solvit: quæ ab eo relicta non solvit, sed contributioni locus est. 61 *l. 18. §. 1. ff. de test. mil.*

62 Contributio fit heredi à legatario, *ut hic, & l. 14. & 1. l. 15. l. 30. §. 7. l. 79.* ff. *eod.* Contributio enim ostendit, quantum cuique debeatur. 63 Velut. *Hal.* quod improbat Cujac. 4 *obs.* 34. *in fin.* 64 *Al.* quid enim. *Govean.* 65 Hoc verbum, *quadrante*, expungit Govean. *hic.* Cujacius vero defendit, 4 *obs.* 34. 66 Id est, pupillaribus. dixi ad *l. 11. C. test. quemadm. aperiant.* 67 Ut enim opus. *Hal.* ut enim confusio patrimonii, Ranconetus, & post eum Balduinus tractatu ad legem Falcidiam: ut enim opes patris formam capiunt, & originem, & inde contributio legatorum, ita, &c. *Govean. hic.* ut sit sensus, ut in duplicibus tabulis opes & bona, de quibus legata relinquuntur & præstantur, capiunt patris formam (dicuntur namque patrimonium), & originem (quia a testatore proficiscuntur: sic inde contributio legatorum nascitur, quod absurdum sit separari legatorum rationem, quæ ex iisdem bonis relinquuntur.

27 Qui dotem ex pacto post mortem uxoris lucrabatur.

28 In cujus patrimonio erant ducenta, in dote centum.

29 Partem enim, ut heres impendit: aliam vero partem de suo proprio, ut dominus dotis quam lucrifecit. ideoque si centum in funus uxoris impendit, quinquaginta tantum; ut heres uxoris hereditatem oneri imputabit: eoque facto Falcidiam à legatariis detrahet.

30 *l. 1. §. 9. ff. eod. l. 80. in fin. ff. eod.*

31 Quæritur quo modo de ea Falcidia detrahatur ab herede? si spectamus servitutis legatæ naturam, servitus legatario detrahi non potest: quia solida servitus tribuenda est *dicit. l. 80. l. 76. ff. de legat. 2.* Igitur nè heres careat sua Falcidia, eundum est ad æstimationem servitutis legatæ, ut ex ea quartam heres detrahat.

32 *Al.* lege Falcidia.

33 Id est, *in ratione legis Falcidiæ ponenda.*

34 Puta centum.

35 Puta Titius.

36 Fingamus, duos heredes relictos æquis partibus; ab eis plurima legata relicta, ab uno vero (puta Titio) nominatim centum relicta fuisse Caio.

37 Creditori testatoris scil. puta Caio.

38 Nominatim scil.

39 Id est, sustinebit: ut quemadmodum is heres qui nominatim jussus est creditori solvere, solus compelli potest ad solutionem, ita solus ex hujusmodi legato deducit Falcidiam, non ejus coheres. *l. 53. in fin. ff. de legat. 2.* Alii hæc verba varie interpretantur. *ipse solus tenetur*: Alii, *solus deducet*, ut Dynus: Alii, *ipse solus deducet, quem testator damnat*, ut Bart.

40 Post mortem testatoris.

41 Aliud in immaturis: & sic Goveanus intelligit. *l. 18. ff. ad Trebell.*

42 Testatoris.

43 Ideoque legatariis proderunt, ut plenius

44 Imo aliqua. Nam partus augere hereditatem videtur, cum sit pars rei. *l. 1. §. ex hoc rescripto. 1. ff. de ventre inspic. l. 8 quod ex Pamphila. 73. ff. de leg. 2. l. qui in utero. 7. ff. de statu.* 46 Partus nondum editus, non est homo. Sequimur enim Stoicorum sententiam, ζῶον non esse animalia: sed tamen Galenus *in libro in utero*, & libro proprio ὁ ζῶον κατὰ γένεσιν, quomodo & leges Lycurgi & Solonis docent ζῶον esse animal, nam quæ abegit partum, punitur: sed hoc non tam quod animal, quam quod spem animalis peremit, *l. 2. 3. de mortuo inferendo.* idque fit fictione quadam, qua partus habetur pro animali. Idem scribit Galenus *lib. περὶ σπερματικῶν ἀρχῶν.* vide Cujacium ad *l. 2. §. 6. ff. de exeus. tut.* Tertullianus in *Apologetico*: Nobis vero homicidio severiti interdicto etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet: homicidii scilicet est, prohiberi nasci, nec refert natam quis eripiat animam, an nascentium disturbet: homo est, & qui est futurus, & fructus hominis jam in semine est. 47 In pecuniam legatam. vid. Cujac. 4 *obs.* 36. *in fin.* 48 Quod ex re ulteriùs, quamvis testatoris voluntate ac judicio ad heredem pervenerit, in Falcidiam non imputatur. 49 *l. 1. §. 2. ff. de vulgar.* 50 *l. 50. ff. eod.* Retineri hic intellige legata, quæ apud heredem ipsum remanent: qualia sunt, & quæ vel ab initio non constiterunt, vel quæ postea deferuntur. 51 Puta per contra tabulas, vel querelam inofficii. 52 *l. 43. §. 1. ff. de cond. & demonstr.* 53 Appellatio suspendit sententiæ effectum, *l. 6. §. 1. ff. de his qui not.* hinc videri potest pars hæc obligata quodammodo fuisse in bonis defuncti.

54 Hinc videri potest, partem illam perire heredi. 55 Ut *l. ult. ff. de his qui dejecer.* 56 *l. 80. in pr. & fin. ff. eod. l. 1. §. 1. ff. si cui plus quam per leg.* 57 Quarum illæ principales, hæ secundæ dicuntur. scripti ad *l. 11. ff. testam. quemadm. aperiant.* 58 Una Falcidia in duplicibus testamentis servatur. Fit & in eisdem legatorum & bonorum contributio: in Falcidia in eis detrahenda mortis paternæ tempus inspicitur, bonorum augmentum vel diminutio post contingens legatariis nec prodest, nec nocet. 59 Legata. Goth. Vid. Donell. 8. *c. 23.* Duaren. *ad tit. c. 8.* Cuj. *lib. 4 obs. 34.* Govean. *hoc loco.* Ant. 60 Substitutus pupillo, hoc loco legata à pupillo relicta integra solvit: quæ ab eo relicta non solvit, sed contributioni locus est. 61 *l. 18. §. 1. ff. de test. mil.*

62 Contributio fit heredi à legatario, *ut hic, & l. 14. & 1. l. 15. l. 30. §. 7. l. 79.* ff. *eod.* Contributio enim ostendit, quantum cuique debeatur. 63 Velut. *Hal.* quod improbat Cujac. 4 *obs.* 34. *in fin.* 64 *Al.* quid enim. *Govean.* 65 Hoc verbum, *quadrante*, expungit Govean. *hic.* Cujacius vero defendit, 4 *obs.* 34. 66 Id est, pupillaribus. dixi ad *l. 11. C. test. quemadm. aperiant.* 67 Ut enim opus. *Hal.* ut enim confusio patrimonii, Ranconetus, & post eum Balduinus tractatu ad legem Falcidiam: ut enim opes patris formam capiunt, & originem, & inde contributio legatorum, ita, &c. *Govean. hic.* ut sit sensus, ut in duplicibus tabulis opes & bona, de quibus legata relinquuntur & præstantur, capiunt patris formam (dicuntur namque patrimonium), & originem (quia a testatore proficiscuntur: sic inde contributio legatorum nascitur, quod absurdum sit separari legatorum rationem, quæ ex iisdem bonis relinquuntur.

61 Id est, arbitrio, quem prætor dare solet ad ineundam quantitatem patrimonii. *l. 1. §. 6. ff. tit. proxim.* 62 Vide ad hanc legem Ant. Fabr. 4 *conjectt.* 13.

63 Puta ad me ejus substitutum pervenit.

64 Ut id, quod ad me ita pervenit, augeat legata à me relicta.

65 Hæc non de substitutione intelligenda, sed de jure accrescendi.

66 Id est, à me.

67 Id est, si omiserit: & eo casu portio mei coheredis mihi tamen non substituto adcresceret.

68 Additionem. *Ital.*

69 Id est, à me.

70 Id est, nomine ejus expresso. *l. 1. §. de liberis.*

71 Id est, non ita.

72 Hæc enim verba sunt communia: ideoque meus coheres, quamvis mihi non sit substitutus, legata a me relicta, quasi à se relicta, solida præstabit.

73 Vid. Cujac. 4 *obs.* 35. & 15. *c. 4.*

74 Nihil hic de substitutione proponitur, sed de portione defecta adcrescente, non repudiata: quod colligitur ex verbo *vindicavero*, quod mox sequitur.

75 Utputa, quia filtra dodrantem legatum erat ab eo, legata erant ab eo tredecim, cum legatum duodecim tantum esset.

76 Ut ita legatariis integra tredecim præstem.

77 Ut puta, quia ille partem vel repudiat, vel capere non potest, & ea mihi accedit, & ita onerata ejus portio meæ non oneratæ accedit.

78 Et male, ff. *eod.* sensus est: Quemadmodum quod ex substitutione coheredis ad me pervenit, legata à me relicta auget, §. 13. ff. *eod.* ita & accrescens ejus portio meis proficit legatariis: quia repudiante coherede ex parte utraque videor ab initio instituta. *Govean.*

79 Imo Cassio, fuit enim Julianus Cassianus; & ideo Cujacius monet hic legendum esse, *Cassio.* v. Cuj. 25 *obs.* 22. *in fin.*

80 Non commiscendas. Cujac. 4 *obs.* 35. 81 Cujus partem testator non gravavit, meam vero exhausit. 82 Aliud est, si ante aditam, §. 13. ff. *eod.* & ita, Quod ex arrogatione coheredis ad me pervenit, est, cum legatariis meis proficit: est, cum non proficit. *Goveanus.* 83 Videor eo casu ejus universa bona acquisivisse. 84 Ut ita non prosit legatariis, quibus à me legatum est, portio non gravata coheredis mei. 85 *l. 4. ff. de annuis. l. 10. ff. quando dies legat.*

86 Eorum enim dies non semel, sed per singulos annos cedit. *l. 11. ff. quando dies legat.* Et ea ratione in annuis legatis, & stipulationibus annuis ab initio cujusque anni computandum est tempus præscriptionis. *l. 7. §. ult. C. de præscr. 30 ann.* 87 *l. 45. in fin. ff. eod.* 88 Nec enim propter incertam conditionem fieri potest computatio. 89 Puta nudo pacto. *l. 84. in fin. ff. de reg. jur.*

90 Sunt enim quædam natura debita, quæ soluta repeti possunt. Ea cum possint invito heredi extorqueri, mirum non est, si ejus hereditatem non augeant, neque legatariis proficiant. vid. *Govean.* 91 Et male, ff. *eod.* Cur ita? vid. *l. 10. ff. de obl. & act.* 92 Ut *l. 95. ff. eod. l. 41. §. ult. ff. de evict.* 93 Ab eo cui successit. 94 Confundit res suas cum defuncti bonis, qui defuncti hereditatem adit: igitur qui adiit, confundit; aditionque ipsa confusionem parit. 95 Quid sit, vid. *l. 42. ff. de religiosis.* 96 *V. l. ult. §. 9. C. de jure delib.* 97 *§. ult. inst. eod.* De funeraria actione, v. *l. 14. §. 6. ff. de relig.* 98 De sumptu funerum & sepulturæ dixi ad leg. XII tabularum.

99 Talis enim esse potest. *l. 3. ff. de bon. poss. l. 119. ff. de verb. sign.* 100 Hereditatem scilicet majori pretio quam valuit: siquidem illud heres habet ex stultitia emptoris, non ex dispositione defuncti: ideoque ea summa nil proderit legatariis. 1 Emens rem majori & immodico pretio, *stultitia* emissa videtur. Unde colligitur, compendium negotii extra rem esse. *l. 47. §. 6. ff. de Adm. tut.* Bonis defuncti non adnumerari, quod heres sua prudentia vel stultitia venditoris quæsivit. 2 Id enim etiam potest ante hereditatem aditam. 3 Hujus paragraphi rationem fructumve se ignorare profitetur *Castrens.* sed ad hunc locum Goveanus videndus est, *hic.* 4 *l. 3. C. ad Trebell.* 5 *l. 68. in fin. pr. ff. eod.* 6 Trientes usuræ leves sunt. vid. Capitolinum *in Alexand.* suntque tertia pars usuræ centesimæ. Centesima est, quæ singulis mensibus centesimam sortis partem solvit. De trientibus usuris vide Hotomann. 1 *de usuris.* 7 Puta à Titio. 8 Titii scil.

9 Id est, cum inibitur ratio patrimonii heredis. 10 *l. 6. C. eod.* 11 Et merito, quia *jure hereditario habere* non videor, quod alio herede instituto eam habiturus: ideoque, neque in restitutionem hereditatis id veniet. *l. 68. ff. de legat. 2.* 12 Vide ad hanc legem Antonium Faburn. 4 *conjectt.* 12. 13 Verbis legati, vel fideicommissi non necessarie, hoc est frustra, & inutiliter relinquitur, quod ex debiti causa præstari necesse est. 14 Quia id sine tuo legato consequi potest. 15 Puta creditrici. 16 Cur? pollicitatio facta Reipublicæ obligat pollicentem. *l. 1. §. 1. ff. de pollicitationib.* 17 Id est, ejus quod ex sua pollicitatione debuit. 18 Id est, testator. 19 Ab herede scilicet. 20 Creditores scilicet. 21 Cui scilicet testator nihil de suo dat, nisi ei plus legaverit, quam debuit: tunc enim de superfluo fideicommittere potest.

22 Id est, si pure legavero stipulanti, quod illi in diem vel sub conditione debui. 23 Utilitatis hæc æstimatio verstatur in repræsentatione. *l. 1. §. 10. ff. eod.* 24 Inde igitur Falcidia detrahetur, æstimata tamen utilitate legati quam dies vel conditio remissa infert. *l. 2. ff. de dote præleg.* 25 Adde *l. 82. ff. de legat. 2.* 26 *§. 14. Inst. de legatis.*

patris & contributio legatorum inde capiunt & formam & originem, ita plures substituti, subducta persona pupilli, revocandi sunt ad intellectum institutionis. † Quid tamen dicemus de altero substituto, qui non est oneratus: si forte nondum legata pupillus à se relicta solvit, & aliquid ultra dodrantem sit: in omnibus & ipsum Falcidiam habiturum? At quin quartam habet: neque idem patiatur instituti comparatio. rursus si negemus, aliud aperte, quam quod volgo probatum est, respondetur. Itaque varietas exiltet: ut is quidem, qui proprio nomine oneratus est, velut institutus desideret quartam: alter autem, qui non est oneratus, ut substitutus, licet portio largiatur ejus, non in solidum conveniatur propter calculi confusionem. Huic consequens est, ut si pupillo de Falcidia cautum [68] fuit, duobus committatur stipulatio: videlicet in eam quantitatem, quam unusquisque sibi retinere potuisset. §. 7. Quæsitum est, si quis pupillo coheredem substituisset: quemadmodum legis Falcidiæ ratio inquiri debeat, & quale est, quod volgo diceretur, *legatorum rationem separandam?* Dixi, quantum ad legata, quæ pater à filio, item à substituto reliquit, nullam fieri posse separationem; cum communi calculo subjiciantur, & invicem inducant [69] contributionem: sed legata, quæ ab instituto extero data sunt, permisceri cæteris non oportere: ideoque quartam pupillo datæ portionis habere substitutum, quamvis suam portionem habeat, ut institutus; & aliam causam esse ejus, qui ex variis portionibus heres scriberetur: ibi enim legatorum confundi rationem non minus, quam si semel fuisset nuncupatus ex ea portione, quæ conficeretur ex pluribus; neque referre, pure sæpe, an sub diversis conditionibus sit heres institutus. §. 8. Si quis exheredato filio substituit heredem institutum, & ab eo tabulis quoque secundis legaverit: necessario ratio confundetur. cum ideo legata valere [70] dixerit Julianus à substituto relicta, quod idem patri heres exstiterit.

68 Ut *l.* 31. ℱ. *eod.*

69 *l.* 78. *in fin.* ℱ. *eod.*

70 Imo non valent. *l.* 103. ℱ. *de leg.* 3. *l.* 77. §. 31. ℱ. *de legat.* 2.

Si creditor successerit debitori.

XII. IDEM [lib. XXX Quæstionum].

SI debitor, creditore herede instituto, petisset [71], *ne in ratione legis Falcidiæ ponenda creditum suum legatariis reputaret* [72]: sine dubio ratione doli [73] mali exceptionis apud arbitrum Falcidiæ defuncti voluntas servatur [74].

De tacito fideicommisso.

XIII. IDEM [lib. XXXVII Quæstionum].

SI tacitum fideicommissum [75] servus injungente domino susceperit, habiturum eum legis Falcidiæ beneficium, quia parere [76] domino debuit, constitutum est. Idemque placuit in filio, qui fuit in patris potestate.

An dos imputetur in Falcidiam. 1. De onere retentionis omittendæ. 2. De tabulis pupillaribus.

XIV. IDEM lib. IX Responsorum.

PAter [77] filiam, quæ à viro diverterat, heredem pro parte instituit, & ab ea petiit, *ut fratri & coheredi suo portionem hereditatis acceptam, deducta sexta, restitueret*: admissa compensatione dotis in Falcidiæ ratione: Si pater dotem consentiente [78] filia non petisset, Falcidiam quidem jure [79] hereditario, dotem [80] autem jure proprio [81] filiam habituram, respondi: quia dos in hereditate patris non inveniretur [82]. §. 1. Avia nepotibus heredibus institutis, fideicommisit, *ut omissa* [83] *retentione* [84], *quæ per legem Falcidiam ex alio* [85] *testamento competebat* [86], *solida legata fratribus, & coheredibus solverent*: Recte [87] datum fideicommissum respondi, sed hujus quoque onus in contributionem [88] venire. §. 2. Duobus [89] impuberibus substitutum, utrique [90] heredem existentem, in alterius hereditate Falcidia non uti convenit, si de bonis alterius impuberis quartam partem hereditatis patris, quæ ad filios pervenerit, retineat. §. 3. Quod si [frater fratri [91]] legitimus heres extitit, & impuberi supremo substitutus, portio quidem paternorum bonorum, quam intestatus puer accepit, rationi Falcidiæ non confundetur: sed quartam ejus tantum portionem substitutus retinebit, quam impubes accepit, qui substitutum habuit.

De mortis causa donatione. 1. De stipulatione, ne Falcidia utatur. 2. De annuis legatis. 3. Si creditor successerit debitori. 5. De donatione inter virum & uxorem. 6. De fructibus. 7. De fideicommisso portionis supplendæ gratia. 8. De æstimatione testatoris.

XV. IDEM lib. XIII Responsorum.

QUod [92] bonis jure Falcidiæ contribuendum [93] est à debitore, cui mortis [94] causa pacto [95] debitum remissum est, in factum [96] concepta replicatione [97] retinebitur. §. 1. Frater, cum heredem sororem scriberet, alium ab ea, cui donatum volebat, stipulari curavit [98], ne [99] *Falcidia uteretur, & ut certam pecuniam, si contra fecisset, præstaret.* privatorum [100] cautione legibus [1] non esse refragandum constitit: & ideo sororem jure publico retentionem habituram [2], & actionem ex stipulatu denegandam.

§. 2. Non [3] idcirco minus Falcidiæ rationem in cæteris annuis [4] legatis admitti visum est, quod primo ac secundo anno, sine ulla detractione fuissent legatario soluta. §. 3. Quod avus ex causa tutelæ nepoti debuit [5], cum avo nepos solus heres extitisset, ratio Falcidiæ si poneretur, in ære alieno bonis deducendum respondit: nec ad rem pertinere, quod heredem avus, idemque tutor rogaverat, ut si sine liberis ante certam ætatem decederet, tam hereditaria, quam propria bona restitueret: non enim ex hoc hereditatem debito compensatam videri, cum vel ideo maxime declaretur, non esse compensationem factam, quoniam heredem suum habere propria bona defunctus ostendit. † Plane si conditio fideicommissi fuerit impleta, fructus hereditatis post mortem avi percepti, pari pecunia debito tutelæ compensabuntur: sed quartam heres nepotis de bonis [6] duntaxat, quæ moriens avus reliquit, retinebit. §. 4. Cum fideicommissum ex voluntate matris a patre moriente debitum filio pater hereditate sua, quam in filium conferebat, compensari voluit: quod filio debetur, si ratio Falcidiæ poni cœperit, fini [7] quadrantis, quem ex bonis patris cum effectu percepit, compensabitur, atq; ita superfluum æris alieni dodranti tantum detrahetur. §. 5. Ex donationibus [8] in uxorem collatis, quod heres ejus reddere viro cogitur, in bonis mulieris non erit: nam ita fit locupletior, ut tanto pauperior esse videatur: quod autem heres inde minuit, viro non [9] perit. §. 6. Fructus prædiorum sub conditione verbis fideicommissi relictos, in causam fideicommissi non deductos heres in ratione Falcidiæ sic accepto facere sibi cogitur, ut quartam, [&] quartæ fructus ex die mortis, bonorum quæ mortis tempore fuerunt, habeat. Nec ad rem pertinet, quando Falcidia Lex admissa sit: nam etsi maxime post impletam conditionem fideicommissum locum habere cœpit, tamen ex die mortis fructus [10] quadrantis apud heredem relinqui necesse est.

§. 7. Fideicommissum portionis supplendæ gratia, pro qua matrem filius heredem instituit, eidem matri datum ratione Falcidiæ minuitur: & eam pecuniam mater supra [11] quartam portionis suæ percipiet. §. 8. Quarta, quæ per legem Falcidiam retinetur, æstimatione [12], quam testator fecit, non magis minui [13] potest [14], quam auferri [15].

De Falcidia ab initio non detracta.

XVI. SCÆVOLA lib. III Quæstionum.

SI ex pluribus rebus legatis heres quasdam solverit [16], ex reliquis Falcidiam plenam per doli [17] exceptionem retinere potest, etiam pro his, quæ jam data sunt. §. 1. Sed etsi una res sit legata, cujus pars soluta sit: ex reliquo potest plena Falcidia retineri.

De testamento militari, & codicillis post missionem factis.

XVII. IDEM lib. VI Quæstionum.

SI post missionem [18] faciat codicillos miles [19], & intra annum decedat: ex testamento, quod in militia jure militari fecit, plena [20] legata; ex codicillis, habita [21] Falcidiæ ratione, præstari debere dicitur. sed res ita expedietur: si cum quadringenta haberet, testamento quadringenta, codicillis centum legaverit, ex quinta parte (id est, octoginta, quæ ad legatarium ex codicillis pervenirent, si Falcidiam non pateretur) quartam (id est, viginti) heres retinebit.

De castrensi peculio. De mortuo apud hostes.

XVIII. PAULUS lib. XI Quæstionum.

FIliusfamilias [22], qui [23] militaverat, decedens patris sui fidei commisit codicillis [24], *ut peculium suum castrense Titio post mortem restitueret* [25]. Quærebatur an [26] ut heres [27] quartam deducere possit? Dixi, * legem Falcidiam inductam [28] esse à Divo Pio etiam in intestatorum [29] successionibus propter fideicommissa: sed in proposito nec hereditatem [30] esse: quamvis [31] placeret mihi, extraneo herede instituto, fieri hereditatem aditione ejus; nam cum apud patrem remanet, jus pristinum durat, & peculium est. nec huic contrarium est, quod in testamento ejus, qui apud [32] hostes decessit, exercetur Falcidia: nam fictio legis Corneliæ & hereditatem & heredem facit. sed me non dubitare, quin debeat id quoque indulgeri legis [33] beneficium, si quidem [quasi [34]] patrisfamiliæ bona restituere cogitur, & heres scriptus, omissa ex testamento aditione, exemplo Edicti legatorum nomine convenietur. §. 1. His consequens erit, ut, si ex fructibus medio tempore quartam, & quartæ fructus [35] habuerit pater, etiam Trebellianum Senatusconsultum inducamus, & utiles actiones exerceri possint, fiatque hereditas [36] post restitutionem.

De venditione.

XIX. SCÆVOLA lib. VIII Quæstionum.

SI dignum decem [37] fundum damnetur heres quinque vendere [38]: sine dubio quinque [39] erunt imputanda [40] Falcidiæ [41].

Si legetur domino heredis.

XX. IDEM lib. IX Quæstionum.

SI à [42] servo [43] meo herede instituto mihi legetur, & mihi adquiratur hereditas: negat [44] Mæcianus, id legatum in Falcidia computari: quia non debeatur [45].

De naturali obligatione. 1. De domino & servo coheredibus vel collegatariis.

XXI. PAULUS [lib. XII Quæstionum].

SI pupillus, cui sine tutore auctore decem mutua data sunt, legatum à creditore meruerit, sub hac conditione, *si decem quæ acceperit, heredi reddiderit*: una numeratione & implet conditionem, & liberatur naturali [46] obligatione [47], ut etiam in Falcidia heredi imputentur: quamvis non imputarentur, si tantum conditio-

71 *l.* 6. *C. de hered. act.*
72 Et sic ut compensaret sibi debitum. *l.* 85. ℱ. *de legat* 2.
73 V. quæ scripsi ad *l.* 22. ℱ. *eod.*
74 Nam in imponenda ratione legis Falcidiæ creditor heres à debitore institutus, suum creditum detrahit. *l.* 6. *C. eod.*
75 Hic Goveanus scribit, legata incapacibus ad fiscum pertinere, & in eis fiscum Falcidiam pati: quo nomine reprehenditur à Cujac. 7 *observat.* 31. ℱ. *eod.*
76 Adde *l.* 10. *in fin.* ℱ. *de his, quæ ut indign.* v. *l.* 37. ℱ. *ad leg. Aquil.* *l.* 14. ℱ. *de falsis.*
77 Falcidiæ non imputantur data inter vivos filio à patre vel extraneo, dotis vel donationis causa: hujusmodi enim res à patrimonio donatoris exceptæ fuerunt. v. Graff. §. *Falcidia. qu* 16.
78 Dixi ad Ulp. 6. §. 4.
79 Falcidia jure hereditario retinetur, *ut hic.* ut & jure testamenti. *l.* 42. ℱ. *de vulg.* Cur ita? dixi ad *l.* 30. ℱ. *de act. empt.*
80 Dos mulieris est proprium patrimonium, etiam si sit in patris potestate, *ut hic.* & *l.* 4. ℱ. *de collation.* *l. denique.* §. *ergo.* ℱ. *de minorib.*
81 V. *l.* 3. §. 5. ℱ. *de minorib.* *l.* 16. ℱ. *de religios.* *l.* 4. ℱ. *de collat.* hinc collige, Quæ extra causam testamenti capiuntur, in Falcidiam non imputari. Imo, dos in quartam imputatur, *l.* 29. *C. de inoff.* & filia alterutro contenta esse debet. *l.* 22. §. 3. ℱ. *soluto.*

6 *l.* 58. §. 5. ℱ. *ad Trebell.*
7 De hoc loquendi genere v. *l.* 19. ℱ. *de compensationibus.*
8 Adde *l.* 32. ℱ. *de donat. inter vir.*
9 Proinde heres marito id præstare tenebitur.
10 *l.* 17. *C. eod.*
11 *l.* 22. §. 2. ℱ. *ad Trebell.*
12 *l.* 81. §. *si liberi.* 4. ℱ. *de leg.* 1.
13 *l.* 27. *in fin.* ℱ. *eod.*
14 Hodie potest. *Novell.* 1. *cap.* 2.
15 Augeri.
16 Uni & eidem legatario sc. *arg. l.* 15. §. 2. ℱ. *eod.* idque sine diminutione, ac integre; ideoque non est mirum, *Novell.* 1. *cap.* 3. votari heredem uni legata integra, aliis non integra solvere; est enim ejus diversa ab hac lege species.
17 Vid. *l.* 22. ℱ. *eod.*
18 Alias, ante missionem facti à milite codicilli ad legem Falcidiam non pertinent.
19 *l.* 92. *l. ult.* ℱ. *eod.* *l.* 17. 18. 19. ℱ. *de test. milit.*
20 In militis testamento legi Falcidiæ locus non est. *l.* 1. §. 12. ℱ. *tit. prox.* *l.* 1. §. 18. ℱ. *ad Trebell.* *l.* 12. *C. de testam. milit.*
21 Dixi ad *l.* 12. *C. de test. milit.*
22 V. Langebekium *cap.* 27 *annotat.*
23 Et sic veteranus.
24 Nullo testamento facto, atque ita intestatus filius patrem rogat, ut mortuus restituat peculium.
25 Moritur pater, ejus heredibus peculium conceditur, quartam retinere volunt.
26 Pater scil.
27 Filii.
28 Quia legis Falcidiæ verba ad testatorum tantum successiones pertinent.
29 Falcidia proprie ad testamenti causam pertinet; trahitur tamen & ad causam intestati, *ut hic.* sic lex Glicia proprie pertinet ad testamenta, trahitur tamen ad codicillos factos ab intestato. vide Cujac. *Novell.* 18.

82 Atqui dotem pater gravare potest. *l. ult.* §. 5. ℱ. *de legat.* 2. 83 Nepotes rogare non possumus, ne Trebelliana utantur. 84 Vid. quæ scripsi ad *l.* 93. ℱ. *eod.* 85 Falcidiam deduci ex nostro testamento prohibere non possumus: ex alieno, possumus. 86 Res enim heredum legari possunt. 87 Res heredum legare possumus: sed tamen ejus fideicommissi onus in contributionem venit. 88 In ratione legis ponenda legata omnia contribuuntur, hoc est, ea, quæ testator de suis bonis reliquit, & quæ de bonis heredis. vide *l.* 11 §. 5. ℱ. *eod.* 89 *l.* 42. ℱ. *de vulgari.* 90 Si pluribus unus substitutus, utrique directo succedit, contributio locum habet: secus si uni directo, alteri per consequentiam succedit. *Bart.* 91 Mortuo scil. intra pubertatem. 92 *Al.* quod de bonis. 93 Vide *l.* 14. §. 3. ℱ. *eod.* 94 Donationes mortis causa referuntur in cumulum bonorum, ut inde Falcidia detrahatur. *Goveanus.* 95 De non petendo vide *l.* 82. ℱ. *eod.* 96 Διηγηματικῶς. sic in Glossis Philoxeni. vide Theophil. *Institut. de except.* Replicatio in factum respondet exceptioni in factum. *l.* 4. *l.* 23. ℱ. *de except.* ubi dixi. 97 V. *l.* 22. ℱ. *eod.*
98 Sensus est, quemadmodum testamento vetari Falcidia secundum regulam juris antiqui non potest, ita conventione alligari heres non potest, vivo testatore, ne Falcidia utatur. vide Cujac. *ad Novell.* 1. 99 Falcidiæ detractionem olim non potuisse prohiberi à testatore, hoc est, detractam fuisse contra testatoris voluntatem, hinc colligitur. hodie potest prohiberi: de quo vide *Authent. sed cum testator. C. ad leg. Falcid.* vide Manticam 9 *de conject.* 13. *num.* 3.
100 Vide *l.* 20. ℱ. *de religiosis.* 1 *l.* 13. *C. de testament.* 2 Hodie non habet. *Novell.* 1. *cap.* 2. Nam si Falcidia testamento prohiberi potest, eidem potest & inter vivos renunciari, *l.* 46. ℱ. *de pactis.* Sed in *d. l.* 46. non dicitur legatarius satisdationem remisisse vivo testatore, sed hoc potius, à legatario non minus heredi eam satisdationem remitti posse, quam à testatore.
3 Hodie aliud. *Novell.* 1. *cap.* 3. 4 Non ea sunt annua, quæ annua, bima, trima die relinquuntur, ut sentit *hic Gov.* unde & eo nomine reprehenditur à Cuj. 7 *obs.* 20. 5 *l.* 6. *C. eod.*

30 Id est, peculium, de quo agitur, non fuit apud patrem tanquam hereditas, qui peculium apud se retinuit jure potestatis: id enim patri licet, quoties filius jure suo non utitur. *l.* 17. ℱ. *de castrensi.* non est etiam hereditas: ergo nec detrahetur quarta, quia quarta tantum detrahitur ex hereditate.
31 Id est, non sufficit filium de peculio castrensi testatum esse, ut peculium ejus censeatur hereditas: necesse est enim præterea, ut adeatur ex testamento. 32 *l.* 1. §. 1. ℱ. *eod.* 33 Falcidiæ scilicet inductæ à Divo Pio in successionibus intestatorum. 34 Sensus est, Pater quasi legitimus heres filii restituit: merito igitur quasi heredi legitimo legis Falcidiæ beneficium ei indulgebitur. 35 *l.* 58. §. 5. ℱ. *ad Trebell.* 36 Peculium castrense, quod fuit apud patrem non ut hereditas, post restitutionem ejus à patre factam, hereditas censetur. 37 Si fundum dignum decem, heres quinque vendere jussus sit, quinque legata intelliguntur. vide *l. qui fundum.* 87. ℱ. *eod.* Nam cum ex fundo digno decem, heres à legatario pretii nomine quinque accipit, altera quinque tantum sunt in legato. Proinde, & de his quinque heres Falcidiam detrahet, ut detrahere solet ex aliis legatis. Quod si heres fundum æquo pretio vendere damnetur Titio, utile erit legatum: cum forte Titio expediat etiam æquo pretio eum fundum consequi velut vicinum, vel a majoribus alteri relictum. *l. etsi æquo pretio.* 66. ℱ. *de legat.* 1. An ex hoc legato Falcidiam heres deducet? minime, cum nihil de suo testator eroget. 38 Legatum est utile, *l.* 66. ℱ. *de legat.* 1. Quid, si rem dignam quinque jussus sit heres decem emere? vide *l.* 30. §. 1. ℱ. *eod.*
39 Quæ scilicet pretii loco heres accepit. 40 Cur hoc pretium in Falcidiam imputatur? loco rei cedit. 41 Reliqua quinque legatum intelliguntur. *l.* 30. §. 1. *l.* 65. *l.* 87. ℱ. *eod.*
42 Si à servo herede instituto domino legetur, legatum valet. §. *an servo.* 32. *Inst. de legat.* *l. cum legato servo.* 17. ℱ. *quando dies legatorum.* Itaque hujusmodi legato cætera legata non diminuentur, si jussu domini servus hereditatem adierit, *ut hic.* Nam in Falcidiam imputatur hoc legatum. *l. à filio.* 25. ℱ. *de legat.* 1. 43 Quid, si à filio? vide *l.* 25. ℱ. *de leg.* 1. Quid, si à domino herede instituto, servo legetur? inutile est legatum propter regulam Catonianam, neque convalescit, quandoque servo manumisso. §. *an servo.* 32. *Inst. de legat.* Itaque domino in Falcidiam imputabitur. *l.* 78. ℱ. *eod.* Neque reliqua legata per hujusmodi legatum minuentur.
44 Imo imputabitur. *arg. l.* 25. ℱ. *de legat.* 1. 45 Etiam servo manumisso: idque ob regulam Catonianam. §. 32. *Instit. de legat.* 46 Atqui constat pupillum naturaliter non obligari, *l.* 41. ℱ. *de condict. indeb.* vide quæ scripsi ad *l.* 59. ℱ. *de obligat. & act.* Gothofr. Vide Goveau. hic, & Goed. *de contrahend. stipulat. cap.* 7. *num.* 254. Ans. 47 Vide *l.* 5. ℱ. *de fidejuss.*

ditionis implendæ causa data fuissent. Adeo autem & solvere videtur, ut repudiato legato, vel Sticho, qui legatus est, mortuo, nihil repetere possit. §. 1. Si ego [48], & servus meus heredes instituti simus ex diversis partibus, nec à servo erogatus dodrans his, quibus à me legatum est: contra Falcidiam proderit, quod ex portione servi ad me pervenit supra Falcidiam ejus portionis. Ex contrario si servo meo servus, & mihi decem legata fuerint: servi Falcidia ex decem mihi legatis non tenetur, exemplo eodem Falcidiæ [49]: nam quartam retineo ex persona [50] servi, quamvis de mea portione nihil exhaustum sit.

48 Vid. ad hunc § Cujac. *lib.* 8 *observ.* 35. S. L.

49 Eodem exemplo Falcidiam quartam. Cujac. *loc. cit.* 35.

50 *l.* 1. §. 14. ff. *eod. l.* 78. *in fin.* ff. *eod.*

De prælegato. 1. De legatis ab herede, & fideicommisso à domino heredis relictis. 2. Si servus domino substituatur. 3. De debitore, qui non est solvendo.

XXII. IDEM lib. XVII Quæstionum.

NEsennius Apollinaris Julio Paulo. Ex facto, *domine*, species ejusmodi incidit: Titia filias suas tres numero æquis ex partibus scripsit heredes, & à singulis legata invicem dedit, ab una tamen ita legavit tam coheredibus ejus, quam extraneis [51], ut Falcidiæ sit locus, Quæro, an adversus coheredes suas, à quibus legata & ipsa accepit, uti possit Falcidia: & si non possit, vel doli [52] exceptione summovenda est, quemadmodum adversus extraneos computatio Falcidiæ iniri possit? Respondi [53], id quidem, * quod à coherede legatorum nomine percipitur, non [54] solet legatariis proficere [55], quo minus Falcidiam patiantur: sed [56] cum is, qui legatum præstaturus est, ab eodem aliquid ex testamento petit, non est audiendus, desiderans uti adversus eum Falcidiæ beneficio, si id, quod percepturus est [57] ex voluntate testatoris, suppleat, quod deducere desiderat. Plane cæteris legatariis non universum, quod coheredi præstat, imputabit: sed quantum daturus esset, si nihil ab eo perciperet. §. 1. Servo herede instituto, si à domino fideicommissa, à servo legata data sunt: prius ratio legatorum habenda est, deinde ex eo, quod supereſt fideicommissorum. dominus enim ideo tenetur, quod ad eum pervenit: pervenit autem, quod deductis legatis supereſt. plane [58] Falcidiam exercet. §. 2. Sed & si dominus, omissa hereditatis additione, servum sibi substitutum adire jussit: prius erogantur, quæ ab ipso domino data sunt; tunc eorum, quæ à servo relicta sunt, ratio initur, si paritur Falcidia. §. 3. Si debitori [59] liberatio legata sit, quamvis solvendo non sit, totum legatum computetur [60]: licet nomen hoc non augeat hereditatem, nisi ex [61] eventu. Igitur, si Falcidia locum habeat, hoc plus videbitur legatum, quod huic legatum esset: cætera quoque minuentur legata per hoc, & ipsum hoc per alia: capere enim videtur, eo quod liberatur. §. 4. Sed si alii hoc nomen legetur, nullum legatum erit: nec cæteris contribuetur.

51 *Sic lege*, quam extraneis: ut Falcidiæ sit locus, quæro, &c.

52 V. quæ scripsi ad *l.* 23. ff. *eod.*

53 Ad postremam quæstionem scil. id est, quemadmodum adversus extraneos computatio Falcidiæ iniri possit.

54 *l.* 74. *l.* 86. *l.* 91. ff. *eod.*

55 Id est, in quartam heredis non imputatur, quod quis à coherede percepit. ut *l.* 91. ff. *eod.*

56 Respondet priori quæstioni, An scilic. coheres prælegato honoratus, ex eo detrahat Falcidiam.

57 *l.* 35. §. 1. ff. *de hered. inst.*

58 *l.* 6. ff. *si quis omissa caus.*

59 *l.* 82. ff. *eod. l.* 31. §. 1. *& ult.* ff. *de mortis caus. donat.*

60 *Al.* computatur.

61 *l.* 56. §. 1. ff. *eod.*

De fundo & via legatis.

XXIII. SCÆVOLA [lib. XV Quæstionum].

SI *fundus* mihi legetur, *& via*: in Falcidiæ ratione, si tantum [62] sit in via, quantum [63] amplius est in Falcidia, integer fundus capietur, & [64] via perit. † Sed si *via* legetur, nec solvendo sit hereditas: non debebitur. † Videndum etiam, si *fundo & via legato*, minus ex utroque desideret, quam sit viæ pretium? potest coacta [65] ratione dici, non tantum fundum solidum capi, sed [66] etiam ut doli [67] exceptio tantum sarciat, quantum deest: ne plus habeat, quam Falcidia desiderat. ut tunc solum via intercidat, quotiens plus Falcidia desiderat, quam est viæ pretium.

62 *l.* 122. *in fin.* ff. *de legat.* 1. *l.* 70. ff. *de legat.* 2.

63 *Vulgar.* quanta.

64 Nec, *Govean.* reprehensus ab Antonio Fabro 4 *conjecturar.* 6.

65 Coacta ratio: stricta ratio.

66 Sed & viam. Ita emendat vir clarissimus & collega meus Jacobus Lectius.

67 Falcidiæ retentio non fit nulla exceptione opposita, ut quidam perperam putant, sed ope exceptionis doli, vel in factum, *ut hic. l.* 12. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 22. ff. *eod. l.* 80. *in fin.* ff. *eod. l.* 21. *in fin.* ff. *ad Treb.* Idque apud judicem.

68 *l.* 6. ff. *de his, quæ ut indignis.* Goth. Vide Govean. *hic.* & Charond. *verosimil. lib.* 2. *cap.* 3. Anf. Adde Cujac. *lib.* 26 *observ. cap.* 11. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2 *cas.* 49. S. L.

69 *l.* 21. §. 1. ff. *de annuis.*

De patre & filio coheredibus. 1. De fideicommisso legatarii.

XXV. SCÆVOLA [lib. IV Responsorum].

MAritum suum & filium communem æquis partibus heredes instituit. Quæsitum est, an in ratione legis Falcidiæ imputandum sit marito, quod ad eum ex eadem hereditate per filium pervenit? Respondit, si ex institutione filii tantum retineat, quantum ad Falcidiam satis sit: nihil quartæ nomine deducendum. §. 1. A liberto, cui fundum legaverat, per fideicommissum Seiæ annua decem dedit. Quæsitum est, si lex Falcidia liberti [69] legatum minuerit, an Seiæ quoque annuum fideicommissum minutum videatur, cum reditus largiatur annuam præstationem? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri minutum, nisi alia mens testatoris probetur.

De linea margaritarum quæ est apud legatarium. 1. De statuis.

XXVI. IDEM [lib. V Responsorum].

LIneam [70] margaritarum trigintaquinque legavit, quæ linea apud legatarium fuerat mortis tempore. Quæro, an ea linea heredi restitui deberet propter legem Falcidiam? Respondit, posse [71] heredem consequi, ut ei restituatur; ac, si malit, posse vindicare [72] partem in ea linea, quæ propter legis Falcidiæ rationem deberet remanere. §. 1. Quæsitum est, an pretium statuarum [73] Falcidiam pati debeat? Respondit, debere.

70 Linea margaritarum, ornamentum est quod mulieres inserunt collo ex margaritis contextum. Græci κατχρυσιὸν κόσμον. vid. Cujac. 8 *obs.* 2. hinc colligere possis, Falcidiam & legitimam detrahi ex quibuscunque rebus. Hottomann. 4 *obs.* 10. putat eam etiam detrahi ex quibuscunque aliis rebus, quam corporibus.

71 *l.* 21. ff. *ad Trebell.*

72 Falcidia lege non tantum quartæ retentionem dari, sed etiam vindicationem, hinc colligunt. quod Cujacius improbat, *lib.* 4 *observ.* 2.

73 Quia alias dividi non possunt. *l.* 80. *in fin.* ff. *eod.* 74 Ne scilicet heres utatur Falcidia. vid. *l.* 15. *in fin.* ff. *eod.* 75 Hodie valet hujusmodi conditio, nempe ut heredes scripti caveant, contentos se tot aureis futuros, &c. *Novell.* 1. *cap.* 2. 76 Conditio in fraudem adjecta pro non adjecta habetur. *Bald.*

Si patri legetur.

XXVIII. MÆCIANUS lib. I Fideicommissorum.

PAter [77] quoque in legatis, quæ filius ei dedit, alio herede instituto, legis Falcidiæ rationem patitur.

77 Falcidiam etiam pater in legatis sibi a filio relictis patitur.

De re à legatario vel fideicommissario heredi post tempus restituenda.

XXIX. PAULUS [lib. II Fideicommissorum].

SI à me tibi fideicommissum [vel legatum] est, tuque id post tempus rogatus sis mihi restituere, non puto hoc imputandum esse in Falcidiam: quia incipio postea quasi [78] fideicommissarius id recipere.

78 Quod heres habiturus est non jure hereditatis, non imputatur in Falcidiam. *Bart.*

De eo, quod accidit post mortem testatoris. De jusso vendere vel emere certo pretio. 2. De damno post mortem testatoris illato. 3. De eo, quod heredi datur conditionis implendæ causa. De eo quod heres non figura conditionis accipere jussus est. 10. Si legetur heredi, vel servo heredis, vel servo proprio.

XXX. MÆCIANUS [lib. VIII Fideicommissorum].

IN ratione legis Falcidiæ mortes [79] servorum, cæterorumque animalium, furta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta pejora nomina, in summa quodcunque damnum, si modo culpa legatarii careant, heredi [80] pereunt: quemadmodum [81] ad heredis lucrum pertinent fructus [82], partus ancillarum, & quæ per servos adquisita sunt (ut stipulationes, rerum traditiones, legata, hereditatesve his datæ, cæteræ donationes), item servitutes, quibus liberata prædia pretiosiora fierent; actionesque adquisitæ, ut furti, damni injuriæ, similesque quorum nihil in rationem legis Falcidiæ cadit.

§. 1. Vendere [83] autem vel emere [84] jussus certo pretio fundum, aliamve quampiam rem, in legis Falcidiæ ratione, cum quantum sit legatum, requiratur, tantum eo nomine inducetur, quanto pluris minorisve sit res ea quantitate, quam quo pretio testator accipi darive jussit. sed [85] ut ei quidem portioni, quæ legatis deductis facienda erit, amplius deducetur. quippe non nostri [86] causa capi id pretium: sed eo deducto pretium reliquum legatum esse intellectum est. §. 2. Rursus diligenter animadvertendum est, ne quod dicitur, *damna post mortem testatoris illata ad solum heredem respicere*, usquequaque, & sine [87] ulla distinctione recipiatur: quod [88] enim [89], remota lege Falcidia, in totum juris foret, hoc idem fore in ea parte, quæ lege Falcidia constitueretur. hoc enim attinet, damna postea facta non deduci, ne amota portio legatis fideive commissis detrahatur. §. 3. Verum est autem, his solis, quæ pondere [90], numero, mensura constant, nec damno postea incidente, ex portione, quæ fieri [91] ad æstimationem eorum bonorum, quæ mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. §. 4. Certis vero corporibus, & his ipsis ita relictis, *Pecuniam, quam* [92] *in illa arca: vinum quod in illis doliis: pondus argenti, quod in illis horreis* [93] *habeo*: si sine culpa heredis deperierunt, vel deteriora sunt facta, proculdubio aut [94] nihil debebitur, aut eorum, quæ exstabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quæ per legem Falcidiam efficiatur ex æstimatione bonorum, quæ mortis testatoris tempore fuerint. §. 5. Incertæ autem res relictæ distinctionem recipiunt. nam si ex suis rebus incertam rem testator reliquisset, veluti, *argentum, quod elegerit* [95], & omne argentum testatoris interisset sine culpa heredis: nihil deberetur. sin vero argenti pondus pure relictum esset: quamvis omne argentum testatoris deperisset, admissa lege Falcidia, portio ejus quantitatis sumetur, quæ fuit in bonis eo tempore, quo testator decessit: nec ad imminuendam eam quicquam damna postea incidentia proficient. §. 6. Res tamen, quæ interierint, pro nulla parte, ac ne æstimatio quidem debeatur: non magis, quam si omnes res per speciem enumeratæ relictæ essent.

§. 7. Tametsi autem legis Falcidiæ ratione, quæ [96] conditionis implendæ causa heredi sunt data, in quartam non computantur: tamen id, quod non figura conditionis accipere jussus est ab [97] eo, cui hereditatem restituere rogatus est, Celso & Juliano nostro placuit computari [98], quemadmodum si ea summa heres vendere eas res jussus esset. quia non conditionis implendæ causa, sed quodammodo pro pretio inferre sunt jussi. Quo loco amplius quæsitum est, an fideicommissarius quoque invitus cogatur dare eam summam, & [99] recipere hereditatem, quasi & ipsius fideicommissum esset? Sed id verisimile non est, cum talis oratio magis ipsius causa, quam contra ipsum posita videatur.

§. 8. Cum lex Falcidia intervenit, non [100] veniunt in contributionem [1], quæ ipsi heredi à semetipso [2] vel servo ejus legata fideive commissa sunt. † Alia causa est eorum, quæ in diem certam dantur: nam, si libertatis [3] dies cœpit cedere, ei debebuntur, & in contributionem veniunt. Ac ne ea quidem, quæ quis servis suis inutiliter [4] sine libertate legavit, fideive commisit, in computationem ejus legis cedunt. §. 9. Res, quas neque per fideicommissum relinqui posse certum est, in legis Falcidiæ computationem non veniunt.

79 *V. l.* 73. ff. *eod.* Pone totam hereditatem defuncti, mortis ejus tempore dignā 1200: legatarium vero 900 petere, ut jure Falcidiæ 300 maneant apud heredem. Pone heredem hac exceptione uti, hereditatem defuncti ita imminutam esse, ut 900 tantum valeat. heredem denique postulare ut ex 900 Falcidiam detrahat.

80 Quid, si inventarium factum sit? an heredi peribunt? negat Bartol. *arg. l. ult.* §. 4. *C. de jure deliber.*

81 Damna & lucra obvenientia hereditati post mortem testatoris, ad heredem spectant, non ad legatarios. v. tamen §. 2. ff. *eod.*

82 *l.* 73. ff. *eod.*

83 *l.* 19. ff. *eod.* Vendere jussus rem minoris, quam valet, pretio, quo plus ea res valebit, eo & plus in legato fuerit: per contrarium jussus emere majori pretio, quo majus pretium rei fuerit, eo & plus in legato erit.

84 Si rem diguam quinque, decem emere jussus sit heres, quinque duntaxat legata intelligentur, *ut hic.*

85 Goveanus monet hunc locum corruptum esse.

86 Non mortis causa, *Govean. hic.* ut si quæras, cur id, quod pretii loco datur, deduci oporteat, cum quæritur, quantum in legato sit? Responderi possit, ideo deduci, quia mortis causa non capitur: eo deducto, quod reliquum fuerit, in legato erit.

87 Interdum enim perit res legatario. *l.* 26. §. 1. ff. *de legat.* 1.

88 Partis ad partem ea ratio est, quæ totius ad totum est.

89 Quemadmodum heres damnum omne præstat, si Falcidiam nullo modo gravatam habet: ita si in parte gravati Falcidiam habebit, in parte damnum sentiet.

90 Pecunia, frumento, vino.

91 Fieri solet. *Hal.*

92 *V. l.* 37. ff. *de verb. obl.*

93 In horreis res pretiosissimæ reponi solitæ erant. *l.* 3. §. 2. ff. *de off. Præf. vigil.* adde quæ de horreis scripsi ad *l.* 7. ff. *de instructo.*

94 *l.* 26. §. 1. ff. *de legat.* 1.

95 Electionis legatum incertum. 96 *l.* 40. *in fin. l.* 44. *l.* 90. *in fin.* ff. *eod.* 97 Ab eis quibus res certas restituere rogatus est. Ita emendat Ant. Fab. 6 *conject.* 3. 98 §. 1. ff. *eod.* 99 Hæc verba, *& recipere hereditatem*, glossema esse existimat Ant. Fab. 6 *conject.* 3. 100 Legata, quæ non valent, non veniunt in rationem legis Falcidiæ. *Bart.* 1 *V. l.* 11. §. 5. ff. *eod.* 2 Nec enim posset heredi à semetipso legari. *l.* 116. §. 1. ff. *de leg.* 1. 3 Nam si liberato dies cœpit cedere. Cujac. 14 *obs.* 10. *in fin.* 4 §. 32. *Inst. de legat.* 5 *l.* 1. ff. *si cui plus quam per legem Falcidiam.* 6 *l.* 45. §. 1. ff. *eod.* 7 *l.* 1. §. 9. ff. *si cui plus quam per leg. l.* 21. ff. *ad Treb.* 8 Pœnales actiones (exceptis popularibus) in bonis actoris sunt, licet morte reorum (imo & actoris) intercidere possint. 9 Pœnales actiones aut legitimæ sunt, aut honorariæ. 10 Ut furti non manifesti. *Inst. de noxal.*

De actionibus pœnalibus. 1. De actionibus honorariis. 2. De cautione quanto amplius. 3. De legato annua, bima, trima die. 4. De fidei legatario commisso. 5. De libertate.

XXXII. MÆCIANUS [lib IX Fideicommissorum].

POEnales [8] actiones, sive [9] legitimæ [10], sive honorariæ, exceptis

De cautione, quanto amplius ceperit, reddi.

XXXI. POMPONIUS [lib. II Fideicommissorum].

IS, cui fideicommissum solvitur, sicut is, cui legatum est, fatisdare debet [5] quod amplius ceperit, quam per legem Falcidiam ei licuerit, reddi: veluti cum propter conditionem aliorum fideicommissorum, vel legatorum, legis Falcidiæ causa pendebit. Sed & secundum [6] Cassii, & veterum opinionem, si à pupillo fideicommissa capiuntur, propter ea quæ à substituto erunt relicta, cavere debebit is cui solvatur. Nam quamvis repetitio sit eorum, quæ fideicommissi nomine non debita solventur, tamen satisdato [7] cautum debet esse ei, à quo pecunia proficisceretur, ne damnum sentiat deficiente eo cui solutum erit.

ptis [12] popularibus, in bonis actoris non ideo minus computandæ sunt, quia morte reorum intercidere possiunt. E contrario autem eædem actiones nihil bonis rei, defuncto eo detrahunt. Sed ne in actoris quidem bonis, defuncto eo, injuriarum [13] actio poterit computari: quia & ipsa simul [14] cum eo intercidit, ut usufructus [15], & id, quod in [16] dies, menses, annosve singulos alicui, *quoad vivat*, debeatur. Etenim ea demum obligatio rei bonis diminutionem præstat, quæ in heredem transit. Nec contrarium est, quod, vivente reo, eo minus in bonis ejus intelligebatur: nam etsi ita stipulatus esset, ut cum moreretur, debere ei inciperet, tamen augerentur bona ejus, quemadmodum si ipse sub eadem conditione promisisset, defuncto eo minuerentur.

§. 1. *Honorariæ* quoque *actiones*, quæ intra certum tempus à Prætore promittuntur, cum bonis [16] actoris, defuncto eo, augmentum [17] rei [18], decessionemve, si tales erunt, ut in heredem quoque transeant, præstabunt. §. 2. Julianus scribit, si utriusque heredis pars exhausta est legatis, & alter ex heredibus cautionem [19] Prætoriam accepit à legatariis, non æqualiter, sed pro suo modo legis Falcidiæ rationem & actionem ex stipulatu habiturum; omnes enim Prætorias stipulationes ejusdem [20] interpretationis esse: nam constare, ex judicatum solvi stipulatione, sive à parte actoris sive [à] rei plures heredes extitissent, non omnibus nec adversus omnes actionem contingere, sed duntaxat his, qui vicissent, & adversus victos; hisque adversus quos res defensa non esset, adversus eos [21], qui rem non defendissent.

§. 3. Annua, bima, trima die aureis centenis legatis, ex omnibus [22] summis, non [23] tantum ex posterioribus portionem legis Falcidiæ detrahi placuit. §. 4. Si Titio viginti legatis portio per legem Falcidiam detracta esset, cum ipse quoque quinque Seio rogatus esset restituere: Vindius noster tantum Seio pro portione ex quinque detrahendum [24] ait, quantum Titio ex viginti detractum esset: quæ sententia & æquitatem & rationem magis habet: quia exemplo heredis legatarius ad fideicommissa præstanda obligabitur: nec, quia ex sua persona legatarius inducere legem Falcidiam non potuit, idcirco, quod passus esset, non imputaturum; nisi forte testator ita fidei ejus commisisset, ut totum, quidquid ex testamento cepisset, restitueret.

§. 5. Si autem manumittere servum vel suum vel alienum rogatus sit: omnimodo præstare debebit libertatem. nec hoc contrarium est superiori: quia favor [25] libertatis sæpe & alias benigniores sententias exprimit.

XXXIII. Paulus [lib. III Fideicommissorum].

SI servus tibi legatus sit, eumque rogatus [26] sis manumittere, nec præterea capias unde quartam, quæ per Falcidiam retinetur, recipere [27] possis: Senatus censuit, cessare Falcidiam [28].

XXXIV. Marcellus [lib. LXII Digestorum Juliani [29] notat [30]].

IN testatoris servo non erit Falcidiæ locus. Si vero pecuniam [31] aliudve quid legaverit, fideique legatarii commiserit, ut alienum servum vel legatarii manumitteret, locus erit.

XXXV. Ulpianus [lib. VI Disputationum].

PLane si quid sit præter ea [32] legatum ipsi servo, Falcidiæ locum fore Senatus declaravit. Unde Scævola ait in eo, quod præterea servo legatum est, ita Falcidiam admittendam, ut inde, & quod pro servo præstandum est, sumatur.

XXXVI. Paulus [lib. III Fideicommissorum].

SEd si non servus ipse legatus sit, sed pecunia [33], rogatusque sit legatarius *servum suum manumittere*, Falcidiam patietur, & nihilominus [34] cogetur manumittere: quia [35] tanti æstimasse videbitur servum suum. §. 1. Quid, si alienus servus fuerit? in eo non plus, quam accepit, ad redimendum cogitur impendere.

§. 2. Sin vero heres servum rogatus sit manumittere, placet, pretium [36] ejus, ut æs alienum, deducendum esse.

§. 3. Si solus servus legatus, & [37] fideicommissa libertate donatus fuerit: licet Falcidia interveniente, totus vindicari petive potest. sed etsi aliud [38] præterea capiat legatarius, adhuc servus totus peti potest. quartam autem utriusque ex legato retinendam, ne impediatur libertas. §. 4. Si incertum sit, an libertas præstari debeat, veluti quod [39] sub conditione, vel post [40] tempus data sit, nunquid [41] incerto eo, an præstetur, cum possit aut servus mori, aut conditio deficere, interim Falcidia admittenda est? deinde cum libertas competere vel deberi cœperit, tum legatarius illam partem recipiat, quam Falcidia detraxit? Cæcilio placebat, si quid ex operis ejus medio [42] tempore consecutus fuerit heres: id in pretium ejus erogare eum debere, propter legis Falcidiæ rationem.

XXXVII. Valens lib. VI de Fideicommissis.

EJus servi æstimatio, perinde ac [43] statuliberi fieri debet.

§. 1. Sed & si heres servum alienum rogatus est manumittere, placuit, ut etiam hujus pretium ex æstimatione hereditatis deduci debeat.

De statulibero. 1. De servo communi. 2. De servo fructuario, pignorato, sub lege commissoria distracto, ad diem addicto.

XXXVIII. Hermogenianus lib. I juris Epitomarum.

STatuliber heredis non [44] auget familiam [45]. §. 1. Communes servi in utriusque [46] patrimonio connumerantur.

§. 2. Cujus usufructus alienus est, in dominio proprietatis connumeratur: pignori dati, in debitoris [47]: sub lege commissoria distracti, item ad diem addicti, in venditoris.

Quorum servorum pretium aris alieni loco deducitur.

XXXIX. Paulus lib. III Sententiarum.

ÆRis [48] alieni loco deducuntur non solum pretia eorum, quibus libertas data est, & eorum, qui supplicio sunt affecti [49]: sed & ejus, quem Prætor propter [50] indicium proditæ mortis [51], vel detectæ eorum [52] conjurationis, libertate donavit.

De testamento veterani. 1. De eo, qui dat conditionis implendæ causa.

XL. Hermogenianus lib. IV juris Epitomarum.

AD veterani [53] testamentum, sive paterfamilias, sive filiusfamilias sit, licet intra [54] antium missionis decedat, lex Falcidia pertinet. §. 1. Si [55] cui, *si* [56] *decem dedisset*, viginti fundus fuisset legatus: is in toto fundo legatarius habebitur.

De legatis præstitis sine cautione.

XLI. Paulus [lib. IX ad Edictum].

DOlo [57] carere non videtur [58], si jam mota [59] quis controversia hereditatis legata sine [60] cautionibus det [61].

De æstimatione.

XLII. Ulpianus [lib. XIV ad Edictum].

IN Falcidia æstimatio pretii rerum *ex* [62] *veritate* facienda est.

De postliminio.

XLIII. Idem [lib. XIX ad Edictum].

SErvi qui apud hostes [63] sunt, post mortem testatoris reversi, quod ad Falcidiam pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem.

De dato conditionis implendæ causa.

XLIV. Idem [lib. XXI ad Edictum].

FAlcidia intervenire [64] non potest: si statuliber de alieno dedit, non [65] de bonis defuncti; vel alias est homo liber, qui conditioni [66] implevit.

De legato in diem, 1. Vel sub conditione.

XLV. Paulus [lib. LX ad Edictum].

IN lege Falcidia non habetur pro puro, quod [67] in diem relictum est: medii [68] enim temporis commodum computatur.

§. 1. In his legatis, quæ sub conditione relicta sunt, Proculus putabat, cum quæritur de lege Falcidia, tantum esse in legato, quanti venire possunt: quod si est, & deductio sic potest fieri, ut tantum videatur vi [69] deberi, quanti nomen venire potest: sed hæc sententia non probatur: cautionibus [70] ergo melius res temperabitur.

De eo qui se daturum promisit, vel per legem Falcidiam retinere poterat.

XLVI. Ulpianus [lib. LXXVI ad Edictum].

QUi, quod [71] per Falcidiam retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spopondit se daturum [72], cogendus est [73] solvere [74].

De annua legatu. 1. Quibus competit beneficium leg. Falcidiæ.

XLVII. Idem [lib. LXXIX ad Edictum].

LEx Falcidia, si interveniat, in omnibus pensionibus locum habet. sed hoc ex postfacto [75] apparebit: ut puta in annos singulos legatum relictum est: quamdiu Falcidia nondum locum habet, integræ pensiones annuæ dabuntur: sed enim si annus venerit, quo fit, ut contra legem Falcidiam ultra dodrantem aliquid debeatur, eveniet, ut retro omnia legata singulorum annorum imminuantur. §. 1. Nunquam [76] legatarius [77] vel fideicommissarius, licet ex Trebelliano Senatusconsulto restituitur ei hereditas, utitur lege Falcidiæ beneficio.

Si emptor venditori successerit, vel è contra.

XLVIII. Paulus [lib. II ad Edictum Ædilium Curulium].

CUm emptor venditori vel contra heres exstitit, evicto homine [78] utrum duplum in æs alienum deducere vel computare debeat, an simplum? duplum enim esset [79], si alius heres exstitisset [80]. Et benignius est, eodem herede existente, simplum ei [81] imputari.

Si servo legato legetur. 1. Si fundus & ad eum via legetur.

XLIX. Idem [lib. XII ad Plautium].

PLautius [82]: Servo, quem tibi legaveram, fundum legavi. Atilicinus, Nerva, Sabinus, primum in servo rationem legis Falcidiæ habendam; & quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram: deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiæ portionem decessuram, sicut ex omnibus legatis. Cassius, quod servo pars lege Falcidia decedat, incipere servum fieri communem [83] heredis & legatarii: communi [84] autem servo cum legatum sit, totum [85] pertinere ad socium: quia in eam personam legatum consistere possit: qua ratione semel ex fundo partem legis Falcidiæ decessuram. Paulus: Cassii sententia utimur: nam & Divus Pius rescripsit, servo communi fideicommissum datum, totum ad socium pertinere. §. 1. Interdum evenit, ut propter rationem legis Falcidiæ, sequens legatum extinguatur, veluti si fundus & ad eum via legata sit per alium fundum: nam si pars fundi remanserit in hereditate, non potest procedere viæ legatum: quia * per partem [86] servitus adquiri non potest.

L. Celsus [lib. XIV Digestorum].

NOn est dubium, quin ea [87] legata, à quibus heres summovere exceptione [88] petitorem potest, in quartam ei imputentur, nec [89] cæterorum legata minuant.

LI. Julianus [lib. LXI Digestorum].

NEc interest, utrum ab initio quasi inutile fuerit, an ex accidenti postea in eum casum perveniisset legatum, ut actio ejus denegaretur.

LII.

---

11 Populares actiones in bonis non sunt.

12 Injuriarum actio in bonis actoris, eo defuncto non computatur. *l. 13. §. de injuriis.*

13 Injuriarum actio una cum actore moriente intercidit.

14 Usufructus mortuo fructuario extinguitur.

15 Debitum in diem, quoad vivat creditor, eo mortuo extinguitur.

16 Tum bonis. *Hal.* in bonis. *Goveanus.*

17 Augmentum, tum rei decessionem. Petr. Faber apud Cujac. 7 *obs.* 35. adde Vertranium Maurum ad *lib. 5 Varron. de lingua.*

18 Rei vero decessionem. *Goveanus.*

19 Cautio hæc quæ est? quod amplius, quam per legem Falcidiam liceat, reddi. dixi *l. 3. §. 4. f. cui plus quam per legem.* Interdum tamen officio judicis interponitur hæc cautio. *l. ex facto. 35. §. de heredibus instit.*

20 *l. 7. §. de Prætoriis stipul.*

21 Stipulatio interposita ab uno ex heredibus, ad alios non porrigitur. *Bart.* item, Si pœna committitur ex stipulatione Prætoria facto unius heredis, ipse solus, non alii, tenebitur.

22 *V. l. 2. C. eod.*

23 Centum, annua, bima, trima die legata sunt. Primorum annorum pensiones plenæ solutæ sunt: plenæ, hoc est, sine detractione Falcidiæ; Quæritur an ut ex posterioribus pensionibus Falcidiam deducere vult heres, ita possit ex omnibus, hoc est, anterioribus? potest. adde *l. 15. §. non id circo. 2. §. eod.*

24 Imo nihil detrahendum. *l. 25. in fin. §. eod. l. 97. §. de legat. 1. l. 77. §. 3. §. de legat. 2.*

25 Favor libertatis facit: at quis servo suo libertatem præstet, quamvis ipse in legato Falcidiam patiatur.

26 *l. 36. §. 3. §. eod.*

27 Reficere. *Goveanus. hic.*

28 Nec enim Falcidia libertatem minuit. *l. 34. §. eod. l. 6. in fin. §. de fideicommiss. lib. l. 8. §. 9. §. de ineff.*

29 *Al.* Julianus.

30 Quid notat Marcellus? senatusconsultum ad servum duntaxat testatoris pertinese.

31 *l. 36. §. eod.*

32 *l. 36. §. 3. §. eod.* Servo legato, cui per fideicommissum libertatem reliquimus, si quid prætorea legaverimus, in eo legato Falcidia ponetur ex senatusconsulto. Ita fiet, ut & heredi salva fiat Falcidia, & libertas non impediatur.

33 *l. 34. §. eod.*

34 Et sic plus præstat, quam accepit.

35 *l. 70. §. de legat. 2.* 36 *l. 39. §. eod.* 37 *l. 33. §. eod.* 38 *l. 35. §. eod. l. 56. §. 4. §. eod. l. 5. §. de legat. 2.* 39 Veluti si sub. *Hal.* 40 *l. 56. §. 3. §. eod.* 41 Hanc particulam expungit Goveanus. 42 *l. 58. §. 5. §. ad Treb.* 43 Non est enim statuliber, cui per fideicommissum data est libertas. Directa libertas vel post tempus, vel sub conditione data statuliberum facit. *Govean.* 44 Cur? propter incertam ipsius statuliberi conditionem. 45 Id est, substantiam, bona, hereditatem, ὑπὸ ὄρον ἐλαττούμενα· ἢ συμψηφίζεται ἐν τῇ οὐσίᾳ τὰ ἐληλογισμένα. 41 *Eclog. cap. 36. & Scholion.* 46 ἐκ αὐξει τὴν οὐσίαν τῶν ἐληλογισμένων. Domini. 47 Est enim dominus. *l. 6. l. 9. C. de pignoratitia.* 48 *V. l. 36. §. 1. §. eod. l. 6. C. eod.* 49 Quod dominum non juvissent. *l. 1. §. de Silliano.* 50 *V. l. 4. §. de bon. lib.* 51 Domini scilic. *Græcis hic.* 52 Reorum. *Hal. sur' αὐτῶν. Eclog. 17.* adversus ipsos.

53 Vid. *l. 17. §. eod.* dixi ad *l 12. C. de test. milit.*

54 *l. 92. §. eod. l. 5. C. de test. mil.*

55 Si acceptis quinque fundum heres dare jubetur, totus fundus legatus intelligetur, & de toto Falcidia detrahetur, & quinq; extra quartam mortis causa capiuntur. adde *l. 19. §. eod. & ibi Goveanus.*

56 Id est, sub conditione. *l. 76. §. eod.*

57 Culpa. *l. 4. §. 2. in fin. §. tit. prox.*

58 Gestor scilic. negotiorum vel actor.

59 Aliud, si non mota. *l. 22. §. 4. C. de jure delib.*

60 *l. 9. §. 4. §. ad exhibend.*

61 Præstet, vel solvat.

62 *l. 15. in fin. §. eod. l. 60. in fin. l. 62. in fin. l. 63. §. eod. l. 81. §. 4. in fin. §. de leg. 1.*

63 Quia fiunguntur non fuisse capti. *l. 5. §. 1. §. de captivis.*

64 Falcidiam heres an deducere possit de eo quod statuliber conditionis implendæ causa non heredi dare gravatus est? si statuliber ex peculio suo dat, Falcidia in eo locum habet: si de alieno, non habet. Non enim in bonis defuncti fuit, quod datum est. vid. Langebekium. *c. 56 annot.*

65 *V. l. 36. §. de mort. caus. donat.*

66 *l. 76. §. eod.*

67 *V. l. 73. §. 4. §. eod.*

68 *l. 58. §. 5. §. ad Treb.*

69 Vi deberi, δυνάμει, *l. 29. §. de rec. qui arbitr. l. 1. §. de condit. & demonstr.*

70 *l. 1. §. 16. §. eod. l. 1. §. 7. §. tit. prox.*

71 *l. ult. C. eod.*

72 Is plenam fidem exhibet testatori. *l. ult. C. eod. l. 46. §. de pact. l. 20. in fin. §. de donat.* v. Cujac. ad *Novell. 1. sel.* 139.

73 Imo non est cogendus: nam si cogitur, juri publico, id est, legis Falcidiæ beneficio derogat: id autem fieri non potest. *l. 15. §. 1. §. eod.*

74 Nec enim audiendus est fuæ confessioni repugnans. vid. *l. 20. in fin. §. de donat.*

75 Imo, ab initio computatio fieri debet. *l. 68. §. eod.*

76 Imo aliquando: idque etiam æquitas suadet: nam cum exemplo heredis ad legata præstanda obligetur, æquum est etiam eum Falcidia uti. *l. 32. §. 4. §. eod.*

77 Ut enim Trebelliano locus sit, non sufficit de hereditate rogatum esse, sed quasi heredem rogari oportet. *l. 22. in fin. §. ad Trebell.* Legatarius autem non est heres. 78 Fingamus enim emptorem duplani stipulatum, quo casu res ei vendita evinceretur: fingamus eundem suo venditori heredem esse: fingamus rem ei evictam esse. 79 Is scilicet consecuturus. 80 Id est ei-, à quo rem vendidam emit. 81 Id est, ab eo: ut sit sensus, Emptor idemque heres venditori, utcunque duplum fuerit stipulatus a venditore: si tamen ei res evincitur, simplum imputat æri alieno hereditatis, non duplum. adde *l. 2. §. 15. in fin. §. de hered. vend.* 82 *V.* Langebek. *c. 34 annot.* Goth. Adde Ant. August. *emend. lib. 1. c. 6. S. L.* 83 Falcidia admissa servus legatus fit communis inter heredem & legatarium, *ut hic.* Cur sit communis? quia heres utens jure suo, ut heres & dominus retinet Falcidiam jure hereditario, *l. 14. §. eod.* jure testamenti. *l. 42. §. de vulgar.* 84 Communi servo cum libertate & sine libertate, legari potest, totumque legatum socio testatoris adquiritur. Paul. 3 *sent. 6. §. 4. l. 63. §. 9. §. pro socio.* 85 Imo totum non pertinet. *l. 37. §. 1. §. de adqu. rer. l. 7. §. 1. §. de stip. serv.* 86 Adde *l. 136. in fin. §. de verb. obl.* 87 *l. 11. §. ibi l. 51. l. 52. l. 76. l. 78. in fin. §. eod.* 88 Exceptione removeri qui potest à legati petitione, legatum habuisse non intelligitur, ideoque id genus legati heredi imputatur in quartam, neque cæterorum legata minuet. 89 Imputatio in quartam ideo introducta est, ut quam minimum legata minuerentur: quippe Falcidia legata minuit.

LIII. MARCELLUS [lib. IX Digestorum].

EX asse patronum [89] heredem instituit libertus, cum ducentos [90] aureos in bonis haberet, & legavit filio centum [91] viginti, extraneo reliqua [92]: diminutio [93] legati, quod extraneo [94] præstat legatum, proficit filio ad consequenda solida, quæ ei legata sunt. §. 1. Quacunque ex causa [95] legata non præstantur, imputantur heredi in quartam partem, quæ propter legem Falcidiam remanere apud eum debet.

De legatis puris & conditionalibus.

LIII. CELSUS [lib. XVII [96] Digestorum].

SI propter ea, quæ [97] sub conditione legata sunt, pendet legis Falcidiæ ratio: præsenti die data, non [98] tota vindicabuntur.

De fundo in familia relinquendo.

LIV. MARCELLUS [lib. XV Digestorum].

PAter filium, ex quo tres habebat nepotes, heredem instituit, fideique ejus commisit, *ne* [99] *fundum alienaret, & ut in familia eum relinqueret*: filius decedens tres filios scripsit heredes. Quærendum est, an omnino quasi creditores unusquisque in ratione legis Falcidiæ aliquid possit deducere: quia in potestate sua habuit pater, cui ex his potius relinqueret? Sed hac ratione nemo in Falcidiæ ratione quicquam deducet. quod videndum, ne dure constituatur. utique enim in alieno [100] ære habuit fundum: necessitate quippe obstrictus fuisset filiis eum relinquendi.

De annuis legatis.

LV. IDEM [lib. XX Digestorum].

CUm Titio in [1] annos singulos dena legata sunt, & judex [2] legis Falcidiæ rationem inter heredem & alios legatarios habeat: vivo quidem Titio, tanti litem æstimare debeat, quanti venire id legatum potest, in incerto posito quamdiu victurus sit Titius: mortuo autem Titio non aliud [3] spectari debet, quam quid heres ex ea causa debuerit.

Si is, cum quo de peculio agi poterat, heres creditori extitit. 1. De libertate. 4. Si testator futuro heredi quadrantem vivus dederit.

LVI. IDEM [lib. XXII Digestorum].

CUm [4] quo de peculio agi poterat, heres creditori exstitit. Quæris, cujus temporis peculium computari oporteat in Falcidia lege? Plerique [5] putant, quod tunc in peculio fuerit, cum adiretur hereditas, inspiciendum. Ego dubito [6]: quoniam * mortis [7] tempus in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit observari. quid enim interest, peculium servi post mortem creditoris diminutum sit, an debitor pauperior factus [8]? §. 1. Aliquis dicet, Quid ex contrario, si ante aditam hereditatem adquisierit servus? & ego quæram, Si debitoris, qui tunc non [8] erat solvendo, ampliatæ facultates fuerunt? & cum in isto placuerit ex post facto uberiorem videri fuisse hereditatem, sicuti cum conditio [9] crediti exstitit post mortem, ita etiam peculii incrementum pleniorem faciet hereditatem. §. 2. Scævola notat: Quid ergo, si idem servus defuncto & alii dena debuit, & una decem habuit? augetur scil. & his hereditas, decem, quæ defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manentibus. §. 3. Is, qui in bonis unum duntaxat servum habebat, legavit eum Titio, & fidei ejus commisit, ut post triennium [10] manumitteret. deber ex eo, quod interim ex operis servi ad Titium pervenire potest, quarta apud heredem remanere: quemadmodum si directo post triennium servo libertatemque Stichi fidei ejus commisit. Lex Falcidia minuit legata, redimere ab herede partem debes, quemadmodum si tibi utrumque legasset. §. 5. Sæpius evenit, ne emolumentum ejus legis heres consequatur. nam si centum aureorum dominus vigintiquinque alicui dedisset, & eum instituerit heredem, & dodrantem legaverit: nihil aliud sub occasione legis Falcidiæ intervenire potest. quia vivus [13] videtur heredi futuro providere.

De dote.

LVII. IDEM [lib. XXVI Digestorum].

CUm [14] dotem maritus alicui legaverit, ut uxori restituatur: non [15] habere legem Falcidiam locum, dicendum est: & sane in plerisque ita observatur, ut omissa interpositi, capientis persona spectetur.

Quando l. Falcidiæ beneficium implorari potest.

LVIII. MODESTINUS [lib. IX Regularum].

LEgis Falcidiæ beneficium heres etiam post [16] longum [17] tempus mortis testatoris implorare [18] non prohibetur.

De eo, qui id egit, ut fideicommissum intercideret. 1. De tacito fideicommisso.

LIX. IDEM [lib. IX Pandectarum].

BEneficio legis Falcidiæ indignus esse videtur, qui id egerit, ut fideicommissum intercidat. §. 1. Præterea qui non [19] capienti rogatus est restituere hereditatem, Senatusconsulto Planciano [20] non conceditur quartam retinere: sed ea quarta, quam non retinuit, ad [21] fiscum pertinet ex rescripto Divi Pii.

De tabulis pupillaribus. 1. De in litem jurando.

LX. JAVOLENUS [lib. XIV ex Cassio].

CUm pater impuberi filiæ heredem substituit, id, quod ei legatorum nomine à patre obvenit, cum hereditas ad substitutos pertinet, in computationem legis Falcidiæ non venit. §. 1. Legato petito [22], cum in litem juratum est [23], ratio legis Falcidiæ, non ejus summæ in quam legatarius juraverit, haberi debet; sed ejus, quanti re [24] vera [id] fuit, quod petitum est: nam id, quod pœnæ [25] causa adcrevit, in legem Falcidiam non incidit.

De re aliena legata.

LXI. IDEM lib. IV Epistolarum.

ALienus fundus tibi legatus est: hunc heres cum emere [26] nisi infinito pretio non posset, emit multo pluris, quam quanti erat: qua emptione effectum est, ut legatarii ad legem Falcidiam revocarentur. Quæro, cum si fundus tanti, quanti revera emptus esset, legata non fuerant excessura jus legis Falcidiæ: an hoc ipso heres institutus partem revocandi à legatariis jus habeat, quod ex voluntate defuncti pluris emerit fundum, quam quanti erat? Respondit, * quod amplius [27] heres, quam pretium fundi, legatario solvit, id lege Falcidia imputari non potest: quia negligentia ejus nocere legatariis non debet, utpote cum is confitendo, veram [28] æstimationem præstare poterat.

De duobus reis. 1. De æstimatione.

LXII. ULPIANUS lib. I ad legem Juliam & Papiam.

IN lege Falcidia hoc esse servandum Julianus ait, ut si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, si quidem socii sint, in ea re dividi inter eos debere obligationem, atque si singuli partem pecuniæ stipulati essent vel promisissent: quod si societas inter eos nulla fuisset, in pendenti [29] esse, in utrius bonis computari oporteat id quod debetur, vel ex cujus bonis detrahi.

§. 1. Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem [30] æstimanda erunt, hoc est, secundum præsens [31] pretium: nec quicquam eorum formali [32] pretio æstimandum esse sciendum est.

LXIII. PAULUS lib. II ad legem Juliam & Papiam.

PRetia [33] *rerum* non ex affectu, nec utilitate [34] singulorum, sed [35] communiter [36] funguntur [37]. Nec enim qui filium naturalem [38] possidet, tanto locupletior est, quod eum, si alius possideret, plurimo [39] redempturus fuisset. † Sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet quanti eum patri vendere potest: nec exspectandum est, dum vendat: sed in præsentia, non qua filius alicujus, sed qua homo æstimatur. † Eadem causa est ejus servi, qui noxa [40] nocuit: nec enim delinquendo quisque pretiosior fit. † Sed nec heredem post mortem testatoris institutum servum tanto pluris esse, quo pluris [41] venire potest, Pedius scribit. est enim absurdum [42], ipsum me heredem institutum non [43] esse locupletiorem, antequam [44] adeam; si autem servus heres institutus sit, statim me locupletiorem effectum: cum multis casus [45] accidere possit, ne jussu nostro adeat. adquirit nobis certe, cum adierit: * esse autem præposterum, ante nos locupletes [46] dici, quam adquisierimus. §. 1. Cujus debitor solvendo non est, tantum habet in bonis, quantum [47] exigere potest.

§. 2. Nonnullam tamen pretio varietatem loca, temporaque [48] adferunt. nec enim tantidem Romæ & in Hispania oleum æstimabitur: nec continuis sterilitatibus tantidem, quanti secundis [49] fructibus: dum hic quoque non ex momentis [50] temporum, nec ex ea quæ raro accidat, caritate pretia constituantur.

Si cui legetur, quanto minus per l. Falcidiam capere poterit.

LXIV. ULPIANUS [lib. XIII ad legem Juliam & Papiam].

SI in testamento ita scriptum sit, *Heres meus Lucio Titio decem dare damnas esto: & quanto quidem minus* [51] *per legem Falcidiam capere poterit, tanto amplius ei dare damnas esto*: sententiæ testatoris standum est.

De conditione dandi.

LXV. PAULUS [lib. VI ad leg. Juliam & Papiam].

SI fundus legatus sit quinquaginta [52] dignus, sub hac conditione, *si quinquaginta heredi dedisset*: plerique putant, utile esse legatum: quia conditionis implendæ causa datur. nam constat [53], etiam Falcidiam eum pati posse. sed si quinquaginta aurei legati sint, *si quinquaginta dedisset*: dicendum, inutile [54] esse legatum & magis ridiculum esse.

De relicto in diem vel sub conditione. 1. De ære alieno.

LXVI. ULPIANUS [lib. XVIII ad legem Juliam & Papiam].

CIrca legem Falcidiam, in eo, quod sub conditione, vel in diem alicui relictum est, hoc observandum est: Si decem sub conditione alicui fuerint relicta, eaque conditio post decennium forte extiterit: non videntur decem huic legata, sed minus decem. quia intervallum temporis, & interusurium [55] hujus spatii, minorem facit quantitatem decem. §. 1. Sicuti [56] legata non debentur, nisi deducto ære alieno aliquid superfit: nec mortis causa donationes debebuntur, sed infirmantur [57] per æs alienum. quare, si immodicum æs alienum interveniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliquis consequitur [58].

De non solidi capacitate.

LXVII. TERENTIUS CLEMENS lib. IV ad legem Juliam & Papiam.

QUotiens [59] cuidam amplius legatum sit, quam ei capere liceret, & lex Falcidia locum haberet: prius [60] Falcidiæ ratio habenda est, scilicet, ut subducto eo, quod lex Falcidia excepterit, reliquum [61], si non excedat statutam lege portionem, debeatur.

De æstimatione alimentorum & usufructus. 1. Si heres rem propriam esse contendat, & hereditariam esse communatur.

LXVIII. ÆMILIUS MACER lib. II ad legem vicesimam [62] hereditatium.

COmputationi in alimentis [63] faciendæ hanc formam esse Ulpianus scribit, ut *a prima* [64] *ætate* usque ad annum vicesimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, ejusque quantitatis Falcidia præstetur: *ab anno vero viginti* usque ad annum vicesimumquintum, annorum viginti octo: *ab*

---

89 Adde *l.* 1. §. 14. *ff. tit. prox.* Goth. Vide Cujac. *lib.* 23 *obs. cap.* 24. S. L.

90 Et ita cum major esset centenario. v. §. *postea. cod. Inst. de success. liber.*

91 Centum viginti extranco, reliqua reliquis. *Accurs.* quod non placet Hotomanno.

92 Id est, octingenta. vide Antonium Fabr. 1 *conject.* 15.

93 Exoneratio. *Goveanus.*

94 Extraneo non præstatur, *Gov. hic. arg.* §. *prox.* reprehensus ab Antonio Fabr. 1 *conject.* 15.

95 *l.* 1. §. 7. *ff. tit. prox.*

96 Celsus à Proculo profectus, cujus sententia retractatur *l.* 45. §. 1. *ff. cod.*

97 Vide *l.* 50. *ff. eod.*

98 Tamen tota. *Veteres, Goveanus.*

99 Adde *l.* 32. *in fin. ff. de leg.* 2. dixi 5 *Fudor.* 13.

100 Fideicommissariam hereditatem heres in ære alieno habet.

1 Legatum annuum in pendente conditione æstimatur quanti vendi potest: post conditionis eventum, quanti est.

2 Judex legis Falcidiæ is dicitur, qui de lege Falcidia cognoscit.

3 Imo, cautio exigenda est. *l.* 1. §. 16. *l.* 45. *in fin. ff. eod.*

4 Bone exemplum in patre.

5 Ut Julianus scil. *l.* 83. *ff. eod.*

6 Imo, de eo non est dubitandum. Certum est enim peculii quantitatem, quæ aditæ hereditatis tempore fuerat, in quadrantem imputari. *l.* 81. *ff. eod.*

7 *V. l.* 73. *ff. eod.*

8 Adde *l.* 22. §. 3. *ff. eod.*

9 Aut spes. *l.* 73. §. 1. *ff. eod.*

10 Id est, post tempus. *l.* 36. §. 4. *ff. eod.*

11 *l.* 36. §. 3. *ff. eod.*

12 *Al.* legavi. *& post* commisi.

13 In quartam Falcidianam non imputantur ea quæ heredi inter vivos donata sunt, nisi ideo donata sint, ut integra heres legata præstaret, *Cujac.* hinc Paulus, Ea quæ mater viva filio donavit, in quartam non imputantur, 3 *sent.* 8. §. 3.

14 Falcidia non deducitur ex legato dotis uxori relegatæ, *ut hic.* & *l.* 81. §. 1. *ff. eod.*

15 Imo habet. *l.* 1. §. 12. *ff. de dote præleg.*

16 Facit *l.* 15. §. 2. *l.* 57. *ff. eod.*

17 An decennii? an quadraginta annorum? Jus enim omne annis 40 præscribitur, *l.* 4. *C. de præscrip.* 30 *annorum.* vide Bart. *hic.*

18 Excipiendo, non agendo.

19 Incapaci. *l.* 11. *ff. de his, quæ ut indign.*

20 Ulpian. 25. §. 17.

21 *l.* 3. *C. eod.*

22 Et non præstito.

23 Quid ita? constat enim in litem non jurari ex testamenti causa. *l.* 6. *ff. de in litem jurando.* sed hic juratum est in actione in rem arbitraria. 24 *l.* 42. *ff. eod.* 25 Res quam heres sua culpa amisit, in ejus quartam imputatur. *l.* 61. *ff. eod. l.* 15. *ff. de his, quæ ut indign.* 26 *V. l.* 88. *ff. de verb. sign.*

27 Nam legatum per damnationem, quæ res aliena legari potest, infirmatione auctoris in stipulum. v. Cujac. 14 *obs.* 36. *in fin.*

28 Vid. *l.* 42. *ff. eod. l.* 63. *ff. eod.*

29 Contra ita vid. *l.* 2. *ff. de duob. reis.*

30 *l.* 38. *ff. ad leg. Aquil.*

31 *l.* 3. §. 5. *ff. de jure fisci.*

32 Formale pretium, essine conventum à contrahentibus? an forma censuali præscriptum? an quo res empta est, aut quo vendi posset, si coleretur diligenter, ut vult Goveanus? an a testatore præstitutum? *l.* 45. §. *ult. ff. eod.* Si diligenter ipse res, *formale* hic opponitur vero & præsenti. Vero & præsenti opponi potest pretium, quod ex affectu & spe singulorum sumitur, *l.* 63. *ff. eod.* forma. le alioqui posset dici commune, *l.* 63. *ff. eod.* quod communiter sequimur. Sunt enim pretia formanda ab universa regione, non a quodam privato: non ex momento temporis, non ex eo quod raro accidit, *l.* 63. *in fin. ff. eod.* hac tamen lege formale pretium aliud est quam commune. Est igitur τύπος συμβολικὸς, singulare.

33 *d. l.* 32. *ff. ad l. Aquil.* adde *l.* 10. *de diversis temp. præscr. l.* 35. *C. de donat.*

34 Quid, emphyteuticus fundus, quemadmodum æstimatur? certa parte totius fundi. Bald. *cons.* 103.

35 Res tanti est, quanti vendi potest, *ut hic. & l.* 1. §. 16 *ff. ad Trebell.* vide tamen Socin. *reg.* 343.

36 An arbitrio judicis æstimantur? vide *l.* 3. *ff. quod certo.* An potius quod ea pretia considerandæ sint, quæ in quaque provincia vel civitate obtinent? §. *ult. ff. cod.* vid. *l.* 2. § 1. *C. ut nem. liceat in empt. spec. lib.* 10. an inspecta rei veritate? *v. l.* 42. *ff. ad l. Falcid.* vel fori pretio?

37 Finguntur. *Hal.* male: fungi est succedere in locum rei. v. Robert. 3 *rer. sent.* 14.

38 Atque ita liberum hominem.

39 Propter paternam affectionem.

40 *Al.* noxam. *vulg.* Goth. Ita etiam Floreut.

41 Propter hereditatem delatam.

42 *In l. Falcid. secus in l. Aquil.*

43 Si heres institutus sim antequam adeam, non sum locupletior: igitur, etsi servus 44 *V. l.* 33. *ff. ad l. Aquil.* 45 Quid enim, si ante moriatur? quid, si mihi hereditas suspecta? quid, si adire nolit? potest enim nolle, *l. cum proponat.* 3. *C. de hereditibus instit.* Quid, si coactus adierit? additio erit nullius momenti. *l. qui in aliena* 6. §. *ult. ff. de ædq. hered.* Neque enim nudum servi factum, sed mens attenditur. 46 Locuples quis, v. *l.* 234. §. 1. *ff. de verb. sign. l.* 126. §. 1. *l.* 166. *ff. de reg. jur. l.* 2. *ff. qui satisdare.* 47 *l.* 82. *ff. eod.* 48 Cicero 3 *in Verr.* Omnis frumenti ratio ex temporibus est. 49 Hoc est, optima annona, & annonæ maxima ubertate. 50 Et ita quo pluris res est, hodie accipimus. *l. si sterilis.* 21. §. *cum per venditorem.* 3. *ff. de act. empt.* 51 *l.* 88 *ff. eod.* 52 *l.* 19. *ff. eod.* 53 *l.* 84. *ff. de leg.* 1. 54 Si decem legata sint sub hac conditione, *si decem legatarius dederit*, legatum inutile est & ridiculum, *ut hic.* cum inter pares quantitates interusurii medii temporis. *Alexander.* 56 Similitudinem mortis causa donationum & legatorum observa. 57 *l.* 17. *in fin. ff. de mort. caus. donationib.* 58 Donari mortis causa non potest in fraudem creditorum.

59 Vide *l.* 91. *ff. eod.* 60 Hic deductio fit ex uno legato, duabus legibus, lege Falcidia & lege Julia. vide Cujac. *lib.* 7 *obsery.* 31. 61 Duas quartas filium de fideicommisso restituendo gravatum, detrahere hinc Accursius colligit: quo nomine à Cujacio reprehenditur 8 *observat.* 3. de hac quæstione dicam ad *l.* 3. §. 2. *ff. ad Trebell.* 62 De vicesima vide Cujac. 9 *observ.* 24. Hanc interim legem velut singularem & quæ parem non habet, observa. 63 Adde *l.* 8. *ff. de transact.* Goth. Vide in hanc leg. Suarez. in *l. quoniam in prioribus.* 32. *C. de inoffic. testam. ampliat.* 3. *num.* 8. J. B. Cost. *de quota & vitat. quæst.* 1. Rodericus. *de rebitib. lib.* 1. *qu.* 5. Aul. 64 Adde *l.* 47. *ff. eod.*

ab anno viginti quinque usque ad annos triginta, annorum viginti quinque : *ab anno triginta* usque ad annos triginta quinque, annorum viginti duo : *ab anno triginta quinque* usque ad annos quadraginta, annorum viginti : *ab anno quadraginta* usque ad annos quinquaginta, [tot] annorum computatio fit, quot ætati ejus ad annum sexagesimum deerit, remisso uno anno : *ab anno vero quinquagesimo* usque ad annum quinquagesimum quintum, annorum novem: *ab anno quinquagesimo quinto* usque ad annum sexagesimum, annorum septem : *ab anno sexagesimo*, cujuscunque ætatis sit, annorum quinque : Eoque nos jure uti Ulpianus ait, & circa computationem usufructus [64] faciendam. Solitum est tamen *a prima ætate* usque ad annum trigesimum computationem annorum triginta fieri : *ab anno vero trigesimo*, tot annorum computationem inire, quot ad annum sexagesimum deesse videntur. nunquam ergo amplius [65] quam triginta annorum computatio initur. † Sic [66] denique, & si Reipublicæ usufructus legetur, sive simpliciter, sive ad ludos, triginta annorum [67] computatio fit.

§. 1. Si quis ex heredibus rem propriam esse contendat, deinde hereditariam esse convincatur [68]: quidam putant, ejus quoque Falcidiam non posse retineri : quia * nihil interfit, subtraxerit [69], an hereditariam esse negaverit. quod Ulpianus recte improbat.

De usufructu bonorum & are alieno.

LXIX. Pomponius lib. V ad Sabinum.

USufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum est : quoniam * post Senatusconsultum nulla [70] res est, quæ non cadit in usufructus legatum.

De Falcidiæ stipulatione.

LXX. Ulpianus lib. XVI ad Sabinum.

FAlcidiæ stipulatio statim [71] committitur, ubi conditio legati vel debiti extitit.

De venditione hereditatis.

LXXI. Paulus lib. XXXII ad Edictum.

POtest heres in vendenda hereditate cavere, *ut* [72] *& lege Falcidia intervenient, solida legata præstentur* : quia ea lex heredis causa lata est : nec [73] fraus ei fit [74], si jus suum deminuat heres.

De eo quod impenditur explicandarum venditionum causa.

LXXII. Gaius lib. III de legatis ad Edictum Prætoris.

QUanti ea patrimonii, deducto etiam eo quidquid explicandarum [75] venditionum [76] causa impenditur, æstimatur.

De eo quod contingit post mortem testatoris. 1. De conditionali debito, 2. Vel legato, 3. Vel libertate. 4. De legatis in diem. 5. Si testator intra vel ultra dodrantem legaverit.

LXXIII. Idem lib. XVIII ad Edictum provinciale.

IN quantitate patrimonii exquirenda visum [77] est, mortis [78] tempus spectari. Qua de causa si quis centum in bonis habuerit, tota ea legaverit : nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem per servos hereditarios, aut ex partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pecorum tantum accesserit [79] hereditati, ut centum legatorum nomine erogatis habiturus sit heres quartam partem: sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Et ex diverso, si ex centum septuagintaquinque legaverit, & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona (incendiis forte, aut naufragiis, aut morte servorum), ut non plus quam septuagintaquinque, vel etiam minus relinquatur : solida legata debentur. nec ea res damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem : quæ res efficit, ut necesse sit legatariis, ne destituto [80] testamento nihil consequantur, cum herede in portionem legatorum pacisci. §. 1. Magna dubitatio [81] fuit de his [82], quorum condicio mortis tempore pendet, id est, an quod sub conditione debetur, in stipulatoris bonis adnumeretur, & promissoris bonis detrahatur ? Sed hoc jure utimur [83], ut quanti ea spes obligationis venire possit, tantum stipulatoris quidem bonis accedere videatur: promissoris vero decedere. aut [84] cautionibus res explicari potest, ut duorum alterum fiat : aut ita ratio habeatur, tanquam pure debeatur ; aut ita tanquam nihil debeatur. deinde heredes & legatarii inter se caveant, ut, existente conditione, aut heres reddat, quanto minus solverit : aut legatarii restituant, quanto plus consecuti sint. §. 2. Sed etsi legata quædam pure, quædam sub conditione relicta efficiant, ut, existente conditione, lex Falcidia locum habeat : pure legata cum cautione [85] reddantur : quo casu magis in usu est, solvi quidem pure legata, perinde ac si nulla alia sub conditione legata fuissent ; cavere autem legatarios debere, ex eventu conditionis, quod amplius accepissent, redditu iri. §. 3. Cujus generis cautio necessaria videtur, & si quibusdam servis eodem testamento sub conditione libertas data sit, quorum pretia, conditione existente, bonis detrahuntur.

§. 4. In diem [86] relicta legata alterius esse juris, palam est : cum ea omni modo tam ipsi legatario, quam heredibus ejus deberi, certum est. sed * tanto minus erogari ex bonis intelligendum est, quantum [87] interea, donec dies obtingit, heres lucraturus est ex fructibus vel usuris. §. 5. Ergo optimum quidem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne ultra dodrantem relinquantur. quod si excesserit quis dodrantem, pro rata portione, per [88] legem, ipso [89] jure minuuntur [90]: Verbi gratia, si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea quadringenta erogaverit, quarta [91] pars legatariis detrahitur : si trecenta quinquaginta legaverit, octava : quod si quingenta legaverit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta pars detrahi debet. * ante enim detrahendum est, quod extra bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.

De eo quod heres habet jure hereditario, vel jure legati.

LXXIV. Idem lib. III de legatis ad Edictum Prætoris.

QUod autem dicitur, *si ex judicio defuncti quartam habeat heres, solida præstanda esse legata*, ita accipere debemus, si hereditario [92] jure habeat : itaque * quod [93] quis legatorum nomine a cohærede accepit, in quadrantem ei non imputatur.

LXXV. Ex libro XL Digestorum Juliani, Marcellus.

SEd si ideo legatum ei datum est, *ut integra legata, vel fideicommissa præstet* : deneganda erit actio legati, si lege Falcidia uti mallet.

De eo quod datur conditionis implendæ causa. 1. De legatis inutilibus.

LXXVI. Gaius lib. III de legatis, ad Edictum Prætoris.

ID autem, quod conditionis [94] implendæ causa vel a cohærede, vel a legatario, vel a statulibero datur, in Falcidia non imputatur: quia [95] mortis causa capitur. † Sane si à [96] statulibero peculiares nummos accipiat, pro sua parte quadranti eos imputare debet : quia pro ea parte non mortis causa capere, sed hereditario [97] jure eos habere intelligitur. §. 1. Qua ratione placuit legata, quæ legatarii non capiunt, cum apud heredes subsederint [98], hereditario jure apud eos remanere intelligi, & ideo [99] quadranti [100] imputanda : nec quicquam interesse, utrum statim ab initio legatum non sit, an, quod legatum est, remanserit.

De pluribus heredibus.

LXXVII. Idem lib. XVIII ad Edictum provinciale.

IN singulis [1] heredibus rationem legis Falcidiæ componendam esse non dubitatur, & ideo si Titio & Seio heredibus institutis semis hereditatis Titii exhaustus est, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus sit : competit Titio beneficium legis Falcidiæ.

LXXVIII. Idem [lib. III de legatis ad Edictum Prætoris Urbani].

QUod [2] si alterutro eorum deficiente, alter heres solus extiterit, utrum perinde ratio legis Falcidiæ habenda sit, ac si statim ab initio is solus heres institutus esset, an singularum portionum separatim causæ spectandæ sunt ? Et * placet, si ejus pars legatis exhausta sit, qui heres extiterit, adjuvari [3] legatarios per deficientem partem ; quia ea non est legatis onerata ; quia & legata, quæ apud heredem remanent [4], efficiunt, ut cæteris legatariis aut nihil aut minus detrahatur : si vero defecta pars fuerit exhausta [5], petinde [6] in ea ponendam rationem legis Falcidiæ, atque si ad eum ipsum pertineret, à quo defecta fieret.

De testamentis duplicibus.

LXXIX. Idem [lib. XVIII ad Edictum provinciale].

IN duplicibus [7] testamentis, sive de patrimonio quæramus, ea sola substantia spectatur, quam pater, cum [8] moreretur, habuerit; nec ad rem pertinet, si post mortem patris filius vel adquisierit aliquid vel deminuerit : sive de legatis [9] quæramus, tam ea [10] quæ in primis [11], quam ea, quæ in secundis tabulis relicta sunt, in unum contribuuntur [12] ; tanquam si & ea quæ à filii herede reliquisset testator, à suo herede sub alia conditione legasset.

De pupillari substitutione. 1. De legatis individuis.

LXXX. Idem [lib. III de legatis ad Edictum Prætoris].

SI is, qui quadringenta in patrimonio habebit, filio [13] impuberi herede instituto, ducenta legaverit, eique Titium & Seium heredes substituerit, & a Titio centum legaverit : videamus, quid juris sit, si nondum solutis legatis pupillus decesserit, & ob id ea legata utrique debent ? Solus heres Titius utetur lege Falcidia. cum enim ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineant : ducenta legatorum nomine debet, centum ex ducentis, quæ pupillus debebat ; & centum, quæ ipse dare jussus est. itaque ex utraque quantitate quarta deducta habebit quinquaginta. In persona vero Seii lex Falcidia non intervenit, cum ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant, & debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quæ à pupillo relicta sunt. Quod si pupillus solvat legata, debent curare [14] tutores pupilli, ut caveant legatarii. §. 1. Quædam legata divisionem non recipiunt : ut ecce legatum viæ, itineris, actuve ; ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. † Sed & si opus municipibus heres facere jussus est, individuum videtur legatum : neque enim ullum balineum, aut [ullum] theatrum, aut stadium feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam [15]; quæ ex consummatione contingit, non dederit : Quorum omnium legatorum nomine, etsi plures heredes sint, singuli in solidum tenentur. † Hæc itaque legata, quæ dividuitatem [16] non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. Sed potest heredi hoc remedio succurri, ut, æstimatione [17] facta legati, denunciet legatario, ut partem [18] æstimationis inferat : si non inferat, utatur adversus eum exceptione [19] doli mali.

De usufructu. 1. De dote. 2. De mulieris causa paratis.

LXXXI. Idem [lib. XVIII ad Edictum provinciale].

SEd usufructus [20] legatus venit in computationem legis Falcidiæ : nam divisionem recipit ; adeo ut, si duobus legatus fuerit, ipso jure ad singulos [21] partes pertineant. §. 1. Dos relegata [22], extra [23] rationem legis Falcidiæ est, scilicet quia suam [24] rem mulier recipere videtur. §. 2. Sed & de his quoque rebus, quæ mulieris causa emptæ, paratæ essent, ut hæ quoque extra modum legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est.

Si is qui solum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, alii quadringenta legaverit.

LXXXII. Ulpianus [lib. VIII Disputationum].

QUærebatur, cum is, qui solum in nomine quadringenta in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, Seio autem quadringenta legaverit : si debitor vel solvendo [25] non sit, vel centum facere possit ; quantum quisque habeat interventu legis Falcidiæ ? Dicebam, legem Falcidiam ex eo, quod refici ex hereditate potest, quanto heredi tribuero : residuum dodrantem inter legatarios distribuere. Quare cum [26] nomen minus solvendo est in hereditate : ejus quod exigi potest pro rata fit distributio, residui venditio facienda est : ut id demum in hereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed cum debitori liberatio relinquitur, ipse sibi [27] solvendo videtur ; &, quod ad se attinet, dives est : quippe si ei mortis causa accepto feratur id, quod debet, quadringenta cepisse videbitur, licet nihil facere possit : sensisse enim liberationem plenam videtur, quamvis nihil facere possit, si soli ei liberatio relicta est. & ideo Falcidia interveniente, trecenta accepto illi ferri debent, residua centum durabunt in obligatione : & si quidem facere posse cœperit, exigentur ab eo duntaxat usque ad centum. Idemque erit dicendum, & si mortis causa accepto ei quadringenta ferantur [28]. Unde eleganter dicitur, acceptum deducitur. Accurſius in *l. cum dotem. 57. ff. eod.* Idem tamen contrarium sentit in *l. 3. C. de falsa causa adjecta legato.* idque verius putat Costa, in *c. si pater. num. 51. de testam.* v. Graff. §. *Falcidiæ. qu. 7.*

64 Modici, *l. 8 §. 23. ff. de transact.* ubi Gothofredus.

65 Imo amplius. Constat enim alimenta cum vita finiri. *l. 8. §. 10. in fin. ff. de transact.*

66 Imo aliter : nam legatum debetur reipublicæ usque ad centum annos. *l. 50. ff. de usufr. l. 8. ff. de usu & usufr. legato.* v. Cujac. *lib. de prærogat.*

67 Vide Cujac. *hypoth. 7.*

68 Mendacium punitur. dixi *l. 3. ff. de Senatusc. Macedon.* si a scientem commissum est: est enim furi similis, qui sciens mentitur. vid. plura apud Molin. in *Consuetudines Paris. §. 43. n. 5.*

69 V. *l. 24. ff. eod. l. 6. ff. de his, quæ ut indignis.*

70 Ususfructus uniuscujusque rei legari potest. Paulus *3 sent. 6. §. 17. l. 1. l. ult. ff. de usufructu legato.* Nulla res est quæ non cadat in usufructus legatum vel stipulationem. Nam ex Senatusconsulto remedio cautionis, etiam earum rerum quarum abusus est non usus, ususfructus constituitur. *l. 1. l. 2. ff. de usufructu earum rerum quæ usu consumuntur.*

71 Et post longum tempus. *l. 58. ff. eod.*

72 Falcidiæ legi heres potest *renunciare.* v. Manticam *9 de conject. ultim. voluntatum. n. 5.*

73 Adde *l. 46. ff. de pactis.*

74 Potest enim quilibet juri suo renunciare. *l. 29. C. de pactis.*

75 Adde *l. ult. §. 9. C. de jure deliberandi.*

76 Dic idem in eo quod expensum est ad testamenti insinuationem, inventarii confectionem & hujusmodi causas necessarias. *d. §. 9.*

77 Imo aliud visum est Juliano. *l. 82. ff. eod.*

78 *l. 30. l. 56. ff. eod. l. 79. ff. eod. l. 18, l. 33. ff. ad Trebell. §. 2. Inst. de leg. Falcidiæ.* & ibidem *Theoph.*

79 *l. 30. ff. eod.*

80 Destitutum testamentum quodnam dicatur, *v. l. 9. §. 2. ff. de liberis & posth.*

81 Inter quos ? inter Cassianos & Proculianos. de qua dixi *l. 45. §. 2. ff. eod.*

82 *l. 56. §. 1. in fin. ff. eod.*

83 Hæc est sententia Proculi refutata à Paulo. *d. l. 45. §. 1.*

84 Hæc est sententia Sabini, Cassii, Juliani & Pauli contraria Proculi sententiæ : quam Gaius quod posteriore loco eam referat, probare videtur magis.

85 *l. 1. §. 7. ff. tit. prox.*

86 *l. 45. in pr. ff. eod. l. 3. §. 3. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.*

87 *l. 58. §. 5. ff. ad Trebell.*

88 Falcidia lege ipso jure legata minuuntur.

89 Id est, ex lege Falcidia.

90 Minui, id est, detrahi, retineri, deduci, recidi. dic. ad *l. 30. ff. de act. empt.* Quid ? possitne hoc ex loco colligere, lege Falcidia quartæ etiam vindicationem dari ? Cujacius negat : aliud enim esse, ut supra dictum est, minuere legata per legem Falcidiam : aliud, vindicare quartam. vide Cujac. 8 *obs. 2.*

91 *l. 1. ff. eod. Inst. eod. in princ.*

92 Falcidiam jure hereditario habendam esse, hinc colligunt.

93 *l. 22. ff. eod.*

94 Mortis causa capitur, quod conditionis implendæ causa a cohærede vel hereditario accipitur. *l. 40. l. 45. ff. eod. l. 91. circa fin. ff. eod.*

95 Falcidiæ non imputatur, quod mortis causa capitur.

96 V. *l. 36. ff. de mort. caus. donat.*

97 Mortis causa capere, & hereditario jure, opponuntur. Hæc, non illa, Falcidiæ imputantur.

98 Subsident apud heredes, seu hereditario jure apud heredes remanent, quæ à legatariis non capiuntur.

99 Falcidiæ imputat heres ea, quæ hereditario jure a quocunque accipit.

100 Id est, Falcidiæ. v. *l. 50 ff. eod.*

1 Ac si plures essent hereditates: *Inst. cod. ubi Theoph.* vide in hanc leg. Cujac. 4 *observ. 31.*

2 Superiori legi uterque hereditatem adiit : hic unus tantum, & hic portio non gravata accedit gravatæ.

3 *l. 1. §. 13. ff. eod.*

4 Velut inutiliter relicta.

5 Et sic portio gravata non gravatæ accedit. vide *l. 50. ff. eod.*

6 Vide *l. 21. in fin. ff. eod.*

7 Duplicia testamenta dicuntur in quibus sibi quis heredem facit & filio impuberi. v. *l. 11. §. 5. ff. eod.*

8 V. *l. 73. ff. eod.*

9 Sive de patrimonio, ut ff. *eod.* sive de legatis quæramus, *ut hic*, quæ relicta sunt, in unum contribuuntur & legatarii conferunt heredi. *l. 88. in fin. ff. eod.*

10 *d. §. 5.*

11 De primis & secundis tabulis scripsi ad *l. 1. ff. testam. quemadm. aperiantur.*

12 V. *l. 11. §. 5. ff. eod.*

13 Vid. *l. 11. §. 6. ff. eod.*

14 Vid. *l. 84. in fin. ff. eod.*

15 Forma individua est : pars formæ aut operis nulla est. adde *l. 111. ff. de condit. & demonstr. l. 11. §. 23. ff. de leg. 3.*

16 Legata individua defalcantur parte æstimationis prætitæ. *Bart. l. 11. §. 24. ff. de leg. 3. l. ult. ff. de servit. legat.*

17 Legatarius servitutis æstimationem debet offerre heredi. *l. 26. in fin. ff. eod. l. 5. §. 2. ff. de doli except. l. 76. ff. de legat. 2. l. ult. ff. de serv. leg.*

18 *l. 7. ff. eod.*

19 V. quæ scripsi ad *l. 22. ff. eod.*

20 V. *l. 1. §. 9. ff. eod.*

21 Vid. *l. ult. in fin. ff. de usufr. & quemadm.*

22 Falcidia non detrahitur ex legato dotis relegatæ, *ut hic.* nisi dos relegata commodum aliquod repræsentationis habeat : tunc enim deducitur. Accurſius in *l. cum dotem. 57. ff. eod.* Idem tamen contrarium sentit in *l. 3. C. de falsa causa adjecta legato.* idque verius putat Costa, in *c. si pater. num. 51. de testam.* v. Graff. §. *Falcidiæ. qu. 7.*

23 *l. 8. §. 3. ff. de leg. præst.*

24 Non ex lucrativa causa. Paul. *4 sent. 1. §. 1.* si tamen instrumentis vel testibus suam esse probaverit : alias si suam esse solo mariti testamento probaverit, velut fideicommissum, dotem suam petet, & Falcidiam in eo patietur. *d. l. 3.*

25 V. *l. 22. in fin. ff. eod.*

26 *l. 63. §. 1. ff. eod.*

27 Debitor sibi ipsi semper est & videtur dives. *Bart.*

28 Vel pactum ei fiat de non petendo. vide *l. 15. ff. eod.*

ceptilationem in pendenti [27] fore: ut si quidem mortis tempore quadringenta tota inveniantur, intrecenta valeat acceptilatio: si vero præterea aliquid inveniatur, quod quadrantem suppleat, heredi in quadringenta acceptilatio proficiet. Quod si debitor iste quadringentorum, duntaxat [28] centum facere potest: quia sibi solvendo est, necesse habebit centum refundere. Cum igitur debitor sibi solvendo sit, eveniet, ut si, herede aliquo instituto, ipsi debitori liberatio, & alii quadringenta legata sint: si quidem solvendo sit debitor, centum quinquaginta ex trecentis retineat, alia centum quinquaginta legatario præstentur, heres centum habeat. Sin vero centum tantum facere possit, heredi ex refecto quarta servanda est: sic fiet, ut centum quæ præstari possunt, in quatuor partes dividantur: tres partes ferant legatarii; heres viginti quinque habeat; debitor, qui solvendo [29] non est, secum centum quinquaginta compenset: de residuis centum quinquaginta, quæ exigi non possunt, venditio fiet nominis: idque quasi solum in bonis fuerit, repræsentatur. Quod si nihil facere debitor potest, æque in centum quinquaginta accepto liberandus est: de residuo venditionem nominis faciendam Neratius ait: quod & nos probamus.

[27] Imo stipulatio ex præsenti vires accipit *l* 26. ff. *de stip. serv.*

[28] Tantum dicitur esse in bonis debitoris, quantum ab eo exigi potest. *Bart.*

[29] *l.* 22. *in fin.* ff. *eod.*

De peculio.

LXXXIII. JULIANUS lib. XII Digestorum.

SI creditor filii tui heredem te instituerit, & legis Falcidiæ rationem ponas: peculii [30] quantitas, quod aditæ [31] hereditatis tempore fuisset, in quadrantem tibi imputabitur.

Quo casu heres agit quamvis testator agere non potuerit.

LXXXIV. IDEM lib. XIII Digestorum.

REperitur casus [32], quo heres agere potest, quamvis testator agere non potuerit: veluti si tutor, cum solveret legata, non interposuerit stipulationem, *quanto plus quam per legem Falcidiam capi licuerit, solutum fuerit, redditi.* pupillus quidem eo nomine tutelæ non agit: sed heredi [33] ejus hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

[30] Filii, cujus nomine pater conveniri potuit actione de peculio.

[31] Imo non aditæ hereditatis tempus sed mortis spectatur, *l.* 56. *l.* 73. ff. *eod.* ubi Marcellus & Gaius aliud existimant.

[32] Alias regulariter, quæ actio mihi non competit, heredi meo non datur, & heredis eadem quæ defuncti conditio est. adde *l.* 51. §. 3 ff. *de evict.*

[33] *l.* 80. *in fin.* ff. *eod. l.* 1. §. 2. ff. *tit. prox. l.* 11. ff. *de rebus auct. jud.*

De dote.

LXXXV. IDEM lib. XVIII Digestorum.

SI dos [34] socero data est, & solus filius heres patri extitisset: dotem confestim in computatione hereditatis, & Falcidiæ rationem in ære alieno deducet [35]: aliter enim videbitur indoratam [36] uxorem habere. quod si filius extraneum [37] coheredem habeat, ipse quidem semper, pro qua parte patri heres erit, dotem in ære alieno deducet: & coheres ejus, antequam dos à filio præcipiatur [38].

[34] Si filius patri (cui dos data est) succedit in solidum vel pro parte, in solidum vel pro parte dotem uxoris, ut æs alienum, deducet. vide *l.* 2. *C. familiæ erciscundæ.*

[35] Sibi. Dos enim apud eum esse debet qui onera matrimonii sustinet. *l.* 56. §. 1. ff. *de jur. dot. l.* 22. §. *pen.* ff. *solut.*

[36] Dotes, quantum fieri potest, uxoribus servandæ, ut quæ indotatam faciat uxorem interpretatio, in dubio rejici debeat.

[37] Filius ex testamento coheredem. *Gov.*

[38] Vide Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 4. Et nota casum quando prælegata non continentur in fideicommisso universali. v. Peregrin. *de fideicommiss. art* 3. *nu.* 39. Ans.

De herede jusso vendere. 2. Si fideicommissarius heredi successerit. 3. De condition. 4. De pupillari substitutione.

LXXXVII. IDEM lib. LXI Digestorum.

QUi fundum solum in bonis centum relinquebat, si heredem suum damnaverit, ut eum quinquaginta Titio venderet: non est existimandus amplius [47] quam quinquaginta legasse: ideoque lex Falcidia locum non [48] habet [49]. §. 1. Item *si* is, qui duos fundos in bonis centum haberet, si me & Titium heredes instituisset & damnasset me, ut Titio fundum Cornelianum quinquaginta venderem, & contra Titium damnasset, ut mihi fundum Seianum quinquaginta venderet: non animadverto, quemadmodum lex Falcidia locum habere possit: cum uterque heredum [50] unius fundi partem dimidiam hereditario jure habiturus sit, in qua pars dimidia hereditatis est. nam certe, qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi partem hereditario jure habet: item qui damnatus est Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario jure retinet. §. 2. Si quis heredem instituerit eum [51], cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, in ratione legis Falcidiæ centum deducere debet: quia si alius quilibet heres extitisset, hæc centum in ære alieno ponerentur. §. 3. Si [52] tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes scripti fueritis, deinde tu ex parte dimidia [53] heres institutus fueris sub conditione, & legata, item libertates datæ fuerint: pendente [54] conditione, libertates competent, legata tota præstabuntur: quia sive conditio extiterit, te herede existente, utraque [55] valent; sive conditio defecerit, tu & Titius heredes eritis. Lege Falcidia si hoc quæris, an existente conditione miscetur quadrans tuus & semis, atque ita [56] pro dodrante ratio ponenda est cum his, quibus à te pure herede legatum est? Respondebimus misceri duas partes. §. 4. Qui filium suum impuberem & Titium æquis partibus heredes instituerat, à filio totum semissem legaverat [57], à Titio nihil [58]: & Titium [59] filio substituerat. Quæsitum est, cum Titius ex institutione adisset, & impubere filio mortuo, ex substitutione heres extitisset, quantum legatorum nomine præstare deberet? & placuit, solida legata cum præstare debere: nam confusi duo semisses efficerent, ut circa legem Falcidiam totius assis ratio haberetur, & solida legata præstarentur. Sed hoc ita verum est, si filius, antequam patri heres existeret, decessisset. Si vero patri heres fuit, non ampliora legata debet substitutus, quam quibus pupillus obligatus fuerat: quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli, qui nihil amplius, quam semissis dodrantem præstare necesse habuit.

[47] Quia heres habet penes se quinquaginta. [48] *Vor.* heredem. [49] Vide *l.* 6. *C. eod.* [50] Incertæ partis ratione non dividitur actio pro hereditaria portione. vide Bald. in *l.* 2. *n.* 6. *C. de hered. act. & ibid.* Bart. [51] V. *l.* 59. §. 5. ff. *de hered. instit.* [52] Conditio, cujus eventus vel defectus legata & libertates non vitiat, eorum petitionem non differt. *Bart.* [53] Legata & libertates.

[54] *l.* 41. §. 6. ff. *de vulgari.* [55] Et ita pars impuberis oneratur. [56] Et ita pars Titii integra manet. [57] Id est, non oneratum onerato substituit. hinc colligo, Portione integra accedente portioni oneratæ, ex substitutione vulgari aut pupillari, contributioni locum esse: secus, si onerata integra accedat. vide tamen Cujac. 15 *observ.* 15. & 25 *observ.* 23. ubi de contributionibus tractat.

§. 5. Quod si extranei heredi semis totus legatus fuerit, isque pupillo, à quo nihil legatum erat, ex substitutione heres extiterit: poterit dici, augeri [60] legata, & perinde agendum, ac si cuilibet coheredi substitutus fuisset, eoque omittente hereditatem, ex asse heres extitisset: quia semper substitutus rationem legis Falcidiæ ex quantitate bonorum, quæ pater reliquerit, ponet.

§. 6. Eadem dicenda sunt, & si pater duos impuberes heredes instituerit, & *eosdem invicem* [61] *substituerit*: deinde jure substitutionis ad alterum hereditas recideret, & legis Falcidiæ ratio habenda sit. §. 7. Qui filios impuberes duos habebat, alterum heredem instituit, alterum exheredavit: deinde exheredatum [62] instituto substituit [63], ac postea exheredato [64] Mævium, & ab eo legavit: & exheredatus fratri impuberi extitit heres: deinde impubes decessit: Cum judicio patris facultates paternæ per causam hereditariam ex substitutione ad eum perveniant, potest dici, legata ab eo relicta præstanda esse, habita ratione legis Falcidiæ in his bonis, quæ pater mortis [65] tempore reliquerit. † Nec huic contrarium est, quod, cum exheredato [66] pater legatum dederit, nihilo [67] magis substitutus legatis obligabitur: quia eo casu non hereditatis paternæ portio, sed legatum ad eum pervenit. † Dicet aliquis: Quid ergo, si exheredatus filius non ex substitutione fratri suo heres extiterit: sed aut lege, aut per interpositam personam, atque ita impubes decesserit? sic quoque existimandus erit substitutus legata debere? Minime: nam quantum interfit, exheredatus filius ex substitutione fratri suo heres exstat, an alio modo, vel ex eo apparet, quod alias ab eo legare pater potuit, alias non potuit: est igitur rationi congruens, ne plus juris circa personam substituti testator habeat, quam habuerat in eo, cui eum substituebat. §. 8. Coheres [68] pupillo datus si pro parte sua legata, habita legis Falcidiæ ratione, præstiterit, deinde, impubere mortuo, ex substitutione heres extiterit, & [69] semis pupilli legatis exhaustus esset, ex integro legis Falcidiæ ratio ponenda erit: ut contributis legatis, quæ ab ipso, & quæ à pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat. licet enim pupillo heres exsitat, tamen circa legem Falcidiam perinde ratio habetur, ac si patri heres extitisset. Nec aliter augebuntur legata, quæ ab ipso ultra dodrantem data fuerant, quam augentur, cum ex parte heres institutus, & coheredi suo substitutus, deliberante coherede, legata, habita ratione legis Falcidiæ, solvit, deinde ex substitutione alteram quoque partem hereditatis adquirat.

[60] *l.* 1. §. 13. ff. *eod.*

[61] Substitutio reciproca hac formula etiam concipi solet.

[62] Exheredatus potest substitui instituto.

[63] Quod potest. *l.* 1. §. 2. ff. *de vulgari.*

[64] Exheredato instituto potest rursus substitui.

[65] Adde *l.* 78. ff. *eod.*

[66] Exheredato filio legatum adspergere, hoc est, legatum relinquere possumus.

[67] Id est, nihilominus. vide *l.* 8. §. 1. ff. *de usurpationibus.*

[68] Vide in hunc §. Cujac. 4 *obs.* 25. & 15 *obs.* 15.

[69] Nec semis, Cujac. 15 *obs.* 15. *in fin.* & ad *l.* 4. in verbo *si pupilli.* ff. *de usurpationibus.* reprehensus à Roberto 1 *recept.* 8.

De perplexitate. 3. De legato pure, & legato conditionali.

LXXXVIII. AFRICANUS [lib. V Quæstionum 70].

QUi quadringenta habebat, trecenta legavit: deinde fundum tibi dignum centum aureis sub hac conditione legavit, si [71] legi Falcidiæ in testamento suo locus non esset. Quæritur, quid juris est [72]? Dixi πρὸ ὑποθέσεως [73], id est, *ex perplexu* [74], hanc quæstionem esse, qui tractatus apud dialecticos [75] τῶ λόγῳ [76], id est, *frustratorii, cavillatorique*, dicitur. Etenim [77] quidquid constituerimus verum esse, falsum reperietur: namque si legatum tibi datum valere dicamus, legi Falcidiæ locus erit: ideoque, deficiente conditione, non debebitur. rursus si, quia conditio deficiat, legatum valiturum non sit: legi Falcidiæ locus non erit. porro, si legi locus non sit, existente conditione, legatum tibi debebitur. cum autem voluntatem testatoris eam fuisse appareat, ut, propter tuum legatum, cæterorum legata minui nollet: magis est, ut statuere debeamus tui legati conditionem defecisse.

[70] Hahn. 1 *recept.* 8.

[71] Vide Cujac. 5 *ad Afric.*

[72] An debetur legatum? si deberi dixeris, tunc sequitur quasi deficiente conditione ut nihil debeatur: si non deberi, tunc sequitur quasi existente conditione, ut totum debeatur. Nec enim scindi unum idemque legatum potest, ut pro parte non valeat. vid. Cujac. *ibid.*

[73] Chrysippus scripsit περὶ τῶν ἀπορων ἐκφερομένων λόγων. Haloander, ut & Alciat. 4 *de verb. sign.* legit τῶν ἄκρων, id est, *de apicibus.* porro τῶν ἀκρίων, id est, *eorum, quæ exitum non habent*, meminit Laërtius in *Zenone Citticæ*, & Lucian. in *Lapithis.* ἀκρόρωμ generalia est appellatio, Soritem complectitur, Pseudomenon, Crocodilum, Electram, διαλειπόντος, ἐγκεκαλυμμένου, κερατίνου, βαλανείου, διηλεγχοῦς, κυριεύοντος, ἐνύδρου. de quibus vide *ibid.* Cujac. *ad* Abrum t. c. 10. Non quia Cerationæ aut Crocodilinæ possint hominem facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oportet falli.

[74] Si perplexitas contingit ex accidenti præter testatoris propositum, secundum mentem testatoris judicandum est. *Bart.*

[75] Dialectici hic sunt Stoici, apud quos multæ captiones referuntur. Sunt autem ex eis duæ præcipuæ, Pseudomenos & Sorites: utriusque meminit Cicero in *Hortensio & Lucullo.* Augustinus *contra Academicos.* Hieronym. in *Rufinum*, & *in Amos.* De cavillatione & sophisticate agitur in *l.* 177. ff. *de verb. sign. l.* 65. ff. *de reg. jur.* Sorites ab evidenter veris ad falsa interrogando deducit. Seneca 5 *de benef.* 19. Sorites ille inexplicabilis subit, cui difficile est modum imponere, quia paulatim surripit, & non desinit serpere. Pseudomenon tale est, ut sive aias, sive neges, repertiatur statim id falsum esse. Cujac. *ibid.* adde Gell. 5. 10 & 9. *cap.* 15. & 16. [76] Pseudomenon sylogismum Cicero 2 *de divin.* mentientem rationem interpretatur: nam quidquid statuitur verum esse, statim reperitur falsum, ut in *l.* 9. ff. *de verb. oblig.* tibi fundum dabo, nisi illi dedero: illi dabo, nisi tibi dedero. [77] Adde Gell. 5. 10 & 9. *cap.* 15. & 16. [78] Stricte scilicet: nam exemplo ex *l.* 4. *in fin.* ff. *ad Trebellian. l.* 9. ff. *de verb. oblig.* [79] Vid. Cujac. *ibid.* [80] Id est, ex usuris. vide *l.* 24. ff. *de præscript.* Usuræ, quæ pendente conditione exiguntur de quantitate legata, in legem Falcidiam imputantur, & quod deest, pro rata ab omnibus legatariis suppletur. *Bart.* [81] *l* 58. §. 5. ff. *ad Trebell.* [82] In Falcidiæ legis ratione legatarii conferunt heredi. *l.* 79. ff. *eod.* [83] Imo substituti. *similiter. C. hoc tit.* [84] Idonea nomina, idonei & locupletes debitores. *de usuris. l.* 2. *C. de usuris & fructib. leg.* [85] *l.* 90. ff.

De alimentis. 1. De usuris.

LXXXIX. MARCIANUS [lib. VII Institutionum].

DIvi Severus & Antoninus rescripserunt, pecuniam relictam ad alimenta puerorum, Falcidiæ subjectam esse [83], &, ut idoneis [84] nominibus collocetur pecunia, ad curam suam revocaturum Præsidem Provinciæ. §. 1. Divi Severus & Antoninus generaliter rescripserunt Bononio Maximo, * usuras [85] præstaturum eum, qui frustrationis causa beneficium legis Falcidiæ imploravit.

De

De jusso restituere hereditatem pecunia accepta.

XC. FLORENTINUS lib. XI Institutionum.

SI heres, cujus fidei commissum est, ut accepta certa pecunia hereditatem restituat, à voluntate ejus, qui testamentum fecit, discedat [85], & postea legis Falcidiæ beneficio uti volet: etsi non detur ei, quo accepto hereditatem restituere rogatus est, tamen fideicommissum restituere cogi debet: quoniam quod ei pater familiæ dari voluit, legis Falcidiæ commodum præstat.

Quid imputatur in quartam.

XCI. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

IN [86] quartam hereditatis, quam per legem Falcidiam heres habere debet, imputantur res, quas jure hereditario [87] capit, non [88] quas [89] jure legati vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causa accipit: nam hæc in quartam non imputantur. † Sed [90] in fideicommissaria hereditate restituenda, sive legatum vel fideicommissum datum sit heredi, sive præcipere, vel deducere, vel retinere jussus est: in quartam id ei imputatur. pro [91] ea vero parte quam accepit à coherede, extra quartam, id est [92], quod à coheredc accipitur. Sed etsi accepta pecunia hereditatem restituere rogatus sit, id, quod accipit, in quartam ei imputatur, ut D. Pius constituit [93]. * Sed & quod implendæ [94] conditionis causa fideicommissum heredi datur: in eadem causa esse admittendum, sciendum est. * si quid vero implendæ conditionis causa heres accipiat à legatariis, in Falcidiæ computationem non prodesse. & ideo si centum prædium legaverit defunctus, si quinquaginta heredi legatarius dederit: centum legatis computationem fieri, & quinquaginta extra hereditatem haberi, ne in quartam ei imputentur.

De testamento militis & codicillis post missionem factis.

XCII. MACER lib. II de re militari.

SI *miles* [95] testamento facto, partem dimidiam hereditatis suæ tibi restitui jusserit, deinde post missionem factis codicillis, alteram partem Titio restitui rogaverit: si quidem post [96] annum missionis suæ decesserit; & tibi & Titio heres partem quartam retinebit, quia eo tempore testator decessit, quo testamentum ejus ad beneficium Principale pertinere desierat: si vero intra annum missionis decesserit; solus Titius deductionem partis quartæ patietur, quia [97] eo tempore fideicommissum ei relictum est, quo testator jure militari testari non potuit.

De rogato restituere hereditatem pecunia accepta.

XCIII. PAPINIANUS lib. XX Quæstionum.

ACceptis [98] à Mævio centum [99], hereditatem Mævio restituere, pecuniamque [100] post mortem suam [1] Titio dare rogatus est [2]: quanquam hæc centum quartam bonorum efficiant, tamen, propter fideicommissum sequens [3], quartæ retentioni [4] locus erit. tunc [5] enim ex Constitutione D. Hadriani Falcidiæ satisfacit ea quantitas, cum apud heredem remanet. sed Falcidiam patietur solus, cui hereditas relicta est: nam in [6] centum, quæ mortis causa capiuntur, admitti Falcidia non [7] potest. † Plane, si quis ita scripsit, *accepta centum peto restituas hereditatem*, neque personam dantis demonstraverit: quasi retentam, & præceptam pecuniam, si quartæ sufficiat, inducere Trebellianum.

An prælegata imputentur in Falcidiam.

XCIV. SCÆVOLA lib. XXI Digestorum.

FIlio & filia [8] scriptis [9] heredibus, singulis [10] certa prælegavit: sed longe minus filiæ, cui etiam domum obligatam prælegavit cum instrumentis, & quidquid ibi fuerit, & adjecit hæc verba: *sed ea conditione lego, ut, quidquid æris alieni in ea domo erit, Titius libertus filii mei exsolvat: & sit eis utrisque domus communis.* Quæritur est, si filia legis Falcidiæ beneficio uti volet [11] ad quartam retinendam: an ex hereditate, quæ ei relicta est, deducto ære alieno, ejus, quod superfuerit, quartam consequi debeat? Respondit, jure quidem id postulaturam: verum non alias ea, quæ ei data sunt, accepturam, si modo ea quartam suppleant, quam voluntati defuncti solvendum præstando pareret.

De eo quod heres debebat defuncto. 1. De alimentis. 2. De edendo.

XCV. IDEM lib. XXI Digestorum.

MAritus uxoris res [12] extra dotem constitutas administravit [13]: eaque decedens ante rationem sibi redditam administrationis, ex asse eundem maritum heredem reliquit: ejusque fidei commisit, ut decem uncias filio communi, cum moreretur, restitueret, duas autem uncias nepoti. Quæritum est, an id quoque, quod ex administratione rerum apud maritum resedisse constiterit, cum cæteris [bonis] pro rata decem unciarum filio restitui debeat? Respondit, id quod [14] debuisset hereditati, in rationem venire debere. §. 1. Filiæ, quam mater rogaverat, si impubes decessisset, restituere hereditatem Titio, patruus legitimus heres extitit: in ratione legis Falcidiæ ponenda desiderat deduci sortes, ex quarum usuris alimenta impubes defuncta ex persona testatricis suæ pluribus debita præstirit. Quæritum est, an si eas deduxerit, cavere [15] debeat, defunctorum alimentariorum [16] portiones pro modo sortium se restituturum? Respondit, debere cavere.

§. 2. Post aditam hereditatem triennio exacto, legatariis heres legem Falcidiam opponit idcirco, quod administravit tutelas testator, quarum ratio hondum reddita sit: & quod neget tantum redigi ex nominibus posse, quantum in cautione deductum est. Quæritum est, an rationes defuncti, & omnium instrumentorum hereditariorum, & pupillarium rationum, legatariis desiderantibus, heres describendi [17] potestatem facere debeat: ne in potestate ejus sit proferre quod velit, & per hoc in fraudem legatarii inducantur? Respondit, ad Judicis Officium pertinere, explorare ea, per quæ probetur, quanti sit in bonis.

De eo, qui paganus testamentum fecit, militiæ tempore codicillos.

XCVI. IDEM lib. singul. Quæstionum publice tractatarum.

MIles [18] si, dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ tempore codicillos: lex Falcidia in codicillis locum non [19] habet, in testamento locum habebit [20].

85 Qui repudiat id, quod quartam minuit, quartam non deducit.

86 Adde *l.* 67. §. *eod.*

87 In Falcidiam ea tantum imputantur, quæ jure hereditario capiuntur: in Trebellianicam vero, quæ quocunque judicio testatoris, pura legati vel fideicommissi, hereditario. *l.* 96. §. *de leg.* 3. Cur ita? lex Falcidia quartam partem hereditatis apud heredem manere jubet; ergo nihil, quod non est hereditarium, poterit in Falcidiam imputari. Trebellianum Senatusconsultum voluit simpliciter apud heredem remanere quartam ex fideicommissis: ergo quicquid fideicommissi nomine heres habuerit, id ei in quartam imputabitur. v. Ripensem, Alciat. *hic*, & 6 *paradox.* 4. Duaren. 2 *disp.* 10. Contium 2 *lect.* 5. & 1 *subsecivar.* 15. Cujac. 8 *observ.* 1. Govean. *animadverss. pen.* Corasium 2 *miscell.* 1. Inserea monet Cujacius, In quartæ deductione idem omnino jus esse legatorum & fideicommissorum. 8 *obs.* 4.

88 Aliud est jure hereditario capere, aliud jure legati & fideicommissi. *l.* 22. §. *eod. l.* 96. §. *de leg.* 3.

89 Vide *l.* 22. §. *eod.*

90 Atqui fideicommissis legata exæquata. *l.* 1. §. *de legat.* 1. Igitur non aliud est hic constituendum in fideicommisso, quam legato. Govenus hunc locum emendat, & ita legit, *sed & in.* Cujacius putat hunc totum versiculum generalis prioris sententiæ explicandæ non restringendæ causa subjectum esse. quod tamen improbatur ab Antonio Fabro 6 *conject.* 4. nisi forte legatur §. *in quartam id ei non imputatur.*

91 Hic locus in Pandectis Florentinis asteriscо notatus est: ut vel omnino tollendum vel emendandum suspicari liceat. alii ita legunt, *non pro ea parte.* & post, *extra quartam enim est, quod ab herede accipitur.* Antoninus Faber 6 *conjectur.* 4. ita legit, *pro ea etiam parte, quam à coherede accipit, sed & si accepta*, &c. atque ita hæc verba, *extra quartam*, id est, quod ab herede accipitur, delenda esse censet. 92 Imo non est, cum id quod à coherede accipitur, compensari oporteat: & ita in quartam imputari, *ut hic.* & *l.* 22. §. *eod. l.* 24. *C. familiæ.* Aliud esse dicitur in Falcidia, aliud in Trebellianica. Imo non aliud: nec enim heres cogitur fideicommissum restituere, quod a coherede accipit. *l.* 18. *in fin.* §. *ad Treb.* Non cogitur: nisi supra quartam Trebellianicam habeat 93 Inclusa hisce stellulis Cujacius monet abesse ab Archetypo Florentino, & Basilicis, *hic, in paratitl.* & 8 *observ.* 4. Idem negat, ea imputari, quæ conditionis implendæ causa & legati & fideicommissi jure dantur. *arg. l.* 24. *C. famil. ercisc.* 94 *l.* 76. §. *eod.* 95 *l.* 17. §. *eod. l. ult.* §. *eod.* 96 *l.* 40. §. *eod.* vide *l.* 5. *C. de test. milit.* 97 Vide quæ scripsi ad *l.* 12. *C. de test. milit.* 98 Postquam heres acceperit centum à Mævio. 99 Hæc centum donationis mortis causa capit. 100 *Subaudi*, eam. 1 Id est, post mortem legatarii. 2 *Subaudi*, Gaius. 3 Id est, quia jussus est eadem centum restituere Titio. 4 Falcidia lege retentio tantum datur quartæ, non vindicatio, *ut hic. l.* 14. §. 1. §. *eod. Novell.* 1. idque & secundo capite, in quo ait, *Capiant*, jure nimirum retentionis. (Idem in SC. Pegasiano: nam quod in legatis lex Falcidia, idem in fideicommissis Pegasianum subsequitur. §. *sed quia. Inst. de fideic. hered. l. heres.* 21. §. *ad Trebell.*). Hodie est vindicatio ex constitutione Justiniani, *l. pen. C. ad l. Falc.* quod ante Justinianum non fuit: unde hodie legatario occupanti legatum, sine voluntate heredis, heredi datur interdictum *quod legatorum*, ut recipiat rem legatam, sibique Falcidiam servet per retentionem, *l.* 1. *C. quorum legatorum.* vel si per errorem solverit integrum legatum, datur condictio indebiti. *d. l. heres. l.* 1. §. *si legatarius.* §. *eod.* Constat etiam ex stipulatione Falcidiæ, si interposita fuerit, conditionem esse. Sunt qui vindicationem esse putent, ex *l. in quantitate.* 73. *in fin. l. lineam.* 26. §. *eod.* quod Cujacius negat & improbat 8 *obs.* 2. ubi etiam tenet adversus alios, Retentionem de qua hic agitur, fieri exceptione demum oppositа doli vel in factum. 5 Conditionis causa, quod a fideicommissario heres accipit, id heredi ipsi in Falcidiam imputatur, si modo id quod ita acceptum est, apud heredem remanserit, *ut hic.* 6 Si heres non gravatur, ut heres, sed ut alius commodum sentiens, Falcidiam non deducit. 7 Imo potest, v. *l.* 2. *C. de mort. caus. donat.* Ad hic heres quartam integram habet? An mortis causa donatarius Falcidiam non detrahit? An potius plene Falcidia non detrahitur ex mortis causa capione, sive ea non proveniat ex voluntate testatoris, sive proveniat, ab alio tamen, quam ab herede? Nam si ab herede, dissentiunt interpretes. Gratius §. *Falcidia. q.* 8. *in fin.* 8 Qui in patris sui testatoris potestate positi erant. 9 Æqualiter. 10 Cum ab heredibus invicem legata vel prælegata relicta sunt, pro concurrente qualitate compensationi locus est: si tantum abs te legati causa accipio, quantum nomine Falcidiæ peto. *Gov.* 11 Adversus fratrem. 12 Quænam illæ res extra dotem constituæ? paraphernæ, seu paraphernalia, in *l.* 8. *C. de pactis conven.* ἐξώπροικα καὶ παράφερνα. 4 *Harm.* 9. §. 21. 13 *Subaudi*, & forte ea quantitate fructus percepit, ut quingenta efficerent: quorum tamen nullam unquam reddidit rationem. unde in hac quantitate quærebatur, utrum eam quantitatem heres mariti restituere cogeretur? Respondetur, cogi restituere, tametsi videri alioqui potuerat eam summam viro ab uxore tacite donatam, aut ejus morte confirmatam.

14 *l.* 1. §. 18. §. *eod. l.* 9. §. *ult.* §. *de jur. dot.*

15 *l.* 3. *vers. debebit autem is, qui accipiet.* §. *de alimentis.*

16 Alimentarii sunt, quibus alimenta relicta. *l.* 8. §. 24. §. *de transactionibus.*

17 Rationes atque instrumenta actori edere reus cogitur ad confirmandam replicationem. *l.* 1. §. 3. §. *de edendo. vel.* 2. §. *testament. quemadm. aper. l.* 5. §. *de bonis auctl. jud. l.* 1. *C. de edendo.*

18 V. *l.* 17. §. *eod.* dixi ad *l.* 12. *C. de testam. milit.*

19 Cur? Falcidia locum non habet in codicillis factis à milite.

20 Cur? Falcidia locum habet in testamento facto à pagano.

TIT. III.

SI CUI PLUS, QUAM PER LEGEM FALCIDIAM LICUERIT, LEGATUM ESSE DICETUR [1].

Summa. 1. *De testamentis duplicibus.* 4. *De ære alieno certo vel incerto.* 5. *De fideicommissis.* 6. *De arbitro dando vel cautione præstanda.* 7. *De legatis puris & conditionalibus.* 9. *De utilitate hujus cautionis.* 10. *De mortis causa donationibus.* 11. *De parte vel toto reddendis.* 12. *De testamentis in quibus Falcidia locum non habet.* 13. *An legatario caveatur.* 14. *De portione debita patrono.* 15. *Si res legata apud legatarium interiit.*

11. *Verbum* amplius, *quandoque totum continet.* Bart.

1. ULPIANUS lib. LXXIX ad Edictum.

SI cui plus, quam licuerit, legetur, & dubitari juste possit, utrum lex Falcidia locum habitura est, nec ne: subvenit Prætor heredi, ut ei legatarius satisdet [2], ut si apparuerit, eum *amplius* legatorum nomine cepisse, quam è lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam det; doluisque malus ab eo abfuturus sit. §. 1. Neque interest, utrum [3] in primis tabulis hoc fiat, an in pupillaribus, an in utrisque. etenim legem Falcidiam semel esse admittendam, etiam [4] si duplex sit testamentum, jam convenit: contributis legatis, tam his, quæ ab ipso pupillo, quam his, quæ *a* substituto impuberi relicta sunt.

§. 2. Si non fuisset interposita stipulatio ex persona pupilli, tutelæ actio heredi [5] pupilli adversus tutorem competit. Sed (ut Pomponius ait) & ipsi pupillo & heredi ejus poterit committi stipulatio: [ipsi], quo casu, vivo eo, Falcidia incipit locum habere. † De tutelæ quoque actione idem scribit. §. 3. Marcellus ait: Qui quadringenta in bonis habebat, impuberem filium heredem instituit, eique substituit [6] Titium & Seium; nihil à pupillo testator legavit, sed à Titio trecenta: utrum ducenta (inquit) præstabuntur, an centum quinquaginta? nam trecenta nullo modo eum præstare. Mihi videtur verius, non amplius eum parte sua erogare compelli: certe nec minus. secundum quod eveniret, ut non soli committatur stipulatio: sed omnibus heredibus interponenda est. sed causa cognita Falcidiam locum habere, & legatorum modus facit, & æris alieni onus. §. 4. Et si quidem evidens æs alienum est vel certum: facilis est computatio. si autem adhuc incertum est, quia forte vel conditio ejus pendet, vel creditor litem contestatus est, & necdum lis finita est: dubitabitur, quantum legatariis debeatur propter incertum. §. 5. Hodie [7] tamen subsimile aliquid fit in fideicommissis. §. 6. Cum dicitur lex Falcidia locum habere, arbiter [8] dari solet *ad metiendam quantitatem bonorum*: tametsi unus aliquid modicum fideicommissum persequatur. quæ computatio præjudicare non debet cæteris, qui ad arbitrum missi non sunt. † Solet tamen ab herede etiam cæteris denunciari fideicommissariis, *ut veniant ad arbitrum, ibique causam suam agant*: plerumque & creditoribus, *ut de ære alieno probent.* habet tamen rationem in legatariis, item in fideicommissariis: ut, si offerat integrum quod relictum est, heres desiderans cavere sibi hac stipulatione, audiatur. §. 7. Si legata quædam præsenti die relicta sint, quædam [9] sub conditione: interponenda erit ista stipulatio propter legata conditionalia: dummodo ea legata quæ præsenti sint, integra solvantur. Julianus denique scribit: si pure, & sub conditione legata fuerint: ne existente conditione lex Falcidia locum habeat, non aliter legatorum, quæ pure data sunt, actionem dari debere, quam si cautum fuerit heredi, quanto amplius, quam per legem Falcidiam licuerit, ceperit. §. 8. Idem Julianus [10] scribit, eum, cui quadrans sub conditione, & dodrans pure legatus est, cavere debere, quanto amplius, quam per legem Falcidiam liceat, ceperit, reddi.

§. 9. Hæc stipulatio ideo [11] locum habet: quia, etsi repeti potest id, quod solutum est: tamen fieri potest, ut non sit solvendo is, cui solutum est, ac per hoc pereat, quod datum est.

§. 10. In mortis causa quoque donationibus potest dici, hanc stipulationem esse interponendam. §. 11. Hæc verba stipulationis, *quod amplius* [12] *legatorum nomine ceperis, quam è lege Falcidia capere licebit*, non tantum eum comprehendunt, qui amplius acceperit, quam ei Falcidia permisit, ut reddat partem, habeat partem: verum etiam eum, qui totum deberet restituere. etenim sciendum est, legem [13] Falcidiam interdum partem ejus, quod datum est, interdum totum revocare. cum enim, habita [14] ratione æris alieni, Falcidia ineatur, plerumque evenit, ut emergente debito, vel conditione æris alieni existente, totum, quod legatum est, exhauriatur. sed & libertatium conditio interdum existens, efficiet legatum omnino non deberi: quippe cum habita ratione libertatium, & deductis pretiis eorum, tunc demum legatorum ineatur ratio. §. 12. In quibusdam [15] autem testamentis Falcidia quidem locum non habet: verumtamen ita observatur, ut licet quadrantem heres non retineat, tamen hactenus legata debeantur, quatenus patrimonii vires sufficiunt: utique deducto [16] ære alieno; item deductis pretiis eorum qui liber-

1 Et ab herede præstandum legatario fuerit: poterit eo casu heres stipulari tantam pecuniam sibi reddi. tractatur etiam sub hoc titulo de stipulatione, evicta hereditate, legata, & morientium partes reddi; & de stipulatione fructuarii. v. Cujac. *hic.*

2 *l.* 1. §. 16. *l.* 31. §. *tit. prox.*

3 V. quæ scripsi ad *l.* 11. §. *testam. quemadm. aperiantur.*

4 *l.* 11. §. 5. §. *ad l. Falcid.* §. 2. *Inst. de pupillari.*

5 *l.* 84. *in fin.* §. *ad l. Falcid.*

6 *l.* 11. §. 6. §. *ad l. Falcid.*

7 Id est, post Senatusconsultum Pegasianum. vide Cujac. 8 *observ.* 5. Goth. Vide §. 13. & *l.* 5. §. *eod. l.* 1. §. *de leg.* 1. & *l.* 31. §. *ad l. Falcid.* S. L.

8 *l.* 2. *C. de usurr.* Paul. 3 *sent.* 8. §. 2.

9 *l.* 45. *in fin. l.* 53. *l.* 73. §. 2. §. *ad l. Falcid.*

10 V. quæ scripsi *l.* 45. §. 1. §. *tit. prox.*

11 *l.* 1. §. 12. *l.* 31. *in fin.* §. *ad leg. Falcid. l.* 21. §. *ad Trebell.*

12 Hoc verbum *quod amplius*, interdum totum continet. adde *l.* 2. *C. de hered. instit.* Bart.

13 Falcidia interdum partes legati, interdum totum legatum revocat.

14 V. *l.* 6. *C. ad l. Falcid.*

15 V. *l.* 7. *C. ad l. Falcid.*

16 §. *ult. Instit. ad l. Falcid.*

bertatem in testamento vel directam vel fideicommissariam acceperunt. §. 13. Sed & legatario cavendum [17] est, à quo fideicommissum relinquitur. §. 14. Interdum non legis Falcidiæ, sed etiam alterius legis [18] in hac stipulatione ratio facienda est: ut puta si patronus [19] ex asse heres institutus sit, & pure quincunx legatus sit, & sub conditione aliquid supra debitam [20] patronо partem: nam in hunc casum ratio facienda est illius legis [21] quæ patronos vocat, non [22] legis Falcidiæ. §. 15. Si res, quæ legata sit, apud legatarium interierit: probandum est, exceptione succurri ei [23], qui promisit [24].

II. PAULUS lib. LXXV ad Edictum.

ETiam si, quanti ea res sit, promisit.

1. Quanto sit hæc actio. 2. De legato in diem, vel conditionalibus. 4. De alimentis. 5. De fisco & vetera. De cautione omissa. 6. De arbitrio boni viri. 9. An sæpius committatur hæc stipulatio. 10. De cautione omissa.

III. ULPIANUS lib. LXXIX ad Edictum.

NIsi si dolo ipsius aliquid factum sit, tunc enim etiam ex doli clausula, quæ in ista stipulatione continetur, tenebitur: & replicatione repelli poterit §. 1. Hæc cautio, quæ propter legem Falcidiam interponitur, fidejussorum [25] habet præstationem.

§. 2. Si in plures dies pecunia legata est, cum certum sit legem Falcidiam locum habere: non stipulationi, sed computationi locum esse Pedius ait: ut æstimetur, quanti sit, quod in diem legatum est: & tantum credatur esse legatum. efficit æstimatio, ut pro modo ejus ex omnibus legatis statim legis Falcidiæ ratio habeatur. §. 3. Quotiens futurum est, ut palam sit & ante diem venientem jam Falcidiam locum habere, totiens computatio ejus fit. nam * si conditio in mora est, exspectabimus conditionem, quoad existat: si autem dies supereſt [26], jam hic intercapedinis temporis habita ratione, atque æstimatione, sic de Falcidia disputabimus, & committi stipulationem dicemus.

§. 4. Quamvis autem omnes legatarii & fideicommissarii necesse habeant hac stipulatione cavere: tamen quibusdam remitti, Divi fratres rescripserunt: utputa his quibus minuta [27] alimenta sunt relicta. Pompeiæ enim Faustinæ rescripserunt sic, *Non eandem cautionem esse decem aureorum, quos annuos tibi testamento Pompeiæ Crispinæ patronæ tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum & vestiarii libertorum relictorum, quibus propterea [28] cautionis onus remittendum existimavimus.* §. 5. Item sciendum est, fiscum [29] hanc cautionem non pati: sed perinde conveniri posse, ac si cavisset. cæteros autem cujuscunque dignitatis sint, licet jam legata perceperint, compelli [30] debere ad cavendum, D. Pius rescripsit. ex quo rescripto etiam illud accipimus, quod etiam post [31] soluta legata voluit stipulationem interponi. §. 6. Si legatarius heredi, qui controversiam hereditaris patitur jam, vel sperat, de restituendo legato sibi præstito caverit; & evicta hereditas sit, sed negligentia [32], vel dolo ejus, qui legatum præstitit: dicemus non [33] committi stipulationem propter viri boni arbitrium, quod inest huic stipulationi. §. 7. Item si ipse [34], qui præstitit legatum, ex alia causa sibi evicerit (utputa quia invenitur sequenti [35] testamento heres scriptus, in quo legatum iste legatarius non acceperat): dicemus committi stipulationem propter viri boni arbitrium.

§. 8. Et generaliter ubicunque hereditatem, vel quantitatem, vel emolumentum præstitit is, qui hac stipulatione sibi prospexerat, dicendum est, ibi committi eam: si modo culpa abest ab eo, qui stipulatus est. §. 9. Quæritum est, an [36] sæpius committatur? Et placet, etiam sæpius eam committi, si per partes ablata est hereditas. §. 10. Si legatum fuerit præstitum ante interpositam hanc stipulationem: an condici possit, ut cautio ista interponatur? movet quæstionem, quod * ea, quæ per errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt: & hic ergo quasi plus solutum videtur ex eo quod cautio intermissa est. Et ait Pomponius, conditionem interponendæ satisdationis gratia competere [37]. & puto hoc probandum, quod Pomponius, utilitatis gratia.

De causa cognitione. 1. De duobus hereditatem sibi vindicantibus. 2. Si quis rem suam vel hereditariam tradat.

IV. PAULUS lib. LXXV ad Edictum.

HÆc autem satisdatio [38] locum habet, si justa causa esse videbitur. nam iniquum erat, omnimodo caveri, nondum illata controversia litis, cum possint ei lusoriæ [39] minæ fieri: ideoque eam rem Prætor ad cognitionem suam revocat.

§. 1. Si duo ex testamento hereditatem in solidum sibi vindicent, forte quod ejusdem nominis sint: tam in possessorem, quam in petitorem, competunt actiones & creditoribus & legatariis. §. 2. Hæc cautio utique necessaria est, si quis pecuniam suam solvat, vel rem tradat. si vero pecuniam hereditariam solvat, vel rem tradat, quidam non putant cavendum: quia nec teneri potest eo nomine victus, cum non possideat, vel dolo fecerit, quominus possideat: hoc si ante motam controversiam solvat: quod si postea [40], tenebitur culpæ nomine. §. 3. Sed cum de nomine inter duos quæstio est: numquid non sit cavendum ei, qui hereditariam rem tradat, quia omnimodo unus liberatur: quemadmodum si æs alienum hereditarium solvatur? Sed si petitor suam pecuniam solvat, aut rem suam tradat: non habet, unde retineat. & ideo necessaria [41] est ei cautio.

De fideicommisso relicto à legatario.

V. MARCELLUS lib. XXI Digestorum.

V*Ideamus* an stipulatio, *Qua amplius per Falcidiam licuerit, tenerи, dari?* adversus eum non sufficiat, qui legatum alii restituere ex fideicommissi causa debet. sufficiet autem dici, nihil ejus fidei commissum esse. cavebit scilicet legatario & is, qui fideicommissum accipit: nisi forte mallet legatarius, circuitu [42] sublato, heredi caveri. sed & legatario prætereа cavendum est, si (ut plerumque æquum est) pro rata ex fideicommisso retinere ei concedendum est: quamvis tantum ex legato apud eum erit remansurum, ut sufficere possit ad præstandum fideicommissum.

De eo qui non potest satisdare facile.

VI. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

CUm non facile [43] satisdationem offerre legatarius vel fideicommissarius possit; & futurum sit ut propter hoc a petitione liberalitatis [44] ex testamento submoveantur: nunquid onus satisdationis eis remittendum erit? Quod videtur [45] adjuvari rescripto Divi Commodi in hæc verba: *Si, cujus de ea re notio est, adductus si compererit, ideo cautionem à te exigi, ut à fideicommissi petitione avertaru, onus satisdationu tibi remitti curabit* [46].

De eo, qui jussus est legata percipere ad distribuendum.

VII. PAULUS lib. VII ad legem Juliam & Papiam.

DIvus Pius ab eo, qui annua legata præcipere ad distribuendum [47] jussus erat, vetuit cautionem exigi, *Cessantium partes reddi:* nisi aperte cavere jussus esset.

VIII. MÆCIANUS lib. X Fideicommissorum.

SI heres partem bonorum, vel etiam universa bona delata ad fiscum diceret, constaret autem de fideicommisso: decretum est, ut petitori caventi [48], *Evicta hereditate restitu iri*, solveretur.

Si bona delata ad fiscum dicantur.

IX. IDEM lib. XII Fideicommissorum.

SI non in controversia sit proprietas, sed usufructus (potest [49] enim rei, cujus proprietas Titio legata est, usufructus alii legari): tunc de eo restituendo non heredi, sed [50] Titio caveri debeat. † Interdum & si ab herede legetur usufructus, Titio cavendum est: veluti si detracto usufructu proprietas ei legetur, usufructus Seio. quid enim attinebit hoc casu, heredi caveri, ad quem emolumentum intercidentis usufructus non sit spectandum? Verum si usufructu Seio legato, proprietas Titio ita legetur, ut, cum ad Seium pertinere desierit, habeat proprietatem: tunc heredi caveri oportebit à fructuario, ab herede autem Titio; quia non sit certum, usufructu intercepto ad Titium proprietatem reversuram.

1 VI C.XLVIII. 4 Paul. *sentent.* 2. Factum temporibus Neronis, *l.* 1. §. 1. ff. *eod. Instit. eod.* de fideicommissariis hereditatibus, 2 *Inst.* 23. περὶ φιλοκομπαζόντων ἀγνοούντων ὑποκαθίσανους. 35 *Eclog. cap.* 1. de fideicommissis, Ulpian. 25. adde de SC. Pegasiano, 2 Paul. *sent.* 3. Goth. Differentiam inter hanc quartam & Falcidiam, vid. apud Charond. *variſim. lib.* 2. *cap.* 4. Anſ.

2 Et sic de singularibus fideicommissis prius tractavit Ulpianus, quam de universalibus: cum contrarium omnino sit servatum in Institutionibus.

3 In hoc differt Trebelliana à Falcidia. 4 §. 4. *Institut. eod.* 5 Suffectis, non ordinariis, anno 815. vide *Tacitum.* nec enim in Fastis reperiuntur. vide quæ scripsi ad Theoph. §. 4. *Institut. de fideicomm. hered.* 6 Hoc verbum abundare ait Cujac. 18 *obſ.* 11. quia non tantum in fideicommissariis hereditatibus permissum hoc est, sed etiam in directis, & in iis quæ ceduntur in jure, ut onera subeant & ad quos jus fructusque transfertur. 7 *Ex* 12 *tabulis*, ita legit Cujacius 18 *observat.* 11. *in fin.* 8 Fideicommissarius universalis, juris est & fructus successor, *ut hic.* lata appellatione, institutus dici potest. *l.* 19. §. 1. ff. *de testam. milit.* Est enim heres post factam ei restitutionem. vid. *l.* 63. ff. *eod.* 9 Uniquique damnosam fidem suam esse non oportet. vid. Paul. 4 *sent.* 2. §. *un. in fin.* 10 *l. ult. in fin.* ff. *de fideicomm. libert.*

17 V *l.* 3. §. 4. *eod.* 18 Papiæ. §. 2. *Inſt. de ſucceſſ. libert.* 19 *l.* 52. ff. *ad l. Falcid.* 20 *l.* 64. *in fin.* ff. *ad Trebell.* Quenam autem pars illa debita patronis? Olim dimidia ante Justinianum. Suetonius *in Nerone*: ut ex bonis libertorum pro semisse dodrans cogeretur. adde *l.* 7. *l.* 8. ff. *de bonis damn.* Hodie assem habent. vide *l.* 4. C. *de bonis libertorum* §. 3 *Inſt. de ſucceſſ. libert.* 21 Quæ lex illa est? Papia, quæ semissem addicit patrono in bonis liberti majoris centenario, id est, majus patrimonium habentis centum solidis. §. 3. *Inſt. de ſucceſſ. libertorum.* 22 Duas quartas Jure Civili non detrahi, hinc colligit *Bart.* Jure Canonico pure rogatus restituere, duas non detrahit, sed qui sub conditione tantum institutus est. *c. Raynutius. c. Raynutius. extra de teſt.* adde quæ scripsi ad *l.* 67. ff. *ad l. Falcid.* 23 Legatario. 24 Id est, qui cavit heredi se restituturum id quod plus ceperit, quam per legem Falcidiam licuerit. 25 Cautio hæc fidejussorem exigit. 26 *l.* 73. §. 4. ff. *ad l. Falcid.* 27 De quibus non potest transigi sine Prætore. *l.* 8. §. 23. *in fin.* ff. *de tranſact.* 28 Prætoriæ cautionis Cujac. ad *l.* 5. ff. *de verb. oblig. arg. l.* 32. §. 2. ff. *ad l. Falcid.* 29 Nec enim solet fiscus satisfare. *l.* 1. §. 18. ff. *ut legat. ſervand.* 30 §. *ult.* ff. *eod.* 31 *l.* 39. ff. *de cond. indeb.*

32 Evincitur si hereditas culpa heredis, non committitur stipulatio. Quod quis culpa sua sentit, id ab alio non recipit, *l.* 29. §. 1. ff. *de evict.* ubi v. Accurſ. 33 Vel quia passus est se vinci. vid. *l.* 9. C. *de legat.* 34 Hic tractatur de cautione evictæ hereditatis legata reddi, quæ interponitur, quoties dubitatur hereditatem heredi evinci. 35 *l.* 28. ff. *de admendis.* Repetita legata tacite in secundo testamento non videntur, quæ in primo relicta fuit: ideoque non debentur, etsi in secundo testamento idem institutus, qui in primo fuit. Casus hic singularis est. 36 Sæpius committi potest prætoria stipulatio, quæri quod singulariter intereſt committitur.

37 Omissa per errorem cautio, tempore solutionis legati potest condictione incerti exigi. §. *f.* ff. *eod.* 38 Evicta hereditate legata reddi. de qua lex 3. §. 6. ff. *eod.* 39 Vani timoris justa excusatio non est. *l.* 184. ff. *de reg. l.* 13. *C. de tranſactionib. l.* 6. ff. *quod met. cauſa. l. metum* 9. C. *quod metus cauſa.*

40 *l.* 41. ff. *ad l. Falcid.*

41 *l.* 41. ff. *ad l. Falcid. l.* 44. ff. *mandati.* vid. *l.* 8. ff. *hoc tit. l.* 17. ff. *de hered. pet.*

42 Legatarius debet cavere heredi: fideicommissarius legatario, vel fideicommissarius heredi, causa evitandi circuitus. *Bald.*

43 Ei qui non potest satisdare, remittitur satisdatio. *Bart.* 44 Testamentum liberalitatis genus. 45 Id est, si remittenda est. Imo satisdatio videtur necessaria. *l.* 27. *in fin. C. de epiſc. audient.* 46 Adde *l.* 2. C. *de uſuris & fructibus legator.* 47 Adde *l.* 21. §. 4. ff. *de annuis.* De hujusmodi distributoribus, seu executoribus testamentariis, v. quæ scripsi ad *l.* 107. ff. *de legat* 1. 48 *l.* 48. *in fin.* ff. *de leg.* 2. *l.* 9. C. *de legatis. l.* 4. *in fin.* ff. *eod. l.* 63. ff. *de hered. pet. l.* 17. ff. *de peculio legat.* 49 Usufructus uni potest legari: alteri proprietas. 50 Cautio usufructu finito, *res reſtitui*, debet interponi ei ad quem pervenit proprietas, non heredi tantummodo. *Bart.*

LIBER TRIGESIMUS SEXTUS.

TIT. I.

AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM [1].

Scopus & nexus. 1. Tempus, 2. Verba, 3. Effectus Senatusconſulti. 5. De cauſa teſtari vel intestari. 6. De peculio caſtrenſi vel quaſi. 7. De bon. poſſ. & aliis ſucceſſoribus. 8. De fideicommiſſario reſtituente. 9. De fideicommiſſo pure, vel in diem, & ſub conditione. 10. Si pater vel dominus heredis reſtituat. 11. Si pater filio reſtituat. 12. De tutore vel curatore. 15. De collegio vel corpore. 16. De præcepto fundo. 17. De præcepta quantitate, quæ ſemiſſem hereditatis continet. 18. De teſtamento militis. 19. De fideicommiſſario reſtituente. 20. De ſenatuſſe reſtituendo. 21. De quantitate præcepta, quæ quartam continet.

I. ULPIANUS lib. III Fideicommissorum.

EXplicito [2] tractatu, qui ad fideicommissa singulatim [3] rerum pertinet, transeamus nunc ad interpretationem Senatusconsulti Trebelliani. §. 1. Factum est enim Senatusconsultum temporibus Neronis, VIII Kal. Septembres, Annæo + Seneca & Trebellio Maximo Consulibus [5]. §. 2. Cujus verba hæc sunt: *Cum eſſet æquiſſimum, in omnibus fideicommiſſariis* [6] *hereditatibus, ſi qua de his bonis judicia penderent, ex his* 7 *eos ſubire, in* [8] *quos jus fructuſque transferetur, potius quam cuique periculoſam* 9 *eſſe fidem ſuam: placet ut actiones, quæ in heredem hereditatemque* [10] *dari ſolent, eas neque in eos, neque his dari, qui fidei ſuæ commiſſum, ſicuti rogati eſſent, reſtituiſſent; ſed his, & in eos, quibus ex teſtamento fideicommiſſum reſtitutum ſuiſſet: quo magis in reliquum confirmentur ſupremæ defunctorum voluntates* [11]. §. 3. Sublata est hoc Senatusconsulto dubitatio [12] eorum, qui adire hereditatem *recuſare* seu metu litium seu prætextu metus [censuerunt]. §. 4. Quanquam autem Senatus subventum voluit heredibus, subvenit tamen & fideicommissario: nam in eo, quod heredes, si conveniantur, exceptione uti possunt, heredibus subventum est: in eo vero, quod si agant heredes, repelluntur per exceptionem, quodque agendi facultas fideicommissariis competit: proculdubio consultum est fideicommissariis. §. 5. Hoc autem Senatusconsultum locum habet, sive ex testamento quis heres esset, sive ab intestato [13]: rogatusque sit restituere hereditatem. §. 6. In filii [14] quoque familias [15] militis judicio, qui de castrensi peculio, vel quasi [16] castrensi testari potest, Senatusconsultum locum habet [17]. §. 7. Bonorum quoque possessores [18], *vel alii successores*, ex Trebelliano restituere potuerunt hereditatem. §. 8. De illo quæritur, an is, cui ex causa fideicommissi restitutra est hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto, ipse quoque restituendo ex eodem Senatusconsulto transferat actiones? Et Julianus scribit, etiam ipsum [19] transferre actiones: quod & Mæcianus probat, & nobis placet.

§. 9. Sed & quotiens quis rogatus duobus restituere hereditatem, alteri pure vel in diem, alteri sub conditione, suspectam [20] dicit: ei, cui erat rogatus pure vel in diem restituere, interim universam hereditatem restitui Senatus censuit: cum autem exiterit conditio, si velit alius fideicommissarius partem suam suscipere, transire ad eum ipso jure actiones. §. 10. Si filio vel servo herede instituto, rogatoque restituere hereditatem, dominus vel pater restituat: ex Trebelliano transferuntur actiones. quod est etiam si suo nomine rogati sunt restituere. §. 11. *Idem [est], & si ipsi filio pater [21] rogatus sit restituere * hereditatem.

§. 12. Sed & si tutor [22] vel curator adulescentis, vel furiosi, rogatus sit restituere hereditatem: sine dubio Trebelliano locus erit. §. 13. Fuit quæsitum, si ipsi tutori rogatus sit restituere pupil-

11 Voluntates censuerunt. *Hal.* Quod verbum *cenſendi* solenne in Senatusconsultis. 12 *l.* 4. ff. *eod.*

13 *l.* 78. *in pr.* ff. *eod.* vid. *l.* 3. C. *eod.* §. 10. *Inſt. eod.* cur ab intestato? vel ideo, quod ex identitatis ratione licita est extensio de herede testamentario ad heredem ab intestato; & sic, quem non honoro expresse, sed tacite, gravare possum, *Rip.* Goth. Vide Govean. *lib.* 2 *variet.* 33 S. L. 14 *l.* 114. ff. *de legat.* 1.

15 Vid. ad hunc locum Goveau. 2 *variar. ult.* 16 Potest enim rogari restituere. §. 11. *Inſt. eod. l.* 22. *in fin.* ff. *eod.* 17 Nam cui jus testandi competit, is etiam fidei commettere potest.

18 Nam ad honorarios successores pertinet hoc Senatusconsultum. *l.* 6. §. 1. *l.* 40. §. 1. ff. *eod.* Heredis nomine comprehenditur etiam bonorum possessor. *l.* 19. §. 2. ff. *de cond. & demonſtr.* 19 *l.* 55. §. 2. ff. *eod.* 20 Adde *l.* 16. §. 4. ff. *eod.* 21 *l.* 40. §. 1. ff. *eod.* 22 V. *l. pen. C. eod.*

pupillus: an ipso auctore restitutionem facere possit? & est *decretum à D. Severo* * *non* [23] *posse tutori se auctore restituere hereditatem*: quid in rem suam auctor esse non potest. §. 14. Curatori tamen adulescentis ab adulescente potenti restitui hereditas: quoniam necessaria non [24] est auctoritas ad restitutionem. §. 15. Si autem collegium [25] vel corpus sit [26], quod rogatum est restituere: decreto eorum, qui sunt in collegio vel corpore, in singulis, inspecta eorum persona, restitutionem valere: nec [27] enim ipse sibi videtur quis horum restituere. §. 16. Si heres *praecepto fundo rogatus sit hereditatem restituere*: ex Trebelliano Senatusconsulto restituet hereditatem. nec multum facit, si fundus [28] pignori datus est: *neque* [29] *enim aes alienum personale actio fundum* [30] *sequitur, sed cum, cui hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est.* sed cavendum est heredi à fideicommissario, *ut si forte fundus fuerit evictus a creditore, habeat* [heres] *cautum: Julianus* autem cavendum non putat, sed æstimandum [31], quanti valet sine hac cautione, hoc [32] est, quanti vendere potest sine cautione: & si potest tanti vendere non interposita cautione, quantum facit quarta pars bonorum, ex Trebelliano transituras actiones; si minoris, retento eo, quod deest, similiter ex Trebelliano restituendum sit. quæ sententia multas quæstiones dirimit. §. 17. Si is, qui quadringenta in bonis habeat, trecenta legaverit, & deductis ducentis rogaverit heredem Seio restituere hereditatem: an trecentorum omnis fideicommissarius subeat, an vero hactenus, quatenus ad eum ex hereditate pervenit? Julianus ait, competere quidem adversus eum trecentorum petitionem: non autem amplius quam in ducentis actionem adversus fideicommissarium daturum; in heredem autem centum. & mihi videtur vera esse Juliani sententia: ne damnum fideicommissarius sentiat ultra, quam ad eum ex hereditate quid pervenit: * neminem * enim * oportere plus [33] legati nomine præstare quam ad eum ex hereditate pervenit, quamvis [34] Falcidia cesset, ut refcripto D. Pii continetur.

§. 18. Denique nec ex militis testamento plus legatorum nomine præstatur, quam quantitas est hereditatis, ære alieno deducto: nec [35] tamen quartam retinere fideicommissario permittitur. §. 19. Inde Neratius scribit: si heres rogatus [36] restituere *totam hereditatem, non deducta Falcidia, rogato & ipsi, [ut] alii restituat*: non utique debere eum detrahere fideicommissario secundo quartam: nisi liberalitatem tantum ad priorem fideicommissarium heres voluit pertinere. §. 20. [Sed] si quadringenta habens, ducenta legaverit Titio, & partem dimidiam hereditatis Sempronio restituere rogaverit: ex Trebelliano restitutionem faciendam Julianus ait, & legatorum petitionem scindi: sic ut centum quidem petantur ab herede, centum vero alia legatarius fideicommissario petat. quod idcirco dicit Julianus, quoniam secundum hanc rationem, integram quartam habet, id est centum integra. §. 21. Idem Julianus scribit, si is, qui quadringenta in bonis habeat, trecenta legasset: & deductis centum rogasset heredem, ut hereditatem Sempronio restituat: debere dici, deductis centum restituta hereditate, legatorum actionem [37] in fideicommissarium dari.

De hereditate fideicommiss., cujus dodrantem legata absumunt.

II. Celsus lib. XXI Digestorum.

QUi [38] quadringenta reliquit, Titio trecenta legavit: heredis fidei commisit, *ut tibi hereditatem restitueret*: isque suspectam [39] jussu Prætoris adiit & restituit. Quærebatur, quid legatario dare deberes? Dicendum est, quia præsumptum est, voluisse testatorem, cum [40] onere legatorum fideicommissum restitui: tota trecenta te dare Titio debere. Nam [41] heres hoc rogatus intelligi debet, ut [42] te suo loco constituat. & quod heres perfunctus [43] omnibus hereditariis muneribus (id est, post legatorum dationem) reliquum habiturus foret, si non esset rogatus & tibi restitueret hereditatem: id tibi restituat. quantum ergo haberet? nempe centum: hæc ut tibi daret rogatus est. Itaque sic ineunda est legis Falcidiæ ratio, quasi heres trecenta Titio dare damnatus, tibi centum dare damnatus sit: quo evenit, ut, si hereditatem sua sponte adisset, daret Titio ducenta vigintiquinque [44], tibi septuagintaquinque [45]. Non [46] ergo plus Titio debetur, quam si injussu Prætoris adita hereditas foret.

1. *De testamentis in quibus Falcidia locum non habet.* 2. *De rogato restituere deductis legatis.* 3. *De rebus ab herede alienatis.* 4. *De jusso restituere portionem suam.* 5. *De fisco. Hereditas quantur fisco cum suis oneribus.* Duar. & Pac.

III. Ulpianus lib. III Fideicommissorum.

MArcellus autem apud Julianum in hac specie ita scribit: Si ad heredis onus esse testator legata dixerit, & heres sponte adiit hereditatem: ita debere computationem Falcidiæ iniri, ac si quadringenta per fideicommissum essent relicta, trecenta vero legata: ut in septem partes trecenta dividantur, & ferat quatuor partes fideicommissarius, tres partes legatarius. Quod si suspecta dicta sit hereditas, & non sponte heres adiit & restituit: centum quidem de quadringentis quæ habiturus esset heres, residentem apud fideicommissarium: in reliquis autem trecentis eadem distributio fiet, ut ex his quatuor partes habeat fideicommissarius, reliquas tres legatarius: nam * iniquissimum est, plus ferre legatarium ideo quia suspecta dicta est hereditas, quam laturus esset, si sponte adita fuisset. §. 1. Quod autem in suspecta hereditate dictum est, hoc idem dici potest in his testamentis, in quibus lex Falcidia locum non habet: in militis [47] dico, & si qui sunt alii.

§. 2. Item Pomponius scribit: Si deductis legatis restituere quis hereditatem rogatur: quæsitum est utrum solida legata præstanda sint, & quartam ex solo fideicommisso detrahere possit: an vero & ex legatis, & [ex] fideicommisso quartam detrahere [possit]? Et refert, Aristonem respondisse, ex omnibus [48] detrahendam [49], hoc est, ex legatis, & * ex * fideicommisso.

§. 3. Res, quæ ab herede alienatæ sunt, in quartam imputantur heredi [50]. §. 4. Quidam liberis suis ex disparibus partibus institutis datis præceptionibus, ut [51] ipse maximam partem patrimonii inter liberos ita divisisset, rogavit eum, qui sine liberis decederet, portionem suam fratribus restituere. Imperator noster rescripsit, præceptiones [52] quoque fideicommisso contineri [53]: quia non portionem hereditariam [54] testator commemoravit, sed simpliciter portionem: in portionem autem & præceptiones videri cecidisse. §. 5. Si is, qui rogatus fuerit hereditatem restituere, ante quæstionem de familia habitam vel tabulas aperuerit, vel hereditatem adierit, vel quid eorum, quæ SC. prohibentur, fecerit, ac per hoc publicata fuerit hereditas: fiscus cum suis oneribus hereditatem adquirit. quare commodum quartæ, quod erat habiturus heres institutus, id ad fiscum pertinet: & ex Trebelliano actiones transeunt, sed & si prohibuerit testamentarium [55] introducere, vel testes convenire, vel mortem testatoris non defendit, vel ex alia causa hereditas fisco vindicata est: æque quartæ quidem commodum ad fiscum pertinebit: dodrans vero fideicommissario restitueretur.

De herede adire & restituere compellendo.

IV. Idem lib. IV Fideicommissorum.

QUia poterat fieri, ut heres institutus nolit [56] adire hereditatem, veritus ne damno adficeretur: prospectum est [57], ut si fideicommissarius diceret suo periculo adire, & restitui sibi velle, cogatur [58] heres institutus à Prætore adire & restituere hereditatem. quod si fuerit [59] factum, transeunt [60] actiones ex Trebelliano, nec [61] quartæ commodo heres in restitutione utetur. Nam cum alieno periculo adierit hereditatem: merito omni commodo arcebitur. nec interest, solvendo [62] sit hereditas, nec ne: sufficit enim recusari ab herede instituto. neque illud inquiritur, solvendo sit hereditas, an non sit: opinio enim, vel metus [63], vel color ejus, qui noluit adire hereditatem, inspicitur, non substantia hereditatis. nec immerito: non enim præscribi heredi instituto debet, cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: cum variæ sunt hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tametsi locuples videatur hereditas, quorundam offensas vel invidiam; quorundam gratificari volentium his, quibus hereditas relicta est, sine onere tamen suo.

De hereditate arenarii, vel ejus, quæ corpore quæstum facit.

V. Macianus lib. VI Fideicommissorum.

SEd & qui magna præditus est dignitate vel auctoritate, arenarii [64], vel ejus mulieris, quæ corpore quæstum fecerit, hereditatem restituere cogetur.

De præsentia vel absentia heredis. 1. *De herede instituto, & aliis successoribus.* 2. *De suo herede.* 3. *De fisco.* 4. *De municipibus.* *De collegio.* 5. *De fideicommissaria hereditate substituto vel legitimo heredi relicta.* 6. *De loco & die & eo, quod heres dat conditionu implendæ causa.*

VI. Ulpianus lib. IV Fideicommissorum.

REcusare autem non tantum præsentes [65], sed etiam absentes vel per epistolam possunt. nam etiam [66] adversus absentes postulatur decretum: sive certior sit eorum voluntas, recusantium adire & restituere hereditatem: sive incerta: adeo præsentia [67] eorum [68] non est necessaria. §. 1. Meminisse autem oportebit, de herede instituto Senatum loqui [69]: ideoque tractatum est apud Julianum, an intestato [70] locum habeat. sed est verius, eoque jure utimur, ut hoc Senatusconsulto [71] ad intestatos [72] quoque pertineat: sive legitimi, sive honorarii sint successores. §. 2. Sed & ad filium, qui in potestate est, hoc Senatusconsultum locum habet, & in cæteris necessariis [73], ut à Prætore compellantur [74] miscere se hereditati, sic deinde restituere: quod si fecerint, transtuliisse videbuntur actiones. §. 3. Si fisco [75] vacantia bona deferantur, nec velit bona adgnoscere, & fideicommissario restituere: æquissimum erit, quasi vindicaverit, sic fiscum restitutionem facere. §. 4. Item si Municipes [76] hereditatem suspectam dicant, heredes instituti: dicendum erit, cogi eos agnoscere hereditatem, & restituere. † Idemque erit & in collegio dicendum. §. 5. Titius heres institutus, Sempronio substituto, rogatus [77] est ipsi Sempronio hereditatem restituere: institutus suspectam dicebat hereditatem. Quæritur, an cogendus est adire & restituere hereditatem: & deliberari potest. Sed verius est, cogendum eum: quia interesse Sempronii potest, ex institutione, quam ex substitutione hereditatem habere, vel legatis vel libertatibus onerata substitutione. Nam etsi legitimus heres fuerit is, cui fideicommissaria hereditas relicta est: idem dicitur. §. 6. Si quis alio loco [78] restituere hereditatem jussus sit, & suspectam eam dicat: Julianus scribit, cogendum [79] eum esse: similemque ei, qui in diem rogatus est restituere.

VII. Macianus lib. IV Fideicommissorum.

SEd sciendum est impendiorum [80] quoque, quæ ad iter explicandum [81] necessaria essent, rationem haberi debere. nam si ita institutus esset, * si [82] * Titio decem dedisset: non aliter cogeretur, quam si ei pecunia offeratur. Sed & salutis [83] ac dignitatis [84] ratio habenda erit. quid enim, si morbo adplicitus, Alexan-

---

22 *l.* 37. §. 1. *T.* Ivi Gothofr. Vide Bellon. *ad §. supert. cap.* 15. *S. L.*

24 Vide *l.* 101. *T. de verb. oblegat.* Goth. Vide Zanger. *de except part.* 3. *cap.* 1. *num.* 43. Anf.

25 Testamento institutus heres. *l.* 8. §. 4. *l.* 20. *T. eod. l.* 30. *T. de vulg. l.* 8. *l.* 12. *C. de hered. inst.*

26 Hoc fieri quemadmodum potest, cum Ulpianus 22. §. 2. tutelæ fideicommissariam hereditatem municipibus quidem restitui posse, & hoc Senatusconsulto prospectum esse; municipia tamen, & municipes nisi à libertis suis instituti non posse?

27 Sibi ipsi nemo quidquam restituere dicitur.

28 *l.* 18. *in fin. T. de mort. caus. l.* 25. §. 14. *T. de hered. pet.*

29 Vide *l.* 25. *C. de donat.* vide omnino ad hunc locum Socin. *reg.* 276. Goth. Adde *l.* 16. §. 2. *T. eod. l.* 15. *C. si cert. petatur. l.* 9. *T. de edendo. l.* 1. §. 1. *T. de dot. prælegat. l.* 50. §. 1. *T. de judic.* S. L.

30 Id est, fundi certi possessor usufructuarius certarum rerum non cogitur æs alienum defuncti solvere. *l. ult. T. de usufr. legato.*

31 Adde *l.* 14. *in fin. pr. T. de cond. furt.*

32 Dixi ad *l.* 63. *T. ad l. Falcid.*

33 *l.* 17. §. 2. *T. eod. l.* 15. *in fin. T. de jur. codic. l.* 94. *in fin. l.* 114. §. 9. *in fin. T. de leg. 1. l.* 70. §. 2. *in fin. l.* 77. §. 5. *T. de legat. 2. l.* 6. *l.* 24. §. 2. *in fin. T. de legat. 3. l.* 9. *C. de fideicommiss.* §. 1. *vers. hoc solum. Instit. de singul. reb. per fideicommiss.* 2. Gai. 7. §. 6.

34 Potest enim ea prohiberi. *l.* 22. *in fin. T. eod.*

35 In testamento militis cessat Falcidia. *Socin.* dixi ad *l.* 12. *C. de test. milit.*

36 Intellectum hujus §. vid. apud Joann. Decher. *dissertat. lib.* 1 *dissertat.* 1. *num.* 60. Anf.

37 *l.* 30. §. 3. *T. eod.* §. 9. *Inst. eod. l.* 2. *C. eod.*

38 Hæc lex consuevit reputari horribilis juvenibus. *Barr.* Huic tamen adjunge & *l.* 3. *T. eod.*

39 Adire suspectam hereditatem heres cogitur a judice, atque adita restituere.

40 Fideicommissa cum onere legatorum restituuntur.

41 Nam heres, qui rogatur deductis legatis hereditatem restituere, hoc rogatum intelligi debet, *ait* Govean. reprehensus ab Anton. Fabro 4 *conject.* 14.

42 Fideicommissarius universalis suo loco heredes constituere, id est, eis cedere suas actiones debet. 43 Perfungi omnibus oneribus hereditariis, est legata præstare. *l.* 33. *T. de leg.* 2. ubi dixi.

44 Ex causa legati, deducta Falcidia. 45 Ex causa fideicommissi, deducta Trebellianica.

hinc collige, duas quartas ex testamento detrahi posse. vid. tamen quæ notavi ad *l.* 3. *T. eod.*

46 Alit. Faber 4 *conject.* 14. *in fin.* putat hanc negationem tollendam esse, vel scribendum esse *nunc*, hoc est, in casu proposito. Bartolus legisse videtur *tunc.* 47 In multis dico. *Hal. l.* 7. *C. ad leg. Falc.* 48 Id est, ex legatis & ex fideicommissis: & sic videntur hic duæ quartæ simul detrahi, Falcidia videlicet, & Trebellianica: hoc etiam confirmat lex 1. *T. eod.* Hic causam præbent mihi interpretes quærendi: An suus institutus heres & fideicommisso gravatus, duas quartas possit detrahere: unam sc. velut à legatis & fideicommissis; alteram ex Jure naturali, quasi naturali jure sit debitam? Posse dicitur consuetudine generali recepta ex *cap. Raynutius. extra de testam.* Num & Jure Civili? Dixeris posse: quod duæ illæ quartæ vario jure descendant, partim videlicet ex Senatusconsulto, partim vero naturali Lege; & una, tanquam à filio, altera, tanquam ab herede scripto retineatur: cæterum nihil impedit, quominus duplici jure quis deducat, *l.* 68. *T. ad leg. Falcid. præsertim* si diversis temporibus id fiat: & quidem pure, naturali Jure; sub conditione vero, ex SC. Trebelliano, quod *ἀσφαλὲς* non est. Constat etiam filium agere posse ad legitimæ supplementum, *l.* 30. *C. de inoff.* quæ tamen non competit ei jure testamenti (nec enim testator eam integram reliquit) sed Legibus; nec lucrativo titulo, sed naturali jure: & proinde hujusmodi quartam ad eum deferri invito etiam patre. Alteram vero quartam patris voluntate velut institutus, & gravatus restitutione, detrahere poterit, velut quicunque extraneus. Id enim cum sit permissum extraneo, multo magis liberis permittendum est. *arg. l.* 5. *T. ad Tertul.* Multa tamen in contrariam partem argumenta affert Hotom. 37 *Illustr. qu.* Eadem est in sententia Cujac. 8 *observ.* 3. Notum enim, esse, cum qui quartam Falcidiam habuerit *l.* 8. §. 9. *T. de inoff.* vel Pegasianam ex fructibus consecutus fuerit *d. l.* 8. §. 11. vel ex constitutione D. Pii, *d. l.* 8. §. 15. vel ex bonis liberti, *l.* 1. §. *penult. T. si cui plus quam per leg. Falcid.* ab alia omni detractione repelli, *l.* 6. *C. ad Trebell.* Deinde filius jussus fratri restituere, jubetur referipto Principis retenta quarta, ex SC. dodrantem restituere. Tertio, quæ legitima natura deberi dicitur, non tam est quadrans, quam ipsa hereditas universa. Quarto, si res ita esset, interdum filius tres quartas detraheret, naturæ scilic. Falcidiam & Trebellianicam. Neque movebit interim in contrariam sententiam hic textus: nam qui de hereditario asse (quadringentorum scil.) centum detrahit, quartam detrahit: qui 75 de 300 legatis, qui 35 de centum detrahit si is nihil aliud quam centum (quæ assis sunt quadrans) detrahit. Quæ cum ita sint, commentum est, Jure Civili, duas quartas detrahi: qua in re doctissimis Antecessoribus assentior Fr. Hotom. 37 *Illust.* & Cujacio 8 *obs.* 3. adde *Novell.* 18. *cap.* 1.

49 Falcidia, & Trebelliana quibusdam casibus non detrahitur. v. Socin. *reg.* 331.

50 Quid, si fuorum redimendorum causa alienaverit, in quartam imputare num id cogitur? an potius id ei impune licuisse dicemus? id videtur; de quo dicam plenius ad *Novell.* 39. *c.* 1.

51 Sicut ipse. *Hal.*

52 Gravatus restituere portionem, censetur etiam gravatus restituere prælegata. *Socin.*

53 Imo non continetur. dixi ad *l.* 15. *C. de fideicommiss.* Vide omnino *Socin. reg.* 303. 54 *l.* 86. *T. ad l. Falcid.* Imo hereditariam. vide *l.* 15. *C. de fideicommiss.* 55 Testamentarius quis, vid. *l.* 1. *T. si quis aliqui. test.* 56 Hereditatem repudiat, qui dicit se nolle adire. vid. Mantic. 12. *de conject. ult. volunt.* Goth. Secus est in legat. *l.* 87. *T. de leg.* 1. Anf. 57 *l.* 17. *in fin. T. si quis omissa causa.* 58 Heres per magistratus municipales ex auctoritate Præsidis fideicommissario postulante, hereditatem adire & restituere compellitur. Paul. 4 *sent.* 4. §. 2. 59 *Al.* non fuerit. 60 *l.* 28. *T. de judic.* 61 Legitimæ privatur filius, si hereditatem adire nolit. *l.* 14. §. 4. *l.* 27. §. 2. *T. eod.* vide tamen ad hunc locum Socinum *reg.* 155.

62 *l.* 9. §. 2. *T. eod.* 63 *l.* 45. *T. eod.* 64 Arenarii, sunt qui pugnandi causa in arenam descendunt. *l.* 38. *T. de oper. libert. l. ob carmen.* §. *si ea. T. de testibus.* Anf. 65 *l.* 12. *l.* 95. *T. de adquir. hered.* §. *ult. Instit. de hered. qualit.* 66 Vide *l.* 7. §. 1. *C. eod.* 67 Recusatio tamen necessaria est. 68 Id est, absentium. 69 *l.* 1. *T. eod.* Goth. Vide Joann. Decher. *lib.* 1 *dissert.* 14. *n.* 38. Anf. 70 *Al.* ad intestatos. 71 *V. l.* 18. *T. ad leg. Falcid. l.* 3. *C. ad Trebell.*

72 Succedentes ab intestato, coguntur adire & restituere. v. *l.* 3. *C. eod.* §. 10. *Inst. eod.* ubi dixi ad Theophilum. 73 Sui coguntur adire & restituere. 74 Imo, non compelluntur. *arg. l.* 27. §. 3. *T. eod.* 75 Fiscus cogitur hereditatem adire & restituere. *Barr.* adde *l.* 96. §. 1. *T. de leg.* 1.

76 *l.* 1. §. 15. *T. eod.* 77 Adde *l.* 27. §. 12. *T. eod.* 78 Eo loco & tempore hereditas restituenda (si fieri potest) quo testator jussit. *Barr.* 79 *Sub.* si ea conditione sit heres, ut non magnum detrimentum aut laborem sentiat in itinere suscipiendo, & ejus profectio sit admodum utilis fideicommissario. Alias in ipso loco domicilii restituere verbo hereditatem potest: quæ verbalis restitutio satis efficax est ad omnia jura in fideicommiss. ium transferenda, ut fiopte arbitrio, suave auctoritate hereditatem alio loco suam adeat fideicommissarius: & ita quoque hunc locum accipit Castrensis. 80 *l.* 11. *T. eod.* 81 Adde *l.* 72. *T. ad leg. Falcid.* 82 Id est, sub conditione. *l.* 31. §. 2. *l.* 63. §. 8. *T. eod.* 83 *l.* 8. *in fin. T. eod.* de exceptione loci non tuti vide Oldendorpium, *cap.* 17 *de except.* Hanc ob causam literæ salvi conductus peti & impetrari solent. 84 De exceptione loci inhonesti vide Oldendorpium, *cap.* 18 *de except.* adde *l.* 63. §. 7. *T. eod.*

xandriæ jussus fuit adire? vel [84] nomen [85] vispellionis [86] testatoris ferre?

VIII. PAULUS lib. II Fideicommissorum.

DE ætate quoque, & jure (id est, liceat ei eo [87] ire, necne), æstimabitur.

1. De liberatione. 2. Quid profiteri debet qui suspectam dicit hereditatem. 3. De conditione pendente vel die.

IX. ULPIANUS lib. IV Fideicommissorum.

SEd & si alio loco jussus est adire, & Reipublicæ causa absit [88]: æque cogendum adire hereditatem & restituere, Julianus ait, ubi abest. §. 1. Plane si quis petierit [89] ad deliberationem tempus, & impetraverit [90], deinde post tempus deliberationis adierit, & restituerit hereditatem: non videtur coactus hoc fecisse. nec enim suspectam coactus adit: sed sponte post deliberationem. §. 2. Quod si suspectam dicit, profiteri debet, *non sibi expedire adire hereditatem*: neque hoc dici oportere, *non esse solvendo*: sed profiteri eum oportet, *quod non putat sibi expedire hereditatem adire*. §. 3. Si quis sub conditione fuit heres scriptus, pendente [91] conditione nihil agit, tamesi paratus sit restituere hereditatem.

X. GAIUS lib. II Fideicommissorum.

SEd etsi ante diem vel ante conditionem restituta sit hereditas, non transferuntur actiones: quia non ita restituitur hereditas, ut testator rogavit. plane posteaquam extiterit conditio vel dies venerit, si ratam habeat restitutionem hereditatis: benignius est, intelligi tunc translatas videri actiones.

De eo, quod heredi interest non adire. 1. De tabulis pupillaribus. 2. De absentia fideicommissarii, & de ejus morte ante hereditatem restitutam.

XI. ULPIANUS lib. IV Fideicommissorum.

APud Julianum relatum est, si legatum fuit heredi instituto relictum, *si heres non erit*, & ob hoc suspectam dicat hereditatem, ne perdat legatum: offerri ei oportere quantitatem legati à fideicommissario; deinde cogendum. nec illud admittit Julianus, ut quasi hereditatem non adisset, sic legatum à coherede petat: adiit [92] enim: sed magis arbitratur, à fideicommissario ei præstandum. Sed & si quid aliud sua interesse dicet: non cogitur adire, nisi [93] ei damnum vel lucrum à fideicommissario sarciatur; vel a Prætore onus remittatur, quod recusat. §. 1. Idem Julianus ait: si duo [94] fuerint à patre instituti cum filio ejus impubere, & iidem substituti filio: sufficere ei, qui fideicommissum in secundis tabulis accepit, unum ex heredibus institutis cogere adire patris hereditatem: hoc enim facto confirmatisque patris tabulis, poterunt ex substitutione [95] ambo cogi adire, & restituere hereditatem. §. 2. Utrum autem præsenti, an etiam absenti restitui possit, procuratore adeunte Prætorem, videndum est. ego puto absenti quoque fideicommissario cogi posse heredem instititutum adire, & restituere: nec vereri heredem oportere, ne forte in damno moretur: potest enim ei per Prætorem succurri; sive cautum ei fiat, sive non, & ante [96] decesserit fideicommissarius, quam ei restituatur hereditas: est enim hujus rei exemplum capere ex rescripto Divi Pii in specie hujusmodi. Antistia decedens Titium heredem instituit: & libertatem dedit Albinæ directam, eique filiam per fideicommissum reliquit, rogavitque, ut filiam manumitteret: sed & Titium rogavit, ut manumissæ Albinæ filiæ restitueret hereditatem. cum igitur Titius suspectam diceret hereditatem, Rescriptum est à D. Pio, compellendum eum adire hereditatem: quo adeunte, Albinæ competituram libertatem, eique filiam tradendam, & ab ea manumittendam, tutoremque filiæ manumissæ dandum: quo auctore restituatur hereditas filiæ statim [97], quamvis [98] sic fuisset ei rogatus restituere, cum autem ætatem compleret. cum autem possit (inquit) evenire, ut ante decedat ea, cui fideicommissaria libertas & hereditas relicta est; nec oporteat damno affici eum, qui rogatus adit hereditatem: remedium dedit, ut si quid horum contigerit, perinde permittatur venumdari bona Antistiæ, ac si heres ei non extitisset. Cum igitur demonstraverit D. Pius, succurri heredi instituto, qui compulsus [99] adit: dici potest, etiam in cæteris causis exemplum hoc sequendum, sicubi venerit, restituatur fideicommissaria hereditas ei [100], qui compulit adire, & restituere sibi hereditatem.

De fideicommisso conditionali.

XII. PAPINIANUS lib. XX Quæstionum.

SEd cum ab herede pro parte instituto fideicommissa hereditas sub conditione relicta esset: Imperator Titus Antoninus rescripsit, non esse locum Constitutioni suæ, neque pupillum extra ordinem juvandum: præsertim, si novum beneficium cum alterius injuria postularetur.

1. De præsentia & absentia heredis. 2. Si queratur de testamento, 3. Vel de viribus fideicommissi. 4. Si Prætor vel Consul, 5. Vel ejus pater sit heres institutus.

XIII. ULPIANUS [lib. IV Fideicommissorum].

ILle, à quo sub [1] conditione fideicommissum relictum est, causari [2] quid non poterit, ne conditio deficiat, & hæreat actionibus: cum nullum [3] damnum sit futurum secundum ea quæ ostendimus. §. 1. [Jam] igitur non desideratur heredis præsentia [4]. §. 2. Si de testamento aliquid queratur heres, non debet audiri, si suspectam sibi hereditatem dicat. nam & si maxime dicatur, vel jus testandi non habuisse eum, qui testatus est, vel de viribus testamenti, vel de sua conditione: non erit audiendus.

§. 3. Quid ergo, si de viribus fideicommissi tractetur? hæc quæstio prætermittenda non erit: sed quid, si [qui] fideicommissarius dicat, Adeat prius, & sic de hoc queratur? Credo, interdum audiendum fideicommissarium, si cognitio prolixiorem [5] tractatum habeat: finge enim, verba fideicommissi de longinquo petenda, & justam deliberationem de quantitate fideicommissi incidere. dicendum erit, compellendum eum adire, ne prius heres decedens fideicommissarium decipiat. §. 4. Tempestivum est requirere [6] per quem quis cogatur adire & restituere hereditatem: veluti si Prætor aut Consul fuerit heres institutus, suspectamque hereditatem dicat; an cogi possit adire, & restituere? & * *dicendum est, Prætorem* quidem [7] in Prætorem*, vel Consulem in Consulem nullum imperium habere*: sed si jurisdictioni se subjiciant [8], solet Prætor in eos jus dicere. sed & si ipse Prætor heres institutus suspectam dicat, ipse se cogere non poterit: quia *triplici [9] officio fungi non [10] potest*, [&] suspectam dicentis, & coacti, & cogentis. Sed in his omnibus casibus atque similibus principale [11] auxilium implorandum est. §. 5. Si quis filiusfamilias [12] sit, & magistratum gerat: patrem suum, in cujus est potestate, cogere poterit, suspectam dicentem hereditatem adire, & restituere.

1. De repudiatione hereditatis. 2. De distractione bonorum. 3. De effectu coactæ additionis. 4. De quarta retentione. 5. Qui possunt cogere heredem adire. 6. De fideicommisso pecuniario. 7. De hereditate restituenda. 8. De familia, pecunia, universa re, omnibus suis, patrimonio, facultatibus, verbo, quidquid habeo censeo, fortunis, substantia, peculio.

XIV. HERMOGENIANUS lib. IV Fideicommissorum.

NAm quod ad jus publicum [13] attinet, non sequitur jus potestatis [14]. §. 1. Sed [15] & qui repudiavit [16] hereditatem, cogetur adire, & restituere ipsam hereditatem, si justæ causæ allegentur. §. 2. Plane si bona venierint [17]: non oportet præceptorem [18], ne quidem pupillum restituere, nisi ex causa, ut Divus Pius rescripsit. §. 3. Si quis compulsus adierit hereditatem ex testamento, quod secundas [19] tabulas habebat: Quæsitum est an [20] per aditionem [21] & tabulæ secundæ firmarentur: quod videbantur evanuisse, non adita patris hereditate? Et Julianus lib. XV scribit, & sequentes [22] tabulas confirmari. quæ sententia verissima est: nemo enim dubitat, etiam legata præstari, & libertates competere, & cætera [23], quæcunque sint in testamento, perinde valere, ac si sua sponte heres hereditatem adisset.

§. 4. Qui compulsus adiit hereditatem, sicuti cæteris [24] commodis caret, ita hoc quoque casu careat, ne possit pœnitendo [25] quartam [26] retinere. & ita invenio ab Imperatore nostro, & Divo patre ejus rescriptum. §. 5. Non [27] omnis autem suspectam hereditatem repudiatione amissam cogere potest adiri & sibi restitui: sed is [28] demum, ad quem actiones transire possunt. neque enim æquum est, ad hoc quem compelli adire hereditatem, ut emolumentum quidem hereditatis retundat, ipse vero oneribus hereditatis obstrictus relinquatur. §. 6. Quare si fideicommissum pecuniarium alicui fuerit relictum, cessat compulsio, tamesi indemnitatis cautio offeratur. §. 7. Proinde qui hereditatem rogatur restituere, is demum compellitur restituere.

§. 8. Sed & si quis bona rogatus sit, vel familiam [29], vel pecuniam [30] rogetur, vel universam rem [meam];

XV. PAULUS lib. II Fideicommissorum.

VEl omnia sua:

1. De verbo pervenire. 2. De re, vel quantitate, vel universitate restituenda. 3. De rogato restituere deducto ære alieno, & legatis. 4. De rogato restituere partem, vel duobus. 5. Si quis rogaverit heredem suum restituere hereditatem mulieri, quæ ad eum pervenerat, vel totam, vel partem ejus. 6. De testamento militis. 7. De duobus heredibus invicem substitutis & fideicommisso onerato. 8. Si ex fideicommissario quidam exegerint. 10. De servo duorum. 12. Si quis rogetur restituere filio suo, 13. Vel servo suo cum libertate. 15. De herede, qui solidum capere non potest. 16. De servo hereditario.

XVI. ULPIANUS lib. IV Fideicommissorum.

COgi poterit. † Hoc idem, & si *patrimonium* fuerit rogatus, & si *facultates*, & si *quidquid habeo*, & si *censum meum*, & si *fortunas meas*, & si *substantiam* [31] *meam*. & si *peculium* [32] *meum* testator dixerit: quia plerique ἰδιωτικῶς, id est, diminutive, patrimonium suum, peculium dicunt [33]: cogendus erit: de successione enim sua & hic rogavit. Nec ignoro in quibusdam ex his Mæcianum dubitare, & voluntatis esse dicere quæstionem, utrum de pecunia tantum, an & de successione testator senserit: in ambiguo [34] tamen magis de successione sensum dico, ne [35] intercidat fideicommissum. §. 1. Sed & si quis ita rogaverit, *Quidquid ad te ex hereditate bonisve [36] meis pervenerit, id ego restituas*: cogi poterit adire & restituere hereditatem ex Trebelliano SC. quanquam *pervenire* [37] proprie dicatur, quod deductis oneribus ad aliquem pervenit.

§. 2. [Et] generaliter autem potest dici, ita demum quem non posse cogi adire, & restituere hereditatem, si de re, vel quantitate [38] fuerit rogatus. cæterum si de universitate sensisse testatorem appareat: nulla quæstio est, quin, sive suspectam dicat, cogi possit; sive sponte adit, ex Trebelliano transeant actiones.

§. 3. Inde quæritur, si quis hereditatem rogatus sit restituere, *deducto ære alieno* [39], *vel deductis legatis*: an suspectam dicens cogi possit adire & restituere hereditatem: quia vi ipsa magis id quod superest ex hereditate, quam ipsam hereditatem, restituere sit rogatus? Et sunt, qui putent (ut Mæcianus), inutilem hanc deductionem: nec enim posse ex jure deduci quantitatem, non magis quam si fundum quis deducto ære alieno vel deductis legatis restituere sit rogatus: neque enim recipit fundus æris alieni vel legati minutionem. sed Julianum existimare refert, Trebelliano Senatusconsulto locum esse: [&] ne dupliciter fideicommissarius oneretur, [&] cum heres æs alienum vel legatum deducit, & cum convenitur à creditoribus & legatariis, restituta sibi ex Trebelliano hereditate, debere aut deductionem eum non pati ab herede, aut cavere illi heredem, defensum iri eum adversus legatarios, cæterosque. §. 4. Si quis heres institutus, rogatus fuerit hereditatem non totam, *sed partem* [40] *restituere*; vel si duobus restituere sit rogatus, & alter ex his velit sibi restitui hereditatem, alter recuset [41]: Senatus censuit, utroque casu exonerari eum, qui suspectam hereditatem dicit, totamque hereditatem transire ad eum, qui adire cogit. §. 5. Sed & si quis non hereditatis suæ partem dimidiam rogavit heredem suum restituere, sed hereditatem Seiæ quæ ad eum pervenerat, vel totam, vel partem ejus, hereque insti-

---

84 Inhonestæ conditiones remittuntur.

85 De conditione nominis ferendi adde *l. 63. §. 10. ff. eod. l. 19. in fin. ff. de donat.* Cicer. 7 *ad Attic.* 8 *epist.* 26. Sueton. *in Julio Cæsar. in fin.* Cicer. 3 *offic. ubi de M. Satyro.* adde Paponem titulo de legatis in *Arrestis.*

86 De Vispellione alias dixi.

87 Citatus ad locum non tutum, citatus non videtur. Non tutus autem intelligitur, si eo accedere citatus non potuit sine discrimine, aut periculo, puta vitæ, honoris. adde Clementin. *Pastoralis de re judicata.*

88 Nec enim desideratur heredis præsentia. *l. 6. ff. eod. l. 13. §. 3. l. 30. ff. eod.*

89 Vide *l. 9. C. de jure delib.*

90 Solet enim indulgeri tempus ad deliberandum. *l. ultim. §. 13. in fin. C. de jur. delib.*

91 *l. 63. §. 7. in fin. ff. eod.*

92 Coacta aditio, aditio est: cujus ea vis est, ut condicionem legati, sub ea conditione, *si heres non erit*, deficere faciat, *ut hic.* Eadem confirmat tabulas pupillares, & alia testamento relicta: perinde ac si spontanea esset aditio.

93 Adeuntem heredem fideicommissarius *indemnem* servare cogitur; non modo ne damnum sentiat, sed ut ne lucrum amittat: unde colligitur, in eo quod interest, non tantum damni, sed & lucri rationem haberi: ut qui *indemnem* alium servare teneatur, id præstare quoque debeat, ut lucrum non amittat. *l. 7. ff. eod. l. 27. §. 15. l. 59. vers. in re autem integr. ff. eod.*

94 *l. 17. §. 7. ff. eod.*

95 An hoc innuitur, substitutionem tacitam vulgarem exigere aditionem ex testamento paterno: quasi ex ea adiri non possit hereditas, nec ab ea testamentum initium capere, ut vult Dynus? An potius fideicommissarium secundis tabulis datum posse ac debere post mortem pupilli cogere unum ex institutis in testamento paterno, adire ex eo hereditatem: ut ea ratione tabulæ pupillares, una cum ipso fideicommisso confirmentur: ac tandem etiam cogere omnes substitutos restituere jussos, hereditatem pupilli adire eamque restituere, ut Cuneus, Oldradus, Bartolus & Castrensis existimant?

96 *l. 44. in fin. pr. vers. quod si forte. ff. eod.*

97 Id est, ante conditionem. ut dixi *l. 31. l. 50. ff. eod. & l. 10. ff. eod.*

98 *l. 6. in fin. ff. eod.*

99 *l. 14. §. 4. ff. eod.*

100 *l. 16. ff. eod.* 1 *l. 6. in fin. ff. eod.* 2 Id est, conqueri. 3 Alias, non caperet. *l. 11. ff. eod.* 4 Vide *l. 9. ff. eod.* 5 In causis summariis non admittitur exceptio rei, quæ interesse non continet: si vero interest, admittitur: si requirit altiorem indaginem, reservatur. *Bald.* 6 Hactenus dictum est, qui possint cogi adire & restituere. Nunc tractatur de personis à quibus quis potest cogi adire & restituere.

7 Major minorem cogere potest, non e contra. Par sibi parem non habet imperium, nec aliquis in seipsum. Alexand. *l. 3. l. 4 ff. de recept.*

8 *l. 14. ff. de jurisdict. l. 1. ff. de judic.*

9 Triplici officio nemo fungi potest. adde *l. 9. ff. de part.*

10 Imo potest. *l. 59. in fin. ff. eod. l. 3. ff. de adoptionib.*

11 Id est, Principes.

12 Filiusfamilias magistratu fungens, potest cogere patrem adire & restituere.

13 Ut sunt sententiæ & judicia. vide tamen quæ notavi ad *l. 77. ff. de jud. iudic.*

14 Publica institutæ pietate paterna potiora sunt. 2 Valer. 1. Non tantum parentibus, sed etiam patriæ tribuitur. *l. 1. §. 15. in fin. ff. de ventr. in possess.*

15 Vide Cujac. in hunc §. *Inst. de hæreditat. in verbis, nisi minor.*

16 In jure scil. nam repudiatio fit in jure. *l. 3. l. 4. C. de repud.* recusatio quoquo modo. *l. 5. ff. eod. l. 95 ff. de adquir. hered.*

17 Qui repudiavit, non cogitur adire si bona sint distracta: tunc enim res non est amplius integra: vel fit, Etiam post repudiationem cogitur quis adire, nisi bona sint vendita. *Alex.* Qui repudiavit, commodum adeundi sibi utile amittit, *l. sicut. 4. C. de repud. hered.* potest tamen cogi adire alieno commodo, hoc est, si id alteri utile esse potest.

18 Prætorem. *Hal.* per prætorem, Cujac. *Inst. de hered. qualit.*

19 *l. 11. §. 1. ff. eod.* ubi quæ scripsi ad *l. 11. §. 1. ff. testam. quemadm. aperiantur.*

20 Aditione hereditatis coacta confirmantur legata, fideicommissa, tabulæ pupillares, & cætera omnia.

21 *l. 55. §. 2. in princ. ff. eod. l. 4. C. eod. l. 11. l. 38. in fin. ff. de vulg.* Quis ille est? fideicommissarius universalis, cui vel hereditas, vel ejus quota, vel res hereditaria relinquitur?

22 Dixi *l. 11. §. 2. ff. eod.*

23 *l. 38. in fin. ff. de vulgari.*

24 *l. 4. ff. eod. l. 27. §. 2. ff. eod.*

25 *l. 55. §. 3. ff. eod. l. 4. in fin. C. eod.*

26 Hereditatem qui coactus adiit, pœnitere, hoc est, ultro potius adire non potest, ut tali additione nova, quartæ beneficium conquiratur.

27 Hereditatem adire non quovis petente cogendus est heres: nec enim cogitur cum adire nisi petente id fideicommissario universali. Igitur adire non cogitur legatarius vel fideicommissarius particularibus petentibus: cum in eos non sint onera defensura, sed commoda tantum. Permiquum autem esset in legatarios sola commoda transferri: penes heredem vero invitum sola onera. 28 Rogatus de restituenda re, vel quantitate, non potest compelli adire: focus si rogetur de universitate rerum vel quotæ. *Bart.* 29 Id est, substantiam, quæ familia dicitur heredis in *l. 38. ff. ad leg. Falcid.* à Græcis eodem titulo, *sola τὰ πλαγορόκλεια* appellatur. 31 *Ectog. l. c. 36. adde l. ultim. C. de verb. sign.* 30 Vid. *l. 222. ff. de verb. sign.* 31 Adde *l. 3. C. de liber. præter.*

32 Paupertatem suam restitui si testator jusserit, an & hereditatem suam jussisse restitui intelligendus fuerit? idem *l. 78. §. 12. ff. eod.* 33 Quid ita? olim reditus & census veterum erat in pecore maxime. 34 Vide *l. 12. ff. de reb. dub.* 35 *d. l. 12.* 36 Vide *l. 83. ff. de legat. 3.* Goth. Vid. Leonin. *lib. 5 emendat. cap. 9. num. 1.* Ans. 37 Vide *l. 164. in fin. ff. de verbor. significat.* 38 *l. 13. circa fin. C. de hered. instit.* 39 Si aliquis in testamento rogatur exprese restituere, *quod superest à debito & legatis*, tale fideicommissum non est universale. *Bart.*

40 *§. 2. in fin. Instit. de fideicommiss. hered.* 41 De recusanda hereditate vide *l. 85. ff. de adquir. hered.*

institutus suspectam dicat: cum placeat illud, quod Papinianus ait, ex Trebelliano transire [41] actiones; dici poterit, si suspecta dicatur hereditas, cogendum heredem instituta adire, & restituere hereditatem; totamque hereditatem ad eum, cui restituitur, pertinere. §. 6. Sed & si miles rogaverit *quem res Italicas restituere, cum is provinciales* dicendum est, suspectam dicentem cogi adire, & restituere. nam (ut eleganter Mæcianus lib. VI fideicommissorum ait) qua ratione excepta re [43] miles [44] heredem instituere potest, actionesque ei dabuntur; pari ratione etiam ex Trebelliano transibunt actiones. & quamvis placeat, cum quis hereditatem bonaque, quæ sibi ab aliquo obvenerunt, vel quæ in aliqua regione habet, restituere rogat, ex Trebelliano non transeant actiones: tamen contra responderi in militis testamento ait. Nam sicuti concessum est (inquit) militibus circa institutionem separare species bonorum: ita & si per fideicommissum ab institutis heredibus id fecerit, admitteretur Trebellianum SC.

§. 7. Cum quidam duos heredes instituerit, eosque invicem substituerit, & ab his petierit, *Sive uterque, sive alter heres esset, ut hereditas sua ex parte dimidia restitueretur alicui post* [45] *quinquennium*; & scripti suspectam sibi hereditatem dicant; fideicommissarius autem desideret, suo periculo adiri hereditatem: censuit Senatus, ambos [46] heredes alterumve cogi adire hereditatem, & fideicommissario eam restituere: ita ut fideicommissario, & adversus eum actiones comperant, quasi ex Trebelliano restituta hereditate.

§. 8. Mæcianus scribit, cum quis ex fideicommissariis abesset, & præsentes desiderent *suo periculo adire hereditatem, transmissuque in solidum actionibus in eum, qui coëgit*: absentes, si velint fideicommissum suscipere, à præsente petent. consequenter ait, nec quartam cum retenturum [47] adversus fideicommissarios suos: quia nec heres potuit. §. 9. Idem Mæcianus quærit, an is, qui duobus, vel pluribus rogatus est restituere hereditatem, cogente alioquo [48] adire possit: & in horum, qui id non desideraverunt, portionibus Falcidiæ beneficio uti: sive ipsi quoque desiderent sibi restitui, sive alius in locum eorum successerit? Et cum hodie hoc jure utimur, ut totum transeat ad eum qui coegit: consequens erit dicere, quartæ retentionem amisisse eum, qui coactus est: quia in solidum actiones transierint in eum qui coëgit. † Plane si proponas, fideicommissarium non ita coëgisse, ut tota hereditas in se transferatur: cum cœperint cæteri desiderare, sibi restitui hereditatem, dicendum, Falcidia eum uti posse. † Recte igitur Mæcianus ait, multum interesse, utrum totam restitui hereditatem sibi fideicommissarius desideraverit, an suam tantummodo partem. nam si sola pars transfertur, in residuo Falcidiæ erit locus: si tota hereditas translata sit, cessat hujus legis beneficium. §. 10. Si servo duorum rogatus [49] quis sit restituere hereditatem, & alter cogere velit suspectam dicentem, alter restituere sibi retuser: hoc erit dicendum, quod [50] in duobus quorum alter suscipere voluit hereditatem, alter non. §. 11. Si pater filio, quem in potestate habet, rogetur restituere hereditatem: an filius patrem suum, si suspectam dicat hereditatem, cogere possit? & non est dubium, patrem à filio per Prætorem cogi posse [51].

§. 12. Sed etsi id fideicommissum ad castrense peculium spectaturum est, & filiusfamilias is fuit, qui munus militiæ sustinebat, aliove [52] quo officio præerat: multo magis dicendum erit, posse eum postulare, ut pater suus cogatur adire, & restituere hereditatem: quamvis contra obsequium patri debitum videtur id desideraturus. §. 13. Sed si servo suo rogatus sit cum libertate quis hereditatem restituere: sive directa data sit libertas, sive fideicommissaria, dici poterit, eum à servo suo non [53] posse cogi adire hereditatem: quamvis, si sponte adisset, cogeretur præstare fideicommissariam libertatem & hereditatem. idque Mæcianus libro septimo de fideicommissis scribit. §. 14. Idem quærit, si quis paratus sit domino cavere de indemnitate: an possit cogi adire hereditatem, maxime & si pretium servi offeratur? Et recte ait, non oportere sub incerto cautionis committere se aditioni hereditatis. §. 15. Hi [54], qui solidum [55] capere non possunt, ex asse heredes instituti, & rogati [56] restituere solidum, adire hereditatem, & restituere cogentur: cum [57] nihil oneris apud eos remansurum [sit]. §. 16. Si ego heres institutus, & rogatus sim Stichum manumittere, vel alius legatarius; fidei autem meæ commissum sit, ut Titio hereditatem restituam; deinde Titii fidei commisit, ut Sticho eandem redderet: Stichus cogere me possit [58] adire & restituere hereditatem. §. 17. Talis quoque casus à Divo Pio terminatus est. nam servo uni ex heredibus legato: per fideicommissum erat ab eo libertas data, & ab [59] altero hereditas. Divus etenim Pius rescripsit Cassio Dextro in hæc verba: *Hermias si Mosco Theodoto ex parte herede instituto à Pamphilo restatore legatus est, eumque Theodotus postquam adierit hereditatem, prius quam à cohærede ejusdem Pamphili adiretur hereditas, ad justam libertatem perduxit, & ob hoc in eum casum res perducta est, ut is qui legavit, intestatus esse non possit: Hermia postulante (mihi) id Evaresto* [60] *compellendus est periculo ejus adire, & ex causa fideicommissi hereditatem restituere.*

De rogato heredem facere. 1. De rogato restituere hereditatem alterius, cui successit. 2. De rogato heredem facere. 3. De rogato dare, vel fideicommissum relinquere, vel libertatem adscribere. 4. De conditione, si fine liberis decesserit. 6. De rogato restituere filius suus, vel cui ex his voluerit. 7. De conditione, si fine liberis decesserit. 8. De conditione, si alieno heredemoriaris.

XVII. Idem lib. II Fideicommissorum.

EX facto *tractatum* [61] est, an per [62] fideicommissum rogari quis possit, ut aliquem heredem faciat? Et Senatus censuit, rogari [63] quidem quem, ut aliquem heredem faciat, non posse: rerum [64] videri per hoc rogasse, ut hereditatem suam [65] ei restituat; id est [66], quidquid ex hereditate sua consecutus est, ut ei restitueret. §. 1. Julianus quoque libro quadragesimo Digestorum fideicommissum tale valere ait: *Fidei tuæ committo, ut hereditatem Titu restituas*: cum esset is, qui rogatus est, à Titio heres institutus. §. 2. Non tantum autem, si heredem quem scripsero, potero rogare, ut heredem faciat aliquem: verum etiam si legatum illi, vel quid aliud reliquero. nam hactenus [67] eruntobligati, quatenus quid ad eos pervenit. §. 3. Si quis caveret, *Peto, ut illi des*, aut, *illi fideicommissum relinquas*, aut, *illi libertatem adscribas*: admittenda sunt. nam, cum in heredum institutione Senatus censuit utile, de cæteris quoque idem erit accipiendum.

§. 4. Si quis rogatus fuerit, ut, *si* [68] *sine* [69] *liberis decesserit, restituat hereditatem* [70]: Papinianus lib. VIII Responsorum scribit, etiam naturalem [71] filium efficere, ut deficiat conditio: & in libertino, eodem conlibertio hoc scribit. Mihi autem, quod ad naturales liberos attinet, voluntatis quæstio videbitur esse, de qualibus liberis testator senserit: sed hoc ex dignitate, & [ex] voluntate & ex conditione ejus qui fideicommisit, accipiendum erit. §. 5. Ex facto tractatum memini: rogaverat quædam mulier filium suum, *ut si sine liberis decessisset, restitueret hereditatem fratri suo*: is postea deportatus, in insula liberos susceperat: Quærebatur igitur, an fideicommissi conditio defecisset? Nos igitur hoc dicemus*: conceptos quidem ante deportationem, licet postea edantur, efficere ut conditio deficiat: post deportationem [72] vero susceptos [73], quasi ab alio, non prodesse [74]: maxime cum etiam bona cum sua quodammodo causa fisco sint vindicanda. §. 6. Si quis [75] rogatus fuerit filiis suis, vel cui ex his voluerit, restituere hereditatem: Papinianus libro VIII Responsorum etiam deportato [76] ei tribuit eligendi facultatem, cui [77] liber factus fideicommissum restituivelit. † Sed si servus pœnæ fuerit constitutus, nullo ante concepto filio jam parere conditioni non poterit: decessisseque sine liberis videtur. sed cum decedit, electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet. §. 7. Si quis autem susceperit quidem filium, verum vivus amiserit [78]: videbitur sine liberis decessisse. † Sed si naufragio, vel ruina, vel aggressu, vel quo alio [79] modo simul cum patre perierit: an conditio defecerit, videamus? Et magis non defecisse arbitror, quia non est verum, filium ejus supervixisse [80]. Aut igitur filius supervixit patri, & extinxit conditionem fideicommissi; aut non supervixit, & extitit conditio: cum autem quis ante, & quis postea decesserit, non apparet, extitisse conditionem fideicommissi magis dicendum est. §. 8. Si quis ita fideicommissum reliquerit, *Fidei tuæ, fili, committo, ut si alteno herede moriatis, restituas Seio hereditatem*: videri eum de liberis [81] sensisse D. Pius rescripsit: & ideo, cum quidam sine liberis decederet, avunculum ab intestato bonorum possessorem habens, extitisse conditionem fideicommissi rescripsit.

De fructibus. 3. De prælegato.

XVIII. Idem lib. XV ad Sabinum.

IN [82] fideicommissaria hereditatis restitutione constat non venire fructus [83], nisi ex mora [84] facta est, aut cum quis specialiter [85] fuerit rogatus & fructus restituere. §. 1. Plane fructus [86] in quartam [87] imputantur, ut est [&] rescriptum. §. 2. Quotiens quis rogatur hereditatem restituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hereditatis: fructus autem non hereditati [88], sed ipsis rebus accepto feruntur. §. 3. Si legatum sit heredi relictum, & rogatus sit *portionem hereditatis* restituere: id solum non [89] debere eum restituere [90], quod à coherede accepit. cæterum quod à semetipso ei relictum est, in fideicommissum cadit. & id Divus Marcus decrevit.

De rogato dare filio suo. 1. De rogato hereditatem partiri. 2. De sumptu in distrahendis conservandisve rebus facto.

XIX. Paulus lib. III ad Sabinum.

VBi pure fideicommissum datum est, si adjectum sit, *Rogo des filio* [91] *tuo, faciasque ut ad eum perveniat*: Rescriptum est, videri in id [92] tempus dari, quo capere potest, id est, sui juris fiat [93].

§. 1. *Te rogo, Luci Titi, hereditatem meam cum Attio partiaris* [94]: ex Senatusconsulto Trebelliano in eum, cui restituta est hereditas, actiones competere Aristo ait: quia pro hoc accipiendum sit, *rogo hereditatem illam restituas*. nec verba spectantur Senatusconsulti [95], sed sententia quibuscunque verbis: dum testator senserit, ut hereditas sua restituatur. §. 2. Qui in distrahendis conservandisve rebus hereditariis sumptus factus est, imputari heredi [96] debet [97].

De relicto ad tempus liberorum.

XX. Paulus lib. XIX ad Sabinum.

SEd & si ad tempus liberorum fuerit legatum relictum, & is uxore prægnante [98] decesserit: ad heredem suum transferat legatum.

De quarta retentione per errorem omissa.

XXI. Pomponius lib. XXII ad Sabinum.

HEres, cum debuerat quartam retinere [99], totam hereditatem restituit, nec cavit [100] sibi stipulatione proposita. similem eum esse Aristo ait illis, qui retentiones, quas solas habent, omittunt: sed posse [1] eum rerum hereditariarum possessionem vel reperere [2], vel nancisci [3]. & adversus agentem [4] doli mali exceptione uti posse eum, & debitoribus denunciare, ne solvi etur.

De

---

41 Non transire, vide Govean. 2 *lect.* 2.

43 Ex certa re. *Flor. Hal. l.* 25 § 1. *F. fam. er. cisc. l.* 60 *F. de rejud. muit. l.* 1. *l.* 2. *C. de testam. milit.*

44 Aliud in pagano. *l.* 78. *F. de hered. instit.*

45 Rogatus restituere ad diem certam potest interim cogi adire & restituere. *Bart.*

46 *l.* 11. §. 1. *F. eod. l.* 27. §. 5. *F. eod.*

47 *l.* 28. *F. eod.* Goth. Ad hunc §. vid. Govean. *lib.* 2. *cap.* 2. S. L.

48 Coactio unius ex fideicommissariis, facit ut heres amittat quartam universam, si contemplatione totius, non partis coëgit.

49 *l.* 25. §. 1. *F. eod.*

50 Rogatus restituere servo plurium, perinde est, ac si esset rogatus restituere pluribus.

51 Petita venia. *l.* 4. *F. de in jus voc.* Imo præcise non est cogendus. *arg. l.* 19. *F. eod.*

52 Quasi castrense peculium veteribus non incognitum.

53 Imo potest dominus ad petitionem servi cogi adire. §. 16. *F. eod.*

54 Qui illi? orbi. vide quæ scripsi ad *l.* 42. *F. de legat.* 2. & Ulp. 13.

55 Qui non potest solidum sibi capere, is capere potest, ut alii restituat.

56 Vide *l.* 51. *F. de reg. jur.*

57 Incapax institui potest, ut capaci restituat. vid. Tiraquell. 29. *privil. pia causa.*

58 Imo, non potest. §. 13. *F. eod.*

59 Qui ab uno consecutus est libertatem, potest alium cogere adire & restituere. *Bart.*

60 Al. *Evaresius.*

61 Videtur etiam captare alteri hereditatem. *Goth.* Videtur obstare *l. qui duos.* §. *cum bello. F. de reb. dub.* Sed conciliat Charond. *verisim. lib.* 1. *cap.* 21. Ans.

62 Vid. *l.* 76. *F. eod.*

63 Vid. *l.* 71. *in fin. F. de hered. instit.*

64 Et sic verba directa, quæ jure directo valere non possunt, trahuntur ad fideicommissum. *Bart.*

65 Testatoris scilicet; proinde si te filio meo substituero ea spe nominatim, quod illum sis instituturus, non valebit institutio: quippe hoc casu de tua non mea hereditate restituenda agitur.

66 Verbum *suum*, ab aliquo prolatum, refertur ad res proferentis.

67 *l.* 1. §. 17. *F. eod.*

68 Demus, hæc verba à testatore non fuisse prolata, num justus hereditatem alteri restituere post mortem suam, post susceptos liberos eam cogetur restituere? Minime: cur ita? vide *l.* 102. *F. de cond. & demonstr.*

69 Vide *l.* 148. *F. de verb. signif.*

70 Mutetur species facti, demus; patri & ejus liberis jus emphyteuseos, & fundi contractu adquisitum, num ad naturales porrigetur? vid. *hic.* Bart.

71 Naturales liberi efficiunt, ut fideicommissi conditio deficiat: & sic filius naturalis excludit substitutum. *Bart.* Multo magis legitimus, *l.* 30. *C. de fideicomm.* etiam si plures non sint nati, sed unus, *l.* 148. *F. de verb. signif.* non idem in adoptivo, *l.* 51. *in fin. F. de legat.* 2. & spurio. *Novell.* 89. *cap ult. Auth. ex complexu. C. de inoff.* Porro hujus legis sententiam restringit Ripa octo modis, quæ *l. generaliter.* 6. §. *cum autem. C. de inst. & substit.* adde Duenazium regula *Filii naturales.*

72 Quid, si post bannimentum & exilium patris? *Bart.* putat ita natos efficere, ut deficiat conditio fideicommissi: ut ita præferantur substituto.

73 Id est, conceptos. vide Cujac. 13 *obs.* 25.

74 Sunt tamen legitimi: quia matrimonium durat: *l.* 1. *C. de repudiis.* non tamen nascuntur in potestate patris. nam per deportationem pater amittit ea, quæ sunt Juris Civilis, ideoque & patriam potestatem, *l.* 17. *in fin. F. de pœnis.* atque ita casus est, in quo quis est legitimus filius, non tamen in potestate.

75 Vide Cujac. in hunc §. 3 *obs.* 10. Goth. Adde Anton. Merend. *controv. lib.* 4. *cap.* 18. Ans.

76 Deportatione (secus est in damnatione ad metallum) non perditur jus eligendi fideicommissum. *Bart.*

77 Cui liberorum fideicommissum restitui velit. Cujac. 3 *obs.* 10. 78 Conditio, *si decesserit sine liberis*, intelligitur de superviventibus ac superstitibus relictis: & ideo si liberi ante rogatum, vel simul cum eo moriuntur, non faciunt conditionem fideicommissi deficere. *Bart.* 79 An bello minime v. *l.* 9. §. 1. *F. de reb. dub.*

80 *l.* 23. *F. de reb. dub.* 81 Conditio, *si sine herede decesserit*, intelligitur de liberis. Sine herede hic moritur, qui moritur sine liberis. 82 *5 Harm* 8. §. 76. Sensus est: Jussus hereditatem restituere, nulla mentione facta fructuum, fructus non restituit: Cur? v. §. 2 *F. eod.* Casus duos excipe, de quibus hic *in verf. nisi.* adde & nili dixero: *quidquid ad te pervenerit*, vel *quantacunque pecunia ad te pervenerit, restituito*, *l.* 32. *l* 33. *F. eod.* vel *peculium equitumve restituito*: his enim casibus heres fructus etiam restituere cogitur. *l.* 3. *F. de instructo.* & priore quidem casu propter verba geminata. *Bart.* Secundo, propter nomen collectivum. *Alberic.* licet tamen fructus regulariter heres non restituat, eos tamen in quartam suam imputat. §. 1. *F. eod.* 83 Immaturos: secus in maturis. *l.* 9. *F. ad leg. Falcid.* 84 *l* 23. *F. de leg* 1. & sic actio ex testamento secundum naturam actionis bonæ fidei, non stricti juris regitur: quia fructus non veniunt hic restituendi a die litis contestatæ, sed a die moræ. Et sic hæc actio (quantum ad fructus, usuras & interesse, servat naturam actionis bonæ fidei. *Ripenſi.* 85 *l.* 63. §. 4. *F. eod.* 86 Eo præsertim casu, ubi mora est commissa. *l.* 58. §. 5. *F. eod. l.* 73. *F. ad leg. Falcid.* 87 Trebellianicam sc.: an & in Falcidiam? Minime. *l.* 30. *F. ad leg. Falcid.* Cur? vid. *l.* 91. *F. ad leg. Falcid.* vid. *Bartol.* An & in quartam jure naturæ debitam? Minime. vid. *l. scimus.* 36 *verf. repletionem C. de inoffic. test.* 88 Vide *l.* 23. *F. de leg.* 1. *l* 83. *F. de leg.* 3. 89 Imo quod fideicommisso gravatus accipit à coherede, cogitur id restituere. *l.* 24. *C. familiæ.* Dic cogi, si supra quartam Trebellianicam habeat, *d. l.* 24. secus si minus; *ut hic.* Idem est in lege Falcidia. *l.* 22. *l.* 91. *F. ad leg. Falcid.* 90 Prælegata non cadunt in fideicommissum hereditatis, nisi proportione gravati, quia prælegata non veniunt appellatione hereditatis. *Ripenſ.* 91 *l.* 75. §. 1 *F. eod.* 92 Fideicommissum à patre relictum valet; & intelligitur delatum in tempus, quo filius sui juris erit. *l.* 50 *F. eod.* 93 Et sic præcise pater non cogitur à filio. Imo cogitur. *l.* 16 §. 11. §. 12. *F. eod.* 94 Ex sententia SC., transeunt actiones etiam in eum, cum quo heres jussus est hereditatem partiri. 95 Fideicommissi. Ant. Fab. 4 *conj.* 8. ita hunc locum emendat. Putat autem errorem natum esse vitio notarii, aut exscriptoris, qui ex F. C. fecit SC. pro *fideicommissi.*. 96 Imo, heredi non imputantur sumptus in explicandis venditionibus facti. *l.* 72 *F. ad leg. Falcid.* Solve, heredi, id est, fideicommissario. 97 *l.* 22. §. 3. *in fin. eod. l.* 58. *F. de legat.* 1. *l.* 32. §. 5. *F. de usufruct. legat. l.* 50. *F. de usufructu. & quemadmod.* adde *l.* 72. *F. ad leg. Falcid.* 98 Vide *l.* 18. *F. quando dies legat.* 99 Retentio datur quartæ ex fideicommissis, Senatusconsulto Pegasiano. Nam quod in legatis lex Falcidia, idem in fideicommissis Pegasianum subsequitur. §. *sed quia. Inst. de fideicommiss. hereditat.* 100 Vide *l.* 1. *F. si cui plus quam per leg.*

1 *l.* 1. §. 11. *l.* 26. *F. ad leg. Falcid. l.* 77. §. 2. *F. de legat.* 2. 2 *l.* 40. §. 1. *F. de cond. indebit. Sub.* conditione incerti. Idque Sabinianorum sententia: ut sic sensus: Heredem, qui solidam hereditatem restituerit perperam, possessionem repetere condictione incerti. unde quod in *l.* 1. §. *si legatarius. F. ad leg. Falcid.* de condictione indebiti legitur, de condictione incerti intelligendum; non certi. Igitur incerti condictione repetit heres id, quod retinere potuit. 3 Ex sententia Proculi. Omissæ namque cautionis Proculiani dabant vindicationem. 4 Vide quæ scripsi, ad *l.* 22. *F. ad leg. Falcid.*

De jussu restituere filiofam. post mortem patri. 1. *De servis quibus libertas & fideicommissum relictum est.* 2. *De fructibus ante restitutionem percepti.* 3. *De rerum periculo.* *De culpa heredis.* *De sumptu in res hereditarias facto.* 4. *De dote.* 5. *Si quis hereditatem non quasi heres restituere rogetur.*

XXII. ULPIANUS lib. V Disputationum.

MUlier, quæ duobus filiis in potestate patris relictis alii nupserat, posteriorem maritum heredem instituit, eumque rogavit, liberis suis, post mortem patris eorum, hereditatem suam restituere, vel ei, qui eorum superesset: eisdem emancipatis à patre suo vitricus restituisse hereditatem dicebatur; mox alter ex filiis vivo patre decessisse. Quærebatur, an is, qui supererat ex filiis, partem fratri suo restitutam petere possit, quasi præmature daram? Scævola Divum Marcum in auditorio [5] de hujusmodi specie judicasse refert: Brasidas quidam Lacedæmonius, vir Prætorius, cum filiis suis ab uxore divortio separata, si, morte [6] patris, sui juris fuissent effecti, fideicommissum relictum esset, eos emancipaverat [7]; post emancipationem fideicommissum petebant: decrevisse igitur Divum Marcum refert, fideicommissum eis repræstandum [8], intellecta matris voluntate: quæ, quia non crediderat [9] patrem eos emancipaturum, distulerat in mortem ejus fideicommissum, non dilatura id in mortalitatem, si eum emancipaturum speraſſet. secundum hæc dicebam, & in proposita quæstione decretum Divi Marci esse trahendum: & recte fideicommissum utrisque solutum. §. 1. Non est dubitatum, cogi [10] posse heredem institutum adire & restituere hereditatem servis, sive directa, sive fideicommissaria libertas eis data fuisset: cum aspernari heres non deberet personam cogentis. habet enim hic quoque aditum: ut qui nondum petere fideicommissariam libertatem possit, nec directam sibi vindicare [11], propter spem tamen libertatis & hereditatis, aditum ad Prætorem & per se habeat. §. 2. Si heres post multum temporis restituat, cum præsenti die fideicommissum sit: deducta quarta restituet. fructus [12] enim qui percepti sunt, negligentia petentis, non judicio defuncti percepti videntur. † Alia causa est, si sub conditione, vel in diem rogatus fuerit: tunc enim quod percipitur, summovet Falcidiam: si tantum fuerit, quantum quartam facit, & quartæ [13] fructus. nam fructus [14] qui medio tempore percepti sunt, ex judicio testantis percepti videntur.

§. 3. Sed enim si quis [15] rogetur restituere hereditatem, & vel servi decesserint, vel aliæ res perierint: placet non cogi eum reddere, quod non habet: culpæ [16] plane reddere rationem; sed ejus quæ dolo proxima est. & ita Neratius lib. 1 Responsorum scribit. † Sed [&] si, cum distrahere deberet, non fecit, lata culpa, non levi, & rebus suis consueta [17] negligentia: hujusmodi rei rationem reddet. † Sed & si ædes ustæ sunt culpa ejus, reddet rationem. † Præterea si qui partus extant, & partuum partus: quia in fructibus hi non habentur. † Sed & ipse, si quem sumptum [18] fecit in res hereditarias, detrahet. † Quod si sine facto ejus, prolixitate temporis ædes usu adquisitæ sint, æquissimum erit, nihil eum præstare, cum culpa careat. §. 4. Cum *proponeretur* quidam filiam suam heredem instituisse & rogasse eam, *ut si sine liberis decessisset, hereditatem Titio restitueret*, eaque dotem marito dedisse certæ quantitatis, mox decedens sine liberis, heredem instituisse maritum suum; & quæreretur, an dos [19] detrahi possit: dixi, *non posse dici in eversionem fideicommissi factum, quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto* [20] *congruebat.* Quare dicendum est, dotem decedere, ac si, quod superfuisset, rogata esset restituere. Quod si tantos fructus ex hereditate mulier percepit, ut inde potuerit [21] doti satisfieri: dicendum est, potius [22] fructibus hoc expensum ferendum [23], quam fideicommisso. §. 5. Ut Trebelliano locus [24] esset, non sufficit de hereditate rogatum esse: sed quasi [25] heredem rogari oportet. Denique si cui portio hereditatis fuerit legata (legari [26] enim posse etiam portionem hereditatis, placet nobis), rogatusque [27] fuerit hanc partem restituere: dubio procul non fiet restitutio ex Senatusconsulto: ideoque nec [28] quarta retinetur.

De hereditate restituenda à coheredibus.

XXIII. JULIANUS lib. XXXIX Digestorum.

QUotiens paterfamilias unum vel duos heredes coheredibus suis restituere hereditatem jubet, intelligitur easdem partes in fideicommissis facere, quas [29] in hereditate distribuenda fecerit. † Sed si jubeantur hi, quibus fideicommissum datur, pecuniam numerare, atque ita fideicommissa recipere: ex quantitate pecuniæ, quam dari jubentur, voluntas colligenda est patrisfamilias. Nam si ex disparibus partibus heredes scripti æquas [30] partes dare jubentur: propius est, ut viriles recipere debeant. si vero summa pecuniæ dandæ congruit portionibus, hereditarias portiones accipere debebunt.

XXIV. PAPINIANUS lib. XV Quæstionum.

NOnnunquam autem ex voluntate [31] varie rescriptum & judicatum est: videlicet si non sub appellatione heredum, sed propriis [32] nominibus expressis fideicommissum relinquatur.

De rogato restituere filio testatoris, aut si prius quid ei acciderit, matri ejus. 1. *De fideicommisso relicto heredi à domino ejus.* 2. *De codicillis post mortem heredis aperiendis.*

XXV. JULIANUS lib. XXXIX Digestorum.

QUidam ita testamento scripserat: *A te, heres, peto, fideique tuæ committo, ut quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, filio meo prima quaque die* [33], *aut si prius* [34] *quid ei acciderit, matri ejus des, reddas.* Quæritur, cum antequam adeatur hereditas, puer decesserit: an fideicommissum marti debeatur? Respondi, si puer, antequam dies fideicommissi cedat, decessisset, fideicommissum translatum esse ad matrem: postea autem quam dies fideicommissi cedit [35], si decesserit, ad heredem pueri fideicommissum pertinere. Sed an ea voluntas fuit patrisfamilias, ut si ante restitutum fideicommissum puer decessisset, matri potius quam heredibus præstaretur: Prætor æstimabit ex persona [36] matris, & ex persona heredis pueri. Marcellus: Sed testatoris voluntati congruum est, quandocunque puer decesserit, sive antequam dies fideicommissi cedit, sive postea, ad matrem transferri fideicommissum, si non jam puer hoc acceperit. eoque jure utimur. §. 1. Si servo herede scripto, dominus rogatus est eidem [37] servo restituere hereditatem, cum liber esset: utile [38] fideicommissum est. §. 2. Si quis filium suum ex asse heredem instituit, & codicillis, quos post mortem filii aperiri jussit, fidei ejus commisit, ut, *si sine liberis decesserit, hereditatem suam sorori suæ restitueret*; & filius, cum sciret, quod in codicillis scriptum esset, Stichum servum hereditarium testamento suo liberum [39] esse jussit: heredes filii pretium ejus servi sorori defuncti præstare debent, libertate [40] favore sui servata. hoc amplius, etsi [41] ignorasset filius codicillos à patre factos, nihilo minus heredes ejus pretium præstare debebunt, ne factum cujusquam alteri damnum adferat. §. 3. Sed & si servus iste a Sempronio heres institutus sit, eamque hereditatem, posteaquam ex testamento fratris ad libertatem pervenerat, adierit: hereditatis quoque æstimationem heredes fratris sorori ejus præstare debent: quia, si manumissus non esset, jussu mulieris adire eam potuisset. si vero vivente filio Sempronius decesserit, hereditas in causa fideicommissi non deduceretur: quippe ab ipso filio adire jussus hereditatem, ei adquireret.

De civitatibus & municipibus.

XXVI. PAULUS [lib. singul. de Senatusconsultis].

OMnibus civitatibus [42] quæ sub [43] imperio populi Romani sunt, restitui debere & posse hereditatem fideicommissam, Apronianum [44] Senatusconsultum jubet. Sed & actiones in eas placuit ex Trebelliano transferri. Sed [45] municipes ad eas admittuntur.

1. *De eo quod servus hereditarius acquisivit.* 2. *Quid restituendum ab eo qui coactus adiit.* 3. *De suo herede.* 4. *De fideicommisso relicto in tabulis pupillaribus.* 6. *De bonorum possessione contra tabulas.* 7. *De actionibus intentandis vel suscipiendis.* 8. *Si quis roget suam hereditatem*, 9. *Vel aliam*, 10. *Vel suam & aliam restitui.* 11. *Si heres quid retineat, vel debitor defuncti fuerit.* *De judicio famil. ercisc. inter heredem & fideicommissarium.* 12. *De fideicommisso relicto filio, qui potest petere bonorum possess. contra tabulas.* 13. *De patrono.* 14. *De rebus percipiendis.* 15. *De legato sub conditione*, Si heres non erit. 16. *De semisse pure, & altero semisse, cum heres morietur, restituendo, & de legatis.* 17. *De rogato servos suos manumittere, & eisdem hereditatem restituere.*

XXVII. JULIANUS lib. XL Digestorum.

ITa tamen, ut his [46], quibus restituetur hereditas, actorem eligant, & ad agendum, & ad excipiendas actiones. §. 1. Si servum hereditarium heres, qui coactus adierit, jussisset adire hereditatem ab alio eidem servo relictam, & tunc hereditatem, quam suspectam sibi esse dixerat, restituerit: an etiam eam hereditatem, quæ per servum adquisita esset, restituere deberet, quæstum est? Dixi, non magis hanc hereditatem in restitutionem venire, quam quod servus hereditarius post aditam hereditatem stipulatus fuisset & per traditionem accepisset; aut fructus, qui ex rebus hereditariis percepti fuissent: utique si nulla mora [47] fideicommisso facta fuisset. sed si [48] quid ante [49] aditam hereditatem servus stipulatus fuisset aut per traditionem accepisset, id restitui debebit, sicut fructus [50] ante aditam hereditatem in restitutionem venient. §. 2. Qui suspectam sibi hereditatem dicit, nullum [51] commodum ex testamento consequetur, quod habiturus non esset, si heres institutus non fuisset, aut non adiisset. & ideo si pupillo substitutus fuerit, itaque, *Quisquis mihi heres erit, idem filio meo heres esto*: hereditatem, quæ ex substitutione [52] ad eum pervenerit, restituere cogendus erit. si vero detracto hoc articulo, *Quisquis mihi heres erit*, substitutus ita fuerit, *Titius filio meo heres esto*: tum si solus patri heres extiterit, nihilominus cogendus erit hereditatem pupilli restituere: si vero coheredem habuerit, retinebit [53] pupilli hereditatem; quia potuit coherede adeunte, quamvis ipse patris omisisset hereditatem, ex substitutione adire. §. 3. Si pater [54] filium, quem in potestate habebat, heredem scripserit, & ab eo petierit, ut hereditatem Sempronio restitueret, isque suspectam sibi esse dicet: poterit ex Trebliano Senatusconsulto hereditas restitui. quare etsi non immiscuerit se hereditati, nihilominus actiones [55], quæ ei, & in eum competebant, ad Sempronium transferentur. §. 4. A patre heres scriptus, & exheredato filio substitutus, si rogatus fuerit hereditatem, quæ ad eum ex substitutione pervenerit, Titio restituere: cogendus non est vivo pupillo patris hereditatem adire: primum, quia sub conditione [56] fideicommissum datum est; deinde, quia [57] non probe de hereditate viventis pueri aget. mortuo autem pupillo, compelli [58] debet hereditatem patris adire. §. 5. Quod si duo heredes à patre instituti fuerint, & utriusque fidei commissum sit, ut exheredati filii hereditatem restituerent: satis erit, vel unum cogi adire. hoc enim facto etiam is, qui patris hereditatem non adit, filii hereditatem adire & restituere cogetur. §. 6. Quotiens [59] filius emancipatus bonorum possessionem contra tabulas accipit, nulla ratio est compellendi heredis ad restituendam hereditatem: & sicut neque legata, neque fideicommissa cætera præstare cogitur, ita ne ad restituendum quidem hereditatis compelli debet. Marcellus: Plane [60] non est compellendus adire, si [61] jam filius bonorum accepit possessionem: ne intercedat fideicommissum, mortuo herede instituto, & omissa à filio bonorum possessione. §. 7. Qui ex Trebelliano Senatusconsulto hereditatem restituit, sive petat à debitoribus hereditariis, sive ab eo [62] petatur: exceptione restitutæ hereditatis adjuvari vel summoveri potest: actiones [63] autem fideicommissario competunt: quas habuit heres eo tempore, quo fideicommissum restituebat. Marcellus: Sed eas quoque actiones, quæ sub conditione erant, & quarum dies eo tempore non cesserat, fideicommissario competere placet. Sed antequam [64] restituerentur hereditas, exceptione aliqua heres adjuvandus non est: cum hoc minus ex causa fideicommissi restituturus sit.

§. 8. Trebellianum Senatusconsultum locum habet, quotiens quis suam hereditatem, vel totam [65], vel pro parte [66] fidei heredis committit. §. 9. Quare si Mævius te heredem instituerit & rogaverit [67], *ut hereditatem Titii restituas*, tuque hereditatem Mævii adieris: perinde à te fideicommissum petetur, ac si fundum, qui tibi à Titio legatus esset, restituere rogatus fuisses. ideoque [&] si suspectam Mævii hereditatem dixeris, cogi te non oportet eam adire. §. 10. Quod si Mævius te rogaverit, *& suam hereditatem & Titianam restituere*, tuque sponte adieris hereditatem: uteris legis Falcidiæ commodo, & partem quartam Mævianæ hereditatis

5 *Subaudi*, Principis. *l.* 18 §. 1. ff. *de minoribus.* adde *l.* 40. ff. *de rebus creditis.* Goth. Ad hanc leg. vid. Cujac. *lib* 3 *obs.* c. 13. *& lib.* 13. *cap.* 35. S. 1..

6 Ut morte, ita emancipatione pater potestatem amittit. Ideoque fideicommissum suscepturus, quo casu morte patris fiet sui juris, fideicommissum accipit, quo casu à patre emancipabitur.

7 Emancipare filium & illi mori, quoad patriam potestatem, paria sunt. *l.* 44. ff. *de jur. dot.*

8 Repræsentandum. vide Cujac. 3 *obs.* 15. à qua emendatione discedit 13 *obs.* 35. repræsentare, est præmature dare: reprærstare, est rem præstare. vide *l.* 6. ff. *quod cum eo.*

9 Dispositio testatoris, legislatoris, statuti, collata in unum casum, habetur pro disposita & decisa in casu omisso, cui (si casum prævidisset) testator provisurus fuisset. *l.* 40. *in fin.* ff. *de pactis. l.* 102. ff. *de cond. & demonstrat.*

10 *l.* 31. *l.* 52. ff. *eod. l.* 13. ff. *de tutor. dat. l.* 83. *in fin.* ff. *de her. inst.* adde Arist. 5 *Ethic.* 10.

11 Vide Paul. 4 *sent.* 1. §. 18.

12 Vide Socin. *reg.* 172.

13 Fructus quartæ restituendi. *l.* 3. *C. eod. l.* 15. §. 6. ff. *ad l. Falcid.*

14 V. quæ scripsi ad *l.* 51. ff. *de reg. jur.*

15 V. Charond. *verisimil. lib.* 2. *cap.* 3. Anf. Adde Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 49. S. L.

16 Heres tenetur de dolo & lata culpa dolo proxima.

17 Consueta in suis rebus negligentia, in alienis rebus adhibita, punitur. *l.* 24. §. 5. *in fin.* ff. *soluto.*

18 *l.* 19. *in fin.* ff. *eod.*

19 *Nov.* 39. *c.* 1.

20 Et officio. vide *l.* 19. ff. *de ritu.*

21 *Al.* posit.

22 Hinc colligitur, Patrem non teneri dotare filiam, quoties ea habet unde dotari possit. vide *l.* 19. ff. *de ritu.*

23 Hoc abrogatum. *l.* 6. *C. eod.*

24 *Al.* sit.

25 Adde *l.* 92. ff. *ad l. Falcid.*

26 Portio hereditatis legari potest.

27 Potest enim rogari. *l.* 1. §. 9. ff. *eod.* §. 11. *Inst. de fideic. hered. & tit. de singulis rebus per fideic. in pr.*

28 *l.* 1. §. 17. *in fin. l.* 18. ff. *eod. l.* 63. §. 11. ff. *eod. l.* 47. ff. *ad leg. Falcid.* Goth. Atque ita non habet locum Trebellianica in singulis reb. per fideicommiss. relict. *l.* 1. §. 4. ff. *eod. & tot. tit. Instit. de fideicomm. hered.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 2. *num.* 1. Anf. 29 Reperitæ in fideicommisso portiones videntur, quæ in institutione fuerunt appositæ, nisi ex onere appositio, vel propriorum nominum adjectione inducatur aliud. *l.* 78. §. 4. ff. *eod.* 30 *l.* 7. *in fin.* ff. *de reb. dub.* 31 Id est, ex præsumptione voluntatis. 32 *l.* 54. *in fin.* ff. *de legat.* 1. 33 *l.* 3. ff. *de adimend.* 34 Quam restitutus fo. non priusquam cesserit dies fideicommissi; vox enim *prius*, hic ambigua est. 35 *Al.* cessit.

36 V. quæ scripsi ad *l.* 12. §. 4. ff. *de usu.*

37 *l.* 16. §. 10 ff. *eod.*

38 Valet fideicommissum per quod cogitur dominus restituere servo instituto. *Bart.*

39 Servo restitutioni obnoxio libertas dari potest: is tamen qui tali servo hereditatem confert, ejus æstimationem præstare cogitur.

40 Libertas fideicommissario servo data valet, *ut hic. l.* 70 §. 1. ff. *eod.* servo legato data non valet. vide quæ scripsi ad *l.* 11. ff. *de manumiss.*

41 *l.* 91. §. 2. ff. *de verb. oblig.* v. *l.* 63. ff. *de leg.* 2.

42 *l.* 122. ff. *de leg.* 1. adde *l.* 18. ff. *de negotiis.* Ulp. 24. §. 28. & collegius licitis. vide *l.* 8. *C. de haered. inst.*

43 Hinc colligere possis, Ad externa civitates non transiisse jus fideicommissi.

44 Apronianum Senatusconsultum factum est tempore Divi Marci. adde Ulp. 22. §. 5. *in fin.*

45 *Al.* sed &.

46 Puta Syndicis, *l.* 1. *l.* 6. *quod cujusque* alias quidam legunt, *vers.*

47 Fructus percepti negligentia non petentis, non restituuntur etiam ab herede coacto. *Bart.*

48 Fructus ex rebus hereditariis percepti non sunt fideicommissarii, sed percepti ante aditam hereditatem. vide Mantic. 7 *de conject.* 10.

49 Quæsita jacente hereditate, veniunt in restitutionem. *Bart.*

50 Fructus ante aditam hereditatem percepti hereditatem augent.

51 Qui adit coactus, commodum ex hereditate consequi non debet. §. 14. ff. *eod. l.* 4. *l.* 14. §. 4. ff. *eod. l.* 55. §. 3. ff. *eod. l.* 122. ff. *de evict.*

52 Quod quis habet ex substitutione pupillari, non venit in fideicommissum, nisi coactus adierit. *Bart.* adde *l.* 11. ff. *de vulg.*

53 Imo non retinebit *l.* 10. §. 2. ff. *de vulg.*

54 Ad hunc §. vide Joann. Decher. *lib.* 1 *differ.* 14. *num.* 38. Anf.

55 Sui heredis existentia fideicommissum confirmat, ut per restitutionem transeant actiones. *Bartol. l.* 27. §. 2. ff. *de vulg.*

56 Quæ si filius ante pubertatis annos vita decesserit.

57 Viventis de hereditate non probe agitur.

58 Propter fideicommissum relictum in secundis tabulis, cogitur quis adire ex primis, mortuo demum pupillo. *Bartol.*

59 Ad hunc §. vid. Cujac. *lib.* 18 *obs.* 3. S. L.

60 Plane compellendus est adire. Petr. Fab. apud Cujac. 3 *obs* 6. reprehensus a Roberto 2 *recept.* 15.

61 Si non jam filius. Petr. Fab. *ibid.* ut si sensus: Quemadmodum substitutus, aut legitimus heres per heredem scriptum cogitur, ut adeat & restituat: ita præteritus, si non jam bonorum possessionem contra tabulas acceperit, Cujac. *ibid.*

62 *l.* 49. ff. *eod.* 63 *l. pen.* §. 1. ff. *de fidei. libert.* Goth. Actiones tam civiles quam prætorie. *d. l. penult.* §. 1. *l.* 40. ff. *eod.* S. L.

64 Remedia Trebelliani Senatusconsulti habent locum post restitutionem: secus antequam restituatur hereditas. *Bart.* 65 *l.* 30. ff. *eod.* 66 *l.* 18. *in fin.* ff. *eod.* 67 *l.* 17. ff. *eod.*

tis retinebis, dimidiam & quartam ex fideicommisso restitues. nec intererit, eidem utramque hereditatem, an alii Mævianam, alii Titianam rogatus fueris restituere. sed si suspectam Mævianam hereditatem dixeris, cogeris eam adire, & restituere ei, cui rogatus fueris: is autem, cui Titianam hereditatem restituere rogatus fueris, non poterit te compellere ad adeundum. §. 11. Si ex Trebelliano hereditatem restituit heres, & fructus prædiorum retinet[68] vel ipsa prædia, sive etiam debitor ejus, qui testamentum fecit, fuerit: necessarium est, actionem adversus eum fideicommissario dari. Marcellus: Hoc idem necessario faciendum est, cum[69] parte hereditatis restituta familiæ erciscundæ judicium inter eum, qui restituit hereditatem & qui receperit, accipietur. §. 12. Qui rogatus est *emancipato filio restituere hereditatem*, cogi debet adire & restituere: quamvis[70] filius contra[71] tabulas bonorum possessionem accipere possit. §. 13. Si patronus ex parte debita heres institutus, & rogatus restituere hereditatem, suspectam sibi esse dicat: puto rectius facturum Prætorem, si cogerit eum adire hereditatem & restituere: quamvis possit mutata[72] voluntate eam partem hereditatis retinere. §. 14. Si præceptis quibusdam rebus heres rogatus sit restituere hereditatem, & coactus eam adierit, an præcipere debeat? Respondi, eum qui[73] jussu Prætoris adit hereditatem, omni commodo prohiberi debere. §. 15. Sed si eidem legatum esset sub hac conditione, si heres non esset, & suspectam sibi hereditatem dicat: non aliter cogendus est adire, quam ut legata, quæ sub conditione, si heres non esset, data erant, restituantur: non quidem à coheredibus, ne onerentur: sed ab eo cui restituta fuerit hereditas. nam sicut explendæ fidei gratia cogendus est adire hereditatem: ita ob[74] idipsum damno adfici non debet. §. 16. Heres ex asse erat instituta consobrina mea, & ejus fidei commissum, *ut partem dimidiam hereditatis statim Publio Mævio restitueret, alteram partem, cum ipsa moreretur, eidem Publio Mævio*: præterea[75] alia aliis legata data [sunt]: Mævius partem dimidiam hereditatis statim percepit & cavit[76], *quod amplius quam per legem Falcidiam liceret, cepisset, redditum iri*: sed & cæteri legata solida acceperant & similiter de restituendo, quod amplius percepissent, caverunt: mortua consobrina mea Publius Mævius desiderat sibi alteram partem hereditatis cum fructibus restitui. Quæro itaque, quantum ei restituere debeam: utrum[77] quod supra quadrantem bonorum penes consobrinam meam remanserat, nec amplius quicquam; an[78], & ab aliis quibus legata soluta sunt, repetere quid debeam & quantum? Item quæro, si quod ab his ex stipulatione percepero, & quod apud consobrinam meam supra quadrantem remanserat, non efficiat partem dimidiam hereditatis: an[79] ex incremento & fructibus ejus summæ, quæ supra quadrantem bonorum penes consobrinam meam remansit, supplere ei debeam duntaxat, ne partem dimidiam hereditatis quantitas, quæ restituereretur, excedat? an vero, sicut Publius Mævius desiderat, quidquid sepositio quadrante bonorum, ejus quadrantis fructibus perceptum est, restitui ei debet[80]? Respondi, quod supra quadrantem[81] penes consobrinam tuam remansit, si adjectis fructibus quantitatem partis dimidiæ hereditatis, quæ mortis tempore fuit, non minuet, totum Publio Mævio restituendum. Nec[82] ex stipulatione ab his, quibus legata soluta sunt, repeti quidquam potest. Si vero fructus[83] quantitatem partis dimidiæ exuberant: quadranti tuo & fructibus ejus accedet. si vero fructus ejus partis, quæ supra quadrantem apud consobrinam tuam remanserat, non implent quantitatem partis dimidiæ bonorum: ex stipulatione agi poterit. † In summa[84], ratio ita ponenda est, ut cum omni modo quadrantem excedit fructus, si in tantum excreverit, ut quantitatem partis dimidiæ bonorum excedat: etiam id quod excesserit, retineas.

§. 17. Qui suos servos rogatus est manumittere, & hisdem hereditatem restituere: detracto pretio servorum, hereditatem restituere debebit.

De fideicommisso puro & conditionali.

XXVIII. Africanus lib. VI[85] Quæstionum.

EX asse heres institutus, partem hereditatis mihi pure, *tibi* sub conditione restituere rogatus, cum suspectam diceret, postulante me adiit, & mihi totam[86] ex Senatusconsulto restituit: quandoque[87] conditio extiterit, an fructus partis suæ[88] restituere tibi debeam, non immerito dubitabatur. Et plerisque placet, non esse eos præstandos: quia[89] nec ab herede præstarentur, si sua sponte adisset. sufficiat autem, jus tuum tibi integrum conservari, non etiam meliorem conditionem tuam fieri.

§. 1. Iidem tamen existimabant, si ex asse heres institutus, mihi quadrantem pure, tibi æque quadrantem sub conditione restituere rogatus sit, & cum suspectam hereditatem diceret, cogente me adiit: quandoque conditio extiterit, semissem tibi esse restituendum. §. 2. Sed nec lege Falcidia in proposita specie usurum me puto: quamvis scriptus heres, si sponte adisset, uteretur.

De secundo testamento, in quo heres ex certis rebus institutus est.

XXIX. Marcianus lib. IV Institutionum.

SI quis priore facto testamento, posterius fecerit testamentum: etiamsi ex certis[90] rebus in posteriores tabulas heredes instituit, superius tamen testamentum sublatum est, ut Divi quoque Severus & Antoninus rescripserunt: cujus Constitutionis verba retuli, cum alia quoque præterea in constitutione expressa sunt. Imperatores Severus & Antoninus Cocceio Campano: *Testamentum*[91] *secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, jure valere, perinde ac si rerum mentio facta non esset: sed teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria verba, quibus, ut valeret prius testamentum, expressum est, dubitari non oportet. Et hoc ita intelligendum est, si*[92] *non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.*

De legatione. 1. De verbo meum, tuum. *2. Si filiofamilias vel servo restituatur. 3. An actiones in solidum transeant in fideicommissarium. 4. De fidei Principis commisso.*

XXX. Idem lib. VIII Institutionum.

SI legatus[93] suspectam hereditatem dicat: & legationis[94] tempore compellendus est accipere judicium: quia hic non multum officio occupatur. & licet deliberare[95] se dicat, an adeat, cogendus est adire: sed non ut statim restituat: sed ut reversus domum, si putaverit sibi expedire, commodo Falcidiæ vel testamento utatur; vel si non putaverit, restituat totam hereditatem, ne onera patiatur. §. 1. Si quis *bona*[96] *sua*, vel *omnia sua* rogaverit restituere: fideicommissariam restitutionem esse intelligendum est: nam *meorum & tuorum appellatione etiam actiones*[97] *continneri*[98] *dicendum est*. §. 2. Si filiofamilias vel servo restituatur, & postea pater vel dominus ratum[99] habuerit: transeunt ex Trebelliano Senatusconsulto actiones. §. 3. Multum[100] interest, utrum qua[1] pars jure hereditario retineatur, an vero in re vel pecunia. Nam superiore casu actiones dividuntur inter heredem & fideicommissarium: posteriore[2] vero apud fideicommissarium sunt actiones. §. 4. Et[3] heres institutus, rogatusque hereditatem restituere, præcepta aliqua summa vel re: etiamsi in præceptione minus quam quarta pars esset, non amplius Principem pati vindicaturum. §. 5. Sed & si sine ulla præceptione rogatus fuerit hereditatem restituere, plerumque[4] quarta donata est à Principibus: & ita Divus Trajanus & Hadrianus & Antoninus rescripserunt.

De eo, cui pure, 1. Vel in diem libertas relicta est. 2. De conditione institutionis implenda.

XXXI. Idem lib. IX Institutionum.

SI cui pure libertas, & per fideicommissum sub conditione hereditas relicta est: cogitur[5] heres adire hereditatem, si suspectam dicat, & restituere, & deficiente conditione libertas ei eripi non potest. §. 1. Si autem ei, qui[6] in diem libertatem accepit, hereditas per fideicommissum relicta fuerit: suspectam eam interim non posse adire, Divus Pius Catsio Hadriano rescripsit: cum non possit nondum libero hereditas restitui: nec[7] rursus contra voluntatem defuncti libertatem esse præstandam. §. 2. Si[8] sub conditione heres institutus, rogatusque hereditatem restituere, non vult conditioni parere & adire hereditatem: si facti[9] est conditio, debet parere & adire, & restituere: vel si in dando sit, offerente fideicommissario, recusante autem herede factum adimplere, licentia dabitur fideicommissario secundum imitationem dationis factum implere; & tunc necessitas imponitur *adire hereditatem*. † Cæteræ conditiones, quæ non sunt in potestate heredis[10], ad officium[11] Prætoris non pertinent.

De fructibus.

XXXII. Celsus lib. XX Digestorum.

BAllista filiusfamilias heredem instituit ita: *Rebellianus*[12] *si*[13] *cavisset*[14] *coloniæ Philippensium*[15], *si sine liberis moreretur, quantacunque pecunia ex hereditate de bonis meis ad eum pervenit, eam*[16] *pecuniam omnem ad coloniam Philippensium perventuram*: Respondi, ex his verbis quæ proponis, [id est], *pecuniam*[17], existimo etiam fructus, quos ex hereditate percepit, restituere eum debere: perinde[18] quasi specialiter hoc testator expressisset.

XXXIII. Marcianus lib. VIII Institutionum.

SCribit Celsus libro XX Digestorum: Si, qui quadringenta in bonis habebat, petiit ab herede suo, ut *si sine liberis moreretur, quanta*[19] *pecunia ex hereditate sua ad eum pervenisset*, Mævio restitueretur; si[20] ex fructibus medio tempore quadringenta perceperit, & sine liberis decesserit: heredem ejus Mævio quadringenta debiturum. Et cum diu multumque tractavit, an cum augmentum heres sensit [&] periculum sustineat, an per contrarium: novissime ait, ** iniquum esse ad fideicommissarium damnum pertinere, ad quem augmentum non pertinet*. & an ad[21] supplendum (inquit) quodcunque ex quadringentis defuerit, etiam augmentum ad eum pertinebit: hoc est, ut usque ad summam quadringentorum damna & fructus computentur: quod verius esse arbitror.

De commorientibus.

XXXIV. Idem lib. II Regularum.

SI ejus, qui novissimus[22] ex filiis mortuus est, partem hereditatis propinquo voluit pater restitui, & simul fratres diem suum obiissent: propinquum, si non ostenderit quis novissimus obiisset, ad partem hereditatis non admitti: sed matrem ex Tertulliano Senatusconsulto ad utriusque hereditatem admitti constat.

De curatore furiosæ.

XXXV. Ulpianus [lib. VI de Officio Proconsulis].

CUm heres instituta furiosa[23] hereditatem esset rogata restituere: curatorem[24] ejus secundum tabulas bonorum possessione accepta posse transferre actiones, Divus Pius decrevit.

De cautione heredi præstanda à fideicommissario.

XXXVI. Paulus lib. XIII ad Edictum.

CUm hereditas ex fideicommissi causa restituta[25] est, si ante [cum] herede compromissum est, puto fideicommissarium cavere debere[26] heredi: sicut cum heres multa, antequam restitueret, administravit. nam quod dicitur, *retinere eum oportere*, non est perpetuum: quid enim, si nihil est, quod retineat? veluti cum omnia in nominibus sunt aut in corporibus, quæ non possideat: nempe enim is, cui restituta est, omnia persequitur, & tamen heres judiciis, quibus conventus est[27], aut stipulationibus, quibus necesse habuit promittere (omittere), obstrictus manebit: ergo non[28] alias cogetur restituere, quam[29] ei caveatur.

Quibus

---

[68] Fideicommissario contra heredem dato actio, pro rebus indebite retentis. *Bart.*

[69] Inter heredem & fideicommissarium partis cogitur familiæ erciscundæ judicium. *Bart.*

[70] Heres cogitur adire, quamvis fideicommissario possit alio remedio esse consultum. *Bart.*

[71] Præteritus filius censetur, qui directo non est institutus.

[72] Patronus potest cogi adire & restituere ante pœnitentiam. *Bartol.*

[73] Per coactionem perdit quis prælegata, nisi ea percipiat sub conditione, *si heres non erit*. Bart.

[74] Officium suum nemini damnosum esse debet. v. *l. 7. ff. quemadm. test. aper. l. 140. ff. de reg. jur. l. 61. §. 5. ff. de furt. l. 19. C. de testib.*

[75] Et ita ultra vires hereditarias gravata est.

[76] Ut *l. 1. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.*

[77] Prima quæstio.

[78] Secunda quæstio.

[79] Tertia quæstio.

[80] Responsio ad primam quæstionem.

[81] Quem heres instituta detraxit à Publio Mævio, quatenus pure erat institutus, & aliis legatariis.

[82] Responsio ad secundam quæstionem.

[83] Responsio ad tertiam quæstionem.

[84] Decisio generalis. Heres gravatus ultra vires hereditarias, id quod restitui ultimo loco debet, supplet ex fructibus judicio testatoris perceptis. Si fructus percepti augmentum quantitatem efficiunt, quam sit pars quæ restitui debet, illud residuum penes heredem remanebit. At si fructus non sufficiant, à singulis legatariis pro sua parte detrahetur Trebellianica, ut ita satisfiat fideicommissario.

[85] Vide Cujac. *6 ad Afric.*

[86] Tunc heres nullo incommodo adficietur, cum adierit alieno periculo, & ipso jure indemnis redditur ex Senatusconsulto, etiam sine cautione. Cujac. *hic.*

[87] Id est, quo tempore conditio extiterit.

[88] Partis tuæ. *Ital.* & Cujac. *ibid.* ut ff. *jus tuum.*

[89] *l. 16. §. 8. ff. eod. l. 4. C. eod.* seufus est autem: si qui fideicommisso aliquo pure honoratus est, & ad cujus petitionem heres adiit, alteri fideicommissario conditionali fructus percepros ante eventum conditionis non restituit. Cur ita? quia heres à me compulsus adiit meo periculo, periculum omne subii, ideoque omne commodum quod percipere is potuisset, ad me transfiatum est. At si is non coactus adisset, fructus pendente conditione percoptos non restitueret: hinc constat, fructus perceptos ab eo, cui fideicommissum pure relictum est, ex parte fideicommissarii conditionalis ante eventum conditionis non restitui fideicommissario conditionali. 90 §. 3. *Inst. quib. mod. test. infirm.* 91 Vide Ant. Fabr. *7 conject.* 19. 92 *Synopf. Basil. 33. tit. 3. & tit. 11. & 23.* 93 Qui legatione fungitur, adde *l. 66. §. 3. ff. eod.* 94 *V. l. 9. ff. eod.* 95 *l. 71. ff. eod.*

96 Bona vel omnia sua qui restitui jubet, actiones etiam comprehendit. Fideicommissum universale est, quoties quis jubetur restituere omnia bona universaliter vel indefinite.

97 Meorum & tuorum appellatione actiones, jura & similia continentur, *l. 91. ff. de verb. sign.* & ita quoque post Trosium de Malvitiis notat Corsetus *in singularib.* licet plerisque rebus *meum* dominium innuere videatur.

98 Imo dotis actio, & pretia servorum manumissorum deducenda videntur. *l. 9. ff. de leg. 2.*

99 Non valet restitutio facta, nisi consentiente vel ratum habente eo, in cujus potestate est fideicommissarius. *Bart. v. l. 65. in pr. & fin. ff. eod.*

100 §. 9. & *ibi Theophil. Inst. de fideicommiss. libert.*

1 *Al.* quarta.

2 *V. l. 2. in fin. ff. eod.*

3 *Al.* Si Princeps heres, &c.

4 Si heres jussus est *sine ulla præceptione hereditatem restituere*, nonnunquam extra ordinem condonatur ac remittitur ei quarta, ad voluntatem defuncti accedente rescripto Principis. vide Cujac. *1 ad Nov. 1.*

5 *l. 22. §. 1. ff. eod.*

6 *V. l. 52. §. 1. ff. eod.*

7 Imo libertas ante diem & reditas rationes servo ab herede dari potest. *l. 32. ff. de dolo. l. 5. C. de oper. libert. l. 3. §. 15. ff. de statulib. l. unic. §. 7. C. de Latino libertate.*

8 Vide Anton. Fabr. *6 conjectar.* 11.

9 Heres cogitur parere conditioni potestativæ, at non casuali. *Bart.*

10 Quales sunt quæ sunt turpes, vel casuales. vide *l 63. §. 7. ff. eod.*

11 Id est, Prætor non cogit heredem eam conditionem implere.

12 Trebellianus. *Hal.*

13 *V.* quæ scripsi ad *l. 48. ff. de jure fisci*, de his cautionibus.

14 Ex hac voce decisionem legis habes: deberi scilicet restitutionem fructuum fideicommissario in hoc casu. Vult enim Ballista, heredem suum non ex testamento & testamentaria cautione (qualis est, quæ legatorum nomine fit, quæque fructuum incrementum non recipit, *l 1 §. 13 ff. ut leg.*), sed ex cautione conventionali fideicommissum præstare. Hujusmodi conventio ac cautio incrementum fructuum recipit, *arg. l. 222. ff. de verbor. signif.* conventionalis plenior est Prætoria, quoniam id plerumque agere videntur contrahentes: non igitur hujus legis decisio pendet ex verbo *omnem*, tunc enim fructus non veniunt, *l. 57. ff. eod.* non ex verbo *quantacunque*, nam rogatus restituere quicquid de hereditate superfuerit, fructus non restituit, *l. 83. ff. de legat. 3.* non ex verbo *pecunia*, quia eo casu etiam fructus lucratur heres, *l. 33. ff. eod.* vide Cujac. *4 observ. 39.* adde quæ dicam ad *l. 58. §. 7. ff. eod.* quid enim interest, testator dixerit *quidquid*, aut *quanta*, aut *quantacunque*? 15 Colonia hæc juris erat Italici. *l. 6. ff. de censib.* 16 Pecuniæ verbum hic repetitur per epanalepsin seu geminationem: hujus rei occasione doctores hic multa notant de geminationis effectu, etiam ex intervallo interpositæ. Huic epanalepsi opponitur perissologia, superflua verborum adjectio, quæ & inculcatio: cujus multa sunt exempla apud Bart. *l. 1. §. 7. ff. de ædilitio.* Quod si eorundem verborum repetitio superflua fuerit, battologia fuerit. adde *l. 88. ff. de adquir. hered.*

17 Hæc verba mali interpretis esse, ait Cujacius *4 observ.* 19. 18 Tacita videtur hæc defuncti voluntas. *l. 3. §. 2. ff. de usufr.* Imo non videtur testator id expressisse. *l. 58. §. 7. ff. eod.*

19 Vide quæ notavi ad *l. 32. ff. eod.* 20 *l. 73. ff. ad l. Falcid.* 21 *l. 27. §. 2. ff. eod.*

22 Vide *l. 9. ff. de reb. dub.* Goth. Ad intellectum hujus l. vid. Decher. *lib. 2 differt. 2. n. 31.* Ans. Adde Joann. Robert. *lib. 1 sent. jur. c. 10. S. L.* 23 Furiosi curator potest agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, & hereditatem restituere. *Bart.* 24 *l. 7. C. eod.* 25 *l. 69. in fin. l 78. §. pen. ff. eod.* 26 Imo cavere non debet. *l. 29. §. 2. in fin. ff. de leg. 3.* 27 Heres restituere hereditatem jussus non tenetur creditoribus hereditariis, sed his tantum cum quibus contraxit: ideoque fideicommissarius hereditatem ei restituenti de indemnitate cavere cogitur. 28 *l. 23. §. 8. ff. de ædilitio.* 29 Id est, quam si. Catullus: *Utrum illius an mei, quid ad me? utor tam bene, quam mihi pararim.* Terentius *Hecyra, act. 2. scen. 3. Habui illam, ac ex me esset nata.* Ovid. *Ortæ dies fuerit, tu desine credere veris.* id est, si orta dies fuerit.

Quibus modis restituitur. 1. De pupillo & tutore.

XXXVII. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

REstituta hereditas videtur, aut re [30] ipsa: si forte passus est heres possideri res hereditarias, vel totas, vel aliquas earum, hac mente, ut vellet restituere & ille suscipere: non si ex alia causa putavit te possidere. † Sed & si postea *ratum* [31] *habuit*, idem erit dicendum. | Sed & si *verbo* [32] *dixit se restituere*, vel per epistolam [33], vel per nuncium restituat: audietur. Sed & *si voluntate tua* [34] *alii restituerit*: in [35] te transibunt actiones. † Item si alius jussu meo restituit, vel ratam habuit restitutionem, transisse actiones videntur. §. 1. Pupillus autem ipse debet restituere tutore [36] auctore: non [37] tutor sine pupillo, nisi infans est: quia nec mandare actiones tutor pupilli sui potest. Ne [38] se quidem auctore pupillum restituere potuisse hereditatem, Divus Severus in persona Arrii Honorati pupilli decrevit, qui Arrio Antonino patruo & tutori suo restituerat. §. 2. Sed etsi pupillo sit restituenda, non [39] posse pupillo sine tutoris auctoritate restitui constat.

XXXVIII. Paulus lib. XX ad Edictum.

NOn [enim] solutio est hereditatis restitutio, sed & successio, cum obligetur.

XXXIX. Ulpianus lib. XVI ad Edictum.

SEd nec ipsi tutori indistincte [40] restitui potest.

De actionibus civilibus vel prætoriis vel naturalibus. 1. Qui restituunt. 2. Quibus restituitur.

XL. Paulus lib. XX ad Edictum.

QUamvis Senatus de his actionibus transigendis loquatur, quæ jure civili heredi & in heredem competunt: tamen honorariæ [41] actiones transeunt. nulla enim separatio est. Imo & causa naturalium [42] obligationum transit. §. 1. Persona autem heredis instituti Trebelliano continetur. verum hoc jure utimur, ut & successor [43] heredis recte ex Trebelliano restituat; veluti heres, bonorumve possessor, vel pater, dominusve, quibus adquisita est hereditas: omnes enim, quod juris habent, ex Trebelliano Senatusconsulto restituere debent; nec interest, is qui instituta est, an pater, dominusve, rogatus est restituere. §. 2. Nihil interest [44], cui nostro nomine restituitur, paterfamilias sit, an is, qui in aliena potestate est;

XLI. Gaius lib. II Fideicommissorum.

MUlier, an masculus. & ideo servo quoque voluntate [45] nostra, vel si ratum [46] habuerimus, restitui potest.

1. De jure sepulchri.

XLII. Paulus lib. XX ad Edictum.

QUia perinde est, atque si mihi restituta esset hereditas. §. 1. Restituta hereditate jura [47] sepulchrorum apud heredem [48] remanent [49].

De jure accrescendi.

XLIII. Ulpianus lib. XXII ad Edictum.

PApinianus [50] tractat: si quis heres institutus ex semisse rogatus sit restituere hereditatem, & eam suspectam dicens, compulsus adit, deinde fideicommissarius ignarus sit [51], adeo velle portionem hereditatis post restitutionem scripto heredi: an opus sit ei alia actione [52]? Et ait, securum esse eum posse. de illo plane *loco* solo quærendum ait, an ei opus sit nova restitutione, postea quam portio adcrevit [53]?

De morte fideicommissarii antequam hereditatem recipiat. 1. De usuris, pensionibus & fructibus.

XLIV. Marcellus lib. XV Digestorum.

POstulante Sticho, qui eodem testamento libertatem & fideicommissam hereditatem acceperat, heres suspectam adiit: mox Stichus, antequam moram in recipienda hereditate faceret, decessit relicto herede Titio: Quæro, an in Titium, si nolit recipere fideicommissam hereditatem, actiones [54] ex Senatusconsulto competerant? Respondi: Quoniam fere is qui compulsus est adire hereditatem, confestim ei restituet, de manumisso duntaxat Senatusconsulto comprehensum est: nec heredis facta est mentio. potest tamen evenire ut restitutionem distulerit heres, veluti si pecuniam ei deberit defunctus, quam retinere [55] maluit, quam petere: cæterum existimo, idem [56] in herede ejus constituendum, quod in illo constitutum est: cur enim recusaret, quam [57] recusare non potuit is, cujus hereditatem suscepit? Quod si forte ante hereditatis restitutionem sine herede decesserit libertus: perinde bona ejus creditoribus hereditariis vendere permittendum [58] est, ac si restituta hereditate decesserit. §. 1. Sed in hujusmodi quæstione rogo respondeas, an recte senserim? Rogata est filia [59] ex asse heres restituere *hereditatis partem dimidium, deductu legatis minimis, & ære alieno non magno*, ut legi Falcidiæ locus non sit: mora facta [non] est restitutioni fideicommissi: desidero verbo tenus [60] mihi restitui hereditatem, ut ex Trebelliano Senatusconsulto agenti; & ex eo competentibus actionibus etiam usuras debitas ex mortis die in tempus restitutionis, persequar. Item *quæro & de pensionibus* [61], quia locationum [62] obligatio in hereditate fuit: ab herede fructus nullos peto: sed illa desiderat refundere me, aut concedere ei actiones *usurarum & pensionum*: non possum persuadere, hereditatis [63] appellatione, quam rogata erat mihi restituere, etiam hanc stipulationem usurarum ad me pertinere? Respondi: Omnia ea hereditatis appellatione continentur: quantum enim, [quod] ad hoc refert, inter hæc cætera* que* quæ sub conditione sunt promissa, aut in annos singulos, vel menses, nihil interest. Sane *pro fructu* rei quæ hereditate continetur, hæc cedunt: nec fructus fideicommissarium sequitur, si mora [64] non intercessit. Sed quia [65] non ut heres fideicommissum (ut sic dixerim) suppleat, postulet; sed *qualis nunc est hereditas*, desideret restitui sibi: nequaquam id debet heres recusare. nam & quodammodo [66] in partem hereditatis Senatus recipi voluit fideicommissarium, & haberi heredis loco, pro qua parte ei restituta esset hereditas. Sed cum hereditarios *nummos fœneraverit* [67], aut ex fundis fructus percepit: nihil eo nomine præstat ei, cui hereditas per fideicommissum relicta est, si non intercessit mora, scilicet qua [68] sito periculo fœneraverit, colendove [69] fundo, vel in cogendis fructibus insumpsit operam: nec [70] æquum erat, alterius (ut sic dixeris) procuratorem constitui. Nullum autem impendium vel opera intercedit heredis, cum his modis, de quibus est quæstum augmentum [heredis] recepit.

De eo, qui non vult quarta am retinere.

XLV. Modestinus lib. singul. de Evrematicis [71].

QUi totam hereditatem restituere rogatus, quartam retinere non vult, fidumque [72] obsequium defuncti precibus præbere desiderat: sua sponte adire debebit hereditatem, quasi ex Trebelliano eam restituturus. suaserim [73] tamen, suspectam potius dicat hereditatem, coactusque à prætore restituat: hoc enim casu ex [ipso] Trebelliano restituere videtur: expositoque hereditario metu universas actiones in eum transferri qui recipit hereditatem.

De morte fideicommissarii antequam hereditatem recipiat.

XLVI. Javolenus lib. XI Epistularum.

SEius Saturninus archicubernus [74] ex classe Britannica testamento fiduciarium [75] reliquit heredem Valerium Maximum trierarchum [76]: a quo petit, *ut filio suo Seio Oceano, cum ad* [77] *annos sedecim pervenisset, hereditatem restitueret*: Seius Oceanus, antequam impleret annos, defunctus est: nunc Mallius Seneca, qui se avunculum Seii Oceani dicit, proximitatis nomine hæc bona petit: Maximus autem trierarchus sibi ea vindicat ideo, quia defunctus est is, cui restituere jussus erat. Quæro ergo, utrum hæc bona ad Valerium Maximum trierarchum heredem fiduciarium pertineant, an ad Mallium Senecam, qui se pueri defuncti avunculum esse dicit? Respondi, Si Seius Oceanus, cui fideicommissa hereditas ex testamento Seii Saturnini, cum annos sedecim haberet, à Valerio Maximo fiduciario herede restitui debeat, priusquam præfinitum tempus ætatis impleret, decessit: fiduciaria hereditas ad eum pertinet, ad quem cætera bona Oceani pertinuerint: quoniam dies fideicommissi vivo Oceano cessit: scilicet si prorogando [78] tempus solutionis, tutelam magis heredi fiduciario permisisse, quam incertum diem fideicommissi constituisse videatur.

De naturali debito.

XLVII. Pomponius lib. I variarum lectionum.

SI heredi ejus, cui natura debuerit, aliquis solverit: ei, cui fideicommissa hereditas relicta sit, id reddendum.

De rebus subtractis.

XLVIII. Paulus lib. XIV Responsorum.

[P Aulus respondit]: Si certa portio hereditatis alicui relicta proponitur, & is res hereditarias quasdam furatus sit: in his rebus, quas subtraxit, denegari ei petitionem oportere, recte responderetur.

De creditoribus hereditariis.

XLIX. Papinianus lib. III Quæstionum.

CUm hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituitur, si res urgeat [79], & metus erit ne per absentiam forte fideicommissarii dies actionis exeat: heres judicium suscipere cogitur.

§. 1. Similique modo, filio de possessione contra tabulas deliberante, scriptus heres à creditoribus hereditariis convenitur.

De jusso restituere filio suo.

L. Idem lib. XI Quæstionum.

IMperator Hadrianus, cum Vivius [80] Cerealis [81] filio suo Vivio Simonidi, *si* [82] *in* [83] *potestate sua esse desisset, hereditatem restituere rogatus esset*, ac multa in [84] fraudem [85] [fideicommissi] fieri pararetur: restitui [86] hereditatem filio jussit, ita [87] ne quid in ea pecunia, quamdiu filius ejus viveret [88], juris haberet [89]. nam [90] quia cautiones non poterant interponi conservata [91] patria potestate, damnum [92] conditionis propter fraudem inflixit. post decreti [93] autem auctoritatem, in ea hereditate filio [94] militi comparari debuit, si res à possessoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret: sed paternæ reverentiæ congruum est, egenti forte patri officio judicis ex accessionibus hereditariis emolumentum [95] præstari.

De legatis deducendis.

LI. Idem lib. XVII Quæstionum.

CUm heres deductis legatis hereditatem per fideicommissum restituere rogatur, non placet ea legata deduci, quæ [96] peti non poterant. Sed cum uxori pro parte hereditatis scriptæ dos [97] prælegetur, eaque deductis legatis hereditatem restituere rogatur: etiamsi quartam, quam per legem Falcidiam retinet, tantum efficiat, quantum in dote est, tamen pro sua portione dotis prælegatæ partem deducit: cum enim utrumque consequitur, nihil interest inter hanc mulierem, & quemvis alium creditorem, heredem institutum, & hereditatem restituere rogatum. † Idem proba-

30 Hereditatem re ipsa heres restituit, cum patitur eam animo restituendi possideri à fideicommissario, animo fideicommissario, & ipse quoque possidere (mens enim & animus utrumque concurrere debet, *ut hic.*) vel si pactam habuit possessionem, *vers. sed atqui posted.* vel si verbo aut epistola, aut per nuncium jussit restitui, *vers. sed si verbo.* si voluit ut fideicommissarii, alteri hereditatem restituit, *vers sed etsi voluntate.* si alium restituere jussit, aut ab alio factam restitutionem ratam habuit, *vers. item si alium.*

31 Adde *vers. item si.* *J. eod. l. 41. J. eod.*

32 *l. 63. J. eod.* Re aut verbis restitui potest hereditas. Re, sit tradendo vel patiendo.

33 Epistola heres restituere hereditatem fideicommissario potest.

34 Id est, fideicommissarii. *l. 65. J. eod.*

35 Fideicommissarius hereditate ab herede recepta restituit, quæ actiones hereditarias excipit: in eum denique transeunt actiones: effectu est heres. *v. l. 63. J. eod.*

36 Hereditatem fideicommissariam pupillus sine tutore auctore restituere non potest. *Goth.* Vid. ad hunc §. Ant. Augustin. *lib. 3 emendat. cap. 10.* S. I.

37 Hereditatem fideicommissariam tutor sine pupillo restituere non potest, nisi pupillus ipse infans sit.

38 *l. 1. §. 13. T. eod.*

39 Cur? dixi *l. 38. T. de pign. act.*

40 Est enim distinguendum, ut in *l. 7. C. eod.*

41 Adde *l. 1. §. 7. T. eod.*

42 *l. 64. J. eod.*

43 *l. 1. §. 10. T. eod. l. 64. §. 2. J. eod. l. 32. §. 4. T. de leg. 2. l. 6. T. de leg. 3. l. 36. §. 1. T. de cond. & demonst.*

44 Procuratoris ad lites persona non spectatur: & sic non curatur qualis sit procuratoris ad lites persona.

45 *l. 65. in fin. J. eod.*

46 *V. l. 37. T. eod.*

47 De jure sepulchrorum adde *l. 4. §. 21. J. de fidei. libert.*

48 Adde *l. 5. l. 6. T. de religiosis.*

49 In quibus fideicommissarius non sit similis vero heredi. *v.* Accurs. *hic.*

50 Vide in hanc legem Cujac. 12 *obs.* 12.

51 Fideicommissarius ignarus sit. *vel leg.* ignaruris adcrevisse. *Cujac.* sic enim veteres legebant, Cujac. 12 *obs.* 12. adde Festum *in verbo* gnarigavit, *& verbo* gnaruisso, *& verbo* gnarus & gnaritas. vide *ibid.* Joseph. Scalig. 52 An opus sit ei alia additione, vide Cujac. 12 *observ.* 12. 53 Adcrescendi jure quod adquiritur, ad fideicommissarium pertinet. *Bald.* 54 Vide *l. 7. in fin. C. eod.* 55 Retinere fatius est, quam petere. 56 Heredi potest injungi, quod & defuncto potuit. Ad id, ad quod poterat compelli defunctus, potest compelli heres defuncti, licet verbis legis non exprimatur. *Bart.* 57 *Subaudi*, restitutionem facere. Heres recusare non potest, quod defunctus non potuit. 58 Facta prius discussione, quis sit heres. vide Rolandum à Valle, 1 *consil.* 20. *num.* 89. 59 Actiones ex provisione defuncti descendentes in restitutionem veniunt. *Goth.* Vide Edmund. Merill. *lib. 1 obs. cap. 15. 16.* Auf. 60 Restitutio hereditatis sit, vel verbo, vel re ipsa. 61 Actiones quæstiæ providentia defuncti in restitutionem veniunt, vel in heredes primi gradus. *Bart.* 62 Locationum obligatio etiam in hereditate est. 63 Hereditatis appellatione continentur etiam usuræ, pensiones, fructus, ut qui hereditatem restituere jussus sit, idem superiora omnia restituere cogatur. 64 Fructus qui percipiuntur mora non restituentis, veniunt in fideicommissum, etiam liberis primi gradus. *Bart.* 65 Liberi primi gradus non tenentur ex fructibus fideicommissum supplere. *Bart.*

66 Fideicommissarius in partem hereditatis recipitur, id est, loco heredis habetur. adde *l. 5. §. 1. in fin. T. quod cum eo.*

67 Differentiam inter fructus percepto ex providentia defuncti, & eos qui opera & industria heredis percipiuntur.

68 Quis sit. Ita heres fœnerando pecuniam hereditariam, usuras ejus pecuniæ non præstat fideicommissario. Cur? eam pecuniam suo periculo fœnerasse proponitur.

69 Heres hereditatem restituere jussus, fructus ex hereditate percepros non restituit fideicommissario. Quid ita? quia hic proponitur heres in colendo fundo, cogendisve fructibus insumpsisse operam.

70 Adde exempla ex *l. 22. §. 3. T. eod. l. 38. §. 1. J. eod.*

71 De quibus *v. l. 58. T. soluto.*

72 *l. 5. §. 15. T. de donat. inter vir. l. 1. C. hoc tit. §. 6. Inst. eod.*

73 Quartam qui retinere non vult, consultius facit, si cedit coactè quam si sponte. *Bart. Paul. 4 sent. 3. §. 2. & ult.*

74 Seius Saturninus archicubernus. *Hal.* archicubernus, id est, classis Præfectus, omnium gubernatorum primus.

75 Fiduciarius heres is dicitur, de quo testator spem fiduciamque concipit restituendi, de hereditatis post mortem suam. *hic, & in fin. J. eod. l. 67. in fin. J. eod.* hinc fiduciaria hereditas. *in fin. J. eod.*

76 Trierarch. triremis Præcipem.

77 Tempus certæ ætatis ex præsumpta voluntate defuncti, propter summam personæ conjunctionem diem facit, non conditionem.

78 *l. 46. §. 1. J. quando dies legat. l. 5. C. quando dies.*

79 *l. 27. §. 7. T. eod.*

80 Junius. *Hal. Goth.* Hanc collige, pupillum non habere tacitam hypothecam in bonis ejus qui pro tutore negotia ejus gessit. Bart. in *l. alterum ratum hab.* & Jason in *l. properandum. ff. de jud.* Ans.

81 Institutus heres sic.

82 In id tempus, quo sui juris esset.

83 *V. l. 19. T. eod.*

84 Quia, ut nihil in fraudem hab, restituere cogitur. *l. 16. §. 11. T. eod.*

85 Pater differens fideicommissum cogitur filio existenti in potestate restituere etiam ante conditionis eventum. *Bart.*

86 Cautionis onus patri, restituere hereditatem liberis gravato, remitti potest a testatore, *ut hic. & l. ult. J. ut legatorum nomine.* Quid, si pater bona restitutioni obnoxia dilapidat ne profundat? caveri quidem non cogitur, *ut hic. & d. l. ult.* restituere tamen cogitur, *ut hic.* Quid, si extraneus restituere sit gravatus, remissaque ei sit a testatore cautio: & is tamen bona restitutioni obnoxia evertat? Bartolus putat non cogendum restituere, *arg. d. l. ult.* perperam. Num dicta lex ultima loquitur de patre, non de extraneo: præterea negat cautionem remissam exigi: non vetat autem restitutionem fieri. in summa, si pater, qui in fraudem fideicommissi quid facit, restituere fideicommissaria bona liberis cogitur, *ut hic.* quanto magis extraneus? Et vero ita Alexander quoque sentit: communis etiam interpretum opinio ita habet. Quod ita verum, ut etiamsi non omnia, sed partes tantum quasdam fideicommissi evertat heres, restituere illis casibus hereditatem tenentur, de quo vide Beroum *quæst. 72.* 87 Bona adventitia pleno jure ad filiumfamilias pertinent, *ut hic.* & tamen ea alienare citra voluntatem patris non potest. *l. ult. §. 5. vers. filius. C. de bonis quæ liberis.* 88 Nam filio mortuo, etiam testato, ea hereditas ad patrem devolvitur. vide Cujac. ad *l. 6. T. qui testam.* 89 *V.* Cuj. ad *l. 6. T. qui testam.* 90 Cautio de restituenda hereditate filio, inter patrem & filium interponi non potuit propter auctoritatem patriæ potestatis, quæ efficit, ut lis nulla inter patrem & filium esse possit. *l. lis nulla. 4. T. de judiciis.* 91 Adde *l. 7. J. ut legatorum.* hæc cautio præstatur filio emancipato, ut *d. l. 7.* non filiofamilias, *ut hic. v.* quæ scripta ad *Nov. 42. c. 4.* adde casum *l. ult. C. de sent. pass.* 92 Damnum conditionis hic dicitur, ut damnum voluntatis. *l. 23. §. 2. J. de fidei. libert.* 93 Ab Hadriano interpositi: hæc enim lege decretum quoddam Hadriani refertur. 94 *Lego* filius militi. 95 Emolumenti nomine proprie significantur fruges, fructus, & alia emolumenta, ut *l. 4. §. & generaliter. l. ult. T. si cui plus, quam per leg. Falc.* ut in illo Cæsaris loco, † *de bell. Gall. Sine magno commeatu, & emolumento.* Ab eo forte, quod fruges emolantur: ut illo Persii loco, *Granaria emole.* 96 Deductio legatorum non fit de legatis invalidis. 97 Dos prælegata deducitur, ut debitum, nec impedit quartæ Trebellianicæ deductionem. *l. 6. C. ad l. Falcid.*

probatut, & si non deductis legatis fideicommissum ab ea relictum sit.

Si rei legatæ legatarius domino successerit. 1. Si servus ab altero ex heredibus libertatem, ab altero fideicommissam hereditatem accepit.

LII. IDEM lib. XIX Quæstionum.

SI res aliena Titio legata fuerit, isque domino rei hærede instituto petierit, ut hereditatem Mævio restituat: Mævius legatum inutiliter petet. non enim poterit consequi, quod ad institutum, id est, rei dominum pervenire non poterat. §. 1. Servus ab altero ex heredibus libertatem [98], ab altero fideicommissum hereditatis accepit: si neuter adire velit, nullæ Prætoris partes erunt: quia neque propter solam libertatem compellitur adire; neque is à quo libertas data non est, propter eum, qui nondum liber est, ut adeat compellitur. & Senatusconsulto locus est, cum ab omnibus directa vel fideicommissa libertas ab eo datur, à quo hereditas quoque reliquitur. sed si forte is, à quo libertas data est, portionem suam repudiavit, vel conditione exclusus est: cum portio ejus ad alterum pervenerit, defendi poterit adire [99] cogendum: quid enim interest, quo jure debitor libertatis & hereditatis idem esse cœperit?

98 V. *l.* 53 *ff. eod.*

99 V. *l.* 22. §. 1. *ff. eod.*

Si servo libertas à legatario, hereditas ab herede relicta sit.

LIII. IDEM lib. XX Quæstionum.

NOn est cogendus heres suspectam adire hereditatem ab eo, cui libertas à legatario [100], hereditas ab herede relicta est: cum status hominis ex legato pendeat, & nemo se cogatur adstringere hereditariis actionibus propter legatum. quid enim, si [1] inter moras non manumittente legatario servus decesserit? si autem vivo testatore legatarius decesserit: benigne respondetur, cogendum adire, cum in ipsius sit potestate, manumisso restituere hereditatem.

100 *l.* 52. §. 1. *ff. eod.*

1 Inter moras, hoc est, interim. *l.* 28. *ff. de admin. tut.*

De rogato restituere quidquid ex hereditate supererit; & obiter de collatione bonorum.

LIV. IDEM lib. XIX [2] Quæstionum.

TItius [3] rogatus est, quod ex hereditate superfuisset, Mævio restituere: quod medio tempore alienatum [4] vel deminutum est, ita quandoque peti non poterit [5], si [6] non intervertendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur; verbis enim fideicommissi bonam fidem inesse, constat. Divus autem Marcus, cum de fideicommissaria hereditate cognosceret, his verbis, *Quidquid ex hereditate mea superfuerit, rogo restituas*, & viri boni arbitrium inesse credidit. judicavit enim erogationes, quæ hereditate factæ dicebantur, non ad solam fideicommissi deminutionem pertinere: sed [7] pro rata patrimonii, quod heres proprium habuit, distribui oportere. quod mihi videtur non tantum æquitatis ratione, verum exemplo quoque motus fecisse. Cum enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quæreretur, præcipuum autem, quod in castris fuerat adquisitum militi, relinqui placeret: consultus Imperator, sumptus quos miles fecerat, non ex eo tantummodo patrimonio, quod munus collationis pati debuit, sed pro rata etiam castrensis pecuniæ decedere oportere constituit. † Propter hujusmodi tractatus Mævius fideicommissi nomine cautionem exigere [8] debet [9]: quod eo pertinet, non ut ex stipulatione petatur, quod ex fideicommisso peti non poterit; sed ut habeat fidejussores ejus quantitatis, quam [10] ex fideicommisso petere potuit.

2 *Novell.* 108. *in pr. & c.* 2.

3 Vide Mantic. *de conject. in fin.*

4 Rogatus restituere *superfluum hereditatis*, non potest profundere, dilapidare bona fideicommisso obnoxia, licet tamen ea diminuere boni viri arbitratu.

5 Hodie ad dodrantem diminuere potest ex omni causa, quin imo & quadrantem certa ex causa. *Novell.* 108. *c.* 1. & 2. aliud erit, si quis simpliciter rogetur *hereditatem restituere*. Hæc sunt diversa, gravari ad hereditatem restituendam, & gravari ad id tantum restituendum, quod ex hereditate superfuerit.

6 *l.* 25. §. 16. *ff. de hered. petit. l.* 3. §. 2. *ff. de usurpat.*

7 Hoc etiam correctum. *d. Novell.* 108.

8 Ab herede sc. jure novo tendit eo cautio, ut se restituturum quadrantem & de dolo caveat. *Novell.* 108.

9 Imo non debet. *l.* 6. *C. eod.* Solve, *dicta lex* 6 locum habet in filio jusso restituere filiis suis, exceptis certis casibus. hæc lex & *dicta Novell.* 108 locum habent in filio jusso fratri restituere.

10 V. *l.* 6. *C. de juris & facti ignorantia.*

De operis & cæteris quæ restitui non possunt. 1. De eo cui in tempus libertas directo data est. 2. De fideicommisso restituendo. 3. De eo qui supremas defuncti preces destituit. 4. De herede heredis. 5. De evictione hereditatis.

LV. IDEM lib. XX Quæstionum.

SI patroni filius extranio restituerit ex Trebelliano hereditatem, operarum actio, quæ [11] transferri non potuit, apud heredem manebit: nec ei nocebit exceptio, cum eadem prodesse non posset ei, qui fideicommissum accepit. & generatim ita respondendum est, non summoveri heredem, neque liberari ex his causis, quæ non pertinent ad restitutionem. §. 1. Imperator Titus Antoninus rescripsit, in tempus [12] directo data libertate, non esse repræsentandam hereditatis restitutionem, quando persona non est cui restitui potest. §. 2. Qui fideicommissam hereditatem ex Trebelliano, cum suspecta [13] diceretur [14], totam recepit [15], si ipse quoque rogatus sit alii restituere, totum [16] restituere cogetur: & erit in hac quoque restitutione Trebelliano locus: quartam enim Falcidiæ jure fideicommissarius retinere non potuit. Nec ad rem pertinet, quod nisi prior, ut adiretur hereditas, defideratsset, fideicommissum secundo loco datum intercidisset: " *cum enim semel adita* [17] *est hereditas, omnis defuncti voluntas rata constituitur.* † Non est contrarium, quod legata cætera non ultra dodrantem præstat. aliud est enim ex persona heredis conveniri: aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi. Secundum quæ potest dici, non esse priore tantum desiderante cogendum institutum adire, ubi nulla portio remansura sit apud eum: utique si confestim, vel post tempus cum fructibus rogatus est reddere. sed & si sine fructibus rogatus est reddere, non erit idonea quantitas ad inferendam adeundi necessitatem: nec ad rem pertinebit, si prior etiam libertatem accepit. ut enim pecuniam, ita nec libertatem, ad cogendum institutum accepisse, satis est. Quod si prior recusaverit, placuit ut recta via secundus possit postulare, ut heres adeat & sibi restituat.

11 *l.* 42. *in fin. ff. eod.*

12 *l.* 31. §. 1. *ff. eod.*

13 *l.* 63. §. 11. *ff. eod.*

14 Ab herede.

15 Ab herede scilicet: quem cogit adire & restituere.

16 *l.* 1. §. 8. *ff. eod.*

17 Disposita in testamento dependent & confirmantur ab adita hereditate. *l.* 31. §. 1. *ff. de excusat. tutor.*

§. 3. Quid ergo, si non alii, sed ipsi heredi rogatus sit restituere? quia non debet eidem quandoque quarta reddi, quam perdidit: propter hujus portionis retentionem erit audiendus. † Sed nec illud translatitie [18] omittendum est, instituto, qui coactus est adire, fideicommissi petitionem denegandam [19] esse: cur enim non videatur indignus [20], ut, qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate? quod fortius probabitur, si post impletam conditionem coactus est adire: nam [si] pendente conditione, durum erit idem probare: cum & Falcidiam pœnitendo potuit inducere. † Nec ignoro posse dici, nullo modo fideicommissi petitionem denegandam eis, qui jura sepulchrorum [21] adquiri insequuntur. Adeo Senatus nihil apud eum ex ea parte, quam derelinquit, voluit relinquere: ut nec [22] Falcidiam exercere possit, nec præceptio apud eum relinquatur, nec substitutio quoque secundarum tabularum ita facta, *Quisquis mihi heres erit, filio meo heres esto*, eidem daretur. §. 4. Cui Titiana hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est, Mævianam hereditatem, quam Titius defunctus ex Trebelliano Sempronio restituere debuit, & ipse restituere poterit, sicut alius quilibet successor. §. 5. Actiones temporariæ Trebelliani solent esse, evicta hereditate ab eo, qui, posteaquam fideicommissam restituit hereditatem, victus est: scilicet ante [23] restitutionem lite cum eo contestata. potestas enim evictionis tollit intellectum restitutionis, indebito fideicommisso constituto. † Plane si fideicommissum ab eo quoque qui postea vicit, relictum est: quia possessor in ratione reddendæ hereditatis partem, quam fideicommissario restituit, heredi reputat: defendi potest; actiones Trebelliani durare.

18 Adde Paul. *3 sent. 5. §. 11.* ubi vide Cujac. dixi ad *l.* 2. *C. de Edicto D. Hadriani.*

19 Id est, res quasdam ex bonis.

20 Jus superveniens auctoris confirmat jus successoris. *Castr.*

21 *l.* 40. *in fin. l.* 83. *ff. de leg.* 3.

22 *l.* 83. *ff. de leg.* 3.

23 Secus si post *l.* 63. §. 4. *ff. eod.*

De herede in possessionem mittendo. De alienatione facta à fideicommissario ante restitutionem.

LVI. IDEM lib. VII Responsorum.

FIliam fratribus, *certis rebus acceptis*, hereditatem restituere pater voluit. ante restitutam hereditatem in possessionem [24] hereditatis filiam quoque mitti placuit. cum autem interea filii res [25] bonorum in solidum distraxissent, item alias pignori dedissent: hereditate postea [26] restituta, constitit ex eo facto cæterarum quoque portionum venditiones, item pignora confirmari.

24 Adde Paul. *3 sent. 5. §. 11.* ubi vide Cujac. dixi ad *l.* 2. *C. de Edicto D. Hadriani.*

25 Id est, res quasdam ex bonis.

26 Jus superveniens auctoris confirmat jus successoris. *Castr.*

27 *l.* 40. *in fin. l.* 83. *ff. de leg.* 3.

28 *l.* 83. *ff. de legat.* 3.

De fructibus. 1. De verbis & voluntate. 2. De gradibus fideicommissi, & electione heredi commissa.

LVII. IDEM lib. VIII Responsorum.

HEredes mei quidquid ad eos ex hereditate bonisve meis pervenerit [27], id omne post mortem suam restituant patriæ meæ coloniæ Beneventanorum: nihil [28] de fructibus [29] pendente conditione perceptis petitum videri, constitit. §. 1. Cum ita [30] fuerat scriptum: *Fidei filiorum meorum committo, ut, si quis* [31] *eorum sine liberis prior diem suum* [32] *obierit, partem suam superstiti* [33] *fratri restituat: quod si uterque sine* [34] *liberis diem suum obierit, omnem hereditatem ad* [35] *neptem meam Claudiam pervenire volo:* defuncto altero superstite filio, novissimo autem sine liberis, neptis prima quidem facie propter conditionis verba non admitti videbatur: sed cum in fideicommissis voluntatem [36] spectari conveniat, absurdum esse respondi, cessante prima substitutione, patris nepti petitionem denegari, quam totam habere voluit avus [37], si novissimus fratris quoque portionem suscepisset. §. 2. *Peto de te, uxor carissima, ut cum morieris, hereditatem meam restituas filiis meis, vel uni eorum* [38], *vel nepotibus meis, vel cui* [39] *voluerit, vel cognatis meis, si cui voles ex tota cognatione mea:* inter filios respondi substitutionem fideicommissi factam videri; circa nepotes autem, "&" cæteros cognatos facultatem eligendi datam: ex cæteris autem cognatis, si nepotes superessent, non recte mulierem electuram propter gradus [40] fideicommissi præscriptos [41]; deficiente vero gradu nepotum, ex cognatis, quam velit personam eligi posse.

27 *l.* 14. *ff. eod.*

28 *l.* 27. §. 2. *ff. eod.*

29 Imo, fructus veniunt. *l.* 34. *in fin. ff. eod.*

30 Vide Ripensem, qui ad hunc §. integrum penè volumen edidit. *Goth.* Adde Kinschot. *resp.* 89. *n.* 73. & Joann. Decher. *lib.* 1. *dissert.* 3. *n.* 9. 10. Ans.

31 An hæc voces sint particulares unius, & non distributivæ, v. Ripens. *hic.*

32 Id est, mortis. vide *hic* Ripens.

33 Audis filios institutos & invicem substitutos.

34 De hac dictione, *uterque*, collectiva sit necne, an distributiva, v. *hic* Ripens.

35 Audis duobus institutis, & invicem substitutis neptem substitui; hinc collige, Substitutum in tota hereditate duobus institutis & invicem substitutis, censeri ex mente testatoris vocatum ad portionem ultimi, in cujus solæ persona exfitit conditio. *Ripens.*

Si heres ante restitutionem successerit debitori hereditario. 1. De periculo nominum. 2. De usuris. 3. De præceptione pecuniæ vel prædiorum, 4. Vel reditus. 5. De fructibus, usuris & pensionibus. 6. De usuris, de rerum usu & periculo. 7. De fructibus. 8. De pignore.

LVIII. IDEM lib. IX Responsorum.

DEducta quarta parte restituere rogatus hereditatem, prius quam restitueret, hereditario debitori heres extitit: quoniam actio eo confusa [42], per Trebellianum redintegrari non potest, pecuniæ quoque debitæ dodrans ex causa fideicommissi petatur: sed in eum diem, quo actio confusa est, usuræ præteriti temporis, quæ in obligatione vel in officio judicis fuerunt, computabuntur; posterioris, ita demum si mora fideicommisso facta sit.

§. 1. Cum heredi as ex causa fideicommissi in tempus restituenda est: non idcirco nominum periculum ad heredem pertinebit, quod heres à quibusdam pecuniam exegerit [43].

§. 2. Qui post tempus hereditatem restituere rogatur, usuras [44] à debitoribus hereditariis perceptas, quarum dies post mortem creditoris cessit, restituere non cogitur: quibus non exactis, omnium usurarum [45] actio (nam hereditaria [46] stipulatio fuit) ex Trebelliano transferetur: & ideo nec indebiti repetitio erit. † Ac similiter hereditario creditori si medii temporis non solvantur usuræ, fideicommissarium in his quoque Trebellianum tenebit. Nec ideo querelæ locus erit, quod de fructibus heres, quos jure suo percipiebat, fœnus non solverit. † Quod si fœnus heres medii temporis solverit, eo nomine non erit retentio, cum [47] proprium negotium gesserit: quippe sortem reddere creditori coactus, fideicommissario nihil usurarum medii temporis imputabit. §. 3. Acceptis centum, [centum] hereditatem rogatus restituere, totam pecuniam jure Falcidiæ percipere videtur: & ita Divi Hadriani rescriptum intellectum est, tanquam si ex bonis nummos retenturus fuisset. Quod tunc quoque respondendum est, cum pro parte hereditatem coheredi suo restituere rogatur. † Diversa [48] causa est prædiorum pro hereditaria parte retentorum: quippe pecunia omnis de portione retineri potest: prædiorum autem alia portio non nisi à coherede, qui dominium habet, accipitur. Cum autem prædia majoris pretii, quam portio hereditatis, essent: in superfluo prædiorum petenti fideicommissario Falcidiam intervenire visum est: concurrentem enim pecuniam compensari placuit. §. 4. Hereditatem post mortem suam exceptis [49] reditibus restituere rogatus, ancillarum partus non [50] retinebit, nec fœtus pecorum, qui summissi gregem retinent. §. 5. Ante diem fideicommissi cedentem fructus & usuræ, quas debitores hereditarii, cum postea cessisset dies, solverunt: item mercedes prædiorum ab herede perceptæ, portioni quadrantis imputabuntur [51]. §. 6. Cum autem post mortem suam rogatus hereditatem restituere, res hereditarias distrahere non cogatur heres: sortium, quæ de pretiis earum redigi potuerunt, usuræ propter usum [52] medii temporis perceptæ non videbuntur: denique nec periculum mancipiorum aut urbanorum prædiorum præstare cogitur; sed nihilominus usus [53] & casus eorum quadrantur quæstio, utrum his verbis uxori detur electio? an vero inter filios facta sit substitutio? Postremum verum est. 40 Ordo scripturæ servandus est. 41 Sed unde colligitur hæc testatoris intentio? ex ordinata affectione defuncti, quæ cadit inter personas sub eadem alternatione comprehensas. adde *l.* 77. §. 32. *ff. de legat.* 2. 42 *l.* 80. *in fin. ff. eod.* Debitum ab herede per additionem confusum, in actionem ex testamento devolvitur. *Bart.*

43 Exigere enim à quibusdam, non facit heredem teneri de periculo aliorum, nisi in culpa fuerit. vide *l. periculum.* 35. *ff. de rebus creditis.* 44 *l.* 44. §. 1. *ff. eod.* 45 In fideicommissariam actio usurarum transfertur, *ut hic.* pignoratitia seu hypothecaria non transfertur. *l.* 59. *ff. eod.* Quid ita varie? actio usurarum hereditaria est, *ut hic.* cæteræ non sunt hereditariæ.

46 Hereditariæ stipulationes dicuntur, quæ cœperunt à defuncto, licet accedant principali, quæ hereditaria est. 47 *l.* 12. §. 6. *ff. qui potiores.* 48 *l.* 77. *ff. de legat.* 2. 49 Vide Manticam, *7 de conjectur. 10. num.* 36. 37. 50 Imo, restituere partus non cogitur. *l.* 14. *in fin. ff. de usuris.* 51 *l.* 18. *l.* 22. §. 2. *ff. eod. l.* 8. §. 11. *ff. de inofficios.* *l.* 18. *in fin. l.* 36. *in fin. l.* 45. *l.* 66. *l.* 73. §. 4. *l.* 88. *ff. ad leg. Falcid.* 52 Vide Cujac. 24 *obs.* 40. 53 Id est, deminutio ac deperditio. *l.* 20. §. 6. *ff. ult. l.* 21. *ff. de petit. hered.* Usus enim nonnunquam pro usucapione ponitur. *l. nec milem.* 20. *ff. ex quib. caus. majores.*

dantem quoque deminuit. §. 7. Quod ex hereditate superfuisset, cum moreretur, restituere rogatus, fructus superfluos restituere non [53] videtur rogatus: cum ea verba diminutionem quidem hereditatis admittunt, fructuum autem additamentum non recipiant. §. 8. Heres ejus, qui bonorum superfluum [54] post mortem suam restituere fuerat rogatus, pignori [55] res hereditarias datas, si non in fraudem id factum sit, liberare non cogitur.

De obligatione naturali & pignore. De legato, si heres non extitisset. 1. De eo, quod heres non tanquam heres accepit.

LIX. PAULUS lib. IV Quæstionum.

DEbitor [56] sub pignore, creditorem heredem instituit, eumque rogavit restituere hereditatem filiæ suæ [id est, testatoris]: cum nollet [57] adire ut suspectam, coactus jussu Prætoris adiit & restituit: cum emptorem pignoris non inveniret, desiderabat [58] permitti sibi, jure [59] dominii id possidere. Respondi: Additione [60] quidem hereditatis confusa obligatio est. † Videamus autem, ne & pignus liberatum sit sublata naturali [61] obligatione. Arquin sive possidet creditor actor, idemque heres, rem, sive non possidet: videamus de effectu rei. & si possidet, nulla actione à fideicommissario conveniri potest: neque pignoratitia, quoniam hereditaria est [62] actio: neque fideicommissum, quasi minus restituerit, recte petetur; quod eveniret, si nullum pignus intercessisset; possidet enim eam rem quasi creditor [63]. sed etsi fideicommissarius rem teneat, & hic Serviana [64] actio tenebit: verum est enim, non esse solutam pecuniam: quemadmodum dicimus, cum amissa est actio propter exceptionem. Igitur non tantum retentio, sed etiam petitio pignoris nomine competit, & solutum non repetetur. Remanet ergo propter [65] pignus naturalis obligatio. [In] re autem integra non putarem compellendum adire, nisi [66] prius *de indemnitate* esset ei cautum, vel soluta pecunia esset. Nam & cum de lucro [67] heres scriptus sit [68], quod forte legatum accepit, si heres non extitisset: Responsum est, non esse cogendum adire, nisi legato præstito. ubi quidem potuit dici, nec cogendum esse heredem adire quodammodo contra voluntatem defuncti, qui legando heredi, si non adiisset, in ipsius voluntate posuit additionem. sed cum testator alterutrum dederit, nos utrumque ei præstamus.

§. 1. Ea quæ dotem dabat, pacta erat cum marito, ut *mortua se in matrimonio, dotis pars matri ejus redderetur*; nec eo nomine stipulatio à matre interposita est: moriens deinde matrem & maritum suum heredem fecerat; & à matre petierat, *ut hereditatem Titio restitueret*: judex addictus [69] de hereditate dividenda, partem doris, quasi [70] ex utili pacto, pro parte matri adjudicaverat. Quærebatur, an & ea portio ex causa fideicommissi præstanda sit? [quam] non esse restituendam *puto*: quia non [71] quasi heres, sed [72] quasi mater ex pacto [73] accepit: nec occasione hereditatis, sed errore [74] ex pacto eam habuit.

De patrono ex debita portione instituto.

LX. IDEM lib. XI Quæstionum.

PAtronus ex debita portione heres institutus, sextam partem restituere rogatus restituit: non transeunt ex Trebelliano actiones [75], quoniam non [76] fuit debitum, quod restituit: & ideo, si per errorem fecit, etiam repetetur.

De eo cui tantum datur, quantum pro uncia hereditatis competeret.

LXI. IDEM lib. XIV Responsorum.

PAulus respondit, his verbis, *Sempronii, heredem te non scripsi, testimans per infirmitatem, idcoque ei dari volo tantum [77], quantum pro uncia hereditatis competeret*: videri quidem magis quantitatem, quam portionem hereditatis, relictam, sed sic accipiendum, uti videatur de uncia [78] etiam restituenda sensisse.

De dote. 1. Quando fideicommissum restituendum.

LXII. SCÆVOLA lib. IV Responsorum.

A Filia petit, *Ut si liberis [79] superstitibus moreretur, partem ejus, quæ ad eam ex bonis patris pervenisset: quod si sine liberis decederet, universum fratri restitueret.* Quæritur, defuncta ea in matrimonio, superstite filia [80]: an heres ejus, cum parte hereditatis, ejus quoque, quod dotis nomine datum erat, partem restituere debeat? Respondit, * id quod in dotem fuisset, non [81] contineri in partem hereditatis quæ restituenda est: sed etsi ex promissione dotis aliquid debitum fuit, æris alieni loco habendum. §. 1. Alumno certam pecuniam legavit, *& eam recipi à Sempronio* mandavit, *& certas usuras alumno præstari [82], donec ad vicesimum annum pervenerit*: deinde alumni fidei commisit, *ut si sine liberis decederet, partem restitueret Sempronio, partem Septitio.* Quæsitum est, defuncto alumno intra annum vicesimum, an substituti fideicommissum [83] petere possint, an vero in id tempus sustinere [84], quo si viveret alumnus, vicesimum annum impleret? Respondi, secundum ea quæ proponerentur, posse [85].

De dominio rerum restitutarum. 1. De actionibus hereditariis. 2. De evictione hereditatis. 3. De actionibus hereditariis. 4. De hereditate acquisita per servum hereditarium. 5. De mora fideicommissarii. 7. De institutione conditionali. 11. An fideicommissarius quartam detrahat. 12. An ob Falcidiam ab herede detractum minuatur fideicommissum à fideicommissario relictum. 13. De instituto qui substitutum habet. 14. De bonorum possessione fideicommisso. 15. De testatore qui non est solvendo.

LXIII. GAIUS lib. II Fideicommissorum.

FActa [86] in fideicommissarium restitutione, statim [87] omnes res in bonis fiunt ejus, cui restituta est hereditas, etsi [88] nondum earum nactus fuerit possessionem. §. 1. Si is qui hereditatem sibi reddi ab herede stipulatus sit, eique ex stipulatu [89] agenti restituta fuerit hereditas: constat nihilominus transferri actiones, hoc ita est, si is, cum quo actum sit, restituat hereditatem. si vero ob id, quod non restituerit, æstimatione hereditatis condemnatus fuerit: remanent actiones hereditariæ apud eum qui condemnatus sit: actor autem quantitatem consequitur.

§. 2. Si heres scriptus restituerit hereditatem, & postea de hereditate controversiam passus victus sit, aut lite cesserit [90], durare actiones constitit in fideicommissarium semel translatas.

§. 3. Si quis majorem [91] partem restituerit, quam rogatus est: in eam partem, quæ excedit, non transferuntur actiones. sed cum præcepta aliqua re, aut summa, rogatus sit heres restituere, & omissa retentione totam hereditatem restituerit: recte dicitur transferri actiones. §. 4. Si heres ante restitutam hereditatem servum hereditarium heredem ab aliquo institutum jusserit adire hereditatem, negat Julianus, debere hanc hereditatem restitui: quia de ea rogatus non esset. & hoc est farendum: requirendum tamen & illud est, num cum incremento [92] restituere heres rogatus sit hereditatem? [si] enim hoc fuerit subsecutum, etiam eam hereditatem restituere cogitur: nisi evidentissimis probationibus fuerit ab herede approbatum, contemplatione [93] sui servum esse heredem instituti. §. 5. Rescripto Divi Antonini significatur, [ut] si quis accepta à Titio pecunia, quæ quartam hereditatis continet, rogatus sit ei restituere hereditatem: licet [94] tardius detur pecunia, sine usuris eam dari debere. quia quanto tardius quisque pecuniam dat, tanto tardius ad fideicommissum pervenit, & medii temporis fructus perdit. Quamobrem si ante datam pecuniam tenuerit hereditatem, fructus, quos percepit, restituere heredi eum oportere. §. 6. Idem juris est, & si quis ita heredis fidei commiserit, *Rogo, si Titius tibi centum dederit, restituas ei hereditatem meam.* §. 7. Si [95] sub conditione heres institutus sit, qui suspectam sibi hereditatem esse dicit: si *neque difficultatem, neque turpitudinem ullam habet conditio, nec impendium [96] aliquid*, jubendus est parere conditioni, & adire, & ita restituere: si vero *turpis* aut *difficilis* sit conditio, aperte iniquum est, cogi [97] eum explere eam alterius gratia. sed & remitti eam ab initio visum est: plus enim [98] tribui à Prætore ei, qui fideicommissum petit, quam testator voluit, absurdum est: utique autem testator, nisi expleta sit conditio, neque scriptum heredem ad hereditatem vocavit, neque per hunc illi voluit restitui hereditatem.

§. 8. Si *danda [99] pecunia* conditio adscripta est heredi: debet ei offerre pecuniam is, qui posuit fideicommissum, ut hereditatem impleta conditione possit adire & restituere. §. 9. Quod si conditio adscripta est, *& ea est quam Prator remittit*: sufficere Edictum, ut Julian. ait. [&] hactenus jubendus est, ut [100] constituat Prætoris actionibus uti, aut petat bonorum possessionem secundum tabulas, ut ita nanctus actiones, tunc restituta hereditate transferat eas ex Senatusconsulto. §. 10. Si vero *nominis [1] ferendi [2]* conditio est, quam Prætor exigit: recte quidem facturus videtur, si eam expleverit; nihil enim male est, honesti hominis nomen adsumere, nec enim in famosis & turpibus nominibus hanc conditionem exigit Prætor: sed tamen si recuset nomen ferre, remittenda est ei conditio, ut Julianus ait, & permittendæ utiles actiones; aut bonorum possessio secundum tabulas danda est, uti nanctus actiones transferat eas ex Senatusconsulto.

§. 11. Si cum [3] suspectam videres hereditatem, postulante [4] me, jussu Prætoris adieris, & restitueris mihi: ita utar legis Falcidiæ [5] beneficio adversus legatarios, si tu quoque ea lege uti poteras, & quatenus uti poteras: nam [6] si quid præterea à me alicui per fideicommissum relictum sit, id quasi [7] à legatario relictum non venit in computationem ejus legis, sed extrinsecus numeratur. §. 12. Si Titius rogatus sit hereditatem Mævio restituere, Mævius Seio certam pecuniam, & Titius quartæ retinendæ beneficio adversus Mævium usus fuerit: Neratius scribit, Mævium [8] quoque Seio eo minus æquum esse præstare, ne [9] ipse de suo damnum sentiat. §. 13. Julianus ait, si heres institutus Titio rogatus sit restituere, substitutus Mævio, & institutus suspectam sibi hereditatem esse dicat: desiderante Titio [10] jubendum eum adire & restituere. §. 14. Si quis bonorum possessoris fidei commiserit de hereditate restituenda, & is passus fuerit diem bonorum possessionis adgnoscendæ transire, aut per hoc tempus, quo is, cui restitui debebit hereditas, aliqua ex causa non potuit adire Prætorem, & postulare, ut petita bonorum possessione restituatur sibi hereditas: succurri [11] ei debet; id est, ut restituatur tempus [12] bonorum possessionis admittendæ, exhibendi fideicommissi gratia. §. 15. Admonendi autem sumus [13], si is qui solvendo non sit, Titio herede instituto servum liberum esse jusserit, & rogaverit Titium hereditatem eidem restituere: vix esse, ut Titius recusans adire hereditatem cogatur. nam licet desiderante servo Titius adierit hereditatem, non tamen potest libertas servo competere, quasi [14] in fraudem creditorum data, licet Titius locuples sit: qua de causa nec hereditas ei restitui potest. sed ex sententia [15] legis dicendum est, perinde [16] habendum, ac si is servus solus liber & heres scriptus esset, nec Titius heres esset.

De naturali obligatione. 1. De necessariis heredibus sub conditione institutis. 2. De morte heredis vel fideicommissarii ante restitutionem. 4. De patrono ex parte debita instituto.

LXIV. MARCIANUS lib. IV Fideicommissorum.

SI ejus pupilli, cui sine tutoris auctoritate pecunia credita erat [17], restituta ex eo Senatusconsulto mihi fuerit hereditas: si solvam [18] creditori, non reperam, atquin heres, si post restitutionem solvat, reperet non ob aliud, quam quod ab eo in me naturalis [19] obligatio translata intellegitur. Et si ejus mihi restituta sit hereditas, qui pupillo sine tutoris auctoritate crediderit: si solverit mihi pupillus, non repetet. at si heredi solverit, repetet: non repetiturus, si ante restitutionem solvisset.

§. 1. Si necessarii heredes sub conditione quamvis levissima heredes sint instituti, cui parere solent [20]: dicendum est, cogi restituere hereditatem desiderantibus his, quibus restituere rogati

90 Sententia, vel renunciatio post restitutionem procedens, fideicommissario non præjudicat. *Bart.*

91 Pro eo, quod indebite restituitur respectu quotæ, non transeunt actiones: secus, si respectu suæ cuotæ. *Bart.*

92 Quod pendente dilatione per hereditarium servum adquiritur, in restitutionem non venit, sicut nec alii fructus judicio testatoris percepti. *Bart. l. 18. ff. eod. l. 43. §. 2. ff. de legat. 2.*

93 *l. 21. in fin. ff. de usufruct. & quem.*

94 Licet fideicommissarius pecuniam tardius solvat, quam dare debet, ad usuras non tenetur. *Bartolus.*

95 De sententia hujus paragraphi vide Anton. Fabr. *6 conject. 11.* Goth. Adde Leonin. *emend. lib. 2. c. 9. num. 4.* Anf.

96 Impedimentum. *Hal.*

97 *l. 31. in fin. ff. eod. l. 64. §. 1. ff. eod.*

98 Cur? Prætor ultimarum voluntatum custos est, non everſor. *l. 10. in fin. ff. de captivis. l. 14. ff. de testibus.*

99 Vide *l. 7. ff. eod.*

100 Id est, heres protestetur se velle heredem esse, vel bonorum possessionem secundum tabulas petat.

1 Nominis ferendi conditionem plerumque legatariis, fideicommissariis, & heredibus testatores imponebant: qua de re vid. *l. 7. in fin. ff. eod.* Cic. *3 offic.* ubi. dixi. Sueton. *Octavio cap. 101.* Ovid. *15 Metam.* Dion. *45.* quæ potestas feminis quoque competit. Cicer. *7 ad Attic. 8.* Goth. Adde Carl. Rodigin. *lect. antiqu. lib. 15. cap. 5. & 6.* Alexand. ab Alexandr. *genial. dier. lib. 2. cap. 29.* Cujac. *lib. 7 obs. cap. 7. S. L.*

2 Qui ita institutus, adoptatur non jure, sed tamen confirmetur à populo, vel à Principe. An adopcio fieri possit in testamento, v. Cujac. *7 obs. 7.*

3 *l. 55. §. 2. ff. eod.*

4 Et ita invitus adiiti.

5 Falcidia detrahitur adversus legatarios.

6 Si heres coactus hereditatem adiit, fideicommissarius Falcidiam detrahet in reliquis ab herede, at non in reliquis à se.

7 Vide *l. 22. in fin. ff. eod.*

8 Quatenus defalcatur à primo fideicommissario, eatenus defalcat ipse à suo legatario. *Bart.* 9 *l. 43. in fin. ff. de cond. & demonstr.* 10 Substituto, & sic fideicommissaria præfertur substituto vulgariter. *Bart.* 11 Si institutus passus est labi tempus agnoscendæ bonorum possessionis, fideicommissario succurritur, ut restituatur & agnoscere cogatur. Bartolus id extendit ad insinuationem, ut omissa ab instituto non noceat fideicommissario. *l. 16. ff. ex quibus caus. major.* 12 Temporis præscriptio interdum magis nocet quam expressa in jure quærendo non quæsito. 13 Qui solvendo non est, ut ex servis suis uni relinquere libertatem potest, etiam in fraudem creditorum directo, ita eidem hereditatem per fideicommissum relinquere potest; libertatem vero, vel directo, vel per fideicommissum. vide *l. qui solvendo 42. ff. de heredibus instituend.* 14 Libertas in fraudem creditorum regulariter dari non potest.

15 Quæ illa sententia est? Jus ac potestas, qua licet dominis directo servum unum cum libertate instituere, etiam in fraudem creditorum: idque favore publico, nimirum ut habeat heredem testator. *l. & quia defunctorum interest. 6. ff. de interrogat. act.* 16. *l. 13. in fin. ff. de reg. milit.*

17 *Sub.* exque juris. Hic enim error impedit repetitionem naturalis debiti soluti.

18 Et quia ea factus fuerat locupletior. *l. 21. ff. ad leg. Falcid.* 19 Naturales obligationes omnino transeunt in fideicommissarium, ut hoc modo heres nihil prorsus debeat. *l. 40. ff. eod.* Naturalis autem obligatio dicitur ex eo, quod locupletior factus est. 20 Secus, si talis sit, ut ei pareri non oporteat. *l. 63. §. 7. ff. eod.*

gati sunt: quia [etiam necessarii [10] heredes, fideicommissæ] hereditatis restituendæ gratia, conditioni parere erunt compellendi.

§. 2. Si quis rogatus restituere hereditatem, decessit antequam eam restituat: heres [11] ejus poterit hereditatem restituere, & ex Trebelliano Senatusconsulto transeunt actiones. sed si duo ei heredes extitissent, uti quisque restituisset, pro ea parte transituras actiones: nam & si ipse partem restituisset, pro parte interim transituras, verius est. sed & si plures heredes extiterunt ei, qui rogatus est restituere hereditatem, si quidam interim restituerint; vel cum ei, cui restitui debuit, plures heredes extiterint: ut cui restituta erit, is pro ea parte ex hoc Senatusconsulto habebit actiones. §. 3. Si patronus ex parte debita [12] heres institutus, rogatus fuerit eam liberis exheredatis defuncti liberti restituere: si sua sponte adierit, erit Falcidiæ locus: si coactus, in solidum transibunt actiones ex hoc Senatusconsulto.

De hereditate restituenda servo vel domino ejus. 1. De fideicommisso conditionali. 2. De auctoritate rei judicatæ. 3. De fideicommissario infante, vel surdo, vel absente, vel muto. 4. De rebus aliis traditis jussu fideicommissarii.

LXV. IDEM [lib. V Fideicommissorum].

SErvo, invito domino vel ignorante, non recte restituetur hereditas: sed [si] postea ratum habuerit, confirmabitur restitutio [13]. verum ipsi domino adquirentur actiones. nec, quia hereditatis adquisitionis similis est hæc restitutio, jussum præcedere oportet: sed (ut dictum est) etiam ratihabitio subsequi poterit, exemplo bonorum possessionis. Neque interest quod ad propositum attinet, ipsi domino, an servo quis rogetur restituere hereditatem: nec in ea re consensu aut opera servi opus est; atquin in bonorum possessione, vel in adeunda hereditate consensus ejus necessarius est: itaque si qui suspectam dicent hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire, & restituere hereditatem. §. 1. Si testator rogasset heredem, ut restituat hereditatem mulieri, si non nupsisset: dicendum erit compellendum [14] heredem, si suspectam dicat hereditatem, adire & restituere eam mulieri, etiam si nupsisset. † Idem in cæteris quoque conditionibus Julianus noster probat, quæ similiter nisi fine vitæ expleri non possent. secundum quam sententiam cautione præstita his, quorum interest, ab his, quibus restitui sub iisdem conditionibus heres rogatus esset, restituet hereditatem.

§. 2. Cum Prætor, cognita causa, per errorem, vel etiam ambitiose juberet [15] hereditatem ut ex fideicommisso restitui: etiam publice [16] interest restitui [17], propter rerum judicatarum auctoritatem [18]. §. 3. Si *pupillo* [19] *infanti* restituere hereditatem quis rogatus sit: si sponte adierit, etiam servo ejus & ipsi pupillo, tutore auctore, restituetur hereditas: si quidem eo, quod fari non potest, non [20] magis ea res impedietur, quam in muto pubere volenti sibi restitui hereditatem. Si autem heres recuset adire hereditatem, quemadmodum res expediri possit, difficile est: quia neque tutore desiderante, periculo pupilli adiri hereditatem, Trebelliano Senatusconsulto locus sit futurus: neque pupillus ipse id desiderare possit, cum fari non possit. quod aliquatenus circa mutos expediri potest: nam si auditus capaces sunt, vel interrogati, nutu [21] possint significare [22], *velle se periculo suo hereditatem adire*; quomodo absentes per nuncium. Sed & *infantis* non dubito omnimodo subveniendum: idque ex similitudine [23] Juris civilis [24] vel honorarii constituendum est. sive enim heres institutus esset, non dubie pro herede, tutore auctore, gerere posse videtur: sive de bonorum possessione agitaretur, peti ei per tutorem posset: ideoque & heres compelli per tutorem potest adire & restituere hereditatem. † Quo [25] exemplo & mutus, qui nihil intelligere potest, per curatorem adjuvatur. §. 4. Si singulæ res ab herede traditæ sunt jussu [26] meo ei, cui eas vendiderim: non dubitabimus, mihi intelligi factam restitutionem. † Idem erit, & si jussu meo tradantur cui ego ex fideicommisso aliave qua causa eas præstare debuerim, vel in creditum ire vel donare voluerim.

De instituto, si coheres adisset. 1. De procuratore fideicommissarii absentis. 2. De actione legis Aquiliæ. 3. Ubi fideicommissarius convenire debet.

LXVI. PAULUS lib. II Fideicommissorum.

QUi ita institutus esset, *Si coheres ejus adisset*: uti potest lege Falcidia, etsi coheres ejus coactus adisset; modo [27] si [28] ipse non coactus adierit hereditatem. §. 1. Etiam absentis procuratori, [si] desideraret, posse restitui hereditatem ex hoc Senatusconsulto, Julianus scripsit: si [29] tamen caveat de rato habendo, si non evidens absentis voluntas esset. sed dicendum est, ut heres, qui suspectam dicat, non sit compellendus adire, si incertum sit, an mandaverit, quamvis ei caveatur, propter fragilitatem [30] cautionis: quod si sponte adierit hereditatem, non magna captio est: sed actiones, si non mandavit, transibunt eo tempore, quo ratum habuerit. §. 2. Si damnum in servo hereditario datum sit, licet per servum hereditarium heredi competere actio cœpit, non tamen transit legis [31] Aquiliæ actio ad fideicommissarium: hæ enim actiones transeunt, quæ ex bonis defuncti pendent [32].

§. 3. Si legatus [33] Romæ compulsus adierit hereditatem & restituerit: cogetur [34] Romæ actiones pati fideicommissarius, quamvis heres [35] non cogetur. §. 4. An ubi defunctus conveniri debuit, & fideicommissarius debeat, videndum, si sua sponte heres adit & restituit hereditatem: an tribus locis fideicommissarius defendi debeat; ubi defunctus, & ubi heres, & ubi ipse domicilium habeat? oportet itaque ibi fideicommissarium conveniri, ubi [36] vel domicilium habet, vel major pars restitutæ hereditatis habetur.

Si fideicommissarius, postquam adire coëgit, recipere nolit. 1. De fraudatorio interdicto. 3. De fideicommissario, qui solidum capere non potest.

LXVII. VALENS lib. III Fideicommissorum.

SI postulante me, suspectam hereditatem ex decreto Prætoris adieris, & nec ego postea eam mihi restitui velim, nec bonis me immiscere: hoc fieri debet, ut (quod Octaveno non ineleganter videbatur) à Prætore perinde [37] actiones in me dentur, ac si hereditatem recepissem: quod est justius. §. 1. Etiam eo tempore, quo creditorum fraudandorum consilium inieris, citra periculum *interdicti* [48] *fraudatorii* hereditatem suspectam adibis & restitues mihi: quia & remoto fideicommisso liberum [49] tibi fuerat nolenti adire hereditatem, creditores tuos tali commodo fraudare; & ego nihil turpiter faciam, recipiendo eam hereditatem, quam remota postulatione mea, creditores compellere te, ut adires, non potuerint. §. 2. Sed & [si] filius suus heres patri, rogatus [sit] à patre hereditatem mihi restituere, cum fuorum creditorum fraudandorum consilium iniisset, tanquam suspectam ex decreto Prætoris restituerit mihi: vix fraudatorio interdicto locus erit: quia bonis patris ejus venditis, nihil proprium creditores ejus ex ea hereditate ferre potuerint: nisi forte proprii creditores filii audiri debeant, si postulent, ut dimissis patris, ejus bona vendere sibi permittatur. §. 3. Si donationis causa suspectam hereditatem sibi heres dixerit, & restituerit ei, qui solidum capere non possit: auferetur [50] ei id, quod capere non potest. † Idem dicendum est, & si citra consilium donandi fiduciarius [51] heres id fecerit.

De testatore, qui non est solvendo.

LXVIII. IDEM lib. IV Fideicommissorum.

SI heres ab eo, qui cum moreretur solvendo non fuit, rogatus hereditatem restituere, suspectam sibi dicit: dubium non est, quin hodie [52] coactus ex Trebelliano Senatusconsulto restituere possit. sed etsi sua sponte adierit, ex eodem Senatusconsulto restituturus est. quamvis cum summa, aut [53] certum corpus per fideicommissum ab eo, qui solvendo [54] non fuit, datum est, perinde non debeatur, atque si legatum esset: eo enim casu legatarii, superiore heredis vice fungi eum, cui fideicommissum relictum est. §. 1. Si totam hereditatem rogatus restituere tu sponte adieris, & sine deductione quartæ partis restitueris: difficile quidem crederis per ignorantiam magis, non explendi fideicommissi causa, hoc feciſſe; sed si [55] probaveris, per [56] errorem te quartam non retinuisse, reciperare eam poteris.

De cautione evictionis.

LXIX. MÆCIANUS lib. VIII Fideicommissorum.

DE evictione [57] prædiorum, vel mancipiorum, vel cæterarum [rerum] *cavere* heres, cum restituit hereditatem, non debet: quinimo in contrarium caveri [58] heredi oportet, *si quid ex his evictum esset, quæ ab ipso herede venissent.*

Si fideicommissarius heredi post tempus restituere rogetur. 1. De alienatione, aut manumissione, aut damno dato ab herede. 2. De temporali actione.

LXX. POMPONIUS lib. II Fideicommissorum.

SI heres institutus Titio rogatus fuerit restituere hereditatem, & rursus Titius heredi post tempus: sufficiunt directæ [59] actiones heredi. §. 1. Si heres [60], antequam fideicommissam hereditatem restitueret, alienaverit [61] quid ex hereditate, aut servum hereditarium [62] manumiserit, aut ruperit quid, vel fregerit, vel usserit: non competit in eum ulla Civilis actio, restituta postea hereditate ex Trebelliano Senatusconsulto; sed ex fideicommissi causa erit hoc quod deperierit persequendum. † Sin vero post restitutam hereditatem horum quid admiserit heres, dicendum [est], lege [63] Aquilia cum eo agi posse, si servum forte hereditarium aut vulneraverit, aut occiderit. §. 2. Si *temporalis actio* in hereditate relicta fuerit, tempus, quo heres experiri ante restitutam hereditatem potuit, imputabitur ei [64] cui restituta fuerit.

De jure deliberandi.

LXXI. MÆCIANUS lib. X Fideicommissorum.

OMnes, qui de hereditate [65] deliberant [66], desiderante eo qui suo periculo velit adiri hereditatem, coguntur adire [67]: sed non statim restituere, sed ut completo tempore deliberationis, * si * expedire [68] sibi comperierit hereditatem, sentiant commodum testamenti eo jure, quo, si sponte adissent. sin vero contra onerosam crediderint: restituta ea exonerentur actionibus hereditariis.

De præceptione fundi alieni.

LXXII. POMPONIUS lib. IV Fideicommissorum.

HEres præcepto fundo rogatus erat hereditatem restituere; fundus alienus erat: Ariſto aiebat, videndum utrum eum omnimodo penes heredem fundum esse voluit testator; an ita demum, * si * ipsius est? sed sibi superius placere: ideoque æstimatio ejus retinenda [69] est.

De pignore. 1. De servitutibus.

LXXIII. MÆCIANUS lib. XIII Fideicommissorum.

SI heres pecuniam hereditariam [70] crediderit, & in eam causam pignora acceperit: actiones non [71] competunt ei, cui restituta fuerit hereditas adversus ipsa pignora. sed aliqua dubitatio remanebit, si in eum contractum, qui [72] ex [73] defuncto fuerit interpositus, heres antequam restitueret hereditatem pignus acceperit: sed nec sic quidem ipse admitteretur [74] ex fideicommisso: tamen habet adversus heredem actionem, ut [75] ei cedat [76] pro pignoris commodo actionem. §. 1. Cum ex Trebelliano Senatusconsulto restituitur hereditas, servitutes quas mutuo prædia heredis & testatoris habent, nihilominus valent.

De prohibita testari, antequam liberos habeat. 1. De anno cœpto.

LXXIV. PAULUS lib. II Decretorum.

QUi filium & filiam habebat, testamentum fecit, & ita de filiæ sua caverat, Ἐπιτίλομαί σοι μὴ ἀλλοπίσθεσθαι, πρὶν τέκνα σοι γένη-

---

10 Necessarii etiam heredes conditioni restituendi fideicommissi parere compelluntur. 11 *l.* 40. §. 1. *ff. eod.* 12 Quæ pars patrono debita est? *Fusus.* §. 2. §. 3. *Inst. de success. libert. l.* 1. §. *penult. ff. si cui plus quam per lex. Falcid.* 13 Ratihabitio namque comparatur mandato. adde §. *ult. ff. eod.* atqui jussus præcedere debuit, ut hereditatem adeat, *ut hic.* Bart. 14 Hodie non compellitur reddere, si mulier nubat. *Novell.* 22. *cap.* 44. 15 Ambitiosæ jussiones quæ sint, v. Revard. *var. lib.* 5. *cap.* 6. Ans. 16 *l.* 11. *ff. de justitia.* 17 Superest tamen appellatio. *l.* 5. §. 1. *ff. de appellat.* 18 Quæ jus facit, *l.* 12. §. 1. *ff. qui & à quibus manumiss. l.* 27. §. 2. *ff. de recept. arbitr. l.* 10. *ff. de peculio. l.* 3. *in pr. & §.* 1. *ff. de fiduciis. l.* 50. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 20. *ff. de regul. l.* 6. *ff. de except. rei judicatæ. l.* 3. *ff. de popularib. act.* 19 Heredi tas restitui potest pupillo infanti cum auctoritate tutoris ejus. 20 Muti & infantis similitudo. 21 Nutu solo pleraque subsistunt, *l.* 93. §. 1. *ff. de adquir. hered. l.* 52. *in fin. ff. de oblig. & act.* sic nutu etiam relinquitur fideicommissum. Ulp. 25. §. 3. Nutus est etiam voluntatis significatio. 22 Significare. *Ital.* 23 Quæ illa similitudo est? Quemadmodum tutore auctore pupillus infans hereditatem Jure civili, vel bonorum possessionem Jure prætorio petere potest: ita eodem tutore auctore cogi potest heres fiduciarius adire hereditatem & restituere. 24 Jus civile, & honorarium hic appellat, paulo post, hereditatem, & bonorum possessionem, utramque tutore auctore pupillus infans petit. 25 Mutus qui nihil omnino intelligere potest, per curatorem ita adjuvatur, ut pupillus infans. 26 Paria sunt hereditatem fideicommissario restitui, vel alteri ejus jussu, seu voluntate. 27 Coacta additio facit, ut conditio, *si heres erit*, extitisse videatur: denique coacta additio, additio est pene in omnibus: prodest, inquam, fideicommissario, non ipsi adeunti. *l.* 4. *l.* 11. *ff. eod.* 28 *l.* 19. *ff. de cond. & demonstr.* 29 V. quæ scripsi ad *l.* 6. §. 3. *ff. quod cujusque universit. nomine.* 30 Hinc illud Plauti *in Asinaria*, *Vetus est, nihili cautio est.* sic legendum monet Muret. 8 *varlar.* 11. Qui cautionem habet, sæpe litigare cogitur: at cui soluta pecunia est, ei res omnis in tuto est. ideo scriptores nostri incertæ cautionis eventum dicunt, *l.* 6. *in fin. ff. quod falso tutore.* & Seneca Syngraphas cautionesque vocat vacua habendi simulachra. hæc Muretus. 31 *l.* 70. §. 1. *in fin. ff. eod. l.* 15. *ff. ad l. Aquiliam.* 32 *Sub.* & erant adquisitæ à defuncto: quæ repertæ in hereditate jacentes, quæ hereditate jacente adquisitæ. Nam hereditas jacens repræsentat defunctum: secus si post aditam hereditatem: tunc enim hereditariæ non dicuntur, sed heredis patrimonii. 33 Adde *l.* 30. *ff. eod.* 34 Fideicommissarius sortitur forum ex persona propria & defuncti, non heredis. 35 Est enim legati personale officium, *l.* 28. §. 2. *ff. de judiciis.* Exceptio personæ heredis cohærens, non transit in fideicommissarium. 36 Fideicommissarius cui restituta est hereditas, ibi conveniendus est, ubi domicilium habet, vel pars major restitutæ hereditatis habetur; non ubi heres, qui hereditatem ei restituit, domicilium habet.

47 Cogitur hereditarias actiones pati fideicommissarius, qui heredem coëgit adire. *l.* 11. *in fin. l.* 44. *ff. eod. l.* 1. §. 6. *ff. de separationibus.* 48 In interdictum fraudatorium quis incidit per additionem factam à suo vel extraneo. De interdicto fraudatorio adde *l.* 96. *ff. de solutionib.* 49 Cur ita? vid. *l.* 6. *ff. quæ in fraud. credit.* 50 Plus fideicommissario heres non restituit, quam ipse fideicommissarius à defuncto capere potuit. *l.* 46. *ff. de jure fisci.* 51 De eo dixi ad *l.* 46. *ff. eod.* 52 Hodie, id est, post Senatusconsultum Pegasianum. vid. Cujac. 8 *observ.* 5. de hac particula, *Hodie*, vid. *l.* 7. §. 2. *ff. de injuriis.* 53 Ex hac disjunctiva quidam colligit, aliud esse summam, aliud corpora. vid. *l.* 94. §. 1. *ff. de solutionibus.* 54 Legata ex testamento ejus qui solvendo non fuit, omnino inutilia sunt. *l.* 17. *ff. de mortis caus. donat.* 55 Præsumi error juris non solet nisi probetur. dixi ad *c* 46. *de regulis in* 6 56 §. 7. *Inst. eod. l.* 5. § 15. *ff. de donationibus inter virum.* 57 Heres institutus non cavet de evictione, sed filio cavetur a fideicommissario. *Bart. l.* 77. §. 8. *ff. de legat.* 2. Cur ita? vide *l.* 45. *in fin. ff. de leg.* 1. 58 Vide *l.* 36. *ff. eod.* 59 Ut necesse non sit utilibus uti: unde colligant, directam actionem nobiliorem & meliorem esse utili, & ea præsente utilem mussitare, id est, quiescere. *l.* 1. §. 1. *ff. de Publician.* 60 Ex damno dato ante restitutionem, ex testamento: post restitutionem vero, actione legis Aquiliæ heres tenetur. 61 *l. ultim.* §. 2. *vers. nemo. C. communia de legatis.* adde *l.* 104. *ff. de solutionib.* 62 Libertas servo fideicommissa data valet, *ut hic.* & *l.* 25. §. 2. *ff. eod.* servo legato data non valet: de quo vide quæ scripsi ad *l.* 11. *ff. de manumissionib.* 63 Adde *l.* 66. §. 2. *ff. eod.* 64 Negligentia heredis in singularibus rebus adquirendis nocet fideicommissario. 65 Adeunda. 66 Vide *l.* 30. *ff. eod.* 67 Etiam statim. 68 Adiisse hereditatem intelligitur, qui post deliberandi tempus elapsum dixit, *Expedit mihi hereditatem adire.* 69 *l.* 77. §. 8. *ff. de legat.* 2. 70 *l.* 21. *ff. de fidejussoribus.* 71 Actio hypothecaria non transit in fideicommissarium, si heres, antequam restitueret hereditatem, à debitore hereditario pignus accepit. 72 Hereditarii contractus hereditaria actio, vel stipulatio quæ à defuncto fuit interposita. 73 Qui à defuncto. 74 Admitteretur. 75 Actiones quæ heredi sua provisione competunt, non transferuntur facta restitutione per Trebellianum, sed nova cessione opus est: *Bartolus.* Dicamus apertius, Actio hypothecaria non transit in fideicommissarium, si heres antequam restitueret hereditatem, à debitore hereditario pignus accepit. Nam separandæ obligationis fidejussoriæ ab obligatione pignoris nulla est ratio: neutra est hereditaria, neuter contractus est hereditarius. vide cætera in *l.* 58. §. 2. *l.* 59. *ff. eod.* Denique actiones illæ summo Jure non competunt, nisi cedantur. ut *ff. eod.* 76 Cedi posse inventarii beneficium, hinc colligunt: Imo, id amplius colligitur, Heredem cogi id omne fideicommissario cedere, quod opera sua industriave adquisiverit. adde *l.* 22. *ff. de constituta pecun. l.* 8. §. 1. *ff. quib. modis pign. l.* 1. §. 3. *ff. quod legator. l.* 25. *in fin. ff. de administr. tutor.*

γενέσθαι. id est, *Mando tibi non testari, donec liberi tibi sint:* pronunciavit Imperator, fideicommissum ex hac 77 scriptura deberi 78, quasi 79 per 80 hoc, quod prohibuisset eam testari, petisset, ut fratrem suum heredem faceret: sic enim accipiendam eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere.

§. 1. Fabius Antoninus impuberem filium Antoninum & filiam Honoratam relinquens, exheredatis his, matrem eorum Juniam Valerianam heredem instituit: & ab ea trecenta, & quasdam res filiæ reliquit; reliquam omnem hereditatem filio Antonino, *cum ad annum* 81 *vicesimum ætatis perveniisset*, voluit restitui: *quod si ante annum vicesimum decessisset filius, eam hereditatem Honoratæ restitui præcepit:* mater inhestata decessit, utrisque liberis legitimis heredibus relictis: postea filius annum agens plenum nonumdecimum, & ingressus vicesimum, necdum 82 tamen eo expleto, decessit filia herede Favia Valeriana sua relicta: à qua amita fideicommissum [&] ex testamento patris portionem hereditatis petebat, & apud Præsidem obtinuerat: tutores Valerianæ filiæ Antonini, egestatem ejus prætendebant, & recitabant Divi Hadriani Constitutionem, in qua, *quantum ad munera* 83 *municipalia*, jusserat, *eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto numerari.* Imperator autem noster 84 motus & æquitate rei, & verbis testamenti, *Si ad annum vicesimum ætatis:* quamvis scire se diceret, a Divo Marco non excusatum à tutela eum, qui septuagesimum 85 annum ætatis ingressus fuit; nobis & legis Æliæ Sentiæ argumenta proferentibus, & alia quædam: contra petitricem 86 pronunciavit.

Si is qui credebatur futurus heres ex asse, oneretur fideicommisso, & coheredem habeat. 1. De rogata ut faciat pervenire ad filium suum.

LXXV. Scævola lib. XVIII Digestorum.

Epistolam 87 ad heredem suum * in * hæc verba scripsit, *Titius Cornelio heredi suo salutem. A te peto, Corneli, quoniam ad te devoluta est pars matris meæ; Item, pars Sempronii curatoris quondam mei contraria* 88 *fortuna* [*usi*]; *& per hoc totus as meus apud te esse speratur* 89: *uti reddas* 90 *restituas Gaio Seio uncias quatuor.* Quæsitum est, cum Sempronius in integrum restitutus 91 sit ab Imperatore 92, [à]quo fuerat deportatus 93, & adierit hereditatem: an is quoque rogatus sit, ut ex sua portione restituat hereditatem? Respondit, Sempronium quidem non proponi rogatum, Cornelium autem heredem debere pro 94 rata portione maternarum defuncti rerum restitutionem Seio facere. §. 1. Mulier heredis instituti fidei commisit, ut retenta parte quarta, reliquam 95 partem restitueret nurui quondam suæ, cujus fidei commisit in hæc verba: *Rogo te, ut id quod ad te ex bonis meis pervenerit, facias* 96 *pervenire ad filium tuum.* Quæsitum est, quando hoc fideicommissum restituere debeat: utrumne post mortem suam, an jam nunc? Respondit, ad tempus 97, quo nurus moreretur, fideicommissum aptandum esse.

De substitutione facta in codicillis.

LXXVI. Idem lib. XIX Digestorum.

Scævola respondit, si pater filium suum impuberem ex asse scripserit heredem, eique codicillis substituerit, deinde filius impubes decesserit: licet substitutio 98 inutilis sit; quia * *Codicilli hereditas neque* 99 *dari, neque adimi* 100 *potest*; tamen 1 benigna 2 interpretatione placet, ut mater, quæ 3 ab intestato pupillo succedat sit, substitutis 4 fideicommisso obligetur: quod si 5 invicem fuerunt substituti, * & * in fideicommisso substitutionem valere; unoque eorum mortuo, qui supersunt totum accipiunt.

De his, qui tenentur fideicommisso, donec binos liberos educaverint. 1. De conditione, si sine liberis decessisset.

LXXVII. Idem [lib. XX Digestorum].

Heredibus institutis filiis utriusque sexus, singulos rogavit, ut qui sine liberis decederet, partem suam hereditatis sorori fratrive restitueret, aut, si frater sorori non esset, matri suæ: & hæc verba adjecit, *Vosque, liberi carissimi, hoc fideicommisso teneri invicem volo, donec binos liberos educaveritis.* Quæsitum est, si quis ex liberis duos filios procreaverit, quamvis superstites 6 non reliquerit, an heredes ejus fideicommissum debeant? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri fideicommissi onere liberatos 7.

§. 1. Titius nepotes ex filia & furiosam filiam suam heredes instituit: & fideicommisit filiæ, *Vt si sine liberis decessisset, pars ei data perveniret ad coheredes.* Furiosam ipse Titius in matrimonio collocavit, & enixa est filia post mortem patris. Quæsitum est, defuncta furiosa, superstite ex hujusmodi conjunctione parta filia, an fideicommissum ad coheredes pertineret? Respondit, cum 8 filiam reliquisse proponeretur, fideicommissum non deberi. Claudius. Nam etsi 9 matrimonium cum furiosa non 10 fuit: satis tamen factum est ejusmodi conditioni 11.

De jussis habere omnia communia. 1. De nudo ministro, seu executore. 2. De institutione servi per fideicommissum manumissi. 3. Et de eo, qui rogatus est ei servo manumisso restituere quidquid ad se pervenit. 4. De jure accrescendi. 5. De rogato restituere fratribus. 6. Si is, cujus fideicommissum est, patiatur fundum distrahi à creditore. 7. Si oneratus onerato successerit. 8. De verbis communicationem enunciantibus, & de commendatione. 9. De dote. 10. De portione unius ex fideicommissariis deficientis. 11. De detractione quartæ. 12. De reditu & mercede servorum in alimenta relictis. 13. An prælegatum alienari prohibitum, veniat in fideicommissum universale. 14. De dote. 15. De judicio cœpto cum herede, qui restituit. 16. De minore quantitate quam deberetur restituta, & de instrumentis postea repertis.

LXXVIII. Idem [lib. XXI Digestorum].

Lucius 12 Titius intestato 13 moriturus, cum haberet uxorem, & ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inseruit: *Pertinent* 14 [*autem*] *hi codicilli ad uxorem & filiam. Itaque rogo* 15 *quicquid aut ego reliquero, aut vos ipsæ habeatis* 16, *commune* 17 *vobis sit. Quod si non ego rogarem, vos pro vestra pietate faceretis.* Filia intestati patris bonorum possessionem accepit. Quæsitum est, an aliqua pars hereditatis Lucii Titii ex causa fideicommissi à filia matri debeatur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, deberi, si etiam uxor parata sit in commune bona sua conferri.

§. 1. Mævia duos filios heredes reliquerat, & eodem testamento ita cavit: *Fides autem heredum meorum committo, ut omnis substantia mea sit pro deposito sine usuris apud Gaium Seium & Lucium Titium (quos etiam, si licuisset* 18, *curatores substantiæ* 19 *meæ dedissem remotis aliis), ut hi restituant nepotibus meis prout quisque eorum ad annos viginti quinque pervenerit, pro portione: vel si unus ex eis omnem.* Quæsitum est, an fideicommissum præstari à scriptis heredibus Lucio Titio & Seio debeat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, Lucium Titium, item Gaium Seium, fideicommissum petere non posse. §. 2. Tres heredes scripsit: Mævium fratrem suum, ex dodrante; Seium, ex sextante 20; Stichum ejusdem Seii * servum, filium autem naturalem Mævii *, ex uncia: & fidei commisit Seii, uti Stichum manumitteret, in hæc verba, *A te peto, Sei, uti tu Stichum manumitteres: dedi unde faceres.* Sed & codicillis ita cavit, *Unciam ex qua feci Stichum heredem, si quam Seius controversiam* 21 *moveret* 22, *ad Mævium fratrem meum reverti volo. Tu, frater, secundum fidem & pietatem tuam, quidquid ad te pervenerit ex hereditate mea, Stycho filio tuo restituas; quid ut faciat, fides tuæ committo.* Quæsitum est, cum Seius adierit hereditatem, & propter hoc compulsus Stichum manumiserit 23: an unciam hereditatis, ex qua Stichus heres institutus est, Sticho manumisso restituere debeat? Respondit, non proponi Seium rogatum, unciam ei restituere.

§. 3. Idem quæsiit, an, si aliquam controversiam Seius de uncia hac, ex qua Stichus institutus est, facere velit, & Mævius unciam ex causa fideicommissi à Seio fuerit consecutus: utrum hanc solam unciam, ex qua Stichus institutus est, an vero & dodrantem, ex quo ipse Mævius institutus est, eidem Sticho restituere debeat? Respondit, de omni restituendo, quod ad Mævium quoquo modo pervenit, testatricem sensisse. §. 4. Pater puerum & puellam heredes instituit, eosque invicem substituit 24, & si neuter heres esset, eis plures substituit [substituitosque invicem substituit 25], his verbis, *Substitutos heredes invicem substituo:* eorundem 26 filiorum fidei commisit, ut qui eorum vita 27 superasset, & sine liberis intra annum trigesimum moreretur, hereditatem his quos heredes substituerat, restituat: filius vita sororem superavit, & intra trigesimum annum sine liberis decessit Quæsitum est, ex substitutis uno 28 defuncto ante filium, pars ejus, quæ ad cæteros substitutos, qui superviverent, pertinet, utrum pro virilibus, an pro hereditariis portionibus quibus sunt substituti, pertineat? Respondit, consequens esse, pro 29 his partibus quibus 30 substituti essent, fideicommissum pertinere.

§. 5. Mævia filium heredem instituit ex quincunce 31, Titiam filiam ex quadrante 32, Septicium filium ex triente 33, cujus fidei commisit in hæc verba: *Te rogo, fili Septici, si intra vicesimum annum sine liberis morieris, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, hoc fratribus* 34 *tuis restituas* 35. Quæsitum est, [an] Septicio filio defuncto intra vicesimum annum sine liberis, hoc fideicommissum utrum pro portionibus hereditariis ad fratrem & sororem ejus pertineat, an vero æqualiter? Respondit, pro parte hereditaria.

§. 6. Titia ex asse heres scripta, partem dimidiam hereditatis Mæviæ rogata restituerat: fundum à testatore obligatum luere noluit, sed eum vendente creditore mandavit 36 redimendum Seiæ. Quæsitum est, an Titia ex causa fideicommissi Mæviæ teneatur? Respondit, cum rogata hereditatem restituere proponatur: nihil proponi, cur non teneatur. Claudius: subesse enim præstari oportere id, quanto pluris fundus fuit, quam ad creditorem pervenire oportuit. §. 7. Gaio Seio ex semisse, Titia ex quadrante, & aliis ex reliquis portionibus heredibus institutis, ita cavit: *Fidei autem vestræ mando, Gai Sei, & Lucia Titia, uti post obitum vestrum reddatis restituatis Titio & Sempronio semissem patrimonii* 37 *& portionis ejus, quam vobis dedi.* Quæsitum est, cum utrique adierint hereditatem, & postea Gaius Seius defunctus sit, Lucia Titia herede instituta, an hæc Lucia Titia partem dimidiam semissis, quam rogatus erat Gaius Seius restituere, protinus debeat: an vero, post suam demum mortem, universum fideicommissum, tam ex sua persona, quam ex Gaii Seii datum restituere debeat? Respondit, Luciam Titiam statim 38 teneri 39, ut partem dimidiam semissis ex persona Seii restituat. §. 8. Filiam suam heredem scriplit & nepotem, quem ex ea habebat, ei substituit, & ita cavit: *Lucio Titio fratris mei filio* 40, *genero meo, ducentos aureos relinquo* 41, *quo legato scio illum contentum esse: quoniam scripsi universam rem meam, eo quod filiam meam & nepotem meum heredes scripsi, universam substantiam eis communicasse: Quos invicem commendo* 42: filia adita patris hereditate, divertit à marito. Quæsitum est, an Titius quondam ejus maritus suo vel filii sui nomine, ex fideicommisso communionem bonorum consequi possit viva quondam uxore sua vel post mortem ejus? Respondit, nihil fideicommissi datum genero proponi, præter ducentos aureos.

§. 9. Idem quæsiit, eandem uxorem marito herede scripto, fideicommisisse, *ut cum moreretur, filio communi omne quod ad eum ex hereditate sua pervenisset* 43, *restitueret;* an illæ quoque res & possessiones, quæ in dotem datæ, & post divortium restitutæ mulieri fuerant, fideicommisso contineantur? Respondit: quod mulier in bonis suis reliquisset, id fideicommisso contineri. Claudius & alias de eodem facto consultus, ita respondit: sive restitutæ sint res, secundum id quod supra responsum est, in bonis mulieris computari; sive non sint restitutæ, quia ex stipulatione de dote reddenda interposita restituendæ sint, eo auctiorem hereditatem computari. §. 10. Quæ habebat filium, & ex eo nepotem, utrosque in mariti potestate, maritum ex asse scripsit heredem, ejusque fidei commisit in hæc verba: [*Si*] *Titius maritus meus mihi heres erit, peto, fideique ejus committo, quidquid ex hereditate mea ad eum pervenerit, cum mori cœperit, det restituat Gaio* 44 *filio nostro: ita tamen ut decem quidem uncias Gaius* 45 *habeat, duas autem uncias Scius nepos habeat:*

77 Verans aliquem testari, videtur rogare de hereditate restituenda venientibus ab intestato.

78 Imo, non debetur. *l. 77. §. 24. ff. de leg. 2. l. 68. §. 1. ff. de legat. 3. l. 32. ff. de usu & usufr. legat.*

79 Prohibitus testari prinsquam liberos habeat, intelligitur rogatus hereditatem fratribus restituere.

80 Fideicommissi mandatum subintelligimus ex prohibitione alienandi. vid. Simonem de Præsis 3 *de interpretatione ultimarum voluntatum. 3 dubitat. 1 solut.* 10.

81 Vid. Cujac. ad *l. 5. ff. qui test.*

82 Num annus cœptus habeatur pro impleto? vide Cujac. *ibid.*

83 Vide *l. 8. ff. de munerib.*

84 Antoninus Caracalla.

85 Vid. *l. ultim. tit. C. qui ætate se excus.*

86 Amitam scilicet, atque ita hic annus cœptus habetur pro completo. Imo, non est habendus pro completo, *l. 46. ff. de cond. & demonstrat.* vide Cujac. *ibid.*

87 Epistola heredem rogare possumus de restituenda alteri hereditate. Eadem ratione per epistolam legare possumus. An & per nuncium legare etiam possumus? Posse, notat Mantica 1 *de conjectur. 11. in fin.* ut si quis cui dicat, *Vade & dic Titio me ei centum legasse.* vide plura de epistola ibidem, apud eundem Manticam.

88 Contraria fortuna uti, pro deportari.

89 Speratus heres alius est, alius reipsa jam heres.

90 *Al.* reddas, restituas.

91 Restituti deportati possunt ab Imperatore, atque ita hereditatem adire.

92 Princeps restituere deportatum potest.

93 Deportati bona deferuntur ad proximos ejus heredes ab intestato.

94 Restituere quatuor uncias rogatus, ut heres Primi & Secundi: si Primi, tantum non Secundi heres fuerit, pro parte Secundi non censetur restituere rogatus, quia Secundo heres non fuit, sed Primo.

95 Id est, novem uncias.

96 *l. 19. ff. eod.*

97 Imo, non ad tempus, sed statim. *l. 41. in fin. ff. de legat. 3.*

98 Codicillis substitutio fieri non potest stricto jure.

99 *l. pen. §. 1. ff. de condit. instit. l. 6. ff. de jure codicill.*

100 Adimit hereditatem, qui instituto substituit, seu substitutum dat. Est igitur substitutio ademptionis species. 1 Vide Cujac. 10 *obs. 25.* 2 Benignæ interpretationes semper quærendæ & aliis præferendæ. 3 Mater pupillo filio ab intestato succedit. 4 Mater filio pupillo (cui pater codicillis substituit) succedens ab intestato, substitutis fideicommissi nomine obligatur. 5 Substituere de herede in heredem & de descendente in descendentem possumus. vide Simonem de Præsis 3 *de interpretatione ultimarum voluntatum. dubitat. 1. sent. 10.* 6 Cui legatum est, *Si binos liberos educaverit*, conditioni paruisse videtur, si semel binos superstites habuerit; nec requiritur, ut mortis suæ tempore binos relinquat, *ut hic.* secus erit, si decreto si sine liberis decesserit. v. *l. 17. §. 4. ff. eod.* 7 Cur ita? vel ideo, quod quocunque tempore hæc conditio obtineat. vide *l. ultim. C. de indict. viduitate.* 8 Vide *l. 6. C. de instit.* 9 Ratio dubitandi. 10 Imo, furiosus retinet matrimonium. vide quæ notavi ad *l. 13. §. 1. ff. de off. Præsid.* 11 Ut sufficiat quocunque modo liberos sustulisse.

12 Eadem verba repetuntur in *l. 89. §. 3. ff. de legat. 2.* 13 Vide *l. 1. §. 2. ff. eod.*

14 *l. ultim. §. 3. ff. de legat. 2.* ita legari potest. *arg. l. 11. ff. de legat. 3.* 15 Fideicommissum tacitum his verbis inducitur. *l. 19. §. 1. ff. eod.*

16 *Leg.*, habeatis, *vel* habetis a me sibi.

17 Pollunt alliqui gravari de bonis invicem communicandis *Bart.* Quid? pro qua parte bona communia erunt? *Paqualiter. d. Lute.*

18 De jure scil. nam testamento curator non datur. *§. 1. Inst. de curator.*

19 *l. 6. in fin. ff. de tut.*

20 Ex duabus unciis. adde *§. f. Inst. de hered. inst.*

21 Controversia movetur jure vel facto, in judicio, vel extra. Accurs. *Bart.* adde Bald. ad *l. 2. C. de transact.*

22 Controversiam in re legata non movere jussus, intelligitur jussus sinere eam rem habere legatarium ad eum plane modum, quo res erat.

23 *l. 16. §. 17. ff. eod.*

24 *Sub.* vulgariter, & ex diversis partibus, & substitutio expiravit.

25 Ex diversis partibus. *Cassiens.*

26 Hæc secunda substitutio est.

27 Vita alterum superat, qui superstes relictus est.

28 Idem est si nullus fuit defunctus, & omnes venirent ad fideicommissum post mortem ultimi morientis. Succederent enim pro iis portionibus, quibus fuissent vulgariter substituti.

29 Portiones adjectæ in substitutione vulgari, censentur repetitæ in fideicommisso universali jisdem facto.

30 Id est, pro portionibus hereditariis, non viribus, portio deficiens adcrescit. *l. 23 ff. eod.*

31 Id est, quinque uncias.

32 Id est, tribus unciis.

33 Id est, ex quatuor unciis.

34 Quid, si nullos fratres, sed sorores tantum reliquerit? sororibus debebitur. atque ita appellatione *fratrum* intelliguntur sorores. Ancharanus hanc regulam restringit, ut ea locum non habeat, ubi de odio agitur. adde *l. 35. ff. de pact.* adde *Jul. tim. ff. hoc tit.*

35 Pro parte eorum hereditaria scil. ut mox sequitur.

36 Mandans emi, ipse emere videtur, *l. 22. §. 3. ff. mandati.* vide quæ scripsi ad *l. 1. C. de jure dominii imperrando.*

37 Id est, semissem patrimonii in partes divisi, *ἐφ' ἡμίσεσι*, seu *ἐφ' ἑκάτερα*, id est, duo per unum, figura cum diversa rediguntur in unam conventionem, vel quoties unum duobus exprimitur; quale illud, *Pateris libabar & auro:* pateris aureis. Virgil. 2 *Georgicon. ubi Servius.* sic arguere pro arguendo convincere. *l. 6.*

§. possumus. ff. nautæ, caupones. 38 Duobus rogatis post mortem restituere, si unus eorum moriretur, pro ejus parte competit statim fideicommissi petitio, uno decedente, sicque locus substituto. adde *l. ultim. §. penult. ff. de legat. 2.* 39 Imo, statim non tenetur. Quoties enim quis reliquit post mortem aliquorum, perinde est, ac si relictum esset post mortem omnium. *l. 34. in fin. princip. ff. de usufruct. legat.* 40 Idem potest esse mihi, & fratris filius, & gener. Valet enim Jure civili inter duorum fratrum liberos matrimonium, *§. 4. Inst. de nupt.* vide *l. 19. C. de nuptiis.* 41 Verbum *relinquo*, est precarium. vide Cujac. 4. Paul. *sentent. 1. §. 6.*

42 Commendo fidei patris. *Hal.* 43 In bonis mulieris dos numeratur, sive ea sit restituta, sive non sit restituta. ideoque maritus ab uxore gravatus, quod ad eum ex bonis uxoris pervenit, restituere, dotem restituere tenebitur. 44 Gaius hic primo loco solus fideicommissarius nominatur. 45 Hoc secundo loco pars certa relinquitur Gaio, qui antea solus nominatus fuerat fideicommissarius.

46 Qua in fulus erat fideicommissarius.

47 Nihil igitur interest, an ab initio, an in sequentis clausula tot partes adjudicata, ut hoc solum consideretur, an ex certis partibus ei sit relictum. Paria sunt itaque, similiter reluctum per partes modificare, & ab initio quid per partes relinquere. *Bart.*

48 Quatenus heres debuit a fideicommissario, eatenus fideicommissarius à cæteris detrahit. vide *l.* 63. § 8. 12. *ff. ead. l.* 43. *ff. de cond. & demonstr. l.* 32. *in fin. ff. ad l. Falcid. l.* 1. §. 19. *ff. ead.*

49 Id est, ex omni quod ex meo modico reflci potuerit.

50 Id est, ex omni quod ex meo modico reflci potuerit.

51 Pauperiate legata, non ideo redetur testatum si legatarius effectus dives. *Bart.* adde *l.* 16. *ff. ead.* adde Catell. Cottam *in tract.* paupertas; Cremenium *singulari* 23. dict. in *l.* 16. *ff. ead.*

52 *l.* 43. §. 2. *ff. de legat.* 2.

53 Explicationem hujus §. vide apud Johann. Deciet. *tit.* 2. *disputat.* 1. *num.* 1. 2. 4. Auf.

54 Cujac. 18 *observ.* 16. vestigium antiquitatis hic notat, quo uxori non habenti solidi capacitatem, licebat legare usumfructum tertiæ partis bonorum: & cum liberos haberet, ejusdem partis proprietatem, hoc idem constat 20 *vel* 17 adde Ulpian. 15. *de decimis.* dixi ad *l.* 4. *C. quando dies leg.*

55 Hæc verba, *legata restituantur*, non porriguntur ad debita prælegata, nisi probetur testatorem sic sensisse. *Bart.*

56 Instantia compta cum herede, facta restitutione durat adversus ipsum & heredem ejus. *Bart.*

57 Pignoratitii.

58 Ad intellectum hujus l. vide Leonin. *emendat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. ubi hanc leg. conciliat cum *l.* 6. *ff. de transact. & l. ult. C. de jurejur.* Auf.

59 Puta quintum, id est, non fidiidam, non universam. *l.* 77. §. 9. *ff. de legat.* 2.

60 *Al.* in heréditate.

61 Res de novo repertæ nec restitutæ debent restitui: nisi prima restitutio per modum transactionis fuerit celebrata, *Bart. l.* 19. *C. de transact.*

62 Imo, ut sit transactum, transactio non extenditur ad res ignoratas tempore transactionis: si quidem per errorem quis non tam transigit, quam decipitur. *l.* 9. §. 1. §. 2. *ff. de transact.* sed ibi heres fuit in dolo: hic non fuit.

63 Et mox abstineat; id enim licet minori. *C. si minor ut se abstin.*

64 Vacantem sc. 65 Nisi velit universam hereditatem distrahi. *ff. ead.*

66 Ut sc. satisfiat creditoribus defuncti. 67 Ex pretio venditæ hereditatis. 68 Si forte iterum se restitui postulet. Atqui servari potest superfluum pupillo, cum eo casu minor omissa hereditate & repudiata, eaque vendita, sit repellendus. *l.* 24. §. 2. *ff. de minor.* utique servatur pupillo, quia fideicommissarius, non agnita universa hereditate, se ea indignum fecit. 69 Eidem creditori & heredi licet consumere ex eo fideicommisso, quod universum restituere jussus est. 70 *l.* 58. *ff. ead.* 71 Eadem est inscriptio in *l. ult. ff. de jure patronatus.* v. Cujac. 2 *obs.* 26. 72 *Al.* Imperialium. 73 Totidem enim libros decretorum Antonini & Severi Paulus scripsit: Severi, inquam, ut in *l.* 9. *ff. de decurion.* 74 Decreta sunt sententiæ prolatæ in cognitionibus causarum, vel ab ipsomet Imperatore vel eo præsente. 75 Libro primo. Cujac. 3 *obs.* 6. Idem enim sunt decretorum & imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum libri: quinimo decreta nihil aliud sunt, quam Imperatorum sententiæ prolatæ in cognitionibus, de quibus postea, si quid dubii in iis accidisset, Principes rogabantur. *l.* 97. *ff. de leg.* 3. *l. penult. ff. de jure fisci.*

beat: quod ut fiat, fidei ejus Titii heredis ita committo. Pater emancipavit filium, nepotem amisit & superstite filio decessit. Quæsitum est, an prioris 46 parte scripturæ universa hereditas patris ex causa fideicommissi filio debeatur: & alia sequentia 47 verba, *ita tamen, ut decem uncias filius, duas autem nepos habeat*, ex voluntate defunctæ ita demum locum haberent, si die fideicommissi cedente filius & nepos eorum in natura essent; cum autem non supervixit ad diem fideicommissi nepos, sequens scriptura cesset? Respondit, ea quæ proponerentur ostendere, decem duntaxat uncias filio datas. §. 11. Heres institutus, uxori rogatus *totam hereditatem* restituere, restituit detracta quarta. Quæsitum est, cum uxor quartam partem hereditatis præsenti die, & reliquam post tempus alii rogata à testatore fuisset restituere: an id 48, quod heres ei detraxisset quartæ nomine, in restituendo fideicommisso imputare posset? Respondit, quatenus 49 cepisset, fideicommisso obstrictam. §. 12. Heredum fidei commisit, ut quicquid ex parte tertia hereditatis pervenerit ad eos, id redderent Gaio Mævio alumno testatoris, cum fuerit annis quindecim, & subjunxit hæc verba: *interim ex reflctu* 50 *pauperatis* 51, *qui ad vos pervenient, alatis cum usuris pro quantitate nummorum redactus: hoc amplius eidem alumno meo hominem Caletanum & vernam sutorem, qui cum artificio suo mercede data alere potest.* Quæsitum est, cum alimenta multo minora præstiterint heredes scripti, quam usuræ summæ redactæ competebant, an & residuas præstare compelli debeant totius temporis, an ex die quo quintumdecimum expleret? & cum servi legati ei specialiter, ut ex mercedibus aleretur, statim venierint: utrum mercedes an usuras petere debeat? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, testatorem videri de omni reditu 52 & mercede servorum restituenda sensisse. §. 13. Pluribus 53 heredibus institutis, in quibus & libertis tribus ex dodrante, eisdem fundos per præceptionem dedit: & ab his petiit, *ne eos alienarent; & ut qui vita superasset, si liberos suos fundos obtineret:* deinde unius ex his libertis Otacilii fidei commisit, *uti quidquid ad eum ex hereditate bonisve pervenisset, deducto pro ea parte are alieno, & legatis, [&] sibi viginti aureis, restituat Titio.* Quæsitum est, an etiam partes tertias fundorum prælegatorum [cum] conlibertis eidem deducere deberet? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non debere restituere præceptionem, quum ipse testator & legata excipi voluisset. §. 14. Maritus, uxore instituta herede ex parte tertia 54, & pluribus ei fideicommissis datis, dotem quoque prælegavit his verbis, *Seiæ uxori meæ dari volo a filiis meis summam dotis ejus, quæ mihi pro ea illata est:* ejusdemque uxoris fidei commisit, *ut partem lucelatis & quæcunque ei legassem, post mortem suam Titio filio communi restituret.* Quæsitum est, an summam quoque dotis inter cætera legata ex causa fideicommissi filio suo restituere debeat? Respondit, non alias 55 nisi manifestum esset, de dote quoque restituenda testatorem sensisse. atque etiam si sensisset, & hoc fuerit approbatum: ita ejus quoque petitionem fore, si non minus in quantitate, quæ Falcidiæ nomine remaneret, foret, quam in quantitate dotis. §. 15. Rogatus hereditatem restituere Septicio, *cum erit annis viginti*, interea fundos, quos defunctus pignori acceperat, vendidit, & propterea pignetatitia [judicio] à debitore conventus decessit, herede relicto Sempronio, & judicio nondum finito restituit hereditatem Septicio. Quæsitum est, an 56 judicio nihilominus ipse condemnari debeat, cum potuerit retinere, vel *caveri sibi id quod ex causa judicati præstaturus esset?* Respondit, judicii 57 executionem nihilominus adversus heredem & post restitutam hereditatem mansisse. §. 16. Heres ejus 58, qui post mortem suam rogatus erat *universam hereditatem* restituere, minimam 59 quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat, his, quibus fideicommissum debebatur, restituit: postea repertis instrumentis, apparuit quadruplo amplius hereditate 60 fuisse. Quæsitum est, an in reliquum fideicommissi nomine conveniri possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, si non 61 transactum 62 esset, posse.

De restitutione minorum.

LXXIX. IDEM [lib. singulari Quæstionum publice tractatarum].

SI pupillus parenti suo heres extitit, & fideicommissam hereditatis partem restituit, mox abstinetur 63 paterna hereditate: optio deferenda est fideicommissario ut aut portionem quoque pupilli 64 adgnoscat, aut toto discedat 65; aut omnimodo bona vendenda sunt 66, ut id, quod superfluum est 67, pupillo servetur 68. & si in solidum bona venire non possunt, omnimodo actiones fideicommissariæ denegandæ erunt: erat enim in potestate illius, universum suscipere, & si quid plus erit, pupillo servare.

De creditoribus heredibus.

LXXX. IDEM lib. V Digestorum.

MAtrem & avunculum, eosdemque creditores 69 suos, heredes scripsit Lucius Titius, & eorum fidei commisit, ut post mortem restituerent, quod ex re familiari testatoris superfuerit, Septicio: heredes non modicam partem bonorum testatoris consumpserunt, & multos heredes reliquerunt: quibus scientibus, multa corpora, quæ remanserant ex bonis Lucii Titii, Septicius possedit. Quæsitum est, an id, quod Lucius Titius debuit matri & avunculo, heredes eorum à Septicio petere possint? Respondit, non posse. Claudius: Aditione enim hereditatis confusa 70 obligatio interciderat: sed fideicommissi repetitio erat: cujus æquitas deficit his, qui multa ex hereditate consumpsisse proponuntur.

De tribus filiis institutis, ex quibus duo invicem vulgariter substituti sunt, & per fideicommissum rogati sunt portionem suam, exceptis bonis materni & avitis, ei, vel eis, qui superessent, restituere.

LXXXI. PAULUS 71 Imperialium 72 sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris VI 73 libro I, seu Decretorum 74 libro II 75.

IUlius Phœbus testamento facto, cum tres liberos heredes instituereet, Phœbum & Heraclium ex eadem 76 matre, Polycraten ex alia, æquis portionibus, petit à Polycrate minore fratre, ut accepto certo prædio, hereditatem fratribus 77 concederet; & invicem eos, qui ex eadem matre erant, si qui eorum heres non fuisset, substituerat: Polycrati, si intra pubertatem decessisset, secundas tabulas fecit, quas matri ejus condemnavit 78 aperiendas 79, si impubes obisset; deinde petit à prioribus, ut si quis eorum sine liberis decederet, portionem suam, exceptis bonis maternis eorum & avitis, ei, vel eis, qui superessent, restitueret. Heraclia soror mortua sine liberis, fratrem Phœbum heredem instituit. Polycrates fideicommissum petierat, & obtinuerat apud Aurelium Proculum Proconsulem Achaiæ: appellatione facta, cum solum Phœbus egisset μονομερῶς 80, id est, *altera parte absente*, victus est, quia *ei vel eis* verba utrosque fratres complecterentur. atqui invicem duos illos tantum substituerat: sed & voluntas hæc patris videbatur, qui exceperat eorum bona materna, quia Polycrates aliam matrem, & quidem superstitem habebat, cujus etiam fideicommissum erat, vel legata, quæ ei dederat, intestata moriens Polycrati filio suo restitueret.

76 Ut sic oberis in eum erant.

77 Appellatione *fratrum*, *sorores* hic continentur, ut *l.* 78. §. 5. *C. ead. l.* 35. *ff. de public.*

78 *Lege* commendavit.

79 Vide §. 3. *Instit. de pupill. a.* Gal. *Instit.* 3. dixi ad *l.* 12. *ff. testament. quemadmodum aperiantur.*

80 Id est, κατὰ μίαν μερίδα. *Novell.* 49. *in princ. Novell.* 53. *cap.* 4. id est, adversario absente, una tantum parte præsente. Quæ productiones testium μονομερεῖς, appellantur: altera agendi forma est, quæ sit utraque parte præsente κατὰ διάγνωσιν. Μονομερῶς causa alio sensu dicitur in *l.* 13. §. 1. *ff. de jurejur.* quod ex hac solum parte reo condicitur, qua furis est heres, aut ex illa, qua & fur est ipse, neque dolo malo contrectavit. vide Cujac. 4 *observ.* 32. & ad *Novell.* 49.

TIT. II.

QUANDO[1] DIES LEGATORUM VEL FIDEICOMMISSORUM CEDAT[2].

De tabulis pupillaribus.

1. PAULUS lib. II ad Sabinum.

MOrtuo patre, licet vivo pupillo, dies legatorum à 4 substituto datorum cedit.

De usufructu, usu, habitatione.

II. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

SI pure sit usufructus 5 legatus, vel usus 6, vel habitatio 7: neque eorum dies ante aditam hereditatem cedit, neque petitio ad heredem transit. idem, & si ex die sit usufructus relictus.

III. IDEM lib. V Disputationum.

NAm cum ad heredem non transferatur, frustra 8 est, si ante quis diem ejus cedere dixerit.

De legato cum heres, 1. *Vel* cum legatarius morietur.

IV. IDEM lib. XIX ad Sabinum.

SI *cum* *l. ere* *morietur* 9, legetur: conditionale 10 legatum est 11. denique 12 vivo herede defunctus legatarius ad heredem non 13 transfert. §. 1. Si vero *cum ipse legatarius moriatur*, legetur ei: certum est, legatum ad heredem transmitti 14.

De morte legatarii postquam dies cessit. 1. *De legato puro vel in diem. De usufructu.* 2. *De legato conditionali.* 6. *Quibus diebus hereditas legatarii præstatur.* 7. *Cui acquiratur legatum.*

V. IDEM lib. XX ad Sabinum.

SI post 15 diem legati cedentem legatarius decesserit, ad heredem suum transfert legatum. §. 1. Itaque si purum legatum est, ex die mortis 16 dies ejus cedit. † Si vero post diem sint legata relicta, simili modo, atque 17 in puris dies cedit. nisi forte id fuit legatum, quod 18 ad heredem non transit: nam hujus dies non ante cedit: ut puta si usufructus sit post annum relictus. hanc enim sententiam probamus. §. 2. Sed si sub conditione sit legatum relictum, non prius dies legati cedit, quam 19 conditio fuerit impleta: ne quidem, si ea sit conditio, quæ in potestate sit legatarii. §. 3. Sed si ea conditio fuit, quam Prætor remittit 20: statim dies cedit. §. 4. Idemque & in impossibili 21 conditione, quia pro puro hoc legatum habetur. §. 5. Item si qua conditio sit, quæ per legatarium non 22 stat, quo minus impleatur; sed, aut per heredem, aut per ejus personam, in cujus persona jussus est parere conditioni: dies legati cedit. quoniam pro 23 impleta habetur: utputa si jussus sim *heredi decem dare*, & ille accipere nolit. † Sed & si ita mihi legatum sit, *Si Seiam uxorem duxero*, nec ea velit nubere: dicendum erit, diem legati cedere, quod per me non stat, quo minus paream conditioni, sed per 24 alium stat, quo minus impleatur conditio. §. 6. Iisdem autem diebus, id est, iisdem pensionibus, heredi præstabitur legatum, quibus legatario ipsi præstabatur. §. 7. Si cum dies legati cedere inciperet, alieni quis juris est: deberi his legatum, quorum 25 juri fuit subjectus. & ideo, si purum legatum fuerit, & post diem legati cedentem liber factus est: apud dominum legatum relinquet. sed si usufructus 26 fuerit legatus, licet post mortem testatoris, ante aditam [tamen] hereditatem, sui juris efficiatur: sibi legatum adquirit.

De emptione conditionali. 1. *De legato extrinsecus suspenso.* 2. *De codicillis.*

VI. PAULUS lib. III ad Sabinum.

QUod pure datum est, si 27 sub conditione adimatur, quasi sub conditione legatum habetur. §. 1. At si extrinsecus 28 suspendatur legatum, non ex ipso testamento: licet ante decedat legatarius, ad heredem transmisisse legatum dicimus. veluti 29 si rem dotalem maritus legaverit extero, & uxori aliquam pro dotali re pecuniam; deinde *deliberante uxore de electione dotis*, decesserit legatarius, atque legatum elegerit mulier: ad heredem transire legatum dictum est. idque & Julianus respondit: magis 30 enim mora, quam conditio legato injecta videtur. §. 2. Eorum legatorum, quæ in codicillis relicta sunt, perinde 31 dies cedit, atque testamento relictorum.

De aditione heredis. 3. *De legatis relictis à substituto vulgariter.* 4. *Vel pupillariter.* 6. *Si servo legetur.*

VII. ULPIANUS lib. XX ad Sabinum.

HEredis aditio moram legati quidem petitioni facit 32, cessioni ad heredem non transit. *l.* 3. *ff. ead.* 19 *l.* 41. *ff. de cond. & demonstr. l. un.* §. 7. *C. de caducis.*

1 VI C. LII. adde 7 *lib. ff. tit.* 34 Ulp. 24. § 30.

2 Dies legatorum varie *cedere* dicitur. Plerumque enim quæritur, quando dies legati cedat, vel propter transmissionem, vel propter obligationem, vel propter petitionem, vel propter dominii translationem.

3 Vide *l. un. C. de caducis.* Porro *cedit* dies, cum incipit deberi legatum: venit dies, cum debitum peti potest, *l.* 213. *ff. de verb. sign.* cedit a morte testatoris, *l.* 5. *ff. cod.* peti potest ab adita hereditate. *l. un.* §. 5. *C. de caducis.*

4 *l.* 7. §. 3. *ff. ead.*

5 Legatum servitutis personalis cedit ab adita hereditate.

6 Quid? legatum servitutum realium quando cedit? à mortis tempore. Bart. *hic.*

7 *l.* 9. *ff. ead.*

8 Si dies legati non cessit à die mortis, ad heredem legatarii non transfertur legatum: si cessit, transfertur. *l.* 5. §. 1. *l.* 16. *in fin. ff. ead. l. un.* §. 6. *C. de caducis.*

9 Conditionale est legatum, quod confertur in mortem heredis: secus, si in mortem legatarii.

10 *l.* 13. *in fin. ff. ead. l.* 12. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 1. §. 2. *l.* 79. *ff. de cond. & demonstr.* vide *l.* 22. *ff. hoc tit.*

11 Sub die enim incerto relictum est, qui habetur conditionis loco. *l.* 75. *ff. de condit. & demonstrat.*

12 Id est, & ideo, si vivo herede.

13 Cur? mortuus est, antequam impleta esset conditio.

14 Cur? moriendo conditionem implevit.

15 Legatum transmittitur ad heredem post diei cessionem. *l.* 3. *C. ead.* Goth. Annua autem legata in heredem non transeunt. *l.* 4. *l.* 11. *ff. de ann. legat.*

16 Qui certus est. vide *l.* 26. *ff. de usufr. leg.*

17 *l.* 21. *ff. ead. l. un.* §. 5. *C. de caducis.*

18 Ususfructus ad heredem non transit. *l.* 3. *ff. ead.* 19 *l.* 41. *ff. de cond. & demonstr. l. un.* §. 7. *C. de caducis.*

20 Qualis est jurisjurandi. *l.* 8. *ff. de cond. instit.* & quæ contra bonos mores. *l.* 63. §. 9. *ff. ad Trebell.* 21 Purum habetur, quod sub impossibili conditione relictum est. *l.* 3. *ff. de cond. & demonstr.*

22 *V. l.* 161. *ff. de reg. jur.* 23 *l.* 24. *ff. de cond. & demonstr. l.* 1 *C. de inst. & fusti. l.* 4. *C. de condition. insert.* 24 *l.* 27. *ff. de cond. & demonstr.* 25 *l.* 18. *ff. de reg. jur.* 26 *l.* 14. *in fin. ff. ead.* 27 *l.* 7. *l.* 10. *ff. de admend. l.* 107. *in fin. ff. de cond. & demonstr.* 28 Conditio tacita ex testamento præcedens, impedit diem legatorum cedere; secus, si extrinsecus veniat. *l.* 99. *ff. de cond. & demonstr.* 29 Præcedentia Sabini fuerunt: hæc Pauli ad Sabinum. 30 Differentiam moræ & conditionis observa. 31 *l. ult. C. ead. l.* 2. §. 2. *ff. de jure codicill.* 32 Nec enim ante aditam hereditatem debetur. *l.* 32. *ff. de leg.* 2.

ni [32] diei non facit. §. 1. Proinde [33] sive pure institutus tardius adeat, sive sub [34] conditione per conditionem impediatur: legatarius securus est. §. 2. Sed & si nondum natus sit heres institutus, aut apud hostes sit, similiter legatario non nocebit: eo quod dies legati cessit. §. 3. Inde dicimus: Et si à substituto [35] legatum sit relictum; quamdiu institutus deliberat, defuncto legatario non nocebit, si postea heres institutus repudiavit. nam ad heredem suum transtulerit [36] petitionem. §. 4. Tantundem & si ab impuberis substituto legetur: nam ad heredem suum legatum transfert. §. 5. Tractari tamen potest, si impuberi substitutus damnatus sit, *si intra pubertatem filius decesserit, Seio centum dare*: an vivo pupillo defunctus Seius ad heredem transferat, quasi [37] ea conditio sit expressa, quæ inerat? Et magis est, ad heredem legatarii transire. §. 6. *Interdum aditio heredis legatum moram facit*: ut puta [38] si forte servo manumisso, vel ei [39], cui servus legatus est, & ideo [40] servo aliquid legatum sit: nam servo [41] legati relicti ante aditam hereditatem dies non cedit.

VIII. Idem lib. XXIV ad Sabinum.

NAm cum [42] libertas non prius competat, quam adita heredi tate: æquissimum visum est, nec legati diem ante cedere. alioquin inutile fieret legatum, si dies ejus cessisset, antequam libertas competeret: quod evenit, si servo pure legetur, & liber esse sub conditione jubeatur: & pendens conditio inveniatur, & post aditam hereditatem.

De habitatione filiofamilias vel servo legata.

IX. Idem lib. XXI ad Sabinum.

SI habitatio [43] filiofamilias vel servo legata sit, puto, non adquiri domino vel patri legatum, si [44] ante aditam hereditatem filius vel servus decesserit: nam [45] cum persona cohæreat, recte dicitur ante aditam hereditatem diem non cedere.

De annuis, mensruis vel diariis legatis.

X. Idem lib. XXIII ad Sabinum.

CUm *in annos singulos* legatur, non unum legatum esse, sed plura [46], constat.

XI. Julianus lib. XXXVII Digestorum.

NEc refert, singuli aurei in annos singulos legentur, an in annum primum mille aurei, in secundum homo, in tertium frumentum.

De legato generis. 8. De electione alii quam legatario commissa.

XII. Ulpianus lib. XXIII ad Sabinum.

NEc [47] semel diem ejus cedere, sed per singulos [48] annos.

§. 1. Sed utrum initio cujusque anni, an vero finito anno cedat, quæstionis fuit? Et *Labeo, Sabinus, & Celsus, & Cassius, & Julianus in omnibus, quæ in annos singulos relinquuntur, hoc probaverunt, ut initio* [49] *cujusque anni hujus legati dies cederet.* §. 2. Inde Julianus ait, hoc [50] legatum, si servo relinquatur, deinde post primum vel alterum annum sit liber, sibi eum adquirere. §. 3. Item Celsus scribit, quod & Julianus probat, hujus legati diem ex die mortis cedere, non ex quo adita est hereditas: &, si forte post multos annos adeatur hereditas, omnium annorum legatario deberi.

§. 4. Sed & si *quotannis* sit legatum, mihi videtur etiam in hoc initium [51] cujusque anni spectandum: nisi forte evidens sit voluntas testatoris in annuas pensiones ideo dividentis, quoniam non legatario consultum, sed heredi prospectum voluit, ne urgeretur ad solutionem. §. 5. Si in habitatione aliquid, vel in disciplina legetur sic, *annua* [52] vel *quotannis*: quibus [53] diebus pensio debetur habitationis vel mercedis disciplinarum, iisdem intelligitur legatum relictum, conjectura voluntatis facta. §. 6. Novissime Pomponius scribit, nihil interesse, utrum *in annos singulos* vel *quotannis* [54], an *in singulos menses* vel *quot* [55] *mensibus*, an *in singulos dies* vel *quot diebus* legetur: ipse quoque huic sententiæ accedo: proinde, & si annui legentur tot aurei, idem erit dicendum.

§. 7. Si cui *homo* generaliter sit legatus & antequam vindicet, decesserit [56]: ad heredem suum legatum transfert. §. 8. Si Titio sit [sic] legatum, *Quem Seius elegerit*, & Seius post electionem decesserit: locus est vindicationi semel acquisitæ.

De conditione quam certum est exstituram.

XIII. Pomponius lib. VI ad Sabinum.

HUjusmodi legatum, *Sive illud factum fuerit, sive non* [*fuerit*], *illi do, lego*, ad heredem non transit, nisi alter casus vivo legatario extiterit: quoniam causa, ex qua debeatur, præcedere [57] semper debet: nec, quia certum est, alterutrum futurum, omnimodo debebitur: nam tale [58] legatum, *Cum morietur, heres dato*, certum est debitum [iri], & tamen ad heredem legatarii non transit, si vivo herede decedat [59].

De usufructu. De alienatione. 2. De legato filiofamilias ut ipsi solvatur. 3. Cui acquiritur legatum.

XIV. Ulpianus lib. XXIV ad Sabinum.

SI *ususfructus aut decem, utrum legatarius voluerit*, sint legata: utrumque spectandum [60], & mortem testatoris, **&** aditionem hereditatis: mortem, propter decem; aditionem, propter usumfructum. quamvis enim electio sit legatarii, tamen nondum [61] electioni locus esse potest: cum proponatur, [aut] nondum testatorem decessisse, aut eo mortuo hereditas nondum adita.

§. 1. Inde quærit Julianus, si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad heredem transfertur decem legatum? Et libro XXXVII Digestorum scribit, posse dici, decem transtulisse: quia mortuo legatario dies legati cedit. argumentum Julianus pro sententia sua adfert tale, *Seia decem, aut, si peperit, secundum heres meus dato*: nam si, antequam pariat, inquit, decesserit, ad heredem suum decem transmittet. §. 2. Si ita quis legaverit filiofamilias, *ut ipsi* [62] *solvatur*: potest procedere legatum, nec imputari heredi [63] cur non patri sed potius filio solvat. finge enim hoc nominatim expressum ita, *ut filio solvat*: certe [64] si pater petat, exceptione erit repellendus. §. 3. Si dies legati cesserit, deinde legatarius in jus alienum pervenit: ipsi potius debetur legatum, in cujus ipse jus pervenit: transeunt [65] enim cum eo, quæ ei debebantur. sed, si sub conditione fuerit legatum, non transit, sed expectabit [66] conditionem: eique adquiretur, cujus juris erit conditionis existentis tempore. quod si [67] sui juris fuerit eo tempore, sibi potius adquiret.

De morte patris & emancipatione.

XV. Idem lib. V Disputationum.

SI ita esset liberis fideicommissum relictum, *si morte patris sui juris essent effecti*, nec mortalitate patris sed emancipatione [68] patresfamiliarum constituti sint: deberi eis fideicommissum nemo dubitaverit: diemque ejus emancipatione cessisse qui morte patris cederet.

De alternatione. 1. De usufructu servo legato.

XVI. Julianus lib. XXXV Digestorum.

CUm ita legatum est, *Stichum, vel quod ex Pamphila natum erit, heres meus dato*: non ante dies legati ejus cedet, quam [69] aliquid ex Pamphila natum fuerit, aut certum fuerit, nasci non posse.

§. 1. Cum servo [70] legato, antequam hereditas ejus, qui legaverat, adiretur, ususfructus ab alio legatus fuerit; & prior hereditas ejus, qui usumfructum legaverit, adita fuerit: nulla ratio est, cur diem legati cedere existimemus, antequam ea quoque hereditas, ex qua servus legatus erat, adeatur. cum neque in præsentia ullum emolumentum hereditati adquiratur: &, si interim servus mortuus fuerit, legatum extinguatur [71]. quare adita hereditate existimandum est usumfructum ad eum, cujus servus legatus esset, pertinere. §. 2. Quod si servus, cui ususfructus legatus fuerit, ipse legatus non fuerit: dicendum est, usumfructum ad hereditatem [72] pertinere, eo quod dies ejus ante aditam hereditatem non cesserit.

Si servo legato aut filiofamilias legetur.

XVII. Idem [lib. XXXVI Digestorum].

CUm legato [73] servo aliquid legatur, dies ejus legati, quod servo datur, non mortis tempore, sed aditæ hereditatis cedit: & ideo impedimento non est regula juris, quo minus manumisso legatum debeatur: quia etsi confestim paterfamilias moreretur, non in ejusdem personam & emolumentum legati & obligatio juris concurreret. † Perinde igitur est hoc, de quo quæritur, ac si [74] filio herede instituto patri legatum esset. quod consistere intelligitur: eo quod quamvis statim paterfamilias moriatur, potest emancipatus adire hereditatem, ut patri legatum debeat.

De conditione liberorum.

XVIII. Idem lib. XXXVII Digestorum.

IS, cui ita [75] legatum est, *Quandoque* [76] *liberos habuerit*, si prægnante uxore relicta decesserit, intelligitur expleta conditione decessisse, & legatum valere: si tamen posthumus natus fuerit

De legato sub conditione in aliud translato. 1. De conditione, si quid non detur. 2. De puritate & conditione. 3. De eo, quod sub conditione debetur testatori.

XIX. Idem lib. LXX Digestorum.

CUm sine præfinitione temporis legatum ita datum fuerit: *Uxori meæ penum heres dato. si* [77] *non dederit, centum dato*: unum legatum intelligitur [centum]: & statim peti potest. penoris autem causa eo tantum pertinet, ut, ante litem contestatam tradita peno, heres liberetur. §. 1. Quod si ita scriptum sit, *Si penum intra Kalendas non dederit, centum dato*: non efficitur, ut duo legata sint, sed ut centum legata sub conditione videantur. idcirco si uxor ante Kalendas decesserit, heredi suo neque penum relinquet, quæ legata non est: neque ea centum, quia dies legati cesserit.

§. 2. Cum ab eo mihi fideicommissum datum est, cui sub conditione legatum est, quemadmodum [78] si herede instituto sub conditione, pure mihi legetur. §. 3. *Si debitori, quod sub conditione debet*, legatum est, præsens legatum est: agique ex testamento statim potest, *ut liberatio præstetur*: &, si post mortem testatoris decesserit, ad heredem transmittit actionem. §. 4. Hæc dicenda erunt, & si non ipsi debitori, sed alii cuilibet similiter legatum esse proponatur.

De annuis legatis.

XX. Marcianus lib. VI Institutionum.

SI cum præfinitione annorum legatum fuerit, veluti *Titio dena usque ad annos decem*: Julianus lib. XXX Digestorum scribit interesse, & si quidem alimentorum nomine legatum fuerit, plura esse legata, & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad heredem non transmittere: si vero non pro alimentis legavit, sed in plures pensiones [79] divisit exonerandi heredis gratia, hoc casu ait omnium annorum unum esse legatum, & intra decennium decedentem legatarium etiam futurorum annorum legatum ad heredem suum transmittere. quæ sententia vera est.

De die. 1. De conditione.

XXI. Paulus lib. II ad Vitellium.

SI dies adpositæ legato non est, præsens [80] debetur aut confestim [81] ad eum pertinet, cui datum est. adjecta, quamvis longa sit, si certa est, *veluti Kalendis Januariis centesimus*, dies quidem legati statim cedit: sed ante diem peti non potest. † At si incerta [82] (quasi [83] *cum pubes* [84] *erit, cum in familiam nupserit* [85], *cum Magistratum* [86] *inierit, cum aliquid demum*, quod scribendo [87] comprehendere sit commodum [88], *fecerit*): nisi tempus, conditive obtigit, neque res pertinere [89], neque dies legati cedere potest.

§. 1. Si sub conditione, qua te heredem instituti, sub ea [90] conditione Titio legatum sit: Pomponius putat, perinde hujus legati diem cedere, atque si pure relictum esset. quoniam certum est, heredem existente debitum iri: neque enim per conditionem heredum fieri incerta legata: nec multum interesse tale [91] legatum ab hoc, *Si heres erit, dato.*

De legato, cum, vel, si quatuordecim annorum factus erit. 1. De conditione, si heres adeat.

XXII. Pomponius lib. V ad Quintum Mucium.

SI Titio, *cum* [*is*] *annorum quatuordecim esse factus*, legatum fuerit, & is ante quartumdecimum annum decesserit, verum [est] ad heredem ejus legatum non transire: quoniam non solum diem, sed & conditionem hoc [92] legatum in se continet, si effectus esset annorum quatuordecim: qui autem in rerum natura non esset, annorum quatuordecim non esse non intelligeretur [93]. Nec [94] interest, utrum scribatur, *Si annorum quatuordecim factus erit*: an ita: cum priore scriptura per conditionem tempus demonstratur, sequenti per tempus conditio: utrobique tamen eadem conditio est. §. 1. Quædam autem conditiones etiam supervacuæ [95] sunt: veluti si ita scribat, *Titius heres esto*: *Si Titius hereditatem meam adierit, Mævio decem dato.* nam pro non scripto [96] conditio erit,

---

32 Cessisse diem legati, & petere legatum posse, differunt. Hic enim aditio hereditatis non differt diei cessionem, sed petitionem.

33 Sabini præcedentia fuerunt: hæc Ulpiani ad Sabinum.

34 V. *l.* 19. §. 2. *ff. eod.*

35 V. *l.* 1. §. *eod.*

36 *Al.* transtulit.

37 *l.* 21. §. 1. *ff. eod.*

38 Superior versiculus Sabini fuit: hic vero Ulpiani ad Sabinum scribentis, ut & *l.* 8. *ff. eod.*

39 Vel si cui. Cujac. 4 *obs.* 33. & 18 *obs.* 16.

40 Et eidem servo. Cujac. 18 *ob servo.* 16.

41 *l un.* §. 6. *C. de caducis.*

42 *d.* §. 6.

43 *l.* 2. *ff. eod.* adde *l.* 12. §. 5. *ff. eod.*

44 Secus, si post aditam.

45 Hæc Ulpiani sunt ad Sabinum: præcedentia vero Sabini.

46 V. *l.* 4. *ff. de annuis. l.* 1. §. 16. *ff. ad l. Falcid.*

47 Legatum annuum non est unum, sed multiplex. adde §. 2. *ff. eod.*

48 *l.* 1. *C. eod. l.* 11. *ff. de usufr. legat.*

49 Annua legata initio cujusque anni cedunt.

50 Annum scil.

51 *d. l.* 1. *C. eod.*

52 *l.* 20. *l.* 26. §. 2. *ff. eod.*

53 V. *l.* 42. *ff. de verb. oblig.*

54 *l.* 3. *de annuis.*

55 Id est, singulis mensibus. vide *l.* 8. §. 24. *ff. de transact.* sic alibi *quot diebus* apud Livium *lib* 5. *quot Kalendis* Plaut. *Stichо* 2. dixi ad Varronem 4 *de lingua.*

56 *l.* 19. *in fin. ff. de option.* §. 23. *Instit. de legat.*

57 *l.* 43. *in fin. ff. de adilitio*

58 *l.* 4. *ff. eod.*

59 Quia est conditionale legatum: nam dies incertus facit conditionem. *l.* 75. *ff. de cond. & demonst.*

60 Expectandum. Cujac. 18 *obs.* 16.

61 *l.* 21. *ff. de usufr. legat.*

62 *l.* 26. §. 8. *ff. de cond. indeb.*

63 Id est, heredi non est imputanda hæc ignorantia: nec enim sponte cum legatariis contrahit: non legatarios facit, sed in ipsos incidit per aditionem hereditatis. vid. Cujac. 7 *obs.* 36.

64 Qui filio alicujus legat, ut ipsimet solvatur, hoc velle intelligitur, ut ne in eo legato usumfructum pater legatarii consequatur. adde *Authent. excipitur. C. de bonis quæ liberis. Novell. ut liceat matri & avolæ.*

65 V. *l.* 15. *ff. de adoption.*

66 Sed exspectamus. *Hal.*

67 *l.* 5. *C. de cond. insert.*

68 In tempus emancipationis, vel cum sui juris quis erit, fideicommissum relictum, quocunque modo patria potestate liberato debebitur. Paul. 4 *sentent.* 1. §. 12. idemque jus est, uno casu expresso. *l.* 11. §. 11. *ff. de leg.* 3. *l.* 22. *ff. ad Trebell. l.* 3. *C. de institutionib.*

69 *l.* 8. *ff. eod.*

70 *l.* 17. *ff. eod.*

71 V. *l.* 3. *ff. eod.*

72 Id est, heredem, ut *l.* 91. §. 6. *ff. de legat.* 1. vide Cujac. 25 *obs.* 40.

73 *l.* 16. §. 1. *ff. eod.*

74 Vid. *l.* 25. *ff. de legat.* 1.

75 *l* 20. *ff. ad Trebell. l.* 153 *ff. de verb. sign. l.* 187. *ff. de reg. jur.*

76 Legatum est, si quando liberos. *Hal.*

77 Adde *l.* 24. *ff. eod. l.* 1. §. 8. *ff. ad leg. Falcid. l* 1. *ff. de penu.* Goth. V. l. comm. *emendat. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 14. Atif.

78 *l* 7. *ff. eod. l.* 21. *in fin ff. eod.*

79 *l.* 12. §. 4. *ff. eod.*

80 In obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsens die pecunia debetur: vide *l.* 41. §. 1. *ff. de vero. oblig.*

81 A die mortis testatoris. *l.* 5. *ff. eod. l.* 75. *in fin. ff. ad Trebell.*

82 V. *l.* 1 §. 2. *l.* 54. *ff. de cond. & demonstr.*

83 V. *l.* 38 §. 16. *ff. de verb. obl.*

84 Id est, veluti.

85 *l.* 10. *ff. de cond. & demonstr.*

86 *l.* 7. *C. de inst. & substit.*

87 Quod scribendo, *Hal. Forte*, scribenti.

88 Ei, cui legatur, sc.

89 Si sub conditione vel ex die certa nobis legatum est, legatum ad nos non pertinet, antequam dies vel conditio existat, *l.* 45. §. 1. *ff. de leg.* 2. de die certa adde *l.* 38. §. 16. *ff. de verb. oblig.*

90 Quod sub ea conditione relictum est, sub qua etiam heres alius institutus est, etiam si sub conditione datum sit, purum tamen intelligitur, *l.* 107. *ff. de cond. & demonstr.* adde *l.* 7. §. 5. *ff. hoc tit.*

91 Si quis heres sub conditione institutus est, & ab eo legatum, eo casu legatum mihi pure debetur. *l.* 19. §. 2. *ff. eod.*

92 Adde *l.* 75. *l.* 77. *ff. de cond. & demonstr.*

93 *l.* 49. §. 2. *ff. de leg.* 1. adde *l.* 4. *ff. eod.* si non intelligi. *Hal.*

94 V. *l.* 45. §. 3. *ff. de verb. oblig.*

95 Supervacuæ conditiones adjectæ conditionem juris non mutant. *l.* 3. *C. de fil. familiæ. lib.* 1. 9. §. 1. *ff. de distract. pignorum.* facit *l.* 7. *in fin. C. de revoc. donat.*

erit, ut omnimodo ad heredem Mævii legatum transeat, etiam si Mævius ante aditam hereditatem decesserit. Et idem si ita fuerit scriptum: *Si Titius hereditatem meam adierit, intra dies centum 96 Mævio decem dato.* nam hoc legatum in diem erit, non sub conditione: quia definitio Labeonis probanda est, dicentis, * id demum legatum ad heredem legatarii transire, quod certum sit debitum iri, si adeatur hereditas. §. 2. Si tamen duos heredes instituam; & si alter ex his adeat hereditatem, alicui legem, ab omnibus heredibus: non erit pro supervacuo ea conditio, sed in portionem quidem coheredis valebit. in ipsius autem, cujus persona in conditione comprehensa est, supervacua erit: perinde atque si solo coherede instituto, eo modo legatum esset.

96 Forma cretionis: in his enim centum dies hereditas adiri debet. adde *l. 3. §. 8. T. de minoribus.* Ulpian. 22. §. 27 28 & *sequentib. l. 3. §. 8. T. de minoribus*, vide quæ scripsi ad *l. 2. C. qui admitti.* De cretione adde Ciceronem 13 *ad Attic. 5.*

De annuo legato.

XXIII. Ulpianus lib. IV ad legem Juliam & Papiam.

97 V. *l. 4. T. de annuis.*

CUm in annos singulos 97 legatum relinquitur: sine dubio per annos singulos, inspecta conditione legatarii, ait capere: & si plurium servus sit, singulorum dominorum erunt personæ spectandæ.

De legato sub conditione in aliud translato. 1. De conditione, si quid non detur.

XXIV. Paulus lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

98 Adde *l. 19. T. eod.* Goth. Vide Godefroi *de contrab. stipul. cap. 5. num. 58.* Anf.

99 Hinc colligi potest, pœnæ nomine novari posse. adde *l. 44. in fin. T. de solut. & act.*

SI penum heres dare damnatus sit vel fundum, & si 98 non dedisset, decem: ego accepi & penum legatam & translatam 99 esse in decem, si noluerit penum heres dare: & tunc pecuniam deberi, cum interpellatus fundum non dedisset: & si interea decesserit legatarius, tunc heredi ejus non nisi fundum deberi. namque cum dictum est, [*At*] *Publicius fundum dato*, perfectum est legatum: & cum dicit, *Si non dederit, centum dato*, sub conditione fundi legatum ademptum videri eo casu, quo centum deberi cœperint: quorum quia conditio vivo legatario non extiterit, forte quia interpellatus heres non sit, evenerit, ut ademptio nihil egerit, fundique legatum duraverit. §. 1. Plane si sic legatum sit, *Si penum non dederit, decem dato*: dicimus non esse penum legatam.

De parte cujus aut. 1. De eo, quod testatori naturaliter debetur. De conditione extrinsecus expectanda.

XXV. Papinianus lib. XVIII Quæstionum.

100 Si illud aut illud legatur, unum legatum est. *l. 27. T. de legat. 2.* Goth. Cujac. *lib. 17 observ. cap. 4.* Johann. Robert. *receptar. jur. cer. lect. cap 17.* Costa *lib. 1 select. cap. 7.* S. L.

1 Pendente conditione, legatarius eligere non potest.

2 Qui pendente conditione moritur, ad heredem legatum non transfert.

3 Pupillus fil. *Goth.* Ad hunc §. vid. God. *de contrab. stipul. cap. 7. n. 249.* Anf.

4 Et locupletior. Cujac. ad *l. 127. T. de verb. obligat.* reprehensus à Roberto 1 *recept.* 17. adde & eundem Cujacium 17 *observ. 4. & ad tit. quibus mod. testam. obligat.* haud dubie non male negatio hic legitur. Nam hic dicitur pupillum nihil debere. Quod si legeris, *locupletior factus est*, ut emendat Cujacius, minor aliquid debetur. Hic itaque sit sensus, Pupillum sine tutoris auctoritate nummos accipientem, neque ex mutuo locupletiorem factum, quidquam debere intelligi, non obligari. Quod *lex 59. T. de oblig. & act.* negat pupillum obligari naturaliter, intelligit de pupillo penitus impubere, nec locupletiore facto, præsertim si tutoris auctoritas non accesserit. *l. 41. T. de cond. indeb.* Quod *lex 21. T. ad leg. Falcid.* ait pupillum obligari naturaliter, intellige de pubere & locupletiore. 5 *Forte legendum*, testator. 6 Id est, nihil in præsenti debet pupillus: non potest quidquam in præsenti exigi a pupillo, qui mutuo accepto non est factus locupletior. Hujusmodi mutuum exigere a pupillo, qui id sumpsit sine tutore suo, non potest. 7 Vide *l. 59 T. de oblig.* 8 A volente quandocunque. 9 Eo casu scribi intelligitur conditio. *l. 1. in fin. T. de cond. & demonstr. l. 73. T. de verbor. obligat.*

An conditio adjecta institutioni censeatur in legato repetita.

XXVII. Scævola lib. III Responsorum.

FIliumfamilias ex parte pure instituit heredem, eique fideicommissum dedit & eodem testamento ita cavit: *Quod ego Lucium Titium heredem instituo, ita cum adire hereditatem volo, si is patria potestate liberatus fuerit.* Quæsitum est, an à coheredibus ejus adita hereditate, legati filiofamilias dati dies cesserit? Respondit, si pure sit datum, à coherede filii pro hereditaria parte fideicommissum peti posse. §. 1. Menstruos denarios denos *manumissi* legavit: Quæsitum est, cum absentibus heredibus ex Senatusconsulto 25 libertatem sunt consecuti, ex quo tempore eis cibaria debeantur? Respondit secundum ea, quæ proponerentur, ex eo tempore his cibaria debeantur, quo liberi esse cœperint.

25 Rubrianus. *l. 26. §. 1. T. de fideicommiss. libertatibus.*

De fundo instructo.

XXVIII. Idem lib. IV Responsorum.

SI *fundus instructus* relictus erit, Quæritur, quemadmodum dari debeat; utrum sicut instructus fuit mortis tempore, an eo tempore, quo facti sunt codicilli, an quo peti cœpit? Respondit, à 26 quibus instructus sit fundus, cum 27 dies legati cedat, deberi.

26 Ea quibus. *Hal.*

27 Instructus fundus si relinquitur, dies legati cedentis inspicitur. *Bart.*

De rogato quandoque dare.

XXIX. Valens lib. I Fideicommissorum.

ROgo, *quandoque heres meus Titio decem des*: utique decem heres debebit: sed quando dubitari potest, utrum 28 cum 29 primum potuerit, & dies cedit, & ab ipso petitur.

28 *Al.* utique.

29 *l. 29. T. de cond. & demonstr. l. 125. T. de verbor. sign.*

De conditione nuptiarum.

XXX. Lazzo lib. III Posteriorum à Javoleno epitomatorum.

QUod pupillæ legatum est, *quandoque* 30 *nupserit*: si ea minor quam viripotens 31 nupserit, non 32 ante ei legatum debebitur, quam viripotens esse cœperit: quia non potest videri nupta, quæ virum pati non potest.

30 Id est, quandocunque.

31 *l. 9. T. de ritu nuptiarum.*

32 *l. 10 T. de cond. & demonstr.* Nuptiarum conditio nuptiis invalidis non impletur. *Bart.*

De conditione, si heres non erit.

XXXI. Scævola lib. XIV Digestorum.

VXori ex parte sextante heredi institutæ substituit, & heredum fidei commisit, si uxor heres non erit, dotem ei & alia quædam dari: post mortem mariti, uxor ante conditionem & priusquam adeat hereditatem, decessit 33. Quæsitum est, an dies fideicommissi, cum moritur, cessisse videatur: ideoque heredibus ejus debeatur? Respondi, si uxor prius decessit, quam hereditatem adiret, videri diem fideicommissi cessisse.

33 Conditio, *Si heres non erit*, moriente instituto pura efficitur.

Tit. III.

UT LEGATORUM [1] SEU FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA CAVEATUR [2].

De die dandi. De dolo. 1. De dignitate & facultatibus heredis. 2. Ratio hujus cautionis, si non caveatur. 3. De legatariis & eorum successoribus, 4. Vel procuratoribus. 5. De legatario alieno juri subjectis. 6. De heredibus & eorum successoribus. 7. De fideicommissario universali. 8. De his, qui per alios heredes existunt. De honorariis successoribus. 9. Lis de legato. 10. De fideicommissis. 11. Si cui relictum sit, & si id perdidisset rursus relictum. 12. Si quis ex asse vel ex parte legatum debeat. De instituto vel substituto. 13. De fructibus & usuris. 14. De legato mutili. 15. De procuratore legatarii absentis. 16. De rebus & pretio earum. 17. De decem, quæ sunt in arca, suis; & usufructu eorum alii legato. 18. De fisco. 19. Quatenus heres legatarius teneatur ex stipulatu. 20. De legatario, qui est in potestate alterius: & eadem re duobus legata sub diversis vel contrariis conditionibus.

1 Substitutis eadem ratione cavet heres. *l. 12. 13. T. qui satisdare.*

2 Legatariis ab herede petitur, cujusve successoribus, *l. 1. §. 6. T. eod.* & quando ex ea causa satisfari debeat. vi C. III. Apertius Ecloga, περὶ ἀσφαλείας τῆς βουλήσεως σκοπὸν τοῦ κληρομίου τὰς διαγραφάς. 44 *Eclog. 21. ad 22.* nam de cautione à legatariis heredi præstanda superius dictum fuit. *vide si cui plus quam per leg. Falcidiam.* Porro hinc cautio, quæ ab herede præstatur, vulgaris dicitur in *l. 114. §. 12. T. de legat. 1.* in ea stipulatur le gatarius: heres, aut dispensator legatorum promittit, *l. 96. §. 3. in fin. T. de leg. 1.* adpromittit fidejussor quem dat heres. Ejus formulam vide apud Cujac. *C. eod.*

3 Ab herede *l. 8. §. 4. T. qui satisdare.*

4 Est enim hæc stipulatio prætoria. vide Theophilum, §. 2. *Inst. de divisione stipulationum.*

De die legati.

l. 1. §. 6. T. quando dies leg.

6 Eodem modo heredi legatarius satisfat. *l. 1. T. si cui plus, quam per leg.*

7 Nisi testator remisit onus satisdandi. vide *l. 7. C. eod.* nisi fiscus sit heres, §. 18. T. *eod.* nisi filius filio suo dare jubeatur, *l. 6 C. ad Trebell.* nisi in calibus, in quibus fuisset nulla repromissio, *l. 6. in fin. T. eod.* vide hic Accursium.

8 Dignitas & facultas non excusant ab hac satisdatione.

De pecunia relicta ex reditu prædiorum. 1. De executore, quem testator voluit usuras minori, & post vicesimumquintum annum sortem reddere. 2. De annuo legato. 3. De menstruo cibario manumissis relicto.

XXVI. Idem lib. IX Responsorum.

FIrmio Heliodoro fratri meo dari volo quinquaginta ex reditu prædiorum meorum futuri anni: postea [11] non [12] videri conditionem [13] additam, sed tempus solvendæ pecuniæ prolatum [14] videri: Respondi, fructibus [15] fini [16] relictæ pecuniæ non perceptis, ubertatem esse necessariam anni secundi. §. 1. Cum ab heredibus [17] alumno centum dari voluisset testator, eamque pecuniam ad alium transferri, *ut in annum vicesimum quintum trientes usuras ejus summæ perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam*: intra vicesimumquintum annum eo defuncto, transmissum ad heredem pueri fideicommissum, respondi: nam certam [18] ætatem sorti solvendæ præstitutam videri, non pure fideicommisso relicto conditionem insertam: cum autem fideicommissum ab eo peti non posset, penes quem voluit pecuniam collocari, propter hæc verba, *Eamque alumno meo post ætatem suprascriptam curabit* [19] *reddere*, fideicommissum ab heredibus petendum, qui pecuniam dari stipulari debuerunt: sed * fidejussores ab eo non petendos, cujus fidem sequi defunctus maluit. §. 2. Pater annua tot ex fructu bonorum, quæ uxori legavit, accessura filii patrimonio præter exhibitionem, quam æque matri mandavit, *ad annum ætatis ejus vicesimum quintum* uxorem præstare voluit: non plura [20], sed unum [21] esse fideicommissum certis pensionibus divisum apparuit: & ideo filio intra ætatem suprascriptam diem functo, residui temporis ad heredem fideicommissum ejus transmitti: sed non initio cujusque anni peti pecuniam oportere, quod ex fructibus uxori datis pater filio præberi voluit: cæterum si pecuniam annuam pater alimentis filii destinasset [non] dubie, persona [22] deficiente [23], causa præstandi videtur [24] extincta.

9 *l. 4. l. 5. §. 1. T. eod.*

10 *l. 15. §. 1. T. eod.* Goth. Vide Ant. Augustin. *lib. 2 emend. c.* 8. S. L. 11 Heredum alii judicio defuncti heredes: alii sine judicio defuncti. facit *l. 8. T. de vulgari.* 12 *l. 3. T. eod. l. 3. T. de Prætoriis stipul. l. 96. §. 3. T. de legat. 1.* 13 §. 19 *in fin. T. eod.* 14 Qui succedunt jure Prætorio, *l. 5. §. 1. T. eod.* bonorum possessores. dixi ad *l. 24. in fin. T. familiæ ercisc.* cur ita? collige ex *l. 2. C. ad Trebell.* 15 Legatarius. 16 Nec cessare. *Vulgat.* & male. sic *Eclog. 44 tit. 21. in fin.* ἐὰν μὴ ἀφέλωνται. 17 V. *l. 5. §. 1. T. eod.* 18 *l. 11. §. 18. T. de leg. 3.*

10 Extra scripturam testamenti. 11 Propter ea, Cujac. 18 *observat. 26.* 12 Imo videtur conditio addita. *l. 5. T. de trit.* 13 Quæ tacite inesse solet hujusmodi legatis, si fructus nascantur. *l. 1. in fin. T. de cond. & demonstr. l. 73. T. de verbor. obligat.* 14 Ut sit sensus: Si cui legavero quinquaginta ex reditu fundi Tusculani, neque quinquaginta ex reditu ejusdem percepta sint, non privabitur legatarius sui legati commodo: sed anni sequentis ubertas exspectabitur. Aliud erit, si tibi amphoram vini (quod ex fundo Tusculano natum erit) legavero: tunc enim si minus fructuum natum fuerit, nihil debebitur. Cur? hæc verba, *quod natum erit*, taxationis vicem obtinent. *l. 5. T. de tritico.* 15 Ex fructibus fundi relicta pecunia non percepta. *Haloand.* 16 Fini pecuniæ, id est, si ad modum legatæ pecuniæ fructus ex fundo non sit perceptus, ut non sufficiat reditus ad exsolvendam pecuniam legatam: Duaren. 1 *disput. 22.* 17 Vide Leonin. *emend. lib. 5. cap. 11. num. 4.* Anf. 18 *l. 46. in fin. T. ad Trebell.*

19 *Curandi* verbum non inducit fideicommissum, non fidem alicujus implorat, sed diligentiam aliquam tantum. *l. 8. T. qui sine manumissione ad libertatem.* 20 Imo, non unum, sed plura. *l. 10. T. eod. l. 1. §. 16. T. ad l. Falcid.* vide *l. 4. T. de annuis.* 21 Jurisdictionem cumulatione talium præstationum non impediri, hinc colligunt. *l. 11. T. de jurisdict.* cum plures præstationes unius loco habeantur. 22 Nota regulam. 23 Alimenta cum vita deficiunt. *l. 8. §. 10. in fin. T. de transact.* 24 Imo non videtur extincta. dixi ad *l. 18. in fin. T. de annuis leg.*

missō cavere debeat, quæritur? Et putem, non oportere eī caveri: cum in suo arbitrio habeat, ne perdat id, quod sibi relictum est: quamvis si quis inspexerit, quod sub conditione relictum est, dicere debeat, satisdationem exigendam. §. 12. Certe sive ex asse sive ex parte quis legatum debeat, cavere debet: sive institutus sit heres [19], sive substitutus. §. 13. Bellissime [20] quæritur, an hæc stipulatio incrementum ex fructibus vel usuris sentiat? Et rectè placuit, ex mora incrementum habituram stipulationem, [ut] id quod oportebit comprehendat. §. 14. Si quis sub conditione [21] legatum stipulatus, pendente conditione decesserit, stipulatio evanescit: [quia] nec legatum [non] transmittitur. † Huic stipulationi easdem causas [22] & conditiones inesse sciendum est: proinde si qua [23] sit exceptio, quæ petenti legatum opponi solet, eandem ex stipulatu [24] quoque agenti opponendam esse placet. §. 15. Procuratori ejus, qui absens esse dicitur, si stipulanti legati nomine spondeat heres, Ofilius ait, ita cavere debere, si [25] is, cujus nomine caveat, vivat: videlicet ne teneatur illo ante defuncto. §. 16. Item quæritur, in hanc stipulationem utrum ipsæ res veniant quæ legatæ sunt, an vero pretia earum? Et est verius in hanc stipulationem res, vel pretia deduci.

§. 17. Si decem, quæ [26] in arca erant, mihi legata sint, tibi eorum ususfructus legatus sit: si pure utrique legatum sit relictum, is cui proprietas legata est, ipso jure decem vindicabit, fructuarium autem ex Senatusconsulto acturum, & quinque [27] usumfructum petiturum constat. sed cum decem vindicat proprietarius, per exceptionem doli repelli, qua fructuarius de restituendis quinque heredi cavit. Plane si decem aureorum possessionem legatarius habeat: Marcellus ait, dandam vel heredi, vel fructuario, utilem actionem in legatarium: si modo ei caveatur. † Sed si sub conditione decem legata sunt, fructuarium interim decem, oblata cautione, habiturum: legatario vero, cui proprietas relicta est, interim legatorum stipulatio præstanda est. Sed si omiserit stipulationem, existente conditione, ad exhibendum eum posse agere Marcellus ait. sed si ignorans [28] heres legatum decem fructuario dedit: ad exhibendum eum non teneri palam est: succurrendum tamen legatario adversus fructuarium, Marcellus ait. §. 18. Si ad fiscum portio hereditatis pervenerit, cessabit ista stipulatio: quia * nec [29] solet fiscus [30] satisdare. §. 19. Qui minorem partem hereditatis possidet, cum ex majore parte heres sit: siquidem ipso jure minuatur portio hereditatis, securior erit heres: neque enim ex majore parte ex stipulatu tenetur legatariis, quam ex qua heres est. si vero nomen quidem heredis apud eos integrum maneat, verumtamen effectu minus habeant hereditatis, & caverint legatorum nomine: videntur onerari: quia ipso jure pro ea parte legata debent, pro qua heredes sint. sed enim æquissimum est non majorem partem legatariis solvere, quam cujus habent emolumentum: hoc autem evenit, cum [31] hereditas pro aliqua parte ex Trebelliano restituitur: nam pro rata exonerandi sunt heredes ejus partis nomine, cujus emolumentum sibi ablatum est. §. 20. Si ei, qui in alterius potestate erit, incerta die legatum fuerit: cavebitur ei qui habet eum in potestate, non præcise [32], sed sub conditione [33], *si cum ejus legati dies cedat, in potestate sit.* cæterum si sui juris inveniatur, iniquum esse visum est, patri cautum esse, cum alii legatum debeatur. quanquam & si sine hac adjectione caveretur, verumtamen exceptione patrem vel dominum submoveremus, si existentis conditionis tempore non haberent eos in potestate. evenit tamen secundum hoc, ut in casum non sit de legato cautum: nam si existentis conditionis tempore sui juris sunt, non erit cautum.

19 Id est, sive directo; sive per obliquum. *l.* 14. ff. *eod.*

20 Hoc verbum extat in *l.* 1. §. 4. ff. *quod legat. l.* 7. §. 3. ff. *quod vi aut clam. l.* 1. §. 5. ff. *quarum rerum.*

21 V. *l.* 5. §. 2. *l.* 15. ff. *eod.*

22 Quæ insunt ipsi legato.

23 *l.* 7. ff. *de cond. inst.*

24 Ex hac stipulatione.

25 Id est, cavere debet sub conditione, non pure.

26 Vide *l.* 37. ff. *de verb. oblig.*

27 Adde *l.* 19. ff. *de usufr. legato.*

28 Vid. *l.* 63. ff. *de leg.* 2.

29 Id est, non. ut *l.* 3. §. 10. ff. *de Carboniano.*

30 *l.* 3. §. 5. ff. *si cui plus quam per leg.* Nam fiscus semper idoneus esse successor intelligitur, & solvendo. *l.* 2. *in fin.* ff. *de fundo dotal.*

31 §. 7. ff. *eod.*

32 ἀκυρώμως, §. 1. *Inst. de l. Aquil.* abscisse. *l. semper.* 5. §. 2. ff. *de jure immunitatis.*

33 Hinc colligit Cujac. 18 *obs.* 1. Diem incertum, conditionem dici posse: nec inter conditionem, & diem incertum differentiam esse. adde *l.* 75. ff. *de cond. & demonstr.*

34 De hac formula dixi ad *l.* 15. ff. *ratam rem haberi.*

35 Pater licet sit conjuncta persona filio, non tamen citra voluntatem filii ei solvi potest. adde *l.* 3. ff. *soluto.*

36 *l.* 1. §. 5. ff. *eod.*

37 Vel pluribus: tunc enim singulis satisdatur. *l.* 13. ff. *qui satisdare. l.* 9. *in fin.* ff. *tit. proxim. l.* 8. *in fin.* ff. *de præt. stip.*

38 *l.* 15. §. 1. ff. *eod.*

39 *l.* 1. §. 2. ff. *eod.*

40 Tenetur tamen postea. vide *l.* 95. §. 1. *in fin.* ff. *de solut.*

41 Cur potius hic non tenentur quam in specie *l.* 10. ff. *eod.* v. Cujac. 15 *obs.* 9.

42 Imo, tenetur fidejussor, utcunque neque heres, neque possessor sit. *l.* 1. §. 14. *in fin.* ff. *depositi.*

43 Dirigi. *Hal.*

44 Vel si non caveat. *Hal.*

45 *l.* 1. §. 2. ff. *eod.* Possessio pœnæ causa eodem judicio interdum transfertur, dixi ad *l.* 6. *in fin.* ff. *de Carboniano.* 46 Favore testamenti, & sententiæ, nisi heres appellans caverit, transfertur vera possessio rerum per sententiam adjudicatarum, in legatarium vel fideicommissarium heredi caventem. Ideoque hic casus est specialis, qui ad missionem ex edicto extendi non debet. vide Molin. §. 2. *consuet. gloss.* 1. *num.* 25.

47 Et ita post condemnationem: ergo, & post litem contestatam: atqui post litem contestatam non cavetur, *l.* 1. §. 9. ff. *eod.* solve, id est, antequam lis denuo contestetur in judicio appellationis. Cujac. 15 *obs.* 10. 48 Id est, si nondum peti legatum, nondum lis de legato contestari potest: ergo, & ante sententiam, & ante litem contestatam. atque ita post litem contestatam heres satisfdat legatario. vide Cujac. 15 *obs.* 10. vide *l.* 1. §. 9. ff. *eod.* malim ita hunc locum accipere: Quemadmodum heres cavere legatariis cogitur, si petitionis diem moratur, ita cavere legatariis cogitur, quibus cavere sententia jussus est. Deterior est enim causa condemnati heredis, quam nondum conventi. 49 Per heredem fecilicet. 50 Sed quare non caveat. *Hal.* sed quare non cavente. Cujac. 1 *sent.* Paul. 11. §. 1. 51 Differentiam rescripti Marci & Edicti Prætoris observa. 52 An ita, ut heredem expellat? minime, *l.* 5. ff. *tit. prox.* nisi magna subsit contumacia. *l.* 7. *in fin.* ff. *quib. ex caus. in poss.*

tit: Princeps autem earum rerum nomine, de quibus fuerat judicatum, mutuus admisit cautiones: sicuti cum de bonis suis conferendis [53] filius accepta possessione cavere non potest, quia denegamus ei actiones, defertur conditio cavendi fratribus ex forma jurisdictionis, quod ex portione fratris fuerint consecuti, cum bona propria conferre cœperit, se restituturos: sed si nec ipsi cavere possint, utiliter probatum est, virum bonum [54] ab utraque parte eligendum, apud quem ut sequestrem [55] fructus deponantur, quique utiles actiones à Prætore datas exerceat. possessio autem ex rescripto [56] supra relato non aliter ad eum, qui fideicommissum petit, transfertur, quam [57] si caverit: tametsi maxime adversarius non per inopiam, sed per contumaciam cavere noluerit. sed si is, qui vivit [58], non possit cavere, vel res deponenda, vel jurisdictio [59] restituenda erit. §. 2. Si dies, aut conditio [60], legati, fideicommissi, petitionem actionemve differre dicatur, & ideo satisdatio desideretur, heres autem per calumniam postulari contendat, & relictum neget: non aliter audiendus erit, qui caveri postulat, quam si scripturam, qua relictum adfirmet, exhibuerit. §. 3. Cum quereretur, *ubi* [61] *fideicommissi servandi causa caveri oporteat:* Imperator Titius Antoninus rescripsit, si domicilium Romæ non haberet heres, & omnis hereditas in Provincia esset, ad satisdationem fideicommissi nomine in Provincia fideicommissarium remittendum esse. Quare si heres in eum locum, cavendi gratia, remitti desideret, ubi domicilium habet, legatarius autem ibi caveri postulet, ubi est hereditas: non erit heres remittendus. idque Imperator Titus Antoninus rescripsit.

§. 4. Quibus literis adjectum [&] si bona jam distracta sunt, vel testatoris permissu [62], vel concedente legatario: pretium eorum fideicommissi servandi causa, in deposito habendum.

De summa incerta. 1. De rebus publicis.

VI. Ulpianus lib. VI Fideicommissorum.

SI quando incerta summa [63] est fideicommissi: qui cognoscit, taxatione [64] quoque fidejussores petuntur. §. 1. Admonendi autem sumus, rebus [65] publicis [66] remitti solere satisdationem fideicommissorum, etiam si quando necessitas dandi intercedat: repromisso plane exigenda est, voluntati defuncti statu iri.

De legato filio vel servo à patre dominove.

VII. Paulus lib. II Manualium.

FIlio [67] vel servo sub conditione à patre dominove herede instituto legatum est: hujus legati satis petere non possunt: sed pendente conditione emancipatus [68] vel manumissus si satis petant, quæritur, an audiendi sint, ne beneficium patris dominive ipsis onerosum [69] sit: an sibi imputare deberent, qui dederunt eis postulandi adversus se facultatem? Sed melius est, *per mediocritatem* [70] causam dirimere: ut cautioni [71] tantum cum hypotheca suarum rerum committantur.

Quando dies stipulationis cedit aut venit.

VIII. Ulpianus lib. XLVIII ad Sabinum.

CUm legatorum nomine satisdatum est, simul [72] dies legatorum cessit, protinus iisdem diebus etiam ex stipulatione debentur [73].

IX. Paulus lib. XII ad Sabinum.

NOn tamen, ut statim peti possint. deberi [74] enim dicimus, & quod die certa præstari oportet, licet dies nondum venerit.

De morte heredis qui satisfecit.

X. Pomponius lib. XXVI ad Sabinum.

SI à te herede legatum mihi sit sub conditione, tuque, postquam adieris hereditatem, satisfecideris legatorum, & post mortem tuam, ante aditam tuam hereditatem, conditio legati exiterit: Sabinus ait, fidejussores mihi teneri [75]: quia omnimodo dari oportet legatum, & [si] in rem esset concepta stipulatio.

De procuratore heredis.

XI. Gaius lib. XIII ad Edictum provinciale.

SI legatarii adversus me in possessionem legatorum servandorum causa missi sunt, [&] procurator, vel quis alius meo [76] nomine caverit: perinde mihi Prætor accommodat interdictum, quo jubeantur discedere legatarii possessione, ac si ego cavissem.

De cautione remissa à testatore.

XII. Marcianus lib. VII Institutionum.

LIcet, *ut* [77] *non petatur cautio*, conditio testamento scripta fuerit: non videtur conditio. & ideo [78] licet desideraverit quis caveri sibi, non videtur conditione defectus: quia postquam remitti talem cautionem jure publico placuit, nec onus cautionis sequitur, ne quidem conditio intellegitur.

Si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem.

XIII. Neratius lib. VII Membranarum.

EI quoque, [cui] legatorum actio datur in eum, qui prætermissa [79] institutione ab intestato possidet hereditatem, legatorum nomine satisdatur: & nisi satisdabitur, in possessione legatorum servandorum causa mittitur. nam hæc quoque Prætor perinde salva esse vult, atque ea, quæ Jure Civili debentur. Idem Aristoni placet.

De fideicommissis. 1. Si certum sit non esse locum fideicommisso.

XIV. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

HÆc stipulatio & in fideicommissis locum habet, si [80] pure fideicommissum sit relictum, sive ex die certa, vel sub conditione: sive res aliqua, sive hereditas, sive jus aliquod relictum est. §. 1. Divus quoque Pius rescripsit, quoties [81] evidens [82] res est, ut [83] certum sit nullo modo fideicommisso locum esse: perquam iniquum esse, supervacua cautione onerari heredem.

53 *l.* 11. ff. *de collationib. bon.*

54 Curatorem. *l.* 1. §. 10. ff. *de collat. bonor.*

55 Speciale est: nam regulariter prohibita est sequestratio. *l.* 4. ff. *de probib. sequestr.*

56 Marci Antonini, in *princ. hujus.*

57 Vid. quæ notavi ad *l.* 9. §. 16. ff. *de damno.*

58 Is qui vicit. *Hal.*

59 Id est, ex edicto Prætoris, in qui vicit fideicommissi servandi causa, simul in possessionem omnium bonorum custodiendorum causa esse jubetur. Edictum & rescripto D. Marci differt: Qui edicto mittitur in possessionem, solus non possidet: qui ex rescripto, solus possidet, *venefic. sed quare.* ff. *eod.* vide Cujac. 1 *sent.* Paul. 12. §. 6.

60 Cavetur etiam legati conditionalis nomine. *l.* 14. ff. *eod. l.* 28. ff. *de pignorib.*

61 *l.* 8. §. 4. ff. *qui satisdare.*

62 Adde *l.* 1. §. 3. ff. *de reb. eorum.*

63 Finge annuum relictum, non adjecta quantitate.

64 Incertum fideicommissum judex taxare potest: idque faciet consideratâ personâ defuncti. *l.* 14. ff. *de annuis. l.* 4. C. *de action. empt. & l.* 5. C. *si quis alteri vel sibi sub alter. nom. vel al. pecun. emerit.* Eadem ratione incertam dotem judex definit. Baldus. in *l. ult.* C. *de sent. quæ sine certa quantit.* (nisi dos à marito simpliciter fuerit legata) *l. ultim.* C. *de falsa causa adjecta.* Idem dicendum, si quantitas relicta fuerit arbitrio boni viri: tunc enim incerta quantitas non videtur relicta, sed ea demum, quæ patrimonio defuncti consentanea est. *l.* 1. *in fin.* ff. *de leg.* 2. Eodem modo incerta legata ad pias causas non vitiantur, *l. Stichum.* 12. ff. *de legat.* 3. *l. quidam in testam.* 30. ff. *de legat.* 2. aliis casibus, incertum legatum non debetur, hoc est, quoties non apparet, quid, quale, quantumve debeatur. *l. si fic.* 75. §. 1. ff. *de legat.* 1.

65 Et illustribus. *l.* 17. C. *de dignitatib.*

66 Eadem remittitur in aliis causis immobilium possessoribus. *l.* 15. ff. *qui satisdare.*

67 Filius & servus emancipati nomine legati exigere possunt caveri sibi. *Gorb.* Vide Emund. Merill. *lib. sing. differ. cap.* 14. Ant.

68 Vide *l.* 50. ff. *ad Trebell.*

69 Onerosum est enim: quia filius deinceps sibi adquirit, non patri. dixi ad *l. un. in fin.* C. *de emancipat. l.* 1. ff. *si à parente.*

70 Adde *l.* 33. §. 3. C. *de Episcopis. & ibidem Castrensis.* 71 Vide *Novell.* 22. *c.* 41. 72 Simul, ac dies. *Hal.* 73 Adde tamen *l.* 9. ff. *eod.* 74 *l.* 213. ff. *de verb. sign.* 75 Cur potius fidejussores hic tenentur, quam in casu *l.* 5. ff. *eod.* vide Cujac. 15 *observ.* 9. 76 *l.* 6. *in fin.* ff. *tit. proxim. l.* 40. *in fin.* ff. *de solutionibus.* 77 *l.* 2. *l.* 4. *l.* 7. C. *ut in poss. leg.* 78 *l.* 77. *in fin.* ff. *de cond. & demonstrat.* 79 *l.* 2. C. *si omissa sit causa.* 80 *Al.* sive pure. 81 Exceptionem parti quæsitam Judex vel Princeps auferre non potest. *l.* 2. C. *de precibus Imperatori offer.* 82 V. *l.* 1. C. *ut in poss. leg.* 83 *l.* 1. §. 3. & *ult. l.* 2. *l.* 3. ff. *tit. proxim.*

De legato præsenti, 1. Et de Senatusconsulto Trebelliano. 2. De fideicommisso ab intestato.

XV. PAULUS lib. LXXV ad Edictum.

ETiam [84] de præsenti legato locum habet hæc satisdatio: quoniam nonnullas moras [85] exercitio judicii habet.

§. 1. Si & ab herede instituto legatorum satis acceperit legatarius, & à Trebelliano fideicommissario: utraque quidem stipulatio committetur, sed exceptione se tuebitur heres; quia cavere non debuerit. sed si pars [86] hereditatis restituta sit, ab utroque cavendum est. §. 2. Etiam si ab intestato debeatur fideicommissum, locum habet hæc stipulatio.

Si duo ejusdem nominis de legato contendant.

XVI. GAIUS lib. XXVII ad Edictum provinciale.

SI duo ejusdem nominis de legato [87] contendant [88]: utrisque satisdatur. nec onerari heredem, cum possit eosdem fidejussores ad utramque stipulationem adhibere: qui & ipsi non onerantur: cum futurum sit, ut uni tenerentur.

De jure accrescendi.

XVII. PAULUS [lib. XLVIII ad Edictum].

SI ab uno ex heredibus legatorum satis accipimus, cum ab omnibus heredibus nobis legatum esset: si pars coheredis accrescat promissori, in totum fidejussores tenentur [89], si solidum legatum is cœperit debere.

De cautione remissa à testatore. 1. De deposito. 2. Si tutor coheres pupilli in solidum caverit.

XVIII. SCÆVOLA lib. XXIX Digestorum.

QUæ filium legitimum relinquebat, patrem, eundemque [90] collibertum ex asse scripsit heredem, fideique ejus commisit, ut *quidquid ad eum ex hereditate ejus pervenisset, cum moreretur, restitueret filio testatricis, nepoti suo:* & hæc verba adjecit, *Satis [91] à Seio patre meo exigi veto.* Quæsitum est, cum iste Seius substantiam suam dissiparet [92], & vereretur pater fideicommissarii, ne inane fideicommissum constituatur: an ad satisdationem fideicommissi nomine patrem defunctæ compellere possit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non compellendum cavere [93].

§. 1. Idem quæsiit, testatricem apud maritum suum, ex quo filium reliquerat, res deposuisse non exacta cautione depositionis: an ea res patri heredi restitui debeat; an vero, quoniam [94] emolumentum totius hereditatis ad filium defunctæ reverti deberet, apud maritum remaneret, apud quem dos remansisset? Respondit, quod mulieris mansisset, nec [95] in dote fuisset: restituendum esse heredi. §. 2. Tutor, qui & coheres pupilli erat, absente pupillo, cum admonuerunt eum legatarii fideicommissi nomine, in solidum ipse cavit [96]. Quæsitum est, an in pupillum adultum factum danda sit utilis actio? Respondit, dandam.

[84] Non tantum de conditionali. *l. 1. §. 14. ff. §. 2. C. eod. l. 28. ff. de pœnis.*
[85] *l. 31. ff. de pactis.*
[86] Vide *l. 4. C. eod.*
[87] *Mal. sed Flor.* legato contendunt. *Hal.*
[88] Quid enim, si in nomine legatarii dubitatum sit? *l. 4. §. pro legato.*
[89] *l. 2. §. quod legatur.* Cur? an quod in omnem causam accepit. *l. 56. §. 2. in fin. §. de fidejussorib. arg. l. 56. §. 2. in fin. §. de fidejuss.*
[90] Potuit enim filius una cum matre manumitti.
[91] Testator satisdationem heredes satisdationis remittere potest heredi restituere hereditatem gravato. Quid, si heres bona sua dissipet? cavere non cogitur, *ut hac lege.* An restituere cogitur? Ait Accursius, *arg. l. Imperator. 50. §. ad Trebell.* aut rem sequestrandam esse: aut cavere cogi: aliud enim esse unde caveire, & satisdare fidejussore dato.
[92] Satisdatio remissa non potest peti, etiam si heres dilapidet. 93 Quia id contra voluntatem testatoris fieret. *l. 12. §. eod.* 94 Peti recte potest, quod in continenti restitui oportet.
[95] Igitur quod in dote non fuerit, non erit restituendum patri. 96 Ut *l. ult. si quis cautionibus.* adde *l. 26. C. de adm. tut. l. ult. in pr. §. quando ex facto tutoris.*

TIT. IV.

UT IN [1] POSSESSIONEM, LEGATORUM, VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA, ESSE LICEAT [2].

De cautione remissa à testatore. 1. Quibus ex causis legatarius, vel fideicommissarius mittitur in possessionem. 2. De liberatione relicta. 3. De legato soluto. 4. De hereditate non adita.

1. ULPIANUS lib. LII ad Edictum.

SI quis, cum vetitus esset [3] satis accipere, acceperit: an repeti [4] satisdatio [5] ista possit, ut heres condicat liberationem? Et quidem [si] sciens heres indebitum cavit, repetere [6] non potest. quid deinde si ignoravit remissam sibi satisdationem? potest condicere [7]. si vero hoc non potuisse remitti crediderit, nunquid condicere possit, qui jus ignoravit? adhuc tamen benigne quis dixerit satisdationem condici posse. † Quid deinde, si commissa sit stipulatio? fidejussores putamus exceptione uti posse, an non? & magis est, * ut * utantur exceptione: quia ex ea causa intercessit satisdatio, ex qua non debuit. §. 1. Non [8] exigit Prætor, ut per heredem stet, quo minus caveat: sed contentus fuit per legatarium vel fideicommissarium non stare, quo minus ei caveatur. quare si non fuerit, qui interpelletur cautionis nomine (hoc est is, à quo legatum fideive commissum relictum est): omnimodo poterit legatarius & fideicommissarius in possessionem ex hoc Edicto mitti: quia verum est, per eum, cui caveri oportebit, non fieri, quo minus caveatur. † Non [9] tamen & satisdatio debet offerri legatario: sed sufficit, sive desideravit, ei non caveri, sive non habeat [10], à quo satis desideret.

§. 2. Si debitori liberatio sit relicta, non est exigenda cautio: quia habet penes se legatum: quippe, si conveniatur, exceptione doli mali uti possit. §. 3. Ei [11], cui legatum solutum est, cum constet [legatum [12]] non deberi, D. Pius ad Æmilium Equestrem rescripsit, non debere Prætorem satisdationem admittere. §. 4. Tunc ante aditam hereditatem satisdandum de legatis est, cum adhuc dubium est, an hereditas adeatur. Cæterum si certum sit, repudiatam vel omissam hereditatem, vel abstentos necessarios heredes: frustra hoc Edictum imploratur. cum certum sit, legatum vel fideicommissum non debere [13].

II. IDEM lib. LXXIX ad Edictum.

SI autem certum sit, hereditatem necdum aditam fuisse: nec satisdatio, nec possessio locum habet.

Si is, à quo satis petitur, velit statim constare de fideicommisso. 1. De calumnia. 2. De procuratore satis desiderante. 3. Si semel fuerit satisdatum.

III. IDEM lib. LII ad Edictum.

SI is [14], à quo satis petitur, offerat [15] cognitionem, & dicat, *hodie constet [16] de fideicommisso, hodie agamus*, dicendum est, cessare satisdationem: cum possit ante [17] de fideicommisso, quam de satisdatione constare. §. 1. Nec non illa cognitio imploranda erit ab herede, si forte dicatur per calumniam [18] satis peti: hoc enim commune est omnium satisdationum. Divus enim Pius rescripsit: eum, apud quem satis petitur, debere explorare [19], num per calumniam satis petatur. de qua re summatim debet cognoscere. §. 2. Si procurator [20] satis legatorum desideret: si quidem mandatum ei sit, non habebit necesse de rato cavere, sed erit ei satisdandum. si vero dubiterur, an mandatum sit, vel non sit: de rato cautio erit exigenda. §. 3. Si semel fuerit satisdatum, quæritum est, an etiam rursus cavendum sit, si forte dicatur, egenos fidejussores ellè daros? Et magis est, ut caveri non [21] debeat: hoc enim Divus Pius rescripsit Pacuviæ Licinianæ. ipsam enim facilitati suæ expensum ferre debere, quæ minus fidejussores idoneos accepit: neque enim oportet per singula [22] momenta onerari eum, à quo satis petitur.

IV. PAPINIANUS lib. XXVIII Quæstionum.

PLane si nova [23] causa allegetur, veluti quod fidejussor decesserit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit, æquum erit prætari cautionem.

De effectu missionis in possessionem. 1. De damno infecto. 2. De pluribus legatariis, pluribusve creditoribus. 4. De legatariis & creditoribus. 5. De rebus hereditariis vel non. 6. De his quorum proprietas ad heredem pertinet. 7. De agris vectigalibus. De pignore. 8. De partu, fœtu, fructibus. 9. De rebus bona fide emptis. 10. De deposito vel commodato. 11. De duobus heredibus. 12. De tabulis pupillaribus. 13. De alio successore quam herede. 14. De heredis heredis. 15. De dolo. 16. De rebus heredis & mora. 22. De custodia & fructibus. 23. De legatario utente fruente ex constitutione Antonini. 24. Satisfieri defuncti voluntati quomodo accipitur. 25. De aliis successoribus, quam heredibus. 26. De lite contestata ab eo, qui in possessionem missus est. 27. Si missus in possessionem non admittatur. 28. De fide legatarii commisso.

V. ULPIANUS lib. LII ad Edictum.

IS [24] cui legatorum fideive commissorum [25] nomine non caveturr [26]: missus [27] in possessionem, nunquam [28] pro domino [29] esse incipit [30]. nec tam possessio rerum ei, quam custodia [31] datur: neque enim expellendi [32] heredem jus habet, sed simul cum eo possidere jubetur, ut saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat heredi cautionem. §. 1. Si alius damni infecti nomine missus sit in possessionem, alius legatorum servandorum causa: posse [33] eum, qui legatorum servandorum causa in possessionem missus est, etiam damni infecti satisdare; qui, si satisfecerit, non aliter decedere possessione debebit [34], quam ei cautum fuerit etiam eo nomine, quo se damni infecti obligavit.

§. 2. Si plures legatarii mitti in possessionem desideraverint, omnes venire debent in possessionem: is enim, qui ex causa legatorum possidet, sibi, non alii possidet. Alia [35] est causa, cum creditores rei servandæ causa mittuntur in possessionem: nam is, qui possidet, non sibi, sed omnibus possidet. §. 3. Qui prior missus est legatarius in possessionem, non præfertur ei, qui postea mittitur: inter legatarios enim nullum ordinem observamus, sed simul omnes æqualiter tuemur. §. 4. Postquam rei servandæ [36] creditores possidere cœperunt, legatorum servandorum gratia missus in possessionem, creditoribus [37] potior non habebitur [38]. §. 5. Qui in possessionem legatorum servandorum causa mittitur, in possessionem quidem rerum hereditariarum omnimodo veniet, hoc est, earum quæ in causa hereditaria manent: earum autem, quæ in causa hereditaria non erunt, non [39] alias mittitur, quam si dolo malo in ea causa esse desierit; nec semper, sed causa cognita. §. 6. *Bonorum* [40] autem appellatione hæ res comprehensæ videbuntur, quarum proprietas ad heredem pertinet. §. 7. Sed & si vectigales [41] agri sunt, & si qua pignora testatori data: in eorum quoque mittetur possessionem.

§. 8. Sed & in partus ancillarum, & fœtus pecorum, item fructus, æque omnimodo legatarius & fideicommissarius mittentur. §. 9. Sed & si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem ejus mittendum legatarium constat: nam & hæc [42] res in causa hereditaria est. §. 10. Si deposita res apud defunctum fuerit, vel commodata, locum missio non habet: quia non sunt istæ res hereditariæ [43]. §. 11. Si ex duobus heredibus alter satisdare sit paratus, alter non: in partem ejus missio locum utique habere debet. Missi itaque legatarii impedient etiam eum, qui satisfecit, rei administratione: quare suadendum erit heredi, ut in assem satisdet, ne administratio ejus impediatur.

§. 12. Si ab impuberis substituto legata sint relicta, & impubes decesserit: missio non solum in ea bona, quæ testatoris fuerunt, verum ad ea quoque, quæ impubes adquisiit, locum habebit: nam hæc quoque hereditaria sunt. vivo autem impubere, neque missio neq; satisdatio locum habet. §. 13. Si heres non sit, à quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor: dicendum est, ut Edicto locus sit, & dolus ejus sit æstimandus.

§. 14. Sed & si heredis heres sit, qui dolo fecit: æque nocere debebit. §. 15. *Dolum* [44] accipere debemus & culpam latam, sed non omnem dolum, sed qui in necem legatariorum & fideicommissariorum factus est. §. 16. Imperator Antoninus [45] Augustus rescripsit, *certis ex causis etiam in propria [46] bona heredis legatarios & fideicommissarios esse mittendos [47]: si post sex [48] menses, quam aditi pro [49] tribunali fuerunt hi, quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est: inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum satisfiat. Quod remedium servaretur & adversus eos, qui ex qua causa fideicommisso moram faciunt.* §. 17. *Satisfactionis* verbum licet latius patet, tamen ad exsolvendum legatum refertur. §. 18. Proinde, & si remissa sit satisdatio, rescriptum locum habebit: quia mora fit solutioni. §. 19. Sex autem mensium puto continuum tempus, non possessionum [50], computandum. §. 20. Cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat: nec curatorem furiosus, vel adulescens: nam frustratio non debet hujusmodi personis nocere, quæ sunt indefensæ. † Certe si hereditas jacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio trahendum est.

§. 21. Quæri poterit, an in vicem usurarum hi fructus cedant, quæ

[1] VI C. LIII. Περὶ τῶν νομισθέντων τὰ λεγατεύων ἐπὶ βιβλίῳ τοῦ κλαρόβου. 44 *Eccl.* 24.
[2] Non satisdante scil. herede. alias nullius momenti est civitas, quæ vim executionis in contumaces non habet. Æschines apud Wesemb. *hic.*
[3] A testatore. *l. 12. §. ult. §. tut. prox.*
[4] Ab herede sc.
[5] Præstita legatario scil.
[6] Indebitum à sciente solutum non repetitur. *l. 1. §. de cond. indeb.*
[7] Condictione sine causa, vel incerti. *l. 1. §. de condict. sine causa.*
[8] Ut mittatur quis in possessionem, non exigitur conventi mora, sed convenientis.
[9] Cautionem legatario offerre heres non cogitur.
[10] Eo casu satius est ad domum denunciari. *l. 5. §. 2. 3. §. de novi oper. l. 4. §. 5. §. de damno.*
[11] Si cui legatum est, cum constet, &c. Cujac. 4 *obs.* 33.
[12] *l. 14. in fin. §. tit. prox.*
[13] Non deberi. *Hal. l. 19. §. de testam. tut.*
[14] Id est, si heres, à quo legatarius petit satisdari sibi legati nomine, dixerit ademptum, vel inutile legatum esse, & incontinenti se id probare velle dixerit; de hac exceptione prius cognoscendum est, quam de satisdatione. non est disputandum de eo, quod statim constare potest. *dict. 96.* 15 Officio judicis. 16 Hodie constat. *Hal.* 17 Intra breve tempus arbitrio judicis: velut intra tempus, intra quod fit examinatio, an fidejussores sint idonei: vel petendum est de calumnia juramentum. vide Bart. *hic.* 18 *l. 1. §. penult. §. eod. l. 14. in fin. §. tit. prox. l. 43. §. de hered. pet.* 19 *l. 1. C. eod.*
[20] *l. 1. §. 4. §. tit. prox.*
[21] Imo, caveri debet, *l. 10. in fin. §. qui satisd.* adde *l. 22. §. 2. §. soluto.*
[22] *l. 11. §. 18 §. de leg. 3. l. 1. §. 11. §. ut legat.*
[23] *l. 10. in fin. §. qui satisd.* vide *l. 4. §. de stipul. prætoriis.* vid. quæ Scripti ad *l. 5. C. de sponsalib.* quid enim si fidejussores dati non sunt idonei? *l. 41. §. de hered. petit. l. 4. §. de prætor. stipulat. l. 14. §. 2. de constituta.*
[24] Id est, legatarius ipse.
[25] Solvendorum.
[26] Ab herede defuncti.
[27] Ex primo decreto.
[28] Legatarius; cui non caveturr; licet missus sit in possessionem rerum, nunquam earum dominus est, *ut hic.* nisi data sit ei res in solutum ex secundo decreto: tunc enim res in bonis ejus est *l. 2. in fin. §. si ex noxali.*
[29] Non proprietatem nancisciturr, sed jus pignoris, *l. 3. in fin. l. 5. C. ut in possess. leg.* pro pignore, non pro domino possidet. *l. 114. §. 12. §. de legat. 1.* adde *l. 12. §. pro emptore. l. 26. §. de pignerat.*
[30] Imo pro domino possidet. *l. 2. §. 1. §. si ex noxali causa. l. 5. finita. §. postremum autem 33. §. de damno. Ex* missione legatorum servandorum causa, ad decretum pervenirr potest.
[31] Is non possidet, sed potius custodit, *l. 1. §. 9. §. quod legatorum* custodiæ causa in possessionem rerum hereditariarum mittitur. adde *l. 27. §. de jure deliber.* custodia & observatio rerum ei conceditur. *l. 12. §. quibus ex caus. in possess. l. 3. in fin. §. de adquir. poss.*
[32] *l. 15. §. 20. §. §. de damno.*
[33] Cur potest? missus in possessionem curam bonorum habere debet. *l. Prætor. 9. §. de reb. auctoritate judicis possid. l. finita. 15. §. si quis damni. 30 §. de damno.* Caveré autem de damno infecto cura est & custodia rei: ideoque si caveirt, id ipsum recipiet ab eo, cujus res fuerit.
[34] *l. 15. §. 31. §. de damno*
[35] Cur alia est causa? An quia legatarii causam lucrativam habent; creditores, onerosam?
[36] *l. 3. in fin. §. de adq. poss.* 37 Bonorum tamen separationem petere possunt. *l. 6. §. de separationib.* 38 Nisi postquam missus in possessionem legati servandi causa, æs alienum heres contraxit: tunc enim creditoribus heredis legatarius est potior. *l. 3. C. eod.* 39 *l. 8. §. eod.*
[40] *l. 49. §. de verb. signif.* 41 Emphyteutici. *l. 15. §. 1. §. qui satisd.* 42 *l. 5. §. 3. §. de rebus eor.* 43 Censentur tamen quodammodo hereditariæ in petitione hereditatis. *l. 19. §. de hereditat. pet.* 44 *l. 32. §. depositi.* 45 *V. l. 6. C. eod.* Cæterum hoc rescriptum nota, & sequentem ejus interpretationem. *Goth.* Vid. Leonin. *emend. lib. 1. c. 2.* Auf. 46 *l. 6. C. eod* Paul. *5 sent. 1. §. pen.* 47 De hac missione vide Zasium in *l. 2. §. initium. in verbo* vindicias. *§. de orig. juris.*
[48] Legatarii post sex menses quam petere cœperint, etiam in res proprias heredis inducuntur, inde fructus percepturi, quoad satisfiat, *ut hic. & l. certa. 6. C. eod.* 49 Vide quæ notavi ad §. 19. *§. eod.* 50 Sessionum. Duaren. 2 *disp. 16.* Zoanet. 8 *restit. arg. §. 16. §. eod. l. 2. §. 1 §. quis ordo in bonor. possess.* idem sentit Govean. apud Cujac. 2 *obs.* 18. Sessionum dies sunt, quibus Prætor pro tribunali sedet, qui continuis adversi, non tamen semper utiles: nam sæpe fit ut die sessionum non semper quis habeat experiundi potestatem. Contra dies utiles plerumque sunt, quamvis sessionum non sint: ut puta si res talis sit, quæ de plano, & feriato die possit expediri. Utilis autem

quæ in fideicommissis debentur? Et cum exemplum pignorum sequimur, id quod ex fructibus percipitur, primum in usuras, mox, si quid superfluum est, in [51] sortem debet imputari. † Quinimo & si amplius, quam sibi debetur, perceperit legatarius: exemplo pignoratitiæ actionis etiam utilis actio ad id refundendum dari debebit. † Sed pignora quidem quis & distrahere potest: hic autem frui tantum ei Constitutio permisit, ut festinetur ad sententiam. §. 22. Qui legatorum servandorum causa in possessionem mittitur, & [52] fructus [53] custodire [54] & cætera debebit, & pati quidem heredem colere agros, & fructus redigere: sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab herede consumantur. quod si heres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario cogere fructus & coactos servare. † Quinimo si [55] tales sint fructus, quos primo quoque tempore venire [56] expediat: vendere quoque legatario permittendum est, & pretium servare. † In cæteris quoque rebus hereditariis missi in possessionem hoc erit officium [57], ut universas res hereditarias colligat & ibi custodiat, ubi domicilium defunctus habuit: & si nulla domus sit, habitatione [58] conducat [59], vel horreum quoddam, in quo res collectæ custodiantur: & puto, ita legatarium custodire res hereditarias debere, ut [60] neque heredi auferantur, neque depereant, deterioresve fiant. §. 23. Quod si ex Constitutione [61] quis in possessionem mittatur: curandum est, ne vis [62] fiat utenti & fruenti legatario. §. 24. Satisfieri voluntati defuncti sic accipitur, quoad voluntati defuncti vel ex fructibus vel aliunde satisfiat. §. 25. Constitutio autem Divi Antonini pertinet ad eos, à quibus utiliter fideicommissum relictum est: [si] quamvis heredes non sint: par enim utilitas est. §. 26. In possessionem missus legatorum servandorum causa, si litem eo nomine contestatus sit, non ante decedere possessione debet, quam ei pro lite [63] fuerit cautum. §. 27. *Missus in possessionem, si non admittatur: habet interdictum* [64] *propositum: aut per vicarium* [65]*, aut per officialem Præfecti, aut per Magistratus introducendus est in possessionem.*

§. 28. Missio autem locum habebit, non tantum si quis ipsum, quod legatum est, rogatus sit: verumetiam si quid vel ex eo vel pro eo restituere fuerit rogatus. §. 29. Si Titio pure legatum fuerit, & ejus fidei commissum sub conditione, ut Sempronio restitueret: non inique Prætorem statuturum Julianus scripsit, si antequam legatum consequatur legatarius, fideicommissi conditionalis satis non det, ut magis Sempronio det legati persecutionem, ut is legatario satisdet, deficiente conditione reddi decem. sed & si acceperit Titius ab herede decem, æquum esse Julianus ait, copi eum invicem [66] satisdare, aut ipsa decem tradere, & Sempronium Titio cavere. & hoc jure utimur: id enim & Marcellus ait. §. 30. Quid ergo, si & legatum sub conditione sit relictum & fideicommissum, neque fideicommissi satisdetur? æquissimum erit, fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius non caveat: scil. ut & ipse legatario caveat. quod si jam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit, ex ea satisdatione magis fideicommissario quam legatario dandam actionem: in eum scilicet casum, quod fideicom missi ejus conditio extitit. ipsius etiam legati persecutio danda erit fideicommissario, si nondum solutum est, & conditio ejus extitit, sc. si fuerit fideicommissarius paratus cavere legatario.

De usufructu pecuniæ legato & cautione remissa. 1. Quibus ex causis fideicommissarius de possessione decedit.

VI. Julianus lib. XXXVIII Digestorum.

SI pecuniæ numeratæ ususfructus legatus esset, & in testamento cautum, *ne eo nomine satisdaretur*: proprietas non est legata, sed legatario [67] permittendum satisdare, & usumfructum pecuniæ habere. & propemodum in hac propositione [68] nullæ Prætoris erunt partes: quia, nisi [69] satisdetur, agi cum herede non poterit. §. 1. Qui fideicommissi servandi causa in possessionem missus est, non prius de possessione decedere debet, quam ei fideicommissum solutum [70], aut eo nomine satisdatum [71] fuerit: nam quod [72] si integra re fieret, in possessionem non mitteretur; id cum offeretur [73], discedere à possessione debet.

De ventre.

VII. Modestinus [74] lib. III Regularum.

DUm venter in possessionem [75] est, nullus legatorum servandorum causa in possessionem esse potest.

De hereditate restituta.

VIII. Papinianus lib. VI Quæstionum.

SI legatorum satis non datur, restituta hereditate, in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, quæ dolo malo ejus, cui restituta est hereditas, in hereditaria [76] causa desierunt.

De herede condemnato. 1. De duobus legatariis.

IX. Idem lib. XIX Quæstionum.

ETiam si condemnatus heres fuerit, nec pecuniam solvat: legatarius potest desiderare [77] mitti in possessionem. §. 1. Cum sub conditionibus contrariis eadem res duobus [78] legetur, si non caveatur, uterque mittitur in possessionem.

Si nullæ sint res hereditariæ, in quas mitti possit.

X. Paulus lib. III [79] Sententiarum.

SI nullæ sint res hereditariæ, in quas legatarii vel fideicommissarii mittantur: in rem quidem heredis mitti non possunt, sed per Prætorem [80] denegatas heredi actiones ipsi persequantur [81].

De re uni relicta & ab alio possessa. De statulibero.

XI. Hermogenianus lib. IV Juris epitomarum.

SI fideicommissorum vel legatorum servandorum causa missus in possessionem, eam rem teneas, quæ mihi per fideicommissum relicta esset: æquius est me eam habere, cui ea ipsa relicta est, quam te, qui alterius fideicommissi nomine ingressus in eam esses. † Nam & si mihi sub conditione legatum est, & tu medio tempore in [82] possessionem ejus factus fueris legatorum servandorum causa, deinde conditio impleta esset: non denegabitur mihi ejus rei integra persecutio. † Sic enim & si statuliberum ex eadem causa possidere cœpisset: impleta conditione, justam libertatem ejus impedire non potest. §. 1. Si rei servandæ causa in possessionem missus esset proprius creditor heredis, & rei [83] per fideicommissum mihi relictæ adeptus fuerit * possessionem *: nihil me per eum lædi oportere convenit, non magis, quam si ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

De municipiis.

XII. Macianus [lib. XII Fideicommissorum].

MUnicipiis [84] fideicommissum relinqui posse dubium non est. sed si non caveatur, adversus [85] municipes quidem non dubitabimus ex hoc Edicto iri in possessionem posse; ipsos vero municipes, si his non caveatur, non idem adsecuturos: sed extraordinario remedio opus erit, videlicet ut decreto Prætoris actor eorum in possessionem mittatur.

De minima re relicta.

XIII. Callistratus [lib. III Edicti monitorii].

QUamvis minima [86] res legata sit vel per fideicommissum relicta: tamen si non solvatur ab herede vel [87] eo nomine caveatur, cum caveri oporteat, in possessione omnium [88] bonorum, quæ ex ea hereditate sunt, legatarium sive fideicommissarium Prætor legatorum servandorum causa mittit.

De bona vescendi causa deminuendis.

XIV. Labeo [lib. II Posteriorum à Javoleno epitomatorum].

QUæ legatorum servandorum causa in bonis est, in causa vescendi [89] deminuet, si filia [90], neptis, proneptis, uxorve esset, nec nupta sit, nec suum quicquam habeat.

De loco facto religioso. De consecratione. De manumissione.

XV. Valens [lib. VII Actionum].

INterdum licet dolo malo fecerit heres, quo minus res in causa hereditaria maneant, non poterit in possessionem earum legatarius mitti: veluti *si locum religiosum fecerit*, aut *quid publice consecraverit*, permissu [91] scilicet Imperatoris: *aut aliquem non in fraudem creditorum manumiserit.*

51 Prius tamen in expensas quas fecit

52 Servat legatus, qui fructum custodit, qui patitur heredem colere agros, & fructus redigere, qui non patitur heredem fructus absumere: qui ipse, moram admittente herede, cogit fructus & coactos servat: qui fructus (qui servari non possunt) vendit, & eorum pretium servat: qui res omnes hereditarias colligit custoditve, ubi domicilium defuncti habuit: qui earum servandarum causa habitationem vel horreum conducit.

53 Potest tamen vendere & locare. *l.* 8. §. 2. ff. *de reb. auct. jud.*

54 Officium missi in possessionem legatorum servandorum causa quale sit.

55 *l.* 27. ff. *de rebus auctor. jud.*

56 Sequestratio rerum, quæ servari non possunt, quoties fit, toties res illæ vendi, & earum pretia in sequestri causa esse debent. adde *l. litibus.* 20. *C. de agricol. & censitic. l. ult.* ff. *de acquir. rerum.*

57 *l.* 12. *in fin.* ff. *quib. ex caus. in possess.*

58 *Lege*, habitationem.

59 Conducere habitationem vel horreum fructuum servandorum nomine missus in possessionem legatorum servandorum causa potest.

60 *l.* 5. ff. *eod.*

61 Missionis ex rescripto & edicto variæ sunt differentiæ. Ex edicto missio fit ab initio ante aditam hereditatem, *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.* ex rescripto, post aditam, & sex menses. §. 19. ff. *eod.* Præterea edictum non requirit moram heredis, *l.* 1. §. *non exigit.* ff. *eod.* rescriptum vero exigit. §. 16. §. 18. ff. *eod.* Per edictum fit missio in bona hereditaria. §. 3. §. 16. ff. *eod.* Missus ex edicto, de possessione recedit, præstita ei satisdatione. *l. si legatarii adversus.* 11. ff. *tit. prox.* Missus ex rescripto non recedit, nisi plene ei satisfactum sit. *l. si pecuniæ.* 6. *in fin.* ff. *eod.* 62 Missus in possessionem legatorum causa utentibus & fruentibus jam legato, legatarius vim facere non debet. 63 Id est, judicatum solvi. v. Cujac. 10 *obs.* 29.

64 *l.* 1. §. 9. ff. *quod legat. l.* 3. §. 1. ff. *ne vis fiat.* 65 Formam inducendi alicujus in possessionem observa. An vero judex legatario id jus tribuere potest, ut privata auctoritate res hereditarias adprehendat? Bartolus putat. 66 *l.* 44. ff. *de bon. libert.* 67 *l.* 1. *C. de usufruct.* 68 Propositio quid esset, dixi ad *l.* 20. §. 1. ff. *de hereditate vendita.* 69 Usufructuarius mobilium rerum satisdare debet, etiam si remissa sit ei cautio à testatore. vide *l.* 1. *C. de usufruct.*

70 Si missio facta fuit, quia non solvebatur.

71 Si missio facta fuit, quia non satisdabatur.

72 *l.* ego, qui si integra re id ei fieret.

73 *l.* 11. ff. *tituli prox.*

74 *Al.* Marcianus.

75 Rerum defuncti.

76 *l.* 5. §. 5. ff. *eod.*

77 *Subaudi*, vel ex rescripto, vel ex edicto, vel judicis officio. *l.* 2 *Divo.* 15. §. *si rerum.* 4. ff. *de rejudic.*

78 V. *l.* 3. ff. *tit. prox.*

79 Hæc non extat inter cæteras Pauli sententias, *lib.* 3. quinimo apud eundem reperio, *lib.* 4. *tit.* 1. §. 17. Eum cui ab herede fideicommissum non præstatur, non fore in res hereditarias, sed in proprias heredis induci. Ideoque locus hic satis ostendit, Pauli sententias quæ circumferuntur, hodie, non Authenticas Pauli, sed Epitomen tantum nudam esse.

80 Facit *l.* 1. §. 2. ff. *quod cujusque universitat.*

81 Quo ordine? collige ex *l.* 15. §. 2. ff. *de rejudicat.*

82 De hac loquendi formula scripsi ad *l.* 21. *C. de furtis.*

83 *l.* 1. *C. de bon. auctor.*

84 *l.* 122. ff. *de legat.* 1. *l.* 26. ff. *ad Trebell.* Ulpian. 24. §. 28.

85 *l.* 1. §. 2. ff. *quod cujusque universit.*

86 Etiam pro re minima legatarius mittitur in possessionem omnium bonorum heredis.

87 Cautio solutionis subsidium.

88 Imo, unius tantum. *l.* 1. *in fin.* ff. *quib. ex caus. in poss.*

89 Adde *l.* 27. §. 3. ff. *de inoffic. l. ult. C. de ordine cognit.*

90 Quid, si aliæ mulieres sint? idem: *Accurs.* & *Bald.* Quid, si filius vel nepos? Aliud. Accursius enim putat, mulieres vitæ debiliores esse, quam masculos.

91 Adde *l.* 9. §. 1. ff. *de rerum divis. l.* 8. ff. *de religios.*

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM PARS SEXTA[1].

LIBER TRIGESIMUSSEPTIMUS.

TIT. I.

DE[2] BONORUM [3] POSSESSIONIBUS [4].

De commodis & incommodis, & rerum dominio.

I. Ulpianus [lib. XXXIX ad Edictum].

BOnorum possessio admissa, commoda [5] & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum [6], quæ in his bonis sunt, tribuit: nam hæc omnia [7] bonis [8] sunt [9] conjuncta.

Collatio heredis & bonorum possessoris.

II. Idem [lib. XIV ad Edictum].

IN omnibus enim vice [10] heredum bonorum possessores habentur [11].

Bona quomodo accipiuntur. Definitio bonorum possessionis. 1. De invito. 4. De universitatibus. 5. De patre vel filiofamil. 6. De captivo. 7. Per quas personas acquiritur. 8. Ubi datur bonorum possessio. 9. De jure accrescendi.

III. Idem [lib. XXXIX ad Edictum].

BOna autem hic (ut plerumque solemus dicere) ita accipienda sunt, universitatis [12] cujusque successionem, qua succeditur in jus demortui, suscipiturque ejus rei commodum & incommodum: nam sive solvendo sunt bona, sive non sunt, sive damnum habent, sive lucrum, sive in corporibus sunt, sive in actionibus [13]: in hoc loco proprie bona appellabuntur. §. 1. Hereditatis autem bonorumve possessio (ut Labeo [re] scribit [14]) non [15] uti rerum possessio accipienda est: est enim juris [16] magis, quam corporis, possessio: denique etsi nihil corporale est in hereditate, attamen recte ejus bonorum [17] possessionem adgnitam Labeo ait.

§. 2. *Bonorum* [18] igitur *possessionem* ita recte definiemus: jus [19] persequendi [20] retinendique [21] patrimonii, sive rei, quæ cujusque, cum moritur, fuit. §. 3. Invito [22] autem nemini bonorum

1 Septima pars incipit ff. *titul. de verb. oblig. lib.* 45.

2 3 *Inst.* 10. περὶ διακατοχῆς. 40 *Eclog.* 1. 1 *Harm.* 35. de possessionibus dandis. Ulp. 28. vide praxim hujus actionis apud Oldendorp. 5 *class.* 6 *act.*

3 Hoc verbo quid intelligatur, v. *l.* 3. ff. *eod.*

4 Quæ à Prætore dantur scriptis heredibus secundum tabulas, ff. *tit.* 11. vi C. xi. contra tabulas vero, seu testamentum defuncti dantur liberis, ff. *tit.* 4. vi C. xii. patronis vel liberis eorum, ff. *tit.* 4. *& seqq.* vi C. xiii. ab intestato, furioso, infanti, cæco, surdo, muto, ff. *tit.* 3. filio emancipato, *tit.* 8. ventri, ff. *tit.* 9. liberis impuberibus, quibus sit controversia status & bonorum paternorum, ff. *tit.* 10. parenti qui filium manumisit, ff. *tit.* 12. ex testamento militis, ff. *tit.* 13. Alia est edictalis, *l.* 30. §. 1. *in fin.* ff. *de adq. her.* decretalis *l.* 3. §. 8. ff. *eod. l.* 1. §. 7. ff. *de successor. edicto.* Illa per edictum mortui Prætoris, hæc per Prætorem vivum cum actu datur & cognoscitur. Quid sit bonorum possessio, v. *l.* 3. §. 2. ff. *eod.* Hodie formulæ veteres petendæ bonorum possessionis non sunt in usu. v. quæ not. ad §. *ult. Inst. eod.* adde Cuj. 17 *obs.* 19. Dabantur bonorum possessiones à Prætore in Urbe: à Præsidibus in Provinciis. vide Cujac. 4 *obs.* 15. de differentia bonorum possessionis & hereditatis, v. Mantic. 12 *de conject. ult. voluntat.* 15.

5 Omne jus mortui, res singulas, nomina. *l.* 37. ff. *de adq. her.* 6 Id est, possessionis, non proprietatis: nec enim Prætor dominium tribuit, sed possessionem tantum & retentionem.

7 Imo, non hæc omnia tribuit. *l. facta.* 63. ff. *ad Trebell. l. cum heredes.* 23. ff. *de adq. poss.*

8 Bonis inhærent commoda, incommoda, dominia. 9 Imo, bonorum appellatione incommoda non continentur. *l. mulier.* 72. ff. *de jure dot.* 10 Ad eos omne jus transfertur, quod per causam hereditatis heres nancisci tur, *l.* 13. ff. *contr. tabulas.* heredis loco in omni causa à Prætore habentur, *l.* 117. ff. *de reg. jur.* quin hereditatis appellatione venit bonorum possessio. *l.* 138. ff. *de verb. sign.*

11 Id est, heredis loco constituuntur beneficio Prætoris: ideoque, seu ipsi agant, seu cum his agatur, fictitiis actionibus opus est, in quibus heredes esse fingantur. Ulpian. 28. §. *ult.*

12 Bona, sunt universitatis successio & rerum singularum & universarum, etiam nominum. *l.* 37. ff. *de adq. her.*

13 Corporalibus rebus non adnumerantur actiones: sunt enim jura incorporalia.

14 *Al.* respondit, ut *l. ex contractu.* 44. ff. *de rejudicata.*

15 Bonorum possessio, qua de hic agitur, differt à rerum possessione, de qua agitur. *lib.* 41. *t.* 2. Rerum possessio, nuda est rei detentio: hæc autem jus & utile dominium rerum hereditariarum continet. 16 *l.* 50. ff. *de hered. pet. l.* 44. ff. *de adquir. poss.* Imo facti. v. *l.* 1. §. 4. ff. *de adqu. poss.*

17 Bonorum possessionem. v. Cujac. in hunc locum, 4 *obs.* 6. 18 40 *Synops. Basil.* 1. 19 Δι κυον, *Eclog.* 40. *t.* 1. *c.* 1. auctoritas, formula, titulus, quo nanciscimur actiones hereditarias. *l.* 63. §. 9. 10. 11. ff. *ad Treb.* 20 Est enim persecutio. *l.* 178. §. 2. ff. *de verb. sign.* imploratur officio judicis.

21 In eo differt à petitione hereditatis (quæ non competit possidenti) & à nuda possessione. Nuda possessio facti est: & potest esse sine juris dominio. Hæc possessio juris est universi, potest esse sine rei detentione: quippe alius potest evincere hereditatem. v. Ulp. *tit.* 25. §. *ult. de legitimi & unde cognati.* fit tamen quis heres invitus, licet illico per Prætorem restituatur. *l.* 21. §. *ult.* ff. *quod metus caus. l.* 16. *C. de jure delib.* adde *l.* 58. ff. *de adqu. hered.*

22 *l. ult. C. un-*

rum possessio adquiritur. §. 4. A municipibus [22], & societatibus, & decuriis [23], & corporibus, bonorum possessio [24] adgnosci potest. proinde sive actor eorum nomine admittat, sive quis alius, recte competet bonorum possessio: sed etsi nemo petat, vel adgnoverit bonorum possessionem nomine municipii, habebit municipium bonorum possessionem Prætoris [25] Edicto [26].

§. 5. *Dari* autem *bonorum possessio* potest tam patrisfamilias, quam filii [27] familiæ: si [28] modo [29] jus testandi habuit de peculio castrensi vel quasi castrensi. §. 6. Sed & ejus, qui [30] apud hostes decessit, bonorum possessionem admitti posse, quamvis in servitute decedat, nulla dubitatio est. §. 7. *Adjuvare* quis *bonorum possessionem* potest [31], vel per semetipsum, vel per [32] alium [33]. Quod si, me non [34] mandante, bonorum possessio mihi petita sit, tunc competet, cum [35] ratum habuero id, quod actum est. Denique si [36] ante decessero, quam ratum habeam: nulla dubitatio est, quin non competat mihi bonorum possessio: quia neque ego ratum habui, neque heres meus ratum habere potest, cum ad eum non transeat jus bonorum possessionis. §. 8. Si causa cognita bonorum possessio detur, non alibi dabitur, quam pro tribunali [37]: quia neque decretum de plano interponi, neque causa cognita bonorum possessio alibi quam pro tribunali dari potest. §. 9. In bonorum possessione sciendum est jus esse [38] adcrescendi [39]: proinde si plures sint, quibus bonorum possessio competit, quorum unus admisit bonorum possessionem, cæteri non admiserunt:

IV. GAIUS lib. VIII ad legem Juliam & Papiam.

VEluti quod spreverunt jus suum; aut tempore bonorum possessionis finito [40] excluſi sunt; aut ante mortui sunt quam petierunt bonorum possessionem:

V. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

EI qui admisit, adcrescent [41] etiam hæ portiones quæ cæteris competerent, si petissent bonorum possessionem.

1. Divisio bonorum possessionis. 2. De notis.

VI. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

SEd cum patrono quidem contra tabulas certæ [42] partis bonorum possessionem Prætor polliceatur, scripto autem heredi, secundum tabulas, alterius partis: convenit non esse jus adcrescendi. igitur non petente scripto secundum tabulas, alterius quoque partis nominatim patrono possessionem pollicetur [43]: cum cæteri, quibus adcrescendi jus est, semel debent adgnoscere bonorum possessionem. §. 1. Bonorum possessionis beneficium multiplex est: nam quædam [44] bonorum possessiones competunt contra voluntatem; quædam secundum voluntatem defunctorum, necnon ab intestato habentibus jus [45] legitimum, vel non habentibus propter capitis deminutionem. Quamvis enim jure civili deficiant liberi qui propter capitis deminutionem desierunt sui heredes esse: propter æquitatem tamen rescindit eorum capitis deminutionem [46] Prætor. † Legum [47] quoque tuendarum causa dat bonorum possessionem. §. 2. Notis [48] scriptæ tabulæ non continentur Edicto: quia notas, literas non [49] esse Pedius libro XXV ad Edictum scribit.

De servo, absente, non petente, fœmina. 1. De impubere & ejus tutore vel patre.

VII. ULPIANUS lib. I ad Sabinum.

SErvus bonorum possessionem [50] recte admittere potest, si Prætor de conditione ejus certus [51] sit. Nam & absenti [52] & non [53] petenti [54] dari bonorum possessio potest, si hoc ipsum Prætor non ignoret. Ergo & fœmina poterit alii bonorum possessionem petere [55]. §. 1. Impubes [56] nec bonorum possessionem admittere, nec judicium [57] sine tutoris auctoritate accipere potest: quia tutor pupillo, & pater infanti [58] filio bonorum possessionem petere possunt. §. 2. Dies, quibus tutor aut pater [59] scit, cedere placet.

VIII. PAULUS lib. VIII ad Plautium.

TUtor [60] autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non [61] potest [62]: quia tutori petere [63] permissum est, non etiam repudiare [64].

Si incertum sit, an quis petierit, necne.

IX. POMPONIUS lib. III ad Sabinum.

SI plures gradus sint possessionis admittendæ: quamdiu incertum [65] sit, petierit, necne, posteriori diem non procedere constat.

De scientia & ignorantia.

X. PAULUS lib. II ad Sabinum.

IN bonorum possessionibus juris ignorantia [66] non prodest, quo minus dies cedat: & ideo heredi instituto & ante apertas tabulas dies cedit: saris est enim, scire mortuum esse, seque proximum cognatum fuisse, copiamque [67] eorum, quos consuleret, habuisse. *scientiam* enim non [68] *hanc* accipi, quæ juris prudentibus sit: sed eam, quam quis aut per se habeat, aut consulendo prudentiores adsequi potest.

De tutore.

XI. GAIUS lib. XIV ad Edictum Provinciale.

SI pupillo tutor bonorum possessionem petierit; & plus incommodi quam commodi hæc bonorum possessio habeat: tutor tutelæ judicio tenetur [69].

De ventre, furioso, captivo. 1. Si jus civile prohibeat hereditatem capi.

XII. ULPIANUS lib. XLVIII ad Edictum.

NOn est ambigendum, quod plerumque [70] & contra fiscum [71], & contra Rempublicam admitti debeant quidam [72]: ut puta venter; item furiosus; item [is] qui captivi bonorum possessionem petit. §. 1. Ubicunque [73] Lex, vel Senatus, vel Constitutio capere hereditatem prohibet: & [74] bonorum possessio cessat.

De pœna capitali & relegatione.

XIII. AFRICANUS lib. V [75] Quæstionum.

EDicto Prætoris bonorum possessio his denegatur, qui rei capitalis damnati sunt, neque in integrum restituti sunt [76]. *Res* [77] autem *capitalis damnatus* intelligitur is cui pœna mors, aut aquæ & ignis interdictio sit. Cum autem in relegationem quis erit, ad bonorum possessionem admittitur.

De accusatione testamenti.

XIV. PAPINIANUS lib. XIII Quæstionum.

CUm quidam propinquus falsum testamentum accusaret, ac post longum spatium temporis probasset: licet dies ei petendæ possessionis, quam forte certus [78] accusationis petere debuit, cessisse videtur; attamen, quia hoc proposito accusationem instruit, ut sibi jus sibi servet, adgnovisse [79] successionem non immerito videbitur [80].

De matre impuberu.

XV. PAULUS lib. XI Responsorum.

PAulus respondit, petitionem matris solam non [81] adquisisse filiæ impuberi bonorum possessionem: nisi si is, qui eam dedit, evidenter voluit eam impuberi dare.

De furioso & ratihabitione.

XVI. IDEM lib. III Sententiarum.

QUotiens is, cui bonorum possessio ab altero postulata est, furere cœperit: magis probatum, ratum [82] eum videri habuisse. Rati [83] enim habitio ad confirmationem prioris postulati pertinet.

---

22 Municipii, societatis, decuriæ, & corporis differentia.

23 Quid decuriæ, vide quæ notavi ad *l. 1. C. de Decurial. & Rom. lib. 11. tit. 13 l. 25. §. 1. ff. de adq. hered. l. 22 ff. de fideicommiss.*

24 Quæ ex testamento: imo ab intestato, si libertum habeant. *l. intestato. 3. §. municipes. 6) de suis & legit. l. 1. ff. de libert. universis.*

25 *Sub.* mortui.

26 Quid? quæ differentia est bonorum possessionis adjutæ ex Edicto? An hæc edicit lex, illa decernit?

27 *l. 34. ff. de hered. petit. l. 1. §. 6. ff. ad Trebell.*

28 Cicero in Topicis.

29 Quid, si non testatus est? filiofamilias intestato mortuo hoc jure, non erat bonorum possessio: hodie est: cum novo jure filiusfamilias habeat heredem. *C. de bonis quæ liberis. Nov. de heredib. ab intest. 118. §. 1.*

30 *l. 28. ff. de evulgari.*

31 Imo, non potest per alium, *l. 90. ff. de adquir. hered.* hereditas per alios quæri non potest, bonorum possessio potest: cur tam varie? bonorum possessio non ex Jure civili, ac stricto: sed Prætorio, ac benigno est, *l. 6. §. 1. ff. eod.* hereditatis adquisitio magis solennis.

32 An mandatum speciale exigitur? exigi putat Accursius. Bartolus sine mandato adquiri posse probat ex *l. 7. ff. eod.* multo magis generale mandatum sufficere.

33 Per procuratorem, *l. 86. ff. de adqu. hered.* eo absente. *l. 7. ff. rat. rem hab.*

34 Per negotiorum gestorem potest adquiri bonorum possessio, dummodo is, cujus nomine adquiritur, eam adquisitionem ratam habeat.

35 *d. l. 86. d. l. 7.*

36 Bonorum possessio non agnita, non transmittitur.

37 Decretalis bonorum possessio, non nisi pro tribunali dari potest, *ut hic.* quia jus tribuit. *Bart. hic.* Edictalis quocunque die, & de plano potest. Edictalis, ordinaria est: decretalis non item. vide Cujac. *Inst. eod. in fin.* Edictalem satis erat agnoscere, decretalem solennibus verbis petere moris erat.

38 *l. 31. l. 67. ff. de adquir. hered. l. 4. ff. quis ordo. l. 1. §. 9. ff. ad Tertull.* vide *l. unic. C. quando non petent. partes.*

39 *Subaudi*, sine nova petitione seu agnitione.

40 Dabatur enim bonorum possessio liberis & parentibus intra annum: cæteris, intra centum dies. Hi omnes si non intra justum tempus petierant, sequens gradus admittebatur, perinde ac si superiores non fuissent; idque per septem gradus fiebat. Ulpian. 28. §. 10. §. 11.

41 *l. 3. in fin. ff. eod.*

42. *l. 1. C. de bon. possess. contra tabulas liberti.*

43 Quo jure scripto herede repudiante, patronus totum petet? An per *unde legitimi*? An secundum tabulas? An extraordinario quodam jure? prior sententia placet Bartolo.

44 *§. 1. versic. adhuc autem. §. 2. Inst. eod.*

45 Ut sunt sui & cæteri similes.

46 Puta emancipationem, *l. 15. C. de legit. heredib. instit. in princ. versf. aliquando.*

47 V. *ff. eod.* ut ex legibus & Senatusconsultis bonorum possessio detur.

48 *Sub.* inutilitatis, non indubitatis, *argum. l. 9. §. si quis. ff. de heredib. instituend.* vide Tiraquell. *12 privil. pia causa.* de testamento notis conscripto, vide quæ notavi ad *Novell. 107. cap. 1.* Goth. Adde Cujac. *lib. 3 obs. cap. 2.* Brisson. *lib. 4 select. cap. 21.* S. L.

49 Notæ, literæ non sunt. hinc illud est, notis dictare testamentum & literis perscribere, *l. 40. ff. de test. milit.* adde quæ scripsi ad *l. 33. ff. ex quib. causis majores.* Goth. De furtivis literar. notis vide Panciroll. rerum memorabil. *lib. 2. tit. 14. & qua in commentar ibid.* Ans.

50 Quam? An sibi delatam, vel domino? utramque. *Bart.*

51 *l. 7. C. qui admitti.* Quomodo? ut judex, non ut privatus: quod utile est actis inseri. adde *l. hæc autem. 5. ff. quib. ex causis in possess.*

52 *l. 3. §. 7. ff. eod.*

53 Etiam servo. Nam si absenti & non petenti dari potest, multo magis dabitur servo petenti.

54 Quid? quo casu absenti & non petenti datur bonorum possessio, num statim eidem adquiritur, si judex ita voluit? *l. pen. ff. eod.* An potius necessaria est ratihabitio? *l. 3. §. adquirere. 7. ff. eod.*

55 Licet non possit pro alio intercedere, nisi certis casibus. v. *l. 41. l. 54. ff. de procuratoribus.*

56 *l. 8. ff. de adquir. hered.*

57 *l. 8. ff. eod. l. 7. C. qui admitti.*

58 *l. 1. ff. de bon. poss. fur.*

59 Hæc verba, *aut pater*, perperam esse posita notat Cujac. *14 obs.* 8. ubi & hanc quæstionem explicat: An dies, quibus pater scivit filio infanti competere bonorum possessionem, cedant filio. Ibidem inter cætera notat, Filium non videri scire, quod scit pater: Municipes scire videri, quod sciunt hi, quibus summa reipublicæ commissa est: & pupillum, quod scit tutor. dixi ad *l. 2. C. qui admitti ad bon. poss.*

60 Qualis pater, *l. 11. C. de jur. delib.* adde *l. ult. C. de bonis quæ liberis. l. is, qui. 13. §. ult. ff. de adquir. hered.*

61 Imo potest. *l. si ad pupillum. 11. ff. de auctoritate tutorum.* An potest consentiente pupillo? *arg. l. 1. §. tutor. ff. de succeff. edicto. l. potuit. 5. C. de jure delib.* An vero consentientibus amicis & judice? cum hæc repudiatio species sit alienationis. *arg. l. magis puto. 5. §. fundum. 8. §. non passim. 9. ff. de reb. eorum.* Quin ut hoc ita sit, videtur tamen dicendum tutorem posse repudiare, cum possit adquirere. *l. is potest. 18. ff. de adqu. hered. l. qui potest. 174. ff. de reg. jur.* An fallit in iis, qui *res* aliorum administrant: quas sane non administrant, cum eos spoliant? An potius dicemus, eum qui sine nomine possit adquirere, eundem repudiare posse, nisi Prætor impediat: qui autem alieno adquirat, repudiare non posse?

62 Quia alienani repudiaret; quod non permittitur. *l. 1. §. 1. ff. de succeff. edicti.*

63 Et adgnoscere. *l. 7. C. qui admitti.*

64 Repudians alienat.

65 Adde *l. 5. C. qui admitti.*

66 *l. 1. l. 9. ff. de jur. & facti ign.*

67 V. *l. 9. §. 3. de jur. & facti ign.*

68 V. *l. 2. in fin. ff. quis ordo.*

69 *l. 11. ff. de admin. tutor.*

70 Imo semper: quippe fiscus ultimus admittitur. *l. un. §. antepen C. de caduc. tollend. Novell. 1. cap. 1.*

71 Quid? An differentia est fisci & Reipublicæ? v. *l. Respublica. 4. C. quibus ex causis majores.*

72 Cur hæ personæ potius admittuntur, quam alia? Jure quodam speciali videntur admitti, igitur & facilius excludi. *l. quæ militis. 24. §. militia. 1. ff. de test. milit.*

73 Similitudo hereditatis & bonorum possessionis.

74 Et ita ejusdem juris sunt hereditas & bonorum possessio. *l. 3. in fin. ff. unde legit. v. l. 2. ff. eod.*

75 Vide Cujac. *5 ad Afric.*

76 A Principe vel Senatusc. vide Cujac. *ibid.*

77 Capitalis pœna, mors, aut aquæ & ignis interdictio. *l. 28. ff. de pœnis.* adde *l. 2. ff. de public. judic. l. si vero. 5. §. qui potest. ff. qui satisdare.*

78 Atqui certi esse non possunt, quoties facto alieno falsum testamentum dicitur. *l. cum falsum. 46. ff. de adqu. hered.* Proferebatur hic testamentum factum certa die: qua die certus sui abfuisse testatorem: ut qui cum illo eadem die alibi fuerim. adde *l. Pannonius. 86. §. rei. 1. ff. de adq. hered. l. optimum. 14. in fin. C. de contr. stipulat.*

79 Imo non videtur agnovisse agendo inofficiosi. *l. 6. l. 7. §. quamadmodum. 7. ff. de inofficios. l. Antistius. 62. ff. de adqu. hered.*

80 Hoc ipso sc. quod falsum accusavit. *l. 3. C. de repudiand.*

81 Imo, per matrem adquiritur filio dominium. *arg. l. 25. ff. depositi.*

82 Adde *l. 24. ff. ratam rem.*

83 Vide *l. 1. C. qui admitti.*

TIT. II.

SI [1] TABULÆ TESTAMENTI EXTABUNT [2].

De nomine heredis deleto: si tabula post mortem testatoris interierint.

1. PAULUS lib. III ad Sabinum.

HEredi, cujus nomen inconsulto [3] ita deletum sit, ut [4] penitus legi non possit, dari bonorum possessio minime potest: quia ex conjectura non proprie scriptus videretur: quamvis [5] si post prolatas tabulas deletum sit testamentum, bonorum possessio competat. nam & si mortis tempore tabulæ fuerint, licet postea interierint, competet bonorum possessio: quia verum fuit tabulas extare.

1 Hic titulus generalis est ad omnes testati successiones. Cujac. *hic in suis paratitlis.* Idem tamen negat ullos esse in Pandectis titulos generales, *7 obs. 32.*

2 Liberis scil. præteritis, potissimum bonorum possessione contra tabulas data. Cujac, *hic.* Olim dicebatur *proferens tur.* Cicer. *1 in Verr.* hodie *extabunt.* Sufficit enim extare, licet non proferantur. *l. 1. §. 2. ff. secund. tab.*

3 *l. 1. §. 1. ff. de his, quæ in testam. l. 10. in fin. ff. testam. quemadm. l. 2. l. 11. C. de testam.*

4 Scriptum proprie dici non potest, quod sensu non percipitur. adde *l. 1. ff. de his, quæ in testamento delentur.*

5 Instrumentum plenum initio ac non cancellatum edi seu exhiberi sufficit: nec mutatur ejus auctoritas, si post cancellatum exhibeatur. *l. ult. C. de fide instr.*

TIT. III.

DE BONORUM POSSESSIONE [1] FURIOSO [2], INFANTI [3], MUTO, SURDO, CÆCO COMPETENTE.

De furioso & infante.

1. PAPINIANUS lib. XV Quæstionum.

FUrioso Titius substitutus est: bonorum possessionis tempus, quamdiu furiosus in eadem conditione est, neque instituto, neque substituto cedit [4]. nec si curator furiosi nomine possessionem accipere potest, idcirco spatium temporis, quod scientibus [5] præfinitum est, videbitur cedere: nam & pater [6] infanti filio possessionem accipit, quo tamen cessante, infans non excluditur. Quid ergo, si curator accipere nolit? nonne justius atque utilius erit, ad eundem modum proximo cuique possessionem dari, ne bona jaceant? quo admisso, substitutus cautionem præstare cogitur [7] omnibus his, quibus bona restitui debent: si forte institutus in eodem furore decesserit, aut compos mentis effectus, ante mortem obierit, quam hereditatem adgnosceret. nam & fieri potest, ut vivo furioso substitutus decedat, nec tamen furiosus obstet cæteris, si prius & ipse decesserit, quam hereditatem adquireret.

1 Quam Ecloga vocat ἐγγαθῆν. 40. *tit. 2.*

2 An hæc bonorum possessio facti vel juris est? Accursius facti tantum esse putat, ut ad fructus percipiendos tantummodo prosit, non ut verus efficiatur heres per bonorum possessionem, contra Bartolus juris esse existimat. *l. ult. §. sed & §. §. tali. C. de curat. furios.*

3 Quid? hæc bonorum possessio estne juris vel facti? Juris, *l. si infanti. 18. C. de jur. delib.* adquirit enim bonorum possessionem, quæ est juris, & ad heredes suos transmittit.

4 Jus petendæ bonorum possessionis furioso nunquam deperit. adde *l. 12. ff. de bonor. possess.*

5 Vide *l. 2. C. qui admitti.*

6 Vide *dict. l. 2.*

7 Hujusmodi cautionis necessitas remissa videtur. *l. ult. §. ult. C. de curat. furios.* Bartolus putat, curatorem cavere non cogi: substitutum cogi.

De

De muto, surdo, cæco.

II. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

MUtus [8], surdus, cæcus [9] bonorum possessionem admittere possunt [10], si, quod agatur, intelligant.

8 *l.* 93. §. 1. *ff. de adquir. hered.*

9 Probari hæc vitia possunt ex ipsis actibus. *Bart.*

10 Imo non possunt: curatoribus enim reguntur, *l.* 2. *ff. de curatoribus furios.* non possunt, si penitus ignorent quid agatur: alias possunt. *l. servo.* 65. §. *si pupillo.* 3. *ff. ad Trebell.*

TIT. IV.

DE BONORUM POSSESSIONE CONTRA TABULAS [1].

De liberis præteritis naturalibus vel adoptivis. 1. *De jure & ordine.* 2. *De posthumo & captivo.* 6. *De liberis sui juris.* 7. *De filio emancipato & adoptato.* 8. *De deportatione & servitute pœnæ.*

1. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

IN contra tabulas bonorum possessione liberos accipere debemus, sive naturales [2], sive adoptivos, si neque [3] instituti, neque exheredati [4] sunt. §. 1. Vocantur autem ad contra tabulas bonorum possessionem liberi eo jure, eoque ordine, quo vocantur ad successionem ex Jure Civili. §. 2. Hæc autem clausula etiam ad posthumos videtur pertinere. §. 3. Sed etsi ab hostibus [5] postliminio redierint filii: Pomponius putat, ad contra tabulas bonorum possessionem eos admitti. §. 4. Si ex tribus filiis unus ab hostibus captus sit; duobus qui sunt in Civitate, bessis bonorum possessio competit. §. 5. Idem & in posthumo: nam quandiu posthumus speratur, in ea causa est, ut partem faciat. §. 6. Et sui juris factos liberos inducit in bonorum possessionem Prætor. sive igitur emancipati sunt, sive alias exierunt de patris potestate: admittuntur ad bonorum possessionem. sed adoptivi patris non potest: ut enim admitti possit, ex liberis [6] esse eum oportet. §. 7. Qui habebat filium, habebat & nepotem ex eo, filium emancipavit, & adoptavit in locum nepotis, deinde emancipavit: Quæritur, an nepoti obstet? Et mihi magis videtur, hunc nepotem non excludi, sive pater ejus in adoptione mansisset quasi nepos, sive emancipatus esset: puto enim & emancipato patre, nepotem quoque eum patre suo ex Edicto admitti. §. 8. Filium habuit, & ex eo nepotem: filius emancipatus vel in potestate manens, deportatus est. Quæritur, an nepoti noceat? & verius est, in utroque casu nepotem admittendum: deportatos enim mortuorum [7] loco habendos [8].

2 Ulp. 28. §. 3.

3 Et sic præterliti.

4 Juste.

5 *l.* 1. §. 17. *ff. de collat.*

6 *l.* 3. §. 2. *ff. eod.* §. 12. *in fin. Inst. de hered. quæ ab intest.*

§. 9. Si & pater & filius deportati sint & ambo restituti: dicemus, ad bonorum possessionem admitti filium. Sed & si filius in metallum damnatus vel alia pœna, quæ servum efficit, restitutus sit: nihilominus admittetur [9]: [aliter non].

7 Deportatus mortui loco habetur. *l.* 63. §. 10. *ff. pro socio. l.* 29. §. 5. *in fin. ff. de lib. & post. l.* 4. §. 2. *ff. de bon. libert.*

8 Imo, non sunt habendi. *l.* 59. *ff. de cond. & demonstrat. l.* 5. §. 1. *ff. de bon. damn. l.* 121. §. 2. *ff. de verb. obligat.*

9 Al. *non admittetur.* & ita Ulpianum scripsisse putat Gron. *arg. l.* 17. §. 6. *ff. ad Treb.* Quod scilicet duriorem semper faciat conditionem servorum pœnæ quam deportatorum. Flor. Sparf. *hic.* S. L.

II. HERMOGENIANUS lib. III Juris Epitomarum.

IDemque est, & si pater pœnæ [&] servus efficiatur, & postea restituatur [10].

10 At enim is, qui aliqua ratione servus factus est, cognationem non recipit. *l.* 7. *ff. unde cognati.*

De emancipatis & eorum liberis. 1. *De nepote adoptato in locum filii, & in eo jure retento, vel emancipato.* 5. *De filio emancipati.* 6. *Si emancipatus præteritus arrogandum se dederit.* 7. *Si nepotem avus filio,* 8. *Vel filius avo in adoptionem dederit.* 9. *Si pater pervenerit in adoptivam familiam, filius non.* 10. *De liberis qui jure instituti non possunt.* 12. *Si quis ex liberis,* 13. *Sub conditione,* 14. *Quæ in ipsius potestate non est,* 16. *Vel servus ejus sit hæres scriptus.* 17. *De legato.*

III. *ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum *.

NOn [11] tantum autem ipsi emancipati admittuntur ad bonorum possessionem, verumetiam hi quoque qui ex his nati sunt. §. 1. Si duos habens nepotes, alterum emancipatum loco filii adoptaverit: videndum, an solus ille quasi filius admittatur? quod ita scilicet procedit, si, quasi patrem ejus nepotis, quem retinuerat, sic adoptaverit: melius est autem dicere, posse eum solum ad bonorum possessionem pervenire. §. 2. Sed si sit hic nepos emancipatus: verum est dicere, non admitti eum quasi filium. hic enim quasi filius non [12] est ex liberis, cum jura adoptionis emancipatione finita sint. §. 3. Si filium habens, & ex eo nepotem, in locum filii nepotem adoptavero: ambo admittentur. plane si fuerit [13] emancipatus nepos, non admittetur: qua pater eum præcedit. §. 4. Si quis post emancipationem quæsitum sibi filium patri suo in adoptionem dederit in locum filii: æquissimum est, ei præstari quod cuivis adrogato filio: idcircoque patri suo jungendus est. sed si emancipatus hic nepos post adoptionem proponatur, æquissimum erit eum abstinere: recipit enim locum suum, nec debet patri suo jungi. §. 5. Si [14] emancipatus filius, uxore [15] non ex voluntate patris ducta, filium fuerit sortitus, dein nepos, patre jam mortuo, ad bonorum possessionem avi velit venire: admittendus est ad eam. non enim per rescissionem is, qui filius justus est, efficietur non filius: cum rescissio, quo magis [admittantur], non quo minus, adhibeatur. nam etsi tam ignominiosam [16] duxerit uxorem filius, ut dedecori sit tam ipsi, quam patri, mulierem talem habere: dicemus, & ex ea natum ad bonorum possessionem avi admitti: cum possit avus jure suo uti, eumque exheredare [17]. nec enim minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cognituras est, merita [18] nepotis, quam patris ejus delicta perpendet. §. 6. Si emancipatus filius præteritus, ante petitam bonorum possessionem adrogandum [19] se dederit: amittit contra tabulas bonorum possessionem.

11 Adde *l.* 12. *ff. de sponsal. l.* 25. *ff. de ritu. Novell.* 115. *c.* 3. vid. 2 *Gell.* 7.

12 Ergo multo magis filiam non dotare. vid. *l.* 19. *ff. de ritu.*

13 V. *l.* 19. *C. de inofficioso.*

14 §. 12. *Inst. de hered. quæ ab intest.*

15 Nepos (ex filio meo, qui non ex voluntate mea duxit uxorem) filio meo seu patre ejus prænortuo, potest ad bonorum possessionem avi, hoc est, meam venire.

16 Adde *l.* 12. *ff. de sponsal. l.* 25. *ff. de ritu. Novell.* 115. *c.* 3. vid. 2 *Gell.* 7.

17 Ergo multo magis filiam non dotare. vid. *l.* 19. *ff. de ritu.*

18 V. *l.* 19. *C. de inofficioso.*

19 §. 12. *Inst. de hered. quæ ab intest.*

§. 7. Si quis filio suo emancipato [20] nepotem, quem ex eo retinuerat, dederit in adoptionem: nepos iste ad contra tabulas bonorum possessionem avi sui admittitur, patre ejus ante defuncto: quia [21] in ejus est familia. quia & ipse admitti potuit ad bonorum possessionem contra tabulas. §. 8. Idemque est, & si emancipatus filium, quem post emancipationem quæsierat, patri suo in adoptionem dederit, & decesserit: nam & hic nepos iste ad bonorum possessionem patris sui admitti debet: quasi non sit in alia familia. §. 9. Si pater [22] alicujus pervenerit [23] in adoptivam familiam, filius non: an patris sui in adoptiva familia mortui bonorum possessionem accipere possit? Et arbitror, humaniorem esse hanc sententiam, ut filius hic, quamvis non sit in eadem familia [in] qua pater, ad bonorum possessionem tamen ejus admittatur. §. 10. Liberi, qui institui heredes jure [24] non possunt [25], nec [26] contra tabulas bonorum possessionem petere possunt. Hæc autem verba, *institui non possunt*, ad mortis [27] tempus referuntur. §. 11. Si quis ex liberis heres scriptus sit: ad

20 Patri suo emancipato filius dari in adoptionem potest.

21 Datus in adoptionem non extraneo, *l.* 6. *in fin. ff. eod.* sed ex sua familia uni, possessionem contra tabulas habet, *ut hic.*

22 Id est, is de cujus bonis agitur.

23 Factum patris filio non nocet. *l.* 14. *l.* 17. *in fin. & ult. ff. eod. l.* 2. §. 5. *ff. ad Tertull.*

24 Id est, utiliter in rem suam, & utilitatem.

25 Ut sunt deportati. *l.* 1. *C. de hered. inst.*

26 Non est locus contra tabulas, ubi secundum tabulas bonorum possessio haberi potest.

27 Qui mortis tempore institui non potest, nec contra tabulas bonorum possessionem vocari non debet. cum enim possit secundum tabulas habere possessionem, quo [28] bonum est ei contra tabulas dari? Plane, si alius [29] committat Edictum, & ipse ad contra tabulas bonorum possessionem admittetur.

28 Quod bonum est. *Hal.*

29 Qui alias non admitteretur. Et sic interdum facto alterius consequimur, quod ex nostra persona non haberemus. *l.* 3. *in fin. ff. quæ res pignori.*

§. 12. Sed si sub [30] conditione scriptus sit, bonorum possessionem contra tabulas accipere non potest, & ita Julianus quoque lib. XXIII Digestorum scripsit. Quid ergo, si [31] defecerit conditio? verum est, eum contra tabulas accipere bonorum possessionem. §. 13. Si sub ea conditione filius emancipatus heres sit institutus, quæ in ipsius potestate non [32] est: quia scriptus heres est, bonorum possessionem secundum tabulas accipere potest & debet: nec contra tabulas potest. & si forte defecerit conditio: tuendus erit à Prætore in tantum [33], quantum ferret, si contra tabulas bonorum possessionem accepisset. §. 14. Sed etsi nepos [34] sub hujusmodi conditione scriptus sit heres: idem [35] erit dicendum. §. 15. Si quis ex liberis non sit scriptus heres, sed servus ejus scriptus sit, eumque jusserit adire hereditatem: denegari ei debet bonorum possessio contra tabulas. §. 16. Idemque est & si legatum [36] relictum sibi vel servo suo elegerit: nam & hic dicemus, bonorum possessionem contra tabulas debere denegari.

30 Etiam sub conditione heres (nisi deficiat conditio) scriptus, contra tabulas possessionem non postulat: hinc colligere videtur Bartolus, incarcerationem injustam, justa causa supervenieute confirmari.

31 Dixi *l.* 14. *ff. eod.*

32 Etiam scriptus heres sub conditione non potestativa, heres scriptus est.

33 *l.* 2. §. 1. *ff. secund. tab.*

34 Nihil interest ipsi simus scripti, an personæ nobis subjectæ heredes scriptæ sint, ut a contra tabulas arceamur, *ut hic. & §.* 14. *ff. eod.*

35 Vide Cuiac. ad *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de lib. & posth.*

Si quis heres extiterit vel non. 1. *De nepote ex filio in potestate & sequentibus gradibus.* 2. *De testamentis fœminarum.* 3. *De præteritione posthumi & institutione jam nati.*

IV. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

ILlud notandum est, quod bonorum possessio contra tabulas, quæ liberis promittitur, locum habet [37], sive quis heres extiterit [38], sive non [39]. & hoc est, quod dicimus, *contra ipsum testamentum* [40] *liberis* competere bonorum possessionem: quod in patrono contra [41] est. §. 1. Si [42] quis filium, quem in potestate habuit, instituerit heredem, vel exheredaverit, & [43] ex eo nepotem omiserit: bonorum possessioni locus non est: quia non esset nepos suus heres futurus. † Eadem sunt & in sequentibus gradibus. §. 2. Ad testamenta fœminarum [44] Edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet: quia suos [45] heredes non habent [46]. §. 3. Si quis eum, qui in utero est, prætermiserit: etiam nondum nato eo, alius, qui heres institutus est, bonorum possessionem contra tabulas admittere potest: quia iniquum est, neque quasi scriptum posse petere bonorum possessionem, quamdiu [47] contra tabulas peti potest; nec contra tabulas, quamdiu non nascitur præteritus: ut, etsi ante moriatur, bonorum possessionis beneficium ad heredem transfinitat. quod maxime necessarium est in filio emancipato scripto herede: qui nec hereditatem interim adire potest.

36 Legatarius contra tabulas bonorum possessionem non petit.

37 Κατὰ γὰρ τὰς διατάξεις δίδοται, quippe datur contra ipsum testamentum. *Eclog.* 3. *cap.* 3.

38 Id est, sive quis heres adierit, vel non.

39 Sensus est, ante aditâ hereditate tem comperere filio contra tabulas bonorum possessionem, quod mirum est: nam ante aditam hereditatem filio non competit querela inofficiosi, *l.* 8. §. 10. *in fin. ff. de inoff.* causas differentiæ vide apud Bartolum, *hic.*

40 Id est, etiamsi nullus, seu adversarius.

41 Nec enim potest patronus contra tabulas liberti petere bonorum possessionem, nisi hereditas fit adita.

42 *Synopsis Basilic.* 40. *tit.* 3. *c.* 4.

43 *l.* 1. §. 6. *ff. de conjungend. cum emancip.*

44 *l.* 15. *C. de inoff.*

45 Fœminæ suos heredes non habent.

46 Nec enim in potestate liberos habent, aut habere possunt, §. 3. *in fin. Inst. de hered. qualit. l.* 13. *ff. de suis & legitimis.* vel non habent tales, qui contra tabulas habeant: vel prætertio materna habebatur pro exheredatione, *l.* 3. *C. de inoff.* exheredatis autem non datur contra tabulas, *t.* 8. *ff.* sed hodie corrigitur *Novell.* 1. *c.* 1. §. *exheredatos. Auth. ex causa præteritionis. C. de liberis præteritis.*

47 *l.* 5. *ff. eod. l.* 84. *ff. de adquir. hered. l.* 12. *ff. de Carbon. l.* 3. §. 10. *ff. de suis & legitimis.*

48 *l.* 2. *ff. de collat.*

49 Alias regulariter, bonorum

50 Non idem si adoptaverit. §. 13. *Inst. de hered. ab intest.*

51 Adde de nepote *l.* 7. *ff. eod.*

52 §. 3. *ff. eod.*

53 *l.* 3. *ff. de conjungendis.*

54 Hodie videtur is venire nepos in suam virilem. *d. l.* 3. *in fin.*

55 Avi.

56 De nepote adde *l.* 6. *ff. eod.*

57 Cur? quia suus futurus erat patri suo, si pater non fuisset emancipatus.

58 Exheredatis non datur bonorum possessio contra tabulas: Imo ne quidem Jure Civili testamenta parentum turbant: si tamen velint, possiunt de inofficioso experiri.

59 *Synopsis Basilic.* 40. *tit.* 3. *cap.* 7. *l. ultim. ff. de liberis.* infamiæ species exheredatio. *l.* 20. *ff. eod. l.* 1. *ff. de conjungendis cum emancipato liberis.*

60 *l.* 23. *ff. de inofficioso.*

61 Quid, si a primo prætertus, à secundo exheredatus? An contra tabulas dabitur, vel non dabitur? vide *hic Bartol.*

62 Solenniter. *Accursius.* adde Dambouderium *in Enchiridio Parium. in verbo* inutilis maritus.

63 *l.* 3. §. 2. *ff. de liberis.*

eum bonorum possessionem petere posse. §. 5. A primo gradu [64] præteritus est filius, à secundo exheredatus: si [in] primo gradu scripti non [65] sint in rebus humanis, mortis tempore testatoris, dicendum est, contra tabulas bonorum possessionem præteritum petere non posse: heredes enim in secundo gradu vocantur, non in primo ex quo neque adiri hereditas, neque bonorum possessio peti potest. † Sed si post mortem testatoris decesserint heredes scripti: idem Marcellus putat, contra tabulas bonorum possessionem semel natam competere [66]. † Sed etsi defecerit conditio institutionis: adhuc tantundem dicit, præteritum ab eo gradu filium contra tabulas bonorum possessionem petiturum. † Idem scribit, etsi posthumus, qui institutus fuit, non fuerit natus: nam adhuc contra tabulas bonorum possessionem competere filio, Marcellus ait. §. 6. Si quis sua manu se exheredem scripsit [67]: an contra tabulas bonorum possessionem possit accipere, videamus? Et Marcellus lib. IX Digestorum, nocere ei hanc exheredationem ait: quia [68] Senatus hoc pro non scripto non facit, quod contra eum est [69]. §. 7. Si quis emancipatum filium exheredaverit, eumque postea adrogaverit: Papinianus lib. XII Quæstionum ait, jura naturalia in eo prævalere: idcirco exheredationem nocere. §. 8. Sed in extraneo [70] Marcelli sententiam probat, ut exheredatio ei adrogato postea non noceat. §. 9. Postliminio autem reverso filio, dicendum est exheredationem ante factam nocere. §. 10. Si filium in adoptiva familia constitutum pater naturalis exheredaverit, deinde sit filius emancipatus: nocebit ei exheredatio. §. 11. In adoptionem datos filios non [71] summoveri Prætor voluit, modo heredes instituti sint: & hoc justissime eum fecisse Labeo ait: nec enim in totum extranei sunt. ergo si fuerunt heredes scripti, accipient contra tabulas bonorum possessionem: sed ipsi soli non committent [72] Edictum, nisi fuerit alius præteritus ex liberis, qui solent committere Edictum. Sed si ipse scriptus non sit, sed alius, qui [ei] adquirere hereditatem potest: non est in ea causa, ut eum ad bonorum possessionem contra tabulas admittamus.

§. 12. Ut autem admittantur ad bonorum possessionem, ex [73] liberis esse eos oportet. cæterum si adoptivum filium dedi in adoptionem, & heredem scripsi: commisso per alios Edicto, bonorum possessio contra tabulas ei non dabitur. §. 13. Datur autem ei, qui in adoptiva familia est, contra tabulas * bonorum * possessio, si eo gradu heres scriptus sit, contra quem peti potest bonorum possessio. §. 14. Non est novum, ut emancipatus [74] præteritus plus juris scriptis heredibus fratribus suis tribuat, quam habituri essent, si soli [75] fuissent: quippe si filius, qui in potestate patris est, ex duodecima parte heres scribatur, emancipato præterito, dimidiam partem beneficio emancipati occupat; qui, si emancipatum fratrem non haberet, duodecimam partem habiturus esset. Sed [76] si ex parte minima sit heres institutus: non pro ea parte, qua institutus est, tuendus est commisso [77] Edicto: sed amplius per bonorum possessionem habere potest *. Prætori [78] enim propositum est, cum contra tabulas bonorum possessionem dat, eas partes unicuique liberorum tribuere, quas [79], intestato patre mortuo, in hereditate habiturus esset, si in potestate mansisset. & ideo sive emancipatus, sive is, qui in potestate mansit, sive in adoptionem datus, ex minima parte heres scriptus sit: non redigitur ad eam portionem, ex qua institutus est, sed virilem accipit.

De datis in adoptionem.

IX. GAIUS lib. XIV ad Edictum provinciale.

VTrum autem pater adoptivus vivit, an defunctus est, nihil interest: nam hoc solum quæritur, an in adoptiva familia sit.

4. De liberis qui contra tabulas habere non possunt. 5. De exheredatis. 6. De his qui propter alios contra tab. possess. bonor. petunt.

X. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

SI post mortem testatoris heres institutus filius in adoptionem se dederit, bonorum possessionem contra tabulas accipere potest [80]: quia scriptis heredibus instituti non solet nocere adoptio.

§. 1. Si filius in adoptionem datus avo materno, heres institutus sit à patre naturali: commisso per alium Edicto, magis est, ut bonorum possessionem accipere possit. nec enim exigimus, ut adeat hereditatem: sed sufficit, ut ei delata sit, adquirique possit. §. 2. Si in adoptionem datus, posteaquam jussu [81] patris adoptivi hereditatem adiit emancipatus fuerit: potest [82] contra tabulas [83] bonorum possessionem accipere [84]: hereditatem[que] ipse potius habebit, quam pater adoptivus. §. 3. Illud notandum est, quod, & si adierit hereditatem in adoptionem datus, contra tabulas ei datur. alias autem si quis legatum, * si quis portionem [85] sibi datam agnoverit: à contra tabulas bonorum possessione repellendus est. §. 4. Liberi, qui contra tabulas habere non possunt, nec partem faciunt, si per alios committatur Edictum: quo enim bonum est eis favere, ut partem faciant, nihil habituris? §. 5. Exheredati liberi quemadmodum Edictum non committunt, ita nec commisso per alios [86] Edicto [87], cum illis venient ad bonorum possessionem: unaque [88] eis querela supereret, si de inofficioso dicant. §. 6. Hi, qui propter [89] alios contra tabulas bonorum possessionem petunt, non expectant ut præteriti * bonorum * possessionem accipiant, verum ipsi quoque bonorum possessionem petere contra tabulas possunt. * cum [90] enim * semel * beneficio aliorum ad id beneficium fuerint admissi: jam non curant, petant illi, necne, bonorum possessionem.

De dato in adoptionem. 1. De divisione bonorum possessionis.

XI. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

SI in adoptionem datus, sub conditione scriptus sit heres à naturali patre: alio committente contra tabulas Edictum, & ipse veniet. sed si defecerit conditio, repellitur ab ea possessione. Idem puto & in eo, qui pure quidem, sed non jure scriptus sit heres. §. 1. Exemplo Juris legitimi [91], & bonorum possessio contra tabulas distribuitur. * Igitur * nepotes ex uno filio unam partem habebunt.

De jure accrescendi. 1. De filio exheredato in priore testamento, & præterito in posteriore.

XII. GAIUS lib. XIV ad Edictum provinciale.

SI duobus filiis, & ex altero filio duobus nepotibus bonorum possessio competat, & alter ex nepotibus non petat: pars ejus [92] adcrescit. Si vero ex filiis alter non petat, tam fratri, quam nepotibus, id prodest: namque tunc duo semisses fiunt, ex quibus alterum filius, alterum nepotes consequuntur.

§. 1. Si prius [93] testamentum extet jure factum, quo filius exheredatus est; sequens imperfectum, in quo præteritus sit filius: posteriore testamento præteritus recte petet bonorum possessionem [94], si [95] remoto quoque filio potiores sunt in ea hereditate posteriore testamento scripti heredes. & ita jus habet, ut cum is, contra quem filius petit bonorum possessionem, amoto filio possit obtinere hereditatem, filius quoque recte videatur petere bonorum possessionem: si vero ille non possit obtinere hereditatem, filius quoque excludatur.

De prædia & si qua hereditaria, & omni jure. 1. De nepote dato in adoptionem. 2. De divisione bonor. possess.

XIII. JULIANUS lib. XXIII Digestorum.

CUm [96] emancipatus bonorum possessionem contra tabulas accepit, scriptus [97] heres ei hereditatem petenti cogendus est & prædia & servos hereditarios præstare: omne enim jus transferri æquum est, quod per causam hereditariam scriptus heres nanciscetur, ad eum quem Prætor heredis [98] loco constituit.

§. 1. Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habebat, eum in adoptionem dedit, & heredem instituit præterito altero filio: Quæritur, quid in his servari debeat: utrum in partem patris sui admittatur, an virilem portionem habeat? Respondi, in adoptionem datus nepos & heres scriptus, quamdiu pater ejus aut in potestate, aut emancipatus est, non potest contra tabulas bonorum possessionem accipere: sed & si pater ejus, antequam bonorum possessionem acciperet, decesserit, non admittitur [99] nepos ad bonorum possessionem. §. 2. Si pater emancipato filio præterito, heredes duos scripserit, filium, quem in potestate habebat, & alterum, quem in adoptionem dederat, ex quo duos nepotes in familia reliquerat, qui & ipsi testamento præteriti sint: bonorum possessionem pro parte [100] tertia emancipatus, pro parte tertia is, qui in potestate remansit, pro parte tertia, qui in adoptionem datus est, & filii ejus simul habebunt, ita ut sextans patri, sextans nepotibus cedat. §. 3. Si pater ex duobus filiis alterum habentem filios emancipaverit, & unum ex nepotibus, quem ante emanciparat, in locum filii adoptaverit, præteritò deinde emancipato decesserit: æquius erit, nepoti, qui in locum [1] filii venerit, succurri & in tres partes hereditatem diduci: ut unam habeat, qui in potestate remanserit; alteram nepos adoptatus in locum filii; tertiam emancipatus cum filio suo, qui nepotis loco fuerit. Sed etsi mortuo filio, alter ex nepotibus in locum filii adoptatus fuerit: tres partes in bonis fient: cum sit æquius, eum qui in locum filii adoptatus est, non minus habere, quam si non ex numero nepotum, sed extraneus adoptatus esset.

De eo, qui judicium disjuncti approbavit. 1. De nepote ex filio dato in adoptionem, vel emancipato & adrogato.

XIV. AFRICANUS lib. IV [2] Quæstionum.

SI duobus filiis emancipatis, alter heres institutus sit, alter præteritus: si institutus adierit, quamvis verbis Edicti parum expressum sit, tamen, non posse eum petere bonorum possessionem, respondit; quia judicium patris secutus sit: nec enim emancipatum, si legatum acceperit [3], admitti ad bonorum possessionem, sive ab heredibus institutis, sive ab his qui contra tabulas petierint, acceperit. † Sed [4] illud observandum: ut Prætor eum, qui heres institutus adierit, in eam partem, qua scriptus sit, tueri debeat, dum tamen non [5] ampliorem, quam habiturus esset, si bonorum possessionem accepisset; ut hactenus deteriorem causam suam fecerit: quod si ex minore parte sit institutus, eam duntaxat retinere possit: & quod [6] extrancis [7] quoque legata præstare cogatur. † Quod si is, qui in potestate est, heres institutus sit: quoniam necessarius heres fit [8], non aliud dici posse, quam & ipsum petere posse bonorum possessionem; si modo hereditati se non immiscuerit. tunc [9] enim, quia judicium patris comprobasse videtur, [in] eodem [10] loco, quo emancipatum, haberi debere.

§. 1. Filius in adoptiva familia, uxore ducta, filium sustulit, eumque post mortem patris adoptivi emancipavit: hunc nepotem contra tabulas avi naturalis decreto [11] posse petere bonorum possessionem, respondit [12]. † Item si filius emancipatus, sublato filio & emancipato, adrogandum se dederit, & mortuo adoptivo patre decesserit: & contra patris & contra avi tabulas ex decreto hunc admitti, minime dubitari debere: ne alioquin ab omnium bonis excluderetur.

De emancipato præterito, qui doli exceptionem heredi opposuit.

XV. MARCIANUS lib. V Regularum.

SI præteritus filius emancipatus exceptionem doli mali agenti heredi patris opposuerit [13] de eo quod patri debuit: non posse eum contra tabulas bonorum possessionem petere existimo: nam hoc [14] ipso quasi repudiavit bonorum possessionem. quod ita intelligendum est, si heredem petentem debitum noluerit filius repellere illa exceptione, *Si non contra tabulas bonorum possessio filio dari potest*, sed magis doli exceptione usus est.

Si filius emancipatus nepoti in potestate relicto fideicommissam hereditatem reliquerit.

XVI. POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

SI emancipatus filius nepoti in potestate avi relicto ab extraneo herede fideicommissam hereditatem, si liberatus avi potestate fuisset, reliquisset: si suspectus avus sit, quasi consumpturus bona nepotis, non esse ei dandam bonorum possessionem.

Si pater filio emancipato, se dederit in adoptionem.

XVII. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

SI [15] pater [16] se dederit in adoptionem, nec sequatur eum filius, emancipatus ab eo antea factus: quia in alia familia sit pater, in alia filius, bonorum possessionem contra tabulas non [17] potest filius ejus habere: & ita Julianus scripsit. Marcellus autem ait, iniquum sibi videri, excludi eos à bonorum possessione, cum pater se dedit in adoptionem. ubi enim filius non datur in adoptionem, at pater se dat: nullum patrem filio adsignat. quæ sententia non est sine ratione.

De

---

84 Id est, ab intestato: adde *l. 1. §. 1. ff. de ventr. in poss. mitt.*

85 Ut bonorum possessio contra tabulas peti possit, debet bonorum possessionem petitam, vel hereditatem adire potuisse post mortem defuncti.

86 In quem? An contra institutos in secundo gradu? An contra ipsum testamentum? vid. *l. 4. ff. eod.*

87 Id potest accidere filio patri obtemperanti. *l. 22. in fin. ff. de falsis.*

88 Scribere instrumentum pro se, licet quis prohibeat: contra se tamen scribere non prohibetur.

89 An, & id quod pro scribente? fingamus Titium se nullo testatoris tutorem adscripsisse? utique suspectus est: idcoque non admittetur ut testamentarius: dari tamen & confirmari invitus à Prætore poterit, nec excusationem habebit. *l. 18. in fin. ff. de falsis.*

90 *l. 132. in fin. princ. ff. de verbor. oblig.*

91 *l. 10. ff. eod. l. 1. §. 12. ff. de ventre.*

92 Committere edictum dixit, ut paulo post.

93 Bonorum possessio, unde liberi proprie, ac directo, non datur parentibus. dixi ad *tit. C. unde liber.*

94 *l. 1. §. 3. ff. de conjungendis.*

95 Institui scil.

96 *Al.* nam.

97 Commissum edictum, ut §. 11. *ff. eod.* committere edictum.

98 Prætoris. *Gel.*

99 *l. 11. in fin. l. 13. §. 3. ff. eod.*

80 Nec enim in totum extranei sunt. sufficit eos heredes institutos esse. *l. 8. §. 11. ff. eod.*

81 Jussus patris adoptivi excusat filium, adeo ut licet agnoverit testamentum, possit tamen venire contra tabulas. Cur? ut sibi quærat potius, quam patri. At hodie sibi proprietatem adquirit; & consequenter hæc lex correcta. *Azo & Bart.*

82 Cur? jussu patris adoptivi egit coactus. vide quæ scripsi *l. 14. ff. eod.*

83 Commisso per alium edicto.

84 Patris naturalis.

85 Idem dicendum est in eo, qui legatum elegit. *l. 3. in fin. ff. eod. l. 5. §. 2. ff. de legat. præstand.*

86 Non exheredatos sc.

87 Utpote, quia præteriti.

88 Imo præter querelam quæ hic eis competere dicitur, videntur admitti ad successionem ab intestato. *l. ult. ff. de liberis.*

89 Beneficio aliorum, ut *ff. eod. l. 3. §. 11. ff. eod. l. 14. ff. eod.*

90 Beneficio, quod habeo propter te, possum adversus alium uti te invito. *Bart.* Imo, & sine te, & beneficio ipso tibi sublato. Pone enim ea privilegia Capuæ concessa ab Imperatore, quæ Romæ: Pone privilegia Romæ urbis extincta: Capuæ sua privilegia sarta & integra permanebunt. vide Castrensem in *l. omnia privilegia. 35. C. de Episc.* 91 Id est, quo ordine hereditas defertur Jure civili, eodem & bonorum possessio. *l. 1. §. 1. ff. eod.*

92 Soli scil. non patruus. Omnino hic legunt duobus modis hi. Interdum enim plures vocantur ad idem ex eadem dispositione; diversa tamen ratione: interdum eadem ratione illi jus adcrescendi habent, illi non habent. Cur? illi ex eadem ratione sunt conjuncti.

93 Hunc §. explic. Vigl. *tit. quib. mod testam. infirm. §. ex eo autem solo. num. 6. & 7.* Ans.

94 Possessionem, si remoto. *Hal.*

95 Mg. *vocatus* *ibid.* Viglius ex Baldi sententia ita restituit; *non subexistente filio.* vid. Vigl. *§. ex eo autem solo. Inst. quib. mod test.*

96 *Synopsis Basil. 40. tit. 3. cap. 9.*

97 *Sub.* extraneus. *l. 1. §. 3. ff. de collationib.*

98 Nam in omnibus vice heredum bonorum possessores habentur. *l. 1. ff. de bon. possess.*

99 Nec per se, quia est institutus: nec per alium, quia nemo est qui possit committere in edictum, cum alteri sit substitutus. *Accurs.* adde *l. 8. §. 13. ff. eod.*

100 Quam habet ab intestato. vide *l. 8. in fin. ff. eod.* Sicut igitur emancipatus per edictum de conjungendis, conjungitur nepotibus in potestate retentis, ita & filius in adoptionem datus, alii committente edictum filiis suis conjungitur.

1 Adde *l. 3. §. 4. ff. eod.*

2 Vid. Cujac. 4 *ad Afric. fol. 56.*

3 Secus est, si petierit, &, antequam acceperit, pœnitentiam egerit. *l. 8. ff. de bon. liber.*

4 *V. l. 3. §. 11. ff. eod.*

5 Pone, in dodrante fuisse institutum. *l. 1. 16. in fin. ff. de leg. præstand.*

6 Imo, certis tantum. *l. 15. §. fin. vers. sed si scriptus. ff. tit. prox.* v. Cuj. *ib.*

7 Ita legendum est, non *sit*: & Græci ita exprimunt: ἀνεδὴ ἐκ διαθήκης ἀναμιγῆ. Vide Cujac. 4 *ad Afric. ibid.*

8 Si hereditati se immiscuit.

9 Ut bonorum possessione contra tabulas non petat.

10 Id est, data ei decreto bonorum possessione contra tabulas avi naturalis, quia vivo avo naturali, & patre suo naturali emancipatus fuit, licet ab avo adoptivo nunquam fuerit emancipatus. Cujac. *ibid.*

11 Nam si excluditur à bonis patris, & ab avi bonis excluditur: quia per patrem bona avi consequitur. *l. 10. §. 1. ff. de bon. libert.*

12 Atqui videtur exceptio doli non posse objici heredibus patris. *l. 4. §. 16. ff. de dolo mali.*

13 Hereditati renunciare videtur, qui debitum sibi exigit. vide *l. 2. ff. de exceptione rei judicatæ.*

14 *Synopsis Basil. 40. tit. 3. cap. 13.*

15 De cujus successione agitur *l. 3 §. 9 ff. eod.*

16 Hanc negationem omittunt Græci.

17 Hinc

De conditionali exheredatione, vel instituto rone. 1. De legato, fideicommisso, mortis causa donatione.

XVIII. HERMOGENIANUS lib. III Juris Epitomarum.

[SED] sub conditione exheredatus, contra tabulas bonorum possessionem petet: licet sub conditione heres institutus à contra tabulas bonorum possessione excludatur: certo [18] enim judicio liberi à parentium successione removendi sunt. §. 1. Ei [19], qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, tam legati, quam fideicommissi exactio, sed & mortis causa donationis retentio denegatur: nec interest, per semetipsos, an per alium quæratur.

Si heres extitit vel non.

XIX. TRYPHONINUS lib. XV Disputationum.

QUod vulgo dicitur [20] *liberi datam bonorum possessionem contra lignum* [21] *esse*: sic intelligendum est, ut sufficiat extitisse tabulas mortis tempore patris, ex quibus vel adiri hereditas, vel secundum eas bonorum possessio peti potuit: quamvis [22] neutrum eorum postea secutum sit, vel sequi potuit. nam si vel omnes instituti substitutique ante testatorem decesserint, vel * is * scriptus heres fuit, cum quo testamenti factio non fuit: peti contra tabulas inane est, quæ sine effectu foret.

De suo exheredato, & emancipato præterito.

XX. IDEM lib. XIX Disputationum.

FIlium, quem [23] in potestate habebat, exheredavit [24]: emancipatum præteriit [25]: Quæritum est, quatenus emancipatus bonorum possessionem habiturus sit? Dixi, si scripti heredes extranei adierint hereditatem: repellendum esse filium qui mansit in potestate. quod si hi repudiaverint hereditatem, quod facile sunt facturi, nihil laturi ex hereditate propter eum, qui contra tabulas accepit bonorum possessionem: filius ab intestato patris suus heres deprehendetur: emancipatus autem petens contra tabulas bonorum possessionem, solus habebit bonorum possessionem. † Sed cum exheredatio [26] non [27] adita hereditate ex testamento, nullius sit momenti: ideoque non obstare eam, nec quominus contra tabulas [libertorum] patris accipiat bonorum possessionem, Julianus recte respondit. ne testamentum per omnia irritum ad notam [28] exheredationis solam profecisse videatur: redit res ad intestati exitum, ut, adversus filium suum ex asse heredem, ab intestato patre emancipatum Prætor in parte dimidia tueatur. † Erit ergo venale beneficium scripti heredis extranei: ut, cum ipse jure hereditatis [29] nihil sit consecuturus, adeundo repellat filium in potestate relictum, præstetque assem. emancipato filio jure contra tabulas bonorum possessionis: si autem omiserit hereditatem, in portionem bonorum exheredatum effectum [30] admittet jure factum solum suum heredem. † Sed quemadmodum Prætor emancipatum tueatur, si adita [31] non fuerit hereditas: ita nec filius, qui in potestate remansit, aditione adhibita in totum expellendus erit: sed ad hereditatis [32] petitionem admittendus est ex causa inofficiosi querelæ contra emancipatum movendæ. §. 1. Videamus tamen isto casu quo utrique ad bona patris veniunt, an ei conferre debeat emancipatus: nam neque ex hac parte Edicti verbis id facere cogitur, unde contra tabulas accepit bonorum possessionem [33] (quæ inter eos, quibus ita bonorum possessio dabitur, caveri de collatione ab emancipato jubet: iste enim, qui mansit in potestate, quod exheredatus nominatim fuit, non est vocatus ad bonorum possessionem contra tabulas), neque ex illa parte Edicti, qua, intestato patre mortuo, emancipatus ad bonorum possessionem admissus, ad collationem compellitur: quia & si frater ab intestato heres sit, emancipatus tamen non inde [34] accepit bonorum possessionem. Et vereor [35], ne hactenus filio suo profuerit factum heredis scripti non adeuntis, ut eum ad portionem admitteret bonorum paternorum: non etiam eorum, quæ emancipatus propria habuit. & hoc sit consequens illi, quod, cum ex minore parte scriptus à patre heres relictus in potestate, admisso fratre emancipato ad contra tabulas bonorum possessionem, ejus beneficio [36] plus consequatur: quamvis Edicti verbis collatio inducatur, ex mente Prætoris denegandam [eam] respondetur. multo magis autem huic conferri non oportet: quia & à patre exheredatus, à Prætore ad bonorum possessionem contra tabulas non vocatus, occasione omissæ hereditatis à scripto herede nihil habituro propter delatam emancipato à Prætore contra tabulas bonorum possessionem, nomen [37] sui heredis adeptus [est]. §. 2. Legata tamen ex parte sua iste emancipatus liberis & parentibus præstare cogetur: non [38] solida, sed diminuta in dimidium [39], quod relinquitur manenti in potestate. Sed nec adversus eum constituendæ actionis legatorum ratio est, qui merito [40] jure intestato heres extitit. Sed qui accepit contra tabulas bonorum possessionem, etiam si non fuerit adita hereditas à scripto, præstat legata ea parte testamenti data, contra quam bonorum possessio accepta est. † Erit ergo melior hoc casu conditio in familia [41] relicti filii, quam foret, si exheredatus non esset.

De filio dato in adoptionem, vel emancipato, & nepote in potestate retento. 1. De adoptato à filio emancipato.

XXI. MODESTINUS lib. VI Pandectarum.

SI is, qui filium; & ex eo nepotem in potestatem habebat, filium [42] in adoptionem dedit, nepote retento in potestate; postea filius emancipatus à patre adoptivo decessit extraneis heredibus institutis: filius hujus, qui in potestate avi remansit, contra tabulas patris sui bonorum possessionem petere poterit: quamvis numquam in potestate hujus fuerit. ideo nec debuisse in potestate esse videtur: nam si aliter observatur, nec si emancipatus filius fuerit, nepos ex eo, qui in potestate avi remansit, bonorum possessionem contra tabulas petere poterit.

§. 1. Idemque juris est, si emancipato filio, nepos ex eo in potestate avi remanserit, & postea patri suo in adoptionem datus fuerit: id est, contra tabulas avi bonorum possessionem petere poterit: quia per adoptionem aliena familia non fuerit.

§. 2. Sed si emancipatus filius meus adoptaverit extraneum filium: is, qui adoptatus est, filius contra tabulas meas bonorum possessionem petere non poterit: quia nunquam [43] nepotis loco apud me fuit.

18 Certo judicio liberi à parentum successione removendi, *ut hic.* certo, id est, non sub conditione, sed pure.

19 Qui contra tabulas bonorum possessionem accipit, legato, fideicommisso, mortis causa donatione privatur. *l. 2. ff. de his, quæ ut indign.*

20 Adde *l. 10. in fin. ff. tit. proxim.* Goth. Vid. Duaren. *disput. lib. 2. cap. 30.* S. L.

21 Id est, contra ligneas testamenti tabulas, non contra heredem. Lignum enim tabulas dicimus. de quo vide Cujac. *11 obs. 14.* adde *l. 4. ff. eod.*

22 Vide in hunc locum Anton. Faburn *2 conject. 19. ejrca finem.*

23 Adde *l. ult. ff. de liberis. l. 13. ff. de dol. malo except.* Goth. Vid. Cujac. *lib. 3 obs. 15.* S. L.

24 Pater scil.

25 *Adde*, & extraneos instituit.

26 Exheredatio, non adita hereditate ex testamento, nullius est momenti.

27 Vide *l. 12. §. 5 ff. de bon. libert.*

28 Exheredatio, notæ species. *l. 8. ff. eod.*

29 Civili, quod emancipatos non agnoscit. *§. 9. Inst. de hered. quæ ab intest.*

30 Effectu admittit. Cujac. *3 obs. 15.* id est, in effectu. vide Rævard. *4 variar. 8.*

31 *l. 8. §. 10. ff. de inofficioso.*

32 Actio de inofficioso est petitio hereditatis, quæ ex causa inofficiosi testamenti datur, *ut hic. l. 10. ff. de inofficioso. l. si quis filium. 34. C. de inoffic. l. 3. C. de petit. hered.*

33 Vide *l. 1. C. de inoff.*

34 *l. 6. ff. de dotis collat.*

35 De hac voce dixi ad *l. 45. in fin. ff. de ritu.*

36 *l. 1. §. 4. ff. de collat.*

37 Exheredatione suorum nomen amitti, hinc colligit Cujac. *Nov. 1. l. 1. §. consanguin. ff. de suis.* eosdem inter legitimos, ob eam causam non vocari: Imo, & legitimorum nomen amittere, cum qui non sunt sui, nec legitimi sint. *l. scripto. 7. ff. unde Liberi.* Quamvis, inter extraneos non vocari, quia nominatim submoti sunt hereditate: ut ea ratione pejor sit exheredatorum, quam extraneorum conditio. Nam extranei veniunt contra mentem testatoris, constitutionis beneficio: exheredati veniunt contra verba. Quid igitur? inter quos vocari possint? inter legatarios & fideicommissarios forsitan, si quid eis legatum fuerit: quia bonis omnibus excluso non sunt, & quod aufertur, non tam his personis adjicitur, quam bonis aliis defuncti, quæ ad eos pertinent: possunt inter substitutos vocari, si substituti sint, licet expiraverit substitutio, quia & hos hereditate non omnino excluso testator, quos, si non primo, secundo gradu ad hereditatem invitavit.

38 *l. 10. §. 2. ff. de legat. præstand.* 39 Legata pro dimidia præstat emancipatus conjunctis personis: suis, non ita. *Bart.* 40 *Al.* mero. 41 Vide Rævard. *5 variar. 1.* 42 *l. 3. §. 9. ff. eod.* 43 *l. 10. §. 8. ff. de in jus voc.*

TIT. V.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS, CONTRA TABULAS BONORUM POSSESSIONE PETITA [1].

De æquitate hujus tituli. 1. De gradu & sexu parentium & liberorum. 2. De datu in adoptionem, de adoptivo. 3. De posthumis.

I. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

HIc titulus æquitatem [2] quandam habet naturalem, & ad aliquid novam: ut, qui judicia patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem, ex judicio ejus quibusdam personis [3] legata & fideicommissa præstarent: hoc est liberis, & parentibus, uxori, utrique dotis nomine legatum.

§. 1. Generaliter * autem * parentes [4] & liberos Prætor excepit: nec gradus liberorum parentiumve enumeravit, in [5] infinitum [6] igitur [7] eis præstabitur. † Sed nec personas prosecutus est: utrum ex virili sexu, an ex fœminino descendant. Quisquis igitur ex liberis parentibusque fuerit, ad legati petitionem admittetur: sed ita demum, si jura cognationis sunt inter eos.

§. 2. Liberos autem etiam eos ad legatorum petitionem admittimus, qui in adoptionem dati sunt, vel etiam [in] adoptivis, dummodo maneant liberi. §. 3. Posthumis liberis legata relicta utique præstabuntur.

II. JULIANUS lib. XXVII Digestorum.

ET ideo si prægnate uxore filius emancipatus fuerit, & bonorum possessionem contra tabulas acceperit, legatum nepoti [8] præstare debebit.

De mortis causa donationibus. 1. De liberis, parentibus, fratribus, sororibus. 2. Si ipsis parentibus liberisve relictum sit, aut subjectæ juri eorum personæ. 3. De conjunctis. 4. De fideicommisso conjunctæ personæ. 5. Vel extraneæ. 6. De modo. 7. De legatu utiliter vel inutiliter dato.

III. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

SEd & si mortis causa donationes [sunt] collatæ, credo, tuendæ sunt: si autem excepti non sunt, auferendas eis puto mortis causa donationes. §. 1. Liberis autem tantum & parentibus Prætor prospexit: non etiam fratri & sorori consulet [9] legatum. §. 2. Hoc autem solum debetur, quod ipsis parentibus relictum est, & liberis: cæterum si servo [10] eorum fuerit adscriptum, vel subjectæ juri eorum personæ, non debetur. nec enim quærimus, cui adquiratur: sed cui [11] honos habitus sit.

§. 3. Sed & si conjunctim ei fuerit legatum relictum cum eo, cui non præstatur: sua tantum [12] portio ei conservabitur.

§. 4. Item si quis ex his personis rogatus sit restituere extero, quod sibi relictum est: dicendum, non esse legatum præstandum: quia [13] emolumentum ad eum non respicit. §. 5. Sed si proponas, extero legatum, rogatumque eum præstare hoc alicui ex liberis parentibusque: consequenter dicemus, præstari debere.

§. 6. Hoc amplius, & si extraneo relictum sit sub hoc modo, ut alicui ex liberis præstet: æquissimum erit dicere, non debere ei Prætorem denegare actionem. §. 7. Ea autem legata sola præstant qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt, quæ utiliter data sunt. verum idcirco non debentur, quod filius contra tabulas bonorum possessionem accipit.

IV. JULIANUS lib. XXIII Digestorum.

CUm propter hoc plerumque [14] scripti heredes omittant hereditatem, cum scirent [15] emancipatum aut petisse aut petiturum contra tabulas bonorum possessionem.

De tabulis pupillaribus. 2. De bonorum possess. contra tabulas. 5. Si legatum sit liberis & extraneis. 6. De portione hereditatis conservanda. 7. Usque ad quam quantitatem succurritur. 8. De portione hereditatis conservata.

V. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

FIlium quis impuberem heredem scripsit, eique substituit: emancipatum autem filium præteriit: deinde uterque filius acceperunt bonorum possessionem: legata sunt etiam [16] substituto impuberis relicta, non tantum liberis, & parentibus, verumetiam extraneis: Quæritur, an mortuo impubere, cogatur substitutus ea præstare? Et si quidem ab impubere relicta sunt: solis liberis parentibusque præstanda sunt. sin vero, [à] substituto impuberis: omnibus eum præstare oportet, habita ratione legis Falcidiæ: scilicet ut partis dimidiæ, quæ ad eum ex bonis patris pervenit, quartam (id est, totius assis sescunciam [17]) retineat.

§. 1. Quod si impubes ex uncia duntaxat institutus heres fuerit, magis est, semissem [18] usque legata præstaturum, habita ratione legis Falcidiæ: licet enim ex uncia fuerit impubes institutus; tamen, quod accessit, augebit legata à substituto relicta.

§. 2. Omnibus autem liberis præstari legata Prætor voluit, exceptis his liberis, quibus bonorum possessionem Prætor dedit ex causis supra scriptis: nam si dedit bonorum possessionem, non putat legatorum eos persecutionem habere. Constituere igitur apud se debet, utrum contra tabulas bonorum possessionem petat, an vero legatum persequatur. si elegerit [19] contra tabulas, non habebit legatum: si legatum elegerit, eo jure utimur, ne petat bonorum possessionem contra tabulas. §. 3. Si quis contra tabulas bonorum possessionem acceperit, deinde postea apparuerit eum ex his liberis non fuisse, qui eam bonorum possessionem accipere possunt: ex his tamen esse, quibus legata præstantur: obtinuit, non esse ei denegandam petitionem legatorum: sive ordinariam bonorum [20] possessionem petierit, sive Carbonianam.

§. 4. Non solum autem legatum denegatur ei [21], qui bonorum possessionem accepit: verumetiam si quid aliud ex voluntate accepit. Cui consequens est, quod Julianus scripsit, si fratri suo impuberi substitutus sit, acceperitque contra tabulas bonorum possessionem: denegari ei persecutionem hereditatis fratris impuberis mortui, cui à patre substitutus est. §. 5. Si legata fuerint relicta liberis & extraneis: licet utrorumque præstatio Falcidiæ locum faceret, legataque liberorum recideret, tamen nunc ob hoc, quod extraneis non præstantur, legata liberorum augentur [22]. §. 6. Sed & si portio hereditatis fuerit adscripta ei, qui ex liberis parentibusve est: an ei conservanda sit, ut solent, legata? Et Julianus sæpissime scripsit, in portione [23] quoque hereditatis idem, quod in legato, probandum: cujus sententia Rescripto

1 Ex æquitate: alias, ex summo Jure rescisso testamento per contra tabulas, neque legata, neque libertates debentur. *l. 8. §. 16. ff. de inoff.* Goth. Hunc tit. correctum volunt *per auth. ex causa. C. de lib. præt.* vid. Andr. Gail. *lib. 2 obs. 113. & 134.* Donell. *ad d. authent.* Ans.

2 Tituli ab æquitate interdum commendantur. *l. 1. ff. tit. proxim.*

3 Liberis & parentibus. *l. 1. C. contra tab.*

4 *l. ult. in fin. ff. eod.*

5 *l. 4. in fin. ff. de in jus voc. l. 56. l. 220. ff. de verb. sign.*

6 Imo, ad tritavum usque *d. l. to. §. 7. ff. de gradib.*

7 Generali, generaliter intelligenda sunt.

8 Adde *l. ult. ff. eod.*

9 *Al.* conservavit.

10 *l. 23. ff. eod.*

11 Hoc ideo adjecit, quod veteres honori ducebant, si quantumlibet modicum sibi supremo morientis judicio relinquebatur, *l. 5. § 6. ff. eod. l. 52. §. 2. ff. de judiciis.* Cicer. *pro Quintio.* Heredem reliquit hunc Quintium, ut ad quem summus mœror morte veniebat, ad eundem summus honor quoq; perveniret. Idem *pro Cæcinna.* Ufum fructum omnium bonorum suorum Coponiæ legavit. Magnus honor viri, jucundus mulieri fuisset si diuturnum esse licuisset. Quintil. *in declamationibus.* Institutus primo loco heres non facit istius honoris controversiam. Valer. *7 c. 7.* Consideremus testamenta, quæ honorem hereditatis transferunt. Per contrarium injuriosum atque turpe putabant, parentum testamento præteriri. *l. 8. l. 20. ff. tit. proximo. l. 8. ff. de inofficios.* unde probri loco Cicero objicit Antonio, quod ex amicorum testamento nullam accepisset hereditatem. adde Brisson. *4 selectorum 19.*

12 V. quæ scripsi ad *l. 75. in fin. ff. de cond. & demonstr.*

13 Imo, ob eam causam, & quia exclusus est legato, fideicommissum præstare cogitur. *l. 41. ff. ex quib. caus. major.*

14 *l. 13. ff. eod.*

15 *Al.* sciant.

16 *l. 34. in fin. l. 35. ff. de vulg. l. 103. in fin. ff. de leg. 3.*

17 Sescuncia, uncia cum dimidia. *l. 4. C. de lib. præterit. circa med.*

18 *l. ult. §. ult. ff. de legat. 3.*

19 *l. 10. §. 3. ff. contra tab.*

20 Edictalem. vide Cujac. *Instit. in fin. de bon. poss. sec.* qui opponitur decretalis. de qua dixi *l. 1. §. decretalis. 7. ff. de succession. edicto.* 21 *l. 22. ff. de vulgari.* 22 Imo non augentur. *§. ult. in fin. ff. eod.* 23 Vide *l. 7. ff. eod.*

pto D. Pii comprobata est. cum hereditates [24] non modo honesto titulo, sed & pleniore [25] honore tribuantur. §. 7. Ad eum autem modum tabulas personis succurrendum est: ut ampliore quidem, quam virili portione hereditatis data [26], usque ad virilem tueantur [27]; in minorem autem eatenus actiones his tribuantur, quatenus scriptæ sint. Idem observatur & circa legata, fideique commissa, quæ his data fuerint, & in mortis causa donationibus §. 8. Is autem, cui portio hereditatis conservatur, utrum omnibus, an tantum exceptis personis legata cogatur præstare? Et magis [28] probatur [29] exceptis personis solis præstanda [30]; nec tamen solius commodo id cedit. nam si legatis onerata sit portio, tam liberorum parentiumve, quam extrancorum: id quod [31] extraneis non præstatur, liberis parentibusve profuturum non dubitamus. † Igitur ita demum quod extraneis non præstatur, communicatur [32] cum [33] eo, qui contra tabulas petit, si non legatariis liberis parentibusque dandum sit.

De bonor. possess. contra tab. & usque ad quam quantitatem succurritur.

VI. JULIANUS lib. XXIII Digestorum.

SAlvius Aristo Juliano salutem. Qui filium emancipatum habebat, præterito eo patrem suum, & extraneum heredem instituit, & patri legatum dedit: filius contra tabulas bonorum possessionem petit. Quæro, si aut uterque hereditatem adiisset, aut alter ex his, aut neuter: an, & [34] quantum legatorum nomine patri debeatur? Respondit: Sæpe [35] animadverti, hanc partem Edicti qua emancipatus accepta contra tabulas bonorum possessione liberis & parentibus legata præstare jubetur, habere nonnullas reprehensiones: nam si dodrans legatus fuerit, plus habiturus est *is*, cui legatum erit, quam emancipatus. decreto itaque ista temperari debebunt: ut & hereditatis partem emancipatus præstet ita, ne scriptus heres amplius habeat, quam emancipatus; & legatorum modus temperaretur, ut nihil [36] plus ex legatis ad aliquem perveniat, quam apud emancipatum bonorum possessionis nomine remansurum est.

VII. TRYPHONINUS lib. XVI Disputationum.

NAm, secundum Constitutionem D. Pii ad Tuscium Fuscianum Numidiæ legatum, placuit, parentes & liberos heredes quoque institutos tueri [37] usque ad partem virilem exemplo legatorum: ne plus haberent ex institutione tales personæ, quam ad eum perventurum esset, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit.

Quæ sit virilis portio. 1. De portione hereditatis & legato eidem relicto. 2. De hæredibus. 3. De uxore & nuru.

VIII. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

VIrilis portio [38] quemadmodum accipienda sit, videamus. Pone duos esse, qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt; unum esse ex liberis parentibusque: virilis, tertia erit portio. sed si tres sunt, qui contra tabulas acceperunt, quarta erit virilis: hoc idem & in legatis observabitur. † Sed si unus sit ex liberis, qui accepit contra tabulas bonorum possessionem, plures sint, qui ex liberis parentibusque legata acceperunt: sic hoc accipiendum est, ut filius præteritus semissem habeat, cæteri omnes, qui sunt ex liberis parentibusve, semissem. §. 1. Si quis ex liberis parentibusque & heres institutus sit, & legatum acceperit: utrum tantum portionem ei conservamus, an vero & legatum, an alterutrum, quod elegerit? & magis est, ut utrumque [39] conservetur: sed sic, ne amplius [40] in utroque quam virilem habeat.

§. 2. Si adierit hereditatem *is*, cui virilis conservatur: libertates competent [41] ex necessitate per aditionem. verumtamen videndum est, an de dolo actione teneatur, qui adit? & magis est ut, si denunciante eo, qui præteritus accepit contra tabulas bonorum possessionem, hic adijt hereditatem pollicente eo portionem virilem, sit quod ei imputetur, & de dolo actione teneatur: damno enim adficit hereditatem, dum competunt libertates.

§. 3. Si quid uxori nuruique fuerit legatum præter [42] dotem, accepta contra tabulas bonorum possessione non præstabitur.

§. 4. Nurus [43] autem appellatione & pronurum cæteraque contineri, nulla dubitatio est. §. 5. Cum autem dotis [44] nomine legatur, non puto, ad virilem uxorem nuruinve redigendam [45]: cum mulier ista ad æs alienum veniat. §. 6. Non solum autem dotem prælegatam Prætor complectitur, verumetiam si pro dote aliquid fuerit relictum. utputa si dos in rebus [fit], & pro rebus ei quantitas relinquatur, vel contra: dum tamen hoc nominetur, quod pro dote relinquitur.

De gradibus heredum.

IX. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

SEd etsi plus sit in legato, quam in dote, dabitur illis actio.

X. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

SEd etsi pro dote ex parte [46] aliqua eandem heredem scripserit, tuendam esse puto. §. 1. Esse autem uxorem mortis tempore exigemus. Si nurui dotem prælegaverit, eaque mortis tempore nupta sit, nullum legatum est: quia dos nondum debeatur. sed cum & constante matrimonio adversus heredes soceri dabitur actio: dicendum est, etiam prælegatæ dotis petitionem dari debere. §. 2. Non omnia quæ ab omnibus gradibus relicta sunt legata præstare eum oportet, qui contra tabulas petit: sed ea sola [47], quæ in eo gradu data sunt, contra quem bonorum possessionem accepit. Sed nonnunquam contra alium quidem gradum petita est bonorum possessio, ex alio vero legata præstanda sunt: ut ecce, duo gradus heredum facit; emancipatum præteriit; ab utroque tamen gradu liberis & parentibus legata adscripsit. ait Julianus: Si quidem aliquis ex primo gradu vivit, ea legata præstabit, quæ liberis & parentibus à primo gradu data sunt: sin vero nemo vivit eorum, ea quæ à sequenti: quod si neque [48] ex primo gradu, neque ex secundo quisquam in rebus fuerit humanis, cum testator moritur, tunc ab intestato magis bonorum possessionem præterito filio competere, nec legata cuiquam præstanda: quod si post mortem testatoris, ante aditam hereditatem instituti decesserint, contra ipsos quidem videri petitum; verumtamen ab eis relicta legata non esse præstanda, sed quæ à substitutis relicta sunt.

XI. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

AT ubi institutus & substitutus vivant, licet nemo adeat hereditatem, ea tamen legata deberi dicimus, quæ ab instituto data sunt [49].

XII. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

SIve autem [50] omiserint instituti, sive [51] non omiserint: dicendum est, legata, quæ ab ipsis relicta sunt, præstanda: quamvis secundo gradu instituti, omittentibus eis adierint hereditatem [52].

XIII. TRYPHONINUS lib. II Disputationum.

ITem à substituto legata deberi dicimus, si institutus conditione defectus esset, quæ in ipsius potestate non fuit. nam si eam, quæ in ipsius potestate fuit, non implevit: pro eo habendus est, qui noluit adire hereditatem: quando nihil habiturus emolumenti, conditioni merito non paruerit.

De uno ex emancipatis instituto, & altero præterito. 1. De relicto ab uno ex filiis heredibus.

XIV. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

NOnnunquam contra tabulas bonorum possessionem quis habet jure [53] secundum tabulas bonorum possessionis: utputa heres institutus est emancipatus filius, alius emancipatus præteritus; institutus accepit contra tabulas bonorum possessionem, præteritus omisit: apertissimum est, ut cogatur omnibus [54] perinde legata præstare, atque si commissum Edictum non fuisset. nec enim occasio emancipati præteriti debet institutum lucro adficere [55], cum præteritus jure suo [56] non utatur. §. 1. Si ab uno ex filiis herede instituto nominatim alicui ex liberis parentibusque legatum datum sit, & acceperit bonorum possessionem contra tabulas cum aliis: melius [57] est probare, omnes [58], qui contra tabulas bonorum possessionem acceperunt, cogendos id legatum præstare.

De suo præterito vel instituto. 1. De uno ex emancipatis instituto & altero præterito. 2. Usque ad quam partem hereditatis heres scriptus tuendus est. 3. De eo, quæ dotem non habet. 4. De legato sub conditione dando heredi.

XV. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

IS, qui in potestate [59] est, præteritus legata non debebit præstare [60], etsi contra tabulas bonorum possessionem petierit [61]: quia, & non petita bonorum possessione intestati hereditatem obtineret. nec enim exceptio doli mali huic noceat: & absurdum est, eum togi legata præstare, quia bonorum possessionem petierit; cum & sine hac hereditatem habiturus sit suo jure. Unde si duo præteriti sunt, emancipatus, & is qui in potestate est: quidam nec [62] emancipatum præstare debere legata existimant, quia effectu fratris aufert partem dimidiam; cum, etsi hic non peteret, suus solus rem habiturus esset. † Quid ergo est, ubi præteritus sit suus? verius est quod dictum est. Ubi vero scriptus est, & voluntatem patris habet, debet teneri legatariis, etiam si omiserit bonorum possessionem. §. 1. Sed si unus emancipatus heres scriptus sit, alter [63] præteritus, & utrique contra tabulas bonorum possessionem acceperint: & institutus eadem [64] præstat, quæ præteritus. Sed si solus heres institutus contra tabulas bonorum possessionem acceperit, omnibus [65] debebit legata præstare: perinde atque si adisset hereditatem. † Sed si scriptus [66] quidem adierit hereditatem, præteritus autem bonorum possessionem acceperit: hic [67] quidem, qui bonorum possessionem acceperit, certis [68] personis legata debebit. † De scripto autem quæritur [69]: & complures [70] putant, certis [71] personis & eum præstare debere. quod puto verius esse: nam & Prætor hac ratione eum tuetur quod ex liberis est, qui contra tabulas petere potuerunt.

§. 2. Ita autem tuendus est in partem dimidiam; si aut ex majore parte quam dimidia, heres institutus sit; aut ex semisse. quod si ex minore parte quam dimidia institutus sit, dicimus non ex majore parte, quam institutus sit, tuendum eum esse: qua enim ratione majorem partem habere potest, cum nec bonorum possessionem accepit, nec ex majore parte institutus sit? §. 3. Ei, quæ dotem non habet, nullum legatum debebitur [72], licet sub prætextu dotis legetur. §. 4. Si extraneo herede instituto, sub hac conditione exceptæ personæ legatum sit, *si heredi decem dederint*: ita ei legatorum actio dabitur, si ei, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, dederit; non si heredi instituto: quia absurdum est, illum commoda hereditatis habere, alium [73] onera sustinere in præstando legato. sed & si Titio jussus fuerit dare, non illi, sed filio dare debet.

De suo præterito & emancipato instituto.

XVI. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

SI [74] duo proponantur esse, unus [75] in potestate præteritus, alius emancipatus institutus: apparet commissum esse Edictum per eum, qui in potestate est. & si ambo petissent contra tabulas bonorum possessionem: is quidem, qui in potestate manſit, eum rem ab intestato habeat, non præstabit liberis & parentibus legata: emancipatus vero nunquid nec ipse præstat, quia ei rem auferret qui præstaturus non erat, si solus esset? sed verius est, vel hunc saltem debere liberis & parentibus præstare legata. † Proinde si contra tabulas non accepit, dicendum est, tuendum eum in partem, & utique liberis parentibusve legata præstaturum. † Sed an & omnibus, dubito [76]: tamen quia plena fruatur voluntate, plenum & obsequium præstare testatoris judicio pro sua parte debet.

De interitu rei legatæ.

XVII. JULIANUS lib. XXXVI Digestorum.

SI emancipato filio præterito, pater extraneum heredem instituisset, & ab eo rem legasset, eaque adita hereditate dolo scripti heredis periisset: adversus emancipatum utilis actio dari debebit; ei scilicet personæ, cui filius legata præstare cogitur: quia Prætori propositum est, fine [77] injuria cæterarum [78] personarum bonorum possessionem contra tabulas testamenti dari.

De

---

24 Vide quæ scripsi ad *l.* 3. § 2. *ff. eod.* & ad *l.* 26. *§ si quis omissa causa rem.* adde *l.* 2. *C. de successoriis edict.*

25 Pleniore onere. *Ital.*

26 Quam legata: & hic verbum *legati* ad hereditatem transfertur. *l.* 120. *ff. de verbor. sign.*

27 V. *l.* 17 *ff. de manum.*

28 V. quæ scripsi ad *l.* 15. § 4. *ff. eod.*

29 Id est, complures putant, *l.* 15. § 1. *ff. eod.* an omnibus, dubito. *l.* 16. *in fin. ff. eod.*

30 Ab eo qui admit.

31 *l.* 46. *ff. de manumiss. & quemadm. l.* 25. *ff. de manumiss.*

32 Imo non communicatur: neque portio liberorum augetur his ipsis, quæ extraneis non præstantur. § 5. *ff. eod.* An hic dicemus, hic non prodesse jure adcrescendi, sed jure non decrescendi? An hic prodest, quia re conjuncti: ibi non prodest, quia disjuncti? An potius hic legatum individuum est, ubi dividuum? An vero hic præstantur legata ab eo, qui cum habeat voluntatem defuncti, ideo magis onerari potest: ibi non præstantur ab eo, qui cum bonorum possessionem contra tabulas petit, voluntatem defuncti impugnat?

33 Qui speciali jure legatum habet, idem habet jus non decrescendi, licet non habeat jus adcrescendi. *Bart.*

34 V. *l.* 7. *ff. eod.*

35 Regula sæpe vitiosa. *l.* 1. *ff. omnia definitio.* 202. *ff. de reg. jur.*

36 Hi, quibus legatum, vel portio hereditatis conservatur, ultra virilem non admittuntur. *Bart.*

37 *l.* 5. § 6. *ff. eod. l.* 8. § 1. *ff. eod.*

38 De qua dictum, *l.* 6. *l.* 7. *ff. eod.* adde de virili *l.* 145. *ff. de verbor. sign.*

39 Imo, non utrumque habiturus est, cum legata præcipua non habeat. *l.* 22. *in fin. ff. eod.*

40 *l.* 7. *ff. eod.*

41 *l.* 23. § 1. *ff. de man. test. l.* 26. § 1. *ff. de fideic. libert.* imo libertates non competunt rupto testamento. *l. Papinianus.* 8. *§ si ex causa. ff. de inofficios.* ibi rumpitur per querelam, hic per contra tab. atque ita testamentum jure civili valet.

42 V. *l.* 1. *ff. eod.*

43 *l.* 50. *ff. de verb sign.* adde *l.* 6. § 1. *ff. de gradib.*

44 Dotem legat; non tantum, qui ipsam dotem, sed & qui certam summam, aut aliquid pro dote legat. adde *l.* 10. *ff. eod.*

45 Cur ita? quia dos relegata extra rationem legis Falcidiæ est, vel ideo quod rem suam mulier recipere videtur.

46 *l.* 5. § 6. *ff. eod.*

47 *l.* 20. *in fin. ff. contra tabulas.*

48 *l.* 19. *ff. vitul. prox.*

49 Cur ita? quia metu præteriti videntur repudiasse: qui si adissent, substitutus excluderetur. *l. post aditam.* 5. *C. de imped. & aliis subst.*

50 *l.* 4. *ff. eod.*

51 *Sabandi*, sed decesserint hereditate non adita; petita jam bonorum possessione contra tabulas pet filium

52 Quid ita? metu præteriti institutus omisit: ideo, qui petit bonorum poſſessionem contra tabulas, succedit in ejus locum. *l. cum emancipatus.* 13. *ff. test. prov.* Ideoque qua legata ipsi spectabantur, perinde habetur, ac si institutus non adisset.

53 Effectu.

54 *l.* 15. § 1. *ff. eod.*

55 Adficit tamen, *l.* 18. *in fin. ff. vit. proxim.* non lucro legatorum; sed hereditatis: quia hereditas, quasi debita est. *l. ult. C. de codicill.*

56 Suo jure utatur. *Ital.*

57 Imo deterius. æquius est enim ut is teneatur, quem testator oneravit: ut eo re integra is vulnus sentiat. *l. in conditionalibus.* 19. *ff. de cond. & demonstr.* Dic, ideo non in solidum hic teneri, quod ei certa pars detrahetur, qui in nihil ei detraheretur. in solidum teneretur, adde *l. si filia.* 3. *ff. de collat. dotis. l. ult. ff. de legat* 3.

58 Imo quidam tantum præstant. *l.* 18. *in fin. ff. eod.*

59 *l.* 16. *ff. eod.*

60 *Sabandi*, etiam exceptis personis.

61 Quod potest. *l. ult. in princ. C. de liberis præterit.* Imo non potest suus præteritus testamentum rumpere per bonorum possessionem contra tabulas; Nam quod nullum est, rumpi non potest. *l. quod vulgo.* 19. *ff. tit. prox* præteritione vero filii, testamentum est nullum. *Inst. de exhered. liber.* dic nullum esse jure civili, non prætorio: nisi dicas nullum esse, nisi per filium confirmetur. *l. filio.* 17. *ff. de injusto.* Nam qui petit contra tabulas, videtur probare testamentum jure civili. *l. papirius. C. de bonor. possess. contra tab.*

62 Imo emancipatus legata præstat. *l.* 16. *ff. eod.* An hic locus sequente corrigitur? An hic agitur de emancipato præterito, ibi de instituto, qui, cum patris habeat voluntatem, magis onerari posse videtur? vide plura hic apud Bart.

63 Et sic duo hic erant liberi.

64 Imo, non eadem. *l.* 5. *ff. eod.*

65 *l.* 14. *ff. eod.*

66 Institutus.

67 Præteritus.

68 Non etiam omnibus. *l.* 5. *l.* 14. *ff. contra tabulas.*

69 Utrum certis tantum personis præstare debeat legata, an vero omnibus.

70 Magis probatur, *l.* 5. § 8. *ff. eod.* & tamen, an omnibus detur, dubitari potest. vide *l.* 16. *in fin.*

71 Imo, omnibus etiam extraneis. *l.* 14. *ff. titul. proxim.* 72 Imo debebitur. *l.* 3. *C. de falsa causa adjecta legato.* An hic certa quantitas non fuit expressa? ibi expressa? An dotem veram fuisse & esse oportet, quoties testamentum fit irritum per contra tabulas, quod ad dotem incitetur, tanquam æs alienum: secus si testamentum non fit irritum per contra tabulas? vide Bart *hic.* 73 Ubi lucrum, ibi periculum collocandum est. *l. ult.* § 3. *in fin. C. de furt.* Conditio implenda in persona ejus qui contra tabulas petit. 74 De quæstione hujus legis vide Antonium Fabr. *5 conject.* 13. 75 *l.* 15. *ff. eod.* 76 Magis probatur, *l.* 5. *in fin. ff. eod.* complures probant. *l.* 15. § 1. *ff. eod.* Ea oratio negativa magis est, quam affirmativa. *l.* 16 § 1. *ff. de testam. tut. l.* 3. *ff. de testam. milit.* Dubitans negat, *l.* 41. *ff. ad leg. Aquil.* v. Cujac. *ad Scævolam. fol.* 57. *in fin.* 77 *l.* 15. *C. de legit. hered.* 78 *Al.* certarum. similis error est in *l.* 3. *C. de compensand. fisci debitor. ib. & l.* 2. *ff. qui potiores in pign.*

De præteritione filii emancipati, institutione nepotis ex eo in potestate retenti, & filii sui, & legato relicto ei nepoti.

XVIII. AFRICANUS lib. IV [79] Quæstionum.

NEpos qui in potestate mansit, & filius suus [80] heredes instituti sunt: nepoti legatum dedit: pater ejus emancipatus petit bonorum possessionem: nepos legato contentus est. Quidam in eum solum, qui in potestate esset, legati actionem nepoti dandam responderunt: quia ei nihil auferatur, & emancipatus partem filii sui occupet, in qua onus legatorum non consisteret. Sed rectius dicetur, in emancipatum solum dandam actionem nepoti; & quidem non ultra quadrantem [81].

XIX. IDEM lib. V Quæstionum.

QUia & si omnes petissent bonorum possessionem, semis neporis inter eum & patrem ejus divideretur.

De legatis donationibus causa mortis, portionibus hereditariis.

XX. MARCIANUS lib. IV Regularum.

SI filius emancipatus contra tabulas bonorum possessionem petierit, tuendos quidem liberos & parentes constat: sed si varie donatum fuerit exceptis personis à testatore mortis causa, pro rata conferent ad virilem emancipato; sicut accidit in portionibus hereditariis & legatis. §. 1. Intestato autem mortuo patre, super donationibus mortis causa factis non [82] poterit filius queri [83]: quoniam comparatio nulla legatorum occurrit.

De portione hereditatis quam excepta persona habere potuit repudiata.

XXI. PAPINIANUS lib. XIII Quæstionum.

SI portio [84] hereditatis, quam excepta persona beneficio [85] legis habere potuit, repudietur: pro ea quoque parte filius, qui bonorum possessionem accepit, non aliis, quam exceptis personis, legata præstabit.

De eo quod prælegatum est filio heredi scripto.

XXII. IDEM lib. V Responsorum.

BOnorum possessione contra tabulas testamenti præterito emancipato filio data, scriptus heres alter filius qui possessionem accepit, vel jure [86] civili contentus non accepit, legata præcipua non habebit [87].

De servis quibus propter bonorum possessionem contra tabulas libertas non competit.

XXIII. HERMOGENIANUS lib. III Juris epitomarum.

HI quibus vel relictum, vel virilem Divus Pius conservari constituit [88], ex servis, qui libertatem propter bonorum possessionem contra tabulas acceptam consequi non potuerunt, nihil habebunt.

Quo tempore spectatur, an sit persona conjuncta.

XXIV. TRYPHONINUS lib. XVI Disputationum.

INtervenit illa quæstio, quando numero liberorum esse debeat is, cui legatum datum est, ut id ferre possit à filio contra tabulas bonorum possessionem accipiente? Et placet sufficere, in ea necessitudine tunc esse, quando [89] dies legati [90] cedit.

De filio emancipato exheredato, nepote ex eo in potestate retento, ex parte instituto, & altero filio emancipato præterito. 1. De nepote ex filio dato in adoptionem.

XXV. MARCELLUS lib. IX Digestorum.

QUi filium emancipaverat, & nepotem ex eo retinuerat in potestate, testamento filium exheredavit; nepotem ex aliqua parte instituit heredem, & alium filium emancipatum præteriit. Potest defendi, nepotem quoque bonorum possessionem contra tabulas petere posse: nam pro ea parte, qua quisque intestato suus heres esset, si pater suus heres non esset, bonorum possessio deferetur. §. 1. Is cujus filius in adoptione erat, nepotem quem filius postea procreaverat, scripsit heredem; emancipatum filium præteriit: num habet nepos ex Edicto bonorum possessionem? tuendus tamen exemplo parentium [91] & liberorum, quibus legata præstare coguntur qui bonorum possessionem contra tabulas acceperunt. §. 2. Si forte ex eodem filio retinuerat nepotem unum, pluresve, indubitate pro ea parte tuendus est, pro qua parte tuetur, si ex filia nepos aut mater defuncti heredes instituti essent: nam his comparatur.

TIT. VI.

DE [1] COLLATIONE [2].

Ratio Edicti. 1. Inter quos datur collatio. 2. De in integrum restitutione. 3. De institutione filii in potestate, & extranei. 5. Si incommodo suus afficiatur, vel non. 6. Si emancipatus judicium patris meruit. 8. De morte sui. 9. De cautione. 12. De remissione bonorum paternorum. De delegatione debitoris paterni. De re data pro portione conferenda. 13. Si uni tantum conferatur, cum duobus deberetur. 14. De adoptione & emancipatione. 15. De peculio castrensi vel quasi castrensi. 16. De eo, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur. 17. De capto ab hostibus. 18. Si legatum sit emancipato, cum pater morietur. 19. Si filio à patre herede, cum morietur, relictum sit. 20. De dote. 21. De quarta debita ex Constitutione Divi Pii. 22. De peculio castrensi. 23. De deminutione facta & acquisitione omissa. 24. De portionibus collationum.

1. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

HIc titulus [3] manifestam habet æquitatem [4]. cum enim Prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesque faciat cum his, qui sunt in potestate, bonorum paternorum: consequens esse credit, ut sua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna [5].

§. 1. Inter eos dabitur collatio, quibus possessio data est [6].

§. 2. Plane si minorem vel alium, quem restituere in integrum solet Prætor, restituerit ad bonorum possessionem contra tabulas petendam, quam omiserat: utique etiam collationis commodum *ei* restituit. §. 3. Si ex dodrante fuit institutus filius qui erat in potestate, exeraneus ex quadrante: emancipatum accipientem contra tabulas, pro quadrante tantum bona sua collaturum Julianus ait: quia solum quadrantem fratri abstulit [7]. argumentum pro hac sententia adfert Pomponius, quod filius emancipatus [8] nepotibus ex se natis solis conferre cogitur. §. 4. Pater filium, quem in potestate habebat, & extraneum heredem scripsit, emancipatum præteriit: bonorum possessionem contra tabulas uterque filius accepit, potest non incommode dici, emancipatum ita demum conferre fratri suo debere, si aliquid [ei] ex causa hereditaria abstulerit. nam si minore ex parte, quam dimidia, is, qui in potestate erat, heres scriptus fuerit: inique videbitur collationem postulare ab eo [9], propter quem amplius hereditate paterna habiturus est. §. 5. Totiens igitur collationi locus est, quotiens aliquo incommodo affectus est is, qui in potestate est, interventu emancipati: cæterum, si non est, collatio cessabit. §. 6. Vel maxime autem tunc [10] emancipatum conferre non oportet, si etiam judicium patris meruit [11]: nec quicquam amplius nanciscitur, quam ei pater dedit. §. 7. Sed & si legatis meruit semissem, vel tantum, quantum contra tabulas bonorum possessionem occupat: dicendum est, non esse cogendum ad collationem.

§. 8. Ibidem Julianus ait, si bonorum possessione accepta decesserit is qui in potestate est, ad collationem bonorum cogendum emancipatum: ut tantum heredi ejus conferat, quantum conferret ipsi si viveret. Quod si ante acceptam [12] bonorum possessionem decesserit suus, heredem ejus Prætor [ita] tueri debebit (inquit) pro ea parte, qua heres scriptus fuit is qui in potestate erat: non tamen ultra virilem. ad collationem autem non admittit eum in hunc casum. quia bonorum possessio admissa non est.

§. 9. Jubet autem Prætor ita fieri collationem, ut recte caveatur [13]. † Caveri [14] autem per satisdationem oportere, Pomponius ait. † An pignoribus caveri possit, videamus? Et Pomponius lib. LXXIX ad Edictum scripsit, & reis [15], & pignoribus recte caveri [16] de collatione: & ita ego quoque puto. §. 10. Si frater cavere non possit [17], curator [18] portionis ejus constituitur [19], apud quem refecta pecunia collocetur: ut tunc demum recipiat quod redactum est, cum bona propria contulerit. Quod si per contumaciam [20] actiones denegatæ sint, oblata postea cautione recipit pristinum jus. §. 11. Quamvis autem Edictum Prætoris de cautione loquatur, tamen etiam re [21] posse fieri collationem, Pomponius lib. LXXIX ad Edictum scripsit: Aut enim re, inquit, aut cautione facienda collatio est. Igitur dividat, inquit, bona sua cum fratribus: & quamvis non caveat, satisfacit [22] Edicto. Sed & si quædam dividat, de quibusdam caveat: æque dicemus [23] eum satisfeciße. Sed cum possint esse quædam in occulto, non satis confert, qui non cavit, quamvis dividat. Si igitur constet inter partes, quid sit in bonis emancipati, sufficiens collatio est divisio [24]: si non constet, sed dicantur quædam non esse in commune redacta: tunc propter incertum [25] cautio erit interponenda.

§. 12. Sed etsi [26] tantum forte in bonis paternis emancipatus remittat, quantum ex collatione suus habere debet: dicendum [27] est, emancipatum satis contulisse videri. Idem & si nomen paterni debitoris delegaverit, vel fundum remve aliam dederit pro portione bonorum quæ conferre debuit. §. 13. Si, cum duobus conferre deberet, alteri contulerit, alteri non: vel cum cavet, vel cum dividit, videndum est, utrum sextantis tantum ei auferatur emolumentum, an vero trientis totius detrahi debeat? & puto, si [28] quidem per contumaciam [29] non caveat, totius trientis ei denegandas actiones: nec enim videtur caviße, qui non omnibus cavit. quod si per inopiam, sextantis tantum denegandas: sic tamen, ut possit supplere cautionem vel collationem, vel cæteris modis, quibus supra diximus: aut curator [30] constituatur rem ei salvam facturus. haberi enim debet ratio ejus, qui non per contumaciam collationem non implet. §. 14. Is quoque, qui in adoptiva [31] familia est, conferre cogitur, hoc est, non ipse [32], sed is qui eum habet, si maluerit contra tabulas bonorum possessionem accipere. Plane si hic adoptivus pater ante bonorum possessionem petitam emancipaverit eum, non cogetur ad collationem: & ita rescripto Divorum Fratrum expressum est. Sed ita demum adoptivus emancipatus collatione fratres privabit, si sine fraude [33] hoc factum sit. §. 15. Nec castrense [34], nec quasi castrense peculium fratribus confertur: hoc enim præcipuum esse oportere, multis constitutionibus continetur. §. 16. Sed an id, quod dignitatis nomine à patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur, videamus? Et ait Papinianus lib. XIII Quæstionum, non esse cogendum: hoc enim propter onera dignitatis [35] præcipuum haberi oportere. Sed si adhuc debeatur, hoc sic interpretandum est, ut non solus oneretur is qui dignitatem meruit: sed commune sit omnium heredum onus hoc debitum.

§. 17. Qui ab hostibus captus, post mortem patris redit [36]: licet moriente patre nihil habuit, cum apud hostes fuerit, tamen & ad bonorum possessionem admittetur, & conferet scilicet ea, quæ moriente [37] patre haberet, si ab hostibus captus non fuisset. sed etsi redemptus ab hostibus mortis tempore patris inveniatur, æque collatio erit facienda. §. 18. Si emancipato legatum fuerit, *Cum* [38] *pater morietur*: etiam hoc conferre debet. §. 19. Si ab ipso patre herede instituto, filio ejus fideicommissum fuerit relictum, *Cum morietur*: an id conferendum est, quoniam utile est hoc fideicommissum? & eveniet, ut pro eo habeatur, atque si post mortem patris relictum fuisset: nec cogetur hic conferre, quia moriente eo [ejus] non fuisset. §. 20. Emancipatus [39] filius, si dotem habeat ab uxore accepta, non minus [40] confert, etsi ante uxor decesserit. §. 21. Si impubere [41] adrogato secundum D. Pii rescriptum [42] quarta [43] debetur, videndum est, an, si patris naturalis bonorum possessionem petat, conferre quartam debeat: quæstio in eo est, an heredi suo relinquat quartæ actionem, an non? Et magis est, ut ad heredem transferat: quia personalis actio est [44]: igitur etiam de quarta conferenda cavere eum oportebit. Sed hoc ita demum, si jam nata est quartæ petitio. cæterum si adhuc pater adoptivus vivat, qui eum emancipavit: dicendum est cautionem quoque cessare: * præmatura [45] est enim spes [46] collationis, cum adhuc vivat is, cujus de bonis quarta debetur. §. 22. Si is, qui bona collaturus est, habeat filium peculium

---

79 Vide Cujac. 4. *ad Afric.*

80 In potestate. *l. 6. §. 7. de jure patronat.*

81 *l. 19. §. ead. l. 3. §. 11. l. ult. §. de conjungendis.*

82 Hodie potest. *l. 3. C. de inoff. donat.*

83 Azo hæc verba ad bonorum possessionem, non ad querelam inofficiosi refert.

84 Legitima.

85 Hoc edicto de legatis præstandis.

86 Id est, successione Juris civilis.

87 Imo, habebit. *l. 8. §. 1. ead.*

88 *l. 7. ead. l. 3. §. 2. ead.*

89 Tempus mortis debet inspici in gratiam filii, cui facta est substitutio. *Bald.*

90 Imo, requiritur tempus testamenti. *l. 1. de regula Caton.* (Sed hic legatum deficit personæ ratione: secus, si alias, *l. 1. l. 3. §. quando autem. de jure fisci.*) Imo mortis. *l. 19. de reb. dub.*

91 *l. 1. §. 1. ead.*

1 De collationibus, vi C. xx. de collatione bonorum. *Hal.* Collatio, est confusio bonorum proprio rum cum paternis, ut ea postea æqualiter inter coheredes dividantur. Porro in collationis tractatu hæc sententia notanda summe est, vel re ipsa vel cautione collationis fieri, vel tanto minus capiendo. *l. 1. §. 11. §. 12. ead. l. 5. C. ead. Novell. 97.*

2 Bonorum suorum scilicet, faciendæ ab emancipatis liberis, qui ad contra tabulas possessionem patris admittuntur à Prætore. Æquum est autem, ut cum liberi in potestate adquirant patri quidquid adquirunt: ut etiam emancipati, quæ sibi adquisiverunt, in communem hereditatem conferant: atque ita æqualiter omnia pro virilibus portionibus dividant: de collatione vide Paul. *5 sent. 9. §. ult.* 3 Tituli ab æquitate rerum ipsarum commendari solent. *l. 1. ff. tit. prox.* 4 De hac æquitate paulo ante dixi. 5 Hæc est æqualitas mater concordiæ: quia ut dicitur, τὸ ἴσον πλῆθος ὁ τοκεύς. 6 Atqui possessio datur emancipatis, inter quos collatio non est. *l. 9. C. ead.* 7 Extraneo vero totum. *l. 13. ff. de bonor. possess. contra tabulas.*

8 *l. 3. §. 13. ff. de conjungendis.*

9 *l. 20. §. 1. vers. & hoc sic consequ. ff. contr. tab.*

10 *l. 1. C. ead.*

11 *d. l. 1.* hodie nihil interest pater fuerit testatus, necne. *Novell. 18. c. 6.*

12 Vid. *l. un. C. de his, qui ante apert.*

13 Ulp. 28. § 4.

14 In cautione Prætoria hoc perpetuum est, ut vel pignore vel fidejussoribus cavetur, alias contumaci denegantur actiones.

15 Interdum id fit: non satis est alias, si solis fidejussoribus cavetur. *l. 2. ff. qui satisd.*

16 Nemo tamen cogitur pignoribus cavere præcise. *l. 7. ff. de stipul. Prætor.*

17 Per inopiam.

18 Vir bonus. *l. 1. §. 1. ff. ut legat. nom.*

19 Adde *l. 2. in fin. ead.*

20 §. 13. ead. *l. 8. ead.*

21 Re fit collatio re ipsa, seu rerum ipsarum collatione, hoc est, divisione, *ead.* cui opponitur per cautionem collatio.

22 Si constet inter partes quid sit in bonis emancipati: nam si non constet, sed dicantur quædam non esse in commune redacta, tunc propter incertum cautio erit interponenda. *vers. sed cum.* Ulpianus hac distinctione adhibita Pomponii sententiam mitigat.

23 Distingue, ut supra dictum est.

24 Id est, post divisionem.

25 Ut *l. 5. ff. de statulib. l. 1. C. de procuratorib.*

26 Id est, tanto minus capere. *l. 5. C. ead. Novell. 97.* Compensationem speciei ad speciem hinc fieri colligunt. vide Bart. *hic.*

27 Confert aut contulisse is videtur, qui tantum ex bonis defuncti remittit, quantum ex collatione coheres habere debet.

28 Imo ut per contumaciam non caveat, postea admittenda est quoque, §. 10. *in fin. ead.* Goth. Quidam delent negativam, sed male. vide Anton. Augustin. *lib. 4 emendat. cap. 17.* Anf.

29 §. 10. ead.

30 *l. 1. in fin. ff. de muneribus.*

31 *l. 5. ead. l. 2. ff. de dotis collat.*

32 *l. 5. ead.*

33 *l. 5. in princ.* ff. *de conjungend.*

34 *l. 3. l. 12. l. 21. C. ead. l. 1. ff. de castrens. peculio. Instit. quibus non est permiss. in princ.*

35 *l. 20. §. 6. ff. familia.* Goth. Ita nec sumptus studiorum aut simplex donatio conferenda est. Vide not. Ceins. Forens. *lib. 3. cap. 13. num. 16. S. L.*

36 In eo comparatur postliminio. *l. 1. §. 3. ff. contra tabul.*

37 *l. 6. C. de collat.*

38 *l. 11. §. 19. ff. de legat. 3.* vide Paul. *4 sentent. l. §. 11.*

39 *l. 3. §. 3. ff. ead.*

40 *l. 5. C. ead.*

41 Impuberi. vide Cujac. ad 1 Paul. *sentent. 13. §. ult.*

42 §. 3. *& ibi Theoph. Instit. de adopt. l. 2. C. de adopt. l. 8. §. 8. ff. de inoffic. l. ultim. ff. si quid in fraudem patron.*

43 Quarta Antonini, seu Divi Pii Antonini in hereditarium nomen non cadit. Cujac. ad *l. 6. ff. de in integr.*

44 Id est, quia non est in rem hereditatis, petitio non est, nec ita scilicet impubes sibi vindicat, quasi heres bonorum adrogati, quartam partem, sed agit in personam: & ideo hæ actiones transeunt, vide Cujac. ad Paul. *1 sentent. 13. §. ultim.*

45 Improbus est, qui solicitus est de viventis hereditate. *l. 2. §. 2. ff. de vulgari.*

46 *Nov. 97. c. 6.* Patrem superstitem, liberis legitimam præstare, non cogi hinc colliguntur. vide tamen Socin. *reg. 288.*

culium castrense habentem, non cogerut utique peculium ejus conferre [47]. sed si jam tunc mortuus erat filius ejus, & castrense peculium habuit, cum moritur [48] is cujus bonorum possessio petenda est: an conferre cogatur? cum autem vindicari id patri non sit necesse, dici oportebit, conferendum: non enim nunc adquiritur, sed non adimitur. † Amplius dico, & si institutus fuerit à filio heres, necdum adierit, habeatque substitutum, quia non magis nunc quæritur peculium, quam nunc non alienatur, conferri debere. §. 23. Conferrur autem, etiam si quid ejus non fuerit, dolo [49] malo autem factum sit, quo minus esset: sed hoc sic accipiendum est, ut hoc demum conferatur, quod ejus esse desiit dolo malo. cæterum si id egit ne [50] adquireret: non venit in collationem: nam hic & sibi insidiatus [51] est. §. 24. Portiones collationum ita erunt faciendæ: ut puta duo sunt filii in potestate, unus emancipatus habens trecenta; ducenta fratribus confert, sibi centum: facit enim eis partem quamvis is sit, cui conferri non solet. Quod si duo sint filii emancipati habentes trecenta [52] & duo in potestate: æque dicendum est singulos [53] singulis, qui sunt in potestate, centena conferre, centena retinere; sed ipsos invicem [54] nihil conferre. † Dotis quoque collatio in eundem modum fiet, ut quicunque confert, etiam [55] suam [56] personam numeret in partibus faciendis.

De nepote postumo. 1. De ære alieno. 2. De rebus quæ post mortem patris perierunt. 3. De stipulatione vel legato conditionali. 4. De actione injuriarum vel furti. 5. De tribus emancipatis & duobus in potestate. 6. Si ex emancipato filio nepos emancipatus mortuo patre simul & avo bonorum possessionem utrusque acceperit. 7. De nepotibus conferentibus patruo. 8. Si ex duobus emancipatis unus conferat, alter non. 9. De cautione.

II. Paulus lib. XLI ad Edictum.

CUm emancipati [57] filii nomine nepotem posthumum post avi mortem editum dicimus bonorum possessionem accipere oportere, necessarium erit dicere, bona sua eum conferre: licet non potest dici, mortis tempore avi bona habuisse, qui ipse nondum in rerum natura erat. igitur sive hereditatem à patre, sive legatum acceperit: hoc conferre debebit. §. 1. Illud autem intelligendum est, filium in bonis habere, quod deducto [58] ære alieno supereſt. Sed si sub conditione debeat, non [59] statim id deducere debebit, sed id quoque conferre: contra autem caveri ei oportebit, ab eo, qui in potestate est, ut existente conditione defendatur pro ea parte, quam contulit. §. 2. De illis, quæ sine culpa filii emancipati post mortem patris perierunt, quæritur ad cujus detrimentum ea pertinere debeant? & plerique putant ea, quæ sine [60] dolo & culpa perierint, ad collationis onus non pertinere: & hoc ex illis verbis intelligendum est, quibus Prætor viri boni arbitratu jubet conferri bona: vir autem bonus non sit arbitratus conferendum id, quod nec habet, nec dolo, nec culpa desiit habere. §. 3. Id quoque, quod sub conditione ex stipulatu debetur, emancipato [61] conferri debet [62]. † Diversum est in legato conditionali: quia etsi in potestate fuisset, & post mortem patris conditio extitisset, ipse haberet actionem. §. 4. Emancipatus filius, si injuriarum [63] habet actionem, nihil conferre debet: magis [64] enim vindictæ, quam pecuniæ, habet persecutionem. † Sed si furti habeat actionem, conferre debebit. §. 5. Si tres emancipati, duo in potestate sint: Gaius Cassius lib. VII Juris civilis tertias [65] conferendas putat: ut emancipati, quia invicem non conferunt, unius loco sint. nec indignari eos oportere, si plus conferant & minus accipiant: quia in potestate eorum fuerit bonorum possessionem omittere. Julianus quoque Cassii sententiam sequitur. §. 6. Si ex emancipato filio nepos emancipatus, mortuo patre simul & avo bonorum possessionem utriusque acceperit, cum uterque eorum suum heredem reliquerit: eo modo collatio explicari potest, ut, si, verbi gratia, centum in bonis habuit, & patruo quinquaginta, & fratri quinquaginta conferre debet: hoc enim ratio facit, sive personas, sive portiones numeremus. §. 7. Si duo [66] nepotes ex filio mortuo emancipati, bonorum possessionem avi petant: utrum dimidias, an quartas patruo conferre debeant, quæritur? & verius est, semisses conferre eos oportere: quia & si vivo avo, cum in ejus potestate essent, ducenta [puta] adquisissent, centum filius, centum duo fratres per hereditatem avi haberent. §. 8. Si duo emancipati bonorum possessionem petierint, & unus contulerit, alter non contulerit: hujus portio tantum ei [67], qui in potestate est, prodesse debet, non etiam emancipato: quoniam ejus causa, qui in potestate est, denegantur ei actiones. §. 9. Si per inopiam emancipatus cavere non possit, non [68] statim ab eo transferenda [69] est possessio: sed sustinendum [70], donec possit invenire fidejussores. ut tamen de his, quæ mora deteriora futura sunt, his qui in potestate sunt, actio [71] detur: ipsique caveant in medium collaturos, si cautum eis fuerit.

1. De Carboniano edicto. 2. Quibus confertur. de divisione bonorum. 4. De dote. 5. Si post cautionem vel collationem bonorum possessio omittatur. 6. De duobus filiis, suo & emancipato, duobusque nepotibus ex dicto emancipato, altero in potestate retento, altero adoptato in locum filii.

III. Julianus lib. XXIII Digestorum.

PRætor non sub conditione collationis [72] bonorum possessionem contra tabulas promittit: sed demonstrat, quid data bonorum possessione fieri oportet. Alioquin magna captio erit emancipati, si non aliter bonorum possessionem accipere intelligeretur, nisi caviſſet de collatione. Nam si interim ipse decessisset, heredi suo nihil relinqueret [73]. Item si frater ejus decessisset, non admitteretur ad bonorum possessionem. † Quid ergo est? intelligendum est bonorum possessionem accipere & antequam caveat: sed si non caverit, ita observabitur, ut tota hereditas apud [74] eum, qui in potestate fuerit, remaneat [75]. §. 1. Emancipatus filius controversiam [76] facit impuberi, qui se filium & in potestate patris fuisse dicit. Quæro, si [77] bona sua ei emancipatus conferre debeat? Paulus notat: Puto conferendum esse exacta [78] cautione: ut victus, sicut hereditatem, ita & quæ collata sunt, præstet.

§. 2. Julianus: Quotiens contra tabulas bonorum possessio datur, emancipati bona sua conferre debent his solis [79] qui in potestate patris fuerint. hoc quemadmodum expediri oporteat, quæri solet. nam si bona à patre relicta, & emancipatorum in medium conferantur, & ita viriles [80] partes sumantur: eveniet, ut [&] emancipatis quoque collatio ab ipsis facta prosit. Videamus ergo, ne commodissimum sit, emancipatos quartam partem ex bonis paternis ferre, ex suis tertiam? quod dico [81], exemplo manifestius fiet. Ponamus patrem quadringenta reliquisse, & duos in potestate filios, duos emancipatos: ex [82] quibus alterum centum, alterum sexaginta in bonis habere: is, qui centum habebit, centum triginta tria & trientem feret: is vero, qui sexaginta contulerit, centum viginti: atque ita eveniet, ut collationis emolumentum ad solos, qui in potestate remanserint, perveniat. §. 3. Emancipati bona sua conferre cum his qui in potestate fuerunt, jubentur. §. 4. Quare sicut is qui in potestate est, dotem [83] uxoris præcipit: ita emancipatus quoque, quasi [84] præciput, retinere debet. §. 5. Emancipatus præteritus, si dum deliberat, caverit de bonorum collatione, nec bonorum possessionem petierit: agente fratre ex stipulatu, ipso jure totus erit. Sed & si pecuniam contulerit, condictione [85] eam repetet: omissa enim bonorum possessione, incipit pecunia sine causa esse apud heredem. §. 6. Qui duos [86] filios in potestate habebat, & ex uno eorum nepotem, emancipavit filium, ex quo nepotem habebat: deinde emancipatus factus procreavit filium quem avus in locum filii adoptavit: & vel intestatus, vel testamento facto, præterito emancipato filio decessit. Quæritur est, quid de bonorum possessione, quid de collatione juris esset? Respondi: Bonorum, de quibus quæritur, tres partes fieri debent: ex quibus una pertinet ad filium, qui in potestate remansit; altera ad nepotem, qui in locum filii adoptatus est; tertia ad emancipatum filium & nepotem, qui in potestate remanserit: ita ut pater soli ei conferat, cum quo bonorum possessionem accipiat.

De dote.

IV. Africanus lib. IV Quæstionum [87].

FIlium emancipatum dotem, quam filiæ suæ nomine dedit, conferre non debere: quia [88] non sicut in matrisfamilias bonis esse dos [89] intelligatur, ita & in patris, à quo sit profecta.

Si is, qui vocatur ad bonorum possessionem, sit in potestate alterius. 1. De stipulatione collationis admittenda, & quando ei quis ex ea condemnatur.

V. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

SI quis filium habeat sui juris, & ex eo nepotem in potestate sua: consequenter erit dicendum, si nepos patris sui emancipati accipiat bonorum possessionem, de conferendis suis [90] quoque bonis cavere eum debere, & esse similem ei, qui adoptavit [91]: hoc enim Divi fratres rescripserunt, ut ad collationem avus compellatur. † Plane eodem rescripto adjectum est sic: *Nisi forte avus iste nullum ex his bonis fructum adquirere vult, paratusque [92] est de potestate nepotem dimittere, ut ad emancipatum omne emolumentum bonorum possessionis perveniat.* Nec idcirco ea filia, quæ post emancipationem nata patri heres extitit, juste queri poterit, (inquit) quod eo facto collationis commodo excluditur: cum avo quandoque defuncto, ad bona ejus simul cum fratre possit venire. † Hæc in parte adoptivo ratio reddi non potest: & tamen & ibi [idem] dicemus, si sine dolo malo emancipaverit. §. 1. Stipulatio autem collationis tunc committitur, cum interpellatus cum aliquo spatio [93], quo conferre potuit, non facit: maxime cum boni viri arbitratu collationem fieri, Edicto Prætoris insertum est.

§. 2. Sive ergo in totum collatio facta non est, sive in partem facta: locum habebit hæc stipulatio. §. 3. Et sive quis non conferat ex hac stipulatione, sive dolo fecerit, quo minus conferat: quanti [94] ea res erit, in tantam pecuniam condemnabitur.

De dote.

VI. Celsus lib. X Digestorum.

DOtem, [quam] dedit avus paternus, an post mortem avi mortua in matrimonio filia, patri reddi oporteat, quæritur? occurrit æquitas rei [95], ut, quod pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit, proinde [96] sit [97], atque ipse dederim: quippe officium [98] avi circa neptem ex officio [99] patris erga filium pendet: & quia pater filiæ, ideo avus propter filium nepti dotem dare debet [100]. quid si filius [à patre] exheredatus est? Existimo non absurde etiam in exheredato filio idem posse defendi: nec infavorabilis sententia est, ut hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

De nepotibus, qui in locum filii succesſerunt.

VII. Idem lib. XIII Digestorum.

SI nepotes in locum filii succesſerunt, una portio iis conferri debet, uti bonorum possessionis [1] unam partem habeant. sed & ipsi ita conferre debent, quasi omnes unus essent.

De variatione.

VIII. Papinianus lib. III Quæstionum.

NOnnunquam Prætor variantem [2] non [3] repellit, & consilium mutantis [4] non aspernatur. Unde quidam filium emancipatum, qui de bonis conferendis cavere fratribus noluit [5], audierdum postea [6] putaverunt, si vellet oblata cautione beneficium bonorum possessionis exercere: tametsi respondere potest, videri [7] eum possessionem repudiasse, qui formam possessionis conservare noluit. Sed benignior [8] est diversa sententia: maxime cum de bonis parentis [9] inter fratres disputetur: quem tamen facilius admittendum existimo, si intra tempus delatæ possessionis cautionem offerat. nam post [10] annum, quam delata esset bonorum possessio, voluntariam moram cautionis admittere, difficilius [11] est.

De filio emancipato & ejus liberis.

IX. Idem lib. V Responsorum.

FIlius emancipatus intestati patris bonorum possessionem accepit: nepos ex eodem [12] in familia retentus, semisses hereditatis cum emolumento [13] collationis habebit. † Idem nepos si postea possessionem intestati patris accipiat, fratri post emancipationem patris quæsito, & in familia retento, bona sua conferre cogetur.

De suo & emancipato.

X. Scævola lib. V Quæstionum.

SI filius in potestate heres institutus adeat, & emancipato petente bonorum possessionem contra tabulas, ipse non petat: nec con-

---

47 Quia non est suum, sed filii. *l. 2. §. 2. ff. de SC. Maced.*

48 Quod quæritur post mortem, si retro quæsitum fingitur, venit in collationem. *Bare.*

49 Dolus si non dolo malo. *l. 2. §. 2. ff. eod.* Dolus item & possessionem repræsentat.

50 V. *l. 134. ff. de reg. jur.*

51 Ex ideo non quadratur. *l. 145. ff. de reg. jur.*

52 *Al.* trecena.

53 *l. 3. §. 2. ff. eod. l. 9. C. eod.*

54 Emancipati inter se olim non conferebant.

55 Conferens, suam etiam personam numerat in partibus faciendis.

56 Et sic virilem deducit. *l. 2. §. 5. ff. eod.*

57 Cui nepos ex filio natus est post mortem, is potuit petere contra tabulas avi sui, quia invenitur præteritus & debet conferre, licet tempore mortis avi in rerum natura non sit.

58 *l. 6. in fin. C. eod. l. 72. ff. de jurisdict. l. ult. §. 4. C. de bonis quæ lib.*

59 V. *l. 1. §. 20. ff. eod. l. 3. §. 4. ff. eod. l. 5. C. eod.*

60 *l. 1. §. 23. ff. eod.*

61 *Al.* ab emancipato.

62 Quid ita? *v. l. 78. ff. de verb. obl. l. 18. ff. de reg. jur.*

63 Aut adulterii. *l. 15. §. 1. ff. solut.*

64 *l. 15. §. 46. ff. de injur. l. 10. §. 2. ff. si quis cautionib.* dixi ad *l. 7. C. de revoc. donat.*

65 Et sic viriles. *l. 1. in fin. ff. eod. l. 3. §. 2. ff. eod.*

66 Si ex filio mortuo duo nepotes extant emancipati & præteriti, litigant contra tabulas bonorum possessionem in bonis avi, debent conferre semisſem.

67 *l. 1. §. 1. ff. eod.*

68 Ita ut nec modicum nec magnum tempus absumatur. *l. 1. §. 10. ff. eod.*

69 Possessio pœnæ causa interdum transfertur eodem judicio. dixi ad *l. 6. in fin. ff. de Carbon.*

70 *l. 13. ff. de solut.*

71 *Al.* auctio. v. Ulpian. 22. §. 26. dixi plenius ad *l. 20. §. 1. ff. de lib. caus.*

72 *Al.* cautionis.

73 Quia pendente conditione decessit, *l. un. §. 7. C. de caducis.* conditionis implendæ jus ad heredem non transit.

74 *l. 2. §. 7. ff. eod.*

75 *Subaudi*, interim. & rursus remaneat, si possideat; sin minus, petat sibi restitui.

76 *Subaudi*, status.

77 Id est, *an.* idque more Græcorum. Eadem forma loquendi reperitur in *l. ult. ff. de jure delib. l. 10. §. 8. ff. quæ in fraud. cred.*

78 *l. 15. ff. de Carboniano.*

79 *l. 1. in fin. ff. eod.*

80 *l. 2. §. 5. ff. eod.*

81 Exempla rem manifestiorem reddere solent & debent, *ut hic.* adde *l. 51. in fin. ff. ad l. Aquil.*

82 *Forte legendum*, exque iis.

83 *l. 1. §. 20. ff. eod.*

84 Retentio; quasi præceptio est: qui retinet, quasi præcipit.

85 Collatio ob causam facta, causa non secuta condicitur: item, Conferre bona non est signum necessarium immixtionis hereditatis. *l. 13. ff. de cond. caus. data.*

86 *l. 1. §. 9. ff. de conjungendis.*

87 Vide Cujac. *ad Afric. fol. 58.*

88 V. *l. 1. in fin. ff. de dotis collat. 5 Harm. 8. §. 34.*

89 Dos mulieris proprium patrimonium est, etiam si sit in patris potestate. vid. *l. 14. ff. ad l. Falcid.*

90 *l. 1. §. 14. ff. eod.*

91 De adoptato adde *l. 1. §. 14. ff. eod.*

92 *l. 6. ff. unde liberi.*

93 Spatium aliquod conferendi dandum est conferenti. *l. 105. ff. l. 13. ff. de solut. l. 1. §. 8. ff. ad leg. Falcid.*

94 Quanti interest actoris cautum fuisse. *l. 2. l. 3. §. 11. ff. uti possidetis. l. 3. §. 3. ff. de litemte aestim.*

95 Quæ suadet æquitas ut dos ab avo paterno data nepti, avo mortuo, ad parentem filiæ dotatæ revertatur.

96 Periode sit. Imo, non perinde est, siquidem dos eo casu ad patrem filiæ dotatæ non redit, *l. 79. ff. de jure dot.* de hac præsumptione vid. Alciat. 1 *præsumpt. 17.*

97 Ut nou conferam. *l. 4. ff. eod.*

98 Officium avi circa neptem mediatum est, hoc est, pendet ex officio patris circa filium.

99 Dotare filiam pater, ut & avus neptem ex filio cogitur.

100 Avus paternus neptem dotare cogitur. vide quæ notavi ad *l. 19. ff. de ritu.*

1 *l. 1. §. 17. ff. de conjungendis.*

2 *l. 11. C. de rebus cred.* & contumaciam. *l. 1. §. 10. ff. eod.*

3 V. *l. 75. ff. de reg. jur.* cujus eadem inscriptio, atque adeo huic conjungenda.

4 Salmasius putat Græcos vertisse τὸν μεταμελούμενον. Sed Cujac. ex Basilicis quæ habent τῷ μεταμελομένῳ legit consilium mutantem. *S. L.*

5 Hereditatem non repudiat, quam dicit se nolle conferre. vide Mantic. 12 *de conject. ult. voluntat.* 14. 6 V. quæ scripsi ad *l. ult. C. de repud. her.* & *l. 8. ff. de jure delib.* 7 *Subaudi*, strictoque jure. 8 Benigniorem sententiam & interpretationem amplecti debemus, maxime quoties de bonis paternis inter fratres disputatur. Ita favendum filio circa hereditatem paternam, licet videatur repudiasse. 9 Parentis appellatione intelliguntur omnes ascendentes. 10 Hodie id mutatum. *l. ult. C. de repudianda.* 11 Non tamen impossibile est. 12 *l. 9. C. eod.* vide *l. 2. ff. de conjungendis.* 13 Id est, fructibus rerum conferendarum.

conferendum est ei: & ita Edictum se habet. sed magis [14] sentio, ut quemadmodum pro parte hereditatem retinet jure eo, quod bonorum possessionem petere posset, ita & conferri ei debeat: utique cum injuriam per bonorum possessionem patiatur.

De his, quæ post mortem patris filio reddi debuerunt.

XI. PAULUS lib. XI Responsorum.

PAulus respondit, ea, quæ post [15] mortem patris filio reddi debuerunt, emancipatum filium, quamvis prius consecutus sit, quam deberentur fratri, qui in potestate patris relictus est, conferre non debere: cum post mortem [16] patris, non tam ex donatione [17], quam ex causa debiti, ea possidere videatur.

De ventre misso in possessionem, & de posthumo.

XII. IDEM lib. XLI ad Edictum.

SI prægnantem quis uxorem reliquerit, & ea ventris nomine in possessionem missa fuerit: interim cessat collatio. nam antequam nascatur, non potest dici, in potestate morientis fuisse: sed nato [18] conferetur.

TIT. VII.

DE [1] DOTIS COLLATIONE [2].

Si filia petat bonorum possessionem, vel non. 1. De stipulatione. 2. De filio & nepote, nepteque ex altero filio. 3. De nepte & patruo ejus, & nepote, & nepte ex alio filio. 5. De impensis. 6. Si divortio facto maritus non sit solvendo. 7. De dote promissa sub conditione. 8. De fratre liberando ex pollicitatione dotis. 9. Si emancipatus, qui contra tabulas bonor. possess. accepit, filiam dotatam habeat.

1. ULPIANUS lib. XL ad Edictum.

QUamquam ita demum ad collationem dotis Prætor cogat filiam, si petat bonorum possessionem: attamen & si non petat, conferre debebit, si modo se bonis paternis misceat. & hoc D. Pius Ulpio Adriano rescripsit, etiam eam quæ non petierit bonorum possessionem ad collationem dotis per arbitrum 3 familiæ erciscundæ posse compelli. §. 1. Si in stipulatum deducta 4 sit dos: si quidem ipsa mulier stipulata sit, vel ipsi negotium gestum 5, æque conferre cogetur; si vero alii quæsita est stipulatio, dicendum est cessare collationem; & [6] si tantum promissa 7 sit dos, collatio ejus fiet [8]. §. 2. Si sit nepos & neptis ex [9] eodem filio, & dotata sit neptis; sit & filius non pater eorum: neptis omnem dotem soli fratri collatura est: emancipata autem neptis dotem & bona sua soli nepoti, non etiam patruo conferet. §. 3. Sed si sit neptis sola, non etiam nepos ex eodem: tunc confertur patruo, itemque nepoti [vel nepti] ex alio. §. 4. Sed & si duæ neptes sint ex diversis filiis, conferent & invicem & patruo: si ex eodem patre, tantum invicem conferent. §. 5. Cum dos confertur, impensatum necessariarum sit detractio [10]: cæterarum non.

§. 6. Quod si jam factum divortium est, & maritus non sit solvendo: non [11] debebit integra dos computari mulieri, sed id quod ad mulierem potest pervenire, hoc est, quod facere maritus potest. §. 7. Si sub conditione pater, vel extraneus [12] dotem promiserit, cautione opus erit, ut tunc conferat mulier dotem cum dotata esse cœperit. §. 8. Filiam quæ ab intestato [13] patri heres sit, conferre quidem dotem oportet: consequens autem est, ut ex pollicitatione [14] [dotis] pro parte dimidia fratrem suum liberet: æquius enim est, in solidum de suo eam dotatam esse. §. 9. Si emancipatus filius, qui contra tabulas bonorum possessionem acceperit, filiam dotatam [15] habeat, non debet dotem ejus conferre: quia [16] in bonis ejus non est.

De in adoptionem data.

II. GAIUS [lib. XIV ad Edictum provinciale].

FIlia [17] in adoptionem data & heres instituta debet, sicut emancipata, non solum bona sua, sed & dotem quæ ad eam pertinere poterit, conferre: * si adhuc pater adoptivus vivit, hic necesse habebit conferre *.

De filia herede instituta.

III. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

SI filia fuerit heres instituta [18], collatione dotis non [19] fungetur [20]: unde si commisso ab altero edicto, necesse habuerit contra tabulas bonorum possessionem accipere: dicendum est, quoniam nullam injuriam fratri facit, non debere eam dotem conferre: nam quod habuit ex judicio, convertitur [21] ad contra tabulas bonorum possessionem. † Plane si ex minore parte fuit heres instituta, & alia quædam in eam contulit contra tabulas bonorum possessio, aucta portione ejus, dicendum erit collationis munere eam fungi: nisi forte contenta fuerit portione, ex qua instituta est; tunc enim dicendum est, ex judicio parentis eam venientem non debere munus collationis sustinere.

De legato.

IV. POMPONIUS lib. III ad Quintum Mucium.

SI pater pro filia dotem promiserit, deinde exheredatæ [22], vel etiam emancipatæ & præteritæ [23] legatum dederit: habebit [24] filia etiam dotem præcipuam & legatum.

De errore. 1. De mora, usuris & fructibus.

V. PAPINIANUS lib. V Responsorum.

FIlius emancipatus, qui possessionem contra tabulas accipere potuit, intestati patris possessionem accepit; atque ita filia, quæ mansit in potestate, cum ejusdem familiæ fratre heres instituta, possessionem intestati patris errorem fratris emancipati secuta accepit: dotem [25] scripto fratri conferre non [26] cogetur: cum ea possessio frustra petita sit, & filia fratris [27] voluntatem fini [28] virilis partis retineat, id est, ut omnes trientes habeant, & bonorum possessio unde liberi fingatur pro contra tabulas esse petita.

§. 1. Filia quæ soluto matrimonio dotem conferre debuit, moram collationi fecit: viri boni arbitratu cogetur usuras quoque dotis conferre: cum emancipatus frater etiam fructus conferat, & filia partis suæ fructus percipiat.

De querela inofficiosi.

VI. IDEM lib. VI Responsorum.

PAter filium emancipatum heredem instituit [29] & filiam exheredavit, quæ inofficiosi lite perlata, partem dimidiam hereditatis abstulit: Non esse fratrem bona propria conferre cogendum respondi: nam & libertatea [30] competere placuit.

VII. PAULUS lib. XI Responsorum.

NEc ipsa dotem fratribus suis conferet, cum diverso jure [31] fratres sunt heredes.

De ea, quæ se bonis paternis abstinuit.

VIII. PAPINIANUS lib. XI Responsorum.

PAter nubenti filiæ quasdam res præter [32] dotem dedit, eamque in familia retinuit, ac fratribus sub [33] conditione [34], *si dotem, & cætera quæ nubenti tradidit, contulisset* [35], coheredem adscripsit: cum filia [36] se bonis abstinuisset, fratribus res non in dotem datas vindicantibus exceptionem doli placuit obstare; quoniam pater filiam alterutrum habere voluit.

Qui non vult hereditatem, non cogitur ad collationem. Bart.

IX. TRYPHONINUS [lib. VI Disputationum].

FUit quæstionis, an si sua heres filia patri cum fratribus, contenta dote abstineat se bonis, compellatur eam conferre? Et Divus Marcus rescripsit, non compelli abstinentem [37] se ab hereditate patris. ergo non tantum data apud maritum remanebit, sed & promissa exigetur etiam à fratribus: & est æris alieni loco: abscessit enim à bonis patris.

lat. 35 Collationi locum esse ex testamento hinc notat *Bart.* 36 Vid. *l. ult. in fin. ff. eod.* 37 Conferre dotem non cogitur, quæ hereditate patris abstinet. *l. 4. l. 8. ff. eod.*

TIT. VIII.

DE [1] CONJUNGENDIS [2] CUM EMANCIPATO LIBERIS *EJUS*.

Summa, 1. Et æquitas Edicti. 2. De filio in adoptionem dato vel emancipato. 3. De filio suo ex besse: de emancipato ex triente instituto. 4. De præteritione vel institutione, vel exheredatione filii. 6. Quæ requiruntur ut huic edicto locus sit. De posthumo. 7. De ordine. 8. De postliminio. 9. Si pater ex duobus filiis alterum emancipaverit, & nepotem ex eo in locum filii adoptaverit, & præterito emancipato decesserit. 10. De quantitate portionis ad nepotem pertinentis. 11. De divisione hereditatis. 12. De jure accrescendi. 13. De collatione.

1. ULPIANUS [lib. XL ad Edictum].

SI quis ex his, quibus bonorum possessionem Prætor pollicetur, in potestate parentis, cum moritur, non fuerit: ei [3], liberisque, quos in ejusdem familia habuit, si ad eos hereditas suo nomine [4] pertinebit [5], neque notam [6] exheredationis meruerunt [7], bonorum possessio ejus partis datur, quæ ad eum pertineret, si in potestate permansisset: ita ut ex ea parte dimidium, reliquam liberi ejus, hisque duntaxat bona sua conferat.

§. 1. Hoc [8] Edictum æquissimum est: ut neque emancipatus solus veniat, & excludat nepotes in potestate manentes; neque nepotes jure [9] potestatis obiciantur [10] patri suo. §. 2. Et in adoptionem datus filius & heres institutus, ad hoc Edictum pertinet, ut ei jungatur nepos, qui in avi sui naturalis potestate est. † Jungitur [11] autem nepos patri suo emancipato, sive pater præteritus sit, sive institutus. Et hæc erit differentia inter in adoptionem datum & emancipatum: quod in adoptionem quidem dato non alias jungitur, nisi instituto, & alio committente Edictum: emancipato autem, sive sit institutus emancipatus, sive sit præteritus. §. 3. Filio in potestate ex besse, emancipato ex triente herede instituto, Julianus ait, nepotem præteritum petita contra tabulas bonorum possessione, patruo sextantem, patri unciam ablaturum. §. 4. Si pater emancipatus exheredatus sit, nepotibus ex eo præteritis, qui erant in potestate retenti: nepotes admittuntur: absurdum enim est, cum patri præterito jungantur, instituto eo vel exheredato non admitti. §. 5. Sed & si patruus eorum, qui erat in potestate, sit præteritus, pater exheredatus: debent nepotes admitti: nam exheredatus [12] pater eorum pro mortuo [13] habetur [14]. §. 6. Si pater in potestate manens exheredatus, vel institutus sit, nepotem ex eo, sive in potestate manentem, sive emancipatum, ad bona avi [15] neque vocari, neque vocandum esse, Scævola ait: totiens enim nepoti consulendum est, quotiens in potestate retentus est, patre emancipato. Liberos igitur in familia esse oportet [16], ut huic Edicto locus sit: ejus scilicet familia, cujus bonorum possessio petitur. Sed & si posthumus natus sit ex emancipato, ante emancipationem conceptus: idem erit dicendum. §. 7. Liberos autem non omnes simul vocat Prætor, sed gradatim, hoc est, eos, qui sui sunt. scil. nepotes, si sunt; si minus, eos qui sunt inferioris gradus: nec eos miscebimus. plane si sint ex emancipato nepos, & ex nepote ejus alio pronepos: dicendum erit utrumque ei jungi: ambo enim [in] suorum loco successerunt. §. 8. Si postliminio nepos redierit, dicendum est cum patri emancipato conjungi. §. 9. Si pater ex duobus [17] filiis, quos in potestate habuit, alterum emancipaverit, & nepotem ex eo in locum filii adoptaverit, & præterito emancipato decesserit: Julianus ait, nepoti in locum filii adoptato succurri oportere: ut quasi filius portionem habeat, quam haberet & si extraneus adoptatus esset. sic fiet (inquit) ut filius qui in potestate fuit, tertiam partem; nepos in locum filii adoptatus, aliam tertiam; emancipatus filius cum nepote altero retento in potestate partiatur: nec enim minus debet ferre nepos in locum filii adoptatus, quam si ab extraneo [18] esset adoptatus.

§. 10. Illud non interest, quota portio hereditatis ad nepotem pertineat, an perquam modica: nam & si modica [19] sit, attamen dicemus esse locum huic parti Edicti. §. 11. Inter ipsum filium & liberos ejus dividitur hereditas, ita ut ipse dimidium, liberi dimidium habeant. Proinde pone solum esse filium emancipatum, & nepotes in potestate duos, neminem præterea ex liberis: habebit emancipatus dimidiam partem hereditatis, [&] aliam dimidiam duo nepotes, ut quadrantes ferant. † Sed si sit præterea alius [filius]: eveniet, ut filius habeat dimidiam partem hereditatis, ex quo nepotes non sunt; alius filius semisseem cum filiis suis: ita ut quadrantem hereditatis ipse ferat, quadrans inter liberos ejus dividatur. † Sed si ambo filii sint emancipati, & habeant singuli nepotes: eveniet ut singuli singulos semisses cum nepotibus suis dividant: ita ut ipsi quidem quadrantes ferant, nepotes

1 An hic titulus hodie correctus est, sublata differentia emancipatorum & eorum qui sunt in potestate? *Nov. de hered. ab intestato.* §. 1. Accursius imputat. Bartolus existimat hunc titulum tantum esse correctum, si ab intestato succeditur (juxta Novellarum & Cod. *l. meminimus. 19. C. de legitimis hered.*): vel si testamentum aliquod proponatur, quod vel querela, vel alia ratione nullum redditum sit, ut ad intestati causam res tota redierit. contra, hunc titulum ne hodie quidem correctum esse, quoties quis omissis jure civili succedere veller jure prætorio, petita bonorum possessione contra tabulas.

2 Hodie emancipati suis liberis exæquati sunt, ideoque filios proprios excludunt, *Novell. 118. cap. 1.* atque ita hic titulus non est in usu. Pater enim liberos suos tanquam proximior excludit.

3 *l. 5. in princ. ff. si tab. testam. nullus. l. 9. ff. de collat. bon. l. 9. C. de collat.*

4 Secus fuerit, si per medium persona ad eos perveneris hereditas. *l. 5. ff. eod.*

5 Id est, per se directo vocabuntur.

6 Exheredatio notæ species. *l. 8. l. 20. ff. de bonor. poss. contra tab.*

7 Injuste scil. alioquin si juste exheredati sunt, quarelam non proponunt. *v. l. 23. ff. de inoff.*

8 Hoc edictum introductum est, ut jus civile prætorio componeretur seu conciliaretur.

9 Hoc solo colore quod in potestate sui avi fuerint.

10 Id est, præferuntur per leg. XII tab. quæ solos nepotes vocat. *§. 3. Inst. de exhered. liber.*

11 Imo non jungitur, *l. 10. in pr. vers. omnia igitur. C. de adopt.* non jungitur, si detur in adoptionem extraneo; secus si avo.

12 Exheredatus quoties pater est, nepotes admittuntur: & ita nepotes non junguntur patri hoc casu. Imo jungantur, *l. 23. ff. de inoff.*

13 Exheredatus quando habeatur pro mortuo, vide Bart. in §. 6. *ff. eod.* n. 3. 14 Imo non habetur pro mortuo exheredatus. *l. si postquam testamento. 14. ff. de bon. lib.* Non habetur pro mortuo, si invalida est ipsa exheredatio, ut quia non est adita hereditas, *l. filium. 20. vers. sed cum. ff. de bon. poss. contra tab.* vel quia rite non est facta, *l. non putavit. 8. §. non quavis. 2. eod. tit.* 15 Imo vocatur jure suo, & ut nepos. *l. 3. §. si manumittatur. 5. in fin. ff. de bon. poss. contra tab. l. 8 quis filium. 34. C. de inoff.* Non admittitur ad bonorum possessionem contra tabulas, sed ad querelam, ut qui non fuit institutus vel exheredatus. 16 *l. 5. §. 1. ff. unde liberi. l. 3. §. 3. §. 4. 7. 6. ff. contra tabulas.*

17 *l. 13. in fin. ff. contra tab. l. 9. §. ult. ff. de coll. bon.* 18 *l. 13. §. ult. ff. contra tab.* 19 Modicarum etiam rerum nomine datur actio. facit §. 16. *Inst. de rer. divis.*

potes autem residuos quadrantes. Et si alter duos filios, alter tres habeant: quadrans unus inter duos, alius inter tres dividitur. §. 12. Si quis ex nepotibus portionem suam omiserit [20], eveniet, ut non ad patrem ejus, sed magis ad fratrem pertineat. Sed & si omnes nepotes omittant, patruo nihil adrescet: sed soli patri. Quod [&] si pater omiserit, tunc patruo [21] adrescet.

§. 13. Emancipatus filius, siquidem nepotes in avi potestate non habeat, fratribus suis [22] conferet: sed si sint nepotes [23], voluit eum Prætor filiis suis, qui sunt in potestate, solis [24] conferre: merito: quia veniendo ad bonorum possessionem, illis solis [25] injuriam facit. §. 14. Nunc videamus, quantum [26] eis conferat? & quidem semper, cum fratribus emancipatus confert, virilem sibi detrahit. utrum & in eo casu virilem detrahat? an vero quia dimidiam partem habeat bonorum possessionis, dimidiam partem etiam bonorum suorum conferat? Et puto dimidiam tantum bonorum eis partem conferre. nam etsi alius emancipatus sit filius, alius in potestate retentus: filius emancipatus his duobus nepotibus unam partem tantum conferet, & patruo eorum, qui in potestate mansit, unam partem dabit, tertiam ipse habebit. nec quod nepotibus confertur à patruo emancipato, ipsi patri conferent: hoc enim non de bonis avi, sed propter [27] bona postea eis accessit. §. 15. Evenier igitur, ut pater emancipatus, si centum in bonis habeat, quinquaginta sibi detrahat: residua quinquaginta omnibus nepotibus (id est, filiis suis) conferat. aut si unum nepotem habeat, & duos ex alio pronepotes, ita dividat quinquaginta, ut nepos habeat vigintiquinque, pronepotes ex alio uno vigintiquinque: nam & bonorum possessionis ambo unam partem habent. §. 16. Si sit filius in potestate, alius emancipatus, ex defuncto [28] unus nepos in potestate, alius [nepos] emancipatus: eleganter Scævola tractat, patruus emancipatus quantum nepotibus, quantum fratri suo conferat? Et ait posse dici, tres eum partes facere: unam sibi, unam fratri [29] unam [30] istis [31] collaturum: quamvis [32] hi minus [33] quam patruus ex hereditate avi concurrente patre [34] sint habituri: quæ sententia vera est.

§. 17. Sed etsi sint duo [35] nepotes ex eodem filio, hique emancipati sint, & ex altero eorum pronepos in potestate defuncti: partem habebit nepos unus, aliam nepos eum filio suo.

§. 18. Sed etsi nepos, & ex alio nepote defuncto duo pronepotes: unus ex pronepotibus emancipatus soli fratri suo conferat; vel si frater non est, soli patruo, non etiam patruo [36] majori.

De legatis exceptis personis præstandis.

II. Paulus lib. XLI ad Edictum.

NIhil in hac parte Edicti cavit Prætor, ut legata exceptis [37] personis nepos præstet. Sed potest superior sermo & ad hunc casum referri: nam absurdum est, patrem quidem ejus legata præstare, ipsum vero plus habere, cum eadem conditione in eandem partem vocantur.

De duobus filiis emancipatis, nepote in potestate retento, & nepote à filio post emancipationem suscepto.

III. Marcellus lib. IX Digestorum.

QUi duos filios habebat, alterum ex his emancipavit, nepotem ex eo in potestate retinuit: emancipatus filium sustulit, & à patre exheredatus est. Quæro, cum frater ejus, & ipse emancipatus præteritus sit, & nepotes ex emancipato filio ab avo heredes instituti: quid de bonorum possessione juris sit, & quid interest, si emancipatum quoque, ex quo nepotes erant nati, præteritum esse ponamus? Respondi: si filium retento ex eo nepote emancipaverit, & emancipatus procreaverit filium, & heres uterque nepos institutus fuerit, pater eorum exheredatus, alius filius præteritus [38]: solus [39] filius præteritus bonorum possessionem contra tabulas petere poterit. exheredatus enim obstat filiis suis post emancipationem susceptis. nepoti tamen retento in potestate bonorum possessio dari debet: quoniam si pater ejus emancipatus præteritus esset, simul cum eo bonorum possessionem accipere posset propter id caput Edicti, quod à Juliano introductum est; id est, ex nova [40] clausula: nec debet deterioris esse conditionis, quia pater ejus exheredatus sit: idque ei præterito quoque præstari oportebit. sed fratris ejus, qui post emancipationem natus est, diversa conditio est: conservanda est tamen & illi ad virilem partem hereditas, sicut etiam Imperator Antoninus [41] in persona neptis [42] ex filia rescripsit.

De filio emancipato nepotibus in potestate retentis, & nepotibus post emancipationem susceptis.

IV. Modestinus lib. VI Pandectarum.

EMancipato [43] quis filio retinuit ex eo nepotes in potestate: filius emancipatus susceptis postea liberis decessit. Placuit in avi potestate manentes, simul cum his, qui post emancipationem nati sunt, decreto bonorum possessionem accipere: manente eo, ut si velit avus sibi per nepotes adquiri [44], bona sua conferat; aut nepotes emancipet [45], ut sibi emolumentum paternæ hereditatis adquirant: idque [ita] D. Marcus rescripsit.

Si nepos exheredatus heredi scripto successerit.

V. Idem lib. VI Differentiarum.

SI nepos exheredatus heres extiterit [46] ei, quem avus heredem fecerat, deinde pater ejus emancipatus testamento præteritus accipiat contra tabulas patris bonorum possessionem: jungi patri suo nepos non poterit, sed ut extraneus excludetur: quia non [47] suo nomine avo heres extiterit.

De nepote adoptivo.

VI. Scævola lib. V Quæstionum.

SI quis filium habens in potestate, extraneum in nepotis [48] locum quasi ex eo filium natum adoptet, mox filium emancipet: non jungetur hic nepos filio emancipato: quia desiit esse emancipato ex liberis.

De nepote suscepto post filii emancipationem.

VII. Tryphoninus lib. [X]VI Disputationum.

SI post emancipationem filii susceptus ex eo fuerit nepos, conservanda illi erit portio: sed quanta [49], videamus? finge enim patruo scripto heredi coheredem datum hunc nepotem, patrem autem ejusdem præteritum accepisse contra tabulas bonorum possessionem: quod ad Edictum Prætoris attinet, semisses bonorum fient, nunc vero post constitutionem [50] Divi Pii, si conservatur pars nepoti, utrum virilis, an quarta debeat servari? Nam si in avi natus potestate fuisset, conjungebatur in unam partem cum patre suo. & proponamus esse alium ex eodem nepotem in familia avi: duo unam quartam habituri erant, patre eorum accipiente contra tabulas bonorum possessionem, si fuissent in avi potestate: an ergo nunc in sescunciam tuendus sit, qui non in familia retentus est? & cui abscedet pars, quæ huic cessura est? patri ejus tantum, an & patruo? & puto, & patruo. nam & legatum eidem datum præstaret.

20 V. quæ scripsi ad *l. un. C. quando non petentium partes.*

21 Imo nepotibus *l. 5. in fin. ff. unde liber.*

22 Solis.

23 In avi potestate.

24 *l. 1. §. 3. in fin. ff. de suis & legit. l. 5. ff. unde liberi.*

25 Qui fuerunt in defuncti potestate, non aliis. Pater itaque liberis suis confert, quibus solis injuriam facit.

26 De hac quæstione vid. Cujac. 3 *obs.* 29.

27 Adde *l. 50. in fin. ff. de peculio.*

28 Ex defuncto alio emancipato duo nepotes in potestate, eleganter Scævola tractat, &c. Cujac. 3 *obs.* 29.

29 *Sub.* qui est in potestate.

30 *l. 7. ff. de collation.*

31 Quorum unus est in potestate: alter emancipatus. Atqui emancipatus emancipato non confert. *l. 2. §. 5. ff. de collat.* Directo non confert, sed oblique, & effectu tricntem integrum nepos qui in potestate avi fuit, accipit à patruo emancipato, quem mox cum fratre suo emancipato dividit, id est, filius in potestate partitur illi frientem cum altero fratre emancipato.

32 Quia non. Hotom. *obs.* forte legendum, *quoniam non minus, quam patruus ex hereditate avi concurrentes patruo sint habituri.*

33 Imo nihil, si pater concurrit, id est, succedit: aut certe non minus si concurrit patruus.

34 *Al.* patruo, *ut ff. dictum est.* Cæterum, ne dicamus cum Accursio, hic agi de patre in potestate posito, qui unum ex liberis emancipaverit. Nec filius in potestate positus filium emancipare potest. Quid igitur? fingemus filium emancipatum filium suum rursus emancipasse? Quod tamen ut ita sit, quæri poterit quemadmodum emancipatus pater nepoti emancipato conferat. *d. l. 2. §. 5. ff. de collat.*

35 *l. 1. §. 2. ff. de dotis collat.*

36 Paulus majorem hic accipit pro patruo magno. vid. Cujac. 5 *obs.* 19.

37 De quibus vide *l. 1.* & passim, *ff. de legatis præstandis.*

38 *l. 6. §. 4. ff. contra tabul.*

39 Hodie non soli filio, sed & nepoti virilis datur verbis *ult.* hujus edicti.

40 Novam clausulam appellat nuperam, & non ita pridem excogitatam à Juliano. sic novum edictum in *l. 1. §. si pater. 13. ff. de ventr. in poss. mittend.* nova ratio. *l. 32. §. si nurus. 18. in fin. ff. de don. int. vir.* 41 *l. 7. ff. eod.* 42 *Al.* nepotis. 43 Hanc leg. Cujac. indicat fugitivam esse, & à suo titulo rejectam, & in minus proprium locum translatam: de quo vide eundem 3 *obs.* 37.

44 *l. 1. §. 14. ff. de collat.* 45 V. *l. 6. ff. unde liberi.* 46 Vide quæ scripsi ad *l. 149. ff. de regul. jur.* quæ est ejusdem libri. 47 *l. 1. ff. eod.* 48 Hoc verbum Bartolus restringit ad nepotes legitimos naturales. 49 An virilis? An quantam haberet ex eo edicto, id est, quartam? An quantam haberet, si esset in potestate? prius asserit *Bart.*

50 De qua *l. 3. in fin. ff. eod.*

Tit. IX.

De ventre [1] in possessionem mittendo, et curatore ejus.

1 Περὶ ἐγγυήσεως ὑπὲρ τοῦ ἐγγυωμένου τινός, &c. 31 *Basilic.* 6.

Ratio & summa Edicti. 1. *De ea, quæ est prægnans, vel se prægnantem dicit.* 2. *De suitate. De exheredatione.* 3. *Unius posthumi.* 4. *De abortu.* 5. *De exheredatione conditionali.* 6. *De exheredatione à primo gradu, & præteritione à secundo,* 7. *Vel contra.* 8. *De uxore capti ab hostibus.* 9. *De exheredatione nascituri intra vel post tres menses.* 10. *De ea, quæ uxor esse desiit,* 11. *Si filius emancipatus vel in adoptionem datus sit.* 14. *Si negetur uxor, vel nurus, vel prægnans esse.* 15. *De causis ex quibus Carbon. bonor. possessio datur.* 16. *De duobus prægnantibus.* 17. *De curatore ventri & bonis dando.* 19. *De sumptibus in mulierem faciendis, & de officio dicti curatoris.* 23. *Ex quibus eligitur curator.* 24. *Si nondum sit curator constitutus,* 26. *Vel sit constitutus.* 27. *De partu, vel abortu, & ea quæ non est prægnans.*

I. Ulpianus lib. XLI ad Edictum.

SIcuti liberorum eorum, qui jam in rebus humanis [2] sunt, curam [3] Prætor habuit: ita etiam eos, qui nondum nati sint, propter spem nascendi non neglexit. nam & hac parte edicti eos tuitus est, dum ventrem [4] mittit in possessionem vice contra tabulas bonorum possessionis. §. 1. Prægnantem esse mulierem oportet omnimodo [5], nec dicere se prægnantem sufficit: quare nec tenet datio bonorum possessionis, nisi vere prægnans fuit, & mortis [6] tempore, & eo quo mitti in possessionem petit.

§. 2. Totiens autem mittitur in possessionem venter, si [7] non est exheredatus [8], & id quod in utero erit, inter suos [9] heredes futurum erit. † Sed & si incertum sit, aliquo tamen casu possit existere, quo, qui editur, suus futurus sit, ventrem mittemus: æquius [10] enim est, vel frustra nonnunquam impendia fieri, quam denegari aliquando alimenta ei qui dominus [11] bonorum aliquo [12] casu futurus est. §. 3. Quare & si ita exheredatio facta sit, *Si mihi filius unus nascetur, exheres esto:* quia filia nasci potest, vel plures [13] filii, vel filius, & filia, venter in possessionem mittetur. satius est enim sub incerto ejus, qui edetur, ali etiam eum, qui exheredatus sit: quam eum, qui non sit exheredatus, fame necari: ratumque [14] esse debet, quod deminutum est: quamvis is nascatur, qui repellitur. §. 4. Idem erit dicendum, & si mulier, quæ fuit in possessione, abortum [15] feciisset.

§. 5. Sed & si sub [16] conditione posthumus sit exheredatus, pendente conditione Pedii sententiam admittimus, existimantis posse ventrem in possessionem mitti: quia sub incerto utilius est ventrem ali. §. 6. Si venter ab institutis exheredatus sit, à substitutis præteritus: Marcellus negat in possessionem eum mitti posse viventibus institutis: quia exheredatus est. quod verum est.

§. 7. Per contrarium autem si ab institutis præteritus sit venter, à substitutis exheredatus: vivis institutis, mittendus est in possessionem: quod si non vivant, negat mittendum: quia ad eum [17] gradum devoluta hereditas est, à quo [18] exheredatus est.

§. 8. Si filius ab hostibus captus sit, uxor ejus prægnans in possessionem soceri bonorum mittenda est: nam aliquo casu spes est, id quod nascitur, inter suos heredes futurum; utputa si pater ejus apud hostes decedat. §. 9. Sed & si quis ventrem exheredasset, *Qui mihi intra menses tres mortui meæ natus erit, exheres esto:* vel, *qui post tres menses:* venter in possessionem utique mittetur: quia aliquo casu suus heres futurus est. & sane benigniorem esse Prætorem in hac parte oportebit: ne, qui speratur, ante [19] vitam necetur. §. 10. Rectissime autem Prætor nusquam uxoris fecit mentionem: quia fieri potest, ut mortis tempore uxor non fuerit, quæ se ex eo prægnantem dicit. §. 11. Etiam ex emancipato venter ad possessionem admittitur. Unde apud Julianum lib. XXVII Digestorum quæritur, si emancipatus quis sit, uxore jam prægnante, deinde decessisset, & pater ejus mortuus sit: an venter in possessionem emancipati patris mitti possit? Et rectissime scripsit, rationem non esse, cur venter, quem Edictum admittit, repelli debeat: est enim æquissimum partui consuli, qui natus bonorum possessionem [20] accepturus est. Sed * & * si avus viveret, similiter ventrem admittemus. §. 12. Si filius in adoptio-

2 Humanis in rebus esse dicuntur, qui jam nati sunt, *ut hic.* & *l. 7. ff. eod.*

3 Venter, id est, is, qui jam conceptus est, necdum natus (alias si non est conceptus, jus successionis non transmittit. vide *l. 6. ff. de suis.*) a lege non negligitur propter spem nascendi. *l. 3. ff. hoc tit. l. 3. ff. si pars hereditat.* Ideoque quoties de commodo ejus agitur, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, *l. 7.* in rerum natura esse intelligitur, *l. pen. ff. de statu.* pro superstite, *l. 231 ff. de verbor. signific.* pro jam nato. *l. 30. §. 1. ff. de adquir. hered.* & pro liberto habetur, *l. penult. ff. de statu.* est enim matris, & viscerum ejus portio, *l. 1. §. 1. ff. de ventre insp.* (qua de causa vectura aut naulum ejus nomine non debetur, *arg. l. 19. §. 7. ff. locat.*) & aliquo casu bonorum dominus, *l. 1. §. 2.* & possessor, *§. 9. I. de hoc tit.* & patris heres futurus est, *l. 84. ff. de adquir. hered.* Ejus favore mater in ejus bonorum possessionem mittitur, *l. 1. ff. si ventr. nomin. mulier.* ut cibum, potum, vestitum & tectum pro facultatibus defuncti, proque sua & ejus dignitate percipiat, *§. 19. I.* æquius est enim, *§. 2. I.* & sanctius, frustra & sub incerto matrem in possessionem mitti, & ali, quam dum incertum est, & litigatur, nasciturus sit aliquis, necne, ventrem fame perire, *§. 3. I.* præterea, licet mater ejus supplicii capitalis damnata sit: liber tamen nascitur, *l. 18. ff. de statu.* nec de ea quæstio aut supplicium prius sumitur, quam ipsa peperit mater, ut *l. 3. ff. de pœn.* utcunque mater capta sit ab hostibus, venter postliminium habet: utcunque vi detineatur, non usucapitur, *l. pen. ff. de statu.* Idem venter obstat sequentibus, & proxime successuros remoratur. *l. 1. §. 8. ff. unde cognati.* In hereditatis portione ventri tres unciæ adsignantur. *v. l. 3. ff. si pars hereditatis.* Tanta cura adhibita fuit nascituri, ut etiam mater ejus mortua non prius humari possit, quam partus ei excidatur, *l. 2. ff. de mortuo inferendo.* quin nihil interest naturæ ductu, an facto hominis nascatur. vide *l. 1. §. 9. ff. unde cognati.* Sed quotodie nativitas ejus probatur? septimo mense, id est, 182 die à nuptiis contractis, decimo vero mense à morte patris. vide *l. 12. ff. de statu.* Et ita nato restituitur hereditas. *l. penult. ff. de statu.* Et vel non nato, vel statim, aut sine liberis mortuo, proximi heredes succedunt. *l. 4. in fin. ff. de bonor. possess. contra tab.* vide *ff. de liber. & posthum.* 4 *l. 9. ff. testamenta quemadmod.*

5 Omnimodo est reipsa, non nuda adseveratione, aut adfirmatione eum causæ cognitione. *l. 7. §. 1. ff. eod.* Imo summatim hoc cognoscitur. *§. 14. I. eod.* 6 *l. ultim. ff. eod.* 7 Hodie venter exheredatus mittetur in possessionem. Nec enim potest hodie venter exheredari: quod ejus nullum delictum esse possit. *l. si posthum. 14. ff. de liberis. l. maximum. 4. C. de liber. præter. l. si quis suo. 33. §. 1. C. de inoff.* 8 Rite, ut *l. 8. §. 2. ff. contr. tabul.* 9 Id est, inter eos, qui primum locum tenent in successione. Alioquin vox *suus* in potestate filium hic non significat.

10 Imo iniquum est de alieno largiri. *l. filius. 7. ff. de donat.* Æquius est, id est, minus iniquum. 11 Et bonorum possessor. *l. 6. ff. eod.* 12 Imo semper futurus est: semper admittitur, cum exheredatio facta sub conditione non valeat. *l. 3. §. pure. ff. de liber. & posth.* An exheredatio (de qua hac lege) conditionalis nullo modo differt aut suspendit ipsam exheredationem post natum posthumum? An exheredatus est deficiente conditione, quæ sit in potestate?

13 Masculorum appellatione fœminæ non continentur in odiosis, & exheredationibus, *ut hic.* Qui filium exheredat, non exheredat fœminam, *ut hic. l. cum quidam. 19. ff. de liber. & posthum. l. pronunciatio. 195. ff. de verb. sign.* 14 Qui unum filium exheredat, plures non exheredat. Imo, plures exheredare videtur. *l. utrum. 7. ff. de reb. dub. l. si quis ita. 16. §. 1. ff. de testam. tutel.* An hic unus tantum nominatim exheredatus est: ibi indefinite? An potius in odiosis, plures unitatis numero non continentur? 15 *l. 2. ff. eod. l. 1. §. 7. ff. si mulier ventris nom.*

16 *l. 3. ff. de liber. & posth.* 17 Adde *l. 8. §. 5. ff. contr. tab.* 18 V. *l. 5. in fin. ff. de injusto.* 19 *§. 2. vers. sed & si incertum. §. 4. ff. eod.* 20 *l. 6. ff. eod.*

optionem datus, decesserit prægnante uxore, tunc deinde adoptator defunctus fuerit: mittetur venter in possessionem [22] avi adoptivi. † Sed an etiam in ejus, qui in adoptionem dederat filium, mittetur, videamus? Et si hic nepos posthumus heres ab avo naturali institutus sit, mittetur [23] in possessionem. quia, & nato ei, si nemo ex liberis sit alius, bonorum possessio secundum tabulas dari potest: aut si sint liberi præteriti, etiam contra tabulas cum ipsis potest accipere. §. 13. Si pater nuru prægnante filium emancipaverit, non in totum repelli uterus debet: namque natus solet patri ex novo [24] Edicto jungi. Et generaliter, quibus casibus patri jungitur natus, admittendus est venter in possessionem. §. 14. Si ea, quæ in possessionem vult ire, uxor negetur, vel nurus, vel esse, vel fuisse, vel ex eo prægnans non esse contendatur: decretum interponit Prætor [ad] exemplum Carboniani Edicti [25]. Et ita D. Hadrianus Claudio Proculo Prætori rescripsit, ut summatim [26] de re cognosceret: &, si manifesta calumnia videbitur ejus, quæ ventris nomine in possessionem mitti desiderat, nihil novi decerneret: si dubitari de re poterit, operam daret, ne præjudicium fiat ei, quod in utero est; sed ventrem in possessionem mitti oportet. Apparet itaque, nisi manifesta sit calumniatrix [27] mulier, debere eam decretum eligere: & ubi omnino juste dubitari poterit, an ex eo prægnans sit, decreto tuenda est, ne præjudicium partui fiat. Idemque est, & si status mulieri controversia fiat. §. 15. Et generaliter, ex quibus causis Carbonianam bonorum possessionem puero [28] Prætor dare solitus est, ex hisdem causis ventri quoque subvenire Prætorem debere non dubitamus: eo facilius, quo favorabilior est causa partus [29], quam pueri; partui enim in hoc favetur, ut in lucem producatur. puero, ut in familiam inducatur: partus enim iste alendus est, qui [&] si [30] non tantum parenti, cujus esse dicitur, verum etiam Reipublicæ [31] nascitur. §. 16. Si quis prima uxore prægnante facta, mox aliam duxerit, eamque prægnantem fecerit, diemque suum obierit: Edictum ambobus sufficiet: videlicet cum nemo contendit, nec calumniatricem dicit. §. 17. Quotiens [32] autem venter in possessionem mittitur, solet mulier curatorem ventri petere: solet & bonis. Sed si quidem tantum ventri curator datus sit, creditoribus permittendum, in custodia bonorum esse: si vero non tantum ventri, sed etiam bonis curator datus est, possunt esse securi creditores; cum periculum ad curatorem pertineat. idcirco curatorem bonis ex inquisitione dandum, idoneum scilicet, oportet creditores curare: vel si quis alius est, qui non edito partu successionem speret. §. 18. Hoc autem jure utimur, ut idem curator & bonis & ventri detur. sed si creditores instent, vel qui sperat se successurum: diligentius atque circumspectius id fieri debebit, & plures, si desiderentur, dandi sunt.

§. 19. Mulier autem in possessionem missa, ea sola, sine quibus [33] fœtus sustineri, & ad partum usque produci non possit, sumere [34] ex bonis debet: & in hanc rem curator [35] constituendus est, qui cibum, potum, vestitum, tectum [36] mulieri præstet pro facultatibus [37] defuncti, & pro dignitate ejus atque mulieris.

§. 20. Deminutio autem ad hos sumptus fieri debet, primum [38] ex pecunia numerata: si ea non fuerit, ex his rebus quæ patrimonia onerare magis impendio, quam augere fructibus consueverunt. §. 21. Item si periculum est, ne interim res usucapiantur, ne debitores tempore liberentur: idem curare debet.

§. 22. Ita igitur curam hoc quoque officio administrabit, quo solent curatores atque tutores pupillorum. §. 23. Eligitur autem curator aut ex his, qui tutores dati sunt posthumo: aut [ex] necessariis adfinibusque, aut * ex * substitutis, aut ex amicis defuncti, aut ex creditoribus. sed utique is, qui idoneus videbitur: aut si de personis eorum quæstio moveatur, vir bonus eligitur.

§. 24. Quod si nondum sit curator constitutus (quia plerumque aut non petitur, aut tardius petitur, aut serius datur): Servius aiebat, res hereditarias heredem institutum vel substitutum obsignare non debere, sed [39] tantum pernumerare [40], & mulieri adsignare.

§. 25. Idem ait, ad custodienda [41] ea, quæ sine custodia salva esse non possunt, custodem ab herede ponendum: utputa pecoris; & si nondum messis, vindemiave facta sit. & si fuerit controversia, quantum deminui oporteat: arbitrum dandum.

§. 26. Curatore autem constituto, hæc omnia cessare puto: conscribere [42] tamen curatori debent & vendenti, & inventarium [43] rerum facienti. §. 27. Tamdiu autem venter in possessionem esse debet, quamdiu aut pariat, aut abortum [44] faciat, aut certum sit eam non esse prægnantem. §. 28. Et si sciens prudensque se prægnantem non esse, consumpserit: de suo eam id consumpsisse, Labeo ait.

Si editus repellatur.

II. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

SEd & si eum ediderit, qui repulsus est: discedere debet.

De sumptibus bona fide factis.

III. HERMOGENIANUS lib. III Juris epitomarum.

SUmptus [45] autem ab ea facti bona fide, non repetuntur.

De habitatione. 1. De ciburiis servorum.

IV. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

HAbitatio [46] quoque si domum defuncti non habuit, conducenda erit mulieri. §. 1. Servis quoque mulieris, qui necessarii sunt ad ministerium ejus, secundum dignitatem cibaria præstanda sunt.

De alimentis mulieri præstandis. 1. De debito solvendo.

V. GAIUS lib. XIV ad Edictum Provinciale.

CUrator ventris alimenta [47] mulieri statuere debet. nec ad rem pertinet, an dotem habeat, unde sustentare se possit: quia videntur, quæ ita præstantur, ipsi præstari, qui in utero est.

§. 1. Curator ventri datus, solvendi [48] debiti rationem habere debet: utique ejus, quod [49] sub pœna, aut pignoribus pretiosis debetur.

De institutione extranei posthumi.

VI. ULPIANUS lib. XLI ad Edictum.

EXtraneo [50] posthumo herede instituto, non aliter venter in possessionem mittitur, nisi [51] mater aliunde se alere non possit: ne forte ei, qui natus bonorum possessor [52] futurus est, denegasse alimenta videamur.

De causa intestati. 1. De causæ cognitione. 2. De ventre cum aliis, aut solo ad possessionem admittendo.

VII. IDEM [lib. XLVII ad Edictum].

VBicunque ab intestato admittitur quis, illic & venter [53] admittitur: scilicet si talis fuerit is, qui in utero est, ut si in rebus humanis [54] esset, bonorum possessionem petere posset: ut in omnibus [55] partibus Edicti pro superstite [56] habeatur [18], qui in utero est. §. 1. Interdum non passim, sed [57] cum causæ cognitione mitti venter in possessionem debet, si quis sit, qui controversiam referat. Sed hoc tantum ad eum ventrem erit referendum, qui cum liberis admittitur: cæterum si mittatur *unde legitimi*, vel qua alia ex parte, dicendum est, non esse causæ cognitionem necessariam. nec enim æquum est, in tempus pubertatis ventrem vesci de alieno, in tempus pubertatis dilata controversia. Sed enim placet, omnes controversias, quæ quasi status controversiam continent, in tempus pubertatis differri: sed non ut in possessione sit, status controversia dilata, sed sine possessione.

§. 2. Quamvis autem Prætor ventrem in possessionem mittat cum his, quibus possessionem dederit: attamen etiam solus [58] venter admittetur ad bonorum possessionem.

De accusatione adulterii.

VIII. PAULUS [lib. I de Adulteris].

SI ventris nomine mulier missa sit in possessionem, Divus Hadrianus Calpurnio Flacco, differendam [59] accusationem [60] adulterii, rescripsit: ne quod præjudicium fieret nato.

De sumptibus in alimenta ventris factis.

IX. ULPIANUS [lib. XV ad Sabinum].

CUm venter mittitur in possessionem, quod in ventris alimenta deminutum est, detrahitur velut æs [61] alienum.

De tempore, quo natus vel conceptus est posthumus. De omnibus partibus edicti.

X. PAULUS [lib. VII Quæstionum].

POsthumus [62] natus quocunque [63] tempore, qui tamen testatoris morte conceptus [64] jam erit, potest agnoscere bonorum possessionem. nam & ventrem Prætor ex [65] omnibus Edicti [partibus] mittit in possessionem bonorum: non missurus scilicet, si ei nato daturus non esset bonorum possessionem.

---

22 *l.* 8. §. 11. ff. *contr. tab.*

23 Imo, non mittetur. *l.* 13. §. 2. ff. *contr. tab.*

24 Novum edictum appellat, nunc primum factum. vide quæ scripsi ad *l.* 3. *circa fin. ff. de conjungendis cum emancip. lib. ejus.*

25 In quo summatim cognoscitur. *l.* 3. §. 4. ff. *de Carboniano. l.* 3. *in fin.* ff. *ut vis fiat rei.*

26 Atqui plena cognitio exigitur. *arg. l.* 1. §. 1. ff. *eod. l.* 7. §. 1. ff. *eod.* uxorem esse plene constare debet; in aliis quæstionibus summaria cognitio sufficit.

27 Vide *l.* 1. §. 1. ff. *si mulier ventris nomine. l.* 3. §. 3. & 4. ff. *de Carboniano.*

28 Puer qui jam natus est.

29 V. *l.* 1. ff. *si ventris nomine.*

30 *Al.* quia non tantum parenti.

31 Patriæ quantum debeatur, nota. adde *l.* 2. ff. *de justitia & jure. l.* 14. ff. *ad Trebell. l.* 1. *in fin.* ff. *ad l. Juliam majest. l.* 19. §. 7. *in fin.* ff. *de captivis. l.* 14. §. 4. ff. *de mun. & hon.*

32 Transit Jurisconsultus ad secundam Rubricæ partem, de curatore bonis dando & ventri.

33 *l.* 4. *l.* 5. ff. *eod.*

34 *l.* 5. §. 3. ff. *de Carboniano.*

35 An curator constitutus ventri & bonis? An potius curator ventris hanc curam gerat, ut quæ ventri ad victum necessaria sunt, ea præstet: interim dum curator bonis constitutus, alias impensas suppeditat?

36 *l.* 4. ff. *eod. l.* 1. §. 4. ff. *de muneribus.*

37 Ad eas circumstantias fœpissime recurritur. *l.* 2. §. 1. ff. *ubi pupillus.*

38 Ordinem & progressum sumptuum faciendorum, & sic rerum in sumptus aliquos insumendarum observa. adde *l. à Divo.* 15. ff. *de re jud.*

39 Sequestratio quibus casibus interdicta, iisdem non censetur interdicta pernumeratio & descriptio. Neque obstat *l. defensionis.* 7. *C. de jure fisci.* quippe descriptio, qua de illo loco agitur, idem est, quod executio, & in fiscum incorporatio.

40 Id est, omnes numerare. Dictio *per*, omne significat. *l.* 69. ff. *de verb. sign.*

41 Custodem adponere curator debet iis rebus, quæ sine custodia salvæ esse non possunt.

42 Curatores bonis dati, res omnes conscribere debent.

43 Inventarium rerum facere debet curator datus bonis. *l.* 7. §. 5. *C. de curat. furios.*

44 Abortus, vel abactus venter partus esse non videtur. *l.* 2. & *l.* 3. *C. de posth.*

45 *l.* 1. §. 2. ff. *eod.*

46 *l.* 1. §. 19. ff. *eod.*

47 *d.* §. 19.

48 Vide *l.* 1. §. 21. ff. *eod.*

49 Vide *l.* 4. ff. *de solut.*

50 Extraneus hic dicitur, qui neque legitimus, neque cognatus est: nam legitimus vel cognatus omnino mittitur in possessionem, & non tantum si institutatur, sed etiam si ab intestato succedit. vide Cujac. *Instit. de legitimis, in verbo extraneus.*

51 Quilibet posthumus & extraneus, mittitur in possessionem, si aliunde non habet unde se alat.

52 Et dominus. *l.* 1. §. 2. *in fin.* ff. *eod. l.* 10. ff. *eod.*

53 *l. ult.* ff. *eod.*

54 *l.* 1. *in pr.* ff. *eod.*

55 Vid. *l. ult.* ff. *eod.*

56 *l.* 7. *l.* 28. ff. *de statu.*

57 Imo summatim & citra cognitionem causa mitti sufficit. *l.* 1. §. 14. ff. *eod. l.* 3. §. *adjungo. l. ferme.* ff. *de bonor. possess.* Hæc missio in possessionem, facti est, deminuendi causam continens. *l.* 1. §. *tutes.* ff. *eod. l.* 12. ff. *ex quibus causis in possess.* Illa, juris est: quæ nullum præjudicium adfert possessioni vel proprietati, ideoque summaria sufficit cognitio, vel ibi possidere vult, donec nascatur; hic autem ad pubertatis usque tempus, & hoc verius quam si cum quibusdam dixeris, hic ventrem, hic agnatum mitti: vel ibi extraneos resistere, hic descendentes. vid. *Bart. hic.*

58 *l.* 13. *in fin.* ff. *de manumiss. test.*

59 Imo non differtur. *l.* 1. *C. de falsis.* Non differtur quoties agitur de matre punienda: differtur, si accusetur de adulterio vel partu supposito; hoc enim casu vocantur tutores. 60 Adde *l.* 3. ff. *de partu.*

61 Quod deminuitur in alendo ventre, æris alieni loco est hereditati. 62 *l.* 10. *in fin.* ff. *de cogn. l.* 6. ff. *de suis.* 63 Legitimo tamen. vide *Nov.* 39. *cap.* 2. 64 *l.* 1. §. 1. ff. *eod.*

65 Ex omnibus partibus edicti mitti in possessionem, esse mitti sive ex testamento, sive ab intestato, sive per *unde liberi*, sive per *legitimi*? An potius hoc vult Jurisconsultus, quemcunque in possessionem mitti, qui si nascetur, haberet bonorum possessionem à Prætore?

TIT. X.

DE [1] CARBONIANO [2] EDICTO [3].

Summa. 1. Si pro pupillo satis non detur. 2. Quibus competit hoc edictum. 4. Si pater controversiam faciat. 5. Si impubes, 6. Vel defunctus dicatur esse servus. 7. De fisco. 8. De institutione, vel exheredatione. 11. De accusatione partus subjecti.

1. ULPIANUS [lib. XLI ad Edictum].

SI cui controversia fiet, an 4 inter liberos sit, & impubes 5 sit, causâ cognita perinde possessio datur, ac si nulla de ea re controversia esset: & judicium [6] in tempus pubertatis causa cognita differtur.

§. 1. Eum, qui controversiam facit, si pro pupillo satis ei non detur, simul in possessionem eorum bonorum esse Prætor jubet.

§. 2. Non tantum masculi, sed & fœminæ ex virili sexu descendentes, Carboniani commodum habebunt. §. 3. Et generaliter dicimus, his demum Carbonianum competere, quibus [7] contra tabulas bonorum possessio competit: his vero non competere, qui repellentur à contra tabulas bonorum possessione.

§. 4. Si quis non ab aliquo hanc controversiam patiatur, quod inter liberos non sit, sed ab ipso patre; utputa nepos, qui se retentum in potestate avi dicit ab emancipato patre, cui jungi desiderat: an differri debeat? & magis est, ut differatur. parvi enim refert, quis ei controversiam faciat, cum, etsi [8] testator eum negaverit ex liberis, non tamen exheredem scripserit, Carboniano possit esse locus. §. 5. Sed & si quis non tantum ex liberis negetur esse, verum [9] servus [10] etiam esse dicatur, forte ex ancilla editus: Julianus scripsit, adhuc Carboniano locum esse: quod & Divus Pius rescripsit. nam vel magis [11] consulendum est his, quibus majus periculum intenditur: nam si aliter observetur, inventa [12] erit ratio, quemadmodum audacissimus quisque majore injuria impuberem adficiat, quod & plura & graviora de eo mentiatur. §. 6. Sed etsi [13] ipse defunctus servus esse dicatur, idem [14] erit dicendum. §. 7. Sed & si fiscus facit impuberi controversiam, Carbonianum edictum potest locum habere.

§. 8. Pomponius lib. LXXIX ad Edictum scripsit, cum filius heres vel exheres scriptus est, Carbonianum edictum cessare, quamvis [15] filius esse negetur: quia [16] vel quasi scriptus habet bonorum possessionem, etiam si filius non est; vel repellitur quasi exheredatus, etsi filius esse videatur: nisi forte posthumus [inquit] est heres institutus, & natus negetur esse filius, sed subjectus esse dicetur; quo casu ejus partis tantum danda est ei bonorum possessio, ex qua institutus est. §. 9. Idem ait, cum quidam exheredem scripsisset filium, quod diceret, *eum ex* [17] *adulterio* [18] *conceptum*: quia fieret ei hæc controversia, an inter liberos sit; ex hac parte edicti ei bonorum possessionem competere: cum, si sine elogio [19] exheres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem. Idemque, & si ita sit scriptum, *Quisquis est, qui filium meum se esse dicit, exheres esto*: quia non [20] est filius exheredatus.

§. 10. Si quis filium suum heredem instituerit ex minima parte sic, *Ille qui ex illa natus est, heres esto*, non [21] quasi filium suum; deinde hic contendat, patrem intestatum decessisse, seque ei suum here-

---

1 VI C. XVII. 3 Paul. *sentent.* 1. 4 Theod. 3. apertius Ecloga, περὶ ἀφαιρέσεως ἀμφιβόλου κύρους, id est, de filio cui fit controversia an sit impubes. 40 *tit.* 5.

2 Videtur Cn. Carbo auctor hujus edicti fuisse, quem legimus apud Valerium 5 & 6. Pompeii puerilitæ & bonorum patris ejus (de quibus controversiam patiebatur) acerrimum defensorem fuisse. Cujac. *hic.*

3 Decretum forte interposuit, cum Prætor esset, quod postea, ut utile, in edictum transiatum. vid. Cujac. *C. eod.*

4 *l.* 3. §. 5. ff. *eod. l.* 2. *C. eod.*

5 Mas, vel fœmina. *l.* 2. ff. *eod.*

6 Utrumque de statu & bonis paternis.

7 *l.* 20. ff. *de inoffic.*

8 Pater filio non nocet, etsi eum ex liberis esse neget, *ut hic.* Eadem ratione matris adseveratio filio non nocet. *l. Imperatores.* 29. §. *mulier.* ff. *de probat.*

9 *l.* 2. *C. de infirm. D. Hadrian.*

10 Edictum loquitur tantum de controversia, An puer sit inter liberos defuncti (quæ quæstio est de statu familiæ): sed porrigitur facillime etiam ad statum capitis. *l.* 1. *C. hoc tit.* Cujac. *C. eod.*

11 Et ita Herodianus, περὶ φασιανῶν. Οἱ κληρονόμοι οἰκείως ἔχουσι πρὸς τοὺς ἀναγκαίους ἐστὶ μᾶλλον μίλιον. vide Cujac. *C. eod.*

12 Quod esse non debet. *l.* 8. §. 20. ff. *de transact.*

13 *l.* 2. *C. de edict. D. Hadrian.*

14 Imo aliud, *l. liber.* 8. *C. de petit. hered.*

15 Adde *l.* 20. ff. *de inoff.*

16 Carbonianum non datur bonorum possessionem secundum tabulas habenti. 17 Exheredationes plerunque fiebant, adjecto elogio, seu adjecta causa, *ut hic*, quod ex adulterio conceptus. & *alibi*: quem scio ex me natum non esse. *l. si posthumus.* 14. §. *ult.* ff. *de liberis & posthumis.* Ille illius filius exheres esto, *l. idem.* 15. ff. *de liberis & posthumis.* quod ob damnationem Oppianici pecuniam acceperit, Cicer. *pro Cluentio*, quod meretricem amaverit. 7 *Quint.* 4. Mater mea quæ mihi cum carissima, tum dulcissima fuit, quæque mihi vixit, bisque eadem die vitam dedit, exheres esto. 9 *Quint.* 2. 18 Imo recte eo casu exheredatur. *l.* 3. ff. *de liber. & posthumis.* 19 Vide *l.* 14. *in fin.* ff. *de lib.* 20 Imo est, *l.* 3. ff. *de lib. & posthum.* Valet exheredatio, nisi se filium probet. 21 *l.* 5. *C. de test. ordin.*

heredem esse: interest [18] coheredes ejus utrum negent eum filium [19], an vero contendant testamentum valere. Si testamentum valere contendunt, controversia non est differenda, & Carbonianum cessat. quod [si] filium eum negant, & ad ipsos potius quasi ad consanguineos hereditatem pertinere dicunt: data bonorum possessione impuberi, controversia in tempus pubertatis differtur. §. 11. Si mater *subjecti partus* arguatur [24], an differenda sit quæstio propter statum pueri, quæritur? Et si [25] quidem pupilli *status* in dubium devocatur, differri quæstio in tempus pubertatis debet: cum metus potest esse, ne minus idonee defendatur. cum vero, *mater rea* postulatur, *utique integra fide & majore constantia causam defensura* [26] *recenti* [27] *tempore*: dubium non est, cognitionem fieri oportere. & post eventum cognitionis, si suppositum [28] * partum * apparuerit, actiones hereditariæ puero denegandæ sunt [29], omniaque perinde habenda, atque si heres scriptus non fuisset.

II. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LIcet mulier, quæ partum subjecisse dicitur, decesserit: tamen, si [30] participes maleficii sint, in præsenti cognoscendum est. si autem nemo sit, qui puniri possit, quia omnes participes [31] facinoris forte decesserint: secundum Carbonianum edictum in tempus pubertatis differenda cognitio est.

De bonorum possessione contra tabulas vel ab intestato, vel secundum tabulas. 1. De legatis & fideicommissis. 2. De scripto herede. 3. De statu ejus cui succurrit Carbonianum. 4. De causæ cognitione. 5. De accusatione partus subjecti. 7. Si mater filio qui fratri controversiam faciebat, successerit. 8. Si duo impuberes patiantur status controversiam, & alter eorum puberuerit. 9. De petitore & possessore. 10. Si duo impuberes invicem faciant controversiam. 11. De liberali causa. 12. Si debitores controversiam impuberi faciant, & heredi tatem ad agnatum absentem pertinere contendant. 13. De effectu Carbonianæ possessionis. 14. De tempore hujus possessionis & ordinario propter hanc agnoscendo.

III. ULPIANUS lib. XLI ad Edictum.

CArbonianum edictum aptatum est ad [32] contra tabulas bonorum possessionem, & intestati: cum & in secundum tabulas [33] in quibusdam casibus possit videri necessarium edictum; veluti si paterfamilias ita instituerit, *Posthumus heres esto*, vel *Posthuma heres esto*, & negetur esse verum, quod in testamento scriptum est.

§. 1. Et *cum de fideicommissis*, [*vel*] *de legatis quæritur, differri potest* [34] *causa in tempus pubertatis*: id enim Divus Pius Claudius Hadriano rescripsit. §. 2. Quamvis scripto heredi non [35] promitti bonorum possessionem ex edicto Carboniano [36] certum sit: tamen quæstionem status in tempus pubertatis differri, proculdubio est. Ergo si quidem de parentis bonis simul, & de statu controversia fiat: hoc edictum locum habebit. sin vero tantum [37] status: differetur quæstio in tempus pubertatis; sed non ex Carboniano, sed ex Constitutionibus. §. 3. Puberi quamvis minori viginti quinque annis Carbonianum non succurrit [38]. Sed [si], cum esset pubes, quasi impubes obrepserit [39], bonorumque possessionem accepit: cedendum erit, nihil eum egisse. Nam etsi impubes esset, mox pubes factus, finiretur bonorum possessionis emolumentum. §. 4. Causæ cognitio [40] in eo vertitur, ut si manifesta calumnia appareret eorum qui infantibus bonorum possessionem peterent, non daretur bonorum possessio. Summatim [41] ergo, cum petitur ex Carboniano bonorum possessio: debet [42] Prætor cognoscere. Et si quidem absolutam [43] causam invenerit, evidenterque probatur filium non esse: negare debet ei bonorum possessionem Carbonianam. si vero ambiguam causam, hoc est, vel [44] modicum pro puero facientem, ut non videatur evidenter filius non esse: dabit ei Carbonianam bonorum possessionem.

§. 5. *Duæ* autem sunt *causæ cognitionis* [45]: una dandæ Carbonianæ possessionis, quæ habet commodum [46] illud, ut perinde [47], atque si nullam controversiam pateretur impubes, possessionem accipiat: alia causæ cognitio illa, utrum differri [48] debeat in tempus pubertatis cognitio, an repræsentari. Hoc autem diligentissime Prætori examinandum est, an expediat pupillo repræsentari [49] cognitionem, an potius differri in tempus pubertatis. & maxime inquirere hoc à [50] cognatis, matre, tutoribusque pupilli debet. Finge [51] esse testes quosdam, qui dilata controversia, aut mutabunt consilium, aut decedent, aut propter temporis intervallum [52] non eandem fidem habebunt. vel finge esse anum [53] obstetricem, vel ancillas, quæ veritatem pro partu possunt insinuare; vel instrumenta satis idonea ad victoriam, vel quædam alia argumenta: ut magis damnum patiatur pupillus, quod differtur cognitio, quam compendium, quod non repræsentatur [54]. finge, pupillum satisdare [55] non posse, & admissos in possessionem, qui de hereditate controversiam faciunt, multa posse subtrahere, novare, moliri. aut stulti, aut iniqui Prætoris erit, rem in tempus pubertatis differre cum summo ejus incommodo, cui consultum velit. Divus etiam Hadrianus, ita rescripsit: *Quod in tempus pubertatis res differri solet, pupillorum causa fit, ne de statu periclitentur, antequam se tueri possint. cæterum si idoneos habeant, à quibus defendantur, & tam expeditam causam, ut ipsorum interfit, mature de ea judicari, & tutores eorum judicio experiri volunt: non debet* [56] *adversus pupillos observari, quod pro ipsis excogitatum est: & pendere status eorum, cum jam possit indubitatus esse.* §. 6. Si mater impuberis, subjecti partus rea postulata, causam obtinuerit, poterit [57] adhuc superesse status quæstio: utputa *si dicatur, aut non esse ex ipso defuncto conceptus, aut ex ipso quidem, sed non ex matrimonio* [58] *editus*. §. 7. Si is, qui status controversiam filio faciebat & solum se filium dicebat, decesserit, & mater ei heres extiterit: si quidem eandem controversiam impuberi mater faciat, qui se ex alia natum adfirmat, quam filius ejus faciebat, scilicet ut neget eum filium, idcircoque ad se totam hereditatem ex persona filii sui defuncti pertinere [debere]; in tempus pubertatis differri Julianus ait. quia nihil interest suo, an hereditario nomine controversiam faciat. † Plane si mater [59] concedat, hunc quoque defuncti filium esse, idcircoque partem dimidiam hereditatis solam sibi vindicet ex bonis paternis: non erit judicium in tempus pubertatis differendum. non [60] enim de paternis [61], sed de fraternis bonis impuberi fit controversia. §. 8. Ibidem Julianus quærit: Si duo impuberes patiantur status controversiam, & alter eorum pubuerit: expectari [62] alterius quoque pubertas debet: scilicet ut sic de utriusque statu agatur, ne aliquod præjudicium fiat impuberi per puberis personam. §. 9. Parvi refert, utrum petitor sit impubes, an possessor qui status controversiam patitur [63]: nam sive possideat, sive petat, in tempus pubertatis differtur. §. 10. Si duo impuberes invicem faciant status controversiam: interest, utrum quisque se solum filium dicat, an & [64] se. Nam si se solum dicat filium: dicendum est debere controversiam ad utriusque pubertatem differre, sive petitor, sive possessor sit. † Si vero alter se solum, alter & se dicat: si quidem ille adoleverit, qui se solum dicat, adhuc differtur controversia propter puertiam [65] ejus, qui & se dicit; sed de parte non de toto, de parte enim utique nec [66] litigatur. quod si ille adoleverit qui & se dicit, ille impubes sit qui se solum dicit: non differtur controversia: nec enim patitur impubes status controversiam, sed facit; cum hic impubes & [67] se dicat, illum non neget filium. §. 11. Si quis liber, & heres esse jussus, status controversiam impuberi faciat, qui filius esse, & testamentum patris rupisse dicitur: Julianus ait, utraque judicia & hereditatis, & libertatis in tempus pubertatis differenda. neutrum enim eorum ita explicari potest, ut non conditioni ejus, qui se filium esse contendat, præjudicetur. Cæteræ quoque libertatis quæstiones ex testamento pendentes [68] in tempus pubertatis differuntur.

§. 12. Cum extaret impubes, qui se filium defuncti diceret, debitoresque [69] negent *eum filium esse defuncti, & intestati hereditatem ad agnatum, qui forte trans mare abierit* [70], *pertinere*: necessarium erit puero Carbonianum edictum: sed & absenti erit prospiciendum, ut cautio præstetur. §. 13. Missum autem ex Carboniano in possessionem studeat Prætores possessorem constituere [71]. quod si [72] cœperit, aut hereditatem petere quasi bonorum possessor Carbonianus, aut singulas res: rectissime Julianus lib. XXIV Digestorum scribit, exceptione eum summovendum: contentus enim esse debet hac prærogativa, quod possessorem eum Prætor tantisper constituit. si igitur vult hereditatem aut singulas [73] res petere: petat [74] [inquit] *directa* actione quasi heres, ut ea petitione judicari possit, *an quasi ex liberis heres sit*: ne præsumptio Carbonianæ [75] bonorum possessionis injuriam adversariis afferat: quæ sententia habet rationem, & æquitatem.

§. 14. Hæc autem possessio intra [76] annum datur: sicuti ordinariæ quoque, quæ liberis dantur, intra annum dantur.

§. 15. Sed oportebit hunc, qui se filium dicit, non solum Carbonianam bonorum possessionem accipere: verumetiam ordinariam [77] agnoscere. §. 16. Currunt autem tempora ad utramque bonorum possessionem separatim: Ordinariæ quidem, ex quo patrem suum decessisse scit, & facultatem bonorum possessionis petendæ habuit: Carbonianæ vero [ex] eo tempore, ex quo controversiam sibi fieri cognovit.

IV. JULIANUS lib. XXIV Digestorum.

IDeo si ex prima [78] parte edicti bonorum possessionem non [79] petierit: alias poterit ex sequenti parte edicti ad exemplum Carboniani accipere bonorum possessionem: alias non poterit. Nam si confestim post patris mortem controversia ei facta fuerit, an inter liberos bonorum possessionem accipere possit: simul ad utriusque edicti causam annus cessisse videbitur. si vero interposito tempore scierit controversiam sibi moveri: poterit etiam finito tempore, intra quod ex prima parte bonorum possessionem acceperat, ex sequenti bonorum possessionem petere: quam cum acceperit, perpetuo possessoriis [80] actionibus uretur. sed si post pubertatem contra eum judicatum fuerit, denegabuntur ei actiones.

Si controversiam faciens ex liberis sit. 1. De adversario pupilli in possessionem mittendo. 3. De deminutione vescendi causa. 4. De adversario in possessionem misso. 5. De administratione.

V. ULPIANUS lib. XLI ad Edictum.

SEd si is, qui controversiam impuberi facit, ex liberis sit: eveniet, ut, sive caveat [81] hic, cui status sit controversia, sive non caveat, attamen simul sit in possessionem. §. 1. Si impubes non defendatur, idcircoque missus [82] sit in possessionem etiam adversarius ejus: actiones hereditarias quis exercebit? Et ait Julianus lib. XXIV Digestorum, curatorem constitui debere, qui omnia curet, actiones exerceat. † Denique scribit, etiam eum, qui cum impubere missus est in possessionem, actiones posse adversus curatorem intendere, nec esse prohibendum: nullum enim per hoc præjudicium hereditati fieri: nam & adversus ipsum pupillum, si satisdedisset, recte experiretur. §. 2. Quoties impubes satis non dat, mittitur in possessionem adversarius ejus, sive satisdet, sive non det. si velit adversarius committi sibi administrationem, satisdare debet pupillo: cæterum, si satis non det, debet [83] curator constitui, per quem bona administrentur. † Adversarius autem si satisdederit, res, quæ tempore perituræ [84], aut deteriores futuræ sint, distrahere debet: item à debitoribus, qui tempore liberabuntur, exigere debet: cætera cum pupillo possidebit.

§. 3. An autem vescendi [85] causa deminuere possit is, qui ex Carboniano missus est, videamus? & si quidem satis impubes dedit, sive decrevit Præses, sive non, deminuet vescendi causa: & hoc minus restituet hereditatis petitori. quod si satisdare non potuit, & aliter alere se videtur non posse, deminuendi causa usque ad id, quod alimentis ejus necessarium est, mittendus est. nec [86] mirum debet videri, hereditatem propter alimenta minui ejus, quem fortasse judicabitur filium non esse: cum [87] omnium edictis venter in possessionem mittatur, & alimenta mulieri præstentur propter eum, qui potest non nasci: majorque cura debeat adhiberi, ne [88] fame pereat filius, quam ne minor hereditas ad petitorem perveniat, si apparuit filium non esse.

§. 4. Ma-

---

21 Carbonianum locum non habet si quæstio sit de bonis tantum: locus si de bonis simul, & statu *l. 3. §. 2. ff. eod.*

23 Atque ita testamenti respectu portionis ei attributæ institutionem valere negent. *l. 4. C. de hered. inst.*

24 Hoc crimen capitale est. *l. 1. C. ad l. Cornel. de sicc.*

25 Status quæstio differtur quoties pupilli status in dubium revocatur: secus si mater rea postuletur.

26 Defensura recenti tempore: dubium non est cognitionem fieri oportere. sic ea verba distinguenda & interpretanda esse scribit Cujac. 10 *obs.* 24.

27 Id est, in præsenti. ut *l. 2. ff. eod.* sic in recenti dicitur, *l. 31. §. 2. ff. de reb. auct. jud. l. 25. ff. de pœnis.*

28 *l. 9. ff. eod.*

29 Atqui res inter alios judicata (puta inter matrem & tertium) aliis nocere non debet. Solve: hæc regula distinctionem habet. vide *l. 63. ff. de re judicata.* & sententia lata adversus matrem partui non nocet. *l. 1. C. ad legem Corneliam de falsis.*

30 An vivente uno ex participibus criminum, possit agi civiliter de crimine adversus tertium, vid. *hic apud Bart.*

31 Puta, obstetrices. Paul. 2 *sentent. 24. §. ult.*

32 *l. 1. §. 3. ff. eod.*

33 *Sub.* bonorum possessionem.

34 *l. 6. §. 3 ff. eod.*

35 Imo scripto heredi datur Carboniana bonorum possessio, *ut initio hujus legis.* An scripto heredi jam nato non datur, *ut ibi?* An potius etiam nato scripto heredi datur, quoties status quæstio est?

36 Sed jure communi. *l. 1. 2. ff. quorum bonorum. l. 2. C. de edict. D. Hadriani.*

37 Non de paucis bonis.

38 Quid? num puberi propter impuberem succurritur? Minime. vide Paul. 3 *sent. 1. §. 15.*

39 Obreptitia decreta non valent. *l. cum vero. 26. §. subventum. 7. ff. de fideicomm. libert. l. magis puto. 5. §. penult. ff. de rebus eorum.*

40 De qua vide *l. 1. ff. eod.*

41 Imo cum causæ cognitione, seu causa cognita. *l. 2. C. eod. l. Judices. 9. C. de judiciis.* Porro in causis summariis, quæ non magnum ita præjudicium parant, semiplenam probationem sufficere hinc colligunt.

42 Atqui in possessoriis locum non habet regula, dolo facis, qui petis quod restituturus es, *l. si quis ad se fundum. 7. C. ad l. Jul. de vi.* locum non habet in possessoriis recuperandæ, sed adipiscendæ. 43 Absoluta causa, evidens, cui mox opponitur ambigua. 44 Ambiguam rem hic facit vel modicum pro puero faciens. 45 *Al.* cognitione. 46 Carbonianæ possessionis hoc est commodum, ut impubes possessionem accipiat, perinde ac si nullam controversiam pateretur. 47 Vide *l. 1. ff. eod.* 48 *l. 27. ff. de liberali.* 49 Repræsentari cognitio dicitur, quæ non differtur in tempus. 50 Testes in causa cognatorum & conjunctorum esse, & interrogari possunt cognati, mater, tutor. 51 Testium interrogatio non est differenda, quoties periculum est dilata interrogatione, ne consilium mutent, moriantur, obliviscantur, *ut hic.* Porro testes ita abfuturos interrogari posse, ex hoc loco satis evidenter ostenditur. adde *l. 40. ff. ad leg. Aquil.* 52 Testes deponentes aliquid accidisse diversis temporibus, licet sit unum factum, unici & singulares sunt. *cap. nihilominus. & ibi.* Archid. 3 *qu. 4.* Cravett. *conf. 3. & 99. num. 10. & de antiq. tem. part. 1. §. quid. num. 19.* ne quidem quoad judicium aliquod faciendum. Hippol. in *pract. §. diligenter.* Gab. *de teste. concl. 2. num. 10.* Ans. 53 Quæ alias invita non cogitur testimonium dicere. *l. 8. ff. de test.* vide quæ notavi ad *l. 12. ff. de probat.* 54 Vide *l. 1. §. 3. ff. de ventre.* 55 Satisdatio enim vel omnibus etiam aliis passim perdifficilis est.

56 In odium & fraudem alicujus verti non debet quod ejus favore inductum est. vide *l. 25. ff. de legibus. l. 6. C. de legibus. l. 19. in fin. C. de fid. instr. l. 5. §. 1. C. de secund. nupt.* Imo plerumque impetrata rescripta ac beneficia nocent impetranti. *l. 1. ff. quod quisque juris.* 57 Imo non potest. Nam matris absolutio prodest partui. *l. denunciasse. 17. §. quæritur. 6. ff. de adulteriis.* Prodest, quotiens de eodem facto quæritur adversus filium, de quo ipsa mater absoluta est. Nisi dicas jus speciale in lege contraria, hoc est in adulterio, propter sequens matrimonium, cui leges admodum favent. 58 Legitimo scil., indubitato. *l. un. C. Th. de Carbon. ed.* Sic Eclog. 40. *tit. 5. cap. 3.* τί δὲ ὅτε πλησίας ἢ μὴ ἄνωθεν ὑπὲρ τὸ τελεσθησόμενον, ἢ ἀπὸ νομίμου μὴ τυχούσης γάμου;

59 Mater non negat hunc quoque. *Hal.*

60 Imo, Carbonianum locum habet, etiamsi non sit contentio de bonis paternis. *l. 6. ff. eod.*

61 Vide *l. 7. §. 7. ff. eod.*

62 Imo, non debet expectari *§. 7. ff. eod. l. 13. ff. eod.* vide *hic Bart.*

63 Quoties scil. agitur possessorio, non petitorio. *Bart.*

64 *Et* particula implicat, id est, continet aliam.

65 Paul. 3 *sent. 1. §. 1.*

66 Id est, non litigatur: ut τὸ *Nec* accipiatur pro *Non*, ut in legibus duodecim tabularum. Ast ei custos nec est: & si adorat furto, quod nec manifestum erit. adde *l. 1. §. 18. ff. ut legatorum nomine caveatur.*

67 Hæc dictio *Et*, implicat. vide Bart. ad *§. 10. ff. eod.*

68 Si propter debita particularia quæstio status infertur impuberi, differtur in tempus pubertatis. *Bart.*

69 Adde *l. 7. in fin. ff. de hered. pet.*

70 Abierit. *Hal.*

71 Hoc est missum in possessionem tuetur, ut non de novo possessorem facit.

72 Possessoria hereditatis petitio datur bonorum possessoribus, exceptis Carbonianis, *ut hic.* hoc est missum in possessionem ex hoc edicto tuetur Prætor: non tamen, qui ita missus est in possessionem ex Carboniano edicto, hereditatem, res ve singulas vindicare potest, nisi se filium esse plene probare velit.

73 *l. ult. ff. eod.*

74 Dixi *l. 47. ff. de jure fisci.*

75 Filiationis summatim cognitæ. *§. 4. vers. summatim. ff. eod.*

76 *l. 2. §. 12. ff. ad Tertull.*

77 Id est, non solum extraordinarie, sed etiam ordinarie. v. Cuj. *Inst. de bon. possess.*

78 Prima pars edicti estne contra tabulas? An bonorum possessio ordinaria? nam sequens Carboniana extraordinaria est.

79 Hanc negativam expungit Augustinus, 2 *emend. 3.* & Zoanetus *rest. c. 3.*

80 Possessor his actionibus. *Hal.*

81 Hic incipit agere Jurisconsultus de satisdatione: & tertium caput edicti exponere.

82 Mitti in possessionem quis potest bonorum impuberis non defensi.

83 *l. 1. in fin. ff. de muneribus.*

84 *l. 48. in fin. ff. de administrat. tutor. l. 23. §. 2. ff. de hered. instit.*

85 Vide *l. pen. ff. ut in poss. leg.*

86 Ratio dubitandi.

87 Omnibus partibus edicti. *l. ult. ff. de ventr. in poss.*

88 Famis avertendæ summa ratio est. Infantis causa supplicium matris differri, hinc colligunt, non modo, ut pariat, sed ut natum alat, si modo ab alio educari non possit. adde *l. Imperator. 18. ff. de bon. status. l. 3. ff. de pœnis.*

§. 4. Maxime autem puto, si missus fuerit in possessionem adversarius [89], desiderandum à Prætore, ne instrumenta [90] in possessionem suam redigat: cæterum [91] decipietur pupillus, dum vel instruitur adversarius ejus, vel etiam intercipere ea potest.

§. 5. Cum autem in satisdatione [92] & pupillus & adversarius ejus cessant, curator constituendus est, qui bona administret, & quandoque ei, qui judicio vicerit, restituat. † Quid tamen, si tutores pupilli velint administrare? Non erunt audiendi, nisi satis dederint nomine pupilli, aut curatores quoque iidem ipsi sint constituti.

De bonis maternis. 1. *De bonis paternis & maternis, vel fraternis. De bonorum possessione ab intestato.* 3. *De controversia status & hereditatis, vel status tantum.* 4. *De adversario pupilli in possessionem misso.* 5. *De sumptibus in pupillum faciendis. De actore & reo.*

VI. PAULUS lib. XLI ad Edictum.

DE bonis maternis [93] an decretum [94] interponendum sit, quæritur? & decretum quidem non [95] est interponendum: dilatio autem longissima danda est, quæ [96] in tempus pubertatis extraher negotium. §. 1. Plane si simul de paternis, & [de] maternis bonis controversia sit, vel etiam de fratris: & has controversias in tempus pubertatis differendas esse [97], Julianus respondit. §. 2. Huic autem Edicto locus est, etiam si ab intestato ad bonorum possessionem veniant liberi: tamesi ex inferioribus partibus petant, qua legitimi vocantur, quoniam sui sint; vel ex illa qua cognatis datur. ● §. 3. Ita demum autem huic Edicto locus est, si [status], & hereditatis [98] controversia sit: nam si tantum status, quod [puta] servus dicatur esse, nec [99] ulla bonorum controversia sit: hoc casu liberale judicium statim [100] explicandum erit. §. 4. Qui pupillo controversiam facit, si simul cum eo in possessionem missus est: ali ex bonis defuncti non debebit, nec quicquam de bonis deminuere: hæc enim possessio pro [1] satisdatione cedit. §. 5. Non solum alimenta pupillo præstari debent: sed & [2] in studia [3], & in cæteras necessarias impensas debet impendi pro modo facultatum [4]. §. 6. Post pubertatem [5] quæritur, an actoris partes sustinere debeat, qui ex Carboniano missus est in possessionem? & responsum est, rei [6] partes eum sustinere debere: maxime si [7] cavit. sed & si non caverat, si nunc paratus sit cavere, quasi possessor conveniendus est. Quod si nunc non [8] caveat, possessio [9] transfertur adversario satisofferente, perinde atque si nunc primum ab eo peteretur hereditas.

De adoptione. 2. *De exheredatione.* 3. *Si mater impuberu in quæstionem libertatis vocetur. De causæ cognitione.* 4. *De effectu Carboniani decreti.* 6. *De exheredatione.* 7. *De bonis liberti.* 8. *An simul pupillo Carboniana, & scripta heredibus secundum tabulas bonorum possessio detur.*

VII. JULIANUS lib. XXIV Digestorum.

SI impubes negetur jure adoptatus, & ideo paternæ hereditatis ei controversia fiat: non [10] erit iniquum, simile [11] Carboniano decretum interponi. §. 1. Item si impubes in adoptionem datus esse dicatur, & ideo negetur naturalis patris hereditas ad eum pertinere: quia, & hoc casu quæritur, an jure [12] filii hereditatem obtinere possit, locus erit [13] Carboniano Edicto. §. 2. Cum vero proponitur exheredatus esse, non est necessarium, controversiam pubertatis differri: quia [14] non de ipsius filii, sed de testamenti jure quæritur. §. 3. Si mater ejus, cui & de libertate & de hereditate paterna controversia fit, in quæstionem libertatis vocatur: judicium de matre non semper in tempus pubertatis differendum erit: nam & ipsi, qui subjectus [15] esse dicitur, ex causa repræsentari solet [16]. §. 4 Quotiens Carbonianum decretum interponitur: eodem loco rem haberi oportet, quo esset, si nulla controversia fieret ei, qui bonorum possessionem acceperit. §. 5. Cum autem ex duobus fratribus ex hoc decreto missis alter pro parte sua paternam hereditatem non defendit: compellitur alter totam defendere, aut universa creditoribus cedere.

§. 6. Interdum etiam exheredatus filius ex Carboniano decreto bonorum possessionem accipiet, si non contra tabulas petit bonorum possessionem, sed ab intestato *unde liberi*: quia neget tabulas testamenti patris tales esse, ut secundum eas bonorum possessio dari possit: & dicatur non esse filius. §. 7. Si pupillus liberti paterni bonorum possessionem petet, negaretur autem filius patroni esse: quia de paternis [17] bonis nulla controversia [ei] fieret, differendum hoc judicium non est. Si vero post interpositum Carbonianum decretum hæc quoque controversia moveretur, hoc judicium [18] in id tempus differri debet. §. 8. Quæsitum est an simul & pupillus ex Carboniano, & scripti heredes secundum tabulas bonorum possessionem haberent? Respondi, si filius non esset, aut non accepisset contra tabulas vel ab intestato bonorum possessionem: simul & ipsum ex Carboniano, & scriptos heredes secundum tabulas habituros bonorum possessionem.

Sive patrem pupilli, 1. Sive pupillum ipsum dicam esse in potestate mea.

VIII. AFRICANUS [lib. IV [19] Quæstionum].

DEcessit [20] quem ego filium meum, & in mea potestate esse dico: existit impubes [21], qui eum patremfamilias [22], & ad se hereditatem pertinere dicat. decretum necessarium esse respondit [23]. §. 1. Item emancipatus decessit intestato, superstite filio impubere, qui se ei suum esse dicit; ego contendo ante emancipationem conceptum [24], atque ideo in mea potestate esse, & bona emancipati ad me pertinere: & quidem hunc filium esse constat; sed hactenus de statu ejus quæritur, [quod] in potestate patris fuerit, necne. sententia [25] tamen Edicti procul dubio ex Carboniano admittitur [26].

Si suppositus dicitur pupillus.

IX. NERATIUS lib. VI Membranarum.

QUod Labeo scribit, quotiens suppositus [27] esse dicitur pupillus, cum quo de patris ejus hereditate controversia est, curare Prætorem debere, ut is in possessione sit: de eo puto eum velle intelligi, qui post mortem patrisfamiliæ, qui se sine liberis decedere credidit, filius ejus esse dici cœpit. nam ejus, qui agnitus est ab eo, de cujus bonis quæritur, justior in ea re causa est, quam posthumi.

De jurejurando.

X. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

CUm mulier deferente [28] herede juraverit, se prægnantem esse, bonorum possessio [29] ex Edicto Carboniano dari debet: vel denegari, si illa heredi detulit jusjurandum. cum causa cognita detur possessio: ne aut heredi bonorum possessio data faciat præjudicium, aut denegata jus ordinarium [30] eripiat pupillo.

Si non sit quæstio hereditatis paternæ.

XI. PAPINIANUS lib. XIII Quæstionum.

CUm sine beneficio Prætoris, qui patitur controversiam: filius heres esse potest, forte quia scriptus est: Edicto Carboniano locus non [31] est. ac similiter cum certum est, quamvis filius sit, eum tamen heredem non fore: veluti si Titio herede instituto, posthumus, aut impubes exheredatus [32] negetur filius. † Nec ad rem pertinet quod interest illius in quibusdam filium esse: veluti [33] propter fratris [34] ex alia matre nati bona, vel jura libertorum & sepulchrorum: istos enim casus ad Carbonianum constat non pertinere.

De herede scripto vel legitimo, contra quem impubes, qui subjectus dicitur, ex edicto primo bonor. possess. petit.

XII. IDEM lib. XIV Quæstionum.

SCriptus heres, contra quem filius impubes, qui subjectus dicitur, ex Edicto primo bonorum possessionem petit, exemplo legitimi, secundum tabulas interim accipere non potest: quod si medio [35] tempore scriptus, vel ille, qui intestati possessionem habere potuerit, moriantur: heredibus eorum succurrendum erit. Quid [36] enim si non potuerunt adire hereditatem jure cessante, vel ob litem in dubio constituti?

De adulterii quæstione.

XIII. PAULUS lib. XI Responsorum.

TItia post mortem mariti sui posthumam enixa est: eidem Titiæ crimen *adulterii* [37] Sempronius apud Præsidem Provinciæ objecit. Quæro, an in tempus pubertatis quæstio adulterii deferri debeat, ne præjudicium posthumæ fiat? Paulus respondit, si ei pupillæ, de qua quæritur, bonorum paternorum quæstio non moveatur: sine causa tutores desiderare, adulterii quoque quæstionem in tempus pubertatis pupillæ differri.

De petitore & reo.

XIV. SCÆVOLA [lib. II Responsorum].

QUæritur, an impubes qui bonorum possessionem ex Carboniano accepit, si, antequam possessio ad eum translata fuerit, pubes [38] factus sit, petitoris [39] partibus fungi debeat? Respondit, in [40] eo, quod à possessore petet, probationem ei incumbere.

De possessione, rei persecutione, debiti exactione, collatione.

XV. HERMOGENIANUS lib. III juris epitomarum.

HÆc bonorum possessio, *si satis datum [41] sit*, non tantum ad possessionem adipiscendam, sed [42] ad res [43] etiam persequendas, & debitum exigendum, & collationem bonorum, & dotis, & omnium, quæ conferri diximus, prodest.

XVI. PAULUS lib. XL[I] ad Edictum.

SEd sicuti de bonis paternis emancipato cavetur, ita de istis, quæ ipse confert, cavendum est.

---

89 Ventris.

90 Hereditaria. Forte legendum, *cæterorum*, id est, nam alioqui.

91 *l.* 15. *l.* 16. ff. *eod.*

92 Atqui Carbonianum locum tantum habere videtur in bonorum paternorum quæstione. *l.* 3 §. 7. *in fin.* ff. *eod.*

93 Carbonianum scilicet.

94 Cur ita? hoc edictum introductum est ad similitudinem edicti contra tabulas, *l.* 1. §. 3. ff. *eod.* sed in testamento fœminarum bonorum possessio contra tabulas locum non habet. *l.* 4 §. 2. ff. *contra tabulas.*

95 *V. l.* 3. §. 2. ff. *eod.*

96 Ex constitutione vel interpretatione Jurisconsultorum. *Accurs. Bart.*

97 *l.* 3. §. 2. ff. *eod.* dixi ad *l.* 4. C. *de hered. act.*

98 Missio in possessionem vim habet cautionis. *Bartol.* adde *l. si finita.* 15. §. *eleganter.* 28. & §. *seq.* ff. *de damno.*

99 Imo, differtur, ut ff. *eod. & l.* 2. §. 2. ff. *eod.* differtur ex constitutione, non ex hoc edicto.

100 *l.* 13. *in fin.* ff. *eod.*

1 Alimenta cui debentur, idem debet etiam consequi expensas necessarias ad liberales artes ediscendas. v. ff. *l. legatis.* 6. ff. *de alimentis.*

2 Studiorum causa factæ impensæ necessariis quodammodo adnumerantur. huc facit *l.* 4. ff. *ubi pupillus.*

3 Adde & pro qualitate personæ. Nam & studiorum impensæ ita fieri solent. *argum. l.* 12. ff. *de legat.* 3.

4 *l.* 14. ff. *eod. l.* 15. *in fin.* ff. *de quæst.*

5 Et sic qui ex petitore fit reus. *Bart.*

6 *d. l.* 15. *l.* 5. ff. *de hered. pet.*

7 Paul. *sent.* II. §. 1. vide *l.* 5. ff. *de hered. petit.*

8 Possessio transfertur pœnæ causa eodem judicio, *ut hic. & l. ult.* C. *de rei vindic. l.* 2. *in fin.* ff. *de collat. l.* 1. ff. *uti possidetis. l. postquam.* 5. §. *Imperator.* 1. ff. *ut legatorum nomine.*

9 Possessio transfertur pœnæ causa eodem judicio, *ut hic.* ff. *de collat. l.* 1. ff. *uti possidetis. l. postquam.* 5. §. *Imperator.* 1. ff. *ut legatorum nomine.*

10 Imo est iniquum, ut ff. *eod.* Hic de utili Carboniano, ibi de directo.

11 Cur simile Carboniano decretum dicitur? An quia Carbonianum proprie inductum propter liberos legitimos & naturales: hoc autem loquitur de adoptivis, ideoque proprie hoc edictum locum non habet? An potius, quod Carbonianum olim solemnibus verbis conceptum erat: quæ cum hodie cessent, solemnibus veterum formulis sublatis, Carbonianum hodie ad similitudinem antiquæ solemnitatis sit proponendum? hoc postremum putat Bartolus. Nam cum hoc edictum ad similitudinem bonorum possessionis contra tabulas sit inductum, *l.* 1. §. 3. ff. *eod.* & illud in adoptivis locum habeat, hoc edictum quoque obtinebit.

12 De quo vide *l.* 9. §. 2. ff. *de liber.* §. *ultim. Inst. de adopt. l.* 1. §. *penultim.* ff. *de agnosc. lend.*

13 Ex sententia edicti, non ex verbis: duos alios casus vide in *l.* 8. ff. *eod.*

14 In querela inofficiosi testamenti non quæritur an sit filius, sed an valeat testamentum, vel non: atque ita utrum bonis excluditur. Ideoque cum his sit de bonis tantum, non simul de bonis & statu, nulla dilatio admittitur.

15 Id est, suppositus.

16 Si expediat. *l.* 1. §. 5. ff. *eod.*

17 *l.* 3. §. 7. *vers. plane si.* ff. *eod. l.* 11. *in fin.* ff. *eod.*

18 *V. l.* 3. §. 2. ff. *eod.*

19 Vide Cujac. 4 *ad Afric. fol.* 90.

20 Puta Titius filius meus.

21 Puta quidam tertius, aut potius filius Titii defuncti, nepos meus.

22 Et ita hic agitur de statu patris pupilli.

23 Nam parum interest, filius esse negetur, an jus filii habere: non negatur esse filius defuncti, dicitur tamen filius ejus qui erat in aliena potestate.

24 Et ita tunc fuisse, & nunc esse in mea potestate.

25 Quoties constat quem esse ex liberis, dubium est tamen, an sit in potestate, vel sui juris, Carboniana possessio locum habet, non quidem ex ipsis verbis edicti, sed ex sententia tantum.

26 Ex hoc casu & superiore collige, locum esse edicto Carboniano, sive patrem pupilli, sive pupillum ipsum dicam esse in potestate mea. Cyrillus apud Cujac. 4 *ad African. ibid.*

27 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.*

28 *l.* 3. §. 3. ff. *de jurejur.* Goth. Expositionem hujus leg. & conciliat. cum *l.* 3. §. 3. ff. *de jurejur.* vide apud Edm. Merill. *lib.* 1 *obs. c.* 20. Aut.

29 Id est, ex edicto de ventre in possessionem mittendo: alias ventri non datur propria bonorum possessio Carboniana, sed de ventre in possessionem mittendo. *l.* 1. ff. *de ventre in poss. mittendo.*

30 Imo ne quidem extraordinarium jus filio mater eripit. *l.* 1. *in fin.* ff. *eod. l.* 3. §. *pen.* ff. *de jurejur.* Neutrum filio aufert, sed sibi tantum præjudicium facit.

31 *l.* 3. §. 2. ff. *eod.*

32 Exheredatus Carbonianam non habet à Prætore, nisi prius ex jure civili querelam inofficiosi moverit & obtinuerit.

33 Fratrem me pronunciari interdum, mea interest: puta propter fratris hereditatem: quod in causis præjudicii maxime notandum.

34 *l.* 6. §. 1. ff. *eod.*

35 Dum pendet jus testamenti. *l.* 4. *in fin.* ff. *contra tabulas.*

36 Hereditas non adita interdum transmittitur, *ut hic.*

37 Adde *l.* 8. ff. *de ventre in possess.*

38 Nam pubertate finitur hæc bonorum possessio, & ideo a Græcis μάχεται τῇ ἡλικιακῇ διαδοχῇ. vid. Cujac. *ad Afric. fol.* 60.

39 Nondum translata possessione rerum si pupillæ, de qua quærebatur, bonorum paternorum quæstio non moveatur: sine causa tutores desiderare, adulterii quoque quæstionem in tempus pubertatis pupillæ differri.

40 Probationes iis incumbunt, qui à possessore quid petunt: denique non possessoribus, sed actoribus injunguntur. *l.* 2. ff. *de probat. l.* 1. *l.* 4. *C. de edendo. l.* 23. *C. de probat.*

41 *l.* 5. *in fin.* ff. *eod. l.* 6. ff. *eod. l.* 3. §. 1. ff. *de collat.*

42 Imo non ad res persequendas datur: nec enim missus in possessionem ex Carboniano potest res vindicare. *l.* 3. §. *missum.* ff. *eod.* An hic agit adversus debitores, ibi adversus principalem adversarium? An quia hic satisfecit, ut curator bonis agit adversus singulares possessores?

43 *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.*

---

buerit possessor Carbonianus, petitoris partes sustinet, nisi adversario cessante satisfidare paratus sit. *l.* 6 *in fin.* ff. *eod.* vide Cujac. apud Paul. 1 *sent.* 11. §. 1.

buerit possessor Carbonianus, petitoris partes sustinet, nisi adversario cessante satisfidare paratus sit. *l.* 6 *in fin.* ff. *eod.* vide Cujac. apud Paul. 1 *sent.* 11. §. 1. 40 Probationes iis incumbunt, qui à possessore quid petunt: denique non possessoribus, sed actoribus injunguntur. *l.* 2. ff. *de probat. l.* 1. *l.* 4. *C. de edendo. l.* 23. *C. de probat.*

TIT. XI.

DE BONORUM POSSESSIONIBUS [1] SECUNDUM TABULAS [2].

De materia in qua scriptum est testamentum. 1. *De supremis tabulis.* 2. *Si tabulæ non proferantur vel non aperiantur.* 3. *Si extent vel non.* 4. *De scientia heredis.* 5. *De duobus codicibus.* 8. *De testamenti factione.* 10. *De lini incisione.* 11. *De tabulis rosis, vel lino ruptis, vel putrefactis, vel incisis, vel rasis.*

1. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

TAbulas testamenti accipere debemus omnem [3] materiæ figuram [4]. sive igitur tabulæ sint ligneæ, sive cujuscunque alterius materiæ [5]; sive chartæ [6], sive membranæ sint; vel si è corio [7] alicujus animalis: tabulæ rectè dicentur. §. 1. Non autem omnes tabulas Prætor sequitur hac parte Edicti, sed *supremas* [8]: hoc est, eas, quæ noviſſimæ ita factæ sunt, post quas [9] nullæ factæ sunt: supremæ enim hæ sunt, non quæ sub ipso mortis tempore factæ sunt, sed post quas nullæ factæ sunt, licet hæ veteres sint. §. 2. Sufficit autem extare tabulas, etsi non proferantur, si certum sit eas exstare. igitur etsi apud furem sint, vel apud eum, apud quem depositæ sunt, dubitari non oportet, admitti posse bonorum possessionem: nec enim opus est aperire eas, ut bonorum possessio secundum tabulas agnoscatur. §. 3. Semel autem extitisse tabulas mortuo testatore desideratur, tametsi [10] extare desierint: quare, & si postea interciderunt, bonorum possessio peti poterit. §. 4. Scientiam [11] tamen exigemus, ut sciat heres

1 VI C. XI. quæ dantur scriptis, heredibus scil. & eorum exemplo heredibus nuncupativis. vide *l.* 2. *C. de bonorum possess. secundum tabul.*

2 Defuncti, easque supremas & legitimum testium signis obsignatas. Sed quid attinet hanc bonorum possessionem excogitasse? quo scilicet plures viæ conferendæ hereditatis parerent, siquidem justius possidere videtur, qui auctore Prætore possidet. *l.* 11. ff. *de adqu. poss.*

3 *l.* 4 ff. *eod. l.* 15. *in fin. C. de testam.* §. 12. *Inst. de testam.*

4 Figuram materiæ appellat, qualitatem seu formam.

5 Materia hic sumitur pro eo quo aliquid continetur: alias pro eo, ex quo quid fit, ut ex vino & melle, mullum, § *si duorum.* 27. *Inst. de rerum divis.* pro eo quo quid ædificatur, *l.* 55. ff. *de leg.* 3. pro occasione. *l.* 1. ff. *ad Maced.* 6 Instrumenta publica chartaceis, papyraceis, ac ligneis tabulis perscribi atque etiam publicari possunt: eamque fidem faciunt, quam aliæ scripturæ facerent. adde *l. librorum.* 52. ff. *de leg.* 3. *l. in commodato.* 17. §. 3. *vers. igitur.* ff. *commodati.*

7 An & in ipso pulvere & lapidibus? sic videtur, *l.* 15. *C. de testamento militis.* Quid? scriptis marmoribus aliisve lapidibus num plena fides adhibenda? v. *l. monumentorum.* §. *C. de religiosis.*

8 *V. l.* 4. *in fin.* ff. *de ademptio. l.* 1. ff. *de injusto. l.* 21. *C. de testam.* §. 2. *Inst. quib. mod. test.*

9 Supremum, id est, à quo nullum aliud est. adde *l.* 163. ff. *de verb. sign.*

10 *l.* 18. ff. *qui testamenta facti ignor.*

heres extare tabulas, certusque sit delatam sibi bonorum possessionem. §. 5. Si quis in duobus [12] exemplaribus [13] fecerit testamentum, & aliud exstet, aliud non exstet: tabulæ exstare videntur, petique potest bonorum possessio. §. 6. Sed etsi in duobus [14] codicibus simul signatis alios atque alios heredes scripserit, & utrumque exstet: ex utroque quasi ex uno competit bonorum possessio: quia pro unis tabulis habendum est [15], & supremum utrumque accipiemus. §. 7. Sed si unum fecerit testator quasi testamentum, aliud quasi exemplum: si quidem id exstat, quod voluit esse testamentum, bonorum possessio petetur [16]: si vero id quod exemplum [17] erat, bonorum possessio peti non poterit; ut Pomponius scripsit. §. 8. Exigit Prætor, ut is, cujus bonorum possessio datur, utroque [18] tempore jus testamenti faciendi habuerit [19], & cum fecit testamentum, & cum moritur. † Proinde si impubes [20], vel furiosus [21], vel quis alius ex his qui testamentum facere non possiunt, testamentum fecerit, deinde habens testamenti factionem decesserit: peti bonorum possessio non poterit † Sed & si filiusfamilias putans se patremfamilias, testamentum fecerit, deinde mortis tempore paterfamilias [22] inveniatur: non potest bonorum possessio [secundum] peti. † Sed si filiusfamilias veteranus de castrensi faciat, deinde emancipatus, vel alias paterfamilias factus, decedat: potest ejus bonorum possessio peti. † Sed si [quis] utroque tempore testamenti factionem habuerit, medio tempore non habuerit: bonorum possessio secundum tabulas peti poterit. §. 9. Si quis autem testamentum fecerit, deinde [23] amiserit testamenti factionem, vel furore, vel quod ei bonis interdictum est: potest ejus peti bonorum possessio: quia jure testamentum ejus valet. & hoc generaliter de omnibus [24] hujusmodi dicitur, qui amittant mortis tempore testamenti factionem: sed ante factum eorum testamentum valet. §. 10. Si linum [25], quo ligatæ sunt tabulæ, incisum [26] sit: si [27] quidem alius contra voluntatem testatoris inciderit, bonorum possessio peti potest: quod si ipse testator id fecerit, non [28] videntur signatæ [29]; & ideo bonorum possessio peti non potest. §. 11. Si rosæ sint à muribus tabulæ [30], vel linum [31] aliter ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ, vel casu: & sic videntur tabulæ signatæ. maxime si proponas, vel [32] unum linum tenere, si ter forte vel quater linum esset circumductum, dicendum est, signatas tabulas ejus exstare, quamvis *vel incisa*, vel rosa sit pars uni [33].

De ordine bonorum possessionis contra tabulas & secundum tabulas. 1. De filio sub conditione instituto. 2. De parte. 3. De tabulis pupillaribus. 4. De gradibus heredum. 6. De duobus gradibus instituto sub contrariis conditionibus. 7. De nomine heredis inducto vel inconsulto testatore scripto. 8. De substituto heredi ex parte. De jure accrescendi. 9. De servo herede scripto.

II. IDEM lib. XLI ad Edictum.

ÆQuissimum ordinem Prætor secutus est. Voluit enim primo ad liberos bonorum possessionem contra tabulas pertinere; mox, si inde [non] sit occupata, judicium defuncti sequendum. Expectandi igitur liberi erunt, quamdiu bonorum possessionem petere possunt: quod si tempus fuerit finitum, aut ante decesserint [34], vel repudiaverint [35], vel jus petendæ bonorum possessionis amiserint: tunc revertetur bonorum possessio ad scriptos [36].

§. 1. Si sub conditione [37] heres institutus [38] filius sit, Julianus peræque putavit, secundum tabulas competere ei, quasi scripto, bonorum possessionem, qualis qualis conditio sit, etiam si hæc, *Si navis ex Asia venerit*. & quamvis defecerit conditio, Prætor [39], tamen filium, qui admiserit secundum tabulas, tueri debebit, ac si contra tabulas acceperit: quæ tuitio ei, qui emancipatus est, necessaria est. §. 2. Pro qua quisque parte heres scriptus est, pro ea accipiet bonorum possessionem: sic tamen, ut, si non sit qui ei concurrat, habeat solus [40] [bonorum] possessionem. quamdiu tamen ex heredibus unus deliberat, utrum admittat bonorum possessionem, an non: portio bonorum possessionis ejus coheredi non defertur. §. 3. Si primus quidem ita substitutus fit, si [41] intra decem; secundus, si post decem intra quatuordecim annos: si quidem intra decem decesserit, primus solus heres erit, & accipiet bonorum possessionem: si vero post decem intra quatuordecim, secundus solus heres erit, & accipiet bonorum possessionem; nec sibi junguntur, cum ad suam quisque causam substitutus sit. §. 4. Defertur bonorum possessio secundum tabulas primo gradu scriptis [42] heredibus: mox, illis non petentibus, sequentibus non solum substitutis, verum substituti quoque substitutis: & per seriem substitutos admittimus. Primo gradu autem scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt: nam sicuti ad adeundum hereditatem proximi sunt, ita & ad bonorum possessionem admittendam. §. 5. Si quis ita scripserit, *Primus ex parte heres esto; si primus heres non erit, secundus heres esto: tertius ex alia parte dimidia heres esto; si non erit, quartus heres esto*: primus & tertius priores ad bonorum possessionem invitantur. §. 6. Si quis ita instituerit heredes, *Uter* [43] *ex fratribus meis Seiam uxorem duxerit, ex dodrante mihi heres esto: uter non duxerit, ex quadrante heres esto*: si quidem mortua fuerit Seia, æquas partes habituros heredes constat: quod si ab altero uxor ducta fuerit, dodrantem & quadrantem eis competere, bonorum autem possessionem, antequam existat conditio, neutrum petere. §. 7. Si consulto [44] sit inductum nomen heredis, indubitanter probatur, bonorum possessionem petere eum non posse: quemadmodum non potest qui heres scriptus est, non consulto testatore: nam * pro non scripto est, quem scribi noluit [45]. § 8. Si duo sint heredes instituti, Primus & Secundus, Secundo Tertius substitutus: omittente Secundo bonorum possessionem, Tertius [46] succedit. quod si Tertius noluerit hereditatem adire, vel bonorum possessionem accipere: recidit bonorum possessio ad primum. nec erit [ei] necesse petere bonorum possessionem, sed ipso jure ei adcrescet [47]: heredi enim scripto, sicut portio hereditatis, ita & bonorum possessio adcrescit. §. 9. Si servus heres scriptus sit, ei domino defertur bonorum possessio, ad quem hereditas pertinebit: ambulat enim cum dominio bonorum possessio. quare si mortis tempore Stichus heres institutus fuit servus Sempronii, nec Sempronius eum jussit [48] adire, sed vel decessit, vel etiam eum alienavit & cœpit esse Septicii: evenit, ut si Septicius eum jusserit, Septicio deferatur bonorum possessio: ad hunc enim hereditas pertinet. unde si per multos dominos transierit servus, tres vel plures: novissimo [49] dabimus bonorum possessionem.

De postumo.

III. PAULUS [lib. XLI ad Edictum].

VErum est, omnem [50] postumum, qui moriente testatore in utero fuerit, si natus sit, bonorum possessionem petere posse.

De charta.

IV. ULPIANUS [lib. XLII ad Edictum].

CHartæ [51] appellatio & ad novam [52] chartam refertur, & ad deleticiam. proinde & si in opistographo [53] quis testatus sit: hinc peti potest bonorum possessio.

De conditione.

V. IDEM [lib. IV Disputationum].

SI sub conditione [54] heres quis institutus sit, & accepta bonorum possessione secundum tabulas, conditio defecerit: interdum evenit, ut res possessori concedenda sit; utputa si filius sit emancipatus sub conditione heres institutus. nam si defecerit conditio, attamen secundum tabulas bonorum possessionem eum accipere Julianus scribit. sed & si is fuerit, qui ab intestato bonorum possessor futurus esset: tuendum esse scripsit. & hoc jure utimur. §. 1. Videndum, an legata ab eis debeantur? & filius quidem, quasi contra tabulas bonorum possessione accepta, rem [55] habere videtur: cæteri vero quasi ab intestato. & ideo filius liberis parentibusque [56] legata relicta solis præstare cogetur, cæteris non. † Plane ei, cui ab intestato fideicommissum relictum est, erit præstandum: quasi videatur hoc ipso fraudatus, quod ex testamento petita sit bonorum possessio.

VI. IDEM [lib. VIII Disputationum].

HI demum sub conditione heredes instituti bonorum possessionem secundum tabulas, etiam pendente conditione, necdum impleta, petere possunt, qui [57] utiliter sunt instituti: quod si inutiliter quis sit institutus, nec ad bonorum possessionem inutilis institutio proficit.

De signis.

VII. JULIANUS [lib. XXIII Digestorum].

CUm tabulæ testamenti plurium [58] signis signatæ essent [59], & quædam ex his non parent, septem [60] tamen signa maneant: sufficit [61] ad bonorum possessionem dandam, septem testium signa comparere: licet non omnium, qui signaverint, maneant signa.

De parte vacua. 1. De substitutione pupillari. 2. De errore in nomine vel cognomine. 3. De nomine inducto. 4. De substitutione pupillari.

VIII. IDEM [lib. XXIV Digestorum].

SI ita scriptum sit, *Sempronius ex parte dimidia heres esto: Titius, si navis ex Asia venerit, ex parte tertia heres esto: idem Titius, si navis ex Asia venerit, ex parte sexta heres esto*: Titius non ex duabus partibus heres scriptus, sed ipse sibi substitutus intelligi debet: ideoque non ex majore parte, *quam* tertia scriptus videtur. secundum hanc rationem, cum sextans [62] vacuus relinquatur, bonorum possessionem Titius accipiet non solum tertiæ partis, sed ejus quoque quæ ex sextante eidem adcrescit. §. 1. Qui filio impuberi substituitur ita, *Si filius meus moriatur, priusquam* [63] *in [suam] tutelam veniat, tunc Titius mihi heres esto*: sicut hereditatem vindicat, perinde ac si verbum hoc *mihi* adjectum non esset, ita bonorum quoque ejus possessionem accipere potest. §. 2. Sed & cum in [64] prænomine, cognomine, erratum est, is ad quem hereditas pertinet, etiam bonorum possessionem accipit. §. 3. Is autem, cujus nomen in testamento voluntate [65] testatoris perductum est, sicut ad adeundam hereditatem, ita ad petendam bonorum possessionem scriptus non intelligitur, quamvis ejus nomen legatur.

§. 4. Quidam testamentum in tabulis sibi fecit, filio autem impuberi [66] per [67] nuncupationem substituit. Respondi sententiam Prætoris in danda bonorum possessione eam esse, ut separatim patris, separatim filii heredes æstimari debeant. nam quemadmodum scripto filii heredi separatim ab heredibus patris, ita nuncupato potest videri separatim *à* scriptis patris heredibus bonorum possessio dari.

IX. POMPONIUS [lib. II ad Sabinum].

VT bonorum possessio secundum pupillares tabulas admitti possit, requiritur, an [68] testamentum signatum sit, licet secundæ tabulæ resignatæ proferantur.

De servo sub conditione instituto.

X. PAULUS [lib. VIII ad Plautium].

SI servus sub conditione heres institutus sit, an bonorum possessionem accipere potest, dubitatur: & Scævola noster probat, posse [69].

De tabulis pupillaribus. 1. De filio reverso ab hostibus. 2. De capitis deminutione testatoris.

XI. PAPINIANUS [lib. XIII Quæstionum].

QUi ex liberis meis impubes supremus [70] moriatur, ei Titius heres esto: duobus peregre defunctis, si substitutus ignoret, uter novissimus decesserit, admittenda est Juliani sententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris, posse peti possessionem bonorum, respondit. §. 1. Filius heres institutus, post mortem [71] patris ab hostibus rediit: bonorum possessionem accipiet, & anni tempus, à quo rediit, ei computabitur. §. 2. Testamento facto, Titius ad rogandum se præbuit, ac postea sui juris effectus, vita decessit: scriptus heres, si possessionem petat, exceptione doli mali summovebitur [72]: quia dando se [in] adrogandum testator *cum* [73] *capite fortunas quoque suas in* [74] *familiam & domum alienam transferat*. Plane si sui juris effectus, codicillis, aut aliis literis [75] *eadem testamento se mori velle declaraverit*: voluntas, quæ defecerat, judicio [76] recenti rediisse intellegetur: non secus, ac si quis aliud testamentum fecisset, ac supremas tabulas incidisset, ut priores supremas relinqueret: nec putaverit quisquam, nuda voluntate consti-

12 Testamentum in duobus exemplaribus facere quis potest. *l. unic. 24. ff. qui testam.* §. *sed & unic. 23. Inst. de testam. l. ult. ff. de bon. quæ in testam. delentur. l. Sempronius. 47. ff. de legat. 2.* Ita Augusti testamentum duobus codicibus scriptum. Sueton. *Octavio. c. 101. & in Tiberio. c. ult.*

13 Authenticis.

14 Vide *l. 22. ff. qui testam. l. 3* §. 1. *ff. de tab. exhibend.* § 13. *Inst. de testam. ordin. h. ult. ff. de bon. quæ in test. delen.* Goth. Salmatius legit *duobus exemplaribus* & *simul signatis*, pro *simul ligatis*, & obsignatis sive junctis; reprehentius Heraldo. *s. l.*

15 Cur? quia uterque codex simul signatus est, & sic uterque supremus intelligitur. In his quæ simul fiunt, nihil prius aut posterius est. *l. ejusdem à patre. C. de test. tut.*

16 Quia ex duobus actibus præsumitur pro benigniore. v. Alciat. *3 præsum. 41.*

17 Ex testamenti exemplo bonorum possessio peti non potest.

18 V. *l. 19. ff. qui test.*

19 V. quæ scripsi ad *l. pen. C. qui test.*

20 *d. l. 19.*

21 *l. 16. ff. qui test.*

22 *d. l. 16. Inst. quib. non est permiss. in fin. pr.*

23 *l. 8. ff. qui test.* Goth. Vid. Everhard. *conf. 70. n. 1.* Anf.

24 Exemplum pone in captivo. *v. l. 4. C. de postliminio reversis.*

25 Lini appellatione quidam intelligunt linum aliud ab eo in quo sigilla testium erant: vel linum hic intelligendum esse non omnino incisum, sed quandam tantum ejus partem: verius est tamen de lino ipso principali hic agi, quo videlicet tabellæ colligatæ erant, & in quo signa testium impressa. *Goth.* Vide Leonin. *emendas. lib. 4. c. 12. n. 5.* Anf.

26 *l. 1.* §. 8. *ff. unde liberi.*

27 Hæc controversia arbitrio boni judicis dirimenda.

28 Vid. quæ notavi ad *l. 22. ff. qui test.*

29 Tabulæ ex quibus bonorum possessio petitur, signum testium signis signatæ esse debent. *l. 21. C. eod.*

30 Quid, si mures Julioni res datas referint? vide *l. 23.* §. *6. ff. locati.*

31 *l. pen. C. de test.*

32 *Vel*, hic ponitur pro *saltem*.

33 *Id est*, unius lini.

34 *l. 2.* §. 8. *ff. de successor.*

35 *l. 4. ff. quis ordo in bon. poss.*

36 §. 4. *ff. eod.*

37 *l. 28. ff. de bered. inst.*

38 *l. 5. ff. eod.*

39 *l. 1.* §. 4. 6. *ff. de contra tab.*

40 *l. 28. in fin. ff. de liber. l. 41. ff. de vulg. l. 145. ff. de verb. sign.* §. 5. *Inst. de bon. poss.*

41 V. *l. 38. ff. de vulg.* 42 *l. 8.* §. 3. *ff. eod. l. 12. ff. de bis, quæ in test.* 43 Vide *l. 23. ff. de cond. inst.* 44 *l. 8.* §. 3 *ff. eod. l. 12. ff. de bis, quæ in testamento delentur.* 45 *l. 12. in fin. C. de rep.* 46 Substitutus præfertur conjuncto expresse. adde *l. un. C. de caduc. Auth. hoc amplius. C. de fideiuss.* vel tacite: nisi aliud ex voluntate testatoris præsumatur. *l. 30. in fin. ff. de vulgari.* Substitutionis jus potentius est adcrescendi jure. Substitutio facit cessare jus adcrescendi. 47 Ut quo unam partem primus agnoverit. *l. 9.* §. 3. *ff. de bered. inst.* 48 Utilem bonorum possessionem dari nuncupatis heredibus, hinc colligunt.

49 §. 1. *vers. ad. Inst. de hared. inst.*

50 V. *l. 4. ff. de liberis & postlimis.*

51 V. *l. 1. ff. eod.*

52 Nova charta est, in qua nondum aut nunquam quidquam scriptum est.

53 Opistographus est inversa vel aversa charta scripta. Martial. Sidonius. Plin. *3 epist. 5.* à tergo etiam scripta. Juvenal. 1. adde Porphyrionem ad Horatium. hinc Theodorus Hermopolites ad *l. 99. ff. de verbor. signif.* ὁ ἔσω ἐν ὀσόγραφος appellat apocham scriptam à tergo chirographi. Cujac. *Obs. 16. in fin.*

54 *l. 2.* §. 1. *ff. eod.*

55 Id est, heredi tatem, ut dixi *l. 15. ff. de fideicom. præstandis.*

56 Vel uxori. *l. 1. ff. de leg. præst.*

57 *l. 22. in fin. ff. de adqu. her.*

58 Quam septem.

59 *Al.* sunt.

60 *l. 2. C. eod.*

61 Justus enim & solennis numerus testium non deficit.

62 *l. 13.* §. 2. *ff. de bered. inst* §. 7. *Inst. de her. inst.*

63 Substituebant ita plerumque filio impuberi, Cic. 1 & 2 *de Oratore*, & *in Bruto*, & *in Topica. 7 Quint 7.*

64 *l. 4. C. de test. l. 7. C. de leg.* §. 29. *Inst. de leg.*

65 Et hic consulto. *l. 2.* §. 7. *ff. eod.*

66 *l. 20. in fin. ff. de vulg.*

67 Substitutio per nuncupationem fieri potest: nec requirit scripturam necessario. *l. 2. C. eod.*

68 Ut patris. *Hal* adde *d. l. 20. in pr. ff. de vulgari.* & quæ scripsi ad *l. 11. ff. testam. quemadm. aperiantur.*

69 Servus bonorum possessionem recte admittere potest. *l. 7. 3. de bon. poss.*

70 *l. 34. l. 42. ff. de vulg. l. 10. ff. de rebus dubiis.*

71 *l. 32. in fin. ff. de ber. inst.*

72 Facit *l. 1.* §. 8. *ff. eod.* diff. vers. §. 9. *d. l. 1.* Conciliat Everhard. *conf. 70. in fin.* Vide Decher. *lib. 2 differt. 3. num. 30.* Anf.

73 Effectus adrogationis.

74 Adrogatus in familiam & domum alienam se transfert, ex una familia in alium: ex uno nomine in aliud alterius familiæ nomen, *ut hic*. Gentem ita mutat adoptio, at non genus. *l. 1.* §. *cognationem. ff. unde cognat.* Est enim genus à natura, & jus naturæ immutabile: secundum quod, nobilem ex ignobili adoptio facit, si gentem spectes (cum & Ciceronem sociasse se Pisonis familiæ ut se nobilitaret, Trebellius Pollio scribat 19 Tyranno); non si genus, nisi id agitur specialiter adoptione facta apud Principem, *arg. l. sed si hac. 10.* §. 2. 3. *ff. de in jus vocand.* quia hæc nobilitas ducitur ex genere. vide plura apud Cujac. *consultat. 56.* 75 Munitis tamen quinque testibus. *l. ult. in fin. C. de codicillis.* 76 Vide *l. 10. C. qui test. facere.*

77 Quid? quæ hujus loci sententia est? Si opponatur id testamentum non valuisse, utiliter excipietur de filiis ecutis codicillis: non ut ipso jure testamentum valeat, sed magis per fideicommissum, quasi defunctus ad causam fideicommissi & codicillorum vim testamenti traxerit, *l. quæritur.* 19. *versf. sed si in propositio. ff. de militari test.* idque expressa omnino in codicillis voluntate, *ut hac lege* vide Oneiac. *quæst. ult.*

78 Hanc scil. & sic bonorum possessionem secundum tabulas. 79 *l.* 17. *ff. de hered. inst.* 80 Ad quem scilicet devenitur explero priore. vide *l.* 53. *in fin. ff. de hered. inst.* 81 Interim. 82 In qua scriptus sit. Qui in nulla parte invenitur institutus, excluditur testamento. *l.* 17. § 3. *in fin. ff. de her. inst.*

constituí testamentum: non 77 enim de jure testamenti maxime quæritur, sed viribus exceptionis, quæ in hoc judicio quamquam actori opponatur, ex persona tamen ejus, qui opponit, æstimatur.

De demonstratione heredis & portionis.

XII. PAULUS [lib. VII Quæstionum].

UT scriptus heres adgnoscere possit bonorum possessionem 78, exigendum puto, ut & demonstratus sit propria demonstratione, & portio adscripta ei inveniri possit: licet sine parte institutus sit. nam * qui 79 sine parte heres institutus est, vacantem portionem, vel alium 80 assem occupat. † Quod si ita heres scriptus sit, ut interdum 81 excludatur [à] testamento, eo 82 quod non invenitur portio, ex qua institutus est: nec bonorum possessionem petere potest. id evenit, si quis ita heredem instituat: *Titius quanta ex parte priore testamento eum heredem scriptum habeo, heres esto:* vel, *quanta ex parte codicillis scriptum eum habeo, heres esto:* si scriptus non inveniatur. † Quod si ita scripsero: *Titius, si eum priore testamento ex semisse scriptum heredem habeo,* vel, *si eum codicillis ex semisse heredem scripsero, ex semisse heres esto:* tunc accipiet bonorum possessionem, quasi sub conditione heres scriptus.

TIT. XII.

SI [1] A PARENTE QUIS MANUMISSUS [2] SIT [3].

Summa, & ratio edicti. 1. De personis manumissorum. 2. De nepote manumisso ab avo, deinde arrogato à patre. 3. Si quid parens à filio acceperit. 4. Si filius militare cœperit. 5. De liberis manumissoris. 6. De querela inofficiosi.

I. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

EMancipatus à parente 4 in ea causa est, ut in contra tabulas 5 bonorum possessione liberti 6 patiatur exitum. quod æquissimum Prætori visum est, qua 7 à parente beneficium 8 habuit bonorum quærendorum: quippe, si filiusfamilias esset, quodcunque sibi adquireret, ejus emolumentum patri quæreret: & ideo itum est in hoc, ut parens 9 exemplo patroni ad contra tabulas 10 bonorum possessionem admittatur. §. 1. Enumerantur igitur Edicto personæ manumissorum sic: *In eo, qui à patre avove paterno, proavove paterni avi patre.* §. 2. Nepos ab avo manumissus, dedit se adrogandum patri 11 suo: sive manens in potestate patris decesserit, sive manumissus diem suum obeat, solus admittetur avus ad ejus successionem ex interpretatione Edicti: quia perinde defert Prætor bonorum possessionem, atque si ex servitute 12 manumissus esset. porro si hoc esset, aut non esset adrogatus, quia adrogatio liberti admittenda non est: aut si obrepserit, patroni tamen nihilominus jus integrum maneret.

§. 3. Si parens vel accepit pecuniam, *ut* 13 *emanciparet*, vel postea vivus in eum filius, quantum satis est, contulit, ne 14 judicia ejus inquietet: exceptione doli repelletur 15. §. 4. Est & alius casus, quo bonorum possessionem contra tabulas parens non accipit: si forte filius militare 16 cœperit. nam D. Pius rescripsit, patrem ad contra tabulas bonorum possessionem venire non posse.

§. 5. Liberos autem manumissoris non venire ad contra tabulas bonorum possessionem filii, constat: quamvis patroni veniant. §. 6. Patrem autem accepta contra tabulas bonorum possessione, & jus 17 antiquum, quod & sine manumissione habebat, posse sibi defendere, Julianus scripsit: nec enim ei nocere debet, quod jura patronatus habebat, cum sit & pater.

De actione Faviana & Calvisiana.

II. GAIUS lib. XV ad Edictum provinciale.

NOn 18 usque adeo exæquandus est patrono parens, ut etiam Faviana aut Calvisiana actio ei detur: quia * iniquum est, ingenuis hominibus non esse liberam rerum 19 suarum alienationem.

De turpi vel non turpi herede. 1. De fideicommissis.

III. PAULUS lib. VIII ad Plautium.

PAconius ait, si turpes 20 personas 21 (veluti meretricem) à parente [emancipatus &] manumissus heredes fecisset, totorum bonorum contra tabulas possessio parenti datur, aut constitutæ partis, si non turpis heres esset institutus. §. 1. Si filius emancipatus testamento suo patrem suum præterierit, sive heredem instituerit: fideicommissa non cogetur pater præstare ex sua parte, quæ ei debetur, etiam si adierit hereditatem. † Sed & si filia vel neptis manumissa sit, & pater vel avus præteritus petat bonorum possessionem: eadem, quæ in filio dicenda sunt.

De operis.

IV. MARCELLUS lib. IX Digestorum.

PAtri, qui filium emancipavit, de his quæ libertatis causa imposita fuerint, Prætor nihil edicit: & ideo * frustra pater operas 22 stipulabitur de filio 23.

De coacto emancipare.

V. PAPINIANUS lib. XI Quæstionum.

DIvus Trajanus filium, quem pater male contra pietatem adficiebat 24, coëgit emancipare; quo postea defuncto pater, ut manumissor, bonorum possessionem sibi competere dicebat: sed consilio Neratii Prisci & Aristonis ei propter necessitatem solvendæ pietatis 25 denegata est 26.

1 Apertius *Eclog.* περὶ τῶν κυριείας παρὰ τῶν κτησαμένων τὰς ἐλευθ. 40 *Eclog.* 6. ad est, de possessione, quæ petitur ab iis, qui liberos manumiserunt.

2 Non simpliciter emancipatus: tunc enim habet alia antiqua & patria jura in bonis filii. *Eclog. ibid. cap.* 1. *in fin.* Et ita aliud esse videtur manumittere filium, quam emancipare. Emancipatio gratuito nem potest. Manumissio filii sit accepta à filio pecunia. § 3. *ff.* ita emancipatus liberto adsimilatur. § 2. *ff.*

3 Eius bonorum possessionem parens exemplo patroni petere potest.

4 Et qui patrem suum testamento præterit.

5 Quam intendit ejus parens.

6 Liberti exitum pati quid est? vide *l. pater.* 14. *ff. de inoffic.*

7 *Al.* quia.

8 Beneficium emancipationis jus bonorum quærendorum.

9 Id est, pater, avus, proavus. *Eclog. ibid.* § 1. *ff. eod. l.* 5. *in fin. ff. ad Tert. l.* 3. *in fin. ff. de legit. tut. l.* 15. *ff. de inoffic. l.* 2. *C. de inoffic.*

10 Imo, ad querelam inofficiosi. *l.* 1. *ff. de inoffic.*

11 Filius à patre adrogari potest.

12 Qui emancipatur a patre, liberto, qui ex servitute manumissus est, adsimilatur.

13 Emancipationis gratia parens recte pecuniam accipit à filio, *ut hic.* plerumque expromissorem certæ pecuniæ pro pretio emancipationis sibi dari parentes desiderabant, non quasi exacturi post emancipationem, sed ut hujus exactionis mem continerent filium emancipatum in officio, & ut magis curarentur à filio. *l.* 197. *ff. de verbor. obligat.* Plautus *Stiche: Nunquam nimis curare possunt parentem suum filiæ.* At operæ, donum, munus, emancipatis imponi non possunt: hæc enim solis libertis imponuntur. *l.* 4. *ff. eod. l. penult. ff. de obsequiis.* 14 Pactum *de non succedendo* valere, hinc colligunt. vide quæ notavi ad *l.* 3. *l.* 17. *in fin. C. de collationibus. l. ultim. C. de emancipat. liber.* 15 Pactum, ut dem tibi pecuniam, quo me tua potestate dimittas, neque emancipes, neve posthac mea judicia inquietes, valet, *l. ultim. C. de emancipat.* cum non sit de futura successione repudianda, sed de iis, quæ patri non jure successionis, sed in remunerationem & auctoramentum emancipationis debentur. 16 Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in castris sunt quæsita. *l.* 30. *ff. de testam. milit. l.* 3. § 6. *ff. de bonis libert.* 17 Jus antiquum querela inofficiosi. Vigilius *Institut. de inoffic. testam.* Cujac. 8 *observat.* 23. Jus antiquum, est querela: jus novum, bonorum possessio contra tabulas. ἀμείνονος νῦν ὡς παλαι λεγόμενος δίκαιος. *Eclog. ibid.* Jus retinendæ tertiæ, cum emancipamus. *l. ultim. C. de emancipat. liberorum. l.* 2. *l.* 3. *in fin. C. de bonis, quæ liberis.* § 2. *Institut. per quas personas nobis adquiritur.* 18 Manumissio servi, quæ fit à domino, differt à manumissione filii, quæ fit à patre. Quæ fit à domino, liberum facit (qui Stoïcis ἐλεύθερος, non tamen αὐτόνομος, ut ex Chrysippo Athen. refert). Quæ fit à patre, ingenui conditionem non mutat: liberto non est libera rerum suarum alienatio, quam ingenuo manumisso seu emancipato tolli iniquum est, *ut hic.* si quidem emancipatus vendidit, in id patri, eidemque manumissori filio non competit Faviana aut Calvisiana: quæ tamen competit patrono, si quid in ejus fraudem libertus alienaverit. v. plura apud Cujac. *Consultat. ult.* 19 *l.* 70. *ff. de rei vind. l.* 8. *ff. de in lit. jurand. l.* 9. *ff. rer. amot. l. ult. ff. de annon. l.* 9. *C. de Iudaic. l.* 21. *C. mand.* 20 Turpis persona est meretrix. 21 Eodem modo fratribus competit querela adversus testamentum fratris, turpibus personis institutis. *l.* 27. *C. de inoff.* 22 Operas emancipato filio pater imponere non potest, *ut hic.* licet patronus possit liberto. *l. pen. ff. de obsequ.* 23 Vid. *l.* 10. *ff. de obsequ.*

24 Vide Cicer. *pro Cluentio:* alias non facile parens cogitur emancipare. *l.* 8. *in fin. ff. unde liberi.* adde *l.* 4. *C. de emancipat.* vide Socinum *regula, Pater ad filium.* 266. 25 Id est, patriæ potestatis. Potestas in servos longe alia est. Quod foris est regnum, id domi patria est potestas. Quod foris tyrannis, id domi dominium. Tertull. *in Apolog.* Gratius est nomen pietatis, quam potestatis. Hinc fit, ut magis patres familiæ, quam domini vocentur. vid. Cujac. ad *l.* 132. *ff. de verb. oblig.* Goth. Scriptum erat *pietatis*, id vero erat, *potestatis*, pater enim hic non sponte sed coactus sua potestate filium solverat. *Grot. Flor. Sparf. hic.* S. L. 26 *Synopsis Basilicum*, 35. *tit* 3. *cap.* 21. *cap.* 40.

TIT. XIII.

DE BONORUM POSSESSIONE EX TESTAMENTO MILITIS [1].

De his, qui sunt in hostico loco. 1. De Navarchis, trierarchis, remigibus, nautis, vigilibus. 2. De eo, qui non est in numeris.

I. ULPIANUS [lib. XLV ad Edictum].

NOn dubium est, quin debeant ratæ voluntates esse eorum, qui in hosticolo [2] suprema judicia sua quoquo [3] modo ordinassent, ibidemque diem suum obiissent. quamquam enim distet conditio militum ab his personis, quas Constitutiones Principales separant, tamen qui in [4] procinctu [5] versantur, cum eadem pericula experiantur, jura quoque eadem merito sibi vindicant. Omnes igitur omnino, qui ejus sunt conditionis, ut jure militari testari non possint, si in hosticolo [6] deprehendantur, & illic decedant, quomodo velint, & quomodo possint, testabuntur: sive Præses quis sit Provinciæ, sive Legatus, sive quis alius, qui jure militari testari non potest. §. 1. Item navarchos [7] & trierarchos classium, jure militari posse testari nulla dubitatio est. † In classibus omnes remiges [8], [&] nautæ milites sunt. † * Item *vigiles* [9], milites sunt *, & jure militari eos testari posse nulla dubitatio est. §. 2. Si quis militum ex alio numero [10] translatus sit in alium: quamvis & hinc sit exemptus, & illo nondum pervenerit, tamen poterit jure militari testari. est enim miles, quamvis in *numeris* [11] non sit.

1 Vel eorum, qui sunt in hostico, & procinctu.

2 Hostico. *Hal.* hostico loco, *in τῷ κεκλιμένῳ τόπῳ. Eclog.* 3. *c.* 40. hostici nicmmit lex ultima, *ff. de testam. milit.* & Livius. hosticolum, procinctus. *ff. eod.*

3 Tam exigua solemnitates sufficiunt in testamento militis. *Inst. de test. milit. in pr. l.* 1. *ff. de test. milit.*

4 Hanc sententiam Bartolus extendit ad pestis tempus: ut eo cuique licere debeat testari uti possit, in tanta scil. pleid est, in ipsa ex-

rumque testium & hominum penuria, de quo vide *l.* 9. *& l. ult. C. de test.* 5 peditione, dum sunt præcincti & expediti ad bellum. 6 Dic ut supra. 7 Navarchi, navis trierarchæ triremi præsunt. *v. l.* 46. *ff. ad Treb.* 8 Qui remos agunt. 9 *l.* 8. § 4. *ff. de excus. tut.* 10 *Numerus* est catalogus in quo militum nomina erant perscripta. Lectus tiro publicis expensis iter faciens, nondum est miles, ideoque nec jure militari testatur: cum primum in numeros relatus est, miles habetur. *l.* 42. *ff. de test. milit.* Numerus tamen hic pro ordine & turma accipitur. *Goth.* vide *l.* 17. *C. de re militari.* Ansi. 11 Id est, ordine & turma: sufficit enim in numerum aliquem relatum esse, licet non sit in numeris.

TIT. XIV.

DE JURE [1] PATRONATUS.

De querelis patronorum adversus libertos.

I. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

PAtronorum querelas adversus libertos Præsides [2] audire, & non translatitie [3] exequi debent: cum, si ingratus [4] libertus sit, non impune ferre eum oporteat. † Sed si quidem *inofficiosus* [5] patrono, patronæ, liberisve eorum sit: tantummodo [6] castigari eum sub commonitione aliqua severitatis non defuturæ, si turpium [7] causam querelæ præbuerit, & demitti oportet. † Enimvero si contumeliam fecit, aut convicium eis dixit, etiam in exilium temporale dari debebit. † Quod si manus intulit, in metallum dandus erit. † Idem [8], & si calumniam aliquam eis instruxit, vel delatorem subornavit, vel quam causam adversus eos tentavit.

1 VI C. IV. *de patronis & libertis.* 49 *Eclog.* 1. Tit. qui extra *& Decretal.* 38. *de jure patronatus.* solo nominis sono huic congruit; est enim eo loci jus patronatus, jus quo is, qui Ecclesiam condidit, vel clericum constituit, Episcopo ministrum offerre potest, ut ab eo, si idoneus judicatus fuerit, ordinetur. vide Rochum de Curte, *tractat. de jure patronatus.* Duaren. *5 de sacrof. Eccles. in fin. cap.* 4.

2 *l.* 7. § 1. *ff. eod.* ut Præfecti urbi Romæ, *l.* 1. § 2. *ff. de offic. Præf. urb.* facit *l.* 10. 11. 12. *ff. de off. Præfid.*

3 Citra dilationem, vel majorem cognitionem, de plano. facit *l.* 9 § 3. *ff. de offic. Proconsf.*

4 Liberti hæc admissa in patronum hoc loco recenseantur: ingratus, inofficiosus, contumelia, convicium, manus inferre, calumniam instruere, delatorem subornare, vel quam causam adversus patronum tentare.

5 Debet enim officium patrono. *l.* 5. *C. de negot.*

6 Minus enim est delictum in non faciendo, quam faciendo. *Bart.*

7 Iteratio auget pœnam. *l.* 28. § 3. *ff. de pœnis.*

8 Paria sunt accusare, calumniari, ac manus inferre. *Bart. l.* 9. § 1. *ff. de bon. quæ ut indign.*

9 *l.* 18. *ff. eod.*

10 Imo, posse prohiberi videntur. *l.* 26. *ff. de oper. libert.* 11 Atqui se excusare non potest. *l. ex sententia.* 29. *ff. de test. tutela.* An ibi facto, non jure, se excusavit? An legatum accepit, ejus onus ignorans? 12 Septimius Severus & Caracalla pater & filius. *Ansi.*

13 Atque ita potest esse penes aliquem jus patronatus sine effectu. *Bart.* 14 *l.* 5. *C. de obseq.*

15 Patronatus jura quæ in extraneum heredem transire non possunt, non transeunt etiam in fiscum, patrono ipso perduellionatus damnato. adde *l.* 3. *ff. de interdictis & relegat. l.* 1. *C. de bonis libert. l. quisquis. C. ad l. Iul. majest.* 16 Imo, in aliis causis liberi privantur eo jure. *l.* 3. *ff. de interdict. & releg.* 17 Facit *l.* 1. *in fin. ff. eod.* 18 *l.* 6. *in fin. ff. de agnosc. lib.* 19 Severi Alexandri. *Ansi.* 20 *l.* 33. *ff. de bon. lib.* 21 Vid § *ult. ff. eod.* 22 Adigis jurejurando qui jurare patitur. 23 Cum possit prohibere. vide *l.* 50. *ff. de reg.* Goth. Adde *l.* 2. *ff. de noxalib. act. l. liberum. de his qui not. infam. l. jubemus. § cæconum. C. de SS. Eccles.* Ansi. 24 *l. ult. ff. qui, & à quibus manumiss.*

II. IDEM lib. I Opinionum.

LIberti homines negotiatione [9] licita prohiberi à patronis non debent [10].

De tutore, qui se excusavit.

III. MARCIANUS lib. II Institutionum.

SI quis tutor datus, cum sibi legata esset ancilla, & rogatus eam manumittere, manumiserit, adgnito legato, & tutela pupilli se excusaverit [11]: Divi [12] Severus & Antoninus rescripserunt, hunc esse quidem patronum, sed omni commodo patronatus carere [13].

De liberis patroni.

IV. IDEM lib. V Institutionum.

IUra libertorum patronorum liberis [14], cum pater eorum erat perduellionis [15] damnatus, salva esse Divi Severus & Antoninus benignissime rescripserunt: sicut ex alia causa [16] punitorum liberis jura libertorum salva sunt.

De liberto, qui patrono delatores submisit. 1. De alimentis.

V. IDEM lib. XIII Institutionum.

DIvus Claudius libertum, qui probatus fuerit patrono delatores summisisse [17], qui de statu ejus facerent ei quæstionem, servum [18] patroni esse jussit eum libertum. §. 1. Imperatoris nostri [19] rescripto cavetur, ut, si patronus libertum suum non aluerit [20], jus patroni perdat.

De jurejurando, ne nubat liberta, vel liberos tollat. 1. De stipulatione operarum, aut in singulas aureorum tot. 2. De libertis, qui liberos tollere non possunt. 3. De jurejurando libertæ, ut patrono nubat. 4. De remissione jurisjurandi ne nuptias contrahat.

VI. PAULUS lib. II ad legem Æliam Sentiam.

ADigere jurejurando, *ne* [21] *nubat liberta*, vel *liberos tollat*, intelligitur [22] etiam is, qui libertum jurare patitur [23]. Sed si ignorante eo suus [24] filius adegerit, stipulatus fuerit, nihil ei nocebit. certe si jussu patroni is, qui in potestate est, idem fecerit: dicendum est, eum hac lege teneri. §. 1. Stipulatus est centum ope-

9 *l.* 18. *ff. eod.*

11 Atqui se excusare non potest. *l. ex sententia.* 29. *ff. de test. tutela.* An ibi facto, non jure, se excusavit? An legatum accepit, ejus onus ignorans? 12 Septimius Severus & Caracalla pater & filius. *Ansi.*

13 Atque ita potest esse penes aliquem jus patronatus sine effectu. *Bart.* 14 *l.* 5. *C. de obseq.*

15 Patronatus jura quæ in extraneum heredem transire non possunt, non transeunt etiam in fiscum, patrono ipso perduellionatus damnato. adde *l.* 3. *ff. de interdictis & relegat. l.* 1. *C. de bonis libert. l. quisquis. C. ad l. Iul. majest.* 16 Imo, in aliis causis liberi privantur eo jure. *l.* 3. *ff. de interdict. & releg.* 17 Facit *l.* 1. *in fin. ff. eod.* 18 *l.* 6. *in fin. ff. de agnosc. lib.* 19 Severi Alexandri. *Ansi.* 20 *l.* 33. *ff. de bon. lib.* 21 Vid § *ult. ff. eod.* 22 Adigis jurejurando qui jurare patitur. 23 Cum possit prohibere. vide *l.* 50. *ff. de reg.* Goth. Adde *l.* 2. *ff. de noxalib. act. l. liberum. de his qui not. infam. l. jubemus. § cæconum. C. de SS. Eccles.* Ansi. 24 *l. ult. ff. qui, & à quibus manumiss.*

operas, aut in [35] singulas aureos quinos dari: non videtur contra legem stipulatus; quia in potestate [36] liberti est, operas dare.

§. 2. Quamvis nulla persona lege excipiatur: tamen [37] intelligendum est, de [38] his legem sentire, qui liberos tollere possunt. itaque si castratum libertum jurejurando quis adegerit [39], dicendum est, non puniri patronum hac lege. §. 3. Si patronus libertam jurejurando [40] adegerit, ut sibi nuberet: fiquidem ducturus eam adegit, nihil contra legem feciſſe videbitur: si vero non ducturus, propter hoc solum adegit, ne alii nuberet, fraudem legi factam Julianus ait; & perinde patronum teneri, ac si coëgisset [41] jurare libertam non nupturam. §. 4. Lege Julia [42] de maritandis ordinibus permittitur [43] jusjurandum, quod liberto in hoc impositum est, *ne uxorem duceret*: libertæ, *ne* [44] *nuberet*: si modo nuptias contrahere recte [45] velint.

De ancilla non prostituenda. De querelis patronorum adversus libertos.

VII. Modestinus [lib. singul. de Manumissionibus].

Divus Vespasianus decrevit, ut si qua hac lege venierit, ne prostitueretur, & si prostituta esset, ut esset libera; si postea ab emptore alii sine conditione venit, ex lege venditionis liberam esse, & libertam prioris [46] venditoris. §. 1. Mandatis Imperatorum cavetur, ut etiam in provinciis Præsides [47], de querelis patronorum jus dicentes, secundum delictum admissum libertis pœnas irrogent. Interdum illæ [48] pœnæ à liberto ingrato exiguntur, vel pars bonorum ejus aufertur, & patrono datur: vel fustibus cæditur, & ita absolvitur.

De manumisso à filiofam. milite. 1. De distracto ea lege, ut intra tempus manumittatur.

VIII. Idem [lib. VI Regularum].

Servum à filiofamilias [49] milite manumissum, Divus Hadrianus rescripsit, militem libertum suum facere, non patris.

§. 1. Servus non manumissus libertatem consequitur, is qui ea lege distractus [50] est, ut manumittatur intra tempus; quod superveniens, licet non manumittatur, faciet tamen libertum emptoris.

De filiis patronorum, qui non successerunt parentibus. 1. De rei capitalis damnato. De indice flagitii. De capitis accusatione.

IX. Idem [lib. IX Regularum].

Filii hereditate paterna se abstinentes, jus [51], quod in libertis habent paternis, non amittunt [52]. Idem & in emancipato.

§. 1. Ut in bonis liberti locum quidam non haberent, lege excipiuntur, rei capitalis damnatus, si restitutus non est; si index cujus flagitii sit, fuerit ve; vel major annis vigintiquinque cum esset, capitis [53] accusaverit libertum paternum.

X. Terentius Clemens [lib. IX ad legem Juliam & Papiam].

Eum patronum, qui *capitis* [54] *libertum accusasset*, excludi à bonorum possessione contra tabulas, placuit. Labeo existimabat [55] *capitis* [56] *accusationem eam esse*, cujus pœna mors aut exilium esset. Qui [57] nomen detulit, accusasse [58] intelligendus est [59]: nisi abolitionem petit. Idque etiam Proculo placuisse Servilius refert.

XI. Ulpianus [lib. X ad legem Juliam & Papiam].

Is autem nec ad legitimam hereditatem [60], quæ ex lege duodecim tabularum defertur, admittitur.

De institutione liberti quasi filii.

XII. Modestinus [lib. I Responsorum].

Gaius Seius decedens testamento ordinato, inter filios suos Julium libertum suum, quasi & ipsum filium, ex parte heredem nominavit. Quæro, an hujusmodi scriptura [61] possit liberto statum conditionis mutare? Modestinus respondit, statum mutare non posse.

De servo peculiari.

XIII. Idem [lib. I Pandectarum].

Filiusfamilias servum peculiarem [62] manumittere non potest: jussu [63] tamen patris manumittere potest: qui manumissus, libertus fit patris.

De jurejurando, de sententia.

XIV. Ulpianus [lib. V ad legem Juliam & Papiam].

Si juravero *me patronum esse*, dicendum est, non esse me, quantum [64] ad successionem, patronum; quia jusjurandum patronum non facit: aliter [65] atque *si patronum esse* pronunciatum sit; tunc enim sententia [66] stabitur.

Ad legem Æliam Sentiam de jurejurando liberti.

XV. Paulus [lib. VIII ad legem Juliam & Papiam].

Qui contra legem Æliam Sentiam ad jurandum libertum adegit, nihil juris habet nec ipse, nec liberi [67] ejus.

De alienatione facta à liberto.

XVI. Ulpianus [lib. X ad legem Juliam & Papiam].

Si libertus minorem se centenario [68] in fraudem legis fecerit: ipso jure non valebit id, quod factum est; & ideo, quasi in centenarii liberti bonis locum habebit patronus: quidquid igitur quaqua ratione alienavit, ea alienatio nullius momenti est. † Plane [69] si qua alienaverit in fraudem patroni, adhuc tamen post alienationem major centenario remaneat: alienatio quidem vires habebit [70], verumtamen per Favianam [71] & Calvisianam actionem revocabuntur ea, quæ per fraudem sunt alienata. & ita Julianus sæpissime scribit: eoque jure utimur. Diversitatis autem ea ratio est: Quotiens in fraudem legis fit alienatio, non valet, quod actum est. In fraudem autem fit, cum quis se minorem centenario facit ad hoc, ut legis præceptum evertat: at cum alienatione facta nihilominus centenarius est, non videtur in fraudem legis factum, sed tantum in fraudem patrom: idcirco Faviano vel Calvisiano judicio revocabitur id, quod alienatum est.

§. 1. Si quis plures res simul alienando minorem se centenario fecerit, quarum una revocata, vel omnium partibus, major centenario efficitur: utrum revocamus omnes, an pro rata ex singulis, ut centenarium eum faciamus? Magisque est, ut omnium [72] rerum alienatio facta nullius momenti sit. §. 2. Si quis plane non semel [73] alienaverit, sed quasdam [74] res ante, quasdam postea: alienatio earum rerum quæ postea alienatæ sint, ipso jure non revocabitur, sed priorum [75]. in posterioribus Favianæ locus erit.

De capitali accusatione.

XVII. Idem lib. II ad legem Juliam & Papiam.

Divi fratres [76] in hæc verba rescripserunt [77]: *Compertum à proximis* [78] *dubitatum aliquando, an nepos contra tabulas aviti liberti bonorum possessionem petere possit, si eum libertum pater patris* [79] *cum annorum viginti quinque esset, capitis accusasset* [80]? *Et Proculum sane non levem Juris auctorem in hac opinione fuisse, ut nepoti in hujusmodi causa non putaret dandam bonorum possessionem. cujus sententiam nos quoque secuti sumus, cum rescripserimus ad libellum Cassiæ Longinæ: sed & Volusius Mæcianus* [81], *amicus* [82] *noster, ut & Juris Civilis præter veterem & bene fundatam peritiam anxie diligens, religione rescripti nostri ductus, sicut coram nobis adfirmavit, non arbitratum se aliter respondere debere. sed cum & ipso Mæciano, & aliis* [83] *amicis nostris, Jurisperitis, adhibitis plenius tractaremus: magis* [84] *visum est, nepotem neque* [85] *verbis, neque sententia Legis, aut Edicti Prætoris, ex persona vel nota patris sui excludi* [86] *à bonis aviti liberti. plurium etiam juris auctorum, sed & Salvii Juliani amici nostri, clarissimi viri hanc sententiam fuisse.* §. 1. Item quæritum est, si patroni filius capitis accusaverit libertum, an hoc noceat liberis ipsius? Et Proculus quidem in hac fuit opinione, notam adspersam patroni filio, liberis ejus nocere: Julianus autem negavit [87]: sed hic idem, quod Julianus, erit dicendum.

De negotiatione.

XVIII. Scævola lib. IV Responsorum.

Quæro, an libertus prohiberi potest à patrono, in eadem *colonia*, in qua ipse negotiatur, idem genus negotii exercere: Scævola respondit, non posse prohiberi [88].

De liberto ingrato.

XIX. Paulus lib. I Sententiarum.

Ingratus libertus est, qui patrono obsequium [89] non præstat, vel res ejus, filiorumve [90] tutelam administrare detrectat.

De liberto testato vel intestato.

XX. Idem lib. III Sententiarum.

Sicut, testamento facto, decedente liberto, potestas datur patrono, vel libertatis causa imposita [91] petere, vel partis bonorum possessionem: ita & cum intestato decesserit, earum rerum electio ei manet.

De restitutione damnati. 1. Si patronus ex parte institutus id, quod deest ad supplendam debitam portionem, per servum salvum habeat. 2. De duobus patronis. 3. De liberis liberti.

XXI. Hermogenianus lib. III Juris Epitomarum.

Sive patronus sive libertus deportetur, & post [92] restituatur, amissum patronatus & petendæ contra tabulas bonorum possessionis jus recipitur: quod jus servatur, & [93] si in metallum patronus vel libertus damnatus restituatur. §. 1. Excluditur contra tabulas bonorum possessione patronus, & si ex uncia heres instituatur, & id quod deest ad supplendam debitam portionem, per servum, judicio liberti, sine conditione [94], & dilatione, ei hereditate, vel legato, sive fideicommisso quæri potest.

§. 2. Ex duobus patronis unus ex debita [95] parte heres institutus sine [96] conditione, & dilatione, contra tabulas bonorum possessionem petere non poterit: licet, si minor ei portio esset relicta, & contra tabulas bonorum possessionem petisset, alia etiam portio ei adcrescere [97] potuisset. §. 3. Naturales liberi liberti exheredati facti, alio ex parte herede instituto, si per servum ex alia parte parenti successerint, objiciuntur patrono.

§. 4. Liberti filius heres institutus, si bona repudiaverit [98], patronus non excluditur.

De filio patronæ.

XXII. Gaius [lib. singul. de Casibus].

Satis constat [ut] etiam si [99] in potestate sit parentis filius patronæ, nihilominus legitimo jure ad eum pertinere hereditatem.

De servo, qui ob necem detectam meruit libertatem. 1. De manumissis per errorem.

XXIII. Tryphoninus [lib. XV Disputationum].

Si filius patris necem inultam reliquerit, quam servus detexit [100], & meruit [101] libertatem: dixi, non habendum pro patroni filio, quia indignus [102] est. §. 1. Cum ex falsis [103] codicillis, qui veri aliquo tempore crediti sunt, heres ignorans quasi ex fideicommisso libertatem servis præstitisset, rescriptum est à D. Hadriano, *liberos quidem eos esse, sed æstimationem sui præstare debere.* & hos libertos manumissoris esse recte probatur: quia salvum est etiam in his libertis jus patroni.

De libertorum & alimentorum eis debitorum divisione.

XXIV. Paulus [Imperialium [104] sententiarum in cognitionibus prolatarum, sive decretorum ex libb. VI lib. I].

Camelia Pia ab Hermogene appellaverat, quod [105] diceret judicem de dividenda hereditate, inter se & coheredem non tantum res sed etiam libertos divisisse: nullo enim jure id cum fecisse. Placuit, nullam esse libertorum divisionem: alimentorum [106] autem divisionem à judice inter coheredes factam, eodem modo ratam esse.

Tit.

---

35 *d. l. ultim. in fin.*

36 Vide *l.* 10. *in fin. ff. de jure fisc.*

37 Lex generaliter loquenda restringitur per rationem. *Bart.* cessante legis ratione lex ipsa cessat.

38 Privilegia non extenduntur ad eos, qui indigni sunt privilegio.

39 *Sub.* nubat aut liberos tollat. § *ult. in pr. hujus lege.*

40 Vide *l.* 8. §. 2. *ff. de in jus vocand. l.* 31. *ff. quis & à quib. manumiss.*

41 Vid. *l.* 63 *ff. de cond. & demonstrat.*

42 Nota ad hoc caput legis Juliæ etiam referri alia capita, ex *l.* 27. *ff. ult. C. de nupt.* vide Duaren. 1 *disput.* 40.

43 Remittitur, *Hal.* vel perimitur: hinc nota legem remittere juramentum. *l. ult. ff. quæ in fraud. l. ult. ff. de his quib. ut indign.*

44 *in pr. ff. eod.*

45 Secus, si illicite. *l.* 3. §. 5. *ff. de in jus vocand. l.* 10. §. 1. *ff. de in jus vocand. l.* 34. *ff. de evictionibus.* vide *l.* 1. *in fin. C. si mancip. ita venier.*

46 Vide *l.* 1. *ff. eod.*

47 Adde alias ex *l.* 1. *ff. eod.*

48 *l.* 3. §. 8. *l.* 22. *ff. de bon. lib. l.* 3. §. 3. *l.* 3. §. 7. *ff. de fusc. l.* 30. §. 2. *ff. qui, & à quib. manumiss. l.* 6. *in pr. l.* 13. *in fin. ff. de castrens. pecul.*

49 Vide *l.* 3. *ff. qui sine manumiss.*

50 Obsequia, operas, bonorum possessionem.

51 Liberi jura libertorum non habent, ut liberi, *ut hic.* Idem in emphyteusi. adde *l. ut jurisjurand.* 7. § *filiberi. ff. de oper. lib.* Bart.

52 Vid. *l.* 10. *ff. eod.*

53 *l.* 9. *in fin. ff. eod. l.* 10. §. 11. *ff. de in jus vocand. l.* 3. §. 9. *l.* 48. *ff. de bon. libert. l.* 33. §. 1. *ff. de fideic. libert.*

54 Accusat capitis, qui ejus delicti, sive criminis accusat, cujus pœna sit mors, vel exilium.

55 Facit *l.* 14. §. 3. *ff. de bon. libert.*

56 Accusasse patronum videtur, qui nomen detulit.

57 *d. l.* 14. §. 8.

58 Imo non est dicendus accusasse. *l. qui cum major.* 14. §. *accusasse.* 8. *ff. de bonis libert.* An dicemus, eum, qui nomen alterius detulit, accusasse videri non sententia legis, sed serie & formula verborum inspecta? An potius tum accusasse, cum delationi operam atque industriam adjungit, delationis ad exitum perducendæ causa?

59 *l.* 17. *ff. de bon. libert.*

60 Facit *l.* 5. *C. de testam.*

61 *l.* 2. *C. qui manumitt. non possunt.*

62 *l.* 16. *ff. de manumissionib.*

63 *l.* 45. §. 1. *ff. de vitu nupt.* Secus, quantum ad vocationem in jus. *l.* 8. §. 1. *ff. de in jus vocand.* 55 Differentiam juramenti & sententiæ observa. 56 *Al.* sententiæ. 57 Imo, liberi ejus, ut innocentes, jus patronatus habent. *l.* 8. §. 2. *ff. de in jus vocan.* 58 Centenario minor quis, vide in *l.* 26. *ff. de bon. libert.* §. 3. *Inst. de succeſſ. libert.* 59 Mitius agitur cum homine, quam cum lege, *ut hic.* Imo durius agitur cum homine, quam cum lege, *l. Celsus.* 23. *ff. de arbitr. l. amplius non peti.* 15. *ff. rem ratam haberi.* verbum *peti* ab homine prolatum intelligitur per litis contestationem; à lege, per sententiam. *l. in servitutem.* 16. § *petitis. ff. de bon. libert.* 60 Alienatio facta in fraudem legis, ipso jure non valet: in fraudem hominis, valet; sed per revocationem rescinditur. *Bart.*

61 Cui detur, vide *l.* 2. *C. si in fraud. patroni.*

62 Cur omnium? quia per primam alienationem factus est minor centenario. *Bart.*

63 Non simul.

64 Atque ita per partes.

65 Sed prior. *Hal.* adde *l.* 1. *C. de inoffic. donat. l.* 87. § 3. *ff. ad legat.* 2.

66 Id est, Marcus Antoninus Philosophus, & Ælius Verus. vid. *Spartian. in Ælio.*

67 Ad Quintilium. *l.* 16. §. 4. *in fin. ff. de bon. libert.*

68 Principes nonnisi peritiorum consilio atque sententia jus dicere oportet.

69 Hanc vocem *patria* expungit Cujac. 4 *obs.* 13.

70 *V. l.* 14 *ff. de bon. libert.*

71 *De quo* v. Jul. Capitolinum.

72 Sic solent interdum Principes consiliarios suos, Amicos suos appellare; eumque morem retinent Francorum reges, in quorum epistolis, seu rescriptis, illud passim legitur, *A nostre amé, & feal.*

73 Hinc colligit Alciatus, ibi majorem zelum præsumi, ubi plenior est numerus consultantium, *præsumpt.* 51.

74 Variare etiam Jurisconsultus potest. dixi *l.* 75. *ff. de reg. jur.*

75 Imo delictum patris nocet filio. *l. quæritur.* 38. *ff. de bon. libert.*

76 Imo, videtur excludendus. *l.* 38. *ff. de bon. libert.*

77 *l.* 16. §. 4. *ff. de bon. libert.*

78 *l.* 2. *ff. eod. & l.* 45. *ff. de operis libert.*

79 *l.* 9. *ff. de obsequiis. l.* 5. *in fin. C. de oper. libert. l.* 4. *in fin. C. de obseq. patronor.*

80 *l.* 2. *C. qui petant tutores.*

81 Puta, operas & munus. *l.* 2. *C. de bonorum possess. contra tabulas liberti.*

82 *l.* 3. §. 7. *ff. de bon. libert.*

83 Ut idem jus sit in damnatis ad metallum restitutis, quod est in deportatis restitutis.

84 Adde §. 2. *ff. eod.* vide quæ scripsi ad *l.* 32. *C. de inoffic.* videntur autem hæc verba esse ex Justiniani Constitutione de Jure patronatus, in qua hæc verba leguntur: ὥσπερ ἀφέστιος, καὶ ὥσπερ ὑπερθέσεως ἀπηλλαγμένης. Ita portio debita patrono pura esse debet à die & conditione, *ut hic.* & ab omni onere legati & fideicommiss. *l.* 28. *ff. de legat.* 2. quo fit, ut patronus, qui legem Papiam se omisſurum fideicommissario cavit, non teneatur, *l. si patronus.* 20. *ff. de donat.* ibi dixi.

85 *d. l.* 3. §. 10. *ff. de bon. libert.*

86 Dixi ad §. 1. *ff. eod.*

87 Jus adeerescendi locum habet in legitima patroni, *ut hic.* ergo & in legitima filiorum. 88 *l.* 6. §. 2. *ff. de bonis libert.* 89 *l.* 39. *ff. de bonis libert.* 90 Vide *l.* 4. *ff. de bonis libert.* 91 Servus scilicet. 92 Cur? quia qui patris necem inultam reliquit, indignus est patronatus jure: hujusmodi filius in jus illud patroni patri suo non succedit.

93 *l.* 47. *ff. de manumiss. testam.* 94 Similis est epigraphe in *l. ultim. ff. ad Trebell.*

95 *l* 41. *in fin. ff. familiæ.* 96 Et sic in uno capite potest sententia valere, in alio non valere. vide tamen *l.* 27. *ff. familiæ.*

Tit. XV.

DE OBSEQUIIS [1] PARENTIBUS ET PATRONIS [2] PRÆSTANDIS.

De militibus. 1. De collibertis. 2. De Præfecto Urbi. 3. De injuria maleficii.

1. ULPIANUS lib. I Opinionum.

ETiam *militibus* [3] pietatis [4] ratio in [5] parentes constare debet: quare, si filius miles in patrem aliqua commisit, pro modo delicti puniendus est [6]. §. 1. Et inter *collibertos*, matrem & filium, pietatis ratio secundum naturam salva esse debet.

§. 2. Si filius matrem aut patrem, quos venerari [7] oportet, contumeliis adficit, vel impias [8] manus eis infert: Præfectus [9] Urbi delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo ejus vindicat. §. 3. Indignus militia judicandus est, qui patrem & matrem, [à] quibus se educatum dixerit, *maleficos* appellaverit.

De actione de dolo aut injuriarum. 1. Unde vi.

II. JULIANUS [lib. XIV Digestorum].

HOnori parentium ac patronorum tribuendum est, ut quamvis per procuratorem judicium accipiant, nec actio de dolo aut injuriarum [10] in eos detur: licet [11] enim verbis Edicti non habeantur infames ita condemnati, re tamen ipsa & opinione hominum non effugiunt infamiæ [12] notam. §. 1. Interdictum [13] quoque unde vi [14] non est adversus eos reddendum.

De eo qui nummis acceptis manumisit.

III. MARCELLUS lib. singul. Responsorum.

TItius puerum emit, quem post multos annos veniri jussit: postea exoratus, accepto ab eo pretio, eum manumisit: Quæro, an eum filius & heres manumissoris ut ingratum accusare possit? Respondit posse, si nihil aliud esset impedimento: nam plurimum [15] interesse, à suo servo quis, vel etiam ab amico ejus, acceptis nummis dederit libertatem; an ab eo servo, qui, cum esset alienus, in fidem ejus devenit. etenim ille, etiam si non gratuitum, beneficium tamen præstitit: iste nihil amplius, quam operam suam accommodare videri potest.

De accusatione liberti ingrati.

IV. MARCIANUS lib. II Publicorum judiciorum.

PEr procuratorem [16] ingratum libertum posse [17] argui, Divus Severus & Antoninus rescripserunt.

De actione calumniæ. 1. De famosis actionibus, quaque doli vel fraudis habent mentionem. De servo corrupto.

V. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

PArens, patronus, patrona, liberive [18] aut parentes patroni, patronæve, neque si ob negotium faciendum vel non faciendum pecuniam accepisse dicerentur, in factum actione [19] tenentur. §. 1. Sed nec famosæ actiones adversus eos dantur: nec hæ quidem, quæ doli [20] vel fraudis habent mentionem;

VI. PAULUS [lib. XI ad Edictum].

NEc servi [21] corrupti agetur;

1. De condemnatione. 2. De exceptione doli vel metus. De interdicto unde vi, *vel* quod vi. *3. De jurejurando calumniæ. 4. De calumnia. De cæteris partibus Edicti. 5. De intervenientibus pro aliis.*

VII. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

LIcet famosæ non sint. §. 1. Et, in quantum [22] facere possunt, damnantur. §. 2. Nec exceptiones [23] doli [patiuntur], vel vis [24] metusve causa: vel interdictum [25] *unde vi*, vel *quod vi*, patiuntur. §. 3. Nec [26] deferentes jusjurandum de calumnia jurant. §. 4. Necnon & si ventris nomine in possessionem calumniæ causa missa dicatur patrona, libertus hoc dicens non audietur: quia de calumnia patroni queri non debet. his enim personis etiam in cæteris partibus Edicti honor habebitur.

§. 5. Honor autem his personis habebitur ipsis: non [27] etiam interventoribus eorum: &, si forte ipsi pro aliis interveniant, honor habebitur.

De herede liberti.

VIII. PAULUS [lib. X ad Edictum].

HEres liberti [28] omnia jura integra extranei hominis adversus patronum defuncti habet.

Ut honesta & sancta videatur persona patris vel patroni.

IX. ULPIANUS [lib. LX*VI* ad Edictum].

LIberto & filio semper [29] honesta [30] & sancta persona patris ac patroni videri debet.

De operis.

X. TRYPHONINUS [lib. XVII Disputationum].

NUllum jus libertatis causa impositorum habet in emancipato filio: quia nihil imponi liberis solet. nec quisquam dixit, jurejurando obligari filium patri manumissori, ut libertum patrono: nam * pietatem liberi parentibus non [31] operas debent.

De usu artis.

XI. PAPINIANUS [lib. XIII Responsorum].

LIberta ingrata non est, quod [32] arte sua contra patronæ voluntatem utitur.

1 Περὶ γονέων καὶ τῆς ὡς οὗτος ὑποζώσης παρὰ τῶν τέκνων τιμῆς καὶ τὰ ἀναγκαῖα αὐτῶν ὀφειλόμενα; καὶ ὅτα ἀμαρτανοῦσι εἰς τοὺς γονεῖς εἰ παῖδες κολάζουσιν. 31 *Eclog.* 3. 2 VI C. VI. hujusmodi obsequium τιμὴν vocat *Eclog.* 49. *tit.* 2. 3 Militia non dissolvit ea, quæ juris naturalis sunt. 4 Quæ parentibus debetur. *l.* 3. *C. de patria potest.* 5 Huc pertinet *l.* 9. *l.* 10. *ff. eod. l.* 3. *l.* 4. *C. de patria potestate. l.* 6. *ff. de in jus vocando. l.* 8. *ff. de probat. l.* 35. *ff. de ritu. l.* 5. §. 15. *ff. de agnosc. liber.* 6 Etiam à patre. *l.* 3. *C. de patria potestat.* 7 *Nov.* 22. *c.* 21. 8 *Nov.* 115. *cap.* 3. §. 1. 2 *Fendor.* 24. §. 2. *vers. porro.* idem in liberto. *l.* 1. *ff. de jure patronatus. l. ult. C. de libert.* 9 Præfectus Urbi cognoscebat de obsequio patronis debito & liberis. *l.* 1. §. 10. *ff. de offic. Præfect. Urb.* 10 Liberto adversus patronum injuriarum actio non datur, *l.* 11. §. 7. *ff. de injuriis.* nec temere filio emancipato in patrem injuriarum actio datur: datur autem, si atrox sit injuria; liberis in potestate, nullo modo. *l.* 7. §. 3. *ff. de injuriis.* 11 Alias actio injuriarum infamat. vide *l.* 7. *ff. de injuriis.* 12 Bonorum venditionem debitori notam aliquam infamiæ attulisse, hinc colligas. vide quæ scripsi ad *Nov.* 13. 13 *l.* 7. §. 2. *ff. eod. l.* 1. §. 43. *ff. de vi & vi.* 14 Eadem ratione putant parenti jus esse filii verberandi. vide *l. un. C. de emendat. propinquorum.* adde quæ scripsi ad *Novell.* 117. *cap.* 14. 15 *l.* 1. *C. de bon. libert.* 16 *l.* 35. §. 1. *ff. de procuratoribus.* vide Paul. *5 sent.* 16. §. 11. 17 Imo non potest quis accusare ingratum per procuratorem. nam ingratitudine revocatur libertus in servitutem, ideoque capitalis causa videtur, quam per procuratorem instituere non possumus. *l. edicto.* 13. *vers. rei autem. ff. de bonor. possess. l. penult. §. ad crimen. ff. de publicis judiciis.* Causa hæc non criminaliter sed civiliter instituta fuit, quod excipitur in lite per procuratorem non instituenda. 18 *l.* 5. §. 4. *ff. de agnoscend.* 19 Id est, narrata duntaxat facti specie. *l.* 11. *in fin. ff. de dolo.* 20 *d. l.* 11. Goth. Adde *l.* 10. §. 19. *ff. de in jus vocando. l.* 4. §. 16. *& fin. ff. de dolo malo & met. except. Anf.* 21 Corrupti servi actio famosa, *l.* 36. *ff. pro socio*, quia personæ dat sum malum notas. 22 Vid. *l.* 16. *in fin. ff. de rejudicata.* 23 *l.* 4. §. 16. *ff. de doli mali.* 24 V. *l.* 4. *in fin. ff. de doli mali.* 25 *l.* 2. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 43. *ff. de vi & vi.* 26 Hæc negativa *l.* 34. §. 4. *ff. de jurejur.* a Cujacio restituitur. 27 Vide *l.* 10. *in fin. ff. de in jus vocand.* 28 *l.* 4. §. 16 *ff. de doli except.* an idem est in herede filii, quod liberti? negat *l.* 5. §. 16. *ff. de agnoscend.* 29 Cur addidit *semper*? etiam si inhonesta sit persona parentis vel patroni, parens tamen filio, patronus liberto semper honestus & sanctus videri debet. non iisdem oculis liberi & liberti suos parentes & patronos intueri debent, quibus cæteros intuentur. *l. ultim. circa fin. C. qui & adversus quos restitut.* & superstitis & defuncti parentis ac patroni persona liberis & libertis habenda est. 30 Ideoque pietas, reverentia, obsequium parenti debetur. *l.* 1. *ff. eod.* obedientia, *l.* 2. *ff. de just. & jure.* voluntas grata, Cicero *pro Planco.* Pietatis appellatione comprehendi potest, quod Pythagoras & Græci dicunt τιμὴν τῶν γονέων, ἐν τιμῇ ἔχων, τιμὴν νέμων, σέβων, σέβεσθαι. 31 *l.* 4. *ff. si quis à parente.* 32 Arte sua uti invito etiam patrono libertus potest: ea utens invito patrono, ob id non censetur ingratus. *l.* 2. *l.* 18. *ff. tit. prox. l.* 45. *ff. tit. prox.*

LIBER TRIGESIMUSOCTAVUS.

Tit. I.

DE [1] OPERIS LIBERTORUM.

Definitio operarum.

1. PAULUS lib. singul. de variis lectionibus.

OPeræ sunt diurnum [2] officium [3].

Ratio Edicti. 1. De judicio operarum.

II. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

HOc Edictum Prætor [4] proponit coartandæ persecutionis libertatis causa impositorum: animadvertit enim [rem istam], libertatis causa impositorum præstationem ultra excreviss, ut premeret [5] atque oneraret libertinas personas. §. 1. Initio igitur Prætor pollicetur se judicium operarum daturum in libertos & libertas [6].

Si opera petatur ante diem peractum. 1. Operas non dividi.

III. POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

OPeras stipulatus, ante peractum [7] diem [8] operam ejus diei petere non potest. §. 1. Nec pars [9] operæ per horas solvi potest: quia id est officii diurni. itaque nec ei liberto, qui sex [10] horis duntaxat antemeridianis præsto fuisset, liberatio ejus diei contingit.

De morte unius ex duobus patronis. De herede extraneo.

IV. IDEM lib. IV ad Sabinum.

A Duobus manumissus, utrique operas promiserat: altero ex his mortuo, nihil est, quare non filio [11] ejus, quamvis superstite altero, operarum detur petitio. nec hoc quicquam commune habet cum hereditate, aut bonorum possessione; * perinde enim operæ à libertis ac pecunia credita petitur. Hæc ita Aristo scripsit, cujus sententiam puto veram. nam etiam præteritarum operarum actionem dari heredi extraneo sine metu exceptionis placet: dabitur igitur & vivo altero patrono.

De posthumis.

V. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

SI quis operas sit stipulatus sibi liberisque suis, etiam ad posthumos [12] pervenit stipulatio.

De herede.

VI. IDEM lib. XXVI ad Sabinum.

FAbriles [13] operæ, cæteræque, quæ quasi [14] in pecuniæ [15] præstatione consistunt, ad heredem transeunt: officiales vero non transeunt [16].

De jurejurando. 4. De manumisso ex causa fideicommissi. 5. De impubere. 6. De liberis patroni, 9. Vel patronæ.

VII. IDEM [lib. XXVIII ad Sabinum].

VT jurisjurandi [17] obligatio contrahatur, libertum [18] esse oportet [19] qui juret, & libertatis causa jurare. §. 1. Plane quæritur, si quis liberto suo legaverit, si filio suo juraverit se decem operarum nomine præstaturum: an obligetur jurando? & Celsus Jubentius obligari eum ait [20], parvique referre, quam ob causam de operis libertus juraverit: & ego Celso adquiesco.

§. 2. Jurare autem debet post manumissionem [21], ut obligetur: &, sive statim sive post tempus juraverit, obligatur.

§. 3. Jurare autem debet, operas, donum [22], munus [23] se præstaturum: operas qualescunque, quæ modo probe jure licito [24] imponuntur. §. 4. Rescriptum est à Divo Hadriano, & deinceps, *cessare operarum persecutionem adversus eum, qui ex* [25] *causa fideicommissi ad libertatem perductus est.* §. 5. Dabitur & in impuberem, cum adoleverit, operarum actio: sed interdum, & quamdiu impubes est. nam hujus quoque est ministerium, si forte vel librarius [26], vel nomenclator [27], vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. §. 6. Si liberi patroni ex inæqualibus partibus essent instituti, utrum pro parte dimidia, an pro hereditariis habeant operarum actionem? Et puto verius, liberos pro æqualibus [28] habituros actionem. §. 7. Parvi autem refert, in potestate fuerint liberi, an vero emancipati. §. 8. Sed si in adoptionem datum, heredem scripserit patronus, magis est, ut operæ ei debeantur. §. 9. Nec [29] patronæ liberi summoventur ab operarum petitione.

De petitione partis. 1. De fidejussore.

VIII. POMPONIUS [lib. VIII ad Sabinum].

SI quando duobus patronis juraverit libertus operas se daturum, Labeoni placet, & deberi, & peti posse partem [30] operæ: cum semper præteritæ [31] opera; quæ jam dari non possit, petatur. quod contingit, si vel ipsis patronis juretur [32] vel promittatur, vel communi eorum servo: vel complures heredes uni patrono existant. §. 1. Pro liberto jurante fidejubere [33] quemvis posse placet.

De existentia operarum. 1. Quibus edi opera possunt.

IX. ULPIANUS [lib. XXXIV ad Sabinum].

OPeræ [34] in rerum natura non sunt [35]. §. 1. Sed *officiales* [36] quidem futuræ nec cuiquam alii deberi possunt, quam patrono, cum proprietas earum & in edentis persona, & in ejus, cui eduntur, constitit [37]. *Fabriles* autem aliæve ejus generis sunt, ut à quo-

1 V. *l.* 13. *ff. de acceptil.* Goth. Adde *l.* 56. *ff. de fidejuss.* Anf. 18 §. 2. *ff. eod. l.* 44. *in fin. prior. ff. de liberali causa.* 19 Imo, non oportet. *l. ult. ff. de liberali causa.* 20 *l.* 24. *ff. de manumiss. testam.* 21 Libertus factus. *l.* 4. *in pr. ff. eod.* 22 Inter donum & munus est differentia. *l.* 18. *l.* 194. *l.* 214. *ff. de verb. sign.* 23 *d. l. ult. ff. de liberali causa.* 24 Id est, ita ne libertus oneretur. *l.* 12. *ff. eod.* 25 *l.* 29. *ff. eod.* 26 V. *l.* 92. *ff. de reg. jur.* 27 Ita appellatur in *l. ult. in fin. ff. de libe. al. caus.* nomenclator, *Hal.* ut & Varroni, *4 de lingua.* minuticulator, ita legit Accursius. Ut ut sit, nomenculator conjungitur hic librario & calculatori, de quibus dixi ad *l.* 15. §. 5. *ff. de excusat. tut.* conjungitur histrioni in *d. l. ult.* Nomenclator à nomine calando, quod nomina civium teneret, & cum opus esset pronunciaret. ita veteres, dum ambitioni serviebant, à quo-

1 Operarum stipulatio tranlit ad liberos. *l.* 22. §. 1. *ff. eod.* 17 Nam *liberorum* appellatione continentur posthumi. Donari liberis etiam nascituris, ut & jam natis aliquid posse, hinc colligunt. dixi ad *l.* 5. *C. de naturalibus liberis.* Goth. Explicationem hujus leg. vide apud Joann. Decher. *lib.* 2 *dissert.* 11. *num.* 26. *& seq.* Anf. 13 Quæ & artificiales, *l. ultim. ff. de oper. servor.* ut pictoriæ, & similes, quæ in artificio consistunt. 14 *l.* 4. *vers. perinde. ff. eod.* 15 Puta, ut decem dentur. ut *l.* 48. *ff. de verb. oblig.* quæ est ejusdem libri Ulp. 16 Artificiales operæ cuivis voluntate domini præstari possunt: officiales vero soli domino præstantur. vide Zas. *ibi. num.* 10. *& d.* 20. Cujac. *17. obs.* 14.

utebantur. vide Cicer. *pro Murena. & 4 ad Attic.* 6. Quintil. 4. ὀνομαθλογὸν vocat Plutarch. *in Catone.* Horat. 1 *Epist.* 6. *Mercemur servum, qui dicitur nomina, laqum Qui fodiat latur.* Quin nomenclator nomina subjiciebat eorum, quos prensare & appellare volebat dominus, & plerumque ubi deerat nomina, domino suo imponebat. Seneca 1 *de benefic.* 3. & 3 *epistol.* 27. superbi plerumque nomenclatores erant, ut ostiarii distantes, cubicularii supercilioli. Seneca *lib. in sapientem non cadere injuriam. cap.* 14. 28 Eodem modo succeditur in feudo. 1 *Feud.* 8. 29 *l.* 5. *l.* 7. *C. de obsequiis.* 30 *l.* 4. *ff. eod.* 31 *l.* 13. §. 2. *ff. eod.* 32 *l.* 1. *C. eod.* 33 *l.* 44. *ff. eod.* 34 Officiales scil. 35 Priusquam indicentur scil., priusquam dies venerit, quo præstandæ sunt. vide *l.* 1. *ff. de oper. serv.* 36 De quibus vide *l.* 23. *ff. eod.* 37 *Al.* consistat.

à quocunque cuicunque solvi possint. Sane enim, si *in artificio* [38] sint, jubente patrono & alii edi possunt.

De servo patroni stipulante operas. 1. De personis solutioni adjectis.

X. POMPONIUS [lib. XV ad Sabinum].

SErvus patroni à liberto male ita stipulatur, *Operas mihi dare spondes?* Itaque patrono [39] dari stipulandum est. §. 1. Libertus operarum nomine ita jurando, *Patrono aut Lucio Titio*, solvere Lucio Titio non potest, ut à patrono liberetur.

XI. JULIANUS [lib. XXII Digestorum].

NIhil autem interest [40], extraneus sit Lucius Titius, an filius:

XII. POMPONIUS [lib. XV ad Sabinum].

QUia aliæ operæ erunt, quæ Lucio Titio dantur. † Sed si libertatis causa pecuniam promittat libertus egenti [41] patrono, aut Titio, omnimodo adjectio Titii valet.

De empto hac lege, ut manumittatur. 1. De eo, cui libertatis causa bona addicuntur. 2. De petitione, præteritione, cessione, indictione operarum. 3. De liberto uxorem habente. 4. De nuptiis libertæ.

XIII. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

SI quis hac lege emptus sit, *ut* [42] *manumittatur*, & ex Constitutione Divi Marci pervenerit ad libertatem: operæ ei impositæ nullum effectum [43] habebunt. §. 1. Sed nec cui bona addicta sunt ex Constitutione D. Marci libertatium conservandarum causa [44], poterit operas petere, neque ab his, qui directas, neque ab his, qui fideicommissarias acceperunt: quamvis fideicommissarias [libertates] qui acceperunt: ipsius liberti efficiantur. non enim sic fiunt liberti, ut sunt proprii, quos nulla necessitate cogente manumisimus. §. 2. Judicium de operis tunc locum habet, cum operæ præterierint [45]: præterire autem non possunt, antequam incipiant cedere: & incipiunt, posteaquam fuerint indictæ. §. 3. Etiam [46] si uxorem habeat libertus, non prohibetur patronus operas exigere. §. 4. Si impubes sit patronus, voluntate ejus non videtur liberta nupta: nisi tutoris [47] auctoritas voluntati accesserit. §. 5. Rati quoque habitio patrono obest in nuptiis libertæ.

XIV. TERENTIUS [CLEMENS lib. VIII ad legem Juliam & Papiam].

PLane, cum [48] desierit nupta esse, operas peti posse, omnes [fere] consentiunt.

De adversa valetudine liberti.

XV. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

LIbertus, qui post indictionem operarum valetudine [49] impeditur, quo minus præstet operas, non tenetur: nec enim potest videri per eum stare, quo minus operas præstet. §. 1. Neque promitti, neque solvi, nec deberi, nec peti pro [50] parte potest opera. † Ideo Papinianus subjicit: Si non una, sed plures operæ sint, & plures heredes existant patrono, qui operas stipulatus est: verum est obligationem operarum numero [51] dividi. Denique Celsus lib. XII scribit, si communis libertus patronis duobus operas mille daturum se juraverit, aut communi eorum servo promiserit: quingenas potius deberi, quam singularum operarum dimidias.

De operis, quæ tempore manumissionis præstabantur, & quæ postea exerceri cæperunt. 1. Quales operæ præstantur.

XVI. PAULUS [lib. XL ad Edictum].

EJus artificii, quod post manumissionem didicerit libertus, operas debebit præstare: si hæ sint, quæ quandoque honeste [52] & sine periculo vitæ præstantur. nec semper hæ, quæ manumissionis tempore præstari debuerunt. sed si turpes operas postea exercere cœperit, præstare debebit eas, quas manumissionis tempore præstabat. §. 1. Tales [53] patrono operæ dantur, quales ex ætate, dignitate, valetudine, necessitate, proposito, cæterisque ejus generis, in utraque persona æstimari debent.

XVII. IDEM [lib. singul. de Jure patronatus].

NEc audiendus est patronus, si poscit operas, quas vel ætas recusat, vel infirmitas corporis non patiatur, vel quibus institutum vel propositum vitæ minuitur [54].

De alimentis liberti.

XVIII. IDEM [lib. XL ad Edictum].

SUo [55] victu [56] vestituque operas præstare debere libertum, Sabinus ad Edictum Prætoris Urbani lib. V scribit. † Quod si alere se non possit, præstanda ei à patrono alimenta.

XIX. GAIUS [lib. XIV ad Edictum provinciale].

AUt certe ita exigendæ sunt ab eo operæ, ut his quoque diebus, quibus operas edat, satis [57] tempus ad quæstum faciendum, unde ali possit, habeat:

1. Ubi opera edi debent.

XX. PAULUS [lib. XL ad Edictum].

QUod nisi fiat, Prætorem ipsum patrono denegaturum operarum præstationem: idque est verum, quia* unusquisque, quod spopondit, suo [58] impendio dare debet, quamdiu id, quod debet, in rerum natura est. §. 1. Ex Provincia libertum Romam venire debere ad reddendas operas, Proculus ait: sed qui dies interea cesserint, dum Romam venit, patrono perire. dummodo patronus, tanquam vir bonus, & [59] diligens paterfamilias Romæ moraretur, vel in Provinciam proficiscatur: cæterum si vagari [60] per orbem terrarum velit, non esse injungendam necessitatem liberto, ubique [61] eum sequi.

XXI. JAVOLENUS [lib. VI ex Cassio].

OPeræ enim loco edi debent, ubi patronus moratur, sumptu [62] scilicet, & vectura patroni [63].

Quando operæ edi debent. 1. De liberis patroni. 2. De tempore ad curam corporis libertu relinquendo.

XXII. GAIUS [lib. XIV ad Edictum provinciale].

CUm patronus operas stipulatus sit, tunc (scil. committitur stipulatio, cum [64] poposcerit, nec libertus præstiterit, nec interest, adjecta sint hæc verba, *cum* [65] *poposcero*, an non sint adjecta: aliud enim est de operis, aliud de cæteris rebus: cum enim operarum editio nihil aliud sit, quam officii præstatio, absurdum est credere, alio die deberi officium, quam quo is vellet, cui præstandum est. §. 1. Cum libertus promiserit patrono operas se daturum, neque adjecerit, *liberisque ejus*: constat, liberis [66] ejus ita demum deberi, si patri heredes extiterint. Heredes tamen extitisse liberos parenti ita demum prodesse ad operarum petitionem, Juliano placet, si non [67] per alium heredes extiterunt. Itaque si quis exheredato emancipato filio, servum ejus heredem instituerit, & per eum servum heres extiterit filius: repelli eum ab operarum petitione debere, perinde ac repelleretur patronus, qui operas non [68] impositiisset, vel quas imposuit, revendidisset.

§. 2. In omnibus operis præcipue observandum est, ut temporis [69] spatia, quæ ad curam corporis necessaria sunt, liberto relinquantur.

Differentia harum operarum, quas libertus promisit, ut fabrilium vel pictoriarum. 1. De duobus patronis. De liberto ægrotante.

XXIII. JULIANUS lib. XXII Digestorum.

HÆ operæ, quas libertus promisit [70], multum distant à fabrilibus vel pictoriis operis: denique si libertus faber aut pictor fuerit, quamdiu [71] id artificium exercebit, has operas patrono præstare cogitur: quare sicut fabriles operas quis potest sibi aut Titio stipulari, ita patronus à liberto operas sibi aut Sempronio recte stipulatur: & libertus obligatione solvetur, si tales operas [72] extraneo dederit, quales patrono præstando liberaretur.

§. 1. Si patroni plures consulto in diversas regiones discesserint, & liberto simul operas indixerint, potest dici diem operarum cedere, sed libertum non obligari: quia non per eum, sed per patronos staret, quo minus operæ dentur. Sicut accidit, cum [73] ægroranti liberto operæ indicuntur. † Quod si diversarum civitatium patroni sint, & in sua quisque moretur: consentire debent in operis ab eo accipiendis: durum alioquin est, eum qui se liberare potest decem diebus operando, simul operis indictis, si in accipiendis non consentiant, compelli ad præstandam alteri quinque operarum æstimationem.

Quando dies operarum cedit, aut operæ peti possunt.

XXIV. IDEM [lib. LII Digestorum].

QUotiens certa species operarum in stipulationem deducitur; veluti pictoriæ, fabriles: peti quidem non possunt, nisi præteritæ [74]. quia etsi non verbis, at re ipsa ineat obligationi tractus [75] temporis: sicuti, cum Ephesi dari stipulemur, dies continetur. Et ideo inutilis [76] est hæc stipulatio, *operas tuas pictorias centum hodie dare spondes?* Cedunt tamen operæ ex die interpositæ stipulationis. sed operæ, quas patronus à liberto postulat, confestim non cedunt: quia id agi inter eos videtur, ne [77] ante cederent, quam indictæ fuissent: scilicet quia ex commodo patroni libertus operas edere debet: quod in fabro vel pictore dici non convenit.

De locatione operarum.

XXV. IDEM [lib. LXV Digestorum].

PAtronus, qui operas liberti sui locat [78], non [79] statim intelligendus est mercedem ab eo capere, sed hoc ex genere operarum, ex persona patroni, atque liberti colligi debet. §. 1. Nam si quis pantomimum [80] vel archimimum libertum habeat, & ejus [81] mediocris [82] patrimonii sit, ut non aliter operis ejus uti possit, quam locaverit eas: exigere magis operas, quam mercedem capere existimandus est. §. 2. Item plerumque medici [83] servos ejusdem artis libertos [84] perducunt, quorum operis perpetuo uti non aliter possunt, quam ut eas locent. † Ea & in cæteris artificibus dici possunt. §. 3. Sed qui operis liberti sui uti potest, & locando pretium earum consequi mallet, is existimandus est mercedem ex operis liberti sui capere. §. 4. Nonnunquam autem, ipsis libertis postulantibus, patroni operas locant: quo facto, pretium [85] magis operarum, quam mercedem capere existimandi sunt.

De libertis medici.

XXVI. ALFENUS VARUS lib. VII Digestorum.

MEdicus libertus [86], quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures imperantes [87] sibi habiturum: postulabat, ut sequerentur se, neque opus facerent. id jus est, necne? Respondit, jus [88] esse: dummodo liberales [89] operas ab eis exigeret, hoc est, ut adquiescere [90] eos meridiano [91] tempore, & valetudinis & honestatis suæ rationem habere sineret.

§. 1. Item rogavi, si eas operas liberti dare nollent, quanti oporteret æstimari [92]? Respondit, quantum ex illorum operis fructus, non quantum ex incommodo dando illis, si prohiberet eos medicinam facere, commodi patronus consecuturus esset.

Quibus præstantur operæ.

XXVII. JULIANUS lib. I ex Minicio.

SI libertus artem Pantomimi exerceat, verum est, debere eum non solum ipsi patrono, sed etiam amicorum ludis gratuitam operam præbere: sicut eum quoque libertum, qui medicinam exercet, verum est, voluntate patroni curaturum gratis amicos ejus: neque [93] enim oportet patronum, ut operis liberti sui utatur, aut ludos semper facere aut ægrotare.

Si liberta communis nupserit.

XXVIII. PAULUS lib. singul. de Jure patronatus.

SI duorum pluriumve communis liberta, unius patroni voluntate nupserit: alteri patrono jus operarum manet.

De herede extraneo, & filio patroni.

XXIX. ULPIANUS lib. LXIV ad Edictum.

SI operarum judicio actum fuerit cum liberto, & patronus decesserit: convenit translationem heredi extraneo non [94] esse dandam. filio autem, & si heres non extat [95], etsi [96] lis contestata

38 Id est, si fabriles

39 Vel ejus liberis. *l.* 37. §. 3. *ff. eod.* non servis. *l.* 38. *ff. de stipulat. servor.*

40 *l.* 56. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

41 Agenti. *Mal.*

42 *l.* 2. *C. eod.*

43 *l.* 30. *ff. qui, & à quib.*

44 *Inst. de eo, cui libert. causa bona addicuntur.* facit *l. ultim. C. de test. manumiss.*

45 *l.* 3. *l.* 8. *ff. eod. l.* 24 *ff. eod.*

46 Uxori patronum præferre libertus in quibusdam debet. vel inta: ab operis præstandis patrono libertus non liberatur, etiamsi uxorem habeat.

47 *l.* 22. *C. de adm. tut.*

48 Res enim tunc redit ad non causam.

49 *l.* 23. §. 1. *l.* 34. *ff. eod. l.* 3. *ff. de Silaniano.*

50 *l.* 3. *ff. eod.*

51 *l.* 54. §. 1. *ff. de verb. oblig.*

52 Adde *l.* 7. §. 1. *ff. eod.*

53 Id est, non turpes, *ut in pr. ff. eod.* non injustæ. *l.* 26. *l.* 38. *l.* 50. *ff. eod.*

54 Fingamus eum operas exigi à liberta, quæ ad maximam dignitatem pervenit. *v. l.* 38. *ff. eod.*

55 Operæ artificiales præstantur edentis sumptu & victu, *ut hic.* officiales patroni. *l.* 21. *ff. eod.*

56 Imo patroni. *l.* 21. *l.* 33. *l. pen. ff. eod.*

57 *l. pen. ff. eod.*

58 Nisi consuetudo loci aliter se habeat. *Bart.*

59 *Al.* Ut.

60 Vagabundum patronum liberus sequi non cogitur. *l.* 35. §. 2. *ff. de procuratorib.* vide *l.* 13. *in fin. ff. de annuis legat.* Eadem ratione vagabundum dominum vasallus juvare, & ei servitium facere non cogitur: vagabundo creditori debitum offerre non cogitur debitor: vagabundus emphyteuta privatur emphyteusi; vagabundus servus administratione sibi concessa: vagabundo debitori extortas usuras restituere non cogitur fœnerator: vagabundum maritum uxor sequi non tenetur; nisi scienter agyrtam, histrionem, & similia farinæ hominem elegerit, sive nupserit, ut multis probat Antonius Corsetus, *singulari Vagabundus.*

61 Ubicunque. Cujac. *Inst. de servitutib.* ut *l.* 77. *ff. de contrab. empt.* 62 Sumptum hic non pro victu, sed pro aliquo necessario impendio citra victum interpretatur Forcat. *c.* 27. *penn.* ut si liberto artificii architecto vel latomo patronus præstet trabium, lapidum & similium erectiones, ipso liberto interea manupretium præstante, nisi aliunde non habeat, unde se alat. *l.* 19. *ff. eod. l.* 30. *ff. eod.* 63 Imo, ipsius liberti. *l.* 18. *ff. eod.*

64 *l.* 24. *in fin. ff. eod.* Goth. Vide ad hanc leg. Dechor. *dissert.* 11. *lib.* 2. *n.* 26. *& seq.* Ans.

65 Hæc verba, *Cum poposcero*, in operis faciunt conditionem, non admonitionem. *v.* quæ scripsi ad *l.* 8. §. 1. *ff. de tutelis.*

66 *l.* 5. *l.* 29. *ff. eod. v.* quæ notavi ad *l.* 80. *in fin. ff. de adquir. hered.*

67 *l.* 70. *ff. de verb. sign.*

68 *l.* 31. *ff. eod.*

69 Vid. *l.* 30. *in fin. ff. eod.*

70 Id est, operæ officiales. vide Cujac. 17 *obs.* 14.

71 *l.* 38. §. 1. *ff. eod.*

72 Operas patrono dederit, quales extraneo præstando liberaretur: hanc trajectionem notat Cujac. 17 *obs.* 14.

73 *l.* 15. *ff. eod.*

74 *l.* 13. §. 2. *cod. l.* 6. *C. eod.*

75 Spatium. *l.* 22. *in fin. ff. eod. l.* 73. *ff. de verbor. oblig.* aliquod momentum naturæ. *l.* 137. *ff. de verb. sign.* adde *l.* 2. *ff. quod certo loco.*

76 Adde *l.* 141. §. 4. *ff. de verb. oblig.*

77 *l.* 22. *ff. eod. d. l.* 73. *ff. de verbor. oblig.*

78 Patronus inops locare potest operas sui liberti, & exinde vivere. Et hoc moris fuisse testatur Seneca, *declam. lib.* 5. Adde *l.* 17. *ff. ad municipalem. & l.* 6. §. 1. *ff. de agnosc. lib.* Ans.

79 Interdum enim censetur operas exigere, ut §. 1. & 2. *ff. eod.* interdum mercedem, ut §. 3. *ff.* interdum pretium. §. 4. *ff.*

80 *l.* 43. *ff. de act. empti. l.* 4. *C. de spectaculis.*

81 Is. *Hal.*

82 Vide quæ notavi ad *l.* 15. §. 15. *ff. de excus. tut.*

83 Medicinam Romæ exercebant etiam servi: quam ut exercerent commodius, ad libertatem ipsum à domino perducebantur. adde *l.* 26. *ff. eod. l.* 16. §. 1. *ff. de admin. l.* 41. §. 6. *ff. de fideicom. libert.* adde quæ scripsi de servis Medicinam exercentibus ad *l.* 1. §. 1. *C. de communi servo manumisso.*

84 Id est, ad libertatem perducunt.

85 *l. ult. in fin. ff. qui, & à quibus manumiss.*

86 V. quæ scripsi ad *l.* 23. §. 1. *ff. eod.*

87 Implorantes se habiturum, *Hal.* quæ lectio concinnior multo atque apertior est: non est tamen necessaria. *Imperans* enim hoc loco idem est, quod *medicus*, qui remedia ægrotis præscribit, atque imperat. vid. & Duaren. 1 *disp.* 4.

88 Imo, jus non est. *l.* 2. *ff. de jure patronat.*

89 Liberas operas, *Hal. l.* 16. *in fin. ff. eod.*

90 Vid. *l.* 50. *in fin. ff. eod.*

91 Meridiari, id est, meridiano opere adquiescere, sive requiescere possunt liberti: etiamsi operas patrono suo debeant, *ut hic.* & eodem modo qui operas suas alicui conduxerunt, invito locatore meridianis horis adquiescere & meridiari possunt. *ff. eod.* 93 Adde *l.* 25. *ff. eod.* hinc colligo, Omnes promissiones ad arbitrium boni viri redigendas. 94 Extraneo esse dandam. Cujac. 17 *obs.* 14. 95 Id est, non perseveraverit heres esse. Cujac. *ibid.* 96 Dixi ad *l. un.* §. 14. *C. de rei uxor. act.*

stata non fuerat, tamen omnimodo competit, nisi 97 exheredatus sit.

97 V. *l.* 22. §. 1. *ff. eod.*

De numero operarum collato in arbitrium patroni. 1. De nuptiis libertæ.

XXX. CELSUS lib. XII Digestorum.

SI libertus ita juraverit, *dare se* 98 *quot* 99 *operas patronus arbitratus sit*: non aliter ratum fore arbitrium patroni, quam 100 si æquum arbitratus sit. Et fere ea mens est personam arbitrio substituentium, ut, quia speret eum recte arbitraturum, id faciant: non quia vel immodice [1] obligari velint. §. 1. In libertam, quæ voluntate patroni nupsit, præteritarum ante nuptias operarum actio datur.

98 Se tot operas, quot patronus. *Hotom.*

99 Judex sibi quis esse potest consensu adversarii, seu consentiente ita adversario; alias non potest. *Harm.* 4. §. 2.

100 Ut sic juramentum ad arbitrium boni viri redigitur. *l. ult. ff. ad municip.* quædam enim tacite intelliguntur. vid. quæ notavi ad *l.* 54. §. 1. *ff. locat.*

1 Immodice obligari neminem velle, præsumimus. adde *l.* 5. *C. de dolo.*

De operis non impositis.

XXXI. MODESTINUS lib. I Regularum.

OPeris non [2] impositis manumissus, etiam si ex sua voluntate aliquo [3] tempore præstiterit, compelli ad præstandas, quas non promisit, non [4] potest.

2 *l.* 22. *circa fin. ff. eod.*

3 *l.* 28. *C. de pactis. l.* 7. *C. de usuris.*

4 Imo potest. v. *l.* 6. *ff. de usur.*

De pecunia promissa libertatis onerandæ causa.

XXXII. IDEM [lib. VI Pandectarum].

[S], qui onerandæ [5] libertatis causa pecuniam patrono repromiserit, non tenetur: vel patronus, si pecuniam [6] exegerit, bonorum possessionem contra tabulas ejus non potest petere.

5 *l.* 22. *ff. eod.*

6 V. *l.* 37. *ff. de bon. libert.*

De alendo liberto.

XXXIII. JAVOLENUS [lib. VI ex Cassio].

IMponi operæ ita, ut ipse libertus se alat, non [7] possunt.

7 Imo possunt. *l.* 18. *ff. eod.*

De diminutione, augmento, mutatione, & interitu operarum.

XXXIV. POMPONIUS [lib. XXII ad Quintum Mucium].

INterdum & diminutionem, & augmentum, & mutationem recipere obligationes operarum sciendum est. Nam dum [8] languet libertus, patrono operæ, quæ jam cedere cœperunt, pereunt. † Sed si liberta, quæ operas promisit, ad eam dignitatem perveniat, ut inconveniens sit præstare patrono operas: ipso jure hæ intercident.

8 Vide *l.* 15. *ff. eod.*

De liberta majore L *annis.*

XXXV. PAULUS [lib II ad leg. Juliam & Papiam].

LIberta major quinquaginta [9] annis operas præstare patrono non cogitur.

9 Ætas excusat libertam. ad præscriptionem 50 annorum hic casus pertinet: ad eam quoque refertur, quod ea quæ alea perdita sunt post annum 50 repeti non possunt; quod annus 50 excuset à decurionatu, *l.* 13. *C. de decur.* quod partus editus ex quinquagenaria sit legitimus. vide Cujac. *lib. de præscr. c.* 32.

De societate.

XXXVI. ULPIANUS [lib. XI ad legem Juliam & Papiam].

LAbeo ait, libertatis causa societatem [10] inter libertum & patronum factam, ipso jure nihil valere, palam esse.

10 *l.* 1. §. 7. *ff. quar. rer. act.*

Lex Julia de liberto libero habente. 1. De liberis amissis. 3. De persona, cui promissum est. 4. De delegatione. 5. De operis futuris vel præteritis. 6. De petitione & condemnatione. 7. De posthumis vel jam natis. 8. De fidejussoribus & expromissoribus.

XXXVII. PAULUS [lib. II ad legem Juliam & Papiam].

QUI [11] *libertinus duos* [12] *pluresve à se genitos, natasve, in sua potestate habebit, præter* [13] *eum, qui artem ludicram fecerit, quive operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locaverit: ne quis eorum operæ, doni, muneris, aliudve quicquam libertatis causa patrono, patronæ, liberisve eorum, de quibus juraverit vel promiserit, obligatusve erit, dare, facere, præstare debeto: & si non eodem tempore duo in potestate habuerit, vel unum quinquennem* [14], *liberabitur operarum obligatione.* §. 1. Amissi antea liberi ad eas operas, quæ postea imponuntur, prosunt, ut Julianus ait. §. 2. Sed & si uno amisso obliget se, deinde alter nascatur: multo magis Pomponius ait amissum huic jungi, uti liberetur.

11 V. quæ notavi ad *l.* 1. *C. de infantibus expositis.*

12 Ut *l.* 10 *ff. eod.*

13 Sunt enim qui sequuntur infames. vide *l.* 2. §. 5. *ff. de his qui notant.*

14 V. quæ notavi ad *l.* 1. *C. de maritand. ordinib. l.* 6. *C. eod.* cujus verba referuntur. *ff. h. l.*

§. 3. Nihil autem interest, utrum ipsi promittat patrono [15], an eis, qui in potestate ejus sint. §. 4. Sed si creditori suo libertum patronus delegaverit, non potest idem dici: solutionis enim vicem continet hæc delegatio. Potest tamen dici, si in id, quod patrono promisit, alii postea delegatus sit: posse eum liberari ex hac lege [16]. nam verum est, patrono eum expromisisse, quamvis patrono nunc non debeat. quod si ab initio delegante patrono libertus promiserit, non liberari eum. §. 5. Non solum futurarum [17], sed etiam [18] præteritarum operarum liberatio fit.

15 Futurarum operarum liberatio esse potest.

16 Julia scil. *de maritand. ordinib. l.* 6. *C. eod.* cujus verba referuntur. *ff. h. l.*

17 Futurarum operarum liberatio esse potest.

18 Præteritæ igitur operæ difficilius remittuntur, quam futuræ.

§. 6. Julianus. etiam si jam petitæ sunt operæ, liberis substatis absolutionem faciendam. sed si jam operarum nomine condemnatus est, non potest liberari: quoniam jam pecuniam debere cœpit. §. 7. Posthumi liberti heredes patris sui non liberat, quod proficisci liberatio à liberto debet, nec quisquam post [19] mortem liberari intellegi potest. ex lege autem nati liberi prosunt. §. 8. Etiam si in persona liberti collata liberatio est: fidejussores quoque liberabuntur ex sententia legis. Quod si libertus expromissorem [20] dederit, nihil hoc caput ei proderit.

19 V. *l. un. C. ut actiones ab heredibus & in heredes.* §. 25. *Inst. de inutilib. stipul. l.* 11. *l. ult. C. de contr. stip.*

20 Hinc constat, fidejussorem ab expromissore differre. Fidejussor cum alio obligatur, Expromissor vero solus, quasi reus principalis. Qui dat fidejussorem, non liberatur: qui dat expromissorem, liberatur. Expromissione fit novatio, non fidejussione. *l.* 64. §. 4. *ff. solutis. l.* 5. §. *fatis. ff. de verb. oblig.*

De operis, quæ sine turpitudine aut periculo præstari non possunt. 1. Si libertus post manumissionem artificium didicerit, aut exercere desierit.

XXXVIII. CALLISTRATUS [lib. III Edicti monitorii].

HÆ demum impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine [21] præstari possunt, & sine periculo vitæ. nec enim, si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet; quamvis adhuc corpore quæstum faciat: nec arenarius [22] manumissus tales operas; quia [23] istæ sine periculo vitæ præstari non possunt. §. 1. Si tamen libertus artificium exerceat [24], ejus quoque operas patrono præstare debebit, & si post manumissionem id didicerit: quod si artificium exercere desierit, tales operas edere debebit, quæ non contra dignitatem ejus fuerint; veluti ut [25] cum patrono moretur, peregre proficiscatur, negotium ejus exerceat.

21 *l.* 16. *in fin. ff. eod.*

22 De arenario vide *l.* 4. *ff. de accus.*

23 Libertus salutem propriam patroni saluti præferre potest, *ut hic.* Idem in vasallo. Gloss. *quibus mod. feud. amitt.* Everard. *in loco à liberto ad vasallum.* 25.

24 *l.* 23. *ff. eod.*

25 *l.* 20. *ff. eod.* Vide *l.* 12. *C. eod.*

De pecunia promissa, si operæ non dentur.

XXXIX. PAULUS [lib. VII ad Plautium].

SI ita stipulatio * à * patrono facta sit, *Si decem dierum operas non dederis, viginti* [26] *nummos dare spondes?* videndum est, an nec viginti actio danda sit, quasi onerandæ [27] libertatis gratia promissi sint; nec operarum, quæ promissæ non sint: an vero operæ duntaxat promissæ fingi debeant, ne patronus omnimodo excludatur? & hoc Prætor quoque sentit, operas duntaxat promissas.

26 Pro operis patroni interdum certam summam à libertis stipulabantur, *ut hic. l. adigere.* 6. §. 1. *ff. de jure patron. l. ultim. ff. qui & à quib. manumiss.*

27 *l.* 2. *ff. eod.*

§. 1. Sequens illa quæstio est, an libertus impetrare debeat, ne majoris summæ, quam viginti condemnetur? quia videtur quodammodo patronus tanti [28] operas æstimasse, ideoque ipse non deberet egredi taxationem viginti. Sed iniquum est, nec oportet liberto hoc indulgere: quia non debet ex parte obligationem comprobare, ex parte tanquam de iniqua queri.

28 *l.* 26. *in fin. ff. eod.*

Si bona patroni venierint.

XL. PAPINIANUS [lib. XX Quæstionum].

SI bona patroni venierunt, operarum, quæ post venditionem præterierint, actio patrono dabitur. & si alere se possit [29], ante venditionem præteritarum non dabitur: quoniam [30] ex ante gesto agit.

29 Aliter scilicet, & aliunde extra operas & operarum judicationem.

De liberto, qui operarum obligatione dimissus est.

XLI. IDEM [lib. V Responsorum].

LIbertus, qui operarum obligatione dimissus [31] est, atque ita liberam [32] testamenti factionem adsecutus est, nihilominus obsequi verecundiæ [33] tenetur. † Alimentorum [34] diversa causa est [35]: cum [36] inopia patroni per invidiam libertum convenit.

30 V. *l.* 4. *ff. de cur. bon. dando.*

31 Ingentem patronum libertus obligatione operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatium suarum. Paulus 2 *sent. tit.* 33. *in fin.*

32 Testamenti, id est, testandi liberam facultatem adsequitur libertus, operarū obligatione dimissus ac solutus. Ita patrono hoc casu bonorum possessio contra tabulas denegatur, ac si operas exegisset, aut vendidisset.

33 Verecundiæ obligatio non censetur liberto remissa, operis ei remissis.

De manumissione ex causa fideicommissi.

XLII. IDEM lib. IX Responsorum.

CErdonem [37] *servum meum manumitti volo, ita ut operas heredi promittat*: non cogitur manumissus promittere. sed & si promiserit, in eum actio non [38] dabitur: nam juri publico [39] derogare non potuit, qui fideicommissariam libertatem dedit.

34 Hinc colligunt, Patrem cogi filium inopem redimere atque etiam alere, & vetera pietatis officia in eum exercere, licet ei legitimam semel dederit, non tamen cogi hilo alteram legitimam dare. Castrens. *in Authent. si captivi. C. de Episcopis.*

35 Ab obsequiis.

36 Hic locus mihi videtur corruptus: nisi ita excipias, Per invidiam libertum convenio, dum apud omnes conqueror me inopem a liberto non ali.

De militia.

XLIII. IDEM lib. XIX Responsorum.

OPeris obligatus, militiæ [40] nomen non sine injuria patroni dabit [41].

37 Cerdo qui & lucrio, homo vilis est, qui actum illicitum quæstus causa exercet: à κέρδος, quod Græcis lucrum est.

38 Imo dabitur. *l.* 47. *in fin ff. eod.*

39 Adde *l.* 15. §. 1. *ff. ad leg. Falcid.*

40 Miles esse libertus non potest, qui operas patrono debet.

41 Cur ita? collige ex *l.* 34. *ff. eod.*

De nuptiis libertæ.

XLIV. SCÆVOLA lib. IV Quæstionum.

SI libertus moram [42] in operis fecerit, fidejussor tenetur: mora fidejussoris nulla est: [at] in homine debito fidejussor etiam ex sua mora in obligatione retinetur.

42 *l.* 8. *in fin. ff. eod. v. l.* 88. *ff. de verbor. oblig.*

De negotiatione.

XLV. IDEM lib. II Responsorum.

LIbertus [43] negotiatoris vestiarii [44] an [45] eandem negotiationem in eadem civitate & eodem loco invito patrono exercere possit? Respondit, nihil proponi, cur non possit, si nullam læsionem ex hoc sentiet patronus.

43 Vestiarius negotiator.

44 Adde *l.* 26. *ff. eod.* Libertus ejusdem negotiationis cujus patronus, eadem lion tantum in civitate, sed & loco eodem seu vico, invito patrono eam negotiationem exercere potest, si modo nullam læsionem ex hoc patronus sentiat.

45 In concubinatu. *Hal.*

De concubina patroni.

XLVI. VALENS lib. V Fideicommissorum.

LIberta si in concubitu [46] patroni esset, perinde [47] ac si nupta eidem esset, operarum petitionem in eam dari non oportere, constat.

46 Qui libertam duxit, operas ei remittere videtur. *l.* 8. *C. eod.*

De manumissione ex causa fideicommissi.

XLVII. IDEM lib. VI Fideicommissorum.

CAmpanus [48] scribit, non debere Prætorem pati, donum, munus, operas imponi ei, qui ex fideicommissi causa manumittatur: sed si [49], cum sciret posse se id recusare, obligari se passus sit, non [50] inhibendam operarum petitionem, quia donasse [51] videtur.

47 Quæ ita? colligo ex *l.* 34. *ff. eod.*

48 Fit hujus JC. Campani fc. mentio, in *l. unic. tit.* 34.

49 *l.* 29. *ff. tit. prox.*

50 Imo inhibenda: cum non sit petitio. *l.* 42. *ff. eod.*

51 Donare operas videtur, qui nullo jure cogente eas præstat. *l.* 29. *ff. de donat.*

De liberto communi.

XLVIII. HERMOGENIANUS lib. II Juris epitomarum.

SIcut patronus, ita etiam patroni filius, & nepos, & pronepos, qui libertæ nuptiis [52] consensit, operarum exactionem amittit [53]: nam [54] hæc, cujus matrimonio consensit, in [55] officio mariti esse debet. §. 1. Si autem nuptiæ, quibus patronus consensit, nullas habeant vires: operas exigere patronus non prohibetur. §. 2. Patronæ, item filiæ, & nepti, & pronepti patroni, quæ libertæ nuptiis [56] consensit, operarum exactio non denegatur: quia his nec ab ea, quæ nupta est, indecore præstantur.

52 Libertus sententiam patroni, cum ei officium debeat: ut hinc constat, operas & officium distingui: Operæ patrono, officium marito debetur.

53 Vide *l.* 2. *C. de obsequiis. l.* 11. *in fin. C. hoc tit.*

54 *l.* 7. §. 5. *ff. eod.* adde *l.* 92. *ff. de reg. jur.*

55 Uxor marito officium debet.

56 Vide *l.* 2. *C. de obsequiis. l.* 11. *in fin. C. hoc tit.*

De operis, quæ edenda. 1. De alendo eo, qui operas edit, & temporis spatio ei relinquendo.

XLIX. GAIUS [lib. singul. de Casibus].

DUorum libertus potest aliquo casu singulis diversas operas uno tempore in solidum edere: veluti si librarius [57] sit, & alii patrono librorum scribendorum operas edat, alter vero peregre cum suis proficiscens operas custodiæ domus ei indixerit: nihil enim vetat, dum custodit domum, libros scribere. hoc ita Neratius libris membranarum scripsit.

57 *l.* 7. §. 5. *ff. eod.* adde *l.* 92. *ff. de reg. jur.*

Quales operæ edenda. 1. De alendo eo, qui operas edit, & temporis spatio ei relinquendo.

L. NERATIUS lib. I Responsorum.

OPerarum editionem pendere ex [58] æstimatione edentis: nam dignitati [59], facultatibus, consuetudini, artificio ejus convenientes edendas. §. 1. Non solum autem libertum, sed etiam alium quemlibet operas edentem, alendum, aut satis [60] temporis ad quæstum alimentorum relinquendum: & in omnibus temporibus ad curam corporis necessariam relinquenda.

58 V. *l.* 16. *in fin. ff. eod.*

59 *l.* 23. *ff. eod.*

60 *l.* 22. *in fin. l.* 26. *ff. eod.*

Quibus casibus operæ non patrono debentur.

LI. PAULUS [lib. II Manualium].

INterdum operarum [61] manet petitio, etiamsi jus patroni non sit: ut evenit in fratribus ejus, cui adsignatus est libertus; aut nepote alterius patroni, extante [62] alterius patroni filio.

61 *l.* 23. *in fin. ff. de bon. libert.*

62 Differentia inter jus patronatus, & operarum præstationem: inter officiales & artificiales operas. v. Edmund. Merill. *lib. sing. different. c.* 15. Ans.

TIT. II.

DE BONIS [1] LIBERTORUM.

Ratio Edicti. 1. De Edicto Rutilii, 2. Et posteriorum Prætorum.

1. ULPIANUS [lib. XLII ad Edictum].

HOc Edictum à Prætore propositum est honoris, quem liberti patronis habere debent, moderandi gratia. Namque (ut Servius scribit) antea soliti fuerunt à libertis durissimas

1 VI C. IV. Paul. 3 *sent.* 2. de successione libertorum. 3 *Instit.* 8. περὶ διαδοχῆς (vel διαδοχῶν) ἀγχιστέων τῶν ἀπελευθέρων ἢ τὴν ὅσίαν αὐτῶν, τὴν ἀναπόληπτον κτησάντων

2 l. 1. ff. ne vir. vel uxor. libert.
3 Inæstimabile. l. 126. in fin. ff. de regulis.
4 Al. primus.
5 V. l. 1. ff. de operis libert.
6 Imo, videtur nullo modo consistere posse societas inter patronum & libertum. vide l. 36. ff. ff. pro socio.
7 Dimidiæ. § 3. Inst. de success. libert. adde l. 1. § pen. ff. si cui plus quam l. Falcid. & ad eam dimidiam jus erat bonorum possessionis contra tabulas liberti. Ulpian. ff. 26. Quintilianus in declamatione cui titulus est, Avia testis. Huic, inquit, debeo, munus, opera, testamentum.
8 d. § 3.

9 l. 5. in fin. ff. de jure aurear.
10 Anulo donati deteriore erant conditione quam natalibus restituti. Hi conditionem mutant, quippe cum eis natalibus restituantur, in quibus homines fuerunt, nondum neque naturali neque civili jure descripto. vid. l. 2. ff. de natalib. restit. Illi honore quidem augentur, conditionem tamen non mutant, jura tantum & munia ingenuitatis, dum vivunt, habent, ut hic. vide quæ scripsi ad l. 2. C. de jur. aur. l. 23. §. 2. ff. de cond. & demonstr. Novell. 74. ideo libertinis anulus dabatur, ut quasi ingenui viverent. Ita Musæ medio eidemque liberto Augustus anulum dedit. Dion.
11 l. 2. circa fin. ff. de natalib.
12 V. quæ scripsi ad l. 5. in fin. C. qui testam. facere.
13 V. l. 45. ff. de ritu.
14 V. d. l. 45.
15 Nam ante aditam hereditatem sic accipere debemus, antequam scil. vel ab uno adeatur. l. 1. § 8. ff. si ex, qui testam.
16 l. 1. § 4. ff. si quis à parente. l. 37. C. de inoffic.
17 l. 21. in pr. ff. de jure patron. Quid, si patronus in hereditate lapsus sit? Jus patronatus, quod habuit, reversus recipiet. argum. hujus legis. l. sed si. ff. de in jus voc. cui adde diligentia. de elect. nisi ob hæresim sententia judicis suum jus patronatus amiserit: jus enim suum ita amissum non recipiet. arg. cap. de illa. extr. de divort. c. ult. de convers. conjugat. Gloss. in v. maximum. 577.
18 V. l. 8. ff. de jure patron. l. 45. § 3. ff. de ritu.
19 V. l. 10. ff. de jure patron.
20 Qui adsignatus non est, potest succedere. ita legit Accursius.
21 l. 6. in fin. ff. cod. l. 21. § 2. ff. de jure patronat.
22 V. l. 16. ff. de injusto.
23 l. 8. § 3. ff. cod.
24 Inst. de donat.
25 l. 8. § 4. ff. cod.
26 l. 44. § 2. ff. cod. Goth. Adde l. cum. l. quæritur. C. de inoff. testam. Anf.
27 Vid. l. 1. C. de precib. Imper. l. 1. C. pro quib. caus. servi pro pretio. l. 23. ff. de jure patr. l. 5. ff. qui sine manumiss. l. 39. ff. ad l. Falcid.

tissimas [1] res exigere, sc. ad remunerandum tam grande [2] beneficium, quod in libertos confertur, cum ex serviture ad civitatem Romanam perducuntur. §. 1. It quidem primus [4] Prætor Rutilius edixit, le amplius non daturum patrono, quam operarum [5] & societatis [6] actionem: videlicet, si hoc pepigisset, ut nisi ei obsequium præstaret libertus, in societatem admitteretur patronus.

§. 2. Posteriores Prætores certæ [7] partis bonorum possessionem pollicebantur, videlicet enim imago societatis induxit ejusdem partis præstationem [8] ut quod vivus solebat societatis nomine præstare, id post mortem præstaret.

De morte patroni & successorio Edicto. 1. De filio patroni emancipato, qui nepotem in potestate avi reliquerat.

II. POMPONIUS [lib. IV ad Sabinum].

SI patronus à liberto præteritus, bonorum possessionem petere poterit contra tabulas, & antequam peteret, decesserit, vel dies ei bonorum possessionis agnoscendæ præterierit: liberi [8] ejus, vel alterius patroni petere poterunt ex illa parte Edicti, qua primis non petentibus aut etiam nolentibus ad se pertinere, sequentibus datur, atque si priores ex eo numero non essent.

§. 1. Sed si patronus heres institutus, vivo liberto decessisset superstitibus liberis: quæsitum est, an illi contra tabulas testamenti bonorum possessionem petere possint? Et eo decursum est, ut mortis tempus, quo defertur bonorum possessio, spectari debeat, an patronus non sit: ut si sit, ex prima parte Edicti liberi ejus bonorum possessionem petere non possint. §. 2. Si filius emancipatus nepotem in potestate avi reliquisset, bonorum possessionem partis dimidiæ dandam ei filio intestati liberti, quamvis jure ipso legitima hereditas ad nepotem pertineat: qua & contra tabulas ejus liberti * & * filio potius bonorum possessio partis debitæ daretur.

De jure annorum anulorum. 1. De natali restituto. 2. De impetratione libera testamenti factionis. 3. De empto hac lege, ut manumittatur. 4. De eo qui nummos accepit, ut manumitteret. Si quid requiratur ut patronus contra tab. bonorum possess. accipere possit. 6. De bonis castrensibus. 7. De deportatione & restitutione. 8. De manumisso à filiofam. 9. De capitali accusatione. 10. Si patronus sit heres institutus, vel non. 11. De institutione conditionali. 15. De debita portione patrono relicta vel donata. 20. Debita portio quo tempore & quomodo accipitur.

III. ULPIANUS lib. XL[I] ad Edictum.

ETiam si jus anulorum [9] consecutus sit libertus à Principe, adversus hujus tabulas venit patronus, ut multis rescriptis continetur: hic [10] enim vivit quasi ingenuus, moritur quasi libertus.

§. 1. Plane, si natalibus [11] redditus sit, cessat contra tabulas bonorum possessio. §. 2. Idem & si [12] à Principe liberam testamenti factionem impetravit. §. 3. Sed si hac lege emit quis, ut [13] manumittat: ad hanc partem Edicti pertinebit. §. 4. * Si quis nummos [14] accepit, ut manumitteret, non habet contra tabulas bonorum possessionem *. §. 5. Ut patronus contra tabulas bonorum possessionem accipere possit, oportet hereditatem aditam esse, aut bonorum possessionem petitam: sufficit autem vel unum [15] ex heredibus adisse hereditatem, bonorumve possessionem petisse. §. 6. Patronus contra ea bona liberti omnino non admittitur, quæ in castris [16] sunt quæsita. §. 7. Si deportatus patronus restitutus [17] sit, liberti contra tabulas bonorum possessionem accipere potest. † Idemque & in liberto deportato & restituto dicendum est. §. 8. Si quis filiusfamilias servum de [18] castrensi peculio manumiserit, ex Constitutione D. Hadriani patronus est, admittique poterit ad contra tabulas bonorum possessionem, ut patronus. §. 9. Si capitis [19] libertum accusaverit is, cui adsignatus est, non potest is petere contra tabulas bonorum possessionem, fratribusque suis non obstabit; sed hi contra tabulas bonorum possessionem petent, quemadmodum peterent, si ex altero filio nepotes essent: * libertus enim, qui alteri ex filiis adsignatur, non desinit alterius filii libertus esse. amplius dicendum est, etiamsi omiserit frater bonorum possessionem, alter frater, cui [20] adsignatus, non potest succedere, & contra tabulas bonorum possessionem petere. §. 10. Totiens ad bonorum possessionem contra tabulas invitatur patronus, quotiens [21] non est heres ex debita portione institutus. §. 11. Si patronus sub conditione sit institutus, eaque conditio vivo testatore extitit: contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest. §. 12. Quid ergo, si mortis tempore pependit, extitit tamen, antequam patrono deferatur bonorum possessio, hoc est ante aditam hereditatem? an invitetur ex hac parte Edicti? & magis est, ut aditæ hereditatis tempus spectetur: hoc enim jure utimur. §. 13. Si tamen in præteritum collata [22] sit conditio, vel ad præsens: non videtur sub conditione institutus: aut enim impleta est, & pure institutus est: aut non est, [&] nec heres institutus est.

§. 14. Si libertus patronum suum ita heredem scripserit, *Si filius meus me vivo morietur, patronus heres esto:* non male videtur testatus: nam si decesserit filius, poterit hic existente conditione accipere bonorum possessionem. §. 15. Si debita patrono portio legata sit, etsi scriptus heres non fuerit, satis ei factum est.

§. 16. Sed & si institutus sit ex parte minore, quam ei debetur, residua vero pars suppleta est ei legatis, sive fideicommissis: & ita satisfactum ei videtur. §. 17. Sed & mortis causa [23] donationibus poterit patrono debita portio suppleri: * nam mortis & causa donationes vice legatorum funguntur [24]. §. 18. Sed & si non mortis causa donavit libertus patrono, contemplatione tamen debitæ portionis donata sunt, idem erit dicendum: tunc enim, vel quasi mortis causa imputabuntur, vel quasi adgnita repellent patronum à contra tabulas bonorum possessione.

§. 19. Si patrono conditionis implendæ [25] causa quid datum sit, in portionem debitam imputari debet, si tamen de bonis sit liberti profectum. §. 20. Debitam autem partem eorum, quæ [26] cum moritur, libertus habuit, patrono damus: mortis enim tempus spectamus. Sed & si dolo malo fecit, quo minus haberet: hoc quoque voluit Prætor pro eo haberi, atque si in bonis esset.

De eo, qui necem domini detexit. 1. De liberto capto ab hostibus. 2. De deportatione vel captivitate patroni. 3. De fideicommissaria hereditate.

IV. PAULUS lib. XLII ad Edictum.

SI necem [27] domini detexerit servus, Prætor statuere solet, ut liber sit. & constat eum quasi ex Senatusconsulto libertatem consecutum, nullius [28] esse libertum. §. 1. Si libertus captus ab hostibus ibi decesserit, quamvis liberti appellatio eum non tangat, tamen propter legem Corneliam [29], quæ testamentum sic confirmat, atque si in civitate decesserit, patrono quoque bonorum possessio danda erit. §. 2. Si deportatus [30] patronus sit, illo ejus competit bonorum possessio in bonis liberti, nec impedimento est ei talis patronus, qui mortui [31] loco habetur. † Et dissimile est, si patronus apud hostes sit: nam propter spem [32] postliminii obstat liberis suis. §. 3. Si extraneus à liberto heres institutus, rogatus sit filio hereditatem restituere, cum ex Senatusconsulto Trebelliano restituta hereditate, heredis [33] loco filius habetur, patronus summovendus est.

De patrono & liberis ejus. 1. De filio patroni emancipato, & nepote ex eo in potestate retento.

V. GAIUS [lib. XV ad Edictum provinciale].

LIbertinus, qui patronum patronique liberos habet, si patronum ex parte debita heredem instituit, liberos ejus in eandem portionem substituere debet, ut licet patronus vivo liberto mortuus fuerit, satisfactum videatur liberis ejus. §. 1. Si patroni filium emancipatum, & nepotes [34] ex eo, qui in avi familia remansit, libertus habeat: filio [35] tantum, non etiam nepoti satisfacere debebit libertus, nec ad rem pertinet, quod ad parentis bona pariter vocantur.

De liberis liberti. 1. Si testamentum, in quo patroni filia scripta est, falsum dicatur, eaque judicio pendente decesserit. 2. De filius patroni. 4. De eo, qui judicium defuncti liberti agnovit.

VI. ULPIANUS [lib. XLIII ad Edictum].

ET si ex modica parte instituti sint liberi liberti, bonorum possessionem contra tabulas patronus petere non potest: nam & Marcellus lib. IX Digestorum scripsit, quantulacunque ex parte heredem institutum liberti filium, patronum expellere [36].

§. 1. Cum patroni filia heres instituta esset a liberto, falsumque [37] testamentum dictum esset, in quo scripta erat, & appellatione interposita & pendente diem suum obisset: heredibus ejus D. Marcus subvenit, ut id haberent, quod haberet patroni filia, si viveret. §. 2. Si filius liberti heres ab eo institutus abstinuerit [38], quamvis nomine sit heres, patronus admittitur.

§. 3. Sed & si per in integrum restitutionem is, qui mixtus est paternæ hereditati, vel qui adiit hereditatem, abstinuerit se: poterit quis patronum admittere. §. 4. Patronus, patronique liberi, si secundum voluntatem mortui liberti hereditatem adierint [39], legatumve aut fideicommissum petere maluerint: ad contra tabulas bonorum possessionem non admittuntur.

VII. GAIUS lib. XV ad Edictum Provinciale.

NAm absurdum [40] videtur, licere eidem partim comprobare judicium defuncti, partim evertere.

VIII. ULPIANUS lib. XLIII ad Edictum.

SI vero non habuit petitio ejus, dico non impediri, quominus adjuvetur. Quinimo & si sic adit, quasi ex debita portione institutus, mox apparuit, eum minorem partem, quam speravit, accepisse: æquissimum est, admitti eum ad suum auxilium. Sed & si testato conveniisset heredem, ut sibi legatum solveretur, mox pœnituisset [41]: puto eum posse adjuvari. §. 1. Si patronus legatum sibi relictum adgnoverit, idque fuerit evictum [42], competit ei legitimum auxilium: quia id, quod speravit se habiturum, non habet. Sed & si non totum evictum sit, verum aliquo minus habet, quam putavit: erit ei subveniendum.

§. 2. Si servo vel filio suo aliquid relictum patronus adgnoverit [43], perinde à contra tabulas bonorum possessione repelletur, atque si adgnovisset sibi relictum. §. 3. Sed & si mortis causa [44] donationem adgnoverit, dicendum est, repelli eum à contra tabulas bonorum possessione: sic tamen, si post mortem liberti adgnovit. cæterum si ei vivus libertus donavit, ille [45] accepit, non idcirco erit repulsus à contra tabulas bonorum possessione; quia potest dicere, speraſſe, quod in testamento quoque gratus circa eum fieret: remittique ei debet ab eis decedere, vel ea compensare in portionem pro rata. §. 4. Quare dicitur, & si conditionis [46] implendæ causa quid fuerit datum patrono post mortem liberti: repelli eum à contra tabulas bonorum possessione, quasi adgnoverit judicium. §. 5. Si patronus minor annis XXV liberti judicium adgnoverit, in integrum restitui eum oportere [47] existimamus, ut possit contra tabulas accipere.

De statu controversia.

IX. PAULUS lib. XLII ad Edictum.

QUi in servitutem [48] libertum paternum potierit [49], nec [50] nomine liberorum [51] bonorum possessionem accipere potest.

De liberto plurium. 1. De liberis patroni à parente institutis, vel exheredatis, vel præteritis.

X. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

SI ex patronis alicui satisfactum non erit, ita ut alii amplius [52] sua portione ex bonis liberti relinquatur: ei cui satisfactum non erit, ita actio dabitur, ut ejus portio suppleatur ex eo, quod extraneo heredi, & quod patrono supra suam portionem relictum est. Eadem ratio & in pluribus patronis servabitur. §. 1. Julianus ait, eum, qui ab avo suo exheredatus [53] est, à bonis liberorum ejus summoveri, à patris vero sui libertorum bonis non excludi. quod si à patre sit exheredatus, ab avo non sit: non solum à libertorum paternorum bonis, verum etiam ab avi quoque excludi debere; quia per patrem avitos libertos consequitur. quod si pater ejus sit ab avo exheredatus, ipse non sit: posse nepotem avitorum libertorum contra tabulas bonorum possessionem petere. † Idem ait, si pater me exheredavit, avus meus patrem meum, & prior avus decesserit: ab utriusque libertis me repelli. sed [54] si ante [55] pater decessisset, postea avus: dicendum erit, nihil mihi nocere patris exheredationem ad avitorum libertorum bona.

XI. JULIANUS lib. XXVI Digestorum.

QUod si pater meus à patre suo sit exheredatus, ego neque à patre meo, neque ab avo: mortuo quidem patre, & adversus avitos & adversus paternos libertos jus habebo [56]. vivente [57] patre: quamdiu [58] in potestate ejus ero, non petam contra tabulas avitorum libertorum bonorum possessionem. emancipatus non summovebor.

28 V. l. 3. § 3. ff. de legitim. tutorib. Nullius, id est, Orcinus familiæ. l. 48. ff. de manumiss. testam. vide Cujac. 3 observ. 23. Orcus quem ademit, nullius est libertus, nisi Orci, id est, Victoriæ & Charitum.
29 l. 28. ff. de vulgari.
30 Adde l. 7. ff. de his, qui sunt sui.
31 l. 23. ff. familiæ
32 l. 8. § 2. l. 5. ff. cod.
33 V. Novell. 22 c. 1. § 1.

34 Al. nepotem ex eo, ut ff. cod. nepoti numero unitatis.
35 l. 23 in fin. ff. cod. l. 3. § 4. ff. de legitim. tutoribus.

36 V. l. 17 ff. eod.

37 l. 42. § 3 ff. eod.

38 l. 20 in fin. l. 38. in fin. ff. cod. l. 21. in fin. ff. de jure patron. l. 1. § 9. ff. ad Tertull.

39 l. 3. § 10. ff. eod.

40 Absurditas est pro parte comprobare testamentum, pro parte evertere, ut hinc constat inditio quidem jus esse testamenti. l. 39. in fin. ff. tit. prox.

41 l. 8. § 14. ff. de inoff.

42 Adde l. 46 ff. de solut.

43 l. 4. in fin. ff. eod.

44 l. 3. § 17. ff. eod. Goth. Vid. Ludovic. Roman. fing. 482. Anf.

45 Donatio non est sine acceptione. vid. Cujac. 12 obs. 28. adde quæ scripsi ad l. 15. C. de sacros. eccles.

46 d. l. 3. § 19. ff. eod.

47 Ad adeundam hereditatem scil. Minoribus enim etiam subvenitur in lucro, l. 7. § 6. ff. de minorib. v. l. 1. & 2. C. si ut amissa hereditate.

48 l. 14. ff. eod. l. 32. § 1 ff. de fideicommiss. libert.

49 Calumniose scil.

50 Imo potest accipere. l. 38. ff. eod.

51 Suorum scil. quibus ideo nocere videtur; & sic delictum patris filius nocet.

52 l. 34. ff. eod.

53 V. l. 27 ff. eod. ubi dixi.

54 V. quæ scripsi ad l. 3. C. de collat. & l. 9. ff. de injusto.

55 V. l. 11. in fin. ff. eod.

56 l. 38. ff. eod. Imo non habebo. l. 9. ff. eod. Hic nullam injuriam feci liberto: ibi vero feci.

57 l. 38. in fin. ff. eod.

58 l. 10. in fin ff. eod. d. l. 38. versus fin autem emancipati ff. eod.

XII. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

59 Quem scit se habere. *l. 9. C. de test. milit.*

60 Miles silentio seu prætermissione potest liberos suos exheredare. vide *l. 9. C. de test. milit.* Quid? *silentio exheredare*, quid est? silentio exheredamus filium cum liberis præteritis alios instituimus heredes. Guido Papæ, *singul.* 343.

61 Imo non nocebit. *l. 47. in fin. ff. eod.* vide Cujac. 14 *obs.* 12

62 Non notæ gratia, sed alio consilio adjecta. *l. 47. ff. eod.* nam multi non notæ causa exheredant liberos, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant. *l. 18. ff. de liber.* adde *l* 16. § 1. ff. *de curatore furiosi.*

63 Vide quæ scripsi ad *tit. C. de pœna judicis, qui male judicavit.*

64 *l. 1. ff. de injusto. l. 20. versf. sed cum exheredatio. ff. contra tabul. l. 1. ff. quis ordo in bonor. possess. l.* 181. *ff. de reg. jur. l.* 14. *C. de fideicomm.*

65 Id est, ubi.

66 Vide Cujac. 14 *obs.* 11.

67 Patris scil.

68 Imo submovetur à bonis liberti avi. *l.* 47. *in fin. ff. eod.*

69 Adde *l* 42. *ff. eod. l.* 6. § 3. *ff. de adqu. hered.*

70 Patronus. verba Edicti attende, quæ ex lege Papia videntur petita. *l.* 10. *ff. de in jure patron.*

71 *Novell.* 22. *cap.* 47.

72 Vide *l.* 9. *ff. eod.*

73 Imo non removetur. *l.* 6. *ff. unde cognati.*

74 Ætati in delictis ignoscitur. *l.* 5. § 9. *ff. de his quæ ut indign.*

75 Vid. *l.* 8. *ad SC. Turp.*

76 Capitis seu capitalis pœna est, cujus pœna mors aut exilium est. *l.* 10. *versf. Labeo. ff. de jur. patron. l. capitalium. ff. de pœnis.*

77 Et sic, Libertus reus à patrono constitutus, dum se defendit contra dictum patronum, in jus non vocat. *l.* 14. *ff. de in jus vocando.* quemadmodum è contrario is in servitutem non petit, qui asserenti se in libertatem contradicit. *l.* 16. *ff. eod.*

78 Adde *l.* 4. *in fin. ff. ad l. Aquil.*

79 De dictione *circa* v. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 45. Ans.

80 E contrario: Si à lite contestata decessit, id ei nocere non debet: quia ad sententiam usque non duravit. *l.* 16. § 3. *ff. eod.* adde *l.* 8. § 1. *ff. de ineff.*

81 Imo, & is etiam *accusasse* dicitur, qui nomen tantum dedit. *l.* 10. *in fin. ff. de jure patr.*

82 Necessariam. *arg. l.* 7. *C. de postulando.*

83 Imo est repellendus. *l. uls. ff. de ineff.*

84 *l.* 5. § 13. *ff. de his, quæ ut indign.* ideoque multum interest inter advocationem & rei suæ defensionem. vid. *l.* 54. *ff. de rei vind.* 85 Probationem duci ex literis honesti viri defuncti, hinc colligunt. vid. tamen *l.* 3. § 1. *ff. de Silaniano.* 86 Testatoris non suum judicium, sed alienum exequuntur, *l.* 47. § 1. *in fin. ff. eod.* & inter voluntariam accusationem & officii necessitatem heredis multum interest. *l. 2. in fin. C. de calumniatoribus.*

89 Expedit enim peccata nocentium nota esse. *l.* 18. *ff. de injuriis.* 90 Interdum enim id accidit. *l.* 3. 4. *C. de caus. ex quib. infam.* 91 Vide *l.* 9. *ff. eod.* 92 Est enim ei ignoscendum, qui provocatus se ulcisci cupit. *l.* 14. § 6. *ff. eod.*

* SI patronus testamento jure militari facto filium 59 silentio 60 exheredaverit, debebit 61 nocere ei exheredatio: verum est enim hunc exheredatum esse. * §. 1. Si quis libertum filio suo adsignaverit, cumque exheredaverit, admitti potest ad bonorum liberti possessionem. §. 2. Si quis non mala mente 62 parentis exheredatus sit, sed alia ex causa: exheredatio ipsi non nocet. utputa pone furoris causa exheredatum eum: vel ideo, quia impubes erat, heredemque institutum, rogatum ei restituere hereditatem. §. 3. Si quis, cum esset exheredatus, pronunciatus vel perperam sit exheredatus non esse: non repellitur. rebus 63 enim judicatis standum est. §. 4. Si filius patroni exheredatus, in partem obtinuerit de inofficioso, in partem victus sit: videamus, an noceat ei exheredatio? & nocere arbitror: quia testamentum, valet à quo exheredatus est. §. 5. Ex testamento autem, ex quo neque 64 adita hereditas est, neque petita bonorum possessio, liberis exheredatio non nocet: absurdum est enim in hoc tantum valere testamentum, ut exheredatio vigeat, cum 65 alias non valeat. §. 6. Si patroni filius priore gradu sit heres scriptus, secundo exheredatus: huic non nocet exheredatio, cum voluntate patris vel extiterit heres, vel existere potuerit. neque enim debet videri pater indignum 66 existimasse filium bonis libertorum, quem ad hereditatem suam primum vocaverit. † Ac ne eum quidem existimandum est summoveri à bonis liberti 67, [qui] à primo gradu exheredatus, & idem substitutus est. † Ergo is, qui institutus sit heres vel primo gradu, vel sequenti, vel alio quo gradu, licet exheres sit eodem testamento: non est summovendus à liberti bonis. §. 7. Si patroni filius emancipatus noluerit adire hereditatem, vel qui in potestate est, retinere: nihilominus liberti bonorum possessionem habebit 68.

XIII. JULIANUS lib. XXVI Digestorum.

FIlius patroni exheredatus, quamvis nepos ex eo heres scriptus fuerit, bonorum possessionem contra tabulas paternorum libertorum accipere non potest. licet enim necessarius existat patri suo, non per semetipsum, sed 69 per alium ad hereditatem admittitur. & certe constat, si emancipatus filius exheredatus fuerit, & servus ejus heres scriptus, & si jusserit servo hereditatem adire, & ita patri suo heres extiterit: non habebit contra tabulas paternorum libertorum bonorum possessionem.

De capitali accusatione, petitione in servitutem, testimonio, advocatione contra libertum.

XIV. ULPIANUS lib. XLV ad Edictum.

QUi 70, cum major natu esset, quam XXV annis, libertum capitis accusaverit 71, aut in servitutem petierit 72, removetur 73 à contra tabulas bonorum possessione. §. 1. Si vero accusaverit minor, dicendum est, hunc non excludi, sive ipse, sive tutor ejus vel curator accusaverit. §. 2. Sed si minor 74 quidem instituerit accusationem, major autem factus sententiam acceperit: benigne erit dicendum, ignosci ei debere; quia minor cœpit. neque enim imputare ei possumus, cur non desiderit accusationem, vel cur abolitionem non petierit: cum alterum si fecisset, in Turpillianum incideret; alterum non facile impetretur. Certe si abolitione publice data 75, repetit [jam] jam major: dicendum est, hunc esse removendum. major enim factus potuit sine timore deserere abolitam accusationem. §. 3. Is demum videtur capitis 76 accusasse, qui tali judicio apperit, cujus pœna aut supplicium habuit, aut exilium, quod sit vice deportationis, ubi civitas amittitur. §. 4. Si tamen quis libertum eo crimine accusaverit cujus pœna non est capitis, verumtamen judicanti placuit augere pœnam: non obest hoc patroni filio. neque enim imperitia, aut severitas judicantis obesse debet patroni filio, qui crimen levius importavit. §. 5. Sed si non accusaverit, sed testimonium in caput liberti dixit, aut subjecit accusatorem: puto, eum à contra tabulas removeri. §. 6. Si libertus Majestatis patroni filium accusavit, & patroni filius calumniæ eum capitis puniri desideravit: non debet repelli hoc Edicto. idem puto, & si ab eo petitus, retorsit 77 in eum crimina: ignoscendum 78 enim est ei, si voluit se ulcisci provocatus. §. 7. Si patris mortem defendere necesse habuerit, an dicendum sit, hic quoque ei succurrendum, si libertum paternum propter hoc accusavit; medicum forte patris, aut cubicularium, aut quem alium, qui circa 79 patrem fuerat? Et puto succurrendum, si affectione & periculo paternæ substantiæ ducente necesse habuit accusationem vel calumniosam instituere. §. 8. *Accusasse* autem eum dicimus, qui crimina objecit, & causam perorari 80 usque ad sententiam effecit 81: cæterum, si ante quievit, non accusavit: & hoc jure utimur. Sed si appellatione interposita desiit, benigne dicetur, non pertulisse accusationem. † Si igitur pendente appellatione decessit libertus, patroni filius admittetur ad bonorum possessionem: quia sententia libertus morte subtractus est. §. 9. Si patroni filius advocationem 82 accusatori liberti præstitit, non 83 est repellendus: neque enim advocatus accusat 84. §. 10. Si pater testamento caverit 85, *ut accusaretur libertus, quasi venenum sibi parasset, aut quid aliud in se admisisset*: magis est, ut ignosci liberis 86 deberet, qui non 87 sponte accusaverunt 88. §. 11. Sed & si accusaverit libertum, & probaverit crimen patroni filius, posteaque hic libertus sit restitutus: non erit repellendus. crimen enim, quod intendit, etiam perfecit 89.

XV. TRYPHONINUS lib. XVII Disputationum.

IDem est, etsi crimen quidem, quod in liberto probatum est, meruerat capitis pœnam, benignius 90 autem punitus est libertus, veluti tantum relegatus: de calumniatore enim sensit Prætor.

De liberis exheredati vel ejus qui in servitutem libertum paternum petiit. 5. De patrono qui bonorum possessionem contra tabulas accepit, à judicio liberti repellendo. 10. De eo qui substitutus est patrono. 11. De filio patroni substituti, & vivo testatore defuncti.

XVI. ULPIANUS lib. XLV ad Edictum.

IN servitutem 91 petisse non is videtur, qui ei, qui in possessione erat servitutis, petenti se in libertatem, contradixit 92, verum is, qui ex libertate petit in servitutem. §. 1. Sed & si quis non totum suum, sed pro parte, vel usumfructum in eo suum dicat, vel quid aliud, quod habere non potest in eo, nisi servus sit: an repellatur, quasi in servitutem petierit? quod est verius.

§. 2. Si petierit in servitutem, & obtinuerit, mox cognita veritate passus sit in libertate morari: non debet ei obesse, maxime si habuit justam causam errandi. §. 3. Petisse 93 in servitutem non videtur, qui ante litem contestatam destitit 94. Sed & si post litem contestatam, dicendum est, nec id nocere debere: quia non usque ad sententiam duravit. §. 4. Si patroni filius sit vel exheredatus, [vel si] in servitutem libertum paternum petiit, vel capitis accusaverit libertum: non 95 nocet hoc liberis ejus, qui in potestate non sunt. & hoc Divi fratres Quintiliis 96 rescripserunt. §. 5. Si quis bonorum possessionem contra tabulas liberti acceperit, ab omni liberti judicio repellitur 97: nec tantum si ipsi liberto heres fuerit scriptus, verumetiam si impuberi filio substitutus. nam & Julianus scripsit, si post petitam bonorum possessionem adierit impuberis filii liberti hereditatem patronus: denegari ei debere actiones. §. 6. Sed & si quid codicillis fuerit patrono relictum, vel mortis causa donatum: simili modo horum quoque persecutio denegabitur. §. 7. Nonnunquam plane post petitam bonorum possessionem dabitur patrono legati persecutio, si 98 nihil ad emolumentum ejus perventurum sit, quia forte rogatus est alii restituere. §. 8. Præterea non tantum, quod ipsis nominatim datum est, id se Prætor denegaturum ait: verumetiam si quid proponas ad ipsos per alios perventurum, utputa per subjectas personas; quod quidem sunt habituri non restituturi.

§. 9. Dabimus legati petitionem patrono, si servo patroni dederit libertatem, pretio ejus patrono prælegato. §. 10. Ei qui substitutus erit patrono, qui contra tabulas possessionem petierit, actio ejus partis, cujus patrono possessio data erit, non datur. §. 11. Si patronus sit substitutus, & patronus vivo testatore decesserit: filium patroni petentem contra tabulas bonorum possessionem, non solius substituti partem occupare, verum omnibus heredibus pro parte 99 aliquid auferre constat.

De patrono, patrona, & proximis patrono, patronæ.

XVII. IDEM lib. XLVII ad Edictum.

LIberto sine liberis mortuo, in primis 100 patronus & patrona bonorum possessionem accipere possunt, & quidem simul: sed & si patrono & patronæ proximi sunt aliqui, simul admittuntur.

De liberis patroni patronæve.

XVIII. PAULUS lib. XLIII ad Edictum.

PAtronæ quidem liberi etiam vulgo 1 quæsiti accipient materni liberti bonorum possessionem: patroni autem non nisi jure quæsiti.

De patrono instituto.

XIX. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

SI patronus ex minore parte quam legitima heres institutus falsum testamentum dixisset, nec obtinuisset: non est ambiguum, contra tabulas ei non deferri bonorum possessionem; eo 2 quod facto 3 suo perdidit hereditatem, cum temere falsum 4 dixit. §. 1. Quod si ex debita parte fuerit institutus, sive adiit, sive non: à contra tabulas bonorum possessione repellitur quasi debitam sibi portionem acceperit. nec poterit contra tabulas bonorum possessionem petere.

De patrono instituto sub conditione jurisjurandi. 1. De legatario rogato restituere patrono. 2. Si pars debita patrono relicta sit conjunctim cum alio. 4. De eo, quem libertus substituit filio suo emancipato. 5. De fideicommisso filii emancipati, si filius liberti patris hereditatem omiserit.

XX. JULIANUS lib. XXV Digestorum.

LIbertus sub conditione jurisjurandi, quam 5 Prætor remittere 6 solet, patronum instituit heredem: non puto dubitandum, quin à bonorum possessione submoveatur. verum est enim, eum heredem factum. §. 1. Si Titio legatum fuisset, ejusque fidei commissum, ut patrono restitueret: denegatur legatorum actio Titio si patrono pro debita parte à scripto herede fuerit satisfactum. §. 2. Libertus patronum & extraneum conjunctim ex parte dimidia heredem scripsit: quadrans, ex quo institutus erat patronus, totus ipsi imputari debebit; residuum ex debita sibi parte omnibus heredibus pro portione cujusque aufert.

§. 3. Idem servari conveniet in legato, quod patrono conjunctim & Titio datum fuerit: ut pars legati in portionem debitam patrono imputetur, ex reliqua parte tantum Titio detrahatur, quantum ab herede pro 7 rata portione. §. 4. Si libertinus 8 filium emancipatum sub conditione heredem instituerit 9, & deficiente conditione substitutus 10 adierit: quæro, utrum patrono adversus substitutum in partem debitam Prætor, an emancipato filio in totam hereditatem succurrere debeat? Respondi, cum pater filium sub conditione primo gradu heredem instituit, si deficiente conditione, sub qua filius heres institutus est, ad secundum gradum hereditas pertinet, vel adhuc pendente conditione filius decesserit: patrono partis debitæ bonorum possessionem adversus substitutum competere. † Idemque est, & si filius [vel] non petierit bonorum possessionem tempore exclusus, vel repudiaverit. † Si vero deficiente conditione hereditas ad filium pertineat 11: emancipatum potius tuebitur Prætor adversus substitutum. † Existimo autem, quotiens sub conditione heres filius scribitur, alias necessariam esse exheredationem à substitutis, alias supervacuam. nam si id genus conditionis fuerit, quæ in 12 potestate filii esset, veluti 13 *cum testamentum fecerit*: puto etiam omissa conditione filium locum substitutis facere. si vero conditio non 14 fuerit in potestate filii, veluti, *si Titius Consul factus fuerit*, tunc substitutus non admittitur, nisi filius ab eo nominatim exheredatus fuerit. §. 5. Si libertus filium emancipatum heredem instituerit, ejusque fidei commiserit, ut totam hereditatem Sempronio restitueret; & filius, cum suspectam sibi hereditatem diceret, jussu Prætoris adierit eam, & Sempronio restituerit: non inique patrono bonorum possessio partis debitæ dabitur, perinde ac si non filius, sed is, cui hereditas restituta est, liberto heres extitisset. Item cum filius hereditatem liberti patris omiserit 15, & coheres ejus totius hereditatis onus susceperit: danda erit patrono bonorum possessio. Utroque enim casu non filio, sed extraneo pars eripitur.

93 Adde *l.* 15 *ff. ratam rem haberi.*

94 Vide *l.* 14. §. 8. *ff. eod.*

95 Calumnia filii adversus libertum paternum nepoti emancipato ex eo nato nihil nocet. *l.* 11. *in fin. ff. eod.* v. Cujac. 4 *obs.* 13.

96 Hujus rescripti fit mentio in *l.* 17. *ff. de jure patronat.*

97 Qui contra tabulas bonorum possessionem petit, repellitur a successione testamentaria. *l.* 22. *ff. de vulgari.* merito: nam qui testamentum arguit, ab ejus beneficio removendus est. *l.* 5. § 14. *ff. de bis, quæ ut indign.* adde *l.* 3. *in fin. ff. de legat. præstand.*

98 *l.* 8. § 8. *in fin. ff. de ineff.*

99 *l.* 20. § 3. *ff. eod.*

100 *l.* 3. *C. de fideicommiss. Instit. de success. lib.* 1. 11. *ff. de jure patron. l.* 3. *ff. de suis & legitimis.* Ulpian. 27. § 1 *& titul.* 29. Paul 3 *sent* 2.

1 Liberi vulgo quæsiti ad matris successionem admittuntur § 3. *Instit. de Senatusc. Orphitiano.*

2 Facit *l.* 1. *in fin. C. de furtis. l.* 12. *l.* 16. *C. de inoffic. testam.*

3 *l.* 6. *in fin. ff. de falsis.*

4 Adde *l.* 16. §. 1. *ff. eod.*

5 Quod Prætor. *Mal.*

6 Vide *l.* 8. *ff. de condit. instit.*

7 *l.* 16. *in fin. ff. eod.*

8 Id est, libertus.

9 Et sic primo gradu heredem fecerit.

10 Secundo gradu, id est substitutus.

11 Quia non fuit potestativa. *l.* 3. § 13. *ff. contra tab.*

12 Vide *l.* 4. *ff. de hered. inst.*

13 Conditio, *si fecerit testamentum*, ust potestativa: nec potest ultimo vitæ spiritu impleri: nec opus est in ejus defectum adire. *Bart.*

14 *l.* 83. *ff. de cond. & demonstr. l.* 4. *C. de inst. & substit.*

15 *l.* 6. § 2. *ff. eod.*

De

De uno ex tribus patronis cessante.

XXI. IDEM lib. XXVI Digestorum.

Ex tribus patronis uno [16] cessante bonorum possessionem petere, duo æquas partes habebunt.

De manumisso à filiofam. milite.

XXII. MARCIANUS lib. I Institutionum.

SI filiusfamilias miles [17] manumittat: secundum Juliani quidem sententiam, quam lib. XXVII Digestorum probat, partis libertum faciet: sed quamdiu [inquit] vivit, præfertur filius in bona ejus patri. sed D. Hadrianus Flavio Apro rescripsit, suum libertum eum facere, non patris.

De patrono qui se dedit in adoptionem. 1. De filio patroni & nepotibus ex altero filio. 2. De filiis duorum patronorum.

XXIII. JULIANUS lib. XXVII Digestorum.

SI libertus præterito patrono extraneum instituerit heredem, & patronus, antequam contra tabulas [18] bonorum possessionem petierit, in adoptionem [19] se dederit, deinde scriptus [20] omiserit hereditatem [21]: patronus totorum [22] bonorum liberti possessionem ut legitimus petere potest. §. 1. Si libertus intestato decesserit, relictis patroni filio, & ex altero filio duobus nepotibus, nepotes non admittentur, quamdiu filius esset: quia proximum [23] quemque ad hereditatem liberti vocari, manifestum est.

§. 2. Si autem ex duobus patronis alter unum filium, alter duos reliquisset: dixi viriles [24] inter eos partes fieri.

De duobus patronis.

XXIV. IDEM lib. LXV Digestorum.

COmmuni liberto, si ex duobus patronis alter jusjurandum exegerit, ne uxorem ducat: vel vivo liberto decesserit [25] is, qui extra hanc culpam fuerit, vel supervixerit [26], partis utrique debitæ bonorum possessionem solus habebit.

Si debitores conveniantur ab herede liberti.

XXV. IDEM lib. I ad Ursium Ferocem.

QUamdiu patrono bonorum possessio partis debitæ dari potest, exceptio [27] debitoribus datur adversus heredem petentem, *si* [28] *non in ea causa sit patronus, ut bonorum possessionem pro parte debita contra tabulas petere possit.*

De liberto qui die cedente legati decessit.

XXVI. AFRICANUS lib. II Quæstionum [29].

LIberto octoginta habenti fundus quadraginta legatus est: is die cedente [30] legati decessit extraneo herede instituto. Respondit, posse patronum partem debitam vindicare. nam videri defunctum mortis tempore ampliorem habuisse rem centum [31], cum hereditas ejus propter computationem legati pluris venire possit. neque referre, heres institutus repudiet legatum liberto relictum, necne: nam, & si de lege [32] Falcidia quæratur, tale legatum, quamvis repudiatum, in quadrantem hereditatis imputatur legatariis.

De nepote patroni exheredato.

XXVII. IDEM lib. IV [33] Quæstionum.

VIvo filio si nepos [34] exheredatur, nocebit ei exheredatio ad bona libertorum avitorum.

Si in libertinum animadversum sit. 1. Si libertus metu pœnæ mortem sibi consciverit, aut fugerit.

XXVIII. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

SI in libertinum animadversum erit, patronis ejus jus, quod in bonis ejus habituri essent, si is, in quem animadversum est, sua morte decessisset, eripiendum non est: sed reliquam partem bonorum, quæ ad manumissorem Jure civili non pertineat, fisco esse vindicandam placet. §. 1. Eadem servantur in bonis eorum, qui metu accusationis mortem sibi conscíverint, aut fugerint [35], quæ in damnatorum bonis constituta sunt.

De manumissione ex causa fideicommissi.

XXIX. MARCIANUS lib. IX Institutionum.

QUi [36] ex [37] causa fideicommissi [38] manumittitur, est quidem libertus manumissoris, & tam contra tabulas, quam ab intestato ad bona ejus venire potest quasi patronus: sed operas ei imponere non potest, nec impositas ab eo petere [39].

§. 1. Sed si defunctus filio [40] suo legavit servum, & rogavit, ut eum manumittat, ea mente, ut plenum jus patroni habeat: defendendum est, postea [41] eum operas jure imponere.

De petitione in servitutem.

XXX. GAIUS lib. II ad Edictum Prætoris Urbani tit. de liberali causa.

SI quis libertum paternum in servitutem ea voluntate petierit, ut causam evictionis [42] sibi conservet, non amittit beneficium bonorum possessionis.

Si libertus patrono fundum, quem ab eo alienum emerat, legavit.

XXXI. MARCELLUS lib. IX Digestorum.

PAtrono libertus fundum, quem ab eo alienum emerat, legavit, & constituit patronus ad se pertinere legatum: contra tabulas bonorum possessionem accipere non potest [43], etsi nihil fecerit ei legatum [44], quia alienam rem legaverit ei libertus; quia patronus ipse eum liberto vendiderat.

De bis manumisso.

XXXII. IDEM lib. X Digestorum.

SI libertus meus in servitutem redactus, postea ab alio [45] liberatus est, & ejus cœperit esse libertus: præfertur mihi in contra tabulas bonorum possessione, qui eum manumisit.

Si patronus non aluerit libertum.

XXXIII. MODESTINUS lib. singul. de Manumissionibus.

SI patronus non [46] aluerit libertum: lex Ælia Sentia adimit ejus [47] libertatis causa imposita, tam ei, quam ipsi, ad quem ea res pertinet; item hereditatem ipsi & liberis ejus, nisi [48] heres institutus sit; & bonorum possessionem, præter quam secundum tabulas.

De duobus patronis, altero præterito, altero ex semisse herede instituto.

XXXIV. JAVOLENUS lib. III ex Cassio.

SI libertus, cum duos patronos haberet, alterum præteriit, alterum ex semisse fecit heredem, & alteri extraneo semissem dereliquit: scriptus quidem patronus debitam sibi partem immunem habet; de cætera [49] autem parte patroni quæ supra debitum ei relicta est, & de semisse extraneo relicto, alteri patrono pro rata portione satisfieri oportet.

Si libertus à quo herede patronus usumfructum fundi legaverat, fructuarium instituerit heredem.

XXXV. IDEM lib. III Epistolarum.

ALiberto suo herede Seius [50] usumfructum fundi Mævio legavit: [is] libertus [51] Mævio [52] herede relicto [53] decessit. Quæro, cum contra tabulas testamenti petierit filius Seii [54] adversus Mævium [55]: utrum deducto usufructu pars debita ei fundi restituenda sit, an solida; quia eorum bonorum acceperit possessionem, quæ liberti, cum moreretur, fuerunt? Respondit, usumfructum in causam pristinam restituendum puto. optimum itaque erit, arbitrum postulare, ut arbitrio ejus ususfructus in integrum restituatur.

De liberto qui non est solvendo.

XXXVI. IDEM lib. VIII Epistularum.

LIbertus, qui solvendo non erat, præterito patrono extrarios [56] reliquit heredes. Quæro, an possit patronus petere contra tabulas bonorum possessionem? Respondit, cum à scriptis heredibus adita est hereditas, patronus contra tabulas bonorum possessionem petere potest: quia * solvendo [57] hereditas est, quæ inveniat heredem. Et sane absurdum est, jus patroni in petenda bonorum possessione contra tabulas aliorum [58] computatione, non judicio ipsius patroni æstimari; aufertque patrono, quod modicum vindicaturus est. multi enim casus intervenire possunt, quibus expediat patrono petere bonorum possessionem, quamvis [59] æris alieni magnitudo, quam libertus reliquerit, facultates patrimonii ejus excedat: veluti si prædia sunt aliqua ex bonis liberti, in quibus majorum [60] patroni sepulchra [61] sint, & magni æstimat patronus bonorum possessione jura pro parte ea ad se pertinere; vel aliquid mancipium [62], quod non pretio [63], sed affectu sit æstimandum. Non ergo ideo minus habere debet jus petendæ bonorum possessionis qui animo [64] potius quam aliorum computatione bona liberti æstimat: cum eo ipso sufficere patrimonium videri possit, quod & heredem habeat, & bonorum possessorem.

De his quæ libertatis causa imposita sunt, liberto revenditis. 1. De liberti nece non vindicata.

XXXVII. ULPIANUS lib. XI ad legem Juliam & Papiam.

IUlianus ait, si patronus libertatis causa imposita libertæ revenderit [65], filium ejus à bonorum possessione summoveri: scilicet quia nec contra tabulas testamenti liberti bonorum possessionem accipiat, quotiens pater ejus donum [66], munus, operas liberto revenderit. † Plane si patroni filius libertatis causa imposita revenderit [67], nihilominus familiam [68] bonorum possessionem contra tabulas liberti accipere ait: quia filius revendendo libertatis causa imposita fratrem suum non summovet.

§. 1. Si libertus heredem scripserit, isque prius, quam de familia quæstionem haberet, adierit hereditatem: patronum ad contra tabulas bonorum possessionem non admitti Julianus ait. debuit [69] enim & patronus liberti necem vindicare: quod & in patrona erit dicendum.

De nepotibus patroni ex filio exheredato. 1. Si filius liberti omiserit patris hereditatem.

XXXVIII. TERENTIUS CLEMENS lib. IX ad leg. Juliam & Papiam.

QUæritur, an filio exheredato etiam nepotes ex eo à bonorum possessione liberti excludantur? Quod utique *sic* [70] *dirimendum* est, ut vivo filio, donec in potestate ejus liberi manent, non admittantur ad bonorum possessionem, ne, qui suo nomine à bonorum possessione summoventur, per alios [70] eam consequantur. sin autem emancipati [71] à patre fuerint, vel aliio modo sui juris effecti: sine aliquo impedimento ad bonorum possessionem admittantur. §. 1. Si filius liberti omiserit [72] patris sui hereditatem, hoc patrono proficiet.

De patroni filia in adoptionem data.

XXXIX. IDEM lib. X ad leg. Juliam & Papiam.

PAtroni filia, si in adoptiva [73] familia sit, ad bona libertorum paternorum admittitur.

De filio patroni exheredato.

XL. IDEM lib. XII ad legem Juliam & Papiam.

SI pater exheredato filio ita cavit, *ut jus in libertum salvum ei esset*, nihil ei ad hanc rem nocet [74] exheredatio.

De onere patrono, cui quoad debitam portionem satisfactum est, imposito.

XLI. PAPINIANUS lib. XII Quæstionum.

SI libertus patrono, quod ad debitam [75] portionem attinet, satisfaciat [76], invito [77] tamen aliquid [78] extorquere conetur: quid statuendum est, quæritur? quid enim, si ex parte debita instituto [79], decem præterea legentur [80], & rogetur servum proprium, qui sit decem, vel minoris pretii, manumittere? * Iniquum est, & legatum velle percipere, & libertatem servo non dare. sed parte debita accepta & legato temperare, & libertatem imponere non cogi: ne servum forte de se male meritum cogatur manumittere. Quid ergo, si solo eodem herede instituto, idem libertus petierit? Si substitutum habebit, æque decreti remedium poterit procedere, ut accepta debita portione, cætera pars ad substitutum perveniat: ita ut, si forte servus redimi potuisset, præstaretur libertas; cessante vero substitutione, patronum

16 *l. 4 §. final. ff. in fraud. patron.*

17 Vide *l. 8. ff. de jur. patron.*

18 Liberti.

19 *l. 39. ff. eod.*

20 Heres per libertum.

21 Liberti.

22 *Al.* certæ partis bonorum. *l. 6. ff. de bon. possess.*

23 Patroni filius patroni nepotibus obest. Ulpian. 27. §. 3. *l. 3. §. 7. ff. de legitimis tutor. §. 3. Instit. de success. libert. l. 51. ff. de oper. libert.* Prior est filius patroni, quam nepos alterius patroni. Paul. 3 *sentent. 2. §. 2. in fin.*

24 Id est, æquales portiones. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes dividitur. Paul. 3 *sent. 2. §. 3.* Ulp. 27. §. 4.

25 Decesserit is, qui extra. & hanc disjunctionem restituit Cujac. 1 *obs.* 14.

26 Adde casum *l. 4. ff. de oper. libert.* Paul. 3 *sent. 2. §. 2.*

27 Præjudicialis.

28 Verba sunt exceptionis, quibus, ut & replicationibus, duplicationibus, ferviunt hi articuli, *si non, si nihil, at si, aut si, nisi, aut nisi, Quod præjudicium non fiat, Quod non vi, Quod facere possum.* De formulis exceptionum vid. Cujac. 5 *obs.* 34. & P. Pithœum 2 *notar. Mosaïc. fol.* 81.

29 Vide Cujac. 2 *ad Afric.* 22.

30 In hereditate legatarii computantur legata, quorum dies cessit vivo legatario, id est, quorum petitionem in suum heredem transmisit, etiam si repudiaverit heres. *l.* 81. §. 6. *ff. de legat. 1.*

31 *l. 16. ff. de jure patron.*

32 Huc refer *l. 1. §. pen. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.*

33 Vide in hanc leg. Cujac. 4 *ad Afric. fol.* 61.

34 *l. 10. §. 1. ff. eod.*

35 Fugiens reus damnato comparatur, & bona ejus publicantur, *ut hic.* sui ipsius occultator est, *Novell. 53.* sua sententia fit suspectus, *l. 7. §. 2. ff. de suspect.* Atque ita, qui olim in exilium voluntarium ierant, postea aqua & igni interdicebantur. Interdictionem sequebatur bonorum publicatio. v. Cujac. 7 *obs.* 22. Adde Revard. *conject. lib. 1. c. 18.* 19. Ans.

36 *l. 1. C. de bonor. possess. contra tab. libert.*

37 Et sic, qui pleno jure non est manumittentis.

38 *l. 7. §. 4. ff. de oper. libert.*

39 Excipe *l. 47. ff. tit. prox.*

40 *l. 31. §. 1. ff. de fideic. libert.*

41 *Al.* posse.

42 Adde *l. 12. ff. de injuriis.*

43 Quia liberti agnovit testamentum.

44 Ut in specie *l. 15. ff. de dote.*

45 Adde casum *l. 63. in fin. ff. de re judic.*

46 *l. 6. ff. de agnosc. lib. l. 5. in fin. ff. de jur. patronat.*

47 Ei jus libertinitatis causa impositorum. *vulgat.*

48 Filia quæ renunciavit hereditati paternæ, potest heres à patre institui. jus est enim patri eam renunciationem revocare, seu remittere. vide Decium in *l. 3. C. de collat.*

49 *l. 10. ff. eod.*

50 Patronus sc.

51 Id est, Seii libertus.

52 Usufructuario.

53 Ita ut ad eum etiam proprietas rediret.

54 Prætoriti à liberto patris.

55 Heredem.

56 Id est, extraneos. sic vis dicitur extraria in *l. 30. in fin. ff. locati.*

57 Solvendo est hereditas, quæ heredem invenit. *l. 3. ff. ad leg. Falcid.* vide *l. 33. ff. soluto.*

58 Id quod nostra singulariter interest, æstimamus nostra computatione, nostroque non aliorum judicio.

59 Facit *l. 54. ff. de legat. 2.*

60 Sepulchra in quibus majores conditi) jure singulari æstimare solemus. adde *l. 35. ff. de minor. l. 1. §. 15. ff. si quid in fraud. patron. l. 22. vers. hæc vero. C. de administr. tut.*

61 Vide *l. 1. §. 15. ff. si quid in fraud. patron.*

62 Quæ illa mancipia sunt, quæ non pretio, sed affectu æstimare solemus? Actores servi, qui secreta patrimonii nostri norunt. vide *l. 22. C. de administrat. tut. l. ult. ff. de offic. Prætfidis.*

63 Pretium & affectus opponuntur hic: ut & animus cujusque, & aliorum computatio. *ff. eod.* Denique aliud est pretio æstimare: aliud vero, affectu pretium ponere. Res non æstimamus proprio affectu, sed pretio vero quod fecit usus communis. vid. *l. 63. ff. ad l. Falcid.*

64 Suo scilicet. Affectus enim interdum habetur ratio. *l. 54. ff. mandati.*

65 Si patronus revendiderit liberto impositas ei operas, à petitione bonorum possessionis contra tabulas liberti repellitur. *l. 20. ff. de jur. patron. l. 22. circa fin. ff. de oper. liber. l. 4. C. de oper. libert. l. 2. C. de bonor. possess. contra tab. libert.*

66 *l. 2. C. de bonor. possess. contra tabul. libert. l. 53. ff. de verb. sign.*

67 *Revendere* dixit, ut Cicero *Revemire.* Cicer. *de Orat.* Cum miles domum revenisset.

68 *Al.* filiam.

69 *l. 9. C. de his quibus ut indign.*

70 Imo id fieri potest. *l. 14. ff. eod.*

71 *l. 11. in fin. ff. eod.*

72 Vide *l. 6. §. 2. ff. eod.*

73 *l. 22. ff. de jure patronat. l. 44. l. 45. ff. eod.*

74 *l. 12. §. 2. 3. ff. eod.*

75 V. *l. 2. ff. de dote.*

76 Et sic debitam patrono portionem ei relinquat. *l. 21. §. 2. ff. de jure patronat. l. 44. l. 45. ff. eod.*

77 Id est, ab invito.

78 Ulterius.

79 Patrono.

80 Per libertum.

num hereditatem liberti amplectentem Prætor, qui [81] de fideicommisso cognoscit, libertatem servo eum imponere cogat [82].

81 Fideicommissarius.
82 *Al.* coget.

De filio patroni exheredato à patre, & arrogato à fratre. Si quis alio jure veniat, quam eo quod amisit. 1. Si libertus alium bonorum castrensium, alium caterorum heredem fecerit. 2. Si filius liberti impubes subjectus dicatur. 3. Si patroni filia heres instituta, pendente accusatione falsi testamenti decesserit.

XLII. IDEM lib. XIII Quæstionum.

FIlius, qui patri heres extitit, fratrem exheredatum adrogavit; atque ita herede eo relicto defunctus est: bonorum possessione [83] libertum patris naturalis exheredatus non habebit. nam * cui non [84] exheredato [85] talis adoptio noceret, nocere debet exheredato: quoniam pœna, quæ Legibus aut Edicto irrogaretur, adoptionis remedio non obliteraretur. Paulus notat: ei [86], qui alio jure venit, quam eo, quod amisit, non nocet id, quod perdidit, sed prodest quod habet: sic dictum est, patrono eodemque patronæ filio non obesse, quod quasi patronus deliquit, si ut patronæ filius venire possit. §. 1. Papinianus, Castrensium bonorum Titium [87] libertus fecit heredem, cæterorum alium; adita est à Titio hereditas: magis nobis placebat, nondum patronum possessionem contra tabulas petere posse. verum illa quæstio intervenit, an omittente eo, qui reliqua bona accepit, perinde Titio adcrescant, ac si partes ejusdem hereditatis accepissent? verius mihi videtur, intestati [88] jure deferri bona cætera. Titius igitur heres non poterit invitare manumissorem, cum Titio nihil auferatur; nec bonis cæteris, quæ nondum ad causam testamenti pertinent. §. 2. Cum filius liberti impubes, qui subjectus dicitur, ex prima parte bonorum possessionem accipiat, an patronus defuncti possessionem accipere possit, quæritum est? & sine dubio, qui sequentis gradus sunt, non [89] admittuntur interim. * cum enim præcedit alia possessio, qui sequitur, accipere non potest [90]. Plane si contra eum, qui subjectus dicitur, fuerit judicatum: data non intelligitur. † Sed & in patrono, pendente controversia, idem erit dicendum: plane quod ad patroni quoque personam pertinet, differri controversia debebit. §. 3. Si falsum [91] liberti testamentum ab aliis in provincia dictum, atque ita res per appellationem extracta esset; defuncta medio tempore patroni filia, quam libertus heredem instituerat: filio mulieris servavit Divus Marcus eam partem bonorum, quam filia patroni vel jure intestati, si vixisset, habere potuit [92].

83 *Al.* possessionem liberti.
84 Non exheredato quod nocet, nocere magis debet exheredato. adde *l.* 13. §. *eod.*
85 Sic restituit Cujac. 1 *obs.* 38. Nam cui non adrogato talis exheredatio noceret, nocere debet exheredato.
86 Excluso uno jure, alio admittitur, à quo excluso non reperitur.
87 Commilitonem, castrensium scil. vide Cujac. 8 *obs.* 32.
88 *l.* 3. §. *de test. milit. l.* 1. & 2. *C. de test. milit.*
89 Hodie admittuntur. *l. ult. C. qui admitt. ad bonor. possess.*
90 Cur ita? colligе ex *l.* 13. §. 7. §. *de jure fisci.*
91 *l.* 6. §. 1. §. *eod.*
92 *l. sed etsi decesserint. 5. de bon. possess. contra tab.*

De patrono substituto heredi ex semisse.

XLIII. IDEM lib. XIV Quæstionum.

IUlianus putat patronum, qui Titio pro parte dimidia herede instituto substitutus, eo deliberante [93] bonorum possessionem contra tabulas accepit, si postea Titius non adierit hereditatem, nihil ei, qui adiit hereditatem, abstuliſſe: non magis quam si sub conditione fuisset institutus. igitur Titio deliberante res in incerto erit, utrumne semis ex substitutione in possessionem convertatur, an Titio adeunte singulis heredibus partes debitæ auferantur.

93 Si patronus, dum deliberat institutus & substitutus, bonorum possessionem contra tabulas liberti petit, & uterque, id est, institutus & substitutus, moritur, patronus succedit ab intestato.

Si à patrono ex debita portione instituto fideicommissum relinquatur pure, eique tantundem legetur sub conditione. 1. Si patrono instituto servus legetur ad supplendam debitam portionem. 2. Quo tempore spectatur quantitas bonorum liberti.

XLIV. PAULUS lib. V Quæstionum.

SI patronum ex debita portione heredem instituas, & pure roges fundum dare, eique sub conditione tantundem leges: in conditionem fideicommissum redigitur. erit tamen & hic, quod moveat: onerabitur enim [94] patronus satisdatione fideicommissi. Sed dicendum [est] ab eo fideicommissario cavendum, à quo patrono legatum est, ut undique patronus suum jus habeat imminutum. §. 1. Patronus heres institutus, legato ei servo, per quem suppleretur debita ei portio, non petet contra tabulas bonorum possessionem, quamvis servus clusis tabulis decesſit.

94 *l.* 5. §. 29. §. *ut in possess.*

§. 2. Si ex bonis, quæ mortis [95] tempore fuerunt, debitam partem dedit libertus in hereditate, vel legato, servus tamen post mortem liberti reversus [96] ab hostibus augeat patrimonium: non potest patronus propterea queri, quod minus habeat in servo, quam haberet, si ex debita portione esset institutus. † Idem est & [in] alluvione, cum sit satisfactum ex his bonis, quæ mortis tempore fuerunt. † Idem est [&] si pars legati liberto relicti ab eo, cui simul datum erat, vel hereditatis, nunc illis abstinentibus, adcrescat.

95 *l.* 3. *in fin.* §. *eod.*
96 Servi ab hostibus reversi post mortem testatoris augent hereditatem. *l.* 43. §. *ad l. Falcid.*

De institutione patroni, & servi ejus, vel servi tantum.

XLV. IDEM lib. IX Quæstionum.

SI patronus ex sexta [97], & servus ejus ex reliqua parte sit heres institutus: nec ex servi portione fideicommissum debetur. at si servus duntaxat heres institutus est, puto nec hic ex debita portione præstandum.

97 Quæ non facit tertiam patrono debitam. §. 3. *Inst. de success. libert.*

Si patronus deceptus falsum judicium testatoris secutus sit.

XLVI. IDEM lib. III Responsorum.

PAulus respondit: Patronus, qui deceptus [98] falsum judicium testatoris secutus est, bonorum possessionem contra tabulas testamenti liberti petere non prohibetur.

98 Legitimam hereditatem vindicare non prohibetur is, qui, cum ignorabat vires testamenti, judicium defuncti secutus est. *l.* 8. §. *de her. pet.*

De nepote patroni exheredato. 1. De ea, quæ ex voluntate patris accusavit libertos. 2. De libera testamenti factione liberto concessa. 3. De nepote patroni post mortem avi concepto. 4. De filio patroni militu ab eo præteritu.

XLVII. IDEM lib. XI Responsorum.

PAulus respondit, exheredationem nepotis, quæ non notæ [99] gratia, sed alio consilio adjecta est, nocere ei non oportere, quo minus contra tabulas libertorum avi bonorum possessionem petere possit. §. 1. Quæro, an si Titia patroni filia jactat [100] Titium patrem suum prius quam moreretur literas ad se fecisse, quibus adjiceret, per libertos suos maleficiis appetitum; easque literas se secutam, post mortem patris libertos accusare: an aliquid ei prodesse possit hæc excusatio? Paulus respondit, eam, quæ ex voluntate patris accusavit, non debere repelli à bonorum possessione contra tabulas: quoniam non suum judicium, sed alienum exsecuta est. §. 2. Patroni filius epistolam talem liberto emisit: *Sempronius Zoslo liberto suo salutem: Ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam [2] testamenti factionem.* Quæro an patroni filio nihil [3] relinquere debeat? Paulus respondit, eum libertum, de quo quæritur, liberam testamenti factionem consecutum non videri [4]. §. 3. Paulus respondit,

99 Vid. *l.* 12. §. 2. §. *eod.*
100 Adde *l.* 9. §. *eod.*
1 *l.* 14. *in fin.* §. *eod.*
2 Id est, immunem à relinquenda mihi legitima.
3 Patroni filio aliquid relinquendum. *l.* 3. §. *de her. pet.* §. 3. *Inst. de success. libert.* 4 Vide quæ not. ad *l.* 3. §. *qui test. l.* 13. *C. de testam.* De libera testamenti factione vide Cujac. 8 *obs.* 32.

nepotem etiam post mortem avi conceptum, superstitem liberto, bonorum possessionem contra tabulas liberti aviti petere posse, & ad hereditatem legitimam ejus admitti: responsum enim Juliani tantum ad hereditatem legitimam, item bonorum possessionem avi petendam pertinere. §. 4. Paulus respondit: quamvis filii, à patre milite præteriti, pro [5] exheredatis habeantur: tamen non [6] eousque silentium patris eis nocere debere, ut [&] a bonis libertorum avitorum repelli debeant. † Idem [7] responsum [8] est etiam de bonis libertorum patronorum.

5 Pro exheredatis habentur, qui præteriti sunt à patre milite. Præteriri a patre milite, quasi exheredari est. v. *l.* 9. *C. de testam. milit.* Quasi exheredatio est, inquam; quippe præterito, quæ habetur pro exheredatione, non proprie est exheredatio.
6 Imo, eousque. *l.* 12. §. *eod.* vide Cujac. 14 *obs.* 18.
7 Imo, non idem. *l.* 12. *in fin.* §. *eod.*
8 Responsum non est. vide Cujac. 14 *obs.* 5.

De eo, qui libertum effracturæ crimine accusavit.

XLVIII. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

QUæro de eo, qui libertum effracturæ [9] crimine accusavit [10]? Respondit, si ejusmodi effracturæ crimine accusatus sit, ex quo, si probaretur, in metallum datus esset: denegandam bonorum possessionem.

9 De eo crimine agitur in *l.* 1. *C. de locat.* Effractores sunt, qui vi fores vel parietem effrangunt. de quorum pœna vide *l.* 3. §. 1. §. *de off. Præfect. vig. l.* 16. §. 5. §. *de pœn.* vide de Cujac. 10 *observ.* 27.
10 Vide *l.* 10 §. *de jure patronatus.*

De liberto arrogato per obreptionem.

XLIX. PAULUS lib. III Sententiarum.

LIberto per [11] obreptionem [12] adrogato [13], jus suum patronus non amittit [14].

11 Qui per obreptionem adrogatur, conditionem suam celat: ideoque non fit ingenuus, nec patronum jure suo excludit. *l.* 10. §. 2. §. *de in jus vocand.*
12 Obreptionis animo adire quid sit, vide *l.* 29. §. *de falsis.*
13 In filium.
14 Libertus ita adoptatus non fit ingenuus, manet semper libertus. *l. ult.* §. *de statu.*

De patrono quoque qui est in ejus potestate, ex minore parte instituto. 4. De patrono qui hereditatem restituit. 5. De filio patroni arrogato à liberto. 6. De liberatione patrono legata.

L. TRYPHONINUS lib. XVII Disputationum.

NIhil interest, ipse patronus scriptus heres ex minore parte adierit hereditatem, an [15] servum suum scriptum jusserit adire hereditatem, quam retinet: nihilominus enim repulsus erit à contra tabulas bonorum possessione. §. 1. Si tamen, antequam juberet liberti hereditatem adire, servum vendiderit, aut manumiserit, & ita ipse novus libertus, aut emptor, heredes extiterint: verbis Edicti non prohibetur patronus accipere contra tabulas bonorum possessionem. §. 2. Sed numquid Prætor ei denegare possessorias actiones debeat, si fraudem Edicto ejus facere voluit: ut pretio uberiore percepto, vel tacita [16] pactione etiam hereditatis ex institutione delatæ commodum, & bonorum possessionis contra tabulas haberet? faciliorque [17] suspicio, per filium scriptum heredem, quamvis emancipatum, adeuntem, liberti hereditatem ipsum patronum habere: cum * *omnia quæ nostra sunt, liberum nostrum ex voto* [18] *paremus.* §. 3. Si tamen clusis [19] adhuc tabulis testamenti liberti, cum ignoraret judicium ejus patronus, eorum quid, quæ supra scripta sunt, circa institutum subjectum juri suo fecit: amota fraudis suspicione, suo jure [in] bonorum possessione contra tabulas utetur. §. 4. Si patronus ex debita [20] portione à liberto scriptus, rogatusque hereditatem restituere, suspectam dixit; & compulsus adire, cum retinere posset, restituerit: non poterit accipere contra tabulas bonorum possessionem, & quia adgnovit judicium liberti, & quia sprevit, & quasi damnavit eam possessionem. §. 5. Longe distat ab hoc patroni filius, quem libertus adrogavit, & ex minore parte heredem scripsit, cum nemo ex familia patroni alius esset: quanquam enim hic ipso jure (quippe [21] suus) heres deprehendatur, si tamen se non immiscuit hereditati ut patris, sed [22] abstinuit quasi patroni, tamen filius admittendus est ad contra tabulas bonorum possessionem. §. 6. Si debenti patrono certam pecuniam, liberationem libertus reliquisset, isque usus est, adversus heredem petentem debitum, doli exceptione, aut acceptilatione liberatus est debito propter legatum: dicendum est, eum non posse accipere contra tabulas bonorum possessionem [23].

15 Clausis. *Hal.* 20 Tertia. §. 3. *Inst. de success. libert.* 21 Sui ipso jure heredes sunt.
16 Tacita pactio hic dicitur & apud Plin. 5 *epist.* ut alibi, tacita summa, *l.* 47. §. 1. §. *de pact.* tacitum mutuum, Gell. 12. tacitum fideicommissum, hoc est, fraudulentum. Nam plerumque tacita cum dicimus, fraudes intelligimus.
17 In filio præsumitur facilior suspicio, quam in alio. vid. quæ notavi ad *l.* 67. §. *de ritu.* 18 *l.* 15. §. *de inoff. l.* 7. §. *unde liberi. l.* 7. §. *de bon. damn. l.* 13. §. 2. *cum enim. C de leg. her.* Ideoque non præsumuntur parentes suos liberos decipere velle. *l.* 67. §. 1. §. *de ritu.*
22 Abstinendi, & se immiscendi differentia. 23 *l.* 5. §. 2. §. *de leg. præstand.*

Si pater accusatoris manumiserit libertum.

LI. LABEO lib. I Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI eundem libertum, & tu capitis accusasti, & pater tuus manumisit: non poterit tibi ejus liberti bonorum possessio ex Edicto Prætoris dari. Paulus: Imo, contra accidet, si quem servum accusaveris, deinde is patris tui fuerit factus, & is postea eum manumisit.

TIT. III.

DE [1] LIBERTIS UNIVERSITATIUM [2].

1 De libertis municipum & aliis universitatum.
2 Sensus est, bonorum possessionem municipibus, collegiis, universitatibus etiam dari contra tabulas libertorum suorum. Quo ex loco pariter observamus, collegia licita, manumittendorum servorum jus habuisse.

1. ULPIANUS lib. XLIX ad Edictum.

MUnicipibus [3] plenum jus in bonis libertorum, libertarum, defertur: hoc est, id [4] jus quod etiam patrono.

§. 1. Sed an omnino petere *bonorum possessionem* possint, dubitatur: movet enim, quod [5] consentire non possunt? Sed per alium [6] possunt petita bonorum possessione ipsi adquirere. sed qua [7] ratione Senatus censuit [8], ut restitui eis ex Trebelliano hereditas possit, qua [9] ratione alio Senatusconsulto, heredibus [10] eis institutis à liberto, adquirere hereditatem permissum est: ita [11] bonorum quoque possessionem petere dicendum est:

§. 2. Temporaque bonorum possessionis petendæ cedere municipibus exinde, ex quo decernere de petenda potuerunt. quod [&] Papinianus respondit.

3 *l.* 3. §. 6. §. *de suis. l.* 2. §. *de manumiss. quæ servis.* vid. quæ scripsi ad *l. ult. C. de servis reip. manum.* 4 Privatorum jus ad municipia facile extenditur. 5 *l.* 17. §. 6. §. *de arbitris.* 6 *l.* 2. §. *de adquir. possess.* 7 Argumentum à jure fideicommissi petendi, ad successionem liberti petendam. adde Ulpian. 24. §. 5.
8 Vid. *l.* 26. §. *ad Trebell.* 9 Argumentum ab hereditatis petitione ad bonorum possessionis petitionem. 10 *l.* 12. *C. de hered. inst.* 11 *l.* 3. §. 4. §. *de bonor. possess.*

TIT. IV.

DE ADSIGNANDIS [1] LIBERTIS [2].

1 De adsignatione libertorum.
3 *Inst.* 9. περὶ τῶν ἐπιτρόπων, καὶ ἀδείας. Sigo. 49 *Eclog.* 5.
2 Sensus est, si uni liberorum à parente adsignatus est libertus, is solus patronus erit, cui libertus adsignatus erit: non ideo tamen in perpetuum revidе Cujac. *hic:* quid sit adsignare, vid. *l.* 107. §. *de verb. sign.*

Tempus & verba Senatusconsulti. 1. De numero liberorum & libertorum. 2. De liberto qui est apud hostes. 3. Quibus modis assignatur, 4. Vel assignatio adimitur. 5. De filio exheredato, 7. Vel repudiante. 8. Si sit ex patrono filius unus, ex altero duo, & uni eorum libertus assignatus est.

1. ULPIANUS lib. XIV ad Sabinum.

SEnatusconsulto, quod factum est Claudianis temporibus, Velleio Rufo & Osterio [3] Scapula Consulibus, de adsignandis libertis in hæc verba cavetur: *Si, qui duos plurosve liberos justis nuptiis quæsitos in potestate haberet, de liberto libertave sua significasset, cujus*

pelluntur cæteri à bonorum possessione contra tabulas, vel unde legitimi.
3 Asterio. *Inst. eod.* Holtorio, *Theoph. ibid.*

cujus ex liberis sui eum libertum eamve libertam esse vellet: Is eave, quandocumque, qua cum eamve manumisit inter vivos vel testamento, in civitate esse desisset, solus et ei patronus solave patrona esset, perinde, atque si ab eo eave libertatem consecutus, consecutave est. Utique, si ex liberis quis in civitate esse desisset, neque ei liberi ulli essent: caturu ejus liberu, qui manumisit, perinde omnia jura serventur, ac si nihil de eo liberto eave liberta u parens significasset. §. 1. Quamvis singulari sermone Senatusconsultum scriptum est: tamen & pluribus liberis, & plures libertos libertasve posse adsignari, certum est. §. 2. Is quoque libertus, qui apud hostes est, adsignari potest. §. 3. *Adsignare* autem quis potest quibuscunque [1] verbis, vel nutu [6], vel testamento [7], vel codicillis, vel vivus. §. 4. Adimere [8] adsignationem etiam nuda voluntate poterit. §. 5. Sed & si exheredato filio libertum quis adsignaverit, valet adsignatio: nec nocet ei nota [9] exheredationis, quantum ad *jus patronatus*. §. 6. Sed si post adsignationem fuerit exheredatus, non [10] semper exheredatio adimet adsignationem: nisi hoc animo [11] facta sit. §. 7. Sed si is, cui adsignatus est, repudiaverit, puto verius, quod & Marcellus scripsit, posse admitti fratres ejus. §. 8. Si sit ex patrono filius unus, ex altero duo, & uni eorum libertus adsignatus est, videndum, quot partes fiant hereditatis liberti: utrum tres, ut duas habeat is, cui adsignatus est, id est, suam, & fratris, an vero æquales partes fiant, quoniam per adsignationem [12] alius excluditur? & Julianus lib. LXXV scripsit, magis esse, ut bessem hic habeat, qui fratrem excludit. quod verum est, quamdiu frater ejus vivat, vel admitti potuit ad legitimam hereditatem: cæterum si fuerit capite [13] minutus [14], æquales partes habebunt.

Si is, cui adsignatum est, decedat relicto filio, & fratre, & alterius patroni filio.

II. POMPONIUS lib. IV Senatusconsultorum.

SEd si is, cui adsignassem, decessisset relicto filio, & fratre, & alterius patroni filio: semissem habiturum eum nepotem, quem esset filius meus is, qui vivit, habiturus si ego eum libertum non adsignassem.

De nepote patroni. 4. De liberu ejus cui assignatus est libertus. 7. Si duobus assignetur.

III. ULPIANUS lib. XV [15] ad Sabinum.

IDem erit dicendum, & si is, qui filium & nepotem habebat, nepoti libertum adsignaverit: admittetur nepos ad legitimam hereditatem, licet sit alterius patroni filius. & hoc contingit patrui [16] vita: cæterum, si ille non esset, nihil ei prodesset adsignatio ad deminuendum jus alterius patroni filii. §. 1. Posse autem & nepoti [17] adsignari certum est: & præferri filio nepotem adsignatoris, constat [18]. §. 2. Unde quæri poterit, an, si filium habeat, & ex eo nepotem, possit, quasi duos habeat in potestate, jus Senatusconsulti inducere? In qua specie, cum placeat, etiam ei, qui in potestatem recasurus est, adsignari: quare non admittimus, cum utrumque esse in potestate negare non possumus?

§. 3. An autem ad legitimam hereditatem admitti possit hic, qui est in potestate, tractari poterit? & cum [19] multi sint casus, quibus & libertum habere, qui in potestate est, possit: cur non hoc quoque admittendum sit, ut per eum pater ad legitimæ hereditatis admittatur emolumentum? quod & Pomponio recte videtur. habent autem libertos etiam filiifamilias: utputa si castrensem [20] servum eorum quis manumiserit. §. 4. Emancipatos quoque filios ejus, cui adsignatus est libertus, habere commodum Senatusconsulti puto: non ut ad legitimam hereditatem admittantur, sed ad ea quæ possunt. §. 5. Secundum quod liberto intestato defuncto, quoniam ad legitimam hereditatem admitti non possunt, videndum, ne admittatur filius adsignatoris in familia remanens, an non? & putem, emancipatos per Prætorem præferendos. §. 6. Liberos autem ejus, cui adsignatus est, accipere debemus non solum filios, verum etiam nepotes [21] & neptes, & deinceps descendentes. §. 7. Si quis duobus adsignaverit libertum, & alter in civitate esse sine liberis desierit, alter non;

IV. POMPONIUS lib. IV Senatusconsultorum.

VEl [22] vivus noluerit ad se hereditatem liberti pertinere:

V. ULPIANUS lib. XIV ad Sabinum.

VTrum portio ejus, qui [23] in civitate esse desiit, vel repudiavit, in familiam redeat: an vero ei potius adcrescat [24], in cujus persona durat adsignatio? Et Julianus lib. LXXV scripsit, adsignationem in hujus [25] solius persona locum habere, & solum admittendum: quod est verum. §. 1. Quod si non sine liberis decesserit, an cum vivo admittantur? Et putat adhuc solum admittendum: defuncto autem eo, liberos alterius succedere; non in familiam libertum redire. §. 2. Sed si ex duobus istis alter filios, alter nepotes reliquerit, an simul ad legitimam hereditatem admittantur? Et puto, ordinem inter eos faciendum.

De servo legato qui habet vim assignationis.

VI. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

SI servus liber jussus esse fuerit, & filio legatus, deinde vivus testator eum manumiserit: ad filium libertus quasi adsignatus pertinet. hoc ita est, sive expressum est, vel certe intellexit, non quasi servum eum legasse, sed quasi libertum adsignasse.

Quibus modis assignatur. De jure & effectu assignationis.

VII. SCÆVOLA lib. II Regularum.

ADsignare & pure [26], & sub conditione [27], & per epistolam [28], vel testationem [29], vel chirographum possumus: quia [30] adsignatio liberti neque [31] quasi legatum, neque quasi fideicommissum percipitur; denique nec fideicommisso onerari potest.

An liberi manumissoris assignare possint.

VIII. MODESTINUS lib. VII Differentiarum.

LIberi patroni, quamquam & ipsi in plerisque [32] causis manumissoris jure censentur, tamen paternum libertum liberis suis adsignare [33] non potuerunt; etiamsi eis à parente fuerit adsignatus: idque & Julianus & Marcellus probant.

De filio emancipato.

IX. IDEM lib. IX Pandectarum.

VTrum ei tantum, qui in potestate sit, an etiam emancipato [34] filio adsignare libertum patronus possit, si modo non pauciores quam duos præterea in potestate habeat, dubitari solet? Et magis est posse [35].

De assignatione sub conditione, vel in diem. 1. De duabus assignationibus, pura, & conditionali.

X. TERENTIUS CLEMENS lib. XII ad legem Juliam & Papiam.

SUb conditione [36] vel in [37] diem liberto adsignato, interim, pendente die, vel conditione, omnia perinde observabuntur, ac si adsignatus non esset: itaque mortuo eo interim ad omnes liberos hereditas & bonorum possessio pertinebit. §. 1. Si uni [38] pure [39], alii sub conditione libertus adsignatus sit, eum, cui pure adsignatus sit, pendente conditione solum patroni jus habere dicendum est.

De alimentis.

XI. PAPINIANUS lib. XIV Responsorum.

ALimentorum [40] causa libertos filiis adtributos, filiis adsignatos non videri, respondi: cum ea ratione libertis [41] consuli patronus voluerit, quo facilius voluntatis emolumentum consequantur [*salvo jure communi*].

De duobus patronis.

XII. POMPONIUS lib. XII Epistolarum.

SI ex duobus patronis alter eorum filio suo libertum adsignaverit, non obstat, quo minus alter patronus jus solidum suum haberet.

De manumissione & assignatione eodem testamento facta. 1. De posthumo. 2. Si quis ex liberis in civitate esse desierit. 3. De assignatione ex die, vel in diem.

XIII. IDEM lib. IV Senatusconsultorum.

TEstamento [42] potest quis & servum manumittere, & eundem ut libertum adsignare. §. 1. De liberis [43], qui sunt in potestate, Senatus locutus est: ergo de posthumis nihil hoc Senatusconsulto provisum est? magis [44] tamen puto, etiam posthumos contineri. §. 2. Quod inquit Senatus [45], *Si ex liberis quis in civitate esse desisset*, eum significat, qui in perpetuum in civitate esse desierit: non etiam si quis ab hostibus captus reverti possit [46].

§. 3. Ex die [47] quoque certa adsignari potest: sed usque in diem certum vix [48] potest; nam ipse Senatus huic negotio finem præposuit.

45 *l.* 1. ff. *eod.* 46 Is enim auget hereditatem. *l.* 43. ff. *ad leg. Falcid. l.* 44. §. 2. ff. *de bon. libert.* 47 Adde *l.* 7. ff. *eod.* 48 Imo posse videtur. *l.* 10. ff. *eod.*

TIT. V.

SI QUID [1] IN FRAUDEM PATRONI FACTUM SIT [2].

Summa. 1. De dolo. De mortu causa vel aliter facta donatione. De legato. 2. De eo, quod donatum vel legatum est filio patroni. 3. De omni cesso. 4. De dolo alienantis vel accipientis. 5. Si uni ex patronis donatum sit. 6. De acquisitione omissa. 7. De eo, qui in lite vinci voluit. 8. De actione omissa. 9. De transactione. 10. De donatione. 11. De pluribus donatariis. 12. De venditione, emptione, locatione, conductione, permutatione. 14. De venditione & pretii donatione. 17. De mutuatione. 18. De promissione. 19. De fidejussione, oppignoratione, 20. Mandato. 21. De parte. De his quæ dividi non possunt. 22. Si servus aut filiafam. datum, vel cum eo contractum sit. 26. Qualis sit hæc actio. De successoribus. 27. De filio patroni. 28. De fructibus.

I. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

SI quid dolo malo liberti factum esse dicetur (sive testamento facto, sive intestato libertus decesserit) *quominus* [quam] *pars* [3] *debita* [4] *bonorum ad eorum quem pervenisset, qui contra tabulas bonorum possessionem accipere possunt: cognoscit Prætor, & operam dat, ne ea res* [ei] *fraudi sit.* §. 1. Si alienatio dolo malo facta sit, non quærimus, utrum mortis causa facta sit, an non sit: omni enim modo revocatur. Si vero [5] non sit dolo malo facta, sed alias: tunc actori probandum erit, mortis causa factam alienationem. Si enim proponas, mortis causa factam alienationem, non requirimus, utrum dolo malo facta sit, an non sit: sufficit enim docere, mortis causa factam. nec immerito: mortis [6] causa enim donationes comparantur legatis: & sicut in legatis non quærimus, dolo malo factum sit, an non sit, ita nec in mortis causa donationibus. §. 2. Quod autem mortis causa filio donatum est, non revocatur [7]: nam [8] cui liberum fuit legare filio quantum vellet, is donando non videtur fraudasse patronum. §. 3. Omne autem, quodcunque in fraudem patroni gestum est, revocatur.

§. 4. Dolum accipere nos oportet ejus qui alienavit, non ejus, cui alienatum est: & ita evenit, ut qui fraudis vel doli conscius non fuit, carere debeat re in fraudem patroni alienata, etsi putavit ingenuum, nec credidit libertinum. §. 5. Adversus compatronum, qui contra tabulas bonorum possessionem omisit, Faviana non competit, si [9] non plus sit in eo quod donatum est, quam pars debita patrono. Quare si mortis causa ei donatum sit, partem faciet compatrono, quemadmodum legatarius patronus facit. §. 6. Utrum autem ad ea sola revocanda Faviana pertinet, quæ [quis] libertus de bonis deminuit; an etiam ad ea quæ non adquisiit: videndum est? Et ait Julianus lib. XXVI Digestorum, si hereditatem libertus non adierit fraudandi patroni causa, vel legatum repulerit, Favianam cessare: quod mihi videtur verum. quamvis enim legatum retro nostrum sit, nisi repudietur: attamen cum [10] repudiatur, retro nostrum non fuisse palam est. † In cæteris quoque liberalitibus, quas non admisit is libertus, cui quis donatum voluit, idem erit probandum, Favianam cessare. sufficit enim patrono, si nihil de suo in necem ejus libertus alienavit: non [11] si non adquisiit. † Proinde etsi, cum sub conditione ei legatum esset, id egit ne conditio existeret; vel si sub conditione stipulatus fuerit, maluit deficere conditionem: dicendum est, Favianam cessare. §. 7. Quid si in lite vinci [12] voluit? Si quidem condemnatus est data opera, vel [13] in jure confessus: dicendum erit, Favianam locum habere. quod si noluit obtinere, cum peteret: hic videndum. Et puto, hunc diminuisse de patrimonio: actionem enim bonis diminuit; quemadmodum si passus esset actionis diem abire. §. 8. Sed si [puta] querelam [14] inofficiosi quam potuit, vel quam aliam, forte injuriarum [15], vel similem instituere noluit: non [16] potest patronus ob eam rem Faviana experiri. §. 9. At si transegit in fraudem patroni, officioso multa specialia ab hereditatis petitione habet: quasi vindictæ persecutionem habet, *ut hic*, (qua de causa etiam accusatio appellatur); datur in eum, qui justo titulo possidet; rescissoria est.

1 Puta alienatum. VI C. v. seu de lege Faviana, Paul. 3 *sent.* 3. sensus est, Non licere libertis familiam suam, hoc est bona sua in fraudem patronorum minuere. 49 *Eclog.* 6.

2 A liberto testato scil. id patronus actione Faviana revocare poterit adusque suam legitimam, *l.* 3. §. 2. ff. *eod.* intestato vero Calvisiana. *d. l.* 3. §. 3. ff. *eod.* vide apud Oldendorpium praxim hujus actionis, *class.* 6. *act.* 2.

3 *l.* 1. C. *eod.*

4 Tertia. §. 3. *Inst. de success. libert.*

5 Adde *l.* 16. §. 6. ff. *de hared. pet.*

6 Mortis causa donationes comparantur legatis. §. 1. *Inst. de donat.*

7 In eo non videtur fraudare patronum, quia patris pietas non est reprehendenda. §. 10. ff. *eod.*

8 Argumentum à legato ad donationem causa mortis.

9 Adde *l.* 19. *in fin.* ff. *de verb. oblig.*

10 Et sic ex post facto.

11 Etsi non adquisiit. *Hal.* adde *l.* 6. ff. *quæ in fraud. cred.*

12 *l.* 3. *in fin.* ff. *quæ in fraud. cred.*

13 *l.* 56. ff. *de re judic.*

14 Sicut injuriarum actio in bonis nostris non computatur ante litem contestatam, *l.* 28. ff. *de injur.* ita nec querela inofficiosi testamenti. v. Cujac. 17 *obs.* 17.

15 Actio de injuriis.

16 Imo posse videtur. *arg.* §. 7. ff. *eod.*

35 Imo, evanescit. §. 2. *in princ. Inst. eod.* Goth. Conciliationem vide apud Edm. Merill. *lib.* 1 *observ.* 13. Anf.

36 Potest enim ita adsignari. *l.* 7. ff. *eod.*

37 Atqui In diem adsignari is potest. *l. ult. in fin.* ff. *eod.* Hujus legis verba *in diem* accipe pro *ex die.*

38 Adsignari libertus uni pure, alteri sub conditione potest. Quod cum accidit, is, cui pure libertus ita servus adsignatur, pendente alterius conditione solus patroni jus habet, *ut hic.* Igitur post conditionem partem tantum habiturus est.

39 Potest etiam ita adsignari. *l.* 7. ff. *eod.*

40 *l.* 2. ff. *de alimentis.*

41 *l.* 46. *l.* 48. *in fin.* ff. *de ritu.* vide Paul. 3 *sententent.* 2. §. 1.

42 *l.* 1. §. 3. *l.* 7. ff. *eod.*

43 Liberorum appellatione continentur posthumi.

44 Posthumis ea etiam libertum adsignare possunus; ut sit ea parte eadem ratio posthumi, & jam nati.

4 *Inst eod. l.* 30. *in fin.* ff. *qui & à quibus manumiss.*

5 *l.* 7. *l.* 13 ff. *eod.* §. *ult. Inst. eod.*

6 Nutu adsignari libertus potest. Nutu pleraque ita consistunt. vide *l.* 52. *in fin.* ff. *de obligationibus.*

7 Vel ab intestato. §. 3. *Inst. eod.* Porro hinc colligunt, in testamento posse contractum haberi: qua de re dixi ad *l.* 21. *in fin.* ff. *qui testamenta.*

8 Ademptio fit etiam nuda voluntate & quibuscunque verbis: nec ea in re formalia quædam verba sunt inventa. *Theoph. eod.*

9 Exheredatio notæ & injuriæ species. vid. *l.* 8. ff. *de bonor. poss. contra tab.*

10 *l.* 47. ff. *de bon. libert.*

11 Animus in exheredatione perspicitur. Inde fit, ut adsignatus filio libertus exheredato post filio adsignatus maneat: nisi exheredatio animo quoque adimendæ adsignationis facta fit.

12 Uni libertum qui adsignat, alterum excludit.

13 Vide Ulpian. 27. §. *ult.*

14 *l.* 23. *l.* 39. ff. *de bonis libert.*

15 *Al.* quartodecimo.

16 *Al.* in patrui vita.

17 Nepoti quoque libertus adsignari potest. §. 1. *Inst. eod.*

18 Unde? jubeat testator, & erit lex.

19 Libertum habere potest etiam is, qui in potestate est, puta filiusfamilias miles castrensem servum, eundemque à se manumissum.

20 *l.* 8. ff. *de jure patron.*

21 Liberorum appellatione comprehenduntur nepotes, & cæteri descendentes.

22 Nec vivus hereditatem liberti ad se pertinere voluerit. *Hal.* adde *l.* 94. ff. *de adq. her.*

23 *l.* 13. §. 2. ff. *eod.*

24 Jus adcrescendi locum obtinet etiam in adsignationibus libertorum.

25 Id est, ejus, cui adsignatus est servus.

26 *l.* 10. *in fin.* ff. *eod.*

27 *l.* 10. ff. *eod.*

28 Adde *l.* 1. §. 3. §. 4. ff. *eod.*

29 Puta testamentum, codicillos. *d.* §. 3.

30 Feudum licet etiam pro anima non possit relinquere Vasallus, 2 *Feudor.* 9. *cap.* 1. & *tit.* 55. potest tamen feudum uni ex filiis adsignare, quia nec pro legato vel fideicommisso habetur adsignatio, *ut hic.* de quo vide plura apud Ardizonem, *in usib. feud. c.* 12.

31 Adsignatio, nec quasi legatum, nec quasi fideicommissum percipitur: & tamen testamento adjici potest. hinc colligunt, Contractus etiam testamento adjici posse. vide quæ notavi ad *l.* 21. *in fin.* ff. *qui testamenta.*

32 Is, cui libertus adsignatur, non omnino similis est adsignanti, id est, non eodem jure censetur, *ut hic.*

33 Adsignatum nobis libertum alii adsignare non possumus.

34 Emancipatis etiam filiis libertos adsignare possumus.

troni, poterit patronus Faviana uti. §. 10. Sed si libertus filiam dotavit [hoc ipso quod dotavit], non videtur fraudare patronum: quia pietas [17] patris non est reprehendenda. §. 11. Si pluribus in fraudem libertus donaverit [18], vel pluribus morris causa: æqualiter patronus adversus omnes, in partem sibi debitam, sive Faviana [19] sive Calvisiana [20] experietur. §. 12. Si quis in fraudem patronorum rem vendiderit, vel locaverit, vel permutaverit: quale sit arbitrium judicis, videamus. Et in re quidem distracta deferri conditio debet emptori, utrum malit rem emptam habere justo [21] pretio, an vero à re discedere pretio recepto. neque omnimodo rescindere debemus venditionem, quasi libertus jus vendendi non habuerit: nec fraudemus pretio emptorem, maxime cum de dolo ejus non disputetur, sed de dolo liberti. §. 13. Sed si emerit in fraudem patroni libertus, æque dicendum, si magno emit [22], in pretio relevandum patronum, conditione [23] non ipsi delata, an velit ab emptione discedere, sed venditori, ut malit de pretio remittere, an potius rem, quam vendidit, recipere persoluto pretio. † Et in permutatione [24], & in locatione [25] & conductione similiter idem observabimus. §. 14. Sed si rem quidem bona fide vendiderit & sine ulla gratia libertus, pretium autem acceptum alii donavit: videndum erit, quis Faviana inquietetur, utrum qui rem emit, an vero is qui pretium dono accepit? Et Pomponius lib. LXXXIII recte scripsit, emptorem non esse inquietandum: fraus enim patrono in pretio facta est. eum igitur qui [26] pretium dono accepit, Faviana conveniendum. §. 15. Et alias videamus, si dicat patronus, rem quidem justo [27] pretio venisse, verumtamen hoc interesse sua, non esse venundatam, inque hoc esse fraudem, quod venierit possessio, in quam habet patronus affectionem [28] *vel opportunitatis*, vel vicinitatis [29], vel cæli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti [30]: an debeat audiri volens revocare? Sed nullo pacto erit audiendus: fraus enim in damno accipitur pecuniario [31]. §. 16. Sed si forte & res vilius distracta sit, & pretium alii donatum: uterque Faviano judicio [32] convenietur, & qui vili emit, & qui pecuniam accepit muneri. is tamen qui emit, si malit rem restituere, non alias restituet [33], quam si pretium quod numeravit, recipiat. Quid ergo, si delegatus emptor solvit ei, cui donabat libertus: an nihilominus reciperaret [34]? & magis est, ut recuperare debeat, licet pretium ad alium pervenit, qui solvendo non est: nam & si acceptum pretium libertus prodegisset, diceremus nihilominus eum qui dedit, recipere debere, si velit ab emptione discedere.

§. 17. Si mutuam pecuniam libertus in fraudem patroni acceperit, an Faviana locum habeat, videamus: & quod remedium in hoc est. Accepit mutuam: si, quod accepit, donavit, convenit eum patronus, cui donavit libertus. sed accepit & prodegit: non debet perdere qui mutuum dedit; nec ei imputari, cur dedit.

§. 18. Plane si [35] non accepit & spopondit stipulanti: erit [36] Faviana locus. §. 19. Si fidejussit apud me libertus, vel rem suam pro alio pignori dedit in necem patroni: an Faviana locum habeat, videamus: & numquid cum damno meo non debeat patrono subveniri; neque enim donavit aliquid mihi, si pro aliquo intervenit, qui non fuit solvendo; eoque jure utimur. igitur creditor non poterit Faviana conveniri: debitor poterit quidem, sed potest & mandati; plane si deficiat mandati actio, quia [37] donationis causa intervenit, erit Faviana locus. §. 20. Sed & si [38] mandator extitit pro aliquo libertus, idem erit probandum.

§. 21. Quamvis autem in partem Faviana competat, attamen in his, quæ dividi non [39] possunt, in solidum competit, utputa in servitute. §. 22. Si servo meo, vel filiofamil. libertus in fraudem patroni quid dederit: an adversus me judicium Favianum competat, videamus? Et [40] mihi videtur sufficere adversus me patremque: arbitrioque judicis contineri tam id, quod in rem versum est, condemnandi, quam id quod in peculio. §. 23. Sed si jussu patris contractum cum filio est, pater utique tenebitur.

§. 24. Si cum servo in fraudem patroni libertus contraxerit, isque fuerit manumissus [41]: an Faviana teneatur, quæritur? Et cum dixerimus, dolum tantum liberti spectandum, non etiam ejus cum quo contraxit, potest [42] manumissus iste Faviana non [43] teneri. §. 25. Item quæri potest, manumisso, vel mortuo, vel alienato servo, an intra annum agendum sit? Et ait Pomponius, agendum. §. 26. Hæc actio in personam [44] est, non in rem. & in heredem competit, & in cæteros successores, & heredi, & cæteris successoribus patroni: & [45] non est hereditaria, id est, ex bonis liberti, sed propria patroni. §. 27. Si libertus in fraudem patroni aliquid dederit, dein, defuncto patrono, vivo liberto, filius patroni acceperit bonorum possessionem contra tabulas liberti, an Faviana uti possit ad revocanda ea, quæ sunt alienata? Et est verum, quod & Pomponius probat lib. LXXXIII, item Papinianus lib. quarto [decimo] Quæstionum, competere ei Favianam: sufficere enim, quod [46] in fraudem patronatus factum sit, magis enim fraudem [47] rei, non personæ accipimus. §. 28. In hanc actionem etiam fructus [48] veniunt, qui sunt post litem contestatam percepti.

II. MARCIANUS lib. III Regularum.

IN Faviana & Calvisiana actione recte dicetur, etiam præteritos [49] fructus venire, quatenus Prætor omnem fraudem libertorum vult rescindere.

De patrono instituto ex parte debita. 1. De tempore hujus actionis. 2. De patrono instituto ex asse, 3. Vel succedente ab intestato. 4. De pluribus patronis. 5. Si patrono debita portio, aut aliquid amplius relictum sit.

III. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

SI patronus heres institutus ex debita parte adierit hereditatem, dum ignorat aliqua libertum in fraudem suam alienasse: videamus an succurri ignorantiæ ejus debeat, ne decipiatur liberti fraudibus? Et Papinianus lib. XIV Quæstionum respondit: in eadem [50] causa manere ea, quæ alienata sunt: idcircoque patronum sibi imputare debere, qui cum posset bonorum possessionem accipere contra tabulas propter ea, quæ alienata vel mortis causa donata sunt, non fecit. §. 1. Hæc actio in perpetuum datur: quia [51] habet rei persecutionem. §. 2. Patronum [52] ex asse heredem institutum, volentem Faviana actione uti, Prætor admittit: quia erat iniquum, excludi eum à Faviana, quia non sponte adiit hereditatem; sed quia bonorum possessionem contra tabulas petere non potuit. §. 3. Si intestatus libertus decesserit, patronus adeundo hereditatem ejus, revocat per Calvisianam [53] actionem ea quæ alienata sunt dolo malo, quo minus pars ex testamento debita bonorum liberti ad patronum liberosve ejus perveniret: idque est, sive petita sit à patrono ab intestato bonorum possessio, sive non sit. §. 4. Si plures sint patronæ & patroni, singuli virilem [54] tantum revocabunt vel Calvisiana.

§. 5. Si libertus intestatus decesserit, relicta patrono debita portione, aut aliquo amplius, aliquid etiam alienaverit: Papinianus lib. XIV Quæstionum scribit, nihil esse revocandum: nam qui potuit alicui relinquere quid testamento, si debitam portionem patrono relinquat, præterea donando, nihil videtur in fraudem facere.

De omni quodcunque dolo malo alienatum est. 1. De pluribus patronis aut patronorum libertis.

IV. IDEM lib. XLIII ad Edictum.

QUodcunque dolo malo liberti alienatum est, Faviana actione revocatur. §. 1. Et, si plures patroni sint, omnes unam partem habebunt: sed si viriles [55] non petent, portio cæteris adcrescet [56]. Quod in patronis dixi, & in liberis patroni est: sed non simul venient, sed patronis deficientibus [57].

De eo qui accepit aut dari jussit. 1. De in litem jurando.

V. PAULUS lib. XLII ad Edictum.

TEnetur Faviana actione tam is, qui accepit ipse, quam qui jussit [58] alii dari id quod ipsi donabatur. §. 1. In actione Faviana, si res non restituatur, tanti damnabitur reus, quanti actor in litem juraverit [59].

Si filiofamil. minori 25 annorum credatur.

VI. JULIANUS lib. XXVI Digestorum.

SI libertus, cum fraudare patronum vellet, filiofamilias [60] contra Senatusconsultum [61] pecuniam crediderit, non erit inhibenda actio Faviana: quia libertus donasse [62] magis in hunc casum intelligendus est in fraudem patroni, quam contra Senatusconsultum credidisse.

VII. SCÆVOLA lib. V Quæstionum.

ERgo, si [63] Senatusconsultum locum non [64] habet [65], cessat [66] Faviana, cum exigi possit.

VIII. JULIANUS lib. XXVI Digestorum.

SEd si minori, quam vigintiquinque annis natu filiofamilias crediderit, causa cognita [67], ei succurri debet.

De donatione inter vivos & legato.

IX. IDEM lib. LXIV Digestorum.

VIvus [68] libertus donare bene merentibus amicis potest, legare [69] vero [70] nec benemerentibus amicis potest, qui patroni partem minuat.

Si res alienata non extet.

X. AFRICANUS lib. I [71] Quæstionum.

SI id, quod à liberto in fraudem alienatum est, non extet [72], actio patroni cessat: quemadmodum [73] si pecuniam in fraudem abjecisset; aut etiam [si] is, qui mortis causa à liberto accepisset, eam rem vendidisset [74], & bonæ fidei emptor eam usucepisset.

De consensu patroni.

XI. PAULUS lib. III ad legem Æliam Sentiam.

NOn videtur patronus fraudari eo, quod [75] consentit: sic & quod volente patrono libertus donaverit, non poterit Faviana revocari.

Si quis alii mandavit ut acciperet.

XII. JAVOLENUS lib. III Epistolarum.

LIbertus cum fraudandi patroni causa fundum Seio tradere vellet, Seius Titio mandavit [76], ut eum accipiat [77], ita ut inter Seium & Titium mandatum contrahatur. Quæro, post mortem liberti patronus utrum cum Seio duntaxat, qui mandavit, actionem habet? an cum Titio, qui fundum retinet: an, cum quo velit, agere possit? Respondit, In eum, cui donatio quæsita est, ita tamen si ad illum res pervenerit, actio datur: cum omne negotium, quod ejus voluntate gestum sit, in condemnationem ejus conferatur. nec potest videri id præstaturus, quod alius possidet: cum actione [78] mandati consequi rem possit, ita ut aut ipse patrono restituat, aut eum, cum quo mandatum contraxit, restituere cogat. Quid enim dicemus si is, qui in re interpositus est, nihil dolo fecit? non dubitabimus, quin omnimodo cum eo agi non possit. quid enim? non [79] potest videri dolo fecisse, qui hdem suam amico commodavit, qua alii quam sibi, ex liberti fraude adquisiit.

De quarta debita ex Constitutione D. Pii impuberi arrogato.

XIII. PAULUS lib. X ad legem Juliam & Papiam.

COnstitutione D. Pii cavetur de impubere [80] adoptando, ut ex bonis, quæ mortis tempore illius qui adoptavit fuerunt, pars quarta [81] ad eum pertineat qui adoptatus est: sed & bona ei, quæ adquisiit patri, restitui jussit: si causa cognita emancipatus fuerit, quartam perdit. si quid itaque in fraudem ejus alienatum fuerit [82], quasi per Calvisianam vel Favianam actionem revocandum est [83].

TIT.

17 V. §. 2. T. eod.
18 Vivus sc.
19 Ob id quod mortis causa donatum est. vide l. 16. §. 6. T. de hered. pet.
20 Ob id quod inter vivos donatum est. vide l. 16. §. 6. T. de hered. pet.
21 De justo pretio dixi ad l. 50. J. de furtis.
22 Emptorem interdum restitui, & juvari beneficio legis 2. C. si re rescind. vend. hinc colligas. eodem modo cæco emptori consulitur l. 11. T. de contrab. empt. & minori, l. 27. §. 1. versic. prædia. T. de minorib. & ei, cui venditor mentitus est, l. 13. §. 4. T. de act. empt. & marito pluris æstimanti res dotales (in quibus videtur esse emptor); si quidem æstimatio emptionem facit. l. 1. T. de æstimatoria. l. 6. C. soluto. l. 2. C. de obligat. l. 19. J. de obligat. & action. Cujacius tamen negat dictam legem 2 opitulari majoribus 25 annis, 16 obs. 18. quo nomine reprehenditur à Roberto, 2 Animadv. 13. defenditur ab Ant. Mercatore, 2 nor. 13. Video Molinæum inter duas superiores opiniones nutantem: dum ait, non videri emptoribus, si item æque, ex remedio d. l. 2. subveniendum esse, sicut venditoribus, §. 22. consuet. n. 47.
23 Nota qualitatem hujus conditionis.
24 Hinc etiam colligit Robertus, 2 animad. 14. quod & notat Speculator, lib. 14. parte 3. de rescind. vend. 13. Beneficium d. l. 2. C. de rescind. vend. in permutationibus & locationibus obtinere. Et hoc quoque non negat Molinæus, §. 22. consuet. 41. negat tamen supplerionem vel repletionem æstimationis omnino in pecunia fieri, ut quæ disconveniat, & sit contra partium intentionem & naturam actus: ideoque non esse admittendam. Subtiliter Cujac. 16 observ. 18. ait restitutionem eo casu permitti ei, qui de permutatione conqueritur, non ut emptori rei alienæ, sed ut venditori. Idem sentit Anton. Mercator, 2 notat. 14.
25 Atque ita datur restitutio læsis in conductione. Idem Speculator, ibid. arg. l. 29. T. de ædilitio. An etiam minimæ rei? sic putat Conanus, & post eum Robertus adversus communem opinionem. An etiam operarum locatarum? Idem Roberto videtur, 2 animadvers. 14.
26 Atque ita pretium loco rei succedit, nec convenitur is, qui justo pretio emit à liberto: convenitur is, qui à liberto rei venditæ pretium ex donationis causa accepit. 27 V. d. l. 50. J. de furt. 28 Variis de causis venditio reprehenditur, puta si non justo pretio res venierit: deinde, ut justo pretio res sit vendita, affectio tamen & opportunitas dicitur adempta. Priore casu alienatio revocatur: posteriore, non æque. adde l. 36. T. de bon. lib. 29 l. 54. T. de leg. 2. 30 l. 22. C. de admin. tut. 31 Quod in rei locum succesit 32 Sic appellatur quoque. §. 22. J. eod. 33 Ea lex est omnium restitutionum, ut sc. quemadmodum restitutus in damno esse non cupit, ita lucrum adfectare cum aliena injuria non debeat. l. un. C. de reputationib. l. 7. §. 5. in fin. l. 24. §. 4. T. de minor. 34 Recuperat. Hal. 35 l. 3. J. quæ in fraud. cred. l. 2. C. de don. mort. caus. 36 Adversus stipulatorem. 37 l. 32. T. de pact.
38 Ut idem sit in mandatore, quod in fidejussore dictum est. 39 Servitutes dividi non possunt. l. 15. J. de aqua pluv. l. 84. J. de reg. jur. l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. J. de verb. oblig. 40 Favianum judicium datur adversus parentes & dominos, si libertus patroni quid eis dederit: sic ut ipsi parentes & domini conveniantur de in rem verso, & de peculio, ut hic. Imo, & quod jussu, si jussu patris vel domini contractum fuerit. §. 23. J. eod. 41 Faviana non tenetur servus manumissus, cum quo libertus in fraudem patroni sui contraxit. 42 Imo tenetur intra annum, §. 25. J. eod. 43 Cur ita? v. l. 1. C. an servus ex fisto factlo. 44 Si ita est, cur in Faviana fraus rei magis, quam personæ accipitur, §. 27. in fin. J. eod.? 45 Hereditarium non est continuo, quod heredibus & in heredem datur. 46 Ea quæ in fraudem patroni quoquo modo alienata sunt, Faviana tam ab ipso patrono, quam ejus liberis revocantur. Paul. 3 sent. 3. §. un. 47 §. 4. T. eod. 48 l. 38. §. 4. T. de usur. 49 Quia verbum *restituendi* plenam habet significationem. d. l. 38. §. 4.

50 Imo revocantur. arg. §. 3. J. eod. adde l. 79. in fin. T. de leg. 2.
51 Rei persecutoriæ actiones, perpetuæ sunt.
52 Vide Govean. ad l. 52. T. ad l. Falcid.
53 De Calvisiana vide l. 2. C. eod. praxim vero vide apud Oldendorp. 6 classe. act. 2.
54 l. 4. J. eod.
55 l. 3. §. 4. T. eod. l. 21. T. de bonis libert.
56 Jus adcrescendi in actione Faviana locum habet.
57 Et sic ordine suo.
58 l. 12. J. eod.
59 Vide quæ notavi ad l. 5. C. ad exhib.
60 Adde l. 1. §. 4. T. eod.
61 Macedonianum sc.
62 Atque ita mutuum inefficax resolvitur in donationem, ut quod condici non possit, ut mutuum, condicatur, ut res donata.
63 Ergo & si. Hal.
64 Locum habet. Hal.
65 Non cessat. Hal.
66 Ad pecuniam repetendam. adde l. 3. T. de SC. Maced.
67 Quid enim, si ea pecunia locupletior factus sit?
68 Vivo liberto plus licet, quam mox morituro.
69 Legandi & donandi dissimilitudo. Libertus donare potest amicis benemerentibus, & in fraudem patroni: legare tamen benemerentibus non potest. Quid ita? partem patroni legando minueret, ut hic. Atqui donando etiam minuit: pars non debetur patrono in donatione, sed ex testamento.
70 Scripsi ad l. 1. §. 1. T. eod.
71 Vide Cujac. 2 ad Afric. fol. 67.
72 Duo hic notat summa genera amittendæ rei, quæ in Senatusconsulto de petitione hereditatis his verbis notantur, *deperditum, deminutum*: ut & alibi, *casus & usus*. l. 58. §. 6. in fin. T. ad Trebell.
73 Nobis non extare dicuntur, quæ abjecimus, quæ quis à nobis accepit, alienavit, quæ quis à donatario nostro accepta usucepit.
74 Dominio scilicet nondum adquisito ante mortem liberti: alioquin emptor non usucaperet.
75 Cui rei quis consentit, in ea non fraudatur. l. 2. in fin. C. eod. l. 6. §. 8. J. quæ in fraud. l. 48. §. 2. J. de furt. l. 145. J. de reg. jur.
76 l. 5. T. eod.
80 Impuberi adrogato datur quasi Faviana vel Calvisiana: si quid adrogator fecit, quominus quarta Antoniana ad eum perveniret. 81 l. 22. §. 1. T. de adopt. l. 8. §. 15. T. de inoff. l. 2. C. de adopt. §. 3. vers. sed & ff. Inst. de adopt.
82 Per adrogatorem. 83 Per eum, qui adrogatus est.

77 Id est, retineat. 78 l. 14. circa fin. J. quæ in fraud. cred. 79 Al. quid enim potest.

TIT. VI.

SI TABULÆ TESTAMENTI NULLÆ [1] EXTABUNT, UNDE LIBERI [2].

Continuatio. 1. *Ordines successionum ab intestato.* 2. *Quibus casibus succeditur ab intestato.* 5. *De liberis,* 6. *Naturalibus vel adoptivis.* 7. *De filio emancipato & adoptato, & nepote ex eo.* 8. *Si heres institutus non habeat voluntatem.* 9. *De exheredatione emancipati, & præteritione filii in potestate.*

1. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

POsteaquam Prætor locutus est de bonorum possessione ejus qui testatus est, transitum fecit ad intestatos, eum ordinem [3] secutus, quem & lex XII tabularum secuta est: fuit enim ordinarium, ante de judiciis testantium, dein sic [de] successione ab intestato loqui. §. 1. Sed successionem ab intestato in plures partes divisit. fecit enim gradus varios: primum [4] liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & uxoris. §. 2. Ita autem ab intestato potest competere bonorum possessio, si neque secundum [5] tabulas, neque contra tabulas bonorum possessio agnita sit. §. 3. Plane si tempora quidem petendæ bonorum possessionis ex testamento largiebantur, verumtamen repudiata [6] est bonorum possessio: dicendum erit, ab intestato bonorum possessionem jam incipere. cum enim is, qui repudiavit, petere bonorum possessionem non potest post repudiationem: consequens erit, ut ab intestato posse peti incipiat.

§. 4. Sed & si ex Carboniano Edicto bonorum possessio data sit: magis est, ut dicere debeamus, ab intestato nihilominus posse peti. ut enim suo loco ostendimus, non impedit bonorum possessionem edictalem Carboniana bonorum possessio. §. 5. Recte autem Prætor à liberis [7] initium fecit ab intestato successionibus: ut sicuti contra tabulas ipsis [8] defert, ita & ab intestato ipsos vocet. §. 6. Liberos autem accipere debemus, quos ad contra tabulas bonorum possessionem admittendos diximus, tam naturales [9] quam adoptivos. sed adoptivos hactenus admittimus, si fuerint in potestate. cæterum, si sui [10] juris fuerint, ad bonorum possessionem non invitantur: quia adoptionis jura dissoluta sunt emancipatione. §. 7. Si quis filium suum emancipatum in locum nepotis adoptavit & emancipavit, cum haberet & nepotem ex eo: Quæsitum est apud Marcellum, an adoptio rescissa impediat nepotem? Sed cum soleat emancipato patri jungi nepos, quis non dicat [11], etsi adoptatus sit & quasi filius, nihilominus filio suo eum non obstare? quia quasi filius adoptivus est in potestate, non quasi naturalis? §. 8. Si heres institutus non habeat voluntatem, vel quia incisæ [12] sunt tabulæ, vel quia cancellatæ, vel quia alia ratione voluntatem testator mutavit, voluitque intestato decedere: dicendum est, ab intestato rem habituros eos qui bonorum possessionem acceperunt. §. 9. Si emancipatus [13] filius exheres fuerit, is autem, qui in potestate fuerat, præteritus: emancipatum petentem ab intestato bonorum possessionem *unde liberi*, tueri debet Prætor usque ad partem dimidiam, perinde atque si nullas tabulas pater reliquisset.

De filio emancipato vel patrono præteriti.

II. JULIANUS lib. XXVII Digestorum.

EMancipatus [14] præteritus, si [15] contra tabulas bonorum possessionem non [16] acceperit, & scripti heredes adierint hereditatem: sua culpa amittit paternam hereditatem. nam quamvis secundum tabulas bonorum possessio petita non fuerit, non tamen eum Prætor tuetur, ut bonorum possessionem accipiat *unde liberi*. † Nam [17] & patronum præteritum, si non petat contra tabulas bonorum possessionem, ex illa parte Edicti *unde* [18] *legitimi* vocantur non solet tueri Prætor adversus scriptos heredes.

Quibus casibus succeditur ab intestato.

III. ULPIANUS lib. VIII ad Sabinum.

BOnorum possessio potest peti ab intestato, si [19] certum sit tabulas non extare septem [20] testium signis signatas.

De capitis diminutione.

IV. PAULUS lib. II ad Sabinum.

LIberi & capite minuti per Edictum Prætoris ad bonorum possessionem vocantur parentium, nisi si adoptivi [21] fuerint: hi enim & liberorum nomen amittunt post emancipationem. † Sed si naturales emancipati [22] & adoptati [23], iterum emancipati [24] sint, habent jus naturale [25] liberorum [26].

De conjungendis cum emancipato liberis ejus. 1. *De liberis qui non sunt in potestate.* 2. *De portione filii emancipati, qui non petit bonorum possessionem.*

V. POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

SI quis ex his, quibus bonorum possessionem [27] Prætor pollicetur, in potestate parentis, de cujus bonis agitur, cum is moritur, non fuerit: ei liberique, quos in ejusdem familia habebit, si ad eos hereditas suo nomine pertinebit, neque nominatim exheredes scripti erunt, bonorum possessio ejus partis datur, quæ ad eum [28] pertineret, si in potestate permansisset; ita ut ex ea parte dimidiam habeat, reliquum liberi ejus, hisque duntaxat bona sua conferat. §. 1. Sed & si filium & nepotem ex eo pater emancipaverit, filius solus veniet ad bonorum possessionem: quamvis capitis diminutio per Edictum nulli obstet. † Quin etiam hi quoque qui in potestate nunquam fuerunt, nec sui heredis locum obtinuerunt, vocantur ad bonorum possessionem parentium: nam si filius emancipatus reliquerit in potestate avi nepotem, dabitur ei, qui in potestate relictus sit, patris emancipati bonorum possessio: & si post emancipationem procreaverit [29], ita nato dabitur avi bonorum possessio, scilicet non obstante ei patre suo.

§. 2. Si [30] filius emancipatus non petierit bonorum possessionem: ita integra sunt omnia nepotibus, atque si filius non fuisset: ut quod filius habiturus esset petita bonorum possessione, hoc nepotibus ex eo solis, non etiam reliquis adcrescat.

De bonis filii emancipati.

VI. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

SI pater filium emancipaverit, nepotem retinuerit, deinde filius decesserit [31]: & rei æquitas, & causa Edicti, quo de bonorum possessione liberis danda cavetur, efficit ut ejus ratio habeatur, & bonorum possessio intestato patris detur: ut tamen bona fratri, quæ necessaria heres pati extitit, conferre cogatur avus, qui per eum bonorum possessionis emolumentum adquisiturus est; nisi forte avus iste nullum ex his fructum adquirere vult, paratusque [32] est de potestate nepotem dimittere, ut ad emancipatum emolumentum omne bonorum possessionis perveniat. Nec idcirco soror, quæ patri heres extitit, juste queri poterit, quod eo facto à collationis commodo excluditur: cum avo quandoque intestato defuncto, ad bona ejus simul cum fratre possit venire.

Quo tempore suit aspectatur. 1. *De bonis parentum vel liberorum.*

VII. PAPINIANUS lib. XXIX Quæstionum.

SCripto [33] herede deliberante filius exheredatus mortem obiit; atque ita [34] scriptus heres omisit [35] hereditatem: nepos ex illo [36] filio susceptus, avo suus heres erit. neque pater videbitur obstitisse, cujus post mortem legitima defertur hereditas. Nec dici potest, heredem [sed] non suum nepotem fore, quod proximum gradum nunquam tenuerit: cum & ipse fuerit in potestate, neque pater eum in hac successione prævenerit. & alioquin, si non suus heres est, quo jure heres erit, qui sine dubio non est adgnatus? Cæterum, etsi non sit exheredatus nepos, adiri poterit ex testamento hereditas à scripto herede, filio mortuo: quare qui non obstat jure intestati, jure testati videbitur obstitisse.

§. 1. * Non sic [37] parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas. parentes [38] ad bona liberorum ratio [39] miserationis admittit, liberos naturæ simul & parentium commune votum [40].

Si quis omissa causa testamenti, ab intestato possideat.

VIII. IDEM lib. VI Responsorum.

FIliusfamilias ut proximus cognatus, patre consentiente, possessionem adgnovit: quamvis per conditionem testamento datam, quod in patris potestate manserit, ab hereditate sit exclusus, tamen utiliter possessionem adgnovisse videbitur. nec in Edicti sententiam incidet, quoniam possessionem secundum tabulas non adgnovit, cum inde rem [41] habere non poterit, nec in filii potestate conditio fuerit, nec facile pater emancipare filium cogi poterit.

De capitis deminutione.

IX. PAULUS lib. XI Responsorum.

SI posteaquam filius emancipatus bonorum possessionem patris petiit, statum suum mutavit: nihil obesse ei, quominus id quod adquisiit, retineat. quod si prius conditionem suam mutavit, bonorum possessionem eum petere non posse.

---

1 Id est, de bonorum possessionibus ab intestato. Porro hæc verba *si testamenta* &c. prima verba sunt edicti, quibus contenta sunt, *si tabulæ testamenti extabunt. lib.* 37. *tit.* 1. Antea dicebatur, *non proferuntur. Cicer. in Verrem.* Aut sic legat, *non exhibebuntur.*

2 VI C. XIV. 6 *G. Wood.* 2. hæc verba ostendunt hunc titulum mixtum esse. Verba generalia sunt, *si tabulæ testamenti nullæ extabunt.* specialia, *unde liberi.*

3 Is ordo servari solet, ut prius succedatur ex testamento, quam ab intestato. *ff. si quis omissa causa testam.*

4 Primus gradus successionis ab intestato, est liberorum. vide §. 5. *J. eod.*

5 Id est, ex testamento.

6 Repudiatione hereditas amittitur. *l.* 13. *ff. de adquir. hered.*

7 §. 1. *ff. eod. l.* 7. *in fin. J. eod. l.* 1. *quæ ordo. l.* 12. *J. de suis. Nov.* 118. *c.* 1. §. 2. *Inst. de exhered. qual.* §. 1. *Inst. de exhered. quæ ab intestato.* §. 2. *Inst. de hered. qualit.* 2 *Faber.* 11. dixi ad leg. XII tabular. *tit. de hered. ab intest. Synops. Basil. 45. tit.* 1. *c.* 4.

8 Primis, *Græci*, id est, liberis ante alios omnes.

9 Suis liberis adnumerantur naturales, & adoptivi. *l.* 1. §. 2. *J. de suis. l.* 5. *C. de legitimis.*

10 *l.* 4. *J. eod.*

11 Ita legendum putat Grot. *Quis non dicat, etsi adoptivus sit, non quasi filius, nihilominus filio suo eum non obstare, quia quasi adoptivus est in potestate, non quasi naturalis:* quia non est in familia quasi filius, sed quasi nepos, & quidem adoptivus. *S. L.*

12 *l.* 22. §. 3. *ff. qui test. l.* 1. §. 10. *ff. secund. tab. l.* 30. *C. de testam.*

13 *l.* 20. *ff. contra tabulas.*

14 Hic est tit. *Unde liberi* secundum quosdam.

15 Præteriti emancipati bonorum possessionem contra tabulas accipere possunt. Quid, si non acceperint, & scripti heredes adierint, sua culpa amiserint paternam hereditatem? An forte bonorum possessionem *unde liberi* petere possint? ne hanc quidem, *hac lege.*

16 *l.* 17. *ff. de injust. l.* 2. *J. de except. rei jud.*

17 Argumentum à patrono præterito non petente bonorum possessionem ex parte Edicti Unde legitimi, & ea ratione excluso ab omni petitione bonorum possessionis, ad filium emancipatum præteritum, qui contra tabulas bonorum possessionem non petiit.

18 De qua titulo proximo.

19 Intestatus dicitur, qui non reliquit tabulas septem testium signis signatas. 20 *l.* 12. *C. de test. l.* 2. *C. de bon. poss. secund. tab.*

21 Vide tamen §. 10. *Inst. de hered. ab intest.* 22 A patre naturali. 23 Ab extraneo. 24 Ab eodem extraneo. 25 Absque ullo impedimento vocantur ab intestato, *Græci.* 26 In bonis patris sui naturalis. *l.* 2. §. 6. *J. ad Tertull.* 27 Contra tabulas, seu ab intestato, *Græci.*

28 *l.* 1. §. 4. *J. de suis. §.* 2. *vers. ita demum. Inst. de hered. quæ ab intest. v. l.* 1. *ff. de conjungend.*

29 *l.* 16. *ff. contra tab.* 30 Adde *l.* 2. *C. de postlim. hered. instit.* 31 *Subaudi*, intestatus, relicto nepote in potestate avi: atque ita videbatur jure Prætorio intestatus.

32 *l.* 5. *ff. de collat. bon. l.* 1. §. 12. *ff. de conjungend. cum emancip.*

33 *l.* 1. §. 8. *J. de suis.*

34 Post mortem exheredati.

35 Repudiavit.

36 Ab heredato.

37 *l.* 1. *ff. eod.* & Paul. 2 *Cor.* 12. 7. 14 Non debent filii parentibus thesauros congerere, sed parentes filiis. adde *l.* 15 *ff. de inoffic.*

38 §. *ult. Inst. de legit. agn. success. Nov.* 118. *c.* 2.

39 Ideoque luctuosa successio dicitur. *l. ult. C. de inst. & substit.* adde §. 2. §. 4. *Inst. de SC. Tertull. l.* 15. *ff. de inoff.*

40 *l.* 7. *J. de bon. damn. l.* 50. §. 2. *in fin. ff. de bon. lib. l.* 26. *ff. si quis omissa causa.*

41 Id est, heroditatem. Reg. est hereditas aut bona. Ambr. 9 *epist. ad Clem.* sed sunt heredes sine re, sunt & cum re: hinc bonorum possessionem cum re accipere, *l.* 25. *C. de inoff.* bonorum possessionem reinque obtinere, *l.* 12 *ff. de injusto.* huc refer, quod ait Ulp. 28. *in fin.* bonorum possessionem, aut cum re dari, aut sine re. vide Cujac. *Inst. quibus modis testam. infirm. & 4 obs.* 24.

TIT. VII.

UNDE [1] LEGITIMI [2].

1 VI C. XV. 45 *Eclog.* 1.

2 Id est, agnati.

Quo tempore spectatur jus legitimi heredis.

I. JULIANUS lib. XX[VII] Digestorum,

HÆc verba Edicti, TUM [3] QUEM EI HEREDEM ESSE OPORTERET, SI INTESTATUS MORTUUS ESSET, ὑστερικῶς [4], id est, *large, & cum extensione*, & cum quodam temporis spatio accipiuntur: non ad [5] mortis testatoris tempus referuntur, sed ad id, quo bonorum possessio peteretur. & ideo legitimum heredem, si capite deminutus [6] esset, ab hac bonorum possessione summoveri, palam est.

3 Eum quem.

4 Vide *l.* 2. *in fin. J. ex quibus caus. in poss.*

5 *l.* 2. §. 6. *J. de suis.*

6 *l.* 11 *J. de suis.*

Si sui repudiaverint. 1. *De sexu & statu defuncti.* 2. *De sexu successoris,* 3. *Si status defuncti incertus sit.* 4. *De his, qui Lege vel SC. vocantur ad hereditatem vel bonorum possessionem.*

II. ULPIANUS lib. XLVI ad Edictum.

SI repudiaverint sui ab intestato bonorum possessionem, adhuc dicemus, obstare [7] eos legitimis, hoc est his, quibus legitima potuit deferri hereditas. idcirco, quia repudiando quasi liberi bonorum possessionem, hanc [8] incipiunt habere quasi legitimi.

§. 1. Hæc autem bonorum possessio non tantum masculorum defertur, verum etiam fœminarum: nec tantum ingenuorum, verumetiam libertinorum. Communis est igitur pluribus. nam & fœminæ possunt vel consanguineos vel adgnatos habere: item libertini possunt patronos, patronasque habere. §. 2. Nec tantum masculi hanc bonorum possessionem accipere possunt: verumetiam fœminæ. §. 3. Si quis decesserit, de quo incertum [9] est, utrum paterfamilias an filiusfamilias sit, quia pater ejus ab hostibus captus adhuc vivat, vel quod alia causa suspendebat ejus statum: magis est, ne possit peti bonorum [ejus] possessio: quia nondum intestatum eum esse apparet, cum incertum sit an testari possit. cum igitur cœperit certi status esse, tunc demum petenda est bonorum possessio: non cum certum esse cœperit, intestatum esse; sed cum certum esse cœperit, patremfamilias esse.

§. 4. Hæc autem bonorum possessio omnem vocat, qui ab intestato potuit esse heres: sive Lex [10] XII tabular. eum legitimum heredem faciat, sive alia Lex, Senatusve consultum. † Denique mater, quæ ex Senatusconsulto venit [11] Tertulliano, item qui [12] ex Orphitiano ad legitimam hereditatem [13] admittuntur, hanc bonorum possessionem petere possunt.

7 *l.* 17. §. 1. *ff. de adquir. hered.*

8 Unde legitimi.

9 *l.* 1. §. 1. *J. ad Tertull.*

10 *l. un. J. ut ex legib.*

11 i. e. Quæ ex Senatusc. Tertulliano admittitur ad petenda bona liberorum.

12 Liberi scil.

13 Matrum.

III. PAULUS lib. XLIII ad Edictum.

GEneraliter igitur sciendum est, quotiescunque vel lex, vel Senatus defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac [14] parte eam peti oportere. cum vero etiam bonorum possessionem dari jubet, tum ex illa parte, qua ex legibus peti debere: sed & ex hac parte poterit.

14 *l.* 3. *C. ad Senatusc. Orphitian. l.* 4. *C. de legit. hered.*

Quo tempore spectatur jus legitimi heredis.

IV. JULIANUS lib. XXVII Digestorum.

SI ex duobus fratribus alter decesserit testamento jure facto, deinde deliberante herede alter quoque intestato decesserit, & scriptus heres omiserit hereditatem: patruus legitimam hereditatem habebit. nam hæc [15] bonorum possessio, *Tum quem heredem esse oportet*, ad id tempus refertur, quo primum ab intestato bonorum possessio peti potuisset.

15 *l.* 1. §. 6. *J. de suis.*

Diffe-

Differentia adgnatorum & cognatorum. 1. *Si spes sit suis heredis.*

V. MODESTINUS lib. III Pandectarum.

INter [14] adgnatos & cognatos hoc interest, quod in [15] adgnatis & cognati continentur, in cognatis non [16] utique & adgnati: verbi gratia, patris frater, id est, patruus, & adgnatus est, & cognatus: matris autem frater, id est, avunculus [17], cognatus est, adgnatus non est. §. 1. Quandiu [18] spes est, suum heredem aliquem defuncto existere, tamdiu consanguineis locus non est: puta si defuncti uxor prægnans sit, aut defuncti filius apud hostes sit.

De jure consanguinitatis.

VI. HERMOGENIANUS lib. III juris epitomarum.

NAti [19] post mortem patris, vel post captivitatem, sive deportationem: sed & hi qui tempore, quo capiebatur, vel deportabatur pater, in potestate fuerunt, jus inter se consanguinitatis habent, etsi heredes patri non [20] extiterint, sicuti exheredati.

14 Eadem verba extant apud Paul. 4 *sent.* 8. §. 1. adde *l.* 10. §. 4. ff. *de gradib. l.* 2. §. 1. ff. *de suis.*

15 Omnis adgnatus est cognatus, non omnis cognatus est adgnatus.

16 Imo continentur, ut species sub genere. *l.* 10. §. 2. ff. *de gradib.* §. 1. *Inst. de legitima adgnatorum successione.* v. Perrandum *explicat. ion.* 39.

17 Vid. *d. l.* 10.

18 *l.* 2. C. *unde liberi.* dixi ad Ulpian. 26. §. 3.

19 *l.* 1. §. 10. *in fin.* ff. *de suis.* §. 1. *in fin. Inst. de legit. adgnat. succeff.*

20 *l.* 1. §. 10. ff. *de suis.*

TIT. VIII.

UNDE [1] COGNATI [2].

Summa. 1. *Cognati etymologia.* 2. *De servili cognatione.* 3 *De gradu.* 4. *De adoptione.* 5. *Proximitas quomodo,* 6. *Et quo tempore accipitur.* 8. *De concepto ante vel post mortem ejus, de cujus bonorum possessione agitur.* 9. *De eo qui exsecto utero editus est.* 10. *De gradu.* 11. *De postliminio.*

I. ULPIANUS lib. XLVI ad Edictum.

HÆc bonorum possessio nudam habet Prætoris indulgentiam [3], neque ex Jure civili originem habet: nam eos invitat ad bonorum possessionem, qui Jure civili ad successionem admitti non possunt, id est, cognatos. §. 1. *Cognati* autem appellati sunt, quasi [4] ex uno nati, aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint. §. 2. Pertinet autem hæc lex [5] ad cognationes non serviles: nec enim facile [6] ulla servilis videtur esse cognatio. §. 3. Hæc autem bonorum possessio, quæ ex hac parte Edicti datur, cognatorum gradus sex complectitur, & ex septimo [7] duas personas, sobrino [8] & sobrina natum & natam.

§. 4. Cognationem [9] facit etiam adoptio. etenim quibus fiet adgnatus hic, qui adoptatus est, iisdem etiam cognatus fiet: nam ubicumque de cognatis agitur, ibi sic accipiemus, ut etiam adoptione cognati facti contineantur. † Evenit igitur, ut is, qui in adoptionem datus est, tam in familia naturalis patris jura cognationis retineat, quam in familia adoptiva nanciscatur. sed eorum tantum cognationem in adoptiva familia nancisceturi, quibus fit adgnatus: in naturali autem omnium retinebit.

§. 5. Proximus autem accipietur etiam is, qui solus [10] est: quamvis proprie proximus ex pluribus dicitur. §. 6. Proximum accipere nos oportet eo [11] tempore, quo bonorum possessio defertur. §. 7. Si quis igitur proximus cognatus, dum heredes scripti deliberant, diem suum obierit: sequens quasi proximus, admittetur: hoc est, quicunque fuerit tum deprehensus proximum locum obtinens. §. 8. Si quis proximior [12] cognatus nasci speretur, in ea conditione est, ut dici debeat, obstare eum sequentibus [13]. Sed ubi [14] natus non est, admittemus eum, qui post ventrem proximus videbatur. Sed hoc ita demum erit accipiendum, si hic, qui in utero esse dicitur, vivo eo, de cujus bonorum possessione agitur, fuit conceptus. nam [15] si post [16] mortem, neque obstabit alii, neque ipse admittetur: quia non fuit proximus cognatus ei, quo vivo nondum animax [17] fuerit.

§. 9. Si qua prægnans decesserit & utero exsecto [18] partus sit editus: in ea conditione est partus iste, ut matris suæ accipere bonorum possessionem possit *unde proximi cognati.* Sed post Senatusconsultum Orphitianum, & *unde legitimi* petere poterit: quia mortis tempore in utero fuit. §. 10. Gradatim [19] autem admittuntur cognati ad bonorum possessionem, ut qui sunt primo gradu, omnes [20] simul admittuntur. §. 11. Si quis apud hostes fuerit mortis tempore ejus, de cujus bonorum possessione quæritur, dicendum est bonorum possessionem peti ab eo posse.

Ratio & summa Edicti. De vulgo quæsitis. De prægnante manumissa.

II. GAIUS lib. XVI ad Edictum provinciale.

HAc parte Proconsul [21] naturali æquitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem, licet Jure civili deficiant. † Itaque etiam *vulgo* [22] *quæsiti* liberi matris, & mater talium liberorum, item ipsi fratres inter se, ex hac parte bonorum possessionem petere possunt: quia sunt invicem sibi cognati. † Usque adeo ut prægnans [23] quoque manumissa si pepererit, & is qui natus est matri, & mater ipsi, & inter se quoque & qui nascuntur, cognati sint.

De capitis deminutione.

III. JULIANUS lib. XXVII Digestorum.

CApitis deminutione perimuntur cognationes, quæ ei per adoptionem adquisitæ sunt. igitur si post [24] mortem (verbi gratia) fratris adoptivi intra centesimum [25] diem adoptivus frater capite deminutus fuerit: bonorum possessionem accipere non poterit, quæ proximitatis nomine fratris defertur [26]. Prætorem enim non solum mortis tempus, sed etiam id, quo bonorum possessio petitur, intueri palam est.

1 VI C. XV. & 45 *Eclog* 2.

2 Id est, per fœminam conjuncti.

3 Cur ita? quia Prætor per eam admittit eos, qui Jure civili admitti non possunt.

4 Vel ex uno communiter nati, vel ab eodem orti. *l.* 4. §. 1. ff. *de gradib.*

5 Id est, hoc Edictum, eodem modo lex Fabiana dicitur à Paulo 3 *sent.* 3.

6 Fit tamen: nec enim parcimus his nominibus etiam in servis. *l.* 10. §. 5. ff. *de gradib.* §. 1. *Inst. de servili cognat.*

7 *l.* 9. ff. *eod.*

8 §. *ult. Inst. de succeff. cognat.*

9 *l.* 23. *l.* 26. *l.* 44. ff. *de adopt.* Facitne nobilem adoptio, vel nobilem ex plebeio? facit, si gentem spectes: cum & Ciceronem se sociasse Pisonum familiæ, ut se nobilitaret, Trebellius Pollio scribat 19 (*Tyranno*): non si genus (est enim genus a natura, ideoque immutabile), nisi fiat adoptio specialiter apud Principem, id est, nisi id specialiter agatur adoptione facta apud Principem. *arg. l.* 10. §. 3. ff. *de in jus vocando.* ut ita adoptans propaget eum honorem ad suos liberos. & ita respondet Cujacius *consultat.* 56. Feudi nobilis concessione fit-ne quis nobilis? fieri videtur, ut qui vult consequens, velit etiam antecedens, *l.* 3. ff. *de jurisdict.* & ut actus valeat potius, quam pereat. Quid? adoptione fit-ne quis ex nobili ignobilis: ex patricio plebeius? fit; mutare genus sua sponte licet, & se servum etiam facere. Ea ratione ex matrimonio patricii generis mulier ultro (si velit) in plebem transit, ut de Virginia scribit Liv. 10. nisi donata sit a Principe ornamentis conjugii nobilioris, quod veteres Imperatores affinibus suis detulisse, & his maxime quæ maritos nobiles non habuerant, ne innobilitatæ manerent, Lampridius scribit in Heliogabalo: Principes id nonnunquam permittere demonstrat *l. ult.* ff. *de Senatorib.* Plebeia sane genere mariti nobilitatur ex nova Constitutione. *l. mulieres.* 13. C. *de dignitatib.* vide Cujac. *consultat.* 56.

10 Proximus, proprie & improprie sumitur. Proprie ubi plures sunt, & in his unus est proximus. Improprie, quoties unus atque idem solus est: cum enim solus sit, consequens est, ut sit & proximus. *l.* 9. ff. *de reb. dub.*

11 *l.* 2. §. 6. ff. *de suis.*

12 *l.* 2. ff. *de suis.* De proximiore cognato vide Cujac. 10 *observ.* 27.

13 *l.* 3. ff. *si pars hered.*

14 *l.* 6. ff. *de suis.*

15 Nepos conceptus & natus post mortem avi, non succedit, *l.* 6. §. 1. ff. *de injusto.* duobus modis tamen restringe eum Decio in *rubr.* C. *qui admitt.* vid. Bart. *hic.* Goth. Vid. Forster. *de succeff. lib.* 4. *c.* 22. *num.* 11. Leonin. *emend. lib.* 7. *c.* 14. Anf.

16 *l.* 2. ff. *secund. tab.*

17 Animal fuerit. *Hal.* vid. quæ dixi ad *l.* 9. ff. *ad leg. Falcid.*

18 Exsecto ventre matris editus, ad legitimam hereditatem admittitur. *l.* 1. §. 5. ff. *ad Tertull.*

19 Gradatim admitti, est gradu suo admitti. Hæc enim vox plures gradus indicat.

20 *l.* 2. §. 2. §. 4. ff. *de suis.* §. 5. *Inst. de legit. agnat. succeff.*

21 Cur non Prætor? sumpta hæc lex est ex Edicto provinciali.

22 *l.* 4. *l.* 8. ff. *eod. l.* 1. §. 2. ff. *ad Tertull.*

23 Ancilla scil. *l.* 2. §. 3. ff. *ad Tertull.*

24 *l.* 11. ff. *de suis.*

25 *l.* 1. §. 8. ff. *tit prox.*

26 De qua vide §. 3. *Inst. de legit. agnat. succeff.*

De spurio.

IV. ULPIANUS lib. VI Regularum.

SI spurius [27] intestato decesserit, jure consanguinitatis aut adgnationis hereditas ejus ad nullum pertinet: quia [28] consanguinitatis itemque adgnationis jura à patre [29] oriuntur. proximitatis autem nomine, mater ejus, aut frater eadem matre natus, bonorum possessionem ejus ex edicto petere potest.

De capitis deminutione.

V. POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

LEgitimis capite deminutis [30] non datur bonorum possessio, jure heredis legitimi: quia non eadem causa eorum est, quæ liberorum. sed gradu cognatorum rursus vocantur.

De accusatione.

VI. ULPIANUS lib. XLV ad Edictum.

COgnatis accusatio nihil [31] obest ad successionem, si accusaverint [32] cognatos suos.

De servitute & manumissione.

VII. MODESTINUS lib. VI Regularum.

IS, qui aliqua ratione servus factus est, manumissione [33] nulla [34] ratione recipit cognationem.

De vulgo quæsitis.

VIII. IDEM lib. XIV Responsorum.

MOdestinus respondit, non ideo minus ad aviæ maternæ bona ab intestato nepotes admitti, quod vulgo [35] quæsiti proponuntur.

De octavi gradus adgnato. 1. *De filio fratris.*

IX. PAPINIANUS lib. VI Responsorum.

OCtavi [36] gradus adgnato jure legitimi heredis, etsi non extiterit heres, possessio defertur: ut proximo autem cognato, quamvis extiterit heres, non defertur. §. 1. Fratris filius pro parte heres institutus, cum patruum surdum [37] esse contenderet, atque ideo testamentum facere non potuisse, possessionem, ut proximus cognatus accepit: ex die mortis temporis haberi rationem placuit: quia verisimile [38] non videbatur, tam conjunctum sanguini [39] defuncti valetudinem ignorasse.

De ea quæ reliquit sororem uterinam, & matrem prægnantem.

X. SCÆVOLA lib. II Responsorum.

INtestata reliquit sororem Septiciam diverso patre natam, & prægnantem matrem ex alio marito. Quæro, si mater hereditatem repudiaverit, dum adhuc prægnans est, posteaque enixa fuerit Sempronian: an etiam Sempronia bonorum Titiæ possessionem accipere possit? Respondit, si mater hereditate excluta est, eam quæ (ut proponeretur) postea nata est, accipere posse [40].

27 Vide *l.* 2. ff. *eod.* §. 4. *Inst. de succeff. cogn.*

28 Consanguinitatis & proximitatis differentia hæc est: consanguinitas (hoc & agnatio) à patre, proximitas etiam a matre.

29 Et legitimis nuptiis. *l.* 4. §. 8. ff. *de gradib.*

30 §. 1. *Inst. de succeff. cognat.*

31 Hodie obest. *Novell.* 22. *c.* 47. adde *l.* 14. ff. *de bon. libert.*

32 Criminaliter.

33 *l.* 1. §. 4. *l.* 2. §. 2. ff. *ad Tertull. l.* 6. C. *de fuis.* §. 6. *Inst. de capit. diminut.*

34 Hodie recipit. *Inst. de servili cogn.* quemadmodum & olim id jus recipiebant beneficio Principis restituti. Paul. 4 *sent.* §. 6.

35 *l.* 2. *vers. itaque etiam.* ff. *eod. l.* 1. §. 2. ff. *ad Tertull.*

36 Nec tantum septimi, in *l.* 1. §. 3. *eod.* sed & decimi. §. *ult. Inst. de succeff. cognat.*

37 Vide Cujac. 3 Paul. *sententt.* 4. §. 4.

38 Præsumitur scientia inter sanguine proxime conjunctos. adde *l.* 7. C. *de in integr. restitut.*

39 *Al.* sanguine.

40 *l. ultim.* ff. *de ventre in poss.*

TIT. IX.

DE SUCCESSORIO [1] EDICTO [2].

Ratio Edicti. 1. *Qui bonorum possessionem repudiare possunt.* 6. *Effectus repudiationis.* 7. *De decretali bonorum possessione.* 8. *De morte prioris.* 9. *De spatio centum dierum.* 10. *Si prior sit exclusus.* 11. *An quis sibi succedat.* 12. *De anno liberis & parentibus ad petendam bonorum possessionem concesso.* 13. *De substituto fratris impuberi.* 14. *De liberis & parentibus.*

I. ULPIANUS lib. XLIX ad Edictum.

SUccessorium Edictum idcirco propositum est, ne [3] bona hereditaria vacua sine domino diutius jacerent, & creditoribus longior [4] mora fieret. † Ere [5] igitur [Prætor] putavit, prætituere [6] tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, & dare inter eos successionem, ut maturius possint creditores scire, utrum habeant cum quo congrediantur, an vero bona vacantia [7] fisco sint delata, an potius ad possessionem bonorum procedere debeant, quasi sine successore defuncto. §. 1. Unus enim quisque suam [8] bonorum possessionem repudiare potest, alienam [9] non potest. §. 2. Proinde procurator meus sine mea voluntate meam bonorum possessionem repudiare non potest.

§. 3. Per servum [10] delatam bonorum possessionem dominus repudiare potest. §. 4. Tutor [11] impuberis an repudiare possit bonorum possessionem, videamus? Et magis est, ne possit: sed ille [12] ex auctoritate tutoris repudiare potest. §. 5. Furiosi curator nequaquam poterit repudiare: quia necdum delata est.

§. 6. Qui semel [13] noluit [14] bonorum possessionem petere, perdidit [15] jus ejus, etsi tempora largiantur: ubi enim noluit, jam cœpit ad alios pertinere bonorum possessio, aut fiscum invitare. §. 7. *Decretalis* [16] bonorum possessio an repudiari possit, videamus? & quidem diebus finiri potest: sed repudiari eam non posse, verius est; quia nondum delata est, nisi cum fuerit decreta. rursum, posteaquam decreta est, sera repudiatio est; quia quod adquisitum est, repudiari non potest. §. 8. Si intra centesimum [17] diem mortuus sit prior, statim sequens admitti potest. §. 9. Quod dicimus, *intra dies centum bonorum possessionem peti posse*, * ita * intelligendum est, ut & ipso [18] die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra [19] Kalendas etiam ipsæ Kalendæ sint. Idem est, & si in diebus centum dicatur. §. 10. Quibus ex Edicto bonorum possessio dari potest, si quis eorum aut dari sibi noluerit [20], aut in diebus statutis [21] non admiserit: tunc cæteris bonorum possessio perinde competit, ac si prior ex eo numero non fuerit. §. 11. Sed *videndum* est, an inter cæteros ipse quoque qui exclusus est, admittatur. ut puta filius est in potestate; delata est ei bonorum possessio ex prima parte, *unde liberis* defertur; exclusus est tempore, aut repudiatione; cæteris defertur: sed [22] ipse sibi succedat ex hac successoria parte? Et *magis* [23] *est*, ut succedat: ut *unde legitimi* possit petere, & post hos suo ordine ex illa parte, *unde proximi cognati* vocantur: & hoc jure utimur, ut admittatur. poterit igitur ex sequenti parte succedere ipse sibi. † Item hoc dici poterit & in secundum tabulas bonorum possessione: [illegible] secundum tabulas non petierit bonorum possessionem is, qui potuit & ab intestato succedere, ipse [24] sibi succedat. §. 12. Largius tempus parentibus

1 VI C. XVI.

2 Seu capite *l.* 1. §. 3. ff. *de jurisd. & facti ignorantia.*

3 §. 2. *vers. adhuc autem.* §. 4. *Inst. de bon. poss.* vide *l.* 6. ff. *de interrogat. in jure.*

4 Ad sua recuperanda. *Basil.*

5 Ere dixit. vide *l.* 1. ff. *de reb. cred.*

6 *l.* 69. *in fin.* ff. *de adqu. hered.*

7 V. *l. ult.* ff. *eod.*

8 Non alienam, ut ff. *eod.* & tamen per servum delatam dominus repudiare potest. §. 3. ff. *eod.*

9 §. 4. §. 5. ff. *eod. l.* 13. *l.* 14. ff. *de adqu. hered. l.* 8. ff. *de bonor. poss. l. ult. C. de bonis quæ liber. l.* 16. ff. *de reb. cred.*

10 Intellectum hujus §. vid. apud Bellon. *supput. lib.* 2. *cap.* 15. Anf.

11 *l.* 8. ff. *de bonor. poss.*

12 *l.* 5. C. *de repudianda.*

13 *l.* 13. ff. *de adquir. hered. l.* 1. §. 3. ff. *unde liberi.* §. 5. *vers. si quis itaque. Inst. de bon. poss.*

14 Repudiare hereditatem vel bonorum possessionem videtur, qui dicit, *Nolo bonorum possessionem petere.*

15 Pone filiam ti ccennio exclusam esse matris hereditate testamentaria: Bartolus putat eandem intra alios 30 annos admitti ex edicto *unde liberi.* Pone rursus intra id spatium, *unde liberi* non potuisse. idem putat eandem admitti intra alios 30 annos ad petendam bonorum possessionem *unde cognati.* adde Bald. in *l. licet.* 8. C. *de jure deliberat.*

16 Id est, Carboniana, quæ sola decreto & causa cognita adquiritur: & ea quæ ad Carbonianæ vicem ventri & furioso conceditur, opponitur ordinariæ & simplici edictali, quæ sine decreto & causæ cognitione datur. Zoanet. 2 *resp.*

17 *l.* 2. C. *eod. l.* 2. ff. *secund. tabul. l.* 18. C. *de jure delib.*

18 V. *l.* 133. ff. *de verb. sign.* adde *l.* 13. ff. *de verb. oblig.* 12 Gell. 13.

19 12 Gell. 13.

20 *l.* 2. §. 20. ff. *ad Tertull.*

21 Vide *l.* 69. ff. *de adqu. hered.*

22 *Al.* Sed uprum ipse.

23 Cur ita? vide *l.* 91. ff. *de reg. jur.*

24 *l.* 17. §. 1. ff. *de adqu. hered.*

tibus liberisque petendæ bonorum possessionis tribuitur, in honorem [25] sanguinis videlicet: quia [26] artandi non erant, qui pene ad propria [27] bona veniunt. ideoque placuit, eis præstitui annum [28], scilicet ita moderate, ut neque ipsi urgerentur ad bonorum possessionis petitionem, neque bona diu jacerent. Sane nonnunquam urgentibus creditoribus interrogandi [29] sunt in jure, an sibi bonorum possessionem admittant: ut si repudiare se dicant, sciant creditores, quid sibi agendum esset: si deliberare se adhuc dicant, præcipitandi non sunt. §. 13. Si quis autem à patre suo impuberi filio sit substitutus: non intra annum, sed intra diem centesimum bonorum possessionem petere poterit. §. 14. Non solum autem, cum suo [30] nomine veniunt liberi parentesque, hoc eis tribuitur: verumetiam si servus ejus, qui ex liberis parentibusque est, heres institutus est, intra annum competit bonorum possessio; persona enim ea est, quæ meruit hoc beneficium, quæ petat. §. 15. Sed & si pater emancipati filii bonorum possessionem contra tabulas accipere velit, anni tempus ei competere constat. §. 16. Et generaliter air Julianus ex omnibus causis liberis parentibusque [31] intra annum bonorum possessionem competere.

25 Sanguini cuique honori aliquid merito indulgetur.

26 Quid judex ne potest minuere tempus alicui datum, vel adeundæ hereditati, vel petendæ bonorum possessioni, vel ad deliberandum? potest eo fini, ut detur curator bonis per quem satisfiat creditoribus. *Arg. l. 1. ff. de curat. bonis dand.* non ut successor excludatur. Atque judex ex causa tempus moderari, coercere, vel minuere posse videtur. *l. ad peremptorium. 68. ff. de judiciis.* Potest utique, sed ex causa; non passim tamen vel indefinite, uti putat Decius ad *l. 10. in fin. ff. de jure deliber. l. 9. in fin. C. de jure de ib.* ticuti nec facere potest, ut qui heres sit, heres esse desinat. vide Pyrrhum *disp.* 18. 27 Suos Græci inde αὐτοκληρονόμους appellant; quin dicuntur heredes non fieri, sed ἀναφαίνεσθαι. vide Cujac. *Instit. de hered. qualit. &* 30 *observ.* 29. adde *l.* 11. ff. *de liberis.* 28 *l. 4. C. qui admitti ad bonor.* 29 *l. 5. ff. de interrogationibus.* 30 *l. 2. ff. de hered. petit.* 31 Ulpian. 28. §. 10. §. 11. §. *ult.* 32 Proximioris gradus cognatus (pone frater) minor annis 25 bonorum possessionem agnovit unde proximi cognati, deinde beneficio ætatis restitutus est, ut se abstineret: inferioris gradus cognatus non admittitur. Cur? quia prior & proximior cognatus illum semel excluserit: nec regressus cuiquam est ad jus, quo semel excluso est. Quis igitur admitretur? fiscus, *hac l. & l. 1 ff. eod.* Putatque Albericus hodie hanc legem correctam esse, quod cognati hodie ab intestato succedant. *Novell.* 118. *cap.* 4. Cætera vide apud Alciat. 4 *Paradox.* 15. 33 Vide *l. 1. ff. eod.*

Tit. X.

DE GRADIBUS[1] ET AFFINIBUS, ET NOMINIBUS EORUM.

Divisio graduum cognationis. 2. An æque succedant, qui sunt ejusdem gradus. 3. De gradu primo. 4. Secundo, 5. Tertio, 6. Quarto, 7. Quinto.

I GAIUS lib. VIII ad Edictum provinciale.

GRadus cognationis alii superioris [2] ordinis sunt, alii inferioris, alii ex transverso, sive à latere. † *Superiorum ordinis* sunt parentes: *inferiorum*, liberi: *ex transverso, sive à latere*, fratres & sorores, liberique eorum. §. 1. Sed superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit: ex transverso sive à latere nullus est primus gradus, & ideo incipit à secundo. Itaque in primo [3] gradu cognationis superioris quidem & inferioris ordinis cognati possunt concurrere: ex transverso vero nunquam eo gradu quisquam concurrere potest. at in secundo & tertio, & deinceps in cæteris possunt etiam ex transverso quidam concurrere, & cum superioris ordinis cognatis. §. 2. Sed admonendi sumus, si quando de hereditate vel bonorum possessione quæramus, non semper eos, qui ejusdem gradus sint, concurrere. §. 3. *Primo* [4] gradu sunt supra, pater, mater: infra filius, filia. §. 4. *Secundo* [5] gradu sunt supra, avus, avia: infra, nepos, neptis: ex transverso, frater, soror. §. 5. *Tertio* [6] gradu sunt supra, proavus, proavia: infra, pronepos, proneptis: ex transverso, fratris sororisque filius, filia; & convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. §. 6. *Quarto* [7] gradu sunt supra, abavus, abavia. infra, abnepos, abneptis. ex transverso, fratris sororisque nepos, neptis: & convenienter patruus [8] magnus, amita magna, id est, avi frater & soror: avunculus magnus, matertera magna, id est, aviæ frater, & soror: item fratres patrueles, sorores patrueles, id est, qui, quæve ex duobus [9] fratribus progenerantur; item consobrini [10], consobrinæque, id est, qui quæve ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini; item amitini [11], amitinæ, id est, qui quæve ex fratre & sorore propagantur: sed fere vulgus istos omnes [12] communi appellatione consobrinos vocat.

§. 7. *Quinto* [13] gradu sunt supra, atavus, atavia. infra, adnepos adneptis. ex transverso, fratris & sororis pronepos, & proneptis: & convenienter propatruus, & proamita, id est, proavi frater, & soror: proavunculus, & promatertera, id est, proaviæ frater, & soror: item fratris patruelis, sororis patruelis filius, filia: & similiter consobrini, consobrinæ, item amitini, amitinæ filius filia: propior [14] sobrino, propior sobrina; isti sunt patrui [15] magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia.

1 Paul. 4 *sentent.* 11. de gradibus cognationum. 3 *Inst. 6. περὶ ἐκ γάμου συγγενείας.* 22 *Eclog. tit. 5.* de consanguinitate & affinitate, 4 *Decret.* 14.

2 *Inst. eod. Novell.* 118. *cap.* 1.

3 Vide *l.* 10. §. 12. *ff. eod.*

4 *d. l.* 10. §. 12.

5 *d. l.* 10. §. 13. *ff. eod.*

6 Vide *d. l.* 10. §. 14.

7 Vide *l.* 10. §. 15. *ff. eod.*

8 De quo in *l.* 10. §. 15. *ff. eod.*

9 Patrueles fratres, qui ex duobus fratribus nati. 2 *Gaius.* 8. §. 4.

10 Consobrini, qui ex duabus sororibus nati.

11 Amitini, qui ex fratre & sorore nati.

12 An amitinos tantum intelligit, non etiam patrueles? *Goth.* Vide Anton. Augustin. *emend. lib. 2. c. 5.*

13 Vide *d. l.* 10. §. 16.

14 Propiores sobrinis sunt hi, qui propiore gradu sunt, quam sobrini; quia sobrini sunt consobrinorum filii.

15 *l.* 10. §. 16. *ff. eod.*

16 *l.* 10. §. 17. *ff. eod.*

17 *Al.* tritavus, tritavia.

18 Item patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, qui ex fratribus, &c. Hotom. *observ.* 12. quod Cujacio displiceat, 14 *obs.* 11.

19 Undique propagati. Hotomann. 1 *obs.* 12.

20 Sobrinus est patris mei consobrini filius, & matris meæ consobrinæ filius. *Fest.* 21 *l.* 10. §. 18. *ff. eod.*

II. PAPINIANUS lib. VI Responsorum.

INferioris [32] gradus cognatus beneficium Edicti successorii non habuit, cum prior ex propria parte possessionem accepisset. Nec ad rem pertinuit, quod abstinendi facultatem ob auxilium ætatis prior cognatus acceperat. Igitur fisco vacantia [33] bona recte deferri placuit.

32 Sed hæc ultra eum gradum nomina inventa sunt. Paul. 4 *sent.* 11. §. 8.

23 *l.* 1. §. 1. *ff. unde cognati.*

24 Hodie una. *Nov.* 118. *cap.* 4.

25 *Al.* connectuntur. *Al.* continentur.

26 Vid. Revard. 5 *variar.* 1.

27 Vulgo quæsiti, si ex eadem matre, inter se cognati sunt naturæ.

28 Adgnatio per mares contingit.

29 *l.* 10 *ff. eod.*

30 Dixi ad Festum in *adfines.*

31 Et sponsalibus. *l. 7. ff. de cond. causa data.* Goth. Jure Canonico, non tantum justus, sed injustis seu invalidis. Imo etiam per stuprum seu fornicationem. *2. 3. & 4. extr. de sponsalib. cap. 1. in 6. eod. cap. discretionem. 6. & ibi Gloss. in verb. affinitas. extr. de eo qui cognov.* Ant.

32 Affines hæ personæ dicuntur, in *l. 17. C. de nupt.*

33 Imo sunt quidam. *l. 10. ff. eod.*

34 Vitricus, matris meæ, post obitum patris mei, maritus: de quo vide quædam apud Cujac. 9 *obs.* 18. & *l. 15. C. de nego.*

35 Vide Fest. in *privignum. l. 14. in fin. ff. de ritu.*

36 Socer, socrus, qui quæve generum vel nurum sibi sociat. 9 *Isid.* 6.

37 Gener generi augendo adscitus. *Isid. ibid.*

38 Id est, qui generum sibi sociat. vide Festum in *magnus socer.*

39 Magna socrus Festo.

40 Vid. Festum.

41 Primus natu.

42 Noverca, μητρυιά, nova patris uxor, *l. 14. §. 4. ff. de ritu.* locum parentis tenet. v. Cujac. 9 *obs.* 18. obsequium ei debetur a privigno. *l. 7. C. de obsequiis.* cum ea privignus contrahere nuptias non potest. *l. 17. C. de nupt.* 2 noverca novercale odium, *l. 4. ff. de inoff.* & ideo quidam ad *l. 5. ff. ubi pupill.* negant ei committendos effusa pupillos. in eam actio furti institui potest. *l. 11. C. de furt.* injustæ epitheton à poëtis novercæ attributum est. de vitrico vide quæ notavi ad *l 15. C. de nocentib.* Scripsi ad Festum in *Novercæ.*

43 ἀνδρόδλοξ. Joseph. Scalig. apud Festum.

44 Iliad. 3.

45 Vide Fest. in *Glos.*

46 Ἔλλος Festus.

47 Janitrices εὐ τῶν κόλικῶν γυναῖκες· ἢ σύννομοι. *veteres glossæ.* vide Hesychium & *gloss.* Italæmonis.

48 *l. 17. C. de nupt.* Goth. Hinc

III. GAIUS lib. VIII ad Edictum provinciale.

SExto [16] gradu sunt supra, triavus [17], triavia. infra, trinepos, trineptis. ex transverso fratris & sororis abnepos, abneptis, & convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater & soror: abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater & soror: [item patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis:] item fratris patruelis, sororis patruelis, consobrini, consobrinæ, amitini, amitinæ nepos, neptis: propatrui, proamitæ, proavunculi, promateterteræ filius filia: item [18] qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis undique propagantur [19], qui proprie sobrini [20] vocantur. §. 1. In septimo [21] gradu quam multæ esse possint personæ, ex his, quæ diximus satis apparet. §. 2. Admonendi tamen sumus, parentium liberorumque personas semper duplari: avum enim & aviam, tam maternos quam paternos intelligemus; item nepotes, neptesque, tam ex filio quam ex filia. quam rationem scilicet in omnibus deinceps gradibus supra infraque sequemur.

De gradibus ultra septimum. 1. Cognationum etymologia. 2. De naturali vel civili cognatione. 3. De affinibus. 8. De causis cognationis, vel affinitatis. 9. De libertinis. 10. De capitis deminutione.

IV. MODESTINUS lib. XII Pandectarum.

NOn facile autem, quod ad nostrum jus attinet, cum de naturali cognatione quæritur, septimum gradum quis excedit, * quatenus ultra eum fere gradum rerum natura cognatorum vitam consistere non patitur [22]. §. 1. Cognati ab eo duci putantur, quod [23] quasi una communiterve nati, vel ab eodem orti progenitive sint. §. 2. Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur [24]. Nam quædam cognationes jure civili, quædam naturali connectentur [25]: nonnunquam utroque jure concurrente, & naturali & civili copulatur cognatio. † Et quidem [26] naturalis cognatio per se sine civili cognatione intelligitur, quæ per fœminam descendit, quæ [27] volgo liberos peperit. † Civilis autem per se, quæ etiam legitima dicitur, sine [jure] naturali cognatio constitit per adoptionem. † Utroque jure consistit cognatio, cum justis nuptiis contractis copulatur. † Sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine appellatur: civilis autem [cognatio] licet ipsa quoque per se pleniſſime hoc nomine vocetur, proprie tamen adgnatio vocatur; videlicet quæ [28] per mares contingit. §. 3. Sed quoniam quædam [29] jura inter adfines quoque versantur, num alienum est hoc loco de adfinibus quoque breviter disserere? † *Adfines* [30] sunt viri & uxoris cognati: dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ * inter se * sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque conjungendæ adfinitatis causa fit ex nuptiis [31].

§. 4. *Nomina* vero eorum hæc sunt, socer, socrus, gener, nurus, noverca, vitricus, privignus [32], privigna. §. 5. *Gradus* autem adfinitati nulli [33] sunt. §. 6. Et quidem viri pater uxorisque, socer; mater autem eorum socrus appellatur: cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρός, mater vero ἑκυρά [vocitetur], uxoris autem pater πενθερός & mater πενθερά vocatur. † Filii autem uxor, nurus: filiæ vero vir gener appellatur. † Uxor liberis ex alia uxore natis noverca dicitur, mattris vir ex alio viro natis vitricus [34] appellatur: eorum uterque natos, aliunde privignos [35] privignasque vocant. † Potest etiam sic definiri socer [36], uxoris meæ pater, ego illius sum gener [37]. Socer [38] magnus dicitur uxoris meæ avus, ego illius sum progener. Et retro pater meus uxoris meæ socer est, hæc illi nurus: & avus meus, socer magnus est, illa illi pronurus. Item prosocrus [39] mihi uxoris meæ avia est, ego illius sum progener [40]. Et retro mater mea uxoris meæ socrus est, illa huic nurus: & avia mea socrus magna est, & uxor mea illi pronurus est. † Privignus [41] est uxoris meæ filius ex alio viro natus, ego [illorum] *vitricus.* & in contrarium uxor mea liberis, quos ex alia uxore habeo, *noverca* [42] dicitur, liberi mei illi privigni. † Viri frater, *levir*: is apud Græcos δαὴρ [43] appellatur, ut est apud Homerum [44] relatum. sic enim Helena ad Hectorem dicit:

Δᾶερ ἐμοῖ· κυνὸς κακομηχάνου ὀκριοέσσης. Id est,
Levir mei canu omnu mali causatricis horridæ.

† Viri soror *glos* [45] dicitur; apud Græcos, galos [46]. † Duorum fratrum uxores [*janitrices* [47]] dicuntur, apud Græcos εἰνάτερες. quod uno versu idem Homerus significat:

Ἦ πῆ ἐς γαλόων ἢ εἰνατέρων ὑψηλῶν. Id est,
Sive altecubi in glorium aut materum speciosis peplis.

§. 7. Hos itaque inter se, quod affinitatis causa parentium liberorumque loco habentur, matrimonio copulari nefas [48] est.

§. 8. Sciendum est, neque cognationem, neque adfinitatem esse posse, nisi nuptiæ [49] non interdictæ sint, ex quibus adfinitas conjungitur. §. 9. Libertini libertinæque inter se adfines esse possunt. §. 10. In adoptionem datus, aut emancipatus, quascunque cognationes adfinitatesque habuit, retinet: adgnationis jura perdit. sed in ea familia, ad quam per adoptionem venit, nemo est illi *cognatus* præter patrem, eove, quibus adgnascitur: adfinis autem ei omni no in ea familia nemo est.

§. 11. Is [50], cui aqua & igni interdictum est, aut aliquo modo capite [51] diminutus est, ita ut libertatem & civitatem amitteret, & cognationes & adfinitates omnes, quas ante habuit, amittit.

noverca viduo defunctæ privignæ nubere non potest. *l. 15. ff. de ritu nupt.* Berlich. *de jure noverc. part. 2. art. 3. sect. 4.* Anf. 49 §. 2 *ff. eod. l. 4. ff. unde cognati.* Goth. Secus Jure Canonico, dixi ad §. 3. *ff. eod.* Anf. 50 Dixi ad *l. 1. §. 2. de legat. 3.* 51 §. 6. *Inst. de capit. domin.*

52 Adde *l. 4. §. 10. ff. eod. l. 17. ff. de ritu. §. 2. vers. sed si qua. Inst. de nupt.* 53 *l. 14. §. 4. ff. de ritu.* 54 *l. 8. ff. eod.* 55 Imo non continentur. *l. 8. ff. eod. l. 4. ff. de parricidiis.*

56 *l. 4. §. 2 ff. eod.* vide *l. 13. §. 2. ff. de adult.* 57 Imo sponsalibus quis socer non fit. *l. 6. in fin. ff. eod. §. 9. Inst. de nupt.* 58 Imo sponsa filii nurus non est. §. 9. *Inst. de nupt.* 59 *l. 5. ff. de testib.* 60 Stemma cognationis, pictura & descriptio graduum & successionum. Tertullianus *cap.* 30 *de præscriptionib. num.* 17: Et Apellis *stemma* retractandum est, non tam vetus & ipse quam Marcion institutor ejus. Quo loco post Quintinum Pammelius, stemma Apellis falso accipit pro facinore Apellis insigni: Quippe Tertullianus illo libello de præscriptionibus nihil aliud agit, quam de origine, vetustate, nobilitate & genere: & ut ita loquar, hæreticorum. Jactabant enim se hæretici, quasi successores Apostolorum essent. Est & mihi alius notandus hac parte error Alciati, qui 4 *de verb. sign.* legendum censet *schemmata*, non *stemmata*. Imagines autem fuisse, quas veteres in armariis habuerint, non autem coronas. Atqui *stemmata* hoc loco perinde accipi oportet, ut illo Juvenalis loco *satyr.* 8: *Stemmata quid faciunt, quid prodest, Pontice, longo Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus Majorum?* &c. 61 *Directus limes* est perpendicularis à summo ad imum: cui opponuntur lineæ transversæ. Nam hic limes idem quod linea est. 62 Linea vocabulum interdum accipi simpliciter, effective, contentive, defective, conditionaliter, successive, ad conservanda fideicommissa, notat Simonius Prætensis. 3 *de interpr. tit. 3. dub. 1. sect. 11. n. 39.* & *seq.*

separantur: quarum altera superior [63], altera inferior; ex superiore autem & secundo gradu transversæ [64] lineæ pendent. quas omnes latiore tractatu habito in librum singularem conteximus.

De usu cognitionis graduum & affinium. 1. *De nomine cognationis.* 2. *De cognatis & adgnatis.* 3. *De suis.* 4. *Quid interfit inter adgnatos & cognatos.* 5. *De servili cognatione.* 6. *De cognatione & adgnatione.* 7. *De parentibus & liberis.* 8. *De transversalibus.* 9. *De gradibus dignoscendis.* 10. *Gradus unde dicuntur.* 11. *De enumeratione singulorum graduum.* 12. *Primi*, 13. *Secundi*, 14. *Tertii*, 15. *Quarti*, 16. *Quinti*, 17. *Sexti*, 18. *Et septimi.*

A. IDEM lib. singulari de gradibus & adfinibus, & nominibus eorum.

IUrisconsultus cognatorum gradus & adfinium [65] nosse debet: quia legibus hereditates [66] & tutelæ ad proximum quemque adgnatum redire consuerunt. Sed & Edicto Prætor proximo cuique cognato dat bonorum possessionem. † Præterea lege [67] judiciorum publicorum contra adfines & adgnatos testimonium [68] inviti dicere non cogimur. §. 1. Nomen cognationis à Græca voce dictum videtur. Συγγενὲς enim illi vocant, quos nos cognatos appellamus. §. 2. *Cognati sunt* [69], & quos adgnatos lex XII tabularum appellat: sed hi sunt per patrem cognati ex eadem familia. Qui autem per fœminas [70] conjunguntur, cognati tantum nominantur. §. 3. Proximiores ex adgnatis sui [71] dicuntur.

§. 4. * Inter * adgnatos igitur & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem: nam [72] qui est adgnatus, & cognatus est. non utique autem qui cognatus est, & adgnatus est: alterum enim civile [73], alterum naturale nomen est. §. 5. Non parcimus [74] his nominibus, id est, cognatorum, etiam in servis [75]. itaque parentes & filios, fratresque etiam servorum dicimus: sed ad leges serviles cognationes non pertinent. §. 6. Cognationis origo & per fœminas [76] solas contingit: frater enim est, & qui ex eadem matre tantum natus est. nam qui [77] eundem patrem habent, licet diversas matres, etiam adgnati sunt. §. 7. Parentes usque ad tritavum [78] apud Romanos proprio vocabulo nominantur: ulteriores, qui non habent speciale nomen, majores [79] [appellantur]. † Item liberi usque ad trinepotem, ultra hos, posteriores [80] vocantur. §. 8. Sunt & ex lateribus cognati, ut fratres, sororesque, & ex his prognati: item patrui, amitæ, & avunculi, & materteræ. §. 9. Nam quoties quæritur, quanto gradu quæque persona sit, ab eo incipiendum est, cujus de cognatione quærimus: & si ex inferioribus aut superioribus gradibus est, recta linea sursum versum, vel deorsum ten dentium, facile invenimus gradus, si per singulos gradus proximum quemque numeramus. nam [qui ei], qui mihi proximo gradu est, proximus est, secundo [81] gradu est mihi: *similiter enim accedentibus singulis crescit numerus.* † Idem faciendum in transversis gradibus: sic frater secundo gradu est: quoniam patris vel matris persona, per quos conjungitur, prior numeretur. §. 10. *Gradus* autem dicti sunt à similitudine scalarum [82], locorumve proclivium, quos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus. §. 11. Nunc singulos gradus numeramus. §. 12. *Primo* [83] gradu cognationis sunt [84] sursum versum duo, pater & mater, deorsum versum duo, filius & filia, qui tamen & plures esse possunt. §. 13. *Secundo* [85] gradu duodecim [86] personæ continentur hæ. Avus [87] hoc est, patris & matris pater: item avia, similiter tam paterna, quam materna. Frater quoque per utrumque parentem accipitur, id est, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut *per* utrumque, id est, ex utroque parente eodem: sed hic numerum non auget, quod nihil differt hic ab eo, qui eundem patrem habet tantum, nisi quod is eosdem cognatos, tam paternos, quam maternos habet: & ideo evenire solet in his, qui diversis parentibus nati sunt, ut qui meo fratri frater sit, meus cognatus non sit. pone *me* fratrem habere ex eodem tantum patre, illum habere ex eadem matre: illi inter se fratres sunt, mihi alter cognatus non est. Soror similiter numeratur, ut frater. Nepos quoque dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem est & in nepte. §. 14. *Tertio* [88] gradu personæ continentur triginta duæ [89]. Proavus, qui quadrifariter [90] intelligitur: est enim avi paterni, aut materni pater, item aviæ paternæ, aut aviæ maternæ pater. Proavia quoque quatuor personas complectitur: est enim aut avi paterni, aut aviæ paternæ mater: item avi materni, & similiter aviæ maternæ mater. † Patruus (is autem est patris frater), & ipse dupliciter intelligendus est, ex patre vel matre. Avia paterna mea nupsit patri tuo, peperit te; aut avia paterna tua nupsit patri meo, peperit me: ego tibi patruus sum, & tu mihi. Id evenit, si mulieres [91] altera alterius filio nupserit. nam qui ex his masculi nati fuerint, invicem patrui sunt; quæ fœminæ, invicem amitæ: item masculi fœminis similiter patrui, fœminæ illis amitæ. Si vir & mulier, ille filiam ejus duxerit, illa filio ejus nupserit: qui ex patre adolescentis nati erunt, ex matre puellæ natos, fratris filios, illi eos patruos & amitas appellabunt. † Avunculus est matris frater. eadem significatione, qua in patruo diximus, contigit, si duo viri alter alterius filiam duxerint, qui ex his masculi nati fuerint, invicem avunculi; quæ fœminæ, invicem materteræ erunt. & eadem ratione masculi puellis avunculi, & illæ illis erunt materteræ. †. Amita est patris soror, sicut supra accipiendi. † Matertera est [92] matris soror, similiter ut supra. † Illud notandum est, non, quemadmodum patris matrisque fratres & sorores, patrui, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita fratris sororisque filios filias nomen speciale cognationis habere: sed ita demonstrari, fratris sororisque filios filias. quod quidem & in aliis accidere, ex posterioribus apparuit [93]. Pronepos quoque & proneptis quadrifariter intelleguntur: aut enim ex nepote ex filio, aut ex nepote ex filia descendunt; aut ex nepte ex filio, aut ex nepte ex filia, propagantur. §. 15. *Quarto* [94] gradu personæ continentur octoginta [95]. Abavus [96], cujus intellectus in octo personas porrigitur: est enim proavi paterni aut materni pater, quos singulos duplici modo intelligendos diximus; aut proaviæ paternæ aut maternæ pater, quæ & ipsæ singulæ dupliciter accipiuntur. Abavia, & hæc octies numeratur: est enim proavi paterni aut materni; item proaviæ paternæ aut maternæ mater. Patruus [97] magnus est frater avi. qui avus, item frater cum duobus modis intelligitur: quatuor personas hoc nomen amplectitur: ut sit avi paterni vel materni frater, qui vel eodem patre, id est, proavo, vel tantum matre eadem, id est, proavia natus est. qui autem mihi patruus magnus est, is patri meo vel matri meæ patruus [98] est. Amita magna [99] est avi sororis: avus autem, item soror (ut supra diximus) dupliciter intelliguntur: & ideo hic quoque quatuor personas intelligimus. similiter quæ patris mei vel matris meæ amita est, mihi erit amita magna. Avunculus magnus est aviæ frater: quatuor personæ huic nomini eadem ratione subjectæ sunt. mihique is est avunculus magnus, qui patri meo vel matri meæ avunculus est. † Matertera magna est aviæ sororis. quatuor modis & hæc ob eandem causam intelligitur. ea, quæ patri meo vel matri meæ matertera est, mihi matertera magna vocatur. † Eodem gradu sunt & illi, qui vocantur fratres patrueles, item sorores patrueles [amitini, amitinæ], consobrini, consobrinæ. hi autem sunt, qui ex fratribus vel sororibus nascuntur: quod [100] quidam ita distinxerunt, ut eos quidem, qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles [1]; item eas, quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles; ex fratre autem, & sorore, amitinos [2], amitinas; eos vero & eas, qui quæve ex sororibus natæve sunt, consobrinos [3] consobrinas, quasi consororinos: sed plerique [4] hos omnes consobrinos vocant, sicut Trebatius. † Sub hac appellatione nominum personæ eadunt sedecim, hæ. Patrui filius, item filia: bifariam (sicut supra) numerantur. nam patris mei frater esse potest, vel ex patre solo [5], vel etiam ex matre sola. Amitæ filius, item filia: Avunculi filius, item filia: Materteræ filius, item filia. amita, avunculo, matertera, acceptis duplici intellectu secundum eandem rationem. Fratris sororisque nepos ac neptis eodem gradu sint. Sed & frater, item soror, neposve & neptis, dupliciter accepti continebunt personas sedecim, sic: Fratris eodem patre nati nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eadem matre, alio patre nati, nepos ex filio, nepos ex filia. Fratris eodem patre nati neptis ex filio, neptis ex filia. Fratris alio patre, eadem matre nati, neptis ex filio, neptis ex filia. eademque causa octo personæ efficient, ut aliæ octo accedant ex sorore natorum nepotes neptesque: & similiter numerantur à nobis. fratris autem mei nepos neptisque me patruum magnum appellant: sororum fratrumque meorum nepotes neptesque, item mei inter se, consobrini sunt. Abnepos, abneptis: hi sunt pronepotis proneptis filius filia, nepotis neptisve nepos neptis, filii filiæve pronepos proneptis; nepote vel ex filio nato, vel ex filia, nepte vel ex filio nata vel ex filia acceptis: ut ad singulas personas gradu descendamus, sic: Filius, nepos, pronepos, abnepos. Filius, nepos, pronepos, abneptis. Filius, nepos, proneptis, abnepos. [Filius, nepos, proneptis, abneptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos. Filius, neptis, pronepos, abneptis. Filius, neptis, proneptis, abnepos. Filius, neptis, pronepos, abneptis. Similiter hæ personæ enumerabuntur propositæ filiæ, & sic fient sedecim.

§. 16. *Quinto* [6] gradu personæ continentur centum octoginta-quatuor 7. Atavus scil. & atavia. atavus est abavi * vel * abaviæ pater, proavi vel proaviæ avus, avi aviæque proavus, patris vel matris abavus. hujus appellatio personas complectitur sedecim, enumeratione facta eam per mares, quam per fœminas: ut sic ad singulas perveniamus: Pater, avus, proavus, abavus, atavus. Pater, avus, proavus, abavia, atavus. Pater, avus, proavia, abavus, atavus. Pater, avus, proavia, abavia, atavus. Pater, avia, proavus, abavus, atavus. Pater, avia, proavus, abavia, atavus. Pater, avia, proavia, abavus, atavus. Pater, avia, proavia, abavia, atavus. similiter matris persona proposita numeratio fiet. Atavia totidem personas continet eadem ratione numeratas, id est, sedecim. Patruus [8] major, est proavi frater, patris vel matris patruus magnus: sub hoc nomine erunt personæ octo, & sic enumerabuntur. Pater, avus, proavus, abavus, frater proavi. Pater, avus, proavus, abavia, frater proavi. Pater, avia, proavus, abavus, frater proavi. Pater, avia, proavus, abavia, frater proavi. † Totidem erunt, matris persona & proavo ejus propositis. † Ideo autem fratrem 9 proavi enumerantes ante [10] abavum ponimus, quod (ut supra significavimus) non [11] aliter venietur [12] ad eum, de quo quæritur, nisi per eos transitum erit, ex quibus nascitur [13]. † Avunculus [14] major: is est proaviæ frater, patris vel matris avunculus magnus. eadem denumeratione hic quoque octo personas comparabimus: hoc tantum immutato, ut is frater proaviæ ponatur. Amita [15] major: ea est proavi soror, patris vel matris amita magna. quod ad numerum & expositionem personarum, eadem erunt: immutato hoc, ut proavi soror ad extremum ponatur. Matertera major: hæc est soror proaviæ, patris vel matris matertera magna. numerus personarum idem est, ut in noviſſimo ponatur proaviæ soror. Hos omnes à patruo majore, quos retulimus, quidam appellant ita: Propatruus [16], proavunculus, proamita, promatertera. quos tamen ego ita nomino, illi contra fratris vel sororis proneporem me demonstrant. † Patrui magni filius filia: hi sunt avi fratris filius filia, proavi aut proaviæ nepos neptis ex filio [filia], patris vel matris consobrinus consobrina. octo personas & hic computabimus, quod avus & frater (ut jam dictum est) dupliciter accipiuntur: & ideo patrui magni filius quatuor implet, totidem filia. Amitæ magnæ filius filia: hi sunt avi sororis filius filia, proavi proaviæ nepos neptis ex filia, patris vel matris consobrinus consobrina. numerus personarum idem qui supra. Avunculi magni filius, filia: hi sunt aviæ fratris filius filia, proavi aut proaviæ nepos neptis ex filio, patris vel matris consobrinus aut consobrina. numerus idem. Materteræ magnæ filius filia: hi sunt aviæ sororis filius filia, proavi proaviæ nepos neptis ex filia, patris vel matris consobrinus consobrina. computatio eadem. † Personæ, quas enumeravimus à patrui magni filio, ei, de cujus cognatione quæritur, propius sobrinis vocantur. nam (ut Massurius ait) quem quis appellat *propiorem* [17] *sobrino*, qui est patris matrisve consobrinus aut consobrina: ab eo consobrini consobrinæve filius filia nominatur. † Patrui nepos, neptis: hi sunt avi paterni vel aviæ paternæ pronepos proneptis ex nepote vel ex nepte filio natis, consobrini consobrinæ filius filia. octo personas continebunt: quatuor nepos: quatuor neptis: quia & patruus dupliciter accipitur, & nepos vel neptis sub singulis patruorum personis duplicatur. Amitæ nepos vel neptis: hi sunt avi paterni vel aviæ paternæ pronepos proneptis ex nepote vel nepte filia natis, consobrini consobrinæ filius filia. numerus idem est. Avunculi nepos neptis: hi sunt avi materni vel aviæ maternæ pronepos proneptis. cætera eadem, quæ in patrui nepote vel nepte [Materteræ nepos neptis: hi sunt avi materni, vel aviæ maternæ pronepos proneptis ex nepote, vel nepte filia natis. personarum numerus idem]. † His omnibus quos ad [18] patrui nepotem [19] proposuimus, is, de cujus cognatione quæritur, propius sobrino est: nam patris vel matris

63 *l.* 1. §. *ult. eod.*
64 Transversa linea à secundo gradu incipit: & oritur ex superiore. In infirmiori nulla est linea transversa: hæc etiam dicitur obliqua & lateralis. Salvianus 3 *ad Ecclesiam.* Non solum, inquit, ut aiunt, ex directo, sed etiam ex obliquo & ex transverso venientibus res propriæ facultatis addicuntur. vide Cujac. apud Paul. 4 *sent.* 11. §. 1.
65 Atqui superius dixit nullos esse adfinium gradus. *l.* 4. §. 5. §. *eod.* Goth. *Adfinium*: subaudi nomina, nisi ita scriptum fuisse mavis. tituli enim & hujus legis inscriptio eadem est, non *de gradibus affinium*, qui nulli sunt, sed *de gradibus cognatorum* scilicet, & *de affinibus, & nominibus eorum*, non de gradibus: nisi per gradus intelligas distantias unius personæ ad aliam, quibus quis remotior aut proximior sit affinis, eodem quo consanguinitas numeratur ordine ac modo. *S. L.*
66 Graduum cognitio prodest ad hereditates, tutelas, bonorum possessiones, testimonia, *ut hic.* adde & ad matrimonia.
67 V. quæ scripsi de lege Julia judiciorum publicorum ad *l.* 4. §. *de testib.*
68 Testimonium adversus adgnatum aut affinem nemo invitus dicere in publico judicio cogitur.
69 Imo non sunt, *l.* 5. §. *unde legitimi.* adde Ulp. 11. §. 4. *l.* 195. §. *de verb. sign.*
70 *l.* 7. §. *de legit. tut.*
71 Sui cur dicuntur, qui proximiores ex agnatis? v. *l.* 12. §. *de suis.*
72 *l.* 5. §. *unde legitimi.*
73 *l.* 4. §. 2. §. *eod.*
74 Non fit tamen frequenter. *l.* 4. §. *eod.*
75 *Inst. de servili cognatione.*
76 V. *l.* 1. §. 2. §. *unde cognati.*
77 Etiam fœminæ. Nam soror inter fœminas sola adgnata est.
78 Imo in infinitum. *l.* 1. §. 1. §. *de legat. præstand.*
79 Majores, qui ultra tritavum.
80 Posteriores, qui ultra trinepotem. Posteros appellari ultra filiorum gradum Caligula dicebat, teste Suetonio.
81 Jure Civili: Canonico vero, secundo gradu. sed in statutis quoties graduum fit mentio, gradus dinumerandi sunt ex Civili Jure, non ex Canonico. *Bartol. hic.*
82 Et ideo adscendentes & descendentes appellati. Gradus cognationum vetustissimam descriptionem v. apud Cujac. 6 *obs.* 40.
83 *l.* 1. §. 3. §. *eod.* §. 1. *Inst. eod.* Paul. 4 *sent.* 11. §. 1.
84 Primus gradus continet quatuor personas.
85 *l.* 1. §. 1. §. 4. §. *eod.* §. 2. *Inst. eod.* Paul. 4 *sentent.* 11. §. 2. 86 Secundus gradus continet duodecim personas. 87 Vide Festum *in Avus.* 88 *l.* 1. §. 5. §. *eod.* §. 3. *Inst. eod.* Paul. 4 *sent.* 11. §. 3.
89 Tertio gradu continentur personæ 32. 90 Quadrifariter dixit, ut infra quadrifariam, τριχῶς, τριχαχῶς, & ut plurifariam, in *l.* 5. §. 12. §. *de jur. immunitatis.* 91 Si mulier.
92 Vide Festum *in matertera.* 93 *Al.* apparebit. 94 *l.* 1. §. 6. §. *eod.* §. 4. *Inst. eod.* Paul. 4 *sent.* 1. §. 4. 95 Quarto gradu continentur personæ octoginta. 96 Vide Festum.
97 *l.* 1. §. 6. §. *eod.*
98 Vid. Ferrett. 2 *explic.* 11.
99 *l.* 17. §. 2. §. *de ritu.* Ulp. 4 4 4.
100 *Al.* quæ.
1 Patrueles mihi sunt patrui mei filii.
2 *Amitini, amitæ mea filii.*
3 Consobrini mihi sunt avunculi & materteræ meæ filii: matrueles vero materteræ filius, & quæ *l.* 1. §. *de appellat.*
4 Id est, valgus. *l.* 1. §. 6. *Inst.* §. *eod.*
5 *Al.* eod.
6 *l.* 1. §. 7. §. *eod.* §. 5. *Instit. eod.* Paul. 4 *sent.* 11. §. 5.
7 Quinto gradu continentur personæ 184, alii legunt 192.
8 Vide Festum in *Major patruus.*
9 Id est, patruum majorem.
10 Id est, prius abavum numeramus.
11 Hæc verba satis ostendunt, quemadmodum faciendo ita dinumeratio gradus fiat. A filio ad patrem pervenitur [illegible]: à nepote ad avum pervenitur per patrem: ad abavum vel proavum: ad patruum majorem per abavum. Nam abavi filii sunt meus proavus & propatruus.
12 *Al.* pervehitur.
13 Nam semper spectanda est persona à qua quis generatur.
14 Vide Festum in *Major avunculus.*
15 Vide Festum in *Major amita.*
16 In his nominibus particulare gradum adjicit, & sic in adfinitatis linea dicitur professer, progener, prænurus. *l.* 4. §. 6. §. *eod.*
17 Nullibi apertius exprimitur quid sit propior sobrino; propior consobrino est natus consobrinus. *v.a. C. unde legitimi. l.* 1. *in fin.* §. *eod.* vide *l.* 2. §. *comm. de successionibus.* Festum in *Propiore sobrino.*
18 *Al.* a.
19 *Al.* nepote.

eorum consobrinus est. † Fratris pronepos, proneptis: continebunt hi personas sedecim, fratre dupliciter, & pronepote, & pronepte singulis quadrifariam (ut supra demonstravimus) acceptis. Sororis pronepos, proneptis similiter sedecim personas continent. Adnepos, adneptis: hi sunt abnepotis vel abneptis filius filia, pronepotis vel proneptis nepos neptis, nepotis vel neptis pronepos proneptis, filii vel filiæ abnepos abneptis. numerabuntur sub hac appellatione triginta duo personæ: quia abnepos sedecim habet, & totidem abneptis. §. 17. *Sexto* [20] gradu continentur personæ quadringentæ quadraginta octo [21], hæ: Tritavus. est autem tritavus patris & matris atavus, avi vel aviæ abavus, proavi proaviæ proavus, abavi vel abaviæ avus, atavi vel ataviæ pater, dictus quasi tertius [22] avus. personas autem complectitur triginta duo: geminetur enim necesse est numerus qui in atavo fuit, immutatione per singulas personas propter ataviam facta; ut sedecies tritavus intelligatur atavi pater, & totiens ataviæ. Tritavia similiter numerata faciet personas triginta duo. Patruus maximus. is est abavi frater, atavi & ataviæ filius, patris vel matris patruus major. personas continebit sedecim, sic: Pater, avus, proavus, abavus, atavus, abavi frater. Pater, avus, proavus, abavus, atavia, frater abavi. Pater, avus, proavia, abavus, atavus, frater abavi. Pater, avus, proavia, abavus, atavia, frater abavi. Pater, avia, proavus, abavus, atavus, frater abavi. Pater, avia, proavus, abavus, atavia, frater abavi. (Pater, avia, proavia, abavus, atavus, frater abavi). Pater, avia, proavia, abavus, atavia, frater abavi. † Totidem erunt matris appellatione proposita. † Avunculus maximus: is est abaviæ frater, patris vel matris avunculus major. & numerus idem, & personarum expositio eadem, quæ supra: hoc duntaxat immutato, ut pro abavi fratre, abaviæ fratrem ponas. Amita maxima: ea est abavi soror, patris vel matris amita major. cætera, ut in patruo maximo, immutato hoc tantum, ut, ubi est abavi frater, ponatur abavi soror. Matertera maxima: ea est abaviæ soror, patris vel matris matertera major: cætera ut supra, ad extremum duntaxat pro abaviæ fratre proposita abaviæ sorore. Hos omnes quos à patruo maximo posuimus, quidam his nominibus designant: Abpatruus [23], abavunculus [24], abamita [25], abmatertera [26]: itaque & nos indifferenter hos ponemus. quos ego autem appello abpatruos, abavunculos, abamitas, abmaterteras, illi me demonstrant fratris sororisque abneporem. † Patrui majoris filius filia: Hi sunt proavi fratris filius filia, abavi, abaviæ per proavum nepos neptis ex filio. personæ sub hoc erunt sedecim: enumeratione sic ducta, ut in quinto gradu, cum patruum majorem demonstraremus, fecimus: adjecto duntaxat filio, filia: quia filius patrui majoris totidem necesse est personas complectatur, quot patruus major, id est, octo: totidem ex filiæ persona computatis, is numerus efficietur, quem supra posuimus. Amitæ majoris filius filia. hi sunt proavi sororis filius filia, abavi abaviæ per proavum nepos neptis ex filia. & hic eadem ratione personas dinumerabimus totidem. Avunculi majoris filius filia. hi sunt [proavi] proaviæ fratris filius filia, abavi, abaviæ per proaviam nepos neptis ex filio. eadem hic dinumeratio facienda est, quæ in patrui majoris filio filia. Materteræ majoris filius filia. hi sunt proaviæ sororis filius filia, abavi abaviæ per proaviam nepos neptis ex filia: circa numerum personarum & expositionem, ut supra. † Hi omnes, quos proposuimus à patrui majoris filio, avo aviæ [esse] ejus, de cujus cognatione [27] quæritur, fratribus & sororibus eorum, consobrini, consobrinæve sunt: at patri matrique ejusdem, fratribusque & sororibus utrius eorum propius sobrinis. † Patrui magni nepos vel neptis, amitæ magnæ nepos vel neptis, avunculi magni nepos vel neptis, materteræ magnæ nepos vel neptis. hæc singula nomina continent personas sexaginta quatuor. nam cum patrui magni (verbi gratia) persona quadrifariam intelligatur, nepotis bifariam: geminatur is numerus nepote duntaxat adnumerato, & quadruplatur is qui geminatus erat: duplicatur etiam nepte computata. & tantum unius denumerationem proponimus exempli gratia: Pater, avus, proavus: frater avi, qui est patruus magnus: filius ejus: nepos ejusdem ex filio, item neptis. Pater, avus, proavia, frater avi, qui est patruus magnus, filius ejus, nepos [ejus] ex filio, item neptis (Pater, avus, proavus, frater avi, qui est patruus magnus, filia ejus, nepos ejusdem ex filia, item neptis). Pater, avus, proavia, frater avi, qui est patruus magnus, filia ejus, nepos ejusdem ex filia, item neptis. totidem & eadem ratione exponuntur matris nomine antepositio, id est, ut avi materni fratris nepotes & neptes computemus: item in amita magna, id est, avi sororis nepotes neptesque enumerabimus: idemque in avunculo magno, id est, aviæ fratris: eadem ratione in materteræ magnæ, id est, aviæ sororis. ex quibus universus numerus completur sexagintaquatuor. † Hi omnes proavi aut proaviæ ejus, de cujus cognatione quæritur, pronepotes & proneptes: ejusdem avi aviæve fratris sororisve nepotes nepteſve. & contra, eorum ejusdem avus avia, patruus magnus, amita magna, avunculus magnus, matertera magna. erunt autem pater materve ejusdem, fratresque, & sorores utrius, eorum propius sobrini: ipse his sobrinus [28] est, & invicem huic illi sobrini. † Patrui pronepos, patrui proneptis, continent personas octo: nam utriusque sexus fiunt sedecim, sic: Pater, avus, patruus, filius patrui, nepos ejusdem ex filio, pronepos ejusdem ex nepote filio nato, item proneptis. Pater, avia, patruus, filius patrui, nepos ejusdem ex filio, pronepos ex nepote filio nato, item proneptis. Pater, avus, patruus, filia patrui, nepos ejusdem ex filia, pronepos ex nepote filia nato, item proneptis. Pater, avia, patruus, filia patrui, nepos ejusdem ex filia, pronepos ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, avus, patruus, filius patrui, neptis ejusdem ex filio, pronepos ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, avia, patruus, filius patrui, neptis ejusdem ex filio, pronepos ex nepte filio nata, item proneptis. Pater, avus, patruus, filia patrui, nepos ejusdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata, item proneptis. Pater, avia, patruus, filia patrui, neptis ejusdem ex filia, pronepos ex nepte filia nata, item proneptis. Amitæ pronepos, proneptis. totidem personas eadem ratione & is continet: [tantum] pro patruo amita sumpta. [Item], Avunculi pronepos, proneptis: item pro patruo avunculo posito. Materteræ pronepos, proneptis: & hic, ubi patruus positus est, matertera enumerata, eundem numerum personarum inveniemus. † Hi omnes ejus, de cujus cognatione quæritur, consobrinorum nepotes nepteſve sunt. † Fratris sororisque abnepos, abneptis: efficiunt personas sexaginta quatuor, ut ex suprascriptis apparere potest. Trinepos, trineptis: hi sunt filii filiæve adnepos adneptis, nepotis neptis abnepos, abneptis, pronepotis proneptisve pronepos proneptis, abnepotis abneptisve nepos neptisve, adnepotis adneptis filius filia. hæ appellationes demonstrant personas sexaginta quatuor: nam triginta duo trinepos complet, totidem trineptis. ab nepote enim numerus quadruplatus in se efficit triginta duo: ipso nepote duas significante, pronepote quatuor, abnepote octo. adnepote sedecim. his accedunt trinepos trineptis, una ex atnepote [nati], altera ex adnepte. per singulos autem gradus ideo geminatio fit, quia maribus adjiciuntur fœminæ, ex quibus proximus quisque progenitur [29]. & numerabuntur sic: Filius, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, proneptis, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, proneptis, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, proneptis, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, proneptis, abneptis, adnepos, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abnepos, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, nepos, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filius, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis. Filia, neptis, pronepos, abneptis, atneptis, trinepos, item trineptis.

§. 18. *Septimo* [31] gradu personæ continentur mille [32] viginti-quatuor, hæ: Tritavi, itemque tritaviæ patrer, mater. personas efficiunt centum viginti octo. tritavi enim patres tot sunt, quot ipsius tritavi: item ejusdem matres totidem: fiunt sexaginta quatuor. idem numerus tritaviæ patris, matrisque. Atavi ataviæ frater, sororve. hi sunt tritavi filius, filia: abavi, abaviæve patruus, avunculus, amita, matertera: proavi proaviæ patruus magnus, avunculus magnus, amita magna, matertera magna: avi aviæve propatruus, proavunculus, proamita, promatertera. [Patris vel matris abpatruus, abavunculus, abamita, abmatertera]. fiunt personæ atavi fratris trigintaduo: nam sedecim, quas atavus explet, accedant totidem propter fratris duplicem personam, necesse est. nam sedecim fratres atavi ex patre computentur, *&* sedecim ex matre. similiter atavi sorores trigintaduo: fiunt sexaginta quatuor: & totidem ataviæ fratris, item sororis. † Patrui maximi filius, filia: hi sunt atavi nepos, neptis ex filio, abavi fratris filius, filia. Amitæ maximæ filius, filia: hi sunt atavi nepos neptis ex filia, abavi sororis filius, filia. Avunculi maximi filius, filia: hi sunt atavi nepos, neptis ex filio, abaviæ fratris filius, filia. Materteræ maximæ filius, filia: hi sunt atavi nepos, neptis ex filia, abaviæ sororis filius, filia. ' † Hæ omnes personæ, quas à patrui maximi filio enumeraverimus, proavi proaviæque ejus, de cujus cognatione quæritur, consobrinæ sunt: avi, aviæque ejusdem propius sobrinis. Singulæ appellationes continent personas sedecim: quia cum patruus maximus sedecim efficiat, filius ejus eandem habet enumerationem, totidemque filia. & fit ex omnibus, quas à patrui maximi filio comprehendimus, ductis per octo sedecies, centum viginti octo. † Patrui majoris nepos personas continet sedecim. est enim abavi abaviæ pronepos: & cum abavus octiens numeretur, nepotes bis octiens computati suprascriptum numerum efficiunt. Patrui majoris neptis item. Avunculi majoris nepos neptis, eadem ratione personas complebunt trigintaduo. Amitæ majoris nepos neptis, eadem ratione item. Materteræ majoris nepos neptis item. Et sic ex omnibus coÆguntur centum viginti octo. His personis avus avia ejus, de cujus cognatione quæritur, propius sobrinis sunt: pater, mater, sobrinus, sobrina: is, de cujus cognatione quæritur, sobrino natus est. hic proximo nomine definitur parentis sui sobrinus [33], ut Trebatius ait: rationem quoque nominis hanc reddit, quod ultimi [34] cognationum gradus sobrinorum fiunt. itaque sobrini filium recte proximum nomen: ab eo ipso hujus sobrini filius dicetur. & ideo eos qui ex sobrinis nati sunt, inter se proximum [35] nomen appellare: hos enim [36] nullum proprium habere nomen quo inter se vocentur. † Patrui magni pronepos proneptis. Avunculi magni pronepos proneptis. Amitæ magnæ pronepos proneptis. Materteræ magnæ pronepos proneptis. Ex his omnibus centum viginti octo personæ efficiuntur: qua [37] singulæ appellationes sedecim complent. nam cum (exempli gratia) patruus magnus quadrifariam intelligatur, ad singulorum patruorum magnorum personas quadruplicatus pronepos, item proneptis, triginta duo personas reddet: totque quater numeratæ illam, quæ proposita est, summam efficiunt. Eorum patres, matresque ei, de cujus cognatione quæritur, sobrini sobrinæque sunt, ipsæ autem iisdem sobrino sobrinave natus. † Patrui abnepos abneptis. Avunculi abnepos, abneptis. Amitæ abnepos, abneptis. Materteræ abnepos, abneptis. hæc singula vocabula senas denas continent personas: verbi enim gratia, patrui abnepos sic enumerabitur, ut bifariam patruo accepto quater pronepos, totiens proneptis ducatur, & sic ad eorum filios veniatur sedecies computatos. eadem ratione ad filiam: item in cæteros. & per hoc ex omnibus efficietur numerus personarum centum viginti octo. Hi sunt ei, de cujus cognatione quæritur, consobrinorum pronepotes proneptesque. Eorum, de cujus cognatione quæritur, patrui maximi, avunculi maximi, amitæ maximæ, materteræ maximæ filius, filia. Item proavi proaviæ consobrinus. † Fratris sororisque adnepos, adneptis. personas continent centum viginti octo. Trinepotis filius, item filia: trineptis filius, item filia. hi centum viginti octo fiunt: quod, cum trinepos trineptisque (ut supra demonstravimus) sexaginta quatuor impleant, filius eorum eadem enumeratione totidemque filia computabitur.

20 *l.* 3. §. *ult. cod.* § 6. *Inst. eod.* Paul. 4 *sent.* 11. §. 6.

21 Sextus gradus continet personas 448.

22 Tritavus, tertius avus.

23 Abavi frater. *l.* 3. §. *cod.*

24 Abaviæ frater. *d. l.* 3.

25 Abavi soror. *d. l.* 3.

26 Abaviæ soror. *d. l.* 3.

27 Ab eo semper est incipiendum: nam quoties quæritur quoto gradu quæque persona sit, ab ea incipiendum est, de cujus cognatione quærimus. §. 9. §. *cod.*

28 Sobrini Græcis ἀνεψιαδελφοι & βάτριροι ἐξαδελφοι. Consobrini, ἐξαδελφοι, & πρωτεξαδελφοι. Sobrinorum filii τριτεξαδελφοι. vide Cujac. 4 *sent.* Paul. 11. §. 6.

29 Progignitur. *Haloand.*

30 Filia, neptis, pronepos. *Hal.*

31 *l.* 3. §. 1. §. *cod.*

32 Septimus gradus continet 1224 personas: atque ita reperiuntur in hoc universo semimate personæ 1784. Ultima septimi gradus nomina nec reperta sunt: nec evenire potest, ut vita succedentibus in id tempus porrigi possit. Paul. 4 *sent.* 11. §. *ult.*

33 Parenti sui sobrino, Ant. August. 2 *emend.* 5.

34 Ideoque qui post sobrinos reperiuntur, vocantur sobrino nati: propriis nominibus non appellantur. vide Paul. 4 *sent.* 11 § 7.

35 Proximum nomen sobrino quod est? sobrini filius.

36 Post sobrinos cognati nullum proprium nomen habent, sed circumlocutione quadam adsumpta vocantur, sobrinorum filii, nepotes, pronepotes, & deinceps.

37 *Al.* quia.

Tit. XI.

UNDE [1] VIR ET UXOR [2].

De matrimonio justo vel injusto. 1. Quo tempore, an sit uxor, spectatur; & de divortio.

1. Ulpianus lib. xlvii ad Edictum.

UT bonorum possessio peti possit, *unde vir & uxor*, justum esse matrimonium oportet [3]: cæterum si injustum [4] fuerit matrimonium, nequaquam bonorum possessio peti poterit. quemadmodum nec ex testamento adiri hereditas [5], vel secundum tabulas peti bonorum possessio potest:* nihil [6] enim capi propter injustum matrimonium potest. §. 1. Ut autem hæc bonorum possessio locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore. sed si [7] divortium quidem secutum sit, verumtamen [8] jure durat matrimonium: hæc successio locum non habet. Hoc autem in hujusmodi speciebus procedit: liberta ab invito patrono divortit, Lex Julia [9] *de maritandis ordinibus* retinet istam in matrimonio, dum eam prohiberet alii nubere invito [10] patrono; item *Julia de adulteriis*, nisi certo [11] modo divortium factum sit, pro infecto habet.

1 vi C. xviii. & 45 *Eclog.* 5. *l.* 9. *in fin. ff. de legat.* 3.

2 Succedunt sibi invicem, scilicet. Vir & uxor invicem sibi succedunt ab intestato mulieris relictis liberis, aut parentibus & cognatis, τὰ δημόσια ἀποκλειομένων, id est, *fisco exclusis. Eclog.* 45. *tit.* 5. Hinc *l. ultim. C. de legit. her. Fisco nostro jura matrimonii præponimus.* Olim etiam succedebat viro uxor, quæ in manum viri convenerat: succedebat, inquam, ut filius. Quid uxor defuncti? num excludit collegium decurionum in quo maritus ipse fuit? Ait Alberic. *hic. & l.* 1. *C. eod. l.* 11 *C. de her. decur.* 3 Sic ubi injustum est matrimonium, ibi nulla dotis, aut donationis exactio. §. 12. *Inst. de nupt.* Goth. Vide Bald. *cap. juravit.* & ibi Felin. *de probat. & in l.* 1. *C. de condict. ob caus.* Chassan. *consil.* 49. *& ad consuetud. Burg. tit. des droicts appartenans à gens mariés.* §. 2. *verb. feminæ. num.* 5. Anf. 4 Injustum est matrimonium quod contractum est, non observatis legibus. 5 *l.* 27. *ff. de usu & usufr. leg. l.* 13. *ff. de his, quæ ut indign.* 6 *l.* 9. *C. communia de successionib.* 7 Hinc colligunt, communionem & societatem conjugum inter se huic successioni locum dedisse: eum divortio facto, non sit locus huic Edicto. Decius tamen putat societatem illam inter conjuges vim atque effectum consequi in iis tantum quæ matrimonii ipsius sunt, puta conjunctione & similibus: at non in aliis, puta patria potestate, origine, conditione, successione. sed hæc non obstant. Nam in aliis rebus quæ extra ipsum matrimonium sunt, communio ipsa conjugum aliquid præstat, ut in accusatione, *l. adversus.* 4. *C. de crimine expilatæ hered.* in donationibus, *l.* 1. *ff. de donat. inter virum.* vide Pyrrhum *disputat.* 19.

8 Divortium esse potest, & tamen jure durare matrimonium. 9 *l.* 7. *in fin. C. de operis libert.* 10 *l.* 10. *ff. de divortiis.* 11 Certa formula. v. *l.* 29. *ff. de divortiis. l.* 43. *ff. de adulteriis.*

Tit. XII.

DE VETERANORUM [1], ET MILITUM SUCCESSIONE [2].

De pœna capitali.

1. Macer lib. ii de re militari.

MIliti 3, qui capite puniri meruit, testamentum facere concedendum 4 Paulus & Menander scribunt: ejusque bona intestati, si punitus sit, ad cognatos ejus pertinere 5; si tamen ex militari [6] delicto non ex communi punitus est.

De intestato & de bonu castrensibus.

II. Papinianus lib. xvi Responsorum.

BOna militis intestati defuncti castrensia fisco non vindicantur, cum heres legitimus ad finem quinti gradus extitit 7, aut proximus [8] cognatus ejusdem gradus intra tempus possessionem acceperit.

1 Veterani sunt, militia missione honesta dimissi.
2 Quæ jura specialia habet a successione paganorum.
3 An id quasi militi competit?
4 *l.* 11. *ff. de test. milit.*
5 Quod non est in paganis, *ff. tit. de bonis damn.* Quanquam quæ hic dicuntur, hodie etiam locum habent in paganis. v. *ibi* quæ notavi.
6 Dixi ad *l.* 14. *C. de testam. milit.*
7 *l.* 6. § 7. *verf. quam distinctionem. ff. de injusto.* 8 Id locum habet in milite damnato. In non damnato, militi ab intestato succedunt cognati usque ad septimum gradum: & post eos legio ac vexillatio. *l.* 6. § 7. *in fin. ff. de injusto. l.* 2. *C. de hered. decurionum.*

Tit. XIII.

QUIBUS [1] NON COMPETIT BONORUM POSSESSIO [2].

Si heredis instituti dominus aut pater dolo fecerit, ne testamentum mutaretur.

1. Julianus lib. xxviii Digestorum.

SErvo meo herede instituto, dolo feci, ne [3] testamentum mutaretur, eumque postea manumisi. Quæsitum est, an actiones ei denegandæ essent? Respondi: Hic casus verbis Edicti non continetur: sed æquum est, si dominus dolo fecerit, ne testamentum mutaretur, quo servus ejus heres scriptus erat, quamvis manumissus adierit hereditatem, ei denegari: cum 4 etiam emancipato filio denegetur, si pater dolo fecerit, ne testamentum mutaretur.

1 Vide in hunc locum Cujac. 11 *obs.* 14.
2 Eis qui renunciarunt, qui tempore sunt exclusi, qui se indignos ea reddiderunt.
3 *l.* 1. § 1. *ff. si quis aliquem testari.*
4 Argumentum à manumittente servum domino, ad patrem filium emancipantem, vide *l.* 1. *ff. si quis à parente manumiss.*

Tit. XIV.

UT EX LEGIBUS SENATUSVECONSULTIS BONORUM POSSESSIO DETUR [1].

Edictum. 1. De bonorum possessione adgnita ex alia parte Edicti. 2. Si quis ex Lege ad hereditatem vocetur.

1. Ulpianus lib. xlix ad Edictum.

PRætor ait, UTI [2] ME QUAQUE LEGE, SENATUSCONSULTO, BONORUM POSSESSIONEM DARE OPORTEBIT, ITA DABO. §. 1. Nunquam bonorum possessio, quæ ex alia parte Edicti adgnita est, impedit istam bonorum possessionem. §. 2. Cum ex lege xii Tabularum quis habet hereditatem, hinc non petit, sed inde, *Tum* 3 *quem ei heredem esse oportet*: quippe cum non alias 4 hinc competat bonorum possessio, quam si lex specialiter deferat bonorum possessionem.

1 Si ex aliis partibus non sit bonorum possessio scilicet.
2 *l.* 3. *in fin. ff. de hered. pet.* §. 3. *Instit. de bonor. possess. l.* 2. *in fin. ff. unde legitimi.* Goth. Intellectum hujus *tit. & l.* 1. vide apud Bellon. *lib.* 1 *fupput. c.* 16. Anf.
3 V. *l.* 227. *ff. de verb. fign.*
4 Est igitur hæc bonorum possessio subsidiaria.

Tit. XV.

QUIS ORDO [1] IN POSSESSIONIBUS SERVETUR [2].

Ordines ab intestato: 1. Quibus casibus intestatus quis dicatur. 2. De liberis in potestate vel emancipatis.

1. Modestinus lib. vi Pandectarum.

INtestati hi 3 gradus vocantur, primum sui 4 heredes, secundo legitimi, tertio proximi cognati, deinde vir & uxor.
§. 1. Sive tabulæ testamenti non exstent, sive exstent, si secundum eas vel contra eas bonorum possessionem nemo 5 accepit: intestati detur bonorum possessio [6]. §. 2. Intestati patris liberis bonorum possessio datur, non tantum his, qui in potestate parentis usque in mortis tempus fuerunt, sed emancipatis 7.

1 Hic titulus parum differt à titulo *de successorio edicto*, de quo *ff.*
2 Is utique, ut primo sui, deinde legitimi, tertio cognati, post vir & uxor.
3 Vide *l.* 1. *ff. unde liberi.*
4 Ordo intestati & possessionum hic est, eorum scilicet qui sunt sui, legitimi, cognati, vir & uxor.
5 V. *l.* 64. *ff. de verb. fign.*
6 Quotiens nemo bonorum possessionem vel secundum vel contra tabulas adipiscitur, totiens defunctus intestatus dicitur. *l.* 9. §. 2. *verf. sed & si heres. ff. de liberis. l.* 64. *ff. de verb. fign. l.* 181. *ff. de reg. jur. l.* 9. *C. de pet. hered. l.* 1. *ff. tit. pron.* 7 V. *l.* 15. § 1. *C. de legit. hered.* § *cum igitur. & feq. Inst. de bon. poss.*

Singulos dies bonor. possess. admittendarum utiles esse. 1. De dieb. festionum. 3. Si præses provinciæ sit in proxima civitate. 4. De ventre. 5. Scientia quomodo accipitur.

II. Ulpianus lib. xlix ad Edictum.

VTile tempus est bonorum possessionum admittendarum. † Ita autem utile [8] tempus est, ut singuli dies in eo utiles sint: scilicet ut per singulos dies & [9] fierit & [10] potuerit admittere. cæterum quacunque die nescierit, aut non potuerit, nulla dubitatio est, quin dies ei non cedat. † Fieri autem potest, ut qui initio scierit vel potuerit bonorum possessionem admittere, hic incipiat nescire vel non posse admittere: scilicet si, cum initio cognovisset eum intestatum decessisse, postea quasi certiore nuncio allato dubitare cœperit, nunquid testatus decesserit, vel nunquid vivat, quia hic rumor postea perrepserat. † Idem & in contrarium accipi potest, ut qui ignoravit initio, postea scire incipiat.
§. 1. Dies bonorum possessionis utiles esse palam est: sed [11] non sessionum [12] numerabuntur, si modo ea [13] sit bonorum possessio, quæ de plano peti potuit. † Quid, si ea, quæ causæ cognitionem pro tribunali desiderat, vel quæ decretum exposcit? Sessiones erunt nobis computandæ, quibus sedit is: quibusque per ipsum Prætorem factum non est, quo minus daret bonorum possessionem. §. 2. In bonorum possessione, quæ pro tribunali datur, illud quæritur, si se [14] dedit quidem Prætor pro tribunali, sed postulationibus non dedit: potest dici tempus ad bonorum possessionem non cedere, cum Præses aliis rebus, aut militaribus, aut custodiis, aut cognitionibus fuerit occupatus. §. 3. Si Præses Provinciæ in proxima fuit civitate, accedere debet ad utilitatem temporis ratio itineris, scilicet numeratione viginti [15] millium passuum facta: nec enim exspectare debemus, ut Præses Provinciæ veniat ad eum, qui bonorum possessionem petiturus est.
§. 4. Si venter in possessionem missus sit, bonorum possessionis tempus non cedere sequentibus [16], nequaquam ambigendum est: nec tantum intra centesimum diem, verumetiam quamdiu nasci possit. nam etsi natus fuerit, ante ei deferri bonorum possessionem sciendum est. §. 5. Scientiam [17] eam observandam Pomponius ait, *non* quæ cadit in Juris prudentes, sed quam quis aut per se aut per [18] alios adsequi potuit, scilicet consulendo prudentiores, ut diligentiorem patremfamilias consulere dignum sit.

8 Utile tempus est, cujus singuli dies utiles sunt: quibus quis scierit & potuerit admittere bonorum possessionem delatam.
9 His verbis dies utiles significantur. dixi ad Cic. 1 *de Oratore.*
10 Dies utiles dicuntur, in quibus quis scivit & potuit admittere bonorum possessionem. adde *l.* 23. *ff. de hered. instit. l.* 8. *C. qui admitti.* vid. Duar. 2 *disput.* 16
11 Sessionum dies quæ vocantur, ἐφημερίδες, sunt, quibus Prætor vel Præses sedet pro tribunali. possunt non esse utiles, *ut hic. & l.* 5. *§. sex autem. ff.* 19. *ff. ut in possessionem legatorum.* Possunt, inquam, non esse utiles, si ea sit possessio, quæ de plano peti possit: secus, si tribunal vel decretum exposcit.
12 Ex hoc verbo restituenda est lectio *l.* 5 §. 19 *ff. ut in possess.*
13 Bonorum possessio alia de plano peti potest: alia causæ cognitionem pro tribunali desiderat, & decretum exposcit
14 Si dedit. *l.* 2. §. 43. *ff. ad Tertull.*
15 V. *l.* 3. *ff. de verb. fign.*
16 *l.* 1. §. 8 *ff. unde cognati.*
17 *l.* 10 *in fin. ff. de bon. poss.*
18 *l.* 9 § 5. *ff. de juris & facti ign.*
19 *l.* 5. *ff. eod.*
20 Imo nocet. *l.* 7. *in fin. ff. de bonor. possess.* dixi ad *l.* 2. *C. qui admitti.*
21 Et merito. v. *l.* 5. *ff. de juris & facti ignor.*
22 *Al.* quandoque.
23 V. *l.* 13. *ff. de adqu. hered.*
24 Id est, adcreviſſe intelligitur. v. *l.* 3. *in fin. ff. de bonor. poss.*
25 *l.* 1. § 11. *ff. de succeff. Ed.*
26 V. *l.* 1. *ff. à parente quis manumiss.*
27 Jussus enim patris præcedere *l.* 30. *ff. de adqu.*

Tit. XVI.

DE [1] SUIS [2] ET LEGITIMIS [3] HEREDIBUS.

Qui dicuntur intestati. 1. De suis heredibus. De mora facta fideicommissariæ libertati. 2. De sexu. De natura & adoptione. 3. De damnato perduellionis. 4. De nepotibus neptibusque succedentibus in locum parentum suorum. De consanguineis.

1. Ulpianus [lib. xii ad Sabinum].

INtestati proprie appellantur, qui cum 4 possent testamentum facere, testati non sunt. Sed & is, qui testamentum fecit, si ejus hereditas adita non est, vel ruptum, vel irritum est testamentum, intestatus non improprie dicetur decessisse. Plane qui testari non potuit, proprie non est intestatus: puta impubes, furiosus, vel cui bonis interdictum est. sed hos quoque pro 5 intestatis accipere debemus. Eum quoque, qui ab hostibus captus est 6: quoniam per legem Corneliam 7 successio his defertur, quibus deferretur, si in civitate decessisset; nam & ejus hereditas fuisse creditur. §. 1. Quæri poterit, si ex ea, quæ in fideicommissa libertate moram 8 passa est, conceptus & natus sit, an suus patri exsitat? & cum placeat, eum ingenuum nasci, ut est à Divis Marco & Vero & Imperatore nostro Antonino Augusto rescriptum, cur non in totum pro manumissa hæc habeatur, ut uxor ducta suum pariat? nec mirum sit ex 9 serva ingenuum nasci, cum & ex captiva rescriptum sit ingenuum nasci. Quare ausim dicere, etsi pater hujus pueri ejusdem sortis fuerit, cujus mater moram passa in libertate fideicommissa, ipseque moram passus est, suum eum patri nasci exemplo captivorum parentium, cum quibus rediit. † Ergo sive postea pater ejus post moram manumittatur, recipiet eum in potestate: sive ante decesserit, definiendum erit suum exsistere. §. 2. *Suos* 10 *heredes* accipere debemus, filios, filias, sive naturales 11, sive adoptivos 12. §. 3. Interdum etiam filius suus heres excluditur, fisco prælato, [ut] puta, si perduellionis

1 Transit à bonorum possessionibus ad successiones ab intestato. hinc titulus Codicis, *de suis & legitimis liberis, & ex filia neptibusve ab intestato succedentibus.* vi C. Liv. hinc titulus generalis concipitur à Paulo his verbis, *De intestatorum successione 4 sent.* 8. & ab Ulpiano titul. 26. & *C. Theodos.* 5. *tit.* 1. *De legitimis hered.* & in Basilicis, De successione ascendentium, descendentium, & reliquorum cognatorum, 45 *Eclog.* 1. & 2 Justiniano, *Inst. & Novell.* 118. *De hered. quæ ab intest. deferuntur.*
2 Sui sunt, qui in potestate testatoris sunt. *l.* 1. § 2. *ff. eod.* § 2. *Inst. de hered. quæ ab intestato. Novell.* 118. Ulpian. *ibid.* § 1.
3 vi C. Lviii. *De legitima agnatorum successione*, 3 *Inst.* 2. Legitimi sunt consanguinei, agnati, cognati.

4 *Inst. eod. in pr. Inst. de hered. quæ ab intest. l.* 4. *C. de legit. hered.* 5 Differentiam observa intestati, & pro intestato. 6 V. *l.* 12. *ff. qui test.* 7 Ea legitimæ tutelæ hereditatisque fiduciæ mantur. Paul. 3 *sent.* 4. § 8. adde *l.* 22. *ff. de captivis.* 8 V. *l.* 1. § 3. *ff. ad Tertull.* 9 Ex serva & captiva ingenuus nasci poterit. adde *l.* 4. *l.* 14. *C. de fideicommiss. libert.* 10 § 2. *Inst. de heredum qualitate & differentia.* 2 Gaius, 3. § 7. 11 *l.* 1. § 6. *ff. unde liberi.* 12 Vide *l.* 7. § 2. *ff. de bonis damnatorum.*

13 §. 5. *Inst. de hereditatib. quæ ab intest.*
14 *l. ult. C. ad leg. Jul. majest.*
15 *l. 5 §. unde liberi.*
16 *V. l. 11 C. cod.*
17 Id est, libertate.
18 Id est, qui fuat mihi ex ipso mei nepotes vel neptes. *Rigal.*
19 *l. 10. C. cod.* §. 1 *Inst. de servitil. agnat.*
20 *l. 7. T. unde liberi.*
21 §. 7. *Inst. cod.*
22 Suo quavis conditione.
23 *l. 6. C. cod.*
24 *l. 5. C. comm. de success. Novell.* 118. *c.* 3.
25 *l. 6. in fin. T. unde legitimi.*
26 Exheredati non sunt sui: sui esse desinunt. *l.* 20. §. 1. *in fin. T. de bonor. possess. contra tab.* vide Cujac. *Novell.* 1.
27 *l. ult. T. unde legitimi.*
28 Consanguinitatis jura adoptivi habent, *ut hic.* consanguinei tamen sunt impropriè. Porro qui consanguinei dicantur, scripsi ad *l. ult. C. de imponenda lucrativa descriptione.*
29 De quibus *l.* 1. §. 10. *T. eod.*
30 Hodie defertur. §. 7. *vers. sed ex Inst. de legit. agnat. success.*
31 *l.* 1. §. 8. *T. unde cognati.*
32 §. 1. *Inst. de legit. agnat. success.*
33 V. *l.* 14. *C. de legit. hered.*
34 Et sic fratrum filii patruo succedunt in capita, *l.* 1. §. 5. *T. si pars hered. pet.* Dissentit Accurs. refutatus a Facchineo *lib.* 6 *controv.* 3. vide Hotoman. *illustr. qu.* 14. Vaud. 1 *variar. qu.* 24. negat Anton. Fab. in *singulis. An fratrum filii soli succedant in capita an in stirpes.* Anf.
35 §. 4. *T. eod.* V. *l.* 1. §. *pennult. T. unde cogn.*
36 Proximus est, quem nemo antecedit.
37 V. *l.* 92. *T. de verb. sign.*
38 Gradu æquales, ac pares, pari jure sunt in succedendo.
39 In capita hereditas distribuitur, quotiens in tot partes dividitur, quot heredes sunt.
40 Et ita Jure Civili in capita dividitur hereditas inter duorum fratrum liberos: hinc Ulp. *tit.* 26. §. 4. Agnatorum hereditates dividuntur in capita, veluti si sit frater solus, & alterius fratris duo pluresve liberi. huc etiam facit *lex* 1. §. *ult. T. si pars heredit.* in qua mortuo fratre agitur de hereditate dividenda inter filium fratris defuncti, & uxores fratrum defunctorum prægnantes. & Gaius 8 *Instit.* Omnes fratrum filii patruo suo ab intestato succedunt, non in stirpes sed in capita. Id etiam statuit Carolus V in Comitiis Spirensibus anno 1529. ut refert Minsingerus 3 *obs.* 94. quem vide. Idem etiam probat Zas. 1 *resp.* 7. adversus communem opinionem, sed nemo melius ea de re quam Hotomannus disseruit. quem vide 14 *illustr.* 41 Adoptivi sunt etiam agnati, §. 2. *Inst. de legit. agn.* 42 Proximis defertur legitima hereditas. 43 Nota, qui proximi, ultimi, primi & postremi dicantur. 44 Solus qui est cognatus, idem est primus & postremus. 45 *l* 5. *T. cod. l.* 1. *l.* 4. *in fin. T. unde legit.* 46 Vide interpretationem hujus §. apud Cujac. 18 *obs.* 12. 47 Hæc verba, *cum onere fideicommissi*, delenda esse existimat Antonius Faber 6 *conject.* 14. 48 V. *Inst. de success. libert.* 49 V. *l.* 17. *T. de bonis libert.* 50 *l.* 8. *C. de ingen. manumiss.* 51 Vel quia etiam emerat ea lege. *l.* 45. *in pr. T. de ritu.* 52 *l.* 21. *T. de manumiss.* 53 V. *d. l.* 45. *T. de ritu.*

lionis 13 fuerit damnatus pater post 14 mortem suam: hoc quo? ut nec jura sepulchrorum hic filius habeat. §. 4. Si filius suus heres esse desinit 15, in ejusdem partem succedunt omnes nepotes nepteſque ex eo nati, qui in potestate sunt: quod naturali æquitate contingit. Filius autem suus heres esse desinit, si capitis deminutione 16 vel magna vel minore exiit de potestate. Quod si filius apud hostes sit, quamdiu vivit, nepotes non succedunt: proinde etsi fuerit redemptus, nondum succedunt ante luitionem. sed si interim decesserit, cum placeat, eum statu 17 recepto decessisse, nepotibus obstabit. §. 5. Sed si quis non desit esse in potestate, sed nunquam cœpit, utputa, si filius meus vivo patre meo, ab hostibus captus est, mox ibi, me patrefamilias facto, decesserit: nepotes 18 in ejus locum succedent. §. 6. Non minus autem neptes, quam nepotes succedent in locum parentium.

§. 7. Interdum licet parens alicujus in potestate esse non desierit, sed nec cœperit, tamen dicimus succedentes ei liberos suos existere: utputa adrogavi eum, cujus filius 19 ab hostibus erat captus, nepos autem in civitate: mortuo filio adrogato, mortuo "&" captivo apud hostes, pronepos itte suus heres mihi erit.

§. 8. Sciendum est autem, nepotes, & deinceps, interdum, etiamsi parentes eos mortis tempore præsesserunt, tamen posse suos heredes existere, quamvis successio in suis heredibus non sit. quod ita procedit 20, si paterfamilias testamento facto decesserit exheredato 21 filio, mox deliberante herede instituto filio decessit, postea deinde repudiavit heres institutus: nepos poterit suus heres esse, ut & Marcellus lib. x scripsit, quoniam nec delata est filio hereditas. † Idem erit dicendum, & si filius ex asse sub conditione quæ fuit in arbitrio ipsius, vel nepos sub omni 22 institutus, non impleta conditione decesserint: nam dicendum erit, suos posse succedere, si modo 23 mortis testatoris tempore, vel in rebus humanis, vel saltem concepti fuerint. idque & Juliano & Marcello placet. §. 9. Post 24 suos statim consanguinei vocantur. §. 10. *Consanguineos* autem Cassius definit eos, qui sanguine inter se connexi sunt. Et est verum, eos esse consanguineos, etiam 25 si sui heredes non extiterunt patri, utputa exheredatos 26. sed etsi pater eorum deportatus fuerit, nihilominus eos inter se esse consanguineos, licet patri sui heredes non extitissent. Et qui nunquam in potestate fuerunt, erunt sibi consanguinei: utputa qui post captivitatem patris nascuntur, vel qui 27 post mortem. §. 11. Non solum autem naturales, verumetiam adoptivi 28 quoque jura consanguinitatis habebunt cum his, qui sunt in familia, vel in utero, vel post mortem patris nati.

De adgnatis, quo casu vocantur. 1. Qui dicuntur agnati. 2. De gradu. De divisione in capita. 3. De nativitate vel adoptione. 4. De proximo vel ulteriori, & quo tempore proximitas spectatur.

II. IDEM [lib. XIII ad Sabinum].

POst consanguineos 29 admittuntur adgnati, si consanguinei non sunt. merito: nam si sunt consanguinei, licet non adierint hereditatem, legitimis non 30 defertur: sed hoc sic erit accipiendum, si 31 nec superantur esse. cæterum, si vel nasci consanguineus, vel de captivitate reverti potest, adgnati impediuntur 32.

§. 1. *Adgnati* autem sunt, cognati virilis sexus ab eodem orti: nam post suos & consanguineos statim mihi 33 proximus est consanguinei mei filius, & ego ei: patris quoque frater, qui patruus appellatur: deincepsque cæteri 34, si qui sunt, hinc orti in infinitum. §. 2. Hæc hereditas proximo 35 adgnato, id 36 est, ei, quem nemo 37 antecedit, defertur: &, si plures sint ejusdem gradus, omnibus 38, in 39 capita scilicet. utputa duos fratres habui, vel duos patruos; unus ex his unum filium, alius duos reliquit: hereditas mea in tres 40 partes dividetur. §. 3. Parvi autem refert, adgnatus hic nativitate, an 41 adoptione sit quæsitus: nam qui adoptatur, iisdem fit adgnatus, quibus parer ipsius fuit, & legitimam eorum hereditatem habebit, vel ipsi ejus. §. 4. Legitima hereditas tantum proximo 42 defertur. Nec interest, unus solus sit, an ex duobus prior pluribusve, an duo pluresve ab eodem gradu venientes, qui vel cæteros antecedant, vel soli sint. quia is est *proximus* 43, quem nemo antecedit: & *is ultimus*, quem nemo sequitur: & interdum idem primus postremusque qui 44 solus occurrit. §. 5. Interdum ulteriorem adgnatum admittimus. utpura fecit quis testamentum, cum haberet patruum, & patrui filium: deliberante herede scripto, patruus decessit: mox heres institutus repudiavit hereditatem. patrui filius admittétur. † Ergo & bonorum possessionem petere potest. §. 6. Proximum non eum quærimus, qui tunc fuit, cum moreretur paterfamilias, sed eum qui tunc 45 fuit, cum intestatum decessisse certum est. † Secundum quæ etsi suus erat, qui præcedebat vel consanguineus, si nemo eorum cum repudiatur hereditas, vivit: proximum eum accipimus, qui tunc, cum repudiatur hereditas, primus est. §. 7. Unde 46 belle quæri potest, an etiam post repudiationem adhuc demus successionem? Propone, heredem scriptum rogatum restituere hereditatem, repudiasse eam, cum nihilominus compelli potuit adire hereditatem & restituere, ut Divus Pius rescripsit: finge eum supervixisse centum diebus (verbi gratia), & interim proximum decessisse; mox & eum, qui erat rogatus restituere? dicendum, posteriorem admitti cum 47 onere fideicommissi.

De bonis libertorum. De suis heredibus & patrono. 1. De manumissione voluntaria vel necessaria. 2. De servo dotali manumisso. 3. De empto, ut manumittatur. 4. De eo, qui necem domini detexit. 5. Ad legem Æliam Sentiam de jurejurando. 6. De municipibus. 7. De milite. 8. De Principe. 9. De his, qui sunt in utero.

III. IDEM [lib. XIV ad Sabinum].

INtestato liberto 48 mortuo, primum suis deferri hereditatem, verum est: si hi 49 non fuerint, tunc patrono. §. 1. *Libertum* accipere debemus *eum* 50 quem quis ex serviture ad civitatem Romanam perduxit, sive sponte, sive necessitate, quoniam rogatus fuit eum manumittere 51: nam & ad hujus legitimam hereditatem admittitur. §. 2. Si dotalem 52 quis servum manumisit, ipse patronus habetur, & ad legitimam hereditatem admittetur. §. 3. Is plane quem hac lege emi, ut manumittam, & si ex Constitutione Divi Marci 53 pervenerit ad libertatem, tamen (ut eadem Constitutione expressum est) meus libertus est, & legitima ejus hereditas mihi deferatur. §. 4. Qui 54 si necem 55 domini detexit, & ex Senatusconsulto libertatem meruerit 56, si quidem adsignavit Prætor, cujus libertus sit, sine dubio ejus erit, & ei legitima hereditas deferetur: quod si non addidit, efficietur quidem civis Romanus, sed ejus erit libertus, cujus proxime fuerit servus, & ad legitimam hereditatem ipse admitteture, nisi ficubi quasi indigno deneganda fuerit hereditas. §. 5. Si quis libertam sic jurejurando 57 adegit, ne illicite nubat, non debere incidere in legem Æliam Sentiam. Sed si intra certum tempus ne ducat, neve aliam, quam de qua patronus consenserit, vel nonnisi conlibertam, aut patroni cognatam: dicendum est, incidere eum in legem Æliam Sentiam, nec ad legitimam hereditatem admitti. §. 6. Si municipes 58 servum manumiserint, admittentur ad legitimam hereditatem in bonis liberti vel libertæ intestatorum. §. 7. Miles manumittendo servum peculiarem 59, suum faciet libertum, & ad legitimam hereditatem ejus admittitur. §. 8. Principem ad bona libertorum suorum admitti, plusquam manifestum est 60. §. 9. Utique & ex lege XII Tabularum ad legitimam hereditatem is, qui in utero 61 fuit, admittitur, si fuerit editus. Inde solet remorari insequentes sibi adgnatos, quibus præfertur, si fuerit editus. † Inde 62 & partem 63 facit his qui pari gradu sunt: utputa frater unus est, & uterus, vel patrui filius unus natus, & qui in utero est. §. 10. Est autem tractatum, pro qua partem faciat, quia ex uno utero plures 64 nasci possunt? & placuit, si in rerum natura certum sit, hanc, quæ se dicit prægnantem, non esse: ex asse jam esse heredem hunc, qui jam natus est: quoniam & ignorans 65 heres fit. quare si medio 66 tempore decesserit, integram hereditatem ad heredem suum transmittit. §. 11. Post decem 67 menses mortis natus, non admittetur ad legitimam hereditatem. §. 12. De eo autem, qui centesimo octogesimo secundo die 68 natus est, Hippocrates 69 scripsit 70, & Divus Pius Pontificibus rescripsit, justo tempore 71 videri natum: nec videri in 72 servitutem conceptum, cum mater ipsius ante centesimum octogesimum secundum diem esset manumissa.

De capitis deminutione parentis.

IV. POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

HI quorum parens capite minutus est, legitimæ hereditatis jus, & [in] cæteris personis, & inter se retinent 73: & alii adversus eos.

Quo tempore spectatur an sit proximus adgnatus.

V. ULPIANUS lib. XLVI ad Edictum.

SI quis, cum haberet fratrem & 74 patruum, decesserit testamento facto: deinde pendente conditione heredum scriptorum, frater intestato decesserit, mox conditio defecerit: patruum posse utriusque adire legitimam hereditatem, constat.

De concepto post mortem avi.

VI. JULIANUS lib. LIX Digestorum.

TItius exheredato filio extraneum heredem sub conditione instituit. Quæsitum est, si post mortem patris pendente conditione filius uxorem duxisset, & filium procreasset & decessisset, deinde conditio instituti heredis defeciſſet: an ad hunc posthumum nepotem legitima hereditas avi pertineret. Respondit *, qui post mortem avi sui concipitur, is neque legitimam hereditatem ejus tanquam suus heres, neque bonorum possessionem tanquam cognatus accipere potest 75: quia lex XII Tabularum eum vocat ad hereditatem, qui moriente eo, de cujus bonis quæritur, in rerum natura fuerit;

VII. CELSUS lib. XXVIII Digestorum.

VEl [si] vivo eo conceptus est, quia conceptus quodammodo 76 in rerum natura esse existimatur.

De cognatis. 1. De ea quæ mortuum peperit.

VIII. JULIANUS lib. LIX Digestorum.

ITem Prætor Edicto suo, proximitatis 77 nomine bonorum possessionem pollicetur his qui defuncto mortis 78 tempore cognati fuerint. Nam quod in consuetudine nepotes cognati appellantur etiam eorum, post quorum mortem concepti sunt, non proprie, sed per abusionem, vel potius ἀναλογικῶς 79, id est, *per relationem*, accidit. §. 1. Si quis prægnantem uxorem reliquisset, & matrem & sororem: si viva uxore mater mortua fuisset, deinde uxor mortuum peperisset, ad sororem solam legitima hereditas pertinet: quia certum esset, matrem eo tempore decessisse, quo legitima hereditas ad eam non pertinebat.

De jure accrescendi. De substituto coheredi.

IX. MARCIANUS lib. V Institutionum.

SI 80 ex pluribus 81 legitimis heredibus quidam omiserint [adire] hereditatem; vel morte, vel qua alia ratione impediti [fuerint], quo minus adeant: reliquis, qui adierint, adcrescit 82 illorum portio: & licet decesserint antequam adcresceret, hoc jus ad heredes 83 eorum pertinet. Alia causa est instituti heredis, & coheredi substituti: huic enim vivo defertur ex substitutione hereditas, non etiam 84, si decesserit, heredem ejus sequitur.

De patre & matre defuncti.

X. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

SI ad patrem manumissorem filii intestati legitima hereditas perve-

54 *vel* quid. 55 *l.* 4. *T. de bonis libert.* 56 V. *T. qui sint manumiss. ad libert.* 57 Adde *l.* 6. *T. de jure patron.* 58 V. *l. un. T. de libertis universis.* 59 V. *l* 3. §. 8. *T. de bonis libert.* 60 Idem enim jus commune cum cæteris habet, etiam in successionibus. *l.* 7. *C. qui testam.* 61 Id est, posthumus, *l.* 4. *C. eod.* §. 2. *in fin. Inst. de hered. quæ ab Intest. l. ult. T. de ventre in poss.* vide *l.* 30. §. 3. *T. de adquir. hered.* 62 Cur inde? venter sive uterus ut remoratur insequentes adgnatos, ita partem facit his, qui in pari gradu sunt. 63 *Partem facere* est admitti ad partem, partem cum alio confequi, cum alio partiri. 64 Vide *l.* 3. *T. si pars hered. l.* 36. *T. de solution.* 65 Ignorans etiam heres fit. 66 Id est, dum pendet jus testamenti, dum exspectatur nascendus. *l.* 4. *in fin. T. contra tab.* 67 Vide *Nov.* 39. *c.* 2. 68 Id est, qui ad initia septimi mensis natus est. nam ex sententia Græcorum singulis mensibus 30 dies tribuendi. & ita 182. dies septimum mensem attingunt. Hippocrates *lib.* 2 *Epidem.* 3 *sect.* dies 270 pro novem mensibus ponit. Porro partus ἐπτάμηνος matri prodest. *l.* 12. *T. de statu hom.* Qui ante septimum vel octavo mense nascuntur, non sunt vitales: hujus rei rationem Paul. 4 *sent.* 9. §. 5. affert, Pythagorei numeri ratio, inquit, admittit, ut septimo pleno (210 diebus) aut 10 mense partus maturus videatur. Idem sentit Censorinus *lib. de die natali.* Septimo, inquit, mense partus jam maturus est, eo quod in omnibus numeris septenarius plurimum possit: adde Macrobium, 1 *in somnium* 5. Ambros. 39 *ad Heronianum.* Plinium 7. *c.* 5. 3 Gell. 10. Philonem *de antiquitate Judaïc.* Tertull. *c.* 19. *de anima.* Causam ad astra, planetas & eorum naturam refert Schonerus *lib.* 1 *de judic.* Ait enim Saturnum (utpote antiquiorem cæteris), fœtum dirigere primo mense & materiam constringere. Jovem secundo eodemque mense motum & rationem conferre. Martem tertio mense sanguinem. Solem, quarto mense calore suo membra præcipua formare, eoque mense rationalem animam instillari scribit. Venerem, quinto mense figuram, sexum & venustatem. Mercurium sexto mense extendere vocales arterias. Lunam septimo mense perficere conceptum propter plenitudinem & perfectionem septem planetarum concurrentem; ideoque partum fieri vitalem. A Luna Saturnum octavum mensem dirigere, qui natura sua frigidus, partum quoque infrigidat, & ita partum parum vitalem facit. Nono mense Jovem dominari fingit, ejusque motu (plurimum enim eo valet) puerum ex tenebris ad lucem proferri. Hæ sunt nugæ Astronomicæ, quas ideo hic inserui, ne studiosi juris eas ignorarent: sic tamen ne velut folia Sibyllæ vel oracula sequantur. adde quæ scripsi ad *l.* 39. *T. de pœnis. Lunam Novell.* 17. *in fin.* & ad *l.* 12. *T. de statu homin.* 3 Gell. 10. 69 Perito cuilibet in arte sua credendum, verbi gratia, Hippocrati & Medicis, *ut hic. l.* 12. *T. de statu homin.* Philosophis, *l.* 76. *T. de jud.* Ita citatur Demosthenes, *l.* 2. Theophrastus, *l.* 6. *T. de legib.* Cicero, *l.* 7. §. 4. *T. ex quib. caus. in possess.* Homerus, *Inst. de empt.* rusticorum proverbia etiam allegantur, *l.* 79. §. 1. *T. de leg.* 3. majores, *l.* 5. *T. de juris & fact.* obstetricibus quoque creditur, *T. de inspic. ventre.* 70 Περὶ ἑπταμήνου. 71 Puta si dies 182 fit exactus. Ita Alberic. Gentil. *tract. de diverf. temp. appell. cap.* 4. *in fin.* Anf. 72 *l.* 12. *T. de statu.* 73 Cur ita? collige ex *l.* 8. *T. de reg. jur.* 74 *l.* 2. §. 6. *T. eod.* 75 *l.* 1. §. 8. *T. eod.* §. 7. *Inst. de hered. quæ ab intest. l.* 6. *in pr. T. de injust. l.* 1. §. 8. *l.* 10. *in fin. T. unde cognati. l. ult. in fin. T. de ventre in possess.* 76 *l.* 7. *l.* 26. *T. de statu.* 77 Proximis defuncto, mortis ejus tempore, prætor bonorum possessionem pollicetur. 78 *l.* 1. §. 8. *T. unde cognati.* 79 De Anaphora adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de offic. P. prætorio.* 80 §. *ult. Inst. de SC. Orphit.* Paul. 4 *sent.* 8. §. *ult.* 81 V. ad hanc leg. Cujac. 12 *obs.* 11. 82 Dixi ad 26 Ulp. 5. *l.* 6. *C. de impuberum.* 83 Quia jus illud adcrescit rei, non personæ. v. quæ notavi ad *l.* 26. *T. de condit. & demonstr.* 84 V. *l.* 81. *T. de adquir. hereditat. l.* 8. *in fin. T. de vulgari.* Substitutionis spem non transmitti hinc colligit Guido Papius, quem vide *singular.* 343. Goth. Adde Gomez. *var. resolut. tom.* 1. *c.* 3. *n.* 29. Et pro intellectu hujus leg. Cujac. *lib.* 22. *obs.* 11. S. L.

perveniat, vel non manumissori bonorum possessio competat: mater [84] defuncti summovetur.

De capitis deminutione.

XI. POMPONIUS [lib. xx ad Quintum Mucium].

CApitis [85] deminutione [86] pereunt [87] legitimæ hereditates, quæ ex lege XII tabularum veniunt: sive vivo aliquo, sive antequam adeatur hereditas ejus, capitis minutio intercessit: quoniam definit suus heres vel agnatus recte dici. quæ autem ex [88] Legibus novis, aut ex Senatusconsulto, non utique.

De agnatione inter filium & patrem.

XII. IDEM [lib. xxx ad Quintum Mucium].

FIlius patri adgnatus [89] proximus est [90].

De fœminis.

XIII. GAIUS [lib. x ad legem Juliam & Papiam].

NUlla fœmina aut habet suos [91] heredes, aut desinere habere potest propter capitis deminutionem.

De successione sui heredis.

XIV. IDEM [lib. XIII ad leg. Juliam & Papiam].

IN suis [92] heredibus aditio non est necessaria: quia statim ipso jure [93] heredes existunt.

Si pater captus sit ab hostibus.

XV. PAPINIANUS [lib. XXIX Quæstionum].

SI pater apud hostes moriatur, defunctum [94] jam in civitate filium, credimus patremfamilias decessisse, quamvis patria potestate, quamdiu vixerit, non fuerit in plenum liberatus: itaque heredem habiturus [95] est iste non reverso patre. † Sed si postliminio redierit pater jam defuncto filio, quidquid medio tempore per eum quæsitum est, habebit: & non est mirum si peculium quoque defuncti pridem filii defertur patri, cum ex eo natus potestatis ipsius fiat per suspensi [96] juris constitutionem.

Si pater instrumento dotali comprehenderit, filiam ita dotem accepisse, ne quid aliud ex hereditate patris speraret.

XVI. IDEM [lib. XII Responsorum].

PAter instrumento dotali comprehendit, filiam ita dotem accepisse [97] *ne* [98] *quid aliud ex hereditate patris speraret*. eam scripturam jus successionis non mutasse constitit: *privatorum enim cautionem [99] legum auctoritate non censeri [100].

84 *l.* 2. §. 15. *ff. ad Tertull.*

85 Status mutatione.

86 *l.* 1. §. 4. *ff. eod. l.* 1. *in fin. ff. unde legitimi. l.* 3. *ff. unde cogn.*

87 Hodie, quia exæquati sunt cognati adgnatis, id locum non habet. *Novell.* 118. *cap.* 4.

88 *V. l.* 1. §. 8. *ff. ad Tertull.*

89 *V. l.* 1. *ff. unde liberi.*

90 Proximus non est, *Alciat.* 3 *Parerg.* 25. reprehensus à Roberto 1 *recept.* 2. Idem, quod Alciatus, sentit Hotomann. 1 *obs.* 17. quo nomine reprehenditur à Cujacio, 14 *obs.* 11.

91 *l.* 4. §. 2. *ff. contra tabul. Nov. Lauriæ.* 25. & *l.* 8. *C. de præscript. long. temp.*

92 *V.* Cujac. ad hunc locum, & *l.* 2. *ff. de excusat.*

93 Vide Cujac. *C. ad SC. Orphit.*

94 *l.* 9. *circa fin. ff. de castrens. peculio.*

95 Hereditas etiam non adita ad suos transmittitur. vide Socin. *reg.* 168.

96 *l.* 1. §. 1. *ff. de SC. Maced.* §. 5. *Instit. quib. mod. jus patr. potest.* 10 Ulpian. 4.

97 *l.* 3. *C. de collation. ubi dixi.* 98 Pactum de hereditate amittenda non valet. vide Socinum *regul.* 280. dixi ad *l.* 3. *C. de collationib.* 99 Cautione, legum auctoritati non nocere. *Hal.* vide *l.* 20. *ff. de religiosis.* adde *l.* 35. §. 1. *C. de inoff. l.* 3. *C. de collat.*

100 Id est, numerari, censeri. Privati, pacifcendo legem non faciunt: aut potius leges mutare non possunt.

TIT. XVII.

AD SENATUSCONSULTUM TERTYLLIANUM [1] ET ORFITIANUM [2].

De Senatusconsulto Orphitiano. De matre ingenua vel libertina. 1. *De ea, de cujus statu dubitatur.* 2. *De vulgo quæsito.* 3. *De in servitute quæsito, sive concepto.* 4. *De eo, qui post mortem matris in servitutem deductus est.* 5. *De vente exfecto.* 6. *De eo, qui operæ suas, ut cum bestiis pugnaret, locavit. De pœna capitali.* 7. *Si unus filius sub conditione institutus sit, & conditio defecit.* 8. *De capitis deminutione.* 9. *Si nemo liberorum velit ad se hereditatem pertinere.* 12. *De judicatis, transactis, finitis.*

1. ULPIANUS lib. XII ad Sabinum.

SIve ingenua sive libertina mater est, admitti possunt liberi ad hereditatem ejus ex Senatusconsulto [3] Orphitiano.

§. 1. Si ea sit mater, de cujus [4] statu dubitatur, utrum materfamilias sit, an filiafamilias (utputa quoniam pater ejus ab hostibus captus sit): si certum esse cœperit, matremfamilias esse, liberi admittentur. † Unde tractari potest, an medio tempore, dum status pendet, succurri eis per Prætorem debeat: ne, si medio tempore decesserint, nihil ad heredem transmittant? & *magis* est, ut subveniatur, ut in multis casibus placuit. §. 2. Sed & vulgo [5] quæsiti admittuntur ad matris legitimam hereditatem.

§. 3. Interdum & in servitute quæsito erit concedenda hereditas legitima: veluti si post moram [6] fideicommissariæ libertati matris suæ factam natus sit. † Certe si post manumissionem matris fuerit natus, licet in servitute conceptus, ad legitimam ejus hereditatem admittetur. Sed & si apud hostes conceptus, [a] captiva procreatus, cum ea rediit: secundum rescriptum Imperatoris nostri & Divi patris ejus ad Ovinium Tertyllum poterit ex hoc Senatusconsulto admitti, quasi vulgo quæsitus. §. 4. Filio, qui mortis tempore matris civis Romanus fuit, si ante aditam hereditatem in servitutem [7] deducatur, legitima hereditas non defertur [8], nec [9] si postea liber factus sit; nisi forte servus *pœnæ* effectus, beneficio Principis sit restituturus. §. 5. Sed si matris exfecto [10] ventre filius editus sit, magis dicendum est, hunc quoque ad legitimam hereditatem admitti: nam & institutus [11], secundum tabulas, & ab intestato Unde cognati, & multo magis Unde legitimi, bonorum possessionem petere potuit: argumento [12] est quod venter in possessionem ex omni parte Edicti mittitur.

§. 6. Qui operas suas, ut cum bestiis pugnaret [13] locavit, quive rei capitalis damnatus, neque restitutus est, ex Senatusconsulto Orphitiano ad matris hereditatem non admittebatur: sed humana interpretatione placuit eum admitti. † Idem erit dicendum, & si hic [14] filius in ejus sit potestate, qui in causa suprascripta sit, posse eum ex Orficiano admitti. §. 7. Sed si mater testamento facto filium heredem scripserit unum sub conditione, cum plures haberet: si conditione pendente [15] *bonorum* possessionem petierit, & postea conditio defecit, æquum est, cæteris etiam filiis legitimam hereditatem non auferri: quod & Papinianus libr. XVI Quæstionum scripsit. §. 8. Capitis minutio salvo statu contingens liberis nihil nocet ad legitimam hereditatem. nam vetus sola hereditas, quæ lege XII Tabular. defertur, capitis minutione perimitur: novæ [16], vel ex Lege vel ex Senatusconsultis delatæ, non perimuntur capitis deminutione. Proinde sive quis ante delatam, sive [post] delatam, capite minuatur, ad legitimam hereditatem admittetur: nisi magna [17] capitis deminutio interveniat, quæ vel civitatem adimit, utputa si deportetur.

§. 9. *Si nemo filiorum, eorum [ve] quibus* [18] *simul legitima hereditas defertur, volet ad se eam hereditatem pertinere, jus antiquum esto.* Hoc ideo dicitur, ut quamdiu vel unus filius vult legitimam hereditatem ad se pertinere, jus vetus locum non habeat. itaque si ex duobus alter adierit, alter repudiaverit hereditatem: ei portio adcrescet [19]. & si forte sit filius, & patronus [20], repudiante filio, patrono defertur. §. 10. Si quis adita matris hereditate, per in integrum [21] restitutionem fuerit abstentus, an jus antiquum possit locum habere? verba admittunt, ut possit: *volet ad se*, inquit, *eam hereditatem pertinere.* nam & hic non vult, etsi aliquando voluit: & dico, posse jus antiquum locum habere. §. 11. Utrum autem ei defertur successio, qui tunc legitimus deprehenditur: an vero ei, qui tunc fuit, cum filio deferatur? utputa, proponamus fuisse defunctæ consanguineum, ejusque filium; deliberante filio, defunctæ consanguineum obiisse; mox filium repudiasse matris hereditatem: an consanguinei filius admitti possit? & Julianus recte putat circa Tertyllianum, locum esse succedenti adgnato. §. 12. Quod ait Senatus, *Quæ judicata, transacta* [22], *finitave sunt, rata maneant*: ita intelligendum est, ut judicata accipere debeamus, ab eo, cui [23] judicandi jus fuit; transacta [24], scilicet bona fide, ut valeat transactio; finita, vel consensu, vel longo [25] silentio sopita.

De Senatusconsulto Tertylliano. De matre ingenua, vel libertina. 1. *De jussu liberis, aut vulgo quæsitis.* 2. *Aut libertinis effectis.* 3. *De statu matrum tempore conceptionis & partus.* 4. *De muliere famosa.* 5. *De tabulis pupillaribus & arrogatione impuberis.* 6. *De liberis,* 15. *Vel parentibus,* 17. *Vel adgnato: & patre naturali adoptato & matre,* 18. *Vel sorore consanguinea & matre, & patre adoptato, & emancipato,* 19. *Vel matre eademque sorore consanguinea, & patre defuncti.* 20. *De matre repudiante vel deliberante.* 23. *De tutoribus vel curatoribus petendis, & administrare cogendis.* 47. *Si mater sit prohibita jus suum vindicare.*

II. IDEM lib. XIII ad Sabinum.

SIve ingenua sit mater, sive libertina [26], habebit Tertyllianum commodum [27]. §. 1. Filium autem vel filiam accipere debemus, sive juste sint procreati, vel vulgo [28] quæsiti: idque in vulgo quæsitis & Julianus libro LIX Digestorum scripsit.

§. 2. Sed si filius vel filia libertini [29] sint effecti, mater legitimam hereditatem [30] vindicare non poterit: quoniam mater esse hujusmodi [31] filiorum desiit [32]: idque & Julianus scripsit, & constitutum est ab Imperatore nostro. §. 3. Sed si in servitute concepit filium, & manumissa ediderit, ad legitimam ejus hereditatem admittetur. † Idemque & si serva pœnæ concepit, & restituta [33] edidit. † Hoc idem, & si libera concepit, edidit serva pœnæ, mox restituta est. † Sed & si libera concepit, [&] in servitutem redacta edidit, mox manumissa est: ad legitimam hereditatem ejus admittetur [34]. † Item si adhuc prægnans manumissa est, dicendum erit prodesse. † Et in servitute [35] editi filii ad legitimam hereditatem mater admittetur: utpura si post moram [36] factam in fideicommissa libertate peperit, vel apud hostes & cum eo rediit, vel si redempta edidit. §. 4. Si mulier sit famosa, ad legitimam hereditatem liberorum admittetur.

§. 5. Impuberem, cui pater secundas tabulas fecit, tunc certum est intestatum decessisse, cum omiserint substituti hereditatem ejus. Quare, & si impubes [37] adrogatus sit, dicendum est, matrem ad bona ejus admitti, quæ haberet, si intestatus decessisset.

§. 6. Liberi defuncti, sui quidem obstabunt [38] matri ejus, tam virilis sexus, quam fœminini, tam naturales [39], quam adoptivi, matremque excludunt: bonorum possessores [vero] etiam non sui: & quidem soli naturales. Adoptivi autem liberi post emancipationem ita admittuntur, si ex liberis naturalibus fuerint: utputa nepos naturalis ab avo adoptatus: nam licet sit emancipatus, bonorum possessione accepta, matri obstabit.

§. 7. Si vero apud hostes est filius, vel nasci speratur [40], pendet jus matris, donec redierit, vel nascatur. §. 8. Sed si sint sui heredes, verum hereditas ad eos non pertineat, videamus, an mater admittatur, utputa abstinuit se hereditate? Africanus & Publicius tentant dicere, in casum [41], quo se abstinent sui, matrem [42] venire; & tunc ei obstent, quoties rem haberent, ne tantum nomen sui heredis noceat matri: quæ sententia æquior est.

§. 9. Sed si quis decessisset relicta filia, quam in adoptionem legitime dederat, relicta & matre: Divus Pius decrevit, tessare Senatusconsultum Tertyllianum, & simul esse admittendas ad bonorum possessionem *unde* [43] *proximi cognati* matrem & filiam. Sed quod idem Julianus scripsit, matrem ex Senatusconsulto non posse admitti, si filia in bonorum possessione petenda cessaverit, verum non erit: succedit enim filiæ: & ideo dicendum erit, matrem, donec filia bonorum possessionem petere potest, bonorum possessionem accipere non posse, quoniam succedere quasi legitima speraretur [44]. §. 10. Si bonorum possessione accepta, filius emancipatus abstinuerit [45] se hereditate per in integrum restitutionem [46], verum est, Senatusconsultum posse locum habere: sed si fuerit rursus immixtus, rursus debet mater abstinere.

§. 11. Si quis ex liberis, dum est in utero, in possessionem missus sit, mox natus sit, & ante bonorum possessionem acceptam decesserit: an matri noceat, videndum, quasi bonorum possessor? Et puto non nocere, si non suus patri adgnascitur. Neque enim sufficit mitti in possessionem, nisi [47] natus quoque acceperit bonorum possessionem. † Igitur & si furioso decreto petita sit possessio, & priusquam ipse mentis compos factus bonorum possessionem petierit, decesserit, matri non obstabit. §. 12. Sed si quis cum statu controversiam pateretur, Carbonianam solam acceperit, an noceat matri bonorum possessio, quæritum quidem est: sed cum hæc tempore [48] finiatur, dicendum est, matri post tempus non nocere; aut si impubes decesserit, matrem posse admitti. §. 13. Sed si infanti per tutorem petita sit possessio, licet statim decesserit, dicendum erit, matri obstitisse: non enim similis est ei, quæ furioso datur. §. 14. Ita demum autem mater Senatusconsulti beneficio excludetur, si filius adiit legitimam hereditatem: cæterum, si omiserit [49] legitimam hereditatem, mater ex Senatusconsulto Tertylliano admittetur. † Sed si non sit solus iste filius legitimus heres, sed sint [50], qui cum eo admittantur: nec in partem eorum mater ex Senatusconsulto erit vocanda. §. 15. Objicitur [51] matri pater in utriusque bonis, tam filii, quam filiæ, sive heres, sive bonorum possessor exstat. Sed neque [52] avus, neque proavus, in Tertylliano matri nocent, quamvis fiduciam contraxerint. † Pater autem tantum naturalis [53], non etiam adoptivus, matri nocet. verius est enim, cum pater esse desierit, a matre eum excludi: sed nec ad bonorum possessionem contra tabulas

1 VI C. LV. 3 *Inst.* 3. Paul. 4 *sent.* 9. Ulpian. 26. §. *ult.* Ed matres liberis succedunt. Factum est autem hoc SC. à D. Pio, ut ait Zonaras, idque Tertullo & Sacerdote Consulibus. vide Cujac. *Inst. eod.*

2 VI C. LVI. 3 *Inst.* 4. Paul. 4 *sent.* 10. Quo filii matribus suis succedunt. Hæc duo Senatusconsulta necessaria fuerunt: quia legibus duodecim tabularum nullum jus ultro citroque capiendæ hereditatis erat inter matrem & liberos, & à Prætore vocabantur ad bonorum possessionem *unde liberi.* Hodie matres ex legibus succedunt certis casibus liberis suis: quod definiendum est ex *Novell.* 118. c. 1. neglecto magna ex parte hoc titulo: qui eam ob causam non ita magno in usu fuerit.

3 *l.* 1. *C. eod. Inst. eod.*

4 *l.* 2. §. 3. *ff. unde legitimi.*

5 *l.* 2. *vers. Itaque. ff. unde cognati.*

6 *l.* 2. §. 3. *in fin. ff. eod.* adde *l.* 1. §. 1. *ff. de suis. l.* 6. *C. ad SC. Orphit.*

7 §. 8. *vers. proinde. J. eod.* vide Paul. 4 *sentent.* 8. §. 5.

8 Vide Paul. 4 *sentent.* 1. §. 1. 2. 3.

9 *l.* 7. *ff. unde cognat.*

10 *l.* 1. §. 9. *ff. unde cognat.* Exfecto ventre editus, ad legitimam hereditatem admittitur: institutus, secundum tabulas, ab intestato Unde cognati, & Unde legitimi.

11 Instituere possumus exsecto ventre editum. 12 Argumentum à ventre ordine naturæ nato, ad ventrem matris utero exsectum. 13 Vide *l.* 1. *ff. de his, qui notantur.*

14 Vide quæ notavi ad *l.* 1. *C. de bonis maternis.* 15 *l.* 2. §. 1. *ff. contra tabulas.*

16 *l.* 11. *in fin. ff. de suis.* §. 2. *Instit. de Senatusc. Orphit.* 17 Vide §. 4. *ff. eod.* 18 Vide Manticam, 12 *de conjecturis ultimar. volunt.* 11.

19 *V. l.* 3. *in fin. ff. de bon. possess.*

20 *V. l.* 6. § 2. *ff. de bon. libert.*

21 Si filius adierit ex Orphitiano, & abstinuerit per restitutionem, agnati matris vocantur jure antiquo. Cujac. ad *l.* 7. *in verb. sed quod Papinianus. ff. de minorib. l.* 2. §. 10. *ff. eod. l.* 6. *in fin. ff. de adqu. hered.* vel sic: Qui per in integrum restitutionem excluditur ab hereditate, licet jure civili heres remaneat, non tamen impedit, quominus illi possit esse heres civili jure. v. *Bart.*

22 *l.* 229. *ff. de verb. signif.*

23 *l.* 4. §. 6. *ff. de re judicata.*

24 *l.* 19. *C. de transactionib.*

25 Longo silentio sopiri, idem est, quod mori.

26 Matres enim libertinæ liberis suis ab intestato succedunt, ut ingenuæ.

27 Est enim heres liberorum suorum.

28 *l.* 1. §. 2. *ff. eod. l.* 2. *ff. unde cognati.*

29 Maxima & media capitis deminutio similis est morti: æque ideo ut mors, ita jus sanguinis utraque minuta perimit. Igitur mater mea mihi esse desinit, qui servo aut peregrino effectus.

30 Filii.

31 *V. l.* 7. *ff. de cognati.*

32 §. 6. *Instit. de capit. deminut.*

33 *l.* 2. *ff. unde cognati.*

34 Mater remanet: ad statum nascendi tempore quem habuit, redit.

35 Vid. *l. ult. in fin. C. ad SC. Orphit.*

36 *l.* 1. §. 3. *ff. eod.*

37 *l.* 3. §. 9. *ff. contra tab.*

38 §. 3. *Instit. de SC. Tertull. l.* 11. *in fin. C. de suis & legit.*

39 *l.* 5. *ff. eod.*

40 Quis est in utero.

41 Vid. *l.* 4. *de fin. ff. unde liberi.*

42 §. 14. *ff. eod.*

43 §. 13. *Inst. de hered. quæ ab intestato.*

44 Speratur. *l.* 7. *C. eod.*

45 Minor beneficio restitutionis in integrum abstinere potest hereditate.

46 *l.* 1. §. 10. *ff. eod.*

47 Atqui patris hereditas non adita transmittitur. *l.* 8. *C. de fid.* An hic suus heres non transmittit? ut vult *Bart.*

48 Anno scilic. *l.* 3. §. *antepenult. ff. de Carbonianis.*

49 §. 8. *ff. eod.*

50 Quinimo unus etiam liberum matrem excludit. *Novell.* 118. *cap.* 2.

51 Id est, pretertur. *l.* 2. *C. eod.* §. 3. *vers. patet. Inst. eod. l.* 10. *ff. de suis.* Interdum non prætertur. *Novell.* 118. *cap.* 2.

52 Differentiam avi & patris observa. Pater matrem defuncti excludit, non avus. *l. ult. ff. pater.* 53 *l.* 3. *ff. eod.*

bulas eum admitti, cum pater esse desierit. §. 16. Undecunque autem acceperit bonorum possessionem pater naturalis, sive legitimus, sive contra tabulas, ex quavis parte excludit matrem.

§. 17. Si sit adgnatus defuncti, & naturalis pater sit in adoptiva familia, sit & mater: admittimus matrem, quoniam patrem adgnatus excluſit [54]. §. 18. Si sit consanguinea soror defuncti, sit & mater, sit & pater adoptatus, vel emancipatus: si consanguinea velit habere hereditatem, matrem ex Senatusconsulto una cum ea venire, patrem excludi placet: si consanguinea repudiet, matrem ex Senatusconsulto propter patrem non venire. & quamvis alias non soleat mater exspectare consanguineam, velit necne adire hereditatem, nunc tamen exspectaturam: consanguinea enim est, quæ patrem excludit. repudiante igitur consanguinea, bonorum possessionem habebit mater cum patre, quasi conjuncta. sed & in hac moram patietur, nec ante accipiet bonorum possessionem, quam pater perierit: quoniam omittente eo, potest ex Senatusconsulto succedere. §. 19. Sed [&] si ipsa mater eadem sit & soror consanguinea (utputa quoniam pater matris nepotem suum ex filia adoptavit), sit præterea & pater naturalis: hæc mater, si quidem quasi consanguinea veniat, excludet patrem: si jus consanguineæ repudiavit, vel capitis deminutione amisit, ex Senatusconsulto venire propter patrem non potest; repudiante vero patre, rursum ex Senatusconsulto potest venire. §. 20. Si mater hereditatem filii filiæve [55] non adierit ex Senatusconsulto Tertylliano, in bonis eorum antiquum jus servandum est: cum enim esset prælatio, matre omittente Senatusconsulti beneficium, jus succedit vetus. §. 21. Sed si mater repudiaverit bonorum possessionem, de adeunda autem hereditate deliberet [56]; dicendum erit, adgnatum non succedere, quoniam nondum vere rum est, non adiisse matrem. §. 22. Quod autem diximus, jus antiquum servari matre non adeunte, cui personæ deferatur hereditas, videndum, utrum ei quæ nunc proxima invenitur cum mater repudiat; an ei quæ fuit, cum intestato decessisse certum est? utputa fuit patruus, cum intestato decederet, & patrui filius, cum mater repudiasset: patruo nondum delatam hereditatem, atque ideo, defuncto eo matre deliberante, patrui filium vocari.

§. 23. *Si* [57] *mater non* [58] *petierit tutores idoneos filiis suis, vel prioribus excusatis rejectisve non confestim aliorum nomina ediderit, jus non habet vindicandorum sibi bonorum intestatorum filiorum.* & quidem, si non petit, incidit [in Constitutionem]: ait enim, *vel non petere*: sed à quo non petere? loquitur quidem de *Prætore* Constitutio: sed puto & in Provinciis locum habere, etiam si à Magistratibus municipalibus non petat: quoniam & Magistratibus municipalibus hoc petat: quoniam & Magistratibus municipalibus [59] dandi necessitas injungitur. §. 24. Quid ergo, si petiit, sed admonita vel à libertis, vel à cognatis? an incidat in Senatusconsultum? Et puto eam incidere, si compulsa fecit, non si, cum petere non cunctaretur, admonita est. §. 25. Quid, si pater eis peti prohibuerat tutorem, quoniam per matrem [60] rem eorum administrari voluit? incidet, si nec petat, nec legitime tutelam administrat. §. 26. Quod si penitus egenis filiis non petit, ignoscendum est [ei]. § 27. Sed si forte absens à libertis præventa est, vel ab aliis: dicendum est eam non excludi: nisi forte, cum frustraretur, id contigit. §. 28. Filius autem non petendo, punitur: utique & filiabus. † Quid, si *nepotibus* [61]? similiter non petendo punitur. §. 29. Quid, si curatores non petiit? verba rescripti deficiunt. sed dicendum est, si quidem impuberibus curatores non petiit, eandem esse rationem: si jam puberibus, cessare [62] debere. §. 30. Quid si, cum prægnans [63] esset, bonis non petiit curatorem? dico, in sententiam incidere. Nam & si apud hostes habuit impuberem, idem erit dicendum.

§. 31. Quid, si furioso [64] tutorem * vel curatorem * non petiit? magis est, ut incidat. §. 32. Non solum autem, quæ non petiit, coërcetur, sed & quæ defunctorie [65] petiit (ut rescripto declaratur), vel privilegio munitum, vel oneratum tribus (puta) tutelis: sed ita demum si data opera hoc fecit. § 33. Quid ergo, si tales petiit, & susceperunt nihilominus, vel derenti sunt? excusata erit mater. §. 34. Quid, si indignos [66], id est, minus habiles, ad tutelam petierit, quoniam sciebat Prætorem eos non daturum? quid tamen, si dedit eos Prætor, matris petitionem secutus? jam quidem Prætoris delictum est: sed & matris punimus consilium. §. 35. Igitur si forte excusati sint illi, vel improbati: debet mater alios sine mora petere. §. 36. Ergo sive non petierit, sive idoneos non petierit, punietur, etiam si dati fuerint minus idonei, Prætore errante. §. 37. Idoneos autem utrum facultatibus, an & moribus petere debeat, dubitationis esse potest? Puto autem, facile ei ignosci, si [67] locupletes sunt hi, quos petiit.

§. 38. Sed [&] si prioribus excusatis, rejectivè, non confestim aliorum nomina ediderit, punitur. §. 39. Quid ergo, si non fuerint omnes excusati, vel non omnes rejecti? Videndum an ei imputetur, cur in locum excusati non petiit? & puto imputandum. §. 40. Quid, si decesserint quidam? Puto, licet verba deficiant [68], sententiam [69] Constitutionis locum habere. §. 41. Sed quod diximus *rejecti*, utrum sic accipimus, à Prætore non dati, an & si suspecti fuerint remoti, vel ob negligentiam vel ignaviam repulsi? etiam hos quis rejectos recte dicet. † Ergo & si latitent: sed longum est. nam nec hoc ei imputetur, cur suspectos non fecit: alioquin, [&] si latitarent, potuit Edicto desiderare, ut eos Prætor adesse juberet, & suspectos eos removeret, si deessent.

§. 42. Quid, si non compulit eos miscere se tutelæ? Et cum plenum [70] officium à matre desideremus, & hæc ei curanda sunt, ne in hereditate ei obstent. §. 43. *Confestim* autem sic erit accipiendum, ubi primum potuit, id est, Prætoris copiam habuit huic rei sedentis [71]: nisi forte infirmitate impedita est, vel alia magna causa, quæ etiam mandare [72] eam ad petendos tutores impediret; ita tamen, ut nullo modo annale [73] tempus excederet. si enim mortalitate filii præventa est, nihil matri imputetur [74].

§. 44. Tractari belle potest, si pupillo amplum legatum sub conditione sit relictum, *si tutores non habuerit*, & propterea ei mater non petierit, ne conditione deficeretur [75], an Constitutio cesset? & puto cessare, si damnum minus sit cumulo legati. quod & in Magistratibus municipalibus tractatur apud Tertyllianum [76]: & putat dandam in eos actionem, quatenus plus esset in damno, quam in legato. nisi forte quis putet, conditionem hanc quasi utilitati publicæ [77] oppugnantem [78], remittendam, ut alias pleraque: aut verba cavillatus [79] imputaverit matri, cur curatores non petierit. finge autem plenius conditionem conscriptam: nonne erit matri ignoscendum? aut hoc imputatur matri, cur non desideravit à Principe conditionem remitti? & puto, non esse imputandum.

§. 45. Ego, etiam si mater ei, qui solvendo non erit, non petiit tutorem, puto ignoscendum: consuluit enim ei, ut minus inquietetur, quasi indefensus. §. 46. Et si forte quis uxorem communis filii matrem heredem scripsit, rogavitque remissa etiam satisdatione, ut filio puberi facto restitueret hereditatem, nec mater ei petiit tutores: debet dici, cessare Constitutionem, cum patris [80] voluntatem secuta sit, & nihil habenti filio tutores non petierit. † Quod si ei remissa satisdatio non fuerit, contra erit: quoniam vel propter hoc debuit tutores habere. sed si forte impubes post matris cessationem [81] fuerit abrogatus, & impubes obierit: dicendum erit, matri adversus adrogatorem non competere ex stipulatu actionem. §. 47. Videndum est, matre [82] prohibita jus suum vindicare, utrum cæteros admittamus, atque si mater non esset: an ipsam heredem dicimus fieri, vel aliud nomen successionis inducere? Sed denegamus ei actiones, & invenimus rescriptum ab Imperatore nostro Antonino Augusto, & Divo patre ejus, Mammiæ Maximinæ pridie Idus Apriles, Plautiano iterum consule: matre remota eos admitti, qui venirent, si [83] mater non fuisset. ergo & adgnati cæterique succedent, aut, si nemo sit, bona vacabunt [84].

De patre adoptivo.

III. Modestinus lib. VIII Regularum.

PAtrem adoptivum [85] matri non obesse, pletique probant [86].

De liberis natu ex diversis matrimoniis.

IV. Idem lib. IX Regularum.

MAttis intestatæ defunctæ hereditatem ad omnes ejus liberos pertinere, etiam si ex diversis [87] matrimoniis nati fuerint, juris est.

De filiis in adoptiva familia relictis. 1. De nepotibus ex illis. 2. De patre, & avo, & matre defuncti.

V. Paulus lib. singulari ad Senatusconsultum Tertyllianum.

ÆQuissimum [88] [visum] est, omnes filios matri [89] præferri, etiam si per adoptionem [90] in familiam relicti essent.

§. 1. Sed & nepos ex adoptivo filio natus ex verbis Senatusconsulti matri obstabit. §. 2. Si ex filio nepotem [91] avus manumiserit, isque patre, & avo, & matre superstitibus decesserit, potest quæri, quis potior esse debeat? nam [92] si mater excluserit avum manumissorem, qui patri anteponitur, Edicto Prætoris inducetur pater defuncti: quo admisso, desinit Senatusconsulto locus esse, & rursus avus vocabitur. itaque rectius est, avo jus suum conservare, qui & contra scriptos heredes bonorum possessionem accipere solet.

De filiis, qui sunt in aliena potestate. 1. Si filius qui se nolle adire hereditatem matris dixit, voluntatem mutet.

VI. Idem libro singulari ad Senatusconsultum Orphitianum.

FIlii mater ex hoc Senatusconsulto [93], etiam [94] si in aliena potestate sit, ad hereditatem admittitur. §. 1. Filius, qui se nolle [95] adire hereditatem [96] matris dixit, an potest mutata voluntate adire, antequam consanguineus vel adgnatus adierit, videndum: propter hæc verba, *si nemo filiorum volet hereditatem suscipere*, quia extensiva sunt. & cum verba extensiva sint, pœnitentia ejus usque ad annum admittenda [97] est: cum & ipsa filii bonorum possessio annalis est.

De fratre vel sorore adoptivis.

VII. Idem [lib. singul. ad Senatusconsultum Tertyllianum & Orphitianum].

SI quis intestatus decesserit relicta matre, & fratre consanguineo, vel sorore, quamvis per adrogationem quæsitis: eadem jura in persona matris servantur, quæ & naturalibus exstantibus liberis.

Si filius defuncti emancipatus deliberet.

VIII. Gaius [lib. singul. ad Senatusconsultum Tertyllianum].

IN suspenso [98] est jus matris, si filius defuncti emancipatus deliberet de bonorum possessione petenda.

De liberis in aliena potestate.

IX. Idem [lib. singul. ad Senatusconsultum Orphitianum].

SAcratissimi Principis nostri [99] Oratione cavetur, *ut matris intestatæ* [100] *hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt, pertineat.*

De peculio castrensi. 1. De eo, qui suspendebat jus matris, sublato.

X. Pomponius [lib. II Senatusconsultorum].

SI filiusfamilias miles non sit testatus de his, quæ in castris adquisierit, an ea ad matrem pertinent, videndum est? Sed non puto [1]: magis enim judicio militum hoc beneficium concessum est, non ut omnimodo quasi patresfamiliarum in ea re sint.

§. 1. Quando *in pendenti* [2] est, an quædam personæ possint obstare matri, & casus tulerit, ut non inducerentur: matri jus integrum erit, quod medio tempore appenderit [3]; veluti si filio intestato mortuo, posthumus ei filius potuerit nasci, nec natus sit, aut mortuus editus, vel [quod] etiam filius, qui in hostium potestate erat, postliminio non sit reversus.

LIBER.

54 Excludit. *Mod.* Cur ita? collige ex *l.* 15. §. 3. *ff. de Inoffic. & temporalib.*

55 *l.* 1. §. 10. *ff. de succeſſ. ed.*

56 *l.* 17. §. 1. *ff. de acquir. hered.*

57 Tutores idoneos filiis suis petere mater cogitur: Imo & tutoribus excusatis vel rejectis, aliorum nomina edere. Quod si non ediderit, jus vindicandi bona intestatorum filiorum non habebit. Quid? à quibus petet? a Prætore in urbe: in provinciis à Magistratibus municipalibus, *ut hic.* Quid, si admonita à libertis, vel cognatis, tutorem petiit? si compulsa, hoc est, coacta petiit, hanc pœnam patitur: non si cunctata est tantum in petendis tutoribus. §. 24. *ff. eod.* Quid, si vetita est a marito petere? in hanc quoque pœnam incidet. §. 25. Quid, si egenis filiis non petiit? non incidet. §. 26. *ff.* Quid, si, quia absens, prævenia est ab alio? non incidet quoque: nisi cum frustraretur, aut animo frustrandi absens fuit. §. 27. Quid, si filiabus & nepotibus non petiit? §. 28. *ff.* aut curatores etiam impuberibus iis non petiit? incidet quoque. §. 29. quemadmodum si bonis ventris aut impuberis apud hostes non petiit, §. 30. vel furiosi. §. 31. Quid, si defunctorie privilegio munitum petiit data opera? Idem §. 32.

58 *l.* 6. *C. qui dare tut. l.* 4. §. 1. §. 4. *ff. qui petant tutor.*

59 *l.* 3. *ff. de tutor. & curator. datis ab his.*

60 *l.* 26. *ff. de teſtam. tutela.*

61 Quod de matre constituitur, id ad aviam extenditur. vid. quæ notavi ad *Novell.* 94.

62 *l.* 6. *C. qui petant tutor.* Cur ita? collige ex *l.* 2. §. 4. *ff. qui petant tutor.*

63 *Bartolus.*

64 *l.* 3. *ff. de tutel.*

65 *l.* 2. §. 1. *ff. qui petant tutor.*

66 Non excusatur mater quæ indignos tutores filiis petierit: sunt enim paria, nullum tutorem, & indignum petere. 67 Locuples tutor censetur, qui æque locuples est ut pupillus. vide *l.* 2. §. 2. *ff. qui petant tutor.* Quid, si unus sit, non ita tamen locuples ut pupillus? Mater plures petere debebit, qui conjuncti sint æque locupletes ut pupillus. *l.* 4. §. 2. *ff. qui petant tutor.*

68 Vide §. 29. *ff. eod.* 69 Imo contrarium omnino verum est. Eo enim casu mater in verba Constitutionis incidit, sed sententia excusatur. *l.* 4. §. 1. *ff. qui petant tutor.*

70 Imo plenum officium à matre non requiritur. *l.* 4. §. 4. *ff. qui petant tutor.*

71 Se dantis. *Haloand. l.* 2 §. 2. *ff. quis ordo in bonorum poſſeſſion.* 72 *l.* 8. *C. qui petant tutor.*

73 Cur? hæc venia annum non excedit. *Baſilic.* 74 *Al.* imputabitur. 75 Defici conditione est, defectu conditionis damnum sentire. 76 De quo dixi ad *l. ult. C. de curatore furioſi.*

77 *V. l.* 9. *l.* 15. *de cond. Inſt. Goth.* Vid. Cujac. *conſ.* 39. Anſ.

78 Id est, reluctantem.

79 De cavillatione dixi ad *l.* 1. *ff. de regula Catoniana.*

80 Vid. §. 25. *ff. eod.*

81 In petenda satisdatione.

82 *V. l.* 1. *C. de ſucceſſ. edict.*

83 Mater enim cognatis præfertur.

84 Et cedent fisco.

85 *l.* 2. §. 15. *ff. eod.*

86 Cur? an ne ars vincat naturam, & iniquum sit adoptivum parentem præferri ejus matri? An pater adoptivus adoptivum suum hic emancipavit?

87 *l.* 4. *in fin. C. de ſecund. nupt. Novo.* 22. *c.* 29.

88 Vid. Cujac. *obſ.* 23.

89 Igitur & multo magis patrono. *l.* 1 §. 1. *ff. de bon. damnat.*

90 *l.* 2. §. 6. *ff. eod.*

91 *l.* 1. §. 2. *ff. ſi quis à parente manum.*

92 Locus est περὶ ἐκφάν, de quo dixi ad *l.* 88. *ff. ad l. Falcid.*

93 *Inſt. eod.*

94 Mater, licet in aliena potestate sit, sui tamen filii est heres. *Goth.* Vid. Bellon. *lib.* 4 *ſuppoſ. cap.* 14. Anſ.

95 Vide Mantic. 12 *de conject.* 14. *num.* 10.

96 *V. l.* 6. *C. de repudianda hered.*

97 *l.* 1. §. 9. *ff. eod.* Imo, non est admittenda, *l.* 2. *C. de jure & facti.* filius enim, qui dicit se nolle adire, postea non potest pœnitere, & adire. *l. ſicut. C. de repud. hered.* An qui dicit, Nolo adire, non repudiare, sed differre tantum hereditatis aditionem intelligitur? An hic est speciale in hereditate materna, ut paterna? ait Bartolus: quem vide *hic.*

98 *l.* 2. §. 9. *ff. eod.*

99 Hadriani, Antonini, & Commodi: & ita abrogatur lex 12 *Tab.* de qua vide Ulpian. 29. §. 7. Paul. 4 *ſentent.* 8. §. 3.

100 *Inſt. eod.*

1 Pertinere scil. Atqui ea legimus à patre occupari. vide *l.* 2. *ff. de caſtrenſ.*

2 *V. l.* 8. *ff. eod.*

3 Apprehenderit.

LIBER TRIGESIMUSNONUS.

TIT. I.

DE OPERIS NOVI [1] NUNCIATIONE.

Summa. 1. *De operibus futuris vel præteritis.* 2. *De additione Prætoris.* 3. *De nunciatione suo vel alieno nomine.* 4. *De omnibus diebus.* 5. *De absentibus, invitis, & ignorantibus.* 6. *Quis sit possessor.* 7. *Si quis post nunciationem ante remissionem ædificaverit.* 8. *De ignorante, quod opus fiat.* 9. *De jurisdictione prætoria.* 10. *De pacto.* 11. *Quid sit opus novum facere.* 12. *Qua opera hoc Edictum complectitur.* 13. *Si quis adsicium vetus sulciat.* 14. *De loco, ubi opus sit.* 15. *Propositio dicendorum.* 16. *De finali,* 17. *Et efficiente causa nunciationis.* 18. *De adificatione in mari, vel in littore.* 19. *De jure suo conservando, vel damno depellendo.* 20. *De usufructuario.*

1. ULPIANUS lib. LII ad Edictum.

HOc [2] Edicto [3] *promittitur* [4], ut, sive jure [5], sive injuria [6] opus fieret, per nunciationem inhiberetur [7]: deinde *remitteretur* [8] prohibitio *habitenus*, quatenus [9] prohibendi *jus* is, qui nunciasset, non haberet [10].

§. 1. Hoc autem Edictum, remediumque operis novi nunciationis, adversus futura opera inductum est, non adversus præterita [11]: hoc est, adversus ea, quæ nondum facta sunt, ne fiant [12]. nam si [13] quid operis fuerit factum, quod fieri non debuit, cessat Edictum de operis novi nunciatione: & erit transeundum ad interdictum, quod vi aut clam factum erit ut restituatur; & quod in loco [14] sacro, religioso, & quod in flumine publico ripave publica factum erit: nam his interdictis restituetur; si quid illicite factum est. §. 2. *Nunciatio* ex hoc Edicto non habet necessariam Prætoris additionem [15]: potest enim [16] nunciare quis, etsi eum non adierit.

§. 3. Item nunciationem & nostro & alieno nomine facere possumus [17]. §. 4. Item nunciatio omnibus diebus [18] fieri potest. §. 5. Et adversus absentes etiam, [&] invitos, & ignorantes operis novi nunciatio procedit. §. 6. In operis autem novi nunciatione possessorem [19] adversarium facimus [20].

§. 7. Sed si is, cui opus novum nunciatum est, ante remissionem [21] ædificaverit, deinde cœperit agere, jus sibi esse ita ædificatum habere: Prætor actionem ei negare debet; & interdictum [22] in eum de opere restituendo reddere. §. 8. Potest autem quis nunciare etiam ignorans, quod [23] opus fieret. §. 9. Et post operis novi nunciationem committunt [24] se litigatores prætoriæ jurisdictioni. §. 10. Inde quæritur apud Celsum lib. XII Digestorum, si post opus novum nunciatum conveniat tibi cum adversario, ut opus faceres, an danda sit conventionis exceptio? Et ait Celsus, dandam [25]; nec esse periculum, ne pactio privatorum jussui Prætoris anteposita videatur: quid enim aliud agebat [26] Prætor, quam [hoc], ut controversias eorum dirimeret? a quibus si sponte [27] recesserunt, debebit id ratum habere [28].

§. 11. *Opus novum facere* videtur, qui aut ædificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem [29] operis mutat.

§. 12. Hoc autem Edictum non omnia opera complectitur: sed ea sola, quæ solo conjuncta sunt [30], quorum ædificatio [31], vel demolitio videtur opus novum continere. Idcirco placuit, si quis messem faciat [32], arborem succidat, vineam putet: quanquam opus faciat, tamen ad hoc Edictum non pertinere: quia ad ea opera, quæ in solo fiunt, pertinet hoc Edictum. §. 13. Si quis ædificium [vetus] fulciat, an opus novum nunciare ei possumus, videamus? Et magis est, ne possimus: hic enim non opus novum facit, sed veteri [33] sustinendo remedium adhibet.

§. 14. Sive autem intra oppida sive extra oppida in villis vel agris opus novum fiat, nunciatio ex hoc Edicto locum habet: sive in privato sive in publico opus fiat. §. 15. Nunc videmus [34], *quibus* [35] *ex causis fiat nunciatio, & quæ persona* [36] *nuncient* [37], *quibusque nuncietur, & in quibus locis* [38] *fiat nunciatio, & qui effectus sit nunciationis.* §. 16. *Nunciatio* fit, aut juris nostri conservandi causa, aut damni [39] depellendi, aut publici juris tuendi gratia.

§. 17. Nunciamus autem, quia jus aliquod prohibendi habemus: vel ut damni infecti caveatur nobis ab eo, qui forte in publico vel in privato quid molitur; aut si quid contra leges, Edictave Principum, quæ ad modum [40] ædificiorum facta sunt, fiet, vel in sacro, vel in loco religioso, vel in publico, ripave fluminis, quibus ex causis & interdicta proponuntur. §. 18. Quod si [quis] in mare vel in litore ædificet, licet in suo non ædificet, jure tamen gentium suum [41] facit. Si quis igitur velit [ibi] ædificantem prohibere, nullo jure prohibet: neque opus novum nunciare, nisi [42] ex una causa potest, si forte damni infecti velit sibi caveri. §. 19. *Juris nostri conservandi* aut *damni depellendi* causa opus novum nunciare potest is, ad quem res pertinet.

§. 20. *Usufructuarius* [43] autem opus novum nunciare suo nomine non potest: sed procuratorio [44] nomine nunciare poterit, aut vindicare usumfructum ab eo [45], qui opus novum faciat: quæ vindicatio præstabit ei, quod ejus interfuit, opus novum factum non esse.

[1] VIII C. XI. 5 *Decret.* 32. περὶ Καινοτομιῶν ἢ τοῦ παντὸς ἔργου, &c. 13 *Eclog.* 2. *fol.* 458. vide *Harmenop.* 2. *tit.* 4. longe lateque hanc materiam explicantem. *Nov.* 63. περὶ καινοτομιῶν, quæ ad novi operis nunciationem maritimi aspectus pertinet: facit VIII C. XII. & 15 C. *Theod.* 1. de operibus publicis. Porro nunciare novum opus, est inhibere, ne novum opus ædificando fiat, aut perficiatur. Nunciationi subcontraria est remissio novi operis, de qua *lib.* 43. *tit.* 25. Adjecta est autem cautio de damno infecto. ff. *tit. proxim.* adde Duar. 1 *disp.* 16. Cæterum hoc remedium est possessionis tuendæ.

2 De quo mox dicturus est. *Goth.* Vid. Anton. Augustin. *lib.* 1 *emendat. c.* 4. S. L.

3 Quod & interdictum dici potest. *Zas. hic. n.* 10.

4 Permittitur. *Hal.* Quæ permittuntur, habent vim statuti. *Zas. hic.*

5 *l.* 20. §. 1. ff. *eod.*

6 *l.* 20. §. 3. ff. *eod.* dummodo dubium sit, an adversarius habeat jus denunciandi. *Zas.*

7 Hæc inhibitio legitime fieri debet. An & nunciationis causa exponenda est postulante saltem adversario? negat Zasius contra Accursium *hic. num.* 15. Fatetur tamen causas inferendas esse, si exsequtio nunciationis fiet. *num.* 16.

8 *l. unic.* ff. *de remissionib.*

9 Prohibitio facta extra causam cognitionis, jus meum non lædit.

10 Nec in eo Prætor sibi contrarius est: hoc enim postremum facit cum causæ cognitione.

11 §. 13. ff. *eod.*

12 Nec enim quæ jam facta sunt, prohiberi possunt, cum facta infecta esse nequeant.

13 Post factum est intempestiva commonitio.

14 *l.* 2. §. 2. ff. *de interd.*

15 Melius est tamen, si per Prætorem nuncietur. *l.* 5. §. 10. ff. *eod.*

16 Hic ratio redditur per petitionem principii.

17 Si modo mandatum plenum habeamus: aut, si de eo dubitamus, caveamus de rato.

18 Etiam feriatis, qualescunque illi sint. 19 Id est, dicimus eum possidere. *l.* 5. §. 10. *in fin.* ff. *eod. l.* 7. §. 2. ff. *quod vi aut clam.* 20 Præterquam si nunciatio fiat de servitute. negat enim Zasius ob servitutem jura transferri possessionum. 1 *Resp.* 8. 21 Id est, antequam ei sit remissa nunciatio. 22 De quo vide *l.* 20. ff. *eod.* 23 Id est, quale.

24 Id est, committere solent. 25 *l.* 3. §. 2. ff. *quod vi, aut clam.* 26 Nota boni judicis officium. adde *l.* 13. §. 3. ff. *de usufruct. & quemadmod. l.* 21. *in fin.* ff. *de rebus cred. l.* 15. ff. *de judiciis.* 27 Concordia potest inter litigantes iniri sine judicis auctoritate, nisi de crimine publico agatur. 28 Quid, si pertinaciter filii litigant? Zasius ait eo casu cogi posse à judice, ut concordiam ineant, aut urbe discedant, præsertim si tales sint personæ, quæ reipublicæ statum perturbare vel labefacere possint, *hic. num.* 8. 29 Mutatio qualitatis intrinsecus opus novum facit. *l.* 1. §. 3. ff. *de verborum obligation.* adde *l.* 2. §. 2. ff. *de verborum obligat.*

30 Opere hominis scilicet. 31 Adde *l.* 17. §. 2. ff. *de servitut. urban.*

32 Forte ante tempus. vide quæ notavi ad *l.* 48. ff. *de usufruct.* 33 Reficienti non potest nunciari novum opus, si in ipsa refectione veteris operis formam servaverit.

34 *Al.* videamus. 35 Vide §. 16. & *seq.* ff. *eod.* 36 Vide *l.* 5. ff. *eod.*

37 Methodum observa. Quæ personæ nuncient, quibus ex causis, adversus quas personas, quo loco, & quo effectu nuncietur. 38 Vide *l.* 5. §. 2. ff. *eod.* 39 Vide Bartolum, *hic.* Socin. *regul.* 226. 40 Contra modum ædificat, qui mensuram à lege præfinitam non servat. vide *l. ultim.* ff. *fin. regund. l.* 1, *l.* 9. *l.* 11. *C. de ædific. priv.* ubi dixi de altitudine ædificiorum: ut & de crassitudine parietum. 41 Venetos urbem suam ideo fecisse Baldus hinc colligit, non ob eam tamen causam immunes à jurisdictione imperatoria esse, quod Imperator terræ marisque sit dominus. 42 Licet in ripa maris ædificare liceat, non tamen id licet cum damno vicini. *l.* 50. ff. *de acquirendo rerum. l.* 2. §. 8. ff. *ne quid in loco publico. l. ultim. in fin.* ff. *de servitut. urban.* 43 Vide Zasium 2 *intellect.* 19. 44 Usufructuarium feudalem actus dominicos suo nomine non exercere, sed nomine proprietarii, qui solus est patronus feudi, hinc colligit Molinæus, §. 1. *conf. gloss.* 1. *num.* 15. 16. 17. quem vide: tractat enim ibidem, quæ permissa sint usufructuario. adde Cujacium 1 *observat.* 9.

45 Extraneo scilicet.

II. JULIANUS lib. XLIX Digestorum.

SI autem domino prædii nunciaverit, *inutilis* erit nunciatio: neque [46] enim, sicut adversus vicinum, ita adversus dominum agere potest, jus ei non esse invito se altius ædificare: sed, [si] hoc facto ususfructus deterior fiet, petere usumfructum debebit.

De prædio provinciali. 1. *De loco communi.* 3. *De superficiario.* 4. *Si quid in publico fiat.*

III. ULPIANUS lib. LII ad Edictum.

IN Provinciali [47] etiam prædio si quid fiat, operis novi nunciatio locum habebit [48]. §. 1. Si in loco communi quid fiat, nunciatio locum habebit adversus vicinum. † Plane si unus nostrum in communi loco faciat, non [49] possum ego socius opus novum ei nunciare: sed eum prohibebo communi dividundo judicio, vel per Prætorem [50]. §. 2. Quod si socius meus in communi insula opus novum faciat, & ego propriam habeam, cui nocetur: an opus novum nunciare ei possim? Et putat Labeo non posse nunciare: quia possum eum alia ratione prohibere ædificare, hoc est [vel] per Prætorem, vel per arbitrum communi dividundo: quæ sententia vera est. §. 3. Si ego superficiarius sim, & opus novum fiat [à] vicino, an possim nunciare? movet, quod quasi inquilinus sum [51]. Sed Prætor mihi utilem [52] in rem actionem dat, & ideo & servitutium causa actio mihi dabitur, & operis novi nunciatio debeat mihi concedi. §. 4. Si in publico aliquid fiat, omnes cives opus novum nunciare possunt.

IV. PAULUS lib. XLVIII ad Edictum.

NAm Reipublicæ [53] interest quamplurimos ad defendendam suam causam admittere.

De pupillo. 1. *De servo.* 2. *Ubi, & quem nunciare oportet.* 5. *Si plurium sit res, in qua opus fit.* 6. *Vel cui opus nocet.* 7. *Si quis Prætors nunciare velit.* 8. *Si quis in ædes nostras immittat, aut in loco nostro ædificet.* 9. *De causa nunciationis.* 10. *Si quis in nostro vel in suo faciat.* 11. *De rivis vel cloacis purgandis, & generaliter his, quorum mora periculum est allaturæ.* 14. *De jurejurando calumniæ.* 15. *De demonstratione loci, in quo nunciatur.* 16. *Si in pluribus locis opus fiat.* 17. *De satisdatione.* 18. *De procuratore.*

V. ULPIANUS [lib. LII ad Edictum].

DE pupillo quæsitum est? Et Julianus lib. XII Digestorum scripsit pupillo non esse operis novi [54] nunciationis executionem dandam, nisi [55] ad ipsius privatum commodum res pertineat: veluti si luminibus ejus officiatur, aut prospectui obsit. † Non aliter autem pupilli rata habebitur nunciatio, quam [intercedente] tutore auctore. §. 1. Servo [56] autem opus novum nunciari potest [57]. Ipse vero nunciare non potest, neque nunciatio *ullum effectum habet.* §. 2. Nunciationem autem in [re] præsenti faciendam, meminisse oportebit, id est, eo [58] loci, ubi opus fiat, sive quis ædificet, sive inchoet ædificare. §. 3. Nunciari autem non utique domino oportet: sufficit enim in [re] præsenti nunciari ei, qui in re præsenti fuerit, usque adeo ut etiam fabris [59] vel opificibus, qui eo loci operantur, opus novum nunciari possit. † Et generaliter ei nunciari opus novum potest, qui in [60] re præsenti fuit domini operisve nomine. Neque refert quis sit iste, vel cujus conditionis, qui in re præsenti fuit. Nam & si servo nuncietur, vel mulieri, vel puero [61], vel puellæ, tenet nunciatio: sufficit enim, in re præsenti operis novi nunciationem factam sic, ut domino possit renunciari. §. 4. Si quis forte in foro domino opus novum nunciat, hanc nunciationem nullius esse momenti, exploratissimum est: in re enim [62] præsenti, & (pene dixerim) ipso opere, hoc est, in re ipsa nunciatio facienda est; quod idcirco receptum est, ut confestim per nunciationem ab opere discedatur: cæterum, si alibi fiat nunciatio, illud incommodi sequitur, quod dum venitur ad opus, si quid fuerit operis per ignorantiam factum, evenit, ut contra Edictum Prætoris sit factum. §. 5. Si [63] plurium res sit, in qua opus novum fiat, & uni nuncietur: recte facta nunciatio est, omnibusque [64] dominis videtur denunciatum. † Sed si unus ædificaverit post operis novi nunciationem: alii, qui non ædificaverint, non tenebuntur: * neque enim debet nocere factum alterius ei [65], qui nihil fecit. §. 6. Si plurium dominorum rei opus noceat: utrum sufficiet unius ex sociis nunciatio, an vero omnes nunciare debeant? Et est verius, unius nunciationem omnibus non sufficere: sed esse singulis nunciare necesse: quia & fieri potest, ut nunciatorum alter habeat, alter non habeat jus prohibendi.

§. 7. Si quis ipsi Prætori [66] velit opus novum nunciare [67], debet, ut interim [68] testetur, non posse se nunciare: & si nunciavit postea, & quod retro [69] ædificatum erit, destruendum erit, quasi repetito [70] die nunciatione facta. §. 8. Sed & si in ædes nostras quis immittit, aut in loco nostro ædificet: æquum est, nos operis novi nunciatione jus nostrum nobis conservare.

§. 9. Et belle Sextus Pedius definiit, triplicem esse causam operis novi nunciationis: aut naturalem [71], aut publicam, aut imposititiam. *Naturalem,* cum in nostras ædes quid immittitur, aut ædificatur in nostro. *Publicam* causam, quotiens Leges, aut Senatusconsulta, Constitutionesque Principum per operis novi nunciationem tuemur [72]. *Impositititiam,* cum quis, posteaquam jus suum deminuit, alterius auxit, hoc est [73], posteaquam servitutem ædibus suis imposuit, contra servitutem fecit. §. 10. Meminisse autem oportebit, quotiens [74] quis in nostro ædificare, vel in nostrum immittere vel projicere vult: melius esse, eum per Prætorem [75], vel per manum (id est, *lapilli* [76] *ictum* [77]) prohibere, quam

46 *l. un.* §. 4. ff. *de remiss.* vide Cujac. 1 *obs.* 16. & 9 *obs.* 17.

47 Stipendiario, tributario. vid. *l. unic. C. de usucap. transformanda.*

48 Nam licet tributa solvantur, sunt tamen in proprietarii dominio.

49 Socius socio possitne novum opus nunciare, vide Zas. 1 *intellect.* 1.

50 Vide ad hunc locum Zas. 1 *intellect.* 1. Goth. Adde *l.* 26. ff. *de servitut. urb. quæd. l.* 13. §. 3. ff. *quod vi aut clam.* Huc pertinet quæstio an ædificium, super communi pariete ab uno conjunctum, sit demoliendum? potius est ut dicamus commune effici. Bart. in *l. quidam liberum.* 13. ff. *de servit. urban. prad.* Bocr. *cons.* 5. *num.* 26. & *seq.* Ans.

51 Atque ita non videtur posse nunciare, nec etiam id licet usufructuario adversus extraneum. *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.*

52 Superficiarius, ratione utilis dominii, potest proprio nomine novum opus nunciare.

53 Et privatorum absentium. *l.* 33. §. 2. ff. *de procurat.*

54 Facti in publico scil.

55 V. *l.* 6. ff. *de popularib. act.*

56 §. 3. ff. *eod.*

57 Cur, cum ad moram inducendam non sufficiat servo denunciasse? *l.* 32. §. 1. ff. *de usuris.*

58 §. 4. ff. *eod.*

59 Vide Molin. §. 1. *consuet. ghff.* 4. *num.* 4.

60 §. 4. ff. *eod.*

61 Vel furioso, *l.* 10. ff. *eod.* Id intelligo de nunciatione reali, non personali: hic enim locus minime intelligendus est de ipsa denunciatione, quæ debet idonee fieri, sed de ipso actu reali tantum. Hoc enim sufficit denunciationem & arestum in ipsa re fieri, etiamsi nemo adsit, nisi executor cum suis testibus: postea tamen res adversario indicanda, alias denunciatio non tenet. Molin. §. 52. *num.* 55.

62 §. 3. ff. *eod.*

63 V. Zas. 1 *intellect.* 5.

64 Uni ædificantium quod nunciatur, reliquis nunciatum esse intelligitur.

65 *l.* 74. ff. *de reg. l.* 68. ff. *de acquir. hereditate.*

66 Aliud est, si

quis perpetuo Magistratu fungens ædificet: tunc enim potest ei nunciari. *Bart. Zas.* 67 Quod eum in jus vocare non possit. Denunciatio, licet actus extrajudicialis sit, tendit tamen ad judicium.

68 Debet interim testari se non posse nunciare: & sic, Impeditus denunciare, prætestari interim de suo impedimento debet, ut ea protestatione jus suum conservet, & nunciatio postea facta retrotrahatur. 69 Id est, post testationem factam. 70 V. *l.* 3. ff. *de fide instrum.*

71 Ea damnum repellinus. 72 Communes res unicuique licet defendere. 73 Servitutis hæc est natura, jus ut prædii servientis minuat: quod qui facit, novum opus facere intelligitur.

74 Hinc Bartolus & Guido Papius *quæst.* 61. colligunt, Tametsi nondum dies agendi, vel fiendi adversarii, vel pignoris capiendi venit, interim tamen creditoris superiorem aliquid fieri posse creditorem libello à judice petere eorum potestatem sibi fieri, ut ita apparitor rem vel fistat, vel ab eo pignus capiat, suis postea exceptionibus utiturus. Et sic valere prohibitionem Prætoris alternative factam, puta ut non ædifices, vel venias responsurus: & clausulam, *si sensero te gravatum, in jus veni*, præceptum executivum firmare. *Ripenf. hic. num.* 19. 24. 75 Nunciatio fit, vel per Prætorem, vel per lapilli jactum, seu ictum (de quo adde *l.* 6. §. 1. ff. *si servitus vindicetur.*) vel nudis verbis per interdictum prohibitorium, per actionem civilem, seu confessoriam, ac negatoriam. 76 Solemnitas hæc prohibendi operis per lapilli jactum hodie non est in usu. Fit enim hodie prohibitio vel per Prætorem, vel eo absente ab eo, cujus interest opus ædificari.

77 Lapilli ictus vel jactus symbolum fuit veteribus prohibitionis operis novi.

quam operis novi nunciatione: cæterum, operis novi nunciatione posse dolorem eum faciemus [78], cui nunciaverimus. Aut si in suo [79] quid faciat, quod nobis noceat: tunc operis novi denunciatio erit necessaria. Et si forte in nostro aliquid facere quis perseverat: æquissimum erit, Interdicto [80] adversus eum *quod vi aut clam*; aut *uti possidetis*, uti. §. 11. Si quis rivos [81] vel cloaces [82] velit reficere, vel purgare: operis novi nunciatio meritò prohibetur [83], quia publicæ [84] salutis & securitatis interest, & cloaces [85] & rivos purgari. §. 12. Præterea generaliter Prætor cætera quoque opera excepit, quorum mora periculum aliquod allatura est. nam in his quoque contemnendam putavit operis novi nunciationem. Quis enim dubitat, * multo melius esse, omitti operis novi nunciationem, quam impediri operis necessarii urgentem extructionem? totiens autem hæc pars locum habet, quotiens dilatio periculum [86] allatura est. §. 13. Proinde si quis, cum opus hoc mora periculum allaturum esset, nunciaverit opus novum, vel si in cloacis, vel ripa reficiendis aliquid fieret: dicemus, apud judicem quæri debere, an talia opera fuerint, ut contemni nunciatio deberet? nam si apparuerit vel in cloaca, rivove, eove, cujus mora periculum allatura esset: dicendum est, non esse verendum, ne [hæc] nunciatio noceret.

§. 14. Qui opus novum nunciat, jurare debet, non calumniæ causa opus novum nunciare. † Hoc jusjurandum auctore Prætore defertur: idcirco non exigitur, ut juret is ante [87], qui jusjurandum exigat. §. 15. Qui nunciat, necesse habeat demonstrare, in quo loco [88] opus novum nunciet, scituro eo, cui nunciatum est, ubi possit ædificare, ubi interim abstinendum est. † Totiens autem demonstratio facienda est, quotiens in partem fit nunciatio. cæterum, si in totum opus fiat, non est necesse demonstrare: sed hoc ipsum dicere. §. 16. Si in pluribus locis opus fiat, utrum una nunciatio sufficiat, an vero plures sint necessariæ? Et ait Julianus lib. XLIX Digestorum, quia in re præsenti fit nunciatio, plures [89] nunciationes esse necessarias, & consequenter plures remissiones [90]. §. 17. Si is, cui renunciatum erit ex operis novi nunciatione, satisfecerit [91], repromiserit ve, aut per eum non [92] fiet, quo minus boni viri [93] arbitratu satisfaciet, repromittave: perinde est, ac si operis novi nunciatio omissa [94] esset. † Habet autem hoc remedium utilitatem: nam remittit vexationem ad Prætorem veniendi, & desiderandi, ut missa fieret nunciatio. §. 18. Qui procuratorio nomine nunciaverit, si [95] non satisdabit, *eam rem dominum* ratam *habiturum* nunciatio *omnimodo* remittitur, etiamsi verus sit procurator.

§. 19. Qui remissionem [96] absentis nomine [97] desiderat, sive ad privatum sive ad publicum jus ea remissio pertinet, satisdare cogitur [98]: sustinet enim partes defensoris [99]. sed hæc satisdatio non pertinet ad ratihabitionem, sed ad operis novi nunciationem. §. 20. Si procurator autem opus novum mihi nunciaverit, & satis acceperit, deinde interdicto adversus eum utar, ne vim mihi faciat, quo minus ædificem: ex interdicto eum oportet judicatum solvi satisdare. quia [100] partes sustinet defensoris:

VI. Julianus [lib. XLI Digestorum].

ET ideo neque exceptiones [1] procuratoriæ opponi ei debent, nec satisdare cogendus est, ratam rem dominum habiturum.

1. De tutore vel curatore.

VII. Ulpianus [lib. LII ad Edictum].

ET, si satisdationem non dabit, summovendus erit ab executione operis novi: & actiones, quas domini nomine intendit, debent ei denegari. §. 1. Et tutor & curator [2] opus novum recte nunciant.

De vicino proximo, vel superiori. 1. De eo, quod ante nunciationem factum est, in testationem referendo. 2. Quo casu opus faciens satisdare debet. 3. Aut promittere. 4. De effectu nunciationis. 5. De modulo sumendo, ut probetur, quod postea ædificatum sit. 6. De morte & alienatione.

VIII. Paulus [lib. XLVIII ad Edictum].

NOn solum proximo [3] vicino, sed etiam superiori opus facienti nunciare opus novum potero: nam & servitutes [4] quædam, intervenientibus mediis locis vel publicis vel privatis, esse possunt. §. 1. Qui opus novum nunciat, si quid operis jam factum erit, in testationem [5] referre debet, ut appareat, quid postea factum sit. §. 2. Si, cum possem te jure prohibere, nunciavero tibi opus novum: non alias ædificandi jus habebis, quam si satisfederis [6]. §. 3. Quod si nunciavero tibi, ne quid contra Leges in loco publico facias: promittere [7] debebis. quoniam de eo opere, alieno jure contendo, non meo: & tanquam alieni juris petitor, repromissione contentus esse debeo. §. 4. Sciendum sit [8], facta operis novi nunciatione, cui nunciatum est, abstinere oportere, donec caveat [9], vel donec remissio nunciationis fiat: tunc enim, si jus ædificandi habet, recte ædificabit. §. 5. Sed ut probari possit, quid postea ædificatum sit, modulos [10] sumere [11] debet is, qui nunciat: qui ut sumantur, conferuntur, Prætor decernere solet. §. 6. Morte ejus, qui nunciavit, extinguitur [12] nunciatio [13], sicut alienatione: quia his modis finitur [14] jus prohibendi. §. 7. Quod si is, cui opus novum nunciatum erat, decesserit, vel ædes alienaverit: non [15] extinguitur operis novi nunciatio. idque ex eo apparet, quod in stipulatione, quæ ex hac causa interponitur, etiam heredis mentio fit.

De creditore.

IX. Gaius [ad Edictum Urbicum, titulo de operis novi nunciatione].

CReditori [16], cui pignoris nomine prædium tenetur, permittendum est, de jure (id est, de servitute) opus novum nunciare: nam ei vindicatio servitutis datur.

Utrum nunciatio fiat in rem, an in personam. Quibus nunciari potest.

X. Ulpianus [lib. XLV ad Sabinum].

OPeris novi nunciatio in rem [17] fit, non in personam. Et ideo furioso [18] & infanti fieri potest: nec tutoris auctoritas in ea nunciatione exigitur.

XI. Paulus [lib. XI ad Sabinum].

CUilibet enim intelligenti, veluti fabro [19], nunciatum, infantem & furiosum tenet.

De cautione.

XII. Idem [lib. XIII ad Sabinum].

EX operis novi nunciatione si caveatur [20], tanti [21] stipulatio [22] committitur [23], quanti judicatum sit.

De procuratore.

XIII. Julianus [lib. XLI Digestorum].

CUm procurator opus novum nunciat, & satisdat rem [24] ratam dominum habiturum: & remissio [25] in domini [26] personam confertur [27]. §. 1. Si dominus opus novum nunciaverit [28] intra diem, quæ stipulatione ex operis novi nunciatione interposita comprehensa esset, committitur stipulatio [29]: si præterita ea die dominus nunciaret [30], non committitur. Nam & ipsi domino, cum semel nunciaverit, non [31] permittitur iterum nunciare, quamdiu stipulatio ex operis novi nunciatione teneret.

§. 2. Si in remissione à parte ejus, [qui opus novum nunciaverat, procurator interveniat: id agere Prætorem oportet, ne falsus [32] procurator absenti noceat. cum sit indignum, quolibet interveniente beneficium Prætoris amitti.

De servitute.

XIV. Idem lib. XLIX Digestorum.

QUi [33] viam [34] habet, si opus novum nunciaverit adversus eum, qui in via ædificat, nihil agit [35], sed servitutem vindicare [36] non prohibetur.

De officio judicis adversus absentem non defendentem, cum de servitute agitur.

XV. Africanus [37 lib. IX Quæstionum.

SI, priusquam ædificatum esset, ageretur, jus vicino non esse ædes altius tollere, nec res ab eo [38] defenderetur: partes judicis non alias futuras fuisse ait, quam ut eum, cum quo ageretur, cavere juberet, *non prius se ædificaturum, quam ultro* [39] *egisset, jus sibi esse altius tollere.* † Idemque e contrario [40], [si] cum quis agere vellet, jus sibi esse [invito adversario] altius tollere: eo non defendente, similiter (inquit) officio judicis continebitur, ut cavere adversarium juberet [41], *nec opus novum se nunciaturum, nec ædificenti vim facturum* [42]. † Eaque ratione hactenus is, qui rem non defenderet, punietur, ut jure suo probare necesse haberet: id enim esse, petitoris partes [43] sustinere.

Si Prætor jusserit nunciari, deinde prohibuit.

XVI. Ulpianus lib. XIII ad Edictum.

SI opus novum Prætor jusserit nunciari, deinde [44] prohibuit [45]: ex priore renunciatione [46] agi non potest, quasi adversus dictum [47] ejus factum sit.

De procuratore.

XVII. Paulus lib. LVII ad Edictum.

SI procurator [48] opus novum facientem prohibuerit, domino [49] competit *quod vi* aut *clam* interdictum.

De adibus communibus. 1. De dominio vel possessione soli, in quo opus fit.

XVIII. Papinianus lib. III Quæstionum.

ÆDibus communibus, si ob opus novum nunciatio uni fiat, si [50] quidem ex voluntate omnium opus fiat, omnes nunciatio tenebit: si vero quidam ignorent, in solidum obligabitur qui contra Edictum Prætoris fecerit. §. 1. Nec ad rem pertinet, cujus solum sit, in quo opus fiat: sed quis ejus soli possessor inveniatur; modo si ejus nomine opus fiat.

De operis novi executione vel denunciatione denegata.

XIX. Paulus lib. [VIII] Quæstionum.

SCiendum est, denegata exsecutione operis novi [51], nihilominus integras legitimas [52] actiones manere: sicut in his quoque causis manent, in quibus ab initio operis novi denunciationem Prætor denegat.

Interdictum restitutorium. 1. Ratio Interdicti. 2. De loco vacuo vel ædificato. 3. De jure vel non jure facto. 4. De facto ante remissionem, vel illud, quod loco remissionis habetur. 5. De parato satisdare. 6. De tempore. De successoribus. 7. De eo, qui fecit vel ratam habuit. 8. De successoribus. 9. Interdictum prohibitorium. 10. Summa & ratio Interdicti. 11. Si quis jure vel non jure ædificet. 12. Cui competit Interdictum. 13. De cautione. 16. De tempore. De successoribus.

XX. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

PRætor ait, QUEM IN LOCUM NUNCIATUM EST, NE QUID OPERIS NOVI FIERET, QUA DE RE AGITUR: QUOD IN EO LOCO, ANTEQUAM NUNCIATIO MISSA FIERET, AUT IN EA CAUSA ESSET UT REMITTI DEBERET, FACTUM EST, ID RESTITUAS.

§. 1. Interdictum [53] hoc proponitur ex hujusmodi causis: Edicto

---

78 V. *l.* 1. § 6. *ff. eod.*

79 Qui in suo ædificat, non potest prohiberi per Prætorem & jactum lapilli, sed per solam nunciationem.

80 Interdictum uti possidetis competit ad denunciandum opus factum post prohibitionem.

81 *l.* 3. §. 8. *ff. de rivis.*

82 Cloacas *Hal. l.* 1. §. 13. *ff. de cloacis.*

83 Nec est timenda ab eo, cui nunciatur. Frustra timetur nunciatio privati, ubi consulitur publicæ utilitati: sic in notoriis non sunt audiendi testes.

84 Feriis rivos purgari & aquam duci posse, hinc colligunt *argum. l.* 2. *ff. de feriis.* Extant sine hi versus Virgilii, 1 *Georgic. Quippe etiam festis quædam exercere diebus Fas & jura sinunt, rivos deducere nulla Religio vetuit, segeti prætendere sepem, Insidias avibus moliri, incendere vepres, Balantumque gregem fluvio mersare salubri.*

85 Cloacas. *Hal.*

86 Propter periculum eminens receditur à puncto juris communis. *Zas. hic. n.* 4. *in fin.* id est, à jure communi.

87 Antequam jusjurandum exigatur: & sic, Juramentum calumniæ potest omitti, si nec pars, nec judex id præstari petierit *Bald.*

88 *l.* 6. *ff. de rei vind.*

89 Contra ædificantem in locis pluribus requiruntur plures nunciationes *Zas.*

90 Pluralitas nunciationum requirit pluralitatem remissionum. *Bald.*

91 Satisfactio à novum opus faciente præstita facit, ut cesset novi operis nunciatio. Atque ita judicatum refert Lucius in Curia Parisiensi ann. 1439, 6 Kalend. Octobr. contraria arresta referuntur 1513, Novembr. 26: & 1514, Novembr. 17. Præstat enim injuriam ab initiis ipsis arceri, quam post eam acceptam id quod interest consequi. *Goth.* Interponitur hæc cautio de opere demoliendo, hoc est, in pristinam formam restituendo, si injuria factum probetur. *l.* 20. *l.* 21. §. 1. & *seq. b. t. Iunic. C. eod.* vid. Zas. *hic.* Ans.

92 Paria sunt rem esse factam, aut per me non stare, quo minus fiat. *l.* 20. §. 5. *ff. eod.*

93 In rebus litigiosis recurrendum est ad arbitrium boni viri.

94 Id est, remissa.

95 Ubi dubitatur de mandato procuratoris nunciantis, cavendum est de rato. procurator absentis. fieri nunciationis. *l.* 8. §. 2. *l.* 21. §. 1. *ff. eod.*

96 Id est, qui petit sibi remitti nunciationem novi operis.

97 Puta, ut procurator absentis.

98 Judicatum solvi, & de opere demoliendo ei, a quo petit remissionem

99 Ideoque cavere debet. *l.* 45. *in fin. ff. de procur.*

100 Ut §. 19. *ff. eod.*

1 *l* 3. *in fin. ff. de exceptionib.*

2 Adde *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

3 Id est, immediato.

4 *l.* 5. §. 9. *ff. eod.*

5 §. 5. *ff. eod.* vide *l.* 14. §. 7. *de religiosis.*

6 *l.* 5. §. 17 *ff. eod.*

7 Id est, repromittere.

8 *Al.* est

9 Cautio hæc, loco remissionis est.

10 § 1. *ff. eod. l.* 1. § 4. *ff. ususfr. quemadm.*

11 V. Robert. 2 *animadvers.* 14. & Mercat. 2 *Notator.* 14. Porro modulos sumere non est synopsim operis facere, sed adnatiri opus, quod jam ædificatum sit.

12 Imo non extinguitur: datur enim perpetuo. *l.* 20. §. 6. *ff. eod.*

13 Si res sit integra fcil. *Zas.*

14 Morte finitur voluntas. vid. Sebastian. Medicem, *tract. de morte.*

15 Ex hoc & superiori §. collige, Novi operis nunciationem in persona nunciantis, esse personalem: in persona ejus, cui nunciatum est, esse realem. *Zas.*

16 Habens prædium pignoratum, potest opus novum nunciare. *Bald.* adde *l.* 16. *ff. de servitutib. l. unic. in fin. ff. de remissionib.*

17 Et ideo puta super eo fertur sententia, prædio datur. *l. ult. ff. eod.* Goth. Hinc colligo, Quod si opifici bus nuncietur domino ignoranti, & illi spreta nunciatione ædificando pergant, domini non tenere ad destructionem novi operis suis impendiis. adde *l.* 5. §. 3 *& seq. l.* 1. §. 5. *hoc tit.* Coras. ad *l.* 1. *num.* 2. *b. t.* Ans.

18 Vide quæ notavi ad *l.* 5. §. 3. *ff. eod.*

19 *l.* 5. §. 3. *ff. eod.*

20 De opere demoliendo scil.

21 Cautio de demoliendo committitur ad interesse per sententiam declarandum. *Bald.*

22 Solet enim interponi stipulatio. *l.* 21. *ff. eod.*

23 Nisi fiat denunciatio.

24 *l.* 5. §. 18. *ff. eod.*

25 Procurator ad aliquid constitutus, videtur constitutus ad omnia, quæ dependent ab illo.

26 Procuratore nunciante remissio in personam domini confertur. *Zas.*

27 Confertur, si dominus. Græci apud Cujac. 1 *observ. ult.*

28 Et ei cautum fuerit de demoliendo opere; nisi intra certum diem docuerit ædificator de jure suo.

29 Si de novo ædificanti nunciatur scil. atque ita facta semel nunciatione, & recepta satisfactione de no o opere demoliendo intra certum tempus, ante dici eventum nunciari non potest.

30 *Al.* nunciaverit.

31 Nunciatio non est geminanda.

32 Falsus procurator remittere nunciationem novi operis non potest. Cur? falsus procurator non gerit, nec repræsentat personam domini. *l.* 23. *in fin. ff. rem ratam.*

33 Vide Cujac. in hanc *l.* 1 *observ.*

17. Goth. Adde Corras. *miscell. 5. cap. ultim. num.* 8. Revard. *var. lib.* 2. *c.* 2. Charond. *lib.* 1 *verisimil. c.* 5. Ans.

34 Id est, servitutem rusticam.

35 Imo, videtur utiliter nunciare: nam cui servitus competit, jus nunciandi habet. *l. unic.* §. 3. *ff. de remiss.*

36 Servitutis rusticæ ratione non nunciatur novum opus, sed agitur confessoria.

---

37 Vid. ad hanc leg. Alciat. *hic.* vide Zas. 1 *intellect.* 4. & Cujac. 9 *ad Afric. fol.* 217.

38 Ædificante scil. Hic quæritur, quæ sit pœna non defendentis. Cæterum hic non defendens separandus à laritante: latitantis enim pœna gravior est. 39 Pœna non defendentis se post nunciationem hæc est: ut ex reo fiat actor; & caveat, non prius se ædificaturum, quam intra certum tempus, quod judex præfinierit, egerit, jus sibi esse, invito me, altius ædificare; interea possessor maneo. 40 Superiore casu, egeram jus vicino non esse ædes altius tollere: hic ago jus mihi esse, invito adversario altius tollere. 41 Pœna non defendentis hæc est, ut ex reo fiat actor, & caveat se vim non facturum ædificanti: & sic ex possessore fit non possessor, quasi adversario cesserit possessione: & sic intellige *l.* 36. *ff. de procurator. l.* 45. *ff. rei. proxim.* 42 Quia res ab initio præsumitur libera. an id sit verum, vide Alciatum 2 *præsumpt.* 1. facit pro negativa lex 8. *in fin. ff. de probationib.* 43 Hunc locum Contius 1 *subsecivo.* 1. refert ad §. 2. *in fin. Instit. de actionib.* ubi dicitur, *Uno casu* eum, qui possidet, nihilominus actoris partes sustinere. vide *quæ ibi notavi.* 44 Judicem posse revocare interlocutoriam, si sit modici præjudicii, hinc colligunt: sive secus, revocare non posse, nisi parte citata. *Zas.* vide *l.* 14. *ff. de rejudicata.*

45 Prohibitioni judicis standum est, licet antea judex contrarium permiserit. 46 *Al.* nunciatione. 47 Edictum. *Hal.* 48 Vel defensor meus. 49 Procurator meus nunciando, mihi adquirit Interdictum Quod vi aut clam. *l.* 72. *ff. de procuratoribus.* 50 Dic ut in *l.* 5. §. 5. *ff. eod.* 51 Puta à Prætore. fingamus, novum opus nunciatum fuisse cloacam publicam purganti; nunciantem reipsa ædificantem velle prohibere; Prætorem id non pati ob caulam publicam: poterit Prætor ex post facto executionem denegare. 52 Alias scil. *l.* 1. *in fin. l.* 2 *in fin. l.* 14. *in fin. ff. eod. l.* 3. §. 8. *ff. de servis. l. unic.* §. 4. *ff. de remiss.* 53 *Edictum hoc*, Cujacius ita legit. 5 *observ.* 17. *argum. l.* 9. §. 4. *l.* 16. *ff. eod. l. penultim. & ult. ff. eodem.* sed tamen *Interdictum* legitur §. 10. *& seq. ff. eod.*

cto expressum est, ne post operis novi nunciationem quicquam operis fiat, antequam vel nunciatio missa [54] fiat, vel vice nunciationis missæ [55] satisdatio de opere restituendo fuerit interposita. Qui igitur facit, etsi jus faciendi habuit, tamen contra interdictum [56] Prætoris facere videtur: & ideo hoc destruere cogitur [57].

§. 2. Sive autem vacuus [58] locus sit, ubi nunciatum est, sive ædificatus, æque huic interdicto locus erit. §. 3. Ait Prætor, *Quod factum est, restituas.* quod factum est, juber restitui: neque interest, jure factum sit [59], an non. sive jure factum est, sive non jure factum est, interdictum locum habebit. §. 4. Quidquid autem ante remissionem fit, vel illud [60], quod loco remissionis habetur, pro eo habendum est, atque si nullo jure factum esset.

§. 5. Si quis paratus fuerit satisdare [61], deinde actor stipulari nolit: in ea causa est, ut remitti debeat. nam cum per [62] actorem fiet: apparet, in ea causa esse, ut remitti debeat. §. 6. Hoc Interdictum perpetuo [63] datur. † Et heredi [64] cæterisque successoribus [65] competit. §. 7. Adversus ipsum quoque, qui opus fecit, vel [66] factum ratum habuit, interdicto locus erit.

§. 8. Plane si quæratur, an in heredem [67] ejus, qui opus fecit, interdictum hoc competat: sciendum est, Labeonem existimasse, in id quod ad eum pervenit, duntaxat dari oportere; vel si quid dolo malo ipsius factum sit, quo minus perveniret. Nonnulli putant *tam actionem* in factum esse dandam, quam interdictum: quod verum est. §. 9. Deinde ait Prætor: *Quem in locum nunciatum est, ne quid operu novi fieret: qua de re agitur, si de ea re satisdatum est: quod ejus cautum sit, aut per te stat, quo minus satisdetur: quo minus illi in eō loco opus facere liceat, vim fieri veto.* §. 10. Hoc interdictum prohibitorium [68] est, ne quis prohibeat facere volentem eum, qui satisdedit: etenim pertinet ad decus [69] Urbium, ædificia non derelinqui. §. 11. Nec quicquam interest, jure [70] quis ædificet, an non jure [ædificet]: cum sit securus is [71], qui opus novum nunciavit, posteaquam ei cautum est. §. 12. Hoc autem interdictum competit ei, qui satisdedit. §. 13. Adjicitur & illud, *aut per te stat, quo minus satisdetur:* proinde si satis datum non est, sed repromissum, interdicto huic locus non erit: neque enim permittendum fuit, in [72] publico ædificare prius, quam appareat quo jure quis ædificet. §. 14. Et si satisdatum sit, cautum tamen [73] non perseveret, interdictum cessat. §. 15. Si aliquando stetit per nunciatorem, quo minus satisdetur, nunc [74] non stat: interdictum cessat. §. 16. Hoc interdictum [75] etiam post annum, & heredi cæterisque successoribus competit.

Quo casu cavetur. 1. De effectu satisdationis. 2. Quibus casibus committitur. 3. Opus factum quomodo accipitur. 4. In quid stipulatio committitur. 5. De pluribus ædificantibus, 6. Vel nunciantibus.

XXI. Idem lib. LXXX ad Edictum.

Stipulatio de operis novi nunciatione interponi solet, quotiens [76] vicinus dicit, jus sibi esse, prohibere vicinum, opus novum invito se facere. §. 1. Si quis autem vult post opus novum nunciatum impune ædificare, offerre [77] debet satis nunciatori. quod si fecerit, utrique consultum est, tam ei, qui nunciavit, quoniam cautum habet de opere restituendo: quam ei, cui nunciatum est, quia molitio ejus non impeditur; antequam enim caveat, quidquid ædificaverit, interdicto [78] restitutorio destruere compellitur. §. 2. Habet autem ista stipulatio conditionem [79]: ut ita demum committatur, si judicatum fuerit, sive ante rem judicatam causa quæ acciderit, neque res defendatur, & de dolo malo subjicitur clausula. §. 3. Opus autem factum accipimus, non si unum vel alterum cæmentum fuit impositum: sed si proponatur instar quoddam [operis] & quasi facies quædam facta operis. §. 4. Sive autem res judicetur, sive res non defendatur: stipulatio in id committitur, ut res viri boni arbitratu restituatur. † Quod si ita restitutum non erit, quanti [80] ea res erit, tantam [81] pecuniam dabit, si hoc petitori placuerit. §. 5. Quæsitum est, si plures domini ædificent, an omnes cavere debeant? Et ait Labeo, unum [82] cavere debere: quia restitutio operis fieri pro parte non possit. §. 6. Idem ait, etsi plures nuncient, curandum esse, ut uni caveatur, si inter eos conveniat. Plane si non conveniat, & singulis erit cavendum. §. 7. Idem dicit, adjiciendum esse in stipulatione, ut tantum præstetur, quanti uniuscujusque interfit, si hoc maluerint. cæterum si ita fuerit (inquit) cautum, *quanti ea res erit:* dubitabitur, utrum ad totius corporis æstimationem hæc verba referuntur, an [83] vero ad quod ejus interest, qui stipulatur? Ego puto, & si sic fuerit uni [84] cautum, *Quanti ea res erit*, defendi posse, stipulationem sufficere: ad operis enim quantitatem ea refertur.

De herede ædificatoris.

XXII. Marcellus [lib. XV Digestorum].

Cui opus novum nunciatum est, ante remissam nunciationem opere facto decessit. debet heres ejus patientiam [85] destruendi operis adversario præstare: nam & in restituendo [86] hujusmodi opere, ejus, qui contra Edictum fecit, pœna versatur: porro autem in [87] pœnam heres non [88] succedit.

Si venditori nunciatum sit, & emptor ædificaverit.

XXIII. Javolenus [lib. VII Epistularum].

Is, cui opus novum nunciatum erat, vendidit [89] prædium, emptor ædificavit: emptorem, an venditorem teneri putas, quod adversus Edictum factum sit? Respondit, Cum operis novi nunciatio facta est: si quid ædificatum est, emptor, id est, dominus prædiorum tenetur: quia nunciatio operis [90] non [91] personæ fit. & is demum obligatus est, qui cum locum possidet [92], in quem opus novum nunciatum est.

54 Id est, antequam fiat remissio.
55 Remissæ.
56 Edictum. Cujac. *ibid.*
57 *l. 21. §. 1. ff. eod.* Excipe tamen, nisi nunciatio facta esset ab eo, de quo plane constabat eum jus nunciationis non habere. *arg. l. 1. §. fin. hoc tit. l. 2. l. 6. §. 5. eod.* Ans.
58 Differentia loci vacui & ædificati.
59 *l. 1. ff. eod.*
60 Id est, ante satisdationem.
61 Re ipsa ductis secum fidejussoribus vel pignoribus oblatis: alias enim qui verbo solo offert, non satisfacit, *arg. l. 73. in fin. ff. de procuratoribus.* ideoque verbalis oblatio hic non sufficiet. adde *l. 5. C. de distract. pignor.*
62 *l. 5. §. 17. ff. eod.*
63 Imo, morte extinguitur. *l. 8. §. 6. ff. eod.* quia honorariæ actiones post annum non dantur. *l. 35. ff. de oblig. & act.*
64 *§. ult. ff. eod.*
65 Singularibus. *Zas.*
66 Ratum habere factum opus, vel ipsum facere, paria.
67 *l. 22. ff. eod.*
68 Duplex hic Edictum prohibitorium est. Primum ex parte nunciantis: Alterum, de quo hic agitur, quod ædificanti, qui satisdedit, competit, ne vis fiat.
69 *l. ultim. ff. ne quid in loco publico.* vide Aristotelem, *5 Ethic. 2.*
70 *l. 1. ff. eod.*
71 Cautione nobis adquiritur securitas: Securitas nobis præstatur per cautionem. *l. 21. §. 1. ff. eod.*
72. In eo loco ædificare. ita emendat Antonius Fab. *3 conject. 8. in fin.* quem vide. sunt enim hæc verba *in eo loco* Edicti verba.
73 Fidejussio quoties inanis futura deprehenditur, toties sarcienda est, nisi fidejussores dati ab initio fuerint inopes, & eorum inopiam adversarius sciverit. *l. 4. ff. ut in possess. legat.* adde *l. 4. ff. de stipul. Prætor.*
74 Alioquin si nunc staret, ultima mora noceret. *l. 26. ff. solute.*
75 Ne vis fiat, scil.
76 *l. 1. §. 17. ff. eod.*
77 Cur ita? vide *l. 20. §. 11. ff. eod.*
78 Interdicto restitutorio in novis operibus id adsequimur, ut adversarius destruere factum opus teneatur.
79 Tacitam. adde *l. 4. §. 8. ff. tit. prox.*
80 Factum quoties præcise est in obligatione, actoris est eligere, utrum reum præcise conveniat ad factum an ad interesse præstandum. *Bald.*
81 Vide *l. 72. ff. de verbor. obligat.* 82 Unumquemque. ita quidam legunt: hinc Baldus, Quot sunt ædificantes, tot debent esse caventes. adde *l. 5. §. 5. ff. eod.* 83 Id, quod interest, differt à rei ipsius & corporis, de quo agitur, æstimatione. Patet enim latius id, quod interest, quam ipsa æstimatio. 84 Si plures uni nuncient, tunc omnibus creditur, non uni pro omnibus: & sufficit simplex stipulatio: quia per eam interesse venit. *Zas.*
85 Nunciatio novi operis transit in heredem, quoad patientiam, non quoad pœnam. *Bald.*
86 Sumptibus heredis scil. hoc enim est pœnale. 87 In pœnam non succedit ejus heres, cui nunciatum est. 88 Vide *l. 33. ff. de oblig. & act.* 89 *l. 18. in fin. ff. eod.* 90 Id est, operis rei. 91 *l. 10. ff. eod.* 92 Etiam singularis successor.

Tit. II.

DE DAMNO INFECTO [1] ET DE SUGGRUNDIS [2], ET [3] PROTECTIONIBUS [4].

De Magistratibus municipalibus.

I. Ulpianus [lib. I ad Edictum].

Cum res [5] damni infecti celeritatem desideret, & periculosa [6] dilatio Prætori videtur, [si] ex hac causa sibi jurisdictionem reservaret: Magistratibus municipalibus [7] delegandum [8] hoc recte putabit [9].

Definitio damni infecti.

II. Gaius [lib. XXVIII ad Edictum provinciale].

Damnum infectum est, damnum nondum factum, quod futurum veremur.

Etymologia damni & damnationis.

III. Paulus [lib. XLVII ad Edictum].

Damnum & damnatio ab ademptione & quasi deminutione [10] patrimonii dicta sunt.

De die prorogando vel renovando. 1. De missione in possessionem, 2. Et de eo, qui non admittit. 3. De officio Prætoris vel Præsidis, & Magistratuum municipalium. 5. De denunciatione faciendæ ante missionem in possessionem. 7. De actione in Magistratum, qui quid eorum, quæ suprascripta sunt, non curavit.

IV. Ulpianus [lib. I ad Edictum].

Dies [11] cautioni præstitutus si finietur, Prætoris vel Præsidis officium erit, ex causa [12] vel reum [13] notare [14], vel protelare eum: & si [15] hoc localem [16] exigit inquisitionem, ad Magistratus municipales hoc remittere. §. 1. Si intra diem à Prætore constituendum non caveatur, in possessionem ejus rei mittendus est [17]. † *Ejus res* sic accipe, sive tota res sit, sive pars [sit] rei [18]. §. 2. An tamen is qui non admittit, etiam pignoribus [19] à Magistratibus coërceatur? Non puto: sed in factum [20] actione tenebitur. nam & si à Prætore missus non admittatur, eadem actione utendum est. §. 3. Duas ergo res Magistratibus municipalibus [21] Prætor vel Præses injunxit [22], cautionem & possessionem: cætera suæ jurisdictioni reservavit. §. 4. Si forte duretur [23] non caveri: ut possidere liceat (quod causa cognita fieri solet), non Duumviros [24], sed Prætorem vel Præsidem permissuros: item ut ex causa [25] decedatur de possessione. §. 5. Prætor ait, DUM EI, QUI ABERIT, PRIUS DOMUM DENUNCIARI [26] JUBEAM. † *Abesse* autem videtur, & qui in jure non est [27]: quod & Pomponius probat. † Verecunde autem Prætorem denunciari jubere, non extrahi de domo sua [28]. † Sed *domum* [*in quam degit*], *denunciari*, sic accipere debemus, ut etsi in aliena [29] domo habitet, ibi ei denuncietur. Quod si nec habitationem habeat, ad ipsum prædium [30] erit denunciandum vel procuratori ejus, vel certe inquilinis [31]. §. 6. Totiens autem Prætorem exigere denunciationem intelligendum est, si [32] sit, cui denuncietur. Cæterum si non sit, veluti quod hereditaria insula est, nec [33] dum hereditas adita; vel si heres non exstet, nec inhabitetur: cessat hæc pars Edicti. Est tamen turius, libellum [34] ad ipsas ædes proponere [35]: fieri enim potest, ut ita monitus defensor existat. §. 7. In eum [36], qui quid eorum, quæ supra scripta sunt, non curaverit [37], quanti ea res est, cujus damni infecti nomine

1 Paul. *5 sent. 20. 3 Harmenop. 1. ehea fin.* ad eos nondum nobis facto: quod tamen timemus, ne nobis accidat: ita possimus accipere formulam, *quod damnum mihi ex tua domo accidere potest, præstare spondes? spondeo.* Vide tamen uberiorem apud Cujac. *hic.* Licet etiam notandum, eo nomine exigi cautionem ab adversario: eaque non præstita mitti actorem in possessionem bonorum ejus, idque ex primo decreto. Ex secundo vero decreto planissime, si perseveraverit non cavere. Primo decreto reus non dejicitur: altero dejicitur. *Goth.* Hinc jus interdicti sine ne est aliud remedium hodie usitatum, mandatum do non offendendo, de quo Jul. Clar. §. *fin. q. 47 vers. & in primis.* And. Gail. *lib. 1 obs. 4. & de pace publica, c. 3. num. 7.* Ans.
2 Gruuda est τέγη, ἡ τὰ ὑπερῷα κρύπτουσα ἱμάτια. Suggrunda sunt tabulæ circum ædes à summo protensæ, quæ solent tantum ab injuriis imbrium: atque etiam si largiuntur, sunt à periculo incendiorum, Palladio & Vitruvio auctoribus, sic dicta, quod suggrediantur foras. adde huic loco *l. 47. ff. eod.*
3 *Al.* vel.
4 Protectæ, sunt projecta tecta, *Isidor.*
5 Res hic non est cautio, ut putat Accursius: (nam ipsa cautio non deberet ulciscisci); sed causa damni infecti, ut *l. 1. ff. de servit.*
6 Ratio dicendi: nam quotiens periculum est in mora, licet discedere à regulis juris communis: tollitur omnis mora. Quid? num eam ob causam reo tollitur potestas appellandi? non tollitur. Quid? à primo decreto non poterit appellare? non poterit. *Paul. & Ripens.* 7 *l. 4. §. 3. ff. eod.*
8 Jurisdictionem concessam a Lege delegatam dici, dum tamen id exprimatur, hinc colligit Ripensis. 9 Ratio dubitandi fuit, quia jubere cavere, est imperii, *l. 4. ff. de jurisdict. qua huic l. conjungenda.* Hujusmodi causæ ad Magistratus municipales non pertinent. *l. 26. ff. ad municipalem.* 10 Furtum damnum non esse, hinc colligunt: alii aiunt contingenter evenire: ad eam rem variæ leges afferuntur. Certe furtum jam factum, damnum infectum dici non potest: damnum tamen est: commoditas namque disponendi de re nostra nobis præripitur, quod re ipsa damnum est. Quid? damni appellatione non continentur impensæ, pœnæ, & lucri amissio: ut damno remisso, vel debito, ista omnia remissa vel debita intelligantur? Ripensis negat contineri, *hic. n. 8. & seq.* 11 Qui certus huic præstitui solet. *v. l. 13. in fin. ff. eod.* 12 Ex causa vel renovare vel protelare, *vet. & Hal.* Renovatur dies finitus: protelatur qui prolongatur, ut adhuc duret. 13 *Al.* renovare. 14 Id est, condemnare: nisi forte legamus, renovare eum: nam mox sequitur protelare. 15 Ratio decidendi. 16 Localis inquisitio fit, quoties negotium exigit ocularem inspectionem Magistratus, *qu'ils se transportent sur les lieux.* 17 Ex primo decreto.
18 Non omnium ejus bonorum, sed ejus tantum rei, ex qua damnum timetur. 19 Pœna species est, pignoribus captis cogi à Magistratu, adde *§. 3. Inst. de satisdat. tutorum. l. 9. in fin. ff. ad l. Jul. peculatus.* 20 Quod damnum postea acciderit, præter actori. fingamus cautionem non fuisse prætitam, domum vicini sua ruina damnum mihi dedisse, quid juris? negat Zasius *hic num. 9.* ædium dominum mihi ulla actione teneri. de quo vide *l. 6. & l. 8. ff. eod.* 21 *l. 1. ff. eod.*
22 *l. 4. in fin. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio.* Imo non injunxit. Hæc enim sunt imperii magis, quam jurisdictionis, *l. 4. ff. de jurisdict.* cujusmodi facere Magistratus municipalis non potest, *l. 26. ff. ad municipalem.* Solve: Mandare possum Magistratui municipali, ut possessionem bonorum det, ut possidere jubeat, ut in possessionem mittat, si damni infecti non caveatur, *ut hic. d. l. 4.* In cæteris causis non possum jubere, ut bona possidere jubeat, *d. l. 26.* jubere enim cavere, & in possessionem mittere, magis imperii est, quam jurisdictionis, *l. 4. ff. de jurisdict.* quæ Magistratus municipalis facere non potest. *d. l. 26.* Talium rerum cognitio mandari potest, non autem jus dandæ possessionis: & proinde talibus in rebus Prætor vel Præses Magistratui municipali mandare poterit, ut cognoscat; at non, ut mittat: sane Magistratibus municipalibus duæ res hic injunctæ, cautio, & possessio, *ut hic.* Quod si non caveri duretur: Prætoris est vel Præsidis, non duumviri, permittere, ut possidere liceat, & ut ex causa decedatur de possessione. §. 4. *ff. eod.*
23 Id est, perseveretur. 24 Duumviri sunt Magistratus municipales, annui, & biennales. Erant in aliis municipiis Quatuor-viri, *l. 1. C. de solutionib. & liberationib. debit. civit.* in aliis Ædiles, *l. 2. C. si servus ant libert. lib. 10. l. 30. §. 1. ff. locati.* Arpinum habuit Ædiles. Cicer. *3 epist. & 15 ad Atticum.* Lanuvium Dictatores. Cicero *pro Milone.* Capua Prætores: Alexandria Hypomnematographos. *l. 59. C. de decurionib.* Qui abierunt duumviratu, duumviralitii dicuntur. vide Cujac. ad *l. 18. C. de decurionib.* 25 Judex ex causa potest missum ex primo decreto statim facere possessorem, ita ut missus percipiat fructus, commoda & utilitates, sicut solet verus dominus soli: aliàs sine magna causa, decretorum ordo non est intervertendus. Cæterum id tantum majori Magistratui licet. 26 Ei, cujus interest, denunciandum est. *l. 19. ff. de adoptionib.* 27 Quis ibi non est, ubi petitur. *l. 199. ff. de verbor. sign.* 28 Ut inde in jus trahatur vel deducatur, *l. 18. ff. de in jus vocando. l. 103. ff. de reg. jur.* nisi agatur de crimine: potest enim reus à judice comprehendi, & ad alium judicem transmitti. *Novell. 134. cap. 5.* 29 Domus hic accipitur pro habitatione, pro eo loco, in quo quis habitat. *l. 1. §. 9. ff. de lib. qui dejecer.* 30 Puta quod non habitatur. vide §. 6. *ff. eod.* Citandus est ad prædium, qui habitationem non habet.
31 Servato superiori ordine scil. 32 *§. 5. ff. eod.* 33 Adversus defunctum quomodo agatur, vide *l. 1. §. 1. ff. de curat. bonis dando.* 34 Libellus ad ipsas ædes, etiam citra contumaciam, nonnunquam proponi solet, ut in subhastationibus immobilium, vel cum heres beneficio inventarii adit hereditatem, vel cum diffamatur quis à multis: tunc enim ratione incertitudinis, nulloque nominato citari debent ii, quorum interest. Interdum ulterius progredimur, quoties voce præconis adversarium absentem citamus: quod passim non licet, sed certis tantum casibus, puta adversus criminis reos, *Novell. 134. cap. 5.* debitores solum vertere meditantes, vagabundos, carentes lare & domicilio, potentes, contumaces (quos tuto accedere nemo possit) & alieni territorii homines. Guido *qu. 419. Jas. 3 cons. 86.* 35 Fingamus reo neque habitationem, neque inquilinos, neque prædium, neque procuratorem esse: sed frequenter in taberna meritoria, caupona, vel diversorio versari, num eo loci citari poterit? Zasius ait. Quid, si is quidem hospitio publico frequenter utatur, absit tamen? programma ad Ecclesiam proponendum esse, monet Zas. *num. 14.* si debitum personale: nam si reale debitum fuerit, reusque immobilia habebit, ejus prædio denunciari sufficiet. Eo tamen casu Prætor interdum ex officio procuratorem absenti & non petenti ultro constituet, *l. 9. §. 5. ff. de off. Proconsulis.* vel petente ipso actore, *l. 7. §. 2. ff. de minorib.* quod utile est scitu. E contrario bonorum possessionem dat absenti, salvo jure contradictoris. *l. 3. §. 7. ff. de bonor. possess.* adde *l. 1. 2. ff. de curat. bon. dando.* 36 Id est, Magistratum. 37 Id est, cautionem, exactionem, & missionem possessionis neglexerit. *§. 3. ff. eod.*

mine cautum non erit, judicium [18] datur: quod non [19] ad quantitatem refertur, sed ad id, quod [20] interest [21], & ad utilitatem venit, non ad pœnam [22]. §. 8. Hoc autem judicium certam conditionem habet, si postulatum est: cæterum qui non postulavit, experiri non potest [23]. † Postulare [24] autem proprie hoc dicimus, pro tribunali petere [25], non [26] alibi. † Si tam vicinum [27] ubi municipium sit, ut Magistratu se non interponente, potuerit Prætor vel Præses adiri: potest dici, cessare [28] hanc actionem adversus Magistratus, quasi nihil interfit, cum in tua potestate fuerit à Prætore vel Præside desiderare in possessionem mitti.

§. 10. Hæc autem actio, cum rei habeat persecutionem, & heredi, & in heredem [29], & perpetuo dabitur.

De damnato post missionem acquirendo. 1. Si plures cavere debeant aut caveri sibi desiderant. 2. De proprietario & fructuario.

V. PAULUS lib. I ad Edictum.

PRætoris officium est [30], ut missus [31] in possessionem [32], etiam eam per longi [33] temporis spatium in suum dominium [34] capere possit [35]. §. 1. Si plures sint domini, qui cavere debent, & aliquis non caveat: in portionem ejus [36] mittetur. † Et contra, si aliquot sint, qui caveri sibi desiderant [37], & alius pretiosiores, alius viliores habeat ædes: sive unius domus plures habeant dispares partes: tamen non magnitudine [38] dominii quisque, sed æqualiter [39] mittentur [40] omnes in possessionem. §. 2. Si & dominus proprietatis, & fructuarius [41] desideret sibi caveri damni infecti, uterque audiendus est: nec enim injuriam sentiet promissor, non plus [42] cuique præstaturus, quam quod ejus interfuit.

De damno dato non interposita cautione.

VI. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

EVenit, ut nonnunquam damno dato nulla nobis competat actio, non interposita [43] antea cautione: veluti si vicini ædes ruinosæ in meas ædes ceciderint: adeo ut plerisque placuerit, nec cogi quidem eum posse ut rudera [44] tollat, si modo omnia, quæ jaceant, pro derelicto habeat.

Edictum. Interpretatio primæ partis. 1. De damno facto vel infecto. 2. Si antequam caveatur, ædes deciderunt.

VII. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

PRætor ait: DAMNI INFECTI SUO NOMINE PROMITTI [45], ALIENO SATISDARI [46] JUBEBO EI, QUI JURAVERIT [47], NON CALUMNIÆ CAUSA ID SE POSTULARE, EUMVE, CUJUS NOMINE AGET, POSTULATURUM FUISSE IN EAM DIEM, QUAM CAUSA COGNITA STATUERO. SI CONTROVERSIA ERIT, DOMINUS SIT, NECNE, QUI CAVEBIT: SUB [48] EXCEPTIONE SATISDARI JUBEBO. DE EO OPERE, QUOD IN [49] FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS FIET, IN ANNOS DECEM [70] SATISDARI JUBEBO. EUM, CUI ITA NON CAVEBITUR, IN POSSESSIONEM EJUS REI, CUJUS NOMINE, UT CAVEATUR, POSTULABITUR, IRE, ET, CUM JUSTA CAUSA ESSE VIDEBITUR, ETIAM POSSIDERE JUBEBO. IN EUM, QUI NEQUE CAVERIT, NEQUE IN POSSESSIONE ESSE, NEQUE POSSIDERE PASSUS ERIT, JUDICIUM DABO: UT TANTUM [71] PRÆSTET, QUANTUM PRÆSTARE EUM OPORTERET, SI DE EA RE EX DECRETO MEO, EJUSVE, CUJUS DE EA RE JURISDICTIO FUIT, QUÆ MEA EST, CAUTUM FUISSET. EJUS REI NOMINE, IN CUJUS POSSESSIONEM MISERO, SI AB EO, QUI IN POSSESSIONE ERIT, DAMNI INFECTI NOMINE [NON] SATIS DABITUR: EUM [72], CUI NON SATISDABITUR, SIMUL IN POSSESSIONE ESSE JUBEBO.

§. 1. Hoc Edictum prospicit damno nondum facto [73], cum cæteræ actiones ad damna, quæ contigerunt, sarcienda pertineant, ut in legis Aquiliæ actione, & aliis: de damno vero facto nihil Edicto cavetur. cum enim animalia, quæ noxam commiserunt, non [74] ultra nos solent onerare, quam ut noxæ ea dedamus: multo magis ea, quæ anima carent, ultra [75] nos non deberent onerare; præsertim cum res quidem animales [76], quæ damnum dederint, ipsæ extent, ædes autem, si ruina sua damnum dederunt, desierint extare. §. 2. Unde quæritur: si antequam caveretur, ædes deciderunt, neque dominus rudera velit egerere [77], eaque derelinquat: an sit aliqua adversus eum actio? Et Julianus consultus, si priusquam damni infecti stipulatio interponeretur, ædes vitiosæ corruissent, quid facere deberet is, in cujus ædes rudera decidissent, ut damnum sarciretur: respondit, si dominus ædium, quæ ruerunt, vellet tollere, non aliter permittendum, quam ut [78] omnia, id est, & quæ inutilia essent, auferret: nec solum de futuro, sed [&] de præterito damno cavere eum debere: quod si dominus ædium, quæ deciderunt, nihil facit, interdictum reddendum ei, in cujus ædes rudera [79] decidissent, per quod vicinus compelletur, aut tollere [80], aut totas ædes pro derelicto habere [81].

VIII. GAIUS [ad Edictum Prætoris Urbani titulo de damno infecto].

QUod [82] forte tunc recte dicetur, cum non ipsius [83] negligentia, sed propter aliquod impedimentum [84] sibi non prospexit [85].

1. De importatis in fluminis. 2. De crusta ex fundo unius lapsa in fundum alterius, & de arboribus. 3. De rate in agrum alterius delata. 4. Si superficies, 5. Vel usufructus alienus sit.

IX. ULPIANUS [lib. LIII ad Edictum].

HOc [86] amplius Julianus, posse dici, compellendum eum, ut etiam de præterito damno caveret: quod [87] enim re integra custoditur, hoc non inique etiam post ruinam ædium præstabitur. Integra autem re unusquisque cogitur aut de damno infecto cavere, aut ædibus carere, quas non defendit. † Denique inquit, si quis propter angustias temporis, aut quia Reipublicæ causa aberat, non potuerit damni infecti stipulari, non inique Prætorem curaturum, ut dominus vitiosarum ædium aut damnum sarciat, aut ædibus careat: sententiam Juliani utilitas comprobat.

§. 1. De [88] his autem, quæ vi fluminis importata sunt, an interdictum dari possit, quæritur? Trebatius refert, cum Tiberis abundasset, & res multas multorum in aliena ædificia detulisset, interdictum à Prætore datum, ne [89] vis fieret dominis, quo minus sua tollerent, anferrent [90], si modo [91] damni infecti repromitterent. §. 2. Alfenus quoque scribit, si ex fundo tuo crusta [92] lapsa sit in meum fundum, eamque petas, dandum [93] in te judicium de damno jam facto [94]: idque Labeo probat. nam arbitrio judicis, apud quem res prolapsæ petentur, damnum, quod ante sensi, non contineri: nec aliter dandam actionem, quam ut omnia [95] tollantur, quæ sunt prolapsa. † Ita demum autem crustam vindicari posse idem Alfenus ait, si non coaluerit, nec unitatem [96] cum terra mea fecerit. Nec arbor potest vindicari à te, quæ translata in agrum meum cum terra mea coaluit. Sed nec ego potero tecum agere, *jus [mihi] non sit esse, ita crustam habere*, si jam cum terra mea coaluit: quia mea facta est [98]. §. 3. Neratius autem scribit, si ratis [99] in agrum meum vi fluminis delata sit, non [100] aliter tibi potestatem tollendi faciendam, quam si de præterito [1] quoque damno mihi caviscs. §. 4. Quæritur est, si solum sit alterius, superficies alterius, superficiarius utrum repromittere [2] damni infecti, an satisdare debeat? & Julianus scribit, * quotiens superficiaria insula vitiosa est, dominum & de solo & de ædificii vitio repromittere [3], aut eum, ad quem superficies pertinet, de utroque satisdare: quod si uterque cesset, vicinum in possessionem mittendum. §. 5. Celsus certe scribit, si ædium tuarum usufructus [4] Titiæ est, damni infecti aut dominum repromittere aut Titiam satisdare debere. Quod si in possessionem missus fuerit is, cui damni infecti cavendum fuit, Titiam utifrui prohibebit. † Idem ait, eum quoque fructuarium, qui non reficit [5], à domino utifrui prohibendum: ergo & si de damno infecto non cavet, dominusque compulsus est repromittere, prohiberi debet frui.

X. PAULUS lib. XLVIII ad Edictum.

QUamvis [6] alienus usufructus sit, dominum promittere [7] oportere Cassius ait. Nisi proprietarius in totum repromittat, vel fructuarius satisdat: mitti oportet in possessionem eum, cui non caveatur [8]. Sed nisi proprietario repromittenti fructuarius caveat, denegandam ei fructus petitionem, Julianus scribit. Sed si fructuarius de soli vitio quid præstiterit [9], jus domini ad eum transferri oportet.

De

---

18 Actio in factum. *Bert.*

19 Differentiam eius quod interest & quantitatis observa. vide *l. 2. in pr. ff. quæ fac. dom.*

20 Et sic index infertur, qui superiora negligit, jacturam passo, in id quod vere interest, actione in factum tenebitur.

21 Vere, non arbitratie. Imo arbitratie, *l. 5. §. 4. ff. de obligat. l. ult. ff. de usuris & aliis reg.* vel hic in non faciendo: ibi vero in faciendo deliquit: vel hic speciale, ut in aliis multis Magistratibus, ut *ff. de Magistrat. convenend.*

22 Non agitur ad pœnam, ubi venit interesse: non punitur judex, ut negligens: id, quod mea interest, damnum ab eo mihi illatum postulatur tantum: meum damnum spectatur, non ejus negligentia: non juratur in litem.

23 Sciendum est tamen, judicem nonnunquam impertiri officium non petitum aut postulatum, in iis præsertim, quæ ad publicum jus, & crimina pertinent: sed & in causis miserabilium personarum, & quæ piæ dicuntur, ut superius dixi. §. 6. potest enim non petentibus ultro procuratores & Advocatos dare, libellum ineptum rejicere, juramentum calumniæ exigere, dilationem concedere; de his, quæ post litis contestationem emergunt, decernere: hæc enim omnia ejus officio inhærent: his adde *l. 1. ff. de jurisdict.* eadem de re vide *hic* Ripensem multos alios casus enumerantem. vide Socin. *regula* 200.

44 Postulare nemo dicitur, nisi qui postulat apud judicem pro tribunali sedentem. *l. 1. §. postulare. ff. de postulando.* Quid, si res summaria sit, hoc est, plenam causæ cognitionem exigit? Quidam putant tribunal non requiri. Bart. in *l. à procedente. 4. C. de dilationib.* Alii contra existimant, non posse postulari petive res etiam summario judicio, nisi à judice pro tribunali, saltem vel domi, vel in via sedente. *Ripens.* Quod minus verum est: Quod enim tribunal domi vel in via fingere possumus? 45 Quid? num exigitur hic libellus? Speculator qualemqualem petitionem sufficere censet: etiam non scriptam, *arg. l. 1. ff. eod. l. si quis à liberis. 5. §. si vel parens. 8. ff. de agnoscendis liberis. l. pen. ff. de his, qui sunt sui.* eo magis, quod libellus non exigatur, ubi officium judicis intercedit. Contra, libellum requiri putat Guilielmus Cuneus, Bartolus, Angelus, Imola *hic*, Innocentius, Joannes Andreæ in *c. 1. de libelli oblatione.* & ita communiter alii. Castrensis libellum præcise requiri censet, nisi prorsus judici liqueat, domum jam collabascre. Ripensis communem opinionem amplectitur non quod dilationes concedantur judice pro tribunali sedente, *l. à procedente. 4. C. de dilationib.* non quod in causa damni infecti requiratur causæ cognitio, *l. 7. l. 13. in fin. ff. eod.* non quod cautio petatur officio judicis (id enim fallit in his causis, in quibus celeritas summa exigitur;) non quod in §. 6. *ff. eod.* libelli sit mentio, cum ibi nulla conventionalis libelli fiat mentio, sed quod libello omisso, basis atque adeo fundamentum ipsum litis contestationis omissum intelligitur. 46 Judex extra locum ipsum judicii interpellatus neglectæ justitiæ (ut loquuntur) non tenetur, quod observandum in clarigationibus, & ejusmodi quæstionibus: sunt enim paria, non facere, aut minus legitime. *l. quoties. 6. ff. qui satisd.* 47 Vicini qui dicantur, arbitrio judicis relinquitur: dicuntur vicini, qui se mutuo *exaudire* loquentes possint. adde *l. 9. C. de nuptiis.*

48 Magistratu in vicino loco existente judices inferiores excusari, si non officio suo functi fuerint in causis sibi non commissis, hinc colligunt. 49 Imo mandatum in heredem. *l. 35. vers. honorariæ. ff. de oblig.* An in heredem hæc datur actio, quod in locum stipulationis omissæ succedat, ut Dynus existimat? An potius hoc speciale est, ut Bartol. notat? 50 Id est, is effectus decreti Prætoris in causa damni infecti. adde & in noxali, *l. 26. in fin. ff. de noxalib.* An & in legatis? non videtur. Disertis enim verbis exprimitur, missum in possessionem ex causa legati non pro domino esse incipere. *v. l. 5. ff. ut in possess. leg.* Speculator in *tit. de 2. decreto. §. 4.* distinguit, & ait, in omnibus personalibus actionibus hanc regulam obtinere; in realibus non æque. Si quidem in personalibus petit aliquid nostrum fieri, quod antea non fuerit: in realibus, dominium, quod jam nostrum sit, petit non posse: inde sequi, ut qui egerit legati nomine personali actione & hypothecaria, ex secundo tantum decreto pro domino statim possidere incipiat: sin reali actione agat, pro domino statim possideat. Sed ab ea sententia Speculator mox recedit in §. *ult.* hoc enim jure singulari receptum esse in damni infecti, & noxali actione, ut missus in possessionem ex secundo decreto statim fiat dominus. in aliis causis (fingamus creditori rem in solutum datam esse) acquiri tantum præscribenti.

51 Ex secundo decreto. 52 Rei, cujus possessor non erat dominus: nam si dominus erat, secundum decretum ostendit jure dominum sine temporis intervallo. *l. 2. in fin. ff. si ex noxali. l. 5. ff. communi dividundo. l. 26. in fin. ff. de noxalib. l. 1. in fin. ff. de fundo dotali. l. 3. §. 1. ff. de reb. eorum.* Hæc Accursii sententia communiter probatur. Rationis speciem Baldus & Bosognino adferunt, quod videlicet reus, qui secundum decretum in re aliqua ex spectat, vel patitur, rei dominium habere videtur pro derelicto. 53 Atque ita secundum decretum loco tituli habetur ad præscribendum jus dominii. *Bald.* 54 An perpetuum? alii reo biennium, alii annum tribuunt, intra quod spatium possit actori debitum cum expensis solvere *v. Bald.* Sic puto, in causa damni infecti & noxali actione, missum in possessionem statim pro domino capere: in aliis causis causam tantum præscribendi adquiri: & illis casibus debitorem intra præscribendi tempus audiendum esse debitum offerentem cum expensis. Natura enim æquum esse, neminem cum alterius injuria fieri locupletiorem, *l. 14. ff. de condict. indeb.* præsertim si res, in quam creditor missus est, sit adhuc integra, nec ab eo in alium distracta: tunc enim repellendus est. *l. 24. §. 2. ff. de minorib.* sicuti superius ostendi. Quid ita? missus in possessionem num fructus suos faciet? facere videtur: nam missus ex secundo decreto bona fide possidet: possidet enim auctore Prætore: ideoque fructus suos facere, ut & quivis bonæ fidei possessor, videtur. *l. 48. ff. de adqu. rer.* 55 An etiam sine bona fide? sic ait Bald. *arg. l. 28. ff. de noxalib.* à qua opinione non abhorret vir doctissimus Cujac. 18 *obs.* 25. 56 Id est, missio fit in portionem negligentis & non obedientis. 57 Nec caveatur sc. 58 Non quatenus pretiosiores ædes habet. 59 Quia mittuntur custodiæ causa, non dominii. 60 Ex primo decreto sc. alias ex secundo decreto dispariter missorum fiunt dispares portiones. *Bald.* ut in primo decreto proportio Arithmetica: in secundo Geometrica attendatur. *v. l. 15. §. 18. ff. eod.* 61 Simul, sc.

62 Id est, reus eo casu actoribus cavet, non pro numero agentium, sed pro re tantum: itaque pluribus utentique personis caveat, non augetur tamen ejus cautio, ne æstimationem rei, cujus nomine cautio petitur, excedat. 63 Id est, non exacta à nobis cautione: & sic qui negligens fuit in exigenda cautione damni infecti, id sibi imputare merito debebit, *Bald.* vid. *l. 2. ff. de hereditate vendita.* Ante petitam cautionem si domino contingit, dominus non tenetur, si quæ jacent rudera, pro derelicto habuerit, *ut hic.* si modo vitio sibi damnum, non dominii culpa accidit. Bart. *hic.*

64 Nota interdictum *de tollendis ruderibus ædium collapsarum* in ædes alienas. de quo *l. 7. in fin. ff. eod.* 65 *l. 9. §. 4. l. 13. §. 1. ff. eod.* 66 *d. §. 4.* 67 *l. 13. §. 12. 13. ff. eod.* 68 De satisdationibus sub exceptione, *v. hic* Bart. 69 *l. 15. §. 2. l. 24. l. 31. ff. eod. l. 1. §. 7. ff. de stipulat. Prætor.* 70 *l. 15. §. 2. ff. eod.* 71 *l. 28. ff. eod.*

72 Sive unus sit, sive plures. *l. 15. §. 13. ff. eod.*

73 Fit enim hoc Edictum comparatum ad futuri damni cautionem. *l. 6. ff. eod. l. 14. §. 2. ff. tit. prox.*

74 *l. 7. §. 6. in fin. ff. de dolo. l. 1. §. si quadrupes.*

75 Pro derelicto rem habere, eamque derelinquere unicuique licet damni infecti nomine. *l. 10. §. 1. ff. de negotiis. §. 2. in fin. Inst. de noxal.*

76 Animales res sunt, quæ animam habent: veluti animalia, matricipia.

77 Id est, non tantum egerere, sed etiam exportare.

78 *l. 9. §. 2. ff. eod.*

79 Nota interdictum quo agimus adversus vicinum, ut tollat rudera. *v. l. 6. ff. eod.*

80 E contrario, si ex mea domo in tuam aream rudera ceciderint, competit mihi in te actio, ut ea exhibeas. *l. 5. §. 2. ff. ad exhibend.*

81 Dic ut in *l. prox. ff. eod.*

82 Id est, ut ædibus careat is cujus ædes damnum dederint.

83 Id est, damnum possit

84 Demus eum reipublicæ causa abfuisse, aut propter angustias temporis stipulari sibi non potuisse, *l. 9 ff. eod.* domus nunc primum ab hostibus reversum sarcinulas colligere, Advocatum quærere. *l. 15. in fin. l. 16. ff. ex quibus causis majores.*

85 Sensus est, si vicinus sciens prudens à me cautionem damni infecti non exegit, utcunque domus mea in ejus domum decideret, illi non teneor, *l. 6. ff. eod.* nisi rudera nolim tollere, tunc enim vicinus coget me, aut ea tollere, aut ædes pro derelicto habere, *l. 7. in fin. ff. eod.* idem confirmat Novell. Leonis. 95. ideoque alterutrius electionem habet reus. At si per angustias temporis, aut absens reipublicæ causa, vicinus non exegit à me cautionem, non tantum rudera ex ejus area cogor egerere, sed etiam damnum ei datum præstare. Cur ita? *v. l. 9 ff. eod.*

86 Id est, vel hæc quæ sequitur, ratio confirmat æquitatem, *l. 7. in fin. l. 8. ff. eodem.* nec enim id innuitur, ædium, quæ ruinam minantur, dominum semper ad damnum resarciendum vicino cogi: semper, inquam, id est, sive ab eo cautio sit exacta, sive non sit exacta. 87 Sensus est, quod ante damnum datum exigi potest, multo magis post damnum illatum potest exigi: nam jus agendi minus competit ante damnum, quam post damnum: & sic à re integra ad rem destructam hoc argumentum sumitur.

88 *l. 4. in fin. ff. de rebus creditis. §. præterea. Inst. de rerum divis. l. 7. §. 2. ff. de adquir. rerum dominio.* 89 *l. 39. in fin. ff. ad leg. Aquil.* vide quæ notavi ad *l. 15. ff. ad exhibend.* 90 Fluminis vi, quæ in fundum nostrum importantur, non sunt nostra, sed priorum dominorum, nisi fundo nostro coaluerint. 91 Æquum est, cuique permitti res suas ex fundo alterius tollere: si modo alteri caveat se citra damnum ejus res suas sublaturum. §. 2. *ff. eod. l. 15. circa fin. ff. ad exhib.* 92 De avulsa terræ crusta *v. Novell. Leon. 95.* 93 Eo casu scil. 94 Id est, de præterito, non de futuro. Præteritum dicitur, quod illatum est eiusmodi casu. Futurum, quod inferri potest dum crusta legitur. 95 *l. 7 §. ult. ff. eod.* 96 Coalitio namque & unitio, modus est transferendi dominii. *l. 26. §. 2. ff. de adqu. rer.* 97 Negatoriam actionem non solum in servitutibus locum habere, sed etiam in juribus aliis incorporalibus, hinc colligunt. 98 An emptorem possum cogere, ut vinum quod emit tollat? Agam vel effundam. *Zas. arg. l. 1. §. 3. ff. de periculo.* 99 *l. 5. §. 4. ff. ad exhib.* 100 Pecus ab depastionem factam detineri posse hinc colligunt. *v.* tamen quæ scripsi ad *l. 39. §. 1. ff. ad l. Aquil.*

1 Hoc speciale est: non enim idem est in casu §. 2. *ff. eod.* Cur tam varie? in rate non religanda præsumi potest negligentia domini, qui aliter navem religare poterat. In casu §. 2. *ff. eod.* negligentia nulla fuit. 2 *V. l. 7. ff. eod.* 3 Dominus repromittit, superficiarius satisdat. 4 Proprietarius repromittit, fructuarius satisdat. 5 Modicam enim ad refectionem tenetur. *l. 7. §. 2. de usufruct. & quemadm.* 6 Damni infecti cautio locum habet etiam in his ædibus, quarum usufructus sit alienus. 7 Id est, repromittere de damno infecto.

8 *l. 9 in fin. ff. eod.* 9 *l. 7. C. de usufr.*

De pignore, de re empta à non domino.

XI. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

QUid de creditore dicemus, qui pignus accepit? utrum repromittere [10], quia suum jus tuetur: an satisdare, quia [11] dominus non est [12], debebit [13]? Quæ species est in contrario latere apud Marcellum agitata, an creditori pignoratitio damni infecti caveri debeat? Et ait Marcellus, inutiliter [14] ei caveri: idemque etiam de eo cavendum, qui à non domino emit: nam nec in hujus persona committi stipulationem. æquissimum tamen puto, huic [15] prospiciendum, id [16] est, creditori [17] per stipulationem [18].

XII. PAULUS [lib. XLVIII ad Edictum].

HIs, qui pignori rem acceperunt, potior [19] est is, cui damni infecti non cavetur [20], si possidere, & per longum tempus rem capere, ei permissum fuerit.

De eo, qui dominium vel aliud jus habet. 2. Si inter ædes meas & vitiosas sint aliæ ædes non vitiosæ. 3. De jurejurando calumniæ. Quibus cavendum est. 4. De eo, qui deambulat vel lavat, vel diversit. 5. De vicinis, & eorum inquilinis, & inquilinorum uxoribus, & hu, qui cum eis morantur. 7. De monumento. 8. De superficiario & fructuario. 9. De bona fidei emptore. 10. De operis novi nunciatione. De actione negatoria. De Interdicto quod vi aut clam. 11. Si ab eo, qui in possessionem ædium, quia sibi non cavebatur, missus fuit, cautio desideretur. 12. De jurejurando calumniæ. 15. De die, intra quem cautio locum habet.

XIII. ULPIANUS [lib. LIII ad Edictum].

QUi bona fide à non domino emit, videndum est, nunquid repromittat, non etiam satisdet? Quod quibusdam videtur: habet autem rationem, ut magis repromittat, quam satisdet: suo enim nomine id facit [21]. §. 1. Sive corporis dominus, sive is [22], qui jus habet (utputa servitutem), de damno infecto caveat: puto eum repromittere debere, non [23] satisdare: quia suo nomine id facit, non alieno. §. 2. Cum inter ædes meas & tuas sint aliæ ædes non vitiosæ: videndum est utrum tu solus mihi cavere debeas; an vero & is, cujus ædes vitiosæ non sunt; an ille solus [an ambo]? Et magis est, ut ambo [24] cavere debeant: quia fieri potest, ut ædes vitiosæ in ædes non vitiosas incidentes damnum mihi dent: quamvis possit quis dicere, non vitio [25] incolumium ædium hoc factum, si aliæ in eas incidentes damni causam præbuerunt. sed [si] cum prospicere [26] sibi potuerit, damni infecti cautionem non prospexerit, merito convenietur. §. 3. Qui damni infecti caveri sibi postulat, prius de calumnia [27] jurare debet. Quisquis igitur juraverit de calumnia, admittitur ad stipulationem. † Et non inquiretur, utrum interfit ejus, an non: vicinas ædes habeat, an non habeat? Totum tamen [28] hoc jurisdictioni Prætoriæ subjiciendum, cui cavendum sit cui non. §. 4. Cæterum neque [29] ei, qui in meo deambulet, neque ei qui in meo lavet, vel in mea taberna devertat, caveri debet. §. 5. Vicinis plane, inquilinisque [30] eorum, & inquilinorum uxoribus cavendum esse, ait Labeo. Item his, qui cum his morentur. §. 6. De illo quæritur, an inquilinis suis [31] dominus ædium cavere possit? & Sabinus ait, inquilinis non esse cavendum. aut enim [32] vitiosas ædes conduxerunt, & habent, quod sibi imputent: aut in vitium ædes inciderunt, & possunt ex conducto [33] experiri. quæ sententia verior est. §. 7. Si quis juxta [34] monumentum ædificaverit, vel juxta ædificium suum monumentum fieri passus sit, de damno infecto ei postea cavendum non erit: quia rem illicitam admisit. alias autem, si monumento ædificium noceat, in quo nihil sit, quod imputari possit ei ad quem jus monumenti pertinet, cavendum est ei, ad quem jus monumenti pertinet.

§. 8. Superficiarium [35] & fructuarium [36] damni infecti utiliter stipulari hodie [37] constat [38]. §. 9. Sed ei, qui bona fide à non domino emit, damni infecti stipulationem non [39] competere [40] Marcellus ait [41]. §. 10. Si quis opus novum [42] nunciaverit: an nihilominus damni infecti [43] ei caveri debeat, Julianus tractat? Et magis probat, caveri [44] oportere [45]. Nam [46] & ei qui egerit, jus adversario non [47] esse altius tollere ædificium, caveri debere [48]. † Item eum adversus quem interdictum quod vi aut clam competit, cavere [49] debere [50] Julianus ait: quia [51] non est cautum, neque de vitio ædium, neque de damno operis. §. 11. Si quis, quia sibi non cavebatur, in possessionem ædium missus fuerit; deinde is cujus ædes fuerunt, cum præterea alias ædes haberet, desideret ab eo qui in possessionem missus est, ut sibi damni infecti harum ædium nomine, quarum in possessionem missus est, caveret: an sit audiendus, videamus? Et Julianus scribit, Is, qui vitiosis ædibus cesserit, si integras retinuerit, numquid improbe ab eo qui vitiosas ædes cœpit possidere, cautionem exigit? cum ideo possessionem amiserit, quia & ipse damni infecti satis non dederat? & sane * parum probe postulat ab eo caveri sibi earum ædium nomine, quarum ipse [52] cavere supersedit: quæ sententia vera est [53]. §. 12. Si quis stipulaturus juraverit, nec fuerit stipulatus: an postea ei stipulari volenti jurandum sit, videamus. Et puto, iterum jurandum: quia possit fieri, ut aut tunc, aut modo calumnietur. §. 13. Si alieno [54] nomine caveri mihi damni infecti postulem: jurare debeo, *non calumniæ causa id eum, cujus nomine cautum postulo, fuisse postulaturum.* §. 14. Sed si ejus nomine postulem, qui, si ipse postularet, jurare non compelleretur (veluti patronus vel parens): dicendum est, locum jurijurando non esse: de quo enim ille non juraret, nec, qui vice ejus postulat, in hac stipulatione debet jurare. §. 15. Huic stipulationi debet dies [55] esse insertus: intra quem si quid damni contigerit, cautio locum habet: neque enim in infinitum [56] obligatus esse debet stipulatione. ipse igitur Prætor diem dabit stipulationi, æstimatione habita ex causa [57], & ex qualitate ejus damni, quod contingere speratur.

XIV. PAULUS lib. XIV ad Edictum.

IN causæ cognitione etiam longinquitas [58] soli [59], & operis magnitudo [60] spectanda est [61].

Interpretatio secundæ partu. 1. Verba Edicti. De satisdatione & tempore stipulationi præstituto. 3. De vitio loci vel operu. 4. De tempore intra quod stipulatio committitur. 5. Interpretatio verborum, De eo opere. 6. De via publica, 7. Et cæteris locis publicis. 10. De publica loci publici refectione. 11. Interpretatio tertiæ & quintæ partis. De eo in cujus possessionem mittitur. 15. De pluribus in possessionem mittendis. 16. De acquisitione domnii. 17. De pluribus in possessionem missis, 19. Et sumptibus ab uno eorum factis. 20. An dominus decedat possessione: & de secundo decreto. 24. De juribus debitis his, qui potuerunt satisdare. 26. De ædibus vectigalibus. 27. De prædio vectigali. 28. Si dum Prætor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit. 29. De pupillo. 30. De insula fulcienda vel reficienda. 31. Si cautio offeratur misso in possessionem, 33. Vel jusso possidere. 34. Si ædes ruerint ante missionem. 35. Si quis metu ruinæ decesserit possessione, vel non accesserit. 36. Interpretatio quartæ partis. De causa actionis in factum. Quid in eam veniat, & de tempore in quod extenditur.

XV. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

SI finita sit dies statuta in cautione: iterum [62] arbitratu Prætoris ex integro erit cavendum. §. 1. Si vero sine adjectione diei [63] stipulatio fuerit interposita: si quidem ex conventione [64] quandoque fuerit commissa, ex stipulatu agitur [65]: si vero per errorem [66], magis est illud dicendum, finito die in quem alioquin caveri solet [67], desiderandum esse à Prætore, ut liberetur.

§. 2. Deinde ait Prætor [68]: *De eo opere* [69], *quod in flumine publico ripave ejus fiet, in* [70] *annos decem satisdari* [71] *jubebo.* Hic exigitur satisdatio, & tempus stipulationi præstitutum: idcirco quia in publico fit: cum autem in alieno fiat, satisdationem Prætor injungit [72].

§. 3. Notandum quod non etiam de loci vitio, sed de operis tantum cavetur: quamvis si in privato fiat, & de loci, & de operis vitio cavetur. sed cum locus publicus sit, non erat necesse, ibidem opus facienti de alio vitio, quam operis, satisdare damni infecti. §. 4. Si quid igitur damni intra decem annos acciderit, id stipulatione continetur. §. 5. Et quod ait Prætor *de eo opere*, sic accipe de eo damno, quod ex opere fiet. §. 6. Si quid in via publica fiat [73], quia [74] in alieno sit, satisdandum est.

§. 7. Sed Prætor causa cognita, tempus [75] pro [76] conditione operis determinabit. §. 8. Sive autem quis muniat viam, sive quid aliud in via publica faciat: debebit cautio locum habere, ne [77] per hoc damno privati contingantur [78]. §. 9. De cæteris locis publicis nihil specialiter cavetur: verum ex generali [79] sermone, quasi in alieno fiat, satisdari [80] debebit damni infecti.

§. 10. Si publicus locus publice reficiatur: rectissime Labeo scribit, eoque jure utimur, de damno infecto non esse cavendum [81]. *Si quid vitio loci aut operis fiat:* certe legem dandam operis talem, ne quid [82] noceat vicinis, damnive detur.

§. 11. Ex hoc Edicto, si non caveatur, mittitur in possessionem à Prætore in eam [83] partem quæ ruinosa esse videtur. §. 12. An vero in totas ædes missio locum habeat, videamus? Et extat Sabini sententia, in totas [84] ædes mittendum. alioquin si ex superficie (inquit) damnum timeatur, non habebit res exitum: nec profuturum [85] in possessionem ejus rei mitti, quam quis possidere non [86] possit, aut ei non [87] expediat. & verior est Sabini sententia. §. 13. Sed si in plures partes divisa domus sit, utrum in partem, an in totam domum possidendam mitti quis debeat, videamus? Si tam ampla domus sit, ut & spatia inter vitiosam partem intercedant, & eam, quæ vitium non facit: dicendum, in eam solam partem mitti. si vero unita [88] sit contextu ædificiorum: in totam. Itaque & in spatiosis domibus melius dicetur, in eam [89] partem domus mittendum, quæ vitiosæ parti unita est. Cæterum si modica portiuncula ædium amplissimarum vitium faceret: quale erat [90] dicere, totas ædes jubendum possidere eum, cui damni infecti non caveretur, cum [91] sint amplissimæ?

§. 14. Item quid dicemus, si insula adjacens [92] domui vitium faciat, utrum in insulæ possessionem, an vero in totius domus possessionem mittendum sit? Et magis est, ut non in domus possessionem sed in insulæ mittatur. §. 15. Si plures sunt, qui postulent ut caveatur: omnes mitti in possessionem solent. † Idemque Labeo probat, & si prius quis in possessionem missus sit, & alius mitti desideret: nam non spectabimus ordinem [93], sed habe-

---

10 V. *l.* 7. *ff. eod.*

11 *l.* 9. §. 4. *ff. eod.*

12 Dominus tamen pignoris videri potest, si apud eum pignus pro tanta summa sit obligatum, ut à debitore pignus sui non possit. *l.* 101. *ff. de legat.* 1. antea enim diximus dominum repromittere, non satisdare.

13 Utique cavere debet: licet Jurisconsultus huic quæstioni non respondeat, quæstio habetur pro responsione. *Zas.*

14 Stricto jure: secus ex æquitate. *Jac. eod.* & sic Marcellus strictum jus, Ulpianus æquitatem defendit.

15 Creditori, inquam. An & qui à non domino bona fide emit, licet bonæ fidei possessor cavere debet, aut ei caveri oportet? vide *l.* 13. *ff. eod.*

16 Hæc verba, id est, *creditori per stipulationem*, Ant. Fab. 2 *conject.* 17. putat esse verba interpretis, non Ulpiani.

17 Creditor pignoratitius seu hyporhecarius cautionem damni infecti exigere potest.

18 Cur ita? quia in pignore quæritur jus reale: creditoris jus est manifestum.

19 Atqui missus ex secundo decreto haberi alio, quam creditoris loco non potest: si ita est, qui ante eum erit creditor, potior erit. *arg. l.* 11. *ff. qui potiores.*

20 Et in possessionem ex secundo decreto missus est.

21 Id est, habetur loco domini.

22 Qui jus habet, puta servitutis, repromittere tenetur: de damno vero satisdare non tenetur. *l.* 30. *ff. eod.*

23 Imo, cui competit servitus personalis (ut usufructus) satisdare debet, *l.* 10. *ff. eod.* quin & superficiarius (qui servitutem realem habet, *l.* 3. §. 3. *ff. tit. prox.*) satisdare tenetur, *l.* 9. §. 4. *ff. eod.* atque ita qualisunque servitutis dominus satisdare debet.

24 Vitiosa domus non vitiosæ eum in modum nocebit: cogitur enim non vitiosarum ædium dominus cavere propter ædes vitiosas vicini.

25 Magis enim patiuntur, quam agunt. 26 Imputatur negligentia ei, qui prospicere potuit, nec prospexit. 27 *l.* 7. *ff. eod.* 28 Post juramentum calumniæ, judicem de veritate inquirere posse, hinc colligitur. 29 Cur? quia ad tempus exiguum valde in meo versatur.

30 *l.* 18. §. 3. *ff. eod.* 31 *l.* 33. *ff. eod.* 32 Indignus est auxilio, qui ab initio fuit negligens. 33 Vide *l.* 27. *in fin. ff. locati.* 34 *l. ult. ff. finium regund. l.* 11. *C. de ædificiis privatis.* 35 *l.* 39. §. 2. *ff. eod.* 36 *l.* 20. *ff. eod. l.* 7. *ff. de usufruct.* 37 Hodie, est ex nova jurisprudentia. 38 Cur constat? superficiariis & fructuariis dantur utiles actiones. *Jac. de superficiebus.* 39 Imo competit, / 11. *ff. eodem.* An hæc Marcelli opinio reprobata? An hic locus stricti juris est? 40 Cur tam varie? Fructuarius & superficiarius causam habent à domino: bonæ fidei possessor à non domino. 41 Si non competit, igitur & exceptio dominii refertur: atqui dominii exceptio referri non potest in iis causis, quæ celeritatem desiderant. *l.* 3. *ff. ad exhibend.* 42 Jam factum scilicet. 43 Id est, nondum facti. 44 Imo non oportet: nam uno remedio aliud tolli solet. §. 6. *ff. eod.* An hæc duo remedia extraordinaria sunt, ut ne alterum altero tollatur? *l. quemadmodum.* 29. §. *Magistratus.* 7. *ff. ad leg. Aquil.* An ut sint æquo jure ordinaria, aliud alio tamen non tollitur, cum ad res diversas dentur? 45 Atque ita duo remedia diversa concurrere possunt. 46 Argumentum à simili sumptum. 47 Id est, qui egerit negatoria actione. Negatoriam hic simpliciter sumo, ut in §. 2. *Inst. de actionibus.*

48 Interea scil. dum agitur causa proprietatis: atque ita cautio damni infecti, & negatoria in rem, concurrunt. Negatoria ad tuendam libertatem fundi: Cautio, propter ruinam inceptam ædificii. 49 Imo cavere non debet: nam ut confessoria, *l. loci corpus.* 4. §. *in confessoria.* 2. *ff. si servitute vindicetur.* ita Interdicto id, quod interest nostra, consequimur. sic tamen: sed confessoria datur ad id quod extra rem: Interdictum ad id quod in re ipsa interest. *Bart.* 50 De damno sc. interea dum agitur de causa principali. 51 Quasi dicat, Utcunque negatoria mihi competat, vel Interdictum *quod vi aut clam*, non est tamen mihi de vitio operis consultum. 52 Non est cavendum ei, qui ex contumacia cavere noluit: hæc est talionis pœna. *l.* 6. *ff. de his, quæ ut indignis.*

53 Atqui dupliciter puniri videtur contumax contra legis præcepta. Nam ob ejus contumaciam adversarius in possessionem ædium ejus mittitur: ac præterea ipsi contumaci damni infecti propter alias ejus ædes non cavetur: videtur & missus in possessionem mihi cavere debere, *l. damni.* 18. §. *si vicinæ.* 12. *ff. eod.* etiamsi contra me in possessionem missus sit. *l.* 5. §. 1. *in fin. ff. ut legatorum nomine caveatur.* vide *hic* Bart.

54 *l.* 39. §. 3. *ff. eod.* & hic de alieno facto, & alterius conscientia jurare licet: jurare, inquam, ex credulitate, si vehementer id opinabimur. *l.* 2. §. 8. *in fin. ff. tit. prox.* An & sine mandato ejus cujus nomine agimus? id nostra lex innuit: ut multo magis cum mandato jurari possit colligat: sed hoc tamen casu speciale domini mandatum requiri docent interpretes. Utique *l. pænult.* §. 3. *C. de jurejur. propter calumn.* jubet dominum in provincia, in qua degit, calumniæ juramentum fabire. v. Andr. Gail. 1 *obs.* 83. Quid? omnium calumniæ juramentum non vitiat? v. *l.* 2. §. 4. *C. de jurejur. propter calumn.* Num consuetudine vel statuto remitti potest? posse videtur. vide *l.* 2. *C. de indicta viduitate.*

Da pœna juranti de calumnia committitur ipso jure? Minime: requiritur enim sententia declaratoria, nec transmittitur ad heredes. vide *l.* 2. §. 6. *C. de jurejur. propter calumniam.* An procurator ex officio datus agendus est id juramentum præstare? An contumacia procuratoris non juranti de calumnia nocet domino? v. eundem *cap.* 89. An procurator rifei de calumnia jurare debet? vide eundem, *c.* 90. v. / 2. §. 2. *C. de jurejur. propter calumn.* An heredi jusjurandum calumniæ deferri potest? Posse videtur. vide *Novell.* 124. *c.* 1. An & tutori? sic sane. v. *l.* 4. *ff. de in litem jurando.*

55 *l.* 4. *ff. eod.*

56 Infinitas est vitanda. *l.* 9. *ff. soluto. l.* 11. §. 18. *ff. de legat.* 3.

57 Circumstantias hujus judicii considerandas esse nota: circumstantias, inquam, causæ, qualitatis, longinquitatis, & magnitudinis operis: est autem causa hic, origo rei.

58 Longinquioris namque loci conservandi cura minor est.

59 Loci. v. *l.* 15. §. 3. *ff. eod.*

60 Facilius enim ruit magnum opus.

61 Ut eorum habita ratione longior vel brevior dies concedatur.

62 Finita una dilatione, alia dari potest ex causa: ut constat ex Goth. Vid. Cujac. *lib.* 1 *resp.* / 14. Ant. 82 Reipublicæ non licet aliquid in publico loco reficiendo, quod privatis noceat, facere. 83 Hoc ut sit intelligendum, explicat §. 12. *ff. eod.* 84 Si vitium sit in parte substantiali (puta tecto, fundamento, ædium parietibus, tunc in totas ædes facienda est missio. 85 Potentia frustra est, quæ non reducitur ad actum. 86 Imo superficies possideri potest sine solo, *l. si duo.* 3. §. *item videamus. ff. uti possidetis.* naturaliter potest possideri sine solo: naturaliter & civiliter non potest. Nisi dicas, jam cadentem superficiem sine solo possideri non posse.

87 Imo expedit possideri naturaliter, *l.* 1. §. *dejicitur. ff. de vi & vi armata.* non expedit, quia timetur ne decidat: alias superficies possideri non potest, nisi quid ipsi domino præstetur. *l. in specialibus.* 73 §. 1. *ff. de rei vind.* 88 Inseparabiliter. Connexorum idem est judicium. *l. pen. ff. de legat.* 3. *l.* 73 §. 1. *ff. de rei vind.* 89 Utile per inutile vitiatur, si ab altero separari non potest. 90 *Al.* 91 Id est, si fuerint. 92 Insulæ domibus adjacent, *ut hic.* id est, prope domus vicinas sunt, non tamen sunt eis adjunctæ. Atqui dicitur insulæ communis esse paries. *l.* 13. *ff. de servit. urb.* nihil vetat insulæ communem esse parietem, etiamsi non sit insula vicino ædificio connexa. v. Cujac. 1 *obs.* 14. alias insulæ legitimo spatio invicem distant. *l.* 14. *ff. de serv. urb.* 93 Ordo eorum, qui missi sunt, non attenditur, quoad immissionem ex primo decreto. An attendatur ordo scripturæ, v. *l.* 6 *ff. de novationib.* v. Cujac. *C. si in causa judicati pignus captum sit. l.* 10. *ff. qui potiores.*

habebunt ambo possessionem. † Quod si jam prior possidere jussus sit, & alius damni infecti caveri desideret 93: tunc nisi caveatur, mittetur in possessionem posterior. §. 16. Julianus scribit, cum qui in possessionem damni infecti nomine mittitur, non 94 prius incipere per longum tempus dominium capere, quam secundo 95 decreto à Prætore dominus constituatur.

§. 17. Si ante hoc decretum alius quoque in 96 possessionem missus fuerit, æqualiter 97 ambo ædium fiunt domini: scil. cum justi fuerunt possidere. † Si vero jam constituto domino 98 eo qui primus in possessionem missus est, Titius damni infecti sibi caveri desiderabit: cessante primo cavere, solus Titius erit in possessione. §. 18. Cum autem plures mittuntur in possessionem, æqualiter 99 mittuntur, non pro rata damni, quod unumquemque contingeret. & merito Nam & cum unus mittitur, non pro portione damni mittitur, sed in totum: cum igitur plures mittuntur, æqualiter omnes quasi in totum missi concursu partes habebunt 100. §. 19. Sed si quis eorum missus in possessionem sumptum fecerit, deinde jubeatur possidere: an sumptum consequi possit is, qui fecit? & quo judicio? Et placet, communi dividundo 1 judicio consequi [eum] posse. §. 20. Si quis autem in possessionem missus, nondum possidere jussus 2 sit: an dominus decedere possessione debeat, videamus? Et ait Labeo, non decedere 3: sicuti nec cum creditores vel legatarii mittuntur. idque est verius. §. 21. Non autem statim, ubi misit Prætor in possessionem 4, etiam possidere jubet 5, sed tunc demum, cum justa causa videbitur. Ergo intervallum 6 aliquod debebit 7 intercedere, quod aut pro derelicto ædes longo 8 silentio dominus videatur habuisse, aut emisso 9 in possessionem, & aliquamdiu 10 immorato nemo caveat. §. 22. Si forte dominus Reipublicæ causa abest, aut ex alia justa causa, aut in ea sit ætate, cui subveniri solet: probandum est, non debere Prætorem festinare 11 ad decernendum, ut jubeat possidere. † Sed etsi decreverit 12, nemo dubitat, in integrum 13 restitutionem indulturum.

§. 23. Ubi autem quis possidere jussus est, dominus dejiciendus 14 erit possessione. §. 24. Si qua sint jura debita his, qui potuerunt 15 de damno infecto satisdare 16: deneganda erit eorum 17 persecutio adversus eum, qui in possessionem missus est 18, & ita Labeo probat 19. §. 25. Item quæritur in pignoratitio creditore 20, an pignoris persecutio denegetur adversus eum qui jussus sit possidere? Et magis est, ut si neque debitor repromisit, neque creditor satisdedit 21, pignoris persecutio denegetur. † Quod & in fructuario recte Celsus scribit. §. 26. Si de *vectigalibus* 22 [ædibus] non caveatur 23, mittendum in possessionem dicemus 24, nec jubendum possidere: nec enim dominium 25 capere possidendo potest. sed decernendum, ut eodem jure esset, 26 quo 27 foret is, qui non caverat: post quod decretum vectigali 28 actione uti poterit. §. 27. Sed in vectigali 29 prædio, si municipes 30 non caverint: dicendum est, dominium per 31 longum tempus adquiri 32. §. 28. Eleganter quæritur, si, dum Prætor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit, an sarciri possit? Et missio quidem cessabit 33: Prætor tamen decernere debet, quicquid damni contigerit, ut de eo quoque caveatur 34; aut, si putat, quod utiliter actionem 35 daturus sit, decernat 36. §. 29. Si pupillus 37 tutorem non habeat, quo auctore damni infecti promittat 38: quasi non defendatur, missio in possessionem locum habebit 39. §. 30. Si quis damni infecti in possessionem missus sit 40: fulcire eum, & reficere insulam debere, sunt, qui putent 41; eamque culpam præstare exemplo ejus, qui pignori 42 accepit. sed alio jure utimur: cum enim ob hoc tantum missus sit, *ut vice cautionis in possessione sit*, nihil ei imputari, si non 43 refecerit. §. 31. Item videamus, si ei cautio offeratur, posteaquam missus est: [an] non prius decedere debeat 44, quam 45 si ei caveatur 46 etiam de eo damno, quod contigit posteaquam missus est in possessionem? quod quidem magis probatur 47. repetita 48 igitur die promittendum erit: hoc amplius de impensis 49 quoque, si quas fecerit, erit ei cavendum.

§. 32. Illud quæritur, ex quo tempore damni ratio habeatur: utrum ex quo in possessionem ventum est; an vero ex quo Prætor decrevit, ut catur in possessionem? Labeo: ex quo decretum est. Sabinus: ex quo ventum est in possessionem. Ego puto 50, causa cognita modo hanc, modo illam sententiam probandam: plerumque enim subvenitur etiam ei, qui missus in possessionem, aliqua ex causa aut non [venit,] aut tardius venit in possessionem. §. 33. Posteaquam autem quis possidere jure dominii 51 à Prætore jussus est, nequaquam 52 locus erit 53 cautionis oblationi: & ita Labeo. Cæterum 54 nullus (inquit) finis rei invenietur 55. Et est hoc verissimum, sepositio eo 56 quod quibusdam, vel ætate 57, vel qua alia justa causa subveniatur.

§. 34. Si jam ruerunt ædes: an in possessionem ruinæ 58 vel areæ mittendus sit nihilominus is cui cautum non est, videamus? Et magis est, ut mitti debeat. & ita Labeo: sed adjicit, si posteaquam decreverit Prætor, eum in possessionem mittendum, tunc ædes decideritn. & puto Labeonis sententiam veram. † Proinde & si refecit aliquid, erit probandum, non prius cum discessurum, quam si ei sariatur, & de præterito caveatur. Potest autem & in factum 59 actione reciperare hoc quod impendit: sed non 60 amplius quam quod boni viri arbitratu 61 factum sit. † Idem est, & si alius jussu rogatuve meo eorum quid sine dolo malo fecerit, & eo nomine condemnatus sim, aut dederim sine dolo malo. §. 35. Si quis metu ruinæ decesserit possessione, si quidem, cum adjuvare rem non 62 posset, id fecit, Labeo scribit 63, integrum jus eum habere, perinde ac si in possessione perseveraſſet: quod si, cum posset succurrere, maluit relinquere 64, amisisse eum Prætoris beneficium 65: neque, si postea succurri sibi velit, audiendum eum. Cassius autem ait, si metu ruinæ recesserit, non hoc animo 66, ut ædificia derelinqueret, restituendum in possessionem. eum tamen, qui missus in possessionem non accesserit, si ædificia ruerint, beneficium Prætoris amisisse scribit. hoc ita accipiendum erit, si venire in possessionem neglexit 67: non si, dum venit, ruerunt. §. 36. Si quis ex hoc Edicto à Prætore in possessionem missus non est admissus 68: in factum actione uti poterit, *ut tantum præstetur ei, quantum præstari ei oporteret, si de ea re cautum fuisset*. extenditur enim actio 69 in id tempus, quo damnum committitur.

XVI. PAULUS lib. LX 70 ad Edictum.

ANtequam damnum detur, impunitum 71 est factum ejus, qui neque promisit neque admisit in possessionem: si tamen ante damnum datum, vel cavit 72, vel possessione cessit.

De eo, qui est in aliena potestate. 1. De his qui pro aliis intervenunt. 3. De tempore actionis. De successoribus. 4. De alienatione prædii.

XVII. ULPIANUS [lib. LIII ad Edictum].

SI quis missum in possessionem, cum esset in aliena potestate 73, non admiserit: plerique putant noxalem 74 actionem eo nomine competere. §. 1. Quid deinde, si procurator prohibuerit? utrum in ipsum an in dominum dabimus? Sed verius est, in ipsum 75 dandam. §. 2. Sed & in actore municipum, tutore 76 cæterisque qui pro aliis interveniunt, idem erit dicendum. §. 3. Actio ista, quæ in factum est 77, perpetuo dabitur 78, & heredi, & in heredem 79 cæterasque 80, itemque cæteris personis. §. 4. Judex qui de damno infecto cognoscit, etiam 81 alienato 82 prædio ab eo cum quo actum 83 fuerit, damnum æstimare solet omne, quodcumque ante 84 judicium contigit.

De eo, cujus in bonis res est, aut cujus periculo res est. 1. De usucapione. 2. De fructuario. 3. De inquilino. 4. Si quis in conducto solo superficiem imposuit. 5. De ædibus post stipulationem comparatis. De ædibus communibus. 6. De his quæ post stipulationem in domo haberi cœperunt. 7. De emptore & venditore. 11. De re vitiata. 12. Si invicem desideretur caveri. 13. De pupillo. 14. De mandato. 15. De actione in factum ex quarta parte hujus Edicti, & Interdicto unde vi, & Publiciana actione. 16. De procuratore.

XVIII. PAULUS lib. XLVIII ad Edictum.

DAmni infecti stipulatio competit non tantum ei, cujus in bonis res est: sed etiam cujus periculo [res] est 85. §. 1. [Sed] quod opere facto consecutus sit dominii capione 86 promissor, non teneri eum eo nomine 87, Pomponius ait: quia nec loci 88 nec operis vitio, sed publico jure 89 id consecutus sit.

§. 2. Ei, cujus usufructus ædium est, de vitio earundem ædium caveri non oportet 90, etsi 91 alias vicinas habeat: quia reficiendi habet facultatem 92. nam * qui viri boni arbitratu uti deberet 93, reficiendi quoque poteſtatem consequitur. Ergo nec proprietarius 94 audiri debet, si velit sibi caveri à fructuario ædium nomi-

---

92 Immisso uno ex creditoribus, non censentur cæteri immissi, nisi postulaverint. *l. 5. §. 2. ff. ut in poss. leg.* Imo immissi censentur, *l. 12 ff. de rebus auctoritate jud. poss.*

93 Ut in missus in possessionem habet jus retentionis.

94 Atque ita cautio offerri potest post missionem ex primo decreto.

95 Cessante eum causa cessat effectus.

96 Cautio post missionem ex primo decreto repetenda, id est, inducenda est ad initium temporis, quo damni infecti caveri primum oportet. de hac distinctione v. *l. 3. ff. de fide instr.*

97 *l. 44. §. 1. ff. cod.*

98 Ita Jurisconsultorum sententiæ conciliandæ sunt.

99 Missus ex secundo decreto possidet jure dominii. adde §. 16. ff. *cod. l. 5. ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Anſ

100 An in omnibus personis id verum est? exceptiuntur minores, & majores justa de causa. ff. *cod.* An in omnibus causis? id equidem verum est in damno infecto, & noxalibus, ut dixi ad §. 16. ff. *eod.* adde *l. 3 ff. si ex noxalis.* An & in personalibus? negat Baldus. Ait enim reum posse ad biennium usque, oblato actori debito cum expensis rem suam recuperare. Quid, si rem in solutum actor ceperit? videtur actor rem emisse: ideoque non admittitur reus pœnitens post hujusmodi contractum ita perfectum. *l. 15. §. 6. ff. de rejudic.*

1 Ex secundo decreto. Ex primo mittimur in possessionem: ex secundo jubemur possidere. *Goth.* Quomodo procedatur ad secundum decretum, vid. Menoch. *de arbitr. jud. cas. 6. num. 3.* Anſ.

2 Quodnam erat illud intervallum? An 10 vel 20 ann. ut quidam volunt? omnino arbitrio judicis id relinquitur. *Goth. Novell. 53. cap. 4.* ibi Cujac. Bald. in *l. penult. C. de bon. auct. jud. poss.* Covarruv. 3 *var. resolut. 18. in fin.* Menoch. *d. cas. 6. num. 13.* Anſ. Intervallum illud causæ cognitionem habet, si res habetur pro derelicta, aut diu immorato in possessione non caveatur.

3 Ad secundum decretum non est festinandum. 8 Longo silentio res habetur pro derelicto. Longum silentium potest intelligi decem vel viginti annorum. 9 *Al.* misso. 10 Quam diversa est hæc alternativa? Longi silentii tempus in ædibus pro derelicto habendis judex non arbitratur, sed lex definit: quamdiu vero missio in possessionem & in ea immorato non caveatur, eique mora fiat, judex hoc arbitratur. Longum silentium, longum tempus est: aliquandiu vero, modicum tempus. Accursius itaque alternativam pro conjunctiva hic accipit: male. Longum enim & modicum differunt. Illud in missione adversus absentem facienda spectatur: hoc adversus præsentem. *Oldrad. Bart.* 11 Secundum decretum nunquam adversus non latitantem festinandum.

4 In procedendo judex festinare non debet: si tamen ad secundum decretum festinaverit, hoc decretum valebit, & quod fieri non debuit, factum tenebit, nisi restitutio in integrum indulta fuerit, *ut hic.* 13 Contra secundum decretum, datur restituere ex justa causa. 14 Jussus possidere ex secundo decreto, dominum possessione expellit. 15 Nec satisfecerunt. 16 Puta eis quibus servitus in ædibus vitiosis debebatur. 17 Jurium scil. 18 Ex secundo decreto sc. Et sic res transit sine onere ad eum, qui missus est ex secundo decreto. 19 Idque propter contumaciam ejus, qui satisfiare potuit, nec satisfecit. 20 Id est, in eo, qui accepta hypotheca crediderit. 21 Creditor non satisdans damni infecti nomine pignoris persecutionem amittit.

22 *V. d. l. 1. ff si ager vectigalis*, id est, *emphyteuticarius.* 23 A cond uctore ejusdem f.il.

24 Atque ita res vectigalis, exequendæ sententiæ causa potest actori adjudicari, salvo tamen jure domini. vide quæ notavi ad *l. 31. ff. de pignorib.* 25 Id est, propter contumaciam conductoris fundi vectigalis non fit missio in ipsam proprietatem, sed in jus ipsum. 26 Jure fit. *Hal.*

27 Non potest transferri jus in alium, nisi quale est apud eum, qui transfert. *l. 32. ff. de contrab. empt. l. 31. ff. de pignorib. l. 71. in fin. ff. de leg. 1.* 28 Vectigalis actio. 29 V. ff *si ager vectigal.*

30 Forte legendum, mancipes. 31 Post moram videlicet longo tempore contractam, ut §. 21. *Gloss.* Imo statim adquiritur ex secundo decreto. *l. ult. C. de SS. Eccles.* ibi de re, quæ ipsa civitatis fuit, agitur: hic de re, quæ putatur esse civitatis: hic postremo casu usucapiendi tantum causa præbetur; ut de re pupilli dicimus. *l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emptore.* 32 Municipes, ob statim contumaciam, ex secundo decreto dominium statim rei amittunt, si sint domini: si non sunt domini, usucapi...si conditionem transferunt in missum. Et ita habens conscientiam rei alienæ præscribit in hoc casu, & in noxalibus. vide *l. 28. ff. de noxalibus.* 33 Damnum enim amplius non est infectum cum jam accidit. 34 Nam post jussum de cavendo, cautio pro interposita habetur. Ripensis ad *l. 1. n. 5. ff. eod.* nec subterfugia adversarii mei mihi debent obesse. *Bald.*

35 Prætores post Pontifices actiones dictasse hinc colligas. *l. 2. §. 6. ff. de origin. jur.*

36 Actiones in factum dicuntur decerni, *ut hic.* impetrari, permitti, accommodari, constitui: quia ex æquitate causa cognita dantur. actio directa, ordinaria est. vide omnino Pithœum ad 12 *notar. Mosaic. fol.* 103. 37 *l. 3. in fin. l. 4. & 5. ff. quib. ex caus. in poss.* 38 Vid. *l. 7. ff. eod.* 39 Cur ita? quia agitur pro vitio rei. An postea restitui poterit? sic videtur, §. 22. ff. *eod.* 40 Ex primo decreto. 41 Et male, ff. *eod.* 42 Qui pignori rem accepit, tenetur expensas in eam facere, ne ruat. 43 Missus ex primo decreto, non tenetur facere sumptus refectionis.

---

44 *l. 1. §. 1. ff ut in poss. legat.*

45 Ut in missus in possessionem habet jus retentionis.

46 Atque ita cautio offerri potest post missionem ex primo decreto.

47 Cessante eum causa cessat effectus.

48 Cautio post missionem ex primo decreto repetenda, id est, inducenda est ad initium temporis, quo damni infecti caveri primum oportet. de hac distinctione v. *l. 3. ff. de fide instr.*

49 *l. 44. §. 1. ff. eod.*

50 Ita Jurisconsultorum sententiæ conciliandæ sunt.

51 Missus ex secundo decreto possidet jure dominii. adde §. 16. ff. *eod. l. 5. ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Anſ

52 An in omnibus personis id verum est? exceptiuntur minores, & majores justa de causa. ff. *cod.* An in omnibus causis? id equidem verum est in damno infecto, & noxalibus, ut dixi ad §. 16. ff. *eod.* adde *l. 3 ff. si ex noxalis.* An & in personalibus? negat Baldus. Ait enim reum posse ad biennium usque, oblato actori debito cum expensis rem suam recuperare. Quid, si rem in solutum actor ceperit? videtur actor rem emisse: ideoque non admittitur reus pœnitens post hujusmodi contractum ita perfectum. *l. 15. §. 6. ff. de rejudic.*

53 Imo erit. *l. 53. §. 6. ff. de legat. 1.*

54 Id est, alioquin.

55 Ratio decidendi.

56 Exceptio regulæ. vide quæ notavi ad *Novell. 1. cap. 2. §. 1.*

57 §. 22. ff *eod.*

58 Lapsa domo post decretum missionem, nondum tamen executioni traditam, fit missio in rudera & ipsam aream, à qua non discreditur: nisi omni damno & expensis refectis.

59 Missus in possessionem, non solum habet retentionem, sed actionem in factum ad consequendas expensas. *l. 9. ff. de reb. auctorit.*

60 Immensæ expensæ non repe-

---

61 Ad viri boni arbitrium dubiis in rebus recurri solet. 62 Nihil culpæ ei imputatur, qui juvare non potuit. *l. 1. §. 22. ff. de Silaniano.* 63 Admodum indefinite: ideoque merito ab ejus sententia receditur. ff. *eod.* 64 Et esse negligens. 65 Quia negligenti non succurritur. *l. 16. ff. ex quib. caus. major.* Goth. De remissionibus juris, an præsumantur, vid Menoch. *lib. 3 præsumpt. 115. & conf. 46. num. 1. lib. 1.* Anſ. 66 Qui in dubio semper præsumitur: ut sit sensus, in dubio non præsumi animum deserendi. 67 Per multum tempus. vid. Zaſ. *hic. num. 2.*

68 *l. 4. §. 2. 3. eod. l. 4. §. 2. ff. ne vis fiat ei.* 69 An actionis verbo condemnatio intelligi debet: an potius ejus effectus, exercitium seu executio? 70 *Al.* quadragesimo octavo.

71 *l. 6 ff. eod.* 72 Contumax, vel delinquens, potest purgare moram, ante ruinam cavendo, vel cedendo. 73 De facto servi non admittentis missum, tenetur dominus noxaliter.

74 Noxam committit servus qui missum non admittit. 75 Procuratorem sc. Et sic procurator, licet sit constitutus in causa, de delicto tenetur. 76 Contra prohibentem sc. 77 Quemadmodum & in eo casu, quo quis legatorum causa missus non admittitur; alias regulariter contra prohibentem est annalis. *l. 1. §. ult. ne vis fiat.* 78 *l. 24. §. 1. ff. eod.* 79 An datur in singulare successorem? datur. *l. 24. §. 1. ff. eod.* 80 Licet res propter quam lis oritur, sit alienata, propter hoc tamen non cessat damni infecti judicium. 81 Libellus super damno infecto non facit rem litigiosam, cum possit res alienari: res alioqui litigiosa non potest alienari *l. ult ff. de litigios.*

82 Qua actione hic agetur, hypothecaria, vel ex stipulatione? In quem etiam agetur? si hypothecaria agetur, convenietur & qui primus possedit, & qui nunc possidet: est enim hæc natura hypothecariæ ut rem sequatur. Si ex stipulatione agetur, idem fuerit, si modo adversus heredem primi possessoris agetur, non adversus eum, qui ab eo comparavit: & ita videtur hunc locum interpretari Bart. *hic.* 83 Multo magis, & id quod post judicium contingit. *l. ædites. 25. §. item sciendum. 8. ff. de ædil.* 84 Pleno jure scil. 85 Ratione utilis dominii, vel alterius similis juris, veluti usufructus vel superficiei, *l 9. in fin. ff. eod.* ideoque is ad quem rei periculum spectat, potest jure postulare, ut sibi caveatur. 86 Usucapione. *vulg.* capione. *Hal.* 87 Ex stipulatione damni infecti interposita, nemo tenetur de damno, quod post præscriptionem emersit. Generalibus enim verbis nihil venit nisi quod ex natura contractus sit. 88 Damnum quod non venit vitio soli, sed extrinsecus, in hanc stipulationem non venit. 89 Id est, usucapionem, *l. 1. ff. de usucap.* & sic lucrum quæsitum præscriptione, dicitur publico jure quæsitum. 90 Sed, de vitio soli. *l. 20. ff. eod.* 91 Id est, ut proprietario ædium vicinarum. 92 Id est, quia ipse sibi præcavere adversus damnum potest, frustra ab alio sibi caveri desiderat. 93 Debet. *Hal.*

94 Fructuario proprietarius, proprietario fructuarius ædium vicinarum nomine non caves-

nomine, quas vicinas fructuario 95 habeat: quia habet cum fructuario actionem, ut viri boni arbitratu is fruatur. §. 3. Sed inquilino meo, si vicinas ædes habeat, cavere debebo damni infecti propter eas ædes. §. 4. Ei qui in conducto solo superficiem imposuit 96, dominus soli, quod vitio soli 97 damnum futurum sit, cavere non debebit, nec soli domino superficiarius: quia invicem 98 ex conducto & locato habent actiones. in quas tamen actiones ultra culpam 99 nihil venit: plus autem in stipulationem venit damni infecti, quod quidem vitium ejus esse dicitur. §. 5. Si is qui unas ædes habebat, stipulatus fuerit 100, deinde vicinas compraverit: an earum quoque nomine [1], quas post interpositam stipulationem comparasset, promissorem obligaret, Quæsitum est? Julianus scribit [2], videndum, ne earum duntaxat nomine cautum habeat, de quibus inter eum & promissorem initio actum fuerit. Cui [3] consequens videri posse 4, ut & cum ædium communium nomine duo socii stipulentur, de eo duntaxat damno caveri videatur, quod in parte ædium cuique socio datum fuerit. sive ergo redemerit alteram partem quis ex his, sive adjudicata fuerit: non [5] augeri promissionis obligationem. Pomponius relata Juliani scriptura, dicit non se improbare.

§. 6. Si autem [6] res aliquas [7] post stipulationem [8] interpositam [9] in domo habere cœperit stipulator, quæ ex ruina vicinarum ædium perierint, agere ex stipulatu potest: licet tunc, cum stipularetur, hæ res non fuerint. §. 7. Emptor prædii, si ante traditionem stipulatus sit, cautum [10] habebit de eo damno quod post traditionem factum erit. §. 8. Venditorem autem ædium, prius quam possessionem tradat [11], stipulari oportet [12]: quia hujus [13] quoque rei culpam præstat. §. 9. Sed quid fiet, si venditor sine culpa stipulari non potuerit [14], & ob hoc emptor stipulatus fuerit? nonne damnum patitur? an hoc damnum in aliena re acciderit, revolvitur autem ad emptorem, quia actionem ex empto non habet? Sed nihil in hac causa proficit stipulatio [15], nisi in id quod post traditionem accidit: quia * dum venditoris custodia est [16], is stipulari debet, omnemque diligentiam emptori præstare; & quod [17] alia actione [18] quæri potest, id in stipulationem damni infecti omnino non deducitur.

§. 10. Sed si venditor interposuerit stipulationem, etiam id damnum continebit, quod post traditionem emptori contigerit quod esse iniquissimum Aristo ait: quoniam si emptor quoque damni infecti stipulatus esset, duobus promissor ejusdem nomine obligaretur. nisi forte id contra se habeat, quia in hoc fit stipulatio, quanti ea res erit: ut possit videri, nihil interesse jam venditoris stipulatione damni infecti interposita. §. 11. Sabini sententia vera est, existimantis, ut, si dum ædificatur, intra diem stipulationi comprehensum supra parietem meum domus deciderit, eumque vitiaverit, licet post diem stipulationis paries decidet, possim agere; quia damnum jam tunc [19] acceperim, cum paries vitiosus factus sit: nec quicquam obstare, quominus etiam antequam decidat, agi possit: & si ita [20] concussus sit paries, ut nulla ratione recipi possit, ideoque deponendus est, non minoris litem æstimandam, quam si decidisset. §. 12. Si vicinas ædes habeamus & invicem desideremus damni infecti caveri: nihil obstabit, quominus & ego in tuarum ædium possessionem mittar, [&] tu in meam [21]. §. 13. Si pupillus [22] prohibuit iri in possessionem damni infecti: placet, in eum non injuste competere hanc in factum actionem [23]. §. 14. Si mandatu meo alius prohibuerit, in me [24] hæc actio competit. §. 15. Non solum autem eum punit Prætor, qui in possessione esse [25], sed etiam eum, qui possidere passus non fuerit [26]: cum alioquin, si is qui jussu Prætoris cœperat possidere, & possidendo dominium capere, aut non admissus, aut ejectus inde fuerit, utile Interdictum [27] *unde vi*, vel Publicianam actionem habere potest. † Sed si in factum actione egerit, his actionibus experiri non potest, cum Prætor id agat [28], ne damnum faciat actor, non ut in lucro versetur.

§. 16. Si procurator [29] meus damni infecti stipulatus sit, causa cognita mihi ex ea stipulatione actio competit.

De absentibus. 1. De ædium vel operis vitio. De loco ubi damnum futurum est.

XIX. Gaius ad Edictum Prætoris Urbani, titulo de damno infecto.

Eorum, qui bona fide absunt [30], in stipulatione damni infecti jus non corrumpitur, si reversis cavendi ex bono & æquo potestas datur: sive domini [31] sint, sive aliquid in ea re jus habeant; qualis est creditor [32], & fructuarius [33], & superficiarius [34].

§. 1. Sive ædium vitio, sive operis, quod est in ædibus [35], vel in loco urbano, aut rustico, privato, publicove [36] fiat, damni aliquid futurum sit: curat Prætor, ut timenti damnum caveatur.

De fructuario & proprietario.

XX. Idem lib. XIX ad Edictum provinciale.

Inter fructuarium [37], & dominum proprietatis, ita damni infecti cautio locum habet, si fructuarius quidem de soli vitio caveri sibi desideret: dominus vero proprietatis de operis vitio, si quid fructuarius ædificet. nam de ruina ædium neuter ab altero cautionem desiderare potest: fructuarius ideo, quia refectio [38] ædium ad ejus ipsius onus non [39] pertinet [40]; proprietarius ideo, quia usitata stipulatio, qua de re restituenda fructuarius cavet, ad hunc quoque casum porrigitur.

De filiofamil. inquilino.

XXI. Paulus lib. VIII ad Plautium.

Si filiusfamilias [41] inquilinus sit: videamus, an damni infecti nomine in possessionem ædium vicinarum mittendus sit? Quæritur [42] enim an filiusfamilias non videtur damnum pati, si res peculiares sint, & pater possit stipulari, si quid ei damni fiat? Et placet, utrumque eorum in possessionem mitti, nisi sic filius conduxerat, ut ejus periculo ædes essent; tunc enim, quia solus tenetur ex locato, recte dicetur ipsum mittendum in possessionem, nisi ei caveatur.

De proprietario & fructuario. 1. Si quis à duobus earundem ædium nomine sibi caveri desideret.

XXII. Idem lib. X ad Plautium.

Si proprietarius de damno infecto repromisisset, vel forte aliquid præstitisset, aut contra fructuarius aliquid præstitit: iniquum est, alterum sine [43] damno uti ædibus, aut ædes habere. & si obtulerit proprietarius aliquid, non est fructuario permittendum uti, nisi contulerit: idemque fructuario præstandum est, ut proprietarius cogatur ei conferre. Ergo & solum retinebit [44] fructuarius, si ædes ceciderint, donec præstetur ei damnum: ut quod haberet vicinus missus in possessionem, id fructuarius habeat, qui damnum vicino sarciit. † Eadem erunt, & si minimum [45] damnum detur. §. 1. Plautius: si ab eo, quem dominum esse negarem, vellem sub hac exceptione, *Si dominus non esset*, satisdari; ab eo vero, quem dominum esse dicerem, pure repromitti: constitit non debere me impetrare [46], sed debere me eligere [47], à quo velim mihi caveri.

Si non in solidum caveatur.

XXIII. Ulpianus lib. LXIII ad Edictum.

In stipulatione damni infecti, quæ ædium nomine interponitur, nisi [48] in solidum fuerit cautum, mitterur in possessionem [49].

De loco publicis vel privatis. 1. De successoribus universalibus vel particularibus. 2. De vitio ædium, loci, operisve. 3. De operis vitio & damno extrinsecus contingente. 6. Si alius quam promissor opus fecerit. 7. De furno. 8. De eo, cui nulla ope occurri potest. 9. De vi tempestatis. De vetustate. 11. De impulsu fluminis. 12. Quando damnum dari videatur. De puteo aperto.

XXIV. Idem lib. LXXXI ad Edictum.

Fluminum publicorum communis [50] est usus, sicuti viarum publicarum, & litorum. † In his igitur publice licet cuilibet ædificare, & destruere: dum tamen hoc sine incommodo cujusquam fiat. Propter quod operis duntaxat nomine cum satisdatione cavetur [51]; de vitio loci nihil cavetur: hoc est, operis, quod quis facit. cæterum si ex loci vitio damnum timeatur [52], minime [53] dicendum est, damni infecti stipulationem interponi oportere: quis enim dubitat, neminem esse, à quo stipuletur, cum nemine [54] nihil faciente locus ipse publicus damnum inferat sui natura? Ad ea igitur opera stipulatio pertinet, quæcunque privatim fiant. † Quid ergo, si publice opus fiat? de vitio ejus quid faciemus? Et plane, vel Princeps [55] adeundus est, vel, si in Provincia fiat, Præses Provinciæ. Sed quod dictum est, *operis vitio*, sic accipiendum est, etiamsi proponas non tantum tempore quo opus fit, sed etiam si postea contingat: quid enim, si ideo, quia male ædificatum erat, corruit? §. 1. Adjicitur in hac stipulatione *& heredum* [56] nomen, vel *successorum, eorumque, ad quos ea res pertinet*: successores autem non solum qui in universa [57] bona succedunt, sed & hi, qui [58] in rei tantum dominium successerint, his verbis continentur. §. 2. Sed ut ne [59] quid ædium, loci, operisve vitio, damnum factum sit, stipulatio interponitur de eo sine satisfatione: quæ non solum ad totas ædes, sed etiam ad partem ædium pertinet. Vitium autem ædium, & loci esse Labeo ait, quod accidens extrinsecus [60] infirmiores eas facit. denique nemo dixit, paluſtris loci vel arenosi nomine, quasi vitiosi, committi stipulationem: quia naturale vitium est: & ideo nec [ea] stipulatio interponitur, neque interposita committetur.

§. 3. Hæc stipulatio utrum id solum damnum contineat, quod injuria fit: an vero omne damnum, quod extrinsecus [61] contingat? Et Labeo quidem scribit, de damno dato non posse agi, si quid forte terræ motu, aut vi fluminis, aliove quo casu fortuito acciderit. §. 4. *Servius* quoque putat, si ex ædibus promissoris vento tegulæ [62] dejectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri, si ædificii vitio id acciderit, non si violentia ventorum, vel qua alia ratione, quæ vim habet divinam [63]. Labeo & rationem adjicit: quod si hoc non admittatur, iniquum erit. quod enim tam firmum ædificium est, ut fluminis, aut maris, aut tempestatis, aut ruinæ, incendii, aut terræ motus vim sustinere possit? §. 5. Idem Servius putat, si controversia [64] aquæ insulam subverterit, deinde stipulatoris ædificia ceciderint, nihil eum ex stipulatu consecuturum: quia id nec operis nec loci vitio factum est. † Si autem aqua vitiet fundamenta, & sic ædificium ruisset, committi stipulationem ait: multum enim interesse, quod erat alioquin firmum, vi fluminis lapsum sit prorinus; an vero ante sit vitiatum, deinde sic decideritt. & ita Labeo probat: etenim multum [65] interesse, quod ad Aquiliam pertinet, sanum quis hominem occidat, an vero factum imbecillioremn.

§. 6. Quanquam autem stipulatio committitur, cum vitio operis damnum factum sit: tamen, si opus factum est ab eo, quem promissor prohibere non potuit, stipulatio non committetur. † Plane, si [66] prohibere potuit, committetur. † Sed si quis promissoris nomine fecerit, vel ejus pro quo promissum est, aut alius qui prohiberi potuerit: stipulatio ista committetur.

§. 7. Præterea si furni [67] nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii [68] culpa damnum datum fuerit: non venire in hanc stipulationem, plerisque videtur. §. 8. Cassius quoque scribit, quod contra ea damnum datum est, cui [69] nulla ope occurri poterit, stipulationem non tenere. §. 9. Item apud Vivianum relatum est, Si ex agro vicini arbores vi tempestatis confractæ, in meum agrum deciderint, eoque facto vitibus meis vel segetibus nocent, vel ædificia demoliunt [70]: stipulationem istam, in qua hæc comprehenduntur, *Si quid arborum locive vitio acciderit*, non esse utilem: quia [71] non arborum vitio, sed vi ventorum, damnum mihi datum est. Plane si vetustate [72] arborum hoc fiebat, possumus dicere, vitio arborum damnum mihi dari.

§. 10. Idem ait, Si damni infecti ædium mearum nomine tibi promisero, deinde hæ ædes vi tempestatis in tua ædificia ceciderint, eaque diruerint, nihil ex ea stipulatione præstari; quia nullum damnum vitio mearum ædium tibi contingit: nisi forte ita [73] vitiosæ meæ ædes fuerint, ut qualibet vel minima tempestate ruerint. Hæc omnia vera sunt. §. 11. Sed & quod Labeo putat, verum est, referre [74], utrum impulsu fluminis ruit ædificium, an deterius ante factum postea ceciderit.

§. 12. Item videamus, quando damnum dari videatur: stipulatio enim hoc continet, quod vitio ædium, loci, operis, damnum fit. utputa in domo mea puteum aperio, quo aperto venæ putei [tui] præcisæ sunt: an teneat? Ait Trebatius, non teneri me damni infecti: neque enim existimari [75], operis mei vitio damnum tibi

---

95 *Al.* fructuarius.

96 Fingamus jure emphyteuticos abs te solum mihi concessum ea lege, ut si in eo ædificatum esset, ædificium meum esset.

97 *l.* 39. §. 2. ff. *eod.*

98 Actio locati mutua oritur inter superficiarium & dominum.

99 Levem. *Bald.* alii latam & levem. *l.* 23. ff. *de reg. jur.*

100 Damni infecti scil.

1 Vide singulares hujus loci extensiones apud Zasium, *Resp.* 15. ubi scribit, prærogativam paucis concessam, iis etiam amotis locum habere: & ita omnes esse immunes.

2 Quid? non teneri scil.

3 Argumentum à simili.

4 Posse putamus. *Hal.*

5 Futuras ad res stipulationem damni infecti non pertinere, hinc colligitur.

6 Casus à superiore diversus, in quo de rebus immobilibus agitur.

7 Mobiles, puta supellectilem.

8 Damni infecti scil.

9 A domino vitiosum ædium.

10 *l.* 36. ff. *de act. empt.*

11 Emptori.

12 A vicino domum vitiosam habenti.

13 Id est, damnum, quod etiam ante traditionem accedit. *l.* 38. ff. *eod.*

14 Ut quia erat absens.

15 Cur ita? quia ante traditionem res est venditoris, non emptoris: ita stipulatio facta ab emptore eo casu ad rem alterius extendi non debet.

16 Id est, ante traditionem.

17 *l.* 32. *in fin.* ff. *eod.* adde *l.* 4. *in fin.* ff. *de usur.* Gothofr. Adde *l.* 20. *l.* 33. *h. t.* Hinc quæritur, an socius socio damni infecti cavere teneatur? Distinguendum videtur, ex *l.* 34. ff. *eod. in pr.* vide Fabr. 2 *conjectur.* 9. Anf.

18 Puta ex empto.

19 Finis quoties necessariam consequentiam ad principium habet, principium inspicimus. *Bart.*

20 Ruisse tunc ædificium censetur, quoties est ita concussum, ut fuere sit necesse.

21 Hæc enim pœna est non caventium. *l. ult.* §. 2. ff. *ne vis fiat.*

22 Doli capax.

23 Pupillus propter dolum ita non restituitur.

24 Per alium qui prohibet, ipse prohibere videtur.

25 *Al.* est ex primo decreto.

26 Ex secundo decreto. hinc etiam nota, in possessione esse, facti: possidere vero, juris esse.

27 Missus ex secundo decreto tria remedia habet, Interdictum unde vi, Publicianam, & in factum actionem.

28 Damno vitando magis favet Prætor, quam lucro captando.

29 *l.* 39. §. 3. ff. *eod.*

30 *l.* 15. §. 22. ff. *eod.*

31 *l. 5. in fin. l.* 13. §. 1. ff. *eod.*

32 *l.* 11. ff. *eod.*

33 *l.* 9. §. *ult. l.* 13. §. 8. *l.* 18. §. 2. ff. *eod.*

34 *d. l.* 9. §. 4. *d. l.* 13. §. 8. ff. *eod.*

35 Imo, in ædificiis videtur cessare. *l.* 1. §. 17. ff. *de aqua.*

36 *l.* 15. §. 6. ff. *eod. l.* 31. ff. *eod.*

37 *l.* 13. §. 8. ff. *eod.*

38 Magni pretii.

39 Hanc negationem Haloander non habet.

40 Imo, magnarum expensarum refectionem debet. *l.* 7. §. 2. *l.* 65. ff. *de usufr. & quemadmod.*

41 Adde *l.* 11. ff. *quib. ex causis in poss.*

42 A Prætore. *l.* 13. §. 3. ff. *eod.*

43 Hoc est, nisi conferat, nisi contulerit. Nam & fructuarius proprietario, si quid damni infecti præstiterit, cogitur conferre; ut & vice versa proprietarius fructuario. Hæc æquitas est, cujus hoc loco fit mentio.

44 Retinere fundum ipsum fructuarius potest, interim dum ei conferat proprietarius partem suam, quod ipse fructuarius damni infecti nomine adversario præstitit.

45 Minima interdum curantur a Jurisconsultis.

46 Petitio debet esse pura, non conditionalis, etiam si officio judicis aliquid petatur.

47 *l. ult. C. de edendo.*

48 Atqui hoc esse non potest, nec enim in solidum cavere necesse est. *l.* 6. §. 7. ff. *comm. divid.*

49 Cur ita? vid. *l.* 17. ff. *judicat. solvi.*

50 *l.* 4. *in fin.* ff. *de rer. divis. l.* 2. ff. *ne quid in loco publ.*

51 *l.* 15. §. 3. ff. *eod.*

52 Tantum scil.

53 *d. l.* 15. §. 10. ff. *eod.*

54 Negationes quæ interdum negant magis, non affirmant, *ut hic.* ut in illo loco Lucilii, *Nihil neminem habere*: sic Cato: *Jampridem sunt cives quos non miseret neminis.* adde quæ scripsi ad *l.* 83. ff. *de verbor. oblig. l.* 237. ff. *de verb. significat.* Cujac. 10 *observ.* 26.

55 Adde *l.* 2. §. 16. ff. *ne quid in loc. publ.*

56 *l.* 17. §. 3. ff. *eod.*

57 *l.* 9. §. 12. ff. *de heredib. instit.*

58 *l.* 14. §. 5. *vers. unde quidam.* ff. *quod met. caus.*

59 Ne in operis, loci ædiumve vitio damnum, &c. *Hal.*

60 Extrinsecus vitium accidere dicitur, quod non est naturale, ut mox ex sequentibus apparet.

61 Id est, casu.

62 *l.* 43. ff. *eod.*

63 V. *l.* 25. §. 6. ff. *locati.* Fortuitos casus hosce refert Hotom. 4 *observ.* 7. vim divinam, seu cœlitus immissam: naturalem (ut terræ motus); humanam (veluti latronum); bestialem (ut graculorum, sturnorum); fluvialem.

64 Id est, impetus Accursius. vis fluminis. *ver. multum.* ff. *eod.*

65 Imo, nihil interesse videtur: is enim cujus ictu servus ægrotus percussus periit, lege Aquilia tenetur. *l.* 7. §. 5. ff. *ad leg. Aquil.*

66 V. *l.* 109. ff. *de reg. jur.*

67 *l.* 27. §. 10. ff. *ad leg. Aquil.*

68 Furnarius, qui & fornacator, *l.* 15. ff. *de instructo. instrumento*, καμινευτής, καμινάριος. *furnarii, fornacarii.* hinc furnariam exercere. Sueton. *in Vitell.* Vide Joseph. Scalig. *in* 4 *Manilii.*

69 Casum cui resisti non potest, nemo præstat, etiam si se simpliciter obligaverit, *ut hic.* secus, si specialiter casuum causæ sint expressæ, *l.* 4. §. 4. ff. *si quis caution.*

70 *Al.* Demoliantur.

71 Aliud erit, si arborum vitio: & sic stipulatio damni non solum interponitur de ædibus, sed etiam de arboribus.

72 Vetustas in arboribus vitium est.

73 Vitiosæ sunt ædes, quæ facile possunt labi vel decidere.

74 Effectus enim tribuitur ei causæ quæ necessario agit, & cui resisti non potest.

75 De hac præsumptione vide Alciat. 3 *præsumpt.* 23.

tibi dari in ea re, in qua jure [77] meo usus sum. Si tamen tam alte fodiam in meo, ut paries tuus stare non possit, damni infecti stipulatio committetur.

Si luminibus officiatur.

XXV. PAULUS lib. LXXVIII ad Edictum.

TRebatius ait etiam cum accipere damnum, cujus ædium luminibus [78] officiatur.

De eo, qui jure quid in suo facit.

XXVI. ULPIANUS lib. LXXXI ad Edictum.

PRoculus ait, cum quis jure [79] quid in suo faceret, quamvis promisisset damni infecti vicino, non tamen eum teneri ea stipulatione: veluti si juxta mea ædificia habeas ædificia, eaque jure [80] tuo altius tollas; aut si in vicino tuo agro cuniculo [81] vel fossa aquam meam avoces. quamvis enim & hic aquam mihi adducas [82], & illic luminibus [83] officias, tamen ex ea stipulatione actionem mihi non competere: scil. quia non debeat videri is damnum facere, qui [84] eo veluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur: multumque [85] interesse [86] utrum damnum quis faciat, an lucro, quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. mihi videtur vera esse Proculi sententia.

De pluribus dominis.

XXVII. PAULUS lib. LXXVIII ad Edictum.

PLures [87] earundem ædium domini, singuli stipulari debent sine adjectione partis [88]: quia de suo quisque damno stipulatur. quinimo pars [89] adjecta partis partem faciet. Contra si plures domini sint vitiosarum ædium, pro sua [90] quisque parte promittere debet: ne singuli in solidum obligentur.

Quid veniat in hanc stipulationem.

XXVIII. ULPIANUS lib. LXXXI ad Edictum.

IN hac stipulatione venit, quanti [91] ea res erit. Et ideo Cassius scribit, eum, qui damni infecti stipulatus est, si propter metum ruinæ ea ædificia, quorum nomine tibi cavit, fulsit: impensas ejus rei ex stipulatu consequi posse. Idemque juris esse, cum propter vitium communis parietis, qui cavit sibi damni infecti onerum eorum relevandorum gratia, quæ in parietem incumbunt, ædificia sua fulsit. † In eadem causa est detrimentum quoque propter emigrationem [92] inquilinorum, quod ex justo metu factum est. †Aristo autem non male adjicit, sicuti hic exigit Cassius, ut [si] justus metus migrandi causam præbuerit: ita in ejus personam, qui fulsit, eadem Cassium dicere debuisse, si justo metu ruinæ fulcire coactus est.

XXIX. GAIUS lib. XXVIII ad Edictum Provinciale.

SEd & si conducere hospitium nemo velit propter vitium ædium, idem erit dicendum.

De servitute.

XXX. ULPIANUS lib. LXXXI ad Edictum.

DAmni infecti stipulatio pertinet, etiam si quid ejus operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ causa, vitio damnum mihi contigerit: solet enim opus in alieno fieri, cum [93] jure servitutis, quam quis habet alieno agro impositam, opus in alieno faciat. §. 1. Utrum autem de hoc opere promittere an satisdare debeat, videamus [94]? Movet, quod in alieno facit: qui [95] autem de alieno cavet, satisdare [96] debet: qui de suo, repromittere. † Unde Labeo putabat, eum, qui modulorum [97] aut rivi faciendi causa opus faceret, etiam satisdare debere, qua [98] & in alieno solo faceret. sed cum de opere quod faciet, exigatur stipulatio, consequens erit dicere, sufficere repromissionem: quodammodo enim de re sua cavet. §. 2. Quod dictum est aquæ ducendæ causa, exempli [99] gratia scriptum est: cæterum ad omnia opera stipulatio accommodabitur.

De his qui vias publicas muniunt. Si controversia sit, dominus sit necne, a quo cautio exigitur.

XXXI. PAULUS lib. LXXVIII ad Edictum.

QUi vias publicas muniunt, sine damno [100] vicinorum id facere debent. §. 1. Si controversia sit, dominus sit necne, is a quo cautio exigitur, sub exceptione satisdare jubetur [1].

De ædibus communibus. Si alia actione damnum sarciri possit.

XXXII. GAIUS lib. XXVIII ad Edictum provinciale.

SI [2] ædibus meis proximæ sint ædes meæ [3] & tuæ: quæritur an, si hæ vitium mihi faciant, cavere mihi debeas pro damno propriarum mearum ædium: scilicet pro qua parte dominus existes? Et hoc plerisque placet: sed movet me, quod ipse meas [4] ædes reficere possim, & impensas pro socio, aut communi dividundo judicio, pro parte consequi. nam & si unas ædes communes tecum habui, æque vitium faciant, & circa refectionem earum cessare videaris, nostri præceptores negant [5] cavere te debere; quia ipse reficere possim, recepturus pro parte, quod impenderim, judicio societatis, aut communi dividundo: ideo & interposita cautionem minus utilem futuram; quia alia ratione damnum mihi posset sarciri. & est plane nostrorum præceptorum hæc sententia, ut credamus, * inutilem [6] esse damni infecti stipulationem, quo casu damnum alia [7] actione sarciri possit: quod & in superiore casu intelligendum est.

De inquilino.

XXXIII. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

INquilino [8] non datur damni infecti actio: quia possit ex conducto agere, si [9] dominus eum migrare prohiberet;

XXXIV. PAULUS lib. X ad Sabinum.

VTique si pro præterita pensione satisfacere paratus fuit, alioquin justa retentio [10] pignoris domino fieri videretur. Sed etsi quasi pignora [11] retinuerit, & ea interierint ruina vicinarum ædium: potest dici etiam pignoratitia actione locatorem teneri, si poterat [12] eas res in locum tutiorem [13] transferre.

De pariete communi demoliendo.

XXXV. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

IN parietis communis demolitione ea [14] quæri oportet, satis aptus fuerit oneribus ferendis, an non fuerit aptus [15].

XXXVI. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SEd ita idoneum esse plerique dixerunt, ut utrumque ædium onera [16] quæ modo jure imponantur, communis paries sustinere possit.

XXXVII. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

NAm si non fuit, utique demolire eum oportuit [17], nec debet, si [18] quid damni ex hac causa attigit, is, qui demolitus est, teneri: nisi sumptuose [19], aut parum bonus novus paries sit restiturus. † Quod si fuerit idoneus paries, qui demolitus est: in actionem damni infecti venit id, quanti interfuit [20] actoris, eum parietem stare. merito: nam si non debuit demoliri, restituere [21] cum debet proprio sumptu. † Sed & si qui reditus [22] ob demolitionem amissus est, consequenter restitui [23] eum Sabinus voluit. † Si forte habitatores migraverunt, aut non tam commode habitare possunt: imputari id ædificatori potest.

De emptore & venditore. 1. In cujus parte possessionem mittitur. 2. De æstimatione novi parietis.

XXXVIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

EMptor ædium ante traditam sibi possessionem ideo inutiliter stipulatur, quia venditor omnem diligentiam ei præstare debet. tunc [24] certe utiliter stipulatur, cum omnis culpa a venditore aberit: veluti si precario emptori in his ædibus esse permisit, custodiamque ei afuturus tradidit. §. 1. Si agri [25] nomine non caveatur: in eam partem agri mittendum est, ex [26] qua periculum timeatur. ejusque rei ratio hæc est, quod * in ædificiis partes quoque reliquæ a vitiosa parte trahentur: at in agris non idem est: sed dicendum est, ut in domibus quoque majoribus interdum causa cognita Prætor statuere debeat, in cujus partis possessionem is, cui non caveatur, mitti debeat. §. 2. Deducto [27] veteris parietis pretio, si quid amplius sit, æstimari [28] debet: & si quid ex veteri in novum conjectum sit, deduci [ex] æstimatione oportet.

De pariete communi. 1. Si domus in controversia sit. 2. De superficie & solo. 3. De procuratore. 4. De æstimatione.

XXXIX. POMPONIUS lib. XXI ad Sabinum.

INter quos paries communis est [29] ædificiorum nomine, quæ quisque propria habet, stipulari damni infecti solet. sed [30] tunc ea cautio necessaria est, cum aut alter [31] solus ædificat, & vitium ex opere futurum est, aut alter pretiosiora ædificia habet, & plus damni sensurus sit decidente pariete: alioquin, si æquale [32] periculum est, quantum quis vicino præstat, tantum ab eo consequitur. §. 1. Si domus in controversia sit: dicendum est, damni infecti onus possessoris [33] esse, cum id, quod præstiterit, imputare domino prædii possit. quod si non caveat, possessionem ad petitorem, qui cavere damni infecti sibi velit, transferant: nam iniquum est stipulatorem compelli, relicto prædio, ex quo damnum vereatur, dominum quærere. §. 2. Damni infecti stipulatio latius patet. & ideo & ei, qui superficiariam [34] insulam habet, utilis est ea stipulatio, si quid in superficie damnum datum fuerit: & nihilominus & soli domino utilis est, si solo damnum datum fuerit, ut tota superficies tolleretur; fraudabitur enim dominus soli in pensione percipienda. §. 3. Alieno [35] nomine stipulari ita licet, ut, quod damnum domino datum sit, comprehendatur. cavere autem debebit is, qui stipulabitur, dominum ratam [36] rem habiturum: exceptioque [37] procuratoria stipulationi inserenda erit, sicut in stipulatione legatorum. quod si ei non cavebitur, mittendus est in possessionem procurator omnimodo, ut ei exceptio procuratoria non noceat. §. 4. In æstimando novo pariete, ratio [38] haberi debet ejus impensæ, quæ modum probabilem [39] non excedet in vetere ejus cultus [40]: non qui [non] adgravet.

1. De pariete communi. 2. De pluribus actoribus, §. Vel reo. 4. De pluribus in possessionem mittendis.

XL. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

EX damni infecti stipulatione non oportet infinitam [41] vel immoderatam æstimationem fieri, utputa ob tectoria, & ob picturas. licet enim in hæc magna erogatio facta est, attamen ex damni infecti stipulatione moderatam æstimationem faciendam: quia * honestus modus servandus est, non immoderata [42] cujusque luxuria [43] subsequenda. §. 1. Quotiens communis [44] parietis vitio quid accidit, socius socio nihil præstare debet: cum communis rei vitio contigerit. † Quod si quia alter eum pressérat, vel oneraverat, idcirco damnum contigit: consequens est dicere, detrimentum hoc, quod beneficio [45] ejus contingit, ipsum sarcire debere. † Quod si æqualiter utriusque oneribus pressus decidit, rectissime Sabinus scripsit, [parietem] [46] utriusque causam esse. † Sed si alter plures vel pretiosiores res amiserit: melius est dicere, quia [47] ambo onera imposuerunt, neutri adversus alte-

[77] Licet cuique in proprio ædificare tam ad utilitatem, licet per consequentias alteri noceatur. vide *l.* 26. *ff. eod.*

[78] Damnum accipit is, cujus luminibus atque ædibus officitur. Damni species est luminibus vicini officere

[79] *l.* 24. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 21. *ff. De aqua & aquæ. l.* 6. §. 6. *ff. quæ in fraudem creditt. l.* 3. §. 2. *ff. de liber. homine exhib. l.* 55. *l.* 129. *ff. de reg. jur.* vide quæ scripsi ad *l.* 2. §. 7. *ff. de incendio.*

[80] *l.* 8. *l.* 9. *C. de servitutib.*

[81] V. *l.* 6. *C. de metallar.* Cuniculus, foramen subterraneum. Fest. *l.* 11. *ff. aquæ pluviæ. l.* 3. §. 6. *ff. de rivis.*

[82] Aquam vicino utilem abducere, damnum est. vide *l.* 10. *C. de servitutibus & aqua.*

[83] *l.* 9. *l.* 14. *ff. de servitutibus urban.*

[84] Sententia hæc mihi perturbata videtur: hanc tamen interim sic expediendam puto: Quod tuo jure juxta mea ædificia tollis altius; quod eodem jure tuo, in vicino tuo agro cuniculo tuo vel fossa aquam meam avocas, damnum mihi ex hoc Edicto facere non videris, quia jure tuo facis. hoc autem Edictum pertinet ad eos, qui damnum jure non suo faciunt. at altius, cum id ita mihi liceret, non fastuli. lucrum id te facere passus sum, id est, beneficium id à me tu accepisti: nunc altius tollo, damnum non facio; quippe damnum is non facit, *qui eo tenus lucro, quo adhuc utebatur, prohibeat:* (ita hunc locum lego atque emendo.) multumque interest, utrum damnum quis faciat: an aliquem lucro, *quod adhuc faciebat, uti prohibeat* (ita rursus emendo hunc locum), &c. Est vero in hac sententia *vis adhuc*, idem quod ante, id est, ante hunc diem, inquam, quo altius tollo: multum igitur interest, damnum tibi faciam, an lucrum (quo me patiente utebaris antehac) tibi intercidam. Illud te invito facere non possum: hoc possum etiam te invito. Viderint alii oculatiores: mihi nunc sane non melior occurrit ad hunc locum interpretatio, vel emendatio.

[85] Non est eadem ratio damnum sentire, & lucrum non facere. vide *hic Accurs.* 86 Differentia est inter damnum emergens, & lucrum cessans. Semper autem facilius permittitur lucri impeditio, quam damni datio. *Bald.* 87 *l.* 5. §. 1. *ff. eod.* 88 Partis appellatione, significatur dimidia. *l.* 164. §. 1. *ff. de verborum significat.* 89 Partis nomine quandoque dimidia dimidiæ significatur.

[90] *l.* 40. §. 1. *l.* 42. *ff. eod. l.* 2. §. 2. *ff. de stipul. prætor.* 91 *l.* 37. *ff. eod.* 92 Adde *l.* 27. *in fin. ff. locati.* vide Cujac. 8 *ad African. fol.* 190. *in fin.* 93 Servitutem habens potest in fundo serviente ea facere, quæ ad servitutem conferunt sine præjudicio domini. *l.* 9. *ff. de statulib.*

[94] Pro opere quod jure servitutis facio, caveo, non satisdo. *Bald.* 95 Satisfandi & repromittendi differentia: satisfamus de alieno opere: repromittimus de nostro. 96 Vide *l.* 1. §. 6. *in fin. ff. de stipulat. prætor.* 97 Alii legunt modiolos: quorum alios erogatorios, alios acceptatorios fuisse notant ex Vitruvio & Frontino, libro de aquæductibus: at hic moduli videntur formæ aquarum, aut tubuli. 98 *Al.* quia. 99 Similium idem est judicium: exempli causa quod dicitur, ad omne simile porrigitur. *Bald.* 100 *l.* 15. §. 8. §. 10. *l.* 24. *ff. eod.*

[1] Timenti damnum caveri debet. *l.* 19. *in fin. ff. eod.* 2 An socius socio de damno cavere compellitur? vide apud Antonium Fabrum 2 *conjettur.* 9. 3 Id est, communes.

[4] Hinc colligere possumus, *Meum* esse quod commune cum alio habeo. vide Paulum 5 *sentent.* 10. §. 2. 5 Qui communes ædes habent, inter se non repromittunt. *l.* 43. §. 1. *ff. eod.*

[6] Hoc est, non necessariam. Anton. Faber, *ibid.* Movetur autem, quod hic quæstio non sit, an socius socio de damno infecto cavere possit, sed an cavere debeat? Respondet vero Jurisconsultus, inutilem esse stipulationem, id est, caveri non debere, quia socio alia actione, & remedio civili possit esse consultum. Frustra autem is, qui civilem actionem habet, honorariam desiderat, *l.* 1. *ff. de Publiciana.* quod & apertius declarat lex 39. *ff. eod.* ubi dixi.

[7] *l.* 18. §. 9. *in fin. ff. eod.*

[8] *l.* 13. §. 6. *ff. eod.*

[9] Adde *l.* 27. *in fin. ff. locati.*

[10] *l.* 9. *ff. in quibus caus. pign.*

[11] V. *l.* 6. *ff. in quib. caus. pign.*

[12] Ad id igitur tenetur: alius est in culpa *l.* 8. *l.* 9. *C. de pignorat. act. l.* 3. *C. de peric. tutor.*

[13] Pignora accepta creditor tenetur in tutissimo loco deponere. Iacit *l.* 28. *in fin. ff. de administr. tutor. l.* 9. *C. de pignorat. act.*

[14] Adde *l.* 36. *l.* 37. *l.* 39. *l.* 40. *ff. eod.*

[15] Alias nulli vicino parietem communem demoliri permittitur, quia non solus dominus est, *l.* 7. *ff. de servitut. urban.* & vicino competit actio *Communi dividundo*, vel Interdictum *Uti possidetis. l.* 12. *ff. comm. div.*

[16] V. *l.* 13. *l.* 19. §. *de servitut. urban.*

[17] Paries non idoneus a vicino potest dejici.

[18] Cicero *in Topic. in loco ab effectionibus.*

[19] Qui sumptuosum aut parum idoneum communem parietem ædificat, sibi vicinum non obligat, vicino obligatur.

[20] *l.* 28 *ff. eod.*

[21] Qui demolitus est idoneum parietem, suo sumptu eum restituere debet.

[22] Ob demolitionem parietis communis interdum reditus domus amittitur.

[23] Cum omni causa. *Sequitur. §. & tunc. ff. de usucap.* Paris. *consil.* 1. *num.* 147. 148. *lib.* 1. Ant

[24] *l.* 18. §. 7. *ff. eod.*

[25] Agri & fundi nomine etiam cavetur. *l.* 24. §. 9. *ff. eod. l.* 19. *ff. de rei vind.*

[26] *l.* 15. §. 11. *ff. eod.*

[27] *l* 39. *in fin. ff. eod.*

[28] Adde *l.* 11. *ff. communi divid.*

[29] Vid. Paul. 5 *sent.* 10. §. 1.

[30] Damni infecti stipulatio duobus casibus necessaria est inter socios, *ut hic.* ut hinc merito colligas, aliis casibus necessariam non esse, utiliter tamen interponi posse. *l.* 32 *in fin. ff. eod. l. damni.* 42. §. *cum paricem. ff. eod.*

[31] Damni infecti stipulatio inter socios necessaria est, cum unus ex sociis ædificat, alter non ædificat, ex ejus qui ædificat opere damnum timetur. Nam si uterque ædificaret, necessariam non esse hanc stipulationem constaret. *l.* 43. §. 1. *ff. eod.* Cur hoc casu stipulatio necessaria est? quia judicio communi dividundo, aut pro socio, damnum factum sarciri non potest, cum utrumque judicium non aliter locum habeat, quam si de re communi agatur, quod hic non evenit. Porimus enim socii proprias ædes ex communium ruina damnum passas fuisse. Et vere ita est, tum demum damni infecti stipulationem necessariam esse, cum illius, qui sibi timet, indemnitati alia actione consultum esse non potest. *l.* 32. *ff. eod.*

[32] Paritas damni compensatione inducitur. 33 Adde *l. ult.* §. 1. *C. de pet. hered.*

[34] *l.* 13. §. 8. *l.* 18. §. 4. *ff. eod.* 35 *l.* 13. §. 13. *l.* 18. *in fin. ff. eod. l. pen. ff. si quis cautionib.*

[36] Per cautionem rati, persona legitimatur, post cujus satisdationem nulla exceptio procuratoria opponitur. *Bald.* 37 De qua vide *l.* 29. §. 4. *ff. mandati.* 38 Adde *l.* 37. *& l.* 38. *in fin. ff. eod.* 39 Quidquid est ultra modum, adgravat. 40 *Al.* cultu. 41 *l.* 13. *in fin. ff. de servitut. urban.* 42 Adde *l.* 37. 38. *in fin. ff. eod.* 43 Luxuria, magna erogatio. Vide *l.* 1. §. *pen. ff. de ædilitio.* & Anton. Augustin. 4 *emendat.* 11. adde *l.* 15. *ff. de curatore furioso & aliis.*

[44] V. *l* 39 *ff. eod.* 45 Vitio ejus. 46 Pariatam, id est, parem redditam. 47 Majoris & fatalis damni ratio non habetur, ubi culpa damnum passo potest imputari. *Bald.*

alterum competere actionem. † Quotiens ex damni infecti pluresⁿ⁴⁸ agunt, quia in eadem re damnum passi sunt, id est, in ædibus, non debet unusquisque eorum in solidum agere, sed in partem experiri: neque enim damnum, quod[49] pluribus datum est, unicuique in solidum [datum est], sed in partem datum esse videtur; & ideo unicuique in partem competere actionem Julianus scripsit. §. 3. Item si plurium[50] sint ædes, quæ damnose imminent, utrum adversus unumquemque dominorum in solidum competit, an in partem? Et scripsit Julianus, quod & Sabinus probat: pro dominicis partibus conveniri eos oportere.

§. 4. Si plures domini sint ædium, qui damni infecti sibi prospicere volunt, nec quisquam eis damni infecti caveat: mittendi omnes[51] in possessionem erunt, & quidem æqualibus[52] partibus, quamvis diversas portiones dominii habuerint: & ita Pomponius scribit.

De re communi reficienda.

XLI. POMPONIUS lib. XXI ad Sabinum.

IN reficiendo communi pariete ei potius facultas ædificandi præstatur, qui[53] magis idonee reficere parietem velit. † Idemque dicendum est, & si de eodem itinere rivove reficiendo inter duos vel plures quæratur.

De servo communi.

XLII. JULIANUS lib. LVIII Digestorum.

SI servus communis damni infecti stipulatus fuisset, perinde[54] habetur, ac si ipsi domini sua voce pro partibus stipularentur.

De vento aut alia vi extrinsecus admota. 1. De pariete communi.

XLIII. ALFENUS [VARUS] lib. II Digestorum.

DAmni infecti quidam vicino repromiserat[55]: ex ejus ædificio tegulæ[56] vento dejectæ cecidissent in vicini tegulas, easque fregerant. Quæsitum est, an aliquid præstari oportet? Respondit: si vitio ædificii & infirmitate factum esset, debere præstari: sed si tanta vis venti fuisset, ut quamvis firma ædificia convelleret, non debere. & quod in stipulatione[57] est, *Sive quid ibi ruet*, non videri sibi ruere, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinsecus admota caderet: sed quod ipsum per se concideret. §. 1. Cum parietem[58] communem ædificare quis cum vicino vellet, priusquam veterem demoliret, damni infecti vicino repromisit[59], adeoque restipulatus[60] est: posteaquam paries sublatus esset, habitatores ex vicinis cœnaculis emigrassent[61], vicinus ab eo mercedem, quam habitatores non redderent, petere vult. Quæsitum est, an recte petet? Respondit: non[62] oportuisse eos, cum communem parietem ædificarent, inter se repromittere, neque ullo modo alterum ab altero cogi potuisse: sed si maxime repromittterent, tamen non oportuisse amplius quam partis dimidiæ; quo amplius ne extrario quidem quisquam, cum parietem communem ædificaret, repromittere deberet. sed quoniam[63] jam in totum repromisissent, omne, quod detrimenti ex mercede vicinus fecisset, præstaturum[64]. §. 2. Idem consulebat, possetne, quod ob eam rem dedisset, rursus repetere: quoniam restipulatus esset a vicino, si quid ob eam rem, quod ibi ædificatum esset, sibi damnum datum esset, id reddi; cum & ipsam hanc pecuniam, quam daret, propter illud opus perderet? Respondit non posse: propterea quia non operis vitio[65], sed ex stipulatione id amitteret.

Si ædes corruerunt, priusquam Prætor adiretur: aut in possessionem missus, eo venisset. 1. De pignore.

XLIV. AFRICANUS lib. IX[66] Quæstionum.

CUm postulassem, *ut mihi damni infecti promitteres*, noluisti: & priusquam Prætor adiretur[67], ædes tuæ corruerunt, & damnum mihi dederunt: potius esse ait, ut nihil novi Prætor constituere debeat, & mea culpa damnum sim passus, qui tardius experiri cœperim: at si cum Prætor, *ut*[68] *promitteres* decrevisset, &, te non promittente, ire me in possessionem jussisset, & priusquam eo venissem, corruerunt, perinde omnia servanda esse existimavit, atque si posteaquam in possessionem venissem, damnum datum esset. §. 1. Damni infecti nomine in possessionem missus[69], possidendo dominium cepit[70]: deinde creditor eas [ædes] pignori sibi obligatas persequi vult. non sine ratione dicetur, nisi impensas[71], quas in refectionem[72] fecerim, mihi præstare sit paratus, inhibendam adversus me persecutionem. Cur ergo[73] non emptori quoque id[74] tribuendum est, si forte quis insulam pignoratam emerit[75]? non recte hæc inter se comparabuntur, quando is, qui emit, sua voluntate negotium gerat: ideoque diligentius à venditore sibi cavere & possit, & debeat: quod non æque & de eo, cui damni infecti non promittatur, dici potest;

De opere destruendo.

XLV. SCÆVOLA lib. XII Quæstionum.

[A Quo fundus petetur si rem nolit[76]]. Ædificatum habes: ago, *tibi jus non esse habere*: non defendis: Ad me[77] possessio transferenda[78] est[79]: non quidem ut protinus destruatur opus (iniquum enim est, demolitionem protinus fieri); sed ut id fiat, nisi[80] intra certum tempus egeris, jus tibi esse ædificatum habere.

De domo diruta extruenda. 1. De domo sumptu publico extructa.

XLVI. PAULUS lib. I Sententiarum.

AD curatoris[81] Reipublicæ officium spectat, ut dirutæ domus à dominis extruantur. §. 1. Domum[82] sumptu publico exstructam[83], si dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris restituere noluerit[84], jure eam Respublica distrahit.

De eo, quod ex uno ædibus in aliarum usum conversum est.

XLVII. NERATIUS lib. VI Membranarum.

QUod conclave[85] binarum[86] ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum usum convertit, non solum si contignatio, qua id sustinebitur, orietur ex parte earum ædium, in quarum usum conversum erit, earum fiet: sed etiam si transversa contignatio tota in aliarum ædium parietibus sedebit[87]. † Sed & Labeo [in] libris posteriorum scribit: Binarum ædium dominum utriusque porticum superposuisse, inque eam aditu ex alteris ædibus dato, alteras ædes, servitute oneris porticus servandæ imposita, vendidisse: totam porticum earum[88] ædium esse, quas retinuisset; cum per longitudinem utriusque domus extensa esset transversæ contignationi, quæ ab utraque parte parietibus domus, quæ venissent, sustineretur. Nec tamen consequens est, ut superior pars ædificii, quæ nulli conjuncta sit, neque aditum[89] aliunde habeat, alterius sit, quam cujus est id, cui superposita est.

De demolitione domus.

XLVIII. MARCIANUS lib. singul. de Delatoribus.

SI[90] quis ad demoliendum negotiandi[91] causa vendidisse domum partemve domus fuerit convictus: ut emptor & venditor singuli pretium, quo domus distracta est, præstent, constitutum est. † Ad opus autem publicum[92] si transferat marmora vel columnas, licito jure facit.

87 Id est, immissa, imposita erit.

88 Conclave & porticus cedit illis ædibus, ex quibus tantum habetur aditus.

89 *l. 91. in fin. ff. de legatis tertio.*

90 *Synopf. Basil. 19 tit. 1. ex lib. 58. tit. 10. c. 70.*

91 *l. 52. ff. de contr. empt. l. 41. §. 1. ff. de legat. 1. l. 2. l. 7. C. de ædific. privat.*

92 *d. l. 41.*

TIT. III.

DE[1] AQUA[2], ET AQUÆ PLUVIÆ ARCENDÆ[3].

De aqua pluvia arcenda. De causa & effectu actionis. Definitio aquæ pluviæ. Si aqua pluvia per se noceat vel mixta cum alia. 1. De opere, ex quo damnum timetur. Si naturaliter aqua noceat. 2. De palude. 3. De eo, quod aratro factum est. 4. De fossis. 5. De sulcu. 6. De salicibus. 7. De eo, quod fructuum percipiendorum. 8. Vel agri colendi causa fit. 9. De sulcis. 10. Si aqua naturaliter decurrat aut opere facto. 11. Si quis aquam pluviam in suo retineat, vel superficientem ex vicini fundo in suum derivet. 12. Vel in suo fodiens, vicini fontem avertat. 13. De superiore & inferiore. 14. Si ipsius loci natura nocet. 15. Si aqua naturaliter nocet vel opere facto. De aqua pluvia vel quæ imbre crescit. De opere agri colendi causa facto. 17. De agro, ædificio, oppido. 18. De loco ex quo aqua oritur. 19. Si ex ædif. urb. agro vel ædif. rust. noceat. 21. De opere ex quo fit, quominus aqua profit. 22. De opere sublato. 23. De aggeribus vel fossis. De natura & lege agrorum, & vetustate.

1. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

SI[5] cui aqua pluvia damnum dabit, actione aquæ pluviæ arcendæ avertetur aqua. † Aquam[6] pluviam dicimus, quæ de cœlo cadit, atque imbre excrescit: sive per se hæc aqua cœlestis noceat, ut Tubero ait, sive cum alia mixta[7] [sit].

§. 1. Hæc autem actio locum habet in damno nondum facto, opere tamen jam facto: hoc est, de eo opere, ex quo damnum timetur. totiensque locum habet, quotiens manu facto opere agro aqua nocitura est: id est, cum quis manu fecerit, quo aliter flueret, quam natura soleret; si forte immittendo eam aut majorem fecerit, aut citatiorem[8], aut vehementiorem; aut si comprimendo redundare effecit. quod si natura aqua noceret, ea actione non continentur. §. 2. Neratius scribit, Opus, quod quis fecit, ut aquam excluderet, quæ[9] exundante palude in agrum ejus refluere solet, si ea palus aqua pluvia ampliatur[10], eaque aqua repulsa eo opere agris vicini noceat, aquæ pluviæ actione cogetur tollere.

§. 3. De eo opere, quod agri colendi causa aratro factum sit, Quintus Mucius ait, non competere hanc actionem. Trebatius autem, non[11] quod agri, sed quod frumenti duntaxat quærendi causa aratro factum [sit], solum excepit. §. 4. Sed & fossas agrorum siccandorum causa factas, Mucius ait fundi colendi causa fieri[12]: non tamen [oportere] corrivandæ aquæ causa fieri: * *sic enim debere quem meliorem agrum suum facere, ne*[13] *vicini deteriorem faciat.* §. 5. Sed & si quis arare & serere possit etiam sine sulcis aquariis[14], teneri eum, si quid ex his, licet agri colendi causa, videatur feciſſe: quod si aliter serere non possit, nisi sulcos aquarios fecerit, non teneri. Ofilius autem ait, sulcos agri colendi causa directos ita, ut in unam pergant partem, jus esse facere.

§. 6. Sed apud Servii auctores[15] relatum est, si quis salicta posuerit, & ob hoc aqua restagnaret[16], aquæ pluviæ arcendæ agi posse, si ea aqua vicino noceret. §. 7. Labeo etiam scribit, ea, quæcunque frugum[17] fructuumque recipiendorum causa fiunt, extra hanc esse causam: neque referre, quorum fructuum percipiendorum causa id opus fiat. §. 8. Item Sabinus, Cassius, opus manufactum in hanc actionem venire aiunt: nisi[18] si quid agri colendi causa fiat. §. 9. Sulcos tamen aquarios[19], qui ἔλικες[20] appellantur, si quis faciat, aquæ pluviæ actione eum teneri [ait].

§. 10. Iidem aiunt, si aqua naturaliter[21] decurrat, aquæ pluviæ arcendæ actionem cessare: quod si opere facto aqua aut in superiorem partem repellitur, aut in inferiorem derivatur, aquæ pluviæ arcendæ actionem competere. §. 11. Iidem aiunt, aquam pluviam in suo retinere, vel superficientem[22] ex vicini[23] in suum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus esse: * prodesse enim sibi unusquisque, dum alii non nocet, non prohibetur: nec quemquam hoc nomine teneri. §. 12. Denique Marcellus scribit, cum eo, qui in suo fodiens, vicini fontem[24] avertit, nihil posse agi: nec de dolo actionem. & sane non debet habere, si non[25] animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi id fecit. §. 13. Item sciendum est, hanc actionem vel superiori adversus inferiorem competere, ne aquam, quæ natura fluat, opere facto inhibeat per suum agrum decurrere: & inferiori adversus superiorem, ne aliter aquam mittat, quam fluere natura solet[26]. §. 14. Huic illud etiam applicandum, nunquam competere hanc actionem, cum ipsius loci natura nocet[27]: nam (ut verius quis dixerit) non[28] aqua, sed loci natura nocet[29].

§. 15. In summa puto, ita demum aquæ pluviæ arcendæ locum actionem habere, si aqua pluvia, vel quæ[30] pluvia crescit, noceat, non naturaliter, sed opere facto: nisi si agri colendi causa id factum sit. §. 16. Imbre autem crescere eam aquam, quæ colorem mutat vel increscit. §. 17. Item sciendum est, hanc actionem non alias locum habere, quam si[31] aqua pluvia agro noceat.

† Cæte-

1 Περὶ τῆς ἐξ ὑπερῴου ῥιπτομένης ἢ ἐκχεομένης κακοποιίας. 58 *Ecclog.* 13.

2 Agris noxia. nam si ædificio vel oppido noceat, alia actione utendum erit. §. 17. *ff. eod.*

3 Pluvia aqua, cœlestis & Jovialis *l. 1. ff. eod.*

4 Actione fcil. ut eam vicinus noceat, id est, avertat. *l. 2. §. 9. ff. eod.* Hæc autem actio ex legib. XII Tabularum originem habet: pertinet ad eam damnum etiam infectum, *l. 1. §. 1.* ejus formulam v. in *l. 24. ff. eod.* Huic actioni contraria est actio in Africa, ut Aggenus scribit *lib. 2.* cum enim sit regio calidissima, nihil magis in querela est, quam si quis inhibuerit aquam pluviam in agrum vicini influere. vid. Cujac. *hic.*

5 Hæc erant verba legis XII Tabularum: Si aqua pluvia nocet. *l. 21. ff. de statuliber.*

6 Vide Cicer. *in Topicis, loco à conjugatis.*

7 Nihil refert, an aliquid per se noceat, an alii mixtum. *Bald.*

8 Citiorem, *Hal.* ἐὰν δὲ διὰ τὸ περισπᾶσθαι τὸ ῥεῦμα σφοδρότερον ἄρξῃ ῥεῖν. *Eclog. c. 1.*

9 Non licet aquam ab antiqua sua exundatione excludere, ita ut vicino noceatur.

10 Crescit. §. 15. *ff. eod.*

11 Opera manu facta, nisi agri colendi causa fiant, in actionem aquæ pluviæ arcendæ veniunt. *Eclog. c. 1. & §. 8. §. 15. ff. eod. l. 24. ff. eod.*

12 Fieri oportere. *Hal.*

13 *l. 8. §. 5. ff. si servit. vindic. l. 21. in fin. ff. quod vi aut clam. l. 13. ff. de servit. urban.*

14 §. 9. *ff. eod. l. 24. §. 1. ff. eod.*

15 Leges, auditores. ut alibi dixi.

16 *l. 2. §. 28. ff. ne quid in loco publ.*

17 *l. frugem. 77. ff. de verb. sign.*

18 §. 2. *ff. eod.*

19 §. 5. *ff. eod.*

20 Qui Græce ὑδραύλακες appellantur. *Hal. Eclog. cap. 1.* vocat ἀυλακας; δι' ὧν τὸ ὕδωρ ἐκρεῖ). Florentinam vix probare possim, quatenus vox ἔλικες Græce scribitur, siquidem id verbum ea significatione non reperio à Græcis usurpari. De clicibus Columella, *2. c. 8.* Cavebitur (inquit) ut patentes liras crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli clices vocant, faciamus, atque omnem humorem in colliquias, atque inde extra fegetes derivemus. sic Festus, clices sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur & liris. ideo magis amplector, & probo, quod Josephum Scaligerum in ea sententia fuisse postea reperi apud Festum in voce *Elices, Elicatores*, ὑδροστόκοι. vide Alcint. 2 *præterm. & 1 parerg. 24. Anton. Augustin. 4 emendat. 16.* 21 Κατὰ φύσιν. *Eclog. cap. 1.* 22 Superfluentem. *Hal.* 23 *Sub.* fundo, Hellenismus, ut notant Petrus Victorius, & Antonius Augustinus, 2 *emendat. 1.* 24 *l. 21. ff. ead. l. 26. ff. de damno.* 25 *l. 2. §. 9. ff. eod.* 26 Tria sunt, per quæ fundus inferior superiori servit: lex, natura loci, consuetudo quæ pro lege semper accipitur. *Eclog. cap. 1. in fin. l. 20 §. 2. ff. de servit. ruſtic.* 27 Tunc sc. 28 Aquæ & loci natura nocentis differentia. 29 Natura loci inferior fundus servit superiori. 30 §. 2. *ff. eod.* 31 Atqui differentia magna est, noceatur urbano ædificio, vel rustico. *l. eorum. §. ult. ff. tit. prox.* Sed ibi agitur de cautione damni infecti, quæ diversa est ab hac actione.

48 *l. 27. ff. eod.*

49 Impossibile est, ut plures damnum capiant in solidum. *Bald.*

50 *V. l. 5. §. 1. ff. eod.*

51 *l. 15. §. 15. ff. eod.*

52 Ex primo decreto fit missio in partes æquales. *d. l. 15. §. 18.* ex secundo decreto pro dominicis. *Bald.*

53 Is, qui magis idoneus est, præfertur in reædificatione, *ut hic.* in accusatione *l. 16. ff. de accus.* v. Accurs.

54 Vox servi, vox domini, §. 4. *in fin. Inst. de inutil. stip.* excipe *l. 2. & l. 38. ff. de stip. servor.*

55 Generaliter.

56 *l. 24. §. 4. ff. eod.* de tegulis adde *l. 5. §. 2. ff. ad l. Aquil.*

57 Stipulatio verbis generalibus concepta, nihil præter naturam contractus ipsius continet, ideoque ex contractu super quo interponitur, interpretanda est.

58 *V. l. 35. l. 39. ff. eod.*

59 Adde *l. 32. ff. eod.*

60 Restipulari est contra stipulari. dixi ad Ciceronem *Oratione pro Roscio Comœdo.*

61 *l. 37. in fin. ff. eod.*

62 *l. 32. ff. eod.*

63 Promissiones spontaneæ ex certa sclentia interpositæ, suum sortiuntur effectum: & utiles sunt, licet insolitæ sint. *l. 4. in fin. ff. si quis cautionibus.*

64 Damnum, quod quis ex suo contractu sentit, sibi imputare debet, non alteri.

65 *l. 24. in fin. l. 30. ff. eod.*

66 Vide Cujac. 9 *ad Afric. fol. 219.*

67 Pro tribunali. Hujusmodi postulatio instar actionis habet, ideoque actio dicitur, *l. 33. ff. eod. l. 3. §. 2. l. 11. §. 3. ff. tit. prox.* & à Græcis, ἡ ἐκλείδι σωματώσεως ἀγωγή.

68 A Prætore interponuntur decreta: Primum, cavendi: secundum, custodiæ: tertium, possessionis.

69 *Subaudi*, & possidere jussus: Nam mox sequitur, possidendo dominium capi.

70 *l. 15. §. 16. ff. eod.*

71 *l. 15. §. 31. ff. eod.*

72 Secus in exstructionem. *l. 29. §. 2. ff. de pignoribus.*

73 Adde *l. 29. §. 2. ff. de pignorib.*

74 Ut conventus hypothecaria deducat impensas.

75 *Subaudi*, & in ea sumptus fecerit, ut *ff. eod.* secus si novum ædificium. *l. 29. §. 2. ff. de pignoribus.*

76 Hæc verba sunt supervacua. *Goth.* Vide Ant. Augustin. *lib. 3 emend. cap. 9.* & Alciat. *lib. 1 parerg. cap. 6.* S. L. Adde Leonin. *emendat. lib. 7. cap. 19.* Ans.

77 *l. 18. ff. si servitus.* 78 Vide quæ notavi ad *l. 15. ff. tit. prox.* 79 In ædificatorem donec ille egerit, & probaverit jus sibi ædificatum habere. 80 Tempus certum agendi litigatori interdum præstituere judex potest. 81 Curator reipublicæ, idem procurator reipublicæ dicitur, *l. penult. C. ne de statu. l. 30. C. de decurionibus.* λογιστὴς appellatur, *l. 3. C. de modo mult. l. ult. ff. de off. Assessor.* κριτὴς, δικαιοκρίτης. opera & loca publica curat, *ut hic. l. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 2. 3. ff. de administratione rerum.* causam agit reipublicæ apud Præsidem vel Principem. vide Cujac. ad *d. l. 30.* adde *l. 7. ff. de off. Præsid.* 82 Neglectam à domino scilicet. 83 Si privatus domum suam non reficit, potest respublica sumptibus dominii eam extruere. 84 Adde *l. 52. §. 10. ff. pro socio. l. 2. C. in quibus caus. pign. l. ult. C. de jure dominii.* 85 De conclavi. *l. 1. §. 10. verf. 2. ff. de inspic. ventre.* Goth. Vide Cœpoll. *de servitut. urbanor. prad. c. 44.* S. L. 86 Conclave binarium. *Hal.*

| Cæterum si ædificio vel oppido noceat, cessat [32] actio ista: agi autem ita poterit, *jus non esse fluminibus flumina immittere*. Et ideo Labeo & Calcellius aiunt, aquæ quidem pluviæ arcendæ actionem specialem [33] esse: de fluminibus & stillicidiis, generalem; & ubique agi ea licere. Itaque aqua, quæ agro nocet, per aquæ pluviæ arcendæ actionem coërcebitur. §. 18. Nec illud quærimus [34], unde oriatur [35]? nam & si [ex] publico [36] oriens, vel [ex loco] sacro per fundum vicini descendat, isque opere facto in meum fundum eam avertat: aquæ pluviæ arcendæ teneri eum Labeo ait. §. 19. Cassius quoque scribit, si aqua ex ædificio urbano noceat vel agro, vel ædificio rustico: agendum de fluminibus & stillicidiis. §. 20. Apud Labeonem autem invenio relatum, si ex agro meo aqua fluens noceat loco [37] qui est intra continentia, hoc est, ædificio [38]: non posse me aquæ pluviæ arcendæ convenire. quod si ex continentibus profluens in meum agrum defluat, eque noceat: aquæ pluviæ arcendæ esse actionem.

§. 21. Sicut autem opus factum, ut aqua pluvia mihi noceat, in hanc actionem venit: ita per contrarium quæritur, an posset aquæ pluviæ arcendæ agi, si vicinus opus fecerit, ne aqua, quæ alioquin decurrens agro meo proderat, huic prosit? Ofilius igitur & Labeo putant agi non posse, etiamsi interfit mea ad me aquam pervenire [39]; hanc enim actionem locum habere, si aqua pluvia noceat, non [40] si non prosit. §. 22. Sed & si vicinus opus tollat, & sublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perveniens noceat: Labeo existimat aquæ pluviæ arcendæ agi non posse. * semper enim hanc esse servitutem inferiorum [41] prædiorum, ut natura profluentem aquam excipiant. Plane si propter id opus sublatum vehementior [aqua] profluat vel corrivetur, aquæ pluviæ arcendæ actione agi posse etiam Labeo confitetur. §. 23. Denique ait, conditionibus agrorum quasdam leges [42] esse dictas: ut quibus agris magna sint flumina, liceat mihi scilicet in agro tuo aggeres vel fossas habere. si tamen lex non sit agro dicta, agri naturam esse servandam: & semper [43] inferiorem superiori servire; at [44] hoc incommodum naturaliter pati inferiorem [45] agrum à superiore, compensareque debere cum alio commodo. sicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere. si tamen lex agri non inveniatur, vetustatem [46] vicem [47] legis tenere: sane enim [&] in servitutibus hoc idem sequimur, ut ubi servitus non invenitur imposita, qui diu [48] usus est servitute, neque vi, neque precario, neque clam, habuisse longa consuetudine, vel ex jure impositam servitutem videatur. Non [49] ergo cogemus [50] vicinum aggeres munire, sed nos in ejus agro muniemus: eritque ista quasi [51] servitus: in quam rem utilem actionem habemus vel Interdictum.

De publica auctoritate. De vetustate. 4. De fossa purganda. 5. De aggere vi aquæ dejecto. 6. Si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit. 7. De agro aquarum concursu excavato. De fossa jure facta, aut cujus memoria non extat. 8. Memoriam extare quomodo accipiatur. 9. De eo, qui aquam à se avertit. 10. De servitute.

II. Paulus lib. XLIX ad Edictum.

IN summa *tria* [52] sunt, per quæ inferior locus superiori servit: *lex* [53], *natura* [54] *loci*, *vetustas* [55], quæ semper pro lege habetur, minuendarum [56] scilicet litium causa. §. 1. Apud Labeonem proponitur fossa vetus esse agrorum siccandorum causa, nec memoriam [57] extare, quando facta est; hanc inferior vicinus non purgabat; sic fiebat, ut ex restagnatione [58] ejus aqua fundo nostro noceret. Dicit igitur Labeo, aquæ pluviæ arcendæ cum [59] inferiore agi posse: ut aut ipse purgaret, aut te pateretur in pristinum statum eam redigere. §. 2. Præterea si in confinio fossa sit, neque purgari vicinus patiatur eam partem [60], quæ tibi accedat, posse te magis agere aquæ pluviæ arcendæ, Labeo ait.

§. 3. Cassius autem scribit, si qua opera aquæ mittendæ causa publica auctoritate facta sint: in aquæ pluviæ arcendæ actionem non venire [61]: in eademque causa esse ea, quorum memoriam vetustas [62] excedit. §. 4. Apud Ateium vero relatum est, eam fossam, ex qua ad inferiorem fundum aqua descendit, cogendum esse vicinum [63] purgare, sive extet fossæ memoria, sive non extet: quod & ipse puto probandum. §. 5. Item Varus ait, Aggerem, qui in fundo vicini erat, vis aquæ dejecit: per quod effectum est, ut aqua pluvia mihi noceret. Varus ait, si naturalis agger fuit, non posse me vicinum cogere aquæ pluviæ arcendæ actione, ut eum reponat vel reponi sinat. † Idemque [64] putat, & si manufactus fuit, neque memoria ejus exstaret: quod si exstet, putat aquæ pluviæ arcendæ actione eum teneri. Labeo autem, si manufactus sit agger, etiamsi memoria ejus non exstat, agi posse, ut reponatur: nam [65] hac actione neminem cogi posse, ut [66] vicino prosit, sed ne noceat aut interpellet facientem quod jure facere possit. † Quamquam [67] tamen deficiat aquæ pluviæ arcendæ actio: attamen opinor *utilem actionem* vel Interdictum mihi competere adversus vicinum, si velim aggerem restituere in agro ejus, qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi vero nihil nociturus est: hæc æquitas [68] suggerit, etsi jure [69] deficiamur. §. 6. Apud Namusam relatum est, si aqua fluens iter suum stercore obstruxerit, & ex restagnatione [70] superiori agro noceat, posse eum inferiori agi, *ut sinat purgari*: hanc enim actionem non tantum de operibus esse utilem manufactis, verumetiam in omnibus, quæ [71] non secundum voluntatem sint. Labeo contra Namusam probat [72]: ait enim *naturam* [73] *agri ipsam à se mutari posse*: & ideo, cum per se natura agri fuerit mutata, æquo [74] animo unumquemque ferre debere, sive melior sive deterior ejus conditio facta sit. idcirco, & si terræ motu, aut tempestatis magnitudine, soli causa mutata sit: neminem cogi posse, ut sinat in pristinam loci conditionem redigi. sed [75] nos etiam in hunc casum æquitatem admisimus.

§. 7. Idem Labeo ait, si in agro tuo aquarum concursus locum excavavit, aquæ pluviæ arcendæ [actione] agi non posse tecum à vicinis. Plane si fossam jure factam, aut cujus memoria non [76] extat, agi tecum posse aquæ pluviæ arcendæ ut reficias. §. 8. Idem Labeo ait, cum quæritur an memoria exstet facto opere: non diem [77] & Consulem ad [78] liquidum exquirendum, sed sufficere si quis sciat factum; hoc est, si factum esse non ambigatur: nec utique necesse esse, supereſſe qui * meminerint, verumetiam si qui audierint eos, qui* memoria tenuerint. §. 9. Idem Labeo ait, si vicinus flumen, torrentem averterit, ne aqua ad eum perveniat, & hoc modo sit effectum, ut vicino noceatur, agi cum eo aquæ pluviæ arcendæ non posse: aquam enim arcere [79], hoc esse [80], curare ne influat. quæ sententia verior est: si modo [81] non hoc animo fecit, ut tibi noceat, sed [82] ne sibi noceat. §. 10. Illud etiam verum puto, quod Ofilius scribit: si fundus tuus vicino serviat, & propterea aquam recipiat, cessare aquæ pluviæ arcendæ actionem: sic tamen, [si] non ultra modum noceat. Cui consequens est quod Labeo putat: si quis vicino cesserit, jus ei esse aquam immittere, aquæ pluviæ arcendæ eum agere non posse.

De fullonicis. 1. De aquis calidis. 2. De irrigatione. 3. De loco in quo opus fit. 4. De fructuario.

III. Ulpianus lib. LIII ad Edictum.

APud Trebatium [83] relatum est, eum, in cujus fundo aqua oriatur, fullonicas [84] circa fontem instituisse & ex his aquam [vicini] in fundum vicini immittere cœpisse: ait ergo, non teneri eum aquæ pluviæ arcendæ actione. si tamen aquam corrivat, vel si spurcam [85] quis immittat: posse eum impediri plerisque placuit [86]. §. 1. Idem Trebatius putat, eum cui aquæ fluentes calidæ noceant, aquæ pluviæ arcendæ eum vicino agere posse. quod verum non est: neque enim aquæ calidæ aquæ pluviæ sunt [87].

§. 2. Si vicinus, qui arvum [88] solebat certo tempore anni rigare, pratum illic fecerit, cœperitque assidua irrigatione vicino nocere: ait Ofilius, neque damni infecti, neque aquæ pluviæ arcendæ actione [89] eum teneri: nisi locum complanavit [90], eoque facto citatior aqua ad vicinum pervenire cœpit. §. 3. Aquæ pluviæ arcendæ nonnisi eum teneri, qui in suo opus faciat, receptum est: eoque jure utimur. † Quare si quis in publico [91] opus faciat, hæc actio cessat: sibique imputare debet is, qui damni infecti cautione sibi non prospexit. si tamen in privato opus factum sit, & publicum interveniat: de toto agi posse aquæ pluviæ arcendæ, Labeo ait. §. 4. Neque fructuarius [92], neque cum eo aquæ pluviæ arcendæ agi potest [93].

De domino operis. De sepulchro. 1. De alienatione. 2. De domino, & colono, & procuratore.

IV. Idem lib. LIII.

QUanquam autem cum domino operis tantum aquæ pluviæ arcendæ actio sit, tamen Labeo scribit, si quis sepulcrum ædificaverit, ex quo aqua noceat, etiamsi operis dominus esse desierit loco facto religioso, attamen magis probandum est, inquit, aquæ pluviæ arcendæ eum teneri: fuit enim dominus, cum [94] opus faceret. & si jussu [95] judicis compulsus opus restituerit, non esse sepulcri violati actionem. §. 1. Julianus quoque scribit, si post judicium aquæ pluviæ arcendæ susceptum fundum alienaverit is, cum quo actum esset de præterito damno, & de opere restituendo, id statuere judicem debere, quod judicaret, si nulla alienatio facta esset: nam & fundo alienato nihilominus judicium manere, & damni rationem venire [96], etiam ejus, quod [post] alienationem contingit. §. 2. Idem Julianus scribit, aquæ pluviæ arcendæ actionem non [97] nisi cum domino esse. Idcircoque si colonus ignorante domino opus fecerit, dominum fundi nihil amplius quam patientiam præstare debere: colonum autem Interdicto *quod vi aut clam* impensam quoque restituendi operis, & damnum, si quod ex eo datum fuerit, præstare cogendum. si tamen dominus desideret caveri sibi damni infecti ab eo, ex cujus prædio nocet: æquissimum erit, caveri oportere. §. 3. Item si non ego, sed procurator [98] meus tale opus fecerit, ut aqua pluvia noceat vicino: adversus me hactenus erit actio, quatenus adversus colonum [99]. ipse autem procurator Interdicto *quod vi aut clam* conveniri poterit, secundum Juliani sententiam, etiam post opus restitutum.

V. Paulus lib. XLIX ad Edictum.

SI colonus [100] insciente [1] domino opus fecerit, ex quo aqua vicino noceat: Labeo respondit, colonum Interdicto *quod vi aut clam* teneri; dominum vero fundi aquæ pluviæ arcendæ actione, quia is solus restituere opus potest. sed patientiam [2] duntaxat eum præstare debere, si ei damni infecti stipulatione caveatur. & si quam impensam in restitutione operis fecerit, consecuturum à colono locati actione: nisi si quis ideo non putet, quoniam non fuerit necesse ipsum restituere. † Sed si jussu [3] domini fecisset, etiam Interdicto dominum teneri.

Si tertius opus fecerit, unde decurrens aqua per fundum primi noceat. 1. De fundo plurium. 2. De agro communi & proprio. 4. De alienatione fundi. 5. Utrum hæc actio sit in rem, an in personam. 6. De opere restituendo. De damno quod ante vel post litem contestatam contingit. 7. Si is quis conventus est, fecit, vel non. 8. De æstimatione.

VI. Ulpianus lib. LIII ad Edictum.

SI tertius vicinus opus fecerit, unde decurrens aqua per [4] fundum primi vicini mei mihi noceat: Sabinus ait, posse me, vel cum primo, vel cum tertio, omisso primo, agere: quæ sententia vera est. §. 1. Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat, vel si plurium fundo noceatur: placuit, eoque jure utimur [5], ut sive plurium fundus sit, singuli in partem experiantur, & condemnatio in partem fiat; sive cum pluribus agatur, singuli in partem conveniantur, & in partem fiat condemnatio. §. 2. Inde quæritur, si communi agro meo & [6] proprio agro tuo aqua noceat: an agi possit aquæ pluviæ arcendæ? Et putem agendum: sic tamen ut pars damni præstetur. §. 3. Versa quoque vice, si communis ager sit, qui nocet proprio: poterit aquæ pluviæ arcendæ agi, ut quis damnum consequatur, sed in partem. §. 4. Si quis, prius quam aquæ pluviæ arcendæ agat, dominium ad alium transtulerit fundi, desinit [7] habere aquæ pluviæ arcendæ actionem: eaque ad eum [8] transibit, cujus ager esse cœpit, cum enim damnum futurum contineat, ad eum, qui dominus erit, incipiet actio pertinere: quamvis, cum alterius dominium esset, opus à vicino factum sit. §. 5. Aquæ pluviæ arcendæ actionem, sciendum est, non in

---

32 Imo non cessat. *l. 19. §. ult. ff. de damno.*

33 Cur aquæ pluviæ actio specialis: de fluminibus generalis est? Aqua pluvia actio datur, *quæ agro nocetur*, hoc est, prædio rustico de fluminibus & stillicidiis datur, etiam tum, cum nocetur prædio urbano: & hoc sensit hic dicitur actionem de fluminibus & stillicidiis ubique agi licere. Quod si aqua pluvia ædificio vel oppido noceat, negatoria de servitutibus actio dabitur, *ut hic.*

34 *Al.* quæremus.

35 *Al.* oritur.

36 *Al.* ex publico.

37 Quo loco? v. *l. 60. ff. de verb. sign.*

38 *Al.* ædificia.

39 Nam jure suo utitur. *l. 26. ff. de damno.*

40 *l. 2. §. 5. ff. eod.*

41 Inferiorum locorum hæc est natura, ut superioribus serviant. *l. 2. ff. eod. §. 23. ff. eod.*

42 Quænam illæ leges? more apud veteres recepto, hæ leges privatis quidem agris dicebantur à patribus famil. qui eas constituebant: adsignatis vero agris vel coloniis ab his, qui veteranos coloniasque ex lege deducebant. Hygenus, 2 *de limitibus*. Siculus Flaccus, *lib. de conditionibus agror.* sic Frontinus limites secundum legem coloniæ, itineri publico servire debere scripsit. De his legibus accipi potest *l. 8. ff. ad leg. Jul. pecul.* adde Brisson. 4 *select.* 6.

43 §. 22. ff. *eod.*

44 *Al* atque.

45 Inferiores agri superioribus naturaliter serviunt.

46 Vetustas vicem legis obtinet. An ea, cujus non extat memoria? An potius vetustas decem etiam annorum intelligi potest?

47 Vetustas vicem legis obtinet. adde *l. 20. ff. de servit. urb. l. 1. 2. 7. C. de servitut. & aqua.*

48 Tò *diu* quidam accipiunt pro eo tempore, cujus memoria non exstet. Bartolo τὸ *diu* est etiam decennium. *arg. l. si tam fideicommissa. 16. §. Avisio 3. ff. qui, & à quib. manumiss.*

49 Imo, qui servitutem debent, eam reficere debent. *l. eum debere. 33. ff. de servit. urb.* An id speciale est in servitute oneris ferendi? *l. 15. ff. de servit. l. 6. §. 2. ff. si servit. vindic.*

50 *l. 15. ff. de servit. l. 6. §. 2. ff. si servit. vindic.*

51 Quasi servitus, impropria servitus, non propria, ex qua non directa, sed utilis datur actio, vel Interdictum, *ut hic.* 52 *Eclog. c. 1. in fin.* 53 Id est, conventio. *l. 1. §. ult. ff. eod.*

54 Servitus est id etiam, quod natura loci fecit, ut è superiore videlicet loco in inferiorem quid effluereat. 55 Id est, consuetudo, ἐνσυνήθεια, præscriptio. 56 *l. 13. §. 3. in fin. ff. de usufr.*

57 *l. 23. in fin. ff. eod.* 58 §. 6. ff. *eod. l. 1. §. 6. ff. eod.* 59 Superior adversus inferiorem hic agit, ut §. 2. ff. confinis adversus confinem, §. 4. ff. *eod.* inferior adversus superiorem.

60 *Subaudi*, maxime: nam idem dicendum esset, si totam fossam purgare vellet. *l. si ædes. 12. ff. comm. divid. l. cum duobus. 52. §. item Mela. 13. ff. pro socio.* 61 Est enim stabile, quod publica auctoritate fit. *Bald.* 62 *In pr. ff. eod. §. 1. ff. eod. l. 23. in fin. ff. eod. l. 28. ff. de probat.*

63 *Subaudi*, Superiorem, ut dixi §. 1. ff. *eod.* 64 Paria sunt, natura ipsa exstare & tempore, cujus non exstet memoria. 65 Aquæ pluviæ actione, etsi nemo cogitur vicino prodesse, cogitur tamen non nocere. 66 *l. 1. §. 21. ff. eod.* 67 Rigore juris oritur actio *directa*: ex æquitate contra rigorem juris oritur utilis. *Bald.* 68 De qua vide *l. 21. ff. de interrogationib.* 69 Jus strictum opponitur æquitati, *ut hic.* 70 *l. 1. §. 6. ff. eod.* 71 Natura agri cujusque ipsa à se mutari potest. 72 Id est, in omnibus quæ manu non fiunt: qualia sunt quæ terræmotu vel alia tempestate accidunt, ut *ff. eod.* & paulo ante exemplum allatum est de aqua fluente iter suum stercore delato obstruente. Hujusmodi damna voluntate non fiunt, sed casu. 73 Strictum jus sequendum, sed mox æquitatem, suadente Labeone, probat. 74 Naturale infortunium æquo animo ferendum est. 75 Mutatam soli causam terræ motu vel alia tempestate, cogitur vicinus meus inferior pati me in pristinam loci conditionem redigere.

76 §. 1. ff. *eod.*

77 Probaturus memoriam extare, non cogitur diem & annum dicere: sufficit ei de auditu testimonium; id est, dicere, *audivi rem ita extare, ut hic. l. 28. ff. de probat.* adde Socinum *reg. 407.*

78 Hoc loquendi genere usus est Paterculus, tomo 1: adde *l. 28. ff. de probat.* Huic autem ad liquidum opponitur *in πλάτει*.

79 Arcet aquam, qui curat, ne influat. vide Festum in *Arcere.*

80 Aquam arcet, qui impedit ne influat, si modo id non fecit, ut tibi noceat, sed ne sibi aqua noceat.

81 §. 5. ff. *eod. l. 26. ff. soluto. l. 9. C. de precib.* adde quæ notavi ad *l. 5. §. 2. in fin. ff. de præscript.* & Cujac. ad *l. 7. ff. de pactis.*

82 Potest quis facere, quod sibi prodest, etiam si vicino noceat Incidenter. *Bald.*

83 Trebatii fit mentio in *l. 2. §. 45. ff. de origine jur. & Inst. de codicill.* & passim apud Ciceronem.

84 Fullonum officinas. *l. 13. §. 8. ff. de usufructu. & quemadm.* vid. Cujac. 23 *obs. 2.*

85 Vel si spurcum quid immittat, *vulg.* adde *l. 1. §. 13. ff. eod.*

86 Cur ita? de naturali cursu tunc non agitur; sed de immittentis vitio.

87 Aqua calida non pluit de cœlo: igitur non est pluvia. *l. 1. ff. eod.*

88 Hortum, *vulgo*

89 Vid. quæ notavi ad *l. 44. ff. de damno.*

90 Complanare agrum solent, qui prata Novella formant. Cur? vide Pallad. *lib. 10.*

91 *l. 18. ff. eod.*

92 Adde *l. 4. §. 2. ff. eod.*

93 Directa, sed utili. *l. 22. ff. eod.*

94 Vid. quæ notavi ad *l. 15. §. 1. ff. de pign.*

95 *V. l. 13. §. 2. ff. de injur.*

96 Restitutio venit actione utili: damni præstatio, directa: *Bald.*

97 *l. 3. §. pen. ff. eod. l. 18. ff. eod.*

98 Adde *l. 11. §. 1. ff. eod.*

99 Procuratoris delicto non tenetur dominus, nisi ad patientiam, *Bart.* adde *l. 5. ff. eod.*

100 Idem dicitur in custode, & quocunque pro alio possidente.

1 Ignorante. *l. 4. §. 2. ff. eod.*

2 Coloni factum non præjudicat domino nisi ad patientiam: quod si ob ipsum patientiam dominus damnum sentiet, id à colono repetet. *Bald.*

3 *In pr. ff. eod. l. 13. §. 6. §. ult. ff. quod vi aut clam.*

4 Paria sunt, facere, & facto uti; id est, tam adversus eum, qui opus fecit, quam in eum qui facto utitur, actio aquæ pluviæ arcendæ datur. *Bald.*

5 Inter plures active & passive actio aquæ pluviæ pro rata dominii competit. *Bald.*

6 Meo ex proprio & tuo. *Hal.*

7 Imo non desinit. *l. ultim. ff. arbor. furtim cæsar.* 8 Actio in rem scripta transit ad singulas rem successores. *l. 16. ff. eod.*

in 9 rem, sed personalem esse. §. 6. Officium autem judicis hoc erit: ut, si quidem à vicino opus factum sit, eum jubeat 10 restituere, damnumque sarcire, si quid post 11 litem contestatam contigit: quod si ante 12 litem contestatam damnum contigit, tantum opus restituere debebit, damnum non sarciet.

§. 7. Celsus scribit: si quid ipse feci, quo tibi aqua pluvia noceat, mea impensa tollere me cogendum: si quid alius, qui ad me non pertinet, sufficere ut patiar te tollere. Sed si servus meus fecerit, aut is, cui heres sum, hoc fecit: servum quidem noxæ dedere debeo: quod autem is, cui heres sum, fecit, perinde 13 est, atque si ipse fecissem. §. 8. Æstimationem autem judex faciet ex rei veritate, hoc 14 est, ejus damni quod apparuerit datum.

De eo, qui loco cedit.

VII. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

IS, cum quo aquæ pluviæ arcendæ agitur, quod opus fecit, licet cedere 15 loco paratus sit, cogitur accipere judicium, quoniam & suo 16 nomine convenitur, ut opus tollat. §. 1. Aliud est in bonæ fidei emptore 17: hic enim tantum patientiam præstat. Igitur si & fundo cedat, audiendus est: plus enim præstat.

De aqua ducenda. Quorum consensus requiritur in jure aquæ ducendæ concedendo.

VIII. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

IN concedendo jure aquæ ducendæ non tantum eorum, in quorum loco aqua oritur: verum eorum 18 *etiam*, ad quos ejus aquæ usus pertinet, voluntas exquiritur, id est, eorum quibus servitus aquæ debebatur. nec immerito: cum enim minuitur 19 jus eorum, consequens fuit exquiri, an consentiant. † Et generaliter, sive in corpore, sive in jure loci, ubi aqua oritur, vel in ipsa aqua habeat quis jus, voluntatem ejus 20 esse spectandam placet.

IX. PAULUS [lib. XLIX ad Edictum].

IN diem addicto 21 prædio & emptoris & venditoris voluntas exquirenda est: ut sive remanserit penes emptorem, sive recesserit, certum sit, voluntate domini factam aquæ cessionem.

§. 1. Ideo autem voluntas exigitur, ne dominus ignorans injuriam accipiat: * nullam enim potest videri injuriam accipere, qui 22 semel 23 voluit. §. 2. Non autem solius ejus, ad quem jus aquæ pertinebit, voluntas exigitur in aquæ cessione: sed etiam domini locorum, etsi dominus uti ea aqua non possit: quia 24 recidere jus solidum ad eum potest 25.

De voluntate præcedente & ratihabitione. 2. De flumine navigabili, aut per quod fit aliud navigabile.

X. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

SI autem plures sint ejusdem loci domini, unde aqua ducitur, omnium 26 voluntatem esse sequendam non ambigitur 27: iniquum enim visum est voluntatem unius ex modica forte portiuncula domini præjudicium sociis facere. §. 1. An tamen subsequi voluntas possit, videamus? Et placet nihil interesse 28, utrum præcedat voluntas aquæ ductionem, an subsequatur: quia & posteriorem voluntatem Prætor 29 tueri debet. §. 2. Si flumen navigabile 30 sit, non oportere Prætorem concedere ductionem ex eo fieri, Labeo ait, quæ flumen minus navigabile efficiat. † Idemque est, & si per hoc aliud flumen fiat navigabile.

Si cui (iter) actus debeatur. De arcu, ponte, specu. 1. De aqua pluvia arcenda. De communi fundo. 6. De opere manufacto. De vi flummis.

XI. PAULUS lib. XLIX ad Edictum.

SUpra 31 iter alienum arcus 32 aquæ ducendæ causa non jure fiet. Nec is, cui iter, actus debetur, pontem 33, qua possit ire agere, jure extruet. † At si specus 34, non 35 cuniculum 36 sub rivo ager, aqua corumpetur: quia suffosso eo aqua manabit, & rivus siccatur. §. 1. Cassius ait, sive ex communi fundo, sive communi aqua noceat, vel unum cum uno agere posse, vel unum separatim 37 cum singulis, vel separatim singulos cum uno, vel singulos cum singulis. si unus egerit, & restitutio operis litisque æstimatio facta sit, cæterorum actionem evanescere. item si cum uno actum sit, & si præstiterit, cæteros liberari: idque quod sociorum nomine datum sit, per arbitrum communi dividundo reciperari 38 posse. & ex sociis [non] utique cum eo agendum qui opus fecerit: nec minus eum quoque damnum restituere debere, qui auctor 39 operis fuit. §. 2. Apud Ferocem Proculus ait, si cum uno dominorum actum sit, qui opus non fecerit, debere eum opus restituere sua impensa: quia communi dividundo actionem habet. sed sibi magis placere, patientiam 40 duntaxat eum præstare oportere: quia sua culpa actor id patiatur, qui non agit 41 cum eo à quo opus factum sit. & est iniquum, eum, qui non fecit, id restituere oportere: quoniam 42 communi dividundo agere potest: quid enim fiet, si socius ejus solvendo non fuerit 43?

§. 3. Officium autem Judicis inter duos accepti quale futurum sit, dubitare se Julianus ait: si forte unius fundus fuerit, cui aqua noceat. si vero in quo opus factum, sit plurium, & cum uno eorum agatur, utrum & ejus damni nomine, quod post litem contestatam datum sit, & operis non restituti in solidum condemnatio fieri debeat; quemadmodum, cum servi communis nomine noxali 44 judicio cum uno agitur, condemnatio in solidum fiet, quoniam quod præstiterit, potest à socio recipere: an vero is, cum quo agitur pro parte sua, & damni dati & operis non restituti nomine, damnandus sit; ut in actione damni infecti fiat, cum ejus prædii, ex quo damnum metuatur, plures domini sint, & cum uno eorum agatur; licet opus, ex quo damnum futurum 45 sit, individuum sit, & ipsæ ædes, solumque earum non potest pro parte duntaxat damnum dare, nihilominus eum, cum quo agitur, pro sua parte condemnari. magisque existimat, id servandum in aquæ pluviæ arcendæ actione, quod in actione damni infecti: quia ubique non de præterito 46 sed de futuro damno agitur.

§. 4. Quod si is fundus, cui aqua pluvia nocet, plurium sit, agere quidem vel singulos posse: sed damni quod post litem contestatam datum sit, non 47 amplius parte sua consecuturum. item si opus restituturum non fuerit, non amplius, quam quod pro parte eorum interfuerit opus restitui, condemnationem fieri oportere. §. 5. Si ex privato 48 agro in agrum communem aqua immittatur, Ofilius ait socium cum eo agere posse. §. 6. Trebatius existimat, si de eo opere agatur, quod manu factum sit, omnimodo restituendum id esse ab eo, cum quo agitur: si vero vi fluminis ager deletus sit, aut glarea 49 injecta 50, aut fossa limo repleta, tunc patientiam duntaxat præstandam.

De alienatione. De successoribus.

XII. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

EMptor, nisi simulata 51 venditio est, cæterique successores vel restituere, si velint, opus factum, vel patientiam præstare debent: nam actori moram suam nocere debere manifestum est. † In eadem causa est etiam socius ejus, qui opus fecit, si ipse auctor non fuit. Idemque in donato fundo legatove est.

XIII. GAIUS ad Edictum Prætoris Urbani, titulo de aquæ pluviæ arcendæ.

SEd venditor 52 aut donator Interdicto quod vi aut clam, de damno & impensis ab actore factis tenebitur.

1. De eo, quod subsedit. De vitio. De manufacto. 3. De damno futuro vel præterito. 4. De opere post litem contestatam facto.

XIV. PAULUS lib. XLIX ad Edictum.

ANtæus 53 ait, si is qui opus fecerit, potentiori vendiderit prædium: quatenus 54 defierit dominus esse, agendum cum eo quod vi aut clam: quod si annus præterierit, de dolo judicium dandum 55. §. 1. Cum agitur aquæ pluviæ arcendæ, de facto quod nocet, quæritur. † Ideoque si 56 vitio loci pars aliqua soli subsedit 57, quamvis per eam causam aqua pluvia inferiori noceat, nulla competit actio. † Idem fortasse dicitur, si in agro manufactum aliquid subsederit. §. 2. In hoc judicium, sicut in damni infecti, futurum 58 damnum venit: cum reliquis fere omnibus judiciis præteritum præstetur. §. 3. De eo, quod ante datum est, quod vi aut clam agendum est. de eo, quod post sententiam judicis futurum est, damni infecti caveri oportet: vel ita opus restituendum est, ut nullum periculum damni supersit.

§. 4. De eo opere, quod post 59 litem contestatam factum est, novo judicio agendum est.

XV. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

SEd interdum opus, & quod post litem contestatam factum est, tolletur: si id quod anteccssit, tolli sine eo non potest.

De alienatione.

XVI. POMPONIUS lib. XX ad Sabinum.

POst 60 venditionem & traditionem quod nocitum sit ei fundo, de quo ante judicium acceptum sit aquæ pluviæ arcendæ, nihilominus eo judicio venditorem posse consequi: non quia venditori sed quod rei damnum datum sit: idque eum emptori restituere debere. Sed si antequam noceatur, is cum quo actum sit, vendat 61, tantum agendum cum emptore: vel intra annum cum eo qui vendiderit, si judicii 62 evitandi causa id fecerit.

De aqua ducenda. De non usu. 1. De lapide. De consuetudine. 2. De aquæ haustu, an locus medius impediat servitutem.

XVII. PAULUS lib. XV ad Plautium.

SI prius nocturnæ 63 aquæ servitus mihi cessa fuerit, deinde postea alia cessione diurnæ quoque ductus aquæ concessus mihi fuerit, & per constitutum tempus nocturna duntaxat aqua usus fuerim: amitto 64 servitutem aquæ diurnæ, quia hoc casu plures sunt servitutes diversarum causarum. §. 1. [Recte] placuit, non alias per lapidem 65 aquam duci posse, nisi hoc in servitute constituenda comprehensum sit. non 66 enim consuetudinis est, ut qui aquam habeat, per lapidem statum 67 ducat: illa autem, quæ fere in consuetudine 68 esse solent, ut per fistulas aqua ducatur, etiam si nihil sit comprehensum in servitute constituenda; fieri possunt; ita tamen, ut nullum damnum domino fundi ex his detur. §. 2. Via publica intercedente 69 haustus servitutem constitui posse placuit: & est verum. sed non solum si via 70 publica interveniat, sed & si flumen publicum 71. eodem casu, quo interveniente flumine publico, viæ, itineris, actus servitus imponi potest, id est, si non sit impedimento transeunti magnitudo fluminis 72. §. 3. [Sic] & si non proximo meo prædio servitutem vicinus debeat, sed ulteriori, agere potero jus esse mihi ire agere ad illum fundum superiorem, quamvis servitutem ipse per fundum meum non habeam: sicut interveniente via publica, vel flumine, quod vado transiri potest. † Sed loco sacro vel religioso, vel sancto 73 interveniente, quo fas non sit uti, nulla eorum servitus imponi poterit. §. 4. Sed si fundus medius alterius inter me & te intercedit, haustus servitutem fundo tuo imponere potero, si mihi medius 74 dominus iter ad transeundum cesserit: quemadmodum si ex flumine publico perenni haustu velim uti, cui flumini ager tuus proximus sit, iter mihi ad flumen cedi potest.

De aqua pluvia arcenda. De loco publico. 1. De aqua ducenda per viam publicam.

XVIII. JAVOLENUS lib. X ex Cassio.

SI in publico 75 opus factum est, qua 76 aqua pluvia noceret, agi non potest: interveniente 77 loco publico, agi poterit: causa ejus rei hæc est, quod ea actione non tenetur, nisi dominus solus.

§. 1. Sine permissu 78 Principis aqua per viam publicam duci non potest.

De aqua pluvia arcenda. De patientia vicini.

XIX. POMPONIUS lib. XIV ad Quintum Mucium.

LAbeo 79 ait, si patiente 80 vicino opus faciam, ex quo ei aqua pluvia noceat; non teneri me actione aquæ pluviæ arcendæ.

XX. IDEM

---

9 Aquæ pluviæ arcendæ actio personalis est in rem scripta: ideoque pro damno futuro transit in singularem successorem. *Bart.* Quid? qua nota mere personales à personalibus in rem scriptis distinguuntur? *In rem scripta* non ex contractu vel quasi contractu competunt, sed ex legis dispositione, vel facto delictove alterius, ejus rei qua de agitur, occasione. *Castrens.*

10 Formulam sententiæ & libelli in hac actione pluviæ arcendæ hic explicatam à Bartolo vide.

11 Hac actione non venit damnū, nisi quod post litis contestationem contigit: & sic officium judicis toleratur, & confirmatur per litis contestationem. *l. 24. in fin. ff. eod.*

12 Adde *l. 11. §. 3. ff. eod.*

13 Defuncti factum, factum heredis esse intelligitur.

14 Veritas id dicitur, quod apparet, *ut hic.*

15 Cedere loco Gallis est *deguerpir.* Theodulphus: Saxones allodem suam manibus guerpierunt, id est, dimiserunt. Exstat & *Vuerpendi* verbum apud Ammon. 5. c. 42.

16 Cessione non liberatur, qui ex suo facto convenitur. vide tamen *l. 48. l. 64. ff. de æstipul. l. 7. in fin. ff. de damno.*

17 Qui ei qui nocuit, succedit.

18 Quod alium tangit, ejus consensu perfici debet. *l. 10. ff. eod. l. ult. ff. de natal. l. 1. §. 11. ff. quod legat. l. 4. C. de servit. & aqua. l. ult. in fin. C. de auctorit. præstanda.*

19 Non licet servitutem, vel jus alicujus eo invito tollere vel minuere. vide quæ scripsi ad *l. 4. ff. de aqua quotid.*

20 *Subaudi*, ex postfacto.

21 V. *l. 1. ff. de in diem addict.*

22 Volenti nulla fit injuria.

23 V. *l. 75. ff. de reg. jur.*

24 Spei causa alicui cavendum est. *l. 9. ff. usufr. quemadm. caveat.*

25 Inspicitur quod evenire potest. hinc quærit Bald. An processus factus cum instituto præjudicet substituto non citato? negat Baldus præjudicare.

26 V. *l. 8. ff. eod.*

27 Imo, majoris partis consensus sufficit. *l. 19. ff. ad municip.*

28 Paria sunt consentire à principio vel post.

29 Prætor pro Principe vel Senatu. *l. 23. ff. eod.* S. L.

30 *l. 2. ff. de fluminib.*

31 *l. 14. ff. de servitut. rustic.*

32 Arcus aquæ ducendæ causa olim fiebant. vide Plin. 2. Frontin. *de aquæductib.* 33 De ponte super alterius fundum exstructo, & an domino fundi acquiratur, v. Joan. Gall. *qu.* 337. Anf. 34 At si specum. *Hal.* specus est locus, ex quo despicitur. *l. 1. §. 3. ff. de rivis.* Porro per specum ducere, est per opertum & occultum. Καλὰ διώρυγων autem Græci etiam ὑπόγαια appellant. Græci hi cuniculum interpretantur canalem opertum, *l. 26. ff. de damno infecto.* specum canalem apertum: parum tamen inter illa duo differre notat Cujac. 16 *obs.* 17. quod ut melius intelligatur, hujus loci lectionem emendat, ut mox indicabo.

35 At si specus cuniculum. Cujac. *ib.* 36 De cuniculo adde *l. 26. ff. de damno.* 37 Interesse, seu id quod interest, dividi potest in partes. 38 Id quod interest præstitum ab uno sociorum, recuperatur ab alio pro rata. 39 Mandando sc. vel ratum habendo. Ratum habens dicitur factī auctor. *Bald.* & sic paria sunt, facere & ratum habere. 40 Qui ex facto confortis convenitur, ad solam patientiam tenetur. adde *l. 4. l. 5. in fin. ff. eod.* 41 Qui non agat. *Hal.* Actor est in culpa, qui non dirigit actionem contra obligatum. 42 Sensus est: Nemo cogitur pro alio solvere, licet ab eo possit repetere. vide *l. 171. ff. de reg. jur.* 43 Et sic factum consortis consortem non obligat. 44 *l. 5. l. 8. ff. de noxalib.* 45 Futuri damni est hæc cautio, ut hic dixi *l. 14. §. 2. ff. eod.* 46 *l. 14. §. 2. ff. eod.*

47 *§. 1. ff. eod. l. 6. ff. eod.*

48 *l. 6. § 2. ff. eod.*

49 Glarea vias extra urbem substernebant veteres. Livius, *lib. 14. in fin.* Cæteroves vias sternendas licet in urbe, glarea extra urbem substernendas marginandasque primi omnium locaverunt. Tibull. 1 *Eleg. 7. in fin. Namque operibus composita tua hic glarea dura Sternitur*

50 *l. 2. §. 1. §. 6. ff. eod.*

51 Successor non dicitur, qui titulum simulatum habet. *l. 55. ff. de contrab. empt.*

52 *l. 16. ff. eod. l. 3. §. 2. ff. de action. judic.*

53 Atteius *Vulg.*

54 Quatenus, id est, quia. ut *l. certum. 6. ff. de rebus cred. l. 49. ff. de verb. oblig.*

55 Imo, de dolo non datur, quia alia actio competit. *l. 1. §. 6. ff. de dolo.*

56 V. *l. ult. ff. locati.*

57 Subsidunt, quæ delata sunt, vel depressa sunt. Ovid. 1 *Metamorph. Fussit & extendi campos, subsidere valles: Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.* quo loco montes surgere, valles subsidere dicuntur. Glossis subsidere, ὑποκαθέζεσθαι.

58 V. *l. 11. §. 3. ff. eod.*

59 *l. 23. ff. de jurisdict. l. 11. §. 9. ff. de except. rei judic.*

60 *l. 13. § 12. ff. de act. empt.*

61 *l. 6. §. 4.* vid. *l. 13. ff. eod. l. 3. § 2. ff. de alien. judic.*

62 *l. 3. §. 2. ff. de alien. judic.*

63 Nocturna aqua, quam noctu tantum ducere licet: diurna, quam etiam interdiu, aut interdiu tantum. *l. 10. §. 1. ff. quemadm. servit.*

64 Aquam diurnam seu aquæ diurnæ servitutem amittimus, aqua nocturna tantum utentes.

65 Adde *l. 4. §. 5. in fin. ff. si servit.*

66 Eadem est ratio in *l. 24. ff. de usufr.* Infuetæ non permissa.

67 *Al.* straturn.

68 Consuetudinem cuique sequi licet: puta arbitro in alterius ferendo: procuratori in mandato absentis expediendo. *l. 31. §. 20. ff. de adilit.*

69 Media via publica intercedens seu interveniens servitutem aquæ haustus non impedit, *ut hic.* sed nec intermedium flumen publicum, si non sit impedimento transeunti magnitudo fluminis.

70 Publica via intermedia, seu interveniens non impedit servitutem haustus imponi.

71 Flumen publicum jus viæ non impedit. *l. ultim. ff. de servitut. rustic.*

72 *d. l. ult. in fin. ff. de servit. rustic.*

Hic. 73 Sacer, religiosus, vel sanctus locus medius impedit servitutem constitui. *l. 14. in fin. ff. de servit.* 74 *l. 7. §. 1. ff. comm. prædior.* 75 Non in suo. *l. 3. §. 3. ff. eod.* 76 Quo. *Hal.* 77 *l. 14. §. 2. ff. de servit.* 78 *l. 1. §. 42. ff. de aqua quotidiana.* 79 *Al.* Sabinus: & ita legit Alberic. 80 Et sciente. *l. Gaius.* 39. *ff. de pignorat. C. in qui tacite de reg. in 6.* Goth. Vide tamen Nicol. Vall. *de reb. dub. cap. 8. Anf.*

XX. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

SEd hoc ita, si non per errorem [81] aut imperitiam deceptus fuerit: nulla [82] enim voluntas errantis est.

Si venæ immissi aquæ pervenire ad vicinum desierit.

XXI. IDEM lib. XXXII ad Quintum Mucium.

SI in meo aqua erumpat, quæ ex tuo fundo venas habeat: si eas venas incideris [83], & ob id desierit ad me aqua pervenire, tu non videris vi feciſſe, ſi nulla ſervitus mihi eo nomine debita fuerit. nec Interdicto quod vi aut clam teneris.

De aqua pluviâ arcenda. 1. Quomodo res ſit reſtituenda. 2. Si publicanus opus fecerit.

XXII. IDEM lib. X ex variis lectionibus.

SI uſusfructus fundi legatus fuerit, aquæ pluviæ arcendæ actio heredi & cum herede eſt, cujus prædium fuerit. Quod ſi ex opere incommodum aliquod patitur fructuarius, poterit quidem interdum vel Interdicto experiri *quod vi aut clam*. † Quod ſi ei non competet, quærendum eſt, an utilis ei quaſi [84] domino actio aquæ pluviæ arcendæ dari debeat: an vero etiam contendat jus ſibi eſſe uti frui. ſed magis eſt, utilem [85] aquæ pluviæ arcendæ ei actionem accommodare. §. 1. Non aliter [86] reſtituiſſe rem videbitur [15] qui opus fecit, quam ſi aquam coerceat. §. 2. Sed etſi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluvia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an vero etiam utilis in fructuarium actio aquæ pluviæ arcendæ danda ſit, quæſitum eſt? Et magis eſt, ut detur.

De auctoritate publica. 1. De agro vectigali. 2. De aggeribus.

XXIII. PAULUS lib. XVI ad Sabinum.

QUod Principis aut Senatus juſſu [87], aut ab his qui primi agros conſtituerunt, opus factum fuerit, in hoc judicium non venit. §. 1. Hæc actio etiam [88] in vectigalibus [89] agris locum habet. §. 2. Aggeres juxta flumina in privato facti, in [90] arbitrium aquæ pluviæ arcendæ veniunt, etiamſi trans flumen noceant: ita, ſi memoria [91] eorum extet, & ſi fieri non debuerunt.

De aratione & ſulcis. 1. De ſulcis aquariis. 2. De foſſis. 3. Lacubus.

XXIV. ALFENUS lib. IV Digeſtorum à Paulo epitomatorum.

VIcinus loci ſuperioris pratum ita arabat, ut per ſulcos, itemque porcas [92] aqua ad inferiorem veniret. Quæſitum eſt, an per arbitrum aquæ pluviæ arcendæ poſſit cogi, ut in alteram partem araret, ne ſulci in ejus [93] agrum ſpectarent? Reſpondit *, non poſſe [94] eum facere, quominus agrum vicinus, quemadmodum [95] vellet, araret. §. 1. Sed ſi quis ſulcos tranſverſos aquarios [96] faceret, per quos in [97] ejus agrum aqua defluëret, hoſce [ut] operiret, [per] arbitrum [98] aquæ pluviæ arcendæ poſſe cogere. §. 2. Sed & ſi foſſas feciſſet, ex quibus aqua pluvia poſſet nocere, arbitrum, *ſi* [99] *apparuit futurum ut aqua pluvia noceret*, cogere oportere foſſas eum explere: &, niſi faceret, condemnare: tametſi [100] antequam adjudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet. §. 3. Lacus cum aut creſcerent [1] aut decreſcerent, nunquam neque acceſſionem neque deceſſionem in eos vicinis facere licet.

De via.

XXV. JULIANUS lib. V ex Minucio.

IS, cujus fundo via debetur, aquæ pluviæ arcendæ agere poteſt fundi ſui nomine: quoniam deteriore [2] via facta fundo nocetur.

De aqua ducenda. De vetuſtate.

XXVI. SCÆVOLA lib. IV Reſponſorum.

SCævola reſpondit, ſolere eos, qui juri dicundo præſunt [3], tueri ductus [4] aquæ, quibus auctoritatem vetuſtas daret, tametſi jus [5] non probaretur.

1 Περὶ τέλους δημοσίου καὶ τελωνῶν καὶ τελωνίου. 56 *Eclog.* 1. De fraudibus publicanorum vide Livium 25. & Suidam, vide Cujac. *hic.* de audacia coercendem vide l. 12. ſ. *eod.* Gothof. Publicanus dicitur quaſi publice peccans. Abb. *cap. novit. extr. de publican.* Anſ.

2 IV C. LXII. & 4 C. *Theod.* 11. Pot. addere X C. XVI. XXI. XXII. ad XXX. Vectigal eſt portorium, quod fiſco debetur vel Reipublicæ mercis nomine. Onus eſt mercium non mercatorum. Nam & non mercatores ſolvunt vectigal. Quid ſtipendium a tributo differat, v. Cujac. 7 *obſ.* 3. quid tributum à vectigali, vid. eundem 3 *obſ.* 4. vide Theoph. § *per traditionem* 40. *Inſt. de rer. diviſ.* 3 Commiſſum Græci τὸ λαθραιοτελωνημα appellant: hinc titulus, περὶ λαθραιοτελωνήματος, 56 *Eclog.* eſtque mercium caſus, quæ ad publicanum profeſſæ non ſunt: vel pœna omiſſæ profeſſionis, vel periculum mercium, aut rerum venalium improfeſſarum. Commiſſum dicitur, quod in legem Cæſaris committat, qui profeſſionem mercium omittit, Varro *de re ruſtica*. Ad publicanum profitentur, ne legem cenſoriam omittant. vide Cujac. *C. eod.* 4 Quod publicanus ejus publici nomine, &c. ſic enim legitur in Baſilicis ὀνόματι τοῦ τέλους. Cujac. *hic.* 5 Familiæ ſeu famili factum domino aſcribitur ſeu imputatur, quoties famulus ipſe delinquit in eo miniſterio, officio negotiove, cui a domino ſuo præpoſitus eſt: merito enim qui præpoſuit ita negligentem hominem ſibi ſuoque negligentiæ id imputare debet. de quo vide Capellam Tholoſanum, & ibi Autrerium, *deciſ.* 195. adde *l. ſieri* 6. §. *in factum.* 3. ſ. *naut. caupones. l.* 1. ſ. *furti adverſus nautas.* §. *item exercitor.* 3. *Inſt. de obligat. quæ ex quaſi delicto. l. ſi ſervus.* 27. §. *ſi fornicarius.* 9. §. *Proculus.* 11. ſ. *ad l. Aquil.* 6 §. 4. ſ. *eod. l.* 15. ſ. *eod.* 7 §. 6. ſ. *eod.* 8 Qui publica vectigalia conducta habent. *l.* 12. *in fin.* ſ. *eod.* 9 Adde *l.* 2. §. 20. ſ. *vi bonor. raptor.*

81 Qui per errorem putatur, non conſentit.

82 *V. l.* 57 ſ. *de obl.*

83 *l.* 1. §. 12. ſ. *eod. l.* 24. *in fin.* ſ. *de damno.*

84 Uſufructuarius eſt quaſi dominus. Domino directa; quaſi domino utilis actio datur. Ideoque hæc actio aquæ pluviæ arcendæ fructuario non datur; ut quæ ſoli domino & in dominium detur.

85 Non directam. *l.* 3. *in fin.* ſ. *eod.* Goth. Duar. 1 *diſput. Anniverſ.* 11. Eſt hæc actio quidem perſonalis, ſed tamen in rem ſcripta ex eo quod in ſingulares ſucceſſores tranſeat *l.* 12. ſ. 16. ſ. *eod.* Anſ.

86 Rem reſtituit, qui aquam coërcet.

87 Aut publica auctoritate. *l.* 2. §. 3. ſ. *eod.*

88 Domini appellatione utilis dominus, ſeu utile dominium habens etiam continetur: unde nota, rem vindicare ei non cauſa non cadere, ſi utile tantum rei dominium ſuum eſſe probaverit.

89 Adde *l.* 5. *in fin.* ſ. *arbor. furt. ceſar.*

90 Ut aggeres tollat vel tolli faciat. *Goth.* De aggeribus & horum ſtructione licita aut illicita, vide Tholoſan. *ſyntagm. jur. lib.* 4. *cap.* 17. *ſub num.* 21 Joh. Plat. *in l. per ſtrictum. C. de immunit. nemini conc.* Bart. *tract. de ſervit. §. agro.* & §. *aequantur.* Anſ.

91 *l.* 2. §. 3. ſ. *eod.*

92 Porcæ quæ intra duos ſulcos ſiunt, quas ait Varro dici, quod porrigant frumentum, Feſtus *in Porca*. Feſto Porcæ rari ſulci qui ducuntur aquæ derivandæ cauſa, dicti quod porcant vel porceant, id eſt, prohibeant aquam frumentis nocere. Nam crebriores ſulci, *limi dicuntur*. Nonio porca eſt terra inter duos ſulcos elata, quod ea feges frumentum porrigit: vel ſigna ſulcorum quæ ultra ſe jaci ſemina prohibeant. vide Nonium *c.* 1 *in Porcas* 305. & *c.* 2 *in Porca* 696. 93 Vicini. 94 Adde *l.* 1. §. 3. ſ. *eod.* 95 Agros noſtros arare quemadmodum volumus, poſſumus: neque ſulcos tranſverſos pro directis facere cogendi ſumus, etiam ſi directis factis aqua vicino poſſit nocere. 96 *l.* 1. §. 4. 9. ſ. *eod.* 97 Forte *in cujus*, id eſt, alterius. 98 Vide *l.* 28. ſ. *de probat.* 99 Formulam actionis aquæ pluviæ arcendæ obſerva. 100 Ut aquæ pluviæ agi poſſit, ſufficit opus nocere poſſe, licet nondum nocuerit. 1 Lacus interdum creſcunt aut decreſcunt. *l.* 69. ſ. *de contrab. empt. l.* 12. ſ. *de adqu. rer. domin.* 2 Qui deteriorem viam facit, fundo nocet. 3 Præeſſe juri dicendo quid eſſet, & qui illi, qui juri dicendo præturient, notatum a me eſt *l.* 2. §. 6. ſ. *de origine juris.* 4 Et quamcunque ſervitutem. 5 Titulus ſcil. *l.* 10. ſ. *ſi ſerv. vindicet. l.* 3. §. 4. ſ. *de aqua quotidiana.*

TIT. IV.

DE PUBLICANIS [1], ET VECTIGALIBUS [2], ET COMMISSIS [3].

Edictum. 1. Qui ſunt publicani, & unde nomen habent. 2. Ratio Edicti. 3. Collatio hujus Edicti, actionis vi bonorum raptorum Legis Aquiliæ & furti. 5. Familia quomodo accipitur. 6. De ſervis exhibendis, & de noxæ deditione.

I. ULPIANUS lib. LV ad Edictum.

PRætor ait: *Quod publicanus, ejus publicani* 4 *nomine, vi ademerit, quodve* 5 *familiæ publicanorum: ſi id reſtitutum* 6 *non erit, in duplum; aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum judicium dabo.* † *Item ſi damnum injuria furturave factum eſſe dicetur, judicium dabo; ſi id ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur* 7, *in dominos ſine noxæ deditione judicium dabo.* §. 1. Hic titulus ad publicanos pertinet. † *Publicani* autem ſunt, qui publico fruuntur [8]: nam inde nomen habent, ſive fiſco vectigal pendant, vel tributum conſequantur; & omnes, qui quid à fiſco conducunt, recte appellantur publicani.

§. 2. Dixerit aliquis, Quid utique hoc Edictum propoſitum eſt? quaſi non & alibi Prætor providerit furtis, damnis, vi [9] raptis? Sed & re putavit, & ſpecialiter adverſus [10] publicanos Edictum proponere. §. 3. Quod quidem Edictum in aliqua parte mitius [11] eſt: quippe cum in duplum datur, cum vi bonorum raptorum in quadruplum [12] ſit, & furti manifeſti æque in quadruplum [13]. §. 4. Et reſtituendi facultas publicano vi abreptum datur: quod ſi fecerit, omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte Edicti liberatur. † Unde quæritur, ſi quis velit cum publicano non ex hoc Edicto, ſed ex generali vi bonorum raptorum, damni injuriæ vel furti agere, an poſſit? & placet poſſe: idque Pomponius quoque ſcribit. eſt enim abſurdum meliorem eſſe publicanorum cauſam, quam cæterorum effectam opinari.

§. 5. *Familiæ* [14] nomen hic non tantum ad ſervos [15] publicanorum referemus: verum & qui in numero familiarum ſunt publicani. Sive igitur liberi ſint, ſive ſervi alieni, qui publicanis in eo vectigali miniſtrant, hoc Edicto continebuntur. † Proinde & ſi ſervus publicani rapuit, non [16] tamen in ea familia conſtitutus, quæ publico vectigali miniſtrat, hoc Edictum ceſſabit.

§. 6. Quod noviſſime [17] Prætor ait, *Si hi non exhibebuntur* [18], *in dominos ſine noxæ deditione judicium dabo*, hoc proprium eſt hujus Edicti: quod ſi non exhibeantur ſervi, competit judicium ſine noxæ deditione, ſive habeant eos in poteſtate, ſive non [19]; ſive poſſint exhibere, ſive non poſſint:

II. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

NEc liceat [20] domino abſentem defendere;

Si plures ſervi furtum vel damnum admiſerint.

III. ULPIANUS lib. LV ad Edictum.

CUm ſi exhibuiſſent, noxali judicio convenirentur. Idcirco autem tam dura conditio eorum effecta eſt: quia debent [21] bonos ſervos ad hoc miniſterium eligere. §. 1. Quod ait *in dominos*, ſic accipiendum eſt, in ſocios vectigalis, licet domini non ſint.

§. 2. Ante autem [22] actorem dicere oportet, quem vel quos deſideret exhiberi, ut, ſi non exhibeantur, hinc agatur. Sed ſi dicatur, *Exhibe* [23] *omnes, ut poſſim dignoſcere quis ſit*, puto audiendum.

§. 3. Si plures ſervi id furtum vel damnum admiſerint: hoc debet ſervari, ut ſi tantum [24] præſtetur, quantum ſi unus liber feciſſet, abſolutio fiat.

De herede publicani. 1. De rebus quas in uſus advehendas ſibi mandant Præſides. 2. De conſuetudine.

IV. PAULUS lib. LII ad Edictum.

SI publicanus, qui vi ademit, deceſſerit: Labeo ait in heredem [25] ejus, quo locupletior factus ſit, dandam actionem.

§. 1. De rebus quas in uſus advehendas ſibi mandant Præſides, Divus Hadrianus Præſidibus [Galliarum] ſcripſit, *Ut quotiens quas in uſus* [26] *[aut] eorum qui provinciæ exercitibuſve præſunt, aut Procuratorum ſuorum, uſus ſui cauſa mittet quendam emptorum: ſignificet libello manu ſua ſubſcripto, eumque ad publicanum mittat, ut ſi quid amplius quam mandatum eſt, transferret, id manifeſtum* [27] *ſit.* §. 2. In omnibus vectigalibus fere conſuetudo [28] ſpectari ſolet: idque etiam Principalibus Conſtitutionibus cavetur.

De re reſtituta. 1. Duplum quomodo accipitur.

V. GAIUS ad Edictum Prætoris Urbani, titulo de publicanis.

HOc Edicto efficitur, ut ante acceptum quidem judicium reſtituta re actio evaneſcat: poſt acceptum vero judicium nihilominus pœna duret. ſed tamen abſolvendus [29] eſt etiam, qui poſt acceptum judicium reſtituere paratus eſt. §. 1. Quærentibus autem nobis, utrum duplum totum pœna ſit, & præterea rei ſit perſecutio; an in duplo ſit & rei perſecutio, ut pœna ſimpli ſit: Magis placuit, ut res in duplo ſit [30].

De multis publicanis.

VI. MODESTINUS lib. II de Pœnis.

SI multi publicani ſint, qui illicite quid exegerunt: non multiplicatur dupli actio, ſed omnes partes [31] præſtabunt: & quod ab alio præſtari non poteſt, ab altero exigetur, ſicut Divus Severus & Antoninus reſcripſerunt. nam inter criminis reos, & fraudis participes, multum eſſe [32] conſtituerunt [33].

De poſſeſſoribus & vectigalibus præteriti temporis. 1. De pœna commiſſi pupillo remittenda.

VII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Conſtitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, *in vectigalibus ipſa* [34] *prædia* [35], *non perſonas convenire*: & ideo poſſeſſores [36] etiam [37] præteriti temporis vectigal ſolvere *debere*: eoque exemplo [38] actionem, ſi ignoraverint, habituros [39]. §. 1. Item reſcripſerunt, pupillo [40] remittere ſe pœnam commiſſi, ſi intra diem trigeſimum [41] vectigal intuliſſet.

De heredibus ejus qui vectigal fraudavit.

VIII. PAPINIANUS lib. XIII Reſponſorum.

FRaudati vectigalis crimen [42] ad heredem [43] ejus qui fraudem contraxit, commiſſi ratione tranſmittitur. §. 1. Sed ſi unus ex pluribus heredibus rem munem [44] cauſa vectigalis ſubripiat, portiones cæteris non auferuntur.

De conductione vectigalium.

IX. PAULUS lib. V Sententiarum.

LOcatio vectigalium, quæ calor [45] licitantis [46] ultra modum ſolitæ conductionis inflavit [47], ita demum admittenda eſt, ſi fidejuſſores idoneos, & cautionem is, qui licitatione vicerit [48], offerre paratus ſit. §. 1. Ad conducendum vectigal invitus [49] nemo compellitur: & ideo impleto tempore conductionis elocanda [50] ſunt. §. 2. Reliquatores [51] vectigalium ad *ſtetandam* conductionem, antequam [52] ſuperiori conductioni ſatisfaciant, admittendi non ſunt. § 3. *Debitores fiſci, utraque Reipublicæ*, vectigalia conducere prohibentur [53], ne ex alia cauſa eorum debita onerentur.

10 *l. ult.* §. 2. ſ. *de verb. ſign.*

11 Hoc Edictum mitius eſt in quibuſdam, quam vi bonorum raptorum.

12 *Inſt. vi bonor. raptor. in pr.*

13 §. 5. *Inſt. de obl. quæ ex delicto.*

14 Familiam habebant publicani in ſalinis, *officinis*, portubus, cuſtodiis. Cicero *pro Lege Manilia.*

15 *l.* 12 §. 2. ſ. *eod.*

16 Zoſius (opinor, ut jocos ſerio lectori reponat) hinc colligit, clericorum concubinas non eſſe ſortem Eccleſiaſtici: cum hic familiæ nomine juſta ac legitima familia intelligatur.

17 *l.* 1. *in pr. &* §. 3. ſ. *eod.*

18 *l.* 3. §. 4. ſ. *ad exhib.*

19 Imo liberantur, ſi non habent. *l.* 13. §. 3. ſ. *eod.*

20 Nec licebit. *Hal.* imo licebit. *l.* 21. §. 1. ſ. *de noxalibus.*

21 *l.* 7. §. 4. ſ. *mandati, contraria.*

22 Ordinem procedendi in hac actione obſerva.

23 *l.* 3. §. 7. ſ. *ad exhibend. l.* 2. *C. ad exhibend.* vide quæ notavi ad *Novell.* 90. *cap.* 1. & Belloviſanum, 2. *c.* 2. *n.* 20.

24 *l.* 32. ſ. *ad leg. Aquil.*

25 V. *l. ult.* §. 13. ſ. *eod.*

26 *l.* 9. §. 7. ſ. *eod.* vide quæ notavi ad *l.* 29. ſ. *de teſt.*

27 Id eſt, muneribus obnoxium. vide *l.* 18. *ad fin.* ſ. *de verber. ſignif. l* 13. *C. Theod. de annonis & tributis. l.* 9. *l.* 11. *C. Theod. de indulgent. debit.*

28 *l.* 9. §. 6. ſ. *eod.*

29 Mora per litis conteſtationem cum effectu non committitur. *Accurſ.*

30 Vide tamen *l.* 9. §. 5. ſ. *eod.*

31 Et ita fiet exactio pro parte, niſi alter non ſit ſolvendo. *Bart.*

32 Multum intereſſe. *Hal.*

33 Cur ita? Qui fraudis ſunt participes, tenentur in ſolidum ſine diſcuſſione: qui rei ſunt criminis, poſſunt juvari beneficio diſcuſſionis.

34 V. quæ ſcripſi ad *l.* 7. *C. de cenſib. & cenſitoribus.* Goth. Adde Leonin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. Anſ.

35 Vectigalia res ipſæ præſtant, non perſonæ; *ut hic. l.* 39. §. 5. ſ. *de leg.* 1. *l.* 3. *C. de annonis & tributis.* ſic indictiones (quarum nomine continetur tributoria & annonaria functio) non perſonis, ſed rebus indici ſolent. *l.* 3. *C. de annonis & tributis.*

36 Id eſt, emptores. *l.* 36. ſ. *de jure fiſci.* adde *l.* 14. ſ. *eod.*

37 V. quæ ſcripſi ad *l.* 2. *C. ſine cenſu.*

38 Ex empto. Cujac. 1 *obſ.* 5.

39 Recte: nam ſcientibus non datur actio ex empto. 40 *l. ult.* § 9. ſ. *cod. l.* 9. §. 5. ſ. *de minoribus.*

41 V. quæ notavi ad *l.* 1. *C. ſi propter publicas penſitationes.* 42 Crimen eſt vectigal fraudare, *l.* 14. ſ. *eod.* ſciendum tamen Scholaſticis illud ænigma placere, licet ſ. g. id eſt, licet fraudare gabellam, de quo plenius v. Socin. *reg.* 164. 43 *l.* 11. §. 3. *l.* 14. ſ. *eod.* 44 Rem communem *vulg. Hal.* τὸ κοινὸν κλεπτοτελωνικὸν πρᾶγμα. 56 *Eclog.* 1. σεσωρὶ κλεπτοτελωνήματος. Alii *rem munem* interpretantur rem obligatam fiſco, quod Cujacio diſplicet. *Municare* dixere Latini pro *communicare*, Feſto auctore, & *mentum* pro *commento*. vid. Cujac. 9 *obſ.* 24. *in fin.* Goth. Et Ravard. *var. lib.* 3. *c.* 2. Anſ.

45 Quæ calore licitantis inflantur. *Hal.* Potro calorem licitantis dixit, ut alibi idem noſter Paulus calorem iracundiæ. *l.* 48. ſ. *de reg. jur.* Calor licitantis Ciceroni 1 *ad Attic.* 14. eſt cupiditas nimia licitantis. 46 Licitantem perperam Philelphus in epiſtolis proxenetam interpretatur. Licitator Gallis, *le plus offrant*. 47 *Al.* inflatur, admittenda eſt, &c. Alciat. 1 *diſput* 12.

48 *l.* 4. *C. de vectigal. & commiſſ.* 49 *l.* 3. §. 6. ſ. *de jure fiſci. l.* 7. *l.* 11. *C. de locato.*

50 Tempore conductionis licitatores alloquendi ſunt. *Hal.* tempore conductionis ea locanda ſunt. *vulg.* 51 Licitatores. *Hal.* reliquator eſt, qui reliqua traxit. *l.* 102. §. 2. ſ. *de ſolut.*

52 *l.* 4. *C. de ſuſceptoribus. præpoſ. lib.* 10. 53 V. *l. un. C. ne tutor vel curator vectig.*

onerentur: nisi forte tales fidejussores [55] obtulerint, qui debitis eorum satisfacere parati sint. §. 4. Socii vectigalium, si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferre jure desiderat. §. 5. Quod illicite [56] publice privatimque exactum est, cum altero tanto [57] passis injuriam exsolvitur: per vim vero extortum cum pœna tripli restituitur. amplius extra ordinem [58] plectuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicæ [59] disciplinæ postulat. §. 6. Earum rerum vectigal, quarum [60] nunquam præstitum est, præstari non potest. Quod si præstari consuetum indiligentia publicani omiserat, alius exercere non prohibetur. §. 7. Res *exercitui* paratas [61] præstationi vectigalium subjici non placuit. §. 8. *Fiscus* ab omnium vectigalium præstationibus immunis est. mercatores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt, nullam immunitatem [62] solvendi publici vectigalis usurpare possunt.

Vectigalia neque institui neque reformari posse sine præcepto Principis. 1. De pensionibus non solutis à conductoribus.

X. HERMOGENIANUS lib. V Epitomarum.

VEctigalia sine [63] Imperatorum præcepto, neque Præsidi, neque curatori [64], neque curiæ constituere, nec præcedentia reformare, & his vel addere vel diminuere licet. §. 1. Non solutis vectigalium pensionibus, pellere [65] conductores, necdum etiam tempore conductionis completo, vel ab his usuras ex mora exigere permittitur.

Quæ hostibus vendi non possunt. 1. De agris publicis, qui in perpetuum locantur. 2. De illicite in navem impositis. 3. De herede. 4. De emptione rei, quæ commisso vindicata est. Quo casu conductor iterum conducere cogitur.

XI. PAULUS lib. V Sententiarum.

COtem [66] ferro subigendo [67] necessariam, hostibus quoque venundari, ut ferrum [68], & frumentum, & sales [69], non sine periculo capitis licet. §. 1. Agri publici, qui in perpetuum locantur, à curatore sine [70] auctoritate principali revocari non possunt. §. 2. Dominus navis si illicite aliquid in nave, vel ipse vel vectores [71] imposuerint, navis quoque fisco vindicatur. Quod si absente domino id à magistro, vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo [id] factum sit: ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, navis autem domino restituitur [72].

§. 3. Illicitarum [73] mercium persecutio heredem [74] quoque adfligit [75]. §. 4. Eam rem, quæ commisso vindicata est, dominus emere non prohibetur, vel per se, vel per alios [76], quibus hoc mandaverit. §. 5. Qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanto locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur [77].

De audacia & temeritate publicanorum compescenda. 1. Verba Edicti. 2. Familia quomodo hic accipitur. 3. Quis sunt publicani.

XII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum [78].

QUantæ audaciæ [79], quantæ temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est qui nesciat: idcirco Prætor ad compescendam eorum audaciam hoc Edictum [80] proposuit. §. 1. *Quod familia* [81] *publicanorum* [82] *furtum fecisse dicetur, item si damnum injuria fecerit, &c id, ad quos ea res pertinet, non exhibetur* [83]: *in dominum* [84] *sine noxæ deditione judicium dabo.* §. 2. Familiæ [85] autem appellatione hic servilem familiam contineri sciendum est. † Sed & si bona fide publicano alienus servus servit, æque continebitur. fortassis & mala fide: plerumque enim vagi servi & fugitivi in hujusmodi operis etiam à scientibus habentur. † Ergo & si homo liber serviat, hoc Edictum locum habet. §. 3. *Publicani* [86] autem dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta.

De venditione, manumissione, fuga. 3. Morte servi. 4. De tempore hujus actionis. De successoribus.

XIII. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

SEd & hi qui salinas [87], & cretifodinas, & metalla habent, publicanorum loco sunt. §. 1. Præterea & si quis vectigal conductum à Republ. cujusdam municipii habet, hoc Edictum locum habet. §. 2. Sive autem vendidit servum, vel manumisit, vel etiam fugit servus: tenebitur servi nomine, qui tam factiosam familiam habuit. §. 3. Quid tamen, si servus decesserit? videndum an publicanus teneatur quasi facti sui nomine sed puto, quia [88] facultatem non habet exhibendi, nec dolus ejus intercessit, debere eum liberari [89]. §. 4. Hanc actionem perpetuam dabimus, & heredi, cæterisque successoribus.

De dominio res commissæ. De herede & quolibet possessore.

XIV. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

COmmissa vectigalium nomine etiam ad [90] heredem transmittuntur. nam quod commissum est, statim desinit ejus esse qui crimen [91] contraxit: dominiumque rei vectigali adquiritur. eapropter commissi persecutio, sicut adversus quemlibet possessorem [92], sic [&] adversus heredem competit.

De cotibus ante certum diem non evehendis.

XV. ALFENUS VARUS lib. VII Digestorum.

CÆsar, cum insulæ Cretæ [93] cotorias locaret, legem ita dixerat, *Ne quis præter redemptorem post Idus Martias eorem ex insula Creta fodito, neve eximito, neve avellito*: cujusdam navis onusta cotibus ante Idus Martias ex portu Cretæ profecta, vento [94] relata [95] in portum erat: deinde iterum post Idus Martias profecta erat. Consulebatur, num contra legem post Idus Martias ex insula Creta cotes exisse viderentur? Respondit, tametsi portus [quoque], qui insulæ essent, omnes ejus insulæ esse viderentur: tamen eum qui ante Idus Martias profectus ex portu [esset], & relatus tempestate in insulam deductus esset, si inde exisset, non videri contra legem fecisse: præterea, quod jam initio evectæ cotes viderentur, cum & ex portu navis profecta esset.

De servo actore vel delinquente. De rebus peculiaribus. 3. De servis venalibus vel usualibus. De novitiis vel veteranis. 4. De servo qui in fuga sunt. 5. Si quis se ignorasse dicat. 6. De officio publicani. 7. Species pertinentes ad vectigal. 8. De adversa tempestate. 9. De minore qui in sola professione ignoravit. 10. De eo, qui per errorem in causam commissi incidit. 11. De eo quod colonus vel servi domini illicite in prædio fecerunt. 12. Si quis professus non solverit. 13. De heredibus. 14. De indebito soluto.

XVI. MARCIANUS libro sing. de Delatoribus.

INterdum nec vendendus [96] est [is] servus [97] qui in commissum cecidit [98], sed pro eo æstimatio a domino danda est. Divi enim Severus & Antoninus rescripserunt, cum is servus qui actum [99] domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset: venire [100] non debuisse, sed pro eo viri boni arbitratu æstimationem oportuisse dari. §. 1. Iidem autem eadem [epistola] rescripserunt, si quis improfessus servus fuerit, & probabitur in commissum cecidisse, & aut uxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid gravius admisisse, ut cognoscat procurator: & si in his causis [esse] compertus sit, æstimetur, & ad pœnam domino tradatur.

§. 2. Iidem Divi Severus & Antoninus rescripserunt, mancipiis commissis res peculiares non [1] esse in eadem causa, nisi hoc, quod proprio nomine in causam commissi incidit. §. 3. Quotiens quis mancipia invecta professus non fuerit, sive venalia, sive [2] usualia [3]: pœna commissi est. si tamen novitia [4] mancipia fuerint, non etiam veterana [5]. Sunt autem veterana, quæ anno continuo in urbe servierint: novicia autem mancipia intelliguntur, quæ annum nondum servierint. §. 4. Servi qui in fuga [6] sunt, in commissum non cadunt: cum sine voluntate domini fines egressi [7] sunt. & ita Principalibus Constitutionibus cavetur: sicut Divus quoque Pius sæpissime rescripsit, ne [8] (inquit) in potestate servorum sit, invitis vel ignorantibus dominis fugæ se tradendo, potestati dominorum se subtrahere. §. 5. Licet quis se ignorasse [9] dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere, Divus Adrianus constituit. §. 6. Divi quoque Marcus & Commodus rescripserunt, *non imputari publicano, quod non instruxit transgredientem: sed illud custodiendum, ne decipiat profiteri volentes.*

§. 7. Species pertinentes ad vectigal [10]: cinnamomum [11], piper [12] longum, piper album, folium [13] pentasphærum [14], [folium barbaricum], costum [15], costamomum [16], nardi stachys [17], cassia turiana [18], xylocassia, smyrna [19], amomum [20], zingiberi [21], malabathrum [22] aroma Indicum, chalbane [23], laser [24], [alchelucia [25]], sargogalla [26], onyx [27] Arabicus, cardamomum [28], xylocinnamomum [29], opus byssicum [30], pelles Babylonicæ [31], pelles Parthicæ [32], ebur, ferrum [33] Indicum, carpasum [34], lapis universus [35], margarita, sardonix [36], ceraunium [37], hyacinthus [38], smaragdus [39], adamas, saffirinus [40], callainus [41], beryllus [42], chelynie, [hopia 43] Indica, vel [44] adserta, metaxa [45], vestis serica vel subserica, vel attincta [46], carbasea, nema sericum [47], spadones [48], Indici leones, leænæ, pardi, leopardi, pantheræ [49], purpura: item [marocorum 50] lana, fucus [51], capilli Indici.

§. 8. Si propter necessitatem [52] adversæ tempestatis expositum onus fuerit, non debere hoc commisso vindicari, Divi fratres rescripserunt. §. 9. Divus quoque Pius rescripsit: cum quidam intra legitimam [53] ætatem esse dicebat, & usus [54] causa mancipia duxisset, quæ ex his natos haberet, non videri in commissum cecidisse, quia [55] non ad quæstum, sed ad usum duxisset.

[55] *l. 7. C. de locato.*
[56] *l. 3. 4. C. vectig. nova.*
[57] *l. 5. in fin. ff. eod.*
[58] Exilio perpetuo, [59] *Ecl. tit. 4.* usurarios ac fœneratores extra ordinem puniri, hinc colligitur. dixi ad *l. 20. C. ex quib. caus. infam.*
[59] V. *l. 95. §. 1. ff. de solut.*
[60] *l. 4. in fin. ff. eod. l. 3. §. 6. ff. de jure fisci.*
[61] *l. 4. §. 1. ff. eod.*
[62] ἐνδημιατικὰ, indultoria. [56] *Ecl. 8. cap. 4. & cap. 7.*
[63] *C. vectig. nova inst. non posse.* Goth. Pro intellecta hujus l. vid. Kinschot. *respons.* 109. *num. 5.* & Jacob. Bornit. *De arcan. redit. lib. 1. c. 1. in fin.* Anf.
[64] ἢ τῷ κωδικιῳ. [56] *Ecl. 1. cap. 8.* id est, procuratori Cæsaris. de qua voce v. quæ notavi ad *l. 5. C. de jure fisci.* ubi plenius de Catholicis vid. Cujacium.
[65] Gabellarum emptores si sua die suove termino solvere desierint, statim eis potest auferri gabella, si communitati vi-sum ita fuerit. *Castr.*
[66] [56] *Ecl. c. 12.* περὶ κεκωλυμένων ὅπλων. *Goth.* Vide Georg. Cabed. *lib. 2 decis. 62. num. 5. & decis. 115. per tot.* & Joann. à Sand. *decis. Frisicar. lib. 3. tit. 6. defin. 4.* Anf.
[67] Id est, acuendo. Horat. *Fungar vice cotis acutum Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.* Ferri acies excitari cotibus dixit Plin. 18. c. 28.
[68] Hostibus ferrum, frumentum & salem, & cotem ferro subigendo vendere, capitale est. adde *l. 1. l. 2. C. quæ res exportari.*
[69] Adde *l. 11. C. de vectigalib.*
[70] Vide quæ notavi ad *l 11. ff. de exilt.* vide *l. 1. in fin. ff. si ager vectigal.*
[71] Adde *tit. C. quæ res exportari.*
[72] Ignoranti. *l. ult. §. 11. ff. eod.*
[73] Illicitæ merces olim quædam fuerunt, *ut hic. l. 6. §. 4. ff. de offic. Præsid. l. 1. in fin. ff. de his quæ ut indignis. l un. C. de litorum & itinerum custodia.* Tertull. 5 *adversf.* Marcion. *in pr.* Quæ fuerint illæ merces ac negotiationes illicitæ, præter exempla de purpuræ venditione privatis prohibita, v. *l. 1. C. quæ res venire non possunt.* adde *l. 1. C. de vestibus holoseric.* de oleo, vino, armis. *l. 1. l. 2. C. quæ res exportari. Nov. de Armeniis.* adde *l. 11. C. de vectig.* de equo vide *l. 12. §. 1 ff. de re militari.* 74 *l. 8. ff. eod. l. 14. in fin. ff. eod.* 75 *Al.* adficit. *Goth.* 76 *l. 22. §. 2. ff. mandat.*
[77] Hodie compelli non videntur. *l. 3. §. 5. ff. de jure fisci.* adde *l. 9. §. 1. ff. eod.* excipi tamen posse videtur hic casus. v. Accurs. *l. 7.* in verbo damnaretur. *C. de locat.* 78 Titulo de furtis? v. *l. 195. §. 3 ff. de verb. sign.* 79 V. Livium 25. Publicanorum hi mores apud Suidam. ἀναιδὴς ἰσηγορία. vid. Cujac. *hoc tit. in paratit.* adde *l. 1. §. 1. ff. eod.* 80 Ex Edicto Neronis adversus publicanos, primum Prætores & Præsides extra ordinem jura reddiderunt, ut Corn. Tacitus scribit; deinde Prætores.
[81] V. §. 2. ff. *eod.* 82 Publicani qui, v. §. 3. *l. 13. ff. eod.* 83 Non exhibebitur. *Hal.* adde *l. 1. in pr. ff. eod.* 84 An & in heredem? v *l. 13. in fin. l. 14. ff. eod.* 85 *l. 1. §. 5. ff. eod.* 86 *l. 1. §. 1. ff. eod.* adde *l. 1. ff. eod. l. 16. ff. de verb sign.* 87 V. *l. 11. C. de vectig.* 88 Adde *l. 26. §. 4. ff. de noxal.* 89 Imo non liberatur. tenetur enim sive habeat, sive non habeat. *l. 1. in fin. ff. eod.*
[90] V. *l 111. in fin. ff. de reg. jur.* 91 Crimen est vectigal fraudare. v. *l. 8. ff. eod.* 92 *l. 7. l. 11. §. 3. ff. eod.* 93 De Creticis cotoriis, Plin. 18. c. 20. Quædam, inquit, partes Italiæ post messem secant. Fuit hoc quoque majoris impendii, apud priores Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis acies excitantibus. Igitur corni propter oleum ad crus ligato fœnifex incedebat. Italia aquarias eores dedit limæ vice imperantes ferro. 94 *l. 16. §. 8. ff. eod.* Cicer. *de invent.* Casus nautam excusat: involuntaria non puniuntur. adde *l. 16. §. 8. ff. eod.* Patres eadem ratione in Synodo Ancyrana ad communionem eos admiserunt, quorum manus sacrificiis idolorum violenter admotæ fuerant. vid. *alia Synod. Ancyranæ. cap. 3.* adde quæ scripsi ad *l. 109. ff. de reg. jur.* & Cicer. 2 *de invent. & l. 29. §. 3. ff. ad l. Aqu.* Aristot. 2 *Ethic.* 2. His accedat illud Livii *lib.* 1. Consolatur ægram animi Lucretiam avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus: & unde consilium abfuerit, culpam abesse: Vos, inquit, videritis, quid illi debeatur: Ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero. *Goth.* Declarationem hujus leg. vid. apud Leonin. *consf. 7. num. 11.* Anf.

[95] Id est, rejecta. Cicero *orat. pro Cælinna.*
[96] A quo? à fisco.
[97] Privati.
[98] Ob improfessas merces, vel non solutum vectigal.
[99] Actor, qui actum domini gerit, *ut hic.* adde *l. ultim. ff. de offic. Præsid. l. 8. l. 30. l. 46. §. 7. ff. de jure fisci.*
[100] Hinc imperite colligit Cæpola *caut. 15.* executionem sententiæ criminalis posse differri, si condemnatus gesserit aliena negotia, nec rationem reddiderit. id enim refutatur ex iis quæ notavi ad *l. 6. ff. de pœnis.*
1 V. *l. 3. ff. de evict.*
2 Venalia ab usualibus hic distinguuntur: ut & Sabino, 2 Juris Civilis apud Gellium. adde *l. nam quod. 4. §. item si quis. 2. ff. de pœnis legata.*
3 Usualia sunt, quæ quis ut vendat, vel ut iis utatur, advehit. §. 9. *l. eod.* v. *l. 5. C. eod.*
4 Novitia mancipia, quæ anno continuo non servierunt.
5 Veterana mancipia, quæ in urbe, non in agro, continuo anno servierunt. vid. *l. ult. §. ult. ff. de ædil.*
6 *l. 9. ff. de servis export. l. 1. 2. C. de serv. export.*
7 Fines ingressi. Cujac. 14 *obs. 3.*
8 Similis est ratio in *l. 27. §. 1. in fin. ff. ad l. Aquil.*
9 Adde §. 6. §. 10. *ff. eod.*
10 Ad vectigal, puta cinnamomum. *Hal.* adde & *l. 5. C. eod.*
11 Frutex, qui in Æthiopia nascitur: cujus vis in cortice posita est. v. Plin. 21. c 20. & Dioscor. Rarissimum fuisse suo tempore scribit Galenus, nec alibi conditum, quam in scriniis Imperatoris. Garcias ab Orto in *libello de Aromatibus*, cannellam hodie appellari scribit. Hebræi Kinnamon, *Exod. 30. v. 23. Prov. 7. cap. 17.* 12 De pipere longo & albo v. Solin. *c. 55.* 13 De foliorum usu vide quæ notavi ad *l. 12. §. 1. ff. de usu & habit.* folium dicitur, quod sine ulla radice innatat: & ita in Indiæ litoribus colligitur: fertur esse Paradisi herba, gustu nardum refert. 18 Iid. 9. 14 Folium garyophyllum costum, *vulg. alii legunt*, folium Hadrosphærum, & idem esse, quod folium barbaricum & Malabathrum. Pentasphæron, εἶντι σφαῖρα ἔχων, id est, quinque globulos habens. 15 Sive Costus. Costum est radix herbæ nascentis in India. Ovid. 1 *Fastor.* & Syria. sed melius Arabicum: est enim album, & leve, & suave, jucundi odoris. Indicum colore nigro, & leve, ut ferula. Syriacum pondere grave, colore buxeo, odore acri. 17 Iid. 9. adde Dioscorid. 1. *cap.* 15. 1 Plin. 2 & 12. *cap* 24.
16 Costum cassanum. *Vulg* costamomum: puto dici costum nascens in Amomo vel Amano monte Syriæ, in quo nascitur etiam chalbane vel Galbanum, 17 Iid. 9. nisi legamus *cardamomum*, quod Amomo simile, 12 Plin. 13. quod & nasturgum appellabatur, 17 Iid. 9. sed tamen cardamomi fit mentio ff. *eod.* 17 Nardus, herba est spinosa, unde & à Græcis appellatur ναρδόσταχυς, alia Indica, alia Syriaca: non quod in Syria nascatur, sed quod mons, in quo invenitur, alio latere Indiam spectat, alio Syriam. Est & Nardus Celtica sive Gallica, quæ nascitur in Liguriæ Alpibus. vide Iid. 17 c. 9. de nardo puro vide quæ notavi ad *l. 21. ff. de auro.* Nisi forte legamus, Nardus fracte.
18 Cassia thymiama. *vulg.* 19 Id est, myrrha. 20 Amomum fruticis genus odorati, in Syria nascentis & Arabia, flore albo. v. Dioscor. 14. 12 Plin. 12. 21 Zinziber, *vulg.* Græci ζιγγίβερι. v. Dioscor. 2. & 12 Plin. 7. Strab. *ult.* 22 *Ammoniacum*, quidam ita legunt. 23 Χαλβάνη, galbana. non est unguentum ad equos, ut scribit Accursius: sed est genus pigmenti albi crassitudinis in monte Amano. 12 Plin. 25. Syriæ 17 Isidor. 9. ideo Lucanus 9 vocat peregrina galbana Hebræis *chelbena* dicitur. *Exod. 30. v. 34. Eccles. 24. v. 21.* 24 Laser, de quo fit mentio in *l. 5. ff. de pœn. legata*: 6 Columel. 17. ad pondus denarii argentei vendebatur. 19 Plin. 3. Iidor. 17. c. 9. ait nasci in monte Oseobagi, ubi Ganges fluvius oritur. hujus succus primum lasi dictus, quoniam manat ad instar lactis. a quibusdam vocatur opium Cyrenaïcum, quoniam apud Cyrenas nascitur.
25 Agallochum, *vulg.* agallochus. *Hal.* 26 Sarcocolla. *Hal.* sarcocolla est lacryma arboris in Perside nascentis, thuri similis. 3 Dioscor. 13. Plin. 11. & 24. c. 14. Dicitur autem sarcocolla, quod diffolutam & hiantem vulnere carnem adstringat. 27 Sargogolla gummi Arabicum. *vulg.*
28 Cardamomum vulgus nasturgum vocat. 17 Iid. 9. 29 Xylocinnamomum carpesium, *vulg.* xylocinnamomon est lignosum cinnamomon, odore cinnamo inferius, sarmenta fert longa & robusta. vide Dioscor. 1. 30 Opus byssinum. *Hal.* 31 Adde *l. 23. §. 3. ff. de auro.* 32 Forte legendum est, pelles Sarmaticæ, *l. 25. ff. de auro.* nihil tamen mutandum ceuseo: ab his pellibus Parthicis, Parthicarii dicti. de quibus dixi *l. 7. C. de excusat. munerum.* 33 Ebenum Indicum. *vulg.* 34 Carbasum. *Hal.* male. Carpasum, Paulus Ægineta Carpesium vocat: planta in ea qua succus medicamentis utilis exprimitur, cujus meminit Galenus, *lib. 1 de compos.* 6 Dioscorid. 14.
35 Pretiosus scil. nec enim vulgares lapides, quibus in ædificiis utimur, videntur hoc Edicto contineri. *Goth.* Vide Pauciroll. *rer. memorabil. tit. de cinnamomo.* Anf. 36 Inter rubras gemmas refert Isidor. 16. *cap.* 8. 37 Lapis crystallinus ita dicitur, quod alibi inveniri non dicatur, quam in loco fulminis ictui proximo, & quod adversus vim fulgurum opitulari credatur: est vero Græcis fulmen κέραυνος. 16 Isidor. 13. 38 Hyacinthus purpurea gemma est nominis sui flore. 19 Isidor. 9. 39 Smaragdus viridis gemma, cui post margaritas & uniones primam tribuunt dignitatem: à viridi colore dictus, ut quo herbas virentes exuperet, & circa se aërem repercussum inficiat: fculpentibus gemmas nulla gratior est refectio. Hujus corpus extentum imagines reddit, ut speculum: quippe Nero Cæsar gladiatorum pugnas in smaragdo spectabat. hujus genera duodecim vide apud Isidorum 16. *cap.* 7. 40 Sapphyrus, *vul. Haloand.* 41 Callimus, *vulg.* Græcis καλλαΐνου, *Venetum*; καλλαΐνδης, *Venettes.* 42 Beryllus Chelidoniæ. *Hal.* beryllus cylindrus. *vulg.* 43 Opera Indica, *vulgat.* omnia Indica, *Hal.* Ad Hopiam quod attinet, veneni etiam genus est apud Dioscoridem 4. & 20. Plin. 18 & 25. *cap.* 10. 44 Vela Sarmatica metaxa. *Haloand.* 45 A metaxa metaxarii. vide quæ notavi ad *l. 10. C. de murilegulis.* 46 Vela tincta, *vulg. Hal.* 47 Id est, Filum seu stamen, quod apud Seras conficitur: cujus meminit Suidas *in voce*, σηρικὸν νῆμα. deducit ἀπὸ τοῦ νέω, quod est filum è colu torqueo. 48 *l. 2. C. de Eunuchis.* 49 De Pantheris dixi ad *l. 40. ff. de ædilitio Edicto.* 50 A pecorum lana, *vulg.* item lana. *Hal.* 51 Succus, *vulg.* fucus, purpurissum. 52 Vide *l. 15. ff. eod.* 53 Dixi ad *l. 27. ff. de negot.* 54 Vide §. 3. *ff. eod.*

duxisset, & in sola [15] professione errasset: ignoscendum esse ei.

§. 10. Divi quoque fratres rescripserunt, cum quidam non per fraudem, sed [16] per errorem [17] in causam commissi incidisset: ut duplo vectigali contenti publicani servos restituant.

§. 11. Magnus [18] Antoninus rescripsit: si colonus vel servi domini prædii ferrum [19] illicite in prædio fecerint ignorante domino, nulla pœna dominum teneri. §. 12. Si quis professus [20] apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit [21], hoc concedente [22] publicano (ut solent facere), Divi Severus & Antoninus rescripserunt res in commissum non cadere. *Cum enim* (inquiunt) *professiones recitantur, commissum cessat*: cum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum vel fidejussorum.

§. 13. Pœnæ ab heredibus peti non possunt, si non est quæstio mota vivo eo, qui deliquit [23]: & hoc sicut in cæteris pœnis, ita & in vectigalibus est. §. 14. Si quid autem indebitum per errorem [24] solventis publicanus accepit, retro eum restituere oportere, Divi Severus & Antoninus rescripserunt.

15 Cur in sola professione erraſſe dicitur? quia nullum vectigal iſtorum ſervorum nomine debuit. v. *d.* §. 3. Hinc colligere poſſumus, poſſeteri quemque cogi vel ea, quæ vectigal non pendunt. vide Cujac. 14 *obſ.* 3.

16 V. *d.* §. 3. *T. eod.*

17 Aliud eſt error, aliud ignorantia. Per errorem in commiſſi cauſam incidit, qui putabat publicano jam ſatisfactum. §. 5. *T. eod.* Ignorare vero nemini licet, quod ad jus publicum ſpectat. vide Cujac. 14 *obſervat.* 3. 18 Magnus Antoninus Caracalla Severi Imperatoris filius. 19 Fabricam armorum vel ferrariam privato habere non licuit vide *l. unic. C. ut armor. uſtue.* 20 *Profeſſio* mercium apud publicanum facta, excuſat mercatores a pœna commiſſi. 21 Vectigalis ſolutio præciſe non exigitur, ne res in commiſſum cadat: cum ſufficere poſſit ſola profeſſio. 22 Atque ita publicanus poteſt vectigal remittere. 23 Vel ſi non eſt delicto deſunctis factus locupletior. *l. 4. T. eod.* 24 Facti, non juris. *l. 1. T. de cond. indeb.*

TIT. V.

DE DONATIONIBUS [1].

De donatione ſimplici, & ea, quæ ſub conditione contrahitur.

I. JULIANUS lib. XVII Digeſtorum.

DOnationes complures ſunt. † Dat aliquis ea mente, *ut ſtatim velit accipientis fieri, nec ullo caſu ad ſe reverti* [2]; & propter nullam aliam cauſam facit, quam ut liberalitatem [3] & munificentiam exerceat: hæc proprie donatio appellatur. † Dat aliquis, *ut tunc demum accipientis ſiat, cum aliquid ſecutum fuerit*: non proprie donatio appellabitur, ſed totum [hoc] donatio ſub conditione eſt. † Item cum quis ea mente dat, *ut ſtatim quidem faciat accipientis, ſi tamen aliquid factum fuerit, aut non fuerit, velit ad ſe reverti*: non proprie donatio dicitur. ſed totum hoc donatio eſt, quæ ſub conditione ſolvatur: qualis eſt *mortis* [5] *cauſa* donatio. §. 1. Igitur cum dicimus, *inter ſponſum* [6] *& ſponſam* donationem valere, propria appellatione utimur; & factum demonſtramus, quod ab eo proficiſcitur, qui [7] liberalitatis [gratia] aliquid dat, ut confeſtim faciat accipientis, nec [8] unquam ullo facto ad ſe reverti velit. Cum vero dicimus, ſi hac mente donat ſponſus ſponſæ, ut nuptiis non ſecutis res auferatur, poſſe repeti; non contrarium priori dicimus: ſed concedimus inter eas perſonas fieri donationem eam, quæ ſub conditione ſolvatur [9].

Si filiusfamilias juſſu patris, 2. Aliuſve juſſu alterius promiſerit. 5. De conditione impleta poſt furorem vel mortem donatoris. 6. De morte donatoris, antequam res perferatur ad donatarium. 7. Quid interſit inter cauſam & conditionem.

II. IDEM lib. LX Digeſtorum.

SI cum filiusfamilias pecuniam donare vellet, patris juſſu [10] eam promiſit: valet donatio, perinde ac ſi fidejuſſorem dediſſet. §. 1. Si vero pater donaturus Titio pecuniam, juſſerit filium ſuum eam promittere: poterit dici, intereſſe, debitor filius patri ſuo fuerit, necne. nam ſi tantundem filius patri debuit, quantum promiſit: valere donatio intelligitur, perinde ac ſi quemlibet alium debitorem pater juſſiſſet pecuniam promittere.

§. 2. Cum vero ego Titio pecuniam donaturus, te [11], qui mihi tantundem donare volebas, juſſero Titio promittere: inter omnes perſonas donatio perfecta eſt. §. 3. Aliud juris erit, ſi [12] pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, juſſu tuo ſponderim ei, cui donare volebas: exceptione enim doli mali tueri me potero: [&] præterea incerti condictione ſtipulatorem compellam [13], ut mihi acceptum faciat ſtipulationem.

§ 4. Item ſi ei [14], quem creditorem tuum putabas, juſſu tuo pecuniam, quam me tibi debere exiſtimabam, promiſero: petentem doli mali exceptione ſummovebo: & amplius incerti agendo cum ſtipulatore, conſequar, ut mihi acceptum faciat ſtipulationem. §. 5. Si pecuniam mihi Titius dederit abſque ulla ſtipulatione, ea tamen conditione, ut tunc demum mea fieret, cum Seius Conſul factus eſſet: ſive furente eo, ſive mortuo Seius Conſulatum adeptus fuerit, mea fiet. §. 6. Sed ſi quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut ad me perferret, & ante [15] mortuus erit, quam ad me perferat: non fieri pecuniam dominii [16] mei conſtat. §. 7. Titio decem donavi ea conditione [17], ut [*inde*] *Stichum ſibi emeret*. Quæro, cum homo antequam emeretur, mortuus ſit: an aliqua actione decem recipiam? Reſpondit: facti magis, quam juris quæſtio eſt [18]. nam ſi decem Titio in hoc dedi, *ut Stichum emeret*, aliter non daturus, mortuo Sticho, condictione repetam: ſi vero alias quoque donaturus Titio decem, quia interim Stichum emere propoſuerat, dixerim in hoc me dare, ut Stichum emeret [19], cauſa magis donationis, quam conditio dandæ pecuniæ, exiſtimari debebit; & mortuo Sticho, pecunia apud Titium remanebit.

III. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

ET generaliter hoc in donationibus definiendum eſt, multum intereſſe, cauſa donandi fuit, an conditio. ſi cauſa fuit, ceſſare repetitionem [20]: ſi conditio, repetitioni locum fore.

De donatione per interpoſitam perſonam.

IV. PAULUS [21] lib. XVII ad Sabinum.

ETiam per interpoſitam [22] perſonam donatio conſummari poteſt.

De affectione honeſta & non honeſta.

V. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

AFfectionis gratia neque honeſtæ [23], neque inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ. honeſtæ, erga bene merentes amicos [24] vel neceſſarios: inhoneſtæ, circa meretrices [25].

Si dominus rem eximi aut accipi permiſerit.

VI. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

QUi ſaxum mihi eximere [26] de ſuo permiſit [27] donationis cauſa, ſtatim, cum lapis exemptus eſt, meus fit: neque prohibendo me evehere, efficit ut meus eſſe deſinat; quia quodammodo [28] traditione meus factus eſt. plane ſi mercenarius [29] meus exemit, mihi exemit. Sed ſi is, qui à me emerat, ſive mercede conduxerat, ut paterer eum ſibi jure eximere, ſi antequam eximat, me pœnituerit, meus lapis durat: ſi poſtea, ipſius factum avocare non poſſum; * quaſi [30] traditio enim facta videtur, cum eximitur domini voluntate. † Quod in ſaxo eſt, idem erit etiam, ſi in arbore cæſa vel dempta acciderit.

De filiofamilias donante.

VII. IDEM lib. XLIV ad Sabinum.

FIliusfamilias donare non poteſt [31], neque ſi liberam [32] peculii adminiſtrationem habeat: non [33] enim ad hoc ei conceditur libera peculii adminiſtratio, ut perdat [34]. § 1. Quid ergo, ſi juſta ratione motus donet? numquid poſſit dici, locum eſſe donationi? quod magis probabitur [35]. §. 2. Item videamus, ſi quis filiofamilias liberam peculii adminiſtrationem conceſſerit, ut [36] nominatim [37] adjiceret, *ſic [ſe] ei concedere, ut donare quoque poſſit*: an locum habeat donatio? Et non dubito donare quoque eum poſſe. §. 3. Nonnunquam etiam ex [38] *perſona* [39] poterit hoc colligi. pone enim, filium eſſe Senatoriæ, vel cujus alterius dignitatis: quare non dicas videri patrem, niſi ei ſpecialiter donandi facultatem ademit, hoc quoque conceſſiſſe, dum liberam dat peculii adminiſtrationem? §. 4. Pari autem ratione, qua [40] donare filiusfamilias prohibetur, *etiam mortis cauſa donare* prohibebitur: quamvis enim ex patris voluntate [41] mortis quoque cauſa donare poſſit, attamen, ubi ceſſat voluntas, inhibebitur hæc quoque donatio. §. 5. Sed enim meminiſſe oportebit, ſi cui donare quoque permiſſum eſt, niſi [42] ſpecialiter etiam mortis cauſa donare fuerit permiſſum, non [43] poſſe mortis cauſa donare.

§. 6. Hæc omnia locum habebunt in paganis. Cæterum qui habent caſtrenſe peculium, vel quaſi caſtrenſe, in ea conditione ſunt, ut donare & mortis cauſa & non mortis cauſa poſſint, cum [44] teſtamenti factionem habeant.

De libertatu cauſa impoſitis.

VIII. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

QUæ liberti [45] impoſita libertatis cauſa præſtant, ea non donantur [46]: res [47] enim pro his interceſſit [48].

De habitatione. De pacto non petendo. 1 De fructibus. 2. De filiofam. juſſu patris donante. 3. De donatario capaci & incapaci.

IX. POMPONIUS lib. XXX*III* ad Sabinum.

IN ædibus alienis habitare [49] gratis, donatio videtur: id enim ipſum capere videtur, qui habitat, quod mercedem pro habitatione non ſolvit. Poteſt enim & citra [50] corporis donationem valere donatio: veluti ſi donationis cauſa cum debitore meo paciſcar, ne ante certum tempus ab eo petam. §. 1. Ex rebus donatis fructus [51] perceptus in rationem donationis non computatur. Si vero non fundum, ſed fructus perceptionem tibi donem: fructus percepti venient in computationem donationis.

§. 2. Quod filiusfamilias patris juſſu [52] aut voluntate [53] donavit, perinde eſt, ac ſi pater ipſe donaverit: aut ſi mea voluntate rem meam tu nomine tuo Titio dones. §. 3. Donari non poteſt, niſi [54] quod ejus fit, cui donatur.

De abſente.

X. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

ABſenti [55], ſive [56] mittas, qui ferat, ſive, quod [57] ipſe habeat, ſibi habere eum jubeas, donari recte poteſt. Sed [58] ſi neſcit rem, quæ apud ſe eſt, ſibi eſſe donatam, vel miſſam ſibi non acceperit: donatæ rei dominus non fit, etiam ſi per ſervum ejus, cui donabatur, miſſa fuerit: niſi ea mente ſervo ejus data fuerit, ut ſtatim ejus fiat.

De acceſſionibus rei donatæ.

XI. GAIUS lib. III de legatis ad Edictum Prætoris Urbani.

CUm de modo donationis quæritur, neque partus [59] nomine, neque fructuum, neque penſionum, neque mercedum ulla donatio facta eſſe videtur.

Quatenus donator tenetur.

XII. ULPIANUS lib. III Diſputationum.

QUi ex donatione ſe obligavit, ex reſcripto Divi Pii, in quantum

1 VIII C. LIV. 2 *Inſt.* 7. C. Theod. 13. & 14. Paul 5. *ſent.* 11. *l.* 3. *Harmenop.* 1. 3. 3 *Decretal.* 24. vid. Jul. Clar. 3 *ſent. in* §. *donatio* inter vivos ſcilicet, & qui donare poſſunt, & qui non poſſunt, 47 *Eclog.* 11. mortis cauſa. vide *tit. prox. C. eod. Nov.* 87. inter virum & uxorem. vid. *T. de donat. int. vir.* & 7 Ulpian. *de donat. ante nupt.* 5. *C.* 3. de inofficiolis vide *C. de inofficiſ. donat. & C. Theod.* 20. ſeu immenſis donationibus, v. *Nov.* 92. de donationibus, quæ ſub modo, vide *C. de donat. quæ ſub modo.* de revocandis donationibus, vid. *C. de revocand. donat. 7. C. Theod.* 13. & 3 *Harmenop.* 2. 47 *Eclog.* 2.

2 *Donatio* Ariſtoteli, 4 *Topicon*, eſt δόσις ἀναφαίρετος, id eſt, donatio ita perfecta ab aliquo, ut nullo caſu revocetur: excipe tamen cauſas legitimas, quas retuli ad *tit. C. de revocat. donat.* Ut perficiatur, vide *l.* 28. *C. eod.* Gothofr. An & quando perficiatur donatio, & an acceptilatio intervenire debeat, vid. Cenſ. Forenſ. *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 16. & quos notavi *T. ad. l.* 10. *cod.*

3 Hujuſmodi donatio ſit nullo cogente. vid. *l.* 29. *T. eod.*

4 Huc pertinet *l.* 3. 5. *C. de donat. quæ ſub modo vel condit. vel ex certo tempore conficiuntur.*

5 *T. de mortis cauſ.*

6 V. *C. de donat. ante nupt. l.* 27. *T. de don. int. vir.*

7 Donatio his notis cognoſcitur: ſi is, qui dedit, non tantum liberalitatis gratia dedit, ſed ita liberalitatis gratia dedit, ut faceret accipientis, ut nunquam ad ſe ullo facto reverti vellet.

8 Donator tamen ita donare præſumitur, ut à donatario ingrato revocare donationem velit. *C. de revocand. donationib.*

9 Donationem puram ſub conditione reſolvendam, non eſſe proprie donationem, hinc colligunt. 10 *l.* 9. 2. *T. eod.* 11 *l.* 33. 3. *T. eod.* 12 *l.* 7. *T. de duli except.* 13 4. *T. cod. v. l.* 31. *T. de condict. indeb. l.* 5. 9. *T. de jure dot.* 14 *l.* 7. *in fin. de duli except.* 15 *l.* 8. *C. de oblig* 16 *l.* 41. *T. de reb. cred.* 17 *Conditio* hic accipitur pro modo. v. *l.* 71. §. 1. *l.* 108. *T. de cond. & demonſtr.* 18 Defectus cauſæ finalis, non impulſivæ, parat donatori condictionem ob cauſam. 19 *Cauſa & conditionis* differentia. vid. *l.* 3. *T. eod.* Porro *cauſa* hic pro modo accipitur. 20 Quod ex cauſa donatum eſt, non repetitur; quod conditionis implendæ cauſa datum eſt, repeti poteſt. 21 *Al.* Pomponius. 22 Adde *l.* 10 *T. eod.* 23 Non ſolum honeſtis ſed & inhoneſtis perſonis donari inter vivos poteſt, *ut hic.* ἄσωτον & ἄφρονα ὑφῶντας, id eſt, *inhoneſta donatio valet.* 47 *Eclog.* 1. *cap.* 1. Inſtituere tamen inhoneſtas perſonas, ſpretis fratribus, non poſſumus. *l.* 27. *C. de inoff. teſt.*

24 *Amicos* appellamus, non levi notitia conjunctos. *v. l.* 223. §. 1. *T. de verb. ſign.*

25 Meretrici donari poteſt, *ut hiſtr.* & concubinæ, *l.* 31 *T. cod.* quin datum repeti non poteſt, *l.* 4 §. 3. *T. de cond. ob turp. cauſ. l.* 12. §. 11. *T. mandat.* niſi ſi miles locatricæ ſuæ dederit *l.* 2. *C. de donationib. int. vir.*

26 *l.* 34. *T. de dolo. l.* 16. *T. de præſcr.*

27 Permiſſio capiendi, non eſt vera ac mera donatio: ideoque re integra poteſt revocari. adde *l.* 8. *C. de obligat.*

28 Non vere.

29 Mercenarius meus quod eximit, mihi eximit.

30 Lapidem quaſi tradit, qui patitur eum exiſtuo fundo eximi.

31 Vid. ad hunc locum Clar. *lib* 4. §. *donat. quæſt.* 6.

32 Liberam ut-cunque quis adminiſtrationem peculii habeat, donare non poteſt. *l.* 28. §. 2. *T. de pact. l.* 1. §. 1. *T. quæ res pign. l.* 3. §. 8. *T. de donat. inter vir.* niſi de juſta cauſa. §. 1 *T. cod.*

33 Liberam peculii adminiſtrationem ſervo filiovefamilias ea mente nemo concedere præſumitur, ut is peculium poſſit perdere. adde *cap.* 81. *de reg. jur. in* 6.

34 Donans, perdere adicitur. Donare eſt perdere.

35 Qui juſta ratione donat, non condicit.

36 *Al.* &.

37 Facti quæſtio eſt, quoties quæritur, Liceat, necne filiofamil. donare. *l.* 1. §. 1. *T. quæ res pignori.*

38 V. quæ ſcripſi ad *l.* 12. §. 4. *T. de uſu.*

39 V. exemplum in *l.* 18. *in fin. T. de judiciis.*

40 Argumentum à donatione ſimplici ad donationem mortis cauſa

41 Donanti mortis cauſa filio patrem conſentire ſufficit: voluntas tantum requiritur, non juſſus, ut Guido Papæ *deciſ.* 213 notat.

42 Vaſallum de feudo ſuo teſtari etiam pro anima non poſſe hinc Ardizo colligit, *cap.* 124 *Feudorum.* quem vide.

43 Quidni poſſit, cum *donationis* verbum mortis cauſa donationes contineat? *l.* 67. *in fin. T. de verbor. ſignif.* 44 Argumentum ab ultima voluntate ad actum inter vivos. 45 Et captivi iis, à quibus redempti ſunt. *l.* 34. *in fin. T. cod.* 46 Patrono à liberto. 47 Id eſt, libertas. 48 Operæ, quas præſtant liberti patronis, non donantur, ſed libertatis à patrono acceptæ gratia penſantur. 49 *l.* 27. *T. cod.* 50 Sufficit in donatione ſervitutis pati, ut donatarius fruatur: ita res incorporales conſentur tradi. 51 *l.* 11. *T. cod.* 52 *l.* 2. *T. cod.* 53 Ratihabitio eſt voluntas, quæ ſequitur. dixi ad *l.* 16. §. 1. *T. de pignor.* 54 Donatio non dicitur, niſi cum transfertur dominium actu vel habitu. *Caſtrenſ.* Nemo transfert dominium, quod non habet. *l.* 24. *C. cod.* Res, quæ dominio noſtro ſubjiciuntur, atque in commercio ſunt, poſſumus donare. An donatio inter vivos omnium bonorum præſentium & futurorum, nullis ſibi reſervatis, valeat? Quidam ipſo jure non valere aiunt. Clar. 4 *ſent.* 19. valere exiſtimo, *l.* 35. §. 4. *C. cod.* teſtamento tamen eam donationem revocari totam, non tantum pro parte, ut putat Clarus ex communi opinione, 4 *ſent.* 20 *verſ. ſi legavero.* cum liberam teſtandi facultatem donator ſibi præripiat: quod contra bonos mores eſt, *l. ult. C. de pact.* vid. Clar. 4 *ſent.* 19. Ubi etiam tractat de donatione bonorum præſentium tantum, bonorum ſuorum, omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium, hereditatis ſuæ, præſentium & futurorum; & de donatione, in qua donator ſibi reſervat aliquid, vel uſumfructum. Revocatur quoque tacite hujuſmodi donatio, ſi poſt donationem perfectam naſcuntur liberi donatori, *l.* 8. *C. de revoc. donat.* poteſt quoque revocari expreſſe à liberis poſt mortem patris vel matris. *l.* 1. *& toto tit. C. de inoff. donat.* Quid? donatio omnium bonorum, incerta facta Eccleſiæ, reciproca, num valet? prius negat, duo poſteriora ait Clarus ex communi opinione. 4 *ſent* 20. 55 Donatio abſenti, etiam Eccleſiæ (quam, ut opinionem communem refert Clarus 4 *ſent.* 12. *in fin.*), facta non valet: niſi interveniat nuncius, vel epiſtola donantis. *l.* 4. *T. cod. l.* 6. *C. cod.* vid. Clar. 4 *ſent.* 12. niſi denique fiat coram notario: is enim alteri recte ſtipulari poteſt. vid. Clar. 4 *ſentent.* 13. vid. omnino Cujac. 12 *obſ.* 28. *princ.* 56 V. *l.* 2. §. 6. *T. eod.* 57 *Traditio* in iis rebus, quæ penes donatarium ſunt, non requiritur: nam quod ei ſemel traditum eſt, magis ei tradi non poteſt. vel melius, probatio traditæ, vel non traditæ poſſeſſionis, non tam in jure, quam in facto conſiſtit: ideoque ſufficit ad probationem, ſi res corporaliter teneatur. Paul. 5 *ſent.* 21. §. 2. 58 Donatio, quæ fit abſenti, non aliter valet, quam ſi liberalitatem agnoverit. Nec enim eſt donatio ſine acceptione. & recte in illis locis Comici, *Dos eſt X talenta, Accipio*, vetus interpres, Niſi, inquit, dixiſſet, accipio, dos non eſſet. Datio enim acceptione confirmatur: nec poteſt id videri datum, quod non eſt acceptum. Et hodie quia exemplo emptionis venditionis, donatio ſolo conſenſu perficitur, non re, ut olim: etiam non videtur perfecta, antequam donatarius eam ratam habuerit, excepto caſu comprehenſo in *l.* 15. *C. de SS. Eccleſ.* favore Eccleſiæ. adde Cujac. *conſult.* 42. Goth. Vide Jul. Clar. §. *donatio. quæſt.* 12. *num.* 1 & 2. Alex. Trentacinq. *lib.* 3 *reſolut. tit. de donat. reſol.* 1. Mantic. *de tacit. & ambig. conv. lib.* 13. *tit.* 8. *defin.* 8. Vall. *de reb. dub. tract* 2. *num.* 3. Joann. Decher. *lib.* 1 *diſſert* 4. *num.* 35. & *ſeq.* S. L. 59 Quid ita? An quod partus & fructus non augent donationem, *l.* 9. §. 1. *T. cod.* aut qui rem donavit, fructus ex ea re percipiendos non donavit?

tum [60] facere potest, convenitur. sed enim id, quod creditoribus debetur [61], erit detrahendum: hæc vero, de quibus ex eadem causa [62] quis obstrictus est, non debebit detrahere [63].

Si servo communi vel procuratori tradatur.

XIII. IDEM lib. VII Disputationum.

QUi mihi donatum volebat, servo communi meo & Titii rem tradidit: servus vel sic [64] accepit, *quasi socio adquisiturus*; vel sic, *quasi mihi & socio*. Quærebatur, quid agere? Et placet, quamvis servus hac mente acceperit, *ut socio meo*, *vel mihi & socio adquirat*, mihi [65] tamen adquiri. † Nam & si procuratori meo hoc animo rem tradiderit, ut mihi adquirat, ille quasi sibi adquisiturus acceperit: nihil agit in sua persona, sed mihi adquirit.

De alieno fundo excolto.

XIV. JULIANUS lib. XVII Digestorum.

QUi alienum fundum donationis [66] causa excolit, nullam retentionem propter impensas [67] faciet: quia domini res ab eo injectas continuo efficit.

De crimine capitali.

XV. MARCIANUS lib. VI Institutionum.

POst [68] contractum capitale [69] crimen [70] donationes [71] factæ non valent [72], ex Constitutione Divorum Severi & Antonini, [nisi [73]] condemnatio secuta sit.

De scriptura, Sciant heredes mei me donasse.

XVI. ULPIANUS [lib. II Responsorum].

EX hac [74] scriptura, *Sciant [75] heredes mei me vestem universam, ac res cæteras, quascunque in diem mortis meæ mecum habui, illi & illi libertis meis vivum donasse*, dominium ad libertos benigna [76] interpretatione pertinere.

De novatione, & acceptilatione.

XVII. IDEM [lib. LVIII ad Edictum].

SI in stipulatum judicatum [77] novationis [78] causa deductum sit, & stipulatio, donationis causa, accepto lata: dicendum est, locum liberationem habere [79].

De negotio mixto cum donatione. 1. De servo tradito, cum manumittatur. 3. De evictione.

XVIII. IDEM [lib. LXXI ad Edictum].

ARisto ait, cum *mixtum* [80] *sit* negotium cum donatione, obligationem non contrahi [81] eo casu, quo donatio est: & ita & Pomponius eum existimare refert. §. 1. Denique refert, Aristonem putare, si servum tibi tradidero ad hoc, *ut eum post quinquennium manumittas*, non posse ante quinquennium agi: quia donatio aliqua inesse videtur. Aliter [82] atque (inquit) si ob hoc tibi tradidissem, *ut continuo manumittas*: hic enim nec donationi locum esse: & ideo esse obligationem. Sed [&] superiore casu, quid acti sit, inspiciendum Pomponius ait: potest enim quinquennium non ad hoc esse positum, ut aliquid donetur.

§. 2. Idem Aristo ait, si donationis causa in hoc tradatur servus, ut post quinquennium manumittatur, sit autem alienus, posse dubitari [83], an usucapiatur: quia aliquid donationis interveniret. & hoc genus quæstionis in mortis causa donationibus versari Pomponius ait: & magis putat, [ut] si ita donetur, ut post quinquennium manumittatur, posse dici usucapionem sequi.

§. 3. Labeo ait, si quis mihi rem alienam [84] donaverit, inque eam sumptus magnos fecero, & sic evincatur, nullam [85] mihi actionem contra donatorem competere: plane de dolo posse me adversus eum habere actionem, si dolo [86] fecit.

De rep. 1. De mercede officii. 2. De volente acquirere. 3. De pecunia credita, ut alii reddatur: & de morte creditoris. De morte mandantis. 4. De promissione obligati naturaliter. 5. De promissione ob causam, 6. Vel ob rem.

XIX. IDEM [lib. LXXVI ad Edictum].

HOc jure utimur, ut in rebus [87] publicis, cum de donatione quæritur, illud solum spectetur, utrum ob causam aliquam justam Reipublicæ promittat quis, vel polliceatur, an non? ut si ob honorem [88] aliquem promittat, teneatur: si minus, non [89].

§. 1. Labeo scribit, extra causam donationum esse talium [90] officiorum mercedes: urpura, *si* [91] *tibi adfuero* [92]; *si* [93] *satis pro te dedero*; *si, qualibet in re opera vel gratia mea usus fuerit*. §. 2. Non potest [94] liberalitas nolenti [95] adquiri. §. 3. Si quis dederit [96] pecuniam mutuam Titio, reddendam Seio, cui donatum volebat; deinde Titius, mortuo donatore, Seio dedisse proponatur: erit consequens dicere, pecuniam Seii fieri, sive mortuum scivit, sive ignoravit is, qui dabat; quia pecunia fuit dantis. sed si quidem ignoravit [97] mortuum, erit liberatus, si sic mutuam pecuniam accepit solvendam Seio. † Si autem mandavero tibi, ut pecuniam Titio des, cui donare volebam; & tu ignorans me mortuum, hoc feceris: hiabebis adversus heredes meos mandati actionem. si sciens, non habebis. §. 4. Si quis servo pecuniam crediderit [98], deinde is liber factus eam expromiserit: non erit donatio [99], sed debiti solutio. † Idem in pupillo, qui sine tutoris auctoritate debuerit, dicendum est, si postea tutore auctore promittat. §. 5. Sed & hæ stipulationes, quæ ob [100] causam fiunt, non habent donationem. §. 6. Denique Pegasus putabat, si tibi centum spopondero hac conditione, *si juravisses* [1] *nomen meum laturum*: non esse donationem; quia ob [2] rem facta est, res secuta est.

De parte debita patrono. 1. De lege Falcidia.

XX. MARCELLUS [lib. XXII Digestorum].

SI patronus ex debita [3] parte heres instituatur, & libertus fidei ejus commisit, ut quid daret, & hoc stipulanti fideicommissario promiserit [4]: non erit cogendus solvere; ne [5] pars [6] ex Legibus verecundiæ patronali debita minuatur. §. 1. De illo dubitari potest, qui 7, quod per Falcidiam retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spopondit se daturum. Sed magis est, ut non possit suæ confessioni [8] obviare [9]. quemadmodum enim, si solvisset [10], fidem testatori suo adimpleisse videbatur, & nulla ei repetitio concessa fuerat: ita & stipulatione [11] procedente [12] contra fidem testatoris, quam [13] adgnovit, venienti ei merito occurretur.

De delegatione.

XXI. CELSUS [lib. XXVIII Digestorum].

UT mihi donares, creditori meo, delegante [14] me, promisisti. pactum valet: ille enim suum recepit. §. 1. Sed si debitorem meum tibi donationis immodicæ causa promittere jussi, an summoveris donationis exceptione, necne, tractabitur? Et meus quidem debitor exceptione te agentem repellere non potest: quia perinde sum, quasi exactam à debitore meo summam tibi donaverim, & tu illam ei credideris. Sed ego (si quidem pecuniæ à debitore meo nondum solutæ sint) habeo adversus debitorem meum rescissoriam in id, quod supra Legis [15] modum tibi promisit: ita ut in [16] reliquum tantummodo tibi maneat obligatus. sin autem pecunias à debitore meo exegisti, in hoc, quod modum Legis excedit, habeo contra te condictionem.

De mora & usuris, de bona fide.

XXII. MODESTINUS lib. VIII Differentiarum.

EUm qui donationis causa pecuniam, vel quid aliud promisit, de [17] mora solutionis pecuniæ usuras [18] non debere, summæ æquitatis est: maxime [19] cum in bonæ fidei contractibus [20] donationis species [21] non deputetur.

De usuris. 1. De mente capto.

XXIII. IDEM lib. XV Responsorum.

MOdestinus respondit, creditorem futuri temporis usuras & remittere & minuere pacto [22] posse: nec in ea donatione, ex summa quantitatis aliquid vitii incurrere. §. 1. Modestinus respondit, mente captum [23] donare non posse.

De fidejussore.

XXIV. JAVOLENUS lib. XIV ex Cassio.

FIdejussori ejus, qui donationis causa pecuniam supra modum legis promisit, exceptio dari debet etiam invito [24] reo: ne si forte reus solvendo non fuerit, pecuniam fidejussor amittat.

De re data, ut nomine danti donetur.

XXV. IDEM lib. VI Epistolarum.

SI tibi dederim rem, ut [25] *Titio meo nomine donares*, & tu tuo nomine eam ei dederis: an factam ejus putes? Respondit, Si rem tibi dederim, ut Titio meo nomine donares, eamque tu tuo nomine ei dederis: quantum ad juris subtilitatem, accipientis facta non est; & tu furti obligeris. sed benignius [26] est, si agam contra eum, qui rem accepit, exceptione doli mali me summoveri.

De nuda ratione.

XXVI. POMPONIUS lib. IV ad Quintum Mucium.

NUda [27] ratio [28] non [29] facit aliquem debitorem [30]: ut puta quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes nostras, debere nos, tamen nulla donatio intelligitur.

De habitatione præceptori donata.

XXVII. PAPINIANUS lib. XXIX Quæstionum.

AQuilius Regulus juvenis ad Nicostratum [31] Rhetorem ita scripsit, *Quoniam* [32], *& cum patre meo semper fuisti, & me eloquentiæ, & diligentiæ tuæ, meliorem reddidisti, dono & permitto tibi habitare in illo cœnaculo, eoque uti*: defuncto Regulo, controversiam [33] habitationis patiebatur Nicostratus: & cum de ea re mecum contulisset,

60 *l.* 33. *in fin. ff. de jure dot. l.* 19. §. 1. *l.* 30. *ff. de re judicata, l.* 28. *ff. de reg. jur.* §. 38. *Inst. de action.*

61 Is, qui ex donatione convenitur, omni ære alieno deducto, facere posse intelligitur. *l.* 54. *ff. Soluto. l.* 19. *in fin. ff. de re judic.*

62 Donationis scil.

63 Occupantis ita melior est conditio. *d. l.* 19. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille, cui res tradita est: nec igitur interest posterior an prior acceperit. Paul. *5 sent.* 11. §. 4.

64 *l.* 37. *in fin. ff. de acqu. rer.*

65 Atque ita tradentis donatoris, non servi accipientis rem donatam, animus perspicitur.

66 Is animus non semper præsumitur in eo, qui sciens alienum fundum excolit. vide quæ not. ad *l.* 38. *ff. de hered. pet.*

67 Quas? num seminis? num culturæ? num utriusque? Joannes Papo culturæ expensas non seminis peti posse ait. *1 Not. lib. 5. tit. de donationis.*

68 *l.* 24. *C. de donat. inter virum & uxorem.* secus si ante crimen: nisi de donatione inter virum & uxorem agetur, *l.* 52. §. 7. *ff. de donat. inter vir.* item, nisi in fraudem fisci manifestam facta sit donatio. vide quæ not. ad *l.* 14. §. 5. *ff. qui & à quibus manum.* In fraude delicti admittenda donasse videbitur, si omnia bona donaverit, si conjunctæ personæ vel si clam donaverit, si quam proxime sequitur delictum, si donaverit bona sua in eventum etiam publicationis seu confiscationis bonorum suorum. adde Gandinum, *tract. de maleficiis rubric. de bonis malefactor. vers. item pœna.*

69 Usuras manifestus usurarius potestne donare mortis causa? non posse, refert Clarus ex communi opinione Doctorum. *lib.* 4. §. *donatio. quæst.* 7.

70 Non tamen perduellionis. *l.* 31. *in fin. ff. eod.*

71 An & actus alii, puta contractus, venditiones? *ff.* dicemus.

72 Factæ valent. *vulg.*

73 Si condemnatio. *Hal.* Ex tribus variis lectionibus tres diversi sensus hic nascuntur: *Vulgata* ait, donationes, factas post contractum crimen capitale, valere, nisi condemnatio secuta sit: *Florentina*, non valere, nisi condemnatio sit secuta; *Haloandri*, non valere, si condemnatio sit secuta: Vulgata & Haloandri verior est. Porro res ita distinguenda est. Reus, qui deliquit, post contractum crimen, ante accusationem ignoranti utiliter, & in præjudicium fisci titulo oneroso, non lucrativo, vendere potest: Post accusationem aut incarcerationem etiam bona sua (victus scil. sui causa, vel liberationis) administrare potest, *l.* 46. §. 6. *ff. de jure fisci.* ei solvi etiam potest, *d.* §. 6. *l.* 41. *ff. de solut.* Num alienare vel donare? finge nullos accusato reditus, nulla immobilia esse, sed exiguam forte supellectilem, aut certe immobilia non ita ample suppetere? Assentior *Paponi* eo casu permittendam accusato moderatam potestatem alienandi: ut hoc modo se alat, & expensas ad innocentiam suam probandam faciat. Id enim & æquius est & evidenter utile. Papo 1 *notar. 5. tit. de donationes.* Fingamus citra hanc causæ cognitionem post accusationem alienasse: num utilis erit alienatio? videtur utilis: nisi condemnatio alienantis sit secuta: tunc enim sententia ad tempus delicti retrotrahetur, & alienatio revocabitur. *l.* 7. *in fin. ff. de mort. caus.* 74 Verba enunciativa donationis in ultimis dispositionibus inducunt dispositionem fideicommissi vel legati, *Bart. hic. num.* 1.

75 Hoc testamento scilicet, licet per epistolam de donatione à me facta eis non constet. *l.* 5. *C. eod.*

76 Cur benigna dicitur hic fieri interpretatio? quia si confessio confitenti præjudicat, *l.* 25. *in fin. ff. de probat.* & in dubio actus ita interpretandus est, ut valeat. *l.* 12. *ff. de reb. dub.*

77 Id est, quod mihi debes ex causa judicati. 78 Debitum ex causa judicati novari potest & accepto ferri. 79 *l.* 3. *C. de acceptil.* 80 *l.* 57. *in fin. ff. de don. int. vir.* Porro misceatur donationi negotium, si rem tibi dono non simpliciter, sed ex causa. *l.* 1. *in pr. vers. dat aliquis. ff. eod.*

81 Id est, donatarius non obligatur donatori. 82 Multum interest, Pamphilum tibi tradam, ut post quinquennium manumittas, an ut continuo eundem manumittas. Priore casu, quinquennales operas donasse tibi videor, non tamen te obligari (nisi aliud conventum sit) ne intra quinquennium eum manumittas, sed hoc tantum velle, ut post quinquennium eum manumittas: nec ante agere possim, quia donatio aliqua, id est, operarum quinquennalium esse videtur. Posteriore casu nihil tibi donare videor, sed tantum te obligare, ut manumittas. 83 Potest enim res aliena donata usucapi. *l.* 13. *l.* 33. *ff. de mort. caus.* 84 Alienum donare possum salvo tamen jure domini.

85 Invitus donator de evictione rei donatæ promittere non cogitur, nec eo nomine, si promiserit, oneratur: quia lucrativæ rei possessor ab evictionis actione ipsa juris ratione depellitur. Paul. *5 sent.* 11. §. 5. Quid, si caverit stipulanti? tenebitur. *l.* 2. *C. de evict.* 86 Sciens. *l.* 22. *in fin. ff. de verb. oblig.* 87 *l.* 1. §. 1. *ff. de pollicit. Nov.* 123. *cap.* 3. 88 Jam delatum: ne alioquin ambitus crimen admittatur. *Castr.* 89 *l.* 1. §. 1. *ff. de pollicit.* 90 *l.* 34. *in fin. ff. eod.* 91 Contractum innominatum posse concipi per *si*, hoc est, sub conditione, regulariter per *ut*, id est, sub modo; hinc colligunt. 92 Donatio, quæ fit ob causam futuram, non proprie donatio est, sed ejus tantum causa remuneratio. 93 Fidejubendi causa pecuniam accipere possumus. *l.* 6. *in fin ff. mandat. l.* 3. *C. ad Velleian.* 94 Imo potest. v. *l.* 27. *ff. de pecun. constit. l.* 32. *ff. de adq. rer. dom. l.* 62. *ff. de verb. obl.*

95 Invito non donatur. *l.* 69. *l.* 156. *in fin. ff. de reg. jur.* 96 V. *l.* 2. §. 6. *ff eod.*

97 *l.* 26. §. 1. *ff. mandat. l.* 77. §. 8. *ff. de legat.* 2. *l.* 32. *ff. de solutionib.*

98 Servus naturaliter obligatur.

99 Quia solvit id, quod debebat naturaliter: & sic. Solutio naturalis debiti non est donatio.

100 Ob causam datio non est donatio. *l.* 34. *in fin. ff. eod.*

1 V. *l.* 7. *in fin. l.* 83. §. 10. *ff. ad Trebell.*

2 Nempe, ut meum nomen ferres.

3 Olim dimidia, hodie tertia. §. 2. *Inst. de fideicomm. hered.*

4 Per errorem, non scienter, ut in *l.* 4. *in fin. ff. si quis cautionib.*

5 Patronus, qui *Legem Papiam* si omiserum fideicommissario exvit, non tenetur, *ut hic.* quo ratione defenditur, liberos, qui *Legem Glicliam* so omiserunt caverunt, non teneri, cum tamen heres extraneus, qui se *Legem Falcidiam omisserum* exvit, teneatur. *l. ult. C. ad leg. Falcid.* adde quæ scripsi ad *Novell.* 18. *c.* 3.

6 Adde *l.* 37. *in fin. pr. ff. de leg.* 3.

7 Legendum ita est vel supplendum, *utrum teneatur, qui.*

8 Id est, cautioni, sponsioni; Græcorum imitatione, qui cautionem ὁμολογίαν vocant. *l.* 29. *in fin. ff. de probat.*

9 Confessioni, id est, sponsioni suæ obviare non licet. *l. penult. C. de pact.*

10 Sciens. *l.* 9. *C. ad leg. Falcid.*

11 Vide Cujac. ad *Nov.* 1. *fol.* 339.

12 Præcedente. *Hal.*

13 *l.* 46. *ff. ad l. Falcid.*

14 *l.* 1. §. 10. *ff. quar. rer. act.*

15 Cinciæ scil. vide Cujac. ad *tit. de cond. ex lege.*

16 Utile per inutile non vitiatur. *l.* 34. *C. eod. Nov.* 162. *cap.* 1.

17 Id est, ob moram.

18 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

19 *l.* 9. §. 1. *ff. de usuris.*

20 *Donationem* contractum esse, sed non bonæ fidei, hinc colligere possis. Est igitur stricti juris, præsertim si stipulatio ei inserta fuerit. *l.* 35. §. 5. *C. eod.* Atqui contractus esse non potest, cum unus tantum obligetur? Non est quidem ex eorum contractuum genere, qui ultro citroque sunt obligatorii, *l.* 18. *ff. eod.* est tamen conventio, cum donatario fieri debeat traditio, *l.* 9. *in fin. ff. eod.* & pactum sit duorum consensus. *l.* 3. *ff. de pollicitationibus.* Quid? num nominatus aut innominatus est contractus donatio? nominatus: habet enim elegans nomen, eamque communem opinionem, refert Clarus 4 *sentent.* §. *donatio. quæst.* 1. ideoque ad instar cæterorum contractuum nominatorum non potest revocari, ut ex communi opinione Clarus retulit. *ibid.* 21 Contractus donationis (nam hic species pro contractu accipitur) non est bonæ fidei, sed stricti juris. Donationes privatorum stricte accipimus. 22 Usuræ pacto donari possunt. Heredi non tantum usuræ, sed & quidvis donari pacto potest. *l.* 25 §. 5. *C. eod.* 23 Mente captus & furiosus donare non potest, *ut hic.* adde *l.* 6. *in fin. ff. de verborum obligat.* furiosus, *l.* 28. §. 2. *de pact.* filiusfamilias, vide *l.* 7. *ff. eod.* pupillus, *l.* 11. *ff. de adquirend. rer.* prodigus, seu is, cui bonis interdictum est, *l.* 6. *ff. de verborum obligat.* an reus criminis? vide *l.* 15. *ff. eod.* an mulier sine consensu mariti? vide *l.* 6. *C. de revocand. donat.* 24 Rei cohærentes exceptiones etiam fidejussori competunt. vide *l.* 7. §. 1. *ff. de except.* 25 *l.* 37. *ff. de solutionibus.* 26 Æquitas juri stricto præfertur. 27 *l.* 49. *in fin. ff. de peculio. l.* 6. §. 4. *in fin. ff. de peculio legato.* 28 Vel traditio. *l.* 31. *ff. de adquirend. rerum domin.* 29 Imo, facit. *l.* 16. *in fin. ff. eod.* 30 Nisi fiat ex causa. *l.* 6. §. 3. *ff. de edend. l.* 34. *ff. de negot. l.* 1. *C. de edendo.* 31 Nicostratus hic Rhetor fuit Papiniani ætate. *Suidas.* 32 Ex his verbis colligunt interpretes, in donatione remuneratoria, nominatim causas donationis esse exprimendas: nec sufficere verbis quibuslam generici benemeritorum mentionem fieri, ne per hanc injectionem generalis clausulæ *de benemeritis*, insinuationis necessitatem callide quis effugiat. vide Minsingerum 4 *observat.* 75. & 88. Quid, si non fint expressæ? valebit, si modo donator juramento expresserit merita subesse: valebit quoque, si donatarius merita posten probarit. vide Minsingerum 4 *observat.* 75. Gothofred. Vide in hanc legem Alciat. *lib.* 2 *parerg. cap.* 49. Cujac. *lib.* 17 *observat.* 33. S. L. 33 Qui in re? aut quæ dubitandi causa hic fuit? mortuo eo, qui gratuitam habitationem alicui concessit, dicendum videbatur heredes ejus, habitationem à defuncto concessam revocare posse. *l.* 32. *ff. eod.* vide Cujac. 17 *observat.* 13. denique dicendum videbatur hoc genus donationis in donatoris permissionem ac voluntatem totam collatum fuisse: donatoris autem morte voluntatem ejus extinctam videri.

sset, dixi posse defendi, non 34 meram donationem esse 35: verum officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum: ideoque non videri donationem sequentis 36 temporis irritam esse: quod si expulsus Nicostratus veniat ad judicem, ad 37 exemplum Interdicti 38, quod fructuario proponitur, defendendus erit: quasi loco possessoris constitutus, qui usum cœnaculi accepit.

De hereditate.

XXVIII. IDEM lib. III Responsorum.

HEreditatem pater sibi relictam filiæ 39 sui juris effectæ donavit 40: creditoribus hereditariis filia satisfacere debet; vel, si hoc minime faciat, & creditores contra patrem veniant, cogendam eam per actionem præscriptis 41 verbis patrem adversus eos defendere.

Quid sit donare. 1. De confessione in jure. 2. De bonis viventis.

XXIX. IDEM lib. XII 42 Responsorum.

DOnari videtur, quod nullo 43 jure cogente conceditur *.

§. 1. Quidam in jure interrogatus, *nihil* 44 *sibi debere tutoris heredes* respondit: eum actionem jure amisisse respondi. licet enim non transactionem, sed donationis hæc verba esse quis accipiat: attamen eum, qui in jure confessus est, suam confessionem infirmare non posse. §. 2. Donationem quidem partis bonorum proximæ cognatæ viventis 45 nullam fuisse constabat: verum ei, qui donavit, ac postea jure Prætorio successit, quoniam adversus bonos 46 mores & jus gentium festinasset, actiones hereditarias in totum denegandas respondit 47.

XXX. MARCIANUS libro sing. De delatoribus.

NAm ei ut indigno 48 auferitur hereditas.

De concubina. 1. De rebus à matre filiæ nomine viro traditis. 2. De peculio non adempto. 3. De depositio. 4. De crimine perduellionis.

XXXI. PAPINIANUS lib. XII Responsorum.

DOnationes in concubinam 49 collatas, non posse revocari convenit 50, nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum, ad irritum recidere, quod ante jure valuit. an autem maritalis honor 51 & affectio pridem præcesserit, personis 52 comparatis, vitæ conjunctione considerata perpendendum esse respondi: neque enim tabulas 53 facere matrimonium.

§. 1. Species extra dotem 54 à matre filiæ nomine viro traditas, filiæ, quæ præsens fuit, donatas, & ab ea viro traditas videri 55 respondi. nec matrem offensam, repetitionem habere, vel eas recte vindicare, quod vir cavisset, extra dotem usibus puellæ sibi traditas; cum ea significatione non modus donationis declaretur, nec ab usu proprietas separetur, sed peculium à dote puellæ distingueretur: judicem tamen æstimaturum, si mater jure contra filiam offensa, eas revocare velit, & verecundiæ maternæ congruam bonique viri arbitrio competentem ferre sententiam. §. 2. Pater, qui filiæ, quam habuit in potestate, mancipia donavit 56, & peculium 57 emancipatæ non ademit 58, ex postfacto donationem videbatur perfecisse. §. 3. Ejusmodi lege deposita in æde sacra 59, *ut* 60 *eam ipse solus, qui deposuit, tolleret, aut post mortem domini Ælius Speratus*, non 61 videri celebratam donationem respondi. §. 4. Ratæ 62 donationes esse non possunt post crimen perduellionis 63 contractum: cum heredem 64 quoque teneat, & si nondum postulatus vita decesserit.

De usu domus precario concesso.

XXXII. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

LUcius Titius epistolam talem misit: *Ille ille salutem. Hospitio illo, quamdiu voluerit* 65, *utaris, superioribus diæbus omnibus gratuito: idque te ex voluntate mea facere, hac epistola notum tibi facio.* Quæro, an heredes ejus habitationem prohibere possunt? Respondi, secundum ea, quæ proponerentur, heredes ejus posse 66 mutare voluntatem.

De constituta pecunia. 1. De pecunia donata, ut donatori credatur. 2. De muto vel surdo. 3. Si quis Primo donaturus, Secundo promiserit.

XXXIII. HERMOGENIANUS lib. VI juris Epitomarum.

QUi id, quod ex causa donationis stipulanti spoponderat, solvi constituit, actione constitutæ pecuniæ non in solidum, sed in quantum facere potest, convenitur: causam enim 67 & originem constitutæ pecuniæ, non judicii potestatem prævalere placuit. sed & condemnatus ex causa donationis, in actione judicati non frustra desiderat, in quantum facere potest, conveniri. §. 1. Ea lege, donationis causa, pecunia Titio numerata, *ut* 68 *statim donatori mutuo detur*, non impeditur 69 dominii translatio: ac propterea, iisdem nummis donatori creditis, novum dominium in his quæritur. §. 2. Mutus 70 & surdus donare non prohibentur.

§. 3. Si, cum Primus tibi donare vellet, & tu donandi Secundo voluntatem haberes, Primus Secundo ex voluntate 71 tua stipulanti promiserit: perficitur donatio. & quia nihil Primus Secundo, à quo convenitur, donavit: & quidem in solidum, non in id, quod facere potest, condemnatur. † Idque custoditur, & si delegante 72 eo, qui donationem erat accepturus, creditori ejus donator promiserit: & hoc enim casu creditor suum negotium gerit.

De mutuo. 1. De erepto à latrunculis vel hostibus.

XXXIV. PAULUS lib. V Sententiarum.

SI pater emancipati filii nomine donationis animo pecuniam fœneraverit, eamque filius stipulatus est: & ipso jure perfectam donationem, ambigi non potest. §. 1. Si quis aliquem à latrunculis 73 vel hostibus eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat: hæc donatio irrevocabilis est 74. non 75 merces 76 eximii laboris appellanda est: quod contemplatione salutis 77 certo 78 modo æstimari non placuit.

De nominibus peculiaribus. 1. De pignore. 2. De mutuo.

XXXV. SCÆVOLA lib. XXX[I] Digestorum.

AD eum, quem manumiserat 79, epistolam misit in hæc verba: *Titius Sticho liberto [suo] salutem. Cum te manumiserim, peculium quoque tuum omne, quicquid habes tam in nominibus, quam in rebus moventibus, sive in numerato, me tibi concedere, hac epistula manu mea scripta notum tibi facio:* eundem libertum testamento ex besse scripsit heredem, Sempronium ex triente, nec peculium Sticho legavit, nec actiones præstari jussit. Quæsitum est, utrum in assem Sticho actio detur eorundem nominum, quæ in peculio habuit: an utrisque heredibus pro portionibus hereditariis? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, utrisque heredibus pro hereditariis portionibus competere. §. 1. Lucius Titius fundum Mæviæ donavit, & ante traditionem eundem fundum post dies paucos Scio pignori obligavit, & intra dies triginta Mæviam in vacuam possessionem ejusdem fundi induxit. Quæro, an donatio perfecta sit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, perfectam: verum creditorem firmam 80 pignoris obligationem habere.

§. 2. Avia sub nomine Labeonis nepotis sui mutuam pecuniam dedit, & usuras semper cepit: & instrumenta debitorum à 81 Labeone recepit 82, quæ in hereditate ejus inventa sunt. Quæro an donatio perfecta esse videatur? Respondit, cum debitor Labeoni obligatus est, perfectam donationem esse.

73 Hic locus à Triboniano videtur interpolatus. vide Paul. *5 sentent* 11. §. 6.

74 *Donatio remuneratoria* (qualis fit ei, qui latrunculis vel hostibus donatorem eripuit) est irrevocabilis: nec enim proprie est donatio. vide *l.* 27. *ff. eod.* Utcunque eo nomine in infinitum donatum sit, non revocatur ea donatio, ut immodica, Paul. *5 sentent* 11. §. 6. quamvis justum modum excedat, 47 *Eclog.* 1. C. 36. de quo forte dubitatum fuerit, quod veteribus certus modus certumque pondus donationibus fuerat injectum. *Theodos. Nov. de Theodosiani C. authorstate* cum & aliunde discamus ex Justiniano fuisse olim donationem permissam 200 aureor. deinde 300, deinde 500. *l. sancimus.* 34. *l. pen. §. ult. C. de donationib.* 75 *Al.* nam. 76 *Sic restitue ex Paulo:* si tamen donatio, non merces eximii laboris appellanda est: quia contemplationem salutis certo modo æstimari non placuit. Paul. *5 sent.* 1. §. 6. sic fere Cicero *pro Cluentio:* Si hæc, *inquit*, solutio legatorum, non merces abortionis appellanda est. vide Cujac. apud Paulum *ibid.* 77 Adde *l.* 8. *ff.* 19. §. 1. *l.* 27. *ff. eod.* 78 Innuit apud Veteres non fuisse licitum donare in infinitum sine insinuatione. vide *l. penult. C. eod.*

79 *l.* 8. *ff. eod.* 80 Si fundus pignoratus venierit, manet causa pignoris. *l.* 18. §. 2. *ff. de pignoratit.* 81 Ad Labeonem, *vulgat.* 82 Qui pecuniam mutuo dat sub alterius nomine, & usuras, & instrumenta à debitoribus ejusdem nomine accipit, donare intelligitur.

TIT. VI.

DE [1] MORTIS CAUSA DONATIONIBUS [ET CAPIONIBUS 2].

Quid sit mortis causa donare. 1. De donatione Telemachi.

I. MARCIANUS lib. IX Institutionum.

MOrtis causa donatio est 3, cum quis habere se 4 vult 5, quam eum, cui donat; magisque eum 6, cui donat, quam heredem suum. §. 1. Sic 7 & apud Homerum 8 Telemachus donat Piræo.

Species mortis causa donationum.

II. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

IUlianus libro XVII Digestorum, tres 9 esse species mortis causa donationum, ait. † *Unam*, cum quis nullo præsentis 10 periculi metu conterritus, sed sola cogitatione 11 mortalitatis donat. † *Aliam* esse speciem mortis causa donationum ait, cum quis imminente 12 periculo commotus, ita donat, ut statim fiat accipientis. † *Tertium* genus esse donationis ait, si quis periculo motus, non sic det, ut statim faciat accipientis: sed tunc demum, cum mors fuerit insecuta.

De periculo, cujus causa donatur.

III. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

MOrtis causa donare licet, non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi etiam propinquæ 13 mortis, vel ab hoste 14, vel à prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio, aut navigationis incundæ;

IV. GAIUS [lib. 1 Rerum cottidianarum sive aureorum].

AUt 15 per insidiosa loca iturus,

V. ULPIANUS lib. II Institutionum.

AUt ætate fessus 16:

VI. PAULUS lib. VII ad Sabinum.

HÆc enim omnia *instans* periculum demonstrant 17.

De pœna capitali.

VII. ULPIANUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI aliquis mortis causa donaverit, & pœna fuerit capitis affectus: removetur donatio ut imperfecta. quamvis cæteræ donationes sine 18 suspicione pœnæ factæ valeant.

Quid sit mortis causa capere. 1. De donatione, ut, si donator convaluerit, recipiat.

VIII. IDEM lib. VII ad Sabinum.

QUi pretio accepto hereditatem prætermisit, sive ad substitutum enim hæc donatio indiget insinuatione, ut donatio inter vivos. *l.* 4. *C. eod.* 6 Similitudinem mortis causa donationis & legati observa. Sequentes adde: quod res donatario ipsi adquiritur, licet non sit tradita. *l.* 1. *ff. de Publiciana.* quod pœnitenti eam revocare liceat, *l.* 30. *ff. eod.* quod ut legatum lege Falcidia minuatur, *l.* 27. *ff. eod.* qua de re v. Cuj. 19 *obs.* 28. v. quæ notavi ad *l. ult. C. eod.* Clarus vero sic ait, mortis causa donationem, quod modum, ordinationem, & dum in ipso jure deducitur, attinet, comparari contractui; postquam vero in esse est deducta, effectu & efficacia, id est, potestate ultimam voluntatem censeri: nisi quod ultima voluntas adita hereditate confirmatur; donatio vero mortis causa, sola morte donatoris, etiam hereditate non adita. *l.* 22. *ff. eod.* Clar. 4 *sentent.* 6. 7 Poëtarum auctoritates in juris causis decidendis allegari posse, hinc colligunt. adde *l.* 1. *ff. de contr. empt.* 8 Donationis mortis causa origo, juris gentium est.

9 Die apertius: aut citra metum mortis præsentis, sed ob solam cogitationem mortalitatis donamus; aut in ipso periculo, idque bifariam. nam vel ita donamus, ut statim res *fiat accipientis*: vel tum demum, cum mors nostra secuta fuerit. 10 Id est, imminentis.

11 *l.* 31. §. 2. *vers. rursus. circa fin. l.* 35. §. 4. *ff. eod. l.* 11. §. 1. *ff. de donat. inter vir.* 12 *l.* 3. *ff. eod. l.* 2. *ff. eod. l.* 31. §. 2. *vers. rursus. l.* 35. §. 4. *ff. eod.* impendentis, Paul. *2 sent.* 23. §. 1. instantis, *l.* 6. *ff. eod.* præsentis. *d.* §. 14 Causæ hujus donationis sunt valetudo, peregrinatio, navigatio, bellum. Paul. *ibid.* & 3 *sent.* 7. §. 1. & similes. *l.* 4. 5. *ff. eod.* 15 *Lege* 5 aut quod per loca insidiosa itur. 16 Aut ætate fessi? Minime hoc rectum. *Goth.* Vide hic Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *c.* 60. & *c.* 61. S. L. 17 Quo cessato competit jus revocandi. *l.* 29. *ff. eod.* 18 Aliud erit, si sint suspecti. *l.* 15. *ff. de donationib.*

1 VIII C. LVII. §. 1. *Inst. de donat. Novell.* 87. Paul. *3 sent.* 7. 47 *Eclog.* 3. adde 3 *Harmen.* 1. quid sit mortis causa donatio, vide *l.* 1. *ff. eod.*

2 Et captionibus. *vulgat. Ital.* mortis causa capio, est adquisitio: differt a mortis causa donatione. *Mortis causa capio*, est quidquid mortis alicujus occasione percipitur. *l.* 8. *l.* 12. *l.* 18. *l.* 21. *l.* 38. *ff. eod.*

3 *l.* 35. §. 2. *ff. eod* §. 1. *Inst. de donat.* vide Paul. *2 sent.* 21. §. 1. Goth. Adde Ant. Augustin. *emend. lib.* 1. *cap.* 8. S. L.

4 Confertur enim in casum mortis testatoris, nec ante perfecta esse intelligitur, quam mors contigerit. In hac quoque, in extremis & articulo mortis constitutum esse, non sufficit, sed ut fiat expressa mortis mentio, exigitur: pro donatione inter vivos alioqui habetur, *l.* 42. *in fin. ff. eod.* Quid, si in instrumento donationis hujusmodi quis promiserit se donationem nunquam revocaturum? donatio inter vivos præsumitur, *l.* 27. *ff. eod.* v. Clar. 4 *sent.* 4.

5 Mavult *vulgat.* vult magis, *Halo.* sufficit velle; nec

tum perventura sit [hereditas, sive] ab eo ab intestato successurus, mortis causa capere videtur: nam quidquid propter alicujus mortem obvenit, mortis causa capitur[19]. quam sententiam & Julianus probat: & hoc jure utimur. † Nam & quod à statu-libero[20] conditionis implendæ causa capitur, vel à legatario, mortis causa accipitur: & quod pater dedit propter mortem filii vel cognati, mortis causa capi Julianus scripsit. §. 1. Denique & sic[21] posse donari ait, ut si convaluerit, recipiatur.

19 V. *l.* 38. *ff. eod.*
20 *l.* 31. §. 2. *ff. eod. l.* 55. *in fin. ff. de cond. & dem.*
21 *l.* 13. §. 1. *ff. eod.*
22 *l.* 35. *l.* 37. *ff. eod.*
23 Quinam vero legata accipere non possunt? apostatæ, *l.* 3. *C. de apost.* collegia illicita, *l.* 8. *C. de hered. inst.* damnati in metallum, *l.* 3. *ff. de his, quæ pro non scriptis.* deportati, *l.* 1. *C. de hered. inst.* liberi eorum, qui majestatis sunt damnati, *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest.* mulier nubens intra annum luctus, *l.* 1. *C. de secund.* (quod jure canonico mutatum est, *cap. pen. & ult. de secund. nupt.*) nati ex incestuoso concubitu. *Nov.* 89. *c. ult.*
24 V. *l.* 9. *C. de fideicomm.* & ita alteri, quam instituto potest substitui. *l.* 40. *ff. de hered. inst. l.* 41. *in fin. ff. de vulgari. l. un. C. de caducis.*
25 *l.* 18. *ff. eod. l.* 26. *in fin. ff. de don. int. vir.*
26 Uxor defuncti.
27 A marito.
28 Ut sic fœtus seu venter obsit instituto. *Basil.*
29 Quin gratuito non accepit. v. *l.* 38. *ff. eod.*
30 *l.* 18. §. 2. *ff. de don.*
31 Donationis mortis causa conditio pacto seu lege mutari potest. Possum ita mortis causa donare, ut omnimodo me mortuo ex ea valetudine, res tibi à me donatas mortis causa non reddas. *vers. Nam ets.* quo loco, τὸ *omnimodo*, conjungo his verbis, *res non reddatur*, hoc sensu, Possum res ita tibi donare mortis causa, ut ex ea valetudine me mortuo omnimodo res non reddatur. *omnimodo*, id est, etiamsi revocem res donatas. Nam per contrarium donare ita possum, ut si prior decesserim, rem reddas, si modo id restitui mihi velle significavero. *vers. & ut reddatur.* Possum quoque ita donare, ut non aliter res donata restituatur, quam si donatarius prior decesserit. *vers. sed & si.* Possum & ita donare, ut nec si convaluero, res donatas reddas. *vers. sic quoque.* At hæc quarta species primæ videtur similis? Non est. Interest multum, an jus donationis per receptam valetudinem revocandæ mihi eripias, *ut hic.* An vero ita donem, ut nulla omnino voluntate res donatas revocem, *ut ibid.* Goth. Intellectum hujus §. vide apud Joann. Decher. *lib.* 1 *dissert.* 4. *n.* 20. Anf.
32 *l.* 8. *in fin. ff. eod.* 33 *l.* 27. *ff. eod.* 34 Et ideo, nec si. *Hal.* 35 Donator, revocabitur. *Haloand.* Hujusmodi nomen donationis inter vivos fortitur. 36 Et traditus. 37 A donatario scilicet. 38 Donatores scilicet vel donatoris heredes post donationem revocatam.
39 Quid, si donatarius fructus ex re donata percepit, eorum fietne cum expensis? Fiet compensatio. *l.* 48. *l.* 65. *ff. de rei vindic.* 40 Donare mortis causa de castrensi suo filiusfamilias potest, perinde, ac si paterfamilias esset. 41 Donatio mortis causa per creditores revocatur, si ea donatione fraudati reipsa, non tantum consilio fuerint. 42 *l.* 37. *ff. eod.* §. 1. *Inst. eod.* legatorum instar obtinet, *l.* 17. *in fin. ff. eod.* vide Cujac. 10 *observ.* 28. vide quæ notavi ad *l. ultim. C. hoc tit.* 43 Non exspectatur cessatio valetudinis. *l.* 19. *ff. de reb. cred.* 44 In fraudem vendita revocant creditores, si fraus intervenit junctim & ementis & vendentis: donata inter vivos revocant, si fraus donatoris intervenit, etiamsi nulla donatarii fuerit: donata vero testamento revocant, si fraus reipsa intervenit, licet testator vel legatarii nullam fraudem admiserint. Quod obtinet in mortis causa donatione, quæ sic ad exemplum legatorum revocata dicitur. 45 Legatum ex testamento ejus, qui solvendo non est, omnimodo inutile est. *l.* 68. *ff. ad Trebell. l.* 12. *C. de testam. milit.* 46 *l.* 66. *in fin. ff. ad leg. Falcid.* 47 *l.* 15. *in fin. ff. eod.* 48 *l.* 11. *ff. eod.*
49 *l.* 3. *C. eod.* 50 *l.* 31. §. 3. *ff. eod.* 51 Id est, tantum videor accipere, quantum facere potest. *Basil.* 52 Mandatum post mortem mandatoris collatum, ejus morte non revocatur. 53 *l.* 3. §. 2. *ff. de liberatione.* 54 Chirographum qui mandat reddi debitori, debitorem ipsum liberasse intelligitur. 55 Nam chirographo legato continetur actio. *l.* 59. *ff. de legat.* 3. 56 *d.* §. 2. *l.* 28. *in fin. ff. eod.*

Qui possunt mortis causa capere.

IX. Paulus lib. III ad Sabinum.

OMnibus[22] mortis causa capere permittitur, qui scilicet & legata[23] accipere possunt.

De substitutione.

X. Ulpianus lib. XXIV ad Sabinum.

EI, cui mortis causa donatum est, posse substitui[24] constat in hunc modum: ut promittat alicui, *Si ipse capere non possit*, vel sub alia conditione.

Si mortis causa filii sui pater donet.

XI. Idem lib. XIII ad Sabinum.

MOrtis causa filii[25] sui pater recte donare poterit, etiam constante matrimonio filii.

Si mulier pecuniam accepit, ut ex ventris nomine in possessionem mitti desideret.

XII. Idem lib. XLIV ad Sabinum.

SI mulier[26] ventris nomine per calumniam, ut in possessionem mitti desideret, pecuniam accepit, forte dum substituto patrocinatur, ut institutum[27] aliqua[28] ratione excludat: mortis causa eam capere, Julianus sæpius scribit[29].

De donatione rei alienæ. 1. Species mortis causa donationum.

XIII. Julianus lib. XVII Digestorum.

SI alienam[30] rem mortis causa donavero, eaque usucapta fuerit: verus dominus eam condicere non potest, sed ego, si convaluero. §. 1. Marcellus notat, in mortis causa donationibus etiam facti[31] quæstiones sunt. † Nam & sic potest donari, *ut omnimodo ex ea valetudine donatore mortuo, res non reddatur: & ut reddatur*[32], *etiamsi prior ex eadem valetudine donator decesserit, si jam mutata voluntate restituit sibi voluerit.* † Sed [&] sic donari potest, *ut non aliter reddatur, quam si prior ille, qui acceperit, decesserit.* † Sic quoque potest donari mortis causa: *ut nullo*[33] *casu sit ejus repetitio:* id est[34], nec si convaluerit quidem donator[35].

22 Omnibus quæ evinci possit, tanti censetur & æstimanda est quanti res conditionem ejus scienti & periculum ejus suscipienti vendi potest.
23 *l.* 1. §. 16. *ff. ad Trebell.*
24 Sui juris.
25 *l.* 39. *ff. eod.*
26 Puta filio naturali: vel ei, cui Falcidia detrahitur.
27 Referendo est hæc lex ad secundam partem inscriptionis hujus tituli, hoc est, ad mortis captiones.
28 *l.* 44. *in fin. ff. de cond. & dem.*
29 *l.* 31. §. 2. *ff. eod.*
30 Vide Cujac. 1 *ad Afric. fol.* 8.
31 Quoties scil. quæritur, capax sit donatarius, necne.
32 Capacitas vel incapacitas donatarii mortis causa inspicitur tempore mortis, non tempore donationis. *Castr.*
33 Id est, actus interpositi: contra quam in legatis, in quibus testamenti faciendi tempus spectatur ex regula Catonis.
34 Cujac. 2 *ad Afric. fol.* 31.
35 Id est, cujus mors inspicitur. adde *l. ult. ff. eod.*

De impensis in rem donatam factis.

XIV. Idem lib. XVIII Digestorum.

SI mortis causa donatus fundus est[36], & in eum impensæ necessariæ atque utiles factæ sint[37]: fundum vindicantes[38] doli mali exceptione summoventur, nisi pretium earum restituant[39].

De militibus. Collatio harum donationum & legatorum.

XV. Idem lib. XXVII Digestorum.

MArcellus notat: Cum testamento relinquendi, cui velint, adepti sint filiifamilias milites[40] liberam facultatem, credi potest, ea etiam remissa, quæ donationes mortis causa fieri prohibent. Paulus notat: Hoc & constitutum est, &[41] ad exemplum[42] legatorum mortis causa donationes revocatæ sunt.

De revocandis donationibus.

XVI. Idem lib. XXIX Digestorum.

MOrtis causa donatio, etiam dum pendet[43], an convalescere possit donator, revocari potest.

De creditoribus fraudatis. Collatio harum donationum & legatorum.

XVII. Idem lib. XLVII Digestorum.

ET si[44] debitor consilium creditorum fraudandorum non habuisset, avelli res mortis causa ab eo donata debet. nam cum legata ex testamento ejus[45], qui solvendo non fuit, omnimodo inutilia sint, possunt videri etiam[46] donationes mortis causa factæ, rescindi debere: quia legatorum instar[47] obtinent.

36 Donatio rei quæ evinci potest, tanti censetur & æstimanda est quanti res conditionem ejus scienti & periculum ejus suscipienti vendi potest.
37 *l.* 1. §. 16. *ff. ad Trebell.*
38 Sui juris.
39 *l.* 39. *ff. eod.*
40 Puta filio naturali: vel ei, cui Falcidia detrahitur.
41 Referendo est hæc lex ad secundam partem inscriptionis hujus tituli, hoc est, ad mortis captiones.
42 *l.* 44. *in fin. ff. de cond. & dem.*
43 *l.* 31. §. 2. *ff. eod.*
44 Vide Cujac. 1 *ad Afric. fol.* 8.
45 Quoties scil. quæritur, capax sit donatarius, necne.
46 Capacitas vel incapacitas donatarii mortis causa inspicitur tempore mortis, non tempore donationis. *Castr.*
47 Id est, actus interpositi: contra quam in legatis, in quibus testamenti faciendi tempus spectatur ex regula Catonis.
48 Cujac. 2 *ad Afric. fol.* 31.
49 Id est, cujus mors inspicitur. adde *l. ult. ff. eod.*
50 Donatio mortis causa facta filiofamilias, ipso ante donatorem præmortuo exspirat: secus si facta sit patri, per mediam tamen personam ipsius filii.
51 Ut in *d. l. ult.*
52 Id est, tantum videor accipere, quantum facere potest. *Basil.*
53 Mandatum post mortem mandatoris collatum, ejus morte non revocatur. 54 Chirographum qui mandat reddi debitori, debitorem ipsum liberasse intelligitur. 55 Nam chirographo legato continetur actio. *l.* 59. *ff. de legat.* 3. 56 *d.* §. 2. *l.* 28. *in fin. ff. eod.*

Si quis mortis aliena causa donet. 1. De delegatione. 2. De chirographis datis, ut si donator moriatur, donatario dentur. 3. De donatione rei obligatæ.

XVIII. Idem lib. LX Digestorum.

MOrtis causa capimus non tunc solum, cum quis suæ mortis causa nobis donat: sed & si propter alterius mortem id faciat; veluti si quis filio[48], vel fratre[49] suo moriente, donet Mævio ea conditione, ut si convaluerit alteruter eorum, reddatur sibi res, si decesserit, maneat apud Mævium. §. 1. Si donaturus mihi mortis causa, debitorem tuum creditori meo delegaveris[50], omnimodo capere videbor tantam pecuniam, quanta à creditore meo liberatus fuero. Quod si ab eodem ego stipulatus fuero, eatenus[51] capere existimandus ero, quatenus debitor solvendo fuerit. nam etsi convaluisset creditor, idemque donator, condictione aut in factum actione debitoris obligationem duntaxat reciperet. §. 2. Titia chirographa debitorum suorum, Septicii & Mævii, donatura illis Ageriæ dedit: & rogavit eam, *ut*[52] *ea si decessisset, illu*[53] *daret; si convaluisset, sibi redderet:* morte secuta, Mævia Titiæ filia heres extitit: Ageria autem, ut rogata erat, chirographa[54] Septicio & Mævio suprascriptis dedit. Quæritur, si Mævia heres summam, quæ debebatur, ex chirographis suprascriptis petat, vel ipsa[55] chirographa: an exceptione excludi possit? Respondit, Mævium, vel pacti conventi, vel doli[56] mali exceptione summoveri posse. §. 3. Qui hominem noxæ nomine vel alias obligatum, mortis causa acceperit: tantum[57] cepisse intelligendus est, quanti[58] is homo venire potuisset. † Idem in fundo, qui obligatus est, observari poterit, ut pretium excutiatur.

48 Puta filio naturali: vel ei, cui Falcidia detrahitur.
49 Referendo est hæc lex ad secundam partem inscriptionis hujus tituli, hoc est, ad mortis captiones.
50 *l.* 44. *in fin. ff. de cond. & dem.*
51 *l.* 31. §. 2. *ff. eod.*
52 Vide Cujac. 1 *ad Afric. fol.* 8.
53 Quoties scil. quæritur, capax sit donatarius, necne.
54 Capacitas vel incapacitas donatarii mortis causa inspicitur tempore mortis, non tempore donationis. *Castr.*
55 Id est, actus interpositi: contra quam in legatis, in quibus testamenti faciendi tempus spectatur ex regula Catonis.
56 Cujac. 2 *ad Afric. fol.* 31.
57 Donatio rei quæ evinci potest, tanti censetur & æstimanda est quanti res conditionem ejus scienti & periculum ejus suscipienti vendi potest.
58 *l.* 1. §. 16. *ff. ad Trebell.*

Si filiofamil. donatur, si donatarius in adoptionem se dederit, aut rem alienaverit.

XIX. Idem lib. LXXX Digestorum.

SI filiofamilias res mortis causa data fuerit, & convaluisset donator: actionem de peculio cum patre habet. † At si paterfamilias[59], cum mortis causa donationem accepisset, in adoptionem se dederit: res ipsa à donatore repetitur. † Nec huic similis est is, qui rem, quam mortis causa acceperat, alii porro dederit: nam donator huic non rem sed pretium[60] ejus condicetur.

59 Sui juris.
60 *l.* 39. *ff. eod.*
61 Puta filio naturali: vel ei, cui Falcidia detrahitur.
62 Referendo est hæc lex ad secundam partem inscriptionis hujus tituli, hoc est, ad mortis captiones.
63 *l.* 44. *in fin. ff. de cond. & dem.*
64 *l.* 31. §. 2. *ff. eod.*

De legato non capaci solidi sub conditione dando.

XX. Idem lib. I ad Ursеium Ferocem.

EI[61], qui non amplius parte capere[62] poterat, legatus est fundus, si decem dedisset heredi: non totam summam [in] dare debet, ut partem fundi haberet, sed[63] partem duntaxat pro rata, qua legatum consequitur.

De eo qui pecuniam accepit, ut adiret.

XXI. Idem lib. II ad Ursеium Ferocem.

EUm, qui ut[64] adiret hereditatem pecuniam accepisset, plerique, in quibus Priscus quoque, responderunt, mortis causa eum capere.

Quo tempore capacitas donatarii spectetur.

XXII. Africanus lib. I[65] Quæstionum.

IN mortis causa donationibus[66] non[67] tempus donationis[68] sed *mortis* intuendum est, an quis capere possit.

Si filiofamil. vel servo donetur.

XXIII. Idem lib. II[69] Quæstionum.

SI filiofamilias mortis causa donatum sit, & vivo donatore moriatur filius, pater vivat: Quæsitum est, quid juris sit[70]? Respondit, morte[71] filii condictionem competere, si modo ipse potius filio quam patri donaturus dederit: alioquin, si quasi ministerio ejus pater usus sit, ipsius patris mortem spectandam esse. † Idque juris fore, & si de persona servi[72] quæratur.

61 Puta filio naturali: vel ei, cui Falcidia detrahitur.
62 Referendo est hæc lex ad secundam partem inscriptionis hujus tituli, hoc est, ad mortis captiones.
63 *l.* 44. *in fin. ff. de cond. & dem.*
64 *l.* 31. §. 2. *ff. eod.*
65 Vide Cujac. 1 *ad Afric. fol.* 8.
66 Quoties scil. quæritur, capax sit donatarius, necne.
67 Capacitas vel incapacitas donatarii mortis causa inspicitur tempore mortis, non tempore donationis. *Castr.*
68 Id est, actus interpositi: contra quam in legatis, in quibus testamenti faciendi tempus spectatur ex regula Catonis.
69 Cujac. 2 *ad Afric. fol.* 31.
70 Id est, cujus mors inspicitur. adde *l. ult. ff. eod.*
71 Donatio mortis causa facta filiofamilias, ipso ante donatorem præmortuo exspirat: secus si facta sit patri, per mediam tamen personam ipsius filii.
72 Ut in *d. l. ult.*

De acceptilatione.

XXIV. Idem lib. IX Quæstionum.

QUod debitori acceptum factum esset mortis causa, si convaluerit donator, etiam[73] tempore liberato[74] ei potest condici: namque[75] acceptilatione interveniente abitum ab jure pristinæ obligationis, eamque in hujus condictionis transfusam.

73 Id est, etiamsi tempore liberatus sit.
74 Qui liberatus est acceptilatione mortis causa, non potest uti præscriptione adversus donatorem, qua uteretur, si liberatus non esset.
75 Id est, subtilitate juris videtur in hac specie debitor liberatus per acceptilationem, ex æquo tamen & bono acceptum ferenti creditori non nocet: quia videtur per eam acceptilationem obligatio debitoris transfusa in condictionem causa data causa non secuta.

De testato vel intestato. 1. De filiofamiliis.

XXV. Marcianus lib. IX Institutionum.

TAm[76] is, qui testamentum facit[77], quam qui non facit, mortis causa donare potest[78]. §. 1. Filiusfamilias, qui non potest[79] facere testamentum, nec[80] voluntate patris, tamen *mortis causa donare patre permittente potest.*

76 Donare mortis causa, vel facto testamento, vel ab intestato possum. *Castrens.* eadem ratione codicilli fiunt utrovis modo. *Consistentur.* 8. *l. ab intestato.* 16. *ff. de jure codicill.*
77 *l.* 9. *ff. eod. l.* 32. §. 8. *in fin. ff. de donat. int. vir.*
78 Imo, non potest: nam pupillus, nec testamentum facere potest, nec mortis causa donare. *l.* 1. §. 1. *ff. de tutela & ratiocinat.*
79 *l.* 6. *ff. qui testam.*
80 Vid. *l. ult. C. qui testam.*

De donatione reciproca & commorientibus.

XXVI. Idem lib. II Regularum.

SI qui invicem[81] sibi mortis causa donaverunt, pariter[82] decesserunt, neutrius heres repetet: quia neuter alteri supervixit. † Idem juris est, si pariter maritus & uxor sibi donaverunt.

81 Quid quæro, an donatio violentiæ
82 Possit.

Si donetur mortis causa, ut nullo casu revocetur.

XXVII. Idem lib. V Regularum.

VBi ita donatur mortis causa, ut *nullo*[83] *casu revocetur, causa* donandi magis[84] est, quam mortis causa donatio: & ideo perinde[85] haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio. ideoque inter viros & uxores non valet: & ideo nec[86] Falcidia locum habet, quasi in *mortis causa donatione.*

83 Directo, si dominium nondum
84 Habet etiam
85 Possit.
86 Dolo facit he-

De eo, qui scripsit tabulas vel chirographum inania esse, nec quicquam deberi.

XXVIII. Marcellus lib. singul. Responsorum.

AVunculo suo debitori mortis causa donaturus, quæ debebat, ita scripsit: *tabulæ*[87] *vel chirographum*[88], *tot, ubicunque sunt, inanes*[89] esse, neque eum solvere debere. Quæro, an heredes, si pecuniam ab avunculo defuncti petant, exceptione[90] doli mali tueri se possint[91]? Marcellus respondit, posse: nimirum[92] enim contra voluntatem defuncti heres petit ab eo.

87 Instrumenta nudis etiam verbis cancellari posse, hinc colligunt: veluti si creditor tabulas debitoris sui jubeat vel mandet inanes esse, &, ut pragmatici loquuntur, *cassare*, & irritas.
88 Tua chirographa ubicunque sunt, inania esse.
89 Donatio in ipsis liberationibus, sive quoties de ipso debitore liberando agitur, statim perficitur: neque in ea donatione ulla exigitur traditio. Fit & in hunc modum liberando donatio: quæ nihil aliud est, quam pactum de non petendo.
90 *l.* 18. §. 2. *ff. eod.*
91 Possit.
92 Dolo facit heres, qui ab alio quid petit contra defuncti voluntatem.

De revocatione donationis. De vindicatione & condictione.

XXIX. Ulpianus lib. XVII ad Edictum.

SI mortis causa res donata est, & convaluit, qui donavit: videndum, an habeat in rem actionem? Et si quidem quis sic donavit, *ut si mors contigisset, tunc haberet, cui donatum est:* sine dubio donator poterit rem vindicare[93]: mortuo eo, tunc is cui donatum est. † Si vero sic, *ut jam nunc haberet; redderet, si convaluisset, vel de prælio, vel peregre redisset:* potest defendi, in rem competere donatori, si quid horum contigisset: interim autem ei cui donatum est. † Sed & si morte præventus sit is, cui donatum est, adhuc quis dabit in rem donatori[94].

93 Directo, si dominium nondum
94 Habet etiam

Quid

dinaria seu reciproca sit proprie donatio: ad hoc enim utilis est illa quæstio, ut sciamus, intelligint insinuatione, necne? Clarus ex communi opinione negat proprie donationem esse. 4 *sent.* 2. *in fin.* Cur ita? quia propter vicissitudinem habet onus adnexum: quia tantum quis dat, quantum habere sperat: & ideo non potest proprie dici donatio. 82 *l.* 32. §. 14. *ff. de donat. int. vir.* 83 *l.* 13. *in fin. ff. eod. l.* 35. §. 4. *vers. nam & sic. ff. eod.* 84 Donatio mortis causa quotiens clausulam *de non revocando continet*, non obstante tali clausula permittitur revocatio: quia talis donatio transit in aliam donationem, & fortitur potius nomen donationis inter vivos. Minling. 7 *resp. fol.* 69. *n.* 11. Clarus, 4 *sententi.* §. *Donatio. quæst.* 4. *in fin.* Hæc enim qualitas, ut donatio, qua de agitur, nullo jure possit revocari, penitus à natura donationis mortis causa differt. adde Graffium, §. *donatio mortis causa. quæst.* 1. *num.* 4. 5. 6. 85 Pactum adjectum contra naturam contractus, ipsum contractum non vitiat, sed eum mutat in aliud contractus genus. vide tamen *l.* 12. *ff. de precario.*
86 *l.* 48. *in fin. ff. eod.* 87 Instrumenta nudis etiam verbis cancellari posse, hinc colligunt: veluti si creditor tabulas debitoris sui jubeat vel mandet inanes esse, &, ut pragmatici loquuntur, *cassare*, & irritas. 88 Tua chirographa ubicunque sunt, inania esse. 89 Donatio in ipsis liberationibus, sive quoties de ipso debitore liberando agitur, statim perficitur: neque in ea donatione ulla exigitur traditio. Fit & in hunc modum liberando donatio: quæ nihil aliud est, quam pactum de non petendo. 90 *l.* 18. §. 2. *ff. eod.* 91 Possit. 92 Dolo facit heres, qui ab alio quid petit contra defuncti voluntatem. 93 Directo, si dominium nondum translatum: utiliter, si translatum. *Accursius.* adde *l.* 38. §. 1. *ff. de usuris.* 94 Habet etiam condictionem. v. *l.* 30. *ff. eod. l.* 9. *ff. de reb. cred. l.* 36. *ff. de jure dotium l.* 12. *ff. de cond. causa data.*

Quid sit mortis causa capere. 1. De acceptilatione. 2. Quæ mortis causa capi dicuntur. 3. Si quis jusserit debitorem suum alii exprimittere. 4. De acceptilatione.

XXXI. GAIUS lib. VIII ad Edictum provinciale.

MOrtis causa capitur, cum propter mortem alicujus capiendi occasio obvenit: exceptis [96] his capiendi figuris [97], quæ proprio nomine appellantur. certe enim & qui hereditario, aut legati, aut fideicommissi jure capit, ex morte alterius nanciscitur capiendi occasionem: sed quia [98] proprio nomine hæ species capiendi appellantur, ideo ab hac definitione separantur [99].

§. 1. Juliano placet, licet solvendo [100] non sit debitor, cui acceptum latum sit, videri ei mortis causa donatum. §. 2. Sine donatione autem capitur, [veluti] pecunia quam statuliber [1], aut legatarius alicui conditionis implendæ gratia numerat: sive extraneus sit, qui accepit, sive heres. † Eodem numero est pecunia, quam quis in hoc accipit, ut vel adeat [2] hereditatem, vel non adeat; quique in hoc accipit pecuniam, ut legatum omittat. † Sed & dos, quam quis in mortem mulieris à marito stipulatur, capitur sane mortis causa: cujus generis dotes receptitiæ [3] vocantur. † Ruisus id quod mortis causa donatur, aut in periculum [4] mortis datur, aut cogitationem mortalitatis, quod nos quandoque morituros intelligimus [5]. §. 3. Si jusseris mortis causa debitorem tuum mihi aut creditorim eo expromittere [6] decem: quid juris esset, quæritur, si iste debitor solvendo non sit? Et ait Julianus [7]: Si ego stipulatus fuerim [7], tantam pecuniam videri me cepisse, in quantum debitor [8] solvendo fuisset: nam & si convaluisset (inquit) donator, obligationem duntaxat debitoris recipere deberet. Si vero creditor meus stipulatus fuerit, tantam videri me pecuniam accepisse, in quantum à creditore meo liberatus essem. §. 4. Per accepti quoque lationem egens [9] debitor liberatus, totam eam pecuniam, qua liberatus est, cepisse videtur.

De morte.

XXXII. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

NOn videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam [10] mors insequatur.

De usucapione.

XXXIII. PAULUS lib. IV ad Plautium.

QUi alienam [11] rem mortis causa traditam usucepit, non ab eo videretur [12] cepisse, cujus res fuisset: sed ab eo, qui occasionem usucapionis præstitisset.

De stipulatione in annos singulos.

XXXIV. MARCELLUS lib. XXVIII Digestorum.

MOrtis causa donatio etiam [sic] constituti potest, ut quid stipuletur [13] in annos singulos quoad viveret: scilicet ut post [14] mortem promissoris incipiat exactio.

Quibus donari potest. 1. Etymologia donationis. 2. Quid interfit inter simplicem & mortis causa donationem. 3. De repetitione. 4. De causis & speciebus mortis causa donationum. 5. De societate. 6. De acceptilatione. 7. De stipulatione in annos singulos.

XXXV. PAULUS lib. VI ad Legem Juliam & Papiam.

SEnatus censuit, placere mortis causa donationes factas in eos, quos [15] Lex prohibet capere, in eadem causa haberi, [in] qua essent, quæ [16] testamento his legata essent, quibus capere per legem non liceret. † Ex hoc Senatusconsulto [17] multæ variæque quæstiones agitantur, de quibus pauca referamus. §. 1. *Donatio* dicta est à dono, quasi dono datum: rapta [18] à Græco; nam hi dicunt δῶρον ἀπὸ τοῦ δοῦναι, id est, *donum & donare*. §. 2. Sed *mortis causa donatio* longe differt ab illa vera [19] & absoluta donatione, quæ ita proficiscitur, ut nullo casu revocetur [20]. & [21] ibi, qui donat, illum potius, quam se habere mavult: at is, qui mortis causa donat, se cogitat; atque amore vitæ recepisse potius quam dedisse mavult. & hoc est, quare vulgo dicatur, Se potius [22] habere vult, quam eum, cui donat: illum deinde potius, quam heredem suum. §. 3. Ergo qui mortis causa donat, qua parte se cogitat, negotium gerit: scilicet ut cum convaluerit [23], reddatur sibi. Nec dubitaverunt Cassiani, quin condictione repeti possit, quasi re non secuta: propter hanc rationem, quod ea, quæ dantur, aut ita dantur, ut [24] aliquid facias, aut ut ego aliquid faciam, aut ut Lucius Titius, aut ut aliquid obtingat; & in istis condictio sequitur.

§. 4. Mortis causa donatio fit multis [25] modis. † Alias extra suspicionem ullius periculi à sano & in bona valetudine posito, [&] cui ex humana sorte mortis cogitatio est. † Alias *ex metu mortis*, aut ex præsenti [26] periculo, [aut ex] futuro: si [27] quidem terra marique, tam in pace, quam in bello, & tam domi, quam militiæ, multis [28] generibus mortis periculum metui potest. † Nam & sic potest donari, *ut ommodo ex ea valetudine donatore mortuo, res non reddatur*: &, *ut reddatur, etiam si prior ex eadem valetudine decesserit, si tamen mutata voluntate restitui sibi voluerit*. † Et sic donari potest, *ut non aliter reddatur, quam si prior ille, qui accepit, decesserit*. † Sic quoque potest donari mortis causa, *ut nullo casu* [29] *sit repetitio*, [id est] ne si convaluerit quidem donator. §. 5. Si quis societatem [30] per donationem mortis causa inierit: dicendum est, nullam societatem esse. §. 6. Si duobus debitoribus mortis causa donaturus creditor, uni acceptum [31] tulit, & convaluerit: eligere potest, utri eorum condicat. §. 7. Sed qui mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est, non est similis ei; cui in annos singulos legatum est: nam, licet multa [32] essent legata, stipulatio tamen una est, & conditio ejus, cui expromissum est, semel [33] intuenda est.

De eo, quod datur conditionis implendæ causa.

XXXVI. ULPIANUS [lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam].

QUod conditionis [34] implendæ causa datur, licet non ex bonis mortui proficiscitur, capere tamen supra modum non poterit is, cui certum modum ad capiendum Lex [35] concessit. † Certe [36] quod à statulibero [37] conditionis implendæ causa datur, indubitate modo legati [38] concesso imputatur: sic tamen, si mortis tempore in peculio id habuit. cæterum si post mortem, vel etiam si alius pro eo, dedit, quia non fuit ex his bonis, quæ mortis tempore testator habuit, in eadem erunt causa, in qua sunt, quæ a legatariis dantur.

Collatio legati & mortis causa donationu. 1. De venditione rei donatæ.

XXXVII. IDEM [lib. XV ad Leg. Juliam & Papiam].

ILlud generaliter meminisse oportebit, donationes mortis causa factas, legatis comparatas [39]: quodcunque igitur in legatis juris est, id in mortis causa donationibus erit accipiendum [40].

§. 1. Julianus ait, Si quis servum mortis causa sibi donatum vendiderit, & hoc vivo donatore fecerit: pretii condictionem donator habebit, si convaluisset, & hoc donator elegerit; alioquin & ipsum servum restituere compellitur.

Quid interfit inter mortis causa donationem & capionem.

XXXVIII. MARCELLUS [lib. I ad Legem Juliam & Papiam].

INter mortis causa donationem, & omnia, quæ mortis causa quis ceperit, est earum rerum differentia. Nam mortis causa donatur, quo præsens præsenti dat: à mortis causa capi intelligitur & quod [41] non cadit in speciem donationis. Etenim cum testamento quis suo Pamphilum servum suum liberum esse jussit, si mihi decem dederit, nihil mihi donasse videbitur: & tamen, si accepero à servo decem, mortis causa accepisse me convenit. † Idem accidit, quod quis sit heres institutus, si mihi decem dederit: nam accipiendo ab eo, qui heres institutus est, conditionis explendæ ejus causa, mortis causa capio.

De manumissione servi donati.

XXXIX. PAULUS [lib. XVII ad Plautium].

SI is, cui mortis causa servus donatus est, eum manumisit, tenetur condictione [42] in pretium servi: quoniam scit posse sibi condici, si convaluerit donator.

De viro & uxore.

XL. PAPINIANUS [lib. XXIX Quæstionum].

SI mortis causa inter virum [43] & uxorem donatio facta sit, morte secuta reducitur [44] ad id tempus donatio, quo interposita fuisset.

De eo, quod statuliber de peculio dat.

XLI. IDEM [lib. II Responsorum].

QUod statuliber [45] uni ex heredibus de peculio dedit, ei, qui accepit, in Falcidiæ rationem venit: & in hereditatis [46] petitione, item ex Trebelliano, restituitur. † Ex peculio autem videtur dari, quod statuliber donatum accepit & dedit: & quod ab alio, nomine ipsius, eo præsente datur, prope est, ut ab ipso datum intelligatur.

De donatione proprietatis ita, ut post mortem donatarii ad donantem revertatur, & post mortem donantu ad liberos donatarii bona pertineant. 1. Qualis præsumitur esse donatio à moriente facta.

XLII. IDEM lib. XIII Responsorum.

SEia, cum bonis suis, traditionibus factis, Titio cognato donationis causa cessisset, usumfructum [47] sibi recepit: & convenit, *ut si Titius ante ipsam* [vitæ] *decessisset, proprietas* [48] *ad eam rediret; si postea superstitibus liberis Titii mortua fuisset, tunc ad eos bona pertinerent*. Igitur si res singulas heredes Lucii Titii vindicent, doli non inutiliter opponetur exceptio: bonæ [49] fidei autem judicio constituto, Quærebatur, an mulier promittere debeat, se bona, cum moreretur, filiis Titii restituturam? Incurrebat hæsitatio non extorquendæ donationis, quæ nondum in personam filiorum initium acceperat [50]. Sed nunquid interpositæ cautione prior donatio, quæ dominio translato pridem perfecta est, propter legem in exordio datam retinetur, non secunda promittitur? utrum [51] ergo certæ conditionis donatio fuit, an quæ mortis consilium [ac titulum] haberet? Sed denegari non potest, mortis causa factam videri: sequitur, ut soluta priore donatione, quoniam Seia Titio superstes fuit, sequens extorqueri videatur: muliere denique [postea] diem functa, liberi Titii si cautionem ex consensu mulieris acceperint, contributioni propter Falcidiam ex persona sua tenebuntur. §. 1. Cum pater in extremis vitæ constitutus, emancipato [52] filio quædam sine ulla [53] conditione redhibendi donasset, ac fratres & coheredes ejus bonis contribui donationes, Falcidiæ causa, vellent: jus antiquum servandum esse respondi. non enim ad alia Constitutionem pertinere, quam quæ lege certa donarentur, & morte insecuta quodammodo bonis auferrentur, spe retinendi perempta: eum autem, qui absolute [54] donaret, non tam mortis causa, quam morientem donare.

De viro & uxore.

XLIII. NERATIUS [lib. I Responsorum].

FUlcinius [55]: Inter [56] virum & uxorem mortis causa donationem ita fieri, si donator justissimum mortis metum habeat. Neratius [57]: sufficere existimationem donantis hanc esse, ut moriturum se putet [58]: quam juste necne susceperit [59], non quærendum. quod magis tuendum est.

Si servo donatum est.

XLIV. PAULUS lib. I Manualium.

SI servo [60] mortis causa donatum sit, videamus, cujus mors inspici debeat, ut sit locus condictioni: domini an ipsius servi? Sed magis ejus inspicienda est, cui donatum esset: sed tamen post mortem ante apertas tabulas testamenti manumissum hæc donatio non sequitur.

---

96 Definitio per contrarii remotionem.

97 Figuræ vocatmodos, causas, genera, ut *l.* 1. ff. *de obl.*

98 Mortis capio, species est negotii innominata.

99 Aliud est legatum, fideicommissum, mortis causa capio, & mortis causa donatio.

100 *l.* 22. §. 3. ff. *ad l. Falcid.*

1 *l.* 6. *vers. nam & quod.* ff. *eod.*

2 *l.* 21. ff. *eod.*

3 Dos *receptitia* dicitur, quam is, qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus est. Ulp. 6. §. 5. servus receptitius, de quo meminit Gellius 17. *cap.* 6. & Nonius Marcellus *in Receptitium*, neque dotalis est, neque paraphernalis, quia ad virum non defertur. vide Cujac. *ibid.*

4 Aut in periculo mortis. *Hal. l.* 2. *l.* 7. ff. *eod.*

5 *Al.* intelligamus.

6 *l.* 18. §. 1. ff. *eod.*

7 A tuo debitore.

8 Tuus.

9 Per acceptilationem quoque egenus debitor. *Hal. l.* 22. §. *pen.* ff. *ad l. Falcid.*

10 *l.* 34. *in fin.* ff. *eod. l.* 4. §. 1. ff. *de doli mali.*

11 *l.* 13. *l.* 18. §. 2. ff. *eod. l.* 44. ff. *de donationibus int. vir.*

12 Videtur.

13 Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo, quæ ita fit, ut morte promissoris confirmetur: aut, ut quidam dixerunt, cujus stipulationis non fuit causa. *Festus.*

14 *l.* 32. ff. *eod.*

15 Quæ illæ personæ, dixi ad Ulpianum, *tit.* 13.

16 V. *l.* 9. ff. *eod.*

17 Facto ad legem Juliam & Papiam.

18 Tracta à Græcis.

19 Hinc colligere possumus, Donationem inter vivos veram esse donationem: mortis causa minus propriam. veram esse donationem, quæ revocari non potest: impropriam, quæ potest revocari.

20 Nisi ex ingratitudine. vide *C. de revocandis donationibus.*

21 *Al.* Nam ibi.

22 *l.* 1. ff. *eod.*

23 *l.* 30. ff. *eod.*

24 *l.* 5. ff. *de præscript. verb.*

25 V. *l.* 2. ff. *eod.* Goth. Vid. Joann. Decher. *dissert. lib.* 1. *dissert.* 4. *num.* 20. Ans.

26 *l.* 3. ff. *eod.*

27 *l.* 3. §. 2. ff. *de incend.*

28 Vid. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. ff. *eod.*

29 V. *l.* 27. ff *eod.*

30 *l.* 5. *in fin.* ff. *pro socio. l.* 32. §. 24. ff. *de donat. inter vir.*

31 Adde *l.* 24. ff. *eod.*

32 Legata annua, plura sunt legata, *ut hic. l.* 4. *l.* 11. ff. *de annuis.* stipulatio mortis causa annua, est una, *ut hic.* 33 Tempore mortis sc. *l.* 22. ff. *eod.* 34 Quæro, an donatio conditionalis sit proprie donatio? hoc post communem opinionem ait Clarus 4 *sent.* 2. Licet enim dispositio conditionem annexam habeat, illa tamen conditio non est qualitas, quæ substantiam & proprietatem actus immutet. 35 Non Falcidia, sed Julia & Papia, ut inscriptio Legis ostendit. Cujac. 7 *obs.* 24. 36 Vide Cujac. in hanc *l.* 7. *obs.* 24. 37 *l.* 41. ff. *eod. l.* 43. *l.* 76. ff. *ad l. Falcid. l.* 13. §. 6. ff. *de hered. petit.*

38 Legatis concesso. Cujac. *Inst. de lege Falcid.* modo legi concesso: Cujac. ex Basilicis 7 *obs.* 24.

39 *l.* 15. *in fin. l.* 17. ff. *eod.* v. Cujac. 10 *obs.* 28.

40 Imo non est accipiendum: nam legatū absenti relinqui potest, *l.* 38. ff. *de mort. caus. don.* filiusfamilias testari nequit, & tamen donare potest. *l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* Accusans testamentum de falso, perdit legatum, non tamen donationem causa mortis. mortis causa donatio ipso jure interdum revocatur, legatum non ita: mortis causa donatio capitur interdum ab alio, quam ab herede: legatum vero donatio est ab herede præstanda. Donatarius ad reddendam rationem possessionis tenetur, non legatarius. vide Accurs. ad *l.* 15. ff. *eod.*

41 *l.* 8. *l.* 12. *l.* 36. ff. *eod. l.* 41. ff. *eod.*

42 *l.* 29. *in fin.* ff. *eod.*

43 *l.* 1. *l.* 20. *l.* 25. ff. *de donat. int. vir.* Paul. 2 *sent.* 13. §. *ult.*

44 Proprietate, ut *l.* 11. ff. *de don. inter vir.* & postissime. *l.* 36. ff. *de donat. inter vir.*

45 *l.* 36. ff. *eod.*

46 *l.* 13. §. 6. *in fin.* ff. *de hered. pet.*

47 Potest enim ita donatio concipi. *l.* 28. *C. de donat.* Goth. Vide Good. *de contrab. stip. cap.* 8. *n.* 31. & Joann. a Sand. *decis. Frisicar. lib.* 1. *tit.* 1. *defin.* 3. Ans.

48 *l.* 2. *C. de donat. quæ sub modo.*

49 Hinc Dorotheus notat, Dolī exceptionem oppositam bonæ fidei judicium semper facere. eo tamen nomine ab alio interprete reprehenditur, *lib.* 47 *Basil.* defenditur vero à Cujac. 3 *obs.* 17.

50 Et quod nemo debeat esse sollicitus de bonis viventis. *l.* 2. §. 2. ff. *de vulgari.*

51 Donatio mortis causa dicitur, seu censetur in dubio, quando facta est mortis mentio, *ut hic.* receditur tamen ab hac conjectura certis argumentis: ut si fiat mortis mentio temporis fini, hoc est, ut certum aliquod tempus demonstretur, à quo donatio incipiat. Idem dicendum, si donetur Titio, ejusque heredibus: vel si propter me ita, vel si usufructu deducto donetur: Item si donator promisit donationem ratam habere: vel constituit pure, se donatoris nomine eam rem tenere ac possidere: vel si ita donavit, ut donatarius haberet & teneret: vel si conjuncto alicui donavit. de quo vide plenius Rolandum à Valle, 2 *consil.* 61. 52 Et ita extraneo. Hinc colligit Cujacius, Extraneum heredem non detrahere Falcidiam ex donationibus inter vivos: suos heredes detrahere. *Nov.* 92. *c.* 1. 53 Id est, inter vivos. *l.* 27. ff. *eod.* 54 Licet quis in extremis & articulo mortis constitutus donet; si tamen non dixerit se mortis causa donare, vel mentionem mortis non fecit, in dubio præsumitur donatio esse inter vivos. 55 Dicit sc. 56 *l.* 9. *in fin.* ff. *de don. inter vir.* 57 Contra sentit & opinatur. 58 Tunc cum donat. 59 Suspicetur, *Græci.* 60 V. *l.* 23. ff. *eod.* Goth. Nota differentiam inter donationem mortis causa factam servo, & legatum servo relictum. v. Edmund. Merill. *lib. singularium different. cap.* 10. Ans.

LIBER QUADRAGESIMUS.

TIT. I.

DE MANUMISSIONIBUS [1].

De eo, qui attigit ultimum diem vicesimi anni.

1. ULPIANUS [lib. VI ad Sabinum].

PLacuit eum [2], qui calendis Januariis natus, post [3] sextam noctis pridie Kalendas quasi annum vicesimum compleverit, posse manumittere 4. non enim majori viginti annis permitti manumittere, sed minorem manumittere vetari: jam autem minor [5] non est [6], qui diem supremum agit anni vicesimi.

De servo legato.

II. IDEM [lib. XVII ad Sabinum].

SI heres, deliberante legatario, servum legatum manumiserit, mox legatarius [7] repudiaverit, manumissum liberum fore placet.

De servo pignerato.

III. PAULUS [lib. XXXIX ad Edictum].

SErvus pignori datus, etiam si [8] debitor locuples sit, manumitti non potest.

De servo suis nummis empto.

IV. ULPIANUS [lib. VI Disputationum].

IS, qui suis [9] nummis emitur, epistula [10] Divorum fratrum ad Urbium Maximum in eam conditionem redigitur, ut libertatem adipiscatur. §. 1. Et primo quidem *nummus* [11] *suus* non proprie videtur emptus dici, cum suos nummos servus habere [12] non possit. Verum *conventibus* [13] *oculo* credendum est, suis nummis eum redemptum, cum non nummis ejus, qui eum redemit, comparatur. Proinde sive ex peculio, quod ad venditorem pertinet, sive ex adventitio lucro, sive etiam amici beneficio, vel liberalitate, vel prorogante [14] eo, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum redemptus sit: credendum est, suis nummis eum redemptum. satis est enim, quod is, qui emptioni suum nomen accommodaverit, nihil de suo impendit.

§. 2. Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit, dicendum erit, non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, ut imaginaria [15] fieret [16] emptio, & [17] per fidem contractus inter emptorem & servum agatur. §. 3. Sive igitur non hoc ab initio esset actum, *ut suis nummis redimeretur*; sive hoc acto, nummos servus non dedit: cessabit libertas. §. 4. Unde quæri poterit, si, cum hoc ab initio esset actum, emptor festinavit, & pretium numeravit [18]: an postea ei satisfacto, servus Constitutione uti possit? Et puto, posse. §. 5. Proinde & si ei nummos prorogavit [19] emptor, cum ei pariaverit [20], poterit ad libertatem pervenire. §. 6. Sive autem exprimetur in contractu (veluti in emptione) hoc, ut *manumittatur*; sive non exprimatur: verius est libertatem competere. §. 7. Ergo & si forte quis sic comparaverit suis nummis, *ne eum manumittat*: benigna est opinio dicentium, hunc ad libertatem pervenire: cum & nomen emptionis imaginarius iste emptor accommodet, & præterea nihil ei absit.

§. 8. Nihil autem interest, à quo quis suis nummis ematur, à fisco, vel à civitate, vel à privato; cujusque sit sexus is, qui emit. † Sed & si minor sit viginti annis, qui vendidit [21]: interveniet Constitutio. † Nec comparantis quidem ætas spectatur: nam & si pupillus emat, æquum est, eum [22] fidem implere, cum sine damno ejus hoc sit futurum. † Idem, & si servus est. §. 9. In illis sane servis non intervenit Constitutio, qui in totum perduci ad libertatem non possunt: ut puta [si] exportandus [23], vel hac lege venierit, vel testamento [24] hanc conditionem acceperat, ne unquam manumitteretur. §. 10. Suis autem nummis redemptus, etsi totum pretium non numeravit, ex operis tamen ipsius accesserit aliquid, ut repleri pretium possit, vel si quid suo merito adquisierit: dicendum est [25] libertatem competere. §. 11. Quod si partem suis nummis redimeret, cum partem servi haberet, ad Constitutionem non pertinebit: non magis quam qui cum proprietatem haberet, usumfructum redemit. §. 12. Sed quid, cum fructuarius esset, & proprietatem redemit? in ea conditione est, ut ad Constitutionem pertineret. §. 13. Sed [&] si duo servum redemerint, alter propriis nummis, alter [nummis] servi: dicendum erit, Constitutionem cessare: nisi forte is, qui propriis nummis redemit, manumittere fuerit paratus. §. 14. Sed & si partem quis redemit, pars altera ex causa lucrativa accesserit: dicendum erit, Constitutionem locum habere.

De eo, qui rationibus redditis liber esse jussus est.

V. MARCIANUS [26] [lib. II Institutionum].

SI quis dicat, se suis [27] nummis emptum, potest consistere cum domino suo, cujus in fidem confugit, & queri, quod ab eo non manumittatur: Romæ quidem apud Præfectum Urbi, in Provinciis vero apud Præsides ex sacris Constitutionibus Divorum fratrum: sub ea tamen denunciatione, ut is servus, qui hoc intenderit, nec impleverit [28], in opus metalli detur; nisi forte dominus reddi eum sibi maluerit, utique non majorem ex ea causa pœnam constituturus. §. 1. Sed & si *rationibus redditis* liber esse jussus fuerit: arbiter [29] in servum & dominum, id est, heredem, datur de rationibus excutiendis.

Si dominus servo, à quo pecuniam pro libertate acceperat, libertatem & peculium legaverit.

VI. ALFENUS VARUS lib. IV Digestorum.

SErvus pecuniam [30] ob libertatem pactus erat, & eam domino dederat: dominus, prius quam [eum] manumitteret, mortuus erat, testamentoque liberum esse jusserat, & ei peculium suum legaverat. Consulebat, quam pecuniam domino dedisset ob libertatem, an eam sibi heredes patroni reddere deberent, necne? Respondit, si eam pecuniam dominus, posteaquam accepisset, in suæ pecuniæ rationem habuisset, statim desisse ejus peculii esse: sed si interea, dum eum manumitteret, acceptum servo retulisset, videri peculii fuisse, & debere heredes eam pecuniam manumisso reddere.

De servo peculiari manumisso à filiofam. & peculio prælegato.

VII. IDEM lib. VII Digestorum.

DUo filiifamilias peculiares servos separatim [31] uterque habebant: ex his alter servulum suum peculiarem vivo [32] patre manumisit: pater utrique testamento peculium prælegaverat. Quærebatur, servus iste utrum amborum, an ejus, à quo manumissus erat, libertus esset? Respondit [33], si prius testamentum pater fecisset, quam filius eum liberum esse jussisset, unius esse libertum: ideo quod eum quoque in peculio legasse videretur. sed si postea testamentum pater fecisset, non videri eam mentem ejus fuisse, ut eum, qui manumissus esset, legaret: eumque servum, quoniam prælegatus non esset, mortuo patre amborum servum fuisse.

De servo pœna. 1. De reo criminis capitalis. 2. De Lege Cornelia damnato vel damnando. 3. De manumisso ut crimine subtrahatur.

VIII. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

QUi pœnæ servi efficiuntur, indubitate [34] manumittere [35] non possunt: quia & ipsi servi sunt. §. 1. Sed nec [36] rei capitalium criminum manumittere servos suos possunt, ut & Senatus censuit. §. 2. Divus quoque Pius Calpurnio rescripsit, libertates ab eo, qui jam Lege Cornelia damnatus esset, vel cum futurum prospiceret, ut damnaretur, servis datas non competere.

§. 3. Sed ne quidem illos ad justam libertatem pervenire Divus Hadrianus rescripsit, qui ideo manumissi sunt [37], ut crimini subtraherentur.

De prohibito manumitti.

IX. PAULUS [lib. singul. Regularum].

SErvus hac lege venditus [38], *ne manumittatur*, vel testamento prohibitus manumitti, vel à Præfecto [39], vel à Præside prohibitus ob aliquod delictum manumitti, ad libertatem perduci non potest.

De empto hac lege, ut manumittatur.

X. IDEM Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris VI [lib. II].

ÆLianus debitor fiscalis Evemeriam ancillam ante annos multos emerat hac lege, *ut manumitteret*, eamque manumiserat: procurator, cum bona debitoris non sufficientia quæreret, etiam Evemeriæ status quæstionem faciebat. Placuit non esse juri fiscali locum, quo omnia bona debitorum jure pignoris tenerentur: quia ea lege empta est, & si non manumitteretur, ex Constitutione [40] Divi Marci ad libertatem perveniret.

De servo legato sub conditione.

XI. IDEM [lib. LXIV ad Edictum].

SErvum, qui sub conditione legatus [41] est, interim [42], heres manumittendo liberum non facit.

De servo plagiario.

XII. IDEM [lib. L ad Edictum].

LEge Favia [43] prohibetur servus, qui plagium admisit, pro quo dominus pœnam intulit, intra [44] decem annos manumitti: in hoc tamen non testamenti facti tempus, sed mortis intuebimur.

De servo furioso.

XIII. POMPONIUS [lib. I ex Plautio].

SErvus furiosi ab [45] adgnato curatore manumitti non potest, quia in administratione patrimonii manumissio non est. † Si autem ex fideicommissi causa deberet libertatem furiosus, dubitationis [46] tollendæ causa, ab adgnato tradendum servum, ut ab eo, cui traditus esset, manumittatur, Octavenus ait.

Apud quem manumitti potest. 1. De Principe.

XIV. PAULUS [lib. XVI ad Plautium].

APud eum, cui [47] par imperium est, manumittere non possumus [48]. Sed Prætor [49] apud Consulem [50] manumittere potest. §. 1. Imperator cum servum manumittit, non [51] vindictam imponit, sed cum voluit, fit liber is, qui manumittitur, ex Lege Augusti [52].

De manumissione mortis causa.

XV. MARCELLUS [lib. XXIII Digestorum].

MOrtis [53] causa servum manumitti posse, non est dubitandum. Quod non ita tibi intelligendum est, ut ita liber esse jubeatur, ut si convaluerit dominus, non fiat liber: sed, quemadmodum si vindicta eum liberaret absolute, scilicet quia moriturum se putet, mors ejus expectabitur, similiter & in hac specie in extremum tempus manumissoris vitæ confertur libertas; durante scilicet propter mortis causæ tacitam conditionem voluntate manumissoris. quemadmodum cum rem ita tradiderit, ut moriente eo fieret

---

1 Paul. 4 *sent.* 12. 48 *Eclog.* 1. adde Ulpian. 1. & 1 *Inst.* 6. *&c.* adde *tit. C. comm. de manumissionibus.* 7. *tit. ul.* 15. *Synops. Basil.* 48. *tit.* 1.

2 *l.* 5. *ff. qui testam.*

3 Id est, post inchoatum vigesimi anni diem ultimum: dies enim à nocte incipit more Romano. *l.* 8. *ff. de feriis.* Gothofr. Vide in hanc leg. Joann. Robert. *lib.* 1 *sent. cap.* 2. Ant. Augustin. *lib.* 4 *emend. cap.* 13. Auct.

4 Postea licuit ei anno 17. *Instit. §. ult. quib. ex causis manumittere non licet.* Hodie possunt testamento manumittere anno 14. *Novell.* 119. *cap.* 2.

5 *l.* 66. *ff. de verbor. oblig.*

6 Imo est. *l.* 3. §. 3. *ff. de minorib.*

7 *l.* 31. *ff. de testam. milit. l.* 32. *ff. de manumiss. testam.*

8 *l.* 5. *in fin. ff. qui, & à quib. manumiss.*

9 *l.* 5. *in pr. l.* 19. *in fin. ff. cod. l.* 67. *ff. de judiciis. l.* 84. *in fin. ff. de heredib. inst.* Goth. De vi & potestate pronominis *suus* vide Wurmser. *lib. tit.* 50. *obs.* 12. Auct.

10 Quæ infra passim vocatur Constitutio.

11 Vide Senec. 21 *epist.* 11.

12 *l.* 53. *in pr. ff. de judiciis.* §. 3. *Instit. par quæ persona cuique.*

13 Vide Senec. 7 *de benefic.* Conventibus oculis, est non inspecta stricti juris ratione, vel, ut Græci exponunt, domino veritatem simulante: Metaphora ducta ab his, qui quid vident, videri tamen videre nolunt, & quasi oculos claudunt. Sic conventibus oculis hodie dicimus servos capere legata, quæ reliquit dominus, sive libertatem. vide *l. pen. C. de necessariis.* quasi dotem dare. *l.* 39. *ff. de jure dotium.* eadem conventia dicimus servos facere testamenta. Plin. 8 *epistol.* 16. *Permitto quoque servis quasi testamenta facere, eaque ut legitima custodio.* dixi ad Ulpianum 5. §. 5. vide Cujac. 2 *ad Afric. fol.* 9.

14 *l.* 19. §. 6. *in fin. ff. locati.*

15 De qua vide *l.* 16. *in princ. ff. de reg. jur.*

16 *Al.* fiat.

17 Per fidem contractus, vel potius per fidem contractam, inter emptorem & servum agi quid est? nos hunc locum paulo apertius exponamus: Suis nummis servus quemadmodum emptus dici potest? stricto jure non potest: ut qui nihil suum ac proprium habeat: conventia tamen & quasi dissimulatione juris, jure, ut ita loquar, vultum, oculosque ab eo negotio avertente, servus suis nummis emptus dici potest. Quomodo? non si emptoris nummis comparatur: nihil enim de suo impendere debet emptor, §. 1. *ff. eod.* adeo, ut si ab ignoto emptus sit initio, deinde ei pretium suum offerat, suis nummis servus emptus non dicatur. Ab initio conniventibus oculis domini fieri debet imaginaria hæc venditio, & per fidem contractus inter emptorem, & servum (adde & dominum, eundemque venditorem); hoc enim supplendum ad hujus loci interpretationem duxi. At quæ illa fides est? Primum fides in eo elucet, quod emptor, ut ante diximus, nihil de suo numerare debet: nam si id fieret, suis nummis frustra servus diceretur emptus, sed alienis potius. Deinde fides in eo elucet, quod cum nihil suum habeat servus, suis tamen nummis emptus dicitur. Unde vero illi nummi? si ex peculio, quod ad venditorem dominum pertinet, pretium sui numerat, vel si ex adventitio aliquo lucro, si amici alicujus beneficio vel liberalitate, ut eo prorogante, vel repromittente, vel se delegante, vel in se recipiente debitum, redemptus sit. His modis venditore domino neque pecuniam a servo suo proprie, neque ab emptore recipiente, mera ac sola fide servus venditus & emptus dicitur humano ac benigno jure. Denique fidem quam vel in hujusmodi negotio implere minor etiam 20 annis debet. §. 8. *ff. eod.*

18 E domo sua, non exspectans, ut à servo acciperet. *Scholiastes Græcus.* 19 Προσχρεῶν. *Basil.*

20 Parucrit. *Hal.* & male. Pariare est ita rationes reddere, ut paria sint expensa acceptis.

21 Vide *l.* 11. *vers. cæterum. ff. de minori. l.* 7. §. 1. *ff. qui, & à quib. manum.* 22 Vide quæ scripsi ad §. 2. *ff. eod.* 23 *C. si servus exportandus venierit.* 24 V. *l. ult. C. qui non possunt ad libertatem.* 25 V. §. 1. *in pr. ff. eod.* 26 Marcellus, *Græci.* 27 V. *l.* 4. *in pr. ff. eod.*

28 *l.* 2. *in fin. ff. de fugitivis. l.* 38. §. 4. *ff. de pœnis.*

29 In id datus? de quo vide quæ scripsi ad *l.* 1. §. 7. *ff. si is, qui testamento liber.*

30 *l.* 8. §. 5. *ff. de pecul. leg.*

31 Atque singuli illi duo filiifamilias servuli proprium habebant. *Scholiastes Græcus.*

32 Et consentiente. *l.* 16. *ff. eod. l.* 13. *ff. de jure patron.*

33 Imo, nihil interesse videtur, *l.* 20. *ff. de pecul. leg.*

34 Id est, nullo modo.

35 *l.* 2. *ff. de interdictis & relegatis.*

36 V. *l.* 15. *in pr. ff. qui, & à quibus manumiss.*

37 *l.* 12. *in pr. ff. qui, & à quib. manumiss.*

38 *l.* 9. §. *ult. ff. qui, & à quib. manumiss. l.* 5. *C. si manclpium. l.* 7. *C. de test. manumiss.*

39 Urbi, *v. l.* 1. §. 5. *ff. de off. Præf. Urbi.*

40 *l.* 2. *l.* 3. *C. si mancipium ita fuerit.*

41 Libertas servo legato data non valet, *ut hic.* adde *l. si locum.* 34. *ff. de religiosis.* quæ tamen valet data servo fideicommisso. *l. quidam.* 25. §. *pen. l. si heres instituatur.* 70. §. 1. *ff. ad Trebell.* Cur tam varie? Legatum magis heredem adstringit, quam fideicommissum: maxime ubi concurrit libertatis favor.

42 *l.* 29. *in fin. ff. qui, & à quib.*

43 De Plagiariis, quæ & Lex Faviana à Græcis hic dicitur.

44 *l.* 17. *in fin. ff. qui, & à quibus.*

45 *l. ultim. ff. de curatore furiosi. l.* 22. *ff. qui & à quibus. l.* 6. *C. qui manumittere non poss.*

46 *l.* 81. *ff. de reg. jur. l.* 56. *ff. mandati. l.* 9. *ff. de distract. pign.*

47 *l.* 18. *in pr. ff. de manumiss. vind.*

48 Quia in collegam non est jurisdictio; at Prætor collegam tutorem dare potest. tutoris datio non est jurisdictionis. *l.* 6. §. 2. *ff. de tutelis.* At apud collegam potest, causa probata, manumittere etiam minor? *l. un. in fin. ff. de offic. Conf.* sic interpretatur Cujac. 7 *obs.* 17. apud collegam causam probamus, nam ipsi apud nos manumittimus. Causam nos ipsi non probamus, ne videamur rei nostræ cognitores esse: manumittimus apud nos, quia domini sumus, & detracto Magistratu servum ad libertatem perducere possumus. 49 Id est, minor Magistratus apud majorem. 50 Apud Proconsulem; ita legit Accursius. 51 Cur non imponit? Princeps solutus est solemnibus manumissionum. vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. ad l. Falcid.* 52 An hæc Lex Regia, seu Lex Iuperii?

53 Id est, si mors fuerit insecuta. *l.* 2. *in fin. ff. de mortis causa.*

l. 19. *in fin. ff. de tutoribus datis.* vacat jurisdictioni, qui vacat manumissioni: jurisdictionis. *l.* 6. §. 2. *ff. de tutelis.* At apud collegam potest, causa probata, manumittere etiam minor? *l. un. in fin. ff. de offic. Conf.* sic interpretatur Cujac. 7 *obs.* 17. apud collegam causam probamus, nam ipsi apud nos manumittimus. Causam nos ipsi non probamus, ne videamur rei nostræ cognitores esse: manumittimus apud nos, quia domini sumus, & detracto Magistratu servum ad libertatem perducere possumus. 49 Id est, minor Magistratus apud majorem. 50 Apud Proconsulem; ita legit Accursius. 51 Cur non imponit? Princeps solutus est solemnibus manumissionum. vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. ad l. Falcid.* 52 An hæc Lex Regia, seu Lex Iuperii?

fieret accipientis, quæ ita demum alienatur, si donator in 54 eadem permanserit voluntate.

De filiofamilias minore viginti annis.

XVI. MODESTINUS [lib. 1 Regularum].

SI 55 consentiente patre filius minor annis viginti servum ejus manumiserit, patris facit libertum: & vacat 56 causæ probatio ob patris consensum.

De peculio castrensi.

XVII. IDEM [lib. VI Regularum].

SErvi 57, quos filiusfamilias in castris quæsiit, non in patrisfamiliæ computabuntur: nec enim pater tales filii servos manumittere poterit.

De venditore & promissore.

XVIII. GAIUS [lib. XII ad Leg. Juliam & Papiam].

EUm, qui venierit, venditor & promissor, [&] quem promiserit, manumittere possunt 58.

Si quis pecuniam accepit, ut manumittat.

XIX. PAPINIANUS lib. XXX Quæstionum.

SI quis ab allo nummos acceperit, ut servum suum manumittat, etiam ab invito libertas extorqueri potest; licet plerunque pecunia ejus numerata sit, maxime si frater vel pater naturalis pecuniam dedit: videbitur enim similis ei, qui 59 suis nummis redemptus est.

De minore viginti annis. 2. De venditione, ut manumittatur, 3. Post certum tempus.

XX. IDEM lib. X Responsorum.

CAusam minor viginti annis, qui servum donatum manumittendi 60 gratia accepit, ex abundanti probat, post D. Marci literas ad Aufidium Victorinum: etenim, si non manumiserit, ad libertatem servus perveniet. §. 1. Non idem in fideicommissaria libertate juris est, cujus causam minor debet probare: nam libertas, nisi 61 ita manumisso non competit. §. 2. Puellam ea lege vendidit, *ut post annum ab emptore manumitteretur*: quod si non manumisisset, convenit, *uti manum* 62 *injiceret*, aut 63 *decem aureos emptor daret*. non servata fide, nihilominus liberam ex sententia Constitutionis fieri respondit: quoniam manus 64 injectio plerunque auxilii ferendi causa intervenit 65, itaque nec pecunia peteretur: cum emolumentum legis voluntatem venditoris secutum sit.

§. 3. Tempore alienationis convenit, *ut homo libertatis causa traditus, post quintum annum impletum manumitteretur, & ut certam mercedem interea menstruam præberet*. conditionem libertati mercedes non facere, sed obsequio temporariæ servitutis modum præstitutum esse respondi: neque enim in omnibus libertatis causa traditum comparari statulibero.

De servo dotali.

XXI. IDEM lib. XIII Responsorum.

SErvum 66 doralem 67 vir, qui solvendo est, constante matrimonio manumittere potest: si autem solvendo non est, licet alios creditores non habeat, libertas servi impedietur, ut constante matrimonio deberi dos intelligatur.

De filiofamilias.

XXII. IDEM lib. II Definitionum.

NEpos ex filio 68 voluntate 69 avi, ut filius voluntate patris 70 potest manumittere, sed manumissus patris vel avi libertus est.

Si, is, qui emit, ut manumitteret, pronuncietur servus.

XXIII. IDEM lib. XV Responsorum.

GAius Seius Pamphilam hac lege emit, *ut intra annum manumitteretur*: deinde intra annum Seius servus pronunciatus est. Quæro, an ex lege venditionis, finito anno, Pamphila libertatem consecuta sit? Paulus respondit, cum ea 71 conditione ancillam emptam, domino adquisitam, cum qua [conditione] venisse proponeretur.

De sententiis. 1. De testibus.

XXIV. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

LEge Junia Patronia 72,* si 73 dissonantes pares 74 judicum existant sententiæ, pro 75 libertate pronunciari jussum.

§. 1. Sed & si testes non dispari numero tam pro libertate, quam contra libertatem dixerint, pro libertate pronunciandum esse, sæpe constitutum est.

De infantibus.

XXV. GAIUS lib. I de Manumissionibus.

JUris ratio efficit, ut infantibus 76 quoque competat 77 libertas.

De servo furioso.

XXVI. JAVOLENUS lib. IV ex Posterioribus Labeonis.

SErvum furiosum omni genere manumissum, ad libertatem perduci putat posse Labeo.

TIT. II.

DE MANUMISSIS VINDICTA [1].

De Prætore, eodemque tutore.

I. POMPONIUS lib. I ad Sabinum.

APud [2] Prætorem, eundemque, tutorem posse pupillum ipso auctore manumittere constat.

De fructuario minore viginti annis.

II. ULPIANUS lib. XVIII ad Sabinum.

SI minor sit annis viginti [3] fructuarius [4], an consentire libertati possit? & puto, consentiendo [5] posse ad libertatem perducere.

De servo legato.

III. IDEM lib. IV Disputationum.

SI heres servum legatum manumittat, mox [6] repudiet legatarius: retro competit libertas. † Idemque est, & si duobus pure servus legetur, & post alterius manumissionem [7] alter repudiaverit: nam & hic retro libertas competit.

De morte patris, qui filio permiserat servum manumittere. 1. De errore manumittentis & manumissi. 2. De minore viginti annis, & servo communi vel pignorato.

IV. JULIANUS lib. XLII Digestorum.

SI pater filio permiserit servum manumittere, & interim decesserit intestato, deinde filius ignorans patrem suum mortuum, libertatem imposuerit: libertas servo favore libertatis contingit, cum non appareat mutata esse domini voluntas. † Sin autem [8] ignorante filio vetuisset pater per nuncium, &, antequam filius certior fieret, servum manumisisset: liber non sit. nam ut filio manumittente servus ad libertatem perveniat, durare oportet patris voluntatem: nam si mutata fuerit, non erit verum volente patre filium manumisisse. §. 1. Quotiens dominus servum manumittat, quamvis [9] existimet alienum esse eum, nihilominus verum est, voluntate domini servum manumissum: & ideo liber erit. Et ex contrario, si se Stichus non putaret manumittentis esse: nihilominus libertatem contingere. * *Plus* [10] *enim in re est, quam in existimatione*: & utroque casu verum est, Stichum voluntate domini manumissum esse. † Idemque juris est, & si dominus & servus in eo errore essent, ut neque ille se dominum, nec hic se servum ejus putaret. §. 2. Minor viginti annis dominus nec communem quidem servum sine consilio recte manumittit. Paulus notat: Sed si [11] pignori obligatum sibi minor viginti annis manumitti patiatur, recte manumittitur: quia non [12] tam manumittere is, quam non impedire manumittentem intelligitur.

De eo qui consilium præbet.

V. JULIANUS eodem lib.

AN apud [13] se manumittere possit is, qui consilium præbeat, sæpe quæsitum est? Ego quum meminissem Javolenum præceptorem [14] meum, & in Africa [&] in Syria servos suos manumisisse, cum consilium præberet, exemplum ejus secutus, & [15] in Prætura & Consulatu meo quosdam ex servis meis vindicta liberavi: & quibusdam Prætoribus consulentibus me idem suasi.

De servo communi.

VI. IDEM lib. II ad Urseium Ferocem.

SErvus communis quin à minoribus [16] viginti annis dominis possit apud Consilium manumitti, quamvis unus [17] ex sociis causam adprobaverit, dubium non est.

Ubi manumitti potest.

VII. GAIUS lib. I rerum Cottidianarum sive Aureorum.

NOn est omnino necesse *pro* [18] *tribunali* manumittere: itaque plerunque in transitu [19] servi manumitti solent, cum aut lavandi, aut gestandi [20], aut ludorum [21] gratia prodierit Prætor, aut Proconsul, legatusve [22] Cæsaris.

De præsentia lictoris.

VIII. ULPIANUS lib. V ad Edictum.

EGo, cum in villa [23] cum Prætore fuissem, passus sum apud eum manumitti, etsi [24] lictoris [25] præsentia non esset.

Quibus ex causis minor viginti annis manumittatur.

IX. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

JUsta causa manumissionis est [26], si periculo vitæ infamiæve [27] dominum servus liberaverit. §. 1. Sciendum est [28], qualiscunque causa probata sit, & recepta, libertatem tribuere oportere. nam Divus Pius rescripsit, causas probatas revocari non oportere, [dum] ne alienum servum possit quis manumittere: *nam causæ probationis contradicendum*, non etiam causa jam probata retractanda est.

De filio surdi, muti vel furiosi.

X. IDEM lib. III Regularum.

SUrdi vel muti patris filius jussu [29] ejus manumittere potest. † Furiosi vero filius non potest manumittere.

Quibus ex causis minor viginti annis manumittit.

XI. ULPIANUS lib. VI de Officio Proconsulis.

SI minor annis viginti manumittit, hujusmodi solent causæ [30] manumissionis recipi, si [31] filius, filiave, frater, sororve naturalis [32] sit:

XII. IDEM lib. II ad Legem Æliam Sentiam.

VEl si sanguine eum contingit (habetur [33] enim ratio cognationis):

XIII. IDEM lib. de Officio Proconsulis.

SI collactaneus [34], si educator [35], si pædagogus ipsius, si nutrix [36], vel [37] filius filiave cujus eorum, vel alumnus, vel [38] capsarius, id est, qui portat libros: vel si in hoc manumittatur, *ut procurator* [39] *sit*, dummodo non [40] minor annis decem & octo sit. præterea & illud exigitur, ut non utique unum servum habeat, qui manumittit. † Item si [41] *matrimonii causa* virgo vel mulier manumittatur, exacto prius jurejurando, *ut intra* [42] *sex menses uxorem eam duci oporteat*: ita enim Senatus censuit.

XIV. MARCIANUS lib. IV Regularum.

ALumnos [43] magis mulieribus conveniens est manumittere: sed & in viris receptum est, satisque est, permitti eum manumitti, in quo nutriendo propensiorem animum fecerint.

§. 1. Sunt qui putant etiam fœminas posse *matrimonii causa* manumittere: sed ita, si forte conservus suus in hoc ei legatus est. † Et si spado velit matrimonii causa manumittere, potest [44]. † Non idem [est] in castrato.

De pluribus simul manumissis. 3. De absente. 4. De duob. manumittent. matrim. causa. 5. De Præside alterius Provinciæ.

XV. PAULUS [lib. I ad Legem Æliam Sentiam].

ETiam conditionis implendæ causa minori viginti annis manumittere permittendum est: veluti si quis ita heres institutus sit, [si] servum ad libertatem perduxerit. §. 1. Ex præterito tempore plures causæ esse possunt: veluti *quod dominum* [45] *in prælio ad-*

---

1 Et apud consilium, VII C. 1. apud Prætorem, Consulem, Proconsulem. Ulp. 1. §. 3. Vindicta est festuca, cujus impositione (apud Magistratum, qui Legis actionem habet, servi ad civitatem Romanam perducebantur. *Goth.* Vid. in hanc materiam Alex. ab Alexand. *gen. dier. lib. 4. c. 10.* Revard. *lib. 4 variar. cap. 9.* Forner. *lib. 1 select. cap. 5.* Ans.

2 Ulp. 1. §. 7.

3 *l. 4. in fin. eod.*

4 Vide Ulpian. *1. §. 16. & ibi Cujac.*

5 Non manumittendo. *v. l. 160. ff. de reg. jur.* adde quæ scripsi ad Ulpianum, 1. §. 19.

6 *V. l. 2. ff. de manumiss.*

7 Hodie, sive repudiet, sive non repudiet legatarius, servo competit libertas. *l. 1. C. de communi servo manumisso.*

8 *l. 15. §. ult. ff. qui & a quib.*

9 De errore vid. *l. 54. ff. de manumiss. test. & l. 39. in pr. ff. de fidei.*

10 §. 11. *Inst. de legat.* Imo minus. *l. 15. ff. de adquir. hered.*

11 *V. l. 1. ff. eod.*

12 Manumittere, & non impedire manumissionem, disparata sunt, seu differentia, ut & alias vendere, & venditioni consentire. *l. 160. ff. de reg. jur.*

13 *l. 20. in fin. ff. eod. l. 2. 3. de off. Præsid.* Goth. Vide Cujac. *lib. 5 observ. 17.* Ans.

14 Javolenus præceptor Juliani. *l. 2. in fin. ff. de orig jur.*

15 Julianus Prætor fuit & Consul.

16 V. 48 *Eclog. 2. c. 4.*

17 Tantum ex sociis sc. *Goth.* Vide Ant. Augustin. *lib. 1 emend. cap. 24.* Ans.

18 *l. 8. ff. eod. §. 2. Inst. de libertinis.*

19 In transitu quæ fieri possint, dixi ad *Novell. 96. c. 2.* vide quæ notavi de processu judicum ad *l. 4. C. de dilat.*

20 ὠθούμενος χάριν vide Cujac. *16 obs. 8.*

21 V. *Nov. 105. c. 1.*

22 Id est, Præses. *l. 17. in fin. ff. eod.*

23 Secreto loco, dixi ad *l. 7. C. de repud.*

24 Adde *l. 23 ff. eod.*

25 De lictore adde *l. 23. ff. eod.* 12 Gell 3. Festum in *lictoris.*

26 *V. l. 15. §. 1. ff. eod.*

27 Fama & vita æquiparantur. *l. 8. §. 2. ff. quod metus caus.* vide Damhouderum *in Enchirid. parim. in verbo* infamia. *Gothof.* Vide *l. 5. ff. de var. & extr. cognitionib. l. 26. ff. si quis omiss. caus. test. l. 5. C. de inst. & substit. l. 103. ff. de verb. signif.* hinc pro defensione famæ alicui occidere licet. Jul. Clar. *lib 5 sent. §. homicidium. num. 26.* Andr. Gail. *lib. 2 obs. 100. num. 8.* Ans.

28 *l. 1. C. eod. §. 6. Inst. quib. ex causis manum. non licet.*

29 *l. 4. ff. eod. l. 22. ff. eod. v. l. 1. in fin. C. de commun. servo manum.*

30 *l. 12. l. 13. l. 14. l. 16. l. 20. circa fin. ff. eod. §. 5. Inst. quib. ex caus. manum. non licet.*

31 Si pater. *Theoph. §. 5.*

32 *V. l. 71. §. 3. ff. de legat. 1.*

33 Cognationis habenda est ratio.

34 1 Gaius 1. §. 7.

35 Cui opponitur alumnus. *l. 14. ff. eod.*

36 *l. 1. §. 7. ff. de suspect.*

37 Cujus enim parentes amamus vel amavimus, eorum & liberos amare æquum est.

38 Capsarius, qui portat libros. Sueton. *in Nerone, c. 36.* Juvenal. *Satyr. 10.* alio significatu accipitur capsarius in *l. 3. in fin. ff. de off. Præf. vigil.* & alio in *l. ult. ff. de jure immunit.* dixi ad Festum in *capsa.*

39 *l. 51. ff. de procurat. l. 12. C. de procurator.*

40 V. Cujac. 22 *obs. 16. §. 5. Inst. quib. ex caus. manum. non licet. facit l. 1. §. 3. ff. de postulando.*

41 *V. l. 21. in pr. ff. qui & à quib. manum.*

42 Minor viginti annis ancillam manumittere matrimonii causa potest, dummodo intra sex menses juret se eam ducturum, *ut hic.* quod caput ad l. Æliam Sentiam pertinet.

43 Alumni sunt illi quos alimus, quosve nutrivimus, ut *ff. eod.*

44 Quia spado contrahere nuptias potest. *l. 39. §. ult. ff. de jur. dot.*

45 *l. 9. in princ. ff. eod.*

adjuvaverit, contra latrones tuitus [47] sit, quod agrum sanaverit, quod insidias detexerit, & longum est, si exequi voluerimus: quia multa merita incidere possunt, quibus honestum sit libertatem cum decreto præstare. quas [48] æstimare debebit is, apud quem de ea re agatur. §. 2. Plures vindicta pariter manumitti possunt, & sufficit præsentia servorum, ut vel plures manumitti possint.

§. 3. Absens quoque causam probare per [49] procuratorem poterit. §. 4. Si duo matrimonii causa manumittrent, recipi causa non [50] debet. §. 5. [Hi], qui in Italia vel alia Provincia domicilium habent, apud [51] alterius Provinciæ Præsidem consilio adhibito manumittere possunt.

Quibus ex causis minor XX *annis manumittat.*

XVI. Ulpianus [lib. II ad Legem Æliam Sentiam].

Illud in causis [52] probandis meminisse judices [53] oportet, ut non *ex luxuria, sed ex affectu* descendentes causas probent: neque enim deliciis, sed justis affectionibus dedisse justam libertatem Legem Æliam Sentiam credendum. §. 1. Si quis minori viginti annis hac [54] lege servum dederit aut pretio accepto, vel donationis causa, [*ut*] *eum liberum faciat*: potest ille causam *manumissionis illius justius probare*, hoc ipsum allegans, legem datam, & perducere ad libertatem. ergo hic debet ostendere, hoc inter ipsos actum, ut proinde vel ex lege donationis, vel ex affectione ejus, qui dedit, res æstimetur.

Apud quem manumitti potest.

XVII. Paulus [lib. I ad Edictum].

Apud [55] Proconsulem, postquam [56] urbem egressus est, vindicta manumittere possumus. §. 1. Sed [57] & apud legatum [58] ejus [59] manumittere [60] possumus.

XVIII. Idem [lib. XVI ad Plautium].

Apud [61] filiumfamilias Magistratum manumitti potest, etiam si ipse filiusfamilias manumittere non [62] potest. §. 1. Apud [63] collegam [64] suum Prætor manumittere non potest.

§. 2. Filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere poterit.

Si pregnans matrimonii causa manumissa pariat.

XIX. Celsus [lib. XXIX Digestorum].

Si minor annis apud Consilium matrimonii causa prægnantem manumiserit, eaque interim pepererit: in pendenti erit, servus an liber sit, quem ea peperit.

Quibus causis minor viginti annis manumittit. 4. *De Consule minore viginti annis.*

XX. Ulpianus [lib. II de Officio Consulis].

Si [65] rogatus sit minor vigintiquinque annis manumittere per fideicommissum, incunctanter [66] debet ei permitti: nisi si proprium servum rogatus [67] fuit manumittere: hic enim conferenda [68] erit quantitas emolumenti, quæ ad eum pervenit ex judicio ejus, qui rogavit, cum pretio eorum, quos rogatus est manumittere. §. 1. Sed & si hac lege ei servus fuerit donatus, ut manumittatur: permittendum erit manumittere, ne Constitutio D. Marci superveniens cunctationem Consulis dirimat.

§. 2. Matrimonii [69] causa manumittere si quis velit, & is sit, qui non indigne hujusmodi conditionis uxorem sortiturus sit: erit ei concedendum. §. 3. Mulieri quoque volenti suum filium naturalem, vel quem ex suprascriptis manumittere, permittendum esse Marcellus scribit. §. 4. Consul [70] apud se potest [71] manumittere, etiam si evenerit, ut [72] minor annis viginti sit.

De Præfecto Ægypti.

XXI. Modestinus [lib. I Pandectarum].

Apud [73] Præfectum Ægypti possum servum manumittere ex Constitutione Divi Augusti [74].

De filiefam. manumittente.

XXII. Paulus [lib. XII Quæstionum].

Pater ex Provincia ad filium sciens Romæ agentem epistulam fecit: qua permisit ei, *quem vellet ex servis, quos in ministerio secum hic habebat, vindicta liberare*: postquam filius Stichum manumisit apud Prætorem, Quæro, an fecerit liberum? Respondi, Quare non hoc concessum eredamus patri, ut permittere possit filio, ex his, quos in ministerio haberet, manumittere? solam enim electionem filio concessit: cæterum [75] ipse [76] manumittit.

De solemnitate verborum, silentio domini.

XXIII. Hermogenianus lib. I Juris Epitomarum.

Manumissio per [77] lictores hodie, domino tacente, expediri solet; & verba [78] solemnia, licet non dicantur, ut dicta accipiuntur [79].

De pupillo manumittente.

XXIV. Paulus lib. II ad Neratium.

Pupillus, qui [80] infans [81] non est, apud Consilium recte manumittit. Paulus: scilicet tutore auctore; ita tamen, ut peculium [82] eum non sequatur.

XXV. Gaius lib. I de Manumissionibus.

Si tutoris habendi causa pupillus manumittat, probationis esse causam Fufidius ait. Nerva filius contra sentit: quod verius est. namque perabsurdum est in eligendo [83] tutore firmum videri esse judicium pupilli, cujus in omnibus rebus ut infirmum judicium tutore auctore regitur.

47 *Al.* tutatus sit.

48 Similes ad casus fit extensio.

49 V. quæ notavi ad *l.* 3. *C. eod.*

50 Cur non debet? una duobus jure nupta esse non potest. dixi ad *l.* 7. *C. de Judæis.*

51 *l.* 36. *ff. de adopt.*

52 §. 4. & 5. *Instit. quib. ex caus. manum. non licet.* Goth. Vid. Leonin. *emend. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 4. & Revard. *protribun. cap.* 18. Ans.

53 Magistratus.

54 Vid. *l.* 20. *in princ. ff. de successionib.*

55 *l.* 2. *ff. de off. Proconf.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 16. Ans.

56 Et ita in itinere eundo, & redeundo. *l.* 2. *ff. de off. Proconf.* Plin. *epist. ad Fabatum.* Urbis ab egressu, & ingressu sumebat & deponebat imperium, hoc est, potestatem etiam voluntariæ jurisdictionis, sed & signa imperii sui, lex fasces videlicet.

57 Differentia Proconsulis & Legati Cæsaris seu Præsidis. Ille in itinere voluntariam jurisdictionem habuit; hic non habuit. adde Dionem 53. Petr. Burgium, *t. electa* 2.

58 Imo non possumus. *l.* 2. §. *fin. ff. de off. Proconf. & Legati.*

59 *Alii legunt*, Cæsaris (errore ut putant ex notis nato, scil. *ejus*, & *Cæs.*) manumittere possumus, ex quo provinciam ingressus est. *Alii ita legunt*, Apud legatum Proconsulis, apud quem legis actio est, manumittere non possumus. *l.* 5. *ff. de offic. Proconf.* Legatum autem Cæsaris non alium esse à Præside.

60 Non possumus. Cujac. 1 *observ.* 1. *&* 15 *obs.* 19. & ita cessat ἀντινομία *d. l.* 2. verum reprehenditur à Roberto, 1 *recepta lection.* 29.

61 *l.* 1. *ff. de offic. Prætoris.*

62 Imo potest. *l. unic. ff. de off. Consul.*

63 *l.* 14. *in princ. ff. de manumiss.*

64 *l. un. in fin. ff. de offic. Conf.* Goth. Vid. Ant. Augustin. *lib.* 4 *emend. cap. ultim.* Ans.

65 *l.* 20. *in pr. ff. de manum.*

66 Incunctanter est sine cunctatione, sine mora, sine dilatione.

67 Secus in aliis non minoribus. *l.* 24. §. 12. *ff. de fideicomm. libert.*

68 Facit *l.* 8. §. *modus.* 10. *ff. de transact.*

69 Vid. *l.* 11. *ff. eod.*

70 V. *l.* 5. *in pr. ff. eod.*

71 *Sub.* post probatam à collega causam manumittendi, & ita accipienda est *lex unic. in fin. ff. de offic. Conf.* 72 Imo minor non potest. *l. unic. in fin. ff. de offic. Conf.* 73 Apud quos manumitti possit, vide Ulpian. 1. §. 7. adde Cujac. in *l.* 3. *C. de canone largitionalium titul. lib.* 10.

74 Præfectus Ægypti, Augustalis inde dictus, quod ab Augusto institutus. 75 Potest filius tamen. *l.* 16. *ff. tit proxim. secundo.* 76 Dominium non transferri nisi à domino, hinc colligitur; ut & *l. certe.* §. *si procurator. ff. de precario.* licet possessio possit transferri. dixi ad *l.* 33. *ff. de adquir. possess.* 77 Adde *l.* 8. *ff. eod.* 78 Solemnia hæc verba refert Festus *in manumitti.* Manumitti, inquit, dicebatur servus sacrorum causa, cum dominus ejus modo tenens caput, modo membrum aliud ejusdem servi, ita dicit, *Hunc hominem liberum esse volo, ac pro eo auri puri, probi, profani mihi solvi, ut priusquam digrediar, efficiatur juris sui.* Ita dominus verbis, & manu hominem liberum mittebat. adde Festum *in Puri.* ubi etiam dixi. adde Ulpian. 19. §. 1. Brissonium 1 *selectarum* 11. Gothofr. Adde Revard. *lib.* 4 *var. cap.* 9. Ans.

79 Præsumitur pro decreto: Præsumitur decretum ex vera, & justa causa & solemniter interposítum. de qua præsumptione, vide Alciat. 3 *præsumpt.* 10. 80 Infans minor annis septem. *l.* 18. *C. de jure deliber.* 81 V. quæ scripsi ad *l. un. C. de pecul. ejus, qui libertatem meruit.*

82 Infans apud consilium servum manumittere non potest, nisi tutore auctore. Quin eo casu peculium servi servum manumissum non sequitur, *ut hic.* quod singulare est. *l. ult. ff. eod.*

83 Atqui procuratorem eligere potest. *l.* 13. *ff. eod.*

Tit. III.

DE MANUMISSIONIBUS [1], QUÆ SERVIS AD UNIVERSITATEM [2] PERTINENTIBUS IMPONUNTUR.

Collegia licitis servos suos manumittere licet.

I. Ulpianus lib. V ad Sabinum.

Divus Marcus omnibus [3] Collegiis, quibus [4] coëundi jus est, manumittendi [5] potestatem dedit.

De hereditate liberti.

II. Idem lib. XIV ad Sabinum.

Quare hi [6] quoque legitimam [7] hereditatem liberti vindicabunt.

De peculio.

III. Papinianus lib. XIV Responsorum.

Servus civitatis, jure manumissus, non [8] ademptum peculium retinet, ideoque [9] debitor ei solvendo liberatur.

1 *C. de servis Reip. manumittendis. 7. tit. 9.*

2 Universitatem, *ut hic.* collegia, *vid. l.* 1. *ff. eod.* civitates servos suos habuere. *l. ult. ff. eod.*

3 *l.* 1. *l.* 2. *C. de servis Reip. manumitt.*

4 Collegiis omnibus non est jus coëundi. vide *l.* 1. 3. §. 1. *ff. de collegiis.*

5 Collegia servos suos manumittere etiam pot. sunt.

6 *Lunic. ff. de liberf. unproff.*

7 Collegia libertis suis legitimi.

8 Peculium manumiss. mi heredes sunt: legitimam hereditatem libertorum suorum vindicant. sus inter vivos, una cum ipsa manumissione & libertate consequitur. Itaque ut ne manumissum peculium sequatur, peculium ei adimi oportet. vide *l.* 53. *de peculio.*

9 Peculium quoties servus manumissus sequitur, toties eidem peculium solvi à debitore potest.

Tit. IV.

DE MANUMISSIS TESTAMENTO [1].

Si sæpius libertas detur.

I. Ulpianus lib. IV ad Sabinum.

Cum sæpius datur servo libertas, placet [2] eam favore valere, ex qua pervenit ad libertatem.

Si servus substituatur & liber esse jubeatur.

II. Idem lib. V ad Sabinum.

Si quis ita heredem instituerit, *Titius heres esto. Si Titius* [3] *heres non erit, Stichus heres esto, Stichus liber esto.* non esse Stichum liberum Aristo ait, Titio herede existente: mihi viderur posse dici, liberum fore, quasi non utique alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter: quo jure utimur.

De milite minore XX *annis.*

III. Pomponius lib. I ad Sabinum.

Nec militi [4] minori annis viginti permittitur, posse testamento suo servum manumittere.

Si manumisso legetur.

IV. Idem lib. II ad Sabinum.

Si quis ita scripserit, *Stichus liber esto, eique meus* [5] *decem dato*: nulla dubitatio est, quin debeantur ei, etiam si eum paterfamilias vivus manumiserit. §. 1. Sed & si fic, *Stichus liber esto, sive statim* [6], *sive post tempus, eique cum liber erit, heres meus decem dato*: idem dicendum est. §. 2. Illud 7 constabit, si libertate data sic fuerit legatum, *Eique, si eum vindicta liberavero, heres meus decem dato*: licet ex nimia subtilitate separatum [8] est à testamento, attamen humanitatis [9] intuitu valebit legatum, si vivus eum [10] manumiserit.

1 VII C. 11. ut testamento liberi sint, lex 12 tabularum facit, quæ confirmat, quod datum legatum est. Ulp. 3. §. 2 *l.* 45. *l.* 56. *ff. eod.*

3 V. *l.* 14. *ff. eod.*

4 *l.* 4. *C. de test. mil.*

5 Eique heres meus. *vulg. Hal.*

6 Id est, pure.

7 Vide Langebekium, *c.* 24 *annotat.*

8 Accursius putat hac formula recessum esse à libertate, vel separatum legatum esse. Nec aliter locum accipimus. Quoties testator ita adscribit, Stichus *liber esto, sique heres meus decem dato*, decem debentur, tametsi testator vivus eum manumiserit: licet testamento manumittere eum voluisse videri possit, cum ita adscripsit testamento, *Stichus liber esto. hac lege. in princ.* Quid, si Titius testamento adscripsit, *Stichо, si eum vindicta liberaverо, heres meus decem dato. ut hic.* neque vivus eum manumiserat (ita videtur legendum *hic in fin.*) quæri possit, quid in hac specie constituí oportuit? licet nimia subtilitate testator videatur noluisse Stichum manumittere testamento, sep vindicta, humanitatis tamen intuitu valebit id legatum, si eum alio, quam vindicta modo manumiserit. Atque ita priore casu valet legatum, si vivus eum manumiserit, tametsi videatur testamento manumittere voluisse: Posteriore quoque valebit legatum, si testamento manumissus [10] *Al.* eum non manumiserit. 11 V. *l.* 1. 1. *ff. eod. & l.* 45. *ff. eod.*

12 *l.* 35. *ff. de cond. & dem.* 13 V. *l.* 90. *ff. de cond. & dem.* 14 *l.* 2. *ff. de manum. vind.*

15 Sub conditione manumissus, interim, dum expectatur conditio, servus est heredis.

16 Confunditur usufructus, relicta fructuario proprietate: transit denique proprietas recta via in fructuarium, *ut hic.* Ut & quoties rem suam legat: secus si heredis. *l.* 1. *in fin. C. comm. de legat.*

17 Cur ita? dixi ad Ulp. 1. §. 19. 18 Fideicommissariam. *l.* 10. *in fin. C. eod.* 19 Cum conditioni sit satisfactum. v. *l.* 13. §. 1. *in fin. ff. de statul.* 20 *l.* 21. *in pr. ff. de statul.* 21 *l.* 19. *ff. eod. l.* 8. §. 5. *ff. de jur. codic. l.* 91. §. 2. *ff. de leg.* 1. *l.* 8. *C. de fideic.* 22 Generis legatum à specie multum differt, *ut hic.* peculium generis nomen est: vicarius, qui in peculio, specici. Itaque peculio legato, si vicarius ejusdem peculii liber esse jussus est, species eximitur de genere.

rit, licet inter vivos manumittere voluisse videatur. Nam qui dicit *vindicta si libertatem accepero*, subtilitate nimia separat à testamento hanc manumissionem, *ut hic.* 9 Humanitas hic nimiæ subtilitati opponitur.

& speciem: speciem enim eximi de genere placet: quod est in peculio legato & vicario manumisso. §. 1. Si servus legatus [23], liber esse jussus est, liber est. sed si prius liber esse jussus, postea legatus sit, si quidem evidens voluntas sit testatoris, quod [24] ademit libertatem, cum [25] placeat hodie [26] etiam libertatem adimi posse, legato, eum cedere puto: quod si * in obscuro sit, tunc favorabilius [27] respondetur, liberum fore [28].

1. De libertate duobus simul relicta sub conditione dandi. 2. Si unus ex heredibus aderit.

XI. POMPONIUS [lib. VII ad Sabinum].

SI legato servo fideicommissa libertas relicta est [29], vel heres, vel legatarius eum cogitur manumittere. §. 1. *Si Strichus & Pamphilus decem dederit, liberi sunto*: potest [30] alter quinque dando liber esse, quamvis alter non dederit. §. 2. Cum testamento servus liber esse jussus est, vel [31] uno ex pluribus heredibus institutis adeunte hereditatem, statim liber est.

De conditione jusjurandi.

XII. ULPIANUS [lib. L ad Edictum].

SI quis libertatem *sub* [32] *jurisjurandi conditione* reliquerit, Edicto Prætoris locus non erit, ut jurisjurandi conditio remittatur: & merito. nam * si quis remiserit conditionem libertatis, ipsam libertatem impedit: dum competere aliter non potest, quam si paritum fuerit conditioni. §. 1. Proinde & si legatum quis cum libertate acceperit, non aliter legatum habebit, nisi conditioni jurisjurandi paruerit. §. 2. Sed si pure libertatem acceperit, legatum sub jurisjurandi conditione: putat Julianus lib. XXXI Digestorum, remitti et conditionem jurisjurandi. §. 3. Idem puto dicendum, & si libertate [33] quoque injecta conditio sit, sed testator eum vivus manumiserit: nam & hic conditio legati remittetur [34].

De conditione insulæ ædificandæ, statuæ ponendæ, 1. Membri pingendi, navis fabricandæ, rationum reddendarum. 2. De ancilla cum liberis manumissa, & obiter de ventre in possessionem mittendo.

XIII. IDEM [lib. V Disputationum].

SI ita fuerit servis duobus libertas data, *Si insulam ædificaverint vel si statuam posuerint*: dividi [35] hæc conditio non poterit. solummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente satisfactum voluntati videatur: ideoque ad libertatem perveniat? quod magis est: nisi aliud expressit testator. faciendo tamen, sibi conditionem implevit, alteri non [36]: quinimo extinguitur ei conditio: nec enim amplius parere conditioni potest, cum semel expleta sit. §. 1. Idem quæri potest, & si fabris duobus vel pictoribus, *Si membrum* [37] *depinxissent vel* [si] *fabricassent navem*, quid adscriptum sit. num voluntatis erit quæstio, num alteri alterius facti conditionem junxerit? quæ res efficit, ut quoad alter cessat, alteri quoque, qui facere paratus est, conditio deficiat. quod si ex his, quæ scripsit vel dixit, ostenditur contentus esse testator, vel alterum facere, res erit expedita: nam alter faciendo, aut & sibi & socio proderit, aut sibi tantum: prout voluisse testatorem apparuerit. §. 2. Hæc quæstio & in eo tractatur, si quis libertatem dederit servis duobus, *si rationes reddiderint*. Julianus enim tractat [38], si alter reddere sit paratus, alter non sit [39]: an alter per alterum impediatur. & rectissime ait, si quidem [40] separatim rationes gesserunt, sufficere ad libertatem adipiscendam ei, qui suas rationes reddit [41]: si vero simul, non alias, videri alterum paruisse, nisi utriusque reliqua exsolverit. † In reliquis accipere debemus, ut & [42] ipsa volumina rationum reddantur.

§. 3. Sed & *si ancilla cum* [43] *filiis libera esse* jussa sit: & si nullos habeat, erit libera. vel si habeat quidem, filii autem ejus ad libertatem pertinere non possint: idem erit dicendum. & si ipsa libera non esse possit, filii [tamen] ejus pervenient ad libertatem. Nam hæc * adjectio [44], *cum filiis*, non facit conditionem [45], nisi [46] mihi proponas aliam sententiam testatoris fuisse: tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento [47] est [&] Edictum Prætoris, quo ita caveatur, *Ventrem cum liberis in possessionem esse jubebo*: placet enim * & si nulli liberi sint [48], ventrem tamen ex Edicto in possessionem mittendum.

Si servus pure liber scribatur, & heres sub conditione.

XIV. IDEM [lib. VIII Disputationum].

CUm servus pure liber scribitur, & heres [49] sub conditione placet deficiente conditione habere eum libertatem.

De conditione, si legatarius non manumiserit.

XV. JULIANUS [lib. XXXII Digestorum].

Stichum Sempronio do lego: si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idem Stichus liber esto. Quæsitum est, quid juris sit? Respondit, hoc modo libertate data, *Si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto*: Sempronium, nisi manumiserit, nihil juris in Stichum habituram, sed liberum eum futurum.

De relicto, cum quis triginta annorum erit.

XVI. IDEM [lib. XXXVI Digestorum].

SI ita scriptum fuerit, *Cum* [50] *Titius annorum triginta erit, Strichus liber esto, eique heres meus fundum dato*; & Titius, antequam ad annum trigesimum perveniret, decesserit: Sticho libertas competet, sed legatum non debebitur. nam favore [51] libertatis receptum est, ut mortuo Titio tempus supersisse videretur, quo impleto libertas contingeret: circa legatum defecisse conditio visa est.

De libertate relicta, cum morietur. 1. De conditione non faciendi. 2. De verbis, ita ut. 3. De verbo, post annos.

XVII. IDEM lib. XLII Digestorum.

LIbertas, quæ in [52] ultimum vitæ tempus [53] confertur (veluti, *Stichus cum morietur, liber esto*), nullius [54] momenti existimanda est. §. 1. Hæc autem scriptura, *Stichus, si Capitolium non ascenderit, liber esto*, ita accipienda est, si, cum primum potuerit, Capitolium non ascenderit: isto enim modo perveniet Strichus ad libertatem, si facultate data ascendendi Capitolium abstinuerit.

§. 2. Hac scriptura testamenti, *Pamphilus liber esto, ita ut filiis meis rationem reddat*: an sub conditione libertas data videretur, quæsitum est? Respondi [55], pure quidem datam libertatem, & illam adjectionem, *ita ut rationes reddat*, conditionem libertati [56] non [57] injicere: tamen, quia manifesta voluntas testantis exprimeretur, cogendum [58] eum [59] ad rationes reddendas [60].

§. 3. *Post annos* indistincte liber esse jussus, post [61] biennium liber erit: idque & favor libertatis exigit & verba patiuntur. nisi [si] aliud sensisse patremfamilias manifestissimis [62] rationibus is, à quo libertas relicta est, probaverit.

Si post unius ex heredibus mortem liber esse jussus sit. 1. De conditione, cum moriar. 2. De verbis, ad annum liber esto.

XVIII. IDEM lib. II ad Ursejum Ferocem.

QUi duos heredes instituebat, post alterius mortem servum liberum esse jusserat: is, ex cujus morte liberas pendebat, vivo testatore decesserat: Sabinus respondit, liberum [63] futurum.

§. 1. Hæc [64] conditio, *cum moriar, liber esto*: vitæ tempus complectitur, & idcirco inutilis esse videtur. sed melius est, verba benignius interpretari, ut post mortem suam videatur testator ei libertatem reliquisse. §. 2. Sed multo magis hæc, *Ad* [65] *annum liber esto*, [vel] ita accipi potest, *Post annum, quam moriar, liber esto*. & licet [66] hoc modo accipiatur, *Post annum, quam hoc testamentum factum erit, liber esto*: si evenerit, ut intra annum testator decedat, inutilis non erit.

De legato relicto ei, quem heres rogatus est manumittere.

XIX. IDEM lib. III ad Ursejum Ferocem.

QUidam heredem suum rogaverat, *ut servum* [67] *manumitteret*: deinde, *si heres eum non manumiserit, liberum esse jusserat*, eique legaverat: heres eum manumisit. plerique existimant, hunc ex [68] testamento libertatem consequi: secundum hoc legatum quoque ei debetur.

De conditione, si promeruerunt.

XX. AFRICANUS lib. I [69] Quæstionum.

SErvos legavit, & cavit ita: *Rogo, si te* [70] *promeruerunt* [71], *dignos eos libertate existimes*. Prætoris hæ partes sunt, ut cogat libertatem præstari; nisi si [72] quid tale hi servi admiserint, ut indigni sint, quo libertatem consequantur: non etiam, ut talia officia ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. Arbitrium tamen ejus erit, qui rogatus sit, quo tempore quemque velit manumittere: ita ut si vivus non manumisisset, heres ejus statim libertatem præstare cogatur.

De verbo immo.

XXI. IDEM lib. IV [73] Quæstionum.

Stichus, immo [74] *Pamphilus, liber esto.* Pamphilum liberum futurum respondit: quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem. † Idemque juris fore, etiam si ita scriptum fuerit, *Stichus liber esto, immo* [75] *Pamphilus liber esto.*

De conditione rationum reddendarum.

XXII. IDEM lib. IX [76] Quæstionum.

QUi filium impuberem heredem instituit, *Stichum ratione* [77] *argenti, quod sub cura ejus esset, reddita, liberum esse jusserat*: is servus, parte argenti subtracta, cum tutore divisit [78], atque ita tutor ei parem rationem adscripsit [79]. Consultus an Stichus liber esset? Respondit, non esse liberum. Nam quod alioquin placeat, si statuliber pecuniam dare jussus tutori det [80], vel per tutorem stet, quo minus conditioni pareatur, pervenire eum ad libertatem: ita accipiendum, ut bona fide, & citra fraudem [81] statuliberi & tutoris id fiat: sicut & in alienationibus rerum pupillarium servatur. Itaque & si offerente statulibero pecuniam tutor in fraudem pupilli accipere nolit: non aliter libertatem contingere, quam si servus fraude careat. eademque & de curatore dicenda. † Item quæsitum est, *rationem argenti reddere* jussus, in quem modum intelligendus sit conditioni paruisse: id est, an si quædam vasa [82] sine culpa ejus perierint, atque ita reliqua vasa heredi bona fide adsignaverit, perveniat ad libertatem? Respondit, perventurum: nam [83] sufficere, si ex æquo & bono rationem reddat: denique quam rationem bonus paterfamilias reciperet, ea heredi reddita impletam conditionem videri.

De validitate testamenti & aditione hereditatis. 1. De puritate, die, conditione.

XXIII. MARCIANUS lib. I Institutionum.

TEstamento manumissus, ita demum fit liber [84], si testamentum valeat & ex [85] eo adita sit hereditas: vel [86] si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem.

§. 1. Testamento data libertas competit: pure quidem data, statim [87] quam adita fuerit hereditas vel ab uno ex heredibus. si in diem autem libertas data est, vel sub conditione: tunc competit libertas, cum [88] dies venerit, vel conditio extiterit.

Quid sit manumittere nominatim.

XXIV. GAIUS lib. I Rerum Cottidianarum, sive Aureorum.

NOminatim [89] videntur liberi esse jussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quoliber [90] alio modo evidenter denotati essent: *ut vetula Dispensator meus, Cellarius* [91] *meus, Cocus meus: Pamphilo servi mei filius.*

De aditione hereditatis.

XXV. ULPIANUS lib. IV Regularum.

TEstamento liber esse jussus, tum fit liber, cum adita [92] fuerit hereditas qualibet ex parte: si modo ab eo gradu, quo liber esse jussus est, adita fuerit, & pure quis manumissus sit.

De libertate tacite data.

XXVI. MARCIANUS lib. I Regularum.

DIvus Pius & Divi fratres favorabiliter rescripserunt, Cum servo cum libertate substituto legatum erat, si [93] heres non esset, utramque rationum paginam feciss: quæ subscriptio apocha est, sive (ut hic scribunt Græci) ἀνάδοσις, quasi ἀπόδοσις, id est, *cautio de suscepta pecunia*. Cujac. ibid 80 *l. 68. in pr. ff. de solution.* 81 Apocha à tutore extorta per fraudem, fraudis tutore ipso etiam participe & conscio, non libertat. Cujac. ibid. 82 *l. 41. §. ult. ff. de fideicomm. libertat. l. 40. in fin. ff. de statulib.* 83 Rationes reddere jussus liberatur, si ex æquo & bono rationem reddat: si eam rationem reddat, quam bonus paterfamilias redderet. Ideoque rationes reddidisse videtur, etiamsi quædam vasa periisse dicenturve ejus culpa. 84 *l. 11. C. eod. l. 24. §. 11. ff. de fideicommiss. libert.* 85 *l. 12. C. eod. l. 1. C. de fideicomm. libert.* 86 Testamento manumissus sit liber, non modo si testamentum valet, & ex eo adita sit hereditas, sed & si quis omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem. 87 Ulpian. l. §. 22. 88 Nominatus videtur, qui vel ex artificio, vel quoliber alio modo evidenter denotatur. *l. 24. ff. eod.* 89 *l. 37. ff. eod. §. 25. vers. libertas. Inst. de leg.* vide omnino Paul. 4 *sent.* 24. §. 1. dixi ad Ulpian. 1. §. *ult.* 90 Ut si patrem familiæ testator demonstret. *Basilica.* 91 *l. 41. §. 1. ff. de legat. 3.* Senec. 22 *epist.* 122. Cellarii cequi rumulsuantur: 92 *l. 33. in fin. ff. eod. l. 77. §. 15. ff. de leg. 2.* 93 *V. l. 24. ff. eod.*

23 Vid. *l. 21. ff. eod. l. ult. ff. de statulib. l. 14. ff. de leg. 2.*
24 V. *l. 50. ff. de fideic. libert.*
25 Adimi libertas data hodie potest.
26 Hodie, id est, post multas veterum disputationes: aut rejecta veterum subtilitate.
27 Favorabiliora sequimur in libertatibus: ut in obscuro pro libertate respondeamus.
28 Vid. *l. ult. in fin. ff. de vulg.*
29 Directo scil. & ita hanc locum supplent Græci.
30 V. *l. 56. circa medium. ff. de condit. & demonstr.*
31 V. *l. 1. §. 8. ff. si in, qui testam. lib.*
32 *l. 36. in pr. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. de opere libertor.* adde *l. 13. §. 3. ff. de statulib.* Goth. Vid. Cujac. *lib. 3 obs. 22.* Plot. *de in litem jur. num. 35.* Anf.
33 Libertati quoque injecta conditio sit, si testator, &c. adde *l. 6. in fin. C. si omisso fit causa test.*
34 Conditio reperitur liber post mortem domini. *Græci.*
35 §. 1. *ff. eod. l. 122. de conditionibus inser.* vid. *l. 2. in princ. ff. de cond. & demonstr.*
36 *l. 39. §. fin. ff. de statulib.*
37 Id est, subinclum. vid. *l. 52. §. 7. in fin. ff. de legat. 3.*
38 V. *l. 13. §. 2. ff. de statulib.*
39 V. *l. 56. circa medium. ff. de cond. & demonstr.*
40 *l. 2. in fin. ff. de cond. inst.*
41 V. §. 1. ff. eod. Goth. Vid. Molin. *de divid. & individ. p. 2. num. 37. & p. 3. num. 165. & seq.* Anf.
42 Reliquorum legato ipsa volumina etiam debentur, quibus rationes continentur. hoc ex Jacobo Arnio notat Bartolus, integrum libros rationum pupillo reddere teneri. *l. 8. §. 3. ff. de liberationi legat.*
43 *Cum* particula, posita inter personas, principaliter, *ut hic*, inter res, accessorie conjungit.
44 *l. 52. in pr. l. 121. ff. de leg. 1. l. 88. §. 3. ff. de legat. 2. l. 31. circa fin. ff. de statulib.*
45 Libertati sc.
46 Voluntas testatoris conditionem facit, etiam repugnantibus verbis.
47 Argumentum valet à verbis Legis ad verba testatoris.
48 *l. 7. in fin. ff. de ventr. in possess. mitt.*
49 *l. 2. ff. eod. l. 26. ff. eod. l. 42. circa fin. ff. de fideic. lib. l. 2. §. pen. ff. de statulib. l. 4. circa fin. ff. de reb. dubiis rite judicis.*
50 V. *l. 23. §. 3. ff. de fideic. libert.* Quid interfit inter hæc verba, cum 14 annorum erit, & cum ad 14 annos pervenerit, v. Robertum 3 *animadvers. 26.* & Anton. Mercatorem 3 *notat. 26.* & vide *l. 49. ff. de legat. 1.*
51 V. *l. 142. ff. de regul. juris.*
52 *l. ult. in pr. ff. eod. l. 4. §. 1. ff. de statulib.*
53 Manumittendi servi scil.
54 Cur nullius momenti? Nihil conferri potest in id tempus, quo fieri non potest. *l. 1. C. de bis, quæ sub modo.*
55 *l. 44. circa fin. ff. eod.*
56 Imo, modus pro conditione observatur.
57 Cur non insiciunt conditionem? Hæc verba *ita ne*, modum faciunt.
58 Ad modum implendum legatarius cogi potest.
59 Etiam post manumissionem.
60 Sunt admiscultationis.
61 *l. 109. ff. de verb. obl. l. 217. ff. de verb. sign. c. 40. de reg. in 6.*
62 *l. ultim. C. de probationib.*
63 Et si vivo testatore conditio sit impleta. *l. 7. circa medium. C. de inst. & substitut.*
64 Vid. Cujac. 3 *obs.* 34. Momentum mortis vitæ adscribimus. *l. 42. §. 1. ff. de mortis causa donat.*
65 V. *l. 123. ff. eod.*
66 *l. 41. §. 15. in fin. ff. de fideicomm. libert.*
67 V. *l. 9. ff. eod.*
68 Atque ita orcinum & libertum defuncti. §. 2. *in fin. Inst. de singulis reb. per fideicomm. relict.*
69 Vid. ad hanc legem Cujacium 1 *ad Afr. fol. 8.* adde *l. 77. §. 25. ff. de leg. 2.*
70 Eadem formula est in *l. 115 §. 8. ff. de legat. 3. l. 41. §. 1. l. 46 §. 3. ff. de fideic. libert.*
71 *l. 51. in pr. ff. eod.*
72 Meruisse videtur, quem non constat demeruisse. *Bart.* vel ita, quem non apparet offendisse, *Cujac. l. 51. ff. eod.* Goth. Merita quæ sint vid. Menoch. *lib. 3 præsumpt. 19. n. 13.* Anf.
73 Vid. Cujac. 4 *ad Afric. fol. 49.*
74 Epanodos, sive correctio. Cicero *pro Ligario* apud Quintilian. 9. *cap. 3. Principium dignitas erat ponderum, non par fortasse eorum, qui sequebantur.* Porro in responsionibus testium, novissimam responsionem nos sequi debere hinc colligunt, tanquam prioris emendationem.
75 Nihil prohibet priore scriptura posteriorem corrigere. *l. 47. ff. de hered. l. 17. ff. de ædilendi.*
76 Vid. Cujac. 5 *ad Afric. fol. 217.*
77 Argenti curam servis interdum committebant domini. Argenti, hoc est, nummorum & vasorum argenteorum. Hi, ut constat ex quibusdam inscriptionibus, dicebantur servi ab argento ejusve vel potorio: ut alius, ab auro; alius, à veste matutina; alius, à studiis; alius, à commentariis.
78 *Divisit*, hic estne idem, quod rationes reddidit? an idem, quod collusit? an potius idem, quod partem argenti à se subtracti tutori dedit?
79 Id est, congruere accepta expensis, nihil esse reliqui, vel solvisse reliqua statuliberum, & patuliberum, & pa-

set, non adscripta libertate: perinde haberi, atque si adscripta esset & libertas.

Qui possunt necessarium heredem facere.

XXVII. PAULUS [lib. I ad Leg. Æliam Sentiam].

QUi potuerint apud Consilium manumittendo ad libertatem perducere, possunt etiam necessarium heredem facere, ut hæc ipsa 94 necessitas 95 probabilem faciat manumissionem.

De conditione, si non vetuero, vel si non ascendero.

XXVIII. IDEM [libro sing. de Jure Codicillorum].

Tichus, si codicillus eum non vetuero liberum esse, liber esto: sic est, atque si diceret, [*Stichus*] *si in Capitolium non ascendero* 96, *liber esto:* nam & heres sic institui potest.

De filio præterito.

XXIX. SCÆVOLA [lib. XXIII Digestorum].

VXorem prægnantem repudiaverat 97, & aliam duxerat: prior 98 enixa filium exposuit: hic sublatus ab alio educatus est, nomine patris vocitatus: usque ad vitæ tempus patris, tam ab eo, quam à matre, an vivorum numero esset 99, ignorabatur: mortuo patre, testamentoque ejus, quo filius neque exheredatus, neque heres institutus sit, recitato, filius & à matre, & ab avia paterna adgnitus hereditatem patris ab intestato, quasi legitimus possidet: Quæsitum est, hi, qui testamento libertatem acceperunt, utrum liberi, an servi sint? Respondit, filium quidem nihil præjudicii passum fuisse, si pater eum ignoravit; & ideo cum in potestate [&] ignorantis patris esset, testamentum non valere: servi autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt, semel datam libertatem infirmari, contrarium studium favore libertatis est.

De servis, qui sunt apud hostes.

XXX. ULPIANUS lib. XIX ad Edictum.

SI servi, qui 100 apud hostes sunt, liberi esse jussi sunt, ad libertatem perveniunt: quamvis 1 neque testamenti, neque mortis tempore, testantis, sed hostium fuerunt.

De incertitudine.

XXXI. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

CUm ex pluribus eodem nomine servis unus liber jussus, non 2 appareat qui sit, nullus liber est.

De abstensione. De manumissione in fraudem creditorum.

XXXII. ULPIANUS lib. LXV ad Edictum.

SCiendum est, necessario 3 herede existente, quamvis 4 se abstineat, tamen libertates competere: si modo non in fraudem Legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint.

De libertate ad tempus data.

XXXIII. PAULUS lib. XII Quæstionum.

LIbertas ad 5 tempus dari non 6 potest.

XXXIV. IDEM lib. LXXIV ad Edictum.

IDeoque si ita scriptum sit, *Stichus 7 usque ad annos decem liber esto:* temporis adjectio supervacua 8 est.

Quibus libertas directa dari potest.

XXXV. IDEM lib. L ad Edictum.

SErvius existimabat, iis posse servis dari testamento directam libertatem, qui 9 utroque 10 tempore, & quo testamentum fit, & quo moritur, testatoris fuerunt. quæ sententia vera est.

De conditione, si juraverit se operas daturum.

XXXVI. IDEM lib. VII ad Plautium.

SErvum testamento ita manumisi, *Si 11 juraverit, se Cornelio filio meo decem operarum daturum, liber esto.* Quæritur quid juris sit? & sciendum est, jurando servum conditionem implere: sed non teneri operarum nomine: quia, nisi post manumissionem juret, non obligatur.

Quid sit manumittere nominatim.

XXXVII. IDEM lib. IX ad Plautium.

NOminatim 12 codicillis manumissus videtur servus, cujus nomen testamento continetur.

De libertate data, cum per Leges licebit.

XXXVIII. IDEM lib. XII ad Plautium.

LIbertas testamento servo ita dari potest, *Cum per Leges 13 licebit, liber esto.*

De conditione, si heres alienaverit, vel si heredis esse desierit.

XXXIX. IDEM lib. XVI ad Plautium.

Tichus servus meus, si eum heres alienaverit, liber esto: inutiliter libertas datur, quia in 14 id tempus confertur, quo alienus futurus sit. nec contrarium est, quod statuliber, etiam si venierit, ex testamento libertatem consequitur: COEppe 15 *utiliter libertas data, facto heredis non perimitur. Aut quid in legato eo modo dato dicemus? diversum enim nulla ratione dicetur: nam inter libertatem & legatum, quantum ad hanc causam, nihil distat. Igitur, nec si directo dabitur libertas, *Si heredi meo esse desierit, liber esto:* quia nullum casum utilem habet.

De libertate relicta servo relicto.

XL. POMPONIUS lib. V ex Plautio.

IUlianus ait, cum idem homo, & per fideicommissum detur 16 alicui, & liber esse jubeatur, heredem libertatem præstare debere: non enim cogetur (inquit) ex causa fideicommissi æstimationem sufficere 17, cum debitam libertatem reddiderit.

§. 1. Sed & cum sub conditione servo libertas per fideicommissum detur, & ipse præsenti die daretur, non 18 aliter tradere eum cogetur, quam ut caveatur, existente conditione libertati eum restitutum iri: nam in omnibus fere causis fideicommissas libertates pro directo datis habendas. Sed Ofilius aiebat, si adimendi legati causa fideicommissam libertatem testator dedisset, ea vera esse: si vero onerari heredem à testatore legatarius ostenderit, æstimationem nihilominus legatario præstandam.

De verbis, anno duodecimo, vel post annum duodecimum. 1. De conditione, si anno, biennio, triennio solverit. 2. De verbo, intra.

XLI. IDEM lib. VII ex Plautio.

SI ita fuerit libertas relicta, *Stichus servius meus anno duodecimo, postquam ego mortuus ero, liber esto:* verisimile est, principio 19 duodecimi anni eum liberum esse: nam hoc mortuum sensisse. & in 20 hos sermones, *duodecimo anno,* & *post* 21 *duodecim annos,* multum interest: & ita loqui solemus, *duodecimus annus est,* cum quantumlibet ex duodecimo anno veniisset, aut præteriisset. & qui duodecimo anno liber esse jubetur, omnibus 22 anni diebus liber esse jussus est. §. 1. Sed si ita sit scriptum in testamento, *Stichus* 23 *servus meus heredi meo mille nummos anno, biennio, triennio, postquam ego mortuus ero, si solverit, satisve fecerit, liber esto:* non potest is servus, nisi triennio præterito, liber esse, nisi præsentem eam pecuniam solvat, aut satisfaciat: compensanda etenim est heredi libertatis celeritas præmaturæ pecuniarum solutioni. §. 2. Labeo scribit, si sic libertas relicta sit, *Stichus intra annum* [*post*] *quam mortuus ero, liber esto,* statim 24 eum liberum esse. nam & si ita sit, *si intra annum decimum heredi meo dederit, liber esto:* statim 25 solvendo eo liberum esse sine mora futurum.

De verbis, illum illius libertum esse volo.

XLII. MARCELLUS lib. XVI Digestorum.

SI quis ita scripserit, *illum illius* 26 *libertum esse volo:* & servus libertatem petere potest, & ille, ut habeat libertum.

De testamento, codicillis & causa intestati.

XLIII. MODESTINUS lib. singul. de Manumissionibus.

LIbertates directæ & 27 testamento & codicillis testamento confirmatis recte dantur: fideicommissæ & ab intestato 28, & codicillis 29 non confirmatis relinqui possunt.

De modo.

XLIV. IDEM lib. X Responsorum.

MÆvia decedens servis suis, nomine Sacco, & Eutychiæ & Hirenæ, sub conditione 30 libertatem reliquit his verbis: *Saccus servus meus, & Eutychia & Hirene ancillæ meæ, omnes sub hac conditione liberi sunto, ut* 31 *monumento* 32 *meo alterno mensibus lucernam* 33 *accendant: & solemnia* 34 *mortis peragant.* Quæro, cum adsiduo monumento Mæviæ Saccus, & Eutychia & Hirene non adsint, an liberi esse possunt? Modestinus respondit, neque contextum 35 verborum totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse 36, ut libertas sub conditione 37 suspensa sit, cum liberos eos monumento adesse voluit: officio tamen judicis eos esse compellendos, testatricis jussioni parere.

De pluribus conditionibus.

XLV. IDEM lib. 38 Pandectarum.

QUod * volgo dicitur, 39 *sub pluribus conditionibus data libertate* 40 *levissimam conditionem spectandam esse:* ita verum est, si separatim conditiones sint datæ. quod si conjunctim datæ sunt, nisi 41 omnibus paruerit, liber non erit.

De pœna metallorum & restitutione.

XLVI. POMPONIUS lib. VII ex Variis Lectionibus.

ARisto Neratio Appiano rescripsit, testamento liber esse jussus, *cum annorum triginta esset* 42, antequam ad eam ætatem perveniret, [si] in metallum damnatus sit, ac postea revocetur: sine dubitatione cum libertate legatum ad eum pertinere; neque metallorum pœna jus ejus mutari. Nec aliud, si heres esset sub conditione institutus: futurum enim eum etiam necessarium.

Quibus casibus XX aurei à manumisso præstantur.

XLVII. PAPINIANUS lib. VI Quæstionum.

CUm 43 ex falsis codicillis per errorem libertas, licet non debita, præstita tamen ab herede fuisset: viginti 44 solidos à singulis hominibus inferendos esse heredi, Princeps constituit.

§. 1. Sed & si conditionis implendæ gratia servum institutus manumiserit, ac postea filius de 45 inofficioso agendo tenuerit 46, vel testamentum falsum fuerit pronunciatum: consequens erit, idem in hac specie fieri, quod in falsis codicillis constitutum est.

De servo communi.

XLVIII. IDEM lib. X Quæstionum.

SI socius testamento libertatem ita dederit, *Pamphilus, si eum socius manumiserit, liber esto:* Servius respondit, socio manumittente, communem fieri libertum familiæ 47 atque manumissoris. Neque enim novum aut incognitum est, vario 48 jure communi mancipio libertatem obtingere.

De testamento militis.

XLIX. IDEM lib. VI Responsorum.

TEstamento militis ita manumissam, *Samiam in libertate esse jussi,* directam libertatem jure 49 militiæ cepisse placuit.

De addictione bonorum libertatum conservandarum causa.

L. IDEM lib. IX Responsorum.

QUod D. Marco pro libertatibus conservandis placuit, locum habet irrito testamento facto, si bona ventura sint: alioquin vacantibus fisco vindicatis, non habere Constitutionem 50 locum, aperte cavetur. §. 1. Servos autem testamento manumissos, *ut bona suscipiant,* jure 51 cautionem idoneam offerre, non minus quam cæteros defuncti libertos, aut extrarios 52, declaravit. Quod beneficium minoribus annis heredibus scriptis auxilium bonis præstitutum more solito desiderantibus non auferetur.

De merito & offensa.

LI. IDEM lib. XIV Responsorum.

TEstamento centurio servos suos venire prohibuit, ac petit, *prout* 53 *quisque meruisset,* eos manumitti. libertates utiliter datas, respondit 54: cum, si 55 nemo servorum offenderit, omnes ad libertatem pervenire possunt: quibusdam per offensam exclusis, residui in libertatem perveniunt. §. 1. Cum ita testamento adscriptum esset: *Servi, qui sine offensa fuerunt, liberi sunto;* conditionem adscriptam videri placuit. cujus interpretationem talem faciendam, ut de his in libertate danda cogitasse non 56 videatur quos pœna coërcuit, aut ab honore ministrandi vel administrandæ rei negotio removit.

De

94 Causæ manumittendi eo capite continentur. *l.* 11. *l.* 12. *ff. eod.* §. 5. *Instit. quibus manum. non licet.*

95 Necessitas facit, ut ea probabilia videantur, quæ ante ἀδοξα dicebantur. adde *l.* 162. *ff. de reg. jur.* vide quæ notavi ad *l.* 14. *C. de SS. Eccles. l.* 1. *C. de patribus qui filios distraxerunt. l.* 7. *ff. de admin. tutor. l.* 5. *ff. de petit. hered.* In necessariis, discedimus à communibus juris regulis. Necessitas facit ex illicito licitum.

96 Talis manumissio mortuo testatore vim suam obtinet. *l.* 99. *ff. de verb. oblig.*

97 Maritus scil.

98 Repudiata.

99 *l.* 15. *in pr. ff. de bon. poss.*

100 *l.* 24. §. 2. *ff. de fideic. libert.*

1 Atqui utroque tempore in potestate esse debuerunt. *l.* 35. *ff. eod.*

2 *l.* 10. *in pr. ff. de reb. dub.*

3 Puta filio, qui est suus & necessarius. §. 2. *Instit. de hered. qualit.*

4 *l.* 3. *C. eod.*

5 Verbi gratia ad decem usque annos.

6 Quid, si ad tempus data fuerit? tempus adjectum, velut supervacuum auferemus: & sic libertas competet. *l.* 34. *ff. eod.*

7 *l.* 18. §. *fin. ff. eod. l.* 41. §. 15. *ff. de fideic. libert.*

8 *V. l.* 94. *ff. de reg. jur.*

9 Imo, neutrum requiritur. *l.* 30. *in fin. ff. eod.*

10 §. 2. *vers. nec alius. Inst. de singulis rebus per fideic. l.* 12. *ff. de manumiss.*

11 Vid. *l.* 12. *in pr. ff. eod.*

12 Vid. *l.* 14. *ff. eod.* vide Paul. 4 *sent.* 14. §. 1.

13 *l.* 28. §. 2. *ff. ex quib. caus. majores.*

14 Adde *l.* 51. *ff. de usufr. & quemadmod.*

15 Quippe. *Hal.*

16 Id est, legatur. vide *l.* 14. *ff. de leg.* 2.

17 *Al.* sufferre.

18 *l.* 47. §. 3. *ff. de fideic. libert.*

19 Sic annus inceptus habetur pro completo. adde *l.* 16. *in prine. ff. eod.* idque favore libertatis, *ut hic.* & favore piæ causæ. vid. Tiraquell. 22 *privilegio pie causæ.*

20 *Al.* inter.

21 Imo, aliud videtur, cum expectandæ sint omnes partes anni. *l.* 42. *ff. de verbor. obligat.*

22 Id est, quolibet die anni duodecimi. *l.* 42. *ff. de verb. oblig.*

23 *V. l.* 217. *ff. de verb. sign.*

24 Imo noviss. mo die anni. *l.* 49. *ff. de cond. & demonstr.* licet annus promissio debeatur in fine anni, id tamen libertatis piarumque causarum favore non obtinet. *Alexand.*

25 Aliud est in operis. *l.* 20. §. 5. *ff. de statulib.*

26 *l.* 41. *in pr. ff. de fideic. libert.*

27 *l.* 16. *in pr. ff. de fideic. libert.* §. 1. *Inst. de libertinis.*

28 §. 10. *Inst. de fideic. her.*

29 *l.* 1. *C. eod.* Paul. 4 *sent.* §. 10. 2 Cathu 7.

30 Id est, modo.

31 *Ut* particula modum innuit. Manumissio ita facta: Saccus servus liber esto, ut quotannis lucernam accendat monumento meo: intelligitur facta sub modo. *Corsetus, singulari Manumissa.*

32 Lucernæ monumentis & sepulchris veterum accensæ. *l.* 31. §. 2. *ff. de cond. & demonstr.*

33 Ignis in sepulcris & monumentis veterum adhibitus.

34 Sacrificia hæc pro mortuis & defunctis fuere: cujusmodi pro mortuis exstiere sacrificia vel apud gentiles, quæ de re scripsi plenius in legibus 12 tabularum.

35 Mentem atque voluntatem defuncti colligimus ex contextu verbisque ipsius testamenti. *l.* 75. *in fin. ff. de leg.* 3. ex vicinis scripturis, *l.* 21. §. 1. *in fin. ff. de testam.* ex his quæ præcedunt & sequuntur, *l.* 50. *in fin. ff. de leg.* 1. ex aliis denique testamenti partibus. *l.* 15. *C. de fideic.*

36 *V. l.* 17. §. 2. *ff. eod.*

37 Imo modus conditio est. *l.* 1. *C. de his, quæ sub modo.*

38 *Sub* secundo; ut colligi potest ex *l.* 20. *ff. de liberis & posthumis.*

39 *l.* 35. *ff. de cond. & demonstr.* Goth. Vid. *cap. penult. extr. de wit. & honest. clerici. in* 6. Anf.

40 *V. l.* 1. *l.* 3. *ff. eod.*

41 *l.* 3. *ff. de cond. instit.*

42 Cur hoc exprimitur? vel ideo quod quos ad civitatem Romanam pervenire volebant, iis per testamento libertatem dabant, *l.* 39. §. 2. *ff. famil. l. ult. ff. de reb. dub. l.* 13. *in fin. ff. de statulib.* in eo qui censu liberatur, nulla ætatis habita est ratio. v. Cujac. 1. ad Ulpian.

43 *l.* 23. §. 1. *ff. de jure patron. l.* 2. *C. de fideic. libert. l. ult.* §. 2. *C. de petit. hered.* Goth. Hanc leg. explicat Ant. Fab. *lib.* 15 *conject. cap.* 18. Anf.

44 Vide quæ notavi de pretio servorum ad *ff. l.* 1. §. 3. *C. de comm. serv.*

45 Id est, everterit testamentum. *Græci.*

46 Id est, obtinuerit sententiam. *l.* 1. *C. de apparitorib. Præf. Prætor.* Plin. 6 *epist.* scripturam tenuisse Varenum refert Horatius, 2 *epist.* 16. *Quæ causa tecte tenentur.* vide Cujac. *ibid.*

47 Id est, orcinum. v. Cujac. 3 *obs.* 23.

48 Ex ultima voluntate, inter vivos. *Accurs.*

49 In pagano secus. *l.* 7. *C. de test. milit.*

50 Hanc Divi Marci.

51 Vid. *l.* 4. §. 9. *ff. de fideicomm. libert.*

52 Extrarii, quibus libertus non est relicta. v. *l.* 6. *l.* 15. §. *penult. C. eod.*

53 *l.* 20. *in pr. ff. eod.*

54 Papinianus sc.

55 Meritus videtur, qui non demeritus reperitur. *l.* 20. *ff. eod.*

56 Adde *l.* 23. *in pr. l.* 41. *ff. de fideicomm. libert.*

De modo.

LII. PAULUS lib. XII Quæstionum.

IMperatores [56] [Missenio] Frontoni: Testamento militis his verbis adscripta libertate, *Stephanum servum meum liberum esse volo* vel *jubeo*: adita hereditate, libertas competit. & ideo ea, quæ postea adjecta sunt, *Sic tamen, ut cum herede meo sit, quoadusque juvenis sit. quod si noluerit, aut contempserit, jure servitutis teneatur*: ad revocandam libertatem, quæ competit [57], non sunt efficacia. † Idem & in paganorum testamentis observatur.

De rationibus dandis.

LIII. IDEM lib. XV Responsorum.

LUcius Titius servo libertatem dedit, *Si rationem* [58] *actus* [59] *sui ex fide dedisset Gaio Seio filio suo*: cum [60] annos pubertatis egressus fuisset, Gaius Seius, à curatoribus ejusdem conventus servus, etiam apud judicem omnibus satisfecit: exacta cautione à curatoribus, pronunciatum est, liberum eum esse: nunc Gaius Seius filius testatoris negat, curatoribus suis recte pecuniam inlatam: Quæro, an jure soluta sit quantitas? Paulus respondit, curatoribus quidem adolescentis reliquam rationem, ut conditio testamento adscripta impleatur, non jure exsolutam videri: sed si [61], præsente adolescente, pecunia illata est vel in rationibus ejus relata, impletam conditionem videri, ac si ipsi soluta fuisset.

De errore in syllaba. 1. De pacto hæredum & creditorum. De manumissione in fraudem creditorum.

LIV. SCÆVOLA lib. IV Responsorum.

QUi [62] habebat servum Cratistum, testamento ita cavit, *Servus meus Cratinus liber esto.* Quæro, an servus Cratistus ad libertatem pervenire possit, cum testator servum Cratinum non habebat, sed hunc solum Cratistum? Respondit, * nihil obesse, quod in syllaba [63] errasset. §. 1. Scripti testamento heredes; ante aditam hereditatem pacti sunt cum creditoribus, *ut parte dimidia contenti essent*: & ita decreto à Prætore interposito hereditatem adierunt: Quæro, an libertates in eo testamento datæ [64] competierunt? Respondit, si testator fraudandi [65] consilium non habuisset, competere libertates.

Si per servum non stet quominus conditio impleatur.

LV. MÆCIANUS lib. II Fideicommissorum.

LIbertate sub conditione data, huc jam decursum est, ut si [66] per statuliberum non stet, quominus conditioni pareat: quamvis ne per heredem quidem stet, tamen ad libertatem perveniat. Quod credo responderi oportere, & si per fideicommissum utique hereditariis servis libertas data fuerit. §. 1. Non absurde & de heredis servis idem dicetur. §. 2. De his autem, quos redimendos habebit, non juste dubitamus. siquidem eo casu iniquum erit, heredem perinde compelli debere redimere eos, atque si conditio impleta esset: quod forte dominus prohiberet conditioni parere, ut & pretium perciperet & in conditionem non rogaret [67].

De libertate directa & fideicommissaria eodem testamento relicta.

LVI. PAULUS lib. I Fideicommissorum.

SI quis servo testamento dederit libertatem & directo, & per fideicommissum: in potestate servi est, utrum [68] velit ex directo [69], an [ex] fideicommisso [70] ad libertatem pervenire. & ita Marcus Imperator rescripsit.

De manumissione in fraudem creditorum.

LVII. GAIUS lib. III de Manumissionibus.

SI [71] locupletes egenti heres extiterit, videamus, an ea res testamento datis libertatibus proficiat, ut creditores fraudari [non] videantur? Et sane sunt quidam, qui cum heres locupletes existeret, tale [72] esse crediderunt, quale si ipse testator adauctis postea facultatibus decessisset. sed mihi traditum est, hoc jure nos uti, ut ad rem non [73] pertineat, locuples, an egens heres extiterit: sed quarum facultatium testator decesserit. Quam sententiam Julianus adeo sequitur, ut existimet, ne eum quidem libertatem consecuturum, quem is, qui solvendo non esset, ita [74] liberum esse jussisset, *Cum æs alienum solutum erit, Stichus liber esto.* sed non hoc est consequens Sabini & Cassii sententiæ, quam & ipse [75] sequi videtur: qui existimat, consilium quemque manumittentis spectare debere. nam qui sub ea conditione [76] servum suum liberum esse jubet, adeo sine fraudis consilio liberum esse jubet, ut apertissime [77] curare videatur, ne creditores sui fraudarentur.

De alienatione servi qui liber esse jussus est.

LVIII. MÆCIANUS lib. III Fideicommissorum.

VErum est, eum, qui liber esse jussus esset [78], alienatum à testatore [79], si ante aditam ejus hereditatem rursus [80] hereditarius fieret, mox [81] adiretur hereditas, ad libertatem pervenire [82].

Pedisequis manumissis, quo tempore spectetur an sit pedissequa. 1. Si pure manumissus ex hereditate amoviſſe dicatur. 2. De verbis, nisi diligenter rationem excusseris, liber ne esto.

LIX. SCÆVOLA lib. XXIII Digestorum.

TItia servis quibusdam & ancillis nominatim directas libertates dedit: deinde ita scripsit, *Et pedissequas* [83] *omnes, quarum nomina in rationibus meis scripta sunt, liberas esse volo.* Quæsitum est, an Eutychia, quæ testamenti facti tempore inter pedissequas libertatem acceperat, mortis autem tempore inveniatur actori [84] in contubernio [85] tradita, ex generali capite pedissequarum libertatem consequi posset? Respondit, nihil impediri libertatem pedissequæ, quod mortis demum tempore pedissequa esse desiit.

§. 1. Puram & directam domini sui testamento libertatem Stichus acceperat, [&] ex hereditate multa per [86] fraudem amoviſſe dicitur. Quæsitum est, an non ante in libertatem proclamare debeat, quam ea, quæ ex hereditate amoviſſe probari poterit, heredibus restituerit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, eum de quo quæreretur, liberum esse. Claudius: videtur absolviſſe & id de quo quæritur, nam heredibus satis consultum est Edicto de furtis. §. 2. Lucius Titius testamento suo ita cavit, *Onesiphore, nisi* [87] *diligenter rationem exousseris, liber ne esto.* Quæro, an Onesiphorus ex his verbis libertatem sibi vindicare possit? Respondit, verbis quæ proponerentur, libertatem adimi [88] potius, quam dari.

De causa.

LX. IDEM lib. XXIV Digestorum.

TEstamento ita cavit, Εὐδόνι βούλομαι δοθῆναι χιλίας, ἐπεὶ πρῶτον γεννηθῆναι, μὴ τὸ πλὲ μητέρος αὐτοῦ γενέσθαι ἐλεύθερον. Id est, *Volo, ut Eudoni dentur mille solidi, eo quod primo sit* [89] *genitus, postea quam mater ejus ad libertatem pervenit.* Quæro, an si Eudo non probet se post manumissionem matris suæ natum, possit his verbis testamenti libertatem consequi? Respondit, non oportere ejusmodi consultationem præjudicium [90] parare.

De libertate collata in ultimum tempus vitæ. De conditione, si in Capitolium non ascenderit, 1. *Vel* si Capuam ierit. 2. *De prohibito manumitti ante conditionem.*

LXI. POMPONIUS lib. XI Epistularum.

SCio quosdam efficere volentes, ne servi [sui] unquam ad libertatem perveniant, hactenus scribere solitos, *Stichus* [91], *cum morietur, liber esto.* Sed & Julianus ait, libertatem, quæ in ultimum vitæ [92] tempus confertur, nullius momenti esse: cum tractator impediendæ magis, quam dandæ libertatis gratia ita scripsisse intelligitur. Et ideo etiam si ita sit scriptum, *Stichus, si in Capitolium non ascenderit, liber esto*: nullius momenti [hoc] esse, si appareat in ultimæ vitæ tempus confertri libertatem testatorem voluisse. nec Mucianæ cautioni locum esse. §. 1. Et si ita in testamento scriptum fuerit: *Stichus, si Capuam ierit, liber esto*: aliter liberum non esse [93] quam si Capuam ierit. §. 2. Hoc amplius Octavenus [94] aiebat: si quis in testamento sub qualibet conditione libertate servo data ita scripsisset, *Ante conditionem* [95] *nolo eum ab herede liberum fieri*, nihil valere hanc adjectionem.

TIT. V.

DE FIDEICOMMISSARIIS [1] LIBERTATIBUS.

De heredibus præsentibus, absentibus & latitantibus.

1. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

SI quidam ex his, qui fideicommissam libertatem debeant [2], præsentes sint, alii ex justa causa absint, alii latitent: proinde [3] is, cui fideicommissaria libertas relicta est, liber erit, atque si soli qui adessent, & qui ex justa causa abessent, rogati essent. pars ergo latitantis his proficit.

De additione bonorum libertatum conservandarum causa.

II. IDEM lib. LX ad Edictum.

SI quis [4] intestatus [5] decedens, codicillis dedit libertates, neque [6] adita sit ab intestato hereditas, favor Constitutionis [7] Divi Marci debet locum habere, & hoc casu: quæ jubet libertatem competere *servo* [8], & bona ei addici, si idonee [9] creditoribus caverit de solido, quod cuique debetur, solvendo.

De actionibus in eum cui bona addicta sunt.

III. IDEM lib. LXV ad Edictum.

IN quem etiam [10] utiles actiones plerumque creditoribus [11] competunt.

Si certum sit vel incertum, an existat successor. 1. De abstentione & restitutione in integrum. 3. De præsentia vel absentia eorum qui libertatem accipiunt. 5. De die, conditione, puritate. 6. De conditione dandorum decem. 7. De fideicommissaria libertate. 8. De cautione præstanda, quid comprehendendum decreto. 12. Qui ad libertatem pervenerunt, quorum liberti fiant. 13. Quid comprehendendum additione. 14. De tutela. 15. De servo alieno. 16. Si legatarius rogatus sit manumittere. 17. De fisco. 18. De minore viginti annis. 19. De libertate relicta in fraudem creditorum. 20. De bono à fisco non agnito. 21. De jure ejus cui bona addicta sunt, 22. Et de eodem conveniendo. 23. Si pluribus bona addicta sint.

IV. IDEM lib. LX ad Edictum.

ERgo, quamdiu [12] incertum sit, utrum existat successor, an non, cessabit Constitutio: cum certum esse cœperit, tunc erit Constitutioni [13] locus [14]. §. 1. Si is [15] qui in integrum restitui potest, abstinuerit se hereditate, an quamdiu [16] potest in integrum restitui, existimamus Constitutionem cessare: quia non est certum ab intestato neminem successorem exstare? Est tamen verius admittendam Constitutionem. §. 2. Quid ergo, si post additionem libertatium conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum, revocari [17] libertates, quæ semel competierunt. §. 3. Illud videamus, utrum præsentes esse debent, qui libertatem acceperunt, an vero non? Et * cum invitis illis possint bona propter libertatem addici [18], utique etiam absentibus. §. 4. Quid ergo, si quidam præsentes sint, quidam absentes? videamus, an etiam absentibus competat libertas? Et potest dici, exemplo [19] aditæ hereditatis competere libertatem, etiam absentibus. §. 5. Si ex die data sit libertas, an dies exspectandus sit? & puto exspectandum [20]: ante ergo non addicentur. † Quid deinde, si sub conditione data sit libertas? Et si quidem aliquæ pure, aliquæ sub conditione, utique addici statim possunt. Si omnes sub conditione, quid consequens erit dicere? utrum exspectandum, ut conditio existat: an vero statim addicimus, tunc demum competitura libertate, si exstiterit conditio? quod magis erit probandum. † Addictis itaque bonis, *directæ libertates puræ* [21] *datæ, statim* [22] *competunt: ex* [23] *die, cum dies venerit: conditionales, cum conditio exstiterit.* † Nec erit ab re existimare, etiam pendente conditione libertatium, licet omnes sub conditione datæ sint, Constitutionem locum habere. Ubi enim libertatis spes est, ibi dicendum est, vel modica data occasione, quod sine damno creditorum futurum est, addictionem admittendam. §. 6. Si sub conditione *dandorum decem* libertas data sit; sive heredi dare jussus sit, qui libertatem accepit, sive non sit dictum cui [24]: an dando ei, cui bona addicenda sunt, perveniat ad libertatem, quæri potest? Et magis est ut ei dare debeat, cui bona addicta sint: quasi translata conditio videatur. certe si alii, quam heredi, dare jussus sit, ipsi, cui jussus est, dabit.

§. 7. Si qui fideicommissam libertatem acceperunt, non [25] statim, ubi addicta bona sunt, liberi sunt, sed fideicommissam libertatem possunt consequi: hoc est, manumittendi sunt ab eo [26], cui

88 V. *l.* 40. § 2. *ff. de cond. & demonstr. l.* 4. § 2. *ff. de statulib.*

89 Quid, si non sit primogenitus post libertatem matris? dic ut ff. *eod.*

90 Quia falsa demonstratio non vitiat legata. *l.* 17. *in pr. ff. de cond. & demonstr.*

91 Vid. *l.* 17. *in pr. ff. eod. & l.* 4. § 2. *ff. de statulib.*

92 Manumissi scil.

93 *l.* 3. *in princ. ff. de statulib.*

94 Sabinus. *Basilic.*

95 Conditionis eventum.

1 De fideicommissis libertatibus. Paul. 4 *sent.* 13 VII C. IV. 48 *Ecloga* 1. Fideicommissariæ libertates verbis precariis relinquuntur. 2 *l.* 26. *in fin. l.* 28. § 4. *ff. eod.*

3 *Al.* periado.

4 § 3. *Inst. de eo cui libert. cauſ.*

5 Codicilli etiam ab intestato fieri possunt.

6 Aditio hereditatis exigitur ad ea confirmanda; quæ testamento relicta. An & in codicillis confirmandis aditio hereditatis ab intestato necessaria est? Roffredus negat: Jacob. de Arena & Barbosa aiunt.

7 De qua *in princ. & § 1. Inst. de eo cui libert.*

8 Id est, cui servo.

9 V. *l.* 4. § 8. *ff. eod.*

10 V. *l.* 4. § *pen. ff. eod.*

11 Defuncti.

12 § 4. *Inst. de eo, cui libert.*

13 Divi Marci de qua *l.* 2. *ff. eod.*

14 Et proinde bonorum additioni. *d. l.* 2.

15 § 5. *Inſit. de eo, cui libert. cauſa.*

16 Eventura jure communi, non speciali inspicimus.

17 V. *l.* 3. *C. de teſt. manum.*

18 *l.* 19. *ff. de reg. jur.*

19 Id est, ut quemadmodum adita hereditate competunt libertates etiam ignorantibus: ita bonis additis.

20 Diem libertatis dandæ.

21 Pure. *vulg.*

22 Ab adita hereditate.

23 Legata in diem vel sub conditione, post dies & conditionem effectum adsumunt.

24 Eo casu heredi dandum est: *l.* 22. *ff. de statulib.* Conditionis implendæ facultas ad heredem transit.

25 § 1. *verſ. & ſi quidem. Inſtit. de eo cui libertatis cauſ.*

26 *l.* 50. § 1. *ff. de manumiſſ. teſtam. l.* 15. § 1. *in princ. & fin. C. de teſtam. manumiſſ.* § 1. *cita ea medium. Inſt. de eo cui libert. cauſ.*

56 Quidam hic imp. Severum Alexandr. comprehensum volunt. *Anſ.*

57 Nam ad tempus libertas dari non potest. *l.* 33. *ff. eod.*

58 Adde *l.* 8. *in pr. l.* 22. *in fin. ff. eod.*

59 Actus est quod quis gerit. Actores servi inde dicti.

60 Et sic post ejus pubertatem. *Basil.*

61 Præsentia consensum operatur, *l.* 6. § 4. *ff. de conſeſſ.* & factum tutoris pupillo nocet. adde *l. Lucius* 46. § *tutela.* 5. *ff. de adminiſtr. tutor.*

62 Parallage, quæ fit litterarum transmutatione. Sic enim pro Cratisto, hic Cratinus legitur, ut in *l.* 27. *ff. de cond. & demonſtr.* Demetrii nomen pro Dama sumitur.

63 Error in *ſyllaba* non nocet. v. *l.* 4. § 1. *ff. de manumiſſ. vindict.* ut & in litera. *cap. ex parte. de fide inſtrum.* nec in accentu, sive interpunctione. v. tamen *c. ad audientiam. de reſcriptis.* Goth. Vid. Alberic. de Rosate in dictionario juris. verb. *ſyllaba.* Ans.

64 Per debitorem.

65 Vid. *l.* 23. *ff. qui, & à quibus manumiſſ.*

66 Conditio non impedit libertatem, si non stat per eum, cui relicta est, quo minus impleatur.

67 *Al.* non erogaret.

68 Est in electione servi post eventum conditionis, utrum velit esse libertus orcinus ac defuncti, vel heredis. v. *l.* 1. *ff. eod.* Ita si quis substitutus sit directo, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, in ejusdem potestate fuerit, quo ex jure velit liber fieri.

69 Ut sit orcinus, & defuncti ustatoris libertus. *l.* 4. § 12. *ff. tit. præc.*

70 Ut sit heredis libertus.

71 V. *l.* 5. *in pr. ff. qui, & à quibus manum*

72 Ratio dubitandi. *l.* 18. § 1. *in fin. ff. qui, & à quib.*

73 Licet dives succedat pauperi, non ideo libertates testamento datæ magis valent.

74 *l.* 5. *in pr. ff. qui, & à quibus manumiſſ.*

75 Julianus scil.

76 Cum æs alienum solutum erit scil.

77 Argumentum à contrario sensu, ex apertissima verborum significatione duci hinc colligit *Bart.* adde tamen *l. apud antiquos.* 21. *C. de furt.*

78 Atqui is mortis testatoris tempore in potestate non fuit. *l.* 35. *ff. eod.*

79 Supersti te.

80 Dixi ad Ulpian. 1. § 23.

81 *l.* 23. *l.* 25. *ff. eod.* 82 Legata res piæ causæ, si post alienationem ejus redempta fuerit, debebitur: atque ita hinc colligit Tiraquellus 40 *privilegio piæ causæ.* 83 Quæ dominam sequuntur. Terentius *in Andria*, Accedo ad pedissequas, quæ sit rogo. Gothofred. Explicationem hujus leg. vide apud Leonin. *lib.* 4 *emendat. cap.* 16. *num.* 14. *& ſequ.* Ans. 84 Servo scil.

85 Contubernium inter servos, non matrimonium est. *l.* 3. *C. de inceſtis.*

86 *l.* 23. *in pr. ff. de fideicomm. libertat.* 87 De vi, potestate & effectu hujus particulæ, *niſi*, vide Alciat. 2 *paradox.* 4.

cui addicta bona sunt. §. 8. Addici ita demum bona voluit, *Si idonee* [27] *creditoribus cautum fuerit de solido, quod cuique debetur.* Ergo cavendum est idonee. Quid est *idonee* [28]? satisdato [29] utique, aut pignoribus datis. Sed si ei fides habita fuerit promittenti sine satisdatione, idonee cautum videbitur. §. 9. Creditoribus caveri quemadmodum debet? utrum singulis, an vero omnium nomine uni ab ipsis creato? Et oportet officio [30] judicis constitui, convenire creditores, unumque [31] creare, cui caveatur omnium nomine. §. 10. Illud videndum, ante caveri debet creditoribus & sic addici bona; an vero sub conditione hæc sunt addicenda, *si fuerit cautum*? Et puto, sic comprehendendum decreto, si omnia ex Constitutione Divi Marci facta sint. §. 11. *De solido* utique sic accipiemus, de sorte & usuris debitis. §. 12. Hi, qui ad libertatem pervenerunt, quorum liberti fiant, Constitutio ostendit: ut qui directam libertatem [32], *orcini* erunt liberti: nisi forte is, qui addici sibi bona desideret, ita velit addici, ut etiam hi, qui directam libertatem acceperunt, ipsius liberti fiant.

§. 13. Qui autem volunt ipsius liberti fieri, utrum manumittendi sint ab eo, an vero ipsa addictione hoc comprehendendum, hac conditione sibi addici bona, *ut hi etiam, qui directam libertatem acceperunt, ipsius fiant liberti*? Et puto, hoc esse probandum, ut ipsa addictione hoc comprehendatur: idque verba quoque Constitutionis [33] admittunt. §. 14. Cum autem servus libertatem nactus est, utique etiam tutelam ejus habebit [is] cui bona addicta sunt. §. 15. Si alienos [34] servos rogaverat heredem manumittere, utrum dicimus Constitutionem locum habere? An vero cessabit Constitutio? Magisque est, ut locus sit Constitutioni: addictis enim bonis redimere & præstare libertatem cogitur à Prætore [35]. §. 16. Si non heres, sed [36] legatarius rogatus fuerit manumittere: nunquid cesset Constitutio, quod legatis non debitis nec libertates possunt deberi? Magisque est, ut idem favor sit: omnibus enim generaliter voluit libertatem præstare, quibus competeret, si hereditas adita fuisset. §. 17. Eadem Constitutio prospexit, ut si fiscus bona admiserit, æque libertates competant. Ergo sive jacent [37] bona fisco [38] spernente, sive agnoverit, Constitutio locum habet. Cæterum si alia ratione agnoscat, apparet, cessare debere Constitutionem. Quare & si *caducu* [39] *legionu* bona delata sint, idem erit probandum. §. 18. Item si [40] minor xx annis dedit libertatem, dicemus, non competere, nisi [si] fideicommissam: hæc enim competeret, si modo potuit causam [41] probare minor xx annis, si vivus manumitteret.

§. 19. Si in fraudem creditorum [42] libertas data sit ab eo, qui mortis tempore solvendo non est, an competat? Et si quidem fiscus bona non adgnoverit, forte competet libertas: quia solidum creditoribus offertur. Atquin, si adita hereditas fuisset, non competeret: certe si fiscus adgnovit hereditatem, facilius probabitur, cessare liberratem. nisi [si] quis verba Constitutionis secutus, dixerit, ipsum sibi imputare debere, qui addici sibi hac conditione bona voluit, ut libertates competant: si quis autem exemplum aditæ hereditatis fuerit secutus, directæ libertates non competent, si consilium [43] & eventus fuerit fraudandorum creditorum; nec fideicommissæ præstabuntur, si eventu fraudentur creditores.

§. 20. Si bona fuerint à fisco [44] non adgnita, eaque addicta libertatis conservandæ gratia, an possit fiscus postea adgnoscere? Et magis est, ne possit. Plane, si non certioratis Præfectis [45] ærario, bona fuerunt libertatis conservandæ causa addicta, videndum est, an Constitutioni locus sit? Et si quidem talia fuerunt, ut agnosci deberent, addictio cessat: si vero non [46] fuerunt, additioni locus est. §. 21. Is autem, cui bona addicta sunt, bonorum possessori [47] adsimilari [48] debet [49], & secundum hoc & jura [50] sepulcrorum poterit habere. §. 22. Item videamus, an convenire [51] à creditoribus possit hereditariis actionibus: an vero non nisi ex cautione, quam interposuit? Magisque est, ut non aliter conveniatur, quam ex ea cautione, quam interposuit. §. 23. Si duobus pluribusve addicta fuerint bona, & communem rem [52] & communes libertos habebunt, & secum familiæ erciscundæ judicio experientur.

De herede absente.

V. Paulus lib. LVII ad Edictum.

IN fideicommissariis libertatibus si absente herede Prætor pronunciasset libertatem deberi: est & liber, & defuncti libertus, si & servus ejus fuit; aut heredis [53], si servus heredis sit: imo & si sine successore heres decesserit, conservandam esse [54] libertatem, Senatus Hadriani temporibus censuit.

De pecunia legata, 1. Ut servus manumittatur, & de lege Falcidia.

VI. Idem lib. LX ad Edictum.

DEcem legata sunt, & rogatus est legatarius *Stichum emere & manumittere*: Falcidia intervenit, & minoris [55] emi servus non potest. quidam putant, dodrantem accipere [debere] legatarium, nec emere compellendum. Idem putant, etiam si suum servum rogatus sit manumittere, & dodrantem ex legato acceperit: non esse compellendum manumittere. † Videamus [56], ne utique in hac [57] specie aliud dicendum sit. Sed in superiore [58], sunt, qui putant cogendum [59] legatarium redimere servum, & se oneri subjecisse, dum accipit vel dodrantem: sed si paratus sit retro restituere, quod accepit, an audiendus sit, videndum? sed cogendus heres [60] tota decem præstare, perinde [61] atque si adjecisset testator, ut integra præstentur.

VII. Ulpianus lib. LXIII ad Edictum.

SI cui legata sint centum ita, *ut servum alienum redimat & manumittat, & bonis heredis vendatu, partem, non totum persequatur*: non alias debet consequi legatum [62], quam si caverit, se manumissurum. sed hoc tunc demum, si largiatur portio, quam accepit, ad servi pretium, paratusque sit dominus tanti [eum] vendere: alioquin exceptione doli debebit legatarius repelli.

De legatario rogato manumittere.

VIII. Pomponius lib. VII ex Plautio.

EUm, cui mille nummi legati fuissent, si rogatus fuisset *vigintí* [63] *servum* [64] *manumittere*, non cogi fideicommissam libertatem præstare [65], si legatum non caperet, constat.

De alienatione servi prohibita.

IX. Marcellus lib. XV Digestorum.

CUm fidei heredis commisit, *ne* [66] *servus alienum servitutem patiatur*: experiri potest confestim, ut fuerit alienatus [67], petere libertatem. Sed ubi alienatio non est voluntaria, sed necessitas alienandi [68] ex causa testatoris pendeat, prope est, ut nondum [69] debeat prætari fideicommissum: quod potest videri defunctus nihil sensisse de hujusmodi casu alienationis.

1. *Si in eni libertas debebatur, venit.*

X. Idem lib. XVI Digestorum.

QUidam in testamento scripserat, *Illum & illum servos meos* [70] *venire nolo*: si [71] ideo eos noluit venundari, ut si veneant, ad libertatem perveniant, præstanda erit libertas. nam & illi videtur libertas relicta, de quo ita scriptum est, *Nolo* [72] *alii, quam tibi, serviat*. Secundum hæc igitur, [si] quoquomodo vendere tentaverit servum, confestim peti poterit libertas: hæc, quominus præstet libertatem, proderit heredi, si eum redemerit: quia semel extitit conditio. §. 1. Is cui libertas debebatur, venit: si vult ab herede manumitti, non erit interveniendum ei, cui heres præsens erit, emptor latitavit, quoniam poterat uti Senatusconsulto [73], ut quasi ex testamento ad libertatem perveniat. §. 2. Is cui ex fideicommisso libertas debebatur, ab eo, qui solvendo non erat, passus est se bonæ fidei emptori tradi: existimas in manumissum constituendam [74] actionem exemplo ejus, qui liberi hominis emptorem simulata servitute decepit. Ego quoque adducor, ut putem recte adversus venditos [75] actionem competere: & magis similem videri statulibero, qui pridie [76] quam ex testamento ad libertatem perveniret, idem fieri passus est.

De auctoritate tutoris.

XI. Modestinus lib. I Differentiarum.

EX causa fideicommissi servo libertatem [77] dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest.

De commendatione ne cui alii serviant, & de publicatione bonorum. 1. De legatario rogato manumittere. 2. De hereditate fisco vindicata.

XII. Idem lib. singul. de Manumissionibus.

IMperator Antoninus, cum Firmus Titiano Tragœdos [78] tres legasset, & adjecisset, *Quos tibi commendo, ne* [79] *cui alii serviant*: publicatis [80] bonis Titiani, rescripsit, debere [81] eos publice manumitti. §. 1. Et legatarius [82] non minus [83] quam heres rogari potest servum manumittere: & si [84] ante manumissionem decesserit, successores ejus debent manumittere. §. 2. Divus Antoninus & Pertinax rescripserunt, hereditate fisco vindicata, quoniam racite quis rogatus erat ei qui capere non poterat, restituere hereditatem: & directo, & per fideicommissum datas libertates deberi.

De mora.

XIII. Idem lib. IX Regularum.

SI prægnans ancilla [85] moram non studio mamumissoris, sed fortuito [86] patiatur, ne manumitteretur, liberam quidem non pariet: sed cogetur qui manumittere debuit, natum matri tradere, ut per eam perveniat ad libertatem.

De libertate in cujusdam ex heredibus arbitrium collata.

XIV. Idem lib. X Responsorum.

LUcius Titius testamento facto Sciam uxorem suam, item Titiam filiam communem, æquis portionibus scripsit heredes: item alio capite, *Erotem servum meum, qui* [87] *& Psyllus vocatur, liberum esse volo* [88], *si* [89] *uxori meæ placeat* [90]: cum itaque Scia uxor Lucii Titii abstinuerit ab eadem hereditate, & ex subscriptione portio ejus ad Titiam filiam pervenerit [91], Quæro, an Eroti, qui & Psyllus vocatur, ex his verbis supradictis libertas competit? Modestinus: Eroti, quod uxor testatoris hereditate se abstinuit, non obesse respondi. † Item quæro, an Scia uxor quæ se hereditate abstinuit, petenti Eroti libertatem juste contradicere possit? Modestinus respondit, Seiæ dissensum nullius [92] esse momenti.

De jure heredis in servum manumittendum, & de ejus servi alienatione.

XV. Idem lib. III Pandectarum.

SI quis ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo [93] modo deteriorem ejus servi conditionem facere potest. ideoque nec vendere eum interdum alii potest, ut ab eo, cui traditus est, manumittatur: & si tradiderit, redimere illum cogitur [94] & manumittere: interest enim nonnunquam, à sene [95] potius manumitti, quam à juvene.

De servis propriis vel alienis.

XVI. Licinnius Rufinus lib. V Regularum.

LIbertates etiam per [96] fideicommissum dari possunt, & quidem largius, quam directo: nam non tantum propriis, [sed [97] &] alienis servis per fideicommissum libertas dari potest; ita tamen, ut vulgaribus [98] verbis, & quibus evidenter voluntas testatoris exprimi possit.

De verbis, cum tibi visum fuerit.

XVII. Ex libro XXI Digestorum Scævolæ Claudius.

CUm tibi [99] *visum fuerit manumittere*: utiliter datur fideicommissa libertas.

De conditione, si bene se rationibus gesserit.

XVIII. Scævola lib. XXIII Digestorum.

TEstamento ita cavit: *Pamphilus, si bene se gesserit rationibus meis, liber esto.* Quæsitum est, cum manente eodem testamento post aliquot

---

27 V. *l.* 6. *l. ult. C. de testam. manumiss.*

28 Idonee cavet, qui satisfiat, aut pignus dat, vel cui fides habita est.

29 *l.* 59. *in fin. ff. mandati.*

30 Judex potest ex officio suo cogere collegia, & universitates, ut Syndicum sibi constituant, & per eum litigent. Jacobus Aretius, Bartolus, Albericus.

31 *l.* 3. §. 7. *ff. de admin. tut. l.* 1. *ff. de curat. bon. dando.*

32 §. 1. *vers. & si quidem. Inst. de eo cui libert. caus.* Is qui directo liber esse jussus est, *Orcinus* fit libertus. Is cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Ulpian. 2. §. 8.

33 D. Marci sc. de qua *l.* 2. *ff. cod. in pr. & §.* 1. *Inst. de eo cui libert.*

34 Potest enim extraneo per fideicommissum libertas dari. Ulp. *ibid.* §. 10.

35 Quid, si dominus nolit vendere? extinguitur libertas. Ulp. *ibid.* §. 11.

36 Utriusque servo dari libertas potest per fideicommissum. Ulp. *ibid.* §. 10.

37 Vacantia bona, non esse hereditatem hinc colligit Bart unde rursus notant, fiscum ad legata præstanda non teneri.

38 §. 20. *ff. cod.* §. 1. *in fin. Inst. de eo cui lib. caus.*

39 Si qua ducis. *Hal.* alii legunt, si caducis legionibus. Cujac. ad 28 Ulp. §. 7. legit caducariis legibus, id est, Julius. vide eundem in *l.* 3. *C. de bonis vacantibus.* alii legunt, si ad ducis legiones, vel ad duces: vel, si ducis legionis vel, si militis legioni.

40 *l.* 5. *C. cod. v. l.* 4. *C. de testam. milit.*

41 Causa probata manumittit minor, si causam probaverit apud consilium. In consilium adhibentur Romæ quinque senatores, & quinque equites Romani: in provincia viginti recuperatores, cives Romani. Ulp. 1. §. 10. *Theoph.* §. 4. *Inst. quib. ex caus. manumitt.*

42 Sed non licet per Legem Ælium Sentium. Ulp. 1. §. 12.

43 Vide *l.* 23. *ff. qui & à quibus.*

44 §. 17. *ff. cod.* Goth. Quo tempore per intermissam agnitionem fiscus successionem amittat, vide Peregrin. *de privileg. fisci. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 31. Anf.

45 Præfectorum ærario munus fuit bona, quæ fisco deferuntur, spernere vel agnoscere. *l.* 13. *ff. de jure fisci.* Ulp. 1.

46 Adde *l.* 1. §. 1. *ff. de jure fisci.*

47 Id est, heredi Prætorio, quasi heredi. 48 Bonorum possessoris, & ejus cui bona sunt addicta similitudo. 49 Non heredi. 50 Adde *l.* 42. *in fin. ff. ad Treb. l.* 6. *ff. de relig.* 51 *l.* 3. *ff. cod.* 52 Rei vocabulo hereditatem defuncti intellige dixi ad *l.* 15. *ff. de legat. præstand.*

53 Id est, alienus. *l.* 47. §. 1. *ff. cod.* 54 Et ita erit oreinus. *l.* 30. §. 12. *ff. cod.* 55 Quam decem, ut sit sensus: Si tanti potest servus emi quantum legatum est, etiam si legata modum Legis excedant, favore libertatis perinde est, ac si id testator prohibuisset, ne ex legato detraheretur Falcidia. v. Cujac. ad *l. si minor.* 33 *ff. de minorib.* 56 An his verbis affirmamus? Duarenus negat.

57 Quando servum suum manumittere jussus est. 58 Quando extraneum. 59 Vide *l.* 24. §. 13. *ff. cod.* 60 Et sic Falcidia libertatem non minuit. *l.* 8. §. 9. *ff. de inoffic. v. l.* 33. *ff. ad l. Falcid.* Goth. Vide Fachin. *lib.* 5 *contr.* 17. Magon. *decis. Florent.* 13. adde Forcat. *Necyom. dial.* 45. Anf.

61 Falcidiam satis aperte vetat detrahi, qui integrum legatum præstari jubet. v. Cujac. ad *Novell.* 1. & *l.* 38. §. *ult. ff. ad l. Falcid.* Quin hoc amplius ex hac l. colligunt, Falcidiam ex piis legatis non detrahi. de quo v. quæ scripsi ad *l.* 1. §. 5. *ff. ad l. Falcid. & Novell.* 131. *c.* 12. adde Tiraq. 26. *privilegio piæ causa.* 62 *l.* 48. *ff. cod.*

63 Dignum fc. 64 Suum. 65 *l.* 33. *ff. de minor.*

66 V. *l. ult. ff. de hered. inst.* 67 Citra ullam necessitatem à defuncto impositam. 68 *l.* 24. *dicta ff. cod.* 69 Id est, ut non debeat: hoc enim in verbo particula *dum*, vavat, ut ille Virgilii loco: *Dum Phœbi nondum patiens.* v. Cujac. 15 *obs.* 5.

70 *l.* 24. §. 8. *ff. cod.* 71 Voluntatis igitur hic quæstio est: an his verbis voluerit servos ad libertatem pervenire? 72 Adde *l.* 12. *in pr. ff. cod.* 73 Rubrum, quo claustrorum habet. *v. ff. ad. in pr. ff. cod.* 74 In fraudem. *l.* 21. *in pr. ff. de lib. caus.* 75 Venditorem. 76 Id est, paulo ante. vide *l.* 7. §. 12. *ff. de injuriis.* 77 *V. l.* 20. *ff. de manumiss. vind.* Paulus, *fuerunt* reg. §. *ult.*

78 Tragœdos servos interdum legabant veteres. 79 *l.* 22. *in pr. l.* 24. §. 7. *ff. cod.* 80 Alienari res prohibita non potest publicari. adde *l.* 5. *in libertin.* 28. *ff. de bon. lib. l. Statius.* 48. *ff. de jure fisci.* de quo v. Marcum Anton. Peregrin. *lib.* 5 *de jure fisci. nu.* 100, 101. 102.

81 Ut ne serviant fisco contra voluntatem defuncti. *Gracci.* 82 *l.* 23. §. 1. *ff. cod.* 83 §. 2. *Inst. de singul. reb. per fideic. rel.* Ulp. 26. §. 18. 2 Gaius 7. §. 8.

84 Decedente eo à quo fideicommissa libertas est relicta, heredes ejus eam præstare sunt cogendi. Paulus 4 *sent.* 13. §. 2.

85 Cui debetur libertas.

86 Mora fortuita. *v. l.* 3. *C. de fideic. libert.*

87 Nomen contrahentis demonstrationis plenioris causa varium subjici à notariis posse hinc colligit Bartolus. *Goth.* Vide Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. 7. *num.* 7. Anf.

88 Volo hoc, inquam, verbum *volo*, liberam voluntatem arguit, ut *arbitrii* verbum non liberam, sed boni viri arbitrium. Quid verbum *placet*? mox dicetur.

89 *l.* 8. *C. cod.* 90 Vox *placet*, viri boni arbitrium notat. unde notant, libertatem conferri non posse in meram voluntatem heredis. *fideicommissarii.* 23. *ff. cod.* sed in arbitrium boni viri. vide Menoch. *lib. de arbitrariis.*

91 V. *l.* 26. §. 6. *ff. cod.* 92 Cur ita? Qui instituitur heres, & fit fideicommissarius, fideicommissum aliquot

---

liquot [93] esse non potest, nisi sit heres. *Bart.* 93 *l.* 24. §. 21. *ff. cod.* 94 Et ita eligit. *v. l.* 20. *ff. cod.* 95 Senem quam juvenem patronum habere, nostra interest. de sene vide quæ notavi ad *l.* 5. *ff. de jure immunitatis.* 96 *V. l.* 43. *ff. de manumiss. testam.* §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideicomm. relictis.* 97 *l.* 14. *in fin. ff. de leg.* 2. §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideicomm.* 98 Vulgaria verba, id est, quæ vulgo accipiuntur pro precariis: precaria sunt autem hæc verba, peto, rogo, volo, *l.* 41. *ff. cod.* mando, fideicommitto, §. *ult. Inst. de sing. reb.* 2. *C. comm. de legat.* deprecor, cupio, injungo, desidero, *l.* 115. *l.* 118. *ff. de leg.* 1. jubeo, 120. §. *pen. ff. de liber. leg.* relinquo. *l.* 78. §. 8. *ff. ad Trebell.* Commendo, non est precarium, *l.* 12. *C. cod. l.* 11. §. 2. *ff. de leg.* 3. nisi testator probetur eo verbo fideicommittere voluisse; nam ex novis constitutionibus omne verbum ad fideicommittendum valet. v. Cujac. ad 4 Paul. 1. §. 6. 99 *V. l.* 46. §. 3. *ff. cod.*

100 Post multos annos. Gravet. Gothofr. Vid. Alciat. lib. 1 disputat. c. 8. Cuiac. 12 obs. 10. Anton. Augustin. lib. 1 emend. cap. 21 Anf.

1 Id est, si fit satisfactum voluntati defuncti vide l. 13. in fin. pr. ff. de statulib.

2 Ab uxore.

3 l. 22. §. 1. ff. eod.

4 V. l. 22. § fin. ff. eod.

5 Quia aliquid accepit à testatore, l. 23. § 2. ff. eod. l. 13. §. 4. ff. de statulib. locus si simul recepit. vide l. 5. §. 4. ff. de his, quæ ut indign.

6 l. 19. ff. l. 22. §. 1. ff. eod.

7 Ufuceperit. Græci. apud Cuj. 13 obs. 16. Goth. Adde Ant. Augustin. lib. 1 emendat. cap. 8. Anf.

8 l. 15. in fin. ff. l. 23. l. 24. §. 21. l. 29. in pr. ff. eod. l. 9. §. 1. ff. de statulib.

9 Convenit Hal.

10 Pomponius ad octavum & septuagesimum annum ætatis pervenit.

11 Adde l. 65. §. 3. ff. de leg. 3.

12 Sic Solon apud Cic. lib. de senectute, gloriatur se quotidie addiscentem senem fieri. & ipse Cicero, 9 epist. fam ultim. adde Suidam in Marcus. Haud pœnitet, inquit, vivere nisi in literis viverem: & tamen turpis & ridicula res est elementarius senex. Seneca 5 epist. 35. ut & nihil turpius, quam senex vivere incipiens. Idem 2 epist. 13. in fin. quemadmodum & nihil turpius, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, præter ætatem. Idem 1 de Tranquillitate.

13 Sabinus. Græci.

14 Vide Cujac. ad hanc leg. 15 obs. 5.

15 V. l. 12. ff. eod.

16 l. 41. §. 1. ff. eod.

17 His verbis, superioribus sc. ut sit sensus: his verbis data videtur libertas fideicommissaria sub conditione, si extraneo alienetur. Nam qui alienam servitutem servus experiri non vult, sane vult ut is liber fiat. v. Cujac. ibid.

18 Contraria est servituti libertas.

19 In fin. pr. Inst. de libertinis.

20 l. 10. ff. eod.

21 l. 9. in fin. ff. ad l. Fal. §. 1. ff. de leg. 2. vide Cujac. 16.

22 Et sic cum onere. v. l. 5. §. 1. ff. de leg. 2.

23 Legis Cauiniæ modus hic servatur a testatore.

24 Electione duobus data, si unus eorum latitet, quod eligere nolit: qui non latitabit, is solus eligere poterit. facit l. 2. §. si plures. ff. de exercitoria c. 19. vers. item cum post. ext. de elect. 25 Id est, ac si unus potuisset duos servos manumittere. 26 Al. liberos. 27 l. 19. in pr. ff. eod. 28 Aut si suus. 29 V. l. 15. C. de fideicom. libert. 30 l. 5. C. de crimine expilatæ hereditat. v. l. 59. §. 1. ff. de manumiss. testam. κεφαλικὰ μισθὸν τῶ κληρονόμῳ κληρονομεῖν, &c. 48 Ecloga. 4. c. 23.

31 l. pen. C. de crimine expilatæ. l. 4. ff. de manum. test. 32 V. l. 12. §. 1. ff. eod. 33 A servo cui relicta est libertas. 34 l. 37. ff. eod. 35 V. l. 20. ff. eod. 36 V. l. 37. in pr. ff. eod. 37 Pluribus, universitati, vel capitulo, si aliquid mandatur, & id per unum expediri potest, id illi tantum videtur esse mandatum; tenetur ille implere. adde c. eam te. 7. extr. de reser. v. tamen l. si tibi homo. 86. §. pen. ff. de leg. 1. 38 V. l. 19. §. 1. ff. eod. 39 Hæc vox domino, est glossema. 40 Damnum conditionis ita dicitur in l. Imperator. 50. ff. ad Treb. 41 Error hic juris nocet: est enim adversus juri publico: at error facti non nocet. l. 3. in fin. ff. de supellect. 42 Castrensia ea sunt, quæ pater in militiam profecturo filio donat. 43 Cujac. legit, in paganis, ut in l. sus nostrum. 7 ff. de regulis. Ita enim loquuntur alii auctores, esse in puerilibus, in senioribus, in novissimis: alias cum hic dicatur fratrem paganum manisse in potestate, innueretur, alterum filium militem solutum fuisse potestate, quod est falsum. Primum enim si ita foret, patris heres non esset, ut alter frater, cum tamen hic ambo heredes proponantur. Deinde militia patriam potestatem non solvit. d. filiusfam. 35. ff. de ritu.

44 Castrense peculium præcipuum filius retinet inter legitimos heredes.

aliquot 100 annos decesserit, nec [ullæ 1] querelæ locus de Pamphilo circa rationes patroni sit, an ex testamento libertatem sit consecutus? Respondit, nihil proponi, cur non sit consecutus.

De herede absente. 1. De fideicommisso uxori legatario.

XIX. IDEM lib. XXIV Digestorum.

HErede instituto marito 2, per fideicommissum libertatem servis dedit, in quibus & Sticho actori mariti. Quæsitum est, cum absente domino isti Præsidem Provinciæ adierint, ut libertas sibi præstaretur, quasi ex 3 justa causa heres abesset, & Præses Provinciæ pronunciaverit libertatem 4 deberi: an agi cum Sticho possit ut rationem actus à se administrati reddere compellatur? Respondit non posse. §. 1. Uxori dotem, & alias res plures legavit, & ejus fidei commisit, *ut Aquilinum servum proprium mulieris apud Consilium manumitteret*; id negat se facere debere, quod ipsius proprius esset: quæro, an libertas ei debeatur? Respondit, uxorem, si ex testamento non solum dotem, sed etiam cætera legata præstari [sibi] vellet, compellendam ex 5 causa fideicommissi Aquilinum manumittere, eumque, cum liber erit, petituram ea, quæ sibi legata sunt.

Ad Senatusconsultum Trebellianum.

XX. POMPONIUS lib. VII Epistolarum.

APud Julianum ita scriptum est: si heres rogatus servum manumittere, ex Trebelliano Senatusconsulto hereditatem restituerit, cogi debebit manumittere: & si latitabit, vel si 6 justa ex causa aberit, Prætor, causa cognita, secundum Senatusconsulta ad eas causas pertinentia pronunciare debebit: si vero servum susceperit 7 is cui hereditas restituta fuerit, ipsum 8 competit 9 manumittere, & eadem in personam ejus observari conveniet, quæ circa emptores custodiri solent. An hæc vera putes? nam ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in octavum 10 & septuagesimum annum ætatis duxi, memor sum ejus sententiæ, qui dixisse fertur, *Κἂν ἕτερον 11 πόδα ἐν τῷ σωρῷ ἔχω τοῦτον προσμένειν τὸν βουλόμενον.* Id est, *Etsi 12 alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere.* Bellissime Aristo & Octavenus 13 putabant, hunc servum, de quo quæreretur, fideicommissæ hereditatis non esse: quia testator rogando heredem, ut eum manumitteret, non videtur de eo restituendo sensisse. si tamen per errorem ab herede datus fuerit, ea dicenda sunt quæ Julianus scribit.

Si testator rogavit, ne servus servitutem alterius patiatur.

XXI. PAPINIANUS lib. XIX Quæstionum.

ROgo 14, *ne Stichus alterius 15 servitutem experiatur* 16. intelligi 17 datam fideicommissam libertatem, placuit Principi: * quid enim tam contrarium 18 est servituti 19, quam libertas? Nec tamen quasi post mortem heredis data videbitur: quod eo pertinet, ut si vivus eum alienaverit, confestim libertas petatur; nec 20 prosit ad impediendam libertatis petitionem, si redemerit eum, cujus semel conditio extitit. † Idem probandum est, & si 21 non voluntaria alienatio ab herede facta est. nec refragabitur, quod non per ipsum alienatio facta est: fuit enim quasi statuliber, & quacunque ratione conditio impleta est.

De legatario rogato manumittere. 1. De duobus ex tribus servis manumittendis. 2. De herede absente vel non existente.

XXII. IDEM lib. XXII Quæstionum.

SI legatario fundi decem pretii 22 nomine relicta sint in hoc, [*ut*] *servum suum manumittat*: quamvis fundi legatum adgnoverit, si tamen pecuniæ propter interventum Falcidiæ non adgnoverit, cogendus est & pecuniam accipere habita legis Falcidiæ ratione, & servo fideicommissariam libertatem præstare, cum semel fundi legatum adgnovit. §. 1. A duobus heredibus, qui tres 23 servos habebat, petit, *ut duos ex his quos voluissent, manumittant*; altero heredum latitante 24, alter declarat, quos velit manumittere: poterit dici, fieri liberos, ut perinde libertas competat, ac si præsens 25 solus manumittere potuisset. † Quod si ex servis unus decesserit, sive justa ex causa abfit heres, sive fari non possit, à quo petitum est: decernente Prætore, duos, qui supersunt, fieri libertos 26 convenit. §. 2. Cum is, qui fideicommissam libertatem præstare debet 27, justa ex causa abest aut latitat; aut quidam præsentes sunt, alii ex justa causa absunt, nonnulli frustrandi gratia fideicommissi copiam sui non faciunt; aut ei, qui libertatem debuit, heres non extitit, aut 28 suus heres hereditate se abstinuit: Prætor pronunciare debet, *ex testamento Lucii Titii fideicommissam libertatem* 29 *competere*: idque Senatusconsulto demonstratum est. quo Senatusconsulto comprehensum est, ne dubium & obscurum esset, cujus libertus fieret, Prætorem pronunciare debere, qui ex justa causa, & qui detrectandæ libertatis gratia absit.

De compilata hereditate. De ratione gesta. 1. De herede heredis, & ad SC. Trebell. 2. De castrensi peculio. 3. De die. 4. De die & condit one.

XXIII. IDEM lib. IX Responsorum.

FIdeicommissaria libertas prætextu 30 compilatæ 31 hereditatis, aut 32 rationis gestæ 33 non 34 differtur. §. 1. Fideicommissariam libertatem ab herede non præstitam cogendus 35 est heredis heres, qui restituit ex Trebelliano Senatusconsulto hereditatem, præstare, si ejus personam 36 eligat, qui manumittendus est. §. 2. Servum peculii castrensis, quem pater fideicommissi verbis *a* 37 *legitimis* [*filiis*] *heredibus liberari* voluit, filium militem, vel qui militavit, si patris heres extitit, manumittere cogendum 38 respondi: quoniam proprium manumisisse defunctus post donationem in filium collatam existimavit. portionem enim à fratre domino 39 fratrem eundemque coheredem citra damnum 40 voluntatis redimere non cogendum. nec ob eundem errorem 41 cætera, quæ 42 pater in militiam profecturo filio donavit, fratri, qui mansit in 43 potestate, conferenda: cum 44 peculium castrense filius etiam inter legitimos heredes præcipuum retineat.

§. 3. Etiam fideicommissaria libertas à filio 45 post certam ætatem ejus data, si ad eam puer non pervenit, ab herede filii præstituta die reddatur: quam sententiam jure 46 singulari 47 receptam, ad cætera 48 fideicommissa relicta porrigi non placuit.

§. 4. Servum à filio post quinque annos, *si eo tempore mercedem diurnam* 49 *filio præstitisset*, manumitti voluit; biennio proximo vagatus 50, non præstiterat: conditione defectus videbatur. si tamen heres filius, aut tutores ejus ministerium servi per biennium elegisset 51, eam 52 rem ex præterito, quod per heredem stetisset, impedimento residuæ conditioni non esse constitit.

Qui possunt fideicommissariam libertatem adscribere. 1. De servo Principis vel municipis, vel cujusvis alterius. 2. De servo hostium. 3. De homine libero. 4. De servo posthumi. 5. De servo damnato in metallum, 6. Vel concepto & nato ex damnata in metallum. 7. De petitione ne postea serviat. *8. De prohibito alienari. 9. De tutore. 10. De servo pignerato. De favore libertatis. 11. De agnatione posthumæ. 12. De legatario rogato manumittere. 13. Si quid deducto ære alieno ad heredem pervenit, vel non. 14. De legatario rogato manumittere. 21. De alienatione & usucapione.*

XXIV. ULPIANUS [lib. V Fideicommissorum].

GEneraliter dicemus, *eos posse fideicommissariam libertatem adscribere* 53, *qui fideicommissum pecuniarium* 54 *possunt* 55 *relinquere.*

§. 1. Et Principis servo vel municipii, & 56 cujus alterius, fideicommissa libertas adscripta valet. §. 2. Hostium 57 servo si fideicommissaria liberras fuerit adscripta, potest tractari, an non sit inefficax? Et fortassis quis dixerit, indignum esse, civem 58 Romanum fieri hostium servum. sed si in casum relinquatur, in quem noster esse incipit: quid prohibet [dicere, libertatem valere]? §. 3. Si homini libero fuerit libertas per fideicommissum adscripta, & is in servitutem redactus proponatur, petere potest libertatem: si modo mortis 59 tempore vel conditionis existentis inveniatur servus. §. 4. Servo ejus, qui nondum in rebus humanis est 60, libertas recte per fideicommissum relinquitur.

§. 5. Si servus in metallum fuerit damnatus, libertatem sperare non poterit. † Quid ergo, si fideicommissaria libertas [& 61 relicta sit], & pœna metalli indulgentia Principis sit liberatus? Et est rescriptum ab Imperatore nostro, hunc in dominium prioris domini non restitui: cujus tamen sit, non adjicitur: certe, cum fisci 62 efficiatur, sperare potest fideicommissariam libertatem. §. 6. Ex damnata in 63 metallum concepto & nato fideicommissaria libertas dari poterit: quid mirum, cum etiam venundari eum posse quasi servum D. Pius rescripsit? §. 7. Si petitum à testatore fuerit, *ne* 64 *postea Stichus serviret*: placuit, fideicommissariam libertatem datam videri. nam qui hoc petit, *ne postea serviat*, videtur petere, ut libertas ei præstetur. §. 8. Sed & si ita scripsit, *Ne cum* 65 *alienes, ne eum vendas*: idem erit dicendum, si modo 66 hoc animo fuerit adscriptum, quod voluerit eum testator ad libertatem perduci. cæterum si alia mente id scripsit, (utputa quia consilium dabat heredi retinere talem 67 servum, vel quia coercere voluit servum & cruciare, ne meliorem dominum experiatur, vel aliqua 68 mente 69, non tribuendæ libertatis animo): dicendum est, cessare libertatis præstationem, & ita Celsus lib. XXIII Digestorum scribit. *Non tantum eum verba fideicommissi, sed & mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam.* Sed cum ex præsumptione libertas præstita esse videtur, heredis est, contrariam voluntatem testatoris probare. §. 9. Si quis tutorem ideo scripserit, quia 70 liberum putavit: certissimum est, neque libertatem peti posse, neque tutelam libertatis præstationi patrocinari: & ita & Marcellus lib. XV Digestorum, & Imperator noster cum patre rescripsit. §. 10. Si quis servo 71 pignerato directam libertatem dederit, licet videtur *jure subtili* inutiliter reliquisse: attamen, quasi 72 & fideicommissaria libertate relicta, servus petere potest, ut ex fideicommisso liber fiat. favor enim libertatis suadet ut 73 interpretemur, & ad libertatis petitionem procedere testamenti verba, quasi ex fideicommisso fuerat servus liber esse jussus: nec [enim] ignotum est, *quod multa contra* 74 *juris rigorem pro libertate sint constituta.* §. 11. Ex testamento 75, quod adgnatione posthumæ rupium esse [constitit], neque 76 directas libertates competere, neque fideicommissarias deberi, [si] quas non 77 à legitimis quoque heredibus paterfamilias reliquerit, satis constat. §. 12. Si quis alienum vel suum servum rogatus sit manumittere, & minus sit in eo, quod accepit judicio testatoris, plus sit in pretio servi: an cogatur vel alienum redimere vel suum manumittere, videndum est? & Marcellus scripsit, cum ceperit 78 legatum, cogendum omnimodo suum manumittere. & sane hoc juro utimur, ut * multum 79 interfit, suum quisque rogatus sit manumittere, an alienum: si suum, cogetur manumittere, etiam si modicum accepit: quod si alienum, non alias erit cogendus, quam si tanti possit redimere, quantum ex judicio testatoris consequutus sit. §. 13. Proinde consequenter Marcellus ait, eum quoque qui heres institutus est, si 80 quidem aliquid ad eum deducto ære alieno pervenit, cogendum esse suum manumittere: si vero nihil pervenit, non esse cogendum. §. 14. Plane si forte minus relictum est alicui, verum crevit legatum ex aliqua causa: æquissimum erit, tanti eum cogi redimere, quantum ad eum pervenit. nec causari debere, quod minus illi relictum sit, cum creverit ejus legatum per testamenti occasionem. nam etsi ex 81 mora fructus usuræve fideicommisso accessissent, dicendum est, libertatem præstandam. §. 15. Proinde etsi servi pretium decrevit, dicendum est, redimere cogendum. §. 16. Quod si legatum sit imminutum, videndum, an cogatur servum manumittere, qui speravit 82 legatum uberius consecuturum? & putem, si legatum refundere sit paratus, non esse cogendum: idcirco, quia alia contemplatione adgnovit legatum, quod ex inopinato deminutum est. parato igitur ei à legato recedere, concedendum erit: nisi forte residuum legatum ad pretium sufficit 83. §. 17. Quid ergo, *si plures servos* rogatus sit manumittere, & ad quorundam pretium sufficiat id quod relictum est, ad omnium non sufficiat? an cogendus sit quosdam manumittere? Et putem, debere eum cogi, vel eos, quorum pretium patitur, manumittere. Quis ergo statuet, qui potius manumittitur? utrumne 84 ipse legatarius eligat, quos manumittat, an heres [est]? Et fortassis quis recte dixerit

45 l. 41. §. 10. ff. eod. l. 16. ff. de manumiss. testam. l. 19. ff. de statulib. l. 10. C. de fideic. lib.

46 Juri singulari opponitur jus commune, l. 78. ff. de cond. & demonst. quæ hujus legi jungenda. Est vero hoc jus singulare, benignum jus, ut l. 15. ff. de reb. cred. aliud enim jure commuuni. Nam quoties deficit conditio legati, non debetur, arg. l. 55. l. 56. ff. de condit. & demonstr.

47 Singulare jus est, quod contra regulas juris est receptum. l. 16. ff. de legibus.

48 Excipiunt nonnulli piam causam. v. Tiraq. 23. privil. pia caus.

49 Unde? ex sua industria, locatione operarum, suo quæstu diurno.

50 Puta per orbem terrarum.

51 Elegisset.

52 Id est, quod biennio proximo servus filio ministerium præbuerit, non diurnam mercedem, ministerium præoptante filio, vel tutore, quam mercedem, ex præterito tempore, hoc est triennio, quo servus conditioni paruit, non esse impedimento residuæ conditioni: id est, ea res non efficit, ut minus videatur servus conditioni paruisse biennio residuo: quia nec per servum stetit, quominus & eo biennio pareret conditioni.

53 Et retro, cujus fidei commitit potest ad rem aliquam præstandam, ejusdem etiam libertas fideicommitti potest. Ulpian. 2. §. 9.

54 De differentia fideicommissariæ libertatis & fideicommissi pecuniarii, vid. Cujac. 17 observ. 5. in fin.

55 Id est, qui testari possunt. l. 2. ff. de leg. 1.

56 Et cujusvis alterius.

57 l. 30. in pr. ff. de manumiss. test.

58 Rogatus ancillam manumittere, utique rogari semper intelligi de justa & legitima libertate, id est, civitate Romana. vid. Cujac. 18 obs. 20.

59 V. l. un. §. 6. C. de caducis.

60 Et ei, qui est in ventre. l. 14. C. de fideic. lib.

61 Al. ei.

62 V. l. 8. in fin. C. de sent. passis.

63 V. l. 4. C. de pœnis.

64 V. l. 12. in pr. ff. eod. adde l. 41. §. 1. ff. eod.

65 l. 10. in pr. ff. eod.

66 l. 17. §. 1. ff. qui, & à quib. manum. l. 20. C. de lib. causa.

67 Utputa utilem.

68 Vel alia.

69 Considerationc. Græci.

70 l. 22. ff. de testam. tutela. §. 1. Inst. qui testam tutores dari possunt.

71 Suo.

72 V. l. 9. C. de fideic. lib.

73 Ut sic interpretemur verba directa, quasi ex fideicommisso sit relicta libertas. 74 §. ultim. Instit. de donat. 75 Vide l. 23. ff. de manum. testam. l. 45. ff. eod. 76 Ab intestato venientes non præstant onera scriptis heredibus imposita, ut hic. vide tamen Aurbent. ex causa. C. de liberis præteritis. 77 l. 1. C. eod. 78 Id est, ignoverit.

79 Idem dicendum in minore. l. 20. in princ. ff. de manumiss. vind. 80 l. 6. circa fin. ff. eod. l. 45. §. 1. ff. eod. l. 14. C. ad legem Falcid. 81 Fideicommissa ex mora fructus & usuræ accedunt. 82 Speravit se legatum. 83 Sufficit quod apud eum remanet. 84 l. 20. ff. de legat. 1.

xerit *ordinem* [84] *scripturæ sequendum* [85]. quod si ordo non pareat, aut fortiri [86] eos oportebit, ne aliquam ambitionis vel gratiæ [87] suspicionem Prætor subeat: aut meritis cujusque allegatis arbitrari eos oportet. §. 18. Simili modo dicendum est, etsi redimere jussus sit, libertatemque præstare, nec pecunia, quæ legata est, sufficiat ad redemptionem omnium, quibus libertas data est: nam & hic idem erit, quod supra probavimus. §. 19. Si cui legatum sit relictum, is[que] rogatus sit servum proprium manumittere, & id, quod legatum est, præstare: an fideicommissaria libertas præstanda sit? Quosdam movet, quia, si fuerit coactus ad libertatem præstandam, ex necessitate ad fideicommissi quoque præstationem erit cogendus [88]; etsi [89] qui putant non esse cogendum. Nam & si mihi legatum fuisset relictum, & id rogatus essem Titio restituere confestim, & præterea fideicommissam libertatem servo meo præstare: sine dubio diceremus, non esse me cogendum ad libertatis præstationem, quia nihil pretii nomine videor accepisse. † Plane si forte post tempus fuerit rogatus restituere sibi legatum relictum, dici potest, propter medii temporis fructum cogendum eum manumittere. §. 20. Si rogatus quis *alii fundum, cum morietur, alii centum præstare*, [si] tantum ex fructibus fundi perceperit, quantum est in fideicommisso: cogendum eum præstare. sic fit ut sit in pendenti fideicommissum pecuniarium, & fideicommissæ libertatis præstatio. §. 21.* Quotiens autem fideicommissaria libertas relinquitur efficaciter, in ea [90] causa est, ut neque alienatione, neque usucapione extingui possit: ad quemcunque enim pervenerit is servus, cui fideicommissa libertas relicta est, cogi [91] [eum] manumittere. & ita est sæpissime constitutum. Cogetur igitur is ad quem servus pervenerit, fideicommissam libertatem præstare [92], si hoc maluit is, qui rogatus est: latius enim acceptum est, ut & si sub conditione fuit ei libertas relicta, & pendente conditione alienatus sit, attamen cum [93] sua causa alienetur. Quod si nolit ab eo manumitti, seu potius ab [94] eo velit ad libertatem perduci, qui erat rogatus eum manumittere: audiri eum oportere, Divus Hadrianus & Divus Pius rescripserunt. † Quinimo & si jam manumissus est, velit tamen potius [95] ejus libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere: audiendum eum, Divus Pius rescripsit. † Sed etsi ex persona manumissoris, vel [ex] quacunque causa manumissus ostendere potest jus suum [lædi] manumissione, [vel etiam] læsum: succurri ei ex his Constitutionibus oportet, ne contra voluntatem defuncti durior [96] ejus conditio constituatur. † Plane si ea sit defuncti voluntas, ut vel à quocunque manumitti voluerit: dicendum est, Constitutiones supra scriptas cessare.

XXV. Paulus lib. III Fideicommissorum.

SI heres, qui vendidit servum [97], sine successore decesserit; emptor autem extet, & velit servus defuncti libertus esse, non emptoris: non esse eum audiendum, Valens scripsit; ne emptor & pretium [98] & libertum perdat.

De servo mortalitatis necessitate vel bonorum publicatione ad alium perducto. De rogato manumittere cum moreretur. De manumisso ab alio, quam ab eo, qui rogatus est. De favore & effectu fideicommissariæ libertatis. 1. De mora. 6. De legato habito pro non scripto. 7. Ad SC. Rubrianum. Scopus, tempus & verba. 8. Si libertas debeatur, vel non. 9. De evocatione. 10. De absentia, 11. Vel præsentia rogati manumittere.

XXVI. Ulpianus lib. V Fideicommissorum.

CUm vero is, qui rogatus * non [99] * est *alienum servum manumittere*, mortalitatis [100] necessitate, vel bonorum publicatione, ad alium servum perduxit, magis opinor, Constitutionibus [1] esse locum, ne deterior conditio fideicommissæ libertatis fiat. Nam & cum quidam rogatus esset, *cum moreretur servum manumittere*; isque decessisset libertate servo non data: perinde eum habendum, constitutum est, atque si ad libertatem ab eo perductus esset. potest enim eo testamento dare libertatem, utique directam. † Sic fit, ut quotiens quis libertatem accepit fideicommissariam, si ab alio, quam qui erat rogatus, manumittatur, auxilium Constitutionum habeat: perindeque habeatur, atque si ab eo manumissus fuisset; quoniam * fideicommissis libertatibus favor exhibetur, nec intercidere solet destinata [2] fideicommissa libertas. qui enim ea donatus est, in possessionem libertatis interim [3] esse videtur [4].

§. 1. Apparet igitur, subventum fideicommissis libertatibus, ut in [5] re mora facta esse his videatur; & ex [6] die quidem, quo libertas peti potuit, matri traderentur manumittendi causa; ex die vero, quo petita est, ingenui nascantur. Plerunque enim per ignaviam, vel per timiditatem eorum, quibus relinquitur libertas fideicommissa, vel ignorantiam [7] juris sui, vel per auctoritatem & dignitatem eorum, à quibus relicta est, vel serius petitur, vel in totum non petitur fideicommissa libertas: quæ res obesse libertati non debet. † Quod igitur defendimus, ita determinandum est, ut ingenui quidem exinde nascantur, ex quo mora libertati facta est: manumitti autem partum dici debeat, ex quo peti libertas potuit, quamvis non sit petita. † Certe minoribus XXV [8] annis, & in hoc tribuendum est auxilium, ut videatur in [9] re mora esse: nam qua ratione decretum, & à Divo Severo [10] constitutum est, *in re moram esse circa pecuniaria fideicommissa, quæ minoribus relicta sunt*, multo magis debet etiam in libertatibus hoc idem admitti.

§. 2. Cum quidam Cæcilius ancillam, quam pignori obligaverat, dimisso creditore, per fideicommissum manumitti voluisset; & heredibus creditorem non liberantibus, infantes [11], qui postea erant editi, venissent à creditore: Imperator noster cum patre rescripsit, *secundum ea quæ Divo Pio placuerint, ne pueri ingenuitate destinata fraudarentur, pretio emptori [12] restituto perinde eos ingenuos fore, ac si mater eorum suo tempore manumissa fuisset.* §. 3. Idem Imperator noster cum patre rescripsit, *si post quinquennium mortu testatoris tabula testamenti aperta esset, vel codicilli, & partus medio tempore editus sit: ne fortuita [13] mora servitutem partui irrogaverit, matri partum tradendum, ut ab ea ad libertatem perducatur.* §. 4. Apparet igitur ex hoc rescripto, item eo, quod à Divo Pio rescriptum diximus, noluisse eos, moram libertati fortuitam nocere edito ex ea, cui fideicommissa libertas data est. §. 5. Non tamen [14] si à substituto impuberis fideicommissa libertas data sit ancillæ, quæ vivo impubere partum ediderit; vel si post tempus, vel sub conditione libertatem acceperit, & ante [15] diem, vel conditionem partum ediderit: ad libertatem partus perducetur. quia horum alia conditio est: non enim moram fortuitam [16], sed ex voluntate testantis, passi sunt. §. 6. Si [17] pro non scripto habitus sit servus alicui legatus, cui servo per fideicommissum libertas adscripta est: quæstionis [18] est, num fideicommissa libertas debeat intercidere? & an, si servus petat fideicommissam libertatem ab eo, penes quem remansisset, pro non scripto habito legato, quod erat relictum ei, qui eum rogatus fuerat manumittere; vel si ipse servus, ut supra dictum est, fuit legatus: an libertas non debeat intercidere? Et putem, debere dici, fideicommissam libertatem salvam esse, licet ad eum nihil pervenerit, qui eum rogatus erat manumittere. cogetur igitur libertatem præstare is, ad quem pervenit legatum: quia libertas fideicommissa nullum impedimentum pati debet. §. 7. Subventum libertatibus est Senatusconsulto, quod factum est temporibus D. Trahiani, Rubrio [19] Gallo & Cælio Hispone Consulibus [20], in hæc verba: *Si hi [21], à quibus libertatem præstari oportet, evocati à Prætore, adesse [22] noluissent; si causa [23] cognita Prætor pronunciasset, libertatem hu deberi: eodem jure statum servari, ac si directo manumissi essent.* §. 8. Hoc Senatusconsultum ad eos pertinet, quibus ex causa fideicommissi libertas debeatur. Proinde si libertas non deberetur, obreptum [24] tamen Prætori est de libertate, pronunciatumque: ex hoc Senatusconsulto libertas non [25] competit: & ita Imperator noster cum patre suo rescripsit.

§. 9. Evocari autem à Prætore oportet eos, qui fideicommissam libertatem debent: cæterum, nisi fuerint evocati, cessat Rubrianum Senatusconsultum. Proinde denunciationibus [26] & Edictis [27] literisque [28] evocandi sunt. §. 10. Hoc Senatusconsultum ad omnes pertinet latitantes [29], quos fideicommissam libertatem præstare oportet. Proinde sive heres rogatus, sive quis alius: Senatusconsulto locus est, omnes eum omnino, qui deberent fideicommissam libertatem præstare, in ea causa sunt, ut ad Senatusconsultum pertineant. §. 11. Quare si heres quidem latitet, legatarius autem vel fideicommissarius, qui rogatus sit libertatem præstare [30], præsens sit: Senatusconsultum deficit, & nihilominus impeditur *libertas*. proponamus enim, legatarium nondum dominium servi nactum esse.

XXVII. Paulus lib. III Fideicommissorum.

ITaque hoc casu [31] Princeps adeundus est, ut & in hoc casu libertati prospiciatur.

De absentia emptoris & præsentia venditoris. 1. De his qui non latitant, sed venire contemnunt. 2. De pluribus heredibus. 3. Quorum sit libertas. 4. Senatusconsultum Juncianum. 5. Qui dicuntur ex justa causa abesse.

XXVIII. Ulpianus lib. V Fideicommissorum.

SI eum servum, cui erat fideicommissa libertas relicta, distraxerit is, qui erat rogatus: & emptor quidem latitet, is autem qui rogatus erat, præsens sit, an [32] Rubriano Senatusconsulto locus sit? Et ait Marcellus, Rubrianum locum habere, quia abest quem manumittere oportet. §. 1. Hæc autem verba, *Adesse noluissent* [33], non utique exigunt, ut latitet is, qui libertatem præstare debebit: nam & si non latitet, contemnat autem venire, Senatusconsultum locum habebit. §. 2. Idem observatur, etiam si plures heredes constituti, fideicommissam libertatem præstare rogati, non justa ex causa abesse pronunciatum fuerit. §. 3. Eorum, qui ex justa causa abessent, & eorum, qui [34] præsentes fideicommisse libertati moram non facient, perinde libertus erit, atque si soli rogati ad justam libertatem perduxissent. §. 4. Si quis servum [35] non hereditarium rogatus manumittere latitet, factum est Senatusconsultum Æmilio Junco & Julio Severo Consulibus, in hæc verba: *Placere, si quis ex his, qui fideicommissam libertatem ex quacunque causa deberent servo, qui mortis tempore ejus, qui rogavit, non fuerit, [isque] adesse negabitur, Prætor cognoscat; & si in ea causa esse videbitur, ut si præsens esset, manumittere cogi deberet, id ita esse pronunciet. Cumque ita pronunciasset, idem juris erit, quod esset, si ita, ut ex fideicommisso manumitti debuisset, manumissus esset.* §. 5. Ex * *justa causa abesse* eos [36] demum dicendum est, qui non habent injustam [37] causam absentiæ: cum [38] sufficiat, quod non in fraudem libertatis absint, quo magis videantur ex justa causa abesse. † Cæterum non est necesse, ut Reipublicæ causa absint. Proinde si alibi domicilium quis habeat, alibi petatur fideicommissaria libertas: dicendum est, non esse necesse evocari [39] eum, qui fideicommissam libertatem debere dicitur: quia etiam absente eo, si constiterit libertatem deberi, pronunciari potest, justa de causa eum abesse, nec libertum perdit. namque eos, qui apud sedes suas, & domicilium suum sunt, nemo dubitabit ex justa causa abesse.

De alienatione.

XXIX. Paulus lib. III Fideicommissorum.

SI quis, posteaquam in ea causa esse cœperit, ut ex fideicommisso manumitti deberet, alienatus sit: is [40] quidem, cujus interim servus erit [41], manumittere cogetur: sed hic non distinguitur, justa, an non justa causa absit: omnimodo enim libertas [42] ei servatur.

Si quasi absente eo, qui mortuus erat, decretum sit interpositum. 1. De infante. 3. De pupillo. 4. De infante. 7. De furioso. 8. De muto & surdo. 9. Si rogatus manumittere non habeat successorem, 10. Vel habeat abstinentem se. 12. Cujus sit iste libertus. 13. Si alter sine successore decesserit, alter ex justa causa absit. 14. Si dubitetur an successor exsiter. 15. Si heres ei, cui libertatem debet, aliquid sine libertate relinquat. 16. De ætate, conditione, mora debentium libertatem. 17. De irritis codicillis.

XXX. Ulpianus lib. V Fideicommissorum.

CUm quasi absente quodam, decretum fuisset interpositum, *ex justa causa eum abesse*, is [43] autem mortuus [jam] esset, Imperator noster rescripsit, in heredis personam transferendum [44] decretum, eoque loco jus ejus esse, quasi hunc ipsum ex eadem [45] causa abesse pronunciasset. §. 1. Si [46] *infans* sit inter eos, qui manumittere debent, Senatus censuit, *Cum unus ex impedientibus: ut liberi liberaque sint hi, quibus libertates ex causa fideicommissi præstari oportet.* §. 2. Hoc idem erit dicendum, & si solus sit heres institutus, qui fari non potest. §. 3. Si vero pupillus tutorem habet, isque nolit ad libertatem præstandam auctor esse: adeo non debet impedimento esse neque pupillo, ut libertos non habeat, neque libertati, ut D. fratres rescripserint, *ex causa fideicommissi libertatem præstari debere servo perinde atque si ab ipso pupillo* [47] *tutore auctore*

---

84 Ulp. 1. §. 14. *l. 34. ff. de usufr. & quemadm. l. 24. §. qui, & à quib. manum. l. 60. ff. de hered. instituend.* Ita ex ordine scripturæ colligitur voluntas testatoris: ut prius nominati intelligantur prius vocati, *ut hic*, adde *l. qui salvendo. 60. ff. de heredib. instit. l. si quis habens. 24. §. qui, & à quib. manum. l. quotiès. 34. ff. de usufr. l. cum pater. 77. §. à te peto. 32. ff. de legat. 2. l. heredes mei. 57. §. ult. ff. ad Trebell.* nisi voluntas testatoris ordini scripturæ repugnet: nec enim ordo scripturæ impedire debet causam juris & voluntatis. *l. cum pater. 77. §. fidei tuæ. 12. ff. de leg. 2.* vide plura apud Manticam, *de conjecturis ultimarum voluntat. 13. n. 1.*

85 Imo ordo scripturæ non est sequendus. v. *l. 6. ff. de solutionib.*

86 Sortibus interdum quædam jure committuntur. *l. ult. C. communia de legat. §. 23. in fin. Inst. de legat.* de sortibus vid. Tiraquellum, *tr. de jure primogenior. q. 7. opin. 1.*

87 Cicer. 1 ad *Quintum Fratrem*: Constantia igitur adhibenda, quæ resistat non solum gratiæ, sed & suspicioni.

88 Adde *l. 16. §. 15. ff. ad Trebell.*

89 *Al.* & sunt.

90 Cui fideicommissaria libertas relicta est, is statuliberi loco obtinet. *l. 15. ff. eod. l. 51. §. 3. ff. eod. l. 9. §. 1. & 2. ff. de statulib.* Goth. Vide Alciat. *lib. 1 disjunct. cap. 14. & lib. 20 pareg. cap. 14.* Ans.

91 *l. 26. ff. de evict.*

92 Vide *l. 20. ff. eod.*

93 Quæ alienantur, cum sua causa transeunt. Statuliber sive alienetur ab herede, sive suscipiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. Ulp. 2. §. 3.

94 Vid. quæ notavi 1 *Feud. 22.*

95 *l. 43. circa medium. ff. de act. empt.*

96 Durior liberti fit conditio si duriorem habet patronum.

97 Cui relicta erat libertas à defuncto.

98 *l. 43. ff. de act. empt.*

99 Deest hæc negatio Basilicis & Græcis.

100 Id est, aut moriens, aut bonis ejus publicatis servum transtulit ad alterius dominium.

1 De quibus *l. 24. in fin. ff. eod. in pr. & §. 1. Inst. de eo, cui libertatis causa.*

2 Semel data libertas adimi non solet. *Græci.*

3 Implicitus statu libertatis in eo esse ob id dicitur. *l. ult. ff. si ex noxali.*

4 Imò non videtur: quia statuliber quamdiu pendet conditio, servus est heredis. Ulp. 2. §. 2.

5 Parum distans, nihil distare videtur. vid. *l. 53. ff. eod. l. 42. ff. de test. milit. l. 15. l. 39. ff. de reg.*

6 Id est, sine interpellatione. *l. 32. ff. de usurie.*

7 Ignavia, timiditas, ignorantia legatarii, & auctoris heredisve dignitas libertati non officit.

8 An idem in majoribus? Accursius ait: Jacob. de Arena negat. Movetur autem, quod in minore duplex sit favor ætatis & libertatis: in majore, favor tantum libertatis: duæ autem rationes unicam vincant, & unica sint potiores: duo ita speciala hic circa idem concurrunt.

9 Id est, sine interpellatione. v. *l. 5. ff. de minorib. l. 32. ff. de usurie.*

10 Et à Diocletiano & Maximiniano. *l. 3. C. in quibus caus. in integr. resti. necessaria non est.*

11 V. *l. 53. ff. eod.*

12 *l. 1. l. 3. C. si vendito pign. ag.*

13 De qua vide §. 5. *ff. eod.*

14 *l. 3. C. eod.* v. *l. 17. ff. de statulib.*

15 *l. 16. ff. de statuliber.*

16 De qua vide §. 30 *ff. eod.*

17 V. *l. un. §. 3. C. de caducis.*

18 *l. 14. ff. eod. l. 47. §. fin. ff. eod. l. 65. in fin. ff. de leg. 2. l. 8. eod.*

19 Rubrii mittit *lex 3. §. 3. ff. de legitimis tutoribus.*

20 Anno urbis 874. Plin. 4 *epist. ad Ursum.* Porro hi suffecti. Consules fuerunt non ordinarii. dixi ad *Frontin. §. 4. Inst. de statut. liberr.*

21 Heredes vel legatarii.

22 Prætor cognoscit etiam parte absente: atque ita ante litis contestationem testes interrogare potest.

23 V. *l. 28. §. 3. l. 36. ff. eod.* Causa cognita fit interdum, quod sit una tantum parte præsente.

24 Obreptitia non valent, nec sunt valida. *l. 5. C. de prad. & alia rebus minor. l. si quis obreptitia. 29. ff. de fals.*

25 Imo competit. *§. 6. Inst. quib. ex caus. manumitt.* Aliud est impetrare libertatem indebitam, per obreptionem, *ut hic*, aliud ex falsa causa, id est, non idonea: alioquin & sufficiente, sed leni dominum eam proponente; judice vero, qui de jure responder, idque totum habet, eam adprobante, ut in *d. §. 6.*

26 Si domi sint. *c. ult. de ea, qui mittitur in poss.*

27 Si in urbe sint.

28 Si absentes sint. Citationes fiunt denunciationibus, edictis, literis.

29 *l. 17. in princ. C. eod.*

30 V. *l. 1. in pr. ff. eod.*

31 Ut & in iis, quæ legibus non sunt definita. *l. 11. de legib.*

32 *l. 10. §. 1. ff. eod.*

33 Adde *l. 30. §. 16. ff. eod.* Latitare non continuo videtur, qui venire contemnit: tenetur is tamen æque, ac si latitasset.

34 Absens ex justa causa non perdit libertum ex Senatusconsulto. vide *l. 1. in pr. ff. eod. l. 30. §. 5. l. 31. §. 4. ff. eod.*

35 V. *l. 41. §. 1. ff. eod.*

36 Sic injusta ex causa clerici a sua ecclesia abesse præsumuntur. Innocent. *c. ult. de eo qui mitt. in poss. causa rei servandæ:* ut & mariti ab uxoribus suis. *Innoc. & Bart.*

37 Sed & si non absint, libertatem non impediunt, *l. 1. ff. eod.* & jus liberti amittunt. *l. 1. §. ultim. ff. de leg. tutorib.*

38 *l. 1. ff. de statulib.*

39 Id est, abstrahere eum à suo domicilio.

40 Emptor, donatarius, vel similis.

41 Vide *l. 20. ff. cod.*

42 Græci hic male legunt, *libertus*. Cujac. 18 *observ. 19.* quem vide.

43 Decretum interpositum adversus defunctum tanquam adversus absentem, transfertur ad heredem: quod in libertate speciale est.

44 Atqui non tenetur. *l. 74. §. ult. ff. de judiciis.*

45 Justa [scil. ut *ff. eod.*

46 *l. 36. in pr. ff. eod.*

47 Vide *l. 11. ff. eod.*

abiore manumissus esset. §. 4. Quicunque igitur casus inciderit, quo is, qui fari non potest, fideicommissæ libertati subjectus est: accommodabimus mentem Senatusconsulti. quæ etiam ad heredem infantem [7] rogati trahenda est. §. 5. Adeundus est [8] autem etiam ex hac causa Prætor. præsertim cum Rescripto D. Pii effectum est, *ut si quidam ex rogatu præsentes sunt, alii latuerint, alii ex causa absint: intercedente infantia personæ, non omnium libertas efficiatur, sed tantum infantu & [9] eorum, qui ex justa causa absunt, vel etiam præsentium.* §. 6. Si plures heredes sunt instituti, & inter eos, qui fari non potest [10]; sed non ipse rogatus sit servum manumittere: non oportere intercidere libertatem ob hoc, quod coheredibus suis vendere eum infans non possit. Et exstat quidem Senatusconsultum Vitrasianum, sed & D. Pius Cassio Dextero rescripsit, *ita rem explicari, ut partes servorum, quibus per fideicommissum libertas data est, justo pretio æstimentur: atque ita servus ab his, qui rogati sunt, manumittatur.* Hi autem, qui eos manumiserunt, pretii nomine perinde fratribus [11] & coheredibus [12] suis obligati erunt, atque si ob eam rem ex judicati causa cum his agi posset. §. 7. In [13] furiosi persona Divus Pius rescripsit, *fideicommissam libertatem non [14] impeditis sub conditione scripti heredis, quem compotem mentis non esse affirmatur.* Igitur si constiterit, ei recte datam per fideicommissum libertatem: decretum interponetur, quo idipsum comprobatur.

§. 8. Ad exemplum infantis ergo & [in] *muto* [15], & [in] surdo subvenietur. §. 9. Sed & si quis sine herede, vel alio successore decesserit, qui fideicommissam libertatem præstare debebat: adito Prætore libertatem præstandam esse, censuit Senatus.

§. 10. Sed & si suus heres [16] se abstinuerit, libertati fideicommissæ per Senatusconsultum subventum est: tametsi non est sine herede, qui suum heredem habet, licet abstinentem se

§. 11. Idem dicendum, & si minor XXV annis adierit hereditatem ejus, qui libertatem fideicommissam debebat, & in integrum sit restitutus [17] abstinendi causa. §. 12. Quærendum est autem, cujus libertus [iste] fit: ex Constitutione enim servo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consecutus esset? erit igitur libertus orcinus [18], non ejus, qui fideicommissam libertatem debebat. §. 13. Si alter sine successore decesserit, alter ex justa causa absit: extat rescriptum Divorum Marci & Veri, perinde dicentium *eum ad libertatem perventurum, ac si ab eo, qui sine successore decessit, & ab eo, qui ex justa causa abesset, ad libertatem, ut oportuit, perductus esset.* §. 14. Eleganter quæri potest, cum [heres] sine successore decedit, utrum exspectari debet, donec certum sit, heredem vel bonorum possessorem non extaturum: an vero etiam dum incertum est, forte deliberante herede scripto, possit ad libertatem pervenire? Et melius est, exspectari oportere, quoad certum esse cœperit, successorem non extaturum.

§. 15. Imperator noster Antoninus rescripsit, *eum cui fideicommissa libertas dederat [19], sine libertate aliquid ex testamento heredi accepere posse.* §. 16. Divus etiam Marcus rescripsit, *fideicommissas libertates neque [20] ætate, neque [21] conditione [22], neque [23] mora non præstantium, tardiusve reddentium corrumpi, aut in deteriorem statum perduci.*

§. 17. Quamquam ex irritis [24] codicillis [25] libertates non debeantur; attamen, si heres hos codicillos ratos [26] habuit, & ex his quædam præstitit, & servos, præstandæ fideicommissæ libertatis gratia, in libertate morari voluit, ad justam [27] libertatem eos perveniisse, rescripto Imperatoris nostri & Divi patris ejus declaratur.

De servo alieno. 1. Si posthumus ei nascatur, qui filium rogavit manumittere. 2. De eo, qui alienare prohibitus est. 3. De patrono qui petit bonorum possessionem contra tabulas. 4. Si dominus nolit velit ve servum vendere, ut manumittatur.

XXXI. PAULUS lib. III Fideicommissorum.

ALieno [28] servo dari potest per fideicommissum libertas: si tamen ejus sit, cum quo testamenti factio est. §. 1. Cum intestato [29] moriturus [30] fidei filii commisisset, *ut servum manumitteret*, & posthumus ei natus fuisset: Divi fratres rescripserunt, *quia dividi* [31] *non potest, ab* [32] *utroque præstandum.* §. 2. Qui fideicommissariam libertatem debet, etiam [33] eo tempore, quo alienare prohibitus erit, manumittere poterit. §. 3. Si patronus contra tabulas bonorum possessionem acceperit, quia eum [34] præterierit libertus: non cogetur vendere servum proprium, quem rogatus erat à liberto suo manumittere. §. 4. Si is, cujus servus est, nolit eum vendere, ut manumitteretur [35]: nullæ [36] Prætoris partes sunt. † Idem est, & si pluris [37] justo vendere velit. † Sin autem certo quidem pretio, quod non prima facie videtur esse iniquum, dominus servum vendere paratus est; is vero, qui rogatus est manumittere, immodicum id esse nititur: Prætoris partes erunt interponendæ, ut justo pretio volenti domino dato, libertas ab emptore præstetur. Quod si & dominus vendere paratus sit, & servus velit manumitti, cogendus est heres redimere & manumittere: nisi dominus velit servum manumittere, ut actio [38] sibi pretii in heredem detur. Idque faciendum est, etiam si heres latitet: & ita Imperator Antoninus rescripsit.

1. De servo invito. 2. De re aliena certo pretio redimenda & aliis præstanda.

XXXII. MÆCIANUS lib. XV Fideicommissorum.

SEd si alienare quidem sit paratus, non ante tamen id velit facere quam sibi in [39] pretium satisfiat, non erit manumittere compellendus: ne & servum manumittat, & interdum nihil aut minus consequatur, si forte is [40] qui rogatus est manumittere, solvendo non sit. §. 1. Invito [41] tamen servo, neque alii neque domino eam rem persequi concedendum est: quia non tale sit hoc fideicommissum, ex quo domino quid adquiratur: alioquin ipsi datum videretur. quod potest contingere, si testator pluris [42] eum servum, quam quanti est, redimi ac manumitti voluit: nam tunc & domino erit fideicommissi persecutio, cujus interest, præter verum pretium, id quod plus ei jussus est dare, consequi; & servi, ut ad libertatem perveniat. §. 2. Quod eveniet, & si rem alienam certa [43] pecunia redimere atque alii præstare heres vel legatarius intelligetentur. namque tunc & domino rei, & cui eadem præstare debetur, persecutionem [44] esse: utriusque enim interesse, & domini, ut præter pretium accipiat [45], quo pluris eam testator redimi jussit; & ejus, cui relicta est, uti eam habeat.

De filio defuncti rogato servum patris sui manumittere. 1. An sit locus Senatusconsulto Rubriano, libertate data sub conditione. 2. Si legatarius rogatus manumittere nolit accipere.

XXXIII. PAULUS lib. III Fideicommissorum.

SI filius defuncti rogatus fuerit servum sui patris manumittere, dicendum est, posse eum etiam contra tabulas [46] habere, & operas imponere: hoc enim potuisset, etiamsi directam libertatem accepisset, quasi patroni filius. §. 1. Erit *Rubriano* [47] *Senatusconsulto* locus, etiam si sub conditione libertas data sit, si modo per ipsum servum non fiet, quo minus conditioni pareat. † Nec refert in dando, an in faciendo, an in aliquo casu conditio consistat. Imo etiam amittit libertum hetes, si conditioni impedimentum fecerit, etsi filius defuncti sit: quamvis [48] alio jure habiturus sit libertum; nonnullam [49] enim & hic pœnam patitur: nam & si in [50] servitutem petierit, aut [51] capitis accusaverit: perdit bonorum possessionem contra tabulas. §. 2. Si is, cui servus legatus est, rogatus fuerit, ut eum manumitteret, & nolit eum accipere: compellendus est [aut] actiones suas ei præstare, [cui] servus vellit, ne intercidat libertas.

Si alii manumittendus tradatur. 1. De minore viginti annis. 2. De servo legato, ut manumittatur, qui nisi manumittatur, liber esse jussus est.

XXXIV. POMPONIUS [lib. III Fideicommissorum].

INvitus is, cui fideicommisso libertas relicta est, non [52] est tradendus alii, ut ab eo manumittatur & fiat alterius libertus, quam qui rogatus est manumittere. §. 1. Campanus ait, si minor annis viginti rogaverit heredem, ut proprium servum manumittat, præstandam ei libertatem: quia hic lex Ælia Sentia locum non habet. §. 2. Servus legatus erat Calpurnio Flacco, isque rogatus erat eum manumittere: & si non manumisisset, idem servus Titio legatus erat, & is æque rogatus erat, ut eum manumitteret: si non manumisisset [53], liber esse jussus erat: Sabinus dicit, inutiliter legatum fore, & ex testamento cum continuo liberum futurum.

De manumittendi necessitate non remittenda.

XXXV. MÆCIANUS lib. XV Fideicommissorum.

GAii Cassii non est recepta sententia existimantis, & heredi & legatario remittendam interdum proprii servi manumittendi necessitatem: si vel usus tam necessarius esset, ut eo carere non expediret, veluti dispensatoris pædagogive [54] liberorum; vel tantum delictum est [55], ut ultio remittenda non esset. visum est enim ipsos in sua potestate habuisse. nam [56] potuissent discedere à causa testamenti: qua non omissa, debere voluntati defuncti obsequi.

De infante, furioso, captivo, eo quem religio aut alia justa causa moratur, pupillo. 1. De eo, qui per procuratorem defenditur. 2. De jurisdictione non interpellanda.

XXXVI. IDEM lib. XVI Fideicommissorum.

NEque [57] infantes [58], neque furiosi, neque ab hostibus capti; neque hi, quos [59] religio, aut honestior causa [60], vel calamitas aliqua, vel major res familiaris aut capitis famæve periculum, aut similis causa moretur: Rubriano Senatusconsulto continentur [61], ac ne pupilli [62] quidem, qui tutores non habent; aut eos habeant, quos earum quæ causa detinet. Sed nec si hi data opera sui potestatem non faciunt, puto pupillis libertos eripi: quia & iniquum [63] est, facto tutoris, qui forsitan solvendo non sit, pupillum damno adfici. & Senatusconsulto continetur alius [quis] quam qui ex causa fideicommissi debet præstare libertatem. Quid ergo est? Dasumiano [64] Senatusconsulto subvenitur [65] his, quo cautum est de his, qui [66] justa ex causa abessent: ut nec libertas impediatur, nec libertus eripiatur his, qui fraude careant.

§. 1. Si per procuratorem quis defendatur, semper justa ex causa abesse [67] dicitur, nec libertus ei eripitur. §. 2. Nihil facit ad interpellandam [68] jurisdictionem ejus [69], qui de fideicommissa libertate cognoscit, privilegium cujusque vel civitatis, vel corporis, vel officii, in quo quisque est, vel conditio personarum.

Si servus rationes administrasse dicatur.

XXXVII. ULPIANUS lib. VI Fideicommissorum.

SI pure data sit fideicommissa libertas, & is servus [70] rationes administrasse dicatur: D. Marcus rescripsit, moram [71] libertati non esse faciendam, ex continenti tamen [72] arbitrum dandum esse, qui computationem ineat. Verba rescripti ita se habent: *Æquius videtur Trophimo ex causa fideicommissi præstari libertatem, quam sine conditione reddendarum rationum datam esse constat.* * *neque humanum fuerit ab rei peculiaris quæstionem libertari moram fieri. qua tamen repræsentata, confestim arbiter à Prætore erit dandus, apud quem rationem quam administrasse eum apparuit, ex fide reddat.* Tantum igitur rationes reddere cogetur. † Sed an & reliqua restituere debeat, nihil dicitur [73]: Nec puto [74] cogendum: nam [75] de eo, quod in servitute gessit, post libertatem conveniri [76] non potest. Corpora [77] plane rationum & si quas res vel pecunias ex his detinet, cogendus est per Prætorem restituere: item de singulis instruere [78].

De testamento imperfecto.

XXXVIII. PAULUS lib. III Decretorum.

IN testamento quod [79] perfectum non erat, alumnæ [80] suæ libertatem & fideicommissa dedit: cum omnia ut ab intestato egissent, quæsitum Imperator [81], an [ut] ex causa fideicommissi manumissa fuisset? Et interlocutus est, *etiam* [82] *si nihil ab intestato pater peregisset, pios tamen filios debuisse manumittere eam, quam pater dilexisset?* pronunciavit igitur, *recte eam manumissam, & ideo* [83] *fideicommissa* [84] *etiam ei præstanda* [85].

4 Infantem rogarum.
8 Per quem? per servum. *Græci.*
9 V. *l.* 28. §. 2. *ff. eod.*
10 *l.* 51. §. 11. *ff. eod.*
11 Præsumitur lata interdum sententia, etsi lata non sit: Lex aliquando fingit sententiam latam esse ubi lata non est, & executioni mandatur, ac si lata esset. v. Bart. in *l. si quis pro emptore.* 15. *ff. de usurpationibus.* ubi de fictionibus tractat.
12 V. *l.* 49. *in fin. ff. eod.*
13 *l.* 36. *in pr. ff. eod.*
14 Hoc ipso solo quod insaniat. *Græci.*
15 Mutus & surdus infanti comparantur.
16 Ejus qui rogatus est manumittere.
17 *l.* 31. *in princ. ff. de minoribus.*
18 Orcinus libertus, Orci libertus. *l.* 5. *in fin. ff. eod.* Charontis, Plutonis, Charonianus Theophilo: ex forma, qua Orcini Senatores (quorum meminit Suetonius) & à Plutarcho in *M. Antonio* Charoniæ. vide Cujac. ad Ulpian. 2. §. 8. adde & quæ notavi ad *l.* 49. *ff. eod.* & vero orcinum hic innuit defuncti seu testatoris libertum esse, non ejus, qui fideicommissam libertatem debet.
19 V. *l.* 4. *C. de legat.*
20 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.*
21 *l.* 4. §. 6. *ff. eod.*
22 Neque statu. *l.* 36. *ff. eod.*
23 *l.* 20. *ff. eod.*
24 Codicilli, ut & testamenta, irriti vitium pati possunt.
25 Ex codicillis irritis, ne quidem libertas debetur, nisi eos heres ratos habuerit.
26 Codicillos irritos heres ratos habere potest.
27 Id est, civitatem Romanam. vide quæ notavi ad *l.* 24. §. 2. *ff. eod.*
28 Ulpian. 2. §. 11.
29 Ab intestato fidei committere possumus.
30 *l.* 29. *circa fin. ff. de bonis libert.*
31 Libertas dividi, id est, pro parte præstari, non potest, *ut hic.*
32 Et sic libertas hoc casu tenetur. vide *l.* 11. *ff. de jure codicillor.*
33 *l.* 51. §. 1. *ff. eod.*
34 V. *l.* 28. *ff. de legat.* 2.
35 *Al.* ut manumittatur.
36 Invitus nemo res suas vendere, aut non justo pretio vendere, cogi potest, etiam a Judice. adde *l. nemo. C. de Judæis.*
37 Idem est, si nolit vendere. *l.* 14. *in fin. ff. de legat.* 3.
38 Adde *l.* 1. *C. de his, qui à non dom.*
41 Atqui nulli servo Romanam civitatem recusare licuit. *l. ult.* §. 2. *vers. licet enim. C. de test. manumiss.* 42 Idem & si æquo pretio jussit emi vel distrahi. *l.* 66. *ff. de leg.* 1. 43 Forte majore quam valeat. 44 Fideicommissi scilicet. 45 E contrario certo pretio damnatus facere, necesse habet tanti vendere, quanti damnatus est, etiam minori, quam res valeat. *l.* 49. *in fin. ff. de legat.* 1.
46 Liberti *l.* 1. *C. de bonor. possess. contr. tab.*
47 De quo *l.* 26. §. 7. *ff. eod.*
48 Difficilius id amittimus, quod proprio labore habemus, quam quod ex alieno; quod per nos habemus, quam aliunde. adde *l. quod Principi.* 56. *l. si Augusta.* 57. *ff. de leg.* 2.
49 Id est, allquam.
50 V. *l.* 9. *ff. de bon. libert.*
51 V. *l.* 10. *ff. de jure patronat. l.* 14. *ff. de bon. libert.*
52 *l.* 24. §. *fin. ff. eod.* Vasallo invito dominum jus vasalli alienare non posse hinc colligit Accursius: item dominum suos subditos alienare non posse in duriorem dominum. vide quæ ad eam rem notavi, *t feudor.* 22.
53 *l.* 37. *ff. de statuliber.*
54 Pædagogi sui, sive liberorum vid. *l.* 15. §. 16 *ff. de injuriis.*
55 In dominum soli.
56 V. *l.* 5. §. 4. *in fin. ff. de his quæ ut indign.*
57 V. *l.* 30. §. 1. *ff. eod.*
58 V. *l.* 30. §. 6. *ff. eod.*
59 Vid. *l.* 13. *in pr. ff. de vacat. munerum.* vide quæ scripsi ad *l.* 2. *ff. de in jus vocand.* Cujac. 13 *observ.* 29.
60 *Verbi. quid ergo. ff. eod. l.* 51. §. 4. *eod.*
61 Nec igitur excidunt jure patronatus.
62 Vid. Paul. 4 *Sent.* 13. §. *ult.*
63 Tutoris contumacia pupillo non nocet.
64 Dasumaiano. *Hal. l.* 51. §. 4. *ff. eod.*
65 Pone Stichum servum filii tutorem datum: eundem filium rogatum manumittere eundem Stichum. Hic quæstio *τῶν ἀνωμάλων*, quia pupillus non potest Stichum sine tutoris auctoritate manumittere. *l. ex causa.* 12. *ff. eod.* Rursum ei tutorem habenti tutor dari non potest. *l. idem fit.* 27. *ff. de test. tutela.* Quid igitur? pupillus vice absentis habebitur: & ex SC. Dasumiano perinde libertas servis competet, atque si ex causa fideicommissi manumissi essent. v. Paul 4 *sentent.* 13. §. *ult.*
66 V. *in princ. ff. eod.*
67 *Inscript. de iis qui per quos agere. in princ. versus. ulterius.*
68 Impedien-
69 Vid. *l.* 5. *C. an servus ex suo facto.* 70 Vid. *l.* 17. *ff. de neg. gest.* 71 Libri rationum pars ipsius rationis sunt.
78 Heredem. 79 Vide *l.* 1. *C. de testament. manumiss.*
80 De alumno vide quæ scripsi ad *l.* 1. *ff. quæ res pignor.* Ex testamento etiam imperfecto heredibus alumno conservatur. 81 Ex imperfecto testamento si quid traditum, aut eo nomine transactum sit, valet. vide *l.* 2. *l.* 23. *C. de fideicommiss.* *l.* 9. §. 5. *ff. de jurisd. & factl.* Goth. Vide Covarruv. ad *cap. relatum. num.* 10. *extr. de testam.* Anf. 82 Etiam si nihil ab intestato.
83 Vide quæ notavi ad *l.* 30. *ff. de probat.* 84 Ex relicta. 85 Ex imperfecto testamento. vide in hunc locum Cujac. *cod. l.* 29. *ff. qui testam.*

Si servo alieno quasi proprio libertas relicta sit. 1. Si testator dixit heredem gratiam relaturum.

XXXIX. IDEM lib. XIII Responsorum.

PAulus respondit, cum [86] alienus inveniatur servus, quem ut suum testator ab uno ex heredibus voluerit manumitti: tamen cogendum eum, qui rogatus est, redimere eum & manumittere: quoniam * non putavit similem esse causam libertatis [87], & fideicommissi pecuniarii. §. 1. Paulus respondit his verbis, Πίστευσον δέ μοι Ζωΐλε, ὅτι τὰς χάριτάς σοι ὁ πρόδρομός μου Μαρτιάλιος, καὶ σοι ἡ τοῦ ὄντως παιτὴν. Id est, *Crede mihi, Zoile, gratias tibi referet filius meus Martialis: imo non tibi solum, sed & filio tuo*, plenam voluntatem defuncti contineri circa benefaciendum conjunctis personis Zoilum: qui si servi sint, * *nihil* [*est* [88]] *gratum* [89] *hu præstari posse quam libertatem:* ideoque Præsidem debere sequi voluntatem defuncti.

De simplici donatione. 1. De petitione, ne manumittatur.

XL. IDEM lib. XV Responsorum.

LUcius Titius Septiciæ filiæ suæ naturali Concordiam ancillam suam donavit: idem postea testamento filiæ suæ cum aliis quibusdam ancillam suprascriptam legavit, ut manumitteretur. Quæro, an Septicia filia naturalis ancillam suprascriptam manumittere cogi possit? Paulus respondit, Si vivo patre naturali donatio ancillæ fuit, neque patris naturalis judicium in cæteris legatis filia agnovit [90]: non posse eam compelli, ancillam propriam ex causa fideicommissi manumittere. §. 1. Lucius Titius Stichum servum Mævio legavit, & petit, ut neque ab eo, neque ab herede ejus unquam manumitteretur. Paulus respondit, testatorem potuisse postea hunc servum ad libertatem perducere: quia non [91] sibi legem dixisset, sed legatario.

De ea, quam testator voluit post certum tempus suam libertam esse. 1. De conditione implenda. 2. De tutoru fideicommisso. 4. De conditione si heredi placuerit. *5. De ancilla cum liberis redimenda & manumittenda. 6. De arbitrio absque necessitate manumittendi permisso. 7. De rationibus dandis. 8. De peculio reddendo. 10. De rationibus reddendis. De conditione*, cum filius sexdecim annos impleverit. *14. De eo quod dandum est heredibus. 15. De tempore in quod libertas dilata est. 16. De conditione*, cum filia in familia nupserit. *De rationibus reddendis.*

XLI. SCÆVOLA lib. IV Responsorum.

THæis ancilla mea, *cum heredi meo servierit annos decem, volo* [92] *sit mea liberta.* Quæritur, cum libertam suam esse voluerit, nec id heres facere potuerit, nec directa pure data sit libertas, an etiam post decem annos in servitutem remanserit? Respondit, nihil proponi cur non Thaidi libertas [93] debeatur. §. 1. Lucius Titius ita cavit: *Mævi filii carissime, te rogo, ut si Stichus & Damas & Paxiphilus te promeruerint* [94], *are alieno liberato* [95], *ne* [96] *alterius quam tuam servitutem experiantur.* Quæro, an si per heredem steterit, quominus æs alienum exsolveretur, ex causa fideicommissi libertatem consequi possint? Respondit, non quidem imputandum heredi, si pro commoditatibus rei suæ administrandæ æs alienum tardius exsolverit: verum si manifeste studium non solventis ei rei paratum, ut libertatibus mora fieret, probaretur, repræsentandas [97] libertates. §. 2. Tutoris, quem & ipsum testamento liberis dederat, fidei commisit, de manumittendis servis ipsius tutoris: sed is à tutela excusatus fuerat. Quæro, an eisdem servis libertatem præstare deberent tutores, qui in locum excusati dati tutelam administrarent? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, libertates & ab heredibus scriptis videri datas. §. 3. *Seio auri libras tres, & Stichum notarium, quem peto manumittas.* Seius eodem testamento tutor datus, à tutela se [98] excusavit. Quæritur, an nihilominus fideicommissa libertas debeatur. Respondit, nihil proponi, cur non debeatur. §. 4. Sorore sua herede instituta, de servis ita cavit: Βάλεμαι τὴ ἀδελφὴ γλυκυτάτη μου ἀδελφῆ σε Θεοκλαδίκη σε ἔχειν Στίχον τὴ Δάμαν ὃν ἀφῆκα μαθητάς μου, ὡς ἐγὼ ἐπ' ἐλευθέρωσε, ἄχρις ἂν τὰς ψήφος ἀποκατασήσωσιν. ἐὰν δὲ καί σοι ἀρέσωσιν ἐμπιστεύσει τῷ γνώμῃ μου. Id est, *Volo & à te peto, soror suavissima, ut Stichum & Damam actores meos, quos ego, quoad rationes retulerint* [99], *non manumisi, tibi esse commendatissimos. Quod si ipsi tibi quoque probentur, exposui tibi meam sententiam.* Quæro si paratis actoribus rationes reddere, heres libertatem non præstet, dicendo, eos non [100] placere sibi, an audienda esset? Respondit *, non spectandum, quod heredibus displiceret: sed id, quod [1] viro bono posset placere, ut libertatem consequantur. §. 5. Lucia Titia heredum fidei commisit, *uti Paxiphilam ancillam Seiæ cum filiis ejus redimerent & manumitterent:* & [2] juridicus [3], quanti singuli essent redimendi æstimavit: medio tempore Pamphila, antequam pecunia solveretur, peperit. Quæro, id quod natum est ex Pamphila, utrum ad heredes Seiæ, an ad heredem Titiæ pertineat? Respondit, id quod natum est ex Pamphila, ejus quidem esse, cujus ea fuerat tunc, cum pareret: verum heredem [4], si moram fideicommissæ libertati fecit, compellendum partum quoque ad libertatem perducere. §. 6. Lucius Titius ita testamento cavit: *Medicos tibi commendo* [5] *illum & illum: in tuo judicio erit, ut habeas bonos libertos* [6] *& medicos: quod si ego libertatem eis dedissem, veritus sum, quod sorori meæ carissimæ fecerunt medici servi ejus manumissi ab ea, qui salario expleto reliquerunt eam.* Quæro, an fideicommissa libertas suprascriptis competere poterit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non necessitatem heredibus impositam, sed arbitrium permissum. §. 7. Titius Sticho servo suo libertatem dedit, *si rationes* [*sic*] *dederit.* Quæro, an ratio per eum gesta ita putari [7] debeat, ut damna [8], quæ casu contigerunt, ad onus reliquorum non pertineant? Respondit, in negotio quod voluntate domini administrasse proponatur, * ea damna, quæ casu ita acciderint, ut servo nihil possit imputari, non pertinere ad reliquorum [9] onus. §. 8. Item quæro, cum omne peculium reddere jussus sit, an ita peculium computari debeat, ut id solum peculii esse videatur, quod quaque ex causa domino debeat supersse? Respondit, in ea specie, de qua quæreretur, non debere deduci ex peculio, quod domino debeatur. §. 9. Item quæro, an si ex reliquis in peculium aliquid converterit, deduci hoc ex peculio reddendo debeat? Respondit, si id, quod ex causa quæ proponeretur, in peculium versum est, reliquorum nomine desolutum est, fieri satis conditioni, si id, quod reliquum est peculii, solvatur.

§. 10. Libertatem ita testamento dedit, *Cupitum servum meum, cum* [10] *Marcianus filius meus sedecim* [11] *annos impleverit, rationibus redditis* [12] *liberum esse volo:* post mortem testatoris tutores Cupito exactionem commiserunt, isque nummos redactos expensavit eisdem tutoribus. deinde filius impubes decessit, cui mater heres extitit, & tutorem tutelæ judicio filio condemnatum habuit: Cupitus ad libertatem proclamat eo tempore, quo si viveret Marcianus, annos sedecim ætatis habiturus esset, offerens rationes unius anni in diem mortis testatoris, quod cæteræ subscriptæ fuerunt. Quæsitum est [13] an eas quoque rationes, quas tutores periculo suo egerunt, Cupitus reddere compelli debeat? Respondit, *eum de quo quæritur, conditioni rationis reddendæ ita videri paruisse, si omne ex eo, quod gessit, [&] recte desiderari potest, reddiderit: nam alteram conditionem humaniore interpretatione ita accipi posse, ut defuncto pupillo, tempus [14], quo si viveret, sedecim annos impleret, exspectare satis fuerit.

§. 11. *Stichus & Damas servi mei, si* [15] *rationes reddiderit is, liberi estote.* Quæsitum est, an non solum rationes, verum si qua alia consilio [16] & fraude eorum amota sunt, præstari ab his debeant, ut ad libertatem perveniant? Respondit, rationum [17] reddendarum conditione contineri omne quod quoquo genere servi actum fidemque respiceret. §. 12. Intra [18] certa tempora conditioni reddendarum rationum non paruerunt: postea parati erant. Quæsitum est, an perveniant ad libertatem: Respondit, si per [19] ipsos stetisset, quo minus intra tempora præscripta conditioni parerent: non idcirco liberos fore, quod postea rationes velint reddere.

§. 13. *Ab heredibus meis peto, fideique eorum committo, cum filius meus sedecim* [20] *annos impleverit, Stichum rationibus redditis manumittant.* Quæro, an eundem servum testator in diem usque pubertatis filii sui actum [21] agere voluerit? Respondit, manifestum esse, testatorem [22] hujus quoque actus rationem à Sticho reddi voluisse. §. 14. *Stichus servus meus, jubeo, ut det, præster filiæ & uxori meæ heredibus meis, sine ulla controversia tot aureos; & ut ipsum manumittant, fidei eorum committo.* Quæsitum est, cum uxor ab hereditate abstinuerit, utrum duobus, an filiæ præstare debeat? Respondit, filiæ, quæ heres ex asse extitisse proponeretur, pro solido [23] dandum. §. 15. Herede filio suo ex asse instituto, libertatem dedit in hæc verba: *December dispensator meus, Severus villicus & Victurina villica Severi contubernalis, in* [24] *annos octo liberi sunto: quos in ministerio filii mei esse volo: te autem, Severe fili carissime, peto, uti Decembrem & Severum commendatos habeas: quibus præsentem libertatem non dedi, ut idonea ministeria haberes, quos spero te & libertos idoneos habiturum.* Quæro, cum eo tempore, quo Titius testamentum faciebat, filius natus annorum fuerat novem, & Titius post biennium & sex menses decesserit: anni octo in quos libertas erat dilata, ex testamenti facti tempore, an vero ex mortis numerari debeant? Respondit, posse videri testatorem eos annos octo dilatæ libertatis comprehendisse, qui computandi sunt à die testamenti [25] facti: nisi aliud voluisse testatorem probaretur. §. 16. *Spendophorus cum filia mea in familia nupserit, si rationes idonee* [26] *filie mee administrat as reddiderit, liber esto:* filia, cum adhuc impubes esset, vivo patre decessit, & ex substitutione Seius heres extitit. Quæro, cum Spendophorus [27] rationes pupillæ [28] non administraverit, & vivo patrefamilias desierit ipsius rationes administrare, & si viveret Titia, annos haberet amplius duodecim, an ex testamento liber sit? Respondit, si nullas rationes administrasset, quas reddere heredi deberet, secundum ea, quæ proponerentur, liberum esse. §. 17. *Stichum rationibus redditis manumitti volo:* Stichus arcarius [29] probante domino nomina [30] fecit, & rationes à domino scriptas exhibet, nec [31] postea nomen ullum fecit. Quæro, an [32] si qui minus solvendo fuerint debitores, quibus alii exactores erant applicati, nondum videatur conditioni satisfactum? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non pertinere ad onus reddendarum rationum, quod solvendo non essent debitores.

Si institutus & substitutus incontinenti decesserint.

XLII. MÆCIANUS lib. VII Fideicommissorum.

ANtoninus Augustus Pius noster [33], quo militum suorum per omnia rata esset voluntas suprema, cum & institutus & substitutus incontinenti, priusquam adirent hereditatem, decessissent, *eos quibus ab his & libertas & hereditas à milite per fideicommissum data esset, permde liberos & heredes esse jussit, ac si utrumque directo accepissent:* Eorum autem, qui à pagano libertatem & hereditatem [34] per fideicommissum acceperant, cum æque incontinenti & institutus & substitutus decessisset, satis habuit libertatem confirmare.

De eo, quem postea dominus vinxit.

XLIII. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

FIdeicommissa libertas non debetur ei [35], quem postea [36] vinxit [37] dominus.

De servo contendente cum domino.

XLIV. POMPONIUS lib. VII ad Sabinum.

DE libertate fideicommissaria præstanda servus cum domino recte contendit.

De debitore rogato à creditore ancillam suam manumittere. 1. De legatario rogato manumittere. 2. De statu ejus, cui fideicommissaria libertas debetur.

XLV. ULPIANUS lib. V Disputationum.

SI debitor rogatus sit à creditore, ancillam suam pignoratam manumittere, defendendum est, *fideicommissariam libertatem utiliter relictam* [38] *à debitore.* Quid [39] enim interest, certa quantitas ab eo relinquatur, an fideicommissaria libertas? Sive plus sit in pretio, sive minus, cogitur libertatem præstare, si modo semel adgnovit voluntatem creditoris. † *Adgnovisse* autem sic accipimus, si forte, cum conveniretur ab herede, usus est exceptione, vel alias voluntatem suam ostendit. nam si conveniatur debitor ab herede creditoris: doli exceptione uti potest in id, quod interest debitoris, ancillam suam habere. §. 1. In fideicommissaria libertate quamvis quis [40] modicum legatum fuerit consecutus, necesse habet servum suum manumittere: pecuniarium enim fideicommissum si divisum [41] fuerit, satis injuriam facit [42] libertati, quam fideicommissario. *Satius est igitur eum qui adgnovit legatum, onerari, quam libertatem intercidere.* §. 2. Quotiens servo vel ancillæ *fideicommissaria* libertas relinquitur, in [43] ea conditione est, ut quoad manumittatur, servilis conditionis sit: & quidem si nullam moram præstandæ libertati, qui præstare debet, fecit, nihil de statu eorum mutatur: ideoque eos [44] interim legari posse, sed cum sua causa, constat.

---

8 V. *l.* 4. §. 1. *de manum. vind.*

87 §. 4. *Inst. de leg.*

88 *Legend.* æque.

89 Libertate nihil gratius præstari potest, & inæstimabile. §. *ult. Inst. quib. ex caus. manumitt.* Terentius vocat summum pretium.

90 Secus, si agnoverit. *l.* 6. *l.* 13. *C. eod.*

91 *l. pen. ff. de arbitris.* v. *l.* 7. §. 8. *ff. de don. int. vir.*

92 V. *l.* 42. *ff. de manumiss. testam.* His verbis fideicommissa libertas competit. §. *ultim. Inst. de singulis rebus per fideicomm. relict.*

93 Fideicommissaria scil. nam directa competit ab adita hereditate. *l.* 23. *ff. de manumiss. test.*

94 Adde *l.* 21. *ff. eod.*

95 Id est, postquam æs alienum solveris & debitoribus satisfeceris.

96 Hac formula fideicommissa libertas videtur data. *l.* 24. §. 7. *ff. eod.*

97 Facto aut voluntate heredis non expectandis. *l.* 15. *C. eod.*

98 V. *l.* 28. §. 1. *ff. de excus. tut.*

99 Reddiderint.

100 Placere verbum non continet omnem potestatem & liberum arbitrium, sed id, quod viro bono placeat.

1 *l.* 46. §. 3. *vers. ceterum. ff. eod.*

2 Judex æstimare debet, quoties difficultas aliqua occurrit in pretii æstimatione.

3 Juridici voce intellige quemcunque judicem.

4 V. *l.* 53. §. 1. *ff. eod.*

5 Hoc verbo censetur fideicommissaria libertas data. *l.* 12. *C. eod.* adde quæ notavi ad *l.* 16. *ff. eod.*

6 Medicinam per libertos exercebant veteres. dixi ad *l.* 25. §. 2. *l.* 26. *ff. de operis libertorum. l.* 1. §. 5. *C. de communi servo.*

7 Putari rationes dicuntur hic, ut alibi sumptus putari. *l.* 31. §. 3. *ff. de negot.* dixi ad Varron. 5 *de lingua.*

8 *l.* 22. §. 1. *ff. de manumiss. test.*

9 *l.* 22. *in fin. ff. de manumiss. test.*

10 Vid. *l.* 23. §. *penult. ff. eod.*

11 Quatuordecim. Cujacius scribit errorem creatum ex illis notis XVI & XIV. vide Cujac. 2 *observ.* 1. adde §. 15. *ff. eod.*

12 Cum rationes reddiderit.

13 §. 12. *in fin. ff. eod.*

14 Adde *l.* 10. *circa fin. C. eod.*

15 *l.* 4. *C. de test. manumiss.*

16 *l.* 40. *in pr. ff. de statulib. l.* 4. *C. de test. manumiss.*

17 Rationum reddendarum conditione continetur id omne, quod quoquo genere debitoris actum fidemque respicit: proinde si quid consilio vel fraude amovit, debitor id præstare cogitur.

18 *l.* 23. *in pr. ff. de statulib.*

19 V. *l.* 20. § 3. *ff. de statulib.*

20 Quindecim. *Hal.* quatuordecim, Cujac. errorem calculi ex notis XVI & XIV. vide Cujac. 2 *observ.* 1. adde §. 10. *ff. eod.*

21 Actum agere filii, est ejus rei administrare.

22 §. 10. *ff. eod.*

23 Id est, solidum. Cur? propter abstentionem matris.

24 V. *l.* 33. *ff. de manumiss. test.*

25 *l.* 18. *in fin. ff. de manumiss. test.*

26 Idonee rationes reddere, est fideliter reddere.

27 Vid. Alciat. 8 *parerg.* 18. & 12. *c.* 5.

28 *l.* 26. *in fin. ff. de statulib.*

29 Dixi ad Nov. 147. *c.* 2. & 1. ad Attic. 7.

30 De nominum obligatione scripsi ad *l.* 1. *ff. de annuis legatis.* Nomina non plurium, sed plures contrahere dicebantur. Sic non unius, sed unus nomen facere dicebatur: ibidem dixi.

31 Nec postea quidquam fœneratus est, aut fœnori dedit.

32 *l.* 111. *in fin. ff. de cond. & demonstr.*

33 Caracalla: quod tamen nonnulli ad Antonin. Pium referunt. dixi *l. ultim. ff. de veteranis.*

34 V. *l.* 14. *ff. de manumiss. test.*

35 Vid. *l.* 51. *in fin. ff. de manumiss. test.*

36 Id est, post libertatem datam.

37 Vide Paul. 4 *sent.* 12. §. 4. 6. 7.

38 §. 1. *Inst. de singulis rebus per fideicommiss. relict.*

39 Id est, quod interest, an creditor roget suum debitorem aliqui dare certam quantitatem, an ancillæ libertatem?

40 Vid. *l.* 24. §. 15. *ff. eod.*

41 Si donatum.

42 Facit tam libertati, quam &c.

43 *l.* 29. *ff. de statulib.*

44 *l.* 25. *ff. de statulib.*

De libertatis donatione collata in arbitrium alterius.

XLVI. IDEM lib. VI Disputationum.

FIdeicommissa libertas ita [45] potest dari, *Heres si voluerit, fideicommitto, ut Stichum manumittat:* quamvis * nihil aliud in testamento potest valere ex [46] nutu [47] heredis. §. 1. Plane & si ita, *si Stichus voluerit*, potest ei libertas adscribi. §. 2. Sed si ita adscriptum sit, *si Seius voluerit. Stichum liberum esse volo:* mihi videtur posse dici, valere libertatem: quia conditio potius est, quemadmodum si mihi legatum esset, *si Titius Capitolium ascenderit.*

§. 3. Quod si ita scriptum sit, *Si heres* [48] *voluerit:* non valebit. sed ita demum, si totum in voluntate fecit heredis, *si* [49] *ei libuerit.* † Cæterum si arbitrium illi [50] quasi viro bono dedit, non dubitabimus, quin libertas debeatur. † Nam & eam libertatem deberi placuit: *Si tibi videbitur, peto manumittas.* ita enim hoc accipiendum, si tibi quasi viro bono videbitur. † Nam & ita relictum, *si voluntatem meam probaveris:* puto deberi. Quemadmodum, *si* [51] *te meruerit* [52] *quasi virum bonum*, vel *si te non offenderit quasi virum bonum*, vel *si comprobaverit*, vel *si non reprobaverit*, vel *si dignum putaverit.* Nam & cum quidam Græcis verbis ita fideicommissum dedisset, Τὸ δοῦναι, ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐπιτρέπειν δοθῆναι βούλομαι: Id est, *Illi, si probaveris, libertatem dari volo:* à D. Severo rescriptum est, fideicommissum peti posse. §. 4. Quamquam autem [53] heredis arbitrium conferri, an debeatur [54], non possit: quando [55] tamen debeatur, conferri potest. §. 5. Quidam, cum tres servos legasset, fidei heredis sui commisit, *ut ex his duos, quos vellet, manumitteret:* fideicommissa libertas valebit, & quos ex his vellet, heres manumittet. quare si eos vindicaret legatarius, quos heres vult manumittere, exceptione doli repelletur.

De adgnatione posthumi. 1. De absentia heredis. 3. De servo pure legato & sub conditione manumisso. 4. De verbis, ancillas meas liberas esse volo.

XLVII. JULIANUS lib. XLII Digestorum.

SI pater duos filios heredes instituerit, & adgnatione [56] posthumi ruptum testamentum fuerit: quamvis hereditas pro duabus partibus ad eos pertineat, tamen fideicommissæ libertates præstari non debent, sicuti ne legata quidem aut fideicommissa præstare coguntur. §. 1. Si, cum [57] alienum servum heres rogatus sit manumittere, item communem, vel eum in quo usufructus alienus est, laritet: non inique Senatusconsulto libertatibus succurretur. §. 2. Si Sticho libertas per fideicommissum data fuerit sub conditione, *si rationes reddidisset*, & is absente herede, paratus sit reliqua solvere: Prætoris officio continetur [58], ut virum bonum eligat, cujus arbitrio rationes computentur; & pecuniam, quæ ex computatione colligitur, deponat; atque ita pronunciet, libertatem, ex causa fideicommissi deberi. † Hæc autem fieri conveniet, si heres ex justa causa aberit. Nam si latitavit, satis erit, liquere Prætori, per servum non stare quominus conditioni pareat: atque ita pronunciare de libertate oportebit.

§. 3. Cum sub conditione legato servo libertas datur [59], non [60] aliter fideicommissario [61] tradi debet, quam ut caveatur, *existente conditione traditurum* [62] *eum.* §. 4. Quædam cum in extrema esset valetudine [63], præsentibus honestis viris compluribus & matre sua, ad quam legitima hereditas ejus pertinebat, ita locutus est, *Ancillas meas Maviam & Seiam liberas esse volo:* & intestata decessit. Quæro [64], si mater [65] ex Senatusconsulto legitimam [66] hereditatem ejus non vendicasset, & hereditas ad proximum cognatum pertinuisset: an fideicommissa libertas deberetur? Respondi deberi: nam eam, quæ in extremis dixisset, *Ancillas meas illam & illam liberas esse volo*, videri ab omnibus [67], qui legitimi heredes aut bonorum possessores futuri essent, petisse, ut hoc fieri possit.

De legato ut manumittatur.

XLVIII. IDEM lib. LXII Digestorum.

CUm in testamento scriptum est, *Stichum Titio lego*, vel *heres meus dato ita*, ut [68] *cum Titius manumittat:* dixi, petenti legatario Stichum exceptionem doli mali obstaturam [69]; nisi caverit [70] se libertatem secundum voluntatem defuncti præstaturum.

De eo qui latitat.

XLIX. AFRICANUS lib. IX [71] Quæstionum.

SI is, cui servus legatus est, rogatus manumittere, latitet: orcinum [72] fieri libertum, respondit. † Idem fore, etsi non legatarii, sed heredis fideicommissum esset. Sed [&] si non omnium sed quorundam heredum fideicommissum sit, æque dicendum orcinum [73] fieri. in eos autem, qui latitaverint, coheredibus [74], à quibus redimendæ partes essent, utilem actionem eo nomine dari debere: vel etiam familiæ erciscundæ judicio recte eos acturos.

De servo legato & per fideicommissum manumisso.

L. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

SI servus legatus, & per fideicommissum manumissus sit: Cervidius Scævola consultus putabat noviſſimam scripturam valere, sive libertas sit, sive legatum: quia * cum libertatem datam postea placeat [75] adimi, & per legatum constat posse adimi. † Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legavit eundem servum *, in [76] obscuro libertatem prævalere: quæ sententia mihi quoque verior esse videtur.

Qui possunt manumittere. 2. De pecunia legata, ut servus ematur & manumittatur. 3. De statu ejus cui debetur fideicommissaria libertas. 4. De absentia rogati manumittere. 10. De emptore. 11. De coherede præsente & de impubere. 12. De rogato manumittere matrimonii causa.

LI. IDEM lib. IX Institutionum.

NOn tantum [ipse], qui rogatus [77] est manumittere, ad libertatem perducere potest: sed [78] & successores ejus, sive [79] emptione, sive quo alio modo successerint. Sed etsi nemo successor extiterit, ad fiscum ita transit, ut libertas ab eo præstetur.

§. 1. Is autem qui rogatus est manumittere, etiam [80] eo tempore, quo alienare prohibetur, potest manumittere.

§. 2. Si alienum servum quis rogatus fuerit manumittere, cum ei pecunia certa legata esset, ut emat eum & manumittat, & dominus nolit eum vendere: legatum retinet ex voluntate defuncti.

§. 3. Cui per fideicommissum libertas debetur, liberi [81] quodammodo loco est, & statuliberi locum obtinet: vel eo magis, quod nec [82] in alium transferendus est, ut aut libertas ejus impediatur, aut jura patronorum graviora experiatur. §. 4. Senatusconsulto Dasumiano [83] cautum est, *ut* [84] *si ex justa* [85] *causa absit* [86], *qui fideicommissam libertatem debet, & hoc pronunciatum fuerit, perinde libertas competat, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset.* §. 5. * Abesse autem is intelligitur, qui à tribunali abest. §. 6. Et quia heredibus [87] tantum cautum erat, adjectum est eodem Senatusconsulto, *ut quicunque fideicommissam libertatem [debeat], ex quacunque causa pronunciatum fuerit cum eo esse abesse, perinde habeatur, atque si, ut oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset.* §. 7. *Sed Articuleiano* [88] Senatusconsulto cavetur, *ut in provinciis Præsides provinciæ cognoscant, licet heres* [89] *non sit ejus provinciæ.*

§. 8. Sed si [90] non hereditarium servum quis rogatus fuerit manumittere, sed proprium: ex Senatusconsulto Junciano post pronunciationem pervenit ad libertatem. §. 9. Sive [91] justa ex causa abest, sive latitet, sive præsens non vult manumittere: pro absente eum haberi, D. Pius rescripsit. §. 10. Emptor quoque ut manumittat, eodem Senatusconsulto expressum est.

§. 11. Et præsens coheres perinde manumittat, atque si traditum à coherede accepisset. † Quod & in impuberis persona coheredis [92], qui non erat rogatus manumittere, eundem Principem rescripsisse, relatum est. §. 12. Sed si matrimonii causa quis manumittere rogatus est: non est cogendus eam uxorem ducere, sed sufficit fideicommissa libertas.

De servis alienatis à creditore.

LII. ULPIANUS lib. I Responsorum.

POsteaquam à creditore alienati sunt servi, quibus fideicommissa libertas adscripta est, non nisi ex justa causa adversus heredem subveniri eis posse.

De mora. 1. De additione dilata.

LIII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

SI quis [93] rogatus ancillam manumittere, moram fecerit: si interea enixa fuerit, constitutum est, hujusmodi partum liberum nasci, & quidem ingenuum. * sed sunt Constitutiones, quibus cavetur, *statim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuum * nasci:* & hoc magis est sine dubio sequendum, quatenus * *libertas non privata, sed publica res est, ut ultro is qui eam debet, offerre debeat.* §. 1. Sed si nondum debita libertate fideicommissa ancilla peperit, studio [94] tamen heredis fuerit effectum, ut nondum liberras deberetur, utique quod tardius adiit hereditatem, ut qui nati sint ex ancilla, servi ejus fiant: placet manumittendos [95], sed tradi matri oportere, ut ab ea manumittantur, & liberti potius matris fiant. nam * quos [96] indignus est heres servos habere, ne quidem libertos habebit.

LIV. MÆCIANUS lib. XVI Fideicommissorum.

SI mater [97], postquam filium accepisset, vel qui in ejus locum successit, præstare noluit libertatem: compellendi sunt. Amplius si mater aut nollet sibi filium tradi, aut in rerum natura esse desisset, non ab re est dicere, nihilominus ita natis ab herede libertatem præstari.

LV. MARCIANUS lib. IV Regularum.

SEd etsi [98] non data opera tardius adierit, sed dum de adeunda hereditate deliberat: idem dictum est. & si postea cognovit, se heredem institutum, quam ancilla peperit, placet hoc quoque casu subveniendum esse: hoc tamen casu ipse manumittere debebit, non matri tradere. §. 1. Sed si directo libertas data fuerit ancillæ, & horum aliquid evenerit: quemadmodum natis subvenietur? nam ibi quidem petitur fideicommissa libertas, & * Prætor parvulis subvenit; cum vero directo libertas datur, non petitur: sed etiam hoc casu puto nato subveniendum esse, ut aditus Prætor in rem matri [99] decernat actionem exemplo fideicommissariæ libertatis. Sic denique & Marcellus libro XVI Digestorum scripsit, & ante [100] aditam hereditatem usucaptis, qui testamento manumissi sunt, subveniendum esse, ut eis libertas conservetur: utique per Prætorem. quamvis his & imputari possit, quare usucapti sunt: in parvulis autem nulla [1] deprehenditur culpa [2].

An conditio apposita in primo gradu, censeatur repetita in secundo.

LVI. MARCELLUS lib. singul. Responsorum.

LUcius Titius testamento [3] ita cavit, *Si quos codicillos reliquero, valere volo: si quo mihi ex Paula qua uxor mea fuit, intra decem menses natus natave erit, ex semisse heredes sunto: Gaius Seius ex semisse heres esto: Stichum & Pamphilum servos meos & Erotem & Diphilum peto, & fidei heredum committo, ut* [4] *cum ad pubertatem liberi mei pervenerint, manumittant.* deinde noviſſima parte ita cavit, *Quod si mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatem decesserint, tunc heredes ex paribus partibus sunto Mucius & Mævius: legata quæ priore* [5] *testamento, quo filios & Seium [instituit], reliqui, præstari volo. [hoc est] & à sequentibus heredibus.* deinde codicillis ita cavit, *Lucius Titius heredibus primis & substitutis salutem: peto, ut ea, quæ testamento cavi, legavi, & ea quæ codicillis cavero, legavero, præstetis.* Quæro, cum liberi Lucio Titio nati non sint, an Sticho & Pamphilo & Eroti & Diphilo servis confestim fideicommissa libertas præstari debeat? Marcellus respondit, conditionem, quæ libertati eorum de quibus quæreretur, si filii heredes extitissent, apposita esset, repetitam [6] non videri: ideoque confestim libertatem præstandam esse & à primis & à substitutis heredibus. nam, ut suprascriptum est, petiit, ut quæ testamento caviſſet, præstarentur: cavit autem de libertate eorum servorum: atquin sub conditione cavit; & si alterius generis conditio esset, exspectanda esset. sed non est verisimile, ut hoc in ista conditione cogitaverit, cum fidei subſtitutorum committeret; & admitti ad hereditatem non possent, si impleretur conditio.

TIT. VI.

DE ADEMPTIONE LIBERTATIS [1].

Si libertas lege adimatur.

1. TERENTIUS CLEMENS lib. XVIII ad Legem Juliam & Papiam.

CUm libertas Lege [2] adimatur [3], aut [4] pro non data haberi [5] debeat [6], aut certe perinde observari, ac si à testatore ademptа esset.

TIT.

45 In arbitrium heredis fideicommissaria libertas relicta, qui potest, adde l. 2. §. 1. ff. *de reb. dubiis.* Goth. Vid. in hanc leg. Eman. Cost. *lib.* 1 *select. cap.* 21 & 22. & Sarmient. *Lib.* 2 *select. cap.* 6. Arf.

46 Vid. *l.* 43. §. 1. ff. *de leg.* 1.

47 Id est, ex mera & libera voluntate. v. *l.* 24. ff. *de leg.* 2. sed ex ejus arbitrio tanquam viri boni. *l.* 75. ff. *de leg.* 1.

48 §. *pen.* J. *eod.*

49 Liberum arbitrium hac formula, *si voluerit, si tibi libuerit*, committitur.

50 Arbitrium viri boni & merum differunt. *l.* 41. §. 4. ff. *eod.*

51 *l.* 41. §. 1. ff. *eod. l.* 11. §. 8. ff. *de leg.* 3.

52 Observaverit.

53 Vid. *l.* 43. §. *pen.* ff. *de leg.* 1.

54 Libertas scil.

55 §. 3. ff. *eod. l.* 17. ff. *eod. l.* 11. §. 5. ff. *de leg.* 3. In heredis arbitrium debendi, seu debiti substantia conferri non potest: tempus seu quo tempore debeatur, potest.

56 Testamentum rumpitur adgnatione posthumi non instituti, exque eo rupto libertates, legata, fideicommissa non debentur, *ut hic. l.* 24. §. 11. ff. *eod.* vide tamen *Authenticam ex causa. C. de liberis præteritis.* sed ille loquitur in jam nato præterito: hic in posthumo præterito: in quo jus antiquum obtinere putat *Albericus hic.*

57 *l.* 5. *in princ. l.* 28. §. 4. ff. *eod. l.* 51. §. 8. J. *eod.*

58 *l.* 50. *in pr.* ff. *de cond. & demonstr.*

59 Pure ab herede præstanda.

60 *l.* 40. *circa pr. de manumiss. test.*

61 Id est, legatario.

62 Id est, traditum iri.

63 Ex Tertulliano. *Inst. ad Ter.* ff. *in pr.*

64 V. *l.* 26. §. 6. ff. *eod.*

65 Mater igitur cognato defuncti in intestati successione præfertur.

66 Legitima hereditas, quæ ab intestato. *l.* 1. ff. *de heredit. pet.*

67 Verba in codicillis prolata directa videntur ad omnes ab intestato venientes quicunque & quocunque gradu illi sint.

68 V. *l.* 2. *C. de bis, quæ sub modo.*

69 *l.* 7. ff. *eod.*

70 Vid. *l.* 2. & ibi Castr. & Salicet. *C. de his quæ sub modo.* Anf.

71 Vid. Cujac. 9 *obs. fol.* 223.

72 Et directo, idque ex Rubriano, ut *l.* 26. §. 7. ff. *eod.*

73 V. quæ notavi de orcino ad *l.* 30. §. 12. ff. *eod.* adde quod Lucretius januas orci charoneas scrobes vocat. Aretæus medicus, ἐν χαρωνίοισιν ἀνωίγας βόθραλαι γίγνονται, Antigonus historicus, τῶν βαρύτων κυκλικῶν καὶ χαρωνίων ἔνας γίνε@ται vide Cujac. *hic.* alii dicunt horcinum. Ulp. 2. §. 8. παρὰ τὸ ἔρκος. ff.

74 Adde *l.* 30. §. 5. ff. *eod.*

75 *l.* 14. ff. *de leg.* 2. *l.* 10. ff. *de manum. test.*

76 *l.* 14. *in pr.* ff. *de leg.* 2. vide *l. ult.* §. 1. ff. *de vulg.*

77 Aut jussus vel oneratus, seu gravatus. *Græci.*

78 Vid. *l.* 20. ff. *eod.*

79 *Succedendi* verbum extenditur ad omnem successionem quocunque modo ea fiat. Ita vox *succedendi* communis est.

80 Vide *l.* 31. *circa pr.* ff. *eod.*

81 Is cui per fideicommissum libertas data est, non est liber, sed liberi quodammodo loco; non statuliber, sed statuliberi locum obtinet.

82 Vid. *l.* 24. §. 21 ff. *eod.*

83 Dasumiana; *Ital. l.* 36. *in fin. pr.* ff. *eod.* v. *Paul. 4 sent.* 13. §. *ult.*

84 Vid. *l.* 36. *in pr.* ff. *eod.*

85 Adde §. 9. J. *eod.*

86 V. §. 5. J. *eod.*

87 Vid. Leonin. *lib.* 4 *emend. lib.* 4. *cap.* 15. Anf.

88 Articulejanum Senatusconsultum appellant Græci hoc Senatusconsultum.

89 Qui libertatem præstare debet.

90 V. *l.* 47. §. 1. ff. *eod.*

91 Absens quis hic est, sive ex justa causa absit, sive latitet, sive præsens nolit manumittere.

92 *l.* 30. §. 5. ff. *eod.*

93 *l.* 26. §. 1. *vers. ex duo vero.* ff. *eod. l.* 3. *in fin. C. eod. l.* 22. ff. *de stat. hom.*

94 *l.* 41. §. 5. ff. *eod. l.* 55. J. *eod.*

95 *l.* 3. *C. eod.*

96 Adde *l.* 7. §. *ult. in pr.* J. *de interdict. & releg.*

97 Accipit scil. ut manumitteret. *Accurs.*

98 *l.* 53. §. 1. ff. *eod.*

99 Atqui filii subrepti actionem mater non habet. *l.* 38. *in pr.* J. *de furt.* licet pater habeat. *l.* 1. ff. *de rei vind.*

100 *l.* 9. §. *ult.* J. *de statuliber.*

1 Nihil itaque eis imputabitur, quod usucapti sint.

2 Adde *l.* 12. J. *de fiduciis.* Posthumos exheredari non posse, hinc colligere possis: cum exheredationis causæ nominatim hodie sint inserendæ. *Nov.* 115. *c.* 3. Nemo autem sani judicii possit dicere infantem posse ingratum à matre sua vocari. *l.* 33. §. 1. *C. de inoff.*

3 Id est, priori parte testamenti.

4 Hæc est conditio, de qua est quæstio, an à substitutis sit repetita.

5 Id est, prima parte testamenti.

6 Repetitum non intelligitur, quod repetitum vitiaret. *Bart.* vide *l.* 113. §. *pen.* ff. *de leg.* 1. & *l.* 89. *in pr.* ff. *de cond. & demonstr.*

1 Sicut libertas dari, ita & adimi tam testamento, quam codicillis testamento confirmatis potest: ut tamen eodem modo adimatur, quo data est. *Ulp. l.* 2. *in fin.* adde *l.* 50. ff. *tit. prox. & tit.*

2 Lege *adimitur.* 3 Lege *Institit. de ademptione legatorum.* 2. *Institit.* 21. 4 Libertas testamento relicta, quæ Lege adimitur, vel pro non data habetur, vel à testatore adempta videtur. 5 Haberi debet. 6 Lege: *debet, debet id certe.*

Tit. VII.

DE[1] STATULIBERIS[2].

Definitio. 1. *De conditione expressa, & vi ipsa.*

1. Paulus lib. v ad Sabinum.

STatuliber est, qui statutam & destinatam in 3 tempus vel conditionem libertatem habet 4. §. 1. Fiunt [autem] statuliberi vel conditione expressa, vel vi ipsa. † Conditione expressa quid 5 est, manifestum est. † Vi ipsa, cum creditoris 6 fraudandi causa manumittuntur. nam dum incertum est, an creditor jure suo utatur 7, interim statuliberi sunt: quoniam fraus cum effecto 8 in Leg. Ælia Sentia accipitur.

De alienatione, usucapione, manumissione. De hereditatis adutione.
1. *De tabulis pupillaribus.* 2. *De servo cum libertate instituto ex parte,* 3. *Vel substituto.*

II. Ulpianus lib. IV ad Sabinum.

QUi statuliberi causam 9 apprehendit, in [10] ea conditione est, ut sive tradatur, salva spe libertatis alienetur; sive usucapiatur, cum sua causa [11] usucapiatur; sive manumittatur, non perdat spem orcini liberti. Sed statuliberi causam non prius servus nanciscitur, nisi adita vel ab uno ex institutis hereditate. Cæterum ante aditionem sive tradetur [12], sive usucapietur, sive manumittetur, spes statuæ [13] libertatis intercidit. §. 1. Sed si impuberis [14] tabulis libertas servo sit adscripta, an vivo pupillo, post aditionem videlicet hereditatis patris, statuliber sit? Cassius negat: Julianus contra existimat; quæ sententia verior [15] habetur. §. 2. Plus scripsit Julianus, & si legatus sit servus ab herede patris, liber esse jussus in pupillaribus tabulis, prævalere libertatis dationem. §. 3. Si primis [16] tabulis sub conditione servus cum libertate ex parte dimidia heres sit institutus, an statuliberi causam obtineat, ut adeunte coherede cum sua causa usucapiatur? cum à semetipso acceperit libertatem, non potest statuliberi causam obtinere. † Plane [17] si conditio hereditatis deficiat, quo casu secundum Julianum [vel] libertatem apiscitur [18], dicendum est, statuliberi causam obtinere, eo quod non à semetipso, sed à coherede accepisse libertatem creditur. §. 4. Quocunque gradu pupillo [19] servus cum libertate substitutus sit, necessarii causam obtinet: quæ sententia utilitatis [20] causa recepta est, & à nobis probatur. Celsus quoque putat lib. XV, cum libertate substitutum statuliberi causam obtinere.

De conditione implenda. 1. *De conditione dandi heredi. Si heres statuliberum impediat, quominus impleat conditionem.* 5. *Si statuliber minus, 6. Vel plus dederit, quam jussus sit.* 7. *De venditione statuliberi.* 8. *De operis.* 9. *De nummo surrepto, vel redacto ex re surrepta.* 10. *De conditione implenda.* 11. *De aditione dilata.* 12. *De conditione, cum decem dare poterit.* 13. *De eo quod annua, bima, trima die dandum est.* 15. *De conditione, si quinquennio heredi serviverit.* 16. *De conditione, si tres pepererit.* 17. *De venditione statuliberi jussi heredi servire.*

III. Idem lib. XXVII ad Sabinum.

STatuliberos [21] conditioni [22] parere oportet, si [23] nemo eos impediat, & sit conditio possibilis [24]. §. 1. Sed si in heredis persona jussus sit parere conditioni, quid dici debeat? Si quidem paruit conditioni, statim liber est, etiam [25] invito herede. quod si [26] non patitur heres pareri, puta offert [27] decem, quæ dare jussus erat, proculdubio liber est: quia [28] per heredem stare videtur, quominus conditionem impleat. Et parvi refert, de [29] peculio ei offerat, an ab alio accepta: receptum est enim, ut servus [30] peculiares quoque nummos dando perveniat ad libertatem, sive ipse heredi, sive alii dare jussus est. §. 2. Inde quæritur, si forte debeatur pecunia huic servo vel ab herede, quod in domini rationem plus erogaverat [31], vel ab extraneo, nec velit heres debitorem convenire, vel statulibero solvere pecuniam: an debeat ad libertatem pervenire, quasi moram per heredem patiatur? Et aut legatum hunc statulibero fuit peculium, aut non. Si legatum peculium fuit: Servius scribit, moram eum libertatis passum ob hoc ipsum, quod ei aliquid ex ratione dominica deberetur, nec ei ab herede prætaretur: quam sententiam & Labeo probat. † Idem Servius probat, & si in eo moram [32] faciat heres, quod nolit exigere a debitoribus: nam perventurum ad libertatem ait. mihi quoque videtur verum, quod Servius ait. Cum igitur veram putemus sententiam Servii: videamus, an etsi non fuerit prælegatum peculium servo, idem debeat dici. constat enim statuliberum de [33] peculio posse dare, vel ipsi heredi jussum, vel alii. & si [34] eum dare impediat, perveniet statuliber ad libertatem. † Denique etiam remedii [35] loco hoc monstratur domino statuliberi, ut eum extraneo jussum dare prohibeat, ne & nummos perdat cum statulibero: proinde defendi potest, etsi non vult exigere, vel ipse solvere, ut hic habeat, unde conditioni pareat, libertatem competere: & ita Cassius quoque scribit. §. 3. Non solum autem, si dare jussum [36] [dare] prohibeat, statuliber ad libertatem pervenit: verumetiam si ascendere Capitolium [37] jussum, ascendere vetet; item si Capuæ dare jussum, Capuam [38] ire prohibeat. nam, qui prohibet servum proficisci, intelligendus est impedire magis velle libertatem, quam operis servi uti. §. 4. Sed & si jussum coheredi dare, non patiatur unus ex heredibus dare, æque liber erit: sed is, cui jussus erat dare, & liber esse, familiæ erciscundæ judicio ab eo, qui impedit, consequetur, quod sua intererat, prohibitum statuliberum non esse. §. 5. *Si decem jussus dare & liber esse*, quinque det: [non [39]] pervenit ad libertatem, nisi [40] totum det [41]. interim igitur vindicare quinque nummos dominus eorum potest. sed si residuum fuerit solutum, tunc etiam id alienatum, cujus ante dominium non erat translatum. ita pendebit præcedentis summæ alienatio: sic tamen, ut non [42] retro nummi fiant accipientis, sed tunc cum residua summa fuerit [ex] soluta. §. 6. Si plus quam jussus erat, dederit statuliber (puta decem jussus dare, viginti dedit): sive numeravit, sive in sacculo [43] dedit, pervenit ad libertatem, & superfluum potest repetere. §. 7. Si quis servum jussum decem dare & liberum esse, vendiderit fine [44] peculio: utrum statim liber sit, quasi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipso, quod sine peculio distractus *est*; an vero, cum fuerit prohibitus peculium tangere? Et puto, tunc demum liberum fore, cum volens dare prohibeatur: non statim ubi veniit. §. 8. Si quis servum jussum *decem dare & liberum esse*, operari prohibeat; vel si, quod ex operis suis meret, abstulerit ei heres; vel si quod ex mercedibus suis coëgit, heredi dederit: an ad libertatem perveniat? Et puto si quidem ex operis dederit, vel [45] undecunque dederit, ad libertatem perventurum. Quod si prohibeatur operari, non [46] fore liberum: quia * operari domino debet [47]. Plane si ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio dare prohibetur. sane si testator, vel ex operis ut det, jussit; prohibitum operari, ad libertatem perventurum non dubito. §. 9. Sed & si argento [48] subtracto, vel rebus aliis distractis, nummos corrasos [49] dederit: perveniet ad libertatem. quamvis si nummos subtractos dedisset, ad libertatem non perveniret: nec enim videtur dedisse, sed [50] magis reddidisse. sed nec si aliis subripuerit nummos, & heredi dederit, ad libertatem perveniet: quia avelli nummi ei qui accepit, possunt. † Plane si sic consumpti fuerint, ut nullo casu avelli possint, competet libertas. §. 10. Non solum autem si heres moram facit libertati, sed & si [51] tutor [vel curator], vel procurator, vel [52] alius quivis, in cujus persona conditioni parendum est, libertatem competere dicemus: & sane hoc jure [53] utimur [54] in statulibero, ut sufficiat [55], per eum non stare, quominus conditioni pareat. §. 11. Si quis heredi *in diebus triginta proximis mortis testatoris dare jussus fuerit*, deinde heres tardius [56] adierit: Trebatius & Labeo, si fine dolo malo tardius adierit [57], dantem eum intra dies triginta aditæ hereditatis, ad libertatem pervenire. quæ sententia vera est. Sed quid, si data opera traxit? an ob id statim, [ut] adita est hereditas, ad libertatem perveniat? quid enim, si tunc habuit: post aditam habere desiit? sed & hic expleta videtur conditio: quoniam per eum non steterit, quominus impleatur.

§. 12. Si quis sic acceperit libertatem, *Cum decem dare poterit, liber esto*: Trebatius ait, licet habuerit decem, vel idoneus fuerit ad acquirendum & conservandum peculium, tamen non alias ad libertatem perventurum, nisi dederit, aut per eum non steterit, quominus det [58]. quæ sententia vera est. §. 13. Stichus, *annua, bima, trima die denos aureos heredi si dederit*, liber esse jussus est: si prima pensione stetit per heredem, quominus acciperet decem, expectandam esse trimam pensionem, placet; quia & [59] tempus adjectum est, & adhuc supersunt duæ pensiones. Sed si eadem decem sola habeat, quæ obtulit ad primam pensionem: an etiam ad sequentem quoque prosit, si offerat: & an & ad tertiam, si sequens pensio non sit accepta? Et puto, sufficere hæc eadem, & pœnitentiæ heredi locum non esse: quod & Pompon. probat.

§. 14. Quid, si servus, *qui annua, bima, trima die* [60] *jussus est dena dare*, tota simul offerat heredi, non expectata die? vel decem primo anno datis, secundo anno viginti obtulit? Benignius est, eum in libertatem pervenire: cum utriusque providentia infertur; & servi, quatenus maturius in libertatem perveniat; & heredis, quatenus dilatione interempta illico accipiat, quod post tempus consequi poterit. §. 15. Si ita sit libertas servo data, *si quinquennio heredi serviverit*, deinde cum heres manumiserit: statim [61] liber [62] fit [63]: quasi per eum sit effectum, quominus ei serviat. quamvis si non pateretur eum sibi servire, non statim perveniret, quam si quinquennium præteriisset. ratio hujus rei evidens est: manumissus enim amplius servire non potest: at is, quem quis non patitur sibi servire, post ea pati potest intra quinquennii tempus. Atquin jam quinquennio ei servire non potest: sed vel [64] minus potest. §. 16. Item Julianus XVI Digestorum scripsit: Si Arethusæ libertas ita sit data, *si tres servos pepererit*, & per heredem steterit [65] quominus pepererit (puta quod ei medicamentum dedisset, ne conciperet): statim liberam futuram esse. quid enim expectamus? Idemque [&] si egisset heres, ut abortum faceret: quia & uno utero potuit [66] tres edere. §. 17. Item si heredi servire jussum statuliberum heres vendidit & tradidit, credo statim ad libertatem pervenire.

De absentia heredis, cui dare oportet. 1. *De prolixitate temporis & difficultate conditionis.* 2. *De morte ejus cui jussus est statuliber anno servire.* 3. *De decem duobus dandis.* 4. *De conditione*, si per triennium servierit, vel operas dederit. 5. *Annua, quo statuliber servire jussus est, quomodo accipitur.* 6. *De solutione per partes.* 7. *De conditione*, si Titius Capitolium ascenderit. 8. *Annus quo statuliber servire jussus est, quomodo accipitur.*

IV. Paulus lib. V ad Sabinum.

CUm heres Reipublicæ causa abesset, & pecuniam statuliber haberet: vel exspectari eum debere, donec redeat is, cui dare debet, vel deponere in ædem pecuniam consignatam oportet: quo subsecuto, statim ad libertatem pervenit. §. 1. Non [67] est statuliber, cui libertas in [68] tam longum tempus collata est, ut eo tempore is, qui manumissus est, vivere non possit [69]: aut si tam difficilem, imo pene impossibilem conditionem adjecerit, ut aliunde ea libertas obtingere non possit; *veluti* [70] *si heredi millies* [71] *dedisset*: aut [72], *cum moreretur, liberum esse jussisset*. sic enim libertas inutiliter [73] datur: & ita Julianus scribit: quia nec animus dandæ libertatis est. §. 2. *Servire Titio anno, & liber esse jussus*, Titio mortuo non statim liber fiet, sed cum annus transierit: quod videtur non tantum sub conditione, sed etiam ex tempore data libertas. etenim absurdum est, maturius eum liberum fieri, cum conditionem non implet, quam futurus foret, si eam expleret.

§. 3. *Si duobus* [74] *decem datis*, liber esse jussus sit, & unus quinque

---

1 Ulp. 2. statuliberi, οἱ ἐπὶ ὑπερθέσει τινὶ ἐλεύθεροι. 48 Ethic. 9. c. 25.

2 Quid sit statuliber, v. l. 1. J. eod. Goth. Adde Duaren. ad tit. ff. Si ex noxali causa. Revard. lib. 2 var. cap. 11. Hotoman. lib. 2 respons. amicabil. c. 37. Ans.

3 Id est, ex tempore. v. l. 17. §. de manumiss. test.

4 Id est, cui relicta est directa libertas in diem vel conditionem certam. l. 69. §. 2. §. de evict. Ulp. 2. § 1. hinc conditio propolita, Festus l. ult. §. de cond & demonstr. προκειμένη, l. 7. §. de excusat. aliud est statim liber. statuliber est ex die & conditione.

5 Quid sit, manifestum, &c.

6 V. l. 23. J. qui, & à quib.

7 Adferens libertates in fraudem datas: vel sic eas impediens. l. 16. §. ult. J. qui & à quib.

8 Effectu, vulg. Hal.

9 Id est, qui in diem vel sub conditione manumittitur.

10 Vid. l. 24. §. quotes. §. de fideicomm. libert.

11 Statuliber, seu alienetur ab herede, seu usucapiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. Ulpian. 2. §. 2.

12 Lege in præsenti, traditur, usucapitur, manumittitur.

13 Statuæ.

14 Vid. §. fin. J. eod. l. 36 J. eod.

15 Cur? Aditione hereditatis tabulæ pupillares & omnia eis adsumpta convalescunt. l. 2. §. 1. §. de vulg.

16 De primis & secundis tabulis dixi ad l. 11. §. testamenta quemadm. aperiantur.

17 V. l. 14. §. de manu. test.

18 *Apiscendi* verbum frequens in his Pandectis. Plautus in Rudente, *Qui hic item apisci postulat periurio.*

19 §. 1. §. eod.

20 V. quædam ad hunc locum apud Cujac. 9 obs. 17. in fr.

21 l. 61. §. pen. in fin. §. de manumiss. test.

22 Cui? sub qua libertas eis est relicta.

23 V. l. 20. §. 3. J. eod.

24 Impossibili conditioni parere nemo cogitur.

25 l. 13. C. de test. man. l. 7. l. 32. C. de lib. caus.

26 Dixi ad Ulp.

27 Heredi.

28 Vide l. 20. J. eod.

29 Statuliber cui data directo libertas est sub conditione dandi decem, dare ea decem potest de peculio, si quod habuit apud testatorem a testatore concessum conditionis implendæ causa, *ut hic.* & l. 3. in fin. §. de cond. caus. data. Quod benigne receptum est, & probatum Jurisperitis, ut statuliber ex eo peculio dando, quasi ex suo patrimonio, suave pecunia perveniat ad libertatem, conjectura facta voluntatis domini, quasi voluerit dominus, ut & ea decem posset dare ex peculio suo tacite. l. 17. J. eod. l. in bello. 12. §. si statuliber. 10. J. de captivis. 30 V. l. 13. §. 4. in fin. J. eod. v. l. 20. in fin. §. famil. ercisc. l. 3. in fin. §. de cond. caus. data. 31 Erogaverit. Hal. 32 Si per heredem factum sit, quominus statuliber conditioni pareat, perinde sit liber, atque si conditio expleta fuisset. Ulp. 2. §. 5. 33 §. 1. §. eod. 34 V. l. 20. §. 3. J. eod. 35 Remedium hic idem quod cautio, tutela, seu prudens consilium. l. 66. in fin. §. de jur. dot. 36 d. l. 20. §. 3. J. eod. 37 V. l. 4. §. 7. J. eod. 38 l. 20. §. 5. eod. 39 l. 20. § 5 J. eod. quinque det, ad libertatem non pervenit. Hal. 40 V. l. 6. C. de distract. pign. 41 Imo, ut totum non det, pervenire ad libertatem potest. l. 4. §. 6. J. eod. 42 Cur non sient retro nummi accipientis ad exemplum & ad instar ratihabitionis? l. 7. C. ad Senatusc. Macedon.

43 Rationes non reddit, qui reliqua tantum offert in sacculo & folle. l. 82. §. de cond. & demonst. Jussus tamen dare viginti, liberatur, moramque evitat, periculumque transfert rei in creditorem, etiamsi pecuniam ei offerat in folle, *ut hic.* Distat igitur conditio pecuniæ dandæ, à rationum reddendarum conditione, adde aliam differentiam ex l. 5. in fin. J. eod.

44 Quod semper intelligitur. l. 29. §. de contr. empt.

45 Vid. l. 35. in pr. J. eod.

46 Atqui per eum non stat. §. 10. J. eod.

47 Ut uxori, viro. l. 48. §. de operis libert.

48 l. 17. in fin. J. eod.

49 48 Celsus. 5. c. 7.

50 Differentia dandi & reddendi.

51 Conditio libertatis, si heredi rationes reddiderit, utilitatis causa pro impleta habetur si per tutorem, curatorem, procuratorem, aliumve, in cujus persona parendum est conditioni, licet quominus ei pareatur.

52 Dixi ad Ulpian. 2. §. 6.

53 Hoc jus commune dicitur. Jure. 24. l. cum pupillus. 78. §. de condit. & demonstr.

54 Non passim tamen. v. §. 8. serf. quod si prohibeatur. §. eod.

55 l. 38. §. eod.

56 Atque ita statuliber impeditus sit. Goth. Ex hoc §. inferunt Gloss. & Bart. quod inventarium intra 30 dies à morte testatoris fieri debeat. Roman. consil. 28. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. caf. 32. n. 8. Ans.

57 A die scientiæ currit mora. v. Bart cons. 230.

58 Adde l. 23. in fin. §. de arbitr.

59 §. 15. J. eod. adde l. 20. §. 5. J. eod.

60 Id est, triuis pensionibus.

61 l. un. §. 3. C. de Latina libertate tollenda.

62 Etiamsi non servierit quinquennio.

63 Imo non fit: nec enim contra defuncti voluntatem libertas est præstanda. l. 31. §. 1. §. ad Trebell.

64 Id est, potest saltem aliquot annis vel mensibus vel diebus servire.

65 §. 13. §. eod.

66 Tres uno utero edi possunt. l. 15. §. de statu hominum. l. 3. §. si pars hereditatis petatur. & plures. l. 36. J. de solutionib.

67 Vide Anton. Fab. 6 conject. 12.

68 Vide l. 17. in princ. §. de manum. test.

69 Adde l. 59. in fin. l. ult. in pr. §. de manum. test.

70 Hæc conditio non modo difficilis, sed pene impossibilis. de qua paulo ante.

71 Flor. autem miles. mille *vulg. Hal.* & male: nam legimus sub hac conditione, *si decem millia heredi dederit*, libertatem relinqui, apud Ulpian. §. 2. §. 4. & facilis ea est conditio, *si mille dederit. Milles* ergo legendum: est enim ea summa ditissimi hominis patrimonium, continens decies centena millia nummorum, vel ex Budæi æstimatione, vicies quinquies centena millia aureorum nummorum, quibus hodie utimur. vide Augusti. 2 emend. 6. in fin. sed ecce juvat ex magni Jurisconsulti observationibus. 21. cap. 29. Cujacii, inquam, hoc addere, Basilica male hunc locum interpretari hoc modo, *si heredi centum myriades nummum dederit*, & pejus Dorotheum, *si chiliadas*. Nam chiliades sunt inferiores myriadibus: & illa, *si centum myriadas*, non est adeo difficilis: quippe cum centum myriades efficiant duntaxat decies centena millia; sicut ducentæ vicies centena millia; & trecentæ in Constitutione Græca Justiniani, de confirmatione Digestorum, triciens centena millia, id est, ut vulgo loquimur, tres milliones: & retro igitur ducentæ, duos milliones; centum vero, unum milliones. At millies efficiunt myria myriadum, sive decem millia myriadum; quæ vulgus his notis exprimit, 100000000; & his verbis, centum milliones. 72 Hæc adjectio nullam libertati conditionem adjicit, sed ipsam tantum libertatem differt in tempus post mortem, quo vivere non possit. Sed cum hac lege duæ rejectiones proponantur (quarum una sit, si *millies dederit*, hoc est, non modo difficilis, sed pene impossibilis: altera in tam longum tempus collata, ut eo tempore manumissus non possit vivere), non abs re fuerit, si hic legerimus, aut M annorum erit, id est, cum mille annorum erit. Nam hac ratione utraque formula habituri sumus conditiones pene impossibiles: unam, si millies heredi dederit, alteram in longissimum tempus protractam, hoc modo, cum mille annorum sit.

73 Atqui hujusmodi conditio pro non scripta habetur. §. 10. *Inst. de hær. inst.* 74 Id est, sub hac conditione, si duobus decem dederit.

que accipere [26] nôluerit: melius eſt dicere poſſe eum eadem quinque alteri offerentem ad libertatem pervenire. §. 4. *Stichus, ſi Titio per triennium ſervierit, vel, Si ille centum operas dederit, liber eſto:* conſtat hoc modo libertatem utiliter dari poſſe. nam & alienus ſervus ſervire nobis poteſt, ſicuti liber [76], & multo magis operas dare. nihil teſtator ſervitutis appellatione dominium magis, quam operam intellexit: ideoque, ſi prohibet heres Titio ſervire, pervenit ad libertatem. §. 5. *Stichus, ſi heredi meo anno ſervierit, liber eſto.* Quærendum eſt, annus quomodo accipi debeat: an qui ex continuis diebus trecentis 77 ſexaginta quinque conſtet; an quibuſlibet [78]? Sed ſuperius [79] magis intelligendum Pomponius ſcribit. Sed etſi quibuſdam diebus aut valetudo, aut alia juſta cauſa, impedimento fuerit, quo minus ſerviat: & hi anno imputandi ſunt. ſervire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes ſervire, propter adverſam valetudinem impediuntur. §. 6. Item ſi *decem heredi dare* juſſus fuerit: heres etiam per partes accipere, favore libertatis cogendus [80] eſt [81].

§. 7. Ita liber eſſe juſſus, *Si Titius Capitolium* [82] *aſcenderit:* ſi Titius nolit aſcendere, impedietur libertas. Idemque juris eſt in ſimilibus cauſis & conditionibus. §. 8. Item Caſſius ait ei, *qui ſervire juſſus eſt anno* [83], illud tempus, quo in fuga ſit vel in controverſia, pro libertate non procedere [84].

De rationibus reddendis. 1. De pecunia danda.

V. POMPONIUS lib. VIII ad Sabinum.

STatuliber *rationem reddere juſſus*, reliquum quod apparet, ſolvit; de eo [85] quod obſcurius [86] eſt, ſatisdare paratus eſt [87]: Neratius & Ariſto recte putant liberum fore, ne multi ad libertatem pervenire non poſſint, incerta [88] cauſa rationis, & genere negotii hujuſmodi. §. 1. Statuliber, qui non rationes reddere, ſed [89] pecuniam juſſus eſt dare: numerare [90] debet, non fidejuſſorem dare.

De pœna capitali. 1. De captivitate. 3. De emptore, cove ad quem alio jure dominium ſtatuliberi tranſiit. 4. De juſſo dare filiofamilias heredi. 5. De emptore ſtatuliberi.

VI. ULPIANUS lib. XXVII ad Sabinum.

SI ſtatuliberæ ſerva pœnæ facta ſit [91], & poſt damnationem ſtatutæ libertatis conditio exſtiterit: quamvis ipſi ſtatuliberæ nihil proficiat, partui tamen proficere oportet: ut perinde liber naſcatur, atque ſi mater damnata non eſſet. §. 1. Quid tamen, ſi qua conceperit in ſervitute, deinde ab hoſtibus capta peperit ibi poſt exiſtentem conditionem: an libertum pariat? Et interim quidem quin ſervus hoſtium ſit, nequaquam dubium eſt. ſed verius eſt, poſtliminio eum liberum fieri: quia, ſi mater in civitate eſſet, liber naſceretur. §. 2. Plane ſi [92] apud hoſtes eum conceperiſſet, & poſt exiſtentem conditionem edidiſſet: benignius dicetur, competere ei poſtliminium, & liberum eum eſſe.

§. 3. Statuliber parendo conditioni in perſona emptoris pervenit ad libertatem. Et ſciendum, hoc ad ſtatuliberos omnis [93] ſexus pertinere. † Non ſolum autem ſi venerit [94] hæc conditio, ad [95] eum tranſit, qui emit: verum etiam ad omnes, quicunque quoquo jure dominium in ſtatulibero nacti ſunt, ſive igitur legatus ſit tibi ab herede ſtatuliber, ſive adjudicatus, ſive uſucaptus a te, ſive traditus, vel aliquo jure tuus factus ſine dubio dicemus, parere conditioni in perſona tua poſſe. † Sed & in heredem emptoris idem dicitur. §. 4. Si filiusfamilias heres ſit inſtitutus, & ſtatuliber filio dare juſſus eſt & liber eſſe: ſive filio, ſive patri dando, pervenit ad libertatem. quia & ad patrem hereditatis emolumentum pervenit. † Sed & ſi poſt mortem filii, patri dederit [96], quaſi heredis heredi: liber erit. Nam & ſi quis extraneo dare juſſus ſit, & liber eſſe, deinde [hic] heredi heres extiterit, non quaſi in extranei perſona, ſed quaſi in heredis, conditioni parebit.

§. 5. Statuliber decem dare juſſus & liber eſſe, ſi quinque datis diſtractus ſit, reſidua [97] quinque emptori dabit. §. 6. Si ſervus tuus ſtatuliberum emerit, tibi datur quod heredibus dare juſſus eſt. ſed & ſi tuo ſervo dederit, ſi modo is eum peculiari nomine emit, neque ei tu peculium ademiſti: puto liberum fore: ſcilicet ut eo [98] modo tibi dediſſe intelligatur, perinde atque ſi tua voluntate cuivis alii tuorum ſervorum dediſſet. §. 7. Si quis non dare decem, [liber eſſe]; ſed *rationibus redditis* [99] liber eſſe juſſus ſit: an ad emptorem hæc conditio tranſeat, videamus. Et alias ſciendum eſt, *eas [100] demum conditiones ad emptorem tranſire, quæ ſunt in dando. cæterum [1], quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt: utputa ſi filium ejus literas edocuerit: hæ enim perſonis eorum [2] cohærent, quibus adſcribantur. † *Rationum* autem *reddendarum conditio*, quod ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia conſiſtit: quo autem ad ipſa volumina rationum tradenda, percontandaſque & examinandas rationes, & [in] diſpungendas [3] atque excutiendas, factum habet. † Numquid ergo, reliqua quidem & emptori dando perveniat ad libertatem: cætera in perſona heredis conſiſtant? Puto igitur, & ad emptorem reliquorum ſolutionem tranſmitti: ſic fiet, ut dividatur conditio: & ita Pomponius libro VIII ex Sabino ſcripſit.

De alienatione uſusfructus.

VII. PAULUS [lib. V ad Sabinum].

USusfructus [4] alienatio conditionem ſtatuliberi ſecum non [5] trahit.

De juſſo dare, non adjecto cui. 1. Si partes ſuas quiſque heredum diverſis ementibus vendiderit.

VIII. POMPONIUS [lib. VIII ad Sabinum].

ITa liber eſſe juſſus, *Si decem dederit, liber eſto:* heredi [6] dare debet. nam * qui non habet cui det [7], heredi dando, ad libertatem pervenit. §. 1. Si partes ſuas quiſque heredum diverſis ementibus vendiderit: quas portiones heredibus dare ſtatuliber debuit [8], eaſdem dabit emptoribus. Labeo autem ait, ſi nomina duntaxat heredum in teſtamento poſita ſint, viriles [9] partes cis dandas: ſi vero ita, *Si heredibus dedit*, hereditarias.

De jure ſtatuliberi. De noxæ deditione. 1. De venditione ſtatuliberi. 2. De noxæ deditione. 3. De additione hereditatis. De uſucapione.

IX. ULPIANUS [lib. XXVIII ad Sabinum].

STatuliberum medio [10] tempore ſervum [11] heredis eſſe, nemo eſt, qui ignorare debeat: ea propter noxæ dedi poterit. ſed deditus ſperare adhuc libertatem poterit: nec enim deditio [12] ſpem illi adimit libertatis. §. 1. Si [13] ſtatuliberum non eadem conditione [14] heres vendat [15]: cauſa ejus immutabilis eſt, & luere ſe ab [16] eo poteſt ſimili modo, ut ab hærede. Si tamen ſuppreſſerit conditionem ſtatuliberi: & ex empto quidem tenetur; graviores autem etiam ſtellionatus crimen important ei, qui ſciens diſſimulata [17] conditione ſtaturæ libertatis, ſimpliciter eum vendiderit. §. 2. Illud tractatum eſt, an liberatio contingat ei, qui noxæ dederit ſtatuliberum? Et Octavenus putabat liberari: & idem dicebat, & ſi ex [18] ſtipulatu Stichum deberet [19], cumque ſtatuliberum ſolviſſet. nam & ſi ante ſolutionem ad libertatem perveniſſet, extingueretur obligatio tota: ea enim in obligatione conſiſtere, quæ pecunia lui præſtarique poſſunt: * libertas autem pecunia lui non poteſt, nec reparari poteſt. quæ ſententia mihi videtur vera. §. 3. Statuliberi conditio ita demum immutabilis eſt, ſi adita hereditas fuerit: cæterum ante [20] aditam hereditatem in propriam uſucapitur ſerviturem, libertatiſque ſpes infringitur: ſed adita poſtea hereditate, ſpes libertatis, favore ſui, redintegrabitur [21].

De venditione ſtatuliberi, & mendacio venditoris.

X. PAULUS lib. V ad Sabinum.

SI decem dare juſſum heres [22] vendiderit & tradiderit; dixeritque adſcriptum libertati, *ſi viginti dediſſet*: ex empto erit actio cum venditore. aut ſi dupla promiſſa eſt, ob evictionem duntaxat duplæ repetitio erit: ex empto ob mendacium [23].

De pecunia ab herede donata ſtatulibero.

XI. POMPONIUS lib. XIV ad Sabinum.

SI heres pecuniam donaſſet ſtatulibero, *ut [24] ſibi eam daret & liber eſſet*: non fieri liberum Ariſto ait. ſed ſi in plenum ei donaſſet, fieri liberum.

XII. JULIANUS lib. VII Digeſtorum.

SI quis teſtamento libertatem acceperit ſub conditione, *ſi rationem dederit*: debet pro [25] hereditaria parte heredibus reliqua ſolvere [26], etiamſi nomina quorundam heredum ſint in conditione poſita.

De conditione ſi heres teſtamento ſuo non manumiſerit. 1. De nummis peculiaribus. 2. De rationibus reddendis a duobus. 3. De jurejurando. 4. De ſervo heredis. 5. De ademptione conditionali.

XIII. IDEM lib. XLIII Digeſtorum.

SI quis ita libertatem dediſſet, *Stichus, ſi cum heres meus teſtamento ſuo non manumiſerit, liber eſto* [27], ſecundum voluntatem defuncti hoc ſignificari videtur: ſi teſtamento ſuo heres non adſcripſerit ei libertatem. quare ſi quidem heres libertatem ſervo teſtamento ſuo dederit, defectus conditione videbitur: ſi non dederit [28], impleta conditione ultimo vitæ tempore heredis ad libertatem perveniet. §. 1. Servus communis liber eſſe juſſus ita, *ſi decem dederit*, ex peculio dare poteſt [quod [29]] quocunque modo adquiſitum habuerit: nec refert, apud heredem id, an apud ſocium fuerit; & heredi [30], an extraneo dare juſſus ſit. nam per omnia cauſæ ſtatuliberi applicantur [31], qui * conditionis implendæ gratia alienare [32] peculiares nummos poteſt. §. 2. Si duo ſervi *rationibus redditis* liberi eſſe juſſi fuerint, & ſeparatim rationes geſſerint: non [33] dubie ſeparatim quoque conditioni parere poterunt. † Sed ſi actus eorum communiter geſtus, ita immixtus fuerit, ut ſeparari [34] non poſſit: neceſſario alter ceſſando alterius libertatem impediet: nec videbitur conditio in alterius perſona impleta, niſi id quod computatione rationum habita reliquum fuerit, aut uterque, aut alter totum ſolverit. §. 3. Qui ita liber eſſe juſſus eſt, *Si juraverit ſe Capitolium aſcenſurum*: conteſtim ut juraverit, quamvis Capitolium non aſcenderit, liber erit [35].

§. 4. Servus heredis, *rem ipſius heredi dare* juſſus & liber eſſe, ad libertatem perveniet: quia poteſt teſtator, & ſine ulla dandi conditione, heredis [36] ſervum manumitti jubere. §. 5. Hæc ſcriptura, *Stichus, cum erit* [37] *annorum triginta, liber eſto: Stichus ſi decem non dederit, liber ne eſto*, hanc vim habet: Stichus ſi decem dederit, & ad annos triginta pervenerit, liber eſto. namque * ademptio libertatis vel legati ſub conditione facta, incipit [38] contrariam conditionem legato vel libertati, quæ prius data erat, injiciſſe.

De mercede pro operis data a ſtatulibero, qui decem dare debebat. 1. De fugæ ſtatuliberi, qui dare operas aut ſervire debebat.

XIV. ALFENUS VARUS lib. IV Digeſtorum.

SErvus, qui teſtamento domini, *cum decem heredi dediſſet*, liber eſſe juſſus erat, heredi mercedem referre pro operis ſuis ſolebat; cum ex mercede heres amplius decem recepiſſet, ſervus liberum eſſe aiebat: de ea re conſulebatur. Reſpondit, non videri liberum eſſe: non [39] enim pro libertate, ſed pro operis eam pecuniam dediſſe. nec magis ob eam rem liberum eſſe, quam ſi fundum a domino conduxiſſet, & pro fructu fundi pecuniam dediſſet. §. 1. Servus *cum [40] heredi annorum ſeptem operas dediſſet*, liber eſſe juſſus erat; is [41] ſervus fugerat, & annum in fuga fecerat [42]: Cum ſeptem anni præteriſſent, reſpondit non eſſe liberum: non enim fugitivum operas domino dediſſe: quare [43] niſi totidem dies, quot abfuiſſet, ſerviſſet, non fore liberum. Sed & ſi ita ſcriptum eſſet, *ut tum liber eſſet, cum ſeptem annis ſerviſſet*: potuiſſe liberum eſſe, ſi tempus fugæ reverſus ſerviſſet.

Si ſtatuliber locupletiorem fecerit hereditatem. 1. Lex venditionis de pecunia ſolvenda a ſtatulibero.

XV. AFRICANUS lib. IX [44] Quæſtionum.

MOrtuo [45] herede, ſi ſtatuliber [46] locupletiorem hereditatem tanta pecunia, quantam dare ſit juſſus, fecerit; veluti creditoribus ſolvendo, cibaria familiæ dando: ſtatim eum ad libertatem eſſe venturum exiſtimavit. §. 1. Heres, cum ſtatuliberum *decem dare* juſſum venderet, conditionem pronunciavit, & traditioni legem dixit, ut ſibi potius, quam emptori, eadem decem darentur. Quærebatur, utri eorum ſtatuliber pecuniam dando, libertatem conſequeretur? Reſpondit, heredi dare debere. † Sed ſi [ta-

---

[71] *V. l. 10 § 1. J. eod.*

[75] Nam ſervire, eſt [omnis] ſervum eſſe, juris.

[77] Annus 365 diebus conſtat, *l. 77. § 2. T. ad leg. Aquil. l. 98. in pr. J. de verb. ſign. & l. 134 eod.* v. Sueton. *in Jul. Cæſare.* c. 40. vid. Forner. ad *l. 98.* Goth. Add. de Alb. Gentil. *tr. de diverſ. temp. appellat. c. 3. & c. 4. in fin.* Anſ.

[78] An qui biſſextus *vulg.*

[79] Id eſt, annus hic accipiendus eſt conſtans 365 diebus continuis.

[80] Atque ita fiet liber. 48 *Eclog. 7. c. 5. in fin.*

[81] Imo non eſt cogendus. *arg. l. 3. §. 5. T. eod. l. 18. J. eod.*

[82] Adde *l. 3. §. 3. T. eod.*

[83] *l. 14. §. 1 l. 39. §. 3. J. eod l. 38. in fin. J. de liber. cauſ.*

[84] 48 *E. leg. c. 5. them. 2.*

[85] *l. 1. §. 11. T. de cell. bon.*

[86] De quo dubitatur.

[87] Obſcuritas rationis non impedit libertatem: ſi ſtatuliber paratus eſt pro his ſatisdare. *l. 34. in fin. J. eod. l. 82. T. de cond. & demonſt. l. 3. §. 11. in fin. T. de cell. l. 1. C. de procur.*

[88] Inſerta cauſa, ratione & genere. *Bal.*

[89] Rationum reddendarum & pecuniæ dandæ conditiones inter ſe differunt: Qui *pecuniam debet*, numerare debet, non fidejuſſorem dare: *Qui rationes reddere*, aliquando impleſſe videtur conditionem, & ſit liber, ſi de eo quod eſt in rationibus obſcurius, aut liquidum minus, paratus ſit fidejuſſorem dare, ne alioquin cohibeatur occaſio perveniendi ad libertatem incerta exiſtente cauſa rationis & genere negotii ejuſmodi, & ut Græci interpretantur, διὰ τὸ ἄδηλον τῶν εἰσόδων γενημάτων ἢ γενόμενα τῆς διοικήσεως αὐτῶν. adde aliam differentiam ex *l. 3. §. 6. T. eod.*

[90] Pecuniam non dat, qui eam non numerat, ſed dat fidejuſſorem.

[91] Hodie nemo ſit pœnæ ſervus. *Novell. 22. c. 8.*

[92] Si hæc apud, *vulg.* vide *l. 9. J. de captivis.*

[93] Id eſt, non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas.

[94] Evenerit. *Haloand.*

[95] *V. l. 8. §. fin. J. eod.*

[96] Vid. *l. 34. in pr. J. eod.*

[97] Adde *l. 32. J. eod.*

[98] Vid. *l. 15. in fin. J. eod.*

[99] Ablativi abſoluti conditionem faciunt.

[100] Conditiones perſonæ cohærentes ad alium non tranſeunt. Perſonæ autem cohærent, quæ in faciendo conſiſtunt, *ut hic.*

[1] Conditionum dandi & faciendi differentia. Illæ ad emptorem tranſeunt, non hæc. [2] *l. un. §. 9. & §. 10. C. de caducis tollendis.* [3] Diſpungere eſt conferre accepta & data. *l. 56. J. de verb. ſign.* [4] Uſusfructus ſolus ſi in ſtatulibero fuerit alienatus, ad emptorem uſusfructus conditio non transfertur. *Græci.* [5] Imo trahere videtur. vide Ulp. 2. §. 3. [6] *l. 22. J. eod.* [7] *d. l. 22. l. 4. §. 6. T. de fideic. libert.* [8] *l. 6. §. 3. T. eod. l. 27. l. 34. in fin. pr. J. eod.* [9] Imo hereditarias. *l. 12. J. eod.* [10] Id eſt, quamdiu pendet conditio. Ulp. 2. §. 2. [11] *l. 11. in pr. T. de legat. 2.*

[12] Notæ dubitio ſpem libertatis ſtatulibero non adimit.

[13] *l. 69. §. 5. T. de evict.*

[14] Sed duriore: puta ne hoc loco ſerviat: aut ne unquam manumittatur. 48 *Eclog. 5. c. 22.*

[15] *V. l. 24 § 21. T. de fideic. lib.*

[16] *V. l. 20. T. de fideic. lib.*

[17] *l. 3. §. 1. J. de ſtellionatu.*

[18] *l. 51. J. de verb. oblig.*

[19] *V. l. 51. J. de verb. oblig.*

[20] *l. 55. in fin. T. de fideic. lib. l. 69. §. 4. T. de evict.*

[21] V. quæ ſcripſi ad *l. 1. C. ſi ſervus exportandus.*

[22] *l. 42. circa fin. T. de act. empt.* adde *l. 46. in fin. l. 69. §. 3. in fin. T. de evict.*

[23] *l. 69. §. 5. T. de evict.* Goth. De mendacii actionibus & pœnis vide Capyc. *deciſ.* 19. *num.* 16. Seraphin. *de privileg. juram. cap. 31. num. 41. & ſeqq.* Marſil. *rubr. C. de fideiuſſ. num.* 383. Anſ.

[24] *l. 39. §. 2. J. eod.*

[25] Cur pro hereditaria parte cuique reliqua ſolvere debet, cum hic nomina heredum ſint aperte expreſſa, & certi juris ſit nominibus propriis expreſſis viriles præſtari. *l. 54. §. ult. l. ſi heredes. 124. T. de legat. 1. l. nonnunquam. 44. T. ad Treb.* Accurſius ſe in gyrum vertit, neque exitum habet. Dicamus: nomina quorundam heredum non ſolutioni reliquorum, ſed conditioni reddendæ rationis adjecta fuiſſe. adde Langebekium, *c. 34 annot.*

[26] Imo, & eo caſu virilis datur. *l. 8. in fin. T. eod.*

[27] Adde *l. 20. § fin J. eod.*

[28] *l. 3. in pr. T. eod. l. 7. in fin. T. de man. teſt. l. 18. in fin. T. de fideic. libert. l. 4. J. qui ſine manum. ad libert.*

[29] *Al.* Id.

[30] *l. 3. §. 1. T. eod.*

[31] *Al.* applicatur. legendum ita videtur: nam per omnia, cauſæ ſtatuliberi applicatur, ut conditionis implendæ gratia alienare peculiares nummos poſſit.

[32] *l. 3. §. 1. in fin. T. eod. l. 23. §. 1. J. eod.*

[33] Id eſt, indubie.

[34] Vel dividi. *l. 13. T. de manu. teſtam. v. l. pen. C. de cond. inſ.*

[35] Cur ita? quia aſcenſio Capitolii in conditione non fuit, ſed juramentum: cum primum juravit, conditioni paruit. at non idem eſt in contrario, *ſi Capitolium aſcenderit, nec juraverit*: tunc enim conditio jurisjurandi remittitur. *l. 12. T. de manum. teſt.*

[36] *V. l. 19 §. fin. T. de fideic. lib.*

[37] Dixi ad Ulp. 1. §. 12.

[38] Quoties legatum ſub conditione adimitur, perinde eſt, ac ſi ſub contraria conditione datum fuiſſet. *l. 10. T. de arg. l. 19. T. de reb. cred.* [39] Non omnis numeratio implet conditionem. [40] *Cum* particula conditionem facit. [41] *V. l. 1. in fin. T. eod.* Fugitivus non ſervit: fugæ tamen ſuæ tempus compenſare poſtea, ſerviendo poteſt. [42] Facere annum in fuga hic dicitur, ut in *l. 11. §. 5. J. ad l. Jul. de adult.* dies in cuſtodia facere. & Græci in *l. 2. C. de intolic.* ποιεῖν ἐν φόλακι ἔτος ἕν. & in inſcriptione quadam: Memoriæ C. F. L. Reduniæ Julianæ, moribus, natalibus, ac paulo priſcis illuſtribuſque fœmiſis comparandæ, quæ vixit annos XIII. cum marito fecit MD. DXX. [43] *l. 39. §. 3. in fin. l. 38. in fin. J. de lib. cauſ.* [44] Vid. Cujac. *9 ad Afric. fol. 133.* [45] Aliud ſi vivo. vide Cujac. *ibid.* [46] Qui verbi gratia juſſus eſt dare decem nummos, & eſſe liber.

si [talem] legem dixisset, *ut extraneo alicui statuliber pecuniam daret?* Respondit, & hoc casu conventionem valere: quia* heredi videtur solvere, qui[46] voluntate ejus alii solvit.

De partu statulibera.

XVI. ULPIANUS lib. IV Regularum.

STatulibera[47] quidquid peperit, hoc servum heredis est.

De decem dandis.

XVII. NERATIUS lib. III Membranarum.

SI *decem heredi* dedisset, jussus est liber esse; decem habet, & tantundem domino debet: dando hæc decem, non liberabitur[48]. nam quod statulibero ex[49] peculio suo dare explendæ conditionis causa concessum est, ita interpretari[50] debemus, ut non etiam ex eo dare possit, quod extra peculium est. Nec me præterit hos nummos *peculiares* posse dici, quamvis, si nihil præterea servus habeat, peculium nullum sit. sed dubitari non oportet, quin hæc mens[51] fuerit [id] constituentium, ut quasi ex patrimonio suo dandi eo nomine servo potestas esset: quia id[52] maxime sine injuria dominorum[53] concedi videbatur. quod si ultra quis progredietur, non multum aberit, quin etiam eos nummos[54], quos domino subripuerit, dando, statuliberum conditioni satisfacturum existimet.

De denis triennio dandis.

XVIII. PAULUS lib. singul. De libertatibus dandis.

SI triennio *dena dare* jussus primo anno viginti obtulerit: non accipiente herede, non statim liber est: quia etsi accepisset heres, nondum[55] liber esset[56].

De conditione, si filius XIV *annum compleverit.*

XIX. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

SI[57] servus liber esse jussus sit, & legatum ei datum, si filius quartumdecimum annum compleverit; & filius ante decesserit: libertas favore competet die veniente, legati autem conditio deficit.

De peculio legato statulibero. 1. De nummis peculiaribus conditionis implendæ causa dandis. 2. De compensatione. 3. De morte ejus, cui conditionis implendæ gratia dandum erat, & de herede prohibente dare. 4. Cui dare possit jussus dare heredi. 5. De operis. De singulis aureis solutis. De jusso ire Capuam. 6. De conditione, si heres non manumiserit.

XX. PAULUS lib. XVI ad Plautium.

SI peculium servo legatum sit, qui jussus est alii *dare decem, & sic liber esse*; & heres eum prohibuerit[58] dare; deinde manumissus peculium petat ex causa legati: an per doli exceptionem, eam summam, quam daturus esset, deducere heres possit, ut ipsi[59] prosit non manumisso, quod ea pecunia data non est: an vero indignus sit heres, qui contra voluntatem defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? Et cum servo nihil[60] absit, & libertas ei competit: invidiosum est heredem fraudari. §. 1. De illo quæritur, si invito herede det, aut nesciente: an faciat nummos accipientis? Et Julianus vere existimat, ex hac causa concessam videri[61] statuliberis alienationem nummorum etiam invito herede, & ideo facere eos accipientis pecuniam. §. 2. Quod si *heredi dare* jussus est *decem*, & eam summam heres debeat servo: si velit servus eam pecuniam compensare[62], erit liber. §. 3. Is, cui servus *pecuniam dare* jussus est, ut liber esset[63], decessit. Sabinus, si decem habuisset parata, liberum fore: quia[64] non staret per eum, quo minus daret. Julianus autem ait, favore libertatis, constituto[65] jure hunc ad libertatem perventurum, etiam si postea habere cœperit decem. † Adeo autem constituto potius jure, quam ex testamento, ad libertatem pervenit: ut si eidem & legatum sit mortuo eo, cui dare jussus est, ad libertatem quidem perveniet, non autem & legatum habiturus est: idque & Julianus putat, ut in hoc cæteris legatariis similis sit. † Diversa causa est ejus, quem heres prohibet conditioni parere: hic enim ex testamento ad libertatem pervenit. * §. 4. Heredi autem jussum dare, *etiam[66] heredis heredi dare posse* Divus Hadrianus rescripsit: &, si hoc sensit testator, etiam in legatario [idem] dicendum est. §. 5. * Quædam conditiones natura sui nec possunt eodem tempore impleri, sed necessariam habent temporis[67] divisionem: velut cum *decem operarum*[68] jussus est dare; quia* operæ per singulos[69] dies dantur. igitur etsi singulos aureos det statuliber, potest dici[70], eum implesse conditionem. † Alia causa est operarum: quia hæ necessario singulæ edendæ sunt. Sed & si heres accipere noluerit, non statim liber erit, sed cum tempus transierit, per quod operarum quantitas consumatur. † Idem dicendum est, si *jussum Capuam*[71] *ire, & liberum esse*, heres prohibeat ire: tunc enim erit liber, cum pervenire Capuam potuisset. * Inesse[72] enim videtur tempus tam operarum præstationi, quam itineri. §. 6. Si ita quis acceperit libertatem, *Stichus, si heres eum non manumiserit, liber esto*: poterit ab herede manumitti. non[73] contra voluntatem testatoris adimitur ei libertus[74]. sed[75] non tam continuum tempus exigendum est, ut præcipitari cogatur heres, vel ex peregrinatione celerius reverti ad manumittendum, vel administrationem rerum necessariarum intermittere: nec rursus tam longum, ut, quamdiu vivat, protrahatur manumissio: sed modicum[76], quo primum possit sine magno incommodo suo heres manumittere. quod si tempus[77] adjectum fuerit[78], illud spectabitur.

De conditione, si rationes diligenter tractasse videbitur. *de jusso dare, non adjecto cui. 1. De verbis,* cui eorum voles, rogo restituas.

XXI. POMPONIUS lib. VII ex Plautio.

LAbeo libro posteriorum ita refert: *Galenus dispensator meus, si rationes[79] diligenter tractasse videbitur, liber esto, suaque omnia, & centum habeto*: diligentiam[80] desiderare eam debemus, quæ domino, non quæ servo fuerit utilis. erit autem ei diligentiæ conjuncta fides bona, non solum in rationibus ordinandis, sed etiam[81] in reliquo reddendo. Et quod ita scriptum est, *Videbitur*: pro hoc accipi debet, Videri poterit: sic & verba Legis XII Tabularum veteres interpretati sunt, *Si aqua pluvia nocet*, id est, [si] nocere poterit. Et si quæreretur, cui eam diligentiam probari oporteat: heredum[82] arbitratum viri boni more agentium sequi debebimus. veluti si [is, qui] certam pecuniam dedisset, liber esse jussus est, non adscripto eo[83], cui: si dedisset[84], eo modo poterit liber esse, quo posset, si ita fuisset scriptum, *Si heredi dedisset.*

§. 1. Pactumejus Clemens aiebat: Si ita sit fideicommissum relictum, *Cui eorum voles, rogo restituas*, * si nullum elegisset, cui restitueret[85]: omnibus deberi, Imperatorem Antoninum constituisse.

De jusso dare, non adjecto cui. Si quidam ex heredibus, quibus dari debet, nominati sint. 2. Si heredibus nominatis extraneus vel extranei jungantur.

XXII. PAULUS lib. III ad Vitellium.

QUi *pecuniam dare* jussus est, nisi adjectum sit, cui det[86], heredibus[87] dare[88] debet pro partibus hereditariis: pro ea enim parte quisque accipere debet, pro qua dominus est. §. 1. Si quidam ex heredibus, [quibus] dare debeat[89], nominati sint: dabit his pro hereditariis[90] portionibus. §. 2. Si heredibus nominatis etiam extraneus junctus sit: extraneo virilis, cæteris hereditariæ dari debent. Et si non solum Titium, sed etiam alios adjecisset: hos virilem partem habituros, coheredes autem hereditarias, Julianus scribit.

De dando intra quinquennium. *1. Si per heredem stet, quominus rationes reddantur.*

XXIII. CELSUS [lib. XX*II* Digestorum].

SI[91] *intra quinquennium Stichus centum dederit, liber esto*: nec Titio, vel heredi, vel emptori post quinquennium dabit. §. 1. Si rationes reddidisset, liberum esse jussum, non patitur heres, rebus[92] peculiaribus venditis, reliqua solvere: perinde liber est, quasi conditioni paruerit.

De promissione.

XXIV. MARCELLUS lib. XVI Digestorum.

STichus, *si heredi meo decem promiserit, vel operas daturum se juraverit, liber esto*: potest[93] expleri conditio, si promiserit. nam spopondisse aliqua significatione dici potest, etiam[94] si non sit secuta obligatio.

De venditione statuliberi.

XXV. MODESTINUS lib. IX Differentiarum.

STatuliberos[95] venum dari[96] posse, Leges XII Tabularum putaverunt. duris[97] autem conditionibus in venditione minime onerandi sunt: veluti *ne intra loca serviant*[98], *neve unquam manumittantur.*

De rationibus reddendis.

XXVI. IDEM lib. IX Regularum.

LIbertate servo sub conditione *rationis reddita* testamento data, heres non solum scriptam rationem exigit, verumetiam[99] quæ sine scriptura ab eo administrata est. §. 1. Servus jussus *reddita ratione ad libertatem pervenire*, licet[100] nullam administraverit rationem, nihilominus erit liber.

Si is, cui dare jussus est, redemerit statuliberum, eumque vendiderit.

XXVII. IDEM lib. I Pandectarum.

SI is, cui dare jussus est, redemerit statuliberum, eumque rursus alii vendiderit: novissimo[1] emptori dabit. jam enim cum apud eum, cui dare jussus est, dominium quoque servi pervenit, si eum alienet, conditionem quoque ab eo ad emptorem transire, Juliano placuit.

De rationibus intra triginta dies à morte testatoris reddendis, & hereditate post XXX *dies adita. 1. De eo, quod statuliber comparavit.*

XXVIII. JAVOLENUS lib. VI ex Cassio.

SI hereditas ejus, qui servum intra dies triginta mortis suæ, *si rationes reddidisset*, liberum esse jusserat, post dies triginta adita est, jure quidem stricto ita manumissus liber esse non potest, quoniam conditione deficitur: sed[2] favor libertatis eo rem perduxit, ut respondeatur, * expletam conditionem[3], si per eum, cui data esset, non staret, quominus expleretur. §. 1. Statuliber, antequam conditio libertatis obtigerit, si quid comparasset, peculio legato non cessurum, in *libris Gaii Cassii* scriptum est; nisi id legatum in tempus libertatis collatum esset: videamus, ne, cum peculium & accessionem & decessionem habeat, augmentum[4] quoque ejus peculii, si modo ab herede ei ablatum non sit, legato cessurum sit? Et magis hoc jure utimur.

Collatio statuliberi & servi. 1. De jusso dare heredi, & de controversia hereditatis.

XXIX. POMPONIUS [lib. XVIII ad Quintum Mucium].

STatuliberi à[5] cæteris servis nostris nihilo pene differunt. Et ideo quod[6] ad actiones, vel ex *delicto* venientes, vel ex negotio gesto, [vel] contractu pertinet: ejusdem conditionis sunt statuliberi, cujus cæteri. Et ideo in publicis[7] quoque judiciis easdem pœnas patiuntur, quas cæteri servi[8]. §. 1. Quintus Mucius scribit: Paterfamilias in testamento scripserat, *si Andronicus servus meus heredi meo dederit decem*[9], *liber esto*: deinde de his bonis cœperat controversia esse; qui se Lege[10] heredem aiebat esse, is eam hereditatem ad se pertinere dicebat, alter, qui hereditatem possidebat, aiebat testamento se heredem esse; secundum eum sententia dicta erat, qui testamento[11] aiebat se heredem esse: deinde Andronicus quærebat, si[12] ipsi viginti dedisset, quoniam secundum eum sententia dicta est, futurusne esset liber; an nihil videatur sententia, qua vicit, ad eam rem valere. quapropter si viginti heredi scripto dedisset, & res contra possessorem judicata esset: illum in servitute fore. Labeo hoc, quod Quintus Mucius scribit, ita putat verum esse: si revera Lege ab intestato heres fuit is, qui vicit. nam si injuria judicis victus esset scriptus verus heres ex testamento: nihilominus eum paruisse conditioni, ei dando, & liberum fore. Sed verissimum est, quod [&] Aristo Celso rescripsit, * posse dari pecuniam heredi[13] ab intestato, secundum quem sententia dicta est. quoniam Lex[14] XII tabularum emptionis[15] verbo omnem alienationem complexa videretur, non interesset, quo genere quisque dominus ejus fieret. & ideo hunc quoque ea lege contineri, secundum quem sententia dicta est: & liberum futurum eum, qui ei dedisset pecuniam: hunc autem, id est, possessorem hereditatis, cui data esset summa[16], si victus esset hereditatis

46 *l. 6. §. 6. ff. eod.* adde *l. 12. l. 49. ff. de sol.*
47 *l. 26. §. 5. ff. de fideic. libert. l. 3. C. de fideic. libert.*
48 Imo liber erit. v. *l. 40. §. 1. ff. eod.*
49 Statuliber conditionem dandi implere potest, dando ex peculio quod habuit apud dominum, non apud alium. vide quæ scripsi ad hanc legem, *l. 3. §. 2. ff. eod.*
50 Interpretationes legum sine cujusquam injuria sumendæ.
51 Id est, conjectura quædam tacita est eam domini voluntatem fuisse: ut etiam ex peculio suo decem daret, libertatis consequendæ causa.
52 Ut det ex suo peculio.
53 Id est, citra damnum voluntatis dominorum. *l. 35. ff. eod.*
54 *l. 3. §. 9. ff. eod.*
55 Imo statim liber est: cogitur enim heres per partes accipere. *l. 4. §. 6. ff. eod.*
56 Cur? quia nondum conditionem implevit. *Goth.* Adde *l. si ita fuerit. ff. de manumiss. testam.* Jason ad *l. si filiusfamil. num. 1. ff. si cert. pet.* Ans.
57 V. *l. 23. §. penult. ff. de fideic. libert.* adde *l. 16. ff. de manum.*
58 Causa dubitandi in eo consistit. *l. 3. in princ. ff. eod. l. ult. circa fin. C. de conditionib. inser.*
59 Ut eos lucretur heres potius, quam servus manumissus.
60 Nullo damno sit affectus.
61 Imo aliud est. *l. 110. ff. de condit. & demonstr.*
62 Compensationem heredi objicere potest statuliber.
63 *l. 39. §. 4. ff. eod.*
64 Lex supplet conditionem, & eam habet interdum pro impleta. *l. 3. in princ. §. 2. vers. cum igitur. l. 4. §. 3. ff. eod. l. 21. l. 40. §. 7. ff. eod. l. 41. §. 12. ff. de fideic. lib.*
65 Id est, speciali. vide *l. 1. in fin. ff. rer. amot.*
66 Vid. *l. 34. in pr. ff. eod.*
67 Id est, ut per tempora impleantur. *Goth.* Adde *l. si ita fuerit. ff. de manumiss. testam.* Ant. Fab. hunc §. negative legi vult. *tr. de re nummar. c. 7. n. 43.* Ans.
68 Id est, decem operas.
69 *l. 1. ff. de oper. libert.*
70 V. *l. 41. in fi. ff. de manum. test.*
71 *l. 3. §. 3. ff. eod.*
72 *l. 34. §. 1. ff. eod.*
73 Non enim contra. *Hal.* adde *l. 13. in pr. ff. eod.*
74 Libertas. *Haloand.*
75 Præcipitandus non est, qui quid etiam favorabile facere jussus est: moderatum enim spatium ei concedendum est.
76 Temperamentum fit optimum ex duobus contrariis. *l. 2. in fin. ff. si quis caut. l. 35. ff. de negot. l. 6. ff. de interrogat. l. 5. in fin. l. 41. l. 137. in pr. & §. 2. §. 4. ff. de verb. obl. l. 13. l. 105. ff. de solution. l. 12. §. 2. ff. ratam rem hab.* 77 Certum. 78 Libertati. 79 *l. 8. ff. de manumiss. test.* 80 *l. 40. §. 4. ff. eod.* 81 Redditione rationum continentur reliqua. *Goth.* Adde Pap. *ad consuetud. Borbon.* §. 316. Bart. ad *l. 2. ff. de manumiss. testam.* Rot. Gen. *decis. 91. num. 2. l. 31. ff. eod.* Ans.
82 V. *l. 8. ff. eod.*
83 *l. 22. in pr. ff. eod.*
84 Ita quoque legit Haloander. *dedisset*, & §. 1. *pactum ejus*. Pithœus 2 *not. subsec. fol. 28.*
85 V. *l. 24. vers. idem. ff. de leg. 2.*
86 *l. 8. in princ. l. 21. ff. eod. l. 44. §. 6. ff. de fideicom. libert.*
87 Heredi dare jussus videtur, qui testamento dare indefinite jussus est.
88 Videtur obstare *lex 4. in fin. ff. si usufr. pet.*
89 Statuliber.
90 Non singulis ex æquo.
91 *l. 41. §. 12. ff. de fideicom. libert.* Goth. Adde *l. 85. ff. de solut.* Ans.
92 V. *l. 13. §. 4. ff. eod.*
93 Id est, sufficit, si promittat, etiam si non consistat obligatio.
94 Vid. *l. ult. in pr. ff. de lib. causa.*
95 Statuliberum heres vendere potest salva libertatis causa. *l. 35. ff. eod. l. 45. in fin. ff. de fideic. libert.*
96 Legari *l. 45. in fin. ff. de fideicom. lib.* pignorari *l. 13. §. 1. ff. de pignorib.* cum sua tamen causa, *d. l. 45.* ut existente conditione evanescat pignus, *d. §. 1.* & servum interim pariat. *l. 16. ff. eod.*
97 V. *l. 33. ff. eod.*
98 48 *Eclog. 5. c. 22.*
99 Rationum appellatione continentur etiam gesta & administrata sine scriptura. *Goth.* Vide Sarmient. *lib. 2 select. cap. 1.* Ans.
100 *l. 41. §. 16. ff. de fideic. libert.*
1 V. *l. 8. §. fin. ff. eod.*
2 Differentia stricti juris & favoris.
3 Vid. *l. 3. §. 10. l. 20. §. 3. ff. eod.*
4 V. *l. 8. §. 8. ff. de peculio leg.*
5 *l. 45. §. fin. ff. de fideic. libert.*
6 Statuliberi à servis nihil pene differunt, sive actiones ex delicto, sive ex negotio, vel ex contractu, sive pœnas spectemus. *Goth.* Vide Leon. *emend. lib. 7. cap. 13.* Ans.
7 Cujac. 1 *observat. 37.* legendum putat *sed non in publicis*. à quo dissentit Robert. 1 *animad. 1.* Goth. Adde Revard. *variar. lib. 2. cap. 11.* Accurs. & Alberic. *hic.* Hippolit. de Marsil. *in l. edictum. §. statuliber. ff. de quæstion.* Ans.
8 Aliud in privatis judiciis: eoque refertur *l. 14. ff. de quæst. l. 9. §. fin. ff. de pœnis.*
9 Cujac. 12 *observ. 7.* notat hic male legi X pro XX. *Goth.* Vide Sarmient. *lib. 3. c. 1.* Fab. de monete, *de empt. part. 2. qu. 1. n. 1.* Decian. *prax. criminal. lib. 5. cap. 82. num. 6.* Ans.
10 Id est, legitimum, & ab intestato. *l. 1. l. 2. ff. de hered. petit.*
11 *Qui Lege aiebat*, &c. Cujac. 1 *obs. 7.* à quo dissentit Robert. 1 *animad. 7.* alius legit, *qui ab intestato.*
12 Si decem heredi scripto dedisset. *Hal.*
13 Dixi ad Ulpian. 2. §. 4.
14 Statuliber potest implere conditionem libertatis in persona emptoris dando emptori decem, quod est ex XII Tabulis, *ut hic.* Ulpian. *in fragment. in tit. de statulib.* 15 Emptionis verbo in Lege XII Tabularum omnis alienatio intelligitur. vide quæ notavi ad *l. 9. ff. de act. empt. l. 23. §. 1. ff. de liberali causa.* 16 Vide *l. 13. §. 6. ff. de pet. hered.*

reditatis petitione, cum cæteris eam [16] quoque pecuniam victori reſtituere debere.

De conditione, ſi heres non allenaverit.

XXX. IDEM [lib. VII ex Variis Lectionibus].

SI ita liber eſſe juſſus ſit: *Stichus, ſi eum heres non alienaverit, liber eſto*: etiamſi ſtatuliber eſt, alienari [17] tamen poterit.

De legato ſub conditione rationum editarum. 1. *De eo, qui* cum rationes dederit, cum contubernali ſua liber eſſe juſſus eſt.

XXXI. GAIUS [lib. XIII ad Leg. Juliam & Papiam].

SI ſervo ſub conditione [18] *rationum editarum* legatum ſit: per eam conditionem eum juſſum eſſe legatum accipere, ut pecuniam [19] reliquorum reddat, non dubitatur. §. 1. Et ideo [cum] quæſitum eſt, *Stichus, cum rationes dederit, cum contubernali ſua liber eſto*: an mortuo Sticho ante conditionem, contubernalis ejus libera eſſe poſſit? Julianus dixit, quæſtionem eſſe in hac ſpecie, quæ & in legatis agitatur, *Illi cum illo do*, an, altero deficiente alter ad legatum admittatur: quod magis ſibi placere; perinde [20], ac ſi ita ſcriptum eſſet, *Illi & illi*. † Aliam etiam eſſe quæſtionem, an contubernali quoque conditio juncta ſit? quod magis eſſe [21]. Itaque ſi [22] nulla reliqua Stichus habuerit, ſtatim eam liberam eſſe: ſi habuerit reliqua, debere eum [23] numerare pecuniam: nec tamen liciturum ex ſuo peculio dare: quia id illis permiſſum ſit, qui principaliter pro ſua libertate pecuniam dare jubentur.

Si heredibus dare juſſus, ab altero illorum venierit.

XXXII. LICINNIUS RUFINIUS [lib. I Regularum].

SI duobus heredibus inſtitutis, ſervus liber eſſe juſſus ſit, ſi decem heredibus dederit [24]: ab altero ex heredibus venierit, & traditus fuerit? pro parte [25], alteri ex heredibus, à quo non venierit, dando pecuniam liber erit.

De jure ſtatuliberi.

XXXIII. PAPINIANUS [lib. II Quæſtionum].

STatuliberorum jura per heredem [26] fieri non poſſunt duriora.

An heredi heredis dari debeat. 1. De rationibus reddendis.

XXXIV. IDEM [lib. XXI Quæſtionum].

SErvus, ſi heredi decem dederit, liber eſſe juſſus eſt; ſtatuliberum heres eum manumiſit, ac poſtea defunctus eſt: heredis heredi pecunia danda non eſt. * quod enim placuit [27], heredis heredi dari oportere, tunc memineris locum habere, cum prior heres dominus acceſſurus pecuniam fuit: quæ cauſa facit ambulatoriam (ut ita dixerim) conditionem. * duæ ſunt enim cauſæ, per quas in ptimi heredis perſona conditio impletur: domiſiii fatio, item perſonæ demonſtratio: prior cauſa tranſit [28] in omnem ſucceſſorem, ad quem pervenerit ſtatuliber per dominii tranſlati continuationem; ſequens perſonæ duntaxat ejus, qui demonſtratus eſt, adhæret. §. 1. Imperator Antoninus reſcripſit, *juſſum rationes reddere & liberum eſſe*, ſi heres cauſabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. Quod reſcriptum ita accipi debet, ut ſi reliqua non trahat, liber ſit; quod ſi trahat, ita demum, ſi obtulit eam quantitatem, quæ refundi debuit ex fide veritatis: non enim libertati [29] ſufficit heredem [30] in mora fuiſſe, ſi non id fiat [31] per ſtatuliberum, quod, remota mora, libertati aditum daret. Quid enim, ſi ita manumiſſum, *Dama, ſi in Hiſpaniam proſectus anno proximo fructus coëgerit, liber eſto*, Romæ retineat heres, neque proficiſci patiatur? nunquid dicturi ſumus, ſtatim ante fructus coactos liberum fore? Nam & cum Romæ ſtipulatio concipitur ita, *Centum in Hiſpania dare ſpondes?* ineſſe [32] tempus ſtipulationi, quo poſſit in Hiſpaniam pervenire, nec ante jure agi placuit. † Sed ſi heres, acceptis rationibus & reliquis computatis, donare ſe eas ſtatulibero non habenti, quod inferat, proſcribat, aut etiam literis ad eum miſſis palam faciat [33]: conditio libertatis impleta videbitur. † Quid ergo, ſi neget, ſe reliqua [34] traxiſſe, atque ideo, quia per heredem ſtererit, ut accipiat rationes, liberum factum [35]; heres autem, neque ſe feciſſe moram, & reliqua debere ſtatuliberum, contendat? Apud eum, qui de libertate cognoſcat, an conditio ſit impleta, conſtabit: cujus officio continebitur, de mora conſiderare; nec minus computare rationes; & ſi reliqua trahi compererit, non eſſe liberum, pronunciare. † Sed ſi nunquam negavit reliqua debere, cum autem conveniret heredem, [&] rationes offerre profeſſus [ſit], refuſurum quidquid in reliquis eſſe conſtiterit, & ejus pecuniæ reum [36] numerare paratum idoneum obtulit, & heres in mora fuit: ſententia pro libertate dicetur.

Si venditor ſtatuliberi peculium retinuerit.

XXXV. IDEM lib. IX Reſponſorum.

NOn videtur per ſtatuliberum [37] [non [38]] ſtare, quominus conditio libertatis exiſtat, ſi de peculio [39], quod apud [40] venditorem [41] ſervus habuit, pecuniam conditionis offerre non poſſit: ad [42] alienum enim peculium voluntas [43] defuncti porrigi non potuit. † Idem erit, & ſi cum peculio ſervus venierit, & venditor fide [44] rupta peculium retinuerit: quamquam enim ex empto ſit actio, tamen [45] apud emptorem peculium ſervus non habuit.

De ſervo cum libertate ſubſtituto.

XXXVI. IDEM lib. II Definitionum.

IN * tabulis [46] ſecundis filio ſervum data libertate ſubſtitutum, jure ſtatuliberi prudentes munierunt: quod utilitas recipit; ſc. ut cum ſua cauſa alienaretur, ne patris teſtamentum puer filius reſcindat. † Quæ juris auctoritas [47], citra dilectum [48] ordinis, ad ſecundum quoque vel tertium ſubſtitutum porrecta eſt.

De legato, ut manumittatur: & niſi manumittatur, liber ſit.

XXXVII. GAIUS libro ſingulari de Caſibus.

SI ita ſcriptum ſit, *Stichum Titio do, ut eum manumittat; Si non manumiſerit* [49], *liber eſto*: ſtatim Stichum liberum eſſe.

De heredi impediente conditionem impleri.

XXXVIII. PAULUS [lib. I ad Neratium].

NOn omne ab heredis perſona interveniens impedimentum ſtatulibero pro [50] expleta conditione cedit: ſed [51] id duntaxat, quod impediendæ libertatis factum eſt.

De ſtatulibero legato. 1. De conditione, quando ſolutum ſatisfactumve erit. 2. De pecunia, quam heres ſtatulibero ad negotiandum dedit. 3. De operis annorum ſeptem ſolvendis. 4. De morte ejus, cui dari debebat. 5. An extraneus pro ſervo dare poſſit.

XXXIX. JAVOLENUS [lib. IV ex Poſterioribus Labeonis].

STichum *Attio do, lego*: *& ſi is ei nummos centum dederit, liber eſto*: ſi ſervus ex teſtamento nummos Attio [52] dediſſet, eos repetere heredem non poſſe, Labeo exiſtimat: quia Attius eos à [53] ſervo ſuo acceperit, non ab heredis ſervo. Eum autem ſtatuliberum eſſe, Quintus Mucius Gallus, & ipſe Labeo putant: Servius, Ofilius, non [54] eſſe. Superiorem [55] ſententiam probo: ita tamen, ut is ſervus heredis, non legatarii ſit; utpote cum legatum ſtatuliberitate [56] tollatur. §. 1. *Stichus liber eſto, quando ei alienum meum ſolutum, creditoribuſve meis ſatisfactum erit* quamvis heres locuples extitiſſet [57], tamen non prius Stichum liberum futurum, quam creditores pecuniam, aut ſatis accepiſſent, aliove quo modo ſibi caviſſent, Labeo, Ofilius, reſponderunt. §. 2. Si heres ſervo pecuniam ad [58] negotiandum dediſſet: ſtatuliberum eam ipſam numerando liberari ex teſtamento non poſſe, Labeo, Trebatius, reſponderunt: quia [59] reddere [60] eam magis, quam dare videretur. ego puto, ſi peculiares nummi fuerunt, ex teſtamento eum liberum futurum. §. 3. *Dama ſervus, cum heredi meo annorum [ſeptem] operas ſolveret, liber eſto*: & is ſervus intra ſeptem annos [61] in judicio publico eſſet, ſeptimus annus præteriiſſet: Servius ait eum non liberari debere; Labeo, etſi [62] poſtea ſolviſſet annorum ſeptem operas, liberum futurum; quod verum eſt. §. 4. *Si Stichus Attiæ mille nummos dederit, liber eſto*; Attia vivo teſtatore [63] deceſſit: non poſſe Stichum liberum eſſe Labeo, Ofilius, reſponderunt; Trebatius, ſi ante teſtamentum factum Attia deceſſiſſet, idem ſi poſtea, eum liberum futurum. Labeonis & Ofilii ſententia rationem quidem habet: ſed hoc jure utimur, ut is ſervus ex teſtamento liber ſit. §. 5. Si ſervus operas extraneo dare juſſus eſſet: nullus [64] nomine ſervi ſuas operas dando, liberare ſervum poteſt [65]. quod in pecunia aliter obſervatur: utpote cum extraneus, pro eo ſervo dando pecuniam, ſervum liberaret.

De rationibus reddendis. 1. De peculio heredi vere dando. 2. De morte ejus, cui dari debebat. De rationibus reddendis.

XL. SCÆVOLA lib. XXIV Digeſtorum.

STicho libertas data eſt, *Ab heredibus meis peto, fideique eorum committo, ut rationibus redditis Stichum manumittant.* Quæſitum eſt, cum ampla pecunia exacta poſt mortem teſtatoris ſibi commiſſa reliquetur, & quaſdam ſummas à colonis [66] exactis [67] rationibus non intulerit, hereditatemque [68] ſpoliaverit, apertis clam horreis, ſublatiſque ſupellectili & veſte, & apothecis exhauſtis: an non prius ei fideicommiſſa libertas debeatur, quam ea, quæ mala ratione reliquatus eſt, quæ furatus eſt, repoſuerit? Reſpondit, non [69] prius [70] ei fideicommiſſam libertatem præſtandam, quam & reliqua, & omnia, quæ per eum abeſſent, reſtituiſſet.

§. 1. *Pamphilus liber eſto, peculio ſuo heredibus vere dato.* Quæſitum eſt, cum plus domino debeat, quam in peculio habeat: & omnes res, quas in peculio habebat, bona fide heredibus dederat: an libertas ex teſtamento competat? Reſpondit nihil proponi, cur non competeret [71]. §. 2. Pamphilo liberto, quem heredem ex parte inſtituerat, Stichum ſervum prælegaverat, & ei libertatem his verbis dederat, *Ita ut ſi tibi ex die mortis meæ per annos continuos quinque, menſtruos ſexagenos dederit, tunc eum manumittas*: Pamphilus ante quinquennium moriens heredibus inſtitutis filio & uxore, de eodem Sticho ita cavit, *Stichus ſervus, qui mihi teſtamento patrem mei certa conditione relictus eſt, jubeo der, præſtet, filio & uxori meæ ſine* [72] *ulla controverſia; & eum tempore peracto manumittant.* Quæſitum eſt, [ſi] Stichus ſexagenos nummos menſtruos non præſtiterit, an impleto quinquennio fideicommiſſa libertas ei debeatur? Reſpondit, niſi [73] præſtitiſſet, fideicommiſſam libertatem non deberi. §. 3. Servus teſtamento ita manumiſſus eſt, *Stichus ſervus meus actor, ſi rationem* [74] *omnem actus ſui heredi meo reddiderit, eoque nomine ſatisfecerit, liber eſto: eique cum liber erit, dari volo viginti, & peculium ſuum.* Quæſitum eſt, an ſi rationes, quas egit per multos annos ſine [75] ſubſcriptione [76] teſtatoris, heredi reddere paratus ſit, liber ex teſtamento fiat: cum propter gravem valetudinem teſtator non potuerit rationibus ſubſcribere, teſtamento tamen ſubſcripſerit? Reſpondit: ſi ex fide [77] ratio redderetur, reliquaque inferantur, liberum fore. §. 4. Item quæro, an ea, quæ exacta ſunt, per adjutores [78] ejus, neque calendario [79] illata ſunt, aut fraudulenter acta, huic [80] adſcribi poſſint: cum eſſet is præpoſitus? Reſpondit, ſi id eſſet [81], quod culpæ ejus deberet imputari, ſpectare ad rationis reddendæ neceſſitatem.

§. 5. Item quæro, an eorum quoque nomine ratio haberi debeat, quod neque à conductoribus prædiorum neque à villicis penſiones exegerit, & inſuper etiam promutuum [82] eis dederit? Reſpondit, ſupra reſponſum eſt [83]. §. 6. Item quæro, an eo nomine teneatur, quod omnem rem ſuam, id eſt, peculium, exportaverit, antequam rationes redderet? Reſpondit, nihil eam rem impedire conditionem, ſi modo ratio redderetur.

§. 7. Titius teſtamento ſervos actoris ſingulos diverſis perſonis legavit, cum adjectione, *ſi rationes heredi reddiderint*: deinde proprio capite ita ſcripſit, *Omnes actores, quos legavi; vel manumiſero, intra quartum menſem mortis meæ rationes reddere volo, & dominis, quibus à me legati ſint, reddi*: [infra] deinde alios actores liberos eſſe juſſit æque cum hac adjectione, *ſi rationes heredi reddiderint.* Quæro, cum per heredem fiat, quo minus reddantur: utrum ſtatuliberi eſſe

---

16 Alias *dum*, vel *dum* ἀναγκ. pro *eam*. ut *l.* 83. *ff. de acquir. her.* Cujac. 2 *obſerv.* & *ad l.* 21. *ff. de ſtipulat.* & 3 *obſ.* 18.

17 Imo, alienari non poteſt. *l.* 13. *C. de reſt. manum.*

18 *V. l.* 81. *circa pr. ff. de cond. & demonſtr.*

19 Rationes reddere illius, & ab his redditis legatum accipere, cum primum pecuniam reliquorum reddiderit, legatum accipere poterit. *l.* 89. *in fin. ff. de verbor. ſignific.*

20 Hinc colligere poſſumus, vocem *tum* non facere conditionem. vide *l.* 13. §. 3. *ff. de manum. teſt.*

21 Dicendum eſt ſcil.

22 Rationum reddendarum conditione libertati præpoſita, pure relicta libertas videtur ſervo, qui nulla reliqua habuit: ſi pariator reliquator non apparuerit. *l. Julianus* 81. *ff. de cond. & demonſtr. l.* 4. *C. de manumiſſ. teſt.*

23 *Al.* eam.

24 Et ab altero. *Hal.*

25 Et alia parte emptori. *l.* 6. §. 3. *ff. eod.*

26 *l.* 25. *ff. eod. l.* 13. *C. de teſtam. manumiſſ.* dixi ad Ulpian. 2. §. 3.

27 *l.* 6. §. 4. *verſ. ſed & ſi. l.* 20. §. 4. *ff. eod.*

28 *V. l.* 8. § *fin. ff. eod.*

29 Id eſt, ad libertatem obtinendam.

30 Adde *l.* 40 §. *pen. ff. eod.*

31 Id eſt, ſi non obſervaverimus reliqua.

32 *l.* 20. §. *pen. in fin. ff. eod.* adde *l.* 137. *ff. de verb. obl.*

33 *V. l.* 45. *ff. de cond. & demonſtr.*

34 Reliqua ſunt, quæ rationibus ſubductis debita remanent: reliquari is dicitur, apud quem remanent pecuniæ ſubductis rationibus. Reliqua habere, idem quod reliquari.

35 Se contendit ſcil.

36 *V. l.* 5. *ff. eod.*

37 Cui directa libertas data erat ſub conditione, ſi heredi decem dediſſet. *Goth.* Vid. Cujac. *obſ. lib.* 8. *cap.* 7. Bodin. *de republ. lib.* 5. *c.* 6. Anſ.

38 Hæc particula *Non*, non eſt apud *Haloand.* Eſt tamen hic recte. Id enim ſignificatur, per ſtatuliberum ipſum ſtare, quominus conditio impleatur.

39 *l.* 3. § 8. *ff. eod.*

40 Quid, ſi apud teſtatorem peculium habuit? *v. l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 41 Statuliberum heres poteſt vendere etiam ſine peculio. *l.* 25. *ff. eod.* 42 Statuliber conditionem dandi ex alieno peculio implere non poteſt: poteſt quidem ex peculio, quod apud teſtatorem habuit, *l.* 17. *ff. eod. l.* 12. §. 11. *ff. de captivis & poſtlim.* at non ex eo, quod apud heredem, eundemque venditorem. Proinde cum ſervus ex eo peculio decem dare non poſſit, per heredem ſtare non videbitur quominus decem det: quia tametſi dare non poſſit ex peculio, quod habuit apud heredem, poteſt aliunde pecuniam corradere, & eam heredi teſtatoris dare. 43 Sententia vulgo recepta, ut ſtatuliber de peculio, quod apud teſtatorem poſſit dare, & conditionem implere, ducta eſt ex voluntate defuncti tacita. *l.* 17. *ff. eod.* 44 Fidem rumpit, qui ſtatuliberum cum peculio vendit, nec peculium tradit: fides autem hæc rupta vindicatur per actionem bonæ fidei. *l. penult. C. de dolo.*

45 Minus eſt habere actionem, quam rem. vide *l.* 204. *ff. de regul. jur.* 46 *l.* 2. §. *ult. in fin. ff. eod.* vide *l.* 54. 3. *de hered. inſt.* 47 Definitio. 48 Ita legitur in *l.* 3. *ff. ad l. Jul. Majeſt. l.* 4. §. 10. *ff. de re mil.* non *dilectum*, ut legit Haloand. & hanc lectionem Feſtus confirmat. Dilectus, inquit, militum, & is, qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt. & ita non temere recedendum eſt à Pandectarum Florentinarum ſcriptura, quarum editio felix juris ſtudioſos docuit, docuitque multa, Bart. ſimiliumque interpretum traditiones adfixit maxima ex parte. Cujac. 9 *obſ.* 7. Sententia quidem hujus loci talis eſt: nihil referre, quo gradu ſervus cum libertate filio impuberi ſubſtituatur, primo, ſecundo, vel tertio; cum vel ſibi vel filio impuberi plures gradus ſubſtitutionis facere quis poſſet. *l.* 36. *ff. de vulg.*

49 *l* 34. §. *fin. ff. de fidei. lib.*

50 Id eſt, facit eum impleſſe conditionem.

51 *l.* 3. *in pr.* §. 8. *ff. eod. l.* 28. §. 3. *ff. de fidei. lib.*

52 Legatario.

53 Id abrogatum *in fin. ff. eod.*

54 Et male.

55 Labeonis, Mucii, Galli.

56 Id eſt, cum conditio ſtatuliberitatis extiterit: ſic enim Græci interpretantur, ne intéripreteris dationem libertatis: aliud eſt ſtatuliberitas, aliud datio ſtatulibertatis, de quo vid. Cujac. 9 *obſ.* 17.

57 *arg. l.* 24. *C. de nupt.*

58 *l.* 11. *ff. eod.*

59 *V. l.* 94. *ff. de verb. ſign.*

60 Reddendi ac dandi differentia.

61 *l.* 4. *in fin. ff. eod.*

62 *V. l.* 14. *circa fin. ff. eod.*

63 *l.* 20. §. 3. *in pr. ff. eod.*

64 *l.* 13. *in pr. ff. de manum. teſt.* Goth. Ea quæ in faciendo conſiſtunt, generaliter per alium fieri non poſſunt, *hic.* & *l. fideicommiſſa.* §. *fin. ff. de leg.* 3. *l. inter artifices ubi. Caſtr. ff. de ſolut.* Anſ.

65 Cur? quæ in faciendo conſiſtunt, generaliter per alium non poſſunt fieri. vid. *l.* 31. *ff. de ſol.*

66 Domini. *Goth.* Vid. Alexand. ab Alexandr. *gen. dier. c.* 7. Anſ.

67 Exactas.

68 Vid. *l.* 41. §. 13 *ff. de fidei. lib.*

69 Imo, prius: nec enim furti cauſa libertas eſt differenda, 43 *Eccleg.* 8.

70 Cur non prius? quia ſtatuliberi delinquentes, vel contrahentes, eadem quæ cæteri ſervi ſuſtinent. 48 *Eccleg. 5. c.* 23.

71 Imo non competet libertas. *l.* 17. *in pr. ff. eod.*

72 Vid. *l. ult.* §. *pen. ff. de cond. indeb.*

73 Conditio ab honorato eſt implenda.

74 Actores ſervi ea conditione plerunque manumitti ſolebant, ſi actus ſui omnem rationem reddiduſſent, eoque nomine ſatisfeciſſent, *ut hic.* & §. 7. *ff. eod.*

75 Subſcriptio teſtatoris non eſt neceſſaria ſervo ejus libero eſſe juſſo, ſi rationes reddidiſſe rationes, ſervus videbitur, etiamſi dominus eis non ſubſcripſerit.

76 Subſcribens actum, cui ſubſcribit, probare intelligitur. *l.* 1. §. 8. *ff. de falſis.* imodo per errorem non ſubſcripſerit. *l.* 8. §. 15. *ff. quibus mod. pignus.* modo ſubſcriptio non fiat ab eo, velut teſte, non ut principali. Aliud enim eſt actum aliquem ſua ipſius cauſa confirmare, & teſtimonii tantum dicendi ferendive cauſa velut teſtem ei intereſſe. *l.* 34. §. 2. *ff. de legat.* 2. 77 Ex fide rationes reddendæ. 78 Adjutores ſervis actoribus erant, iidem adminiſtri. *Baſil.* 79 Calendarium accepti & expenſi ratio.

80 Actori. 81 Et ita diligentia requiritur. vide *l.* 21. *in pr. ff. eod.* 82 Promutuum dare. Galli *advancer*, promutuum Græcis προχρεον. *l.* 15. §. 6 *ff. locat.* 83 Culpæ hujus imputandum eſſe: actor igitur, cum procuratoris vice fungatur, tenetur domini heredibus ob penſiones colonorum & inquilinorum non exactas.

esse desinant: an nihilominus quandoque possint, reddita ratione & reliquis illatis, libertatem ex testamento consequi? Respondit, * legata quidem & libertates non alias competere, quam rationes redditæ essent, aut [84] per heredem staret, quo minus rederentur: verum judicaturo æstimandum, utrum tempus conditioni legatorum libertatiumque additum videatur [an [85] libero tempore reddere volentibus reliqua heredibus quatuor menses appositi sint, sollicito testatore cunctationi, & moram eorum [86] proscribente]. melius autem est, præsumptionem pro statuliberis esse. §. 8. Argentarius coactor [87], cum pene totam fortunam in nominibus haberet, servis actoribus libertatem ita dedit: *Quisquis mihi heres erit, si Dama servus meus actus sui, qui agitur nomine ejus & Pamphili conservi sui, heredi meo rationes reddiderit, pariaque* [88] *fecerit à die mortis mea, intra mensem sextum* [89]: *liber esto.* Quæsitum est, an hæc verba, *pariaque fecit*, ad omnia * nomina * pertineant, exceptis [perditis [90]:] ut hoc significent, si omnem pecuniam ab omnibus exegerint, & heredi solverint, vel eo nomine satisfecerint: & si in exactione nominum cessaverint intra sex menses, libertas illis non competat? Respondit, manifestam esse conditionem verbis testamenti suprascriptis positam: igitur ita demum liberos fore, si aut ei pareant, aut [91] per heredem stet, quo minus pareant.

De conditione, si servierit, vel si triennio operas dederit. 1. *De promissione.*

XLI. Labeo lib. I Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI quem servum tuum ad certum [92] tempus statuliberum relinquere vis: nihil interest utro modo caveas, *si servierit*, an *si triennio operas dederit, liber esto.* §. 1. Paulus, si quis liber esse jussus fuerit, si decem heredi promisisset: quanquam ea promissio nullam rem [93] habitura est, tamen promittendo liberabitur.

De legato uxori, qui, cum ea nupsisset, liber esse jussus est.

XLII. Idem lib. III Pithanon.

SI quis eundem hominem uxori suæ legaverit, & cum ea nupsisset, liberum [94] esse jusserit, & ea [ex] Lege [95] nupserit: liber fiet is homo.

84 V. *l.* 20. §. 3. ff. *eod.*

85 Inclusa, sunt glossema Tribuniani.

86 Heredum, quæ sæpe evenit. *l.* 34. §. 1. ff. *eod.*

87 De coactoribus argentariis alias dixi. *Goth.* V. Alciat. *lib.* 1 *paregg. cap.* 24. Ans.

88 Id est, sic computaverit hinc & inde, ut nihil debeat. *l. ult.* §. *pen.* ff. *de cond. indeb.*

89 *l.* 81. *in pr.* ff. *de cond. & demonstr.*

90 Statuliberationes reddere jussus, fit liber, si quædam vasa perierint sine culpa ejus, modo quæ reliqua superfunt, reddat. *l.* 22. §. 1. ff. *de manum. test.*

91 Paria sunt, conditioni satisfacere, aut per adversarium ea in re impediri.

92 Puta, septem annorum. *l.* 14. §. 1. ff. *eod.*

93 Id est, obligationem. v. *l. ult. in pr.* ff. *de liber. caus.*

94 Vide *l.* 10. §. 1. ff. *de manumiss. testam. l.* 96. *in fin.* ff. *de cond. & demonstr.* 95 Julia Miscella. vide in hunc locum Cujacium ad *Novell.* 22. *cap.* 43. *ubi dixi.*

Tit. VIII.

QUI SINE MANUMISSIONE [1] AD LIBERTATEM PERVENIUNT.

De vendito, ut manumittatur.

1. Paulus lib. V ad Plautium.

SI servus venditus est [2], *ut intra certum tempus manumitteretur*: etiam si fine herede decessissent & venditor, & emptor, servo libertas competit, & hoc Divus Marcus rescripsit. † Sed etsi mutaverit venditor voluntatem, nihilominus libertas competit [3].

De habito pro derelicto.

II. Modestinus lib. VI Regularum.

SErvo, quem pro derelicto [4] dominus ob gravem [5] infirmitatem habuit, ex Edicto [6] Divi Claudii competit libertas.

De vendito, ut manumittatur.

III. Callistratus lib. III de Cognitionibus.

EUm, qui ita veniit [7], *ut* [8] *intra tempus manumitteretur*, cum dies præstandæ libertatis venerit, vivente venditore, & perseverante in eadem voluntate: perinde [9] haberi, ac si ab eo, à quo debuit manumitti, manumissus esset. mortuo autem venditore, non esse heredum ejus voluntatem explorandam Divus Marcus cum filio suo rescripsit.

IV. Ulpianus lib. III ad Sabinum.

EI, qui hac lege emptus sit, *ut à vivo emptore manumittatur*, statim [10] mortuo eo competit libertas.

De nece domini detecta.

V. Marcianus lib. V Regularum.

QUi [11] ob necem detectam domini præmium libertatis consequitur, fit orcinus [12] libertus.

De vendito, ut manumittatur. 1. *De lege venditionis, ne prostituatur.*

VI. Idem libro singul. Ad formulam Hypothecariam.

SI quis obligatum [13] servum hac lege emerit, *ut manumittat*: competit libertas ex Constitutione Divi Marci, licet bona omnia quis obligaverit [14], quæ habet, habiturusve esset.

§. 1. Tantundem dicendum est, & si lege hac emerit [15], *ne prostituatur*, & prostituerit.

VII. Paulus libro singul. De libertatibus dandis.

IMperator noster [16] cum Patre suo constituit in eo, qui, cum possit [17] abducere prostitutam ancillam, pecunia accepta manus injectionem vendidit, ut libera esset: * nihil enim interesse, ipse [18] abducas, & prostituas, an [19] patiaris prostitutam esse pretio accepto, cum possis eximere.

De donato, ut post mortem donatarii sit liber.

VIII. Papinianus lib. IX Responsorum.

MAncipia mater filiæ [20] donaverat, *ut filia curaret* [21] *ea post* [22] *mortem suam esse libera*: Cum donationis legi non esset obtemperatum, ex sententia [23] Constitutionis [24] Divi Marci, libertates obtingere matre consentiente, respondi: quod si ante filiam mater vita decessit, omnimodo.

De vendito, ut manumittatur.

IX. Paulus lib. V Quæstionum.

LAtinus Largus vendidit ancillam ita, *ut manumitteretur*, non addito tempore. Quæro, quando ex Constitutione incipit ei libertas competere, cessante emptore in manumittendo? Respondi: Inspiciendum est, quid actum sit: utrum, cum [25] primum potuisset, ut manumitteret; an ut [in] potestate esset emptoris, quando vellet manumittere? Priore casu facile tempus deprehendi poterit: posteriore, utique moriente [26] emptore competit libertas. Si non appareat, quid convenerit, favor priorem inducet opinionem, id est, ut intra duos menses, si ambo præsto sunt, tam servus, quam emptor ejus: servo enim absente, nisi emptor intra quatuor menses imposuerit libertatem, ex Constitutionibus ad libertatem eripitur.

23 Non ex verbis: hæc igitur initio non obtinuit, *sed* invaluit auctore Papiniano, qui id introduxit. Constat enim Papinianum possedisse palmam Jurisprudentiæ: multa adinvenisse nova, & mirum in modum amplificasse Jus Civile.

24 Quid? quæ fuit Constitutio D. Marci? pertinuit ad servos venditos, *l.* 1. & *l.* 3. ff. *eod.* hic extenditur ad donatos: hæc sententia: In donatis servis ea lege, ut manumitterentur, exigi omnimodo manumissionem donatoris; ut exigitur in similis est morti, quoad servum domino subtrahendum. *l.* 1. §. 1. ff. *quando actio de peculio.* v. *l.* 92. ff. *de solut. l.* 46. *in pr.* ff. *de furt.* 17 Οὐ γὰρ τοῖς ἔξωθεν συμβαίνουν θέσεσι προσέχομεν μᾶλλον. v. Cujac. & *ad Afric. pag.* 186. 18 Ut nec vanus timor. *l.* 13. ff. *de rejudicata.* 19 *Al.* incertum. 20 *l.* 16. ff. *de manumiss. vind.* 21 *Al.* quo. 22 V. *l.* 4. ff. *de servo. export.* ff. *de legib.* 24 V. Cujac. in hanc *l.* 3. *ad Afr.* 25 *l.* 27. *in pr.* ff. *eod.* 26 Fraudandorum creditorum causa: sic enim legitur in *l.* 16. §. 2. ff. *eod. l.* 55. ff. *de her. instit. l.* 3. *l.* 10. §. 1. ff. *quæ in fraud. cred.* Cujac. 4 *obs.* 31. id etiam confirmat textus Basilicon his verbis: ὅτι ὁ ἀφεθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐν ἐνεχυρίῳ τῶν δανειῶν ἐλεύθερος, & τὸ αὐτὸ ἐπὶ τῆς διαθήκης, ita habet, ὁ ἐν ἐνεχύρῳ τοῦ χρέους ἀφεθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου, δῆλον ὅτι παραγγελθέντων τῶν δανειστῶν ἐλεύθερος. Cujacius 3 *ad Africc. pag.* 31. 27 *l.* 27. ff. *eod.* 28 Locum non habet. *vulgat.* 29 Miles in fraudem creditorum servos suos manumittere non potest. *l.* 15. ff. *de testament. militis.*

Tit. IX.

QUI ET A QUIBUS MANUMISSI LIBERI NON FIUNT [1] [ET] AD LEGEM ÆLIAM SENTIAM [2].

De surdo.

1. Ulpianus lib. I ad Sabinum.

CElsus libro XII Digestorum, utilitatis [3] gratia motus [4], surdum ita natum manumittere [5] posse ait.

De relegato.

II. Idem lib. III ad Sabinum.

SErvo competere libertas non potest, si relegatus [6] moratus sit in urbe.

De optione legata, & de legato generali.

III. Gaius lib. II de Legatis ad Edict. Urbicum 7.

SI optio hominis data sit, vel indistincte homo legatus sit: non potest heres quosdam servos, vel omnes manumittendo, aut evertere, aut minuere [8] jus electionis. nam optione, sive electione servi data, quodammodo singuli sub conditione legati videntur.

De servo pignorato.

IV. Ulpianus lib. III Disputationum.

SErvum pignori datum manumittere [9] non possumus.

De hereditate non solvendo, & herede locupleti. 1. *De conditione*, si creditoribus solidum solutum fuerit. 2. *De servo, qui in obligatione est, vel extra obligationem.*

V. Julianus lib. LXIV Digestorum.

CUm [10] hereditas solvendo non est, quamvis heres [11] locuples existat, libertas ex testamento [non] competit. §. 1. Si [autem] is, qui solvendo non est, hoc [12] modo libertatem dederit, *Si creditoribus meis solidum solutum fuerit, Stichus liber esto*: non potest videri fraudandorum creditorum liberos esse jussisse.

§. 2. Si Titius nihil amplius in bonis, quam Stichum & Pamphilum habeat, eosque stipulanti Mævio ita promiserit, *Stichum aut Pamphilum dare spondes?* deinde, cum alium creditorem non haberet, Stichum manumiserit: libertas per Legem Æliam Sentiam [13] rescinditur. quamvis enim fuit in potestate Titii, ut Pamphilum daret, tamen quamdiu eum non dederit, quia interim mori possit, non sine fraude stipulatoris Stichum manumisit. Quod si solum Pamphilum dari promisisset, non dubitarem, quin Stichus ad libertatem perveniret, quamvis similiter Pamphilus mori possit: * multum enim interest, contineatur ipsa stipulatione is, qui manumittitur, an extra obligationem sit. Nam & qui ob aureos quinque Stichum & Pamphilum pignori dederit, cum uterque eorum quinum aureorum sit [14], neuter manumitti potest: at si Stichum solum pignori dederit, Pamphilum non videtur in fraudem creditoris manumittere.

VI. Scævola lib. XVI Quæstionum.

IUlianus de eo loquitur, qui in substantia [15] nihil aliud habeat. nam si habeat, quare non dicetur, unum posse manumitti: quia & uno mortuo, solvendo est [16]; & uno manumisso, solvendo est: nec adventitii [17] casus computandi [18] sint; alioquin & qui unum, & certum [19] ex servis suis promisit, neminem manumittet?

Quo tempore consilium fraudulentum observatur. 1. *De minore viginti annis.*

VII. Julianus lib. II ad Urseium Ferocem.

SI quis integris facultatibus codicillos confirmavit, deinde, cum consilium creditorum fraudandorum cepisset, libertates codicillis dederit: obtineri non potest, quo minus Legæ libertates interpellarentur. nam consilium testatoris fraudulentum non [20] eo tempore observatur, quod [21] codicilli confirmantur, sed quod libertas codicillis datur. §. 1. Minor annis viginti, cum servum manumittere vellet, nec justam causam ad consilium manumittendi haberet, tibi eum [22], ut manumitteres, dedit: negavit eum Proculus liberum esse, quoniam fraus [23] Legi facta esset.

De eo, qui sub conditione debet. 1. *De militari testamento.*

VIII. Africanus lib. III [24] Quæstionum.

CUm is, qui [25] sub conditione debet, manumittat fideicommissi [26] causa, Lex Ælia [27] Sentia locum habet [28].

§. 1. Si miles [29] jure militari testamento facto, libertates dederit in fraudem creditorum, & non solvendo moriatur: impediuntur libertates.

De

1 Manumissi non possunt scil. VII C. XII. alias qui manumittere non possunt, VIII C. XI. 1 *Inst.* 6.

2 Lex Ælia Sentia vetat manumitti in fraudem creditorum, VII C. XI. 38 *Eccles.* 3. hue refer Ulpian. 1. §. 8. 11. 15. & 16.

3 Nam aliud olim fuit: quippe olim mutus, surdus vindicta servum manumittere ideo non poterat (licet inter amicos, vel per epistolam posset manumittere; licet quoque ut ad justam libertatem pervenire posset, conditione venditionis excipere poterat. Paul. 4 *sent.* 12. §. 2. adde *l. servum furiosi.* 13. ff. *de manumiss. l. discretio.* 10. *C. qui testam.*), quod solemnia verba, quæ in manumissione intervenire debebant, aut effari, aut exaudire non posset. sed cum ea verborum solemnitas omitti soleat, *l. manum.* 23. ff. *de manum. vind.* & publicæ utilitatis ratio hoc suadeat, poterit & hodie vindicta manumittere surdus ita natus, *ut hic.*

4 Mutum surdum. *Hal.* vide ad hunc locum, Paul. 4 *sent.* 12. §. 2.

5 Imo nullo modo potest manumittere. *l.* 10. *C. qui testament. fac. poss.*

6 Facto puta, quia judex ita vosuit: alias jure non ita punitur servus. *l.* 12. §. *ult.* ff. *de accusationib.*

7 Edictum urbicum, est Edictum Prætoris urbani.

8 V. *l.* 14. ff. *de opt. leg.*

9 *l.* 27. §. *ult.* ff. *eod. l.* 1. *C. de servo pign. dato manum.*

10 *Syn. Basil.* 48. *tit.* 3. & 7. *c.* 4.

11 *l.* 18. *in pr.* ff. *eod. l.* 57. *in pr.* ff. *de manum. test. l.* 5. *C. de test. manumiss.*

12 *l.* 57. *circa fin.* ff. *de manum. test.*

13 Vid. *l.* 10. *in pp.* ff. *eod.*

14 Et ita debitor sit locuples. *l.* 3. ff. *de manum.*

15 Id est, qui nihil aliud in bonis habeat, nisi solos servos.

16 Manumisso

17 Ὁ γὰρ τοῖς ἔξωθεν συμβαίνουν θέσεσι προσέχομεν μᾶλλον.

18 Ut nec vanus timor. *l.* 13. ff. *de rejudicata.*

19 *Al.* incertum.

20 *l.* 16. ff. *de manumiss. vind.* 21 *Al.* quo. 22 V. *l.* 4. ff. *de servo. export.*

23 V. *l.* 29. ff. *de legib.* 24 V. Cujac. in hanc *l.* 3. *ad Afr.* 25 *l.* 27. *in pr.* ff. *eod.* 26 Fraudandorum creditorum causa: sic enim legitur in *l.* 16. §. 2. ff. *eod. l.* 55. ff. *de her. instit. l.* 3. *l.* 10. §. 1. ff. *quæ in fraud. cred.* Cujac. 4 *obs.* 31. id etiam confirmat textus Basilicon his verbis: ὅτι ὁ ἀφεθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου ἐν ἐνεχυρίῳ τῶν δανειῶν ἐλεύθερος, & τὸ αὐτὸ ἐπὶ τῆς διαθήκης, ita habet, ὁ ἐν ἐνεχύρῳ τοῦ χρέους ἀφεθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου, δῆλον ὅτι παραγγελθέντων τῶν δανειστῶν ἐλεύθερος. Cujacius 3 *ad Africc. pag.* 31. 27 *l.* 27. ff. *eod.* 28 Locum non habet. *vulgat.* 29 Miles in fraudem creditorum servos suos manumittere non potest. *l.* 15. ff. *de testament. militis.*

De manumissione coacta. 1. De eo, quem dominus in capitali crimine non defendit. 2. De prohibitu manumitti.

IX. MARCIANUS lib. I Institutionum.

ILle servus liber non erit, qui [30] coëgerit, ut eum dominus manumittat, & ille perterritus scripsit, liberum eum esse.

§. 1. Item nec ille liber fieri potest, qui à domino [31] non est defensus in capitali crimine, posteaque absolutus est.

§. 2. Qui hac Lege venierint [32], *ne manumittantur*, vel qui testamento prohibiti sint manumitti, vel jussu Præsidis Provinciæ: licet manumittantur, tamen ad libertatem non perveniunt.

Quid sit in fraudem creditorum manumittere.

X. GAIUS lib. I Rerum Cottidianarum sive aureorum.

IN [33] fraudem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo [34] esse. sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines: quod frequenter accidit his, qui transmarinas negotiationes, & aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per servos atque libertos exercent; quod sæpe adtriti istis negotiationibus, longo tempore, id ignorant [35], & manumittendo sine fraudis consilio indulgent servis suis libertatem.

De debitore civitatis, 1. Vel fisci.

XI. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

IN fraudem [36] civitatium manumissi [37], ad libertatem non veniunt, ut Senatus censuit. §. 1. Sed nec in fraudem fisci datas libertates procedere, Principalibus Constitutionibus cavetur. Sed Divi fratres rescripserunt: non utique, si debitor fisci manumiserit, libertates impediuntur, sed [38] ita, si, cum non erat solvendo, in fraudem manumisit.

De mancipiis per manumissionem quæstioni non subducendis.

XII. ULPIANUS lib. V 39 de Adulteriis.

PRospexit legislator, ne mancipia per manumissionem [40] quæstioni subducantur: idcircoque prohibuit ea manumitti; certumque diem [41] præstituit, intra quem manumittere non liceat.

§. 1. Ipsa igitur, quæ divertit, omnes omnimodo servos suos manumittere vel alienare prohibetur: quia ita verba faciunt, *ut* [42] *ne eum quidem servum, qui extra ministerium ejus mulieris fuit, vel in agro, vel in provincia, possit manumittere vel alienare.* quod quidem perquam [43] durum est: sed [44] ita lex [45] scripta est. §. 2. Sed etsi post divortium servum mulier paravit, aut alia ratione adquisit: æque (quod ad verba attinet) manumittere non poterit: & ita Sextus quoque Cæcilius adnotat. §. 3. Pater vero, in cujus potestate filia fuerit, ea tantum mancipia prohibetur manumittere, alienareve, quæ in usu filiæ fuerunt tributa. §. 4. Matrem quoque prohibuit manumittere alienareve ea mancipia, quæ in ministerium filiæ concesserat. §. 5. Sed & avum & aviam prohibuit [46] manumittere: cum horum quoque mancipia quæstione [47] postulari posse Lex voluerit. §. 6. Sextus Cæcilius recte ait, angustissimum [48] tempus Legem præstitisse alienandis manumittendisve servis. Finge (inquit) ream adulterii intra LX diem postulatam [49], quæ cognitio tam facile expediri potuit adulterii, ut intra LX diem finiatur? & tamen lucre mulieri, quamvis postulatæ adulterii, servum suspectum [50] in adulterio vel quæstione necessarium, quod ad verba Legis attinet, manumittere. Sane in hunc casum subveniendum est, ut destinati servi quasi conscii, vel quasi nocentes, non debeant [51] manumitti ante finitam cognitionem. §. 7. Pater mulieris vel mater, si intra LX diem [52] decedant, ex his servis, quos in ministerium filiæ dederint, neque manumittere neque alienare poterunt.

XIII. PAULUS lib. III de Adulteriis.

QUod si [53] intra diem sexagesimum manumiserint, erit servus statuliber [54].

XIV. ULPIANUS lib. IV de Adulteriis.

SEd si maritus [55] intra sexagesimum diem decesserit: an manumittere vel alienare jam possit suprascriptas personas, videamus? Et non puto posse: quamvis accusatore mulier deficiatur marito: cum pater accusare [56] possit. §. 1. Et simpliciter quidem Lex mulierem prohibuit intra sexagesimum diem divortii manumittere. §. 2. Sive autem divertit, sive repudio dimissa sit: manumissio impedietur. §. 3. Sed si morte mariti solutum sit matrimonium, vel aliqua [57] pœna: ejus manumissio non impedietur. §. 4. Sed etsi *bona* [58] *gratia* finierit matrimonium, dicetur, manumissionem vel alienationem non impediri.

§. 5. Sed & si constante matrimonio mulier, dum [59] divortium [60] cogitat, manumittat vel alienet, & [hoc] dilucidis [61] probationibus fuerit approbatum: quasi in fraudem Legis hoc factum sit, non debet alienatio valere vel manumissio. §. 6. Alienationem omnem [62] omnino accipere debemus.

Si pater filio permiserit manumittere.

XV. PAULUS lib. I ad Legem Juliam.

QUæsitum est, an is, qui Majestatis [63] crimine reus factus sit, manumittere [64] possit, quoniam [65] ante damnationem dominus est? Et Imperator Antoninus Calpurnio Critoni rescripsit, ex eo tempore, quo quis propter facinorum suorum cogitationem jam de pœna sua certus esse poterat, multo prius conscientia delictorum quam damnatione jus datæ [66] libertatis eum amisisse.

§. 1. Julianus ait, si postea quam filio permisit pater manumittere, filius [67] ignorans patrem decessisse, manumisit vindicta: non fieri eum liberum. sed etsi vivit pater & voluntas [68] mutata erit: non videri volente patre filium manumisisse.

De minore XX annis. 2. De manumissione in fraudem creditorum, qui dicuntur creditores. 3. De debitore fisci. 4. De debitore conditionali. 5. Si voluntate patris filius manumiserit.

XVI. IDEM lib. III ad Legem Æliam Sentiam.

SI, cum fideicommissa libertas debeatur, minor viginti annis servum vendat, ut manumittatur, vel quia hac lege emerat: non impedietur alienatio. §. 1. Si partem, quam in communi servo habet minor viginti annis, manumittendi causa tradat: nihil aget. Sed si, cum ipse causam probare posset, tradiderit: nulla fraus intelligetur. §. 2. Ne quis [69] creditorum fraudandorum causa servum manumittat, hac Lege cavetur. * *Creditores* autem appellantur, quibus [70] quacunque ex causa actio cum fraudatore competat. §. 3. Atisto respondit, à debitore fisci, qui solvendo non erat, manumissum, ita revocari in servitutem debere, si non diu in libertate fuisset: id est, non minus decennio [71]. plane ea quæ in fraudem fisci in [72] sinus ejus collata sunt, revocanda. §. 4. Si sub conditione alicui pecunia debeatur: [quasi] statuliber erit, à debitore manumissus: ut [73] pendeat libertas ex conditione. §. 5. Si voluntate patris filius manumiserit: sive pater sive filius sciat solvendo patrem non esse: libertas impedietur.

De manumissione coacta. 1. Si mentitus dominus, ne à Magistratibus castigaretur, dixit esse liberum. 2. De prohibitu manumitti intra certa tempora.

XVII. IDEM lib. singul. de Libertatibus.

SI privatus [74] coactus à [75] populo [76] manumiserit, quamvis voluntatem accommodaverit, tamen non erit liber: nam & Divus Marcus [77] prohibuit, ex adclamatione populi manumittere.

§. 1. Item non fit liber, si [78] mentitus dominus, ne à Magistratibus [79] castigaretur, dixit esse liberum, si non fuit voluntatis manumittendi. §. 2. In his, quos [80] intra certa tempora non licet manumittere, si testamento acceperint libertatem, non testamenti facti, sed competentis [81] libertatis tempus inspiciendum est.

De hereditate aucta vel deminuta. 1. Si servus jussus sit heredi dare tantum, quanti est, & liber esse.

XVIII. IDEM lib. XVI ad Plautium.

SI mortis tempore [82] solvendo sit hereditas: si tamen [cum] aditur, desierit esse solvendo: libertas à testatore in fraudem creditorum relicta, non competet. nam sicut [83] aucta hereditas prodest libertatibus, ita nocet diminuta. §. 1. Si is, cui libertas relicta est, jussus sit heredi dare tantum, quanti est, & liber esse: videamus an adhuc fraus sit creditorum, quia heres mortis causa accepturus est; an vero, si alius pro eo, vel ipse non de peculio det, nulla sit fraus? Sed si heres locuples [84] non proficit ad libertatem: nec, qui dat pecuniam, prodesse potest.

Si is, qui manumisit, postea servus pronuncietur.

XIX. MODESTINUS lib. I Regularum.

NUlla competit libertas data ab eo [85], qui postea servus ipse pronunciatus est.

De servo alieno manumisso.

XX. IDEM lib. singul. de Enucleatis casibus.

SI servo [86] alieno libertas, non consentiente domino data est, valere ex auctoritate juris non potest: quamvis postea manumissor domino heres extitit. nam licet ejus jure cognationis, qui manumisit, heres extitit: non ideo aditione hereditaris libertatis datio confirmatur.

De manumissione matrimonii causa.

XXI. IDEM lib. I Pandectarum.

MAtrimonii causa manumitti ancilla à nullo alio [87] potest, quam [88] qui eam uxorem ducturus est. † Quod si alter manumiserit matrimonii causa, alter eam uxorem ducat: non erit libera. adeo ut nec si intra sex quidem menses eam repudiatam postea manumissor uxorem duxerit, liberam eam fieri Julianus respondit: quasi de his nuptiis Senatus senserit, quæ post manumissionem, nullis aliis interpositis, secutæ fuerunt.

De curatore furiosi.

XXII. POMPONIUS lib. XXV ad Quintum Mucium.

CUrator [89] furiosi servum ejus manumittere non potest.

De servo benemerito.

XXIII. IDEM [lib. IV ex Variis lectionibus].

SEmper in fraudem creditorum libertas datur ab eo, qui [90] sciret se solvendo non esse: quamvis [91] bene dedisset merenti hoc.

De pluribus manumissis ab eo, qui habet creditores.

XXIV. TERENTIUS CLEMENS lib. IX ad Legem Juliam & Papiam.

SI quis habens creditores, plures manumiserit: non omnium libertas impedietur. sed qui primi [92] sunt, liberi erunt, donec creditoribus suum solvatur: quam rationem Julianus solet dicere. velut duobus manumissis, si unius libertate fraudentur, non utriusque, sed alterutrius impediri libertatem: & plerunque postea scripti [93]: nisi si quando majoris pretii sit is, qui ante nominatus sit, nec sufficiat, posteriorem retrahi in servitutem, prior [autem] sufficiat; nam hoc casu sequenti [94] loco *scriptum* solum ad libertatem perventurum.

De prioribus & novis creditoribus.

XXV. PAPINIANUS lib. V Responsorum.

IN fraudem creditorum testamento datæ libertates, prioribus creditoribus dimissis, propter novos creditores irritæ [95] sunt.

De servo pignorato.

XXVI. SCÆVOLA lib. IV Responsorum.

PIgnori obligatum servum debitoris heres manumisit: quæsitum est, an liber esset? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, si pecunia etiam nunc deberetur, non esse manumissione liberum factum. Paulus: soluta [96] ergo pecunia, ex illa [97] voluntate liber fit.

De debitore in diem, vel sub conditione, & de causa, ex qua debet. 1. De servo pignorato.

XXVII. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

IN fraudem creditorum manumittitur, liberque esse prohibetur: sive dies solvendæ pecuniæ jam cessit, sive in diem, vel sub [98] conditione [99] sit debitum. † Diversa causa est legati sub conditione relicti: nam antequam conditio extiterit, inter creditores legatarius iste non habetur. † Ex omni [100] autem causa credi-

30 *l.* 17. *in pr.* ff. *eod.* adde *l.* 3. C. *qui manumitt. non possunt.*
31 *l.* 13. ff. *de statu homin. l.* 9. ff. *de publicis judiciis.*
32 V. *l.* 9. ff. *de manumission.*
33 *l.* 16. §. 2. ff. *eod. Inst. quib. man. non licet. in pr.*
34 Prævaluit tamen non impediri libertatem, nisi animum fraudandi habuerit. §. 3. *vers. prævaluisse. Instit. quib. man. non licet.*
35 Vid. quæ notavi ad *l.* 15. C. *de rescind.*
36 *l.* 45. *in pr.* ff. *de jure fisci.*
37 A debitore civitatis.
38 *l.* 2. C. *de servis pignori.*
39 *Al.* quarto.
40 *l.* 8. *in fin.* ff. *de manum. l.* 3. C. *de adulteriis.*
41 *Subaudi*, sexaginta dierum. *d. l.* 3.
42 Id immutatum, *l.* 32. C. *ad l. Jul. de adulteriis.*
43 *l.* 1. §. 30. ff. *de Silan. l.* 65. §. 2. ff. *ad Senatusc. Trebell.*
44 Clementiora Lege judices esse non oportet, *Novell.* 82. c. 10. vide tamen Socin. *reg.* 130. adde elegans exemplum ex *Harmen. l. sit.* §. 29. & 30.
45 Quid juris? an ideo judici id sequendum, quia scriptum? An potius æquitas stricto juri præferenda? Dic, judici rescriptum, licet prædurum, sequendum esse: talem duritiem à solo Principe (id sibi etiam vindicant hodie apud Gallos parlamenta præ cæteris judicibus inferioribus, à quibus ad ipsam curiam appellatur) molliendam. In non scriptis, judex æquitatem rigori præferre debet: nam, ut scribit Aristoteles, æquitas nihil aliud est, quam supplementū ejus quod Lex prætermisit, τὸ συγγνωμονικὸν νόμῳ ἔλλειμμα. vid. Cujac. 2 *Feudor.* 1.
46 Lex Julia de adulteriis scil.
47 De adulteriis. *Græci. vel legendum est in quæstionem.*
48 Duorum mensium: aut, quod est tantundem, sexaginta dierum. *vers. sing.* ff. *eod.*
49 Vide *l.* 13. ff. *eod.*
50 *l. un. C. de mulieribus, quæ se propriis servis.*
51 V. *Inst. de bered. inst. in pr.*
52 *l. ult. circa fin. C. de adult.*
53 *l.* 12. §. 6. ff. *eod.*
54 Statim liber. *Vulg. Hal.* aliud est statuliber, & statim liber. Statuliberi non statim liberi sunt, sed ex die tantum vel conditione. Cujac. *hoc tit.*
55 Qui propter adulterium uxoris ab ea divertit.
56 *l.* 14. C. *qui accusare non poss.*
57 *l.* 1. C. *de repudiis.*
58 V. *Nov.* 22. *c.* 4.
59 An alienatio facta ante delictum valeat, v. quæ notavi ad *l.* 15. ff. *de donat.*
60 Vel ut crimini subtrahatur. *l.* 8. *in fin.* ff. *de manum.*
61 Dilucide probatur alienatio fraudulenter esse facta ante delictum, si omnium bonorum, si personæ conjunctæ, si clam, si paulo ante delictum, si denique ita facta sit rei alienatio, ut possessio remaneat penes donantem. adde *l.* 15. ff. *de donation.*
62 V. *l. ult. in pr. C. de reb. alien. non alienand.* adde *Nov* 71.
63 Perduellionis. *l.* 31. *in fin. ff. de don.*
64 *l.* 8. §. 1. ff. *de manumiss.*
65 Dominium rerum suarum nemo amittit sola accusatione criminis majestatis, sed sententia sola & damnatione: sua tamen alienare non potest, ex quo tempore de crimine majestatis cogitavit, & de sua pœna certus esse potuit.
66 *Al.* dandæ.
67 *l.* 4. *circa pr.* ff. *de manum. vind.*
68 Voluntas ejus mutata. *vulgat.*
69 Vid. *l.* 10. *in pr.* ff. *eod.*
70 V. *l.* 27. *circ. fin. pr.* ff. *eod.*
71 Alias *diu* biennium significat. *l.* 50. ff. *locati.* Goth. Decennium hic pro tempore non diuturno habetur, aliquando pro longo tempore. *l.* 3. §. *si servus.* ff. *de acqu. poss.* Anf.
72 Vide Petrum Fabrum, 1 *semestrium.* 22.
73 *l.* 1. *in fin.* ff. *de statulib.*
74 De Magistratu æque id exploratum non fuit ante orationem D. Marci. *l.* 3. C. *qui manumitt. non poss.*
75 V. *l.* 9. *in pr.* ff. *eod.*
76 V. *l.* 12. C. *de pœnis.*
77 *d. l.* 3. Et D. Hadrianus roganti populo, ut quendam ἀφιλοπλάτωνα manumitteret, per tabellam respondit, à se peti id non debere. Alias Suetonius *in Tiberio*, *c.* 47, refert, Augustum in spectaculo coactum Accium Comœdum manumittere. vide Cujac. 2 *obs.* 2. Goth. Adde Cujac. *lib.* 19 *obs.* 4. Anf.
78 V. *l.* 24. §. 9. ff. *de fideic. lib.*
79 Municipalibus quibus id licebat: municipales enim Magistratus, seu duumviri, in servos castigationem habuere. v. *l.* 12. ff. *de jurisd.* & adde quæ scripsi ad *l.* 26. ff. *ad municip.*
80 *l.* 12. ff. *de manum.*
81 V. *l. un.* §. 6. C. *de caducis.*
82 V. *l.* 5. *in pr.* ff. *eod.*
83 *l.* 57. ff. *de manum. test.*
84 *l.* 5. ff. *eod. l.* 39. §. 1. ff. *de statulib.*
85 V. *l.* 1. C. *ne de statu defuncti.* Goth. Vide Ant. Augustin. *lib.* 4 *emend. c. ult.* Anf.
86 *l.* 4. *in fin. l.* 5. C. *de his, qui à non dominis manumiss. l.* 2. C. *de mancipiis & colon.*
87 Minore scil. *l.* 13. *circa fin.* ff. *de manumiss. vind.* §. 5. *Inst. quib. man. non licet.*
88 Quam qui eam manumissam ducere potest. *Græci.*
89 V. *l.* 13. ff. *de manumiss.*
90 *l.* 54. *in fin.* ff. *de manum. testam. l.* 4. §. 19. *vers. si quis autem.* ff. *de fideic. l.* 15. *l.* 23. *in fin* ff. *quæ in fraud. cred.* §. 3. *Inst. ex quib. caus. manum. non licet. l.* 1. C. *quæ manum. non poss.*
91 Fraudem facisse creditoribus videtur, qui non solvendo servum suum manumisit, etiamsi dignum manumiserit. *Bald.* etiamsi benemerito manumiserit. *Græci.*
92 Primi *in ordine* manumissi, primi liberi. vide *l.* 83. §. 1. ff. *de her. inst.* Goth. Vide Mantic. *de conjectt. ultim. volunt. lib.* 6. *cap.* 23. Anf.
93 V. *l.* 24. §. 17. ff. *de fideic. libert.*
94 V. *l.* 55. ff. *de bered. inst.*
95 Imo, ratæ esse debent, *l.* 15. ff. *quæ in fraud. cred.* solve, hic non satisfit omnibus, qui erant creditores tempore datæ libertatis.
96 *l.* 33. *in fin.* ff. *de pœnis. l.* 5. C. *de servo pign. data manum.*
97 Id est, ex prima voluntate debitoris.
98 In fraudem creditoris, cui sub conditione debetur, manumitti servus non potest. Is, cui sub conditione debetur, etiam creditor est. v. *l.* 54 ff. *de verb. sign.* & obligationem transfert in heredem, & mitti in possessionem solet. vid. Cujac. 10 *obs.* Ideo ante diem nonnunquam agit, sed male. *l. pecuniam.* 36. ff. *de reb. cred.*
99 *l.* 8. *in pr.* ff. *eod.*
100 *l.* 16. §. 2. ff. *eod. l.* 1. *in fin.* C. *qui manum. non poss.*

creditoribus in hac parte Lex [1] Ælia Sentia prospexit: inter [2] quos fideicommissarium etiam esse placuit. §. 1. Pignori [3] datus [4] servus, antequam debiti nomine fiat satis, sine consensu creditorum manumitti non potest: sed pupilli creditoris citra tutoris auctoritatem consensus nihil libertati prodest, sicuti non prodest, si fructuarius pupillus manumissioni similiter consentiat.

1 *l.* 8. *ff. eod.*
2 Creditoris appellatione fideicommissarius quoque contiagitur. adde *l.* 10. *ff. de verb. sign.*
3 V. *l.* 4. *ff. eod.*
4 Creditoribus.

De servo heredis legato.

XXVIII. PAULUS lib. III Sententiarum.

HEres servum proprium, quem testator legaverat, manumittendo nihil agit: quia scientiæ vel ignorantiæ [5] ejus nullam placuit admitti rationem.

5 *l.* 91. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

De servo pignerato. 1. De servo sub conditione legato.

XXIX. GAIUS lib. I de Manumissionibus.

GEneraliter [6] pignori datus servus, sine dubio pleno jure debitoris est, & justam libertatem ab eo consequi potest, si Lex Ælia Sentia non impediat libertatem, id est, si solvendo sit, nec ob id creditores videantur fraudari. §. 1. Sub conditione servus legatus, pendente conditione pleno jure heredis est: sed nullam libertatem [7] ab eo consequi potest, ne legatario injuria fieret.

6 Pignus pleno jure debitoris est, *ut hic.* non creditoris. v. *l.* 6. *circa pr. ff. tit. prox.*
7 *l.* 11. *ff. de manumiss.*

De ingrati accusatione.

XXX. ULPIANUS lib. IV ad Legem Æliam Sentiam.

SI quis hac lege servum emerit, ut manumittat, & non manumittente eo, servus ad libertatem pervenerit ex Constitutione [8] Divi Marci: an possit ut ingratum accusare, videamus? Et dici potest, cum non sit manumissor, hoc jus eum non habere.

§. 1. Si filius meus [ex] voluntate [9] mea manumiserit, an ut ingratum eum accusandi jus habeam, dubitari poterit idcirco, quia non manumisi. Sed pro eo habendus sum, ac si manumisissem.

§. 2. Sed si castrensem [10] servum filius meus manumittat, dubio procul hoc jus non habebo, quia [non] ipse manumisit: ipse plane filius accusare poterit. §. 3. Tamdiu [autem] accusare quis poterit, quamdiu perseveret patronus. §. 4. Quotiens autem patroni libertum volunt accusare, utrum omnium consensus necessarius sit, an vero & unus possit, videamus? Et est verius, si saltem in unum hoc commiserit, eum ut ingratum accusari, sed omnium consensum necessarium, si sint ejusdem gradus.

§. 5. Si pater libertum uni ex filiis adsignaverit [11], solum eum accusare posse, Julianus scripsit: solum enim patronum esse.

8 *l.* 2. *C. si manicip. fuer. ita alien. ut manumitt.*
9 V. *l.* 1. §. 1. *ff. C. comm. de manum.*
10 V. *l.* 8. *ff. de jure patron.*
11 *l.* 1. *in pr. ff. de adsignand. liber.*

De viduitate libertæ injuncta.

XXXI. TERENTIUS CLEMENS lib. V ad Legem Juliam & Papiam.

QUæsitum est: si libertam patronus jurejurando adegisset [12], ne ea liberos impuberes [13] habens nuberet: quid juris esset? Julianus dicit, non videri contra Legem Æliam Sentiam fecisse eum, qui non perpetuam viduitatem libertæ injunxisset.

12 Viduitas perpetua libertæ à patrono indici non potest, sed temporaria tantum. vid. *l.* 8. §. 2. *ff. de in jus vocando.*
13 Jurejurando recte adigo, ne liberta mea nubat, quamdiu ejus filii erunt impuberes. *Basil.* Goth. Vide Georg. Tholosan. *Syntagm. jur. lib.* 9. *cap.* 26. *num.* 12. Cels. Hugo. *consil.* 19. Ans.

De mercede operarum.

XXXII. IDEM lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

SI non voluntate patroni is, qui in ejus potestate sit, jusjurandum adegerit, vel stipulatus fuerit, *ne nubat:* nisi id patronus remittat, aut liberavit libertum, incidet in Legem: videbitur enim idipsum dolo malo facere. §. 1. Non prohibentur Lege Ælia Sentia patroni à libertis [14] mercedes capere: sed [15] obligare eos. itaque si sponte sua libertus mercedem patrono præstiterit, nullum hujus Legis præmium consequetur. §. 2. Is, qui operas [16], aut in singulas eas certam summam promisit, ad hanc Legem non pertinet: quoniam operas præstando potest liberari. †Idem Octavenus probat: & adjicit, Obligare sibi libertum, ut mercedem operarum capiat, is intelligitur, qui hoc solum agit, ut utique mercedem capiat, etiam si sub titulo [17] operarum eam stipulatus fuerit.

14 *l.* 25. *in fin. ff. de operis libert.*
15 Obligatio difficilius permittitur, quam adquisitio.
16 *l.* 6. §. 1. *ff. de jure patron.*
17 Titulus hic, color.

TIT. X.

DE JURE [1] AUREORUM [2] ANULORUM [3].

De alimentis. 1. De collusione.

1. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

INter cæteros alimenta liberto [4] relicta non [5] idcirco non debentur, quia [6] jus aureorum anulorum ab [7] Imperatore libertus acceperit. §. 1. Diversum in eo probatur, qui judicatus ingenuus, collusione [8] per alium patronum detecta conditioni suæ redditus, alimenta sibi, quæ tertius patronus reliquerat, præberi desiderat: hunc enim etiam [9] beneficium anulorum amittere placuit.

1 VI C. VIII. *Novell.* 78. de quo vide Cujac. 7 *observ.* 14.
2 Hodie non tantum benemeritis, sed omnibus manumissis jus aureorum anulorum datum est. *Nov.* 78.
3 Jus aureorum anulorum olim dabatur plerunque libertinis ditioribus: hinc Arnobius *lib.* 4. Pecunia donat anulos, & priora loca in spectaculis. Ditioribus, inquam, id est, habentibus in bonis millia quadringenta; qui census erat equestris. Suetonius *in Julio:* Jus anulorum cum millibus quadringentis. v. Cujac. *C. eod.* Eo munere siebant equites, aut certe quasi equites. Tacit. 18. tunc etiam ferreum anulum deponebant. hinc Papinius 3. *Mutavitque genus, lævaque ignobile ferrum Exuit.* Passim id dabatur tempore Plinii, 33. *c.* 11. sub Alexandro Severo nunquam. *Lamprid.* Goth. Adde Gothofred. ad *l.* 74. *ff. de verb. sign.* Alex. ab Alexandr. *genial. dier. lib.* 2. *c.* 29. Hotom. 1 *obs.* 11. Tholosan. *lib.* 14 *syntagm. jur. cap.* 9. *num.* 1. 2. Ans. 4 Jus aureorum anulorum solis libertis concedebatur, *l.* 2. *C. eod.* Sueton. *in Vitellio.* 12. *in fin.* Cic. 5 *Tusc.* 1. medicis. Dion, 51. Hi nomen tum mutabant, Tacit. 7. usus anuli eos distinguebat à plebe, eosque reddebat quasi senatores aut equites, 33 Plin. 1. tametsi alii non tam ornatus, quam signandi causa anulos gestarent, 7 Macr. 13. Plaut. *Cassina.* vide Ferrand. 1 *explic.* 41. 5 Rationem v. in *l.* 33. §. 2. *ff. de cond. & dem.* 6 Jus aureorum anulorum impetrans libertus, non ideo libertus esse desinit. Proinde alimenta sibi, ut liberto à patrono relicta recte consequetur. 7 Jus aureorum anulorum ab Imperatore tantum impetrabatur. 8 V. *ff. de collusione.* 9 Id est, non tantum alimenta sibi relicta, sed etiam jus aureorum anulorum amittit.
4 Pignori.
5 Si fructuarius pupillus manumissioni similiter consentiat.
6 Ingenuus.
7 Ab eo.
8 Per alium patronum detecta conditioni.
9 Beneficium anulorum.

De jure ingenuitatis. De hereditate.

V. PAULUS [lib. IX ad Leg. Juliam & Papiam].

IS, [qui] jus anulorum impetravit, ut [16] ingenuus habetur [17]: quamvis ab hereditate ejus patronus [18] non excludatur.

16 *l.* 6. *ff. eod. l. un. C. ad l. Visell.*
17 Imo jus anulorum non præstat ingenuitatem. *l. ult. C. eod.*
18 *l.* 9. *in princ. ff. de bon. libert.*

VI. ULPIANUS [lib. I ad Legem Juliam & Papiam].

LIbertinus, si jus anulorum impetraverit, quamvis jura ingenuitatis salvo jure patroni nactus sit, tamen ingenuus intelligitur. & [19] hoc D. Hadrianus rescripsit.

19 Certis casibus, *ut hic. Gl. nec.* adde *l.* 3. *ff. stit. prox. sim.*

TIT. XI.

DE NATALIBUS RESTITUENDIS [1].

De obreptione.

1. ULPIANUS [lib. II Responsorum].

A Principe natalibus suis restitutum eum, qui se ingenuum natum Principi adfirmavit [2], si ex ancilla natus est, nihil [3] videri impetrasse.

De ingenuitate, quibus natalibus restituitur. De successione. De consensu patroni.

II. MARCIANUS [lib. I Institutionum].

INterdum & servi nati ex postfacto juris interventu [4] ingenui fiunt: ut ecce si libertinus à [5] Principe natalibus suis restitutus fuerit. Illis enim utique natalibus restituitur, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse natus fuerat, cum servus natus esset. Hic enim, quantum ad totum jus pertinet, perinde habetur, atque si ingenuus natus esset: Nec [6] patronus ejus potest ad successionem venire. Ideoque Imperatores non facile solent quemquam natalibus restituere, nisi [7] consentiente patrono.

1 VI C. VIII. natalium restitutionem *Novell.* 78 ἀναγεννήσεως appellat. Porro *jus Quiritum* cives Romanos: anuli equites: natalium restitutio, & extraneorum, & patronorum ipsorum respectu, libertos ingenuos facit, ut obsequiis solutus sint, & judicio ingrati. vide Cujac. *C. eod.* Goth. & de Craveit. *consil.* 616. Anc.
2 Falso.
3 Quia obreptum est Principi. *l.* 2. *l.* 5. *C. si ingenua jur.*
4 *l.* 3. *l.* 5. *ff. eod. l.* 2. *C. de jure aur. anul.*
5 *l.* 23. §. 1. *C. de nuptiis.*
6 *l.* 3. *circa pr. ff. de bon. libert.*
7 Princeps potest legitimare spurios, & jus legitimandi concedere cum hac adjectione, *nam absente* vel mero jure potestatis, vel citatis iis, quorum interest, quorumque de præjudicio agitur. vide Roland. à Vall. 1 *consil.* 6. *num.* 30. licet legitimatio, quæ sit à patre, cognatorum consensum non exigat. *ibid.*

De consensu filii patroni.

IV. PAULUS [lib. IV Sententiarum].

NEc filio patroni [9] invito libertus natalibus suis restitui potest: quid enim interest, ipsi patrono, an filiis ejus fiat injuria?

De consensu patroni. De ingenuitate.

V. MODESTINUS [lib. VII Regularum].

PAtrono [10] consentiente debet libertus ab Imperatore natalibus restitui: jus enim patroni hoc impetrato amittitur.

§. 1. Libertinus, qui natalibus restitutus est, perinde habetur, atque si ingenuus factus, medio tempore maculam [11] servitutis non sustinuisset.

8 *l. ultim. ff. tit. proxim.* 9 Vide *l.* 3. *ff. tit. proxim.* 10 Vide *l.* 8. *in princ. ff. de aquæ.* 11 Servitus maculam quandam infert. *l.* 2. *ff. tit. prox.*

TIT. XII.

DE LIBERALI [1] CAUSA.

Qui & quibus ex causis pro aliis de libertate litigare possunt.

1. ULPIANUS lib. LIV ad Edictum.

SI quando is, qui in possessione servitutis constitutus est, litigare de conditione sua non patitur, quod forte sibi suoque generi vellet aliquam injuriam inferri: in hoc casu æquum est, quibusdam [2] personis dari licentiam pro eo litigare: Ut [3] puta parenti, qui dicat filium in sua potestate esse. nam etiam [4] si nolit filius, pro eo litigabit. sed & si in potestate non sit, parenti dabitur hoc jus: quia semper parentis interest [5], filium servitutem non subire. §. 1. Versa etiam vice dicemus, liberis [6] parentium etiam invitorum eandem [7] facultatem dari: neque enim modica filii ignominia est, si parentem servum habeat. §. 2. Idcirco visum est, cognatis etiam [8] hoc dari debere.

1 VII C. XVI. Paul. 5 *sentent.* 1. 4 *C. Theodos.* 8.
2 Parenti, liberis, cognatis, *l. eod.* interdum uxori, & extraneis. *l.* 3. §. 2. *l.* 6. *ff. eod.*
3 *l.* 27. *in pr. ff. de minorib. l.* 2. §. 2. *ff. quando appell. lic.*
4 Invito plerunque datur beneficium. dixi ad *l.* 6. *C. de captivis.*
5 V. exemplum illustre in *l.* 2. §. 24. *ff. de orig. jur.* id enim parentum amori datur. vide §. *ult. Inst. de vacuat. l.* 1. §. 1. *ff. de obsequ.*
6 An etiam naturalibus tantum? sic videtur. *arg. l.* 3. *ff. eod.*
7 Ut parentum suorum libertatem defendant: eosque à servitute licet volentes arceant.
8 Præter parentes & liberos.
9 Adde *l.* 6. 7. & *præsertim l.* 8. *ff. de pignorib. l.* 71. §. 3. *ff. de leg.* 1. Idque pietatis intuitu. *l.* 41. §. 2. *in fin.* §. 5. *ff. de leg.* 3.
10 Vide *Novell. Leon.* 100.
11 V. *l.* 9. *C. de procuratoris.*
12 V. *l.* 6. *ff. de appell.*
13 Hoc speciale est: alias id non permittitur. *l.* 2. *in fin. ff. ad Vellej.*
14 V. *l.* 4. *ff. eod. l.* 3. *in fin. ff. eod. l.* 5. *ff. eod. l.* 19. *C. eod.*
15 *l.* 3. *in fin. ff. eod. l.* 5. *ff. eod. l.* 19. *C. eod.*
16 Adde *l.* 7. *in fin. ff. de pact. Novell.* 120. *c.* 6.
17 Adde *l.* 1. *in fin. ff. ad Vellej.*
18 Ut pro eorum libertate litigent.

9 Invito aut ignorante patrono, libertus jus aureorum anulorum impetrare non potest. Plin. 10 *epist.* Rogo te, ut indulgeas jus Quiritum, quod à te volentibus patronis peto. *& alio loco:* Rogo, des jus Quiritum libertis, quod à te petente patrono peto. vide Cujac. 7 *obs.* 14. 13 Arenim jus aureorum anulorum tribuitur, ut Equites sint, vel quasi equites: non potest autem fœmina eques esse. *argum. l.* 2. *ff. de regul. juris.* 14 Fœminæ possunt impetrare jus anulorum, ingenuitatis, natalium. 15 Td & accipe hic pro *id est*, jus enim ingenuitatis impetrare, & natalibus restitui, idem est.

IBeris etiam hominibus, maxime si majores XX annis venum se dari passi sunt, vel in servitutem quaqua ratione deduci, nihil

De eo, qui se vendi vel alia ratione in servitutem deduci passus est. 2. De eo, qui sciens vel ignorans liberum emit. 4. Si quis à familia necatus esse dicatur. 5. De actore & reo.

VII. ULPIANUS lib. LIV ad Edictum.

hil obeſt, quominus poſſint in libertatem proclamare: niſi [19] forte ſe venundari paſſi ſunt, ut [20] participarent. Vide *l. 1. in pr. ff. quibus ad libert. l. 5. C. de liberali. cauſa.*

[21] Alias non. *l. 16 C. eod.*

[22] Tmeſis.

[23] *d. l. 1. in fin. ff. quib. ad libert.*

[24] Vide *l. 33. in pr. ff. eod.*

[25] Id eſt, etiam ſi eum emerit, qui ſciebat ſe liberum eſſe. *Baſil.*

[26] *l. ult. ff. tit. proxc.*

[27] Præter ſuperiorem. § 2. *ff. eod.*

[28] *l. 1. & toto tit. ff. de Senatuſc. Silanian.*

[29] Datam. ita legit Albericus, & liberale judicium hæc voce intelligit.

[30] Dubitationis cauſa ſuſpenditur judicium.

[31] *l. 5. in fin. C. eod. l. 8. l. 20. ff. de probationib. l. 15. C. de probat.*

[32] In libertatem proclamet quis, & in ſervitutem petatur, differentia eſt. Ille petitoris; Hic rei ſuſtinet partes.

[33] *l. 12. §. 2. ff. eod. l. 21. in pr. C. eod. l. 15. C. de probat.*

[34] *l. 9. in princ. ff. eod.*

[35] Fructuarius recte de ſtatu agit, ſi velit dominus.

[36] *l. 9. ff. eod.* vide quæ ſcripſi ad *l. 5. C. arbitr. tutelæ.*

[37] V. *l. 9. §. 1. ff. eod.*

[38] Quæcunque pluribus vel in plures competunt, de eis plerunque omnes ad eundem judicem eunt: ut ſi plures vindicent dominium ſervi, vel unus dominium, alter uſumfructum, *ut hic. §. 1. ff. eod.* & *l. 9. ff. eod. l. 1. l. 2. ff. de quibus reb. ad eundem judicem eatur.* ut & ſi plures tutelæ tenentur, *l. 5. C. arbitrium tutelæ. d. l. 2.* aut ſi certum petetur, plures correi, *Novell. 99. Quint. 3:* Privata judicia ſæpe unum judicem habere ſolent à Lege. Aliæ ſpecies erunt, etiam ſi unus à duobus duntaxat eandem rem, atque ex eadem cauſa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus: quod accidere in hereditariis litibus interim ſcimus, *d. l. 1.* quia, quamvis in multis perſonis, cauſa tamen una eſt, niſi conditio perſonarum quæſtiones variaverit. vide Cujac. *ff. de quib. reb. ad eundem judicem.*

[39] V. *l. 30. in pr. ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 6. cap. 10. n. 6.* Coram inimico judice litigare eſt durum. Unde tanquam ſuſpectus recuſari poteſt hic. Adde Wurmſer. *lib. 1 obſ. 9. & 10.* Miniſing. *4 obſ. 59.* Gail. *1 obſerv. 33. n. 9. & 10.* Anſ.

[40] Adde *l. 155. ff. de reg. jur.*

[41] Alterius, *Pandect. Flor.* pro alterius jus. vide quæ ſcripſi ad *l. 6. §. 2. ff. arbor. furtim cæſar.* niſi legere mavis, *alterijus*, ut τὰ *alteri* generandi caſu hic accipiatur. de quo vide Briſſon. *in parerg.* 42 *l. 8. §. 1. ff. eod.* 43 Libello recuſationis cauſa inſerenda. v. *l. 16. C. de judiciis.* 44 Quod diximus eſſe in fructuario & proprietario litigante. 45 Pro parte, non in ſolidum, ut *l. 8. §. 1. ff. eod.* 46 De quo initio Legis dictum eſt, & §. 1. 47 *l. 29. ff. de except. rei judic.* 48 *l. 7. in fin. ff. eod. l. 12. §. 2. ff. eod.* 49 V. *l. 1. C. de long. temp. præſcrip. quæ pro libert.* 50 §. 1. *ff. eod.* 51 §. 2. *ff. eod.* Goth. De dolo ac ejus præſumpt. & probat. v. Menoch. *lib. 5 præſumpt. 3. n. 53.* Anſ.

§. 1. Si quis minor [21] viginti annis ad particiendum pretium, venum [22] ſe dari paſſus eſt: nihil ei hoc poſt viginti annos nocebit. Sed ſi ante quidem ſe venum dedit, poſt [23] vicesimum autem annum pretium partitus eſt: poterit ei libertas denegari. §. 2. Si quis ſciens [24] liberum emerit, non denegatur vendito in libertatem proclamatio adverſus eum, qui eum comparavit: cujuſque ſit ætatis, qui emptus eſt: ideireo, quia non eſt venia dignus, qui emit, etiam [25] ſi ſcientem prudentemque ſe liberum emerit. † Sed enim ſi poſtea alius eum emerit ab hoc, qui ſcivit, ignorans: deneganda eſt ei libertas. §. 3. Si duo [26] ſimul emerint partes, alter ſciens, alter ignorans: videndum erit, numquid is, qui ſcit, non debeat nocere ignoranti? quod quidem magis eſt. † Sed enim illa erit quæſtio: partem ſolam habebit is, qui ignoravit, an totum? & quid dicemus de alia parte, an ad eum, qui ſcit, pertineat? Sed ille indignus eſt quid habere, quia ſciens emerit: rurſum, qui ignoravit, non poteſt majorem partem dominii habere, quam emit: evenit igitur, ut ei proſit, qui eum comparavit ſciens, quod alius ignoravit. §. 4. Sunt & aliæ [27] cauſæ, ex quibus in libertatem proclamatio denegatur: veluti ſi [28] quis ex eo teſtamento liber eſſe dicatur, quod teſtamentum aperiri Prætor vetat, quia teſtator à familia necatus eſſe dicatur: cum enim in eo ſit iſte, ut ſupplicio forte ſit adficiendus, non debet liberale judicium ei concedi. † Sed & ſi data [29] fuerit, quia [30] dubitatur, utrum nocens ſit, an innocens: differtur liberale judicium, donec conſtet de morte ejus, qui necatus eſt. apparebit enim, utrum ſupplicio adficiendus ſit, an non. §. 5. Si * quis ex ſervitute in libertatem proclamat, petitoris [31] partes ſuſtinet: ſi [32] vero ex libertate in ſervitutem petatur, is partes actoris ſuſtinet, qui ſervum ſuum dicit. † Igitur cum de hoc incertum eſt, ut poſſit judicium ordinem accipere, hoc ante apud eum, qui de libertate cogniturus eſt, diſceptatur, utrum ex libertate in ſervitutem, aut contra, agatur? Et ſi forte apparuerit, eum, qui de libertate ſua litigat, *in libertate ſine dolo malo fuiſſe*: is, qui ſe dominum dicit, actoris partes ſuſtinebit, & neceſſe habebit ſervum ſuum probare. Quod ſi pronunciatum fuerit, eo tempore, quo lis præparabatur, *in libertate eum non fuiſſe, aut* [33] *dolo malo fuiſſe*: ipſe, qui de ſua libertate litigat, debet ſe liberum probare.

De uſufructuario. 1. De pluribus adverſus eum, qui de libertate litigat, conſtituendis, & quibus ex cauſis ad eundem judicem eatur.

VIII. IDEM [lib. LV ad Edictum].

COgnitio de liberali cauſa [34] uſufructuario [35] datur, etiamſi dominus quoque velit (hoc eſt, qui ſe dominum dicit) movere ſtatus controverſiam. §. 1. Si plures ſibi dominium ſervi vindicant, dicentes eſſe communem: ad [36] eundem judicem mittendi erunt. & ita Senatus cenſuit. cæterum ſi unuſquiſque *ſuum eſſe in ſolidum* [37], non in partem, dicat: ceſſat Senatuſconſultum. neque enim timor eſt, ne varie judicetur: cum unuſquiſque ſolidum dominium ſibi vindicet. §. 2. Sed & ſi alter uſumfructum totum, alter proprietatem ſervi vindicet; item ſi alter dominium, alter pignoratum ſibi dicat: idem [38] judex erit. & parvi refert, ab eodem, an ab alio ei pignori datus ſit.

IX. GAIUS ad Edictum Prætoris Urbani, titulo De liberali cauſa.

SI pariter adverſus eum, qui de libertate litigat, conſiſtant fructuarius [39] & proprietarius: fieri poteſt, ut alteruter abſit. quo caſu, an præſenti ſoli permiſſurus ſit Prætor adverſus eum agere, dubitari poteſt: quia * non [40] debet alterius colluſione aut inertia alteri jus [41] corrumpi. ſed rectius dicitur, etiam alterutri eorum permittendum agere, ut alterius jus incorruptum maneat. † Quod ſi adhuc nondum finito judicio ſupervenerit, ad [42] eundem judicem mittetur: niſi ſi [43] juſtam cauſam adferat, quare ad eum mitti non debeat; forte ſi eum judicem inimicum ſibi eſſe adfirmet. §. 1. Idem [44] dicemus, & ſi duo pluteſve domini eſſe [45] dicantur, & quidam præſto ſint, quidam aberint.

§. 2. Unde in utroque [46] caſu diſpiciamus, an ſi is, qui prior egerit, victus ſit, proſit ei, quod poſterior vicerit, vel contra: id eſt, ut cum omnino alteruter vicerit, proſit etiam alteri; ſicut prodeſt heredi liberti, quod in fraudem patroni ſervi manumiſſi ſint? Si cui placeat prodeſſe, conſequens eſt, ut cum idem petat, exceptioni rei judicatæ objiciatur replicatio. ſi cui vero placeat non prodeſſe, is habebit ſequentem dubitationem: utrum id, in quo quis victus eſt, nullius erit; an ejus eſſe debeat, cum quo actum ſit; an potius ejus, qui vicerit: ſcilicet ut utilis actio detur ei, qui vicerit, minime autem Prætor pati debeat, ut [47] pro parte quis ſervus ſit.

Quid ſit ſine dolo malo in libertate eſſe.

X. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

QUod autem diximus [48], *in libertate fuiſſe*, ſic eſt accipiendum, non ut ſe liberum doceat is, qui liberale judicium patitur, ſed in poſſeſſione libertatis ſine dolo malo fuiſſe. † Quid ſit autem *ſine dolo malo fuiſſe*, videamus? nam Julianus ait, omnes, qui ſe liberos putant, ſine dolo malo in libertate fuiſſe: ſi modo ſe pro liberis gerant, quamvis ſervi ſint. Varus autem ſcribit, eum, qui ſe liberum ſciat, dum in fuga ſit, non videri ſine dolo malo in libertate eſſe: ſed ſimul atque deſierit quaſi fugitivus ſe celare, & pro libero agere, tunc incipere ſine dolo malo in libertate eſſe. etenim ait, eum, qui ſcit ſe liberum, deinde pro fugitivo agit, hoc ipſo [49] quod in fuga ſit, pro ſervo agere:

XI. GAIUS ad Edictum Prætoris Urbani, titulo De liberali cauſa.

LIcet fugæ tempore pro libero ſe geſſerit: dicemus enim eum in eadem cauſa eſſe.

3. Ad quod tempus refertur probatio poſſeſſionis libertatis. 4. De eo, cui operæ debentur. 5. De damno, quod bona fide poſſidenti datum eſt.

XII. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

IGitur ſciendum eſt, & liberum [50] poſſe dolo malo in libertate eſſe, & ſervum poſſe [51] ſine dolo malo in libertate eſſe.

§. 1. Infans [52] ſubreptus bona fide in ſervitute fuit, cum liber eſſet; deinde cum de ſtatu ignarus eſſet, receſſit, & clam in libertate morari cœpit: hic non ſine dolo malo in libertate moratur.

§. 2. Poteſt & ſervus ſine dolo [53] malo in libertate morari [54]: utputa teſtamento accepit libertatem, quod nullius momenti eſſe ignorat: vel vindicta ei impoſita eſt ab eo, quem dominum eſſe putavit, cum non eſſet: * vel educatus eſt quaſi liber, cum ſervus eſſet *. §. 3. Et generaliter dicendum eſt, Quotiens quis juſtis rationibus ductus, vel non [55] juſtis, ſine calliditate tamen, putavit ſe liberum, & in libertate moratus eſt, [dicendum eſt] hunc in ea cauſa eſſe, ut ſine dolo malo in libertate fuerit: atque ideo poſſeſſoris commodo fruatur. §. 4. Probatio autem ad id tempus referetur [56], cum ſine dolo malo in libertate fuerit, quo primum in jus aditum eſt. §. 5. Si operæ alicui debeantur, [57] quoque liberali judicio experiri poteſt. §. 6. Si quod [57] damnum mihi dederit, qui ad libertatem proclamat, illo tempore, quo bona fide mihi ſerviebat (veluti ſi ego bona fide dominus noxali judicio conventus & condemnatus, litis æſtimationem pro eo obtuli): in id mihi [58] condemnabitur.

XIII. GAIUS ad Edictum Prætoris Urbani, titulo De liberali cauſa.

ILlud certum eſt, damnum hoc ſolum in hac in factum actione deduci, quod dolo, non etiam quod culpa factum ſit. Ideoque licet abſolutus hoc judicio [59] fuerit, adhuc tamen poſtea cum eo poterit Lege Aquilia agi, cum ea Lege [60] etiam culpa teneatur.

§. 1. Item certum eſt, tam res noſtras, quam res alienas, quæ tamen periculo noſtro ſunt, in hanc actionem deduci: veluti commodatas & locatas. † Certe depoſitæ [61] apud nos res, quia noſtro periculo non ſunt, ad hanc actionem non pertinent.

De hu, qui dolo paſſi ſunt ſe venundari.

XIV. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

REctiſſime Prætor calliditati eorum, qui, cum ſe liberos ſcirent, dolo malo paſſi ſunt ſe pro ſervis venundari, occurrit: dedit enim in eos actionem [62]. §. 1. Quæ actio totiens locum habet, quotiens non eſt in ea cauſa is, qui ſe venire paſſus eſt, ut ei ad libertatem proclamatio denegetur. §. 2. Dolo autem non [63] eum feciſſe accipimus, qui non ultro inſtruxit emptorem, ſed qui decepit [64]:

XV. PAULUS [lib. LI ad Edictum].

ID eſt, ſive virilis ſexus, ſive fœminini ſit, dummodo ejus ætatis ſit, ut dolum capiat.

XVI. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

IMo [65] eum, qui finxit ſe ſervum, & ſic veniit decipiendi emptoris cauſa. §. 1. Si [66] tamen vi metuque compulſus fuit hic, qui diſtractus eſt, dicemus eum dolo carere. §. 2. Tunc habet emptor hanc actionem, cum [67] liberum eſſe neſciret: nam ſi ſcit liberum, & ſic emit, ipſe ſe circumvenit. §. 3. Quare ſi filiusfamilias emit, ſi quidem ipſe ſcit, pater ignoravit, non adquiſiit patri actionem: hoc ſi peculiari nomine egerit. † Cæterum ſi patre mandante, hic quæritur, an filii ſcientia noceat? Et puto adhuc nocere, quemadmodum [68] procuratoris nocet. §. 4. Plane ſi filius ignoravit, pater ſcit, adhuc dico repellendum patrem, etiam ſi peculiari nomine filius emit: ſi modo pater præſens fuit, potuitque filium emere prohibere.

XVII. PAULUS [lib. LI ad Edictum].

IN ſervo & in eo [69], qui mandato noſtro emit, tale eſt, ut ſi certum hominem mandavero emi, ſciens liberum eſſe, licet is, cui mandatum eſt, ignoret, idem ſit: & non competet ei actio. † Contra autem, ſi ego ignoravi, procurator [70] ſcit: non eſt mihi denegandа.

XVIII. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

IN tantum ergo tenetur, quantum dedit, vel in quantum obligatus eſt: ſcilicet in duplum. §. 1. Sed utrum pretium tantum, an etiam id quod pretio acceſſit, duplicetur, videamus? Et putem omne omnino, quod propter emptionem vel dedit,

XIX. PAULUS [lib. LI ad Edictum].

VEl permutavit, vel compenſavit eo nomine (nam [71] & is deditſe intelligendus eſt),

XX. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

VEl obligatus eſt, duplari debere. §. 1. Proinde ſi quid cuidam ob hanc actionem licito jure dedit, dicendum eſt, in hoc Edictum cadere, duplarive [72]. §. 2. Obligatum vel ipſi venditori accipere debemus, vel alii obligatum. Nam quod dedit, ſive ipſi venditori, ſive alii [ex] juſſu ejus: ſive ipſe, ſive alius dederit, æque continebitur. §. 3. *Obligatum* [73] accipere debemus, ſi [74] exceptione ſe tueri non poteſt: cæterum ſi poteſt, dicendum non eſſe obligatum. §. 4. Interdum evenit, ut is, qui comparavit, habeat in quadruplum actionem. nam in ipſum quidem, qui ſciens pro ſervo venit, hinc habet in duplum actionem: & præterea in venditorem, vel eum, qui duplam promiſit, in duplum actio eſt;

XXI. MODESTINUS [lib. I de pœnis].

VTique ejus duplum, quod propter emptionem vel dedit, vel obligatus eſt. Secundum quæ id, quod alter eorum ſolverit, nihil ad exonerandum alterum pertinebit: quia [75] placuit hanc actionem pœnalem eſſe. † Et ideo poſt [76] annum non datur. † Nec cum [77] ſucceſſoribus, cum ſit pœnalis, agetur. [Cum] actionem quæ ex hoc Edicto oritur, manumiſſione [78] non extingui rectiſſime dicetur: quia * [79] verum eſt auctorem conveniri non poſſe, poſt quem ad eum, qui ad libertatem proclamavit, perveniebatur.

XXII. ULPIANUS [lib. LV ad Edictum].

NOn ſolus autem emptor, ſed & ſucceſſores ejus hac [80] in factum actione agere poterunt. §. 1. *Emere* ſic accipiemus, etiam ſi per [81] alium quis emerit, utputa procuratorem [82].

§. 2. Sed etſi plures emerint, omnes habebunt hanc actionem: ſic tamen, ut ſi quidem pro partibus emerint, pro parte pretii habeant actionem; enimvero ſi unuſquiſque in ſolidum, quiſque in ſolidum habeat actionem, nec alterius ſcientia alteri nocebit, vel ignorantia proderit. §. 3. Si cum liberum eſſe emptor neſciit: poſtea autem ſcire cœpit, hoc ei non nocebit: quia tunc igno-

[52] Infans autem dicitur, qui nondum ſeptimum ætatis annum exceſſit. *l. 18. C. de jure deliber.*

[53] Et bona fide. *l. 2. C. de long. temp. præſcrip. quæ pro libert.*

[54] Vid. *l. 10. in pr. ff. eod.*

[55] V. *l. 14. C. ad l. Fluv. de plagiar.*

[56] *l. 7. in fin. ff. eod.*

[57] *l. 13. l. 41. ff. eod.*

[58] *l. 13. ff. eod.*

[59] Liberali.

[60] *l. 44. in pr. ff. ad l. Aquil.*

[61] Depoſitum periculo depoſitarii non perit.

[62] In factum. v. *l. 22. in pr. ff. eod.* quæ eſt pœnalis Prætoria ex Edicto. Edictum autem hujuſmodi fuiſſe videtur: Si quis cum ſe liberum eſſe ſciret, dolo malo paſſus fuerit ſe venundari, ei, qui emerit, in quantum dedit, vel obligatus eſt, in duplum actionem dabo.

[63] Dolo non eum tantum feciſſe accipimus, qui decepit, ſed qui non ultro inſtruxit emptorem. *puto ita legendum eſſe.*

[64] Se ſervum aſſeverando: & ſic decipit, qui quid falſi aſſeverat: forte etiam hic decipit, qui tacet, nec inſtruit. vide *l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. 15. in fin. ff. de peric.*

[65] Vide in hanc legem Cujacium, 8 *ad Afric. p. 200.*

[66] Vis & metus à dolo excuſat.

[67] *l. 4. l. 6. ff. de contrab. empt.*

[68] Scientia procuratoris domino: filii, patri nocet. *l. 17. l. 21. in fin. ff. eod. l. 51. §. 1. ff. de edil. edict.*

[69] In extraneo.

[70] Adde *l. 16. in fin. ff. eod.*

[71] Dediſſe intelligitur, qui permutavit vel compenſavit. *l. 2. l. 3. ff. de calumniatorib. l. 8. ff. de hered. vend. l. 27. ff. de ædilitio.* Dat, qui compenſat. *l. 4. C. de compenſat.*

[72] *l. 18. ff. eod.*

[73] Obligatus intelligitur, qui exceptione ſe tueri non poteſt. Contra non obligatus intelligitur, qui exceptione ſe tueri poteſt: hæc enim paria. *l. item. 14. ff. quod metus cauſa. l. nihil intereſt. 112. ff. de reg. jur.*

[74] *V. l. 10. ff. de verb. ſign.*

[75] *l. 11. §. 2. in fin. ff. ad l. Aquil.*

[76] *l. 35. ff. de obſig.*

[77] Vide Anton. Govean. *lib. 1. lect. cap. 37.* Anſ.

[78] V. *l. 25. ff. de evictionibus.*

[79] Τὸ *quia* hic accipitur pro *quamvis.* vide tamen Govean. *1 lect. 38.*

[80] *l. 17. in pr. ff. ad. l. 10. in fin. ff. de fideicomm. libert.*

[81] Per alium qui emit, ipſe emiſſe videtur.

[82] Parum enim intereſt, quis emat, an per alium id faciat. *argum. l. 1. §. 12. ff. de vi, & vi.*

ignoravit. Sed si tunc scivit, postea dubitare cœpit, nihilum proderit. §. 4. Heredi & cæteris successoribus scientia sua nihil nocet, ignorantia nihil prodest. §. 5. Sed si [82] per procuratorem scientem quis emerit, ei nocet: sicuti [83] tutoris quoque nocere Labeo putat. §. 6. Hæc actio post annum non datur, cum sit honoraria: est autem & pœnalis [84].

De usufr. liberi hominis vendito. 1. Quibus ad libertatem proclamare licet, vel non. 2. Si mater & filius de libertate litigant.

XXIII. PAULUS [lib. L ad Edictum].

SI usumfructum tibi vendidero liberi hominis, & cessero: servum effici eum dicebat Quintus Mucius. sed dominium ita demum fieri meum, si bona [85] fide vendidissem: alioquin sine [86] domino fore. §. 1. In summa sciendum est, quæ de venditis [87] servis, quibus denegatur [88] ad libertatem proclamatio, dicta sunt, etiam ad donatos, & in dotem datos referri posse: item ad eos qui pignori [89] se dari passi sunt. §. 2. Si mater & filius de libertate litigant: aut conjungenda sunt utrorumque judicia, aut differenda est causa filii, donec de matre constet. sicut Divus quoque Hadrianus decrevit. nam cum apud alium judicem mater litigabat, apud alium autem filius: Augustus dixit ante de matre constare oportere, sic dein[de] de filio cognosci.

De effectu liberalis causæ ordinatæ, & de actionibus ei qui de statu suo litigat, vel in eum competentibus.

XXIV. IDEM [lib. LI ad Edictum].

ORdinata [90] liberali causa, liberi [91] loco habetur is, qui de statu suo litigat: ita ut adversus eum quoque qui se dominum esse dicit, actiones ei non denegentur, quæcunque intendere velit. quid enim si [quæ] tales sint, ut tempore [92] aut morte intereant? quare non concedatur ei litem [93] contestando in tutum eas redigere? §. 1. Quinetiam Servius ait, in actionibus annuis ex eo tempore annum cedere, ex quo [94] lis ordinata sit.

§. 2. Sed si cum aliis experiri velit, non est quærendum, an lis ordinata sit: ne inveniatur ratio, quemadmodum subjecto [95] aliquo qui libertati controversiam moveat, interim actiones excludantur. æque enim, ex eventu judicii liberalis, aut utilis aut inanis [96] actio ejus efficietur. §. 3. Sed si quas actiones inferat dominus, quæritur, an compellendus sit suscipere [97] judicium? Et plerique existimant, si in personam agat, suscipere ipsum ad [98] litis contestationem, sed sustinendum judicium, donec de libertate judicetur. nec videri præjudicium libertati fieri, aut voluntate domini in libertate eum morari: nam ordinato liberali judicio, interim pro libero habetur; & sicut ipse agere, ita cum ipso quoque agi potest. cæterum ex eventu, aut utile judicium erit, aut nullum, si contra libertatem pronunciatum fuerit.

§. 4. Si is, qui in libertatem proclamat, furti aut damni injuria ab aliquo arguatur, Mela ait, interim eum cavere debere judicio se sisti: * ne melioris conditionis sit [99], qui dubiæ libertatis est, quam qui certæ? sed sustinendum judicium, ne præjudicium libertati fiat. † Æque si cum possessore hominis furti agi cœperit, deinde is, cujus nomine agebatur, in libertatem proclamaverit, sustinendum judicium: ut si liber judicatus sit, in ipsum transferatur judicium; & si damnatio facta sit, judicati actionem potius in eum dandam.

1. Si sæpius ad libertatem proclametur. 2. De effectu libertatis causæ ordinatæ, & acquisitione per eum qui de statu suo litigat.

XXV. GAIUS [ad Edictum Prætoris urbani, titulo De liberali causa].

SI cui de libertate sua litiganti optio legata sit, quæcunque hereditate [100] ei relicta dicuntur, eadem [1] & de optione tractari possunt. §. 1. Interdum ex [2] integro datur ad libertatem proclamatio, veluti ejus, qui adfirmat ideo se primo judicio victum, quod statuta [3] libertas nondum ei obtigerat, quam nunc dicit sibi obtigisse. §. 2. Licet vulgo dicatur, *post ordinatum [4] liberale judicium hominem, cujus de statu controversia est, liberi loco esse:* tamen si servus sit, certum est nihilominus eum, quod ei tradatur, vel stipuletur, perinde domino adquirere, atque si non de libertate ejus quærebatur. tantum de possessione videbimus, cum ipsum post litem ordinatam desinat dominus possidere. Sed magis est ut adquirat, licet ab eo non possideatur: & cum placuit per fugitivum [5] quoque nos possessionem adquirere [6] posse, quid mirum, etiam per hunc, de quo quæramus, adquiri?

De actione injuriarum.

XXVI. IDEM [lib. XX ad Edictum provinciale].

QUi ex libertate in servitutem petit, si judicii de evictione servandi causa, contra libertatem agit: injuriarum [7] actione non convenitur.

Utrum causa libertatis sit in tempus pubertatis differenda. 1. De absentia ejus qui status controversiam faciebat, 2. Vel patiebatur.

XXVII. ULPIANUS [lib. II de Officio Consulis].

DIvi fratres Proculo & Munatio [8] rescripserunt: *Cum Romulus, de cujus statu quæritur, pupillari ætatis sit: an exigente Varia Hedone matre, & consentiente [Vario Hermete] tutore, ad tempus pubertatis causa [9] differenda sit, vestræ [10] gravitatis est ex fide personarum, quod utile est pupillo, constituere.* §. 1. Si ea persona desit cognitioni, quæ alicui status controversiam faciebat: in eadem causa est, qui de libertate sua litigat, qua fuit, priusquam de libertate controversiam patiatur. Sane hoc lucratur, quod is, qui eam status controversiam faciebat, amittit suam [11] causam. Nec [12] ea res ingenuum facit eum, qui non fuit: nec enim penuria [13] adversarii ingenuitatem solet tribuere. † *Recte* [14] atque *ordine* judices puto facturos, si hanc formam fuerint consecuti: ut ubi deest is, qui in servitutem petit, electionem adversario deferant, utrum malit cognitionem circumduci, an audita causa sententiam proferri. & si cognoverint, pronunciare debebunt, servum illius non videri. neque hæc res captionem [15] ullam habet [16]: cum non ingenuus pronuncietur, sed servus non videri. † Quod si ex servitute in ingenuitatem se allegat: melius fecerint, si cognitionem [17] circumduxerint, ne sine adversario pronuncient, ingenuum videri. nisi magna causa suadeat, & evidentes probationes suggerant, secundum libertatem pronunciandum. ut etiam rescripto Hadriani continetur. §. 2. Quod si is, qui pro sua libertate litigat, desit, contradictor vero præsens sit: melius erit inaugeri [18] causam ejus, sententiamque proferri. si enim liquebit [19], contra libertatem dabit [20]. evenire autem potest, ut etiam [21] absens vincat: nam potest sententia etiam secundum libertatem ferri.

Quid sit voluntate domini esse in libertate.

XXVIII. POMPONIUS [lib. XII ad Quintum Mucium].

NOn [22] videtur domini voluntate servus in libertate esse, quem dominus ignorasset suum esse: & est hoc verum. is enim demum voluntate domini in libertate est [23], qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.

De militia.

XXIX. ARRIUS MENANDER lib. I de Re militari.

QUi de libertate sua litigans necdum sententia data militiæ se dedit, in pari causa cæteris [24] servis habendus est: nec exonerat eum, quod pro libero habeatur in quibusdam. & licet liber apparuerit, exauctoratus [25], id est, militia remotus, castris rejicietur [26]: utique qui ex servitute in libertatem peritus sit, vel qui non sine dolo malo in libertate moratus est. † Qui vero per calumniam peritus in servitutem est [27], in militia [28] retinebitur.

§. 1. Qui ingenuus pronunciatus est, si se militiæ dedit, intra [29] quinquennium retractata sententia, novo domino reddendus est.

De duobus separatim pro parte in servitutem petentibus.

XXX. JULIANUS lib. V ex Minicio.

DUobus [30] petentibus hominem in servitutem pro parte dimidia separatim, si uno judicio liber, altero servus judicatus est, commodissimum est eo usque cogi judices, donec consentiant: si id non contingat, Sabinum refertur existimasse duci servum debere ab eo qui vicisset: cujus sententiæ Cassius quoque est, & ego sum. Et sane ridiculum est arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem ejus tueri [31]: commodius [32] autem est, favore libertatis liberum quidem eum esse, compelli autem pretii sui partem viri boni arbitratu victori suo præstare.

Si filius patri, qui manumiserat ejus servum, successerit.

XXXI. ULPIANUS lib. I Responsorum.

FIlium ob hoc, quod patri [33] heres extitit, prohiberi [34] à patre suum servum manumissum in servitutem petere.

De bonis eorum qui ex servitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati sunt.

XXXII. PAULUS lib. VI Regularum.

DE bonis eorum qui ex servitute aut libertinitate in ingenuitatem vindicati sunt, Senatusconsultum factum est: quo cavetur, de his quidem qui ex servitute defensi essent, ut id duntaxat ferrent, quod in domo [35] cujusque intulissent; in eorum [36] autem bonis, qui post manumissionem repetere originem suam voluissent, hoc amplius, ut, quod post manumissionem quoque adquisissent non ex re manumissoris, secum ferant, cætera bona relinquerent illi, ex cujus familia exissent.

De eo qui se venundari passus est.

XXXIII. IDEM lib. singul. De liberali causa.

QUi sciens [37] liberum emit, quamvis & ille se patereturve nire, tamen non potest contradicere ei qui ad libertatem proclamat: sed si alii eum ignoranti vendiderit, denegabitur [38] ei proclamatio.

De rationibus reddendis.

XXXIV. ULPIANUS lib. singul. Pandectarum.

IMperator Antoninus [39] constituit, non alias ad libertatem proclamationem cuiquam permittendam, nisi [40] prius administrationum rationes reddiderit, quas, cum in servitute esset, gessisset.

De servis ad templi custodiam destinatis.

XXXV. PAPINIANUS lib. IX Responsorum.

SErvos ad templi [41] custodiam, quod ædificari Titia voluit, destinatos [42], neque manumissos, heredis [43] esse constitit.

De servo abducendo.

XXXVI. IDEM [lib. XII Responsorum].

DOminus, qui obtinuit [44], si velit servum [45] suum abducere [46], litis æstimationem pro eo accipere non cogetur.

De privata conventione.

XXXVII. CALLISTRATUS [lib. II Quæstionum].

CONventio [47] privata neque [48] servum quemquam, neque libertum alicujus facere potest.

De venditore, qui professus est se manumissurum. 1. De venditis hac lege, ut manumittantur. De eo, qui pretium accepit, ut ancillam manumitteret.

XXXVIII. PAULUS [lib. XV Responsorum].

PAulus respondit: si (ut proponitur) post perfectam sine ulla conditione emptionem, postea emptor ex voluntate sua literas emisit, quibus profiteretur, *se post certum tempus manumissurum eum, quem emerat:* non [49] videri eas literas ad Constitutionem D. Marci pertinere. §. 1. Idem respondit, Constitutionem quidem D. Marci ad libertatem [50] eorum mancipiorum pertinere, quæ hac lege venierint, *ut post tempus manumitterentur:* sed eundem favorem, libertatis consequendæ causa, etiam eam mereri, pro [51] qua dominus pretium accepit, ut ancillam suam manumitteret; cum idem etiam libertam habiturus sit. §. 2. Quæritum est, an emptor servo recte libertatem dederit nondum pretio soluto? † Paulus respondit, servum, quem venditor emptori tradidit, si ei pro pretio [52] satisfactum est, & nondum pretio soluto, in bonis emptoris esse cœpisse. §. 3. Gaius Seius Stichum servum Lucio

---

82 Vid. *l.* 16. §. *pen. in fin. ff. eod.*
83 V. quæ scripsi ad *l.* 2. *C. qui admitt.*
84 Pœnales actiones post annum non dantur.
85 Veluti eo patiente. *Basil.*
86 *l.* 3. *in pr. ff. de peculio. l.* 36. *in fin. ff. de stip. serv. l.* 1. *in pr. C. comm. de successionib.*
87 Quibus non denegatur. Cujac. *Inst. de jure personarum.*
88 Venditionis verbum extenditur ad donationem dotis & pignoris dationem. adde *l.* 19. §. 1. *ff. de statulib.*
89 Hinc collige, liberos olim eriam alio quam venditionis titulo se nexuisse pignori, *ut hic.* & usufructus. *in pr. ff. eod.* facit *l.* 16. *C. eod.*
90 De ordinatione causæ liberalis, vide Cujac. 18 *obs.* 23.
91 *l.* 14. *C. eod.*
92 *l.* 23. *l.* 24. *ff. mandati.* Paul. 2 *sent.* 15. §. 1.
93 Vide *l.* 1. *C. quando libell. Princ. oblatur.*
94 V. *l.* 1. *in fin. C. de annali except.*
95 V. *l.* 19. §. 3. *ff. de neg. gest.*
96 De inani dixi ad *l.* 6. *ff. de dolo.*
97 Instantiam vel sententiam. *Gloss. hic.*
98 *Ad* ponitur inclusive, ut *l. si ante.* 6. *ff. soluto matrim. l. mariti.* 29. §. *quinquennium.* 7. *ff. de adulteriis.*
99 Melioris esse conditionis non debet dubius quam certus. *l.* 4. *circa pr. ff. titul. prox.*
100 Adde *l.* 10. *ff. de legat.* 1. v. *l.* 6. *ff. de optione.*
1 Cujacius tamen negat. *ff. de optione.* electionem fuisse actum legitimum, utcunque optio sit actus legitimus.
2 *l.* 2. *C. eod. l.* 37. *ff. de judiciis. l.* 11. §. 4. *vers. cæterum. ff. de except. rei jud.*
3 De qua dixi ad *l.* 2. *ff. si is, qui testam.*
4 *l.* 24. *ff. eod. l.* 14. *C. eod.*
5 V. Paul. 4 *sent.* 14. §. 5.
6 V. *l.* 12. §. 4. *ff. de usufr. l.* 1. §. 4. *ff. de adqu. possess.*
7 V. *l.* 12. *ff. de injuriis.*
8 Consules hi videntur fuisse: quod & inscriptio hujus Legis suadet, & quod mox sequitur, vestræ gravitatis est constituere. Id si fuerit, suffecti fuerint non ordinarii, nec enim nomen eorum Fastis adnumeratur.
9 *l.* 3. §. 7. *ff. de Carboniano.*
10 Consules in Urbe cognoscebant de causa status. vide quæ notavi ad *l. ultim. C. ubi causa status.*
11 *l.* 53. *in pr. ff. de rejudic.*
12 *l.* 7. *C. de ingenuis manumiss.*
13 *d. l.* 7.
14 Eadem formula reperitur in *l.* 4. §. 4. *ff. de off. Proconf. l.* 2. §. 1. *ff. ad Vellelanum.* apud Cicer. *pro Quintio. & Philipp.* 5. & *in oratione Cæsaris* apud Sallustium. de verbo *Recte*, dixi plura ad *l.* 11. *in fin. ff. de duobus reis.*
15 Vide quæ notavi ad *l.* 14. *in fin. ff. de probat.*
16 Respectu absentium.
17 Id est, protelari, differri.
18 Inaudiri: ita legit Cujac. *Obs.* 27. vel 28.
19 *l.* 36. *ff. de re judic. l.* 22. *C. de falsis.* Hæc verba non damnantis, aut sententiam ferentis, sed dubitantis. Senec. 2 *controvers.* Aut fer sententiam, aut, quod facilius est, in hujusmodi rebus nega tibi liquere. Idem 8 *epist.* adde 14 *Gell.* 2.
20 Id est, proferet sententiam secundum te. sic Plin. 7 *epist.* secundum reos. Suet. *Claudio:* secundum præsentes, secundum te litem do. 2 Valer. 3. Cic. *pro Roscio Comœdo.* 5 Gell. 20. Senec. *præf. 7 declamation.* Tac. 4. vide Brisson. *select.* 2. vide Cuj. 6 *obs.* 27.
21 *l.* 40. *C. eod. l.* 2. §. 2. *C. de advertione toll.*
22 Cur? velle factum non videtur, qui factum ignorat. Goth. Adde *l. si voluntate. C. de fid. libert.* Ans.
23 Adde *l.* 38 *in pr. ff. de adqu. possess.*
24 *l.* 8. *l.* 11. *ff. de re militari.*
25 Militia liberatus judicii evitandi causa punitur. *l.* 8. *ff. de re milit. l.* 1. *C. qui milit.*
26 Castris ejici solebant milites ignominia dimissi. dixi ad *l.* 2. §. 2. *ff. de his, qui not. sant.*
27 Et vincit. *Basil.*
28 Miles remanet.
29 V. *l.* 2. *ff. de collus. deteg.*
30 V. *l.* 9. *in pr. ff. eod.*
31 Passive hoc vocabulum hic usurpatur, ut *l.* 17. *ff. de injusto.*
32 Cur? quia favendum est libertati.
33 *l.* 7. *C. eod.*
34 Imo non prohibetur, quia parens ejus servo libertatem conferre non potuit. *l.* 9. *C. de man. test.*
35 Qui ex possessione servitutis vindicavit se in libertatem, bona quæ in domum possidentis intulit, secum effert, & exportat.
36 Qui ex libertate vindicant se in ingenuitatem, ea demum bona secum ferunt, quæ post manumissionem de facto adquisierunt, non ex re manumissoris.
37 *l.* 7. §. 2. *ff. eod* v. *l.* 4 *ff. eod.*
38 Imo, non denegabitur: quia conventione privata nemo fieri servus potest. *l.* 37. *ff. eod.*
39 Elagabalus. Ans.
40 *l. ult. C. ubi ad lib. proclam.*
41 Ad *templorum custodiam* servi nonnunquam legati fuere.
42 Id est, votos ad custodiam templi. *l.* 2. *in pr. ff. de pollicitationib. l.* 3. *C. de furtis.*
43 Servi legati ad templi ædificandi custodiam, interim sunt heredis, non ipsius templi, aut *Dei, ut hic.* Cur sunt heredis? quia necdum consecrati sunt, nec templo dedicati. Ideoque manumitti non possunt, nisi ab herede: quod si consecrati essent, servi ejus Dei essent, cujus templum foret, ut Martiales, Latini: & in Sicilia, Venerii servi, ministri Veneris Erycinæ apud Ciceronem *Cluentiana. & de divinat.* ubi de Agonide quadam adjudicata Veneri.
44 Rei vindicatione.
45 Sibi adjudicatum sententia judicis.
46 Utique potest. *l.* 68. *ff. de rei vind.*
47 *l.* 10. *C. eod.*
48 Imo potest conventione seu venditione sui liber servus effici. *l.* 33. *ff. eod.*
49 Nec erit talis liber.
50 Servi venditi ea Lege, *ut ab emptore manumittantur*, emptore cessante, ipso jure ad libertatem eripiuntur sine manumissione. vid. *l.* 8. *ff. qui sine manumiss.* Quid? servus hujusmodi quem habiturus est patronum? ipsum emptorem? quod sane paradoxon: ut is scil. sit patronus, qui non manumisit. Cur sit patronus? lex facta ejus repræsentat. *l. pen. C. eod.*
51 *l.* 4. *C. si mancip. ita fuerit alien.*
52 Vid. *l.* 19. *l.* 53. *ff. de contrah. empt.*

elo Titio vendidit ita, ut Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo triennio servisset: sed nondum exacto tempore triennii, Stichus fugit, & post aliquantulum temporis defuncto Titio revertit. Quæro, an obstet Sticho ad sequendam [53] ex venditione libertatem, quod ante triennium discesserit? † Paulus respondit, secundum ea, quæ proponuntur, expleto [54] tempore, post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competisse.

[53] Ad consequendum. *Hal.*

[54] V. *l.* 14. circa fin. *ff. de statul.*

Si quis ultro de ingenuitate sua probare desideret. 1. De calumnia moventis controversiam status. 2. De tutoribus. 3. De viro, & uxore.

XXXIX. IDEM [lib. V Sententiarum].

CUi necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultro [55] si ipse probare desideret, audiendus est. §. 1. Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia [56] ejus, qui temere controversiam movit, ad modum exilii possunt ferre sententiam.

§. 2. Tutores vel curatores pupillorum, quorum tutelam & res administraverunt, postea status quæstionem facere non possunt. §. 3. Maritus uxori eidemque libertæ status quæstionem inferre non prohibetur.

[55] *l.* 14. *in fin. ff. de probat.*

[56] *l.* 31. *C. eod.*

De eo, qui se venundari passus est.

XL. HERMOGENIANUS [lib. V Juris Epitomarum].

CUm pacto partitionis [57] pretii major viginti annis venalem [58] se præbuit: nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest.

[57] *l.* 5. §. 1. *ff. de statu hom.* vid. *l.* 6. §. 5. *ff. de injust. rupto.* Partitionis pretii hanc puto fuisse rationem in venditis libertatibus, ut creditori (cui satisfaciendum erat a debitore) pars pretii numeraretur, pars altera maneret penes debitorem ipsum venditum, ut hoc saltem solatium in sua servitute haberet, vel tenue quiddam, velut proprium, possidere.

[58] Hoc hodie correctum. *Novell. Leon.* 59.

De probationc. 1. De rebus amotis, vel damno facto ab eo, qui proclamat in libertatem.

XLI. PAULUS [lib. singul. de Articulis liberalis causæ].

SI [59] in obscuro sit, in quo fuerit statu is, qui pro libertate sua litigat, prior audiendus est probare volens se ipsum in libertatis esse possessionem [60]. §. 1. Judex autem, qui de libertate cognoscit, etiam de [61] rebus amotis, damnove magno facto cognoscere debet: fieri enim potest, ut fiducia libertatis & subripere quædam, & corrumpere, atque consumere ex bonis, quibus serviebat, ausus sit.

[59] Liberalis causa si in obscuro sit, &c. *Hal.*

[60] Possessione.

[61] Vid. *l.* 12. §. *fin. ff. eod.*

Si is, qui perperam liber pronunciatus est, postea ejus esse cœperit, contra quem fuerat judicatum.

XLII. LABEO lib. IV Posteriorum.

SI servus, quem emeras, ad libertatem proclamavit, & ab judice perperam pro eo judicatum est, & dominus ejus servi, post rem contra te judicatam [62], te heredem fecit, aut aliquo [63] nomine is tuus esse cœpisset, petere eum tuum esse poteris: nec tibi obstabit rei judicatæ præscriptio. Javolenus: hæc vera sunt.

[62] V. *l.* 11. §. 4. *verf. ceterum. ff. de except. rei jud.*

[63] *Al.* alio quo.

De his, quæ proclamans in libertatem intercepit.

XLIII. POMPONIUS [lib. III Senatusconsultorum].

DE his, qui bona eorum, quibus serviebant, intercepissent, deinde ad libertatem proclamabant, Hadrianus Imperator rescripsit: cujus rescripti verba hæc sunt, *Sicut non est æquum fiducia libertatis, quæ ex fideicommisso causa præstanda est, intercipere hereditariam pecuniam: ita nec libertati præstandæ moram quæri oportet.* Quam primum ergo [64] arbitrum dare debeat, apud quem constaret quid servari potest heredi, antequam ad servum manumittendum compelleretur.

[63] *l.* 37. *in pr. ff. de fideic. lib.*

De his, quæ libertatis causa imponuntur.

XLIV. VENULEIUS lib. VII Actionum.

LIcet dubitatum antea fuit, utrum servus duntaxat, an libertus [65] jurando patrono obligaretur in his, quæ libertatis causa imponuntur: tamen verius est non aliter quam liberum obligari. † Ideo autem solet [66] jusjurandum à servis exigere, ut hi religione adstricti, posteaquam suæ potestatis esse cœpissent, jurandi necessitatem haberent: dummodo in continenti, cum manumissus est, aut juret, aut promitteret. §. 1. Licet autem circa donum, munus [67], operas, etiam uxorum personas inserere.

§. 2. In eum, qui impubes juraverit, [scilicet] qui & jurare potuerit [68], danda est utilis actio operarum nomine, cum pubes tamen factus erit: potest [69] tamen & impubes [70] operas dare, veluti [71] si nomenclator [72] sit, vel histrio [73].

[65] *l.* 7. *in pr. ff. de oper. lib. l.* 24. *in fin. l. pen. in fin. ff. de statu.* Goth. Vid. Anton. Augustin. *lib. sing. ad Modestin.* Anf.

[66] Sine jurejurando operæ à servis non exiguntur, *l.* 7. *ff. de de oper. lib.* non sola promissione. *l.* 3. *C. an servus ex fide facto.*

[67] *l.* 7. §. 3. *ff. de operis libert.* [68] Utpote proximus pubertati. [69] *l.* 31. *ff. de rei vindic.* [70] Imo non potest. *l.* 12. §. 3. *ff. de usufruct. l. ultim. ff. de oper. servor.* [71] Impuberes operas interdum dare possunt. Quo modo? si nomenclatores vel histriones sint. [72] De quo vide quæ notavi ad *l.* 7. §. 5. *ff. de operis libert.* [73] Hinc colligit Alciat. 1 *præsumpt.* 40. non præsumi impuberem dare posse operas, nisi sit nomenclator vel histrio: infames alioqui. v. Suet. *Tiber.* 44.

TIT. XIII.

QUIBUS AD LIBERTATEM [1] PROCLAMARE NON LICET.

De majore. 1. Vel minore XX annis qui se venundari passus est.

I. ULPIANUS [lib. II de Officio Proconsulis].

MAjores viginti annis ita demum ad libertatem proclamare non possunt, si pretium [2] ad ipsum, qui veniit pervenerit. † Ex cæteris autem causis quamvis major viginti annis se venundari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet.

§. 1. Minori autem viginti annis ne quidem ex causa supra scripta debet denegari libertatis proclamatio: nisi major annis viginti factus, duraverit in servitute: tunc [3] enim si pretium partitus [4] sit, dicendum erit denegari ei debere libertatis proclamationem.

[1] Addit Eclogæ auctor 48. *tit.* 9. 10. ἢ περὶ ἐνγένειων, id est, *aut ingenuitatem.* ut & *lib.* 2. *tit.* 1. in Codice vero, & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare non prohibentur.

[2] *l.* 7. §. 1. *ff. de liberali caus. l.* 5. *C. de liberali causa.*

[3] *l.* 7. §. 1. *ff. de liber. caus.*

[4] Vide quæ de hac partitione dixi ad *Nov. Leon.* 59.

Si quis servum, quem per vim accepit, testamento liberum esse jussit.

II. MARCELLUS lib. XXIV Digestorum.

SErvum quis per vim à Titio accepit, & testamento liberum esse jussit: quanquam solvendo decesserit, non erit ille liber. alioquin fraudabitur Titius, qui, non procedente quidem libertate, cum herede ejus [5] agere potest; at si ad libertatem servus pervenerit, nullam actionem habiturus est, quia [6] nihil videbitur heres ex defuncti dolo consecutus.

[5] *l.* 9. §. 5. §. 7. *ff. de eo, quod met.*

[6] De dolo defuncti in ejus heredes non datur actio, si nihil ex ejus dolo consecuti sint.

De his, qui venire se patiuntur, vel ex mulieribus, quæ se venire passæ sunt, nascuntur.

III. POMPONIUS lib. XI Epistolarum & Variarum Lectionum.

EIs, qui se passi sint [7] venire, ad libertatem proclamandi licentiam denegari. Quæro, an & ad eos, qui ex mulieribus, quæ se passæ sint venire, nascuntur, ista Senatusconsulta pertinent? † Dubitari non potest, quin ei quoque, quæ major annis viginti venire se passa est, ad libertatem proclamandi licentia fuerit denegata. His quoque danda non est, qui ex ea nati tempore servitutis ejus erunt.

[7] De quibus *l.* 6. §. 5. *ff. de injusto.*

Si statuliber, aut is, cui libertas fideicommissaria debebatur, se vendi passus est.

IV. PAULUS lib. XII Quæstionum.

LIcinnius Ruffinus [8] Julio Paulo: Is, cui fideicommissa libertas debebatur, post XX annum venire se passus est. Quæro, denegandum sit ei ad libertatem proclamare? Movet me exemplum [9] cujusvis liberi hominis: nam etsi consecutus [esset] libertatem, se vendidisset, denegaretur ei ad libertatem proclamare: nec debet [10] meliori loco intelligi, quod in servitute constitutus, passus est se venundari, quam si esset libertatem consecutus. sed è contrario movet me, quod in hoc, de quo quæritur, venditio constitit, & est qui veneat: in libero autem homine neque venditio constitit, & nihil [11] est, quoniam [12] veneat. Peto itaque plenissime instruas. Respondit [*], venditio quidem tam servi, quam liberi contrahi potest, & stipulatio de evictione [13] contrahitur. non enim de eo loquimur, qui sciens [14] liberum emit: nam adversus hunc nec ad libertatem proclamatio denegatur. Sed is, qui adhuc servus est, etiam invitus venire potest: quamvis & ipse in eo malus sit, quod de conditione [15] sua dissimulat; cum in sua potestate habeat, ut statim ad libertatem perveniat. Quod [16] quidem non potest ei imputari, cui nondum libertas debetur. pone statuliberum passum se venundari: nemo dicturus est, superveniente conditione, quæ non fuit in ejus potestate, libertatis petitionem ei denegandam. idem puto etiam si in ipsius potestate fuit conditio. Sed in proposito magis probandum est, ut [17] denegetur ei libertatis petitio, qui potuit petere libertatem, & maluit [18] se venundari: quia indignus est auxilio Prætoris fideicommissarii [19].

[8] Licinnius Rufinus, Julii Pauli coætaneus.

[9] Paria sunt enim esse in ipsa libertate, & mox eam adipisci. Indignus est auxilio Prætoris fideicommissarii, qui in articulo obtinendæ libertatis fideicommissariæ venum lit.

[10] Vid. *l.* 24. §. *ult. ff. tit. prox.*

[11] Vid. *l.* 59. *ff. quemadmod. servi amitt.*

[12] *Al.* quod. Quod teneat. *Hal.*

[13] V. *l.* 39. §. 3. *ff. de evictionibus.* adde §. *ult. in fin. Inst. de empt.*

[14] *l.* 4. *l.* 5. *l.* 62. *l.* 70. *ff. de contr. empt.* §. *fin. Inst. de empt. & vend. l.* 33. *ff. tit. prox.*

[15] Malus præsumitur, qui de sua conditione dissimulat.

[16] Moram in petendo non admittit, qui jure petere non possit.

[17] Libertas denegatur ei, qui eam abjicit.

[18] Eligens id quod pejus est, auxilio beneficioque indignus est.

[19] De quo dixi ad Ulpian. 25.

[20] *l.* 7. §. 3. *ff. tituli proxim.*

TIT. XIV.

SI [1] INGENUUS ESSE DICETUR.

De re inter alios judicata.

I. MARCELLUS lib. VII Digestorum.

SI libertus alterius alio [2] agente ingenuus pronunciatus esse dicetur, sine [3] ulla exceptione temporis, patronus ejus cognitionem solet exercere.

[1] Si libertus ingenuus esse dicetur *vulg. Habendi* Edicti formula hujusmodi fuit, si quis ingenuus esse se dicetur, ei in ingenuitatem proclamandi potestatem faciam. Præjudicium itaque hic continetur de ingenuitate, & libertinitate.

[2] Id est, non justo contradictore. *v. l.* 1. *C. de ingen. manumiss.*

[3] Nulla excluditur præscriptione temporis. *Basil.* nullum ex eo patitur præjudicium. *Græci.* Ant. quinque annorum ex *l.* 2. *l.* 5. *ff. eod.* Albericus ait.

De eo, qui se venire passus est. 1. De quinquennio.

II. SATURNINUS [lib. I de Officio Proconsulis].

QUi se venire passus esset majorem, scilicet ut pretium ad ipsum perveniret, prohibendum [4] de libertate contendere D. Hadrianus constituit: sed interdum ita contendendum permisit, *si pretium [suum] reddidisset.* §. 1. Qui se ex libertinitate ingenuitati adserant [5], non [6] ultra [7] quinquennium, quam manumissi fuissent, audientur. §. 2. Qui post quinquennium reperisse instrumenta [8] ingenuitatis suæ adieverant, de ea re ipsos Principes adire oportere cognituros.

[4] V. *l.* 1. *ff. quibus ad libertatem proclamare.* Goth. Vide Negus. *de pignor. part.* 5. *membr.* 3. Anf.

[5] Adserunt. *Hal.*

[6] *l.* 4. *ff. eod.*

[7] Hodie etiam post quinquennium. *l. ultim. C. ubi causa status.*

[8] V. *Capitol.* in M. Antonino Philosopho *ubi de probanda ingenuitate modo agitur.*

Interpretatio verborum agnitis natalibus. *1. De relinquendo manumissori.*

III. POMPONIUS [lib. V Senatusconsultorum].

HOc sermone [9], *agnitis natalibus*, de nullis aliis intelligendum est Senatum sensisse, quam ingenuis. §. 1. Verbo autem, *relinquerent*, etiam hoc intelligendum est, ut quæcunque ex re ejus, à quo manumissi erant, adquisita habeant, restituant [10]. † Sed id quemadmodum accipiendum sit, videndum est: utrumne quæ ignorantibus dominis abstulissent, item quod ex his adquisitum, reddere debeant; an vero etiam concessa & donata à manumissoribus amplexi sint? quod magis est.

[9] Senatusconsulti, ut inscriptio docet.

[10] *l.* 1. *in fin. C. de ingen. manum.*

De quinquennio.

IV. PAPINIANUS [lib. XXII Quæstionum].

ORatio, quæ prohibet apud Consules, aut Præsides Provinciarum post [11] quinquennium à die manumissionis in ingenuitate proclamare, nullam causam aut personam excipit.

[11] Vid. *l.* 2. *ff. eod.*

De re inter alios judicata.

V. IDEM [lib. X Responsorum].

PAtronum post quinquennium [12] sententiæ pro ingenuitate dictæ, quo ignorante [13] res judicata est, non esse præscriptione temporis summovendum respondi.

[12] Adde *tit. prox.*

[13] Ignorante patrono qui judicatus fuit ingenuus, in eum etiam post quinque annos recta agitur. *Basil.* non opponitur eo casu patrono quinquennii exceptio. *Græci.* Goth. Quatenus præscriptio non currat ignoranti, vid. Wurmser. *lib.* 1. *tit.* 45. *obs.* 13. Anf.

De quæstione, an sit libertus, vel an sit illius libertus.

VI. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

QUotiens de hoc contenditur, an quis libertus sit: sive operæ petantur, sive obsequium desideretur, sive etiam famosa actio intendatur, sive in jus vocetur, qui se patronum dicit, sive nulla causa interveniat, redditur [14] præjudicium [15]. Sed & quotiens quis libertinum quidem se confitetur, libertum autem Gaii Seii se negat, idem præjudicium datur [16]. Redditur autem alterutro desiderante. Sed actoris partibus semper [17], qui se patronum dicit, fungitur, probareque libertum suum necesse habet: aut, si non probet, vincitur.

[14] *l.* 5. §. 18. *ff. de agnosc. lib. l.* 1. *l.* 5. *C. de ing. manumiss.*

[15] Præjudicii nomine actio & exceptio intelligitur.

TIT.

[16] *l.* 18. *ff. de probat.* [17] Imo non semper. *l.* 14. *ff. de probat.* Die cum actorem esse, secundum cujus intentionem data & concepta est actio: ut si ita detur actio, *Si paret Lucium esse patronum*; Lucius actoris partes sustinet: quod si ita, *Si paret Gaium ingenuum esse*; Gaius actor esse intelligitur. vide Theophil. §. *præjudiciales.* 13. *Inst. de action.* Cujac. 5 *obs.* 39. Goth. Adde Reinhard. *de præjud. cap.* 1. & *lib.* 2 *var. cap.* 3. & 4. Anf.

Tit. XV.

NE[1] DE[2] STATU DEFUNCTORUM POST QUINQUENNIUM QUÆRATUR.

De privatu & fisco. 1. *Si per alterius quæstionem fiat præjudicium ei, qui ante quinquennium decessit; si ingenuus pronunciatus esse dicetur.* 4. *De retractatione in deteriorem vel meliorem conditionem.*

1. MARCIANUS [lib. singul. de Delatoribus].

DE statu defunctorum[3] post[4] quinquennium quærere non licet, neque privatim, neque fisci nomine. §. 1. Sed nec ejus status retractandus est, qui intra quinquennium decessit, si per hujus quæstionem præjudicium futurum est ante quinquennium mortuo. §. 2. Imo *nec de vivi statu quærendum est, si quæstio hujus præjudicium facit ei, qui ante quinquennium decessit:* & ita D. Hadrianus constituit. §. 3. Sed interdum & intra quinquennium non licet de statu defuncti dicere? Nam Oratione[5] Divi Marci cavetur, ut *si quis ingenuus pronunciatus fuerit, liceat ingenuitatis sententiam retractare: sed vivo eo, qui ingenuus pronunciatus est, non etiam post mortem; in tantum, ut etiam si cœpta quæstio fuit retractationis, morte ejus extinguatur,* ut eadem Oratione cavetur. §. 4. Si quidem in deteriorem[6] conditionem quis statum retractaret, secundum ea, quæ dixi, præscribendum est. † Quid ergo, si in meliorem: veluti pro servo libertus dicatur [quare non admittatur? quid enim, si servus quis dicatur], quasi ex ancilla natus, quæ ante quinquennium mortua est? quare non liceat probare liberam fuisse? hoc enim & pro mortua est? Et Marcellus lib. v de Officio Consulis scripsit, posse: ego quoque in auditorio publico idem secutus sum.

De filiis ejus, cujus memoria non fuit retractata. 1. *De pupillis.* 2. *De lite ante mortem illata.*

II. PAPINIANUS lib. XIV Responsorum.

NOn esse libertatis quæstionem filiis inferendam propter matris vel patris memoriam post[7] quinquennium à morte non retractatam convenit. §. 1. Nec in ea re[8], quæ publicam tutelam meruit, pupillis[9] agentibus restitutionis auxilium tribuendum est, quod quinque annorum tempus, cum tutores non haberent, excesserit. §. 2. Præscriptio[10] quinque annorum, quæ statum defunctorum tuetur, specie litis ante mortem illatæ non fit irrita, si veterem causam, desistente qui movit, longo[11] silentio finitam probetur.

De retractatione in meliorem conditionem.

III. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

ANte quinquennium defuncto[12] status honestior[13], quam mortis[14] tempore fuisse existimabatur, vindicari non prohibetur. Idcirco etsi quis in servitute moriatur, post quinquennium liber decessisse probari potest.

De Edicto Divi Nervæ. 1. *De quæstione nummaria.*

IV. CALLISTRATUS lib. I de Jure fisci.

PRimus[15] omnium D. Nerva Edicto[16] vetuit, post quinquennium mortis cujusque de statu quæri. §. 1. Sed & Divus Claudius Claudiano rescripsit, *si per quæstionem nummariam præjudicium statui videbitur fieri, cessare quæstionem.*

Tit. XVI.

DE COLLUSIONE[1] DETEGENDA[2].

Ratio & summa Senatusconsulti.

1. GAIUS lib. II ad Edictum Prætoris Urbani, titulo de liberali causa.

NE quorundam dominorum erga servos nimia indulgentia[3] inquinaret amplissimum Ordinem, eo quod paterentur servos suos in ingenuitatem proclamare, libertosque judicari: Senatusconsultum[4] factum est Domitiani temporibus, quo cautum est, *Ut si quis probasset per collusionem quicquam factum, si iste homo servus sit, fieret ejus servus, qui detexisset collusionem.*

De quinquennio. 4. *De extraneis.*

II. ULPIANUS lib. II de Officio Consulis.

COllusionem detegere ingenuitatis post sententiam[5] intra quinquennium[6] posse, Divus Marcus constituit. §. 1. Quinquennium autem continuum utique accipiemus. §. 2. Sicubi plane ætas ejus, cujus retractatur collusio, differendam retractationem in tempus pubertatis vel alterius rei suadet: quinquennium non currere dicendum est. §. 3. Quinquennium autem non ad perficiendam retractationem, sed ad inchoandam puto præfinitum: aliter atque circa eum, qui ex libertinitate se in ingenuitatem petit. §. 4. Oratione Divi Marci cavetur, *ut etiam extraneis, qui pro altero postulandi jus haberent, liceret detegere collusionem.*

De injusto contradictore.

III. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

CUm non[7] justo contradictore quis ingenuus[8] pronunciatus est, perinde inefficax est decretum, atque si nulla judicata res intervenisset: idque principalibus Constitutionibus cavetur.

De statu ejus, qui per collusionem dicitur pronunciatus ingenuus.

IV. ULPIANUS [lib. I ad Legem Juliam & Papiam].

SI libertinus per collusionem[9] fuerit pronunciatus ingenuus, collusione detecta, in quibusdam causis quasi libertinus incipit esse. Medio tamen tempore, antequam collusio detegatur, & post sententiam de ingenuitate latam, utique quasi ingenuus accipitur.

De retractatione sententiæ pro ingenuitate. 1. *Si plures ad detegendum accedant.*

V. HERMOGENIANUS [lib. V Juris Epitomarum].

SEntentiam pro ingenuitate dictam, & collusionis prætextu semel[10] retractare permittitur. §. 1. Si plures ad collusionem detegendam pariter accedant, causa cognita, quis debeat admitti, comparatis omnium moribus, & ætatibus, & [11] cujus magis interest, statui oportet.

---

1 Hujus constitutionis auctor fuit Nerva, *l. 4. ff. eod.* ut & M. Antoninus Philosophus, teste Capitolino.

2 VII C. XXI.

3 Aliud est in vivis. *l. ult. C. ubi causa status agi debeat.*

4 *l. 4. ff. eod. l. 4. C. eod.*

5 Hæc voce motus Cujac. *C. eod.* putat hoc Senatusconsultum factum D. Marci temporibus, cum à Capitolino scribatur, Marcum Imperatorem de statu defuncti intra quinquennium quæri jussisse. *l. 3. ff. eod. l. 2. ff. de jure aureorum annulor. l. 29. §. ult. ff. de liberali.*

6 Si quidem deteriorem conditionem faceret, qui statum retractaret. *Hal.*

7 Id est, postquam pater & mater quinque annis ante decesserunt in libertate.

8 Id est, libertate.

9 Etiam pupillis tutores non habentibus currit hæc præscriptio.

10 *l. 1. C. eod.*

11 Scil. triennio. *Accurs.*

12 Scribe de-, functi vel defunctorum.

13 *l. 1. §. 4. ff. eod.*

14 Id est, quam qui erat tempore mortis.

15 Imo, M. Antoninus primus fuit, teste Capitolino.

16 Hoc Edicto. *Hal.*

1 VII C. XX. *l. 1. in fin. ff. de jure aureorum annulorum.* Collusionem Ecloga vocat συμπαιγνίαν. Collusio est quidam lusus inter duos. 48. *tit. tul. 12.* adde *5 Basilic. 1. Goth.* De collusione vide Cujac. *in paratit.* Tholosan. *Syntagm. jur. lib. 14. cap. 6. n. 41. & lib. 32. c. 19. n. 5.* Menoch. *cons. 175. n. 16. 17. 18.* Mascard. *de prob. concl. 322. Anf.*

2 Epitome hujus tituli hæc est: Qui colludente domino vel patrono ingenuus pronunciatus est, *servus* aut libertus fit ejus, qui detexit collusionem intra quinquennium.

3 Hac de causa Alexander Severus libertinos nunquam in cognitorem ordinem recepit, teste Lampridio *eo.*

4 Numianum sc. vel Ninnianum: de quo vide *l. 2. C. eod.*

5 *l. 2. ff. de jure aureor. l. 29. in fin. ff. de liberali.*

6 Continuum. *§. 1. ff. eod.*

7 Contradictor justus in judicio esse debet, ut judicium valeat. vide *l. 1. C. de ingen. manumiss. l. ult. C. de edicto Divi Hadriani tollendo.*

8 V. *l ingenuum. 25. ff. de statu. l. 2. C. quando provocare.*

9 *l. 1. ff. eod. l. 2. C. eod. l. 4. in fin. C. de servis fugitivis.* 10 Semel retractatur collusionis sententia, non iterum. 11 *l. 3. ff. de popularibus.*

LIBER QUADRAGESIMUSPRIMUS.

Tit. I.

DE ADQUIRENDO[1] RERUM DOMINIO[2].

De jure gentium & civili. 1. *De occupatione animalium, & de edito ex illo.*

1. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

QUarundam[3] rerum dominium nanciscimur[4] jure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræque servatur: quarundam jure Civili, id est, jure proprio civitatis nostræ. Et quia antiquius jus gentium cum ipso genere humano proditum est[5], opus est, ut de hoc prius referendum sit.

§. 1. Omnia[6] igitur animalia, quæ terra, mari, cœlo[7] capiuntur, id est, feræ[8] bestiæ, [&] volucres, pisces, capientium fiunt:

II. FLORENTINUS lib. VI Institutionum.

VEl quæ ex his apud nos sunt[9] edita.

III. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

QUod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur. §. 1. Nec interest[10], quod ad feras bestias & volucres, utrum in suo fundo quisque capiat, an in alieno[11]. Plane qui in alienum fundum ingreditur venandi aucupandive gratia[12], potest[13] à domino, si is providerit, jure prohiberi, ne ingrederetur. §. 2. Quidquid autem eorum ceperimus, eo usque nostrum esse intelligitur[14], donec nostra custodia coërcetur. cum vero evaserit custodiam nostram, & in naturalem[15] libertatem se receperit: nostrum esse desinit, & rursus occupantis fit.

IV. FLORENTINUS lib. VI Institutionum.

NIsi[16], si mansuefacta emitti ac reverti solita sunt.

1. *De vulneratione.* 2. *De apibus.* 5. *De pavonibus, columbis, apibus, cervis & cæteris animalibus mansuefactis.* 6. *De gallinis & anseribus.* 7. *De captu ab hostibus, & de animalium fœtu, & de postliminio.*

V. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

NAturalem[17] autem libertatem recipere[18] intelligitur, cum vel oculos nostros effugerit, vel ita sit in conspectu nostro, ut difficilis sit ejus persecutio. §. 1. Illud quæritum est, an fera bestia, quæ ita vulnerata sit, ut capi possit, statim nostra esse intelligatur. † Trebatio[19] placuit statim nostram esse, & eo usque nostram videri, donec eam persequamur. quod si desierimus eam persequi: desinere nostram esse, & rursus fieri occupantis. itaque si per hoc tempus, quo eam persequimur, alius eam ceperit eo animo, ut ipse lucrifaceret: furtum videri nobis eum commisisse. † Plerique non aliter putaverunt eam nostram esse, quam si eam ceperimus: quia multa accidere possunt, ut eam non capiamus: quod[20] verius est. §. 2. *Apium* quoque natura fera est. Itaque quæ in arbore nostra consederint, antequam à nobis alveo[21] concludantur, non magis nostræ esse intelliguntur, quam volucres, quæ in nostra[22] arbore nidum fecerint. Ideo si alius eas incluserit, earum dominus erit. §. 3. Favos[23] quoque si quos hæ fecerint, sine[24] furto quiliber possidere potest. Sed (ut supra quoque diximus) qui in alienum fundum ingreditur, potest à domino, si is providerit, jure prohiberi ne ingrederetur. §. 4. Examen[25], quod ex alveo nostro evolaverit, eo[26] usque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis ejus persecutio est: alioquin occupantis[27] fit. §. 5. *Pavonum*[28] & *columbarum*[29] fera natura est[30]. Nec[31] ad rem pertinet, quod ex consuetudine avolare & revolare solent. † Nam & apes idem faciunt, quarum constat feram esse naturam. † *Cervos*[32] quoque ita quidam mansuetos habent, ut in sylvas eant & redeant: quorum & ipsorum feram esse naturam nemo negat. † In his autem animalibus, quæ consuetudine abire & redire solent, talis regula[33] comprobata est, *ut eousque*[34] *nostra esse intelligantur, donec*[35] *revertendi animum*[36] *habeant:* quod [*si*] *desierint revertendi animum habere, desinant nostra esse, & fiant occupantium.* Intelliguntur autem desisse revertendi animum habere tunc, cum revertendi consuetudinem deseruerint. §. 6. *Gallinarum*[37] & *anserum* non est fera natura: palam est enim alias[38] esse feras gallinas[39], & alios feros anseres[40]. † Itaque si quolibet modo anseres mei, & gallinæ meæ, turbati[41] turbatæve adeo longius evolaverint, ut ignoremus ubi sint: tamen nihilominus in nostro dominio tenentur. Qua de causa furti[42] nobis tenebitur, qui quid eorum lucrandi animo

19 Trebatii sententia fera vulnerata fit ejus qui vulneravit: Gaii sententia occupantis, *hac lege.* sed aliter Fredericus distinguit apud Radevicum, *1. c. 26. de gestis Friderici.* Si quis, inquit, cum canibus venatoriis, sive molossis, feram invenerit, & persecutus fuerit, ut ei potius quam occupanti cedat: si cum canibus leporariis, sive lacunicis, ut occupanti cedat: si lancea vel gladio vulneraverit, aut occiderit, nondum ceperit, ut ejus sit, non occupantis: si telo, ballista aut arcu emisso occiderit, ut æque ejus sit, non occupantis: eo usque tamen donec eam persequatur, quod & lex 6. C. Longobard. de venatione admittit. Ita constat posteriores Jurisconsultos & Imperatores diligentius quædam tractasse quam priores: medium sententiis quibusdam, & novis distinctionibus introductis. 20 *l. 55. versic. summam. ff. eod. §. 13. Inst. de rer. divis.* 21 Σμῆνος alveos Græci vocant, & κυψέλας. *Theoph. Inst. de rer. divis.* 22 *l. 16. ff. de serv. rustic.* 23 Μελισσίδιας. 50 *Ecloga. 1. cap. 2.* 24 *l. 26. in princ. ff. de furtis.* 25 Σμῆνος. 50 *Ecloga. 1. c. 2.* ἑσμὸς. *Theoph.* 26 *l. 3. §. 13. ff. de adquir. possess.* Goth. Adde *l. 1. C. de alluvionib. S. L.* 27 Quo jure? v. *l. 3. ff. eod.* 28 *§. 15. Inst. de rer. divis. l. 37. ff. de furtis.* 29 Vid. Guibert. *c. 17. quæst.* 30 Pavo tamen mansuetus haberi potest. *l. 37. ff. de furtis.* Imo, pavonem agrestem videri quasi miraculi loco, refert Varro, *3 de re rustica.* Q. Curt. 9. Sigebert. anno 1086. 31 Imo pertinet: ex consuetudine namque avolandi & revolandi videtur natura manifesta. 32 *§. 15. Inst. de rer. divis.* 33 *arg. l. 4. ff. eod.* 34 Imo ulterius. *l. 7. in fi. ff. fam. erciscund.* 35 *l. 8. §. 1. ff. famil. erciscund.* 36 Διανοίᾳ· sed quoniam animum in brutis intelligere non possumus, animum pro revertendi consuetudine hic accipiemus. Consuetudinem autem eam amittunt, ut ait *Theoph. in §. τῶν ταύτων. Inst. de rer. divis.* si ultra tres dies abfuerint. *Theoph. ibi. & Harm. 2. tit. 1.* 37 *§. 16. Inst. de rer. divis.* καλοκάλλιον ὄρνιθον. *Theoph.* 38 Recte sequuntur: quædam sunt feræ; igitur & quædam mansuetæ. *§. 16. Inst. de rer. divis.* 39 ἀγελαίους. *Theoph.* 40 ἀγελαίους. *Theoph. ibid.* & gallorum gallinaceorum. vide Forcatulum, 9 *Aulusll.*: ubi notat gallinæ appellatione gallinaceos contineri. 41 Adde casum *l. 44. ff. eod.* 42 Modica etiam in re furtum committitur: furtum enim crimen est ordinarium. *§. 18. Inst. de action.* Ordinaria autem actio pro re modica dari potest. *l. 1. §. 10. ff. de conjungend.* Subsidiaria, ut de dolo, non potest. *l. 9. §. 2. ff. de dolo.*

animo adprehenderit. §. 7. Item quæ ex [43] hostibus capiuntur, jure [44] gentium [45] statim capientium fiunt [46].

VI. FLORENTINUS lib. VI Institutionum.

ITem quæ [47] ex animalibus dominio nostro eodem jure subjectis nata sunt.

De his quæ ad flumina & maria pertinent. De alluvione. 2. De vi fluminis. 3. De insula. 5. De alveo. 6. De mundatione. 7. De specificatione. 8. De confusione. 10. De his quæ solo cedunt. De ædificatione. 13. De plantatione, & de his quæ sunt in confinio.

VII. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

A Deo quidem ut & liberi homines in servitutem deducantur: qui tamen, si evaserint hostium potestatem, recipiunt pristinam libertatem. §. 1. Præterea quod per alluvionem [48] agro nostro flumen adjicit, jure gentium [49] nobis adquiritur [50]. † Per alluvionem autem id videtur adjici, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non possimus quantum quoquo momento temporis adjiciatur. §. 2. Quod si [51] vis fluminis partem aliquam ex tuo prædio detraxerit, & meo prædio attulerit, palam est eam tuam permanere [52]. Plane si longiore tempore fundo meo hæserit, arboresque, quas secum traxerit, in meum fundum radices egerint, ex eo tempore videtur meo fundo adquisita esse.

§. 3. Insula [53], quæ in mari nascitur (quod raro accidit) occupantis fit [54]: nullius enim esse creditur. † In flumine nata (quod frequenter accidit), si quidem mediam partem fluminis tenet, communis est eorum qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia possident, pro modo latitudinis cujusque prædii, quæ latitudo prope ripam sit: quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia possident.

§. 4. Quod si uno latere perruperit flumen, & alia [parte] novo rivo fluere cœperit; deinde infra novus iste rivus in veterem se converterit: ager qui à [55] duobus rivis comprehensus, in formam [56] insulæ redactus est, ejus est scilicet, cujus & fuit.

§. 5. Quod si [57] toto naturali alveo relicto flumen alias fluere cœperit, prior quidem alveus eorum est, qui prope ripam prædia possident, pro modo scilicet latitudinis cujusque prædii, quæ [latitudo] prope ripam sit: novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus & ipsum flumen, id est, publicus juris gentium. Quod si post aliquod temporis ad priorem [58] alveum reversum fuerit [&] flumen: rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus prædia possident. † Cujus tamen totum agrum novus alveus occupaverit, licet ad priorem alveum reversum fuerit flumen, non tamen is, cujus is ager fuerat, stricta ratione quicquam in eo alveo habere potest: quia & ille ager, qui fuerat, desiit esse, amissa propria forma; & quia vicinum prædium nullum habet, non potest ratione vicinitatis ullam partem in eo alveo habere. sed [59] vix [60] est, ut id obtineat. §. 6. Aliud sane est, si cujus ager totus inundatus [61] fuerit: namque inundatio speciem fundi non [62] mutat: & ob id cum recesserit aqua, palam est ejusdem esse, cujus & fuit. §. 7. Cum quis ex aliena materia speciem [63] aliquam suo nomine fecerit: Nerva & Proculus putant, hunc dominum esse qui fecerit: quia quod factum est, antea nullius fuerat. † Sabinus [&] Cassius magis *naturalem rationem* efficere putant, ut [64] qui materiæ dominus fuerit, idem ejus quoque, quod ex eadem materia factum sit, dominus esset: quia sine materia nulla species effici possit. veluti si ex auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecero: vel ex [65] tabulis tuis navem, aut armarium, aut subsellia [fecero]: vel ex lana tua vestimentum: vel ex vino & melle tuo mulsum: vel ex medicamentis tuis emplastrum, aut collyrium [66]: vel ex uvis, aut olivis, aut spicis [67] tuis vinum, vel oleum, vel frumentum. † Est tamen etiam media sententia recte existimantium, si species [68] ad materiam reverti possit, verius esse, quod & Sabinus & Cassius senserunt: si [69] non possit reverti, verius esse, quod Nervæ & Proculo placuit. ut ecce vas conflatum, ad rudem massam auri vel argenti vel æris reverti potest: vinum vero, vel oleum, vel frumentum, ad uvas, & olivas, & spicas reverti non potest: ac ne mulsum quidem ad mel & vinum; vel emplastrum, aut collyria, ad medicamenta reverti possunt. † Videntur tamen mihi recte quidam dixisse, non debere dubitari, quin alienis spicis excussum [70] frumentum ejus sit, cujus & spicæ fuerunt: cum enim grana, quæ spicis continentur, perfectam habeant [71] suam speciem, qui excussit spicas, non novam speciem facit, sed eam quæ est, detegit. §. 8. Voluntas duorum dominorum miscentium [72] materias, commune [73] totum corpus efficit: sive ejusdem generis sint materiæ, veluti vina miscuerunt, vel argentum conflaverunt; sive diversæ, veluti si alius vinum contulerit, alius mel, vel alius aurum, alius argentum, quamvis & mulsi & electri, novi corporis sit species. §. 9. Sed & si sine voluntate dominorum casu confusæ [74] sint duorum materiæ, vel ejusdem generis, vel diversæ: idem [75] juris est. §. 10. Cum in suo loco aliquis aliena materia ædificaverit [76], ipse dominus intelligitur ædificii: quia *omne 77 quod inædificatur, solo cedit* [78]. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuit, desiit ejus dominus esse: sed tantisper neque vindicare [79] eam potest, neque ad exhibendum [80] de ea agere, propter Legem [81] XII Tabularum; qua cavetur, *ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet.* † Appellatione [82] autem *tigni* omnes materiæ significantur, ex quibus ædificia fiunt. † Ergo si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiæ dominus nunc eam vindicare, & ad exhibendum agere. §. 11. Illud recte quæritur, an si id ædificium vendiderit is, qui ædificaverit, & ab emptore longo tempore captum postea dirutum sit, adhuc dominus materiæ vindicationem ejus habeat? causa dubitationis est, an eo ipso quo universitas [83] ædificii longo tempore capta est, singulæ quoque res, ex quibus constabat, captæ essent: quod non placuit.

§. 12. Ex [84] diverso si quis in alieno solo sua materia ædificaverit, illius [85] fit ædificium, cujus & solum est: & si scit alienum solum esse, sua voluntate amisisse proprietatem materiæ intelligitur [86]; itaque neque [87] diruto quidem ædificio vindicatio ejus materiæ competit. † Certe si dominus soli petat ædificium, nec solvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum, poterit per exceptionem doli mali repelli: utique si nescit, qui ædificavit, alienum esse solum, & tanquam in suo bona fide ædificavit: nam si scit, culpa ei objici potest, quod temere ædificavit in eo solo, quod intelligeret alienum. §. 13. Si [88] alienam plantam [89] in meo solo posuero, mea erit: ex diverso, si meam plantam in alieno solo posuero, illius erit: si modo utroque casu radices egerit. antequam enim radices ageret, illius permanet, cujus & fuit. † His conveniens est, quod si vicini arborem [90] ita terra presserim, ut in meum fundum radices egerit, meam effici arborem: rationem enim non permittere, ut alterius arbor intelligatur, quam cujus fundo radices [91] egisset. Et ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicinum fundum radices egerit, communis est,

VIII. MARCIANUS lib. III Institutionum.

PRo regione cujusque prædii. §. 1. Sed & si in confinio [92] lapis nascatur, & sunt [93] pro indiviso communia prædia: tunc erit lapis pro indiviso communis, si terra exemptus sit.

De traditione. 1. De his quæ quasi solo cedunt. De scriptura. 2. De pictura. 3. De traditione. 5. De quasi traditione, & primum de venditione res ex causa non transferente dominium traditæ. 6. De traditione clavium. 7. De missilibus. 8. De his quæ in tempestate, levandæ navis causa, ejiciuntur.

IX. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

QUa ratione autem plantæ, quæ terra coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quæ sata [94] sunt, solo cedere intelliguntur. † Cæterum sicut is, qui in alieno solo ædificavit [95], si ab eo dominus soli petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali: ita ejusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit, qui [in] alienum fundum sua impensa consevit.

§. 1. *Litera* [96] quoque, licet aureæ [97] sint, perinde chartis membranisque cedunt [98], ac solo cedere solent ea, quæ ædificantur aut seruntur. † Ideoque si in chartis membranive tuis carmen, vel historiam, vel orationem scripsero: hujus corporis, non ego, sed tu dominus esse intelligeris. Sed si à me petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere velis: potero me defendere per exceptionem doli mali, utique si bona fide eorum possessionem nactus sim. §. 2. Sed non, uti literæ chartis membranisve cedunt, ita solent *picturæ* [99] tabulis cedere: sed ex diverso placuit, tabulas picturæ cedere. † Utique tamen conveniens est, domino tabularum adversus eum, qui pinxerit, si is tabulas possidebat, utilem actionem dari. qua ita efficaciter experiri poterit, si picturæ impensam exsolvat: alioquin nocebit ei doli mali exceptio; utique si bona fide possessor fuerit, cui solverit. Adversus dominum vero tabularum ei qui pinxerit, rectam vindicationem competere dicimus: ut tamen pretium tabularum inferat; alioquin nocebit ei doli mali exceptio. §. 3. Hæ quoque res, quæ [100] traditione [1] nostræ fiunt, jure gentium nobis adquiruntur: nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis [2] rem suam in alium transferre, ratam haberi. §. 4. Nihil [3] autem interest, utrum ipse dominus per se tradat alicui rem, an voluntate ejus aliquis. † Qua [4] ratione si cui libera [5] negotiorum administratio ab eo qui peregre proficiscitur, permissa fuerit, & is ex negotiis [6] rem vendiderit [7] & tradiderit, facit [8] eam accipientis. §. 5. Interdum etiam sine traditione nuda [9] voluntas domini sufficit ad rem transferendam. Veluti si rem, quam commodavi aut locavi tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi: licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, quod patior [10] eam ex causa emptionis apud te esse, tuam efficio. §. 6. Item si quis merces in horreo repositas vendiderit, simulatque claves [11] horrei tradiderit [12] emptori, transfert proprietatem mercium ad emptorem. §. 7. Hoc amplius, interdum & in incertam personam collocata voluntas domini, transfert rei proprietatem. ut ecce, qui missilia [13] jactat in vulgus: ignorat enim, quid eorum quisque excepturus sit: & tamen, quia vult, quod quisque exceperit, ejus esse, statim eum dominum efficit. §. 8. Alia causa est earum rerum, quæ in tempestate maris, levandæ navis causa [14], ejiciuntur. hæ enim dominorum permanent, quia non eo animo ejiciuntur, quod quis eas habere non vult, sed quod magis cum ipsa nave periculum maris effugiat: qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit.

Per quas personas nobis acquiritur. 1. De servis nostris. 3. De his in quibus usumfructum habemus. 4. De bona fide possessis. 5. De differentia fructuarii, & bonæ fidei possessoris.

X. IDEM lib. II Institutionum.

ADquiruntur nobis non solum per nosmetipsos, sed etiam per eos [15], quos in potestate habemus [16]; item per servos, in quibus usumfructum habemus, item per homines liberos & servos alienos, quos bona fide possidemus: de quibus singulis diligentius dispiciamus. §. 1. Igitur quod servi [17] nostri ex [18] traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa adquirunt [19], id nobis adquiritur: ipse enim qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. † Ideoque si heres institutus sit, nisi nostro jussu [20], hereditatem adire non potest: & si jubendum esse dativo possessionis, *l. 3. ff. de act. empt. l. 28. ff. de verb. obl.* Cuj 11 *obs. 19. Theoph.* §. ἐμποδὼν τῶν ἐν *Inst. de rer. divis.* 2 *l. 8. C. de Judæis.* 3 §. 42. *Inst. de rer. divis.* Paria sunt enim, per se, vel per alium, factum explicare. 4 §. 43. *Inst. de rer. divis. l. 58 l. 59. ff. de procur.* 5 Procurator cum libera administratione, potest vendere & tradere, *ut hic.* exigere, permutare, solvere *l. 58 ff. de procuratoris.* Cui vero totorum, omnium, universorum bonorum administratio concessa est, id est, procurator generalis, alienare sine mandato speciali non potest, *l. 63. ff. de procuratoris.* ut nec pignorare, nisi factus sit ab eo, qui solebat sub pignoribus credere, *l. 12. ff. de pignoratit.* nec potest consentire venditioni, *l. 7. §. 1. ff. quib. mod. pign.* non potest etiam transigere, *l. 60. de procuratoris.* & ita differt procurator generalis cum libera, à procuratore generali sine libera. Quid? is, qui liberam habet, posteane pacisendo efficere, ne dominus appellet? Minime. v. Ancharan. 3. *q.* 10. *n.* 3. 6 Id est, quatenus negotiorum exigit administratio, eatenus rata erit hæc alienatio, si ad negotia ei commissa pertinebit. 7 Aliud est, si donaverit: donatio mandati fines excedit. 8 Imo, non facit: nec enim potest sine speciali mandato vendere, *l. 16. C. de procuratoris. l. 63. ff. de procuratoris.* solve, dictæ leges pertinent ad procuratorem generalem sine libera. 9 §. 44. *Inst. de rer. divis.* 10 Patientia interdum transfertur dominium, & cogitatione. Ficta rei præsentia & traditio perficitur, cum antea ob aliam causam facta, nunc ad instans negotium accommodatur, ac refertur. *ut hic.* v. Hotom. 12 *Illustr.*

11 §. 45. *Inst. de rer. divis.* Nota & symbolo repræsentatur rei traditio. Clavium traditio imago quædam est rei traditionis, ut instrumenti traditio, *l. 1. C. de donationib.* unii degustatio, *l. 1. l. 4. ff. de periculo.* obsignatio trabium, *l. 14. in fin. ff. de periculo.* v. Hotom. 12 *Illustr.* Hinc constat in transferendo dominio non semper corporalem præsentiam oculorem & naturalem rei traditionem requiri. Nam sive res mobilis sit, sive immobilis, ficta traditio (& tamen utilis nec manis) sufficere potest. Ficta est, quæ cogitatione, vel nota, seu symbolo repræsentatur. Hot. *ibid.* 12 Apud horreum. *l. 74. ff. de contr. empt.* 13 §. 46. *Inst. de rer. divis.* Goth. *l. 8. §. 1. ff. de contr. empt.* Ans.

14 §. 48. *Inst. de rer. divis. l. 7 ff. pro derelicto.* & ff. *ad l. Rhodiam de jactu.* 15 *l. 53. l. 63. ff. cod. l. 1. §. 1. ff. de his qui sunt sui. l. 79. ff. de adq. her. §. 3. Inst. per quas personas cuique.* 16 Item per servos in quibus usumfructum habemus. *Hal.* 17 §. 3. *Inst. per quas person. cuique.* 18 V. *l. 1. C. per quas person.* 19 Adquirunt. *Hal.* idque inter vivos. 20 Cur ita? ne sc. invitum dominum obliget hereditati, *l. 6. ff. de adquir. hereditate.* non igitur sufficiet ratihabitio? multi negant. certe cur non sufficiat, minime video. nam ratihabitione confirmari restitutionem hereditatis factam servo, constat. *l. 65. ff. ad Trebell.* Præterea satis jubere videtur, qui ratum habet. Ratihabitionis est ea conditio, ut retroacta mandato comparetur. v. *l. ult. C. ad SC. Macedon.* Satis jubet, qui mandat: neque video jubendi vocabulo ratihabitionem excludi.

43 *l. 7. l. 51. ff. eod. l. 1. §. 5. ff. ut. prax. §. 17. Inst. de rer. divis.*

44 Legitima hinc servitus, de qua Aristoteles 1 *Polit.* 9.

45 Quod φυσικὸν κτῆσιν vocat *Theoph. §. φυσικὴ. Inst. de rer. divis.*

46 Non semper. *l. 21. in fin. ff. de captivis.*

47 §. 19. *Inst. de rer. divis.*

48 *l. 1. in fin. C. de alluvionib. §. 20. Inst. de rer. divis.* Alluvio, ψῆφος ἐπιθαλασσία, id est, *adunda-tio*, ψῆφος ἐπικτῆσις, id est, *accretio*, dicitur Theophilo.

49 Alluvio est modus acquirendi jure gentium.

50 *l. 12. l. 16. ff. eod.*

51 §. 21. *Inst. de rer. divis. l. 4. in fin. ff. de reb. cred.*

52 *l. 8. ff. de incendio.*

53 §. 22. *Inst. de rer. divis.* adde *l. 65. ff. eod.*

54 Nullius ita quod fuit, privati esse potest.

55 Id circumluvium Glossis inauscriptis, dixi ad Festum.

56 *l. 30. §. 2. l. 65. ff. eod. l. 1. C. de alluvionib. §. 22. in fin. Inst. de rer. divis.*

57 §. 23. *Inst. de rer. divis.*

58 *l. 38. ff. eod.*

59 *l. 30. §. 3. ff. eod.*

60 Imo obtinet. §. 24. *Inst. de rer. divis.*

61 *d. §. 24.*

62 Cur? quia hæc mutatio temporaria est.

63 §. 25. *Inst. de rer. divis.* Goth. Puta ignorans & bona fide. *l. 12. §. 3. ff. ad exhibendum.* Ans.

64 *l. 76. in fin. ff. de judic. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.*

65 *l. 26. ff. eod.*

66 §. 25. *Inst. de rer. divis. l. 18. §. 10. ff. de instructo.*

67 2 Gaius 1. §. 7.

68 *l. 24. ff. eod.*

69 *l. 27. §. 1. ff. eod.*

70 Atqui frumentum ad spicas non revertitur. §. 25. *in fin. Inst. de rerum divis.*

71 Etiam antequam excutiantur.

72 §. 28. *Inst. de rerum divis.*

73 *l. 3. §. fin. ff. de rei vind.*

74 §. 27. *Inst. de rerum divis.*

75 Non idem juris est. Hotom. 4 *obs. 12. Theoph. de rerum divis.*

76 §. 29. *Inst. de rerum divis.* atqui quod ædificatur, non fit immobile. *l. 28. l. 60. ff. eod.*

77 Licet pretiosius sit solo: veluti si marmoreis lapidibus quis ædificet.

78 *l. 49. ff. de rei vind. l. 2. C. de servit.* Goth. Sed Jure Canonico ædificium ecclesiæ sumptibus extructum in solo alterius, solo non cedit, sed ad se trahit ipsum solum, ejusque dominium adjicit ecclesiæ. *cap. Apostolicos. & ibi not. glossf. fin. 12. q. 2.* Ans.

79 *l. 23. §. 6. ff. de rei vindicat.* 80 *l. 6. ff. ad exhibendum.* 81 Cujus verba vide apud Festum in voce *Tignum*: de quo plenius scripsi ad Leges duodecim Tabularum. 82 *l. unic. §. 1. ff. de tigno junct.* 83 *l. 30. ff. de adquir. possess.* 84 §. 30. *Instit. de rerum divis.* Goth. Obst. *l. 2. C. de rei vind.* vide Accurs. *hic.* Sarmient. *select. interpret. lib. 1. cap. 10. num. 9.* Fachin. *lib. 1 controv. cap. 55.* Baro & Minsinger. ad *dict. §. 30. Instit. de rerum divis.* Ans. 85 §. 10. ff. *eod. l. 5. C. de rei vindicat. l. 2. C. de servitut. l. 37. ff. de rei vindicat.* 86 Sumptus tamen necessarios repetere potest, *l. 5. in fin. C. de rei vindicat.* vide quæ notavi ad *l. 38. ff. de hered. petit.* 87 Imo, diruto ædificio vindicare potest, §. 10. *in fin. ff. eod. l. 37. ff. de rei vind.* vide *l. 2. C. de rei vind.*

88 Vid. Magnum 4 *not. ellat. 7.*

89 §. 31. *Inst. de rer. divis. l. 5 §. 3. ff. de rei vind. l. 12. C. de rei vindic.*

90 Vicini arbor ita terram presserit: aut ita, scilicet, ut apud Theoph. §. 31. ἐφαπτομένη ῥιζῶν.

91 Vid. Frontinum de limitibus agrorum. Theophylact. Schola. *epist. 50.* ὡς φυσικῶς συμφυὲς τὸ ἰδίου χθαμαιζήτας ῥίζας ἑτέρου χθαμαιζήτου. vide Hotom. 1 *obs. 10. & 5 observ. 3.* Res autem ita habet: Arbor in confinio posita utrinque radices habens, communis est: non in confinio posita, & quasdam radices in vicini agrum agens, nulla parte est vicini, *l. ult. ff. quod vi.* omnes radices agens in vicini agrum non est mea, sed ejus unde originem habet. *l. 6. in fin. ff. arbor. furt.*

92 *l. 19. ff. comm. divid. l. 83. ff. pro socio.* ἐν τοῖς ὁρίοις. *Theoph.*

93 Et sine pro indiviso. Cujac. *Instit. eod.*

94 §. 32. *Inst. de rerum divis.*

95 Non donandi animo; secus, si donandi. *l. 14. ff. de donat.*

96 §. 33. *Inst. de rer. divis. l. 3 §. 14. ff. ad exhibendum.*

97 Id est, licet pretiosiores sint chartis.

98 Minsingerus in §. 33 *Inst. de rerum divis.* ait communi calculo doctorum hodie receptum esse, ut tabula scripturæ cedat.

99 §. 34. *Inst. de rer. divis.* non idem juris est. Hotom. 4 *observ. 21.* Non ut literæ chartis, ita tabulis picturæ cedunt, *ut hic. & d. §. 34.* aliud visum est Paulo in *l. 23. §. 3. ff. de rei vind.* & Caio 2 *Inst. 1.*

100 Traditione consequimur rerum dominia.

1 *l. 20. ff. cod. §. 40. Inst. de rer. divis. l. 20. C. de pactis. l. 12. C. de rei vind.* non nuda tamen, sed quæ facta sit ex titulo aliquo ad transferendum dominium idoneo. *l. 31. ff. eod.* Cæterum, traditio quid est? non ἀπὸ χειρὸς ἐς χεῖρας μεταδοσις, id est, *de manu in manum translatio*, quia ea definitione reciproca, non quæ sit ex tua parte tantum, intelligi potest. sic itaque Cujacius definit: Traditio,

jubentibus nobis adierit, hereditas nobis adquiritur, perinde atque si nos ipsi heredes instituti essemus. † Et his convenienter scilicet legatum nobis per eundem adquiritur. §. 2. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, adquiritur nobis, sed [20] etiam possessio: cujusque enim rei possessionem adepti fuerint, id nos possidere videmur. † Unde etiam per [21] eorum longam possessionem dominium nobis adquiritur.

§. 3. De [22] his autem servis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re nostra, vel ex operis suis adquirant, id nobis adquiratur: si quid vero extra eas causas persecuti [23] *sint*, id ad dominum proprietatis pertinet. † Itaque [24] si is servus heres institutus sit, legatumve quid, aut ei donatum fuerit, non mihi, sed domino proprietatis adquiritur.

§. 4. Idem placet de eo [25] qui nobis bona fide possidetur, sive liber sit, sive alienus servus: quod [26] enim placuit de usufructuario, idem probatur etiam de bonæ fidei possessore. † Itaque quod extra duas causas adquiritur, [id] vel ad ipsum pertinet, si liber est: vel ad dominum ejus, si servus est. §. 5. [Sed] bonæ [27] fidei possessor, cum [28] usucceperit servum, quia eo modo dominus fit, ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest. usufructuarius vero usucapere servum non potest: primum, quia non possidet [29], sed habet jus utendi fruendi: deinde, quoniam scit servum alienum esse.

De pupillo.

XI. Marcianus lib. III Institutionum.

Pupillus [30], quantum ad adquirendum, non indiget tutoris auctoritate: alienare vero nullam rem potest, nisi præsente tutore auctore, & ne quidem possessionem, quæ est *naturalis*, ut *Sabinianis visum* est. quæ sententia vera est.

De lacubus, stagnis. 1. De specie facta ex ære unius & argento alterius.

XII. Callistratus lib. II Institutionum.

Lacus [31] & stagna, licet interdum crescant, interdum exarescant [32], suos tamen terminos retinent: ideoque in his jus alluvionis non adgnoscitur. §. 1. Si ære meo, & argento tuo conflato, aliqua species facta sit, non erit ea nostra communis: quia cum diversæ materiæ æs atque argentum sit, ab artificibus separari [33], & in pristinam materiam reduci [34] solet.

De procuratore. 1. De tutore.

XIII. Neratius lib. VI Regularum.

Si procurator rem mihi emerit ex mandato meo, eique sit tradita meo nomine: dominium mihi, id est [35], proprietas adquiritur [36], etiam ignoranti. §. 1. Et tutor pupilli, pupillæ, similiter ut procurator [37], emendo nomine pupilli, pupillæ, proprietatem illis adquirit etiam ignorantibus.

De litore & ædificio ibi posito, 1. Deinde sublato.

XIV. Idem lib. V Membranarum.

Quod [38] in litore [39] quis ædificaverit [40], ejus erit: nam litora publica [41] non [42] ita sunt, ut ea quæ in patrimonio [43] sunt populi, sed ut ea quæ primum à natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt. nec dissimilis [44] conditio eorum est, atque piscium & ferarum: quæ simul atque adprehensæ sunt, sine dubio ejus, in cujus potestatem pervenerunt, dominii fiunt. §. 1. Illud videndum est, sublato ædificio, quod in litore positum erat, cujus conditionis is locus sit: hoc est, utrum maneat ejus, cujus fuit ædificium, an rursus in pristinam causam recidit [45]; perindeque publicus sit, ac si nunquam in eo ædificatum fuisset. quod [46] propius est, ut existimari debeat: si modo recipit pristinam litoris speciem.

De ædificio in ripa posito.

XV. Idem lib. V Regularum.

Qui autem in ripa fluminis ædificat, non suum facit [47].

De agris limitatis, & his qui hostibus devictis ea conditione concessi sunt, ut in civitatem venirent.

XVI. Florentinus lib. VI Institutionum.

In agris limitatis [48] jus alluvionis locum non habere constat [49]: idque & Divus Pius constituit. Et Trebatius ait, agrum, qui hostibus devictis ea conditione concessus sit, ut in civitatem veniret, habere alluvionem; neque [50] esse limitatum: agrum autem manucaptum, limitatum fuisse, ut [51] sciretur, quid cuique [52] datum esset, quid venisset, quid in publico [53] relictum esset.

De servo communi.

XVII. Ulpianus lib. I ad Sabinum.

Si duo domini servo communi rem tradiderint, adquirit [54] alteri [55] ab altero.

De servo hereditario.

XVIII. Idem lib. IV ad Sabinum.

Per hereditarium [56] servum, quod [57] est ejusdem hereditatis, heredi adquiri non potest: & maxime ipsa hereditas.

De libero homine bona fide serviente.

XIX. Pomponius lib. III ad Sabinum.

Liber homo qui bona fide mihi servit, id quod ex operis suis [58] aut ex re mea pararet, ad me pertinere sine dubio, Aristo ait: quod vero quis ei donaverit, aut ex negotio gesto adquisierit, ad ipsum pertinere. † Sed hereditatem legatumve non adquiri mihi per eum: quia [59] neque ex re mea, neque ex operis suis id fit, nec ulla ejus opera esset in legato: in hereditate aliquatenus [60], quia per ipsum aditretur. quod & Varium Lucullum aliquando dubitasse: sed verius esse, non adquiri, etiamsi testator ad me voluisset pertinere. Sed licet ei minime adquirit, attamen, si voluntas evidens testatoris appareat, restituendam esse ei hereditatem. Sed Trebatius, si liber homo bona fide serviens, jussu ejus, cui serviat, hereditatem adiisset, heredem ipsum fieri: nec interesse, quid senserit, sed quid fecerit. Labeo contra, si ex necessitate id fecisset: quod si ita, ut & ipse vellet, ipsum fieri heredem.

De traditione. 2. De acquisitione per liberam personam.

XX. Ulpianus lib. XXIX ad Sabinum.

Traditio nihil [61] amplius transferre debet vel potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo [62] transfert: si non habuit, ad eum qui accipit, nihil [63] transfert [64]. §. 1. Quotiens autem dominium transfertur, ad eum qui accipit, tale transfertur, quale [65] fuit apud eum qui tradit. si servus fuit fundus, cum servitutibus transit [66]; si liber, uti fuit: & si forte servitutes debebantur fundo, qui traditus est, cum jure servitutium debitarum transfertur. Si quis igitur fundum dixerit [67] liberum, cum traderet eum qui servus sit, nihil juris servitutis fundi detrahit: veruntamen obligat[que] se, debebitque præstare, quod dixit. §. 2. Si ego & Titius rem emerimus, eaque [68] Titio & quasi meo procuratori tradita sit, puto mihi quoque quæsitum dominium: quia placet, per liberam personam omnium rerum possessionem [69] quæri posse, & per hanc [70] dominium.

De eo, qui bona fide servit. De alienante rem quam non possidet.

XXI. Pomponius lib. XI ad Sabinum.

Si [71] servus meus tibi bona fide [72] serviret, & rem emisset, traditaque ei esset: Proculus [73], nec meam fieri, quia servum non possideam; nec [74] tuam, si non ex re tua sit parata. Sed si liber bona fide tibi serviens emerit, ipsius fieri. §. 1. Si rem meam possideas, & eam velim tuam esse: fiet tua, quamvis [75] possessio apud me non fuerit.

De servo vi, clam, vel precario possesso.

XXII. Ulpianus lib. XL ad Sabinum.

Nemo servum vi [76] possidens, aut clam, aut precario, per hunc stipulantem vel rem accipientem potest acquirere.

De eo qui bona fide servit.

XXIII. Idem lib. XLIII ad Sabinum.

Qui bona [77] fide alicui serviat, sive servus alienus est, sive homo liber est, quicquid ex re ejus, cui servit, adquirit, ei adquirit, cui bona fide servit. † Sed & si quid ex operis suis adquisierit, simili modo ei adquirit. nam & operæ quodammodo ex re ejus, cui servit, habentur: quia jure operas ei exhibere debet, cui bona fide servit. §. 1. Tamdiu autem adquirit, quamdiu bona fide servit. cæterum si cœperit scire, esse eum alienum vel liberum: videamus, an ei adquirit? Quæstio in eo est, utrum initium spectamus, an singula momenta? & [78] magis est, ut singula momenta [79] spectemus [80]. §. 2. Generaliter dicendum est, quod ex re sua, hoc est ejus, cui bona fide quis servit, ei adquirere non potest, sibi eum adquisiturum: quod autem non [81] ex re ejus sibi adquirere non potest, ei adquisiturum, cui bona fide servit. §. 3. Si quis duobus bona fide serviat, utrique adquiret, sed singulis ex re sua. Quod autem ex re alterius est, utrum pro parte ei cui bona fide servit, pro parte domino, si servus sit, aut si liber sit [82], ei [cui bona fide servit]: an vero ei debeat adquirere totum ex cujus re est, videamus? quam speciem Scævola quoque tractat lib. II Quæstionum. ait enim, si alienus servus duobus bona fide serviat, & ex unius eorum re adquirat, rationem facere, ut ei [83] duntaxat [84] in solidum [85] adquirat: sed si adjiciat ejus nomen, ex cujus re stipulatur, nec dubitandum esse ait, quin ei soli adquiratur. quia & si ex re ipsius stipularetur, alteri ex dominis nominatim stipulando, *solidum* ei adquiret. Et *in* [86] *inferioribus* * probat ^, ut quamvis non nominatim, nec jussu meo, ex re tamen mea stipulatus sit, cum pluribus bona fide serviret, mihi soli adquirat. nam & illud receptum est, ut quotiens communis servus omnibus adquirere non potest, ei [87] soli eum adquirere, cui potest: & hoc Julianum quoque scribere, sæpe retuli: eoque jure utimur.

De specificatione.

XXIV. Paulus lib. XIV ad Sabinum.

In omnibus, quæ ad eandem speciem [88] reverti [89] [non] possunt [90], dicendum est, si materia manente species [91] duntaxat forte

20 §. 4. *vers. non solum. Inst. per quas personas cuique. l. 24. ff. de adq. poss.*

21 Dominium adquirimus per longam possessionem etiam servorum nostrorum, ut quod longo tempore illi possederint, eorum dominium per eos possidendum adquiramus.

22 *d. §. 4. in pr.* Paul. *5 sent. 7. §. 3.*

23 Id est, adsecuti.

24 Legata & donationes nobis adquiruntur non ex re nostra, operisve servorum, sed extrinsecus, id est, casu, mera denique alterius liberalitate.

25 *d. §. 4. vers. quod enim placuit. & §. 1. Instit. per quas personas nobis obligatio.*

26 Usufructuarii servi, & bona fide possessi similitudo.

27 Usufructuarii, & bonæ fidei possessoris similitudo.

28 *d. §. 4. vers. sed bona fidei poss.*

29 Hinc colligere possis, Aliud esse jus possessionis, aliud jus utendi fruendi. *l. 52. ff. de adqu. poss. l. 1. §. 8. ff. quod legator.* hinc etiam colligit Cujac. 18 *observ.* 24. Naturalem possessionem non tantum facti, sed juris esse. nam fructuarius naturaliter possidet fundum alii, non sibi: jus utendi fruendi sibi habet, non alii. Ne dicas fructuarium possidere naturaliter, dominum civiliter: quia ejusdem rei duo in solidum possessores esse non possunt.

30 §. 2. *Inst. quibus alienare licet, vel non. v. l. 2. & 9. ff. de auctor. tutor.* vide quæ notavi ad *l. 23. §. 1. ff. de donationib.*

31 Vid. *l. 24. in fin. ff. de aqua pluvia.*

32 Decrescant. Cujac. *Inst. de rer. divis. in verb. præterea quod per alluvionem.*

33 Permixtio communionem inducit, si difficilis sit materiæ separatio: si facilis, non inducit. *l. 5. §. 1. ff. de rei vind.* 34 Quomodo? aquæ chrysulcæ beneficio. v. Alciat. *6 parerg. 11.* 35 Veteres etiam dominium accepere pro convivio, & dominum pro eo, qui convivium exhibet. Cicero *frumentaria.* vide Cujac. 11 *obs. 12. in fin.* 36 Imo non adquiritur. *l. 24. ff. de negotiis.* 37 *V. l. 20. in fin. ff. eod. l. 34. §. 1. ff. de adqu. poss.* 38 Casus memipit *l. 5. & 6. ff. de rer. divis. §. 5. Inst. de rer. divis.* pollis etiam de quocunque ædificio intelligere. *l. 10. ff. de rer. divis.* si modo decretum Prætoris intercedat. *l. 50. ff. eod.* & citra usus publici injuriam. *l. 4. ff. ne quid in loco publico.* alias à villis & ædificiis abstinendum est; id est, Nemini licet in litore citra Prætoris decretum, aut cum injuria publica, villam aut id genus ædificii ponere. & ita concilia hanc legem cum *l. 4. ff. de rer. divis.* Minus est casum, quam villam & ædificium habere. Villæ & ædificii causa constantior est, quam casæ. 39 Vel in ipso mari. *l. 30. in fin. ff. eod. l. 2. §. 8. l. 3. §. 1. ff. ne quid in loco publico.* 40 *V. l. 4. & l. 6. ff. de divis. rer.* 41 Publica quæ dicantur, vide apud Aristot. 2 *Polit. 1.* 42 Litora sunt quidem publica, sed non ita publica, ut quæ sunt in patrimonio populi Romani: sed iis magis accedunt, similiave sunt, quæ primum a natura sunt prodita, & in nullius adhuc dominium pervenerunt. 43 Id est, dominio, in bonis. Quid? litora in quibus populus Romanus imperium habet, nonne populi sunt Romani? utique. *l. 3. ff. ne quid in loco publico.* populi sunt Romani, quod ad imperium & dominium respectu aliarum gentium & Barbarorum: quod ad ipsos subditos, non ita sunt in patrimonio populi Romani, ut subditis ac privatis in eis ædificare jure non liceat. atque ita superiores illæ duæ Leges quodammodo inter se contrariæ conciliari possunt: ut interea non omittam plus privatis licere in ipso mari, quam in ipsis litoribus, *arg. l. 4. in pr. ff. de rer. divis.* ut quodammodo sine decreto Prætoris in ipso mari quis ædificare posse videatur: in litore non possit. An is, qui in mari ædificavit sit immunis ab imperio ejus, qui eo in mari suum Thalassiarcham perpetuo habere solet? viderint Venet. 44 Quod juris est in piscium & ferarum captivitate, hoc idem servatur in litoris occupatione.

45 Recidat. *vulg. Ital.* 46 Ædificium (quod in litore positum erat) dilapsum, aut diruptum, quasi jure postliminii revertitur ad pristinam causam: adeo, ut si alius postea eo loco ædificaverit, ejus fiat ædificium. *l. 6. ff. de rer. divis.* 47 Cur ita? Qui in ripa ædificat, in alieno fundo ædificat, siquidem riparum proprietas, est eorum, quorum prædiis inhærent. *l. 7. §. ff. de rer. divis.*

48 Ager limitatus, *hic* & in *l. 1. §. 6. ff. de fluminibus.* apud Festum & Frontinum, *libr. de limitibus agrorum.* à limitibus dicitur. Limites in agris limitatis sunt, qui populo iter præbent ex Lege Sempronia, Cornelia & Julia, & ideo in modum agri non cedunt, *l. 1. §. 1. ff. de periculo.* ex his decumani pedes 40; cardines, 20; actuarii, 12; subruncini, 8. id est, legitimam viæ latitudinem habent, auctore Hygeno *lib. de limitibus agr.* vide Cujac. 2 *obs. 9.* 49 Quia agri limitati suos statutos terminos habent, ideoque incrementum ex alluvione aut insula non habent. v. *l. 1. §. 6. ff. de fluminib.* 50 Hic est ager per extremitates mensura comprehensus, qui civitati totus adsignatus est per universitatem: ut, auctore Julio Frontino, in Lusitania Salmaticensibus, & in Hispania citeriore Palantinis, & ita in compluribus provinciis tributarium solum per universitatem desinitum est. vide Cujac. *ibid.* 51 Limitata causa limitatum effectum parit. 52 Prædia enim capta partim assignabant militibus, partim distrahebant. *l. 11. ff. de evict.* 53 *Quid veteri possessori relictum esset.* Cujacius ita ingeniosissime restituit, argumento veteris cujusdam Codicis, in quo ita scriptum fuit, quidve p. relictum esset; & quod apud Valerium Probum veteri possessori reddita, his notis signatur: *V. F. R.* item quod modicum quiddam veteri possessori relictum honoris causa constat, *l. 15. §. 2. ff. de rei vind.* hinc etiam Siculus Flaccus, *in lib. de condic. agrorum.* Nec tamen, inquit, omnibus personis victis ablati sunt agri: nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem movit, ut quid eis reliqueret.

54 *Al.* adquirit. *l. 8. §. 1. ff. de acceptilation.*

55 Obstare videtur *lex 37. §. 1. ff. eod.*

56 *l. 43. ff. de adqu. hered.*

57 Hereditarius servus est, qui est hereditatis defuncti, *ut hic.* quem defunctus in sua hereditate reliquit.

58 Vid. *l. 23. ff. eod. §. 4. Inst. per quas personas.* adde *l. 10. §. 3. ff. eod.*

59 Hereditatis aditio non consistit in operis.

60 In hereditatis aditione facti est aliquid. Et alias animi & consilii plus quam facti. vide quæ scripsi ad *l. 1. §. 3. ff. de adqu. poss. l. 4. §. 2. ff. de usucap.*

61 *l. 67. ff. de contrab. empt. l. 3. in fin. ff. de pignorib. l. 54. l. 120. ff. de reg. Jur. Cap. 79. de reg. in 6.*

62 *l. 9. §. 3. ff. eod.*

63 Nisi possessionem. *l. 23. §. 1. & 2. ff. de adquir. possess.*

64 Directo fcil. non indirecto: transfert enim causam usucapiendi. *l. 46. ff. eod. l. 74. in fin ff. de contrab. empt.*

65 Et si fit in spe, spem quoque transmittet. *l. 63. ff. de usufr.*

66 *l. 23. §. 2. ff. de servitut. rustic. l. 67. ff. de contr. empt. l. 3. C. de servit. l. 12. C. de distr. pign.*

67 Alias, si non dixerit, non cogitur eum liberum præstare vide *l. 59. ff. de contr. empt.*

68 *Al.* eaque ut Titio, & meo procuratori, &c.

69 *l. 13. in fin. ff. eod. l. 53. ff. eod. l. 11. §. 6. ff. de pignor. l. 1. §. 20. l. 2. l. 9. l. 34. in fin ff. de adquir. poss. l. 8. C. de adquir. poss. §. 5. Inst. per quas personas cuique.*

70 Cur? dominium ex naturali rerum possessione cœpit. *l. 1. §. 1. ff. de adqu. poss. l. 8. C. de adqu. poss.*

71 *Al.* si cum servus meus, &c.

72 *l. 19. ff. eod.*

73 Qui diversæ sectæ fuit.

74 Cujus igitur? fiet domini, si ex ejus pecunia, & alterius servus quid adquisivit: non fiet domini, si ex pecunia bonæ fidei possessoris, aut ex operis suis, quæsivit. *l. 23. ff. eod.*

75 *l. 9. §. 5. ff. eod. l. 62. ff. de evict.*

76 Vid. *l. 34. in fin. ff. de stipul. servor.*

77 *l. 10. l. 19. ff. eod. l. 1. §. 6. ff. de adqu. poss. l. 7. in fin. ff. quo empt. l. 20. ff. de stipul. serv. l. 1. C. de rei vindicat. Inst. per quas person. cuique. in princ. §. 1. Inst. per quas personæ nobis adquiritur.*

78 Hæc verba, *& magis est, ut singula momenta spectemus*, glossam esse putat Anton. Faber, *ille loco.* 79 Imo, singula momenta non spectamus, sed casum tantum evictionis. *l. 25. in fin. ff. de usur.* 80 *Al.* spectemus, & generaliter, &c. 81 Quod autem ex re ejus. *vulg. Hal.* ut *l. 20. ff. de stipul. servor.* Cujac. 4 *observ. 1.* & 17 *observ. 5.* reprehensus a Roberto, 2 *recept. 21.* vulgatam defendit quoque Antonius Faber, 4 *conjecturarum 16.* 82 Liber sit tibi, an vero ei debeat, &c. Cujac. 4 *observat. 1.*

83 Ut ei duntaxat partem adquirat, &c. Cujac. 4 *observ. 1.* 84 Imo duobus. *l. 45. ff. eod.*

85 *l. 19. ff. de stipul. servor.* 86 Scævola variavit. vide Cujacium, 4 *observ. 1. & 4 ad Africanum.* 87 *l. 25. §. 3. ff. de usufructu.* 88 *l. 7. §. 7. ff. eod.* 89 Ad eundem habitum, quem antea habuit. 90 Reverti possunt. *Hal.* & recte. 91 Qui ex metallo prorsus alieno novam speciem facit, formam novam addit, non fit tamen rei dominus: eo casu forma cedit materiæ. Qui ex liquidis prorsus alienis novam speciem facit, rei fit dominus: eo casu forma ut prævalens, substantiam ad se trahit, nisi forma rei, voluntate domini inducta sit. *l. 24. ff. eod.* Cur tam varie? Postremus casus generaliter locum habet, ut scil. forma, dans esse rei, essentiam ad se trahat, quia quod ita factum est, antea nullius erat. *l. 7. §. 7. ff. eod.* Imo, ne erat quidem; cum sit nova species. Ideoque is, qui fecit, dominus habendus est, eo magis, quod cum species non possit ad priorem materiam resolvi, materia habeatur pro deperdita, & idcirco non possit vindicari. Prius vel ideo admittitur, quod species non videatur novam formam ita suscepisse, quin tam facile possit in suam pristinam & rudem materiam resolvi ac reduci: & ita locum habere potest, quod Proculus sensit.

forte mutata sit (veluti si [ex] meo ære statuam, aut argento scyphum fecisses), me eorum dominum manere:

XXV. CALLISTRATUS lib. II Institutionum.

NIsi voluntate domini alterius nomine id factum sit. propter consensum enim domini tota res ejus fit, cujus nomine facta est.

1. De accusatione. 2. De arbore alio translata. 3. De lana purpurata.

XXVI. PAULUS lib. XIV ad Sabinum.

SEd si meis [92] tabulis navem fecisses, tuam navem esse: quia cupressus [93] non maneret [94], sicuti nec lana vestimento facto; sed cupresseum aut lanceum corpus fieret. §. 1. Proculus indicat, hoc jure nos uti, quod Servio & Labeoni placuisset: In quibus [95] propria qualitas [96] exspectaretur [97], si quid additum erit, toto cedit [98]; ut statuæ pes, aut manus [99], scypho fundus [100], aut ansa [1], lecto fulcrum [2], navi tabula [3], ædificio cæmentum [4]: tota enim ejus sunt, cujus ante fuerant [5]. §. 2. Arbor radicitus eruta, & in alio posita, priusquam coaluerit, prioris domini est: ubi coaluit [6], agro cedit: & si rursus eruta sit, non ad priorem dominum revertitur. nam credibile [7] est, alio terræ alimento aliam factam. §. 3. Si meam lanam [8] feceris purpuram [9], nihilominus meam esse Labeo ait: quia nihil interest inter purpuram, & eam lanam, quæ in lutum aut cœnum cecidisset, atque ita pristinum colorem perdidisset.

De accessione, plumbatione, ferruminatione. 1. De medicamentorum & unguentorum confectione. 2. De ferruminatione.

XXVII. POMPONIUS lib. XXX ad Sabinum.

QUidquid [in] facto [10] argento alieni argenti addideris, non esse tuum totum argentum [11], fatendum est: at contra si tuum scyphum alieno plumbo plumbaveris [12], alienove argento ferruminaveris, non dubitatur scyphum tuum esse, & à te recte vindicari. §. 1. Ubi simul plura contribuuntur, ex quibus unum medicamentum fit; aut [13] coctis [14] odoribus unguenta facimus: nihil hic suum vere dicere potest prior dominus. quare potissimum existimari, cujus nomine factum sit, ejus esse.

§. 2. Cum partes duorum dominorum ferrumine cohæreant, hæ cum quærerentur utri cedant, Cassius ait, proportione rei æstimandum, vel pro pretio cujusque partis. Sed si neutra alteri accessioni est, videamus ne aut utriusque esse dicenda sit, sicuti massa confusa, aut ejus cujus nomine ferruminata est? Sed Proculus & Pegasus existimant, suam cujusque remanere.

De ædificare supra parietem vicini.

XXVIII. IDEM lib. XXXIII ad Sabinum.

SI supra [15] tuum parietem vicinus ædificaverit, proprium [ejus] id quod ædificaverit fieri, Labeo & Sabinus aiunt. Sed Proculus, tuum proprium, quemadmodum [16] tuum fieret, quod in solo [17] tuo alius ædificasset. quod verius est.

De insula.

XXIX. PAULUS lib. XVI ad Sabinum.

INter [18] eos qui secundum unam ripam prædia habent, insula in flumine nata, non pro indiviso communis fit, sed [19] regionibus quoque divisis: quantum enim ante cujusque eorum ripam est, [tantum], veluti linea in directum per insulam transducta, quisque eorum in eo habebit certis regionibus.

1. De ripa fluminis, & arbore ibi nata & alveo. 2. De insula & alveo. 3. De inundatione & natura fluminis. 4. De ædificatu in mari.

XXX. POMPONIUS lib. XXXIV ad Sabinum.

ERgo si insula nata adcreverit fundo meo [20], & inferiorem [21] partem fundi vendidero, ad cujus frontem insula non respicit, nihil ex ea insula pertinebit ad emptorem: eadem ex causa, qua [22] nec ab initio quidem ejus fieret, si jam tunc, cum insula nasceretur, ejusdem partis dominus fuisset. §. 1. Celsus filius, si in ripa fluminis, quæ secundum agrum meum sit, arbor nata sit, meam [23] esse ait: quia solum ipsum meum privatum est, usus autem ejus publicus [24] intelligitur: & ideo, cum exsiccatus esset alveus, proximorum sit: quia jam populus eo non utitur.

§. 2. Tribus modis insula [25] in flumine fit: uno, cum agrum, qui alvei non fuit, amnis circumfluit; altero, cum locum qui alvei esset, siccum relinquit & circumfluere cœpit; tertio, cum paulatim colluendo locum eminentem supra alveum fecit, & eum alluendo auxit. Duobus posterioribus modis privata insula fit ejus, cujus ager propior fuerit, cum primum extitit: nam & natura fluminis hæc est, ut cursu suo mutato, alvei causam mutet: nec quicquam interfit, utrum de alvei duntaxat solo mutato, an de eo quod superfusum solo & terræ sit, quæratur? utrumque enim ejusdem generis est. Primo autem illo modo causa proprietatis non mutatur. §. 3. Alluvio [26] agrum restituit eum, quem impetus fluminis totum abstulit. Itaque si ager, qui inter viam publicam & flumen fuit, inundatione fluminis occupatus esset (sive paulatim occupatus est, sive non paulatim), sed eodem impetu recessu fluminis restitutus, ad pristinum dominum pertinet: fluminа enim *censitorum* [27] *vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum.* Itaque sicuti hic fundus, cum alveus fluminis factus esset, fuisset publicus: ita nunc privatus ejus esse debet, cujus antea fuit. §. 4. Si pilas [28] in mare jactaverim, & supra eas inædificaverim, continuo ædificium meum fit. Item si insulam in mari ædificaverim, continuo mea fit: quoniam id quod nullius sit, occupantis fit.

De nuda traditione. 1. De thesauro.

XXXI. PAULUS lib. XXXI ad Edictum.

NUnquam nuda [29] traditio [30] transfert dominium: sed ita, si venditio [31], aut aliqua [32] justa causa præcesserit, propter quam traditio sequeretur. §. 1. *Thensaurus* [33] est vetus quædam depositio pecuniæ [34] cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat: sic enim fit [35] ejus qui invenerit, quod non alterius sit. Alioquin si quis aliquid vel lucri [36] causa, vel metus, vel custodiæ, condiderit sub terra, non est thesaurus: cujus etiam furtum fit.

De acquisitione per servos.

XXXII. GAIUS lib. XI ad Edictum provinciale.

ETiam [37] invitis [38] nobis per servos adquiritur pene ex omnibus causis.

De servo peculii castrensis. 1. De re castrensi subtracta. 2. De servo hereditario.

XXXIII. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

IN eo quod servo castrensi [39] ante aditam hereditatem filiifamilias militis legatur, vel eo, quod stipulatur servus, tractatur apud Marcellum libro XX, ex cujus persona vel stipulatio vires habeat, vel legatum. & puto verius, quod & Scævolæ videtur, & ipse Marcellus tractat, si quidem adeatur hereditas, omnia ut in hereditario servo: si adita non sit, ut in proprio patris esse spectanda. Et si ususfructus fuerit huic servo relictus, modo patri videri delatum, modo heredi: nec à persona in personam creditur transisse. §. 1. Eadem distinctione quis utetur, etiam si res fuerit subtracta. aut cessare, aut non, furti actionem dicet, si ex testamento adierit: quoniam hereditati furtum non sit. aut si non adierit, patri dabitur furti actio: nam & condictio.

§. 2. Quotiens servus hereditarius stipulatur, vel per traditionem accipit, ex persona defuncti vires consumit [40], ut Juliano placet: cujus & valuit sententia, testantis personam spectandam esse, opinantis.

De hereditate.

XXXIV. IDEM lib. IV de Censibus.

HEreditas enim non heredis personam, sed [41] defuncti sustinet, ut multis argumentis Juris civilis comprobatum est.

De errore tradentis.

XXXV. IDEM lib. VII Disputationum.

SI procurator meus vel tutor pupilli, rem suam, quasi meam, vel pupilli, alii tradiderint, non recessit ab eis dominium, & nulla est alienatio: quia nemo errans [42] rem suam emittit [43].

De consensu in corpore, & dissensu in causa traditionis.

XXXVI. JULIANUS lib. XIII Digestorum.

CUm in corpus quidem, quod traditur, consentiamus, in causis vero dissentiamus: non [44] animadverto, cur inefficax sit traditio: Veluti si ego credam, me ex testamento tibi obligatum esse, ut fundum tradam, tu existimes, ex stipulatu tibi eum deberi. † Nam & si pecuniam numeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quasi creditam [45] accipias: constat proprietatem ad te transire [46], nec impedimento esse, quod circa causam dandi atque accipiendi dissenserimus.

De servo pignorato. 1. De servo communi. 4. De servo unius. 5. De servo fructuario. 6. De servo communi. 11. De procuratore.

XXXVII. IDEM lib. XLIV Digestorum.

PEr servum, qui pignori [47] datus est, creditori nec possessio adquiritur: quia nec stipulatione, nec mandatione [48], nec ullo alio modo per eum servum quicquam ei adquiritur, quamvis possessio [49] penes eum sit. §. 1. Si unus ex dominis servo communi pecuniam donavit, in potestate domini est, quemadmodum [50] servo communi pecuniam donet. nam si hoc solum egerit, ut ea separetur à suis rationibus, & in peculio servi sit: manebit [51] ejusdem domini proprietas. si vero eo modo pecuniam servo communi donaverit, quo modo alienis servis donare solemus: fiet sociorum communis pro portione, quam in servo habebunt.

§. 2. Sed, ut sequens quæstio locum habeat, constituamus socium ita servo communi pecuniam donasse, ut proprietatem suam manere vellet: si ex hac pecunia servus fundum comparaverit, erit is fundus communis sociorum pro [52] portione dominii. Nam & si furtivis nummis servus communis fundum comparaverit, sociorum erit pro portione dominii. † Neque enim ut fructuarius servus ex re fructuarii non adquirit proprietario, ita & communis servus ex re alterius domini non adquirit alteri domino. sed quemadmodum in his, quæ aliunde adquiruntur, diversa conditio est fructuarii, & servi communis (veluti cum alter fructuario non adquirat, alter dominis adquirat): ita quod ex re quidem fructuarii adquisitum fuerit, ad eum solum pertinebit; quod ex re alterius domini servus communis adquisierit, ad utrumque dominum pertinebit. §. 3. Sicut servus communis stipulando nominatim [53] alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo, soli ei acquirit. §. 4. Quod unius servus, per traditionem accipiendo, se accipere dixerit domino & Titio, partem domino adquiret, in parte nihil agit. §. 5. Fructuarius servus, si [54] dixerit, se domino proprietatis per traditionem accipere ex re fructuarii, totum domino adquiret: nam & si stipulando ex re fructuarii, domino proprietatis adquireret. §. 6. Si cum mihi donare [55] velles, jusserim te servo communi meo & Titii rem tradere, isque hac mente acciperet, ut rem Titii faceret: nihil [56] agetur. Nam & si procuratori meo rem tradideris, ut meam faceres, is hac mente acceperit, ut suam faceret: nihil agetur. † Quod si servus communis hac mente acceperit, ut duorum dominorum faceret, in parte alterius domini nihil agetur.

De agro & via publica à flumine sublatis, deinde relictis.

XXXVIII. ALFENUS VARUS lib. IV Digestorum à Paulo epitomatorum.

ATtius fundum habebat secundum [57] viam publicam, ultra viam flumen erat, & ager Lucii Titii: [fluit] flumen paulatim, primum omnium agrum, qui inter viam & flumen esset, ambedit [58], & viam substulit: postea rursus minutatim recessit, & alluvio-

92 Ex meis. *vulgat. Hal.*
93 Id est, carina. *l.* 61. ff. *de rei vind.*
94 Qui ex cupresso alienа navem, ex lana aliena vestimentum facit, navis ac vestimenti dominium adquirit; ergo si ex ligno, aut marmore alieno statuam quis fecerit, statuæ fiet dominus, qui eam fecerit.
95 Rebus scil.
96 Individua scl. corpori, quod propriam qualitatem, proprium ac speciale nomen habet, ἴδιον ὄνοματι.
97 Spectaretur. *vulg.*
98 Toto cedere. *Hal.* Accessorium individuo cedit, quamdiu ei inhæret. 50 *Ecl.* t. c. 25. *l.* 23. §. 2. §. 5. ff. *de rei vind.* potest tamen agi ad exhibendum, ut separetur. *dicto* §. 5. *l.* 7. §. 2. ff. *ad exhib.*
99 Vel brachium. *d.* §. 2. *l.* 24. ff. *de auro.*
100 *d.* §. 2.
1 Adde *l.* 21. §. 4. ff. *de furtis. Synopsis Basilicon.* 50. t. c. 25. Ea nasus etiam dicitur. hinc nasterna, genus vasis aquarii, quod tres nasos, id est, ansas habet. ita Vatinianis calicibus affingit nasos Martial. 14 *Epigr.* 96. & Juven. *Satyra* 5 *vers.* 47. *Sicubi calicem nasorum quatuor.* vide Joseph. Scaligerum apud Festum in dictione *nasterna*: ansa ἀπὸ τοῦ ὄνου à Græcis dicitur. 50 *Ecl.* 1. *cap.* 25.
2 Fulcrum sequitur lecti legatum. *l.* 52. *in fin.* ff. *de legat.* 3.
3 *l.* 61. ff. *de rei vind.* §. 25. *Instit. de rer. divis.*
4 *l.* 3. *in fin. l.* 39. ff. *de rei vind.*
5 Id est, talia accessoria ei cedunt, cui individuæ adjecta sunt.
6 Id est, radices egit. *l.* 7. §. 13. ff. *eod. l.* 5. §. 3. ff. *de rei vind. l.* 9. §. 2. ff. *de damno.* §. 31. *Inst. de rer. divis.*
7 Nota rationem decidendi.
8 Infectam scil.
9 Infecteris purpura. *Hal.*
10 Quidquid infecto argento. *vulgat.* quidquid facto argento. *Hal.* Gothofr. Ad hanc leg. vid. Cujac. *lib.* 2 *obs.* 12. Sebast. Medic. *de acquirend. poss. num.* 46. Ans.
11 Sed commune pro rata ponderum. *l.* 3. §. 2. ff. *de rei vind.*
12 Plumbatura plumbo fit, confusionem nota facit. Ferruminatio confusionem facit. vide *l.* 23. §. 5. ff. *de rei vindic.* Auri ferruminatio, quæ chrysocolla, fit ex Cypria ærugine, urina impuberis, & nitro. 13 Ut coactis odoribus. *vulg.* & male: agitur hic de duobus: de medicamento scil. & unguento. sic in Basilicis, ἢ ὅταν κοκκίων βοστρύων ἡμπλασμένων, ἢ τὰ ὑπὸ βίβων μίσγ. Cujac. 11 *observat.* 12. 14 Non eadem vis est odoribus, nisi decoctis. Plin. 12. mixtos in corpore odores concoctosque. *Lucret.* unguentum excoctum attuli. Lucilius apud Nonium.
15 Paria sunt, ædificare in solo alieno, & supra parietem alienum. 16 *l.* 2. *C. de rei vindic.* adde *l.* 29. §. 1. ff. *ad leg. Aquil.* 17 *l.* 39. ff. *de rei vind. l.* 15. ff. *de usufruct.* Goth. *l.* 2. *C. de rei vind.* ubi Cyn. & Castrens. Vid. Sebast. Medic. *de poss. num.* 51. Ans. 18 Vide Magium 4 *miscellan.* 2. 19 *l.* 1. §. 6. ff. *de fluminib.* §. 23. *Inst. de rer. divis.* De insula tractatum edidit Bart.
20 Qui sua longitudine insulam superat. 21 Extimam insulæ. adde *l.* 56. ff. *eod.*
22 Adde *l.* 12. *in fin.* ff. *de act. empt.* 23 Arbores in ripa natæ, eorum sunt, qui confines agros habent. *l.* 5. ff. *de rerum divis.* §. 4. *Instit. de rerum divis.* 24 *dicto* §. 4. 25 Adde *l.* 7. §. 4. 5. ff. *eod.* 26 Decrementum aquæ qualecunque. adde *l.* 38. ff. *eod.* 27 Cassiodorus 3 *variar.* Agrimensor, inquit, more vastissimi fluminis aliis spatium tollit: aliis terram concedit. vide Cujacium, *Institut. de rerum divis. in verbo, quod si vis.* 28 *l.* 2. §. 8. *l.* 3. §. 1. ff. *ne quid in loco publico.*
29 Nuda non est, quæ fit à vero rei domino; *l.* 54. ff. *de reg. jur.* cove qui liberalis tradendi potestatem habet, quique sciens voluntate & animo transferendi ex justa causa rem corporalem, & non prohibitam alienari, tradit. Item nuda non est, quæ sit non ignorantis *causam specialem* traditionis. *l.* 18. ff. *de reb. cred.* Nudum quot modis, vide hic apud Albericum.
30 Ut nuda ratio. *l.* 26. ff. *de donation.*
31 *l.* 3. §. 10. ff. *de donat. inter vir.*
32 Verbi gratia mutui, *l.* 2. ff. *de rebus cred.* soluti, donati.
33 A quibusdam inter veteres, ita hæc scribitur dictio. Thesaurum (inquit Donatus) secundum veteres Græcos sine littera N proferebant: Julius Firmicus addit, thesaurum & thesaurus dici. vide Cujac. 20 *observat.* 26.
34 Vel, condita ab ignotis dominis, tempore vetustiori, mobilia (vel monilia, ut legit Cujac. *l. unic. C. de thesaurus*). Cassiodorus 6, thesaurum definit depositivam pecuniam, quæ longa vetustate competentem dominum amisit.
35 *l.* 67. ff. *de rei vind. l.* 15. ff. *ad exhib.*
36 Cur lucri? An quod avari pecunias suas ita deponunt interim, dum expectant nummorum pretia augeri?
37 *l.* 62. ff. *de verb. oblig.* §. 3. ff. *per quas personas.*
38 Imo, invito nihil adquiritur. *l.* 19. §. 2. ff. *de donationib.*
39 *l.* 14. ff. *de castr. peculio.* Invito beneficium non datur. *l.* 69. ff. *de reg. jur.*
40 *Al.* assumit.
41 V. *l.* 31. §. 1. ff. *de hered. inst.*
42 *l.* 7. *in fin.* ff. *de rescind. v.* quæ notavi ad *l.* 1. ff. §. 20. ff. *de adq. poss.*
43 Amittit.
44 Imo est efficax. *l.* 18. ff. *de reb. cred.* Gothofr. Vide Goedd. *de contrab. stip. c.* 3. *num.* 8. Leonin. *lib.* 3 *emendat. e.* 3. *num.* 1. Charond. *verisimil. lib.* 2. *c.* 2. Ans.
45 Id est, quasi mutuam.
46 Imo, non transit. *l.* 18. ff. *de reb. cred.* vid. Alcinat. 5 *parerg.* 15. solve: Transit, si debitum vel promissio præcessit: sin minus, non transit.
47 *l.* 1. §. 15. ff. *de adq. possess.*
48 Traditione.
49 Naturalis sc.
50 Adde *l.* 49. *in fin.* ff. *eod. l.* 16. *in fin.* ff. *de usu & habitat. l.* 16. ff. *de peculio.*
51 V. *l.* 49. ff. *ad leg. Falcid.*
52 *l.* 45. ff. *eod.*
53 *l.* 5. ff. *de stipul. servor.*
54 *l.* 25. §. 6. ff. *de usufr.*
55 *l.* 13 ff. *de don.*
56 Imo aliquid agetur: nec enim mens procuratoris spectatur. *l.* 13. ff. *de donat.*
57 Secundum viam est, quod prope eam est. 58 Abolevit *vulgat.* ambedo, est circumedo. Plautus, uxoris suæ dotem ambedit. sic ambustum, circumustum. Et servus ambactus, id est, circumactus, περιφερὴς, qui huc & illuc discursat, ut operas locet. Ambaxio, qui circum eunres: ambarvalis hostia, quæ circum arva ducitur: amterminii, qui circum terminos. *Am* enim præpositio significat circum, Fest. in *Am & Ambi.* & apud Varronem 6 *de lingua*, Ambiegna bos apud augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur. Et 4, Amjectum, id est, circumjectum. At non idem est in voce *ambubaia*: nec enim significat eos, qui circum Baias sunt. Josephus enim Scaliger notat vocem esse Syriacam, qua αὐλητρὶς, & Syrisca intelligitur. Josephus Scaliger *in Copam.*

luvione 59 in antiquum locum rediit. Respondit, Cum flumen agrum & viam publicam sustulisset, eum agrum ejus factum esse, qui trans flumen fundum habuisset: postea cum paulatim retro redisset, ademisse ei, cujus factus esset, & addidisse ei, cujus trans viam esset; quoniam ejus fundus proximus flumini esset. id autem quod publicum fuisset, nemini accessisse. nec tamen impedimento viam esse [ait], quo minus ager, qui trans viam alluvioni relictus est, Attii fieret: nam ipsa quoque via fundi esset.

59 Id est, recessit. *l. 7. §. 4. l. 30. §. 3. ff. eod.*

De servo furtivo bona fide empto.

XXXIX. JULIANUS lib. III ex Minicio.

ETiam furtivus servus bonæ 60 fidei emptori adquirit, quod ex re ejus stipulatur, aut per traditionem accipit.

60 *l. 14. in fin. ff. de stipul. serv.*

De bona fidei possessore.

XL. AFRICANUS lib. VII Quæstionum 61.

QUæsitum 62 est, si is, cui liber homo bona fide serviret, decesserit: eique is heres exiterit, qui liberum eum esse sciat, an aliquid per eum adquirat? Non esse ait, ut hic bona fide possessor videatur, quando sciens 63 liberum possidere cœperit: quia, & si fundum suum quis legaverit, heres, qui eum legatum esse sciat, procul dubio fructus ex eo suos non faciet; & multo magis si testator eum alienum bona fide emptum possedit. & circa servorum igitur operam ac ministerium eandem rationem sequendam: ut sive proprii, sive alieni, vel legati, vel manumissi testamento fuerint, nihil per eos heredibus, qui modo eorum id non ignorarent, adquiratur. etenim simul hæc fere cedere, ut quo casu fructus prædiorum consumptos 64 suos faciat bona fide possessor, eodem per servum ex opera & ex re ipsius ei adquiratur.

61 Vid. Cujac. 7 *ad Afric. fol. 121.*
62 V. quæ scripsi ad hanc *legem. titulo C. de usuris, & fructibus legatorum.*
63 Bonæ fidei possessor fructus consumptos suos facit. *l. 4. §. 19. ff. de usurpat. §. 35. Inst. de rer. divis.*
64 *l. 25. ff. de usurie.* tunc videtur esse injustus, & malæ fidei possessor. August. *de fid. & oper.* v. quæ de ea re notavi ad *l. 22. C. de rei vind.*

De statuu in civitate positis.

XLI. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

STatuas in civitate positas, civium 65 non esse: idque Trebatius & Pegasus. dare tamen operam Prætorem oportere, ut quod ea mente in publico positum est, ne liceret privato 66 auferre, nec 67 ei qui posuerit tuendi ergo cives erunt & adversus * petentem exceptione, & actione adversus * possidentem juvandi.

65 Singulorum scilicet: imo nec eorum, qui posuerunt, aut heredum.
66 Etiam emptori bonorum debitoris. *l. 29. ff. de reb. auctor.*
67 Id est, ne quidem ei.
68 Adde *l. 25. ff. de verb. sign.*

De substitutione.

XLII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

SUbstitutio quæ nondum competit, extra 68 bona nostra est.

De servo bona fide possesso. 1. De rebus incorporalibus. 2. De servo fructuario.

XLIII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

SErvus qui bona fide possidetur, id quod 69 ex re alterius est, possessori non adquirit. §. 1. Incorporales res traditionem 70 & usucapionem non 71 recipere manifestum est. §. 2. Cum servus, in quo alterius ususfructus est, hominem emit, & ei traditus sit: antequam pretium solvat, in pendenti 72 est, cui proprietatem adquisierit. & cum ex peculio, quod ad fructuarium pertinet, solverit, intelligitur fructuarii homo fuisse: cum vero ex [eo] peculio, quod proprietarium sequitur, solverit, proprietarii ex postfacto fuisse videtur.

69 *l. 19. ff. eod.*
70 Nisi fictam scil. alias mero jure non traduntur, *l. 4. §. 28. ff. de usurp.* nec possidentur, *l. 32. in fin. ff. de serv. urb.* tangi non possunt. *§. 2. Inst. de rebus corporalib.* traditæ censentur, dum alius patitur iis nos uti. *l. 11. §. 1. ff. de Publ. in rem act. l. 3. ff. de usufruct. l. 1. in fin. ff. de serv. rust.*
71 Proprie scil. quasi traditionem tamen & usus pationem recipiunt.
72 *l. 25. §. 1. ff. de usufr.*
73 *Synopf. Basil. 50. tit. 1. c. 44.*
74 Manent. *l. 8. in fin. ff. familia.*
75 Id est, quodammodo. nota formulam loquendi: sic genere quodam venditio inter servum & dominum contrahitur, *l. 10. ff. pro empt.* genere quodam donatio, *l. 36. ff. de stipul. serv.* quodam genere possessio, *l. 51. in fin. ff. de adq. possess.* genere quodam parricidium, Scribonius Largus Medicus. vid. Cujac. 4 *obs.* 8.
76 Et male. ff. *eod.*
77 *l. 3. l. 5. ff. eod.*
78 Et male. *vers. & sane melius est.* ff. *eod.*
79 *l. 21. §. 1. ff. tit. prox.*
80 *l. 1. ff. de incendio.*
81 *l. 8. in fin. ff. familia. 50 Eclog. 1. c. 44.*
82 *l. 2. §. 5. ff. de doli mali.* adde Paul. 4 *sentent. 7. §. 3.*
83 Id est, nullo modo.
84 Dic tamen ut ff. *eod.*
85 *l. 19. l. 28. §. 1. ff. de stipul. servor. l. 24. ff. communi dividundo.*
86 *l. 63. §. 1. ff. eod.*

De bonæ fidei emptore, & fructibus & usucapione.

XLVIII. IDEM lib. VII ad Plautium.

BOna 95 *fidei emptor* non dubie 96 percipiendo fructus etiam ex aliena 97 re, suos interim 98 facit, non tantum eos, qui diligentia & opera ejus pervenerunt, sed omnes 99: quia quod ad fructus attinet, loco 100 domini pene est. Denique etiam priusquam percipiat 1, statim ubi à solo separati sunt, bonæ fidei emptoris 2 fiunt. † Nec interest 3 ea res, quam bona fide emi, longo tempore capi possit, necne: veluti si pupilli 4 sit, aut vi 5 possessa, aut Prædi contra legem repetundarum donata, ab eoque abalienata sit bonæ fidei emptori. §. 1. In 6 contrarium quæritur, si eo tempore, quo mihi res traditur, putem vendentis esse, deinde cognovero alienam esse: quia perseveret per longum tempus capio, an fructus meos faciam? Pomponius, verendum 7, ne 8 non sit bonæ fidei possessor, quamvis capiat: hoc enim ad jus, id est capionem; illud ad factum 9 pertinere, ut [si] quis bona aut mala fide possideat. † Nec contrarium est 10, quod longum tempus currit: nam è contrario is qui non potest capere 11 propter rei vitium, fructus suos facit. §. 2. Et ovium fœtus in fructu sunt, & ideo 12 ad bonæ fidei emptorem pertinent, etiam si prægnantes venierint, vel 13 subreptæ sint. † Et sane, quin lac suum faciat, quamvis plenis uberibus venierint, dubitari non potest. Idemque in lana 14 juris est.

95 Ab initio, & post. *l. 2. C. si quis ignorans. Goth.* Videtur obstare *l. 48. ff. de usurie. conciliat.* vid. apud Donell. *comment. lib. 4. c. 25.* Fachin. *lib. 1 controv. cap. 57.* Jul. Pac. *Enantiophan. cont. 3. c. 45.* Menoch. *de poss. remed. 15. num. 580.* Leonin. *emend. lib. 3. c. 10.* Anf.
96 Id est, sine dubio.
97 *§. ult. ff. eod.*
98 Id est, dum possidet, scil. ante evictionem, & litis contestationem. *l. 2. C. de petit. hered. l. 22. C. de rei vind.*
99 Id est, ab aliis fatos. *l. 25. §. 1. ff. de usurie.* An naturales? etiam naturales, *ut hic.* id tamen negat lex 48. *in fin. ff. de usurie.* An dicemus omnes fructus eum lucrari, hoc est, à se, & ab aliis fatos? An tum demum omnes eum lucrari, si titulum aliquem præter bonam fidem habeat? An & eos qui excedunt operam & culturam? aut quibus manifeste videtur factus locupletior? hoc velle videtur lex 1. C. *de petit. hered.*
100 *l. 25. §. 1. ff. de usurie.* & Bart. in *l. si mora. 9 ff. solutio.*
1 Perfecte scil. Perfecte colligit, qui non tantum olivam & uvam legit, sed qui vinum & oleum fecit *l. 78. ff. de rei vind.*
2 Ergo si antequam fructus colligat, lis cum eo contestata fuerit, eos postea percipiendo, suos non faciet. *l. 22. C. de rei vind.* sic fructuarius decedens, fructus maturos, nondum tamen perceptos, ad heredem non transmittit: non idem est in eo, cui legatus est fructus in annos singulos. *l. 8. ff. de annuis. l. 25. §. 1. verf. prætrea. ff. de usurie.*
3 Quod ad fructus lucrandos attinet, sc. vel ut fructus meos faciam.
4 Res pupilli usucapi non potest. *l. 10. ff. quemadm. servit.* sed quid? Græci videntur legisse, *veluti si populi, ὡς τὰ δήμου ὄντα.* utrumque verum est. de pupillaribus supra ostendi: de publicis extat lex 9. ff. *de usurpat.* quam vide.
5 Vid. *l. ult. ff. ut bon. rapt.*
6 Hunc paragraphum explicavi in *l. 25. ff. de usurie.* Goth. Adde Menoch. *de recuperand. poss. remed. 15. num. 615. in fin.* Joann. Copum *de fructibus cap. 5. num. 8.* Anf.
7 Vereri se qui dicit, negat vel dubitat. vide quæ not. ad *l. 45. in fin. ff. de ritu.*
8 Imo est bonæ fidei possessor, & recte fructus percipit, quamdiu fundus non est evictus. *l. 25. in fin. ff. de usurie.* An hic Paulus dubitat, nec adfirmat? An, quod aliis placet, hic paragraphus stricti juris est: dicta lex 25, æquit' ait enim bonam fidem habere desinere, qui postea cognovit rem alienam esse: & tamen longo tempore, licet fructus suos non faciat.
9 Id est, usucapio ad jus: perceptio fructuum ad factum, id est, naturalem æquitatem refertur. *Facti* verbum ita sumitur in *l. 10. ff. de capite minutis. l. 41. ff. de peculio.*
10 Id est, non sequetur: usucapit, ergo fructus suos facit. ut nec retro: nec usucapit, ergo fructus suos non facit. Cur? interdum usucapere possum: nec tamen interim fructus meos facio. & contra, interdum usucapere non possum: & tamen fructus meos facio. hinc colliges, ut fructus meos faciam, continuam bonam fidem esse debere: ut usucapiam, sufficere ab initio bonam fidem habuisse.
11 Usucapere.
12 V. *l. 8. ff. de usurie.*
13 Venierint quæ subreptæ, Cujac. 15 *obs.* 20. & ad *l. 4. in verbo* lana. ff. *de usurpat.*
14 *l. 4. §. 19. ff. de usurpat.*
15 Servo, scil. in quo habet usumfructum. adde *l. 37. §. 1. ff. eod. l. 38. ff. de usufr.*
16 V. quæ notavi ad *l. 14. ff. eod.*
17 *l. 1. §. 18. ff. de oper. novi. l. 2. §. 8. l. 3. ff. ne quid in loco publico. l. ult. in fin. ff. de servitut. urb.*
18 V. *l. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publico.*
19 Transfuga, qui & perfuga, qui à nobis transfugit, qui fide mutata ad hostem transit, *l. 19 §. 8. ff. de captivis.* capitis minutionem mediam patitur, *l. 5. §. 1. ff. de capite minut.* non maximam, *l. 15. ff. de vet.* postliminium non habet. *l. 14. ff. ex quibus caus. major. l. 19. §. 4. ff. de capt.* Sed tamen Cujac. 4 *obs.* 9. nomine transfugæ hic intelligit eum, qui ab hostibus ad nos transfugit. ut sit sensus: Non violento jure belli, transfugam hostium recipere, id est, excipere & apud nos retinere, ut nobis cum vivat, militet, possumus. 20 Finge hanc legem de nostro transfuga accipiendam esse, & à nostris captum esse: fietne capientis, an publicus? Quo tempore à nobis transfugit, licet eum interficere quasi hostem: quia & vivens soleat comburi si captus sit. fieri itaque hoc casu publicus. vide quæ notavi ad *l. 3. ff. de fugitivis.* Quid, si ultro ad nos redeat, fietne servus? vid. Cujac. 4 *obsero.* 9.
21 Mobiles: fiunt enim immobilia P. Romani. *l. 20. §. 1. ff. de capt. & postlim. reversi.* Goth. Vid. A. Gell. *lib. 13. cap. 23. & lib. 7. cap. 4.* Jacob. Bornit. *de acur. redit. lib. 3. cap. 10.* Anf.
22 *l. 5. in fin. ff. eod.*
23 Exceptione qui rem tueri, aut actione persequi potest, rem habere videtur. idcoque quod evincitur, in bonis non est. *l. 150. ff. de reg. jur.*
24 Ad eam retinendam.
25 *l. 49. ff. de verb. sign.* Habetur quod peti potest. *l. 143. ff. de verb. sign.* Rem habet, qui actionem ad eam recuperandam habet. *l. 15. ff. de reg. jur.*
26 V. Bartol. & Castrenf. in *l. futurum. 11. §. per liberam. 6. ff. de pign. act.* Goth. Hanc leg. explicat Bellon. *fupput. lib. 1. cap. 18.* Anf.
27 *l. 10. ff. eod.*
28 Possessio est facti.
29 *l. 20. in fin. ff. eod.*
30 Non potest, qui bona fide nobis servit, sibi adquirit tamen, si sponte, &c. Cujacius ita in Basilicis legi notat 11 *obs. 12.*
31 *l. 59. ff. de hered. inst.*
32 *l. 118. ff. de verb. obl.*
33 *l. 13. ff. ad leg. Aquil.*
34 *Al.* tam.
35 *l. 19. §. 2. ff. de negot. l. 13. §. 2. ff. commodat.*

93 Servus fructuario hereditatem non adquirit, sed proprietario. *l. 19. ff. eod.* 94 Aditio hereditatis non est in opere servili. *l. 45. ff. de adquir. hered.*

90 Id est, occasionem, modum & facultatem adquirendi dominii. 91 Usucapiendi. *l. 74. ff. de contrab. empt.* 92 *§. 1. & ibi Theophilus. Instit. quibus alienare licet, l. 13. C. de evictionib.*

bona fide nobis ſervit, non adquirit nobis [36], id vel ſibi [37] libet, vel alienus ſervus domino ſuo adquirit, excepto eo, quod vix eſt ut liber homo poſſidendo uſucapere poſſit [38], quia nec [39] poſſidere intelligitur, qui ipſe poſſideretur: ſed nec per ſervum alienum, quem nos bona fide poſſidemus, dominus peculiari nomine ignorans uſucapere poterit; ſicuti nec per fugitivum quidem, quem non poſſidet.

De apro, qui in laqueum inciderat, ſoluto vel ablato. De poculo alterius ex nave ejecto.

LV. PROCULUS lib. II Epiſtolarum.

IN laqueum [40] quem venandi cauſa poſueras, aper incidit; cum eo hæreret, exemptum eum abſtulii: num tibi videor tuum aptum abſtuliſſe? & ſi tuum putas fuiſſe, ſi ſolutum eum in ſylvam dimiſiſſem: eo caſu tuus eſſe deſiſſet, an maneret? & quam actionem mecum haberes, ſi deſiſſet tuus eſſe: num in factum dari oporteret [quæro]? Reſpondit, Laqueum, videamus, ne interſit in publico an in privato poſuerim: & ſi in privato poſui, utrum in meo, an alieno: & ſi in alieno, utrum permiſſu [41] ejus cujus fundus erat, an non permiſſu ejus poſuerim? præterea, utrum in eo caſu ita hæſerit aper, ut expedire ſe non poſſit ipſe, an diutius luctando expediturus ſe fuerit? Summam tamen hanc puto eſſe, ut ſi in [42] meam poteſtatem pervenit, meus factus ſit. ſin autem aprum meum ferum in ſuam naturalem laxitatem dimiſiſſes, eo facto meus eſſe deſiſſet, & actionem mihi in factum [43] dari oportere: veluti reſponſum eſt, cum quidam poculum [44] alterius ex nave ejeciſſet.

De inſula & alveo.

LVI. IDEM lib. VIII Epiſtolarum.

INſula eſt enata in flumine contra frontem [45] agri mei, ita ut nihil excederet longitudo regionem prædii mei: poſtea aucta eſt paulatim, & proceſſit contra frontes & ſuperioris vicini, & inferioris. Quæro, quod adcrevit, utrum meum ſit, quoniam meo adjunctum eſt: an ejus juris ſit, cujus eſſet, ſi initio ea nata [46] ejus longitudinis fuiſſet? Proculus reſpondit: Flumen iſtud, in quo inſulam contra frontem agri tui eam natam [47] eſſe ſcripſiſti, ita ut non excederet longitudinem agri tui, ſi [48] alluvionis jus habet, & inſula initio propior fundo tuo fuit, quam ejus, qui trans flumen habebat: tota tua facta eſt. & quod poſtea ei inſulæ alluvione acceſſit, id [49] tuum eſt, etiamſi ita acceſſit, ut procederet inſula contra frontes vicinorum ſuperioris atque inferioris: vel etiam ut propior eſſet fundo ejus, qui trans flumen habet.

§. 1. Item quæro, ſi cum propior ripæ meæ enata eſt inſula, & poſtea totum flumen fluere inter me, & inſulam cœpit, relicto ſuo alveo, quo major amnis fluerat [50]: numquid dubites, quin etiam inſula mea maneat, & nihilominus ejus ſoli, quod flumen reliquit, pars fiat mea? rogo, quid ſentias, ſcribas mihi. Proculus reſpondit, Si, cum propior [51] fundo tuo initio fuiſſet inſula, flumen, relicto alveo majore, qui inter eam inſulam fuerat & eum fundum vicini, qui trans flumen erat, fluere cœpit inter eam inſulam & fundum tuum: nihilominus inſula tua manet. ſed alveus qui fuit inter eam inſulam & fundum vicini, medius dividi debet: ita ut pars propior inſulæ tuæ, tua; pars autem propior agro vicini, ejus eſſe intelligatur. intelligo, ut & cum ex altera parte inſulæ alveus fluminis exaruerit, deſiſſe inſulam eſſe: ſed [52] quo facilius res intelligeretur, agrum qui inſula fuerat, *inſulam* appellant.

De ſervo uxori donato.

LVII. PAULUS lib. VI ad Plautium.

PEr ſervum donatum [53] à marito, nec ex re quidem ejus cui donatus eſt, acquiri quicquam poſſe, Julianus ſcribit: hoc enim in eorum perſona conceſſum eſt, qui [54] bona fide ſerviunt [55].

De re ex mari extracta.

LVIII. JAVOLENUS lib. XI ex Caſſio.

QUæcunque res ex mare [56] extracta [57] eſt, non ante ejus incipit eſſe, qui extraxit, quam dominus eam pro derelicto habere cœpit.

De re mandatu alterius empta.

LIX. CALLISTRATUS lib. II Quæſtionum.

RES [ex] mandatu meo empta, non prius [58] mea fiet, quam ſi mihi tradiderit, qui emit.

De horreo mobili poſito in alterius prædio.

LX. SCÆVOLA lib. I Reſponſorum.

TItius horreum frumentarium novum, ex tabulis ligneis factum, mobile [59] in Seii prædio poſuit: quæritur, uter horrei dominus ſit? Reſpondit, ſecundum quæ proponerentur, non [60] eſſe factum Seii.

De hereditate, & ſervo hereditario.

LXI. HERMOGENIANUS lib. VII Juris Epitomarum.

HEreditas in multis partibus juris pro [61] domino habetur, adeoque hereditati quoque ut domino per ſervum hereditarium adquiritur [62]. † In his ſane in quibus factum perſonæ operæve ſubſtantia [63] deſideratur, nihil hereditati quæri per ſervum poteſt: ac propterea, quamvis ſervus [64] hereditarius heres inſtitui poſſit, tamen, quia adire jubentis domini perſona deſideratur, heres exſpectandus eſt. §. 1. Uſusfructus, qui ſine [65] perſona conſtitui non poteſt, hereditati per ſervum non adquiritur [66].

De his, quæ non ſola, ſed per univerſitatem acquiruntur.

LXII. PAULUS lib. II Manualium.

QUædam quæ non poſſunt ſola alienari, per univerſitatem [67] tranſeunt: ut fundus dotalis, ad heredem; & res, cujus aliquis commercium non habet. nam etſi legari [68] ei non poſſit, tamen heres inſtitutus dominus ejus efficitur.

De theſauro.

LXIII. TRYPHONINUS lib. VII Diſputationum.

SI is, qui in aliena [69] poteſtate eſt, *theſaurum* invenerit: in perſona ejus cui adquirit, hoc erit dicendum, ut ſi in alieno agro invenerit, partem ei adquirat; ſi vero in parentis dominive loco invenerit, illius totus ſit; [ſi autem in alieno, pars.]

§. 1. Si communis [70] ſervus in alieno invenerit, utrum pro dominii partibus, an ſemper æquis adquiret? & ſimile eſt, atque in hereditate, vel legato, vel quod ab alio donatum ſervo traditur: quia & theſaurus donum fortunæ [71] creditur: ſcilicet ut pars quæ inventori cedit, ad ſocios, pro qua parte ſervi quiſque dominus eſt, pertineat. §. 2. Si communis ſervus in domini unius fundo proprio invenit, de parte, quæ ſoli domino ſemper cedit, non eſt dubium, quin ſolius domini prædii ſit; verum, an aliquid ex parte ſerat alter ſocius, videndum eſt. & nihilquid ſimile ſit, atque cum ſtipulatur ſervus juſſu unius domini, aut per traditionem aliquid accipit vel nomine itidem [72] alteri? quod magis dici poterit.

§. 3. Quod ſi ſervus in quo uſusfructus alienus eſt, invenerit in ejus locum [73], qui ſervum proprium habet: an totum illius ſit? & ſi in alieno an partem eidem adquirat, an vero fructuario? Inſpectio in illo eſt, num ex operis ſervi adquiratur. Finge, terram fodientem invenille: ut hoc dicatur fructuarii eſſe. quod vero ſubito in *alieno loco* poſitum, nihil agens, ſed aliter ambulans invenit: proprietatis domini ſit. † Ego nec Illius ad fructuarium pertinere partem arbitror. nemo enim ſervorum opera theſaurum quærit: nec [74] ea propter tunc terram ſodiebat, ſed alii rei operam inſumebat; & fortuna [75] aliud dedit. † Itaque ſi in ipſius fructuarii agro invenerit, [puto] partem ſolam, ut agri dominum, habiturum: alteram ad eum, cujus in ſervo proprietas eſt, pertinere. §. 4. Quod ſi creditor invenerit: in alieno videbitur inveniſſe. partem [76] itaque ſibi, partem debitori præſtabit: nec recepta pecunia reſtituet, quod jure inventoris, non creditoris, ex theſauro apud eum petmanſit [77]. Quæ cum ita ſint, & cum ex Principis [78] auctoritate creditor ut proprium agrum tenere cœpit jure dominii: intra conſtitutum ſuendi tempus [79], [*pignoris cauſa vertitur. poſt tranſactum autem tempus, theſaurum in eo inventum ante ſolutam pecuniam totum tenebit: oblato vero intra conſtitutum tempus debito,*] quoniam univerſa præſtantur, atque in ſimplici peritore revocantur, reſtitui debebit, ſed pro parte ſola; quia dimidium inventori ſemper placet relinqui.

De deductione in cenſum.

LXIV. QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA libro ſingulari Ogov.

QUæ quiſque aliena [80] in cenſum deducit [81], nihilo magis ejus fiunt [82].

De epiſtola. I. De inſula.

LXV. LABEO lib. VI Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI *epiſtolam* tibi miſero: non erit ea tua, antequam tibi reddita fuerit. Paulus: imo contra [83]. nam ſi miſeris ad me tabellarium tuum, & ego reſcribendi cauſa literas tibi miſero: ſimul atque tabellario tuo [84] tradidero, tuæ fient. † Idem accidet in his literis, quas tuæ duntaxat rei gratia miſero; veluti, ſi petieris à me, *uti te alicui commendarem* [85], & eas commendatitias [86] tibi miſero literas. §. 1. Si qua *inſula* in flumine propria tua eſt, nihil in ea publici eſt. Paulus: Imo in eo genere inſularum ripæ fluminis, & litora mari proxima publica [87] ſunt, non ſecus atque *in contimenti agro* idem juris eſt. §. 2. Si qua inſula in flumine publico proxima tuo fundo nata eſt: ea tua eſt. Paulus: videamus, ne hoc falſum ſit de ea inſula, quæ [88] non ipſi alveo fluminis cohæret, ſed virgultis, aut alia qualibet levi materia ita ſuſtinetur in flumine, ut ſolum ejus [89] non tangat, atque ipſa movetur: hæc enim propemodum publica, atque ipſius fluminis eſt inſula.

§. 3. Paulus: ſi inſula in flumine nata tua fuerit, deinde inter eam inſulam & contrariam ripam alia inſula nata fuerit: menſura eo nomine erit inſtruenda à tua inſula, non ab agro tuo, propter quem ea inſula tua facta fuerit. nam quid intereſt, qualis ager ſit, cujus propter propinquitatem poſterior inſula, cujus ſit, quæratur? §. 4. Labeo libro eodem: Si id [90] quod in publico innatum aut ædificatum eſt, publicum eſt, inſula [91] quoque, quæ in flumine publico nata eſt, publica eſſe debet [92].

De partu ancillæ.

LXVI. VENULEIUS lib. VI Interdictorum.

CUm prægnans mulier legata, aut [93] uſucapta, aliove quo modo alienata pariat: ejus [94] fient partus, cujus eſt ea cui [95] emeretur; non cujus tunc fuiſſet, cum conciperet.

---

[36] *l.* 30 § 1. *ff. de adq. poſſ.* [37] *Al.* libet. [38] *l.* 19. *ff. ex quib. caus. major.* Anſ. [39] *Al.* ſibi ſi liber. [40] *l.* 118. *ff. de reg. jur.* [41] *l.* 22. *ff. ex quib. caus. major.*

[42] Laqueum in meum quod incidit, non eſt meum niſi naturaliter captum. *l.* 28. 29. *ff. ad leg. Aquil.*

[43] Venantem in alieno agro, ſine conſenſu domini, nihil ſibi adquirere, hinc colligit Cujac. 4 *obſ.* 2. adde quæ notavi ad *l.* 5. § 1. *ff. eod.*

[44] Si meum factum eſt occupatione, vel quaſi.

[45] Vicinam rei vindicationi. *l.* 52. *ff. de rei vind.*

[46] *l.* 14. §. 2. *ff. de præſcript.*

[47] Adde *l.* 30. *ff. eod.*

[48] *Al.* enata.

[49] *Al.* enatam.

[50] Et quia non eſt ager limitatus. *l.* 16. *ff. eod.*

[51] *l.* 65. §. 1. *ff. eod.* Hinc colligunt: Civitati conceſſum privilegium, trahi ad villam ei poſtea conjunctam.

[52] *Al.* fluxerat.

[53] *l.* 7. §. 5. *l.* 20. §. 1. *ff. eod.* §. 22. *Inſt. de rer. diviſ.*

[54] Inſula appellatur quæ quondam fuit inſula.

[55] Uxori.

[56] *l.* 1. *C. de rei vind.*

[57] Hoc in uxore ſciente donationem non valere, obtinere putat Bartolus: ſecus ſi ignoret.

[58] *Al.* mari.

[59] Adde *l.* 13. *ff. ſit. prox.* Quid, ſi ſponte ad litus appulit? vid. *Authentic. navigia. C. de furtis.*

[60] Imo prius erit. *l.* 65. *ff. eod.*

[61] Secus, ſi immobile. *l.* 18. *ff. de act. empt.*

[62] Mobilia horrea in prædio alicujus poſita, pars non ſunt ſoli.

[63] *l.* 31. *in fin. ff. de hered. inſt.*

[64] Imo non adquiritur. *l.* 18. *ff. eod. l.* 43. *ff. de adquirenda hered.*

[65] Subſtantia operæ deſiderari dicitur, quoties operæ ipſius interventus exigitur.

[66] Hereditarius ſervus etſi inſtitui poſſit, perſona tamen domini adire jubentis deſideratur.

[67] *l.* 26. *ff. de ſtipulat. ſervor.*

[68] Ante aditam hereditatem ſcil. *l.* 18. *ff. quib. mod. uſusfruct.*

[69] *l.* 38. §. 3. 4. 5. *l.* 93. *ff. de legat.* 3. *l.* 1. §. 1. *ff. de fundo dotali. Novell.* 159. *c.* 3. Goth. Vid. Emund. Mer. *lib. ſing. differ. cap.* 16. Anſ. 68 Sepulchrum ita legari non poteſt, niſi cum univerſitate. *l. monumenta.* 14. *C. de legat.* Hoc amplius notat Bart. in rebus ſacris directum dominium tranſire in univerſalem ſucceſſorem: in ſingularem utile. 69 *l.* 10. *ff. eod.* 70 *l.* 45. *ff. eod.*

[71] *l.* 1 § 3. *in fin. die melius, Del beneficium act. l. unic. C. de theſaur.*

[72] *l.* 37. §. 3. *ff. eod.*

[73] *Al.* loco.

[74] Statutum eſſe: *Bannitum capiens, ſex haberet ex publico.* Magiſtratus Titium bannitum quidem adprehendit, ſed furtiva ex cauſa: Bartolus negat Magiſtratum ſex deberi, quia Titium velut furem adprehenderit, non velut bannitum.

[75] Vid. §. 2. *ff. eod.*

[76] *l. unic. C. de theſaur.* § 39 *reſp. at ſi quis in alieno. Inſt. de rer. diviſ.*

[77] *Al.* remanſit.

[78] Vid. *l.* 2. *l.* 3. *C. de jure dominii imperand.*

[79] Biennii olim anni. *l. ult. C. de jur. domin.*

[80] *l.* 4. §. 4. *ff. de cenſib. l.* 4. *l.* 7. *C. de donat. l. C de act. empt.* Cicero pro Flacco. Conſtabat inter omnes, ſi aliena cenſendo Decianus fita facere poſſet, eum maximi habitum.

[81] *Al.* deduxat.

[82] Imo, fieri videntur. *l.* 10. *ff. de prob.*

[83] Imo non contra. *l* 59. *ff. eod.*

[84] *l* 6. § 2. *ff. de negot.*

[85] *Commendarem & eo*, ita legendum videtur, ut *eo* ſit *in eum finem.*

[86] *V. l ultim. C. quod cum eod. l.* 12. §. 12. *ff. mandat.*

[87] *l.* 3. *ff. ne quid in loco publ. l.* 96. *l.* 112. *ff. de verb. ſign.* §. 5. *Inſtit. de rer. diviſ.*

[88] Inſulæ quædam ipſi alveo fluminis non cohærent, ſed virgultis, aut alia qualibet materia levi ita ſuſtinentur, ut ſolum ejus non tangat, ſed moveatur. [89] *Sub.* alvei fluminis. [90] Non ſi id quod in publico. Hotom. [91] In inſula quoque. *Obſervat. ult.* reprehenſus à Roberto 1 *recept.* 11. [92] Imo privatorum eſt. *l.* 7. §. 3. *ff. eod.* Hal. [93] Aut vendita aliove quo modo alienata pariet, ejus fiet partus, cujus eſt ea cum enitteretur, non cujus tunc fuiſſet, cum conciperet. Cujac. 4 ad Paul. *ſent.* 9. §. 5. à qua lectione non abhorret Haloandri editio. [94] *l.* 12. *C. de rei vindic.* [95] *Al.* quæ. ut ſit ſenſus, ut emptoris ancilla fuit, partus tempore: ita & ancillæ partus.

TIT. II.

DE ADQUIRENDA, VEL AMITTENDA POSSESSIONE [1].

Etymologia. 1. *Effectus.* 2. *Per quas perſonas acquiritur. De acquiſitione per noſmet ipſos.* 3. *De* pupillo & furioſo. 4. *De donatione inter virum & uxorem.* 5. *De acquiſitione per alium. De his quæ ſunt in noſtra poteſtate.* 6. *De bona vel mala fide poſſeſſis.* 7. *De ſervo communi.* 8. *De ſervo fructuario.* 9. *De intellectu poſſidendi.* 10. *De furioſo.* 11. *De impubere.* 12. *De ancilla.* 13. *De ſervo pupilli.* 14. *De ſervo, qui in fuga vel provincia eſt.* 15. *De ſervo pignorato.* 16. *De ſervo hereditario, vel empto, vel donato.* 17. *De ſervo prælegato.* 18. *De ſervo communi.* 19. *De animo ſervi.* 20. *De procuratore, tutore, curatore.* 21. *De procuratore. De re præſenti.* 22. *De municipibus.*

1. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

POſſeſſio appellata [3] eſt (ut & Labeo ait) à ſedibus [4], quaſi [5] poſitio: quia naturaliter [6] tenetur ab eo, qui ei inſiſtit: quam Græci κατοχὴν [7] dicunt. §. 1. Dominiumque rerum ex [8] natura hic agitur de adquirendo jure poſſeſſionum, non ſimpliciter de adquirenda poſſeſſione, quæ eſt facti. 3 Etymon nota. 4 A pedibus, &, ut Labeo ait, quaſi pedum poſitio *unde*. Verum vix eſt, ut vulgatam lectionem defendere quiſquam poſſit: nec enim dicitur quis pedibus ſedere. unde fruſtra quærunt nonnulli, cur à pedibus dicatur potius quam ab alia corporis parte. Inde quoque male Accurſius negat res mobiles poſſideri. Ex Florentina lectione colligit Hotomannus, exiſtimari poſſe, adquirendæ poſſeſſionis notam ac ſymbolum fuiſſe ſedis alicujus, dicis cauſa, poſitionem. Quam opinionem videtur confirmare *l.* 3. §. 5. *in fin. ff. eod.* 5 Alluſio vocabuli. vid. Alciat. 1 *diſputat.* 1. 6 Φυσικῶς, σωματικῶς. 7 Et κρατεῖν. quorum vero poſſeſſionis definitio eſt? τὴ ψυχῆ διοπτρικῶ νἰνεσθαι. Id eſt, *cum poſſidemus animo opinemurque domini.* Theoph. §. τὰ ἀφωρίσμ. *Inſt. per quas perſonas cuique.* ψυχῆ διοπτρικῶ κατοχὴ. 50 *Eclog.* 2. *cap.* 60. opinione domini poſſeſſio. *l.* 22. §. 1. *ff. de noxalib.* Naturalis vero eidem Theoph. 10 *Inſt. de Interd.* eſt σωματικὴ ἐφεδρία τ῀ κάλοχῆ. Sicut quaſi poſſeſſio eſt, incorporalis rei χρέους, uſus. ubi ſic definitur, ἡ τοῦ χρέους ἐπὶ κατοχὴ, ἢ ἐκ τύπου ἀρχὴν λαβεῖν ἢ διατάξεως. 50 *Eclog* 2. *cap.* 1. & *cap* 64. περὶ ἐξ ἐκείνω, ἢ τ῀ φερόμεν῀ κατοχὴ. Tertiam ſpeciem eſſe, puta naturalem & civilem, negat Cujac. 9 *obſ.* 33.

8 *l.* 20. *in fin. ff. de adquir. rer.* Cauſa dominii efficiens, eſt animus utriuſque contrahentis: materia, res de qua fit conventio. Forma, traditio, & prehenſio vacuæ poſſeſſionis. Finis, emolumentum, quo vitæ præſidium paratur. Inde bona, quaſi à beando dicta. *l* 49. *ff. de verb. ſignif.* Hotom. 11 *illuſtr.*

naturali 9 possessione cœpisse Nerva filius ait: ejusque rei vestigium remanere de 10 his, quæ terra, mari, cœloque capiuntur; nam hæc protinus 11 eorum fiunt, qui primi possessionem eorum apprehenderint. † Item bello 12 capta 13, & insula 14 in mari enata & gemmæ 15, lapilli, margaritæ in litoribus 16 inventæ, ejus fiunt, qui primus eorum possessionem nanctus est.

§. 2. Apiscimur 17 autem possessionem per nosmetipsos 18.

§. 3. *Furiosus* 19 & *pupillus* 20 sine tutoris auctoritate non potest incipere possidere: quia affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant: sicuti si quis dormienti 21 aliquid in manu ponat. Sed pupillus tutore auctore incipiet possidere. Ofilius quidem & Nerva filius, etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum aiunt: eam enim rem facti, non 22 juris esse: quæ sententia recipi potest, si 23 ejus 24 ætatis sint, ut intellectum 25 capiant. §. 4. Si vir uxori cedat possessione 26, donationis causa, plerique putant possidere eam 27: quoniam res facti 28 infirmari jure civili non potest. & quid attinet dicere, non possidere mulierem, cum maritus, ubi noluit possidere, protinus amiserit possessionem? §. 5. Item adquirimus possessionem per servum 29, aut filium 30, qui in potestate est, & quidem earum rerum, quas peculiariter 31 tenent, etiam ignorantes, sicut Sabino, & Cassio, & Juliano placuit, quia nostra voluntate intelligantur possidere, qui eis peculium habere permiserimus. † Igitur ex causa 32 peculiari & infans & furiosus 33 adquirunt possessionem, & usucapiunt: & heres, si hereditarius servus emat. §. 6. Sed & per eum quem bona 34 fide possidemus, quamvis alienus sit, vel liber, possessionem adquiremus. † * Quod * si mala 35 fide eum possideamus, non puto adquiri nobis possessionem per eum. Sed nec vero domino, aut sibi adquiret, qui 36 ab alio possidetur. §. 7. Per communem, sicut per proprium, adquirimus etiam singuli in solidum, si hoc agat servus, ut 37 uni adquirat: sicut in dominio adquirendo.

§. 8. Per eum 38 in quo usumfructum 39 habemus, possidere possumus, sicut ex operis suis adquirere nobis solet: nec ad rem pertinet, quod ipsum non possidemus; nam nec filium.

§. 9. Cæterum 40 & ille, per quem volumus possidere, talis esse debet, ut habeat intellectum 41 possidendi. §. 10. Et ideo si furiosum servum miseris, ut possideas; nequaquam 42 videris adprehendisse possessionem. §. 11. Quod si impuberem miseris ad possidendum, incipies possidere: sicut pupillus 43, maxime tutore auctore, adquirit possessionem. §. 12. Nam per ancillam, quin possis nancisci possessionem, non dubitatur.

§. 13. Pupillus per servum sive puberem, sive impuberem 44 adquirit possessionem, si tutore 45 auctore jusserit eum ire in possessionem. §. 14. Per servum, qui in fuga 46 sit, nihil posse nos possidere Nerva 47 filius ait: licet respondeatur, quamdiu ab alio non possideatur, à nobis eum possideri; ideoque interim etiam usucapi. Sed utilitatis 48 causa receptum est, ut impleatur usucapio 49, quamdiu nemo nactus sit ejus possessionem. † Possessionem autem per eum adquiri, sicut per eos quos in provincia habemus, Cassii & Juliani sententia est. §. 15. Per servum corporaliter 50 pignori datum, non adquirere nos 51 possessionem Julianus ait: ad unam enim tantum causam videri 52 eum à debitore possideri; ad 53 usucapionem. nec creditori 54: quia nec stipulatione, nec ullo alio modo per eum adquirat, quamvis 55 eum possideat 56. §. 16. Veteres putaverunt 57, *non posse nos* 58 *per servum hereditarium* 59 *adquirere, quod sit* 60 *ejusdem hereditatis* 61. Itaque agitatur, num hæc regula longius producenda sit 62: ut si plures servi legati sint, per unum an possint cæteri possideri? Idem tractatus est, si pariter empti vel donati sunt? Sed verius est, ex his causis posse me per unum 63 reliquorum adquirere possessionem. §. 17. Si ex parte heredi instituto servus legatus sit: propter partem, quam ex causa legati habet, adquiret fundi hereditarii possessionem. §. 18. Idem dicendum est, si servum communem jussero adire hereditatem: quia propter 64 partem meam adquiro. §. 19. Hæc quæ de servis 65 diximus, ita se habent, si & ipsi velint nobis adquirere possessionem. Nam si jubeas servum tuum possidere, & is eo animo intret in possessionem, ut nolit tibi, sed potius Titio adquirere: non est tibi adquisita possessio 66.

§. 20. Per procuratorem 67, tutorem 68, curatoremve 69 possessio nobis adquiritur. cum autem suo nomine nacti fuerint possessionem 70, non cum ea mente, ut operam 71 duntaxat suam accommodarent: nobis non possunt adquirere 72. Alioquin, si dicamus, per eos non adquiri nobis possessionem, qui nostro nomine accipiunt; futurum, ut neque is possideat, cui res tradita sit, quia non habeat animum possidentis; neque is qui tradiderit, quoniam cesserit possessionem. §. 21. Si jusserim venditorem procuratori rem tradere 73, cum ea in præsentia sit: videri * mihi * traditam Priscus ait. idemque esse, si nummos debitorem jusserim alii dare: *Non est enim corpore & actu necesse apprehendere possessionem, sed etiam* 74 *oculo* 75 *& affectu.* & argumento esse eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moveri non possunt, ut columnas: nam pro traditis [eas] haberi 76, si in re præsenti consenserint; & vina tradita videri, cum claves 77 cellæ vinariæ emptori traditæ fuerint. §. 22. Municipes per se nihil possidere possunt, quia uni 78 consentire non possunt 79. † Forum autem & basilicam 80, hisque similia non possident: sed promiscue his utuntur. Sed Neratius filius ait, per 81 servum, quæ peculiariter adquisierint, & possidere & usucapere posse. sed quidam contra putant: quoniam ipsos servos non possideant.

II. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

Sed hoc jure utimur, ut & possidere, & usucapere 82 municipes possint: idque eis & per servum, & per liberam 83 personam 84 adquiratur.

De rebus corporalibus. 1. *De animo & corpore.* 2. *De parte incerta.* 3. *Quomodo adquiratur possessio.* 4. *De pluribus causis possidendi vel dominum habendi.* 5. *De pluribus possessoribus.* 6. *De animo & corpore.* 13. *De rebus mobilibus & de custodia.* 14. *De feris & piscibus.* 15. *De avibus.* 16. *De columbis & apibus, & quæ ire & redire solent.* 17. *De loco occupato a flumine vel mari.* 18. *De contrectatione rei depositæ, & animo insciandi.* 19. *Neminem sibi ipsum causam possessionis mutare posse.* 20. *De re vendita & depositarie vel commodatario.* 21. *Divisiones & species possessionis.*

III. Paulus lib. LIV ad Edictum.

Possideri autem possunt, quæ sunt corporalia 85. §. 1. Et apiscimur 86 possessionem corpore, & animo 87; neque per se animo, aut per se corpore 88. † Quod autem diximus, *& corpore, & animo adquirere nos debere possessionem*, non utique ita accipiendum est, ut qui fundum 89 possidere velit, omnes glebas circumambulet: sed sufficit quamlibet partem 90 ejus fundi introire, dum mente & cogitatione [hac] sit, uti totum fundum usque ad terminum velit possidere. §. 2. Incertam 91 partem rei possidere 92 nemo potest: veluti si hac mente sis, ut quidquid 93 Titius possidet, tu quoque velis possidere. §. 3. Neratius & Proculus, [&] solo animo non posse nos adquirere possessionem, si non antecedat naturalis possessio. Ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, continuo me 94 possidere, simul atque possidendi affectum habuero: quia, quod desit 95 naturali possessioni, id animus implet. † Cæterum quod Brutus & Manilius putant, eum, qui fundum longa possessione cepit, etiam thesaurum cepisse, quamvis nesciat in fundo esse: non est verum. is enim, qui nescit 96, non possidet thesaurum, quamvis fundum possideat: sed & si sciat, non capiet longa possessione; quia 97 scit alienum 98 esse. † Quidam putant, Sabini sententiam veriorem esse: nec alias eum qui scit, possidere, nisi 99 si loco motus 100 sit; quia non sit sub custodia nostra. quibus consentio.

§. 4. Ex plurimis causis 1 possidere eandem rem possumus 2, ut quidam quod possessio facile amitti potest, id autem quod nostrum est, sine facto nostro in alium non transfertur, ut vult Zasius? sic ientio, non omnium rationem reddi posse. 71 Animi & corporis: non autem corporis tantum, ut in §. 21. ℌ. *eod.* 72 Nobis scil. 73 Hoc casu nudum corporis ministerium procurator nobis præstat, non animi, ut in §. 20. ℌ. *eod.* 74 Oculis etiam & nudo aspectu possessionem ab alio traditam adquirimus. *Goth.* Adde *caus.* ℌ. 18. §. 2. ℑ. *eod.* *l.* 79. ℑ. *de solut.* *l.* 9. §. 9. ℌ. *de adquirend. rerum domin.* *l.* 47. ℌ. *de contrab. empt.* Donell. 5 *comment.* 9. Anſ. 75 Hinc Tertullianus, *lib. de velandis virginibus.* Nuptias ait de aspectu & animo fieri, quemadmodum & stuprum. vide Hotom. 12 *Illustr.* Oculis gulosis sunt, qui edenda nimis sollicite spectant. Seneca, 3 *Natural.* 18. Oculis parricidæ sunt gladiatorum spectatores. Cyprian. *epist.* 1. 76 Verbum, *haberi*, fictam traditionem innuit, ut & superius & inferius *videri*. Hujusmodi verba fictionis notæ sunt. *l.* 12. ℑ. *de vi & vi.* An ficta possessio hinc oritur, quemadmodum ex falso nihil nisi falsum sequi dicimus? Non oritur: falsum enim semper est falsum. Fictio vero veritatem aliquam secum trahit. *l.* 6. §. 1. ℑ. *de precario.* *l. unic. C. de rei uxor. act.* Modus adquirendi fictus est: res tamen ipsa est. 77 *l.* 74. ℌ. *de contrab. empt.* *l.* 9. §. 6. ℌ. *de adqu. rer.* §. 45. *Inſt. de rer. diviſ.* 78 Universi. *Hal.* 79 Vel dolum committere, *l.* 15. §. 1. ℌ. *de dolo.* ſtricto jure vel facile: utiliter secus. *l.* 2. ℑ. *eod.* Quæ difficillima, pene impossibilia habentur. *l.* 125. *de verb. ſign.* 80 Basilica dicitur ἀπὸ τῆ βασιλίως. Festus. est autem locus amplus usibus publicis destinatus. 81 *l.* 97. ℌ. *de cond. & demonſtr.* *l. un.* §. 1. ℌ. *de libert. univerſit.* adde *l.* 160. §. 1. ℑ. *de reg. jur.* 82 Et etiam agere ad exhibendum. *l.* 7. §. 3. ℌ. *ad exhib.*

83 Universitatem personam esse repræsentatam, nec esse veram personam, sed fictam, hinc colligunt. 84 Procuratorem scil. generalem, vel specialem & syndicum: eos qui regunt universitatem: quin & ipsos subditos. Quid, si universitas ad unum sit redacta? Is adhuc possidere potest. *v. l.* 7. *in fin.* ℌ. *quod cujuſque.* civiliter saltem: nisi dicamus cum Baldo & Zaſ. *hic. n. ult.* Ecclesia destructa Ecclesiæ possessionem civilem manere apud Christum: & ita nunquam præcribi adversus Ecclesiam quantumvis disjectam. 85 Hinc Festus: non est possessio vera, nisi (hæc enim duo postrema votabula Festi fragmentis restituo) de rebus quæ tangi possunt. Et Theophilus: τῶν μὲν ἐστι σωματικὰ καὶ ψηλαφητά. An incorporalia possideri possunt? quasi possidentur. *v. l.* 4. §. 27. ℑ. *de uſurpat.* Goth. Hanc *l.* 3. *cum l.* 8. ℑ. *eod.* conciliat Charond *lib.* 2 *veriſimil. cap.* 5. Adde Duaren. *hic.* Anſ. 86 Apisci vel adipisci possessionem est incipere possidere. 87 Copulative sc. vel conjunctim. §. 3. ℑ. *eod.* 88 Nisi quis custodem rei adquisitæ apposuerit, *l.* 51. ℑ. *eod.* nisi traditione clavium, *l.* 1. §. 21. ℌ. *eod.* nisi quis constituat, & dicat se nomine meo possidere. *l.* 18. ℑ. *eod.* item traditione instrumenti, *l.* 1. *C. de donat.* rei donatæ retento usufructu, *l.* 28. *C. de donat.* cum mutatur causa traditionis, *l.* 9. *in fin.* ℌ. *de reb. cred.* in societate omnium bonorum, *l.* 2. ℌ. *pro ſoc.* si quis adoptaverit, *l.* 16. ℑ. *de precario.* si monialis rapta sit, *l.* 54. *C. de Epiſcop.* (de quo tamen dubitari possit) nisi Lex vel statutum possessionem transferat ipso jure. *l.* 11. ℌ. *de liberis.* *l.* 14. ℌ. *de ſuis.* ut apud Gallos, *le mort ſaiſit le vif*, nisi incorporalia & jura apprehendantur: nisi res denique in ea sit causa, ut nondum possideri possit. *l.* 12. *in fin.* *l.* 13. ℑ. *de reb. auct.* Porro is, qui oculis possessionem apprehendit, non omnino sine corpore apprehendit. Pars enim corporis, oculus. An per investituram factam à Principe ex certa scientia, privilegio, aut publico jure transferatur possessio? negat Ferretus *hic. num.* 15. 89 Vel rem mobilem, puta ligna, hominis partem, *l.* 21. ℑ. *de furt.* decimas. Quid, in hereditate, quæ jus universale continet? vide Senec. 6 *de benefic.* 5. possessionem singularum rerum adquirendam esse tradit Ferret. *n.* 31. Ideoque justus in possessionem fundorum debitoris mitti, unius fundi possessione reliquos minime possidebit. Zaſ. *hic. n.* 26. adde §. 22. ℑ. *eod.* 90 Possidetur totum, cum particula possidetur. Apprehensione partis fundi, censetur possessio totius fundi (etiam ejus, quod per alluvionem adjicitur) adprehensa: nec opus est circumambulare omnes glebas. Sic apprehensio universi integrali vel continente, censetur apprehendi omnia comprehensa & contenta sub illo universali. 91 Incertum est, quod nescitur, quid, quale, quantumque sit aut fuit. *l.* 74. 75. ℑ. *de verb. oblig.* 92 De traditione rei incertæ dicam ad *l.* 26. ℑ. *eod.* 93 Hoc utique incertum est, & quota rei, & loco. Certa res possidetur, cujus qualitas & locus exprimitur. adde *l.* 26. ℑ. *eod.* 94 Plato 1 *de legib.* Thesaurum inventoris non vult fieri, sed deum consuli. 95 Propter adjunctum affectum, & animum tolerator defectus in naturali possessione. 96 Thesaurus, licet sit in fundo reconditus, non tamen ab ignorante possidetur. Qui nescit vel ignorat, non possidet, id est, non potest incipere possidere. Qui vero non possidet, non usucapit. 97 Qui scit alienum, non usucapit. 98 Id est, nescit dominum rei; & sic vox *thesaurus*, hic improprie sumitur. 99 Thesaurus cum fundo non possidetur, nisi loco motus sit. 100 Res non dicitur inventa, nisi apprehensa sit. *l.* 13. *C. de fideicommiſſ.*

1 Id est, titulis, ut ita loquamur, compatibilibus, & habilibus ad usucapiendum. 2 Imo, non possumus. ℣. *l.* 4. *C. de contr. empt.*

9 Quæ vera tantum est possessio, a Bartolo corporalis appellatur.

10 *Al.* in.

11 An intra triduum? an postea, quam is, cui res erepta est, cœpit ad extraneos actus divertere, animo quasi recuperandæ ipsius rei abjecto?

12 Bello justo, ac legitime indicto capta fiunt capientis, *ut hic.* adde *l. hoſtes.* 24. ℑ. *de captivis.*

13 Ab eo, qui reipsi meret: & est miles. quid, si Erotem servum dudum Mœvii captivum capero? num meus fiet, an prioris domini? utique meus. Quid Mœvii immobilia? ad eundem Mœvium redeunt. vid. *l.* 20 §. 1. ℑ. *de captivis.* Quid arma, & equi ejusdem? eidem non restituuntur. *l.* 2 ℑ. *de captivis.* Cur tam varie? arma turpiter amitti præsumuntur. *l.* 2. ℑ. *de captivis.* Immobilium autem (quæ in dominio sunt subditorum) defensionem debet Princeps. Quid immobilia hostium? non fiunt occupantis, sed fisci. *l.* 20. §. 1. ℑ. *de captivis.*

14 Insula in mari nata primi fit occupantis: eaque ratione Venetos imperio subjici, quidam negant. Quid eremus, ac desertus locus? Quidam occupantis esse aiunt (cum pro derelicto habeatur. *l.* 1. ℑ. *pro derelicto.* *l. qui agros.* 8. *C. de omni agro.*) Alii ei cedere putant, qui territorii sit dominus: alii jurisdictionem solam territorii domino cedere existimant.

15 Gemmas & lapillos differre hinc colligunt, ut qui gemmas ferre prohibeatur statuto, lapillorum usus ei non censeatur interdictus. *Ripenſ.*

16 Quid, si in montibus aliove loco promiscue, ubi nascuntur, gemmas & lapillos quis invenit: num dimidium inventoris, dimidium domini loci erit? an potius nihil erit inventoris? Putat ita Ripenſ. *arg. l.* 7. §. 13. ℑ. *ſoluto.* Quid, si in itinere aut via, cum res ibi jacerent? suos non facit. *l.* 43. §. 4. *& ſeqq.* ℑ. *de furtis.* 17 Id est, nanciscimur. 18 Et per alios. §. 5. ℑ. *eod.* Goth. Huic §. 2. & 3. adversatur *l.* 3. *C. eod.* pro conciliatione vid. Accurs. & Salicet. Conan. *comment. lib.* 8. *cap.* 8. Anſ.

19 Per se scilicet: nam curator furiosi adquirere furioso potest. Ergo furiosus nunquam sibi possessionem adquiret? Minime: aliud, si inumbratæ quietis erit. *v. l.* 18. §. 1. ℑ. *eod.* an patri in cujus est potestate? hoc ait §. 5. ℑ. *eod. Ect. 5. tit. 2. c. 1.* 20 *l.* 32. ℑ. *eod.* 21 Dormiens non adquirit possessionem, *ut hic.* An punitur, si quem interficiat? *v. c. majores. de baptiſmo. l.* 31. §. 3. ℑ. *de uſucap.* v. Tiraqu. *tr. de pœnis, cauſa* 5. 22 Possessio facti potius est, quam animi: potius, inquam: nam & animi est, *l.* 49. ℑ. *eod.* sic aditio, animi est & facti. *l. liber homo.* 19. ℌ. *de adq. rer. dom.* 23 Hodie infanti etiam tradita possessio adquiritur. *l.* 3. *C. eod.* 24 Demus septennem. 50 *Ect. 2. c. 1.* infantem. *l.* 32. *in fin.* ℑ. *eod.* adde *l.* 4. §. 2. ℑ. *de uſurp.* 25 Intellectum capiat. *Hal.* adde §. 9. ℑ. *eod.* 26 Possessionem. *Hal. l.* 46. ℌ. *de don. inter vir.* Goth. Pro intellectu hujus §. 4. v. Ant. Merend. *controv. lib. 2. c. 20.* Anſ.

27 At non dominium consequi. *l.* 11. ℌ. *de don. int. vir.* 28 Ut possessio. Possessio est facti, *ut hic.* & *l.* 12. §. 3. ℑ. *de captivis.* Imo juris. *l.* 44 ℑ. *eod. l.* 3. §. 1. ℌ. *de bon. poſſ.* An dicemus ipsum possessionis adquisitionem esse facti: adquisitam jam possessionem esse juris? 29 *V. l.* 49. ℑ. *eod.* 30 *V. l.* 4. ℑ. *eod.* 31 Et ita ex re patris, ex alia causa usufructu tenus, sibi adquirunt. §. 1. *Inſt. per quas perſon. cuique.* 32 Et ita intellige 50 *Eclog* 2. *c.* 1. 33 Imo furiosus non adquirit. §. 10. ℑ. *eod. l.* 18. §. 1. ℑ. *eod.* 34 Secus, si mala fide, & scientes liberum. *l.* 34. *in fi.* ℑ. *de ſtipul. ſervor.* 35 *d. l.* 34. *l.* 23. ℌ. *de adquir. rer.* 36 *l.* 11 ℌ. *de reg. jur.* Arist. 1 *Polit.* 7. 37 *V. l.* 5. ℑ. *de ſtipul. ſerv.* 38 *l.* 52. ℑ. *eod.* 39 *l.* 31. ℌ. *de uſuf.* 40 Cujac. 22 *obſ.* 23. 41 §. 3. *in fin.* ℌ. *eod.* 42 Cur ita est in servo, cum parens per filium furiosum adquirat possessionem. §. 5. ℌ. *eod.?* 43 Per impuberem & pupillum adquiritur possessio, *ut hic.* non per furiosum. §. 10. ℌ. *eod. l.* 32. §. 2. ℑ. *eod.* 44 Impubes potest dari procurator ad possessionem adquirendam, *ut hic.* An ad negotia? *v. l.* 51. ℌ. *de procurat. l.* 7. 1. 8. ℌ. *de inſtitoria.* 45 Quid, si sine tutore? idem hodie dicendum videtur. *l.* 3. *C. eod.* 46 *l.* 24. ℌ. *de liber. cauſ. l.* 7. ℑ. *pro emptore.* Goth. Adde *l.* 50. §. 1. ℑ. *eod. l.* 15. §. 1. ℑ. *de uſucap.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 233. Anſ. 47 Qui fuit ex Proculianis. 48 Aliud est stricto jure. *l.* 15. ℌ. *de public.*

49 Servus fugitivus usucapitur, *l.* 50. *in fin.* ℑ. *eod. l.* 21. ℌ. *de rei vind.* 50 *l.* 37. ℌ. *de adq. rer. dom.*

51 Id est, creditorem & debitorem: & ita hic constat possessionem adquisitam, & tamen nemini adquisitam. 52 Et sic debitor servum à se vere pignoratum non possidet, & tamen per eum usucapit; atque ita ex ficta possessione, & sine vera possessione procedere potest interdum usucapio.

53 Pignori qui servum dedit, servum ad usucapionem tantum possidet, non ad possessionem adquirendam. *l.* 16. ℑ. *de uſucap.* 54 Acquiritur sc. possessio per servum pignori acceptum. 55 Creditor possidet servum. 56 Inutiliter & sine fructu quidem, quod ad dominium adquirendum, non cogitatione domini, *l.* 22. §. 1. ℌ. *de noxal.* nisi in casu *l.* 101. *in fin. pr.* ℌ. *de leg.* 3. nam quod per eum adquiritur, in sortem imputatur. *l.* 42. ℌ. *de pignorat.* 57 Et bene. 58 Heredes. 59 Hereditarius dicitur nondum adita hereditate, ideoque quod tunc stipulatur, adquirit hereditati, *l.* 61. ℌ. *de adq. rer. domin.* post aditam hereditatem non est hereditarius, sed heredis. *l.* 10. §. 2. ℌ. *de vulgari.*

60 *l.* 43. ℌ. *de adq. hered.* 61 Puta dominium, hereditatem, possessionem. 62 Ad alios casus.

63 Puta ex servis donatis, *l.* 48. ℑ. *eod.* vel legatis, vel emptis, ℌ. *eod.* & §. 17. vel communibus. §. 18. ℑ. *eod.* Cur potius possidemus per unum eorum reliquos donatos, vel legatos, vel emptos: quam per unum hereditarium reliquos hereditarios? Qui adquirit per servum emptum aut legatum, per servum jam suum adquirit: qui per hereditarium, non per suum servum, sed defuncti adquirit. est enim servus hereditarius, proprie sumptus, ante aditam hereditatem ipsius hereditatis: post aditam, non est hereditarius, sed heredis. Alioquin est ridicula & minime conveniens superioribus casibus ratio, quam Accursius affert, per hereditarium servum, alium hereditarium non posse nos possidere: quod alienus intumescat, si per comparem se videat apprehendi. Est etiam falsa ea ratio, quam post Aretinum & Jasonem affert Zaſ. *hic. n.* 6. non ideo per hereditarium servum, alium hereditarium possideri; quia quælibet res hereditaria & hereditas sunt una & eadem res juris intellectu: non igitur posse hereditarium servum, alium adquirere, quia seipsum (quod est absurdum) adquireret. de quo vide Ferret. *hic. num.* 9. 64 Et sic ex duabus qualitatibus concurrentibus (prohibitiva scil. & permissiva) permissiva præfertur. Communem servum habens cum defuncto, & ab eodem heres institutus, potest per hujusmodi servum possessionem hereditatis adquirere: velut prædicti servi dominus, non velut heres defuncti. si heres hereditarium servum juberet adquirere possessionem, hujusmodi jussu heres adiret hereditatem, nisi quid aliud plane suadeat. *l.* 20. *in pr.* & §. 1. ℌ. *de adqu. hered.* post hujusmodi jussum servus non esset hereditarius.

65 Propius, communibus, alienis, bona fide possessis.

66 Hæc omnia pene ferretus transfert ad monachos, quibus vide *hic.*

67 Atqui nihil potest servi voluntas in iis, quæ sunt Juris civilis. *l.* 32. ℑ. *de reg. jur.* Jure autem civili adquiritur possessio. §. 3. *Inſt. per quas perſonas cuique.* Ius vito. §. *pen. Inſt. de uſuc.*

68 An Titio? utique, si ratum habeat. *arg. l.* 24. ℑ. *de negot.* Accurs. hoc tamen negat. Socin. *hic. num.* 4.

69 Generalem (non id admittunt in causis beneficialibus Canonistæ. *Gloſſ. in cap. ſi tibi. de prab. in* 6.) adquiritur dominio se. idque sine cessione ubi possessio fuit adquisita actu naturali, peta traditione, non civili, ut stipulatione, *l.* 38. §. 17. ℑ. *de verbor. oblig.*) eatenus, ut si postea possessionem suo nomine defendere velit, a nobis expelli, denegato omni Interdicto, possit.

70 Aliud est in dominio: quia tunc licet procurator nolit nobis adquirere, sed aliis, sufficiet in eo tamen ipsius animus procuratoris tradere volentis: ideoque dolus vel malitia non nocebit, *l.* 13. ℌ. *de donat.* aliud dixi in dominio, quam in possessione, licet contradicat glossa. Nam *hic.* & §. 19. de possessione loquitur, *d. l.* 13. ℌ. *de donationib.* de dominio. Cur aliud? an quod dominium idem numero transfertur in eum in quem transferre volumus, *l.* 19. *l.* 20. ℌ. *ex quib. cauſ. major.* possessio non item, ut sentiunt omnes pene post Cumanum? An quod possessio facile amitti potest, id autem quod nostrum est, sine facto nostro in alium non transfertur, ut vult Zasius? sic ientio, non omnium rationem reddi posse.

71 Animi & corporis: non autem corporis tantum, ut in §. 21. ℑ. *eod.* 72 Nobis scil. 73 Hoc casu nudum corporis ministerium procurator nobis præstat, non animi, ut in §. 20. ℌ. *eod.* 74 Oculis etiam & nudo aspectu possessionem ab alio traditam adquirimus. *Goth.* Adde *caus.* ℌ. 18. §. 2. ℑ. *eod.* *l.* 79. ℑ. *de ſolut.* *l.* 9. §. 9. ℌ. *de adquirend. rerum domin.* *l.* 47. ℌ. *de contrab. empt.* Donell. 5 *comment.* 9. Anſ. 75 Hinc Tertullianus, *lib. de velandis virginibus.* Nuptias ait de aspectu & animo fieri, quemadmodum & stuprum. vide Hotom. 12 *Illuſtr.* Oculis gulosis sunt, qui edenda nimis sollicite spectant. Seneca, 3 *Natural.* 18. Oculis parricidæ sunt gladiatorum spectatores. Cyprian. *epist.* 1. 76 Verbum, *haberi*, fictam traditionem innuit, ut & superius & inferius *videri*. Hujusmodi verba fictionis notæ sunt. *l.* 12. ℑ. *de vi & vi.* An ficta possessio hinc oritur, quemadmodum ex falso nihil nisi falsum sequi dicimus? Non oritur: falsum enim semper est falsum. Fictio vero veritatem aliquam secum trahit. *l.* 6. §. 1. ℑ. *de precario.* *l. unic. C. de rei uxor. act.* Modus adquirendi fictus est: res tamen ipsa est. 77 *l.* 74. ℌ. *de contrab. empt.* *l.* 9. §. 6. ℌ. *de adqu. rer.* §. 45. *Inſt. de rer. diviſ.* 78 Universi. *Hal.* 79 Vel dolum committere, *l.* 15. §. 1. ℌ. *de dolo.* ſtricto jure vel facile: utiliter secus. *l.* 2. ℑ. *eod.* Quæ difficillima, pene impossibilia habentur. *l.* 125. *de verb. ſign.* 80 Basilica dicitur ἀπὸ τῆ βασιλίως. Festus. est autem locus amplus usibus publicis destinatus. 81 *l.* 97. ℌ. *de cond. & demonſtr.* *l. un.* §. 1. ℌ. *de libert. univerſit.* adde *l.* 160. §. 1. ℑ. *de reg. jur.* 82 Et etiam agere ad exhibendum. *l.* 7. §. 3. ℌ. *ad exhib.*

83 Universitatem personam esse repræsentatam, nec esse veram personam, sed fictam, hinc colligunt. 84 Procuratorem scil. generalem, vel specialem & syndicum: eos qui regunt universitatem: quin & ipsos subditos. Quid, si universitas ad unum sit redacta? Is adhuc possidere potest. *v. l.* 7. *in fin.* ℌ. *quod cujuſque.* civiliter saltem: nisi dicamus cum Baldo & Zaſ. *hic. n. ult.* Ecclesia destructa Ecclesiæ possessionem civilem manere apud Christum: & ita nunquam præcribi adversus Ecclesiam quantumvis disjectam. 85 Hinc Festus: non est possessio vera, nisi (hæc enim duo postrema votabula Festi fragmentis restituo) de rebus quæ tangi possunt. Et Theophilus: τῶν μὲν ἐστι σωματικὰ καὶ ψηλαφητά. An incorporalia possideri possunt? quasi possidentur. *v. l.* 4. §. 27. ℑ. *de uſurpat.* Goth. Hanc *l.* 3. *cum l.* 8. ℑ. *eod.* conciliat Charond *lib.* 2 *veriſimil. cap.* 5. Adde Duaren. *hic.* Anſ. 86 Apisci vel adipisci possessionem est incipere possidere. 87 Copulative sc. vel conjunctim. §. 3. ℑ. *eod.* 88 Nisi quis custodem rei adquisitæ apposuerit, *l.* 51. ℑ. *eod.* nisi traditione clavium, *l.* 1. §. 21. ℌ. *eod.* nisi quis constituat, & dicat se nomine meo possidere. *l.* 18. ℑ. *eod.* item traditione instrumenti, *l.* 1. *C. de donat.* rei donatæ retento usufructu, *l.* 28. *C. de donat.* cum mutatur causa traditionis, *l.* 9. *in fin.* ℌ. *de reb. cred.* in societate omnium bonorum, *l.* 2. ℌ. *pro ſoc.* si quis adoptaverit, *l.* 16. ℑ. *de precario.* si monialis rapta sit, *l.* 54. *C. de Epiſcop.* (de quo tamen dubitari possit) nisi Lex vel statutum possessionem transferat ipso jure. *l.* 11. ℌ. *de liberis.* *l.* 14. ℌ. *de ſuis.* ut apud Gallos, *le mort ſaiſit le vif*, nisi incorporalia & jura apprehendantur: nisi res denique in ea sit causa, ut nondum possideri possit. *l.* 12. *in fin.* *l.* 13. ℑ. *de reb. auct.* Porro is, qui oculis possessionem apprehendit, non omnino sine corpore apprehendit. Pars enim corporis, oculus. An per investituram factam à Principe ex certa scientia, privilegio, aut publico jure transferatur possessio? negat Ferretus *hic. num.* 15. 89 Vel rem mobilem, puta ligna, hominis partem, *l.* 21. ℑ. *de furt.* decimas. Quid, in hereditate, quæ jus universale continet? vide Senec. 6 *de benefic.* 5. possessionem singularum rerum adquirendam esse tradit Ferret. *n.* 31. Ideoque justus in possessionem fundorum debitoris mitti, unius fundi possessione reliquos minime possidebit. Zaſ. *hic. n.* 26. adde §. 22. ℑ. *eod.* 90 Possidetur totum, cum particula possidetur. Apprehensione partis fundi, censetur possessio totius fundi (etiam ejus, quod per alluvionem adjicitur) adprehensa: nec opus est circumambulare omnes glebas. Sic apprehensio universi integrali vel continente, censetur apprehendi omnia comprehensa & contenta sub illo universali. 91 Incertum est, quod nescitur, quid, quale, quantumque sit aut fuit. *l.* 74. 75. ℑ. *de verb. oblig.* 92 De traditione rei incertæ dicam ad *l.* 26. ℑ. *eod.* 93 Hoc utique incertum est, & quota rei, & loco. Certa res possidetur, cujus qualitas & locus exprimitur. adde *l.* 26. ℑ. *eod.* 94 Plato 1 *de legib.* Thesaurum inventoris non vult fieri, sed deum consuli. 95 Propter adjunctum affectum, & animum tolerator defectus in naturali possessione. 96 Thesaurus, licet sit in fundo reconditus, non tamen ab ignorante possidetur. Qui nescit vel ignorat, non possidet, id est, non potest incipere possidere. Qui vero non possidet, non usucapit. 97 Qui scit alienum, non usucapit. 98 Id est, nescit dominum rei; & sic vox *thesaurus*, hic improprie sumitur. 99 Thesaurus cum fundo non possidetur, nisi loco motus sit. 100 Res non dicitur inventa, nisi apprehensa sit. *l.* 13. *C. de fideicommiſſ.*

3 *l.* 25. §. 7. ff. *familiæ.*

4 Id est, inchoaverit usucapere.

5 Et ita ex duabus causis ex diverso tempore concurrentibus, & ex diversis personis potest quis uti qua earum voluerit. vid. Socin. *hic. n.* 14.

6 *l.* 14. §. 2. *in fin.* ff. *de except. rei jud. l.* 159. ff. *de regul. jur.* §. 5. §. 6. *In* 9. *de leg.*

7 Quod nostrum est, in dominio nostro esse amplius non potest. Dominium non potest adquiri ex duabus causis: quia illud, quod est jam pertectum, novam formam non recipit: Nemo potest rei suæ dominium adquirere.

8 Licet in adquirendo dominio plures causæ concurrant, una tamen præfertur. Adde titulum *pro emptore*, & titulum *pro suo*. Recte dicuntur plures causæ, si spectes possessionem vel dominium: effectu namque censetur una. Potest tamen, qui utile dominium habet, adquirere directum ex alio: alias limitationes vide apud Zas. *hic. n.* 32. & *seq.*

9 Eodem respectu. *l.* 5. §. *ult.* ff. *commodati. l.* 19. ff. *de precar.* Imo possunt, *l* 15. §. 4. ff. *de precar.* Solve: Lex illa sumpta est ex libris Sabini, cujus opinio hic reprehenditur. Quinimo possunt, *l.* 3. ff. *uti possidetis.* solve: Lex etiam illa ex Trebatio & Sabino sumpta est. v. quæ *ib.* nota vi. At enim tertio dixeris posse. *l.* 15. §. 18. ff. *de damno.* solve: plures ibi mittuntur, ut custodiant, non ut possideant: post secundum decretum, pro suis partibus possident. vide Cujac. 9 *observat.* 32. Idem in duobus depositariis, commodatariis, usufructuariis. Vasallus ab altero vasallo infeudatus cum alio possidet, diverso tamen respectu: creditor & debitor fundum pignoratum simul possident, secundum quid. *l.* 1. §. 15. ff. *eod.* possunt quoque duo affectu vel ex apparentia possidere, cum tamen unus eorum verus sit possessor: Sic maritus secundum quid & exercitio dotem possidet, uxor vero proprietate. Potest etiam prædo possidere absentis bona, sed inefficaciter. potest quoque penes unum (puta dominum) esse possessio directa: penes alium (vasallum, emphyteutam) subalterna. An penes usufructuarium sit possessio, an detentio, vide Zas. *hic. n.* 28. 10 Quippe. *vulg. Hal.* 11 *l.* 4. §. 1. ff. *de precario.* 12 Et ita duo possiderent. *d. l.* 15. §. 4. ff. *de precario.* 13 *c.* 9. *de probat.* 14 Adde *l.* 15. ff. *de statu.* 15 Corpus unum, ut in duobus locis, *ut hic.* & *l.* 5. *in fin.* ff. *commodati.* ita duo corpora in uno loco esse non possunt. Corpora se occupare & simul esse, natura non permittit. Dimensiones nequeunt se invicem subire. Sic dimensio suum locum occupat, ut obstaculo sit, ne quævis alia dimensio, & quodvis aliud corpus, pariter unaque cum ea eundem locum occupare ac replere possit. Penetratio dimensionum natura est impossibilis: nam si duarum potest esse substantiarum penetratio, & trium & quatuor & infinitarum esse poterit. Par enim in iis omnibus casibus militat ratio. Quod si ita foret, nulla rerum corporearum inter se esset discriminatio, sed ipsarum inter se invicem confusa commixtio: quam evitandam natura cujusque rei suo motu satis superque demonstrat. Et hæc quidem philosophi verissime docent. 16 *l.* 44. *in fin.* ff. *eod.* cur non utroque, ut in adquirendo, ut duorum invicem contrariorum eadem sit ratio? *Goth.* Vide Ant. Cont. *lib.* 1 *disp. cap.* 12. Fachin. *lib.* 8 *contr. cap.* 21. Anf. 17 Imo non potest. vide *l.* 8. ff. *eod.* 18 *l.* 6. *in fin. l.* 25. *in fin.* ff. *eod.* 19 Solo citra periculum vitæ: nam si periculum vitæ timet, aliud dicendum est. *l.* 4. *C. eod.* 20 *l.* 7. ff. *eod.* 21 Per servi & coloni corpus possidemus. 22 Et si alii tradiderint. *Hal.* at si alii tradiderint. Cujac. *C. hoc tit.* 23 Naturalem & civilem: naturalem, quia aliis possidet: civilem, quia civilis naturalem non habet, cui incumbat. *Socin.* 24 Forte is est qui cum Crasso depugnavit. vide Plutarch. *in Crass.* vide Livii *Epitomen.* 95. 96. 97. meminit Spartaci Cicero, 6 *ad Atticum* 2. & 5 *Verrina & de Haruspicum responsis.* Florus, 3. *cap.* 20. Velleius 2. 25 Servus pro libero se gerens, dominum proprietate non exuit, nisi diu moretur in libertate, vel liber esse judicatus fuerit. 26 An decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, *l.* 16. §. 3. ff. *qui & à quibus?* an biennio, *arg. l.* 8. *C. de omni agro deserto?* postremum ait Zasius, *hic. num.* 4. 27 *l.* 12. §. 3. ff. *de usufr.*

28 Lata sententia pro libertate, dominus statim privatur possessione. 29 Quod hic dicitur de salubus, ad omnia prædia pertinet. *l.* 1. §. 25. ff. *de vi & vi.* 30 In quibus pecora hyeme vel æstate pascuntur. 31 Saltus hybernos & æstivos animo retinemus. *l.* 44. *in fin. l.* 46. ff. *eod. l.* 1. §. 25. ff. *de vi & vi.* Paul. 5 *sent.* 2. §. 11. *Harm.* 3. §. 65. 32 In summa possessionem adquirimus animo & corpore: animo, utique nostro; corpore, nostro vel alieno. Paul. 5 *sent.* 2. §. 1.

33 §. 8. ff. *eod.* §. 5. *Inst. de Interdictis.* 34 Res peculiares animo & corpore servorum possidemus. *l.* 44. §. 1. ff. *eod.* 35 *l.* 47. ff. *eod.* 36 Ne alioquin sit in potestate servi, quotiens & quando voluerit, eum possideamus necne. 37 Mobilium rerum nomine servos comprehendi, hinc collige. 38 §. 3. ff. *eod.* 39 Præsens res satis dicitur, quam habere possumus, si eam diligenter quærimus. 40 *l.* 62. §. 1. ff. *de usurp.* Vivaria, sunt septa quædam loca, in quibus feræ vivæ pascuntur, Græci ζῳοτρόφους vocant. Antiqui Romani appellabant roboraria: 2 Gell. 2. & leporaria, Varro, 3 *de re rust.* 3. vivaria aprorum & ferarum sylvestrium primus Fulvius Hirpinus instituit in Tarquinensi. 8 Plin. 52. (Hujusmodi locum Varro, 3 *de re rustic. cap.* 13. ὀχεστοτροφεῖον vocat) ostreorum Sergius Aurata in Baiano 9 Plin. 54. 41 Piscinæ sunt, quæ in aqua dulci, & salsa, inclusos pisces habent ad villam, Varro 3 *de re rust.* 3. de piscinis vide eundem Varronem, 3 *de re rustic. c.* 17. 42 At enim non sunt ædium, non sunt fundi? *l.* 15. ff. *de act. empt.* solve: Plura à domino possidentur, quam quæ sunt fundi. 43 Videtur legendum, *non circumsepta.* 44 Hinc illud Juvenalis, *Satyr.* 4. *Non dubitaturi fugitivum dicere piscem Depastumque diu vivaria Cæsaris.* 45 Imo possideri videntur; venditis enim ædibus pisces qui sunt in piscina, venditoris sunt. *l.* 16. *l.* 17. *l.* 18. ff. *de act. empt.* 46 Loca in quibus sunt inclusæ aves, aviaria & ornithones dicuntur. Varro, 3 *de re rust. c.* 3. 47 Locus, in quo nutriuntur columbæ, περιστροτροφεῖον dicitur Varroni, 3 *de re rustic.* 7. 48 Locum in quo apes nutriuntur, mellaria, μελιττῶνας & μελισσοφύτια appellat Varr. 3 *de re rust.* 16. & apiaria, 2 Gell. 2. 49 *l.* 5. §. 2. ff. *de adquir. rerum domin.* 50 Inundatione diuturna perditur possessio. 51 Diu scilicet, non ad paucos dies. & sic accipe *l.* 13. *in pr.* & *l.* 30. §. 4. ff. *eod.* non ex consuetudine, ut in Ægypto.

52 Furtum contrectatione fit, non solo animo. vide *l.* 22. ff. *de furt.* 53 *l.* 5. *C. eod. l.* 33. §. 1. ff. *de usurp. l.* 6. §. 3. ff. *de precario.*

quidam putant 1: & eum qui susceperit 4, & pro emptore, & pro suo possidere. sic enim & si ei qui pro emptore possidebat, heres sim, eandem rem, & pro emptore, & pro herede possideo 5: nec enim, sicut dominium non 6 potest nisi ex una 7 causa contingere, ita & possidere ex una duntaxat causa possimus 8.

§. 4. Ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt 9. Contra naturam COEppe 10 est, ut cum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris. † Sabinus tamen scribit, eum qui precario dederit, & ipsum possidere 11, & eum qui precario acceperit 12. † Idem Trebatius probabat existimans, posse alium juste, alium injuste possidere: *duos* injuste, vel duos juste non posse. *quem* Labeo reprehendit: quoniam in summa possessionis non multum interest, juste quis, an injuste possideat. quod est verius: non magis enim eadem 13 possessio apud 14 duos esse potest, quam ut tu stare videaris in eo loco 15, in quo ego sto; vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. §. 6. In amittenda quoque possessione affectio ejus, qui possidet, intuenda est. Itaque si in fundo sis, & tamen nolis eum possidere: protinus amittes possessionem. † Igitur amitti & animo solo 16 potest 17, quamvis adquiri non potest. §. 7. Sed & si animo solo possideas, licet 18 alius in fundo sit, adhuc tamen possides. §. 8. Si quis nunciet, domum à latronibus occupatam, & dominus timore 19 conterritus, noluerit 20 accedere: amisisse eum possessionem placet. † Quod si servus vel colonus, per quos 21 corpore possidebam, decesserint [discesserintve]: animo retinebo possessionem. §. 9. Et si alii tradiderim 22, amitto possessionem 23. Nam constat possidere nos donec aut nostra voluntate discesserimus, aut vi dejecti fuerimus.

§. 10. Si servus, quem possidebam, pro libero se gerat, ut fecit Spartacus 24, & judicium liberale pati paratus sit: non videbitur à domino possideri, cui se adversarium præparat. sed hoc ita verum est, si 25 diu 26 in libertate moratur: alioquin si ex possessione servitutis in libertatem reclamaverit, & liberale judicium imploraverit, nihilo minus in possessione mea est 27, & animo eum possideo, donec liber fuerit pronunciatus 28. §. 11. Saltus 29 hybernos 30 æstivosque animo possidemus, quamvis certis 31 temporibus eos relinquamus. §. 12. Cæterum animo nostro, corpore 32 etiam alieno possidemus: sicut diximus 33 per colonum & servum. Nec movere nos debet, quod quasdam [res] etiam ignorantes possidemus, id est, quas servi peculiariter paraverunt: nam videmur eas eorundem & animo 34 & corpore possidere.

§. 13. Nerva filius, res mobiles 35, excepto 36 homine 37, quatenus 38 sub custodia nostra sint, hactenus possideri: id est, quatenus, [si] velimus, naturalem possessionem nancisci [possimus]. Nam pecus simul atque aberraverit, aut vas ita exciderit ut non inveniatur, protinus desinere à nobis possideri, licet à nullo possideatur. dissimiliter atque si sub custodia mea sit, nec inveniatur: quia præsentia ejus sit, & tantum cessat 39 interim diligens inquisitio. §. 14. Item feras bestias, quas vivarii 40 incluserimus, & pisces, quos in piscinas 41 conjecerimus, à nobis possideri 42. † Sed eos pisces, qui in stagno sint, aut feras, quæ in sylvis circumseptis 43 vagantur 44, à nobis non 45 possideri: quoniam relictæ sint in libertate naturali. alioquin, etiam si quis sylvam emerit, videri eum omnes feras possidere: quod falsum est.

§. 15. Aves autem possidemus, quas inclusas habemus 46, aut si quæ mansuetæ factæ, custodiæ nostræ subjectæ sunt.

§. 16. Quidam recte putant, columbas quoque, quæ ab ædificiis nostris 47 [volant], item apes, quæ ex alveis 48 nostris evolant, & secundum consuetudinem redeunt 49, & à nobis possideri.

§. 17. Labeo & Nerva filius responderunt, desinere me possidere eum locum, quem flumen 50 aut mare occupaverit 51.

§. 18. Si rem apud te depositam, furti faciendi causa contrectaveris, desino possidere. sed si eam loco non moveris, & inficiandi animum habeas, plerique veterum, & Sabinus & Cassius recte responderunt, possessorem me manere: *quia furtum sine contrectatione* 52 *fieri non potest, nec animo furtum admittatur.* §. 19. Illud quoque à Veteribus præceptum est, neminem 53 sibi ipsum causam possessionis mutare 54 posse. §. 20. Sed si is qui apud me deposuit vel commodavit, eam 55 rem vendiderit mihi vel donaverit: non videbor causam possessionis mihi mutare, qui ne possidebam quidem. §. 21. *Genera* 56 *possessionum* tot sunt, quot & causæ adquirendi ejus, quod nostrum non sit: velut *pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro herede, pro noxæ dedito, pro suo.* sicut in his, quæ terra, marique, vel ex hostibus capimus, vel quæ ipsi, ut in rerum natura essent, fecimus. Et in summa magis unum genus est possidendi 57, species infinitæ. §. 22. Vel etiam potest dividi possessionis genus in duas species, ut possideatur aut bona fide, aut non bona fide. §. 23. Quod autem Quintus Mucius inter genera possessionum posuit, si quando jussu Magistratus rei servandæ 58 causa, vel quia damni infecti non caveatur [mittì], possidemus, ineptissimum est: nam qui creditorem rei servandæ causa, vel quia damni infecti non caveatur, mittit in possessionem, vel ventris nomine: non possessionem, sed custodiam 59 rerum & observationem concedit. & ideo cum damni infecti non cavente vicino, in possessionem missi sumus, si id longo tempore fiat, etiam possidere nobis, & per longam possessionem capere Prætor causa cognita permittit.

De filiofamilias.

IV. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

QUidquid filius peculiari 60 nomine apprehenderit, id statim 61 pater ejus possidet, quamvis ignoret in sua potestate filium. Amplius, etiam si filius ab alio tanquam servus possideatur, idem erit probandum.

De occupante rem sibi debitam.

V. PAULUS lib. LXIII ad Edictum.

SI ex stipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem 62 nanctus fueris possessionem: prædo es. Æque si vendidero, nec tradidero rem, si non voluntate mea nanctus sis possessionem: non pro emptore possides, sed prædo es.

De clandestina possessione. 1. Si quis profecti ad nundinas possessionem occupaverit.

VI. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

CLam *possidere* eum dicimus, qui furtive 63 ingressus est possessionem, ignorante 64 eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, & ne faceret timebat. Is autem, qui cum possideret non clam, se celavit 65, in ea causa est, ut non videatur clam possidere. non enim ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ exquirenda est: nec quemquam clam possidere incipere, qui sciente aut volente eo, ad quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bonæ fidei possessionem nanciscitur. Itaque, inquit Pomponius, clam nanciscitur possessionem, qui futuram controversiam metuens, ignorante eo, quem metuit, furtive [in] possessionem ingreditur. §. 1. Qui ad nundinas profectus, neminem reliquerit, & dum 66 ille à nundinis redit, aliquis occupaverit possessionem, videri eum 67 clam possidere, Labeo scribit. Retinet 68 ergo possessionem is qui ad nundinas abiit. Verum si revertentem dominum non 69 admiserit, vi magis intelligi possidere, non clam.

VII. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

ET si nolit in fundum reverti, quod 70 vim majorem vereatur, amisisse possessionem videbitur: & ita Neratius quoque scribit.

De animo & corpore.

VIII. IDEM lib. LXV ad Edictum.

QUemadmodum nulla possessio adquiri, nisi 71 animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque 72 in contrarium actum est.

De eo, qui nostro nomine est in possessione.

IX. GAIUS lib. XXV ad Edictum provinciale.

GEneraliter quisquis omnino nostro nomine sit in possessione, veluti procurator 73, hospes, amicus 74: nos possidere videmur.

De conductione & precario. differentia inter possidere, & esse in possessione.

X. ULPIANUS lib. LXIX ad Edictum.

SI quis ante conduxit, postea precario rogavit, videbitur discessisse à conductione 75. quod si ante rogavit, postea conduxit, conduxisse videbitur. potius enim hoc procedere videtur, quod novissime 76 factum est; & hoc Pomponius ait. §. 1. Idem Pomponius bellissime tentat dicere, nunquid qui conduxerit quidem prædium, precario autem rogavit, non ut possideret, sed ut in possessione esset? est autem longe diversum. aliud 77 est enim possidere, longe aliud in possessione esse: denique rei servandæ causa, legatorum, damni infecti, non possident, sed sunt in possessione custodiæ 78 causa. quod si factum est, utrumque procedit. §. 2. Si quis & conduxerit, & rogaverit precario, uti possideret: si quidem nummo 79 uno conduxit, nulla dubitatio est, quin ei precarium solum teneat: quia conductio 80 nulla est, quæ est in uno nummo. sin vero 81 pretio 82, tunc distinguendum quid prius factum est.

De auctoritate Prætoris.

XI. PAULUS lib. LXV ad Edictum.

IUste possidet 83, qui auctore Prætore possidet.

De usufructuario. 1. Differentia proprietatis & possessionis uti possidetis. De res vindicatione.

XII. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

NAturaliter 84 videtur 85 possidere is qui usumfructum habet. §. 1. Nihil

54 Possessionem *ex* justa in justam, *ex* injusta in justam, *l.* 13. §. 1. *ult. prov.* de injusta in injustam, *l.* 6. §. 1. ff. *eod.* de nulla in aliquam, *ut hic.* de quadam in nullam, *l.* 18. ff. *eod.* de nulla in nullam, *l.* 10. ff. *eod.* verti posse observa.

55 *l.* 62. ff. *de evict.*

56 Id est, species, ut *in fin.* ff. *eod.* tot sunt tituli possidendi, quot possidendi occasiones, πρόφασεις. *Theoph.* §. 3. *Inst. de Interdict.*

57 Sensus est: Si spectamus verum, directum ac postremum genus possidendi, nihil aliud illud fuerit, quam rei insistere naturaliter, & possessionem detinere: sin vero utile, & ad utilitatem ipsum genus possidendi accommodabimus, civilis nascetur possessio: sin autem res quas possidemus, alium deprehenderint emptæ, alii donatæ, & sic infinitæ causæ possidendi fuerint: sin vero formam possidendi spectabimus, bona fide, vel mala, §. 22. ff. *eod.* possidebimus. Cæterum de duplici possessione, naturali & civili, vide Cujac. 9 *obs.* 33.

58 *l.* 10. §. 1. ff. *eod. l.* 12. ff. *quibus ex caus. l.* 9. *in fin.* ff. *de rei vind.*

59 *l.* 5. ff. *ut in poss. leg. l.* 15 §. 20. ff. *de damno.* v. Cicer. *pro Quintio.*

60 *l.* 1. §. 5. ff. *eod.*

61 V. *l.* 19. ff. *de reg. jur.*

62 *l.* 3. ff. *l.* 7. *l.* 8. *C. eod.*

63 Clam possidet, qui vacuam possessionem furtim re ipsa, &, ut quidam nostri loquuntur, actualiter, ignorante eo cujus interest, ac metuens sibi moveri ejus controversiam, nulla denique ratione motus, apprehendit.

64 Clam etiam possidere dicitur, qui citra judicis auctoritatem, ubi ea necessaria est, aut non servata publica consuetudine, possidet.

65 *l.* 40. §. 2. ff. *eod.*

66 *l.* 3, §. 6. ff. *eod. l.* 8. *l.* 25. *in fin. l.* 46. ff. *eod.*

67 Occupatorem.

68 Vid. Zasium, 2 *respons.* 38.

69 *l.* 3. §. 14. ff. *de vi & vi.*

70 *l.* 3. §. 8. ff. *eod.*

71 *l.* 3. §. 1. ff. *eod. l.* 44. *in fin.* ff. *eod. l.* 153. ff. *de reg. jur.* Paul. 5 *sent.* 2. §. 1. §. 5. *in fin. Inst. de Interdict.*

72 *l.* 35. ff. *de regul. jur.* Ant. Imo solo animo amitti potest, *l.* 3. §. 6. ff. *eod.* vel animo, vel corpore, *l.* 44. *in fin.* ff. *eod.* Solve: si possessionis amissionem inchoaveris à corpore: & corporis & animi actus requiritur. sin ab animo inciperis, inquilinus, *l.* 25. §. 1. ff. *eod.* aliquis denique, §. 5. *Inst. de Interdict.* 75 Igitur mercedem non debebit; est enim precarium species liberalitatis. *l.* 1. ff. *de precar.* 76 Non tantum in ultimis voluntatibus, sed in contractibus attenditur ultima voluntas. 77 Aliud est possidere; aliud, in possessione esse: minus est hoc, quam illud. 78 Missus in possessionem legati aut damni infecti causa, non tam possidet, quam custodit. 79 *l.* 46. ff. *locati.* adde *l.* 66. *in fin.* ff. *de jure dot.* 80 *dict. l.* 46. 81 *l.* 2. ff. *locati. l.* 14. §. 2. ff. *de relig.* 82 Vide Cujac. 4 *obs.* 26. 83 Et comparat, *l.* 137. ff. *de reg. jur.* & facit, qui auctore Magistratu facit, *l.* 3. §. 1. ff. *quod metus causa. l.* 167. *in fin.* ff. *de reg. jur.* adde *l.* 29. *in fin.* ff. *de novationib.* 84 *l.* 46. ff. *eod.* 85 Verbum κακοσχόν· nec enim omnis qui videtur possidere, etiam possidet. Debitor pignus possidere videtur & usucapere: nec tamen possidet. Usufructuarius, quia percipit rei emolumentum, possidere videtur: sed quia Interdicta possessoria ei non accommodantur, quæ cæteris qui sunt in possessione, non vere possidet. quin is qui retinet sibi usumfructum, tradere dicitur, quia qui retinet usumfructum, alii (puta domino) non sibi possidet, v. Cujac. 9 *obs.* 33. *in fin.*

§. 1. Nihil[86] commune [87] habet proprietas [88] cum possessione: & ideo non [89] denegatur ei Interdictum uti possidetis, qui cœpit [90] rem vindicare. non enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vindicavit [91].

De lapidibus in flumen demersis. De fugitivo. 1. De accessione possessionis.

XIII. IDEM [lib.] LXXII ad Edictum.

POmponius refert, cum lapides [92] in Tiberim demersi essent naufragio [93], & post tempus extracti [94]: an dominium in integro fuit per id tempus, quo erant mersi? Ego dominium me retinere puto, possessionem non puto. Nec est simile fugitivo [95]: namque fugitivus idcirco à nobis possideri videtur, ne ipse [96] nos privet possessione: at in lapidibus diversum est. §. 1. Cum quis utitur adminiculo [97] ex persona auctoris [98]: uti debet cum sua causa, suisque [99] vitiis [100]. denique addimus in accessione de vi, & clam, & precario [1] venditori. §. 2. Præterea quæritur, si quis hominem venditori redhibuerit; an accessione uti possit ex persona ejus? & sunt, qui putent, non posse: quia venditionis est resolutio, redhibitio [2]. alii, emptorem [3] venditoris accessione usurum, & [4] venditorem [5] emptoris: quod magis probandum puto. §. 3. Si liber homo vel alienus servus, cum bona fide serviret, compararit, & alii adquisierint possessionem: neque liberum, neque servi dominum, debere uti accessione.

§. 4. Quæsitum est, si [6] heres prius non possederat, an testatoris possessio ei accedat? Et quidem in emptoribus possessio interrumpitur, sed non [7] idem in heredibus plerique probant: quoniam plenius est jus successionis, quam emptionis. sed subtilius est, quod in emptorem, & in heredem [8] id quoque probari.

§. 5. Non autem ea tantum possessio testatoris heredi procedit, quæ morti fuit injuncta: verum ea quoque, quæ unquam [9] testatoris fuerit. §. 6. In dote quoque, si data res fuerit, vel ex dote recepta: accessio [10] dabitur [11], vel marito, vel uxori.

§. 7. Si is, qui precario concessit, accessione velit uti ex persona ejus cui concessit: an possit, quæritur? Ego puto, eum qui precario concessit, quamdiu manet precarium, accessione uti non posse [12]: si tamen receperit possessionem rupto [13] precario, dicendum esse [14], accedere possessionem ejus temporis, quo precario possidebatur. §. 8. Ex facto quæritur, si quis manumissus, ex causa peculiari habeat rem, non concesso sibi peculio: deinde dominus velit, retracta possessione, accessione uti, an possit? & placuit, non esse dandam hanc accessionem, quæ [15] clam habita est prædone possidente. §. 9. Si jussu judicis res mihi restituta sit, accessionem esse mihi dandam [16] placuit. §. 10. Sed & legatario [17] dandam accessionem ejus temporis, quo fuit apud testatorem, sciendum est. † An heredis possessio ei accedat, videamus? Et puto, sive pure, sive sub conditione, fuerit relictum, dicendum esse, id temporis, quo heres possedit ante existentem conditionem vel restitutionem rei, legatario proficere. Testatoris autem semper proderit legatario, si legatum vere fuit vel fideicommissum.

§. 11. Sed & is, cui res donata est, accessione uteretur ex persona ejus, qui donavit. §. 12. Accessiones in eorum persona locum habent, qui habent [18] propriam possessionem: cæterum accessio nemini proficit, nisi ei qui ipse possedit. §. 13. Præterea ne vitiosæ [19] quidem possessioni ulla potest accedere: sed nec vitiosa ei quæ vitiosa non est.

XIV. PAULUS lib. LXVIII ad Edictum.

SI servus vel filiusfamilias vendiderit, dabitur accessio ejus, quod penes me fuit: scilicet si volente me, aut de peculio, cujus liberam peculii administrationem habuerunt, vendiderunt.

§. 1. Tutore quoque vel curatore vendente [20], dabitur [21] accessio ejus temporis, quo pupillus vel furiosus possedit.

De re subrepta vel vi erepta. De fugitivo.

XV. GAIUS lib. XXVI ad Edictum Provinciale.

REm [22] quæ nobis subrepta [23] est, perinde [24] intelligimur desinere [25] possidere [26], atque eam, quæ vi nobis erepta est [27]. Sed si is [28], qui in potestate nostra est, subripuerit, quamdiu apud ipsum sit res, tamdiu non amittimus possessionem: quia per [29] hujusmodi personas adquiritur nobis possessio, & hæc ratio est, quare videamur fugitivum possidere: quod is, quemadmodum aliarum rerum possessionem intervertere [30] non potest, ita ne [31] suam quidem potest.

De donatione inter virum & uxorem.

XVI. ULPIANUS lib. LXXIII ad Edictum.

QUod uxor viro aut vir uxori donavit [32], pro possessore possidetur.

De vi dejecto. 1. De animo amittendi.

XVII. IDEM lib. LXXVI ad Edictum.

SI quis vi [33] de possessione [34] dejectus sit, perinde [35] haberi debet, ac si possideret: cum [36] Interdicto de vi reciperandæ possessionis facultatem habeat. §. 1. Differentia [37] inter dominium & possessionem hæc est, quod dominium nihilo [38] minus ejus manet, qui dominus esse non vult; possessio autem recedit, ut [39] quisque constituit nolle possidere. Si quis igitur ea mente possessionem tradidit, ut postea ei restituatur, desinit possidere.

De possessione suo vel alieno nomine. 1. De re tradita furioso. 2. De re empta. 3. De clandestina, violenta possessione.

XVIII. CELSUS lib. XXIII Digestorum.

QUod [40] meo nomine possideo, possum [41] alieno nomine possidere [42]: nec [43] enim muto mihi causam possessionis, sed desino possidere, & alium possessorem ministerio [44] meo facio. nec idem est, possidere, & alieno nomine possidere. Nam possidet, cujus [45] nomine possidetur. Procurator alienæ possessioni præstat ministerium [46]. §. 1. Si furioso [47], quem suæ mentis esse existimas, eo quod forte in conspectu inumbratæ [48] quietis fuit constitutus, rem tradideris: licet ille non erit adeptus possessionem, tu possidere desinis. sufficit quippe dimittere possessionem, etiam si non transferas. Illud enim ridiculum est, dicere, quod non aliter vult quis dimittere, quam si transferat: imo vult dimittere, quia existimat se transferre. §. 2. Si venditorem, quod emerim, deponere [49] in mea domo jusserim: possidere me certum est, quanquam id nemo dum attigerit. aut si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstret [50], vacuamque se possessionem tradere dicat: non minus possidere cœpi, quam si pedem finibus intulissem. §. 3. Si dum in alia parte fundi sum, alius quis clam animo possessoris intraverit [51]: non desisse illico possidere existimandus sum, facile expulsurus finibus simul [atque] sciero. §. 4. Rursus si cum magna vi ingressus est exercitus, eam tantummodo partem, quam intraverit, obtinet.

De conductione rei bona fide emptæ. 1. Ne quis sibi mutet causam possessionis.

XIX. MARCELLUS [lib. XVII Digestorum].

QUi bona fide alienum fundum emit, eundem à domino conduxit [52]: Quæro, utrum desinat possidere, an non? Respondi: In [53] promptu est, ut possidere desierit. §. 1. Quod scriptum est [54] apud Veteres, *neminem sibi causam possessionis posse mutare*, credibile est, de eo cogitatum, qui & corpore & animo possessioni incumbens, hoc solum statuit, ut alia ex causa id possideret: non si quis dimissa possessione prima, ejusdem rei denuo ex alia causa possessionem nancisci velit.

De re commodata.

XX. IDEM lib. XIX Digestorum.

SI quis rem [55], quam utendam dederat, vendiderit, emptorique tradi jusserit, nec ille [56] tradiderit [57]: alias [58] videbitur possessione dominum intervertisse, alias contra [59]. Nam nec tunc quidem semper dominus amittit possessionem, cum reposcenti ei commodatum non redditur: quid enim, si alia quæpiam fuit justa [60] & rationabilis causa [61] non reddendi, non utique ut possessionem ejus interverteret?

De precario. 1. De naufragio. 2. De jactu in mare. 3. De precario.

XXI. JAVOLENUS lib. VII ex Cassio.

INterdum [62] ejus possessionem, cujus [63] ipsi non habemus, alii tradere possumus: veluti cum is qui pro herede rem possidebat, antequam dominus fieret, precario [64] ab herede eam rogavit.

§. 1. Quod ex naufragio [65] expulsum est, usucapi non potest: quoniam non est in derelicto, sed [66] in deperdito. §. 2. Idem juris esse existimo in his rebus quæ jactæ [67] sunt: quoniam non [68] potest videri id pro derelicto habitum, quod salutis [69] causa interim dimissum est. §. 3. Qui alienam [70] rem precario rogavit, si eandem à domino conduxit [71]: possessio ad dominum revertitur.

De possessione quæ retineri non potest.

XXII. IDEM lib. XIII ex Cassio.

NOn [72] videtur possessionem adeptus is, qui ita nactus est ut eam retinere non possit.

De additione hereditatis. 1. De captivis. 2. De homine libero vincto.

XXIII. IDEM lib. I Epistolarum.

CUm heredes instituti [73] sumus, adita hereditate, omnia quidem jura [74] ad nos transeunt: possessio [75] tamen nisi [76] naturaliter comprehensa ad nos non pertinet [77]. §. 1. In his, qui in hostium potestatem pervenerunt, [in] retinendo jura rerum suarum singulare jus est. corporaliter tamen possessionem amittunt. neq; enim possunt videri aliquid possidere, cum [78] ipsi ab alio possideantur: sequitur ergo, ut reversis his nova possessione opus sit, etiam si nemo medio tempore res eorum possederit. §. 2. Item quæro, si vinxero liberum hominem, ita ut eum possideam: an omnia

---

86 Imo quædam habet: Est enim utrumque jus incorporale: & possessione dominium incipit, *l. 1. §. 1. ff. eod.* per easdem personas adquiritur. *Inst. per quas personas cuique. Inst. per quas personas nob.* Proprietas à possessione non separatur. *l. 8. C. eod.* l'entari potest loco hujus vocis legendum esse *nonnihil*, ut hæc sententia sit: ea communionem inter se habent aliquam, quorum alterum alteri subsidio est: loco rei vindicationis, quæ datur proprietatis nomine, Interdicto (quod datur ad possessionem) uti quis potest. Igitur proprietas & possessio nonnihil, id est, aliquid commune inter se habent: potest tamen & hoc recte colligi. Qui rem vindicat, non renunciat ejus possessioni: non sunt igitur eadem, proprietas & possessio: nam si essent idem, renuncians rei vindicationi, non posset deinceps possessorio agere, vel Interdicto uti. *Gorh.* Vid. Govean. *lect. lib. 1. cap.* 3. Zanger. *de except. part. 1. c. 2. num.* 325. Charond. *verisimil., lib. 1. cap. 6.* Ans.

87 Separanda est possessio a proprietate. *l. 52. ff. eod. l. 2. §. 2. ff. de interdictis. l. 1 §. 2. ff. uti possidetis.* Stulta, inquit Seneca, mortalium avaritia proprietatem possessionemque discernit. vide Cujac. *7 obsery.* 8.

88 Seu dominium.

89 Remedium retinendæ possessionis potest cumulari cum petitorio. Intentans petitorium non renunciat possessorio.

90 An pendente judicio petitorio, agi possit possessorio? *v. l. 18. ff. de vi & vi armata. v.* Hotom. 29 *Illustr. quæst.*

91 Sensus hujus paragraphi is est, Si egero vindicatione, ac si non possiderem, cur non jure meo melius cognito licebit mihi tantisper, dilato illo judicio, mutataque formula, *uti possidetis* experiri? Cujac. *7 obs.* 8. *v.* Socin. *reg.* 124.

92 An idem in immobilibus? interdum. *v. l. 12. in fin. ff. de reb. auctor.*

1 His tribus mala fide possidemus, quæ Rhetores Græci ita vertunt, βίᾳ, ἢ λάθρᾳ, ἢ ἀπάτῃ. vide Cujac. 12 *obsery.* 33. 2 Redhibitione solvitur venditio. 3 *l. 6. ff. de diversis & temporal.* 4 Quod juris est in contractu, idem juris est in distractu: ergo utrobique consensus partium intervenire debet. An laudimia in distractu debeantur, si in contractu debentur? negat Molinæus, 1 *consuet.* 24. §. 15. *& seqq.* 5 *l. 19. ff. de usurp.* 6 Si primus heres possideret. *Haloand.* 7 Imo, idem. *ff. eod.* 8 Sensus est possessionem testatoris heredi prodesse, si medio tempore res à nullo possessa fuerit. *l. 20. ff. de usurp.* 9 Quæ nunquam. *Hal.* Demus Titium rem testatori vendidisse, nec tradidisse? Hujus rei possessio, licet nunquam testatoris fuit, heredi tamen suffragatur. *l. 44. §. 3. ff. de usurp.* atque ita, heres non modo potest suæ possessioni jungere possessionem, quæ fuit apud defunctum tempore mortis, sed & quæ post fuit apud hereditatem vacantem. 10 *l. 3. §. 3. ff. de jure dotium.* 11 An restitutio dotis titulum conferat? ait Jason. Zasius vero ait, dotis restitutionem umbram tituli magis facere, quam titulum. 12 Cur ita? divinandum lectori relinquo: nam quas hic rationes affert Zasius, nullius sunt momenti, nisi forte colligi possint ex *§. 12. ff. eod.* 13 Precario constante, possessio accipientis non prodest ei, qui dedit: finito precario prodest. 14 Et sic precario finito fingitur fundus nunquam fuisse possessus ab ipso detentore. 15 *§. 1. ff. eod.* 16 Ad usucapiendum scilicet. 17 *l. 14. in fin. ff. de usurpat.* 18 *l. ult. ff. de diversis & temp.* 19 *§. 1. ff. eod.* 20 Rem pupilli scilicet.

21 Imo non datur. *l. 7. §. 3. ff. pro emptore.* 22 Mobilem scil. *l. 5. ff. de usurp.* 23 Surripitur nobis res clam: eripitur vero per vim. 24 Paria sunt, clam vel vi rem nobis subrahi.

25 Furto vel rapina nobis eripitur possessio. 26 An furtum & rapina soli possidenti fiat, vide Ripensem *hic.* 27 Quodnam vero remedium erit ad rem mobilem recuperandam? non utique Interdictum recuperandæ, nisi res mobiles immobilibus sint conjunctæ. *l. 1. §. 6. ff. de vi & vi.* An adipiscendæ competet? utique si de re legata agetur. *l. 1. ff. quor. legat.* An utrubi & retinendæ? competet. *l. 1. ff. utrubi.* An beneficium capituli *Redintegranda. 3. 9. 1?* Ait Innocent. in *c. sæpe. extra de restit. spol.* & ita quoque sentit Zas. *hic. n 9.* 28 *l. 17. in fin. ff. de furt.* 29 *V. l. 40. ff. eod.* 30 Id est, subvertere. *l. 33. §. 6. ff. de usucap.* 31 Adde *l. 12. ff. eod.* 32 *l. 1. §. 4. ff. eod. l. 1. ff. pro donat. l. 13. §. 1. ff. de hered. pet.*

33 *Vide* Cujac. 6 *obs.* 4.

34 Rei immobilis scil. quia qui sic dejicitur, Interdictum habet recuperandæ: quod pro re mobili non datur. *l. 1. §. 6. ff. de vi & vi.*

35 Dejectus, pro possessore habetur.

36 Qui habet actionem ad rem, intelligitur rem ipsam habere. *l. 52. ff. de adquir.*

37 De differentia dominii & possessionis quædam dixi ad *l. 12. §. 1. ff. eod.*

38 Dominium nuda voluntate non amittitur, possessio amittitur: cur ita? Dominium sine facto nostro non amittitur: Traditionibus & usucapionibus, non nudis pactis dominia transferuntur. *l. 20. C. de pactis.* Porro nuda voluntate dominium abjicit rei, qui eam habet pro derelicto: in his quæ pro derelicto habentur, amittendæ rei argumenta certissima spectantur.

39 *l. 30. §. 4. l. 44. in fin. ff. eod.*

40 Puta res mobiles & immobiles. An & futuræ? non videntur: sunt enim incertæ, nondum etiam sunt, ideoque nec possidentur. *v. l. 3. §. 2. ff. eod.* imo videntur possideri, *l. 1. in fin. l. 2. §. 5. ff. pro socio.* idque communi opinione in praxi servatur.

41 V. quæ scripsi ad *l. 28. ff. de donation.*

42 Id est, constituere. sic ex solo constituto sine traditione adquiritur possessio. Qui possessionem alicujus rei habeo, constituere possum, ut eam tua nomine possideam, hujusmodi constituto possessorem facio, adde casus *l. 19. l. 21. ff. eod.* vide Roland. à Valle, 1 *cons.* 54.

43 Ratio dubitandi sumpta ex *l. 3. §. 9. ff. eod.*

44 Officium istud est procuratoris. *l. 1. §. 20. ff. eod.*

45 In proprie possidet, cujus nomine possidetur, non is qui in possessione nudum præstat ministerium alteri.

46 *l. 13. §. 12. ff. de hered. pet. l. 15. ff. de pec. constitut.* vide Cujac. 18 *obs.* 24.

47 V. *l. 1. §. 3. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. de Publician. in rem actione.*

48 Inumbratæ quietis esse dicitur. 49 Usu solo & aspectu potest adquiri possessio, *l. 1. §. 11. ff. eod. l. 51. ff. eod.* adde *l. 6. ff. de reb. cred.* 51 *l. 6. in fin. ff. eod.* 52 Conducens rem ab aliquo, eum possessorem facit, ipse vero tantummodo rem detinet. Qui possidet cogitatione, dominium detinet, *l. 37. ff. eod.* vel ita, Conducens à domino rem per me emptam, in possessione rei esse desino. 53 Id est, verisimilius est, manifestius est.

54 *l. 3. §. 19. ff. eod.* 55 Mobilem vel immobilem. *l. 1. §. 1. ff. commodati.* 56 Commodatarius sc. 57 Et sic paria sunt, ipsi domino rem denegare; & alii denegare, qui jussu domini peterit. *l. 12. in fin. ff. de vi & vi.* & sic sola negatio me possessione privare potest. *l. 47. ff. eod.*

58 Interdum. 59 Et ita distinguendum est. 60 Commodatarius jussus rem alteri dare, si sine justa causa eam non dederit, possessionem dominii intervertit. 61 Quænam illa est? fingimus sumptus à commodatario factos. *d. l. 12. l. 15. in fin. ff. de furt. l. 18. §. 2. §. 4. ff. commodati.*

62 Imo nunquam. *l. 20. ff. de adquir. rer.* 63 *Al.* quam. 64 *l. 1. ff. de precario.* 65 *l. 44. vers. idem ait. ff. tit. prox.* 66 Deperditi & pro derelicto habiti differentia. 67 *l. 8. ff. de Leg. Rhodia.* 68 Imo potest. *l. 43. §. 1. ff. de furtis.* 69 Salutis causa quod quis ejicit, pro derelicto id non habere intelligitur. adde Aristot. 3 *Ethic.* 70 Alienam rem precario habens, possideo: postea si eam à domino conduco, possidere desino. vide quæ scripsi ad *l. 28. ff. de contr. empt.* 71 *l. 37. ff. eod.* 72 Possideri non videtur, quod avocari potest, *l. 3. ff. de act. empt.* sed nec rem adeptus, qui eam retinere non potest; sic non videtur traditum, quod evictum, aut revocari potest, *l. 29. §. 3. ff. de leg. 3.* nec solutum quod auferri potest, *l. 38. §. 3. l. 72. in fin. ff. de solut.* nec exclusus, qui potest restitui, *l. 5. ff. de in integ. restit.* nec legatum, quod ademptum, *l. 17. ff. de legat.* nec receptum, quod restitui debet. *l. 1. C. de vendit. rerum fiscal.* adde *l. 1. in fin. ff. uti possidetis.* 73 Quid, si ab intestato heredes fimus? 74 Id est, dominia. Dominium efficacius est possessione. Possessio non adquiritur successione. 75 Possessionis & juris differentia: adita hereditate omnia jura transeunt ad heredem: possessio non transit, nisi naturaliter comprehensa. hinc notant, feudi dominium transferri in filium vel feudi successorem ante factam investituram à domino intra diem & annum. Laudensis, 1 *Feudor. 1. n. 20.* 76 *l. 30. §. 5. ff. eod.* 77 Huic legi consuetudo Galliæ, *Is vest saisit le mort*, contraria est: quæ non tantum in suis heredibus locum habet, ut in *l. 30. ff. ex quibus caus. major. l. 11. ff. de liber.* sed etiam in extraneis. 78 Qui possidetur ab alio, possidere non potest. *l. 19. ff. ex quibus causis major.*

omnia quæ is poſſidebat, ego poſſideam per illum? Reſpondit, Si vinxeris hominem liberum, eum te poſſidere non puto: quod cum ita ſe habeat, multo minus per illum res ejus à te poſſidebuntur: neque enim rerum natura recipit, ut per eum aliquid poſſidere poſſimus, quem civiliter [78] in mea poteſtate non habeo.

De poſſeſſione per ſervum.

XXIV. IDEM lib. XIV Epiſtolarum.

QUod ſervus tuus, ignorante te, vi poſſidet [79], id [80] tu non poſſides: quoniam is qui in tua poteſtate eſt, ignoranti tibi non corporaliem poſſeſſionem, ſed juſtam poteſt adquirere: ſicut id quod ex peculio ad eum pervenerit, poſſidet. nam tum per ſervum dominus quoque poſſidere dicitur: ſumma ſcilicet cum ratione: quia quod ex juſta cauſa corporaliter à ſervo tenetur, id in peculio ſervi eſt; & peculium, quod ſervus civiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſſidere. † Quod vero ex maleficiis [81] adprehenditur, id ad dominiſ poſſeſſionem ideo non pertinet, quia nec peculii cauſam adprehendit.

78 Jure civili quia non ſit ſervus, hoc ſolo quod à privato vinctus ſit. Quem liberum vinxi, eum in poteſtate mea non habeo.

79 Id eſt, tenet naturaliter: nihil enim ſervus civiliter poſſidet. *l.* 49. *ff. eod.*

80 *l.* 1. §. 6. *ff. eod. l.* 44. *ff. de cond. & demonſtr. l.* 21. *ff. de adquir. rer.*

81 Poſſeſſio ſervi maleficio domino non adquiritur. *l.* 49. *ff. de regul. jur.*

De re amiſſa. 1. *De colonis, inquilinis, ſervis.* 2. *De amittenda poſſeſſione, quam ſolo animo habemus.*

XXV. POMPONIUS lib. XXIII ad Quintum Mucium.

SI id quod poſſidemus, ita [82] perdiderimus, ut ignoremus, ubi ſit: deſinimus poſſidere. §. 1. Et per colonos [83], & inquilinos, aut ſervos noſtros, poſſidemus. Et ſi moriantur, aut furere incipiant, aut alii locent [84], intelligimur nos retinere poſſeſſionem. Nec inter colonum, & ſervum noſtrum per quem poſſeſſionem retinemus, quicquam intereſt. §. 2. Quod [85] autem ſolo animo poſſidemus, quæritur, utrumne uſque eo poſſidemus, donec alius corpore ingreſſus ſit, ut potior ſit illius corporalis poſſeſſio? an vero (quod quaſi magis probatur) uſque eo poſſideamus, donec revertentes non aliquis repellat: aut nos ita animo deſinamus poſſidere, quod ſuſpicemur [86] repelli nos poſſe ab eo, qui ingreſſus ſit in poſſeſſionem? & videtur utilius eſſe.

82 V. *l.* 44. *ff. eod.*

83 V. *l.* 9. *ff. eod.*

84 *l.* 30. *in fin. ff. eod.*

85 *l.* 44. *in fin. ff. eod.*

86 V. *l.* 6. *in fin. ff. eod.*

De certa vel incerta parte.

XXVI. IDEM lib. XXVI ad Quintum Mucium.

LOcus certus [87] ex fundo & poſſideri & per longam poſſeſſionem capi poteſt: & certa pars pro indiviſo, quæ introducitur vel ex emptione, vel ex donatione [88], vel qualibet alia ex cauſa. † Incerta [89] autem pars nec [90] tradi, nec capi poteſt; veluti ſi ita tibi tradam, *Quidquid mei juris in eo fundo eſt*: nam qui ignorat, nec tradere, nec accipere id quod incertum eſt, poteſt.

87 Adde *l.* 3. §. 2. *ff. eod.*

88 *l.* 31. *C. de præſcript. longi temporis.*

89 *d.* §. 2. *l.* 32. *in fin. ff. de uſurp.*

90 Sed quaſi tradi: quia cedi poteſt.

De furore.

XXVII. PROCULUS lib. V Epiſtolarum.

SI is qui animo poſſeſſionem ſaltus retineret, furere [91] cœpiſſet, non poteſt, dum furet, ejus ſaltus poſſeſſionem amittere: quia furioſus non poteſt definere animo poſſidere.

91 V. *l.* 1. §. 3. *ff. eod. l.* 31. §. 4. *ff. de uſurp.*

De conductione, emptione, ſtipulatione, precario.

XXVIII. TERTYLLIANUS [92] lib. I Quæſtionum.

SI aliquam rem poſſideam, & eandem poſtea conducam [93]: an amittam poſſeſſionem? Multum refert, in his quid agatur. primum enim refert, utrum ſciam me poſſidere, an ignorem: & utrum quaſi non meam rem conducam, an quaſi meam: & ſciens meam eſſe, utrum quaſi proprietatis reſpectu, an poſſeſſionis tantum. Nam & ſi rem meam tu poſſideas, & ego emam [94] à te poſſeſſionem ejus rei, vel ſtipuler: utilis erit & emptio & ſtipulatio [95]: & ſequitur, ut & precarium, & conductio, [ſi] ſpecialiter poſſeſſionis ſolius conducendæ vel precario rogandæ animus interveniat.

92 Vide ad hanc leg. Ripenſem.

93 Reſpectu ſolius poſſeſſionis poteſt res mea à me conduci, precario rogari, emi & in ſtipulationem deduci. *Ripenſ.*

94 Rei noſtræ ab alio poſſeſſæ poſſeſſionem emere & ſtipulari poſſumus.

95 V. *l.* 28. *ff. de verb. oblig.*

De pupillo.

XXIX. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

POſſeſſionem pupillum ſine tutoris auctoritate amittere poſſe conſtat: non ut animo [96], ſed ut corpore deſinat poſſidere. quod [97] eſt enim facti [98] poteſt amittere. Alia [99] cauſa eſt, ſi forte animo poſſeſſionem velit amittere: hoc enim non poteſt.

96 Poſſeſſionem naturalem ſine tutore pupillus amittere poteſt.

97 Poſſeſſio naturalis facti eſt. Cur? an quia minimi momenti eſt, ſi cum dominio comparetur, & eo amplius reſtitui poteſt?

98 Ut poſſeſſio naturalis, *l.* 19. *ff. ex quib. cauſ. major.*

99 Pupillus animo deſinere non poteſt, qui tamen naturalem poſſeſſionem, ſicut quilibet alius, amittere poteſt.

De toto & partibus. 1. *De amittenda poſſeſſione. De loco religioſo, vel ſacro. De libero homine.* 2. *De damno infecto.* 3. *De occupato à mari, vel flumine, ſi poſſidens in alterius poteſtatem pervenerit.* 4. *De voluntate. De manumiſſione ſervi per quem poſſidebatur. De ſpecificatione.* 5. *De herede ejus qui pro colono poſſidebat.* 6. *De commodato vel locatione, vel depoſito per plures perſonas ambulantibus.*

XXX. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

QUi univerſas [100] ædes poſſidet [1], ſingulas res, quæ in ædificio ſunt, non videtur poſſediſſe. Idem dici debet & de nave, & de armario. §. 1. Poſſeſſionem *amittimus* multis modis, veluti ſi mortuum in eum locum intulimus, quem poſſidebamus. namque locum religioſum aut ſacrum non poſſumus poſſidere, etſi contemnamus religionem, & pro privato eum teneamus: ſicut hominem liberum. §. 2. Item cum Prætor idcirco in poſſeſſionem rei [ire] juſſit, quod damni infecti non promittebatur: poſſeſſionem invitum dominum amittere Labeo ait. §. 3. Item, quod mari aut flumine occupatum [2] ſit, poſſidere nos deſinimus: aut ſi is, qui poſſidet, in alterius poteſtatem pervenit.

§. 4. Item quod mobile eſt, multis modis deſinimus poſſidere: ſi aut nolimus [3], aut ſervum [puta] manumittamus: item ſi quod poſſidebam, in aliam ſpeciem tranſlatum eſt; veluti veſtimentum ex lana factum. §. 5. Quod per colonum [4] poſſideo, heres [5] meus, niſi [6] ipſe nactus poſſeſſionem, non poterit poſſidere: retinere enim animo poſſeſſionem poſſumus, apiſci [7] non poſſumus. † Sed quod pro emptore poſſideo, per colonum etiam uſucapiet [etiam] heres meus. §. 6. Si ego tibi commodavero, tu Titio, qui puret tuum eſſe: nihilominus ego id poſſidebo. † Et idem erit, ſi colonus meus fundum locaverit [8], aut is apud quem depoſueram, apud alium rurſus depoſuerit. Et id quamlibet per plurium perſonam factum obſervandum ita erit.

100 *l.* 1. §. 3. §. 21. *ff. eod. l.* 4. §. 2. *ff. de uſurpat.*

1 *Al.* poſſedit.

2 Ad paucos dies, non ad multum tempus: & ſic intellige *l.* 1. §. 17. *ff. eod.*

3 V. *l.* 17. *ff. eod.*

4 *l.* 40. §. 1. *ff. eod. l.* 60. §. 1. *ff. locati.*

5 *l.* 23. *ff. eod.*

6 *l.* 23. *ff. eod.*

7 V. *l.* 23. *ff. eod.*

8 *l.* 25. §. 1. *ff. eod.*

De colono exeunte & redeunte.

XXXI. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI colonus non deſerendæ poſſeſſionis cauſa exiſſet [9] de fundo, & eo rediſſet: eundem locatorem poſſidere placet.

9 *l. ult. C. eod.*

De pupillo. 1. *Si conductor rem vendidit, & ab emptore conduxit.* 2. *De infante & pupillo.*

XXXII. PAULUS lib. XV ad Sabinum.

QUamvis pupillus [10] ſine tutoris auctoritate non obligetur, poſſeſſionem tamen per eum retinemus. §. 1. Si conductor rem vendidit, & eam ab emptore conduxit [11], & utrique [12] mercedes præſtitit: prior locator poſſeſſionem per conductorem reſtituere [13]. §. 2. Infans [14] poſſidere recte poteſt, ſi [15] tutore auctore cœpit: nam judicium infantis ſuppletur auctoritate tutoris. utilitatis enim cauſa hoc receptum eſt: nam alioquin nullus [16] ſenſus ſit infantis accipiendi poſſeſſionem. † Pupillus tamen etiam ſine tutoris auctoritate poſſeſſionem nanciſci poteſt. † Item infans peculiati nomine per [17] ſervum poſſidere poteſt.

10 *l.* 1. §. 3. §. 21. *ff. eod. l.* 4. §. 2. *ff. de uſurpat.*

11 Conducere ab emptore rem poteſt ipſe etiam venditor.

12 Et vero domino & emptori.

13 Imo non retinet, *l.* 29. *ff. quibus mod. uſusfruct.* ſed ibi conductor vero rem tradidit: hic fiſte.

14 *l.* 1. §. 3. *ff. eod. Inſtitut.* 50 *Eclog.* 2. ἄνηβος παιδίον. Cujac. 4. *ad Afric.* 54.

15 Hodie ſine tutore poteſt. *l.* 3. *C. eod.* Quidam tamen dicunt, res judicatas, in quibus adfectum habere poteſt, infantem poſſidere poſſe: cæteras non poſſe.

16 Auguſtin. 13 *de Civitate.* Puer infans, quamvis ditiſſimus natus, cum ſit dominus omnium, quæ jure ejus ſunt, nil poſſidet, mente ſopita. v. Cujac. 4 *ad Afric.* 54.

17 *l.* 28. *ff. de uſurpat.*

Si venditor mandavit emptorem in vacuam poſſeſſionem induci.

XXXIII. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

FUndi venditor etiam ſi mandaverit alicui, *ut emptorem in vacuam poſſeſſionem induceret*: priuſquam id fieret, non recte emptor per ſe in poſſeſſionem [18] veniet. † Item ſi amicus venditoris, mortuo eo, priuſquam id ſciret, aut non prohibentibus [19] heredibus, id fecerit: recte poſſeſſio tradita erit. Sed ſi [20] id fecerit, cum ſciret dominum mortuum, aut cum ſciret heredes id facere nolle: contra erit.

18 Executor in poſſeſſionem inducendi cauſa, cui datus eſt, ſua auctoritate poſſeſſionem rei adprehendere non poteſt. *l.* 5. *ff. eod. l.* 6. §. 2. *ff. de rejudic.*

19 Mandatum factum ſuper eo ad quod mandator tenebatur, morte ejus non finitur: poteſt tamen revocari per heredes ejus. *Bart.*

20 Procurator mortuum dominum eſſe ſciens non poteſt poſſeſſionem fundi venditi tradere invitis heredibus, etiam ex contractu domini, *ut hic*; niſi de dote agatur; hoc enim caſu ſpeciali, rei in dotem datæ poſſeſſionem poteſt procurator, etiam ſciens, mortuo domino tradere. *l. ſi ego.* 9. §. 1. *ff. de jur. dotium.*

De errore. 2. *De acquiſitione per ſervum.*

XXXIV. ULPIANUS lib. VII Diſputationum.

SI me in vacuam poſſeſſionem fundi Corneliani miſeris, ego putarem [21] me in fundum Sempronianum miſſum, & in Cornelianum iero: non adquiram poſſeſſionem, niſi forte in nomine tantum erraverimus, in corpore conſenſerimus. † Quoniam autem in corpore conſenſerimus, an à te tamen recedet poſſeſſio, quia animo [22] deponere & mutare nos poſſeſſionem poſſe & Celſus & Marcellus ſcribunt, dubitari poteſt? & ſi animo adquiri poſſeſſio poteſt, nunquid etiam adquiſita eſt? Sed non puto errantem [23] adquirere: ergo nec [24] amittet poſſeſſionem, qui quodammodo ſub conditione receſſit de poſſeſſione. §. 1. Sed ſi non mihi, ſed procuratori [25] meo poſſeſſionem tradas, videndum eſt, ſi ego errem, procurator meus non erret, an mihi poſſeſſio adquiratur? Et cum placeat, ignoranti [26] adquiri, poterit & erranti. Sed ſi procurator meus erret, ego non errem: magis eſt, ut adquiram poſſeſſionem. §. 2. Servus quoque meus ignoranti mihi adquiret poſſeſſionem. Nam & ſervus alienus (Vitellius [27] ſcribit) ſive à me, ſive à nemine poſſideatur, poteſt mihi adquirere poſſeſſionem, ſi [28] nomine meo eam adipiſcatur: quod & ipſum admittendum eſt.

21 Errans non adquirit.

22 Animo poſſeſſionem amittere poſſumus.

23 Errans non adquirit.

24 Non amittit poſſeſſionem, qui quodammodo ſub conditione de poſſeſſione receſſit.

25 *l.* 20. *in fin. ff. de adq. rer.*

26 *l.* 49. *in fin. ff. eod. l.* 1. *C. eod. l.* 13. *ff. de adq. rer.*

27 *Al.* ut Celſus.

28 *l.* 31. §. 2. *ff. de uſurp.*

De exitu controverſiæ poſſeſſionis.

XXXV. IDEM lib. V de omnibus Tribunalibus.

EXitus [29] controverſiæ poſſeſſionis hic eſt tantum, ut prius pronunciet judex, uter [30] poſſideat: ita enim fiet ut is qui victus eſt de poſſeſſione, petitoris partibus fungatur, & tunc [31] de domino [32] quæratur.

29 Id eſt, natura, conditio, ordo: ne alioquin putes cum Caſtrenſi, Exitum controverſiæ poſſeſſionis, hic eſſe effectum poſſeſſionis.

30 *l.* 24. *ff. de rei vind. l.* 1. §. 3. *ff. uti poſſid.* quia hæc repugnant, fateri adverſarium poſſidere, & nihilominus petere, ut ſibi poſſeſſio confirmetur. v. Hotom. 29 *Illuſtr.* 31 Poſſeſſorium reſtituendæ prius decidendum, ut poſtea petitorium terminetur. *l.* 1. *C. ubi in rem.* 32 Id eſt, dominio. *Hal.* 33 Debitor fundum pignoratum poſſidet, quoad uſucapionem, *l.* 1. §. 15. *ff. eod. l.* 16. *l.* 33. §. 4. *ff. rit. prox.* & vitandam ſatisfationem. *l.* 15. §. 2. *ff. qui ſatisdare.* 34 Quem ipſe creditor etiam poſſidet. *l.* 1 §. 15. *ff. eod. l.* 35. *in fin. ff. de pign.* 35 Etiam ſi creditor poſſideat pignus, non tamen impedit, quo minus debitor pignus uſucapere poſſit. 36 Ea fieri ſolet. *l.* 6. *in fin. ff. de precario.* 37 Hæc particula expungenda eſt, nec legitur quoque ab Holoandro. 38 Debitori ſc. Debitor uſucapere poteſt per creditorem poſſidentem, vel precario ſibi concedentem. 39 *l.* 19. *l.* 21 *in fin. ff. eod. l.* 75. *ff. de contra. empt. l.* 16. *in fin. ff. de peric. l.* 37. *ff. de pign. act* 40 Coloni, in agris; inquilini, in ædibus, *ut hic.* 41 *l.* 67. *ff. de evict. l.* 2. *C. ſi quis alteri vel ſibi.* 42 Epiſtola manumittere ſervum poſſumus. §. *multis. l. Inſt. de libertinis. c. un. de natis ex libero ventre.* 43 Cur? ita colligo ex *l.* 28. *ff. de liberali.* 44 *l.* 34. *in fin. pr. ff. eod.* 45 Id eſt, dominium & proprietas. *l.* 3. §. *fin. ff. de jur. dot.* 46 Animus ſequeſtrum diſtinguit ab omiſſa poſſeſſione. *Goth.* Vid. Menoch. *de poſſ. remed.* 3. *n.* 93. Zaſ. *Antinom. lib.* 2. *n.* 4. Gail. *lib.* 1 *obſ.* 5. *num.* 10. Anſ. 47 Sequeſtrum, & ſequeſter, quid ſit, vide in *l. ſequeſter.* 110. *ff. de verbor. ſignificat. l. ut apud quem.* 5. §. 1. *ff. depoſiti.*

48 Sequeſtratæ rei communi partium conſenſu poſſeſſio, etiam in dubio, amittitur, niſi in contrarium actum ſit: ideoque interpellatur uſucapio. 49 Atqui ſemper ſequeſter poſſidet. *l.* 17. §. 1. *ff. depoſiti.* 50 Aperte probata res quando dicitur? hoc ipſo, quod contrarium etiam non probatur. 51 Id eſt, victori. *ut ff. eod.* 52 Sequeſtrum mutuo partium conſenſu, an cuſtodiæ tantum cauſa fiat, intereſt. Priore caſu poſſeſſio amittitur, non poſteriore. Partium conſenſu facta ſequeſtratio voluntaria; quæ imminente judice, coacta & invita, ſeu in invitum, ideoque hæc non amittitur poſſeſſio. *l.* 3. §. *ult. ff. eod.* Prior ſemper licita eſt, ac permiſſa. *l.* 1. *ff. depoſiti. l. ſi ſoluturus.* 29 *ff. de ſolutionib.* Poſterior certis tantum caſibus. *l.* 1. *C. de prohibita ſequeſtratione.* Pone res ſequeſtratas, tempore perituras? vendi debent, ut pecunia ex his redacta in ſequeſtro eſſe intelligatur. *l. ſi libius.* 20. *C. de agricolis. l. ſi, cui.* 5. §. *queri poterit.* 21. *ff. ut in poſſeſſ. legat. l. ult. ff. de requir. reis.* Pone ſequeſtrum rem ſequeſtratam amiſiſſe; an in re ipſa damnum aliquod datur? an & ſequeſtri aliqua competit actio? vid. *l. poſtquam.* 5. §. *Imperatori.* 1. *ff. ut legatorum nomine.*

Si servus dominum de possessione dejecerit. 1. De morte vel discessu coloni. 2. De clandestina possessione.

XL. AFRICANUS lib. VII [52] Quæstionum.

SI de eo fundo, quem, cum possiderem, pignori tibi dedi, servus tuus [53] te dejiciat: adhuc te possidere, ait: quoniam nihilominus per ipsum servum possessionem retineas. §. 1. Si forte colonus, per [54] quem dominus possideret, decessisset: propter [55] utilitatem receptum est, ut per colonum possessio [&] retineretur & contineretur [56]. quo mortuo, non statim dicendum, eam interpellari: sed tunc demum, cum dominus possessionem apisci neglexerit. Aliud existimandum ait, si colonus sponte possessione discesserit [57]. Sed hæc ita esse vera [58], si nemo extraneus eam rem interim possederit, sed semper in hereditate coloni manserit.

§. 2. Servum tuum à Titio bona fide emi, & traditum possedi [59]; deinde cum comperissem tuum esse, ne eum peteres, celare [60] cœpi: non ideo magis hoc tempore clam possidere videri me, ait. † Nam retro [61] quoque, si sciens tuum servum non à domino emerim, & tum clam eum possidere cœpissem, postea certiorem te fecerim, non ideo desinere me clam possidere.

§. 3. Si servum meum bonæ fidei emptori clam abduxerim: respondit, non videri me clam possidere. quia neque precarii rogatione, neque conductione suæ rei dominum [62] teneri: & non posse causam clandestinæ possessionis ab his duabus causis separari.

De ingressu in fundum jure familiaritatis.

XLI. PAULUS lib. I Institutionum.

QUi *jure familiaritatis* [63] amici fundum ingreditur, non [64] videtur possidere: quia non [65] eo animo ingressus est, ut possideat, licet corpore in fundo sit.

De servo communi. 1. De procuratore.

XLII. ULPIANUS lib. IV Regularum.

COmmunis servus, etiam si ab [66] uno ex dominis omnium nomine possideatur [67], ab omnibus possidere intelligitur.

§. 1. Procurator, si quidem mandante domino rem emerit, protinus illi adquirit possessionem. quod si sua sponte emerit, non: nisi ratam [68] habuerit dominus emptionem.

Si emptor sciat partem esse alienam. 1. Vel usumfructum esse alienum. 2. Vel rem esse pigneratam.

XLIII. MARCIANUS lib. III Regularum.

SI quis fundum emerit, cujus particulam [69] sciebat esse alienam: Julianus ait, si pro diviso sciat alienam esse, posse eum reliquas partes longa possessione capere. sed si pro indiviso, licet ignoret, quis sit locus: æque eum capere posse: quod suæ ullius damno pars, quæ putatur esse vendentis, per longam possessionem ad emptorem transit. §. 1. Sed & Pomponius scripsit libro V Variarum lectionum: Si sciat, vel putet alienum esse usumfructum, bona fide diutina possessione capere posse [70]. §. 2. Idem, inquit, & si emero rem, quam sciam pignori obligatam.

De pecunia condita. 1. De acquisitione per servos. 2. De amittenda possessione, quam per nosmetipsos, vel per alios habemus.

XLIV. PAPINIANUS lib. vicesimo *tertio* Quæstionum.

PEregre profecturus, pecuniam in *terra* custodiæ causa *condiderat*: cum reversus locum thesauri immemoria non repeteret, an desisset pecuniam possidere, vel si [postea] recognovisset locum, an confestim possidere inciperet, quæsitum est? Dixi, quoniam custodiæ causa pecunia condita proponeretur, jus [71] possessionis ei, qui condidisset, non videri peremptum: nec [72] infirmitatem memoriæ damnum adferre possessionis, quam alius non invasit: alioquin responsuros, per, momenta servorum, quos non viderimus, interire possessionem. † Et nihil interest, pecuniam in meo, an in alieno condidissem: cum si alius in meo condidisset, non alias possiderem, quam si ipsius rei possessionem supra terram adeptus fuissem. Itaque nec alienus locus meam propriam aufert possessionem: cum supra terram, an infra terram possideam, nihil interest. §. 1. Quæsitum est, cur ex peculii causa per servum ignorantibus [73] possessio quæreretur? Dixi, utilitatis causa jure singulari receptum, ne cogerentur domini per momenta [74] species, & causas peculiorum inquirere. nec tamen eo pertinere speciem istam, ut animo videatur adquiri possessio: nam si non ex causa peculiari quæratur aliquid, scientiam quidem domini esse necessariam, sed corpore servi quæri possessionem. §. 2. Quibus explicitis, cum *de amittenda possessione* quæratur, multum [75] interesse [76] dicam, per nosmetipsos, an per alios possideremus. Nam [77] ejus quidem, quod corpore nostro teneremus, possessionem amitti vel animo, vel etiam corpore; si [78] modo eo animo inde digressi fuissemus, ne possideremus: ejus vero, quod servi, vel etiam coloni corpore possidetur, non aliter amitti possessionem, quam eam alius ingressus fuisset, eamque amitti [79] nobis quoque ignorantibus. † Illa quoque possessionis amittendæ separatio est. nam saltus [80] hybernos & æstivos, quorum possessio retinetur animo,

XLV. IDEM lib. II Definitionum.

LIcet neque servum neque colonum ibi habeamus,

XLVI. IDEM lib. XXIII Quæstionum.

QUamvis saltus proposito possidendi fuerit alius [81] ingressus, tamdiu priorem possidere dictum est, quamdiu possessionem ab alio occupatam ignoraret. Ut [82] enim eodem modo vinculum obligationum solvitur, quo quæri adsolet: ita non [83] debet ignoranti tolli possessio, quæ solo animo tenetur.

De amittenda possessione rei mobilis, vel se moventis.

XLVII. IDEM lib. XXVI Quæstionum.

SI rem mobilem apud te depositam, aut ex commodato tibi possidere, neque reddere constitueris: confestim amisisse me possessionem vel ignorantem, responsum est. cujus rei forsitan illa ratio est, quod rerum mobilium [84] neglecta atque omissa custodia, quamvis eas nemo alius invaserit, veteris possessionis damnum adferre consuevit: idque *Nerva filius libris de usucapionibus retulit*. † Idem scribit, aliam causam esse hominis [85] commodati omissa custodia: nam possessionem tamdiu veterem fieri [86], quamdiu nemo alius eum possidere cœperit. videlicet ideo, quia potest homo, proposito [87] redeundi, domino possessionem sui conservare, cujus corpore cæteras quoque res possumus possidere. † Igitur earum quidem rerum, quæ ratione vel anima carent, confestim amittitur possessio: homines autem retinentur, si revertendi animum haberent.

De prædiis donatis cum servis.

XLVIII. IDEM lib. X Responsorum.

PRædia cum servis donavit [88], eorumque se tradidisse possessionem, literis declaravit. si vel unus ex servis, qui simul cum prædiis donatus est, ad eum, qui donum accepit, pervenit, mox in prædia remissus est: per [89] servum prædiorum possessionem quæsitam cæterorumque servorum, constabit.

De servo fructuario. 1. De his, qui in aliena potestate sunt. 2. De procuratore.

XLIX. IDEM lib. II Definitionum.

POssessio quoque [90] per servum, cujus [91] usufructus [92] meus est, ex re mea, vel ex operis servi adquiritur mihi: cum & naturaliter [93] à fructuario teneatur, & plurimum [94] ex jure [95] possessio mutuetur. §. 1. Qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt: habere possidere non [96] possunt. quia possessio non tantum corporis, sed & juris [97] est. §. 2. Etsi possessio per procuratorem ignoranti [98] quæritur, usucapio vero scienti competit, tamen evictionis actio domino contra venditorem invito procuratore non datur: sed per actionem mandati ea cedere [99] cogitur.

De filio opinato. 1. De servo in fuga agente.

L. HERMOGENIANUS lib. V Juris Epitomarum.

PEr eum, quem justo ductus errore, filium [100] meum, & in mea potestate esse existimo, neque possessio, neque dominium, nec quicquam aliud ex re mea mihi quæritur. §. 1. Per servum in fuga [1] agentem, si neque ab alio possideatur, neque se liberum esse credat, possessio nobis adquiritur.

De rebus emptis.

LI. JAVOLENUS lib. V ex Posterioribus Labeonis.

QUarundam [2] rerum animo possessionem apisci nos ait Labeo: veluti si acervum lignorum emero, & eum venditor tollere me jusserit, simul atque custodiam posuissem, traditus mihi videtur. Idem juris esse vino vendito, cum universæ amphoræ vini simul essent. † Sed videamus (inquit) ne hæc ipsa corporis traditio sit: quia nihil [3] intereſt, utrum mihi, an & cuilibet jusserim, custodia tradatur? In eo puto hanc quæstionem consistere, an etiam si corpore acervus, aut amphoræ adprehensæ non sunt, nihilominus traditæ videantur. nihil video interesse utrum ipse acervum, an mandato meo aliquis custodiat: utrobique [enim] animi [4] quodam [5] genere possessio erit æstimanda.

Differentia possessionis & ususfructus: item possessionis & proprietatis. 1. De prohibito ædificare. 2. De prohibitione, ne ingredienti vis fiat.

LII. VENULEIUS lib. I Interdictorum.

PErmisceri causas [6] possessionis, & ususfructus non oportet: quemadmodum nec possessio [7], & proprietas misceri debent. namque impediri possessionem, si alius fruatur [8]: neque alterius fructum computari [9], si alter possideat. §. 1. Eum, qui ædificare [10] prohibeatur, possidere quoque prohiberi manifestum est.

§. 2. Species inducendi in possessionem alicujus rei est, prohibere [11] ingredienti vim fieri: statim enim cedere adversarium, & vacuam [12] relinquere possessionem jubet: quod multo plus est, quam restituere.

De vitiosa possessione.

LIII. IDEM lib. V Interdictorum.

ADversus extraneos [13] vitiosa possessio prodesse solet.

---

52 Vid. Cujac. 7 *ad Afric. fol.* 123.
53 *l.* 15. *vers. sed si is. ff. ead. l.* 33. *in fin. ff. de usurpat.*
54 *l.* 30. §. 5. *ff. eod. l.* 1. *C. communia de usucap.* Colonus mihi possidet, non sibi.
55 Vid. *l. ult. C. eod.*
56 Continuaretur. *Hal.* Cujac. *hic.*
57 Africanus ludit in his nominibus, *decesserit & discesserit*, inter quæ etiam Sabiniani statuebant esse discrimen. v. Cujac. *hic.*
58 Hæc verba referuntur ad priorem speciem, *si colonus decesserit*; non ad posteriorem, *si discesserit*. Cujac. *ibid.*
59 *l.* 44. §. 2. *ff. de usurpationib.*
60 Celare, est posse certiorem dominum facere, & non facere; qua ex re contrahitur clandestina possessio: non si non potuit facere certiorem. vetus est enim verbum Pythagoræ, *δύναμαι ἀνέχεσθαι ἐξαπάτα ἑαυτὸν.* vide Cujac. *hic.* adde *l.* 10. *ff. eod.*
61 Id est, è converso. ut *l.* 60. *ff. de cond. & demonstrat. l.* 21. §. 2. *vers. retro. ff. de fidejuss.*
62 Dominum teneri. *Hal.* Sensus est: Si rem meam precario rogavero, rogavi quidem precario: non tamen possideo precario, sed pro meo. *l.* 4. §. 3. *ff. de precario.*
63 *l.* 20. *ff. quemadm. serv. amitt.*
64 Atque ei Interdictum competit. *l.* 1. §. 7. *ff. de itinere actuque privato.*
65 Secus si eo animo. *l.* 9. *ff. eod. l.* 20. *ff. quemadm. servit.*
66 *l.* 18. *ff. eod.*
67 Quod in dubio præsumitur. *arg. l. merito.* 51. *ff. pro socio.*
68 *l.* 24. *ff. de neg.* Paul. 5 *sent.* 2. §. 2. *in fin.*
69 *l.* 6. §. 1. *ff. pro empt.*
70 Atqui non est justa possessio, ubi bona fides abest. *l.* 2. *C. si adversus credit.*
71 Possessio est juris, *ut hic. l.* 3. §. 1. *ff. de bon. possess.* Imo est facti. vide *l.* 1. §. 4. *l.* 29. *in fin. ff. eod.*
72 V. *l.* 7. *ff. ad Vellejanum.*
73 V. *l.* 8. §. 15. *ff. de usucap.*
74 Adde *l.* 3. §. 11. *ff. eod.*
75 Cur multum intereſt inter possessionem, quam per me retineo, & per colonum? vide *hic Bartol.*
76 Possessionem aliam animo & corpore nostro retinemus: aliam corpore alieno, animo nostro.
77 Possessionem vel animo, vel corpore amittimus ejus rei, quam nostro corpore tenemus. corpore, inquam, amittimus: si modo eo animo inde digressi simus, ne possideremus.
78 *l.* 3. §. 6. §. 11. *l.* 8. *l.* 25. §. 1. *ff. eod. l.* 4. *C. eod. l.* 1. §. 25. *ff. de vi & vi. l.* 5. *vers. quin etiam. Inst. de Interdict.*
79 Imo non amittitur nobis ignorantibus, cum hoc casu animo nostro per corpus alienum possideamus. *l.* 46. *in fin. ff. eod.*
80 *l.* 3. §. 11. *ff. eod.*
81 V. *l.* 6. *in fin. ff. eod.*
82 Tollendæ & dissolvendæ obligationis, quæ contrahendæ, eadem est ratio. *l. fere.* 153. *ff. de regulis juris.*
83 Imo potest ignoranti. *l.* 44. *in fin. ff. eod.* Goth. Confer Cujac. 24 *obs.* 30. & *ad Afric. tr. ad l.* 40. §. 1. *hoc tit.* Ans.
84 *l.* 3. §. 13. *ff. eod.* aliud in immobilibus. *l.* 44. *in fin. ff. eod.*
85 Adde *l.* 3. §. 13. *ff. eod.*
86 Id est, servari.
87 Διανοίᾳ, *quod* λογισμῷ. 50 *Eclog.* 2. *cap.* 1. *in fin.* & ἀναχωρεῖ. v. Cujac. *hoc tit.*
88 *Sub.* aliquis, vel Titius.
89 *l.* 1. §. 16. *ff. eod.*
90 Cur hanc vocem addidit? ut idem de dominio intelligamus.
91 *l.* 1. §. 16. *ff. eod. l.* 10 *l.* 20. *in fin. ff. de adq. rer. dom.*
92 Dixi *l.* 18. *ff. de adq. rer. dom.*
93 *l.* 12. *ff. eod.*
94 Possessio quoque animi est, non tantum facti.
95 Imo plurimum facti. *l.* 19. *ff. ex quibus causis major.* Imo facti, non juris. *l.* 1. §. 3. *l.* 29. *in fin. ff. eod.*
96 *l.* 44. §. 4. *ff. de usurpat.*
97 Plurimum ex jure habet, *in pr. ff. eod.* vide Cujacium multis probantem, Naturalem possessionem non tantum facti, sed & juris esse. 18 *obs.* 24.
98 *l.* 34. §. 1. *ff. eod.*
99 Adde *l.* 27. *in fin. ff. de procur.*
100 Per filium putativum nobis non quæritur.
1 *l.* 1. §. 14. *ff. eod.* Goth. Non tamen per servos pignoratos, *d. l.* 1. §. 15. non hereditarios, ut rem ejusdem hereditatis per eos acquiramus. *d. l.* 1. §. 16. *l.* 18. *ff. de acquir. rer. domin. l.* 43. *ff. hoc tit.* Ans.
2 *l.* 18. §. 2. *ff. eod.*
3 Imo multum interest. *l.* 5. §. 14. *ff. commodati.*
4 Corporis quodam genere. Cujac. *C. eod. l.* 7.
5 De hac loquendi formula scripsi ad *l.* 44. *in pr. ff. de adq. rer.*
6 Id est, Titulos.
7 V. *l.* 12. §. 1. *ff. eod.*
8 Nam usufructuarius non possidet sibi, sed alii. *l.* 1. §. 8. *ff. eod. l.* 5. §. 1. *ff. ad exhibendum. l.* 6. §. 2. *ff. de precario. l.* 1. *C. comm. de usucap. vid. l. fg.* §. 11. *ff. comm. divid.*
9 *Al.* amputari.
10 V. *l.* 3. §. 2. *ff. uti possid.*
11 Hæc prohibitio fit à magistratu. *l.* 1. *in fin. ff. uti possid.*
12 Vacua est, quam nemo detinet. dixi ad *l.* 68. *in fin. ff. de contr. empt.*
13 *l. ultim. C. de rei vindicat.* §. 4. *vers. commodum. Instit. de Interdict.* vide quæ notavi ad *l.* 18. *ff. de vi & vi.*

TIT. III.

DE USURPATIONIBUS [1] ET USUCAPIONIBUS [2].

Ratio usucapionis.

I. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

BOno [3] publico [4] usucapio introducta [5] est, ne [6] scilicet [7] quarundam rerum diu, & fere semper incerta dominia essent: cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium.

Quid sit usurpatio.

II. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

VSurpatio est usucapionis interruptio [8]. Oratores [9] autem usurpationem frequentem usum vocant.

Quid sit usucapio.

III. MODESTINUS lib. V Pandectarum.

VSucapio [10] est [11] adjectio [12] dominii [13] per continuationem [14] possessionis temporis Lege definiti [15].

---

1 Usurpatio quid? v. *l.* 2 *ff. eod.* De usurpationibus librum scripsit Appius; *l.* 2. *ff. de origine juris.*
2 2 *Inst. ff.* Paul. 5 *sent.* 2. communia de usucapionibus, VII C. XXX. de usucapione transformand. VII C. XXXI. annali tollenda, VII C. XL. quadriennii, VII C. XXXVII. de præscriptione X & XX ann. VII C. XXXIII. XXX vel XL annorum. VII C. XXXIX.
3 Quo jure introducta est usucapio? Civili, §. *ult. Instit. de usu. junsto titulo de usuc.* sine eo nulla esset præscriptio. Atque ita Jus civile ob bonum publicum, etiam invitis singulis rerum dominis, rerum dominium potest auferre. Atqui jus naturale prohibet quemquam alterius jactura locupletari. *l. nam hoc.* 14. *ff. de cond. indeb.* An dicemus eum, contra quem præscribitur, culpa sua & ignavia id damnum sentire; imo & volentem: aut fingi à Jure, id velle pati? vide Francisc. Balbum, *tract. de præs. parte* 1. *quæst.* 6.
4 Qua in re versatur hoc bonum publicum? An ut ne in incerto sint dominia? An ut sit litium finis?
5 Introductæ usucapio hic dicitur, quod à Jurisconsultis inducta, plura de verbo, *introducti*, dixi *l.* 1. *ff. ad exhibend.*
6 Usucapiones Cicero *in Oratione pro Cæcina* appellat finem sollicitudinis. Ita præscriptiones introductæ. *l. ult. ff. pro suo.*
7 Jure civili, Legibus 12 tabular: adde & alian rationem, ut litium finis esset. vide quæ notavi ad *l.* 5. *ff. pro suo.*
8 βλῆσις τοῦ χρόνου ἄχρι τομῆ ᾗ διακοπῆ. 1 *Harmen.* 3. §. 10. & 11. Cujac. *hic.* interpellatio. *l.* 2. *C. de longi temp.* ut fiat interruptio, v. *l.* 5. *ff. eod.* de usurpandi verbo; v. 3 *Gell.* 2.
9 De possessione usurpanda, v. Cic. 3 *de Oratore.*
10 Usucapio dominii adquirendi civilis modus. Goth. Vid. in hanc leg. Anton. Cont. 1 *disput. cap.* 10. Corras. *lib.* 6 *miscell. cap.* 20. Revard. *ad l.* 13 *tabul. cap.* 17. S. L.
11 Definitione. quid etymo? usucapit, qui aliquid per usum capit.
12 Adeptio: ita legit Ulpian. *tit.* 19. §. 8. & 5 Iisdor. 25.
13 Directi, ut vult Martinus; non utilis tantum, ut vult Accursius. v. Oldend. in *tract. de usuc.* §. 3. Bartolus Accursium sequitur: Putat enim usucapionem dominium directum: ut præscriptione, utile dominium adquiri, *l.* 2. *C. in quibus causis cessat longi temp. præscr.* nisi statutum præscriptione dominium adquiri velit. directum enim dominium ibi intelligendum erit, ut statim aliquid juri communi addidisse videatur. *l.* 1. *in fin. ff. si ager vectigal.* Bart. *hic.*
14 *l.* 31. §. 1. *ff. eod.*
15 Puta anni, vel biennii. rerum mobilium, anni: immobilium, biennii. Ulp. *d. loco.* sed vide *tit. Inst. de usucap.*

Propositio decendorum. 1. *De patre, vel* filiofamilias. 2. *De* pupillo. 3. *De* furioso. 4. *De* servo. 5. *De fructibus & partu ancillæ.* 7. *De re furtiva,* 22. *aut vi possessa.* 29. *De servitute & libertate.*

IV. PAULUS lib. XIV ad Edictum.

SEquitur de usucapione dicere. Et hoc ordine eundum est, ut videamus, quis potest usucapere, & quas res, & quanto tempore. §. 1. *Usucapere potest* scilicet paterfamilias. *Filiusfamilias*, & maxime miles, in castris adquisitum usucapiet. §. 2. *Pupillus* [16], si tutore auctore cœperit possidere, usucapit. si non tutore auctore possideat, & animum possidendi habeat: dicemus, posse [17] eum usucapere. §. 3. *Furiosus* [18], quod ante furorem possidere cœpit, usucapit. Sed hæc persona ita demum usucapere potest, si ex ea causa possideat, ex qua usucapio sequitur.

§. 4. *Servus* pro [19] herede possidere non potest. §. 5. Fructus & partus ancillarum, & fœtus pecorum, si defuncti non fuerunt [20], usucapi possunt [21]. §. 6. Quod autem dicit lex Atinia [22], ut res furtiva non usucapiatur, nisi in potestatem ejus [23], cui subrepta est, revertatur [24]: sic acceptum est, ut in domini potestatem debeat reverti; non in ejus utique, cui subreptum est. Igitur creditori subrepta, & ei, cui commodata est, in potestatem domini redire debet. §. 7. Labeo quoque ait, si res peculiaris servi mei subrepta sit me ignorante, deinde eam nanctus sit: videri [25] in potestatem meam rediisse. Commodius dicitur, etiam si sciero, rediisse [eam] in meam potestatem. Nec enim sufficit, si eam rem, quam perdidit, ignorante me servus apprehendat, si modo in peculio eam esse volui: nam si nolui, tunc exigendum est, ut ego facultatem ejus nactus sim. §. 8. Ideoque [&] si servus meus rem mihi subripuerit, deinde eandem loco suo reponat, poterit usucapi; quasi in potestatem meam redierit: utique si nesciri; nam si [26] scivi, exigimus, ut rediisse sciam in meam potestatem. §. 9. Item si eam rem, quam servus subripuerit, peculiari nomine teneat, non videri [27] in potestatem meam reversam, Pomponius ait: nisi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus, antequam subriperetur; aut, cum rescissemus, in peculio eum habere concessimus. §. 10. Item Labeo, si rem, quam apud te deposueram, *lucrifaciendi* causa vendideris, deinde ex pœnitentia [28] redemeris, & eodem statu habeas, sive ignorante me, sive sciente, ea gesta sint, videri in potestatem meam rediisse, secundum Proculi sententiam. quæ & vera est.

§. 11. Si pupilli res subrepta sit, sufficere dicendum est, si [29] tutor ejus sciat, rediisse eam in domum pupilli: Et si furioso, sufficere curatores scire. §. 12. Tunc in potestatem domini rediisse dicendum est, cum possessionem ejus nactus sit juste, ut [30] avelli non possit: Sed & tanquam suæ rei: nam si ignorans rem mihi subreptam [31], emam, non videri in potestatem meam reversam. §. 13. Sed etsi vindicavero rem mihi subreptam, & litis æstimationem [32] accepero: licet corporaliter ejus non sim factus possessionem, usucapietur [33]. §. 14. Idem dicendum est, etiamsi voluntate mea alii tradita sit. §. 15. *Heres*, qui [34] in jus defuncti succedit, licet apud eum, ignorantem [35] ancillam furtivam esse, conceperit [ea], & pepererit, non tamen usucapiet.

§. 16. De illo quæritur, si servus meus ancillam, quam subripuit, pro libertate sua mihi dederit: an partum apud me conceptum usucapere possim? Sabinus & Cassius non putant: quia possessio quam servus vitiose nanctus sit, domino noceret. & hoc verum est [36]. §. 17. Sed & si, ut servum meum manumitterem, alius mihi furtivam ancillam dederit, eaque apud me conceperit, & pepererit: usu me non capturum. Idemque fore [etiam], si quis eam ancillam mecum permutasset, aut in solutum dedisset. item si donasset. §. 18. Si antequam pariat, alienam esse rescierit emptor: diximus non posse eum usucapere. quod si nescierit, posse. * quod * si, cum jam usucaperet, cognoverit alienam esse: initium [37] usucapionis intueri debemus, sicut in emptis rebus placuit. §. 19. Lana ovium furtivarum, si quidem apud furem detonsa est, usucapi non [38] potest: si vero apud bonæ fidei emptorem, contra; quoniam in fructu est, nec usucapi debet, sed statim emptoris fit. Idem in agnis dicendum, si consumpti sint. quod verum est. §. 20. Si ex lana furtiva vestimentum feceris, verius est, ut substantiam [40] spectemus: & ideo vestis furtiva erit. §. 21. Si rem pignori [41] datam debitor subripuerit & vendiderit, usucapi eam posse [42], Cassius scribit: quia in potestatem domini videtur perveniisse, qui pignori dederit; quamvis cum eo furti agi potest. quod puto rectius [43] dici.

§. 22. Si tu me vi [44] expulseris de fundi possessione, nec adprehenderis possessionem, sed Titius [45] in vacuam [46] possessionem intraverit: potest longo tempore capi res. quamvis enim Interdictum *unde vi* locum habeat, quia verum est, vi me dejectum: non tamen verum est, & vi possessum. §. 23. Cæterum etiamsi mala fide fundum me possidentem dejeceris & vendideris, non poterit capi: quoniam verum est vi possessum esse, licet non [47] à domino. §. 24. Idem dicendum est [48] in eo, qui eum expulit, qui pro herede possidebat, quamvis sciat esse hereditarium.

§. 25. (* Si [49] fundum alienum bona fide possidentem, quis sciens esse alienum expulerit, usucapere non potest *), quoniam vi possidet. §. 26. Si dominus fundi possessorem vi dejecerit: Cassius ait, non videri in potestatem ejus rediisse, quando [50] Interdicto *unde vi* restituturus sit possessionem. §. 27. Si viam habeam per tuum fundum, & tu me ab ea vi expulseris: per longum tempus non utendo amittam [51] viam. quia nec [52] possideri intelligitur jus incorporale: nec de via quis, [id est [53]], mero jure detruditur. §. 28. Item si occupaveris vacuam possessionem, deinde venientem dominum prohibueris: non videberis vi possedisse. §. 29 Libertatem [54] servitutium [55] usucapi posse, verius est: quia eam usucapionem sustulit Lex [56] Scribonia [57], quæ servitutem constituebat [58], non etiam eam, quæ libertatem præstat sublata servitute. † Itaque, si, cum tibi servitutem deberem, *ne mihi* [puta] *liceret altius ædificare*, & per statutum tempus altius ædificatum habuero: sublata [59] erit servitus.

De interruptione possessionis.

V. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

NAturaliter interrumpitur possessio, cum [60] quis de possessione vi dejicitur, vel alicui res eripitur. quo casu non adversus [61] eum tantum qui eripit, interrumpitur possessio: sed adversus omnes. † Nec eo casu quicquam interest, is, qui usurpaverit, dominus sit, necne. † Ac ne illud quidem interest, pro suo quisque possideat, an ex lucrativa causa.

De computatione temporis.

VI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

IN usucapionibus [62] non à [63] momento ad momentum, sed totum [64] postremum diem computamus [65].

VII. IDEM lib. XXVII ad Sabinum.

IDeoque qui hora sexta dici [66] Kal. Januariarum possidere cœpit, hora sexta noctis [67] pridie [68] Kal. Januarias implet usucapionem.

De servo.

VIII. PAULUS lib. XII ad Edictum.

LAbeo [69], Neratius, respondetunt, ea quæ servi peculiariter nancti sunt, usucapi posse: quia hæc etiam ignorantes [70] domini usucapiunt. Idem Julianus scribit. §. 1. Sed eum, qui suo nomine nihil usucapere potest, ne [71] per servum quidem posse, Pædius scribit.

De rebus corporalibus. De rebus sacris, sanctis, publicis. De liberis hominibus.

IX. GAIUS lib. IV ad Edictum provinciale.

VSucapionem recipiunt maxime res corporales [72], exceptis rebus sacris [73], sanctis, publicis [74] populi Romani [75] & civitatium, item liberis hominibus.

De bona fide. 1. De servitutibus. 2. De partu animalis surrepti.

X. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

SI aliena res bona fide empta sit, quæritur, ut usucapio currat, utrum emptionis initium, ut bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis? Et obtinuit Sabini & Cassii sententia, traditionis [76] initium spectantium. §. 1. Hoc jure utimur, ut servitutes [77] per se nusquam longo tempore capi possint, cum ædificiis possint. §. 2. Scævola [78] libro XI Quæstionum scribit, Marcellum existimasse, si bos apud furem concepit, vel apud furis heredem, pariatque apud furis heredem, usucapi ab herede distractum juvencum non posse: sic (inquit) quemadmodum nec ancillæ partus. Scævola autem scribit, se putare, usucapere posse [79] & partum [80]: *nec enim esse* [81] *partum rei furtivæ partem.* cæterum si esset pars, nec si apud bonæ fidei emptorem peperisset, usucapi poterat.

De captivo.

XI. PAULUS lib. XIX ad Edictum.

NEque servus, neque per servum dominus, qui apud hostes est, possidet [82].

De emptione ab eo, quem prator vetuit alienare.

XII. IDEM lib. XXI ad Edictum.

SI ab eo emas, quem Prætor vetuit alienare [83], idque tu scias: usucapere non potes.

De pignore. 1. De emente à furioso. 2. De emente mandato alterius.

XIII. IDEM lib. V ad Plautium.

PIgnori [84] rem acceptam usu non [85] capimus: quia pro alieno possidemus. §. 1. Eum, qui à furioso [86] bona fide emit, usucapere posse [87] respondit. §. 2. Si mandavero tibi, *ut fundum emas*, ex ea causa traditum tibi diutina possessione capis: quamvis possis videri non pro tuo possidere, cum nihil interfit, quod mandati judicio teneatis.

De accessione possessionis.

XIV. IDEM lib. XIII ad Plautium.

ID tempus venditoris [88] prodest emptori, quo [89], antequam venderet, possedit: nam si postea nactus est possessionem venditor, hæc possessio emptori non proficiet. §. 1. In re legata, in accessione [90] temporis, qua [91] testator possedit, legatarius quodammodo [92] quasi [93] heres est.

De captivo. 1. De fugitivo. 2. De bona fide.

XV. IDEM lib. XV ad Plautium.

SI is, qui pro emptore possidebat, ante usucapionem ab hostibus captus sit: videndum est, an heredi ejus procedat usucapio? nam interrumpitur usucapio: & si ipsi reverso non prodest, quemadmodum heredi ejus proderit? Sed verum est, eum in sua vita desiisse possidere: ideoque nec [94] postliminium ei prodest, ut

16 V. *l.* 32 ¶. *de a. le. poss.* [illegible] major infante. Distat enim pupillus ea parte ab infante. Nam infans adquirere tolus non potest possessionem sine tutore. *l. quamvis.* §. *infans.* ¶. *de adquir. possess.* Cujac. 4 *ad Afric. fol.* 54

17 *l. quæritur* 32. §. *infans.* 2. ¶. *de adq. possess. l.* 1. C. *ad Tertull.* Cur tam varie? An quia adtio animi potius, id est, consilii est, quam facti, ut suppleri eam oporteat tutoris auctoritate? v. Cujac. 4 *ad Afric.*

18 *l.* 44. §. 6. ¶. *eod.*

19 *l.* 118 ¶. *de reg. jur.*

20 Id est, non si nati vivo testatore in dominio ejus non fuerint, sed si in hereditate defuncti non fuerint inventi; hinc enim ratio decidendi nascitur. Cujac. *hic.*

21 Ab herede scilicet, id est, aliter adquiri non possunt, quam usucapione. *l.* 68 ¶. *de usurpat.* 1. 28. *in fin.* ¶. *de usuris.* Paul. 3 *sent.* 6. §. 19. sed quo jure & heres adquirit, non pro herede, sed pro suo. *l.* 2. ¶. *pro suo.*

22 Lex Atinia id, quod sequitur, addidit legibus 12 tabularum. vid. *l.* 33. ¶. *eod.*

23 *l. ult.* ¶. *eod.* §. 8. *Inst. eod.*

24 *l.* 13. §. 2. ¶. *de verb. sign.*

25 Adde §. 10. ¶. *eod.*

26 *l.* 41. ¶. *eod.*

27 §. 7. ¶. *eod.* vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 25. ¶. *de posiii.*

28 V. *l.* 65 ¶. *de furtis.*

29 V. quæ scripsi ad *l.* 20. *C. de furtis.*

30 *l.* 215. *in fin.* ¶. *de verbor. signif.* adde *l.* 10. §. 6. ¶. *de in rem verso.*

31 V. *l. ult.* ¶. *vi bonor. rapt.*

32 *l.* 84 ¶. *de furt.*

33 Imo non usucapietur. *l.* 10. *C. de furtis.*

34 *l.* 8. ¶. *de acquir. vel amittend. hered. l.* 24. *l.* 119. ¶. *de verb. sign.*

35 *l.* 11. ¶. *de diverf. l.* 3. *C. comm. de usucapionib.* §. 12. *Inst. de usucap.*

36 Imo non est verum. *l.* 9. *l.* 10. ¶. *pro empt.* Goth. Conciliat Accurs. *ibid.* Anf.

37 *l.* 44. ¶. *eod.*

38 V. Cujac. 15 *obferv.* 10. probantem, Fœtus conceptos apud furem & editos, apud bonæ fidei emptorem usucapi posse.

39 *l.* 48. *in fin.* ¶. *de adq. rer.* *l.* 48. §. 5. ¶. *de furt.*

40 Materiam, ut *l.* 1. & *l.* 9. §. 2. ¶. *de contr. empt. l.* 9. §. 3. ¶. *ad exhibend.*

41 *l.* 5. ¶. *pro emptore.*

42 Imo, non potest. *l.* 6. *C. de usucap. pro emptore.*

43 Rectior est hic Cassii, quam Labeonis, & Proculi sententia. 44 Hic agitur de vi possessis, & Lege Plautia, & Julia. 45 Puta bonæ fidei possessor. *l.* 33 §. 2. ¶. *eod.* 46 Vacua est autem possessio, quam nemo detinet. *l.* 68. *in fin.* ¶. *de contrab. empt. l.* 2. §. 1. ¶. *de act. empt.* 47 A non domino vi possidet, qui vi dominum, imo & non dominum dejicit. *l.* 1. § 30 ¶. *de vi & vi. l.* 3 ¶. *uti possid.*

48 Ut sc. fundus usucapi non possit: quoniam vi possidet is, qui expulit. 49 Hic itellulis inclusa archetypo Florentino desunt. 50 Id est, quandoquidem, ut in *l.* 38. §. 1. *in fin.* ¶. *de solut.*

51 Libertas servitutis potest præscribi, cum mala fide civili jure, *ut hic*: Malæ fidei possessor per longum tempus potest præscribere fundo immunitatem servitutis: Igitur & libertatem sibi adquirere, mihique jus servitutis eripere, *ut hic.* Jure Canonico aliud receptum. *c. ult. de præs. de qua quæst.* dixi ad *l.* 32. §. 1. ¶. *de servitut urb.* adde *l.* 12. ¶. *quemadm servit. amitt.* v. Fr. Balbum *tract. de præscr. part.* 4. *c.* 3. *qu.* 3. 52 *l.* 10 ¶. *eod. l.* 14. ¶. *de servitut. l.* 27. ¶. *de servitut urb.* v. *l.* 3. ¶. *de adqu. possess.*

53 Id est, sc. ut *l.* 16 ¶. *de rejud.* alias hoc vocabulum est, διοικαιολογον, aut συμβολικον. Cuj. *hic.*

54 *l.* 6. ¶. *de servit. urb.* Paul. 1 *sent.* 17. §. 1. & §. 2. Goth. Deducto argumento a personis ad res. *l.* 20. ¶. *de stat. hom.* Anf. 55 Urbanorum sc. Cuj. *hic.* quem vide. adde *l.* 10. ¶. *si serv. vind.* 56 Ea est, quæ & plebiscitum *Cuj.* 57 Voconia *Hal.* Porro de Lege Scribonia, & sublatis servitutum usucapionibus, & cur servitutes usucapi ea non poterant: quo jure introducta fuerit primum servitutum usucapio: quemadmodum ante Scribonium Legem, Jure civili, servitutes usucapi potuerint: quid sustulerit lex Scribonia, & usucapio servitutum honoraria quomodo sit introducta: & utrum in servitutibus rusticorum prædiorum Lex Scribonia locum habuerit: & an titulus in usucapione servitutis fuerit necessarius: & an bona fides etiam necessaria fuerit, v. apud Revard. lib. sing. ad l. Scribon.

58 Lex Scribonia vetabat servitutes usurpatione adquiri: amitti vero non vetabat, *ut hic.* adde quæ notavi ad *l.* 5. §. *pen.* ¶. *de itin. actuque privato.*

59 Puta potuerit quis per usucapionem le a servitutis urbanæ jugo liberare. Quid rustica? non utendo amittitur. In urbanis opus est facto ejus, qui servit: in rusticis, ejus, cui servitur.

60 *l.* 15 ¶. *de adquir. possess.*

61 Id est, pro eo, ut in *l.* 2. §. 1. ¶. *de jure fisci.* Accurs. Cujac. *hic.* & apud Ulp. 20. in verbo, *ut adversus leges.* & Gilbertus Regius 2 *enantiophanon* 20. reprehensi à Roberto 2 *recept.* 33.

62 Aliud in personalibus actionibus, *l.* 6. ¶. *de obl. & act.* & ætate. *l.* 3. §. 3. ¶. *de minor.*

63 Non ab hora ad horam, sed tantum postremum diem inspicimus: non dividimus diem momentis, sed postremum tantum diem computamus, id est, inspicimus. *Goth.* Vid. in hanc leg. Joann. Rob. *lib.* 1 *sent. cap.* 2. Charond. *lib.* 3 *verisimil. c.* 17. S. L.

64 Vigl. ad *tit. Inst. quib. permiss. est fac. test.* §. *præterea. num* 3. pro *totum*, legit, *tantum.* Anf.

65 Ut qui post remum diem attigerit, eum usucepisse dicamus. ergo non ab hora in horam, sed à die ad diem fit computatio. *l.* 7. ¶. *eod. l.* 15. ¶. *de diverf.*

66 Hora sexta dici, meridies. ne igitur dicas, mediam noctem hic significari, ut quidam luscitiosus hic adscripserat: sexta diei hora est meridies, *l.* 2. *in fin.* ¶. *de annuis. l.* 3. ¶. *de oper. liber.* hinc illa indignatio operariorum apud *Matt.* 20. adversus vineæ dominum, quod tantam mercedem dedisset iis, qui undecima opus fecerant, quantam iis, qui à sexta, tertiaque hora: hi enim postremi sectotius diei caloris pondus sustinuerant; illi vero una tantum hora in vinea fuerant. Porro a quarta ad decimam horam ores tondebantur salubriter. Varro 2 *de re rustic. ult.* Inter horam secundam & decimam diei recitabantur testamenta. Paul. 4 *sent.* 6. §. 2. Hinc illud Crassi, Quid tu, Dejotare, duodecima (id est, jam senex) hora ædificare cœpisti? cui rex, Nc tu quidem, Crasse, matutino tempore Parthos oppugnas. adde *l.* 20. *C. de transact. l.* 2. ¶. *de verb signif.* v. Anton. Augustin. 4 *emendat.* 14. Horæ singulæ quibus rebus destinatæ Romanis essent, vide apud Martialem 4 *Epigram.* 67 A qua dies more Romano incipit, *l.* 8. ¶. *de feriis.* vel, ut ait *Harmenop. lib. ultim. tit. de verbor. signific.* septima: quod intellige de incipiente, non exacta. Porro sexta hora noctis mediam noctem significat. 68 Adde *l.* 5. ¶. *qui testam. l.* 1. ¶. *de manumiss.* 69 Vide Cujac. 22 *observat.* 17. 70 *l.* 2. §. 11. ¶. *pro emptore.* Paria sunt interdum, scire & ignorare.

71 Imo, interdum possum per alium, quod per me non possum. vide *l.* 3. *in fin.* ¶. *quæ res pign.*

72 Non incorporales. *l.* 4. §. 27. ¶. *eod.* An servitutes? vid. Hotom. 3 *obs.* 25. adde *l.* 10. §. 1. ¶. *eod.* 73 *l.* 45 ¶. *eod.* §. 1. *Inst. eod. l.* 6. *C. de oper. publ. l.* 2. *C. ne rei dom. nic. vel temporum.*

74 Hinc Seneca 14 & 11 *epist.* 80. negant Jurisconsulti quidquam usucapi, quod publicum est. 75 Cujacius *hic.* & 20 Ulpian. *in fin.* hoc loco permotus monet ibidem legendum, *servorum publicum populi Romani.* 76 *l.* 48. ¶. *eod.* 77 Vide Cujac. 3 *observat.* 34. adde *l.* 4. *in fin.* ¶. *eod.* 78 Id est, Q. Cervidius. Cujac. *hic.* 79 Id vetat Novella Leonis 29.

80 *l.* 33. ¶. *eod.* Ita fuit etiam opinio Q. Mucii. Cicer. *de finibus.* 81 *l.* 26. ¶. *de verbor. signific.* Imo est, *l.* 48. §. 5. ¶. *de furtis.* solve: Ulpianus hic non probat sententiam Scævolæ. vide Cujac. 15 *observat.* 20. 82 Nequidem si redierit. *l.* 19. ¶. *ex quibus causis major.* 83 Puta à prodigo, qui ut differat à furioso, vide Horomann. 2 *observat.* 29. 84 *l.* 11. ¶. *de diverf. l.* 1. *C. comm. de usucap.* 85 Imo, 30 annis capimus jus luendi pignoris. Butrigarius & Accursius in *l. cum notissimi.* 7. §. 1. *C. de præscr.* 30 *ann.* Imo nec 40 annis quidem. Rogerius, Martinus: Hoc verius. 86 Tempore dilucidi intervalli. 87 *l.* 2. §. 16. ¶. *pro emptore.* 88 Ita Hafoand. & Florent. 89 *l.* 15. §. 2. §. *penult.* ¶. *de diverf.* Goth. Adde Gloss. in *cap. auditis. extr. de præscript.* Gabriel. *comm. conclus.* 2. *tit. de præscript.* Anf. 90 *l.* 13. §. 10. ¶. *de adquir. possess.*

91 *Al.* quo. 92 Duas notas diminutionis adjicit, ut ostenderet liquido, proprie non esse: simile dicendi genus est in *l.* 7. §. 6. ¶. *de pact.* 93 Legatarius, quasi heres est: & heredis latissima appellatione continetur. adde Bartol. ad *l.* 84. §. 3. ¶. *de legat.* 1. ut & fideicommissarius, *l.* 5. §. 1. ¶. *quod cum eo.* & bonorum possessor. *l.* 1. §. 7 ¶. *ad Trebell. l.* 19 §. 2. ¶. *de cond. & demonst.*

94 V. *l.* 19. ¶. *ex quib. caus. major.*

ut videatur usucepisse. Quod si servus ejus, qui in hostium potestate est, emerit: in pendenti esse usucapionem, Julianus ait. nam si dominus reversus fuerit, intelligi usucaptum 95: si ibi decesserit, dubitari an per Legem Corneliam ad successores ejus pertineat? Marcellus, posse plenius fictionem Legis accipi: quemadmodum enim postliminio reversus plus juris habere potest in his, quæ servi egerunt, quam his, quæ per se vel per servum possidebat, cum ad hostes pervenit? Nam hereditatem in quibusdam vice 96 personæ fungi receptum est: ideoque in successoribus locum [non 97] habere usucapionem. §. 1. Si servus, quem possidebam, fugerit 98: si pro libero se gerat, videbitur à domino possideri. sed hoc tunc intelligendum est, cum, si adprehensus fuerit, non sit paratus pro sua libertate litigare: nam si paratus sit litigare, non videbitur à domino possideri, cui se adversarium præparavit. §. 2. Si quis bona fide possidens, ante 99 usucapionem amissa possessione, cognoverit esse rem alienam, & iterum nanciscatur possessionem, non capiet usu: quia initium secundæ possessionis vitiosum est. §. 3. Si ex testamento vel ex stipulatu res debita nobis tradatur: ejus temporis existimationem [nostram] intuendam, quo traditur: quia concessum est stipulari rem, etiam quæ promissoris non sit.

95 *l.* 23. §. 3. *ff. ea quæ. caus. major.*

96 Vid. *l.* 31. *in fin. ff. de her. inst.*

97 Locum habere, Cujac. *hic.*

98 *V. l.* 1. *C. de longi temporis præscr. quæ pro libertate.*

99 *l.* 7. §. 4. *ff. pro empt.*

De pignore.

XVI. JAVOLENUS lib. IV ex Plautio.

SErvi nomine, qui pignori datus est, ad 100 exhibendum cum creditore, non cum debitore, agendum est: quia qui pignori dedit, ad 1 usucapionem tantum 2 possidet. quod ad reliquas omnes causas pertinet, qui accepit, possidet 3: adeo ut addici 4 possit & possessio ejus, qui pignori dedit.

100 *l.* 3. *in fin. ff. ad exhib.*

1 *l.* 33. §. 4. *ff. eod. l.* 1. §. 15. *ff. de adq. possess.*

2 Vel ad similem casum: nam hujusmodi voces taxativæ non excludunt casus similes expressis, vel majores.

3 *l.* 35. *in fin. ff. de pignerat.*

4 Adjici. *Hal.* adici, est adjici, ac accedere. facit *l.* 14. §. 1. *ff. de diverf. & temporalib.* sic Basil. προστιθεται καὶ αὐτῷ. Cujac. 11 *obf.* 11.

Pro adjudicato.

XVII. MARCELLUS lib. XVII Digestorum.

SI per errorem de alienis fundis, quasi de communibus, judicio communi dividundo accepto, ex adjudicatione 5 possidere cœperim, longo tempore capere possum 6.

5 Auctoritas judicis facit, ut etiam in eo, quod nobis traditur tanquam nostrum, transferatur usucapiendi conditio. *Bart.*

6 Quo titulo? ex adjudicato

De fisco, & bonis vacantibus.

XVIII. MODESTINUS lib. V Regularum.

QUamvis adversus fiscum 7 usucapio non procedat, tamen 8 ex bonis vacantibus 9, nondum tamen nunciatis, emptor prædii ex hisdem bonis exiterit, recte diutina 10 possessione capiet: idque constituturum est.

7 *l.* 24. *in fin. ff. eod. l.* 2. *C. comm. de usucap.* §. 9. *Inst. eod.*

8 Tamen si bonis. Cujac. *hic.*

9 Eorum scilic. quibus post mortem nullus successor extitit, res fisco defertur ex Lege Julia caduc aria. Ulpian. 28. §. 1. *in fin.*

10 Quadriennii, in causa bonorum vacantium: quinquennii, in causis commissi. *l.* 2. *C. de vectigal.*

De accessione possessionis.

XIX. JAVOLENUS lib. I Epistolarum.

SI hominem emisti, ut, *si aliqua condicio extitisset, inemptus fieret*, & is tibi traditus est, & postea conditio emptionem resolvit 11: tempus, quo apud emptorem fuit, accedere venditori debere existimo: quoniam eo genere retroacta 12 venditio esset redhibitioni similis, in qua non dubito tempus ejus, qui redhibuerit, venditori accessurum, quoniam 13 ea venditio proprie dici non potest.

11 *l.* 13. §. 2. *ff. de adq. poss.*

12 Id est, rescissa. Quid? hoc pacto resolutivo num redintegratur dominium ipso jure sine traditione? Castrensis putat redintegrari, vel, ut ille loquitur, retransferri, hoc est, transferri, si venditor erat dominus. *l.* 1. *ff. de donat.* Bartolus æquum id in utramque partem disputat.

13 Quanquam. Cujac. *hic.* quem vide.

XX. IDEM lib. IV Epistolarum.

POssessio testatoris ita heredi procedit, si 14 medio tempore à nullo possessa 15 est.

14 *l.* 6. *in fin. ff. pro emptore. l.* 13. §. 4. *ff. de adquir. poss.*

15 Possessio possessa hic dicitur Atticorum more, ut stipulationem stipulari. *l.* 3. §. 1. *ff. judicatum solvi.*

Si possessor rem domino locaverit, aut vendiderit.

XXI. IDEM lib. VI Epistularum.

EI, à quo fundum pro herede diutius possidendo capturus eram, locavi eum: an ullius momenti eam locationem existimes, quæro. quod si nullius momenti eam locationem existimas, an durare nihilominus usucapionem ejus fundi putes? Item quæro, si eidem vendidero eum fundum: quid de his causis, de quibus supra quæsii, existimes? Respondit, si is, qui pro herede fundum possidebat, domino eum locavit, nullius momenti locatio est: quia 16 dominus suam rem conduxisset. sequitur ergo, ut ne possessionem quidem locator retinuerit: ideoque longi temporis præscriptio non durabit. in venditione 17 idem juris est, quod in locatione, ut emptio suæ rei consistere non possit.

16 Et pignore. *l.* 33. §. 5. *ff. eod.*

17 Et defuncti. heres enim dominus dicitur: quinimo & hereditas ipsa domina. *l.* 31. *in fin. ff. de hered. inst.*

De herede & hereditate.

XXII. IDEM lib. VII Epistolarum.

HEres & hereditas, tametsi duas appellationes recipiunt, unius 18 personæ tamen vice 19 funguntur.

18 *d. l.* 31. *in fin.*

19 *l.* 30. *ff. de adq. possess.*

De toto & partibus.

XXIII. IDEM lib. IX Epistolarum.

EUm, qui ædes mercatus est, non puto aliud, quam ipsas 20 ædes, possidere. nam si singulas res possidere intelligetur, ipsas * ædes * non possidebit: separatis enim corporibus, ex quibus ædes constant, universitas ædium intelligi non poterit. accedit eo, quod si quis singulas res possideri dixerit, necesse erit, dicat possessione superficiei temporibus de mobilibus statutis 21 locum esse, solum se capturum esse ampliori: quod absurdum, & minime Juri civili conveniens est, ut una res diversis temporibus capiatur; utputa cum ædes ex duabus rebus 22 constant, ex solo 23, & superficie, & universitas earum possessionem 24 temporis immobilium rerum omnium mutet. §. 1. Si autem columna evicta fuerit: puto, te ex 25 empto cum venditore recte acturum, & eo genere rem salvam habiturum. §. 2. Si autem demolita 26 domus est, ex integro res mobiles possidendæ sunt, ut tempore, quod in usucapione rerum mobilium constitutum est, usucapiantur: & non potest recte uti eo tempore, quo in ædificio fuerunt. nam quemadmodum eas solas & separatas ab ædificio non possedisti, sic nec penes 27 te singulæ, aut separatæ fuerunt & cohærentibus his in ædificio, depositis ædibus, quæ hoc quoque ipsum continent: neque enim recipi potest 28, ut eadem res & ut res soli & tanquam mobilis sit possessa.

20 Vid. *l.* 30. *ff. de adq. possess.*

21 Id est, triennio. *Inst. eod. in pr.* 22 Id est partibus. Ita totum prædicatur de suis partibus. de toto dixi ad *l.* 1. *ff. de origine juris.* 23 Solum est pars ædium. *l.* 49. *ff. de rei vind.* 24 Possessione temporis immobilium rerum dominium mutet. *Hal.* Cuj. *hic.* 25 V. quæ not. ad *l.* 41. §. 1. *ff. de evict.*

De legu prohibitione. 1. *De defuncto & herede.*

XXIV. POMPONIUS lib. XXIV ad Quintum Mucium.

VBi 29 lex 30 inhibet usucapionem 31, bona fides possidenti nihil prodest. §. 1. Interdum, etiamsi non fuerit inchoata usucapio à defuncto, procedit heredi ejus: veluti si vitium 32, quod obstabat, non ex persona, sed ex re, purgatum fuerit. [Ex re], ut puta, si fisci 33 res esse desierit, aut furtiva, aut vi 34 possessa.

26 *l.* 23. *in fin. ff. de rei vind.* 27 Id est, non quodam modo possidentur à te. *l.* 63. *ff. de verb. significat.* 28 Res una & eadem, mobilis & immobilis simul censeri non potest. 29 §. 2. *Inst. eod. l.* 2. *C. pro donat.* 30 Verbi gratia, 12 tabularum, Lex Attinia, Mamilia, Plautia, Julia de vi, Scribonia, Lex Julia repetundarum, Lex Julia de fundo dotali. 31 Usucapi non possunt, quæ alienari prohibita. vide tamen Socin. *reg.* 13. 32 *V. l.* 11. *C. de adq. possess.*

De possessione.

XXV. LICINNIUS [RUFINIUS lib. I Regularum].

SIne 35 possessione 36 usucapio contingere non potest.

33 *l.* 18. *ff. eod. l.* 2. *C. comm. de usucap.*

34 *V. l. ult. ff. vi bonorum rapt.*

35 *l.* 44. *in fin. ff. eod.*

36 Civili.

De superficie.

XXVI. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

NUnquam superficies 37 fiue solo capi longo tempore potest.

37 Superficies, id omne est, quod super solum est ædificatum, satum, plantatum: ita vitis est superficies vineæ: seges arvi. *l.* 13. *ff. de servit. ruſtic.*

De titulo opinato.

XXVII. IDEM lib. XXXI ad Sabinum.

CElsus 38 libro XXXIV errare 39 eos ait, qui existimarent, cujus rei quisque bona fide adeptus sit possessionem, pro suo usucapere eum posse; nihil referre, emerit, necne, donatum sit, necne, si modo emptum, vel donatum 40 sibi existimaverit: quia neque pro legato, neque pro dote usucapio valeat, si nulla donatio, nulla dos, nullum legatum sit. † Idem & in litis æstimatione placet, ut nisi vere quis litis æstimationem subierit, usucapere non possit.

38 Vide repetitionem hujus Legis apud Francisc. Balbum; ubi hoc inter cæterà notat, Possidentem titulo putativo, seu opinato (si tamen justo errore ductus sit, usucapere: secus, si injusto, reprobata quorundam sententia, qui non distinguunt inter justum & injustum errorem. Adstrensis ita hunc locum accipit: Titul. putativus non sufficit ad præscribendum etiam cum bona fide, si non subest justa causa putandi.

39 Id tamen receptum est Jure Canonico, de quo vide Socin. *regul.* 107. & Balb. *in repetitione hujus Legis.*

40 *V. l.* 1. *ff. pro donato.*

De servo furioſi vel infantu.

XXVIII. POMPONIUS lib. XVII ad Sabinum.

SI servo 41 furiosi vel infantis res tradita sit 42, usu per eum eas personas capere posse constat.

41 *l.* 1. §. 5. *l.* 24. *l.* 32. *in fin. ff. de adqu. poſſeſſ. l.* 26. *C. de don. l.* 10. §. 2. *ff. de adquir. rer. domin.*

42 Ex causa peculiari. *Accurſ.* Cujac. ut *l.* 15. §. 1. *ff. eod.*

De eo, quod ex aſſe heres alii quaſi pro parte heredi tradidit.

XXIX. IDEM lib. XXII ad Sabinum.

CUm solus heres essem, existimarem autem, te quoque pro parte heredem esse, res hereditarias pro parte tibi tradidi: propius est, ut usu eas capere non possis; quia nec pro herede usucapi potest, quod ab herede possessum est, neque aliam ullam habes causam possidendi. ita tamen hoc verum est, si non 43 ex transactione id factum fuerit. Idem dicimus, si tu quoque existimes, te heredem esse: nam hic quoque possessio veri heredis obstabit tibi.

43 Tranſactionis ex causa justam possessionis habentes causam, usucapere possunt. *l.* 8. *C. de usucap. pro emptore.*

De rerum mixtura, & triplici corporum genere.

XXX. IDEM lib. XXX ad Sabinum.

RErum mixtura facta an usucapionem cujusque præcedentem 44 interrumpit, quæritur? Tria 45 autem genera sunt corporum 46: Unum, quod continetur *uno* 47 *spiritu* 48, & Græce ἑνοσαρκον 49, id est, *unitum* 50 vocatur; ut homo, tignum, lapis, & similia 51: Alterum, quod *ex contingentibus*, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον 52, id est, *connexum* vocatur; ut ædificium, navis, armarium: Tertium, quod *ex distantibus* 53 constat; ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta, veluti populus 54, legio, grex 55. Primum genus [in] usucapione quæstionem non habet: secundum & tertium habet.

44 Id est, inchoatam, cœptam.

45 Corpora alii alio modo dividunt, ut alia sint ἑνωμένα, alia διεζευγμένα. Illorum alia sunt proprie ἑνωμένα, alia συνημμένα. Horum quædam distinctis capitibus, quædam indistinctis: vetus interpres Dionysii Theologi, ἑνωμένα, & διεζευγμένα. Boëtius 1 *Arithmetic.* continua & disjuncta: & Cujac. 15 *obſ.* 33. Cassiodorus *de anima*, continuata, disjuncta. vid. Forner. 2 *ſelect.* 17. singula cohærentia. *l. eod. l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindic.* Arist. 1 *politic.* 8.

46 Corpora sunt trium generum. ἑνωμένα, συνημμένα, διεζευγμένα. adde Theoph. §. 18. & 19. *Inſt. de legat.* continua, ut homo; composita, ut navis, & domus; ex distantibus, ut exercitus, populus, senatus. Senec. 17 *epiſt.* 103.

47 Ita dicitur in *l.* 23. §. 5. *ff. de rei vind.* & apud Senec. 17 *epiſt.* 103.

48 *l.* 23. §. 5. *in fin. ff. de rei vind.* τῇ συμφυΐᾳ (& ideo id à Plutarcho συμφυὲς γραμμικοῖς σωμάτων. Cujac. *hic.*) ἐκ μιᾶς ἕξεως. ut Conon Mathematicus apud Achillem Statium in *Arato* ait. *v.* Cujac. 15 *obſ.* 13. 49 Et Græce φυσικὸν, aliud, quod ex pluribus inter se cohærentibus, quod τεχνικὸν dicitur. Alciatus 2 *prætermiſſ.* ita legit. 50 Cicero continuatas corhærentesque naturas vocat. 51 Pura statua. *d. l.* 23. §. 5. *ff. de rei vind.* 52 Adjunctum, sive connexum. Gell. 16. *cap.* 8. conjunctum, Vitruvio 5. *cap.* 4. compositum. Senecæ, 17 *epiſt.*

53 Ea corpora διεζευγμένα dicuntur, quorum duo item genera Conon facit: unum eorum, quæ distinctis sunt capitibus, puta chorum, legionem, gregem: aliud indistinctis, ut populum.

54 Vel universitas. *l.* 1. *ff. quod cujuſque.* 55 *l.* 1. *in fin. l.* 23. §. 5. *ff. de rei vind.* §. 18. *Inſt. de leg.*

56 Antistius Labeo, Princeps est Proculianæ sectæ. Cujac. *hic legit* Javolen. *arg. l.* 23. *ff. eod.*

57 Tegularum. *Hal.* 58 Adde *l.* 16. *in fin. ff. de fundo dotali.* 59 Ea vindicari non potest, de ea tamen agitur ad exhibendum. *l.* 6. *ff. ad exhibend.* 60 ἡνωμένα. 61 Συνημμένα.

62 Maneat idem, non tamen. *Hal.* Cujac. *hic.* 63 §. 27. *in fin. Inſtit. de rer. diviſ. l.* 78. *ff. de ſolut.* 64 *l.* 4. *ff. de juris & facti ignorant. l.* 2. §. 15. *ff. pro emptore. l.* 4. *C. qui bon. cedere.*

65 Id est, non in ipsa venditione statim. Cujac. *hic.* Quo tempore sit interponenda auctoritas in negotio pupillari, vid. Cujac. 13 *obſ.* 13. 66 Veteri jure 12 tabularum rei mobilis usucapio, annus erat: cujus usucapionis vestigium hic extat, & in *l. cum ſponſus.* 12. §. *pen. ff. de Publiciana in rem actione.* 67 In usucapionibus continuum tempus. *Cujac.* apud 19 Ulpian. §. 8.

68 Hinc usucapio est adeptio dominii per continuationem possessionis. Ulp. *ibid.* adde *l.* 3 *ff. eod.*

69 In libertate morari, & liberum esse, differunt. 70 *l.* 34. *ff. de adquir. poſſeſſ.*

71 *V. l.* 47. *in fin. ff. eod.* 72 *V. l.* 1. §. 5. *ff. de adq. poſſeſſ.* 73 *l.* 1. §. 3. *ff. de adq. poſſeſſ.*

74 Colonus est in agro, inquilinus in ædificio. *l.* 27. *ff. de adq. poſſeſſ.* Appian. 2 *de bello civili.* 12. quilinos, τὰς ἐνοικιάσεις ἐν ἀστοῖς, δίκαις. sic etiam incola dicitur, in *l.* 1. *C. de falſa moneta.* & a Græcis ad *l.* 27. §. 11. *ff. ad l. Aquil.* Cujac. *hic.* 75 *l.* 27. *ff. de adq. poſſeſſ.*

§ 5. Vacuum tempus, quod ante [76] aditam hereditatem, vel post [77] aditam intercessit, ad usucapionem heredi procedit.

§. 6. Si defunctus emit, heres autem putat [78] eum ex donationis causa possedisse: usu cum capturum [79], Julianus ait.

Si res furtivam à domino emerit. De errore juris. 2. De parte incerta.

XXXII. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI fur rem furtivam a domino emerit [80], & pro tradita habuerit: desinet eam pro furtiva possidere, [&] incipiet [81] pro suo possidere. §. 1. Si quis id, quod possidet, non putat sibi per Leges licere usucapere: dicendum est, etiam si erret, non procedere tamen ejus usucapionem: vel quia [82] non bona fide videatur possidere, vel quia in jure erranti non procedat usucapio.

§. 2. Incertam [83] partem [84] possidere nemo potest. Ideo si plures sint in fundo, qui ignorent, quotam quisque partem possideat: neminem eorum mera subtilitate [85] possidere Labeo scribit.

De partu ancillæ furtivæ. 1. De causa possessionis sibi non mutanda. 2. De vi dejecto. 3. De cessione possessionis. 4. De pignore, commodato, depósito.

XXXIII. JULIANUS lib. XLIV Digestorum.

NOn solum bonæ fidei emptores, sed & omnes [86], qui possident ex ea causa, quam usucapio sequi solet, partum [87] ancillæ furtivæ usu suum [88] faciunt: idque ratione juris introductum arbitror. nam ex qua causa quis ancillam usucaperet, nisi Lex [89] XII Tabularum, vel Atinia [90] obstaret, ex ea causa necesse [91] est partum usucapi, si apud eum conceptus, & editus eo tempore fuerit, quo furtivam esse matrem ejus ignorabat. §. 1. Quod volgo respondetur [92], *ipsum* 93 *sibi causam possessionis mutare non posse*: totiens verum est, quotiens quis sciret, se bona fide non possidere, & *lucrifaciendi* causa incipere possidere. idque per hæc probari posse: Si quis emerit fundum sciens ab eo, cujus non erat 94, possidebit pro possessore: sed si eundem à domino emerit, incipiet pro emptore possidere: nec 95 videbitur sibi ipse causam possessionis mutasse. † Idemque juris erit, etiam si à non domino emerit, cum existimaret eum dominum esse. Idem hic, si à domino heres institutus fuerit, vel bonorum ejus possessionem acceperit, incipiet fundum pro herede possidere. † Hoc amplius si 95 justam causam habuerit existimandi, se heredem vel bonorum possessorem domino extitisse, fundum pro herede possidebit: nec 97 causam possessionis sibi mutare videbitur. † Cum hæc igitur recipiantur in ejus persona, qui possessionem habet: quanto magis in colono recipienda sunt, qui nec vivo 98, nec mortuo domino ullam possessionem habet. & certe si colonus mortuo domino emerit fundum ab eo, qui existimabat se heredem ejus, vel bonorum possessorem esse: incipiet pro emptore possidere. §. 2. Si dominus fundi homines armatos venientes existimaverit 99, atque ita profugerit, quamvis nemo eorum fundum ingressus fuerit: vi dejectus videtur [100]. sed nihilominus id prædium, etiam antequam in potestatem domini redeat, à bonæ fidei possessore usucapitur: quia Lex [1] Plautia & Julia ea demum vetuit longa possessione capi, quæ vi possessa fuissent: non etiam ex quibus vi quis dejectus fuisset. §. 3. Si mihi Titius, à quo fundum petere [2] volebam, possessione cesserit: usucapionis causam [3] justam habebo. Sed & is, à quo ex stipulatu fundum petere volebam, cedendo mihi possessione, si solvendi causa id fecerit: eo ipso efficiet, ut fundum longo tempore capiam 4. §. 4. Qui pignori [5] rem dat, usucapit, quamdiu res apud creditorem est: si creditor ejus possessionem alii tradiderit, interpellabitur usucapio. & quantum ad usucapionem attinet, similis est ei [6], qui quid deposuit vel commodavit: quos palam est desinere usucapere, si commodata vel deposita res, alii tradita fuerit ab eo, qui commodatum vel depositum accepit. † Plane si creditor nuda conventione hypothecam contraxerit, usucapere debitor perseverabit.

§. 5. Si rem tuam, cum bona fide possiderem, pignori tibi dem ignoranti tuam esse, desino usucapere: quia *non intelligitur quis suæ* 7 *rei pignus contrahere*. At si nuda conventione pignus contractum fuerit, nihilominus usucapiam: quia hoc quoque modo nullum pignus contractum videtur. §. 6. Si rem pignori datam creditoris servus subripuerit, cum eam creditor possideret: non interpellabitur usucapio debitoris: quia servus dominum suum possessione non subvertit [8]. † Sed & si debitoris servus subripuerit, quamvis creditor possidere desinat, tamen debitori usucapio durat: non secus, ac si eam creditor debitori tradidisset. nam quantum ad usucapiones attinet, servi [9] subtrahendo res, non faciunt deteriorem dominorum conditionem. † Facilius obtinebitur, si precario possidente debitore, servus ejus subripuerit: nam conductio idem [10] præstat, quod si apud creditorem res esset: possidet enim hoc casu creditor. † Sed [&] si utrumque intercesserit, & precarii rogatio & conductio: intelligitur [11] creditor possidere, & precarii [12] rogatio non in hoc interponitur, ut debitor possessionem habeat, sed ut ei tenere rem liceat.

De re peculiari à servo vendita.

XXXIV. ALFENUS VARUS lib. I Digestorum à Paulo epitomatorum.

SI servus insciente [13] domino rem peculiarem vendidisset, emptorem usucapere posse.

De homine, cujus ususfructus legatus est, surrepto.

XXXV. JULIANUS lib. III ad Urseium Ferocem.

SI homo cujus ususfructus legatus erat, ab herede nunquam possessus, subreptus fuisset: quæsitum est, quia heres [14] furti actionem non [15] haberet, an usucapi possit? Sabinus respondit, nullam ejus rei usucapionem esse, cujus [16] nomine furti agi possit: agere autem furti eum, qui frui deberet, posse [17]. Quod sic accipiendum est, ut fructuarius poterit uti frui: aliter enim homo in causa non perduceretur: sed si utenti jam & fruenti abductus homo fuerit, non solum ipse, sed etiam heres furti agere poterit.

De re à non domino alienata.

XXXVI. GAIUS lib. II Rerum Cottidianarum, sive aureorum.

POtest [18] pluribus modis accidere, ut quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquam suam [19] vendat forte aut donet: & ob id à bonæ fidei possessore res usucapi possit. Veluti si heres rem defuncto commodatam aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, alienaverit. §. 1. Item si quis aliqua existimatione deceptus, credideritad se hereditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hereditariam alienaverit: aut si [20] is, ad quem ususfructus ancillæ pertinet, partum [ejus] existimans suum esse, quia & fœtus pecudum ad fructuarium pertinet, alienaverit?

XXXVII. IDEM lib. II Institutionum.

FUrtum non committitur, furtum enim sine [21] affectu furandi non committitur [22]. §. 1. Fundi quoque alieni potest aliquis sine [23] vi nancisci possessionem: quæ vel ex negligentia domini vacet [24], vel quia dominus sine successore decesserit, vel longo tempore abfuerit.

XXXVIII. IDEM lib. II Rerum Cottidianarum sive aureorum.

QUam rem ipse quidem non potest usucapere; quia intelligit alienum se possidere, & ob id mala [25] fide possidet: sed si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit [26] is usucapere; quia neque vi possessum, neque furtivum possidet. abolita est enim quorundam veterum [27] sententia existimantium, etiam fundi locive furtum fieri.

De superficie.

XXXIX. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SI solum usucapi non potest, nec [28] superficies usucapietur.

De tempore vacuo.

XL. NERATIUS lib. V Regularum.

COEptam usucapionem a defuncto, posse & ante [29] aditam hereditatem impleri, constitutum est.

Si rem domino surreptam procurator ejus apprehenderit.

XLI. IDEM lib. VII Membranarum.

SI rem subreptam mihi procurator meus adprehendit: quamvis per [30] procuratorem possessionem apisci nos, jam fere conveniat; nihilo magis eam in potestatem meam redisse usuque capi posse existimandum est. quia contra statui captiosum [31] erit.

De prædio dotali. Si venditor domino successerit.

XLII. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

CUm [32] vir prædium dotale vendidit scienti vel ignoranti rem dotis esse: venditio non valet [33]. quam defuncta [34] postea [35] muliere in matrimonio, confirmari [36] convenit, si tota dos lucro mariti cessit. † Idem juris est, cum is, qui rem furtivam vendidit, postea domino heres extitit [37].

De bona vel mala fide.

XLIII. IDEM lib. XXII Quæstionum.

HEres ejus, qui bona fide [38] rem emit, usu non capiet sciens alienam, si modo ipsi possessio tradita sit: continuatione [39] vero non impedietur heredis scientia. §. 1. Patrem usu non capturum, quod filius emit, propter suam vel filii scientiam, certum est [40].

De justo errore. 1. De ratihabitione. 2. Quo tempore spectatur bona fides. 3. De tempore vacuo. 4. De errore. 5. De pignore, de usufructu. 6. De furore. 7. De filio vel servo captivi.

XLIV. IDEM lib. XXIII Quæstionum.

IUsto errore [41] ductus Titium filium meum & in mea potestate esse existimavi, cum adrogatio non jure intervenisset. eum ex re mea quærere mihi non existimo. non enim constitutum est in hoc, quod in homine libero, qui bona fide servit, placuit: ibi propter [42] assiduam & cottidianam comparationem servorum ita constitui, publice interfuit. nam frequenter ignorantia liberos emimus: non autem tam facilis [43], frequens, adoptio vel adrogatio filiorum est. §. 1. Constat, si rem alienam scienti mihi vendas, tradas autem eo tempore, quo [44] dominus ratum habet, traditionis tempus inspiciendum, remque meam fieri.

§. 2. Etsi possessionis, non contractus initium [45], quo ad usucapionem pertinet, inspici placet: nonnunquam tamen evenit, ut non initium præsentis possessionis, sed causam antiquiorem [46] traditionis, quæ bonam fidem habuit, inspiciamus. Veluti circa partum ejus mulieris, quam bona fide cœpit possidere: non enim ideo minus capietur ulu puer, quod alienam matrem, priusquam enireteur, esse cognovit. † Idem in servo postlimínio reverso dictum est. §. 3. Nondum [47] aditæ hereditatis tempus usucapioni datum est, sive servus hereditarius aliquid comparat, sive defunctus usucapere cœperat: sed hæc jure [48] singulari recepta sunt. §. 4. Filiusfamilias emptor alienæ rei, cum patremfamilias se factum ignoret, cœpit rem sibi traditam possidere: cui non capiat usu, cum bona fides initio possessionis adsit, quamvis eum se per errorem esse arbitretur, qui rem ex causa peculiari quæsitam [49] nec possidere possit? Idem dicendum erit, & si ex patris hereditate ad se perveniſſe rem emptam non [50] levi præsumptione credat. §. 5. Non mutat usucapio [51] superveniens pro emptore, vel pro herede, quo [52] minus pignoris persecutio salva sit. ut [53] enim ususfructus usucapi [54] non potest: ita persecutio pignoris, quæ nulla societate dominii [55] conjungitur [56], sed sola [57] conventione constituitur, usucapione rei non perimitur. §. 6. Eum, qui posteaquam usucapere cœpit, in furorem [58] incidit, utilitate sua-

---

[76] *l.* 44. §. 3 *ff.* [77] Ante eam tamen apprehensam. [78] *l.* 43. §. 4. *ff.* [79] *l.* 2. §. 2. *pro emptore.* [80] Pro emptore, *Accurs.* plus enim valet res, quam optio heredis. [81] *l.* 6. §. 2. *in fin.* *de precario.* [82] *l.* 84. *ff. de furt.* [83] Malæ fidei possessor, & errans in jure, non usucapit. *Gerb.* Bona fides est rei alienæ ignorantia. *hic.* & *l.* 21 *C. de furt.* [84] *l.* 109. *de verb. sign.* ea tantum requiruntur in longi temp. præscript. §. 1. *Inst. h. t.* non etiam in longissimi & immemorialis, *l.* 3. 8 § 1. *C. de præscript.* 30 *ann.* Mind. 4 *obs.* 6. n. 1 Gail. *lib.* 1 *obs.* 121. *n.* 15. Ans. [85] *l.* 3. §. 2. *l.* 26. *ff. de adquir. poss.* [86] Pars pro diviso certa est si demonstrari potest: pro indiviso, incerta. quantitas, si scitur quota sit, certa est. si nesciatur, incerta. [87] Ipso jure, mero jure. [88] Ne dicas malæ fidei, sed omnes, qui titulum habere possunt, ut habent bonæ fidei emptores. [89] Bonæ fidei possessor partum furtivæ ancillæ suum facit. *l.* 10. *in fin. ff. cod. l.* 11. §. 4. *ff. de Publiciana. l.* 48. §. 5. *ff. de furt. l.* 3. *C. de usucap. pro emptore.* vide Cujac. 15 *obs.* 20. [90] Id est, usucapiunt. [91] V. §. 2. *Inst. de usucap.* [92] *l.* 4. § 6. *ff. cod.* 17 Gell. 7. *d.* §. 2. His adde librum singularem Adriani Pulvari ad Legem Atinian. [93] Vide *Novell. Leon.* 29. adde *l.* 48. §. 5. *ff. de furtis.* [94] *l.* 3. §. 19. *ff. de adqu. poss. l.* 2. §. 1. *ff. pro herede. l.* 23. *in fin. C. de locato.* [95] Id est, quemcunque. An hoc locum habet etiam in Principe? habere putat Cujacius *consultatione* 17. [96] §. 1. *Inst. eod.* [97] Imo, videbitur. *l.* 2. *in fin. ff. pro emptore.* [98] §. 3. *vers. pro herede. Inst. de Interdict.* [99] *l.* 2. §. 1. *ff. pro herede.* [100] Colonus nec vivo nec mortuo domino ullam possessionem habet. [1] Extimuerit, Cujac. *hic.* & ad *l.* 9. *ff. quod metus causa.* extimuerit, inquam, quos videbat ad se venientes. *l.* 3. §. 6. *ff. de vi & vi.* [2] Atque ita non censetur dejectus, qui visis hominibus armatis fugit: censetur, qui audito eorum adventu fugit, *d. l.* 3. § 7. *ff. de vi & vi. l.* 9. *ff. quod metus causa.* & merito: magis enim oculi, quam aures, movent & perterrefaciunt. vide Senecam, 1 *epist.* 6. & 2 *Natural.* 12. *in fin.* [3] §. 2 *Inst. de usucap. Theoph. ibid.* Cic. *pro Milone.* & 8 *familiarium Epist.* [4] Id est, vindicare. [5] Ex cessione. [6] Pro soluto. [7] *l.* 16. *ff. eod.* [8] Debitor, per creditorem: depositor, per depositarium: commodator, per commodatarium (an idem in locatore, qui per conductorem, §. 6. *in fin. ff. eod.*) possidet & usucapit. Usucapio tamen interpellatur, si hujusmodi personæ alii rem, *ut hic.* & *l.* 3. §. 9. *ff. de adq. poss.* credideruntque & tradiderunt: non idem est, si obligaverunt, pignori dederunt, commodarunt, deposuerunt. *l.* 39. *in fin. ff. tit. prox. l ult. C. de adq. poss.* [9] *l.* 21. *in fin. ff. eod.* [10] Id est, intervertit. vide *l.* 15. *in fin. ff. de adqu. poss.* subvertere est fraudare. Plautus *Curculione:* vel qui ipsi versant, vel qui alii subvertendos præbent. [11] Vide *l.* 40. *ff. de adqu. possess.* [12] Vide omnino Tiraquellum de jure constituti possessorii, *parte* 3. *limitatione* 2. *l.* 1. *ff. de solut.* [13] *l.* 10. *ff. tit. prox.* [14] Id est, sciente: sic in *cap.* 5 Legis Mamiliæ. Qui termini hac lege statuti erunt, ne quem eorum ejicito, neve loco moveto, *insciens*, dolo malo. & sic articulus *in* erit παρέλκον. vide Cujac. *hic.* & 15 *obs.* 18. quo nomine à Roberto reprehenditur, 2 *recept.* 34. 33. & 1 *animad.* 18. vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de migrando.* Legis Mamiliæ restitutionem vide apud Lipsi. 1 *Electorum* 15. [15] *l.* 33. *ff. de adqu. rer.* [16] Imo haberet. *l.* 10. *C. de furtis.* Agitur hic de legatario seu herede particulari. [17] Imo is non semper potest. *l.* 77. *ff. l.* 53 §. 2. *ff. de furtis.* [18] §. 4. *Inst. eod.* [19] Idque sine dolo malo. §. 11. *Inst. eod.* [20] §. 5. *Inst. eod.* [21] V. *l.* 53. *in fin. ff. de furtis.* §. 18. *Inst. de oblig ex delict* §. 3. & 5 *Inst. hoc tit.* [22] Imo committitur. *l.* 77. *ff. de furt.* [23] §. 7. *Inst. eod.* [24] Præscriptio non currit contra civiliter possidentem. [25] Præsumitur malæ fidei quis esse, qui alienum sciens possidet, nisi edocuerit se titulum habere. [26] Clandestinum vitium personale est, non reale, neque rem ipsam afficit vitio reali, ut furtum afficit. Bartolus, Castrensis, Albericus *hic.* [27] Masurii & Sabini, §. 7. *vers. abolita. Inst. eod.* 11 Gell. 18. adde *l.* 14. §. 12 *ff. quod met.* Veterum appellatione his in libris intelliguntur Brutus, Manilius, Sabinus & Labeo. vide Cujac. *hic.* [28] Argumentum a solo ad superficiem. *l.* 26. *ff. eod.* [29] *l.* 31. §. 5. *ff. eod. l.* 6. *in fin. ff. tit. prox. l.* 30. *ff. ex quib. caus. major.* [30] *l.* 4. §. 7. *ff. eod.* [31] Captiosæ interpretationes in legibus, statutis, & consuetudinibus non admittendæ. [32] Dominium sine possessione duobus casibus adquiri, quidam ex hac lege colligunt. vid. Accurs. *l.* 16. *ff. de fundo dotali.* [33] Ob Legem Juliam. v. *l unic.* §. 15. *C. de rei uxor. act.* [34] *l.* 17 *ff. de pactis dotalibus.* [35] Cessante causa prohibitionis cessat prohibitio. [36] Confirmatur alienatio ex dominio superveniente. [37] *l.* 1. *C. creditorem evictum pign.* [38] Secus, si mala fide. *l.* 2. §. 19. *ff. pro emptore.* [39] *Al.* Continuatio. [40] Imo, distinguendum. *l.* 2. §. 11. *ff. pro emptore.* [41] Facti scilicet. adde *l.* 11. *C. de liberali causa.* adde *l.* 10. *C. de decurionibus.* [42] An quæ à falso Magistratu gesta sunt, rata esse debent? vide apud Hotom. 17 *Illustr.* [43] *Al.* Tam facilis & tam frequens. [44] Adde *l.* 16. §. 1. *ff. de pign.* [45] *l.* 4. §. 18 *ff. eod.* Initium possessionis spectamus. adde *l. un. C. de usuc. transform.* ut superveniens mala fides usucapienti non noceat. [46] Bona fides exigitur non tantum initio adeptæ, sed etiam recuperatæ possessionis. *l.* 40. *ff. de adq. rer. l. un. C. de usucap. transform.* [47] *l.* 31. §. 5. *ff. eod. l.* 1. §. 15. *ff. de adq. poss. l.* 2. §. 18. *ff. pro emptore.* [48] Jacente hereditate cœpta per defunctum usucapio processit jure singulari. [49] *l.* 49. §. 1. *ff. de adq. poss.* [50] V. *l.* 31. *in fin. ff. eod.* [51] Triennii scil. non decennii. *l. ult. C. de oblig. & act.* [52] *l.* 1. §. 2. *ff. de pignorib.* [53] Usucapta re pro emptore, vel pro herede, rem eam pignoris jure etiam persequi possumus. Cur ita? ususfructus neutra usucapione perimitur, igitur nec pignus: nam ut ususfructus à proprietate sejungitur, ita pignoris persecutio nulla societate dominio conjungitur. [54] *l.* 17. §. 2. *ff. de usufr. l.* 19. *ff. quib. modis usufr.* [55] Dominio. *Hal.* [56] *l.* 1. §. 2. *ff. de pignorib.* [57] Imo re pignus constituitur. §. *ult. Inst. quib. mod. re contrahitur oblig.* [58] *l.* 4. §. 3. *ff. eod.*

suadente relictum 59 est, ne languor animi 60 damnum etiam in bonis adferat, ex omni causa implere 61 usucapionem. §. 7. Si cum apud hostes dominus, aut pater agat, servus aut filius emat: an & tenere incipiat? Si quidem ex causa peculii possedit, usucapionem inchoari: nec impedimento domini captivitatem esse, cujus scientia non esset in civitate necessaria. si vero non ex causa peculii comparetur, usu non capi, nec 62 jure postliminii quæsitum intelligi: cum prius esset, ut quod usucaptum 63 diceretur, possessum foret. sin autem pater ibi decesserit: quia tempora captivitatis ex die, quo capitur, morti jungerentur, potest filium dici & possedisse sibi, & usucepisse intelligi.

59 Receptum, *Hal.* quod placet Cujacio. *alii* rescriptum, *alii* rescitum, id est, iterum, atque iterum sanctum.

60 Animi vitium est furor, non corporis.

61 Vide quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. de Publiciana.*

62 V. *l.* 19. *in fin. ff. ex quibus caus. major.*

63 *l.* 25. *ff. eod.*

64 V. *l.* 9. *ff. eod.* Goth. Videtur obstare *l.* 7. *ff. de diverf. & temp. præscript.* Sed conciliat Charond. 1 *verisimil.* c. 21. Anf.

65 V. Cæpolam, *cant.* 225. & 149.

66 Depofuerat, *Hal.* quod non placet Cujacio, *hic.*

67 Hoc verbum ab interprete aliquo additum notat Cujac. *hic.*

68 Ædificio alterius postea eodem loco extructo occupanti datam, &c. *Haloand.* quod probat Cujac. *hic.*

69 Imo prohibere potest, *l.* 7. *ff. de diverf.* solve: qui solitus est piscari in aliquo diverticulo, & desiit, prohibere non potest, *ut hic.* qui non desiit, potest. v. Zas. 2 *Antinom.* & Cujac. *hic.*

70 *l.* 9. *in fin. ff. de Publician.*

71 Hic, & in vulgata, & Haloandri editione incipit titul. PRO SOLUTO: quod Augustinus improbat, 3 *emendat.* ego vero non improbo: est enim *pro soluto* titulus, *ut hic.* v. ad hunc locum Cœpolam tractatu de usucapione, *pro soluto.* ubi notat hunc titulum aliis esse generaliorem: explicat quoque hujus tituli necessitatem. Item, An usucapio pro soluto locum habeat indistincte in contractibus nominatis, excepta stipulatione: & quæ requirantur, ut hic titulus competat. 72 *l.* 2. §. 11. *ff. pro emptore.* 73 *l.* 3. *ff. pro suo.* Goth. Differentiam usucapionis, cum res tradita est ex causa emptionis, vel ex alia causa, vid. Edmund. Merill. *lib. sing. differ. cap.* 17. Anf. 74 *l.* 2. *ff. tit. prox.* 75 Auctio. vid. Ulp. 22. §. 16. 76 *l.* 10. *ff. eod. l.* 2. *in fin. princ. ff. pro emptore.* 77 *Al.* tuum. 78 Vide *l.* 2. *ff. pro emptore.* 79 §. 2. *Inst. eod. l.* 2. *C. de usucap. pro donato.* 80 Imo ante. *l.* 5. *ff. tit. proxim.*

De locis juris gentium vel publicis. 1. De servo hereditario.

XLV. IDEM lib. X Responsorum.

PRæscriptio longæ possessionis ad obtinenda loca juris gentium 64 publica concedi non solet. quod ita procedit, si quis ædificio funditus diruto, quod 65 in litore posuerat 66, aut dereliquerat 67 ædificium 68, alterius postea eodem loco extructo occupantis datam exceptionem opponat: vel si quis, quod in fluminis publici deverticulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure prohibeat 69. §. 1. Post mortem domini servus hereditarius peculii nomine rem cœpit tenere: usucapionis primordium erit tempus hereditatis 70 aditæ. quemadmodum etenim usucapietur, quod ante defunctus non possederat?

64 Hoc autem Paulus probare videtur.

65 *l.* 6. *ff. de in diem.*

66 Ex his est Ulpianus. Solet Paulus, cum Ulpianum reprehendit, Ulpiani nomen supprimere. *l.* 49. *ff. de reb. cred.*

67 *l.* 2. *ff. de in diem. l.* 2. *ff. de lege commissoria.*

68 *l.* 3. *ff. de contrab. empt.*

69 *l.* 34. *ff. de adquir. poss.*

70 *l.* 30. *ff. de adquir. poss.*

71 Emere rem pupilli ex auctione tutor potest, *ut hic.* eadem ratione Comes patrimonii: sed & rerum privatarum, ut & Palatini, & patronus fisci ex auctione fiscali res emere possunt. *l. ult. C. de fide & jure hastæ fiscalis.* non aliter. *l. ult. C. de rescind. vend.*

72 Ignorans. Cujac. *hic.* adde *l.* 59. §. 3. *ff. de n. g.*

73 Ignorante me. *Hal.* adde *l.* 8. *ff. de usucap. l.* 2. *ff. pro suo.*

74 *l.* 43. *ff. de usucapionib.*

75 Ordo est inversus, ut hic plus sit in existimatione, quam in re. Cujac. *ibid.*

76 Imo plus non est. §. 2. *ff. eod.* §. 11. *Inst. de legatis. l.* 15. *ff. de adqu. possess.*

77 *l.* 31. *ff. de usucap.*

78 Error juris nulli prodest.

79 Vide Anton. Fabr. 1 *conject.* 18.

80 Secus si sciens. *l.* 13. §. 1. *ff. de hæredit. pet.*

De titulo opinato, quo tempore spectatur bona fides.

XLVIII. IDEM lib. II Manualium.

SI existimans debere tibi tradam, ita demum usucapio sequitur, si & 72 tu putes debitum esse. † Aliud si putem me ex 74 causa venditi teneri, & ideo tradam: hic enim nisi actio 75 præcedat, pro emptore usucapio locum non habet. † Diversitatis causa in illo est, quod in cæteris causis 76 solutionis tempus inspicitur: neque interest, cum stipulor, sciam alienum esse, necne: sufficit enim me putare meum 77 esse, cum solvis. in 78 emptione autem & contractus tempus inspicitur, & quod solvitur: nec potest pro emptore usucapere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in cæteris contractibus.

81 Imo non potest: nam pupilli res usucapi non potest. *l.* 48. *ff. de adq. rer. dom. l.* 10. *ff. quemad. servit.*

82 Imo valet emptio, sive rempus intermissi furoris spectes, sive ipsius furoris. valet enim tempore intermissi furoris. *l.* 2. *C. de contrab. empt.* Nemo autem ita supinus est, ut cum vere furioso contrahere velit.

83 Hæc verba, *nec Publiciana competit*, Cujacius expungit, *hic.* quo nomine à Roberto reprehenditur, 2 *recept. Arb.* 10. & 2 *animad.* 27. defenditur ab Ant. Mercatore, 2 *net.* 27. vide eundem Cujac. 16 *observat.* 29. *in fin.* vide Fabr. 2 *conject.* 18.

84 Imo competit. *l.* 7. §. 2. *ff. de Publiciana.* Competit stricto jure, non ex æquo. vel, competit adversus extraneum, si forte furiosus rem suam vendidit: non si suam, ac propriam.

85 Cur ita? vide *l.* 156 §. *plerumque. ff. de reg. jur.*

86 *l.* 44. §. 3. *ff. de usurpation.*

87 *Al.* Possessore.

De titulo opinato. De bona fide. 2. De conditione. De errore. 3. De lege commissoria. 4. De in diem addictione. 5. De pacto, ut si res displicuerit intra diem certum, inempta sit. 6. De traditione rei non empta pro re empta vel una cum re empta. 7. De deposito. 8. De tutore, 9. Vel procuratore emente. 10. De servo. 15. De pupillo vendente. De errore juris vel facti. 16. De furioso vendente. 17. De eo, qui usucapiebat, vendente. 18. De accessione possessionis. 20. De titu contestatione. De donatione.

II. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

PRo emptore possidet, qui revera emit. nec 3 sufficit, tantum in opinione esse eum, ut putet se pro emptore possidere: sed debet etiam subesse causa emptionis. Si tamen existimans me debere, tibi ignoranti tradam, usucapies. † Quare ergo, & si putem me vendidisse, & tradam, non capies usu? scilicet quia in cæteris contractibus 4 sufficit traditionis tempus. sic denique, si sciens stipuler rem alienam, usucapiam, si, cum traditur mihi existimem illius esse: at in 5 emptione & illud tempus inspicitur, quo contrahitur. igitur & bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus esse. §. 1. Separata 6 est causa possessionis & usucapionis 7: nam vere dicitur quis emisse, sed mala fide: quemadmodum qui sciens 8 alienam rem emit, pro emptore possidet, licet 9 usu non capiat. §. 2. Si sub conditione emptio facta sit, pendente 10 conditione emptor usu non capit. † Idemque est, & si putet conditionem extitisse, quæ nondum extitit. similis est enim ei, qui putat se emisse. † Contra si extitit, & ignoret: potest dici secundum Sabinum, qui *potius* 11 *substantiam intuetur, quam opinionem*, usucapere eum. † Est tamen nonnulla diversitas: quod ibi, cum rem putat alienam, quæ sit venditoris, affectionem emptoris habeat: at cum nondum putat conditionem extitisse, quasi nondum putat sibi emisse. quod apertius quæri potest, si cum defunctus emisset, heredi ejus tradatur, qui 12 nesciat defunctum emisse, sed ex alia causa sibi tradi: an usucapio cesset? §. 3. Sabinus, si fic empta sit, ut nisi pecunia intra diem certum soluta esset, inempta res fieret, non usucapturum, nisi persoluta pecunia: sed videamus, utrum 13 conditio sit hoc, an conventio? si conventio est, magis resolvetur, quam implebitur 14.

88 Ordo est inversus, ut hic plus sit in existimatione, quam in re. Cujac. *ibid.*

89 Imo plus non est. §. 2. *ff. eod.* §. 11. *Inst. de legatis. l.* 15. *ff. de adqu. possess.*

90 *l.* 31. *ff. de usucap.*

91 Utilitatis publicæ causa quædam specialiter permittuntur.

92 Utilitatis publicæ causa quædam specialiter permittuntur.

93 Imo valet emptio, sive rempus intermissi furoris spectes, sive ipsius furoris. valet enim tempore intermissi furoris. *l.* 2. *C. de contrab. empt.* Nemo autem ita supinus est, ut cum vere furioso contrahere velit.

94 Hæc verba, *nec Publiciana competit*, Cujacius expungit, *hic.* quo nomine à Roberto reprehenditur, 2 *recept. Arb.* 10. & 2 *animad.* 27. defenditur ab Ant. Mercatore, 2 *net.* 27. vide eundem Cujac. 16 *observat.* 29. *in fin.* vide Fabr. 2 *conject.* 18.

95 Imo competit. *l.* 7. §. 2. *ff. de Publiciana.* Competit stricto jure, non ex æquo. vel, competit adversus extraneum, si forte furiosus rem suam vendidit: non si suam, ac propriam.

96 Cur ita? vide *l.* 156 §. *plerumque. ff. de reg. jur.*

97 *l.* 44. §. 3. *ff. de usurpation.*

98 *Al.* Possessore.

De titulo opinato, quo tempore spectatur bona fides.

XLVIII. IDEM lib. II Manualium.

SI existimans debere tibi tradam, ita demum usucapio sequitur, si & 72 tu putes debitum esse. † Aliud si putem me ex 74 causa venditi teneri, & ideo tradam: hic enim nisi actio 75 præcedat, pro emptore usucapio locum non habet. † Diversitatis causa in illo est, quod in cæteris causis 76 solutionis tempus inspicitur: neque interest, cum stipulor, sciam alienum esse, necne: sufficit enim me putare meum 77 esse, cum solvis. in 78 emptione autem & contractus tempus inspicitur, & quod solvitur: nec potest pro emptore usucapere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in cæteris contractibus.

De re subrepta.

XLIX. LABEO lib. V Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI quid est subreptum 79, id usucapi non potest, antequam in domini potestatem pervenerit. Paulus: Imo forsitan, & contra. Nam si id, quod mihi pignori dederis, subripueris: erit ea res furtiva facta. sed simul 80, atque in meam potestatem venerit, usucapi poterit.

TIT. IV.

PRO EMPTORE 1.

De litis æstimatione.

1. GAIUS lib. VI ad Edictum provinciale.

POssessor, qui litis æstimationem obtulit, pro emptore incipit possidere 2.

1 VII C. XXVI. περὶ τῆς ὡς ἐξ ἀγοραστοῦ κυρίας (vel βουλήσεως) διοπτήσεως. 50 *Eclog.* 4.

2 Æstimatio emptionis species. *l.* 3. *ff. eod. l.* 46. *ff. de rei vind. l.* 1. *ff. de æstimatoria.*

De titulo opinato. De bona fide. 2. De conditione. De errore. 3. De lege commissoria. 4. De in diem addictione. 5. De pacto, ut si res displicuerit intra diem certum, inempta sit. 6. De traditione rei non empta pro re empta vel una cum re empta. 7. De deposito. 8. De tutore, 9. Vel procuratore emente. 10. De servo. 15. De pupillo vendente. De errore juris vel facti. 16. De furioso vendente. 17. De eo, qui usucapiebat, vendente. 18. De accessione possessionis. 20. De litis contestatione. De donatione.

II. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

PRo emptore possidet, qui revera emit. nec 3 sufficit, tantum in opinione esse eum, ut putet se pro emptore possidere: sed debet etiam subesse causa emptionis. Si tamen existimans me debere, tibi ignoranti tradam, usucapies. † Quare ergo, & si putem me vendidisse, & tradam, non capies usu? scilicet quia in cæteris contractibus 4 sufficit traditionis tempus. sic denique, si sciens stipuler rem alienam, usucapiam, si, cum traditur mihi existimem illius esse: at in 5 emptione & illud tempus inspicitur, quo contrahitur. igitur & bona fide emisse debet, & possessionem bona fide adeptus esse. §. 1. Separata 6 est causa possessionis & usucapionis 7: nam vere dicitur quis emisse, sed mala fide: quemadmodum qui sciens 8 alienam rem emit, pro emptore possidet, licet 9 usu non capiat. §. 2. Si sub conditione emptio facta sit, pendente 10 conditione emptor usu non capit. † Idemque est, & si putet conditionem extitisse, quæ nondum extitit. similis est enim ei, qui putat se emisse. † Contra si extitit, & ignoret: potest dici secundum Sabinum, qui *potius* 11 *substantiam intuetur, quam opinionem*, usucapere eum. † Est tamen nonnulla diversitas: quod ibi, cum rem putat alienam, quæ sit venditoris, affectionem emptoris habeat: at cum nondum putat conditionem extitisse, quasi nondum putat sibi emisse. quod apertius quæri potest, si cum defunctus emisset, heredi ejus tradatur, qui 12 nesciat defunctum emisse, sed ex alia causa sibi tradi: an usucapio cesset? §. 3. Sabinus, si fic empta sit, ut nisi pecunia intra diem certum soluta esset, inempta res fieret, non usucapturum, nisi persoluta pecunia: sed videamus, utrum 13 conditio sit hoc, an conventio? si conventio est, magis resolvetur, quam implebitur 14.

3 *l.* 1. *ff. pro donato. l.* 48. *ff. tit. prox.*

4 *l.* 48. *ff. titul. prox.*

5 V. *l.* 48. *in fin. ff. de usucap.*

6 Cur? potest quis possidere, non tamen usucapere: potest enim accidere, ut tu rem vere comparaveris, & tamen non usucapias, quod mala fide eam tu emeris.

7 Hæc bonam fidem exigit; illa non exigit. Non omnis, qui possidet, etiam usucapit: & è contra.

8 Separatorum diversa ratio. *l.* 29. *ff. de contr. empt.*

9 *l.* 4. *ff. de in diem. l.* 2. *C. de præscr. long.*

10 *l.* 8. *verf. quid si pend. conditione. ff. de pericul.* 11 Substantia potius, id est, veritas intuenda, quam opinio, ut §. 15. *ff. eod.* Imo, minus intuenda. *l.* 15. *ff. de adq. poss.* 12 *l.* 31. *circa fin. ff. de usurpat.* 13 *l.* 1. *ff. de lege commissoria.* Goth. Vide Leonin. *emend. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 8. Anf.

De litis æstimatione.

III. ULPIANUS [lib. LXXV ad Edictum].

LItis 43 æstimatio similis 44 est emptioni.

De emptore, qui sciebat partem esse alienam.

IV. JAVOLENUS [lib. II ex Plautio].

EMptor fundi partem ejus alienam 45 non esse ignoraverat 46: responsum est, nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum: quod ita verum esse existimo, si quæ pars aliena esset in eo fundo, emptor ignoraverat. Quod si certum locum esse sciret, reliquas partes longa possessione capi posse, non dubito. §. 1. Idem juris est, si is, qui totum fundum emebat, pro indiviso partem aliquam alienam esse scit: eam enim dumtaxat non capiet: cæterarum partium non impedietur longa possessione capio.

43 Ante. *l.* 5. *ff. tit. proxim.*

De pignore surrepto.

V. MODESTINUS [lib. X Pandectarum].

SI rem 47, quam tibi pignoravi 48, subripuero, eamque distraxero: de usucapione dubitatum 49 est: Et verius 50 est, utiliter 51 cedere tempora usucapionis.

De precario. 1. De emptore, qui sciebat quasdam ex rebus emptis esse alienas. 2. De tempore vacuo.

VI. POMPONIUS [lib. XXXII ad Sabinum].

QUi, cum pro herede vel pro emptore usucaperet, precario rogavit, usucapere non potest: quid porro inter eas res interest, cum utrubique desinat ex prima causa possidere, qui precario vult habere? §. 1. Si ex decem servis, quos emerim, aliquos 52 putem alienos, & qui sint, sciam: reliquos 53 usucapiam 54. quod si ignorem 55, qui sint alieni, neminem 56 usucapere possum.

§. 2. Post mortem ejus, qui hominem emerit, expleto tempore, quod defuisset ad usucapionem, quamvis eum hominem heres possidere non cœpisset, fiet tamen ejus: sed ita hoc, si 57 nemo [eum] possedisset.

44 Atqui id nemo facere potest. *l.* 33. §. 1. *ff. de usucap.* 45 De ratione litis æstimandæ vide Ciceronem, *oratione pro Cluentio.* 46 *l.* 1. *ff. eod. l.* 46. *ff. de rei vind. l.* 7. §. 1. *ff. de Publiciana. l.* 5. §. 1. *ff. commodati. l.* 21. §. 2. *ff. de evictionibus. l.* 1. *ff. de æstim. l.* 22. *ff. rer. amotar.* 45 Alienam esse non. *Cujac.* 46 *l.* 6. *ff. eod. l.* 46. *ff. de adquir. poss. l.* 15. *ff. commodat. non ignoraverat.* 47 Meam scil. 48 *l.* 4. §. 21. *ff. de usurpat.* 49 Ob distinctionem, de qua dixi *l. ult. ff. de usucap.* 50 Imo, aliud est. *l.* 6. *C. eod.* 51 Post restitutam possessionem creditori, *l. ult. ff. tit. prox.* vel ita adversus eum creditorem, cui res pignorata non fuit subrepta: adversus eum autem, cui fuit subrepta, non potest nisi spatio 40 ann. præscribi. 52 Puta sex. *l.* 4. *ff. eod. l.* 43. *ff. de adqu. poss.* 53 Pone quatuor. 54 Cur? bona fides aliquibus conceditur, & in aliis mala fides. 55 Omnino. 56 Cur? dubitatio & ignorantia in omnibus nocet, etiam in singulis. 57 *l.* 13 §. 4. *l.* 40. §. 2. *de adqu. vel amitt. poss.*

De

De parte fundo olim empto addicta. 2. De eo qui mandato servi emit, & ei manumissa tradidit. 3. De tutore. 4. De bona fide. 5. De prohibito deminuere. 6. De procuratore vendente. 7. De re furtiva. 8. De libero homine, bona fide serviente.

VII. JULIANUS [lib. XLIV Digestorum].

QUi fundum pro emptore possidebat, antequam diutinam possessionem impleret, decessit: servi, qui in possessionem relicti fuerant, discesserunt relinquendæ ejus gratia. Quæsitum est, an nihilominus [58] heredi tempus longæ possessionis procedere posset? Respondit, etiam discedentibus [59] servis hoc tempus heredi procedere. §. 1. Si fundum Cornelianum pro emptore longa possessione capiam, & partem ex vicini fundo ei adjiciam: utrum eam quoque partem reliquo tempore pro emptore capiam, an integro statuto tempore? Respondi, partes, quæ emptioni fundi adjiciuntur, propriam ac separatam conditionem habent: & ideo possessionem quoque earum separatim nanciscì oportere, & longam [60] possessionem earum integro statuto tempore impleri. §. 2. Servus meus Titio mandavit, ut fundum ei emeret: eique manumisso Titius possessionem tradidit. Quæsitum est, an longa possessione caperet? Respondit, si servus meus mandaverit Titio, ut fundum emeret, & manumisso ei Titius fundum tradiderit, cum putaret [&] peculium ei concessum esse, vel etiam cum ignoraret peculium concessum non esse: nihilominus [61] servum diutina possessione capere. quia aut scit servus peculium sibi concessum non esse, aut scire debet: & per hoc similis est ei, qui se creditorem esse simulat: quod si scierit Titius peculium manumisso concessum non esse, donare potius, quam indebitum fundum solvere intelligendus est. §. 3. Si tutor rem pupilli subripuerit, & vendiderit: usucapio non contingit [62], prius quam res in potestatem pupilli redeat. nam tutor in re pupilli tunc domini [63] loco habetur, cum tutelam administrat, non [64] cum pupillum spoliat [65]. §. 4. Qui bona fide alienum fundum emit, & possessionem ejus amisit [66], deinde eo tempore adprehendisset, quo scit rem alienam esse: non capiet longo tempore. quia initium secundæ possessionis vitio non carebit. Nec [67] similis est ei, qui emptionis quidem tempore putat fundum vendentis esse, sed, cum traditur, scit alienum esse. Cum enim semel amissa fuerit possessio, initium rursus recipiendæ possessionis spectari oportet [68]. Quare si eo tempore redhibeatur homo, quo emptor scit alienum esse, usucapio non contingit: quamvis, antequam venderet, in ea causa fuerit, ut usucaperet. † Idem juris est in eo, qui de fundo dejectus, possessionem per Interdictum recuperavit, sciens jam alienum esse. §. 5. Qui sciens emit ab eo, quem Prætor ut [69] suspectum [70] heredem deminuere vetuit, usu [71] non capiet. §. 6. Procurator tuus fundum, quem centum aureis vendere poterat, addixerit triginta aureis in hoc solum, ut te damno adficeret, ignorante emptore, dubitari non oportet, quin emptor longo tempore capiat. Nam & cum sciens quis alienum fundum vendidit ignoranti, non interpellatur longa possessio. † Quod si emptor cum procuratore collusit, & cum præmio corrupit, quo [72] vilius mercaretur: non intelligetur bonæ fidei emptor, nec longo tempore capiet. & si adversus petentem dominum uti cœperit exceptione *rei voluntate ejus venditæ*, replicationem doli utilem futuram esse. §. 7. Furtiva res non intelligitur rediisse [73] in domini potestatem, quamvis posset [eam]: si modo ignoraverit subreptam sibi esse. si igitur servum, qui tibi subreptus erat, ignoranti tibi tuum *esse* pignori dedero, & soluta pecunia, eum Titio vendidero: Titius usucapere non poterit. §. 8. *Liber* [74] *homo*, qui bona fide nobis servit, hisdem modis ex re nostra adquirit nobis, quibus per servum nostrum adquirere solemus: quare sicut traditione [75], ita usucapione rem nostram faciemus, interveniente libera persona: & si peculii nomine, quod nos sequi debet, emptio contracta fuerit, etiam ignorantes usucapiemus.

De venditore consumpturo pecuniam.

VIII. IDEM [lib. II ex Minicio].

SI quis cum sciret venditorem pecuniam statim consumpturum, servos ab eo emisset: plerique responderunt, eum nihilo minus bona fide emptorem esse. idque verius est: quomodo enim mala fide emisse videtur, qui à [76] domino emit? nisi forte & is, qui à luxurioso, & protinus [77] scorto [78] daturo pecuniam, servos emit, non usucapiet.

De partu ancillæ furtivæ.

IX. IDEM [lib. III ad Urseium Ferocem].

QUi ob [79] pactionem libertatis ancillam furtivam à servo accepit, potest [80] partum ejus, quasi emptor usucapere.

A. IDEM lib. II ad Minicium.

SErvus domino ancillam, quam subripuerat, pro capite suo dedit: ea concepit. Quæsitum est, an dominus eum partum usucapere possit? Respondit: Hic dominus quasi emptor partum usucapere potest: namque res ei abest pro hac muliere, & genere [81] quodammodo venditio inter servum & dominum contracta est.

De errore falsæ causæ.

XI. AFRICANUS lib. VII [82] Quæstionum.

QUod vulgo traditum est, *eum, qui existimat se quid emisse, nec* [83] *emerit, non posse pro emptore usucapere*: hactenus verum esse ait, si [84] nullam justam causam ejus erroris emptor habeat. nam si forte servus vel procurator, cui emendam rem mandasset, persuaserit ei se emisse, atque ita tradiderit: magis esse, ut usucapio sequatur.

XII. PAPINIANUS lib. X Responsorum.

MIsso [85] legatario in possessione, res pro emptore usucapiuntur, salva [86] prætorii pignoris causa.

De denunciatione.

XIII. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

ALienam aream bona fide emit [87], & ante impletam diutinam possessionem ædificare cœpit: ei denunciante [88] domino soli intra tempora diutinæ possessionis perseveravit. Quæro, utrum interpellata sit, an cœpta duraverit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non [89] esse interpellatum [90].

De re communi.

XIV. IDEM lib. XXV Digestorum.

INestatæ sororis herediras obvenit duobus fratribus, quorum alter absens erat, alter præsens: præsens etiam absentis causam agebat: ex qua hereditate suo & fratris sui nomine fundum in solidum vendidit Lucio Titio bona fide ementi. Quæritum est, cum scierit partem fundi absentis esse, an totum fundum longa possessione caperit? Respondit [91], si credidisset [92] mandatu tratris venisse, per longum tempus cepisse.

[58] Id est, nullo modo, ut *l. 12 §. ult. C. de decurion.* ut Sc. *pro nego*, pro *quominus*, *l. 1. C. qui dare tutores.* Cujacius; reprehensus à Roberto, 2 *recept.* 28.

[59] *l. 11 §. 14. ff. de adq. pr. lib.*

[60] *V. l. 2. §. 6. ff. eod.*

[61] Nihilo magis, *Ital.* Gilbert. Regius *nihilominus* significare ait, idem quod *nihilo magis*. 2 *Enantiophan.* 20. *recepit.* cujus ob id à Kobe to 2 *recept.* 28. ut, *nihilominus*, pro, *nullo modo*. Cujac. *hic.*

[62] Imo, contingit. *l. 14. in fin. ff. de adq. pos.*

[63] Vid. quæ notavi ad *l. 7. ff. de interrogand. jurand. l. 56. §. 4. ff. de furt.*

[64] Spoliandi & administrandi differentia.

[65] Qui alium spoliat, non administrat. vide *l. 3 C. de necessariis.*

[66] *l. 15. §. 2. ff. de usurpationibus.*

[67] Forte legendum *nec dissimilis. arg. l. 10. ff. de usurpat.*

[68] Excipe *l. 28. in fin. ff. de noxalib.*

[69] *l. 31. ff. de rebus auctor.*

[70] Suspectum heredem Prætor potest prohibere, ut ne quid hereditarium deminuat.

[71] Pro ibitus rem alienare, decreto judicis, id est, a judice, usucapere rem eam non potest.

[72] *l. 1. §. 3. ff. de except. rei venditæ.*

[73] *V. l. 13. §. 1. ff. de verb. sign.*

[74] *V. l. 23. ff. de adq. rer.*

[75] *V. l. 20. C. de pactis.*

[76] Qui à domino emit, non est in mala fide.

[77] Nihil autem interest inter dissipaturum & daturum scorto pecuniam. vid. Zas. 2 *Antin 7.*

[78] Et lic perdituro.

[79] *l. 10. ff. eod.*

[80] Imo, non potest. *l. 4. §. 16. ff. de usurpationib.*

[81] Vide quæ de hac formula notavi ad *l. 44. ff. de adquir. rer.*

[82] Vide Cujac. 7 *ad Afric. fol. 126.*

[83] Falsus titulus, pro emptore, falsa causa, vel error causæ non parit usucapionem: non sufficit denique ad usucapionem, nisi interveniat justissimus error.

[84] Non sufficit existimatio, nisi sit vera. Necessaria est (ut Græci interpretes loquuntur) τῆς οὔσης ὑποθέσεως. Cujac. *ibid.* adde *l. 5. ff. pro suo.* sed & necessaria est, aut potius justa credendi causa, si quis credat procuratori, servo, patri, auctori, denique cui successerit. *l. Celsus. 27. ff. de usucap.*

[85] *l. 2. ff. pro herede.* Usucapere vel præscribere quis non desinit, propter missionem in possessionem ex primo decreto: usucapio non impeditur, licet possessio non sit vacua.

[86] *l. 1. §. 2. ff. de pignor.*

[87] *Subaudi*, aliquis.

[88] Præscriptionem soli non interrumpit novi operis nunciatio. vide tamen *l. sicut. 3. l. cum notissimi. 7. C. de præscript. 30 annor. l. si fundum. 17. C. de rei vind. cap. ult. extra. de præscript. 2. possessor. de regulis in 6.*

[89] Imo, est interpellatum. *l. ultim. C. de negotiis.*

[90] Interpellatam. *Ital.*

[91] Ita justa causa. *l. 109 ff. de verborum sig. in fin.*

[92] Emptor non est malæ fidei possessor, qui scit rem esse alienam, si tamen credat, venditorem mandatum habere vendendi: proinde qui rem alienam sciens eam comparat ab eo, quem putat vendendi mandatum habere, rem ipsam pro emptore potest præscribere. Per contrarium qui emit ab aliquo tanquam negotiorum gestore, vel conjuncta persona, malæ fidei possessor fuerit, si venditorem mandatum vendendi non habere sciverit.

TIT. V.

PRO [1] HEREDE [2], VEL PRO POSSESSORE [3].

De bonis vivi.

1. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

PRo herede ex vivi [4] bonis nihil usucapi potest [5], etiamsi possessor mortui rem fuisse existimaverit.

De prætorio pignore. 1. De causa possessionis sibi non mutanda.

II. JULIANUS lib. XLIV Digestorum.

QUi legatorum servandorum causa in possessionem mittitur, non [6] interpellat possessionem ejus, qui pro herede usucapit: custodiæ enim causa rem tenet. quid ergo est? etiam impleta usucapione 7 jus [8] pignoris retinebit: ut non prius discedat, quam si solutum ei legatum fuerit, aut eo nomine satisdatum.

§. 1. Quod vulgo respondetur [9], *causam* [10] *possessionis neminem sibi mutare posse*, sic accipiendum est: ut possessio non solum civilis, sed etiam naturalis intelligatur. Et propterea responsum est, neque colonum [11], neque eum, apud quem res deposita [12], aut cui commodata [13] est, lucri faciendi causa pro herede usucapere posse. §. 2. Filium [14] quoque donatam rem [15] à patre, pro herede negavit usucapere Servius: scilicet qui existimabat [16], naturalem possessionem [17] penes eum fuisse vivo patre. Cui consequens, ut filius à patre heres institutus, res hereditarias à patre sibi donatas, pro parte coheredum usucapere non possit.

De re, quam putat esse heres hereditariam.

III. POMPONIUS lib. XXIII ad Quintum Mucium.

PLerique putaverunt, si heres sim, & putem rem aliquam ex hereditate esse, quæ non sit [18]: posse me usucapere.

De testamenti factione.

IV. PAULUS lib. V ad Leg. Juliam & Papiam.

COnstat eum, qui [19] testamenti factionem habet, pro herede usucapere posse.

[1] Vid. Theophilum, §. 3. *Inst. de interdictis.* pro herede usucapit verus heres, si rem aliquam putet esse ex hereditate, quæ non sit, vel si justam causam habuerit se existimandi heredem. *v. l. 3. ff.*

[2] VII C. XXIX. 50 *Eclog. 5.* vide *l. 11. ff. de heredit. petit. Theoph. §. 3. Inst. de interdictis.*

[3] Id est, pro bonorum possessore. *v. l. 1. ff. de heredit. petit.*

[4] *l. 3. C. eod. l. 1. 2. de hered. vend. §. ult. Inst. de hered. quæ. l. 19. ff. de adq. hered.*

[5] Atqui potest ex legato, *l. 5. ff. pro legato.* cur tam varie? forte quod legata vivo testatore præstari possunt, *l. 22. ff. de legat. 2. l. 6. ff. de annu. l. 11. C. de fideic.* hereditas non item. vid. Cujac. *hic.*

[6] Non interrumpit. *l. 12. ff. pro emptore.*

[7] Longi temporis. *l. ult. C. de obligationib.*

[8] *l. 1. §. 2. ff. de pignor.* [9] *l. 3. §. 19. ff. de adq. possess. l. 33. §. 1. de usucap.* [10] Causa possessionis, titulus. [11] *l. 31. §. 3. in fin. ff. de usurpat.* [12] *l. 17. §. 1. ff. depositi.* [13] *l. 8. 9. ff. commodati.* [14] *V. l. nihil. C. eod.* & Socin. *regul. 154.* [15] Adde Paul. 5 *sent. 11 §. 3.* beneficio dixi ad *l. 8. C. de fund.* [16] De fictionis [17] Adde & quodammodo dominum. *l. 11. ff. de liberis.* [18] Vel justam causam habuero existimandi me heredem esse. *l. 11. ff. de hered. petit. l. 33 §. 1. de usurpationibus.* [19] Vide *l. 7. ff. pro legato.*

TIT. VI.

PRO DONATO [1].

De errore falsæ causæ. 1. De patre & filio. 2. De viro & uxore.

1. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

PRo donato [2] usucapit, cui donationis causa res tradita est. nec [3] sufficit opinari: sed & donatum esse oportet. §. 1. Si pater [4] filio, quem in potestate habet, donet, deinde decedat, filius pro donato non capiet usu: quoniam nulla donatio fuit.

§. 2. Si inter [5] virum & uxorem donatio facta sit, cessat usucapio. † Item si vir uxori rem donaverit & divortium intercesserit, cessare usucapionem Cassius respondit: quoniam non possit causam possessionis sibi ipsa mutare. alias ait, post divortium ita usucapturam, si eam maritus concesserit, quasi nunc donasse intelligatur. Possidere [6] autem uxorem rem à viro donatam, Julianus putat.

De litis contestatione.

II. MARCELLUS lib. XXII Digestorum.

SI is, qui alienam rem donaverit, revocare constituerit donationem, etiam si judicium ediderit [7], remque cœperit vindicare, curret usucapio.

De viro & uxore.

III. POMPONIUS lib. XXIV ad Quintum Mucium.

SI vir uxori vel uxor viro donaverit, si aliena [8] res donata fuerit: verum est, quod Trebatius putabat, si pauperior is, qui donasset, non fieret, usucapionem possidenti procedere.

De patre & filia.

IV. IDEM lib. XXXII ad Sabinum.

SI pater filiæ donaverit, quæ in potestate ejus erat, & eam exheredaverit: si id heres ejus ratum [9] habeat, exinde ea usucapiet donationem, qua ex die ratam heres donationem habuerit.

De manumissione.

V. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

QUi pro donato cœperat usucapere manumittendo [9] nihil egit, quia [10] nec dominium nanctus fuerit: quæritur, si usucapere desierit? Respondi, eum, de quo quæritur, omisisse [11] videri possessionem, & ideo usucapionem interruptam.

De venditione facta donationis causa.

VI. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

DOnationis [12] causa facta venditione, non pro emptore, sed pro donato res tradita usucapitur.

TIT.

[1] VII C. XXVII. 50 *Eclog. 6.*

[2] Error falsæ causæ usucapionem non parit. *l. 27. ff. de usurp. l. 2. ff. pro empt. l. 6. ff. pro derelicto. l. 2. 3. ff. pro legat. l. 3. l. 4. C. pro herede. §. 11. Inst. de usurpat.*

[3] Paul. 5 *sent. 11. §. 3.*

[4] *V. l. 3. ff. eod.*

[5] Naturaliter, non civiliter. vide *l. 26. ff. de donat. inter virum & uxorem. l. 1. § 4. v. l. 16. ff. de adqu. possess.*

[6] Id est, licet fuerit contestatus. Cur ita? usucapio litis contestatione non interrumpitur. *l. 2. in fin. ff. pro emptore. l. 18. ff. de rei vindicat.*

[7] *l. 25. in fin. ff. de donat. inter vir.*

[8] *l. 4. §. 1. ff. pro suo.*

[9] *l. 4. C. de his, qui à non domino.*

[10] Ante completam usucapionem non est adquisitum dominium usucapienti.

[11] Non dominus manumittendo servum possessionem amittit: indeoque usucapio interrumpitur. [12] *l. 3. l. 8. 9. C. de contr. empt. l. 5. in fin. ff. pro socio. l. 36. l. 38. ff. de contr. empt.* nummo res vendita sit. *l. 46. ff. locati. l. 10. in fin. ff. de adqu. poss.* viliori pretio, *l. 17. ff. ad Velleian.* minoris, *l. 5. §. 5. ff. de don. inter vir. l. 8. §. 1. ff. ad Legem Juliam repet.* non est imaginaria, in qua verum pretium fuit, *l. 16. ff. de regul.* atque ita societas, emptio, locatio non est, quæ fit donationis causa. Non est quoque donatio, quæ fit vili pretio inter virum & uxorem. fiunt tamen interdum venditiones uno nummo, expediendarum rerum gratia. *l. 66. ff. de jure dot. §. 6. Inst. quib. modis jus patriæ potest. Inst. de test. ord. in princ.*

Tit. VII.

PRO DERELICTO [1].

De re à domino habita pro derelicto.

1. Ulpianus lib. xii ad Edictum.

SI res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit [2], & occupantis [statim] fit: quia his dem [3] modis res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur.

11. Paulus lib. liv ad Edictum.

PRo derelicto rem à [4] domino habitam si sciamus, possumus adquirere. §. 1. Sed Proculus, non desinere eam rem domini esse, nisi ab alio possessa fuerit: Julianus [5], desinere quidem omittentis esse, non fieri autem alterius, nisi possessa fuerit: & recte.

De parte.

111. Modestinus lib. vi Differentiarum.

AN pars pro derelicto haberi possit [6], quæri solet. † Et quidem si in re communi [7] socius partem suam reliquerit, ejus esse desinit: ut [8] hoc [9] sit in parte, quod in toto. Atquin totius [10] rei dominus efficere non potest, ut partem retineat, partem pro derelicto habeat.

De bona fide.

IV. Paulus [lib. xv ad Sabinum].

ID, quod pro derelicto habitum est, & haberi putamus [11], usucapere possumus, etiam si ignoramus, à quo derelictum sit.

De emptione. 1. De re à domino habita pro derelicto. De missilibus.

V. Pomponius [lib. xxxii ad Sabinum].

SI id, quod pro derelicto habitum [12] possidebas, ego sciens in ea causa esse, abs te emerim, me usucapturum constat: nec obstare, quod in bonis tuis non fuerit. Nam & si tibi rem ab uxore donatam sciens emero, quia quasi [13] volente & concedente domino id faceres, idem juris est. §. 1. Id, quod quis pro derelicto habuerit, continuo meum [14] fit. sicuti cum quis æs [15] sparserit, aut aves amiserit [16]: quamvis incertæ personæ voluerit eas esse, tamen ejus fierent, cui casus tulerit [17]: eaque cum quis pro derelicto habeat, simul intelligitur voluisse alicujus fieri.

Si quis falso existimaverit, rem pro derelicto habitam esse.

VI. Julianus lib. iii ad Urseium Ferocem.

NEmo potest pro derelicto usucapere, qui [18] falso existimaverit rem pro derelicto habitam esse.

De jactu mercium.

VII. Idem [lib. ii ex Minicio].

SI quis merces ex nave [19] jactatas invenisset, num ideo usucapere non possit, quia non viderentur derelictæ, quæritur? Sed verius est, eum pro derelicto usucapere non posse.

De alimentis ancillæ negatis.

VIII. Paulus [lib. xviii Responsorum].

SEmpronius Thetidi [20] status quæstionem facere tentabat, *quasi de serva sua nata sit*: qui jam testato conventus à Procula nutrice [22] Thetidis in solvendis alimentis, respondit, non se habere, unde alimenta ejusdem exsolvat, sed debere eam [25] patri suo restituere Lucio Titio: idque ea illa in testationem redegisset, ut postea nullam quæstionem pateretur ab eodem Sempronio: Lucius Titius Seiæ Proculæ solutis alimentis, puellam vindicta manumisit. Quæro, an possit rescindi libertas Thetidis [24]? Paulus respondit, quoniam dominus ancillæ, ex qua Thetis nata est, Thetidem pro derelicto habuisse videtur [25], potuisse eam à Lucio Titio ad libertatem perduci.

De ingresso in possessionem non traditam.

VIII. Papinianus [lib. xxiii Quæstionum].

SI non traditam possessionem ingrediatur sine [16] vitio legatarius, legatæ rei usucapio competit.

De legato relicto, vel non jure relicto, vel adempto.

IX. Hermogenianus [lib. v Juris Epitomarum].

PRo legato usucapit, cui recte [17] legatum relictum est: sed & si *non jure* legatum relinquatur, vel legatum ademptum est, pro legato usucapi post [18] magnas varietates obtinuit.

Tit. IX.

PRO DOTE [1].

De tempore. 1. De rebus singulis vel universis in dotem datis. 2. De nuptiis.

1. Ulpianus [lib. xxxi ad Sabinum].

TItulus [2] est usucapionis, & quidem justissimus [3], qui appellatur pro dote: ut qui [4] in dotem rem [5] accipiat [6], usucapere possit spatio solemni, quo solent, qui pro emptore usucapiunt. §. 1. Et nihil refert, singulæ res, an pariter universæ [7] [in] dotem darentur. §. 2. Et primum de tempore videamus, quando pro dote quis usucapere possit: utrum post tempora nuptiarum? an vero & ante nuptias? † Est quæstio [8] vulgata, an sponsus possit (hoc est, qui nondum maritus est) rem pro dote usucapere? Et Julianus inquit, Si sponsa sponso ea mente tradiderit res, *ut non ante ejus fieri vellet, quam nuptiæ secutæ sint*, usus quoque capio cessabit. si tamen non [9] evidenter id actum fuerit, credendum esse id agi Julianus ait, ut statim [10] res ejus fiant: & si alienæ [11] sint, usucapi possint. quæ sententia mihi probabilis videtur. Ante nuptias autem non pro dote usucapit, sed pro suo.

§. 3. Constante autem matrimonio, pro dote usucapio inter eos locum habet, inter quos est matrimonium. Cæterum si cesset matrimonium, Cassius ait cessare [12] usucapionem: quia [ei] dos nulla [13] sit. §. 4. Idem scribit, & si putavit [14] maritus esse sibi matrimonium, cum non esset, usucapere eum non posse, quia nulla dos sit: quæ sententia habet rationem.

11. Paulus lib. liv ad Edictum.

SI æstimata [15] res ante nuptias tradita sit, nec pro emptore, nec pro suo ante nuptias usucapietur.

De re communi.

111. Scævola lib. xxv Digestorum.

DUæ filiæ intestato patri heredes exstiterunt, & mancipia communia singulæ in dotem dederant, & post aliquot [16] annos [a] morte patris familiæ ercisciundæ judicium inter eas dictatum est. Quæsitum est, cum mariti bona fide mancipia in dotem accepta ut dotalia, multis [17] annis possederunt: an usucepisse videantur [18], si qui accipiebant, dantis credidillent esse? Respondit, nihil proponi, cur non usucepissent.

Tit. X.

PRO SUO [1].

De causis possidendi, ex quibus dominium acquiritur.

1. Ulpianus lib. xv ad Edictum.

PRo [2] suo possessio talis est, cum dominium nobis adquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua adquiritur, & præterea pro suo: utputa [3] ex causa emptionis, & pro emptore & pro suo possideo: item donata, vel legata, vel pro [4] donato, vel [pro] legato, etiam pro suo possideo. §. 1. Sed si res mihi ex causa justa, puta emptionis, tradita sit, & usucapiam: incipio quidem & ante usucapionem pro meo possidere. † Sed an desinam ex causa emptionis post usucapionem, dubitatur? & Mauricianus dicitur existimasse non desinere.

De occupatione, de alluvione, de partu & fructibus.

11. Paulus lib. liv ad Edictum.

ESt species possessionis, quæ vocatur pro suo: hoc enim modo possidemus omnia, quæ mari, terra, cœlo capimus, aut quæ alluvione fluminum nostra fiunt. † Item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata [5] possidemus, veluti partum hereditariæ, aut emptæ ancillæ, pro nostro possidemus. Similiter fructus rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hereditate inventa est.

De falsa causa.

111. Pomponius [lib. xxii ad Sabinum].

HOminem, quem ex stipulatione te mihi debere falso [6] existimabas, tradidisti mihi. si [7] scissem mihi nihil debere, usu eum non capiam: quia si nescio, verius est, ut usucapiam: quia ipsa traditio ex causa, quam veram esse existimo, sufficit ad efficiendum, ut id, quod mihi traditum est, pro meo possideam. & ita Neratius scripsit: idque verum puto.

De partu ancillæ furtivæ. De clandestina possessione. 1. Si pater cum filiis bona partitus sit. 2. De falsa causa.

IV. Idem [lib. xxxii ad Sabinum].

SI ancillam furtivam [8] emisti fide bona, [& quod] ex ea natum & apud te conceptum est, ita possedisti, ut intra constituturn usucapioni [9] tempus cognoscseres [10] matrem ejus furtivam esse: Trebatius [11] omni modo [12], quod ita possessum esset, usucaptum esse. Ego sic puto [13] distinguendum, ut, si nescieris intra statutum tempus, cujus id mancipium esset; aut si scieris, neque potueris certiorem dominum facere; aut si potueris quoque, & feceris certiorem: usucaperes. sin vero, cum scires, & posses, non feceris certiorem, contra esse: tum enim clam possedisse videberis. neque [14] idem & pro suo, & clam possidere potest.

§. 1. Si pater cum filiis bona, quæ habebat, partitus sit, & ex ea causa post mortem patris ea teneant, quod inter eos convenerat, ut ea divisio [15] rata [16] esset: usucapio his procedat pro suo in his [17] rebus, quæ alienæ in bonis patris inveniuntur.

§. 2. Quod legatum non sit, ab herede tamen perperam [18] traditum sit, placet, à legatario usucapi, quia pro suo possidet.

---

1 Derelictum, ἐγκαταλειφθὲν. 50 *Eclog.* 7. Pro derelicto rem suam habere licet. vide quæ scripsi ad *l.* 7. §. 1. *ff. de damno.*

2 *L. ff. eod. l.* 38. §. 1. *ff. de noxalib. l. ult. ff. de evictionib. l.* 36. *ff. de stipulat. servor. l.* 43. §. 5. *ff. de furtis.* §. 47. *Inst. de rerum divis.*

3 Causæ corrumpentes unius (ut vulgo loquuntur), causæ sunt constituentes alterius. Corruptio unius, alterius generatio est: & è contra. sic, interitus obligationis, liberationis causa est. sic, modus tollendæ patriæ potestatis, causa est *διαζευκτικὴ* constituendæ, tutelæ & curæ.

4 Pro derelicto res habita a vero domino, statim desinit esse ipsius, etiam antequam per alium occupetur, & efficitur occupantis, si sciit eam pro derelicto habitam: si autem non erat ejus, sed aliena, tunc qui occupat, non statim adquirit ipsius rei dominium, sed usucapiendi conditionem. Idem est in eo, qui ab eo causam habet.

5 Et Sabiniani, quorum obtinuit sententia. *l.* 43. §. 5. *ff. de furtis.*

6 Solo animo.

7 Commune est proprie, quod indivisum: impropric, quod jam divisum.

8 Partis ad partem eadem est ratio, quæ totius ad totum est. *l.* 76. *ff. de rei vind.*

9 *l.* 51. *in fin. ff. de administ. tut. l.* 82. *in fin. ff. de adq. her.*

10 Qui ex asse dominus est, partem pro derelicto habere non potest.

11 Alioquin mala fide nanciscemur. *l.* 6. *ff. eod.*

12 Ab alio scil.

13 Paria sunt, alienare, & alienanti consentire. vide Damhouderium, tractatu pariun, in verbis *consentire.* 14 *V. l.* 9. §. 7. *ff. de adqu. rer. domin.* §. 46. *Inst. de rer. divis. l.* 8. *ff. de contr. empt.*

15 §. 46. *Inst. de rer. divis. l.* 8. *ff. de contr. empt. Novell.* 105. *c.* 2. §. 1. 16 Emiserit.

17 *Al.* qui eas sustulerit. 18 *l.* 4. *ff. eod. l.* 1. *ff. de donat.* 19 *l.* 8. *ff. de l. Rhodia.* 20 Pro derelicto postea habitæ. 21 Ancilla mea est, quæ ex ancilla mea nata est. 22 Nutricia actione peti possunt. *l.* 1. §. 14. *ff. de extr. cognit.* 23 Thetidem. 24 Non potest rescindi ante manumissionem, non erat libera. secus est in infante exposito: hoc enim ipso quod expositus est, fit liber. *l.* 1. 2. *C. de infantibus exposs.* 25 Pro derelicto servum habere videtur, qui alimenta ei denegat, & alii tradi mandat.

1 44 *Eclog.* 25. vide *tract. Capolæ pro legato.*

2 Et usucapere. 3 Vere scilicet. 4 A domino scilicet. 5 *l.* 27. *ff. de usucap.* 6 *l.* 1. *ff. pro donato.*

7 *l.* 2. *l.* 11. *ff. pro empt.*

8 Aliena res legata alicui, potest per legatarium usucapi.

9 Erroris vel fidei.

10 *l.* 16. *ff. ut legat. nomine.*

11 Aliud in titulo pro herede. *l.* 1. *ff. pro herede.*

12 Non usucapitur tamen hereditas viventis. vide *l.* 1. *ff. pro herede.*

13 Id est, titulo legati.

14 *l.* 9. *ff. eod. l.* 4. *ff. pro herede.*

15 Pro legato.

1 VII C. xxviii. περὶ τῆς ἀπὸ νομίου, διὰ χρόνου νομὴ ἀκτήτου. 50 *Eclog.* 8. adde *l.* 13. §. 10. *ff. de hered. petit.*

2 Titulus usucapionis, causa usucapionis. *Theophil.* §. 3. *Inst. de interdictis.* pariens usucapionem.

3 *l.* 3. *ff. de Publiciana.*

4 Maritus.

5 Inæstimatam scil. alias, si æstimatam accipit, usucapiet pro emptore. *l.* 10. §. 4. *in fin. l.* 16. *ff. de jure dotium.*

6 Contracto matrimonio. *v.* §. 2. §. 3. *ff. eod.*

7 Possunt autem universæ in dotem dari. *l.* 72. *ff. de jure dot. l.* 4. *C. de jure dot.*

8 Vide Cæpol. in *l. unic. C. pro dote.*

9 *l.* 8. *ff. de jure dos.*

10 Imo non statim, cum eventus conditionis sit exspectandus. vide Cæpolam, *ibid.*

11 *l. un. C. cod. & d. l.* 8.

12 Imo, non cessare videtur. *l.* 6. *ff. de jure dot.*

13 §. 12. §. *ult. Inst. de nupt.*

14 Errans in jure. Cæpola, *ibi loco.*

15 Tres: tot enim sufficiunt, ut mancipia in dotem data usucapiantur. 16 Ad usucapiendum tamen sufficientibus. 17 Rem communem non possum pro parte socii usucapere, aut longo tempore capere, quia omni titulo careo, *l.* 22. *C. famil. ercisc. l.* 3 *C. in quib. caus. cessat longi.* adde *l.* 14. *ff. familiæ.* nisi vendita sit: tunc enim emptio & usucapio fit. *l* 1. *C. de comm. rer. alien.*

1 Περὶ τῆς ἐκ τῶν ὡς ἴδιον (vel ἴδιων) νομιζομένων διὰ χρόνιας νομῆς ἀκτησίας. 50 *Eclog.* 9.

2 Pro suo possidet, qui possidet ex causis, ex quibus jure gentium dominium adquiritur: est enim hic titulus generalis, ut qui cum quolibet alio speciali concurrat.

3 Ex pluribus causis possidere possumus. *l.* 3. §. 4. §. 21. *ff. de adqu. poss.*

4 Id est, non pro suo, sed pro herede, donato.

5 *V. l.* 4. §. 5. *ff. de usurpat.*

6 *l.* 4. *in fin. ff. eod.*

7 *l.* 48. *ff. de usurpat. & l.* 7. §. 2. *ff. pro emptore.*

8 Adde *l.* 11. §. 3. *ff. de Publician. in rem act.*

9 Usucapionis. *Hal. Harmenop.* 3.

10 *l.* 4. §. 18. *ff. de usurpat.*

11 Neratius.

12 Sine distinctione. Pomponius autem censebat adhibendam distinctionem. *l.* 24. *ff. de usurp.*

13 Distinguens bene ac commode docet: distinctio namque rem evidentiorem facit.

14 Contraria duo non possunt esse in eodem subjecto. 15 Id est, partitio. Divisionem enim hic pro partitione accipit. 16 *l.* 4. *ff. pro don.* 17 Vide *l.* 3. *ff. pro hered.* 18 *l.* 3. *ff. eod.*

Ratio

Ratio hujus tituli. 1. *De errore falsæ causæ.*

v. Neratius [lib. v. Membranarum].

VSucapio rerum etiam ex aliis causis 19 concessa, interim propter ea, quæ nostra existimantes possideremus, constituta est, ut 20 aliquis litium finis esset 21. §. 1. Sed 22 id, quod quis cum suum esse existimaret, possederit, usucapiet, etiamsi falsa fuerit ejus existimatio: quod tamen ita interpretandum est, ut probabilis error possidentis usucapioni non obstet, veluti si ob id aliquid possideam, quod servum meum, aut ejus, cujus in locum hereditario jure successi, emisse id falso existimem, *quia in alienis* 23 *facti ignorantia tolerabilis* 24 *error est.*

19 Id est, non tantum pro empore, hereditate possessore, donato, derelicto, legato, dote, & suo sed ex aliis quamplurimis, puta, pro cesso, *l.* 33. §. 3. *ff. de usurpationibus.* soluto, *l.* 48. *ff. de usucapionibus.* noxæ dedito, *l.* 3. § 21. *ff. de acquir. possess.* judicato, adjudicato, *l.* 3. *ff. de Publiciana. l.* 17. *ff. de usurpationib.* traducto, *l.* 29. *ff. de mancip. l.* 8. *C. de usucap. pro empore.* fideicommisso, *l.* 13. §. 10. *ff. de acquirend. poss.* vide Cujac. *hic.* 20 Usucapiones introductæ, ut aliquis litium esset finis. vide *l.* 1. *ff. de usucap.* vide Ciceron. 2 *Officiorum*, *ubi de Arato Sicyonio.* Plutarch. *in Arato.* 21 *l.* 2. *ff. de aqua, & aquæ pluv. arc.* bono publico. *l.* 1. *ff. de usurpat.* At inquies, iniquum esse res nostras sine facto nostro ad alium transferri, *l.* 57. *ff. de obligat. l.* 11. *ff. de reg. jur.* tempus non constituere obligationem, nec tollere, *l.* 44. § 1. *ff. de obligat.* naturæquum esse, neminem cum alterius injuria fieri locupletiorem. *l.* 6. §. 3. *ff. de negotiis. l.* 14. *l.* 86. *ff. de condict. indeb. l.* 17 §. 4. *in fin. ff. de usufr. l.* 25. *ff. rerum amot.* Respondeo: quanto tempore res suas non persequitur, videtur eas alienare: nec in usucapione præterea nudum tempus intercedit, sed causa insuper legitima cum tempore, puta negligentia domini, publicum bonum, litium fuga. ad hæc, Ei, qui usucepit pro suo, videtur injuria inferri: de quo vide Oldendorpium 4 *de usucapionib.* 22 *l.* 11. *ff. pro empore.* 23 Alieni facti tolerabilis est error: in facto vero proprio non excusatur, *l.* 7. *ff. ad Vellejanum.* error neque præsumitur. *l. si heres.* 68. *in fin. ff. ad Trebellian. l. quisquis.* 15. *C. de rescindenda vend. l. qui sc.* 96. *ff. de adquir. hered.* vide tamen Socinum *regul.* 175. In alieno vero ignorantia præsumitur, & excusat. vide tamen Socinum *regul.* 176. *l.* 9. *ff. de juris & facti ignorantia.* 24 Vide *l.* 2. *l.* 3. *ff. de juris & facti ignorantia.*

LIBER QUADRAGESIMUSSECUNDUS.

Titulus I.

DE RE[1] JUDICATA[2], ET DE EFFECTU[3] SENTENTIARUM[4], ET DE INTERLOCUTIONIBUS[5].

Definitio rei judicatæ.

1. Modestinus [lib. VIII Pandectarum].

REs[6] *judicata*[7] dicitur[8], quæ[9] finem[10] controversiarum pronunciatione[11] judicis[12] accipit[13]: quod vel[14] condemnatione vel absolutione contingit.

De tempore sententiæ exequendæ.

II. Ulpianus lib. VI ad Edictum.

QUi pro[15] Tribunali cognoscit[16], non semper tempus judicati[17] servat, sed nonnunquam arctat, nonnunquam prorogat[18], pro causæ qualitate[19], & quantitate, vel personarum obsequio[20], vel[21] contumacia: sed perraro intra statutum[22] tempus sententiæ exequentur: veluti si alimenta constituantur, vel minori vigintiquinque annis subvenitur.

De potestate condemnandi & absolvendi.

III. Paulus lib. XVII ad Edictum.

QUi damnare[23] potest, is[24] absolvendi quoque[25] potestatem habet[26].

De domino, & procuratore. 1. *De tutore, vel curatore.* 2. *De municipalibus, & eorum actore.* 3. *De solutione, & satisfactione.* 5. *De condemnato, ut intra certos dies solvat.* 6. *Condemnatus quomodo accipitur.* 7. *Solvisse quomodo accipitur.* 8. *De judicio noxali.*

IV. Ulpianus lib. LVIII ad Edictum.

SI[27] se non obtulit procurator, judicati actio in eum denegabitur, & in dominum dabitur: si se obtulit, in ipsum dabitur. † *Obtulisse* autem *se liti* videtur non is, qui in rem suam procurator datus sit[28]: nam hic alia ratione recusare judicati actionem non potest, quia [hic] non in alienam, sed in suam rem procurator factus est. §. 1. Tutor quoque vel curator in ea conditione sunt, ut non[29] videantur[30] videri se liti obtulisse: idcircoque debet denegari in eos judicati actio. §. 2. Actor[31] municipum potest rem judicatam recusare: in municipes[32] enim judicati actio dabitur. §. 3. Ait Prætor, *condemnatus ut pecuniam solvat:* * à judicato ergo hoc exigitur, ut pecuniam solvat. * Quid[33] ergo, si solvere quidem paratus non sit: satisfacere[34] autem paratus sit, quid dicimus? Et ait Labeo, debuisse hoc quoque adjici, *Neque eo nomine satisfaciat:* fieri enim posse, ut idoneum expromissorem[35] habeat. sed ratio[36] pecuniæ exigendæ hæc fuit, quod noluerit Prætor obligationes ex obligationibus fieri[37]: idcirco ait, *ut pecunia solvatur.* Ex magna[38] tamen & idonea causa accedendum erit ad Labeonis sententiam. §. 4. Si ex conventione litigantium cautum sit post rem judicatam ei, cui quis condemnatus est: eveniet, ut hic[39] & retendatur, si modo novatio[40] intercessit[41]. cæterum si non novandi causa id factum est, manebit ordo executionis. † Sed[42], & si pignora accepta sint, vel fidejussores in rem judicatam: consequens erit dicere, non cessare executionem[43]: quippe cum accesserit[44] aliquid rei judicatæ, non sit à re judicata recessum. † Idem observandum est in eo, cujus procurator condemnatus est. §. 5. Si quis condemnatus sit, *ut intra certos dies solvat*, unde ei tempus judicati actionis computamus? utrum ex quo sententia prolata est, an vero, [ex eo] ex quo dies statutus præteriit? Sed si quidem minorem[45] diem statuerit judex tempore legitimo, repleatur ex Lege, quod sententiæ judicis deest. Sin autem ampliorem[46] numerum dierum sua definitione judex amplexus est, computabitur reo & legitimum tempus, & quod supra [id] judex præstitit[47].

§. 6. *Condemnatum*[48] accipere debemus eum, qui ritè[49] condemnatus est, ut sententia valeat[50]: cæterum si aliqua ratione sententia nullius[51] momenti sit, dicendum est, condemnationis verbum non tenere[52]. §. 7. Solvisse accipere debemus, non[53] tantum eum, qui solvit, verum omnem omnino[54], qui ea obligatione liberatus est, quæ ex causa judicati descendit.

§. 8. Celsus scribit, si noxali condemnatus eum servum, in quo usufructus alienus[55] est, noxæ dedisti, posse tecum adhuc agi judicati: sed si usufructus interierit, liberari ait.

De notione, & jurisdictione. 1. *De quantitate non expressa in condemnatione.*

V. Ulpianus lib. LIX ad Edictum.

AIt Prætor, *Cujus*[56] *de ea re jurisdictio est:* melius[57] scripsisset, *Cujus de ea re notio est:* etenim *notionis*[58] nomen etiam ad eos pertineret, qui jurisdictionem non habent, sed habent de quavis alia causa notionem[59]. §. 1. Si judex aliquem sic condemnet, *ut quod habet ex testamento vel codicillis Mævii, restituaret Titio:* sic accipiendum est, quasi[60] quantitatem[61] nominavit, quæ testamento vel codicillis[62] relicta est. Sed & si fideicommissum sine scriptura[63] pronunciatum [est], idem erit probandum.

De milite. 1. *De judicio noxali.* 2. *De eo, qui judicati bona auctoritate sua distraxit.* 3. *De tempore judicati actionis. Quid persequatur. De heredibus.*

VI. Idem lib. LXVI ad Edictum.

MIles, qui[64] sub armata militia[65] stipendia meruit, condemnatus[66], eatenus, qua[67] facere potest, cogitur solvere[68].

§. 1. *Decem, aut noxæ dedere* condemnatus[69], judicati in decem tenetur[70]: facultatem enim noxæ dedendæ ex Lege accipit. At is, qui stipulatus est *decem, aut noxæ dedere*, non potest decem petere, quia in stipulatione singula per se veniunt, eaque singula separatim stipulari possumus[71]. at judicium solius noxæ deditionis nullum[72] est, sed pecuniariam condemnationem sequitur, & ideo judicati[73] decem agitur. his enim solis condemnatur: noxæ deditio in solutione est, quæ è Lege tribuitur.

§. 2. Qui[74] judicati[75] bona auctoritate sua[76] distraxit: furti actione & vi bonorum raptorum [ei] tenetur[77]. §. 3. Judicati actio perpetua[78] est[79], & rei persecutionem continet. Item heredi, & in heredem competit.

De tempore, quod datur judicatis.

VII. Gaius [lib. ad Edictum Prætoris urbani, titulo de re judicata].

INtra dies constitutos[80], quamvis judicati[81] agi non possit, multis[82] tamen modis judicatum liberari[83] posse[84], hodie non dubitatur: quia constitutorum dierum spatium pro judicato, non contra judicatum per Legem constitutum est.

De

1 De sententia, & re judicata, 2 *extra.* 27. 2 *In sexto.* 14. 2 *Clement.* 9.

2 VII C. LII. 4 *C. Theod.* 14. περὶ δικαστικῶν, 5 περὶ κεκριμένων πραγμάτων. 9 *Ecclesiast.* 3. de sententia & re judicata, 2 *extra.* 27. adde 1 *Harm.* 4.

3 Et finibus litium. Paul. 5 *sent.* 5. hinc illi tituli: sententiam rescindi non posse 50. de fructibus, & litium expensis 51. (adde 4 *C. Theodos.* 6.) usuris rei judicatæ 54. (adde 4 *C. Theodos.* 57.) si à non competente judicatum esse dicatur 48, si ex falsis instrumentis, vel testimoniis judicatum sit 58, inter alios acta vel judicata aliis non nocere 60, de pœna judicis, qui male judicavit 49, quibus res judicata non nocet 56, comminationes, epistolas, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei judicatæ non habere 57, si plures una sententia condemnati sunt 55, quomodo, & quando judex sententiam proferre debeat, præsentibus partibus, vel una parte absente 43, de sententia, quæ sine certa quantitate profertur 46, de sententiis ex breviculo recitandis vii C. xlix. (vel ut est in Codice Theodosiano, ex periculo 4 *tit.* 15.) de executione rei judicatæ vii C. liii. 4 Omnium, præsertim Prætoris. vii C. xlii. de sententiis, quæ pro eo, quod interest. vii C. xlvii. 5 Judicium. vii C. xlv. Porro interlocutio est sententia de articulo causæ quodam, non de summa rei. vide *l.* 14. *ff. eod.* 6 Id est, causa. 7 Res judicata, à sententia distat: Sententia per modum agentis vel instrumenti: Res judicata, per modum patientis se habet. Materia rei judicatæ lis ipsa. 8 Hæc definitio effectu (ibi, finem), materia (ibi, controversiarum), instrumentali & formali (ibi, pronunciatione, & ibi, condemnatione, absolutione), & efficiente (ibi, judicis causa constat). 9 *Forte legendum*, cum finem controversia pronunciatione judicis accipit. 10 In hoc differt sententia a jussu, vel interlocutione, de qua Lex 14. *ff. eod. l.* 13. §. 6. *ff. de his, qui notantur.* & opinione. *l.* 6. §. 1. *ff. de interdict. & releg.*

11 Pronunciatio judicis quid est? definitiva sententia. *l.* 14. *ff. eod.* 12 Res judicatæ, inquit Paul. 5 *sent.* 5. §. 1. videntur ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur: itemque a magistratibus municipalibus usque ad summam, qua jus dicere possunt: itemque ab iis, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso judex sumptus rem judicatam non facit: sed si pœna inter eos promissa sit, pœna in judicium deducitur, & ex stipulatu peti potest. hæc ille: quibus adde *l.* 1. *C. de receptis. l.* 2. *ff. de arbitr.* Judex ergo hic fuerit ordinarius, delegatus, arbiter. 13 Id est, res judicata dicitur, cum causa per judicem terminata est. 14 Sententia nulla est, quæ neque absolutionem neque condemnationem continet. 15 *l.* 1. §. 8. *ff. ad Turpillianum.* 16 Non delegatus, quia inferior non potest se jurisdictioni superioris immiscere, sed ordinarius. Is enim potest omnem dilationem legis ex justa causa mutare, non tollere. vide Zas. *hic. num.* 3. 4. 5. 17 Quod olim erat duorum mensium, hodie quatuor, *l.* 3. *C. de usuris rei judicat.* de quo vide Forneriun 2 *selectar.* 15.

18 Hinc exceptio temporis angusti, ad quam refer *l.* 1. *ff. si quis cautionibus. l.* 1. *ff. de edendo.* & trium denunciationum æquitas. *l.* 53. §. 1. *ff. eodem.* 19 *l.* 72. *in fin. ff. de judiciis. l.* 13. *in fin. l.* 14. *ff. de damno. l.* 4. §. *pen. ff. de incendio.* 20 Obedientia. 21 Ut sunt litigatores contumaces. 22 Legibus, vel constitutionibus. 23 Qui condemnare. *vulg.* 24 *l.* 7. *ff. de confessis. l.* 37. *ff. de regulis juris.* 25 Cur? an quod plus sit damnare, quam absolvere? an quod absolvendi causa favorabilior sit? *l.* 47. *ff. de obligat.* 26 Et è contra, qui potest absolvere, potest condemnare: ex adverso, qui unum eorum non potest, alterum non potest. 27 Contra procuratorem, aut quemcunque legatorum administratorem, non debet executio fieri, nisi liti se obtulerit, vel in rem suam constitutus sit. adde *l.* 25. *l.* 55. *l.* 61. *ff. de procuratorib.* vel nisi sponte sua post mandatum susceptum satisfidet, nisi delinquat, nisi evictionis nomine caveat. *l.* 67. *ff. de procuratorib.* An ob negligentiam teneatur ad expensas litis procurator? vide Zas. *hic. n.* 19.

28 Sed is, qui sine mandato pro reo comparuit, & litigat: qui mandatum, quod non habet, se habere nihilominus affirmat. 29 In tutorem non fit executio, sed in ejus pupillum, *l.* 2. *ff. de administr. tutor. l.* 7. *ff. quando ex facto tutor.* nisi forte per calumniam egit. vide *l.* 6. *C. de administrat. tutor.* 30 *Al.* debeant. 31 Cur? necessitate eo fungitur munere, & officio, quod non debet ei damnosum esse. *l.* 26. *C. de administr. tut.* 32 Contra municipes condemnatos fit executio, non contra syndicum. 33 Ratio dubitandi sumitur ex *l.* 52. *ff. de solutionib.*

34 Id est, satisfidare, vel alio modo, quam solutione satisfacere. 35 Id est, fidejussorem proprie: alias expromissor is est, qui pro non obligato fidejubet. *l.* 7. §. 8. *ff. de dolo. l.* 13. *ff. ad Vellejan.* 36 Hinc colligo, verba Prætoris præcise intelligenda. 37 Eo enim concesso nullus erit litium finis. 38 Satisfactio judicati nomine, solutione deficiente, magna ex causa admittenda est. adde *l.* 21. *ff. de reb. creditis.* 39 Ut hic etiam recedatur. *Hal. Vel* accedatur. supple ad Labeonis sententiam. 40 *l.* 2. *C. de execut. rei judic. l.* 13. §. 1. *ff. de institoria act.*

41 Novationis enim ea natura est, ut primam obligationem perimat, & novam constituat, *l.* 1. *ff. de novationibus.* atque ita privilegium novatæ obligationis non transit in obligationem novatam. 42 Sensus est, ob novationem cessat executio sententiæ: ob fidejussionem, & pignora data, non cessat.

43 Etiam personalem. Utcunque creditor habeat pignora, potest personali actione uti in debitorem. *l.* 6. *ff. de pignorat. actio.*

44 Id est, cum capiuntur pignora, & fidejussores, ut in tuto sit res judicata, executionem rei judicatæ id impedire non debet.

45 *Novell. Basil. cap.* 7. *tit.* 17. ex *lib.* 9. *tit.* 3. *c.* 2. Si judex minus tempus statuit contra condemnatum, Lex supplet justum tempus: Nec obstat *lex* 2. *ff. eod.* quod ea raro locum habeat.

46 Cum judex plus temporis, quam Lex, statuit, prorogatio valet.

47 Latior est potestas judicis in prorogando tempore judicati, quam in arctando. Hoc casu, Lex supplet dilationem: illo, sententia valet, sed potest appellari.

48 *Synops. Basil.* 9. §. 2.

49 Servato juris ordine. adde *l.* 7. *C. ne de statu defunctor. l.* 1. *in fin. ff. ad Tertull.* Non servatur juris ordo, si pars non est citata, si judex est incompetens. De causis nullitatis, vide Oldendorp. *in tract. de rejudicata. cap.* 1. & *sequent.*

50 Nullitatis exceptio executionem impedit. contra nulliter condemnatum non est recepta executio.

51 Sententia, quæ nulla est, non meretur executionem: fallit, si nullitas in continenti probari potest: si sententia revocari non potest: si judex aliter incompetens est: si nullitas fundetur in falsis probationibus hausis adversus justa ex causa absentem: si sententia lata sit adversus contumacem etiam factum: si sententia nulla sit, quod in ea forma legis vel statuti sit omissa, vel quod procurator mandatum non habuerit, vel ex instrumentis nullius momenti lata, vel nullitatis notoriæ est, vel processus nullus fuit, vel judex incompetens extitit, vel omissa citatio, vel litis contestatio. vide Socinum *regul.* 122. Ferrariensem *de execut. sentent.* 26. 52 Nisi victor tres conformes sententias habeat, appellatione non suspensas. *Bart.* Zas. ex Clement. 1 *de re judic.* Quemadmodum autem condemnatus impediet ipsam executionem? si in continenti se causam nullitatis adprobaturum obtulerit. facit *l.* 1. *C. de execut. rei judic.* 53 Hinc ratio dubitandi sumitur ex *l.* 49. *ff. de solutionib.*

54 Solvisse dicitur condemnatus quocunque genere se liberet, dummodo se plene perfecteque liberet. 55 *l.* 9. §. 4. *ff. de dolo. l.* 69. *ff. de solution.* 56 Paul 5 *sentent.* 5. §. 1.

57 *Notionis* verbo continetur jurisdictio, & de quavis alia causa notio. 58 *l.* 99. *ff. de verborum significat.* 59 *Al.* cognitionem. 60 Paria sunt, certum exprimi in sententia, vel sè referre ad acta certum continentia: verbis exprimere, vel exprimere per relationem. §. 32. *Inst. de actionibus.* vide *l.* 59. *ff. eod.* adde *l* 6. *ff. de rebus credit.* 61 Certum. Imo juratur. *l.* 75. §. 6. *ff. de verborum obligat.* 62 Facit *l.* 77. *ff. de hereditate instituendis.* vide *l.* 59. §. 1. *ff. eod. l.* 1. *l.* 2. *C. de sententiis, quæ sine certa quantitate.* 63 *l.* 22. *C. de fideicommiss.* puta nutu. *l.* 21. *ff. de legat.* 3. 64 *l.* 18. *ff. eod.* 65 Igitur hoc privilegium ad alios non extenditur. Cur? qualitas adjecta coërcet ac restringit dispositionem. 66 In solidum. 67 Adde *l.* 173. *ff. de regulis juris.* 68 Hæc igitur executio peremptoria erit, & post judicium opponi poterit. Quid, si renunciaverit huic beneficio? nihilominus juvabitur: datum est enim id personis militum, non individuo, puta Titio. vide Zas. *hic. num.* 4. 69 Ex Lege Aquilia. 70 Id est, non obligatur ex causa judicati nisi in decem: quia noxæ dedendi facultatem habet ex legibus.

71 Adde, quia electio est debitoris. *l.* 10. *in fin. ff. de jure dotium.* 72 Exceptio *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. quæ sententia sine appellat.* vide Zas. 2 *responsor.* 22. 73 Sensus est: Hoc casu decem principaliter sunt in causa judicati, & ea tantum petam, licet Lex tibi permittat servum noxæ dedere. adde *l.* 20. §. 5. *ff. de hered. pet. l.* 1. *ff. de noxalibus.* 74 Creditor scilicet.

75 Id est, condemnati debitoris. 76 Id est, propria: & ita ex justa sententia quasi injustam facit. An judice permittente, victori id licet? permitti videtur, *l.* 11. *in fin. C. de act. pign. l.* 9. *C. soluto matrimonio.* quamquam putet Zasius etiam sine judice id fieri posse, si periculum sit in mora, & res aliquoin peritura sit, *hic. num.* 4. nisi denique id victori à judicato sit permissum. *l.* 11. *C. de action. pign.* Porro sententia absolutoria secum trahit executionem. *l.* 1. §. 2. *ff. ut in possess. legat.* 77 Quatenus? quadrupli, *l.* 1. *ff. vi bonorum raptor.* amitti quoque creditum ex Edicto D. Marci, *l.* 13. *ff. quod met. causa. l. penult. ff. de vi privat.* incurrit etiam in pœnam *l.* 7. *C. unde vi.* 78 Imo, non est perpetua. vide Paul. 5 *sentent.* 5. §. 7. est enim Prætoria: nam ab Edicto Prætoris proficiscitur, idcoque est annalis. 79 Cur? oritur ex quasi contracta, quia judicio perficitur. *l.* 3. §. 11. *ff. de pecul.* 80 Puta quatuor mensium. *l.* 2. *l.* 3. *C. de usur. rei judicat.* 81 Judicati autem agitur jure actionis, vel officio judicis: hoc casu libellus non est necessarius. 82 Id est, iis omnibus, quibus tolli potest obligatio.

83 *l.* 137. §. 2. *ff. de verborum obligation.* 84 Cur? omnis dilatio debiti regulariter concedit causa debitoris.

De interitu rei ex stipulatu petitæ.

VIII. PAULUS [lib. V ad Plautium].

SI homo ex stipulatu petitus, post [85] litem contestatam decesserit [86], absolutionem non [87] faciendam & fructuum [88] rationem [89] habendam placet.

De furioso.

IX. POMPONIUS [lib. V ex Plautio].

FUrioso [90] sententia à judice, vel ab arbitro dici non potest [91].

De eo, qui se patremfamilias finxit.

X. MARCELLUS [lib. II Digestorum].

QUi cum se pro patrefamilias fingeret [92], mutuam pecuniam accepit, & exheres à patre, vel emancipatus sit, quamvis [93] facere non possit, debet condemnari [94].

De æstimatione.

XI. CELSUS [lib. V Digestorum].

SI *Kalendis fieri aliquid* stipulatus sum [95], nempe [96] quandocunque post Kalendas accepto judicio, tanti [tamen] æstimanda lis est, quanti [97] interfuit mea, Kalendis id fieri: ex eo [98] enim tempore quicquid æstimatur, quod noviſſime solvi poterit.

De depositio & commodato.

XII. MARCELLUS [lib. IV Digestorum].

IN depositi vel commodati judicio, quamquam [99] dolo adversarii res [100] absit, condemnato succurri solet, ut ei actionibus [1] suis dominus cedat [2].

De obligationibus faciendi.

XIII. CELSUS [lib. VI Digestorum].

SI quis ab alio decem, ab alio satisdari [3] stipulatus est: æstimandum erit, quantum stipulatoris interfit satisdari. idque aut tantundem [4] erit, aut minus, aut interdum etiam nihil [5]: neque enim [6] vani [7] timoris ulla [8] æstimatio est [9]. verum sorte soluta [10], nullum jam pretium æstimationis est: aut quantum ex sorte fuerit solutum, tantundem ex æstimatione decedet.

§. 1. Si [11] quis promiserit *prohibere* [12] *se, ut aliquod damnum stipulator patiatur*, & [13] faciat; neque ex ea re damnum stipulator [patietur &] faciat: [ita habeatur] facit [14], quod promisit: si minus; quia [15] non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur, sicut evenit [16] in omnibus faciendi obligationibus.

De mutatione sententiæ.

XIV. IDEM [lib. XXV Digestorum].

QUod jussit [17] vetuitve [18] Prætor [19], contrario [20] imperio tollere [21] & [22] repetere [23] licet [24]: de [25] sententiis [26] contra [27].

Quis sententiam exequatur. 2. De pignoribus capiendis & distrahendis, 3. Vel victori addicendis. 4. Si rerum, quæ pignori jure captæ sunt, controversia fiat. 5. Si res sit pignorata, quæ pignore capta est. 6. Si controversia emptori moveatur. 7. Si emptor pretium non solvat. 8. De nominibus. 11. De pecunia, quæ penes argentarium, vel alium est. 12. De pecunia deposita, vel reposita.

XV. ULPIANUS [lib. III de Officio Consulis].

A Divo Pio rescriptum est, Magistratus [28] populi Romani, ut *judicum* [29] *a se* [30] *datorum vel arbitrorum* sententiam exequantur hi, *qui eos dederunt* [31]. §. 1. Sententiam *Romæ dictam*, etiam in *Provinciis* [32] posse Præsides, si hoc jussi [33] fuerint, ad finem persequi [34], Imperator noster cum patre rescripsit. §. 2. In venditione itaque pignorum captorum facienda, primo [35] quidem res mobiles [36] animales pignori capi jubent, mox distrahi: quarum pretium si suffecerit, bene est: si non suffecerit, etiam soli pignora capi jubent & distrahi. quod si nulla moventia sint, à pignoribus soli initium faciunt. Sic denique interloqui solent, *si moventia non sint, ut soli quoque capiantur*: nam à pignoribus soli initium faciendum non [37] est. quod, si nec, quæ soli sunt, sufficiant, vel nulla sint soli pignora, tunc pervenietur etiam ad jura [38]: exsequuntur itaque rem judicatam Præsides isto modo. §. 3. Si pignora, quæ capta sunt, emptorem non inveniant: rescriptum est ab Imperatore nostro, & Divo patre ejus, ut addicantur [39] ipsi, cui quis condemnatus est. Addicantur autem utique ea [40] quantitate, quæ debetur. nam si creditor maluerit pignora in creditum possidere, iisque esse contentus, rescriptum est, non [41] posse eum, quod amplius sibi debetur, petere; quia velut pacto transegisse [42] de credito videtur [43], qui contentus fuit pignora possidere: nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere, & superfluum petere. §. 4. Si rerum, quæ pignoris jure captæ sunt, controversia fiat [44], constitutum est ab Imperatore nostro, ipsos, qui rem judicatam exsequuntur [45], cognoscere debere de proprietate [46]: & si cognoverint ejus fuisse, qui condemnatus est, rem judicatam exsequentur. Sed sciendum [47] est, summatim [48] eos cognoscere debere. nec sententiam eorum posse debitori præjudicare, si forte hi [49] dimittendam eam rem putaverint, quasi ejus sit, qui controversiam movit [50], non ejus, cujus nomine [51] capta est. nec eum, cui restituta est [52], statim habere per sententiam debere: si forte jure ordinario cœperit ab eo res peti [53]. sic evenit, ut omnibus integris tantum capioni [54] res judicata proficiat [55]. Sed illud debet dici, ubi controversia est de pignore [56], id dimitti debere, & capi aliud, si quod est sine controversia [57].

§. 5. Quod si res sit pignerata, quæ pignori capta est, videndum est, an sic distrahi possit, ut dimisso creditore, superfluum in causam judicati convertatur? & quamquam non [58] cogatur creditor rem, quam pignori accepit, distrahere, tamen in judicati exsecutionem servatur, ut si emptorem invenerit res, quæ capta est, qui dimisso priore creditore superfluum solvere sit paratus, admittenda sit hujus quoque rei distractio: nec videtur deterior conditio creditoris fieri suum consecuturi, nec prius jus pignoris dimissuri, quam si ei fuerit satisdatum [59]. §. 6. Si post addictum pignus aliqua controversia emptori moveatur, an sit cognitio [60] ejusdem judicis, qui sententiam exsecutus fuerit, videndum est: & cum semel emptio perfecta [61] sit, ejusque, qui comparavit, periculum [62] vertatur, non puto locum esse cognitioni: certe, posteaquam inductus est emptor in possessionem, nonne cessabunt partes eorum judicum [63]? † Idemque [64] & si ipsi, cui quis judicatus est, res fuerit addicta. §. 7. Sed si emptor, cui pignora sunt addicta, exsequente [65] judice [66], pretium non solvat: utrum adversus emptorem porrigere [67] manus [68] debeant iidem judices, qui sententiam exsequuntur, videndum est? Et non puto eos ultra procedere. Cæterum longe res abibit [69]: quid enim dicemus? condemnabunt emptorem, & sic exsequentur adversus eum sententiam? an statim pro judicato habebunt? & quid, si neget [70] se emisse, aut exsolvisse contendat? Melius igitur erit, si non se interponant [71]: maxime cum nec habeat actionem adversus eum is, cui judicatum fieri desideratur, nec injuria afficietur. Oportet enim res captas pignori, & distractas, præsenti [72] pecunia distrahi, non sic, ut post tempus pecunia solvatur. † Certe si se interponant, hactenus debebunt intervenire, ut ipsam rem addictam capiant, & distrahant, quasi non vinculo pignoris liberatam. §. 8. Sic quoque judices exsequentur [73] judicatum, ut nomina [74] jure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit: posse enim nomen jure pignoris capi, Imperator noster [75] rescripsit. §. 9. Sed utrum confessum nomen tantum capi possit, an etiam si neget quis se debere, videamus. Et magis est, ut id [76] duntaxat capiatur, quod confitetur: cæterum si negetur, æquissimum erit, discedi à nomine [77]. nisi forte quis exemplum secutus corporalium pignorum, jura processerit, dixeritque ipsos debere judices de nomine cognoscere, ut cognoscunt de proprietate: sed contra rescriptum est. §. 10. Item quid dicemus? utrum ipsi judices convenient nomen, exigentque id quod debetur, & in causam judicati convertent: an vero vendent nomen, ut pignora corporalia solent? Et necesse est, ut quod eis facilius [78] videatur ad rem exsequendam, hoc faciant. §. 11. Sed & si pecunia penes argentarios sit, æque capi [79] solet. † Hoc amplius & si penes alium quem, destinata tamen ei, qui condemnatus est: solet pignoris jure capi, & converti in causam judicati.

§. 12. Præ-

---

85 *l.* 68. §. *de rei vind. l.* 7. *C. de execut. rei judic.*

86 Sententia licet ferri non potest de homine mortuo, vel in mortuum, durat tamen actio, & fructuum præteritorum ratio habetur.

87 V. quæ scripsi ad *l.* 1. §. *de rei vindicat.*

88 Specie perempta post litis contestationem, adhuc durat instantia propter fructus.

89 Ad quod usque tempus? mortis.

90 Id est, ei, & in eum.

91 Posse ex eo videbatur, quod furiosus comparatur minori, *l.* 7. §. 11. §. *quibus ex causis in possess.* valet autem sententia pro minore lata absente curatore, *l.* 14. *C. de procurat.* quod ætas non obsit minori in rebus utiliter gestis: quod minor contrahere possit utiliter: quod furiosus adquirat ex contractu, vel quasi, *l.* 12. §. *de rebus creditis.* Ratio decidendi? furiosus caret sensu: ideoque citari non potest, obligarive ex consensu, vel contrahere.

92 *l.* 4. §. 1. *l.* 6. §. *quod cum eo, qui in aliena.*

93 Filiusfamilias mendacii nomine etiam ex mutuo & voto convenitur: aliis ex contractibus convenitur in solidum.

94 Cur ita? quia mentitus est. adde *l.* 23. *in fin.* §. *eod. l.* 4. §. 11. §. *de dolo mali. l.* 68. *in fin.* §. *ad Sc. Falcid. l.* 10. §. 1. §. *de fidejussor. l.* 1. *C. ad SC. Macedon. l.* 3. §. *de Senat. Macedon.*

95 Neque fiat.

96 Id est, & evenerit post Kalendas litem contestatam esse. 97 *l.* 72. §. 1. §. *de verb. obligat.*

98 Id est, ex Kalendis ipsis. 99 Ratio dubitandi sumpta ex admodum contraria *l.* 69. §. *de rei vindicat.* 100 Deposita, vel commodata. 1 Condemnato, licet dolo malo rem interverterit, actiones sunt edendæ. 2 Imo cedere non debet, *d. l.* 69. negligentis solutionibus, quas interpretes afferunt, refero *d. l.* 69. ad jus strictum: hanc legem ad æquitatem. moveor verbo *succurrendi*, quo Jurisconsultus hic utitur, prætermisso in *d. l.* 69. Æquitas hæc rationem habet, ut scil. qui deposuit, teneatur ei cedere actiones, quia est iniquum, ut res suas à depositario recuperet, & pretium rei simul accipiat. *l* 22. §. *de hered. pet.* 3 Promittens satisdare pro debitore, tenetur eatenus, in quod interest, quatenus reus non solvit, *ut hic. & l.* 112. §. 1. §. *de verb. obl.*

4 Quantum res valet, interdum idem est, quod ipsum rei pretium, ut si nihil solvit adversarius, qui dare promisit. dixi ad *l.* 1. §. *de act. empt.* minus autem, si partem tantum solvit: nihil, si totum solvit. *l.* 112. *in fin.* §. *de verbor. obligat.* 5 Adde *l. ult.* §. *de stipulat. prætoriis.*

6 Id est, nihil est quod timeat stipulator, eum, qui hic decem promisit, fieri non solvendo: nec ideo interim sua interesse fingere debet satisdari sibi, sed tunc demum, cum is non solvendo in totum vel partem factus fuerit. Adventitii casus non sunt computandi, vel spectandi. *l.* 6 §. *qui & à quibus manumiss.* & Græci, ὁ χρὴ τοὺς ἔχοντα συμβαίνειν ὅρα σκοπεῖν ἡμᾶς. Nulli alioqui vel pauci contraherent. 7 *l.* 6. §. *quod met. caus. l.* 2. *in fin.* §. *quibus ex caus. major. l.* 4. §. *si cui plus quam per leg. Falcid. l.* 184 §. *de regulis juris. l.* 13. *C. de transact.* 8 Interdum tamen vanus timor æstimatur. *l.* 3. §. 8. §. *de adquir. possess.* 9 Facienda scilic. stipulatoris favore. 10 *Al.* aut nullum jam. 11 In obligationibus faciendi, seu facti, post moram succedit obligatio in id, quod interest. 12 Promissio *indemnitatis*, est promissio facti.

13 Et faciat, ne quod ex ea re damnum stipulator habeat, facit, *&c. vulgata.* 14 Ideoque non tenebitur. 15 Promissor *indemnitatis* non faciens id, quod promisit, in quod interest, tenetur, & condemnatur, *l.* 72. §. *de verb. obligat.* quod in obligationibus facti locum obtinet.

16 *l.* 113. & *l.* 114. §. *de verborum obligat.* 17 Jussus & sententia judicis differunt. Nomine, quod judex jubet, sententia est, *ut hic.* 18 In interlocutoria, scilicet interloquendo. quid sit interlocutio, supra dixi. 19 Id est, ordinarius: idem in delegato. *c. cum cessante. de appell.* & arbitro. *l.* 9. *in fin.* §. *de arbitr.* Non idem in arbitratore. Zas. *hic. num.* 8. & notario, cui semel instrumentum confectum & traditum non licet corrigere. Ripenf. *hic. n.* 52. & testi, cui non licet suam depositionem mutare. *idem. num.* 53. Quid successor? *v. l. idem.* 27. §. *de arbitr.*

20 In Gallia Judex neque interlocutoriam neque definitivam revocare potest. 21 Revocare etiam in deterius. Potest etiam revocare partibus invitis, & ad quartum usque mensem, Azo, Accurs. Barr. *hic.* ante definitivæ sententiæ executionem: multo magis absentibus partibus revocare potest, si lis ipsa causæ cognitionem non exigit. 22 Id est, confirmare, interpretari.

23 *Al.* remittere. 24 Ad definitivam usque sententiam: & sic interlocutoria revocari potest, definitiva non potest. *v.* Zas. *hic. n.* 31. interdum etiam ultro, parte non petente, & absente, si causa sit modici præjudicii. v. Zas. *hic. n.* 30. nisi sit jam mandata executioni sententia interlocutoria, nisi idem judex ultro iterum interlocutionem comprobaverit, nisi eadem interlocutoria comprobata sit per definitivam sententiam superioris judicis aut Principis: nisi de tollenda abolitione concessa agatur, *l.* 1. *C. de abol.* nisi interlocutoria lata sit partium consensu: nisi feratur interlocutoria simul cum definitiva, aut vim habeat definitivæ: nisi consuetudo contraria sit: nisi interloquendo judex se incompetentem judicem agnovit. vide Zas. *hic. num.* 20. *& sequent.* Quid, si rei totius gestæ veram plenamque scientiam judex habeat? Judex condemnatum absolvere non poterit. *Bart.* Ripenf. *n.* 51. 25 Sententiam interlocutoriam, non definitivam judex revocare potest. Quid, si talis interlocutoria sit, ut non speretur definitiva? v. hic Bart. 1 *Harmen.* 4. §. 16. & 17. Goth. Adde *c. cum cessante. extr. de appellat.* Cravett. *Consil.* 144. *n.* 20. Leonin. *Cons.* 22. *in fin.* Everhard. *Consil.* 169. *n.* 10 Vaud. *lib.* 1. *quæst.* 49. Ans. 26 Definitivis scil. *l.* 27. §. *de pœn. l.* 15. *C. de pœn.* & sic appellatione sententiæ in dubio intelligitur definitiva. dixi ad Accurs. in *l.* 1. §. *biduum.* §. *quando appellandi.* 27 Hoc locum habet etiam fructuum & expensarum ratione. Ripenf. *hic. n.* 52. Quid? num id perpetuo verum est? Ripensis post alios notat multam revocari posse, non pœnam, *n.* 55. & sententiam latam officio judicis nobili, *n.* 56. à judice illustri, *n.* 57. alias exceptiones vide ibidem apud eundem. 28 Magistratibus populi. *Ital.* Goth. Pro intellectu hujus leg. vide Zas. 1 *singul. intellect. cap.* 6. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 4. *quæst.* 74. S. L. 29 Judicem datum ἐκδίκοις vocat auctor *Synops. Basilic. lib.* 25. *tit.* 8. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *cap.* 13. 30 Ordinarii judices sententias suorum delegatorum & arbitrorum exequuntur.

31 Non igitur delegati? id verum civili Jure, secus Jure Canonico: quo receptum est, ut delegati ab ordinariis possint sententias suas exequi. *cap. cum ab Ecclesi. de off. ord.* An idem in delegato Principis? Accurs. negat. Bart. ait, quod & praxi & Canonico quoque Jure receptum est. *cap. quærenti. cap. significasti. cap. ex literis. de off. deleg.*

32 Et *contra*; & sic extra territorium. *l.* 45. *in fin.* §. *de jud.*

33 Vix *tuto Jure* manifestius, quam hic ostenditur origo mandati illius, quod Galli vocant *Parentis*. Jussum hic interpretor (ut & Bodin. 3 *de republ. l.* 6.) ejus, qui & Romæ & provincialibus judicibus imperat, id est, Principis. *arg. l.* 13. §. 3 *C. de judiciis.* tunc enim relatio ad superiorem fieri debet: alias enim urbanus in provincialem, ut par in parem, non habet imperium. *l.* 12. §. 1. §. *de reb. auct. jud. l.* 30. §. 1. §. *de excus. tut.* Est quidam alius modus præter superiorem exequendæ extra territorium sententiæ: cum fit il. par à pari, id est, Romanus a provinciali petit, ut executioni mandet sententiam Romæ dictam. & ita restringendam & intelligendam puto *l.* 5. §. 12. §. *de reb. cor. qui sub.* Hinc origo literarum, quæ *requisitoriæ* dicuntur, *arg. l.* 8. *in fin. pr. C. de Episc. and.* quas *Novell.* 134. *c.* 5. *vers. si vero cognoscatur.* appellat διωσεις, ειρησεις. Harum literarum in aliis rebus maximus usus est, velut in evocandis testibus alterius provinciæ. *l.* 3. *in fin.* §. *de testib.* & eorum depositione transmittenda, *l.* 7. §. *test. quemad. aper.* adde *Nov.* 90. *c.* 5. reis etiam evocandis, *v. l.* 7. §. *de custodia.* γράμματα δημόσια, literas publicas appellat *Nov.* 17. *c.* 14.

34 Id est, exequi.

35 Nota progressum & ordinem juris in executionibus faciendis pignorum ex causa judicati captorum: Mobilia, res soli, jura. His conjunge *l.* 5. 8. 9. 10. §. *de rebus cor. & l.* 12. *in fin.* §. *de relig. l.* 22. *C. de administrat. tutor. Novell.* 7. *c.* 1. & 120. *c.* 6. & 7. Is ordo non servatur in Gallia: adde Guid. Papæ *decision.* 281. Edictum Francisci I, *anno* 1534. *articul.* 74. Nam ab immobilibus incipere licet: excipe tamen res minorum. v. Lucium 2 *Arestor.* 7. *Arest.* 3. 36 Lego mobiles, animales: auctor enim Synopseos quatuor hic rerum genera constituit, κινητὰ, ἀμψυχα, ἀκινητὰ, δίκαια. 37 *l.* 8 §. *quod cujusque univers.*

38 Et nomina. v. §. 8 §. *eod.* 39 *l.* 10. *C. de dist. pign.* & victor in possessionem. *l.* 3. *C. de execut. rei jud.* & dominium mittatur, *l. ult. in fin. C. si in causa rei jud. pign.* & jure dominii possideat. *l.* 2. §. *ult. C. de jure dom. impet.* 40 Ne cum multis interpretibus intelligas pro ea quantitate, seu summa, quæ debetur; five major sit, five minor: potest enim pignus plus vel minus valere. Ea igitur hic quantitate, id est, tanta, seu pro rata debiti: ne si forte pluris aut minoris valeat, alteruter id est, debitor, aut creditor; afficiatur injuria. v. Duar. *hic. & l dist.* 6. fieri tamen posse video, ut creditor volens, ultro pignore contentus sit, §. *eod.* alias ei invito pignus forte modici valoris non debitur: aut pro magno debito addicetur. Et notanda est horum verborum differentia, cum addicitur pignus, pro rata debiti pignus addicitur: cum adjudicatur, non ita perpenditur mensura debiti: cum datur in solutum, id non fit, nisi consensu victoris. Zas. ad §. 6. §. *eod. n.* 6. 7. 8. adde Alciat. 6. *paradox.* 6. 41 Beneficium *l.* 2. *C.* de rescindenda venditione locum non habet, quoties creditori res adjudicatur. v. Socin. *reg.* 226. & 436. 42 Beneficium *l.* 2. *C.* de rescindenda venditione non datur transigenti: facit *l.* 65. §. 1. §. *de cond. indeb.* 43 De hac præsumptione *v. l. ult. C. ad Velleian.*

44 A quodam tertio. sensus est, Si à tertio aliquo controversia in executione judicatæ rei incidit, judex executionis summatim cognoscere debet. 45 Id est, executores. 46 Pignoris, cum pignus sit debitoris, ac contradictoris. 47 Adde §. 8. §. *eod.* & quod scripsi ad *l. ult.* §. 3. §. *de eo, quod metus causa.* 48 De summaria cognitione v. *l.* 9. *C. de judiciis.* 49 Executores sc. 50 Id est, tertii se opponentis. 51 A quo capta est. 52 Ne dicas creditorem cum Accursio: intelligo contradictorem illum tertium: nam vox *eum*, expressa tantum reddit: ideoque ad creditorem referri non potest, cujus hic non fit mentio. v. Zas. 1 *intellect.* 6. 53 Per debitorem sc. 54 Id est, ad usucapionem. 55 Si forte debitor rem suam non vindicet; sensus est, quilibet potest rem ipsam vindicare coram judice ordinario, si intenderit se potiora jura habere, eo non inspecto, quod contradictori pignus adjudicatum fuerit. Zas. *hic. n.* 16. 56 Mota à tertio. Potest enim tertius, & quilibet interesse prætendens contradicere in judicio inter duos moto. vid. Zas. *hic. n.* 14. 57 Ut ita satisfiat creditori. adde §. 8. §. *eod. l.* 2. *C. quando fisc. vel privat.* 58 *V. l.* 6. §. *de pign.* 59 *Al* satisfactum. 60 Post venditum & addictum pignus cessat cognitio judicis exequentis, si modo pretium sit solutum. § 7. §. *eod.* 61 Plenitudo non eget adjectione. 62 Emptoris enim est periculum rei venditæ. 63 Interrogationem non secuta responsione semper affirmare, hinc colligunt.

64 Quod juris est in quovis emptore, idem est in eo, qui emit ex adjudicatione. 65 *V.* §. 6. §. *eod.* §. 8. §. *eod.* 66 Re vendita per judicem, pretio non soluto, cessat ejus cognitio & officium, nisi ea res auferatur emptori, ut præsenti pecunia distrahatur. 67 V. Ant. Fabr. 5 *conject.* 16.

68 Id est, extendere jurisdictionem. 69 In infinitum. 70 Per calumniam sc. 71 Interponat. *vulg.* & male. 72 In subhastationibus non habenda fides est de pretio: idem observatur in rebus fisci, *l.* 1. §. *de jure fisci.* & omnibus mandatum habentibus vendendi. Idem est quoque in executoribus testamentorum. Atque ita hæc formula præconii apud Plaut. in *Menechmo. Omnia venuint, cuique licebunt, præsenti pecunia.* 73 *d.* §. 6. 7. §. *eod.* 74 Adde §. 2. §. *eod. l.* 5. *C. de exec. rei judic.* 75 Antoninus. 76 Confessum sc. 77 Pignori capiendo. 78 Possum igitur vel exigere debitum, vel vendere, vel ipsis creditoribus addicere. 79 Galli primum acceptant, deinde postulant nummos ita acceptatos sibi tradi & in solutum dari.

§. 12. **Præterea** pecuniam quoque depositam nomine condemnati, vel in aream recluſam ſolent capere, ut judicato ſatisfiat. † Hoc amplius, & ſi pupillaris pecunia in aream repoſita ſit ad prædiorum comparationem: & citra permiſſum Prætoris ab eo, qui exequitur judicatum, ſolet capi, & in cauſam judicati converti.

De his qui non in ſolidum conveniuntur.

XVI. IDEM lib. IXIII ad Edictum.

SUnt [80] qui [81] in id, quod facere poſſunt, conveniuntur [82], id eſt, non deducto ære alieno [83]. † Et quidem ſunt hi ſcire. † Qui pro ſocio [84] conveniuntur: ſocium autem omnium [85] bonorum accipiendum [86] eſt. † Item parens [87],

XVII. IDEM lib. X ad Edictum.

PAtronus [88], patrona, liberique eorum, & parentes. † Item maritus [89] de dote in id quod facere poteſt, convenitur.

XVIII. IDEM lib. LXVI ad Edictum.

ITem miles [90], qui [91] ſub armata militia ſtipendia meruit, condemnatus, catenus quatenus facere poteſt, cogitur ſolvere.

XIX. PAULUS lib. VI ad Plautium.

INter eos, quibus ex eadem cauſa debetur, occupantis [92] melior conditio eſt: nec deducitur, quod ejuſdem conditionis hominibus debetur. ſicuti ſit in de peculio actione: nam & hic occupantis melior eſt cauſa. † Sed & ſi cum patre [93] patronove agetur, non eſt deducendum æs alienum: maxime quod ejuſdem conditionis perſonis debebitur, ut liberis, libertis.

§. 1. Is quoque, qui ex cauſa donationis [94] convenitur, in quantum facere poteſt, condemnatur: & quidem is ſolus deducto [95] ære alieno. Et inter eos, quibus ex ſimili cauſa pecunia debetur, occupantis [96] potior erit cauſa. Imo nec totum, quod habet, extorquendum ei puto: ſed & ipſi [97] ratio habenda eſt, ne [98] egeat.

XX. MODESTINUS lib. II Differentiarum.

NOn [99] tantum dotis [100] nomine maritus, in quantum facere poſſit, condemnatur: ſed ex aliis quoque contractibus ab uxore judicio conventus, in quantum facere poteſt [1], condemnandus eſt ex Divi Pii Conſtitutione. † Quod & in perſona mulieris æqua lance ſervari æquitatis ſuggerit ratio.

XXI. PAULUS lib. VI ad Plautium.

SIcut autem cum marito agitur, ita [2] & cum ſocero [3], ut non ultra facultates damnetur. † An ſi cum ſocero [4] ex promiſſione dotis agatur, in id quod facere poteſt, damnandus ſit? quod & id æquum eſſe videtur: ſed [5] alio jure utimur [6], ut & Neratius ſcribit.

XXII. POMPONIUS lib. XXI ad Quintum Mucium.

SEd hoc ita accipiendum eſt, ſi à ſocero dos ex promiſſione petatur ſoluto [7] matrimonio: verum ſi manente matrimonio dos ab eo peratur, ſuccurrendum utique [8] eſt, ut ne majoris ſummæ condemnetur, quam quantum facere poteſt. §. 1. Quod autem de ſociis [9] dictum eſt, ut & hi, in quantum facere poſſint, condemnentur: cauſa cognita ſe facturum Prætor edicit. † Cauſæ cognitio autem in hoc erit, ut neganti [10] ſe ſocium eſſe, aut ex doli clauſula obligato non ſuccurratur.

XXIII. PAULUS lib. VI ad Plautium.

SI cum procuratore mariti de dote actum fuerit: ſi quidem vivo marito condemnatio fiet, in quantum facere poteſt, fiet damnatio; nam & defenſor [11] mariti in id quod ille facere poteſt, damnatur: mortuo vero marito, in ſolidum.

XXIV. POMPONIUS lib. IV ex Plautio.

ET ſi fidejuſſor acceptus ſit rei, vel actionis, non proderit [ei [12]], ſi perſona, pro qua fidejuſſit, in quantum facere poteſt, condemnanda eſt. §. 1. Si maritus ſolvendo non fuerit, licet ipſi marito proſit, quod facere non poſſit (id enim perſonæ mariti præſtatur), heredi [13] ejus hoc non prodeſt.

XXV. PAULUS lib. LX ad Edictum.

SCiendum eſt, heredes [14] earum perſonarum non in id, quod facere poſſunt: ſed in integrum teneri.

Si convenerit inter litigatores quid pronuncietur.

XXVI. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

SI convenerit inter litigatores [15], quid [16] pronuncietur: non ab re erit, judicem hujuſmodi ſententiam proferre [17].

De ſententia injuſta, & appellatione non recte facta.

XXVII. MODESTINUS lib. I Reſponſorum.

PRæſes Provinciæ [18] uſuras uſurarum condemnavit [19] contra Leges [20], & ſacras Conſtitutiones, ideoque Lucius Titius contra prolatam ſententiam injuſtam Præſidis appellavit [21]. Quæro, cum non ſecundum Legem [22] * hic * Titius provocaſſet, an exigi poſſit pecunia [23] ſecundum condemnationem? Modeſtinus reſpondit, ſi ſententiæ certa quantitas continetur, nihil proponi, cur judicati agi non poſſit [24].

De ſententiis diverſis.

XXVIII. IDEM lib. XII Reſponſorum.

DUo judices dati [25] diverſas ſententias dederunt, Modeſtinus reſpondit, utramque ſententiam in pendenti eſſe [26], donec competens [27] judex unam earum [28] confirmaverit.

[80] Hoc in Gallia non obtinet. *Gothof.* Vid. in hanc leg. Leonin. *lib. 6. c. 14.* Guid. Pap & Duaren. &c. Obſtare videtur *l. verum. C. 63. ff. pro ſocio.* pro conſtitutione vid. Accurſ. *ibid.* Pac. *Enantioph. cent. 4. t. 1. pro ſocio. queſt. 100.* Anſ.

[81] De quibus, §. 36. 37 38. *Inſtit. de action.*

[82] Exceptionem obſerva: conveniendus ſum, quatenus facere poſſum: de qua vid. Oldendorp. *c. 55. de except.*

[83] *l. 49. ff. eod.*

[84] *l. 22. in fin. ff. eod.*

[85] Imo idem eſt, ut non ſit omnium bonorum. *l. 63. ff. pro ſocio.*

[86] Socius autem omnium bonorum accipiendus eſt. *Hal.*

[87] *l. 7. §. 1. ff. de obſequiis. §. 38. Inſt. de act. l. 1. §. 6. ff. de collat.*

[88] *d. §. 38.*

[89] *l. 20. l. 21. ff. eod. l. un. C. de rei uxor. act. §. 37. Inſt. de action.*

[90] *l. 6. ff. eod.*

[91] *l. 6. in fin. ff. de caſtrenſi peculio.*

[92] *l. 22. §. 4. C. de jure delib.* Goth. Vid. Auguſtin. *lib. 1 emendat. lib. 1. c. 7.* Gutier. *var. reſol. cap. 6. n. 19.* S. L.

[93] *l. 49. ff. eod.*

[94] V. *l. 12. ff. de donationib.*

[95] *l. 44. ff. ſolut. matrim.*

[96] *l. 98. ff. de regul. jur.*

[97] *Al.* ipſius.

[98] *l. 30. ff. eod.*

[99] V. Cujacium *24 obſ. 38.*

[100] *l. 17. ff. eod.*

[1] Relativorum idem jus eſt. adde *l. 41. ff. de reg. jur.*

[2] Vide Zaſ. *ad conſponſor. 9. & 1 intell. 5.*

[3] Id eſt, patri ipſius mariti. *l. 15. in fin. ff. ſolut.*

[4] Id eſt, patri uxoris.

[5] Sed alio & alio jure utimur. ita emendat Ant. Faber 1 *conjectur. 14.* Cujus lectionis ſenſus eſt: æquum quidem eſſe ſocerum ex promiſſione dotis ſoluto matrimonio non in ſolidum condemnari, ſed alio & alio jure nos uti, id eſt, eum nunc in ſolidum condemnari, nunc non condemnari: regulariter non condemnari; ex cauſa tamen, & perſona condemnari, hoc eſt, ſi dolo dotem promiſerit, vel ſi talis perſona ſit, quæ vix aliquo honore digna videatur, ſecundum diſtinctionem *l. penult. ff. de jure dot.*

[6] Imo, contrarium juſtius eſt. *l. 17. ff. ſoluto.*

[7] Nam conſtante matrimonio, certo jure utimur, ſocerum ſe. ſupra quam facere poſſit non teneri, nec ſi dolo dotem promiſerit, aut eo honore indignus ſit, adhibitis ſcil. ratione. *d. l. pen.*

[8] Id eſt, indiſtincte: non inſpecto eo, an aliqua ſit cauſa, propter quam ſocer in ſolidum condemnari debeat, ut in *l. ſocer. 38. ff. de cond. indeb.* Utique eſt ſine diſtinctione, ſeu non admiſſa ea diſtinctione, Au ex peculio fratris creditoris ad fratrem debitorem aliquid pervenerit.

[9] *l. 16. ff. eod.* Goth. Vid. Joann. Zanger. *de except. part. 2. c. 15. n. 39.* & Duaren. *hic.* Anſ.

[10] Amittit privilegium, qui in privilegium committit. *l. 67. in fin. ff. pro ſocio.*

[11] *l. 63. §. 1. ff. pro ſocio.*

[12] V. *l. 16. ff. de fidejuſſor.*

[13] *l. 25. l. 41. in pr. ff. eod. l. 63. §. 2. ff. pro ſocio.*

[14] Extraneos ſcil. (quo refer *l. 12. l. 13. ff. ſoluto.*) non ſuos. *l. 18. ff. ſoluto.*

[15] Fingе, qui in ſolidum conveniri poterant.

[16] Vone conveniſſe, ut ne in ſolidum reus damnetur.

[17] Imo hujuſmodi arbitrium nullum eſt, *l. 19. ff. de arbitr.* quam vide.

[18] In uſuras. *Hal.*

[19] Ne intelligas judicem hac expreſſe formula uſum fuiſſe, *Condemno Titium in uſuras uſurarum:* ſed his forte verbis, *Condemno Titium in mille.* Eamque ſummam vi ſua, taciteque uſuras uſurarum continuiſſe. Nam juris error expreſſus vitiat ſententiam: tacite intellectus non vitiat, & ſi faciat ſententiam injuſtam. v. *l. 19. ff. de appell. l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſine appell.*

[20] *l. 26. §. 1. ff. de cond. indeb. l. ult. C. de uſur.*

[21] Tardius forte, quam oportuit.

[22] Appellationem ſcil.

[23] Id eſt, etiam uſura uſuræ.

[24] Et ita ſententia injuſta, à qua rite non eſt appellatum, executionem non differt. Cur ita? quia tacite tantummodo, non directo, vel palam leges impugnatæ ſunt; ſed jus tantum ipſius litigatoris, qua in re ſibi imputare merito poteſt, ſi non rite appellaverit.

[25] Δύο χαμαιδικαστῶν, Id eſt, *duo pedanei.* v. Cuj. *22 obſ. 16.* ubi agit de diverſis, paribus, vel imparibus judicum ſententiis.

[26] Imo, in pendenti res non eſt. *l. 38. ff. eod.*

[27] Id eſt, is, qui delegavit.

[28] *Al.* eorum.

De tempore quod datur judicato.

XXIX. IDEM lib. VII Pandectarum.

TEmpus, quod datur judicati [29], etiam heredibus ejus, cæteriſque, qui in locum ejus ſuccedunt, tribuitur [30], videlicet, quod ex tempore deeſt: quia cauſæ magis quam perſonæ, beneficium præſtitutur.

De donatore.

XXX. POMPONIUS lib. VII Variarum lectionum.

CUm ex cauſa donationis promiſſa pecunia eſt, ſi dubium ſit, an ea res eo uſque donatoris facultates exhaurire poſſit, ut vix quicquam ei in bonis relictum ſit: actio in [31] id quod facere poſſit, danda eſt: ita ut [32] & ipſi donatori aliquid ſufficiens relinquatur. quod maxime inter liberos & parentes [33] obſervandum eſt.

De tempore quod datur tam ad ſolvendum, quam ad vendenda pignora.

XXXI. CALLISTRATUS lib. II Cognitionum.

DEbitoribus non tantum petentibus dies ad ſolvendum dandi ſunt [34], ſed & prorogandi, ſi res exigat. ſi qui tamen per contumaciam [35] magis, quam quia non poſſint explicare pecuniam, differant ſolutionem: pignoribus captis compellendi ſunt ad ſatisfaciendum ex forma quam Caſſio Proconſuli D. Pius in hæc verba præſcripſit: *Hi qui ſatebuntur [36] debere, aut ex rejudicata neceſſe habebunt reddere, tempus ad ſolvendum detur, quod ſufficere pro facultate cujuſque videbitur: eorum qui intra diem vel ab initio datum, vel ex ea cauſa poſtea prorogatum ſibi, non reddiderint, pignora capi: eaque, ſi intra duos [37] menſes non ſolverint, vendantur; ſi quid ex pretio ſuperſit, reddatur ei, cujus pignora vendita erant.*

Si judex non exiſtimavit cauſam per conſtitutiones prolatas juvari.

XXXII. IDEM lib. III Cognitionum.

CUm prolatis [38] Conſtitutionibus [39] contra eas pronunciat judex, eo quod non exiſtimat [40] cauſam, de qua judicat, per eas juvari: non videtur contra [41] Conſtitutiones ſententiam dediſſe. ideoque ab ejuſmodi ſententia appellandum eſt: alioquin rei judicatæ ſtabitur.

De falſis teſtimoniis.

XXXIII. IDEM lib. V Cognitionum.

DIvus Hadrianus aditus per libellum [42] à Julio Tarentino, & indicante [43] eo falſis [44] teſtimoniis, conſpiratione adverſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem judicis circumventant eſſe, in integrum cauſam reſtituendam [45] in hæc verba reſcripſit: *Exemplum libelli dati mihi à Julio Tarentino mitti tibi juſſi. Tu, ſi tibi probaverit [46], conſpiratione adverſariorum, & teſtibus pecunia 47 corruptis oppreſſam ſe: & rem ſevere vindica: & ſi qua à judice tam malo exemplo contra ſcripto judicata ſunt, in integrum reſtitue.*

De eo qui victum vel ſtratum inferri judicato non patitur.

XXXIV. LICINNIUS RUFINUS lib. XIII Regularum.

SI [48] victum vel ſtratum inferri quis judicato non patiatur, utilis in eum pœnalis actio danda eſt: vel (ut quidam putant) injuriarum cum eo agi poterit.

De retractatione ſententiæ.

XXXV. PAPIRIUS JUSTUS Conſtitutionum lib. II.

IMperatores Antoninus & Verus reſcripſerunt, *Quamquam ſub obtentu novorum inſtrumentorum reſtitus negotia minime [49] oporteat: tamen in negotio publico, ex cauſa permittere ſe hujuſmodi inſtrumentis uti.*

Si uni judicum non liquet. De plurium ſententia.

XXXVI. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

POmponius lib. XXXVII ad Edictum ſcribit, *Si uni ex pluribus judicibus de liberali cauſa cognoſcenti, de re non liqueat, cæteri autem conſentiant, ſi ſe juraverit, ſibi non [50] liquere, eo quieſcente, cæteros, qui conſentiant, ſententiam proferre: quia & ſi diſſentiret, plurium [51] ſententia obtineret.*

Quo caſu omnes intelliguntur judicare.

XXXVII. MARCELLUS lib. III Digeſtorum.

TUnc autem univerſi judices intelliguntur judicare, cum [52] omnes adſunt.

De ſententiis diverſis.

XXXVIII. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

INter [53] pares [54] numero judices ſi diſſonæ ſententiæ [55] proferantur, in [de] *liberalibus quidem cauſis* (ſecundum quod à D. Pio conſtitutum eſt) *pro [56] libertate ſtatutum obtinet: in aliis autem cauſis pro [57] reo:* quod & in [58] judiciis publicis obtinere oportet.

§. 1. Si diverſis ſummis condemnent judices, minimam ſpectandam eſſe Julianus ſcribit.

De abſentia, vel contraria ſententia unius judicis.

XXXIX. CELSUS lib. III Digeſtorum.

DUo [59] ex tribus judicibus uno abſente judicare non [60] poſſunt: quippe omnes judicare juſſi ſunt. † Sed ſi adſit, & contra ſentiat; ſtatur duorum [61] ſententiæ: quid enim minus verum eſt, omnes judicaſſe?

De præmiis quæ propter ſacras coronas præſtantur.

XL. PAPINIANUS lib. X Reſponſorum.

COmmodis [62] præmiorum [63], quæ propter [64] coronas [65] ſacras [66] præſtantur, condemnato [67] placuit interdici, & eam pecuniam jure pignoris in cauſam judicati capi [68].

De

[29] Judicato. *vulg. Hal.*

[30] Quin etiam interdum in jus tempus tribuitur. *l. ultim. C. ſi pend. appell.*

[31] *l. 12. ff. de donat.*

[32] *l. 19. in fin. ff. eod. l. 49. in fin. l. 50. ff. eod. l. 62. ff. de ædilitio. l. 173. ff. de regul. jur.*

[33] *l. 16. in fin. ff. eod.*

[34] *l. 21. ff. de jud. l. 1 ff. jud. ſolvi. l. 2. C. de uſur. rei judic. §. 2. Inſt. de off. jud.*

[35] Vid. exemplum in *l. 2. C. de falſis.*

[36] Paul. 3 *ſent. §. 5. 4.*

[37] Duos menſes, ne intelligas judicato faciendo, ſed pignoribus vendendis præſtitutos, ut in *l. 1. C. Theod. de diſtr. pign. quæ tributo.* qua de re vide Cujac. 3 *obſ. 39.* adde Forner. 2 *ſelect. 15.* Alias in genere tempus quatuor menſium datur debitoribus ad ſolvendum. v. Socin. *reg. 396.*

[38] Prolatæ conſtitutiones, allegatæ, propoſitæ, & deductæ in cauſa.

[39] Id eſt, legibus vel reſcriptis, vel ſtatutis.

[40] Id autem exiſtimat, quia leges prolatæ, ſunt ambiguæ.

[41] V. *l. 16. ff. de appell. l. 1. §. 2. ff. quæ ſent. ſine appellat.*

[42] Libellis adiri Principes etiam præſentes ſoliti. Tacit. 4. Sueton. *Auguſt. 53.* de libellis v. plura ad *tit. C. quando libell. Principi datur.* ubi dixi.

[43] *Al.* judicante. Adverſus ſententiam latam, ex depoſitione falſorum teſtium condemnatus reſtitui poteſt.

[44] *C. ſi ex falſis inſtrumentis, vel teſtimoniis.* Sententia lata ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus, novo jure datur reſtitutio. de quo vide Socin. *regul. 364. 367. & 407.*

[45] Reſtitutio cauſæ in integrum, παλινδικία. vide *l. 2. C. ſi ex falſis. l. 3. §. 9. ff. de jure fiſci.*

[46] Et ſic talis ſententia mero jure non reſcinditur.

[47] Id eſt, præciſe probare non tenemur: ſufficit ſi probentur precibus corrupti.

[48] Vid. quædam ad hanc Leg. apud Hotom. 24 *Illuſtr.* Forner. 1 *ſelect. 6.*

[49] *l. 4. C. eod.* Goth. Vid. Radelant. *deciſ. Ultraject. 11. num. 3.* & Duaren. *h. t. prælect. 30.* Anſ.

[50] *l. 27. in fin. ff. de liberali cauſa.*

[51] Vide Cujac. 6 *obſ. 27.*

[52] *l. 39, in fin. ff. eod.* adde *l. 10. ff. de inoffic.*

[53] Vide Novellam Emanuelis Comneni, *c. 6.* & Senecam 3 *contr. 54.* Vid. Cujac. 12 *obſ. 16.*

[54] Eſt, quæ Hieronicis meritis coronas in ſacris certaminibus dantur.

[55] Opiniones.

[56] *l. 24. ff. de manumiſſ.*

[57] Dixi ad leg. 12 Tabular.

[58] *l. 33. l. 125. l. 128. l. 154. ff. de reg. jur.* Præſumitur enim in dubiis pro reo. de qua præſumptione vide Alciat. 3 *præſ. 44.*

[59] *l. 18. ff. de arbitrii. l. 4. C. quando provocare. l. 2. ff. de decret. ab ordin.*

[60] Cur ita? vide *l. 26. ff. de reg. jur.* Poſſum dicere: quod pronjores ſimus ad liberandum. *l. 47. ff. de obligat.* Alias rationes vide apud Ariſtotelem *in problem.* Reis dexter locus dabatur, forte non honoris cauſa, ſed quod eo loci cuſtodia. Ariſtot. *dict. l. 10.* Nam rei fiduciæ dicuntur in jure. *l. 13. §. 2. C. de judiciis.*

[61] Vide Forcatul. *Cupidine 20. n. 6.*

[62] Hæc commoda erant pecuniaria. de quibus vid. Cujac. ad *l. 6. ff. de excuſ. tutor. ſul. 194.*

[63] Id eſt, quæ propter

[64] Et ita ſententia injuſta, à qua rite non eſt appellatum, executionem non differt. Cur ita? quia tacite tantummodo, non directo, vel palam leges impugnatæ ſunt; ſed jus tantum ipſius litigatoris, qua in re ſibi imputare merito poteſt, ſi non rite appellaverit.

[65] Coronæ ſacræ, quæ in ſacris certaminibus victoribus dabantur, *l. 5. C. quæ res pign.*

[66] De ſacris coronis adde *l. unic. C. de athletis.* de ſacris certaminibus. *l. 4. ff. de his, qui notantur infamia.*

[67] Athletæ: dic idem in militum, & Profeſſorum, & Sacerdotum beneficiis, vaſallorum feudis, & bonis alienari extra familiam prohibitis. vid. Zaſ. *hic.*

[68] In ſubſidium ſcil. *l. 4. C. de exſecut. rei judicat.* Imo videntur capi non poſſe, cum pignorari non poſſint. *d. l. 5.* Goth. Vid. Petr. Pece. *de jure ſiſtendi. cap. 5. num. 6. & num. 13.* S. L.

De his qui non conveniuntur in solidum.

XLI. PAULUS lib. XIV Quæstionum.

NEsennius Apollinaris: Si te donaturum mihi delegavero creditori meo: an in solidum conveniendus sis? & si in solidum conveniendus, an diversum putes, si non creditori meo, sed ei cui donare volebam, te delegavero? & quid de eo, qui pro muliere, cui donare volebat, marito ejus dotem promiserit? Respondit: nulla creditor exceptione summoveretur: licet is, qui delegatus est, poterit uti adversus eum, cujus nomine promisit. cui similis est maritus; maxime si constante matrimonio petat. & sicut [69] heres donatoris in solidum condemnatur [70], & ipse fidejussor [71], quem in donando adhibuit: ita & ei, cui non donavit, in solidum condemnatur. §. 1. Fundum quis donavit: si non restituat, ut quivis possessor, damnandus est. si autem fundum restituit, fructuum nomine, si non eos consumpsit, in solidum condemnandus est: potuit enim non periclitari, si statim restituisset. si dolo [72] desiit possidere, in litem jurabitur, & tanti sequetur condemnatio. §. 2. In solidum condemnatus donator, actione judicati, nisi [73] in quantum facere potest, non tenetur beneficio Constitutionis.

69 *l.* 24. *in fin.* *ff. tod.*

70 Imo, non in solidum: sed parcendum marito, qui donatorem ad solutionem non præcipitavit, *l.* 33. *ff. de jure dot. l.* 12. *ff. solut.* vide Cujac. 12 *obs.* 17.

71 V. *l.* 16. *ff. de fidejuss.*

72 *l.* 5. § 3. *ff. de in litem jurando.*

73 Cur ita? v. *l.* 33 *ff. de donationib.*

Si sententia mutetur vel suppleatur.

XLII. IDEM lib. III Responsorum.

PAulus respondit, rescindere quidem sententiam [74] suam præcedentem Prætorem non posse: reliqua autem [75] quæ ad consequentiam quidem jam statutorum pertinent, priori tamen sententiæ desunt, circa condemnandum reum vel absolvendum debere [76] supplere, scil. eodem die.

74 Definitivam scil. *l.* 14. *ff. eod. l.* 1. *C. sent. rescindi non potest.*

75 Ut taxationes expensarum. *l.* 3. *C. de fructibus & litium expensis.*

76 Ultro vel requisitus.

De pluribus condemnatis.

XLIII. IDEM lib. XVI Responsorum.

PAulus respondit, eos [77], qui una sententia in unam quantitatem condemnati sunt, pro portione virili [78] ex causa judicati conveniri [79]. & si ex sententia adversus tres dicta Titius portionem sibi competentem exsolvit: ex persona cæterorum ex eadem sententia conveniri eum non posse.

77 *l.* 10. §. 3. *ff. de appell. l.* 1. *l.* 2. *C. si plures una sent.*

78 Cur ita? quia natura copulativæ, est partiri in partes æquales, si agitur de sententia, *ut hic.* vel de stipulatione, ut *l.* 11. §. 1 *ff. de duob. reis.* vel de mandato, *l.* 59. §. 3. *ff. mandati.* vel de legato, *l.* 33. *ff. de legat.* 1. vel appellatione. *l* 10. §. 3. *ff. de appellat.*

79 Nisi finium regundorum agatur. tunc enim non personarum numerus, sed fundorum quantitas consideratur, *l.* 4. §. 5. *ff. finium regund.* nisi de re quæ sit individua, aut de maleficio agatur, nisi partes beneficio divisionis renuncient.

De abstentsone pupillæ, quæ nomine hereditario condemnata fuerat.

XLIV. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

EX contractu paterno actum est cum pupilla tutore auctore: & condemnata est: postea tutores abstinuerunt eam bonis paternis, & ita bona defuncti ad substitutum, vel ad coheredes [80] pervenerunt [81]. Quæritur, an hi ex causa judicati teneantur? Rescripsit: dandam in eos actionem, nisi culpa tutorum pupilla condemnata est [82].

80 Quid, si neque substitutum neque coheredes habuit, ad quos bona pervenire poruerint? Accursius ait, ad fiscum pertinere. quod non placet Cujacio, 12 *obser-vat.* 20.

81 Sententia potest executioni mandari, tam adversus condemnatum, quam ejus successorem.

82 Nec dicas eo casu dari actionem in pupillam: dic potius in pupilli tutores dari, aut in ipsos quidem successores, sed ex illo capite eos restitui, quo pupilla fuisset restituta, si hereditate pupilla non abstinuisset. 83 Ante sententiam definitivam. 84 Ideo judicis permissio requiritur, quia forte ejus interest acta servari. 85 *l.* 42. *in fin. ff. eod.* & merito, nam quæ in continenti fiunt, videntur ab initio fuisse. 86 Post sententiam latam, nec partium nec judicis consensu possunt acta circumduci, nisi expresse partes à sententia & decisione recedant. nam manente sententia, interest, ad vitandas rixas, & honorem judicis conservandum, ut acta sint ac serventur integra. 87 *l.* 1. *in fin. ff. de quæst. l.* 9. §. 11. *ff. de pœnis. l.* 1. *C. sent. rescindi non potest. l.* 3. *C. commentationes, epistolæ, programmata.* sed tamen *minuendi* verbo Zasius, 2 *intellect.* 21. intelligit dilationem pœnæ. *arg. l.* 31. *ff. de pœnis.* 88 Aliud est in mulcta, *l.* 6. *in fin. ff. de offic. Præsid.* mulcta differt à pœna. de quo vide *l.* 131. *ff. de verb. sign.* 89 Quid, si procuratorem habuerint? quid, si mulier minor annis, sine curatore, per maritum tamen egerit? in his casibus puto valere sententiam, si sententia dicta utilis fuerit minori. *l.* 14. *C. de procur.* 90 Et si prolata erit, non nocebit, *l.* 6. *in fin. C. quomodo & quando judex.* nisi, ut antea dixi, sententia utilis fuerit minori: nisi denique major 14 annis, seu pubes juraverit se acta rata habiturum, quod juramentum eum facit majorem. vide *Auth. Sacramenta. C. si adversus vendit.* 91 Quæ forte sunt inepta, ambigua, vel supervacua. 92 Ea quæ altera parte absente decernuntur, vim rerum judicatarum non obtinent. Paul. 5 *sent.* 5. §. 5. Porro præsens citari non debet is; sit enim citatio, ut absens compareat. adde Socinum, *reg.* 185. 93 Et vocatis, *l.* 39. *ff. de adopt.* præsentibus vere vel ficte. nam per interpretationem contumax dicitur præsens. 94 Puta legatariis, fideicommissariis, *l.* 14. *in fin. ff. de app.* advocato fisci, *l.* 3. §. *antepenult. l.* 7. *ff. de jure fisci. l.* 7. *C. quomodo & quando judex.* fidejussoribus, & aliis. vide Oldendorpium, in *tract. de rejudicata. cap.* 1. 14. & 30. Cum agitur de prosequenda lite adversus defunctum mota, citandi sunt heredes ad resumendam & redintegrandam litem. vide *C. res inter alios acta.* 95 Etiamsi de re aperta ac manifestaria agatur. Hippolyt. *de Marsiliis, bic. n.* 10. aut actu aliquo extrajudiciali: puta ab arbitratore, *n.* 33. de eo revocando, quod per se nullum sit, *n.* 36. 46. 47. 48. de præjudicio minimo, 43. de judiciis, 45. etiam si summus Pontifex, *num.* 11. & *seq.* vel Princeps, *num.* 18. & *seq.* cognoscat. Item etiamsi ex statuto arbiter solennibus juris omissis cognoscere possit, *n.* 26. vel absentibus partibus. *num.* 27. Quinimo etsi statuto ipso permittente creditor auctoritate sua possit in ipsum debitorem manum injicere eumque capere *num.* 28. denique etiamsi statutum omnes exceptiones excludat, 32. aut parte absente ferenda esse sententia, 34. Porro sexaginta ad hanc regulam exceptiones. vide apud eundem Hippolytum de Marsiliis, d. *num.* 67. ad 138. 96 *l.* 14. *in fin. ff. de appellat.* 97 Hodie translato Byzantium imperio, etiam Græce interponi sive concipi possunt sententiæ. *l.* 12. *C. de sent. & interlocut.* Sed quid? Forcatulus in sphæra sua legali *Latine* putat hic pro ea oratione accipi, quæ à quoquo facile possit intelligi. 98 Cautum fuerat ante tempus Ciceronis, ne quis Romæ oraret Græce. Valerius 2. *titul.* 1. idque forte ad propagandam nominis Romani gloriam. Ideoque Tiberius cum in Senatu monopolii verbo uteretur, excussivit se, ac si in leges peccasset: plerique tamen Romani Græce loqui adfectabant. qua de re graviter Juvenalis conqueritur, *Satyr.* 3. *Non possum ferre, Quirites, Græcam urbem, omnia Græce: Concumbunt Græce.* 99 *l.* 3. §. 4. *versf. proinde. ff. de minorib. l.* 2. *ff. quod cum. eod.* 100 *l.* 16. *l.* 19. *ff. eod. l.* 53. *l.* 54. *ff. solutio. l.* 63. §. 3. *ff. pro socio.*

ex donatione convenitur? an ut maritus & patronus, nullo [1] deducto ære alieno? Et indubitati juris est, ad similitudinem viri & patroni ei detrahendum: pinguius [2] enim donatori succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum persolvere compellitur;

1 *d. l.* 54.

2 Pinguius, id est, plenius, latius. *l.* 30. *ff. eod. l.* 14. *ff. de except. rei judic. v. l.* 2. *in fin. ex quibus caus. in poss.*

L. TRYPHONINUS lib. XII Disputationum.

NE liberalitate sua inops fieri periclitetur.

De eo qui dolo fecit ut bona ejus venirent. 1. Si creditor missus in possessionem, admissus non sit: sed quanti ejus interfuerit, consecutus sit.

LI. PAULUS lib. II Manualium.

SI quis dolo fecerit, ut bona ejus venirent, in solidum tenetur. §. 1. Si quis [3] creditorem missum in possessionem, rei servandæ causa, non admiserit, si [4] venditor [5] præstiterit creditori, quanti ejus interfuerit: Quæsitum est, an debitor [6] liberetur? Et puto improbum esse eum [7], qui velit iterum [8] consequi, quod accepit.

3 Puta is, qui emit à debitore & possessore fundi. *l.* 13. §. *pen. ff. de hered. pet. l.* 95. §. 9. *ff. de solut.*

4 Hæc verba, *si præstiterit creditori*, refert Anton. Fab. 4 *Conjectur.* 19. ad eum qui creditorem missum in possessionem rei servandæ causa non admisit, quem nonnulli *venitorem*, minus Latino vocabulo appellarunt. Hic tamen apertius legi posse, *si præstiterit creditori*, deleta voce *venitoris*, vel *debitoris*, vel *emptoris*, aliave simili.

De actione rerum amotarum.

LII. TRYPHONINUS lib. XII Disputationum.

SI rerum amotarum cum viro agatur, quanquam videatur ea quoque actio præcedentis societatis [9] vitæ causam habuisse, in solidum condemnari debet: quoniam [10] ex male contractu & delicto oritur.

5 Debitor. Cujac. apud 4 Paul. *sent.* 7. §. *ult.* & ad *l.* 43. *ff. de pact.* & ad *l.* 14. *in verbis* secundum hæc. *ff. quod met. caus.* & 12 *obs.* 23. *in fin.* quod Hotomano displicet, 5 *obs.* 18. quidam ex veteribus legerunt, *venditor*, Græci *emptor.* alii *venditorii* vocabulo intelligunt emptorem nominis: alii emptorem, cui fraudator vendidit. Quo magis huic locum specto, video *venditoris* verbo posse intelligi creditorem in possessionem missum, qui alteri creditori satisfecit: potest & intelligi is, cui creditor rem vendidit: potest etiam intelligi possessor. Ab his enim vel illis pecuniam sibi debitam creditor recepit nihil interest. semper enim excluditur: quia sufficit ad eum excludendum ei satisfactum fuisse.

6 An debito. Hotom. 5 *obs.* 18.

7 Creditorem.

8 Creditor sium consecutus, nihil aliud petere debet. *l.* 57. *ff. de regjur. l.* 26. *ff. de peculio. l.* 3. §. 3. *ff. commodat. l.* 34. *ff. de obligat. & act.* Bona quippe fides bis idem non exigit.

De minore XXV annis.

LVII. IDEM lib. II Disputationum.

QUidam consulebat [29], an valeret sententia à minore XXV annis judice [30] data [31]? Et æquissimum est, tueri sententiam ab eo dictam, nisi [32] minor decem & octo [33] annis sit. † Certe si Magistratum minor gerit, dicendum est, jurisdictionem ejus non improbari. Et si forte ex consensu judex minor datus sit scientibus his, qui in eum consentiebant, rectissime dicitur, valere sententiam. proinde si minor Prætor, si Consul jus diceret, sententiamve protulerit, valebit: Princeps enim, qui ei magistratum dedit, omnia gerere decrevit.

9 *l.* 1. *ff. de vitu.*

10 *l.* 21. *in fin. ff. rer. amotar.*

De pignoribus captu, 1. Et distractu, cum sententia non præcessisset.

LVIII. *IDEM lib. VII Disputationum.

SI, cum [34] nulla [35] sententia præcessisset, capta sunt & distracta pignora, possunt revocari *.

11 Non venientia, non restituendis, non respondentis, recedentis. 12 *l.* 68. *ff. de rei vind. l. ult.* §. 1. *de appell.* 13 *l.* 73. *ff. de judiciis.* 14 *l.* 72. *ff. de judic.* Paul. 5 *sent.* 5. §. 6. *l.* 8. *C. quomodo & quando.* 15 *l.* 60. *ff. eod.* 16 Necessitatis. *l.* 10. *C. quomodo & quando judex.* 17 Contumax non censetur, qui judici non suo non obtemperat. 18 Adde *l.* 3. *in fin. ff. de minorib.* 19 *l.* 45. *in fin. ff. eod.* Porro Infans citari non potest, sed ejus tutor. Supra infantiam & septimum annum constitutus potest, sed cum tutore, si non habet, tutor in litem ei postulatur, aliàs citatus sine tutore non esset contumax. vide *l. ult. C. si propter publicas pensitat.* 20 Atqui videtur vocari non posse. *l.* 2. *in fin. ff. de in jus vocando.* 21 In minori auditorio. 22 Est enim eo casu gratificationi locus. *l.* 3. §. 4. *ff. de Silaniano.* 23 *l.* 27. *ff. de pœnis.* 24 Imo potest. *l.* 42. *ff. de minoribus.* 25 Nota hæc tria, rem judicatam, jusjurandum, confessionem. 26 *l.* 2. *C. de reb. cred.* 27 *l.* 1. § 7. *ff. si quid in fraud. patr. l.* 4. *C. de repudiand.* v. Nov. 90. c. 2. Judicati confessio habet obligationem & executionem paratam. *l.* 17. *ff. de in jus vocando.* Confessus eam postea retractare vel impugnare ob solennitatis omissæ vitium non potest: quin ejusmodi confessio, si auctoritatem specfes, instrumento notarii non cedit. adde *l.* 6. §. 2. *ff. tit. prox.* sic transactio apud acta, etiam sine scriptura valet, *l.* 28. *C. de transact.* adde *l. omnium.* 19. *C. de testam.* 28 Confessi pro judicatis habentur. v. *l.* 6. *ff. tit. prox.* 29 V. Zas. 2 *intellect.* 22. Goth. Adde Cujac. *lib.* 17 *obs.* 34. & Forcatul. *Cupid. jurisperit. cap.* 17. S. L. 30 Dato. 31 Ratio decidendi sumitur ab ipsa qualitate judicis, & aliis legibus quibus sua cuique Magistratui ætas definita erat. de quo v. Cujac. 17 *obs.* 34.

32 Minor regulariter non potest esse judex. *l.* 41. *ff. de arbitr. l.* 12. *ff. de jud.* 33 Ætas 18 annor. ἀκριβέστερον dicitur ab Arriano *in Epictet.* & ab aliis prima lanugo. 34 Ab executione non est incipiendum. *l.* 1. *C. de execut. rei judicatæ.* 35 Duplex est interpretatio. Prior: Ante latam sententiam non sunt distrahenda pignora: Altera, Si nulliter est processum, quæ inde sequuntur sunt venditiones, revocari possunt. 36 Nihil refert, quibus verbis sententia lata sit, dum ejus verba absolutionem vel condemnationem continent. 37 Judex in sententiis causam adjicere non debet. vide tamen exceptiones apud Socinum, *regul.* 244. 38 Utputa, nihil videtur quæ Titius servo obligetur, *l.* 21. §. 1. *ff. de arbitr.* quod habes ex testamento Mævii restitue, *l.* 5. *ff. eod.* at si quis ita judicet, Hereditas ad te pertinet, sed legata præstare debes. *l. ult. ff. de hæredib. instituend.* Omne debitum solve cum usuris, *l.* 3. *C. de sententiis, quæ pro eorum quantitate profer.* sententia incerta ferretur. Est enim incertum quas usuras condemnatus debeat. An idem est, si ferretur ita sententia, Quantum ei debes redde, divisioni veltrae stari placet, pro ea parte qua solvithi, accipe? ait *lex* 21. §. 3. *ff. de arbitris.* quod tamen maximam dubitationem habet. nam hujusmodi verbis tacite fit ad chirographum, ad instrumentum, ad apochain, quæ certam summam in se continent, relatio: id cum evenit, certa sententia est, *l.* 5. §. 2. *ff. eod.* eamque opinionem confirmat, §. 1. *ff. eod.* Porro judici ad quem appellatum est, fas est, si pronunciet justam vel injustam appellationem esse, *l. 6. C. de appellat.* vel bene judicatum. *l.* 38. *ff. de minorib.* 39 *l* 21. §. 1. *ff. de arbitris.* 40 Falsum igitur est, quod quidam putant, in arbitralibus actis certitudinem non spectari, sed in probatoriis tantum. 41 De formulis sententiarum quarundam dixi ad *l.* 1 §. 5. *ff. ad Turpill.*

Ut Decreta Latine interponantur.

XLVIII. TRYPHONINUS lib. II Disputationum.

DEcreta à Prætoribus Latine [97] interponi debent [98].

De eo qui patri non successit. De donatore.

XLIX. PAULUS lib. II Manualium.

ET exheredatum [99] vel eum, qui se paterna hereditate abstinuit, nec ex ipsius contractu, nisi [in] id, quod facere potest, condemnandum. † Quemadmodum autem facere posse credatur, videndum est: utrum deducto [100] omni ære alieno, ut is, qui

41 Sors & usuræ opponuntur.
42 *l.* 3. C. *de sententiis, quæ sine certa quantitate.* adde *l.* 31 ff. *de usuris.*
43 Imo recte; nam hodie usuræ rei judicatæ certæ sunt. *l.* 3. C. *de usuris rei judicatæ.*
44 Sententia contra mortuum lata, est ipso jure nulla.
45 *l.* 57. *in fin.* ff. *de jud.* Nov. *l.* 2. ff. *quæ sent. sine appellat.* si modo judici in aliquo actu judiciali mors litigatoris fuerit indicata. Eo amplius Gail. notat 1 *pract. obs.* 109. *n.* 3. 4. 5. 6. 7. de morte litigatoris judici constare debere, ut judici, non ut privato. Ad hæc post publicatam sententiam, morte litigatoris in judicio allegata sententiam per interlocutionem in heredes transferri. Sin ante conclusionem causæ partium altera decesserit, tunc implorato judicis officio citationem ad causam eo statu repetendam, in quo relicta fuit, contra heredes decerni, jure tamen in procuratorem defuncti sententiam ferri posse, ut qui post litem contestatam litis dominus factus sit, *l.* 23. C. *de procurator.* his modis heredum moras lusorias vitari. Cæterum sententiam in rem ejus (qui vivere creditur) utiliter ferri posse. *l.* 30. ff. *de fideicommiss. libertatibus.*
46 Imo, valere videtur, si quidem ferri potest sententia. *l.* 23. C. *de procurator.*
47 Vide Minsinger. 4 *obs.* 57.
48 V. quæ scripsi ad *l.* 27. ff. *de transact.*
49 Sciens sc. & prudens. Quid, si ignoravit? sententia valet: heredes tamen defuncti poterunt ad appellandum restitui. *l. ult.* ff. *de in integr. l.* 7. C. *quomodo & quando judex.*
50 *l.* 4. §. 5. ff. *de ædilitio.* quem Σκλάτον νόμον Græci appellant. Festus. hinc fontica causa apud Festum: Glossis ἀρὰ νόσου.
51 Diffindit.
52 *l.* 53. §. 2. ff. *eod.* Festus. *l.* 10. *in fin.* ff. *de excusationib. tutor.* adde Oldend. *c.* 14. *de re judicata.*
53 Febris, est motus corporis contra naturam. 54 Qui olim febricitans, & hodie morbosus censetur. vide Alciat. 2 *præsumpt.* 10. 55 Febrium differentiæ earumque tria genera præcipua sunt. aut enim nimius accidit calor in spiritibus, aut in humoribus putrescentibus, aut in solidis humani corporis partibus. Prior febris, ἐφήμερος. Secunda, putrida: Tertia, hectica. v. Fuchs. 3 *Instit.* 10. 56 Levissima febris, quæ & levicula. *l.* 1. §. 8. ff. *de ædilit.* 57 Vetus quartana. 58 Id est, dum ad executionem proceditur, per eam executioni mandatur sententia, interdum etiam per nexum, & nobile officium judicis. 59 Imo prius, *l.* 19. ff. *eod. l.* 10. ff. *qui potiores.* v. Forner. 1 *select.* 18. & Cuj. 9 *obs.* 17. 60 Quorum igitur? An communiter omnium creditorum judicati actione agentium & opponentium se ei, qui ad executionem festinat, ut vult Zasius: ut ita pro rata debiti, cuique ex bonis debitoris satisfaciat? An occupantis agere ex causa judicati: ut is præferatur ei, cui reus prius condemnatus est: ut qui prior sententiam meruit, nihil ferat? quod velle videtur Cuj. 9 *obs.* 37. An potius ejus, qui prior est in hypotheca, ut vult *lex* 2. ff. *qui potiores?* Demus vero creditori temporis posteriori rem adjudicatam, num priorum creditorum etiam ratio postea habebitur in totum vel pro rata? Placent, qui in totum volunt, si in immobilia agatur: mobilium enim alienata possessio ad posteriores transferri potuit. 61 Circa rem principalem, non ejus accessoria. *l.* 24. ff. *eod.* 62 Ratio decidendi sumpta ex *l.* 42. *in fin. l.* 45. ff. *eod.* 63 In eadem causa sc. 64 Ratio decidendi sumitur ex *l.* 55. *in fin.* ff. *eod.* 65 Imo, posse videtur. *l.* 1. C. *de sent. l.* 6. C. *quomodo & quando judex. l.* 4. C. *de accusationib.* 66 Non semper. *l.* 1. *in fin.* ff. *de Carbon.* Goth. Vide Zas. *singul. intellect. lib.* 2. *cap.* 27. Cujac. *lib.* 12 *observ. cap.* 13. & Joann. Robert. *lib.* 1 *sent. jur. cap.* 13. & 20. S. L.
67 Vide *tit.* C. *res int. alios. l.* 31. *in fin.* ff. *de jud. l.* 16. ff. *qui potiores. l.* 10. ff. *de except. l.* 1. ff. *de except. rei judicat. l.* 14. §. 1. ff. *de appellat.* 68 Etiam scientibus. 69 *l.* 1. *in fin.* ff. *de Carbon.*
70 Non obest, *Hal.* quod Cujacius probat, 12 *obs.* 25. 71 Hujus prioris regulæ exempla quatuor hic proponuntur. Primum in verbo *velut si.* ff. *eod.* Secundum in verbo, *aut maritus socerum.* Tertium in verbo, *aut possessor venditorem.* Quartum, *in vers. nam & si libert.* 72 Judicatum sit, nihil nocet. *Aurelanus.* Cujac. 12 *obs.* 25. 73 Hujus secundæ regulæ duo adferuntur argumenta: unum in verbis, *veluti si ex duobus heredibus debitoris.* alterum *in vers. item si ex duobus.*
74 Primum exemplum secundæ regulæ. 75 Alterum exemplum secundæ regulæ. 76 Id est, heredibus creditoris, non creditoribus. Accurs. *hic. num.* 13. 77 V. *l.* 5. C. *de pignoribus.*
78 Primum exemplum prioris regulæ. 79 Comprobatur hæc lectio à Bernardo, *cap. penult. de sent. & rejudicata.* & ita habent Basilica, εἰ ὁ πρόσθεν περὶ ὧν ἠγωνίσατο δικάζεται, ἡ αὐτὸν ὁ δανειστὴς πρόσθεν πάλαι. v. Cujac. 12 *obs.* 25. & adde *l.* 4. §. 2. ff. *de appellat.* Zasius legit, si creditori debitor: Pileus vetus interpres, si debitori creditor. 80 Sciens prudens scil. alias secus. & sic accipe *l.* 3. ff. *de pignor. l.* 11. *in fin. l.* 29. *in fin.* ff. *de except. rei judic.* 81 Secundum exemplum prioris regulæ: Si gener socerum, aut emptor venditorem. ff. *eod.* de dominio rei emptæ, vel in dotem datæ, coram judice agere permittit, sententia contra auctores lata, eis scientibus præjudicat: primo, quod potior defensio marito & emptori competat, quod auctores ab eis prohiberi potuerant, quod hi voluntatem suam interpositis consentiantur, qui eos à quibus causam habent, de suis juribus disputare permiserunt. v. Zas. 2 *intellect.* 27. adde *l.* 38. *in fin.* ff. *de donat. int. vir.* 82 Tertium exemplum prioris regulæ. 83 Id est, emptor. 84 Quartum exemplum prioris regulæ, cujus hic sensus est: Si libertus, interveniente patrono alterius libertus vel servus esse contenditur, sententia contra libertum lata præjudicat patrono. vide Zas. in hunc locum 2 *intellect.* 27.
85 *l.* 41. ff. *de usuris.* hinc colligit Zasius, creditores deceptos à suis debitoribus interesse lucri cessantis petere posse.

est valere sententiam. §. 2. Qui sortis 41 quidem condemnationem faciunt, de usuris autem ita pronunciant, *Usuræ* 42 *si quæ competunt*, [vel] *quæ competunt*, ut *præstentur*: non 43 recte pronunciant. debent enim de usuris quoque cognoscere, & certam facere condemnationem. §. 3. Si quis Edicto peremptorio post 44 mortem sit condemnatus, non 45 valet 46 sententia: quia morte rei peremptorium solvitur. ideoque, ut [in] re integra, de causa notio præstabitur, & quod optimum putarit, statuetur.

De morbo sontico.

LX. Julianus lib. v Digestorum.

Quæsitum 47 est, cum alter ex litigatoribus febricitans 48 discessisset, & judex 49 absente eo pronunciasset: an jure videretur pronunciasse? Respondit, Morbus sonticus 50, etiam invitis litigatoribus ac judice, diem differt 51. Sonticus autem existimandus est, qui cujusque rei agendæ impedimento 52 est: litiganti porro quid magis impedimento est, quam motus 53 corporis contra naturam, quem febrem appellant? igitur si rei judicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem 54 habuit, res non videtur judicata. † Potest tamen dici, esse aliquam & febrium 55 differentiam. nam si quis sanus alias ac robustus, tempore judicandi levissima 56 febre correptus fuerit; aut si quis tam veterem 57 quartanam habeat, ut in ea in omnibus negotiis superesse soleat: poterit dici, morbum sonticum non habere.

De eo cui prior reus condemnatus fuit.

LXI. Idem lib. XLV Digestorum.

In judicati actione 58 non 59 prius ratio haberi debet ejus cui prior reus condemnatus fuerit 60.

De sententia non mutanda.

LXII. Alfenus Varus lib. VI Digestorum à Paulo epitomatorum.

Cum quærebatur, judex, si perperam judicassset 61, an posset eodem 62 die iterum judicare 63? Respondit, non 64 posse 65.

An sententia inter alios dicta aliis præjudicet.

LXIII. Macer [lib. II de Appellationibus].

Sæpe 66 constitutum 67 est, *res inter alios judicatas aliis* 68 *non præjudicare.* † Quod tamen quandam distinctionem habet 69, nam sententia inter alios dicta aliis quibusdam etiam scientibus 70 obest 71: quibusdam vero, etiam si contra ipsos judicatum sit, nihil 72 nocet 73. Nam scientibus nihil præjudicat, veluti 74 si ex duobus heredibus debitoris alter condemnatur: nam alteri integra defensio est, etiamsi cum herede suo agi scierit. Item 75 si ex duobus petitoribus 76 alter victus adquieverit, alterius petitioni non præjudicatur: idque ita rescriptum est. † Scientibus sententia, quæ inter alios data est, obest, cum quis de ea re, cujus actio vel defensio primum sibi competit, sequenti agere patiatur 77: Veluti 78 si 79 creditor experiri passus sit 80 debitorem de proprietate pignoris; aut 81 maritus socerum, vel uxorem de proprietate rei in dote acceptæ; aut 82 possessor 83 venditorem de proprietate rei emptæ. & hæc ita ex multis Constitutionibus intelligenda sunt. † Cur autem his quidem scientia nocet, superioribus vero non nocet? Illa ratio est: quod qui scit coheredem suum agere, prohibere eum, quo minus, uti velit, propria actione vel defensione utatur, non potest: is vero, qui priorem dominum defendere causam patitur, ideo propter scientiam præscriptione rei, quamvis inter alios, judicatæ summovetur, quia ex voluntate ejus de jure, quod ex persona agentis habuit, judicatum est. Nam & 84 si libertus meus, me interveniente, servus vel libertus alterius judicetur, mihi præjudicatur. † Diversa causa est, si fundum à te Titius petierit, quem ego quoque, sed non ex persona Titii, ad me pertinere dico. nam quamvis contra Titium, me sciente, judicatum sit, nullum tamen præjudicium patior: quia neque ex eo jure, quo Titius victus est, vindico; neque potui Titio intercedere, quominus jure suo uterur: sicuti & de coherede supra diximus.

An usuræ currant appellatione pendente.

LXIV. Scævola lib. XXV Digestorum.

Negotiorum gestorum condemnatus appellavit, & diu negotium tractum est; quæsitum est, appellatione ejus injusta pronunciata, an, quo tardius 85 judicatum sit, usuræ pecuniæ in condemnatum 86 deductæ medii temporis debeantur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, dandam utilem actionem.

86 *Al.* condemnationem.

Tit. II.

De Confessis 1.

De effectu confessionis.

I. Paulus lib. LVI ad Edictum.

Confessus 2 pro 3 judicato est 4, qui quodammodo sua sententia damnatur 5.

De errore.

II. Ulpianus lib. LVIII ad Edictum.

Non 6 fatetur, qui errat 7, nisi jus 8 ignoravit.

De legato.

III. Paulus lib. IX ad Plautium.

Ulianus ait confessum, *certum se debere legatum*, omnimodo damnandum, etiam si in rerum 9 natura non fuisset, & si jam à natura recessit: ita tamen, ut in æstimationem ejus damnetur: quia confessus pro 10 judicato habetur.

De Lege Aquilia.

IV. Idem lib. XV ad Plautium.

Si is, cum quo Lege Aquilia 11 agitur, confessus est, *servum occidisse*: licet non occiderit, si tamen occisus sit homo, ex confesso tenetur.

De morte servi, quem quis se debere confessus est.

V. Ulpianus lib. XXVII ad Edictum.

Qui *Stichum debere* 12 se confessus est, sive mortuus jam Stichus erat, sive post litis contestationem decesserit, condemnandus est.

De confesso certum vel incertum. 2. *De rei vindicatione, & aliis actionibus.* *De Interdicto.* 3. *De absentia adversarii.* 4. *De confessione procuratoris, tutoris vel curatoris.* 5. *Vel pupilli, vel minoris.* 6. *De tempore quod datur judicatis.*

VI. Idem lib. V de omnibus Tribunalibus.

Certum 13 confessus 14 pro judicato erit 15: incertum 16 non erit. §. 1. Si quis incertum confiteatur, vel corpus 17 sit confessus, *Stichum vel fundum dare se oportere*: urgeri debet, ut certum confiteatur 18. † Item eum, qui rem confessus est, ut certam quantitatem fateatur. §. 2. Sed & si fundum vindicem meum esse, tuque confessus sis: perinde 19 habearis, atque si dominii mei fundum esse pronunciatum esset. † Et si alia quacunque 20 actione civili, vel honoraria, vel Interdicto exhibitorio, vel restitutorio, vel prohibitorio, dum quis conveniatur, confiteatur: dici potest, in his omnibus subsequi Prætorem voluntatem Orationis Divi Marci debere: & omne omnino, quod quis confessus est, pro judicato haberi. † Dabitur igitur ex his actionibus, ex quibus dies datur ad restituendam rem, confesso tempus ad restitutionem: &, si non restituatur, lis æstimabitur. §. 3. Si quis absente 21 adversario, confessus sit, videndum numquid non debeat pro judicato haberi: quia nec qui jurat de operis, obligatur; nec soleat 22 quis absenti condemnari? † Certe 23 procuratorem, tutorem, curatoremve præsentem esse sufficit 24.

§. 4. Sed an & ipsos procuratores, vel tutores, vel curatores fateri sufficiat, videamus? Et non puto sufficere 25. §. 5. In pupillo 26 tutoris auctoritatem exigimus. † Minorem à confessione sua restituemus 27. §. 6. Confessi utique post confessionem tempora 28 quasi ex causa judicati habebunt.

De arbitro post confessionem dato.

VII. Africanus lib. V 29 Quæstionum.

Cum fideicommissum peteretur, heres confessus 30 est debere 31: arbiter 32 ad restituendum datus, comperit nihil deberi: Quæsitum est, an possit absolvere 33? Respondi, posse interesse, qua ex causa nihil debeatur. Nam 34 si ob id, quod nullum fideicommissum fuerit: non debere eum absolvere. Si 35 vero quia testator forte solvendo non erat; aut 36 quod heres omne solutum esse apud Prætorem dixerat, & cum controversia & computatio difficilior esset, arbiter datus fuerit: salvo 37 officio eum absoluturum. has enim partes ejus esse, ut, si in computatione nihil inveniatur, possit absolvere: sed & ex superiore casu ad Prætorem remittere debeat, ut absolvatur.

De re, quæ an extet, incertum est.

VIII. Paulus lib. IV ad Sabinum.

Non omnimodo confessus condemnari debet rei nomine, quæ an in rerum 38 natura esset, incertum sit.

Tit.

1 vii C. lix. περὶ ὁμολογούντων. 9 *Scalog.* 4. Confessos autem hic accipe in jure post litem contestatam: ut ita differat hic titulus à titulo *de interrogationibus. lib.* 11. ff. 2 Porro confiteri voce & literis quis potest? Convinci vero non nisi scriptura aut testibus potest. Paul. 5 *sentent.* 5. §. 3.
3 *l.* 3. *in fin. l.* 6. *in princ. & §.* 2. *in fin.* ff. *eod.* Paulus 5 *sent.* 5. §. 2. *l.* 7. 8. 12. *in fin.* ff. *de interrogationib. l. unic.* C. *hoc tit. l.* 4. *in fin.* C. *de repud. vel abst. hered.*
4 Nisi facta sit coram judice extraneo, id est, non suo. vide Socin. *regul.* 62. & 66.
5 Ideoque ex die confessionis tempus solutionis præstitutum computatur. Paul. 5 *sent.* 5. §. 2. & *l.* 6. *in fin.* ff. *eod.*
6 Confessio per errorem facta revocari potest *cap.* 47. *de regul. in* 6. v. Socin. *reg.* 64. & 65.
7 V. *l.* 57. ff. *de obligationib.*
8 Si quis peritus facti & sciens bona esse ἀδολεσχίαν (ut ait Theodorer.), falsus est in jure se debere legata integra, habetur pro judicato. vide Cujac. C. *eod.*
9 *l.* 5. *l. ult.* ff. *eod.*
10 *l.* 1. ff. *eod.*
11 *l.* 23. *in fin.* ff. *ad leg. Aquil.*
12 Paul. 2 *sent.* 1. §. *ult.*
13 *l.* 3. ff. *eod.*
14 In jure & præsenti. v. §. 3. ff. *eod.*
15 *l.* 1. ff. *eod.*
16 Si incertum. *Hal.*
17 Confessio incerta corpore, genere, & quantitate non valet.
18 Olim obligatus, præsumitur etiam hodie mihi obligatus. de quo vide Alciat. 2 *præsumpt.* 2.
19 Confessio in realibus valet ad dominium.
20 Confessio omnis valet, facta tamen ἐν βήματι vel ubi Magistratus est competens, nisi, ut vult *Novella* 90. rogati interfuerint testes quinque.
21 Paul. 5 *sentent.* 5. §. 5. *l.* 47. ff. *de re jud. l.* 7. C. *quomodo & quando judex.* vide Oldendorp. 14 *de re jud.* vide Socin. *reg.* 63.
22 Imo, absenti quis condemnari potest. *l.* 13 §. 2. *in fin.* C. *de judic.*
23 Præsens esse in jure dicitur, qui ibi procuratorem, vel curatorem, vel tutorem habet. ff. *de manumiss. testam.*
24 *l.* 53 *in fin.* ff. *de rejudicata.* & ita habent Basilica, εἰ ὁ πρόσθεν περὶ ὧν ἠγωνίσατο δικάζεται, ἡ αὐτὸν ὁ δανειστὴς πρόσθεν πάλαι. v. Cujac. 12 *obs.* 25. & adde *l.* 4. §. 2. ff. *de appellat.* Zasius legit, si creditori debitor: Pileus vetus interpres, si debitori creditor. 80 Sciens prudens scil. alias secus. & sic accipe *l.* 3. ff. *de pignor. l.* 11. *in fin. l.* 29. *in fin.* ff. *de except. rei judic.* 81 Secundum exemplum prioris regulæ: Si gener socerum, aut emptor venditorem. ff. *eod.* de dominio rei emptæ, vel in dotem datæ, coram judice agere permittit, sententia contra auctores lata, eis scientibus præjudicat: primo, quod potior defensio marito & emptori competat, quod auctores ab eis prohiberi potuerant, quod hi voluntatem suam interpositis consentiantur, qui eos à quibus causam habent, de suis juribus disputare permiserunt. v. Zas. 2 *intellect.* 27. adde *l.* 38. *in fin.* ff. *de donat. int. vir.* 82 Tertium exemplum prioris regulæ. 83 Id est, emptor. 84 Quartum exemplum prioris regulæ, cujus hic sensus est: Si libertus, interveniente patrono alterius libertus vel servus esse contenditur, sententia contra libertum lata præjudicat patrono. vide Zas. in hunc locum 2 *intellect.* 27.
25 Confessio procuratoris, tutoris, curatoris non sufficit, *ut hic.* nisi necessitate eis imposita respondendi, confessi fuerint: sic enim intellige *l.* 25. §. 1. ff. *ad legem Aquil.* nisi quis habeat mandatum confitendi, & absentem defendens de judicato satisfecerit. Procurator alioqui, qui ultro confitetur, ei quem defendit non præjudicat, sed sibi. *l.* 9. § 4. ff. *de interrogationibus.* 26 Pupillus auctoritate tutoris respondere potest. *l.* 1. C. *qui legitimam personam standi.* 27 Obligatur igitur minor sua confessione: atqui sententia in minorem indefensum lata nulla est. *l.* 54. ff. *de rejudic.* Igitur potius obligatur minor confessione sua, quam sententia; adde *l.* 11. ff. *de interrogationibus.* 28 Id est, quatuor menses. 9 *Eclog.* 4. *cap.* 6. Paul. 5 *sentent.* §. 2. 29 Vide Cujac. 5 *ad African. fol.* 88. 30 Per errorem scil.
31 Se scilicet fideicommissum. 32 Arbiter solet dari ad exequendam restitutionem fideicommissi. *l.* 109. *in fin.* ff. *de legat.* 1. *l.* 12. ff. *de legat.* 3. 33 Posse videtur, quia confessus non videtur, qui errat in facto. *l.* 2. ff. *eod.* adde *l.* 3. ff. *de re judicat.* 34 Qui restitutioni seu executioni datus est arbiter, errantem in facto non potest absolvere; sed ad Prætorem remittere potest absolvendum. 35 Qui computationi & ad ineundam computationem bonorum datus est arbiter, ut videlicet æstimaret fideicommissum debitum sit necne, errantem absolvere potest. 36 Aut etiam. *Dynus.* 37 Salvo officio absolvit, qui in absolvendo officium non excedit. 38 *l.* 3. ff. *eod.*

TIT. III.

DE CESSIONE BONORUM [1].

De credito ob restitutionem ædificiorum.

1. ULPIANUS lib. XVII ad Edictum.

CReditori [2], qui ob restitutionem [3] ædificiorum credidit, privilegium [4] exigendi datur.

De his qui in locum priorum creditorum succedunt.

II. IDEM lib. XXI ad Sabinum.

IN personalibus actionibus, qui postea quidem contraxerunt, verum ut pecunia eorum ad priores [5] creditores perveniat, in locum eorum succedunt.

De bonis nondum venditis, & de pœnitentia.

III. IDEM lib. LVIII ad Edictum.

IS qui bonis cessit, ante rerum venditionem utique bonis suis non caret: quare, si [6] paratus fuerit [7] se defendere, bona eius non veneunt.

Si is, qui bonis cessit, postea aliquid acquirat. De eo, qui bonis cessit, non inquietando.

IV. IDEM lib. LIX ad Edictum.

IS qui bonis cessit, si quid postea [8] adquisierit, in quantum facere potest [9], convenitur [10]. §. 1. Sabinus & Cassius putabant, eum, qui bonis cessit [11], ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari [12].

De pœnitentia.

V. PAULUS lib. LVI ad Edictum.

QUem pœnitet [13] bonis cessisse, potest, defendendo se, consequi, ne bona eius veneant.

Si is qui bonis cessit, postea aliquid adquirat.

VI. ULPIANUS lib. LXIV ad Edictum.

QUi bonis suis cessit, si modicum [14] aliquid post [15] bona sua vendita adquisivit: iterum bona ejus non veneunt. † Unde ergo modum hunc æstimabimus? utrum ex quantitate ejus quod adquisitum est, an vero ex qualitate? Et putem, ex quantitate [16] id æstimandum esse ejus, quod quæsiit: dummodo illud sciamus, si quid misericordiæ [17] causa ei fuerit relictum, puta menstruum, vel annuum, alimentorum nomine, non oportere propter hoc bona ejus iterato [18] venundari: nec enim fraudandus est alimentis cottidianis. † Idem, & si usufructus ei sit concessus [19] vel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine satis est.

VII. MODESTINUS lib. II Pandectarum.

SI debitoris bona venierint, postulantibus creditoribus permittitur, rursum [20] ejusdem debitoris bona [21] distrahi, donec suum consequantur: si tales [22] tamen facultates acquisitæ sunt debitori, quibus Prætor moveri possit.

De eo qui nec debere agnovit, neque est condemnatus, neque in jure confessus.

VIII. ULPIANUS lib. XXVI.

QUi cedit bonis, antequam [23] debitum agnoscat [24], condemnetur, vel in jus confiteatur, audiri [non] debet.

De cessione in jure vel extra jus, de nuncio, de epistola.

IX. MARCIANUS lib. XV Institutionum.

BOnis cedi non tantum in jure, sed etiam [25] extra jus [26] potest. Et sufficit [27], & per [28] nuncium vel per epistolam [29] id declarari.

QUE POTESTATEM SUI FACIET, NEQUE DEFENDERETUR, IRI JUBEBO [12]. §. 1. *Potestatem* autem *sui* non facit [13], qui id agit, ne adversarius ejus copiam sui habeat. Ergo latitantis bona jubet possideri. §. 2. Quid, si non latitet, sed absens non defendatur? nonne videtur potestatem sui non facere? §. 3. Defendi autem videtur, qui per absentiam suam in nullo deteriorem causam adversarii faciat [14]. §. 4. Hæc verba, *defenderetur*, σφαλματικῶς [15], id est, *fusius & cum extensione*, scripta sunt: ut neque sufficiat unquam defendisse, si [16] non duret defensio; neque obsit, si nunc offeratur.

De pupillo & furioso.

III. IDEM lib. LIX ad Edictum.

APud Julianum quæritur, si communem rem cum Titio pater pupilli habuerit, & communi dividundo judicio pupillus non defendatur, nihilque erit, cujus nomine propter personam patris condemnatio fieri debeat: utrum venire bona patris oporteat, an vero rei servandæ causa possideantur? Et ait [17] Julianus: Si quidem pater aliquos fructus percepit, aut fecerit rem deteriorem, bona ejus venire possunt: si vero nihil sit, propter quod patris bona veneant, pupilli [18] possideri [19]. Marcellus autem notat: Perquam iniquum esset, eum qui nihil cum pupillo contraxit, exspectare ejus pubertatem. quæ sententia habet rationem: ideoque cum contractus ex [20] persona patris descendat, dicendum erit, non esse expectandam pupilli pubertatem. §. 1. Contractum cum pupillo potest dici, & si cum servo [21] ejus contractum sit: competit enim adversus eum de peculio actio. † Unde probandum est, ex omnibus causis, ex quibus adversus pupillum actio datur, hoc idem servandum. Et facilius erit hoc probandum in servo, qui in rem [22] domini vertit, aut jussu ejus [23], aut si institoria [24] cum eo agi possit. §. 2. Ego puto: & si cum tutore ejus contractum est, ex qua causa actio in pupillum datur, magis est, ut Edicto locus sit, quasi [25] cum eo contractum sit. §. 3. Si pupillus heres extiterit [26] alicui, exque ea causa legata debeat: videndum est, an huic Edicto locus sit? magisque est, ut Marcellus scribit, etiam pupilli posse bona possideri [27]; esseque in arbitrio hereditariorum creditorum, quid potius eligant: etenim videtur impubes contrahere, cum adiit [28] hereditatem.

IV. PAULUS lib. LVIII ad Edictum.

SEd & is qui miscuit [29] se, contrahere [30] videtur.

V. ULPIANUS lib. LIX ad Edictum.

HÆc autem locum habent, quotiens pupillus non defendatur à quocunque, sive à tutore, vel curatore: sive habeat tutorem pupillus, sive non habeat. cæterum si [31] exstat aliquis qui defendere sit paratus, cessabit rei servandæ causa possessio. §. 1. Non defendi pupillum constare debet, liquereque Prætori, ut sic permittat bonorum possessionem. † Hoc autem constare debet sic [32]: Evocandi sunt ad Prætorem tutores pupilli ut defendant: si autem non habet tutores, requirendi cognati vel adfines [33], & si qui alii forte sunt, quos verisimile [34] est defensionem pupilli, pupillæ, non omissuros, vel propter necessitudinem [35], vel propter caritatem [36], vel qua alia ratione: liberti etiam, si qui sunt idonei, evocandi, exquirendaque defensio. Si autem negent [37] se defendere, aut non negent, sed taceant: tunc Prætor possessionem dabit: tamdiu scilicet, quoad non defendatur. si defendi cœperit pupillus vel pupilla, desinet possideri. idem est & in furioso.

§. 2. Ait Prætor: SI IS PUPILLUS IN SUAM [38] TUTELAM VENERIT, EAVE PUPILLA VIRIPOTENS [39] FUERIT, ET RECTE DEFENDETUR: EOS, QUI BONA POSSIDENT, DE POSSESSIONE DECEDERE JUBEBO. §. 3. *Recte* [40] *defendi* quid sit, videamus: utrum tantum copiam sui facere, & ad suscipiendum judicium paratum esse, an vero & satisdare [41] omnimodo? Et quidem non solum ipsis se defendere volentibus hoc Edictum scriptum est, sed in rem, & *recte defendetur*: hoc est, vel à se, vel ab alio quocunque. sed si alius defendat, erit necessaria [42] satisdatio: si ipse, non puto [43] necessariam satisdationem: ergo oblata defensione dejici poterit Interdicto reddito.

De creditore conditionali. 1. De absente. 2. De captivo.

VI. PAULUS lib. L*VII* ad Edictum.

IN possessionem mitti solet [44] creditor, & [45] si sub conditione ei pecunia promissa sit. §. 1. Cum dicitur, *Et ejus cujus bona possessa sunt a creditoribus, veneant, præterquam pupilli & ejus, qui* [46] *Reipublicæ causa sine dolo malo abfuit*: intelligimus, ejus qui dolo malo abfuerit, posse venire. §. 2. Si ab hostibus quis [47] captus [48] sit, creditores ejus in possessionem mittendi sunt: ut tamen non statim bonorum venditio permittatur, sed interim [49] bonis curator detur [50].

De creditoribus non alendis. 1. De latitatione Edictum. 2. De fraudatione. 3. De non latitante. 4. Quid sit latitare. 5. De furioso. 12. De prodigo & cæteris, qui curatorum ope juvantur. 13. Quid sit latitare. De fraudatione. 14. De obligatione in diem, vel conditionali, vel cui obstat exceptio. 15. De peculio. 16. De actione in rem. 17. De absente. 18. De petitione hereditatis.

VII. ULPIANUS lib. LIX ad Edictum.

FUlcinius existimat, creditores rei servandæ causa missos in possessionem, ex his rebus ali non [51] debere. §. 1. Prætor ait: QUI [52] FRAUDATIONIS [53] CAUSA LATITAVIT, SI

---

1 Qui bonis cedere possunt. VII C. LXXI. περὶ κέσεως ἀποστάσεως, καὶ περὶ χρεωκοπούντων, καὶ περὶ χρεωκοπησάντων. 7 *Eclog. ex lib.* 3. *tit.* 5. *fol.* 71. & *Novell.* 135. *ne quis bonis cedere cogatur.* De cessione bonorum hæc notanda: Legibus XII Tabularum receptum fuisse, ut qui debitores essent non solvendo, vincirentur, in carcerem conjicerentur (quod postremum de Cornelio Scipione Asiatico legimus apud Valerium 4. *c.* 1.), verberarentur: quin & operas darent creditoribus. Varro, 6 *de lingua Latin.* (Qui ita ferviebat, Nexus dicebatur) capitis pœnas darent, permissum etiam erat creditoribus, si vellent, partiri corpus addicti, 20 Gell. 1. quam legem mos publicus repudiavit. 3 Quint. *Inst.* 6. Itaque (ut ait Tertullianus in *Apologetico*) consensu publico ea crudelitas postea erasa est: & in pudoris notam capitis pœna conversa fuit, bonorum adhibita proscriptione: suffundere maluit (usus scilicet vel consuetudo P. Romani) hominis sanguinem (id est, illud prævaluit ut pudor debitoribus injiceretur) quam effundere. *hæc ille.* Ad eam venditionem refer *l.* 65. §. 1. ff. *pro socio.* Anno etiam urbis 427 Lex lata, ne quis nervo aut compedibus ob pecuniam acceptam creditori serviret. Livius 8. Deinde Caio Popilio rogante, Dictatore Sylla, constitutum fuit, ut qui bonorum copiam ejurareт (id est, qui juraret se in bonis non habere), Nexus ne esset. Varro 6 *de lingua Latina in fin.* ubi plenissime dixi, quid esset Nexus: *& bonorum copiam ejurare*: adde Festum *in ejurare.* quam legem pene abolitam Lex Julia revocavit, introducto cessionis bonorum beneficio. *l.* 1. 4. *C. qui bonis cedere.* Quoniam tamen bonorum cessio debitori infligebat ἀφάνειαν τοῦ βίου, καὶ τὴν ἀκρασίαν τῶν πραγμάτων. *Novell.* 135. hi qui ἐκ τοῦ συμβεβηκότος καὶ ἀπὸ δυσκολίας facti fuissent non solvendo, exempti sunt à Justiniano, ideoque ii non coguntur, velut decoctores bonis cedere. Hos enim Adrianus catamidiari in amphitheatro jubebat. *Spartianus.* Eandem legem apud Bœotios fuisse Nicolaus auctor est apud Stobæum, *c.* 42. Isidem licet equitibus, locus in theatro negatus erat Lege Roscia theatrali. Verisimile est etiam eos virgis interdum castigatos, ut ostendit Horom. 24 *Illustr.* 2 Hanc legem & sequentem à suo titulo aberrare quis non videt? utique, si Pandectæ Florentinæ paterentur, ad titulum *de privilegiis creditorum* referendæ essent: quod etiam Petro Pithœo placuisse video, 2 *notar. fol.* 81. *in fin.* 3 *l.* 25. ff. *de reb. cred.* vide *l.* 5. ff. *qui potiores. l.* 26. *l.* 34. ff. *de reb. auctor. jud.* 4 V. *l.* 25. ff. *de reb. creditis.* 5 *l.* 12. §. 7. *in fin.* ff. *qui potiores. l.* 24. *in fin.* ff. *de reb. auctor. l. ult. C. de privileg. fisci.* 6 V. *l.* 5. ff. *eod.* 7 *l.* 7. *in fin.* ff. *eod.* §. *ult. Inst. de action.* 8 Atque ita bonorum cessio non tollit civilem obligationem. 9 Habet igitur exceptionem bonorum cessionis adversus omnes. de qua vide §. *ult. Inst. de replication.* & Oldend. *c.* 2. 5. *de exceptionib.* & sic in bonorum cessione res inter alios acta aliis præjudicat: à nullis enim creditoribus conveniri potest. *Scholiastes Synops. lib.* 7. 10 Imo non convenitur. *l.* 6. §. *ult. in fin.* ff. *de offic. Præsid.* 11 Metu quorundam creditorum. 12 Cur ita? quia cessio est individua. Nemo cedit bonis in partem; ideoque effectus, qui in uno obtinet, ad omnes extenditur, Zas. *hic. n.* 4. adde *Eclog. c.* 3.

13 Pœnitere potest, qui bonis cessit. *l.* 3. ff. *eod.* 14 Adde *l.* 7. *in fin.* ff. *eod.* μικρὸν τι καὶ χαλεπὸν. *Eclog. c.* 5. Goth. Vide Brun. *de honor. cessions. quæst.* 28. *num.* 3. *qu.* 29. & *seq.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 183. S. L. 15 Nam antea, cum vendebantur bona ex Lege Julia, debitori ne ad victum quidem & cultum quicquam relinquebatur. vide Hotom. 24 *Illustr.* 16 Bartolus & Zasius hoc accipit non de rei pretio, sed proventu, hoc sensu: In aliquo exigendo quatenus facere potest, quantitas redituum ejus inspicitur, non quantitas rerum, quas habet. Bartolus addit hunc casum singularem esse, ac mirabilem. 17 Misericordiæ causa datum; eripi nisi immisericorditer non potest. adde *l.* 34. ff. *de rejudicata.* 20 Gell. 1. 18 Id est, rursum. *l.* 7. ff. *eod.*

19 Inter vivos. 20 πάλιν ἐγέγοντω. *Eclog. c.* 8. 21 Post cessionem adquisita. 22 Vide *l.* 4. *l.* 6. ff. *eod.* 23 Cedi bonis non potest, nisi liqueat de debito. 24 Vel extra judicium, vel in jure confitendo, vel sententia. 25 Hoc non servatur in Gallia. 26 Sola voluntate. *l.* 6. *C. eod.* statutis tamen quibusdam modo prorsus inhonesto fieri solet. de quo vide Albericum, *lib. de statutis. in verbo* cessio. Quin Accursius hunc tit. legendum eo modo in cathedra ostendebat teste Dyno & Bartolo *hic.* 27 Non tamen confessus intelligitur, nisi scriptura vel testibus convictus fuerit. Paul. 5 *sent.* 5. §. 3. 28 Hoc quoque non servatur in Gallia. vide constitutionem regis Ludovici XII. *art.* 70. 29 Vel quoquo modo. Paul. *ibid.*

TIT. IV.

QUIBUS [1] EX CAUSIS IN POSSESSIONEM [2] EATUR.

Quibus ex causis in possessionem mittitur.

1. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

TRes [3] fere causæ sunt, ex quibus in possessionem [4] mitti solet, *rei servandæ causa, item legatorum* [6] *servandorum gratia, & ventris* [7] *nomine: damni enim infecti nomine*, si non caveatur, non [in] universorum nomine fit missio: sed rei [8] tantum, de qua damnum tuetur [9].

Judicio sisti.

II. IDEM lib. V ad Edictum.

PRætor ait [10], IN BONA EJUS, QUI [11] JUDICIO SISTENDI CAUSA FIDEJUSSOREM DEDIT: SI NE-

---

12 Contumacia hæc est pœna, l. 3. *in fin.* ff. *de procurat. l.* 13. §. 3. *C. de judiciis. l.* 2. *in fin. C. ubi in rem actio. l.* 8. *C. quomodo & quando judex.* vide *lib.* 2. *tit.* 10. 11. T. Goth. Datur hic missio in possessionem omnium bonorum, jure vero Novellarum pro modo tantum debitæ quantitatis. *Novell.* 53. *c.* 4. Ans.

13 Aut ex proposito scil. aut ex occasione.

14 Deteriorem causam adversarii facit, qui procuratorem ita imperitum mittit, ut neque modum, neque rationem vel formam defendendi alteritus teneat: aut qui ad finem usque litem non perducit, adeoque defendi non videtur. §. 4. ff. *eod. l.* 26. *C. de procur. l.* 29. ff. *de procur.* aut qui ad finem usque litem non perducit. §. 4. ff. *eod.* Porro, defendere est eadem facere, quæ faceret principalis, si adesset. 8 *Ecl. tit. περὶ διοικήσεων.*

15 σφαλματικῶς, fusius, cum extensione, ut *l.* 1. ff. *ut in de legitimi. l.* 14. ff. *de except. rei jud. l.* 49. ff. *de re jud.* ut alibi, *in σφάλ. l.* 28. ff. *de probat. l.* 13. ff. *de solutionib. l.* 12. §. 2. ff. *ratam rem haberi.* Est que tractatus, figura quæ non solum ad præsens, sed etiam ad futurum tempus refertur.

16 Durare debet defensio, ut defensio prosit. adde *l.* 10. §. 6. ff. *de in rem verso.*

17 Et male *vers. Marcellus.* ff. *eod.*

18 *l.* 5. ff. *de reb. aut. jud.*

19 Die ut ff. *eod. vers. Marcellus autem.*

20 Contumacia patris pupillo nocet. Ex contractu patris vel majoris potest in pupillum eorum heredem fieri missio.

21 *l.* 3. §. 2. ff. *de peculio.*

22 Tunc enim pupillus est locupletior. *l.* 5. *in fin.* ff. *de in rem verso.*

23 Imo, tunc non tenetur. *l.* 1. §. 7. ff. *quod jussu.*

24 *l.* 10. ff. *de institoria.*

25 Qui cum tutore contrahit, cum pupillo contrahere videtur.

26 *l.* 11. ff. *de institoria.*

27 Ita obligatur ex pœnitentia.

28 Qui adit, aut qui cedit, aut cui cedit hereditas, contrahere videtur, *l.* 5. §. 2. ff. *de oblig. & act.* Ulp. 19. §. 14 §. 5. *Inst. de oblig. ex quasi contractu.*

29 Immiscet & hereditati filius: adit hereditatem extraneus. rationem prioris sententiæ collige ex *l* 11. ff. *de lib. & posth.* 30 Contrahere videtur, qui se immiscet. adde *l.* 5. §. *heres.* ff. *de oblig.* §. *heres. 5. Inst. de obligat. ex quasi contractu.*

31 *l.* 22. ff. *de in jus voc. l.* 33. §. 2. ff. *de procurat. l.* 4. *in fin.* ff. *tit. prox. l.* 1. §. 1. *C. ubi pupill. l.* 26. *C. de procur.* 32 Contumacia pupilli citati quemadmodum judici innotescere debeat.

33 *l.* 6. ff. *ubi pupill. l.* 5. §. 11. ff. *de rebus eor. qui sub tutela.* 34 De hac præsumptione vid. Alciat. 1 *præsumpt.* 22. 35 Vide Cicer. *pro Quintio.* 36 Adde *l.* 1. §. 7. ff. *de suspect.* adde Cicer. *pro Quintio.* 37 V. Cujac. 22. *obs.* 27. 38 Id est, pubertatem. *l.* 9. §. 1. *de admin. tut. l. ult.* ff. *de jure delib. l.* 50. ff. *de leg.* 3. *Inst. de pupill. subst. in princ.* 39 *l.* 51. ff. *de leg.* 3. id est, maturo viro, nubilis. *l.* 13. ff. *de verb. signi. l.* 101. ff. *de cond. & demonstr.* 40 *l.* 63. ff. *de judiciis.* 41 Judicatum solvi. 42 V. *l.* 110. §. 1. ff. *de reg. jur.* 43 Puto, dicitur hic ἐν ἀμφιβόλῳ, ut sit τοῦ εἰθισμένου, ὃ σπάνιον μὲν, non enim hoc quasi certus dicit, sed quasi existimans hunc morem judiciorum sine fraude contenni posse: & omnino mens Ulpiani hæc est: Hunc quidem esse morem, ut si post dies 30, quam bona debitoris ex edicto possessa sint, vel post pubertatem, si pupilli bona possessa fuerint, ita tamen ut non minus 30 diebus possessa fuerint, ipse debitor defensionem sui suscipiat, satisdet judicatum solvi stipulatione, sed & putare ipso defendente, non esse necessariam satisdationem: nec male eum, qui obtulit defensionem, nec satisfecit, agere Interdicto, quo jubentur creditores discedere de possessione, licet in ea re non obtervent judiciorum morem. vide Cuj. 10 *obs.* 29.

44 Imo, mitti non potest. *l.* 14. *in fin.* ff. *eod.* 45 Conditionalis etiam creditor in possessionem mitti potest. 46 Vide *l.* 4. *C. de restitut. milit.* 47 Quis debitor. 48 *l.* 22. *in fin. l. ult.* ff. *de reb. auct.* 49 Vide Socin. *reg.* 50. 50 Ne pereant. *l.* 6. *in fin.* ff. *de tutelis*, vide *l.* 3. *C. de postliminio reversis.* 51 Missus ex primo decreto in bona, non percipit fructus, ut *hic.* nisi adversarius sit nimium contumax, §. *ult.* ff. *eod.* nisi filia, neptis, vidua defuncti, *l. pen.* ff. *ut in possess. legato.* vel infans mittitur in possessionem ex Carboniano. *l.* 1. §. 3. ff. *de Carbon.* 52 Vide Ciceronem *oratione pro Quintio.* 53 Alias non est vere contumax. §. 2. ff. *eod. l.* 19. ff. *de in jus vocand. l.* 9. *C. de bon. auctor. jud. l.* 8. *C. quomodo & quando judex.*

---

1 Hoc etiam non est in usu apud Gallos.

2 Τῶν τοῦ χρεωφειλέτου scil. 7 *Eclog.* 6.

3 *l.* 4. *in fin.* ff. *de off. ejus, cui mandata est. l.* 3. *in fin. l.* 10. §. 1. ff. *de adqu. poss.*

4 Universam sc. ff. *eod.* hodie secundum mensuram debiti. *Novell.* 53. *c.* 4. *in fin.*

5 *l.* 6. *l.* 7. ff. *eod.* & ff. *de curatore bonis dando.* 6 ff. *ut in poss. legat.* 7 *l.* 24 ff. *de reb. auct. jud. l.* 8. ff. *de curat. furios.* & ff. *de ventre in poss.* 8 *l.* 4. §. 1. ff. *de damno.* 9 *Al.* Timetur. 10 Hoc primum est caput possessionis bonorum ex primo decreto, quo creditores in bona debitorum ire jubentur: alterum, quo possidere & vendere eis licet. *l.* 7. §. 1. ff. *eod.* 11 V. Cicer. *pro Quintio.*

si boni viri [53] arbitratu non defendetur [54], ejus bona possideri vendique jubeo [55]. §. 2. Cum hoc Edictum locum habeat, non sufficit latitare: sed & necesse est [56] fraudationis [57] causa id fieri. neque quod fraudationis causa sine latitatione fit, satis est ad possessionem & venditionem: sed oportet fraudationis causa latitare. & est frequentissima hæc causa possessionis: nam in usu latitantium bona possidentur. §. 3. Si quis possederit bona alicujus quasi latitantis, qui non latitabat, & vendiderit: consequens erit dicere venditionem bonorum secutam nullius momenti esse [58].

§. 4. Quid sit autem latitare, videamus? *Latitare* est [59], non (ut Cicero definit [60]) turpis occultatio sui; potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti [61] qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. §. 5. Sed is, qui fraudationis causa latitet: non tamen propter [62] creditores. & si hæc latitatio creditores fraudet, in ea tamen erit causa, ne hinc possidere bona ejus possint: quia non hoc animo latitet, ut fraudentur creditores. animus [63] enim latitantis quæritur, quo animo lateat: ut fraudet creditores, an alia ex causa. §. 6. Quid ergo, si duas causas latitandi habuit, vel plures, inter quas etiam fraudandi creditores? an venditio recte procedat? & puto probandum, si plures causæ sint latitationis, inter quas est & fraudationis causa, nocere debere, possequе hinc bona vendi.

§. 7. Quid, si adversus quosdam occultare se consilium non est, adversus quosdam est? quid dicemus? & rectissime Pomponius scribit, non adversus omnes latitationem exigendam, sed adversus eum [64] quem quis decipere & fraudare latitatione destinat. † Utrum ergo omnes bona ejus vendere possunt, quia latitat; hoc est, etiam hi adversus quos non latitat; quia verum est eum latitare: an vero is solus, adversus quem latitat? Et quidem verum est, eum latitare, & fraudationis causa latitare, & si non adversus me latitet. † Sed illud tractandum [65] Pomponius putat, an adversus me, eumque solum posse hinc venditionem impetrare adversus quem latitetur? §. 8. Latitare autem est, cum tractu [66] aliquo latere: quemadmodum factitare, frequenter facere.

§. 9. Adeo autem latitatio animum & affectum latitantis [67] se desiderat, ut recte dictum sit, furiosum [68] hinc venditionem pati non posse: quia non se occultat, qui suus [69] non est.

§. 10. Plane si non defendatur furiosus, curatorem ei dandum: aut bona ejus ut possideantur, nominatim [70] permittendum est. Labeo autem scribit, Si non inveniatur curator vel defensor furiosi; sed & si curator datus, eum non defendat: tunc removendum eum, & oportere Prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus, ut non amplius, quam necesse est, ex bonis furiosi veneat. eaque servanda Labeo ait, quæ solent servari, cum venter in possessionem mittitur. §. 11. Plane interdum bona ejus, causa cognita [71], vendenda erunt, si [72] urgeat æs alienum, & dilatio damnum sit allatura creditoribus. Ita autem vendenda, ut quod superfit, furioso detur: quia hominis ejus status & habitus à pupilli conditione non [73] multum abhorreret. quod quidem non est sine ratione. §. 12. Idemque [74] & in prodigo dicendum est, cæterisque qui curatorum ope juvantur: nec enim quisquam proprie latitare eos dixerit. §. 13. Illud sciendum [75] est, posse quem in eadem civitate esse, & latitare: & in alia civitate [esse], & non latitare. Etenim qui in alia civitate sit, copiamque sui faciat in publico, ibique pareat, an latitet videamus? & hodie hoc jure utimur, ut sive quis eodem loci agat, sive alio, sive peregre [agat], si tamen *occursum* [76] *creditoris* evitet, latitare videatur. Denique eum quoque qui in foro eodem agat, si circa *columnas* [77] *aut stationes* [78] se occultet, videri latitare Veteres responderunt: & posse quem adversus alterum latitare, adversus [79] alterum non. constat autem ut ipse ejus possit bona vendere, adversus quem latitat. §. 14. Si in diem vel sub conditione debitor latitet: antequam dies vel conditio veniat, non possunt bona ejus venire [80]: quid enim interest [81], debitor quis non sit, an nondum [82] conveniri possit? nam & si non sit debitor, idem dicemus. † Idem erit dicendum, & si quis habeat quidem actionem, sed talem [83], quæ per exceptionem repellitur. §. 15. Si quis actione de peculio, filii vel servi nomine, conveniri possit: si latitet, eo jure utimur ut possint bona ejus possideri & venire, tametsi [84] nihil fuerit in peculio; quia esse potest. & rei judicatæ tempus spectamus utrum sit, an non sit. & quod teneat actio, etiam si nihil in peculio fuerit. §. 16. Item [85] videamus, si quis adversus in rem actionem latitet, an bona ejus possideri venumque dari possint? Extat Neratii sententia existimantis bona esse vendenda: *&* hoc rescripto Hadriani contineturr: quo jure utimur.

§. 17. Celsus autem Sexto respondit, Si fundum, quem petere volo, Titius possideat, neque absens defendatur: commodius se existimare, in fundum [86] possessione mittendum, quam bona ejus possideri. hoc adnotandum est, Celsum consultum non de latitante: sed de absente. §. 18. Idem Celsus existimat, Si is, à quo hereditatem [87] petere velim, latitat: commodissime fieri posse, ut in possessionem mittar rerum, quas pro herede, vel pro possessore possidet. sed si dolo fecit quominus possideret, bona ejus possidenda & vendenda sunt. §. 19. Divus quoque Pius in persona ejus, qui hereditatem possidens copiam sui non faciebat, rescripsit, in possessionem rerum hereditariarum adversarium inducendum: in quo rescripto & fructum [88] percipere jussit eum, qui per nimiam contumaciam possessoris hereditatis, ut lucro ejus cedat, in possessionem inductus est rerum hereditariarum.

Si incertum sit an heres sit extaturus.

VIII. Idem lib. IX ad Edictum.

SI diu [89] incertum sit, heres extaturus, necne sit: causa cognita permitti oportebit, bona rei servandæ causa possideri. & si ita res urgeat [90] vel conditio [91], bonum etiam hoc erit concedendum, ut curator constituatur:

Si ex heredibus unus deliberat, alter repudiat.

IX. Paulus lib. LVII ad Edictum.

VNus [92] ex creditoribus. §. 1. Si alter ex heredibus intra tempora sibi præstituta [93] deliberet adire hereditatem, alter vero neget se aditurum: videndum est quid creditoribus agendum sit? Et placet, interim eos in possessionem mittendos custodiæ causa, donec appareat, is qui deliberat, utrum agnoscat partem suam, an non agnoscat.

De pupillo.

X. Ulpianus lib. LXXXI ad Edictum.

SI pupillus [94] præsens sit, tutorem [95] autem non habeat: pro absente habendus est.

De eo, quod filiofamilias sub conditione legatum est.

XI. Paulus lib. VIII ad Plautium.

SI filiofamilias legatum vel fideicommissum sub conditione relictum sit, dicendum est, tam ipsum quam patrem [96] in possessionem mittendos esse: quia ambo spem [97] commodi habent.

Effectus missionis.

XII. Pomponius lib. XXIII ad Quintum Mucium.

CUm legatorum vel fideicommissi servandi causa, vel quia damni infecti nobis non caveatur, bona possidere Prætor permittit, vel ventris nomine in possessionem nos mittit: non possidemus, sed [98] magis custodiam [99] rerum & observationem nobis concedit.

De remisso à Præside ad Imperatorem. De exule ad tempus.

XIII. Papinianus lib. XIV Responsorum.

AD cognitionem Imperatorum à Præside Provinciæ remissus, & si [100] in cæteris litibus Romæ defendere se non cogitur: tamen in Provincia defendendus est. Nam & exilio temporario puniti, si defensor non exstat, bona veneunt.

De creditore prohibito ingredi. 1. De legato conditionali. 2. De creditore conditionali.

XIV. Paulus lib. II Quæstionum.

SI quis creditorem [1] prohibuerit bona debitoris ingredi, datur [2] in eum actio, quanti [3] ea res sit [4]. §. 1. Sed & si quis legatorum servandorum causa missus in possessionem admissus non est, si [5] legati conditio pendeat, licet possit deficere, æstimetur tamen id quod legatum [6] est: quia interest ejus cautum habere.

§. 2. Creditor autem conditionalis [7] in possessionem non [8] mittitur: quia is mittitur [9] qui potest bona ex Edicto vendere.

De permutatione, datione in solutum, litis æstimatione, stipulatione, donatione.

XV. Ulpianus lib. VI Fideicommissorum.

SI qui rem permutatam accepit, emptori similis [10] est. Item is qui rem in solutum accepit; vel qui lite æstimata retinuit; vel ex causa stipulationis, non [11] ob liberalitatem [12], est consecutus [13].

---

[53] Non judicio. *l. 18. §. ... solus.*

[54] Varia ex causa creditores credi servandi causa mittuntur in possessionem bonorum omnium decretoria, puta si in jus vocatus non defendatur, *ut hic. & l. 2. §. ult. post.* quam nullus mortuo heres extitit, *l. 6. C. de bon. auct. jud.* si debitor exilii causa solum vertit, *l. 13. §. ult. eod.* si justus fatisdare non fatisdat, sed latitat. *l. 5. §. de reb. auct. jud.*

[55] Aliter etiam puniri potest. *l. un. in fin. §. si quis jus dicenti.*

[56] Hæc duo sc. quæ sequuntur, latitare scilicet, & fraudationis causa.

[57] Latitare non videtur, qui præsentiam sui non facit, tyrannum, hostes, vel seditiones domesticas metuens. §. 4. *J. eod.*

[58] Atqui decretum judicis lusorium esse non oportet. *l. 75. §. de judic.*

[59] Vide §. 8. *J. eod.*

[60] In oratione *pro Quintio.*

[61] Tyrannum seu tyrannidem qui fugit, turpiter se non occultat. sic exsul non est Ciceroni (*oratione pro domo sua*) qui cum de eo tribuni plebis promulgarent, eique imperium abrogarent, adesse propter iniquitatem Cinnani temporis noluit.

[62] Id enim requiritur §. 13. *J. eod. l. 36. J. titul. seq.*

[63] Adde *l. 53. J. de furt.*

[64] Idem est in viro respectu uxoris, *l. 18. §. 1. J. soluto.* & in socio respectu socii. §. *penult. Inst. de societate.*

[65] *Al.* spectandum.

[66] Etiam non turpiter (utputa, metu seditionis, & hostium, §. 4. *J. eod.*) vel quoquo modo vitato occursu creditorum. §. 13. *J. eod. l. 36. J. de reb. auct.*

[67] *Al.* occultantis.

[68] *l. 5. §. 1. in fin. J. eod. l. 2. §. 3. J. de jure codicill. l. 124. in fin. J. de reg. jur.*

[69] Furiosus, suus non est. de variis causis furoris vide quæ notavi ad *tit. C. de curat. furios.*

[70] Id est, tanrummodo; nam & alii etiam venditionem patiuntur. Cujac. 10 *obs.* 31.

[71] Causa cognita Judex furiosi bona patitur distrahi, si æs alienum ejus urgeat, vel dilatio damnosa. [72] *l. 9. §. 6. J. de reb. auct. jud. possid.*

[73] Vide Cujac. 10 *observ.* 31. *in fin.* [74] Prodigus, furiosus, & si qui curatorum ope juvantur, æquiparantur. [75] Vide Cujac. *lib.* 1 *obs. c.* 13. & *lib.* 2. *c.* 40. Revard. *lib.* 4 *var. cap.* 7. Brisson. *lib.* 2 *select. cap.* 12. S. L. [76] V. §. 5. *J. eod.* [77] *l.* 36. *J. de reb. auct. jud. l.* 21. *J. de oper. public.* De latitandi circa columnas & stationes more D. Ambrosius meminit in *lib. de Tobia, cap.* 7. Ille, inquit, gressus debitoris singulos numerat, aucupat deflexus. Iste continuo post columnas (fori scil. Romani, quibus fuit refertum forum Romanum) caput obumbrat. vide Cujac. 1 *obs.* 13. de columnis in foro positis hunc locum intelligit Alciatus, 4 *Parerg* 27. ad quas plerunque obærati incurrere solerent: unde & hujusmodi homines obæratos columnarios a M. Cœlio apud Ciceronem dici idem censet. 78 Vel armaria quæ bibliopolæ vel artifices habebant in foro. Acron ad illa verba Horatii, 1 *Serm.* 4. *Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.* Sed tamen Alciatus, 4 *parerg* 27. & Cujacius legit, *aut statuas.* & ita Sidonius Apollinaris, 1 *epist. ad Montanum.* Alii ne salutarent, fugere post statuas, occuli post columnas. Lucianus *in Anach.* apud Cujacium, 1 *observ.* 13. *in fin.* quod etiam defendit, 2 *observ.* 40. adde Basilium in *Psalm* 14. Brissonius, 2 *selectar. antiquitatum.* 12. *stationes* legi posse existimat: ac primum quidem propter consensum omnium codicum: deinde quod in foro Romano *stationes* essent. Sueton. *Nero.* 37. 7 Plin. 53. *l. penult. C. de operibus publ. Omnis convictus, thermæ, stationes, omne theatrum.* de Rutilio Juvenalis, *Satyra* 1. Mos autem erat (teste Cornuto in Persium, *Satyra* 1.) ut tabernarii cupientes, ne pueri impingerent per *stationum* suarum angulos, pingerent supra duos angues, id est, dracones. Ita tabernæ statio adnectitur, *l.* 15. §. 7. *J. de injur.* & alioquin constat, *Tabernas* in foro fuisse ex 5 Vitruvii 1. *l.* 32. *J. de contrab. empt.* Livio 26. 6 Quint 4. Ibidem etiam argentariorum mensæ. 35 Plin. 4. Plauto *Curculion.* adde quæ de tabernis scripsi ad *l.* 15. §. 7. *J. de injuriis.*

[79] §. 5. *J. eod.* [80] *l. 9. in fin. C. de bon. auctor. jud.* [81] Nota regulam. [82] *l. 50. J. de peculio.* §. 4. *in fin. Inst. de verbor. oblig.* [83] Id est, inanem. *l. 7. §. 8. J. de dolo. l.* 1. § 10. *J. ad Turpill. l.* 12. *J. de reg. jur.* [84] Imo, si nihil est in peculio servi ejus qui latitat, in bonorum possessionem mitti non possumus. *l. 50. J. de peculio.* [85] Vide interpretationem hujus §. in §. *sequenti.* [86] In fundi possessionem. *Hal.* Porro is sensus est: In actione reali, si reus non latitat, in solam rem petitam fit missio, *ut hic.* si latitat, in omnia bona. §. 16. *J. eod.*

[87] Quando petitur hereditas, & possessor latitat, immissio fit in bona hereditaria. adde *l.* 20. §. 1. *J. de inter.*

[88] Contra pessimum hereditatis fit missio: & si perseverat contumax esse, fructus etiam percipiet ipsi qui missus erit. & ita restringe *l. 5. §. 2. J. ut in possess. legat.* vide Socin. *reg.* 265. 266. Gothof. Intellectum hujus §. vide apud Leonin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 1 *nu.* 2, 17. 20. & 22. Anf. By *l. 3. J. de curat. furios. l.* 22. §. 1. *J. de reb. auctor.* In defuncti bona fit missio ex primo decreto, & datur bonis curator. Qui tunc citandi sunt? proximi successuri. Minus autem 100 diebus alicui non constituet, ut deliberet, heres velit esse, necne *l.* 1. *l* 2. *J. de jure deliber.*

[89] *l.* 23. §. 2. *in fin. J. de hered. instit.*

[90] Fingamus unum quendam deberi sub præsa.

[91] Quin & aliius non creditor. *l* 2. §. 4. *J. de curat. bon.*

[92] Vide *J. de jure deliberandi*

[94] *l. 5. J. tutel. prox.*

[95] Præsentem scil. & auctorem. *l. 9. §. 5. l. 15. l. 17. §. de auctor. tutor.*

[96] Ex causa scl. ususfructus, quem habet in bonis adventitiis filii. *l. 2. §. 3. C. de bonis quæ liberis. §. 2. Inst. per quas personas cuique adquir.*

[97] Spei habenda est ratio. *l. 8. §. 1. J. de contr. empt. l. 7. §. de heredit. vend. l. Spem. 3. C. de donat.*

[98] Differentiam observa possessionis & custodiæ, & sic possessoris & custodis.

[99] *l 5. J. ut in poss. legat. l. 3. in fin. J. de adq. poss.*

[100] Appellans a Præside ad Principem Romæ existentem; non, ut *Subaudi*, mitti jussum in possessionem.

---

[1] Romæ, ita sive provinciæ jurisdictionem declinare aliis in causis poterit. [2] *l. 1. J. ne vis fiat ei.* [3] Id quod interest, æstimatio est ejus, quod debetur: hoc si creditor consequutus sit, etiam ab extraneo liberatur debitor. *l si quis. 13. J. de re judicata.* [4] Id est, quantum valet. Zas. *arg. l.* 122. *J. de verb. sign.* [5] Id est, quamvis. *Alberic.* [6] Ac si esset pure relictus. An totum, an dubius tantum eventus æstimabitur? Bart. *arg. l.* 3. §. 11. *J. de tab. exhib.* [7] *l.* 7. §. 14. *J. eod.* [8] Imo mittitur, *l.* 6. *J. eod.* de quo vide Cujac. 10 *obs.* 32. [9] Quia debitum non solvitur: aliud in conditionalibus legatariis. *l. ult. J. ut in possess. legatorum.* [10] Vide *l. ult. J. de rer. permut.* [11] Hic enim non est emptor, sed donatarius rem ex causa liberativa habet. [12] Ideoque is, qui dedit, evictionis nomine non tenetur. *l.* 62. *J. de adil.* [13] *l.* 1. *C. de jur. dot.*

TIT. V.

DE REBUS [1] AUCTORITATE JUDICIS POSSIDENDIS *SEU VENDUNDIS*.

[1] Seu bonis, vii C. LXXII.

Ubi sit venditio bonorum.

I. Gaius lib. XXIII ad Edictum provinciale.

VEnire [2] bona ibi oportet, ubi quisque defendi debet: [id est],

[2] Id est, pati oportet venditionem bona.

II. Paulus lib. LIV ad Edictum.

VBi domicilium [3] habet [4];

[3] Civem facit origo, allectio, adoptio, manumissio. vid. *l. 7. C. de incolis.*

[4] Imo, ubi bona sita sunt, *l.* 12. §. *pen. J. eod.* solve, Distractio, ubi fundus situs est, fieri debet, ut tantum bona distrahantur: in loco domicilii debitoris peti potest.

III. Gaius lib. XXIII ad Edictum provinciale.

AT ubi quisque contraxerit. † Contractum autem non utique eo loco intelligitur, quo negotium gestum sit: sed [5] quo solvenda est pecunia.

[5] *l. 3. in fin. J. de act. empt. l. 23. J. de obligationib. & actionib.*

De servo instituto. 1. Si quis defunctum defendat.

IV. Paulus lib. LVII ad Edictum.

SI servus sub conditione heres institutus sit, aut dubium sit, an is heres liberque futurus sit: non est iniquum postulantibus creditoribus ita [6] decerni, ut, si ante certum tempus is heres non extiterit, proinde [7] omnia observentur, ac si is heres ita institutus non esset. quod plerumque accidere, si sub conditione dandæ alicui pecuniæ heres institutus sit, nec dies adpositus sit. Sed hoc, quantum ad bona, ita observandum. Cæterum libertas ei quandoque competet, & à Prætore conservanda est, etiam si [8] certum sit, neque heredem, neque bonorum possessorem futurum. §. 1. Si quis tamen heredem se spondendo [9], vel actiones patiendo [10], defuncti defendat, bona defuncti venire non poterunt.

[6] *l. 3. J. de curat. bonis dando.*

[7] Adde *l. 5. 6. C. eod.*

[8] *l. 14. J. de manum. testam.*

[9] Respondendo. *Hal. v. l.* 10. *J. de his quæ in fraud.*

[10] *l. 5. J. tit. prox.*

De minore XXV annis.

V. Ulpianus lib. LX ad Edictum.

SI minor vigintiquinque annis, qui habet curatores, à curatoribus non defendatur, nec alium defensorem [11] inveniat: bonorum venditionem patitur, etsi non latitet. [licet] non fraudationis causa latitare videtur, qui sui non [12] est idoneus defensor.

[11] Atqui judex ei defensorem dare cogitur.

[12] Adde *l.* 10. *in fin. J. tit. prox.*

De

De pupillo.

VI. PAULUS lib. LXVIII ad Edictum.

SI non expedierit pupillo hereditatem parentis retinere: Prætor bona defuncti venire permittit, ut quod superaverit [13], pupillo restituatur. §. 1. Si pupillus antequam [14] abstineret, aliquid gesserit, servandum [15] est: utique si bona fide gessit.

§. 2. Quid ergo, si quibusdam creditoribus solvit [16], deinde bona venierint? Si quæratur an repetitio sit, ex causa id statuendum Julianus ait: ne alterius aut negligentia [17], aut cupiditas, huic qui diligens fuit, noceat. Quod si utroque instante [18] tibi gratificatus tutor solvit, æquum esse, aut prius eandem portionem mihi quæri, aut communicandum quod accepisti: & hoc Julianus ait. † Apparet autem loqui eum, si ex bonis paternis solutum sit. † Quid ergo, si aliunde pupillus solverit? reddi ei debebit, necne? & utrum à creditore, an ex hereditate? Scævola noster ait, si aliquid sit in bonis, deducendum ex hereditate solidum, exemplo ejus qui gessit negotia. Sed si nihil sit in bonis, non esse iniquum adversus creditorem dandam repetitionem, quasi indebiti soluti.

13 *l.* 45. §. 12. *ff. de jure fisci.*
14 *l.* 44. *ff. de adquir. hered.*
15 *l.* 24. *ff. quæ in fraudem.*
16 Tutor fallicidque ex bonis paternis pupilli.
17 Aut potius diligentia nimia, seu gratificatio. *Goth.* Vid. *l.* 24 *ff. quæ in fraud. creditorum.* Ans.
18 Alias non potest.

De hereditario ære alieno.

VII. GAIUS lib. XXIII ad Edictum provinciale.

HEreditarium [19] æs alienum intelligitur etiam id, de quo cum defuncto agi non potuit: veluti, quod is cum moreretur, daturum se promisisset. † Item quod is qui pro defuncto fidejussit, post mortem ejus solvit.

19 *l.* 40. *ff. de oblig. & act.*

De usufructu. 1. De fructibus. De locatione vel venditione.

VIII. ULPIANUS lib. LXI ad Edictum.

IN venditionem bonorum [20] etiam ususfructus veniat, quia appellatione [21] domini fructuarius quoque continetur [22].

§. 1. Si quis fructus ex prædio debitoris capi poterit, hunc creditor, qui in possessionem prædii missus est, vendere [23] vel locare [24] debet [25]. Sed hoc ita demum, si ante neque venierit, neque [26] locatus erit. nam si jam à debitore vel locatus erat, vel venierat, servabit [27] Prætor venditionem & locationem à debitore factam, & si minoris distractum est, vel locatum: nisi [28] si in fraudem creditorum hoc fiat: tunc enim Prætor arbitrium dat creditoribus, ut ex integro locationem vel venditionem faciant.

§. 2. De cæteraquum quoque rerum fructibus idem erit dicendum: ut si qui locari possint, locentur: puta mercedes servorum vel jumentorum, cæterorumque quæ possunt locari. §. 3. De tempore locationis nihil Prætor locutus est: & ideo liberum arbitrium creditoribus datum videtur, quanto tempore locent: quemadmodum illud est in arbitrio eorum, vendant vel locent: scilicet sine dolo malo. ex culpa [29] autem rei non fiunt.

§. 4. Si unus sit qui possideat bona, expeditum erit de locatione. Quod si non unus, sed plures sint, quis eorum debeat locare vel vendere, quæritur? Et si quidem convenit inter eos, expeditissimum est: nam & omnes possunt locare, & uni hoc negotium dare. si vero non convenit, tunc dicendum est, Prætorem causa cognita eligere debere, qui locet vel vendat.

20 *l.* 49. *ff. de verb. sign.*
21 Fructuarius domini appellatione continetur, hoc est, in plerisque causis fructuarius pro domino habetur, *ut hic.* ut in Edicto de possessionibus dandis, his verbis, Dominum detrudere non placet. Cicer. *pro Quintio.*
22 *l.* 4. *ff. de usufruct.* Imo non continetur. *l.* 43. *in fin. ff. de furtis.*
23 V. *l.* 5. §. 22. *ff. ut in poss. legat.*
24 *l.* 9. §. 6. *ff. eod.*
25 Quamvis ad creditorem nihil pertineat in fundo immisso: non debet tamen fundum negligere. Zas. *hic. num.* 3.
26 Missus in possessionem, locationi à debitore factæ stare cogitur.
27 Creditor tenetur stare colono, imo non cogitur, *l.* 9. *C. de loc.* solve: Qui mittitur, minus juris habet quam emptor.
28 Locatio in fraudem creditorum facta rescindi potest.
29 *l.* 9. §. 2. *ff. eod.* v. Molinæum 1 *consuet.* §. 6. *gl.* 7. *n.* 12.
30 *l.* 15. §. 34. *ff. de damno.*
31 *l.* 14. *in fin. ff. eod.*
32 V. quæ scripsi ad *l.* 11. *C. de vetligal.*
33 *in pr. ff. eod.*
34 Erogando, litigando, negotium gerendo. §. 4. *ff. eod.*
35 Impensæ sine dolo factæ, etiam si non sint utiles, repeti possunt. Fallit hos in eo, qui pignus habet ex conventione, *l.* 8. *ff. de pign* vel rem pupilli, *l.* 6. *l.* 37. §. *de negot. civitatis*, *l.* 27. *ff. de reb. cred.* & Ecclesiæ, *Nov.* 7. *c.* 1. *Nov.* 120. *c.* 6. 7.
36 De hac formula vide *l.* 19. *ff. de adopt. l.* 53. *ff. de obl. l.* 70. *in fin. ff. de verb. sign.*
37 Res ad nos pertinent, non tantum dominii sed curæ ratione.
38 Creditor missus in possessionem fundi, soluto debito, ipsi debitori petenti, vel curatori bonorum, fructus ex fundo perceptos restituere debet. 39 Correlativorum ex uno alterius æquitas relucet. adde *l.* 2. *in fin. ff. de negot.* 40 Utiliter curator non gerit, qui mavult damni æstimationem præstare, quam animal, fortassis vile, quod alteri nocuit, dedere. 41 Qua igitur actione aget? in factum. 42 Commune quod est, dicitur aliqua parte meum. adde §. 6. *ff. eod.* 43 Nota casum, in quo quis non tenetur de incendio ex culpa levi dato. 44 Creditor pignoratitius dolum & culpam levem præstat. Curator vero immissus in bona, de dolo & lata culpa tantum tenetur. 45 *l.* 8. §. 1. 2. *ff. eod.* 46 Interesse ubi cessat, ibi non datur actio. Hæc exceptio, *tua non interest*, excludit actionem, & impedit litis ingressum. *l.* 47 *ff. de negot. l.* 8. §. 6. *ff. mandati. l.* 32. *ff. locat.* 47 Animo etiam, non tantum corpore: & sic animo retinetur etiam detentio.

IX. IDEM lib. LXII ad Edictum.

PRætor ait: SI QUIS CUM IN POSSESSIONE BONORUM ESSET, QUOD EO NOMINE FRUCTUS CEPERIT, EI AD QUEM EA RES PERTINET, NON RESTITUAT: SIVE QUOD IMPENSÆ [30] SINE DOLO MALO FECERIT, EI NON PRÆSTABITUR: SIVE DOLO MALO EJUS DETERIOR CAUSA POSSESSIONIS FACTA ESSE DICETUR: DE EA RE JUDICIUM IN FACTUM [31] DABO. §. 1. Quod de fructibus ait, etiam de cæteris, quæcunque ex re debitoris pervenerunt, intelligendum est: & sane debuit hoc ita esse. quid enim, si ex compromisso, vel alio casu pœnam [32] consecutus est? nam eam pœnam, quam consecutus est, præstare debet. §. 2. Quod ait [33] Prætor: SIVE QUOD IMPENSÆ [34] [NOMINE] SINE DOLO [MALO] FECIT, EI NON PRÆSTABITUR: hoc eo spectat, ut si quid ipse erogavit creditor, si modo sine dolo malo erogavit, hoc ei præstetur: sufficit igitur sine dolo erogasse, etiam [35] si nihil profuit erogatio ejus rei debitori. §. 3. His verbis, AD QUEM EA RES PERTINET [36], etiam curator [37] bonis distrahendis datus continebitur [38], & ipse debitor, si contigerit ne bona ejus veneant. Et ipsi itaque [39] creditori adversus hos dabitur actio, quos enumeravimus, sive quid in fructibus percipiendis erogavit, sive in familia alenda curandave, prædiis fulciendis vel reficiendis, vel damno infecto promittendo, vel servo noxali judicio defenso: si modo [40] non magis eum expedit dedere, quam retinere. quod si dedere expedit, consequens erit repetere eum [non] debere. §. 4. Generaliter etiam dicendum est, *quicquid impendit in rem, si modo sine dolo malo impendit, repetere eum posse:* nam negotiorum gestorum agere non magis potest, quam si socius commune ædificium fulsit [41]: quia hic quoque creditor commune non [42] alienum negotium gessisse videtur. §. 5. Est præterea quæsitum, si deterioria prædia facta fuerint sine dolo malo creditoris, vel jura eorum amissa vel ædificia diruta, vel exusta [43]; item familiæ pecorumque acta cura non sit, aut possessio alii tradita, sine dolo tamen malo: an teneatur? Et apparet eum non teneri: quia dolo malo caret. eritque melior ejus [44] conditio, quam in pignore creditoris, qui non tantum dolum malum, verum culpam quoque debet. † Eadem causa est curatoris bonorum: nam & is tenetur, ut creditores. §. 6. In eum quoque, qui neque locavit [45] fructum prædii, neque vendidit, in factum actionem dat Prætor: & in hoc condemnabitur, quanto minus propter hoc perceptum est, quia neque vendidit, neque locavit. † Cæterum [46] si tantum perceptum est, quantum perciperetur, si locatus vel distractus fructus esset: nihil ei imputabitur. † Præstat autem per id tantum temporis, quo in possessionem fuit, vel ipse, vel jussu ejus alius, quoad inde de possessione discessum est. nam neque hoc imputatur creditori, cur in possessionem non venerit: neque illud, cur de possessione decesserit [47]: cum voluntarium & suum [48] potius negotium creditor gerat. † Æstimatio autem fit, quantum interest ejus qui experitur. §. 7. Hæ actiones neque temporariæ sunt: & tam heredibus, quam in heredes dabuntur, cæterosque successores. §. 8. Si possessionis causa deterior facta esse dicetur dolo [49] ejus, qui in possessionem missus sit: actio in eum ex dolo datur. quæ neque post annum, neque in heredes cæterosque successores dabitur: cum [50] ex delicto oriatur, pœnæque nomine concipiatur:

30 Dolus, delicti species est, *ut hic.* & *ff. sol. in fin.*
31 Actiones ex delictis in heredes & cæteros successores non dantur, nisi quatenus ad eos pervenit.

X. PAULUS lib. LIX ad Edictum.

NIsi quatenus ad eum pervenit.

48 §. 4. *ff. eod.*
49 Dolus, delicti species est, *ut hic.* & *ff. sol. in fin.*
50 Actiones ex delictis in heredes & cæteros successores non dantur, nisi quatenus ad eos pervenit.

XI. ULPIANUS lib. LXII ad Edictum.

HEredi autem dabitur: quia & rei [51] continet persecutionem.

An postulatio unius aliis prosit. 1. De loco. 2. Si possideri non possit.

XII. PAULUS lib. LIX ad Edictum.

CUm unus ex creditoribus postulat in bona debitoris se mitti: quæritur, utrum solus is qui petit, possidere potest? an cum unus petit, & prætor permisit, omnibus creditoribus aditus sit? & commodius dicitur, cum Prætor per miserit, non [52] tam personæ solius perentis, quam [53] creditoribus, & in [54] rem permissum videri: quod & Labeo putat. Nec videtur libera persona adquirere alii: quia nec sibi quicquam adquirit, cui Prætor permittit: sed [55] aliquid ex ordine facit: & ideo cæteris quoque prodest [56]. † Plane si is postulaverit, qui creditor non est: minime dicendum est, vel cum qui creditor est, possidere posse: quia nihil egit talis postulatio. † Aliter atque si creditor, cui permissum est possidere, postea recepit debitum suum: cæteri enim poterunt peragere bonorum venditionem. §. 1. Is qui possidere jubetur, eo [57] loco jussus videtur, cujus cura ad jubentem pertinet. §. 2. Si propter [58] naturam [59] rei, veluti si prædium inundarum fit, aut propter latronum potentiam, non potest possideri: recte [60] dicitur non esse quod possideatur.

51 Quæ rei persecutionem continent, actiones heredi dantur. *l.* 4 *in fin. ff. de damno. ff.* 84. *ff. ad leg. Falcid.*
52 Quod ob rem conceditur, non dicitur ob personam concedi.
53 Pignus prætorium in rem est ex causa judicati in personam. *l.* 6. §. 7. *ff. quæ in fraudem cred. l.* 10. *C. de bon. auct. jud. l.* 15. §. 15. *ff. de damno. l.* 5. §. 3. *ff. ut in poss. legat.*
54 Uno creditorum misso, omnes alii creditores immissi intelliguntur. cujus regulæ vide octo limitationes apud *Zas. hic.*
55 Qui per occasionem alteri commodum parat, non dicitur quidquam ei adquirere.
56 *l. ult. C. eod. l.* 5. §. 2. *ff. ut in poss. l.* 15. *ff. de damno.*

XIII. GAIUS lib. XXIII ad Edictum Provinciale.

QUamvis possessa non sint bona, quia forte nihil fuerit quod possideatur [61], aut sine controversia non possideatur: creditor qui in possessionem missus est, perinde habetur, ac si etiam possessa bona fuissent [62].

Si actiones peritura sunt. 1. De eo quod restituendum est à creditore.

XIV. PAULUS lib. LIX ad Edictum.

CReditore in possessionem rerum debitoris misso, curator constitui debet, si [63] quædam actiones [64] perituræ sunt [65].

§. 1. Datur in creditorem actio, qui in possessionem missus est, de eo quod ex bonis debitoris ad eum pervenit: si nondum sit aliquid consecutus, actiones suas præstabit. datur autem in factum actio adversus eum: & omne [66] quod in actionem negotiorum gestorum veniret, si posset agi, restituendum à creditore.

57 *l.* 2. *ff. eod.* vide quæ notavi ad *l.* 15. §. 1. *ff. de re jud.* Decretum de immittendo non extenditur ad bona debitoris extra territorium; nec enim jurisdictiones sunt turbandæ.
58 Possideri non possunt, quæ non extant. Paria sunt, rem non posse reperiri, & non posse possideri.
59 Id est, eventum qui rei accedat.
60 Imo male: id enim possidemus. *l.* 30. §. 3. *ff. de adq. poss.*
61 Impeditus immisti, pro immisso habetur.
62 Cessante ideoque impedimento potest ea bona ingredi.
63 Alias curator non daretur.
64 Curator bonorum actiones movere potest.
65 Ut ea sunt, quæ in nominibus consistunt.
66 Excepta culpa levi, quæ venit in actionem negotiorum gestorum, *l.* 11. *ff. de negot.* hic non venit. *l.* 9. §. 5. *ff. eod.*

De instrumentorum descriptione, recognitione, dispunctione.

XV. ULPIANUS [lib. LXII ad Edictum].

CUm plures creditores in possessionem rerum debitoris mittantur, nec [67] corrumpantur rationes, uni [68] hoc negotium à creditoribus esse dandum, quem major pars creditorum elegerit [69]. [Ego]puto creditoribus instrumentorum etiam ἀναγραφὴν, id est, *descriptionem*, facere [70], non ut describant ipsa [71] corpora instrumentorum, sed quot sint, de qua re sint, subnotent sibi, & quasi inventarium faciant: quod etiam universorum [72] facere eis erit permittendum. † Præterea nonnunquam Prætor [73] causa cognita, etiam [74] describere aliquid ex instrumentis creditoribus debebit permittere, si qua idonea causa interveniat.

§. 1. Utrum semel, an etiam sæpius recognitio, dispunctio concedenda sit creditoribus, videamus? Et ait Labeo, amplius quam [75] semel non esse * concedendam *: si quis tamen (inquit) juraverit non calumniæ causa se postulare, neque habere quæ dispunxerit, iterum ei faciendam potestatem ait, nec amplius [76] quam bis.

67 Mittuntur, ne corrumpantur. *Hal.* adde *l. ult. ff. de fide instrum.*
68 *l.* 9. *ff. quibus ex caus. in poss.*
69 Elegerat pudor: & ἀναγραφὴν facere instrumentorum, non ut describantur, &c. *Hal.*
70 *Lege*, permitti facere.
71 Tota instrumenta.
72 Id est, non tantum instrumentorum, *sed* etiam rerum. 73 Vide quæ notavi ad *l. pen. ff. de interrog.* 74 *l.* 5. *ff. famil. l.* 48. *ff. de act. empt.* 75 Adde *l. ultim.* §. 13. *in fin. C. de jur. delib.* 76 Imo semper. *l.* 7. *in fin. ff. de edend.* 77 In vulgata & Haloandri lectione hic incipit Titulus DE PRIVILEGIIS CREDITORUM. vide Fabr. 5 *conject.* 15. Goth. Vid. tamen Anton. Augustin. *lib.* 3 *emendat. cap.* 1. Ans. 78 In licitatione possunt etiam concurrere creditores, *ut hic.* & *l.* 2. *C. si in causa judicati.* 79 Jus προτιμήσεως propinquis & sociis non competit, *l. dudum.* 14. *C. de contrab. empt.* nisi in actione bonorum, *ut hic.* vel ex conventione, *l. qui Rome.* 122. §. *coheredes.* 3. *ff. de verborum obligat.* 80 Cognatus creditor ut extraneo, ita & cognato, non creditori, in bonis debitoris emendis præfertur. Eadem ratione creditori extraneo cognatus creditor præfertur: & ex cognatis æque creditoribus is cui major pecunia debetur, *ut hic.* adde *l.* 60. *ff. de pact.* de jure προτιμήσεως dixi ad Novell. Frederici *de jure protimiseos.* 81 Vide *l.* 4. *C. de contrab. empt.*

XVI. GAIUS lib. XXIV ad Edictum provinciale.

CUm 77 bona veneunt debitoris, in comparationem extranei, & ejus 78 qui creditor cognatusve sit, potior 79 habetur creditor cognatusve: magis 80 tamen creditor, quam cognatus 81: & inter creditores potior is, cui major 82 pecunia celabitur.

De privilegio funeraria & dotis.

XVII. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

QUæsitum est, utrum ita demum privilegium habet funeraria 83, si is, cujus bona veneunt, funeratus sit: an etiam si proponas alium esse funeratum? & hoc jure utimur 84, *ut quicunque sit funeratus*, (id est, sive is cujus de bonis agitur, sive quid is 85 debuit, quod reddere eum, si viveret, funeraria actione cogi oporteret) *privilegio* 86 *locus sit.* † Parvique referre dicamus, qua actione hic sumptus repetatur, funeraria, an familiæ herciscundæ 87, an qua alia? dummodo sumptus funeris causa factus sit. † Quacunque igitur actione ob funeris sumptum utatur: etiam funerariam ei competere. † Quare si in stipulatum 88 funeris impensa deducta est, dicendum est, locum esse privilegio, si modo quis non abjiciendi 89 privilegii causa stipulatus est.

§. 1. Si sponsa dedit dotem, & nuptiis 90 renunciatum 91 est: tametsi ipsa dotem condicit, tamen æquum est hanc 92 ad privilegium admitti, licet nullum matrimonium contractum est. † Idem

82 *l.* 8. *ff. de pact. l.* 14. *ff. depos.* 83 Actio sc. qua repetuntur fructus funeris. *l.* 12. §. 2. *l.* 14. §. 6. *ff. de rel.* 84 Privilegia interpretationem extentivam à communi usu, consuetudine & praxi recipere, hinc colligunt. 85 Puta pater pro filio, *l.* 21. *ff. de relig.* dominus pro servo. *l.* 31. §. 1. *ff. de relig.* 86 Ut præponatur omnibus personalibus actionibus anterioribus. *l.* 45. *ff. de relig.* An & expressis? an doti? sic existimo. *d. l.* 45. 87 Ut eo casu, qui expensas fecit, præferatur coheredibus. 88 Stipulatio naturam contractus, cui inseritur, assumit. *l.* 45. *ff. de relig.*
89 Amittendi. 90 Sponsalia extensive dici nuptias, hinc colligunt. 91 Ut *l.* 10. *ff. de sponsalibus.* 92 *l.* 74. *ff. de jure dot.*

dem puto dicendum, etiamsi minor duodecim annis in domum quasi uxor deducta 92 sit, licet nondum 93 uxor sit.

XVIII. PAULUS lib. LX ad Edictum.

INterest 94 enim Reipublicæ & hanc solidum 95 consequi, ut ætate permittente nubere possit.

1. De tutore vel curatore, & de privilegio pupillorum adultorumque & similium seu rebus administrationis tutores, curatores & similes.

XIX. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

DAbimusque ex his causis ipsi mulieri privilegium.

§. 1. Si 96 quis, cum 97 tutor non esset, pro tutore negotia gessit: privilegio locum esse manifestum est. nec interest, ipse debeat, qui gessit, sive heres ejus, exterique successores 98. ipse autem pupillus habet privilegium, sed ejus successores 99 non 100 habent. † Sed æquissimum erit, exteros quoque, quibus curatores quasi debilibus 1 vel prodigis dantur,

XX. PAULUS lib. LX ad Edictum.

VEl surdo, muto,

XXI. GAIUS lib. XIV ad Edictum provinciale.

VEl fatuo 2,

De curatore bonis dato.

XXII. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

IDem privilegium competere. §. 1. Sed si bonis 3 curator datus sit, vel absentis, vel ab hostibus 4 capti, vel dum 5 deliberant scripti heredes de adeunda hereditate, non 6 oportebit privilegium dari: non enim in eadem causa est 7.

De eo, qui negotium impuberis gessit.

XXIII. PAULUS lib. LX ad Edictum.

SI negotium impuberis aliquis ex 8 officio amicitiæ gesserit, debet bonis ejus venditis privilegium pupillo conservari. & ita accepi.

De curatore ventri dato. 1. De credito ob restitutionem ædificiorum, & de privilegio creditoris, qui ad rem restituendam, aut redemptori domino mandante credidit. 2. De mensularius. 3. De his, quorum pecunia ad creditores privilegiarios pervenit.

XXIV. ULPIANUS lib. LXIII ad Edictum.

SI ventri 9 curator datus sit, nec partus editus, privilegium cessabit. §. 1. Divus Marcus 10 ita edixit: *Creditor qui eò restitutionem 11 ædificiorum crediderit, in 12 pecunia, quæ credita erit, privilegium exigendi habebit*: quod ad eum 13 quoque pertinet, qui redemptori domino mandante, pecuniam submini stravit. §. 2. In bonis mensularii 14 vendendis, post 15 privilegia 16 potiorem eorum causam esse placuit, qui pecunias apud mensam, fidem publicam secuti, deposuerunt 17. Sed enim qui depositis nummis usuras à mensulariis acceperunt, à cæteris creditoribus non separantur 18: & merito: aliud est enim credere 19, aliud deponere. † Si tamen nummi extent, vindicari eos posse puto à depositariis: & futurum eum 20 qui vindicat, ante privilegia. §. 3. Eorum ratio prior est creditorum, quorum pecunia ad 21 creditores privilegiarios pervenit 22. *Pervenisse* autem quemadmodum accipimus? utrum si statim profecta est ab inferioribus ad privilegiarios? an vero & si per debitoris personam: hoc est, si ante ei numerata sit, & sic debitoris facta, creditori privilegiario numerata [est]? Quod quidem potest benigne dici, si modo non post aliquod intervallum 23 id factum sit.

De contractu in fraudem creditorum.

XXV. IDEM lib. LXIV ad Edictum.

AIt Prætor: QUOD 24 POSTEA CONTRACTUM ERIT, QUAM IS, CUJUS BONA VENIERINT, CONSILIUM RECEPERIT FRAUDARE 25, SCIENTE EO QUI CONTRAXERIT, NE ACTIO EO NOMINE DETUR.

De credito in navem extruendam, vel instruendam, vel emendam.

XXVI. PAULUS lib. XVI brevis Edicti.

QUi in navem 26 extruendam, vel instruendam credidit, vel etiam emendam: privilegium habet.

De eo, qui fideicommissi servandi causa in possessionem missus est.

XXVII. ULPIANUS lib. I de Officio Consulis.

SI *magistratus* 27 *fideicommissi* servandi causa in possessionem miserint, dare arbitrum possunt ad 28 ea distrahenda, quæ mora deteriora futura sunt: ita ut pretium ex his redactum apud fideicommissarium in causa depositi sit, donec de fideicommisso, quod ei debetur, constet.

De pupillari substitutione.

XXVIII. JAVOLENUS lib. I Epistolarum.

PAterfamilias 29 impuberi filio, si ante pubertatem decessisset, substituit heredem: is filius paterna hereditate se abstinuit, ideoque bona patris venierunt: postea filio hereditas obvenit, qua adita decessit. Quæro, cum Prætor in ipsum pupillum, quamvis postea hereditas obvenisset, creditoribus tamen patris actionem non 30 daret 31: an in substitutum creditoribus patris danda sit actio, cum 32 ex bonis paternis, quæ sc. ad creditores 33 missos ad bona pertinent, nihil adquirat: & cum creditores 34 nihil juris in bonis pupilli habuerint, eorumque nihil interfuerit, adiretur necne pupilli hereditas, cum ea bona admissa 35 à substituto hereditate ad creditores non pertinebant? Me illud maxime movet 36, quod præceptoribus tuis placet, unum 37 esse testamentum. Respondit, quod Prætor filio, qui à paterna hereditate se abstinet, præstat, ne bonis patris ejus venditis in eum actio detur, tametsi postea ei hereditas obvenit, creditoribus non reddat 1 idem in substituto filio heredi servandum non 38 est: quoniam filii pudori 39 parcitur, ut potius patris quàm ejus bona veneant. Itaque in id quod postea ei obvenit, actio creditoribus denegatur: quia id ex adventitio adquisitum est, non per patris in ad eum pervenit. † At cum fabillarius filio heredi adit, [postquam 40 pupillus se paternæ miscuerit hereditati, tunc hereditas & patris & filii una est, & in omni ære alieno, quod aut patris aut filii fuerit, etiam invitus heres obligatur. & quemadmodum liberum ei non est post obligationem, ut non omnimodo, si non defenditur, ipsius bona veneant: ita ne separare quidem æs alienum patris & filii poterit: quo casu efficietur, ut creditoribus in eum actio dari debeat. † Quod si substitutus heres hereditatem non adierit, creditoribus patris in id quod pupillus reliquit, actio dari non debet: quoniam neque pupilli bona venire debent propter æs alienum patris, neque in bonis patris est quod pupillus adquisiit.

De statuis in publico positis.

XXIX. PAULUS lib. V ad Legem Juliam & Papiam.

FUfidius 41 refert, *statuas* in publico positas, bonis distractis ejus cujus in honorem positæ sunt, non esse emptoris bonorum ejus: sed aut publicas 42, si ornandi municipii causa positæ sint; aut ejus, cujus in honorem positæ sint; & nullo modo eas detrahi posse.

Si bona negentur jure venisse.

XXX. PAPIRIUS JUSTUS lib. I de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt, eos qui bona sua negant jure venisse, præjudicio experiri debere, & frustra 43 Principem desiderare rescindi venditionem.

Si heres suspectus esse dicatur.

XXXI. ULPIANUS lib. II de omnibus Tribunalibus.

SI creditores heredem suspectum 44 putent, satisdationem exigere possunt pro suo debito reddendo 45. cujus rei 46 gratia cognoscere Prætorem oportet: nec statim eum satisdationis necessitati subjicere debet: nisi 47 causa 48 cognita constiterit 49 prospici debere his qui suspectum eum postulaverunt. §. 1. Sed suspectus heres non 50 iisdem modis, quibus suspectus tutor æstimatur: si quidem tutorem non 51 facultates, sed fraudulenta in rebus pupillaribus, sed callida conversatio suspectum commendet; heredem vero solæ facultates 52. §. 2. Plane in 53 recenti aditæ hereditatis audiendi erunt, qui suspectum postulant: cæterum si probentur passi 54 eum in hereditate morari, nec quicquam possint objicere criminis, quasi dolose versato eo, non debebit 55 post multum temporis ad hanc necessitatem compelli. § 3. Quod si * quasi * suspectus satisdare jussus, decreto Prætoris non obtemperaverit, hunc bona hereditatis possidere, venumque dari ex Edicto suo permittere jubebit. §. 4. Plane si doceatur nihil ex bonis 56 alienasse, nec sit quod ei juste præter paupertatem 57 objiciatur 58: contentus esse Prætor debet, ut jubeat eum nihil minuere. §. 5. Quod si nec inopia laborantem eum creditores ostendere poterint, injuriarum 59 actione ei tenebuntur.

De privilegiis creditorum.

XXXII. PAULUS 60 libro sing. Regularum.

PRivilegia 61 non 62 ex tempore 63 æstimantur, sed ex causa; & si ejusdem tituli 64 fuerunt, concurrunt, licet diversitates temporis in his fuerint.

De alendo debitore. 1. Si debitor defendatur aut satisfiat.

XXXIII. ULPIANUS lib. III Regularum.

SI pupillus ex contractu suo non defendatur, ideoque bona ejus creditores possidere cœperint: diminutio ex his bonis fieri debet, victui 65 pupilli causa. §. 1. Defendere debitorem sicut antequam bona ejus possiderentur, licet, ita post bonorum quoque possessionem ejus, sive ipse sui 66, sive alius defensionem ejus susceperit, debet satisdare: ut satisdatione interposita judicium accipiatur, & à possessione discedatur.

De eo, qui in navem fabricandam, vel emendam, vel instruendam, vel quoquo modo credidit; & de eo qui navem vendidit.

XXXIV. MARCIANUS lib. V Regularum.

QUod quis navis 67 fabricandæ, [vel emendæ, vel armandæ], vel instruendæ causa, vel quoquo 68 modo crediderit, vel *ob navem venditam petat*, habet privilegium post fiscum 69.

De absente Reipubl. causa.

XXXV. IDEM libro singul. Ad Formulam hypothecariam.

EUm qui in possessionem missus sit ejus, qui Reipublicæ causa absuit, si apparuerit eum dolo malo Reipublicæ causa abesse: jure in possessione esse placet 70, donec 71 solidum solvatur. † Eum autem qui rerum ejus qui sine dolo malo Reipublicæ causa abfuit, in possessionem missus sit, pignus non contrahere, & ideo discedere oportere de possessione.

De latitatione.

XXXVI. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

EUm qui circa columnas 72 se occultet, ut creditorem evitet, latitare placet. Nam & eum qui recedit, hoc est 73, [ut] subterfugit, ne secum aliqua actio moveatur, latitare placet. † Tam 74 & qui urbe profugit, utique fraudandi causa: nec [enim] interest, quod attinet ad latitandum, utrum 75 quis profugerit, an vero Romæ agens copiam sui non facit.

De

---

92 Vide quæ de hac nomine dedactione scripsi ad *l. 13. §. de iur. dot. & de ord.*

93 Hæc verba ne intelligis, quasi uxor non sit nisi deducta. Sed ita, uxorem non dicit, quæ 12 annis minor sit, *l. 9. §. de sponsalibus*, v. quæ notavi ad *l. 15. §. de ord. & iem.*

94 *V. l. 2. §. de jure dot.* & hic dos opinata privilegium habet *l. 6. in fin. §. de cond. ob caus. l. 22. in fin. §. solut.*

95 Suam dotem. ita legit Cujac. ad *tit. C. de rei dot.* I rectum creatum putat ex literis S. D. M. quæ utrumque significant.

96 Pupillus & exteri quibus non bonis dantur curatores, in bonis protutoris & curatoris habent personale præstationis privilegium.

97 *L. ultim. §. de curat. & cur. rationib.*

98 Universales scil. vid. *hic* Ripens. *n. 12.*

99 *l. 42 §. de admin. tut.*

100 Imo habent. *l. 18. in fin. l. 19. §. de minor.*

1 Debilium appellatione prodigos, mutos, vel surdos, non comprehendi ex hac alternativa colligit Ripensis, *hic. num. 7.*

2 *l. 15. §. 1. §. de curatore furioso.*

3 *l. 8. §. quibus ex caus. in poss.*

4 *l. 6. in fin. §. quib. ex caus. in poss.*

5 Deliberantibus heredibus de adeunda hereditate possunt creditores postulare curatorem bonis dari, quem solutionis gratia conveniant.

6 Contra curatorem bonorum vel hereditatis jacentis nulla datur prælatio.

7 Cur? datur bonis, non personæ.

8 Pupilli in bonis negotiorum gestoris habent exigendi privilegium, *ut hic.* An & tacitæ hypothecæ? negat Accursius.

9 Venter jus privilegiumque habet in bonis curatoris sui.

10 *V. l. 1. §. in quib. caus. pign.*

11 *l. 25. §. de reb. cred. l. 5. 6. §. qui potiores. l. 1. §. de cessione.*

12 *V. l. 25. §. de reb. cred.*

13 *V. d. l. 1.*

14 *l. 7. §. quoniens. 2. l. 8. §. depos.* Mensarius, τραπεζίτης Glossis. adde Festum. Mensarios ab argentariis distinguit Sigon. 2 *de jure civium. 1.* quod illi publicas, hi privatas rationes conficiant.

15 Imo ante *l. 7. §. 2. §. depositi.*

16 Id est, post privilegiatos.

17 *V. l. 7. in fin. §. depositi.*

18 Nisi sint minores. *l. 44. §. 1. §. de administr. tutor.* alias capiens pro pecunia deposita usuras, privilegium prælationis amittit.

19 Id est, tunc depositum transit in mutuum, ideoque receditur à depositi privilegio. Proinde qui gratis crediderunt, præterendi fœneratoribus erunt. vide Ripens. *hic. num. 8. 9.*

20 Dominus rei prætertur omnibus creditoribus quantumcunque privilegiariis: & sic rei vindicatio omnes actiones personales & hypothecarias superat. *l. 5. §. 18. in fin. §. de tribut. l. 38. §. de peculio.* 21 *l. 2. §. de cess. bon.* 22 Destinatione creditoris scil. Quid, si de pecuniæ destinatione non constet? Si statim numerata fuit pecunia primo creditori, secundus præsumetur ea voluntate credidisse, ut ad eum perveniret. *§. cod.* 23 Vide quæ scripsi ad *l. 1. C. de repud. hered.*

24 *l. 98. §. 1. §. de solut.* 25 Scientes qui contrahunt cum eo qui fraudis fugæque consilium cepit, privilegium non habent. 26 *l. 34. §. cod. l. 25. §. de reb. cred.* 27 Id est, *consul*, ut decet inscriptio. 28 *l. 5. §. 21. vers. quinimo. §. ut in possess. legat.* 29 Vide Antonium Fabr. 1 *conject. 2.* 30 Si pupillus superstes, dum vivit, creditoribus paternis bonorum materno rum causa non tenetur, nec ipsius pupilli heres eorundem bonorum ratione tenebitur. Paternis bonis abstinui quoquo modo? creditoribus ejus non tenetur. sed nec is, quem mihi pater pupillariter substituit. 31 *l. 4. C. arbit. tut.* 32 Sola bona paterna respiciunt creditores paternos: sed substitutus filii nihil hic de paternis attigit, igitur &c. 33 Tertia ratio decidendi.

34 Prima ratio dubitandi. 35 *Al.* omissa.

36 Quia ab una una & eadem charta & iisdem testibus præsentibus factum. *l. 20. §. de pupillari.*

37 Ergo & una hereditas, quam fabillarius indivisam habere debet.

38 Hæc negatio videtur expungenda propter Lepem 42. *de adquir. hered.* idque innuunt etiam verba quæ sequuntur, *ibi actio creditoribus denegatur.* quod Antonius Faber illo loco non admittit.

39 Nam species erat infamiæ, pati bonorum venditionem. §. 1. *Inst. quib. ex caus. man. non licet.*

40 Hæc verba, *postquam pupillus se paternæ miscuerit hereditati*, ab imperito interprete addita putat Anton. Faber 2 *conject. 2.*

41 Fulcinius, *Hal.* Ausidius, *Vulg.* Fusidius is est forte, quem Cicero inter Advocatos refert, & ad quem Scaurus tres libros scripsit, 33 Plin. 1. vide Cujac. 1 *obs. 9.* adde *l. 5. §. de aur.*

42 *l. 41. §. de adquir. rer. l. 11. §. 1. §. quod si aut clam. l. 23. §. de except.*

43 Frustra petitur ab Imperatore, quod jure communi obtineri potest. *l. unic. vers. nam in fund. C. de Thesaur.*

44 Velut peregrinum, vel extraneum, non idoneum denique. *l. 7 §. 5. §. pro emtore.*

45 Id est, solvendo, solutione facienda.

46 Id est, satisdationis interponendæ *vel* non interponendæ.

47 Satisdationis onus non evitat, qui modica immobilia possidet.

48 *l. 24. §. 4. §. solut.*

49 *Sub.* Prætori.

50 Rationem diversitatis vide apud Cujac. 18 *observ. 39.*

51 Adde *l. 8. §. de suspect.*

52 Id est, si facultatibus defectus sit.

53 In recenti aditæ hereditatis est, cum primum aut quasi eo momento, quo adita est hereditas.

54 Qui cum inope sciens contrahit, de suspecto eo postea frustra conqueritur. dixi ad *l. 5. C. de sponsalib.*

55 *Sub.* heres.

56 *Sub.* hereditariis.

57 Pauperi etiam bona alterius administranda committi possunt.

58 Quis eam probare debeat, v. Alberic. *hic.*

59 *l. 5. in fin. §. qui satisdare. l. 19. §. de injur.*

60 Vid. ad hanc legem Ripens.

61 Personalia, ut mulieris in dote: cujuscunque in deposito. v. *hic* Alberic.

62 Imo ex tempore æstimantur. *l. 11. §. tit. qui potiores.*

63 Non ex sola ratione temporis.

64 Id est, causæ. 65 *l. ultim. §. cod.* 66 *l. 63. §. de judiciis.*

67 *l. 26. §. cod.*

68 Flor. *al.* quoque. 69 Cur? Fisci privilegium est, inter omnes creditores primum locum tenere. Paul. 2 *sentent. 12. §. 10.* Præfertur autem iisdem etiam privilegiariis in rei persecutoriis, *ut hic.* In pœnalibus autem, *l. 17. §. de jure fisci. & hypotheca* antiquioribus, non præfertur. *l. 8. §. qui potiores.* 70 Absens dolo non audiatur, satisdationem ut bona sua recipiat offerens.

71 *l. 11. §. 1. §. de pignoribus. l. 38. §. famil.* 72 *V. l. 7. §. 13. §. quibus ex causis in possess.*

73 Hoc est, qui subterfugit. *Hal.* 74 Tum & qui. *Hal.* 75 Et tunc occursum creditoris latitare dicitur, sive in eodem loco sit, sive in alio.

De Lege Antiochena.

XXXVII. PAPINIANUS lib. X Responsorum.

ANtiochensium [76] Cœle-Syriæ civitati, quod Lege sua [77] privilegium [78] in bonis defuncti debitoris accepit, jus persequendi pignoris durare 79 constitit.

De concubina, & liberis naturalibus. 1. De Republica.

XXXVIII. PAULUS lib. I Sententiarum.

BOnis venditis excipiuntur concubina & liberi naturales [80].

§. 1. Respublica [81] creditrix omnibus [82] chirographariis creditoribus prætertur.

De alendo debitore. 1. De captivo.

XXXIX. IDEM lib. V Sententiarum.

PUpillus si non defendatur, in possessione creditoribus constitutis: minoribus [83] ex his [84] usque ad pubertatem alimenta [85] præstanda sunt. §. 1. Ejus qui ab hostibus [86] captus est, bona venire non possunt, quamdiu revertatur.

76 Antiochia Cœle-Syriæ privilegium habet, ut si debitor ejus vita decesserit, pignora capiat ex bonis ejus, debiti servandi causa. *Hasil.* licet de pignore nihil convenerit *Goth.* Vid. Leonin. *emendat. lib. 6. c. 13. n. 1.* Joann. à Sande *de jf. Def. lib. 3. tit 12. defin. 1.* Aul

77 Non beneficio Imperatorio, hinc ratio dubitandi sumitur. atque ita delenda sunt ea quæ veteres ad hanc Legem adnotarunt: civitate scilicet impetrante jus prælationis a Principe, in pignoris privatis tolli. His adde quæ scripsi ad *l. 1. §. 3. ff. de cenſibus.* 78 Vide quæ scripsi ad *l. 2. C. de jure reipubl. & l. 4. C. de jure & fide haſtæ fiſcalis.*

79 Ratio dubitandi in eo consistit, quod supra dixit, Antiochenses non a Principibus, sed a Lege sua privilegium tacitæ hypothecæ in bonis defunctorum habuisse. vide Cujac. *to observ. 35.* adde Alciat. *t disputt. 11.* 80 Vide *l. 8. ff. de pignorib.* 81 Vid. Cujac. *lib. 3 obſ. 24.* Aul

82 Etiam fisco, vide *l. 8. qui potiores.* tempore posteriori: fiscus alioquin nunquam est chirographarius. *l. 46. §. 3. ff. de jure fiſci.* 83 Id est, minori an. 84 Bonis videlicet, ut *l. 33. C. eod.* 85 *l. 33. ff. eod.* 86 *l. 6. §. 1. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ.*

TIT. VI.

DE SEPARATIONIBUS [1].

De decreto. 1. De creditoribus hereditariis vel heredis. 3. De re obligata. 4. De fisco. De municipibus. 5. De creditoribus heredis. 6. De hereditate fideicommissa. 7. De pupillari substitutione. 8. De creditoribus defuncti heredis proximi, & eius qui heredi successit. 9. De creditoribus castrensibus & paganis. 10. De his qui nomen heredis secuti sunt. 12. De commixtione bonorum hereditariorum & heredis. 13. Intra quod tempus postulatur separatio. 14. Cujus sit hæc notio. 15. De his qui nomen heredis secuti sunt. 17. De effectu separationis. 18. De herede necessario.

1. ULPIANUS lib. LXIV ad Edictum.

SCiendum est, separationem solere impetrari decreto [3] Prætoris [4]. §. 1. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his [5] causis. utputa debitorem quis Seium habuit, hic decessit, heres ei extitit Titius; hic non est [6] solvendo, patitur bonorum venditionem: creditores Seii dicunt bona Seii sufficere sibi, creditores Titii contentos esse debere bonis Titii, & sic quasi duorum fieri bonorum venditionem; fieri enim potest, ut Seius quidem solvendo fuerit, potuerit que [satis] creditoribus suis, vel ita semel [7] & si non in assem, in aliquid tamen satisfacere, admissis autem commixtisque creditoribus Titii, minus sint consecuturi, quia ille non est solvendo, aut minus consequantur, quia plures sunt: hic est igitur æquissimum, creditores Seii desiderantes separationem audiri, impetrareque à Prætore, ut separatim quantum [8] cujusque creditoribus præstetur. §. 2. Ex contrario autem creditores Titii non impetrabunt separationem. nam licet [9] alicui adjiciendo [10] sibi creditorem [11], creditoris sui facere [12] deteriorem conditionem. † At qui [igitur] adiit hereditatem debitoris mei, non faciet meam deteriorem conditionem adeundo: qua [13] licet mihi separationem impetrare. suos vero creditores oneravit, dum adiit hereditatem quæ solvendo non est: nec potuerunt creditores ejus separationem impetrare. §. 3. Sciendum est autem, *etiamsi obligata [14] res esse proponatur ab herede jure pignoris vel hypothecæ, attamen si hereditaria fuit, jure separationis hypothecario [15] creditori [16] potiorem esse eum, qui separationem impetravit:* & ita Severus & Antoninus rescripserunt. §. 4. Sed etiam adversus fiscum & municipes [17] impetraretur [18] separatio.

§. 5. Quæsitum est an interdum etiam heredis creditores possunt separationem impetrare, si forte ille in fraudem ipsorum adierit hereditatem? Sed nullum remedium est proditum: sibi enim imputent [19] qui cum tali contraxerunt: nisi si extra ordinem [20] putamus Prætorem adversus calliditatem ejus subvenire, qui talem fraudem commentus est; quod non facile admissum est. §. 6. Sed si quis [21] suspectam hereditatem dicens, compulsus fuerit adire & restituere hereditatem, deinde non sit [22] cui restituat, ex quibus causis solet hoc evenire: & ipsi quidem desideranti succurri sibi adversus creditores hereditarios, subvenimus: hoc & D. Pius rescripsit, ut perinde testatoris bona venirent, atque si adita hereditas non fuisset. † Creditoribus quoque hujusmodi heredis desiderantibus, hoc idem præstandum puto, licet ipse non desideravit: ut quasi separatio quædam præstetur. §. 7. Item videamus, si quis heres parenti extiterit, cum esset impubes, deinde intra pubertatem decesserit, & substituti bona veneant, qui impuberis hereditatem adiit: an patris creditores possint separationem impetrare? Et puto posse: hoc amplius puto, etiam impuberis [23] creditores posse separationem adversus creditores [heredis] ejus impetrare. §. 8. Secundum hæc videamus, si Primus Secundum heredem scripserit, Secundus Tertium, & Tertii bona veneant: qui creditores possint separationem impetrare? Et putem, si quidem Primi creditores petant, utique audiendos, & adversus Secundi [24], & adversus Tertii creditores: si vero Secundi creditores petant, adversus Tertii utique eos impetrare posse, adversus Primi autem non posse. In summa, Primi quidem creditores adversus omnes impetrare possunt separationem, Secundi creditores adversus Primi non possunt, adversus Tertii possunt. §. 9. Si filiifamilias bona [25] veneant, qui castrense peculium habet: an separatio fiat inter castrenses [26] creditores cæterosque videamus? Simul ergo admittentur, dummodo si qui cum eo contraxerunt, ante quam militaret, fortasse debeant separari; quod puto probandum: ergo [27] qui ante contraxerunt, si bona castrensia distrahantur, non possunt venire cum castrensibus creditoribus. † Item si quid in rem patris versum est, forte poterit & creditori contradici, ne castrense peculium inquietet, cum possit potius cum patre experiri [28].

§. 10. Illud [29] sciendum est, eos demum creditores posse impetrare separationem, qui non novandi [30] animo ab herede stipulati sunt. cæterum si eum hoc animo secuti sunt, amiserunt separationis commodum: quippe cum secuti sunt nomen heredis, nec possunt jam se ab eo separare, qui quodammodo eum elegerunt [31]. † Sed & si usuras ab eo ea [32] mente, quasi eum eligendo exegerunt: idem erit probandum. §. 11. Item quæritur, si satis acceperunt ab eo, an impetrent separationem? Et non puto: hi enim secuti sunt eum [33] forte quem movebit. † Quid ergo, si satis non idoneum acceperunt? Et sibi imputent [34] cur minus idoneos fidejussores accipiebant. §. 12. Præterea sciendum est, postea quam bona hereditaria bonis heredis mixta [35] sunt, non posse impetrari separationem: confusis enim bonis & unitis, separatio impetrari non poterit. † Quid ergo, si prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod separari potest? Hic utique poterit impetrari separatio. nec ferendus est qui causatur bona contributa, cum prædia contribui non possint: nisi ita conjunctæ [36] possessiones [sint] & permixtæ propriis, ut impossibilem separationem effecerint; quod quidem perraro contingere potest.

§. 13. Quod [37] dicitur, post multum [38] temporis [39] separationem impetrari non posse, ita erit accipiendum, ut ultra quinquennium post additionem numerandum separatio non postuletur. §. 14. De his autem omnibus an admittenda separatio sit, necne: Prætoris [40] erit vel Præsidis notio, nullius alterius, hoc est, ejus, qui separationem indulturus est. §. 15. Si quis pignus [41] ab herede acceperit, non est ei concedenda separatio, quasi eum secutus sit: neque enim ferendus est qui qualiter qualiter [42], eligentis tamen mente [43], heredis personam secutus est.

§. 16. Quæsitum est, si forte sint plures creditores, quidam secuti heredem, quidam non secuti; & hi qui heredem secuti non sunt, impetraverint separationem: an eos secum admittant, qui secuti sunt? Et putem, nihil eis prodesse: hos enim cum creditoribus heredis numerandos. §. 17. Item sciendum est vulgo placere, *creditores quidem heredis, si quid superfuerit [44] ex bonis testatoris, posse habere in suum debitum: creditores vero testatoris ex bonis heredis nihil.* Cujus rei ratio illa est: quod qui impetravit separationem, sibi debet imputare [45] suam facilitatem, si cum essent bona idonea heredis, illi maluerint bona potius defuncti sibi separari: heredis autem creditoribus hoc imputari non possit. † At si creditores defuncti desiderent, ut etiam in bonis heredis substituantur, non sunt audiendi: separatio enim quam ipsi petierunt, eos ab istis bonis separavit. Si tamen temere separationem petierunt creditores defuncti, impetrare veniam possunt, justissima [46] scilicet ignorantiæ causa allegata. §. 18. Ita [47] sciendum est, necessarium heredem servum eum libertate institutum impetrare posse separationem: scilicet ut si non attigerit bona patroni, in ea causa sit, ut ei, quiquid postea adquisierit, separetur, sed & si quid ei à testatore debetur.

De venditione hereditatis, cæteriſque per heredem medio tempore geſtis.

II. PAPINIANUS lib. XXV Quæstionum.

AB herede vendita hereditate, separatio frustra desiderabitur: utique si nulla [48] fraudis incurrat suspicio. Nam quæ bona fide medio [49] tempore per heredem gesta sunt, rata conservari solent.

Si debitor fidejuſſori ſucceſſerit. 1. De effectu ſeparationis.

III. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

DEbitor fidejussori heres extitit, ejusque bona venierunt: quamvis obligatio fidejussionis extincta sit, nihilominus separatio impetrabitur, petente eo, cui fidejussor fuerat obligatus: sive solus sit hereditarius creditor, sive plures. neque enim ratio juris [quæ] causam fidejussionis propter principalem obligationem, quæ major fuit [50], excludit, damno debet adficere creditorem, qui sibi diligenter prospexerat. §. 1. Quid ergo, si bonis fidejussoris separatis solidum ex hereditate stipulator consequi non possit? utrum portio cum cæteris heredis creditoribus ei quærenda erit? an contentus esse debebit bonis, quæ separari maluit? sed cum stipulator iste, non [51] adita fidejussoris a reo hereditate, bonis fidejussoris venditis, in residuum promisceri debitoris creditoribus potuerit: ratio non patitur eum in proposito summoveri. §. 2. Sed in quolibet [52] alio creditore, qui separationem impetravit, probari commodius est, ut si solidum ex hereditate servari non possit, ita demum aliquid ex bonis heredis ferat, si proprii creditores heredis fuerint dimissi: quod sine dubio admittendum est circa creditores heredis, dimissis hereditariis.

De creditoribus in diem, vel ſub conditione. 1. De legatariis.

IV. IDEM lib. XII Responsorum.

CReditoribus, quibus [53] ex die [54] vel sub conditione debetur [55], & propter hoc nondum pecuniam petere possunt, æque separatio dabitur, quoniam & ipsis cautione communi [56] consuletur.

§. 1. Legatarios [57] autem in ea tantum parte, quæ de bonis servari potuit, habere [58] pignoris causam convenit.

De effectu ſeparationis.

V. PAULUS lib. XIII Quæstionum.

SI creditores hereditatem [59] separationem bonorum impetraverunt, & inveniatur non idonea hereditas, heres autem idoneus: non poterunt reverti ad heredem, sed [60] eo quod semel postulaverunt, stare debent. Sed si post impetratam separationem aliquid heres adquisierit, si quidem ex hereditate, admitti debebunt ad id, quod adquisitum est illis, qui separationem impetraverunt. Sed si illis satisfactum fuerit, quod superest, tribuetur propriis heredis creditoribus. † At si ex alia causa heres adquisierit, non admittentur hereditarii creditores. Quod si proprii ad solidum pervenerunt, id quod supererit, tribuendum hereditariis quidam putant, mihi autem id non videtur: cum enim separationem petierunt, recesserunt à persona heredis, & bona secuti sunt, & quasi [61] defuncti bona [62] vendiderunt: quæ augmenta non possunt recipere. † Idemque existimo dicendum, etiamsi circa separationem bonorum decepti, minus consecuti sunt, quam proprii heredis creditores. Proprii autem heredis creditores habent propria ejus bona, & personam, quæ potest, donec vivit, adquirere [63].

De creditoribus teſtatoris, & legatariis. 1. De patrono.

VI. JULIANUS lib. XLVI Digestorum.

QUotiens heredis bona solvendo non sunt, non solum creditores

---

1 Separatio bonorum octo ex causis impetratur, de quibus vide hic Accurs. impeditur autem ex septem, de quibus v. Albericum hic.

2 Bonorum fcil. vii C. LXXII. heredis & defuncti, quum creditores defuncti adversus creditores heredis postulant. Fit alia quæ competit heredi: est & tertia, quæ patrono: est & quarta, de qua *lex* 2. *C. eod.* & quinta, in *l. 3. §. 4. verſ. proinde. ff. de minorib.*

3 Separatio petitur officio judicis.

4 Vel Præsidis. §. 14. *ff. eod.*

5 Exceptiones vide in §. 10. §. 11. § 12. §. 13. & *l. 2. ff. eod.*

6 *l. 7. in fin. C. de bon. aut. jud.*

7 Id est, ita tandem; ita certe. Vid. 2 *Intellect.* 23. non in solidum, ut ait Accursius.

8 Debitum fcil. vel quantum cuique debetur, præstetur. vel legendum est, ut separatur quantum, &c.

9 Imo non licet. *l. 74. ff. de regul. jur.*

10 *Al.* adeundo, *ut ff. eod.*

11 *Sub.* nomen.

12 Adjectio plurium creditorum parit incommodum.

13 *Al.* qui. *al.* quia.

14 Hereditaria fcil.

15 Cui res aliqua hereditaria obligata est per heredem defuncti

16 Defuncti fc.

17 Etiam adversus municipes separatio impetrari potest.

18 *Al.* impetrabitur.

19 Qui cum alio contrahit, intelligitur ejus conditionem notam habuisse. vid. *l. 19. ff. de regul. jur.*

20 Mera æquitate.

21 Quamvis heres non petat separationem, & nolit separare bona: tamen creditores ea separabunt eo invito & prohibente.

22 Et sic potest quis jure tertii uti, si tertius eo non utatur.

23 Impuberem contrahere debitum posse, hinc colligo. adde tamen auctore tutore, & necessaria ex causa. 24 Sensus est, si bona diversi generis concurrunt, creditores primi adversus secundi: Secundi creditores adversus tertii creditores separationem impetrare possunt. 25 Peculiaria fcilicet. 26 Vide *l. 8. in fin. ff. de caſtrenſ.* 27 Contrarii ab unius decisione, alterius decisio recte fluit.

28 Actione ordinaria de in rem verso. 29 Exceptiones observa, quibus bonorum separatio non petitur. 30 Creditores qui fidem heredis sunt secuti, vel quia novarunt, vel satis acceperunt, separationem impetrare non possunt. Cessat separatio ob stipulationem animo novandi factam.

31 *l. 24. in fin. ff. quod met. cauſ.*

32 Cessat separatio ob usuras acceptas ab herede debitoris. Notare tamen obligationem defuncti creditor non continuo intelligitur, qui usuras ab eo accepit, nisi ea mente usuras accepit, ut novaret.

33 *Al.* eum fore quem noverunt. Hinc colligo: separationem bonorum non peti, ob fidejussorem, vel pignus ab herede acceptum. adde §. 15. *ff. eod.*

34 *l. 10. ff. qui ſatisdare. l. 26. §. 2. ff. mandati. l. 2. ff. de ſi ſtipuler.*

35 Cessat separatio ob immixta bona defuncti cum bonis heredis.

36 Conjunctionis nimiæ ratione etiam immobilia quodammodo permiscentur.

37 Cessat separatio ob quinquennii lapsum.

38 Quinquennium dicitur hic multum tempus.

39 Post quinquennium separatio non indulgetur.

40 *in pr. ff. eod. l. 2. C. de bonis auctf. jud*

41 Cessat separatio, si creditor pignus ab herede debitoris accepit. Cur? pignus ab eo accipiendo, eum secutus videtur.

42 Qualis qualis electio nocet.

43 *l. ult. ff. eod. & d. l. 2.*

44 *l. 3. ff. eod.*

45 Adde §. 3. *Inſtit. quib. mod. re.*

46 Errans in jure, non potest impetrare restitutionem, nisi justissima causa.

47 *Al.* item.

48 Cessat separatio, si defuncti heres bona fide hereditatem ejus venditit denique ob venditionem rerum hereditariarum tectam ab herede sine fraude.

49 Post additionem hereditatis, & ante separationem bonorum petitam. *l. 6. §. 1. ff. de reb. auct.*

50 Accessorio cum principali confuso accessorium extinguitur. vid. *l. 5. ff. de fidejuſſ.* Fidejussore evadente principali, fidejussoria obligatio extinguitur, si creditori non fit id incommodum: alias non extinguitur.

51 Quamvis dicatur obligatio fidejussoris extincta post additionem, potest tamen impetrari separatio.

52 Quilibet creditor etiam stricti juris cautionem, seu caveri sibi postulare potest *Bartol. l. 4. ff. eod.*

53 *Flor.* Qui.

54 Creditores conditionales & in diem, cum legatariis separationem impetrant.

55 *Flor.* debentur.

56 Legatarii separationem petere possunt.

57 *l. 6. ff. eod.*

58 *l. 1. 2. C. comm. de legat §. 2. verſ. noſtro. Inſt. de lex.*

59 Id est, defuncti.

60 Sed ei. *Hal.*

61 Id est, quondam defuncti. bona defunctorum improprie dicuntur defuncti, quia defunctus habere bona non potest. 62 Advertitia scilicet & extrinseca: nam homogenea augmenta recipiunt, puta fructus. 63 Id est, in vivente spes esse potest adquirendi: propterea injuriæ species est pauperem aliquem dicere, vel nominare, cum in eo spes sit ut efficiatur aliquando dives. *Z. ff.*

tores testatoris, sed etiam eos [61] quibus legatum fuerit [62], impetrare bonorum separationem æquum est [63]: ita ut cum creditoribus solidum adquisitum fuerit, legatariis [64] vel solidum vel portio quæratur. §. 1. Si liberta heres instituta [65] bonorum possessionem secundum tabulas petisset ejus qui solvendo non erat: quæsitum est an bona [66] ejus [67] separari ab hereditariis debent? Respondit: non [68] est iniquum succurri patrono, ne onereretur [69] ære alieno, quod liberta retinendo [70] bonorum possessionem secundum tabulas contraxerit [71].

De his qui judicium dictaverunt heredi.

VII. Marcianus lib. II Regularum.

Qui judicium [72] dictaverunt [73] heredi, separationem quasi hereditarii possunt impetrare: quia ex necessitate hoc fecerunt.

61 *d. l. 4. in fin. C. cod. l. 23. in fin. ff. quæ in fraud. creditor. l. 6. §. 4. ff. ut in poss. l. 22. §. 5. Cod. de jure deliber. & adi.*

62 Ab auctore defuncti scil. quibus defunctus teneatur, quasi ex ære alieno.

63 Vide Paul. 4 *sent. 1. §. pen. & ibi Cujac.*

64 *l. 40. ff. de oblig.*

65 Ab alio quam patrono.

66 Adquisita scil. post mortem defuncti ab ipsa liberta. 67 Delata patrono. 68 Ex contractu nulla laudimia patrono sive domino non deberi, hinc colligunt. vide Fabr. *l. 1. C. quando licuit ab emptione.* 69 Oneretur *Hal.* 70 *Al.* petendo. 71 Heres adeundo contrahere videtur. *l. 3. in fin. ff. quib. ex causis in poss. §. 5. Inst. de oblig. quæ ex quasi contr.* 72 *l. 1 §. 15. ff. eod.* 73 Dictatum judicium intelligitur, cum lis est contestata. *l. 23. ff. de judic. l. 15. ff. ratam rem habere.*

Tit. VII.

DE CURATORE BONIS [1] DANDO.

De conditione potestativa, 1. Vel casuali. 2. De ære alieno quod ex pœna crescit.

I. Paulus lib. LVII ad Edictum.

Si quis sub conditione heres institutus est, cogendus est conditioni parere, si potest [2]: aut si respondent se non aditurum, etiamsi conditio extiterit, vendenda erunt bona defuncti. §. 1. Quod si nihil facere potest, curator [3] bonis constituendus erit, aut bona vendenda. §. 2. Sed si grave æs alienum sit quod ex pœna crescat, per curatorem solvendum æs alienum: sicuri cum venter [4] in possessione sit, aut pupillus heres tutorem non habeat, decerni solet.

De curatore constituendo. 1. De auctoritate curatoris. 2. De pluribus curatoribus. 3. De invito. 4. De non creditore. 5. De tribus curatoribus.

II. Ulpianus lib. LXV ad Edictum.

De curatore constituendo hoc jure utimur, ut Prætor adeatur, isque curatorem curatoresque constituat ex consensu majoris [5] partis creditorum: vel Præses Provinciæ, si bona distrahenda in Provincia sunt. §. 1. Quæque per eum eove qui ita creatus creative esset, acta, facta, gestaque sunt, rata habebuntur. Eisque actiones [6], & in eos, utiles competunt. Et si quem curatores mitterent [7] ad agendum vel defendendum uti jus esset, nec ab eo satis, neque de rato, neque judicatum solvi, nomine ejus, cujus bona veneant, exigetur, sed nomine ipsius curatoris qui eum misit. §. 2. Si plures autem constituantur curatores, Celsus ait in solidum eos & agere [8] & conveniri, non pro portionibus. † Quod si per regiones fuerint constituti curatores, unus forte rei Italicæ, alius in Provincia, puto regiones eos suas conservare [9] debere. §. 3. Quæritur, an invitus curator fieri potest? Et Cassius scribit, *neminem invitum [10] cogendum fieri bonorum curatorem*: quod verius est. voluntarius itaque quærendus est: nisi & magna necessitate & Imperatoris arbitrio hoc procedat, ut & invitus crearetur. §. 4. Nec [11] omnimodo creditorem esse oportet eum qui curator constituitur: sed possunt & non creditores. §. 5. Si tres curatores fuerint, & unus ex his nihil attigerit, an in eum qui nihil tetigit, actio danda est? Et Cassius existimat modum actori non debere constitui, posseque eum cum quo vult experiri: puto Cassii sententiam veriorem. spectandum enim quid redactum est, non quid ad curatorem unum pervenerit. & ita utimur, nisi invitus factus est [12]: nam si ita est, dicendum, non eum conveniendum.

III. Celsus lib. XXIV Digestorum.

Si plures ejusdem bonorum curatores [13] facti sunt, in quem eorum vult actor, in solidum ei datur actio [14], tanquam quivis eorum in solidum aget.

De bonis distractis.

IV. Papirius Justus lib. I de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus & Verus Augusti rescripserunt: *bona [15], per curatorem [16] ex Senatusconsulto distractu, nullam actionem [17] ex ante gesto fraudatori [18] competere.*

Si post curatorem electum alius creditor extiterit.

V. Julianus lib. XLVII Digestorum.

Si debitor foro cesserit [19], & creditores privato consilio coierint, & elegerint unum per quem bona distrahantur, & portio ipsis, quæ ex redacto fieret, solveretur, mox [20] extiterit alius qui se creditorem dicat: nullam quidem actionem adversus curatorem habebit, sed bona debitoris una cum curatore vendere poterit, ita ut quæ à curatore & à creditore ex bonis contrahantur, omnibus pro portione præstarentur.

1 Curatorem hic accipe, curatorem bonorum, defuncti se. *l. 22 §. 10. ff. mandati.* nam de curatore dato bonis furiosi, prodigi, & adolescentis, dictum est ff. *tit. de curatore furioso.* de curatore dato bonis absentis, vel captivi, *l. 15. ff. ex quibus caus. major. l. 6. in fin. ff. de tut.* bonis latitantis, *l. ultim. ff. eod.* ventri dato, ff. *de ventre in possess.* vel ex Carboniano, *l. 1. in fin. ff. de mun.* filiofamilias hereditatem adquirenti, sine consensu patris, *l. ult. §. 1. in fin. C. de bon. quæ liber.* ad exhibendum cibum, potum, similiave, *d. l. 1. in fin.* dotem dandam, augendam, mutandam, *l. 7. ff. de tut. dat.* Alii sunt curatores ad lites: alii ad negotia absentis administranda: alii etiam ad interpellandam usucapionem. *l. 1. in fin. ff. de muner.*

2 *l. 4. in fin. ff. de reb. auct. jud.*

3 Curator bonis vacantibus datur. *l. 1. §. 13. ff. de coll. l. 8. ff. ex quib. caus. in possessionem eatur. l. 1. in fin. ff. de muner. l. 4. §. 6. ff. de damno infecto.* vide Gail. 2 *obs.* 130.

4 *l. 1. ff. de ventre in possess.*

5 *Nov. 120. c. 6. §. 1.*

6 *l. 3. ff. eod.*

7 Mittent.

8 Contra debitores bonorum.

9 Posse tamen conveniri extra provinciam videntur, *l. 47. in fin. ff. de admin. tut.*

10 *l. 4. C. de bon. auct. jud.* adde *l. 8. §. 1. ff. de procurat.*

11 *l. 9. §. 1. ff. ex quib. caus. in poss.*

12 Et nisi ab initio commissio fuit divisa, alias beneficium ordinis aut discussionis non opponitur. v. Molinæum in *consuetud. parte 1. §. 6. gl. 6. n. 6.*

13 Et commissarii. Molin. *ibid.* 14 *l. 2. §. 1. ff. eod.* 15 Debitoris.

16 *l. 5. ff. de curat. fur.* 17 *l. 40. ff. de oper. libert.* 18 Pone exemplum in patrono ex *l. 40. ff. de oper. libert.* quæ huic jungenda est. 19 *l. 7. §. 1. vers. quoties. ff. depositi.* Foro cedit mensularius, quoties actum suum deserit & tabernam: hinc Senec. 4 *de benef.* 39. Pecuniæ malæ creditæ exactio est, & appellare debitorem ad diem possum: & si foro cesserit, portionem feram. Foro cedere, *faire banqueroute.* 20 *l. 22. §. 10. ff. mandati.*

Tit. VIII.

QUÆ [1] IN FRAUDEM CREDITORUM [2] FACTA [3] SUNT, UT RESTITUANTUR [4].

Edictum de actione Pauliana. 1. Summa suprascripti Edicti. 2. De quocunque fraudu causa facto vel omisso.

I. Ulpianus lib. LXVI ad Edictum.

Ait Prætor, *Quæ fraudationis causa gesta [5] erunt, cum eo qui fraudem non [7] ignoraverit, de his curatoris bonorum, vel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra [8] annum, quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo: idque etiam adversus [9] ipsum, qui fraudem fecit, servabo.* §. 1. Necessario Prætor hoc Edictum proposuit: quo Edicto consuluit creditoribus [10], revocando [11] ea quæcunque in fraudem eorum alienata sunt. §. 2. Ait ergo Prætor, *Quæ fraudationis causa gesta erunt*: hæc verba generalia sunt, & continent in se omnem [12] omnino in fraudem factam vel alienationem, vel quemcunque contractum [13]. † Quodcunque [14] igitur fraudis causa factum est, videtur his verbis revocari, qualecunque fuerit: nam late ista verba patent. Sive ergo rem alienavit, sive acceptilatione [15] vel pacto [16] aliquem liberavit:

1 Id est, re in principali vel fructibus. *l. 38. §. 4. ff. de usuris.*

2 Nam in fraudem patronorum alienata revocantur actione Fabiana. *l. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. patr.*

3 Alienata. *l. 1. C. eod. d. §. 4.* contracta. *§. 2. ff. eod.* tradita *§. 6. Inst. de actionib.*

4 Ut revocentur. vii *C. ult. §. 6. Inst. de action.* revocantur autem actione Pauliana, *l. 38. §. 4. ff. de usuris.* quæ & in factum actio datur, *l. 14. ff. eod.* cui affine est interdictum fraudatorium. *l. 67. §. 1. ff. ad Treb. l 10. ff. eod.* Praxin hujus tituli v. apud Oldend. *6. class. 1.* Interim observa, hoc titulo improbari gesta à fraudatore: superiori vero probari acta à curatore bonorum. 5 V. *§. 1. ff. eod.* 6 Quoquomodo. v. *l. 2. l. 3.* & deinceps. *ff. eod.* 7 V. *l. 6. §. 8. l. 10. ff. eod. l. 6. C. eod.*

8 *l. 10. ff. eod. l. ult. C. eod.* 9 *l. ult. in fin. ff. eod.*

IDEM lib. LXXIII ad Edictum.

Idem erit probandum † Et si pignora [17] liberet, vel quem [18] alium in fraudem creditorum præponat [19];

III. Idem lib. LXVI ad Edictum.

Vel ei præbuit exceptionem, sive se [20] obligavit fraudandorum creditorum causa, sive numeravit [21] pecuniam, vel quodcunque aliud fecit in fraudem creditorum: palam est Edictum locum habere. §. 1. Gesta fraudationis causa accipere debemus, non solum ea quæ contrahens gesserit aliquis, verum etiam si forte data opera ad judicium non adfuit [22], vel litem [23] mori patiatur, vel à debitore non petit [24] ut tempore [25] liberetur, aut usumfructum, vel servitutem [26] amittit. §. 2. Et qui aliquid fecit, ut desinat habere quod habet, ad hoc Edictum pertinet.

IV. Paulus lib. LXVIII [27] ad Edictum.

In fraudem facere videri etiam eum, qui [28] non facit quod debet facere, intelligendum est: id est, si non utatur servitutibus [29].

De re habita pro derelicto.

V. Gaius lib. XXVI ad Edictum provinciale.

Sed etsi rem suam pro derelicto [30] habuerit, ut quis eam suam faciat.

De lucro amisso. 5. De alienatione servi instituti. 6. De eo, qui suum recepit. 8. De scientia vel ignorantia recipientis. 9. De consensu creditorum. 10. De pupillo. 11. De donatione. 12. De servo. 13. De legatis. 14. De anno utili.

VI. Ulpianus lib. LXVI ad Edictum.

Quod [31] autem, cum possit aliquid quærere, non [32] id agit, ut adquirat, ad [hoc] Edictum non [33] pertinet [34]: pertinet [enim] Edictum ad deminuentes [35] patrimonium suum, non [36] ad eos, qui id agunt, ne locupletentur. §. 1. Unde si quis ideo conditioni non [37] paret, ne committatur stipulatio, in ea conditione est, ne faciat huic Edicto locum. §. 2. Proinde, & qui repudiavit [38] hereditatem, vel legitimam, vel testamentariam, non est in ea causa, ut huic Edicto locum faciat: noluit enim adquirere, non [39] suum [proprium] patrimonium deminuit.

§. 3. Simili modo dicendum est, & si filium suum emancipavit [40], ut suo arbitrio adeat hereditatem, cessare hoc Edictum.

§. 4. Sed & illud probandum, si legatum repudiavit [41], cessare Edictum: quod Julianus quoque scribit. §. 5. Si servum suum heredem institutum alienavit [42], ut jussu emptoris adeat [43]: si quidem in venditione [44] nulla fraus est, sed in hereditate [45] sit, cessat Edictum: quia licuit ei etiam repudiare hereditatem. at si in ipsa servi alienatione fraus est, revocabitur: quemadmodum si eum in fraudem manumisisset. §. 6. Apud Labeonem scriptum est, eum, qui suum [46] recipiat, nullam videri fraudem facere, hoc est, eum, qui quod sibi debetur, receperat. cum enim, quem Præses invitum [47] solvere cogat, impune non solvere, iniquum esse: totum enim hoc Edictum ad contractus pertinere, in quibus se Prætor non interponit; utputa [48] pignora, venditionesque.

§. 7. Sciendum, Julianum scribere, eoque jure nos uti, ut qui debitam [49] pecuniam recepit, antequam bona debitoris possideantur [50], quamvis sciens prudensque solvendo non esse recipiat, non timere hoc Edictum: sibi enim vigilavit [51]. Qui vero post bona possessa debitum suum recepit, hunc in portionem vocandum, exæquandumque cæteris creditoribus: neque enim debuit præripere cæteris post bona possessa, cum [52] jam par [53] conditio omnium creditorum facta esset. §. 8. Hoc Edictum eum coërcet, qui sciens [54] eum in fraudem creditorum hoc facere, suscepit quod in fraudem creditorum fiebat: quare si quid in fraudem creditorum factum sit, si [55] tamen is, qui cepit, ignoravit, cessare videntur [56] verba Edicti. §. 9. Præterea illud sciendum est, eum, qui consentientibus creditoribus aliquid à fraudatore vel emit, vel stipulatus est, vel quid aliud contraxit, non videri in fraudem creditorum fecisse: nemo enim videtur fraudare [57] eos, qui sciunt & consentiunt. §. 10. Si quid [58] cum pupillo gestum sit in fraudem creditorum: Labeo ait, omnimodo [59] revocandum, si fraudati sint creditores. quia pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, non debet esse captiosa creditoribus, & ipsi lucrosa. eoque jure utimur. §. 11. Simili modo dicimus, & si cui [60] donatum est, non esse quærendum, an sciente eo, cui donatum, gestum sit: sed hoc *tantum [61], an fraudentur* creditores? nec videtur injuria affici is, qui ignoravit: cum lucrum extorqueatur, non [62] damnum infli-

16 Datur enim hæc actio creditoribus quibuscunque. Porro *creditæ* latissima est appellatio. *l. 1. ff. de reb. eor.*

11 Is est effectus Paulianæ, ut scil. revocet alienata; perinde ac si nunquam fuissent alienata.

12 Cum eventus *l. 10. §. 1. ff. eod.*

13 Qualiscunque [18] fuerit, ut *l. 12. ff. eod.* etiam locatio. *l. 1. §. 12. ff. si quid in fraudem patron.*

14 Vid. quæ notavi ad *tit. ff. eod.* adde *vers. sive ergo. ff. eod. l. 2. 4. 5. 6. ff. eod. l. 1. §. 3. l. 4. ff. si quid in fraud. patron.*

15 V. *l. 10. §. 14. ff. eod.*

16 *l. 17. ff. eod.*

17 *l. 18. ff. eod.*

18 Donare filiam in fraudem creditorum neminem posse hinc colligitur. vide Campegium, *tr. de dotes, parte 1. qu. 14.*

19 *l. 10. §. 12. l. 17. in fin. ff. eod.*

20 *l. 1. §. 18. §. 19. ff. si quid in fraud.*

21 *d. l. 1. §. 17.*

22 Non adit. *Hubland.*

23 *d. l. 1. §. 7.*

24 Non petat. *Hal.*

25 Alienationis verbum etiam usucapionem continet. *l. 44. §. 9. ff. de condit. & demonstr. l. 28. ff. de verb. sign.*

26 *d. l. 1. §. 21. in fin. l. 2. ff. eod.*

27 Junge *l. 13. ff. eod.* ut quæ sit ejusdem libri.

28 *l. 121. ff. de reg. jur. l. 17. §. 7. ff. de ædilit. l. 6. §. penult. ff. de re mil.*

29 *l. 3 §. 1. ff. eod. l. 28. ff. de verbor. sign.*

30 *l. 5. ff. pro derelicto.*

31 *Al.* Qui autem.

32 In fraudem creditorum nihil agere videtur, qui adquirendi occasionem amittit, *ut hic.* Quid, si lucrum dotis adquirere negligat? vide Cagnolum, ad *l. non fraudantur.* 134. *ff. de reg. jur.* Decium, *cons.* 260.

33 Imo videtur Edicto teneri. *l. 1. §. pen. ff. si quis omiss. caus.*

34 *l. 28. ff. de verbor. sign. l. 134. ff. de reg. jur. l. 1. §. 6. ff. si quid in fraud. patron.* Goth Hinc colligunt, filium paternam hereditatem & legitimam in præjudicium creditorum repudiare posse. v. Fachin. *lib. 3 controv. cap. 46.* Ann. Robert. *rer. jud. lib. 3. c. 12.* Molin. *ad consuetud. Paris. §. 1. gl. 3. n. 11.*

12. *& seq.* Dec. *consil. 260. S. L.* 35 Deminuere non licet: licet tamen non adquirere. Si ita est, non deminuit, nec fraudat creditores, qui non adquirit: fraudat, qui deminuit. Deminuendo, fraudatur creditor directo; non adquirendo, per indirectum. Minus itaque hoc erit, quam illud. 36 Differunt hæc duo, deminuere jam tibi quæsitum, & non adquirere quod acquirere possis. 37 Vide *§. 4. ff. eod.* 38 Vide *d. §. 4.* 39 In deminutione qualitas rei jam existentis, non futuræ spectatur. 40 V. *§. 4. ff. eod.* 41 Qui repudiat legatum, *ut hic.* hereditatem, *§. 2. ff. eod.* qui emancipat filium, ut filio arbitrio adeat hereditatem; qui servum heredem instituta alienat, ut jussu emptoris adeat, *§. 5. ff. eod.* qui conditioni non paret, ne committatur stipulatio, *§. 1. ff. eod.* non fraudat creditores. 42 Debitor scil. v. *§. 4. ff. eod.* 43 Et non adierit. 44 Pretio veuditionis. 45 Amissione hereditatis. 46 Qui suum recipit, neminem fraudat. *l. 26. ff. de damno.* 47 Qui facit, quod facere cogitur, fraude caret. 48 *l. 10. §. 13 ff. eod.* 49 *§. 6. ff. eod l. 10. §. 16. ff. eod. l. 25. §. 1. in fin. ff. eod.* 50 Nota hoc Edictum pertinere ad ea quæ post missionem in possessionem, non ad ea quæ ante facta fuerint. S. L. 51 Vigilanti succurritur. *l. 24. in fin. ff.* Goth. Vide Less. *de justit. & jure. lib. 2. cap. 15. dubit. 5. num. 40.* Molin. *disp. 536.* Aust. Quod tamen restringendum ad pecuniam numeratam vel aliam rem mobilem in solutum datam. Cæterum si capto pignore vel alia bonorum cessione facta sibi consuluerit creditor, reliquis creditoribus actione Pauliana tenetur, de restituendo eo, quod in eorum fraudem gestum est. *l. 10. §. 13. & l. 22. ff. eod.* S. L. 52 Regula, qui prior tempore, prior jure, locum non habet in pignore Prætorio: nullus enim in eo prior est. nam uno immisso, cæteri immissi intelliguntur, *ut hic. & l. cum unus. 12. ff. de rebus auctorit. jud. possid.*

53 Cæteris paribus, reliquorum jura paria sunt: sed vide *l. 12. §. de reb. auctoritate judic. possid.*

54 *l. 1. ff. eod.* 55 Qui à creditorum fraudatore ignorans emit, aut rem ab eo titulo oneroso habet, hoc Edicto non tenetur. *l. 25. §. 1. ff. eod.* 56 Quid? num vox, *videntur*, dubitationem; vox *verba*, aliud esse arguit si Legis sententiam spectemus? Sic sentio, hoc Edictum speciale & temporarium actionem hypothecariam perpetuam creditorum non excludere.

57 Fraus non fit scienti & consentienti. 58 Ex titulo lucrativo scilicet. & ita assentior Azuni. movent me etiam verba, quæ leguntur, *& ipsi lucrosa.* movet me etiam *§. 11. ff. eod.* vicinitas, in quo agitur de donatione facta reliquis non minoribus. movet me præterea rei iniquitas manifesta. Cur enim dicas creditores revocare res per minorem venditas ignoranti, non autem revocare per majorem ignoranti venditas? 59 Id est, in omnem partem. 60 Etiam minori.

61 In titulo lucrativo ignorantia non excusat donatarium. 62 Diversa sunt autem, lucrum cessare, & damno affligi.

insligatur. † In hos tamen, qui ignorantes ab eo, qui solvendo non sit, liberalitatem [63] acceperunt, hactenus actio erit danda, quatenus [64] locupletiores facti sunt: ultra non. §. 12. Simili modo quæritur, si servus ab eo, qui solvendo non sit, ignorante domino, ipse sciens rem acceperit: an dominus teneretur? Et ait Labeo, hactenus eum teneri, ut restituat, quod ad se pervenit: aut duntaxat [65] de peculio damnetur, vel si quid in rem ejus versum est. Eadem in filiosamilias probanda sunt. † Sed si dominus scit, suo nomine convenietur. §. 13. Item si necessarius heres legata præstiterit, deinde ejus bona venierint: Proculus ait, etiam si ignoraverint legatarii, tamen utilem actionem dandam: quod nequaquam dubium est. §. 14. Hujus actionis annum [66] computamus utilem, quo experiundi [67] potestas fuit, ex die [68] factæ venditionis.

De venditione.

VII. Paulus lib. LXII ad Edictum.

SI debitor in fraudem creditorum minore pretio fundum scienti emptori vendiderit; deinde hi, quibus de revocando eo actio datur, eum petant: quæsitum est, an pretium restituere debent? Proculus existimat, omnimodo restituendum esse fundum, etiam [69] si pretium non solvatur: & rescriptum est secundum Proculi sententiam.

VIII. Venuleius Saturninus lib. VI Interdictorum.

EX his colligi potest, ne quidem portionem emptori reddendam ex pretio. posse tamen dici, eam rem apud arbitrum ex causa animadvertendam: ut [70] si nummi soluti in bonis exstent, jubeat eos reddi: quia ea ratione nemo fraudetur.

IX. Paulus lib. LXII ad Edictum.

[IS [71]], qui à debitore, cujus bona possessa sunt, sciens rem [72] emit, iterum alii bona fide ementi vendidit. quæsitum est, an secundus emptor conveniri potest [73]? Sed verior est Sabini sententia, bona fide emptorem non teneri: quia dolus [74] ei duntaxat nocere [75] debeat, qui eum admisit. quemadmodum diximus non teneri eum, si ab ipso debitore ignorans emerit. is autem, qui dolo malo emit, bona fide autem ementi vendidit, in [76] solidum pretium rei, quod accepit [77], tenebitur.

Verba Prætoris. Interdictum fraudatorium. Residuum de actione Pauliana. 1. De eventu. 2. De scientia & fraude recipientis. 9. Si ejus qui fraudatori successit, bona venierint. 10. De in integrum restitutione. 11. Si impuberis, qui patri successerat, bona veneant. 12. De solutione repræsentata. 13. De pignore. 14. De dote. 15. De usufructu. De annua stipulatione. 16. De eo, qui pecuniam fugienti debitori abstulit. 17. De additione bonorum libertatum conservandarum causa. 18. De anno utili. 19. De ipsa re & accessionibus. 23. De obligatione conditionali, vel in diem. 24. De anno elapso. 25. De successoribus.

X. Ulpianus lib. LXXIII ad Edictum.

AIt Prætor [78]: Quæ Lucius [79] Titius [80] fraudandi causa, sciente te in bonis, quibus de [ea re [81]] agitur, fecit: ea illis, si eo nomine, quo de agitur, actio [82] ei ex edicto meo competere, esseve oportet, et si [83] non plus quam annus est, cum de ea re, qua de agitur, experiundi potestas est: restituas. interdum [84] causa cognita, etsi scientia non sit, in factum actionem permittam. §. 1. Ita demum revocatur, quod fraudandorum creditorum causa factum est, si eventum [85] fraus habuit, scilicet si hi creditores, quorum fraudandorum causa fecit, bona ipsius vendiderunt. † Cæterum si illos dimisit, quorum fraudandorum causa fecit, & alios [86] sortitus est: si quidem simpliciter dimissis prioribus, quos fraudare voluit, alios postea sortitus est, cessat revocatio. si [87] autem horum pecunia, quos fraudare noluit, priores dimisit, quos fraudare voluit: Marcellus dicit, revocationi locum fore. *secundum hanc distinctionem*, & ab Imperatore Severo & Antonino rescriptum est: eoque jure utimur.

§. 2. Quod ait Prætor *Sciente*, sic accipimus, te conscio & fraudem [88] participante: non [89] enim, si simpliciter scio, illum creditores habere, hoc sufficit ad contendendum, teneri eum in factum actione: sed si particeps fraudis est. §. 3. Si quis particeps quidem fraudis non fuit, verumtamen vendente debitore, testato [90] conventus est à creditoribus, ne emeret: an in factum actione teneatur, si comparaverit? Et magis est, ut teneri debeat: non enim caret fraude, qui conventus testato perseverat.

§. 4. Alias [91] autem qui scit aliquem creditores habere, si cum eo contrahat simpliciter sine fraudis conscientia: non videtur hac actione teneri. §. 5. Ait Prætor *Sciente*, id est, eo, qui convenietur hac actione. Quid ergo, si forte tutor pupilli scit, ipse pupillus ignoravit? videamus, an actioni locus sit, ut scientia tutoris noceat: idem & in curatore furiosi & adolescentis? Et putem hactenus istis [92] nocere conscientiam tutorum sive curatorum, quatenus quid ad eos pervenit. §. 6. Præterea sciendum est, posse quæri, quod dicitur, in fraudem creditorum alienatum revocari posse: si iidem sint creditores. etsi unus 93 creditor sit ex illis, qui fraudati sunt (sive solus tunc fuit, sive, cum cæteris satisfactum est, hic solus remansit), probandum esse, adhuc actioni fore locum. §. 7. Illud certe sufficit, etsi unum scit creditorem fraudari, cæteros ignoravit: fore locum actioni. §. 8. Quid ergo, si 94 ei, quem quis scit, satisfactum est: nunquid deficiat actio: quia, qui supersunt, non sunt fraudati? Et hoc puto probandum. Non tamen, si dicat aliquis, *Offero, quod debetur ei, quem scio creditorem*, audiendus erit, ut actionem eludat. §. 9. Si fraudator heredem habuit, & heredis bona venierint: non est in bonis, quibus de agitur, factum: & ideo cessat hæc actio.

§. 10. Si quid in fraudem creditorum fecerit filius, qui se poterat abstinere, & in integrum sit restitutus, quod se miscuerat; vel si quis fecit [heres] voluntarius 95 etiam, vel per ætatem, vel quam [aliam] causam justam in integrum meruit restitutionem: dicendum erit utilem actionem competere. † Idem & in servo necessario. Sane cum illa distinctione hoc admittendum esse Labeo scribit, ut siquidem protinus bona venditurum creditores; [vel] absentibus, [vel] paciscentibus creditoribus se necessarius 96 miscuit: utriusque fraus revocetur, id est, testatoris, & ipsius. si vero passi sunt necessarium creditores, & quasi in creditum 97 habuerunt nomen ejus, vel dulcitudine 98 usurarum 99, vel qua alia ratione secuti [sunt]: dicendum est, nihil revocari ex his, quæ testator alienavit. §. 11. Si impubes patri heres extiterit, ejusque mortui bona veneant: separatione impetrata, utriusque fraus erit revocanda, pupilli, vel etiam tutoris, item curatoris. §. 12. Si cum [100] in diem *mihi* deberetur, fraudator præsens [1] solverit, dicendum erit, [2] quod in eo quod sensi commodum in repræsentatione, in factum actioni locum fore: nam Prætor fraudem intelligit etiam in tempore fieri. §. 13. Si cui solutum quidem non fuerit, sed in [2] vetus creditum pignus acceperit: hac actione tenebitur [3], ut est sæpissime constitutum. §. 14. Si cum mulier fraudandorum creditorum consilium iisset, marito suo, eidemque debitori in fraudem creditorum acceptum [4] debitum fecerit, dotis constituendæ causa: locum habet hæc actio. & per hanc omnis pecunia, quam [5] maritus debuerat, exigitur: nec mulier de dote habet actionem; neque enim dos [6] in fraudem creditorum constituenda est: & hoc certo certius est, & sæpissime constitutum. Exitus autem actionis erit, ut stipulatio, quæ accepta facta fuerat, ex integro interponatur. §. 15. Per hanc actionem & usufructus, & hujusmodi stipulatio, *In annos singulos dena dare spondes?* exigi potest. §. 16 Si debitorem meum, & complurium creditorum [7] consecutus [8] essem fugientem 9, secum ferentem pecuniam, & abstulissem [10] ei id, quod mihi debeatur: placet Juliani sententia dicentis, multum interesse, antequam in possessionem bonorum ejus creditores mittantur, hoc factum sit, an postea: si ante, cessare in factum actionem; si postea, huic locum fore. §. 17. Si ex Constitutione Divi Marci bona sint addicta alicui, libertatium conservandarum causa: dicendum erit, actionem cessare. ita enim succedunt [11], ut rata sint, quæ paterfamilias gesserat. §. 18. Annus [12] hujus in factum actionis computabitur ex die venditionis bonorum. §. 19. Per hanc actionem *res* restitui debet cum sua scilicet causa §. 20. Et fructus [13], non tantum qui percepti sunt, verumetiam hi, qui percipi potuerunt a fraudatore, veniunt: sed cum aliquo modo [14]; scil. ut sumptus facti deducantur. nam arbitrio judicis non prius cogendus est rem restituere, quam si impensas necessarias consequatur. idemque erit probandum, & si quis alius sumptus ex voluntate fidejussorum creditorumque fecerit. §. 21. Partum quoque in hanc actionem venire, puto verius esse. §. 22. Præterea generaliter sciendum est, ex hac actione restitutionem [15] fieri oportere in pristinum [16] statum; sive res fuerunt [17], sive obligationes. ut perinde omnia revocentur, ac si liberatio facta non esset. propter quod etiam medii temporis commodum, quod quis consequeretur liberatione non facta, præstandum erit: dum usuræ non præstentur, si in stipulatum deductæ non fuerunt; aut si talis contractus fuit, in quo usuræ deberi poterunt etiam non deductæ [18].

§. 23. Si conditionalis fuit obligatio, cum [19] sua conditione: si in diem, cum sua die restauranda est. si tamen ea erat, cujus dies finitur: potest dici restitutionem intra id tempus posse postulari, quod [tempus] supererat obligationi: non utique intra annum.

§. 24. Hæc actio post annum de eo, quod ad eum pervenit, adversus quem actio movetur, comperit: iniquum enim Prætor putavit, in lucro morari eum [20], qui lucrum sensit ex fraude: idcirco lucrum ei extorquendum putavit. Sive igitur ipse fraudator sit, ad quem pervenit, sive alius quivis: comperit actio in id, quod ad eum pervenit, dolove malo ejus factum est, quominus perveniret. §. 25. Hæc actio heredi cæterisque successoribus competit: sed & in heredes similesque personas datur.

XI. Venuleius [Saturninus] lib. VI Interdictorum.

CAssius actionem introduxit [21] in id quod ad heredem pervenit.

De peculio.

XII. Marcellus lib. XVIII Digestorum.

SI pater filiofamilias liberam [22] peculii administrationem dederit, non [23] videtur ei & hoc concessisse, ut in fraudem creditorum alienaret: talem enim alienationem non habet. At si hoc quoque concessit filio pater, ut vel in fraudem creditorum facere possit: videbitur [24] ipse [25] feciſſe, & sufficient competentes adversus eum actiones. etenim filii creditores, etiam patris sunt creditores [26]: cum ejus generis [27] videlicet habebunt actionem, ut his de peculio præstari necesse sit.

De pignore.

XIII. Paulus lib. LXVIII ad Edictum.

ILlud constat, eum, qui pignus [28] tenet, hac actione non teneri: suo enim jure, & ut pignus [29], non rei servandæ causa, possidet.

De dominio restituendo. De actione cedenda.

XIV. Ulpianus lib. VI Disputationum.

HAc in factum [30] actione non solum dominia [31] revocantur, verumetiam actiones [32] restaurantur. † Ea propter competit hæc actio & adversus eos, qui res non possident, ut [33] restituant: & adversus eos, quibus actio competit, ut actione cedant. † Proinde si interposuerit [34] quis personam Titii, ut ei fraudator res tradat: actione mandati [35] cedere debet. † Ergo & si fraudator pro filia sua dotem dedisset scienti [36] fraudari creditores: filia tenetur, ut cedat actione de dote adversus maritum.

De libertatibus.

XV. Julianus lib. XLIX Digestorum.

SI quis, cum haberet Titium creditorem, & [37] sciret se solvendo non esse, libertates dederit testamento; deinde dimisso Titio, postea Sempronium creditorem habere cœperit, & eodem testamento manente decesserit: libertates datæ ratæ esse debent [38], etsi

---

61 Non meram, sed ratione meriti, & tamen supra meritum.

64 *l.* 5. *C. eod.*

65 *l.* 12. *in fin. ff. eod.*

66 V. *l.* 10 §. 18. *ff. eod.*

67 Agendi. adde *l.* 2. §. *dies. ff. quis ordo in bonor. poss. servetur.*

68 *l.* 10. §. 18. *ff. eod.*

69 Adde *l.* 32. §. 4. *ff. de admin. tut.* dic tamen ut *l.* 8. *ff. eod.*

70 Exceptio legis superioris: adde & alias duas exceptiones, ex *l.* 65. *ff. de rei vind. l.* 3. §. 12. *ff. si quid in fraud.*

71 Vide Boër. *decis.* 182.

72 Aliquam aliam tamen ab eis, in quarum possessionem missi sunt creditores. Nec enim potuo debitorem utiliter alienare posse eas res, in quarum possessionem missi sunt creditores, alioquin lusoria esset missio.

73 Non tenetur.

74 Edictum fraudatorium esse personale, non in rem scriptum, hinc Zasius colligit.

75 V. *l.* 155. *ff. de regulis juris.*

76 Pretium ita fieredit in locum rei in universalibus judiciis: quotiens sc. quis doli ratione convenitur, *ut hic* secus si ex contractu. *l. venditor.* 21 *ff. de hereditate vel actione vendita. l. si & rem & ff. de petit. hered. l. Imperator.* 70. *ff. de legat.* 2. *l. mater.* 3. *C. de rei vind. l. si eum.* 23. *ff. si certum.*

77 A secundo emptore scilicet.

78 In hoc Interdicto fraudatorio.

79 Hic agitur de Interdicto fraudatorio. de quo & in *l.* 67 §. 1. *ff. ad Trebell.*

80 Debitor.

81 Quibus de agitur. *Halos.* qua de re agitur, Petr. Fab. 1 *sem.* 12.

82 *Al.* Actionem.

83 Intra annum à die possessionis & venditionis bonorum datur actio Pauliana, & Interdictum fraudatorium, ad revocanda ea, quæ in fraudem creditorum sunt alienata. v. §. 18. *ff.*

84 Hæc verba, quæ sequuntur, sunt de actione Pauliana. Cujac. *hic.*

85 Eventus colligitur ex persona alienantis, ementis, & re ipsa.

86 Facultas revocandi ils soli creditoribus datur, qui creditores erant tempore alienationis factæ à debitore, non qui postea crediderunt, *ut hic.* & *l.* 1. *C. de jure fisci.* id est, Priores, & non posteriores, habent revocatoriam, nisi posteriores in locum priorum succesſerint.

87 *l.* 16. *ff. eod.*

88 Fraudis est particeps, qui eo consilio emit, ut aliquem defraudet.

89 Possum ab eo emere, quem scio creditoribus obligatum. §. 4. *ff. eod.*

90 Denunciatio emptori, ne emat, facta ab eo, cujus revera intererat rem non vendi (& ita fatisfit, *l.* 1. 2. *ff. quod falsa tutore.*) emptorem in mala fide constituit. *l.* 17. *C. de rei vindic. l.* 9. §. 1. *versf. sed si ei. ff. de edendo. l.* 7. §. 2. *ff. de tributoria.* 91 §. 1. *ff. eod.* 92 Tutoris scientia pupillo (quatenus est locupletior) nocet. 93 Unus creditorum, quos debitor fraudare voluit, quamdiu superest, tamdiu lodis revocationi esse potest, & propter eum cæteri creditores revocatoriam habent, quorum intuitu debitor non alienavit in fraudem. 94 Id est, an: ut in *l.* 3. §. 1. *ff. de collat. bonor.* Quidam hanc particulam ita exponunt. 95 In Florent. & aliis est, *Si quis fecit voluntarius.* S. L.

96 *Al.* necessarius se immiscuit.

97 Creditores dicuntur sequi fidem heredis, cum separationem non impetrant.

98 Dulcitudo antique, ut ista Accii, acritudo, gracilitudo, tarditudo, lætitudo, noxitudo, anxitudo, miseritudo, vastitudo, tetritudo, mœstitudo, sanctitudo, pœnitudo.

99 Sic usuras dulces dixit Manilius 4. *Dulcibus usuris, aquo quoque tempore vendit.*

100 Fraus fit etiam, seu fraudem facit creditori debitor, quoties id, quod in diem uni creditori debet, id ei præsens solvit. Ita revocare possumus, quæ præsentia numeravit debitor, cum ea nonnisi in diem deberet creditori. adde *l.* 27. *in fin. ff. eod.*

1 *l.* 2. *in fin. ff. eod. l.* 17. *in fin. ff. eod.*

2 *l.* 6. §. 6. *ff. eod. l.* 22. *ff. eod.*

3 Imo teneri non videtur. *l.* 13. *ff. eod. ubi dixi.*

4 *l.* 11. *in fin. ff. eod.*

5 *l.* 17. *in fin. ff. eod.*

6 Dos in fraudem creditorum non est constituenda.

7 Similis casus est in *l.* 56. §. 1. *ff. de furt.* Anf.

8 Vide quæ notavi ad *l.* 94. *C. de decurion.* Porro, quod hic legimus, originem habet ex lege XII Tabular. Si calvitur, pedemve struit, manumittendo jacito. Cuj. ad *l.* 13. *ff. quod met. caus.* & 16 *obs.* 19.

9 Alias non licet sibi ipsi jus dicere. *l.* 13. *ff. quod met. caus.* Quid, si nondum sit in fuga; sed indiciis certis colligitur eum fugere velle? Idem: hoc est, licet eum capere. Angelus, per Gl. in *l. pign. causa.* 11. *C. de pign. act. Gloss. in l. quis fit fugitivus.* 17. §. *idem Cælius.* 8. *ff. de edilitio.* Hippolyt. Marsilius, *singularis* 43. An & die etiam feriata id facere licet? sic fane: non ut litigetur, sed ut ducatur ad judicem cognoturum, utrum reus judicio sisti cavere debeat. Bart. *hic.*

10 Adde, & retinuissem. *l.* 25. *ff. de adulteriis.*

11 *l.* 1. *C. eod. l.* 143 *ff. de reg. jur.*

12 *l.* 6. *in fin. ff. eod. l. ult. C. eod.*

13 *l.* 25. §. 4. *ff. eod.*

14 Temperamento.

15 Adde *l.* 14. *ff. eod.*

16 *l.* 2. §. 43. *ff. ne quid in loco publ.*

17 Id est, dominia & actiones. *l.* 14. *ff. eod.*

18 In stipulationem: id fit in contractibus bonæ fidei. *l.* 32. §. 2. *ff. de usuris. l.* 3. *C. de usuris.*

19 *l.* 43. *in fin. ff. de jure dot.*

20 Nemo lucrum ex suo dolo facere debet. 21 Introducendi verbo quid significetur, dixi ad *l.* 43. *ff. ex quibus causis majores.* 22 Adde *l.* 6 §. 3. *ff. eod.* 23 Libera administratio alicui concessa non permittit ei fraudis & impolitoræ licentiam. *l.* 46. *ff. de peculio. l.* 7 *ff. de donat.* Generali concessione traus seu fraudandi potestas non continetur. Nec enim intelligitur ut filio concessum à patre, ut in fraudem creditorum alienaret. 24 Rite facit, qui per alium facit. dem mandat, tenetur ac si ipse fraudem feciſſet. *l.* 1. §. 12. *ff. de vi & vi.* 26 Idque propter peculium. 27 Id est, eodem genere agent & contra patrem, & contra filium. 28 *l.* 22. *ff. eod.* 29 Conventionale, non Prætorium. 30 Quæ eadem est cum Pauliana. 31 *l.* 10. §. 22. *ff. eod. l.* 22. *ff. eod.* 32 Et obligationes. *l.* 10. §. 22. *ff. eod.* 33 In his revocatoris actionibus agitur, ut qui res alienaverint, eas alienatas restituant, vel ut actionem cedant. 34 Straus fit de persona ad personam. 35 *l.* 12. *ff. si quid in fraudem patron.* 36 *l.* 25. §. 1. *ff. eod.*

37 *l.* 23. *ff. qui & à quib. manumiss.* 38 Imo debent esse irritæ. *l.* 25. *ff. qui & à quib. manumiss.* Solve, hic satisfactum est omnibus, qui erant creditores tempore libertatis datæ.

etsi hereditas solvendo non sit. quia, libertates ut rescindantur, utrumque in eorundem personam exigimus, & consilium, & eventum: & si quidem creditor, cujus fraudandi consilium initum erat, non fraudatur, adversus eum, qui fraudatur, consilium initum non est. libertates itaque ratæ sunt:

XVI. PAULUS lib. V Responsorum Papiniani.

NIsi priores pecunia posteriorum dimissi [39] probentur.

De liberatione. 1. *De alienatione omnium bonorum.* 2. *De dotis restitutione repræsentata.*

XVII. JULIANUS lib. XLIX Digestorum.

OMnes [40] debitores qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem revocantur in pristinam obligationem.

§. 1. Lucius Titius, cum haberet creditores, libertis suis, hisdemque filiis naturalibus universas [41] res suas tradidit. Respondit, Quamvis [42] non proponatur consilium fraudandi habuisse, tamen qui creditores habere se scit, & universa bona sua alienavit [43], intelligendus [44] est fraudandorum creditorum consilium habuisse [45]: ideoque etsi filii ejus ignoraverunt hanc mentem patris sui fuisse, hac actione tenentur. §. 2. Si vir uxori, cum creditores suos fraudare vellet, soluto matrimonio præsentem [46] dotem reddidisset, quam statuto tempore reddere debuit: hac actione mulier tantum præstabit, quanti creditorum intererat, dotem suo tempore reddi. nam Prætor [47] fraudem etiam in tempore fieri intelligit.

De remissione pignoris.

XVIII. PAPINIANUS lib. XXVI Quæstionum.

[E]T [48] si pignus [49] vir uxori vel uxor viro remiserit [50]: verior sententia est nullam fieri donationem existimantium. Quod sine dubio, si in fraudem creditorum fiat, actione utili revocabitur. † Idemque [est], & si quivis debitorum in fraudem creditorum pignus omiserit.

De restitutione fideicommissi.

XIX. IDEM lib. XI Responsorum.

PAtrem, qui non expectata morte sua, fideicommissum hereditatis maternæ filio soluto potestate restituit, omissa ratione Falcidiæ, plenam [51] fidem ac debitam pietatem secutus exhibitionis, respondi, non creditores fraudasse.

XX. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

DEbitorem, qui ex Senatusconsulto Trebelliano totam hereditatem restituit, placet non videri in fraudem creditorum alienasse portionem, quam retinere potuisset, sed magis fideliter [52] facere [53].

Pactum de finibus prædii pignorati.

XXI. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

DEbitor [54] in fraudem creditoris cum vicino de finibus pignoris dati fundi pactus est. Quæsitum, an is, qui à creditore emit, de finibus [55] agere possit? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, non idcirco minus agere posse, quod debitor ignorante creditore pactus esset.

De pignore.

XXII. IDEM lib. V Responsorum.

CUm in vetus [56] creditum unus creditor pignora accepisset. Quæro, an in fraudem cæterorum creditorum factum nullius momenti esset? Respondit, creditorem non idcirco prohibendum à persecutione pignorum, quod in vetus creditum ut obligaretur, pactus esset: nisi id in fraudem cæterorum creditorum factum sit, & ea via juris occurratur, qua creditorum fraudes rescindi solent.

De pacto heredum futurorum & creditorum hereditariorum.

XXIII. IDEM lib. XXXII Digestorum.

PRimo gradu scripti [57] heredes, cum animadverterent, bona defuncti vix ad quartam partem æris alieni sufficere, famæ [58] defuncti conservandæ gratia, ex consensu creditorum, auctoritate Præsidis Provinciæ, secundum constitutionem ea conditione adierunt hereditatem, ut creditoribus duntaxat [59] partem præstarent. Quæsitum est, an [60] manumissi testamento & libertates & alimenta consequi possint? Respondit, libertates quidem, si in fraudem creditorum datæ non essent, competere: legata vero, si solvendo hereditas non esset, non deberi.

Si uni creditorum solutum fuerit.

XXIV. IDEM lib. sing. Quæstionum publice tractatarum.

PUpillus patri heres extitit, & uni creditorum solvit; mox abstinuit [61] hereditate paterna; bona patris veneunt: an id, quod accepit creditor, revocandum sit, ne melioris conditionis sit, quam cæteri creditores? an distinguimus, per gratificationem [62] acceperit, an non? ut si per gratificationem [63] tutorum, revocetur ad eandem portionem, quam cæteri creditores fuerint laturi. sin vero juste exegerit, cæteri creditores neglexerint exactionem, interea res deterior facta sit, vel mortalitate [64], vel subductis rebus mobilibus, vel rebus soli ad irritum perductis: id, quod acceperit creditor, revocari nullo pacto potest: quoniam alii creditores suæ negligentiæ expensum ferre debeant. † Quid ergo, si cum in eo essent, ut bona debitoris mei venirent, solverit mihi pecuniam: an actione revocari ea possit a me? an distinguendum est, is obtulerit mihi, an ego illi extorserim invitor & [65] si extorserim invito, revocetur? si non extorserim, non revocetur? Sed vigilavi, meliorem meam conditionem feci; *Jus civile vigilantibus* [66] *scriptum est:* ideo [67] [quoque] non revocatur id, quod percepi.

De acceptilatione. 1. *De dote.* 3. *De procuratore.* 4. *De ipsa re, & fructibus, & partu ancillæ.* 7. *De ipso fraudatore conveniendo.*

XXV. VENULEIUS lib. VI Interdictorum.

SI fraudator [68] fidejussori suo scienti acceptum tulerit, si [&] reus non ignoraverit, uterque tenebitur: si minus, is, qui scierit. Si tamen ille, cui acceptum factum est, solvendo non sit: videndum est, an in reum, etiam si ignoraverit, actio danda sit? quia ex donatione [69] capit. Contra si reo sciente acceptum latum sit, fidejussor quoque, si & ipse scierit, tenebitur: si vero ignoraverit, nunquid non æque actio in eum dari debeat, quoniam [70] magis detrimentum non patitur, quam lucrum faciat? In duobus autem reis par utriusque causa est. §. 1. Si à socero fraudatore [71] sciens gener accepit dotem, tenebitur hac actione: & si restituerit eam, desinit dotem habere: nec quicquam emancipatæ, divortio facto, restituturum Labeo ait; quia hæc actio rei restituendæ gratia, non pœnæ nomine daretur; ideoque absolvi solet reus, si restituerit. Sed si prius quam creditores cum eo experirentur, reddiderit filiæ dotem, judicio dotis nomine conventus: nihilominus eum hac actione teneri, Labeo ait: nec ullum regressum [72] habiturum ad mulierem. Sin vero sine judice, videndum, an ulla repetitio competat ei? † Quod si is ignoraverit, filia autem scierit: tenebitur filia. Si vero uterque scierit, uterque tenebitur. At si neuter scierit, quidam existimant, nihilominus in filiam dandam actionem; quia [73] intelligitur quasi ex donatione aliquid ad eam pervenisse: aut certe cavere eam debere, quod consecuta fuerit, se restituturam. † In maritum autem, qui [74] ignoraverit, non dandam actionem; non magis quam in creditorem, qui à fraudatore, quod [75] ei deberetur, acceperit: cum is indotatam uxorem ducturus non fuerit. §. 2. Item si extraneus filiæfamilias nomine fraudandi causa dotem dederit, tenebitur maritus, si scierit: æque mulier: nec minus & pater, si non ignoraverit; ita ut caveat, si ad se dos pervenerit, restitui eam. §. 3. Si procurator ignorante domino, cum sciret debitorem ejus fraudandi cepisse consilium, jussit servo ab eo accipere: hac actione ipse tenebitur, non dominus. § 4. Non solum autem ipsam rem alienatam restitui oportet, sed & fructus [76], qui [77] alienationis tempore terræ cohærent: quia in bonis fraudatoris fuerunt. Item eos, qui post inchoatum judicium recepti sint. † Medio [78] autem tempore perceptos in restitutionem non venire. † Item partum ancillæ per fraudem alienatæ medio tempore editum, in restitutionem non venire: quia in bonis non fuerit. §. 5. Proculus ait, si mulier post [79] alienationem conceperit, & antequam ageretur pepererit: nullam esse dubitationem, quin partus restitui non debeat. si vero cum alienaretur, prægnans fuerit, posse dici, partum quoque restitui oportere. §. 6. Fructus autem fundo cohæsisse [80] non satis intelligere se, Labeo ait, utrum duntaxat, qui maturi, an etiam, qui immaturi fuerint, Prætor significet? cæterum etiam si de his senserit, qui maturi fuerint, nihilo magis possessionem restitui oportere. nam cum fundus alienaretur, quod ad eum fructusque ejus attineret, unam quandam rem fuisse, id est, fundum, cujus omnis generis alienationem fructus sequi. nec eum, qui hyberno [tempore] habuerit fundum centum, si sub tempus messis, vindemiæve, fructus ejus vendere possit decem, idcirco duas res, id est, fundum centum, & fructus decem, eum habere intelligendum: sed unam, id est, fundum centum: sicut is quoque unam rem haberet, qui separatim solum ædium vendere possit. §. 7. Hæc [81] actio etiam in [82] ipsum fraudatorem datur. licet Mela non putabat, in fraudatorem eam dandam: quia nulla actio in eum ex ante [83] gesto post bonorum venditionem daretur; & iniquum esset, actionem dari in eum [84], cui bona ablata essent. Si vere [85] quædam disperdidisset, si [86] nulla restitutione [87] recuperari possent, nihilominus actio in eum dabitur: & Prætor non tantum [88] emolumentum actionis intueri videtur in eo, qui exutus est bonis, quam pœnam.

39 *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

40 *l.* 10. §. 23. *ff. eod.*

41 Ex donatione omnium bonorum præsumitur fraus: ideoque donata revocantur. vide hic Albericum, & Cæpolam, *tract. de simulatis contractib.*

42 Libellum etiam præsumptive concludere satis esse, hinc colligitur: de quo vide hic Bartolum, & quæ ad eum relata, additaque.

43 Omnia bona sua qui debitor vendidit, creditores suos fraudandi animum habuisse intelligitur, *ut hic.* & ita post Accursium & Cynum notat *Bart.*

44 Juris hæc est præsumptio, cui stratur, donec contrarium probetur.

45 Et merito. Quibus enim ex bonis se satisfacturum creditoribus putat, qui nihil sibi ex bonis retinuit, qui omnia donavit?

46 Id est, ante diem. *l.* 10. §. 12. *ff. eod.*

47 In tempore fraus etiam committitur. adde *l.* 10. §. 12. *ff. eod.*

48 Dixi *l.* 5. *C. de remissione pignoris.*

49 *l.* 2. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. quibus modis pignus.*

50 Remissio pignoris non est donatio fortis, *ut hic.* non est intercessio, *l.* 8. *ff. ad Velleianum.* differt in eo à chirographi redditione, ut quo reddito, fortis obligatio maneat inutilis, atque inefficax: reddito vero pignore non manet inutilis obligatio fortis, *l.* 2. *l.* 3. *ff. de pactis.* Martial. 8 *epig.* 37. *quod Caietano reddidit Polycharme, tabellas, Millia te centum non tribuisse putas?* & alio loco, 9 *epigr.* 105. *Quadringentorum reddis mihi, Phœbe, tabellas,* &c. & hoc discrimen est chirographi, & pignoris redditi.

51 *l.* 20. *ff. eod.*

52 *l.* 19. *ff. eod.* adde *l.* 6. *ff. eod. l.* 1. *C. ad l. Falcid.*

53 Et ita fidei splendor excludit umbram fraudis.

54 Debitor non potest de fundo pignorato pacisci in fraudem creditoris sui, ejusve, qui ab eo emit. 55 Emens à creditore fundum pignoratum, potest agere in id, quod abest fundo fraude debitoris. 56 *l.* 10. §. 13 *ff. eod.* 57 Id est, instituti. 58 Famæ defuncti parcitur, si ejus heredi tas adeatur: nam ex contrario defuncti injuriæ infamisque speciem sustinet, si nullum habeat heredem. 59 Pactum inter creditores & heredes factum non nocet libertatibus & legatis. 60 An gratificationi locus sit, vide *l.* 8. *l.* 10. *ff. de pact. l.* 6. §. 2. *ff. de reb. auct. jud.* 61 *l.* 10. §. 10. *ff. eod.*

61 Quod uni creditorum per gratiam seu gratificationem à debitoris herede solutum est, cæteris communicandum est.

63 *l.* 6. §. 7. *l.* 10. §. 11. *ff. eod.*

64 His tribus diminutur patrimonium, mortalitate animalium, furto rerum mobilium, casu immobilium.

65 *Al.* ut.

66 Vigilantibus Jus civile scriptum est. *l.* 6. §. 7. *ff. eod. l.* 16. *ff. ex quib. caus. major. l.* 21. *ff. de peculio. l.* 2. *C. de annali except.*

67 *Al.* ideoque.

68 Vide Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 7. *n.* 55. Anf.

69 *l.* 49. *ff. solut.*

70 Lucrum facere non videtur, qui fraudem vel damnum fugit.

71 *l.* 14. *in fin. ff. eod.*

72 *l.* 98. *in pr. ff. de solut.*

73 Dotis titulus mulieris intuitu, seu qua mulieri ipsam intuemur, lucrativus est: qua maritum, onerosus. Quid, si spuriam filiam dotavit pater patris? heredes mulieris marito eam dotem auferre non poterunt, quod illam dotem onerofo titulo possideat. Quid, si dos, pone divortio vel mariti morte, ad mulierem redit? heredes donantis spuriæ ejus dotem illam auferre poterunt, ut quam lucrativo titulo donationis habeat: pater autem spurio donare non potest, *l.* 1. *C. de natur. liberis.* nisi Canonico jure ad alimenta usque. *c. cum haberet. extr. de eo, qui duxit eam, quam per adulterium polluit.*

74 *l.* 6. §. 8. *ff. eod.*

75 *l.* 6. §. 7. *ff. eod.*

76 *l.* 10. §. 19. 20. *ff. eod. l.* 38. §. 4 *ff. de usur.*

77 Fructus fundo cohærentes fundo ipso vendito deberi, hinc colligunt: sunt enim pars rei. adde *l.* 17. §. 1. *l.* 23. *ff. de rei vind. l. Julian.* 13. §. 10. *ff. de act. empti.*

78 *l.* 10. §. 22. *ff. eod.*

79 Adde §. 4. *ff. eod.*

80 Partus ancillæ in fraudem creditorum alienatæ conceptus post alienationem matris; editus vero, antequam ejus nomine ageretur, Pauliana actione non revocatur: vel ita, Fructus, qui tempore tantum venditionis in fraudem creditorum factæ fuerunt, revocantur. 81 Pauliana. 82 *l.* 1. *ff. eod. l. ult. C. eod.* 83 Ante venditionem bonorum. 84 Fraudatorem bonis exitum. 85 Vero. 86 Recuperari, id est, inveniri non possunt, quæ tu creditorum tuorum in fraudem alienasti: in carcerem potes conjici, nec potes bonis cedere. vel ita: Alienasti res tuas in creditorum tuorum fraudem? cedere bonis non potes. *Bart.*

87 *Al.* ratione. 88 *Al.* tam.

LIBER QUADRAGESIMUSTERTIUS.

TIT. I.

DE [1] INTERDICTIS [2] (SIVE [3] EXTRAORDINARIIS ACTIONIBUS [4] QUÆ PRO HIS COMPETUNT [5]).

Divisio prima à materia. 1. *Secunda, ab effectu. Tertia, à tempore, ad quod referuntur.* 3. *Utrum Interdicta sint in rem, an in personam.* 4. *Divisio quarta à tempore, quo competunt.*

1. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

VIdeamus, de quibus rebus Interdicta competunt. † Et sciendum est, Interdicta aut de [6] divinis rebus aut de humanis competere. *Divinis*, ut de locis [7] sacris, vel de locis religiosis. † De rebus *hominum* Interdicta redduntur, aut de his, quæ sunt alicujus, aut de his, quæ nullius sunt. Aut autem Interdictum ἁπλᾶ, id est, effatum Prætoris judicantis de sola possessione vel quasi. Hujusmodi ἁπλᾶ ἐστιν ἡ ῥῆσις τὴν ἀνάθεσιν, id est, *non decidit causam proprietatis:* sed ἐνδείκνυται ἢ διακρίνει, id est, *informat judicem*, ad quem litigatores remittuntur, quis litigantium futurus sit actor, quis reus: non est effatum Prætoris judicem instruentis, quemadmodum in causa possessionis sit judicandum, quod male existimat Duaren. 1 *disp.* 20. Et ita intellige Theoph. *Inst. de Interdict.* Ideoque Interdictum est ordinatio sive rythmus futuri de proprietate judicii. Cujac. *C. eod.* Hinc constat Interdicta non ideo dici, quod inter duos dicantur, §. 1. *in fin. Inst.* sed quod interim, dum de proprietate litigatur, † Quæ sunt *nullius*, hæc sunt: liberæ personæ, de quibus exhibendis [8], ducendis [9], Interdicta competunt. † Quæ sunt *alicujus*, hæc sunt aut publica, aut singulorum. † *Publica*, de locis publicis [10], de viis [11], deque fluminibus [12] publicis. † Quæ autem *singulorum* sunt, aut ad universitatem pertinent, ut Interdictum Quorum [13] bonorum: aut ad singulares res, ut est Interdictum Uti [14] possidetis, De itinere actuque [15]. §. 1. Interdictorum autem tres [16] species sunt, exhibitoria, prohibitoria, restitutoria: sunt tamen quædam Interdicta & mixta, quæ & dicta negative sunt concepta. Notandum est interim nulla Interdicta de proprietate sola, plura de possessione sola, quædam partim de possessione & proprietate reddi. vide Cujac. *C. eod.* Formula Interdicti hæc erat: Unde tu illum vi dejecisti, eo restituas: actionis hæc, si paret illum dare oportere. vide Cujac. 5 *observ.* 7. 3 *Inst. eod. in princ.* 4 Deest hæc vox in indice Pandectis præfixo. vide Cujac. 5 *obs.* 17. *in fin.* 5 Hodie scilicet. Igitur Interdicta hodie sublata sunt? Minime: sed tantum vetus & curiosa verborum solennitas. Nam hodie actori sufficit, antiqua & ordinaria solennitate omissa (ideoque extraordinariæ actiones vocantur), factum narrare simpliciter, & Interdicti exemplo uti, *l.* 2. 4 *C. unde vi.* vel experiri ad instar Interdicti, *l. ultim. C. de liberis exhibendis.* utili actione. §. *ultim. Instit. eod.* 6 Prima divisio Interdictorum sumpta à materia & subjecto, seu rebus, de quibus interdicitur. *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* 7 *Titul.* 6. *ff. eod.* 8 *Tit.* 29. *ff. eod.* 9 *Tit.* 30. *ff. eod.* 10 *Tit.* 7. 8. 9. *ff. eod.* 11 *Tit.* 10. 11. *ff. eod.* 12 *Tit.* 12. 13. 14. 15. *ff. eod.* 13 *Tit.* 2. *ff. eod.* 14 *Tit.* 17. *ff. eod.* 15 Privato. *tit.* 19. *ff. eod.* 16 Secunda Interdictorum divisio, sumpta à causa efficiente, id est, jussu Prætoris. vide §. 1. *Inst. de Interdict.*

1 Hic titulus est generalis. Cujac. ad *tit. C. quorum bonorum.*

2 VIII C. 1. 4 *Inst.* 15. Paul. 1 *sent.* 6. περὶ ἀγωγῶν. 58 *Eclog.* 1. Interdicta dicuntur etiam Edicta, *l.* 81. *ff. de verb. signif. l. ult. in fin. ff. de precario. l.* 38. §. 5. *ff. de usuris.* Cujac. *hic.* decreta & actiones, Cujac. 5 *obs.* 17. Est autem Interdictum ἁπλᾶ, id est, effatum Prætoris judicantis de sola possessione vel quasi. Hujusmodi ἁπλᾶ ἐστιν ἡ ῥῆσις τὴν ἀνάθεσιν, id est, *non decidit causam proprietatis:* sed ἐνδείκνυται ἢ διακρίνει, id est, *informat judicem*, ad quem litigatores remittuntur, quis litigantium futurus sit actor, quis reus: non est effatum Prætoris judicem instruentis, quemadmodum in causa possessionis sit judicandum, quod male existimat Duaren, 1 *disp.* 20. Et ita intellige Theoph. *Inst. de Interdict.* Ideoque Interdictum est ordinatio sive rythmus futuri de proprietate judicii. Cujac. *C. eod.* Hinc constat Interdicta non ideo dici, quod inter duos dicantur, §. 1. *in fin. Inst.* sed quod interim, dum de proprietate litigatur, reddantur, *l.* 3. *in fin. ff. de homine libero exhibendo.* ut Interdicta sint interlocutiones, & sententiæ Prætoris latæ in causa possessionis. Hotomanus putat, Interdicta à vetando dici: verum non omnia Interdicta negative sunt concepta. Notandum est interim nulla Interdicta de proprietate sola, plura de possessione sola, quædam partim de possessione & proprietate reddi. vide Cujac. *C. eod.* Formula Interdicti hæc erat: Unde tu illum vi dejecisti, eo restituas: actionis hæc, si paret illum dare oportere. vide Cujac. 5 *observ.* 7. 3 *Inst. eod. in princ.* 4 Deest hæc vox in indice Pandectis præfixo. vide Cujac. 5 *obs.* 17. *in fin.* 5 Hodie scilicet. Igitur Interdicta hodie sublata sunt? Minime: sed tantum vetus & curiosa verborum solennitas. Nam hodie actori sufficit, antiqua & ordinaria solennitate omissa (ideoque extraordinariæ actiones vocantur), factum narrare simpliciter, & Interdicti exemplo uti, *l.* 2. 4 *C. unde vi.* vel experiri ad instar Interdicti, *l. ultim. C. de liberis exhibendis.* utili actione. §. *ultim. Instit. eod.* 6 Prima divisio Interdictorum sumpta à materia & subjecto, seu rebus, de quibus interdicitur. *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* 7 *Titul.* 6. *ff. eod.* 8 *Tit.* 29. *ff. eod.* 9 *Tit.* 30. *ff. eod.* 10 *Tit.* 7. 8. 9. *ff. eod.* 11 *Tit.* 10. 11. *ff. eod.* 12 *Tit.* 12. 13. 14. 15. *ff. eod.* 13 *Tit.* 2. *ff. eod.* 14 *Tit.* 17. *ff. eod.* 15 Privato. *tit.* 19. *ff. eod.* 16 Secunda Interdictorum divisio, sumpta à causa efficiente, id est, jussu Prætoris. vide §. 1. *Inst. de Interdict.*

& prohibitoria sunt & exhibitoria. §. 2. Interdictorum quædam [17] in præsens, quædam in præteritum referuntur [18]: *in præsens*, ut uti possidetis: *in præteritum*, ut de itinere, actuque, de aqua æstiva. §. 3. Interdicta omnia, licet in rem videantur [19] concepta, vi tamen ipsa personalia [20] sunt. §. 4. Interdictorum quædam annalia sunt, quædam perpetua.

Divisio quinta ab actore, & reo. 1. Sexta. 2. Septima. 3. & octava (quæ est subdivisio membri positi in sexta divisione) a fine.

II. PAULUS lib. LXIII ad Edictum.

INterdictorum quædam [21] duplicia [22] sunt, quædam simplicia. *Duplicia* [23] dicuntur, ut *Uti* [24] *possidetis*. *Simplicia* [25] sunt ea, veluti exhibitoria, & restitutoria, item prohibitoria [26] *De* [27] *arboribus cædendis*, & *De itinere actuque*. §. 1. Interdicta autem competunt, vel hominum causa [28], vel divini juris, aut de religione: sicut est, *Ne quid in loco sacro fiat*; vel *Quod factum est, restituatur*; & *De mortuo inferendo*, vel *sepulchro dejecto*. † Hominum causa competunt, vel ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui juris tuendi causa, vel officii tuendi causa, vel rei familiaris. † Publicæ utilitatis causa competit Interdictum, *Ut via publica uti liceat*, *& flumine publico*: & *Ne quid fiat in via publica*. † Juris sui tuendi causa, *De liberis exhibendis*, item *De liberto exhibendo*. Officii causa, *De homine libero exhibendo*. Reliqua interdicta rei familiaris causa dantur.

§. 2. Quædam interdicta rei [29] persecutionem continent, veluti *De itinere actuque privato*: nam proprietatis [30] causam continent hoc Interdictum. † Sed & illa Interdicta, quæ de locis sacris & de religiosis proponuntur, veluti [31] proprietatis causam continent [32]. Item illa [De liberis exhibendis], quæ juris tuendi causa diximus competere: ut non sit mirum [33], si, quæ Interdicta ad rem familiarem pertinent, proprietatis [34] non possessionis causam habeant. §. 3. Hæc autem Interdicta, quæ ad rem familiarem spectant, aut [35] apiscendæ sunt possessionis, aut reciperandæ, aut retinendæ. † *Apiscendæ possessionis* sunt Interdicta, quæ competunt his, qui ante non sunt nancti possessionem: sunt autem Interdicta apiscendæ possessionis, *Quorum bonorum* [36]. Salvianum [37] quoque Interdictum, quod est de pignoribus, ex hoc genere est: & [38] *Quo itinere venditor usus est, quominus emptor utatur, vim fieri veto*. † *Reciperandæ possessionis* causa proponuntur sub rubrica, *Unde vi* [39]: aliqua enim sub hoc titulo interdicta sunt. † *Retinendæ possessionis* sunt Interdicta, *Uti possidetis* [40]. Sunt [41] Interdicta [42] (ut diximus) duplicia, tam [43] reciperandæ [44], quam apiscendæ [45] possessionis.

De fructibus.

III. ULPIANUS lib. LXIX ad Edictum.

IN Interdictis [46] exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita sunt, non retro [47].

De Interdictis annuis.

IV. PAULUS lib. LXVII ad Edictum.

EX quibus causis annua [48] Interdicta sunt, ex his de eo, quod ad eum, cum quo agitur, pervenit, post [49] annum judicium dandum, Sabinus respondit.

De Interdictis noxalibus.

V. IDEM lib. XIII ad Sabinum.

INterdicta noxalia ea sunt, quæ ob [50] delictum eorum, quos [51] in potestate habemus, dantur: veluti cum vi dejecerunt, aut vi, aut clam opus fecerunt. Sed officio Judicis continetur, ut dominum sua impensa opus restituentem absolvat: patientiam tollendo operi præstantem [52], noxæ dedere jubeat & absolvat: si non dedat quantum impensæ in tollendo opere erogatum sit, tanti condemnet: si neque patientiam præstet, neque ipse tollat, cum possit, in tantum condemnet, in quantum judex æstimaverit, atque si ipse fecisset.

1 Tertia divisio Interdictorum, sumpta à tempore. adde §. 4. *J. eod.*

18 *Vide*, regeruntur.

19 Scripta sc.

20 Quarta divisio Interdictorum, sumpta ab effectu; pariunt enim actionem personalem. *l.* 16. *in fin. J. quod vi.*

21 Quinta divisio Interdictorum, sumpta à personis litigantium & earum statu. §. 7 *Inst. eod.*

22 Interdicta *simplicia* ea dicuntur, in quibus actor palam à reo distinguitur: *duplicia*, in quibus quis actor, quis reus discerni ita bene aut commode non potest; ut quia par hoc casu utriusque litigatoris conditio est. §. 7. *Inst. eod.*

23 Duplicia sunt Interdicta, in quibus actor à reo non ita commode potest discerni.

24 Al. *Utrubi*. Quid? cur exempla ex his Interdictis restituendæ possessionis hic petuntur, in hac sc. duplicium Interdictorum enumeratione? Interdicta retinendæ possessionis, quæ prohibitoria sunt, magis proprie duplicia dici possunt, quod simplicia esse nequeant. vix simplicia esse possunt, natura sua & origine duplicia. vide Ant. Fabr. 2 *conject.* 18.

25 Simplicia Interdicta, in quibus actor à reo perspicue secerni potest.

26 Hujus generis est Interdictum Uti possidetis, & Utrubi, nimirum possessionis: Prohibitorium namque est utrumque. *l.* 1. §. 1. *J. uti possidetis*. Ex his intelligimus paucissima esse Interdicta prohibitoria: simplicia vero longe plura, ac fere omnia. An sunt etiam quædam Interdicta duplicia, tam recuperandæ quam adipiscendæ possessionis? utique sunt. §. *ult. in fin. J. eod.* 27 V. §. 7. *Inst. de Interdictis*. 28 Sexta divisio Interdictorum sumpta a fine. Quicquid enim inter homines fit, aut ad Deum ejusque gloriam refertur, aut ad ipsorum hominum utilitatem. 29 Subdivisio primæ divisionis. Prima divisio fuit, Interdicta reddi aut de rebus divinis, aut humanis: sequitur subdivisio, Interdicta, quæ de rebus divinis redduntur, veluti proprietatis causam continent: quæ de humanis, interdum proprietatis (quale est Interdictum de itinere, actuque privato, *ut hic.*) passim vero possessionis causam continent. §. 3. *J. eod.* 30 Interdicta quædam proprietatis etiam causam continent. 31 Cur ait *veluti*? non possum esse sacelli, vel sepulchri dominus, ut fundi, propter eorum locorum religionem: sed possum esse eorum quasi dominus. adde *l.* 43. *ff. de religiosis*. 32 Cur? dixi *l.* 42. *in pr. & §. 1. ff. de procurat.* 33 Propter exemplum superius allatum. 34 Interdum sc. adde *l.* 12. §. 1. *ff. de adq. poss.* 35 Subdivisionis superioris partitio. Nam Interdicta, quæ hominibus redduntur possessionis causa, ad id tendunt, ut aut possessionem adipiscantur, aut recuperent, aut amittant. 36 *Tit.* 2. *J. eod.* 37 *Tit.* 33. *J. eod.* §. 3. *Inst. de Interdict.* 38 *Tit.* 19. 39 *Tit.* 16.

40 *Tit.* 17. 41 *Al.* sunt etiam Interdicta. Ant. Fab. 2 *conject.* 18. Est autem horum verborum hic sensus, duplicia esse Interdicta non tantum quæ ad retinendam possessionem pertinent, sed etiam quæ ad recuperandam aut adipiscendam, si modo ejus generis sint, ut in iis par utriusque litigatoris sit conditio. Cujacius, duplicia dici putat, quod sint adipiscendæ, & recuperandæ simul possessionis: quod Ant. Faber prædicto loco non probat: quod duplicia sint, sive sint adipiscendæ tantum, sive recuperandæ tantum, si modo non appareat, quis actor, aut quis reus in his dici possit. 42 *In pr. J. eod.* 43 Hæc verba Cujac. 4 *obs.* 11. ait huic in locum ex hujus §. principio translata, quod Ant. Fab. displicet, *d. loco.* 44 Ut Unde vi & De vi armata, *l.* 3. §. *cum igitur J. de vi & vi armata*. possunt enim hæc Interdicta duplicia esse, licet restitutoria sint: ut si tu me ædium, vel fundi possessorem vi dejeceris, ego autem ex continenti te quoque vi dejeci. *d.* §. *eum*. Nam si tu adversus me Interdictum impetraveris, & ego adversus te (quod uterque nostrum se vi dejectum esse dicat,) non potest apparere, quis actor sit, aut reus, prius quam constet, quomodo, & cui vis facta sit.

45 Tale est Salvianum Interdictum. *l.* 1. §. 1. *J. de Salviano Interdicto, & quorum bonorum*. Nam si colonus res suas in fundum duorum, pignoris nomine intulerit, ita ut utrique domino in solidum obligatæ essent, constat, non tantum ipsis duobus dominis adversus extraneum, sed etiam inter ipsos Salvianum Interdictum reddi posse: quo posteriore casu utrumque actorem, & reum esse necesse est, priusquam sciatur, utrius conditio melior esse debeat, cum sibi uterque idem jus asserat & vendicet. Idemque de Interdicto *quorum bonorum* dici potest, si duobus ejusdem hereditatis, bonorumve possessio data esse proponeretur, quo etiam casu, cum ab initio dici non possit, quis actor, aut reus esse debeat, duplex Interdictum reddi necesse est. v. Fabr. *ibid.* 46 Tam recuperandæ, quam adipiscendæ possessionis sc. non retinendæ, in quibus, ut in revocatoriis, ratio fructuum non habetur. *l.* 38. §. 4. *J. de usur. l.* 1. §. 40. *J. de vi & vi. l.* 8. §. 4. *J. de precario*. v. Cujac. *obs.* 11. *in fin.*

47 In Interdictis non habetur ratio perceptorum fructuum ante judicium. adde tres alias regulas: Regulariter nullum Interdictum infamat. *l.* 13. *J. de vi*. Nullum sit foleniter. §. *ult. Inst. eod.* Nullum datur in non subditos. *l.* 2. *C. eod.* 48 Pone exemplum in Interdicto *quod vi. l.* 1. §. 1. *J. quod vi.* 49 *l.* 1. *J. de vi & vi.* his adde, Annua quæ sunt, agendo principaliter, perpetua esse excipiendo & accessorie. 50 §. *ult. Inst. de noxal.* 51 Servos sc. 52 *Lege*, præstare, aut noxæ dedere.

TIT. II.

QUORUM [1] BONORUM [2].

Interdictum. 1. *De effectu, materia, nomine, fine hujus Interdicti.*

I. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

AIt Prætor: QUORUM BONORUM EX EDICTO [3] MEO ILLI POSSESSIO [10] DATA EST: QUOD DE HIS BONIS PRO HEREDE [4] AUT PRO POSSESSORE POSSIDES, POSSIDERIVE, SI NIHIL USUCAPTUM [5] ESSET: QUOD QUIDEM DOLO [6] MALO FECISTI, UTI DESINERES POSSIDERE: ID ILLI RESTITUAS [7]. §. 1. Hoc Interdictum restitutorium [8] est, & ad [9] universitatem bonorum, non ad singulas res pertinet [10]: & appellatur [11], *Quorum bonorum*, & *est* apiscendæ [12] possessionis universorum bonorum.

Qui tenentur hoc Interdicto.

II. PAULUS lib. XX ad Edictum.

INterdicto *Quorum bonorum* debitores [13] hereditarii non tenentur [14]: sed tantum corporum [15] possessores.

1 VIII C. III.

4 Hoc enim Interdictum adversus eas personas datur. *l.* 1. *C. eod.*

5 Res etiam immobiles usucapiuntur. *l.* 4. *J. de usurp.*

6 Hoc etiam receptum est in aliis Interdictis. *l.* 68. *in fin. J. pro socio.*

7 Hoc Interdictum est restitutorium. §. 1. *vers. restitutoria. Inst. de Interdictis.* 8 Hoc ipsum fieri quemadmodum potest, cum sit adipiscendæ, *J. eod.* ea autem adipiscamur quæ nunquam habuimus? Solve, verbum *restituendi* hic improprie sumitur. vide Zas. *hic. n.* 7. 9 Interdictum hoc datur universali, non singulari successori. 10 Id est, hoc introductum est, ut universitatem aliquo remedio corporaliter nanciscamur: si tamen evenerit unius tantum rei controversia, cujus possessionem quis nondum sit adeptus, ad eum pertinere hoc Interdictum poterit. v. *l.* 28. 29. 30. *J. de furt.* 11 Vulgo sc. v. *l.* 1. *J. tit. prox.* 12 §. 3. *Inst. de Interd.*

13 Et sic juris, & in corporalium rerum quasi possessores. 14 In eo differt à petitione hereditatis, *l.* 14. 15. *ff. de hered pet.* differentias decem vide apud Schneidw. in §. *sequens divisio. Inst. de Interd.* 15 Id est, rerum corporalium.

TIT. III.

QUOD [1] LEGATORUM.

1 VIII C. III.

Nomen. 1. *Finis.* 2. *Causa, effectus.* 3. *De successoribus.* 4. *De cumulatione petitionis hereditatis, & hujus Interdicti.* 5. *De mortis causa donatione.* 6. *De legato heredi.* 7. *De eo, qui dolo desiit possidere.* 8. *De usufructu, usu, servitute.* 9. *De missio in possessionem legatorum servandorum causa.* 10. *De ipso legatario, & ejus successoribus.* 11. *De voluntate ejus, ad quem res pertinet.* 13. *De ipso legatario, & eo, qui in illius locum successit.* 14. *De voluntate ejus, ad quem res pertinet.* 16. *De satisdatione.*

I. ULPIANUS lib. LXVII ad Edictum.

HOc Interdictum volgo [2] *Quod legatorum* appellatur.

§. 1. Est autem & ipsum apiscendæ [3] possessionis.

§. 2. Et continet hanc causam, UT QUOD [4] QUIS [5] LEGATORUM NOMINE NON EX VOLUNTATE [6] HEREDIS [7] OCCUPAVIT, ID RESTITUAT HEREDI [8]. † Etenim æquissimum [9] Prætori visum est, unumquemque non sibi [10] ipsum jus dicere occupatis legatis, sed ab herede petere. Redigit [11] igitur ad heredes per hoc Interdictum ea, quæ legatorum nomine possidentur, ut [12] perinde legatarii possint [13] eum convenire. §. 3. Hoc Interdictum & heredem [14] heredis [15] bonorumque possessoris habere, propter utilitatem hujus dicendum est: necnon cæteros [16] quoque successores [17].

§. 4. Quia [18] autem nonnunquam incertum est, utrum quis pro legato, an pro herede, vel pro possessore possideat, bellissime [19] Arrianus scribit, hereditatis petitionem instituendam, & hoc Interdictum reddendum, ut sive quis pro herede, vel pro possessore, sive pro legato possideat, hoc Interdicto teneatur: quemadmodum solemus [20] facere, quotiens incertum est [21], quæ potius actio teneat. nam duas [22] dictamus [23], protestari [24] ex altera nos velle consequi, quod nos contingit. §. 5. Si [25] quis *ex* mortis causa donatione possideat [26], utique [27] cessabit [28] Interdictum: quia portio [29] Legis Falcidiæ [30] apud herede ipso jure remanet, & si corporaliter [31] res in solidum translatæ sunt. §. 6. Qui vero ex causa præceptionis, utique tenetur hoc Interdicto: sed pro ea scilicet parte, quam jure legati habet, non etiam pro ea quam quasi [32] heres habet. Idemque erit dicendum, & si alio [33] genere legati uni ex heredibus legatum sit: nam & hic dicendum est, pro ea parte, qua heres est, cessare Interdictum. §. 7. Quod ait Prætor, *Aut dolo desiit possidere*: sic accipere debemus, desiit facultatem habere restituendi.

§. 8. Unde est quæsitum, si usufructus vel usus fuerit alicui relictus, eumque occupaverit: an hoc Interdicto restituere sit compellendus? movet, quod neque usufructus neque usus possidetur: sed [34] magis tenetur. potest tamen defendi competere Interdictum. † Idem dicendum est & in servitute relicta.

§. 9. Quæsitum est, si quis legatorum servandorum causa missus sit in possessionem [35], an hoc Interdicto teneatur ad restitutionem? [36] movet [37] illud primum, quod non [38] possidet is, qui missus est in possessionem legatorum causa, sed potius custodit: deinde, quod Prætorem habet hujus rei auctorem [39]. Tutius tamen erit dicendum, hoc Interdictum competere [40]: maxime [41] si satisdatum sit jam legatorum nomine, nec recedat; tunc enim etiam possidere videtur [42]. §. 10. Legatorum nomine non tantum ipsum possidere dicemus, cui legatum est: verum heredem [43] quoque

2 A primis verbis Interdicti, de quo vide *l.* 1. §. 2. *J. eod.* & Cujac. *C. eod.* id enim familiare est Latinis. Idem est enim in Interdicto *quorum bonorum*, de quo *J.* in Interdicto *uti possidetis*, & *unde vi*. vulgata tamen habet, *quorum legatorum*, & in C. ita legitur.

3 Ex parte agentis: quia possessio, quam petit, nunquam ejus fuit. ex parte vero possessoris, restitutorium est.

4 Id est, fideicommissorum particularium, & universalium. Ripens. *hic. n.* 5.

5 Legatarius vel fideicommissarius heres, 6; & singularis successor, 7.

6 Datur heredi & bonorum possessori adversus legatarium, qui præoccupavit vacuam possessionem rei legatæ, sine voluntate heredis, aut bonorum possessoris.

7 Et bonorum possessoris, & heredum heredis, cæterorumque successorum. vide §. 3. *J. eod.* Goth. Vide *l. un. C. hoc tit. l. pen. C. ad l. Falcid. l.* 14. *l.* 15. *l.* 93. *ff. ad l. Falcid. Novell.* 1. Cujac. *Hb.* 8 *obs. c.* 2. Ans.

8 *l.* 1. *C. ne quis in causa sua.*

9 Iniquum est, quemquam jus sibi dicere. 10 Aliud erit si voluntate defuncti: potest enim legatarius eo casu antevertere heredem, *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 2. at non possidenti cripere: & ita intellige, quod scripsi ad *l.* 55. *ff. de legat.* 1. idem si periculum est in mora. vide hic Ripens. *n.* 7. 11 Rediguntur igitur ad heredem. *vulgat.*

12 Licet legatarius rem legatam occupaverit, eamque heredi restituerit, actio tamen eidem falva est adversus heredem nomine legati. 13 Atqui videtur legatarius restituendo heredi legatum, jus suum amisisse. *l. non dubium. 5. C. de legib.* Imo occupando videtur penitus jus suum amisisse. *l. extat.* 13. *ff. quod metus causa. l. pen. J. ad l. Jul. de vi priv. l. cum quæreb atur.* 11. *C. unde vi. l.* 2. *J. de crimine expilatæ her.* Quin & heredi frustra ait injuste hic restitui legatum dicendum videtur, quum id acceptum mox legatario restituere debeat. *l.* 73. *in fin. J. de regulis. c.* 59. *de regulis. in* 6. 14 Heredi heredis datur etiam hoc Interdictum. 15 *Subaudi*, qui adiit hereditatem, antequam moreretur: non eam alioqui transmitteret ad heredes, nisi servata distinctione, *l. cum in antiquioribus.* 19. *C. de jure delib.* 16 Id est, ulteriores heredes, fideicommissarios universales. *l.* 8. §. 1. *ff. quib. mod. pignus.* non tamen institutos in re certa. v. *l.* 13. *C. de hered. inst.* 17 *Sub.* universales. 18 V. Roman. *cons.* 245. 19 Hoc verbo utitur jurisconsultus in *l.* 7. §. 3. *J. quod vi.* quam vide. 20 Ex stilo Curiæ valere, hinc colligunt. Argumentum à communi practica. 21 Id est, quotiens factum est incertum facto rei, atque ita restringe regulam, qua dicitur, *Libellum generaliter non esse admittendum*. v. *hic* Alberic. 22 Puta petentes rem, si extet: vel si non extet, æstimationem. 23 Id est, exprimimus, *l. ult. ff. de separationibus.* hodie sufficit apta facti narratione actionem exprimere. *l.* 1. *C. de formulis.* Dictamus, inquam, in quibus casibus permissa est cumulatio. Est autem permissa incertitudinis causa, *ut hic.* 24 Protestationis omissio libellum num vitiabit? Ripensis negat *hic. num.* 11. 25 Vide ad hunc locum Antonium Fabrum, 6 *conject.* 12. 26 *Subaudi*, rem sibi traditam à donante, vel sua auctoritate. 27 *Al.* utique necesse habebit: & ita à quibusdam legi notat etiam *Bart.* 28 Hoc Interdictum contra possidentem ex titulo donationis causa mortis non competit. 29 Falcidia ex donatione causa mortis detrahi potest. v. *l.* 2. *C. de donat. caus. mort.* 30 Quid? hoc Interdictum locumne habet, quando locus Falcidiæ est: An vero locum non habet, quando Falcidiæ locus non est? Alii, ut Odofredus, aiunt: alii negant. Albericus priorem sententiam amplectitur. Putat enim hoc Interdictum locum habere, etiamsi heres uti nolit Lege Falcidia, idque duabus rationibus probat: quarum prior sumitur à jure Falcidiæ: altera, ut puniatur audacia legatarii, §. 2. *vers. etenim. J. eod.* ideoque, ut maxime cesset prior ratio, alteram tamen non cessare. Interim tamen notandum esse, hoc Interdictum proper Legis Falcidiæ deductionem proponi. 31 *l.* 18. *C. ad l. Falc.* 32 Hoc Interdictum non datur in heredem occupantem prælegata pro ea parte, qua est coheres. vid. *hic* Ripens. *num.* 34. 33 Hoc Interdictum competit contra legatarium quemcunque. 34 Possidere & tenere differunt. Hujus rei hoc quoque argumentum est, quod usufructus & usus non possideatur, sed teneatur. Ita fere itutes tenentur, non possideantur. 35 Quod etiam non adita hereditate fieri potest. *l.* 11. *in fin. J. ut in poss. leg.* Goth. *V. l.* 5. *J. ut in poss. legat. l.* 3. §. *ult. ff. de acq. poss.* v. Petr. de Bellopert. *hic.* Ans.

36 Usufructuarius & usuarius non tam possident, quam detinent, *l.* 10. *in fin. ff. de adqu. rer. dom.* adde quæ notavi ad *l.* 12. *ff. de adqu. poss.* 37 *Subaudi*, ut id negemus. 38 *V. l.* 5. *J. ut in poss. leg.* Et ita juste possidet. *l.* 11. *ff. de adq. poss.* 40 *d. l.* 5. §. 27. 41 Hæc particula casum contrarium implicat. Zas. *hic. num.* 4. 42 Et quidem mala fide. Zas. *hic. num.* 3.

43 Hoc interdictum datur in heredes legatariorum.

quoque ejus, cæterosque successores. §. 11. Quod ait Prætor, *Voluntate 44 ejus, ad quem ea res pertinet*, ita erit interpretandum, ut, si post aditam hereditatem, vel bonorum possessionem agnitam, voluntas accommodata est legatario, ut possideret, Interdictum cesset: quod si 45 ante aditam hereditatem, bonorumve possessionem agnitam hoc 46 factum est, rectius dicetur eam voluntatem non nocere debere. §. 12. Si duæ res legatæ sint, altera ex voluntate occupata, altera non ex voluntate: eveniet, ut altera revocari possit, altera non 47. † Idemque erit probandum & in una re, cujus pars ex voluntate, altera pars non ex voluntate occupata est: nam pars sola 48 per Interdictum auferetur.

§. 13. Illud tenendum, sive à te, sive ab eo, in cujus locum successisti, possideri aliquid cœptum est: Interdicto hoc locum fore. † *In locum successisse* accipimus, sive per universitatem, sive in rem 49 his [sit] successum. §. 14. Prodest 50 autem possedisse, quotiens voluntate ejus, ad quem ea res pertinet, possideri cœptum est. Sed & si 51 postea 52 voluntas accessit ejus, ad quem ea res pertinebat: tamen prodesse possessori debere. Unde si quis cœpit quidem ex voluntate ejus, ad quem ea res pertinet, possidere, postea vero voluntas non 53 perseveret, nihil nocet: quia semel possideri cœpit ex voluntate. §. 15. Si alter ex heredibus, iisve, ad quos ea res pertinet, voluerit rem à legatario possideri, alter 54 non: ei, qui noluit, interdictum competet; ei, qui voluit, non competere palam est. §. 16. Quod ait Prætor, *Nisi satisdatum sit*, accipere debemus, si perseveret 55 satisdatum, scilicet, ut si non perseveret cautum, mittatur in possessionem legatorum servandorum causa. §. 17. Satisdatum sic arbitror, si sic satisdatum sit, ut legatario vel ipso jure 56 adquisita sit idonea cautio, vel 57 per mandati actionem adquiri possit: & tunc 58 Interdicto locum fore. §. 18. Si quarundam rerum nomine satisdatum sit, quarundam non sit satisdatum: earum rerum nomine sine impedimento agi poterit 59, de quibus satisdatum est; cæterarum non poterit.

2. De eo, qui non restituit, condemnando. 3. De cautione.

11. PAULUS lib. LXIII ad Edictum.

DIversum est, si postea 60 pars legato adcreverit 61: nam hoc nomine 62 tenentur fidejussores in 63 totum 64. §. 1. Quod ait Prætor, *Si per bonorum possessorem non stat, ut satisdetur*, sic accipimus, si paratus sit satisdare: non 65 ergo offerre debet satisdationem, sed petenti satis moram non facere. §. 2. Ex hoc Interdicto, qui non restituit, in id, quod interest 66, debet condemnari. §. 3. Si legatarius repromissione 67 retentus 68 fuit, dandum est Interdictum. † Idem dicendum est, si legatarius pignoribus noluit sibi 69 caveri. §. 4. Si per legatarium factum sit, quo minus satisdetur: licet cautum non sit, tenetur Interdicto. † Sed si forte factum sit per legatarium, quominus satisdetur, eo autem tempore, quo editur Interdictum, satis accipere paratus sit: non competit Interdictum, nisi satisdatum sit. † Item si per bonorum possessorem stetit, quominus satisdaret, sed modo paratus est cavere: tenet Interdictum 70. Illud enim tempus inspicitur, quo Interdictum editur.

44 Adde casum *l. 8. §. de aqua & aquæ pluv.*
45 Adde *l. 45. §. 1. §. de leg. 2.*
46 Id est, voluntas accommodata.
47 Consensus in uno præditus ad aliud non extenditur.
48 *Sub.* quæ sine voluntate heredis occupata est. unde notant, creditorem decem, si quinque tantum auferat debitori, jure suo non decidere, nisi in quinque, ut ne pœna delictum egrediatur. *arg. l. sancimus. 22. C. de pœnis.*
49 Singularem. & sic hoc Interdictum est in rem scriptum, & sequitur possessorem. Porro an hoc Interdictum detur singulari successori, & in singularem successorem, vide *hic* Alberic.
50 *Sub.* legatario, ut hoc Edicto non teneatur.
51 Id est, etsi post occupatam possessionem.
52 Nota, interdum voluntatem post actum accedere.
53 Sufficit semel voluisse, licet voluntas non duret.
54 Atque ita una & eadem res duplicis juris censeri potest.
55 Non videtur satisdatum, si satisdatio non perseveret.
56 Immediate, directo.
57 Vel per obliquum, puta per procuratorem. *l. 40. in fin. §. de adqu. possess.*
58 Id est, præstita satisdatione legatario, vel ejus heredi. 59 *Sub.* hoc Interdicto, idque per heredes. 60 Id est, si post cautionem præstitam ab herede. 61 *l. 17. §. ut legat.*
62 *Sub.* emolumenti, quod accrevit. 63 *l. 54. §. locat.* 64 Et ideo in totum revocatur.
65 Heres offerre satisdationem non tenetur: si tamen satisdatio petita fuerit, differre non debebit. vide Socinum *reg. 229.* 66 Cum fructibus. *l. 3. §. de Interdict.* 67 *Sub.* nuda, sine fidejussoribus. 68 Contentus. 69 *Sub.* ab herede. 70 Et sic postremâ mora nocet. *l. 17. in fin. §. de pericule.*

TIT. IV.

NE [1] VIS FIAT EI QUI IN POSSESSIONEM MISSUS ERIT [2].

Interdictum. 1. Ratio Interdicti. 2. De omnibus in possessionem missis. 3. De eo, qui ingredi prohibuit, aut ingressum expulit. De vi. 4. De errore. 5. De eo, quod interest. 6. De pupillo, furioso, tutore. 7. De domino vel patre prohibentu. 8. De tempore hujus actionu. Quid persequatur. De successoribus.

1. ULPIANUS lib. LXXII ad Edictum.

AIt Prætor: SI QUIS [3] DOLO MALO FECERIT, QUOMINUS QUIS PERMISSU MEO, EJUSVE, CUJUS EA JURISDICTIO FUIT, IN POSSESSIONEM BONORUM SIT, IN EUM IN FACTUM JUDICIUM QUANTI EA RES ERIT, OB QUAM IN POSSESSIONEM MISSUS ERIT, DABO [4]. §. 1. Hoc Edictum [5] summa providentia Prætor proposuit: frustra [6] enim in possessionem mitteret rei servandæ causa, nisi missos tueretur, & prohibentes venire in possessionem coerceret. §. 2. Est autem generale hoc Edictum: pertinet enim ad omnes [7], qui in possessionem à Prætore missi sunt. convenit [8] enim Prætori, omnes, quos ipse in possessionem misit, tueri. Sed sive rei servandæ causa, sive legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint, habent ex hoc Edicto in factum actionem, sive doli [9], sive aliter prohibuerint. §. 3. Hæc actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem venire in possessionem: sed etiam eum, qui [10] possessione pulsus est, cum veniisset in possessionem. Nec exigitur, ut vi fecerit, qui prohibuit. §. 4. Si quis ideo possessione cesserit, quia rem suam putabat, vel sibi nexam, vel certe non esse debitoris: consequens est, ut hoc Edicto non teneatur. §. 5. Hæc verba, *Quanti [11] ea res erit, ob quam in possessionem missus erit*, continent utilitatem creditoris, ut quantum ejus interest possessionem habere, tantum ei, qui prohibuit, condemnetur. Proinde si ob [12] falsum creditum vel ob falsam petitionem missus est in possessionem, vel si exceptione summoveri potuit: nihil ei debet prodesse hoc Edictum: quia propter nullam causam in possessionem missus est.

§. 6. Hoc Edicto neque pupillum neque furiosum teneri constat: quia affectu [13] carent. Sed pupillum eum debemus accipere, qui doli capax non est: cæterum si jam doli capax sit, contra erit dicendum. Ergo & si tutor dolo fecerit, in pupillum dabimus actionem: si modo solvendo sit tutor. Sed & ipsum tutorem posse conveniri, Julianus scribit. §. 7. Si domini vel patris voluntate prohibitus quis sit à possessione, in ipsos dabitur actio: quasi per alios hoc fecerint. §. 8. Hanc actionem, excepta legatorum missione [14], intra annum competere, & non postea, sciendum est: cum sit pœnalis. Nec in heredes similesque personas dabitur, nisi in id, quod ad eos pervenit. Sed heredi similibusque personis dabitur. Nam cum prohibitus quis est legatorum, vel fideicommissorum causa possessionem adipisci, tunc actio & perpetua est, & in heredem dabitur: quia est in potestate successorum evitare Interdictum satisdatione [15] oblata.

1 Adde VIII C. v. Praxim hujus actionis, v. apud Oldendorp. *Class. 2. act. 5.*
2 Ex primo decreto scilic. Talis missio possessionem non transfert, *l. 5. §. ut in possess. legat.* & ita hoc Interdictum non est adipiscendæ, retinendæ, vel recuperandæ. atqui vim fieri prohibet possidenti? Hoc Interdictum datur missotantum in possessionem ex primo decreto, quem certum est non possidere. *l. 3. in fin. §. de adqu. possess.*
3 Interdictum hoc generale est. §. 2. *§. eod.* observa quoque hujus Edicti verba in tertiam personam concepta esse. cum alia sint in primam personam. *Goth.* Vide Leonin. *emend. lib. 1. cap. 6. n. 4.* Anf. 4. *l. 4. §. de damno.*
5 Hoc Edictum. Cujac. 5 *obs. 7.*
6 Nam missio frustra decernitur, nisi magistratus missum conservet.
7 *l. 4. §. eod.*
8 Inutilis alioqui fieret magistratuum creatio. adde *l. 2. §. 13. §. de orig. jur.*
9 Sive dominus. *Hal.* ἀπὸ βλαβῆ. 9 *Eclog. 6.*
10 Eum, à quo quis.
11 *V. l. 3. in fin. §. uti possidetis.*
12 Missio ob falsum creditum non valet; & est ipso jure nulla. 13 Possidendi. 14 Et damni infecti. vide *l. 17. §. 3. §. de damno.*
15 Adde *l. 7. §. 9 §. tit. prox.*

TIT. V.

DE [1] TABULIS EXHIBENDIS.

1 VIII C. VIII

Interdictum. 1. De confitente, vel negante. 2. De tabulis testamenti, vel alia ultima voluntatis. 3. De testamento, quod valet, vel non valet. 4. De supremis tabulis, vel prioribus. 5. De omni scriptura testamenti. 6. De pluribus tabulis. 7. Si filiusfamilias, vel servus testatus esse dicatur. 9. De captivo. 10. De vivente. 11. De testamento deleto.

1. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor ait: QUAS TABULAS LUCIUS TITIUS AD CAUSAM TESTAMENTI SUI PERTINENTES RELIQUISSE DICETUR, SI HÆ PENES [2] TE SUNT, AUT DOLO MALO TUO FACTUM EST, UT DESINERENT ESSE: ITA EAS ILLI EXHIBEAS: ITEM SI LIBELLUS ALIUDVE QUID RELICTUM ESSE DICETUR, DECRETO COMPREHENDAM. §. 1. Si quis forte confiteatur [3] penes se esse testamentum, jubendus [4] est exhibere: & tempus ei dandum est, ut exhibeat, si non potest in præsentiarum exhibere. Sed [5] si neget se exhibere posse, vel oportere: Interdictum hoc competit. §. 2. Hoc Interdictum pertinet non tantum ad testamenti tabulas: verum ad omnia, quæ [6] ad causam testamenti pertinent; utputa, & ad [7] codicillos pertinet. §. 3. Sive autem valet testamentum, sive non (vel quod ab initio inutiliter factum est, sive ruptum sit, vel in quo alio vitio [sit]; sed etiam si falsum esse dicatur [8], vel ab eo factum, qui testamenti factionem non habuerit): dicendum est Interdictum [9] valere. §. 4. Sive supremæ tabulæ sint, sive non sint, sed priores: dicendum Interdictum hoc locum habere. §. 5. Itaque dicendum est, ad omnem omnino scripturam testamenti, sive perfectam, sive [10] imperfectam, Interdictum hoc pertinere [11].

§. 6. Proinde & si plures tabulæ sint testamenti, quia sæpius fecerat, dicendum est Interdicto locum fore: est enim quod ad causam testamenti pertineat, quidquid quoquo tempore factum exhiberi debeat. §. 7. Sed & si de statu disceptetur, si testator filiusfamilias, vel servus hoc fecisse dicatur [12]: & hoc exhibebitur.

§. 8. Item si filiusfamilias fecerit testamentum, qui de castrensi peculio testabatur: habet locum Interdictum. §. 9. Idem est, & si is, qui testamentum fecit, apud hostes decessit.

§. 10. Hoc Interdictum ad [12] vivi [13] tabulas non pertinet, quia verba Prætoris *reliquerit* fecerunt mentionem. §. 11. Sed & si deletum sine [14] dolo sit testamentum,

11. PAULUS lib. LXIV ad Edictum.

VEl totum, vel pars ejus,

De pluribus codicibus. 2. De deposito. 3. De adituo vel tabulario custodiente. 4. De servo. 5. Si testator vivus suas tabulas esse dicat, & de caterus, quis corpora sua esse dicunt instrumentorum. 6. De eo, qua dolo fecit, quominus tabula penes se essent. 7. Hoc Interdictum esse exhibitorium. 8. Quid sit exhibere. 9. Apud quem exhibebitur, si testes admoniti non veniant. 10. De his, qui quid in testamento adscriptum habent. 11. Quid veniat in condemnationem. 15. Si hoc judicio consecutus est æstimationem, postea rem petat. 16. De anno. 17. De successoribus.

III. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

LOcum habet hoc Interdictum. §. 1. Si tabulæ in pluribus [15] codicibus scriptæ sint, omnes Interdicto isto continentur: quia unum testamentum est. §. 2. Si tabulæ testamenti apud

2 De hac dictione vide *l. 63. §. de verb. sign.*
3 *l. 2. in fin. §. testam. quemadm. aper.*
4 Et actione ad exhibendum eo nomine tenetur.
5 Interdictum de tabulis exhibendis datur adversus negantem; *ut hic.* actio vero ad exhibendum adversus confitentem. *ut §. eod.*
6 *d. l. 2.*
7 *l. 4. C. testam. quemadm. aper.*
8 Non judicio tamen criminali; & publico: ut ita hæc Lex constet cum *l. ult. §. eod.*
9 Adde *l. 6. §. de falsis.* vid. Cujac. 3 *ad Afr. fol. 2.*
10 *l. 2. §. 1. §. testam. quemadm. aper.*
11 *l. 3. §. 1. §. eod.*
12 Hoc Interdicto ad occultatas viventis tabulas non pertinet, cum ei competat actio ad exhibendum.
13 Non inconcinne illud Pauli ad Hebr. c. 9. v. 16, huc referri potest: ὅπου γὰρ διαθήκη ἐστὶν θάνατον ἀνάγκη φέρεσθαι τοῦ διαθεμένου. adde *l. 2. §. 4. §. test. quemadm.*
14 Hæc negatio deest apud *Hal.* adde *l. 1. §. 10. §. secund. tab.*
15 V. *l. 1. §. 5. §. secund. tab.*

apud aliquem depositæ sunt à Titio, hoc Interdicto agendum est, & cum eo, qui detinet, & [16] cum eo, qui deposuit.

§. 3. Proinde & si custodiam tabularum ædituus [17] vel tabularius suscepit, dicendum est teneri eum Interdicto. §. 4. Si penes servum tabulæ fuerint, dominus Interdicto tenebitur.

§. 5. Si ipse testator dum vivit [18], tabulas suas esse dicat, & exhiberi desideret, Interdictum hoc [locum] non habebit, sed ad exhibendum erit agendum, ut exhibitas vindicet. Quod [19] in omnibus, qui corpora sua esse dicunt instrumentorum, probandum est. §. 6. Si quis dolo malo fecerit, quominus penes eum tabulæ essent: nihilominus hoc Interdicto tenebitur. Nec [20] præjudicatur aliquid Legi Corneliæ testamentariæ, quasi dolo malo testamentum suppresserit. nemo enim ideo [21] impune retinet [22] tabulas, quod majus [23] facinus admisit: cum [24] exhibitis [25] tabulis admissum ejus magis manifestetur. & posse aliquem dolo malo facere, ut in eam Legem non incidat: utputa [26] si neque amoverit, neque celaverit tabulas, sed ideirco alii tradiderit, ne eas interdicenti [27] exhiberet; hoc est, si non supprimendi animo vel consilio fecit, sed ne huic [28] exhiberet. §. 7. Hoc Interdictum exhibitorium est. §. 8. Quid [29] sit exhibere, videamus? *Exhibere*, hoc est, materiæ ipsius adprehendendæ copiam facere.

§. 9. Exhibere autem apud Prætorem oportet, ut ex auctoritate ejus signatores [30] admoniti venirent ad [31] recognoscenda signa: & si forte non obtemperent testes, Labeo scribit coërceri eos à Prætore debere. §. 10. Solent autem exhiberi tabulas desiderare omnes [32] omnino, qui [33] quid in testamento adscriptum habent. §. 11. Condemnatio autem hujus judicii, quanti interfuit, æstimari debet. §. 12. Quare si heres scriptus hoc Interdicto experiatur, ad hereditatem referenda est æstimatio [34].

§. 13. Et si legatum sit, tantum venit in æstimationem quantum sit in legato. §. 14. Et si sub conditione legatum sit, quasi conditione existente, sic æstimandum est. nec compelli debebit [ad cavendum], *ut se restituturum caveat quidquid consecutus est, si conditio defecerit*: quia pœna [35] contumaciæ præstatur ab eo, qui non exhibet. §. 15. Inde quæritur, si hinc consecutus æstimationem legatarius, postea legatum petat: an sit audiendus? Et putem, si heres idem prætitit, exceptione doli repellendum: si alius, repelli non [36] oportere. † Et ideo & si heres sit, qui Interdicto usus [est] æstimationem consecutus, eadem est distinctio.

§. 16. Interdictum hoc & post annum competere [37] constat.

§. 17. Sed & heredi cæterisque successoribus competit.

De pupillo & tutore.

IV. PAULUS [lib. LXIX ad Edictum.]

SI sint tabulæ apud pupillum, & dolo tutoris [38] desierint esse: in ipsum tutorem competit Interdictum. æquum enim est, ipsum ex delicto suo teneri, non pupillum.

De controversia hereditatis. De publica quæstione.

V. JAVOLENUS [lib. XIII ex Cassio].

DE tabulis proferendis Interdictum competere non [39] oportet, si hereditatis controversia ex his pendet, aut si ad publicam quæstionem [40] pertinet: itaque in [41] æde sacra interim [42] deponendæ sunt, aut apud virum idoneum.

16 Hæc Interdicto tenentur omnes, qui detinent testamenta.

17 Ædituum templi hic accipe. Ita enim Theoph. §. *tutor.* 2. *Inst. de tutelis* qui & Hierophylax in *l.* 20. §. *de annuis.* dixi ad Festum in *adituus*, sacræ ædis tutor. Solebant enim veteres testamenta templis, eorumque custodibus, ut & Vestalibus commendare. Tacit. *Annalium.* Plutarch. *in Cæsare.* Sueton. *in Julio. cap.* 83. Dion, 48. Herodian. *lib.* 1. *ubi de templo Pacis exusto loquitur.* Tertull. *libro de corona.* Hinc excubiæ in templis.

18 *l.* 3. §. 14. *ff. Ad exhibend.*

19 Ut actione ad exhibendum utantur, non hoc Interdicto.

20 Interdictum de tabulis exhibendis non præjudicat actioni criminali. *l.* 9. §. 2. *in fin. ff. de dolo.*

21 Majori pœna qui tenetur, non liberatur etiam a minore.

22 Id est, retinere potest.

23 Contumacia pœnam auget. *l.* 4. *in fin.* §. *de pœn.*

24 Probationes factæ in causa civili fidum faciunt in criminali.

25 Hoc Interdicto.

26 Si tradendo alii animum habuit supprimendi, tenetur hoc Interdicto civiliter & criminaliter, Lege Cornelia testamentaria: si non habuit, tenetur civiliter tantum.

27 Hoc est, hoc Interdicto agenti. 28 *Sub.* hoc Interdicto agenti.

29 *l.* 2. §. *ad exhib.* 30 Signatores sunt testes, qui signare testamenta solent. 31 Testis etiam invitus signum suum recognoscere cogitur. 32 *l.* 3. §. 9. §. *ad exhib.* 33 V. *l. un. C. cod.*

34 Æstimatio est id, quod interest. 35 Pœnæ dependse non repetuntur. *l. pœnæ.* 42. §. *de condict. indebiti. l.* 79. *in fin.* §. *de furtis. l.* 1. §. 2. §. *ad leg. Jul. ambitus.* 36 *l.* 34. §. *de verb. oblig.*

37 Non competere. Cujac. in 4 *sentent.* Paul. §. 6. reprehensus à Roberto 1 *recept.* 29. Cujacius tamen suam opinionem defendit, 16 *observ.* 28. 38 *l.* 11. §. 6. §. *quod vi.* 39 In his, qui sequuntur, casibus. 40 Falsi scil. non civilem, ut in *l.* 1. §. 3. §. *cod.* 41 De tabularum in ædes sacras depositione alias dixi, *l.* 3. §. 3. §. *cod.* 42 Id est, quæstione hereditatis vel falsi pendente.

TIT. VI.

NE QUID IN LOCO SACRO [1] FIAT.

Interdictum. 1. De loco sacro & de sacrario. 2. De ornamento, deformitate, incommodo. 3. De hu, qui ædes sacras curant.

1. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

AIt Prætor: IN LOCO SACRO [2] FACERE INVE EUM IMMITTERE QUID VETO. §. 1. Hoc Interdictum de sacro loco, non de sacrario competit.

§. 2. Quod ait Prætor, ne quid in loco sacro fiat, non ad hoc pertinet, quod ornamenti causa fit, sed quod deformitatis, vel incommodi. §. 3. Sed & cura ædium locorumque sacrorum mandata est his, qui ædes sacras curant [4].

De damno aut incommodo.

II. HERMOGENIANUS lib. III Juris Epitomarum.

IN muris, itemque portis, & aliis sanctis [5] locis aliquid facere [6], ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur.

De habitatione.

III. PAULUS lib. V Sententiarum.

NEque muri neque portæ habitari [7] sine permissu Principis propter fortuita incendia possunt.

1 V. Oldendorp. *Class. act.* 9.

2 Quid locus sacer, vide *l.* 6. §. 3. *l.* 9. §. 2. §. *de rer. divis.*

3 De quo vid. *d.* §. 2.

4 Id est, ædituis. §. 2. *Inst. de tutel.*

5 §. 10. *Instit. de rerum divis.* sacris *vulgat.* & rectè. Nec enim portæ, ut muri, sanctæ sunt, Plutarchus *in quæstion. Romanis & Romulo.* dixi ad §. 10. *Inst. de rerum divis.* & ad Theoph. *ibid.* 6 *rer. divis.* 7 Circa portas & muros familia publica ad res necessarias erat parata. vide *l.* 1. §.

Immittere, *l.* 8. §. 2. conjungere, superponere, eave reficere. *l.* 9. §. 4. §. *de*

TIT. VII.

DE LOCIS ET ITINERIBUS PUBLICIS [1].

Qui petere possunt.

1. POMPONIUS lib. XXX ad Sabinum.

CUilibet [2] in publicum petere permittendum est id, quod ad usum [3] omnium pertineat: veluti [4] vias publicas, itinera publica. & ideo quolibet postulante de his interdicitur.

De monumento.

II. ULPIANUS lib. XLVIII Digestorum.

NEmini licet in via publica monumentum [5] exstruere.

1 Vide Oldendorpium *Class.* 2 *act.* 9.

2 *l.* 1. §. *de popularibus actionibus.* Imo non cuilibet: nam non datur populo. *l. de puppillo.* 5. §. *de operis novi nunciation. l. mulieri.* 6. §. *de popularibus actionibus.*

3 Id est, ad publicam utilitatem. 4 *l.* 1. §. 35. §. *ne quid in loco publico.* 5 Vel cloacam. *l.* 2. §. 26. §. *si*

De via vicinali. 1. Differentia viæ vicinalis & militaris.

III. ULPIANUS lib. XXXIII ad Sabinum.

VIæ vicinales [6], quæ [7] ex agris privatorum collatis [8] factæ sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero [9] sunt. §. 1. Sed inter eas & cæteras vias militares hoc interest [10]: quod viæ militares [11] exitum ad mare, aut in Urbes [12], aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent: harum autem vicinalium viarum dissimilis conditio est; nam pars earum in militares vias exitum habent, pars sine [13] ullo exitu intermoriuntur.

6 Via publica est, aut vicinalis. §. 9. *Inst. de leg. Aquil.* vicinalis via, *ἡ διὰ κώμης ἄγουσα.* vicus enim *ἡ κώμη.* per hanc transit is, qui in vicum abit. Publica vero via, quæ & militaris & Basilicas dicuntur. Theophil. *ibid.* 12 *l. ult.* §. *de servitut. rustic.*

13 Vicinales quædam viæ in militarem viam exitum habent: quædam sine ullo exitu intermoriuntur. Genus loquendi interim nova, *pars intermoriuntur.*

TIT. VIII.

NE QUID IN [1] LOCO [2] PUBLICO, VEL ITINERE FIAT.

Ad primum interdictum prohibitorium de loco publico præfatio.

1. PAULUS lib. LXIV ad Edictum.

IN loco publico Prætor prohibet ædificare, & interdictum [3] proponit.

Verba. 1. *Hoc Interdictum esse prohibitorium.* 2. *De utilitate publica vel privata.* 3. *De area, insula, agris, via, itineribus.* 4. *De rebus fiscalibus.* 5. *De usu publico destinatis. De damno privati.* 6. *De usu immisso in mœniano.* 7. *De refectione.* 8. *De mari.* 9. *De piscatione, navigatione, lusu, lavatione, spectatione.* 10. *De permissu Principis.* 11. *De qualicunque commodo amisso.* 12. *De prospectu & aditu.* 13. *Si ædificium ei, quod desiit,* 14. *Vel luminibus,* 15. *Vel alii ædificio in publico posito obsit.* 16. *De permissu Principis.* 17. *An ædificium in publico factum deponatur.* 18. *De cautione non fieri.* 19. *An ædificium in loco sacro posito deponatur.* 20. *Ad secundum Interdictum prohibitorium. De via, itinereve publico verba.* 21. *De via solo.* 22. *De viarum divisione in publicas, privatas & vicinales.* 24. *De viis rusticis vel urbanis.* 25. *De commeatu exempto.* 26. *De via coarctata.* 26. *De cloaca.* 27. *De fossa.* 28. *De resignatione.* 29. *De odore.* 30. *De passu.* 31. *De his, quæ statim nocent vel postea.* 32. *Deterioratio quomodo accipitur.* 33. *De specu & ponte.* 34. *Hoc Interdictum esse perpetuum & populare. De condemnatione in id, quod interest.* 35. *Ad tertium Interdictum restitutorium. De via publica, itinereve publico verba.* 36. *Collatio hujus Interdicti & superioris.* 37. *De eo, qui fecit, vel factum habet.* 38. *De arbore, quæ in via publica cecidit.* 39. *De eo, cujus opus utile est. De his, qui communiter fieri curaverint.* 42. *De eo, qui dolo fecit, quominus posset, vel haberet.* 43. *De restitutione & sumptibus restitutionis.* 44. *De tempore interdicti. De condemnatione in id, quod interest.* 45. *Quartum Interdictum prohibitorium. De usu viæ itinerisve publici.*

1 V. Oldendorp. *Class.* 2 *act.* 9.

2 V. Vel via publica. *l.* 1. §. 2. §. *cod.*

3 Quod extat. *l.* 2. §. *cod.* adde *loco, in fin.* §. *quod vi, aut clam.*

II. ULPIANUS [lib. LXVIII ad Edictum].

PRætor ait: NE QUID IN LOCO PUBLICO FACIAS, INVE EUM LOCUM IMMITTAS, QUA EX RE QUID ILLI DAMNI DETUR: PRÆTERQUAM QUOD LEGE, SENATUSCONSULTO [4], EDICTO, DECRETOVE PRINCIPUM TIBI CONCESSUM EST: DE EO, QUOD FACTUM ERIT, INTERDICTUM [NON S] DABO.

§. 1. Hoc Interdictum prohibitorium est. §. 2. Et tam publicis utilitatibus quam privatorum per hoc prospicitur. Loca enim publica utique privatorum usibus deserviunt, jure scil. Civitatis, non quasi propria cujusque: & tantum juris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. propter quod si [quod] forte opus in publico fiet, quod ad privati damnum redundet: prohibitorio [6] Interdicto potest conveniri, propter quam rem hoc Interdictum propositum est.

§. 3. Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit: ut & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad [7] vias [publicas] itineraque publica pertineat. §. 4. Hoc Interdictum ad ea loca, quæ sunt in fisci patrimonio, non puto pertinere: in his enim neque facere quicquam, neque prohibere privatus potest. res enim fiscales [8] quasi propriæ & privatæ Principis sunt: igitur si quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc Interdictum locum habebit; sed si forte de his sit controversia, Præfecti [9] eorum [10] judices sunt. §. 5. Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico usui destinata sunt: ut si quid illic fiat, quod privato noceret, Prætor intercederet Interdicto suo. §. 6. Cum quidam velum in mœniano [11] immissum haberet, qui [12] vicini luminibus officiebat: utile Interdictum competit, *Ne quid in publico immittat, qua ex re luminibus Gai Seii officias.* §. 7. Si quis quod in publico loco positum habuit, reficere voluit, hoc [13] Interdicto locum esse Asisto ait, ad prohibendum eum reficere.

§. 8. Adversus eum, qui molem [14] in mare projecit Interdictum utile competit ei, cui forte hæc res nocitura sit: si autem nemo damnum sentit, tuendus est is, qui in litore ædificat, vel molem [15] in mare jacit. §. 9. Si quis in mari piscari [16] aut navigare [17] prohibeatur, non [18] habebit Interdictum [19]: quemadmodum nec is, qui in campo publico ludere, vel in publico [20] balineo lavare, aut in theatro spectare arceatur. sed in omnibus his casibus [21] injuriarum actione utendum est. §. 10. Merito ait Prætor, *Qua ex re quid illi damni detur*: * nam quotiensque aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut [22] sine injuria cujusquam fiat: & ita solet [23] Princeps, quotiens aliud novi operis instituendum petitur, permittere. §. 11. *Damnum* autem *pars* videtur [24], qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, qualequale sit. §. 12. Proinde si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior, Interdicto opus est. §. 13. Si quid in loco publico ædificaveno, ut ea, quæ ex meo ad te nullo jure defluebant, destinant fluere: Interdicto me non teneri Labeo putat. §. 14. Flane si ædificium hoc effecerit, ut minus luminis insula tua habeat: Interdictum hoc competit.

§. 15. In-

4 *l.* 2. §. *de flaminib.*

5 Negatio hæc quibusdam meis manuscriptis deest.

6 Pari in causa, prohibentis causa ita est potior. *l.* 28. §. *comm. divid.*

7 Atqui de via publica & itinere specialia sunt Interdicta. §. 20. §. 35. §. *cod.*

8 De quibus v. *l. ult. C. de quadriennii præscript.*

9 V. *l.* 3. *in fin.* §. *de his, quæ in testam.*

10 Præfecti ærarii. Ita emendat & legit Brissonius. Nam Præfecti ærarii ad munus erat in urbe, quod procuratoris Cæsaris in provinciis. dixi ad *l.* 42. §. *de jure fisci.*

11 Mœnianum quid, vide *l.* 242. §. 1. §. *de verbor. signif.*

12 *Al.* quod. *al.* quo.

13 *Al.* huic.

14 Et pilas. *l.* 3. *in fin.* §. *cod. l.* 30. *in fin.* §. *de adquir. rer. domin.*

15 Moles terra vel lapide fiunt. *l.* 52. §. *ante damnum.* §. *de act. empt. l.* 1. §. *de impensis.* Cicer. 9 *ad Attic.* 17. Senec. *Controv.* 5. & *epist.* 14. Martial. 22. *Hircino de bello Africo.* Patercul. 2.

ubi de Lucullo. Lucan. 1. Sueton. *Caligula.* Plin. 2. 16 *l.* 13. §. *ult.* §. *de injuriis.* §. 2. *Inst. de rer. divis.* 17 §. *ut in flumine publico.* 18 Imo habebit. *arg.* §. 11. §. *cod.* 19 Injuriarum tamen agere potest. §. *cod.* & *d. l.* 13. 20 *d.* §. *ult.* 21 V. *d.* §. *ult.* 22 §. 26. §. *cod. l. ult. in fin.* §. *de servitutib. urb. l.* 16. §. *de servit. rust. l.* 11. *in fin.* §. *si servitus vindicet. l.* 28. §. *comm. divid. l.* 14. §. *de condict. indeb. l.* 7. §. *de servit. exportr. l.* 6. *in fin.* §. *de jur. dot. l.* 50. §. *de adquir. rer. dominio. l.* 206. §. *de reg. jur. l.* 6. *C. de servit. l.* 35. *C. de inoff.* 23 Præsumuntur principes nolle cuiquam auferre jus suum: de qua præsumptione vide Alciat. 3 *præsumpt.* 12 24 Damnum

§. 15. Idem ait, Si in publico ædificem, deinde hoc ædificium ei obstet, quod tu in publico ædificaveras: cessare hoc Interdictum, cum tu quoque illicite ædificaveris. Nisi forte tu jure tibi concessò ædificaveras. §. 16. Si quis à Principe simpliciter impetraverit, *ut in publico loco ædificet*: non est credendus [25] sic [26] ædificare, ut cum incommodo aliujus id fiat: neque sic conceditur, nisi forte quis hoc impetraverit. §. 17. Si quis nemine prohibente in publico ædificaverit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis [27] Urbs deformetur: & quia prohibitorium est Interdictum, non restitutorium. si tamen obstet id ædificium publico usui, utique is, qui operibus publicis procurat [28], debebit id deponere [29]: aut si non obtect., solarium [30] ei imponere. vectigal enim hoc sic appellatur, *solarium* [31], ex eo quod pro solo pendatur. §. 18. Si tamen adhuc nullum opus factum fuerit, officio judicis continetur, uti [32] caveatur non fieri, & ea omnia etiam in persona heredum cæterorumque successorum erunt cavenda.

§. 19. Locorum sacrorum diversa causa est: in loco enim sacro non solum facere veramur [33], sed & factum restituere jubemus: hoc propter religionem. §. 20. Ait Prætor: IN VIA [34] PUBLICA ITINEREVE PUBLICO FACERE, IMMITTERE QUID, QUO EA VIA IDVE ITER DETERIUS SIT, FIAT, VETO [35]. §. 21. *Viam publicam* eam dicimus, cujus etiam solum [36] publicum est: non [37] enim sicuti in privata via, ita & in publica accipimus. viæ privatæ solum alienum est, jus tantum eundi [&] agendi nobis competit: viæ autem publicæ solum publicum est, relictum ad directum certis [38] finibus latitudinis ab eo, qui jus publicandi habuit, ut ea publice iretur, commearetur. §. 22. Viarum quædam publicæ sunt, quædam privatæ, quædam vicinales. † *Publicas vias* dicimus, quas Græci βασιλικὰς [39], id est, *regias*, nostri prætorias, alii consulares vias appellant [40]. † Privatæ sunt, quas agrarias [41] quidam dicunt. † Vicinales [42] sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. has quoque publicas esse quidam dicunt: quod ita verum est, si non ex collatione [43] privatorum hoc iter constitutum est: aliter, atque si ex collatione privatorum reficiatur. nam si ex collatione privatorum reficiatur, non utique privata est: refictio [44] enim idcirco de communi fit, quia usum utilitatemque communem habet. §. 23. Privatæ viæ dupliciter accipi possunt: vel hæ, quæ sunt in agris, quibus imposita est servitus, ut ad agrum alterius ducant; vel hæ, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare [45] liceat, in quas exitur de via consulari; & sic post illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens. has ergo, quæ post consularem excipiunt in villas, vel in alias colonias [46] ducentes, putem etiam ipsas publicas esse.

§. 24. Hoc Interdictum tantum ad vias rusticas pertinet, ad urbicas vero non: harum enim cura pertinet ad magistratus [47].

§. 25. Si viæ publicæ exemptus commeatus sit vel via coartata: interveniunt magistratus [48]. §. 26. Si quis cloacam [49] in viam publicam immitteret, exque ea re minus habilis via per cloacam fiat, teneri eum Labeo scribit: immisisse enim eum videri.

§. 27. Proinde & si fossam quis in fundo suo fecerit, ut ibi aqua collecta in viam decurrat: hoc Interdicto tenebitur: immissum enim habere etiam hunc videri. §. 28. Idem Labeo scribit [50], si quis in suo ita ædificaverit, ut aqua in via [51] collecta restagnet [52], non teneri eum Interdicto [53]: quia non immittat aquam, sed non recipit. Nerva autem melius scribit [54] utrumque teneri. † Plane si fundus viam publicam contingat, & ex eo aqua derivata deteriorem viam faciat, quæ tamen aqua ex vicini fundo in tuum veniat: si quidem necesse habeas eam aquam recipere, Interdictum locum habebit adversus vicinum tuum: si autem necesse non sit, non teneri vicinum tuum, te tamen teneri. eum enim videri factum habere, qui usum ejus aquæ habeat. † Idem Nerva scribit, si tecum Interdicto agatur, nihil ultra te facere cogendum, quam ut arbitratu ejus, qui tecum experitur, cum vicino experiaris: cæterum aliter observantibus futurum, ut tenearis, etiam si jam bona fide cum vicino egeris, neque per te stet, quo minus arbitratu actoris cum vicino experiaris. §. 29. Idem ait, si odore [55] solo [56] locus pestilentiosus fiat, non esse ab [57] re de ea Interdicto uti. §. 30. Hoc Interdictum etiam ad ea, quæ pascuntur in via publica, itinereve publico, & deteriorem faciant viam, locum habet. §. 31. Deinde ait Prætor [58], *idque iter deterius sit, fiat*: hoc, sive statim deterior via sit, sive postea: ad hoc enim pertinent hæc verba, *sit, fiat*. etenim quædam sunt talia, ut statim facto suo noceant: quædam talia, ut in præsentiarum [59] quidem nihil nocent, in futurum autem nocere debeant. §. 32. Deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si [60] usus ejus ad commeandum corrumpatur: hoc est, ad eundum vel agendum: ut cum plane [61] fuerit, clivosa fiat, vel ex molli aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca. §. 33. Scio tractatum, an permittendum sit specus [62] & [63] pontem per viam publicam facere? & pleriq; probant Interdicto eum teneri [64]: non enim oportere eum deteriorem viam facere. §. 34. Hoc Interdictum perpetuum & populare est: condemnatioque ex eo facienda est, quanti [65] actoris interfuit. §. 35. Prætor ait: QUOD IN VIA [66] PUBLICA ITINEREVE PUBLICO FACTUM, IMMISSUM HABES, QUO EA VIA, IDVE ITER DETERIUS SIT, FIAT, RESTITUAS [67]. §. 36. Hoc Interdictum ex eadem causa proficiscitur, ex qua & superius: & tantum interest, quod hoc restitutorium, illud prohibitorium est. §. 37. Hoc Interdictum ex eo competit, qui in via publica aliquid fecit, sed is, qui factum habet: proinde si alius fecit, alius factum habet, is tenetur, qui factum habet. & est hoc utilius: quia is potest restituere, qui factum immissum habet. §. 38. Habere eum dicimus, qui utitur; & jure possessionis fruitur: sive ipse opus fecit, sive ex causa emptionis [68], vel conductionis, vel legato, vel hereditate, vel quo alio modo adquisit. §. 39. Unde Ofilius putat eum, qui pro derelicto [69] reliquit id opus, quod fecit, si viam publicam corrupit, & reliquit, non teneri hoc Interdicto: non enim habet, quod fecit. † Sed an in eum actio debeat dari, videbimus? & puto utile Interdictum competere [70]: ut quod in via publica ædificavit, restituat. §. 40. Si ex fundo tuo arbor in viæ publicæ sic ceciderit, ut itineri sit impedimento, eamque pro derelicto habeas, non teneri [to] Labeo scribit: si tamen (inquit) actor sua impensa arborem tollere paratus fuerit, recte tecum actum Interdicto de via publica reficienda. Sed si pro derelicto non habeas, recte recum agi hoc Interdicto.

§. 41. Idem Labeo scribit, si vicinus meus viam opere corruperit; quamvis opus, quod fecit, tam mihi, quam [71] ipsi utile sit, tamen si is vicinus fundi sui causa id fecerit, me [tamen] non posse hoc Interdicto convenire: si autem communiter hoc opus fieri curaverimus, utrumque nostrum teneri. §. 42. * Hoc Interdictum locum habet etiam adversus eum, qui dolo [72] malo fecit, quominus possideret, vel haberet: etenim parem [73] esse conditionem oportet ejus qui quid possideat, vel habeat, atque ejus cujus dolo malo factum sit, quominus possideret, vel haberet: & mihi videtur vera Labeonis sententia. §. 43. *Restituam* [74], inquit. † *Restituere* [75] videtur, qui in pristinum statum reducit quod fit, sive quis tollit id, quod factum est; vel reponat, quod sublatum est: & interdum suo sumptu. nam si ipse, quo qui interdixit, fecerit, vel jussu ejus alius, aut ratum habitum sit quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere: si vero nihil horum intervenit, sed habet factum, tunc dicemus, patientiam eum præstare debere. §. 44. Interdictum hoc non [76] esse temporarium, sciendum est: pertinet enim [77] ad publicum utilitatem. condemnatioque ex eo facienda est, quanti actoris interfuit, tolli quod factum est. §. 45. Prætor ait: QUO [78] MINUS ILLI VIA PUBLICA ITINEREVE PUBLICO IRE AGERE LICEAT, VIM FIERI VETO.

De litoribus. 1. De mari, & pilu in mari jacto.

III. CELSUS lib. XXIX Digestorum.

LItora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi [79] *Romani* esse [80] arbitror. §. 1. Maris communem [81] usum omnibus hominibus, ut *aëris*: jactasque in id pilas [82], ejus esse, qui jecerit; sed id concedendum non esse, si deterior litoris marisve usus eo modo futurus sit.

De litore.

IV. SCÆVOLA lib. V Responsorum respondit,

IN litore jure gentium ædificare licere [83], nisi [84] usus publicus impediret.

De rivo.

V. PAULUS lib. XVI ad Sabinum.

SI per publicum locum rivus aquæ ductus privato nocebit [85], erit actio privato ex Lege XII tabularum, uti noxa [86] domino caveatur.

De procuratore.

VI. JULIANUS lib. XLIII Digestorum.

EI, qui hoc Interdicto experitur, ne quid in loco publico fiat, quo damnum privato detur: quamvis de loco publico interdicat, nihilo minus procuratoris [87] dandi facultas est.

An ædificium in publico factum deponatur.

VII. IDEM lib. XLVIII Digestorum.

SIcut is, qui nullo prohibente in loco publico ædificaverat, cogendus non est demolire [88], ne ruinis [89] Urbs deformetur: ita qui adversus [90] Edictum Prætoris ædificaverit, tollere ædificium debet, alioquin inane & lusorium [91] Prætoris imperium erit.

25 Vid. §. 10. T. eod.

26 Et ita in odiosis strictissime beneficium Principis interpretamur: in favorabilibus latissime extendimus. *l. 3. T. de constit. princip.*

27 *l. ult. T. eod.*

28 Procurator operum publicorum, id est, ad quem viarum curatio pertinet. Paul. *5 sentent. 6. §. 2.* qui & ob id viocurus. Var. 4 *de lingua.*

29 Adito vel Principe, vel Præside. *l. 24. T. de damno.*

30 Quod quid sit, vide J. *eod.*

31 De solario dixi ad *l. 15. T. qui potior.* adde *l. 39. §. 5. T. de legat. 1.* Goth. Vid. Alberic. Gentil. *tractat. de diverf. temp. appell. cap 6. in pr.* Anf. Adde Stephan. Forcat. *de rem. cap. 19. S. L.*

32 *l. 21. §. 3. T. de oper. novi.*

33 *l. 1. T. ne quid in loco sacro.*

34 Hactenus de factis in loco publico: nunc de factis in via & itinere publico: patet ita longius illud Interdictum, quam hoc.

35 Prohibitorium hoc Interdictum observa: de restitutorio v. §. 53. J. *eod.*

36 Viæ publicum solum est publicum: privatæ, privatum. J. *eod.*

37 Viæ privatæ solum alienum est: publicæ, publicum.

38 V. *l. 8. T. de servit. ruftic.*

39 Basilicæ & regiæ viæ. Theophil. §. 5. *Inst. de leg. Aquil.* Porro de Basilicis ædificiis adde quæ scripsi ad *l. 8. §. 2. T. de verb. oblig.*

40 Et militares. Theoph. *ibid.*

41 E quibus ex via publica divertitur in villas aut colonias.

42 *l. 3. T. de loris & itinerib. publicis.* male apud Senecam legitur *vicinales, 5 de benefic. 24. in fin.*

43 *d. l. 3.* adde *l. unic. T. de via publica.*

44 Refectio. *Hal.*

45 *Al.* commeare.

46 *l. 24. §. 4. T. locati. l. 20. §. 3. T. de inftructo.* est que colonia, prædium, quod sub colono possidetur: a cultu agri dicitur, 15 Isidor. 2.

47 De quibus dixi ad *l. 1. T. de via publica.*

48 Ut scil. vicini viam præstent. *l. 14. T. quemadm. servit.* adde 58 *Eclog. ex tit. 6. cap. 15.* 49 Cloacam dictam putat Isidorus, quod per eam colatur ager, *15 origin.*

50 Et male, ut mox sequitur. 51 Publica scil. de qua hoc titulo agitur. 52 Undredundet. *l. 1. §. 6. T. de aqua & aquæ.* 53 Hoc scil. Ne quid in loco publico. 54 Odore solo fit locus pestilentiosus. Cur? hoc Interdicto non tantum is tenetur, qui immittit, sed & is, qui aliud facit. *v. l. 1. T. eod.* 55 Interest certe nostra, qualem spiremus aërem, qualis hauriamus odores. Istis enim vitales nostri spiritus aluntur, odore scil. vel, ut ait Avicenna, aromaticitate & aëre, qui in ipso concentu spiritus animalis nutritur. Hinc Democritus dicitur jam expiraturus, olfactu calentis panis vitam suam protraxisse: & plurimi in Ægypto septimo mensæ nati vivunt salubris aëris beneficio. vide Marsil. Ficin. *lib. de vita longa. c. 15.* 18. ubi inter cætera odorem vini eligendum esse ait: & res ita habet: crassa alimenta nunquam spiritum alere, nisi in tenuissimos vapores vertantur. Ad hæc, Graves, terrenæ, inferioresque expirationes ad pestilentiam præparant & excitant, Fernel. 2 *de abditis. 12.* hinc constat, solis spiritualibus & invisibilibus rebus hominem nutriri. adde quæ scripsi ad *l. 4. C. de ædilitia actione.* adde Senec. *5 contr. 5. in fin.*

56 Odore soli, *vulgat. Hal.* Probari potest Florentina, *arg. l. 8. §. 5. T. si servit.* in qua de fumo agitur. Idem dici potest de sterculinio. *arg. l. 17. T. si servit. vindicet.* adde *l. 8. §. 5. T. si servit. vindicet.* adde *l. 13. §. 6. T. de usufruct. 2 Hæm. 4.* & generaliter hoc Interdicto agi, ersi alio quam soli odore locus pestilentiosus fiat. 57 Ab red eo Interdicto uti. Muretus *15 variar. 19. in fin.* ubi notat veteres adjicere solitos literam D dictionibus in vocalem definentibus, quoties sequens à vocali incipiret. 58 Adde *l. 1. T. de his, qui dejecer.* 59 Hæc formula idem Ulpianus usus est. *l. 1. §. 1. T. de tabul. exhib.* 60 *l. 1. §. 15. J. de fluminib.* 61 Plana, *vulg. Hal.* Plano opponitur clivosum. Clivi, loca ardua sunt; inde clivia auspicia, difficillima, quæ fieri aliquid prohibent. *Fest.* 62 Ὄκκος, 58 *Eclog. ex tit. 8. cap. 7.* Specum ducere, est specica ducendi per opertum, *l. 57. J. de furtis.* parum differt a cuniculo. vide Cujac. 16 *obfervat. 17.*

63 Specus à ponte videtur distingui. Specus enim fit sub terra: pons supra terram.

64 *l. ult. J. de flum.* 65 *Eclog. ibid.* 66 *l. 1. T. de locis & itinerib. publ.* Paul. *5 sent. 6. §. 2.*

67 Restitutorium interdictum observa: de prohibitorio vide §. 20. T. *eod.*

68 Pro emptore; & similibus titulis. de quibus vide *l. 3. §. 21. T. de adq. poffeff. & l. 5. §. 3. T. de his, qui dejecer.*

69 *l. 7. T. de aqua, & aquæ.*

70 *d. §. 1.*

71 Adde *l. 48. T. de ædilit.*

72 Dolus repræsentat possessionem. Qui dolo desinit possidere, pro possessore damnatur, *l. 131. 50. J. de regul.*

73 Paria, sunt, possidere, habereque, & dolo malo fecisse, ne haberes, aut possideres. adde *l. 150. J. de reg. jur.*

74 Restitui & reintegrari an differant, vide apud Zas. 2 *refp. 20.* adde *l. 1. §. de ædilit. empt.*

75 Plus, est restituere, quam exhibere. Qui restituit, possessorem facit, & fructus reddit, *l. 22. l. 73. l. ult.* & causam usucapiendi. *l. 25.* adde *l. 75. J. de verb. sign.*

76 §. 34. T. *eod. Eclog. 58. ex tit. 8. c. 7.*

77 Imo, quia populare est, ideo anno finitur. *l. ult. J. de popularib. act.*

78 *l. 11. C. de servitutib.*

79 *l. 56. l. 65. §. 1. T. de adquir. rer. dom.*

80 Ideoque gentes in illa litora descendentes populus Romanus prohibere potest; suos cives non potest. *l. 2. §. 46. T. de origine juris.*

81 *l. 24. T. de damno.*

82 Moles. *l. 2. §. 8. T. eod. l. 30. in fin. T. de adq. rer. dom.* hinc Virgil. 2 *Æneid. vers. 17. & seq. Quale in Bubilo Baleares turre quondam Saxea pila cadit, magnis quam mollibus ante Constructam jactunt ponto.*

83 Cujac. *l. 50. T. de adquir. rer. dom.*

84 Et ita restringe *l. 4. T. de ver. divis.*

85 Nocere poterit. 86 *Al.* noxæ. 87 *l. 42. T. de procurat.* 88 *Al.* demoliri.

89 *l. 2. §. 17. T. eod. l. 20. §. 10. T. de oper. novi.* 90 *V. l. 102. T. de regul. jur.* 91 Quod esse non debet, *l. 75. T. de judiciis.* de lusoriis actibus adde quæ scripsi ad *l. 14. J. de appellat.*

TIT. IX.

DE LOCO PUBLICO FRUENDO [1].

Interdictum. 1. Ratio Interdicti. 2. De conductore & ejus socio. 3. De lege locationis.

1. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor ait: QUOMINUS LOCO PUBLICO, QUEM IS, CUI LOCANDI [2] JUS FUERIT, FRUENDUM ALICUI LOCAVIT: EI, QUI CONDUXIT, SOCIOVE EJUS E LEGE LOCATIONIS FRUI LICEAT, VIM FIERI VETO. §. 1. Interdictum hoc publicæ utilitatis causa proponi palam est: tuetur enim vectigalia publica [3], dum prohiberi quis vim facere ei, qui id fruendum conduxit.

§. 2. Sed si simul veniant ad Interdictum movendum ipse, qui conduxerit, & socius ejus: magis est, ut ipse conductor præferatur. §. 3. Ait Prætor: *Quo minus è lege locationis frui liceat.* merito ait *è lege locationis*: ultra [4] legem enim, vel contra legem, non debet audiri, qui frui desiderat.

De imaginibus & statuis.

II. [5] PAULUS lib. V Sententiarum.

COncedi [6] solet [7], ut imagines & statuæ, quæ ornamenta Reipublicæ sunt futuræ, in publicum [8] ponantur.

TIT.

1 A publicano scil. conducto.

2 Publicano fc.

3 Quæ favorem meretur. *l. un. §. 7. J. ut in. flumin. pub.*

4 *l. 2. T. fi ager vectig.*

5 Hanc Legem fugitivam, esse scribit Pithœus; notat. *Mascic. in fin.* non video tamen minus idoneo loco positam esse, ut a nobis infra dicetur.

6 Alias, publicanus habiturus est, quod conqueratur. 7 A Principe scil. est enim permissu Principis opus ex Edicto Claudii, quod refert Dion, 58. nisi quis publicum opus ædificet vel reficiat.

8 *In* publico.

TIT. X.

DE VIA[1] PUBLICA, ET SI QUID IN EA FACTUM ESSE DICATUR.

De complanatione viarum. De fluminibus. De pontibus. 1. De parietibus privatis. 2. Ne via perfodiantur, vel obruantur. 3. Sed reparentur. 4. Si quid ante officinas proponatur. 5. De rixis. De his, quæ in viam projiciuntur.

Ex[2] lib. singul. PAPINIANI de[3] officio Ædilium.

ÆDiles[4] studeant, ut quæ secundum civitates sunt viæ, adæquentur, & effluxiones non noceant domibus, & pontes fiant, ubicunque oportet. §. 1. Studeant etiam, ne eorum aut aliorum parietes, etiam domorum qui ad viam ducunt, sint caduci: sed ut oportet, emundent domini domorum, & construant. Si autem non emundaverint, neque construxerint, multent eos, quousque firmos effecerint. §. 2. Curent autem, ut nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. † Si autem servus quidem fuerit, ab obviante fustigetur: si liber, demonstretur Ædilibus: Ædiles autem multent secundum Legem, & quod factum est, dissolvant[5]. §. 3. Construat autem vias publicas unusquisque secundum propriam domum, & aquæductus purget, qui sub dio sunt, [id est, cœlo libero], & construat ita, ut non prohibeatur vehiculum transire. † Quicunque autem mercede habitant, si non construat dominus, ipsi construentes computent[6] dispendium[7] in mercedem[8].

§. 4. Studeant[9] autem, ut ante officinas nihil [projectum sit, vel] propositum, præterquam si fullo[10] vestimenta siccet, aut faber currus exterius ponat. Ponant autem & hi, ut non prohibeant vehiculum ire. §. 5. Non permittant autem rixari in viis, neque stercora[11] projicere, neque morticina[12], neque pelles jacere.

1 58 *Eclog.* 3.

4 Hanc Legem emendata in multis l'isina translatione, sic interpretari cogor. 3 ἐκ τῶν Α'γορανομικῶν μαθημάτων τοῦ Παπινιανοῦ.

4 Of ἀγορανόμοι, differunt ab ἀγορανόμοις. Ab ædilibus coërcebatur vendantium rabies. Hieron. *ad Rusticum monachum de vivendi forma.* Hinc Apuleius 1. Annonam curamus & ædilem gerimus. ἀγορανόμοι curant, ut in urbe munda sint omnia; ideoque Ulpian. *In Oratione contra Timocratem*, ἵνα οἱ ἀγορανόμοι ὁ ἐπιστάτης τῶν ὡρῶν τῆς ἀγορᾶς, ἀγοράζωσι ἢ ὁ ἐπὶ τοῦ ἄστεως καθαίρων τὴν πόλιν ἀσχολήσωσι. vid. Cujac. ad *l.* 1. ff. *de excusat. fol.* 193.

5 Vide quæ notavi ad *l.* 55. §. 1. ff. *locat.* 6 Impensam. 7 Quam debent locatori.

8 Vide *Eclog. ex tit.* 8. *cap.* 12. 9 Vide quæ de fullonibus scripsi ad *l.* 2. ff. *de conditi. sine caus.* 10 Κναφεῦ, quo vocabulo etiam intellige fimum, sterquilinia. 11 Νεκρὰ, morticinia, quæ per se mortua, non mactata animalia. Varro 6 *de lingua.* Inde in aliquot sacris, & sacellis scriptum habemus, ne quid scorteum adhibeatur: ideo ne morticinium quid adsit. *Idem lib.* 2 *de re rust.* 9. (huc etiam refer quod legimus περὶ ασυκτῶν, de suffocato, *Aëtor.* 15. *num.* 20. & 29.) morticinæ ovis non patiuntur vesci carne. *Idem* 3 *de re rust. in fin.* Quid interest, utrum morticinas editis volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam? Morticinus autem convicium erat in exanguis faciei homines. Plautus *in Persa: Non Hercle, si ex pereidarim tibi, mœuam, morticine.* Græci vocant ἀναιμάτους, ἀναιμελεκτὰς. Plutarchus νεκρώδης. Hinc cadaverosa facies Terentio, Latini cereritos & cerritos etiam appellant. vide Joseph. Scalig. in 6 *Varron. de lingua.* Senec. *epist.* 123. Non speciosior est illis, quam morbo pallentibus color est: languidi & evanidi albent, & in vivis caro morticina est.

TIT. XI.

DE VIA PUBLICA[1] ET ITINERE PUBLICO REFICIENDO.

Interdictum. 1. De apertione, purgatione, refectione. 3. De tempore hujus Interdicti. Quibus & in quos competit. De condemnatione in id, quod interest.

1 ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor[2] ait: QUOMINUS ILLI VIAM PUBLICAM ITERVE PUBLICUM APERIRE, REFICERE LICEAT, DUM NE EA VIA, IDVE ITER DETERIUS FIAT; VIM FIERI VETO. §. 1. *Viam aperire* est, ad veterem[3] altitudinem latitudinemque restituere. Sed & purgare refectionis portio[4] est. † *Purgari* autem proprie dicitur ad libramentum[5] proprium redigere, sublato eo quod super eam esset. Reficit[6] enim, & qui aperit & qui purgat, & omnes omnino, qui in pristinum statum reducunt. §. 2. Si quis in specie refectionis[7] deteriorem viam facit, impune vim patietur: propter quod neque latiorem, neque longiorem, neque altiorem, neque humiliorem viam sub nomine refectionis is, qui interdicit, potest facere, vel in viam terrenam[8] glaream[9] injicere, aut sternere viam lapide[10], quæ terrena sit, [11] vel contra, lapide stratam terrenam facere. §. 3. Interdictum hoc perpetuo[12] dabitur, & omnibus, & in omnes. & habet condemnationem in id, quod actoris interierit.

1 De via publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & de ea ex Edicto ædilium curulium à singulis reficienda. *Hal.* Quod extat 58 *Eclog.* 3. *fol.* 494. περὶ τῶν δημοσίας τε καὶ ἀγορανομικῆς, καὶ ἰδιωτικῆς καὶ πλατείας, huc non pertinet, sed quod legitur 58. *tit.* 8. *c.* 4. & 6. *c.* 2. *in fin.*

2 *l.* 2. ff. *ne quid in loco publico.*

3 Sic qui domum renovat, excedere non debet τὰ ἀρχαῖον σχῆμα. 58 *Eclog. ex tit.* 11. *cap.* 10. veterem faciem & formam.

4 Qui purgat, reficere videtur.

5 Id est, æquamentum. Galli *nivellement.*

6 *l.* 3. §. 15. ff. *de itinere.*

7 Ita corrupte legitur, ff. *eod.* ut & reficio in *l.* 2. §. 22. ff. *ne quid in loco publico.* *l. unic.* §. 2. ff. *de ripa.* Refectionis, *Hal.* ἀνακαινίσεως. *Eclog. ex tit.* 8. *c.* 12. *in fin.* renovationis.

8 Glarea terrena. est & alia saxosa. Columella 6. *cap.* 23. Stabula sunt optima, saxo & glarea strata, non incommoda etiam fabulosa. Illa quod imbres respuant, hæc quod celeriter sorbeant transmittantque. Quæ cum ita esse constet ex Columella, miror cur terrenam glaream à via moveri prohibent: adducor itaque, ista non tam prohiberi materiæ quam quantitatis & situs ratione. Nam & Columella proxime addit, utraque, inquit, devexa sint, ut humorem effundant. 9 *l.* 11. *in fin.* ff. *de aqua & aquæ pluv.* 10 *l.* 17. §. 1. ff. *de aqua & aquæ pluv.* 11 Paucis ita Græci rem explicant, ἀδὲ ῥαῶσιν λίθῳ, ἢ ὑποστρώσας. *Eclog. ibid.* 12 Δημοσίᾳ ἐστὶ, ἢ δημόσιον. *Eclog. ibid.* 13 Etiam longissimo tempore. 14 Eadem negativa legitur ab Haloandro. extat etiam in *Eclog. ibid. c.* 13. 15 Actio viæ receptæ.

TIT. XII.

DE FLUMINIBUS[1], NE QUID IN FLUMINE [PUBLICO], RIPAVE EJUS FIAT, QUO PEJUS NAVIGETUR.

Interdictum prohibitorium. 1. Differentia fluminis & rivi. 2. De fluminе perenni, vel torrente. 3. Publico vel privato. 5. Definitio ripæ. 6. De insula. 7. De alveo. 8. De fossa. 9. De inundatione. 10. De eo, quod annus circumit. De flumine vel alio loco privato. 11. De eo, quod fit in aqua, vel extra aquam. 12. De flumine navigabili, vel non navigabili. De deterioratione. 16. De exceptione. 17. De mari. 18. De flumine non navigabili. 19. Interdictum restitutorium. 20. Collatio hujus cum superiore Interdicto. 21. Summa. 22. De eo, qui fecit, immisit, aut factum immissum habet.

1 ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

AIt Prætor: NE QUID IN FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS FACIAS, NE QUID IN FLUMINE PUBLICO[2] NEVE IN RIPA EJUS IMMITTAS[3], QUO STATIO[3] ITERVE NAVIGIO DETERIOR SIT, FIAT. §. 1. Flumen à rivo magnitudine[4] discernendum est, aut existimatione[5] circumcolentium.

§. 2. Item fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. perenne est, quod semper fluat ἀενάως torrens, ὁ χειμάῤῥους, id est, *hyeme fluens*[6]. † Si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioquin perenne[7] fluebat: non ideo minus perenne est.

§. 3. Fluminum quædam publica sunt, quædam non. Publicum flumen esse Cassius definit, quod perenne[8] sit 9. Hæc sententia Cassii quam [&] Celsus probat, videtur esse probabilis. §. 4. Hoc Interdictum ad flumina publica pertinet: si autem flumen privatum sit, ecssabit Interdictum: nihil enim differt à cæteris locis privatis flumen privatum.

§. 5. Ripa[10] autem ita recte definietur, id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. Cæterum si quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excrevit: ripas non mutat. Nemo denique dixit, Nilum[11], qui incremento suo[12] Ægyptum operit[13], ripas suas[14] mutare vel ampliare. Nam cum ad perpetuam sui mensuram redierit, ripæ alvei ejus muniendæ[15] sunt. † Si tamen naturaliter creverit, ut perpetuum[16] incrementum nanctus sit vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione: dubio procul dicendum est, ripas quoque eum mutasse: quemadmodum[17] si alveo mutato, alia[18] cœpit currere. §. 6. Si insula[19] in publico flumine fuerit nata, inque ea aliquid fiat, non videtur in publico fieri[20]: illa enim insula aut occupantis est, si limitati[21] agri fuerunt: aut ejus[22], cujus ripam contingit, aut si in medio alveo nata est, eorum [est,] qui prope utrasque ripas possident. §. 7. Simili modo & si flumen alveum suum reliquit[23], & alia fluere cœperit, quidquid in veteri alveo factum est, ad hoc Interdictum non pertinet: non enim in flumine publico factum erit, quod est utriusque vicini. aut, si limitatus est ager, occupantis alveus fiet: certe desinit esse publicus. Ille etiam alveus, quem sibi flumen fecit, etsi privatus ante fuit, incipit[24] tamen esse publicus: quia impossibile est, ut alveus fluminis publici[25] non sit publicus. §. 8. Si fossa manu facta sit, per quam fluit publicum flumen, nihilominus publica fit; & ideo, si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur.

§. 9. Aliter, atque si flumen aliquam terram inundaverit, non alveum sibi fecerit: tunc enim non fit publicum, quod aqua opertum est. §. 10. Item si amnis[26] aliquid circumeat, sciendum est, ejus manere, cujus fuit. si quid igitur illic factum est, non est factum in publico flumine. nec pertinet ad hoc Interdictum, si quid in privato factum sit; ne quidem si in privato flumine fiat: nam quod fit in privato flumine, perinde[27] est, atque si in alio privato loco fiat. §. 11. In flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat: nam si quid extra factum sit, non est in flumine factum: & [28] quod in ripa fiat, non videtur in flumine factum. §. 12. Non autem omne, quod in flumine publico ripave fit, coërcet Prætor: sed [29] si quid fiat, quo deterior statio[30] & navigatio fiat. † Ergo hoc[31] Interdictum ad ea tantum flumina [publica] pertinet, quæ sunt navigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo scribit, non esse iniquum, etiam, si quid in eo flumine, quod navigabile non sit, fiat, ut evaresçat, vel aquæ cursus impediatur, utile[32] Interdictum competere: ne vis ei fiat, quominus id opus, quod in alveo fluminis ripave ita factum sit ut iter, cursus fluminis, deterior sit, fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere viri boni arbitratu possit.

§. 13. *Strationem*[33] dicimus à statuendo[34]: is igitur locus demonstratur, ubicunque naves tuto stare possunt. §. 14. Ait Prætor, *iterque*[35] *navigii*[36] *deterius*[37] *fiat.* hoc pro navigatione positum est: imo navigium solemus dicere etiam ipsam navem. † Iter ergo[38] navigio potest & sic accipi, iter navi deterius fiat. † *Navigii* appellatione etiam rates continentur: quia plerunque, & ratium usus necessarius est. Si [39] pedestre iter impediatur, non ideo minus iter navigio deterius fit. §. 15. Deterior[40] statio itemque iter navigio fieri videtur, si usus ejus corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor vel rarior, aut si in totum auferatur. Proinde, sive derivetur aqua, ut exiguior facta, minus sit navigabilis; vel si dilatetur, aut [41] diffusa, brevem [42] aquam faciat; vel contra

1 Περὶ ποταμῶν, ἢ τῆς ὄχθης αὐτῶν, ἢ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ φυομένων, νόμοι. 58 *Eclog.* 16.

2 Tribus constant flumina, alveo, aqua, & ripis.

3 V. §. 18. ff. *eod.* 4 Quantitate, non essentia.

5 *Eclog. ibid.*

6 Subitis imbribus exortus, & celeritate exæstuans: quamvis ipsa aqua quæ fluit, recte flumen dicatur, teste Ælio Gallo *lib.* 2 *eorum, quæ ad jus pertinent.* Vulgi consuetudine & perenne flumen, & torrentem, flumen dici posse notat Festus; hisque convenit *Lex* 2. §. 9. ff. *de aqua & aquæ pluv.* Dicitur torrens Latinis, quod ejus aqua siccitate torrescit. hinc Pacuvius: Flameo vapore torrens torrentur. atque ita Latini ab æstate, & tempore, quo siccatur; Græci ab hyeme, & tempore, quo succrescit, nomen derivarunt. Isidor. 14 *orig.* 12.

7 Id est, aliis annis, seu sæpius.

8 Perenne est, quod per omnes annos durat.

9 Hinc sequitur, ut quia omnia perenne flumina perpetuo fluant, omnia etiam sine publica. *l.* 4. *in fin.* ff. *de rerum divis.*

10 Dic apertius, Ripa, naturali cursu fluminis definitur: non quæ imbribus, vel mari, vel qua alia ratione creverit. 58 *Eclog.* 16. *cap. unic.*

11 Qui Homero Ægyptus, ita dictus, quod secum trahat νίαν ὕδω, novam terram, Isidor. 14 *orig.* 2. vel à νίω, quod est fluo, *Pherecydi.* De Nilo adde *l.* 2. *C. de alluvionib.* & *C. tit. de Nili aggeribus non rumpendis.*

12 Quod contingit ἐν τῷ Διὶ. 58 *Eclog.* 16. *cap. unic.* seu, ut refert Ammianus, 22, cum Sol per Cancrum sydus cœpit vehi: augescit vero adusque transitum ejus in Libram. Porro de ejus incremento varia referuntur, Herodotum 1. Diodorum Siculum 1. *cap.* 34. Ammianum 22. adde Eusebium 4 *de vita Constantini*, 25. Rufinum 2. *cap.* 30. Sozomenum 7. *c.* 20. Zonaram *in Severo.* Senec. 1 *Natur. qu. c.* 1. & *seq.* 1. Tibull. *eleg.* 8.

13 De Nilo hoc fertur, uno & eodem defluxu rigare (ad instar horti, *Deuter.* 11.) & ferere Ægyptum, nisi si decimum cubitum excedat, aut si parcior sit solito: alias septungesimum augmentum reddit. Amm. *an.* 22. Hinc συλοφιτεῖαν τὴν τοῦ ὕδατος μίστου, Suidas in ὑδάω.

14 De ejus aggeribus, vide *l. unic. C. de Nili aggeribus.* & *C. Theod.* 9. *tit.* 32. adde *l.* 7. *in fin.* ff. *de extraord. criminib.* 15 Vid. *C. de Nili aggeribus.* 16 Perpetuæ dignitatis ademptione quemque statum suum mutare, hinc colligitur: qui statum alius mutasse non diceretur, si temporalem tantum dignitatem fuisset adsecutus. 17 *Sub.* mutaret ripas. 18 Id est, per alium locum.

19 *l.* 7. §. 3. ff. *de adq. rer. dom.* 20 Quid hinc sequitur? huic Interdicto in hac specie locum non esse. 21 Vide quæ notavi ad *l.* 16. ff. *de adq. rer. dom.* 22 *Sub.* si agri non limitati.

23 *d. l.* 7. §. 5. 24 *l.* 10. ff. *de rer. divis.* 25 Alveus fluminis publici publicus est.

26 §. 22. *Inst. de rer. divis.* 27 §. 4. ff. *eod.* 28 Statutum pœnale prohibens, ne quid in flumine fiat, locum non habet, si fiat in ripa. Ideoque factum optimum est, ut in statuto de fluminibus riparum fiat mentio: alioquin fluminum appellatione ripa non continetur. 29 Adde *l.* 10. *C. de SS. Eccles.* 30 De qua vide §. 13. ff. *eod.* 31 *Sub.* directum. Nam de utili mox subjicitur. unde notant, generales enunciationes subsequentibus, aut subsequenti ratione coërceri, seu restringi, *ut hic.* & *l. si is qui* 27. ff. *de adq. poss. l. ita.* 5. ff. *de administr. tutor. l.* 4. *C. de testib.*

32 Quod à directo diversum esse ante diximus. 33 *in pr.* ff. *eod* §. 12. ff. *eod.* adde *l.* 59. ff. *de verb. signif.* 34 Statio à stationdo aut potius à stando; mox enim sequitur *stare possint.*

35 Vide *versiculum*, Iter. ff. *eod.* 36 Vide *vers. navigii.* 37 V. §. 15. ff. *eod.* 38 Iter navigio deterius fieri qui vetat, vetat iter navi deterius fieri: quippe navigium, qui ita loquitur, pro navi accipit. 39 Hoc Interdictum locum habet, sive iter navigabile, sive iter pedestre fiat deterius. 40 *l.* 2. §. 32. ff. *ne quid in loco publico.* Deterius iter facit, qui corrumpit, qui difficilius, minus, rarius facit, aut qui in totum tollit. 41 Ut diffusa. *Hal.* 42 Brevis aqua, non alta. Nam diffusa aqua fit brevior, ut coangustata altior: brevior aqua levius fluit, coangustata, rapidius, *ut hic.*

tra ſic coanguſtetur, & [43] rapidius flumen faciat: vel ſi quid aliud fiat, quod navigationem incommodet, difficiliorem faciat, vel prorſus impediat: Interdicto locus erit. §. 16. Labeo ſcribit, non eſſe dandam exceptionem [44] ei, qui Interdicto convenitur, *Aut niſi ripa tuenda cauſa factum ſit:* ſed ita [45] excipiendum ait, *extra quam, ſi quid ita factum ſit, uti de [46] Lege fieri licuit.* §. 17. Si in mari aliquid fiat, Labeo ait, competere [47] tale Interdictum: *Ne quid in mari, inve littore, quo portus, ſtatio, iter ve navigio deterius fiat.*

§. 18. Sed & ſi in flumine publico non tamen navigabili fiat [48], idem putat [49]. §. 19. Deinde [50] ait Prætor: QUOD IN FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS FIAT, SIVE QUID IN ID FLUMEN RIPAMVE EJUS IMMISSUM HABES, QUO STATIO ITERVE NAVIGIO DETERIOR SIT, FIAT: RESTITUAS. §. 20. Superius [51] Interdictum prohibitorium eſt, hoc reſtitutorium, ad eandem cauſam pertinens. §. 21. Jubetur autem is, qui factum vel immiſſum habet, reſtituere, quod habet: ſi modo id, quod habet, ſtationem vel navigium deterius faciat. §. 22. Hæc verba, *Factum habes, vel immiſſum [52] habes*, oſtendunt, non eum teneri, qui fecit vel immiſit: ſed qui factum, immiſſum habet [53]. Denique Labeo ſcribit, ſi auctor [54] tuus aquam derivaverit [55], & hoc Interdicto [56]: ſi ea [57] tu utaris.

De aqua ex flumine publico ducenda.

II. POMPONIUS [lib. XXXIV ad Sabinum].

QUo [58] minus ex publico flumine [59] ducatur [60] aqua, nihil impedit, niſi [61] Imperator aut Senatus veret: ſi modo ea aqua in uſu publico non erit. ſed ſi [62] aut navigabile eſt, aut ex [63] eo aliud navigabile fit: non permittitur id facere.

De jure fluminum & riparum. 1. Definitio ripæ. 2. De jure locorum ſecundum ripas.

III. PAULUS [lib. XVI ad Sabinum].

FLumina publica [64], quæ fluunt, ripæque eorum publicæ ſunt.

§. 1. Ripa ea putatur eſſe, quæ pleniſſimum flumen continet.

§. 2. Secundum ripas fluminum loca non [65] omnia publica ſunt, cum ripæ cedant, ex quo primum à plano vergere incipit uſque ad aquam.

De ponte.

IV. SCÆVOLA [lib. V Reſponſorum].

QUæſitum eſt, an is, qui in utraque ripa fluminis publici domus habeat, pontem [66] privati juris facere poteſt? Reſpondit, non poſſe.

43 Ut rapidius. *Mol.* quæ lectio eſt aperta. In ſumma hæc opera improbantur, ſupra modum derivare, dilatare, coanguſtare.

44 Adde *l.* 1. §. 6. *T. ſtat. prox.*

45 Excipiendi forma notanda. Hinc notant, Exceptiones ineptas rejiciendas eſſe: non eſt autem inepta, quæ generalis eſt, *ut hic.* aliud enim eſt inepta, & generalis exceptio. vide Alberic. *hic.*

46 Id eſt, ex lege, ſeu legis permiſſione.

47 Imo non competit, cum is, qui in mari ædificet, ædificium ſuum faciat. *l.* 1. §. 18. *T. de oper. nov. nunc.*

48 *Subaudi*, id, quo curſus aquæ impediatur.

49 *Subaudi*, dum tamen fiat aliud navigabile. *l.* 2. *T. eod.*

50 Pars hujus tituli ſecunda: in qua agitur de Interdicto reſtitutorio.

51 Adde *l.* 2. §. 35. 36. *T. ne quid in loco publ.*

52 *Subaudi*, ab alio.

53 Seu patitur: ſunt enim hæc paria. *l.* 18. *T. mandati.*

54 Id eſt, venditor.

55 Id eſt, opus ad derivandam aquam fecerit, ut ea derivatione, uſus publici fluminis impediretur. 56 Teneri, ſcil. 57 Aquæ derivatione per opus ab auctore tuo factum. 58 Vide Ripenſem ad hanc legem. 59 Non navigabili. 60 *Subaudi*, ad molam, vel irrigandum, dum ne impediatur aquæ curſus. *l.* 1. §. 12. *verſ. ſed Labeo. §. ſi in mari. T. eod.* 61 *l.* 18. *in fin. T. de aqua pluv.*

62 Flumina navigabilia, vel ex quibus alia fiunt navigabilia, Imperii, hoc eſt, Imperatoris, ſeu ſummi Principis ſunt: In hujuſmodi fluminibus ſinè licentia Principis vel ſenatus nihil debet fieri, nec aqua inde duci. vide *l. litora. 3. T. ne quid in loco publ.* & in *feudis. tit. quæ ſint regalia.* unde rurſus colligitur, Imperatorem poſſe in hujuſmodi fluminibus vectigal imponere. 63 Id eſt, per immediatam ejus adjunctionem. 64 *l.* 4. *l.* 5. *T. de rerum diviſ.* §. 2. *Inſt. de rerum diviſ.*

65 Hanc negativam diſpungit Cujac. 14 *obſ.* 11. *in fin.* 66 *l.* 2. §. 33. *T. ne quid in loco publico.*

TIT. XIII.

NE QUID IN FLUMINE PUBLICO FIAT, QUO ALITER AQUA FLUAT, ATQUE UTI PRIORE ÆSTATE FLUXIT.

Interdictum prohibitorium. 1. Ratio Interdicti. 2. Ad quæ flumina pertinet. 3. De fluxu aquæ. De damno accolis contingente. 4. De rivo aperto vel tecto. 5. De incili. De mutatione alvei. 6. Si quis ripæ muniendæ, 7. Vel agri ſui tuendi cauſa faciat. 8. De fluxu aquæ. De æſtate & hyeme. 9. Quibus & in quos Interdictum competit. 10. Interdictum reſtitutorium. 12. Collatio hujus cum ſuperiore Interdicto. 13. De eo, qui dolo fecit, quominus haberet.

I. ULPIANUS [lib. LXVIII ad Edictum].

AIt Prætor, IN FLUMINE PUBLICO [1] INVE RIPA EJUS FACERE, AUT IN ID FLUMEN RIPAMVE EJUS IMMITTERE, QUO [2] ALITER AQUA FLUAT, QUAM PRIORE ÆSTATE [3] FLUXIT, VETO. §. 1. Hoc Interdicto proſpexit Prætor, ne derivationibus minus [4] conceſſis, flumina excreſcant [5], vel mutatus alveus vicinis injuriam aliquam adferat. §. 2. Pertinet autem ad flumina publica, ſive [6] navigabilia ſunt, ſive non ſunt. §. 3. Ait Prætor, *Quo aliter aqua fluat, quam priore æſtate fluxit:* non omnis ergo, qui immiſit vel qui fecit, tenetur; ſed qui faciendo vel immittendo efficit aliter, quam priore æſtate fluxit, aquam fluere. † Quod autem ait, *aliter fluat*, non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, ſed ad modum, & ad rigorem [7] curſus aquæ referendum eſt. Et generaliter dicendum eſt, ita demum Interdicto quem teneri, ſi mutetur aquæ curſus per hoc, quod factum eſt, dum vel depreſſior vel arctior [8] fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit cum incommodo accolentium. Et ſi quod aliud vitii accolæ ex facto ejus, qui convenitur, ſentient, Interdicto locus erit.

§. 4. Si quis ex rivo tecto [9] per apertum ducere velit, vel contra qui ante aperto duxit, nunc operto velit: Interdicto teneri placuit, ſi modo hoc factum ejus incommodum circa colentibus adferat. §. 5. Simili modo, & ſi incile [10] ducat, aut alio loco fiat [11], aut ſi alveum fluminis mutet: hoc Interdicto tenebitur.

§. 6. Sunt qui putent, excipiendum hoc Interdicto: *Quod ejus ripæ muniendæ cauſa non fiet.* ſcilicet ut ſi quid fiat, quo aliter aqua fluat, ſi tamen muniendæ ripæ cauſa fiat, Interdicto locus non ſit: ſed nec hoc quibuſdam placet, neque [12] enim ripæ cum incommodo accolentium muniendæ ſunt. hoc tamen jure utimur, ut Prætor ex cauſa æſtimet, an hanc exceptionem [13] dare debeat: plerunque enim utilitas ſuadet exceptionem iſtam dari. §. 7. Sed & ſi alia utilitas verſatur ejus, qui quid in flumine publico fecit [14]; pone enim grande damnum flumen ei dare ſolitum, prædia ejus depopulari: ſi forte aggeres vel quam aliam munitionem adhibuit, ut agrum ſuum tueretur, eaque res curſum fluminis ad aliquid immutavit, cur ei non conſulatur? Pleroſque ſcio proſſus flumina avertiſſe, alveoſque mutaſſe, dum prædiis ſuis conſulunt: oportet enim in hujuſmodi rebus utilitatem & turelam facientis ſpectari, ſine [15] injuria utique accolarum. §. 8. Is autem hoc Interdicto tenetur, *qui aliter fecit fluere, quam priore æſtate fluxit.* Et idcirco aiunt Prætorem priorem æſtatem comprehendiſſe, quia ſemper certior eſt [16] naturalis curſus fluminum æſtate potius, quam hyeme. Nec ad inſtantem æſtatem, ſed ad priorem Interdictum hoc refertur: quia illius æſtatis fluxus indubitator eſt. † Æſtas [17] ad æquinoctium autumnale refertur. Et ſi forte æſtate interdicetur, proxima ſuperior æſtas erit intuenda: ſi vero hyeme, tunc non proxima hyeme æſtas ſed ſuperior erit inſpicienda. §. 9. Hoc Interdicto cuivis ex populo competit, ſed non adverſus omnes, verum adverſus eum, qui [18] deneget, ut aliter aqua flueret, cum jus non haberet. §. 10. Hoc Interdictum & in heredes [19] competit. §. 11. Deinde ait Prætor: QUOD IN FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS FACTUM, SIVE QUID IN FLUMEN RIPAMVE EJUS IMMISSUM HABES [20], SI OB ID ALITER AQUA FLUIT, ATQUE [UTI] PRIORE ÆSTATE FLUXIT: RESTITUAS [21].

§. 12. Hoc Interdictum reſtitutorium proponitur: ſuperius [22] enim prohibitorium eſt, & pertinet ad ea, quæ nondum facta ſunt. Si quid igitur jam factum eſt, per hoc Interdictum reſtituetur: ſi quid ne fiat, proſpicitur, ſuperiore Interdicto erit utendum: & ſi quid, poſt Interdictum [23] redditum fuerit factum, coërcebitur [24]. §. 13. In hoc Interdicto [25] reſtitutorio non eſt iniquum (ut Labeo ait) venire etiam, quod dolo factum eſt, quominus haberes.

1 V. §. 2. *T.*
2 V. §. 3. *T. eod.*
3 V. §. 8. *T. eod.*
4 *Al.* nimis.
5 Exareſcant. *Hal.* Florentina mihi placet. ſenſus eſt: Niſi interdum privatis permittantur derivationes ex flumine, futurum eſt, ut flumina exareſcant, & mutetur alveus cum incommodo vicinorum: id autem in fluviis, quorum alveus ripis anguſtatur, expedit, *l.* 1. §. 15. *T. titul. prox.* ſi tamen Haloandri lectionem retinueris, ſenſus fuerit, ideo prohiberi quid in flumine publico fieri, ne derivationibus nimiis conceſſis flumina exareſcant, vel mutatus alveus vicinis injuriam afferat.
6 Flumen non fit publicum ſola navigandi utilitate. Nam flumen publicum eſſe poteſt, & tamen non navigabile.
7 Rigor curſus aquæ, rectus curſus aquæ: ſic ſtillicidii rigor, id eſt, rectus ſtillicidii fluxus. *l. ult. in fin. T. de ſervit. urban.*
8 Altior. *Halo.* Florentina tolerari poteſt: nec enim arcte aqua coneludi poteſt, quin preſſior fiat, ſeu altior, & ita rapidior. adde *l.* 1. §. 15. *T. tit. prox.* niſi ſi vocabulo *arctior*, intelligas augmentum aquæ, *depreſſion* diminutionem. notum eſt enim deprimere, & augere, eſſe contraria. Auctor ad *Heren.* 3: In his erat cauſa adaugenda vel deprimenda. 9 Adde *l.* 1. §. 2. *T. de via publica.* 10 Incile foſſa ad derivandam aquam. *Feſtus.* adde *l.* 1. §. 5. *T. de rivis.* 11 *Al.* faciat. 12 Ripæ muniri non debent cum incommodo accolentium. 13 Adde *l.* 1. §. 16. *T. de fluminib.* 14 *Subaudi*, ut aqua aliter fluat, quam priori æſtate fluxit. 15 §. 3. *T. eod.*

16 Æſtatis tempus certius eſt quam hyemis.
17 Æſtas ad æquinoctium autumnale refertur, *ut hic.* ſic à vernio incipit. *l.* 1. §. 32 *T. de aqua quotid.*
18 Qui adegit, *vulgat. Ital.*
19 Quomodo in heredes competit? Pone heredes velle perficere id, quod defunctus facere inſtituerat, vel deſtinarat ad aquam avertendam.
20 Vide §. 13. *T. eod.*
21 Vide §. 12. *T. eod.*
22 De quo *in pr. T. eod.*
23 *Subaudi*, ne quid fiat in flumine publico.

24 An hoc Interdicto reſtitutorio? An potius officio judicis? 25 Ut & in omnibus hujuſmodi cauſis.

TIT. XIV.

UT IN FLUMINE [1] PUBLICO NAVIGARE LICEAT.

Interdictum. 1. Summa & ratio Interdicti. 2. De fluminibus, lacubus, foſſis, ſtagni privatis. 3. Definitio lacus, 4. Stagni, 5. Foſſæ. 6. De heredum jure. 7. De publicano. 8. De pecoris ad aquam appulſu.

I. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor ait, QUOMINUS ILLI IN FLUMINE PUBLICO NAVEM [2], RATEM AGERE, QUOVE MINUS PER RIPAM ONERARE, EXONERARE LICEAT: VIM FIERI VETO. ITEM, UT PER LACUM [3], FOSSAM [4], STAGNUM [5] PUBLICUM NAVIGARE LICEAT, INTERDICAM. § 1. Hoc Interdicto proſpicitur, ne quis in flumine publico navigare prohibeatur. ſicuti [6] enim ei, qui via publica uti prohibeatur, Interdictum ſupra propoſitum eſt: ita hoc quoque proponendum Prætor putavit. §. 2. Si privata ſunt ſuprafcripta, Interdictum ceſſat. §. 3. Lacus [7] eſt, quod perpetuam habet aquam. §. 4. Stagnum eſt, quod temporalem contineat aquam ibidem ſtagnantem [8], quæ quidem aqua plerunque hieme cogitur. §. 5. Foſſa [eſt] receptaculum aquæ, manu facta [9]. §. 6. Poſſunt autem etiam hæc eſſe publica.

§. 7. Publicano plane, qui [10] lacum vel ſtagnum conduxit, ſi [11] piſcari prohibeatur, utile [12] Interdictum competere Sabinus conſentit: & ita Labeo. † Ergo & ſi à [13] municipibus conductum habeat, æquiſſimum erit ob vectigalis favorem Interdicto eum tueri. §. 8. Si quis velit Interdictum tale movere, ut locus deprimatur pecoris appellendi gratia, non debet audiri; & ita Mela ſcribit. † Idem ait tale Interdictum competere, ne cui vis fiat, quominus pecus ad flumen publicum ripamve fluminis publici appelleturi.

1 *l.* 2. §. 9. *T. ne quid in loco publico.*
2 *l.* 5. *T. de rer. diviſ.*
3 V. §. 3. *T. eod.*
4 V. §. 5 *T. eod.*
5 V. §. 4. *T. eod.*
6 Argumentum à via publica ad navigationem fluminum.
7 *l.* 112. *T. de verb. ſignific.* quaſi aquæ locus, ſi credimus Iſidor. 14 *origin.* 19. Lacuna, ubi aqua continenti coïit. Varro, 4 *de lingua.* De lacu Alphaltite, Tiberiadis, Genazar, Lucrino, & Averno, vide Iſidorum. Lucrini, Valerii, Salvii, Statoris meminit Feſtus, Lemani Cæſar 1 *de bello Gallico.*

8 Stagnat aqua, quæ non decurrit. Iſidor. *ibi l.* aliud etymon vide apud Feſtum, & Varronem 4 *de lingua.* ubi dixi: Stagnat Gloſſis, γωνοῖ ἢ λιμνάζει. 9 Manu factum. *Ital.* 10 Publicani lacus & ſtagna conducebant ex publico. 11 *l.* 1. *T. de loco publ.* 12 Cur? utile Interdictum de flumine utiliter extenditur ad lacus & ſtagna. 13 Cur? utile Interdictum hoc caſu datur. Interdictum directum eſt de flumine publico: quod utiliter extendi dixeris ad lacus & ſtagna municipum, ſeu municipiorum ob vectigalium favorem publicum.

TIT. XV.

DE RIPA [1] MUNIENDA.

Interdictum. 1. Ratio Interdicti. 2. De deterioratione navigationis. 3. De cautione, 6. Si ripæ, lacus, foſſæ, ſtagni muniendi ſint.

I. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

PRætor ait: QUOMINUS ILLI IN FLUMINE PUBLICO RIPAVE EJUS OPUS FACERE, RIPÆ AGRIVE, QUI CIRCA RIPAM EST, TUENDI CAUSA, LICEAT: DUM NE OB ID NAVIGATIO DETERIOR FIAT, SI TIBI DAMNI INFECTI IN ANNOS DECEM, VIRI BONI ARBITRATU, VEL CAUTUM [2] VEL SATISDATUM [3] EST, AUT PER ILLUM NON STAT, QUOMINUS VIRI BONI ARBITRATU CAVEATUR, VEL SATISDETUR. VIM FIERI VETO. §. 1. Ripas fluminum publicorum reficere, munire, utiliſſimum eſt. Sicuti igitur de via publica reficienda Interdictum propoſitum eſt [4], ita etiam de ripa fluminis munienda proponendum fuit. §. 2. Merito adjicit, *Dum ne ob id navigatio deterior fiat:* illa enim ſola refectio [5] toleranda eſt, quæ navigationi [6] non eſt impedimento. §. 3. Is autem, qui ripam vult munire, de damno futuro debet vel cavere 7 vel ſatisdare ſecundum qualitatem perſonæ [8]. Et hoc Interdicto expreſſum eſt, ut damni infecti in annos decem viri boni arbitratu vel caveatur, vel ſatisderur.

§. 4. Dabitur autem ſatis vicinis: ſed & his, qui trans flumen poſſidebunt. §. 5. Etenim curandum fuit, ut eis ante opus factum caveretur. Nam poſt opus factum, perſequendi hoc Interdicto nulla facultas ſupereſt, etiamſi quid damni poſtea datum fuerit: ſed Lege Aquilia experiendum eſt 9. §. 6. Illud notandum eſt, quod ripæ [10] lacus, foſſæ, ſtagni muniendi nihil Prætor hic cavit: ſed idem erit obſervandum, quod in ripa fluminis munienda.

1 *Subaudi*, publici fluminis. vide Aggenum Urbicum.
2 Cavet, quando nomine ſuo: ſatisdat vero, quando alieno.
3 *l.* 7. §. 2. *T. de damno.*
4 *l.* 1. *T. de via public.*
5 Refectio. vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 2. *T. de via publica.*
6 *Florent.* navigio. *S. L.*
7 Cavendi & ſatisdandi differentiam paulo ante retuli.
8 Ut in *l.* 8. §. 3. 4. *T. de operis novi. ſub.* cavenris: nec enim diſtinguitur ex parte accipientis.
9 Vel ejus loco quod de ripa fluminis munienda Edicto Prætoris conſtitutum eſt, id utiliter extendas ad ripam lacus, foſſæ, vel ſtagni.

in factum. *argum. l.* 17. *T. de ſervit. urban.* 10 Ita lego, *ripæ lacus*, &c. ut

TIT. XVI.

DE VI [1], ET [2] DE VI ARMATA [3].

Interdictum. 1. Ratio & ſumma. 2. Affinia remedia. 3. De vi. De poſſeſſione. De rebus ſoli, vel aliis rebus. 6. De rebus mobilibus. 7. De nave. 8. De ligneu adibus. 9. De poſſeſſione. 10. De donatione inter virum & uxorem.

1 Unde vi. VIII C. LV. V. & ita legendum eſſe indicat §. 6. *Inſt. de interd. l.* 2. §. *ult. T. de interd.* Paul. 5 *ſent* 5. §. 2. Qui in *Eclog. tit.* 17. legitur *lib.* 60. ad hunc locum non pertinet, ſed ad *tit. vi bonor. raptor.* Ad hunc locum pertinet *lib.* 10 *Eclog. ex tit.* 50 *vel* 51. his adde *c. redintegranda.* 3. *q.* 1. & *c. ſæpe contingit. de reſt. ſpol. & l.* 14. *C. de agricolis.* 2 Recte *unde vi, & de vi armata.* ſunt enim duo Interdicta. Illud quotidianum vim ſimpliciter: hoc perpetuum vim coactis hominibus coërcet. vide Cujac. 3 & 6 *obſ.* 4. Paul. 5 *ſent.* §. 4. de Interdicto vis armatæ agitur in *l.* 3. *T. eod.* 3 Dicitur & Interdictum de vi hominibus armatis. Cicer. 15 *epiſt. famil.* 16.

& uxorem. De colono. 11. *De eo, qui per se vel alium dejecit, cujusve familia dejecit.* 20. *De filiofamil. vel mercenario dejiciente.* 21. *De liberali causa.* 22. *Si u, per quem possidetur, dejectus fuerit.* 23. *De possessione.* 26. *Amissa vel non acquisita.* 27. *De vi repellenda.* 28. *Quo dicatur vi possidere.* 29. *De metu.* 30. *De eo, qui possidebat, dejecto.* 31. *De restitutione.* 32. *De rebus mobilibus restituendis.* 35. *De ædificio exusto.* 36. *Si dejiciens desiit possidere.* 37. *De loco, ubi dejectus res habuit.* 39. *De anno.* 40. *De fructibus,* 41. *Et cæteris utilitatibus.* 42. *Si u, qui dejecit, non possideat.* 43. *De patronis & parentibus.* 44. *De successoribus.* 45. *Si dejectus retineat possessionem per alios.* 46. *Si servi, per quos possidetur, aut expellantur, aut ab alio possideri incipiant.* 47. *De possessore vincto.* 48. *De successoribus.*

1. Ulpianus lib. lx[ix] ad Edictum.

Prætor ait, Unde tu illum vi dejecisti, aut familiam[5] tua dejecit: de eo, quæque ille[6] tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum de eo, quod ad eum, qui vi dejecit, pervenerit, judicium[8] dabo. §. 1. Hoc Interdictum proponitur ei, qui vi dejectus est: etenim fuit æquissimum, vi dejecto subvenire, propter quod ad reciperandam[9] possessionem Interdictum hoc proponitur. §. 2. Ne quid autem per vim admittatur, etiam Legibus Juliis[10] prospicitur publicorum & privatorum, necnon & Constitutionibus Principum. §. 3. Hoc Interdictum non ad omnem vim pertinet, verum ad eos[11], qui de possessione[12] dejiciuntur. † Ad solam autem atrocem vim pertinet hoc Interdictum. Et ad eos tantum[13], qui de solo dejiciuntur: utputa de fundo, sive ædificio. ad alium autem non pertinet. Et si quis de area dejectus sit, sine dubio Interdicto locus est. §. 4. Et generaliter ad omnes hoc pertinet Interdictum, qui de re solo cohærenti dejiciuntur: qualisqualis enim fuerit locus, unde quis vi dejectus est, Interdicto locus erit. §. 5. Proinde & si superficiaria insula fuerit, qua quis dejectus est, apparet Interdicto fore locum. §. 6. Illud utique in dubium non venit, Interdictum hoc ad res mobiles[14] non pertinere. Nam ex causa furti vel vi bonorum raptorum actio competit[15]: potest & ad exhibendum agi. † Plane si quæ res sint in fundo, vel in ædibus, unde quis dejectus est: etiam earum nomine Interdictum competere, non est ambigendum. §. 7. Si quis de nave vi dejectus est, hoc[16] Interdicto locus non[17] est[18]: argumento ejus, qui de vehiculo detractus est, quem nemo dixit Interdicto hoc uti posse.

§. 8. Plane si quis de ligneis ædibus[19] dejectus fuerit, nemo ambigit, Interdicto locum fore: quia qualequale sit, quod solo cohæreat, inde, qui vi dejectus est, habet Interdictum.

§. 9. Dejicitur is, qui possidet, sive civiliter[20] sive naturaliter possideat: nam & naturalis possessio ad hoc Interdictum pertinet.

§. 10. Denique & si maritus uxori donavit, eaque dejecta sit[21]: poterit Interdicto uti. non tamen, si colonus[22]. §. 11. Ait Prætor, *Dejecisti, aut familia dejecit*: merito familiæ mentio habita: nam cum *dejecisti* verbum refertur ad personam ejus, qui dejecit, nec pertinet ad eum, cujus familia dejecit (nec enim ego videor dejecisse, si familia mea dejecerit), consequens fuit addere, *aut familia tua dejecit*. §. 12. Dejecisse autem etiam is videtur, qui mandavit[23] vel jussit, ut aliquis dejiceretur: parvi enim referre visum est, suis manibus quis dejiciat, an vero per alium. Quare [&] si familia mea ex voluntate mea dejecerit, ego videor dejecisse. §. 13. Quoties verus procurator dejecerit, cum utrolibet eorum, id est, sive domino sive procuratore, agi posse Sabinus ait, & alterius nomine alteri[24] eximi: sic tamen, si ab altero eorum litis æstimatio fuerit præstita. non[25] enim excusatus est[26], qui jussu alicujus dejecit: non magis, quam si jussu alicujus occidit. Cum autem falsus est procurator, cum ipso tantum procuratore interdici debere. Sabini sententia vera est.

§. 14. Sed & si, quod alius dejecit, ratum[27] habuero: sunt, qui putent secundum Sabinum & Cassium, qui ratihabitionem[28] mandato comparant, me videri dejecisse, Interdictoque isto teneri: & hoc verum est. rectius enim dicitur, in maleficio ratihabitionem mandato[29] comparari. §. 15. Quod igitur additur, *aut familia*[30] *tua dejecit*, merito scriptum est in eum casum, in quem familia mea vi dejecit. † Cæterum si jussit[31], ipse dejecit: nec gravari debet dominus, qui non jussit, si servorum suorum factum præstaret, [&] si non jussu ejus dejecerunt. nam non gravabitur hoc nomine: quippe cum aut pervenit ad eum aliquid, & restitueret; aut non pervenit, & ipsos servos maleficii causa noxæ dedendo, indemnis erit[32]. quod[33] enim noxæ dedere compellitur, in damno debet reputare, cum servus hoc possit domini deteriorem conditionem facere. §. 16. Familiæ[34] autem appellatio servos[35] continet. §. 17. Sed quæritur, quem numerum servorum contineat: utrum plurium, an vero [&] duum vel trium? Sed verius est, in hoc Interdicto, etiam[36] si unus[37] servus vi dejecerit, familiam videri dejecisse. §. 18. *Familiæ* appellatione & [38] eos, quos[39] loco servorum habemus, contineri oportere[40] dicendum est. §. 19. Si quis tamen neget, se servum vel familiam defendere: cogendus est pati hoc Interdictum, ad hoc scilicet ut quod ad eum pervenit, restituat. §. 20. Si filiusfamilias vel mercenarius[41] vi dejecerit, utile Interdictum competit. §. 21. Si adversus eum, qui in libertatem ex servitute vel contra peritur, post inchoatum liberale judicium utar Interdicto, & liber judicatus fuerit, & apparuerit ignorante eo, à servis ejus vi me dejectum, in possessionem restituar. §. 22. Quod servus, vel procurator, vel colonus[42] tenent, dominus videtur[43] possidere: & ideo[44] his dejectis ipse dejici de possessione videtur, etiam[45] si ignoret eos dejectos, per quos possidebat. † Et si quis igitur alius, per quem possidebam, dejectus fuerit: mihi competere Interdictum, nemini dubium est. §. 23. Interdictum autem hoc nulli competit, nisi ei, qui tunc, cum dejiceretur, possidebat: nec alius dejici visus est, quam qui possidet[46].

§. 24. Sive autem corpore sive animo possidens quis dejectus est, palam est, eum vi dejectum videri. Idcircoque si quis de agro suo vel de domo processisset nemine suorum relicto, mox revertens, prohibitus[47] sit ingredi vel ipsum prædium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit[48], & ipse possederit, vi dejectus videatur: ademisti enim ei possessionem, quam animo retinebat, etsi non corpore. §. 25. Quod vulgo dicitur, *æstivorum hibernorumque*[49] *saltuum non possessiones animo retinere*: id exempli causa didici Proculum dicere: nam ex[50] omnibus prædiis, ex quibus non hac mente recedimus, ut omisisse possessionem vellemus, idem est. §. 26. Eum, qui neque animo neque corpore possidebat, ingredi autem & incipere possidere prohibeatur, non videri dejectum, verius est: dejicitur enim, qui amittit possessionem, non qui non accipitur. §. 27. Vim *vi[51] *repellere licere*[51]; Cassius scribit: idque jus *naturæ* comparatur. Apparet autem (inquit) ex eo, arma armis repellere licere[52]. §. 28. *Vi*[53] *possidere* eum desiniendum est, qui expulso vetere possessore, adquisitam per vim possessionem obtinet: aut qui in hoc ipsum aptatus & præparatus venit, ut contra bonos mores, auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, facit. Sed qui per vim possessionem suam retinuerit, Labeo ait, non vi possidere. §. 29. Idem Labeo ait, eum, qui metu turbæ[54] perterritus fugerit, videri dejectum. Sed Pomponius ait[55], vim sine[56] corporali vi locum non habere. † Ego, etiam eum, qui fugatus est supervenientibus quibusdam, si illi vi occupaverunt possessionem, videri vi dejectum.

§. 30. Qui à me vi *possidebat*, si[57] *ab alio*[58] dejiciatur, habet Interdictum. §. 31. Qui vi dejectus est, quidquid[59] damni censerit ob hoc, quod dejectus est, reciperare debet: pristina enim causa restitui debet, quam habiturus erat, si non fuisset dejectus.

§. 32. Si fundus, à quo vi expulsus sim, mihi restituatus esset, cæteræ vero res, quæ vi ablatæ sunt, non restituantur: hic dicendum est, Interdictum nihilominus tenere: quia verum est, vi esse dejectum. † Plane, si quis velit de possessione quidem rei soli per hoc Interdictum experiri, de rebus vero mobilibus[60] ad exhibendum actione, potest hoc suo arbitrio habere: & ita Julianus scribit. † Idem scribit, & si quis vi bonorum raptorum de hujusmodi rebus velit experiri. §. 33. Quod autem ait Prætor, *Quæque ibi habuit*, sic accipimus, ut omnes res contineantur, non solum quæ propriæ ipsius fuerunt, verum etiam si quæ apud eum depositæ, vel ei commodatæ, vel pigneratæ, quarumque usum, vel usumfructum, vel custodiam habuit, vel si quæ ei collocatæ[61] sunt: cum enim dicat Prætor, *habuit*, omnia hæc habendi verbo continentur. §. 34. Rectissime autem Prætor addidit, *Tunc ibi*[62] *habuit*: *tunc*, sic accipimus, cum dejiceretur. Et ideo, & si quid postea desiit illic esse, dicendum erit, in Interdictum venire. Sic fit, ut etiam si homines, vel pecora demortua sint post dejectionem, Interdicto locus sit. † Denique scribit Julianus eum qui vi dejecit ex eo prædio, in quo homines fuerant, propius esse, ut etiam sine[63] culpa ejus mortuis hominibus æstimationem eorum per Interdictum restituere debeat: sicuti fur hominis etiam[64] mortuo eo tenetur[65]. §. 35. Huic consequens esse ait, ut villæ quoque, & ædium incendio consumptarum pretium restituere cogatur: ubi enim quis (inquit) dejecit, per eum stetisse[66] videtur, quo minus restitueret. §. 36. Idcirco constare ait, eum qui vi dejecit, quique[67] vi sine dolo malo desierit possidere, Interdicto teneri. §. 37. *Ibi* autem ait Prætor, ut ne quis, & quæ illic non habuit, complectatur. §. 38. Sane quod ait Prætor, *Ibi*, quomodo accipimus? utrum in eo loco, unde quis vi dejectus est: an vero in omni possessione? Et melius dicetur, non ad angulum referendum vel locum, in quo fuerit, verumetiam ad omnem partem possessionis[68], qua quis caruit, cum dejicitur.

§. 39. Annus in hoc Interdicto[69] utilis est. §. 40. Ex die, quo quis dejectus est, fructuum[70] ratio habetur: quamvis in cæteris Interdictis, ex quo edita sunt, non retro[71] computantur. † Idem est & in rebus mobilibus, quæ ibi erant: nam & earum fructus computandi sunt, ex quo quis vi dejectus est.

§. 41. Non solum autem fructuum ratio in hoc Interdicto habetur, verum[72] cæterarum etiam utilitatium[73] habenda est. nam & Vivianus refert, in hoc Interdicto omnia, quæcunque habiturus vel adsecuturus erat is qui dejectus est, si vi dejectus non esset, restitui, aut eorum litem à judice æstimari[74] debere: eumque tantum consecuturum, quanti[75] sua interesset, se vi dejectum non esse. §. 42. Ex Interdicto *unde vi*, etiam is qui non possidet, restituere cogetur. §. 43. Interdictum hoc, quia atrocitatem[76] facinoris in se habet, quæsitum est, an liberto in patronum, vel liberis adversus parentes competit? Et verius est[77], nec liberto in patronum, nec[78] in parentes liberis dandum esse. meliusque[79] erit, in factum actionem his competere: aliter, atque si vi armata usus sit adversus libertum patronus, vel adversus liberos parens: nam hic Interdictum competit. §. 44. Hoc Interdictum & heredi[80] & cæteris successoribus competit.

§. 45. Non alii autem quam ei qui possidet[81], Interdictum Unde vi competere, argumentum præbet, quod apud Vivianum relatum est, si quis me vi dejecerit, meos non dejecerit, non posse me hoc Interdicto experiri: quia per eos retineo possessionem, qui dejecti non sunt. §. 46. Idem Vivianus refert: Servos quosdam vi depulit, alios retinuit & vinxit, aut etiam eis imperavit: vi te dejectum intelligi. desisse enim possidere, cum[82] servi ab alio possideantur. † Et quod in parte servorum dictum est, idem in omnibus dici ait, si forte nemo depulsus esset, sed possideri ab eo cœpissent, qui ingressus in possessionem esset. §. 47. Quid dicturi essemus, tractat, si aliquo possidente ego quoque ingressus sum in possessionem, & non dejiciam possessorem, sed vinctum[83] opus facere cogam: quatenus res (inquit) esset? Ego verius puto, eum quoque dejectum videri, qui illic vinctus est. §. 48. Ex causa hujus Interdicti, in heredem[84], & bonorum possessorem, cæteroque successores, in factum actio competit in id[85] quod ad eos pervenit;

11. Paulus lib. lxv ad Edictum.

Dolove[86] malo eorum factum est, quominus perveniret.

4 Id est, quo ex loco, qualiscunque sit. § 4. *J. eod.* Goth. Vide Menoch. *de recup. poss. remed.* 1. Cujac. *lib.* 6 *observ.* 4. S. L.

5 Paul. *5 sent.* 5. §. 3.

6 Emendationem hujus text. vid. apud Leonin. *lib.* 7 *emendat. c.* 4. *num.* 1. Ant.

7 *l.* 7. §. 5. *ff. com. divid. l.* 2. *C. unde vi.*

8 §. 6. *Instit. de Interd.*

9 Hoc Interdictum est recuperandæ possessionis. *d.* §. 6. *c. redintegranda.* 3. *qu.* 1. *c. sæpe. de restitut. spol.*

10 *d.* §. 6. id est, Lege Julia de vi publica & privata. de quibus *J. lib.* 48. *titul.* 6. 7. adde *l.* 4. *C. unde vi. l.* 12. *in fin. ff. quod met. causa. C. ad l. Jul. de vi public.*

11 V. *d* §. 6. *Instit. de Interd.*

12 Rei immobilis. v. §. 6. *J. eod.*

13 In eo titulus hic differt à titulo, quod metus causa, ad exhibendum, de furtis, vi bonorum raptorum. §. 6. *J. eod.*

14 *l.* 3. §. 15. *J. eod.*

15 Rerum mobilium nomine.

16 *Al.* huic.

17 Immobilium venditione & donatione *naves* non comprehendi, hinc collige: hoc enim Interdicto non comprehenditur is, qui de nave dejectus est, ut nec comprehenditur is, qui ex vehiculo dejectus est, *ut hic.* constat autem hoc Interdictum pertinere ad eos, qui de re immobili dejiciuntur, §. 6. *J. eod.* adde *l.* 20. §. 4. *J. quod vi aut clam.* Paul. *5 sent.* §. 6. & est etiam de navi & carrucha similis Lex in Legibus Longobardorum, *lib.* 1. *tit.* 15.

18 Sed utili actioni de rebus recuperandis. Paul. *ibid.* §. 16.

19 Solo cohærentibus. v. *l.* 18. *ff. de action. empt.*

20 De utraque possessione dixi *ff. ad tit. de adq. poss.*

21 Possidet enim. *l.* 1. §. 4. *ff. de adq. poss.*

22 Imo, colono dejecto competit hoc Interdictum. *l.* 12. *l.* 18. *J. eod.*

23 Vide *l.* 12. *ff. quæ in fraud. cred. l.* 152. §. 1. *ff. de regul. jur.*

24 *Al.* alterum.

25 Mandatum in flagitiis non excusat. *l.* 37. *ff. ad l. Aquil. l.* 13. *in fin. quod vi aut clam. l.* 11. §. 3. *J. de injuriis. l.* 5. *C. de accusat.* 26 Imo, excusandus videtur. *l.* 169. *J. de reg. jur. l.* 37. *ff. ad l. Aquil.* 27 Maleficium meo nomine gestum potest per me ratum haberi, si potest geri per alium: alias non: ut in adulterio. *Accurs. Bologn.* per alium enim adulter non fio. 28 Ratihabitio etiam in delictis mandato comparatur: Igitur rerroagitur. vide Cujac. 17 *obs.* 10. 29 *l.* 3. §. 10. *J. eod. l. ult. C. ad SC. Maced. l.* 60. *J. de reg. jur. l.* 7. *in fin. C. quod cum eo.* 30 *Unde vi* utile Interdictum est, non tantum si dominus possessione ejicitur: sed & si familia ejus. Paul. *5 sent.* 6. §. 2.

31 Jubens dejicere aliquem, ipse eum dejecisse intelligitur. Per alium, & per se facere, paria.

32 Cur ita? collige ex §. 2. *Inst. de noxalib. l.* 7. §. 1. *ff. de damno.* 33 Damnum est, noxæ dedere cogi. 34 *l.* 40. §. 2. *& ult. l.* 196. *J. de verb. sign.* 35 Servi continentur appellatione familiæ, *ut hic.* An & mercenarii? Græci putant, & hanc legem ita accipiunt. ut §. 20. *J. eod.*

36 Familia etiam unus servus. Cic. *pro Cæcinna.* 37 Imo, duo familiam facere possunt. Paul. *5 sent.* 6. §. 3. Imo, ne quidem duo faciunt familiam. *l.* 40. §. *ult. J. de verb. sign.* 38 *l.* 25. § 2. *ff. de ædilitio. l.* 1. §. 5. *ff. de publicanis. l.* 2. §. 14. *J. vi bonor. rapt.* 39 Mercenarius servi loco est. *l.* 4. *ff. de usu & habit.* Servitutis tres species sunt, teste Laërtio. Una δέσποις ὑποτεταγμένος, ubi non possis vivere, ut velis: Altera ἐν ὑπηρέτου, ut servitus proprie sumpta, qua quis alterius dominio subjicitur: Tertia ἐν ὑποτάξει, qua serviunt mercenarii, obærati, addicti, clientes, vasalli.

40 Licet sint liberi homines, non servi. 41 Qui illi sunt? alieni, mercenarii. Cic. *pro Cæcinna.* 42 Mercenarii inter domesticos, *l.* 11. §. 1. *J. de pœnis.* Cic. *pro Cæcinn.* 43 *l.* 1. *C. de acq. vel retin. possess.* 44 *l.* 6. §. 5. *C. de hæ, qui ad Eccl.* 45 *l.* 44. §. *ult. ff. de adquir. possess.*

46 Possedit. Gron. Flor. sparf. 8. *L.*

47 *l.* 3. §. 14. *J. eod.*

48 §. *pen. J. eod.* Paul. *5 sent* 6 §. 6.

49 *l.* 3. §. 11. *ff. de adq. poss.*

50 *l.* 44. *in fin ff. de adq. poss.*

51 *l.* 17. *J. eod. l.* 3. *ff. de justitia & jur. l.* 4. *ff. ad l. Aquil.*

52 Exceptio inculpatæ tutelæ hinc nascitur. de qua vide Oldend. *c.* 53. *de except. l.* 1. *C. unde vi.*

53 Nota, vi possidere quid sit.

54 Ipso visu, non solo rumore. *l.* 33. §. 2. *ff. de usucap.*

55 Et male.

56 *l.* 3. §. 7. *J. eod. l.* 9. *ff. quod met. causa.*

57 Prædo si ab extraneo vi dejicitur, restituendus est. Cur? quia ab illo extraneo vi non possidet, *ut hic. & l. ult. ff. de adq. poss. l.* 10. *C. de donat. inter vir. e.* 5. *&* 6. *de restitut. spoliat.*

58 Vide Paul. *5 sent.* 6. §. 7.

59 *l* 6. *J. eod.*

60 *l.* 14. *in fin. J. eod.*

61 Locatæ sunt. *vulg. Hal.*

62 *l.* 1. §. 38. *J. eod.*

63 Aliud, si ejus facto. *l.* 10. *J. eod.* 64 *l. pen. J. eod. l.* 7. §. 2. *l.* 8. *l.* 16. *ff. de condict. furt. l.* 30. *ff. de act. empt. l.* 46. *l.* 67. *in fin. J. de furtis.*

65 Et ita, raptor semper est in mora, *l. ult. C. de condict. ob turp. caus. l.* 19. *C. de furt.*

66 Qui alium dejicit, moram restituendi committit, *l. penult J. eod.* adde *l.* 82. *in fin. J. de verb. oblig.*

67 Quive dolo malo desierit, *vulgat. Hal.* sed Florentina tamen probari potest. *argum. l.* 5. *J. eod.*

68 Domus vel prædii.

69 *l.* 2. *C. unde vi.*

70 *l.* 4. *C. unde vi. l.* 38. §. 4. *ff. de usur.*

71 *l.* 6. *J. eod.* vide *l.* 3. *ff. de Interdict.*

72 *l.* 15. *J. eod.*

73 Interdicto Unde vi, quisque etiam lucrum consequitur, quod facturus fuerat, si non ei injuria facta fuisset.

74 Vide *l. un. C. de sent. quæ pro eo, quod interest.*

75 *l.* 3. §. 3. *J. de itin. actuque.*

76 §. 3. *vers. ad solam. ff. eod.*

77 *l.* 2. *in fin. l.* 7. §. *de obsequiis.*

78 V. *l.* 5. *C. de fals.*

79 *l.* 11. *in fin. ff. de dolo.*

80 §. 1. *vers. sed hæredibus. Instit. de perpet. & temper.*

81 Hoc Interdictum datur possessori *Goth.* Pro *possidet* legit Gron. *possedit.* Flor. sparf. *hic.* S. L.

82 Non possidet, qui ab alio possidet.

83 §. 24. *ff. eod.* adde Paul. *5 sentent.* 5. §. 6.

84 *l.* 3. *in fin. J. eod. l.* 2. *in fin. C. unde vi.*

85 *l.* 9. *in fin. pr. J. eod.*

86 Dolus siquidem repræsentat possessionem. *l.* 131. *l.* 150. *J. de reg. jur.*

2. Ar-

2. *Armis dejectus, quomodo accipitur.* 9. *De vi armata repellenda.* 10. *De procuratore.* 11. *De familia.* 12. *De eo, qui dolo fecit, quo quis armis dejiceretur.* 13. *De usufructu & usu.* 18. *De herede.*

III. ULPIANUS lib. LXIX ad Edictum.

QUod est [87], & si [88] quis armis dejectus est: quia ex facinoribus defunctorum de [89] eo quod ad heredem pervenit, actio datur. sufficit [90] enim, non in lucro versari cum heredem, non etiam damnum subire. §. 1. Hæc actio quæ adversus [91] heredem cæterosque successores pertinet, perpetuo competit: quia [92] in ea rei persecutio continetur. §. 2. Armis [93] dejectum quomodo accipimus? *Arma* [94] sunt omnia tela; hoc est, & fustes [95], & lapides: non solum gladii, hastæ, frameæ [96], id est, romphææ [97].

§. 3. Plane & si unus vel alter fustem vel gladium tenuit, armis dejectus possessor videtur. §. 4. Plus dicitur, etsi inermes [98] venerant, si in ipsa concertatione [99], qui inermes venerant, eo processerunt, ut fustes aut lapides sumerent: vis erit armata.

§. 5. Qui armati venerunt, etsi armis non sunt usi ad dejiciendum, sed dejecerunt: armata vis facta esse videtur. sufficit [100] enim terror armorum, ut videantur armis dejecisse. §. 6. Si quis autem visis [1] armatis, qui alibi tendebant, meru hoc deterritus profugerit, non videtur dejectus: quia non hoc animo fuerunt, qui armati erant, sed alio tendebant. §. 7. Proinde & si cum armatos audisset [2] venire, metu decesserit [de] possessione: sive verum sive falsum audisset, dicendum est, non esse eum armis dejectum; nisi [3] possessio ab his fuerit occupata. §. 8. Si autem, cum dominus veniret in possessionem, armati eum prohibuerunt [4], qui invaserant possessionem: videri eum armis dejectum. §. 9. Eum igitur, qui cum armis venit, possumus [5] armis repellere, sed hoc confestim [6], non ex intervallo [7]: dummodo sciamus, non solum resistere permissum, ne dejiciatur; sed etsi dejectus quis fuerit, eundem dejicere non ex intervallo, sed ex continenti. §. 10. Cum procurator [8] armatus venit, & ipse dominus armis dejecisse videtur, sive mandavit, sive (ut Julianus ait) ratum [9] habuit. §. 11. Hoc & in familia dicendum est. nam cum familia sine me armata venit, ego non videor venisse, sed familia: nisi jussi, vel ratum habui. §. 12. Hoc Interdictum etiam adversus eum proponitur, qui dolo malo fecit, quo quis armis dejiceretur: & post [10] annum redditur in id [11] quod pervenit ad eum, qui [12] prohibuit. §. 13. *Unde vi* Interdictum necessarium fuisse fructuario apparet, si prohibeatur uti frui usufructu fundi. §. 14. Uti frui autem prohibuisse is videtur, qui vi dejecit utentem & fruentem: aut non admisit [13], cum ex fundo exisset non usufructus deserendi causa. † Cæterum si quis ab initio [14] volentem incipere uti frui, prohibuit, hoc Interdictum locum non habet: quid ergo est? debet fructuarius usumfructum vindicare. §. 15. Pertinet autem hoc Interdictum ad eum qui fundo uti frui prohibitus est: pertinebit etiam ad eum, qui ædificiis uti frui prohibetur. † Consequenter autem dicemus ad res mobiles [15] hoc Interdictum non pertinere, si quis uti frui prohibitus est re mobili, nisi si rei soli accedebant [16] res mobiles. Si igitur ibi fuerunt, dicendum est, etiam ad eas referri hoc Interdictum debere. §. 16. Item si non usufructus, sed usus sit relictus, competit hoc Interdictum: ex quacunque enim causa constitutus est usufructus [17], vel usus, hoc Interdictum locum habebit. §. 17. Qui usufructus nomine qualiterqualiter [18] fuit quasi in possessione, utetur hoc Interdicto. † Sed si quis posteaquam prohibitus est, capite minutus sit vel mortuus: recte dicitur, heredibus [19] & successoribus competere hoc Interdictum, non ut in futurum constituatur usufructus: sed ut præterita causa, & damnum præteritum sarciatur. §. 18. Heres quoque simili modo debebit in factum actionem susceipere in id [20] quod ad se pervenit.

De municipibus.

IV. IDEM lib. X ad Edictum.

SI vi me dejecerit quis nomine [21] municipum, in municipes [22] mihi Interdictum reddendum, Pomponius scribit, si quid [23] ad eos pervenit.

De compulso in possessionem inducere.

V. IDEM lib. XI ad Edictum.

SI rerum [24] tibi possessionem tradidero, dicit Pomponius, Unde vi Interdictum cessare: quoniam non est *vi* dejectus, qui compulsus [25] est in possessionem inducere.

De condemnatione in id quod interest.

VI. PAULUS lib. XVII ad Edictum.

IN Interdicto Unde vi tanti [26] condemnatio facienda est, quanti interfit possidere. & hoc jure nos uti, Pomponius scribit, id est, tanti rem videri, quanti [27] actoris interfit: quod alias [28] minus esse, alias plus: nam sæpe actoris pluris interesse, hominem retinere, quam [29] quanti is est. veluti cum quæstionis [30] habendæ, aut rei probandæ gratia, aut hereditatis [31] adeundæ, interfit ejus eum possideri.

Si alius dejecit, alius possidet.

VII. IDEM lib. XXIV ad Edictum.

CUm [32] à te vi dejectus sim, si Titius eandem rem possidere cœperit: non possum cum alio, quam [33] tecum Interdicto experiri.

De non dominio.

VIII. IDEM lib. LIV ad Edictum.

FUlcinius dicebat, vi possideri, quotiens vel non dominus [34], cum tamen possideret, vi dejectus est.

De heredibus. De usufructu.

IX. IDEM lib. LXV ad Edictum.

SI plures heredes sunt, unusquisque non [in] amplius quam [35] ad eum pervenerit, tenetur. Qua de causa interdum in solidum tenebitur is, ad quem totum pervenerit, quamvis ex parte heres sit. §. 1. Dejectum ab usufructu [36] in eandem causam Prætor restitui jubet: id est, in qua futurus esset, si dejectus non esset. itaque si tempore [37] usufructus finitus fuerit, postquam dejectus est à domino: nihilominus cogendus erit restituere, id est, usumfructum iterum constituere.

X. GAIUS lib. II ad Edictum Prætoris Urbani, titulo De liberali causa.

SI de fundo proprietarium & fructuarium [38] prædo expulerit, atque ob id fructuarius constituto tempore non usus, perdiderit jus suum: nemo dubitat, quin dominus, sive experiatur cum fructuario adversus prædonem, sive non experiatur, retinere debeat reversurum ad se usumfructum; & quod fructuarius perdidit, id ad damnum ejus pertineat, cujus facto periit.

Si quis re possessa prohibeatur uti arbitrio suo.

XI. POMPONIUS lib. VI ex Plautio.

VIm [39] facit, qui non sinit possidentem [40] eo, quod possidebit, uti arbitrio suo: sive in serendo [41], sive fodiendo, sive arando, sive quid ædificando [42]; sive quid [43] omnino faciendo, per quod liberam possessionem adversarii non relinquit.

Si colonus qui emptorem non admisit, ab alio dejiciatur.

XII. MARCELLUS lib. XIX Digestorum.

COlonus eum, cui [44] locator fundum vendiderat, cum is in possessionem missus esset, non admisit; deinde colonus vi ab alio [45] dejectus est: quærebatur, quis haberet Interdictum Unde vi? Dixi, nihil [46] interesse, colonus dominum ingredi volentem prohibuisset, an emptorem, cui jussisset dominus tradi possessionem, non admisit. igitur Interdictum unde vi colono competiturum [47], ipsumque simili Interdicto locatori [48] obstrictum fore, quem dejecisse tunc videretur, cum emptori possessionem non tradidit: nisi forte propter justam & probabilem causam [49] id fecisset.

De fama.

XIII. ULPIANUS lib. VIII ad Sabinum.

NEque Unde vi, neque aliud Interdictum, famosum [50] est [51].

De eo, qui vi, clam, aut precario possidet. De fundo & rebus mobilibus.

XIV. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

SEd si vi armata dejectus es, sicut ipsum fundum recipis, etiam si vi, aut clam, aut precario [52] eum possideres: ita res quoque mobiles [53] omnimodo recipies.

Si is qui dejecit, vel vi, aut clam fecit, possidere desierit.

XV. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

SI vi me dejeceris, vel vi aut clam feceris: quamvis sine [54] dolo & culpa amiseris possessionem, tamen damnandus es, quanti mea interfuit, quia in eo ipso culpa tua præcessit [55], quod omnino vi dejecisti, aut vi, aut clam feci sti.

De patre dejicientis.

XVI. ULPIANUS lib. XXIX ad Edictum.

IN Interdicto Unde vi [56] dicendum est, ut ejus causa quod ad patrem [57] pervenit, ipse teneatur.

De dejectione & recuperatione.

XVII. JULIANUS lib. XLVIII Digestorum.

QUi possessionem vi ereptam, vi in [58] *ipso congressu* reciperat, in pristinam causam reverti potius quam vi possidere intelligendus est. ideoque si te *vi* dejecero, illico tu me, deinde ego te: Unde vi Interdictum tibi utile erit.

Si emptor colonum, a quo non fuit admissus, expulerit.

1. *De rei vindicatione.*

XVIII. PAPINIANUS lib. XXVI Quæstionum.

CUm fundum, qui locaverat, vendidisset, jussit emptorem in vacuam [59] possessionem ire; quem colonus intrare prohibuit; postea emptor vi colonum expulit: Interdictis [60] Unde vi quæsitum est. Placebat colonum Interdicto venditori [61] teneri, quia nihil interesset, ipsum an alium ex voluntate ejus missum intrare prohibuerit: neque enim ante [62] omissam [63] possessionem videri, quam si tradita fuisset emptori; quia nemo eo animo esset, ut possessionem omitteret, propter emptorem, quam emptor adeptus non fuisset. emptorem quoque, qui postea vim adhibuit, & ipsum Interdicto colono teneri: non enim ab ipso, sed à venditore, per vim fundum esse possessum, cui possessio esset ablata. † Quæsitum est, an emptori succurri debeat, si [ex] voluntate venditoris colonum postea vi expulisset? Dixi, non esse juvandum, qui [64] mandatum illicitum [65] susceperit. §. 1. Eum [66], qui fundum vindicavit ab eo, cum quo Interdicto Unde vi potuit experiri, pendente judicio nihilominus Interdicto recte agere, placuit.

De periculo interitus.

XIX. TRYPHONINUS lib. XV Disputationum.

MErito Julianus respondit, si me de fundo vi dejeceris, in quo res moventes fuerunt, cum mihi Interdicto Unde vi restituere debeas non solum possessionem soli, sed & ea, quæ ibi fuerunt: quanquam ego moram [67] fecero, quo minus Interdicto te convenirem; subtractis tamen mortalitate [68] servis aut pecoribus, aliisve rebus casu intercidentibus, tuum [tamen] onus nihilominus in eis restituendis esse; quia ex ipso tempore delicti plus quam fructrator debitor constitutus est.

De conductore dejecto.

XX. LABEO lib. III Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI [69] colonus tuus [70] vi dejectus est, ages Unde vi Interdicto. Idem si inquilinus tuus vi dejectus fuerit. † Paulus: Idem dici potest de coloni colono, item inquilini inquilino.

TIT.

87 Idem est, *vastor*. quod quidem est. *Hal.*
88 Vide locum elegantem apud Ciceron. 15 *epist. famil.* 16.
89 Turpia lucra heredibus extorquentur. *l. 5. §. de calumniatorib. l. 16. in fin. l. 19. §. quod met. caus. l. 35. §. de oblig. l. 38. §. de reg. jur. l. unic. C. ex delictis defunctis.*
90 *l. 38. §. de reg. jur.*
91 *l. 1. in fin. §. eod.*
92 Optima ratio. Nam quæ rei persecutionem continent actiones; perpetuæ sunt. *l. 35. §. de oblig.* perpetuæ, inquam; non tamen excedunt triginta annum & quadragesimum annum. *l. 7. C. de præscript. 30 ann.*
93 Vide Ciceronem pro *Cæcinna.*
94 §. 6. *in fin. Inst. de Interdict. l. 41. §. de verb. sign.* vide 10 Gell. 25. De apparatu armorum, vid. Leonem, *in tr. de bello apparatu. c. 5.* Isidor. 18. *cap. 5. & seq.*
95 βάκλον. 10 *Eclog. ex lib. 60. tit. 17. cap. 7.*
96 Framea vocabulum Germanicum. Hastas, vel ipsorum vocabulo *frameas* gerunt, angusto & brevi ferro. Tacit. *lib. de moribus Germanorum.* Est igitur framea hasta angusto & brevi ferro. Eques scuto & framea contentus erat. Tacit. *ibid.* Isidor. 18 *origin. 6.* Spatam interpretatur & gladium ex utraque parte actum. Spatæ & semispatæ meminit Ælianus, 2 *de re militari.* 15. & 10 Gell. 23.
97 ῥομφαία. *Eccl. ibid.* Romphæa genus teli Thraciæ nationis. Ennius 14 *annal.* apud Gell. 16. *cap. 21.* cujus etiam meminit Livius. Hinc *Apocalyps. vers. 12.* hoc dicit, ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν. De romphæa quædam etiam dixi superius. Septuaginta interpretes Romphæam usurpant in Psalmis.
98 Inermis autem non fuisse videtur, qui glebis, saxis aut fustibus aliquem ejecit: imo, & qui præteruntes ramum defregerunt arboris, ut quem eo ejicerent: ac, quod magis est, inermis non videtur, qui vim armati habet ad nocendum, etiamsi arma non habeat; ut notat Cicer. *orat. pro Cæcinna.* Plerique enim ita robusti à natura, & corpore, ut pugnus eis sit armorum vice. 99 *Hal.* contrectatione. *S. L.* 100 Dejecisse videtur, qui armis terruit. 1 Metus oculis concipi potest. 2 Metus auditu & opinione conceptus, vanus est: nisi effectus secutus sit. *l. 9. §. quod met. caus.* 3 *l. 1. §. 29. §. eod.* Paul. *5 sent. 6. §. 4.* 4 *l. 4. §. eod.* 5 *l. 1. §. 27. §. eod. l. 12. §. 1. §. quod met. caus. l. 45. §. 4. §. ad l. Aquil. l. 3. §. de justit.* 6 Confestim est illico, in ipsa concertatione & congressu, *l. 17. §. eod.* ἐυθὺς, Demosth. Συγχρῆμα μὲν τοι. 10 *Eclog. ex lib. 60. tit. 17. c. 7.* qui locus, ut imperfectus, sic suppletur à Cujacio ex Basilicis, μὲν τοι ἐξ διαμέσου. & à Theod. Hermop. ad *l. 12. §. quod met. caus.* ἐυτὸς δὲν γάϛ ἄμων. vide Cujac. *5 obs. 18.* 7 Nam qui ex intervallo vim infert, cogitato infert. nec tam ad defensionem, quam ad ultionem spectat: ultio autem prohibita est. *l. 45 in fin. §. ad l. Aquil. l. 1. C. unde vi.* 8 *l. 1. §. 13. §. eod.* 9 *l. 1. §. 14. §. eod.* 10 *l. 7. §. 5. §. comm. divid.* 11 *l. 1. in fin. §. eod.* 10 *Eclog. ex lib. 69. titul. 17. c. 8. in fin.* 12 Qui armis dejecit. Cujac. *5 obs. 20.* 13 *l. 1. §. 24. §. eod. l. 6 in fin. §. de adquir. poss.* qui januam præclusit. 10 *Eclog. ex lib. 58. tit. 23. c. 1.* 14 *l. 1. §. 26. §. eod.*
15 *l. 1. §. 6. §. eod.* 16 Id est, nisi res mobiles accessoriæ sint immobilium. 17 §. 13. 14. §. eod. §. 17. §. eod. l. 9. §. eod.* 18 *l. 10. §. eod. l. 60. §. de usufr. & quemad.* 19 *l. 1. in fin. §. eod.* 20 *d. l. 1. in fin. 10 Eclog. ex lib. 60. tit. 17. c. 8. in fin.* 21 Id est, jussu, & communicato consilio, aut mox sequutura ratihabitione. Idem dicendum si pars major municipii delictum probavit jussitve: Alias si cives aliquid faciunt tanquam singuli, cæteri non obligantur tali delicto. v. Minsing. 4 *obs. 79.* nisi, ut dictum est, iidem ipsi vel jusserint, vel adprobaverint: Minsing. 4 *obs. 38.* ubi notat quemadmodum civitas & universitas possit delinquens ex delicto obligari. *l. 9. §. 1. §. quod met. caus. l. 7. §. quod cujusque univ.* 22 *l. 9. §. 1. §. quod met. caus. l. 15. §. 1. §. de dolo. l. 1. §. ult. l. 2. §. de adquir. poss.* 23 *l. 27. §. de reb. cred.* 24 Si iterum tibi. *Hal.* 25 *l. 9. in fin. pr. §. quod met. caus.* 26 *l. 1. §. 31. & 41. §. eod. l. 4. C. unde vi.* 27 Tanti res æstimatur, quanti actoris interest. 28 *l. 13. §. de rejudic.* 29 Id est, quam pretium rei accipere. 30 *l. ultim. §. ad exhibend.* 31 *l. 52. §. 28. §. de furtis.* 32 In eum qui dejecit agitur, etiamsi non possideat. 33 *l. 15. §. eod. l. 4. §. 22. §. de usurpat.*

34 *l. 1. §. 3. §. eod. l. 4. §. 7. §. si ferv. vind. l. ult. §. de adquir. poss. l. 2. in fin. §. tit. prox.*
35 *l. 1. in fin. §. eod.*
36 *l. 3. §. 13. 14. 15. 16. §. eod. l. 10. §. eod.*
37 Id est, si non utendo fructuarius jus suum amiserit.
38 V. *l. 9. in fin. §. eod.*
39 Et injuriam. *l. 14. §. de injur.*
40 Possessorem certi loci.
41 *l. 3. §. 4. in fin. §. tit. prox.*
42 *l. 3. §. 2. §. tit. prox.*
43 Ut solent domini in suis fundis facere.
44 *l. 18. §. eod. l. 20. §. de adq. poss.*
45 Vi ab eo. sic puto legendum, ob hæc verba quæ sequuntur, *igitur Interdictum unde vi colono competiturum ipsumque simili Interdicto locatori obstrictum fore.*
46 *l. 156. §. 3. §. de reg. jur.*
47 Adversus eum à quo dejectus est *l. 25. §. 1. §. locati.*
48 *l. 3. §. 3. §. tit. prox.*
49 *l. 61. in fin. pr. §. locati. l. 20. in fin. §. de adquir. poss.*
50 *l. 32. §. de pœnis.* adde *l. 2. §. stellionatus.*
51 Imo, videtur esse famosum, cum is, qui vim alteri infert, æque peccet, atque is, qui datam fidem non servat. Talis autem, si damnetur, est infamis. *l. 1. l. 6. in fin. §. de his, qui notant. inf.*
52 Precario possidens habet Interdictum unde vi. Græci hanc rationem adferunt; quod videlicet donatario comparetur recte: precarii namque concessio donationis species est.
53 *l. 1. §. 6. 8. l. 3. §. 15. vers. consequenter. §. eod.*
54 *l. 1. §. 36. §. eod.*
55 Intercessit, *Græci.*
56 Unde vi uti potes, si a filiofamilias dejectus es, ut ejus causa, &c. *vulgat. Hal.*
57 *l. 1. §. 20. §. eod. l. 3. §. 12. §. de pecul.*
58 *l. 3. §. 9. §. eod.*
59 Vacua est autem possessio, quæ à nemine detinetur. *l. 68. in fin. §. de contr. empt. l. 2. §. 1. §. de act. empt.*
60 *Al.* de Interdictis.
61 Vide *l. 12. §. eod.*
62 Amitti non potest, quod nunquam fuit traditum.
63 Amissam. *Haloand.*
64 Quia. *Hal.*
65 Non est juvandus, qui illicitum mandatum susceperit. Cur illicitum mandatum susceptus dicitur? Quia vim alteri factam nemini licet repellere, nisi forte sit conjunctus vel socius. vide Socin. *reg.* 444.
66 Vide Socin. *reg.* 188. adde quæ scripsi ad *l. 12. §. de adq. poss.*
67 *l. 1. §. 34. 35. in fin. §. eod.*

68 *d. §. 34.* Paul. *5 sent. 6. §. 8.* 69 Si colonus tuus vel inquilinus, eorumve coloni, vel inquilini dejecti sint, unde vi Interdicto potes experiri. 70 Adde *l. 8. in fin. §. de religiosis.*

Tit. XVII.

UTI [1] POSSIDETIS [2].

Interdictum. 1. *Summa*, 2. *Et ratio Interdicti. Quibus casibus locum habet.* 4. *De possessione acquirenda vel restituenda: collatio hujus Interdicti, & Interdicti Unde vi.* 5. *De vi, clam, precario.* 6. *De possessore.* 7. *Totius vel partis.* 8. *De rebus soli.* 9. *De violenta, clandestina, precaria possessione.*

I. Ulpianus lib. LXIX ad Edictum.

AIt Prætor, Uti eas ædes, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis: quo minus ita possideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc Interdictum non dabo [5]: neque pluris, quam quanti [6] reserit: intra annum, quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam. §. 1. Hoc Interdictum de soli [7] possessore scriptum est, quem potiorem Prætor in soli possessione habebat [8], & est prohibitorium [9] ad retinendam [10] possessionem. §. 2. Hujus autem Interdicti proponendi causa hæc fuit, quod separata [11] esse debet possessio [12] à proprietate. fieri etenim potest, ut alter possessor sit, dominus non sit; alter dominus quidem sit, possessor vero non sit: fieri potest, ut & possessor idem & dominus sit. §. 3. Inter litigatores ergo [quotiens] est proprietatis controversia, aut convenit [inter litigatores] uter possessor sit, uter petitor, aut non convenit. Si convenit [13], absolutum est: ille possessoris commodo, quem convenit possidere; ille petitoris onere fungetur. † Sed si inter ipsos contendatur, uter possideat, quia alteruter se magis possidere adfirmat: tunc, si res soli sit in [14] cujus possessione contenditur, ad hoc Interdictum remittentur [15]. §. 4. Est igitur hoc Interdictum, quod vulgo [16] *uti possidetis* appellatur, retinendæ [17] possessionis: nam hujus rei causa redditur, ne vis fiat ei qui possidet. Et consequenter proponitur post Interdictum *unde vi* [18]: illud [19] enim restituit vi amissam possessionem; hoc [Interdictum] tuetur, ne amittatur possessio. denique Prætor possidenti vim fieri vetat: & illud quidem Interdictum oppugnat possessorem; hoc tuetur. † Et (ut Pedius ait) omnis de possessione [20] controversia aut eo pertinet, ut quod non possidemus, nobis restituatur [21]: aut ad hoc, ut retinere [22] nobis liceat quod possidemus. † Restituræ [23] possessionis ordo aut Interdicto expeditur, aut per actionem [24]. Retinendæ itaque possessionis duplex via est, aut exceptio, aut Interdictum: exceptio datur ex multis causis [25] ei qui possidet.

§. 5. Perpetuo autem hoc Interdicto insunt hæc [26], *Quod nec vi, nec clam, nec precario, ab illo possides*, §. 6. Interdictum autem [27] possessorem prædii [28] tuetur, quod est *uti possidetis*: actio [29] enim nunquam [30] ultro [31] possessori [32] datur: quippe sufficit ei quod possideat. §. 7. Hoc Interdictum locum habet: sive quis totum fundum possidere se dicat, sive pro certa [33] parte, sive pro [34] indiviso [possideat.] §. 8. Hoc Interdictum in omnibus etiam possessionibus quæ sunt soli, sine dubio locum habebit, dummodo [35] possideri possit [36]. §. 9. Quod ait Prætor in Interdicto, *nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero possidetis*, hoc eo pertinet, ut si quis possidet vi, aut clam, aut precario, si quidem ab alio [37], profit ei possessio; si vero ab adversario suo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo possidet, vincere; has enim possessiones non debere proficere palam est.

II. Paulus lib. LXV ad Edictum.

IUsta enim an injusta adversus cæteros possessio sit, in hoc Interdicto nihil refert: qualiscunque enim possessor, hoc ipso, quod possessor est, plus juris habet, quam ille qui non possidet.

De duobus in solidum possidentibus. 1. *De actore & reo.* 2. *De eo qui prohibetur ædificare*, 3. *Vel ædes reficere*, 4. *Vel fundum colere.* 5. *De projectione supra solum*, 6. *Vel in ædes vicini.* 7. *De cœnaculo & superficie.* 8. *De his qui in possessionem missi sunt.* 9. *De tectoriis.* 10. *De eo, qui à vi possidente accepit.* 11. *In quantum sit condemnatio.*

III. Ulpianus lib. LXIX ad Edictum.

SI duo possideant in solidum, videamus, quid sit dicendum: quod qualiter procedat, tractemus. Si quis proponeret [38] possessionem justam, & injustam; ego possideo ex justa causa, tu vi, aut clam [39]: si à [40] me possides, superior sum Interdicto; si vero non à me, neuter nostrum vincetur, nam & tu possides & ego. §. 1. Hoc Interdictum duplex [41] est: & hi, quibus competit, & actores & rei sunt. §. 2. Hoc Interdictum sufficit ei, qui ædificare [42] in suo prohibetur: etenim videris mihi possessionis controversiam facere, qui prohibes me uti mea possessione.

§. 3. Cum inquilinus [43] dominum ædes reficere volentem prohiberet, æque competere Interdictum Uti possidetis, placuit: testarique dominum, non prohibere inquilinum ne [44] habitaret, sed ne possideret. §. 4. Item videamus, si auctor [45] vicini tui ex fundo tuo vites in suas arbores transduxit [46], quid juris sit? & ait Pomponius, posse te ei denunciare, [&] vites præcidere: idque & Labeo scribit. aut uti eum debere Interdicto Uti possidetis de eo loco, quo radices continentur vitium: nam si tibi *vim* fecerit, quo minus eas vites vel præcidas, vel transduças, vim tibi facere videtur, quominus possideas: etenim qui colere fundum prohibetur, possidere prohibetur, inquit Pomponius.

§. 5. Item videamus, si projectio [47] supra vicini solum [48], non jure haberi dicatur, an Interdictum Uti possidetis sit utile alteri adversus alterum? Et est apud Cassium relatum, utrique esse inutile [49], quia alter solum possidet, alter cum ædibus superficiem.

§. 6. Labeo quoque scribit: Ex ædibus meis in ædes tuas [50] projectum habeo; interdicis mecum [51], Si eum locum possideamus, qui projecto tegetur: An [52], quo facilius possim retinere possessionem ejus projectionis, interdico tecum, Sicuti [53] nunc [54] possidetis eas ædes, ex quibus projectus [55] est? §. 7. Sed si supra ædes, quas possideo, cœnaculum [56] sit [57], in quo alius quasi dominus moretur, Interdicto Uti possideris me uti posse, Labeo ait, non eum, qui in cœnaculo moraretur. *Semper enim superficiem* [58] *solo cedere.* † Plane si cœnaculum ex publico [59] aditum habeat, ait Labeo, videri non ab eo ædes possideri qui κρύπτας [60] possideret: sed ab eo, cujus ædes supra κρύπτας essent. verum est hoc in eo, qui aditum ex publico habuit. † Cæterum superficiarii [61] proprio Interdicto & actionibus à Prætore utentur: dominus autem soli, tam adversus alium, quam adversus superficiarium potior erit Interdicto Uti possidetis; sed Prætor superficiarium tuebitur secundum legem locationis. & ita Pomponius quoque probat. §. 8. Creditores missos in possessionem rei servandæ causa, Interdicto Uti possidetis uti non posse: & merito; quia non possident [62]. Idemque & in cæteris omnibus, qui custodiæ causa missi sunt in possessionem, dicendum est. §. 9. Si vicinus meus in parte mea tectoria [63] habeat, & in parte sua [64]: Uti possidetis mihi efficax est, ut ea tollere compellatur.

§. 10. Non videor vi possidere, qui [65] ab eo, quem [66] scirem vi in possessionem esse, fundum accipiam. §. 11. In hoc Interdicto, condemnationis summa refertur ad rei ipsius æstimationem. *Quanti* [67] *res est*, sic accipimus, quanti uniuscujusque interest, possessionem retinere. Servii autem sententia est [68], existimantis, tanti possessionem æstimandam, quanti ipsa res est: sed hoc nequaquam opinandum est: longe enim aliud [69] est rei pretium, aliud possessionis [70].

De fructuariis, & usuariis.

IV. Idem lib. LXX ad Edictum.

IN summa puto dicendum, & inter fructuarios hoc Interdictum reddendum: etsi alter usumfructum, alter possessionem [71] sibi defendat. † Idem erit probandum, & si usufructus quis sibi defendat possessionem. & ita Pomponius scribit. Proinde & si alter usum, alter fructum sibi tueatur, & his Interdictum erit dandum.

---

1 VIII. C. VI. §. 4. *Inst. de Interdict.* adde 58 *Belag.* 14.

2 Hoc Interdictum est retinendæ possessionis.

3 Uti nunc eas, *l.* 3. §. 6. *in fin.* ff. *eod.* Fest. *in verb. possessio.* v. Cujac. ff *obs.* 22.

4 His modis malim fide possidemus.

5 Cur ita? forte, quia alia remedia competunt. *l.* 1. §. 1. 14. 15. ff. *de cloacis.*

6 *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.*

7 §. 4. *vers. sed Interdicto. Instit. de Interdictis.*

8 Habet, *vulg.* habeat. *Hal.*

9 In hoc Interdictum venit, ut reus desistat à turbatione præsenti & futura. ff. *ne vis fiat ei.* eoque nomine cautio exigitur, *l. unic. C. eod.* venit etiam restitutio damni & interesse. *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.*

10 §. 4. ff. *eod. & d. vers. sed Interdicto.* Paul. *sent.* 6. §. 1.

11 Separatorum separata esse debet ratio. *l.* 12. §. 1. ff. *de adq. poss.*

12 Possessionis à proprietate differentia.

13 Quem possessorem esse constat, is rei partes obtinet.

14 Vindicationes possessionis, Interdicta Uti possidetis & Utrubi. Cur? Interdicta in ipsa possessione redduntur: ut vindicationes rerum in re vel in rem actiones dicuntur, quod in re ipsa, veluti in fundo ipso præsenti, vel in gleba, quasi in fundo, potius, quam rei vel fundi causa moveantur.

15 Ut postea de proprietate cognoscatur. *l.* 35 ff. *de adq. poss. l.* 5. §. 1. ff. *ad l. Jul. de vi publ. l.* 7. *C. de judic. l.* 13 *C. de rei vindic. l.* 3. *C. fin. regund. l.* 3. *C. de Interdict. l.* 14. *C. de agricol. & cens.*

16 A primis verbis Interdicti.

17 Interdicto Uti possidetis possessionem retinemus. §. 1. ff. *eod.* 18 Quod pertinet ad recuperandam possessionem. *l.* 1. §. 1. ff. *de vi & vi.* Prius est autem, ut recuperetur possessio, quam ut retineri possit; vix est enim ut quidquam retineri possit, quod adprehensum non sit. 19 Interdicti Uti possidetis, & Unde vi, differentia. 20 Possessionum controversiæ eo pertinent, ut vel possessio nobis restituatur, vel à nobis retineatur. Restituatur amissa: Retineatur non amissa. 21 Videtur Jurisconsultus abuti vocabulo *restituendi*, & eo complecti adipiscendæ & recuperandæ possessionis Interdicta, §. 3. 6. *Inst. de Interdict. l.* 2. §. 3. ff. *de Interd.* alias adipiscendæ possessionis Interdicta Pedius male omitteret.

22 Hinc Interdictum retinendæ possessionis. §. 4. *Inst. de Interdict.* 23 Restituendæ, & ita Bartolus, Albericus. 24 Forte legendum, *exceptionem*; idque verba quæ sequuntur exprimunt. Retinendæ itaque, inquit, possessionis duplex via est; aut exceptio, aut Interdictum. Sed tamen actionis verbo actionem in factum intelligere possis, de qua in *l.* 4. §. 2. ff. *de damn. l.* 3. §. 2. ff. *ne vis fiat ei.* vide quæ dixi ad *l. ult. C. de act. empt.* aut condictionem incerti. vide Cujac. 5 *obs.* 17. Dicam plenius, retinendæ possessionis plura esse remedia: est Interdictum *ne vis fiat ei.* ff. *titul.* 4. (cujus adhuc remedia sunt, actio in factum, de qua hic agitur: manus militaris, *d. l.* 3. *in prine. l.* 5. §. 27. ff. *ut in possess.* sequestratio possessionis litigiosæ, *l.* 5. §. 1. ff. *ut legator.*) Interdictum Uti possidetis, *ut hoc tit.* Interdictum Utrubi, ff. *tit.* 31. de itinere actuque privato, ff. *tit.* 19. de aqua quotidiana & æstiva, ff. *tit.* 20. de rivis, ff. *tit.* 21. de fonte, ff. *tit.* 22. officium judicis, cum periculum est ne partes veniant ad arma. *l.* 13. §. 3. ff. *de usufr.* v. Menoch. *in comment. de retinenda poss.*

25 Sunt variæ exceptionum causæ, puta pacti, rei judicatæ, jusjurandi, doli & similes. 26 Nam si aliquo ex his modis à me possides, vinci debebis. 27 Trajectio est verborum: itaque lege, Interdictum autem, quod est *uti possidetis*, possessorem prædii tuetur. 28 Hoc Interdictum pro possessione rerum corporalium, *ut hic.* & incorporalium, *l.* 8 §. 5. *in fin.* ff. *si serv. vind.* ususfructus & servitutum personalium, *l. ult.* ff. *eod.* (nam in servitutibus habentibus causam discontinuam, ut est iter & actus, recurritur ad Interdictum *de itinere actuque privato.*) jurisdictionis, & hujusmodi jurium, puta percipiendi fructus annui, competit. *cap. licet.* 9. *de probationibus.* 29 Hinc colligo differentiam inter actionem & Interdictum. 30 Imo aliquando possessor actoris partes sustinet. §. 2. *in fin. Inst. de act. l.* 2. ff. *de Lege Rhodia. l.* 9. 3. *de rei vind. l.* 25. ff. *de act. empt. l.* 13. §. 7. ff. *de injuriis.* Die, possidenti negatoriam non dari. *Accurs.* non dari possidenti, nisi non detineat. *Bart.* vel non dari vindicationem pro re seu ad rem, sed personales. *Bart.* veluti ex debito. *Alberic.* ut & actionem in factum ex hoc Interdicto. *Bart.* 31 Id est, ita ut prior agat. ut *l.* 10. ff. *de negot. l.* 17. §. 1. ff. *commodat. l. penult.* ff. *in quib. caus. pign.* 32 Contra possessorem datur Interdictum *uti possidetis.* & tamen in hoc Interdicto possessor agit: in cæteris causis non æque: Quæ res facit ut ad Interdictum *uti possidetis*, possit referri id quod Justinianus scribit, uno casu eum, qui possidet, actoris partes sustinere, §. 2. *in fin. Inst. de act.* alias possessori nunquam datur actio, *ut hic.* Cur tam varie? possessori, cui solius proprietatis, nulla vero possessionis controversia movetur, sufficere debet, quod libere possideat. At non sufficit possessori, cui possessionis movetur quæstio, quod possideat: nisi & libere pariter possideat. Ideoque non mirum si possessor eo casu actoris partes sustinet, cum desit ei libera possidendi facultas. 33 Nam incerta pars possideri non potest. *l.* 3. §. 2. *l.* 26. ff. *de adq. poss.* 34 Pars certa hic opponitur parti pro indiviso. Est autem pro indiviso incerta. Imo oculis aut digito pars ea demonstrari non potest, fusa est enim sparsaque per id omne, quod commune est. vide *l.* 7. *quibus modis usus fructus amitt. & l.* 6. §. 1. ff. *com. præd.* 35 Justa exceptio. de qua vide *l.* 1. *in fin. l.* 30. §. 1. ff. *de adq. poss.* 36 Possint. *Haloand.* 37 *l.* 2. 3. ff. *eod. l. ult.* ff. *de adq. poss. l.* 4. §. 23. ff. *de usurp. l.* 17. ff. *de precario.* §. 4. *Inst. de Interdict.* 38 Ex Trebatii scilic. sententia, cui neque Proculiani neque nos (Ulpianum intellige) assentimur. & ita Cujacius conciliat hanc legem cum *l.* 3. §. 5. ff. *de adquir. poss.* quæ negat duos in solidum possidere posse.

39 Id est, injuste: si quidem clam possessio injusta est. *l.* 7. §. 4. ff. *comm. divid.*

40 Id est, post me.

41 §. 7. *vers. duplic. Inst. de Interd. l.* 37. *in fin.* ff. *de obl. & act.*

42 §. 3. & 4. ff. *eod. l.* 11. ff. *tit. prox. l.* 52. §. 2. ff. *de adq. poss.*

43 Vid. *l.* 12. *in fin.* ff. *tit. prox.*

44 V. quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de locat.*

45 Actor. *vulg. Hal.*

46 Mos enim erat apud veteres ulmis vites adjungere. Virgil. *Georgic.* 1. maritare, Horat. 1 *Epod.* 2. *Fœcunda vitis conjuges ulmos gravat.* Virgil. *in laudibus Herculi.* adde 17 Plin. 23.

47 Projectum. *vulg. Hal.*

48 Non in ædes, ut est in §. *seq.*

49 An id probat Labeo? negat Cujac. 5 *obs.* 22. *in fin.* & 17 *obs.* 2. legit itaque, *utrique utile.* quo nomine reprehenditur à Robert. 2 *recept.* 14.

50 Non simpliciter in solum tuum. ut in §. 5. ff. *eod.*

51 Id est, Interdicto mecum agis hac formula, *Si eum locum possideas, qui projecto tegetur.*

52 Id est, num te utente superiori Interdicto, uti eo quod nunc sequitur potero, nempe *sicuti nunc possidetis eas ædes ex quib. projectum est.*

53 Hæc sententia, quæ sequitur, majusculis literis apud Haloandrum legitur, ut intelligatur esse formula.

54 *l.* 1. ff. *eod.* Id est, tempore editi Interdicti, Fest. in *verb. poss.* ideque in *l.* 1. ff. *de Interdict.* hoc Interdictum in præsens tempus referri dicitur. Hinc colligere possis, ut hoc Interdictum competat, requiri ex parte actoris, ut in præsenti possideat. adde ut possessionem vi, clam, precario non habeat. *l.* 1. *in fin.* ff. *eod.* Ex parte vero rei requiritur turbatio. Cæterum qualiter probetur possessio, vide quæ notavi ad *l.* 48. ff. *de solution.* 55 Projectum est. *vulg. Hal.* 56 Ἐπιδώματα. 57 Circa jus servitutis, ut in *l.* 25. ff. *de servit. urb.* jure tamen dominii: id enim licebat & fiebat, quoties duobus vel tribus data facultas erat ædificandi in publico, ἑτέρου μὲν τὰ κατώγαια λαμβανόντων, ἑτέρων δὲ τὰ ὑπερῷα, ut ait Dionysius Halicar. 10. Hinc Liv. 39. Cœnaculum supra ædes datum scalis ferentibus in publicum obseratis, aditu in ædes verso. vide Cujac. 13 *obs.* 26. 58 Superficies solo cedit. 2 *Harm.* 4. 59 Cujacius notat, multum interesse, utrum cœnaculum domus aditum habeat e scala in cœnaculum, an è plano sive solo publico. Priori casu, possessorem inferioris ædificii potiorem esse in Interdicto *uti possidetis.* Altero, eum qui supra cryptas habitat. Cujac. *ibid.* Addo, multum interesse, aditum aliunde habeat vel non: nam si aliunde non habet, superiori serviet, quod erit inferius. *l. penult.* ff. *de damno.*

60 Κρύπτας. Halicar. *ibid.* vel κρύπτους. *Harmenop.* 2 *tit.* 4. 58 *Eclog.* 2. *cap.* 24. ὑπόγαια legit Alciat. 2 *præterm.* inferiora ædificia. *l.* 24. ff. *de servit. urban.* Nec vertas refugia. ex *l.* 13. §. 7. ff. *de usufruct. & l.* 1. §. 2. ff. *de servo corrupt.* Sunt enim refugia interiora domus loca, opposita aperitis, & patentibus, & cuique expositis: κρύπτη hic opponuntur cœnaculo superiori, de quo quædam extant in *l. pen.* ff. *de damn.* 61 Hinc constat, Prætorem exemplo rerum soli, *l.* 1. §. 1. & *pen.* ff. *eod.* de superficie dedisse Interdictum *uti possidetis*, secundum legem locationis, *hic.* & *l.* 1. §. 2. ff. *de superficiebus.* vide Cujac. 17 *obs.* 2. 62 *l.* 9. ff. *de rei vind. l.* 3. *in fin. l.* 10. §. 1. ff. *de adq. poss. l.* 12. §. *quib. ex caus. in poss.* 63 Χερσίναι. *Harmen.* 2. *tit.* 4. *cap. περὶ χερσήνων κονιάματος, ζωγραφίας.* 58 *Eclog. ex tit.* 17. *c.* 3. de tectoriis adde *l.* 38. *circa fin.* ff. *de rei vind. l.* 44. ff. *de usufruct. l.* 13. *in fin.* ff. *de servitutib. urb. l.* 3. §. 4. ff. *de in rem verso.* 7 *Vitruvium* 23.

64 In parte mea & parte sua si vicinus tectorium vult facere, oportet ut id faciat, *de τὰ ἴσωσι μέρη τοῦ ἰσοῦ κοινοῦ τοίχου. Harmen. l.* 2. *tit.* 4. *cap. περὶ χερσήνων*, seu de unctoriis: alias si in mea parte id faciat, recte agam, ut ea tollat. *Eclog. ibid. l.* 12. ff. *comm. divid.* vid. Cujac. 5 *obs.* 27.

65 Si ab eo. *vulg. Hal.* 66 Cur ita? vide quæ notavi ad *l.* 109. ff. *de verbor. significat.*

67 *l.* 1. ff. *eod.* 68 A qua discedit paulo post Ulpianus. 69 Hinc aliud proprietas, aliud possessio. *l.* 1. §. 2. ff. *eod.* 70 Hoc est commodi possidendi, seu ejus quod interest. *l.* 1. §. 4. ff. *de itinere actuque. l.* 1. §. 5. ff. *ne vis fiat ei.* 71 Hinc colligunt, hoc Interdictum competere civiliter tantum possidenti, ei, qui turbatur ab eo, qui naturaliter tantum possidet. Addunt, dari possidenti naturaliter tantum, civiliter & naturaliter possidenti res corporales, & immobiles, & quasi possidenti res incorporales; sed & ei, cui malæ fidei possessionis nota inuritur; domino pro turbatione facta colonis: è contrario competere adversus eum, qui nos turbavit in qualicunque, & quarumcunque rerum possessione (sive contendat se possidere, sive non possideat. hanc enim communem opinionem doctorum esse Schneidevinus refert, *in* §. *retinendæ. Inst. de Interdict.*) & notam nobis inurentem injustæ possessionis, & annuos census seu reditus cessantem solvere.

Tit. XVIII.

DE [1] SUPERFICIEBUS [2].

Interdictum. 1. *Ratio Interdicti, & de actione civili.* 2. *Collatio hujus Interdicti & superioris.* 3. *De actione in rem.* 5. *De evictione.* 6. *De usufructu, usu*, 7. *Traditione, legato, donatione*, 8. *Communi dividundo.* 9. *De servitutibus.*

I. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

AIt Prætor: Uti ex lege locationis sive conductionis superficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruemini, quominus fruamini, vim fieri veto: si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo. §. 1. Qui [3] superficiem in alieno solo habet, civili [4] actione subnixus est: nam si conduxit superficiem, ex con-

---

1 V. Menoch. 2 *de restituenda possess.* 4.

2 De superficiis, index titulorum. De superficiebus, id est, de Interdicto, & actione superficiaria, *l.* 1. *in pr.* & §. 3. ff. *eod.* vox *superficies* extat in *l.* 32. ff. *de jure dot. l.* 39. ff. *de leg.* 2. Superficiariæ ædes, quæ? vide *l.* 2. ff. *eod.*

3 Id est, superficiarius.

4 Utili, *l.* 13. §. 3. ff. *de pign. in rem.* §. 6. ff. *eod. l.* 73. *l.* 74. *l.* 75. ff. *de rei vind.*

ex conducto; si 5 emit, ex empto agere cum domino soli potest. Etenim si ipse eum prohibeat, quod interest, agendo consequetur. Sin autem ab alio prohibeatur, præstare ei actiones suas debet dominus, & cedere. Sed longe utile visum est (quia [&] incertum erat, an locati exsisteret, & quia melius 6 est possidere potius, quam in personam experiri), hoc Interdictum proponere, & quasi in rem actionem polliceri. §. 2. Proponitur autem Interdictum duplex, exemplo 7 Interdicti *uti possidetis*. † Tuetur itaque Prætor eum, qui superficiem petit, veluti *uti possidetis* Interdicto; neque exigit ab eo, quam causam possidendi habeat: unum tantum requirit, num forte vi, clam, precario adversario possideat. † Omnia quoque, quæ in *uti possidetis* Interdicto servantur, hic quoque servabuntur. §. 3. Quod ait Prætor: *Si actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo*; sic intelligendum est, ut si ad tempus quis superficiem conduxerit, negetur ei in rem actio. Et sane causa cognita 8 ei, qui non ad 9 modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio competet. §. 4. Is autem in cujus solo superficies est, utiq; non indiget utili actione, sed habet in rem, qualem habet de solo. Plane si adversus superficiarium velit vindicare, dicendum est, exceptione utendum in factum data: nam cui damus actionem, eidem [&] exceptionem competere multo magis quis dixerit. §. 5. Si soli possessori superficies evincatur, æquissimum erit, subvenire ei vel ex stipulatu de evictione, vel certe ex empto actione. §. 6. Quia autem etiam 10 in rem actio de superficie dabitur, petitori quoque in superficiem dari, & quasi usumfructum, sive usum quendam [ejus] esse, & constitui posse per utiles actiones, credendum est. §. 7. Sed & tradi posse intelligendum est, ut & legari, & donari possit. §. 8. Et si duobus sit communis, etiam utile communi dividundo judicium dabimus. §. 9. Servitutes quoque Prætorio jure constituentur: & ipsæ ad 11 exemplum earum, quæ ipso jure constituuntur sunt, utilibus actionibus petentur: sed & Interdictum de his utile competet.

Definitio & jus ædium superficiariarum.

II. Gaius lib. xxv ad Edictum Provinciale.

Superficiarias ædes appellamus, quæ in 12 conductio 13 solo 14 positæ sint, quarum proprietas, & civili, & naturali jure ejus est, cujus & solum.

1 Superficiarius, non tantum est inquilinus, *l.* 3. §. *pen. ff. de oper. nov.* Id plus quam inquilinus: quia in alieno solo ædificat conducto (vel etiam empto) ea lege, ut ibi ædificet, & ibi habeat ædificium in plures annos sub annuo salario. Idque jus dicitur superficiarium. *l.* 3. §. 4. *ff. de reb. eor.* Basilicis it. Cabalis, Cujac. *loc.* Puto exemplo superficiarii hoc Interdictum dari Emphyteutico, & Feudatario. Notandum id quoque est, sex esse contractus ex quibus transfertur à nobis dominium utile, excepto, hoc est, retento nobis dominio directo. Hujus generis autē sunt hi contractus: Superficiarius contractus, Locatio ad longū tempus, Emphyteusis, Libellaria, Precaria, Feudum. de quibus vide Alvarotum *initio Feudorum.*

6 Est enim magnum commodum possidendi. §. 4. *ff. & quia longe. Inst. de Interd.* §. 4. *Instit. de obl. ex delict.*

7 V. *l.* 3. §. 7. *ff. uti possid.* 8 Nam modici temporis definitio in arbitrio judicis posita est. *l.* 1. §. *ult. ff. de jur. delib.* 9 *l.* 3. *ff. si ager vectigalis.* 10 *l.* 74. *ff. de rei vind. l.* 10. *ff. famil.* 11 Serviturum aliæ, ipso jure constituuntur, *ut hic.* aliæ non ipso jure, sed prætorio tantum jure, *ut ff. eod.* hæ, vel utili actione, vel etiam Interdicto utili peti possunt, *ut hic.* 12 *l.* 73. 74. *ff. de rei vindicat.* 13 Id est, ea lege conducto, ut conductor in eo positum ædificium habeat, vel ædificet, vel quid aliud habere possit in perpetuum, vel plures annos sub certo annuo salario. 14 Alterius.

Tit. XIX.

DE ITINERE [1] ACTUQUE [2] PRIVATO [3].

Prius Interdictum de usu itineris actusque. 1. *Hoc Interdictum esse prohibitorium. De servitute rustica vel urbana,* 2. *Iure imposita vel non. De usu servitutis.* 3. *De anni computatione.* 4. *De probatione.* 5. *Quousque competit Interdictum.* 6. *De eo, qui per proximum vicini agrum iter fecit.* 7. *De usu per alium.* 9. *De restitutione in integrum, & repetitione diei.* 11. *De precario.* 12. *De eo, qui primum rectè, deinde precario usus est. De eo, qui prohibitus, vel alio prohibito, per quem id jus pertinebat, utitur.*

I. Ulpianus lib. lxx ad Edictum.

Prætor ait: Quo itinere actuque privato, quo de agitur, vel via, hoc anno nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quominus ita utaris, vim fieri veto. §. 1. Hoc Interdictum prohibitorium est, pertinens ad tuendas rusticas tantummodo servitutes. §. 2. Hoc Interdicto Prætor non inquirit, utrum habuit jure servitutem impositam, an non: sed hoc tantum, an itinere actuque hoc 4 anno usus sit non vi, non clam, non precario: & tuetur eum, licet eo tempore, quo Interdictum redditur, usus non sit. Sive igitur habuit jus viæ, sive non habuit, in ea conditione est, ut ad tuitionem Prætoris pertineat: si modo 5 anno usus est 6; vel modico tempore, id 7 est, non minus quam triginta diebus. Neque ad præsens tempus refertur usus, quia plerumque itineribus vel via non 8 semper utimur, nisi cum usus exegerit: ita annui temporis spatio concluſit usum. §. 3. Annum ex die Interdicti retrorsum computare debemus. §. 4. Si quis hoc Interdicto utatur, sufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum in usu habuisse.

§. 5. Julianus ait, quoad usque ingressus est, eo usque ei Interdictum competere: quod verum est. §. 6. Vivianus recte ait, eum qui propter incommoditatem rivi 9, aut propterea quia via publica interrupta erat, per proximi vicini agrum iter fecerit: quamvis id frequenter fecit, non videri omnino usum. itaque inutile esse Interdictum, non quasi precario usum, sed quasi nec usum. ergo secundum [hoc] nec utro 10 usus videtur: multo enim minus illo usus est, per quem non iit, propter incommoditatem rivi, aut propterea, quia via prærupta erat. † Idem erit dicendum, & si non erat via publica, sed iter privatum: nam & hic eadem quæstio est. §. 7. Is cujus colonus 11, aut hospes, aut quis alius 12 iter ad fundum fecit: usus videtur itinere, vel actu, vel via, & idcirco Interdictum habebit 13: & hæc ita Pædius scribit, & adjicit, etiam si ignoravit, cujus fundus esset, per quem iret, retinere eum servitutem. §. 8. Si quis autem, cum putaret fundum ad se pertinere, suo nomine iter fecerit amicus meus: utique sibi, non mihi Interdictum adquisisse intelligitur.

§. 9. Si quis propter inundationem 14 usus non sit itinere actuque hoc anno, cum superiore usus sit: potest repetita 15 die hoc Interdicto uti per in integrum restitutionem ex illa parte, *Si qua mihi justa causa esse videbitur.* Sed etsi per vim hoc ei contigerit, in integrum eum restitui oportet, Marcellus probat. † Præterea & aliis casibus Interdictum repetita 16 die competit, ex quibus in integrum quis restitutionem impetrare solet. §. 10. Præterea sciendum est, si, dilatione data adversario, futurum est ut causa Interdicti mei deterior flat, æquissimum esse, repetita die reddi Interdictum. §. 11. Si tibi fundum precario concesserō, cui via debebatur; deinde tu à domino fundi precario rogaveris, ut ea via ad eum fundum utaris: an noceat tibi exceptio, si adversus eum velis interdicere: à quo precario viam rogasti? Et magis est, ut noceat. Idque colligi potest ex eo, quod Julianus scribit in specie hujusmodi. Quærit enim, si ego tibi fundum precario dedero, cui via debebatur, & tu rogaveris precario, ut ea via utaris, nihilominus utile 17 Interdictum mihi esse: quia sicuti me precarium 18 rei meæ non tenet, ita nec per te precario possidere intelligor. quoniens enim colonus 19 meus, aut is, cui precario fundum dedi, viâ utitur: ego ire intelligor: propter quod & recte dico, me itinere usum. quæ ratio (inquit) efficit, ut [&] si [ego] viam precario rogavero, & tibi fundum precario dedero: quamvis hac mente ieris, quasi fundo meo deberetur, inutile esse Interdictum: & precario eo itinere usus esse videar non immerito: non enim opinio tua, sed mea quærenda est. tu tamen (credo) poteris Interdicto uti, etsi de hoc nihil scribat Julianus.

§. 12. Si quis supradicto 20 tempore anni non vi, non clam, non precario itinere usus sit, verum postea non sit usus, sed clam, precariove: videndum est, an ei noceat. & magis est, ut nihil ei noceat, quod attinet ad Interdictum.

II. Paulus lib. lxvi ad Edictum.

Nec enim corrumpi, aut mutari, quod recte transactum est 21, superveniente delicto 22 potest.

2. De eo, qui ab auctore nostro vitiose possidet. 3. *De eo, quod interest.* 4. *De usu per alium. De propriatario, & fructuario.* 6. *De donatione,* 7. *Mandato,* 8. *Emptione legati,* 9. *Dote,* 10. *Et cæteris causis.* 11. *Alterum Interdictum. De itinere actuque reficiendo.* 12. *Ratio Interdicti,* 13. *Collatio hujus Interdicti cum superiore.* 14. *De jure reficiendi.* 15. *Reficere quomodo accipitur.* 16. *De ponte.*

III. Ulpianus lib. lxx ad Edictum.

Inde etiam illud Labeo scribit, si, cum à me recte via utebaris, fundum vendidero, per quem utebaris, deinde emptor te prohibuit: licet clam videaris ab eo uti (nam qui prohibitus utitur, clam 23 utitur); tamen Interdictum tibi competere intra 24 annum: quia hoc anno non vi, non clam, non precario usus es.

§. 1. Item sciendum est, non tantum eum clam via uti, qui ipse prohibitus utitur: verum eum quoque, per quem quis id jus retinebat, si eo prohibito, per quem retinebat, utatur. † Plane si ignoravi prohibitum, & persevero uti, nihil mihi nocere dicendum est. §. 2. Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario usus est: recte à me via uti prohibetur, & Interdictum ei inutile est, quia à me videtur vi, vel clam, vel precario possidere, qui ab auctore meo vitiose possidet. † Nam & Pædius scribit, si vi, aut clam, aut precario ab eo sit usus, in cujus locum hereditate, vel emptione 25 aliove quo jure 26 successi, idem esse dicendum: cum enim successerit 27 [quis] in locum eorum, æquum 28 non est, nos noceri 29 hoc, quod adversus eum non nocuit, in cujus locum successimus. §. 3. In hoc Interdicto examinatur, quanti ejus interesse 30, via non prohiberi, sive itinere. §. 4. Uti videmur servitutibus etiam per servos 31, vel colonos, vel amicos, vel etiam hospites: & fere per eos omnes, qui nobis retinent servitutes. sed enim per fructuarium quidem servitus retinetur: per fructuarium autem Interdictum hoc domino non competere Julianus ait. §. 5. Idem Julianus scribit, si meus ususfructus in fundo tuo, proprietas vero tua fuerit, & uterque 32 nostrum per vicini fundum ierit, utile Interdictum de 33 itinere nos habere. & sive forte ab extraneo fructuarius prohibeatur, sive etiam à domino; sed & si dominus à fructuario: competet. nam & si quilibet prohibeat ire, Interdictum adversus eum competit. §. 6. Hoc Interdictum & ei competit, qui donationis 34 causa fundi vacuam 35 possessionem adeptus est.

§. 7. Si quis [ex] & mandatu 36 meo fundum emerit, æquissimum est, mihi hoc Interdictum dari, ut ille usus 37 est, qui mandatu meo emit. §. 8. Sed & si quis usumfructum emit 38, vel usum; vel cui legatus est, & traditus: uti hoc Interdicto poterit. §. 9. Hoc amplius & is, cui dotis causa fundus traditus est, experiri hoc Interdicto poterit. §. 10. Et generaliter ex omnibus causis, quæ instar habent venditionis, vel ex alterius contractus, dicendum est, hoc Interdicto locum fore. §. 11. Ait Prætor: Qui itinere actuque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio usus es, quominus [id] iter actumque, ut tibi jus esset, reficias 39, vim fieri veto: qui hoc Interdicto uti volet, is adversario damni infecti, quod per ejus vitium datum sit, cavеat 40. §. 12. Utilitas suasit, hoc quoque Interdictum proponere: namque consequens erat, eum, qui itinere utitur, Interdictum proponere, ut refici iter possit. quemadmodum enim alias uti potest itinere vel actu commode 41, quam si refecerit? corrupto enim itinere, minus commode frui aut agi potest. §. 13. Hoc autem à superiore distat, quod illo quidem Interdicto omnes uti possunt, qui hoc anno usi sunt: hoc autem Interdicto eum demum uti posse, qui hoc anno usus est, & jus sibi esse reficiendi, oporteat 42. Jus autem esse videtur ei, cui 43 servitus debetur. † Itaque qui hoc Interdicto utitur, duas 44 res debet docere: *& hoc anno se usum, & ei servitutem competere.* Cæterum, si desiit alterutrum, deficit Interdictum: nec immeritо. qui enim vult ire agere tantisper, quoad de servitute constet, non 45 de jure suo docere: quid enim perdit, qui eum patitur hoc facere, qui hoc anno fecit? Enim vero qui vult reficere, aliquid novi 46 facit: neque debet ei in alieno permitti id moliri, nisi vere habet servitutem. §. 14. Fieri autem potest 47, ut qui jus eundi habeat & agendi, reficiendi jus non habeat: quia in servitute constituenda cautum sit, ne ei reficiendi jus sit; aut sic, ut si velit reficere, usque ad certum modum reficiendi jus sit. merito ergo ad refectionem 48 se Prætor retulit. *Ut tibi* (inquit) *jus est, reficias. uti jus est*, hoc est, sicuti per servitutem impositam licet. §. 15. Reficere fic accipimus, ad pristinam formam 49 iter & actum reducere: hoc est, ne quis dilatet 50, aut producat, aut deprimat 51, aut exaggeret 52. & aliud 53 est enim reficere, longe aliud facere. §. 16. Apud Labeonem quæritur, si potem 54 quis novum velit facere viæ muniendæ causa: an ei permittatur? & ait permittendum, quasi 55 pars sit refectionis 56 hujusmodi munitio. Et ego puto veram Labeonis sententiam, si 57 modo sine hoc commeari non possit.

De

1 Quid sit, vide *l.* 1. *ff. de servit. rust.*

2 Id est, de itinere vel actu. Habet enim hæc actio vim disjunctivæ, cum sufficiat alterutrum probare, vel iter, vel actum, hoc anno in usu habuisse.

3 Et Interdictis utriusque nomine competentibus. Primum pertinet ad retinendam possessionem: alterum, ut cogatur adire, & reficere.

4 *l. ult. ff. eod. l.* 1. *in fin. ff. quibus mod. usufr. vel us. amitt.*

5 Si modo hoc anno, *vulgat.* si modo eo anno. *Hal.*

6 Et in eo differt ab Uti possidetis, quod non ad tempus præsens, sed ad præteritum refertur.

7 Modicum tempus pro triginta diebus, vide *Novv. 17. cap. 6.*

8 Adde *l. 7. quemadmod. servit. amitt.*

9 Non ut suo jure id faceret *l. ult. ff. eod.*

10 Neutro. *vulg. Hal.*

11 §. 11. *ff. eod.* §. 3. §. 4. *ff. eod. l.* 9. *ff. de adq. poss.*

12 *d. l.* 3. §. 7. *ff. eod.*

13 Atque amicus ille non possidet. *l.* 41. *ff. de adquir. poss.*

14 Adde *l.* 3. §. 17. *l.* 30. §. 3. *ff. de adq. poss.*

15 V. *l.* 3. *ff. de ædilit. instr.*

16 V. *d. l.* 3.

17 V. quæ scripsi ad *l. ult. ff. uti possidetis.*

18 Precarium rei nostræ non tenet. *l.* 4. §. 3. *ff. de precario. l.* 40. *in fin. ff. de adquir. poss. l.* 45. *ff. de reg. jur.*

19 V. §. 7. *ff. eod.*

20 Id est, dejus triginta. §. 2. *ff. eod.*

21 Id est, completum.

22 Ut utile per inutile non vitietur. *l.* 1. §. 20. *ff. tit. prox. l.* 12. *ff. de pecun. constitut. l.* 61. *ff. de jur. dot. l.* 1. §. 5. *ff. de verbor. oblig.*

23 Imo, vi utitur. *l.* 1. §. 5. *ff. quod vi aut clam.*

24 Hoc Interdictum est annale.

25 Adde *l.* 76 §. 1. *de contr. empt. l.* 35. *ff. de act. empt.*

26 Puta donatione. §. 6. *ff. eod.*

27 Successerimus. *Hal. l.* 59. *l.* 156. §. 2. *l.* 177; *ff. de reg. jur l.* 76. *ff. de contr. emption. l.* 28. *C. de evictionibus.*

28 *l.* 156. §. 2. *ff. de reg. jur.*

29 *Al.* nobis nocere. *Hal.* nocere adversus nos hoc. *vulg.* adversus nos nocere hoc.

30 *Al.* Interest, &c. Legit Jacob. Lectius, *interesset*, Igitur id quod interest in Interdictis consideramus, *l.* 1. §. 41. *ff. de vi & vi.*

31 *l.* 1. §. 7. *ff. eod. l.* 9. *ff. de adq. poss.*

32 Duo in solidum jus corporale & incorporale possidere possunt ratione diversorum jurium. *Alberic.*

33 Usufructuarius Interdicto *de itinere* uti potest. *l.* 2. §. *ult. in pr. ff. si serv. vind.*

34 Adde §. 2. *ff. eod.*

35 Vacua possessio quid sit, dixi ad *l* 68. *ff. de contr. empt.*

36 Mandatum habens ad aliquid emendum faciendumve, si id emit aut emi mandat, nomine mandantis feciſſe præsumitur, *ut hic.* nisi forte antea mandatum repudiavit, aut si longo intervallo interjecto fecerit eneritve. adde Socin. *reg.* 253.

37 *l.* 1. §. 7. *ff. eod.*

38 §. 2. *in fin. ff. eod. l.* 35. *ff. de act. empt.*

39 Hic agitur de posteriori Interdicto reficiendi itineris.

40 *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

41 Re sua quis uti commode non potest, nisi ejus reficiendæ potestatem habeat. 42 Reficiendi doceat, *vulg.* docet. *Hal.* 43 Qui servitutis commodo fruitur, ejus reficiendæ onus sustinet: nisi tamen illud onus à servientis fundi domino sit remissum, &c. §. 14. *ff. eod.* adde *l.* 33. *ff. de servit. urb. præd.* 44 Quæ necessariæ sunt interdicturo *de itinere actuque.* 45 Non debet de jure suo. *vulgat. Hal.* 46 Qui reficit, novum quid facit. adde *l.* 1. §. 11. 12. *ff. de oper. nov.* 47 Exceptio. §. 13. *ff. eod.*

48 Refectionem. *Hal.* 49 Ἀναγραφὴ σχήμα. 58 *Eclog.* 11. *c.* 10. *l.* 1. §. 1. *ff. de viis public. & itin. publ.* 50 *l.* 1. *in fin. ff. de rivis.* 51 Imo hæc omnia sunt permissa. *l.* 11. *in fin. princ. ff. comm. præd.* 52 V. *l.* 1. §. 1. *ff. de viis publ. & itin.* clivosam faciat, *l.* 2 §. 32. *ff. ne quid in loco publ.* adlevet. *l.* 11. *ff. comm. præd.* 53 Faciendi & reficiendi differentia, *l.* 1. §. 1. *ff. de viis publ. & itin. publ.* cur ita? Qui reficit, nihil de novo facit. 54 *d. l.* 2. §. 33. 58 *Eclog.* 2. *c.* 7.

55 Ratio dubitandi. 56 Refectionis. 57 Et ita restringe *d.* §. 33. *& d. c.* 7.

De apportatione eorum quæ refectioni necessaria sunt.

IV. VENULEIUS lib. I Interdictorum.

VEteres nominatim adjiciebant, *ut* [58] *ea quoque, quæ ad refectionem* [59] *utilia essent, adportanti vis non fieret*: quod [60] supervacuum est; quoniam qui [61] adportari non patitur ea, sine quibus refici iter non possit, vim facere videtur, quo minus reficiatur.

§. 1. Si quis autem, cum posset compendiaria [62] adportare quæ refectioni necessaria sunt, longiori itinere velit adportare, ut deteriorem causam eundi faciat: impune ei vis fiet, quia ipse sibi impedimento sit, quo minus reficiat.

2. De successoribus. De emptore. 3. De eo, qui diu usus est servitute, quam jure impositam non habet. 4. Uti caveatur de vitio operis.

V. ULPIANUS lib. XX ad Edictum.

APparet ergo eum qui non [63] patitur hæc [64] congeri, vim facere quo minus quis perficiat. §. 1. Plane si [65] quis, cum posset alia [66] parte agri sine incommodo domini fundi impensam adportare, id egit, ut alia parte adportet: impune ei vim fieri, recte placuit. §. 2. Hoc Interdictum non solum ipsi, verum successoribus [67] quoque esse dandum, non est ambigendum. Emptori [68] quoque dabitur, & in emptorem. §. 3. Si [69] quis servitutem jure impositam non [70] habeat, habeat autem velut longæ possessionis prærogativam [71] ex eo, quod diu usus est servitute, Interdicto hoc uti potest. §. 4. Qui hoc Interdicto usurus est, de vitio operis cavere [72] adversario debet.

De recta & vitiosa possessione.

VI. PAULUS lib. LXVI ad Edictum.

SIcut non nocet ei qui sine [73] vitio usus est, quod eodem anno vitiose usus est: ita [74] emptori heredique non nocebit, quod ipsi vitiose usi sunt, si [75] testator venditorve recte [76] usi sunt.

De eo, qui usus est, non facturus si prohiberetur.

VII. CELSUS lib. XXV Digestorum.

SI [77] per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario commeavit aliquis; non tamen tanquam [78] id suo jure faceret, sed, si prohiberetur, non faceret: inutile est ei Interdictum de itinere actuque: nam ut hoc Interdictum competat, jus fundi possedisse oportet.

TIT. XX.

DE [1] AQUA [2] COTTIDIANA [3] ET ÆSTIVA [4].

Interdictum de aqua quotidiana. 1. Summa. 2. Quæ sit aqua quotidiana. 3. Distinctio aquæ quotidianæ & æstivæ. 4. Quæ aquæ duci possint. 7. De aqua quæ ducitur à capite vel aliunde. 8. Quid sit caput. 9. De jure qualitercunque constituto. 10. Vel optimo. 11. De irrigatione vel alio usu aquæ. 12. Si ductus aquarum non sit fundi. 13. De aquis frigidis, vel calidis, ad irrigandum, vel alium usum necessariis. 14. In urbe, vel extra urbem. 15. Ut aqua eo modo ducatur quo ducta est hoc anno. 16. De singulis partibus fundi, & de alio fundo empto. 17. Si aquæ, quæ hoc anno ducebantur, alius aquæ admisceantur. 18. De pluribus pecoribus quam lueret, appulsis. 19. De bona vel mala fide. 20. De justa & vitiosa possessione. 21. Si aqua sponte influxerit. 22. Si quottidie, vel alternis diebus, vel tertio, vel quinto quoque die aqua debeatur. 23. De jure post prohibitionem amisso. 24. De alienatione fundi ad quem aqua ducebatur. 25. Qui tenentur Interdicto. 26. De rivalibus. 27. Ne quid in fundo fiat, quo aqua ducenda deterioretur. 28. De cessione, ne liceat aquam quærere. 29. Interdictum de aqua æstiva. Clausula pertinens tam ad primum, quam ad secundum Interdictum. 30. Interpretatio secundi Interdicti. 37. Interpretatio dictæ clausulæ. 38. Interdictum de aqua castellaria, 39. Et ejus interpretatio.

1. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

AIt Prætor: UTI HOC ANNO AQUAM, QUA DE AGITUR, NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ILLO DUXISTI, QUO [5] MINUS ITA DUCAS, VIM FIERI VETO [6]. §. 1. Hoc Interdictum prohibitorium, & interdum restitutorium est, & pertinet ad aquam cottidianam. §. 2. *Cottidiana autem aqua* non illa est [7] quæ cottidie ducitur: sed ea, qua quis cottidie possit uti, si vellet: quamquam cottidianam interdum hieme ducere non expediat, etsi [8] possit duci. §. 3. Duo [9] autem sunt genera aquarum: est cottidiana, est & æstiva. Cottidiana ab æstiva usu differt, non jure. † *Cottidiana* [ea] est [10], quæ duci assidue solet vel æstivo tempore, vel hyberno [11], etiam [12] si aliquando ducta non [13] est: ea quoque dicitur cottidiana, cujus servitus intermissione temporis divisa est. † *Æstiva* [14] autem ea est [15], qua æstate sola uti expedit: sicuti dicimus vestimenta æstiva, saltus æstivos, castra æstiva, quibus interdum etiam hyeme, plerumque autem æstate utamur. † Ego puto probandum, ex proposito [16] utentis, & ex natura locorum aquam æstivam à cottidiana discerni. Nam [17] si sit ea aqua, quæ perpetuo duci possit, ego tamen æstate sola ea utar [18]: dicendum est, hanc aquam esse æstivam. rursum si ea sit aqua, quæ non nisi æstate duci possit: æstiva dicetur. & si ea sint loca, quæ natura non admittant aquam nisi æstate: dicendum erit, recte æstivam dici. §. 4. Quod autem scriptum est in Interdicto, *Uti hoc anno aquam duxisti*, hoc est: non cottidie, sed hoc anno, vel una die, vel nocte. Ergo [19] cottidiana quidem aqua [alia] est, quæ cottidie duci possit, vel hyeme vel æstate, etsi aliquo momento [20] temporis ducta [21] sit. Æstiva ea, quæ cottidie quidem duci possit, vel [22] sola æstate: ducatur autem æstate tantum, non & hyeme: non quia non possit & hyeme, sed quia non solet [23]. §. 5. Loquitur autem prætor in hoc Interdicto de ea aqua sola, quæ perennis est: nulla enim alia aqua duci potest, nisi quæ perennis est. §. 6. Quanquam * autem * ad perennes aquas dixerimus hoc Interdictum pertinere; ad eas tamen perennes pertinet, quæ duci possunt. † Cæterum sunt quædam, quæ etsi perennes sunt, duci [24] tamen non possunt, utputa puteales, & quæ ita sunt summersæ, ut defluere extra terram, & usui esse non possint. sed hujusmodi aquis, quæ [25] duci non possunt, haustus [26] servitus imponi potest. §. 7. Hæc Interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quæ à capite ducitur, non [27] aliunde: harum enim aquarum etiam servitus jure civili constitui potest. §. 8. *Caput aquæ* [28] illud est unde aqua nascitur: si ex fonte nascatur, ipse fons; si ex flumine vel lacu, prima incilia, vel principia fossarum, quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu in primum rivum [communem] pelli [29] solent. † Plane si aqua, fudoribus [30] manando, in aliquem primum locum effluere, atque ibi apparere incipit: ejus hoc caput dicemus, ubi primum emergit. §. 9. Et qualiter sit constitutum jus aquæ: dicendum est, hoc Interdictum locum habere.

§. 10. Sed etsi jure [31] aqua non debetur alicui, si tamen jure [32] ducere se putavit: cum non in jure, sed in [33] facto erravit, dicendum est, eoque jure utimur, ut Interdicto hoc uti possit. sufficit enim, si jure se ducere putavit, nec vi nec clam nec precario duxit.

§. 11. Illud quæritur, utrum ea tantum aqua his Interdictis contineatur, quæ ad agrum irrigandum pertinet, an vero omnis [34], etiam ea quæ ad usum quoque & commodum nostrum? Et hoc jure utimur, ut hæc [35] quoque contineatur. Propter quod etiam si in urbana prædia quis aquam ducere velit: hoc Interdictum locum habere potest. §. 12. Præterea Labeo scribit, etsi quidam ductus aquarum non sint fundi, quia à [36] quocunque duci possint, tamen ad hoc Interdictum pertinere. §. 13. Idem Labeo scribit, etiam si Prætor hoc Interdicto de aquis frigidis sentiat: tamen de calidis [37] aquis interdicta non esse deneganda. Namque harum quoque aquarum usum esse necessarium: nonnunquam enim refrigeratæ usum irrigandis agris præstant. his accedit, quod in quibusdam locis, & cum calidæ sunt, irrigandis tamen agris necessariæ sunt; ut Hierapoli: constat enim apud Hierapolitanos [38] in Asia agrum aqua calida rigari. Et quamvis ea sit aqua, quæ ad rigandos non sit necessaria, tamen nemo ambiget his Interdictis locum fore. §. 14. Sive autem intra Urbem sit aqua sive extra Urbem: hoc Interdicto locus erit.

§. 15. Illud tamen hic intelligendum est, eodem [39] modo Prætorem duci aquam jussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi [40], neque alia [41] permisisse potest videri. † Quare si alia [42] aqua sit, quam quis velit ducere, quam hoc anno duxit; vel eadem [43], per aliam tamen regionem [44] velit ducere: impune ei vis [45] fiet. §. 16. Illud Labeo dicit, omnes [46] partes illius fundi, in quem loci aqua ducitur, ejusdem [47] numero [48] esse. † Ergo & si forte actor confinem agrum emerit, & ex agro, in quem hoc anno aquam duxerit, postea fundi empti nomine velit aquam ducere: ita demum eum recte hoc Interdicto, ut [49] de itinere actuque, uti putant, ut semel in suum ingressus, inde egredi, qua velit, possit. nisi ei nocitum sit, ex quo aquam ducit. §. 17. Item quæritur, si quis aquæ, quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiscuerit [50], an impune prohibeatur? Et extat Ofilii sententia existimantis, recte [51] eum prohiberi, sed eo [52] loci, in quo primum aquam aliam in rivum admittit: & [53] [Ofilius] in tota aqua recte eum prohiberi ait: ego Ofilio adsentio, non posse dividi; quia non potest [54] ita in parte vis fieri, ut non in tota aqua fiat. §. 18. Trebatius: cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur [55], quam debet appelli [56], posse [57] universum pecus impune prohiberi: quia [58] junctum [59] pecus ei pecori, cui adpulsus debeatur, totum corrumpat pecoris adpulsum. Marcellus autem ait, si quis jus habens pecoris [ad aquam] appellendi, plura pecora adpulserit [60], non in omnibus pecoribus eum prohibendum: quod est verum [61]; quia [62] pecora separari possunt. §. 19. Aristo putat, eum demum Interdictum hoc habere, qui [63] se putat suo [64] jure uti: non eum, qui scit se nullum jus habere, & utitur. §. 20. Idem ait, eum qui hoc anno aquam

1 58 *Ecl.* 20. Goth. Vid. Menoch. *de retinend. poss. remed* 6. Aut.

2 Quid sit aqua quottidiana & æstiva, v. *l.* 1. §. 2. 3. 4. *l.* 6. ff. *eod.*

3 Orthographia hæc pessima est. Legitima est apud Varronem, Catonem, Valerium, Quintilianum, *quotidie*, non *cottidie*. Quotidianum, est quod singulis diebus fit, aut accidit. *l.* 8. §. 24. ff. *de transact. l.* 12. §. 6. ff. *quando dies legati.*

4 Adde & aqua, quæ ex castellis ducitur. *l.* 1. §. 38. ff. *eod.* Praxim hujus Interdicti vide apud Oldendorpium *Class.* 2 *act.* 7.

5 Eadem est formula in *l.* 1. ff. *vit. proxim. l.* 1. ff. *de fonte.*

6 Et ita hoc Edictum prohibitorium est. §. 1. ff. *eod.*

7 Tantum scil. Quotidianum id etiam censetur, quod quotidianum esse potest, licet facto ipso quotidie non fiat.

8 Licita, non continuo & honesta. Non omne, quod licet, honestum est. *l.* 144. *l.* 197. ff. *de regul. jur. l.* 14. §. 2. ff. *de ritu.* Ita quædam honeste accipiuntur, quæ non petuntur honeste. *l.* 1. §. 5. ff. *de variis & extr. cogn. l.* 4. §. *fed quod.* ff. *de condict. ob turpam.*

9 *Sub.* de quibus hoc titulo agitur. 10 Dic ut in *versiculo ego puto.* ff. *eod.* 11 Uti expedit, & ducentis interest. 12 Assidue duci aqua dicitur, etiamsi aliquando non ducatur. Ita assiduum id etiam fuerit, quod interstitium, spatium, quietem, moram, sive pausam recipiat. adde *c. signif. de prahend.* 13 Quia aquam quotidianam interdum ducere hyeme non expedit. 14 *l.* 6. ff. *eod.* 15 V. omnino Ulpiani sententiam in *versic. ego puto.* ff. *eod.* 16 Proposito utentis æstiva, & quotidiana discernitur. *l. antepen.* ff. *eod.* 17 Natura, propensio, propositum, utilitas denique rei ipsius vel utentis consideratur ad aquæ distinctionem. 18 Usu ipso propositum seu animus utentium ostenditur. *l. naturalem.* 5. §. 5. *vers. in his.* ff. *de adq. rer. dom.* 19 Cur ita? Ductæ aquæ actus non inspicitur, sed naturalis facultas, propositum, & utilitas utentis.

20 Momentum pro die hic accipit. A. Gent. *de temp. appell. cap.* 7. vid. *l.* 3. §. 1. ff. *quod vi aut clam. l.* 3. C. *de serv.* Aut.

21 Ducta non fit, *vulg. Hal.*

22 Duci possit, vel æstate, vel hyeme. Ducitur autem æstate tantum non hyeme. *vulg.* duci possit, ut tamen æstate ducatur tantum non etiam hyeme: non, &c. *Hal.*

23 Vel forte non expedit. *l.* 6. ff. *eod. l.* 26. *in fin.* ff. *de servit. urban.*

24 Putei aqua duci non potest; ut ex puteo aquæductus constituatur, natura non patitur, licet perennem, & vivam aquam habeat, quia ita submersa est, ut defluere extra terram, & ducendo usui esse non possit. & huc usque fons a puteo: fons enim in summo, puteus in imo. Plinius *in epist.* Puteos, ac potius fontes habet: fiunt enim in summo. Ex hoc, *l.* 1. ff. *de fonte.* lacu & piscina, §. 8. ff. *eod. l.* 23. §. 1. ff. *de serv. rustic.* aquæductus, & aquæ haustus constitui potest. Ex puteo, aquæ haustus, non aquæductus. Itaque ti puteus sit jugis, quia vivam, perennem, naturalem & perpetuam aquam habeat, non minus ex eo, quam ex fonte, aquæ haustus conceditur, non aquæductus. Igitur ex cæteris aquæ ductibus constitui non potest; nec enim perpetuam causam habet. Idem in stagno, lacu & lacuna, quæ aquam vivam non habet. Servitutum enim perpetuas causas esse oportet. *l.* 28. *de serv. urb.* vide Cujac. 11 *obs.* 3.

25 Haurimus aquas ex profundo, vel profundis locis: ducimus vero ex planis, vel altis.

26 Pro tuenda quasi servitute haustus locum habet Interdictum de fonte.

27 *l.* 9. ff. *de servit. rustic.*

28 Caput aquæ est unde aqua nascitur. 29 *Al.* compelli. 30 Sudorem aquileges vocant, quia guttæ quædam, vel pressura loci eliduntur, vel æstu evocantur: hinc tenuis unda vix fonti sufficit. At ex magnis cautis magnisque conceptibus amnes excidantur, Senec. 3 *natural. qu.* 15. adde 8 *Vitr.* 1. 9 *Pallad.* 8. Libet hic quædam proferre ex eodem Senec. 3 *natural. qu.* 15. Placet, *inquit*, natura regi terram, & quidem ad nostrorum corporum exemplar, in quibus & venæ sunt, & arteriæ; illæ sanguinis, hæ spiritus receptacula. Imo, terræ quoque sunt alia itinera, per quæ aqua; & alia, per quæ spiritus currit: adeoque illa ad similitudinem humanorum corporum Natura formavit, ut majores quoque nostri aquarum appellaverint venas. & *post*: In terra quoque sunt humorum genera complura, quidam ut corrupti: hinc metalla, & lapides) in quibusdam humor ille liquescit, sicut bitumen. Quidam sunt necessarii, hinc causa aquarum. Sed ut in corporibus nostris sanguis, cum percussa vena est, manat: ita in terra solutis, ac patefactis venis rivus, aut flumen effunditur. 31 Id est, constitutione. 32 V. §. 19. ff. *eod.* 33 Ut quia venditor dixit, se fundum vendere cum servitute aquæ. 34 Utique omnis. *l.* 3. ff. *eod.* 35 *Sub.* quæ ad usum commodumque nostrum pertinet. 36 Quia quocunque. Cujac. 9 *obs.* 37. *fol.* 217. qua ratione via, aquæductus personalis intelligitur, ut in *l. pen.* ff. *de servitut. rustic. hinc ad finem.* 37 Calidis etiam de aquis Interdictum competit: partim quia calidæ refrigerari possunt: partim quia quibusdam in locis calidis aquis agros solent irrigare. 38 Strabo *lib.* 13. refert apud Hierapolitanos aquas esse calidas, quæ rivis deductis, sepes ex solido lapide constantes operentur: eandem aquæ in lapidem mutationem Laodiceæ accidere. Aquam Hierapolitanis ad tingendam lanam ita esse accommodam, ut è radicibus facta tinctura coccinam & purpuream æquet. 39 Aquam ad eundem modum, hoc est, in pristinum modum & pristinam quantitatem ducere prohibitus, Interdicto de aqua uti potest: alias non potest. 40 *l.* 3. §. 14. ff. *de itinere actuque.*

41 *l.* 9. *circa fin.* ff. *de serv.* Id est, alia ex parte quoad fundum fervientem. 42 Sic restituo, si alio aquam quis velit: vel *alia aqua*, id est, amplior. 43 Eandem, *vulgat. Hal.*

44 Hoc est partem fundi, distinguuntur enim fundi regionibus certis. 45 Id est, prohibitio. 46 Fundo debita servitus omnibus partibus ejus debetur. *l.* 13. §. 1. *l.* 3. §. *ult. in pr. l.* 26. ff. *de servit. rustic.* 47 *Al.* ejusmodi, &c. quam vocem Albericus exponit, ejusdem conditionis, vel ejusdem servitutis. 48 Id est, eo jure censentur omnes partes æqualiter. Quid hinc sequitur? posse me in quascunque fundi mei partes aquam ducere, 58 *Eclog.* 20. c. 1. (nec enim quicquam vicini interest, in quam fundi mei partem aquam ducam, dum ne in aliam per cujus fundum ducam, quam initio duxi:) sed & vicino ex aquæductu meo commodare. *l.* 24. ff. *de serv. rust.* Quid, si certæ parti fundi mei servitutem aquæductus constituisti? sicuti ad aliam partem fundi mei aquam ducere non possum: ita nec alii concedere. *d. l.* 24. 49 Uti, *vulg. Hal.* 50 Ita ut in fundum servientem aqua uberior decurrat. 51 Imo, male. ff. *eod.* solve: Recte, quoad prohibitionem, male, quoad partem. 52 Alias, si quid ipsi facimus, quod nobis prodest, vicino non noceat, invidiosum fuerit id prohibere. 53 Sic lege: sed Cœlius, vel Cæcilius, vel Cascellius. & ff. *eod.* ego Cœlio, &c. uti is Cœlius sit diversus ab Ofilio: nec enim video, ut idem Ofilius recte contraria posse dicere (sic alibi quoque legimus) Ulpianum anteponere sententiam Cœlii, vel Cæcilii optimoi Ofilii in *l.* 17. §. 1. ff. *de ædil. l.* 3. §. 9. ff. *de penu leg.* Sic Cascellii opinionem anteponit Ofilio Javolenus, *l.* 100. §. 1. ff. *de leg.* 3. *l.* 26. *in fin.* ff. *de instruct.* fuit ergo Ofilii sententia hæc, aquam ducentem certo tantum loco prohiberi: Cœlii vero, tota aqua. 54 In mistis fc. *aut hic.* in junctis aliud. §. 18. *in fin.* ff. *eod.* 55 Appellitur, *vulg.* appelleretur. *Hal.* 56 *Sub.* non pacto adjecto tempore servitutis concesse. 57 Trebatii sententia corrigitur. ff. *eod.* 58 Unicum pecus gregem etiam integrum potest corrumpere, *ut hic. c. fid illud.* 45. *distinct.* 59 Ratio dubitandi.

60 Appellerit, *vulg.* adpulerit. *Hal.* 61 Et ita Marcellus Trebat. notat. 62 Ratio decidendi: juncta separari possunt, *ut hic.* mixta, non item. §. 17. *in fin.* ff. *eod.* adde 58 *Ecl.* 20. c. 1.

63 Hic errat in facto, ut qui sequitur, in jure. 64 §. 19. ff. *eod. l. ult.* ff. *quemadmod. servit. amitt. l.* 1. §. 6. *l. ult.* ff. *de itinere actuque.*

aquam duxerit, nec vi, nec clam, nec precario, & eodem anno vitiose [64] usus est: recte tamen hoc Interdicto usurum. quod referri ad id tempus, quod sine vitio fuerit: esse enim verum, hoc anno non vi, non clam, non precario usum.

§. 21. Quæsitum est, si quis ante annum aquam duxit, deinde sequenti tempore, hoc est, intra annum, aqua influxerit ipsa [65] sibi, me non ducente, an hoc Interdicto locus sit? Et refert Severus [66] Valerius, competere hoc ei Interdictum, quasi duxisse videatur: licet penitus [67] prospicientibus non videtur iste duxisse. §. 22. Item quæsitum est, si quis, dum putat, tertio quoque die [68] habere se jus aquæ ducendæ, duxerit una die: an recte, & sine captione possessoris [69] recte duxisse videatur, ut hoc Interdictum habeat [70]. ait enim Prætor, *Uti hoc anno aquam duxisti*, id est, alternis diebus. † Illud autem nihil interest, utrum quinto die aqua debeatur, an alternis diebus, an cottidie, ei, qui hoc Interdicto uti velit. nam cum sufficiat, vel uno die hoc anno aquam duxisse, nihil refert, qualem aquæductum habens duxerit: dum si [71] quis, cum quinto quoque [72] die uteretur, quasi alternis diebus ducens [73], interdixerit [74], nihil ei prodesse videtur. §. 23. Præterea illud sciendum est, si cum aquam duxisses, adversarius [75] te prohibuerit, deinde tu interim [76] jus aquæ ducendæ amiseris, in restitutionem hoc venire, ut tibi præstetur per hoc Interdictum, quod amisisti [77]: & hoc verum puto. §. 24. Si fundum, ad quem aquam ducebas, vendideris & tradideris: nihilominus Interdictum tibi utile est. §. 25. Competit hoc Interdictum adversus eum, qui prohibet me aquam ducere. Et nihil [78] interest, utrum quis dominium fundi habeat, an non: idcircoque is tenetur Interdicto. nam 79 etsi servitus cœpit, adversus quemvis posse vindicari. §. 26. Si inter rivales [80] (id est, qui per eundem rivum aquam ducunt) sit contentio de aquæ usu, utroque suum usum esse contendente [81]: duplex Interdictum utrique competit. §. 27. Labeo putat, per hoc Interdictum prohiberi quem, *ne quid in illo fundo* [82] *faciat, fodiat, serat, succidat, putet, ædificet, quare ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum sine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriorve fiat*: & similiter de æstiva aqua debere interdici ait. §. 28. Si quis hoc cesserit, ne [83] liceat sibi aquam quærere: ea cessio valet. §. 29. Deinde ait Prætor: UTI PRIORE ÆSTATE AQUAM, QUA DE AGITUR, NEC VI, NEC CLAM, NEC PRECARIO AB ILLO DUXISTI, QUOMINUS ITA DUCAS, VIM FIERI VETO. INTER HEREDES, EMPTORES, ET BONORUM POSSESSORES INTERDICAM [84]. §. 30. Hoc Interdictum de aqua æstiva proponitur. §. 31. Quia autem diximus [85] æstivam aquam aliquo distare ab aqua cottidiana, sciendum est, etiam Interdictis distare: quod qui de aqua quotidiana interdicit, ita interdicit, *Uti hoc anno aquam duxisti*, at qui de æstiva [sic], *Uti priore æstate*; nec immerito, nam, quia hyeme non utitur, referre se non ad præsentem æstatem, sed ad priorem debuit. §. 32. *Æstatem* [86] incipere sic peritiores tradiderunt, ab æquinoctio [87] verno [88], & finiri æquinoctio autumnali [89]: & ita senis [90] mensibus æstas [91] atque hyems dividitur. §. 33. Priorem æstatem ex comparatione duarum æstatium accipi.

§. 34. Propter hoc, si æstate interdicatur, nonnunquam annum & sex menses continere: quod ita contingit, si initio verni æquinoctii ducta sit aqua, & sequenti æstate pridie æquinoctium autumnale interdicatur. † Et proinde si hyeme interdicatur, etiam in biennium hæc res extendetur. §. 35. Si quis hyeme tantum aquam solitus fuit ducere, æstate non fuit solitus, utile Interdictum ei competit. §. 36. Qui hac æstate duxit, non superiore: utile Interdictum habet. §. 37. Ait Prætor, *Inter heredes & emptores, & bonorum possessores interdicam*: hæc verba non solum ad æstivam aquam, verum etiam ad quotidianam quoque referenda esse sciendum est. nam sicuti de itinere actuque & successoribus [92] dantur Interdicta & emptori, ita hæc quoque danda Prætor putavit. §. 38. Ait Prætor: QUO EX CASTELLO [93] ILLI AQUAM DUCERE AB EO, CUI EJUS REI JUS FUIT, PERMISSUM EST: QUO MINUS ITA, UTI PERMISSUM EST, DUCAT, VIM FIERI VETO. QUANDOQUE DE OPERE FACIENDO INTERDICTUM ERIT, DAMNI INFECTI CAVERI JUBEBO. §. 39. Hoc Interdictum necessario propositum est. namque superiora Interdicta ad eos pertinent, qui à capite [94] ducunt, vel imposita servitute, vel quia putant impositam: æquissimum visum est, ei quoque qui ex castello [95] ducit, Interdictum dari: id est, ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, castellum accipe. §. 40. Si ex castello permissum est, dandum erit Interdictum. §. 41. Permittitur [96] autem aquam ex castello, vel ex rivo, vel ex quo alio loco publico ducere. §. 42. Idque à Principe [97] conceditur: alii nulli competit jus aquæ dandæ. §. 43. Et datur interdum prædiis, interdum personis. Quod *prædiis* datur, extincta persona non extinguitur [98]: quod datur *personis*, cum personis amittitur [99]; ideoque neque ad alium dominum prædiorum, neque ad heredem, vel qualemcunque successorem transit. §. 44. Plane ei, ad quem dominium transit, impetrabile est. nam si docuerit prædiis suis aquam debitam, & [100] si nomine ejus fluxisse, à quo dominium ad se transiit: indubitate impetrat jus aquæ ducendæ. nec est hoc beneficium [1], sed injuria, si quis forte non impetraverit. §. 45. Meminisse autem debemus, in hoc Interdicto totam quæstionem finiri adsignationis [2]. non enim præparat hoc Interdictum causam, ut superiora Interdicta; nec ad possessionem temporariam pertinet: sed aut habet jus adsignatum sibi, aut non habet, & 3 Interdictum totum finitur.

De horis.

II. POMPONIUS lib. XXXII ad Sabinum.

SI diurnarum [4] aut nocturnarum [5] horarum [6] aquæductum habeam, non possum alia hora [7] ducere, quam [8] qua jus habeam ducendi.

De causis aquæ ducendæ. 1. Ne cui noceatur. 2. De mutatione alvei. 3. De aqua quæ in rivo nascitur. 4. De ductu ante omnem memoriam. 5. De fistula in rivo ponenda, vel alia re facienda. 6. De aqua supra aquam per pontem ducenda.

III. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

HOc jure utimur, ut etiam non ad irrigandum [9], sed pecoris causa, vel amœnitatis [10], aqua duci possit. §. 1. Ex flumine aquam ducere plures possunt: ita [11] tamen ut vicinis [12] non noceant; vel si angustus amnis sit, eriam ei qui in alia ripa sit.

§. 2. Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen recesserit [13]: non potes subsequi [14] flumen: quia ei "loco" servitus imposita non sit, quamvis is locus meus [15] sit. † Sed si alluvione [16] paulatim accesserit fundo tuo, subsequi potes: quia locus totus fluminis serviat ductioni. † Sed si circumfluere cœperit mutato alveo, non potes: quia medius locus non serviat, interrupta que sit servitus. §. 3. Aqua quæ in rivo nascitur, tacite lucrifit ab eo qui ducit. §. 4. Ductus [17] aquæ, cujus [18] origo memoriam [19] excessit, jure constituti loco habetur. §. 5. Is qui aquæ cottidianæ [jus] habet, vel fistulam in rivo ponere, vel aliud quodliber facere potest, dummodo [20] ne fundum domino, aut [21] aquagium [22] rivalibus [23] deterius faciat. §. 6. Si aqua ducatur, supra eam alia aqua per pontem [24], qui supra rivum factus sit, jure ducitur: dum inferiori rivo non noceatur.

De aquæductu duobus cesso.

IV. JULIANUS lib. XLI Digestorum.

LUcio Titio ex fonte meo *ut aquam duceret*, cessi. Quæsitum est, an [25] & Mævio cedere possim, ut per eundem aquæ ductum aquam ducat? [&], si putaveris [26] posse cedi per eundem aquæ ductum duobus: quemadmodum uti debeant? Respondit: Sicut iter, actus, via pluribus [27] cedi vel simul vel separatim potest, ita aquæ ducendæ jus recte cedetur. sed si inter eos quibus aqua cessa est, non convenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum, utile judicium reddi: sicut inter [28] eos, ad quos usus fructus pertinet, utile communi dividundo judicium reddi, plerisque placuit.

De aqua temporibus vel mensuris divisa. 1. De permutatione temporis inter duos ex eodem rivo ducentes.

V. IDEM lib. IV ex Minicio.

CUm constet, non solum temporibus [29], sed etiam mensuris [30] posse aquam dividi, potest eodem tempore alius cottidianam, alius æstivam aquam ducere: ita ut æstate dividatur inter eos aqua, hieme solus ducat is, qui quotidianæ jus habeat. §. 1. Inter duos qui eodem rivo aquam certis horis separatim ducebant, convenit, ut permutatis inter se temporibus aqua uterentur: quæro, cum amplius tempore servitutibus præfinito ita duxissent, ut neuter eorum suo tempore usus esset, num jus utendi amisissent? negavit, amisisse [31].

Quæ dicatur aqua æstiva.

VI. NERATIUS lib. III Membranarum.

DE Interdicto de aqua æstiva, item quotidiana, quærentes, primum constituendum existimabamus, quæ [32] esset aqua æstiva, de qua proprium Interdictum ad prioris æstatis tempus relatum reddi solet: hoc est, æstiva aqua utrumne ex jure æstivo duntaxat tempore utendi diceretur; an ex mente propositoque ducentis, quod æstate eam ducendi consilium haberet; an ex natura ipsius aquæ, quæ [33] æstate tantum duci potest; an ex utilitate locorum in quæ duceretur? Placebat igitur aquam [34] ob has duas res, naturam suam [35], utilitatemque locorum in quæ deducitur, proprie appellari: ita ut, sive ejus natura erit, ut nisi æstate duci non possit, etiam si hyeme quoque desideraretur, sive omni tempore anni duci eam ipsius natura permitteret, si utilitas locorum [36] personis, in quam ducitur, æstate duntaxat usum ejus exigeret, æstiva recte diceretur.

De cautione.

VII. PAULUS lib. V Sententiarum.

SI de via, itinere, actu, aquæ ductu agatur, hujusmodi cautio [37] præstanda est, quamdiu quis de jure suo doceat, non se impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem. Quod si neget [38] *jus esse adversario agendi, aquæ ducendæ*: cavere sine præjudicio amittendæ servitutis debebit [39], donec quæstio finietur, non se usurum.

De rivo faciendo.

VIII. SCÆVOLA lib. singulari δοξῶν.

CUi per fundum iter [40] aquæ debetur: quacunque vult [41], in eo rivum licet faciat, dum ne [42] aquæductum interverteret.

64 *l. 1. in fin. l. 2. 3. ff. ut. prav.*

65 Ipsa sibimet. *vulg.* ipsamet. *Hal.* *l. 12. ff. quemadm. serv. amitt.* Quod si, *ipsamet*, legas, idem fuerit: quod non intervenientefacto ejus, qui primo duxerat, aqua supervenerit & induxerit.

66 Severus hic Valerius inverse legitur: cum legi debeat Valerius Severus, ut *l. 30. ff. de negotiis.* Sic Mævius Publius inverse legitur in *4, tecta. 40. ff. de rei vindic.* cum legi debeat, Publius Mævius.

67 *Al.* penitius.

68 Id est, per intervallum. *l. 5. in fin. ff. de serv.*

69 *Subaudi*, fundi ex quo aqua ducitur.

70 Certum habere, & recte aquam duxisse.

71 Usus unius modi trahi non potest ad tuendam quasi possessionem alterius modi.

72 *Al.* quoquo.

73 Id est, ductus aquæ servitutem habens.

74 Id est, Interdicto egerit.

75 Id est, dominus fundi.

76 Id est, post prohibitionem adversarii.

77 Semel enim interfuit. Semel, inquam, id est, tempore prohibitionis, & ideo agitur.

78 *l. 10. in fin. ff. si serv. vind. l. 3. C. de serv.*

79 Confessoria adversus quemlibet datur: igitur & Interdictum.

Argumentum ab actione ad Interdictum.

80 Adde Paul. *5 sent. 6. §. 9. al.* corrivales. Rivales sunt, qui eodem rivo utuntur.

81 *Subaudi*, in solidum, & negante alterius esse.

82 *Subaudi*, per quem, vel ex quo ducitur aqua.

83 *l. 15. ff. de serv.*

84 Id est, Interdictum dabo heredibus & bonorum possessoribus contra heredes & bonorum possessores.

85 §. 3. ff. *eod.*

86 Æstas est tempus ab æquinoctio verno ad autumnale. ita finitur æstas æquinoctio verno ab autumnali. *l. un. §. 8. vers. æstas ad æquinoctium. ff. ne quid in flum. publ.* Goth. Bart. in *l. 1. §. ult. ne quid in flumine pub.* ternos menses singulis tempestatibus anni tribuit. v. Alberic. Gentil. *tr. de diverf. temp. appell. c. 3.* Aust.

87 Æquinoctia duo: vernum, & autumnale. adde §. 34. ff. *eod.*

88 Æquinoctium vernum, quando incipiat, *v. 5 Isid. 34.*

89 Æquinoctium autumnale quando incipiat, vide Isid. *d. loco.* 90 Annus in æstatem & hyemem distinguitur. sic Thucydides historiæ suæ seriem distinguit in hæc duo, singulas scil. æstates & hyemes. Thucyd. *lib. 2. & lib. 5.* 91 Anni quatuor vices hic enumerantur, æstas, hyems, *ut hic*, vernum æquinoctium & autumnale §. 34. ff. *eod.* 92 *l. 2. in fin. ff. si serv. vind.* 93 Id est, dividiculo aquarum publico. §. 39. *in fin. ff. eod.* Fest. in voce *dividiculum*. De castello, vide *l. 19. ff. de servit. urb. l. 2. ff. commun. prad. l. 3. C. de aquæduct.* ex eo fistulæ ducebantur. *l. 78. ff. de contr. empt.* In masculino etiam dicuntur castelli, *l. 41. §. 10. ff. de legat.* 1. conceptacula etiam dicuntur, *l. 2. C. Theodos. de aquæduct. 15. titul. 2.* plerumque erant plumbea. *l. 17. §. 8. l. 38. in fin. ff. de act. empt.*

94 §. 7. ff. *eod.* 95 Castellum quid. *l. 41. §. 10. ff. de leg. 1. l. 19. ff. de serv. urb.* vide Fest. in *Dividiculo.* 96 Vide 3 *Harm. 3. §. 120.* 97 *l. 18. in fin. ff. de aqua & aquæ pluv.* 98 Est enim reale: quamdiu res durat, manet: penes quemcunque res sit, durat. 99 Personalia cum personis extinguuntur. *l. 4. in fin. l. pen. ff. de serv. rust. v. l. 28. in fin. ff. de legat. 2. l. 6. in fin. ff. de serv. leg. l. 1. §. 1. ff. de jur. immun. l. 12. C. de excus. muner.* 100 Et nomine ejus fluxisse, *vulgat.* & nomine ejus fluxisset. *Hal.* 1 Non dat beneficium, qui dat necessario. *l. 50. ff. de rit. l. 29. ff. de don.* 2 Adsignationibus. *Hal.* 3 Et hoc Interdictum, *vulg. Hal.* & hujus generis Interdicto totum finitur. Cujac. *5 obs. 19. in fin.* 4 ἡμερῶν ἢ νυκτερινῶν, *diurnum vel nocturnum.* 58 *Eclog. 20. cap. 3.* 5 *l. 10. ff. quemadm. serv. l. 17. ff. de aqua & aquæ pluv.* 6 Horæ in diurnas & nocturnas dividuntur.

7 Facit *l. 4. in fin. l. 5. ff. de serv.*

8 Quam in qua, *vulg. Hal.*

9 *l. 1. §. 11. ff. eod. l. 4. ff. eod. l. 2. in fin. ff. de serv. rust.*

10 Ponitur pro utilitatis, ut in *l. 16. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Aust.

11 Hoc enim semper spectandum est. *§. ult. ff. eod. l. 17. in fin. ff. de serv. rust.*

12 Id est, circumcolentibus. *l. un. §. 4. in fin. ff. ne quid in flumine publ.*

13 Repente, novum alveum faciendo.

14 Id est, non potes sequi flumen, & ex eo rivum ducere.

15 Puto legendum, *quamvis in locum publicum sit.*

16 Hoc puto innui: per alveum desertum, rivum ducere non posse. alveus enim, vel publicus, vel alterius esse potest. Per fundum vero Titii in alveum mutatum & inundatum, posse, sed ita Bartolus: Alveus mutatus est repente, nullo intermedio loco relicto? jus aquæ ducendæ statim amittitur: secus, si paulatim alveus mutatus sit; tunc enim jus aquæ ducendæ retinetur. Quid, si alveus mutatus sic loco privato dimisso in medio? indistincte jus aquæ ducendæ amittitur.

17 58 *Eclog. 19. c. 4.*

18 Servitus causam discontinuant habens præscribitur per tempus cujus initii memoria non extet: vide tamen omnino Socinum, *reg. 373.* Jason. *2 consil. 150.*

19 *l. 28. ff. de servit. urb. l. 10. ff. si serv. vind. l. ult. ff. de aqua pluvia.*

20 *Eclog. ibid.*

21 *l. 9. ff. quemad. serv.*

22 Quasi aquæagium, seu aquæductus. Fest. ὑδραγώγιον, aquarium; *l. 15. ff. de serv. rust. prad. l. 9. ff. quemadm. serv. amitt.*

23 Rivales, Græci ὁμορρύους. *Eclog. ibid.*

24 *l. 11. ff. de aqua & aquæ pluv.* Goth. Vide Revard. *conject. lib. 2. cap. 12.* Aust.

25 *V. l. 24. ff. de serv. rustic. prad.* 26 An recte id existimatur fieri posse? Posse dicendum est, si omnibus sufficere poterit: alioqui servitutem vel jus alterius minuere non licet. *l. 8. ff. de aqua pluv.*

27 *l. 3. §. 1. ff. eod. l. 14. ff. de serv. rust. l. 15. ff. comm. prad.* 28 *l. 13. §. 3. ff. de usufr & quemad. l. 7. §. 7. ff. commun. divid.* 29 *l. 5. in fin. ff. de serv. l. 6. §. 10. l. 19. in fin. ff. commun. divid.*

30 Et modo. *l. 4. in fin. l. 5. ff. de serv. d. l. 19. l. 12. C. de serv.* 31 Imo videtur amisisse. *l. 13. C. de serv.* 32 *l. 1. §. 3. ff. eod.* 33 *Flor. al.* quæ. 34 Æstivam. 35 Aqua æstiva ob res duas maxime appellatur, sc. ob naturam suam, & utilitatem fundi dominantis. 36 *Flor.* utilitas personis. *Hal.* Utilitas locorum in quæ ducitur. *S. L.* 37 *l. 60. §. 1. ff. de usufr. l. 15. ff. de op. nov.* 38 Id est, negatoria agat. 39 Is scilicet qui servitutem sibi deberi asserit. 40 Id est, jus aquæ ducendæ. 41 Generaliter, adde *l. 9. ff. de serv.* 42 *V. l. 3. §. 1. ff. eod.*

TIT. XXI.

DE RIVIS [1].

1 Vide Oldend. *classi. 2. act. 8.*

Interdictum, 1. *Et ejus utilitas.* 2. *Definitio rivi*, 3. *Et specus. Etymologia specus.* 4. *De septu.* 5. *De incili.* 6. *Quid sit reficere.* 7. *Quid sit purgare.* 8. *De aqua ducenda causa*, 9. *Et jure.* 10. *De refectione.*

I. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

PRætor ait: RIVOS [2], SPECUS [3], SEPTA [4] REFICERE, PURGARE, AQUÆ DUCENDÆ CAUSA, QUO MINUS LICEAT ILLI: DUM NE ALITER AQUAM DUCAT, QUAM UTI PRIORE ÆSTATE NON VI, NON CLAM, NON PRECARIO AB ITE DUXIT: VIM FIERI VETO. §. 1. Hoc Interdictum utilissimum [5] est: nam si permittatur alicui reficere, alia ratione usu incommodabitur.

§. 2. Ait ergo Prætor *Rivum, specus.* † Rivus [6] est locus per longitu-

2 *V. §. 2. ff. eod.*

3 *V. §. 3. ff. eod.*

4 *V. §. 4. ff. eod.*

5 Titulos juris ab utilitate commendare Jurisconsultis frequentissimum est. *l. 1. ff. de neg. l. 1. ff. de in integ. rest. l. 1. ff. de exercitoria. l. 1.*

6 Rivus quid? vide Festum in voce *rivus.*

gitudinem depressus, quo aqua decurrat, cui nomen est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, id est, *à fluendo*. §. 3. *Specus* 7 autem est 8 locus ex quo despicitur. Inde spectacula sunt dicta. §. 4. *Septa* sunt, quæ ad incile 9 opponuntur, aquæ derivandæ compellendæve ex flumine causa, sive ea lignea sunt, sive lapidea, sive qualibet alia materia sint ad continendam transmittendamque aquam excogitata. §. 5. *Incile* 10 autem est locus depressus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur: inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Sed & fossæ & putei hoc Interdicto continentur. §. 6. Deinde ait Prætor *reficere, purgare*. Reficere est, quod corruptum est, in pristinum statum restaurare. Verbo *reficiendi* 11 tegere, substruere, sarcire, ædificare, item advehere, adportareque 12 ea, quæ ad eandem rem opus essent, continentur. §. 7. *Purgandi* 13 verbum plerique quidem putant ad eum rivum pertinere, qui integer est: & palam est, & ad eum pertinere, qui reficitione 14 indiget: plerunque enim [ut] refectione & purgatione indigent. §. 8. *Aquæ*, inquit, *ducendæ causa*. merito hoc additur, ut ei demum permittatur & reficere & purgare rivum, qui aquæ ducendæ causa id fecit. §. 9. Hoc Interdictum competit etiam ei, qui jus aquæ ducendæ non habet, si modo aut priore ætate, aut eodem anno aquam duxerit: cum sufficiat, non vi, non clam, non precario duxisse. §. 10. Si quis terrenum 15 rivum signinum 16 [id 17 est, lapideum 18] facere velit, videri eum non 19 recte hoc Interdicto uti: non 20 enim reficit 21, qui hoc facit: & ita Ofilio videtur. §. 11. Proinde etsi per alium locum velit ducere, impune prohibetur. Sed etsi eundem rivum deprimat 22 vel 23 attollat, aut dilatet, vel extendat, vel operiat apertum, vel contra. Ego cæteros quidem impune prohiberi puto. at enim eum qui operiat apertum 24, vel contra: eum non puto prohibendum, nisi si quam majorem utilitatem suam adversarius ostendat.

7 Specus locus ex quo despicitur, quem Δόκιον vocant Græci, 58 *Eclog.* 7. *c.* 8. & Ἀκτίων. vide Cujac. 16 *obs.* 17. vel potius specus hic est locus subterraneus, in quo nihil spici potest, per quem aqua operta ducitur.

8 Etymo, non re. Opponitur fossa & specus apud Festum in *rivi*. vide *l.* 3. ff. *eod.*

9 De quo in §. 5. ff. *eod.*

10 Vide Festum.

11 *l.* 3. §. 15. ff. *de itinere actuque privato. l.* 11. ff. *communia præd. l.* 1. §. 1. ff. *de via publ. & itin.*

12 *l.* 3. *in fin.* ff. *eod. l.* 4. *in fin.* ff. *de itinere actuque.*

13 *d.* §. 1.

14 Refectione.

15 Aquam non continentem.

16 Signinus rivus, cæmentitius, testaceus, non lapideus. Signina opera fiunt ex testis contusis additaque calce, 35 Plin. 128. Vitruv. *ult.* hinc signina fabrica Boetio: signinus alveus, Cassiodor. 5 *variar.*

17 Vel. *Hal.*

18 Ex superioribus quæ nunc diximus, constat hanc interpretationem Triboniani esse, idque putat Barnabas Brissonius vir juris scientissimus, & meritissimus in Senatu Parisiensi Præses.

19 Imo recte. *l.* 3. §. 1. ff. *eod.*

20 Materiæ inhabilitas effectum agentis impedit.

21 V. *l.* 3. §. *penult.* ff. *de itinere actuque privato.*

22 Vide quæ notavi ad *l.* 11. ff. *comm. præd.*

23 Forma utari potest, materia non potest.

24 Potest quis id quod prius καθ' ὕδατον ducebatur, operire. 58 *Eclog.* 20. *cap.* 1.

25 Id est, subterraneum. v. Cujac. 16 *obs.* 17. *in prine.*

26 Id est, pactum.

27 Ducere per specum est species ducendi per apertum. de quo vide Cujac. 16 *obs.* 17.

28 Id est, fossa facta ductave super terram.

29 58 *Eclog.* 20. *cap.* 8.

30 Ex terra, non subterraneus. vide *l.* 2. ff. *eod.*

31 Signinum, ut *l.* 1. §. 10. ff. *eod.*

32 Imo non est, *l.* 1. §. 10. ff. *eod.*

33 Sive cæmentitius.

34 Aliud est, si veterem. 58 *Eclog.* 20. *c.* 4.

35 Adde *l.* 1. §. 13. ff. *de aqua quotidiana.*

36 Cuniculus, canalis, *l.* 26. ff. *de damno.* per quem vapor in balneariis trahitur, *ut hic.* & exhalat. 9 Plin. 38. 37 In balneariis vaporibus, *vulgat.* in balneariis, putat. *Haloand.* 38 *l.* 5. §. 11. ff. *de operis novi.*

39 Novum opus ei nunciari non potest, cui facienti Prætor vim fieri vetat. Quid igitur? qua actione qui opus facit in hac specie, qua actione, inquam, tenebitur? in rem actione, *ut hic.* Imo & de damno infecto cavebit. §. 9. ff. *eod.* 40 *l.* 19. ff. *de oper. nov.*

41 *l.* 1. §. 6. ff. *eod.* 42 Rivi non refecti potior est causa ac ratio, quam non refecti itineris, non quod ea quæ aqua fluminum importari vel exportari solent, sint iis pretiosiora, quæ itinere pedestri importari possunt: (possunt enim res eædem ejusdemve generis utrobique importari & exportari): sed quod itinere non refecto iter institui potest, etsi difficultate quadam, rivo non refecto aqua tota elabi atque perire potest; atque ita homines etiam siti necari. 43 Aquæ usus apud homines, & inter animalia cæteraque alia maximus: hinc Pindarus ὕδατος μὲν ὕδωρ. & Festus (aliam certe etymologiam adfert Isidorus, 13 *orig.* 12. & 20 *cap.* 13.) Aqua dicitur, inquit, à qua juvamur. Hinc aqua etiam fuit damnatis interdici. eam quoque nuptæ accipiunt, de quo vide quæ notavi ad *l.* 66. §. 1. 2. *de donat. inter virum.* Ea purgationes fiebant, ut dicemus alibi. Aquam quoque Isidorus, 13 *orig.* 12. scribit cæteris elementis imperare, ut quæ cœlum temperet, terram fœcundet, aerem incorporet: ea pisces nutriri, fruges, arbores & herbas: eam potum cuique animanti tribuere. Idem scribit Augustin. *lib.* 5. *de Genesi ad literam.* Hinc Thales dicebat aquam esse à qua nata sunt omnia. Lactantius, 1 *Inst.* 6. & Fulgentius, 1 *Mytholog.* refert Neptunum Deum maris cum tridente pingi, ut intelligamus aquam cœlo, aëri, seu nubibus & terræ mixtam esse. & Tertullianus, *lib. de Baptismo*, aquam commendat, ut antiquam substantiam & Dei sedem seu vectaculum: quin aquis primum præceptum fuisse refert, ut animas proferrent; nec inde mirum esse in baptismo, si aquæ animare noverunt. vide eundem *ibid.* de aquæ laudibus: & Senecam, 3 *natural. q.* 3. *cap.* 19. *& seq.* Varro aquæ elementum fœminæ quasi locum referre existimat; ignem vero masculi: & sic illam patientis, hunc vero agentis: & ex aqua & igni generari omnia.

TIT. XXII.

DE FONTE 1.

Interdictum de usu. 1. *De differentia hujus Interdicti, & Interdicti de aqua quotidiana, & æstiva.* 2. *De usu prohibito.* 3. *De persona.* 4. *De cisterna, lacu, piscina, puteo. De aqua viva vel non viva.* 5. *De prohibito ire ad haustum.* 6. *Interdictum de purgatione & refectione.* 7. *Utilitas Interdicti.* 8. *De purgatione & refectione.* 10. *De lacu, puteo, piscina.* 11. *De persona.*

I. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

Prætor ait: Uti de eo fonte quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quominus ita utaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina 2 item interdicam 3. §. 1. Hoc Interdictum proponitur ei qui fontana aqua uti prohibetur: servitutes enim non tantum aquæ ducendæ esse solent, verum etiam hauriendæ: & sicut discretæ 4 sunt servitutes ductus aquæ, & haustus aquæ, ita 5 Interdicta separatim redduntur. §. 2. Hoc autem Interdictum locum habet, si quis uti prohibeatur aqua: hoc est, sive haurire prohibeatur, sive etiam pecus ad aquam appellere.

§. 3. Et eadem sunt hic dicenda, quæ ad personam 6 attinent, quæcunque in superioribus Interdictis diximus 7. §. 4. Hoc Interdictum de 8 *cisterna* 9 non competit: nam cisterna non habet perpetuam causam, nec vivam aquam. Ex quo apparet in his omnibus exigendum, ut viva aqua sit. Cisternæ autem imbribus concipiuntur. † Denique constat Interdictum cessare, si lacus, piscina, puteus 10 vivam aquam non habeat. §. 5. Plane si quis ire ad haustum prohibeatur 11, æque Interdictum sufficiet.

§. 6. Deinde ait Prætor: Quominus fontem quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coercere, utique ea possis: dum ne aliter utaris, atque uti hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo usus es, vim fieri veto. §. 7. Hoc Interdictum eandem habet utilitatem 12 quam habet Interdictum de rivis reficiendis: nisi enim purgare & reficere fontem licuerit, nullus usus ejus erit. §. 8. Purgandus autem, & reficiendus est ad aquam coercendam, ut uti quis aqua possit, dummodo non aliter utatur, quam si uti hoc anno usus est.

§. 9. *Coercere* 13 *aquam*, *est* continere sic, ne diffluat, ne dilabatur: dummodo non permittatur, vias 14 novas quærere, vel aperire; hic enim innovat aliquid præter id, quam præcedenti anno usus est. §. 10. Sed & de lacu, puteo, piscina, reficiendis purgandis Interdictum competit. §. 11. Et omnibus personis 15 dabitur, quibus permittitur Interdictum de aqua æstiva.

1 Aqua fontana, ut haurire ex ea liceat, & pecus ad eam appellere. 58 *Eclog.* 21. adde Oldendorp. 2 *class. act.* 8. Fons dicitur quod aquam fundat. Isidor. 14 *orig.* 21.

2 Τῆς φρεάτος, *Eclog. ibid.* An & de cisterna? §. 4. ff.

3 Interdictum proponam.

4 Aquæ ductus & aquæ haustus servitutes discretæ sunt, hoc est, inter se differentes.

5 Separatorum separata debet esse ratio & actio. *l. si maritus.* 10 *C. de don. inter vir. & uxor.*

6 Agentem.

7 *l.* 1. §. 19. ff. *de aqua quotidiana.*

8 Interdictum de cisterna, est Interdictum pro aqua de cisterna haurienda.

9 Cisterna ideo dicitur, quod ejus origo sit ex terra. vid. Festum, ex cœlo veniat, non ex terra visceribusve terræ.

10 Putei vox antiqua Græca, Varro 5 *de lingua.* Æoles enim dicebant φόρτιον. Varro 4 *de lingua.*

11 *l.* 28. ff. *de serv. urb.* 12 Est enim origo ejus cis terram, eandem igitur decisionem habere debet. *l.* 3. ff. *ad Leg. Aquil.* 13 Coërcere aquam est eam detinere, ne defluat, neve dilabatur, *ut hic.* Hoc eodem sensu *coërcere* fumitur apud Festum in *arcere.* 14 *Flor.* & *Haloand.* legunt, non permittatur cui novas quærere. *S. L.* 15 *l.* 1. §. 37. *in fin.* ff. *de aqua quotidiana.*

TIT. XXIII.

DE CLOACIS 1.

Interdictum prius, quod est de cloaca privata. 1. *Communia utriusque Interdicti.* 3. *Interpretatio prioris Interdicti. De cloacis publicis vel privatis.* 4. *Definitio cloacæ.* 5. *Hoc Interdictum esse prohibitorium.* 6. *De tubo & fistula.* 7. *De usu violento, clandestino vel precario.* 8. *De ædibus, area, agro.* 9. *De cloaca privata & publica.* 10. *Interpretatio verbi* pertinet. 11. *De vicino proximo vel ulteriori.* 12. *De pavimentis rescindendis.* 13. *De operis novi nunciatione.* 14. *De damno infecto.* 15. *Alterum Interdictum, quod est de cloaca publica.* 16. *Summa.*

I. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

Prætor ait: Quominus illi cloacam, quæ ex ædibus ejus in tuas pertinat, qua de agitur 2, purgare, reficere liceat: vim fieri veto. Damni infecti quod operis vitio factum sit, caveri jubebo.

§. 1. Sub hoc titulo duo Interdicta Prætor subjecit, unum prohibitorium, alterum restitutorium: & primum prohibitorium.

§. 2. Curavit autem Prætor per hæc indicta, ut cloacæ, & purgentur 3, & reficiantur, quorum utrumque & ad salubritatem 4 civitatium, & ad tutelam pertinet: nam & cœlum pestilens 5, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum, *item* si 6 non reficiantur. §. 3. Hoc autem Interdictum proponitur est de cloacis privatis: publicæ enim cloacæ publicam curam merentur.

§. 4. Cloaca autem est locus cavus, per quem colluvies 7 quædam fluat. §. 5. Hoc Interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium est: quo prohibetur vicinus vim facere, quo minus cloaca purgetur & reficiatur. §. 6. Cloacæ appellatione & tubus 8 & fistula continetur. §. 7. Quia autem cloacarum refectio 9 & purgatio ad publicam utilitatem spectare videtur, idcirco placuit, non esse in Interdicto addendum, *Quod non vi, non clam, non precario ab illo usus sit*: ut 10 etiam si quis talem usum habuerit, tamen non 11 prohibeatur volens cloacam reficere 12 vel purgare. §. 8. Deinde ait Prætor, *Quæ ex ædibus* 13 *ejus in tuas pertinet* 14. *Ædes* hic accipere debes pro omni ædificio, hoc est, ex ædificio ejus in tuum ædificium. Hoc amplius Labeo putabat, hoc Interdicto locum esse, & si area ab utraliber parte ædium sit: & si forte (inquit) cloaca ducta sit ex urbano ædificio in proximum agrum. §. 9. Idem Labeo, etiam cum qui privatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum, ne ei vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacam facere, ut exitum habeat in publicam cloacam: non esse eum impediendum Pomponius scribit.

§. 10. Quod ait Prætor, *pertinet*, hoc significat, quod ex ædibus ejus in tuas pertinet, hoc est, dirigitur, extenditur, pervenit.

§. 11. Et tam ad proximum vicinum hoc Interdictum pertinet, quam adversus ulteriores, per quorum ædes cloaca currit.

§. 12. Unde Favius Mela scribit, competere hoc Interdictum, ut in 15 vicini ædes veniat, & rescindat pavimenta purgandæ cloacæ gratia: verendum 16 tamen esse, Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur: sed hæc stipulatio non committitur, si paratus sit restaurare id quod ex necessitate rescindendæ cloacæ causa rescinderat. §. 13. Si quis purganti 17 mihi cloacam vel reficienti, opus novum nunciaverit: rectissime dicetur, contempta nunciatione me posse reficere id quod institueram.

1 Περὶ ἀποχωρήσεων ἢ τῆς καναλίου. 58 *Eclog.* 22. adde Oldendorp. 2 *class. act.* 8. Cloaca porro à conluendo dicta. Cloacare est inquinare. Quis eo non rideat Ethnicos, quod simulacro in cloaca reperto nomen deæ Cloacinæ imposuerint? vide Lactant. 20 *Inst.* 20.

2 Hæc duo pertinent ad hoc Interdictum.

3 Cloacarum usus fuit Romæ numerus, ut Plin. 36. *cap.* 12, Romam Urbem pensilem vocet & subternavigatam. vid. Duaren. 1 *disp.*

4 Vide quæ de aëre scripsi ad *l.* 2. §. 29. ff. *ne quid in loco publ.*

5 Pestilens cœlum cloacæ non purgatæ minantur.

6 *l.* 5. §. 13. ff. *de operis novi nuncia.*

7 Vide Festum in voce *Cloaca.*

8 Eadem ratione rivi appellatione os ipsum rivi contineri colligunt, licet appellatione fluminis non contineatur ripa. *l.* 1. §. *in flumine publico.* 11. ff. *de fluminibus.*

9 *Al.* refectio.

10 Possessio etiã violenta clandestina vel precaria in hoc Interdicto de cloacis prodest adversus eum, à quo ita habetur: quod in aliis Interdictis secus est.

11 Cloacam reficere vel purgare volenti, vim pati non debet.

12 *l.* 3. §. 8. ff. *de riv.* 13 V. *verf. ædes.* ff. 14 V. §. 10. ff. *eod.* 15 Invito domino licet ejus fundum ingredi, cloacæ reficiendæ causa: alias non licet. *l. Divus.* 16. ff. *de serv. rust. præd.* adde huic legi *l. requirendi.* 2. *C. de servis fugit. l. Divus.* 3. ff. *de fugitivis. l. omnis servit.* 6. *C. de aqua ductu. l. quidam.* 26. *l. ex omnibus.* 31. *C. de decur. lib.* 10. 16 Vide quæ de hac dictione scripsi ad *l.* 45. *in fin.* ff. *de ritu.* 17 V. *l.* 5. §. 11. ff. *de operis novi.*

sam. §. 14. Sed & damni infecti cautionem [18] pollicetur, si quid operis vitio factum est; nam sicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit, ita dicendum, ne damnum ædibus alienis detur. §. 15. Deinde ait Prætor: QUOD IN CLOACA PUBLICA FACTUM, SIVE [EA] IMMISSUM HABES, QUO USUS EJUS DETERIOR SIT, FIAT: RESTITUAS. ITEM NE QUID FIAT, IMMITTATURVE [19] INTERDICAM. §. 16. Hoc Interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid ad cloacam immittas, neve facias: quo usus deterior sit, neve fiat.

18 Id est, actione ex cautione.

19 Quemadmodum liceat uniquique eo nomine nunciare, v. *l. ultim. C. de diffessor.*

De cloaca reficienda vel nova facienda.

II. VENULEIUS lib. I Interdictorum.

QUanquam de reficienda cloaca, non etiam de nova [20] facienda hoc Interdicto comprehendatur, tamen æque interdicendum, Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia eadem utilitas sit. Prætorem enim sic interdixisse, ne vis fieret, quominus cloacam in publico facere liceret: idque Ofilio & Trebatio placuisse. ipse dicendum ait, ut [ne] factam cloacam purgare & restituere permittendum sit per Interdictum: novam vero facere is demum concedere debeat, cui [21] viarum publicarum cura sit.

20 Adde *l.* 3. §. 2. *ff. de rivis.*

21 Vinceus Varroni dicitur 4 *de lingua. l.* 3. *ff. de cis publ.*

TIT. XXIV.

QUOD [1] VI AUT CLAM [2].

Interdictum. 1. *Summa.* 2. *De jure faciendi.* 3. *De exceptione juris sui.* 4. *Ad quæ opera pertinet hoc Interdictum.* 5. *Quid sit vi facere.* 6. *De jactu lapilli.* 7. *De testatione & denunciatione.* 8. *De eo, qui per vim molitus est, ne prohiberi possit.* 9. *Si prohibitus destitit, postea facere cœpit.* 10. *De eo, qui imbecillitate impeditus, vel ne quem offenderet, ad prohibendum non venit.* 11. *Si extraneus volentem ad prohibendum venire deterruit.*

I. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

PRætor ait: QUOD VI AUT CLAM FACTUM EST, QUA DE RE AGITUR, EJ CUM EXPERIENDI POTESTAS EST, RESTITUAS [3]. §. 1. Hoc Interdictum restitutorium [4] est: & per hoc occursum est calliditati eorum, qui vi [5] aut clam quædam moliuntur: jubentur enim ea restituere. §. 2. Et parvi refert, utrum jus habuerit faciendi, an non. sive enim jus habuit, sive non, tamen tenetur Interdicto, propter quod vi aut clam fecit: tueri enim jus suum debuit, non [6] injuriam comminisci. §. 3. Denique est quæsitum, an hoc Interdicto utenti exceptionem possit objicere, *Quod non jure* MEO *recepérim?* Et magis est, ne possit: nam adversus vim, vel quod clam factum est, nulla justa exceptione se tueri potest. §. 4. Hoc Interdictum ad ea sola opera pertinet, quæcunque in solo [8] vi aut clam fiunt. §. 5. Quid sit vi factum, vel clam factum videamus. *Vi* [9] *factum* videri [10] Quintus Mucius scripsit, si [11] quis contra, quam prohiberetur, fecerit: & mihi videtur plena esse Quinti Mucii definitio. §. 6. Sed & si quis jactu [12] vel minimi lapilli prohibitus facere, perseveravit facere: hunc quoque vi fecisse videri, Pædius & Pomponius scribunt. eoque jure utimur. §. 7. Sed & si contra testationem [13], denunciationemque fecerit: idem esse Cascellius & Trebatius putant. quod verum est. §. 8. Sed & Aristo ait, eum quoque vi facere, qui, cum [14] sciret se prohiberi, per vim molitus est, ne prohiberi possit. §. 9. Item Labeo dicit, si quem facientem prohibuero, isque destituerit [15] in præsentiarum [16], rursusque postea facere cœperit, vi eum videri fecisse, nisi permissu meo facere cœperit, vel qua alia justa causa accedente. §. 10. Si quis tamen imbecillitate impeditur, vel etiam ne offenderet vel te, vel eum qui te magni faciebat [17], ideo non venerit ad prohibendum: non videbitur adversarius vi fecisse. & ita Labeo scribit. §. 11. Idem ait, & si te volentem ad prohibendum venire deterruerit aliquis, armis forte, sine ullo dolo malo meo, ac propter hoc non veneris: non videri me vim fecisse.

1 Περὶ τῶν βίᾳ, ἢ δόλῳ πραχθέντων τι κατὰτὸν. 58 *Eclog. ex tit.* 23. (possis addere & *tit.* 12. & 13.) recte τὸ κατὰτὸν, id est, *novi operis*: pertinet enim hic titulus non ad eos qui vi dejecerunt aliquem ex possessione, sed qui aliquod opus novum fecerunt. Habet itaque affinitatem hic titulus cum titulo de operis novi nunciatione: differt tamen. de quo vide *hic* Cujac.

2 V. *l.* 3. §. 7. *ff. eod.* i. e. Furtive, obscure & plerunque nocte. Nox enim furibus est propitia. Euripides, κλέπτων ἡ νὺξ, τὰς δ' ἀκλήστους τρέφει.

3 Interdictum quod vi aut clam restitutorium est. §. 1. *ff. eod.*

4 §. 1. *verf. restitutoria. Inſtit. de Interdictis.*

5 Adde *l.* 7. §. 5. *ff. commun. divid.*

6 Jus suum ita quisque tueri debet, ut injuriam in alium non commisceatur.

7 Jure meo fecerim. *vulgat.*

8 *l.* 7. §. 5. *ff. eod.* Goth. V. ad hunc §. Leonin. *emend. lib.* 1. *c.* 6. *n.* 3. Anf.

9 Imo clam. *l.* 3. *ff. de itinere actuque.*

10 *l.* 7. §. 2. *ff. de reg. jur.*

11 Denunciatione admonitus intelligitur, qui id effecit, ne sibi denunciaretur, *ut hic.* quod idem est, obtinetque in citationibus.

12 *l.* 20. §. 1. *ff. eod.*

13 Detestationem legisse videtur Cujacius apud Paul. 5 *sent.* 6. §. 3. *in fin.* Testatio est denunciatio coram testibus facta.

14 *l.* 18. *in fin. l.* 20. *ff. eod.*

15 *Al.* desisterit.

16 Eadem voce usus est. *l.* 2. §. 31. *ff. ne quid in loco publ.*

17 Adde *l. pen. ff. de furt.*

18 *Al.* ne in aliena potestate sit, &c.

19 *l.* 39. *in fin. ff. de neg. l.* 26. *ff. de arbitr. l.* 5. §. 5. *de oper. nov. l.* 2. §. 28. *verf. Nerva. ff. ne quid in loco publ. l.* 74. *ff. de regul. jur.*

20 V. *l.* 17. *ff. eod.*

21 *l.* 24. §. 2. *ff. de uſur.* 22 Et inquilinus. v. *l.* 17. *ff. eod.* 23 Qua de re v. *l.* 15. *ff. de pecun. const.* 24 Substantiam majus quiddam esse qualitate, hinc colligit Alberic. substantiam autem ex delicto facientis oriri: qualitatem ex facto prohibentis. 25 Semel sufficit vim factam fuisse, ut quis teneatur. facit *l.* 87. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 2. 26 *l.* 20. §. 2. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 10. *ff. de operis novi nunc.* 27 Quid, si Rex in regiis juribus facere quid permiserit? Late diminuere successionem suam non potest in successoris præjudicium, utcunque juraverit, *cap. intellecto. extra de jurejur.* quod Galli diligentissime observant, ut apud quos dominium Regis inalienabile censeatur. 28 Curator Reip. an obligare potest res civitatis, & mutuam pecuniam accipere? posse videtur. *l.* 11. *ff. de pign.* adde *l.* 27. *ff. de reb. cred.* 29 Præses & curator Reip. procurare potest negotia publica, non donare. 30 Consuetudo namque potest Legi derogare. *l.* 6. §. 1. *in fin. ff. quod cujusque univerſ. l.* 13. §. 1. *ff. comm. præd.* 31 De quo adde *l.* 5. §. 4. *ff. eod.* adde *l.* 46. *ff. de damno.* 32 Et multo magis: major enim est potestas Principis quam municipii alicujus, imo & populi. *l.* 3. *ff. de officio Prætoris.* 33 Vide *l.* 24. *ff. de uſur. l.* 15. §. 1. *ff. de uſurpat.* 34 *l.* 20. §. 5. *l.* 21. §. 1. *ff. de oper. nov. l.* 2. §. 12. *quod legat. l.* 10. *ff. de fideiuſſ.*

III. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

PRohibere autem non utique per semetipsum necesse est: sed & si quis per [20] servum suum vel procuratorem [21] prohibuerit, recte videtur prohibuisse. idem etiam si mercenarius [22] meus prohibuerit. Nec quem moveat, quod per liberam personam actio adquiri non solet [23]: nam prohibitio hæc demonstrat, vi te facere. Quid mirum, cum, etsi clam tu me feceris, habeam actionem? ergo facto magis [24] tuo delinquentis, quam alieno, adquiritur mihi actio. §. 1. Illud sciendum est, non omnibus momentis vim esse faciendam: sed semel [25] inter initia facta perseverat. §. 2. Sed si permiserit [26], adversus eum qui utatur Interdicto, exceptio erit necessaria. §. 3. Non tantum autem si ego permisero: sed & si procurator meus, vel tutor, qui tutelam administrat, vel curator pupilli, furiosi sive adolescentis: dicendum erit, exceptioni locum fore. §. 4. Plane si Præses vel Curator Reipublicæ [27] permiserit in publico facere: Nerva scribit, exceptionem locum non habere. quia etsi ei locorum (inquit) publicorum procuratio data est: concessio [28] tamen data [29] non est. Hoc ita verum est, si non Lex [30] municipalis Curatori Reipublicæ [31] amplius concedat. † Sed & si à Principe, vel ab eo cui Princeps hoc jus concedendi dederit: idem [32] erit probandum. §. 5. Si quis paratus [33] sit se judicio defendere adversus eos, qui interdicendum putant, ne opus fiat: an videatur desinere vi facere? & magis est, ut desinat: si modo satis offerat, & defendere paratus est, si quis agat. & ita Sabinus scribit. §. 6. Sed & si quis damni infecti paratus [34] sit cavere, cum propter hoc tantum esset prohibitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat [1] consequens est dicere, desinere eum vi facere.

§. 7. *Clam* [35] *facere* videri Cassius scribit eum qui celavit adversarium, neque ei denunciavit: si modo [36] timuit ejus controversiam, aut debuit timere. §. 8. Idem Aristo putat, eum quoque clam facere, qui celandi animo habet eum, quem prohibiturum se intellegerit [37], & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum iri.

20 Et *l.* 33. §. 2. *ff. de reg. jur.*

21 *l.* 4. *ff. eod.*

22 Intellexerit. *vulg. Ital.*

23 *l.* 3. *in fin. l.* 6. *l.* 9. §. 2. *ff. de jurisd. & facti ignor.*

24 Idem etiam dicimus iniquum esse, ut levioris sit conditionis, qui vi rapuit, quam qui clam. *Inſt. vi bon. rapt. in fin. pr.*

25 Denunciationi respondere debet actus denunciantis, alioquin reus non tenebitur.

26 *Subaudi*, in substantia operis.

27 Ita Flor. al. *abire.* al. *obviare.*

28 In quibus ædibus dici & Consulis mentio necessaria sit, dicam ad *l.* 3. *ff. de accuſat.*

29 Horam in denunciatione operis adjici oportet, quam tamen nihil est necesse in ipsis instrumentis, contractibus vel testamentis adjici.

30 Denunciatio obscure fieri non debet, quia præsumptio fuit, fore malæ fidei adversus eum, qui clam & obscure denunciavit, quasi non denunciasse videatur, ut *l.* 69. §. 5. *ff. de evict.* personarie, *vulg.* vide *hic* Alberic.

31 *l.* 4. §. 5. §. 6. *ff. de damno.*

32 Procuratori, ut domino, denunciatio fieri potest.

33 Denunciatio ad domum subsidiaria est: fieri enim ad domum tum debet denunciatio, quoties adversarius invenirí non potest. adde *l.* 4. § *ſuties. ff. de damno.*

34 Uxoris nomine marito ejus denunciari potest: denuncians in dolo esse non modo desinit: factum tamen mariti uxori non nocebit. *C. ne uxor pro marito.* adde *l.* 21. *C. de procurat.*

35 *l.* 33. §. 2. *ff. de reg. jur.*

36 *l.* 4. *ff. eod.*

37 Intellexerit. *vulg. Ital.*

IV. VENULEIUS lib. II Interdictorum.

SErvius, etiam eum clam facere, qui existimare debeat sibi controversiam futuram: quia non opinionem cujus, & resupinam [38] existimationem esse oporteat; ne melioris conditionis sint stulti [39], quam periti [40].

De denunciatione. 2. *De persona cujus celandæ causa factum est.* 7. *De denunciatione.* 8. *Adversus quos interdicitur.*

V. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

AUt qui aliter fecit, quam denunciaverit [41]; vel qui decepto [42] facit eo, ad quem pertinuit non facere; vel consulto tum denunciat adversario, cum eum scit non posse prohibere; vel tam sero pronunciat, ut Abire [43] prohibiturus, prius quam fiat, non possit: & hæc ita Labeonem probare, Aristo ait. §. 1. Si quis se denunciaverit opus facturum, non semper non videtur clam fecisse, si post denunciationem fecerit. Debebit enim (& ita Labeo) & diem & [44] horam [45] denunciatione complecti, & ubi, & quod opus futurum sit: neque perfusorie [46] aut obscure dicere, aut denunciare: neque tam arctare adversarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non possit. §. 2. Et si forte non sit, cui denuncietur; neque dolo malo factum sit, ne sit: amicis [47] denique, aut procuratori [48], aut [49] ad domum denunciandum est. §. 3. Sed & Servius recte ait, sufficere fœminæ viro notum [50] facere, opus se facturum, vel denique sciente [51] eo facere: quanquam etiam illud sufficiat, celandi animum non habere. §. 4. Item ait, si quis in publico municipii velit facere: sufficere ei, si curatori [52] Reipublicæ denunciet. §. 5. Si quis dum putat locum tuum esse, qui est meus, celandi tui, non mei causa fecerit: mihi Interdictum competere. §. 6. Idem dicit & si servi mei vel procuratoris celandi causa factum sit, mihi Interdictum competere. §. 7. Si quis, cum non denunciasset opus se facturum, eique denunciatum esset, ne faceret, fecerit: utilius puto, probandum vi eum fecisse. §. 8. Hæc verba, *Quod vi aut clam factum est*, ait Mutius ita esse, Quod tu, aut tuorum quis, aut tuo jussu [53] factum est. §. 9. Labeo autem ait, plures personas contineri his verbis: nam ecce primum heredes eorum, quos enumerat Mutius, contineri putat. §. 10. Idem ait & adversus procuratorem [54], tutorem, [curatorem] municipumve [55] syndicum alieno nomine interdici posse. §. 11. Si quid servus meus fecit, non ob id mecum actio est: sed [si] id meo nomine, aut suo fecit. nam si tuum servum mercenarium habuero: quicquid ab eo factum fuerit meo nomine, ob id non tecum, sed mecum, cujus jussu [56] aut nomine id opus à servo tuo factum fuerit, agendum erit hoc Interdicto. §. 12. Similiter quod jussu cujus factum erit: ob id non cum eo, sed cujus nomine jusserit, hæc actio est. Nam si procurator, tutor, curator, duumvir municipii [57], quod ejus nomine ageret, cujus negotium procuraret, fieri jusserit: ob id agendum erit cum eo, cujus nomine factum quid erit; non cum eo, qui ita jusserit. † Et si tibi mandavero, ut opus fieri juberes, & in ea re mihi parueris: mecum, inquit, non [58] tecum erit actio. §. 13. Et cum Interdictum sic [59] sit scriptum, *Quod vi aut clam factum est*, non ita [60], *Quod vi aut clam fecisti*, latius porrigi, quam ad has personas, quas supra numeravimus, Labeo putat. §. 14. Et hoc jure utimur, ut sive ego fecissem, sive fieri jussi [61], Interdicto Quod vi aut clam tenear.

41 *l.* 13. §. 6. *ff. eod.* 42 V. *l.* 3. *C. de modo multar.* 43 *Al.* municipive vel syndicum. 44 V. *l.* 13. §. 6. *ff. eod.* 45 Duumviri sunt Magistratus municipales: de duumviris alibi dixi. 46 V. *l.* 6. *ff. eod.* 47 In rem. 48 Id est, non in personam. 49 *Al.* rei. 50 *l.* 15. *in fin. ff. eod.* 51 *Subaudi*, opus vi vel clam. 52 *l.* 16. *in fin. ff. eod.* 53 *Subaudi*, si jussit, vel ratum habuit: alias sponte restituere, non invitus. 54 *l.* 40. *in fin. ff. de her. pet.* 55 *l.* 14. *ff. eod.* 56 Id est, Interdicto ageretur contra dominum, qui neque scivit, neque ratum habuit. 57 Id est, venditorem. 58 V. *l.* 5. §. 17. *ff. de oper. nov.* 59 *l.* 1. §. 6. *ff. de oper. nov.* 60 Sic prius poterat: vel si nullis verbis facta nunciatio est. 61 Hoc verbo utitur etiam Jurisconsultus, in *l.* 1. §. 4. *ff. quod leg. l.* 1. §. 5. *ff. quarum rer. actio.* 62 Vi uti etiam ex intervallo pro suis rebus recuperandis permissum ergo fuerit. v. *l.* 26. *ff. de captivis.*

VI. PAULUS lib. LX*VII* ad Edictum.

SI ego tibi mandavero opus novum facere [62], tu alii: non potest videri meo jussu factum. teneberis ergo tu & ille. an & ego tenear, videamus? Et magis est, & me, qui initium ei [63] præstiterim, teneri: sed uno ex his satisfaciente [64], cæteri liberantur.

2. De novi operis nunciatione. 3. *De exceptione Quod non tu vi aut clam feciſti,* 4. *Vel Quod incendii defendendi causa factum non ſit.* 5. *Ad quæ opera hoc Interdictum pertinet.* 6. *De acervo ſtercoris dujecto.* 7. *De agro meliorato.* 8. *De foſſa.* 9. *Si quis ædificium demolitus fuerit non uſque ad ſolum.* 10. *De tegulis, de ramis arborum.*

VII. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

SI alius fecerit [65] me invito: tenebor ad hoc, ut patientiam [66] præstem. §. 1. Neratius quoque scribit eum, cujus servus vi aut clam fecit, aut sua impensa ex Interdicto opus restituere [67] debere, aut patientiam restituendi præstare, & servum noxæ [68] dedere. plane si mortuo alienatove [69] servo interdiceretur [70], patientiam duntaxat præstare debere ait. ita ut & emptor eo Interdicto possit conveniri, ut impensam præstet, aut noxam det: dominoque [operis] sua impensa restituente, aut damnato, quia non restitueret, emptorem liberari. † Eadem, & si contra dominus servi, vel opus restituisset, vel litis æstimatione damnatus esset. quod si tantum noxæ dedisset: adversus dominum [71] operis utiliter interdici. §. 2. Ait Julianus: Qui ante remissionem nunciationis contra quam prohibitus fuerit, opus fecerit, duobus Interdictis tenebitur: uno, quod ex operis novi nunciatione competit; altero, Quod vi aut clam. Remissione autem facta intelligendus non erit vi aut clam facere, quamvis prohibeatur: licere enim debet ædificare ei [72], qui satisfecerit, cum possessor [73] hoc ipso constituatur [74]. clamque facere, nec ante remissionem nec postea existimandus est: cum is qui opus novum nunciat, non possit videri celatus, & præoccupatus, antequam controversiam faceret. §. 3. Bellissime [75] apud Julianum quæritur, an hæc exceptio noceat in hoc Interdicto, *Quod non tu vi aut clam feceris?* utpura utor adversus te Interdicto Quod vi aut clam: an possis objicere mihi eandem exceptionem, *Quod non tu vi aut clam feciſti?* Et ait Julianus, æquissimum [76] esse, hanc exceptionem dari. nam si tu,

62 V. *l.* 1. §. 5. *ff. de oper. nov.* 63 *l.* 1. §. 6. *ff. de oper. nov.* 64 Si prius possit dicebat: vel si nullis verbis facta nunciatio est. 65 *Subaudi*, opus vi vel clam. 66 *l.* 16. *in fin. ff. eod.* 67 *Subaudi*, si jussit, vel ratum habuit: alias sponte restituere, non invitus. 68 *l.* 40. *in fin. ff. de her. pet.* 69 *l.* 14. *ff. eod.* 70 Id est, Interdicto ageretur contra dominum, qui neque scivit, neque ratum habuit. 71 Id est, venditorem. 72 V. *l.* 5. §. 17. *ff. de oper. nov.* 73 *l.* 1. §. 6. *ff. de oper. nov.* 74 Si prius possit dicebat: vel si nullis verbis facta nunciatio est. 75 Hoc verbo utitur etiam Jurisconsultus, in *l.* 1. §. 4. *ff. quod leg. l.* 1. §. 5. *ff. quarum rer. actio.* 76 Vi uti etiam ex intervallo pro suis rebus recuperandis permissum ergo fuerit. v. *l.* 26. *ff. de captivis.*

si tu, inquit, ædificaveris vi aut clam; ego [77] idem demolitus fuero vi aut clam, & utaris adversus me Interdicto: hanc exceptionem profuturam: quod non aliter procedere debet, nisi ex magna & satis necessaria causa; alioquin hæc omnia officio [78] judicis celebrari oportet. §. 4. Est & alia exceptio, de qua Celsus dubitat, an sit objicienda: utputa si incendii [79] arcendi causa vicini [80] ædes intercidi, & Quod vi aut clam mecum agatur, aut damni injuria. Gallus enim dubitat, an excipi oporteret, *quod incendii defendendi causa factum non sit?* Servius autem ait, si id magistratus fecisset, dandam esse: privato non esse idem concedendum. si tamen quid vi aut clam factum sit, neque ignis usque eo pervenisset, simpli litem æstimandam: si pervenisset, absolvi eum oportere † Idem ait esse, si damni injuria actum foret: quoniam nullam injuriam aut damnum dare videtur, æque perituris ædibus. Quod si nullo incendio id feceris, deinde postea incendium ortum fuerit: non idem erit dicendum. quia non [81] ex postfacto, sed ex præsenti statu damnum factum sit, necne, æstimari oportere, Labeo ait. §. 5. Notavimus [82] supra, quod quamvis verba Interdicti late pateant, tamen ad ea sola opera pertinere Interdictum placere, quæcumque fiant in solo [83]. eum enim, qui fructum tangit, non teneri Interdicto Quod vi aut clam: nullum enim opus in solo facit. At qui arbores succidit [84], utique tenebitur; & qui arundinem, & qui salicium: terræ enim, & quodammodo solo ipsi corrumpendo [85] manus infert, † Idem & in vineis succisis. Cæterum, qui fructum aufert, furti debet conveniri. Itaque si quid operis in solo fiat, Interdictum locum habet. † In solo fieri accipimus, & si quid circa [86] arbores fiat; non [87] si quid circa fructum arborum.

§. 6. Si quis acervum stercoris [88] circa agrum pinguem disjecerit, cum eo, Quod vi aut clam factum est, agi potest. & hoc verum est: quia solo vitium adhibitum sit. §. 7. Plane si quid agri colendi causa factum sit, Interdictum Quod vi aut clam locum non habet, si melior [89] causa facta sit agri: quamvis prohibitus quis vi vel clam fecerit. §. 8. Præterea si fossam [90] feceris in sylva publica, & bos meus in eam inciderit, agere possum hoc Interdicto: quia in publico factum est. §. 9. Si quis ædificium demolitus fuerit, quamvis non usque ad solum: quin Interdicto teneatur, dubitari desiit. §. 10. Proinde & si tegulas [91] de ædificio sustulerit, magis est, ut Interdicto teneatur.

VIII. Venuleius lib. II Interdictorum.

NAm origo hujus rei à solo proficiscitur. Cæterum per se tegulæ non possidentur [92], sed cum universitate ædificii: nec ad rem pertinet, adfixæ sunt, an tantum positæ.

1. De serra, clavi, cancello, speculario. 2. De statua vel alia re adibus adfixa. 3. De aratione. De fossa. De acervo succenso vel disperso.

IX. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

NAm & si ramos quis de [93] arboribus abstulerit, adhuc Interdictum hoc admittimus. Hæc ita si de ædificio tegulas [94] sustulerit: cæterum [95] si non de ædificio, sed seorsum positas, cessat hoc Interdictum. §. 1. Si tamen serra [96], vel clavis, vel cancellus, vel specularium sit ablatum, Quod vi aut clam agi non poterit. §. 2. Sed si quis aliquid ædibus adfixum [97] evellerit [98], statuam forte, vel quid aliud, Quod vi aut clam Interdicto tenebitur. §. 3. Si quis clam aut vi agrum inaraverit [99], vel fossam fecerit: hoc Interdicto tenebitur. & si acervum succenderit, vel disperserit sic, ut non ad usum agri convertat, Interdicto locus erit:

X. Venuleius lib. II Interdictorum.

QUia acervus solo non cohæret, sed terra sustinetur: ædificia autem solo cohærent [100].

De effuso in puteum vicini. 1. De statua ex publico sublata. 2. De sepulchro. 3. De ridiculo. 4. De tempore quo factum est. 5. De eo, quod partim vi, partim clam factum est. 6. De eo, quod jussu tutoris vel curatoris factum est. 8. De facto ante vel post venditionem fundi. 14. De domino prædii, & his quorum interest.

XI. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

IS, qui in puteum [1] vicini aliquid effuderit [2], [ut] hoc facto aquam corrumperet, ait Labeo, Interdicto Quod vi aut clam eum teneri: portio [3] enim agri videtur aqua viva [4], quemadmodum [5] si quid operis in aqua fecisset. §. 1. Quæsitum est, si statuam in municipio ex loco publico quis sustulerit vel vi, vel clam: an hoc Interdicto teneatur? Et extat Cassii sententia, eum, cujus statua in loco publico in municipio posita sit, Quod vi aut clam agere posse; quia interfuerit ejus, eam non tolli. municipes [6] [autem] etiam furti acturos; quia res eorum sit quasi publicata [7]: si tamen deciderit, ipsi eam detrahunt. & hæc sententia vera est. §. 2. Si quis de monumento [8] statuam sustulerit, an ei ad quem jus sepulchri pertineret, agere permittitur? Et placet, & in his [9] Interdicto locum esse. Et sane dicendum est, si qua sepulchri ordinandi causa apposita sint, sepulchri esse videri [10]. † Idem est, & si ostium avellat vel effringat. §. 3. Si quis in vineas [11] meas venerit, & inde ridicas [12] abstulerit: hoc Interdicto tenebitur. §. 4. Quod ait Prætor, *Quod vi aut clam factum est*, ad quod tempus referatur, videamus: utrum ad præteritum; an ad præsens; quæ species apud Julianum exposita est. ait enim, in hoc Interdicto præsentis temporis significationem accipi debere. si tamen, inquit, ex opere damnum datum fuerit; aut dominus, aut is, cujus fundo nocitum erit, sua impensa id sustulerit: utilius probari, quod Julianus temptat, ut & damnum farciatur, & impendia restituantur [13]. §. 5. Interdictum complectitur id quodcunque aut vi aut clam factum est. † Sed interdum evenit, ut quid & [14] vi & clam fiat partim [15] & partim in eodem opere. utputa, cum prohiberem, fundamenta posuisti, postea cum convenissem, ne reliquum opus fieret, absente & ignorante me, reliquum opus perfecisti; vel contra, fundamenta clam jecisti, deinde cætera prohibente me ædificasti: hoc jure utimur, ut, etsi [16] vi & clam factum sit, Interdictum hoc sufficiat.

§ 6. Si tutoris jussu aut curatoris factum sit, cum placeat, quod Cassius probat, ex dolo tutoris vel curatoris pupillum vel furiosum non teneri: eveniet, ut in ipsum tutorem curatoremque aut utilis actio competat, aut etiam utile Interdictum [17]. Certe ad patientiam [18] tollendi operis utique tenebuntur pupillus & furiosus, & ad noxam. §. 7. An ignoscitur servo, qui obtemperavit tutori, aut curatori? nam ad [19] quædam, quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his qui vice [20] dominorum sunt, obtemperaverint. quod & in hoc casu admittendum est. §. 8. Si [21] posteaquam vi aut clam factum est, venierit [22] fundus: an venditor nihilominus hoc Interdicto experiri possit? videamus. Et extat sententia existimantium nihilominus competere ei Interdictum, nec finiri venditione. sed nec ex empto actione quicquam ei præstandum emptori ex eo opere, quod ante venditionem factum est: satis enim esse, quod utique propter hoc opus viliori prædium distraxerit. Certe etsi non viliori vendidit, idem [23] erit probandum. §. 9. Plane si post venditionem fundi opus factum est, etsi ipse experiatur venditor, quia nondum traditio facta [24] est: tamen ex empto actione emptori tenebitur: omne enim & commodum & incommodum ad emptorem pertinere debet. §. 10. Si fundus in diem addictus sit, cui competat Interdictum? & ait Julianus, Interdictum Quod vi aut clam ei competere, cujus [25] interfuit, opus non fieri: fundo enim in diem addicto, & commodum & incommodum omne ad emptorem (inquit) pertinet, antequam venditio transferatur: & ideo si quid tunc vi aut clam factum est, quamvis melior conditio allata fuerit, ipse utile Interdictum habebit. sed eam actionem, sicut fructus medio tempore perceptos, vendenti judicio præstare cogendum ait. §. 11. Aristo autem scribit, non [26] possessori esse denunciandum [27]. nam si quis (inquit) fundum mihi vendiderit, & necdum tradiderit [28]; & vicinus, cum opus facere vellet, & sciret me emisse & in fundo morari [29], mihi denunciaverit: esse eum tutum futurum, quod ad suspicionem clam facti operis pertineret: quod sane verum est. §. 12. Ego, si post in diem addictionem factam fundus precario [30] traditus sit, putem emptorem Interdictum Quod vi aut clam habere.

† Si vero aut nondum traditio facta est, aut etiam facta est precarii rogatio: non puto dubitandum, quin venditor Interdictum habeat. ei enim competere debet, etsi res ipsius periculo non sit. nec multum facit, quod res emptoris periculo est: nam [31] & statim post venditionem contractam periculum ad emptorem spectat, & tamen antequam ulla traditio fiat, nemo dixit Interdictum ei competere. † Si tamen precario sit in possessionem: videamus [32], ne, quia interest [33] ipsius, qualiter qualiter possidet, jam Interdicto uti possit? † Ergo [34], & si conduxit, multo magis: nam & colonum posse Interdicto experiri, in dubium non venit. † Plane si postea quam melior conditio allata est, aliquid operis vi aut clam factum sit: nec Julianus dubitaret, Interdictum venditori competere. nam inter Cassium & Julianum de illo, quod medio [35] tempore accidit, quæstio est: non de eo opere, quod postea contigit. §. 13. Si ita [36] prædium venierit, ut, *si* [37] *displicuisset, inemptum esset*: facilius admittimus, Interdictum emptorem habere, si modo est in possessione. † Et si rescissio emptionis in alterius arbitrium conferatur, idem erit probandum.

† Idemque & si ita venisset, ut si aliquid evenisset, inemptum esset prædium. † Et si forte commissoria venierit, idem dicendum est. §. 14. Idem Julianus scribit, Interdictum hoc non solum domino prædii, sed etiam his quorum interest [38] opus factum non esse, competere.

De colono, fructuario, proprietario.

XII. Venuleius lib. II Interdictorum.

QUamquam autem colonus & fructuarius fructuum nomine, in hoc Interdictum admittantur [39]: tamen & domino id competet, si quid præterea [40] ejus interfit.

1. De filiofamilias. 3. De sociis. 4. De eo, cui concessum est aut arbores caderet. 5. De hereditate jacente. 6. De colono, & procuratore.

XIII. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

DEnique si arbores in fundo, cujus ususfructus ad Titium pertinet, ab extraneo, vel [à] proprietario succisæ fuerint, Titius ex Lege Aquilia [41], & Interdicto Quod vi aut clam [42] cum utroque eorum recte experietur [43]. §. 1. Labeo scribit, si filio [44] prohibente opus factum sit: & te habere Interdictum, ac si te prohibente opus factum est, & [45] filium tuum nihilominus.

§. 2. Idem ait, adversus filiumfamilias in re peculiari neminem clam videri fecisse [46]: namque, si scit eum filiumfamilias esse, non videtur ejus celandi gratia fecisse, quem census est nullam secum actionem [47] habere. §. 3. Si ex sociis communis fundi unus arbores succiderit, socius cum eo hoc Interdicto experiri potest: cum ei [48] competat, cujus interest. §. 4. Unde apud Servium amplius relatum est, [ut] mihi concesseris [49], ut ex fundo tuo arbores cædam, deinde eas alius vi aut clam cæciderit, mihi hoc Interdictum competere: quia ego sim, cujus interest. quod facilius erit admittendum, si à te emi, vel ex aliquo contractu hoc consecutus sim, ut mihi cædere liceat [50]. §. 5. Quæsitum est, si cum prædium interim [51] nullius esset, aliquid vi aut clam factum sit, an postea, dominio ad aliquem devoluto, Interdicto locus sit: ut puta hereditas jacebat [52], postea adiit hereditatem Titius; an ei Interdictum competat? Et est apud Virginium saepissime relatum, heredi [53] competere hoc Interdictum ejus quod ante aditam hereditatem factum sit. Nec [54] referre Labeo ait, quod non scierit [55], qui heredes [futuri] essent: hoc enim [56] posse quem causari etiam post aditam hereditatem. Ne [57] illud quidem obstare Labeo ait, quod [58] eo tempore nemo dominus fuerit. nam & sepulchri [59] nemo dominus fuit, & tamen si quid in eo fiat, experiri possum Quod vi aut clam. Accedit his, quod hoc ipse

---

77 *l.* 22. §. 2. *ff. eod.*

78 Dixi ad *l.* 3. *C. de pignerib.*

79 Vel hostilis adventus.

80 V. *l.* 3. §. 7. *ff. de incendio.*

81 Non ex post facto, sed ex præsenti statu damna judicanda sunt. sequens casus fortuitus non tollit effectum præcedentis doli vel culpæ. adde *l. si ut certo.* 5. §. *sed interdum.* 7. *l. in rebus.* 18. *ff. commodati. l. in Senatusconsultum.* 15. §. *si propter.* 3. *ff. ad Turpillian.*

82 *l.* 1. §. 4. *ff. eod.*

83 *d.* §. 4.

84 Adde *l.* 19. *ff. eod.*

85 Corrumpendo, *vulg. Hal.*

86 V. *l.* 9. *ff. eod.*

87 Ut *verf. cæterum. ff. eod.*

88 *l.* 22. §. 3. *ff. eod.*

89 *l.* 18. *ff. eod.*

90 *l.* 9. *in fin. ff. eod. l.* 28. 29. *ff. ad l. Aquil.* adde *l.* 55. *ff. de adquir. rer.*

91 *l.* 9. *ff. eod.*

92 Cur ita? vid. *l.* 30. *ff. de adquir. poss. l.* 23. *ff. de usurp. l.* 1. *in pr. ff. de tigno.*

93 *l.* 7. §. 5. *in fin. ff. eod.*

94 *l.* 7. *in fin. ff. eod.*

95 Tegulæ ædificio oppositæ adjunctæque pars ædificii sunt, alias non sunt: nisi forte amotæ sint, ut reponantur. *l. fundi.* 17. *ff. de act. empt.*

96 Sera, *vulgat. Hal.*

97 *l.* 41. *in fin. ff. de leg.* 1.

98 Avulserit *vulg.* evulserit *Hal.* hinc colligere possumus, Pandectarum Florentinarum non utique perfectam scripturam esse: sic corrupte in *l.* 3. *in fin. ff. eod.* ubi scriptum est, intelligerit.

99 *l.* 22. §. 2. *ff. eod.*

100 Et soli conditionem sequuntur. *l.* 17. *ff. comm. præd.*

1 Idem in vino. *l.* 27. §. 15. in fruimento per aliquem corrupto. *l.* 27. §. 20. *ff. ad l. Aquil.*

2 Ut ita aqua spurca fieret. *l.* 3. *ff. de aqua & aquæ pluv. l.* 1. §. 1. *ff. de extr. crim.*

3 Aqua viva, est portio agri.

4 Aqua viva putei, opponi videtur cisternæ.

5 *In puteum* vicini qui aliquid effundit, ut hoc pacto aquam puteï corrumpat, opus in aqua fecisse videtur, & perinde tenetur hoc Interdicto, ac si in ipsa aqua opus fecisset.

6 *l.* 41. *ff. de adquir. rerum domin. v. l.* 29. *ff. de reb. auct. jud.*

7 Id est, publica & municipii effecta. Statuæ in locis publicis ita positæ, non ipsorum privatorum hominum sunt, quorum eæ statuæ sunt, seu quibus eo statuæ positæ sunt, sed ipsius civitatis, universitatis ac municipii. *l.* 41. *ff. de adq. rer. dom.* 8 *l.* 2. *ff. de sepulchro violato.* adde *l.* 13. §. 5. *l.* 15. §. 2. *ff. eod.* 9 Id est, quoties statuæ monumento affixæ detractæ dicentur. 10 Ideoque removens, Interdicto quod vi aut clam tenebitur. 11 Adde *l.* 7. §. 9. *l.* 9. *ff. eod. l.* 12. *ff. eod.* 12 Ridicæ Varro, *de re rust.* Pedamentum quod optimum adferri solet in vineam, est è quercu, & junipero, & vocatur ridica. & hic quidem locus me movet ut in *l.* 55. §. 4. *in fin. ff. de leg.* 3. legam *ridicæ*, non *radices*. 13 Judicis arbitrio. *l. ult. ff. de Interdict.*

14 Vi aut clam interpretari possis, vi & clam. vid. *l.* 4. *C. de verbor. signif.* 15 Partim vi, partim clam. *Hal.* 16 V. *l.* 4. *C. de legat.*

17 *l.* 4. *ff. de tabulis. l.* 189. *ff. de reg.*

18 *l.* 16. *in fin. ff. eod.*

19 *l.* 2. §. 1. *ff. de noxal. l.* 20. *ff. de obl. & act. l.* 17. §. 7. *in fin. ff. de injuriis. l.* 44. *in fin. ff. ad d. Carn. de falsis. l.* 147. *l.* 169. *ff. de reg. jur.*

20 Ut sunt curatores, tutores. *l.* 7. §. 3. *ff. pro empt.*

21 Quoties opus factum est ante contractam venditionem, hoc Interdictum venditori competit, sive vili pretio rem ipsam vendidit: sin post venditionem, nondum tamen secuta traditione, datur quidem venditori hoc Interdictum, sed ad commodum emptoris.

22 *l.* 13. §. 12. *ff. de act. empt.*

23 *Sub.* ut venditor habeat hoc Interdictum, non emptor: nisi in specie quæ sequitur.

24 Traditione facta agit emptor etiam pro opere ante traditionem facto.

25 Id est, emptoris. *ff. eod. l.* 4. §. 4. *ff. de in diem addict.* v. ad hunc locum Cujac. 2 *obs.* 25.

26 Id est, etiam non possidenti solum ipsum in quo ædificatur; modo tamen ejus interfit. atque ita *non possessor* is est, cui res vendita est, necdum tamen tradita.

27 Cur est denunciandum? ut ne qui denuncias videatur clam facere.

28 *Sub.* animo transferendæ possessionis.

29 *Sub.* tradita precario possessione.

30 Fundus pos precario. Cujac. 2 *obs.* 25. reprehensus à Robert. 11 *recept.* 35. verum Cujacius eum postea reprehendit. 18 *obs* 29.

31 Emptor periculum rei venditæ sustinet, statim à facta emptione.

32 Particula hæc *videamus* est diffidentis, & in id tamen se magis inclinare demonstrantis. ex quo apparet, non tantum possessori, sed etiam non possessori, cujus interest, hoc Interdictum dari. v. Cujac. 2 *obs.* 25.

33 Non tantum precariæ possessionis, quantum antecedentis venditionis.

34 Interdictum datur emptori, quoties ei traditus est fundus precario: multo igitur magis Interdictum ei dabitur, si conduxit.

35 Ante meliorem conditionem allatam.

36 Quatuor casus hic enumerantur, quibus Interdictum Quod vi competit emptori: primus, quando venditio confertur in arbitrium emptoris, *ut hic.* secundus, quando in arbitrium alterius, *verf. etsi.* tertius, quando in eventum fortunæ, *verf. idemque.* quartus, quoties sub pacta legis commissoriæ venditur. *verf. etsi forte.* 37 Interdictum Quod vi datur, quoties venditio pure contrahitur, & sub conditione resolvitur: datur, inquam, pro opere facto pendente conditione. 38 *l.* 16. *ff. eod.* 39 Imo fructuarius non admittitur. *arg. l.* 7. §. 3. *ff. eod.* An dicemus fructuarium admitti in id quod ejus interest propter fructus, qui ex fundo potuerunt percipi? (nam pro ipsis fructibus Interdictum hoc non datur, sed actio furti.) An potius admittitur fructuarius ratione operis in solo facti? 40 Id est, ultra id quod interest fructuarii, vel coloni.

41 *l.* 27. §. 26. *ff. ad Leg. Aquil. l.* 1. *l.* 7. §. 2. *ff. arbor. furt. cæf.* 42 *l.* 18. *ff. eod.* facit. *l.* 8. §. 1. *ff. arbor. furt cæf.* 43 Una tamen electa, altera tolletur. *l. penult. ff. arbor. furt. cæf.*

44 Adde *l.* 17. *ff. eod.* 45 Ut & tibi, & filio competat Interdictum. 46 *Sub.* ut ipsi filio quæratur Interdictum, sed ut patri per filium. 47 Quam? negatoriam. 48 Argumentandi formam observa: Competit ei cujus interest, ergo & socio. adde *l.* 16. *ff. eod.* 49 Facit *l.* 6. *ff. de donat.* 50 Tunc enim in tuum jus ex causa onerosa succedo. 51 Id est, eo tempore quo opus fit. 52 Eo tempore, quo opus factum est. 53 Heredi competit Interdictum ob ea, quæ ante aditam hereditatem facta sunt. *l.* 13. §. 2. *l.* 43. *in fin. ff. ad Leg. Aquil.* 54 Prima dubitandi ratio. 55 *l.* 8. §. 1. *ff. de precar.* 56 Ideoque hæc excusatio non est admittenda. 57 Altera dubitandi ratio. 58 *l.* 1. *ff. de div. rer.* 59 V. *l.* 11. §. 2. *ff. eod.*

ditas dominæ [60] locum obtinet [61]. & recte dicetur, heredi quoque competere, & cæteris successoribus, sive antequam successerit, sive postea aliquid sit vi aut clam admissum. §. 6. Si colonus meus opus fecerit [62], si quidem me volente [63], vel ratum habente: perinde est, atque si procurator meus fecisset: in quo placet, sive ex voluntate mea fecerit, veneri me, sive ratum habuero, quod procurator fecit. §. 7. Julianus ait: Si colonus arborem, de qua controversia erat, succiderit, vel quid aliud opus fecerit: si quidem jussu domini id factum sit, ambo tenebuntur [64], non ut patientiam [65] præbent, sed ut impensam [66] quoque ad restituendum præbeant. si autem dominus non jusserit, colonus quidem tenebitur, ut patientiam & impensam præstet: dominus vero nihil amplius quam patientiam præstare cogendus erit.

60 Domini *vulgat. Mal. l. 13. §. 2. in fin. ff. ad leg. Aquil. l. 31. ff. de hered. inst. l. 9. C. h. t.*

61 Imo non obtinet. res enim hereditarias nullius esse censentur. *l. 1. ff. de rer. divis.*

62 Vicinis meis noxium.

63 Puta jubente. *l. 5. §. 8. & §. ult. ff. eod. l. 15. §. 2. ff. eod.*

64 Imo tamen solvente alter liberatur. *l. 15. §. 2. ff. eod. l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi armata.*

65 *l. 16. in fin. ff. eod.*

66 Adde *l. 14. ff. eod.*

67 *l. 7. §. 1. ff. eod.*

68 Adde *l. 13. in fin. ff. eod.*

69 Ad impensas, idve quod interest. (Nam ad patientiam agitur contra dominum) si modo id domino ignorante fecit, *ut hic.* secus si domino jubente: tunc enim ei ignoscitur, neque tenetur. *l. si qui. 11. §. si tutoris. 6. ff. eod.*

70 *Sub.* etiam extraneus. sive possessor id fecerit, sive alius mandato ejus: sive sine mandato vi vel clam.

71 Ut præstem patientiam. *l. 13. in fin. l. 14. ff. eod. l. 16. in fin. ff. eod.*

72 Fodiendum. Pastinum fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. Pallad. 2 *tit.* 10. hinc pastina, *l. 7. in fin. ff. sol.* & pastinationes. *l. 79 ff. de verb. sign.*

73 *l. 5. §. 8. & ult. ff. eod.*

74 *Sub.* in solidum.

75 *Sub.* contra colonum.

76 *Sub.* præterquam in prædictis casibus.

77 *V. l. 11. §. 2. ff. eod.*

78 Indiviso facta à pluribus singulos in solidum obligant.

79 *l. 7. l. 8. ff. de juris d.* Imo, liberabit. *l. 9. in fin. ff. de juris d.*

80 Jussi terram in alieno sepulchro ingeri? solus teneor, *ut hic.* Plures id communi consilio eodem tempore fecimus? unius conventio & perceptio alterum liberabit. *vers. etsi. vers. superiore.* proprio consilio id plures fecimus? nec unius conventio, nec perceptio aliis liberabit. *vers. si tamen. vers. itaque.*

81 Si communi consilio id factum: quoties communi consilio delictum admissum est.

82 Vid. *J. de sepulchro violato.*

83 *Sub.* Etiam singulares.

84 Et sic non in solidum.

85 *Sub.* utilem.

86 *l. 14. ff. de aqua & aquæ pluv. arc.* Rurorum nomine (quæ abditis locis fiant) non teneri, hinc colligunt: sed nec eadem ratione teneri decuriones eosve Magistratus qui alias denunciaverint intra certum tempus malescia tenentur in suo tribunali admissa, si ea admissa non denunciaverint, quæ clam occultisve locis acciderint: meretur enim excusationem ignorantia. *l. 2. in fin. J. si quis rest. lib.* 89 *V. l. 57. J. de oblig.*

90 *Sub.* In cujus præjudicium opus fiebat vi vel clam. 91 Adde *l. 11. §. 1. ff. secund. tabul.*

92 *l. 23. in fin. J. eod. l. 38. §. 11. ff. de usur.* 93 Ea est enim restitutionis natura. *l. 38. §. 4. ff. de usur.*

94 *V. l. 3. ff. si usufr. petat.* 95 *l. 9. in fin. pr. ff. quod metus causa.* 96 *l. 25. §. 10. ff. de hær. pet. l. 68. l. 73. ff. de rei vind. l. 1. ff. de in lit. jur.* adde *l. 2. §. 34. in fin. ff. ne quid in loco public.*

97 Aut noluit. *l. 19. §. 4. in fin. J. de furtis.* 98 Officium judicis supplet juramenti defectum. *l. 9. C. unde vi.* 99 *l. 131. J. de reg. jur.* 100 *l. 16. J. eod.* 1 *l. 6. in fin. l. 7. §. 1. ff. eod. l. 14. §. 11. ff. quod met. caus.* 2 Id est, non tantum domino, sed & colono, vel fructuario, fructuum nomine. vid. *l. 12. ff. eod.* 3 Qui illi sunt? coloni, & similes. 4 *l. 11. in fin. l. 13. §. 3. ff. eod.*

5 Cypressos, *vulgat. Hal.* cyparissos etiam protulit Virgil. 3 *Æneid.* & 2 *Georgic.* Porro cupressi inter infrugiferas arbores referuntur, licet coniferæ sint, & resiniferæ. hæc ideo olim funebris arbor habita est. Ideo apud multas gentes in cœmeteriis seri postea cœpta. vide Theophylact. 4 *de plantis*, adde & *tit. C. de cupressis.* Feralis appellat Horatius. 6 Amœnitatis etiam habetur ratio. adde *l. hoc jure. 3. ff. de aqua quotid.* v. tamen *l. ult pomum. 8. ff. de servit.* vide *d. tit. C. de cupressis.* 7 *l. 7. l. 13. in fin. l. 15. §. 1. ff. eod.*

Si servus ignorante domino fecerit.

XIV. Julianus lib. LXVIII Digestorum.

NAm & si servus [67] meus, ignorante me, opus fecerit, eumque vendidero vel manumisero: mecum in hoc solum agi potest, ut patiar opus tolli; cum emptore autem servi, ut aut noxæ dedat aut impensam [68], quæ in restitutione facta fuerit, præstet; sed & cum ipso manumisso recte agi [69] potest.

De possessore. 1. Si conductor fecerit. 2. De sepulchro. 3. De successoribus. De tempore interdicti. 7. De condemnatione in id quod interest. 10. De dolo. 11. Culpa. 12. Si quis alia actione consecutus sit quod sua interest.

XV. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

SEmper adversus possessorem operis hoc Interdictum comperit: idcircoque si [70] quilibet [70] inscio, vel etiam invito me, opus in meo fundo fecerit, Interdicto locus erit [71]. §. 1. Is cui fundum pastinandum [72] locaveras, lapides sustulit, & in vicini projecit prædium: ait Labeo, te vi aut clam non teneri, nisi jussu [73] tuo id factum sit: ego puto conductorem teneri [74]; locatorem autem non alias, nisi aut patientiam præstare possit, aut aliquam actionem habeat [75], quam præstet, cæterum teneri non oportere [76]. §. 2. Si in sepulchro [77] alieno terra congesta fuerit jussu meo, agendum esse Quod vi aut clam mecum, Labeo scribit. & si communi consilio plurium id factum sit, licere, vel cum uno vel cum singulis experiri: opus [78] enim quod à pluribus pro indiviso factum est, singulos in solidum obligare. si tamen proprio quis eorum consilio hoc fecerit, cum omnibus esse agendum: scilicet in solidum. Itaque alter conventus [79] alterum non [80] liberabit: quinimo perceptio ab altero. superiore [81] etenim casu alterius conventio alterum liberat. Præterea sepulchri [82] quoque violati agi potest. §. 3. Hoc Interdictum in heredem cæterosque successores [83] datur in id [84] quod ad eos pervenit: & post annum [85] non [86] competit. §. 4. Annus autem cedere incipit, ex quo id opus [factum] perfectum est, aut fieri desiit, licet perfectum non sit: alioquin, si à principio operis cœpti annum quis numeret, necesse est, cum his qui opus tardissime facerent, sæpius agi [87]. §. 5. Sed si is sit locus, in quo opus factum est, qui facile non aditetur; utputa in sepulchro vi aut clam factum est, vel in abdito alio loco, sed etsi sub [88] terra fieret opus, vel sub aqua, vel cloaca aliquid factum sit: etiam post annum causa cognita competit Interdictum de eo quod factum est. nam causa cognita annuam exceptionem remittendam, hoc est, magna & justa causa ignorantiæ [89] interveniente. §. 6. Si quis Reipubl. causa absuisset [90], deinde reversus Interdicto Quod vi aut clam uti vellet: verius est, non [91] excludi anno eum, sed reversum, annum habere. nam & si minor xxv annis Reipubl. causa abesse cœpisset, deinde major effectus sit, dum abest Reipubl. causa: futurum, ut ex quo rediit, annus ei computetur, non ex quo implevit xxv annum: & ita Divus Pius, & deinceps omnes Principes rescripserunt. §. 7. Hoc Interdicto tanti [92] lis æstimatur, quanti actoris interest id opus factum esse. Officio autem judicis ita [93] oportere fieri restitutionem, judicandum est, ut in omni causa eadem conditio sit actoris, quæ futura esset, si id opus, de quo actum est, neque vi neque clam factum esset.

§. 8. Ergo nonnunquam etiam dominii [94] ratio habenda est: utputa si propter hoc opus, quod factum est, servitutes amittantur, aut ususfructus intereat: quod non tantum tunc [95] eveniet, cum quis opus ædificaverit, verum etiam si diruisse opus proponatur, & deteriorem conditionem fecisse, vel servitutium, vel ususfructus, vel ipsius proprietatis. §. 9. Sed quod interfuit, aut per jusjurandum [96], quod in litem actor juraverit, aut, si jurare non possit [97], judicis officio [98] æstimandum est.

§. 10. Eum autem qui dolo malo fecerit, quo minus possit restituere, perinde [99] habendum, ac si posset. §. 11. Culpam quoque in hoc Interdicto venire, erit probandum: quæ tamen arbitrio judicis æstimanda erit. §. 12. Quia autem hoc Interdictum id [100] quod interest, continet: si quis alia [1] actione fuerit consecutus id quod interfuit, opus non esse factum, consequens erit dicere, ex Interdicto nihil eum consequi oportere.

De his qui non possident. 1. De proprietario & fructuario. 2. Quid reus debet.

XVI. Paulus lib. LXVII ad Edictum.

COmpetit hoc Interdictum etiam [2] his, qui [3] non possident: si [4] modo eorum interest. §. 1. Si quis vi aut clam arbores non frugiferas ceciderit, veluti cupressos [5]: domino duntaxat competit Interdictum. Sed si amœnitas [6] quædam ex hujusmodi arboribus præstetur: potest dici, & fructuarii interesse propter voluptatem & gestationem, & esse huic Interdicto locum.

§. 2. In summa, qui vi aut clam fecit, si possidet, patientiam [7] & impensam tollendi operis: qui fecit, nec possidet, impensam: qui possidet, nec fecit, patientiam tantum debet.

87 Est autem absurdum antea agi, quam opus factum sit. 88 Custodes nocturnos furtorum nomine (quæ abditis locis fiant) non teneri, hinc colligunt: sed nec eadem ratione teneri decuriones eosve Magistratus qui alias denunciaverint intra certum tempus malescia tenentur in suo tribunali admissa, si ea admissa non denunciaverint, quæ clam occultisve locis acciderint: meretur enim excusationem ignorantia. *l. 2. in fin. J. si quis rest. lib.* 89 *V. l. 57. J. de oblig.*

Per quos acquiritur Interdictum.

XVII. Idem lib. LXIX ad Edictum.

INterdictum Quod vi aut clam, per quemvis [8] domino adquiritur, licet per inquilinum. 8 Adde *l. 3. l. 13. ff. eod.*

De sylva cæsa. 1. De eo, qui magistratum rogavit, ut quem judicio adesse juberet.

XVIII. Celsus lib. XXV Digestorum.

SI immaturam [9] sylvam cæduam [10] cæcidit quis: Interdicto Quod vi aut clam tenetur [11]. si maturam similiter cæduam, neque [12] damno dominus adfectus est [13]: nihil præstabit [14].

§. 1. Non absurde responsum est: Si Magistratum rogasses, ut adversarium tuum adesse ad judicium juberet, ne opus novum tibi nunciaret: clam videris opus fecisse, quod interim [15] feceris.

9 Immaturam sylvam cædens Interdicto quod vi aut clam tenetur.

10 Id est, per tempora, seu ætatis certisque temporibus cædi solitam.

11 Imo, Lege Aquilia. *l. 27. §. 26. ff. ad leg. Aquil.*

12 *l. 7. §. 6. ff. eod. l. 1. C. ad leg. Aquil.* vid. tamen *l. 22. §. 3. J. eod.*

13 Quomodo id fieri potest.

14 Imo, furti, & arborum furtim cæsarum, tenetur. *d. §. 2.*

15 *l. 1. §. 8. ff. eod.*

De filiofamilias colono.

XIX. Ulpianus lib. LVII ad Edictum.

INterdictum Quod vi aut clam, competere filiofamilias colono arboribus succensis [16], Sabinus ait.

16 Succisis, *vulgat. Hal.* adde *l. 7. §. 5. ff. eod.*

De prohibitione. 1. De nave, aut alia re mobili. 5. De loco privato, publico, sacro, religioso.

XX. Paulus lib. XLII ad Sabinum.

VIet facit tam is, qui prohibitus fecit, quam [18] is, qui quominus prohibeatur, consecutus est; periculo [19] [puta] adversario denunciante, aut janua [puta] præclusa. §. 1. Prohibitus autem intelligitur, quolibet prohibentis actu: id est, vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis, lapillumve [20] jactantis prohibendi gratia. §. 2. Tamdiu autem vi facit prohibitus, quamdiu res in eodem statu permanebit: nam si postea convenerit [21] cum adversario, desinit vi facere. §. 3. Item si prohibiti heres, vel is, qui ab eo emerit, ignorans causam præcedentem, fecerit: dicendum esse Pomponius ait, non incidere eum in Interdictum. §. 4. Quod in navi fit, vel in alia qualibet re vel amplissima, mobili [22] tamen, non continetur hoc Interdicto. §. 5. Sive [23] in privato sive in publico opus fiat, sive * in loco sacro, sive * in religioso: Interdictum competit.

17 *Al.* vim facit.

18 *l. 1. §. 8. ff. eod.*

19 *Al.* periculum. *arg. l. 1. §. 2. ff. de eo, per quem factum.*

20 *l. 1 §. 6. ff. eod.*

21 *l. 3. §. 2. ff. eod.*

22 Navem, & si res sit amplissima, esse tamen rem mobilem, hinc colligere possis, *ut hic.* ad instar vehiculi, *l. 1. §. 7. ff. de vi & vi arm.* hoc Interdictum ad res soli pertinet, *l. 1. §. 4. ff. eod.* ad navem non pertinet, *ut hic.* ad navem refer. *l. 6. in fin. ff. de his, qui effud. l. 36. ff. de evictionib. l. 30. ff. de usurpat. l. 3. in fin. ff. de vi publ.*

Si opus, quod quis jussus est restituere, alius sustulerit. 1. Si dominus servum jusserit facere. 2. De soli & cæli mensura. 3. De jure prædii amisso.

XXI. Pomponius lib. XXIX ad Sabinum.

SI opus, quod quis jussus est à judice, qui ex hoc Interdicto sumptus esset, restituere: alius quis [24] vi aut clam sustulisset: nihilo [25] minus idem ille omnimodo jubetur opus restituere.

§. 1. Si jussero servum meum [opus] facere, cum quantum ad me pertinet, in clandestini suspicionem non veniret [26], servus autem meus putaverit, si rescisset adversarius, prohibiturum eum: an tenear? & non puto: cum mea persona sit intuenda.

§. 2. In opere [27] novo tam soli [28] quam cœli [29] mensura facienda est. §. 3. Si quis propter opus factum jus aliquod prædii amisit [30], id restitui ex hoc Interdicto debet.

23 58 *Eclog.* 23. *cap.* 7.

24 *l. 22. §. 2. J. eod.* Augmenti etiam rationem haberi in executionibus sententiarum, hinc colligunt. *arg. l. quamvis. 13. ff. de rebus auctoritate judicis possidend. l. sed cum patrono. 6. §. 1. vers. quamvis. ff. de bonor. possess.* Eadem ratione privilegia extendi ad sua augmenta. *c. ex parte. extr. de decimis.* Augmenti & principalis eandem esse naturam. *l. sed si manente. 5. J. de precario.*

25 Sententia licet per injuriam dicta, executioni mandatur adversus eum, in quem lata est.

26 Cur ita? non credebam, neque credere debebam, me per aliquem prohibendum esse.

De vite. 1. De aratione. 2. De tabulu fixu & refixa. 3. De stercore per fundum lato. 4. De sepulchro. 5. De denunciatione.

XXII. Venuleius lib. II Interdictorum.

SI vitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis [31], eaque in fundo tuo coaluerit, utile est Interdictum Quod vi aut clam intra annum: sed si annus præterierit [32], nullam remanere actionem. radices, quæ in fundo meo sint, tuas fieri: quia [33] his accessiones sint. §. 1. Si quis vi aut clam araverit, puto eum teneri hoc Interdicto, perinde atque si fossam [34] fecisset: non enim ex qualitate operis huic Interdicto locus est, sed ex opere facto, quod cohæret solo. §. 2. Si ad januam meam tabulas [35] fixeris, & ego eas prius, quam tibi denunciarem, refixero [36]; deinde invicem Interdicto Quod vi aut clam exegerimus [37]: nisi remittas mihi, ut absolvar, condemnandum te, quasi rem non restituas, quanti mea interfit; aut exceptionem mihi profuturam, *Si non vi, nec clam, nec precario fecerit.*

§. 3. Si stercus [38] per fundum meum tuleris, cum id te facere vetuissem: quanquam [39] nihil damni feceris mihi, nec fundi mei [faciem [40]] mutaveris, tamen teneri te Quod vi aut clam, Trebatius ait; Labeo contra, ne etiam is, qui duntaxat iter per fundum meum fecerit, aut avem egerit [41], venatusve fuerit sine ullo opere, hoc Interdicto teneatur. §. 4. Si quis projectum aut stillicidium in sepulchrum [42] immiserit: etiam si ipsum monumentum non raugeret, recte cum eo agi, quod in sepulchro vi aut clam factum sit. quia sepulchri sit non solum is locus, qui recipiat humationem, sed omne [43] etiam supra id cœlum: eoque nomine etiam sepulchri violati [44] agi posse. §. 5. Si is, qui denunciaverit se opus facturum, confestim [45] opus fecerit, clam feciſſe non intelligitur: nam si [46] post tempus, videbitur clam fecisse.

TIT.

27 *Sub.* quod vi clamve factum esse dicitur in alterius præjudicium. 28 Id est, id spectandum est, an in suo solo ædificet. 29 Id etiam spectandum est, an agri & lumini meo officiat. *l. 8. §. 5. ff. si serv. vindicetur l. 61. J. de reg. jur.*

30 *l. 15. §. 7. ff. eod.* 31 Depresseris, *vulgat. Haloand.* quam lectionem valde probo: hoc enim vocabulum ad res hortenses accommodatum est. Hinc Cato *cap. 32 de re rustic. in fin.* Facito, ut vites mulcè afferantur: & ficubi opus erit, de arbore dejiciantur, & in terram deprimantur. 32 Ita periculosum est, id permittere vicino, meæ vitis ramos in suum fundum suamve pergulam deducat: nam si id anni spatio permisero, vitem amitto. Proinde, quotics id ita accidit, consultius est eum, qui id permittit, instrumento aliquo id testari, hoc est, se prædio concedere. *l. ait prætor. 2. §. utrum. J. de precario.* 33 Quid? an radix vitis cedit viti? *ut hic.* cedit sane: quia in hac specie, vitis ipsa in fundo vicino etiam coaluit. adde *l. 3. §. 4. ff. uti possideris.* 34 *l. 9. in fin. ff. eod.* 35 Quas *Novell. 17. cap. 15. tabulas* vocat. Solebat autem tabula aliqua adfixa indicari ædium hypotheca: eaque tabula ἐφήμερος a Demosthene & Menandro dicta est. *v.* Cujac. 16 *observat. 22. in fin.* adde *l. 2. & l. 2. C. ut nemini licent.* adde *l. 15. §. 32. §. 33. J. de injuriis.* Gothofred. Adde Rævard. *prætribun. cap. 13.* Duaren. *lib. 2 disputat. cap. 44. S. L.* 36 *l. 7. §. 3. ff.* Factum in meo possum auctoritate mea tollere: secus in alieno, licet in meum damnum atque præjudicium factum sit. 37 Egerimus. *Hal.*

38 Adde *l. 7. §. 6. ff. eod.* 39 Vide tamen *l. 18. ff. eod.* 40 Hoc verbum addit Haloander, quo caret editio Florentina. *S. L.* 41 Id est, in aves, quas captat, accipitrem concitarit, vel ipsum averit, quam vult capere. Ludosus tamen usque accipitris usum in aucupando veteribus cognitum fuisse, male. Refellitur enim illo Martialis, 14 *Epigr.* 216, cujus inscriptio est Accipiter: *Prædo fuit volucrum, famulus nunc aucupis: idem Decipit, & captat non sibi missa aves.* 42 *l. 11. §. 2. ff. eod.* 43 *l. 10. ff. de servitutibus urban.* 44 *l. 3. J. de sepulchro violato.* 45 Clam non facit, qui in ipso denunciationis momento opus ipsum facit.

46 Citatus certa hora ad aliquem actum, non est contumax, si alia hora actus ille habitus fuerit. Actus interpositus alia hora, quam citationis, nullus est: ut perinde habeatur quasi factus partes non citata. *Bald. hic.* Bartol. in *h. si finita. 15. §. Julianus. 16. ff. de damno.* Idem esse in sententia prolata extra horam conditam censet & notat Hippolytus Marsilius *singulari* 48.

Tit. XXV.

DE REMISSIONIBUS [1].

Interdictum. 1. *Argumentum Interdicti.* 2. *Vbi remissio tenet vel non.* 3. *Qui possunt novum opus nunciare.*

1. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

AIt Prætor: QUOD JUS SIT ILLI [2] PROHIBERE, NE SE INVITO FIAT, IN EO NUNCIATIO TENEAT [3]: CÆTERUM NUNCIATIONEM MISSAM [4] FACIO. §. 1. Sub hoc titulo Remissiones proponuntur. §. 2. Et verba Prætoris ostendunt, remissionem ibi demum factam, ubi nunciatio non tenet: & nunciationem ibi demum voluisse Prætorem tenere, ubi jus est nuncianti prohibere, ne se invito fiat. Cæterum sive satisdatio interveniat, sive non: remissio facta hoc tantum remittit, in quo non tenuit nunciatio. Plane si satisdatum est, exinde remissio facta est: non est necessaria remissio. §. 3. Jus habet opus novum nunciandi, qui aut dominium aut servitutem [5] habet. §. 4. Item Juliano placet, fructuario vindicandarum servitutium jus esse [6]. secundum [7] quod opus novum nunciare poterit vicino, & remissio utilis [8] erit: ipsi [9] autem domino prædii si nunciaverit, remissio inutilis erit: neque sicut adversus vicinum, ita adversus dominum agere potest, jus ei non esse invito se altius ædificare; sed si hoc facto usufructus deterior fiat, petere [10] usumfructum debebit. Idem Julianus dicit de cæteris, quibus aliqua servitus à vicino debetur.

§. 5. Ei quoque, qui pignori [11] fundum acceperit, scribit Julianus non esse iniquum detentionem [12] servitutis dari.

9 *l.* 2. *ff. de oper. nov.* 10 *l.* 19. *ff. de oper. nov.* 11 *l.* 16. *ff. de serv.* 12 Petitionem. *Cujac.*

1 Remissio, est abolitio nunciationis operis novi à Prætore facta, *Cujac. hic.* adde *l.* 1. *ff. de oper. novi nunciat.*

2 *Sub.* inspecta veritate & juris permissione: vel juris permissione tantum.

3 *Sub.* cum effectu, proinde & ipsa remissio.

4 *Sub.* jure vel facto hominis.

5 V. quæ notavi ad *l.* 14. *ff. de oper. novi.*

6 Imo ei non est jus vindicandi. *l.* 1. *ff. si usufr. petat.*

7 V. *l.* 1. *in fin. ff.* 2. *ff. de oper. nov.* vide Cujac. 1 *obs.* 26. & 9 *obs.* 17.

8 Inutilis erit. Cujac. 1 *obs.* 16. reprehenſus à Roberto 2 *recept.* 12. *l.* 2. *ff. de oper. nov.*

Tit. XXVI.

DE [1] PRECARIO [2].

Definitio. 1. *Origo.* 2. *Collatio precarii & donationis.* 3. *Collatio precarii & commodati.*

1. Ulpianus lib. I Institutionum.

PRecarium est, quod precibus [3] petenti utendum conceditur [tamdiu 4,] quamdiu is, qui concessit, patitur.

§. 1. Quod genus liberalitatis [5] ex Jure gentium descendit. §. 2. Et distat à donatione, eo quod qui donat, sic dat, ne recipiat: at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium solvere. §. 3. Et est simile [6] commodato: nam & qui commodat rem, sic commodat, ut non [7] faciat rem accipientis; sed ut ei uti re commodata permittat.

Interdictum, 1. *Restitutorium.* 2. *Ratio Interdicti. De concursu hujus Interdicti & actionis Præscriptis verbis.* 3. *Qui videatur habere precario.*

II. Idem [lib. LXXI ad Edictum].

AIt Prætor: QUOD PRECARIO AB ILLO HABES [8], AUT DOLO MALO FECISTI UT DESINERES HABERE, QUA DE RE AGITUR, ID ILLI RESTITUAS. §. 1. Hoc Interdictum restitutorium [9] est.

§. 2. Et naturalem habet in se æquitatem: namque precarium revocare volenti competit. *Est enim natura æquum, tamdiu te liberalitate mea uti, quamdiu ego velim: & ut possim revocare, cum mutavero voluntatem.* Itaque cum quid precario rogatum est, non solum hoc Interdicto uti possumus: sed etiam Præscriptis [10] verbis actione, quæ ex bona fide [11] oritur. §. 3. *Habere precario* videtur, qui possessionem vel corporis vel juris adeptus est, ex hac solummodo causa, quod preces [12] adhibuit, & impetravit, ut sibi possidere aut uti liceat.

De servitutibus.

III. Gaius lib. XXV ad Edictum provinciale.

VEluti si me precario rogaveris, *ut* [13] *per fundum meum ire, vel agere tibi liceat:* vel ut *in tectum* [14] *vel in aream ædium mearum stillicidium vel tignum in parietem immissum habeas.*

De rebus mobilibus. 1. *De possessione.* 2. *De eo, qui rogavit vel habet precario. De servo vel filiofamilias rogante.* 3. *De re sua.* 4. *De tempore precarii finito.*

IV. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

IN rebus etiam mobilibus [15] precarii rogatio constitit.

§. 1. Meminisse autem nos oportet, eum, qui precario habet, etiam possidere [16]. §. 2. Tenetur hoc Interdicto non utique ille, qui precario rogavit, sed qui precario habet. Etenim fieri potest, ut quis non rogavit, sed habeat precario [17]: Utputa servus meus rogavit, mihi adquisivit precarium, vel quis alius qui juri meo subjectus est. §. 3. Item si rem meam precario rogavero, rogavi quidem precario, sed [18] non habeo precario: idcirco quia receptum est, rei suæ [19] precarium non esse. §. 4. Item qui precario ad tempus rogavit, finito tempore, etiamsi [20] ad hoc temporis non rogavit, tamen precario possidere videtur: Intelligitur enim dominus, cum patitur eum, qui precario rogaverit, possidere, rursus precario concedere.

v. Pomponius lib. XXIX ad Sabinum.

SEd si manente [21] adhuc precario, tu in [22] ulterius tempus rogasti [23], prorogatur precarium. nam [24] nec mutatur causa possessionis, & non constituitur eo modo precarium: sed in longius tempus profertur. † Si vero præterita die [25] rogas, propius est, ut soluta jam causa precarii non redintegretur, sed nova constituatur.

1. De Procuratore. 2. De possessione. 3. De vi. 4. De pignore.

VI. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

CErte si interim [26] dominus furere [27] cœperit, vel decesserit, fieri non posse Marcellus ait, ut precarium redintegretur [28]: & hoc verum est. §. 1. Si procurator [29] meus me mandante, vel ratum habente, precario rogaverit: ego precario habere prohibere non [30] possum. §. 2. Is, qui rogavit, ut precario in fundo moretur, non possidet: sed possessio apud eum, qui concessit, remanet. nam & fructuarius (inquit) & colonus & inquilinus sunt in prædio: & [31] tamen non [32] possident [33]. §. 3. Julianus ait, eum, qui vi alterum dejecit, & [34] ab eodem precario rogavit, desinere vi possidere, & incipere precario. neque existimare, sibi [35] ipsum causam possessionis mutare: cum voluntate ejus, quem dejecit, cœperit precario possidere: nam si ab eodem emisset, incipere etiam pro emptore posse [36] dominium capere.

§. 4. Quæritur est: si quis [37] rem suam pignori mihi dederit, & precario rogaverit: an hoc Interdictum locum habeat. quæstio in eo est, ut precarium consistere rei suæ possit [38]? Mihi videtur verius, precarium consistere [39] in pignore: cum possessionis [40] rogetur, non proprietatis. & est hæc sententia etiam utilissima: quotidie [41] enim precario rogantur creditores ab his, qui pignori dederunt: & debet consistere precarium.

De Interdicto Vti possidetis.

VII. Venuleius lib. III Interdictorum.

SEd & si eam rem [42], cujus [43] possessionem per Interdictum Uti possidetis retinere possim, quamvis futurum esset, ut teneat de proprietate, precario tibi concesserim: teneberis hoc Interdicto.

Si rogatu unius concessum alii sit. 1. *De successoribus.* 2. *De alienatione rei precario concessæ.* 3. *De dolo & culpa.* 4. *Quid veniat in condemnationem.* 7. *De anno.* 8. *De herede.*

VIII. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

QUæsitum est: si Titius me rogaverit, *ut re Sempronii ut atur*, deinde eo Sempronium rogavero *ut concederet*, & ille, dum mihi vult præstitum, concesserit. Titius à me habet precario, & ego cum eo agam Interdicto de precario. Sempronius autem non aget cum eo: quia hæc verba [44], *Ab illo precario habes*, ostendunt, ei demum competere Interdictum, à quo quis precario rogavit, non cujus res est. † An tamen Sempronius mecum quasi à me rogatus Interdictum habeat? Et magis est, ne habeat; quia [45] non habeo precario, cum non mihi, sed alii impetravi. mandati tamen actionem potest adversus me habere; quia me mandante dedit tibi: aut si quis dixerit, non mandatu meo, sed magis mihi [46] credentem hoc feciſſe, dicendum est, in factum dandam actionem & adversus me. §. 1. Quod à Titio precario quis rogavit, id etiam ab herede [47] ejus precario habere videtur: & ita & Sabinus & Celsus scribunt: eoque jure utimur. Ergo & à cæteris successoribus habere quis precario videtur. Idem & Labeo probat: & adjicit, etiam si ignoret [48] quis heredem, tamen videri eum ab herede precario habere. §. 2. Illud tamen videamus, quale sit, si à me precario rogaveris, & ego eam rem alienavero [49]: an precarium duret, re ad alium translata? Et magis est, ut si ille non revocet, posse interdicere, quasi ab illo precario habeas, non quasi à me: & si passus est [50] aliquo tempore à se precario habere, recte interdicet, quasi à se precario habeas.

§. 3. Eum quoque precario teneri voluit Prætor, qui dolo fecit, ut habere desineret. † Illud adnotatur, quod culpam [51] non præstat [is,] qui precario rogavit, sed solum dolum [52] præstat: quanquam is, qui commodatum susceperit, non tantum dolum, sed etiam culpam [53] præstat. nec immerito dolum solum præstat is, qui precario rogavit: cum totum [54] *hoc* ex liberalitate descendat ejus, qui precario concessit, & satis sit, si dolus tantum præstetur. Culpam tamen dolo proximam contineri quis merito dixerit [55]. §. 4. Ex hoc Interdicto restitui debet in pristinam causam: quod si non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris, ei rem restitui ex [56] eo tempore, ex quo Interdictum editum [57] est. † Ergo [58] & fructus ex die Interdicti editi præstabuntur. §. 5. Si servitute usus [59] non fuit is, qui precario rogavit, ac per hoc amissa sit: videamus, an Interdicto teneatur? Ego arbitror, non alias, quam si dolo [60] fecerit. §. 6. Et generaliter erit dicendum, in restitutionem venire dolum, & culpam latam [61] dumtaxat, cætera non venire.

† Plane post Interdictum editum oportebit, & dolum, & culpam, & omnem causam venire: nam ubi moram [62] quis fecit precario, omnem causam debebit constituere. §. 7. Interdictum hoc & post annum [63] competere Labeo scribit [64]: eoque jure utimur. cum enim nonnunquam in longum [65] tempus precarium concedatur, absurdum est dicere, Interdictum locum non habere post annum. §. 8. Hoc Interdicto heres ejus, qui precario rogavit, tenetur [66], quemadmodum [67] ipse [68]: ut sive habet, sive dolo fecit, quominus haberet vel ad se perveniret, teneatur; ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus [69] ad eum pervenit.

Quibus modis precarium constituitur.

IX. Gaius lib. XXVI ad Edictum provinciale.

PRecaria possessio constitui potest vel [70] inter præsentes, vel inter absentes: veluti per epistolam, vel per nuncium.

De partu ancillæ.

X. Pomponius lib. V ex Plautio.

QUamvis ancillam quis precario rogaverit, id actum videtur [71], ut [72] etiam quod ex ancilla natum esset, in eadem causa haberetur.

De pignore.

XI. Celsus lib. VII Digestorum.

SI debitor rem pigneratam precario rogaverit [73], soluta pecunia [74], precarium solvitur; quippe id actum est, ut usque eo precarium teneret.

De pacto, ne ante certum tempus petatur. 1. *De heredibus.*

XII. Idem lib. XXV Digestorum.

CUm precario aliquid datur, si convenit, ut [75] *in Calendas Julias* [76] *precario possideat*: nunquid exceptione adjuvandus est, ne

30 Vid. quæ notavi ad *l.* 1. §. 21. *ff. de adq. poss.*

31 Possidere, & esse in prædio, dita ferunt.

32 Imo possident. *l.* 7. §. 11. *ff. comm. divid.*

33 *l.* 52. *ff. de adquir. poss.*

34 *l.* 32. *ff. de usurp. l.* 84. *ff. de furtis.*

35 *l.* 3. §. 19. *ff. de adq. poss.*

36 Possessionis dominium capere. ita Cujac. emendat, 24 *observat.* 13.

37 *l.* 16. *ff. de obl. & act.*

38 Non possit. *Hal.* vid. *l.* 4. §. 3. *ff. eod.*

39 *l.* 35. *in fin. ff. de pignor. l.* 16. *ff. de pactis & comm. l.* 36. *in fin. ff. de adq. poss. l.* 16. *ff. de oblig.*

40 *l.* 22. *ff. eod.*

41 Et hæc ratio est, propter quam redditione pignoris non censetur debitor liberatus, *l.* 3. *ff. de pact.* & ita sumitur argumentum à consuetis, sive solitis. *l.* 9. §. 8. *in fin. ff. si certum petatur.* Quotidiana maxime spectare & sequi debemus, adde *l. cert.* 9 §. *si nummos.* 8. *ff. de reb. cred.*

42 Id est, ejus rei possessionem.

43 Adde *l. ult. ff. eod.*

44 *l.* 2 *ff. eod.*

45 Precario non habet, qui non sibi sed alii rogavit.

46 *l.* 12. *in fin. ff. eod.*

47 Precarium transit ad heredem, *ut hic.* & §. 8. *ff.* ideoque roganti heres seu universalis successor hoc Interdicto De precario tenetur.

48 *l.* 13. §. 5. *ff. quod vi aut clam.*

49 Precarii Interdicto is etiam tenetur, in quem precarium alienatum est, titulo etiam singulari.

50 *l.* 131. *l.* 150. *ff. de reg. jur.*

51 6 *Harm. tit. de reg. jur.* §. 54.

52 *l.* 23. *ff. de reg. jur.*

53 *l.* 5. §. 2. *ff. commodati.*

54 Id est, concessio & revocatio precarii; quod non est in commodati revocatione.

55 §. 5. *in fin.* §. 6. *ff. eod.* Cur? culpa lata dolo comparatur. *l.* 1. §. 1. *ff. si mensor falsum. mod. l.* 29. *ff. mandati.*

56 *l.* 3. *ff. de Interdict.*

57 Per libelli oblationem, & contestationem.

58 Cur? Causam omnem rei qui restituere alteri debet, eidem & fructus rei restituere debet.

59 Servitutem si dolo malo amiſit is, qui precario eam rogavit, hoc Interdicto tenebitur ei, à quo servitutem precario accepit.

60 Vid. §. 3. *ff. eod.*

61 In restituendo precario, de qua dixi in §. 3. *ff. eod.*

62 *l.* 4. §. 2. *ff. rogund. l.* 31 *ff. de reb. cred.*

1 De precarii & commodati differentia v. 16 *Harm. tit. de reg. jur.* §. 54. *l.* 1. §. 1. *ff. commodat.*

2 VIII C. IX. Περὶ τῶν ἀφελημένων συγχωρηθέντων ἀνελεῖν τι, ἢ νέμεσθαι. 58 *Eclog.* 24. De precariis. 3 *extr.* 14. De precarii generibus v. Cujac. 4 *obs.* 7.

3 *l.* 2. *in fin. ff. eod.* ideoque hoc genus precarii dicitur proprie, quod Græci τὸ κατὰ παράκλησιν.

4 Adeo ut precarium in contrarium adjectum non valeat. vid. *l.* 12. *ff. eod.*

5 Est enim donationis simile. *l.* 14. §. 11. *ff. de furt.*

6 In hoc v. quæ notavi ad *l.* 15. §. 1. *ff. eod.* Goth. Limitationes vid. apud Cæpoll. *de serv. urban. præd. cap.* 79. *num.* 6. Anſ.

7 V. *l.* 8. & 9. *ff. commod.*

8 V. quæ ſcripſi ad *l. ult. in fin. ff. eod.*

9 *l.* 14. *l.* 15. *ff. eod.*

10 *l.* 19. *in fin. ff. eod.*

11 Id est, ex æquitate magis, & tacito negotio, quam ex negotio gesto. Cujac. 4 *observ.* 7.

12 *l.* 1. *ff. eod.*

13 Cujac. 22 *observ.* 37.

14 *l.* 15. §. 2. *ff. eod.*

15 Adde *l. pr. in pr. ff. commod.*

16 Possidet, qui precario habet. *l. ult. ff. eod. l.* 15. §. 4. *ff. eod. l.* 3. §. 5. *l.* 21. *ff. de adquir. poss.*

17 *l.* 6. §. 1. *l.* 33. *ff. eod.*

18 *l.* 40. *in fin. ff. de adq. poss.*

19 *l.* 6. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 11. *ff. de itinere actuque privat. l.* 45. *ff. de reg. jur.*

20 Id colligitur ex tacita voluntate & patientia domini. adde *l.* 13. §. 11. *l.* 14. *ff. locati.*

21 Id est per tempus primæ concessionis precarii. Quid, quæ utilitas esse potest, precarium sit novum, vel antiquum? Quæri merito id potest propter præscriptionem. Nam ab exordio precarii præscriptio currere incipit. *Alberic. hic.* 22 V. quæ ſcripſi ad *l.* 27. §. 1. *ff. de pact.* 23 Facit *l.* 23. §. 1. 25. §. 1. & 2. *ff. de arbitris. l.* 2. §. 2. *ff. de judiciis. v. l.* 113. *ff. de verb. obl.* 24 Precarium prorogatum idem est cum primo: quod in conductionibus, compromissis, actionibus & jurisdictionibus prorogatis utiliter notari potest. *l. item quæritur.* 13. §. *qui impleto.* 11. *ff. locati. l. dies.* 4. *ff. de damno infect. l. non ex omnib.* 39. §. *ult. ff. de arbitris. l. si eum.* 10. §. *qui injuriarum.* 2. *ff. si quis cautionib. in. meminisse.* 10. *ff. de officio Proconſ.* 25 Differentiam precarii prorogati & renovati observa. 26 Id est, per id tempus, quo durat prima concessio. 27 V. *l.* 14. *in fin. ff. locati. l.* 27. *ff. de adq. poss.* 28 Id est, prorogetur: ut hinc colligas, precarium finiri morte vel furore concedentis. Cur? Fictio locum non habet, ubi naturæ locus non est: fictio naturam imitatur. 29 Adde *l.* 4. §. 2. *ff. eod.*

63 *Sub.* utilem à die concessionis computandum. 64 *l.* 2. *C. eod. l.* 35. *de obligat.* 65 Atqui precario res in longum tempus concedi potest. *l.* 12. *ff. eod.* 66 Imo hoc Interdicto non tenetur, sed Interdicto Quod clam: nam heres ejus, qui possessionem precario tenebat, clam ideo possidet, quod nullæ preces ejus videntur adhibitæ. Paul. 5 *sent.* 6. §. 12. adde *l.* 11. *ff. de diverſ.*

67 Id est, ea forma, qua defunctus. 68 *Sub.* qui rogavit. 69 Ex contractu, ex quo jus non transit ad heredes, heres non tenetur, nisi quantum ad eum pervenit. adde *l.* 12. *in fin. ff. eod.*

70 V. Paul. 5 *sent.* 6. §. 12. 71 Imo aliud videtur, *l.* 1. §. 5. *ff. depositi.* & ita legi à quibusdam, notat etiam Albericus: aientem tamen lectionem præfert; quia hæc parte constituti nulla differentia potest inter precarium & commodatum. 72 *l.* 5. §. 9. *ff. commodat. l.* 14. §. 15. *ff. de furtis.*

73 V. *l.* 6. *in fin. ff. eod.* 74 Non prius. *l.* 3. *ff. de pactis.* 75 V. *l.* 14. *l.* 5 *ff. eod.* Goth. Vid. Aut. Auguſt. *lib.* 4 *emend. c.* 14, Forcat. *Necyomant. dialog.* 301. S. L. 76 Id est, in eum diem, quo more Romano migrationes ex ædibus fiebant. v. quæ notavi ad *l.* 141. *ff. de contr. empt.*

98 Accidit enim frequenter, ut cum domos locare non possumus, gratis postremis mensibus habitandas concedamus in eum diem, quo migrandum est. v. Anton. Augustin. 4 emend. 14. *in fin.*

99 Quam precario accepit.

80 *l.* 6. §. 1. *ff. eod.*

81 Cur? ne nimis extendatur concedentis beneficium: vel quia precanti adhuc præsumitur concessisse; heres autem accipientis, non protinus in animo defuncto respondeat. Amor heredis & defuncti diversus est.

82 *l.* 4. §. 2. *ff. eod. l.* 6. §. 1. *ff. eod.*

83 *c.* 10. *de reg. in* 6. v. *l.* 60. *ff. de reg. jur.*

84 Imo aliqua. vide Paul. 5 *sent.* 6. §. 10.

85 Jure civili, *vulgat. Hal.* adde *l.* 14. §. 11. *ff. de furtis.*

86 *l.* 1. §. 1. *ff. eod. d. l.* 14. §. 11. *ff. de furtis.*

87 *l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

88 Imo, & is, qui conduxit, dicitur precario possidere, *l.* 2. *C. de precar.* 30 *annor.* & commodatarius: est enim commodatum precario affine. *l.* 1. §. *ult. ff. eod.* Hinc Salvianus, 1 *ad Eccles.* Commodatis, inquit, à Deo facultatibus utimur, & quasi precarii possessores sumus.

89 *l.* 3. *ff. eod.*

90 Sed rei vindicatio. *l.* 3. *C. de pactis inter emptorem.*

91 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.*

92 Imo, esse non potest. *l.* 19. *ff. eod.*

93 *l.* 8. *l.* 9. *ff. comm. l.* 3. §. 5. *ff. de adq. poss. ff.*

94 *Al.* quia.

95 Haloander legit *à possessione.* S. L.

96 58 *Eclog.* 24. *c.* 37. *in fin.*

97 Vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 1. *ff. de adqu. poss.*

98 *l.* 1. *in fin. ff. uti possidetis.* dixi *l.* 15. §. 4. *ff. eod.*

99 Cur? quia ejus interest.

100 *l.* 22. *ff. eod.*

1 Imo, duo possunt. *l.* 15. §. 4. *ff. eod.*

2 Vide *l.* 3. §. 5. *ff. de adq. poss.*

3 Quomodo? ejusdem juris respectu.

4 *l.* 16. *ff. de obl. & act.*

5 *Subaudi*, is, qui à servo rogavit.

6 *Subaudi*, pro revocanda re precario concessa.

7 Precarium, si de eo intra certum tempus restituendo nihil convenit, Interdicto, quod de precario est, revocare quandocunque possumus, *ut hic.* sin de certo tempore ejus convenit, non Interdicto, sed incerti condictione, hoc est, præceptis verbis, *ut hic.*

8 *l.* 2. §. 2. *in fin. ff. eod.* Nulla eo nomine actio civilis constituta est. *l.* 14. *l.* 15. §. 3. *ff. eod. l.* 14. §. 11. *ff. de furtis.*

9 Res enim ita vendi potest, ut apud emptorem sit ex causa precarii, *ut hic.* vel conducti. *l.* 16. *ff. de peric. & commod.* 10 Suorum nomine domesticos intellige. adde *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *ff. de usu & habit.* 11 Studiosorum privilegia ad eorum famulos extendi, hinc colligunt. facit *l. si quis in sacris.* 11. *C. de proxim. sacror. scrin. l. ult. C. de privileg. schol.* 12 Sibi habitationem qui stipulatur, suos quoque comprehendit: etiam suis stipulari quisque intelligitur, qui sibi stipulatur. *l.* 40. *in princ. & §. ultim. ff. de pactis. l.* 2. *l.* 3. *ff. de usu & habit.* vide *l. ultim. ff. de verbor. obligat.*

13 Adde *l.* 18 *ff. eod.* 14 *Subaudi*, illicite. 15 *l.* 7. *ff. eod.* 16 *l.* 6. *in fin. ff. eod.* 17 Vide *l.* 32. *in fin. ff. de adquir. poss. ff.* 18 Possideret. *vulgat. Haloand.* 19 Auctoritati. *vulgat. Hal.* 20 Novi à Prætore.

ne ante ei possessio auferatur 78? Sed nulla vis est hujus conventionis, ut rem alienam 79 domino invito possidere liceat.

§. 1. Precario rogatio & ad heredem 80 ejus, qui concessit, transit. ad heredem autem ejus, qui precario rogavit, non transit: quippe ipsi dumtaxat, non 81 etiam heredi concessa possessio est.

De servo & filiofamilias.

XIII. POMPONIUS lib. XXXIII ad Quintum Mucium.

SI servus tuus 82 tuo mandato precario rogaverit, vel ratum habueris, quod ille rogavit tuo nomine: teneberis, quasi precario habeas. † Sed si te ignorante, suo 83 nomine vel servus vel filius rogaverit, non videris tu precario habere: sed illi erit actio de peculio, vel de in rem verso.

Ratio Interdicti de civili actione.

XIV. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

INterdictum de precariis merito introductum est, quia nulla 84 eo nomine juris 85 civilis actio esset: magis enim ad donationes 86, & beneficii causam, quam ad negotii contracti spectat precarii conditio.

De hospitibus. 1. De habitatione gratuita. 2. De his, quæ in jure consistunt. 3. De cautione. 4. De possessione. 5. De loco.

XV. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

ET habet summam æquitatem, ut eatenus quisque nostro utatur, quatenus 87 ei tribuere velimus. §. 1. Hospites 88, & qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelliguntur precario habitare. §. 2. Precario habere etiam ea, quæ in jure consistunt, possumus, ut immissa 89 vel protecta. §. 3. Cum quis de re sibi restituenda cautum habet, precarium Interdictum ei non competit 90. §. 4. Eum, qui precario rogaverit, ut sibi possidere liceat, nanciscì possessionem 91 non est dubium. † An is quoque possideat, qui rogatus sit, dubitatum est? placet autem, penes utrumque esse 92 eum hominem, qui precario datus esset: penes eum 93, qui rogasset, qua 94 possederat corpore; penes dominum, quia non decesserit animo possessione 95. §. 5. Quo 96 quis loco precario aut possideat, aut cœperit possidere, nihil refert, quod ad hoc Interdictum pertinet.

De adoptione.

XVI. IDEM lib. XXXII ad Sabinum.

SI adoptavero eum, qui precario rogaverit, ego quoque precario possidebo 97.

Uti possidetis.

XVII. IDEM lib. XXIII ad Sabinum.

QUi precario fundum possidet, ex Interdicto Uti possidetis adversus omnes 98, præter eum, quem rogavit, uti potest 99.

De possessione.

XVIII. JULIANUS lib. XIII Digestorum.

VNusquisque potest rem suam, quamvis 100 non possideat, precario dare ei, qui possideat.

An duo in solidum habere possint. 1. De servo. 2. De actione præscriptis verbis.

XIX. IDEM lib. XLIX Digestorum.

DUo in solidum precario habere non magis possunt 1, quam duo 2 in solidum vi possidere, aut clam: nam neque justæ neque injustæ possessiones duæ concurrere possunt 3. §. 1. Qui servum 4 meum precario rogat, videtur à me precario habere, si hoc ratum habuero: & ideo precario Interdicto mihi tenebitur 5. §. 2. Cum quid precario rogatum est, non solum Interdicto uti possumus 6, sed 7 & incerti condictione, [id est], Præscriptis 8 verbis.

De emptione & venditione.

XX. ULPIANUS lib. II Responsorum.

EA, quæ distracta sunt, ut precario 9 penes emptorem essent, quoad pretium universum persolveretur, si per emptorem stetit, quo minus persolveretur, venditorem posse consequi.

De ipso rogante & suis.

XXI. VENULEIUS lib. IV Actionum.

CUm precario quis rogat, ut *ipsi in eo fundo morari liceat*, supervacuum est adjici, *ipsi, suisque* 10: nam 11 per ipsum 12 suis quoque permissum uti videtur.

De eo, qui pro possessore possidet, vel rem alienam emit. 1. De pupillo.

XXII. IDEM lib. III Interdictorum.

SI is, qui pro 13 possessore possideret, precario dominum rogaverit, ut sibi retinere rem liceat; vel is, qui alienam rem emisset, dominum rogaverit: apparet eos precario possidere. nec existimandos mutare sibi causam possessionis 14, quibus à domino concedatur precario possidere: nam & si id, quod possideas, alium precario rogaveris, videri te desinere ex prima causa possidere, & incipere ex precario habere: & contra 15 si possessorem precario rogaverit, qui rem avocare ei posset, teneri eum precario, quoniam aliquid ad eum per hanc precarii rogationem pervenit, id est, possessio 16, quæ aliena sit. §. 1. Si pupillus sine tutoris auctoritate precario rogaverit, Labeo ait habere eum precariam possessionem, & hoc Interdicto teneri: nam quo magis naturaliter 17 possideretur 18, nullum locum esse tutoris auctoritate 19. recteque dici, *Quod precario habes*; quia quod possideat, ex ea causa possideat, ex qua rogaverit. nihilque novi 20 [per] Prætorem constituendum: quoniam, sive habeat rem, officio Judicis teneretur; sive non habeat, non teneatur.

TIT. XXVII.

DE[1] ARBORIBUS[2] CÆDENDIS[3].

Prius Interdictum de arbore ædibus impendente. 1. Quod est prohibitorium. 2. Utrum tota arbor aut pars exsoindi possit. 3. De viribus. 4. De domino ædium, & de fructuario. 5. De ædibus communibus. 6. Interpretatio verborum, si per te. 7. Alterum Interdictum de arbore in agrum impendente. 8. Summa & ratio Interdicti. 9. Differentia hujus Interdicti & superioris.

I. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

AIt Prætor: QUÆ ARBOR[4] EX ÆDIBUS TUIS IN ÆDES[5] ILLIUS IMPENDET, SI[6] PER TE STAT, QUOMINUS EAM ADIMAS: TUNC, QUOMINUS ILLI[7] EAM ARBOREM[8] ADIMERE SIBIQUE HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO[9].

§. 1. Hoc Interdictum prohibitorium est. §. 2. Si arbor ædibus alienis impendeat[10], utrum totam arborem jubeat Prætor adimi, an vero id solum, quod superexcurrit[11], quæritur? Et Rutilius ait, à stirpe[12] excindendam, idque plerisque videtur verius: & nisi adimet dominus arborem, Labeo ait permitti ei, cui arbor officeret, ut si vellet, succideret eam, lignaque tolleret.

§. 3. *Arboris* appellatione etiam[13] vites[14] continentur.

§. 4. Non solum autem domino ædium, sed etiam ei, qui usumfructum habet, competit hoc Interdictum: quia & ipsius interest[15], arborem istam non impendere. §. 5. Præterea probandum est, si arbor communibus ædibus impendeat, singulos dominos habere hoc Interdictum, & quidem in solidum[16]: quia & servitutium vindicationem singuli habeant. §. 6. Ait Prætor: SI PER TE STAT, QUOMINUS EAM ADIMAS: QUOMINUS ILLI EAM ARBOREM ADIMERE LICEAT, VIM FIERI VETO. Prius itaque tibi datur adimendi facultas: si tu non facias, tunc vicino[17] prohibet vim fieri ademere volenti. §. 7. Deinde ait Prætor: QUÆ ARBOR EX AGRO[18] TUO IN AGRUM ILLIUS IMPENDET[19], SI PER TE STAT, QUOMINUS PEDES QUINDECIM[20] A TERRA EAM ALTIUS COERCEAS, TUNC, QUOMINUS ILLI ITA COERCERE, LIGNAQUE SIBI HABERE LICEAT, VIM FIERI VETO. §. 8. Quod ait Prætor, & Lex XII Tabularum efficere voluit, *ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur*: & hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret. §. 9. Differentia[21] duorum capitum Interdicti hæc est: Si quidem arbor ædibus impendeat, succidi eam præcipitur: si vero agro impendeat, tantum usque ad quindecim pedes à terra coerceri.

De arbore vento inclinata.

II. POMPONIUS lib. XXXIV ad Sabinum.

SI arbor ex vicini fundo vento inclinata[22] in tuum fundum sit: ex Lege XII Tabularum de adimenda ea recte agere[23] potes, *jus ei*[24] *non esse ita arborem habere.*

1 Περὶ δένδρων καὶ δενδρολογιῶν. 60 *Eclog.* 16.

2 Quæ in urbe. *l.* 1. *in princ. ff.* vel agro. *d. l.* 1. §. 7. *l.* 2. *ff. eod.*

3 Nota hæc vocabula, impendere, *l.* 1. *in pr.* §. 5. 7. *ff. eod.* adimere totum, vel id, quod superexcurrit, in *pr. l.* 1. & §. 6. *ff. eod.* à stirpe excidere seu succidere, *l.* 1. §. 2. *& in fin. ff. eod.* coërcere, *l.* 1. §. 8. §. 9. *ff. eod.* cædere, seu τέμνειν, est totum vel partem cædere: κατατέμνειν, τὸ ὑπολειπόμενον ζῶνόν ἐστι adimere corticem. 60 *Eclog.* 16. *c.* 4.

4 Tua vel communis, §. 5. *ff.* vel vitis. §. 3. *ff. eod.*

5 Non idem, si in agrum: §. 7. *ff. eod.*

6 Datur tibi adimendi facultas. §. 6. *ff. eod.*

7 Domino vel fructuario. §. 4. *ff. eod.*

8 Etiam totam. §. 2. *ff.*

9 Prohibitorium itaque est hoc Interdictum. §. 1. *ff. eod. & l.* 2. *ff. de Interdictis.*

10 Id est, immineat. Paul. 5 *sentent.* 6. §. 13. & ut Græci apertius, id est, si non tantum efficiat ut minus cœlum videre possimus, *l.* 17. *ff. de serv. urb.* sed si arbor ἐπηρεάσει τῷ οἴκῳ μὴ, ἢ βλάψῃ με. 60 *Eclog.* 16. §. 12. id est, noceat ædibus meis.

11 Id collucare est arbores. 12 Quasi diceret, non tantum actor sublucare id quod superexcurrit, & compescere ramorum luxurias potest: sed & adimere, id est, à stirpe excidere potest: in agris sufficit sublucatio. §. 7. §. 9. *ff. eod.* vide Cujac. apud Paul. 5 *sent.* 6 §. 13. 13 *l.* 3. *ff. arbor. furt. cæsar.*

14 Hedera, arundo, salix. vide 60 *Eclog.* 16. §. 2. 15 Debet enim domum suam suis impensis tegere. *l.* 7. §. 2. *ff. de usufr.* 16 *l.* 17. *ff. de servitutib. l.* 4. §. 3. *l.* 6. §. 4. *ff. si serv. vind.*

17 Atque ita in reum convertitur electio. vide *l.* 1. *C. de solut.* 18 Aliud, si in ædes. *in pr. ff. eod.* 19 An quia rami impendent? An quia arbor inclinata? An quia umbra ejus nocet? at §. 8. *ff. eod.* 20 60 *Eclog.* 16. *c.* 13. 21 Hujus capitis materiam utilem esse: & ab Advocatis sæpius quæri, quam sit Lex *frater à fratre*, notat Albericus. 22 60 *Eclog.* 16. *cap.* 14. adde *l.* 2. §. 40. *ff. ne quid in loco publico.* 23 Qua actione? negatoria: cujus formula mox traditur. 24 *Subaudi*, domino arboris.

TIT. XXVIII.

DE[1] GLANDE[2] LEGENDA[3].

Interdictum. 1. De nomine glandis.

I. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

AIt Prætor, GLANDEM, QUÆ EX ILLIUS AGRO IN TUUM CADAT[4], QUOMINUS ILLI TERTIO QUOQUE DIE LEGERE, AUFERRE LICEAT: VIM FIERI VETO. §. 1. Glandis nomine omnes[5] fructus continentur.

1 Ex vicini agro puta in tuum cadente.

2 Glans quid sit, vide in *l.* 1. *in fin. ff. eod.*

3 Per vicini intra tertium diem. 4 *l.* 9. §. 1. *ff. ad exhibend.*

5 *l.* 236. §. 1. *ff. de verb. sign.* 2 *Eclog.* 2. *c.* 236.

TIT. XXIX.

DE HOMINE[1] LIBERO EXHIBENDO.

Interdictum, 1. Et ejus ratio.

I. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

AIt Prætor: QUEM LIBERUM DOLO MALO RETINES, EXHIBEAS[2]. §. 1. Hoc Interdictum proponitur tuendæ libertatis causa: videlicet, ne homines liberi retineantur à quoquam.

II. VENULEIUS lib. IV Interdictorum.

NIhil enim multum[3] à specie servientium differunt, quibus facultas non datur recedendi[4].

De Lege Favia. 1. De ætate, sexu, jure ejus, qui retinetur, & de pluribus retentis. 2. Si retinens habeat in potestate. 3. De redempto ab hostibus. 4. De justa causa retinendi. 5. Si volens retineatur. 6. De ignorantia & certioratione. 7. Si dubitetur de statu. 8. Quid sit exhibere. 9. Quibus competit hoc Interdictum. 14. De absente. 15. De tempore Interdicti.

III. ULPIANUS lib. LXXI ad Edictum.

QUod & 5 Lex Favia 6 prospexit, neque hoc Interdictum aufert Legis Faviæ exsecutionem: nam & 7 hoc Interdicto agi poterit, & nihilominus accusatio Legis Faviæ instituì: & versa vice, qui egit Favia, poterit nihilominus etiam hoc Interdictum habere, præsertim cum alius Interdictum, alius Faviæ actionem habere possit. §. 1. Hæc verba, *Quem* 8 *liberum*, ad omnem liberum pertinent: sive pubes sit, sive impubes; sive masculus, sive fœmina; sive unus, sive plures; sive sui juris sit, sive alieni: hoc enim tantum spectamus, an liber sit. §. 2. Is tamen, qui in potestate habet, hoc Interdicto non tenebitur: quia dolo malo non videtur habere, qui suo 9 jure utitur. §. 3. Si quis eum, quem ab hostibus redemit, retineat: in ea causa est, ut Interdicto non tenea-

1 VIII. C. VIII. extat etiam titulus in Basilicis περὶ ἀνευθέρων ἀνθρώπων, ἢ ἀναγεγραμμένων, ἢ βίᾳ καλεσομένων. 22 *Eclog. lib.* 7. *tit.* 1. *c.* 18.

2 Interdictum de homine libero exhibendo, exhibitorium est. *l.* 1. *ff. de Interdictis.* §. 1. *vers. exhibitoria. Inst. de Interdictis.*

3 Differunt tamen, nec sunt, nec fiunt servi. 22 *Eclog. ex Basil. tit.* 20. *c.* 12.

4 Parum à servis differunt, qui ab hostibus sunt redempti, *l.* 2. *C. de postlimin.* servus videtur, qui recedendi facultatem non habet. Potest enim liber, qua velit commigrare, *l. pen. C. de operis lib.* species est enim libertatis, qua ipse velis, etiam fugere. *l. quis sit fugitivus.*

17 § *idem rescr.*

10 *ff. de ædil. edicto.* Imo qui liberam eundi abeundive domo potestatem non habet, liber esse non videtur, sed in custodia esse. *l. qui neque sequuntur.* 48. *ff. de verb. sign. l. succurritur.* 9 *ff. ex quibus causis major. Novell.* 5. §. *si vero.* Quid? custodia qui teneatur publica, liber non fuerit? Est sane liber, ut testis, & testamentum ibidem facere possit. *l. qui in test.* 14. *ff. qui test. l. qui in carcerem.* 22. *ff. quod metus caus.* 5 Præter hoc Interdictum. 6 De qua vide *l.* 6. *in fin. ff. ad l. Fav. de plagiariis. l.* 5. *C. ad l. Fav. de plag.* 7 Interdictum enim liberum exhiberi postulat: criminali vero judicio, sive Favia Lege, de pœna agitur. *Græci.* 8 *l.* 1. *ff. de verb. sign. l.* 3. §. 1. *ff. de neg. l.* 11. §. 1. *ff. de pecun. constitut.* 9 *V. l.* 26. *ff. de damno.*

10 Cur ita? collige ex *l. 2. C. de postlim. l. 15. l. 21. §. de captivis. l. 20. §. 1. ff. qui test. l. 43. in fin. ff. de legat. 1.*

11 Præsumitur pater filium suum sine dolo retinere, ob patriam pietatem. de qua præsumptione vid. Alciat. *1 præs.* 11.

12 Dixi de alumno ad *l. 1. C. quæ res pignori.*

13 Volenti non fit injuria. *l.* 14. §. 9. *ff. de adil. l.* 9. *ff. de aqua & aquæ pluv. l. 1. §. 5. ff. de injur. l.* 34. *C. de transact.*

14 *V. l. un.* §. 2. *C. de rapt. virginum.*

15 Tria hæc notanda, scientia, ignorantia, dubitatio.

16 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.*

17 Id est, libertatis causæ: Cujacius tamen putat hic vocabulo *alienæ*, innui legem, quæ aliena fit vocata. de quo vide eundem Cujac. 19 *obs.* 17.

18 Adde *l.* 2. *ff. ad exh.* 15 *Eclog.* 4. *c.* 2.

19 Exhibere, est extra secretum habere, *ut hic.* ergo & *edere* extra secretum dare.

20 Adde *l.* 13. *ff. ad exhib.*

21 Is est favor libertatis.

22 *l.* 3. §. 12. *ff. de suspectis.*

23 *l.* 2. *C. eod.*

24 Sollicitatio. *vulg.*

25 *l.* 1. 2. *ff. de accus.*

26 *l.* 2. 3. *ff. de popularib. l.* 18. *ff. de test. 1 ut.*

27 Perfidia idonea causa est aliquid revocandi.

28 *l.* 3. *ff. ad Turp. l. 1. C. de Advoc. diversi. jud. l.* 11. *C. de accus.*

29 Æstimatione litis, ejusque præstatione exhibendi necessitatem effugere possumus.

30 Absens. 31 Dolo malo retinet, qui scit liberum esse, & qui sine causa retinet. 32 Liberum pro servo ignoranter bona fide emens, Interdicto de homine libero exhibendo non tenetur.

33 *l.* 3. §. 7. *ff. eod.* 34 Etiam modico. 35 Si in præsenti potest exhiberi. 36 *Subaudi*, hoc Edicto: neque creditor, si quid ejus privatim tantum intererit, experietur: secus, si ob publicam causam; tunc enim cogitur quis officio judicis debitorem exhibere creditori.

37 *l. 2. ff. ex quib. caus. in possess.*

teneatur [10]: non enim dolo malo facit. † Plane si offertur pretium, Interdictum locum habet. Sed & si eum remisit pretio non accepto, dicendum est, Interdicto locum fore, si posteaquam semel remisit, velit retinere. §. 4. Si eum quis retineat filium, quem non habet in potestate: plerunque sine dolo malo facere videbitur. pietas [11] enim genuina efficit sine dolo malo retineri: nisi si evidens dolus malus intercedat. Proinde & si libertum suum, vel alumnum [12], vel noxæ deditum adhuc impuberem: idem erit dicendum. † Et generaliter, qui justam causam habet hominis liberi apud se retinendi, non videtur dolo malo facere.

§. 5. Si quis volentem [13] retineat, non videtur dolo malo retinere. † Sed quid si [volentem] quidem retineat, non [14] tamen sine calliditate circumventum, vel seductum, vel sollicitatum, neque bona vel probabili ratione hoc facit? Recte dicetur dolo malo retinere. §. 6. Is qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret: sed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret. §. 7. Plane, si dubitat [15], utrum liber, an servus sit, vel facit status controversiam: recedendum erit ab hoc Interdicto, & agenda causa libertatis. etenim recte placuit, tunc demum hoc Interdictum locum habere, quotiens quis pro [16] certo liber est. † Cæterum si quæratur de statu, non oportet præjudicium fieri alienæ [17] cognitioni. §. 8. Ait Prætor *Exhibeas.* Exhibere [18] est, in publicum producere, & videndi tangendique hominis facultatem præbere: proprie autem exhibere est, extra [19] secretum habere. §. 9. Hoc Interdictum omnibus [20] competit: nemo [21] enim prohibendus est libertati favere. §. 10. Plane ex causa suspectæ [22] personæ removendæ sunt, si forte talis persona sit, quam verisimile est colludere, vel calumniari. §. 11. Sed [&] si mulier [23] vel pupillus hoc Interdictum desideret, pro cognato, vel parente, vel affine suo solliciti [24], dandum esse eis Interdictum, dicendum est: nam & publico [25] judicio reos facere possunt, dum suas suorumque injurias exsequuntur. §. 12. Si [tamen] plures sunt, qui experiri volent, eligendus est à Prætore, ad quem maxime res pertinet, vel is, qui idoneior [26] est. & est optimum, ex conjunctione, ex fide, ex dignitate actorem hoc Interdicto eligendum. §. 13. Si tamen, posteaquam hoc Interdicto actum est, alius hoc Interdicto agere desideret: palam erit, postea alii non facile dandum, nisi si de perfidia [27] prioris potuerit aliquid dici. Itaque causa cognita amplius quam semel Interdictum hoc erit movendum. Nam nec in publicis judiciis permittitur amplius agi, quam semel actum est, quam si prævaricationis [28] fuerit damnatus prior accusator. † Si tamen reus condemnatus malit [29] litis æstimationem sufferre, quam hominem exhibere: non est iniquum, sæpius in eum Interdicto experiri, vel eidem sine exceptione, vel alii. §. 14. Hoc Interdictum & in absentem esse rogandum Labeo scribit: sed si non defendatur [30], in bona ejus eundum ait. §. 15. Hoc Interdictum perpetuum est.

De dolo malo. 1. De bona fide. 2. De tempore. 3. De creditore & debitore.

IV. Venuleius [lib. IV Interdictorum].

SI quis liberum hominem ignorantem suum statum retineat, tamen, si [31] dolo malo retinet, cogitur exhibere. §. 1. Trebatius quoque ait non [32] teneri eum, qui liberum hominem pro servo bona [33] fide emerit & retineat. §. 2. Nullo [34] tempore dolo malo retineri homo liber debet: adeo ut quidam putaverint, nec modicum tempus ad eum exhibendum dandum [35], quoniam præteriti facti pœna præstanda est. §. 3. Creditori non competit Interdictum, ut debitor exhibeatur: nec enim debitorem latitantem exhibere quisquam cogitur [36], sed in bona ejus ex Edicto Prætoris [37] itur.

Tit. XXX.

DE [1] LIBERIS [2] EXHIBENDIS [3], ITEM DUCENDIS [4].

Interdictum, de liberis exhibendis. 1. Cui, & in quem competit. 2. De causa retinendi. 3. De matre. 4. De exceptione rei judicatæ. 5. De nupta.

I. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

AIt Prætor, Qui quæve in potestate Lucii Titii est, si is eave apud te est, dolove malo tuo factum est, quominus apud te esset, ita eum eamve exhibeas [5]. §. 1. Hoc Interdictum proponitur adversus eum, quem quis exhibere [6] desiderat eum, quem in potestate sua esse dicit [7]. Et ex verbis apparet, ei, cujus in potestate est, hoc Interdictum competere. §. 2. In hoc Interdicto Prætor non admittit causam, cur apud eum sit is, qui exhiberi debet, quemadmodum in superiore Interdicto: sed omnimodo [8] restituendum putavit, si in potestate est. §. 3. Si vero mater sit, quæ retinet, apud [9] quam interdum [10] magis, quam apud patrem, morari filium debere, ex justissima scilicet causa, & Divus Pius decrevit, & à Marco & à Severo rescriptum est: æque subveniendum ei erit per exceptionem. §. 4. Pari modo si judicatum fuerit [11], non esse eum in potestate, & si per injuriam judicatum sit: agenti hoc Interdicto objicienda erit exceptio rei judicatæ: ne de [12] hoc quæratur, an sit in potestate, sed an sit judicatum. §. 5. Si quis filiam suam [13], quæ mihi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret: an adversus Interdictum exceptio danda sit, si forte pater concordans matrimonium, forte & liberis subnixum, velit dissolvere? Et certo jure utimur, ne bene concordantia [14] matrimonia jure patriæ potestatis turbentur [15]: quod tamen sic erit adhibendum, ut patri persuadeatur, ne acerbe patriam potestatem exerceat.

1 Adde, & de uxore exhibenda & ducenda. *l. 2. ff. eod.*

2 VIII C. VIII. 25 *Eclog.* 4.

3 *l. 1. l. 2. ff. eod.*

4 *V. l.* 3. §. 4. 5. *ff. eod.*

5 Hoc Interdictum exhibitorium est. §. 1. *verf. exhibitoria, Inst. de Interdict.*

6 Id est, ad exhibendum cogi, seu condemnari.

7 *Subaudi*, is, qui Interdictum proponit.

8 Id est, nulla exceptione regulariter admissa.

9 Vide *l. un. C. de divortio facto*, adde *l. 1. ff. ubi pupillus.* vide *Novell.* 117. *c.* 7.

10 Ex justissima causa filii, etiam majores triennio morantur apud matrem patre invito, *ut hic.* & *l.* 3. §. 5. *ff. eod.*

11 *Subaudi*, inter agentem, & eum, qui filius non esse dicitur.

12 Post rem judicatam, ne hoc quidem quæritur, bene vel male sit judicatum, *l. quod ad statum. 12. ff. de pœnis. l. quod si nolit. 31. §. in factum. 17. ff. de ædilitio. l. ingenuum. 25. ff. de statu.* idem est in jurejurando. *l. non erit. 5. §. dato. 2. ff. de jurejur.* 13 Pater à genero petere non potest, ut filiam suam ei exhibeat, 15 *Eclog.* 4. *ex lib.* 31. *tit.* 2. *cap.* 19. adde Paul. 5 *sentent.* 6. §. 15. & 16. adde & eundem Paulum, 2 *sentent.* 19. §. 2. *l.* 11. §. 11. *ff. de adult.* E contrario, invito genero meo soeer filiam meam detinere non possum, vide *l. 2. ff. eod.* 14 *l. ult. C. eod. l.* 11. *l.* 14. *C. de nuptiis.* & ita præstat filiam separari à patre, quam bene concordantes nuptias dissolvi. Afranius, in *Divortio* apud Nonium: Indignum facinus, adolescenti optumas, bene convenientes, concordes cum viro, repente viduas faciat spurcitia patris? sic enim legendum puto apud Nonium: quem locum inemendatum notat Cujac. *hic.* 15 Et dissolvantur: est enim ea separatio dura & acerba. *l. 12. §. 1. ff. de instructo.*

II. Hermogenianus lib. VI Juris Epitomarum.

IMo magis de [16] uxore exhibenda ac ducenda pater etiam, qui filiam in potestate habet, à [17] marito recte convenitur.

Interdictum de liberis ducendis. 1. Collatio hujus Interdicti & superiorum. 2. Quibus ex causis, 3. Et adversus quos hoc Interdictum competit. 4. De impubere. 5. De matre. 6. De fœmina, prætextato, & eo, qui proxime prætextati ætatem accedit.

III. Ulpianus lib. LXXI ad Edictum.

DEinde [18] ait Prætor: Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quominus eum Lucio Titio [19] ducere liceat, vim fieri veto. §. 1. Superiora [20] Interdicta exhibitoria sunt: hoc est, pertinent ad exhibitionem liberorum, cæterorumque, de quibus supra diximus: hoc autem Interdictum pertinet ad ductionem, ut ducere quis possit eos, in quos [21] habet jus ductionis [22]. Itaque prius [23] Interdictum, quod est de liberis exhibendis, præparatorium est hujus Interdicti: quo magis enim quis duci possit, exhibendus fuit. §. 2. Ex hisdem causis hoc Interdictum tribuendum est, ex quibus causis de exhibendis liberis comperere diximus: itaque quæcunque [24] ibi [25] diximus, eadem hic quoque dicta accipienda sunt. §. 3. Hoc [26] autem Interdictum competit non adversus ipsum filium, quem quis ducere vult: sed utique esse debet is, qui eum Interdicto defendat. Cæterum [27] cessat Interdictum, & succedere [28] poterit notio [29] Prætoris: ut apud eum discepterur, utrum quis in potestate sit, an non [sit].

§. 4. Julianus ait: quotiens id Interdictum movetur de filio ducendo; vel cognitio [30]; & is, de quo agitur, impubes est: alias differri oportere rem in tempus pubertatis, alias repræsentari. † Idque ex persona eorum, inter quos controversia erit, & ex genere causæ constituendum est. Nam si is, qui se patrem dicit, auctoritatis [31], prudentiæ, fidei exploratæ esset; usque in diem litis [32] impuberem apud se habebit: is vero, qui controversiam facit, humilis, calumniator, notæ nequitiæ [33]; repræsentanda [34] cognitio est. † Item si is, qui impuberem negat in aliena potestate esse, vir omnibus modis probatus, tutor vel testamento, vel à Prætore datus; pupillum, quem in diem litis apud se habuit, tuetur: is vero, qui patrem se dicit, suspectus [est] quasi calumniator; differri litem non oportebit. † Si vero utraque persona suspecta est, aut tanquam infirma, aut tanquam turpis: non erit alienum (inquit) disponi, apud quem interim [35] puer educatur, & controversiam in tempus pubertatis differri: ne, per collusionem vel imperitiam alterutrius contendentium, aut alienæ potestati paterfamilias addicatur, aut filius alienus patrisfamiliæ loco constituatur. §. 5. Etiam si maxime autem probet filium pater in sua potestate esse: tamen, causa cognita, mater in retinendo eo potior [36] erit. idque decretis Divi Pii quibusdam continetur: obtinuit enim mater ob nequitiam patris, ut sine [37] deminutione patriæ potestatis apud eam filius moretur. §. 6. In hoc Interdicto, donec res judicetur, fœminam, *prætextatum*, eumque, qui *proxime prætextati* [38] ætatem accedet, interim apud matremfamilias deponi [39] Prætor jubet. † Proxime ætatem prætextati accedere eum dicimus, qui puberem ætatem nunc ingressus est. † Cum audis matremfamilias, accipe notæ auctoritatis fœminam [40].

De hereditate.

IV. Africanus lib. IV [41] Quæstionum.

SI eum, qui se patremfamilias dicat, ego [42] in mea potestate esse, & jussu meo adisse hereditatem dicam, tam de hereditate agi oportere, quam ad Interdictum de filio ducendo iri debere ait.

Si filius sponte apud aliquem est.

V. Venuleius lib. IV Interdictorum.

SI filius sua sponte [43] apud aliquem est, inutile hoc Interdictum erit: quia filius magis apud se, quam apud eum est, in quem interdicetur [44], cum liberam facultatem abeundi vel remanendi haberet. nisi si inter duos, qui se patres dicerent, controversia esset, & alter ab altero exhiberi eum desideraret.

16 Dixi ad *l. ult. tim. C. eod.*

17 *l.* 41. *C. de nuptiis. l.* 8. *ff. de divortiis.*

18 Transit ad Interdictum de liberis ducendis, ab Interdicto de liberis exhibendis.

19 *Sub.* patri.

20 Vid. *l. 1. ff. de Interdictis.*

21 Et ita procuratori, nisi causa cognita, non datur. *l.* 40. *ff. de procuratoris.*

22 *Al.* ditionis, *male*: licet ditionis voce interpretari possis potestatem in filios.

23 Interdictum *de liberis exhibendis*, antecedere debet Interdictum *de liberis ducendis*, est enim actio ad exhibendum præparatoria vindicationis. *l. 1. ff. ad exhib.*

24 Tam ex persona actoris, quam rei.

25 *l. 1. ff. eod.*

26 *Subaudi*, de liberis exhibendis & deducendis: ut ad utramque partem Interdicti hanc vocem etiam referas.

27 Id est, si ab alio non detineatur.

28 Officium judicum succedit in locum deficientis defensoris.

29 Vide *l. un. in fin. C. de divortio facto.*

30 Id est, quoties officium judicis imploratur.

31 Fides major habetur auctoritatis, prudentiæ & fidei exploratæ viro, quam alii. *v. l.* 3. *ff. de testib.*

32 *Subaudi*, faciendæ ac terminandæ.

33 Vel vitæ sequioris, *l.* 8. §. 11. *ff. de transact.* hujusmodi circumstantiæ observandæ sunt. *Nov.* 117. *c.* 7.

34 Repræsentatur cognitio, quæ non differtur.

35 Pupilli apud eos educandi sunt, qui minus ei suspecti sunt, hoc est, qui ejus vitæ minus insidiari possunt: quod ex affectione personarum, & conjunctione judex finire poterit. *l. 1. l. 2. C. ubi pupill. educari.* 36 *l.* 1. §. 3. *ff. eod.* 37 Protestatione jus nostrum conservamus. Hæc vero protestationis species observanda est, ut apud matrem filius alatur potius, quam apud patrem, sine patriæ potestatis diminutione. 38 Prætextati ætas, aut proxima prætextati ætati, quæ est? Prætexta puerile pallium est, quo ad nobiles utebantur, unde prætextati pueri appellati: dicta autem prætexta, quod prætexebatur ei purpura. 39 Isidor. 24. adde Festum in Prætextam & Bulla, Nonium c. 14. De Toga dixi ad *l. 12. ff. de jure fisci.* 39 Deponi homines observa. 40 Est enim materfamilias, domina: uxor nomen dignitatis; concubina, voluptatis. huc refer *l.* 29. *C. de adult. l.* 41. *ff. de ritu. l.* 13. §. 1. *ff. de adult. l.* 46. §. 1. *ff. de verb. sign. l.* 29. *ff. de leg.* 3. v. Cuj. 3 *obs.* 18. 41 V. ad hanc l. Cuj. 4 *ad Afric. fol.* 60. 42 Pater. 43 *l.* 3. §. 5. *ff. tit. prox.* 44 Id est, Interdictum proponetur.

Tit. XXXI.

DE UTRUBI [1].

Interdictum. 1. Collatio hujus Interdicti, & Uti possidetis.

I. Ulpianus lib. LXXII ad Edictum.

PRætor ait: Utrubi hic homo [2], quo de agitur, majore [3] parte hujusce anni fuit: quominus is eum ducat, vim fieri veto. §. 1. Hoc Interdictum de possessione rerum mobilium [4] locum habet, sed obtinuit vim ejus exæquatam [5] fuisse Uti possidetis Interdicto, quod de rerum soli competit: ut is & in hoc Interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum super hoc ab adversario inquietatur, possessionem habet.

1 Vel utribi. sic Nævius *in Tarentilla*: Utribi cœsturi estis? hiccine, an in triclinio? vel utrobi, ut Cato pro Lusitanis apud Charisium. v. Cuj. 5 *obs.* 22. Utrubi Glossa παρόσον τὸ πότερον. Theoph. πανῷ ἀνορίᾳ ἰσῶν. §. 7. *Inst. de Interd.*

2 *Hominis* appellatione hominem hic intellige. vide *Theophil.* 3 §. 4. *Inst. de Interd. l.* 156. *ff. de verb. sign.* lium appellatione contineri etiam homines nota: initio namque hujus legis in homine agitur. 4 Mobilium ipso Interdicto de 5 §. 4. *in fin. Inst. de Interd.* olim non erat. v. Paul. 5 *sent.* 6. §. 1.

Tit. XXXII.

DE MIGRANDO [1].

Interdictum, 1. De inquilino & colono. 2. De auxilio extraordinario. De usu Interdicti. 3. De habitatione gratuita. 4. Si pensio nondum debeatur. 5. De rebus, quæ sunt in bonis inquilini, vel non, pignoratis vel non. 6. De tempore Interdicti. De successoribus.

I. Ulpianus lib. LXXIII ad Edictum.

PRætor ait: Si is homo, quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te et actorem [2] convenit [3], ut quæ in eam habitationem, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis

1 Περὶ τῶν κατοικιῶν μετανιστέων. 20 *Eclog.* ex 60. *tit.* 19. Porro hic non est omittendum Kalendas Julius migrationem apud veteres solitam fieri, 12 *Mart.* 32. *Tullius* 2. *ad Q. Fratrem* 5. *in fin.* v. Aug. 4 *emendat.* 14.

2 Inquilinum tuum. §. 1. *ff. eod.*

3 Tacite vel expresse. *l.* 4. *ff. ex quib. caus. pign.*

NIS ESSENT: SIVE EX HIS REBUS ESSET EA MERCES TIBI SOLUTA, EUVE NOMINE SATISFACTUM EST, AUT PER TE STATE, QUOMINUS SOLVATUR: ITA QUOMINUS EI, QUI EUM PIGNORIS NOMINE INDUXIT, INDE ABDUCERE LICEAT, VIM FIERI VETO 6. §. 1. Hoc Interdictum proponitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare. Nam colono non 7 competit.

§. 2. Cui 8 rei etiam extra 9 ordinem subveniri potest: ergo 10 infrequens 11 est hoc Interdictum. §. 3. Si tamen gratuitam 12 quis habitationem habeat, hoc Interdictum utile ei competet.

§. 4. Si pensio nondum debeatur: ait Labeo Interdictum hoc cessare, nisi paratus sit eam pensionem solvere. † Proinde si semestrem solvit, sexmenstris 13 debeatur, inutiliter interdicet, nisi solverit & sequentis sexmenstris. Ita tamen, si conventio specialis facta est in conductione domus, ut non 14 liceat ante finitum annum, vel certum tempus migrare. † Idem est, & si quis in plures annos conduxerit, & nondum praeterierit tempus: nam cum in 15 universam conductionem pignora sunt obligata, consequens erit dicere, Interdicto locum *non* fore, nisi liberata fuerint.

§. 5. Illud notandum est, Praetorem hic non exegisse, ut in bonis fuerit conductoris, nec ut esset pignori res illata, sed si pignoris nomine inducta sit. Proinde & si aliena sint, & sint talia, quae pignoris nomine teneri non potuerint, pignoris tamen nomine introducta sint: Interdicto hoc 16 locus erit 17. quod si nec pignoris nomine inducta sint: nec retineri poterunt a locatore.

§. 6. Hoc Interdictum perpetuum est, & in successores [&] successoribus dabitur.

4 *l.* 19. C. *de usur.*
5 A domino scilicet.
6 Prohibitorium est hoc Interdictum.
7 *Subaudi*, directum. §. 2. *J. eod.* Goth. Vide *Autb. agricultores. C. quae res pignori.* Auct.
8 Id est, colono, vel migrationi coloni.
9 Id est, utili Interdicto, vel officio judicis.
10 Simile argumentum extat in *l.* 2. *J. ex quibus caus. major.*
11 An parum frequens: cum non detur colono, nec inquilino detur, nisi si extra ordinem ei subveniatur? An valde frequens; cum & detur colono utile Interdictum? Nam particula *in* invocare. de quo vide quae notavi ad *l.* 34. *J. de usurpationibus.* Porro non placet, quod in *l.* 29. §. 15. *J. de liber. & postum.* legitur indifficilis, vel in difficili. Puto ego legendum esse, *ille casus, qui in dissimili*: quasi diceret diversum ab eo, de quo dictum fuerat §. superiori, in quo agebatur de patre apud hostes, nepote in potestate patris posito, vivo etiam avo, seu post mortem patris moriente. Huic casui opponitur dissimilis de filio in potestate, de nepote nondum nato, eoque moriente vivo patre suo. Ita valde dissimilia sunt, filium esse apud hostes, & esse in potestate patria: nepotem esse in potestate patris, & nepotem nondum natum: nepotem vivo avo, vel eo mortuo mori: nepotem vivo patre suo mori. mea haec est ad illum locum conjectura. Video quoque Jurisconsultos interdum casus ita vel conferre vel opponere, ut in *l.* 9. §. 11. *J. de hered. instit.* plane erat similis in *l.* 31. §. 1. *J. de vulg.* non dissimili modo in *l.* 74. §. 3. *J. de acquir. haered.* similis est. 12 Adde *l.* 15. §. 1. *J. de precario.* 13 Sexmenstris, *ut hic.* semestris, *J. eod.* semestris. *Hal.* 14 *l.* 24. §. 2. *l.* 55. *in fin. J. locati.* 15 *l.* 13. §. 11. *l.* 14. *J. locati.* 16 Huic. *Haloand.* 17 *l.* 33. *l.* 34. *J. de damno.*

De rebus quae non sunt inquilini.

II. GAIUS lib. XXVI ad Edictum provinciale.

HOc Interdictum inquilino etiam de his rebus quae non ipsius sunt 18, sed forte commodatae ei vel locatae, vel apud eum depositae sunt, utile esse non dubitatur 19.

18 *l.* 1. *in fin. J. eod.*
19 Nisi eo animo sit inducta res, ut ibi perpetuo maneat. *l.* 33. *J. de pign.* Auct.

TIT. XXXIII.

DE [1] SALVIANO [2] INTERDICTO [3].

De partu ancillae vendit. 1. *De fundo communi.* 2. *De re communi inducta.*

1. JULIANUS lib. XLIX Digestorum.

SI colonus ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vendiderit: quod apud emptorem ex ea natum 4 est, ejus adprehendendi gratia utile 5 Interdictum reddi oportet. §. 1. Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, *ita ut utrique in solidum obligatae essent*: singuli adversus extraneum 6 Salviano Interdicto recte experientur. inter ipsos vero si reddatur hoc Interdictum, possidentis conditio melior erit. † At si id actum fuerit, *ut pro partibus res obligaretur*: utilis actio 7 & adversus extraneos, & inter ipsos dari debebit, per quam dimidias partes possessionis singuli adprehendent. §. 2. Idem servari conveniet, & si colonus rem, quam cum alio communem habebat, pignoris nomine induxerit: scilicet ut pro parte dimidia, pignoris persecutio detur.

1 VIII C. IX. §. 3. *vers. Interdictum quoque. Inst. de Interdictis.* Oldend. 1 *Class. act.* 3. Negusant. *tr. de pign. parte* 8. *membr.* 1.
2 Vide Roland. à Valle, 1 *cons.* 13. hoc Interdictum à Salvio Juliano Edicti perpetui compositore appellari putat Cujacius, *hic.* cui etiam accepto fertur Edictum novum de conjungendis cum emancipato liberis.
3 Quod adipiscendae possessionis causa factum est, eoque utitur dominus fundi, in res coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigit, §. 3. *in fin. Inst. de Interdictis.* superius vero Interdictum datur ad possessionem pignorum retinendam. 4 *l.* 29. §. 1. *J. de pignor.* 5 Non in personam, sed verbis in rem scriptis. *Salvianum* adversus alios, quam conductorem & debitorem dari, *l.* 1. *C. eod.*? solve: Hic de utili, ibi de Interdicto in personam agitur. vid. Cujac. 5 *obs.* 24. 7 Serviana sc. 8 Septuagesimo tertio. v. Cujac. 5 *obs.* 24. 9 Quod detur creditori in rebus coloni natis in agro conducto, vel nominatim obligatis pignori: imo est hoc Interdictum de rebus cujusque debitoris pignori obligatis. 10 Quoties hoc actum est, ut uterque in solidum teneretur; vel quoties dubium est.

De fundo communi.

II. ULPIANUS lib. LXX [8] ad Edictum.

IN Salviano 9 Interdicto si in fundum communem duorum pignora 10 sint ab aliquo invecta: possessor 11 vincet 12. & erit eis desecendum ad Servianum 13 judicium 14.

11 *l.* 1. §. 1. *J. eod. l.* 10. *J. de pign.* 12 *Sub.* si inter duos dominos ejusdem fundi locatores controversia oritur. 13 Cur? quia cessat dictum Salvianum. 14 Vide Cujac. *ibid.*

LIBER QUADRAGESIMUSQUARTUS.

TIT. I.

DE [1] EXCEPTIONIBUS [2], PRAESCRIPTIONIBUS [3], ET PRAEJUDICIIS [4].

Eum, qui excepit, agere.

1. ULPIANUS lib. IV ad Edictum.

AGere 5 etiam is videtur 6, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione 7 actor est.

Definitio exceptionis. 1. *De replicatione.* 2. *De vi excludendi.* 3. *De triplicatione, quadruplicatione.* 4. *De perpetuis, seu peremptoriis, & temporalibus sive dilatoriis.*

II. IDEM lib. LXXIV ad Edictum.

EXceptio dicta est quasi quaedam exclusio 8, quae [inter] opponi actioni cujusque rei solet 9 ad cludendum 10 id, quod in intentionem condemnationemve deductum est. §. 1. *Replicationes* nihil 11 aliud sunt, quam exceptiones, & a 12 parte actoris veniunt. quae quidem ideo necessariae sunt, ut exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco 13 objicitur, ut exceptionem oppugnet. §. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem, exclusoriam esse: exceptio actorem 14 excludit: replicatio reum. §. 3. Sed & contra replicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus 15, & deinceps multiplicantur nomina: dum aut reus aut actor objicit. §. 4. Sane solemus dicere, quasdam exceptiones esse dilatorias 16, quasdam peremptorias: utputa dilatoria est exceptio, quae differt actionem. veluti procuratoria exceptio dilatoria est: nam qui dicit, non licere 17 procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personam evitat.

1 Titulus hic generalis est: qui sequuntur, speciales sunt. Cujac. ad *Novell.* 112. Porro hic titulus ostendit satis incuriose libros Pandectarum digestos esse. Hic enim praecedit titulum *de oblig.* & ex consequentia prius dicimus exceptionibus uti, quam actionibus. Tam male etiam titulus *ad exhibendum* subsequitur titulum *de rei vindicat.* cum exhibitio praecedere debeat.
2 4 *Inst.* 13. 2 *Extra.* 25. 2. *in sexto:* 12. & 2 *Clement.* 10. Caeterum recte ait, *de exceptionib.* sunt enim variae, & multiplices, proponuntur enim vel adversus personas, vel res ipsas, vel actiones, & ipsa judicia, *J.* tractatur de exceptione rei judicatae, *tit.* 2. usucapionis, *tit.* 3. doli, metus, *tit.* 4. & aliis mixtis, *tit.* 5. litigii, *tit.* 6. addendus est hic titulus de exceptione rei venditae ex *lib.* 21. *tit.* 3. *J.* addendus est *tit.* 36. 37. *lib.* 8. *C.* 3 VIII C. XXXVI. 2 *Extra.* 26. & 2 *in sexto.* 13. Praescriptiones num idem sunt, quod exceptiones? Cujacius ita putat. Puto tamen exceptionum nomine nominatas intelligendas esse: praescriptionis vero verbo exceptiones in factum; *l.* 14. *in fin. l.* 23. *J. eod.* qua de re plenius aliquando sum dicturus. & cur, quaeso, non sint exceptiones nominatae & innominatae, ut actiones sunt nominatae & innominatae, quae in factum ideo & Praescriptis verbis actiones dicuntur? Interim probo, quod extat in 51 *Eclog.* 1. ubi agitur περὶ ἐξαιρέσεων καὶ ἀντεπαιρέσεων, id est, *exceptionibus & replicationibus*: nam & de replicationibus agitur quoque hoc titulo, *l.* 2. §. 2. & *seq. l.* 22. *in fin. J. eod.* Et 4 *Inst.* 14. ubi agitur de replicationibus: quin & *J. eod.* agitur de duplicationibus, triplicationibus. *l.* 1. §. 3. *J. eod. Novell.* 9. refero ad *tit.* 3 *J. eod.* adde huic titulo Oldendorpium, *tr. de exceptionib. forens.* & Paponem, 2 *notar. lib.* 9. & ex antiquis Speculatorem, in *tract. de exceptionib. & replicationib.* De singulis generibus exceptionum dixi, & dicam sparsim. De formulis exceptionum dicam in *l.* 13. *J. eod.* Praescriptio itaque est innominata exceptio: hinc Tertulliani liber *de praescript. adversus haereticos.* id est, de exceptionibus in factum, innominatis; hinc praescriptio peremptoria, *l.* 8. praescriptiones fori, id est, exceptiones. vide *l. ult. C. de exceptionib.* 4 Praejudicia, sunt speciales exceptiones, quibus excluditur actio hac ratione, quod futurae graviori actioni praejudicium fiat, quorum exempla sunt *l.* 12. 14. 16. 18. & 21. *J. eod.* 5 Id est, actoris partes sustinere. *l.* 12. *J. eod. l.* 9. 19. *J. de probation.*
6 Imo non videtur: nam actionis verbo non continetur exceptio, *l.* 8. *in fin. J. de verb. signif.* & actio dicitur jus persequendi, non excipiendi, *l.* 51. *J. de oblig.* solve: Impropric agit, qui excipit non proprie. 7 Non omni, sed affirmando aliquid, id est, quando non est contentus simplici negatione facti, sed praeter factum aliquod jus allegat. 8 Adde *l.* 22. *J. eodem. l.* 10. *C. eod.* 9 Jure naturali & gentium. nam inde suam originem habet exceptio. vide Oldend. *cap.* 1 *de exceptione.* 10 Excludendum. *vulg. Hal.* 11 Replicatio ab exceptione officio non differt. Utriusque enim proprium est excludere res in judicium deductas ab adversario. Effectu tamen differt. Nam aliud excluditur exceptione, aliud replicatione. Item consideratis personis, a quibus objiciuntur, & considerato tempore, quo tolluntur, differentia est. Quo enim tempore tollitur actio, eodem & replicatio: utraque certis temporibus excluditur. Nam utraque est in arbitrio actoris, quando objiciatur vel non objiciatur. 12 *l.* 22. *in fin. l.* 10. *C. eod. Inst. de replicationibus.* 13 Replicationis naturam & scopum nota. 14 Declinatoriam improprie dici exceptionem, hinc colligunt nonnulli: quia non reum, sed judicem excludit. sed facilis est solutio: Declinatoria directo judicem, oblique actoris intentionem excludit. 15 Rursus quadruplicatio. *vulg. Hal.* adde, & contra quadruplicationem quintuplicatio, & sic deinceps.
16 Divisio exceptionum sumpta ab effectu. Exceptionum aliae sunt dilatoriae, quae non semper locum habent: aliae peremptoriae, quibus semper locus est: *l.* 3. *J. eod.* Dilatoriis declinamus judicia, id est, forum seu jurisdictionem (formulam vide apud Oldendorp. *cap.* 10 *de except.*): judices (formulam vide apud Oldend. *cap.* 1 *de except.*): rescriptum (de quo vide Oldend. *ibid. c.* 9.) & ipsum actorem, huc refer exceptiones procuratorias, de quibus *J. eod.* sed & eam, qua negamus adversario tempus agendi competere, *l.* 3. *J. eod.* Socin. inter dilatorias refert exceptionem executionis. 17 Vel quia caret mandato & falso se procuratorem asserit: & procuratoris munere fungi non potest, praesertim in causa de qua agitur: si a non idoneo constitutus est: si carons mandato non cavit. de quibus v. Oldend. *c.* 13 *de except.*

Definitio exceptionis. 1. *De replicatione.* 2. *De vi excludendi.* 3. *De triplicatione, quadruplicatione.* 4. *De perpetuis, seu peremptoriis, & temporalibus sive dilatoriis.*

II. IDEM lib. LXXIV ad Edictum.

EXceptio dicta est quasi quaedam exclusio 8, quae [inter] opponi actioni cujusque rei solet 9 ad cludendum 10 id, quod in intentionem condemnationemve deductum est. §. 1. *Replicationes* nihil 11 aliud sunt, quam exceptiones, & a 12 parte actoris veniunt. quae quidem ideo necessariae sunt, ut exceptiones excludant: semper enim replicatio idcirco 13 objicitur, ut exceptionem oppugnet. §. 2. Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem, exclusoriam esse: exceptio actorem 14 excludit: replicatio reum. §. 3. Sed & contra replicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus 15, & deinceps multiplicantur nomina: dum aut reus aut actor objicit. §. 4. Sane solemus dicere, quasdam exceptiones esse dilatorias 16, quasdam peremptorias: utputa dilatoria est exceptio, quae differt actionem. veluti procuratoria exceptio dilatoria est: nam qui dicit, non licere 17 procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personam evitat.

7 *Subaudi* 5 *Inst.* 13. 2 *Extra.* 25. 2. *in sexto:* 12. & 2 *Clement.* 10. Caeterum recte ait, *de exceptionib.* sunt enim variae, & multiplices, proponuntur enim vel adversus personas, vel res ipsas, vel actiones, & ipsa judicia, *J.* tractatur de exceptione rei judicatae, *tit.* 2. usucapionis, *tit.* 3. doli, metus, *tit.* 4. & aliis mixtis, *tit.* 5. litigii, *tit.* 6. addendus est hic titulus de exceptione rei venditae ex *lib.* 21. *tit.* 3. *J.* addendus est *tit.* 36. 37. *lib.* 8. *C.* 3 VIII C. XXXVI. 2 *Extra.* 26. & 2 *in sexto.* 13. Praescriptiones num idem sunt, quod exceptiones? Cujacius ita putat. Puto tamen exceptionum nomine nominatas intelligendas esse: praescriptionis vero verbo exceptiones in factum; *l.* 14. *in fin. l.* 23. *J. eod.* qua de re plenius aliquando sum dicturus. & cur, quaeso, non sint exceptiones nominatae & innominatae, ut actiones sunt nominatae & innominatae, quae in factum ideo & Praescriptis verbis actiones dicuntur? Interim probo, quod extat in 51 *Eclog.* 1. ubi agitur περὶ ἐξαιρέσεων καὶ ἀντεπαιρέσεων, id est, *exceptionibus & replicationibus*: nam & de replicationibus agitur quoque hoc titulo, *l.* 2. §. 2. & *seq. l.* 22. *in fin. J. eod.* Et 4 *Inst.* 14. ubi agitur de replicationibus: quin & *J. eod.* agitur de duplicationibus, triplicationibus. *l.* 1. §. 3. *J. eod. Novell.* 9. refero ad *tit.* 3 *J. eod.* adde huic titulo Oldendorpium, *tr. de exceptionib. forens.* & Paponem, 2 *notar. lib.* 9. & ex antiquis Speculatorem, in *tract. de exceptionib. & replicationib.* De singulis generibus exceptionum dixi, & dicam sparsim. De formulis exceptionum dicam in *l.* 13. *J. eod.* Praescriptio itaque est innominata exceptio: hinc Tertulliani liber *de praescript. adversus haereticos.* id est, de exceptionibus in factum, innominatis; hinc praescriptio peremptoria, *l.* 8. praescriptiones fori, id est, exceptiones. vide *l. ult. C. de exceptionib.* 4 Praejudicia, sunt speciales exceptiones, quibus excluditur actio hac ratione, quod futurae graviori actioni praejudicium fiat, quorum exempla sunt *l.* 12. 14. 16. 18. & 21. *J. eod.* 5 Id est, actoris partes sustinere. *l.* 12. *J. eod. l.* 9. 19. *J. de probation.*
6 Imo non videtur: nam actionis verbo non continetur exceptio, *l.* 8. *in fin. J. de verb. signif.* & actio dicitur jus persequendi, non excipiendi, *l.* 51. *J. de oblig.* solve: Impropric agit, qui excipit non proprie. 7 Non omni, sed affirmando aliquid, id est, quando non est contentus simplici negatione facti, sed praeter factum aliquod jus allegat. 8 Adde *l.* 22. *J. eodem. l.* 10. *C. eod.* 9 Jure naturali & gentium. nam inde suam originem habet exceptio. vide Oldend. *cap.* 1 *de exceptione.* 10 Excludendum. *vulg. Hal.* 11 Replicatio ab exceptione officio non differt. Utriusque enim proprium est excludere res in judicium deductas ab adversario. Effectu tamen differt. Nam aliud excluditur exceptione, aliud replicatione. Item consideratis personis, a quibus objiciuntur, & considerato tempore, quo tolluntur, differentia est. Quo enim tempore tollitur actio, eodem & replicatio: utraque certis temporibus excluditur. Nam utraque est in arbitrio actoris, quando objiciatur vel non objiciatur. 12 *l.* 22. *in fin. l.* 10. *C. eod. Inst. de replicationibus.* 13 Replicationis naturam & scopum nota. 14 Declinatoriam improprie dici exceptionem, hinc colligunt nonnulli: quia non reum, sed judicem excludit. sed facilis est solutio: Declinatoria directo judicem, oblique actoris intentionem excludit. 15 Rursus quadruplicatio. *vulg. Hal.* adde, & contra quadruplicationem quintuplicatio, & sic deinceps.
16 Divisio exceptionum sumpta ab effectu. Exceptionum aliae sunt dilatoriae, quae non semper locum habent: aliae peremptoriae, quibus semper locus est: *l.* 3. *J. eod.* Dilatoriis declinamus judicia, id est, forum seu jurisdictionem (formulam vide apud Oldendorp. *cap.* 10 *de except.*): judices (formulam vide apud Oldend. *cap.* 1 *de except.*): rescriptum (de quo vide Oldend. *ibid. c.* 9.) & ipsum actorem, huc refer exceptiones procuratorias, de quibus *J. eod.* sed & eam, qua negamus adversario tempus agendi competere, *l.* 3. *J. eod.* Socin. inter dilatorias refert exceptionem executionis. 17 Vel quia caret mandato & falso se procuratorem asserit: & procuratoris munere fungi non potest, praesertim in causa de qua agitur: si a non idoneo constitutus est: si carons mandato non cavit. de quibus v. Oldend. *c.* 13 *de except.*

Eum, qui excepit, agere.

1. ULPIANUS lib. IV ad Edictum.

AGere 5 etiam is videtur 6, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione 7 actor est.

III. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

EXceptiones, aut perpetuae, & peremptoriae sunt, aut temporales, & dilatoriae. † *Perpetuae*, atque *peremptoriae* sunt, quae semper locum habent 18, nec evitari possunt: qualis est doli mali, & rei judicatae, & si quid contra Leges Senatusve consultum factum esse dicetur: item pacti conventi perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur. † *Temporales* atque *dilatoriae* sunt, quae non semper locum habent, sed evitari possunt: qualis est pacti conventi temporalis, id est, ne forte intra quinquennium ageretur. † Procuratoriae 19 quoque exceptiones dilatoriae sunt, quae evitari possunt.

18 Hujusmodi exceptiones totum vel partem causae perimunt.
19 Et ita vocantur. *l.* 6. *J. de operis novi nunciat.* §. 11. *Instit. eod.* Porro procuratoriae quatuor modis dicuntur, ratione constituentis (ut quia procurator constitutus est a Titio ante litem contestatam, *l. neque.* 11. *C. de procurat.*) constituti (ut quia miles vel mulier, *l. in exceptionibus.* 19. §. *sed est procuratoria.* 2. *J. de probat. l. si fidejussor.* 29. §. *quaedam.* 4. *J. mandati.*) accusationis institutae (ut fit in accusatione criminali, & populari, *d.* §. *sed si. l. pen* §. *ad crimen.* 1. *J. de public. jud.*) mandati defientis. *l. interquos.* 39. §. *diiemo.* 3. *J. de damno. l. & Ideo.* 6. *J. de operis nov. nunc.*

De pupillo.

IV. PAULUS lib. XX ad Edictum.

IN 20 pupillo, cui soluta est debita pecunia sine tutoris auctoritate, si quaeratur, an doli 21 exceptione summoveri debeat: illud tempus 22 inspicitur 23, an pecuniam, vel ex ea aliquid habeat, quo petit.

20 *l.* 15. *l.* 47. *J. de solut.*
21 Qui tenetur factus locupletior, si quidem dolo facit, qui id ab adversario petit, quod jam penes se habet.
22 Tempus petitionis ac litis contestatae.
23 Id est, reus debet hanc exceptionem, *si factus est locupletior*, objicere pupillo tempore litis contestatae; fieri enim potest, ut post litem contestatam desinat esse locupletior.

De pluribus exceptionibus.

V. IDEM [lib. XVIII ad Edictum].

IS 24, qui dicit 25 *se juravisse*, potest 26 & aliis 27 exceptionibus uti cum exceptione jurisjurandi 28, vel aliis solis: pluribus 29 enim defensionibus uti permittitur.

24 Id est, is, qui jurisjurandi exceptionem habet. 25 Actor scilicet. 26 Si forte actor negat reum juravisse; potest enim fieri ut reus instrumenta litis omiserit vel neglexerit, atque ita non possit in praesentia actorem convincere. 27 *l.* 8. *J. eod. l.* 43. *J. de reg. jur.* 28 Quam habet ex eo quod juravit.

De herede & legatario.

VI. IDEM [lib. LXXI ad Edictum].

SI rem legatam petat legatarius 30, [ut] de dolo testatoris excipitur 31. nam sicut heres, qui in universum 32 jus succedit, summovetur exceptione: ita & legatarius 33 debet summoveri, quasi unius rei 34 successor.

29 Puta, potest exceptionem pecuniae solutae objicere. 30 A me scilicet, si ab herede; nec enim posset heres legatario objicere dolum defuncti, & testatoris. 31 Per me scilicet: quid enim si testator rem meam ei legavit? 32 Vide *l.* 9. §. 12. *J. de hered. instit.*
33 *l.* 4. §. 31. *J. de doli mali.* 34 Vitiosae scilicet. 35 Beneficia quaedam sunt ita personalia, *l.* 169. *J. de reg.* Goth. Vide Cujac. *lib.* 16 *observ.* 8. S. L. 36 Adde *l.* 13. *J. soluto.* aliud est in realibus, id est, in quibus res est causa privilegii. 37 Hic enumerantur quatuor personae: socius omnium bonorum. *l.* 16. *J. de rejud.* parens, *d. l.* 16. patronus, *l.* 17. *ibid.* maritus. *l.* 20. *d. tit.* 38 In id, quod facere possit, *vulgar. Haloand.* Id est, in id tantum condemnatur quod, &c. 39 *l.* 24. *l.* 25. *J. de rejud.* Imo competit. *l.* 19. *J. eod. l.* 16. *J. de fidejuss.*

De personalibus & realibus. 1. *De reo & fidejussore.*

VII. IDEM [lib. III ad Plautium].

EXceptiones 35, quae *personae* 36 cujusque cohaerent, non transeunt ad alios. veluti 37 [ea] quam socius habet exceptionem 38, quod facere possit, vel parens patronusve, non 39 competit fidejussori: sic mariti fidejussor post 40 solutum matrimonium datus, in solidum dotis nomine condemnatur. §. 1. *Rei* 41 autem *cohaerentes* exceptiones etiam 42 fidejussoribus competunt: ut rei judicatae, doli mali, jurisjurandi, quod metus causa factum est. Igitur & si reus pactus sit in rem 43, omnimodo competit exceptio fidejussori. † Intercessionis 44 quoque exceptio: Item quod libertatis onerandae causa petitur 45, etiam fidejussori competit. Idem dicitur, & si pro filiofamilias contra Senatusconsultum 46 quis fidejusserit, aut pro minore viginti quinque annis circumscripto 47. Quod si 48 deceptus sit in re, tunc nec ipse ante habet auxilium, quam restitutus fuerit 49, nec fidejussori danda est exceptio.

35 Puta, potest exceptionem pecuniae solutae objicere. 36 A me scilicet, si ab herede; nec enim posset heres legatario objicere dolum defuncti, & testatoris. 31 Per me scilicet: quid enim si testator rem meam ei legavit? 32 Vide *l.* 9. §. 12. *J. de hered. instit.*
33 *l.* 4. §. 31. *J. de doli mali.* 34 Vitiosae scilicet. 35 Beneficia quaedam sunt ita personalia, *l.* 169. *J. de reg.* Goth. Vide Cujac. *lib.* 16 *observ.* 8. S. L. 36 Adde *l.* 13. *J. soluto.* aliud est in realibus, id est, in quibus res est causa privilegii. 37 Hic enumerantur quatuor personae: socius omnium bonorum. *l.* 16. *J. de rejud.* parens, *d. l.* 16. patronus, *l.* 17. *ibid.* maritus. *l.* 20. *d. tit.* 38 In id, quod facere possit, *vulgar. Haloand.* Id est, in id tantum condemnatur quod, &c. 39 *l.* 24. *l.* 25. *J. de rejud.* Imo competit. *l.* 19. *J. eod. l.* 16. *J. de fidejuss.*

De

40 Nec enim datur constante matrimonio. *C. ne fidejuss. dot.* 41 Id est, quarum res ipsa causa est. adde *l.* 32. *J. de rebus auct. jud.* 42 *l.* 27. *J. de evict.* 43 *l.* 21. *in fin. J. de pact.*
44 Factae a muliere scil. contra Senatusconsultum Velleianum. adde *l.* 11. *C. eod. l.* 16. *in fin. J. ad Velleian.* 45 Ipsi liberto a patrono, *l.* 1. §. 5. *J. quarum rer. actio.* de hac exceptione vide Cujac. 16 *observat.* 8. 46 Macedonianum scilicet. *l.* 9. §. 3. *J. de Senatusc. Macedon.*
47 Videtamen *l.* 2. *C. de fidejuss. minorum.* 48 Quod si deceptus non sit. *vulgat.* quia si deceptus non fit. *Haloand.* Rem ita expedi. Minor facilitate sua deceptus est? restitui potest: fidejussor tamen ejus restitui non poterit. dolo adversarii deceptus est? restitui quoque fidejussor minoris poterit. *dict. l.* 2. 49 Quia non ideo si minor est, deceptus existimatur. *l.* 9. §. 4. *J. de jurejur.*

De pluribus exceptionibus.

VIII. IDEM [lib. XIV ad Plautium].

NEmo prohibetur pluribus 49 exceptionibus uti, quamvis diversæ sunt 50.

De confessione.

IX. MARCELLUS [lib. III Digestorum].

NOn utique 51 existimatur confiteri de intentione 52 adversarius, quocum agitur, quia exceptione 53 utitur.

De re judicata.

X. MODESTINUS [lib. XII Responsorum].

MOdestinus respondit: *Res inter alios judicata alii 54 non obest:* nec si is 55, contra quem judicatum est 56, heres extiterit ei 57, contra quem nihil pronunciatum est, hereditariam ei litem inferenti præscribi ex ea sententia posse 58, quam proprio 59 nomine disceptans, antequam 60 heres extiterit, excepit.

De instrumentis.

XI. IDEM [lib. XIII Responsorum].

QUi adgnitis instrumentis, quasi 61 vera essent, solvit post 62 sententiam judicis: quæro, si postea cognita rei veritate, & repertis falsis instrumentis accusare velit & probare falsa esse instrumenta, ex quibus conveniebatur, cum instrumentis subscripserat 63 ex præcepto, sive interlocutione judicis, an præscriptio 64 ei opponi possit? cum 65 [&] Principalibus Constitutionibus manifeste cavetur, *etsi res judicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inventantur, nec rei judicatæ præscriptionem opponi.* Modestinus respondit: ob hoc, quod per errorem solutio facta est, vel cautio de solvendo interposita proponitur ex his instrumentis, quæ nunc falsa dicuntur, præscriptioni locum non 66 esse.

De actore in præjudiciis.

XII. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

GEneraliter in præjudiciis 67 is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit.

De petitione hereditatis & rerum singularum.

XIII. JULIANUS [lib. L Digestorum].

SI post litem de hereditate contestatam 68 res singulæ petantur: placet non obstare exceptionem, *Quod 69 præjudicium hereditati non fiat.* futuri enim judicii, non facti 70 nomine hujusmodi exceptiones comparatæ sunt.

De redhibitione.

XIV. ALFENUS VARUS [lib. II Digestorum].

FIliusfamilias peculiarem servum vendidit: pretium stipulatus est: is homo redhibitus 71 [&] postea mortuus est, & pater ejus pecuniam ab emptore petebat, quam filius stipulatus erat: Placuit æquum esse, in 72 factum exceptionem eum objicere, *Quod pecunia ob hominem illum expromissa est, qui redhibitus est.*

De jurejurando & de dolo.

XV. JULIANUS [lib. IV ad Urseium Ferocem].

ADversus exceptionem jurisjurandi replicatio doli mali non debet dari: cum Prætor id agere debet, ne de 73 jurejurando cujusquam quæratur.

De petitione fundi & servitutis.

XVI. AFRICANUS [lib. IX 74 Quæstionum].

FUndum Titianum possides, de cujus proprietate inter me & te controversia est; & dico præterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum esse constat, deberi: si viam 75 petam, exceptionem, *Quod 76 præjudicium 77 prædio non fiat*, utilem tibi fore putavit: videlicet, quod non aliter viam mihi deberi probaturus sim, quam prius probaverim fundum Titianum meum esse.

XVII. PAULUS [lib. LXX ad Edictum.]

SEd si ante viam 78, deinde fundum Titianum petat: quia & 79 diversa corpora sunt, & causæ restitutionum dispares, non nocebit exceptio.

De petitione fundi, vel partis, & judicio communi dividundo, vel petitione fructuum.

XVIII. AFRICANUS [lib. IX 80 Quæstionum].

FUndi 81, quem tu proprium tuum esse dicis, partem à te peto: & volo simul judicio quoque communi dividundo agere sub eodem judice. † Item si ejus fundi, quem tu possideas, & ego proprium meum esse dicam, fructus condicere tibi velim, quæsitum est, an exceptio, *Quod 82 præjudicium fundo partive ejus non fiat*, obstet: an deneganda sit? & utrobique putat intervenire Prætorem debere, nec permittere petitori, priusquam de 83 proprietate constet, hujusmodi judiciis experiri.

De reo & fidejussore.

XIX. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

OMnes 84 exceptiones, quæ reo competunt, fidejussori quoque, etiam invito 85 reo competunt 86.

De causis exceptionum.

XX. PAULUS lib. singul. de Conceptione formularum.

EXceptiones opponuntur 87, aut quia factum sit, quod fieri oportet 88; aut quia factum sit, quod fieri non oportuit 89; aut quia factum non sit, quod fieri debuerat 90. † Quia factum est, quod fieri oportuit, datur exceptio rei venditæ 91 & traditæ, 92 & rei judicatæ 92 *. † Quia factum est, quod fieri non oportuit, datur exceptio doli mali 93. † Quia non 94 factum est, quod fieri debuit, ut bonorum possessionis non datæ 95.

De controversia rei majoris & rei minoris.

XXI. NERATIUS lib. IV Membranarum.

REi majoris 96 pecuniæ præjudicium fieri videtur, cum ea quæstio in judicium deducitur, quæ vel tota, vel ex aliqua parte communis est quæstioni de re majori.

Quid sit exceptio, & de ejus effectu. 1. De replicatione.

XXII. PAULUS lib. singul. de Variis Lectionibus.

EXceptio est conditio 97, quæ modo eximit 98 reum damnatione 99, modo minuit 100 damnationem 1. §. 1. Replicatio 2 est contraria exceptio, quasi exceptionis exceptio.

De statua in municipio posita.

XXIII. LABEO lib. VI Pithanon à Paulo epitomatorum.

PAulus: Si quis statuam 3 in municipio ea mente posuit, ut ea municipii esset, & eam petere vult: excludi eum oportet præscriptione 4 in factum data.

De jurejurando filiifamil.

XXIV. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

FIliusfamilias 5 exceptionem jurisjurandi patri quærit, si eum dare non oportere juraverit.

87 Exceptionum divisio sumpta à materia: adde & aliam ab eadem causa materiali sumptam: nempe, alias in rem, alias in personam. *l. 7. ff. eod.* Item, alias facti, alias juris. de qua vide *l. 33. C. de transact.*

88 Hinc exceptio rei judicatæ, rei venditæ & traditæ. *l. 1. 2. ff. de except. rei vend.*

89 Hinc exceptio doli.

90 Ut bonorum possessio negata. *ff. eod.*

91 *l. 1. 2. ff. de except. rei vend.*

92 *ff. de except rei judic.*

93 Ea competit creditoribus adversus eos, qui bonorum possessionem non adierunt. *l. ult. C. qui admitti* Eo etiam nomine interdum competunt actiones, ut actio ad edendum, exhibendum, cavendum, dividendum, separandum, ac præstandam patientiam. 94 *Sub.* solemniter. vide quæ scripsi ad *l. ultim. C. qui admitti.* 95 *l. dolo. 27. ff. de dolo malo.* 96 *l. 16. ff. eod.* adde *l. 4. ff. de in integr. restit.*

97 Jus, facultas. *l. 2. ff. eod.* 98 Ut peremptoria. *l. 3. ff. eod.* 99 In totum. 100 Ut dilatoria. 1 Veluti si nondum tempus agendi sit. 2 *l. 2. §. 1. ff. eod* 51 *Eclog. l. 1. 3.* 3 *l. 29. ff. de rebus auctor. jud.* 4 Præscriptiones, exceptiones in factum: ut dixi *l. 14. in fin. ff. eod.* 5 *l. 23. ff. de jurejur. l. 2. ff. quar. rer. actio.*

TIT. II.

DE EXCEPTIONE REI [1] JUDICATÆ [2].

De re inter alios judicata.

I. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

CUm res inter [3] alios judicatæ nullum aliis præjudicium faciant, ex eo testamento, ubi libertas data est, vel legato 4 agi potest: licet ruptum, vel irritum, aut non justum dicatur testamentum. nec si [5] superatus fuerit legatarius, præjudicium libertati [6] fit.

De causa exceptionu sublata.

II. IDEM lib. XIII ad Edictum.

QUi 7 cum [8] herede ejus egit, qui filium prætulerat [9], & exceptione summotus est, *Ac [10] si non in ea causa sint tabulæ testamenti, ut contra eas bonorum possessio dari possit:* omittente [11] emancipato filio bonorum possessionem, non inique restituetur, ut agat cum herede: & ita Julianus lib. IV Digestorum scripsit.

De eadem quæstione. De petitione hereditatis, & singularum rerum.

III. IDEM [lib. XV ad Edictum].

IUlianus lib. III Digestorum respondit, exceptionem rei judicatæ obstare, quotiens eadem quæstio [12] inter [13] easdem personas revocatur. Et ideo & si singulis rebus petitis [14] hereditatem [15] petat, vel contra [16], exceptione summovebitur.

De his, qui rem in judicium deduxunt.

IV. IDEM [lib. LXXII ad Edictum].

REi judicatæ exceptio tacite continere videtur [17] omnes [18] personas, quæ rem in judicium deducere solent [19].

Si eadem res alia actione petatur.

V. IDEM [lib. LXXIV ad Edictum].

DE eadem re agere videtur, & qui non eadem actione agat, qua ab initio agebat: sed etiam si alia experiatur, de eadem tamen [20] re. † Utputa si quis mandati actus, cum ei adversarius judicio sistendi causa promisisset, propter eandem [21] rem agat negotiorum gestorum, vel condicat: de eadem re agit. † Recteque ita definietur, eum demum de [22] re [23] non agere, qui prorsus rem ipsam non persequitur. cæterum cum quis actionem mutat [&] experitur, dummodo de eadem re experiatur, etsi diverso [24] genere actionis, quam instituit, videtur de ea re agere.

De ratione & usu hujus exceptionis.

VI. PAULUS [lib. LXX ad Edictum].

SIngulis controversiis singulas actiones [25], unumque [26] judicati finem [27] sufficere [28], probabili ratione placuit; ne aliter modus litium multiplicatus [29] summam atque inexplicabilem faciat difficultatem: maxime si diversa pronunciarentur: parere ergo exceptionem rei judicatæ, frequens [30] est.

1 Sive litis. *l. 11. §. 7. ff. eod.*

2 *§. 5. Instit. de except.* Hæc exceptio Græcis dicitur [illegible] *Eclog. 2. 1.* vid. Oldendorp. *c. 39. de exceptionib.*

3 *V. l. 3. §. 1. ff. de pignor. l. 63. ff. de re judicata.* Acta cum uno legatario non nocent alteri, etiamsi fuerit testamentum pronunciatum ruptum, irritum vel non justum.

4 Vel legatum. *Hal.*

5 Adde *l. 2. C. de fide instrum. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. C. quib. res judicata non nocet.*

6 Id est, alteri legatario, cui libertas erat legata: atque ita heres non potest allegare jus tertii.

7 Legatarius.

8 *l. 15. ff. de obl.*

9 Præteritione filii nullum fit testamentum: filio tamen tacente convalescit. adde *l. 17. ff. de injusto.*

10 De formula exceptionis vide quæ notavi ad *l. 25. ff. de bonis libert.*

11 *l. 17. ff. de injusto. l. 2. ff. unde liberi.*

12 Quæ dicatur eadem quæstio, v. *l. 7. §. 1. l. 14. in pr. & §. 1. ff. eod.* Anf.

13 *l. 7. §. 4. ff. eod.*

14 In judicio æquo, in quo tamen petitor non obtinuit.

15 Id est, universa bona. Qui à rerum singularum petitione removetur, & ab earum universitate removetur.

16 Ut *l. 7. in fin. ff. eod.*

17 Eadem est persona domini & procuratoris. Eadem, inquam, non rei veritate, sed fictione, ideoque quod procuratori & similibus personis objici potest, objici etiam potest ipsis dominis: nam ex quo hujusmodi personæ intervenium, censentur & ipsi domini intervenisse. 18 *l. 11. §. 7. ff. eod. l. 23. in fin. ff. de adm. tut.* 19 Id est, procuratores, tutores, curatores, actores municipium. Quid si conjuncta mihi persona, vel defensori intervenit: mihi exceptionem adquireret? non noceret, nisi ratum habuero. *l. 3. §. 2. ff. judicatum solvi. l. 14. ff. eod. l. 1. in fin. ff. de litigios. l. 22. ff. ratam rem haberi. l. 1. C. quib. res judicata non nocet.* 20 Eadem res dicitur, licet actio varietur. *l. 6. 7. ff. eod. l. 52. ff. de oblig. l. 1. in fin. ff. depositi.* 21 Mandati judicio qui in una re victus est, negotiorum gestorum ejusdem rei nomine agere non potest: hæc enim ab illa dependet. Quæ autem ab alia dependet actio vel quæstio, eadem est cum alia, juris fictione. *Socin.*

22 De re non agit, qui prorsus rem ipsam non persequitur. 23 Eadem Filic. 24 Licet modus varietur; si tamen causa non variat, dicitur eadem quæstio, & eadem res. 25 *l. 5. ff. eod. l. 53. ff. de oblig. l. 43. ff. de reg. jur. l. 4. §. 2. in fin. ff. de noxalib. l. 9. §. 2. ff. de tributoria. l. ult. C. de furiis. §. 16. vers. sed nostra. Instit. de oblig. quæ ex delicto.* 26 Id est, unam sententiam. Sententia namque nihil aliud est, quam judicati finis. 27 Principes summa nequitia usi, hinc colligunt, quotiens rescripta concedunt ad resuscitandas lites judicio jam decisas. 28 Nisi errore quis deceptus sit. *l. 4. in fin. ff. quod cum eo.* 29 In infinitum. *l. 13. in fin. ff. de damno.* 30 Argumentum à communiter accidentibus in jure frequens est.

49 Vide *l. 15. in fin. ff. eod.* Goth. Hæc regula locum habet in reo, non in actore. V. Pece. ad *reg. jur. Canon. reg. 20. in prov. in vo.* adde *l. 43. ff. de reg. jur.* Anf.

50 Si tamen non incompatibiles: item, dummodo convictus antea non fuerit in eo re mendacii. *Nov. 18. cap. 8.* adde 3 *Harm. tit. 5 cap.* περὶ μάρτυρος, *xpluc.* & Scholion, *ibid.*

51 Οὐ πάνυ. *Eclog. 1. c. 8. §. 3.* Ergo quodammodo sic sentio. Potest enim reus ita excipere & fateri, ut sibi præjudicaturus sit. E contrario ita respondere, ut fateri non videatur. Ideoque cautos & prudentes oportet esse reos, quoties interrogationibus adversarii respondere sunt: ne alioquin eorum confessio dividatur. v. Cujac. 9 *obs.* 36.

52 *Intentione.* 51 *Eclog. 1. c. 8. §. 3.* adde *cap. exceptionem. 63. de reg. in 6. & c. cum venerabilis. de exceptionib. & l. 9. C. de except.*

53 *c. 63. de reg. in 6.* Quid? num tenebitur homicidii, qui homicidium quidem fatebitur, sed de inculpata tutela exceperit? num erit debitor, qui fatebitur mutuum: sed solutionem factam excipiet? Priori casui magna judicis providentia, in expendendis diligenter circumstantiis opus est. Nam ex uno latere ipsa vox *homicidium*, per se delictum sonat. & ex adverso, reus ea honestate & vita esse potest, ut omnis prava alterius injustæ interficiendi cessat in eo suspitio. Profert itaque eo casu Zasius hanc excipiendi formulam: *Nego me homicidium commisisse: si tamen constabit homicidium à me factum esse, dico me meam ad defensionem fecisse, quidquid in eo negotio feci.* Adde huic loco quæ de hac quæstione jam dixi ad *l. 4. ff. ad l. Aquil.* Quod ad posteriorem casum attinet, Zasius excipientem ita reum non fatori ait, si sic exceperit, *Solvi actori quidquid debui:* qui duabus aliis enunciationibus sic utitur, puta, *Mutuum mihi dedisti, sed solvi,* securum non iter fore opinatur.

54 *l. 63. ff. de rejudicata.* 55 Puta Titius, rem vindicans. 56 Et pronunciatum rem ejus non esse. 57 Puta vero rei domino. 58 Id est, exceptionem rei judicatæ ei non posse objici

59 Hinc sumitur ratio dubitandi: nec enim videtur audiendus, cum idem de re eadem adversus eundem superatus sit. 60 Secus est, postquam heres extitit. hinc sumitur ratio decidendi. Petitur quidem res eadem in substantia, non tamen eadem in qualitate: autea non erat dominus, nunc vero dominium nactus est. 61 Cum tamen falsa essent. 62 *l. 1. 2. C. si ex falsis instrumentis.*

63 Non manu, sed consensu præstito. Qui consentit, subscribere dicitur. *l. 18. ff. de adopt.*

64 Id est, exceptio. 65 Ratio dubitandi. 66 Decisio; Judicati executio solet suspendi, & soluti dari repetitio, si falsis instrumentis circumventa est religio judicantis. *l. ult. C. si ex falsis instrum.* Paul. *5 sent. 5. §. ult.* 67 Præjudicia quid essent, dixi *ff. in epigraphe hujus tit.* adde, eo vocabulo hic intelligi actionem & exceptionem. hujus legis interpretationem v. apud Cuj. *5 obs. 37.*

68 *Sub.* & per sententiam definitivam terminatam. 69 Ita exceptiones quædam conceptæ sunt, *l. 16. ff. eod.* ut quod metus causa, quod non vi, quod vi aut clam, quod facere possum. Pitheus *2 not. fol. 81.* adde Cujac. *5 obs 34.* Hinc etiam concipiebantur quædam stipulationes, *quod ergo decem credidi;* & actiones. hinc illud Fabii 6. *c. 8:* Colophum tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. v. Pith. *ibid.* 70 Factum judicis dicitur de re judicata. vid. *l. 58. ff. de rei vind.* v. Cujac. ad hunc locum 9 *obs. 27.* 71 *l. 59. ff. de adilitio. l. 5. §. 4. ff. de doli mali.*

72 Præscriptiones propriæ dicuntur hæ in factum exceptiones innominatæ, quæ non uno verbo, sed longa formula præscriptisque verbis explicantur: unde & præscriptiones dictæ, *ut hic.* adde *l. 22. ff. in fin. ff. eod.* sicut actiones innominatæ in factum actiones, & præscriptis verbis actiones. v. *ff. de præscr. verb.* 73 Post juramentum non potest quæri de perjurio, *l. 7. l. 8. l. 9. ff. de jurejur.* hujus regulæ septem exceptiones vide *hic* apud Zasium. adde & *l. 9. §. 5. l. 31. ff. de jurejur. l. 1. ff. de dolo. & l. 1. ff. de doli mali & met. except.* 74 V. Cujac. 9 *ad Afric. fol. 224.* 75 Id est, rem minorem. *l. 18. 21 ff. eod. l. 54. ff. de judic. l. 5. C. de hered. action. l. 1. C. qui accusare.* sic præposteratio non admittitur. 76 Formula extat similis in *l. 18. ff. eod.* 77 *d. l. 18. ff. eod. l. 32. §. 10. ff. de arbitr. l. 5. in fin. ff. de hered. pet. l. 1. §. 1. ff. familiæ.* 78 *l. 16. ff. eod.* 79 Vide Cujac. in hunc locum 9 *observ. 37.* 80 Vide Cujac. 9 *ad Afric. fol. 215.* 81 Declarationem hujus leg. vide apud Leonin. *consil. 96. num. 25.* Anf. 82 Adde *l. 16. ff. eod.* 83 Prius de proprietate agendum, quam familiæ erciscundæ. *l. 1. §. 1. ff. familiæ.* 84 Imo; non omnes. *l. 7. §. 1. ff. eod.* 85 *l. ultim. ff. de pactis.* 86 *l. 11. C. eod. l. 49. ff. de fidejussoribus. l. 9. §. 3. ff. de Sc. Macedon.*

De toto & parte. 1. De parta. 2. De cæmentis & tigno. 3. De fructibus. 4. De eadem quæstione. De petitione hereditatis, & singularum rerum, 5. Vel debita hereditaria.

VII. ULPIANUS [lib. LXXV ad Edictum].

SI quis, cum totum [31] petisset, partem petat: exceptio rei judicatæ nocet [32]. nam pars [33] in toto est [34]: eadem enim res accipitur, & si pars petatur ejus, quod totum petitum est. Nec interest, utrum in corpore [35] hoc quæratur, an in quantitate [36], vel in jure [37]. † Proinde si quis fundum petierit, deinde [38] partem petat vel pro diviso, vel pro indiviso: dicendum erit exceptionem obstare. † Proinde & si proponas mihi certum locum me petere ex eo fundo, quem peti [39], obstabit exceptio. † Idem erit probandum, & si duo corpora [40] fuerint petita, mox alterutrum corpus petatur: nam nocebit exceptio. † Item si quis fundum petierit, mox [41] arbores excisas ex eo fundo petat, aut insulam petierit, deinde aream vel tigna, vel lapides petat [42]. † Item si navem petiero, postea singulas tabulas vindicem [43]. §. 1. Si [44] ancillam prægnantem [45] petiero, & post litem contestatam conceperit & pepererit, mox partum ejus petam: utrum idem petere videor, an aliud, magnæ quæstionis est? Et quidem ita definiri potest, totiens eandem rem agi, quotiens apud judicem posteriorem id quæritur, quod apud priorem quæsitum est. † In his igitur fere omnibus exceptio nocet [46]. §. 2. Sed in cæmentis & tignis diversum est [47]. nam is, qui insulam petit, si cæmenta, vel tigna, vel quid aliud suum petat, in ea conditione est, ut videatur aliud [48] petere: etenim cujus insula est, non utique & cæmenta sunt. denique ea, quæ juncta sunt ædibus alienis, separata dominus vindicare potest [49]. §. 3. De fructibus eadem [50] quæstio est, & de partu: hæc [51] enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt, quæ petita est: magisque est, ut ista exceptio non noceat. † Plane [52] si in restitutionem vel fructus, vel etiam partus venerunt, æstimatique sunt: consequens erit dicere exceptionem objiciendam. §. 4. Et generaliter [53] (ut Julianus definit) *exceptio rei judicatæ obstat, quotiens inter [54] easdem personas eadem quæstio revocatur, vel [55] alio genere [56] judicii.* † Et ideo si hereditate petita singulas res petat, vel singulis rebus petitis hereditatem petat: exceptione summovebitur. §. 5. Idem erit probandum, & si [57] quis debitum petierit à debitore hereditario, deinde hereditatem petat: vel contra, si ante hereditatem petierit, & postea debitum petat. nam & hic obstabit exceptio: nam cum hereditatem peto, & [58] corpora, & actiones omnes, quæ in hereditate sunt, videntur in petitionem deduci.

De petitione partis, & judicio divisorio.

VIII. JULIANUS lib. LI Digestorum.

ITem parte [59] fundi petita, familiæ ercisc undæ, vel communi dividundo agit [60]: æque exceptione summovebitur.

De causa exceptionis sublata. 1. De replicatione rei secundum se judicatæ. 2. De auctore & emptore.

IX. ULPIANUS lib. LXXV ad Edictum.

SI à te hereditatem petam, cum nihil possideres, deinde, ubi [61] cœperis aliquid possidere, hereditatem petam: an noceat exceptio ista? Et putem, sive fuit judicatum, hereditatem meam esse, sive adversarius, quia nihil [62] possidebat, absolutus est, non nocere exceptionem [63]. §. 1. Si quis fundum, quem putabat se possidere [64], defenderit, mox emerit [65]: re secundum petitorem judicata, an restituere cogatur [66]? Et ait Neratius, si actori iterum petenti, objiciatur exceptio rei judicatæ: replicare eum oportere [67] de re secundum [68] se judicata. §. 2. Julianus scribit exceptionem rei judicatæ à persona auctoris [69] ad emptorem [70] transire [71] solere: retro autem ab emptore ad auctorem reverti non debere. †. Quare si hereditariam rem vendideris, ego eandem ab emptore petiero, & vicero: petenti tibi non opponam exceptionem, *At si ea res judicata non sit inter me & eum, cui vendidisti.*

X. JULIANUS lib. LI Digestorum.

ITem si victus fuero, tu adversus me exceptionem non habebis.

De petitione ex alia causa. 3. De auctore & emptore. 4. De petitione ex eadem vel ex alia causa. 6. De itinere & actu. 7. De his qui rem in judicium deducunt. 8. De filio & patre. 9. De auctore & venditore. 10. De pignore.

XI. ULPIANUS [lib. LXXV ad Edictum].

SI mater filii impuberis defuncti ex Senatusconsulto [72] bona vindicaverit [73] idcirco, quia putabat rupto patris ejus testamento neminem esse subs itutum, victaque fuerit, quia testamentum patris ruptum non erat, postea autem apertis pupillaribus tabulis apparuit non esse ei substitutum: si petereter rursus hereditatem, obstaturum [74] exceptionem rei judicatæ Neratius ait. Ego exceptionem obesse [75] ei rei judicatæ non dubito: sed ex causa succurrendum erit ei, quæ unam [tantum] causam egit rupti testamenti.

§. 1. Denique & Celsus scribit, si hominem petiero, quem ob eam rem meum esse existimavi, quod [76] mihi traditus ab alio est, cum is ex hereditaria causa meus esset, rursus petenti mihi obstaturam exceptionem. §. 2. Si quis autem petat fundum suum esse, eo quod Titius eum sibi tradiderit: si postea alia ex causa petat, causa adjecta [77], non debet summoveri exceptione. §. 3. Item Julianus scribit: Cum ego & tu heredes Titio extitissemus, si tu partem fundi, quem totum hereditarium dicebas, à Sempronio petieris, & victus fueris, mox eandem partem à Sempronio emeto [78]: agenti tibi mecum familiæ ercisc undæ, exceptio obstabit: quia res judicata sit inter te & venditorem meum. nam & si ante eandem partem petiss m, & agerem familiæ ercisc undæ: obstaret exceptio, *Quod res judicata sit inter me & te.* §. 4. Eandem causam facit etiam origo petitionis [79]. Cæterum si forte petiero fundum vel hominem, mox [80] alia causa nova [81] post petitionem mihi accesserit, quæ mihi dominium tribuat, non me repellet [82] ista exceptio: nisi [83] forte intermissum dominium [in] medio tempore rediit quodam postliminio. Quid enim, si homo, quem petieram, ab hostibus fuerit captus, mox postliminio receptus? hic exceptione summovebor: quia eadem res esse intelligitur. † At si ex alia causa dominium fuerim nactus, non nocebit exceptio. Et ideo si forte sub conditione res legata mihi fuerit, deinde medio tempore [84] adquisito dominio petam, mox existente conditione legati rursus petam: putem exceptionem non obstare, alia [85] enim causa fuit prioris dominii: hæc nova nunc accessit.

§. 5. Itaque adquisitum quidem postea dominium aliam causam facit, mutata autem opinio petitoris non facit. Utputa opinabatur ex causa hereditaria, se dominium habere; mutavit opinionem, & cœpit putare ex causa donationis: hæc [86] res non paſit petitionem novam. nam qualecunque [87] & undecunque dominium adquisitum habuit, vindicatione prima in judicium deduxit. §. 6. Si quis iter petierit, deinde [88] actum petat: puto fortius defendendum, aliud videri tunc petitum; aliud nunc: atque ideo exceptionem rei judicatæ cessare [89]. §. 7. Hoc jure utimur, ut ex parte actoris in exceptione rei judicatæ hæ personæ [90] continerentur, quæ rem in judicium deducunt; inter hos erunt procurator, cui mandatum est, tutor [91], curator furiosi, vel pupilli, actor municipum: ex persona autem rei, etiam defensor numerabitur; quia adversus defensorem, qui agit, litem in judicium deducit. §. 8. Si quis hominem à filiofamilias [92] petierit, deinde eundem à patre petat: locum habet hæc exceptio.

§. 9. Si egero cum vicino aquæ pluviæ arcendæ, deinde alteruter nostrum prædium vendiderit, & emptor [93] agat, vel cum eo agatur, hæc exceptio nocet: sed de eo opere, quod jam erat factum, cum [94] judicium acciperetur. §. 10. Item si rem, quam à te petierat, Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pignoratitia adversus te utatur: distinguendum erit, quando pignori dedit Titius. & si quidem antequam peteretet, non oportet ei nocere exceptionem: nam & ille petere debuit, & ego salvam habere debeo pignoratitiam actionem. sed si posteaquam petit, pignori dedit, magis est, ut noceat [95] exceptio rei judicatæ.

De identitate spectanda.

XII. PAULUS lib. LXX ad Edictum.

CUm quæritur, hæc exceptio noceat, necne? inspiciendum est, an idem [96] corpus [97] sit;

XIII. ULPIANUS lib. LXXV ad Edictum.

QUantitas eadem, idem jus;

De usufructu accrescente. 2. Differentia actionum personalium & realium. 3. De Interdicto, & rei vindicatione.

XIV. PAULUS lib. LXX ad Edictum.

ET an eadem causa petendi, & eadem [98] conditio personarum: quæ nisi omnia concurrunt, alia res est. † Idem corpus in hac exceptione, non [99] utique omni pristina qualitate vel quantitate servata, nulla adjectione diminutioneve facta, sed pinguius [100] pro communi utilitate accipitur. §. 1. Qui, cum partem usufructus haberet, totum petit, si postea partem adcrescentem [1] petat, non summovetur exceptione: quia usufructus non portioni, sed homini [2] adcrescit. §. 2. Actiones [3] in personam ab actionibus in rem hoc [4] differunt: quod cum [5] eadem res ab [6] eodem mihi debeatur, singulas obligationes singulæ causæ [7] sequuntur, nec ulla earum alterius petitione vitiatur. at *cum in* [8] *rem* ago non expressa causa [9], ex qua rem meam esse dico, omnes causæ [10] una petitione adprehenduntur [11]: neque enim amplius, quam [12] semel res mea esse potest; sæpius autem deberi potest.

§. 3. Si quis Interdicto egerit de possessione [13]: postea in rem agens non repellitur per exceptionem [14]. quoniam in Interdicto possessio [15], in actione proprietas [16] vertitur.

De pronunciatione rem actoris esse, vel rem actoris non esse.

XV. GAIUS lib. XXX ad Edictum provinciale.

SI inter me & te controversia de hereditate sit; & quasdam res ex eadem tu possides, quasdam ego: nihil vetat, & me à te, & in-

---

31 Puta universam hereditatem, *l. 1. in fin. T. eod.* totum, inquam, corporis, vel juris.

32 Imo non nocet. v. Dyn. ad c. 80. *de reg. in 6. n.* 2. 3.

33 Pars in toto est, *ut hic.* Atqui genus pars speciei suæ esse dicitur Aristoteli *Metaphysic* 25. Dicitur tamen: ut quod speciei definitionem ingrediatur: cum denique non possit definiri species sine suo genere, eo sensu agnatis cognati continere dicuntur, *l. 5. T. unde cognati.* si quis enim velit definire agnatum, cognationis mentionem faciat, necesse est. *l.* 10. §. 2. *T. de gradibus.*

34 *l.* 1. §. 4 *in fin. T. de verb. obl. l.* 113. *T. de reg. jur.* & generi per speciem derogatur. vide *l.* 99. *in fin. T. de l.* 3. *l.* 80 *T. de reg. jur.*

35 Totum hoc substantiale est: ut domus respectu soli & superficiei. Totum vero quantitatis, decem ad quinque. Totum juris, ut id, quod plus, oppositum minori: sic in jure plus est donare, quam vendere. *l.* 163. *T. de reg. jur.*

36 Summis, ut sunt pecuniæ, census, pensiones. Nam sententia lata in majore summa, præjudicat minori.

37 Puta usufructi.

38 Sententia lata super toto & continente præjudicat parti & contento.

39 Petii. *Hal.*

40 Puta duo servi. *l.* 21. §. 2. *T. eod.*

41 Denegata fundi, insulæ, navis petitione, denegatur etiam arborum excisarum, areæ, tigniorum, lapidum & tabularum petitio.

42 Non auditur, quia idem petit. Imo auditur, quia non idem petit, sed aliud. §. 1. *T. eod.*

43 Non audiar, quia idem peto. *l.* 27. §. 8. *T. de pactis.* Imo, non idem peto: aliud est enim materia, aliud navis. *l.* 18. §. 3. *T. de pign.*

44 Vid. ad hunc §. *Zas.*

45 Quam dicebam prægnantem esse, cum tamen prægnans non esset.

46 *l.* 21. §. 1. *T. eod.* 47 Id est, exceptio non nocet, ut in casu superiore.

48 *l.* 27. §. 8. *T. de pact.* Imo idem petit, *in pr. T. eod. vers. item si quis fund.* solve: hic domo destructa, cæmenta separata, *in fin. T. eod.* peti possunt: ibi de cæmentorum petitione agitur, domo non destructa. 49 Cur non quoque separatas navis tabulas petere possum? quod domus lapidibus meis extructa mea esse illico desiit, *l.* 7. §. 10. *T. de adq. rer.* navis autem tabulis meis confecta, mea remansit. *l.* 7. §. 7. *T. de adq. rer.* Dissoluta domo, dominium lapidum ad priorem dominum revertitur: ideoque non ab iis petendis repellitur. Dissoluta navi, nihil plus dominii ad tabularum dominum redit, quam antea fuit, ideoque si quis sententia semel à dominio tabularum repulsus fuit, ad illud dominium petendum amplius reverti non potest: hæc Soc. & Zas. 50 Ut scilic. exceptio noceat. Atqui infra dicitur exceptio non nocere. Ætate Accursii quidam negationem illam tollendam esse non abs re existimant, hoc sensu: Fundum petii vacuum sine fructibus, post petitionem fundum eum tu sevisti: absolutus es à mea petitione: an post illam sententiam absolutoriam possum novo judicio fructus petere? minime: hæc judicatæ rei exceptio mihi nocebit: videlicet si ex eadem causa petiero: nam ex alia causa petenti mihi non nocebit. 51 Lego, *hic enim nondum erat in rebus humanis.* Sit itaque species hæc: Ancillam petii non prægnantem, post petitionem meam facta prægnans est: tu à mea petitione absolutus es. Petenti mihi postea partum exceptio rei judicatæ non nocebit? Dixeris nocere, quia nondum in rebus humanis partus fuit, cum ejus matrem petii. verum cum partus sit ex ea re, quam petii, magis est, ut hæc rei judicatæ exceptio mihi noceat: ex eadem scil. causa partum petenti, nam ex alia causa petenti mihi non nocebit.

52 Sicut absoluto reo competit rei judicatæ exceptio, ita ex condemnato, si solverit. *Odofredus.* Solutio condemnatione secuta tantundem præstat, quantum absolutio. *Albericus.* adde *l.* 46. *T. de rei vindicat.* Denunciatio obligationis per jus vel sententiam extinctæ fieri non potest. de quo vide plura apud Socin. *regul.* 88. 53 *l.* 4. *in fin. T. de noxal.* 54 *l.* 3. *T. eod. l.* 22. *T eod.*

55 *l.* 5. *T. eod.* 56 Alia actione. 57 Debitum ab hereditario debitore petii: victus sum, ab eo postea hereditatem petere volo? obstabit mihi rei judicatæ exceptio. 58 Hereditatis verbo, singula corpora & actiones hereditariæ comprehenduntur. Est enim nihil aliud *universale*, quam res singulares simul collectæ. 59 *l.* 18. *T. de except.* 60 *Al.* qui agit. 61 *l.* 17. *l.* 18. *l.* 25. *T. eod.* 62 Reus absolutus, quia non possidebat, potest convenire, si possidet. 63 Et ita cessante causa absolutionis, cessat effectus ejusdem: nam cessante causa cessat effectus. *l.* 6. §. 2. *T. de jure patron.* 64 Nota hic agi de possessione, non de proprietate. 65 Et ita titulo empti possessionem nanctus sit. 66 Possessionem scil. & ita sententia lata contra non possidentem velut possidentem executioni mandari poterit, & debebit, si de novo possidere cœperit. Movetur autem dubium, quod reus non paratus esset de proprietate rei litigare, & his verbis accipere, *Secundum te judicatum fuit, quo tempore nec possedi, nec dominus fui: hodie & possideo & dominus sum.*

67 Interim scil. dum de proprietate cognoscetur. 68 Ut interim non proficiat res judicata ei, contra quem judicatum est. *l.* 16. *T. eod.* 69 Auctor hic, est venditor. *Goth.* Pro intellectu hujus leg. vide Kinschot. *resp.* 87. *num.* 19. *& resp.* 88. *num.* 70. Ans. 70 *l.* 11. §. 9. *l.* 28. *T. eod.*

71 Uti ei prosit & noceat. 72 Tertulliano, quo matres vocantur ad successionem liberorum. *Goth.* Ad hanc leg. vid. *decis. Ultraj.* 77. *n.* 3. & Petr. Bellapert. *hic.* Ans. 73 Et unam tantum causam egit rupti testamenti.

74 Obstaturam. *Hal.* Hinc colligo, ante apertas tabulas judicium ferri posse stricto jure; sed tamen rescindi.

75 Atqui non obest transigenti; si transegerit ante apertas tabulas testamenti. *l.* 6. *T. de transactionib.*

76 De origine possessionis vide §. 4. *T. eod. l.* 14. §. 2. *l.* 27. *T. eod.*

77 *d.* §. 2.

78 *l.* 9. §. 1. *T. eod.*

79 Generalis scilicet sit varietas in qualitate causæ & genere petitionis. Hinc illud forense: In petitione & conclusione tota origo æstimanda est.

80 *l.* 23. *T. de jud. l.* 25. §. 1. *l.* 42. *T. de lib. caus.*

81 Quæ primo judicio utiliter tractari non potuit deficiente in ea jure.

82 Imo, repellet. *l.* 9. §. 1. *T. eod.*

83 Postliminii reversio novam causam impedit. Cur? rem captam in statum pristinum reducit.

84 Id est, dum conditio exspectatur.

85 Aliud est dominium de novo adquirere: aliud ex postliminio recuperare.

86 §. 1. *T. eod.*

87 Id est, vel civilem, vel naturalem. vid. Cujac. 11 *obs.* 33.

88 Aliud est iter, aliud actum petere.

89 Cur? quia potest actus esse simplex sine itinere: & ita potest mihi non competere iter, & competere tamen actus.

90 *l.* 4. *T. eod.*

91 *l.* 23. *T. de admin. tut.*

92 Sententia pro filio lata prodest patri.

93 *l.* 9. *in fin. T. eod.*

94 *l.* 14. *in fin. T. de aqua pluv.*

95 *l.* 63. *T. de re jud.*

96 *l.* 13. 14. *l.* 21. §. 3. *vers. sed si usumfruct. T. eod. l.* 10. *T. de except. l.* 133. *T. de verb. oblig.* Acta facta in una ex pluribus instantiis, non valent, neque inter easdem personas fidem faciunt, quoties ad diversam fidem factæ sunt. vide Socin. *reg.* 7.

97 Corpus, quantitas, jus, causæ petendi, conditio personæ.

98 Vid. *l.* 22. *T eod.*

99 Corpora singulis, ut ita loquar, momentis mutantur, augentur, vel minuuntur, nec pristina semper qualitas vel quantitas in eis servatur: pinguius tamen pro communi utilitate eadem corpora intelliguntur, si non omnimodo mutata sint, *ut hic.* adde *l.* 76. *T. de judiciis.* 100 Res pinguius pro communi utilitate capiuntur. Idem verbum reperitur in *l.* 49. *T. de re judicata.* vide *l.* 2. *in fin. T. ex quib. caus. in possess.* 1 *l.* 21. §. 2. *T. eod. l.* 33. *T. de usufruct.* 2 *d. l.* 33. *in fin.*

3 Sensus est: Actio personalis ex causa remota; realis ex proximo exceptionem præjudicii pariunt. *Zas.* vide Hotom. 27 *Illustr. in prine.* 4 Id est; in eo, quod sequitur, seu præcessit, *ut hic.* differunt etiam origine (nam realis ex jure, quod quis habet in rem per alium possessam; personalis, ex contractu, & delicto, vel quasi), natura, (nam personalis in eum, qui obligatus est; realis in quemcunque rei possessorem) effectu (nam in reali rem esse debitoris; in personali rem deberi pronunciatur). 5 Id est, in personalibus causis singulæ causæ exprimendæ. v. Bart. in *l. salutum. 11. §. per liberam. T. de pignerat.* 6 Ab uno eodem. 7 Id est, singulæ controversiæ distinguuntur ex differentia obligationum, vel potius: In actione personali oportet specialem debiti causam exponere, puta his verbis, *Id peto, quia mihi obligatus es ex contractu mutui*, &c. Agens in rem non tenetur specialem causam deducere, puta his verbis: *Id peto, quia meum est ex contractu mutui.* Cur tam varie? quia, inquit Jurisconsultus, semel res mea est; res autem mihi sæpius deberi potest. *T. eod.* Plerique tamen consultius videtur esse utrobique, tam scilicet in actionibus in rem, quam in personam, specialem petendi causam subjicere: tunc enim si quis ex una causa vincetur, poterit eam ex alia causa petere. de quo vide Oldendorpium in *tract. action. in tertia divis. num.* 3. 8 Realis actio simpliciter proponi potest: personalis (verbi gratia, hypothecaria) causa adjecta. 9 Id est, titulo speciali. 10 Dominii. 11 Id est, dum simpliciter peto rem, quia mea est, eadem & opera videor qualecunque dominium in judicium deduxisse. *l.* 11. §. 5. *T. eod.* 12 *l.* 3. §. 4. *T. de adq. poss. l.* 159. *T. de reg.* §. 6. *Inst. de leg.* 13 Sententia lata in possessorio non præjudicat petitorio. 14 Et è contra *l.* 12. *in fin. T. de adq. poss. l.* 18. *in fin. T. de re jud.* 15 Nota differentiam Interdicti & actionis realis. 16 Id est, dominium. facit *l.* 3. *in fin. T. uti possidetis.*

& invicem [17] te à me hereditatem petere. quod si post rem judicatam à me petere cœperis, interest, utrum meam esse hereditatem pronunciatum sit, an contra: si meam [18] esse, nocebit tibi rei judicatæ exceptio; quia eo ipso [19], quo meam esse pronunciatum est, ex diverso pronunciatum videtur [20] tuam non esse: si vero meam non esse, nihil de tuo jure judicatum intelligitur; quia potest nec mea hereditas esse, nec tua.

XVI. JULIANUS lib. LI Digestorum.

EVidenter enim iniquissimum est, proficere rei judicatæ exceptionem ei [21], contra [22] quem judicatum est.

De possessione.

XVII. GAIUS lib. XXX ad Edictum provinciale.

SI rem meam à te petiero, tu autem ideo fueris absolutus, quod probaveris [23] sine dolo malo te desiisse possidere; deinde postea cœperis [24] possidere, & ego à te petam: non nocebit mihi exceptio rei judicatæ.

XVIII. ULPIANUS lib. LXXX ad Edictum.

SI quis ad exhibendum egerit, deinde absolutus fuerit adversarius, quia non possidebat, & dominus iterum agat, nancto [25] eo possessionem, rei judicatæ exceptio locum non habebit: quia [26] alia res est.

De hypothecaria actione.

XIX. MARCELLUS lib. XIX Digestorum.

DUobus diversis temporibus eandem rem pignori dedit [27]: egit posterior cum priore pignoratitia, & obtinuit: mox ille agere simili actione instituit. Quæritur: an exceptio rei judicatæ obstaret? Si opposuerat [28] exceptionem rei sibi ante pignoratæ, & nihil aliud novum & validum adjecerit, sine dubio obstabit: eandem enim quæstionem revocat in judicium.

De eo, quod in prima petitione omissum fuit.

XX. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

SI ex testamento actum sit cum herede ab [29] eo, qui, cum totum argentum ei legatum erat, mensas duntaxat sibi legatas putaret, earumque duntaxat [30] æstimationem in judicio fecisset: postea eundem peritiurum de argento quoque legato Trebatius ait: nec obstaturam ei exceptionem, quod [31] non sit petitum, quod nec actor petere putasset, nec judex in judicio sensisset.

De grege. 2. De petitione duarum rerum, deinde unius. 3. De fundo & usufructu. 4. De fidejussione pro servo.

XXI. IDEM lib. XXXI ad Sabinum.

SI cum argentum mihi testamento legatum esset, egerim cum herede, & postea codicillis prolatis vestem quoque mihi legatum [32] esse apparet, non est deducta in superius judicium vestis causa: quia neque litigatores, neque judex de alio, quam de argento actum intelligant. §. 1. *Si petiero gregem* [33], & vel aucto, vel minuto [34] numero gregis, iterum eundem gregem petam, obstabit mihi exceptio. Sed & si speciale corpus ex grege [35] petam, si adfuit in eo [36] grege, puto obstaturam exceptionem.

§. 2. Si Stichum & Pamphilum tuos esse petieris, & absoluto [37] adversario Stichum tuum esse petas ab eodem, exceptionem obstare tibi constat. §. 3. Si fundum *meum esse* petiero, deinde postea *usumfructum ejusdem fundi* petam, qui ex illa causa, ex qua fundus meus erat, meus sit: exceptio mihi obstabit. quia, qui fundum habet, usumfructum suum vindicare non [38] potest. † Sed *si usumfructum*, cum meus esset, vindicavi, deinde proprietatem nanctus, iterum de usufructu experiar, potest dici alia [39] res esse: quoniam, postquam nanctus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior ususfructus, & jure proprietatis, quasi ex nova causa rursus meus esse cœpit. §. 4. Si pro servo meo fidejusseris, & mecum de peculio actum sit: si postea tecum eo nomine agatur, excipiendum est de re judicata.

De heredibus & defuncto.

XXII. PAULUS lib. XXX[I] ad Edictum.

SI cum uno herede depositi actum sit, tamen & cum cæteris heredibus recte agetur, nec exceptio rei judicatæ eis proderit: nam & si eadem quæstio in omnibus judiciis vertitur, tamen personarum [40] mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam rem facit. Et si actum sit cum herede de dolo defuncti, deinde de dolo heredis ageretur, exceptio rei judicatæ non nocebit: quia de alia re agitur.

De sorte & usuris.

XXIII. ULPIANUS lib. III Disputationum.

SI in judicio actum sit, usuræque solæ petitæ sint, non est rerendum, ne [41] noceat rei judicatæ exceptio circa sortis petitionem: quia [42] enim non [43] competit, nec opposita nocet. † Eadem erunt, & si quis ex bonæ fidei judicio velit usuras tantum persequi [44]: nam nihilominus futuri temporis cedunt usuræ. quamdiu enim manet contractus bonæ [45] fidei, current usuræ.

De replicatione rei judicatæ adversus exceptionem dominii.

XXIV. JULIANUS lib. IX Digestorum.

SI quis rem à non [46] domino emerit, mox petente domino absolutus sit, deinde possessionem amiserit, & à domino petierit: adversus exceptionem, *si non ejus sit res*, replicatione hac adjuvabitur, *at si res judicata non sit.*

De novo jure actorii. 1. De redhibitione, & quanto minoris. 2. De negotiorum gestione & mandato.

XXV. IDEM lib. [L]I Digestorum.

SI is, qui heres non erat, hereditatem petierit, & postea [48] heres factus eandem hereditatem petet, exceptione rei judicatæ non summovebitur. §. 1. Est in potestate emptoris, intra sex menses redhibitoria agere mallet, an ea, quæ datur, *Quanti* [49] *minoru homo, cum veniret, fuerit.* Nam posterior actio etiam redhibitionem [50] continet, si tale vitium in homine est, ut eum ob id actor empturus non fuerit: quare vere dicetur eum, qui alterutra earum egerit, si altera postea agat, rei judicatæ exceptione summoveri. §. 2. Si te negotiis meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris [51]: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandavero tibi, ut [52] ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei judicatæ non obstabit [53]: alia enim res facta est, interveniente mandatu. † Idem est, si non in rem [54], sed in personam actum fuerit.

De jure altius tollendi. 1. De fundo & insula è regione ejus in flumine nata.

XXVI. AFRICANUS lib. IX [55] Quæstionum.

EGi tecum, *jus mihi esse ades meas usque ad decem pedes altius tollere*; post ago, *jus mihi esse usque ad viginti* [56] *pedes altius tollere.* exceptio rei judicatæ proculdubio obstabit [57]. Sed & si rursus ita agam, *jus mihi esse altius ad altos* [58] *decem pedes tollere*, obstabit exceptio: cum aliter superior pars jure haberi non possit, quam si inferior quoque jure habeatur. § 1. Item si fundo petito, postea insula, quæ è regione ejus in flumine nata erit, petatur, exceptio obstatura est.

De indemnitate.

XXVII. NERATIUS lib. VII Membranarum.

CUm de hoc, an eadem [59] res est, quæritur, hæc spectanda sunt: personæ [60]; idipsum de quo [61] agitur; causa proxima actionis [62]. nec jam interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset [63]. perinde, ac si quis, postea quam contra eum judicatum esset, nova [64] instrumenta [65] causæ suæ repperisset.

De auctore, & successore.

XXVIII. PAPINIANUS lib. XXVII Quæstionum.

EXceptio rei judicatæ nocebit ei, qui in dominium successit [66] ejus [67], qui judicio expertus est [68].

De libertate. 1. De pignore.

XXIX. IDEM lib. XI Responsorum.

IUdicatæ quidem rei præscriptio coheredi [69], qui non litigavit, obstare non potest: nec in servitutem videtur peti post rem pro libertate judicatam, nondum [ex] causa fideicommissi manumissus. sed Prætoris oportet in ea re sententiam servari, quam pro [70] parte victi præstare non potest. † Nam & cum alterum ex coheredibus inofficiosi quæstio tenuit, aut etiam duobus separatim agentibus, alter obtinuit, libertates competere placuit. Ita tamen, ut officio judicis indemnitati victoris, futurique manumissoris consulatur. §. 1. Si debitor de dominio rei, quam pignori dedit, non admonito [71] creditore causam egerit, & contrariam sententiam acceperit, creditor in [72] locum victi succedisse non videbitur: cum pignoris conventio sententiam præcesserit.

De causa intestati, & ex testamento. 1. De actione hypothecaria.

XXX. PAULUS lib. XIV Quæstionum.

EX sextante [73] heres institutus, qui intestato legitimus heres esse potest, cum de jure testamenti faceret quæstionem, ab uno ex institutis dimidiam partem hereditatis petiit, nec obtinuit. Videtur in illa petitione etiam partem sextantis vindicasse: & ideo si cœperit ab eodem ex testamento eandem portionem petere, obstabit ei exceptio rei judicatæ. §. 1. Latinus [74] Largus: Cum de hereditate inter Mævium [75], ad quem pertinebat, & Titium, qui controversiam moverat [76], transigeretur, traditio rerum hereditariarum Mævio heredi à Titio facta est; in qua traditione etiam fundum ei suum proprium, quem ante multos annos avo ejusdem Mævii heredis obligaverat, quemque alii postea in obligationem deduxerat, ex causa pacti tradidit; his gestis posterior Titii creditor jus suum persecutus est, & obtinuit; post hoc judicium Mævius heres reperit in rebus [77] avitis chirographum ejusdem Titii ante multos annos conscriptum, per quod apparuit, eum fundum, qui in causam transactionis venerat, etiam avo suo [78] ab eodem Titio fuisse obligatum: cum ergo constet, prius avo Mævii heredis in obligationem eundem fundum datum, de quo Mævius superatus est, Quæro, an jus avi sui, quod tunc, cum de eodem fundo ageretur, ignorabat, nulla exceptione opposita exequi possit? Respondi, si de proprietate fundi litigatur, & secundum actorem pronunciatum fuisset, diceremus, petenti ei, qui in priore judicio victus est, obstaturam rei judicatæ exceptionem: quoniam de ejus quoque jure quæsitum videtur, cum actor petitionem implet. quod si possessor absolutus, amissa possessione eundem ab eodem, qui prius non obtinuit, peteret, non obesset ei exceptio: nihil enim in suo judicio de jure ejus statutum videretur. Cum autem pignoratitia actum est adversus priorem creditorem, potest fieri, ut de jure possessoris non sit quæsitum: quia [79] non, ut in proprietatis quæstione, quod meum est, alterius non [80] est, ita in obligatione utique consequens est, ut non sit alii obligatum, quod hic probabit [sibi] teneri. & probabilius dicitur, non obstare exceptionem: quoniam de jure possessoris quæsitum non est, sed de sola obligatione. In proposita autem quæstione magis me illud movet, numquid pignoris jus extinctum sit dominio adquisito. neque enim potest pignus perseverare domino [81] constituto creditore: actio tamen pignoratitia competit. verum est enim, & pignori datum, & satisfactum non esse: quare puto non obstare rei judicatæ exceptionem.

De rei vindicatione, & condictione.

XXXI. IDEM lib. III Responsorum.

PAulus respondit, ei, qui in rem egisset, nec tenuisset [82], postea condicenti [83] non obstare exceptionem rei judicatæ.

---

17 *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. si pars hereditatis.*
18 *l.* 30. *vers. respond. ff. eod.*
19 Facit *l.* 9. *ff. eod* Goth. Adde *l.* 40. §. 2. *in fin. ff. de procurat. l. penult.* §. 1. *ff. eod.* S. L.
20 Meum quod esse dicitur, tuum esse illico negatur: quod meum non esse dicitur, non illico tuum esse dicitur. Et sic argumentum à contrariis affirmative procedit, non negative.
21 *l.* 9. §. 1. *in fin. l.* 11. §. 3. *in fin. ff. eod. l.* 35. §. 1. *ff. de rei vindic. l.* 16. §. 5. *in fin. ff. de pignorib.*
22 Res eadem contrarios effectus non operatur. *l.* 35. §. 1. *ff. de rei vind.*
23 Alias, nisi probet, id non præsumitur.
24 Absolutus, quia non possidebat, factus possessor, convenire potest. vide *l.* 9. *ff. eod.*
25 Nacto. *Hal.*
26 Adde *l.* 12. *l.* 13. *ff. eod.*
27 Duobus scil. verbi gratia, Primo: deinde Secundo.
28 Cui jus erat agendi & excipiendi super eodem jure, si exceptione se tueri malit, & succubuit, agendi facultas ei postea denegabitur. adde *l.* 7. §. 1. *ff. de compensation.*
29 Id est, per eum.
30 Petitio generalis restringitur ad illas res de quibus facta est persecutio. adde *l.* 31. *C. de transact.*
31 Id petitum fuisse non intelligitur, quod actor sibi competere nunquam existimavit, & ita in judiciis secundum actorem fit interpretatio, ne alioquin actus pereat. vide *l.* 172. *in fin. ff. de reg. jur. l.* 66. *ff. de judiciis.*
32 *Al.* legatam.
33 Et sic corpus universale, non speciale.
34 Sententia super toto collectivo vel copulato lata obest ei, qui secundo ad id, mutata licet qualitate, agit.
35 Eodem.
36 De quo judicatum est.
37 Vide *l.* 7. §. 1. & 14. §. 1. *ff. eod. l.* 23. *ff. de judiciis. l.* 33. *ff. de usufructu.*
38 Vide *l.* 78. *ff. de jure dot.*
39 *l.* 7. §. 4. *ff. eod.*
40 *V. l.* 12. *ff. eod.*
41 *l.* 7. §. 4. *l.* 14. *ff. eod. l.* 27. *ff. eod. l.* 2. *C. quibus res judic. l.* 28. §. 4. §. 7. *ff. de jurejur. l.* 4. *in fin. ff. quod cum eo.* vide quæ notavi ad *l.* 4. *in fin. C. depositi.*
42 Actio inepte proposita in accessorio, non nocet in principali.
43 Nondum competit.
44 Officio judicis scil. *l.* 49. *in fin. ff. de act. empt.*
45 *l.* 2. *C. depositi.*
46 *l. ultim. ff. de Publiciana.*
47 Vide Cujac. 6 *ad Aff. fol.* 98.
48 *l.* 9. *ff. eod.*
49 Quanto minoris. *Hal.* adde *l.* 18. *ff. de adil.*
50 *l.* 43. §. 6. *ff. de adil.*
51 Actione in rem.
52 Sententia contra tacitum procuratorem lata, domino gesta improbanti non nocet, & potest iterum agi. *Faf.*
53 Tibi vel mihi.
54 *l. ult. ff. eod.*
55 Vide Cujac. 9 *ad Afric. fol.* 221.
56 Minus cui licet, non ideo majus permittitur: cum tamen ei, cui minus negatur, & id, quod majus est, denegandum sit.
57 Atqui ei, qui primum petiit iter, & victus est, non denegatur postea actus petitio. *l.* 11. §. 6. *ff. eod.*
58 De quibus in sententia nihil dictum fuerat. In ea namque dictum fuerat de decem pedibus inferius, actum vero de decem aliis superius tollendis.
59 Adde *l.* 12. *l.* 13. *ff. eod.*
60 *l.* 22. *ff. eod.*
61 An idipsum, quod ante petatur?
62 Id est, causa agendi, ex qua actio procedit. Quo enim causæ proximiores causæ sunt, eo magis in sua effecta vim exerunt.
63 *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*
64 Nunc primum reperta.
65 Nova instrumenta etiam apertissima post sententiam non audiuntur, ne sententia rescindatur. vide *l.* 4. *C. de re judicat.*
66 Puta emptione, *l.* 9. *in fin. ff. eod.* titulo universali vel singulari.
67 Adde *l.* 3. *in fin. ff. de pignoribus.*
68 Et superatus est.
69 Sententia contra coheredem lata, alteri coheredi non nocet.
70 Vide *l.* 9. *in fin. ff. de liberali causa.*
71 *V. l.* 63. *de re judicata.*
72 Id est, obligaverat.
73 *V. l.* 3. *ff. de pignorib.*
74 Instituta in certa parte, si simpliciter hereditatem petit, & succumbit, partem, in qua fuit institutus, postea petere non potest.
75 Vide *hic Zasium.*
76 Movebat. *Hal.*
77 In bonis avitis. *Hal.*
78 Suam rem nemini obligari hinc Bartol. colligit.
79 Dissimilia sunt hæc, proprietatis quæstio, & obligationis. Quod meum est, alterius non est. At res mihi obligata, alteri obligata esse potest. Ex pluribus causis res nobis deberi potest: ex una tantum causa nostra esse potest. *l.* 159. *ff. de reg. jur.* 80 *V. l.* 15. *ff. eod. l.* 40. §. 2. *ff. de procur.* 81 *l.* 2. *ff. de pign. act. l.* 45. *ff. de reg. jur. l.* 17. *ff. qui potiores.* 82 Nec obtinuisset. 83 *l.* 25. *in fin. ff. eod.*

Nam quod meum est, mihi proprium est: si alterius esset, proprium desineret.

TIT. III.

DE DIVERSIS [1] TEMPORALIBUS [2] PRÆSCRIPTIONIBUS, ET [DE] ACCESSIONIBUS [3] POSSESSIONUM.

Quid sit experiundi potestatem habere.

1. ULPIANUS lib. LXXIV ad Edictum.

QUia tractatus de utilibus [4] diebus frequens est, videamus, quid sit, *experiundi potestatem habere.* † Et quidem in

1 Περὶ διαφόρων προσκαίρων ἀγωγῶν, καὶ προθεσμιῶν καὶ χρόνων. Graeci apud Cujac. *in pr. libri de diversis temp. præscr.* Ecloga sic legit: περὶ τῶν ὡς ἀπὸ χρόνου νομὴς ἀναγραφομένων. 51 *Eclog.* 3.

2 Temporibus & exceptionibus, præscriptionibus & interruptionibus. VII C. XL. adde 2 *Inst. 6. & Novell.* 9. 3 Accessionibus opponuntur interruptiones. Accessionibus, quæritur, an tuum tempus meo accedat? 4 Dies utiles sunt, quibus experiundi sui juris potestas est: Græci vocant ὡσεσμένας. adde *l.* 55. *ff. de ædilitio. l.* 3. *in fin. ff. de accusationibus. l.* 11. §. 5. 6. *ff. de adulteriis. l.* 6. *C. ad Legem Juliam de adulteriis.* Sessionum dies, quas vocant ξυμπατικὰς, sunt, quibus Præses vel Prætor sedet pro tribunali: qui possunt non esse utiles. 1 *Inst. quis ordo in bonor. possess.* Continuus annus constat ex diebus 365. Annus utilis ex diebus utilibus. Continui sunt adversi utilibus. Utiles in restitutionibus & præscriptionibus actionum personalium in Italia Justinianus sustulit. Utilium lubrica & difficilis est computatio. vide Cujac. 2 *observat.* 18. Utilis annus, lite cœpta continuus esse incipit calumniatori, & ei, qui est affectus injuria, vel qui appellatus est. Zasius. *hic.*

c Utilia ut currant tempora, tria requiruntur, nempe ut impedimentum nullum fuerit actori, reo, judici. *Zas.*

6 *l.* 2. 5. *f. de stipul. servor.*

7 Id est, procuratorem. Sic actor tenetur ad interrumpendam præscriptionem, procuratorem admittere, cum alioquin non teneatur mittere procuratorem. *l. ult. C. de procuratorib.*

8 Non tamen diu, ne alioquin creditores sint in suspenso. *arg. l.* 3. *ff. quibus ex causis in possessionem.*

9 Actor vel reus vinculis detentus, non habet potestatem experiundi, *ut hic.* nisi sua culpa in vincula inciderit, *l.* 20. *ff. de minoribus. l.* 26. § 1. *ff. ex quibus causis major.* vide quæ notavi ad *l.* 22. *ff. quod metus causa.* De exceptione carceris vide Oldendorp. *c.* 35. *de exceptionibus.*

10 Procuratorem mittere.

11 Vid. Mussing. 4 *obs.* 38.

12 *Al.* qui ea valetudine.

13 Recte hæc verba adjiciuntur: est enim quædam valetudo his adversa, ut qui mandare nullo modo possit, qualis est fonticæ, quæ etiam invitis litigantibus & judice diem differt, *l.* 60. *ff. de re jud.* verum Antonius Faber, 5 *conject.* 18. particulam *ut* pro *ne* accipit. denique video Ulpianum hoc integro loco verba facere de eo, qui experiundi potestatem non habeat.

14 Non habeat potestatem: & ita subtituitam hic negationem legit, & emendat Ant. Fab. 5 *conject.* 18.

15 Dies utiles nunquam continui sunt. In diebus utilibus nullus sine utilitate dies cedit vel transit.

16 Id est, quadrimestri. *l.* 2. *l.* 3. *C. de usur. rei judicatæ.*

17 Id est, in actione judicati: non tamen in lege commissoria biduum accipitur pro uno die: est enim differentia inter tempus conventionale, & legitimum. Hugolinus apud Cujac. *cap.* 33 *de præscriptionib.*

18 Seu bissexti, de quo tamen vide *l.* 98. *ff. de verbor. sign.* Ante Julium Cæsarem annus erat 355 dierum, incidente mense intercalari annus dies habebat 385. ejus mensis initium erat pridie Kalend. Martias, ut ex Quinto Mucio Celsus refert, *l.* 51. § 2. *ff. ad l. Aquil. l.* 4. § 5. *ff. de statuliber. l.* 134. *ff. de verb. sign.* sed quia hæc erant confusa, & apud Ægyptios annus constituebatur ad numerum Solis 365 diebus, & quadrante, Julius Cæsar adnotante sibi M. Flavio scriba, 365 diebus annum concluſit, & quadrantem quarto quoque anno intercalavit, intervocavit seu interposuit (nam ἐμβολὴ Græcis est voco) ad Sextum Kalendas Martias: unde bissextus appellatur, quia bini dies eo anno in sexto Kalendas Martias reperiuntur. *v. l.* 98. *ff. de verb. sign.* sed quia Pontifices anno quarto incipiente eum diem intercalabant, qui peracto intercalandus erat, Cæsar Augustus pleniſſime annum correxit. de quo vide Macrob. 1 *Saturn.* 14. adde quæ scripsi ad Varronem, 5 *de lingua, de antiqua ratione intercalandi.* 19 Id est, Lege commissoria. *l.* 2. *ff. de lege commissoria.* 20 Cur? *v. l.* 39. *ff. de pactis.* Goth. Adde Alberic. Gentil. *de diverſ. temp. cap.* 4. Anſ. 21 Et decem vel viginti annorum. *l.* 1. *C. de usucapion. transform.* 22 Rusticis. *v. l.* 6. § 1. *C. de fœtud. nupt.* 23 Imo, locum non habet in mancipiis. *l.* 7. *in fin. C. de agricolis & censitis.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 10. *n.* 11. Anſ. 24 Vide Cujac. 19 *obſ.* 38. & Anton. Fabr. 4 *conject.* 16. 25 Imo, non incipiet. *l.* 9. *ff. si quis cautionib.* 26 Imo id exigitur. *l.* 1. *ff. eod. l.* 25. *f. de stipulatione servor. v.* Cuj. 16 *obſ.* 38. 27 Aliud quam reale. *v. l.* 3. *C. de periculo & commodo rei venditæ.* 28 Venditoris. 29 Vitium auctoris non nocet emptori præscribere volenti. adde *l.* 7. § 6. *ff. pro emptor.* v. quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de periculo & comm. rei venditæ.* 30 *l.* 12. *f. eod.* 31 Decem, & viginti annorum cum bona fide, & titulo. 32 Adde *l.* 72. *ff. de evictionib.* 33 Et sic tanquam extraneus, non tanquam heres. *v. l.* 6. *ff. quod cujusque.* 34 V. Cuj. 9 *ad Afr. fol.* 216. 35 Id est, diversis contractibus. 36 Mea possessio, *ἐν ᾧ μι.* 51 *Basil.* 3. v. Cujac. 5 *obſ ult.* 37 Si duobus separatim eandem rem in solidum vendidi, mea possessio accedit ei emptori, cui priori res tradita est. Ideoque potior est in rei vindicatione, *l.* 15. *C. de rei vind.* 38 Accessuram. 39 Id est, tradere. Traditio est præstatio possessionis. 40 Id est, Lege commissoria. *l.* 2. *in fin. ff. eod.*

41 Diverticulo. *vulgat. Hal.* Goth. Explicatio hujus l. est in *l.* 6. *ff. de rer. diviſ.* Adde *l.* 45. *ff. de usurp. & ibi Gothoſr.* Donell. *lib.* 5 *comm. c.* 22. & Duaren. *de usucap. c.* 3. Anſ. 42 Id est, longo tempore. 43 Adde & adhuc piscetur. v. Cujac. ad *l* 45. *ff. de usurpat.* 44 Non prohibet. Balduin. in §. *Flumina. Inſt. de rer. diviſ.* Jacobus Curtius, 1 *ἀκαῖον.* 54. Conanus 3. *c.* 16. quo nomine omnes reprehenduntur à Roberto, 1 *recept.* 17. ac obstare videtur *lex* 45. *ff. de usucap.* Non obstat, cum in ea lege actor in piscandi possessione non fuerit. *Bart.* vide Zas. *antihom.* 2. & Cujac. ad *l.* 45. *ff. de usurp.* 45 An & in dominum? ait Albericus. 46 Rebus fœli, *vulgat.* adde *l.* 3. *ff. eod.* facit § 12. *Inſt. de usucap.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 10. *n.* 11. Anſ. 47 Longæ: si de re immobili cum Accursio hanc legem acceperis. *l.* 3. *ff. eod.*

in primis 7 exigendum est, ut sit facultas agendi 6: neque sufficit reo experiundi secum facere potestatem, vel habere eum, qui se idonee defendat 7, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiri. † Proinde sive apud hostes sit, sive Reipublicæ causa absit 8, sive in vinculis sit 9, aut [si] tempestate in loco aliquo, vel [in] regione detineatur, ut neque experiri, neque mandare 10 possit, experiundi potestatem non habet. † Plane is 11, qui 12 valetudine impeditur, ut 13 mandare possit, in ea causa est, ut experiundi habeat 14 potestatem. † Illud utique neminem fugit, *experiundi potestatem non habere* eum, qui Prætoris copiam non habuit, proinde hi dies cedunt, quibus 15 jus Prætor reddit.

De die intercalari.

II. MARCELLUS lib. VI Digestorum.

IN tempore constituto 16 judicatis 17 an intercalaris 18 dies proficere judicato, necne, debeat, quæritur: item de tempore, quo lis perit? Sic sine dubio existimandum est, ut auctum litis tempus intercalari die existimetur: veluti si de usucapione sit quæstio, quæ tempore constituto expleri solet; aut de actionibus, quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitiæ pleræque actiones; & si quis fundum ea lege 19 vendiderit, *ut nisi in diebus triginta pretium esset solutum, incemptus esset fundus*, dies intercalaris proficiet tempori. mihi contra 20 videtur.

De prædiis, & mancipiis.

III. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

LOngæ 21 possessionis præscriptionem tam in prædiis, quam in mancipiis 22 locum habere manifestum est 23.

Si servus hereditarius, vel captus ab hostibus, satis acceperit.

IV. JAVOLENUS lib. VII Epistolarum.

SI 24 servus hereditarius, aut ejus, qui in hostium potestate sit, satis acceperit, continuo dies satisdationis cedere incipiet 25: intueri enim debemus, an experiundi potestas fuerit adversus eum, qui obligatus est, non 26 an is agere poterit, qui rem in obligationem deduxerit: alioquin erit iniquissimum, ex conditione actorum obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit, quominus cum his agi possit.

De vitio auctoris. 1. Si heres debitoris pignus ab extraneo emerit.

V. ULPIANUS lib. III Disputationum.

AN vitium 27 auctoris 28, vel donatoris, ejusve, qui mihi rem legavit, mihi noceat, si forte auctor meus justum initium possidendi non habuit, videndum est? Et puto neque nocere 29, neque prodesse: nam denique & usucapere possum quod auctor meus usucapere non potuit. §. 1. Ex facto propositum est, quendam cum rem pignori dedisset, eandem distraxisse 30, heredemque ejus redemisse: quæritur, an heres adversus pignoris persecutionem exceptione longæ 31 possessionis uti possit? Dicebam, hunc heredem, qui pignus ab extraneo redemit, posse exceptione 32 uti: quia in extranei 33 locum succesit, non in ejus, qui pignori dederat: quemadmodum si ante redemisset, sic deinde heres extitisset.

De re duobus separatim vendita. 1. De lege commissoria. De redhibitione.

VI. AFRICANUS lib. IX 34 Quæstionum.

SI duobus eandem rem separatim 35 vendiderim, ea 36 possessio, quæ utramque venditionem præcesserit, soli priori emptori, cui 37 & tradita sit, proficit. Denique & si quam rem tibi vendiderim, rursus à te emam, & Titio vendam: & meam omnem & tuam possessionem Titio accessurum 38, videlicet quod & tu mihi & ego ei possessionem præstare 39 debemus. §. 1. Vendidi tibi servum, & convenit, *ut* 40 *nisi certa die pecunia soluta esset, inemptus esset*: quod cum evenerit, quæritur, quid de accessione tui temporis putares? Respondit, id quod servetur, cum redhibitio sit facta. hunc enim perinde haberi, ac si retrorsus homo mihi venisset: ut scilicet si venditor possessionem postea nactus sit, & hoc ipsum tempus, & quod venditionem præcesserit, & amplius accessio hæc ei detur cum eo, quod apud eum fuit, à quo homo redhibitus sit.

De piscatione.

VII. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SI quisquam in fluminis publici diverticulo 41 solus pluribus 42 annis piscatus sit 43, alterum eodem uti jure prohibere 44.

De tempore, quo servus in fuga est.

VIII. ULPIANUS lib. I Regularum.

IN accessione temporis, & id tempus, quo in fuga sit servus, domino 45 ejus procedere verum est.

De rebus mobilibus.

IX. MARCIANUS lib. V Regularum.

REscriptis quibusdam Divi Magni Antonini cavetur, *ut in rebus mobilibus locus* 46 *sit præscriptioni diuturnæ* 47 *possessionis.*

De bonis vacantibus.

X. PAPINIANUS lib. XIII Responsorum.

INtra quatuor 48 annos *vacantium* 49 *bonorum* delator 50 facta denunciatione destitit: post quatuor annos secundo 51 delatori venienti prior nunciatio, quominus præscriptione temporis summoveatur, non proderit: nisi prioris prævaricatio 52 detegetur. quo declarato præscriptio, sed & negotii quæstio perimetur.

§. 1. Quadriennii tempus, quod bonis vacantibus nunciandis præscriptum est, non ex opinione hominum, sed de substantia 53 vacantium bonorum dinumeratur. Quatuor autem anni post irritum testamentum factum, & intestati possessionem ab omnibus repudiatam, qui gradatim 54 petere potuerunt, vel temporis finem, quod singulis præstitutum est, computabuntur.

De vitio defuncti, & ignorantia heredis.

XI. IDEM [lib. II Definitionum].

CUm heres 55 in jus omne 56 defuncti succedit, ignoratione 57 sua defuncti vitia non excludit: veluti cum sciens alienum illum, illo 58, vel precario possedit. quamvis enim precarium heredem ignorantem non teneat, nec Interdicto recte conveniantur: tamen usucapere non poterit, quod 59 defunctus non potuit. † Idem juris est, cum de longa possessione quæritur: neque enim recte defendetur, cum exordium ei bonæ fidei ratio non tueatur.

De distractione pignoris.

XII. PAULUS lib. XVI Responsorum.

CReditor, qui præscriptione longæ 60 possessionis à possessore pignoris summoveri possit, pignus distraxit 61. Quæro, an possessori salva sit exceptio adversus emptorem? Paulus respondit etiam adversus emptorem eandem exceptionem competere 62.

De quæstionibus fisci. 1. De rationibus Reipublicæ.

XIII. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

IN omnibus fisci quæstionibus, exceptis causis, in quibus minora tempora servari specialiter constituta est, viginti 63 annorum præscriptio custoditur. §. 1. Reipublicæ rationes subscriptæ & expunctæ adversus eum quidem, qui administravit, ultra viginti 64: adversus heredem vero, ultra decem annos retractari [non] possunt.

De accessionibus possessionum in genere. 1. De successoribus, & his, qui successorum loco habentur. 2. De emptore. 3. De pignore. 4. De negotio gesto. 5. De distractione pignoris.

XIV. SCÆVOLA lib. singul. Quæstionum publice tractatarum.

DE *accessionibus* 65 *possessionum* nihil in perpetuum, neque generaliter 66 definire possumus: consistunt enim 67 in sola æquitate 68. §. 1. Plane tribuuntur his, qui in locum aliorum succedunt, sive ex contractu 69, sive 70 voluntate 71: heredibus 72 enim, & his, qui successorum 73 loco habentur, datur accessio testatoris. §. 2. Itaque si mihi vendideris 74 servum, utar 75 accessione tua. §. 3. Et si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alii pigneravi, meus creditor utetur accessione tui temporis, tam adversus extraneum, quam adversus teipsum, quamdiu pecuniam mihi non exsolveris: nam qui me potior est, cum ego te superaturus 76 sim, multo magis 77 adversus te obtinere debet: sed si pecuniam mihi solveris, hoc casu accessione tua non utetur.

§. 4. Item si absente te is, qui negotia tua videbatur administrare, servum mihi vendiderit, tuque reversus ratum habueris, omnimodo accessione utar. §. 5. Item si mihi pignori dederis, & convenerit, nisi pecuniam solvisses, licere ex pacto pignus vendere, idque vendiderim, emptori accessio tui temporis dari debebit, licet invito te pignora distracta sint: jam enim illo in tempore quo contrahebas, videri concessisse venditioni, si pecuniam non intulisses.

De die cœpto. 1. De auctore proximo, & remoto. 2. De mandato. 3. De emptione à filiofamilias, vel servo, 4. Vel à tutore, vel à curatore. 5. De tempore quo venditor possedit, vel non. 6. Si heres vendiderit.

XV. VENULEIUS [lib. V Interdictorum].

IN usucapione 78 ita servatur, ut etiam si minimo 79 momento 80 novissimi diei possessa sit res, nihilominus repleatur usucapio, nec totus dies exigitur 81 ad explendum constitutum tempus. §. 1. *Accessio* possessionis sit non solum temporis, quod apud eum fuit, unde is emit: sed & qui ei vendidit 82, unde tu emisti. Sed si melius aliquis ex auctoribus non possederit, præcedentium auctorum possessio non proderit, quia conjuncta non est: sicut nec ei qui non possidet, auctoris possessio accedere potest. §. 2. Item adjiciendum est, unde emisti, aut unde is emit, cui tu emendum mandaveras, & quod apud eum qui 83 vendendam mandavit 84: quod si is quoque cui mandatum erat, alii vendendum mandaverit, non 85 aliter hujus qui postea mandaverat, dandam accessionem Labeo ait, quam si idipsum dominus ei permiserit. §. 3. Sed & si à filio vel servo rem emero, accessio temporis, & quo apud patrem aut dominum fuit, ita danda est mihi, si aut voluntate 86 patris dominive, aut cum administrationem peculii haberet, vendidit. §. 4. Item danda est accessio cum 87 eo quod apud pupillum fuit, à cujus tutore, cum is tutelam ejus administraret, emisti. Idemque in eo qui à curatore pupilli furiosive emerit, servandum est: & si ventris nomine, aut ejus quæ rei servandæ causa in possessione esset, dotis 88 suæ nomine

48 Vide *l.* 1. *C. de quadriennii præscript.*

49 Vacantia bona, quæ dominum nullum habent. vide *C. de bon. vacantib.*

50 Fiscus olim habuit suos *delatores*, à quibus deferebantur bona vacantia.

51 Si quatuor anni transierint, postquam nunciatum est, possessor bonorum vacantium ipso jure tutus est, etiam adversus secundum delatorem, nisi prioris delatoris detegatur prævaricatio.

52 Facit *lex un. C. si adverſ. fiſc.* adde *l.* 15. *f. de jure fiſci.*

53 Substantiam potius, quam opinionem intueri oportet, *l.* 4. § 20. *ff. de usurpat. l.* 2. § 2. *ff. pro emptore.* adde *l.* 33. *ff. ad l. Aquil. l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* De substantia, id est, postquam certum est bona esse vacantia.

54 Sunt enim diversi gradus personarum, quæ bonorum possessionem possunt petere. Primus est, Unde liberi, quibus annus præstitutus est. Secundus, Unde agnati: Tertius, Unde cognati, quibus 60 dies dati sunt. Quartus, Unde vir & uxor.

55 Universalis successor defuncti.

56 Sunt enim heredes universi juris successores, vide *l.* 9. § 12. *ff. de hered. inſt.*

57 Heres etiam ignorans in vitio defuncti succedit. *l.* 4. § 15. *ff. de usurp.*

58 *Al.* illum, ille. vide *l.* 8. *ff. de præcario.*

59 Facit *l.* 12. *ff. de usurpat.* adde *l.* 1. *C. de usucap. pro herede.* vide tamen Socin. *regul.* 389.

60 *l.* 3. *l.* 5. *ff. eod.*

61 *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

62 Cur ita? vide *l.* 143. *f. de reg. jur.*

63 *Eclog.* 3. *c.* 12. Rem ita distingue: Bona fisci incorporata 40 annis præscribi, *l.* 7. *C. de præscript.* 30. (excipe casum *l.* 23. *C. de sacros. Eccleſ.*) non incorporata, in quibusdam quinque, *l.* 2. *C. de vectigalib. & commiſſ.* in quibusdam decem, *l.* 18. *ff. de usurpation.* interdum viginti, *ut hic.*

64 *l.* 8. *ff. de adminiſtrat. rer. ad civit.*

65 Accessiones temporum sunt conjunctiones temporum, quibus duo aut plures separatim eandem rem possident,

quod fit præscriptionibus longi temporis, adquirendi causa. 66 Jus circa generalia versatur: æquitas circa specialia, *l.* 3. 4. *ff. de legib.* circumstantias enim quasque maxime respicit. *l.* 51 *ff. depoſiti. l.* 11. *l.* 16. *f. de pœnis.* 67 Æquitatem certis ac perpetuis regulis concludi, & in scriptum redigi non posse, quanquam jus aliquod de casu speciali ad æquitatem redactum possit scriptis comprehendi. v. Oldend. in *tr. ſeu formula inveſtigandæ actionis.* ubi de definitione æquitatis agit. Hinc Aristot. 5 *Ethicor.* æquitatem vocat regulam Lesbiam, quæ nunc recta est, si paries sit planus; nunc obliqua est, si sit murus asper. 68. Æquitas ex causæ constitutione, *l.* 52. § 2. *ff. ad l. Aquil.* & facti circumstantia bene perspecta colligitur. *l.* 32. *ff. de usur. l.* 3. § 2. *ff. de teſtib. l.* 1. *ff. ut ſupr. quemadm. caveat.* adde *l.* 12. § 2. *f. ratam rem.* Facti quæstio juris decisionem præcedit.

69 Id est, bonæ fidei possessoribus. 70 Sive ultima voluntate. 71 Puta ex testamento: & ita voluntatis nomine intellige testamenta. facit *l.* 1. *ff. qui teſtam.* 72 §. 12. *Inſt. de usucap.*

73 Successorum autem loco habentur bonorum possessores. § 12. *Inſt. de usucapionibus.*

74 *l.* 15. § 1. *f. eod. l.* 2. § 20. *ff. pro emptore. l. unic. C. de usucap. transformanda. l.* 11. *C. de præſcript. longi.* § 13. *Inſt. de usucapion.* 75 Venditoris accessio tribuitur ejus emptori.

76 *l.* 2. § 17. *ff. ad Tertull.* 77 Si secundus creditor superat primum, & multo magis ipse debitorem principalem. Hinc illa regula, Si vinco vincentem te, ergo fortius vinco te. excipe tamen *l.* 16. *ff. qui potiores.* 78 Adde *l.* 6. 3. *de usurpat.* 79 *l.* 6. *ff. de usurpationibus.*

80 De momento vide Cujacium, *cap.* 1 *de diverſ. temporalibus.* Goth. Adde Alberic. Gentil. *de diverſ. temp. appellat. cap.* 7. Anſ. 81 Imo exigitur. *l.* 6. *ff. de obligationib.* 82 *l.* 14. § 1. *ff. eod.* 83 Cui vendendum. Cuj. ad *l.* 14. *ff. de usurpat.* 84 Continuantur tempora inter emptorem & venditorem, etiamsi per procuratores emptio venditioque perfecta fuerit. 85 Imo, aliter: & utcunque dominus non permiserit. *l.* 8. § 3. *ff. mandati.* 86 *l.* 34. *in fin. ff. de usurpat.*

87 *l.* 34. *ff. de usurpat.* 88 Dixi ad *l.* 2. *C. qui potiores.*

mine diminutio [89] facta sit: nam id quoque temporis accedit.

§. 5. Hæ autem accessiones non tam late accipiendæ sunt, quam verba earum patent: ut etiamsi post venditionem traditionemque rei traditæ apud venditorem res fuerit, proficiat id tempus emptori; sed illud solum quod ante [90] fuit, licet venditionis tempore eam rem venditor non habuerat. §. 6. Ei cui heres rem hereditariam vendidit, & heredis tempus, & defuncti debet accedere.

Accessionem sine nostro tempore nobis non prodesse.

XVI. PAULUS [lib. III ad Sabinum].

ACcessio [91] sine [92] nostro tempore [93] nobis prodesse non potest.

TIT. IV.

DE DOLI MALI [1] ET METUS EXCEPTIONE.

Propositio dicendorum. 1. Ratio exceptionis. 2. Unde dignoscatur dolus. 3. De contractibus, testamentis, legibus.

I. PAULUS [lib. LXXI ad Edictum].

QUo lucidius intelligi [2] possit hæc exceptio, prius [3] de causa videamus, quare proposita sit: deinde [4] quemadmodum dolo fiat; per quæ intelligemus, quando obstet exceptio, deinde adversus [5] quas personas locum habeat: noviſſime inſpiciemus intra quæ [6] tempora competit exceptio. §. 1. Ideo [7] autem hanc exceptionem Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem Juris civilis [8] contra naturalem æquitatem prosit.

§. 2. Sed an dolo quid factum sit, ex facto [9] intelligitur.

§. 3. Et quidem dolo fit [10], tam in contractibus [11], quam in testamentis [12], quam in Legibus [13].

De causa hujus exceptionis. 1. Propositio dicendorum. Quatenus hæc exceptio sit in personam, 2. Et in rem. 3. De causa stipulationis. 4. De pacto. 5. De in factum exceptionibus. 6. De usuris in futurum acceptis. 7. De statulibero.

II. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

PAlam est autem, hanc exceptionem ex eadem [14] causa propositam, ex qua causa proposita est de dolo malo actio. §. 1. Sequitur ut videamus in quibus causis locum habeat exceptio, & quibus personis objiciatur. † Et quidem illud annotandum est, quod specialiter [15] exprimendum est de cujus dolo quis quæratur: non [16] in rem, *Si in ea re dolo malo factum est*: sed sic, *Si in ea re nihil dolo malo actoris factum est*. docere igitur debet is, qui objicit exceptionem, dolo malo actoris factum; nec sufficiet ei, ostendere in re esse dolum: aut si alterius dicat dolo factum, eorum personas specialiter debebit enumerare; dummodo hæ sint, quarum dolus noceat. §. 2. Plane ex persona ejus qui exceptionem objicit, in rem [17] opponitur exceptio: neque enim quæritur adversus quem commissus sit dolus, sed an in ea re dolo malo factum sit à parte actoris. §. 3. Circa primam [18] speciem, quibus ex causis exceptio hæc locum habeat, hæc sunt quæ tractari possunt. † Si quis sine [19] causa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur: exceptio utique doli mali ei nocebit. licet enim eo [20] tempore, quo stipulabatur, nihil dolo malo admiserit [21]: tamen dicendum est, eum, cum litem contestatur, dolo facere, qui perseveret ex ea stipulatione petere. † Et si cum interponeretur, justam causam habuit, tamen nunc nullam idoneam causam habere videtur. † Proinde [22] & si crediturus pecuniam stipulatus est, nec [23] credidit: & si certa fuit causa stipulationis, quæ tamen aut non [24] est secuta, aut finita [25] est, dicendum erit nocere exceptionem. §. 4 Item quæritur, si quis pure stipulatus sit certam quantitatem, quia [26] hoc actum sit, sed post stipulationem interpositam pactus sit ne [27] interim pecunia usque ad certum diem petatur: an noceat exceptio doli? Et quidem [&] de pacto [28] convento excipi posse nequaquam ambigendum est. sed & si hac quis exceptione uti velit, nihilominus poterit: dolo [29] enim facere eum, qui contra pactum petat, negari non potest.

§. 5. Et generaliter sciendum est, *ex omnibus in factum* [30] *exceptionibus, doli oriri exceptionem*: quia * dolo facit quicunque [31] id quod quaqua exceptione elidi potest, petit. nam & si inter [32] initia nihil dolo malo facit, attamen nunc petendo [33] facit dolose: nisi si talis sit ignorantia [34] in eo, ut dolo careat. §. 6. Non male dictum est, si creditor usuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat, antequam id tempus præterea cujus temporis usuras accepit, an doli exceptione repellatur? & potest dici dolo eum facere: * accipiendo enim usuras distulisse [35] videtur petitionem in id tempus quod est post diem usurarum præstitarum, & tacite [36] convenisse interim se non petiturum.

§. 8. Item quæritur, si statuliberum mercatus quis fuerit jussum decem dare, cum hoc ignoraret, & duplam stipulatus fuerit, deinde decem acceperit? Evicto eo in libertatem, agere ex duplæ stipulatione potest: sed nisi decem, quæ implendæ conditionis causa acceperit, deduxerit, exceptione summovendus erit. & hæc ita Julianus quoque scripsit. Si tamen ex re emptoris, vel ex peculio quod ad emptorem pertinebat, pecuniam dederit statuliber [37], potest dici exceptionem non nocere: quia dolo non faceret.

III. PAULUS [lib. LXXI ad Edictum].

ITem si [38] ob id, quod antequam dominium ad me transferatur, venditori dederit decem, & agam ex empto, ut decem recipiam, ita puto competere mihi actionem, si paratus sim ex duplæ stipulatione eum liberare.

De eo, qui dolo non mandat. 1. De promissione ægroti. 2. De compromisso. 4. De pupillo, & cæteris quibus non recte solvitur. 5. De emptione servi fugitivi. 6. De transactione & venditione nominis. 7. De re principali & pœna. 8. De pignore. 9. Si minor donaverit. 10. De peritsone ex testamento. 11. De hereditate & legato. 13. De replicatione doli. 14. De Senatusconsulto Macedoniano. 15. De doli clausula. 16. De parente patronorum & heredibus. 17. De his qui sunt alieni juris. 18. De procuratore. 19. De mandato. 20. De delegatione. 21. De dote. 23. De tutore, 24. Et protutore. 25. De curatore. 26. De minore, pupillo, furioso. 27. De dolo auctoris. 32. Si non dominus, qui rem vendidit, domino successerit. 33. De exceptione metus.

IV. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

APud [39] Celsum quæritur, Si cum Titio mandassent creditores hereditarii, *ut* [40] *adiret hereditatem*, unus non mandasset decipiendi [41] ejus causa, mandarurus alioquin, si non foret hic aditurus, deinde agat: an exceptione repellatur? Et ait Celsus, doli [42] eum exceptione repellendum. §. 1. Julianus scripsit, Si quis cum æger [43] esset, centum aureos uxoris suæ consobrino spopondisset, volens scilicet eam pecuniam ad mulierem pervenire, deinde convaluerit [44]: an exceptione uti possit, si conveniatur? Et refert Labeoni placuisse, doli mali uti eum posse. §. 2. Si in arbitrum compromiserimus, deinde cum non stetisset [45] ob adversam [46] valetudinem, pœna commissa est: an uti possim doli exceptione? Et ait Pomponius prodesse mihi doli exceptionem.

§. 3. Item quæritur, si cum eo, à quo tibi sexaginta [47] deberentur, compromiseris, deinde per imprudentiam pœnam centum [48] stipulatus fueris? Labeo putat convenire officio arbitri jubere tantum tibi dari, quantum re vera debeatur [49]: & si non fiat, non [50] vetare ne quid amplius petatur. sed etiamsi id omissum fuerit [51], peti posse quod debetur, Labeo dicit: & si forte [52] pœna petatur, doli mali exceptionem profuturam. §. 4. Si quis pupillo solverit sine tutoris auctoritate id quod debuit, exque ea solutione locupletior [53] factus sit pupillus: rectissime dicitur, exceptionem petentibus nocere. nam & si mutuam acceperit pecuniam, vel ex quo alio contractu locupletior factus sit: dandam esse exceptionem [54]. † Idemque & in cæteris erit dicendum, quibus non recte solvitur: nam si facti sint locupletiores, exceptio locum habebit. §. 5. Item Labeo scribit, Si [55] quis fugitivum esse sciens, emerit servum, & si stipulatus fuerit *fugitivum non esse*, deinde agat ex stipulatu [56]: non esse eum exceptione repellendum, quoniam [57] hoc convenit: quamvis [58] ex empto actionem non haberet. sed si non [59] convenisset, exceptione repelleretur.

§. 6. Quod si is [60] cui pecunia debeatur, cum debitore [61] decidit [62], & nomen ejus vendidit Seio, cui debitor mandaverat ut nomen emeret, deque ea re emptor stipulatus est; deinde creditor eam pecuniam retinet, quam per judicem abstulit: an emptor ex stipulatu possit experiri? Et Ofilius putat, si venditor nominis paratus non sit reddere quantum ab emptore [63] acceperit, non nocituram [64] exceptionem doli mali: Et puto sententiam Ofilii veram. §. 7. Labeo ait, si de homine perito secundum actorem fuerit judicatum, & jussu judicis satisdatum sit, *hominem intra certum diem tradi: & si traditus non fuisset, pœnamque stipulatus sit*: petitorem, qui & hominem vindicat [65] & pœnam petit, exceptione esse repellendum. iniquum enim esse, [&] hominem [66] possidere, & pœnam exigere. §. 8. Item quæritur, si uniones tibi pignori dedero, & convenerit, ut soluta pecunia redderentur, & hi uniones culpa [67] tua [68] perierint, & pecuniam petas? Extat Nervæ & Atilicini sententia, dicentium ita esse excipiendum, *Si* [69] *inter me & te non convenit, ut soluta pecunia uniones mihi reddantur*: sed est verius exceptionem doli [70] mali nocere debere. §. 9. Si minor mihi infantem donaverit, deinde eum vindicet: exceptione doli mali repellendus est, nisi [71] alimenta reddat, & si quis alius sumptus probabilis [72] in eum factus sit. §. 10. Præterea sciendum est, si quis quid ex testamento contra [73] voluntatem petat, exceptione eum doli mali repelli solere: & ideo heres qui non habet voluntatem, per exceptionem doli repellitur.

§. 11. Si quis ex uncia heres sit scriptus, ex qua ducenta consequi potuit, deinde propter hoc, legatum in quo centum erant prælatum [74], ne [75] molestiis hereditariis implicaretur: an si legatum petat, exceptione doli mali summoveatur? Et ait Julianus non esse eum summovendum. quod si à substituto pretium [76] accepit, vel quod prætii loco haberi posset, ne adeat hereditatem: petens legatum, dolo (inquit) facere intelligetur, ac per hoc doli exceptione repelletur. §. 12. Quæsitum est, si cum fundi usumfructum haberem, eum fundum volente [77] me vendideris, an vindicanti mihi usumfructum exceptio sit objicienda? Et hoc jure utimur, ut exceptio doli noceat. §. 13. Marcellus ait, *adversus dolis exceptionem* [78] non [79] dari replicationem doli. Labeo quoque in eadem opinione est. ait enim iniquum esse, communem malitiam petitori quidem præmio esse, ei vero cum quo ageretur, pœnæ [80] esse: cum longe æquum sit, ex eo quod perfide gestum est, actorem nihil consequi. §. 14. Contra *Senatusconsulti quoque Macedoniani exceptionem* de dolo [81] dandam [82] replicationem, ambigendum non esse, eamque nocere debere, etiam Constitutionibus & sententiis [83] auctorum [84] caveretur. §. 15. Labeo [85], & si ex stipulatu actio competat [86] propter [87] doli clausulam, tamen nocere doli exceptionem ait. *Si adversus ea*, inquit, *factum erit*: posse enim petitorem, antequam stipulatio committatur, nihil dolo malo feciſſe, & tunc facere, cum petat. propter quod exceptio-

---

89 Venditio. 90 *l.* 14. ff. *de usurpat.*

91 Temporis alieni, quo alius usus est, & possedit. 92 *l.* 13. §. *pen.* ff. *de adq. poss.* 93 *l.* 15. §. 1. ff. *eod.*

1 51 *Eclog.* 4. & 5 *Harm.* 3. §. 72. Extat titulus de dolo ff. *lib* 4. *tit.* 3. Extat etiam titulus de dolo & contumacia, 2 *Decretal.* 14. 2. *Sexti*, 6. 2 *Clem.* 42. *Extrav.* 3. vide Oldend. *c.* 61. *de exceptionib.* adde casus hinc inde sparsos per universum Jus, in *l.* 25. ff. *de adm. tutor.* Goth. Adde Joan. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 13. Anſ.

2 Tituli partes in quinque distributio. 3 §. 1. ff. *eod.* 4 V. §. 2. ff. *eod.* 5 *l.* 2. §. 1. ff. *eod.* 6 *l.* 5. *in fin.* ff. *eod.* 7 Ratio Edicti. *l.* 1. ff. *de dolo.*

8 Quo contractus formantur, præsertim stipulatione subnixi. *l.* 5. *C. de inutilib. stipulat.* §. 1. *Inſt. de exception. l.* 36. ff. *de verb. oblig.*

9 Id est, qualitate facti. de legitimis doli conjecturis, vide Oldendorp. *c.* 61 *de exceptionib.* Porro dolus alius inhæret rei (demus in venditione Titium circumscribi nulla fraude adversarii); alius personæ.

10 Id est, dolus committitur, seu committi potest. 11 Puta venditione. *l.* 13. §. 4. ff. *de action. empt.*

12 *l* 1. 2. ff. *si aliquis aliquem testari. l.* 4. ff. *de inoff. l.* 77. §. 31. *in fin.* ff. *de legat.* 2.

13 *l.* 30. ff. *de legibus. l. ult.* ff. *de falſis.*

14 *l.* 1. §. 1. ff. *eod.*

15 *l.* 4. §. 33. ff. *eod.*

16 Exceptio doli, quod actorem attinet, est in personam: quia sufficit ei dicere, *Dolo feciſti, ut hic.* quod autem excipientem attinet, in rem est. Cur? licet nullum dolum commiserit, sufficit tamen ei dici, rem, quam possidet, dolo vitio adfectam esse. §. 2. ff. *eod.*

17 *l. ultim. C. de rei vindicat.*

18 Vide Goed. *de contr. ſtip. cap.* 3. *n.* 70. & *ſeq.* Petr. à Bellapert. *hic.* Anſ.

19 Contra stipulationem sine causa, datur doli exceptio. Stipulatio nulla est, quæ nullam causam continet.

20 Stipulationis.

21 Amiserit. *Haloand.*

22 Causam non implens stipulationis, ex ea stipulatione experiri, vel agere non potest.

23 *l.* 3. *C. de non numerata.* §. 2. *Inſt. de exceptionib.* 24 Vide ff. *de condict. causa non secuta.* 25 Finita causa dicitur, quoties res redit ad non causam. *l.* 1. *l.* 2. ff. *de condictione sine causa.* 26 *Sub.* ut pars deberetur, vel quia dies non fuit obligationi adjecta, quoties enim dies omissus est, præsenti die debetur. *l. eum, qui Kalendis.* 41. ff. *de verb. oblig. l. in omnibus oblig.* 24. ff. *de reg. jur.* 27 §. 3. *Inſtit. de exception.* 28 *d.* §. 3. *in fin. l.* 7. §. 4. ff. *de pactis.* 29 Dolo facit, qui potit contra pactum. 30 Innominatis. 31 *l.* 8. *l.* 12. ff. *eod. l.* 35. ff. *de verb. ſign.* 32 §. 3. ff. *eod.* id est, tempore petitionis oblatæ. 33 Id est, petitionem continuando. 34 V. *l.* 9. *in fin.* ff. *eod.* & *l.* 177. *in fin.* ff. *de reg. jur.* 35 *l.* 57. ff. *de pactis. l.* 6. ff. *de commiſſoria. l. ult.* ff. *de eo quod certo.*

36 *d. l.* 57. 37 Dederit statulibero. *Hal.* 38 Evicta re venditori ante traditionem, committitur etiam stipulatio duplæ, *ut hic.* & *l.* 13. ff. *de act. empt.* vide Cujac. 25 *obſ.* 26. Hoc tamen Bartolus negat. *arg. l. evicta.* 16. ff. *de evict.*

39 Hanc legem una cum quinque sequentibus præcipuas esse in toto jure notat post Guidonem de Suzaria Albericus, *l.* à *D. Pio.* 19. ff. *de rejud. l.* ii. *cui.* 9. ff. *ut in poſſ. leg. l. cum pater.* 77. ff. *de leg.* 2. *l. properandum.* 13. *C. de Judic. l. ſcimus.* 22. *C. de jure delib.*

40 Vid. *l.* 32. ff. *mand.*

41 Animus factis externis probatur. dixi *l.* 13. §. 5. ff. *de jure fiſci.*

42 *l. ultim.* ff. *de dolo.*

43 Qui æger aliquid promisit, & convaluit, intelligitur mortis causa promisisse: ideoque priſtinæ valetudini restitutus à donatario conveniri non potest: & si conventus erit, tutus exceptione doli fuerit.

44 Atque ita videtur tacite revocata donatio.

45 Stetiſſem. *Haloand.*

46 In arbitris difficultas præstandi excusat à mora & pœna. adde *l. ult.* §. *pen.* ff. *de l. Rhodia.*

47 Sexcentæ. *vulgat.* hoc sensu, Debitum non novatur, si pœna minor debito sit compromiſſa. *l. ultim. in fin.* ff. *de eo per quem factum.* ideoque reus actori integrum debitum postea petenti novationis loco, tale compromiſſum objicere non potest. Imo potest: quia stipulatio pœnalis novat contractum. v. *l.* 44. ff. *de obligat. & action.*

48 Id est, majorem forte, si lectionem Florentinam tuebimur: minorem, si vulgatam.

49 Non quantum per imprudentiam stipulatus es. Veritatem præferet errori arbiter.

50 *Al.* non vetari. *vel*, nihil vetare.

51 Id est, sed si judex minoris, quam fors est, rem condemnaverit actori.

52 Præter fortem scilicet. nec enim peti potest, si ea locupletior factus sit. *l.* 13. *in fin.* ff. *de condict. indebit. l.* 3. ff. *commodati. l.* 15. *l.* 47 ff. *de ſolution.* §. 2. *Inſtit. quibus alien. non licet. & ibid. Theophilus.* 54 Id est, defensionem.

55 *Synopſis Baſilic.* 19. *tit.* 10. *ex lib.* 51. *tit.* 4. *cap.* 4. 56 In quod interest. nec enim potest agere ex empto. ff. *eod.* 57 Scienti fugitivum, si promissero fugitivum non esse, conventionem servare teneor: secus si nudis tantum verbis ac perfunctorie servum commendavero. *l. ea.* 43. ff. *de contr. empt.* 58 Pacta incontinenti adposita non ita semper contractus informant, ut ex iis agi possit, *ut hic.* Colligit & ex hoc quoque loco Zasius, conventi bonæ fidei pactum adjici posse. 59 *l.* 27. *C. de evict.* 60 Puta Titius. 61 Puta Caio. 62 Decidere hic non est transigere, ut putat Accursius, sed de debiti quantitate convenire, solidatis rationibus; *arreſter un compte.* 63 *Al.* à debitore. 64 Cui? ipsi emptori. 65 Repetita & accepta non potest pœna peti. *l. ultim. in fin.* ff. *de eo quod certo loco.* 66 *l.* 28. ff. *de act. empt.*

67 Levi scil. cujus nomine creditor tenetur. vide *l.* 6. *C. de pignorat.* Quid? pignoratitius creditor amisso pignore potestne experiri adversus Tertium non discusso principali? potest. vide *l. ultim. C. de pact. pign.* vide Negusant. *part.* 8. *membr.* 1. *num.* 18. 68 Debitorne creditorem (cujus culpa pignus periit) debitum petentem exceptione repellit. Quid, si pignus debiti æstimationem excesit: an ad excurrentem summam tenetur creditori? 69 *Al.* Nisi. 70 Atqui in facto ponitur usiones culpa creditoris periisse, non dolo. 71 Donatarius revocata donatione, alimenta & necessarias impensas imputare donatori potest. Imo non imputat donatori. Hoc enim modo fieri possit, ut donator servo & re donata careat, *l.* 27. *in fin.* ff. *de rei vind.* Potest etiam fieri, ut ex operis servi donatarius tantum lucri perceperit, quantum ejus nomine impendit. *l.* 31. *l.* 32. ff. *de rei vind.* solve: Reus in hac actione causam possidendi habet à donatore: in contrariis Legibus non habet. 72 Sumptus autem probabilis is intelligitur, qui in disciplinas servi factus fuit. 73 *l.* 8. *in fin. l.* 17. §. 1. *in fin.* ff. *eod. v. l.* 17. *C. de fideicomm.* 74 *l.* 21. *in fin.* ff. *si quis omiſſa caus. l.* 17. *in fin. l.* 87. *l.* 89. ff. *de leg.* 1. v. Cujac. 14 *obſ* 29. 75 Actus hujusmodi providentiæ tribuitur, in *l.* 90. ff. *de leg.* 1. Melior est conditio, quæ petenti utilior est. adde *l.* 4. ff. *de in diem addict.* 76 Qui à substituto pretium, aut quasi accepit, hereditatem agnoviſſe dicitur: ideoque legata petens, exceptione doli repellitur. 77 Proprietarius si fundum vendit volente, hoc est, non simpliciter tacente, sed expresse volente fructuario, fructuarius jus usufructus amittit: Et tamen creditor, quo consentiente debitor pignus vendidit, jus suum pignoris non amittit. *l.* 8. §. 15. ff. *quib. mod. pign.* 78 *l.* 154. *in fin.* ff. *de regul.* 79 Imo datur. §. 14. ff. *eod. arg. l.* 47. ff. *ſalut.* Datur quoque exceptio doli adversus eum, qui dolum admisit. *l. ult.* §. 3. ff. *de eo, per quem. l.* 36. ff. *de dolo. l.* 10. ff. *de compenſat.* 80 V. *l.* 49. ff. *de reg. jur.* 81 In filiumfamil. qui se patremfam. creditori forte persuasit. *l.* 3. ff. *de Macedon.* 82 V. *l.* 10. ff. *de rejud.* 83 Id est, responsis: hinc responsa prudentum dicuntur sententiæ. §. 8. *Inſt. de jure nat. gent. & civ.* 84 Auctores hic concise dicuntur prudentes juris. 85 Doli agi & excipi potest propter clausulam doli adjectam contractui 86 Actio competat propter doli clausulam. *vulgat. Hal.* 87 Propter doli clausulam & agi & excipi de dolo potest.

ptionem esse necessariam [88]. §. 16. *Adversus* [89] *parentes patronosque*, neque dolí exceptio, neque alia quidem quæ patroni præsentive opinionem apud bonos mores [90] suggillet, competere potest. in factum tamen erit excipiendum: ut si forte pecunia non numerata dicatur, objiciatur exceptio pecuniæ non numeratæ. † Nihil autem interest, utrum patronus ex suo contractu, an vero [ex] alieno conveniatur: semper [91] enim reverentia ei exhibenda est tam vivo, quam defuncto. Si autem cum herede liberti patronus agat, puto excipere debere de dolo patroni heredem liberti: libertum autem de dolo patroni, & si ab herede ejus conveniatur, minime [92] exceptionem objecturum; namque convenit tam [93] vivo, quam mortuo patrono à liberto [94] honorem exhiberi. † In stipulatione plane doli clausula non erit detrahenda: quia ex doli clausula non de dolo actio intenditur, sed ex stipulatu. §. 17. In hac exceptione, & de dolo servi, vel alterius personæ juri nostro subjectæ excipere [95] possumus: & de eorum dolo, quibus [96] adquiritur. Sed de servorum & filiorum dolo, si quidem [97] ex peculiari eorum negotio actio intendatur [98], in infinitum [99] exceptio objicienda est. † Si autem non [100] ex peculiari causa, tum de eo duntaxat excipi oportet, quia admissus sit in [1] ipso negotio, quod geritur: non etiam si postea aliquis dolus intervenisset. neque enim esse æquum, servi dolum amplius [2] domino nocere, quam in quo opera ejus esset usus. §. 18. Quæsitum est, an de procuratoris [3] dolo qui ad agendum tantum [4] datus est, excipi possit? Et puto recte defendi, si quidem in rem [5] suam procurator datus sit: etiam de præterito ejus dolo (hoc est, si ante acceptum judicium [6] dolo quid fecerit) esse excipiendum. si vero non in rem suam [7]: dominum præsentem in exceptione conferendum. Si autem is procurator sit, cui omnium rerum administratio concessa est; tunc [8] de omni dolo ejus excipi posse Neratius scribit. §. 19. Mandavi Titio, *ut à te stipularetur*; deinde [9] Titius Seio; & stipulatus à te Seius est, & judicium edidit: Ait Labeo, excipiendum esse tam de meo, quam & Seii dolo.

§. 20. Item quæritur, si debitor meus te circumveniebat, teque mihi reum dederit [10], egoque absque stipulatus fuero, deinde petam: an doli mali exceptio obstet? Et magis est, ut non tibi permittatur de dolo debitoris mei adversus me excipere: cum [11] non ego te circumvenerim. adversus ipsum autem debitorem meum poteris experiri. §. 21. Sed & si mulier post admissum dolum debitorem suum marito in dotem delegaverit, idem probandum erit, de dolo mulieris non esse permittendum excipere, ne [12] indotata fiat. §. 22. Apud Julianum quæsitum est, si heres soceri à quo *dos* peteretur, exciperet de dolo mariti, & mulieris, cui pecunia quæreretur: an obstatura esset exceptio ex persona mulieris? Et ait Julianus, si maritus ex promissione doris ab herede soceri petat, & heres excipiat de dolo filiæ, cui ea pecunia adquireretur, exceptionem obstare [13]: dos enim quam maritus ab herede soceri petit; intelligitur (inquit) filiæ adquiri, cum per hoc dotem sit habitura. † Illud non explicat Julianus, an [&] de dolo mariti excipi possit: puto autem eum hoc sentire, ut etiam de dolo mariti noceat exceptio, licet videatur nulla dos filiæ (ut ait) quæri. §. 23. Illa etiam quæstio ventilata est apud plerosque, an de dolo tutoris exceptio pupillo experienti nocere debeat? Et ego puto utilius, & si per eas [14] personas pupillis favetur [15]: tamen dicendum esse, sive quis emerit à tutore rem pupilli, sive contractum sit cum eo in rem pupilli, sive dolo quid tutor fecerit [16], & ex eo pupillus locupletior factus est, pupillo nocere [17] debere. † Nec illud esse distinguendum, cautum sit ei, an non: solvendo sit an non tutor: dummodo rem administret. unde enim divinat [18] is, qui cum tutore contrahit? plane si mihi proponas collusisse aliquem cum tutore, factum suum ei nocebit.

§. 24. Si quis non tutor, sed pro [19] tutore negotia gerat: an dolus ipsius noceat pupillo, videamus? Et putem non nocere: nam si is qui pro tutore negotia gerebat, rem vendiderit, & [20] usucapta sit, exceptionem non [21] nocere [22] pupillo rem suam persequenti, etiam si ei cautum sit; quia huic rerum pupilli administratio concessa non fuit. † Secundum hæc magis opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo esse objiciendam. §. 25. Quæ in tutore diximus, eadem in curatore quoque furioso dicenda erunt: sed & in prodigi, vel minoris vigintiquinque annis.

§. 26. De dolo autem ipsius minoris vigintiquinque annis excepto utique locum habebit. Nam & de pupilli dolo interdum esse excipiendum, nequaquam ambigendum est, ex ea ætate quæ dolo non careat. † Denique Julianus quoque sæpissime scripsit, doli pupillos [23], qui prope pubertatem sunt, capaces esse. Quid enim si debitor, ex delegato pupilli pecuniam creditori ejus solvit? fingendus [24] est (inquit) pubes esse, ne propter malitiæ ignorantiam bis [25] eandem pecuniam consequatur. † Idem servandum in furioso [26] ait, si, cum existimaretur compos mentis esse, jusserit debitorem creditori solvere; vel si, quod exigit, domi habeat.

§. 27. De auctoris dolo exceptio emptori [27] non [28] objicitur. † Si autem accessione auctoris utitur, æquissimum visum est, eum [29] qui ex persona auctoris utitur accessione, pati dolum auctoris. & peræque traditur, rei [30] quidem cohæreptem exceptionem etiam emptori nocere: eam [31] autem quæ ex delicto personæ oriatur, nocere non oportere. §. 28. Si cum legitima hereditas Gaii Seii ad te perveniret, & ego essem heres institutus, persuaseris [32] mihi per dolum malum me adeam hereditatem; & posteaquam ego repudiavi hereditatem, tu eam Sempronio cesseris pretio accepto; isque à me petat hereditatem: exceptionem doli mali ejus qui ei cessit, non [33] potest pati. §. 29. Si quis autem ex causa legati [34] vindicet, aut is, cui ex causa donationis res præstita est, vindicet, an de dolo exceptionem patiatur ex causa ejus in cujus locum successerit? & magis putat Pomponius summovendum. & ego puto exceptione eos esse repellendos: cum lucrativam [35] causam sint nancti. Aliud [autem] est enim emere, aliud ex his causis succedere. §. 30. Idem tractat Pomponius, & in eum qui pignori accepit, si Serviana vel hypothecaria actione experiatur: nam & hunc putat Pomponius summovendum; quia res ad eum, qui dolo fecit, reversura est. §. 31. Auctoris autem dolus (sicut diximus [36]) emptori non objicitur. Sed hoc in emptore solo servabimus: item in eo qui permutaverit, vel in solutum accepit: item in similibus qui vicem emptorum continent [37]. † Cæterum si noxæ deditus quis sit, Pomponius putat passurum exceptionem, quam ille pateretur qui noxæ dedit. Proinde ex quacunque alia causa, quæ prope lucrativam habet adquisitionem, quæsisse quis videatur, patietur exceptionem doli ex persona ejus in cujus locum successit. Sufficit enim, si is qui pretium dedit, vel vice [38] pretii, cum sit bona fide emptor, ut non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris: utique si ipse dolo caret. Cæterum si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem, & patietur de dolo suo exceptionem. §. 32. Si à Titio fundum emeris [39], qui Sempronii erat, isque tibi traditus fuerit pretio soluto, deinde Titius Sempronio heres extiterit, & eundem fundum Mævio vendiderit & tradiderit: Julianus ait, æquius esse Prætorem te tueri. quia [40] & si ipse Titius fundum à te peteret, exceptione in factum [41] comparata, vel doli mali [42] summoveretur: & si ipse eum possideret, & Publiciana peteres, adversus excipientem, *si non suus esset*, replicatione utereris: ac per hoc intelligeret eum fundum rursum vendidisse, quem in bonis non haberet. §. 33. Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat, contentus doli exceptione, quæ est generalis. Sed utilius visum est etiam de metu opponere exceptionem. etenim distat aliquid [à] doli exceptione: quod exceptio doli personam [43] complectitur ejus qui dolo fecit: enimvero [44] metus causa exceptio in rem scripta est, *Si in ea re nihil metus causa factum est*; ut non inspiciamus, an is qui agit, metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re à quocunque, non tantum ab eo qui agit. Et quamvis de dolo auctoris exceptio non objiciatur, verumtamen hoc jure utimur, ut de metu non tantum ab auctore, verum à quocunque adhibito exceptio objici possit. §. 34. Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum [45] objicere debere, qui metum non [46] à parente passus est, in cujus fuit potestate. cæterum parenti licere [47] deteriorem conditionem liberorum in rebus peculiariis facere: sed si se abstinuerit hereditate paterna [48], succurrendum ei erit, ut alioquin succurritur.

Si id quod quis pure debet, ei legetur sub conditione. 1. *De via legata, & de Lege Falcidia.* 2. *De donatione.* 3. *De dolo dispensatoris.* 4. *De venditione & redhibitione.* 5. *De delegatione.* 6. *De tempore.*

V. PAULUS lib. LXXI ad Edictum.

PUre mihi debes decem, ea tibi sub conditione legavi: interim [49] heres si petat, doli exceptione non est summovendus; cum possit etiam deficere conditio. itaque legatorum stipulationem [50] interponere debebit: sed si non caveat heres, doli exceptione summovebitur; expedit enim legatario retinere summam quam mitti in possessionem rerum hereditariarum. §. 1. Si cui legata sit via [51], & ita Lege Falcidia locum habente totam eam vindicet non [52] oblata æstimatione quartæ [53] partis, summoveri eum doli exceptione Marcellus ait, quoniam suo commodo heres consulit. §. 2. Si donavi alicui rem, nec tradidero, & ille cui donavi non tradita possessione in eo loco ædificaverit me sciente, &, cum ædificaverit, nanctus sim ego possessionem, & petat à me rem donatam, & ego excipiam, *quod supra 54 legitimum modum facta est*: [an] de dolo replicandum est? dolo enim feci qui passus sum eum ædificare [56], & non reddo impensas [57]. §. 3. Actoris, qui [58] exigendis pecuniis præpositus est, etiam posterior dolus domino nocet. §. 4. Si servus veniit ab eo cui hoc dominus permisit, & redhibitus [59] sit domino, agenti venditori [60] de pretio exceptio opponitur redhibitionis: licet etiam is qui vendidit, domino pretium solverit. † Etiam mercis non traditæ exceptione summovetur, [&] qui pecuniam domino jam solvit: & ideo is qui vendidit, agit adversus dominum. † Eandem [61] causam esse Pedius ait ejus qui negotium nostrum gerens vendidit.

§. 5. Si eum, qui volebat mihi donare supra legitimum modum, delegavero [62] creditori meo: non poterit adversus petentem uti exceptione: quoniam creditor suum petit [63]. In eadem causa est maritus: nec hic enim debet exceptione summoveri, qui suo nomine agit. † Nunquid ergo, nec de dolo mulieris excipiendum sit adversus maritum qui dotem petit, non [64] ducturus uxorem, nisi dotem accepisset, nisi jam divertit? Itaque [65] condictione tenetur debitor qui delegavit, vel mulier, ut vel liberet debitorem, vel si solvit, ut pecunia ei reddatur. §. 6. Non [66] sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. nam hæc perpetuo [67] competit: cum actor quidem in sua potestate [68] habeat, quando utatur suo jure; is autem cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conveniatur.

Si debitor pecuniam culpa creditoris amiserit. De pecunia soluta creditori creditoris.

VI. GAIUS lib. XXX ad Edictum provinciale.

SI opera [69] creditoris acciderit, ut debitor pecuniam, quam solturus erat, perderet: exceptione doli mali creditor removebitur. † Idem est & si [70] creditori ejus numeratam pecuniam ratam creditor non [71] habeat.

De promissione per errorem.

VII. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

IUlianus ait, si pecuniam [72] quam me [73] tibi debere existimabam, jussu tuo spoponderim, cui donare volebas, exceptione [74] doli mali potero me tueri: & præterea [75] condictio mihi adversus stipulatorem competit, ut me liberet. §. 1. Idem Julianus ait, si ei [76], quem creditorem [tuum] putabas, jussu tuo pecuniam quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem doli mali exceptione summoveri debere: & amplius agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationem. & habet hæc sententia Juliani humanitatem, ut etiam adversus hunc utar exceptione & condictione, cui sum obligatus.

De

88 Id est, utilem. Zas. *hic.* Si tamen necessitatem proprie accipimus, quæri potest, cur necessaria dicatur. vide Accurs.

89 Facti exceptio, non doli, dari adversus personas quibus debetur reverentia. *l. 11. §. de dolo. l. 6. l. 7. §. de obseq. l. 2. C. qui & adversus quos in integr.*

90 Legendum est forte, *moratosque*: grave est enim cujusquam opinionem apud bonos moratosque fugillare.

91 V. *l. 9. §. de obseq.*

92 Imo objicitur. *l. 15. §. contra tab.*

93 Tam vivo quam mortuo patri patronove honor exhibendus est à liberis libertisve. *l. 9. §. de obseq.*

94 Et vasallo dixit in Epitome Feudorum, *tit. de his, quib. ut indignis.*

95 Si conventi eorum causa fuerimus: vel exceptionem pati, si eorum nomine conveniamus.

96 Domini & patris.

97 Nec filii nec servi dolus extra peculium nocere debet patri vel domino, nisi alteruter sciverit & prohibere potuerit.

98 Adversus patrem vel dominum.

99 Sive dolum servus vel filiusfamilias admiserit in ipso contractu, sive post ipsum contractum.

100 Sed dominica vel patris.

1 Id est, exordio contractus ipsius. *2. l. 7. §. 1. §. de damn.*

3 *l. 11. §. eod.*

4 Specialiter, non ad negotia omnia, ut *vers. si autem. §. eod.*

5 Dolus procuratoris in rem suam vel ad litem (ante cœptum judicium) vel administrantis omnes res domini, nocet domino.

6 Id est, litem contestatam.

7 *l. 5. §. de tributoria.*

8 Sed ad lites.

9 Dolus substituti procuratoris nocet domino constituenti. adde *l. 15. §. 2. §. tit. 1.*

10 Id est, delegaverit.

11 *l. 5. §. 5. §. eod.*

12 Adde & aliam rationem: quia maritus delegatum non habet (præsertim constante matrimonio) ex causa lucrativa, sed onerosa, cum debeat sustinere onera matrimonii.

13 Cum ea scil. pecunia nunc primum adquiratur post solutum matrimonium. Sic Zasius intelligit hunc §. ne aliquin dissideat à superiori.

14 Id est, tutorem, curatorem.

15 Id est, etsi illæ personæ pupillis prodesse debeant, & in id comparatæ ut pupillis prosint.

16 In re pupilli. *fin. §. ad l. Aquil. l. 29. §. 2. §. mandati.*

17 V. quæ scripsi ad *l. 2. C. qui admitti.*

18 Divinare nemo cogitur. *l. 31. in fin. §. ad l. Aquil. l. 29. §. 2. §. mandati.*

19 Veri, non putativi tutoris dolus nocet pupillo. *l. 15. pr. §. de dolo.*

20 Et non usucapta. Cujac. ad *l. 4. §. si pupillo. §. de usucapionib.* sic Basilica, ὃ μὴ ἀναπαλίνως. Cujac. *15 obs. 22.* Robert. *1 recept. 7.* eam negationem non esse necessariam ait: posse tamen addi fatetur.

21 Imo nocebit, si usucapta sit. *l. 2. §. de eo qui pro tutore.*

22 Licet emptor poterit esse bonæ fidei. *l. 13. in fin. §. de Publiciana.*

23 Pupillus prope pubertatem, est doli capax. *l. 13. §. de dolo.* Qui sint pupilli prope pubertatem, v. *l. 17. §. de excus. tutor.*

24 Fingentis sc, inquit, pubescere? ne propter, &c. *Hal.*

25 Male quis petit, quod intus jam habet.

26 *l. 16. §. eod.*

27 *§. 31. §. eod.*

28 Dic tamen, ut §. *eod. §. prox.*

29 Dolum auctoris patitur, qui ejus ex persona accessione utitur. *l. 49. in fin. §. solut. matrim.*

30 *l. 7. §. 1. §. de exceptionib.*

31 Exceptiones, quæ ex delicto venditoris oriuntur, emptori non nocent; sed illæ tantum quæ rei cohærent, quæ rem ipsam adficiunt.

32 *l. 6. §. de eo, quod metus causa.*

33 Imo potest. Habens enim causam ab auctore doloso, repellitur exceptione doli. *l. 2. §. 2. §. eod.*

34 *l. 87. §. de leg. 1.*

35 *§. 31. §. eod.*

36 *§. 27. §. eod. l. 7. §. 11. §. de publ. v. l. 3. C. de periculo & comm.*

37 Obtinent. *Illoland.*

38 Vice pretii est id, quod pretii loco datur: non pretium ipsum est; quod in pecunia consistit, sed quidam pecuniæ vice. dixi ad *l. 3. C. de periculo & commodo rei venditæ.*

39 Vid. *l. 2. §. de except. rei vendit.*

40 V. *l. 17. §. de evict.*

41 Utili. de qua *l. 21. §. de præscript.*

42 Quæ exceptioni in factum simillis est. de qua vide Oldendorp. *c. 3 de except.*

43 *l. 2. §. 2. §. eod.*

44 Exceptio doli est in rem ex parte opponentis: in personam, ex parte ejus cui opponitur. *l. 2. §. 1. §. eod.* Exceptio metus ex utraque parte est in rem; hoc est, opponentis, & ejus cui opponitur.

45 Exceptio metus non datur adversus parentem.

46 *l. 7. §. de obsequiis.*

47 Imo non licet. *l. 12. §. de cafrens.*

48 *Subaudi*, filii: cui metus erat illatus circa rem peculiarem.

49 Id est, conditione pendente.

50 De legato solvendo, in conditionis eventum.

51 *Subaudi*, ab eo, qui legata ultra dodrantem reliquerit.

52 *l. 80. §. in fin. ad l. Falcid.*

53 Id est, non oblata quarta parte æstimationis totius viæ, ut *l. cum filius. 76. pr. §. de leg. 2.*

54 *l. sancimus. 34. §. 2. l. si quis argentum. 35. §. fin autem. C. de donat.*

55 Impensa scil.

56 Omnimodo, vel supra legitimum modum.

57 De eo quod est ædificatum supra legitimum modum.

58 Actores exigendis pecuniis præpositi. adde *l. 11. C. de obl.*

59 V. *l. 14. §. de except.*

60 Eidemque procuratori.

61 Ut redhibita vel non tradita re, repellatur petens pretium, licet de suo solverit domino.

62 Exceptio quæ poterat objici deleganti, objici potest etiam delegato.

63 Qui suum petit, neminem defraudat. *l. 84. §. de condict. indeb. l. 1. §. 10. §. quar. rer.*

64 V. *Novell 22.* Goth. Adde *l. ult. C. ad Senatusc. Velleian. l. ult. §. 1. §. de his quæ in fraud. creditor.* Ans.

65 *l. 12. l. 13. §. de novation.*

66 Annua, ad agendum, ad excipiendum perpetua sunt. adde *l. licet. 5. C. de exceptionib.*

67 Etiam intra annum. v. Papon.

68 *l. unic. C. ut nemo invitus. l. 42. §. de reg jur.*

69 Id est, culpa: quid enim si creditor pecuniam oblatam sibi à debitore accipere noluit? *l. 72. in pr. §. de solution.*

70 Solvens creditori creditoris sui debitor liberatur, *ut hic.* An ipso jure, vel exceptionis opera? Glossæ ea parte contrariæ adferuntur: verius est tamen ope exceptionis: quanquam inter illa duo parum interest. *l. nihil interest. 122. §. de reg. l. Fulcinius. 7. §. si in diem. 14. §. ex quib. caus. in poss.* Quid, si solvat invito creditore? non liberatur, *ut hic. l. si servus legatus. 108. §. 1. §. de leg. 1.* An ut ipse liberatur obligatione personali, ita & hypotheca & pignore? liberatur. *l. solvitur. 5. l. item. 6. §. quib. mod. pign.*

71 Cum ratam habere debeat.

72 *l. 2. §. 3. §. de donat.*

73 Donatario & creditori putativo obstat doli exceptio, quæ obstat deleganti.

74 Adversus agentem.

75 Adversus non agentem.

76 *d. l. 2. §. 4.*

De petitione ejus quod reddendum est. 1. De herede damnato non petere.

VIII. PAULUS lib. VI ad Plautium.

DOlo facit, qui petit quod [76] redditurus est [77]. §. 1. Sic si heres damnatus sit [78] *non petere a debitore*, potest [79] uti exceptione doli mali debitor, & [80] agere ex testamento.

De procuratore rei.

IX. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

SI procurator [81] rei pecunia [82] accepta damnari se passus sit, & cum domino judicati agatur: tuebitur sed [83] doli mali exceptione. nec hoc quod acceperit procurator, auferri ab eo potest: nam turpiter [84] accepta pecunia justius penes eum est, qui deceptus sit [85], quam qui decepit.

De donatione inter virum & uxorem.

X. MARCIANUS lib. III Regularum.

CUm vir aut uxor in [86] area sibi donata aliquid ædificasset, plerisque placet doli mali exceptione posita rem servari posse.

De procuratore. de dolo puniendo, cui dolus nocet.

XI. NERATIUS lib. IV Membranarum.

PRocurator [87] agit: de dolo ejus [88] excipi non debet. quia aliena lis est, isque rei extraneus: neque alienus [89] dolus nocere alteri debet. † Si post [90] litem contestatam dolo quid fecerit, an exceptio eo nomine in judicium objicienda sit, dubitari potest? quia litis contestatione res procuratoris fit, eamque suo jam quodammodo nomine exequitur. & placet de procuratoris dolo excipiendum esse. † Idem de tutore qui pupilli nomine aget, dicendum est. §. 1. In universum autem hæc in ea re regula [91] sequenda est, ut dolus [92] omnimodo puniatur, etsi non alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus futurus erit.

De equitate defensionis.

XII. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

QUi æquitate defensionis infringere [93] actionem [94] potest, doli [95] exceptione tutus est.

De exheredatione & testamento rupto.

XIII. PAULUS lib. XIV Quæstionum.

LIberis exheredatis [96] qui nihil ex patris judicio meruerunt, rupto testamento jus suum conservandum est: nec opponetur doli mali exceptio: quod non solum in persona eorum, sed in heredibus, in persona liberorum quoque eorum obtinendum est.

De ædificatione in solo alieno.

XIV. IDEM lib. III Responsorum.

PAulus respondit, eum, qui in alieno solo ædificium extruxerit, non alias sumptus consequi posse, quam [97] possideat, & ab eo dominus soli rem vindicet: scilicet opposita doli mali exceptione.

De fidejussore & evictione.

XV. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

FIdejussor [98] evictionis nomine condemnatus, id prædium quod evictus [99] est, & omnia [100] præstare paratus est, quæ [1] jure empti continentur: quæro, an agentem emptorem exceptione ex causa judicati doli mali summovere potest? Respondit exceptionem quidem opponi posse, judicem autem æstimaturum, ut pro damnis [2] emptori satisfiat.

De delegatione.

XVI. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

SI debitor à furioso [3] delegatus creditori ejus solvat, quem compotem mentis esse existimabat, & ita cum eo agatur: exceptione doli in id quod in [4] rem furiosi processit, defenditur.

De usuris dotis. 1. De eo, qui minus legavit eo, quod pater legatarii debitum non solverat. 2. De hereditate vendita. 3. De tacita repetitione condictionis.

XVII. SCÆVOLA lib. XX*VII* Digestorum.

PAter [5] pro filia dotem promiserat, & pactus [6] erat, *ut ipse alteret filiam suam, ejusque omnes*: idem homo rusticanus [7] genero scripsit quasi usuras præteritas ex dotis promissione. Quæsitum est, cum ipse filiam suam exhibuerit [8], & maritus nullam impensam fecerit; an ex chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obstare debeat? Respondit, si (ut proponatur) pater cum exhiberet, per errorem promisisset: locum fore doli mali exceptioni.

§. 1. Avus nepotibus ex filia legavit singulis centena, & adjecit hæc verba: *Ignoscite 9, nam [10] potueram vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester male accepisset, cui dederam mutua quindecim, quæ ab eo recipere non potui, postremo hostes, qui mihi fere omnem substantiam [11] abstulerunt.* Quæsitum est, an, si avi heres ab his nepotibus partis sui heredibus petat quindecim, contra [12] voluntatem defuncti facere videatur, & doli mali exceptione summoveatur? Respondit, exceptionem obstaturam. §. 2. Ex quadrante heres scriptus, à coherede ex dodrante instituto emit portionem certa quantitate, ex qua aliquam summam in nominibus ex calendario uti daret, stipulanti sipondit: defuncto venditore hereditatis, falsum testamentum Septicius accusare cœpit, & hereditatem ab emptore petit, & ne quid ex ea minueret impetravit. Quæsitum est cognitione falsi pendente an heredes ex stipulatu petentes, doli exceptione summoventur? Respondit, heredes venditoris, si [13] ante eventum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali posse summoveri. §. 3. Marito & filio communi ex parte dimidia scriptis heredibus, filiam suam ex priore matrimonio ita heredem instituit: *Mavia filia [mea] ex sex uncis heres mihi esto, si cum coheredibus tuis parem [14] rationem feceris, pro mea portione in diem mortu meæ ejus actus qui pendet ex tutela tua, quam Titius pater meus, avus tuus administravit.* Quæsitum est, an, quia sub conditione [15] institutæ filia esset, si omitteret hereditatem, uti salvam tutelæ actionem haberet, legata sibi à matre data consequi possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, eam de qua quæreretur, contra voluntatem petere, & ideo exceptionem doli obstaturam.

76 Petere mox restituendum, dolus olt. *l. 2. §. 5. ff. eod. l. 173. in fin. ff. de reg. jur.*
77 Eidem fellic. non alteri. *l. 44. circa fin. ff. solut.*
78 Testamento. adde *l. 4. §. 10. ff. eod.*
79 *l. 22. ff. de liberat.*
80 Actio adfinis, & subsidium est exceptionis, *ut hic. l. 3. §. 3. ff. de liberat.* & è contra exceptio actionis. *l. 8. §. 2. in fin. ff. ad Velleian. l. 156. ff. de reg. jur.*
81 *l. 7. §. 9. ff. de dolo.*
82 Procuratoris factum, cui dolus, vel delictum adjungitur, domino non nocet. v. tamen Socin. *regul. 320.*
83 *Al.* se.
84 Turpia lucra justius sunt apud reum, quam apud actorem.
85 Id est, penes possidentem. *l. 3. ff. de condict. ob turpem.*
86 *l. 31. §. 2. ff. de don. inter vir.*
87 Si procurator agit. *vulgat. Hal.*
88 *l. 4. §. 18. ff. eod.*
89 *l. 2. §. 1. ff. eod.*
90 *l. 4. §. 18. ff. eod.*
91 Regulam observa.
92 Dolus suus cuique nocet.
93 *l. 2. §. 5. ff. eod.*
94 Quamcunque. Doli namque mali exceptio generalis est. *l. 4. §. 33. ff. eod.*
95 Doli exceptionem habet, eaque uti potest, qui ex æquo & bono exceptionem habet.
96 *l. 2. ff. de bonor. possess. contra tab.* Exheredatus abstinente scripto succedere ab intestato potest. *l. filium. 20. vers. sed cum exheredatio. ff. de bon. poss. contra tab.* vide tamen *Novell. 1. c. 1. §. 4. & Julianum consult. 1. c. 1. vers. illud. 15.*
97 Quam si. *vulgat. Hal. l. 48. ff. de rei vind. l. 14. comm. divid. l. 33. in fin. ff. de cond. indeb. §. 30. Instit. de rer. divis.* vide quæ notavi ad *l. 38. ff. de rei vind.* utcunque sit, actionem in dominum non habens, exceptionem tamen habet: & recte Demosthenes, οἱ νόμοι ἡ τῶν δίδοναι δύναμιν ἀντιλαγχάνειν περὶ ὧν ἂν αὐτὸν δικαιοῦσθαι. vide Cujac. 8 *ad African. fol. 186. in fin.*
98 A venditore datus emptori.
99 Quod evictum est. *Hal.*
100 Id est, alia damna. ff.
1 De quibus vide *l. 11. §. 1. ff. de act. empt.*
2 Id est, expensis litis.
3 *l. 4. §. 26. in fin. ff. eod.*
4 Solvit enim ejus creditori.
5 Adde *l. 20. l. 21. ff. de in rem verso.* ubi simile pactum est.
6 Id est, pacto in se receperat.
7 Rusticanus homo, simplex, rerum humanarum atque adeo agendarum imperitus. 8 Id est, aluerit. *l. 42. §. 2. ff. solut.*
9 De aliis formulis liberationis legatæ, vide quæ notavi ad *l. 31. ff. de liberat. leg.* 10 Verba enunciativa testamenti fidem faciunt inter heredes. *Novell. 48.* at non adversus alios. *l. 28. ff. ad Villeian. l. 39. ff. de pign. act. l. 6. C. de testam. l. 65. §. 1. ff. de rei vind.* 11 *Substantiæ* omnis verbo intelliguntur omnia bona. 12 *l. 4. §. 10. ff. eod.* 13 Adde *l. 18. in fin. ff. de pericul.*
14 Id est, compensaveris. v. *l. 40. in fin. ff. de statulib. l. 5. §. 10. ff. de jure immunit.* 15 Conditio adscripta hereditati, repetita censetur in legatis. *Zas.*

TIT. V.

QUARUM RERUM ACTIO NON DATUR [1].

De exceptione jurisjurandi. 4. Quod libertatis onerandæ causa petitur.

1. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

Jusjurandum vicem [2] rei judicatæ obtinet. non immerito: *cum ipse quis judicem adversarium suum* de causa sua fecerit, deferendo ei *jusjurandum*. §. 1. Si pupillus [3] sine tutoris auctoritate detulerit jusjurandum, dicemus non obstare exceptionem istam, nisi tutore auctore in judicio delatio facta sit. §. 2. Si petitor fundi jusjurandum detulerit adversario [4], ut [5] si auctor ejus juraslet suum fundum se tradidisse [6], ab ea controversia discessurum se: exceptio possessori fundi dabitur. §. 3. Si fidejussor [7] juravit, si quidem de sua persona tantum juravit, quasi *se non esse obligatum*, nihil reo proderit: si vero *in rem* juravit, dabitur exceptio reo quoque. §. 4. Si manumisero eum servum qui negotia mea gesserat in servitute; deinde stipulatus [8] ab eo fuero, quod negotia mea gesserit, quidquid ob eam rem, si tunc liber fuisset, eum mihi dare oporteret, id dari; deinde ex stipulatu agam: non summoveri me exceptione. neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non faciat. §. 5. Quæ [9] onerandæ [10] libertatis causa stipulatus sum, à liberto exigere non possum. † *Onerandæ* autem *libertatis causa facta*, bellissime [11] ita definiuntur, quæ ita imponuntur, ut si patronum libertus offenderit, petantur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subjectus, propter quem metum quodvis sustineat patrono præcipiente. §. 6. In summa si incontinenti impositum quid sit liberto, quod ἐπιτιμητικὸν [12], id est, *imminens* [13], oneret ejus libertatem, dicendum est exceptioni locum facere. † Sed si post [14] intervallum, haber quidem dubitationem, quia nemo eum cogebat hoc promitteré: sed idem erit probandum & hic, tamen causa cognita, si liquido appareat libertum metu solo, vel nimia patrono [15] reverentia ita se subjeciisse [ut vel pœnali quadam stipulatione se subjiceret]. §. 7. Si libertatis causa socieratem libertus cum patrono coierit, & patronus cum liberto pro socio agat: an hæc exceptio sit necessaria? Et puto ipso [16] jure tutum esse libertum adversus exactionem patroni. §. 8. Exceptionem onerandæ libertatis causa, sicut & cæteras [17], fidejussori non esse denegandas, sciendum est: nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus est: sed & ipsi liberto, sive procurator ad defendendum à *reo datus* fuerit, sive heres ei extiterit. cum enim propositum sit Prætori, in hujusmodi obligationibus reo succurrere, non servaturum [18] propositum suum, nisi fidejussorem quoque, & cum qui rogatu liberti reus factus fuerit, adversus patronum defenderit: etenim parvi refert, protinus libertus patrono cogatur dare, an per interpositam fidejussoris vel rei personam. §. 9. Sive autem ipsi patrono sit promissum, sive alii voluntate patroni: onerandæ libertatis causa videtur factum: & ideo hæc exceptio locum habebit. §. 10. Quod si patronus libertum suum delegaverit creditori, an adversus creditorem cui delegatus promisit libertatis causa onerandæ, exceptione ista uti possit, videamus? Et Cassius existimasse Urseium refert, creditorem quidem minime esse summovendum exceptione, quia suum [19] recepit: verumtamen libertum patrono posse condicere, si non transigendæ controversiæ gratia id fecit. §. 11. Item si libertus debitorem suum patrono delegaverit, nulla exceptione summovendus est patronus: sed libertus à patrono per condictionem hoc repetet.

§. 12. Hæc exceptio non tantum ipsi liberto, verum successoribus quoque liberti danda est: & versa vice heredem patroni summovendum, si hæc persequatur, sciendum est.

De jurejurando. 1. Quod in alea gestum sit. 2. Quod libertatis onerandæ causa promissum est.

11. PAULUS lib. LXXI ad Edictum.

SI filiofamilias [20] delatum sit jusjurandum, & juraverit *patrem suum dare non oportere*: danda est patri exceptio. §. 1. Si in alea [21] rem vendam, ut ludam, & evicta re conveniar: exceptione [22] summovebitur emptor. §. 2. Si servus promittat [23] domino pecuniam, *ut manumittatur*, cum alias non esset manumissurus dominus, eamque liber factus spondeat: dicitur non obstare exceptionem patrono, si eam petat. non enim onerandæ libertatis causa hæc pecunia promissa est: alioquin iniquum [24] est, dominum & servo carere, & pretio ejus. † Totiens ergo onerandæ libertatis causa pecunia videtur promitti, quotiens sua sponte dominus manumisit: & propterea velit libertum pecuniam promittere, ut non exigat eam, sed ut libertus eum timeat, & obtemperet ei.

1 Non datur: & de exceptione jurisjurandi, *vulgat.* idque confirmat *lex 1. 2. ff. eod.* & *Eclog. 51. tit. 6.* ubi etiam additur, ἢ περὶ ἀναγράφου διαθήκης, id est, *de exceptione inutilium stipulationum* quod etiam confirmat *l. 1. §. 4. 5. ff. eod.*
2 Imo majorem auctoritatem habet, quam res judicata. *l. 2. ff. de jurejur.* utrumque Ecloga, ἴσον τῷ διαλυθέντι, ἢ μᾶλλον ἐκ τοῦ ὑψηλοτέρου. 22 *Eclog. 5. c. 1.*
3 *l. 17. §. 1. ff. de jurejurand.* ἀνήλικος. 22 *Eclog. 5. c. 29.*
4 Possessori.
5 Hæc particula *ut*, supereste: vel τὸ *ut* idem valet hic, quod ea conditione, ut si, &c.
6 *l. 7. ff. de jurejurand.*
7 *l. 28. §. 2. ff. de jurejur.*
8 *l. 3. C. an servus ex suo facto.*
9 Vide Jason. 2 *consil. 165.*
10 *l. ult. in fin. ff. eod. l. 2. l. 32. ff. de oper. libert. l. 7. in fin. ff. de excepr. l. 2. C. de oper. liber.* vide Cujac. 16 *observ. 8.* ubi tractat de exceptione, quod libertatis onerandæ causa factum sit.
11 Hoc verbo utitur Jurisconsultus, in *l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam.*
12 ἐπιτιμητικὸν. *Hal.* alii ἐπικρέμενον, id est, impendens tanquam ex alto lacunari, ut de Damocle legitur, cujus in medio apparatu regis Dionysii jussu cervicibus imminebat gladius, seta equina appensus, & idem de saxo è tenui filo impendente Tantalo. Alii legunt, ἐπαρώμενον, quod significat idem quod μετεωρόμενον, μετεωριζόμενον, ἐπηρτημένον, ἐπικρεμάμενον, ἐπιπαίμενον. Cujac. 16 *obs. 8.*
13 Sine ullo intervallo: ut distet hæc sententia à sequenti.
14 Argumentum sumptum ab intervallo temporis observa. nam ex brevitate temporis fraus præfumitur.
15 Id Zasius extendit ad uxores, quas negat teneri, nimia mariti reverentia se obligantes.
16 Nec enim potest esse libertas onerandæ causa societas inter libertum & patronum, *l. 36. ff. de oper. lib.* veluti si me patronum offenderis, tuis in bonis societatem & communionem habebo. 17 Rei cohærentes. *l. 7. §. 1. ff. de except.* 18 *Al.* non servaturus est. 19 *l. 21. ff. de donat. l. 5. §. 5. ff. de doli mali & met. except.* 20 Ex juramento filii adquiritur patri exceptio. *l. ult. ff. de except.*
21 V. *l. 1. C. de aleatoribus. l. 5. ff. de nautico fœnore. l. 19. in fin. ff. de probat.* in alea gestum sit. 23 V. *l. 1. §. 4. ff. eod.* 24 *l. 5. §. 3. in fin. ff. de condict. causa data. l. 11. circa fin. ff. de act. empt.*

TIT. VI.

DE [1] LITIGIOSIS [2].

De denunciatione. 1. De lite inter alios mota.

1. ULPIANUS lib. LXXVI ad Edictum.

LItigiosam rem non facit denunciatio [3] quæ impediendæ venditionis causa fit. §. 1. Si inter Primum & Secundum sit lis contestata, & ego à tertio emero, qui nullam controversiam patiebatur: videamus, an exceptioni locus sit? Et putem subveniendum mihi: quia is qui mihi vendidit, nullam litem habuit: & quod fieri potest, ut duo in necem [5] ejus litem inter se jungant, qui cum ipso litigare non poterant. Si tamen cum procuratore, tutore, curatoreve alicujus judicium acceptum sit: consequens erit dicere, quasi cum ipso litigetur, ita eum ad exceptionem pertinere.

Si servus emerit.

II. IDEM lib. VI Fideicommissorum.

SI servus, cum emerit, scit, ignoravit autem dominus; vel contra: videndum est, cujus potius spectanda sit scientia. Et magis

1 VIII C. XXXVII. 4 *C. Theod. περὶ τῶν litigiosorum. Novell. 112. περὶ ἐπισκόπων, τυτέστιν ὧν ἡ διοίκησις φιλονεικεῖται. 27 Eclog. 1.* in summa, titulus de litigiosis continet exceptionem rei litigiosæ. adde de litigiosis quædam ex Paulo *1 sent. 1. §. ult.*
2 Imbertus *in Enchiridio* refert titulum de litigiosis non esse in usu apud Gallos: ut apud quos quisque rem litigiosam & controversiam emere, & in actoris locum quisque subtitui potest, impetratis tamen diplomatibus regiis. adde alias exceptiones ex Socino, *regul. 321.*
3 Protestatio facta emptori, *ne rem emat, quod sit controversa*, idque impediendæ venditionis causa, non facit rem litigiosam. *l. 1. C. eod.* 4 Exceptio litigiosi oritur lite jam contestata.
5 Ut duo invicem. *Hal.*

§ Adquiritur. vulg. adquiratur. *Hal.*

– De qua vide *l. ult C. eod.*

§ Vel manumittere. *l. 3. §. 1. ff. de alienat. jud. mutand. caus.*

9 *Struvius. Syntag. Jurisp. Exercit. 27. tit. 1. cap. 7.* Lege XII Tabul. Kil. quæ permisit forte in eam mortuum inferre. vid. Cujac. 10 *obs.* 26.

magis est, ut scientia inspicienda sit ejus qui comparavit, non ejus cui adquiretur [6]: & ideo pœna [7] litigiosi competit: sic tamen, si non mandatu domini emit: nam si mandatu, etiam si scit servus, dominus autem ignoravit, scientia non nocet: & ita Julianus in re litigiosa scribit.

De dedicatione.

III. GAIUS lib. VI ad Legem XII tabularum.

REm de qua controversia est, prohibemur in [8] sacrum dedicare [9]: alioquin dupli pœnam patimur. nec immerito: ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. † Sed duplum utrum fisco an adversario præstandum sit, nihil exprimitur. Fortassis autem magis adversario: ut id veluti solatium habeat, pro eo quod potentiori adversario traditus est.

TIT. VII.

DE [1] OBLIGATIONIBUS [2] ET [3] ACTIONIBUS [4].

Divisio obligationum. 1. *Subdivisio obligationis ex contractu.* 2. *De obligatione re contracta, veluti mutuo, commodato,* 5. *Deposito,* 6. *Pignore.* 7. *Verborum obligatio quomodo,* 8. *Quo nomine,* 9. *Et quarum rerum,* 10. *Et a quibus personis contrahitur.*

I. GAIUS lib. II Aureorum.

OBligationes [5] aut ex contractu [6] nascuntur, aut ex maleficio [7], aut proprio quodam jure [8] ex variis [9] causarum [10] figuris. §. 1. Obligationes ex contractu, aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu. §. 2. *Re* [11] contrahitur obligatio mutui datione. † Mutui autem datio consistit in [12] his rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus, ut fiant accipientis, postea alias recepturi ejusdem generis & qualitatis. §. 3. Is quoque cui rem aliquam commodamus [13], re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re, quam acceperit, restituenda tenetur. §. 4. Et ille quidem qui mutuum accepit, si quolibet casu [14], quod accepit, amiserit: nihilominus obligatus permanet. † Is vero qui utendum accepit, si majore casu [15], cui humana infirmitas resistere non potest (veluti incendio [16], ruina, naufragio [17]) rem quam accepit, amiserit, securus est: alias tamen exactissimam [18] diligentiam custodiendæ rei præstare compellitur: nec sufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior [19] custodire poterit. Sed & in majoribus casibus si culpa ejus interveniat, tenetur: veluti si quasi amicos ad [20] cœnam invitaturus, argentum quod in eam rem utendum acceperit, peregre [21] proficiscens secum portare voluerit, & id aut naufragio, aut prædonum hostiumve incursu amiserit. §. 5. Is quoque apud quem rem aliquam deponimus [22], re nobis tenetur: qui & ipse de ea re quam acceperit restituenda tenetur. sed is etiam si negligenter rem custoditam amiserit, securus est: quia enim non sua gratia accipit, sed ejus à quo accipit, in eo [23] solo [24] tenetur, si quid dolo [25] perierit. negligentiæ vero nomine ideo non tenetur, quia *qui negligenti amico rem custodiendam committit, de* [26] *se queri debet.* magnam [27] tamen negligentiam placuit in doli crimine cadere. §. 6. Creditor quoque qui pignus [82] accepit, re [29] tenetur: qui & ipse de ea [30] ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur. 7. *Verbis* [31] obligatio contrahitur ex [32] interrogatione & responsu [33], cùm quid dari fierive nobis stipulemur. §. 8. Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno: qui autem alieno nomine [34] obligatur, fidejussor vocatur. & plerumque ab eo quem proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione teneantur: dum [35] curamus, ut quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. §. 9. Si id quod dari stipulemur, tale sit, ut dari non possit [36]: palam est, naturali ratione inutilem [37] esse stipulationem: Veluti si de homine libero [38], vel jam mortuo [39], vel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos, qui ignoraverint eum hominem liberum esse, vel mortuum esse, vel ædes deustas esse. † Idem [40] juris est, si quis locum sacrum [41] aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. §. 10. Nec minus inutilis est stipulatio, si quis rem suam [42], ignorans suam esse, stipulatus fuerit. §. 11. Item [sub] impossibili [43] conditione factam stipulationem constat inutilem esse. §. 12. Furiosum, sive stipulatur, sive promittat, nihil [44] agere, natura manifestum est. §. 13. Huic proximus est, qui ejus ætatis est, ut nondum intelligat quid agatur. sed quod ad hunc, benignius acceptum est: nam qui loqui potest [45], creditur & stipulari & promittere recte posse. §. 14. Mutum [46] nihil pertinere ad obligationem [47] verborum [48], natura manifestum est. §. 19. Sed & de surdo idem [49] dicitur. quia etiam si loqui possit, sive promittit, verba stipulantis [50] exaudire debet; sive stipuletur, debet exaudire verba promittentis: unde apparet non de eo nos loqui qui tardius [51] exaudit, sed qui omnino [52] non exaudit.

De obligationibus ex consensu.

II. IDEM lib. III Institutionum.

C*Onsensu* [53] fiunt [54] obligationes in emptionibus [55], venditionibus, locationibus [56], conductionibus, societatibus [57], mandatis [58]. §. 1. Ideo [59] autem istis modis consensu dicimus obligationem contrahi, quia neque [60] verborum [61], neque [62] scripturæ ulla proprietas [63] desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire. §. 2. Unde inter absentes [64] quoque talia negotia contrahuntur: veluti [65] per epistolam, vel per nuncium. §. 3. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex [66] bono & æquo præstare oportet.

Obligationum substantia in quo consistit. 1. *De animo obligandi.*

III. PAULUS lib. II Institutionum.

OBligationum substantia [67] non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut [68] servitutem nostram [69] faciat [70]; sed ut alium nobis obstringat ad [71] dandum [72] aliquid, vel faciendum, vel præstandum. §. 1. Non satis autem est dantis esse nummos, & fieri accipientis, ut obligatio [73] nascatur, sed etiam hoc animo [74] dari, & accipi, ut obligatio constituatur. † Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi, quanquam & donantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligabor [75], quia non hoc inter nos actum est. §. 2. Verborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur [76]: nec enim *si* per jocum [77] puta, vel demonstrandi intellectus causa [78] ego tibi dixero, *Spondes?* & tu responderis, *Spondeo*, nascetur obligatio.

De obligationibus ex maleficio.

IV. GAIUS [lib. III. *Rerum Cottidianarum, sive *aureorum].

EX [79] *maleficio* [80] nascuntur obligationes: veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex injuria [81]. quæ omnia unius generis sunt: nam hæ re tantum consistunt [82], id est, ipso maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis & consensu.

De negotiis gestis. 1. *De tutela.* 2. *De herede qui legatum debet.* 3. *De condictione indebiti.* 4. *Si judex litem suam fecerit.* 5. *De dejectis vel effusis: & positis vel suspensis.* 6. *De damno aut furto, quod in navi, vel caupona, vel stabulo factum est.*

V. IDEM lib. III Aureorum.

SI quis absentis negotia gesserit, si quidem ex mandatu, palam [83] est, ex contractu nasci inter eos actiones mandati [84], quibus invicem experiri possunt de eo quod alterum alteri ex bona [85] fide præstare oportet, si vero sine mandatu, placuit quidem sane eos invicem obligari; eoque nomine proditæ sunt actiones, quas appellamus *negotiorum* [86] *gestorum*; quibus æque invicem experiri possunt de eo quod ex bona [87] fide alterum alteri præstare oportet: sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur: neque enim is qui gessit, cum absente creditur [88] ante contraxisse, neque [89] ullum maleficium est, sine mandatu suscipere negotiorum administrationem; longe magis is, cujus negotia gesta sunt, ignorans aut contraxisse aut deliquisse intelligi potest: sed utilitatis [90] causa receptum est, invicem eos obligari. † Ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur, quasi statim redituri, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant, deinde, novis causis intervenientibus, ex necessitate diutius absunt, quorum negotia desperire [91] iniquum erat: quæ sane desperirent [92], si vel is qui obtulisset se negotiis gerundis, nullam habiturus esset actionem de eo quod utiliter de suo impendisset [93]; vel is, cujus gesta essent, adversus eum qui invasisset negotia [94] ejus, nullo jure agere posset.

§. 1. *Tutelæ* quoque *judicio* qui tenentur, non [95] proprie ex contractu obligati intelliguntur: nullum enim negotium inter [96] tutorem & pupillum contrahitur: sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. † Et hoc autem casu mutuæ sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore; sed & contra [97] tutor cum pupillo habet actionem, si vel impenderit [98] aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [99], aut rem suam creditori ejus obligaverit. §. 2. *Heres* quoque *qui legatum debet*, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur: nam neque cum defuncto neque cum herede [100] contraxisse quicquam legatarius intelligitur; maleficium autem nullum in ea re esse, plus quam manifestum est. §. 3. Is quoque *qui non* [1] *debitum accipit* per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui [2] datione, & eadem [3] actione [4] tenetur, qua debitores creditoribus: sed [5] non potest intelligi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse [6]; qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis [7] animo, quam contrahendæ dare videtur. §. 4. Si judex *litem* [8] *suam fecerit*, non proprie quod ad hunc, benignius acceptum est: nam qui loqui potest [45], creditur & stipulari & promittere recte posse. §. 14. Mutum [46] nihil pertinere ad obligationem [47] verborum [48], natura manifestum est. §. 19. Sed & de surdo idem [49] dicitur. quia etiam si loqui possit, sive promittit, verba stipulantis [50] exaudire debet; sive stipuletur, debet exaudire verba promittentis: unde apparet non de eo nos loqui qui tardius [51] exaudit, sed qui omnino [52] non exaudit.

De obligationibus ex consensu.

II. IDEM lib. III Institutionum.

C*Onsensu* [53] fiunt [54] obligationes in emptionibus [55], venditionibus, locationibus [56], conductionibus, societatibus [57], mandatis [58]. §. 1. Ideo [59] autem istis modis consensu dicimus obligationem contrahi, quia neque [60] verborum [61], neque [62] scripturæ ulla proprietas [63] desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire. §. 2. Unde inter absentes [64] quoque talia negotia contrahuntur: veluti [65] per epistolam, vel per nuncium. §. 3. Item in his contractibus alter alteri obligatur de eo quod alterum alteri ex [66] bono & æquo præstare oportet.

Obligationum substantia in quo consistit. 1. *De animo obligandi.*

III. PAULUS lib. II Institutionum.

OBligationum substantia [67] non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum, aut [68] servitutem nostram [69] faciat [70]; sed ut alium nobis obstringat ad [71] dandum [72] aliquid, vel faciendum, vel præstandum. §. 1. Non satis autem est dantis esse nummos, & fieri accipientis, ut obligatio [73] nascatur, sed etiam hoc animo [74] dari, & accipi, ut obligatio constituatur. † Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi, quanquam & donantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligabor [75], quia non hoc inter nos actum est. §. 2. Verborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur [76]: nec enim *si* per jocum [77] puta, vel demonstrandi intellectus causa [78] ego tibi dixero, *Spondes?* & tu responderis, *Spondeo*, nascetur obligatio.

De obligationibus ex maleficio.

IV. GAIUS [lib. III. *Rerum Cottidianarum, sive *aureorum].

EX [79] *maleficio* [80] nascuntur obligationes: veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex injuria [81]. quæ omnia unius generis sunt: nam hæ re tantum consistunt [82], id est, ipso maleficio, cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis & consensu.

De negotiis gestis. 1. *De tutela.* 2. *De herede qui legatum debet.* 3. *De condictione indebiti.* 4. *Si judex litem suam fecerit.* 5. *De dejectis vel effusis: & positis vel suspensis.* 6. *De damno aut furto, quod in navi, vel caupona, vel stabulo factum est.*

V. IDEM lib. III Aureorum.

SI quis absentis negotia gesserit, si quidem ex mandatu, palam [83] est, ex contractu nasci inter eos actiones mandati [84], quibus invicem experiri possunt de eo quod alterum alteri ex bona [85] fide præstare oportet, si vero sine mandatu, placuit quidem sane eos invicem obligari; eoque nomine proditæ sunt actiones, quas appellamus *negotiorum* [86] *gestorum*; quibus æque invicem experiri possunt de eo quod ex bona [87] fide alterum alteri præstare oportet: sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur: neque enim is qui gessit, cum absente creditur [88] ante contraxisse, neque [89] ullum maleficium est, sine mandatu suscipere negotiorum administrationem; longe magis is, cujus negotia gesta sunt, ignorans aut contraxisse aut deliquisse intelligi potest: sed utilitatis [90] causa receptum est, invicem eos obligari. † Ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur, quasi statim redituri, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant, deinde, novis causis intervenientibus, ex necessitate diutius absunt, quorum negotia desperire [91] iniquum erat: quæ sane desperirent [92], si vel is qui obtulisset se negotiis gerundis, nullam habiturus esset actionem de eo quod utiliter de suo impendisset [93]; vel is, cujus gesta essent, adversus eum qui invasisset negotia [94] ejus, nullo jure agere posset.

§. 1. *Tutelæ* quoque *judicio* qui tenentur, non [95] proprie ex contractu obligati intelliguntur: nullum enim negotium inter [96] tutorem & pupillum contrahitur: sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. † Et hoc autem casu mutuæ sunt actiones: non tantum enim pupillus cum tutore; sed & contra [97] tutor cum pupillo habet actionem, si vel impenderit [98] aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus [99], aut rem suam creditori ejus obligaverit. §. 2. *Heres* quoque *qui legatum debet*, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur: nam neque cum defuncto neque cum herede [100] contraxisse quicquam legatarius intelligitur; maleficium autem nullum in ea re esse, plus quam manifestum est. §. 3. Is quoque *qui non* [1] *debitum accipit* per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui [2] datione, & eadem [3] actione [4] tenetur, qua debitores creditoribus: sed [5] non potest intelligi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse [6]; qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis [7] animo, quam contrahendæ dare videtur. §. 4. Si judex *litem* [8] *suam fecerit*, non proprie

1 IV C. X.

2 3 *Inst.* 14. περὶ ἐνοχῶν συστάσεων καὶ συναλλαγμάτων καὶ παραπτωμάτων καὶ τῶν ἐνοχῶν καὶ τίνες ἐνέχονται καὶ τίνες ἐκ ἐνέχονται, id est, *de omnium generis obligationibus ex contractu, ex delicto natis, tum & quinam obligentur, & qui non obligentur.* 52 *Ecloga.* 1. Porro recte addiderunt *de obligationibus*, non *de obligatione*. sunt enim variæ: est alia naturalis, *l.* 10. *ff. eod.* alia civilis, alia mixta ex utrisque, utilis, directa, præjudicium, *l.* 37. *ff. eod.* alia civilis, alia prætoria. Quin aliæ sunt ex contracta, §. 1. *ff. eod.* aliæ ex quasi contractu, 3 *Inst.* 28. aliæ ex delicto, 4 *Instit.* 1. aliæ ex quasi delicto, 4 *Instit.* 5. aliæ re, §. 2. 3 4. 5. 6. *ff. eod.* 3 *Inst.* 15. verbis, §. 7. *ff. eod. l.* 3. §. 2. *ff. eod.* 3 *Inst. tit.* 16. & *ff. tit. prax.* literis, 3 *Inst.* 22. aliæ consensu constant, *l.* 2. *ff. eod.* 3 *Instit.* 23. his adde titulos per quas personas nobis adquiritur obligatio, 3 *Instit.* 29. quibus modis tollitur obligatio, 3 *Inst.* 30. Qui titulus de obligationibus extat apud Paul. 1 *sent.* 7. ad titulum De verborum obligationibus, *ff.* est referendus. & hæc generalis œconomia obligationum.

3 Recte additur hæc particula, *Et*. Est enim aliud obligatio, aliud actio. Obligatio actionem parit, *l.* 42. §. 2. *ff. de procurat.* μητρὸς τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαί. Theoph. *Instit. de oblig.* actio obligationis quasi filia. *l.* 10 *ff. eod.* Id ab initio ita repeti potest. Singuli vel multi hominum actus contractum vel quasi, pariunt. Contractus, obligationes, *l.* 1. *l.* 21. *l.* 54. *ff. eod.* obligationes, actiones. Actus hominum, aut reipsa seu facto, aut verbis, aut literis, aut nudo consensu explicantur. Contractus proprie sumptus, duorum; improprie, unius consensu perficitur, *l.* 55. *ff. eod.* plusquam improprie, est distractus. Alius item alio est frequentior: unde alius nominatus, alius innominatus. nam qui frequentius accidunt actus, nomen faciliusi reperiunt, quam qui raro. Item in aliis, qui bonæ fidei, ex æquo & bono multa veniunt, de quibus nonnihil dictum est *l.* 2. *in fin. ff. eod.* ut usuræ: In aliis (stricti juris) ut mutuo & stipulatione, nihil aliud venit, quam quod eorum natura stricte exigit. *l.* 99. *ff. de verb. oblig.* Ad hæc: In contractibus subsistantialia sunt, solennia, naturalia & accidentalia. Sumatur exemplum in minore vendente, subsistantiale venditionis erit consensus: pretium, merx: solenne, auctoritatis tutoris interpositio: naturale, ut teneatur de evictione accidentale erit, si ea lege domum vendidit, ut eam certo tempore conductam habeat.

4 Quid actio, v. *l.* 51. *ff. eod.* 4 *Inst.* 6. cæterum, quod dixit, de actionibus accipe hereditariis, IV C. XVI. perpetuis, & temporalibus, *l.* 6. *ff. eod.* 4 *Inst.* 12. ut actiones ab herede, & contra heredes incipiant, IV C. XI. noxalibus, 4 *Inst.* 8 *ff.* 9. *tit* 4. III C. XLI. ædilitiis, IV C. LVIII. 3 *C. Theod.* 4. in potentes transfatis, 3 *C. Tocod.* 13. empti, venditi, *ff.* 19. *tit.* 1. IV C. XLIX. in factum. *ff.* 19. *tit.* 5. *l.* 25. §. 1 *ff. eod.* In rem, seu vindicationibus, *l.* 25. *l.* 28. *l.* 37. *ff. eod.* in personam, *d. l.* 25. *l.* 28. *l.* 37. seu condictionibus, persecutionibus, *d. l.* 28. directis, utilibus, præjudicio. *d. l.* 37. Est & pœnalis, *l.* 26. *ff. eod.* civilis, honoraria, prætoria actio, *d. l.* 25. *l.* 27. *l.* 37. adde de his, per quos agere possumus, 4 *Inst.* 10. adde tractatum Oldendorpii de actionibus, & hæc sit generalis actionum œconomia. 5 §. 2. *Inst. de oblig.* 6 Atqui contractus est obligatio. *l.* 19. *ff. de verb. signif.* 7 *l.* 4. *l.* 32. *ff. eod* 8 ἢ ἀπὸ ἰδίου νόμου ἐνδοτέρων δικαίων. 52 *Eclog.* 1. *cap.* 1.

9 Διαζεύξεων. *Eclog. ibid.* sunt enim infinitæ hujusmodi causæ. *l.* 1. *ff. de præscr.* 10 Quænam sunt illæ causarum figuræ, seu σχήματα; opinor contractus esse & maleficia, quibus nullum nomen speciale inditum est, *ff. de præscript.* vel quasi contractus, *l.* 5. §. 1. *ff. eod.* & quasi maleficia, *l.* 5. §. 4. 5. 6. *ff. eod.* & in factum, *l.* 13. *ff. eod.* quæ denique citra contractum vel delictum obligationem variis ex circumstantiis pariunt, v. *l.* 25. *ff. eod.* ex æquo & bono. 11 In *pr. Inst. quib. mod. re.* 12 V. *l.* 2. §. 1. *ff. de reb. cred.* 13 §. 2. *Inst. quib. mod. re.* 14 Puta, incendio. v. *l.* 11. *C. si cert. petat.* 15 Id est, damno fatali. *l.* 5. §. 4. *ff commodati.* 16 Adde, & bello. v. Paul. 2 *sent.* 4. §. 3. 17 *d.* §. 4. 18 Custodiam diligentem. *d. l.* 5. §. 5. *ff. commod.* exactam diligentiam. §. 2. *Inst. quib. mod. re.* 19 Debent enim eam diligentiam præstare, quam diligentissimus paterfamil. præstat. *l.* 38 *ff. comm.* 20 *l.* 18 *ff comm.* 21 *d. l.* 18. & §. 2. *Inst. quib. mod.*

22 §. 3. *Inst. quib. mod. re.* 23 *l.* 20. *ff. depositi.* §. 2. & §. 3. & quidem semper: adeo ut conveniri non possit, ne de dolo teneatur depositarius. *l.* 1. §. 7. *ff. depositi.* 24 Nisi convenit, ut in deposito culpa præstaretur. *d. l.* 1. §. 6. & §. 35. 25 Apte & post litem contestatam. *l.* 1. §. 20. *ff. depos.* 26 §. 3. *Inst. quib. mod re.* 27 De qua v. *l.* 32. *ff. depos.* 28 §. *ult. Inst. quib. mod. re.*

29 Ex conventione. *l.* 1. *ff. de pignorat act.* 30 *l. ult. in fin. C. de luitione pign.* §. *ult. Inst. quib. mod. re.* 31 *l.* 3. *ff. eod.* 32 *l.* 52. §. 2. *ff. eod. Inst. de verb. obl. in pr.* 33 Et responsione, *vulg. Hal.* Porro responsus dicitur: ut sponsus à Varr. 5 *de ling.* 34 Id est, nomine ejus, qui promittit. *Inst. de fidej. in pr.* 35 Fidejussionis causa. 36 Natura. *l.* 35. *ff. de verb. obl.* 37 Imo, non est inutilis stipulatio hominis liberi, ex quo ejus emptio contrahi potest. *l.* 70. *ff. de contrab. empt.* Goth. V. Goedd. *de contrab. stipul. c.* 6. *n.* 8. Anf. 38 V. *l.* 103. *ff. de verb. obl.* 39 V. *l.* 83. §. 7. *ff. de verb. obl.* 40 Imo, non idem: si quidem emptor rei sacræ id quod sua interest consequitur. *l.* 62. §. 1. *ff. de contrab. empt.* Non est igitur rei sacræ inutilis stipulatio. 41 V. *l.* 83. §. 5. *ff. de verb. obl.* 42 V. *l.* 82. *ff. de verb. obl.* 43 V. *l.* 31. *ff. eod.* 44 *l.* 5. *ff. de reg. jur.*

45 Aliud est in eo, qui fari non potest. *l.* 70. *ff. de reb. oblig.*

46 *l.* 1. §. 2. *ff. de verb. obl.*

47 Ut nec testamentum nuncupativum facere potest. 20 Ulpian. §. 13.

48 Secus est in obligatione, quæ consensu perficitur. *l.* 4. §. 1. *ff. de pactis.*

49 *l.* 48. *ff. eod.*

50 Ut & in testamentis verba familiæ emptoris. *Ulp. ibid.*

51 Id est, dū surdastro.

52 Quod raro contingere refert. *l.* 10. *vers. fin autem. C. qui testamenta*

53 Sine solennibus verbis aut scriptura: nuda voluntate siunt, sintque voluntariæ. Aristoteles 5 *Ethic* 4.

54 *l.* 52. §. 4. *ff. eod. Inst. de oblig. ex consensu. l.* 1. §. 3. *ff. de pact.*

55 *l.* 1. *in fin. l.* 9. *ff. de contrab. empt. l.* 35 *in fin. ff. de verb. oblig.*

56 *d. l.* 35. *& l.* 1. *l.* 14. *ff. locati*

57 *l.* 4. *l.* 19. *pro socio.*

58 *l.* 1. §. 3. *mandat.*

59 Aliam rationem adfert Aristoteles, hanc minimum quod earum principium sit spontaneum.

60 Ut & in stipulatione.

61 *l.* 4. §. *de fide instrum.*

62 Ut in literarum obligatione.

63 Proprietas verborum hic nihil aliud, quam verborum solennitas, & solennis formula.

64 V. *l.* 1. *in fin. ff. de contrab. empt. & l. ult. C. si quis alteri vel sibi. l.* 4. §. *pro socio. l.* 1. §. 1. *mandati.*

65 Absentes gerimus his duobus, per nuncium, vel epistolam. *l.* 1. §. 1. *ff. mandat. l.* 4. §. *pro socio.*

66 *Inst. de oblig. ex consensu in fin.*

67 Substantia obligationis, idem quod natura obligationis: ita à natura cujusque rei sumi definitiones oportet.

68 Servitutes corporibus hic opponuntur: non sunt enim corporā, sed incorporale quiddam.

69 Obligatio dominium rei non transfert, sed obstringit tantum ad dandum, vel faciendum, vel utrumque.

70 Id est, non obligationibus sed traditionibus dominia adquiruntur. *l.* 20. *C. de pactis.*

71 Nota effectus obligationis, dare, facere, præstare.

72 Dare est tradere, & dominium transferre. 73 Mutui sc. *l.* 2. §. 2. *ff. de reb. cred.* 74 Id est, non imaginarie. *l.* 5. §. 3. *ff. eod.* 75 Nisi naturaliter ad ἀντίδωσιν. *l.* 25. §. 11. *ff. de heredit. petit.* 76 Id est, si contrahentes inter se consentiant. *l.* 1. §. 3. *l.* 7. §. 12. *de pactis.* 77 Hinc Varro *lib.* 5 *de ling.* Non spondet ille statim, qui dixit, *spondeo*, si jocandi causa dixit, nec agi potest cum eo ex sponsu. De joco adde *l.* 3. §. 3. *ff. de injuriis.* adde *l.* 3. *ff. de servo corrupto.* 78 Id est, quæ ctu ab aliquo exempli causa dicuntur, non obligant. Hinc Varro 5 *de ling.* Quisquis in Tragœdia dixit, Meminisse te despondere mihi guatam tuam? quod sine spunte sua dixit, cum eo agi non potest ex sponsu. vide *hic Alberic.*

79 2 Gaius 10. § 2. 80 ἐξ ἁμαρτημάτων. 52 *Eclog.* 1. *c.* 4. ex delicto, *Inst. de oblig. ex delicto.* ex facto, *l.* 25. §. 1. *ff. eod.* 81 Etiam verbali, licet Zasius contradicat. 82 Rei vocabulo comprehenduntur delicta. v. quæ notavi ad *l.* 1. *ff. de reb. cred.* 83 Forte ex Legibus 12 tabul.

84 *ff. & C. mandati.* 85 §. 28. *Inst. de action. arg. l.* 3. *in fin. ff. mandati.* 86 *ff. & C. de negot.* §. 1. *Inst. de obligat. quæ ex quasi contractu.* 87 §. 28. *Inst. de action. l.* 18. *C. de negot. l.* 7. *ff. de negotiis.* 88 Ne dicas simpliciter cum absente contrahi non posse: sed negotiorum gestorem minus vere ac proprie cum absente contrahere. 89 Nec est maleficium, nitro se immiscere administrationi bonorum absentis. 90 *l.* 1. *ff. de negotiis.* 91 Deperire, *vulg. Halaand.*

92 Deperirent, *vulgat. Hal.* deserentur. §. 1. *Inst. de oblig. ex quasi contract.* 93 Negotiorum absentis gestor expensas repetere potest. *l.* 2. *ff. de negotiis.* 94 Potest fieri, ut negotiorum gestor malo more versatus sit. 95 §. 2. *Instit. de obligat. ex quasi contract.* 96 Id est, durante tutela. *l.* 4. *l.* 10. *ff. de tutel. & rat. distrah.* 97 *ff. de contraria tutel.* 98 *l.* 1. §. 4 *ff. de contraria.* 99 *l. ult. ff. de contraria.* 100 Cum herede legatarius non contrahit; sed in eum incidit. *l.* 25. §. 16. *ff. familiæ.* §. 5. *Inst. de oblig. ex quasi contract.* 1 §. 1. *Inst. quib. mod. re.* §. 6. *Inst. de oblig. ex quasi contractu.* Goth. Vid. Emmund. Merill. *lib.* 1 *observ. cap.* 27. Anf.

2 Id est, obligatur, quasi ex promtuo. vid. Cujac. 8 *observ.* 34. 3 Habet itaque hoc simile cum mutuo. 4 Condictione. 5 Habet ergo hoc dissimile à mutuo. 6 Proprie sc. Ideo condictio indebiti non ex contractu datur, sed ex æquo, & bono tantum. *l.* 15. *l.* 66. *ff. de cond. indeb.*

7 Indebiti solutio animo solventis inspecto magis distractus est, non contractus. 8 V. *l. ult. ff. de variis & extraord. cognitionib. Inst. de oblig. quæ ex quasi delictis.*

pric ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam [8], ideo videtur quasi ex maleficio teneri.

§. 5. Is quoque, ex cujus cœnaculo [9], vel proprio ipsius, vel [10] conducto, vel in quo gratis [11] habitabat, *dejectum effusumve* aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio teneri videtur: ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi [12]. † Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id *positum* [13] aut *suspensum* [14] habet, quod potest, *si ceciderit*, alicui nocere. † Ideo si filiusfamilias [15] seorsum à patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve sit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est: Juliano placuit in patrem, neque de peculio, neque noxalem dandam esse actionem; sed cum ipso filio agendum. §. 6. Item exercitor navis [16] aut cauponæ [17] aut stabuli, de damno aut furto, quod [18] *in nave*, aut *caupona*, aut *stabulo factum* sit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicujus eorum quorum opera navem, aut cauponam, aut stabulum exerceret. cum enim neque ex contractu sit adversus eum constituta hæc actio, & aliquatenus [19] culpæ reus est, quod opera [20] malorum hominum uteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

De novissimo die obligationis.

VI. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

IN omnibus temporalibus [21] actionibus [22], nisi [23] novissimus totus dies compleatur, non finit obligationem.

De patre & filio.

VII. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

ACtiones adversus patrem filio [24] præstari non [25] possunt, dum in potestate ejus est [26] filius [27].

De conditione si volam.

VIII. IDEM lib. XVI ad Sabinum.

SUb hac conditione, *si* [28] *volam*, nulla fit obligatio: pro non dicto [29] enim est, quod dare, nisi velis, cogi non possis. nam nec heres [30] promissoris ejus qui nunquam dare voluerit, tenetur: quia hæc conditio in ipsum promissorem nunquam exstitit.

De filiofamilias.

IX. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

F*Iliusfamilias* suo nomine nullam actionem habet nisi [31] injuriarum [32], & Quod vi aut clam [33], [&] depositi [34], & commodati [35]: ut Julianus putat [36].

De naturali obligatione.

X. IDEM [37] lib. XLVII ad Sabinum.

N*Aturales obligationes* non eo [38] solo æstimantur, si actio aliqua earum nomine [39] competit: verumetiam eo, si soluta pecunia repeti non [40] possit.

Per liberam personam alii non acquiri.

XI. IDEM [41] lib. XII ad Sabinum.

QUæcunque gerimus, cum ex nostro [42] contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inanem actum nostrum efficiunt [43]: & ideo neque stipulari [44], neque emere, vendere, contrahere, ut alter suo nomine recte agat, possumus [45].

De dolo defuncti.

XII. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

EX [46] depositi, & commodati, & mandati, & tutelæ, & negotiorum gestorum, ob dolum malum defuncti heres [47] in solidum tenetur.

De filiusfamilias.

XIII. ULPIANUS lib. I Disputationum.

IN factum actiones etiam [48] filiifamiliarum possunt exercere.

De servis.

XIV. IDEM lib. VII Disputationum.

S*Ervi* ex delictis quidem obligantur; & si manumittantur, obligati remanent [49]: ex contractibus autem civiliter [50] quidem non obligantur; sed naturaliter & obligantur, & obligant. † Denique si servo, qui mihi mutuam pecuniam dederat, manumisso solvam [51], liberor.

De causa exceptionis sublata.

XV. JULIANUS lib. IV Digestorum.

QUi cum herede egit, exceptione [52] summotus est, *Ac si non in ea causa tabulæ testamenti sint, ut contra eas emancipato bonorum possessio dari possit*: emancipato omittente bonorum possessionem, non inique postulabit creditor restitui [53] sibi actionem adversus scriptum heredem. nam quamdiu bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, heres quodammodo debitor non est.

De servo hereditario.

XVI. IDEM lib. XIII Digestorum.

QUi à servo hereditario mutuam pecuniam accepit, & fundum vel hominem pignoris causa ei tradiderat, & precario rogavit [54]: precario [55] possidet. nam servus hereditarius sicuti per traditionem accipiendo, proprietatem [56] [hereditati] adquirit [57], ita precario dando efficit ne res usucapi possit. Nam & si commodaverit vel deposuerit [58] rem peculiarem: commodati & depositi actionem hereditati adquiret. † Hæc ita, si peculiare negotium contractum est: nam ex hac causa etiam possessio adquisita [59] intelligi debet.

Si res ad creditorem pervenerit, aut is rem petierit, & de dote.

XVII. IDEM lib. XXXIII Digestorum.

OMnes debitores qui speciem ex causa lucrativa [60] debent, liberantur, cum [61] ea species ex causa lucrativa ad creditores pervenisset.

XVIII. IDEM lib. LIV Digestorum.

SI is, qui Stichum dari stipulatus fuerat, heres exstiterit ei cui ex testamento idem Stichus debebatur: si ex testamento [62] Stichum petierit, non consumet stipulationem. & contra, si ex stipulatu Stichum petierit, actionem ex testamento salvam habebit: quia initio ita constiterint hæ duæ obligationes, ut altera in judicium deducta, altera nihilominus integra remaneret.

XIX. IDEM lib. LXXIII Digestorum.

EX promissione dotis non [63] videtur lucrativa causa esse: sed quodammodo creditor aut emptor [64] intelligitur, qui dotem petit. porro cum creditor vel emptor ex lucrativa causa rem habere cœperit, nihilominus integras actiones retinent: sicut ex contrario, qui non [65] ex causa lucrativa rem habere cœpit, eandem non prohibetur ex lucrativa causa petere.

An domini jussus servum excuset.

XX. ALFENUS lib. II Digestorum.

SErvus non [66] in omnibus rebus sine pœna domino [67] dicto [68] audiens esse solet: sicuti si dominus hominem occidere aut furtum alicui facere servum jussisset. Quare quamvis domini jussu servus piraticam fecisset, judicium in eum post libertatem reddi oportet. Et quodcumque vi fecisset, quæ vis à maleficio non abesset: ita oportet pœnas eum pendere. † Sed si aliqua rixa ex litibus & contentione nata esset, aut aliqua vis juris retinendi causa facta esset, & ab his rebus facinus abesset: tum non convenit Prætorem, quod servus jussu domini fecisset, de ea re in liberum judicium dare.

De loco.

XXI. JULIANUS lib. III ex Minicio.

COntraxisse unusquisque in eo loco intelligitur [69], in quo [70] ut solveret, se obligavit.

De tempore æstimationis.

XXII. AFRICANUS lib. IIII [71] Quæstionum.

CUm quis in diem mercem [72] stipulatus fidejussorem accepit: ejus [73] temporis æstimatio spectanda est quo satis acceperit.

De mora & purgatione moræ.

XXIII. IDEM lib. VII [74] Quæstionum.

TRajectitiæ [75] pecuniæ nomine, si [76] ad diem soluta non esset, pœna (uti adsolet) ob [77] operas ejus qui eam pecuniam peteret, in stipulationem erat deducta: is qui eam pecuniam petebat, parte exacta petere desierat: deinde interposito tempore interpellare instituerat. Consultus respondit, ejus quoque temporis quo interpellatus [78] non esset, pœnam peti posse; amplius etiam si omnino interpellatus non esset: nec aliter non committi stipulationem, quam si per debitorem non [79] stetisset, quo minus solveret: alioquin dicendum est, si is, qui interpellare cœpisset, valetudine impeditus interpellare desisset, pœnam non committi. † De illo sane potest dubitari, si interpellatus ipse moram fecerit: an quamvis pecuniam postea offerat, nihilominus pœna committatur? Et hoc rectius dicitur. Nam & si arbiter ex compromisso pecuniam certo die dare jusserit, neque per eum [80] qui dare jussus sit, steterit: non committi pœnam respondit: adeo ut & illud Servius rectissime existimaverit, si quando dies qua pecunia daretur, sententia arbitri comprehensa non esset, modicum [81] spatium datum videri. † Hoc idem dicendum, & cum quid ea lege venierit, ut nisi [82] ad diem pretium solutum fuerit, inempta res fiat.

De furioso.

XXIV. POMPONIUS lib. sing. Regularum.

SI à furioso, cum [83] eum compotem mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim, eaque in rem meam versa fuerit: condictio furioso adquiritur. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones adquiruntur, ex hisdem etiam furiosi nomine incipit agi posse. veluti cum servus ejus stipulatur: cum furtum ei fit: aut damnum ei dando, in Legem Aquiliam committitur [84]: aut si forte cum creditor fuerat, fraudandi ejus causa debitor alicui rem tradiderit. † Idemque erit si legetur ei [85], vel fideicommissum ei relinquatur [86]. §. 1. Item si is, qui servo alieno crediderat, furere cœperit, deinde servus in rem domini id, quod mutuum acceperat, verterit [87]: furioso condictio adquiritur. §. 2. Item si alienam pecuniam credendi causa quis dederit [88], deinde compos mentis esse desierit: postea consumpta ea, furioso [89] condictio adquiritur. §. 3. Et qui negotia furiosi gesserit, mutuo negotiorum gestorum ei obligatur [90].

Divisio actionum in reales & personales, 1. Et in ex contractu, ex facto, in factum, 2. In civiles & honorarias.

XXV. ULPIANUS lib. singul. Regularum.

ACTionum genera sunt duo: in rem [91], quæ dicitur *vindicatio*: & in personam, quæ *condictio* appellatur. † *In rem* [92] actio est, per quam [93] rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus: & semper adversus eum est, qui rem possidet. † In *personam* [94] actio est, qua cum eo agimus qui obligatus [95] est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum: & semper adversus eundem [96] locum habet. §. 1. Actionum autem quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt. † *Ex contractu* actio est, quotiens quis sui [97] lucri [98] causa cum aliquo contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & cæteris similibus. † *Ex facto* [99] actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit quod ipse admisit: veluti furtum

8 Vide quæ notavi *C. de pœna judic.*
9 *§. 1. Instit. de oblig. ex quasi delicto. &* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
10 *l. 5. §. 1.* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
11 *l. 1. §. 9.* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
12 Filii, vel inquilini, qui habitant in nostris ædibus.
13 *l. 5. §. 12.* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
14 *l. 1. §. 3.* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
15 *l. 1. §. 7.* ℱ. *de his, qui dejecerunt.*
16 *§. ult. Inst. de oblig. quæ ex quasi delicto. l. 1.* ℱ. *de exercitoria.*
17 Vid. ℱ. *nautæ, caupones.*
18 Qualecunque sit.
19 *§. ult. Inst. de oblig. ex quasi delicto.*
20 Qui opera malorum utitur, licet ignorans, aliquatenus culpæ reus est.
21 Ut sunt ædilitiæ actiones, redhibitoria, quanti minoris, & similes.
22 Non idem in usucapione. *l. 6. 7.* ℱ. *de usurp. l. 15.* ℱ. *de diversis & temp. præscr.* Cur tam varie? in usucapionibus quod favorabiles sint, diem ultimum inchoatum esse sufficit. *d. l. 6. d. l. 7. d. l. 15.* In præscriptionibus, quod odiosæ sint, *l. ult. C. de annali.* non sufficit ultimus dies inchoatus, nisi ad ultimum usque perveniatur, *ut hic.* Regula, Quod parum distat, nihil distare videtur, hic locum non habet.
23 Adde *l. 99.* ℑ. *de verb. obl.*
24 Et è contra. *l. 16.* ℑ. *de furt.*
25 *§. 19. Inst. de inutil. stipul. §. 12. Inst. de oblig. quæ ex delict.*
26 Non magis, quam quis secum litigare. *d. l. 16.*
27 Nisi ex castrensi peculio. *l. 4.* ℱ. *de jud.*
28 V. *l. 17.* ℑ. *de verb. oblig. l. 13. C. de contr. empt.*
29 Id est, promisso, pacto convento.
30 Adde *l. 43. §. 2.* ℱ. *de leg. 1.*
31 Imo omnes. *l. 39.* ℑ. *eod.* Rationem hujus legis se ignorasse & ignorare Bart. ait.
32 *l. 17. §. 10.* ℑ. *de injur.*
33 *l. 19.* ℱ. *quod vi.* Imo non habet. *l. 13. §. 1.* ℱ. *quod vi.*
34 *l. 19.* ℱ. *depositi.*
35 Facit *l. 3. §. 4.* ℱ. *commodati.*
36 Vide hic alios casus apud Accurs.
37 *Al.* Ulpianus.
38 *l. 16. §. 4.* ℑ. *de fidejuss.*

59 Hereditati, & per eam heredi futuro.
60 *l. 83. §. 6.* ℑ. *de verb. oblig.*
61 Lucrativæ plures causæ nunquam in eandem personam & de eadem re concurrunt. v. tamen Socin. *reg. 42. §. 6. & ibid. Theoph. Inst. de legat.*
62 Id est, lucrativa causa. *l. 19. in fin.* ℑ. *eod.*
63 Dos apud maritum non est ex causa lucrativa. Cur ita? colige ex *l. 47.* ℱ. *mandati. l. 8. §. 13.* ℱ. *quibus mod. pign.*
64 *l. 2. C. eod. l. 8. §. 13.* ℱ. *quibus modis pign.*
65 Adde *l. 18.* ℱ. *eod. l. 9.* ℱ. *de evict. §. 9. Inst. de legat.*
66 *l. 11. §. 7.* ℱ. *quod vi.* & ita accipe *l. 14.* ℱ. *de his, qui not. l. 37.* ℱ. *ad l. Aquil. l. 152. l. 157. in fin. l. 169.* ℑ. *de reg. jur.*
67 *Al.* domini.
68 Audiens dicto est, qui audit dominum, qui domino obtemperat.
69 Quia ubi non apparet, quid actum sit inter partes, loci consuetudo attenditur. *l. 50. in fin.* ℱ. *de leg. 1. v. l. 1.* ℱ. *de usuris.*
70 *l. 19. §. 1.* ℱ. *de jud. l. 22.* ℱ. *de reb. cred. l. 3.* ℱ. *de reb. auct.*
71 Vid. Cujac 3 *ad Afric. fol. 29.*
72 Puta vinum, oleum, vel quid aliud simile.
73 *l. 22.* ℱ. *de rebus cred. l. ult. in fin.* ℱ. *de condi. tritic. l. 59.* ℑ. *de verbor. oblig.*
74 Vid. Cujac 7 *ad Afric. fol. 128. 129.*
75 Διαπόντια χρήματα sunt, quæ trans mare vehuntur, non quæ in eo loco consumuntur. 7 *Eclog. ex lib. 53. tit. 7. cap. 1.* Goth. Vid. Joann. Sanger. *de except. part. 3. c. 2. num. 117.* Ans.
76 7 *Eclog. ex lib. 52. tit. 1. c. 22.*
77 *l. 4. §. 1.* ℱ. *de nautico fœnore.*
78 *Eclog. ibid. l. 10.* ℱ. *de usurpat. l. 12. C. de contr. & committ. stipul.*
79 *l. 105. in fin.* ℑ. *de verb. oblig.*
80 Ut in casu *l. 8.* ℱ. *de leg. commissoria.*
81 Modicum dandi spatium arbitri sententiæ inest.
82 Vid. ℱ. *de in diem addict.*
83 *l. 12.* ℱ. *de rebus cred.*
84 Cum is interim Aquilia non teneatur. *l. 5. §. 2.* ℱ. *ad l. Aquil.*
85 *l. 15. §. 1.* ℱ. *qui testam.*
86 Quid de hereditate? v. *l. 63.* ℱ. *de adquir. hered.*
87 *d. l. 12. vers. item.* ℱ. *de rebus cred.*
88 *d. l. 12. in fin.*
89 *l. 3. §. 5.* ℱ. *de negot.* adde *l. 1. §. 2.* ℱ. *de contrar. tut.*
90 Et eum obligat, si ei aliquid abest. *vel. Hal.*
91 *l. 28. l. 37.* ℑ. *eod. l. ult. C. de ne red. vel act. vend. Inst. de act. in pr.*

39 Non competit, Hotom. 3 *observ. 2.* hoc sensu: Naturalis obligatio ex duobus censetur; id est, dignoscitur: primo quod actionem non pariat, secundo quod ex ea solutum non repetitur. 40 *l. 7. §. 4.* ℱ. *de pactis. l. 9. §. penult. §. ultim. l. 10.* ℱ. *de SC. Maced. l. 1. §. 17.* ℱ. *ad leg. Falcid. l. 16. §. 4.* ℑ. *de fidejuss.* adde *l. 83.* ℑ. *de solutionib.* 41 *Al.* Paulus. 42 Quæ ex nostro contractu originem habent, ea alteri non prosunt; nisi illi simus per quos alteri adquiri obligatio possit. sic itaque stipulari debebimus: mihi decem promittis, quæ Titio dabis. at non ita: promitto Titio decem. *Bartol.* 43 Ut prosint alteri. 44 *l. 38. §. 17.* ℑ. *de verbor. oblig.* Goth. Fallit in exercitoria actione & in casu *l. 26.* ℱ. *depositi.* Ans. 45 Imo possumus. *titul. C. si quis sibi vel alteri emerit.* Possumus enim procuratorio nomine emere & locare. *l. 2. §. 2.* ℱ. *eod.* 46 *l. 49.* ℑ. *eod.* adde Theoph. *§. 1. Instit. de perpetuis & temporalibus.* 47 V. *l. 49.* ℑ. *eod.* 48 Id est, non eas solas de quibus dictum est in *l. 49.* ℱ. *eod.* Cur in factum actionem potius, quam nominatam filius suo nomine movere poterit? in factum actiones extraordinariæ dantur à Prætore, ex æquitate naturali, in qua non ita patria potestas attenditur. *Bartol.* Dic potius, nominatas actiones filiofamilias ideo denegatas, quod sint certæ, ideoque facile & nominatim potuerint legibus excipi. In factum vero, incertæ & vagæ sunt. 49 Propter regulam τὰ πταίσματα τῇ κεφαλῇ ἀποδοθῇ, Caput noxa sequitur, 52 *Eclog. 2. cap. 4.* adde *l. 4. C. an servus pro suo facto.* 50 *l. 43. in fin.* ℑ. *eod. l. 22.* ℑ. *de reg. §. 6. Instit. de inutilib. stipul.* 51 *l. 32.* ℑ. *de solutionibus.* 52 *l. 2.* ℱ. *de except. rei judic.* 53 Vid. *l. 11. §. 4.* ℱ. *de exceptione rei judicat.* 54 Sicut fieri solet. *l. 6. in fin.* ℱ. *de precario.* 55 *l. 19. §. 1.* ℱ. *de precario.* 56 Hereditati jacenti rei quoque proprietas (per obliquum tamen) adquiri potest: quæ directo tamen eidem adquiri non potest. 57 *l. 33. in fin.* ℱ. *de adquir. rer.* 58 *l. 1. §. 29.* ℱ. *depositi.*

92 ἐν πράγματι. 52 *Eclog. cap. 24.* 93 *l. 28. l. 37.* ℑ. *eod.* 94 Προσωπική. *Eclog. ibid.* 95 *l. 3.* ℱ. *eod* Num in libello actionis personalis inferenda est causa actionis proxima, nempe obligatio? Quidam ex hac lege colligunt: Negat tamen Bart. *hic.* satis enim esse, ut libellus concludat præsumptive. *Bart. l. 17. in fin.* ℱ. *quæ in fraud. cred.* 96 Ejusve heredem. 97 Vel ulterius. 98 Hæc enim mercatorum spes esse solet. *l. 8. C. de rescindenda.* v. Senec. 6 *de benefic.* 38. 99 ἀπὸ φάκτου. *Eclog. ibid.* ex peccato. *Hal.* ut & in *l. 52. in pr. & §. 8.* ℑ. *eod.*

tum vel injuriam commiſit, vel damnum dedit. † *In factum* actio dicitur, qualis eſt (exempli gratia) actio quæ datur patrono adverſus libertum, à quo contra Edictum Prætoris in jus [100] vocatus eſt. §. 2. Omnes autem actiones aut civiles [1] dicuntur [2] aut honorariæ [3].

De actionibus pœnalibus, & de heredibus.

XXVI. IDEM lib. V de Cenſibus.

OMnes [4] pœnales [5] actiones poſt [6] litem inchoatam, & ad heredes [7] tranſeunt.

De obligatione inutili.

XXVII. PAPINIANUS lib. XXVII Quæſtionum.

OBligationes quæ non propriis viribus conſiſtunt, neque [8] officio Judicis, neque Prætoris [9] imperio [10], neque Legis poteſtate confirmantur.

Differentia actionis.

XXVIII. IDEM lib. I Definitionum.

ACTio in perſonam [11] infertur: petitio [12], in rem: perſecutio, in rem, vel in perſonam, rei [13] perſequendæ gratia.

Si prioris obligationis in poſterioris cautione mentio non fiat.

XXIX. PAULUS lib. IV Reſponſorum.

LUcio [14] Titio cum ex [15] cauſa judicati pecunia deberetur, & eidem debitori aliam pecuniam crederet: in cautione pecuniæ creditæ non [16] adjecit ſibi *præter eam pecuniam debitam ſibi ex cauſa judicati*. Quæro, an integræ ſint utræque Lucio Titio petitiones? Paulus reſpondit nihil proponi cur non ſint integræ.

Si ſervus effectus libertatem poſtea conſequatur.

XXX. SCÆVOLA lib. I Reſponſorum.

SErvus effectus non [17] idcirco quod poſtea indulgentia principali libertatem conſecutus eſt, rediiſſe [18] dicitur in obligationem creditorum.

De conditione impoſſibili.

XXXI. MÆCIANUS lib. II Fideicommiſſorum.

NOn ſolum ſtipulationes [19] impoſſibili [20] conditione [21] adplicatæ, nullius [22] momenti ſunt: ſed etiam cæteri quoque contractus, veluti emptiones, locationes impoſſibili conditione interpoſita, æque nullius momenti ſunt. quia in ea re quæ ex duorum pluriumve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectetur [23]: quorum proculdubio in hujuſmodi actu talis cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione quam ſciant eſſe impoſſibilem [24].

De concurrentibus actionibus.

XXXII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

CUm [25] ex uno delicto plures naſcuntur actiones, ſicut evenit cum arbores furtim cæſæ dicuntur, omnibus [26] experiri permitti [27], poſt magnas [28] varietates obtinuit.

An pœnæ perſecutio in heredem tranſeat.

XXXIII. PAULUS lib. III Decretorum.

COnſtitutionibus quibus oſtenditur *heredes* [29] *pœna non teneri*, placuit, ſi vivus [30] conventus fuerat, etiam pœnæ perſecutionem tranſmiſſam [31] videri: quaſi lite [32] conteſtata cum mortuo.

XXXIV. IDEM lib. ſing. [de] concurrentibus actionibus.

QUi ſervum alienum injurioſe verberat, ex uno facto incidit, & [33] Aquiliam, & [34] actionem injuriarum: injuria enim ex affectu ſit, damnum ex culpa: & ideo poſſunt utræ [35] competere. ſed quidam, altera electa alteram conſumi [36]: alii, per Legis Aquiliæ actionem injuriarum conſumi, quoniam deſiit [37] bonum & æquum eſſe, condemnari eum [38] qui æſtimationem præſtitit: ſed ſi ante injuriarum actum eſſet, teneri eum ex Lege Aquilia: ſed & hæc ſententia per Prætorem inhibenda eſt; niſi in id quod amplius ex Lege Aquilia competit, agatur. rationabilius itaque eſt eam admitti ſententiam, ut liceat ei quam voluerit actionem prius exercere: quod autem amplius [39] in altera eſt, etiam hoc exequi [40]. §. 1. Si is cui rem commodavero eam ſubripuerit [41], tenebitur quidem & commodati actione & condictione: ſed altera actio alteram peremit aut ipſo jure, aut per exceptionem: quod eſt totius [42]. §. 2. Hinc de colono reſponſum eſt, ſi aliquid ex fundo ſubtraxerit [43], teneri eum condictione, & furti; quin etiam ex locato: & pœna quidem furti non confunditur, illæ autem inter ſe miſcentur. † Et hoc in Legis Aquiliæ actione dicitur, ſi tibi commodavero veſtimenta, & tu ea ruperis: utræque [44] enim actiones rei perſecutionem continent. & quidem poſt [45] Legis Aquiliæ actionem, utique commodati finietur; poſt commodati, an Aquiliæ remaneat in eo quod in repetitione [46] triginta dierum amplius eſt, dubitatur: ſed verius eſt, remanere [47]; quia ſimplo accedit, & ſimplo ſubducto locum non [48] habet.

De actionibus honorariis. 1. De contractu magiſtratus municipalis.

XXXV. IDEM lib. I ad Edictum Prætoris.

IN *honorariis* [49] *actionibus* ſic eſſe definiendum Caſſius ait, ut quæ rei [50] perſecutionem habeant: hæ etiam poſt [51] annum darentur, cæteræ intra annum. Honorariæ autem, quæ poſt annum non dantur, nec in heredem dandæ ſunt: ut tamen lucrum [52] ei extorqueatur, ſicut ſit in actione doli mali, & Interdicto Unde vi, & ſimilibus. † Illæ autem rei [53] perſecutionem continent, quibus perſequimur quod ex patrimonio nobis abeſt: ut cum agimus cum bonorum poſſeſſore debitoris noſtri. † Item [54] Publiciana [55], quæ ad [56] exemplum vindicationis datur. † Sed cum [57] reſciſſa uſucapione redditur, anno finitur: quia contra Jus civile datur. §. 1. In *Duumviros* & Rempublicam etiam poſt annum actio datur ex contractu magiſtratuum municipalium.

De ignominia.

XXXVI. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

CEſſat Ignominia in condictionibus [58], quamvis ex famoſis cauſis pendeant.

De actionis verbo. 1. De actionibus mixtis.

XXXVII. IDEM lib. IV ad Edictum Prætoris.

ACTionis verbo [59] continetur in rem, in perſonam, directa, utilis, præjudicium [60], ſicut ait Pomponius: ſtipulationes etiam quæ Prætoriæ ſunt, quia actionum inſtar obtinent; ut damni infecti, legatorum, & ſi quæ ſimiles ſunt. † Interdicta quoque actionis [61] verbo continentur [62]. §. 1. *Mixtæ* [63] ſunt *actiones*, in quibus uterque actor eſt: utputa finium regundorum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, Interdictum Uti poſſidetis [64], Utrubi.

De literis.

XXXVIII. PAULUS lib. III ad Edictum.

NOn figura literarum [65], ſed oratione [66] quam exprimunt literæ, obligamur: quatenus placuit non minus valere quod ſcriptura [67], quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.

De filiofamiliis.

XXXIX. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

FIliusfamilias ex omnibus [68] cauſis [69] tanquam paterfamilias obligatur [70], & ob id agi cum [71] eo tanquam cum patrefamilias poteſt.

De legatis.

XL. PAULUS lib. XI ad Edictum.

HEreditariarum [72] actionum loco habentur [73] & legata [74]: quamvis [75] ab herede cœperint.

De concurrentibus actionibus.

XLI. IDEM lib. XXII ad Edictum.

QUotiens Lex [76] obligationem introducit, niſi ſi nominatim caverit, ut ſola ea actione utamur, etiam veteres eo nomine actiones competere. §. 1. Si [ex] eodem facto duæ competant actiones, poſtea judicis potius partes eſſe, ut quo plus [77] ſit in reliqua actione, id actor ferat: ſi tantundem aut minus, id [78] conſequatur.

De conditione. 1. Definitio creditoris.

XLII. ULPIANUS lib. XXI ad Edictum.

IScui ſub [79] conditione legatum eſt, pendente conditione non [80] eſt creditor [81]: ſed tunc cum exſtiterit conditio. quamvis eum, qui ſtipulatus eſt ſub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem eſſe. §. 1. *Creditores* eos accipere debemus, qui [82] aliquam actionem vel civilem [83] habent (ſic tamen ne [84] exceptione [85] ſummoveantur), vel honorariam [86] [actionem], vel in [87] factum.

De patrefamilias, pubere, pupillo, ſervo.

XLIII. PAULUS lib. LXXII ad Edictum.

OBligari poteſt paterfamilias, ſuæ poteſtatis, pubes [88], compos mentis [89]. † Pupillus [90] ſine tutoris auctoritate non obligatur Jure civili. Servus [91] autem ex contractibus non obligatur.

De accidentibus obligationum. 1. Die, 2. Conditione, 3. Modo, 4. Acceſſione. 5. De ſtipulatione, ſi fundum non dederu, centum dari. 6. De ſtipulatione, navem fieri, &, ſi non fiat, centum dari.

XLIV. IDEM lib. LXXIV ad Edictum Prætoris.

OBligationum fere [92] quatuor [93] cauſæ [94] ſunt: aut enim [95] dies in his eſt, aut conditio [96], aut modus, aut acceſſio.

§. 1. Circa *diem* duplex inſpectio eſt: nam vel [97] ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. † *Ex die*, veluti, *Kalendis Martiis dare ſpondes?* cujus natura hæc eſt, ut [98] ante diem non exigatur. † *Ad diem* autem, *Uſque ad Kalendas dare ſpondes?* † Placet etiam *ad tempus* obligationem conſtitui non [99] poſſe: non magis quam legatum [100]. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis [1] definit deberi: plane poſt [2] tempus ſtipulator vel pacti conventi [3], vel doli mali exceptione ſummoveri poterit. Sic & in tradendo [4], ſi quis dixerit *ſe ſolum* [5] *ſine ſuperficie tradere*, nihil proficit, quo [6] minus & ſuperficies tranſeat, quæ natura ſolo cohæret [7].

§. 2. *Conditio* vero efficax eſt, quæ in conſtituenda [8] obligatione inſeritur, non quæ poſt perfectam eam ponitur: veluti, *Centum dare ſpondes niſi* [9] *navis ex Aſia venerit?* ſed hoc caſu exiſtente conditione locus erit exceptioni pacti conventi, vel doli mali.

§. 3. *Modus* [10] obligationis eſt, cum ſtipulamur decem aut hominem: nam alterius [11] ſolutio totam obligationem interimit; nec alter [12] peri poteſt [13], utique quamdiu utrumque eſt [14].

§. 4. *Acceſſio* [15] vero in obligatione aut perſonæ aut rei fit: Perſonæ quidem, ut ſtipulatori heres extraneus adjiciatur, aut ſervus alienus ei adquiratur, aut ſervus ejus heres inſtituatur. rei autem, ut fundo [16] aliquid adjiciatur, aut ex fundo [17] aliquid detrahatur. Et ſi quidem ſtipulatori heres extraneus adjiciatur, ſimul & ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [18] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [19] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [20] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [21] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [22] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [23] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [24] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [25] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [26] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [27] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [28] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [29] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [30] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [31] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [32] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [33] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [34] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [35] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [36] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [37] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [38] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [39] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [40] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [41] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [42] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [43] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [44] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [45] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [46] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [47] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [48] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [49] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [50] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [51] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [52] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [53] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [54] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [55] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [56] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [57] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [58] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [59] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [60] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [61] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [62] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [63] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [64] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [65] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [66] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [67] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [68] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [69] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [70] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [71] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [72] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [73] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [74] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [75] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [76] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [77] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [78] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [79] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [80] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [81] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [82] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [83] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [84] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [85] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [86] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [87] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [88] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [89] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [90] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [91] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [92] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [93] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [94] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [95] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [96] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [97] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [98] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [99] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [100] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [1] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [2] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [3] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [4] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [5] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [6] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [7] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [8] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [9] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [10] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [11] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [12] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [13] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [14] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [15] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [16] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [17] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [18] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [19] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [20] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [21] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [22] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [23] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [24] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [25] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [26] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [27] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [28] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [29] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [30] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [31] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [32] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [33] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [34] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [35] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [36] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [37] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [38] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [39] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [40] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [41] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [42] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [43] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [44] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [45] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [46] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [47] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [48] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [49] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [50] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [51] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [52] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [53] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [54] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [55] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [56] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [57] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [58] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [59] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [60] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [61] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [62] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [63] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [64] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [65] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [66] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [67] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [68] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [69] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [70] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [71] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [72] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [73] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [74] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [75] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [76] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [77] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [78] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [79] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [80] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [81] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [82] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [83] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [84] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [85] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [86] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [87] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [88] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [89] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [90] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [91] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [92] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [93] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [94] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [95] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [96] fundo aliquid adjiciatur, ſimul [97] ſervus ejus heres inſtituatur, ſimul [98] ſervus alienus ei adquiratur, ſimul [99] ex fundo aliquid detrahatur, ſimul [100] fundo aliquid adjiciatur, ſimul

100 *l. ult. ff. de his qui vocando.*
1 *l. 42. §. 1. ff. eod.* 2 *Harmenop. §. 27. Theoph. Inſt. de perpet. & temporalib.*
2 §. 3. *Inſtit. de actionib.*
3 *l. 35. ff. eod.*
4 Et ſic furti.
5 *l. 60. ff. eod.*
6 V. *l. 58. ff. eod.*
7 Et in heredes. v. *l. 58. ff. eod.* 52 *Reſcr. 1. c. 24. l. unic. C. ex delict. defunct.* §. 1. *in fin. Inſt. de perpetuis & ſimiles perſonas. d. l. 58.*
8 *l. 29. l. 210. ff. de reg. jur.*
9 Obligationes inutiles ſua natura hæc tria confirmare non poſſunt, nempe neque officium judicis, neque imperium Prætoris, neque Legis poteſtas. Judex denique, Prætor, Lex. *Goth.* Vide Eninund. Merill. *lib. 1 obſervat. cap.* 8. Anſ.
10 Differentiam obſerva officii judicis, & imperii Prætoris.
11 Adde 2 *ad Herennium.*
12 Vid. *l. 35. ff. eod.*
13 *l. 25. ff. eod. l. 35. ff. eod.* Goth. Vid. Enimund. Merill. *lib. 1 obſ. cap.* 38. Anſ.
14 Vide Cujac. 12 *obſ.* 21. & *ad Nov.* 119. *c.* 3.
15 Debitum ex cauſa judicati contrahitur.
16 Non renunciat debito ex cauſa judicati, qui debitori novam pecuniam credens, debiti prioris mentionem non facit. adde *l. 85. ff. de leg.* 2.
17 Reſtituitur libertati fine reſtitutione bonorum, vel quota, in credita priora non recidit. adde *l. 2. ff. de bon. damnat. & l. Princeps. 21. ff. de verb. ſign.*
18 De reſtitutione actionis, v. *l. 15. ff. eod.*
19 Et pœnæ. *l. 35. ff. de verb. obl.*
20 Impoſſibilis conditio in omnibus contractibus vitiatur, & ſtipulationibus. *l. 1. §. 11. ff. eod. l. 7. l. 69. ff. de verb. obl. §. 11. Inſt. de inutil. ſtip.* vid. quæ notavi ad *l. 3. ff. de cond. & demonſtr.*
21 Impoſſibili conditioni. *vulg. & Hal.*
22 Imo alicujus. §. 10. *Inſt. de heredib. inſt.*
23 Spectat. *vulg. Hal.* Gothofr. An conditio naturæ impoſſibilis vitiet donationem, vide Ant. Merend. *lib. 2 controv. cap.* 50. & P. Bellapert. *hic.* Anſ.
24 Impoſſibilis dicitur vel natura, vel bonis moribus, vel ratione perplexitatis, *l. 16. ff. de cond. inſtit.* vel facti, quod eſt admodum difficile. *l. 4. §. 1. ff. de ſtatulib.* 25 Ut in actione arborum furtim cæſarum, Aquilia, 12 Tabularum, furti. *l. 12. ff. quod vi. l. penult. ff. arborum furtim cæſar.* vide Forcatulum 3 *Cupidinis Juriſperit. num.* 5. 26 Non ipſo jure; ſed per exceptionem & judicem ſuperiorem excluduntur: cum ſingulis delictis non plures ſed ſingulæ tantum pœnæ debeantur. vide Hotom. 29 *Illuſtr.* 27 *l. 60. ff. eod.* 28 Ita loquitur Hermogenianus in *l. ultim. ff. pro legato.*
29 Vide Titulum Codicis, *Ut actiones ab heredibus & contra heredes.* & Titulum, *De hereditariis actionibus.* & Titulum, *Ex delictis defunctorum.* 30 Defunctus, cui ſucceſſum eſt. 31 Remiſſam non videri *vulg.* Tranſiſſam non videri. *Hal.* 32 V. *l. 58. ff. eod. l. un. C. ex delictis defunct.*
33 Et in Aquiliam, & in actionem. *Haloand.* 34 Quemadmodum ejuſdem rei cauſæ plures eſſe poſſunt: ita ejuſdem cauſæ plures effectus. *ut hic.* 35 Utræque. *Haluand. l. 16. in fin. ff. de injuriis.* 36 Et ita accipitur, ut in *l. 14. §. eum qui. ff. quod metus cauſa.* 37 *l. 51. in fin. ff. de re judic.* 38 Num idem in ejus ſucceſſore? v. *l. 7. ff. de rei vind.* 39 *l. 41. in fin. ff. eod.*
40 *Al.* conſequi. 41 *l. 5. §. 8. ff. commodati.* 42 Lege *tutius.* 43 *l. 42. ff. locat.*
44 Aquilia & commodati. 45 *l. 18. §. 1. ff. commodati.* 46 Vide *l. 3. ff. de fide inſtrum.*
47 Non remanere. quidam ita legere tempore Accurſii: Florentinam defendit Cujacius 3 *obſervat.* 25. & Hotomann. 27 *Illuſtr. in fin.* 48 Locum habet Cujacius 3 *obſervat.* 25. & Hotomann 27 *Illuſtr. in fin.* adde Robertum 1 *animadverſ.* 29. & Ant. Mercatorem 1 *not.* 29.
49 De honorariis actionibus, adde *l. 25. ff. eod. l. 42. in fin. ff. eod.* 50 Honorariæ actiones rei perſecutoriæ, etiam poſt annum dantur: quæ non ſunt rei perſecutoriæ, intra annum dantur, nunquam poſt annum. Quæ poſt annum non dantur, non dantur in heredem, niſi lucrum ſit ei extorquendum 51 Quæ rei perſecutionem continent actiones, etiam poſt annum dantur. adde *l. 3. §. 1. de vi & vi. l. 8. §. 7. ff. de precario.* adde *l. 20. §. 6. ff. de oper. nov.*
52 *l. 38. ff. de regulis juris.*
53 *l. 25. 28. ff. eod.*
54 Datur etiam poſt annum.
55 Quæ eſt prætoria actio.
56 §. 4. *Inſt. de actionib.* Cur? ut vindicatio datur vero rei domino: ita Publiciana pene domino, ante futuro domino.
57 Forte legendum, *ſed quæ*: ut de reſciſſoria loquatur, cujus hæc mentio, §. 5. *Inſt. de actionibus.* quæ differt à ſuperiore Pauliana: de qua §. 6 *Inſt. de act.* Hæc datur adverſus dominum: illa non item.
58 Adde *l. 26 ff. rer. amot.*
59 V. *l. ultim. C. de hered. vel act. vend.*
60 *l. 1. §. 3. ff. de rei vind.* §. 134 & ibi *Theoph. Inſt. de act.*
61 Facit §. *ult. Inſt. de Interdict.*
62 Et exceptiones. *l. 1. ff. de except.*
63 §. 40 *Inſt. de act. l. 13. ff. de jud. l. 10. ff. finium regund. l. 44. §. 4. ff. famil.*
64 §. 4. *Inſt. de Interdict. l. 3. §. 1. ff. uti poſſid.*
65 Chirographum idem qui legat, nudas tabulas chirographi ſcriptas non legat, ſed ipſum debitum, quod ſcriptis tabulis continetur. *l. 44. §. 5. l. 84. §. 7. ff. de leg. 1. l. 59. ff. de leg. 2. l. 3. §. 5. ff. de lib. leg.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. ſtip. c. 3. num.* 195. Joann. Sanger. *de except. part. 3. c. 5. n.* 421 Anſ.
66 Oratio & figura literarum hic opponuntur. Figura literarum nihil aliud, quam literæ ipſæ: oratio id quod literis ita perſcriptis mente elicimus.
67 *l. 62. ff. mandat.*
68 Imo non in omnibus, ſed in quibuſdam. *arg. l. 9. ff. eod.*
69 Quæ ex contractu vel maleficio deſcendunt.
70 Imo non obligantur. *l. 43. ff. eod.*
71 *l. 57. ff. de judic.*
72 Id eſt, quibus tenetur hereditas. Quæ cœperunt à defuncto vel in defunctum, aut tranſeunt in heredem. *C. de heredit. act.*
73 Adde *l. 7. ff. de reb. auctor.*
74 *l. 6. ff. de ſeparationibus. l. ult. C. de hered. act.*
75 Ratio dubitandi hinc ſumitur; Si legata ab herede præſtantur, igitur legatorum nomine non hereditas ſed heres tenebitur: & ita legata hereditatis actionibus non adnumerantur. 76 *Imm. ff. de cond. ex lege.* 77 *l. 34. ff. eod.* 78 *Nihil,* Cujacius 13 *obſ.* 25. reprehenſus à Roberto 1 *animadverſ.* 21. Cujacii lectionem probat Hotom. 27 *Illuſtr.* movetur argumento *l. 1. l. penult. ff. arbor. furtim cæſarum. l. 1. vi bon. rapt. l. 1. l. 2. ff. de Publican.* & Antonius Mercator 1 *not.* 29. 79 Vide *l. 34. ff. de religioſis.* 80 *l. 54. l. 55. ff. de verbor. ſignif.* 81 Hinc illud, Teſtamenta legatariis pene chirographa ſunt. *l. 41. ff. ad leg. Aquil.* adde *l. 3. ff. de pignor. l. 50. §. 1. & §. 3. in fin. ff. de legat. 1.* 82 *l. 10. ff. de verbor. ſignif.* 83 *l. 25. in fin. ff. eod.* 84 *l. 55. ff. de verbor. ſignif.* 85 An 30 annorum? vide Scholaſtem *Harm. 3. tit. 5. l. 10. l. 155. ff. de verb ſign.* 86 *l. 25. in fin. l. 35. ff. eod.* 87 *l. 25. §. 1. ff. eod.* 88 *l. 101. ff. de verb. oblig. l. 2. in fin. ff. de reg. jur.* 89 *l. 5. ff. de regul jur.*
90 *l. 189. ff. de regul. jur.* 91 *l. 14. ff. eod.* 92 Cur dixit *fere*? quia plures ſunt cauſæ, quam quæ hic enumerantur; & vero locum & pœnam omiſit. 93 52 *Eclog. 2. cap.* 43. Goth. Ad hanc l. v. Goedd. *de contrab. ſtipul. cap. 5. num. 55. & ſeqq.* Anſ. 94 Formæ. 95 *l. 6 l. 22. l. 23. ff. eod.* 96 Ἀιφορος, *Eclog. ibid.* 97 ἢ ἐξ ἐν ἀρχῇ, ἢ εἰς τέλος. *Eclog. ibid.* aut ab initio, aut ad finem. 98 Quod ex aliquo die debetur, ante diem exigi non poteſt. §. 33. *ver. tempore Inſtit. de act.* 99 Vide *l. 4. ff. de ſervitutibus. l. 46. §. 1. ff. de verborum obligat.* Gothofred. Conciliationem hujus §. cum *l. 115. §. ultim. ff. de verborum obligat.* vide apud Enimund. Merill. *lib. 1 obſervat. cap.* 27. Anſ. 100 Imo legatum uſufructus ad tempus conferri poteſt. *l. 6. ff. de uſufruct. legat.* 1 Solutione, novatione, acceptilatione. Tempus vero nihil horum eſt. Tempus igitur non eſt modus tollendæ obligationis. 2 Quod ad certum uſque tempus debetur, finito tempore exigi non poteſt. 3 *l. 56. §. 4 ff. de verborum obligationibus.*
4 Id eſt, in tradenda ſervitute. *l. 4. ff. de ſervitutibus.* 5 Adde *l. 26. ff. de uſurpat. & uſucap.* 6 Id eſt, ne impoſitum ædificium ſolum ſequatur. *Eclog. ibid.* 7 Imo ſeparari poteſt; poteſt enim locari & vendi. *l. 1. §. 1. ff. de ſuperficiebus.* 8 Id eſt, quum obligatio conſtituitur. *Eclog. ibid.* 9 Puta intra Kalendas Martias. 10 Τρόπος. *Eclog. ibid.*
11 Pars alternativæ ſoluta totam obligationem perimit. 12 Nec alterum, *vulgat.* nec aliter peti. *Haloand.* 13 Quin debitoris eſt electio. *l. 10. in fin. ff. de jure dot.* 14 Poſtquam autem alterutrum periit, reus non habet electionem: Eſt enim nonniſi duorum vel pluriumve electio. 15 Προσθήκη. *Eclog. ibid.*

13 Hoc casu Titio solvi potest. *l.* 16. *ff. de solut.*

14 An id fieri posse negat *l.* 8. *ult.* §. 5 *ff. de verb. oblig.*

15 Respondeo, non ipso jure, sed per exceptionem. *d. l. ult.* §. 5. *ff. de verb. oblig.*

16 De quo vide *l.* 115. §. *ult. ff. de verbor. oblig.*

17 Quando tandem non do

18 Liberor cum fundum dando.

19 *l.* 1. *in pr. ff. de stip. servor.*

20 Pœnali stipulatione novationem fieri, hinc collige: sed & rem & pœnam simul exigi non posse, *d. l.* 1. *in fin. l.* 4. §. 7. *ff. de doli mali.* nisi nominatim cautum sit de utroque præstando, *l.* 115 *in fin. ff. de verb. obligat.* id est, pœna exigenda præter id, quod erat etiam pactum est & promissum, idque rato manente pacto. *l.* 16. *de transactionib.* Porro de hac quæstione, an principalis obligatio pœnali stipulatione novetur, vide Hotom. 10 *Illustr.*

21 *l.* 26. §. 4. *ff. de noxalib. l.* 36. *in fin. ff. de legat.* 1. alias si naturalis interitus rei post moram accidit, ad eum pertinet. vide Hotom. 29 *Illustr.*

22 Adde §. 3 *Inst. de oblig ex quasi contr.* &c.

23 Etiam civiliter.

24 Pupillus societate coita ex communiter gesto tenetur. *l.* 33. *ff. pro socio. l.* 25. §. 16. *ff. famil. e. l.* 15. *ff. de peculio.*

25 Et sic factus fuerit sumptus bona fide, vel pupillus ipse locupletior.

26 *l.* 29. *ff. communi divid.*

27 Etiam curator. *l.* 1. *ff. de contrar. tut.*

28 Procliviores ad liberandum, quam ad obligandum esse debemus. *l.* 38. *ff. de re judicata. l.* 99. *ff. de verb. oblig. l.* 5. *ff. de pœnis. l.* 125. *ff. de reg. jur.* vide *Harmenop.* 1. *tit.* 2. *in fin.* 2 *Feud.* 28. §. 1.

29 *l.* 5. *in fin. ff. de pœn.* 30 Vide *l.* 2. *ff. eod.* 31 In his etiam. *vulgat. Hil.* 32 Ut & mutus. *l.* 29. *ff. de adopt. l.* 4. §. 1. *ff. de pact. l.* 124. *ff. de regul. jur.*

33 *l.* 12. *ff. eod.* §. 1. *Inst. de perpet. & temporal. act.* 34 *l.* 12. *ff. eod. l.* 121. *in fin. ff. de verb. oblig.* 35 Delictum hic appellat dolum. Delicti voce dolus ita comprehenditur, ὡς ἔστιν εἰπεῖν tamen. 36 *l.* 7 §. 1. *ff. depositi.* 37 *V. l.* 137. §. 2. *ff. de verb. oblig. l.* 17. *ff. de reg. jur.*

38 Δίκαιον. 52 *Eclog.* 1 *c.* 50. *Theoph. Inst. de act.* auctoritas, facultas, potestas: atque ita tutela δίκαιόν τι Theophilo & Harmenopulo, 5. *tit.* 11. vide Zas. 2 *resp.* 9. 39 ὑποχελώμενον. *Theoph.* ὅτι μὴ χιγνόσκοντα. *Eclog ibid.* ex omni fœlicet obligatione & causa 40 Sustinve est. Hotom. 3 *obs.* 17. Hæc verba addenda putat, ne alioquin solis personalibus actionibus hæc definitio congruat. nam quod suum est, ad personales obligationes non pertinet, *l.* 3. *ff. eod. l.* 23. *ff. de rei vind.* quod nobis debetur, nostrum non est. *l.* 25. *ff. eod.* Diversa sunt, suum esse, & sibi deberi, *l.* 27. §. 2. *l.* 34. *ff. de auro.* Emplastro tamen illo opus non esse mihi videtur. Nostrum enim cum petimus, licet non sit debitum ex contractu vel maleficio, ex variis tamen causis significat debitum nobis dici potest. *l.* 1. *ff. eod. l.* 52. *ff. eod.* Et vero judex possessorem nunquam cogeret rem restituere, nisi eam restituere deberet. *l.* 9. *l.* 68. *ff. de rei vind.* sed ea de re nos aliquando plenius. 41 *in δικαιωμῶ. Eclog. ibid. Theoph.* Hoc additum est, ut discernamus solennes actiones ac judiciales ab extrajudicialibus hominum postulationibus, & ut sciretur actionibus adversarium cogi: judicium enim redditur in invitum. *l.* 83. §. 1. *ff. de verb. oblig.* 42 Τὸ ἐπαναλῶν. *Theoph.* τὸ ἀκαιωθέντας. *Eclog. ibid.* persequi ad extraordinariam actionem pertinet. *l.* 34. *l.* 178. §. 2. *ff. de verb. sign.* An & excipiendi? utique. *l.* 1. *ff. de exceptionib.* adde *l. ult. C. de hered. vel act.* 43 52 *Eclog.* 1. *c.* 51. Die brevius: nam Jurisconsultus hic causas juris cum causis facti confundit. Obligamur volentes seu ex consensu, vel Lege, vel judice, vel superiore imminente. Volentes & ex consensu, §. 4. (etiam nudo, §. 9.) re, §. 1. verbis, §. 2. re & verbis; §. 3. facto, §. 8. ut etiam nutu, §. *ult.* Lege vero, §. 5. judice, §. 6. superiore imminente, ut testatore. §. 7. *ff. eod.* Consentire nos aut sponte aut judice imminente ostendit *l.* 84. *in fin. ff. de leg.* 2. 44 Vide Cujac. 19 *obs.* 18. 45 *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* 46 *d. l.* 1. §. 7. 47 Congrua. *vulg. Hal.* σύμφωνος. *Eclog. ibid. Theoph. Inst. de verb. oblig.* congruenter. *l.* 1. §. *ult. ff. de verb. oblig.* 48 Id est, conjunctim. *v. l.* 9. §. 3. *ff. de reb. cred.* 49 Cum & res & interrogatio intercedit. *vulg. Hal.* 50 *l.* 2. *ff. eod.* 51 Societatem, verbi gratia, emptionem, conductionem.

52 Lege obligatur non tantum qui contra, sed & qui secundum præceptum Legis facit, *Eclog.* 16. vide Cujac. 17 *obs.* 18. hinc Lex dicitur Reipublicæ communis sponsio, *l.* 1. *in fin. ff. de legibus.* quod in Legum observationem quilibet civium (vel solo incolatu, & sic tacite) spondere & jurare videatur. 53 Ἡγεμονικος. *Eclog. ibid.* jus enim prætorium honorarium solemus appellare. *l.* 7. *ff. de justitia & jure. l.* 8. §. 2. *ff. de fidejuss.* §. 7. *Inst. de jure nat.* 54 Καὶ τὴν ὠφελιμωτάτην τοῦ Ἡγεμόνος. *Eclog. ib.* quæ lectio est sincera. 55 ἀπὸ τῶν ἀκροατῶν. *Eclog. ib.* 56 Edicto. Sunt enim alia Interdicta, quibus jubemur quid facere, ut Edictalia: sunt & alia prohibitoria. *l.* 1. §. 1. *ff. de Interdictis.*

57 Interdicto.

Persone, cum mihi aut Titio stipulor 13: *Rei* 14 cum mihi decem aut Titio hominem stipulor; ubi quæritur, an ipso jure 15 fiat liberatio homine soluto Titio? §. 5. Si ita 16 stipulatus sim, *Si secundum non dederis, centum dare spondes?* sola 17 centum [in] stipulatione sunt, in exsolutione 18 fundus. §. 6. Sed si navem fieri stipulatus sum, & si non feceris, centum: videndum utrum 19 duæ stipulationes sint, pura, & conditionalis, & existens sequentis conditio non tollat priorem; an vero transferat in se, & quasi novatio prioris fiat? quod magis verum est 20.

De manumissione & morte servi debiti.

XLV. Idem lib. v ad Plautium.

Is qui ex stipulatu Stichum debeat, si eum ante moram manumiserit, & is, priusquam super eo promissor conveniretur, decesserit, non tenetur: non 21 enim per eum stetisse videtur, quo minus eum præstaret.

De furioso & pupillo.

XLVI. Idem lib. VII *ad Plautium*.

Furiosus & pupillus, ubi ex re actio 22 venit, obligantur 23, etiam sine curatore, vel tutoris auctoritate: veluti si communem 24 fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero 25, vel damnum in eo pupillus dederit. nam judicio communi 26 dividundo obligabuntur 27.

Differentia obligationis & liberationis.

XLVII. Idem ex lib. XIV *ad Plautium*.

Arrianus ait multum interesse, quæras, utrum aliquis obligetur, an aliquis liberetur? Ubi de obligando quæritur, propensiores esse debere nos, si habeamus occasionem, ad negandum 28. Ubi deliberando, ex diverso ut facilior sis ad liberationem 29.

De surdo.

XLVIII. Idem lib. XVI *ad Plautium*.

In quibuscunque negotiis sermone opus non est, sufficiente 30 consensu 31, iis etiam surdus 32 intervenire potest: quia potest intelligere & consentire, veluti in locationibus, conductionibus, emptionibus, & cæteris.

De actionibus ex contractibus.

XLIX. Idem lib. XVIII *ad Plautium*.

Ex contractibus venientes actiones in heredes dantur 33, licet 34 delictum 35 quoque versetur: veluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit, aut is apud quem depositum 36 est. Quo casu etiam cum filiusfamilias aut servus quid tale commisit, de peculio actio datur, non noxalis.

De tempore.

L. Pomponius lib. VII ex Plautio.

Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei 37 potestas est quolibet ejus anni die dandi.

Definitio actionis.

LI. Celsus lib. III Digestorum.

Nihil aliud est actio, quam jus 38, quod 39 sibi debeatur 40, judicio 41 persequendi 42.

Quibus modis obligamur.

LII. Modestinus lib. II Regularum.

Obligamur 43 aut re, aut verbis, aut simul utroque; aut consensu, aut Lege 44, aut Jure honorario, aut necessitate, aut expecato. §. 1. *Re* obligamur, cum 45 res ipsa intercedit.

§. 2. *Verbo* 46, cum præcedit interrogatio, & sequitur congruens 47 responsio. §. 3. *Re & verbis* pariter 48 obligamur, cum & res 49 interrogationi intercedit. §. 4. *Consentientes* 50 in aliquam rem 51, [ex] consensu obligari necessario ex voluntate nostra videmur. §. 5. *Lege* obligamur, cum obtemperantes 52 Legibus aliquid secundum præceptum Legis aut contra facimus.

§. 6. *Jure honorario* 53 obligamur ex his, quæ Edicto perpetuo 54, vel Magistratu 55 fieri præcipiuntur 56, vel fieri prohibentur 57.

§. 7. *Necessitate* obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod præceptum est: quod evenit in necessario 58 herede.

§. 8. *Ex peccato* 59 obligamur, cum 60 in facto quæstionis summa constitit 61. §. 9. Etiam *nudus* 62 *consensus* sufficit obligationi, quamvis verbis 63 hoc exprimi possit. §. 10. Sed & *nutu solo* pleraque 64 consistunt.

De actionibus concurrentibus. 1. De eo ad quem res pertinet.

LIII. Idem lib. III Regularum.

Plura delicta in una re plures admittunt actiones: sed non posse omnibus 65 uti probatum est. nam si ex una obligatione plures actiones nascantur, una tantummodo, non omnibus, utendum est. §. 1. Cum generaliter adjicimus, *Eive ad quem ea res pertinebit* 66: & adrogati, & eorum qui jure nobis succedunt, personas comprehendimus.

De contractu imaginario.

LIV. Idem lib. V Regularum.

Contractus imaginarii 67 etiam in emptionibus 68 juris vinculum 69 non obtinent, cum fides facti simulatur, non intercedente veritate.

De affectu utriusque partis.

LV. Javolenus lib. XII Epistolarum.

In omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat, oportet, affectus 70 ex utraque parte contrahentium: nam sive ea venditio, sive donatio 71 [sive conductio], sive quælibet alia causa contrahendi fuit, nisi animus utriusque consentit, perduci ad effectum [id] quod inchoatur, non potest.

De servo.

LVI. Pomponius lib. XX ad Quintum Mucium.

Quæcunque actiones servi mei nomine mihi cœperunt competere, vel ex duodecim Tabulis, vel ex Lege Aquilia, vel injuriarum, vel furti: eædem durant, etiam 72 si servus postea, vel manumissus, vel alienatus, vel mortuus fuerit. † Sed & conditio ex furtiva causa competit: nisi 73 si nactus possessionem servi, aut alienavero, aut manumisero eum.

De errore.

LVII. Idem lib. XXXVI *ad Quintum Mucium*.

In omnibus 74 negotiis contrahendis, sive bona fide sint, sive non sint, si error 75 aliquis intervenit, ut aliud sentiat (puta) qui emit 76, aut qui conducit 77, aliud qui cum his contrahit: nihil valet quod acti sit. † Et idem in societate quoque coëunda respondendum est, ut si dissentiant, aliud alio existimante, nihil valet ea societas, quæ in consensu consistit.

De litis contestatione.

LVIII. Callistratus lib. I Edicti monitorii.

Siendum est ex omnibus causis lites 78 contestatas & in heredem similesque personas transire.

De pupillo.

LIX. *Licinnius Rufinus lib. VIII Regularum.

Pupillus mutuam pecuniam accipiendo, ne quidem jure naturali obligatur 79.*

De concurrentibus actionibus.

LX. Ulpianus lib. XVII ad Edictum.

Unquam 80 actiones pœnales 81 de eadem 82 pecunia concurrentes alia aliam consumit.

De nuda scriptura. 1. De constitutione salarii.

LXI. Scævola lib. XXVIII Digestorum.

Procurator 83 Seii admisit 84 subscriptionem ad argentarium 85 vascularium in verba infra scripta: Λάκιος Καλανδίων ἐπίγνων, καθὼς πρόγεγραπται, ἐστὶν λοιπὸν παρ' ἡμῖν διειλόμενα τοῦ δέους τόσα. [id est] *Lucius Kalandius recognovi* 86, *quemadmodum supra scriptum est reliqua* 87 *a nobis* 88 *debentur tot illi.* Quæro an Gaium Seium obligare potuit? Respondit, Seium, si alioquin obligatus non esset, non propter quod ea scriptura, quæ proponeretur, interposita sit, obligatum esse. §. 1. Seia cum salarium constituere vellet, ita epistolam emisit: *Lucio Titio salutem. Si* [in] *eodem animo, & eadem affectione erga me es qui semper fuisti: ex continenti acceptis literis meis, distracta re tua, veni: hoc tibi quamdiu vivam præstabo, annuos decem. scio enim quia valde me bene ames.* Quæro, cum & rem suam distraxerit Lucius Titius, & ad eam profectus sit, & ex eo eam ea sit: an ei ex his epistolis salarium annuum debeatur? Respondit, ex personis 89 causisque, eum, cujus notio sit, æstimaturum, an actio danda sit.

58 Necessarius heres necessitatem obligatur. §. 1 *Inst. 2. de hered. qualit.*

59 Ex facto, *vulgat.*

60 Hic actio ex peccato est, quoties ex facto quis tenetur. hic e contrario, *l.* 25. §. 1. *ff. eod.* ex facto actio est, quoties ex eo quis teneri incipit, quod ipse admisit: veluti furtum, vel ut ait Ecloga, ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.

61 *Al* consistit.

62 *l.* 1. *ff. de pact. l.* 35. *in fin. ff. de verb. obl.*

63 Solemnibus, vel hinc inde habitis.

64 Non omnia: ut verbis obligatio, *v. l.* 1 § 2 *ff. de verb. oblig.* quadam tamen consistunt: heres nutu inditur non potest, *l.* 29. *C. de testam.* vel quia natura aut solennitas est impedimento, vel quia etiam interdum qui annuit, adversatur, Gal. 2 *de decretis Hippocratis* apud Duaren. in *l.* 1. §. 3 *ff. de verb. oblig.* Quædam contra tuta committit, veluti, nutu jubere possumus, ut adeatur hereditas, *l.* 93. §. 1. *ff. de adquir. hered. l.* 65. §. 5 *ff. ad Trebell* relinquamus fideicommissum. vide *l.* 21. *ff. de leg.* 3 *l.* 22. *C. de fideicommiss.* & legatum. 44 *Eclog.* 1. *c.* 132. De legamus etiam nutu, *l.* 17 *ff. de novationib.* pacifimur, jubemus. Cujac. ad *l.* 1. §. 1. *ff. de verb. obligat.* adde Ulp. 25 §. 3.

65 *l.* 5. *l.* 6. *ff. de excepr. rei jud.* adde *l.* 60. *ff. eod.* vide Hotom. *Illustr.* 27.

66 *l.* 181. *ff. de verb. sign.*

67 Τὰ ἀκοινὰ συναλλάγματα. 52 *Eclog.* 1. *c.* 53.

68 Vide *l.* 55. *ff. de contr. empt. l.* 10. *C. de distract. pign. l.* 16. *de regul. jur.* & locationibus, *l.* 46. *ff. locati.* 2 *Feud.* 9. §. 1. & in nuptiis, *l.* 30. *ff. de ritu.* transactionibus, *l.* 21. *C. de transactionibus.* in pignoribus, *l.* 10. *C. de distract. pign.* in donationibus *arg. l.* 8. *C. de donat.*

69 Obligatio juris est vinculum. *Instit. de obligat.*

70 *l.* 3. *in fin. ff. eod. l.* 1. § 3. *in fin. ff. de pact.*

71 Donatio est contractus. 72 *l.* 14 *ff. eod. l.* 5. *in fin. ff. de serv. corrupt. de condict. furt.* 74 Bonæ fidei & stricti juris. 75 Error contractum etiam stricti juris vitiat. *l.* 6. §. 1. *ff. de off. Præsid. l.* 15. *ff. de jurisdict. l.* 2. *ff. de in integr. rest. l.* 2. *ff. de judiciis. l.* 11. §. 8. *ff. de interrog. l.* 18. *ff. de reb. cred. l.* 1. *in fin. quod falsi tut. l.* 12. *ff. de aqua & aquæ pluv. l.* 2. *ff. de confessis. l.* 15. §. 5. *in fin. ff. quod vi. l.* 7. *l.* 6. *l.* 92. *l.* 116. *ff. de reg. jur. v. l.* 9. *C. de jur. & fact.* 76 *l.* 9. *ff. de cont. empt.* 77 *l.* 52. *ff. locati.* 78 Litis contestatio instituram actionem producit, atque perpetuat. *l.* 26. *l.* 33. *ff. eod.* adde *l.* 52. *ff. de rei vind. l.* 9. §. 2. *ff. de jurejur. l. ult. ff. de fidejuss. tutor. l.* 86. *l.* 87. *l.* 139. *l.* 164. *ff. de reg. jur.* §. 1. *Inst. de perpetuis. l. un. C. ex delict.* atque ita actor meliorem suam causam facit contestando: interdum tamen deteriorem; qua de re vide omnino Hotom. 3 *obs.* 28. ubi tractat de effectibus variis litis contestationis. 79 *l.* 41. *ff. de condict. indeb.* Imo jure naturali obligatur. *l. ult. ff. de jurejur. l.* 21. *ff. ad l. Falc. l.* 25. §. 1. *ff. quando dies leg. l.* 1. *in fin. ff. de noxal. l.* 1. *in fin. ff. de novat. l.* 44. *l.* 95. §. 4. *ff. de solut.* solve: Non obligatur ex consensu naturaliter, si sit infans, aut infanti proximus, *l.* 111. *ff. de reg. jur.* obligatur tamen si factus sit locupletior. *l.* 13. *l.* 14. *ff. de cond. indeb.* 80 Concurrentes de eadem pecunia pœnales actiones non se mutuo consumunt. *l.* 32. *ff. eod. l.* 2. *ff. de priv. delict. l.* 130. *ff. de reg. jur.* §. 1. *in fin. Inst. si quadrupes. l. un. C. quando civilis actio* 81 *l.* 26. *ff. eod.* 82 De eodem peccato. Hotomann. 27 *Illustr.* 83 Hæc lex pertinet ad obligationes literarum. Epistolarum autem quæ vis sit, vide Albericum in *l. non epistolas.* 13. *C. de probationibus.* 84 *Al.* misit vel emisit. 85 De quo vide *l.* 19. §. 8. *ff. de auro. l.* 31. *ff. locati.* 86 Recognitio rationum & earum solidatio per procuratorem facta nocet domino, si, quod rationibus continetur, verum sit, non falsum 87 Vide quæ scripsi ad *l.* 24. *ff. depositi.* 88 Id est, à me & domino. 89 *l.* 5. *ff. de donat.* adde *l.* 1. §. 10. *ff. de extraordin. cognitionib. l.* 38. *ff. de rei vindic.*

DIGESTORUM PANDECTARUM

PARS SEPTIMA[4].

LIBER QUADRAGESIMUSQUINTUS.

TIT. I.

DE[1] VERBORUM[2] OBLIGATIONIBUS[3].

Prima divisio ſtipulationum : alia congrua, alia non congrua : vel alia utilis, alia inutilis. De voce & auditu. De mutо, ſurdo, infante & abſente. 1 *De diſceſſu & reverſione ſtipulatoris.* 2. *De reſponſione*, Quidni? *De nutu.* 3. *Si reſpondens adjicat vel detrahat aliquid obligationi.* 6. *De lingua.*

1. ULPIANUS lib. XLVIII ad Edictum.

STipulatio non poteſt confici, niſi utroque loquente[5]. & ideo neque mutus[6], neque ſurdus[7], neque infans ſtipulationem contrahere poſſunt; nec abſens[8] quidem: quoniam exaudire invicem debent[9]. Si quis igitur ex his[10] vult ſtipulari, per ſervum[11] præſentem ſtipuletur, & adquiret ei ex ſtipulatu actionem. Item ſi quis obligari velit, jubeat[12], & erit *quid juſſu* obligatus. §. 1. Qui præſens interrogavit[13], ſi antequam [ſibi] reſponderetur, diſceſſit, inutilem efficit ſtipulationem. Sin vero præſens interrogaverit[14], mox diſceſſit, & [15] reverſo reſponſum eſt, obligat[16]: intervallum enim medium [17] non vitiavit obligationem[18].

§. 2. Si quis ita interroget, *dabis?* reſponderit, *quidni?* [&] is utique in ea cauſa eſt ut obligetur[19]. † Contra ſi ſine verbis adnuiſſet. Non tantum[20] autem civiliter, ſed[21] nec[22] naturaliter[23] obligatur qui ita adnuit: & ideo[24] recte dictum eſt non obligari pro eo nec fidejuſſorem quidem. §. 3. Si quis ſimpliciter[25] interrogatus reſponderit[26], *Si illud factum erit, dabo*[27]: non obligari eum conſtat. Aut ſi ita interrogatus, *intra Kalendas quintas*[28], reſponderit, *dabo Idibus*: æque non[29] obligatur. Non enim ſic reſpondit, ut intrograta eſt. Et verſa vice ſi interrogatus [fuerit] ſub conditione[30], reſponderit pure: dicendum erit eum non obligari. Cum adjicit[31] aliquid vel detrahit obligationi, ſemper probandum eſt vitiatam eſſe obligationem: niſi ſtipulatori diverſitas reſponſionis[32] illico placuerit: tunc enim alia ſtipulatio contracta eſſe videtur. §. 4. Si ſtipulanti mihi *decem*, tu *viginti*[33] reſpondeas: non eſſe contractam obligationem, niſi[34] in decem, conſtat. Ex contrario quoque ſi me *viginti* interrogante, tu *decem* reſpondeas, obligatio niſi[35] in decem non erit contracta: licet enim oportet congruere ſummam, attamen manifeſtiſſimum eſt viginti[36] & decem ineſſe. §. 5. Sed ſi mihi Pamphilum ſtipulanti, tu *Pamphilum* & 37 *Stichum* ſpoponderis, Stichi adjectionem pro ſupervacuo habendam puto. nam ſi tot ſunt ſtipulationes[38], quot corpora: duæ ſunt quodammodo[39] ſtipulationes[40], una utilis, alia inutilis: neque vitiatur[41] utilis[42] per hanc inutilem. §. 6. Eadem[43] an alia lingua reſpondeatur, nihil intereſt. Proinde ſi quis Latine interrogaverit, reſpondeatur ei Græce: dummodo congruenter[44] reſpondeatur: obligatio conſtituta eſt. Idem per contrarium. † Sed utrum hoc uſque ad Græcum[45] ſermonem tantum protrahimus: an vero & ad alium, Pœnum forte, vel Aſſyrium, vel cujus alterius linguæ, dubitari poteſt? Et [exſtat] ſcriptura Sabini, ſed & verum[46] patitur, ut omnis[47] ſermo contineat verborum obligationem: ita tamen ut uterque alterius linguam intelligat, ſive per ſe[48], ſive per verum[49] interpretem[50].

Diviſio ſecunda in ſtipulationes dandi & faciendi. 1. Tertia in dividuas & individuas.

11. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

STipulationum quædam[51] in[52] dando, quædam in faciendo[53] conſiſtunt[54]. §. 1. Et harum omnium quædam[55] partium præſtationem recipiunt[56]; veluti cum *decem* dari ſtipulamur: quædam non recipiunt, ut in his quæ natura[57] diviſionem non admittunt; veluti[58] cum *viam, iter, actum* ſtipulamur: quædam partis quidem dationem natura recipiunt, ſed[59] niſi tota dantur, ſtipulationi ſatis non fit; veluti cum *hominem* generaliter[60] ſtipulor, aut *lancem*, aut *quodlibet vas*. Nam ſi Stichi pars ſoluta ſit, nondum in ulla[61] parte ſtipulationis liberatio nata eſt, ſed aut ſtatim[62] repeti poteſt[63], aut in[64] pendenti eſt[65], donec alius detur. † Ejuſdem[66] conditionis eſt hæc ſtipulatio[67], *Stichum aut Pamphilum dari?* §. 2. Ex his igitur ſtipulationibus ne heredes[68] quidem pro parte ſolvendo liberari poſſunt, quamdiu non eandem rem omnes dederint: non enim ex perſona heredum conditio obligationis[69] immutatur. † Et ideo ſi diviſionem res promiſſa non recipit[70], veluti[71] via: heredes promiſſoris ſinguli in ſolidum tenentur[72]. Sed quo caſu unus ex heredibus ſolidum præſtiterit[73], repetitionem[74] habebit à coherede, familiæ erciſcundæ judicio. † Ex quo[75] quidem accidere Pomponius ait[76], ut & ſtipulatoris viæ, vel itineris heredes ſinguli in ſolidum habeant actionem. ſed quidam hoc caſu extingui ſtipulationem putant[77]; quia[78] per ſingulos adquiri ſervitus non poteſt: ſed[79] non facit inutilem ſtipulationem difficultas[80] præſtationis.

§. 3. Si tamen[81] *hominem*[82] ſtipulatus eum uno ex heredibus promiſſoris egero[83]: pars duntaxat cæterorum[84] obligationi ſupererit, ut & [85] ſolvi poteſt. † Idemque eſt ſi uni ex heredibus accepto latum[86] ſit. §. 4. Idemque[87] eſt in ipſo promiſſore, & fidejuſſoribus ejus, quod diximus in heredibus. §. 5. Item ſi in facto[88] ſit ſtipulatio, veluti ſi[89] ita ſtipulatus fuero[90], *per te non*[91] *ſtetit, neque per heredem tuum, quominus mihi ſtare agere liceat?* & unus utile robur accipit & firmatur. *l.* 1. §. 1. *C. de rei uxor.* 42 *c.* 37. *c.* 73. *de regul. in* 6. 43 *V. Theoph.* §. 1. *in fin. Inſt. de verb. obl.* 44 Ut ſenſus ſaltem verbis congruat. *v. l* 52. §. 2. *ff. de oblig.* 45 Græce ſtipulatio fieri poteſt, *ut hic.* & acceptilatio, *l* 8. *in fin* ff *de acceptilat.* v. quæ not. ad *l.* 11. ff. *de leg.* 3. 46 Id eſt, æquitas, utilitaſq; commerciorum. 47 Non tantum Latinus, licet ſtipulatio introducta ſit a Romanis & Jure civili. 48 §. 1. *verſ. utrum. Inſt. eod.* 49 Ideoque ſi falſum reperitur, veritati locus ſupererit, ut eſt exemplum in Plauti *Pœnulo*. & deceptus reſtituetur ex generali clauſula. ff. *ex quib. cauſ. major.* 50 Etiam unicum, etiam ipſum notarium. *v.* Zaſ. *hic. n.* 6. licet alias uni teſti non credatur. *l.* 9. *C. de teſtib.* ſed hoc receptum eſt propter communem conſenſum partium. facit *lex* 14. ff. *de dote prælegat.* Idem eſt ſi publice munus illud fuerit alicui impoſitum, *l. ult. C. de penderatorib.* neque placet diſtinctio, quam ponit inter teſtem & interpretem Mantic. 3 *de conjectur. ult. voluntat. in fin.* Quid enim agit hic interpres, quam ut teſtimonium utrique præbeat? De remuneratione interpretis vide *l. ult.* ff. *de proxeneticis.* Goth. Adde Leonin. *emend. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 1. Anſ. 51 *V. l.* 5. §. 1. ff. *eod.* Diviſio ſtipulationum ſumpta à materia. 52 Ita ut dominium transferatur, *l.* 75. *in fin.* ff. *eod.* alias qui dat, facit. *l.* 218. ff. *de verb ſign.* Facti vocabulo datio comprehenditur. *l.* 60. ff. *de cond. & demonſtr.* 53 Tradendo, *l.* 28. *l.* 75. §. 7. ff. *eod.* vel non faciendo. *d. l.* 60. *l.* 75. §. 7. ff. *eod.* Non factum ſub facto continetur. Qui abſtinet, facit. 54 Adde quædam in dando & faciendo conjunctim, ut reddere rationes, *l.* 82. ff. *de cond. & demonſt.* & ſic Juriſconſultus hanc tertiam ſpeciem mixtam omiſit, de qua præcipius agitur *l.* 13. *C. eod.* etſi quodammodo ſub duabus ſimplicibus expreſſis mixti caſus intelligi videantur. *arg. l* 13. ff. *de liberis.* 55 Stipulationum quædam dividuæ, quædam individuæ. In dividuis pro parte ſolvi poteſt. ff. *eod. l.* 9. §. 1. ff. *de ſolutionib.* Goth. Vide Sarmient. *lib.* 6 *ſelect. c.* 16. Goedd. *de contrab. ſtipul. c.* 6. *n* 267. Anſ. Adde Molin. *de divid. & individ.* Vallam, *de reb. dub. tr.* 18. S. L. 56 Ut ſtipulationes quantitatis & pecuniæ, ſpeciei ſeu corporis certi. *l.* 9. §. 1. ff. *de ſolut.* Quantitas, numero: ſpecies certa, ut Stichus; intellectu dividitur. *l.* 66. §. 2. ff. *de leg* 2. *l.* 5. ff. *de ſtipul ſervor.* Incerta, ut homo, ejus pars ſolvi poteſt, *l.* 9. §. 1. ff. *de ſolutionib.* de qua Macrob. 2 *ſaturn.* 6. Navem ſi dividis, nec tu, nec ſocius habebitis: qua in re Quintus Fabius Labeo adverſus Antiochum peccavit. 57 Dividuum & individuum, aliud à natura, aliud à Lege, *l.* 26 *in fi.* ff. *de leg.* 1. Incorporalia, natura ſunt individua. Dividua ſunt à natura, ut corpora quæ facto hominis poſſunt dividi: Lege, quæ nonniſi commode dividi poſſunt. 58 Ut ſervitutes, *v. l.* 72. ff. *eod. l.* 17. ff. *de ſerv.* excepto uſufructu. *l.* 1. §. 9. ff. *ad l. Falc.* 59 Hic magna ſubvertitur in formulis confuſio: Quædam pro parte ſolvi poſſunt, & tamen ſolida ſunt præſtanda. Pars eſt in pertie ej; ſolidum, in præſtatione, *l.* 85. *in princ.* §. 4 ff. *eod.* 60 *l.* 32. *in fin.* ff. *de cond. indeb.* non ſpeciatiter, ut cum dixi Stichum, ſed incertum. 61 In nulla, *Hal.* imo in aliqua, *l.* 9. ff. *de ſolut. l.* 17. ff. *de acceptil.* quin videtur creditor partem recipiens ſibi præjudicare. 62 Hoc corrigitur ff. *eod.* 63 Pars quæ data eſt ſc. ut indebita. 64 *l.* 26. §. 13. ff. *de condict. indeb.* 65 Conditio ſc. 66 *l.* 32. *in fin.* ff. *de condict. indeb.* & ſic obligatio generis & alternativa exæquantur, *ut hic.* interdum tamen differunt. de quo v. Zaſ. 2 *reſp. ult.* 67 Alternativa. *l.* 85. §. 4 ff. *eod.* 68 Quæ dicta ſunt ſuperiori §. de promiſſore, eadem hic dicuntur de ejus ſucceſſore. 69 Generis ſcil. 70 *l.* 72. ff. *eod. l.* 17. ff. *de ſervit.* 71 *l.* 25. §. 10. ff. *famil. erciſc.* 72 Excipe §. 3. §. 4. 73 Conſultius faciet judex, ſi antequam eum condemnet, tempus præſtituat cæteris coheredibus intra quod ſervitutem præſtent. *l* 11. §. 23. ff. *de legat* 3. 74 §. 5. *in fin.* ff. *eod. & d.* §. 10. 75 Id eſt, à contrario: ut ſit ſenſus, ut promiſſoris ſervitutis heredes teneantur in ſolidum, ita & ſtipulantis in ſolidum agunt. *l.* 19. *in fin.* ff. *de ſervit. ruſt. l.* 25. §. 9. ff. *famil.* 76 *l.* 17. ff. *de ſerv.* 77 Et male. ff. *eod.* 78 Haloander legit, *Si vero.* S. L. Ratio dubitandi hæc eſt. Non poteſt ſervitus ab uno dominorum fundo communi adquiri. *l.* 19. ff. *de ſervit. ruſt. l.* 4. §. 3. *in fin.* ff. *ſi ſerv. vind.* Non poteſt igitur hereditaria ſervitus ad plures transferri: alioquin res deveniet ad eum caſum, à quo incipere non poteſt. 79 Ratio decidendi. licet præſtatio ſervitutis juris ſubtilitate ſit impoſſibilis: ex æquitate tamen, habita ratione ejus, quod intereſt agentis, poſſibilis eſt, licet difficilis. *l ult.* ff. *de prætoris ſtipulat.* ad æſtimationem ejus, quod intereſt recurritur, ut ita ceſſet difficultas. *l.* 4. §. 3. ff. *ſi ſerv. vind.* 80 *l.* 137 §. 4. ff. *eod. l. ult.* ff. *de æd. empt.* Goth. Vide Zang. *de except. part.* 3. *c.* 2. *n.* 20. Anſ. 81 Exceptio, §. 2 *in verſ. ſed quo caſu.* ff. *eod.* 82 In genere. 83 An ſola litis conteſtatione, ut vult Corraſius? An vero impetrata à reo ſententia abſolutoria, ut vult Duarenus? Placet quod ait poſt Petrum Bartolus, in obligatione generis non contingere liberationem per ſolutionem, ſed per ſententiam & per acceptilationem, *l.* 5. §. 4. ff. *eod l.* 67. ff. *de ſolut.* idque Cujac. probat: quia nec petitione inducitur inter duos reos diviſio. *l* 23. *C. de fidejuſſ.* 84 Coheredum ſc. Ut ex ſolvi poſſit. *vulg. Hal.* 86 *l.* 17. ff. *de acceptil.* 87 Senſus eſt, ut inter heredes promiſſoris, ita inter ejuſdem fidejuſſores generis ſtipulatio dividitur: ſi vero obligatio dividua, juvantur epiſtola D. Hadriani, §. 4. *Inſt. de fidejuſſ.* ſi indivi dua, in ſolidum tenentur. 88 De ſtipulationibus faciendi tractare incipit. Facti appellatione non faciendi ſtipulatio continetur. 89 *l.* 85. §. 3 ff. *eod. l.* 25. §. 12. *l.* 44 § 5 ff. *famil.* 90 In factis perſonalibus id expedit ſtipulari: nam realia deſcendunt ad heredes. 91 Solet hoc adjici pro conſtitutæ ſervitutis conſervatione.

34 Imo, nec in decem quidem, §. 5. *Inſt. de inutil. ſtipulat. l.* 52. ff. *locati.* ſol. ubi illico non placuit diverſitas reſponſionis: hic placuit, *arg.* §. 3. *in fin.* ff. *eod.* vel in *d.* §. 5. Inutilis dicitur ſtipulatio totius, non partis; in toto ipſo, non in parte. 35 Imo, ne in decem quidem, *d.* §. 5 ſolve ut ff. *Goth.* Adde *l.* 83. §. 3 *eod.* S. L. 36 *l.* 9. *in fin.* ff. *de in litem jurando. v. l.* 9. §. 3. *in fin.* ff. *de hered. inſtit. l.* 76. ff. *de except. rei judic. c.* 80. *de regulis. in* 6. 37 Id eſt, tu reſponderis copulative: hic reſponſio petitionem excedit. ideoque *in* reſponſione ineſt id, quod petitum eſt, ut mirum non ſit, valere hujuſmodi ſtipulationem, *ut hic. l* 12. ff. *de pecun. conſt. l.* 34. *C. de donationib.* Aliud eſt in alternativa reſponſione, quæ dubia eſt, *l.* 83. §. 2. ff. *eod.* & breviter; hic ſimplici interrogationi non obeſt conjuncta, ſed alternativa reſponſio. 38 Id eſt, reſponſiones, Zaſ. adde *l.* 29. ff. *eod.* 39 Hæc dictio, nota eſt impuprietatis. 40 Id eſt, reſponſiones. Zaſ. 41 Quoties agitur de rebus dividuis quæ ſeparari poſſunt, non de connexis & individuis, *l.* 7. *in fin.* ff. *de receptis.* interdum inutile per utile robur acci-

nus 93 ex pluribus heredibus prohibuerit, tenentur quidem 94 [&] coheredes ejus 95, sed familiæ 96 erciscundæ judicio ab eo repetent quod præstiterint: Hoc & Julianus & Pomponius probant.

§. 6. Contra 97 autem si stipulator decesserit, qui stipulatus erat, *sibi heredique suo agere licere*, & unus ex heredibus ejus prohibeatur, interesse dicemus, utrum in solidum committatur stipulatio, an pro parte ejus qui prohibitus est. nam si pœna 98 stipulationi adjecta sit, in solidum committetur 99; sed 100 qui non sunt prohibiti, doli [mali] exceptione summovebuntur 1; sive 2 pœna nulla posita sit, tunc pro parte ejus tantum qui prohibitus est, committetur stipulatio.

III. Ulpianus lib. XLIX ad Sabinum.

IDem 3 juris est & in illa stipulatione 4, *mihi heredique meo habere licere?* §. 1. Sed hæc differentia 5 illam habet rationem, quod ubi unus ex heredibus prohibetur, non potest coheres ex stipulatu agere, cujus nihil interest, nisi 6 pœna subjecta sit: nam 7 pœna subjecta efficit, ut omnibus committatur; quia hic non quærimus cujus intersit. enimvero ubi 8 unus ex heredibus prohibet, omnes tenentur heredes: interest enim prohiberi, à nemine prohiberi.

IV. Paulus lib. XII ad Sabinum.

EAdem dicemus 9 & si *dolum* 10 *abesse à te heredeque tuo* stipulatus sim 11, & aut promissor, aut stipulator pluribus heredibus relictis decesserit. §. 1. Cato 12 libro 13 XV 14 scribit, *pœna certæ pecuniæ promissa, si quid* 15 *aliter factum sit*, mortuo promissore, si ex pluribus heredibus unus contra quam cautum sit, fecerit, aut ab omnibus heredibus pœnam committi pro portione hereditaria, aut ab uno pro portione sua. Ab omnibus, si id factum de quo cautum est, individuum 16 sit: veluti, iter 17 fieri: quia quod in partes dividi non potest, ab omnibus quodammodo factum videretur. † At si de eo cautum sit, quod divisionem recipiat, veluti *amplius non* 18 *agi* 19: tum eum heredem qui adversus ea fecit, pro portione sua solum pœnam committere. Differentiæ hanc esse rationem: quod in priore casu omnes commisisse videntur, quod nisi in solidum peccari non poterit, illam 20 stipulationem *per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat*. † Sed 21 videamus 22, ne non idem 23 hic 24 sit: sed 25 magis idem quod in illa stipulatione, *Titium heredemque ejus ratum habiturum?* nam hac stipulatione & solus tenebitur qui non habuerit ratum, & solus aget à quo fuerit petitum: idque & Marcello videtur: quamvis 26 ipse dominus pro parte ratum habere non potest. §. 2. Si 27 is 28 qui duplam stipulatus est, decesserit pluribus heredibus relictis, unusquisque ob evictionem 29 suæ partis pro portione sua habebit actionem. † Idemque est in stipulatione quoque fructuaria 30, & damni infecti 31, & ex operis novi nunciatione 32: restitui tamen opus ex operis novi nunciatione pro parte non potest. Hæc 33 utilitatis 34 causa ex parte stipulatorum recepta sunt. † Ipsi autem promissori 35 parte neque restitutio 36, neque defensio 37 contingere potest.

Divisio quarta stipulationum in judiciales, prætorias, conventionales, communes. 1. *Quinta divisio stipulationum in repromissionem*, 2. *Et satisdationem.* 4. *De stipulatione pœnali.*

V. Pomponius lib. XXVI ad Sabinum.

STipulationum 38 aliæ 39 judiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes prætoriæ & judiciales. † Judiciales 40 sunt duntaxat, quæ à mero 41 judicis officio 42 proficiscuntur, veluti de dolo cautio 43. † Prætoriæ, quæ à mero 44 Prætoris officio proficiscuntur, veluti *damni infecti*. † Prætorias autem stipulationes sic audiri oportet, ut in his contineantur etiam ædilitiæ 45: nam & hæ ab jurisdictione veniunt. † Conventionales 46 sunt quæ ex conventione reorum 47 fiunt, quarum totidem genera sunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum: nam & ob ipsam verborum obligationum fiunt, & *pendent ex negotio contracto*. † *Communes* 48 sunt stipulationes, veluti *rem salvam fore pupilli*. nam & Prætor jubet rem salvam fore pupillo caveri: & interdum judex, si aliter expediri hæc res non potest. † Item duplæ stipulatio venit ab judice 49, aut ab Ædilis 50 Edicto. §. 1. Stipulatio 51 autem est verborum conceptio 52, quibus is qui interrogatur, daturum 53 factumve se quod interrogatus est, responderit 54. §. 2. Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores 55 quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittunt. §. 3. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. nam quia id quo quis contentus erat, ei præstabatur, satisfieri dictum est: & similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur ut verbis obligarentur, satis accipi dictum est. † *Si sortem* promiseris, *& si ea soluta non esset, pœnam:* etiam si unus ex heredibus tuis portionem suam ex sorte solverit, nihilominus pœnam committet, donec 56 portio coheredis solvatur. §. 4. Idemque est de pœna ex compromisso, si unus paruerit, alter non paruerit sententiæ judicis. Sed à coherede ei satisfieri debet. nec enim aliud in his stipulationibus sine injuria stipulatoris constitui potest.

De eo, cui bonis interdictum est.

VI. Ulpianus lib. I ad Sabinum.

IS 58 cui 59 bonis Interdictum 60 est, stipulando sibi adquirit. tradere vero non potest 61, vel promittendo obligari: & ideo nec fidejussor pro eo intervenire poterit 62, sicut nec pro furioso.

De conditione impossibili & necessaria.

VII. Idem lib. VI ad Sabinum.

IMpossibilis 63 conditio, cum in faciendum 64 concipitur, stipulationibus obstat: aliter atque si talis conditio inferatur stipulationi, *Si in cælum non ascenderit*; nam utilis & præsens est (& pecuniam creditam continet 65).

De conditione in diem collata.

VIII. Paulus lib. II ad Sabinum.

IN illa stipulatione, *Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare spondes* 66? Mortuo homine quæritur 67, an statim ante Kalendas agi possit? Sabinus & Proculus expectandum 68 diem 69 actori putant: quod est verius 70. tota enim obligatio sub conditione, & in diem collata est: & licet ad 71 conditionem committi videatur, dies tamen superest 72. † Sed cum eo qui ita promisit, *Si intra Kalendas digito cælum non tetigerit* 73, agi protinus 74 potest: hæc & Marcellus probat.

De duobus separatim ita stipulantibus, si illi non dederis.

IX. Pomponius lib. II ad Sabinum.

SI Titius & Seius separatim 75 ita stipulati essent, *Fundum illum si* 76 *illi non dederu, mihi dare spondes?* finem 77 dandi alteri fore, quoad judicium acciperetur 78: & ideo occupantis 79 fore actionem 80.

De conditione, si Titius ante Kalendas in Italiam non venerit.

X. Idem lib. III ad Sabinum.

HOc 81 jure utimur, ut ex hac stipulatione, *Si Lucius Titius ante* 82 *Kalendas Maias in Italiam non venerit, decem dare spondes?* non ante 83 peti quicquam possit, quam exploratum sit ante eam diem in Italiam venire Titium non posse, neque venisse: sive vivo, sive mortuo id acciderit.

De filio captivi.

XI. Paulus lib. II ad Sabinum.

FIlius dum 84 in civitate est, si stipuletur, patri reverso ab hostibus 85 videtur 86 adquisisse.

De alternatione.

XII. Pomponius lib. V ad Sabinum.

SI ita stipulatus fuero, *Decem* 87 *aut quinque dari spondes* 88? quinque debentur 89. & si ita, *Kalendis Januariis, vel Februariis dari spondes?* perinde est quasi Kalendis Februariis 90 stipulatus sim.

De verbo ante Kalendas.

XIII. Ulpianus lib. XIX ad Sabinum.

QUi *ante Kalendas proximas* stipuletur 91, similis 92 est ei qui Kalendis stipulatur 93.

De

---

93 In promissione facti de non præstando impedimento, uno ex heredibus prohibente omnes tenentur, salva eis actione contra prohibentem.

94 Pro parte hereditaria fc.

95 *l.* 4. §. 2. ff. *eod. Accurs. Duar. Cujac. Corras.*

96 Quia dum ab uno prohibeor, in totum prohibeor: & sic prohibitio mihi individua est. *l.* 3. *l.* 4. §. 1. ff. *eod.*

97 Non ut uno heredum promissoris committente in stipulationem defuncti cætesi coheredes tenentur: ita uno ex heredibus stipulatoris prohibito, ejus coheredes agent, nisi pœna sit subjecta.

98 Individua est pœnæ stipulatio, seu promissio.

99 Stricto jure, ut etiam non prohibiti pœnam possint petere. vide *l.* 36. ff. *eod.*

100 Decisio sumpta ex æquitate.

1 Quia nihil eorum interest in effectu: interest autem alterius, id est, ejus, qui prohibitus, cui suum jus auferri est iniquum: & ita restringe *l.* 38. §. 17. ff. *eod.* quæ air. etiam dari actionem pœnalem ei, cujus nihil interest.

2 Si vero. *vulg. Hal.*

3 Nam uno ex heredibus promissoris controversiam faciente, omnes tenentur: uni ex hered bus stipulatoris controversia facta, is solus habet actionem.

4 Solebat hujusmodi stipulatio interponi ad contractus gesti, præsertim emptionis, conservationem. *l.* 37. ff. *eod.*

5 Cujus sit mentio, in *l.* 2. §. 5. ff. *eod.*

6 *l.* 38. §. 17. ff. *eod.*

7 Pœnæ adjectæ effectum observa.

8 *d.* §. 5. *l.* 4. ff. *eod. l.* 25. §. 12. ff. *famil.*

9 Nam uno heredum dolum faciente, reliqui tenentur: eadem, inquam: neque id mutatur *l.* 4. §. 1. ff. *eod.* ut vult Taurell. & Duarenus: à quibus dissentit Cujacius. Ait enim stipulationem, *dolum malum abesse*, esse individuam, nec committi tantum pro parte ejus, qui dolum commisit. 10 *l.* 44. §. 5. ff. *famil.* 11 Hanc clausulam solebant adjicere veteres in contractibus. *d.* §. 5. *l.* 22. *l.* 119 *l.* 121. ff. *eod. l.* 19. ff. *judicatum solvi. l.* 69. ff. *de verb. sign.* 12 Uticensis Bolognius: Censorius, Zas. Censorii filius major, qui & Marcus Porcius, Baro, *hic.* & Corras. 4 *Miscell. ult.* de quo *l.* 2. §. 38. ff. *de orig. jur.* 13 Novam & probabilem explicationem hujus loci v. apud Langebek. *c.* 13 *Annotat.* 14 Plurimos enim reliquit, *d.* §. 38. & quidem de juris disciplina egregios. 15 Gell. 18. commentariorum Juris civilis à Catone compositorum meminit Festus in dictione *Mundum*. Ab eo Catone forte regula Catoniana dicitur. *Goth.* Vid. Goedd. *de contrah. stipul. c.* 6. *n.* 351. & *c.* 10. *n.* 221. Bellapert. *h.l.* & Charond. *verisimil. lib.* 1. *c.* 21. Ans. 15 Nota, hoc in §. agi de stipulationibus *iter fieri, amplius non agi, per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat, te heredemque tuum ratum habiturum*: sed & quæri quænam earum dividuæ, quæ individuæ. 16 In factum individuum une heredum promissoris committente, reliqui heredes tenentur, & ab iis pœna debetur.

17 Iter fieri, est factum individuum. 18 Amplius non agi factum est individuum: potest enim in partem agi. 19 Sive quod idem est, amplius non peti. *l.* 23. ff. *ratam rem.* 20 *Forte legendum*, in illam stipulationem. 21 Vide quæ scripsi ad Accursium hoc loco. 22 *Videamus* verbum est affirmantis. Ita solent plerumque Jurisconsulti scribere, *fortitan, plerumque videtur, videamus*, ut Aristoteles, δοκεῖ, δοκεῖ, σκοπεῖν δεῖ, φάναι. Cujac. *hic.* 23 Quid in stipulatione, *per te non fieri*, quæ est individua? 24 Id est, in stipulatione *non agi*. Zas. in suis glossis ad hunc §. Cujac. *hic.*

25 Sensus est: sicut in stipulatione, *Te heredemque tuum ratum habiturum*, is solus heres promissoris tenetur, qui ratum non habuit, ita & in stipulatione, *Non amplius agi*. Utriusque stipulationis eadem conditio, idemque pene sensus, *l.* 23. ff. *ratam rem.* Hæc tamen statim committitur, atque ratum non habetur: Illa, non nisi judicio petitum sit, vel solutum, vel compensatum. *Cujac.* 26 Ratio hæc est dubitandi: Dominus factum à procuratore pro parte ratum habere non potest: ergo factum procuratoris ei dividere non licet: si ita est, uno heredum ejus in illud factum committente, in solidum stipulatio committetur; aut si non in solidum committetur, dividetur. Hæc est dubitandi causa: sed facilis est solutio, obligationem quandoque mutari ex heredum persona. 27 Nota, in hoc §. agi de stipulationibus duplæ, fructuaria, damni infecti, operis novi, quæ utilitatis causa dividuæ sunt plerunque. 28 Venditor. 29 *l.* 85. §. 5. ff. *eod. l.* 62. §. 1. ff. *de evict.*

30 Quæ à fructuario proprietatis domino præstari debet. *l.* 20. ff. *de damno. l.* 1. §. 3. ff. *de usufruct. quemadm. caveat.* 31 Quam vicinus vicino præstat, damnum ædium vicinarum metuenti. ff. *de damno.* 32 Quam ædificans nuncianti præstat. ff. *de op. nov.* 33 Hanc integram sententiam distinguit Antonius Faber, 3 *conject.* 8. 34 Utilitas in eo versatur, ut unusquisque pro sua parte consequatur id, quod interest. 35 Id est, ex parte promissoris nunquam dividitur stipulatio in exemplis superius adductis. 36 Operis scilicet novi. 37 In causa duplæ.

38 *Synopsis Basilicon* 24. *tit.* 9. *lib.* 44. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 3. 39 Tertia stipulationum divisio ab efficiente causa deducta, 24 *Eclog. ex lib.* 43. *tit.* 1. *cap.* 5. §. 1. *Inst. de divis. stipul.* adde non absimilem divisionem ex *l.* 1. ff. *de stipul. prætoriis.* 40 Διαιρετικὰ. *Eclog. ibid.* 41 αἱ μὲν ἐν τῇ ὀφειλῇ. *Eclog. ibid.* ἑκάτερος ἐν μέρει ὀφειλὴ τῇ δικαιῷ. Theophilus officium illud vocat postea κλάσιν. jussum judicis, scilicet à judice datum, non à Prætore. 42 Imo à judice, *l.* 1. ff. *de Prætoriis stipul.* vide ad hunc locum novam explicationem Langebekii, *cap.* 30 *Annotat.*

43 Et aliæ. vide §. 1. *Inst. de divis. stipul.* vide *hic* Cujac. 44 ἐκ μέρους τῆς τοῦ Πρίατωρ@ δικαιοδοσίας. *Theoph.* vide ff. *de stipul. Prætoriis.* 45 *l.* 28. ff. *de ædil.* 46 Συναινετικὰ. *Eclog. ibid.*

47 Id est, utriusque partis, *Inst. eod.* contrahentis, ἐκ κοινῆς συναινέσεως ἑκατέρου μέρους. *Theoph. ibid.* αἱ κατὰ συμφωνίαν. *Eclog. ib.* 48 Prætoriæ & judicis ab eo dati, sed & ædilitiæ. ff. *eod.* 49 *l.* 14. *in fin.* ff. *de noxalib. l.* 25. §. *pen.* ff. *fam. l.* 10. *in fin.* ff. *comm. divid.* 50 *l.* 37. §. 1. ff. *de evict.*

51 Quinta stipulationum divisio: stipulationum alia nuda est, alia fatisdatio, seu satis acceptio.

52 *l.* 3. *C. eod.* Paul. 2 *sent.* 31. §. *un. l.* 1. §. 4. ff. *de stip. serv. l.* 19. *C. de jure dot.* συνθῆκη ῥημάτων. & *Harmen. ult.* 23 *Eclog. in lib.* 43. *tit.* 1. *c.* 6. 53 *l.* 2. ff. *eod.*

54 Congrue. quod etiam fit impersonaliter: *dabitur dabuntur.* vide Alciat. 2 *Parerg.* 18. & Cujac. *hic.* 55 Id est, fidejussores. de quibus v. *l.* 43. ff. *de solut.* 56 *l.* 85. §. 6. ff. *eod.*

57 Vide ad hanc legem Ripensem.

58 Puta prodigus, mulier luxuriosè vivens. *l.* 15. ff. *de curat. furios.* adde Zas. 2. *resp.* 35.

59 *l.* 1. *l.* 10. ff. *de curat. furios. l.* 18. ff. *qui testam. l.* 5. *in fin.* ff. *de adquir. hered.* adde *l.* 55. *in fin.* ff. *de administr. tut.*

60 A Prætore vel Lege. *l.* 18. ff. *qui test.*

61 *Nov. Leon.* 49. hoc permittitur, dum modo abalienatio sit utilis.

62 *l.* 70. §. 4. ff. *de fidejuss.* imo poterit. *l.* 25. ff. *de fidejuss.*

63 Vid. quæ notavi ad *l.* 3. ff. *de cond. & demonstr. l.* 31. ff. *de oblig.*

64 *Al.* faciendo.

65 Sensus: impossibilis conditio in non faciendo consistens, utilis est: in faciendo, inutilis.

66 Dies hic non adjicitur quo dari debeat: quo igitur die dabitur? Kalendis sc. quarum superius facta est mentio. Cur? Adjecta dies conditioni possibili, quæ ex facto promissoris dependet, non tertii, in promissione repetita intelligitur. *l.* 47. ff. *eod.*

67 Quæritur quando hæc conditio existere dicatur, ut ex stipulatione agi possit? An cum primum Stichus dari potuit, nec datus est, ut sentit Sabinus? An postquam Stichus desiit posse dari, ut vult Pegasus & Papinianus? Id est, an mora debitoris, ut Sabinus: an mora rei promissæ spectatur, ut vult Pegasus? v. *l.* 115. §. 2. *in fin.* ff. *eod.*

68 *l.* 72. §. 1. *l.* 135. ff. *eod.* 69 Est enim pars obligationis. *l.* 1. §. 2. *in fin.* ff. *de edend.* 70 *l.* 10. §. 1. ff. *si quis cautionib.* Imo non est verius: interdum enim dies Kalendarum non expectatur, sed ante agitur, *l.* 10. ff. *eod.* vide quæ ibi diximus. 71 Et licet ante diem committi, &c. Cujac. *hic.* & 1 *obs.* 12. & *observ.* 9. *c.* 17. Duarenus id non probat. ad conditionem, inquam, id est, quantum ad conditionem attinet. Idem sentit Robert. 3 *animad.* 28. Cujacium defendit Anton. Mercator. 3 *notar.* 18.

72 Expectandus dies est: quasi dicat, Cum duo, id est, & conditio & dies sint in promissione, conditione commissa, dies tamen non est commissus: ideoque diei eventus expectandus est. 73 Tetigerim. *Hal.* 74 Ut in *l.* 7. ff. *eod.* 75 Id est, singuli & soli. 76 Hic reus eligere potest, cui det. 77 Id est, cessationem. Potestatem promissor habet dandi alteutri, donec cum eo litem ater contestetur: post litem ab uno contestatam tollitur promissori electio. 78 Id est, lis contestetur. ita sumitur in *l.* 34. ff. *de jud.* aliter quam in *l.* 30. ff. *de judic.* 79 Occupæ enim qui litem contestatur. Imo is non occupat, sed qui prior ad sententiam pervenit. *l.* 14. ff. *de noxalib. l.* 10. ff. *de pecul.* solve: Citatione jurisdictionis inducitur prævento, *l.* 7. *l.* 30. ff. *de judiciis.* & res litigiosa fit. *Nov.* 112. *c.* 1. Prior egisse eam dicitur, qui prior litem contestatus est. Cujus rei effectus est, ut uno præveniente, alteri solvi non possit, *ut hic. &l.* 32. ff. *de proc. l.* 33. *in fin.* ff. *de leg.* 1. *l.* 16. ff. *de duobus reis.* Respectu executionis is præveniisse dicitur, qui prior ad sententiam pervenit. *dict. l.* 14. *d. l.* 10. 80 Meliorem scil. *l.* 19. ff. *de re judicata.* 81 Si Kalendis Stichum non dederis, decem dare spondes? expectandæ sunt Kalendæ, *l.* 8. ff. *eod.* Si ante Kalendas in Italiam Titius non venerit, decem dare spondes? non expectantur Kalendæ, sed tempus quo exploratum erit ante eam diem Titium venire in Italiam non potuisse, *ut hic.* Insulam fieri spondes intra biennium? Ante finem biennii stipulatio non committitur. *l.* 12. *l.* 14. ff. *eod.* Insulam fulciri spondes? non expectandum est, ut insula ruat. Insulam fieri simpliciter spondes? non expectandum est, ut tantum præterierit tempus, quantum in insula facienda requiritur. *l.* 72. *in fin.* ff. *eod.* 82 Adde, & contigerit Titium ante Kalendas mori: quæritur, an decem statim peti possint, an vero expectandæ sint Kalendæ? 83 Id est, non ante moram vel mortem promissoris pœna peti potest: alterutro casu exploratostatim agi poterit. Imo non statim: tum utcunque morte præventus promissor ante Kalendas in Italiam non venerit, ipsæ tamen Kalendæ erunt expectandæ, *l.* 8. ff. *eod.* Dic casus esse diversos: non quia (ut communter interpretes sentiunt post Joannem, de quo vide Ripensem) hic de pacto Titii agitur, ibi de facto promissoris: nam si ita esset, durior conditio promissoris in *l.* 8. ff. *eod.* quam in hac lege foret. Ne dicas cum Zasio, conventionem ibi esse, quæ & diem simul & conditionem habeat: hic esse quæ conditionem tantum habeat. Nam & conditio, dum lex ait *Si fuerit*, & dies, dum lex ait *ante Kalendas*, adjicitur. Ne dicas cum Corrasio, committi hac in lege stipulationem post Kalendas tantum, non statim à die mortis promissoris: nam ratio quam adfert, est obscura, cum ait hic requiri, ut promissor non tantum potuerit venire, sed ut non venerit. Constat enim eum qui mortuus est ante Kalendas, Kalendis nec potuisse venire, nec venisse, & frustra quis expectaverit incerti jamjam manifestandi eventum. mors enim quæ evenit, satis declarat promissorem nec venire potuisse, nec venisse: si non potuit, nec venit quidem. Placet potius interim, dum aliquis occurrat, qui divinet melius quod hic dicitur à Cujacio, viro maximos inter Jurisconsultos ter maximo, diem conditioni non solutioni hic appositum esse (ad hanc enim divinationem recurrendum est: nam vix est, ut Duarenus ullam conjecturam voluntatis extrinsecæ hic offendere possit) hac scilicet mente, ut si quo die ante Kalendas conditio existeret, decem darentur. vide Cujac. 9 *obser. v.* 9. 84 *l.* 22. §. 2. ff. *de captiv. & postlim.* 85 Quid, si revertatur à deportatione? non idem est. *l. ult. C. de sent. passis.* 86 Id est, fingitur, idque propter jus postliminii. *l.* 16. *l.* 19. ff. *de capt.* Alias in stipulatione consideratur tempus, quo interpositæ est. *l.* 26. *in fin.* ff. *de stip. serv.* 87 In summis minor debetur. *l.* 83. §. 3. ff. *eod.* est enim debitoris electio. vide *l.* 10. *in fin.* ff. *de jur. dot.*

88 Et quinque spoponderis te daturum. 89 Cur ita? vide *l.* 82. §. 3. *l.* 106. ff. *eod.* adde *l.* 39. §. 6. ff. *de leg.* 1. *l.* 43. *in fin.* ff. *de leg.* 2. *l.* 29. §. 1. ff. *de leg.* 3. 90 In stipulationibus id servatur, ut quod longius est & remotius, id in obligationem deductum videatur. *l.* 109. *in fin.* ff. *eod.* 91 Stipulatur. *vulg. Hal.* 92 Kalendis & ante Kalendas utraque oratione idem significatur, *l.* 56. §. 5. ff. *eod.* ut hoc anno, & ante hunc annum. de quo vide Cujac. *hic.* & *l.* 8 *in fin.* ff. *eod.* Quid intra Kalendas & post Kalendas? num idem? v. Robert. 3 *animadv.* 29. & *ult.* & Anton. Mercat. 3 *not. ult.* 93 Ideoque qui ante Kalendas solvere tenebatur, creditori satisfecit si Kalendis ipsis solverit. Qui Kalendis promittit, diem Kalendarum integrum habet in sua potestate ut solvat. Ergo, & is, qui ante Kalendas se daturum promisit, ante Kalendas solvisse intelligendus est, si ultimo Kalendarum momento solverit. *l.* 42. *l.* 109. ff. *eod.*

De insula ædificanda.

XIV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

SI ita stipulatus essem abs te, *domum ædificari* 93? vel heredem 94 meum damnavero *insulam ædificare* 95? Celso placet non 96 ante agi posse ex ea causa, quam tempus præteriisset, quo insula ædificari posset, nec fidejussores dati 97 ante diem tenebuntur.

XV. IDEM lib. XXVII ad Sabinum.

ET ideo hæsitatur, si aliqua pars insulæ facta sit, deinde incendio consumpta sit, an 98 integrum 99 tempus computandum sit rursus ad ædificandum insulam, an vero reliquum dumtaxat expectandum quod deerat? Et verius est ut integrum 100 ei detur 1.

De alternatione. 1. De stipulatione in annos singulos.

XVI. IDEM lib. VI ad Sabinum.

SI *Stichum aut Pamphilum* mihi debeas, & alter ex eis meus factus sit ex aliqua 2 causa: reliquum 3 debetur 4 mihi à te.

§. 1. Stipulatio hujusmodi, *In annos singulos*, una 5 est, & incerta 6, & perpetua 7: non quemadmodum simile legatum 8 morte legatarii finiretur 9.

De conditione collata in arbitrium rei.

XVII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Sabinum.

STipulatio 10 non 11 valet, in rei promittendi 12 arbitrium 13 collata conditione 14.

De eo, qui bis idem promittit.

XVIII. POMPONIUS lib. X ad Sabinum.

QUi bis 15 idem 16 promittit 17, is eo jure 18 amplius quam semel non tenetur 19.

De pœna divortii.

XIX. IDEM lib. XV ad Sabinum.

SI stipulatio facta fuerit, *Si culpa tua divortium factum fuerit, dari?* nulla 20 stipulatio est 21: quia contenti 22 esse debemus pœnis Legum 23 comprehensis. nisi 24 [si] & stipulatio tantundem habeat pœnæ, quanta 25 Lege 26 sit comprehensa 27.

De stipulatione quod quis debet cum debitor esse desierit.

XX. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

HUjusmodi stipulationes non sunt inutiles, *Quod tibi* 28 *Titius debet* 29, *cum* 30 *debitor* 31 *esse desierit* 32, *dare spondes?* nam valet stipulatio, quasi sub quavis alia 33 conditione concepta.

De falsa demonstratione.

XXI. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

SI divortio facto 34 ea, quæ nihil in dote habeat, *dotis nomine* 35 *centum dari* stipuletur 36; vel quæ centum duntaxat habeat, *ducenta dotis nomine* [*dari*] stipuletur: Proculus ait, si ducenta stipuletur quæ centum habeat, sine dubio centum quidem in obligationem venire; alia autem centum actione de dote deberi. dicendum itaque est, etiamsi nihil sit in dote, centum tamen venire in stipulatione: sicuti 37 cum filiæ, vel matri, vel sorori, vel alii cuilibet dotis nomine legaretur 38, utile legatum esset.

De errore in materia.

XXII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI id quod aurum putabam, cum 39 æs esset, stipulatus de te fuero, teneberis mihi hujus æris nomine 40: quoniam in 41 corpore 42 consenserimus. sed 43 ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fefelleris.

De periculo rei debitæ, & de mora.

XXIII. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SI ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum 44 mihi debeas, non 45 aliter post mortem ejus tenearis mihi, quam 46 si per te 47 steterit, quominus vivo 48 eo eum mihi dares: quod ita fit, si aut interpellatus 49 non dedisti, aut occidisti 50 eum.

XXIV. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SEd si ex stipulatu Stichum debeat pupillus 51, non videbitur per eum mora fieri, ut mortuo eo tenearur: nisi [si] tutore auctore, aut solus tutor interpelletur.

De eo, qui bis idem stipulatur.

XXV. POMPONIUS lib. XX ad Sabinum.

SI dari stipuler id, *quod mihi jam* 52 *ex stipulatu debeatur*; cujus stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor: obligabitur ex posteriore stipulatione: quia superior quasi 53 nulla sit exceptione obstante.

De turpi stipulatione.

XXVI. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

GEneraliter novimus turpes 54 stipulationes nullius 55 esse momenti.

De conditione in diem collata.

XXVII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

VEluti si quis *hominicidium*, vel *sacrilegium* 56 *se factурum promittat*? Sed & officio quoque Prætoris continetur ex hujusmodi obligationibus actionem denegari 57. §. 1. Si stipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capitolium non ascendero, dari?* Non nisi 58 præterito biennio recte petam.

De traditione.

XXVIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SItem 59 *traditi* 60 stipulamur, non intelligimur proprietatem ejus dari stipulatori, sed tantum tradi 61.

De numero stipulationum. De novatione. 1. De stipulatione rei suæ à jure.

XXIX. ULPIANUS lib. XLVI ad Sabinum.

SCire debemus in 62 stipulationibus tot 63 esse stipulationes, quot summæ sunt 64: totque esse stipulationes, quot species [sunt]. Secundum quod evenit, ut mixta una summa, vel specie, quæ non fuit in præcedenti stipulatione, non fiat novatio 65: sed efficit duas 66 esse stipulationes. Quamvis autem placuerit tot esse stipulationes, quot summæ; totque esse stipulationes, quot res 67: tamen si pecuniam quis, quæ in conspectu est, stipulatus sit, vel acervum pecuniæ, non 68 tot sint stipulationes, quot nummorum corpora, sed una stipulatio 69. nam per singulos denarios singulas esse stipulationes absurdum est 70. † Stipulationem quoque legatorum constat unam esse 71, quamvis plura corpora sint vel plura legata. Sed & familiæ 72 vel omnium servorum 73 stipulatio una est. Itemque quadrigæ 74 aut lecticariorum 75 stipulatio una est. † At si quis *illud & illud* 76 stipulatus sit, tot 77 stipulationes sunt, quot corpora. §. 1. Si à fure *hominem* sim stipulatus, Quæritum est, an stipulatio valeat? Movet 78 quæstionem, quod stipulatus hominem [plerumque] *meum* videor: non valet autem hujusmodi stipulatio, ubi quis rem suam stipulatus est. & constat 79, si quidem ita stipulatus sim, *Quod ex causa conditionis dare facere oportet?* stipulationem valere 80; si vero *hominem dari* stipulatus fuero, nullius momenti esse stipulationem 81. quod si postea 82 sine mora decessisse proponatur servus, non 83 teneri furem conditione Marcellus ait: quamdiu enim vivit, condici poterit; at 84 si decessisse proponatur, in ea conditione est, ut evanescat conditio propter stipulationem.

Si quis se scripserit fidejussisse.

XXX. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

SCiendum est generaliter, [quod] si quis se scripserit 85 fidejussisse: videri 86 omnia 87 solenniter 88 acta 89.

De stipulatione rei suæ conditionali.

XXXI. POMPONIUS lib. XXIV ad Sabinum.

SI *rem meam* sub conditione 90 stipuler: utilis est stipulatio; si conditionis existentis tempore mea non sit.

De errore in nomine servi quem stipulamur.

XXXII. ULPIANUS lib. XLVII ad Sabinum.

SI in nomine servi, quem stipularemur dari, erratum fuisset, cum de corpore 91 constitisset: placet stipulationem valere.

De

---

93 Nec adjecto tempore sc.

94 *l. 11. in fin. ff. de lec.* 3.

95 Non adjecto etiam temporis spatio, quæritur quando agi possit?

96 Et merito: nam in stipulationibus tempus actui explendo necessarium tacite inest. *l.* 73. *l.* 134 *l.* 133. §. 3. *ff. eod. l.* 58. §. 1. *ff. locati.* Imo ante, *l.* 72. *in fin. ff. eod.* solve: Hic Celsi Proculianæ: ibi Sabinianorum opinio refertur. Adde, ibi statim permitti actionem, quia forte magni interesset stipulantis domum fieri, cujus forte materia ad ædificium comparata corrumpebatur.

97 In quod interest scil. *argum. l.* 44. *ff. de fidejussoribus.* alias obligationi facti fidejussor non accedit. *l.* 65. *ff. de fidejussoribus.*

98 Magistratum semeitrem electum esse finge, & eum tribus mensibus justa de causa abfuisse: nulla tempora ei reversio suppleri negat *hic* Bartolus, & post eum Zasius *responsum.* 36.

99 Opere in partem facto, nihil conferur factum, nisi totum fiat. *l.* 72. *ff. eod.*

100 Impeditis justa de causa faciendi operis promissoribus plenum tempus ad faciendum restituitur, ne alioqui præstatio operis sit impossibilis, *l.* 32. *ff. de judiciis. l.* 1. *C. de tempor. appellat. l. ult. C. si pendente appellat. mors intervenit.*

1 Quæritur hic cujus expensis domus restaurabitur? conductoris, si vitio operis domus decidit: domini seu locatoris, si vitio soli. *l.* 59. *l. ult. ff. locati.*

2 Puta lucrativa aut donatione. 3 Reliquis, *vulgat.* id est, is qui meus factus non erit.

4 *l.* 128. *in fin. ff. eod. l.* 72. §. 4. *ff. de solut.* Cur debetur? qui Stichum aut Pamphilum promittit, utrumque separatim promittere intelligitur sub ea conditione, si alterum non dederit, *arg. l. cum ita.* 9. *ff. de optione legata.* quæ conditio existit, cum alterum stipulator ex aliqua causa consecutus est. Ille enim dari amplius non potest. Absolute igitur, quasi stipulationis conditione existente petetur is, qui præstari poterat, *l.* 55. *ibi: quem necesse habeo dare. ff. ad Leg. Aquiliam.* de quo vide omnino plura apud Antonium Fabrum, 2 *conjectur.* 15. 5 Non multiplex, licet sit plurium pensionum & præstationum. *l.* 58. *ff. de fidejuss.* In stipulatione, semel; in lego, quotannis jus capiendi inspicitur. 6 Quia infinitum tempus continet, & ita incertam quantitatem.

7 Legatum vero finitur morte. *l.* 4. *ff. de annuis.* 8 Id est, legatum in annos singulos: nam qui in singulos annos legat, plura legata comprehendit. *l.* 2. *l.* 4. *ff. de annuis.* 9 Adde quartam differentiam, quod hæc stipulatio, qua de nunc agitur, est pura: legatum vero primi anni purum est, *l.* 4. *ff. de annuis.* reliquorum, est conditionale. vide Cujac. *hic.* 10 Ut & legatum collatum in plenum arbitrium heredis, *l.* 43. §. 2. *ff. de leg.* 1. & venditio. *l.* 7. *ff. de contrab. empt.*

11 *l.* 108. *in fin. ff. eod. d. l.* 7. *ff. de contrab. empt. l.* 8. *ff. de oblig.* 12 *l.* 46. *l.* 108. *ff. eod. l.* 8. *ff. de oblig.* An etiam stipulandi? Imo valet, ut existimat Cujacius: nam legatum valet in arbitrium legatarii collata conditione. *l.* 65. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l.* 69. *ff. de cond. & demonstrat.*

13 Plenum: non quasi boni viri: nam legatum conferri potest in voluntatem heredis, quasi viri boni. *l.* 75. *ff. de leg.* 1. *l.* 11. §. 7. *ff. de leg.* 3. 14 Substantia & status. *l.* 108. *ff. eod.*

15 Vel pluries. 16 Corpus scilicet, sive eandem rem: tam si bis eadem quantitas promittitur, voluntatis erit quæstio: ideoque stipulator utrumque deberi probare poterit. *l.* 34. §. 1. *ff. de legat.* 1. 17 Vel legat. *l.* 34. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 66. *in pr. ff. de leg.* 2. 18 An civili, ut sentit Corasius? An potius hæc verba innuunt, Non ideo promissorem pluries teneri, quod pluries idem promiserit, ut vult Cujacius? 19 Cur ita? collige ex *l.* 66. §. 5. *in fin. ff. de leg.* 2. quomodo vero? vide *l.* 25. *ff. eod.* 20 Hodie *Novell.* 18 Leonis permittit pœnam stipulari & exigi, reducto antiquo jure. vide *d. Novellam.* 21 Ut libera debent esse matrimonia: ita & divortia, nec futura, nec contracta matrimonia pœnæ vinculo obstringi debent. *l.* 134. *ff. eod. l.* 14. *C. de nupt. l.* 2. *C. de inutilib. stipul.* obstringitur, qui pœna invitatur ad retinendum matrimonium. *l.* 71. §. 1. *ff. de condit. & demonst.* Potest itaque divortium amissione lucri impediri, non metu pœnæ retineri: de quo tamen vide quædam hic apud Zas. *n.* 4. 5. 6. 7. 22 Vide *l.* 9. *C. de oper. libert.* 23 Juliæ & Papiæ, quæ divortia puniunt amissione dotis, & donationis propter nuptias: alias in sponsalibus neglecta legitima pœna dupli, quadrupli pœnam stipulari possumus. *l.* 5. *in fin. C. de sponsal.* 24 Pœna divortio post stipulationem imposita, pœnam divortii legitimam excedere non debet. 25 Pœna.

26 Pœna legitima, id est, per Legem potest addi, ne matrimonium dissolvatur: An & aliæ? negat hic textus Zasius *hic. num.* 6. 7. putat alias per obliquum addi posse. 27 Adde & aliam exceptionem, nisi si conveniat de pecunia donata in casum divortii reddenda. *l.* 57. *ff. de donat. inter virum.* 28 Accursius, Zasius *hic. num.* 5. & Corrasius, referunt à quibusdam legi *quod mihi.*

29 Certam quantitatem hic stipulari audis: & apparet Titium debere. *l.* 75. §. 1. *ff. de leg.* 1.

30 *Quid, si legas*, cum debitor esse solvendo desierit? Cur enim quis promittat pro eo, qui debitor esse desierit? 31 Hæc stipulatio est conditionalis, *ff. eod.* conferur enim in casum quo debitor esse desierit: atque ita particula, *cum*, facit conditionem. 32 Puta vel solutione, vel novatione, vel delegatione, vel quia non erit solvendo, ut sit sensus, Quantam pecuniam à tuo debitore Titio exegeris, dare spondes? 33 Cujuscunque generis sit. 34 Aliud est constante matrimonio: quo tempore donatio facta non consistit, *l.* 1. *ff. de donat. inter vir.* nisi morte donatoris secuta. *l.* 2. *C. de dote cauta.* 35 His verbis demonstratur promissio, non causa promissionis. Cujac. *hic.* adversus Duaren. 36 A marito sciente, non autem errante, *l.* 66. §. 4. *ff. solut. l.* 3. *C. de cond. indebiti.* non animo novandi. 37 Argumentum à contractibus ad ultimas voluntates observa. 38 *l.* 40. §. 4. *ff. de cond. & demonst.* §. 15. *Inst. de legat.* 39 Hic erratur in materia. Materia est ex quo aliquid fit. 40 An ut æs tradat, aut id quod interest? Primum putat Ferretus, alterum Cujacius. 41 In individuo aliquo. 42 Licet non in materia, *l.* 32. *l.* 137. §. 1 *ff. eod.* idem est in pignore, *l.* 1. *in fin. ff. de pignorat.* legato, *l.* 4. *ff. de leg.* 1. *l.* 17. *ff. de cond. & demonst.* & donatione, *arg. l.* 62. *ff. de ædilit. l.* 18. *in fin. ff. de don.* non idem in emptione, *l.* 9. *in fin. l.* 14. *ff. de contr. empt. l.* 21. §. 2. *ff. de act. empt.* (nisi inargentata vel argentosa pro æreis veneant, vel nisi interfit emptoris venditionem servari) & solutione, *l.* 40. *ff. de solut.* Cur tam varie? ne dicas in stipulatione id receptum esse: sed quia interest creditoris & stipulatoris saltem æs habere in obligatione: in emptore non idem, cujus interest nullo modo falli. 43 *l.* 18. *in fin. ff. de donat.* 44 *l.* 2. §. 1. *ff. eod. l.* 3. *C. de usur. legat.* nam incerto homine generaliter promisso, non est quod pereat.

45 Mora generaliter non committitur, nisi per stipulationem, vide tamen Socin. *reg.* 269.

46 Ergo ante moram debitor speciei interitu liberatur.

47 Potest enim per accipientem stare. Hinc mora dicitur solvendi vel accipiendi debiti frustratoria dilatio.

48 *l.* 82. *in fin. ff. eod.*

49 Dolum & moram committit in servo tradendo, qui eum vel interficit, vel interpellatus non tradit. Post moram promissor naturalem interitum præstat. *l.* 82. *in fin. l.* 127. *ff. eod. l.* 5. *ff. de rib. creditis. l.* 108. §. 11. *ff. de leg.* 1. An id semper verum? vide Hotomannum, 28 *illustr.* Interim tamen hoc nota; ante moram rem teneri, si servum promissum occiderit, non si neglexerit, *l.* 91. *ff. eod.* post moram teneri semper, si occiderit, *ut hic.* De naturali interitu teneri, si res stipulatori aut actori data apud reum non fuisset peritura: fingamus enim eum fuisse rem ditracturum, & pretium redacturum: Idem servatur in rei vindicationes, in *l.* 15. *in fin. ff. de rei vind.* in testamentariis causis, *l.* 47. *in fin. ff. de legat.* 1. adde *l.* 14. §. 11. *in fin. ff. quod metus causa l.* 14. *in fin. ff. depositi.* quod in furibus, & hujusmodi personis locum non obtinet.

50 *l.* 91. *ff. eod.* adde *l.* 36. §. 2. *de hered. pet. l.* 32. *in fin. ff. de usur.*

51 Vide *l.* 127. *ff. eod.*

52 Et ita bis stipuler. vide *l.* 18. *ff. eod.*

53 Ita etiam loquitur *lex* 7. §. 8. *ff. de dolo.*

54 Vel natura. vide *l.* 27. *ff. eod.* vel moribus, ut *l.* 19. *ff. eod. l.* 35 *ff. eod. v. l.* 61. *ff. eod.*

55 Turpes stipulationes, *inutiles*, *l.* 7. §. 14. *l.* 27. §. 4. *ff. de pactis. l.* 5. *C. de legibus.* vide *l.* 6. *C. de pactis.* Imo, alicujus, etsi per exceptionem elidantur. *l.* 5. *C. de inutilis. stipul.*

56 Vel lenocinium. *l.* 5. *C. de condict. ob turpem caus.* vel flagitium. *l.* 123. *ff. eod.* 57 Data exceptione. *l.* 5. *C. de inutil. stipulat. l. penult. ff. de cond. ob turp. l.* 1. *C. de cond. ob turp.* 58 Vide *l.* 99. *in fin. ff. eod.* 59 Vel simpliciter, vel vacuam: hæc illa plenior est, in quam omnes fructus veniunt: in illam non veniunt, nisi post litem contestatam. vide Cujac. *hic.* 60 Aliud est, si dari stipuler. *l.* 75. *ff. eod. l.* 167. *ff. de regul. jur. l.* 2. *C. de contr. stipul.* 61 Possessione rem scil., non proprietate: & ita traditio est datio possessionis. vide quæ notavi ad *l.* 9. §. 3 *ff. de acquir. rer.* meamque rem mihi tradi, non dari, stipulari possum, *l.* 82. *l.* 87. *ff. eod. l.* 28. *ff. de adqu. possess.* interdum tamen *dari* accipitur pro *tradi. l.* 4. *ff. de usur.* 62 Legata tot legata censentur, quot res legatæ sunt, *l.* 2. *ff. de legat.* 2. ad hunc modum: Quæstio una non est dicenda, sed plures, cum in ea de pluribus & diversis agitur vel quæritur, *l.* 132. *ff. eod.* nisi disjunctim quis interroget: Tunc enim una quæstio dicenda est exemplo legatorum disjunctim legatorum. *l.* 27. *ff. de legat.* 2. *l.* 12. *ff. de in diem addict.* 63 *l.* 1. §. 5. *ff. eod. l.* 75. §. 9. *l.* 126. §. 2. *l.* 134. *in fin. l.* 140. *ff. eod. l.* 28. *ff. de novat.* Goth. Vide Goedd. *de stipul. cap.* 6. *num.* 209. & 210. Anf.

64 Sic dicimus, tot esse evictionum actiones, quot species, *l.* 72. *in fin. ff. de evict.* tot sententias, quot capitula. vide *l. ultim. de bonis libert.* Tot compromissa, quot res, de quibus separatim compromissum est, *l.* 21. *ff. de recept.* tot donationes, quot res, *l.* 34. §. 3. *in fin. C. de donat.* non idem in rebus speciali causa unitis, *l.* 5. *ff. de condition. instit. l.* 79. *ff. de leg.* 3. & in emptione, in qua est unicum pretium, non plura. *l.* 44. *ff. de contrab. emption. l.* 17. *ff. de in diem addict. l.* 34. *ff. de ædilit.* 65 Id est, abolitio prioris. *l.* 28. *ff. de novat.* 66 Diversus esse. Corrasius *hic.*

67 Nominatim, & disjunctim, diversis appellationibus expressæ sunt. 68 Imo tot. *l.* 140. *ff. eod.* vide Zasium, 2 *Antin.* 69 Quia sub uno nomine res plures hic comprehenduntur.

70 Id est, stipulatori admodum esset incommodum pro singulis denariis litigare. 71 Quia legata omnia stipulatus sum generaliter mihi præstari: atque stipulatio plurium pactorum non est una. *l.* 134. *in fin. ff. eod.* vide Cujac. *hic.* 72 *l.* 79. *ff. de legat.* 3. 73 *l.* 44. *ff. de contr. empt.* 74 *l.* 34. *in fin. ff. de ædil.* 75 *l.* 8. *in fin. ff. de legat.* 1. 76 Id est, conjunctim.

77 Imo, una videtur esse, cum res omnes una conjunctione teneantur, & conjunctio unitatem efficiat. 78 Ratio dubitandi sumpta ex *l.* 82. *ff. eod.* 79 Meum quod est, possum stipulari mihi tradi, non dari. 80 Quia odio furis receptum est, ut dominus rem suam furi possit condicere. §. 14. *Inst. de actionib.* 81 Hanc scilicet, *hominem meum dari. l.* 82. *ff. eod.* valet superior, *quod ex caus. condict. &c.* 82 Id est, post interpositam hujusmodi stipulationem, quæ moram purgat, *l.* 17. *ff. de condict. furt. l.* 8. *ff. de novat. & furem liberavit furti actione*: alias fur semper esset in mora. *l.* 8. §. 1. *in fin. ff. de cond. furt. l. ult. C. de cond. ob turp.* 83 Imo tenentur. *l.* 72. §. 3. *in fin. ff. de solut.* solve: Tenetur, quia novam moram contraxerat. 84 Hæc verba interpretis cujusdam esse puto; refert enim eandem sententiam, quæ superius allata est.

85 Scripta fidejussione præsumitur intervenisse stipulatio seu interrogatio: præsumitur enim solennitas contractui intervenisse. *l.* 134. §. 2. *ff. eod.* §. 17. *Inst. de inut. stip.* §. *ult. Inst. de fidejuss. l.* 1. *C. de contr. stip.* Paul. 5 *sent.* 5. §. 2. Præsumi solennitas intrinseca & extrinseca, an & quomodo soleat, vide apud Socin. *reg.* 375. 376. 86 Præsumi. 87 Quæ consueverunt agi, interveniri, interponi, adhiberi. 88 Id est, stipulanti promisisse. atque ita hæc lex à titulo præcedenti non fuerit aliena. 89 Quid? testis adversus hujusmodi scripturam non audietur? non audietur, nisi in specie *l.* 14. *C. eod.* quam vide. 80 *l.* 98. *ff. eod. l.* 61. *ff. de contr. empt.* Tempus condictionis existentis inspicimus, quotics contractus valeat necne quærimus. 91 *v. l.* 22. *ff. eod.*

De interitu rei.

XXXIII. POMPONIUS lib. XXV ad Sabinum.

SI Stichus certo die dari promissus, ante 91 diem moriatur 92: non tenetur promissor.

Si rei commercium stipulator vel promissor non habeat.

XXXIV. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

MUltum interest, utrum ego stipuler rem cujus commercium habere non possum 93, an quis promittat. Si stipuler *rem, cujus commercium non habeo* 94, inutilem esse stipulationem 95 placet. si quis promittat 96, *cujus non commercium habet*: ipsi nocere, non mihi.

De impossibili, 2. De congrua responsione.

XXXV. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

SI stipulor, *ut id fiat, quod* 97 *natura* 98 *fieri non concedit*: non magis 99 obligatio consistit, quam cum stipulor, *ut detur, quod dari non potest*. nisi per quem stetit, quominus facere id possit.

§. 1. Item quod Leges 100 fieri prohibent, si 1 perpetuam causam servaturum est, cessat obligatio: veluti *si sororem [suam] nupturam* 2 sibi aliquis stipuletur. Quamquam etiam si non sit perpetua causa, ut recidit in sorore adoptiva 3, idem dicendum sit: quia statim contra mores sit. §. 2. Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad 4 interrogationem quis non respondenit: si tamen consentitur 5 in id, quod responsum 6 est: valet 7 quod actum est. quia hi contractus non tam verbis, quam 8 consensu confirmantur.

De dolo.

XXXVI. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

SI quis, cum aliter eum convenisset obligari, aliter per machinationem 9 obligatus est: erit quidem subtilitati 10 juris obstrictus, sed 11 doli exceptione uti potest. quia enim per dolum obligatus est, competit ei exceptio. † Idem est & si nullus dolus intercessit 12 stipulantis, sed ipsa res in se dolum 13 habet 14: cum enim quis petat ex ea stipulatione, hoc ipse dolo facit, quod petit 15.

De rei interitu.

XXXVII. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

SI certos nummos, puta qui in 16 arca sint, stipulatus sim, & hi sine culpa promissoris perierint: nihil nobis debetur.

De stipulatione, habere licere. *de promissione facti alieni.* 7. *De stipulatione* possidere licere. 8. *Vel* tenere licere. 9. Habere *quot modis accipiatur.* 10. *De stipulatione*, uti frui licere. 13. *De doli clausula.* 14. *De herede.* 15. *De patre adoptivo.* 16. *Discrimen diei certa, & incerta.* 17. *De eo, qui alii stipulatur. De interpretatione contra stipulatorem faciendo.* 24. *De stipulatione*, illum sistas. 25. *De aede sacra, vel loco religioso ædificandis.*

XXXVIII. ULPIANUS lib. XLIX ad Sabinum.

STipulatio ista, HABERE 17 LICERE 18 SPONDES? hoc continet, ut liceat habere, nec per quemquam omnino fieri, quominus nobis habere liceat: quæ res facit, ut videatur reus promisisse, per omnes futurum, ut tibi habere liceat: videtur 19 igitur alienum factum promisisse; nemo 20 autem alienum factum promittendo obligatur: & ita utimur. sed 21 se obligat 22, *ne ipse faciat, quominus habere liceat.* obligatur etiam 23, *ne heres suus [faciat,]* vel quis cæterorum successorum 24 efficiat, ne habere liceat. §. 1. Sed si quis promittat *per alium non fieri*, præter heredem suum, dicendum est inutiliter 25 eum promittere factum alienum. §. 2. At si quis velit factum alienum promittere: pœnam 26, vel quanti ea res sit 27, potest promittere. † Sed quatenus *habere licere* videbitur? Si nemo controversiam 28 faciat: hoc est, neque ipse reus, neque heredes ejus 29, heredumve successores 30. §. 3. Si quis forte non de proprietate, sed 31 de possessione nuda controversiam fecerit 32, vel de usufructu, vel de usu, vel de quo 33 alio jure 34 ejus, quod distractum est: palam est committi stipulationem: habere enim non licet ei, cui 35 aliquid minuitur ex jure, quod habuit. §. 4. Quæsitum est, utrum *propriam* demum *rem*, an & *alienam promittere possit habere licere?* Et magis est, ut & alienam promitti possit: quæ res 36 ita effectum habebit, si propria esse promissoris cœperit 37. quare si perseveraverit aliena, dicendum erit stipulationem non committi 38, nisi pœna adjecta sit 39: cum neque per eum, neque per successorem ejus quicquam factum sit. §. 5. Sicut autem ex parte rei successores ejus cum ipso tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio ipsi stipulatori, cæterisque, quicunque ei succedunt 40: scilicet si rem ipsi 41 habere non licuerit. cæterum si alii habere non licuit, certo certius est non committi stipulationem 42. Et nihil 43 intererit, utrum ita stipuler, HABERE LICERE, an, MIHI HABERE LICERE. §. 6. Hi, qui sunt in aliena potestate, his, in quorum sunt potestate, habere licere stipulari 44 possunt ea ratione, qua cætera quoque his possunt stipulari. † Sed si servus fuerit stipulatus *sibi habere*, quæsitum est, an recte stipulatus videatur? Et ait 45 Julianus libro quinquagesimo secundo Digestorum: Si servus stipuletur *sibi habere licere*; aut *per se non fieri*, quominus habere stipulatori liceat, promittat: stipulatio (inquit) non committitur. quamvis auferri res ei, & ipse auferre eandem possit. non 46 enim factum, sed jus in hac stipulatione vertitur. † Cum vero stipulatur *per promissorem non fieri, quominus sibi ire agere liceat*: non jus stipulationis (inquit) sed factum versatur. Sed videtur mihi, licet juris 47 verba contineat hæc stipulatio, *habere licere*, tamen sic esse accipiendam, ut in servo & in filiofamilias videatur actum esse de possessione retinenda 48, aut non auferenda, & vires habeat stipulatio. §. 7. Hæc quoq; stipulatio, POSSIDERE MIHI LICERE SPONDES? utilis 49 est. quam stipulationem servus an possit utiliter in suam personam concipere, videamus. Sed quamvis civili 50 Jure servus non possideat, tamen ad possessionem naturalem 51 hoc 52 referendum est: & ideo dubitari non oportet, quin & servus recte ita stipuletur. §. 8. Plane si *tenere* 53 *sibi licere* stipulatus sit servus, utilem esse stipulationem convenit: licet enim possidere civiliter non possint, tenere tamen eos nemo dubitat. §. 9. *Habere* dupliciter 54 accipitur. nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est: & eum, qui dominus quidem non est, sed tenet 55: denique habere rem apud nos depositam solemus dicere.

§. 10. Si quis ita stipulatus fuerit, *uti frui sibi* 56 *licere*: ad heredem ista stipulatio non 57 pertinet. §. 11. Sed etsi non addiderit *sibi*, non puto stipulationem de 58 usufructu ad heredem transire. eoque jure utimur. §. 12. Sed si quis *uti frui licere sibi, heredique* 59 *suo*, stipulatus sit, videamus, an heres ex stipulatu agere possit? Et putem posse, licet diversi sint fructus: nam & si ire agere stipuletur, sibi heredique suo licere, idem probaverimus.

§. 13. Si quis dolum malum promissoris heredisque ejus abesse velit, sufficere, ABESSE, ABFUTURUMQUE ESSE, stipulari: si vero de plurium dolo cavere velit, necessarium 60 esse adjici, CUI REI 61 DOLUS MALUS NON ABEST, NON ABFUERIT 62: QUANTI EA RES ERIT, TANTAM PECUNIAM DARI SPONDES? §. 14. Suæ 63 personæ adjungere quis heredis personam potest 64. §. 15. Sed & adoptivi patris persona conjungi potest 65. §. 16. Inter incertam certamque diem discrimen esse, ex eo quoque apparet, quod certa die promissum vel statim 66 dari 67 potest 68: totum enim medium tempus ad solvendum liberum promissori relinquitur. & 69 qui promisit, SI ALIQUID FACTUM SIT, vel 70 CUM ALIQUID FACTUM SIT, nisi 71 cum 72 id factum fuerit, dederit: non videbitur fecisse, quod promisit. §. 17. Alteri 73 stipulari 74 nemo 75 potest, præterquam si servus domino, filius patri stipuletur. inventæ sunt enim hujusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi adquirat, quo sua interest: cæterum, ut alii 76 detur, nihil interest mea. † Plane si velim hoc facere, pœnam stipulari conveniet: ut si ita factum non sit, ut comprehensum est, committetur stipulatio etiam ei, cujus nihil interest 77. pœnam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quid interfit 78: sed quæ sit quantitas, quæque conditio stipulationis 79. §. 18. In stipulationibus 80 cum quæritur, quid actum sit, verba contra 81 stipulatorem 82 interpretanda sunt 83.

§. 19. Eum, qui dicat, MIHI DECEM 84, ET TITIO DECEM, eadem 85 decem, non alia decem, dicere credendum est 86. §. 20. Si stipuler *alii*, cum mea interesset 87, videamus, an

---

91 *l.* 37. ff. *eod.* l. 8. ff. *de periculo.* sine culpa tamen promissoris. *l.* 107. ff. *de solut.*

92 Adde casum *l.* 92. *in fin.* ff. *de solut.*

93 Id accidit variis modis: vel quia res in rerum natura esse non potest, vel nunc non est, utpote mortua, vel si usui divino, vel populi inservit. vide Corras. *hic.* Goth. Adde Gaedd. *de contrab. stipul. c.* 6. *num.* 112. *& seqq.* Ans.

94 Exempla sunt in Judæo, & Præside. Is fundi provincialis, ille Christiani mancipii commercium non habet. *l.* 1. *C. ne Christ. mancip.*

95 Inutile est etiam legatum incapaci factum. *l.* 49. §. 2. *in fin.* ff. *de legat.* 2. Imo non est inutile, *l.* 114. §. 5. ff. *de legat.* 3. (solve: Non est inutile; si legetur incapaci ex postfacto). *l.* 11. §. 16. ff. *de legat.* 3. (solve: Legatum quidem ibi militiam esse incapaci servo: ideoque non ad militiam, sed ad æstimationem recurri: cujus æstimationis non est incapax), *l.* 40. ff. *de leg.* 1. quam vide.

96 Impossibilis non est stipulatio, si promisero rem, cujus commercium non habeo, alii habent, *ut hic.* ut nec impossibilis est, si promiserim me facturum, quod facere non possum, alii tamen possunt. vide *l.* 35. ff. *eod.*

97 Impossibile aliud Natura est, aliud Jure, vel Lege. Natura, Hippocentaurum dari: Jure veluti rem sacram dare. Natura nunquam mutatur: Jus, interdum mutatur. Nam id quod Jure nunc est impossibile, postea fieri potest possibile: verbi gratia, res sacra, profana potest fieri. Quod vero Natura impossibile, semper impossibile est, nunquam possibile, vel facile. Jure tamen hic duo sunt eadem: Natura & Lege impossibile. *l.* 83. §. 5. ff. *eod.* quamdiu tamen datur eadem Legis prohibitio.

98 Vide *l.* 2. §. 6. ff. *de eo, quod certo.* vel Lege, *l.* 137. §. 6. ff. *eod. l.* 31. *l.* 135. *l.* 188, ff. *de reg. jur. c.* 6. *de regulis. in* 6.

99 Quod fieri & dari impossibile est, per rerum naturam stipulari non possumus. *l.* 7. ff. *eod.* §. 11. *Inst. de inutil. l.* 1. §. 9. ff. *de oblig.*

100 Impossibile id etiam dicitur, quod Lex fieri non permittit. *l.* 137. §. 6. ff. *eod. l.* 7. §. 16. ff. *de pactis. l.* 15. ff. *de cond. inst. l.* 39. §. 8. 9. *& ult.* ff. *de leg.* 1.

1 Id est, quamdiu manet eadem Legis prohibitio.

2 Id perpetuo prohibitum est. v. *l.* 17. *C. de nupt.*

3 §. 2. *Inst. de nupt. l.* 17. ff. *de ritu. l.* 9. *in fin.* ff. *de liberis. l.* 5. ff. *de grad.*

4 Obligationes consensu fieri tacito ex una parte hinc colligitur, non ex utraque. dixi ad *tit. Inst. de oblig. ex consensu.*

5 Consentiant, *Hal.* consentiat, *vulg.* consentiatur, Zoanetus 14 *rest.* vult hoc verbum referri non ad stipulantem, sed ad promissorem.

6 Responsum non est, Zoanet. *ibid.* reprehensus à Roberto, 1 *recept.* 4. intellige, responsum est longo intervallo, ut id negotii valeat, velut contractus bonæ fidei, non ut stipulatio. *l.* 2. §. 5. ff. *de doli mali.*

7 Velut contractus, qui consensu perficitur, non ut stipulatio, quæ verborum solennitatem exigit. 8 V. *l.* 2. 52. §. 4. ff. *de oblig.* 9 Vel stipulatoris, vel suam, idque inter initia. *l.* 2. §. 5. ff. *de dolo mali.* 10 Dolus dans causam contractui stricti juris (aliud est in bonæ fidei contractibus) ipso jure contractum non vitiat: necessaria namque est de dolo exceptio. 11 *l.* 3. *C. de donat. ante nuptias.* 12 Utriusque contrahentis. 13 Id est, circumscriptionem & læsionem evidentem, ut in *l.* 2. *C. de rescindend.* adde *l.* 5. *C. de dolo.* 14 Fieri enim potest, ut neuter fraudandi animum habuerit: res tamen ipsa propter enormem læsionem dolum habeat. 15 Id scil. quod per exceptionem mox infringendum est. *l.* 2. §. 3. §. 5. ff. *de doli.* 16 Eo casu nummi considerantur, non ut pecunia numerata, sed ut species, & certum corpus. *l.* 30. *l.* 1. *l.* 108. §. 10. ff. *de leg.* 1. *l.* 30. §. 4. ff. *ad l. Falc. l.* 1. §. 17. ff. *ut legat. nom.* 17 Hæc stipulatio in venditionibus & emptionibus est frequens. *l.* 3. ff. *eod. l.* 11. §. 8. §. 18. ff. *de act. empt. l.* 8. *l.* 21. §. 1. *l.* 57. ff. *de evict. l.* 188. ff. *de verb. sign.* Goth. Vid. Cuj. *lib.* 12 *obs.* 36. S.L. 18 Id est, mihi nullum a quoquam præstari impedimentum spondes? 19 Ratio dubitandi fumi potest ex *l.* 83. ff. *eod. l.* 65. ff. *de fidejuss.* § 20. *Inst. de inut. stip.* 20 Alienum factum promittens regulariter non tenetur. vide tamen Socin. *reg.* 326.

21 Ratio decidendi, & primus effectus stipulationis, *habere licere.* 22 Id est, sponder se curaturum. *l.* 83 ff. *eod.* 23 Secundus effectus stipulationis, *habere licere.* 24 Bonorum possessores, & sideicommissarii, *Accurs.* heredes heredis, & deinceps, Corras. Cujac. §. 2. ff. *eod. l* 3. ff. *de hered. pet.*

25 Debet quis sibi stipulari, non alteri; & de se promittere, non de altero. 26 Adde §. 17 ff. *eod.*

27 Id est, veram rei æstimationem. *l. un. in fin.* ff. *si quis jus dicenti. l.* 4. §. 11. ff. *ni bonorum. l.* 179. *l.* 193 ff. *de verb. sign.* 28 Rei aut juris. v. ff. *eod.* possessionis. §. 3 ff. *eod.* 29 *l.* 13. *C. de contr. stip.*

30 Alias, si quæ earum personarum controversiam moverit, stipulatio committitur. 31 Controversiam facit emptori, qui rem, vel ejus partem, vel possessionem, vel ejus æstimationem, vel usum, vel usumfructum, vel quid tale jus aliud evincit. 32 Emptori. 33 De aliquo alio. *vulgat.*

34 An utilis dominii, pignoris, superficiei, emphyteuseos, ut vult Duarenus & Cujacius: an servitutis, ut vult Corras. *l.* 9. ff. *de operis novi?* An similis expressis, ut vult Fulgosius? an dissimilis expressis, ut vult Zas. *n.* 8. 35 Rem non habet, cui tota non præstatur, cujusve pars deminuitur.

36 Id est, quæ stipulatio: sensus est, Quamvis ea stipulatio, *habere licere*, facta super re aliena, sit inutilis (nisi pœna sit adjecta), si tamen res promissoris esse cœperit, talis stipulatio ex facto convalescit. 37 Ut *l.* 72. ff. *de rei vind. l.* 4. §. 32. ff. *de doli.* non spectato contractus tempore.

38 Cur ita? quia stipulatio, *habere licere*, continet, ut nemini jus in rem promissam sit, vel competat. 39 Nam pœna subjecta, facti alieni promissionem confirmat.

40 In universum, & ita in stipulatione *habere licere*, includuntur duntaxat jura successores, id est, universales, tam ex parte stipulatoris, quam promissoris.

41 Potest legi *ipsius* ad verbum, *successores*, quod antecedit referatur.

42 Directo scilicet. secus per obliquum: ideoque si fundus evincitur secundo emptori, stipulatio, *habere licere*, primo emptori per obliquum committitur. *arg l.* 22. *in fin.* ff. *de evictionibus.*

43 Non vitiat stipulationem impersonalitas. *Corras.*

44 Ut & pacisci. *l.* 59. ff. *de pactis.*

45 Male scil. ff. *eod. in verf. sed videtur.*

46 Facti quæ sunt, a servo mancipioque ipso non transeunt in dominum. *l* 44. ff. *de cond. & demonst.* §. 2. *Inst. de stipul. servorum.*

47 Habere jus quidem significat & dominium, sed in servo & filio (qui omnia vel parentibus, vel dominis adquirunt) detentionem innuit. § 9. ff. *eod.* Cur ita? desenditur a propria significatione verborum: ut stipulatio magis valeat, quam pereat.

48 *Subaudi*, sibi, non domino, vel patri: ut ea ratione filio vel servo stipulationis, *sibi habere licere*, non committatur pœna, mota controversia rei adversus dominum vel patrem.

49 Id est, utilitatem continet.

50 Servus Jure civili non possidet.

51 Servus Jure civili possidere non potest: naturaliter potest. potest igitur servus stipulari, *habere sibi licere*, ex Jure naturæ, cui non est mortuus, licet Jure civili sit mortuus. *l.* 32. ff. *de reg. jur.* Ideoque ut sustineatur quocunque modo stipulatio, decurri ad interpretationem naturalem potest. 52 Id est, hanc stipulationem ad naturalem possessionem referri oportet. 53 Tenere, quatenus est facti, servus potest, *ut hic.* si possessionem significat, *l.* 44. *in fin.* ff. *de usurpat.* non potest. *v. hic* Cujac. 54 Vel potius tripliciter. rem habere proprietarii, possessores, custodes dicuntur. adde *l.* 25. ff. *de oblig. l.* 143. *l.* 164. *l.* 188. ff. *de verb. sign.* adde *l.* 15. *l.* 204. ff. *de reg. jur.* 55 Tantum, vel custodit, ut *verf. denique.* ff. *eod.*

56 Hæc stipulatio est personalis, nec ad heredem transit, licet alias quisque heredi consulere videatur, *l.* 9. ff. *de prob. l.* 56. *in fin.* ff. *ad l. Falc.* aliud, si realis esset. *l.* 8. §. 4. ff. *de pignerat.* 57 Cur non pertinet? Pro se quisque: sibi denique quisque in dubio stipulari intelligitur. v. tamen Socin. *reg.* 381. ubi notat præsumi filium stipulari patri, servum & procuratorem domino. 58 Stipulatio ususfructus ad heredem non transit: ejus enim est natura morte stipulantis finiri. *l.* 16. *C. de usufructu.*

59 Sibi heredique suo frui, & ire agere quisque stipulari potest. 60 Promissurus de suo heredumque dolo, promissionem in rem concipere, vel verbis futuri temporis uti debet. *l.* 78 ff. *eod. l.* 19. ff. *judicatum solvi.* 61 *l.* 5. ff. *usufr. quemadm. caveat.* 62 *l.* 19. ff. *judicat. solvi.* 63 Stipulantis vel promittentis. 64 V. *l.* 3. ff. *eod.* 65 Quin, ut adjuncta non sit, semper intelligitur. *l.* 25. §. 2. ff. *de usufr. l.* 5. ff. *usufr. quemadm. cav.* 66 Quod in diem debetur, ante solvi potest. v. *l.* 137. §. 2. ff. *eod. l.* 70. ff. *de solutionib.* 67 Id est, solvi. 68 Etiam invito credito. e. *l.* 72. ff. *de solutionib.* nam & eo casu, qui diem prævenit, plus solvere quodammodo videtur. *l.* 15. ff. *de annuis.* Goth. Adde *l.* 137. §. 2. ff. *eod. l.* 50. ff. *de obl. & act.* Ans. 69 *Al.* At qui. 70 *Si*, & *cum*, dictiones conditionem facere possunt. v. *l.* 45. §. 3. ff. *eod.* 71 Quia dies incertus conditionem facit. *l.* 75. ff. *de cond. & demonstr.* 72 Ergo non ante? utique. Cur ita? v. *l.* 48. ff. *de cond. indeb.* 73 Puta privatus fisco vel Reipublicæ: mater filio: consanguineus vel cognatus consanguineo, vel cognato: vicinus vicino: libertus patrono. Jason *hic.* 74 Alteri stipulari nemo potest, nisi servus domino, filius patri. Extraneus vero non potest, nisi pœna adjecta, ut hac lege. item nisi aliud sit consuetudine inductum. fallit etiam sententia hujus Legis in dote, in feudis, vel quoties stipulationi juramentum adjectum est: non obtinet quoque Canonico jure, vel si quid promissum loco pio fuerit, v. Jasonem *hic*, vel ita, Alteri stipulari possumus, ubi eædem personæ finguntur, verbi gratia, patris & filii, domini & servi eadem persona censetur, ubi officii necessitas subest aliqua (ut & inter tutorem & pupillum, curatorem & adultum): ubi auctoritas personæ intercedit (ut in tabellione); vel prætoria solennitas (ut est stipulatio prætoria, vel rerum connexitas (ut si in re, quæ mea sit, stipulatio interponitur (de quo tamen hic dubitat Bartolus); ubi est præsentia personæ, & vicinitas, ubi est deficientis actionis utilitas; ubi est affectio personarum, & rei æquitas, ubi est possessio & proprietas. vide Bart. *in fin.* ff. *si stipuler.* 20. ff. *eod.* Goth. Vide *cap.* 9. *c.* 1. *q.* 7. *c.* 12. *causf.* 22. *quæst.* 5. M. Anton. Gen. *pract. quæst. final.* Ant. Fab. *lib.* 8. *tit.* 26. *defin.* 13. Joann. Yanez. *rer. quotid. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 27. Ans.

75 Emere, vendere, contrahere, *l.* 11. *in fin.* ff. *de oblig.* pacisci, legem dicere, *l.* 73. *in fin.* ff. *de reg. jur.* promittere, §. 1. ff. *eod.* pignoris obligationem adquirere. *l.* 11. §. 6. ff. *de pignerat.* Possum tamen alteri stipulari rem meam restitui, *l.* 26. ff. *depositi.* & numeratione liberationem illi adquirere, *l.* 9. §. 8. ff. *de reb. cred.* & possessionem, & omnia quæ naturaliter adquiruntur. *l.* 53. ff. *de adquir. rer.* vide Cujac. 12 *obs.* 37. *ubi scribit*, De jure veteri esse, ut de se quis, non de alio, promittens obligetur, jurejurando quoque à promissore exacto alteri quemque utiliter stipulari, nec enim jusjurandum violandum esse. 76 Extraneo scilicet, qui in potestate nostra non sit, *l.* 126. §. 2. ff. *eod. l.* 3. *C. eod.* §. 4. §. 19. *Inst. de inut. stip.* ita filius matri, *l.* 26 §. 4. ff. *de pact. dotal. l.* 59. *in fin.* ff. *ad Trebell.* & à contra stipulari non potest, *l.* 4. *C. de pactis convent.* potest tamen ascendens descendenti stipulari aliquid utiliter favore nuptiarum, *l.* 45. *in fin.* ff. *soluto.* potest & cuivis stipulari tabellio, *l.* 18. ff. *de adoptionibus.* vide *l.* 2. ff. *rem pupilli.* quo cum hodie passim utimur, non ita magnæ utilitatis erit hic paragraphus. 77 Pecuniariter scilicet: alias hominem beneficio affici nostra interest. *l.* 7. *in fin.* ff. *de servitie exportandis.* 78 Alias si pœnam quis non stipulatur, non auditur, nisi ejus interfit. *l.* 29. *in fin.* ff. *de receptis.* 79 Controversiis, non prætoriis: in iis enim Prætoris est interpretatio. *l.* 9. ff. *de stip. prat.* 80 Conventionalibus, non prætoriis: in iis enim Prætoris est interpretatio. *l.* 9. ff. *de stip. prat.* 81 *l.* 99. ff. *eod. l.* 26. ff. *de reb. dub.* 82 Pactor locatorem, venditorem. *l.* 30. ff. *de pact. l.* 21. *l.* 33. ff. *de contrab. empt.* 83 Nisi dubius alias & ambiguus sermo irritus esset, tunc enim pro stipulatore, (& sic intelligit *l.* 45. ff *eod.*) & actore, *l.* 83. ff. *eod. l.* 66. ff. *de judiciis.* facienda est interpretatio *l.* 12. ff. *de reb dub.* 84 Mihi decem, & Titio, *Corrasius*, & Erasmus in quadam epistola ad Dorpium; quæ lectio displicet Cujacio. 85 *l.* 56. ff. *eod.* Imo non eadem, sed alia. *l.* 79. *de legat.* 1.

86 Aliud erit, si quis ita stipuletur, vel leget, *Titio dena, & Sempronio dena do*, *l.* 79. ff. *de leg.* 1. aut sic, *In decem fidejubeo uni, in dena alteri*, *l.* 24. ff. *de solut.* siquidem nomina numeralia ad personas diversas relata summas per se & æqualiter distribuunt. 87 *l.* 118. *in fin.* ff. *eod. l.* 3. *C. de inut. stip.*

an ſtipulatio committatur? Et ait Marcellus ſtipulationem valere in ſpecie hujuſmodi. † Is qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſſit adminiſtratione conturori ſuo [87], & ſtipulatus eſt *rem pupilli ſalvam fore*: Ait Marcellus poſſe defendi, ſtipulationem valere: intereſt enim ſtipulatoris, fieri quod ſtipulatus eſt; cum obligatus futurus eſſet pupillo, ſi aliter res ceſſerit. §. 21. Si quis *inſulam faciendum* promiſerit, aut conduxerit, deinde ab aliquo *inſulam ſtipulatori fieri* ſtipulatus ſit; aut ſi quis, cum promiſiſſet Titio fundum Mævium daturum, aut, ſi is non dediſſet, pœnam ſe daturum, ſtipulatus à Mævio fuerit, fundum Titio datu iri; item [88] ſi quis id locaverit faciendum, quod ipſe conduxerit: conſtat habere eum utilem [89] ex locato actionem. §. 22. Si quis ergo ſtipulatus fuerit, cum ſua intereſſet ei dari, in ea erit cauſa, ut valeat ſtipulatio. §. 23. Unde & ſi *procuratori meo* [90] *dari* ſtipulatus ſum, ſtipulatio vires habebit; & ſi *creditori meo* [91]: quia intereſt mea, ne vel pœna committatur, vel prædia diſtrahantur, quæ pignori data erant. §. 24. Si quis ita ſtipulatus fuerit. *Illum ſiſtas* [92]? nulla cauſa eſt, cur non obligatio conſtat. §. 25. Ædem ſacram, vel locum religioſum ædificari 93, ſtipulari poſſumus 94: alioquin [95] nec ex locato agere poſſumus.

Per quas perſonas nobis adquiritur.

XXXIX. PAULUS [lib. XII ad Sabinum].

DOminus ſervo ſtipulando [96] ſibi adquirit: ſed & pater filio [97], ſecundum quod Leges permittunt.

XL. POMPONIUS [lib. XXVII ad Sabinum].

SI filius meus [98] ſervo meo ſtipuletur, adquiritur mihi.

De tempore.

XLI. ULPIANUS [lib. L ad Sabinum].

EUm, qui *Kalendis Januariis* ſtipulatur, ſi adjiciat primis, vel proximis: nullam habere dubitationem, palam eſt. † Sed & ſi dicat *ſecundis*, *vel tertiis*, vel *quibus aliis*: æque dirimit quæſtionem 99. Si autem non addat quibus [100] Januariis[1], factî quæſtionem inducere, quid forte ſenſerit: hoc eſt, quid inter eos acti ſit. utique enim hoc ſequimur, quod actum eſt, easque adſumemus: ſi autem non appareat, dicendum eſt, quod Sabinus, primas [2] Kalendas Januarias ſpectandas. † Plane *ſi ipſa die Kalendarum* quis ſtipulationem [3] interponat, quid ſequemur? Et puto actum videri de ſequentibus Kalendis [4]. §. 1. Quotiens * autem in obligationibus dies non ponitur, præſenti [5] die pecunia debetur: niſi ſi locus adjectus ſpatium temporis inducat [6], quo illo poſſit perveniri. † Verum dies adjectus efficit, ne præſenti die pecunia debeatur. Ex quo apparet diei adjectionem pro [7] reo eſſe, non pro ſtipulatore. §. 2. Idem [8] in *Idibus* etiam & *Nonis* probandum eſt, & generaliter in omnibus diebus.

XLII. POMPONIUS lib. XXVII ad Sabinum.

QUi *hoc anno* [9] aut *hoc menſe dari* ſtipulatus ſit, niſi omnibus [10] partibus præteritis [11] anni, vel menſis, * non * recte petet.

De ſtipulatione collata in arbitrium alterius.

XLIII. ULPIANUS lib. L ad Sabinum.

SI quis *arbitratu* (puta) *Lucii Titii* [12] *reſtitui* [13] *ſibi* ſtipulatus eſt, deinde ipſe ſtipulator moram [14] fecerit, quominus arbitretur Titius: promiſſor, quaſi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo, ſi ipſe, qui arbitrari debuit, moram fecerit? magis probandum eſt, à perſona non [15] eſſe recedendum ejus, cujus arbitrium inſertum eſt.

XLIV. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

ET ideo ſi omnino non arbitretur [16], nihil valet ſtipulatio: adeo ut & ſi pœna adjecta ſit, ne ipſa quidem committatur.

Per quas perſonas nobis acquiritur, & de ſtipulatione collata in tempus mortis, vel poſt mortem.

XLV. ULPIANUS lib. L ad Sabinum.

QUodcunque ſtipulatur is, qui in alterius poteſtate eſt [17], pro [18] eo habetur, ac ſi ipſe [19] eſſet ſtipulatus. §. 1. Sicuti, *cum* [20] *moriatur* [21] quis, ſtipulari [22] poteſt [23]: ita etiam hi, qui ſubjecti ſunt alienæ poteſtati, *cum morientur*, ſtipulari poſſunt.

§. 2. Si ita quis ſtipulatus ſit, POST MORTEM MEAM FILIÆ MEÆ DARI, vel ita, POST [24] MORTEM FILIÆ MEÆ MIHI DARI? utiliter erit ſtipulatus. ſed primo caſu filiæ [25] utilis actio competit, licet [26] hetes ei non exiſtat.

§. 3. Non ſolum ita [27] ſtipulari poſſumus, *Cum* [28] *morieris*? ſed etiam *Si morieris*. nam ſicuti inter hæc nihil [29] intereſt, *Cum veneris*, aut *Si veneris*: ita nec ibi intereſt, *Si morieris*, & *Cum morieris*.

§. 4. Filius patri dari ſtipulari videtur [30], etſi hoc non adjiciat.

De ſtipulatione Centeſimis Kalendis dari. 1. *De ſtipulatione collata in tempus mortis.* 2. *De ſtipulatione* cum volueris, 3. *Vel* ſi volueris.

XLVI. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

CEnteſimis Kalendis [31] dari utiliter ſtipulamur: quia præſens obligatio eſt, in diem autem dilata ſolutio [32]. §. 1. Id autem, quod in facto eſt, in mortis tempus conferri non poteſt [33]: veluti, CUM MORIERIS, ALEXANDRIAM VENIRE SPONDES? §. 2. Si ita ſtipulatus [34] fuero, CUM VOLUERIS, quidam inutilem eſſe ſtipulationem aiunt: alii ita inutilem, ſi antequam [35] conſtituas, morieris: quod verum eſt.

§. 3. Illam autem [36] ſtipulationem, SI VOLUERIS [37] DARI? inutilem [38] eſſe conſtat.

De pura ſtipulatione ejus, quod Kalendis illis dare oportet.

XLVII. ULPIANUS lib. L ad Sabinum.

QUi ſic ſtipulatur, QUOD TE MIHI ILLIS [39] KALENDIS DARE OPORTET, ID DARE SPONDES [40]? videtur non hodie [41] ſtipulari, ſed ſua [42] die [43], hoc eſt, Kalendis.

[87] §. 1. *Inſt. de ſatisd. tut.*
[88] *l.* 48. *ff. locati.*
[89] Id eſt, quæ datur utilitatis nomine in id, quod intereſt. Nam alias eſt directa. *l.* 25. *in fin. ff. eod.*
[90] Adde *l.* 27. §. 2. *ff. de pact.* & è contra *l.* 79. *ff. eod.*
[91] Dari fcil.
[92] *l.* 81. *ff. eod.*
[93] Ædem ſacram conducere poſſum ædificandam, non habitandam. Theod. Balſamon *Nomocan. tit.* 2. multo minus, ut ea mihi detur, ſtipulari poſſum. *l.* 83. §. 5. *ff. eod.*
[94] Id enim favor religionis & reipublicæ expoſcit. de quo vide *hic Corraſium.*
[95] Et ſic alteri ſtipulamur; hic enim agitur de ſtipulatione univerſitati adquirenda. Denique hic verſatur factum, non datio. *Dyn. Bart.*
[96] Id enim poteſt. *l.* 28. §. 2. *in fin. ff. de ſtip. ſerv.*
[97] *V. l.* 2. *C. de contr. ſtip.* §. 4. *in fin. Inſt. de inutil. ſtip.*
[98] Vel alius ſervus meus. *l.* 1. §. 3. *ff. de ſtip. ſerv.*
[99] Id enim per ſe patet. Gorb. Vid. Goedd. *de contrab. ſtipul. cap.* 11. *n.* 77. Aut.
[100] Quibus faſti. *Hal.*
[1] Proximis, vel ſecundis.
[2] Id eſt, proximas: nam aliter obſervantibus quod initium, quiſve finis ſtipulationis ſumererur? *l.* 12. *ff. de tritico.* Igitur contrahentes videntur intelligere, quod primum illis occurrere poteſt: ſic favore nuptiarum, & promiſſionis dotis, nuptiis nominatis primæ intelliguntur. *l.* 68. *ff. de jure dot. l.* 26. *in fin. ff. de pact. dot. l.* 89. §. 1. *ff. de verb. ſignif.* in obligatione dierum, biduum, *l.* 217. *in fin. ff. de verb. ſignif.* annorum, biennium ſpectatur, *l.* 17. *in fin. ff. de manum. teſtam.* ſiquidem dualis in numeris primus occurrit. *l.* 12. *ff. de teſtibus.* Unitas enim non tam eſt numerus, quam numeri principium.
[3] Hanc ſc. Kalendis dabis.
[4] Quia dies cautionis non computatur in termino. *l.* 1. *ff. ſi quis cautionibus.*
[5] §. 2. *Inſt. eod. l.* 21. *ff. quando dies leg. l.* 14. *ff. de reg. jur.* Senec. 3 *contr.* 5. *in fin.* non tamen ut cum ſacco eadem die veniat ſtipulator, *l.* 105. *ff. de ſolut.* ſed ut decem dies ad minus relinquat debitori. *arg. l* 21. §. 1. *ff. de pecun. conſtituta.* 6 Tacite. *v. l* 137. §. 2 *ff. eod.* 7 *l.* 50. *ff. de obl. l.* 17. *in fin. ff. de reg. jur.* 1 *Harm.* 4. §. 40. 8 Quod de Kalendis paulo ante dictum eſt. 9 Hæc ſtipulatio eſt ambigua: ſiquidem quæri poteſt, an de anno incepto, an de præterito intelligenda ſit. 10 *l.* 49. §. 3. *de leg.* 1. Imo libertam, *l.* 41. *ff. de manum. teſt.* & annuum legatum, *l.* 8. *ff. de annuis. l.* 1. *C. quando dies leg.* (niſi de penſionibus & fructibus annuatim præſtandis agitur: tunc enim tempus exſpectandum eſt, quo poterunt ea præſtari, *l.* 12. §. 5. *l.* 26. §. 2. *quando dies legat.*) initio anni heres præſtare debet. 11 Hinc illud Spurinæ ad Cæſarem: Venere utique Idus Martiæ, ſed nondum præteriere. *Plut. Suet. Julio.*
[12] Hæc verba in ſervum non cadunt. *l.* 68. *ff. de verb ſign.* 13 Idem in ſocietate, *l.* 75. *ff. pro ſocio.* emptione, *l. ult. C. de contr. empt.* locatione. *l.* 25. *ff. locati.* Goth. Vid. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *queſt.* 68. S.L. 14 Mora arbitrio injecta facto ſtipulatoris, promiſſori non nocet. Mora arbitri, ipſum arbitrum poteſtate non privat, *ut hic.* ſi arbiter nullo modo arbitrari velit aut poſſit, promiſſor in pœnam non incidit. *l.* 44. *ff. eod. l.* 75. *ff. pro ſocio. l. ult. C. de contr. empt.* 15 *l.* 45. *ff. de recept.* ut alius arbitretur ſc. id enim non habet locum, niſi arbiter inique judicaverit, *l.* 79. *ff. pro ſocio. l.* 30. *ff. de oper. libert.* & niſi dos ſit promiſſa, tunc enim detracto arbitrio dos valet. *l.* 69. §. 4 *ff. de jure dot.* 16 *l.* 6. *ff. de cond. & demonſtrat.* 17 Talis non eſt emancipatus: hinc collige, emancipatum patri non adquirere. 18 §. *ult. ff. eod. v. l* 39. *l.* 40. *ff. eod.* 19 Pater ſcil. vel dominus. 20 §. 15. *Inſt. de inut. ſtip.* 21 Id eſt, poſt mortem ſuam, *l.* 18. §. 1. *ff. de manum. teſt.* vide 6 Gell. 13. ex hac interpretatione ſumitur ratio decidendi. 22 Et contrahere. *l. unic. C. ut act. actiones.* 23 *l.* 7. *ff. de reb. auctor. jud.* hodie ſcil. olim non poterat. *l. unic. C. ut act.* adde *l.* 11. *C. de contrab. ſtip.* Ratio dubitandi erat, quod hujuſmodi ſtipulatio non entis rationem habere, & in tempus prohibitum conferri videatur; hodie tamen uſumfructum poſt mortem ſtipulari non poſſumus, *l.* 51. *ff. de uſufruct.* niſi ſibi heredique ſuo uti frui quis ſtipuletur. *l.* 38. §. 12. *ff. eod.*
[24] *l* 25. *ff. de pactis dotalibus. l.* 8. *C. de contr. ſtipulat.* 25 Etiam poſthumus. *l.* 5. *ff. de operis libert.* 26 Hinc colligit Corraſius, Patre accipiente pro ſe & filiis emphyteuſim vel feudum, filios in jus utrumque ſuccedere, licet patri heredes non exiſtant, cum eis, ut filiis, non ut heredibus proſpexerit. Regula juris eſt alioqui, Patrem ſemper præſumi ſtipulatum filio, ut heredi. de quo vide Alciat. 1 *præſ.* 31. 27 Ut §. 2. *ff. eod.* 28 §. 14. *Inſt. de inutilib. ſtipul.*
[29] Dictiones, *ſi* & *Cum*, inducunt conditionem, *l.* 48. *ff. de cond. indeb. l.* 22. *ff. quando dies leg.* in quibuſdam tamen differunt. de quo vide *hic Corraſ.* & in *l.* 46 §. 2. & *ultim. ff. eod.*
[30] *l.* 1. *ff. eod.* 31 Kalendis centeſimi menſis.
[32] Diverſa ſunt, obligatio, & ſolutio: illa præſens eſſe poteſt; & hæc tamen in diem rejici. adde *l.* 41. *in fin. l.* 42, *ff. eod. l.* 9. *ff. de reb. cred. l.* 44. §. 1. *ff. de oblig.* §. 2. *Inſt. de verb. oblig. l.* 186. *ff. de reg.*
[33] Si factum perſonæ promittentis ita cohæret, ut ab eo divelli non poſſit, ut ire veniire, alias ſtipulatio facti ad heredes tranſire poteſt. *l.* 13. *C. de contr. ſtip.* 34 Aliud in herede gravato ſub hac conditione, *Cum voluerit. l.* 11. §. 6. *ff. de leg.* 3. 35 Promittens dare, *cum voluerit*, antequam ipſe moriatur, voluntatem ſuam declarare debet, alias, morte finitur voluntas. *l* 4. *ff locati.* Goth. V. Eman. Coſtam. *lib.* 2 *ſelect. c.* 25. Sarmient. *lib.* 2 *ſelect. c.* 6. & Men. *de arbitr. jud. lib.* 1. *qu.* 69. S.L. 36 Quæ ſequitur, & diverſa eſt à ſuperiore, *Cum voluerit* § 2 *ff eod.* Imo, non eſt diverſa. *l.* 45 §. 2 *ff. eod. v. ibi Corraſ.*
[37] Hæc verba refer ad promiſſorem & reum, non ad ſtipulatorem. *l.* 112. *ff. eod. l.* 8. *ff. de oblig.* 39 Nota commemorationem prioris obligationis factæ in ſtipulatione novationem induci. *l.* 5. *ff. de adimend. l.* 89. *ff. de cond. & demonſtr.* 40 Quæſtio facti hinc oritur, id eſt, an repetita dies videatur, an vero ſtipulatio pura ſit & præſens. 41 Id eſt, non pure ſtipulatus videtur. 42 Repetita dies novatæ obligationis in novantem præſumitur. 43 Id eſt, diem prioris obligationis repetiiſſe, atque ita cenſetur repetita qualitas prioris obligationis in eo, quod in locum alterius ſubrogatur.

[(TOTA TOT) DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS].

De verbo, petiero.

XLVIII. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

SI *decem*, *cum* [1] *petiero*, *dari* fuero ſtipulatus, admonitionem [2] magis [3] quandam, quo celerius reddantur, & quaſi ſine mora, quam conditionem habet ſtipulatio[4]: & ideo licet deceſſero prius, quam petiero, non [4] videtur defeciſſe conditio.

De rei interitu. 1. *De ſtipulatione* per te non fieri, 2. *Vel* neque per te, neque per heredem tuum fieri. 3. *De rei interitu.*

XLIX. PAULUS lib. XXXVII ad Edictum.

CUm filiusfamilias Stichum dari ſponderit, & cum per eum ſtaret, quominus daret, deceſſit Stichus: datur in patrem de peculio actio, quatenus [5] maneret filius ex ſtipulatu obligatus. † At [6] ſi pater in mora fuit, non tenebitur filius, ſed utilis actio in patrem danda eſt. † Quæ omnia & in fidejuſſoris perſona dicuntur. §. 1. Si ſtipulatus ſim PER TE NON FIERI, quominus mihi ire agere liceat, & fidejuſſorem accepero: ſi per fidejuſſorem ſteterit, neuter [7] tenetur: ſi per promiſſorem, uterque.

§. 2. In hac ſtipulatione, NEQUE PER TE, NEQUE PER HEREDEM TUUM FIERI? per heredem videtur fieri, quamvis abſit [8], & ignoret: & ideo non facit, quod fieri ex ſtipulatu oportet. Non videtur autem per pupillum ſteriſſe ex hujuſmodi ſtipulatione, ſi pupillus heres erit. §. 3. Si promiſſor hominis ante [9] diem, in quem promiſerat, interpellatus ſit, & ſervus deceſſerit: non videtur per eum ſteriſſe.

De ſtipulatione per te non fieri. 1. *De ſtipulatione emptæ hereditatis.*

L. ULPIANUS lib. L ad Edictum.

IN illa ſtipulatione, PER TE NON FIERI? non hoc ſignificatur, nihil te facturum, quominus facere poſſis: ſed curaturum [10], ut facere poſſis. §. 1. Item ſtipulatione emptæ hereditatis, QUANTA PECUNIA [11] AD TE PERVENERIT, DOLOVE MALO TUO FACTUM EST, ERITVE, QUOMINUS PERVENIAT, nemo dubitabit, quin teneatur, qui [12] id egit, ne quid ad ſe perveniret.

De manumiſſione ſervi debiti.

LI. IDEM lib. LI ad Edictum.

IS, qui alienum ſervum promiſit, perducto [13] eo ad libertatem ex ſtipulatu actione non tenetur: ſufficit enim, ſi dolo culpave careat.

Differentia conventionalium ſtipulationum & prætoriarum. 1. *De vacua poſſeſſione tradenda.*

LII. IDEM lib. VII Diſputationum.

IN conventionalibus ſtipulationibus contractui formam [14] contrahentes dant: enimvero Prætoriæ ſtipulationes legem accipiunt de [15] mente Prætoris, qui eas propoſuit. Denique Prætoriis ſtipulationibus nihil immutare licet, neque addere, neque detrahere. §. 1. Si quis *vacuam* [16] *poſſeſſionem tradi* promiſerit, non [17] nudum factum hæc ſtipulatio continebit, ſed cauſam [18] bonorum.

De doli clauſula, & caſibus ſpecialiter comprehendendis.

LIII. JULIANUS lib. XVI Digeſtorum.

STipulationes commodiſſimum eſt ita componere, ut quæcunque ſpecialiter [19] comprehendi poſſint, contineantur: doli autem clauſula ad ea pertineat, quæ in præſentia occurrere non poſſint, & ad incertos [20] caſus pertinent.

De diviſione ſtipulationis ſpecierum vel generum, 1. *Vel operarum.*

LIV. IDEM lib. XXII Digeſtorum.

IN ſtipulationibus alias [21] ſpecies, alias genera deducuntur. † Cum *ſpecies* [22] ſtipulamur, neceſſe eſt inter dominos, & inter heredes ita dividi ſtipulationem, ut partes [23] corporum cuique debebuntur [24]. † Quotiens autem *genera* [25] ſtipulamur, numero

[1] *l.* 85. *ff. de condit. & demonſtr.*
[2] Adde *l.* 6. §. 1. *ff. de tutelis.*
[3] Et tamen conditionem continet. *in fin. ff. eod.* nam hoc verbum *magis*, non electivæ, ſed comparative ſumitur. *Corraſius hic.* Zaſius contrarium omnino putat. *n* 4.
[4] Aliter quam in caſu *l.* 46. *ff. eod.* ex qua ratio dubitandi ſumi poteſt. & *l.* 48. §. *de cond. indeb.*
[5] Id eſt, quoniam. *dixi l.* 3. *ff. de in rem verſo.*
[6] Mora principalis fidejuſſori nocet & patri: non è contra. Filius de peculio ſuo tenetur velut principalis: pater vero velut fidejuſſor.
[7] Promiſſor non tenetur, qui nihil fecit adverſus id, quod promiſit: nec fidejuſſor tenetur ut fidejuſſor, quia tantum fidejuſſerat *per promiſſorem non fieri.*
[8] Heres etiam ignorans, & abſens facto defuncti nomen jure non ex æquitate tenetur, *l.* 42. *ff. de regul. jur.* ideoque reſtitui poteſt. *l.* 1. *in fin. ff. ex quib. cauſ. major.*
[9] Id eſt, non opportune: & ita facta non opportuno tempore interpellatio nihil operatur.
[10] *l.* 83. *ff. eod.* Goth Vid. in hanc leg. Auguſtin. *lib.* 1 *emendat. cap.* 31 Cujac. *lib.* 2 *obſ. cap.* 30. S. L.
[11] Pecunia ex hereditate illa, &c. vide Cujac. *obſ.* 30. ubi tractat de ſtipulationibus emptæ & venditæ hereditatis.
[12] *l.* 24. *ff. de cond. & demonſtr.*
[13] *l.* 83. §. 5. *ff. eod. l.* 37. *ff. de legis* 1. *l.* 92. *l.* 98. §. *ult. ff. ſolut. l.* 9. §. 2. *ff. de ſtatulib.*
[14] *Vinn. l.* 1. §. 6. *ff. depoſiti. l* 23. *l.* 24. *ff. de regulis jur.* vide *l.* 43 *ff. de paſt. Nov.* 136. *cap.* 1.
[15] *l.* 9. *ff. de ſtipulat. Prætor.* 16 A nullo corpore vel animo poſſeſſam, *l.* 2. *in fin. ff. de act. empt.* etiamſi ſeviat. *l.* 65. §. 6. *ff. de legat.* 2. adde quæ ſcripſi ad *l.* 68. *in fin. ff. de contrab. emption.* 17 Vide *l* 4. *ff. de uſuris.* 18 Id eſt, omnem utilitatem poſſeſſionis inferentem, verbi gratia, ut poſſeſſio avocari non poſſit. *l.* 20. *ff. de ſolut.* An, & dominium & uſucapiendi cauſam continet? Poſt Azonem Zaſius ita putat: quod Corraſius non probat. 19 Veluti, in mancipii emptione commodum eſt adjici, *ſanum, furtis noxiſque ſolutum eſſe, fugitivum non eſſe: veſtellionem non eſſe: habere recte licere:* Poſtea vero generalem clauſulam, *dolum malum abeſſe, abfuturumque* nam ad ea generalis clauſula non porrigetur, ſed ad caſus non expreſſos: & ita incertos, qui aliquando occurrent, de quibus vide *l.* 7. §. 3. *ff. de dolo.* Cujac. *hic.* ſed vide omnino Hotom. 3 *obſerv.* 30.
[20] *d.* §. 3. *l* 119. *ff. eod. l.* 15. §. 9. *ff. de damn.* 21 Id eſt, aliter. 22 Species hic ſunt individua, ut Stichus: eas Ariſtoteles etiam vocat ἄτομα εἴδη. 23 Pro indiviſo, ideoque juris intellectu, non facto ipſo *l.* 66. §. 2. *ff. de legat.* 2. §. 5. *in fin. Inſt. de offic. jud.* aut numero dividi poſſunt. 24 Debeantur. *Hal.* 25 Id eſt, ſpecies (puta hominem) quas Ariſtoteles etiam vocat γενικὰ εἴδη τοῖς ἀτόμοις. Genus itaque hic dicitur, quod de pluribus, licet numero differentibus, enunciatur.

ro [26] sit inter eos divisio. veluti cum [27] Stichum & Pamphilum quis stipulatus, duos heredes æquis partibus reliquit: necesse est utrique partem dimidiam [28] Stichi & Pamphili deberi. [si] idem duos homines stipulatus fuisset: singuli homines heredibus ejus deberentur. §. 1. *Operarum* stipulatio similis [29] est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur: & ideo divisio ejus stipulationis, non in partes operarum, sed in numerum [30] cedit. † Quod si unam [31] operam servus communis stipulatus fuerit, necesse est utrique dominorum partem operæ tantam, quantam in servo habuerit, petere. solutio autem ejus obligationis expeditissima est, si æstimationem operæ mali libertus offerre: aut si consentiant patroni, ut his communiter operæ edantur.

De adjecto solutioni.

LV. IDEM [lib. XXXVI Digestorum].

CUm quis *sibi aut Titio dari* stipulatus est, soli Titio, non [32] etiam successoribus ejus recte solvitur.

De stipulatione, 1. & Titium heredem tuum daturum. 2. *De adjecto solutioni*, 3. *Vel obligationi.* 4. *De obligatione ad diem.* 5. *De verbo* ante Kalendas. 6. *De usufructu.* 7. *Si fundum ab uno stipulatus, deinde ab alio fundum detracto usufructu stipuletur.* 8. *De eo, qui ab uno pure, deinde ab alio sub conditione stipulatus est.*

LVI. IDEM [lib. LII Digestorum].

EUm, qui ita stipulatur, MIHI ET [33] TITIO DECEM DARE SPONDES? vero similius [34] est, semper una [35] decem communiter sibi & Titio stipulari: sicuti qui legat Titio & Sempronio, non aliud intelligitur, quam una decem communiter duobus legare. §. 1. TE ET TITIUM [36] HEREDEM TUUM [37] DECEM DATURUM SPONDES? Titii persona supervacua comprehensa est [38]. sive enim solus heres existerit, in solidum tenebitur: sive pro parte [39], eodem [40] modo, quo cæteri coheredes ejus, obligabitur: & quamvis convenisse videatur, ne ab alio herede quam a Titio peteretur, tamen inutile [41] pactum conventum coheredibus ejus erit. §. 2. Qui *sibi aut* [42] *filio suo* dari stipulatur, manifeste personam filii in hoc complectitur, ut ei recte [43] solvatur: neque interest, sibi [44] aut extraneo cuilibet, an sibi aut filio suo quis stipuletur: quare vel manente in potestate, vel emancipato [45] filio, recte solvitur. neque [46] ad rem pertinet, quod [47] qui filio suo dari stipulatur, sibi adquirit: quia conjuncta sua persona stipulator efficit, ut non adquirendæ obligationis gratia, sed [48] solutionis causa personam filii adprehendisse 49 intelligatur. §. 3. Quod si *soli filio suo*, qui in potestate sua sit, dari quis stipulatus sit, non recte filio solvetur: quia filii persona obligationi magis quam solutioni applicatur [50].

§. 4. Qui ita stipulatur, *Decem, quoad* [51] *vivam, dari spondes?* confestim decem recte dari petit. sed heres ejus [52] exceptione pacti conventi summovendus [53] est: nam stipulatorem id egisse, ne heres ejus peteret, palam est. Quemadmodum is qui *usque* [54] *in Kalendas* dari stipulatur, potest quidem etiam post Kalendas petere: sed exceptione pacti summovetur. Nam & heres ejus, cui servitus [55] prædii ita concessa est, ut quoad viveret, jus eundi haberet: pacti conventi exceptione [56] summovebitur [57].

§. 5. Qui ita stipulatur, *Ante Kalendas proximas dari spondes:* nihil [58] differt ab eo, qui Kalendis dari stipulatur. §. 6. Qui proprietatem sine usufructu habet [59], recte usumfructum dari sibi stipulatur: id enim in obligationem deducit, quod non habet [60] sed habere potest. §. 7. Si à te stipulatus fuero, *fundum* [61] *Sempronianum*, deinde *eundem fundum detracto usufructu* [62] ab alio stipulor: prior stipulatio non novabitur [63]: quia nec solvendo fundum detracto usufructu libera eris, sed adhuc à te recte fundi usumfructum petere em. Quid ergo est? cum mihi fundum dederis, is quoque liberabitur, à quo detracto usufructu, fundum stipulatus fueram. §. 8. Si hominem, quem à Titio pure stipulatus fueram, Seius mihi sub [64] conditione promiserit, & is pendente conditione [65] post moram Titii decesserit: confestim [66] cum Titio agere potero. nec Seius existente [67] conditione obligetur: at si Titio acceptum fecissem [68], Seius existente conditione obligari potest. Idcirco hæc tam varie [69], quod [70] homine mortuo desinit esse res, in quam Seius obligaretur: acceptilatione interposita, supereset homo, quem Seius promiserat.

De morte ejus, qui sub conditione promisit.

LVII. IDEM lib. LIII Digestorum.

SI [71] quis, *si* [72] *Titius Consul factus erit, decem dari* spoponderit: quamvis pendente conditione promissor moriatur, relinquet heredem obligatum [73].

De eo, qui usumfructum, deinde fundum stipulatus est; Vel contra: Vel actum, deinde iter: vel fructum, deinde usum.

LVIII. IDEM lib. LIV Digestorum.

QUi *usumfructum fundi* stipulatur, *deinde* [74] *fundum*, similis [75] est ei, qui partem fundi stipulatur, deinde totum: quia fundus dari non intelligitur, si ususfructus detrahatur. † Et è contrario qui *fundum* stipulatus est, *deinde usumfructum*: similis est ei qui totum stipulatus, deinde partem. † Sed qui *actum* stipulatur, *deinde* [76] *iter*, posteriore stipulatione nihil agit: sicuti *qui decem, deinde quinque* stipulatur, nihil [77] agit. Item si quis *fructum, deinde usum* stipulatus fuerit, nihil agit. Nisi [78] in omnibus novandi animo hoc facere specialiter expresserit: tunc enim priore obligatione expirante, ex secunda introducitur petitio: & tam iter, quam usus, necnon quinque exigi possunt.

De tempore æstimationis ineundæ.

LIX. IDEM lib. LXXXVIII Digestorum.

QUoriens *in diem*, vel *sub conditione oleum* quis stipulatur, ejus [79] æstimationem eo tempore spectari oportet, quo dies obligationis venit [80]: tunc enim ab eo peti potest. alioquin [81] [alias] rei captio erit.

LX. ULPIANUS lib. XX ad Edictum.

IDem erit, & si *Capuæ certum olei pondo dari* quis stipulatus sit: nam ejus temporis fit æstimatio, cum peti potest: peri autem potest, quo primum in locum [82] perveniri potuit.

De stipulatione captatoria.

LXI. JULIANUS lib. II ad Urseium Ferocem.

STipulatio hoc [83] modo concepta, SI HEREDEM [84] ME NON FECERIS, TANTUM DARE SPONDES? inutilis est: quia contra bonos [85] mores est [hæc stipulatio].

De servo.

LXII. IDEM lib. II ex Minicio.

SErvus vetante [86] domino si *pecuniam ab alio* stipulatus [87] sit, nihilominus obligat [88] domino promissorem.

De conditione disjunctiva.

LXIII. AFRICANUS lib. VI Quæstionum.

SI quis ita stipuletur, SIVE [89] NAVIS EX ASIA VENERIT, SIVE TITIUS CONSUL FACTUS FUERIT: utra prius conditio extitisset, stipulatio committetur, & amplius committi non poterit. sed enim cum ex duabus disjunctivis conditionibus altera [90] defecerit, necesse est, ut [91] ea quæ extiterit, stipulationem committat.

De ratione temporis ante conditionem existentem præteriti habenda.

LXIV. IDEM lib. VII Quæstionum.

HUjusmodi [92] stipulatio interposita est, SI TITIUS CONSUL FACTUS FUERIT, TUM [93] EX HAC [94] DIE IN ANNOS SINGULOS DENA DARI SPONDES? post triennium conditio extitit: an hujus temporis nomine agi possit, non immerito dubitatur? Respondit, eam stipulationem utilem esse, ita ut in ea eorum [95] quoque annorum, qui ante impletam conditionem interciderint, præstatio in id tempus collata intelligatur. ut sententia ejus sit talis: Tunc, cum Titius Consul factus fuerit, in annos singulos, etiam præteriti temporis habita ratione, dena præstentur.

De verbo supervacuis. 1. De variatione in rei, aut personæ appellatione.

LXV. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

QUæ extrinsecus [96], & nihil [97] ad præsentem actum pertinentia, adjeceris stipulationi, pro supervacuis habebuntur, nec vitiabunt obligationem: veluti si dicas *Arma virumque cano, spondeo*: nihilominus valet. §. 1. Sed & si in rei, quæ promittitur, aut personæ appellatione [98] varietur, non obesse placet: nam stipulanti *denarios* [99], ejusdem quantitatis aureos spondendo, obligaberis: & servo stipulanti *Lucio domino suo*, si Titio, qui idem sit, daturum te spondeas, obligaberis.

De manumissione.

LXVI. PAULUS lib. III ad Legem Æliam Sentiam.

SI minor viginti annis à debitore suo stipuletur *servum manumissurum* [100]: non est executio [1] stipulationis danda [2]. Sed si ipsorum [3] viginti annorum [4] erit, non impedietur manumissio, quia de minore Lex loquitur.

De stipulatione salva fore. 1. Dari curari.

LXVII. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

ILla stipulatio [5], DECEM MILLIA SALVA FORE [6] PROMITTIS? valet. §. 1. Eum, qui *decem dari* [7] *sibi curari* [8] stipulatus sit, non posse decem petere, quoniam possit promissor reum locupletem dando liberari, Labeo ait: idque & Celsus lib. VI Digestorum refert.

De pœna, & de eo, quod interest.

LXVIII. PAULUS lib. II ad Edictum.

SI pœnam stipulatus fuero, *si* [9] *mihi pecuniam non credidisses*, certa [10] est & utilis stipulatio. Quod si ita stipulatus fuero, *pecuniam* [11] *te mihi crediturum spondes?* incerta [12] est stipulatio: quia id venit in stipulationem, quod mea interest [13].

De

---

26 *l.* 17. §. *cod.*

27 Qui *Stichum aut Pamphilum* stipulatur, species stipulatur; qui *duos bonosve*, genus. Priore casu inter coheredes ita fit divisio, ut singuli in singulos hominibus partem habeant: Posteriore, partem in singulis hominibus non habent, sed numero inter eos fit divisio.

28 *l.* 29. §. *de solutionem.*

29 Operarum & generis promissi similitudo seu cognatio. *Goth.* Ad intellectum hujus §. vid. Kinschot. *tract. do solut. induc. cap.* 8. *n.* 19. Anf. Adde Vacon. *lib.* 3 *declarat.* 72. Coras. *lib.* 2 *Miscellan. c.* 3. S. L.

30 *l.* 15. §. 1. §. *de oper. libert.*

31 Atqui una opera promitti non posse dicitur. *l.* 15. §. 1. §. *de oper. libert.*

32 Solvi alteri, quam adjecto, non potest. *l.* 9. *l.* 81. §. *de solution.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 10. *n.* 25. 26. Anf.

33 Hæc particula vim orationis distribuit inter personas copulatas. *l.* 11. §. 1. §. *de duob. reis.*

34 Ideo sequendum. *l.* 114. §. *de reg. jur.*

35 *l.* 38. §. 19. §. *cod. l.* 109. §. *cod. l.* 85. §. *de legat.* 1. Porro hic loquendi modus Vallæ displicet. 3 *elegant.*

36 Quid, si Titius coheredes habet? num hac stipulatione coheredes ejus continebuntur? unius enim heredis mentio videtur alios excludere. *l.* 12. §. *de jud.* Mox dicetur. *Gothofr.* Vide Goedd. *de contrab. stip. cap.* 6. *n.* 193. Anf.

37 Quem forte nunc tibi unicum heredem fore putas, ut in *l.* 40. *in fin.* §. *de pact. l.* 77. §. 29. §. *de leg.* 2.

38 Omnes enim debent.

39 Heres in solidum, defuncti um repræsentat in solidum: pro parte, defunctum etiam pro parte repræsentat; pro portionibus vero coheredum, censetur extraneus. *l.* 14. *C. de rei vind.*

40 Imo, nec eodem: possum enim uni heredum tantum liberationem adquirere, licet cæteris non adquiram, *l.* 33. §. *de pact.* ergo à contrario possum aliis non oneratis unum onerare. Cur tam varie? Liberationi magis favetur, quam obligationi. *l.* 47. §. *de oblig.* 41 Id est, eo pacto coheredes Titii non adjuvabuntur, id est, non agent adversus Titium ut solus ipse det.

42 Id est, disjunctive. 43 *l.* 95. §. 5. *l.* 106. *l. ult.* §. *de solut.* 44 *l.* 11. §. *de oper. libert.*

45 Imo emancipato recte non solvitur. *l.* 38. §. *de solution.* Conciliationem utriusque loci vide apud Anton. Fabr. 3 *conject.* 10. 46 Ratio dubitandi. 47 *l.* 39. *l.* 40. §. *eod.* 48 *l.* 7. §. *de pecunia constituta.* 49 Adhibuisse. *vulg.* 50 Quia non stat nec sedet in ejus persona obligatio. Id enim, quod adquirit, patri adquirit. 51 *l.* 52. *in fin.* §. *de pact.* id est, vel donec vivam, *l.* 17. §. *de annuis.* id est, annuum. 52 Stipulatoris sc. 53 Qui stipulatur aliquid, *quoad vivet*, effectum stipulationis ad heredem non transmittit. 54 Qui ad Kalendas stipulatur, post Kalendas petere potest, sed exceptione summovetur. 55 *l.* 4. §. *de servit.* 56 Cur ita? vide *l.* 2. §. 4. §. *de doli except.* 57 De qua exceptione v. Oldend. *s.* 36. *de except. l.* 44. §. 1. §. *de obl.*

58 Ante Kalendas & Kalendis stipulari, eadem sunt. *l.* 13. §. *cod.* adde *l.* 132. §. *de verbor. signif.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 1. Anf. 59 Proprietarius rem habere, ejusque dominus esse, dicitur. *l.* 1. §. 1. §. *de Silaniano. l.* 25. §. *de verbor. signif.* hinc ratio dubitandi nascitur, quia nemo rem suam recte stipulatur. vide *l.* 82. §. *eod.* 60 Quod sibi deest. *l.* 1. §. 2. §. *de cond. triticaria.* 61 In genere, id est, totum. *l.* 58. §. *cod.* 62 Et ita cum alia causa. *l.* 85. §. §. *cod.*

63 Id est, non transferetur in secundam; hæc enim minus, quam illa, continet, & ita aliud stipulatur. *d. l.* 58. *l.* 9. *in fin.* §. *de novat.* 64 *l.* 31. §. *de novat.* 65 Hæc videntur λογομαχία. quemadmodum enim fieri potest, ut promissor sit in mora ejus rei nomine, quæ pendente conditione periit? nam si pendente conditione res peti non potuit, multo minus mora committi potuit: solet enim dici nullam moram committi, ubi nulla petitio sit. *l.* 127. §. *cod. l.* 40. *vers. sed cum sortio.* §. *de reb. credit.* 66 Id est, cum conditio extiterit, *l.* 14. §. *de novationib.* neque prius moram committet. *l.* 72. §. 1. §. *de solutionib.* Quod pure debes, promittis sub conditione? nihil debes, si pendente conditione decesseris, *diff. l.* 14. *diff.* §. 1. debebis, si post conditionem decesseris. *l.* 33. §. *eod.* Quod pure Titius mihi debet, sub conditione promittis? Titius moram commisit, pendente conditione res perit; Titius non obligatur, *ut hic.* Quid ita? nulla hic facta novatio est.

67 Nec Seius pendente conditione mihi obligatur. *Hal.* 68 Is omnino liberatus est.

69 Si res pendente conditione interit, conditionalis debitor liberatur: si post acceptilationem pure promissori factam, non liberatur. 70 Id est, si res pendente conditione durat, manet obligatus promissor: si ante conditionis eventum periit, non tenetur. 71 Conditionalis promissio quantitatis certæ non extinguitur morte promissoris ante conditionis eventum accidente.

72 Sub hac scilicet conditione, quæ sequitur. 73 Spes enim superest debitum Iri. §. 4. *Instit. cod.* §. 24. *Instit. de inutil.* 74 Adde *l.* 9. *in fin.* §. *de novat.* 75 Usumfructum fundi partem esse, hinc collige. *l.* 76. §. 2. *in fin.* §. *de leg.* 2.

76 *d. l.* 9 *in fin.*

77 §. §. *Inst. de inut. stip.* Imo liquid agit. *l.* 1. §. 4. §. *cod.*

78 Hoc hodie est generale, ut nullis fiat novatio, *l. ult. C. de novat.*

79 Qui in diem, vel sub conditione promittit, post diei & conditionis eventum debet, & inde debitæ rei æstimatio ineunda est. *l.* 115. *in fin.* §. *de rejud. l.* 12. *in fin.* §. *quis cautionibus. l.* 37. §. *mandati.*

80 Quo dare debuit, quoque agi potuit.

81 Alioquin alias rei petitio erit. Hot. 36 *Illustr. arear fin. fol.* 168. ubi tractat, cujus loci & temporis pretium æstimari oporteat a judice in æstimatione frugis faciendæ.

82 Et ita quidem, ut ejus loci tantum æstimatio fiat quo solvi ea debuit: id est, ita ut qualis sit res, in ejus loci foro spectetur. *l.* 22. §. *de reb. cred. l. ult.* §. *de cond. triticaria. l.* 3. *in fin.* §. *de act. empt.*

83 Pactum de futura successione non valet, *ut hic.* unde notant Placentini, feudi investituram non valere conceptam post mortem primi vasalli: reprehenduntur tamen à Mediolanensibus & Cremonensibus: si modo fiat investitura de beneficio incerto personis in genere: secus si de certæ personæ beneficio investitura fieret; tunc enim non valet investitura, nisi ea persona consentiat. v. Laudens. 1 *feud.* 27. §. *si quis investiverit.*

84 Hæc stipulatio est contra bonos mores; nam successiones pactis vel stipulationibus obstringi non possunt. *d.* 34. *C. de transf. l.* 4. *C. de inut. stip.* Non valet consentio de viventis successione, eo non consentiente. *l. ult. C. de pact.* nec de mutua successione, nisi inter commilitones. *l.* 19. *C. de pact.* v. Cujac. 16 *obs.* 39. converti etiam non potest dotali instrumento, ut æir uxori succedat. *l.* 15. *C. de pact. conv.* An & hæc stipulatio improbatur, qua liberi ex aliqua tantum portione succedunt, & rebus certis contenti sunt, & cæteris renunciant, ut iis non succedant? vid. *l.* 15. *C. de pact.* Goth. Hæc regula etiam locum habet in pacto negativo concepto de non succedendo. *l.* 9. *C. de collat. l. ultim. ff. de suis & legitimis. l.* 35. §. 1. *C. de inofficios. testamentor.* Vide Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 6. *num.* 60. 72. *& seq.* Anf. Adde Joann. Aurpach. *lib.* 4 *epistol. cap.* 4. S. L. 85 *l.* 19. *in fin.* §. *eod. l.* 134. §. *cod.* impugnat enim jus testandi. vide *l.* 52. §. 9. §. *pro socia.* 86 Et sic invito. §. 3. *Inst. per quas person. cuiq.* 1. 82. §. *de adquir. rer.*

87 Igitur communodum stipulationis invito domino adquiritur, *ut hic.* An proprietas? an hereditas? an actio? an possessio? an liberatio? an libertas cuivis invito adquiri potest? vide Cujac. *hic.* 88 Imo non obligat. *l.* 19. §. 2. §. *de donat. l.* 69. §. *de regulis jur.* 89 Vide Cujac. 6 *ad Afric. fol.* 108. 90 *l.* 229. *in fin.* §. *cod. l.* 78. §. *de condit. & demonstrat.* 91 Imo, ut stipulatio committatur, omnes partes disjunctivæ existere debent. *l.* 12. §. 2. §. *de rebus dub.*

92 Quodammodo præpostera scilic. Hinc enim datio prior esse videtur conditione. 93 Formulam hanc pragmaticariam, sive forensem, *ex nunc, prout tunc*, pragmatici ex hoc loco deducunt. 94 Intelligæ præsenti: quippe particula *hac* rem præsentem demonstrat. *l.* 40. *in fin.* §. *de rebus credit.* 95 *l.* 126. §. *cod. l.* 40. *in fin.* §. *de reb. cred.* §. 13. §. 14. *Inst. de inutil. stipulat.*

96 Περίεργον non vitiat stipulationem. *l.* 134. §. 1. §. *cod. l.* 56. §. *mandati. l.* 32. §. 6. §. *de auro. l.* 94. §. *de regulis juris.* §. §. *Instit. de inutil. stipulat. l.* 37. *C. de donat.* vide *l.* 25. *C. de testamentis.* παρέργοις, est, sou παραπλοκαῖς, cum aliquid præter interrogationem respondetur: cui similis ἀνάλυσις, de qua *l.* 99. *in fin.* §. *de pignoraticia.* 97 Hinc ratio dubitandi fiunt: Nam licet enim diei, actu impertinenti vitiari stipulationem. *l.* 137. §. *cod.* 98 *l.* 136. §. *cod.*

99 Denarios Romanos accipe, qui singuli decies asses efficiebant. 100 Manumissum iri. *vulgat.* 1 Actus, qui non valet, executionem non meretur. 2 Quia in fraudem Legis Æliæ Sentiæ vulgarem & manumittit minor, vide *l.* 4. §. *de servis corrupend.* 3 Sed si ipse. *vulgat.* 4 Id est, qui agit supremum anni vicesimi diem. vide *l.* 1. §. *de manumiss.*

5 Stipulatio *nem fabiam fore. vulgat.* & male. 6 Hinc colligo, factum vel dationem promitti non videri contra naturam stipulationis, §. 5. §. 1. §. *eod.* hinc similiter ratio dubitandi.

7 Dandat. *vulg.* 8 *l. ult. in fin.* §. *de reb. cred.* 9 Id est, defectione illa conditionis.

10 *V. l.* 74. §. *eod.* 11 Adde *l.* 112. *in fin.* §. *eod.* 12 Id quod interest, incertum est: *l.* 81. §. *eod.* Pœna certa est. §. *ult. Inst. de verb. obl.* 13 Id, quod interest, incertum est; ideoque ejus nomine actio incerti datur. *v. l.* 118. *in fin. l.* 135. §. 3. *in fin.* §. *eod.*

De re impossibili.

LXIX. ULPIANUS lib. VII [14] ad Edictum.

SI homo mortuus sisti [15] non potest, nec pœna rei impossibilis [16] committetur: quemadmodum si quis Stichum mortuum [17] dare stipulatus, si datus non esset, pœnam stipuletur.

De infante.

LXX. IDEM lib. XI ad Edictum.

MUlier, quæ dotem dederat populari [18] meo Glabrioni Isidoro, fecerat eum promittere dotem, si in matrimonio decessisset, infanti: & decesserat constante matrimonio. placebat ex stipulatu actionem non esse: quoniam qui fari [19] non poterat [20], stipulari non poterat.

De pœnali stipulatione.

LXXI. IDEM lib. XIII ad Edictum.

CUm quid *ut* [21] *fiat*, stipulemur pœnam, sic [22] recte [23] concipiemus, *Si ita factum non* [24] *erit*. Cum quid *ne fiat*, sic: *si adversus ad factum sit*.

De stipulationibus dividuis & individuis. 1. De conditione, SI ante Kal. illas opus perfectum non erit. *2. De insula fulcienda vel faciendа.*

LXXII. IDEM lib. XX ad Edictum.

STipulationes non dividuntur earum rerum, quæ divisionem non [25] recipiunt: veluti [26] viæ, itineris, actus, aquæductus, cæterarumque [27] servitutium [28]. Idem puto, & si quis faciendum [29] aliquid stipulatus sit: utputa *fundum* tradi, vel *fossam* foderi [30], vel *insulam* [31] *fabricari*, vel *operas*, vel quid his simile: horum enim divisio corrumpit stipulationem. Celsus tamen lib. XXXVIII Digestorum refert, Tuberonem existimasse, ubi quid fieri stipulemur, si non fuerit factum, *pecuniam* [32] *dari oportere*; ideoque etiam in hoc genere dividi stipulationem: secundum quem Celsus ait posse dici, justa [33] æstimatione facti dandam esse petitionem.

§. 1. Si quis ita stipulatus sit, *Si ante Kalendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?* diem promissionis cedere, non ex quo locatum est opus, sed post Kalendas Martias: quia nec [34] conveniri ante Kalendas Martias reus promittendi poterat. §. 2. Plane si INSULAM [35] FULCIRI quis stipulatus sit, non est exspectandum, ut insula ruat, sic deinde agi possit: nec INSULAM FIERI, ut tantum temporis prætereat, quanto insula fabricari possit. sed [36] ubi jam cœpit mora faciendæ insulæ fieri, tunc agetur: dieique obligationi cedit.

De die vel conditione tacita. 1. De servo hereditario, ejusve, qui apud hostes est. 2. De moræ purgatione.

LXXIII. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

INterdum pura [37] stipulatio *ex re* [38] ipsa dilationem capit: veluti si id, *quod in utero sit*, aut *fructus futuros* [39], *aut domum ædificari* stipulatus sit. tunc enim incipit actio, cum ea per [40] rerum naturam præstari potest. Sic qui *Carthagini* [41] *dari* stipulatur, cum Romæ sit, *tacite* [42] tempus complecti videtur, quo perveniri Carthaginem potest. † Item si operas à liberto quis stipulatus sit, non ante dies earum [43] cedit quam indictæ fuerint, nec sint præstitæ. §. 1. Si servus hereditarius [44] stipulatus sit, nullam vim habitura sit [45] stipulatio, nisi [46] adita hereditas sit: quasi conditionem habeat. † Idem est & in servo ejus [47], qui apud hostes est. §. 2. Stichi promissor, post moram offerendo [48] purgat moram: certe enim doli mali exceptio nocebit ei, qui pecuniam oblatam accipere noluit [49].

De certa vel incerta stipulatione.

LXXIV. GAIUS lib. VIII ad Edictum Provinciale.

STipulationum quædam certæ [50] sunt, quædam incertæ [51]. † *Certum* [52] est, quod ex ipsa pronunciatione apparet, quid, quale [53], quantumque sit: ut ecce aurei decem [54], fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi [55] optimi modii [56] centum, vini Campani optimi amphoræ centum.

1. & 2. De generis stipulatione, 3. Usufructu, 4. Partu Arethusæ & fructibus, 5. His, quæ in horreo, 6. Debito, 7. Faciendo, 8. Alternativa. 9. De sorte & usuris. 10. Fundum Tusculanum dari.

LXXV. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

VBi autem non apparet, quid, quale, quantumque est in stipulatione: incertam esse stipulationem dicendum est.

§. 1. Ergo si qui [57] *fundum* sine propria appellatione [58], vel *hominem* generaliter sine proprio nomine, aut *vinum* [59], *frumentumve* sine qualitate dari sibi stipulatur: incertum deducit in obligationem [60]. §. 2. Usque adeo ut si quis ita stipulatus sit, *Tritici Africi boni modios centum: vini Campani boni amphoras centum?* incertum videatur stipulari: quia bono melius inveniri potest. quo fit, ut *boni* appellatio non sit certæ rei significativa: cum id, quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. † At cum *optimum* [61] quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cujus bonitas principalem gradum bonitatis habet: quæ res efficit, ut ea appellatio certi significativa sit. §. 3. Fundi certi si quis usumfructum stipulatus fuerit, incertum [62] intelligitur in obligationem deduxisse; hoc enim magis jure utimur. §. 4. Illud dubitationem recipit: si quis *id, quod ex Arethusa ancilla natum erit*, aut *fructus, qui in fundo Tusculano nati erunt*, dari sibi stipulatus sit, an certum stipulatus videatur? Sed ipsa natura manifestissimum est, incerti [63] esse hanc stipulationem [64]. §. 5. Sed qui *vinum, aut oleum, vel triticum, quod* [65] *in horreo est*, stipulatur, certum stipulari intelligitur. §. 6. Qui vero à Titio ita stipulatur, QUOD MIHI SEIUS DEBET, DARE SPONDES? & qui ita stipulatur, QUOD EX TESTAMENTO MIHI DEBES, DARE SPONDES? incertum [66] in obligationem deducit, licet Seius certum debeat, vel ex testamento certum debeatur: quamvis istæ species vix separari possint ab ea, quam proposuimus de vino, vel oleo, vel tritico, quod in horreo repositum est. & adhuc occurrit, quod fidejussores certum videntur promittere, si modo & is, pro quo obligentur, certum debeat: cum alioquin ita interrogentur, *id fide tua esse jubes?* §. 7. Qui id, quod in faciendo aut [67] non faciendo, stipulatur, incertum stipulari videtur. in faciendo, veluti *fossam fodiri, domum ædificari, vacuam* [68] *possessionem tradi* [69]: in non faciendo, veluti *per* [70] *te non fieri, quominus mihi per fundum tuum ire agere liceat; per te non fieri, quominus mihi per Erotem habere liceat.* §. 8. Qui illud aut illud stipulatur, veluti *decem vel hominem Stichum*, utrum certum an incertum deducat in obligationem, non immerito quæritur: nam & res certæ designantur: & utra earum potius præstanda sit, in incerto est. Sed utcunque is, [qui] sibi electionem constituit adjectis his verbis, *utrum ego velim*, potest videri certum stipulatus: cum ei liceat vel hominem tantum vel decem tantum intendere sibi dari oportere. qui vero sibi electionem [71] non constituit, incertum stipulatur. §. 9. Qui sortem stipulatur & usuras quascunque, certum [72], & [73] incertum [74] stipulatus videtur: & tot [75] stipulationes sunt, quot res [sunt]. §. 10. Hæc stipulatio, *fundum Tusculanum dari* [76], ostendit se certi esse: continetque, ut dominium [77] omnimodo efficiatur [78] stipulatoris quoquo modo [79].

De alternatione. 1. De eo, quod dari oportet, oportebit ve.

LXXVI. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

SI stipulatus fuerim illud, aut illud, quod ego voluero: hæc electio personalis [80] est. & ideo [81] servo vel filio talis electio cohæret [82], in heredes tamen transit obligatio, & ante electionem mortuo stipulatore. §. 1. Cum stipulamur, quidquid [83] te dare facere oportet: id, quod præsenti die duntaxat debetur, in stipulationem deducitur: non, ut in judiciis, etiam futurum. & ideo in stipulatione adjicitur verbum OPORTEBIT [84]; vel ita, PRÆSENS, IN DIEMVE: hoc ideo fit, quia qui stipulatur quidquid te dare oportet, demonstrat eam pecuniam, quæ jam debetur: quod si totam demonstrare vult, dicit, OPORTEBITVE; ita, PRÆSENS, IN DIEMVE.

De pœna.

LXXVII. IDEM lib. LVIII ad Edictum.

AD diem sub pœna pecunia promissa, & ante [85] diem mortuo promissore, committetur pœna, licet non sit hereditas ejus adita.

De filiofamil. De tempore contractus spectando. 1. De fructibus.

LXXVIII. IDEM lib. LXII ad Edictum.

SI filiusfamilias sub conditione stipulatus emancipatus *fuerit* [86], deinde extiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus [87] id tempus spectatur [88], quo [89] contrahimus.

§. 1. Cum fundum stipulatus sum, non veniunt fructus [90], qui stipulationis tempore fuerint [91].

De procuratore.

LXXIX. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

SI procuratori [92] præsentis [93] fuerit cautum [94], ex stipulatu actionem utilem [95] domino competere [96] nemo ambigit.

De oratione ambigua.

LXXX. IDEM lib. LXXIV ad Edictum.

QUotiens in stipulationibus [97] ambigua [98] oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto sit [99].

De homine sistendo.

LXXXI. IDEM lib. LXXVII ad Edictum.

QUotiens quis alium *sisti* [100] promittit, nec [1] adjicit pœnam (puta, vel servum suum [2], vel hominem liberum,) quæritur, an committatur stipulatio? Et Celsus ait, etsi non est huic stipulationi additum, nisi [3] steterit [4], pœnam dari: [in] id, quanti interest, quod voluerint.

---

14 *Al.* textu.
15 *l. 4. ff. qui satisdare.* adde *l. 10. §. 1. ff. si quis omissionis.*
16 Impossibilium nulla est obligatio. *l. 185. ff. de regul. l. ultim. ff. quæ sine appellat.*
17 *l. 83. §. 7. l. 103. ff. eod. l. 31. ff. de oblig.*
18 Id est, Tyrio. Ulpianus enim Tyrius fuit. *d. l. 1. ff. de cens.*
19 Infans stipulari non potest. *l. 2. ff. eod. l. 1. §. 13. ff. de oblig. & act. §. 10. Inst. de inutil.*
20 Notandum est interim hic infantem dici usque ad annum septimum: *l. 18. C. de jure delib.* (ideoque Græci ἀκατάληπτον vocant) etiamsi eum annum complevit. *l. 23. §. 7. ff. ad l. Aquil.* igitur intellige *l. 6. ff. rem pupilli salvam fore.* de infante, qui excessit annum septimum.
21 *l. 137. §. 7. ff. eod.*
22 Formam concipiendarum pœnarum stipulationum, ut quid fiat, vel non fiat, observa.
23 V. *l. 137. §. 7. ff. eod. §. ultim. Inst. eod.*
24 In stipulationibus facti affirmativi pœna negative concipienda est.
25 Rerum individuarum individua est stipulatio. Individua autem quæ sint, constat satis ex hujus legis initio. *Gothof.* Pro intellectu hujus leg. vid. Kinschot. *tr. de solut. indue. c. 8. n. 18.* & Goedd. *de contrab. stipulat. c. 6. n. 269.* Anf. Adde Molin. *de divid. & individ. part. 2. num. 204.* Duaren. *lib. 2. diff. c. 19.* Vacon. *lib. 5 duelar. 72.* Parlador. *rer quotidian. lib. 1. c. 6. S. L.*
26 *l. 2. §. 1. ff. eod.*
27 *l. 17. ff. de servit. l. 19. ff. de usu.*
28 Præter usumfructum. *d. l. 19. l. 1. §. 9. ff. ad l. Falcid.* Cur ita? vide *hic Corrasium.*
29 Facti stipulatio individua est, *l. 2. §. 1. l. 4. §. 1. l. 54. in fin. ff. eod. l. 85. §. 2. l. 139. ff. eod. l. 59. ff. locati. l. 11. in fin. ff. de leg. 3.* æstimatio tamen facti, item ejus, quod interest, & pœna dividi potest. *ff. eod. l. 135. §. 3. in fin. ff. eod. l. 11. l. 13. in fin. ff. de re judicata.*
30 Fodi, *vulg.*
31 Vide tamen *l. 59. ff. locati.*
32 Ejus, quod interest præstatione debitorem seu promissorem (invito etiam actore) liberari, hinc colligitur, *ut hic.* vide tamen casus quosdam speciales, ubi ipsum met factum promissum stipulanti præstandum, apud Socin. *reg. 193.* 33 Juxta æstimationem. *vulgat.* 34 *l. 99. in fin. ff. eod.* 35 *l. 98. in fin. ff. eod.* Insulam fulciri spondes? An exspectandum est, ut insula ruat? Insulam fieri spondes? An tantum temporis exspectandum, quantum requiritur in aliqua insula fulcienda? Neutrum exspectandum est: sed cum primum mora cœpit fieri, stipulatio committitur. Committitur autem si illico non fiat. 36 Hæc est sententia Celsi. *l. 115. in fin. ff. eod.* de qua vide quæ notavi ad *l. 14. ff. eod.* 37 Cui neque dies neque conditio est adjecta. *l. 41. §. 1. ff. eod. l. 21. ff. quando dies leg. l. 14.*
38 *l. 24. ff. de oper. libert.* 39 Futuros fructus recte stipulamur. *l. 8. ff. de cont. empt.*
40 *l. 14. ff. eod. l. 98. in fin. ff. eod. l. 15. ff. de pignorib. l. 186. ff. de reg jur. §. ult. in fin. Inst. de inut. stip.*
41 *l. 141. §. 4. ff. eod. §. 5. Inst. eod.* 42 *l. 2. §. 6. ff. de eo, quod certo.* 43 *l. 24. ff. de oper. libert.*
44 *l. 16 l. 25. l. 35 ff. de stip. serv.* 45 Habitura est. *Hal.* 46 *d. l. 16. l. 25. l. 27. in fin. l. 35. ff. de pact.*
47 *l. 18. §. 2. ff. de stip. serv.* 48 Et in illa oblatione perseverando. *l. 122. §. 5. ff. eod. l. 3. in fin. ff. de act. empt.* 49 V. *l. 39. ff. de solut.* 50 *l. 68. ff. eod. Inst. eod. in pr.* ex his certi condictio. *l. 9. ff. de reb. cred.* 51 Hinc ex stipulatu actio. *l. 24. ff. de reb. cred. l. 6. C. de contr. stip.* 52 V. *l. 6. ff. de reb. cred.*
53 Essentiam, qualitatem, quantitatem, hæc tria concurrere oportet, ut certum aliquid dicatur.
54 Quid? eo casu quinam debebuntur, num exiguiores? sic videtur, *l. 75. ff. de leg. 3.* nisi consuetudine aliud tacite vel expresse sit receptum. 55 Externorum frumentorum hi gradus fuere, Bœoticum, Siculum, Africanum. Plin. 18. 56 Modio Romano respondet Gallor. *boisselleau.* v. Bud. *de asse.* 57 Si quis fundum. *vulg. Hal.* 58 *l. 106. ff. eod.* 59 Vel quantitate. adde *l. 69. §. 4. ff. de jur. dot. l. 71. ff. de leg. 1.* 60 Ut quilibet dando liberetur. *l. 52. ff. mandati.* 61 Vid. *l. 18. §. 1. ff. de aditio.* 62 *l. 8. ff. de usufr. uti. ear. rer. l. 1. ff. de cond. tritic.* Imo non incertus est usufructus. *l. 8. ff. de usufruct. ear. rer.* 63 Atqui videtur esse certa hæc stipulatio, quia ad certam personam & certum fundum videtur esse relata: talis autem promissio videtur ex natura ipsius relationis certa. *§. 5. ff. eod.*
64 Quia incertum est, qui & quales sunt futuri, *l. 28. in fin. ff. de judiciis.*
65 Relatione aliquid dicitur certum. *l. 7. §. 1. ff. de contrab. empt.*
66 Imo certum: *l. 5. in fin. ff. de re judicat.*
67 *§. ultim. Inst. eod.*
68 Vid. *l. 68. in fin. ff. de contrab. empt.* adde *l. 95. l. 115. ff. eod.*
69 Factum, antequam explicetur, nullum est: tota vis ejus à futura perfectione pendet: datio vero ab initio dominii translationem continet; itaque certa. vide Corasium *hic.*
70 V. *l. 2. §. 5. ff. eod.*
71 Alternativa est incerta. *l. 7 ff. de injuriis.* Goth. V. Zanger. *de excep. part. 3. c. 2. n. 112.* Anf.
72 Respectu fortis
73 Vid. quæ notavi ad *l. 31. ff. de usuris.*
74 Respectu usurarum. *l. 31. l. 41. in fin. ff. de usuris. l. 3. C. de sentent. quæ sine certa quantitate.*
75 Id est, duæ: una scil. sortis, altera usurarum: neque enim hic plures enumeratæ.
76 Aliud in *traditi. l. 25. ff. eod.* Goth. Explicatur hic §. à Joann. Zanger *de except. part. 3. c. 1. n. 195.* Anf.
77 *l. 25. in fin. ff. de contr. empt. l. 45. §. 1. ff. de legat. 1. l. 3. ff. de usufr. l. 167. ff. de regul.*
78 *l. 23. ff. de servit. urb.*
79 Atque ita indebite. *l. 49. ff. de cond. indeb.*
80 Electio personalis seu personæ cohærens ex contractu voluntario non transfunditur: secus si ex causa necessaria, ut, si mortuo stipulatore ei succedatur post hujusmodi electionem datam, aut si adjudicata est electio creditori ejus. *l. ult. ff. de fundo dotali.* vid. Zas. 2 *respons.*
81 *l. 141. ff. eod.*
82 Quoties scil. stipulati fuerint illud, aut illud, quod voluerint.
83 *l. 8. ff. de verbor. signif.* 84 *l. 9. ff. de nautico fœnore.* 85 Postea scilic. *Goth.* Ad intellectum hujus leg. vid. Joann. Decherum *lib. 2 dissert. 11. num. 44.* Anf. 86 Id est, in contractibus conditio existens retrotrahitur ad tempus contractus. Cur jus aliud est in legatis, in quibus conditio existens retro non trahitur ad mortis vel testamenti tempus; *l. 18. ff. de regulis jur. l. 5. C. de cond. insert.?* An quia in contractibus factum filii versatur: In legatis non æque, ut Accurs. tradit ad *d. l. 18?* An quia contractus duorum consensu perfectus vim habet majorem retrotrahendi, quam legata, quæ unius voluntate perficiuntur, ut vult Baldus, Cumanus & Zasius. *num. 89.?* An vero, quod stricto jure idem hic dici possit, quod in legatis: æquitas vero repugnet, quæ postulat omnem filii industriam patri deberi, quæ nulla sit in legatis adquirendis, ut vult Duaren. ? An potius quod contractus ex re patris perfici præsumitur, quod cessat in legatis, & præsumptio sit defunctum velle conditionis eventum exspectari: contrahentes vero ab ipso contractus initio velle obligari, ut video Alciatum, Corrasium & Cujacium sentire? hujus præsumptionis hanc adferè Cujacius rationem: qui contrahit, inquit, sibi posteritati vult prospicere, *l. 9. in fin. ff. de probat.*; atqui contractus conditionalis (puta stipulatore moriente) posteritati non proficeret, nisi ab initio vires caperet. Is autem, qui legat, solum legatarium, non ejus posteritatem spectat. Ideoque pendente conditione mortuo legatario legatum extinguetur; sin minus, eventum conditionis exspectandum esse apparet. 88 Imo, non spectatur tempus contractus habiti, sed existentis conditionis post emancipatum filium, *l. 132. in fin. ff. eod. l. 12. §. 6. ff. mandati. l. 46. in fin. ff. de hered. instit. l. 10. in fin. l. 47. in fin. ff. de fidejuss.* perinde ac in donatione tempus conditionis spectatur. *l. 11. §. 2. ff. de donation. inter vir. & uxor.* Cur tam varie? in his legibus adquiri incipit obligatio emancipato filio post eventum conditionis non tam ex contractu ante emancipationem inito, quam ab eodem filio post ipsum emancipationem perfecto & absoluto. Id est, in illis legibus adquiritur filio actio ex numeratione facta post emancipationem. 89 *l. 18. in fin. l. 144. in fin. ff. de reg. jur.* 90 *l. 38 §. 7. ff. de usur.* 91 Quinam illi fructus sunt? An pendentes? hi pars fundi sunt, *l. 44. ff. de rei vind.* & cum fundo alienato transeunt. *l. ultim. §. 6. ff. quæ in fraud. cred. l. 13. C. de act. empt.* Fundus est etiam quidquid solo continetur. *l. 115. ff. de verb sign.* An denesis? at hi non sunt fundi, nulli igitur? imo, pendentes hic veniunt. Cur ita jus est? aliud est in reali actione & ex empto, seu contractibus bonæ fidei: aliud in contractibus stricti juris. In stipulatione, quæ est stricti juris, verba restricte interpretamur. *l. 99. ff. eod.* 92 De Advocato præsentis vide *l. 1. C. de errore Advocat.* 93 Non dissentientis. *l. 68. ff. de Procur. l. 5. ff. de stip. Prator.* Nam facta absentis nomine non adquiritur sine cessione. *l. 49. in fin. ff. de adq. possess.*
94 Stipulatione conditionali scil. *Corras.* & ex re ipsius domini. *Cujac.* adde & si rem suam donans alteri servare non possit, *l. 13. §. 25. ff. de act. empt. l. 18. in fin. ff. de damno.* die idem de procuratore militis. *l. 26. ff. de rebus cred.* 95 Non directam, si stricte jus intueamur.
96 Is casibus scil. de quibus diximus. 97 *l. 34. ff. de reg. jur.* & testamentis. *l. 3. ff. de test. militis.* 98 Forte propter ὁμωνυμίαν, ἀμφιβολίαν, σύνθετον. De ambigui effectu adde *l. 3. ff. de rebus dub. l. 125. in fin. ff. de verbor. significat.* de obscuro, *l. 22. in fin. ff. de fideicomm. libert. l. 9. ff. de regul.* 99 Id est, ne pereat. adde *l. 67. ff. de verul.* dummodo interpretatio nos ad flagitium non deducat. *l. 12. ff. de rob. dub.* 100 *l. 38. §. 24. ff. eod.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. stipulat. cap. 9. num. 32.* Anf. 1 *l. penult. ff. si quis cautionibus.* 2 Puta causa noxali, *l. 2. §. 1. ff. si ex noxali.* alias non sisticur, *l. 13. ff. si quis cautionibus. l. 6. C. de judiciis.* 3 Id, quod interest, pœnæ subsidium est. 4 *Al.* steterit.

intereſt ſiſti, contineri 4: & verum eſt quod Celſus ait: nam qui alium ſiſti promittit, hoc 5 promittit, id ſe acturum, ut ſtet.

§. 1. Si procurator *ſiſti aliquem* ſine pœna ſtipulatus ſit, poteſt defendi non 6 ſuam, ſed ejus, cujus negotium geſſit, utilitatem in ea re deduxiſſe. idque fortius dicendum, SI QUANTI EA RES SIT 7, ſtipulatio 8 proponatur procuratoris.

De re ſtipulatoris. 1. De mora & rei interitu.

LXXXII. IDEM [lib. LXXVIII ad Edictum].

NEmo *rem ſuam* 9 utiliter ſtipulatur 10, ſed prerium 11 rei ſuæ non inutiliter: ſane *rem* [*meam*] *mihi reſtitui* 12 recte ſtipulari videor. §. 1. Si poſt 13 moram promiſſoris homo deceſſerit, tenetur nihilominus, proinde ac ſi homo viveret: & hic 14 moram 15 videtur feciſſe, qui 16 litigare maluit, quam reſtituere.

De ſtipulatione ad alium relata. 1. De conſenſu vel diſſenſu. 2. Ut reſponſio congruat interrogationi. 5. De his, quæ non ſunt in commercio. De mutatione vel extinctione rei, & ejuſdem refectione. De re futura. 6. De concurſu duarum cauſarum. 7. De homine mortuo. 8. De ancilla ſiſtenda.

LXXXIII. PAULUS [lib. LXXII ad Edictum].

INter ſtipulantem & promittentem negotium contrahitur: itaque alius 17 pro alio, promittens daturum facturumve eum, non obligatur. nam de ſe quemque promittere oportet: & qui ſponder dolum malum abeſſe, abfuturumque eſſe, non ſimplex abnutivum 18 ſpondet; ſed curaturum 19 ſe, ut dolus malus abſit. † Idemq; in illis ſtipulationibus, HABERE LICERE: item, NEQUE PER TE, NEQUE PER HEREDEM TUUM FIERI, QUOMINUS FIAT. §. 1. Si Stichum ſtipulatus de alio 20 ſentiam, tu de alio, nihil actum erit: quod & in judiciis Ariſto exiſtimavit: ſed hic magis eſt, ut is petitus videatur, de 21 quo actor ſenſit. nam ſtipulatio ex utriuſque conſenſu valet: judicium autem etiam in invitum 22 redditur, & ideo actori potius credendum eſt; alioquin ſemper negabit reus ſe conſenſiſſe.

§. 2. Si ſtipulante me Stichum aut Pamphilum, tu unum daturum te ſpoponderis: conſtat non 23 teneri te, nec ad interrogatum eſſe reſponſum. §. 3. Diverſa cauſa eſt ſummarum: veluti, DECEM AUT VIGINTI DARI SPONDES? hic enim, etſi decem ſpoponderis, recte reſponſum eſt: quia ſemper in ſummis id, quod minus 24 eſt, ſponderi videtur.

§. 4. Item ſi ego plures res ſtipuler, Stichum puta & Pamphilum: licet unum ſpoponderis, teneris: videris enim ad unam ex duabus ſtipulationibus reſpondiſſe. §. 5. Sacram, vel religioſam rem, vel uſibus publicis in perpetuum relictam, ut *forum*, *aut baſilicam* 25, *aut hominem liberum* 26, inutiliter 27 ſtipulor: quamvis ſacra profana fieri, & uſibus publicis relicta in privatos uſus reverti, & ex libero ſervus fieri poteſt. Nam & cum quis rem profanam, aut Stichum dari promiſit, liberatur, ſi ſine facto ejus res ſacra eſſe cœperit, aut Stichus ad libertatem pervenerit. Nec revocantur in obligationem, ſi rurſus Lege aliqua & res ſacra profana eſſe cœperit, & Stichus ex libero ſervus effectus ſit: quoniam una atque eadem cauſa 28 & liberandi & obligandi eſſet, quod aut dari non poſſit, aut dari poſſit. Nam & ſi navem, quam ſpopondit, dominus diſſolvit, & iiſdem 29 tabulis compegerit 30: quia eadem 31 navis eſſet, incipiret obligari. Pro quo & illud dici poſſe Pedius ſcribit: Si ſtipulatus fuero *ex fundo centum amphoras* vini, expectare 32 debeo, donec naſcatur: & ſi natum, ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, rurſum expectare debeam, donec iterum naſcatur, & dari poſſit: & per has vices aut ceſſaturam, aut valituram ſtipulationem. † Sed hæc diſſimilia 33 ſunt: adeo enim cum liber homo promiſſus eſt, ſervitutis tempus ſpectandum non eſſe, ut ne hæc quidem ſtipulatio de homine libero probanda ſit 34, ILLUM, CUM SERVUS ESSE COEPERIT, DARE SPONDES? item, EUM LOCUM, CUM EX SACRO RELIGIOSOVE PROFANUS ESSE COEPERIT, DARI? quia nec præſentis temporis obligationem recipere poteſt: & ea duntaxat, quæ natura ſui poſſibilia 35 ſunt, deducuntur in obligationem. vini autem non ſpecies, ſed genus 36 ſtipulari videmur, & tacite in ea tempus continetur: homo liber certa ſpecie continetur: & * *caſum adverſamque fortunam ſpectari hominis liberi, neque civile, neque naturale eſt* 37; nam de his rebus negotium recte geremus, quæ 38 *ſubjici uſibus, dominioque noſtro ſtatim poſſunt*. & navis ſi hac mente reſoluta eſt, ut in alium uſum tabulæ deſtinarentur, licet mutato conſilio perficiatur, tamen & perempta prior navis, & hæc alia dicenda eſt: ſed ſi reficiendæ navis cauſa omnes tabulæ refixæ ſint, nondum intercidiſſe navis videtur: & compoſitis rurſus eadem 39 eſſe incipit 40; ſicuti de ædibus 41 depoſita tigna ea mente, ut reponantur, ædium ſunt, ſed ſi uſque ad aream depoſita ſit, licet eadem materia reſtituatur, alia 42 erit. † Hic tractatus etiam ad Prætorias ſtipulationes pertinet: quibus de re reſtituenda cavetur, & *an* eadem res ſit, quæritur. §. 6. Si rem, quam ex cauſa lucrativa ſtipulatus ſum, nactus fuero ex cauſa lucrativa 43, evaneſcit ſtipulatio: ſed ſi heres extitero domino, extinguitur ſtipulatio. Si vero à me herede defuncti eam legavit, poteſt agi ex ſtipulatu. † Idemque eſſe & ſi ſub conditione legata ſit, quia & ſi ipſe debitor rem ſub conditione legatam dediſſet, non liberaretur 44: ſed ſi conditione deficiente remanſerit, petitio infirmabitur. §. 7. Stichum, qui deceſſit, ſi ſtipuler: ſi quidem condici etiam mortuus potuit, ut furi 45, utiliter 46 me ſtipulatum Sabinus ait: ſi vero ex aliis cauſis, inutiliter; quia etſi deberetur, morte promiſſor liberetur. † Idem 47 ergo diceret, & ſi mora facta defunctum 48 ſtipulater. §. 8. Si quis *ancillam ſiſtere ſe in aliquo loco* promiſerit, quæ prægnans erat, etſi ſine partu 49 eam ſiſtat, in eadem cauſa 50 eam ſiſtere intelligitur.

De purgatione mora.

LXXXIV. IDEM lib. LXXIV ad Edictum.

SI *inſulam fieri* 51 ſtipulatus ſim, & tranſierit tempus, quo potueris 52 facere; quamdiu litem conteſtatus non ſim, poſſe te facientem 53 liberari 54 placet: quod ſi jam litem conteſtatus ſim, nihil tibi prodeſſe, ſi ædifices.

De obligationibus dividuis & individuis. 7. De eo, qui curavit, ne conditio exiſteret.

LXXXV. IDEM lib. LXXV ad Edictum.

IN executione 55 obligationis ſciendum eſt quatuor 56 cauſas eſſe. nam interdum eſt aliquid, quod à ſingulis heredibus diviſum 57 conſequi poſſumus: aliud 58, quod totum peti neceſſe eſt, nec diviſum præſtari poteſt: aliud 59, quod pro parte petitur, ſed ſolvi niſi 60 totum, non poteſt: aliud 61, quod ſolidum petendum eſt, licet in ſolutionem 62 admittat [ſecutionem 63.]

§. 1. Prima 64 ſpecies pertinet ad promiſſorem *pecunia certa*: nam & petitio & ſolutio ad portiones 65 hereditarias ſpectat.

§. 2. Secunda 66 *ad opus, quod reſtator fieri juſſerit*. nam ſinguli heredes in ſolidum tenentur: quia operis effectus in partes ſcindi 67 non 68 poteſt. §. 3. Quod ſi ſtipulatus fuero, PER TE HEREDEMVE TUUM NON FIERI, QUOMINUS EAM AGAM: SI ADVERSUS EA FACTUM SIT, TANTUM DARI? & unus ex pluribus heredibus promiſſoris me prohibeat: verior eſt ſententia exiſtimantium unius 69 facto omnes teneri 70. quoniam licet ab uno prohibeor, non tamen in partem prohibeor, ſed cæteri familiæ herciſcundæ judicio ſarcient damnum. §. 4. Pro parte [autem] peti, ſolvi autem niſi totum non poteſt: veluti cum ſtipulatus ſum *hominem* 71 *incertum*. nam petitio ejus ſcinditur, ſolvi vero niſi ſolidus non 72 poteſt: alioquin in diverſis 73 hominibus recte partes ſolventur; quod non potuit defunctus facere, ne, quod ſtipulatus ſum, conſequar. † Idem juris eſt, & ſi quis decem [millia] aut hominem promiſerit. §. 5. In ſolidum vero agi oportet, & partis ſolutio adfert liberationem, cum ex cauſa evictionis 74 intendimus. nam auctoris 75 heredes 76 in ſolidum denunciandi ſunt, omneſque debent ſubſiſtere, & quolibet 77 defugiente omnes tenebuntur: ſed unicuique 78 pro parte hereditaria præſtatio injungitur. §. 6. Item ſi ita ſtipulatio facta ſit, SI FUNDUS TITIANUS DATUS NON 79 ERIT, CENTUM DARI? niſi totus detur, pœna committitur centum: nec prodeſt partes fundi tradere, ceſſante uno, quemadmodum non 80 prodeſt ad pignus liberandum partem creditori ſolvere. §. 7. Quicumque ſub conditione obligatus curaverit 81, ne conditio exiſteret, nihilominus obligetur.

De numero ſtipulationum.

LXXXVI. ULPIANUS [lib. LXXIX ad Edictum].

QUod 82 dicitur 83 tot ſtipulationes eſſe, quot res; ibi locum habet, ubi res exprimuntur ſtipulationi: cæterum ſi non fuerint expreſſæ, una eſt ſtipulatio.

De re ſtipulatoris futura.

LXXXVII. PAULUS [lib. LXXV ad Edictum].

NEmo 84 rem ſuam 85 futuram in 86 eum caſum, qua 87 ſua fit, utiliter ſtipulatur.

De mora. De fidejuſſore hominem debitum interficiente.

LXXXVIII. IDEM [lib. VI ad Plautium].

MOra rei fidejuſſori quoque nocet 88. † Sed ſi fidejuſſor ſervum obtulit 89, & reus moram fecit: mortuo Sticho fidejuſſori ſuccurrendum eſt. † Sed ſi fidejuſſor hominem occiderit 90, reus liberatur, fidejuſſor autem ex ſtipulatione conveniri poteſt.

De eo, quod dari oportet, oportebitve.

LXXXIX. IDEM [lib. IX ad Plautium].

SI à colono, cui fundum in quinquennium locaveram, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, QUICQUID 91 TE DARE FACERE OPORTET? non amplius in ſtipulationem deducitur, quam quod jam dari oportet: [in ſtipulationem enim deducitur quod jam dari oportet:] ſi autem adjiciatur, OPORTEBITVE, etiam futura 92 obligatio deducitur.

De uſuris.

XC. POMPONIUS [lib. III ex Plautio].

CUm ſtipulati ſumus *pro uſuris legitimus pœnam in ſingulos menſes, ſi ſors ſoluta non ſit*: etiamſi ſortis 93 obligatio in judicium 94 ſit deducta, adhuc tamen pœna creſcit. quia verum eſt ſoluram pecuniam non eſſe.

De periculo rei debitæ, & mora.

XCI. PAULUS [lib. XVII ad Plautium].

SI *ſervum* ſtipulatus fuero, & nulla mora intercedente ſervus deceſſerit: ſi quidem occidat 95 eum promiſſor, expeditum 96 eſt.

---

4 *l.* 135. §. 3. *ff. eod.* quod in quacunque ſtipulatione facti evenit. *l.* 13. *in fin. ff. de re jud.*

5 Nota cautionis ſiſti effectum. *l.* 14. *in fin. ff. ſi quis cautionib.*

6 Procurator cenſetur, non ſuo ſed procuratorio agere, nomine domini. *l.* 27. *l.* 28. *ff. de procur.*

7 His verbis continetur vera rei æſtimatio, *l.* 18. *ff. de dolo.* quæ interdum rem excedit. *l.* 4. §. 4. *ff. de in litem jurando.*

8 Stipulatio opponatur procuratoris. *vulg.* ſtipulatus proponatur procurator. *Corvin.*

9 V. *l.* 29. §. 1. *ff. eod. l.* 15. *ff. depoſiti. l.* 1. §. 10. *ff. de oblig.* §. 2. *Inſt. de inutil.* adde *ib. Theophil.*

10 Niſi ſua interſit ex alia cauſa, quam dominii, puta poſſeſſionis, *l.* 2. *ff. de condict. triticaria.* aut ſi reſtitutionem dominii ſtipuler.

11 Cur ita? pretium enim in rei locum ſuccedit? utique interdum ſuccedit: ſed tamen pretium multum differt à re ipſa. *v. l.* 48. *in fin. ff. de fortit.*

12 *l.* 28. *in fin. ff. de adq. poſſ.*

13 *l.* 23. *ff. eod. l.* 5. *ff. de reb. cred. l.* 15. *l.* 16. *in fin. ff. de rei vind. l.* 32. *ff. de uſuris.*

14 Vid. quæ notavi ad *l.* 1. §. 35. *ff. de vi & vi.*

15 Moram facere intelligitur, qui maluit litigare, quam reſtituere.

16 V. *l.* 16. *ff. de rei vind.*

17 Vid. *l.* 38. *ff. eod.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. ſtipul. cap.* 6. *num.* 184. Add. Adde Cujac. *lib.* 12 *obſ.* 36. S. L.

18 Ἀποφατικὸν ſive negans: ſicut Florentinus Caper in libro de orthographia ſcripſit, duplicem abnutivam pro negatione accipi. v. Cujac. ad *l.* 38. *ff. eod.* Confeſſiva ſeu confeſſoria vox fit ex duplici abnutiva, ἀποφατικὸν, in gloſſis etiam dicitur abnutivum. v. Cujac. 10 *obſerv.* 26. Porro abnutare eſt ſæpius abnuere. *Feſt.* Martianus Capella, oratio abnutiva. Abnuitio dicitur Feſto: cui opponitur adnuere.

19 *l.* 50. *ff. eod.*

20 *l.* 7. *in fin. ff. de dolo.* Goth. Vid. Men. *de arbitr. jud. lib.* 2. *caſ.* 93. S. L.

21 V. *l.* 61. *l.* 66. *ff. de judiciis.*

22 Cum invito agimus, cum invito non contrahimus.

23 Imo tenetur. §. 17. *verſ. ſi vero unam ex his. Inſt. de inutil. ſtipul.* 24 *l.* 12. *ff. eod.* 25 *Baſilic. l.* 137. §. 6. *ff. eod.* §. *ult. Inſt. de contr. empt.* quæ & regia Papinio 1 *ſylvarum.* locus judiciorum. *Quintil.* 12. foro adjunctus, ut ſæpius, *ut hic.* & apud Vitruvium 15. Quatuor Romæ fuerunt. 36 Plin. 15. Imo plures, ut ex Plinii epiſtolis, Cornelio Nepote de viris illuſtribus, Suetonio & aliis poteſt colligi. Eadem forma baſilicæ viæ. *l.* 2. §. *ſtarum. ff. ne quid in loco publico.* Baſilicum, pro magno. Baſilicæ, pro templis. adde quæ ſcripſi de baſilica ad Feſtum. 26 *l.* 103. *ff. eod.* 27 §. 2. *Inſt. de inutilibus ſtipulat.* 28 Contrariorum una eademque eſt cauſa, contraria ſcilic. & ita Ariſtoteles 2 *Rhet.* 19. ἡ αὐτὴ δύναμις ἐναντίων ἐναντία. Obligamur, quia dare poſſumus: liberamur, quia dare non poſſumus. vide Cujac. *hic.* 29 Navis uſufructu legato, ſi ea diſſoluta ſit, uſusfructus perit, licet iiſdem tabulis (nulla præterea adjecta) reſtituta ſit. *l.* 10 §. 7. *ff. quib. mod. uſusfruct.*

30 *Al.* compegerit: aliud erit, ſi non reſtaurata ſit. *l.* 88. §. 2. *ff. de leg.* 3. Aliud etiam erit, ſi reſtaurata fuerit, cum antea diſſoluta fuiſſet ea mente, ut ex ejus tabulis aliud quidam fieret. *ff. eod.*

31 *l.* 98. §. 8. *ff. de ſolut.* 32 *l.* 73. *ff. eod. l.* 1. *in fin. ff. de cond. & demonſtrat.* 33 Argumentum à ſimili evaneſcit, allata diſſimilitudine aliqua. vide Socin. *regul.* 29. 34 §. 2. *in fin. ff. de inutil. ſtipulat.* 35 *l.* 7. *ff. eod.* §. 1. *Inſtit. de inutil.* 36 Quod non perit. 37 Mortem alterius exſpectare, vel ſpectare, neque civile, neque naturale, *ut hic. l* 9. §. 1. *ff. de liber. & poſthum.* unde quidam notant, ſubſtitutiones omnes odioſas eſſe, ut quæ mortis alterius captandæ occaſionem præbeant. de quo ſcripſi ad *l.* 41. §. 3. *ff. de vulgari.* 38 De his negotiari poſſumus, quæ dominio noſtro poſſunt ſubjici. 39 *d. l.* 98. §. 8. *ff. de ſolutionibus.* Navis refecta eadem ſit, necne, ex placitis Philoſophorum, vide Plutarchum *in Theſeo.* vide quæ ſcripſi ad *l.* 76. *ff. de judiciis.* 40 Utcunque ſæpius diſſolvatur, & reſtauretur. *l.* 76. *ff. de judiciis.* 41 Domus reſtituta eadem intelligitur, ſi ea mente fuerit depoſita, ut reſtitueretur: ſin minus, eadem non eſt.

42 Facit *lex* 10. §. 7. *in fin. ff. quibus modis uſusfruct.* 43 *l.* 56. §. 7. *ff. eod. l.* 17. *ff. de oblig. & actionibus.* Lucrativæ duæ cauſæ non poſſunt circa rem eandem concurrere, niſi una ſit revocabilis. ut *l.* 66. §. 1. *ff. de legat.* 2. 44 Niſi ex evento. *l.* 98. *ff. eod.* 45 Vide *l.* 1. *& tit. ff. de eundict. furt.* Poteſt condici res perempta poſt moram, & in ſtipulationem deduci.

46 *l.* 29. §. 1. *ff. eod.*

47 Fur & mator æquiparantur. vid. Hotom. 28 *Illuſtr. ſol.* 187.

48 *l.* 103. *in fin. ff. eod. l.* 1. §. 9. *ff. de oblig.* §. 1. *Inſt. de inutil. ſtipul.*

49 Actum enim eſſe matre tantum: aliud eſt in precario. *l.* 10. *ff. de precario.*

50 Siſtendi promiſſor hominem in eodem ſtatu & cauſa ſiſtere debet. *l.* 1. *ff. ſi ex noxali.*

51 Demonſtrato ſcilic. loco: alias hæc ſtipulatio nullius eſſet momenti. *l.* 95. *l.* 115. *ff. eod. l.* 2. §. 5. *ff. de eo, quod certo loco.* An requiritur, ut forma operis, id eſt, longitudo & altitudo demonſtretur? Ripenſis poſt Ludovicum Romanum, ſufficere loci demonſtrationem, ait: Movetur, quod demonſtratio loci ſatis oſtendatur per formam operis, & certitudo per architectæ artem. Vitruv. 1. *cap.* 2. & 6. *cap.* 2. Quid? dies inſulæ faciendæ debentne adjici, ut mora committi poſſe dicatur? non eſt neceſſe, cum dies hic à Lege ſubintelligatur. *l.* 137. §. 3. *ff. eod.*

52 *d.* §. 3.

53 Facere inſulam promiſſam videtur, qui in publico apparatum ædificandi poſuit; *l.* 1. §. 3. *ff. de poſtulationibus.* qui jam inchoavit ipſum ædificium: nam qui jam perfecit, feciſſe, non facere videtur. ſic ſcutio, ſtipulatorem patientem promiſſorem, poſt moram ab eo commiſſam ædificare, liti renunciaſſe tacite videri: agentem autem illico poſt moram non audiri promiſſorem facere volentem, *ut hic.* niſi eodem momento non multo poſt ædificare paratus ſit. Eo enim caſu judex æqui ſtudioſus modici temporis moram facile negliget. *l.* 135. §. 2. *in fin. ff. eod.*

54 A quo & pœna in obligationem deducta.

55 Id eſt, petitione & ſolutione, quam Græci vocant ἐκτέλεσιν.

56 Obligatio certæ quantitatis dandæ, dividua eſt obligatione & ſolutione: faciendi, penitus individua eſt, *ut hic.* & §. 1. 2. 3. *ff. eod.* Quid certæ ſpeciei obligatio? v. *l. ſtipul.* 9. §. 1. *ff. de ſolutionib.*

57 Diviſim. *vulg. Hal.* Hæc eſt prima ſpecies executionis, Peti pro parte, Solvi pro parte.

58 Secunda ſpecies executionis, Peti ſolidum, Solvi ſolidum. 59 Tertia ſpecies executionis, Peti pro parte & Solvi ſolidum. 60 *l.* 2. §. 1. *ff. eod. l.* 15. *ff. de legat.* 2. 61 Quarta ſpecies executionis, Peti ſolidum & Solvi pro parte. 62 *Al.* in ſolutione. 63 *Al.* ſectionem.

64 In qua ſingulis ab heredibus diviſim conſequi poſſumus. 65 Senſus eſt, ſingulos heredes promiſſoris pecuniæ certæ convenire pro hereditaria parte ex Lege XII Tabularum. *l.* 35. §. 1. *ff. de hered. inſtit.* 66 In qua heredes in ſolidum tenentur. 67 Individuum id dicimus, cujus effectus dividi non poteſt, unde rurſus notant factorum obligationem individuam eſſe.

68 *l.* 72. *ff. eod. l.* 11. §. 24. *ff. de legat.* 3. 69 *l.* 2. §. 5. *l.* 4. §. 1. *ff. eod. l.* 25. §. 12. *ff. famil.*

70 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.* 71 Obligatio generis & alternativa, qua petitionem ſeu petendi facultatem ſpectamus, dividua eſt: qua ſolutionem, individua. 72 *l.* 9. *in fin. ff. de ſolutionib.*

73 *l.* 34. §. 1. *in fin. ff. de ſolutionibus.* 74 Vide *l.* 5. §. *ult. ff. eod.* 75 Id eſt, venditoris.

76 Denunciatio cuilibet heredum in ſolidum fieri debet: individua eſt denique. 77 Id eſt, parte aliqua deficiente: poſſit enim unus ſolidum defendere. *l. cum ex cauſa.* 139. *ff. eod.*

78 *Sub.* heredum. 79 *l.* 5. §. *ultim. ff. eod.* 80 *l.* 9. §. 3. *ff. de pignorat. l.* 19. *ff. de pignoribus.* 81 Vide *l.* 24. *ff. de conditionibus & demonſtrationibus.* 82 Vide *l.* 29. *ff. eod.* Gothoff. Vid. Goedd. *de contrab. ſtipul. cap.* 6. *num.* 212. *& ſeq.* Anſ. 83 V. *l.* 20. *ff. eod.* 84 V. *l.* 18. *l.* 25. *l.* 82. *ff. eod.* 85 V. *l.* 82. *ff. eod.* 86 Paria ſunt, aliquid fieri tempore prohibito, & in tempus prohibitum conferri. 87 Quo ſua ſit. *vulg. Hal.* 88 Vid. *l.* 49. *ff. eod. l.* 3. §. 3. *ff. quod quiſque. l.* 24. §. 1. *ff. de uſur. l.* 44. *ff. de oper. libert.* adde Paul. 5 *ſent.* 7. §. *ult.* 89 Tunc non eſt in mora. 90 *l.* 23. *ff. eod. l.* 127. *in fin. ff. eod. l.* 19. *ff. de dolo.* 91 V. *l.* 76. §. 1. *ff. eod.*

92 Adde *l.* 23. *ff. de ſerv. urb.* 93 Tantum, non uſurarum. 94 Lite conteſtata, *l.* 35. *ff. de uſur.* non novatione uſuræ currunt. *l.* 18. *ff. de novat.* 95 *l.* 23. *in fin. ff. eod.* Paul. 5 *ſent.* 7. §. *ultim.* hominis occiſor culpam ſemper admittit. *Gothoff.* Vide in hanc legem Goedd. *de contrab. ſtipulat. cap.* 11. *num.* 25. 32. Leonin. *emendat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. 6. 8. & 11. Anſ.

96 Diſtingue ex *l.* 96. *ff. eod.*

est. sin autem negligat 97 infirmum, an teneri debeat promissor? considerantibus, utrum, quemadmodum in vindicatione 98 hominis, si neglectus a possessione fuerit, culpæ hujus nomine teneri possessor, ita & cum dari promisit: an culpa, quod ad stipulationem attinet, in faciendo accipienda sit, non in non faciendo? quod magis probandum est: quia 99 qui dari promisit, ad dandum, non faciendum, tenetur. §. 1. Sed si fit quidem res in rebus humanis, sed dari non possit, ut fundus religiosus (puta) vel sacer factus, vel servus manumissus 100, vel etiam ab hostibus 1 si capiatur, culpa in hunc modum dijudicatur: ut si quidem ipsius promissoris res vel tempore stipulationis, vel postea fuerit, & quid eorum accidens, nihilominus teneatur. † Idemque fiat, & si per alium, postea quam ab hoc alienatus sit, id contigerit. † Sin autem alienus fuit, & ab alio tale quid accidit, non tenetur: quia nihil fecit. nisi [si] postea quam moratus 2 est solutionem, aliquid hujusmodi accident: quam distinctionem & Julianus sequitur. † Item si homo qui fuit promissoris, ex præcedenti causa ablatus ei fuerit, quod statuliber fuit, perinde habendus sit, ac si alienum promisisset: quia sine facto ipsius desiit ejus esse. §. 2. De illo quæritur, an & is, qui nesciens se debere occiderit, teneatur 3, quod Julianus putat in eo 4, qui, cum nesciret a se petitum codicillis, ut restitueret 5, manumisit 6.

§. 3. Sequitur videre de eo, quod Veteres constituerunt, quotiens 7 culpa intervenit debitoris, perpetuari 8 obligationem, quemadmodum intelligendum sit. Et quidem si effecerit promissor, quominus solvere possit: expeditum intellectum habet constitutio 9: si 10 vero moratus sit tantum, hæsitatur, an si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora? Et Celsus adulescens scribit, eum, qui moram fecit in solvendo Stichо, quem promiserat, posse 11 emendare eam moram postea offerendo: esse enim hanc quæstionem de bono 12 & æquo: in quo genere *plerumque sub* 13 *arbitrium, seu sententia permissa* (inquit) *erratur*. Et sane probabilis 14 hæc sententia est, quam quidem & Julianus sequitur: nam dum quæritur de damno, & par utrumque causa sit, quare non potentior sit, qui tenear 15, quam qui persequitur?

§. 4. Nunc videamus, in quibus personis hæc constitutio locum habeat? quæ inspectio duplex est: ut primo quæramus, quæ personæ 16 efficiant perpetuam obligationem; deinde quibus eam producant. Utique autem principalis 17 debitor perpetuat obligationem. † Accessiones 18 an perpetuent, dubium est. Pomponio perpetuari 19 placet: quare enim facto suo fidejussor suam obligationem tollat? cujus sententia vera est: itaque perpetuatur obligatio tam ipsorum, quam successorum eorum. accessionibus quoque suis, id est, fidejussoribus, perpetuant obligationem: quia in totam 20 causam spoponderunt. §. 5. An filiusfamilias, qui jussu patris promisit, occidendo servum, producat patris obligationem, videndum est. Pomponius producere putat, scilicet, quasi accessionem 21 intelligens eum, qui jubeat.

§. 6. Effectus hujus constitutionis 22 ille est, ut adhuc homo peri possit. Sed & acceptum ei posse ferre creditur, & fidejussorem accipi ejus obligationis nomine. † Novari autem an possit hæc obligatio, dubitationis est, quia neque hominem, qui 23 non est, neque pecuniam quæ non debetur, stipulari possumus. Ego 24 puto novationem fieri posse, si 25 hoc actum inter partes sit: quod [&] Juliano placet.

De herede.

XCII. IDEM [lib. XVIII ad Plautium].

SI ita stipuler, *Per te non fieri, quominus mihi heredique* 26 *meo vindemiam tollere liceat?* etiam heredi datur actio.

De electione.

XCIII. IDEM [lib. III ad Vitellium].

SI 27 sic stipulatus fuero, *Per te non fieri, quominus hominem ex his, quos habes, sumam* 28? electio mea erit.

De incerta stipulatione.

XCIV. MARCELLUS [lib. III Digestorum].

TRiticum 29 dare oportere stipulatus est aliquis. Facti 30 quæstio est, non juris. Igitur si de aliquo tritico cogitaverit 31, id est, certi generis 32, certæ quantitatis 33, id habebitur pro 34 expresso: alioquin, si cum destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur 35; igitur ne unum quidem modium.

De insula facienda.

XCV. IDEM [lib. V Digestorum].

QUi insulam fieri stipulatur, ita demum adquirit obligationem, si apparet 36 quo in loco 37 fieri insulam voluerit, si 38 & ibi insulam fieri interest ejus.

De res interitu.

XCVI. IDEM [lib. XII Digestorum].

QUi 39 servum mihi ex stipulatu debebat, si in facinore 40 eum deprehenderit, impune 41 eum occidit: nec utilis actio erit in eum constituenda.

De re impossibili. 1. Si quis pro alio se solutum spoponderit. 2. De conditione nuptiarum.

XCVII. CELSUS [lib. XXVI Digestorum].

SI ita stipulatus fuero, TITIUM NISI 42 STETERIS, HIPPOCENTAURUM 43 DARI? proinde 44 erit atque te sisti solummodo stipulatus essem. §. 1. Possum utiliter a te ita stipulari, TITII NOMINE TE SOLUTURUM? neque enim hoc simile est illi, TITIUM DATURUM 45? sed ea stipulatione, dum interest mea 46, agere possum. & ideo si Ioculpes 47 sit Titius, nihil ex hac stipulatione consequi possim: quid enim mea interest id a te fieri, quod si non feceris, æque salvam pecuniam habiturus sum? §. 2. SI TIBI NUPSERO, DECIM 48 DARI SPONDES? causa cognita 49 denegandam actionem puto: nec 50 raro probabilis causa ejusmodi stipulationis est. † Item si vir a muliere eo modo non in dotem stipulatus est.

De re stipulatoris. De servo tradendo. 1. De insula fulcienda.

XCVIII. MARCELLUS lib. XX Digestorum.

EXistimo 51 posse *id, quod meum est, sub* 52 *conditione stipulari.* item *viam [stipulari] ad fundum* posse, quanquam interim fundus non sit meus. aut si hoc verum non est, & alienum fundum sub conditione stipulatus fuero, isque ex lucrativa causa meus esse cœperit, confestim perimeretur 53 stipulatio: & si fundi dominus sub conditione viam stipulatus fuerit, statim fundo alienato evanescit stipulatio: & maxime secundum illorum opinionem, qui etiam ea, quæ 54 recte constituerunt, resolvi putant, cum in eum casum reciderunt, à quo non potuissent consistere.

§. 1. Ex hac 55 stipulatione, *Insulam* 56 *fulciri spondes?* quando nascatur actio, quæritur. & utique non *est* expectandum, ut ruat: nec enim nihil stipulatoris interest, fultam potius esse, quam non esse: nec tamen recte agetur, si nondum præterierit temporis tantum, quo fulcire potuerit redemptor.

De interpretatione stipulationis. 1. De conditione intra diem implenda.

XCIX. CELSUS lib. XXXVIII Digestorum.

QUidquid adstringendæ 57 obligationis est, id nisi palam verbis exprimitur, omissum intelligendum 58 est. ac fere secundum 59 promissorem interpretamur: quia stipulatori liberum fuit verba late concipere. Nec rursum promissor 60 ferendus est, si ejus intererit, de certis potius valis forte, aut hominibus actum.

§. 1. Si stipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capitolium non ascendero, dari?* non nisi præterito 61 biennio recte petam: nam etsi ambigua verba sunt, sic tamen exaudiuntur, si immutabiliter verum fuit te Capitolium non ascendisse.

De conditione in præteritum vel in præsens tempus relata.

C. MODESTINUS [lib. VIII Regularum].

CONditio 62 in 63 præteritum non tantum in præsens 64 tempus relata, statim aut *pereunt* 65 *obligationem*, aut omnino *non differt* 66.

De fulcibus.

CI. IDEM lib. IV de Præscriptionibus.

PUberes 67 sine 68 curatoribus suis 69 possunt 70 ex stipulatu obligari 71.

De evictione & sumptibus litis.

CII. IDEM lib. V Responsorum.

VEnditores emptori caverant pro evictione, *quanti ejus interesset:* [sed &] specialiter *adgnituros, si* 72 *lite* 72 *mota sumptus fecisset*, emptori stipulanti promiserant: post mortem emptoris, unus ex venditoribus ad judicium vocavit 73, pretium sibi deberi dicens 74: heredes 75 ejus, qui sumptus in defensione causæ factos, cum probarent pretium solutum fuisse, ex stipulatione petebant. Modestinus respondit, si [in] eas impensas venditores promiserunt, quæ ob litem de proprietate institutam factæ essent: minime ex stipu-

---

1 Negligens infirmum culpam præstat, & de re tenetur. *l.* 220 *ff. de verb. sign.* hinc datur prima ratio dubitandi.

2 Hinc altera dubitandi ratio oritur. *l.* 36. § 1. *l.* 45. *ff. de rei vind.* adde *l.* 21. § 11. *ff. de actionib.* *l.* 21. § 3. *l.* 54. *in fin. ff. de hered. petit.* Sed cur non idem in promissore, ac in possessore? In re aliena custodienda, cujus vindicatio alteri competit, debemus esse diligentissimi; in ea, quæ nonnisi facto nostro alteri quæri potest, licet nobis verbari negligenter, quasi in re nostra, modo absit dolus, aut lata culpa. v. Cujac. *hic.*

99 Promissor ejus tantum culpæ nomine tenetur, quæ in faciendo, non quæ in negligendo, consistit, *l.* 21. *ff. de hered. vel act. vend.* adde *l.* 13. § 2 *in pr. ff. de usufruct.* quia qui dare promisit, ad dandum, non ad faciendū, tenetur.

100 *l.* 51. *ff. cod.*

1 Servo capto ab hostibus sine facto promissoris, cessat obligatio & extinguitur: facto ejus capto, ad pretium tenetur.

2 Post moram solutionis debitor tenetur de casu.

3 Utique tenetur. Atqui de repetendo quoties agitur, ignorans & nesciens non tenetur. *l.* 65. § 8. *ff. de cond. indebiti.* *l.* 39. *ff. de mort. caus.* vid. Cujac. *hic.*

4 Hominis occisor culpam semper admittit, etiamsi petitus ei non sit: nisi fortasse justam aliquam occidendi causam habuerit.

5 Hereditatem scil. in qua erat servus, quem manumisit. *l.* 25. § 2. *in fin. ff. ad Trebell.*

6 § 16. *Inst. de leg.*

7 Ex culpa & mora debitoris quasi perpetuatur obligatio. dixi *quasi*; quia mora purgari potest. Occisione perpetuatur plane: nec enim purgari potest.

8 Id est, perpetuam effici. *l.* 59. § 5. *ff. mandati.*

9 Id est, regula juris antiqui. *l.* 1. *ff. de privat. delict.*

10 Aliud est efficere, quominus solvas; aliud est moram committere.

11 Mora obligatione purgatur. *l.* 73. *in fin. ff. cod.* *l.* 126. § 3. *ff. cod.*

12 Æquum & bonum patitur, ut mora offerendo purgari possit. 13 Sub auctoritate juris plerumque perniciose erratur. 14 In dubio quæ probabiliora sunt, sequenda sunt.

15 Ubi agitur de damno, potior est causa possessoris, quam actoris. 16 Adde *l.* 24. *in fin ff. de usur.* 17 Principalis debitor perpetuat suam suique heredis & fidejussoris obligationem, *l.* 58. *in fin. ff. de fidejuss.* non tamen auget, nisi fidejussor in omnem causam sit acceptus. *l.* 8. *ff. de eo, quod certo. l.* 54. *ff. locati.* 18 Id est, personæ, quæ obligationi accedunt, ut adpromissores, inandatores, pecuniæ constitutæ rei, *Novell.* 4. παρεγγύας, vocat 5 Valerius 7. nec accessio gloriosæ illius pompæ; sed auctor spectatus est. Vulgata Editio legit *accessoriæ*, & male.

19 Accessionis culpa suam, suique heredis obligationem perpetuat: non rei principalis. Culpa accessionis non nocet reo. 20 *l.* 54. *ff. locati.* 21 Puter cum jubet filium promittere, filii accessio est. *l.* 49. *ff. cod.* adde *l.* 42. *ff. de usur.* 22 *l.* 83. § 7. *ff. cod.* 23 *l.* 31. *ff. de novat.*

24 Petitio, fidejussio, novatio, acceptilatio hominis mortui culpa promissoris valet; alioquin non valet. 25 *l.* 8. § 2. *ff. de novat.* 26 Potest enim quis suæ personæ heredis personam adjungere. *l.* 38. § 14. *ff. cod. l.* 39. § 4. *ff. de leg.* 1. 27 Dixi *l.* 76. *ff. cod.* 28 Hinc ratio decidendi sumitur, Servius 5 *Æneid. sumo*, inquit, verbum est Jurisconsultorum, quo utuntur, quotiescunque legatum non ab herede datur, sed est in accipientis arbitrio. Eodem verbo in legatis legatariis datur vindicatio & optio. 14 Ulpian. § 3. 29 Non expressa quantitate vel genere. dixi *l.* 74. *l.* 75. *ff. cod.* 30 Cur? quærendum est, quod genus, quemve modum tritici quis promiserit.

31 Ut quia de tritico tractatus habitus fuerat inter contrahentes: Ex tractatu, ex præfatione contractus interpretatio sumenda. *l.* 134. § 1. *ff. cod.* 32 Id est, certæ quantitatis: ea fumitur ex genere & bonitate. 33 Quantitas quid significet, vid. II. Vulteium *in discept. cap.* 10. Ans.

34 Stipulatio tritici sine quantitate expressa, aut intellecta, est inutilis. *l.* 115 *ff. cod.* Incerta non est, quæ non est expressa, si modo possit intelligi ex certis conjecturis. quid enim, si frumenti tractatus ante stipulationem habitus sit? 35 Imo videtur. *arg. l.* 7. *ff. de testico.* 36 Id autem ex aliqua certa conjectura apparere potest, ut in *l.* 36. *in fin. ff. de condit. & demonstrat.* adde quæ notavi ad *l.* 74. *l.* 84. *ff. cod.* 37 Vide *l.* 115. *ff. cod.* 38 Nemo ad agendum admittitur, nisi ejus interfit. *l.* 97. § 1. *ff. cod.* 39 Dixi *l.* 91. *ff. cod.* 40 *l.* 24. *in fin. ff. de pignorat. l.* 53. § 3. *ff. de legat.* 1. puta in ipsis rebus Venereis, ἐπιτυμβίοις. vide *l.* 23. *ff. de adulter.* in adulterio vel raptu. adde ea quæ notavi ad *l.* 54. § 1. *ff. locati.* 41 Factum legitime pœnam non meretur, *ut hic.* & *l.* 4. *in fin. C. de adulterio.* sic Seneca 5 *declamat.* objici non potest, quod lege factum est.

42 *l.* 126. *in fin ff. cod.*

43 Hippocentaurum dari, stipulatio inutilis est. § 1. *Instit. de inutilib. stipul.* & ibi *Theoph.* Stoïcorum eodem exemplo usi sunt, teste Laertio, & Sexto Empirico. Galenus 3 *de usu partium*, 4 *de differentiis pulsuum*, invehitur in Pindarum, ut qui finxerit, ex hominibus & Magnesiis equis Hippocentauros natos fuisse. Hinc Gellius 2 *de natura*: Quis Hippocentaurum fuisse, aut Chimæram putet? Idem *Inferd.* 1. & 2 *de divinat.* & 1 *de natura.* & Lucretius 5. *Sed neque Centauri fuerint, neque tempore in uno Esse queant duplici natura & corpore bino: Ex alienorum membris compacta potestas.* Verumtamen Plin. *lib.* 7 refert, se sub Claudio Hippocentaurum ex Ægypto allatum suis oculis vidisse. Quo & Claudius Cæsar in Thessalia natum Hippocentaurum scripsit, eademque die interisse. Dixi non est abhorrere, quod refert Hieronymus in vita Pauli Primitæ 5 Hippocentaurum, & Satyrum Antonio visum. Et Satyros, id est 5 homines ex capra & homine permixtos fuisse refert Plin. *ibid.* & Plutarchus in *Sylla.* Sub Constantino etiam Satyrum Alexandriam perductum ex Ægypto, fide condita, & Antiochiam allatum, ut ab Imperatore videretur, memoriæ proditum est. vide Alciat. 9 *Parerg.* 38. Corras. 5 *Miscell.* 2. adde de Hippocentauro illud Augustini 5 *adversus Faustum Manichæum.* Christianam fidem, inquit, Hippocentaurum facitis, nec equum perfecte, nec hominem: nobis fuit Christo servire permittite. Apud Hieronymum dicto loco Hippocentaurum hominem equo mixtum Antonius definit. addit etiam, barbarum nescio quid infrendisse, & fregisse potius verba, quam loquutum. Satyrum autem se talem vidisse refert *ibid.* Antonius, haud grandem humunculum, aduncis naribus, fronte cornibus aspersata, cujus pars extrema corporis in caprarum pedes desinebat. addit etiam loquutum, & ejus verba refert, quæ *ibid.* vide. 44 Perinde erit. *conf. Haloand.* hinc collige, inutilem adjectionem non vitiare utilem obligationem. 45 Qua lectum alienum promittitur. *l.* 38. *ff. cod.* 46 Vide *l.* 95 *in fin. ff. cod.* 47 *l.* 112. *in fin. ff. cod.* 48 *l.* 32. § 22. *ff. de donat. inter virum.* 49 Nam si ex causa donationis stipulatio sic interposita, confertur in tempus matrimonii: idcoque non valet, *l.* 2. § 10 *l.* 23 *ff. de donation. inter virum. l.* 4. *C. de donationib. ante nuptias.* sin alia justa causa stipulationis interponendæ fuit, utique tuta esse potest. Pœna constringi non possunt nuptiæ, *l.* 134. *ff. cod.* quas nihil vetat præmiis illici. 50 *Id est*, & raro. *Accurs. sine*, nunquam: *Alc.*, nec rara.

51 Vide *l.* 31. *ff. cod.* 52 *l.* 31. *ff. cod. l.* 61. *ff. de contr. empt. l.* 41. § 2. *ff. de legat.* 1.

53 Perimetur. *Haloand.* 54 *l.* 140. *in fin. ff. cod.* § 2. *Instit. de inutil. stipulat.* 55 Dixi *l.* 95. *ff. cod.* 56 Vide *l.* 72. *in princ. & fin. ff. cod.* 57 Τὸ συμβαλλόμενον τὰ συνάλλαγματα. *Eclog. & l.* 24. *ex lib* 43. *tit.* 1. *cap.* 98. Stipulationes dictæ, quod per eas limitas obligationum constringitur. Paul. 5 *sentent.* 7. § 1. Hinc nonnulli colligunt, stipulationes esse contractus stricti juris, ideoque in stipulationibus obligationem & sententiam cateris nasci, & ferri, quatenus lingua nuncupatum est, *ut hic.* secus in bonæ fidei judiciis. Hinc Catellianus Cotta in *memor. in verbo Locavi*, scribit, Vineæ locatione facta colono, ea lege, ut dimidiam partem fructuum colligendorum domino daret, colonum tenere ad præstandam dimidiam aliorum fructuum, quo casu in vineam arbores plantaverit. *Goth.* Vide Cujac. *lib.* 14 *observat. cap* 32. S. L.

58 *l.* 126. *in fin. ff. cod.* adde *l.* 25. *ff. de liberat.* 59 Vide *l.* 38. § 18. *ff. cod. l.* 26. *ff. de reb. dub. l.* 47. *ff. de oblig. & act. l.* 39. *ff. de pactis.* 60 Adde *l.* 110. *in fin. ff. cod.* 61 *l.* 27 *in fin. l.* 72. § 1. *ff. cod. l.* 6. *ff. de oblig. l.* 101 *ff. de regul.* An idem in usucapionibus? vide *l.* 6. *ff. de usurpat.* 62 *l.* 120. *ff. cod.* 63 Vide *l.* 37. *ff. de reb. cred.* 64 In futurum tempus collatæ conditiones non sunt necessariæ. Quod futurum est, necesse non est evenire, cum possit non evenire: & incertum, id est, nec verum, nec falsum. Hæc est sententia Aristotelis, Chrysippi, & Stoïcorum omnium. quam Jurisconsulti sequuntur, qui fere omnes ab Stoïcis instituti sunt: ac ideo partus futuri stipulationem censent incertam. *l.* 75. *ff. cod.* adde *l.* 16. *ff. de injuriis.* A superioribus dissentit Paul. *l.* 28. *in fin. ff. de jud.* ait enim ex sententia Diodori, futura, antequam fiant, esse vera vel falsa. v. Cujac. *hic.* sic fortio, res futuras *actu* nondum esse; futuras tamen certo extiturus, alioquin futuræ non essent. 65 Permit. *Hal.* peremit, si ita non sit. Quod non est, necesse est non esse. 66 Si ita sit, sc. Quod est vel fuit, necesse est esse vel fuisse. Conditiones eæ sunt necessariæ. 67 Aliud in pupillo. v. *hic Cujac.* & *l.* 7 *C. de contrab. stip.* 68 Curatorem etiam habentes. *l.* 3. *in fin. C. de in integr. rest.* 69 Quos habent sc. 70 Imo non possunt: datur enim eis restitutio. *l.* 1. *in fin. C. de inutil. stip. l.* 1. *ff. de in integr rest.* An dicemus obligari, *ut hic.* sed restitui ex *d. l.* 1? An vero pupillos curatorem habentes, vendentes aut contrahentes non obligari: non habentes, obligari quidem, sed restitui? An potius puberes sine curatoribus suis posse obligari: impuberes sine tutore non posse & quidem illos recte obligari, sed restitui?

71 Nuptias contrahere, *l.* 20. *ff. de ritu.* & solutum accipere, *l.* 7. § 2. *ff. de minoribus* juncta, *l.* 9. § 4. *ff. de jurejur.* hereditatem restituere, *l.* 1. § 14. *ff. ad Treb.* adire hereditatem, *arg. l.* 15. *in fin. ff. de appellat.* at non vendere. *l.* 3. *C. de in integr. rest.* Goth. Puto hic legendum esse *obligare*, argum. *d. l.* 3 *junct. l.* 9 *ff. de auctor. tut.* ne manifesta statuatur antinomia neque obst. *l.* 11. § 14. *ff. de act empt.* Cujus solutio est ex *l.* 14. *ff. de except. rei judic.* nempe quod non sit causa. Concordat *l.* 1. *C. de auctor. præstand.* S. L. 72 Proprietatis scil. 73 Ad judicium vocantur heredes, &c. *vulg.* 74 Utpote nondum solutum ab emptore. 75 *Seu rejiciatur*, heredes emptoris sumtus in defensione, &c.

stipulatu peti posse, quod erogatum est [76], dum alter ex venditoribus pretium, quod jam fuerat exsolutum, petit.

De homine libero, vel mortuo. De fundo hostium.

CIII. IDEM lib. V Pandectarum.

LIber [77] homo in stipulatum deduci non potest: quia nec dari oportere intendi nec æstimatio ejus præstari potest: non magis quam si quis dari stipulatus fuerit *mortuum* [78] *hominem* aut *fundum hostium* [79].

De servo, qui pactionis pro libertate reum dedit.

CIV. JAVOLENUS lib. XI ex Cassio.

CUm servus pecuniam pro libertate pactus est, & ob eam rem reum [80] dedit [81]: quamvis servus ab alio [82] manumissus est, reus [83] tamen recte obligabitur. quia non quæritur, à quo manumittatur [84], sed ut manumittatur.

De alternatione, & mora, & rei interitu.

CV. IDEM lib. II Epistolarum.

STipulatus sum, *Damam aut Erotem servum dari*; cum Damam dares, ego, quominus acciperem, in mora fui; mortuus est Dama: an putes me ex stipulatu actionem habere? Respondit: Secundum Massurii Sabini opinionem puto te ex stipulatu agere non posse: nam is recte existimabat, si [85] per debitorem mora non esset, quominus id, quod debebat, solveret, continuo [86] eum debito liberari.

De fundo.

CVI. IDEM lib. VI Epistolarum.

QUi ex pluribus [87] fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, unum fundum sine [88] ulla nota [89] demonstrationis stipuletur, incertum stipulatur: id est, eum fundum stipulatur, quem promissor [90] dare voluerit. tamdiu autem voluntas promissoris in [91] pendenti est, quamdiu id quod promissum est, solvatur.

De emancipatione.

CVII. IDEM lib. VIII Epistolarum.

VTrum turpem [92] talem stipulationem putes, an non, quæro: Pater naturalis filium, quem Titius habebat in adoptionem [93], heredem instituit, *si patria* [94] *potestate liberatus esset*: pater [95] cum adoptivum [96] non alias emancipari voluit, quam [97] si etiam [98] dedisset, à quo stipularetur [99], certam summam, *si eum manumisisset*: post emancipationem adit heres filius: petit nunc pecuniam pater ex stipulatione supra relata. Respondit: Non [puto] turpem esse causam stipulationis, utpote cum aliter filium emancipaturus non fuerit. nec potest videri injusta causa stipulationis, si aliquid adoptivus pater habere voluerit, propter quod à filio post emancipationem magis curaretur [100].

De dote, de conditione pendente, ex facto incerta persona. I. De obligatione collata in arbitrium debitoris.

CVIII. IDEM lib. X Epistolarum.

ATitio ita stipulatus sum, *Si* [1] *qua mihi nupserit, decem dotis ejus nomine dare spondes?* quærebatur, an consistat talis stipulatio [2]? Respondit: Si stipulanti mihi dos ita promissa est, *Quamcunque uxorem duxero, dotis ejus nomine decem dare spondes?* nihil in causa est, quare ea pecunia conditione expleta non debeatur. nam cum conditio [3] etiam ex incerta [4] persona facto parere obligationem possit: veluti, SI QUIS IN CAPITOLIUM ASCENDERIT, DECEM DARE SPONDES? SI QUIS À ME DECEM FETIERIT, TOT DARE SPONDES? cur non idem, & in dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest.

§. 1. Nulla promissio potest consistere, quæ ex voluntate [5] promittentis statum capit.

De alternatione.

CIX. POMPONIUS lib. III ad Quintum Mucium.

SI ita stipulatus fuero, *Decem* [6] *aut quindecim dabis? decem* debentur. † Item si ita [8], *Post annum aut biennium dabis?* post biennium debentur. Quia in stipulationibus id servatur: ut quod minus [esset 9,] quodque longius [10], esse videretur in obligationem deductum.

De adjecto obligationi. I. De veste muliebri.

CX. IDEM lib. IV ad Quintum Mucium.

SI mihi, & Titio, in cujus potestate [11] *non sim, stipuler decem?* non tota decem, sed sola quinque mihi debentur. pars enim aliena [12] deducitur, ut quod extraneo inutiliter stipulatus sum, non [13] augeat meam partem. §. 1. Si stipulatus fuero de te, *Vestem* [14] *tuam, quæcunque muliebris est, dare spondes?* magis ad mentem [15] stipulantis, quam ad mentem promittentis, id referri debeat: ut quid in re sit, æstimari debeat, non quid senserit promissor. itaque si solitus [16] fuerat promissor muliebri quadam veste uti, nihilominus debetur.

De stipulatione, per te non fieri, quominus mihi uti liceat.

CXI. IDEM [lib. V ad Quintum Mucium].

SI stipulatus fuero, *per* [17] *te non fieri, quominus mihi illa domo uti liceat*, an etiam si me non prohibeas, uxorem [18] autem meam prohiberes, vel contra [19] uxore mea stipulata me prohibeas, an committatur stipulatio? Et satius [20] est hæc verba sic accipi. Nam & si stipulatus fuero, *per te non fieri, quominus mihi via, itinere, actu* [quo] *uti liceat*: & [si] non me, sed alium [21] nomine meo ingredientem, prohibeas, sciendum erit committi stipulationem.

De electione & mutatione voluntatis. I. De stipulatione satisdationis.

CXII. IDEM [lib. XV ad Quintum Mucium].

SI quis stipulatus sit, *Stichum, aut Pamphilum, utrum ipse vellet* [22], quem elegerit, petet, & is erit solus in obligatione. † An autem mutare voluntatem possit, & ad alterius petitionem transire, quærentibus respiciendus erit sermo stipulationis, utrumne talis sit, QUEM VOLUERO, an, QUEM VOLAM: nam si talis fuerit, *Quem voluero*, cum semel elegerit, mutare voluntatem non [23] poterit: si vero tractum [24] habeat sermo illius, & sit talis, *Quem volam*, donec judicium dictet [25], mutandi potestatem habebit. §. 1. Si quis ita stipulatus fuerit, PRO CENTUM AUREIS SATISDABIS [26]? & reum dederit in istam summam: Proculus ait semper in satisdationis stipulatione venire, quod interesset [27] stipulantis: ut aliàs tota sors inesset, veluti si idoneus [28] promissor non sit; aliàs minus, si in aliquid idoneus esset debitor; alias nihil, si tam locuples esset, ut nostra non interest satis ab eo accipere, nisi quod plerumque idonei non tam patrimonio quam fide quoque æstimarentur.

De pœna & de prorogatione temporis. I. De fidejussoribus præstandis, & re vendita liberanda.

CXIII. PROCULUS [lib. II Epistularum].

CUm stipulatus sim mihi, Procule, *si opus arbitratu meo ante Kalendas Junias effectum non sit*, pœnam, & protuli diem: putasne vere [29] me posse dicere arbitratu meo opus effectum non esse ante Kalendas Junias, cum ipse arbitrio meo aliam operi laxiorem dederim? Proculus respondit: Non sine causa distinguendum est, interesse, utrum per promissorem mora non fuisset, quominus opus ante Kalendas Junias ita, uti stipulatione comprehensum erat, perficeretur; an, cum jam opus effici non posset ante Kalendas Junias, stipulator diem in Kalendis Augustis protulisset? nam si tum diem stipulator protulit, cum [30] jam opus ante Kalendas Junias effici non poterat, puto pœnam esse commissam; nec ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante Kalendas Junias fuit, quo stipulator non desideravit id ante Kalendas Junias effici, id est, quod non est arbitratus ut fieret, quod fieri non poterat: aut si hoc falsum est [31], etiam si stipulatus [32] pridie Kalendas Junias mortuus esset, pœna commissa [33] non esset; quoniam mortuus arbitrari non potuisset, & aliquod tempus post mortem ejus operi perficiendo superfuisset: & propemodum, etiam si ante Kalendas Junias futurum esse cœpit, opus ante eam diem effici non posse, pœna commissa est. §. 1. Cum venderet aliquis, promisit emptori *fidejussores præstari, & rem venditam liberari*: quæ ut liberetur, nunc desiderat emptor: in mora est is, qui ea stipulatione id futurum promisit. Quæro quid [34] juris sit? Proculus respondit: Tanti litem æstimari oportet, quanti actoris interest [35].

De mora.

CXIV. ULPIANUS [lib. XVII ad Sabinum].

SI fundum [36] certo die præstari stipuler, & per promissorem steterit, quominus ea die præstetur: consecuturum me quanti mea interfuit [37] moram facti [38] non esse.

De die vel loco omisso. De conditione negativa.

CXV. PAPINIANUS [39] [lib. II Quæstionum].

ITa [40] stipulatus sum, TE SISTI [IN] CERTO LOCO: SI NON [41] STETERIS, QUINQUAGINTA AUREOS DARI SPONDES? si dies in stipulatione per errorem omissus fuerit, cum id ageretur, ut certo die sisteres, imperfecta erit stipulatio. non secus ac si, quod pondere [42], numero, mensura continetur, sine adjectione ponderis, numeri, mensuræ stipulatus essem: vel insulam ædificari, non demonstrato loco [43]: vel fundum dari, non [44] adjecto nomine. Quod si ab initio id agebatur, ut quocunque die sisteres, & si non stetisses, pecuniam dares: quasi quælibet stipulatio sub conditione concepta, vires habebit: nec ante committetur, quam fuerit declaratum, reum promittendi sisti non posse. §. 1. Sed & si ita stipulatus fuero, SI [45] IN CAPITOLIUM [46] NON ASCENDERIS, vel ALEXANDRIAM [47] NON IERIS, CENTUM DARI SPONDES? non statim committetur stipulatio, quamvis Capitolium ascendere, vel Alexandriam pervenire potueris: sed cum certum [48] esse cœperit te Capitolium ascendere, vel Alexandriam ire non posse. §. 2. Item si quis ita stipulatur: SI PAMPHILUM NON DEDERIS, CENTUM DARE SPONDES? Pegasus respondit non ante committi stipulationem, quam desisset posse Pamphilus dari. Sabinus autem existimabat, ex sententia contrahentium, postquam homo potuit dari, confestim agendum: & tamdiu ex stipulatione non posse agi, quamdiu per [49] promissorem non steterit, quominus hominem daret: idque defendebat exemplo penus [50] legatæ. [Mucius] etenim heredem, si dare potuisset penum, nec dedisset, confestim in pecuniam legatam tenere scripsit: idque utilitatis causa receptum est ob defuncti [51] voluntatem, & ipsius rei natura [52]. † Itaque potest Sabini sententia recipi, si stipulatio non à conditione cœpit: veluti [53], SI PAMPHILUM NON DEDERIS, TANTUM DARE SPONDES? sed [54] ita concepta sit [stipulatio], PAMPHILUM DARE SPONDES? SI NON DEDERIS, TANTUM DARI SPONDES? quod sine dubio verum erit, cum id [55] actum probatur, ut si homo datus non fuerit, & homo & pecunia debeatur. † Sed & si ita cautum sit, *ut sola pecunia non soluto homine* debeatur,

[76] Ego & Titius rem tibi vendidimus: de evictione quoque tibi cavimus, & specialiter, si in lite mota sumptus fecisses, eos reddi tibi promisimus. Titius à tuis heredibus pretium rei sibi jam solutum exigere voluit, sumptus in eo judicio heredes tui fecerunt? Eos sumptus tibi non debeo. Cur? sumptus in lite de re vendita evicta factos cautum promisisse videor: non autè factos in lite de pretio: indefinita promissio ad rem, de qua actum fuit, coercenda, non ad aliam accendenda. An eos sumptus admittes? minime: eos enim à Titio repetes, quod remere te in jus vocaverit. *l.* 79. ff. *de judiciis.*

[77] *l.* 83. §. 5. ff. *eod. l.* 1. §. 9. ff. *de oblig. l.* 182. ff. *de reg. jur.* §. 2. *Inst. de inutil.*

[78] *l.* 29. *in fin. l.* 83. §. 7. ff. *eod.*

[79] Qui nec legari potest, nisi casu aliquo emi possit, *l.* 9. *l.* 104. §. 2. ff. *de legat.* 1. adde *l. ultim.* ff. *de act. empt.* vid. quæ scripsi ad *d. l.* 9.

[80] Expromissorem. *l.* 7. §. 8. ff. *de dolo. l.* 37. *in fin.* ff. *de oper. libert.*

[81] Quid, si non dedit, sed simpliciter promisit? tenebitur actione in factum. *l.* 3. *C. an servus ex suo facto.*

[82] Quam a domino suo.

[83] Is, qui spopondit pecuniam pro libertate servi.

[84] Quid, si dominus moram in manumittendo faciat? conveniri poterit. *l.* 53. ff. *de judiciis. l.* 5. ff. *de manumissionibus.*

[85] *l.* 8. ff. *de nautico. l.* 23. ff. *de oblig.*

[86] ἀπαντᾶσθαι, ipso jure. Cujac. *hic.*

[87] Aliud erit, si nullum fundum habuit. *l.* 71. ff. *de leg.* 1. *l.* 6. ff. *de auro.*

[88] *l.* 75. ff. *eod. l.* 115. ff. *eod. l.* 69. §. 4. ff. *de jure dot.*

[89] Dixi *l.* 6. ff. *si certum petatur.*

[90] Ejusve heres. *l.* 75. ff. *de legat.* 1. Imo legatarii est electio. *l.* 20. ff. *de legat.* 1. §. 22. *Inst. de leg.* Imo, heredis. *d. l.* 71. *l.* 32. §. 1. ff. *de legat.* 1. Dic: Quando promittitur, vel legatur incertum ex incertis (puta ex pluribus fundis unus) promissoris est electio, *ut hic.* & heredis, *l.* 71. ff. *de legat.* 1. idem dicendum, si certum ex certis (puta ex pluribus Stichis unus Stichus), *v.* 32. *in fin.* ff. *de legat.* 1. sin vero incertum ex certis (puta unus ex duobus servis), *d. l.* 20. vel genus legatur, electio est legatarii. *l.* 37. ff. *de legat.* 1. §. 22. *Inst. de legat.*

[91] Vide *l.* 138. *in fin.* ff. *eod.*

[92] *l.* 26. ff. *eod.*

[93] *Al.* adoptione.

[94] Patris adoptivi potestate.

[95] Adoptivus.

[96] Adoptivus *Haloand.* & recte, ut ff. *eod. in fin. ibid.* Si aliquid adoptivus pater. Potest tamen ferri Florentina.

[97] Adde *l. ultim. in fin.* ff. *quarum rerum.*

[98] *Al.* ei.

[99] Id est, quam si dedisset reum.

[100] Hinc Plautus *in Stichо*: *Nunquam*, inquit, *nimis curare possunt parentem suum filiæ.* Cujac. *hic.*

[1] Hic fundatur sponsio nexus (Galli *gage* appellant). Hujusmodi sponsiones licite fieri in lucta, cursu, saltu, & aliis, quæ virtutis causa fiunt, refert Zasius *hic. l.* 3. ff. *de aleatoribus. l.* 17. *in fin.* ff. *de præscr.* 2. Consistit: atque hic nulla subest causa promittendi. *l.* 2. §. 3. ff. *de doli mali.* Imo subest, donandi animus scil. Falsum est igitur, quod hic dicitur ab interpretibus, Zasio scil. & aliis, conditionem esse pro causa. 3 Id est, stipulatio condizionalis. Idem dicendum in erogatione pietatis causa facienda, *l.* 24. *C. de episc.* non idem in donatione. vide Zas. *hic.*

[2] Stipulatio conditionalis in incertam personam collata valet. 5 Id est, si volam, *l.* 8. ff. *de obligationib.* aliud est, si dictum sit, *Cum voluero. l* 46. §. 2. ff. *eod.* 6 Junge ex eodem libro *l.* 43. ff. *de legat.* 2. Goth. Vide Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 4. *num.* 63. Ansi.

[3] Et responsum sit, *promitto. l.* 12. *l.* 83. §. 4. ff. *eod.* 8 *d. l.* 12. *in fin. l.* 43. *in fin.* ff. *de leg.* 2.

[4] In summis, minor: in tempore longius tempus spectatur. *v. c.* 30. *de regul. in* 6. 10 *l.* 12. ff. *eod. l.* 17. ff. *de reg. jur.* 11 Adde *l.* 38. §. 17. ff. *eod.* 12 Aliena in obligationem deducitur. *vulg.* in obligatione. *Hal.* 13 Jus adcrescendi locum non habet in contractibus. v. tamen Socin. *reg.* 214. Ancharanum, 1 *qu.* 38. Socinus illo loco negat superiorem sententiam obtinere in assignatione libertorum. Item in donatione facta à Principe, *l.* 1. *C. si liberalitatis imperialis socius sine herede decesserit. lib.* 10. non obtinere quoque in usufructu, *l.* 1. *in fin.* ff. *de usufr. adcresc.* si interfit promissoris vel stipulatoris, *l. fundus ille.* 64. ff. *de contr. empt.* in donatione mortis causa, *l. unic.* §. 14. *C. de caducis tollendis.* in mortis causa capione, *l. mortis causa.* 18. ff. *de donat. mortis causa.* Sed cur jus adcrescendi locum habet in contractibus? non alteri, sed sibi tantum quisque velle stipulari intelligitur; in id enim stipulationes inventæ. v. Ancharanum, 1 *qu.* 38. 14 V. *l.* 23. ff. *de auro.* Goth. Vide Hotomann. *lib.* 3 *obs. c.* 13. Ansi. 15 *l.* 99. ff. *eod. l.* 25. ff. *de leg.* 3. *l.* 6. ff. *de accept.*

[16] *l.* 33. ff. *de auro.*

[17] Mihi domo uti liceat stipulatus sum? & uxori meæ usum stipulatus sum, *an vera.*

[18] Vid. *l.* 3. §. 1. *l.* 4. §. 8. *l.* 8. *in fin.* ff. *de usu. l. penult.* ff. *de servitute legata. l.* 21. ff. *de precario.*

[19] Uxor sibi uti domo licere stipulata est? & mihi quoque uti stipulata intelligitur.

[20] Παλιλλογισμὸς. Latitudo stricto juri opponitur. *l.* 1. *C. ut actiones.*

[21] *l.* 20. ff. *quemadm. servit.*

[22] Ut *l.* 84. §. 9. *l.* 109. *in fin.* ff. *de leg.* 1. alias ea conditione detracta stipulator non eligit. Nam in disjunctivis electio est debitoris, *l.* 10. *in fin.* ff. *de jure dot.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stipulat. c.* 8. *n.* 209. Ansi.

[23] *d.* §. 9.

[24] Verbum *volam*, est extensivum sive paratacticum in futurum: *ut volebam*, in præteritum. adde *l.* 2. *in fin.* ff. *quib. ex caus.*

[25] Id est, litem contestetur.

[26] Hæc promissio factum continet. adde *l.* 68. *l.* 72. ff. *eod.*

[27] *l.* 135. §. 3. *in fin.* ff. *eod.*

[28] Locuples. *l.* 97. §. 1. ff. *eod. l.* 13. ff. *de re jud.*

[29] Non videtur committi, cum mea voluntate prolata sit dies operis faciendi; sed tamen distingue, ut ff. *eod.*

[30] Qui profert tempus debitori, cum certum esset opus eo tempore non posse perfici, pœnam committi non impedit. adde *l.* 2. ff. *si quis cautionib.*

[31] Id est, Si, cum protuli diem, promissor satis habuit temporis ad opus perficiendum.

[32] *Al.* stipulatum.

[33] *l.* 115. ff. *de novationib. l.* 6. ff. *de cond. & demonstr.* adde *l.* 5. ff. *de precario.*

[34] De hac clausula dixi *l.* 88. ff. *ad l. Falcid.*

[35] *l.* 135. §. 3. *in fin.* ff. *eod.*

[36] Dixi *l.* 78. §. 1. ff. *eod.*

[37] *d.* §. 3. id est, rei pretium, & si quid pluris interest circa rem, at non fructus. vide quæ scripsi ad *l.* 4. ff. *de usur.*

[38] *Al.* factum.

[39] Vide ad hanc legem Ripensem.

[40] Vide Alciat. 1 *paradox.* 11. Menoch. 2 *de arbitrariis judicibus, casu* 498. Goth. Adde Charond. *verisimil. lib.* 1. *cap.* 13. Ansi.

[41] Hic agitur de stipulatione pœnali non in faciendo concepta.

[42] Puta frumentum. *l.* 94. ff. *eod.*

[43] *l.* 95. ff. *eod. l.* 2. §. 5. ff. *de reb. quod certo loco.*

[44] *l.* 106. ff. *eod.*

[45] Vide Cujac. 14 *obs.* 32.

[46] §. 4. *Inst. eod.* Potestativa est hæc conditio. Cur autem tam sæpe in jure Romano hujus conditionis fit mentio? nempe quia in Capitolium ascendebant sacrificaturi, vel votum exsoluturi. 47 Forte ad frumentum ibi coëmendum. 48 Idem igitur est, ac si quis stipulatus esset, cum morietur sibi dari. vide Cujac. *ibid.* 49 *l.* 27. *in fin.* ff. *eod.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stipulat. cap.* 5. *n.* 55. Zas. *lib.* 1 *singular. respons. cap.* 4. & Emund. Merill. *lib.* 1 *obs. c.* 27. Ansi. 50 *l.* 1. ff. *de pen. legata. l.* 1. §. 8. *in fin.* ff. *ad l. Falcid.* 51 Qui penum dari, aut pecuniam solvi voluit.

[52] Quia penus dari facile potest. 53 Adde *l.* 44. §. 6. ff. *de oblig.* 54 *Al.* sed si ita.

[55] Id est, cum adjecta erit stipulationi pœnalis clausula, rato manente pacto, utraque uti licebit. *l.* 10. §. 1. ff. *de pactis. l.* 16. ff. *de transact.* Cur ergo quærunt doctores, Num in dubio pœnalis stipulatio præcedentem novet, cum novatio nominatim fieri debeat? & quidem non novari traditur Zas. 1 *Resp.* 4. quia pœnæ seu accessoria tanti momenti esse non debent, ut sum principalis innovent & immutent. Idem tamen limitat regulam in stipulationibus factis,

beatur, idem defendendum erit: quoniam fuisse voluntas probatur, ut homo solvatur, aut pecunia petatur.

De fidejussione quanto minus à reo consequi poterit.

CXVI. IDEM lib. IV Quæstionum.

DEcem stipulatus à Titio, postea *quanto* [55] *minus* [56] *ab eo consequi posses*, si à Mævio stipularis: sine dubio Mævius universi periculum potest subire. sed & si decem petieris à Titio, Mævius non erit solutus, nisi [57] judicatum Titius fecerit. Paulus notat. Non enim sunt duo rei Mævius & Titius ejusdem obligationis, sed Mævius sub conditione debet, si à Titio exigi non poterit. igitur nec Titio convento Mævius liberatur, qui [58] an debiturus sit, incertum est: & solvente Titio non liberatur Mævius, qui nec renebatur, cum conditio stipulationis deficit: nec Mævius pendente stipulationis conditione recte potest conveniri; à Mævio enim ante Titium excussum non recte petetur.

De electione & divisione stipulationis.

CXVII. IDEM lib. XII Quæstionum.

SI *centum homines, quos ego hercule meus elegisset*, stipulatus antequam eligerem, duos heredes reliquerit: numero [59] dividitur stipulatio. diversum erit, si jam electis hominibus successerint.

De eo qui bona fide servit. 1. De verbo hodie dari. *2. De alternatione & electione.*

CXVIII. IDEM lib. XX*VII* Quæstionum.

LIber homo, qui bona [60] fide servit mihi, quod stipulanti mihi promittit, prope est, ut omnimodo sit utile, quamvis ex re mea promittat: nam quid aliud dici potest, quominus liber homo teneatur? nec tamen ideo, si stipulanti eidem ex eadem causa spondeam, tenebor: quemadmodum etenim habebit ejus actionem adversus me, quod ab alio stipulatus quæreret mihi? hoc itaque [61] latere fructuario servo, vel alieno, qui bona fide servit, comparabitur. servus autem fructuario si promittat ex re ipsius, vel alienus, qui bona fide servit, emptori: nulla de peculio dabitur in dominum actio: nam in his causis domini esse intelliguntur.

§. 1. DECEM HODIE DARI SPONDES? Dixi posse vel [62] eo [63] die pecuniam peti: nec videri *pramaturius* agi, non finito stipulationis die: quod in aliis temporibus juris est. nam *peti non debet quod intra tempus comprehensum solvi potest*: in proposito enim *diem* non differendæ actionis insertum videri, sed quo præsens ostendatur esse responsum. §. 2. DECEM MIHI, AUT TITIO, UTRUM EGO VELIM, DARE SPONDES? [64] Ex eo, quod mihi dandum est, certi stipulatio est: ex eo, quod illi solvendum [65], incerti [66]. finge mea interesse, Titio [67] potius quam mihi solvi: quoniam pœnam promiseram, si Titio solutum non fuisset.

De doli clausula.

CXIX. IDEM [lib. XXXVI Quæstionum].

DOli [68] clausula [69], quæ stipulationibus subjicitur [70], non pertinet ad eas partes stipulationis, de [71] quibus nominatim cavetur.

De tacita conditione ad præsens tempus relata.

CXX. IDEM [lib. XXXVII Quæstionum].

SI ita stipulatus fuero, HANC SUMMAM CENTUM AUREORUM DARI SPONDES? etsi [72] maxime ita exaudiatur ille sermo, SI MODO CENTUM AUREORUM EST, non facit conditionem hæc adjectio: quoniam si centum non sint, stipulatio nulla [73] est: nec placuit instar habere conditionis sermonem, qui non [74] ad futurum, sed ad præsens tempus refertur, etsi contrahentes rei veritatem ignorant.

De doli clausula. 1. De conditione, si concubinæ consuetudo repetatur. *2. De verbo*, cum morieris. *3. De doli clausula, & de heredibus.*

CXXI. IDEM lib. XI Responsorum.

EX ea parte cautionis, DOLUMQUE MALUM HUIC REI PROMISSIONIQUE ABESSE, ABFUTURUMQUE ESSE STIPULATUS EST ILLE, SPONDIT ILLE, incerti [75] agetur, stipulationis utiliter interponendæ gratia.

§. 1. Mulier [76] ab eo [77], in cujus matrimonium [78] convenisset, stipulata fuerat ducenta [79], *si concubina* [80] *tempore matrimonii* [81] *consuetudinem repetisset* [82]: nihil causæ esse [respondi], cur [ex stipulatu,] quæ ex bonis moribus [83] concepta fuerat, mulier imperite conditione, pecuniam adsequi non posset. §. 2. In insulam deportato [84] reo promittenti stipulatio ita concepta, CUM MORIERIS, DARI? nonnisi moriente [85] eo committitur.

§. 3. Ex facto rei promittendi doli stipulatio heredem [86] ejus tenet, sicut ex cæteris aliis contractibus: veluti mandati, depositi.

De obligatione pecuniæ debitæ.

CXXII. SCÆVOLA lib. XXVIII Digestorum.

QUi [87] Romæ mutuam pecuniam [88] acceperat solvendam in longinqua provincia [89] per [90] menses tres, eamque ibi dari stipulanti spopondisset [91], post paucos dies [92] Romæ testato [93] creditori dixit, *paratum se esse Romæ* [94] *eam numerare, detracta ea summa, quam creditori suo usurarum nomine dederat* [95]. Quæsitum est, cum in integrum [96] summam [97], qua stipulatione obligatus est, obtulerit, an eo loco [98], in quo solvenda promissa est, sua die [99] integra peti posset? Respondit posse stipulatorem sua die ibi [100], ubi solvendam stipulatus est, petere. §. 1. Callimachus [1] mutuam pecuniam nauticam [2] accepit à Stycho servo Seii in provincia Syria, civitate Berutosique Brentesium [3], idque creditum esse in omnes navigii dies ducentos sub pignoribus [4] & hypotheeis merciebus à Beruto comparatis, & Brentesium perferendis, & [5] quas Brentesio empturus esset, & per navem Beruto invecturus: convenitque inter eos, uti, *cum Callimachus Brentesium pervenisset, inde intra idus Septembres* [6], *quæ tunc proximæ futuræ essent, ultro merciebus emptis, & in navem missis, ipse in Syriam per navigium profisciscetur: antequam diem suprascriptam non reparasset* [7] *merces, nec navigasset de ea civitate, redderet universam continuo pecuniam quasi perfecto navigio, & præstaret sumptus omnes profequentibus* [8] *eam pecuniam, ut in urbem Romam eam deportarent: eaque sic recte & dari fieri side roganti Stichi servo Lucii Titii* [10] *promisit Callimachus:* & cum [11] ante idus suprascriptas secundum conventionem mercibus in navem impositis, cum Herote [12] conservo [13] Stichi, quasi in provinciam Syriam perventurus ænavigavit [14]: Quæsitum est nave submersa, cum secundum cautionem Callimachus merces [debito [15]] perferendas in navem misisset [16] eo tempore, quo jam [17] pecuniam Brentesio redderé Romæ perferendam deberet: an [18] nihil prosit Heroti consensus, qui cum eo missus erat, cuique nihil amplius de pecunia suprascripta post diem conventionis permissum vel mandatum erat, quam ut eam receptam Romam perferret: & nihilominus actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi tenetur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, teneri. † Item [19] quæro, si Callimacho post diem suprascriptam navigante, Heros suprascriptus servus consenserit, an actionem domino suo semel adquisitam adimere potuerit? Respondit, non potuisse, sed fore exceptioni locum, si [20] servo arbitrium datum esset eam pecuniam quocunque tempore in quemvis locum reddi. §. 2. Flavius Hermes hominem Stichum manumissionis causa donavit [21], & ita de eo stipulatus est: SI HOMINEM STICHUM, DE QUO AGITUR, QUEMHAC DIE TIBI DONATIONIS CAUSA MANUMISSIONISQUE DEDI; A TE HEREDEQUE TUO MANUMISSUS VINDICTAQUE LIBERATUS NON ERIT: QUOD DOLO MALO MEO NON FIAT: POENÆ NOMINE QUINQUAGINTA DARI STIPULATUS EST FLAVIUS HERMES, SPONDIT CLAUDIUS. Quæro, an Flavius Hermes Claudium de libertate Stichi convenire potest [22]? Respondit nihil proponi, cur non possit. † Item quæro, an si Flavii Hermetis heres à Claudii heredé pœnam suprascriptam petere voluerit, Claudii heres libertatem Stycho præstare possit, ut pœna liberetur? Respondit posse. † Item quæro, si Flavii Hermetis heres cum Claudii herede ex causa suprascripta nolit agere, an nihilominus Stycho libertas ex conventione, quæ fuit inter Hermetem & Claudium, ut stipulatione suprascripta ostenditur, ab herede Claudii præstari debeat? Respondit debere. §. 3. Coheredes, cum prædia hereditatia diviserant [23], unum prædium commune [24] reliquerunt sub hoc pacto: *ut* [25] *si quis eorum partem suam alienare voluisset, eam vel* [26] *coheredi suo vel ejus successori venderet centum viginti aquinque*: quod si quis aliter fecisset, pœnam centum invicem stipulati sunt. Quæro, cum coheres mulier coheredis liberorum tutores [27] sæpius [28] testato [29] convenerit, & desideravit, ut secundum conventionem aut [30] *Ut aliud ei invito solvi non possit, l. 9. ff. de reb. quod certo. l. 16 §. 1. ff. de fidejuss.* volenti possit. *l. 137 §. 2. ff. eod.*

1 Ideo narratio.

2 Id est, ea lege acceptam; ut quamdiu navigaretur, tamdiu pecuniæ periculum ad creditorem pertineret. *l. 3. ff. de nautico fœnore.* In eo enim differt creditum nauticum à mediterraneo, quod nauticum enim est periculo creditoris; terrestre periculo debitoris: hoc ἀπολυθυον, illud ἀπολελυμενον. Ea, quæ non sunt periculo creditoris; à Rhodiis vocantur ἐχθικα & ὀκτιμενα. Ex ea differentia duæ aliæ nascuntur, ut nauticæ usuræ ultra ex pacto. *l. 7. ff. de nautico.* & ut infinitæ, & immensæ debeantur. Paul. *a sentent. 14. §. 3. in fin.* ut ita magis ferat, qui majus periculum adit.

3 Id est, Brundusium, quæ Græcis Βρεντεσιον. Festo *Brenda.*

4 Ita solebant credere. *l. 4. l. 6. de nautico.*

5 Hinc innuitur fœnus ναυτοδανειον. Nam sciendum est credi ob rem nauticam interdum periculum suscipere in omne navigationis tempus, *ut hic.* vel ad certum usque portum. Ideo Græcis duo pecuniarum nauticarum genera sunt, ἐπιπολαιος & ἐμμονος, id est, in quibus reditus, & remeatus periculum suscipitur.

6 Adjecta est illa conditio providenter, ut intra Idus Septembres Brentesio vela solverent evitandi periculi causa; quod post id fere tempus à mari summum immineat periculum imminentibus Virgilius, ut notavit Alciatus, 10 *Parerg* 19.

7 Id est, emisset, ut *l. 9. § jam. ff. de statuliberis.* Libertas pecunia reparari non potest, ubi Græci, *lib. 48 Basil.* vertunt ὁ γραμματευς, ἀνεξεργαστον & ἀνεπεξεργαστον. Horat. 1 *Carm 31. Vina Syra, reparata merce.* Cicero 3 *in Verrem*, ex agro reparare.

8 Profequi, est in judicio petere.

9 Recte dari, hoc est, hæc ipsa nominatim formula creditores sibi stipulabantur, *ut hic.* dixi ad *l. 11. §. 2 ff. de duob. reis.*

10 Quem primum vocavit Seium, *in pr. ff. eod.* hic vocat Lucium Titium. Sic Philosophi promiscue mutuntur his nominibus Dionis & Theonis, ut probat ex Plutarcho & Tertulliano Cujacius, 2 *observat. 11.*

11 *Sed cum non ante*, Alciat. 9 *Parerg.* 30. quod non placet Cujacio, quo nomine reprehenditur quoque Alciatus à Roberto 6 *recept. lect. 1.*

12 Hujusmodi servum (quem Græci κεμμαλλαυλον vocant) creditores cum debitoribus mittere solebant exigendæ pecuniæ nauticæ causa sua die. *l. 4. §. 1. ff. de nautico fœnore. l. 23. in prince. ff. de obligat.*

13 Conservus, qui simul servit. Horat. 2 *Serm.* sive vicarius est, sive conservus.

14 Id est, alio profectus est, quam in civitatem *Berutum*; deflexit, rectum cursum non servavit, ulterius progressus est: idque eo tempore, quo reddere pecuniam Romæ debuisset: sic interpretatur Robertus 1 *recept. 1.*

15 *Al.* Beryto.

16 *In navem manssisset*, Duaren. *hic. in navem mississet, sedeo tempore*, &c. id est, cum jam non longe abesset Idus, certumque esset jam intra Idus Brundusium appellere non posse. Cujac. *hic.* & 2 *observ. 11.*

17 Hic articulus nota est tarditatis: quoniam eo tempore certum erat ante Idus navigationem fieri non posse.

18 Nunc tempus est, verus ut status causæ consideretur. Is autem certus esse non poterit: nisi si negotii, & facti speciem bene intellexeris: de qua tamen inter maximos Jurisconsultos disceptatur. sit igitur hæc hypothesis, Intra Idus Septembres proximas pecuniæ nauticæ debitor in Syriam proficisci promiserat: Ante Idus Septembres non est profectus. hic est sensus Alciati & Duareni. vel ante Idus Septembres profectus est quidem quasi in Syriam perventurus juxta conventionem, sed tamen navigavit, id est, rectum cursum Syriæ non tenuit, alio deflexit: is est sensus Roberti. vel ante Idus solvit, sed eo tempore, quo Eroti servo creditoris pecuniam reddere debuit, id est, cum non longe abessent Idus, solvit, inquam, fed consensu Erotis servi creditoris: Post Idus navis est submersa: an ejus excusandus debitor ob consensum Erotis? Hæc est Cujacii interpretatio. & vera decisio est; Erotis consensum domini conditionem deteriorem facere non potuisse inopportunæ navigationi consentiendo. *l. 3. C. de pactis. l. penult. ff. depositi. l. 133. ff. de reg. jur.* Paria sunt enim, post Idus navem solvere, ac tunc solvere, cum intra statuta tempora navis Berutum pervenire non potuit.

19 Quid juris est, si Heros, servus Titii, navigationi post Idus scum debitor ante Idus in Syriam proficisci tenetur, consentiat? domino non nocet, nisi temporis ac navigationis proferendæ potestatem à domino habuit.

20 Ita in Basilicis scriptum extat, *53. tit. 5.* ὁ δεδωκως κεκμαλλαυλῳ τῳ δικαιωμενῳ νομιζειν δυνατον, ὁ δυνατος παρα τὸ σημαινομενον συνιεναι τῷ διακονουντι, ὁλλ' ὁν μη τουτο ἐπιτελεσῃ παρ' αὐτῷ. vide Cujac. *hic.* sit hæc autem forensis hujusce paragraphi explicatio: Pecuniam cum usuris solve: Actio. Tua pecunia casu fortuito periit. Porro ea tuo periculo fuit: fuit enim nautica: Exceptio. At post diem, quo pecunia ex conventione reddi debuit, naufragio perit: Replicatio. Perit quidem, sed servus à te missus ad recuperandam pecuniam nauticam consensit ultra diem præstitutum navigari: Duplicatio. Quæstio, an debitor teneatur? Decisio ex qua sententiam possis proferre: Si servus prorogandi temporis potestatem habuit, debitor non tenetur? si non habuit, tenetur.

21 Claudio scilicet.

22 Atqui non necesse habet Claudium convenire, cum Constitutione Divi Marci, *l. 38 Liberti liberti causa.* servus traditus ipso jure fiat liber. solve: Hæc lex ad servum manumissionis causa donatum, *d. lex 18.* ad servum manumissionis causa venditum pertinet: quanquam & hoc posset in donatis suavis receptum esse. *l. penult. ff. qui sine manum. l. 1. C. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumitt.* Sed Scævola, qui de jure temporibus Marci & Commodi respondit, verba Constitutionis nondum ad servos donatos porrecta secutus est. & ita sentit Cujacius, 1 *observat.* 29. Goth. Adde Revard. *var. lib. 1. c. 13.* Ans.

23 Divisissent. *vulgat. Halaund.* Divisiones utiliam, vide *l. 40. §. 2. ff. de pactis, l. 77. §. 18. ff. de legat. 2.* Goth. Vide Goedd. *de controb. stipulat. cap. 31. num.* 68. Joann. à Sande, *decis. Frisic. lib. 3 tit. 4. defin. 4.* Menoch. *lib. 2 arbitr. cas. 37.* Ans.

24 Indivisum ad tempus scil. *l. 14. §. 2. S. comm. divid.*

25 Jus προτιμησεως pacto & conventione adjungi potest, *ut hic* ut & in auctione proximo competit. *l. 16. ff. de reb. auct. jud. possid.*

26 *l. 75. ff. de contrab. empt. l. 21. §. 5. ff. de actionib. empt.* Num id licet? sic sane. Pacto enim coerceri potest libertas alienandi, *l. 135. §. 3. ff. eod. 3 C. de condict. ob caus. dat. l. ult. C. de reb. alien.* & lucandi, *l. 32. C. de locat.* stipulatione, non pacto. *l. 61. ff. de pactis.* De jure προτιμησεως, feu retractus, vide quæ notavi ad Novellam Friderici, *de jure προτιμησεως.*

27 Eandem vim habet protestatio facta coheredi, & coheredis tutori.

28 Denunciatio seu interpellatio extra judicium facta, regulariter debitorem in mora constituit, *ut hic. l. si pœnam. 24. ff. quando dies legator.* nisi id extra judicium potat creditor, quod ei nudo officio judicis debeatur, *l. cum postulassem. 44 ff. de damn.* nisi ipse creditor ante interpellationem, seu antequam debitorem interpellaret, recipiendi debiti moram ipse admiserit. hoc enim casu nuda interpellatio extra judicium non sufficit, sed litis contestatio exigitur, *l. sed ante. 17 ff. de constituta pecun.* idem dicendum, si tutores creditor dolum aliquem admisit in re ita præter tempus exigenda. de quo vide Soelium, *regul. 191.*

29 Vide *l. 38. ff. de minorib.* Ne hinc colligas, necessarium esse ad motam contrahendam vel efficiendam, sæpius ut interpelletur reus. Sufficit enim una interpellatio, modo fiat opportuno loco & tempore, nec remittatur vel intermittatur. *l. 32. ff. de usuris.* Cæterum vox *sæpius*, hoc loco innuit reum sæpius interpellatum, & quidem ex abundanti. Quod ex abundanti fit, ex eo jus non fumitur. vide Cujac. 8 *ad Afric. fol. 203.*

55 Hujus articuli Theodorus Hermopolites tres significationes adfert, τὸ ἡσσον, vel μαλλον ἢ ἐλαττον, & τὸ ἐκ μερους, id est, *si minus, si partem, si nihil amplius detur.* v. Cujac. *hic.*

56 *l. 42. ff. de rebus cred. l. 21. ff. de fidej. l. 150. ff. de verb. sign.*

57 *l. 71. §. 1. ff. de fidejussoris.*

58 *l. 60. ff. mandati.* Privatio præsupponit habitum. dixi *l. 43. §. 9. ff. de adilitio.*

59 *l. 54. ff. eod. l. 29. in fin. ff. de fidejussoris.*

60 *l. 54. ff. de obligat. rer. dom.*

61 Similis est dicendi torma in *l. 49. in fin. ff. de fidejussoris.*

62 Atqui inciviliter est creditor, qui cum socio illico promissorem adhibet. *l. 105. ff. de solut.*

63 Eodem die. *vulg. Hal.* Imo non eodem die. Nam qui hoc anno, vel hoc mense dare promisit, non tenetur nisi omnibus partibus anni vel mensis præteritis, §. *ult. Inst. de inutilib.* Solve: verbum *hodie*, significat idem, quod *nunc*, nec dilationis sed demonstrationis causa ponitur.

64 Quæritur, an mihi invito possis solvere? utique nisi aliud cautum sit.

65 Titius enim est adjectus solutionis causa.

66 Atqui certa est quantitas, nempe decem. Ergo & certi actio competere debet. *l. 75. ff. eod.*

67 V. *l. 24. ff. de reg. jur.*

68 *l. 22. ff. eod. l. 122 l. 135. in fin. ff. eod. l. 3. C. de recept. arbitr.*

69 Generalis.

70 V. *l. 135. in fin. ff. eod.*

71 V. *l. 53. ff. eod.*

72 Id est, licet ex mente contrahentium hunc sermonem (qui sequitur) inesse interpreter.

73 Imo valet. *l. 108. §. 10. ff. de leg. 1.*

74 Vid. *l. 100. ff. eod. l. 37. ff. de reb. cred. l. 10. ff. de cond. & demonstr.*

75 Dolum qui promisit abesse, & abfuturum, si promissum non servaverit, convenietur actione incerti ad interesse.

76 Cum nuberet scil.

77 Id est, à viro.

78 In cujus manum conveniebat. Cujac. 9 *ad Ulp. & sic edidit Hugonis à Porta.* in cujus matrimonio conveniebat. *vulgat. Hal.*

79 Pœnæ nomine sc.

80 Tunc à se, & propter nuptias rejectæ.

81 Id est, post nuptias.

82 Fingamus itaque virum diutius concubina carere non potuisse, & concubinam reduxisse, an ex hac stipulatione cum eo agi poterit?

83 Fit enim contra bonos mores, si quis uxori adjungat concubinam. Ex hoc loco notare possumus, male Constitutionem de concubinis, quæ extat in *l. 1. C. de concubinis.* Constantino tribui, cum eam ante Constantinum obtinuisse, hic locus indicet. & *l. ult. in fin. ff. de divortiis.* & Paul. 2 *sent. 20. §. mor.*

84 Fit sic civiliter mortuo *l. 1. §. pen. ff. de bon. poss. contra tabulas.*

85 Naturaliter. Casus mortis non trahitur ad casum deportationis, *ut hic.* & *l. 77. §. 4. ff. de leg. 2. l. 49. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* Imo trahitur, *l. 13. §. 1. ff. de donat. int. vir. l. 29. §. 5. in fin. ff. de liberis. l. 15. ff. quando dies legat.* quin comparatur deportatio morti. v. *l. 1. §. 8. in fin. ff. de bon. possess. contra tab.* vid. *hic* Cujac.

86 *l. 49. ff. de obligat.*

87 Hujus legis novam interpretationem vide apud Ant. Fabr. 2 *conject. 1.* Goth. Adde Rederic. *tract. de annuis reditib. c. 18. num. 14.* Ant. Fab. 2 *conject. 1.* Tamper. *de except. part. 3. c. 2. num 118.* Ans.

88 Puta trecentos aureos.

89 Puta Ephesi.

90 Post menses tres, *vulg. Hal.* & male. Per tres menses, id est, tribus pensionibus, ut Græci, διὰ τριων μηνων. *l. 12. ff. de usuris.* adde *l. 80 ff. de rebevend.*

91 *Al.* spoponderat.

92 Puta eum nondum exisse ex primis mensibus, nondumque ullæ deberentur usuræ.

93 Testato dicere, est testibus præsentibus dicere.

94 Hujusmodi oblatio debitori non prodest: offert enim incongruo loco & tempore.

95 Id est, prorogaverat: licet enim usuras dare pro mutuo. *l. 57. ff. de pactis. l. 2. §. 6. ff. de doli except. l. ult. C. de usuris.* dixe, ut Seneca loquitur, in antecessum, ἐν προοδῳ.

96 Ut nihil desit.

97 Id est, cum integrum summam obtulerit. hinc fumitur elucidendi ratio, cujus hic sensus est, Debitor, cui solvendi jus est trinis pensionibus: sed tamen loco creditori utili: puta Ephesi, si ante præstitutum tempus integram summam creditori obtulerit alio loco, quam Ephesi, ei creditorem cogere non potest, ut pecuniam acceptat. nam & ante statutum tempus Ephesi illi integram summam à creditore convenire non potest. Hinc colligunt, debitorem integram pecuniam offerendo, sibi præjudicium attulisse; nam si nihil obtulisset, primo mense una tantum portio forte ab eo petereture. *l. 8. § 3. in fin. ff. de pign.* v. Cujac. *hic.*

98 Ephesi.

99 Id est, primo mense.

aut emerent, aut venderent, hique nihil tale fecerint, an, si mulier extero vendiderit, pœna ab ea centum exigi possit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, obstaturam doli [29] mali exceptionem. §. 4. Agerius [30] filiusfamilias servo Publii Mævii stipulanti spopondit, *se daturum quidquid patrem suum Publio Mævio debere constitisset*. Quæsitum est [31], patre defuncto antequam [32] constitisset, quid quantumque deberet, an, si adversus heredem ejus actum fuisset, aliumve successorem, & de debito constitisset, Agerius teneatur? Respondit, si [33] conditio non extitisset, stipulationem non commissam. §. 5. Seia heres unius tutoris cum herede pupillæ transactione pacto [34] solo facta majorem partem solvit, residuam cavit: sed illico negavit heres se transactionem servare: & apud judicem tutelæ [35] egit, & victus provocavit [36] ad competentem judicem [37], & ab eo quoque ad Principem idem provocavit: & injusta hæc quoque provocatio ejus pronunciata est: quæsitum est, cum per heredem pupillæ mora interesserit, quominus pecunia in stipulationem deducta ab herede tutoris solveretur, nec unquam petierit, an ei hodie debeantur usuræ ab herede tutoris? Respondit, si Seia non [38] cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, jure [39] usuras non deberi. §. 6. Duo fratres hereditatem inter se diviserunt [40], & caverunt sibi, *nihil* [41] *se contra eam divisionem facturos: & si contra quis fecisset, pœnam alter alteri promisit*: post mortem alterius qui supervixit, petit ab heredibus ejus hereditatem, quasi [42] ex causa fideicommissi sibi a patre relicti debitam: & adversus eum pronunciatum est, quasi [43] de hoc quoque transactum fuisset [44]: Quæsitum est, an pœna commissa esset [45]? Respondit, pœnam secundum ea, quæ proponuntur, commissam [46].

29 Pactum ne liceat alii quam coheredi vendere, concrede moram faciente in emendo, vendenti coheredi fraudi esse non debet.

30 Augerius. *vulg.* v. ad hunc §. Duar. in *lib. 18. cujus titul. est Scævola. Tom.* 1. *fol.* 1503. Hotomanni, 1 *obs.* 8. Goth. Pro interpretatione hujus §. vid. Bellapert. *hic.* Charond. *lib.* 1 *verisimil. cap.* 21. Anf. Adde Alciat. *lib.* 1 *disjunct. cap.* 12. Coftam, *lib.* 1 *lect. cap.* 23. S. L.

31 Nam utcunque superiora verba conditionem casualem faciunt, nempe *si constiterit, quid quantumque debeat pater*, &c. ambigitur de eo tamen, utrum hic sit stipulationis sensus, Si vivo patre litem cum eo contestatam constiterit: An vero, si quandoque constiterit. 32 Facti promissio morte solvitur. 33 Hic quot occurrunt interpretationes? Connanus & Pacius aiunt, Jurisconsultum non respondere ad interrogata, seu hoc responsum ἀδύνατος εἶναι. Duarenus & Cujacius hæc verba ad facti quæstionem referunt, ac si Scævola diceret, Si id actum fuit, ut conditio impleretur vivo patre, nec fuerit impleta, stipulatio non committitur, etiamsi post mortem patris impleatur. Verisimilius est autem, id actum fuisse, ut promissor teneatur, non si quocunque tempore, sed si vivo tantum patre de debito constiterit. & ita conditio imposita fidejussori, *si reus non solverit*, ita accipitur, si vivus non solverit, *l.* 16. *in fin. ff. de fidejuss.* Hotom. 1 *obs.* 8. particulam *si*, hic accipit pro *quia*, ut in *l.* 28. *ff. de nov.* Ut sit sensus: Quia conditio non extitit vivo debitore, ideo stipulatio non est commissa. Quod creditoribus diligenter notandum est, ut scilicet, vivi creditores eum debitore rationes ineant: ne alioquin actionem adversus eum, qui alieno nomine promiserit, amittant. 34 *ff.* vocat transactionem. *Goth.* Vide ad hunc §. Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 149. Anf. Adde Auguft. *lib.* 1 *emendat. c.* 3. Menoch. *de arbitr. judic. cas.* 220. & Alciat. *lib.* 1 *disjunct. cap.* 13. S. L. 35 Id est, Prætorem.

36 Nota ordinem appellandi a judice tutelæ, id est, Prætore, ad competentem judicem, id est, Præfectum urbi, & ab eo ad Principem, ut in *l.* 38. *ff. de minorib.* Trina provocatio non admittitur Codice, *Ne liceat in una eademque causa tertio provocare.* 37 Id est, Præfectum urbi. 38 Et si Seia ante cessasset. Alciatus, 1 *disjunct.* 13. reprehensus a Roberto, 2 *recept.* 3. 39 Oblatio sola usuras impedit. An ipso jure? *l.* 1. *ff. quibus mod. usufr.* l. 32. *ff. de peculio.* l. 6. *ff. de servis exportand.* l. 95. §. 2. *ff. de solut.* Molinæus negat, *tract. de usuris. n.* 296. dixi ad *l.* 19. *C. de usuris.* obligationem enim & depositionem exigi. v. *l.* 2. *C. de usuris.* & Cujac. *hic.* 40 Ita solent fœpissime fratres dividere, transactionis causa. *l.* 35. *ff. de pact. l.* 36. *ff. famil. ercisc.* l. 2. *C. de transact.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stip. c.* 12. *n.* 39. Anf. Adde Franciſc. Connan. *comment. jur. civil. lib.* 6. *c.* 3. *num* 8. S. L. 41 Divisionem a se factam is impugnat, qui ab herede socii partem cum socio divisam petit jure fideicommissi. 42 Erant enim testamento paterno invicem rogati, ut qui prior sine liberis vita fungeretur, partem suam fratri superstiti restitueret. Quamobrem uno ex eis mortuo sine liberis, cum alios heredes scripsisset, ab eis frater superstes hereditatem petiit ex causa fideicommissi. 43 Sententiæ rationem adscribendam esse, hinc Accursius colligit, quod an verum sit, v. *l.* 1. *C. de appellat.* 44 Quæri potest, unde hic innotuerit judici, de fideicommisso quoque transactum? Sola divisio per se non est idoneum argumentum remissi fideicommissi. Dicendum est alia argumenta judicem movisse, vide Cujac. *hic.* v. *l.* 35. *ff. de pact.* 45 Id est, an inciderit in pœnam is, qui contra legem divisionis agit de fideicommisso, de quo transegerat.

46 Ipso jure. Imo non videtur commissa. *l.* 35. *in fin. ff. de pact. l.* 9. *ff. de transact.*

[(TO T TOT) DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS].

De turpi stipulatione.

CXXIII. PAPINIANUS lib. I Definitionum.

SI [1] flagitii [2] faciendi 3 vel facti 4 causa concepta sit stipulatio [5], ab initio [6] non valet.

De die.

CXXIV. IDEM lib. II Definitionum.

INsulam intra biennium illo loco 7 ædificari spondes? ante [8] finem biennii stipulatio non committitur, quamvis reus promittendi non ædificaverit, & tantum residui temporis sit [9], quo ædificium extrui non possit. neque enim stipulationis status, cujus dies certus in exordio fuit, ex postfacto mutatur. † Idque & in stipulatione judicio sistendi causa facta placuit: scil. ut ante diem stipulatio non committatur, si certum esse cœperit parere [10] stipulationi residuo tempore non posse.

De eo, quod dari oportet oportebitve.

CXXV. PAULUS lib. II Quæstionum.

CUm [11] stipulamur, *Quidquid te dare facere oportet*, nihil aliud in stipulationem deducitur, quam [12] quod præsenti die debetur: hoc enim solum hæc stipulatio demonstrat.

De ratione temporis ante conditionem existentem præteriti habenda. 1. De proprietate & usufructu. 2. De liberto, qui sortem patrono suo reddi, usuras impersonaliter reddi stipulatus est. 3. De promissione impossibili.

CXXVI. IDEM lib. III Quæstionum.

SI ita [13] stipulatus fuero, SI TITIUS CONSUL FACTUS FUERIT, TUNC [14] EX HAC DIE IN ANNOS SINGULOS DENA DARE SPONDES? post triennium conditione existente, triginta peti poterunt [15]. §. 1. Titius à Mævio *fundum detracto* [16] *usufructu* stipulatus est, & ab eodem ejusdem fundi usumfructum: duæ [17] sunt stipulationes, & minus est in eo usufructu, quem per se quis promisit, quam in eo, qui proprietatem comitatur: denique si ille usumfructum dederit, eumque stipulator non utendo amiserit, tradendo postea fundum detracto usufructu liberabitur. Non idem contingit ei, qui *fundum pleno jure* promisit, & usumfructum dedit, deinde amisso eo proprietatem sine usufructu tradidit: ille liberatus est dando usumfructum: hic nulla parte obligationis exoneratur, nisi pleno jure fundum effecerit stipulatoris. §. 2. Chrysogonus [18] Flavii Candidi servus actor scripsit [19] coram subscribente [20] & adsignante [21] domino meo *necepisse* [22] *eum à Julio Zosa* [23] *rem agente Julii Quintiliani absentis mutua denaria mille: quæ dari* [24] *Quintiliano, heredive ejus, ad quem ea res pertinebit, Kalendis Novembribus, quæ proxima sunt futuræ, stipulatus est Zosius libertus & rem agens Quintiliani, spopondit Candidus dominus meus: sub die suprascripta si satis eo nomine factum non erit, tunc, quo post solvetur, usurarum nomine denarios octo præstari stipulatus* [25] *est Julius Zosus, spopondit Flavius Candidus dominus meus. subscripsit & dominus.* Respondit: Per [26] liberam personam, quæ neque juri nostro subjecta est, neque bona fide nobis servit, obligationem nullam adquirere possumus. Plane [27] si liber homo nostro nomine pecuniam daret, vel suam, vel nostram, ut nobis solveretur, obligatio nobis pecuniæ creditæ adquireretur: sed quod libertus [28] patrono dari stipulatus est, inutile est: ut nec ad solutionem proficiat [29] adjectio absentis, cui principaliter obligatio quærebatur. † Superest [30] quæramus, an ex numeratione ipse, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit? nam quotiens pecuniam mutuam dantes, eandem stipulamur, non duæ obligationes nascuntur, sed una [31] verborum. Plane si præcedat [32] numeratio, sequatur stipulatio [33], non est dicendum recessum a naturali obligatione [34]. Sequens [35] stipulatio, in qua sine adjectione nominis usuras stipulatus est, non eodem vitio laborat: neque enim maligne [36] accipiendum est, eidem stipulatum usuras, cui & sortem, videri: ideoque [37] in liberti persona valet stipulatio usurarum, & cogitur eam patrono cedere [38]. plerunque enim in stipulationibus verba, ex quibus obligatio [39] oritur, inspicienda sunt [40]: raro [41] inesse tempus, vel [42] conditionem, ex eo, quod agi oportebit, intelligendum est; numquam [43] personam, nisi expressa sit. §. 3. Si ita stipulatus fuero, *te sisti, & nisi steteru* [44], *aliquid dari*, quod promittenti impossibile est: detracta [45] secunda stipulatione, prior manet utilis; & perinde erit, ac si te sisti stipulatus essem.

1 Dixi *l.* 26. *ff. eod.*

2 Si plagii. *vulgat.* adde *l.* 19. *l.* 27. *ff. eod.* Flagitii vocem Cujacius fumi posse ait pro stupro: unde flagitare.

3 In quamcunque personam, etiam bannitum. v. Ripenſ. *hic. num.* 6. 7. 8.

4 Quia daretur ex turpi causa, quin & ad alia flagitia posset eodem modo quis invitari.

5 Et votum.

6 An ipso jure? v. *hic* Ripenſ. *n.* 1.

7 *l.* 115. *ff. eod.*

8 Vid. *l.* 8. *l.* 72. §. 1. *ff. eod.*

9 Legendum videtur, *non sit*, &c. idque evinci ex sequentibus: potest, ibi, etsi certum esse cœperit, parere stipulationi residuo tempore non posse.

10 Pareri. *vulg. Hal.*

11 Dixi *l.* 76. §. 1. *l.* 89. *ff. eod.*

12 V. *l.* 76. §. 1. *ff. eod. l.* 23. *ff. de servit. urban.*

13 Dixi *l.* 64. *ff. eod.* Goth. Vide Corraſ. *miscell. lib.* 5. *c.* 11. S. L.

14 V. *l.* 64. *ff. eod.*

15 Imo non poterunt. *l.* 17. *ff. de usuris.*

16 *l.* 56. §. *pen. l.* 58. *ff. eod. l.* 36. §. 1. *ff. de usufr.*

17 *l.* 29. §. *eod.*

18 Chrysogonus. *vulg. Hal.* 19 Scripſi. *Hal.* 20 Subscriptio sola adversus eum, qui subscripsit, probat. *l.* 9. §. 3. *ff. de jure dot.* 21 Id est, an nullo obsignante. hinc Cornutus apud Persium, *Adsigna, Marce, tabellas.* adde *l.* 6. *C. de fidejussor.* hinc colligunt per sigillum probari consensum. adde *l.* 3. *C. de reb. alien.* 22 Hinc oritur prima quæstio, An ex numeratione pecuniæ facta à liberto, adquiratur patrono obligatio? utique. *ff. eod. in vers. plane si liber.* & *vers. superest.* Item an etiam ipsi liberto? hæc sit secunda quæstio, cui respondetur *ff. ex d. vers. superest.* 23 Goza, *vulg.* & sic deinceps. *ff. eod.* 24 Hic libertus dari patrono stipulatur, unde nascitur tertia quæstio, An valeat stipulatio sortis concepta in personam patroni? non valet. *ff. vers. per liberam personam.*

29 Hic in stipulationem deducuntur usuræ impersonaliter, id est, nec stipulantis nec ejus patroni persona exprossis. Hinc nascitur quarta quæstio, Cui usuræ debeantur? v. *ff. eod. in vers. sequens stipul.*

26 Responsio ad tertiam quæstionem. v. *l.* 9. §. 8. *ff. de reb. cred.*

27 Responsio ad primam quæstionem. v. *l.* 9. §. 8. *ff. de reb. cred.*

28 Libertus patrono stipulari directe non potest, licet in liberto quædam sint reliquiæ servitutis.

29 Cur ita? hæc fuit voluntas contrahentium, non ut absenti patrono solvi possit, sed ut ei obligatio quæratur.

30 Responsio ad secundam quæstionem.

31 Verborum &c. *l.* 6. *in fin. l.* 7. *ff. de nov.* hic videtur non adquiri obligatio ex numeratione ipsi servo, cum alteri pecuniam tuerit stipulatus: eaque debitandi est ratio.

32 Dic eo casu, duas esse obligationes: unam quæ re; alteram, quæ verbis perficitur.

33 Numeratio (facta a liberto scilicet) utilis non vitiatur per inutilem (factam patroni consentientis nomine) proinde libertus ex tali numeratione sibi & patrono adquirit obligationem.

34 Id est, ab ea, quæ ex naturali actu & numeratione nascitur.

35 Responsio ad quartam quæstionem.

36 Unde hæc constat malignitas? Libertus hic stipulatur mutuam pecuniam reddi patrono, stipulatur vero impersonaliter dari usuras. Si maligne velimus interpretari, eidem usuras intelligetur stipulatus, & pecuniam dari. Si ita est, nostra stipulatio (utpote in alterius personam concepta) valebit, actus peribit: ne ita sit, dicendum est libertum hoc casu videri sibi usuras stipulatum, ne actus pereat. *l.* 80. *ff. eod.* Maligna est igitur interpretatio, quæ actum vitiat, atque ita tantum hic utilitas actus valet, ut obligatio sortis ex numeratione uni, id est, patrono, usurarum alteri, id est, liberto adquiri possit.

37 Id est, ut malignam illam interpretationem vitemus. 38 Id observatur in similibus casibus, in quibus receptum est, ut quod quis alterius nomine adquisivit, id ei cogatur cedere. *l.* 10. §. 9. *ff. mand.* 39 Realis, non verbalis.

40 Nam si hic verbis contractam obligationem inspiciamus; patrono nulla adquiritur obligatio: si re contractam, adquiritur. 41 Nam interdum ex natura rei vel contractus intelligitur dies, vel conditio. 42 Sensus est, In stipulatione diem, vel conditionem non habente recte intelligitur dies, vel conditio. Cui bono hæc dicuntur? ut intelligas in posteriore stipulatione usurarum non videri repetitam personam patroni, quæ in priori, nempe sortis, nominata fuerat. 43 Sensus est, Persona extranea à contrahentibus nunquam intelligitur in contractu, ideoque nec patroni persona censebitur repetita in posteriore stipulatione. adde *l.* 99. *ff. eod.*

44 Stiteris. *vulg. Hal.* vide *l.* 97. *ff. eod.* 45 Utile per inutile non valet. 46 *l.* 24. *ff. eod.* 47 Id est, nec pupillus, nec ejus fidejussor. 48 Ex obligatione petitio, ex petitione mora nascitur. Ideoque ubi nulla obligatio, ibi nulla petitio: ubi nulla petitio, ibi nulla mora. *l.* 40. *ff. de reb. cred. l.* 21. *ff. de usur. l.* 88. *ff. de reg. jur.* Ex sola naturali obligatione nulla petitio conceditur: ideoque super ea sola non potest mora fingi vel judicium ferri. 49 Et obligatio: hinc collige, Pupillum sine tutoris auctoritate non obligari civiliter. An saltem naturaliter, vide *l.* 1. *in fin. ff. de novationibus.* 50 Hinc collige, Fidejussorem his casibus conveniri & condemnari posse, quamvis pupillus conveniri non possit ex sola naturali obligatione. Dices iniquum esse, ut in plus obligetur fidejussor, quam reus. *l.* 42. *ff. de fidejussoribus.* Solve: in plus non obligabitur, sed efficacius. 51 *l.* 88. *in fin. ff. eod.* 52 Adjecto stipulationi inutiliter non recte solvitur: is enim pro non adjecto habetur, cujus persona nec ad obligationem nec ad solutionem valet. adde *l.* 11. & 12. *ff. de stipulat. servor.* 53 Si rem tuam aut meam mihi promiseris: non valet obligatio in re mea. *l.* 116. *l.* 31. *ff. eod.* 54 Dabis. *vulgat. Haloand.*

55 Venerit. *vulgat. Haloand.* 56 Factus sit. *Haloand.* 57 Plures si conditiones conjunctim sunt positæ, vel adfirmando, vel negando, omnes existere necesse est. *l.* 5. *ff. de condit. inst. l.* 13. §. 2. *ff. de reb. dubiis.* 58 Hæc particula conjunctiva est, non disjunctiva, hoc loco, vide Cujac. ad *l.* 132. *ff. eod. adversus Alciatum.* 59 Plures si conditiones disjunctim, vel adfirmando vel negando positæ sunt, sufficit unam earum existere. 60 V. *l.* 39. *ff. eod.* 61 Distorentiam eorum, quæ juris sunt & facti, observa. 62 *l.* 4. §. 1. *ff. eod.* 63 *l.* 55. *ff. eod. l.* 32. *ff. de solutionibus.* 64 Adde *l.* 27. *ff. de solutionib.* 65 Donator non tenetur de evictione. *l.* 8. *ff. de donat. l.* 2. *C. de evict.* Anf.

CXXXII. PAULUS lib. XV Quæstionum.

QUidam [66] cum filium alienum [67] susciperet [68], tradenti promiserat *certam pecuniæ quantitatem, si eum aliter quam ut filium observasset*: quæro, si postmodum domo eum propulerit [69], vel moriens nihil ei testamento reliquerit [70]; an stipulatio committetur; & quid interfit, utrum filius, an alumnus, vel cognatus agentis fuerit? Præterea quæro, si filium suum quis legitime in adoptionem dederit, & ita ut supra scriptum est, stipulatio intercesserit, eumque pater adoptivus exheredaverit vel emancipaverit: an stipulatio committatur? Respondi: stipulatio utilis est in utroque casu: igitur si contra conventionem factum sit, committetur stipulatio. † Sed videamus primum in eo qui legitime adoptavit, an possit committi si eum exheredaverit vel emancipaverit? hæc enim pater circa filium solet [71] facere [72]: igitur [73] non aliter eum, quam ut filium observavit. Ergo exheredatus de inofficioso agat. Quid ergo dicemus, si & meruit exheredari? Emancipatus plane & hoc remedio [74] carebit [75]. Quare sic debuit interponi stipulatio; ut si eum emancipasset vel exheredasset [76], certum quid promitteret. Quo tamen casu commissa stipulatione, potest quæri, an exheredato permittendum esset dicere de inofficioso [77]: maxime si patri naturali heres extitisset: an victo [77] denegandæ est ex stipulatu actio? Sed si ei qui stipulatus est, non debuit denegari: victo filio nec ipsi denegandæ erit debitæ pecuniæ executio. †In eo autem qui non adoptavit, quem intellectum habeat hæc conceptio, *Si eum aliter quam ut filium observasset*, non prospicio: an & hic exigimus exheredationem vel emancipationem, res in extraneo [78] ineptas? Sed si is qui legitime adoptavit, nihil facit contra verba stipulationis, cum utitur patrio jure: in eo [79] qui hæc non fecit, dicit supervacuo. dici tamen poterit commissam esse stipulationem. §. 1. Filiusfamilias [80] ita stipulatus est, QUANTAM [81] PECUNIAM TITIO CREDIDERO, FIDE TUA ESSE JUBES? & emancipatus credidit: patri non debebit fidejussor, quia nec reus ei tenetur.

De stipulatione neque per te, neque per heredem tuum fieri.

CXXXIII. SCÆVOLA lib. XIII Quæstionum.

SI sic stipulatus sum, *neque per te, neque per heredem tuum vim fieri spondes?* & egi quod mihi vim feceris: Recte remanere [82] factum heredis in stipulatione. nam & ex ipsius posteriore vi potest committi stipulatio: non enim ad unam vim pertinet. Nam sicut & ipsius [83] & heredis [84] caput, ita ipsius vis vel sæpius facta complectitur, ut condemnetur, quanti interest. aut si sic volumus factam esse stipulationem, *Neque* [85] *per te, neque per heredem tuum fieri?* ut ad unam vim primam teneat [86]; si vim fecerit, amplius ex heredis [87] committi non poterit [88]: ergo si [actum] sit quasi ex ipsius vi, tota consumpta sit: quod non est verum.

De libertate matrimonii. 1. *De tacita repetitione eorum de quibus in præfatione convenit.* 2. *De eo qui literis cavet se præstaturum.* 3. *De una stipulatione pluribus pactis subjecta.*

CXXXIV. PAULUS lib. XV Responsorum.

TItia [89] quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Gaio Seio habenti filiam: & tempore matrimonii consenserunt [90], *ut filia Gaii Seii filio Titiæ desponderetur*; & interpositum est instrumentum; & adjecta pœna, *si quis eorum nuptiis impedimento fuisset*: postea Gaius Seius constante matrimonio diem suum obiit, & filia ejus noluit [91] nubere. Quæro, an Gaii Seii heredes teneantur ex stipulatione? Respondit, ex stipulatione quæ proponeretur, cum non secundum bonos [92] mores interposita sit, agenti exceptionem doli mali obstaturam: quia inhonestum [93] visum est, vinculo [94] pœnæ matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta. §. 1. Idem respondit, *plerumque ea quæ præfationibus* [95], *convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur*: sic [96] tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur stipulatio. §. 2. Idem respondit, cum Septicius literis suis præstaturum se caverit pecuniam, & usuras ejus semisses, quæ apud Sempronium depositæ sint: si inter præsentes actum est, intelligendum etiam à parte Lucii Titii præcessisse [97] verba stipulationis. §. 3. Idem respondit: quotiens pluribus [98] specialiter pactis stipulatio una omnibus subjicitur, quamvis una interrogatio, & responsum unum subjiciatur, tamen proinde [99] haberi, ac si singulæ species in stipulationem deductæ fuissent.

De usuris. 1. *De purgatione moræ.* 3. *De servo ea lege dato ne quibusdam personis serviret.* 4. *De doli clausula.*

CXXXV. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

[SI] ita quis promiserit, *Decem tibi dabo, quæ* [100] *die petieris, & eorum usuras in dies* [1] *triginta*: quæro, usuræ, utrum ex die stipulationis, an ex die [2] qua petita fors fuerit, debeantur? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, ex die stipulationis deberi: nisi aliud actum manifeste probaretur. §. 1. Item quæsitum est, quando pecuniam reddere debebo, cum primum petierit [3]? Respondit [4], verba quæ proponerentur, ex die quo stipulatio facta esset, initium capere. §. 2. Seia cavit Lucio Titio, *quod mandante eo hortos emisset, cum* [5] *pretium omne cum usuris ab eo recepisset, se in eum proprietatem hortorum transferturam*; deinde in continenti inter utrumque convenit, *ut intra Kalend. Apriles primas universum summam mandator numeraret, & hortos acciperet.* Quæritur, cum ante Kalend. Apriles non omne pretium cum usuris a Lucio Titio Seiæ solutum sit, interposito tamen modico tempore [6] reliquum pretium cum usuris Seiæ Titius solvere paratus fuerit, neque Seia accipere voluit, & usque in hodiernum per Titium non stet quominus reliquum solveret, an [si] nihilominus Lucius Titius Sciæ universam pecuniam solvere paratus sit, ex stipulatu agere possit? Respondit posse, si non multo post [7] obtulisset, nec mulieris quicquam propter eam moram interesset: quod omne ad judicis cognitionem remittendum est. §. 3. Ea [8] lege donatum sibi esse à Seia servum & traditum, *ut ne ad fratrem ejus, aut filium, aut uxorem, aut socrum perveniret*, scripsit: & hæc ita stipulante Seia, spopondit Titius, qui post biennium heredes reliquit Seiam & fratrem; cui ne serviret, expressum erat. Quæritur an Seia cum fratre & coherede ex stipulatu agere possit? Respondit posse in id [9] quod ejus interest. §. 4. Filia quæ de inofficioso agere instituit & transegit, postea cum heredibus stipulatione interposita, & subjecta doli [10] clausula, apud Præfectum [11] de falso testamento egit, nec probavit. Quæro, an ex doli [12] clausula possit conveniri? Respondi nihil ad eam stipulationem id quod postea actum proponeretur, pertinere.

De variatione in nomine rei. 1. *De servitutibus.*

CXXXVI. PAULUS lib. V Sententiarum.

SI sub [13] una significatione diversis nominibus ea res quæ in stipulatum deducitur, appellatur: non infirmat obligationem, si [14] alter altero verbo utatur. §. 1. Si qui *viam* [15] *ad fundum suum dari* stipulatus fuerit, postea fundum partemve ejus ante constitutam servitutem alienaverit: evanescit stipulatio.

De continuitate & interruptione. 1. *De dissensu.* 2. *De eo quod certo loco dari debet.* 3. *De insula facienda.* 4. *De difficultate & præstationis.* 5. *De eo quod est impossibile promittenti.* 6. *De eo quod natura vel jure impossibile est.* 7. *De stipulatione pœnali.*

CXXXVII. VENULEIUS lib. I Stipulationum.

COntinuus [16] actus stipulantis & promittentis esse debet: ut [17] tamen aliquod momentum naturæ intervenire possit. & cominus [18] responderi stipulanti oportet: cæterum si post interrogationem aliud acceperit [19], nihil proderit, quamvis eadem die spopondisset. §. 1. Si hominem stipulatus sim, & ego de alio [20] sensero, tu de alio: nihil acti erit. nam stipulatio ex utriusque consensu fit. §. 2. Cum ita stipulatus sum, EPHESI DARI? inest [21] tempus: quod autem accipi debeat, quæritur? & magis est ut totam eam rem ad judicem, id est [22], ad virum [23] bonum remittamus, qui æstimet quanto tempore diligens paterfamilias conficere possit quod facturum se promiserit. ut, qui Ephesi daturum se spoponderit, neque duplomate [24], diebus, ac noctibus, & omni tempestate contempta iter continuari [25] cogatur; neque tam delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat: sed habita ratione temporis, ætatis, sexus, valetudinis; cum id agat, ut mature perveniat, id est, eodem tempore quo plerique ejusdem conditionis homines solent pervenire. eoque transacto, quamvis Romæ remanserit [26], nec possit Ephesi pecuniam dare, nihilominus ei recte condicetur: vel quia per ipsum steterit, quo minus Ephesi daret; vel quoniam per alium Ephesi possit dari; vel quia ubique [27] potest solvere: nam & quod in diem debetur, ante [28] solvi potest, licet peti non potest. quod si duplomate usus, aut felici navigatione, maturius quam quisque pervenerit Ephesum, confestim obligatus est: quia in eo quod tempore atque facto finitum est, nullius [29] est conjecturæ locus. §. 3. Item qui *insulam fieri* spopondit, non utique conquisitis undique fabris, & plurimis operis [30] adhibitis, festinare debet; nec rursus utroque [31] aut altero contentus esse: sed modus [32] adhibendus est secundum rationem diligentis ædificatoris & temporum locorumque. item si non inchoetur opus, id tantum æstimetur, quod in illo intervallo effici potuit: transactoque [33] tempore quo insulam consummare oportuerit, si postea ædificetur, liberetur reus: sicut liberatur qui se daturum spopondit, si quandoque tradit. §. 4. Illud inspiciendum est, an qui centum dari promisit, confestim teneatur, an vero cesset obligatio, donec pecuniam conferre possit? quid ergo, si neque domi habet, neque [34] inveniat creditorem? Sed hæc recedunt ab impedimento naturali, & respiciunt ad facultatem [35] dandi. Est autem *facultas*, personæ [36] commodum incommodumque, non rerum quæ promittuntur. & alioquin, si quis Stichum dari spopondit, quæremus ubi sit Stichus: aut si non multum referre videatur, Ephesi daturum se, an quod Ephesi sit, cum ipse Romæ sit, dare spondeat. nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet: quia in pecunia & in Sticho illud commune est, quod promissor in præsentia dare non potest. Et generaliter causa [37] difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet: ne incipiat dici, eum quoque dare non posse, qui alienum servum, quem dominus non vendat, dare promiserit. §. 5. Si ab eo stipulatus sim, qui efficere non possit, cum alio [38] possibile sit: jure factam obligationem, Sabinus scribit.

§. 6. Cum quis sub hac conditione stipulatus sit, *si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut basilicam* [39], & hujusmodi res quæ publicis usibus in perpetuum relictæ sint, ubi omnino conditio jure impleri non potest [40], vel id facere ei non liceat: nullius momenti fore stipulationem, proinde [41] ac si ea conditio quæ natura impossibilis est, inserta esset. nec ad rem pertinet, quod jus mutari potest, & id quod nunc impossibile est, postea [42] possibile fieri: non enim secundum futuri temporis jus, sed secundum præsentis, æstimari debet stipulatio.

§. 7. Si *ut aliquid fiat*, stipulemur: & usitatius & elegantius esse Labeo ait, sic [43] subjici pœnam, *Si ita factum non erit*. at cum quid ne fiat, stipulemur, tunc hoc modo, *Si adversus ea factum erit*. & cum alia fieri, alia non fieri, conjuncte stipulemur, sic comprehendendum, *Si non fecero. Si quid adversus ea fecero.*

§. 8. Præ-

---

65 Non ut adoptator.

67 Forte naturalem, aut alumnum, vel cognatum dantis.

68 Ea lege licuit habere, custodire, tractare non inhumane, nec crudeliter, sed ut eum haberet in fidem & clientelam suam. inde clientes, suscepti appellantur, auctore Servio 6 *Æneid.* Salvian. *lib. 5 de gubernatione Dei*: Quæruntur auxilia & patrocinia majorum, nihil suscipiunt tribuunt, sed sibi. Augustinus *quæstionibus mixtis*: Numquid, si malæ vitæ litAdvocatus contra *susceptum* ejus provocabitur? hoc est officium Advocati, ut secundum jura ordinem susceptæ sui causam perducat. Numquid poterit vita ejus, si turpis est, obesse causæ susceptis? vide Cujac. *hic.* Hinc suscepti, testes esse non possunt accusatori. Paul. *5 sent.* 15. §. 1. *in fragmento Collationis Legum Mosaicarum. tit.* 9. Eodem vocabulo utitur etiam Julius Severinus *in præceptis Rhetoricæ*: Familiaris nomen, cujus fit mentio in *l.* 6. §. 5. *C. de his, qui ad Eccl. conf.* non male ad susceptum refertur.

69 Id est, abdicaverit. *l.* 6. *C. de patria potestate.*

70 Id est, eum præterierit.

71 Non tamen præsumitur pater qui non diligit filium. v. Alciat. 1 *præsumpt.* 14.

72 Non tamen temere debet facere.

73 Ita legendum puto, *quod si non aliter eum, quam ut filium observavit*, ut sit sensus, Adoptivo erga parentem adoptantem inofficiosi querelam merito competere, immerito non competere.

74 Id est, querela inofficiosi.

75 Solent enim parentes liberos juste emancipare. Emancipatio non est actus paterno animo contrarius. adde tamen non posse invitum emancipare sine ratione. *Nov.* 89. *cap.* 11.

76 Qui ita stipulatur, *si me exheredes*, non hoc agit palam, & principaliter, ut instituatur heres, sed ut ne noceat, vel ne rubore suffundatur. Est enim injuriæ species exheredari, *l.* 8. §. 8. *ff. de bon. poss. contr. tab.* 79 Id est, in suscepto re frustra exigitur, ut emancipet, vel exheredet, pœnæ vitandæ causa: nec enim eo nomine pœnam committit: sed quod male tractet susceptum, eum abjiciendo vel omittendo. 80 Adde *l.* 51. §. 78 *ff. eod.* 81 *l.* 47. *in fin. ff. de fidejussorib.* 82 Adde *l.* 22. *ff. de except. rei jud.* Goth. Pro intellectu hujus leg. vid. Leonin. *emend. lib.* 7. *c.* 20. Ans. Adde Ant. Augustin. *lib* 1 *emend. c.* 5. S. L. 83 Ipsius vim. *Hal.* 84 Et heredes capit. *Hal.* 85 Hæc particula factum promissoris & ejus heredis continet. Est enim hæc conjunctiva, interdum disjunctiva. vid. Cujac. *hic. advers. Alciat.* 86 Vim primam pertineat, si vim fecerit amplius, &c. *Hal.* 87 Ex heredis facto committi. *vulg.* 88 Non possit. *Hal.* non poterit ἀνυπάιτιος, quasi ex ipsius vi, &c. Alciat. 9 *parerg.* 18. ita restituit ex antiquo libro: quod ab eo persidiose factum notat Cuj. *hic.* 89 Dixi *l.* 97. §. 1. *ff. eod.* Goth. vid. Cujac. *lib.* 16 *obs.* 33. Goedd. *de contrab. stipul. c.* 6. *n.* 173. Ans.

90 Desponsationes a parentibus, liberorum nomine, conventione interdum fiebant. Destinabantur vero uxores liberis testamento, ut & inter vivos citra conventionem. vid. Cujac. 16 *obs.* 33.

91 Consponsiones parentum non tenuerunt liberos non adstipulantes, *l.* 11. *ff. de sponsal. l.* 2. *ff. de ritu.* hinc illud Pamphili *in Andria, act.* 1. *scena* 5. Proh deum atque hominum fidem, quid est, si non hæc contumelia est? uxorem decrevit sese dare mihi hodie: nonne oportuit præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? 92 Cur ita? vid. *ff. eod.* 93 Imo non est inhonestum, *l.* 71. §. 1. *ff. de cond. & dem.* hodie videtur non inhonestum ex *Novell. Leonis* 18. 94 Matrimonia debent esse libera. *l.* 19 *ff. eod. l.* 14. *C. de nupt. l.* 79 *in fin. ff. de cond. & dem.* 95 Præfationibus sive pactis, quæ continentur (ut dies, conditio, res, subjectis in stipulationibus repetita videntur. §. 2. *ff. eod. l.* 4. *in fin. ff. de pact. l.* 20. *ff. de ædil.* 96 *l.* 126. §. 2. *ff. eod. l.* 113. §. 4. *ff. de leg.* 1. *l. ult. ff. de fid. libert.* Goth. Vid. Goedd. *de contrab. & commit. stip. c.* 8. *n.* 69. Ans. 97 Paul. *5 sent.* 5. § 2. *in fin.* §. 17. *Inst. de inutil. stip.* §. *ult. Inst. de liter. oblig.* 98 *l.* 140. *ff. eod.* 99 Perinde. *vulg. Hal.* v. § 1. *ff. eod. l.* 29. *ff. eod.* 100 Hæc verba admonitionem habent potius, quam dilationem, *l.* 48. *ff. eod.* nec forti, nec usuris, datur his verbis dilatio. Hujusmodi stipulatio pura est.

1 Usuras in diebus triginta nonnunquam stipulari veteres consueti. *l.* 40. *ff. de reb. credit.* 2 Id est, an ex mora. 3 Cum primum petierit. *Hal.* 4 Respondit secundum ea, quæ proponerentur. *vulg. Hal.* 5 *Al.* & cum.

6 *V. l.* 105. *ff. de solutionib.*

7 Secus, si mulier poss. *l.* 23. *ff. de arbitris.*

8 V. quæ notavi ad *l.* 122. §. 3. *ff. eod.* adde *l.* 69. §. 3. *ff. de leg.* 2.

9 *l.* 68. *l.* 72. *l.* 81. *l.* 112. §. 1. *l.* 113. *in fin. ff. eod. l. ult. ff. si quis in jus voc. l.* 13. *ff. de re jud.*

10 De qua vide *l.* 119. *ff. eod.*

11 Urbi fc. nam apud Præfectum urbi de falso agitur. vid. *l.* 24. *ff. de falsis.*

12 Vid. *l.* 119. *ff. eod.*

13 *l.* 65. *ff. eod.* Goth. V. Goedd. *de contrab. stipul. c.* 3. *n.* 17. Ans.

14 Vid. quæ notavi ad *l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

15 *l.* 140. *in fin. ff. eod. l.* 11. *ff. de servitutib.*

16 *l.* 12. *ff. de diversis reg.* adde Forcatulum 81 *Negotiorum.* 3.

17 Intervallum quodnam stipulationem vitiet, vid. apud Alciatum 1 *parerg.* 3.

18 Cominus. *vulg.* quominus. *Hal.* 1. statim, e vestigio.

19 Aliud agere cœperit. *vulg. Hal.* secus si non cœperit. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

20 *l.* 22. *ff. eod.* adde *l.* 7. *in fin. ff. de dolo mali.*

21 Promissio localis, veluti si promittam *Ephesi* dari, tempus habet. *l.* 2. § 6. *ff. de eo quod certo. l.* 41. §. 1. *ff. hoc tit.*

22 Continuum id esse non desinit, in quo momentum aliquod intervenit.

23 Judex pro viro bono: ut vir bonus pro judice intelligitur. vide *l.* 18. *ff. judicatum solvi.*

24 Duplomate, id est, diebus, &c. *vulg.* diplomate. *Hal.* Duplomata hic, & *l.* 27. *in fin. ad l. Corn. de falsis.* sunt codicilli, qui dantur cursu publico utentibus: quæ & tractoriæ, *C. de cursu publico.* & combinæ dicuntur, & συνθήματα, & evectiones. Cujac. *hic.* Alciat. *lib. de verb. signif.* putat legendum hic esse, cum felici diplomate uti, qui præpropere agat. duplomate uti, *courir la poste.*

25 Continuare. *vulg. Hal.*

26 *l.* 122. *ff. eod.*

27 *l.* 38. §. 16. *ff. eod. l.* 1. §. 1. *ff. de cond. & demonstrat. l.* 7. *ff. de re jud. l.* 50 *ff. de obl. l.* 16. *l.* 38. §. 3. *l.* 70 *ff. de solutionibus.*

28 *l.* 38. §. 3. *ff. de solutionib. l.* 17. *C. de fideicommiss.*

29 Quid ita? Notoria non indigent probatione. *l.* 1. §. 8. *ff. de probat. prælegata.*

30 Fiurimis operariis. *Haloand.*

vulgat. 31 Nec rursus uno aut altero, *vulgat.* uno atque altero. *Haloand.* 32 *l.* 58. §. 1. *ff. locati.* 33 *l.* 91. §. 3. *ff. eod.* 34 Vide *l.* 9. *in fin. ff. de usuris.* 35 Tacitæ conditiones ex æquo subintelligendæ. hinc Seneca: subest tacita exceptio, si potuero, si debebo. 4 *de benefic.* 39. De tacitis conditionibus, vide Oldendorpium *in Topicis, in loco ab auctoritate, seu præjudiciis. num.* 5. 36 Vide *l.* 125. *ff. de verborum significatione.* 37 *l.* 2. §. 2. *ff. eod.* 38 Cum alii. *Haloand.* Facere promittens quod facere nescit, facere per substitutum debet. *Baldus.* 39 Dixi ad *l.* 83. §. 5. *ff. eod.* 40 Imo potest. *l.* 39. *in fin. ff. de legat.* 1. 41 Perinde. *Haloand.* Conditio impossibilis jure & natura, quamlibet stipulationem vitiat. *Bald.* 42 Adde *cap.* 51. *de reg. in* 6. 43 Vide *l.* 71. *ff. eod.*

§. 8. Præterea sciendum est, quod dari stipulemur; non posse nos uni [44] ex heredibus adquiri: sed necesse esse omnibus adquiri. at [45] cum quid fieri stipulemur, etiam unius personam recte comprehendi.

De eo quod certis nundinarum diebus dari debet. 1. De alternatione.

CXXXVIII. IDEM lib. IV Stipulationum.

EUm qui *certarum nundinarum diebus dari* stipuletur, primo die petere posse Sabinus ait. Proculus autem & cæteri diversæ scholæ auctores, quamdiu [46] vel exiguum tempus ex nundinarum spatio supereſſet, peti posse existimant: sed ego cum Proculo sentio. §. 1. Cum pure stipulatus sum, *illud aut illud dari*, licebit [47] tibi, quotiens voles, mutare voluntatem in eo quod præstaturus sis [48]: quia diversa [49] causa est voluntatis expressæ, & ejus quæ inest.

De dupla stipulatione.

CXXXIX. IDEM lib. VI Stipulationum.

CUm ex causa duplæ stipulationis aliquid intendimus, venditoris heredes in solidum omnes conveniendi sunt, omnesque [50] debent subsistere: & quolibet eorum defugiente, cæteris subsistere nihil prodest; quia in solidum defendenda est venditio, cujus [51] indivisa natura est. sed cum uno defugiente omnes defugisse videantur, ideoque omnes teneantur, unicuique pro parte hereditaria præstatio incumbit.

De numero stipulationum. 2. Si stipulatio ad eum casum pervenerit, à quo incipere non potest.

CXL. PAULUS lib. III ad Neratium.

PLuribus [52] rebus propositis, ita stipulatio facta est, EA OMNIA QUÆ SUPRASCRIPTA SUNT DARI? propius est, ut tot [53] stipulationes, quot res sint. §. 1. De hac stipulatione, ANNUA, BIMA, TRIMA DIE ID ARGENTUM QUAQUE DIE DARI? apud Veteres variatum fuit. Paulus: sed verius, & hic tres [54] esse trium summarum stipulationes.

§. 2. Etsi placeat extingui [55] obligationem, si [56] in eum casum inciderit, à quo incipere non potest: non tamen hoc in omnibus verum est. ecce stipulari *viam, iter, actum ad fundum communem* socius non potest: & tamen si is, qui stipulatus fuerat, duos heredes reliquerit, non extinguitur stipulatio. & per partem dominorum servitus adquiri non [57] potest: adquisita tamen conservatur, & per partem domini [58]: hoc evenit, si [59] pars prædii servientis, vel cui servitur, alterius domini esse cœperit.

De electione, de impubere. 3. De adjecto in stipulatione, omisso in responsione. 4. De loco & die. 5. De adjecto.

CXLI. GAIUS lib. II de Verborum obligationibus.

SI servus aut filiusfamilias ita stipulatus sit, *Illam rem aut illam, utrum ego velim?* non [60] pater, dominusve, sed filius servusve destinare de alterutra debet [61]. §. 1. Extranei quoque persona si comprehensa fuerit, veluti hoc modo, *Utram earum Titius elegerit* [62], non aliter stipulator alterutrius petendæ facultatem habet, quam si Titius elegerit. §. 2. Pupillus, licet ex [63] quo fari cœperit, recte stipulari potest, tamen si in parentis potestate est, ne [64] auctore quidem patre obligatur: pubes vero qui in potestate est, proinde, ac si paterfamilias, obligari solet. † Quod autem in pupillo dicimus, idem & in filiafamilias impubere dicendum est. §. 3. Si ita fuero stipulatus, *Mihi aut Titio*: & tu mihi [65] daturum [66] te spondeas: secundum omnium opinionem ad interrogatum te respondere. quia constat mihi soli adquiri obligationem: Titio autem duntaxat recte solvitur. §. 4. Si inter eos qui Romæ sunt, talis fiat stipulatio [67], *Hodie Carthagine dare spondes?* Quidam putant non semper videri impossibilem causam stipulationi contineri: quia possit [68] contingere ut tam stipulator, quam promissor, ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit, in eum diem futuram stipulationem, ac demandasset promissor quidem suo dispensatori, ut daret; stipulator autem suo, ut acciperet. quod si ita factum fuerit, poterit valere stipulatio. §. 5. Cum *mihi aut Titio* stipulor, dicitur aliam quidem rem in personam meam, aliam in Titii designari non [69] posse: veluti mihi decem aut Titio hominem. si vero Titio ea res soluta sit, quæ in ejus persona designata fuerit: licet ipso jure non liberetur promissor, per exceptionem tamen defendi possit. §. 6. Tempora vero diversa designari posse, veluti, MIHI KALENDIS JANUARIIS, AUT TITIO KALENDIS FEBRUARIIS? Imo etiam citeriorem [70] diem in Titii personam conferri posse: veluti, MIHI KALENDIS FEBRUARIIS, TITIO KALENDIS JANUARIIS? Quo casu talem esse stipulationem intelligemus, SI TITIO KALENDIS JANUARIIS NON DEDERIS, MIHI KALENDIS FEBRUARIIS [71] DARE SPONDES? §. 7. Sed rursus mihi quidem pure, aut Titio sub conditione stipulari possum. Contra vero, si mihi sub conditione, aut Titio pure: inutilis erit tota stipulatio, nisi in meam personam conditio extiterit. scilicet [quia] nisi, quod ad me, vim acceperit obligatio, adjectio nihil potest valere. Hoc tamen ita demum tractari potest, si evidenter apparet pure Titii persona adjecta: alioquin cum ita stipulor, SI NAVIS EX AFRICA VENERIT, MIHI AUT TITIO DARI SPONDES? Titii quoque persona sub eadem conditione adjici videtur. §. 8. Ex hoc apparet si diversa [72] conditio in meam personam, diversa in Titii, posita sit, nec in meam personam extiterit conditio, totam [73] stipulationem nullius momenti futuram: extante vero mea conditione, si quidem Titii quoque conditio extiterit, poterit vel Titio solvi; si vero in illius persona defecerit, quasi non adjectus habebitur. §. 9. Ex his omnibus apparet, licet alterius persona non recte adjiciatur, non ideo minus in nostra persona utiliter procedere stipulationem.

44 *l.* 33. *in fin. ff. de pactis.*
45 Stipulatio dandi, non faciendi, uno heredi expresso transit ad omnes.
46 *l.* 42. *ff. eod.*
47 V. *l.* 106. *in fin. ff. eod.*
48 Ante litis contestationem. v. *l.* 112. *ff. eod.*
49 V. *d. l.* 112.
50 Actus omnes quoties tangit indivisibiliter, omnes citari debent. *Bald. l.* 85. §. *penult. ff. eod.* vide quæ notavi ad *l.* 29. *l.* 69. §. 1. *in fin. ff. de evictionib.*
51 Vid. *l.* 72. *ff. eod.*
52 *l.* 134. *in fin. ff. eod.* Dinumeratio rerum in præstationibus facta, videtur in compendio verborum repetita. *Bald.*
53 Imo non tot. *l.* 29. *ff. eod.* vide Zasi. 2 *Antimon.*
54 Stipulatio per tempora distributa, intelligitur esse pluralis.
55 *l.* 98. *ff. eod.* §. 2. *verſic. Item contr. Inſt. de inutil. ſtip.*
56 Quæ ab initio impediuntur, ex postfacto resolvuntur. *Bald.*
57 *l.* 2. *ff. eod. l.* 17. *ff. de ſervit. l.* 6. §. 1. *ff. comm. prædio. l.* 25. *ff. familiæ.*
58 Dominii. *Haloand.*
59 Ut in *l.* 136. *in fin. ff. eod.*
60 *l.* 76. *ff. eod.*
61 Voluntas enim est eorum, quæ cohærent animo & intellectui, nec potest ab eis separari.
62 Vid. *l.* 44. *ff. eod.*
63 *l.* 70. *ff. eod.* §. 10. *Inſt. de inutilibus.*
64 Vide quæ dixi ad *l.* 2. *C. qui admitti.* §. 9. *Inſt. de inutilibus ſtipulat.*
65 Diversitas, quæ obligationi nihil detrahit, stipulationem non vitiat.
66 Impersonaliter; secus, si unum promisisset. *l.* 83. §. 2. *ff. eod.*
67 V. *l.* 24. *ff. de oper. libertor.* §. 5. *Inſt. eod.*
68 Ex præordinatis aliquid redditur possibile, & utile: quod alias ratione impossibilitatis fuisset inutile. De futuris potest aliqua certitudo haberi per aliquod præordinatum. Præordinatio in futurum inducit præsentiam futurorum.
69 *l.* 34. §. 2. *l.* 98 §. 5. §. 6. *ff. de ſolut.* Imo potest. *l.* 44. §. 4. *ff. de obligat.*
70 *Al.* citeriore die.
71 *l.* 98. §. 4. *ff. de ſolutionib.*
71 Adde *l.* 126. §. 2. *ff. eod.*
73 Vitiato principali, vitiatur accessorium: & è contra. *Bald.*

TIT. II.

DE DUOBUS [1] REIS CONSTITUENDIS [2].

Definitio.

I. MODESTINUS lib. II Regularum.

QUi stipulatur, reus [3] stipulandi [4] dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur.

De constitutione & dissolutione obligationis in solidum.

II. JAVOLENUS lib. III ex Plautio.

CUm duo eandem pecuniam aut promiserint [5], aut stipulati sunt: ipso jure & singuli [6] in solidum debentur [7], & singuli debent [8]. ideoque petitione [9], acceptilatione [10] unius tota [11] solvitur obligatio.

De novatione. 1. De constitutione & dissolutione obligationis in solidum.

III. ULPIANUS lib. XLVII ad Sabinum.

IN duobus reis promittendi frustra timetur novatio [12]: nam licet ante prior responderit, posterior etsi ex intervallo [13] accipiatur, consequens est dicere pristinam obligationem durare, & sequentem accedere. & parvi refert [14], simul spondeant, an separatim promittant: cum hoc actum [15] inter eos sit, ut duo rei constituantur, neque ulla novatio fiet [16]. §. 1. Ubi duo rei facti sunt, potest vel ab uno [17] eorum solidum peti. hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus, possitque ab alterutro peti. & partes [18] autem à singulis peti posse, nequaquam dubium est: quemadmodum & à reo & fidejussore petere possumus [19], utique enim, cum una [20] sit obligatio, una & [21] summa est: ut sive unus solvat, omnes liberantur, sive solvatur ab altero, liberatio contingat.

Quomodo interrogandum & respondendum.

IV. POMPONIUS lib. XXIV ad Sabinum.

DUo rei promittendi, sive ita interrogati, SPONDETIS? respondeant [22] SPONDEO, aut SPONDEMUS; sive ita interrogati, SPONDES? respondissent, SPONDEMUS: recte obligantur.

De operis.

V. JULIANUS lib. XXII Digestorum.

NEmo [23] est, qui nesciat alienas [24] operas promitti posse, & fidejussorem adhiberi in ea obligatione. & ideo nihil prohiber duos reos stipulandi constitui, vel promittendi: sicuti si ab eodem fabro duo rei stipulandi easdem operas stipulentur; & ex contrario duo fabri ejusdem peritiæ easdem operas promittere intelliguntur, & duo rei promittendi fieri.

Si ex duobus interrogatis unus responderit. 1. De fidejussore. 2. Si ex duobus interrogantibus unus respondeatur. 3. De temporis spatio, & de actu interposito.

VI. IDEM lib. LII Digestorum.

DUos reos promittendi facturus, si utrumque interrogavero, sed [25] alter duntaxat responderit: verius puto, eum [26] qui responderit, obligari. neque enim sub conditione interrogatio in utriusque persona fit, ut ita demum obligetur, si alter quoque responderit. §. 1. Duobus autem reis constitutis, quin liberum sit stipulatori, vel ab utroque [27], vel ab altero duntaxat, fidejussorem accipere, non dubito. §. 2. Sed si à duobus reis stipulandi interrogatus respondisset uni [28] *se spondere*: ei soli tenetur. §. 3. Duo rei sine dubio ita constitui [29] possunt, ut [&] temporis ratio habeatur, intra quod uterque respondeat. † Modicum [30] tamen intervallum temporis, item modicus actus [31], qui modo contrarius obligationi non sit, nihil impedit, quominus duo rei sunt. Fidejussor quoque interrogatus inter duorum reorum responsa, si responderit, potest videri non impedire obligationem reorum: quia nec longum spatium interponitur, nec is actus qui contrarius sit obligationi [32].

De puritate, die, conditione.

VII. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

EX duobus reis promittendi alius [33] in diem vel sub conditione obligari potest: nec enim impedimento erit dies, aut conditio, quominus ab eo qui pure obligatus est, petatur.

De eo quod actum est spectando.

VIII. ULPIANUS lib. I Responsorum.

HIs verbis, *ea quæ præstari stipulanti tibi spondimus*, interesse [34] quid inter contrahentes actum sit. nam si duo rei facti sint, eum qui absens [35] fuit, non teneri: præsentem autem in solidum esse obligatum; aut si minus, in partem [36] fore obstrictum.

Si verbis vel alio modo contrahatur. 1. De impari obligatione. 2. De loco & tempore.

IX. PAPINIANUS [37] lib. XXVII Quæstionum.

EAndem rem apud duos pariter deposui, utriusque fidem in solidum secutus; vel eandem rem duobus similiter commodavi: fiunt duo rei promittendi. quia non tantum verbis stipulationis, sed & cæteris contractibus, veluti emptione [38], venditione [39], locatione [40], conductione, depositio [41], commodato [42], testamento [43], utputa si pluribus heredibus institutis testator dixit, *Titius & [44] Mævius Sempronio decem dato.* §. 1. Sed si quis in deponendo penes duos, paciscatur ut ab altero culpa quoque præstaretur: verius est non esse duos reos, à quibus impar suscepta est obligatio. † Non idem probandum est, cum duo quoque culpam promisissent, si alteri postea pacto culpa remissa sit: quia posterior conventio quæ in alterius persona interceſſit, statum, & naturam obligationis, quæ duos initio reos fecit, mutare non potest. quare si socii sint, & communis culpa interceſſit, etiam alteri

1 Stipulandi & promittendi. vide C. XL. 3 *Inſt.* 17. περὶ ἀποστόλων. *Novell.* 99. περὶ ἐπιτροπῶν βιβ. 52 *Eclog. ex lib.* 43. *tit* 2. Duo rei sunt, qui vel singuli debent in solidum, vel quibus singulis in solidum debetur.
2 Hic titulus mutatus est magna ex parte per *Novell.* 99. quam vide. Cæterum de duobus reis constituendis accipe active vel passive: duo rei constituuntur ut debendi, ita & stipulandi.
3 Reus dicitur & stipulandi, & promittendi. Dicitur etiam credendi, debendi, satisfaciendi, & accipiendi.
4 Dicitur & reus stipulando, & promittendo. *Fest.*
5 Aut promiserunt. *vulgat. Hal.* Goth. Ad hanc l. vid. Rouchegall. & Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 5. *n.* 19. Anſ.
6 Et singulis in solidum debetur, *vulg. Hal.*
7 §. 1. *Inſt. eod.*
8 Hodie beneficium divisionis competit. *Nov.* 99. *cap.* 1.
9 *l.* 51. *in fin. ff. de evictionib. l.* 31. §. 1. *ff. de novationib.*
10 Et acceptilatione. *vulgat.* acceptilationeque. *Hal.* vide interim de hoc & *l.* 13. *in fin. & l.* 16. *ff. de acceptilationib.*
11 *Eclog. ibidem. cap.* 2. Imo non tota solvitur. *arg. l.* 1. §. 18. *in fin. ff. depoſiti.*
12 Ex duabus principalibus obligationibus non sequitur novatio. *Bald.*
13 Duo rei possunt constitui, etiam interveniente modico intervallo.
14 Imo, multum refert. *Inſtit. eod. verſ. nam ſi primo.*
15 *l.* 8. §. 2. *ff. de novationib.*
16 Fiat. *vulg. Hal.*
17 Id est, potest creditor a quo vult petere: sed tamen hodie beneficium divisionis habet. *Nov* 99.
18 Id est, creditor potest non tantum plures reos simul convenire, sed & quemlibet eorum pro virili.
19 Vel in solidum, vel in partem: hodie competit fidejussori beneficium discussionis.
20 Facit *l.* 9. *ff. de pact.* Imo non una. *l.* 9. *in fin. ff. eod.*
21 Una etiam summa. *Hal.*
22 *Inſtit. eod. in fin. princ.* id est, nihil interest, in reorum constitutione rei utantur verbo singulari vel plurali.
23 Negationes duæ adfirmant. Nemo nescit, id est, omnes sciunt.
24 Id est, alias. ut *l.* 3. *ff. de rei vind.* vid. Cujac. 5 *obſ.* 35. alias factum alienum inutiliter promittitur. *l.* 65. *in fin. ff.*
26 Ex duobus

de fidejuſſ. adde *l.* 54. *in fin. ff. de verb. obl.* 25 Interrogavero, & alter. *Hal.* interrogatis, qui respondet, obligatus intelligitur. v. §. 3. *ff. eod.* 27 *l.* 40. *ff. de fidejuſſ.*
28 Duobus interrogantibus, ei tantum quæritur obligatio, cui responsum est, *ut hic.* & è contra. *in pr. ff. eod.* 29 V. Goed. *de contr ſtip. c.* 4. *n.* 18. Anſ. 30 *l.* 12. *ff. eod. l.* 137. *ff. de verb. obl.*
31 *d. l.* 12. *l.* 1. §. 1. *& d. l.* 137. *ff. de verb. oblig.* 32 Principali. 33 §. *ultim. Inſt. eod.*
34 Duobus in solidum obligatis, si in unius persona obligatio non potest consistere, alter in solidum obligatur: sin minus, in virilem. 35 §. 12. *Inſt. de inutilib. ſtip.* 36 Imo in solidum. *l.* 2. *ff. eod.* 37 Julianus. *Hal.* 38 Duo rei debendi in emptione, conductione, locatione, depositio, conducto & testamento fieri possunt. 39 *l.* 47. *ff. locat.* 40 *d. l.* 47. *& l.* 13. §. 9. *l.* 26. *ff. locat.* 41 Facit *l.* 1. §. 14. §. 31. *l.* 17. *ff. depoſiti.* 42 *l.* 5. *in fin. l.* 6. *l.* 7. *ff. commodat.* 43 *l.* 17. *ff. eod.* 44 Titius aut Mævius. vide *l.* 8. §. 1. *ff. de legat.* 1. *d. l.* 16. *ff. de legat.* 2. *l.* 25. *ff. de legat.* 3. vide Cujac. 5 *obſ.* 35.

teri [46] pactum cum altero factum proderit. §. 2. Cum duos reos promittendi facerem [46], [& jex diversis locis Capuæ pecuniam dari stipulatus fim : ex persona cujusque ratio proprii temporis habebitur. nam etsi maxime parem causam suscipiunt, nihilominus in cujusque persona, propria [47] singulorum consistit obligatio.

De Compensatione.

X. IDEM lib. XXXVII Quæstionum.

SI duo rei promittendi socii non sint [48], non [49] proderit alteri, quod stipulator alteri reo pecuniam debet.

Πεϱὶ ἀλλαξάντων, hoc est, De his qui vice mutua fidejusserunt.

1. *Si non exprimatur, ut sint duo rei.*

XI. IDEM lib. XI Responsorum.

REos promittendi vice [50] mutua fidejussores non inutiliter accipi convenit [51] : reus itaque stipulandi actionem suam dividere [52] si velit (neque enim dividere cogendus est), poterit eundem ut principalem reum, item qui fidejussor pro altero extitit, in partes convenire : non secus ac si duos promittendi reos divisis actionibus conveniret. §. 1. Cum tabulis esset comprehensum, *illum* [53] *& illum centum aureos stipulatos*, neque adjectum, ita ut duo rei stipulandi essent : virilem [54] partem singuli stipulati videbantur. §. 2. Et è contrario cum ità cautum inveniretur, TOT AUREOS RECTE [55] DARI STIPULATUS EST JULIUS CARPUS [56] : SPONDIMUS EGO ANTONINUS ACHILLEUS [57], ET CORNELIUS DIUS [58] : partes viriles deberi : quia non fuerat adjectum singulos in solidum spopondisse, ita ut duo rei promittendi fierent.

Si alter hodie, alter postera die responderit. 1. *De pupillo vel servo.*

XII. VENULEIUS lib. II Stipulationum.

SI ex duobus qui promiſuri sint, hodie [59] alter, alter postera [60] die responderit : [prolutus [61]] non esse duos reos. ac ne obligatum quidem intelligi eum qui postera die respondera : cum actor ad alia [62] negotia discesserit, vel promissor, licet peractis illis rebus responderit. §. 1. Si à Titio & pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuero eadem decem, vel [à] servo : & quasi duos reos promittendi constitui, obligatumque Titium solum [63] Julianus scribit : quanquam si servus spoponderit, in actione de peculio eadem observari debent, ac si liber fuisset.

Si reus correo successerit.

XIII. IDEM lib. III [64] Stipulationum.

SI reus promittendi altero [65] reo heres [66] extiterit, duas obligationes eum sustinere dicendum est. nam ubi quidem altera [67] differentia obligationum esse possit, ut in fidejussore & reo principali, constitit alteram ab altera perimi : cum vero ejusdem duæ potestatis [68] sint, non potest reperiri, qua altera potius quam alteram consummari : ideoque etsi reus stipulandi heres extiterit, duas species obligationis eum sustinere.

De stipulationibus prætoriis.

XIV. PAULUS lib. II Manualium.

ET stipulationum Prætoriarum duo [69] rei fieri possunt.

De alternatione.

XV. GAIUS lib. II de Verborum obligationibus.

SI id quod ego & Titius stipulamur, in singulis personis proprium [70] intelligatur : non poterimus duo rei stipulandi constituti. veluti [71] cum usumfructum aut dotis [72] nomine dari stipulemur. idque & Julianus scribit. Idem ait & si Titius & Seius decem, aut Stichum qui Titii [73] sit, stipulati fuerint : non videri eos duos reos stipulandi : cum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decem debeantur. quæ sententia eo pertinet, ut quamvis vel huic, vel illi decem solverit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus manet [74] : sed dicendum est, ut si decem alteri solverit, ab altero liberetur [75].

De obligatione.

XVI. IDEM lib. III de Verborum obligationibus.

EX duobus reis stipulandi si semel unus egerit [76], alteri promissor offerendo [77] pecuniam, nihil agit.

De legato.

XVII. PAULUS lib. VIII ad Plautium.

SIve à certis personis heredum [78] nominatim legatum esset, sive ab omnibus excepto aliquo : Atilicinus, Sabinus, Cassius, pro hereditariis [79] partibus totum eos legatum debituros aiunt, quia hereditas eos obligat. idem est cum omnes heredes nominantur.

De facto correi.

XVIII. POMPONIUS lib. V ex Plautio.

EX duobus reis ejusdem Stichi promittendi factis, alterius factum alteri quoque nocet [80].

De capitis deminutione.

XIX. IDEM lib. XXX*VII* ad Quintum Mucium.

CUm duo eandem pecuniam debent, si unus capitis diminutione exemptus [81] est obligatione, alter non liberatur : multum [82] enim interest [83], utrum res ipsa solvatur [84], an persona liberetur. cum persona liberatur, manente obligatione : alter durat obligatus. & ideo si aqua & igni interdictum, est alicujus fidejussor postea ab eo datus tenetur.

TIT. III.

DE STIPULATIONE [1] SERVORUM [2].

Si servus sibi, vel domino, vel impersonaliter stipuletur. 1. *De servo alieno bona fide serviente.* 2. *De servo communi.* 3. *Si servus servo stipuletur.* 4. *De servo communi.* 5. *De servo fructuario.* 6. *De servo communi.*

1. JULIANUS lib. LII Digestorum.

CUm servus stipuletur [3], nihil [4] interest, sibi, an domino, an vero sine [5] alterutra eorum adjectione dari stipuletur. §. 1. Si servus tuus qui mihi bona fide serviebat, pecunium habuerit quod ad te pertineat [6], & ego ex eo pecuniam Titio credidero : nummi tui manebunt. stipulando autem mihi servus eandem pecuniam nihil ager : vindicando ergo eam pecuniam tu consequi poteris. §. 2. Si servus communis, meus & tuus, ex peculio quod ad te solum pertinebat, mutuam pecuniam dederit : obligationem tibi adquiret. & si eandem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem à te non liberabit : sed uterque nostrum habebit actionem, ego ex stipulatu, tu quod pecunia tua numerata sit : debitor tamen me doli mali exceptione summovere poterit. §. 3. Quod servus meus *meo* [7] *servo dari* stipulatur, id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur; item quod tuo servo stipulatur, perinde ac si tibi stipulatus esset : ut altera stipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti sit.

§. 4. Communis servus duorum [8] servorum personam sustinet : idcirco si proprius meus servus communi meo & tuo servo stipulatus fuerit, idem juris erit in hac una conceptione verborum, quod futurum esset, si separatim duæ stipulationes conceptæ fuissent, altera in personam mei servi, altera in personam tui servi. neque existimare debemus, partem dimidiam tantum mihi adquiri, partem nullius esse momenti : quia persona servi communis ejus conditionis est, ut in eo quod alter ex dominis potest adquirere, altet non potest, perinde [9] habeatur, ac si ejus solius esset, cui adquirendi facultatem habeat. §. 5. Si fructuarius servus stipulatus esset fructuario, aut proprietario : si quidem ex [10] re [11] fructuarii stipulatus esset, inutilis est stipulatio : quia utrique [12] ex re fructuarii actionem adquirere [13] potuisset. sed si aliud [14] stipulatus fuisset, proprietarium petere posse : & si promissor fructuario solvisset, proprietarium liberatur. §. 6. Cum servus communis Titii & Mævii stipulatur in hunc modum, DECEM KALENDIS TITIO DARE SPONDES ? SI DECEM KAL. TITIO NON DEDERIS, TUNC MÆVIO VIGINTI DARE SPONDES ? duæ [15] stipulationes esse videntur; sed si Kalendis decem data non fuerint, uterque dominus ex stipulatu agere poterit : sed in secunda obligatione Mævio promissa [16] Titius exceptione doli summovebitur.

2. ULPIANUS lib. IV ad Sabinum.

SErvus communis ipse [17] sibi stipulari non potest : quamvis constaret eum se stipulari domino posse. non enim se domino adquirit, sed de [18] se obligationem.

De servo universitatis.

3. IDEM lib. V ad Sabinum.

SI servus Reipublicæ, vel Municipii, vel Coloniæ stipuletur : puto [19] valere stipulationem.

De servo communi.

4. IDEM lib. XXI ad Sabinum.

SI servus communis sibi & uni ex dominis stipuletur, perinde est, ac si omnibus [20] dominis & uni ex his stipuletur : veluti Titio & Mævio, & Titio. & probabile est, ut Titio dodrans, Mævio quadrans debeatur.

5. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

SErvus communis sic [21] omnium est, non quasi singulorum totus : sed pro partibus utique indivisis, ut intellectu [22] magis partes habeant, quam corpore. Et ideo si quid stipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit : omnibus adquirit pro parte qua dominium in eo habent. Licet [23] autem ei, & nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditam rem acipere ut ei soli adquirat. Sed si non [24] nominatim domino stipuletur, sed jussu unius dominorum : hoc jure utimur, ut soli ei adquirat, cujus jussu stipulatus est.

6. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

OFilius recte dicebat, & per traditionem accipiendo, vel deponendo, commodandoque, posse soli ei adquiri qui jussit [25]. quæ sententia & Cassii & Sabini dicitur.

7. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

PRoinde & si quatuor forte dominos habuerit, & duorum jussu stipulatus sit : his solis adquiret, qui jusserunt. magisque est, ut non æqualiter [26], sed pro portione dominica totum eis adquiratur. † Idem puto, & si nominatim ei stipulatus esse proponatur. nam etsi omnium jussu stipulatus sit, vel omnibus nominatim : non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus non pro virilibus adquirere. §. 1. Si servus communis ab uno [27] ex sociis stipulatus sit : si quidem nominatim alteri socio, ei soli deberur. sin autem sine [28] ulla adjectione pure stipulatus sit, reliquas partes is servus cæteris sociis, præter eam partem ex qua promissor dominus esset, adquiret. sed si jussu unius socii stipulatus est, idem juris est, quod esset, si eidem illi socio nominatim dari stipulatus esset. † Interdum etiamsi neque jussu neque nominatim alteri ex dominis stipularetur : ei tamen soli [29] adquirere eum, Juliano placuit. utputa si quid forte stipuletur, quod utrique adquiri non [30] potest : veluti servitutem [31] ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronii erat, alterius ex dominis, ei soli adquirit.

8. GAIUS lib. sing. de Casibus.

ITem si alter ex dominis uxorem ducturus sit, & huic servo dos [32] promittatur.

9. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

ITem si [33] servus duorum, Titii & Mævii, hominem qui Titii erat, stipulatus fuerit : ei soli adquirit, cujus non fuit. Sed si stipulatus sit, Stichum sibi ET MÆVIO ET TITIO DARE SPONDES ? totum eum Mævio adquirit : quod [34] enim alteri ex

1 3 *Inst.* 18. *vel Imperatorum Ex.* 43 *Eclog.* 2 & 3.
2 Proprioram, communium, fructuariorum, alienorum, &c.
3 Stipulatur. *vulg. Hal.*
4 V. *l.* 115 *ff. eod.*
5 Id est, imperſonaliter. *l.* 7. §. 1. *ff. eod.*
6 Pertinebat. *vulg. Hal.*
7 § 1. *Inſt. eod. l.* 40. *ff. de verbor. obligat.*
8 Duorum ſervorum perſonam ſervus communis ſuſtinet, *ut hic.* quamvis id difficile ſit, *l.* 9. *ff. de pact.* ſit tamen. v. *l.* 59. *in fin. ad Trebell.*
9 *l.* 12. *ff. de auctor. tut.*
10 *l.* 58. *ff. eod. l.* 98. §. 7. *ff. de ſolutionib.*
11 Vel ex operis ſuis.
12 Soli enim fructuario illo caſu adquirit.
13 Non potuiſſet. *vulg. Hal.* recte.
14 *Lege*, aliunde.
15 *l.* 44. *in fin. ff. de oblig. & act. l.* 9. *ff. de ſerv. exportand.*
16 *Al.* commiſſa.
17 Ipſe ſe ſibi. Contius & Cujac. *Inſt. eod. in verbo*; ſed cum factus *in fin.* adde *l.* 18. §. 1. *ff. eod.*
18 Sed de ſe domino. *Hal.*
19 Etiam ſi ipſa univerſitas non facile conſentiat. *l.* 1. *in fin. ff. de adquir. poſſ.*
20 *l.* 1. §. 31. *ff. depoſit.*
21 *l.* 45. *ff. de adquir. rer. l.* 66. §. 2. *ff. de leg.* 2.
22 Pars pro indiviſo, intellectu magis pars eſt; quam corpore. de quo vide omnino quæ ſcr. ad *l.* 6. §. 1. *ff. comm. prædior.*
23 *l.* 7. §. 1. *l.* 28 §. 3. *l.* 32. *ff. eod.* §. 3. *Inſt. eod. l* 37. §. 3. *ff. de adqu. rer. l.* 1. §. 7. *ff. de adquir. poſſ.* §. *ultim. Inſtit. per quas perſonas nobis oblig. l.* 3. *C. per quas perſonas.*
24 Non uni nominatim. *vulgat. Hal.*
25 Quod ſervus præcedente juſſu domini facit, videtur facere nomine jubentis.
26 Id eſt, pro virili portione. Imo æqualiter. *l.* 37. *ff. eod.*
27 *l.* 8. §. 2. *ff. de acceptilationib.*
28 Id eſt, imperſonaliter. *l.* 1. *ff. eod.*
29 Quod non poteſt adquiri pluribus ut ſingulis, quæritur illi cui poteſt adquiri. *Bald.*
30 Servus dominum repræſentat quatenus poteſt.
31 Adde *l.* 25. §. 3. *ff. de uſufr. l.* 15. *ff. de duobus reis.*
32 Adde *l.* 15. *ff. rit. prov.*
33 Pluribus meis dominis, quibus æqualiter alternative quæri poteſt, ſtipulatus ſum ? inutiliter ſtipulatus ſum : ſecus, ſi mihi primo ; tunc enim domini, ut adjecti habentur. Idem ſi uni quæri poſſit. *Bart.* 34 *l.* 1. §. 4. *l.* 7. *in fin. ff. eod.*

ex dominis adquirere non potest, id ad eum qui ad obligationem admittitur, pertinet. § 1. Si cum duos dominos servus haberet, stipulatus fuerit *illi aut* [35] *illi* dominis suis: quæsitum est, an consistat stipulatio? Cassius inutilem esse stipulationem scripsit: & Julianus Cassii sententiam probat: eoque jure utimur.

35 Alternativa posita inter personas capaces, stipulationem vitiat: si, cui adquiratur, incertum est. adde *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. *ff. eod.* Alternativa posita inter personas resolvitur in conjunctam, non tantum in ultimis voluntatibus, sed & contractibus.

XI. JULIANUS lib. LII Digestorum.

SEd si ita stipuletur, TITIO DECEM, AUT MÆVIO FUNDUM DARE SPONDES, quia incertum est utri eorum adquisierit actionem, idcirco inutilis stipulatio existimanda est.

XI. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

SEd si *sibi aut Primo aut Secundo* dominis suis stipulatus sit: & hic tantundem erit probandum, quod Julianus [dixit] inutilem esse stipulationem. † Sed utrum adjectio inutilis est, aut tota stipulatio utilis non est? Puto adjectionem [36] solam esse inutilem: eo enim quod ait *mihi*, omni [37] adquisiit ex stipulatu actionem. † An ergo in cæterorum persona solutio locum habeat exemplo extraneæ personæ? Et puto, vel solvi eis posse: quemadmodum cum ego mihi aut Titio stipuler. Cum [38] ergo cum Primo aut Secundo dominis stipulatio non [39] constitit, nec [aut] solutio est, illa ratio est: quia non invenimus in cujus persona stipulatio constitit, in cujus solutio.

36 Utile per inutile non vitiatur.

37 Omnibus. *vulg. Hal.*

38 Cur ergo. *vulg. Hal.*

39 Non constat, nec solutio sit; Illa ratio, &c. *vulg.*

XII. PAULUS lib. X Quæstionum.

NAm cum uterque [40] obligationis capax sit, non invenimus quis adjectus sit: quia non est qui petere possit.

40 Adde *l.* 128. *ff. de verb. oblig.*

XIII. ULPIANUS lib. XLVIII ad Sabinum.

CUm enim stipulatur *domino aut* [41] *extraneo* servus, utrumque consistat, & in domini persona stipulatio, & in extranei solutio: ar hic τὸ ἰσάζον [42], id est, *æquivalens*, corrumpit stipulationem & solutionem.

41 Alternatio & incertitudo corrumpunt stipulationem & solutionem. *Bald.*

42 *Al.* ἰσάζων. v. Alciat. 2 *disputat.* 20.

De servo, qui est apud furem.

XIV. JULIANUS lib. III ad Urseium Ferocem.

SErvus meus, cum apud furem esset, furi [43] dari stipulatus est. negat furi deberi Sabinus [44]: quia eo tempore, quo stipulatus est, ei non serviret: sed nec ego ex ea stipulatione agere potero. Sed si detracta furis persona stipulatus est, mihi quidem adquiritur actio: sed furi nec mandati nec alia actio adversus me dari debet.

43 *l.* 34. *in fin. ff. eod.*

44 Sabinus: sed si nec ego ex ea stipulatione agere potero, quia eo tempore, quo stipulatio est, ei non serviret, *sed si, &c.* Bartolus ita communiter legi notat.

De persona cui servus stipulatur: & de stipulatione impersonali.

XV. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

SIve [45] mihi, sive sibi, sive conservo suo, sive impersonaliter dari servus meus stipuletur, mihi adquiret.

45 *l.* 1. *ff. eod.* §. 1, *Inst. eod.*

De servo hereditario.

XVI. PAULUS lib. IV Regularum.

SErvus hereditarius [46] futuro heredi nominatim dari stipulatus, nihil agit: quia stipulationis tempore heres dominus ejus non fuit.

46 *l.* 18 §. 2. *l.* 28. *in fin. l.* 35. *ff. eod. l.* 27. *in fin. ff. de pactis. l.* 41. *vers. quod si stipulatus. ff. de reb. cred. l.* 73. §. 1. *ff. de verbor. oblig.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stip. cap.* 10. *n.* 61. & Leonin. *emend. lib* 6. *c.* 14. *num.* 5. Anf.

De servo communi.

XVII. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

SI communis servus, meus & tuus, viam, vel iter, vel actum stipuletur sine adjectione nominis nostri, cum [47] ego solus fundum vicinum habeam: soli mihi eam adquirit. quod & si tu fundum habeas, mihi quoque in solidum servitus adquiritur.

47 Id est, cum mihi soli adquiri possit. *l.* 25. §. 3. *ff. de usufr. l.* 15. *ff. tit. prox.*

2. De servo vel filio capti ab hostibus. 3. De servo fructuario.

XVIII. PAPINIANUS lib. XXVII Quæstionum.

SI servus communis Mævii & castrensis peculii, defuncto filiofamilias milite, antequam [48] adeat institutus hereditatem, stipuletur: socio, qui solus interim dominus invenitur, tota stipulatio quæretur: quoniam partem non facit hereditas ejus quæ nondum est. non enim si quis heredem existere filiofamilias dixerit, statim & hereditatem ejus jam esse consequens erit: cum beneficium Principalium Constitutionum [49] in eo locum habet, ut filiusfamilias [50] de peculio testari possit: quod privilegium cessat [51], prius quam testamentum aditione [52] fuerit confirmatum. §. 1. Si servus Titii & Mævii, partem [53] quæ Mævii est, sibi dari stipuletur, nulla stipulatio est: cum si Titio dari stipulatus fuisset, Titio adquireretur. Quod si simpliciter concepta est stipulatio, veluti, PARTEM EAM QUÆ MÆVII EST, DARE SPONDES? non adjecto MIHI: prope est, ut, quia sine vitio [54] concepta est stipulatio, sequatur ejus personam, cujus potest. §. 2. Servus, capto [55] domino ab hostibus, domino dari stipulatus est. quamvis quæ simpliciter stipulatur, vel ab alio accepit, etiam ad [56] heredem captivi pertinent; aliudque sit juris in persona filii, quia nec tunc fuit in potestate, cum stipularetur, nec postea deprehenditur, ut servus in hereditatem [57]: tamen in proposito potest quæri, num ex hac stipulatione nihil adquisitum heredi videtur: quo modo si servus hereditarius defuncto, aut etiam heredi [58] futuro stipulatus fuisset? Sed in hac specie servus filio exæquabitur. nam & si filius captivi patri suo stipulatus fuerit dari, res in pendenti [59] erit: & si pater apud hostes decesserit, nullius momenti videbitur fuisse stipulatio: quoniam alii, non sibi stipulatus est. §. 3. Cum servus fructuarius [60] operas suas locasset, & eo nomine pecuniam in annos singulos dari stipulatus esset: finito fructu, domino [61] residui temporis adquiri stipulationem Julianus scriptum relinquit. quæ sententia mihi videtur firmissima ratione subnixa. nam si in annos forte quinque [62] locatio facta sit, quoniam incertum est, fructus in quem diem duraturus sit, singulorum annorum initio cujusque anni pecunia fructuario quæreretur: secundum quæ non transit ad alterum stipulatio; sed unicuique tantum adquiritur, quantum ratio juris permittit. nam & cum idem servus ita stipuletur, *Quantam pecuniam tibi intra illum diem dedero, tantam dari spondes?* in pendenti [63] est, quis ex stipulatu sit habiturus actionem: si enim ex re fructuarii vel operis suis pecuniam dedero [64], fructuario; si vero aliunde, domino stipulatio quæretur.

48 Privilegium datum alicui testamenti faciendi, vim non habet, nisi ex testamento adeatur hereditas.

49 Adde *l.* 2. §. 2. *ff. familiæ.*

50 Filiusfamilias de peculio castrensi testari potest.

51 Id est, pendet.

52 Aditione hereditatis testamentum confirmatur. v. *l.* 19. *in fin. C. de testamentis.*

53 Servus se sibi stipulari non potest. *l.* 2. *ff. eod.*

54 Pars stipulationis non vitiosa valet in persona ejus cujus nomine valere potest.

55 Vide *l.* 73. §. 1. *in fin. ff. de verbor. oblig.*

56 *l.* 1. *l.* 12. §. 1. *l.* 22. §. 2. *ff. de captivis.*

57 Ut servus in hereditate. *Hal.*

58 V. *l.* 16 *ff. eod.*

59 *l.* 11. *in fin. ff. de acceptilationibus.*

60 *l.* 25. §. 2. *ff. de usufr.*

61 V. quæ scripsi ad *l.* 32. §. 7. *ff. de usufr. legato.*

62 Et ita non in infinitum.

63 *l.* 25. §. 1. *ff. de usufr.*

64 Dederit. *Haloand.*

De servo alieno bona fide duobus serviente.

XIX. SCÆVOLA lib. XIII Quæstionum.

SI alienus servus duobus bonæ [65] fidei serviens, ex unius eorum re adquirat, ratio facit, ut ei, ex cujus re adquisiit, id totum [ei] adquirat: sive ei soli, sive quasi duobus serviat. nam & in veris [66] dominis quotiens utriquè adquiritur, totiens partes adquiri. cæterum si alii non adquiratur, alium solidum habiturum. Igitur eadem ratio erit & in proposito, ut hic servus alienus qui mihi & tibi bona fide servit, mihi solidum ex re mea adquirat: quia tibi non potest adquiri, quia non sit ex re tua.

65 Bona fide. *vulg. Hal.* Quod uni bonæ fidei possessori quæri non potest, alteri adquiritur.

66 Bonæ fidei possessores in fructibus & cæteris commodis adquirendis pro dominis habentur: & sic argumentum à dominis ad bonæ fidei possessorem sumptum observa.

De libero homine bona fide serviente. 1. De servo bona fide possesso.

XX. PAULUS lib. XV Quæstionum.

LIber homo [67] bona fide mihi servit [68]: stipulatur ex re mea, vel [ex] operis suis Stichum, qui ipsius est. magis est, ut mihi adquirat: quia & si servus esset meus, adquireret mihi: nec enim illud dici debet, quasi ille quoque in peculio ejus esset. sed si ex re mea Stichum qui meus est, stipulatur, sibi adquiret.

§. 1. Apud Labeonem ita scriptum est: Filium & filiam in sua potestate pater intestatus relinquit: filia eo animo fuit semper, ut existimaret nihil ad se ex hereditate patris pertinere: deinde frater ejus filiam procreavit, & eam infantem relinquit: tutores servo avito ejus imperaverunt, ut ab eo, cui res avi hereditatis vendiderunt [69], stipularetur, quanta pecunia ad eum pervenisset [70]: Ex ea stipulatione quid pupillæ adquisitum sit, peto rescribas. Paulus: Est quidem verum, bona [71] fide possessum servum ex re ejus, cui servit, stipulantem, possessori adquirere: sed si res quæ ex hereditate avi communes fuerunt, in venditionem hereditatis venerunt, non videtur ex re pupillæ totum pretium stipulari: ideoque utrisque [72] adquiri.

67 Homo qui bona, *vulgat. Hal. v. l.* 23. §. 1. *ff. de adqu.*

68 Si stipulatur. *Hal.* vide Cujac. 17 *obs.* 5.

69 Vendiderat. *Hal.*

70 Pervenisset ex ea stipulatione, quid ne pupillæ, *Hal.* ex ea ne stipulatio quid pupillæ. *vulg.*

71 *l.* 19. *in fin. ff. eod.*

72 Filiæ testatoris & nepoti ejusdem.

De servo communi.

XXI. VENULEIUS lib. I Stipulationum.

SI servus communis ita stipuletur, KALEND. JANUARIIS DECEM TITIO AUT MÆVIO DOMINIS, UTER EORUM TUNC VIVET, DARE SPONDES? inutilem esse stipulationem Julianus scribit; quia non possit in pendenti [73] esse stipulatio: nec apparere utri eorum sit adquisitum.

73 Petenti. *Hal.*

De servo fructuario vel usuario.

XXII. NERATIUS lib. II Responsorum.

SErvum fructuarium ex re domini [74] inutiliter fructuario stipulari: domino [75] ex re fructuarii utiliter stipulari.

74 Id est, proprietarii.

75 *l.* 39. *ff. eod. l.* 25. §. 6. *ff. de usufr.*

XXIII. PAULUS lib. IX ad Plautium.

EAdem de eo dicenda sunt, cui usus [76] legatus est.

76 *l.* 14. *ff. de usu.*

XXIV. NERATIUS lib. II Responsorum.

ET si duorum usufructus sit, quod ex operis suis alteri eorum stipulatus sit, pro ea duntaxat parte, ex qua usufructus ejus sit, adquiri [77].

77 Acquiritur. *vulg.*

De servo hereditario & servo captivi.

XXV. VENULEIUS lib. XII Stipulationum.

SI [78] *servus hereditarius* [79] stipulatus fuerit, & fidejussores acceperit, posteaque adita fuerit hereditas: dubitatur utrum ex die interpositæ stipulationis tempus cedat, an ex adita hereditate? item si servus ejus qui apud hostes sit, fidejussores acceperit? Et Cassius existimat tempus ex [80] eo computandum, ex quo agi cum eis potuerit [81]: id est, ex quo adeatur hereditas, aut postliminio dominus revertatur.

78 V. quæ scripsi ad *l.* 4. *ff. de diversis & temporalibus præscript.* adde Anton. Fabr. 4 *conject.* 3. Goth. Vide Leon. *emendat. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 2. Anf.

79 *l.* 35. *ff. eod.*

80 *l.* 1. *ff. de diverf. & temporalibus.* solve: hic de actoribus: illic de reis loquitur. vide Cujac. 16 *obs.* 38.

81 Potuerit, non ex quo adeatur. Govean. 1 *Variar.* 31. Hotom. 3 *obser.* 19.

XXVI. PAULUS lib. I Manualium.

VUsufructus sine [82] persona esse non [83] potest: & ideo [84] servus hereditarius inutiliter usumfructum stipulatur [85]. legari autem ei [86] posse usumfructum dicitur, quia dies ejus non cedit statim: stipulatio autem pura [87] suspendi non [88] potest. † Quid ergo si sub conditione stipuletur? nec hoc casu valeat stipulatio: quia ex præsenti [89] vires accipit stipulatio, quamvis petitio ex ea suspensa sit.

82 *l.* 61. *in fin. ff. de adqu. rer.* id est, si defit persona, cui debeatur, non subsistit. *Goth.* De differentia inter stipulationem usufructus quem servus hereditarius stipulatur, & legatum usufructus servo hereditario relictum, vide Enimund. Merill. *lib. sing. differ. c.* 11. Anf.

83 Imo potest: nam in simili donatio sine persona esse potest. dixi ad *l.* 5. *C. de naturalibus liberis.*

84 Imo non ideo: quia hereditarius servus stipulando, hereditati stipulari intelligitur. Hereditas autem vicem personæ repræsentat. dicam *ff. eod.*

85 Arqui hereditas vicem personæ repræsentat, *l.* 34. *ff. de adquir. rer.* solve: hic casus specialis est: hereditas enim nec uti nec fatisfare potest, quod esse debet in usufructu. *l.* 1. *ff. usufruct. quemadmodum cavent.* 86 Vide *l.* 18. *ff. quibus modis usufruct. l.* 83. *in fin. ff. de legat.* 2. 87 Purum non suspenditur: contractus puri non suspenduntur, ultima tamen voluntas suspendi potest. *l. ultim. in fin. ff. comm. præd.* 88 Imo potest. *l. ultim. in fin. ff. comm. præd.* 89 Imo, non semper ex præsenti, cum pendere possit stipulatio. *l.* 82. *vers. unde eleganter. ff. ad Leg. Falcid.*

90 De servo communi vide Enimund. Merill. *lib. sing. differ. cap.* 21. Anf. 91 Ex eo peculio. *vulgat.* 92 Sed tamen is, cujus nomine facta est stipulatio, pecuniam socio recuperat, judicio communi dividundo, vel pro socio. *l.* 28. §. 1. *ff. eod.* 93 Imo eadem: nam servus ex re unius dominorum adquirens, partim uni domino, partim alteri adquirit, *l.* 25. §. 6. *ff. de usufructu.* solve: hic æquum, illic jus strictum continetur. 94 *l.* 1. §. *penult. ff. eod.*

95 *l.* 98. § 7. *ff. de solutionibus.* Qui ut reus stipulandi in stipulatione esse non potest, ut adjectus valet: ideoque ei solvi poterit. 96 Imo uni tantum. *l.* 19. *ff. eod.* 97 *l.* 27. *ff. eod. l.* 45. *ff. de adquir. rer.* 98 Commune esse debet, quod quæritur ex fructibus communibus. *Bald.* 99 Multo magis, si bis. facit. *l.* 4. *ff. de duobus reis.* 100 Dominus servo dari stipulari potest. *l.* 5. *ff. eod. l.* 39. *ff. de verb. oblig.* 1 Servus stipulari, emere, credere, in utilitatem unius dominorum potest. *l.* 37. §. 3. *ff. de adquir. rer.* 2 Et nullius. *l.* 3. *ff. de peculio.* 3 Imo, non potest, *l.* 16. *l.* 18. §. 2. *ff. eod.* solve: hic stipulatur sub nomine appellativo: ibi sub nomine proprio. Imo, adhuc non posse videtur, *l.* 3. §. 6. *ff. de negotiis.* sic est: videtur scil. si jus summum spectemus: aliud est, si æquitatem. 4 *l.* 138. *ff. de reg. jur.*

heredis familia ex [5] mortis tempore funeſta [6] facta intelligitur, licet poſt aliquod tempus heres extiterit: manifeſtum igitur eſt ſervi ſtipulationem ei adquiri.

De ſervo communi.

XXIX. PAULUS lib. LXXII ad Edictum.

SI communis ſervus ſic [7] ſtipulatus ſit, *Decem illi domino, eadem decem alteri dare ſpondes?* dicemus duos reos eſſe ſtipulandi.

Si ſervus extraneo ſtipuletur.

XXX. IDEM lib. I ad Plautium.

SErvus alienus [8] alii nominatim ſtipulando, non adquirit domino.

De ſervo fructuario, vel bona fide poſſeſſo.

XXXI. IDEM lib. VIII ad Plautium.

SI juſſu fructuarii aut bonæ fidei poſſeſſoris, ſervus ſtipuletur: ex [9] quibus cauſis non ſolet iis adquiri, domino adquirit. Non idem dicetur, ſi nomen ipſorum in ſtipulatione poſitum ſit.

Si duorum ſit uſusfructus in ſervo.

XXXII. IDEM lib. IX ad Plautium.

SI cum duorum uſusfructus eſſet in ſervo, [&] is ſervus uni nominatim ſtipulatus ſit ea re quæ ad utrosque pertinet: Sabinus ait, quoniam ſoli obligatus eſſet, videndum eſſe, quemadmodum alter uſuarius [10] partem ſuam recipere poſſit, quoniam inter eos nulla [11] communio juris eſſet: ſed verius eſt, utile [12] communi dividundo [13] judicio inter eos agi poſſe.

De bona fide poſſeſſo. 1. Si duo uſumfructum habeant, vel bona fide poſſideant.

XXXIII. IDEM lib. XIV ad Plautium.

SI liber homo vel alienus qui bona fide ſervit, ex re [14] alterius juſſu poſſeſſoris ſtipuletur: Julianus ait liberum quidem ſibi adquirere, ſervum vero domino: quia juſſum domino cohæreat.

§. 1. Si duo rei ſtipulandi uſumfructum in ſervo habeant, vel quibus bona fide ſerviebat, & juſſu unius à debitore ſtipuletur: ei ſoli adquirit.

De homine libero qui ſe putat ſervum.

XXXIV. JAVOLENUS lib. II ad Plautium.

SI ſervus teſtamento manumiſſus, cum ſe liberum eſſe ignoraret, & in cauſa hereditaria maneret, pecuniam heredi ſtipulatus eſt: nihil debebitur heredibus, ſi modo ſcierint eum teſtamento manumiſſum: quia non poteſt videri juſtam [15] ſervitutem ſerviſſe iis qui illum liberum eſſe non ignorabant. † Diſtat iſta cauſa ejus qui liber emptus bona fide ſervit: quia in eo & ipſius & emptoris exiſtimatio conſentit. cæterum is qui ſcit hominem liberum eſſe, quamvis ille conditionem ſuam ignoret, ne [16] poſſidere quidem eum poteſt videri.

De ſervo hereditario.

XXXV. MODESTINUS lib. VII Regularum.

SErvus hereditarius [17] & heredi [18] futuro, & hereditati [19] recte ſtipulatur.

De habito pro derelicto.

XXXVI. JAVOLENUS lib. XIV Epiſtolarum.

QUod ſervus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti: quia qui pro [20] derelicto rem habebet, omnimodo à ſe rejecit, nec poteſt ejus operibus uti, quem eo jure ad ſe pertinere noluit. quod ſi ab alio adprehenſus eſt, ſtipulatione ei adquirere poterit: nam & hæc genere [21] quodam donatio eſt. † Inter hereditarium enim ſervum, & eum qui pro derelicto habetur, plurimum intereſt: quoniam alter hereditatis jure retinetur; nec poteſt relictus videri, qui univerſo hereditatis jure continetur: alter voluntate domini derelictus, non [22] poteſt videri ad uſum ejus pertinere, à quo relictus eſt.

De ſervo communi.

XXXVII. POMPONIUS lib. III ad Quintum Mucium.

SI communis ſervus ita ſtipuletur, LUCIO TITIO, ET GAIO SEIO DARI SPONDES? qui ſunt domini illius: pro virilibus [23] partibus eis ex ſtipulatione debetur. ſi vero ita, *Dominis meis dare ſpondes?* pro parte, qua domini eſſent. ſi vero ita, *Lucio Titio, & Gaio Seio, dominis meis dare ſpondes?* dubitaretur, utrumne [24] viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur? Et intereſſet [25] quid cujus demonſtrandi gratia eſſet adjectum, & quæ pars ejus ſtipulationis principalem [26] cauſam haberet: ſed cum ad nomina prius decurſum eſt, rationabilius eſſe videtur pro virili parte ſtipulationem eis adquiri, quod dominorum vocabula [27] pro demonſtratione habeantur.

De operis.

XXXVIII. IDEM lib. V ad Quintum Mucium.

SI ſervus meus à liberto meo *operas* [28] *ſibi dari* ſtipulatur, inutilem ſtipulationem eſſe Celſus ſcribit: aliter atque ſi, non adjecto hoc verbo SIBI, ſtipulatus fuerit.

De ſervo fructuario, vel bona fide ſerviente.

XXXIX. IDEM lib. XXII ad Quintum Mucium.

CUm ſervus, in quo uſumfructum habemus, proprietatis domino [29] ex re fructuarii vel ex operis ejus nominatim ſtipuletur [30]: adquiritur domino proprietatis. ſed qua actione fructuarius reciperare [31] poſſit à domino proprietatis, requirendum eſt. Item ſi ſervus bona fide nobis ſerviat, & id quod nobis adquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit: ei adquiret. ſed qua actione id reciperare [32] poſſumus, quæremus. Et non ſine ratione eſt, quod Gaius noſter dixit, condici id in utroque caſu poſſe domino.

De collato in tempus alienationis, vel manumiſſionis, vel emancipationis.

XL. IDEM lib. XXXIII ad Quintum Mucium.

QUicquid contraxit ſervus dum nobis ſervit, etiam ſi ſtipulationem contulit in alienationem, vel manumiſſionem ſuam, tamen nobis [id] adquiſitum erit [33]: quia poteſtas ejus [34] tunc, cum id contraheretur, noſtra fuit. † Idque eſt, ſi filiusfamilias contrahat: namque etiam quod in emancipationis ſuæ tempus contulerit, nobis debebitur; ſi tamen dolo [35] malo id fecerit.

---

[5] Hereditatis aditio ad mortis tempus retrotrahitur. vide *l.* 138. *l.* 193. *ff. de regul. jur.*

[6] Sic Varro, 4 *de lingua.* Humatus dicitur mortuus, qui terra eſt obrutus, ab eo quod cum Romanus (ſic enim legit Scaliger) combuſtus eſt, aut in ſepulchrum ejus adjecta gleba non eſt: aut is os exceptum eſt mortui, ad familiam purgandam, id eſt, donec in purgando Feſtus, & Cicero, 2 *de legibus*, digitum abſcindi teſtantur: ad purgandam familiam certo genere februi, quod vocabant Exuerrias, Scalig. *ibid.*) humo non eſt opertus (neque enim ante diem octavum ſepeliebatur, ut ait Servius. Itaque intra id tempus dicebatur eſſe ſupra terram. Varro, 3 *de vita populi Romani.* v. Scaliger. *ibid.*), ut Pontifices dicunt (Pontificis enim hoc juris erat declarare, quo ritu familia funeſta eſſe deſineret, vid. Cujac. 6 *obſ.* 31.) familia funeſta manet. Hæc Varro. quibus & addi poteſt illud Ciceronis, ex 2 *de legibus.* Neque neceſſe eſt, inquit, ædifſeri à nobis, quis finis ſit funeſtæ familiæ. Res igitur tota ita habebat: Mortuus comburebatur: locus autem in quo urebatur, Uſtrina; Conditis cineribus, funus dicebatur. Ante octavum diem non ſepeliebatur: & tunc dicebatur eſſe ſuper terram. Eo intervallo juſta, & ſacrificia mortuo perſolvebantur: hoc enim gentilium fuit pro mortuis ſacrificare. Poſt denicale ſacrum humabatur. Locus ubi humabatur, ſepulchrum, & τύμβος, poſita inſcriptione ſitus, dicebatur. Hæc ſtudioſi bonarum literarum, & gratî, Joſeph. Scaligero, viro bene de literis merito, debeant. adde Briſſonium in formulis. 7 Id eſt, copulative, ut in *l.* 9. *in fin. ff. eod.* 8 Id eſt, quem alienum poſſideo. 9 Quod poſſeſſoribus quæri non poteſt, adquiritur cui poteſt, *Bartol.* adde *l.* 23. §. 2. *ff. de adq. rer.* 10 Id eſt, fructuarius, ut in *l.* 54. §. 3. *in fin. ff. de adq. rer.* quod notandum eſt, ut intelligatur, non χρηστικῶς tantum nomen ambiguum, ſed etiam uſus. v. Cujac. 10 *obſerv.* 13. 11 Nulla diviſio juris, vel inter eos ſeparata communio. Hotom. 4 *obſ.* 23. 12 Utili. *Hal.* 13 *l.* 28. §. 1. *ff. eod.* 14 V. *l.* 5. *ff. eod.* 15 Juſta ſervitus, comprobata jure, ut *l.* 6. *ff. de ſtatu homin. l.* 28. *ff. de noxalib.* alias apud Terent. in *Andria, act.* 1. *ſc.* 1. Juſta ſervitus, eſt mitis & clemens. adde 1 Gai. 1. §. 1. Theophil. *Inſt. de libertinis. in pr.* 16 *l.* 14. *ff. eod. l.* 22. *ff. de adq. rer. l.* 1. §. 6. *ff. de adq. poſſ. l.* 1. *C. de rei vind.*

17 V. *l.* 16. *l.* 51 *ff. eod.*

18 *l.* 16. *l.* 28. §. 4. *ff. eod.* etiam non expreſſo nomine.

19 Hereditas enim vice domini eſt, & dominium repræſentat.

20 V. *l.* 1. *ff. pro derelicto. l.* 38. §. 1. *ff. de noxalibus.*

21 Vid. quæ notavi ad *l.* 44. *ff. de adq. rer.*

22 Atque ita eſt ſine domino. vide *l.* 23. *ff. de liberalit.*

23 Imo, pro dominicis. *l.* 7. *ff. eod.* Goth. vid. Goedd. *de ſtipulat. ſervor. c.* 10. *num.* 55. 56. 57. 58. Anſ.

24 Utrum per viriles partes. *Haloand.*

25 *Al.* intereſt.

26 Principalis enim cauſa acceſſoriam regit.

27 V. quæ ſcripſi ad *l.* 8. *C. qui teſt.*

28 *l.* 10. *ff. de oper. libert.*

29 V. *l.* 12 *ff. eod. l.* 25. §. 6. *ff. de uſufruct.*

30 Stipulatur.

31 Recuperare.

32 Recuperator.

33 *l.* 18. *ff. de regul. jur.* Imo non erit. *l.* 46. *in fin. ff. de hered. inſtit.*

34 Id eſt, in eum poteſtas.

35 Vid. quæ notavi ad *l.* 21. *ff. de peculio.*

LIBER QUADRAGESIMUSSEXTUS.

TIT. I.

DE [1] FIDEJUSSORIBUS [2] ET MANDATORIBUS [3].

Cui obligationi fidejuſſor accedere poteſt.

I. ULPIANUS lib. XXXIX ad Sabinum.

OMni [4] obligationi fidejuſſor accedere poteſt [5].

II. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

ET commodati & depoſiti fidejuſſor accipi poteſt: & tenetur, etiam ſi apud ſervum vel pupillum depoſitum commodatumve [6] fuerit: ſed ita demum, ſi aut dolo malo aut culpa hi fecerunt, pro quibus fidejuſſum eſt.

De eo, qui ſatisdare promiſit.

III. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

QUi *ſatisdare* promiſit, ita demum impleſſe ſtipulationem ſatisdationis videtur, ſi eum dederit [7] *acceſſionis loco*, qui obligari poteſt [8] & conveniri [9]. Cæterum, ſi dederit ſervum [10] aut filiumfamilias, ex quibus [11] cauſis de peculio actio non datur; vel mulierem quæ auxilio Senatuſconſulti utitur: dicendum eſt, non eſſe impletam ſatisdationis ſtipulationem. † Plane ſi non idoneum fidejuſſorem dederit, magis eſt ut ſatisfactum ſit [12]: quia qui admiſit eum fidejubentem, idoneum eſſe comprobavit [13].

De fidejuſſore fidejuſſoris. 1. De obligatione fidejuſſoris & heredis.

IV. IDEM lib. XLV ad Sabinum.

POteſt accipi fidejuſſor ejus actionis [14], quam habiturus ſum [15] adverſus [16] eum pro quo fidejuſſi, vel mandati, vel negotiorum geſtorum. §. 1. Fidejuſſor & ipſe obligatur, & [17] heredem [18] obligatum relinquit, cum *Rei locum obtineat.*

Si fidejuſſor reo, vel reus reo ſucceſſerit.

V. IDEM lib. XLVI ad Sabinum.

GEneraliter Julianus ait, eum qui heres extitit ei, pro quo intervenerat, liberari ex cauſa *acceſſionis* [19], & ſolummodo [20] quaſi heredem reî teneri. † Denique ſcripſit, ſi fidejuſſor heres extiterit ei pro quo fidejuſſit: quaſi reum eſſe obligatum, ex cauſa fidejuſſionis liberari. Reum [21] vero reo ſuccedentem ex duabus cauſis eſſe obligatum. Nec enim poteſt reperiri, quæ obligatio quam perimat. at in fidejuſſore & reo reperitur: quia rei obligatio plenior eſt. Nam ubi [22] aliqua differentia eſt obligationum, poteſt conſtitui alteram per alteram perimi: cum vero duæ ejuſdem ſint poteſtatis, non poteſt reperiri, cur altera potius quam altera conſumeretur [23]. † Refert autem hæc ad ſpeciem, in qua vult oſtendere non [24] eſſe novum, ut duæ [25] obligationes in unius perſona concurrant. eſt autem ſpecies talis: Si reus promittendi reo promittendi heres extiterit, duas obligationes ſuſtinet. [Item] Si reus ſtipulandi exſtiterit heres rei ſtipulandi, duas ſpecies obligationis ſuſtinebit. plane ſi ex altera earum egerit, utramque conſumet: videlicet quia natura [26] obligationum duarum quas haberet, ea eſſet, ut, cum altera earum in judicium deduceretur, altera conſumeretur [27].

De fidejuſſore adjecto ex intervallo. 1. De puritate, die, conditione. 2. Cui obligationi fidejuſſor accedere poteſt.

VI. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

STipulatus ſum à reo, nec accepi fidejuſſorem; poſtea [28] volo adjicere fidejuſſorem: ſi adjecero, fidejuſſor obligatur.

§. 1. Et parvi refert, utrum pure fidejuſſorem obligem, an ex die [29], an ſub conditione. §. 2. Adhiberi autem fidejuſſor tam futuræ [30], quam præcedenti obligationi poteſt: dummodo [31] ſit aliqua, vel naturalis [32] futura obligatio.

VII. JU-

---

[1] VIII C. XLI. & *Novell.* 4. περὶ μανδατόρων ἢ ἀντιφωνητῶν. De fidejuſſoribus dotium, vide *C. Theod.* 3. *tit.* 15. de fidejuſſoribus & mandatoribus dotium, v C. XX. de fidejuſſoribus minorum, 11 C. XXIV. 7 *Eclog.* 6. tutorum vel curatorum, v C. LVII. & *ff. lib.* 27. *tit.* 7. De fidejuſſoribus, 3 *Inſt.* 21. 3 *Extra.* 22. περὶ ἐγγυητῶν. 7 *Eclog.* 14. de fidejuſſore & ſponſore, Paul. 1 *ſent.* 20. Fidejuſſor eſt, qui dicit *fidejubeo*: ſponſor, qui dicit, *ſpondeo*: fidei promiſſor, qui dicit, *fidei promitto.* Cujac. *ibid.* & Paul. 1 *ſent.* 9. §. 5. ſic *Harmen.* 3. *tit.* 6. περὶ ἐγγυητῶν ἢ ἐντιφωνητῶν. Interea tamen differunt hæc voces: *Expromiſſor* eſt, qui principaliter ſe obligat pro non obligato, ut ſervo: *Fidejuſſor* eſt, qui pro alio obligationis capace ſtipulatione ſe obſtringit: *Conſtitutor*, qui per nudum pactum. vide *ff. & C. de pecunia conſtituta. Sponſor*, qui ſponte intercedit pro alio: *mandator*, qui alteri mandat, ut credat vel fidejubeat. 2 Quæ actiones competant adverſus fidejuſſorem, vide apud Antonium Fabrum, 2 *Conjectur.* 12. 3 *d. Novell.* 4. adde *Eclog.* περὶ μανδατόρων. 26. *tit.* 1. adde 29 *Eclog.* 2. περὶ ἀντιφωνητῶν. hos Galli vocant *Reſpondans.* Porro mandator eſt, qui vel fidejuſſorem fidejubere, vel creditorem alii credere rogat.

4 Etiam natura. vide *l.* 2. *l.* 8. §. 1. & *ſeq. ff. eod.* §. 1. *Inſt. eod.* 5 7 *Eclog. ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 1. 6 Vide *l.* 1 *in fin. ff. commodati.* 7 Fidejuſſores, rei ſunt acceſſorii, ſeu obligati acceſſorie: accedunt enim alienæ obligationi. 8 Quid enim juvat eum fidejuſſorem dediſſe, qui non poſſit obligari? 9 *l.* 1. *ff. qui ſatisd.* Fidejuſſor locuples intelligitur non tantum ex facultatibus, ſed ex conveniendi facilitate. *l.* 1. *ff. ſi quis in jus vocat. l.* 2. *l.* 7. *ff. qui ſatisd.* 7 *Eclog.* 14. *cap.* 2. 10 *l.* 20. *in fin. ff. eod.* 11 Cur ita? nam ex fidejuſſione ſervi non tenetur dominus, niſi in rem domini, vel peculii fidejuſſerit, 7 *Eclog. ex lib.* 18. *tit.* 5. *cap.* 37. §. 2.

12 Dic tamen, ut in *l.* 10. *ff. qui ſatisd.* 13 *d. l.* 10. *l.* 1 §. 10. *ff. de ſeparat. l.* 5. §. 3. *in fin. ff. jud. ſolvi.* 14 Id eſt, futuræ. vide *l.* 50. *ff. de peculio.* 7 *Eclog. ex lib.* 26. *tit.* 1. *cap.* 3.

15 Quam habiturus ſum. Adverſus eum, pro quo fidejuſſi, vel mandati, vel negotiorum geſtorum actionem habeo. Græci ita dividunt hanc ſententiam, ut monet Cujacius, 8 *ad Afric. fol.* 201. idque probat *lex* 51. §. 1. *ff. de ædil.* 16 *d. l.* 51.

17 Et ſuum heredem, *vulg. Hal.*

18 *l.* 5 *ff. eod.* §. 2. *Inſt. eod. l.* 24. *C. eod. l.* 8. *C. mandati.*

19 Interceſſionis. *l.* 24. *C. eod.* Fidejuſſor reo principali ſuccedens, tenetur ut heres, non ut fidejuſſor; *l.* 3. *ff. de ſeparat. l.* 13. *ff. de duobus reis. l.* 93. *in princ. & fin. ff. de ſolut.* & ita acceſſoria obligatio extinguitur. Cur ita? quoties duæ qualitates concurrunt, quæ ſimul, & una conſiſtere non poſſunt, & (ut ita loquamur) incompatibiles ſunt, attenditur potentior & plenior. Potentior eſt autem principalis, quam acceſſoria, *ut ble. verſic. nec enim. in fin. ff. eod.* alias etiam dicitur potentior, quæ benignior. *l.* 3. *ff. de his quæ in teſt. del. l.* 18. *ff. de manumiſſ. teſtam.* quæ fovetur jure communi, non ſpeciali. vide *l.* 7. *ff. de injuſto.* quæ nocet magis, quam prodeſt, *l.* 3 *in fin.* magis prohibitiva, quam permiſſiva, *l.* 28. *ff. comm. divid. l.* 3. *ff. de ſuſpect.* & ſpecialis, quam generalis. vide *l.* 49. *in fin ff. de legat.* 3. 20 Imo, & ut heres, & ut fidejuſſor tenetur, *l.* 3. *ff. de ſeparat.* ſolve: Obligatio fidejuſſoris eo caſu plenior fuit quam rei. 21 Senſus eſt, Reus reo ſuccedens, tenetur duabus obligationibus, *ut hic.* fidejuſſor, ſeu acceſſio ſuccedens reo principali, una tantum actione tenetur. Cur tam varie? Acceſſio facile à principali tolli poteſt. Principalis æque principalem facile tollere non poteſt. Quid, ſi fidejuſſoris obligatio ſit plenior, quam principalis? vide *l.* 3. *ff. de ſeparat.* 22 *l.* 13. *ff. de duobus reis.* 23 Conſumatur. *Haloand.* 24 *l.* 21. §. 1. *ff. eod. l.* 10. *ff. de act. empt.* 25 Vide *l.* 10. *ff. de act. empt.*

26 Natura obligationum hæc eſt, ut una in judicium deducta, altera perimatur. 27 Imo, non conſumitur. *l.* 18. *in fin. ff. de pecun. conſt. l.* 18. *ff. de oblig.* 28 Fidejuſſor obligationem ſequi poteſt. §. 3. *Inſt. eod.* 29 Facit §. 5. *verſ. item ſi. Inſt. eod.* 30 Fidejuſſor præcedere obligationem non poteſt. *l.* 4. *ff. eod.* §. 3. *Inſt. eod. l.* 50. *ff. de pecul. l.* 35. *in fin. ff. de judiciis.*

31 *l.* 8. §. 6. *l.* 16. *ff. eod.* 32 *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* §. 1. *Inſt. eod. l.* 1. §. 2. *in fin. ff. de verb. oblig.*

VII. JULIANUS lib. LIII Digestorum.

QUod enim solutum repeti non potest [33], conveniens est hujus [34] naturalis obligationis fidejussorem accipi posse.

Si fidejussor Græce accipiatur. 1. Cui obligationi accedere potest. 2. Si post litem contestatam accipiatur. 4. Cui obligationi accedere potest. 7. Quatenus obligatur. 12. De fidejussore fidejussoris.

VIII. ULPIANUS lib. XLVII ad Sabinum.

GRæce [35] fidejussor [&] ita accipitur [36], τῇ ἐμῇ πίστει καλδίω [37], λήψω, θέλω, id est, *mea fide jubeo, dico, volo*, sive βούλομαι, id est, *cum destinatione quadam animi volo*: sed & si φημὶ, id est, *affirmo*, [dixerit,] pro eo erit, atque si dixerit λήψω, id est, *dico*. §. 1. Præterea sciendum [est], fidejussorem adhiberi omni obligationi posse [38], sive re [39], sive verbis, sive consensu. §. 2. Pro eo etiam qui jure [40] honorario obligatus est, posse fidejussorem accipi sciendum est. §. 3. Et post [41] litem contestatam fidejussor accipi potest: quia & civilis & naturalis subest obligatio. & hoc & Julianus admittit: eoque jure utimur. † An ergo condemnato reo exceptione uti possit, quæritur? Nam ipso jure non liberatur. Et si quidem judicati [42] actionis acceptus non est, sed tantum litis excreitationis: rectissime dicetur uti eam exceptione posse. si vero acceptus fuerit etiam totius causæ: cessabit exceptio. §. 4. A tutore, qui testamento datus est, si fuerit fidejussor [44] datus: tenetur. §. 5. Sed & si ex delicto [45] oriatur actio, magis putamus teneri fidejussorem. §. 6. Et generaliter *omnium* [46] *obligationum fidejussorem accipi posse*, nemini dubium est. §. 7. Illud commune est in universis, qui pro aliis obligantur: quod si fuerint in [47] duriorem [48] causam adhibiti, placuit eos omnino [49] non obligari: in leviorem [50] plane causam accipi possunt: Propter quod in [51] minorem summam recte fidejussor accipietur. † Item accepto reo pure, ipse [52] ex die vel sub conditione accipi potest. enimvero si reus sub conditione sit acceptus, fidejussor pure: non [53] obligabitur [54]. §. 8. Si quis Stichum stipulatus [fuerit,] fidejussorem ita acceperit, STICHUM AUT [55] DECEM FIDE TUA JUBES? non obligari fidejussorem Julianus ait, quia durior ejus fit conditio: utpote cum futurum sit, ut mortuo [56] Sticho teneatur [57]. Marcellus autem notat, non ideo tantum non obligari, quia in duriorem conditionem acceptus est. sed quia [&] in aliam [58] potius obligationem acceptus est. denique pro eo qui decem promiserit, non poterit fidejussor ita accipi, ut *decem aut Stichum* promittat: quamvis eo casu non [59] fit ejus durior conditio. §. 9. Idem Julianus ait: Si is, qui hominem aut decem dari stipulatus fuerat, fidejussorem ita acceperit, HOMINEM AUT DECEM, UTRUM EGO VELIM? non obligabit eum: quia durior [60] ejus conditio facta est. §. 10. Contra [61] autem, si is, qui *hominem aut decem, utrum ipse stipulator volet*, stipulatus est: recte fidejussorem ita accipiet, DECEM AUT HOMINEM, UTRUM TU VOLES? fit enim (inquit) hoc modo fidejussoris conditio melior [62]. §. 11. Sed etsi reum sic interrogavero, STICHUM ET PAMPHILUM [63]? fidejussorem, STICHUM AUT PAMPHILUM? recte interrogem: quia levior [64] fidejussoris conditio est.

§. 12. Pro fidejussore [65] fidejussorem accipi, nequaquam dubium est.

De fidejubente pro parte.

IX. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

FIdejussores & in partem [66] pecuniæ, & in partem rei recte accipi possunt.

De beneficio divisionis. 2. De filio fidejubente pro patre.

X. ULPIANUS lib. VII Disputationum.

SI dubiter creditor, an fidejussores solvendo sint, & unus ab eo electus, paratus sit offerre [67] cautionem, ut suo periculo confidejussores [68] conveniantur in parte: dico audiendum [69] eum esse: ita tamen [70] & si satisdationes offerat, & omnes confidejussores, qui idonei esse dicuntur, præsto sint. nec enim semper facilis est nominis emptio [71], cum numeratio totius debiti non sit in expedito. §. 1. Ita demum inter fidejussores dividitur actio, si [72] non inficientur: nam inficiantibus auxilium divisionis non est indulgendum. §. 2. Filiusfamilias pro [73] patre poterit fidejubere: nec erit sine effectu hæc fidejussio. primo quidem quod sui juris effectus poterit teneri in id [74], quod facere potest: dein, quod & dum in potestate manet, condemnari potest. Sed an pater ex hac causa *quod jussu*, teneatur, videamus? Et puto ad omnes contractus *quod jussu* [75] etiam referri. sed si ignorante patre pro eo fidejusserit, cessat ista actio: tamen quasi in rem patris versum sit, potest agi cum patre. Plane si [is] emancipatus solverit [76], utilis ei actio debebit competere: in potestate etiam manenti eadem actio competit, nisi de peculio castrensi pro patre solverit.

Ad Senatusconsultum Macedonianum.

XI. JULIANUS lib. XII Digestorum.

QUi contra Senatusconsultum [77] filiofamilias crediderit, mortuo [78] eo, fidejussorem à patre accipere non potest: quia neque civilem [79] neque honorariam adversus patrem actionem habet; nec est ulla [80] hereditas, cujus nomine fidejussores obligari possent [81].

De peculio.

XII. IDEM lib. XLIII Digestorum.

PLane ejus actionis nomine, quæ [82] de peculio adversus eum competit, fidejussor recte accipitur.

De mandatore.

XIII. IDEM lib. XIV Digestorum.

SI, mandatu meo, Titio decem crediderit, & mecum mandati egeris: non [83] liberabitur Titius. sed ego ibi non aliter condemnari debebo, quam [84] si actiones, quas adversus Titium habes, mihi præstiteris. Item si cum Titio egeris, ego non [85] liberabor: sed [86] in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio servare non potueris.

Si reus successerit fidejussori.

XIV. IDEM lib. XLVII Digestorum.

CUm reus promittendi fidejussori suo heres [87] exstitit, obligatio fidejussoria perimitur: quid ergo est? tanquam [88] à reo debitum petatur, & si [89] exceptione fidejussori competente [90] usus fuerit, in factum replicatio dari debebit, aut doli mali proderit.

Si reus nolit fidejussorem uti exceptione. 1. Si unus ex fidejussoribus aliquid dederit, ne à se peteretur.

XV. IDEM lib. LI Digestorum.

SI stipulatus esses à me sine [91] causa, & fidejussorem dedissem, & nollem eum exceptione uti, sed potius solvere, ut mecum mandati [92] judicio ageret [93]: fidejussori, etiam invito [94] me, exceptio dari debet. interest enim ejus, pecuniam retinere [95] potius, quam solutam stipulatori à reo repetere. §. 1. Si ex duobus, qui apud te fidejusserant in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit vel promiserit: nec [96] alter liberabitur. &, si ab altero quindecim petere instituerit, nulla exceptione summoveris: reliqua autem quinque si à priore fidejussore petere instituerit, doli mali exceptione summoveris.

De eo, apud quem reus non est obligatus. 1. De eo, quod certo loco dari *debet. 3. Cui obligationi fidejussor accedere potest. 4. De naturali obligatione. 5. De die & conditione. 6. De fidejussione*, si reus non solverit.

XVI. IDEM lib. LIII Digestorum.

FIdejussor obligari non potest ei [97] apud quem reus promittendi obligatus non est. Quare [si] servus communis Titii & Sempronii nominatim Titio dari stipulatus fuerit, & fidejussorem ita interrogaverit, TITIO AUT SEMPRONIO ID DARE SPONDES? Titius quidem petere à fidejussore poterit: Sempronii vero persona in hoc solum interposita videbitur, ut solvi ei ante litem contestatam, & ignorante vel invito Titio, possit.

§. 1. Qui *certo loco dari* promisit, aliquatenus duriori conditioni obligatur, quam si pure interrogatus fuisset: nullo [98] enim loco alio, quam in quem promisit, solvere invito stipulatore potest. Quare si reum pure interrogavero, & fidejussorem cum [99] adjectione loci accepero, non obligabitur fidejussor. §. 2. Sed & si reus Romæ constitutus, *Capuæ dari* promiserit, fidejussor [100] Ephesi: perinde non obligabitur fidejussor, ac si reus sub conditione promisisset, fidejussor autem in diem certam vel pure [promisisset]. §. 3. Fidejussor accipi potest, quotiens est aliqua obligatio civilis [1] vel naturalis, cui applicetur. §. 4. *Naturales* [2] *obligationes* non eo solo æstimantur, si actio aliqua eorum nomine competit: verumetiam cum [3] soluta pecunia repeti non potest. Nam licet minus proprie debere dicantur naturales debitores, per [4] abusionem intelligi possunt debitores: & qui ab his pecuniam recipiunt, debitum [5] sibi recepisse. §. 5. Stipulatione in diem concepta, fidejussori si [6] sub conditione acceptus fuerit: jus ejus in pendenti erit. ut, si ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur: si concurreret [7] dies & conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur. §. 6. Cum fidejussor hoc modo [8] acceptus esset, SI REUS QUADRAGINTA, quæ ei credidit, NON SOLVERIT, FIDE TUA ESSE JUBES? verisimile est id actum, ut cum appellatus reus non solvisset, fidejussor teneretur [9]. sed & si reus, antequam appellaretur, decessisset [10], fidejussor obligatus erit: quia hoc quoque casu verum esset reum non solvisse.

De actione cedenda fidejussori.

XVII. IDEM lib. LXXXIX Digestorum.

FIdejussoribus succurri solet, ut *stipulator* compellatur ei qui solidum solvere paratus est, vendere [11] cæterorum nomina.

De delegatione.

XVIII. IDEM lib. XC Digestorum.

QUi debitorem suum delegat [12], pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur: & ideo si fidejussor debitorem suum delegaverit, quamvis eum qui solvendo non erat, confestim mandati [13] agere potest.

De

---

33 Hæc nota & hoc effectu dignoscitur naturalis obligatio. *l.* 10. ff. *de oblig.*

34 Hujusmodi. *vulg. Hal.* Naturali obligationi fidejussor accedere potest.

35 *l.* 12. *C. eod.* §. 7. *Inst. eod.* vid. *l.* 11. ff. *de legat.* 3. v. *l.* 1. §. *ult.* ff. *de verb. oblig.* Goth. Ad hanc l. vide Anton. Merend. *controv. lib.* 1. *c.* 7. & Petr. Bellapert. *dic.* Aust.

36 ἐντιλοῦμαι, ἐγγυῶμαι. sed & si dixerit quis χρήσομαι, δίδω, perinde erit, ac si dixerit, ἐγγυῶμαι. Hugo à Porta.

37 Ita legit etiam Theophilus. πιλῶν ἐγὼ, *Halos.* ita quoque legitur in §. 7. *Inst. eod.*

38 *l.* 1. ff. *eod.*

39 §. 1. *Inst. eod.*

40 V. *l.* 52. §. 6. ff. *de obligat.*

41 Hanc speciem negat Bart. alibi reperiri, sed male. v. *l.* 50. §. 2. ff. *de pecul.* facit *l.* 1. ff. *si ex noxal.*

42 Totius causæ, si in universam causam fidejussit.

43 Fidejussor judicio sisti non tenetur post definitivam sententiam: fidejussor totius causæ tenetur.

44 Rem pupilli salvam fore sc. *l.* 4. §. 2. ff. *rem pupilli.*

45 V. *l.* 70. §. *ult.* ff. *eod.*

46 *l.* 1. ff. *eod.* Idem est in pignore. *l.* 5. ff. *de pignoribus.*

47 Imo obligabitur. *arg. l.* 13. §. 5. ff. *de pignorib.*

48 V. §. 5. *Inst. eod.* 7 *Eclog. ex lib.* 7. *tit.* 1. *c.* 7. §. 9. adde exceptionem ex *l.* 42. ff. *eod.* & *l.* 9. *C. de non numerata.*

49 Eos non omnino obligari. *Hal.* Enunciationis utriusque diversitas est quædam. Qui omnino non obligatur, nullo modo obligatur: qui autem non omnino, aliquatenus obligari potest. Haloandri lectionem probat Minsing. ad §. 5. *Inst. eod.* sed tamen interpretari possis omnino, id est, in solidum. Cæterum hujus sententiæ quæstiones vide apud Socin. *reg.* 146.

50 *l.* 9. ff. *eod.* Goth. Hanc Haloandri transpositionem improbat Russard. Et facit *l.* 11. §. 4. ff. *de interrog. in jure.* Ubi eadem verba pro absolute negativis accipi, dubium non est. Usus tamen contrariam sententiam ut æquiorem probat, quod nimirum fidejussor ad majorem summam se obligans quam principalis debet, ad concurrentem teneatur. neque obstant verba legis, *omnino non*, quæ restringi debent ad præcedentia verba, *in duriorem partem*: ita ut omnino non, id est, nullo modo in duriorem partem obligetur: In leviorem concurrentem obligari possit, si scilicet stipulatio sit dividua. *arg. l.* 1. §. 4. ff. *de verb. oblig.* Secus si individua, de qua *l.* 83. §. 2. ff. *de verb. oblig.* Vide Censur. Forens. *lib.* 4. *c.* 17. *n.* 8. 9. S. L.

51 Supervacua adhibita contractus naturam vitiant. dixi ad *l.* 17. *C. de testam.*

52 §. 5. *vers. Item si illud. Inst. eod.*

53 Plus enim est pure, quam sub conditione obligari.

54 Et ita in partem. *l.* 9. ff. *eod.*

55 Alternativæ obligationi fidejussor accedere non potest.

56 *l.* 34. *in fin.* ff. *eod.*

57 In decem scil.

58 Aliud est in duriorem, aliud in aliam conditionem accipi seu obligari: hoc illo latius est, ideoque fidejussor non tenetur. facit *l.* 42. ff. *eod.*

59 Imo fit: nam duæ sunt res in obligatione fidejussoris. *l.* 128. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* una in obligatione principali.

60 Tollitur enim electio fidejussori, quæ reo principali competit.

61 Valet stipulatio sc.

62 Quia electio quæ reo principali adempta est, hic conceditur fidejussori.

63 Dare spondes?

64 Levior est ejus conditio, qui disjunctive obligatur, quam qui conjunctive: in hujus obligatione duæ res sunt, in illius obligatione unica.

65 Primo, secundo, tertio, & sic deinceps: quanquam id raro accidat.

66 Sic reus in fundum, fidejussor in usumfructum, obligari potest. v. *l.* 70. § 2. ff. *eod.* adde *l.* 8. §. 7. ff. *eod.* §. 5. *Inst. eod.* sic pignus in partem dari potest pensionis. *l.* 5. §. 1. ff. *quib. ex caus. tacite pignus.*

67 V. *l.* 3 §. 6. ff. *quod vi aut clam.*

68 Cæteri fidejussores conveniantur in partem. *Hal.*

69 Nota, fidejussori competere triplex beneficium: Excussionis sive discussionis, quoties creditor dubitat an reliqui fidejussores sint solvendo. Item Epistolæ D. Hadriani, quoties certum est eos esse solvendo. Tertium beneficium cedendarum, quoties vult universum debitum solvere, & jura sibi cedi adversus confidejussores. v. Bald. *hic.*

70 Ita tamen, ut & satisdationes. *Hal.*

71 Solvens pro alio, emere ejus nomen videtur.

72 Adde *l.* 67. *in fin.* ff. *pro socio.*

73 *l.* 8. *C. eod. l.* 9. *C. quod cum eo.*

74 In id, quod fecit. Emanuël Zoares, 1 *obs.* 17. motus Harmenop. loco 3. *tit.* 6. ubi ita legitur, ἐς ὅσον ἐποίησεν ὑπεξούσιος, quo non moveri debuit. Nam ἐς ὅσον ὑπεξούσιος ἐποίησεν, Basilicis. 7 *Eclog. ex lib.* 26. *tit.* 1. *c.* 9. § 3. aliud est quam in id, quod facere potest. v. Cujac. 9 *obs.* 17. *in pr.*

75 *l.* 1. ff. *quod jussu.*

76 *l.* 78. ff. *de verb. oblig.*

77 Macedonianum.

78 *l.* 18. ff. *ad SC. Macedon.*

79 Ubi neque civilis, neque honoraria est obligatio, ibi fidejussor accipi non potest.

80 Est hodie quædam hereditas. v. *Nov.* 118. *c.* 1.

81 Possint. *Hal.*

82 *l.* 35. ff. *eod. l.* 3. §. 9. ff. *de pecul.*

83 Imo liberabitur. v. *l.* 5. *in fin.* ff. *eod.*

84 V. *l.* 36 ff. *eod.*

85 *l.* 71. ff. *eod.*

86 *l.* 68. *in fin.* ff. *eod. l.* 27. *in fin.* ff. *mandati.*

87 *l.* 93. *in fin.* ff. *de solut.*

88 Si tanquam. *Hal.*

89 Reus principalis fidejussori suo succedens non potest adversus creditorem uti ea exceptione, qua fidejussor uti adversus eum potuit. Quid, si usus fuerit? in factum aut doli mali replicatione summovebitur.

90 Non competente. Ita legit & emendat Anton. Faber, 1 *conject.* 5. quem vide.

91 Stipulatio sine causa est inefficax. *l.* 2. §. 3. ff. *de doli mali.*

92 Competit enim mandati judicium fidejussori adversus reum. *l.* 4. ff. *eod.*

93 Ageretur. *vulg. Hal.*

94 Fidejussor potest uti exceptione adversus contractum inefficacem invito debitore, seu reo principali. Item reus non potest contractum ineficacem confirmare in præjudicium fidejussoris.

95 *l.* 3. ff. *de compensat.*

96 Confidejussori non prodest. *l.* 23. ff. *de pact.*

97 Hujus rei exempla peti possunt ex *l.* 39. 46. 56. 70. §. 5. ff. *eod. l.* 7. ff. *de except. l.* 1. §. 2. *in fin.* ff. *de verbor. oblig. l.* 1. *C. de except.* §. 4. *Inst. de replicationib. Nov.* 51. *in pr.*

98 V. *l.* 9. ff. *de eo quod certo loco. v. l.* 122. ff. *de verbor. oblig.*

99 Quia levior est ejus obligatio qui pure, quam qui certo loco dare promittit. Levius autem obligari reus non potest, quam fidejussor.

100 Quo remotiori loco promittimus, eo durius obligamur: hinc fit, ut fidejussor remotiori loco quam reus obligari non possit.

1 *l.* 6. *in fin.* ff. *eod.* §. 1. *Inst. eod. l.* 13. ff. *de cond. indeb. l.* 14. *in fin.* ff. *de pignorib. l.* 9. 40. ff. *de SC. Macedon.*

l. 1. §. 7. ff. *de pecun. constit.*

2 V. *l.* 10. ff. *de obligat. & action.* Porro hunc paragraphum Hotom. 3 *obs.* 5. putat ex glossa in textum irrepisse, & ex *l.* 10. ff. *de obligat. & actionib.* huc translatum esse.

3 V. *l.* 7. ff. *eod.*

4 Qui natura debet, non proprie, sed abusive debitor intelligitur. *l.* 10. *in fin.* ff. *de verb. sign.* Cur proprie aut abusive? proprium id dici non potest, quod effectum non habet. Naturalis obligatio Jure civili actionis effectum non habet. Qui judicio conveniri potest, proprie debitor est: hinc crediti appellatio proprie non pertinet ad eam pœnam quæ peti non potest, sed tantum repeti. *l.* 94. *in fin.* ff. *de solut.*

5 Qui naturali jure debitum recipit, suum recepisse intelligitur.

6 Sensus est: Qui sub incerta conditione obligatur, durius obligatur, quam qui sub certa. Incerta quolibet momento evenire potest: Certæ eventus suo tempore tantum accidit. Ideoque reus principalis sub certa, fidejussor sub incerta conditione obligari non potest, ne alioquin durius, quam reus principalis obligetur. Et tamen ejus stipulationis non omnino vanus & irritus est effectus. Nam si fidejussoris conditio ante rei conditionem evenit, non obligatur: si in diem tempus incidit, vel post evenit, obligatur.

7 Si concurrerit. *vulg. Hal.*

8 Vide Scholium apud Harmenopulum, 3. *tit.* 6. *l.* 48. ff. *de verbor. obligat.*

9 Nam mora rei fidejussori nocet. *l.* 49. §. 1. *l.* 88. ff. *de verb. oblig.* Reus qui interpellatus non solvit, moram commisit. *l.* 32. ff. *de usur.*

10 Sensus est, conditio imposita fidejussori, *si reus non solverit*, ita accipitur, si vivus non solverit. vide quæ notavi ad *l.* 122. §. 4. *in fin.* ff. *de verbor. obligat.*

11 Cedere. *Haloand.* Creditor fidejussori solventi cedere debet actiones, quas habet in reliquos fidejussores. Et hoc quidem est beneficium, quod *cedendarum actionum* interpretes vocant, quo fidejussor unus solvens, in confidejussores utitur ad viriles portiones. Est autem hujus generis, ut fidejussor possit solutionem denegare creditori, antequam actiones ab eo cessas accipiat. Post solutionem vero creditor nullam actionem habet, ideoque fidejussori, qui solverit, nihil potest cedi: nisi forte solutionem præcesserit pactum de cedendis actionibus. Hæc beneficia fidejussoribus competunt adversus creditorem, ut scilicet primo discutiat reum principalem (hoc beneficium ordinis dicitur) ut actionem suam æqualiter dividat adversus omnes fidejussores (hoc beneficium divisionis, seu epistolæ Divi Hadriani Notariis notissimum) ut accepta pecunia ab uno fidejussore, cedat ei actiones adversus reliquos (hoc beneficium, *cedendarum actionum* vocatur). Adversus reum ipsum principalem, vel mandati, vel negotiorum gestorum actione uti potest. ff. *l.* 4. ff. *eod. l.* 39. *l.* 41. *in fin.* ff. *eod. l.* 11. *C. eod. l.* 76. ff. *de solut.* 7 *Eclog. ex lib.* 26. *tit.* 1. *c.* 37. Goth. Vide Hartmann. Pistor. *quæst.* 48. Aust.

12 Delegatio solutio est. Solvit, qui delegat suum debitorem. *l.* 22. §. 2. ff. *mandati. l.* 2. *C. de novat.* vide quæ notavi ad *l.* 8. §. 2. ff. *ad Velleian.*

13 Adversus reum principalem scil. *l.* 4. ff. *eod.*

De servo fidejussore.

XIX. IDEM lib. IV ex Minicio.

SErvus inscio domino pro quodam fidefusserat, & eo nomine pecuniam solverat. Quærebatur dominus posseтne ab eo, cui soluta esset, repetere? Respondit: interest [13] quo nomine fidejusserit. nam si [14] ex causa peculiari fidejussit, tunc id quod ex peculio solverit, repetere dominus non poterit; quod [15] ex dominica causa solverit, vindicabitur: si vero extra [16] causam peculii fidejusserit, quod ex pecunia dominica solverit, æque vindicabitur; quod ex peculio, condici poterit.

XX. JAVOLENUS lib. XIII Epistolarum.

SEd [&] si servi dominus pecuniam solverit, repetere eam non ab eo pro quo fidejussit, sed ab eo cui numeravit, poterit: cum servus fidejussionis nomine obligari non [17] possit [18]. Sequitur ergo ut ab eo, pro quo fidejusserat, repeti non posset [19]: cum ipse ære alieno obligatus sit, nec solutione liberari ejus pecuniæ nomine potuerit, cujus obligatio ad servum non pertinuit.

De Senatusconsulto Trebelliano. De bonor. possess. contra tab. 1. De eo qui duabus fidejussionibus tenetur. 2. De servo manumisso. 3. Si reus vel fidejussor stipulatori successerit. De possessione rerum debitoris data creditori. 4. De eo qui duabus fidejussionibus tenetur. 5. Si fidejussor stipulatoris heres extiterit.

XXI. AFRICANUS lib. VII [20] Quæstionum.

HEres à debitore hereditario fidejussorem accepit, deinde hereditatem ex Trebelliano restituit: fidejussoris obligationem in suo statu manere [21] ait. Idemque in hac causa servandum, quod servaretur, cum heres, contra quem emancipatus filius bonorum possessionem accepit, fidejussorem accepit. Ideoque in utraque specie transeunt actiones. §. 1. Non est novum [22] ut fidejussor duabus obligationibus ejusdem pecuniæ nomine teneatur. nam si in diem acceptus, mox pure accipiatur, ex utraque obligatur: & si fidejussor confidejussori heres extiterit, idem erit.

§. 2. Servo tuo pecuniam credidi, eum tu manumisisti, deinde [23] eundem fidejussorem accepi: si quidem in eam obligationem fidejubeat, quæ adversus te intra [24] annum sit, obligari eum ait: sin vero in naturalem suam, potius [25] ut nihil agatur; non enim intelligi posse, ut quis pro [26] se fidejubendo obligetur. † Quod si hic servus manumissus [27], fidejussori suo heres exstitat, durare causam fidejussionis putavit: & tamen nihilominus naturalem [28] obligationem mansuram; ut si obligatio civilis pereat, solutum repetere non [29] possit. nec his contrarium esse, quod cum reus fidejussori heres exsitat, fidejussoria obligatio tollatur: quia tunc duplex obligatio civilis cum eodem esse non potest. Retro [30] quoque si fidejussor servo manumisso heres exstiterit, eadem adversus eum obligatio manet: quamvis & naturaliter teneatur, nec pro se quis fidejubere possit. §. 3. Quod si stipulator [31] reum heredem instituerit, omnimodo fidejussoris obligationem peremit, sive civilis, sive tantum naturalis in reum fuisset: quoniam quidem nemo potest apud eundem pro ipso obligatus esse. Quod si idem stipulator fidejussorem heredem scripserit, proculdubio solam fidejussoris obligationem peremit. Argumentum rei [32], quod si possessio rerum debitoris data [33] sit creditori: æque dicendum est fidejussorem manere [34] obligatum. §. 4. Cum [&] tu & Titius ejusdem pecuniæ rei essetis, eum qui pro te fidejussit [35], posse & pro Titio fidejubere [36] respondit: quamvis eandem pecuniam eidem debiturus sit. nec tamen inanem eam creditori futuram: nonnullis enim casibus emolumentum habituram: veluti si ei pro quo ante fidejussisset, heres exsitat; tunc enim confusa prima obligatione, posteriorem duraturam. §. 5. Cum fidejussor reo stipulandi heres extiterit, quæritur an, quasi ipse à se exegerit, habeat adversus reum mandati actionem? Respondit, cum reus obligatus maneat, non posse intelligi ipsum à se fidejussorem pecuniam exegisse: itaque ex stipulatu potius [37] quam mandati [38] agere debebit.

De hereditate jacente. De universitate.

XXII. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

MOrtuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem fidejussor accipi potest: quia hereditas personæ [39] vice [40] fungitur; sicuti municipium [41], & decuria [42], & societas.

De adjecto solutioni.

XXIII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

SI *mihi aut Titio decem?* stipulatus fuerim, Titius fidejussorem accipere non potest; quia solutionis [43] tantum causa adjectus est.

Si reus intercessori heres ex parte extiterit.

XXIV. MARCELLUS libro sing. Responsorum.

LUcius Titius, cum pro Seio fratre suo apud Septicium intervenire vellet, epistolam [44] ita emisit: *Si petierit à te frater meus, peto des ei nummos fide & [45] periculo meo.* Post quam epistolam Septicius Seio pecuniam numeravit: deinde Titius inter reliquos & Seium fratrem pro tertia parte reliquit heredem. Quæro an, quia adversus Seium debitorem Septicii confusa [46] sit actio pro tertia parte qua Titio fratri suo heres extitit, cum coheredibus ejus agere in solidum possit? Marcellus respondit, cum coherede Seii non pro majore, quam hereditaria parte, mandati agi posse.

De fidejussore pupilli, prodigi, furiosi.

XXV. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

MArcellus scribit, si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato [47], prodigove, vel [48] furioso [49] fidejusserit: magis esse, ut [50] ei non subveniatur [51]: quoniam [52] his mandati [53] actio non competit.

De beneficio divisionis.

XXVI. GAIUS lib. VIII ad Edictum provinciale.

INter fidejussores non ipso jure [54] dividitur [55] obligatio ex epistola D. Hadriani [56]: & ideo si quis eorum ante exactam [57] a se partem sine [58] herede decesserit, vel ad inopiam pervenerit, pars ejus ad [59] cæterorum onus respicit.

XXVII. ULPIANUS lib. XXII ad Edictum.

SI plures sint fidejussores, unus pure, alius in diem, vel sub conditionem acceptus [60]: succurri oportet ei, qui pure acceptus est, dum existere conditio potest: scilicet ut interim in virilem conveniatur. sed si, cum conditio extitit, non est solvendo [61], qui sub conditione acceptus est: restituendam actionem in pure acceptum, Pomponius scribit. §. 1. Præterea si fidejussor [62] extiterit fidejussori [63], sive plures: æque [64] hic quoque pertinebit ad eandem causam. In quorum persona æque locum habebunt ea quæ sunt à Divo Hadriano constituta.

§. 2. Præterea si quæratur an solvendo sit principalis fidejussor: etiam [65] vires [66] sequentis fidejussoris ei adgregandæ sunt.

§. 3. Sicut ipsi fidejussori, ita heredibus [67] quoque eorum succurrendum, Pomponius scribit. §. 4. Si fidejussor fuerit principalis, & fidejussor fidejussoris: non poterit desiderare fidejussor, ut inter se & eum [68] fidejussorem pro [69] quo fidejussit, dividatur obligatio: ille enim loco [70] rei est: nec potest reus [71] desiderare, *ut inter se & fidejussorem dividatur obligatio.* Proinde si ex duobus fidejussoribus alter fidejussorem dederit, adversus eum quidem non dividitur obligatio, pro quo intervenit: adversus confidejussorem [72] magis est ut dividatur.

XXVIII. PAULUS lib. XXV ad Edictum.

SI contendat [73] fidejussor cæteros solvendo esse [74]: etiam exceptionem [75] ei dandam, *Si non & illi solvendo sint.*

De conditione impossibili.

XXIX. IDEM lib. XVIII ad Edictum.

SI sub impossibili [76] conditione stipulatus sim, fidejussor adhiberi non potest [77].

De ignorantia rei principalis.

XXX. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

FIdejubere pro alio potest quisque, etiam [78] si promissor ignoret [79].

De solutione ante diem.

XXXI. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

SI fidejussor, vel quis alius pro reo ante [80] diem creditori solverit: exspectare [81] debebit diem quo eum solvere oportuit.

De exceptionibus.

XXXII. IDEM lib. LXXVI ad Edictum.

EX persona [82] rei & quidem invito [83] reo, exceptio & cætera rei commoda fidejussori, cæterisque accessionibus [84] competere potest [85].

Si hominem petitum reus liberum heredemque reliquerit.

XXXIII. IDEM lib. LXXVII ad Edictum.

SI eum hominem quem à Titio petieram, pro quo satis de lite [86] acceperam, Titius liberum heredemque reliquerit: si quidem re vera ipsius fuit, dicendum est judicium in eum [87] transferri; & si non patiatur id fieri, committi stipulationem. si autem [88] meus petitoris fuit, neque jussu meo hereditatem adierit, fidejussores tenebuntur ob rem non defensam: si autem adierit me jubente, stipulatio evanescit [89]. Plane si meus fuerit, & idcirco differam additionem, ut cum vicero, tunc eum jubeam adire, & interim ob rem non defensam agere velim: non committitur stipulatio: quia vir bonus non [90] arbitraretur.

Quatenus intercessores obligantur.

XXXIV. PAULUS lib. LXXII ad Edictum.

HI qui accessionis loco promittunt, in leviorem causam accipi possunt, in deteriorem [91] non possunt. Ideo si à reo mihi stipulatus sim, à fidejussore mihi aut Titio, meliorem [92] causam esse fidejussoris Julianus putat: quia potest vel Titio solvere. Quod si *à reo mihi aut Titio* stipulatus, à fidejussore mihi tantum interrogem: in deteriorem causam acceptum fidejussorem Julianus ait. † Quid ergo, si à reo Stichum aut Pamphilum, à fidejussore Stichum interrogem? utrum in deteriorem causam acceptus est sublata electione, an in meliorem? quod & verum est: quia mortuo eo liberari potest [93].

De fidejussore servi, vel domini de peculio obligati.

XXXV. IDEM lib. II ad Plautium.

CUm fidejubeat aliquis pro servo, in solidum tenetur, etiam si nihil in peculio sit: plane si pro domino fidejubeat, cum quo de

13 In servo fil. non in filiofamil. vide *l. 3. §. 9. in fin. ff. de pecun.*

14 Generali mandato non continetur potestas fidejubendi, nisi ipsa fidejussio pertineat ad res commissas vel mandatas

15 Quod si ex dominica. *vulgat. Hal.* id est, ex non peculiari.

16 V. quæ notavi ad *l. 54. ff. mandati.*

17 *l. 3. ff. eod.*

18 Creditor sc. An naturaliter? negat Accurs. negat etiam Bartol. vel ideo quod Lex restitat ejus obligationi. Assentior Decio in *d. l. 22.* existimanti servum naturaliter obligari, quia consensit. *l. 21. §. 2. ff. eod. l. 13. l. 64. ff. de cond. indeb. l. 14. ff. de obl.*

19 Non possit. *vulg. Hal.*

20 Vid. Cujac. *ad Afric. fol. 133. & seq.*

21 Actiones quas heres ipse quæsiit, non transeunt in fideicommissarium, cumve qui contra tabulas venit, nisi facta cessione. vide *l. 73. ff. ad Trebell.*

22 *l. 10. ff. de act. empt. l. 13. ff. de dubb. reis.*

23 Postquam tu eum manumisisti.

24 De peculio actio datur in dominum post manumissionem servi intra annum. vid. *l. 1. §. 6. ff. quando de peculio actio.*

25 Potius est, ut nihil.

26 Secus, pro alio. vide *l. 19. ff. ad Velleian.*

27 Manumissus fidejussorem dederit, deinde fidejussori suo. *Hal.* vid. *l. 95. §. 3. ff. de solut.*

28 Vid. quæ notavi ad *l. 20 in fin. ff. eod.*

29 *l. 83. ff. de solut. l. 13. ff. de cond. indeb.*

30 *V. l. 60. ff. de cond. & demonstr.*

31 *l. 71. in fin. pr. ff. eod. l. 95. §. 2. ff. de solut.*

32 Rei, hoc est, quod. *Hal.*

33 Et bona vendita.

34 Non manere. Ita legit & emendat Anton. Faber. *2 conject. 17. quem vide.*

35 Separatim sc.

36 Etiam separatim.

37 Id est, ut stipulatoris heres, non ut fidejussor quondam apud eundem.

38 Imo mandati aget. *l. 11. ff. mandati.*

39 Fidejussor dari potest pro persona repræsentata. *v. Alberic.*

40 Vid. *l. 31. in fin. ff. de hered. inst.*

41 Municipium, decuria, societas, licet pluribus personis constent, unius tamen personæ vicem sustinent.

42 Curia. vide *l. 1. C. de decurr. urb. Romæ.* dixi ad *l. 25. §. 1. ff. de adquir. hered. l. 3. §. 4. ff. de bonorum possess.* 43 *l. 56. §. 2. ff. de verborum obligation.* 44 Literæ præjudicant scribenti. 45 *l. 12. §. 13. ff. mandati.* Quid de literis commendatoriis, quas credentiæ hodie vulgus appellat, dicendum? utique familiares, etiam commendatoriæ non obligant. *l. 12. §. 12. ff. mandati. l. ultim. C. quod cum eo.* Si tamen quis scripserit fraudulenter, idoneo homini extraneo pecuniam credi, obligatur. *l. 7. in fin. ff. de dolo.* Quid, si procuratori tuo, institori & similibus personis bene credi scripseris? teneris, *l. 5. §. 10. ff. de institoria.* multo magis si eis (ut tuæ voluntatis conscriis) fidem adhiberi mandaveris.

46 Quatenus reus debendi succedit mandatori, eatenus confunditur actio mandati.

47 Potest enim jure obligari pupillus & furiosus ex delicto, vel quasi contractu, *l. 46. ff. de obligat. & actionib.* eoque casu non subvenitur fidejussori, *l. 70. §. 4. in fin. ff. eod.* ex stipulatione vero hujusmodi personæ obligari non possunt, *l. 6. ff. de verborum obligationib.* & ita leges contrariæ conciliandæ sunt. vide *Cujac.* adde *l. 6. ff. de verborum obligationibus.* Gothofr. Adde Leonin. *emendat. lib. 1. cap. 19. num. 1.* & Goedd. *de contr. stipulat. cap. 7. num. 131.* Auct.

48 Privilegia minoribus concessa, ad prodigos & furiosos extenduntur. 49 Obligatio sine curatoris sui auctoritate seii.

50 *Ut non ei subveniatur.* pet in integrum restitutionem sc. *quoniam hic* (fidejussorib. sc.) *& mandati*, &c. Contius *2 lect. 3.* Revard. *2 variar. 9.* legit *ut ideo subrogamatur*, quo nomine à Roberto reprehenditur, *2 recept. ult.*

51 Adversus stipulatorem.

52 Quamvis mandati actio non competat. Cujac. ad *l. 19. ff. de usurp.* Id est, quamvis mandati actioni is non habeat. Verus sensus est, pro pupillo, furioso & prodigo sine tutore jure obligatis recte intervenit fidejussor. Denique fidejussor tenetur, etiamsi in pupillum, &c. mandati actionem non habeat.

53 *l. 2. §. de pign.*

54 Sed per exceptionem. *l. 28. ff. eod.* Quæ ipso jure divisa sunt, semper sunt divisa. Quæ divisa sunt ope exceptionis, ante exceptionem oppositam non censentur divisa.

55 De beneficio cedendarum actionum, dixi ad *l. 16. ff. eod.* De beneficio ordinis dicam ad *Novell. 4. cap. 1.* Hic autem agitur de beneficio divisionis seu epistolæ D. Hadriani. de beneficio divisionis agitur expresse in *l. 27. §. 1. in l. 28. ff. eod. l. 10. in fin. C. eod.* utrumque notariis admodum notum est & familiare: dum creditorum gratia cavere vel stipulari solent, ut fidejussores diversis verbis beneficio divisionis & epistolæ D. Hadriani renuncient. Beneficium divisionis datum fidejussoribus extensum est à Justiniano ad correos constituitæ pecuniæ, *l. ult. C. de const.* & tandem ad correos ipsos debendi principales. *Novell. 99.*

56 Epistolæ hujus fit mentio in *§. 4. Inst. eod. l. ultim. C. de const. pecun.* Ante Hadrianum idem quoque constitutum fuit à Prætoribus. inter fidejussores (inquit Paul. *1 sent. 20. §. ult.*) ex Edicto Prætoris si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividitur.

57 Id est, ante litem contestatam.

58 Inopiæ species est mori sine herede, *ut hic.* & injuriæ. *§. 1. Instit. quibus ex caus. manumitt.*

59 Inopia fidejussoris ante beneficium divisionis petitum ad confidejussorem pertinet. 60 Quæritur, quomodo inter variæ conditionis fidejussores dividendæ sint actiones? 61 *V. l. 28. ff. eod.* 62 Fidejussor heres extiterit. *vulg.* Ex his duabus diversis lectionibus duæ nascuntur quæstiones: Prior quomodo inter fidejussores dividendæ sint actiones: Altera quomodo uno fidejussorum alteri succedente inter eum & reliquos fidejussores sint dividendæ actiones. 63 Potest enim pro fidejussore fidejussor accipi. *l. 8. in fin. ff. eod.* Potest etiam fidejussori fidejussor dari. *l. 4. ff. eod.* 64 Fidejussoribus datum beneficium ad fidejussores fidejussorum pertinet. 65 Quo primi fidejussoris fidejussor locupletior est, eo principalis ipse fidejussor locupletior intelligitur. 66 Principalis videtur solvendo, si idoneum habeat fidejussorem. 67 Etiam fidejussorum heredibus.

68 *l. 49. §. 1. ff. eod. l. 2. C. de constit.* id est, de beneficium divisionis, & epistolæ D. Hadriani detur. 69 *Al.* qui pro eo. 70 Fidejussor principalis fidejussori suo subalternato rei loco est: confidejussoris fidejussori non est. 71 Fidejussor principalis adversus fidejussorem suum beneficio divisionis uti non potest; adversus fidejussorem confidejussoris potest: At è contrario fidejussor potest petere, ut reus principalis prius discutiatur. *Novell. 4. cap. 1.* 72 Puto legendum esse *confidejussorie confidejussorem.* 73 Si velit uti beneficio divisionis. de quo dictum est in *l. 26. ff. eod.* 74 Tunc tantum auditur. *l. 10. C. eod. §. 4. inst. eod.* Paul. *1 sentent. 20. §. unic.* 75 Quia non ipso jure dividitur inter eos actio. *l. 26. ff. eod.* 76 Impossibile in principali, impossibile est in accessorio. *Bald.* 77 Cur ita? collige ex *l. 16. ff. eod.*

78 Fidejubere etiam pro ignorante possumus. 79 Facit *l. 3. in fin. ff. de negotiis. l. 20. in fin. ff. mandat.* 80 *l. 22. l. 51. ff. mandat.* 81 Ante diem pro alio solvens non potest adversus eum agere ante diem. *Baldus.* 82 Adde *l. 46. ff. eod. l. 7. §. 1 ff. de exceptionib.*

83 *l. 15. ff. eod. l. ultim. ff. de pact. l. 19. ff. de exceptionib.* 84 Accessoribus. *vulgat.*

85 Possunt. 86 Cautio de lite, est cautio judicatum solvi. ut *l. 11. ff. judicatum solvi.* vide Cujac. 10 *observat.* 20 87 Instantia judicii transit in eum, qui jure succedit. *Baldus.*

88 Homo meus, id est, petitoris. *vulgat.* 89 Adde *l. 2. ff. judicatum solvi.* 90 In formula, *judicatum solvi*, modo dicebatur recte defendi, modo boni viri arbitratu. vide Cujac. 10 *observat. 29. in fin.* 91 Vide *l. 8. §. 7. ff. eod. l. 42. ff. eod.* 92 Nota leviorem esse conditionem ejus, qui pluribus obligatus est, quam qui uni. Cur ita? Utile est eligere posse, cui solvamus: cum ita fieri possit, ut inter plures mitem aliquem creditorem reperiamus.

93 *l. 8. §. 8. ff. eod.*

de 94 peculio est 95, duntaxat de peculio tenebitur, quod tunc erit, cum res judicatur.

De actione fidejussori cedenda.

XXXVI. IDEM lib. XIV ad Plautium.

CUm is, qui & reum & fidejussores habens, ab uno 96 ex fidejussoribus accepta pecunia præstat 97 actiones: poterit quidem dici nullas jam esse, cum 98 suum perceperit, & perceptione omnes liberati sunt; sed non ita est. non enim in solutum accipit, sed quodammodo nomen debitoris vendidit 99, & ideo habet actiones, quia tenetur ad idipsum, ut præstet 100 actiones.

De errore.

XXXVII. IDEM lib. XVII ad Plautium.

SI quis, postquam tempore 1 transacto liberatus est, fidejussorem dederit, fidejussor non tenetur: quoniam 2* erroris fidejussio nulla est.

De electione. 1. Si creditor debitori successerit.

XXXVIII. MARCELLUS lib. XX Digestorum.

SI *Stichum aut Pamphilum stipulatus essem*, utrum promissor voluisset: non 3 possum fidejussorem ita accipere Stichum aut Pamphilum, utrum fidejussor veller. quia futurum esset in ejus potestate, alium 4 velle, quam reus voluisset. §. 1. A Titio, qui mihi ex testamento sub conditione decem debuit, fidejussorem accepi, & ei heres extiti: deinde conditio legati extitit. Quæro, an fidejussor mihi teneatur? Respondit, si ei à quo tibi erat sub conditione legatum, cum ab eo fidejussorem accepisses, heres extiteris, non poteris habere fidejussorem obligatum: quia nec 5 reus est, pro quo debeat; sed nec res ulla quæ possit deberi.

Si unus ex fidejussoribus solverit.

XXXIX. MODESTINUS lib. II Regularum.

UT fidejussor adversus confidejussorem suum agat, danda actio non est: ideoque si ex duobus fidejussoribus ejusdem quantitatis, cum alter electus à creditore totum exsolvet, nec 6 ei cessæ sint actiones, alter nec à creditore, nec à confidejussore, convenietur.

De duobus reis.

XL. IDEM lib. LII Regularum.

CUm duo 7 rei constituti sunt, sive ab 8 utroque, sive ab altero utro fidejussor datus fuerit, in solidum rectè accipietur.

De fidejussoribus. 1. De actione curatori cedenda.

XLI. IDEM lib. XIII Responsorum respondit,

SI fidejussores *in id 9 accepti sunt, quod à curatore servari non possit*; & post impletam legitimam 10 ætatem, tam ab ipso curatore, quam 11 ab heredibus ejus solidum servari potuit; & cessante 12 eo, qui pupillus fuit, solvendo esse desierit: non 13 temere 14 utilem in fidejussores actionem competere. §. 1. Idem respondit, si in solidum condemnatus est unus ex mandatoribus, cum judicati conveniri cœperit 15, posse eum desiderare, ut adversus eos 16, qui idem mandaverunt, actiones sibi mandentur.

Si reus pecuniam, fidejussor aliquam quantitatem promittat.

XLII. JAVOLENUS lib. X Epistolarum.

SI ita fidejussorem accepero, QUOD EGO DECEM CREDIDI, DE EA PECUNIA MILLE MODIOS TRITICI 17 FIDE TUA ESSE JUBES? non obligatur fidejussor: quia in aliam 18 rem, quam quæ credita est, fidejussor 19 obligari non potest: quia non 20 ut æstimatio 21 rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce 22 æstimanda est.

De fidejussoribus diversarum stipulationum.

XLIII. POMPONIUS lib. VII ex Variis lectionibus.

SI à Titio stipulatus fidejussorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio stipulatus alium fidejussorem accipiam: confidejussores non erunt. quia diversarum 23 stipulationum fidejussores sunt.

De eo qui pro operis redemptore fidejussit.

XLIV. JAVOLENUS lib. XI Epistolarum.

STipulatus es, *opus arbitratu 24 tuo ante certam diem fieri: quod si 25 effectum non esset, quanti 26, ut efficiatur 27 opus, locasses, tanti fidejussores cepisti* 28: & quia opus effectum non erat, alii locasti 29: & cum posterior conductor satis non daret, ipse opus fecisti. Quæro, an fidejussor teneatur? Respondit: secundum ea verba stipulationis, quæ à te proposita sunt, fidejussores non tenentur. non 30 enim id fecisti, quod in stipulatione convenerat; id est 31, opus alii non locasti, tametsi postea locasti: ea enim locatio quam secutus es, perinde est, ac si interposita non esset, etsi statim tu opus facere cœpisses.

De fidejussore condemnato.

XLV. SCÆVOLA lib. VI Digestorum.

FIdejussor pro 32 venditore fundorum duorum, altero evicto conventus ab emptore, condemnatus est 33 certam quantitatem: Quæsitum est, an cum herede venditoris ante 34 diem quo judicatum facere compelleretur, agere possit? Respondit, agere quidem posse: sed ex 35 justa causa ad officium Judicis pertinere, quo fidejussor aut defendatur, aut liberetur.

Si contractus principalis non valeat.

XLVI. JAVOLENUS lib. X ex Posterioribus Labeonis.

CUm Lex venditionibus 36 occurrere voluerit, fidejussor quoque 37 liberatur 38: eo magis quod per ejusmodi actionem ad reum pervenitur.

De deportatione. 1. Si filius famil. stipuletur, & emancipatus credat.

XLVII. PAPINIANUS lib. IX Quæstionum.

SI debitori deportatio irrogata est, non posse pro eo fidejussorem accipi scribit Julianus, quasi tota obligatio contra eum extincta 39 sit. §. 1. Si filius in causa peculiari ita fidejussorem acceperit, QUANTAM 40 PECUNIAM CREDIDERO, FIDE TUA ESSE JUBES? & emancipatus credat: patri quidem, si non est reus obligatus, non tenebitur; filio vero, humanitatis 41 intuitu, obnoxius esse debet.

De muliere. 1. De minore.

XLVIII. IDEM lib. X Quæstionum.

SI Titius & Seia 42 pro Mævio fidejusserint, subducta 43 muliere dabimus in solidum 44 adversus Titium actionem: cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem 45 frustra intercedere. §. 1. Huic similis & illa quæstio videri potest: ob ætatem si restituatur in integrum unus fidejussor, an alter onus obligationis integrum excipere debeat? sed ita demum alteri totum irrogandum est, si postea 46 minor intercesserit, propter 47 incertum ætatis ac restitutionis. Quod si dolo creditoris inductus sit minor ut fidejubeat 48, non 49 magis creditori succurrendum erit adversus confidejussorem 50, quam si facta novatione 51 circumvento minore desideraret in veterem debitorem utilem actionem sibi dari.

De doli exceptione. 1. De pluribus fidejussoribus & pluribus heredibus fidejussorum, & conditione indebiti. 2. De eo, quod certo loco dari debet.

XLIX. IDEM lib. XXVII Quæstionum.

SI testamento liberatum debitorem heres omittat, fidejussorem 52 autem ejus conveniat: proderit exceptio doli fidejussori propter improbitatem 53 heredis; quæ prodesse reo debuerat, si conveniretur. §. 1. Ex duobus fidejussoris heredibus si per errorem 54 alter solidum exsolvat, quidam putant habere eum condictionem, & ideo manere obligatum coheredem: cessante quoque condictione durare obligationem coheredis probant 55; propterea quod creditor, qui, dum se putat obligatum, partem ei, qui totum dedit, exsolverit, nullam habebit condictionem. † Quod si duo fidejussores accepti fuerint (verbi gratia) in viginti, & alter ex duobus heredibus alterius fidejussoris totum creditori exsolverit: habebit quidem decem quæ ipso jure non debuit, condictionem; an autem & alia quinque [millia] repetere possit, si fidejussor alter solvendo est, videndum est. ab initio enim heres 56 fidejussoris sive heredes, ut ipse fidejussor, audiendi sunt: ut scil. pro parte singuli, fidejussores qui sunt, conveniantur. † Severior 57 & utilior est in utroque casu illa sententia, solutionem non indebitæ quantitatis non debere revocari: quod etiam epistola D. Pii 58 significatur in persona fidejussoris qui totum exsolverat. §. 2. Quæsitum est an fidejussor, qui *Capuæ pecuniam se daturum* Romæ promisit, si 59 reus promittendi Capuæ esset, statim conveniri 60 possit? Dixi, non 61 magis fidejussorem confestim teneri, quam si ipse Capuæ spopondisset, cum reus adhuc Capuam pervenire non potuisset. nec ad rem pertinere, quod 62 hoc latere nemo dubitet nondum fidejussorem teneri; quia nec ipse reus promittendi teneretur: nam è contrario quoque, si quis responderit, quoniam debitor Capuæ sit, fidejussorem confestim teneri, non habita ratione *taciti* 63 *propriti temporis*, eventurum ut eo casu fidejussor conveniatur, quo debitor ipse, si Romæ fuisset, non conveniretur. itaque nobis placet, fidejussoriam obligationem conditionem taciti 64 temporis ex utriusque persona recipere, tam rei promittendi, quam ipsius fidejussoris: quoniam aliud respondentibus, contra juris formam 65 in duriorem conditionem acceptus intelligetur.

Si creditor & fidejussor successerint debitori.

L. IDEM lib. XXXVII Quæstionum.

DEbitori creditor pro 66 parte heres extitit, accepto coherede fidejussore: quod ad ipsius quidem portionem attinet, obligatio ratione confusionis 67 intercidit, aut (quod est verius) solutionis 68 potestate; sed pro parte coheredis 69 obligatio salva est, non fidejussoria, sed hereditaria, quoniam major tollit minorem.

De beneficio divisionis. 3. De pignore. 4. De beneficio divisionis.

LI. IDEM lib. III Responsorum.

INter eos fidejussores actio dividenda 70 est, qui solidum & partes viriles 71 fide sua esse jusserunt. Diversum erit verbis ita concepta captionibus, restitutionem merentur. Hæc est ratio Jurisconsulti. adde & aliam inferiorem: Quia fidejussio mea ante minoris fidejussionem tenuit, utilis fuit, ideoque eam ab inutili vitiari est iniquum. Quid, si una cum minore fidejussi? Cujac. 10 *observat.* 30. putat pro parte me teneri; de quo alibi dicam plenius. est enim satis perplexa ejus rei definitio. 47 Ætas enim fragilis minoris id meretur. *l. 1. §. de minoribus.* 48 Simul fcilicet cum alio majore 25 annis.

49 Argumentum à fidejussione ad novationem observa. 50 Majorem. 51 Novatione cum minore facta, eoque circumvento, minor restituitur, *l. 27. §. 3. ff. de minoribus.* quod cum evenit, datur creditoribus adversus veterem debitorem actio, *l. 48. l. ultim. ff. de minoribus, l. unic. C. de reputation* quod iniquum non est: igitur restituto minore adversus fidejussorem, qui cum præcessit, fidejussor à creditore in solidum poterit conveniri. nam quæ ratio est actionis restituendæ creditori adversus veterem debitorem restituto minore, eadem militat in actione eidem creditori restituenda adversus veterem fidejussorem, minore restituto: certum est enim fidejussorem primum loco rei haberi. *l. 27. in fin. ff. eod.* Possis hanc legem ita accipere, difficilem ac involutam sic satis. 52 Liberato principali, ejus fidejussor conveniri non potest. adde *l. 19. ff. de except.* 53 Improbus est heres, qui fidejussorem convenit, reo principali jam liberato.

54 In eo est error, quia per legem 12 tabul. obligatio erat divisa inter heredes æqualiter. *l. 1. C. si certum.* 55 Probatur. *vulgat.* 56 *l. 27. §. 3. ff. eod.* 57 Sed verior. *vulgat. Haloand.*

58 D. Herennii. *vulgat.* 59 Utcunque reus principalis sit in loco solutionis fidejussori concesso, non ideo tamen ex rei præsentia fidejussoris mora contrahitur. 60 Vide *l. 33. ff. de judiciis.* 61 Sensus est, sicuti fidejussor qui Capuæ dare promisit, antea ibi conveniri non potest, quam reus Capuam pervenire potuerit; ne alioquin durius obligetur quam reus: ita qui Capuæ dare promisit, antea ibi convenietur inutiliter, quam ipse idem Capuam pervenire possit.

62 Vide *l. 118. ff. de verborum obligat.* 63 De quo ff. *eod.* 64 *l. 137. ff. de verborum obligat.*

65 De qua in *l. 8. §. 7. ff. eod.* 66 *l. 5. C. de hereditar. act. l. 7. C. de nat.* 67 Confunditur creditoris obligatio, sive actio, quoties debitori suo succedit: & quidem tota, si solus ei sit heres; pro parte vero, si coheredes alios habeat, *ut hic.* confusione debiti petitio ita extinguitur. *l. 5. in fin. C. de hereditar. act.* 68 Creditor debitori succedens, sibi solvere videtur.

69 Creditor heres debitoris adversus suum fidejussorem, ejusdem debitoris heredem, agere potest, non tanquam fidejussorem, sed heredem. vide *l. 1. C. de hered. act.* 70 *l. 12. in fin. ff. rem pupilli.* 71 *l. 6. ff. de fidejuss. tutor.*

94 *l. 12. ff. eod.* 95 Actio scil.

96 Fidejussore liberante reus liberatur. *Inst. quib. modis tollitur oblig.*

97 Id est, cedit. vide *l. 17. ff. eod.*

98 Solutione naturali extinguitur obligatio.

99 Cessionarius censetur emere, non simpliciter dissolvere obligationem: nec censetur facta solutione simpliciter dissoluta obligatio, sed in cessionarium translata. *Bald. l. 76. in fin. ff. de solut. l. 15. in fin. ff. de in rem verso.*

100 Fidejussori solventi jura ceduntur contra reum principalem. *l. 13. ff. eod. l. 27. in fin. l. 28. ff. mandati. l. 95. §. 10. ff. de solut.*

1 Reus principalis tempore liberatus fidejussorem dat inutiliter, *ut hic.* & tamen solus fidejussor tempore liberatus, pro reo solvens, habet mandati actionem, *l. 29. in fin. ff. mandati.* quin constituere possumus nos soluturos post diem obligationis. *l. 18. §. 1. ff. de constituta.* adde *l. ult. in fin. ff. ratam rem.*

2 *V. l. 57. ff. de obligat.*

3 Imo possium: sic enim futura est levior conditio fidejussoris. *l. 8. §. 7. ff. eod.*

4 Vide *l. 42. ff. eod.*

5 Ubi neque res debita, neque reus est, ibi fidejussor intercedit inutiliter: nam accessorium non potest esse sine principali.

6 Fidejussor in confidejussorem sine cessione non agit. vide *l. 17. ff. eod. l. 11. C. eod.* adde *l. 36. ff. eod.*

7 Debendi principales scil.

8 *l. 6. §. 1. ff. de duob. reis.*

9 Fidejussor in casum inopiæ debitoris acceptus non tenetur, nisi facta excussione rei & heredis ejus.

10 Legitima ætas quid, dixi ad *l. 27. ff. de negot.*

11 Ut heres rei principalis discutiatur, fidejussor principalis rei petere potest. facit *lex 26. ff. eod. Novell. 4. c. 2.*

12 Etiam citra denunciationem. *l. 62. ff. eod.*

13 Temeritate omnis actio vacare debet. Cicer. 1 *Offic.* Nihil est temeritate turpius. Idem *de natura:* Nihil à gravitate sapientis temeritate disjunctius. 4 *Academ. l. 6. ff. de divort. l. 64. ff. de reg. jur.* 14 Qui se in casum inopiæ debitoris obligavit, temere convenitur, reo aut ejus heredibus non discussis. 15 Atque ita post sententiam. v. Accurs. in *l. 1. C. de jur. & facti ignor.*

16 Mandator in correos mandandi actiones sibi cedi postulare potest. *Goth.* Adde *l. 17. ff. eod.* Et quando & quo tempore hæc actio cedi debeat, vid. Censur. Forens. *lib. 4. cap. 17. num. 25.* S. L.

17 Si nummos credidi, non possum fidejussorem accipere, qui pro his triticum dare spondeat. *Harm. 3. tit. 6. in fin.* Pro reo in pecunia obligato non potest fidejussor obligari in tritico. *Bald.* Hinc colligere possumus, inique facere, qui pecunia rusticis credita, triticum ab eis stipulantur.

18 *l. 38. ff. eod.* & durissimè. *l. 8. §. 7. l. 34. ff. eod.* adde *l. 8. ff. de eo quod certo. l 4. ff. de compensat.*

19 Aliud in constituto. *l. 1. §. 5. ff. de constitut. pecun.* 20 Sensus est: Merces quidem pecunia numerata rectè æstimari: pecuniam vero mercibus æstimari nec posse, nec debere. *Harm. ibid.*

21 Æstimatio pecuniæ certa est, *l. 3. ff. de in litem.* tritici est incerta. *l. 94. ff. de verb. oblig.* Certæ rei principalis debitor esse non potest: incertæ vero fidejussor. 22 Pecunia merces æstimantur, at non mercibus ipsa pecunia. 23 Diversarum stipulationum fidejussores non sunt confidejussores. Confidejussores sunt, qui ad ejusdem pecuniæ promissionem accedunt. Confidejussorem res facit, non persona. denique confidejussores sunt, qui unius ac ejusdem summæ apud eundem eodem tempore fidejusserunt. 24 *l. 24. ff. loc.* 25 Fidejussor pecuniam promittere potest, reo principali factum promittente. 26 Id est, accepisti fidejussorem in quod interest, & sic reus hic obligatur ad factum, fidejussor ad interesse. 27 Ut efficeretur. *Hal.* 28 Accepisti. *vulgat. Hal.*

29 Ut *l. 13. §. 10. ff. locati.* 30 Contractus quem quis non implet, non impleri non prodest. facit *l. 7. C. eod.* vide omnino ad hunc locum Romanum, *conf. 421. in fin.* 31 Illud *id est*, est obscurum. Quæro igitur quid his verbis Jurisconsultus innuat? sensus est: Qui à fidejussore stipulatus est interesse, quo casu alio conductore operis faciendi uti per moram promissoris cogetur, interesse petere non poterit, si, secundo conductore moram quoque faciente, ipsemet opus fecit. Nam & si locatum hic opus esse constet secundo alicui conductori, quia tamen moroso locatum est magis postea, quam alteri locatum opus dicitur. Fidejussor autem tenebatur eo casu quo faciendum vere opus locatum fuisset: stipulator ipse opus faciens alteri vere non locavit: nam inter locatorem & conductorem differentiam esse oportet. 32 Fidejussor pro venditore condemnatus antequam solvatur, agere potest, ut vel liberetur, vel indemnis servetur.

33 Est in certam. *vulgat. Hal.*

34 Rerum duarum fidejussor, si una evicta est, ejusque nomine condemnatus est, adversus reum principalem ejusve heredem agere potest, vel ut defendatur (forte in judicio appellationis, aut potius intra quadrimestre tempus datum judicatis, vel ut liberetur: utut sit, fidejussor ante diem justa de causa adversus reum agere potest, ut liberetur. *l. 38. in fin. ff. mandati. l. 10. C. mandati.*

35 Vid. *l. 38. in pr. & §. 1. ff. mandati. l. 10. C. mand.*

36 Et donationibus, *puta*, inter conjuges constante matrimonio. *l. 1. ff. de donat. inter vir.*

37 Argumentum à venditione, ad fidejussorem observa. Prohibitus vendere, in fraudem venditionis per fidejussorem obligari non potest.

38 Cur ita? vide *l. 16. ff. eod.*

39 Deportatus creditoribus obligari desinit, ideoque deportatus, pro debito, deportatione antecedente, fidejussorem inutiliter dare intelligitur, cum eo casu fidejussor obligationi extinctæ antecedat. *l. 14. in fin. ff. de novat.*

40 *l. 132. in fin. ff. de verb. oblig.*

41 *V. l. 78. ff. de verb. oblig.*

42 Id est, mulier.

43 Ob SC. Velleianum. *l. 8. C. ad Velleian.*

44 3 *Harmen. 6.*

45 Mulier frustra pro alio intercedit. *ff. ad SC. Velleian.*

46 Si sponte minor, &c. Conan. *lib. 6 comment. Jur. civilis.* ubi *sponte* opponit *dolo. de quo* ff. reprehensus à Cujacio 10 *obs. 25.* & optimo jure, cum ita legatur, 7 *Eclog. ex lib. 25. tit. 1. cap. 44.* ἐγένετο ὁ κύριος προσαλλάξη. sensus est: Si simul cum minore intercessero, & is restitutus fuerit, tum demum mihi totum onus irrogandum est, si primo loco intervenerim; nisi & dolo creditoris in fidejussorem minor assumptus est. 3 *Harmen. 6.* Dic apertius: Si, antequam Caius minor fidejuberet pro Titio, apud Mævium, fidejussero pro eodem Titio, in solidum Mævio teneor: quia minorem teneri ex ea fidejussione iniquum est, cum ejus ætas fragilis, & ex-

conceptis, *Solidum aut partem virilem fide tua esse jubes?* tunc enim ab initio non nisi viriles partes singulos debere conveniet.

§. 1. Fidejussor, qui partem pecuniæ suo [72] nomine vel rei promittendi solvit, quominus residui divisione facta portionis judicium accipiat, recusare non debet: eam enim quantitatem inter eos qui solvendo sunt, dividi convenit, quam litis [73] tempore singuli debent: sed humanius [74] est, si & alter solvendo sit litis contestationis tempore, perexceptionem ei qui solvit, succurri.

§. 2. Duo rei promittendi separatim [75] fidejussores dederunt: invitus creditor inter omnes fidejussores actiones dividere non cogitur, sed inter eos duntaxat, qui pro singulis intervenerunt. plane si velit actionem suam inter omnes dividere, non erit prohibendus [76]: non magis quam si duos reos pro partibus conveniret. §. 3. Creditor pignus distrahere non [77] cogitur, si fidejussorem simpliciter acceptum, omisso pignore velit convenire.

§. 4. Cum inter fidejussores actione divisa quidam post [78] litem contestatam solvendo esse desierunt, ea res ad onus ejus, qui solvendo est, non pertinet: nec auxilio defendetur ætatis actor; non enim deceptus videtur, jure [79] communi usus.

§. 5. Bonis damnati fidejussoris fisco vindicatis, inter fidejussores actio postea si dividi cœperit: ut heredis [80] ita fisci [81] rationem haberi oportet.

De pignore. 1. De beneficio divisionis. 2. De fidejussore coloni. 3. De pluribus.

LII. IDEM [lib. XI Responsorum].

AMissi ruina pignoris damnum [82] tam fidejussoris quam rei promittendi periculum spectat: nec ad rem pertinebit, fidejussor ita sit acceptus, *Quanto* [83] *minus ex pretio pignoris distracti servari potuerit*: istis enim verbis etiam totum contineri convenit.

§. 1. Inter fidejussores actione divisa, condemnatus si desierit esse solvendo: fraus vel segnitia [84] tutoribus, qui judicatum persequi potuerunt, damnum dabit. quod si divisam actionem inter eos qui non erant solvendo, constabit: pupilli nomine restitutionis auxilium implorabitur. §. 2. Fidejussores à colonis datos, etiam [85] ob pecuniam dotis [86] prædiorum teneri convenit: cum ea quoque species locationis vinculum ad se trahat. Nec mutat, confestim, an interjecto tempore fidem suam adstrinxerunt. §. 3. Plures [87] ejusdem pecuniæ credendæ mandatores, si unus judicio eligatur [88], absolutione quoque secuta non liberantur: sed [89] omnes liberantur pecunia soluta [90].

De capitali accusatione.

LIII. IDEM [lib. XV Responsorum].

CApitis [91] postulati [92] fidejussores, ex contractu citra ullam præscriptionem [93] à creditore, qui reum postulabit [94], recte conveniuntur.

De pignore.

LIV. PAULUS [lib. III Quæstionum].

SI in pignore contrahendo deceptus [95] sit creditor qui fidejussorem pro mutuo accepit, agit contraria pignoratitia actione: in quam actionem venit quod interest creditoris. sed [96] ea actio fidejussorem onerare non poterit: non enim pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obliget [97].

De stipulatione, quantam pecuniam illi quandoque credidero.

LV. IDEM [lib. XI Quæstionum].

SI ita stipulatus à Seio fuero, QUANTAM PECUNIAM TITIO QUANDOQUE [98] CREDIDERO, DARE SPONDES? & fidejussores accepero, deinde Titio sæpius credidero: nempe Seius in omnes summas obligatus est, & per hoc fidejussores quoque: & [99] id quod ex bonis ejus servari potest omnibus [100] æquo jure proficere debet.

De operis. 1. De patre & filio, domino & servo. 2. De nummis alienis creditis. 3. De furti actione. De Lege Aquilia. De actione populari.

LVI. IDEM lib. XV Quæstionum.

SI quis pro [1] eo, qui libertus non esset, & *operas præstaturum se juraſſet* [2], fidejussor erit: non tenebitur. §. 1. Item si filius à patre, vel servus à domino stipuletur, nec fidejussor acceptus tenetur: quia non potest pro eodem [3], & eidem esse obligatus. † Ex diverso ergo patre à filio, vel domino à servo stipulato, fidejussor acceptus tenetur. §. 2. Si nummos alienos, quasi tuos, mutuos dederis sine [4] stipulatione: nec fidejussorem teneri [5] Pomponius ait † Quid ergo, si consumptis [6] nummis nascatur condictio [7]? Puto fidejussorem obligatum fore: in omnem enim causam [8] acceptus videtur, quæ ex ea numeratione nasci potest. §. 3. Pro furti [9] actione fidejussor accipi potest. Item pro eo, qui in Legem Aquiliam commisit. [10] † Diversa causa est popularium actionum [10].

Fidejussorem antequam reus debeat, non conveniri.

LVII. SCÆVOLA lib. XVIII Quæstionum.

FIdejussor, antequam reus debeat, conveniri non potest [11].

De fidejussore coloni. 1. Si facto rei perpetuetur obligatio.

LVIII. PAULUS lib. XXII Quæstionum.

SI à colono stipulatus, fidejussorem accepi: una [12] stipulatio est plurium pensionum. & ideo in universis pensionibus fidejussor tenetur. §. 1. Cum facto suo reus principalis obligationem perpetuat [13], etiam fidejussoris durat obligatio: veluti si moram [14] fecit in Sticho solvendo, & is decessit.

De pignore.

LIX. IDEM lib. IV Responsorum.

PAulus respondit, fidejussorem, in quem pignora *à* confidejussoribus data translata sunt, non [15] emptoris loco substitutum videri: sed ejus qui pignora accepit. & ideo rationem [16] fructuum & usurarum haberi oportere.

De reo liberato.

LX. SCÆVOLA lib. I Responsorum.

VBicunque reus ita liberatur à creditore, ut natura debitum maneat: teneri fidejussorem respondit. cum vero genere novationis [17] transeat obligatio: fidejussorem, aut jure, aut exceptione liberandum.

De tacita repetitione ejus, quod in principali contractu convenit.

LXI. PAULUS lib. XV Responsorum.

SI (ut proponitur) cum pecunia mutua daretur, ita convenit, ut in Italia solveretur: intelligendum, mandatorem quoque simili [18] modo contraxisse.

De pignore.

LXII. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

SI fidejussor creditori denunciaverit [19], ut debitorem [20] ad solvendam pecuniam compelleret, vel pignus distraheret, isque cessaverit [21]: an possit eum fidejussor doli mali exceptione summovere? Respondit non [22] posse.

LXIII. IDEM lib. VI Responsorum.

INter creditricem & [23] debitorem pactum intercesserat, ut si centum quæ mutua dederit, ubi primum [24] petita fuissent, non solverentur, ornamenta pignori data, intra certum tempus liceret ei vendere: & si quo minoris venissent, quodque sortis vel usurarum nomine deberetur, id creditrici redderetur: & fidejussor acceptus est. quæsitum est, an fidejussor in universam summam obligari potuerit? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, teneri fidejussorem in [25] id quod minus ex pignoribus venditis redactum esset.

De fidejussore minoris.

LXIV. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

FIdejussor qui minori XXV annis pecuniam obtulit, & in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam [26] deposuit, confestim experiri mandati potest.

De promissione facti alieni.

LXV. IDEM lib. VI Juris Epitomarum.

SIcut reus principalis non alias, quam si de sua persona promittat, obligatur: ita fidejussores non alias tenentur, quam si se quid daturos vel facturos promittant. nam reum principalem daturum vel facturum aliquid frustra promittunt: quia factum alienum [27] inutiliter [28] promittitur.

De servo fidejussore.

LXVI. PAULUS lib. I ad Neratium.

SI servus alienus pro Titio fidejussit & solvit: liberatur Titius, si dominus mandati contra eum agere instituit. nam qui mandati agit, ratam habere solutionem videtur [29].

De fidejussore injuria judicis condemnato.

LXVII. IDEM lib. III ad Neratium.

EXceptione quæ tibi [30] prodesse debebat, usus, injuria [31] judicis damnatus es: nihil [32] tibi præstabitur jure mandati [33]. quia injuriam [34] quæ tibi facta est, penes te manere, quam ad alium transferri. æquius est: [scilicet [35] si culpa tua injustæ damnationis causam præbuisti].

De fidejussoribus magistratuum. 1. De fidejussore publicani. 2. De transactione.

LXVIII. IDEM lib. III Decretorum.

FIdejussores [36] Magistratuum [37] in pœnam [38] vel multam, quam non spopondissent, non debere conveniri decrevit.

§. 1. Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua Petronius Thallus & alii fidejusserant; bona Romuli fiscus ut obligata [39] sibi occupaverat [40], & conveniebat fidejussores tam in sortem quam in usuras [41]; qui deprecabantur: lecta [42] subscriptione fidejussionis, quoniam in sola centum annua se obligaverant, non [43] in omnem conductionem, decrevit [44], fidejussores in usuras non [45] teneri; sed, quidquid ex bonis fuisset redactum [46], prius [47] in usuras cedere, reliquum in sortem; & ita in [48] id, quod defuisset, fidejussores conveniendos, exemplo pignorum à creditore distractorum. §. 2. Non possunt conveniri fidejussores, liberato reo transactione [49].

De tutore dato ejus filio cui ex fidejussoria causa erat obligatus.

LXIX. TRYPHONINUS lib. IX Disputationum.

TUtor datus ejus filio, cui ex fidejussoria causa obligatus erat, à [50] semetipso exigere debet. & quamvis tempore liberatus erit, tamen tutelæ judicio eo nomine tenebitur; item heres ejus: quia cum eo ob tutelam, non ex fidejussione, agitur. Et quamvis non quasi fidejussor, sed quasi tutor solverit, etiamsi tempore liberatus est, mandati actionem eum habere adversus reum promittendi, dixi: hæret [51] enim in utraque causa adhuc illius debiti persecutio. nam ejus solutione liberavit reum promittendi obligatione, in quam pro eo [52] fidejusserat: & non titulus [53] actionis, sed debiti causa respicienda [54] est. licet enim is tutor, qui fidejussor apud pupillum pro eo [55] est obligatus, solvit se auctore pupillo, quia reo promittendi liberato & ipse tutor idemque fidejussor liberabitur, quod sua auctoritate efficere non potest: tamen [&] si non pro se solvendi animo, sed pro Titio fecit, ut maxime eum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

De

---

[72] Suæ nomine.

[73] Litis contestatæ. *vulg.*

[74] Divitionis in beneficio ex æquo & bono pecunia jam soluta spectator, in tutoribus tempus depositi officii attenditur. *l. 3. C. de prob.*

[75] Vid. *l. 40. T. eod.* Sensus est: qui separatim pro reis debendi fidejusserunt, sunt quidem fidejussores, sed non habent inter se beneficium divisionis & Epistolæ D. Hadriani invito creditore.

[76] *l. 11. T. de duob. reis.*

[77] *l. 2. l. 7. C. eod. l. 6. T. de pign. l. 56. T. mandati.*

[78] Inopia confidejussoris post litem contestatam superveniens confidejussorem non gravat.

[79] Ut *l. ult. C. de restit. in integr.*

[80] Ut heredi fidejussoris competit beneficium divisionis, *l. 27. §. 3. T. eod.* ita & fisco, cui bona fidejussoris adquisita: est enim eo casu successoris loco, *l. 2. C. ad l. Jul. de vi.*

[81] Fiscus succedens fidejussori condemnato habet beneficium divisionis.

[82] *l. 9. C. de pignerat.*

[83] *l. 17. C. eod.*

[84] *l. 2. C. arbitr. tutelæ.*

[85] Simpliciter fidejubens videtur fidejussisse pro principali & accessorio. *Goth.* V. Goedd. *de contr. stipul. c. 11. n. 142.* Ans.

[86] Dos prædiorum quid sit, vid. *l. 2. l. 20. §. 1. T. de instructo.*

[87] *26 Synops. Basil. 2. cap. 49 §. 4.*

[88] Hoc hodie mutatum. vide *Nov. 4. c. 1.*

[89] Plus est solvi pecuniam à fidejussore, quam si ipse à judice absolvatur. adde *l. 23. in fin. l. 28. C. eod. l. 2. §. 3. T. de verb. oblig.*

[90] *l. 15. in fin. C. eod.*

[91] *l. 1. l. 20. C. eod.*

[92] Accusati, rei scil.

[93] Exceptionem.

[94] Postulaverit. *vulg.* postulaverat. *Hal.*

[95] *l. 9. l. 36. T. de pignerat.*

[96] Id est, fidejussor sortis non tenetur de fraude à reo in pignore adhibita, quoties ejus nomine non fidejussit.

[97] Obligat. *Hal.* obligavit. *vulg.*

[98] *Quandoque* hic idem est, quod *quandocunque*, etiam sæpius.

[99] Et in id. *Hal.* adde *l. 13. in fin. T. eod.*

[100] An fidejussoribus, ut volunt Latini & Græci interpretes? An omnibus summis? ut vult Cujac. *11 obs. 33.*

[1] *l. 16. T. eod.* Goth. Vid. Sarmient. *lib. 1 select. cap. 3.* & Goedd. *de contr. stip. c. 6. n. 166.* Ans. [2] Juramentum non est modus inducendæ obligationis Jure civili, *ut hic.* Jure Canonico aliud: *c. debitores. c. cum contingat. de jurejurand.* facit *cap. quamvis. de pact. 6.* unde notant donationem inter conjuges constante etiam matrimonio factam valere, si jurata sit: dixi ad *l. 1. T. de donat. inter virum & uxorem.* [3] *l. 71. T. eod.* [4] Aliud, si stipulatio intercessit. *l. 2. C. si cert.* [5] Cur ita? collige ex *l. 32. T. de admin. tut.* [6] Consumptione mutuum de re aliena factum conciliatur, sive confirmatur. adde *l. 12. in fin. l. 19. §. 1. T. de reb. cred. l. 78. T. de solut.* [7] Ut in *l. 13. T. de reb. cred.* [8] *d. l. 32. in totum. l. ultim. in princ. T. quod legat.* [9] *l. 8. §. 5. T. eod. l. 70. in fin. T. eod.* [10] In quibus scil. nullus censetur creditor ante litem contestatam. adde *l. 3. T. de popular. act.* [11] Potest tamen adhiberi futuræ obligationi. *l. 6. in fin. T. eod.* [12] Qui pro colono fidejubet, pro pensionibus universis tenetur: est enim una tantum stipulatio. *7 Eclog. cap. 57.* adde *l. 86. T. de verb. oblig.* [13] Perpetuato principali, perpetuatur accessorium. *l. 91. §. 4. in fin. T. de verb. oblig.* [14] *l. 24. §. 1. T. de usuris.* [15] Imo emptoris loco. *l. 5. in fin. T. de distract. pign.* [16] Fidejussori pignora reddi debent, non vendi: ideoque fructus eorum fortem minuunt. *l. 10. §. 9. T. mand.*

[17] *l. 4. C. eod. & Eclog. c. 72.*

[18] Ex persona rei mandator fidem sortitur. adde *l. 3. T. de rebus auct. jud.*

[19] *7 Eclog. 59.* [20] Forte non idoneum.

[21] *l. 41. T. eod.*

[22] Cur? non potest creditor ad agendum cogi, antequam velit agere: sed tamen Bartol. putat hanc legem corrigi *Nov. 4.* quod hodie possit institui actio; quoties reus non est idoneus.

[23] Creditorem. *vulg. Hal.*

[24] Valet pactum ut post unam ac simplicem denunciationem creditoris, debitore non solvente, possint distrahi pignora. *Bald.*

[25] *l. 17. C. eod.*

[26] *l. 7. §. 2. T. de minorib. l. 56. §. 1. T. mandati.*

[27] Factum alienum promittitur inutiliter. *l. 38. §. 1. T. de obl.*

[28] Imo, utiliter alienum factum promittitur. *l. 5. T. de duob. reis.*

[29] Qui fundat se in actu, ratificat actum. *Bald.* adde *l. 2 T. ratam rem.* id est, mandati actione, & sic actu qui uti desiderat, eum ratum habere intelligitur.

[30] Fidejussor.

[31] *l. 5. l. 21. §. 2. l. 51. T. de evict. l. 22. §. 4. T. ratam rem. l. 10. in fin. C. mandati. l. 8. l. 15. C. de evict.* adde *l. 3. §. 1. T. de pign. l. 50. §. 1. T. de leg. 1. l. 27. §. 1. T. de arb. l. 65. §. 2. T. ad Treb. l. 50. T. de peculio.*

[32] Fidejussor damnatus injuria judicis non habet regressum contra reum principalem. *Bald.*

[33] Adversus eum pro quo fidejussisti.

[34] Æquius est injuriam uni factam penes eum manere, quam in alium transferri.

[35] Hæc verba dispungit Cujac. *8 ad Afric. fol. 101.* nam injuria judicis sufficit, vel culpa: nec utriusque concursus exigitur.

[36] V. Cujac. ad *l. unic. C. de periculo eorum qui pro magistrat.*

[37] *l. unic. C. de periculo eorum, qui pro magistr. l. 2. §. pen. l. 17. in fin. T. ad municip. l. 2. in fin. T. de peculio.*

[38] Fidejussor acceptus in sortem, non tenetur ad pœnam. *Bald.*

[39] *Sub.* tacite. *l. anfertur. 46. §. fiscus. 3. T. de jure fisci. l. rescriptum. 10. T. de pact.* [40] Fidejussor non liberatur, etiamsi creditor debitoris bona omnia occupaverit. [41] Et male quidem in usuras. Nam fidejubens pro forte non censetur fidejussisse pro usuris etiam in contractu bonæ fidei.

[42] Instrumenti fidejussorum tenor summa diligentia legendus est, ut sciri possit ad quam quisque summam teneatur. [42] Fidejussores nisi in omnem obligationem se adstrinxerunt, usurarum nomine non tenentur, *l. 10. C. eod. 7 Eclog. 14. ex lib. 16. c. 65.* adde, nisi hoc expressim cautum sit, ut nomine usurarum teneretur, 3 *Harmen. 6.* adde *l. ultim. T. eod.* Cur ita? putat rationem hanc esse Baldus, quod fidejussor teneatur actione stricti juris. vide tamen *d. l. 10.*

[44] Decrevit Imperator. *vulgat.* [45] Dixi *l. ultim. T. eod.* [46] Redactum ex venditione pignorum prius in usuras imputatur debitas: quod superest autem, in sortem. [47] Si quid debitor solverit, prius in usuras cedit. *Eclog. ibid.* [48] *l. 13. l. 55. T. eod. l. 45. §. 11. T. de jure fisci.*

[49] Facit *l. 37. T. eod. l. ultim T. de pactis.* [50] A me exigere tutor debeo, quod patri pupilli mei debeo. *l. 5. §. 4. l. 9. §. 3. T. de admin. tut. l. 10. T. de tutela & rationib.* [51] Inhæret. *vulg. Haland.* [52] Pro reo. *vulg.* [53] Id est, origo. [54] Imo, judicati titulus sine causa obligationis non inspicitur. *l. 3. §. 11. T. de pecul.* [55] Pro reo. *vulg.*

De conditione, de fundo & ejus usufructu. 3. De fidejussore, 4. Vel furioso. 5. De maleficio.

LXX. GAIUS lib. I de Verborum obligationibus.

SI à reo sub conditionem [54] fuero stipulatus, potero fidejussorem & in hanc, & in *aliam* [55] *conditionem* obligare, si modo eas conjungam: nisi enim utraque exstiterit, non tenebitur, cum reus una [56] conditione teneatur. quod si eas *disjungam*, durior fit conditio fidejussoris, nec [57] *ob id* obligatur: quippe sive communis utriusque conditio exiterit, sive alterutra, videatur adprehendi; cum reus non aliter teneatur, quam si communis extiterit. aut igitur nullo modo tenebitur fidejussor: aut, quod magis est [58], tenebitur, si prius exiterit communis. §. 1. Sub diversis quoque conditionibus si fuerint interrogati, interest [59] utra eorum [60] prior exiterit. Si reo injuncta, tenebitur etiam fidejussor, cum conditio ejus exiterit, tanquam si statim ab initio reus pure, fidejussor sub conditione acceptus esset. Ex diverso autem, si fidejussoris conditio prior exiterit, non tenetur: perinde ac si statim ab initio pure acceptus esset, reo sub conditione obligato.

§. 2. Si reo in fundum obligato, fidejussor *in usumfructum* [61] accipiatur: Quæstium est utrum obligetur fidejussor, quasi in minus: an non obligetur, quasi in aliud? nobis in eo videtur dubitatio esse [62], usufructus pars [63] rei sit [64], an proprium quiddam: sed cum usufructus fundi jus est, incivile est fidejussorem ex sua promissione non teneri. §. 3. Adeo à [65] servo potest fidejussor accipi, ut ipse quoque dominus in id, quod sibi debetur, fidejussorem ab eo recte accipiat: quem fidejussorem etiam ab eo ipso servo interrogari nihil impedit. §. 4. Si à furioso stipulatus fueris, non [66] posse te fidejussorem accipere certum est: quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed ne negotium quidem ullum gestum intelligitur. Quod si pro [67] furioso jure obligaro [68] fidejussorem accepero, tenetur fidejussor [69].

§. 5. Id quod vulgo dictum est, *maleficiorum* [70] *fidejussorem accipi non posse*, non sic intelligi debet ut in pœnam [71] furti is, cui furtum factum est, fidejussorem accipere non [72] possit; nam *pœnas* [73] *ob maleficia solvi, magna ratio suadet*: sed ita potius, ut qui cum alio, cum quo furtum admisit, in partem, quam ex furto sibi restitui desiderat, fidejussorem obligare non possit; & qui alieno hortatu [74] ad furtum faciendum provectus est, ne in furti pœna ab eo qui hortatus est, fidejussorem accipere possit. in quibus casibus illa ratio impedit fidejussorem obligari: quia scilicet in nullam rationem adhibetur fidejussor, cum flagitiosæ [75] rei societas coita nullam vim habet.

54 Sub conditione. *vulg. Bud.*
55 Imo in aliam non potero. *l.* 38. *l.* 42. *ff. eod.*
56 Una tantum. *vulg.*
57 Atque ob id. *Hal.*
58 Ita tenebitur. *vulg. Hal.*
59 *l.* 16. §. 5. *ff. eod.*
60 Earum. *vulg. Hal.*
61 Reo obligato ad proprietatem, potest pro usufructu accipi fidejussor.
62 An usufructus. *vulg.*
63 *l.* 4. *ff. de usufr.*
64 Imo non est. *l.* 66. §. 6. *ff. de legat.* 2.
65 *l.* 56. §. 1. *ff. eod.*
66 Imo potest. *l.* 25. *ff. eod.*
67 Pro reo furioso. *vulg. Hal.*
68 *l.* 6. *in fin. ff. de verb. oblig.* adde *l.* 25. *ff. eod.*
69 Vide *l.* 25. *ff. eod.*
70 Fidejussor maleficii quo sensu dicatur accipi posse vel non posse, vide Marsilium *in Rubrica de fidejuss. num.* 206. *ad* 213.
71 In pœna. *Haloand.*
72 *l.* 8. §. 5. *l.* 56. *in fin. ff. eod.*
73 *l.* 27. §. 4. *ff. de pact. l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* vide *l.* 14. *C. de pœnis.*
74 Adde *l.* 20. *in fin. ff. de his qui notant. infam.*
75 *l.* 57. *ff. pro socio. l.* 35. §. 2. *ff. de contrab. empt. l.* 1. §. 14. *ff. de tutelæ & rationibus.*
76 Uranius. *vulgat. Hal.*
77 Debiti fierent. *vulg.* debiti esseut. *Hal.*
78 Id est, fidejussor. Conan. 6 *comment.* 6. *in princ.*
79 Ita fiscus hic succesferat creditori, & uni ex reis debendi: qua successione fiebat confusio debiti.
80 Confusio bonorum magna fit, quotiens quis debitori simul & creditori succedit.
81 *l.* 8. §. 3. *l.* 13. *in fin. ff. eod. l.* 23. *l.* 28. *C. eod. l.* 27. *in fin. ff. mand. l.* 116. *ff. de verbor. oblig. l.* 21. *l.* 84. *ff. de solut.*
82 Mandator pro eodem apud eundem quis esse non potest. ut *ff. eod.*
83 *l.* 95. §. 2. *ff. de solution.*
84 *l.* 43. *ff. de solution.*
85 *l.* 56. §. 1. *ff. eod.*
86 Uno ex reis debendi confusione obligationis liberato alter in solidum obligatus manet: qui si pro fidejussore haberetur, in partem duntaxat teneretur: itemque si socius esset, *ut hic.*
87 *l.* 21. §. 3. *ff. eod.*
88 *l.* 25. *ff. de pact.* 89 Hoc pactum non est in rem seu reale, ut in *l.* 21. *in fin. ff. de pact.* 90 Fœnerator creditori. *vulgat. Haloand.* sed iis lectionibus omissis verius est hanc dubitationem oriri: An teneat, si Titio mandavero simpliciter, ut pecuniam crederet, seu mutuam daret, & is fœneraverit? Longe enim est aliud actio mutui, & actio Kalendarii. Mutuum & fœnus sunt diversa. unde illud Comici: Si mutuum non potero, certum est, sumam fœnore. vide Cujac. 11 *observat.* 37. Malim tamen hanc vocem *fœnerato* accipere pro creditore animum & affectum antea habente credendi. 91 *l.* 13. §. 7. *ff. de acceptilat.*
92 Adde *l.* 40. *ff. de procurator.* 93 Id enim potest. *l.* 75. *ff. de procurat.* 94 Et nollet. *Haloand.* 95 Fidejussor ex mora principalis non tenetur, *l.* 8. *ff. de eo quod certo loco.* puta si simpliciter se obligavit. Secus, si in omnem causam. *l.* 54. *ff. locati. l.* 88. *ff. de verbor. obligat.* Anf.

TIT. II.

DE NOVATIONIBUS [1], ET DELEGATIONIBUS [2].

Definitio atque etymologia novationis. 1. Quæ obligatio novari, & in quam transfundi possit.

1. ULPIANUS lib. XLVI ad Sabinum.

NOvatio est prioris debiti in [4] aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio [5] atque translatio: hoc est, cum ex præcedenti causa ita nova constituatur [6], ut prior perimatur [7]. *Novatio* enim à novo nomen accepit, & à nova obligatione [8]. §. 1. Illud non interest, qualis [9] processit obligatio: utrum naturalis, an civilis, an honoraria: & utrum verbis, an re, an consensu. qualiscunque igitur obligatio sit, quæ præcessit, novari verbis potest: dummodo sequens obligatio aut civiliter teneat, aut naturaliter [10]: utputa si [11] pupillus [12] sine tutoris auctoritate promiserit [13].

De re qua obligatio novari possit si hoc agatur, vel non ut obligatio novetur.

II. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

OMnes [14] res transire in novationem possunt. quodcunque enim sive verbis contractum est, sive non verbis, novari potest, & transire in verborum obligationem ex quacunque obligatione: dummodo sciamus novationem [15] ita demum fieri, si [16] hoc agatur [17], ut novetur obligatio: cæterum, si non hoc agatur, duæ erunt obligationes.

De eo cui bonis interdictum est.

III. POMPONIUS lib. I ad Sabinum.

CUi bonis interdictum est, novare obligationem suam non potest, nisi meliorem [18] suam conditionem fecerit.

De usufructu & cæteris personæ cohærentibus.

IV. ULPIANUS lib. V ad Sabinum.

SI usufructus debitorem meum delegavero tibi, non novetur [19] obligatio mea: quamvis exceptione doli, vel in factum tutus debeat esse adversus me is, qui delegatus fuerit. & non solum donec manet [20] ejus usufructus, cui delegavi; sed etiam post interitum ejus videbimus: quia etiam hoc incommodum sentit, si post mortem meam maneat ei [21] usufructus. & hæc eadem dicenda sunt in qualibet obligatione personæ cohærenti.

De die.

V. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

IN diem obligatio novari potest, & [22] prius quam dies advenerit. † Et generaliter constat, & stipulatione in diem facta novationem contingere: sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam [23] dies venerit.

De promissione quanto minus à debitore exigi poterit. *1. De mutuo & stipulatione.*

VI. IDEM [lib. XLVI ad Sabinum].

SI ita fuero stipulatus, QUANTO MINUS A TITIO DEBITORE EXEGISSEM, TANTUM FIDEJUBES? non fit novatio: quia [24] non hoc agitur, ut novetur. §. 1. Cum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, & ex continenti [25] fecit stipulationem: unus contractus est [26]. Idem erit dicendum, & si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit.

VII. POMPONIUS [lib. XXIV ad Sabinum].

CUm enim pecunia [27] mutua data stipulamur, non puto [28] obligationem numeratione nasci, & deinde eam stipulatione novari: quia id agitur, ut sola stipulatio teneat. [&] magis implendæ stipulationis gratia numeratio intelligenda est fieri.

De purgatione moræ. 1. De legatis & fideicommissis. De puritate, die, conditione. 2. Si obligatio novans præcedat obligationem novatam. 3. De stipulatione judicatum solvi. 4. De alternatione. 5. Si quis promittat quod alius debet: vel stipuletur quod alii debetur.

VIII. ULPIANUS [lib. XLVI ad Sabinum].

SI Stichum dari stipulatus fuerim, & cum in moram [29] promissor esset, quominus daret, rursus eundem stipulatus fuero: desinit periculum ad promissorem pertinere, quasi mora [30] purgata. §. 1. Legata vel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, & hoc actum, ut novetur: fiet novatio. si quidem pure vel in diem [31] fuerint relicta, statim: si vero sub conditione [32], non statim, sed ubi conditio exiterit. Nam & alias [33] qui in diem stipulatur, statim novat, si hoc actum est: cum certum sit diem quandoque venturum. at qui sub conditione stipulatur, non statim novat, nisi conditio exiterit. §. 2. Si quis ita stipulatus à Seio sit, QUOD A TITIO STIPULATUS FUERO, DARE SPONDES? an, si postea à Titio stipulatus sim, fiat novatio, solusque teneatur Seius? & ait Celsius novationem fieri: si modo id actum sit, ut novetur; id est, ut Seius debeat quod Titius promisit: nam eodem [34] tempore, & impleri prioris stipulationis conditionem, & novari ait: eoque jure utimur.

§. 3. Idem Celsius ait, JUDICATUM SOLVI [35] stipulatione actionem judicati non novari. merito: quia hoc solum agitur

1 VIII C. XLII. περὶ μεταβάσεως ἐνοχῆς. 26 *Eclog.* 4. & apud *Harmenop.* 2. *tit.* 5. extat caput περὶ μεταβάσεως χρέους. adde §. 3. *Inst. quibus mod. toll. obligat.* De exceptione novationis, vide Oldend. *cap.* 46. *tract. de exceptionibus.*
2 5 Paul. *sent.* 8. Quid sit novatio, v. *l.* 11. *ff. eod.* Est autem origine Juris civilis & eo inventa, 2 *Synops. Basil.* 1. *c.* 14.
3 Delegare quid sit, v. *l.* 11. *ff. eod.*
4 *l. un. C. etiam ob chirographariam.*
5 Μεταγωγή. 7 *Eclog. G. ex lib.* 16. *tit.* 4. *c.* 1. μετάβασις. 3 *Harm.* 5.
6 Constituitur.
7 Ipso jure. *l.* 27. §. 2. *ff. de pactis*, sic vertunt Græci ἐφ' ᾧ τὴν πρώτην ἀναιρεῖσθαι. *Eclog. ibid.* ἀφανίζεται ἡ πρώτη ἐνοχὴ. *Harmenop. ibid.*
8 Vocabulum *obligationis* à Jurisconsulto hic adjicitur illustrandæ hujus etymologiæ gratia: ut in etymo testamenti vocabulum mentis addititium est παρυφαίνειν quædam, quemadmodum etiam *possessio* dicitur, quasi pedum positio: & *interdictum*, inter duos dictum. Hujus rei rationem adferre ex Cojano, *lib.* 9. *c.* 1. visum est adversus Vallam & similes: quia unius, *inquit*, verbi imagine totius rei informatio fieri non poterat, additum alterum est, quod ad proprietatem ejus nominis de quo ageretur declarandam facere videbatur. *& post*: nec enim cujusque rei in aliam formam mutatio, dicitur in jure civili novatio, sed cum prioris obligationis in aliam fit transfusio.
9 *l.* 2. *ff. eod. Etymolog. ibid.*
10 Pupillus ex æquitate & ratione naturali obligatur, promittendo pecuniam, quam mutuam accepit & in rem suam convertit, & novandi causa exprimittendo pro eo, cui eandem summam debet: quia & rem suam auxit. ita interpretatur Cujacius ad *l.* 127. *ff. de verb. obligat.* adde *l.* 59. *ff. de obligat.* Alii ad pupillum pubertati proximum hanc legem referunt: legem autem, 41. *ff. de cond. indeb. & l.* 59. *ff. de obligation.* ad eum, qui pubertati non sit proximus.
11 Imo ille naturaliter non obligatur. adde *l.* 41. *ff. de condict. indebiti. l.* 59. *ff. de oblig.* 12 Potest tamen adversus novationem restitui. vide *l.* 38. *in fin. ff. de fidejuss.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stip. cap.* 7. *num.* 245. *& seqq.* Anf. 13 ἀκυρωτέα. *Eclog. ibid.* id est, interrogat, stipulatur: aut passive potius, interrogatur. 14 *l.* 4. *ff. de transactionibus.* 15 Novatio veteri jure fiebat, etsi nihil interveniebat. *l. obligationum fere.* 44. *in fin. ff. de oblig.* novo jure quoties novi aliquid interveniebat: quod præsumebatur, *ut hic.* novissimo, si hoc lis expressum. *l. ult. C. eod.* Antonius tamen Faber, 3 *conject.* 3. notat Novationem jure Digestorum quibusdam casibus non aliter fieri, quam si id specialiter sit expressum. 16 §. 3. *Inst. quib. mod. toll.* dummodo in transactione stipulatio interveniat, 27 *Eclog.* 4. *cap.* 2. ὅτε χρεῶς συμφωνητὴ τὶς. 3 *Harm.* 5. 17 Olim id verbis agi necesse erat: hodie voluntate sola id exprimi satis est. *l ult. C. eod.* adde *l.* 40. *ff. de reb. cred.* 18 Prodigus & interdictus bonis potest in rem suam contrahere: ideoque prodigi interdictio non extenditur ad casus prodigo utiles. *l.* 6. *ff. de verbor. oblig.* 19 Non novatur. *vulgat. Hal.* 20 Imo, non manet: nec enim potest usufructus extranco cedi. §. 3. *Inst. de usufruct.* 21 Manent ejus usufructus. *vulgat. Hal.* 22 Etiam prius. *vulg.* ἢ πρὸ τῆς ἡμέρας μεταβάλλει. 26 *Eclog.* 4. 5. adde *l.* 8. §. 1. *ff. eod.* 23 *l.* 47. *ff. de verb. oblig.* 24 *l.* 8. §. 2. *ff. eod.* 25 Quando stipulatio numerationi conjungitur, sive numeratio præcedat, sive sequatur, unus est contractus stipulationis. adde *l.* 7. *ff. eod. l.* 7. §. 6. §. 12. *ff. de pact. l* 40. *ff. de reb. cred. l.* 126. §. 2. *ff. de verb. obl.* Goth. Vide Goed. *de contrab. stip. c.* 5. *n.* 53. Anf. 26 Verborum. 27 Pecuniam mutuam datam. *vulg. Hal.* 28 Imo, putandum videtur. *l.* 6. *ff. de SC. Maced.* 29 In mora. *vulg. Hal.* 30 Novatione quædam transfunduntur, ut obligatio: quædam non transfunduntur, ut mora. *Bald.* 31 *l.* 5. *ff. eod.* 32 Legata sub conditione relicta novari possunt. *l.* 4. *in fin. ff. de transact.* adde *l.* 14. *in fin. ff. eod.* 33 Sensus est, Pura, & in diem, pure & in diem novari possunt, nisi in eventum conditionis. *Bald.* 34 Eodem momento obligatio incipere & desinere potest, in eo similis herbæ quam Græci ἐφήμερον appellant, cujus flos statim decidit, nec longius quam uno aut altero die consistit; cui decerptæ non longior vita quam dies; vide Dioscoridem & Plinium: aut potius animali, quod ἐφήμερον etiam appellatur, quodque circa Hypanim fluvium, qui in Bosphorum influit, nascitur, quod eodem die quo nascitur, interit. vid. Arist. *5 de natura animalium.* 35 Per stipulationes quæ judiciorum executionem non spectant, non fit novatio. *Bald.*

35 Datis.
36 Victori.
37 Adde *l.* 2. §. 5. *ff. eod.* Si à diversis alternative debita promittuntur, non fit novatio: & sic alternativa propter suam incertitudinem novationem impedit.
38 Et vide Ant. Fabr. 3 *conject.* 2.
39 Dos ab extraneo & postea ab uxore promissa non duplicatur, & unica solutione tota obligatio solvitur. *Bald.*
40 *l.* 20. *ff. eod.* vide Paul. *S. sent.* 8. §. *un.*
41 *l.* 2. §. *pen. ff. de exercitoria.*
42 *l.* 25. *ff. eod.*
43 *l.* 20. *ff. eod.*
44 *l.* 23. *ff. de solutionib.*
45 Solutionem recusare debitor potest, nisi accipiat apocham, *ut hic.* facit *l.* 26. *C. de liberali causa. l.* 3. §. 3. *ff. de liberat. legata. l. ult. C. de solut.*
46 Extitura. *vulg. Hal.*
47 *l.* 7. *in fin. ff. de verb. oblig.*
48 V. *l.* 58. *ff. de verb. oblig.*
49 Et aliis, de quibus vide hic Accursium.
50 *l.* 58. *ff. de verb. oblig.*
51 Id est, plus: & ita quod plus est, aliud est. Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 5. *num.* 134. Anf.
52 *l.* 10. *l.* 11. *ff. de pactis.* Imo non potest, *l.* 16. *l.* 25. *ff. eod. l.* 27. *ff. de pact.* solve: Novare potest, qui jure suo solutum recipit: non potest, qui nudum ministerium præstat, *l.* 122. §. 1. *ff. de verb. oblig.* id tamen fallit in tutore & procuratore habente mandatum cum libera. *l.* 20. *l. ult. ff. eod.* Paul. *5 sent.* 8. §. *un. in fin.*
53 *Sub.* adjectis.
54 Delegatio, est mutatio creditoris. vide Conan. 6. *cap.* 8. Imo, & debitoris & creditoris, Cujac. *hic.* sicuti novatio, debiti est mutatio.
55 *l.* 1. *C. eod.* hodie etiam fit nudo consensu. *l.* 15. *in fin. ff. de reb. cred.*
56 *l.* 3. *C. eod.* facit *l.* 29. *ff. eod. l.* 23. *ff. de solutionib.* Goth. Vide Joann. Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 6. *num.* 67. Anf.
57 Sciens se tutum exceptione, qui promittit, donare videtur. *Bald.*
58 Delegatus sc.
59 *l.* 44. *ff. de cond. indeb.*
60 *l.* 5. §. 5. *in fin. ff. de doli mali.*
61 *d.* §. 5.
62 *l.* 30. *in fin. ff. de pactis.* §. 3. *versic. quod ante diem. Inst. quibus modis toll.*
63 *l.* 72. §. 1. *ff. de solut.* Imo statim. *l.* 56. *in fin. ff. de verb. oblig.*
64 *l.* 31. *ff. eod.*
65 Ubi res non subest, ibi reus esse non potest. *l.* 38. *in fin. ff. de fidejuss.*
66 *l.* 72. §. 1. *ff. de solut.* Cæterum nota hic agi de mora facta ante stipulationem conditionalem. vide Cujac. ad *l.* 56. §. 8. *ff. de verbor. oblig.*
67 *l.* 7. §. 1. *ff. eod.*
68 Adde *l.* 8. §. 1. *ff. eod.*
69 *Al.* secundam.
70 *l.* 47. *ff. de fidejussorib.* vide Rolandum à Valle, 1 *consil.* 12. *n.* 4. *in fin.* dixi ad *l.* 3. *C. de coll.*
71 Conditionalis obligatio non transit ad fiscum deportato succedentem, atqui legata conditionalia & fideicommissa transeunt in fiscum. *l.* 6. §. 3. *ff. ad Trebell. l.* 48. *in fin. ff. de jure fisci.*
72 Fuerit. *vulgat. Hal.*
73 V. *l.* 113. *ff. de verb. obl.*
74 *l.* 25. *ff. eod. l.* 19. *ff. de solut.*
75 Nutu, qui fari non potest, debitorem suum delegare, ut & scriptura, potest. v. *l.* 52. *in fin. ff. de obl.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 6. *n.* 11. 47. Anf.
76 Nisi conveniat ut pignus restituatur. *l.* 11. §. 1. *ff. de pign. l. un. C. etiam ob chirograph.* Goth. Vide Zanger. *d. loco, num* 70. Anf.
77 *l.* 27. *ff. eod.* v. quæ not. ad *l.* 90. *ff. de verb. obl.*
78 Quia suum recipit. *l.* 12. *ff. eod.*
79 Macedonianus.

tur ea stipulatione, ut fidejussoribus [36] cautum sit [37]; non ut ab obligatione judicati discedatur. §. 4. *Si decem, quæ mihi Titius* [*debet* [38]], *aut* [39] *decem, quæ Seius debet*, à Tertio stipulatus fuero: putat Marcellus neutrum liberari: sed Tertium eligere posse, pro quo decem solvere velit. §. 5. Si ab alio promissam sibi dotem, maritus ab uxore [40], dotis nomine, stipulatus sit: non duplari dotem, sed fieri novationem placet, si hoc actum est. quid enim interest [41], ipsa, an alius quiliber promittat? quod enim ego debeo, si alius promittat, liberare [42] me potest, si novationis causa hoc fiat: si autem non novandi animo hoc intervenit, utergue quidem tenetur, sed altero solvente alter liberatur. non tamen si quis stipuletur, quod mihi debetur, aufert [43] mihi actionem, nisi ex voluntate [44] mea stipuletur: liberat autem me is qui quod debeo promittit, etiam si nolim [45].

De actione tutelæ. 1. De conditione necessaria. 2. De actu & itinere, de usufructu & usu.

IX. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

SI pupillus sine tutoris auctoritate rem salvam fore stipulatus, pubes factus, ratam stipulationem habuerit novandi causa: tollitur tutelæ actio. si non habuerit ratum, licet tutelæ egisset, habet tamen adhuc ex stipulatu actionem: sed judex tutelæ non [46] aliter condemnare debet, quam si ex stipulatione liberatio fieret.

§. 1. Qui *sub conditione* stipulatur, *quæ omnimodo exstatura* [47] *est*, pure [48] videtur stipulari. §. 2. Qui [49] *actum* stipulatur, deinde [50] *iter*, nihil agit. Item usumfructum stipulatus, si usum stipuletur, nihil agit. Sed qui iter stipulatus actum postea stipuletur, aliud magis stipulatur: aliud [51] est enim iter, aliud actus.

An is cui recte solvitur, novare possit.

X. PAULUS [lib. XI ad Sabinum].

CUi [52] recte solvitur, is etiam novare potest [53], excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim: nam Titius [54] novare non potest, licet recte ei solvitur.

Quid sit delegare. *Quibus modis delegatur.*

XI. ULPIANUS [lib. XXVII ad Edictum].

D*Elegare* [55] est vice sua alium reum dare creditori, vel cui jusserit. §. 1. Fit autem delegatio vel per stipulationem [56] vel per litis contestationem [57].

Si exceptione tutus delegetur.

XII. PAULUS lib. XXXI ad Edictum.

SI quis delegaverit debitorem qui [58] doli mali exceptione tueri se posse sciebat, similis videbitur [59] ei qui donat: quoniam remittere exceptionem videtur. † Sed si per ignorantiam promiserit creditori, nulla quidem exceptione adversus creditorem uti poterit; quia ille suum [60] recepit: sed is qui delegavit, tenetur [61] condictione vel incerti, si non pecunia soluta esset, vel certi, si soluta esset: & ideo cum ipse præstiterit pecuniam, aget mandati judicio.

De non debitore delegato.

XIII. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

SI non debitorem quasi debitorem delegavero creditori meo, exceptio locum non habebit: sed condictio [62] adversus eum qui delegavit, competit.

De puritate & conditione.

XIV. IDEM lib. VII Disputationum.

QUotiens [63] quod pure debetur, novandi causa sub conditione promittitur, non statim fit novatio: sed tunc demum, cum conditio extiterit. † Et ideo si forte Stichus fuerit in obligatione [64], & pendente conditione decesserit [65], nec novatio continget: quia non subest res [66] eo tempore, quo conditio impletur. Unde Marcellus, etsi post moram [67] Stichus in conditionalem obligationem deductus sit, purgari moram, nec in sequentem deduci obligationem, putat. §. 1. Sed si, quod sub conditione debetur, pure quis novandi causa stipuletur: nec nunc quidem statim [68] novat, licet pura stipulatio aliquid egisse videatur; sed tunc novabit, cum exstiterit conditio: etenim existens conditio primam stipulationem committit, commissamque in secunda [69] transfert. † Et ideo si forte persona promissoris pendente conditione fuerit deportata [70], Marcellus scribit, ne quidem existente conditione ullam contingere novationem [71]: quoniam nunc, cum extitit conditio, non est persona quæ obligetur.

De stipulatione pœnali.

XV. JULIANUS [lib. XIII Digestorum].

SI creditor pœnam stipulatus fuerat [72], si ad diem pecunia soluta non esset: novatione facta non [73] committitur stipulatio.

De servo.

XVI. FLORENTINUS [lib. VIII Institutionum].

SErvus [74] nec peculiarem quidem obligationem citra voluntatem domini novare potest: sed adjicit potius obligationem, quam priſtinam novat.

Quibus modis delegatur.

XVII. ULPIANUS [lib. VIII ad Edictum].

D*Elegare* scriptura, vel nutu [75], ubi fari non potest, debitorem suum quis potest.

De pignoribus, hypotheca, usuris.

XVIII. PAULUS lib. LVII ad Edictum.

NOvatione legitime facta, liberantur hypothecæ & pignus [76]; usuræ [77] non currunt.

Si exceptione tutus delegetur.

XIX. IDEM lib. LXIX ad Edictum.

DOli exceptio quæ poterat deleganti opponi, cessat [78] in persona creditoris cui quis delegatus est. † Idemque est, & in cæteris similibus exceptionibus: imo & in ea quæ ex Senatusconsulto [79] filiofamilias datur. nam adversus creditorem, cui delegatus est ab eo qui mutuam pecuniam contra Senatusconsultum dederat, non utetur exceptione: quia nihil in ea promissione contra Senatusconsultum fit [80]: tanto magis, quod hic nec solutum repetere potest. † Diversum est in muliere quæ contra Senatusconsultum promisit: nam & in secunda [81] promissione intercessio est. † Idemque est in minore qui circumscriptus delegatur: quia si etiam nunc minor est, rursum circumvenitur. diversum [82], si jam excessit ætatem vigintiquinque annorum: quamvis adhuc possit restitui adversus priorem creditorem. † Ideo autem denegantur exceptiones adversus secundum creditorem, quia in privatis contractibus & pactionibus non facile scire petitor potest, quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est: aut etiam si sciat, dissimulare debet, ne curiosus [83] videatur. & ideo merito denegandum est adversus eum exceptionem ex persona debitoris.

Per quas personas fit novatio. 1. De pupillo & tutore. De procuratore.

XX. IDEM [lib. LXXII ad Edictum].

NOvare possumus aut ipsi, si sui juris sumus; aut per alios, qui voluntate [84] nostra stipulantur [85]. §. 1. Pupillus [86] sine tutoris auctoritate non potest novare: tutor [87] potest [88], si hoc pupillo expediat; item procurator omnium bonorum.

De eo cui debitor jussus est solvere.

XXI. POMPONIUS lib. I ex Plautio.

SI debitorem meum jussero [89] tibi solvere, non statim tu etiam stipulando id novare possis: quamvis debitor solvendo tibi liberaretur.

De ratihabitione novationis.

XXII. PAULUS lib. XIV ad Plautium.

SI quis absente me à debitore meo stipulatus est novandi animo, ego postea ratum [90] habuero: novo obligationem.

An filius actionem patris novet.

XXIII. POMPONIUS lib. III ex Plautio.

FIlius patris actionem ignorante [91] eo novare non potest.

De stipulatione quæ non committitur. 1. De conditione.

XXIV. IDEM lib. V ex Plautio.

NOvatio non potest contingere ea stipulatione quæ non committitur [92]. † Nec huic contrarium est, quod, si stipulatus à Titio fuero novandi animo sub conditione quod mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius decesserit [93], quamvis ante aditam hereditatem conditio exstiterit, novatio fieret: hic enim morte promissoris non extinguitur stipulatio, sed transit ad heredem cujus personam [94] interim hereditas sustinet.

An is cui recte solvitur, novare possit.

XXV. CELSUS lib. I Digestorum.

NOn ideo [95] novare veterem obligationem quisquam recte potest, quod interdum recte ei solvitur. nam & his, qui [96] in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, recte interdum solvitur: cum nemo eorum [97] per se novare [98] priorem obligationem jure possit.

De disjunctione.

XXVI. IDEM lib. III Digestorum.

SI is, cui decem Titius, quindecim Seius debebat [99], ab Attio stipulatus est, *quod ille aut* [100] *quod ille debeat, dari sibi*: novatum utrumque non est. sed in potestate Attii est, pro quo velit, solvere, & eum liberare: fingamus autem ita actum, *ut alterutrum daret*: nam alioquin utrumque stipulatus videtur, & utrumque [1] novatum, si novandi animo hoc fiat.

De usuris.

XXVII. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

EMptor cum delegante venditore pecuniam ita promittit, QUIDQUID EX VENDITO DARE FACERE OPORTET, novatione secuta, usuras [2] neutri post insecuti temporis debet.

De stipulatione fundi & stipulatione æstimationis.

XXVIII. IDEM [lib. II Definitionum].

FUndum Cornelianum stipulatus, *quanti fundus est*, postea [3] stipulor. si non [4] novandi animo secunda stipulatio facta est, cessat novatio: secunda vero stipulatio tenet, ex qua non fundus, sed pecunia debetur. Itaque si reus promittendi fundum solvat, secunda stipulatio jure [5] non tollitur: nec si litem actor ex prima contesteturus. denique meliore vel deteriore facto sine culpa debitoris postea fundo [6], præsens æstimatio fundo petito recte consideretur [7]: in altera [8] vero ea æstimatio venit, quæ secundæ stipulationis tempore fuit.

Differentia novationis voluntariæ, & judicii accepti.

XXIX. PAULUS lib. XXIV Quæstionum.

ALiam causam [9] esse novationis voluntariæ, aliam judicii [10] accepti, multa exempla ostendunt. † Perit privilegium dotis, & tutelæ, si [11] post divortium dos in [12] stipulationem deducatur, vel post [13] pubertatem tutelæ actio novetur, si id specialiter actum est, quod nemo dixit lite [14] contestata: neque [15] enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercentes, sed meliorem [16]; ut solet dici in his actionibus, quæ tempore vel morte finiri possunt.

De pignore.

XXX. IDEM lib. V Responsorum.

PAulus respondit, si creditor à Sempronio novandi animo stipulatus esset, ita ut à primo [17] obligatione in universum discederetur: rursum easdem res à posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse.

De

79 Senatusconsultum factum est: ideoque quod solverit, repetere non potest, tanto magis sit quod, &c. *vulg.*
81 *l.* 8. §. 2. *in fin. ff. ad Velleian.*
82 Restringe ex *l.* 6. *C. de interdicto matrim.*
83 Creditor passim & indistincte curiosus esse non debet, quam in rem debitor pecuniam sit versurus. Cicero *pro Rabirio* non debuit is qui dabat, in quo ille, qui accipiebat, pecuniam consumeret, quærere. excipe casum *l.* 17. *ff. ad Velleian. & l. ult. ff. de exercitoria. l.* 3. § *sed si sic accepit. ff. de in rem verso.* Ita Lege Gabinia curiositas in creditore desiderabatur: vetabat enim jus dici de pecunia sub usuris sumpta per versuram, id est, ut ex ea pecunia solverentur usuræ alii debitæ. Cur? ea ratione fieri videtur ut usuræ usurarum unius solutarum debeantur alteri: quod jus non patitur, ne inopes usuris obruantur. Versuræ igitur fraus est: quæ ne fiat, ac proinde ne creditor jus crediti amittat, in mutuando diligens esse debebat. Alias in creditore curiositatem non exigimus, *hac lege.* & ut ex M. Tullio diximus, *pro Rabirio Postumo*, non debet is qui dat, quo ille, qui accipit, consumpturus sit, quærere. adde Cujac. 4 *ad Afric. in l.* 17. *ff. ad Velleian.*
84 *l.* 8. *in fin. ff. eod.*
85 Veluti per procuratorem. Paul. *5 sent.* 8. §. *un. in fin.*
86 *l.* 9. *ff. eod. l.* 15. *ff. de solut.*
87 *l.* 12. §. 1. *ff. de adm. tut.*
88 Imo, non posse videtur, quid transigere non potest. *l.* 46. *in fin. ff. de admin. tut.*
89 Habens potestatem solutionis recipiendæ, non habet potestatem obligationis mutandæ. *l.* 10. *in fin. ff. eod. l.* 4. *C. eod.*
90 Ratihabitione confirmatur novatio, quæ à principio mandati defectu non tenebat. *Bald.*
91 *l.* 8. *in fin. ff. eod.*
92 Id est, ex stipulatione inutili. *l.* 115. *in fin. ff. de reg. jur.*
93 Etiam hereditate jacente contingit novatio.
94 Vid. *l.* 31. *in fin. ff. de hered. instit.*
95 *l.* 27. *ff. de pact.* Imo ideo, *l.* 10. 11. *ff. de pact.*
96 *l.* 16. *ff. eod.*
97 Non habentium liberam peculii administrationem. *l.* 34. *ff. eod.*
98 Et donare. *l.* 28. *in fin. ff. de pact.*
99 *l.* 8. §. 4. *ff. eod.*
100 Et ita emendat Antonius Faber, 3 *conject.* 7. 3. ut in *l.* 32. *ff. eod.*
1 *l.* 32. *ff. eod.*
2 *l.* 18. *in fin. ff. eod.* 27 *Eclog.* 4. *cap.* 25.
3 *l.* 29. *in pr. ff. de verb. oblig.*
4 *l.* 122. §. 4. *ff. de verb. obligat.*
5 Civili scil. *l.* 95. §. 2. *ff. de solut.*
6 Fundo petito præsens, &c.
7 *Al.* considerabitur.
8 Aliud esse rem, aliud rei pretium, hinc collige. *l.* 42. §. 1. *ff. de usufr. l.* 48. *in fin. ff. de furt.*
9 Vide Goedd. *de cont. stipul. cap.* 5. *num.* 70. *& seqq.* Anf.
10 Differentiam novationis voluntariæ & judicialis observa. *l.* 31. *in fin. ff. eod.*
11 Hoc exemplum est novationis voluntariæ.
12 Adde *l.* 8. *in fin. ff. eod.*
13 *l.* 9. *ff. eod.*
14 Hoc exemplum est novationis judicialis. *argum. l.* 11. *ff. de pignorib. l.* 13. §. 4. *ff. de pignorib.* ita litis contestatione fit novatio judicialis. Cæterum, an privilegia primæ actionis repetita intelligantur, in novante stipulatione, vide apud Bart. *hic.*
15 *l.* 139. *ff. de reg. jur. l.* 8. *ff. de compensat. l.* 2. *C. de annali except.*
16 Fiunt enim perpetuæ, quæ temporariæ erant. *l.* 9. §. 3. *ff. de jurejur. l.* 8. *in fin. ff. de fidejuss. tutor.*
17 A prima. *vulg. Hal.*

De rei interitu. 1. De duobus reis credendi.

XXXI. VENULEIUS lib. III Stipulationum.

SI rem aliquam dari stipulatus sum, deinde eandem sub conditione novandi animo ab eodem stipuler: manere [18] oportet rem in rebus humanis, ut novationi locus sit. nisi si per promissorem steterit, quominus daret. ideoque si hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris, quominus dares, etiam defuncto eo teneris [19]: & si prius [20] quam decederet, cum [21] jam mora facta sit, eundem à te sub conditione stipulatus fuero, & servus postea decesserit, deinde conditio existiterit, cum jam ex stipulatu obligatus es mihi: novatio quoque fiet. §. 1. Si duo [22] rei stipulandi sint, an alter jus novandi habeat, quæritur: & quid juris unusquisque sibi adquisierit? fere autem convenit, & uni [23] recte solvi, & unum [24] judicium petentem totam rem in litem [25] deducere; item unius [26] acceptilatione perimi utriusque obligationem: ex quibus colligitur, unumquemque perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset; excepto eo, quod etiam facto ejus, cum quo commune jus stipulantis [27] est, amittere debitorem potest. Secundum quæ si unus ab aliquo stipuletur: novatione quoque liberare eum ab altero potest, cum id specialiter agit. eo magis cum eam stipulationem similem esse solutioni [28] existimemus. alioquin quid dicemus, si unus delegaverit creditori suo communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit? aut mulier fundum jusserit doti [29] promittere viro, vel nuptura ipsi, doti eum promiserit? nam debitor ab utroque liberabitur.

18 *l.* 14. §. *eod.* Goth. V. in hanc l. Cujac. *lib.* 25 *obs. cap.* 17. S. L.
19 *l.* 30. *in fin.* §. *de verb. obligat.* Imo, eo defuncto non tenetur, cum ejus morte purgetur mora. *l.* 14. §. *eod. l.* 72. §. 1. §. *de solutionib.*
20 *l.* 91. §. *de verbor. oblig.*
21 Ut in *l.* 72. §. *de solution.*
22 Vide Goedd. *de contr. stip. c.* 12. *num.* 9. & *seqq.* Ans. Adde Joan. Robert. *lib.* 1 *sent. jur. cap.* 25. S. L.
23 *l.* 10. §. *eod.*
24 In judicio petentem. *vulg. Hal.* adde *l.* 2. §. *de duobus reis.*
25 Novatio hæc necessaria.
26 *l.* 13. *in fin.* §. *de acceptilation.*
27 Stipulandi est admittere debitorem, &c. *Hal.*
28 Acceptilatio solutioni comparatur. *l.* 7. §. 1. *in fin.* §. *de liberat.*
29 Vid. quæ notavi ad *l.* 79. §. *de jure dot.*
30 Et ita legit Antonius Faber, 3 *conjectur.* 3. movetur autem, quod in alternativa stipulatione utraque res non contineatur, nisi hactenus, ut alterutra præstetur, non etiam, ut utraque peti possit.
31 *l.* 26. *in fin.* §. *eod.*
32 V. *l.* 12. §. *eod.*
33 Peculii administratio cui permissa est, novare potest, *ut hic.* donare non potest, & tamen pactum de non petendo facere potest. *l.* 28. §. 2. §. *de pact. l.* 7. §. *de donat.* potest etiam alienare & pignori dare. *l* 18. *in fin.* §. *de pignerat.* Imo ne pignori quidem dare potest. *l.* 1. §. 1. §. *quæ res pignori.* solve: facti quæstio est, quousque ei sit permissum peculium administrare. *d.* §. 1. An jurare & deferre juramentum potest? utique. *l.* 20. 21. §. *de jurejur.* An & delegare? potest. *l.* 48. *in fin.* §. *de peculio.* 34 Cur? Novare potest is, cui solvi potest. *l.* 10. §. *eod. l.* 20. *l.* 21. §. *de jurejur.* 35 Id enim non possunt. *l.* 28. §. 2. §. *de pact. l.* 1. §. 1. §. *quæ res pign. l.* 7. §. *de donat.* 36 Ut non dedicandi & donandi. vide quæ notavi ad *l.* 12. §. *de curator. fur. & al.* 37 Una novatione plures stipulationes novare possumus.

De duobus reis credendi.

XXXII. PAULUS lib. I ad Neratium.

TE hominem, & Seium, decem mihi dare oportet; stipulor ab altero novandi causa ita, QUOD TE AUT [30] SEIUM DARE OPORTET: utrumque [31] novatur. Paulus, Merito: quia utrumque in posteriorem deducitur stipulationem.

De donatione.

XXXIII. TRYPHONINUS lib. VII Disputationum.

SI Titius donare mihi volens, delegatus à me creditori meo stipulanti spopondit: non [32] habebit adversus eum illam exceptionem, ut, quatenus facere potest, condemnetur: nam adversus me tali defensione merito utebatur, quia donatum ab eo petebam, creditor autem debitum persequitur.

De filio vel servo. 1. De furioso vel prodigo. 2. De pluribus obligationibus simul novatis.

XXXIV. GAIUS lib. III de verborum obligationibus.

DUbitari non debet, quin filius, servusve, cui administratio [33] peculii permissa est, novandi quoque peculiaria debita jus habeat [34]: utique si ipsi stipulentur, maxime si etiam meliorem suam conditionem eo modo faciunt. Nam si alium jubeant stipulari, interest, utrum donandi [35] animo alium jubeant stipulari, an ut ipsi filio, servove negotium gerat: quo nomine etiam mandati actio peculio adquiritur. §. 1. Adgnatum furiosi, aut prodigi curatorem, novandi [36] jus habere minime dubitandum est, si hoc furioso vel prodigo expediat. §. 2. In summa admonendi sumus nihil vetare, una [37] stipulatione plures obligationes novari: veluti si ita stipulemur, QUOD TITIUM ET SEIUM MIHI DARE OPORTET, ID DARI SPONDES? licet enim ex diversis causis singuli fuerant obligati, utrique tamen novationis jure liberantur: cum utriusque obligatio in unius personam, à quo nunc stipulemur, confluat.

30 *l.* 1. §. *eod. l.* 97. §. *eod.*
31 *l.* 7. *in fin.* §. *eod. l.* 5. *in fin.* §. *de novatre in possess.*
32 *l.* 5. §. *eod.*
33 *l.* 3. §. *eod.*
34 *l.* 39. *in fin.* §. *eod.*
35 *l.* 4. *in fin.* §. *eod.* & sic graviora, *l.* 3. *l.* 4. §. *eod.* pura, *d. l.* 3. pœnalia, *d. l.* 4. satisfactionibus obnoxia, *d. l.* 4. §. *eod.* antiquiora debita, *ut hic.* in dubio præsumimur exonerare.
36 An simplex, ut vult Accursius? an sine fidejussore, ut Pyrrhus?
37 *l.* 1. §. *eod. l.* 24. *l.* 101. §. 1. §. *eod.*

De divisionibus.

XXXV. GAIUS lib. III de verborum obligationibus.

QUædam [38] in obligationibus dicuntur, quædam [39] in rebus. Nam quæ dicimus personales esse obligationes, quæ consistunt in hoc, ut certum nobis præstetur, vel ex certa causa, vel ex incerta, quæ in infinitum extenditur, sicut ex stipulationibus fere omnibus, quæ in faciendo consistunt, & ex quibusdam aliis. Quæ autem dicuntur in rebus, veluti cum res aliqua nostra ex contractu alterius fit, vel ex delicto ejus, apud quem deposita vel commodata vel pignori data est, aut ab eo vi possessa est, vel ipsius, qui eam corpore suo nobis damnum dando obligavit. Nam ex omnibus his causis habemus quidem cum eo, qui fecit, actionem, sed ejus, ad quem ea res pervenit, non habemus, nisi forte is quoque aut dolo fecerit, quominus possessor esse desinat, aut culpa, si quidem ex contractu obligatus sit. Ex his igitur causis, quæ diximus, in rem actio nascitur. §. 1. Item [40] quædam actiones rei persecutionem habent, quædam pœnam, quædam mixtam ex utraque causa. Rei persecutionem habet actio, qua [41] tantum id persequimur, quod nostrum est, sive in corpore sit, sive in jure. Pœnam autem persequimur actione, qua ex delicto nascitur, veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Mixtam autem rei persecutionem & pœnæ actio est, qua ex quibusdam contractibus proficiscitur, veluti actio depositi, commodati, pigneratitia, mandati, pro socio. Nam ex his omnibus causis & rem persequimur, quæ apud nos deposita, commodata, pignori data, aut per mandatum nostrum gesta est, & præterea pœnam decupli [42] aut dupli, ut ex quibusdam causis, ut ex mandato, pro socio, depositi, commodati, pigneratitia, si dolo malo ejus, apud quem deposita, commodata, pignori data, aut per mandatum nostrum gesta est, ea res amissa sit. Ex his igitur causis, quæ diximus, in rem actio nascitur. §. 2. Item [43] quædam actiones in simplum, quædam in duplum, quædam in triplum, quædam in quadruplum, quædam [44] in simplum & in duplum, quædam in simplum & in triplum, quædam in simplum & in quadruplum, quædam in duplum & in triplum, quædam in duplum & in quadruplum, quædam in triplum & in quadruplum, quædam [45] in simplum & in duplum & in triplum, quædam in simplum & in duplum & in quadruplum, quædam in simplum & in triplum & in quadruplum, quædam in duplum & in triplum & in quadruplum, quædam [46] in simplum & in duplum & in triplum & in quadruplum. Quæ in simplum sunt, ea [47] tantum persequuntur, quod nostrum est, sive in corpore sit, sive in jure. Quæ in duplum sunt, ea [48] pœnam decupli aut dupli persequuntur, ut ex quibusdam causis, ut ex mandato, pro socio, depositi, commodati, pigneratitia, si dolo malo ejus, apud quem deposita, commodata, pignori data, aut per mandatum nostrum gesta est, ea res amissa sit. Quæ in triplum sunt, ea [49] pœnam decupli aut dupli persequuntur, ut ex quibusdam causis, ut ex mandato, pro socio, depositi, commodati, pigneratitia, si dolo malo ejus, apud quem deposita, commodata, pignori data, aut per mandatum nostrum gesta est, ea res amissa sit. Quæ in quadruplum sunt, ea [50] pœnam decupli aut dupli persequuntur, ut ex quibusdam causis, ut ex mandato, pro socio, depositi, commodati, pigneratitia, si dolo malo ejus, apud quem deposita, commodata, pignori data, aut per mandatum nostrum gesta est, ea res amissa sit.

38 *l.* 1. §. *eod. l.* 97. §. *eod.*
39 *l.* 7. *in fin.* §. *eod. l.* 5. *in fin.* §. *de novatre in possess.*
40 *l.* 5. §. *eod.*
41 *l.* 16. *l.* 3. §. *eod.*
42 *l.* 89. *in fin.* §. *eod.*
43 *l.* 4. *in fin.* §. *eod.* & sic graviora, *l.* 3. *l.* 4. §. *eod.* pura, *d. l.* 3. pœnalia, *d. l.* 4. satisfactionibus obnoxia, *d. l.* 4. §. *eod.* antiquiora debita, *ut hic.* in dubio præsumimur exonerare.
44 An simplex, ut vult Accursius? an sine fidejussore, ut Pyrrhus?
45 *l.* 1. §. *eod. l.* 24. *l.* 101. §. 1. §. *eod.*
46 Redegit. *vulgat. Hal.*
47 Id est, æqualiter omnibus summis. *l.* 55. §. *de fidejuss.*
48 Usuræ cum debentur partim ex stipulatione, partim ex pacto, pretium distractorum pignorum in utrasque usuras æqualiter imputatur, tametsi quantitatis inæqualis sint. 7 *Eclog. tit.* 5. *c.* 1. & 22. 2. *lib.* 26. *tit.* 5. *c.* 3.
49 Naturaliter debetur, quod ex pacto debetur. vide *l.* 1. §. *de pactis.*
50 *l.* 8. §. *eod.* Imo, non æqualiter: est enim præsumptio quemvis eas usuras potius solvere velle, quæ ex stipulatione debentur, quam quæ ex nudo pacto. *arg. l.* 94. *in fin.* §. *eod.*
51 Quas debebas ex nudo pacto.
52 Sensus est, Usuras, quæ veluti ex pacto peti non poterunt, si debitor simpliciter solverit, nulla mentione facta, quo nomine fiat solutio, in sortem eas dare videtur, *Eclog. ibid.*
53 *l* 48. *in fin.* §. *eod. l.* 1. *C. eod. l.* 35. §. *de pign. l.* 21. *C. de usur.*
54 Utpote ex stipulatione debitas.
55 Usuræ sicut ex pacto datæ repeti non possunt: ita si non datæ sunt, quasi usuræ, creditor dicere non potest se quasi usuras accepisse. *Eclog. ibid.*
56 In sortem, & in usuras administratur, sed prius in usuras, & tunc deinde, &c. *vulg. Hal.*
57 Ordo scripturæ non impedit causam juris, ac voluntatis: nec attenditur, ubi mens Legis certa est. *l.* 77. §. 12. §. *de leg.* 2. adde *l.* 14. §. *de peculio legato. l.* 13. §. 15. §. *de damno.* §. 34. *Inst. de legatis.* adde Bart. ad *l. Gallus.* §. 1. §. *de liberis ad l.* 9. §. *prim.* §. *de vulgari.* 33 Imo ordo scripturæ spectatur. *l.* 12. §. 3. §. *de legat.* 1. *l.* 14. §. *de legat.* 2. *l.* 24. §. 17. §. *de fideic. libert. l.* 1. §. *de poss. bored. pet. l.* 1. §. *de fideic. hered. pet.* 34 Id est, juris dispositione. Atque ita primo voluntas contrahentium expressa: Secundo juris dispositio: Tertio ordo scripturæ inspicitur, & sic voluntas tacita. 35 Ex usu, & consuetudine.
58 Si prius quam scirem mandatum revocatum. Mandatarius, & procurator ignorans mandatum revocatum, juste solvit. facit *l.* 38. §. 1. §. *eod. l.* 17. §. *de off. Præf. l.* 41. §. *de reb. cred. l.* 12. §. *de SC. Maced. l.* 15. §. *mandati.* §. 10. *Inst. de mandat.*
59 Imo, ignorantia ei, qui prohibitus est aliquid facere, non prodest. *l.* 4. §. *de manum. vindicta.*
60 Possum enim invito stipulatore ei, qui adjectus est solutionis causa, solvere. *l.* 106. §. *eod.* §. 4. *Inst. de inut. stip.* 61 Libertatem semel reo quæsitam creditor (eo invito) mutare non potest.

Tit. III.

DE SOLUTIONIBUS ET LIBERATIONIBUS.

Si debitor ex pluribus causis unum debitum solvat. 1. De liberatione unius ex duobus fidejussoribus. 2. De sorte & usuris.

I. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

QUotiens quis debitor ex pluribus causis unum debitum solvit: est [2] in arbitrio solventis dicere, quod potius debitum voluerit solutum; & quod dixerit, id erit solutum. Possumus enim certam legem dicere ei, quod solvimus: quotiens vero non dicimus id quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id constituat solutum, in quod ipse, si deberet, esset soluturus [quoque debito se exoneraturus esset, si deberet], id est 3, in id debitum, quod non est in controversia 4, aut 5 in illud, quod pro alio quis fidejusserat, aut cujus dies nondum venerat. æquissimum [6] enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, ut suam ageret. Permittitur ergo creditor [7] constituere, in quod velit solutum; dummodo sic constituamus [8], ut in re sua constituerit: sed constituere in re præsenti, hoc est statim, atque [9] solutum [10] est;

1 VIII C. XLIII. 11. *tit.* 39. 7 *Eclog. tit.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 5. *Inst. quibus mod. toll. obligatio. in princ.* 3 *Extra.* 23.
2 *l.* 5. §. 1. §. *eod. l.* 1. *C. eod. l.* 21. *C. de usur.* 7 *Eclog.* 5. *c.* 1. Goth. Vide Cost. *de quota & rata, qu.* 124. *num.* 22. Menoch. *lib.* 3 *præsumpt.* 136. *& de arbitrar. cas.* 493. Ans.
3 I. e. non in id debitum, quod est in controversia. Cujac. 5 *obsery.* 34. Contius, 1 *lect.* 7. monet in pluribus locis dictionem *Non* præposterari, ut in *l.* 71. §. *de adquirend hered.* in qua *ut non iterum* est, pro *non, ut iterum*, ἵνα μὴν τοῦτο ἵνα μὴ ὡς ἐναμφισβήτητον §. 7 *Eclog.* 6. *ex lib.* 26. *tit.* 5. *c.* 1. id est, ita tamen, ut non in id, quod extra controversiam est. sensus est: Debitor solvendo potest constituere, quod potius debitum solutum velit: si non constituit, creditoris est constituere. Jam fingamus Titium ducenta Caio ex mutui causa debuisse: alia vero centum, vel ex negotio controverso, nondum tamen decisо, ut ex causa fidejussionis, vel ex causa cujus dies nondum venerit. Fingamus etiam centum Caio à Titio numerata: creditor eo casu non potest in has postremas causas pecuniam acceptam imputare. Cur ita? quia si ipsemet in ea causa esset, nollet imputari. & merito: magis enim præsumitur debiti non controversi, principalis & puri, quam controversi, quam accessorii, *l.* 97. §. *eod.* vel nondum præsentis solvendi causa solvisse, *l.* 3. *in fin.* §. *eod.* sunt enim hæ causæ leviores. Præsumimur autem in graviorem & nos magis onerantem causam velle solvere. 4 Controverso. *vulgat.* 5 Haud in illud. quidam ita legunt; reprehensi à Cujacio, 3 *observation.* 34.
6 Vide supra, ut quod quisque juris. 7 Creditori. *vulgat. Haloand.* 8 *Al.* constituat.
9 Quin & ante. *l.* 21. *C. de usur.* Hinc Cujacius, 13 *observ.* 31. colligit, Tutoris auctoritatem post negotium gestum posse interponi. 10 *Al.* est, debet. 11 *l.* 5. §. *eod.* 12 Dies jam venit. *vulgat. Haloand. l.* 1. §. *eod. l.* 103. §. *eod.*

IV. POMPONIUS lib. XIII ad Quintum Mucium.

ET magis, quod meo [13] nomine, quam quod pro alio fidejussorio nomine debeo: & potius quod cum [14] pœna, quam quod sine pœna debetur: & potius quod satisdato [15], quam quod sine satisdatione debeo.

V. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

IN his vero, quæ præsenti die debentur, constat, quotiens indistincte quid solvitur, in graviorem [16] causam videri solutum. si autem nulla prægravet (id est, si omnia nomina similia fuerint), in antiquiorem [17]. gravior videtur, quæ [&] sub satisdatione [18] videtur, quam ea, quæ pura [19] est. §. 1. Si duos quis dederit fidejussores, potest ita solvere, ut unum [20] liberet. §. 2. Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit, cum distractis pignoribus creditor pecuniam redigit [21], si sint usuræ debitæ, & aliæ indebitæ: quod solvitur in usuras, ad utramque [22] causam usurarum, tam debitarum, quam indebitarum pertinere. pura quædam earum ex stipulatione [23], quædam ex pacto [24] naturaliter debebantur. † Si vero summa usurarum debitarum, & non debitarum, non eadem sit; æqualiter [25] ad utramque causam proficit, quod solutum est, non pro rata: ut verba rescripti ostendunt. † Sed si forte usuræ non sint debitæ, & quis simpliciter solverit, quas omnino non eras stipulatus [26]: Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescripsit [27], ut in sortem cedant. Eidem autem rescripto ita subjicitur: Quod generaliter constitutum est [28], *prius in usuras nummum solutum accepto ferendum*, ad eas usuras videtur pertinere, quas debitor exsolvere cogitur [29]: & sicut ex pacti conventione datæ repeti non possunt, ita [30] proprio titulo non numeratæ, pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur.

§. 3. Apud Marcellum lib. XX Digestorum quæritur, si quis ita caverit debitori, *in sortem & usuras se accipere*: utrum pro rata & sorti, & usuris decedat; an vero prius in usuras, & si quid supereft, in sorte? Sed ego non dubito, quin hæc cautio *in sorte* [31], *& in usuras*, prius usuras admittat; tunc deinde, si quid superfuerit, in sortem cedat.

13 *l.* 1. §. *eod. l.* 97. §. *eod.*
14 *l.* 7. *in fin.* §. *eod. l.* 5. *in fin.* §. *de novatre in possess.*
15 *l.* 5. §. *eod.*
16 *l.* 3. §. *eod.*
17 *l.* 89. *in fin.* §. *eod.*
18 *l.* 4. *in fin.* §. *eod.* & sic graviora, *l.* 3. *l.* 4. §. *eod.* pura, *d. l.* 3. pœnalia, *d. l.* 4. satisfactionibus obnoxia, *d. l.* 4. §. *eod.* antiquiora debita, *ut hic.* in dubio præsumimur exonerare.
19 An simplex, ut vult Accursius? an sine fidejussore, ut Pyrrhus?
20 *l.* 1. §. *eod. l.* 24. *l.* 101. §. 1. §. *eod.*
21 Redegit. *vulgat. Hal.*
22 Id est, æqualiter omnibus summis. *l.* 55. §. *de fidejuss.*
23 Usuræ cum debentur partim ex stipulatione, partim ex pacto, pretium distractorum pignorum in utrasque usuras æqualiter imputatur, tametsi quantitatis inæqualis sint. 7 *Eclog. tit.* 5. *c.* 1. & 22. 2. *lib.* 26. *tit.* 5. *c.* 3.
24 Naturaliter debetur, quod ex pacto debetur. vide *l.* 1. §. *de pactis.*
25 *l.* 8. §. *eod.* Imo, non æqualiter: est enim præsumptio quemvis eas usuras potius solvere velle, quæ ex stipulatione debentur, quam quæ ex nudo pacto. *arg. l.* 94. *in fin.* §. *eod.*
26 Quas debebas ex nudo pacto.
27 Sensus est, Usuras, quæ veluti ex pacto peti non poterunt, si debitor simpliciter solverit, nulla mentione facta, quo nomine fiat solutio, in sortem eas dare videtur, *Eclog. ibid.*
28 *l* 48. *in fin.* §. *eod. l.* 1. *C. eod. l.* 35. §. *de pign. l.* 21. *C. de usur.*
29 Utpote ex stipulatione debitas.
30 Usuræ sicut ex pacto datæ repeti non possunt: ita si non datæ sunt, quasi usuræ, creditor dicere non potest se quasi usuras accepisse. *Eclog. ibid.*
31 In sortem, & in usuras administratur, sed prius in usuras, & tunc deinde, &c. *vulg. Hal.*
32 Ordo scripturæ non impedit causam juris, ac voluntatis: nec attenditur, ubi mens Legis certa est. *l.* 77. §. 12. §. *de leg.* 2. adde *l.* 14. §. *de peculio legato. l.* 13. §. 15. §. *de damno.* §. 34. *Inst. de legatis.* adde Bart. ad *l. Gallus.* §. 1. §. *de liberis ad l.* 9. §. *prim.* §. *de vulgari.* 33 Imo ordo scripturæ spectatur. *l.* 12. §. 3. §. *de legat.* 1. *l.* 14. §. *de legat.* 2. *l.* 24. §. 17. §. *de fideic. libert. l.* 1. §. *de poss. bored. pet. l.* 1. §. *de fideic. hered. pet.* 34 Id est, juris dispositione. Atque ita primo voluntas contrahentium expressa: Secundo juris dispositio: Tertio ordo scripturæ inspicitur, & sic voluntas tacita. 35 Ex usu, & consuetudine.

VI. PAULUS lib. IV ad Plautium.

NEc enim ordo [32] scripturæ spectatur [33], sed potius ex 34 jure [35] sumitur id, quod agi videtur.

Si debitor ex pluribus causis unum debitum solvat.

VII. ULPIANUS lib. XLIII ad Sabinum.

SI quid ex famosa causa, & non famosa debeatur: id solutum videtur, quod [36] ex famosa causa debetur. Proinde si quid ex causa judicati, *& non judicati,* debetur, id putem solutum, quod ex causa judicati debetur: & ita Pomponius probat. † Ergo si ex causa, quæ inficiatione [37] crescit, vel pœnali debetur: dicendum est, id solutum videri, quod [38] pœnæ habet liberationem.

VIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

ILlud non ineleganter scripsit Pomponius ait, si par [39] & dierum, & contractuum causa sit, ex omnibus summis pro [40] portione videri solutum.

De servo adjecto solutioni. 1. De solutione partis.

IX. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

STipulatus sum, *mihi aut Sticho servo Sempronii solvi.* Sempronio solvi non potest [41], quamvis dominus servi sit. §. 1. Qui *decem* [42] debet, partem [43] solvendo in parte obligationis liberatur [44], & reliqua quinque sola in obligatione remanent. † Item qui *Stichum* debet, parte Stichi data in reliquam partem tenetur [45]. Qui autem *hominem* debet, partem Stichi dando nihilominus hominem debere non [46] desinit: denique homo adhuc ab eo peti potest: sed si debitor reliquam partem Stichi solverit, vel per actorem steterit [47] quominus accipiat, liberatur.

32 *l.* 1. §. *eod. l.* 97. §. *eod.*
33 *l.* 7. *in fin.* §. *eod. l.* 5. *in fin.* §. *de novatre in possess.*
34 *l.* 5. §. *eod.*
35 *l.* 16. *l.* 3. §. *eod.*
36 *l.* 89. *in fin.* §. *eod.*
37 *l.* 4. *in fin.* §. *eod.* & sic graviora, *l.* 3. *l.* 4. §. *eod.* pura, *d. l.* 3. pœnalia, *d. l.* 4. satisfactionibus obnoxia, *d. l.* 4. §. *eod.* antiquiora debita, *ut hic.* in dubio præsumimur exonerare.
38 An simplex, ut vult Accursius? an sine fidejussore, ut Pyrrhus?
39 *l.* 1. §. *eod. l.* 24. *l.* 101. §. 1. §. *eod.*
40 Redegit. *vulgat. Hal.*
41 Id est, æqualiter omnibus summis. *l.* 55. §. *de fidejuss.*
42 Usuræ cum debentur partim ex stipulatione, partim ex pacto, pretium distractorum pignorum in utrasque usuras æqualiter imputatur, tametsi quantitatis inæqualis sint. 7 *Eclog. tit.* 5. *c.* 1. & 22. 2. *lib.* 26. *tit.* 5. *c.* 3.
43 Naturaliter debetur, quod ex pacto debetur. vide *l.* 1. §. *de pactis.*
44 *l.* 8. §. *eod.* Imo, non æqualiter: est enim præsumptio quemvis eas usuras potius solvere velle, quæ ex stipulatione debentur, quam quæ ex nudo pacto. *arg. l.* 94. *in fin.* §. *eod.*
45 Quas debebas ex nudo pacto.
46 Sensus est, Usuras, quæ veluti ex pacto peti non poterunt, si debitor simpliciter solverit, nulla mentione facta, quo nomine fiat solutio, in sortem eas dare videtur, *Eclog. ibid.*
47 *l* 48. *in fin.* §. *eod. l.* 1. *C. eod. l.* 35. §. *de pign. l.* 21. *C. de usur.*

De adjecto solutioni.

X. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

QUod stipulatus ita sum, MIHI AUT TITIO? Titius nec petere, nec [48] novare, nec acceptum facere potest: tantumque ei solvi potest [49].

XI. POMPONIUS lib. VIII ad Sabinum.

SI stipulatus fuero, *Mihi, aut pupillo dare* [50]: pupillo sine tutoris auctoritate solvendo pupillo, liberabitur [51] à me.

De procuratore. De adjecto solutioni. 4. De falso procuratore, & ratihabitione.

XII. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

VEro [52] procuratori [53] recte solvitur. *Verum* autem accipere debemus eum, cui mandatum est vel specialiter [54], vel cui omnium negotiorum administratio mandata est. §. 1. Interdum tamen & non procuratori recte solvitur: utputa [55] cujus stipulationi nomen insertum est [56], si quis stipuletur SIBI, AUT TITIO. §. 2. Sed & si quis mandaverit, ut Titio solvam, deinde vetuerit eum [57] accipere, si ignorans [58] prohibitum eum accipere, solvam, liberabor [59]: sed si sciero, non liberabor. §. 3. Alia causa est, si mihi proponas stipulatum aliquem sibi, aut Titio. hic enim etsi prohibeat [60] me Titio solvere, solvendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit stipulatio, quam immutare [61] non potuit stipulator. §. 4. Sed etsi non vero procuratori

48 Adjectus solutionis causa, jus petendi, novandi, & accepto ferendi non habet. 49 V. *l.* 59. §. *eod. l.* 44. §. 4. §. *de obl.* §. 4. *vers. plane. Inst. de inutil.* 50 Dari. *vulg.* 51 Erat igitur obligatus? Imo, non erat. *arg l.* 68. *in fin.* §. *eod.* 52 Etiam morienti. Pileus *qu.* 14. aliud si falso. *l.* 8. *C. de cond. indeb. l.* 16. *C. de furtis.* 53 V. *l.* 34. §. *eod.* 54 Verus procurator dicitur, specialis, vel omnium negotiorum. *l.* 17. §. 16. §. *de injur.* Goth. Vide *l.* 85. §. *eod.* & *ibi notat.* Ans.
55 Ei, cujus. *vulg.* 56 Id est, adjecto solvi potest, etiamsi non sit procurator specialis, aut omnium bonorum. *l.* 10. §. *eod.* 57 Titium sc. 58 Si prius quam scirem mandatum revocatum. Mandatarius, & procurator ignorans mandatum revocatum, juste solvit. facit *l.* 38. §. 1. §. *eod. l.* 17. §. *de off. Præf. l.* 41. §. *de reb. cred. l.* 12. §. *de SC. Maced. l.* 15. §. *mandati.* §. 10. *Inst. de mandat.*
59 Imo, ignorantia ei, qui prohibitus est aliquid facere, non prodest. *l.* 4. §. *de manum. vindicta.*
60 Possum enim invito stipulatore ei, qui adjectus est solutionis causa, solvere. *l.* 106. §. *eod.* §. 4. *Inst. de inut. stip.* 61 Libertatem semel reo quæsitam creditor (eo invito) mutare non potest.

curatori ſolvam, ratum [62] autem habeat dominus, quod ſolutum eſt, liberatio contingit: rati enim habitio [63] mandato comparatur.

XIII. JULIANUS lib. LIV Digeſtorum.

RAtum autem habere dominus debet, cum primum certior factus eſt, ſed hoc ὁ πλεῖστος [64], [id eſt, *cum lavamento & amplitudine,*] & cum quodam [65] ſpatio [66] temporis accipi debet. ſicut in legato cum de [67] repellendo [68] quæreretur, ſpatium quoddam temporis adſumitur, nec minimum [69], nec maximum: & quod magis intellectu percipi, quam ex [70] locutione exprimi poſſet.

1. *De tutoribus*, 7. *Et curatoribus.* 8. *De pupillo.*

XIV. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

QUod ſi forte quis ita [71] ſolvat, *ut niſi ratum habeatur, condicat:* ſi dominus ſolutionem ratam non habuerit, condictio ei, qui ſolvit, competit. §. 1. Sunt quidam *tutores*, qui *honorarii* [72] appellantur; ſunt qui rei *nomine* [73] *gratia* dantur; ſunt qui ad hoc dantur, ut gerant [74]: & hoc, vel pater [75] adjicit, ut unus (puta) gerat; vel voluntate [76] tutorum uni committitur geſtus, vel Prætor [77] ita decernit. † Dico igitur, cuicunque ex tutoribus fuerat [78] ſolutum, etſi *honorariis* (nam & ad hos periculum pertinet) recte [79] ſolvi niſi interdicta eis fuerit à Prætore adminiſtratio. nam ſi interdicta eſt, non recte ſolvitur. † Idem dico, & ſi quis ſciens ſuſpectis poſtulatis ſolvat: nam iis interim [80] videtur interdicta adminiſtratio. §. 2. Quod ſi remoto ſolvit, ei [ſolvit] qui tutor eſſe deſierat: [& ideo] non liberabitur.

§. 3. Quid ergo, ſi ei ſolvit, in cujus locum curator erat conſtituendus, utputa relegato in perpetuum [81], vel ad tempus? Dico, ſi ante ſolvit, quam ſubſtitueretur curator, oportere liberari.

§. 4. Sed etſi *abſturo Reipublicæ cauſa* ſolvit, recte ſolvit. quinimo & *ſi abſenti*: ſi modo non eſt alius in locum ejus ſubſtitutus [82]. §. 5. Sive autem legitimi ſunt, ſive teſtamentarii, ſive ex inquiſitione dati: recte vel uni ſolvitur. §. 6. Ei qui notitiæ [83] gratia datus eſt, an recte ſolvatur, videndum eſt: quia ad [84] inſtruendos contutores datur. Sed cum tutor ſit, niſi prohibitum fuerit ei ſolvi [85], puto liberationem contingere.

§. 7. Curatori quoque furioſi recte ſolvitur; item curatori ſibi [86] non ſufficientis, vel per [87] ætatem, vel per aliam juſtam cauſam: ſed & pupilli [88] curatori recte ſolvi conſtat. §. 8. Pupillum ſine tutoris auctoritate nec [89] ſolvere poſſe palam eſt: ſed ſi dederit nummos, non [90] fient accipientis, vindicarique poterunt. plane ſi fuerint conſumpti, liberabitur.

XV. PAULUS [lib. VI ad Sabinum].

PUpillo [91] ſolvi [92] ſine tutoris auctoritate non poteſt. Sed nec delegare [93] poteſt: quia nec alienare [94] ullam rem poteſt. ſi tamen ſolverit ei debitor, & nummi ſalvi [95] ſint [96], petentem pupillum doli mali exceptione debitor ſummovebit.

Debitor ſub conditione.

XVI. POMPONIUS [lib. XV ad Sabinum].

SUb conditione debitori ſi [97] acceptum feratur, poſtea conditione exiſtente intelligitur jam olim liberatus. Et hoc etiamſi ſolutio re fiat, accidere Ariſto dicebat. ſcripſit enim, ſi quis, [qui] ſub conditione pecuniam promiſit, dedit eam ea conditione, ut ſi conditio exſtitiſſet, in ſolutum cederet: exiſtente conditione liberari eum, nec obſtare, quod ante [98] ejus pecunia facta eſt.

Si procurator ſuo nomine ſolverit.

XVII. IDEM [lib. XIX ad Sabinum].

CAſſius ait, ſi cui pecuniam dedi, ut [99] eam creditori meo ſolveret, ſi ſuo [100] nomine dederit, neutrum liberari: me, quia non [1] meo nomine data ſit; illum, quia alienam [2] dederit. cæterum mandati [3] eum teneri. ſed ſi [4] creditor eos nummos ſine dolo malo conſumpſiſſet, is, qui ſuo nomine eos ſolviſſet, liberatur: ne, ſi aliter obſervaretur, creditor in lucro verſaretur.

De diſpenſatore manumiſſo, ſi quis vetet eum accipere, cui ſolvi juſſerat.

XVIII. ULPIANUS [lib. XLI ad Sabinum].

SI quis ſervo pecuniis [5] exigendis præpoſito ſolviſſet poſt [6] manumiſſionem [7], ſi quidem ex contractu domini [8], ſufficiet, quod ignoraverit [9] manumiſſum. Quod ſi ex cauſa peculiari, quamvis ſcierit manumiſſum: ſi tamen ignoraverit ademptum [10] ei peculium, liberatus erit. Utroque autem caſu manumiſſus [11], ſi intervertendi cauſa id fecerit, furtum domino facit [12]. Nam & ſi debitori meo mandavero, *ut Titio pecuniam ſolveret*, deinde Titium vetuero accipere, idque ignorans debitor Titio ſimulanti ſe procuratorem ſolverit: & debitor liberabitur, & Titius actione tenebitur.

De ſervo.

XIX. POMPONIUS lib. XXI ad Sabinum.

FUgitivus meus, [cum pro libero ſe gereret], nummos mihi ſubreptos credidit tibi obligari [13] te mihi Labeo ait: & ſi eum liberum exiſtimans ſolveris [14] ei, liberari te à me [15]; ſed ſi alii ſolviſſes juſſu ejus, vel is [16] ratum habuiſſet, non liberari: quia priore caſu mei nummi facti eſſent, & quaſi mihi ſolutum intelligeretur. Et ideo ſervus meus, quod peculiari nomine credidit, exigendo liberabit debitorem: delegando autem, vel novando [17], non idem conſequeretur.

De pignore.

XX. IDEM lib. XXII ad Sabinum.

SI rem meam quæ pignoris [18] nomine alii eſſet obligata, debitam tibi ſolvero, non liberabor: quia [19] avocari [20] tibi res poſſit ab eo, qui pignori acceperat.

De ſtipulatione, quanto minus ab illo exigetur.

XXI. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SI decem ſtipulatus à Titio, deinde ſtipuleris à Seio; *quanto* [21] *minus ab illo conſecutus ſis*: etſi [22] decem petieris à Titio, non tamen abſolvitur Seius. quid enim, ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt? ſed etſi [23] cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberatur: incertum quippe eſt, an omnino Seius debiturus ſit. denique ſi [24] totum Titius ſolverit, nec debitor fuiſſe videbitur Seius: quia conditio ejus deficit.

De filiofamilias.

XXII. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

FIliusfamilias patre invito debitorem ejus liberare non [25] poteſt: adquirere enim obligationem poteſt, diminuere non poteſt.

Quibus caſibus invitus vel ignorans liberatur.

XXIII. POMPONIUS lib. XXIV ad Sabinum.

SOlutione [26] vel judicium pro nobis accipiendo [27], & inviti & ignorantes liberari [28] poſſumus [29].

De fidejuſſore duorum.

XXIV. ULPIANUS lib. XLVII ad Sabinum.

VBi fidejuſſor pro duobus dena fidejuſſit, obligatus eſt in viginti: & ſive viginti ſive dena ſolverit, utrumque reum liberabit. Sed ſi quinque ſolverit, videamus, quem ex reis relevet [30] in quinque. erit ille relevatus, de [31] quo actum eſt: aut ſi non apparebat, antiquius [32] debitum erit inſpiciendum. † Idem, & ſi quindecim ſint ſoluta, ſi quidem appareat quid actum ſit, in decem, & aliunde, quinque erunt relevata: ſi vero non apparet, ex antiquiore contractu decem, ex alio quinque erunt relevata.

De herede ex parte, totum ſolvente.

XXV. POMPONIUS lib. XXXI ad Sabinum.

EX parte [33] heres inſtitutus, ſi decem, quæ defunctus promiſerat, tota ſolvit, pro parte quidem, qua heres eſt, liberabitur; pro parte autem reliqua ea condicet. ſed ſi antequam condicat, ei adcreverit [34] reliqua pars hereditatis, etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicenti indebitum doli mali exceptionem obſtare exiſtimo.

De pignore vendito.

XXVI. IDEM lib. XXV ad Sabinum.

SI creditor fundum pignoraticium vendiderit, & quantum [35] ei debebatur, receperit: debitor liberabitur. † Sed etſi acceptum [36] emptori pretium tuliſſet creditor, vel ab eo ſtipulatus eſſet, debitor nihilominus liberatur: ſed ſi ſervus pignoratus à creditore venierit, quamdiu redhiberi poſſit, non liberabitur debitor, ſicut in quoliber pignore vendito, quamdiu res inempta fieri poſſit.

Si quid deſit juri rei ſolutæ.

XXVII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

ETiam circa ſtipulationem [37], & ex teſtamento [38] actionem, ſi res tradita fuerit, quæ debebatur, quamdiu aliquid juri rei deeſt [39], adhuc tamen ipſa res petenda eſt: utputa poſſum fundum petere, licet mihi traditus ſit, ſi jus quoddam cautionis ſupererit [40].

De pro tutore.

XXVIII. PAULUS lib. XXXVIII ad Edictum.

DEbitores ſolvendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, ſi [41] pecunia in rem pupilli pervenit.

De obligatione dividua vel individua.

XXIX. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

CUm Stichus & Pamphilus communi ſervo promiſſi ſunt, non [42] alteri Stichus, alteri Pamphilus [43] ſolvi [non 44] poteſt, ſed dimidiæ [45] ſingulorum partes debentur. † Idemque [46] eſt, ſi quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos, dari promiſit: aut communi duorum ſervo homines decem [47] dare promiſit. nam ambigua vox eſt *decem homines*, quemadmodum *decem denarii*, atque utriuſque rei [48] dimidium duobus modis intelligi poteſt. Sed in nummis & oleo, ac frumento & ſimilibus, quæ communi [49] ſpecie continentur, apparet [50] hoc actum, ut numero dividatur obligatio: quatenus & commodius promiſſori ſtipulatoribuſque eſt.

De oblatione.

XXX. IDEM lib. LI ad Edictum.

SI debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditor nollet [51] accipere: Prætor ei denegat actiones.

De

---

61 *l.* 38. *l.* 106. *in pr. ff. eod.*

62 Ratihabitio mandato comparatur. *l.* 6. §. 9 *ff. de negotiis. l.* 56. *ff. de judiciis. l.* 1. §. 14. *ff. de vi. l.* 60. *l.* 152. §. 2. *ff. de reg. jur. v. l.* 7. *in fin. C. quod cum eo.*

63 Hoc quid ſit *v. l.* 28. *ff. de probat. l.* 12. §. 2. *ff. ratam rem hab.* adde quæ ſcripſi de verbo ἐπιτροπεύειν, ad *l.* 2. *ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur.*

64 Adde *l.* 137. §. 2. §. 3. *ff. de verbor. obl.*

65 *l.* 137. §. 2. *ff. de verb. obl.*

66 Vel de eo præſtando. *l.* 1. §. 8. *ff. ad l. Falcid. l.* 20. *in fin. ff. de ſtatulib.*

67 Id eſt, repudiando.

68 Quo quid magis accedit ad medium, eo melius eſt: & quo magis recedit, eo eſt pejus. Ariſtot. 4 *Politic.* & Martial. 1 *Epigr.* 58. *Illud quod medium eſt, atque inter utrumque, probamus.*

69 Quam elocutione. *vulg. Hal.* Cur ita? quid æquum ſit, aut quando mora committatur, melius intelligi poteſt, quam ſcribi, *l.* 32. *ff. de uſur. l.* 7. §. 3. *ff. de curat. furioſ. & alius. v. l.* 14. *ff. de diverſ. & tempor.*

70 *l.* 14. *ff. de cond. cauſa data.* adde *l.* 2. *ff. de cond. indeb. l.* 8. *C. de cond. indeb.*

71 De quibus *v. l.* 26. §. 1. *ff. de teſtam. tut. l.* 3. §. 2. *ff. de admin. tut.*

72 Qui ſint, vid. §. 6. *ff. eod. l.* 32. §. 1. *ff. de teſtam. tut. l.* 1. *C. de pericul. tut.*

73 Ut *l.* 3. §. 1. *l.* 47. *ff. de admin. tut.* §. 1. *Inſtit. de ſatisd. tut.*

74 *d. l.* 3. *l.* 47. *& d.* §. 1.

75 *d.* §. 1.

76 *d.* §. 1.

77 *d.* §. 1.

78 Fuerit. *vulg. Hal.*

79 Tutori qualicumque (legitimo tamen) recte ſolvitur: niſi interdicta ſit ei adminiſtratio à tutore, vel ſuſpectus ſit. *l.* 46. §. 5. *ff. de admin. tutor.* Goth. Vid. Azon. Accurſ. & Bartol. ad *l. ciſi plurib. ff. de auct. tut.* Anſ.

80 Ei, qui ſuſpectus poſtulatus eſt, adminiſtratio interdicitur. §. 7. *Inſt. de ſuſpect. l.* 7. *C. de ſuſpect.*

81 *l.* 29. *ff. de excuſationib. l.* 9. §. 6. *ff. de tutelæ & rationib.*

82 *l.* 7. *in fin ff. de curat. furioſ.*

83 V. §. 1. *ff. eod.*

84 Tutores notitiæ gratia dantur ad inſtruendos contutores.

85 Imo, non ſolvitur. dixi ad *l.* 4. *ff. de auctoritate tut.*

86 Id eſt, ejus qui rebus ſuis adminiſtrandis non ſufficit.

87 *l.* 4. *in fin. ff. rem pupilli.*

88 Id eſt, ei, qui bonis pupilli datus eſt. *v. l.* 4. *in fin. ff. rem pupilli.* 89 *l.* 9. §. 2. *ff. de auct. tut.* 90 *l.* 29. *ff. de cond. indeb.* §. *ult. In pr. & fin. Inſt. quib. alien. non licet.* 91 *l.* 28. *ff. de pact.* Cicer. *in Topicis, loco à differentia.* §. 2. *Inſt. quib. alien.* 92 Dari tamen recte poteſt. *d.* §. *ult.* 93 *l.* 48. *in fin. ff. de pecul. l.* 20. *in fin. ff. de novation.* 94 *l.* 28. §. 2. *ff. de pact. l.* 7. *ff. de donationib.* §. 2. *Inſt. quib. alien. non licet.*

95 *d.* §. 2. *verſ. ſin autem aliter.* 96 Vel ſit locupletior factus. *l.* 4. §. 4. *ff. de dolo mali.*

97 *l.* 12. *ff. de acceptil.* 98 *l.* 137. §. 6. *in fin. ff. de verb. obl.* 99 Adde *l.* 25. *ff. de donat.*

100 *l.* 82. *ff. de jure dot.* 1 Non eo nomine. 2 *l.* 47. *in fin. ff. mandati.* 3 Adde *l.* 12. §. 10. *ff. mandati.* 4 *l.* 93. *ff. eod.* 5 *V. l.* 62. *ff. eod.* 6 *l.* 32. *ff. eod. l.* 41. *ff. de reb. cred.*

7 Hinc oritur cauſa dubitandi; tunc enim ſolvetis debitor videtur ei, cujus mandatum tacite revocatum eſt, ſolvere. *v. l.* 41. *ff. de reb. cred.* 8 Fingamus eum Kalendario domini fuiſſe præpoſitum.

9 *l.* 11. *in fin. ff. depoſiti.* 10 Potuit enim id juſte ignorare, cum manumiſſus ex teſtamento peculium ſuum communiter non conſequatur. *l.* 53. *ff. de pecul. l.* 3. *ff. de manumiſſ: quæ ſervis ad uſucap. ſit atem. l. un. C. de peculio ejus, qui libert. meruit.* 11 An non idem, ſi non manumiſſus? non idem, quamdiu enim ſervus eſt in poteſtate, furtum quidem facit domino, nulla tamen adverſus eum datur actio. *v. l.* 15. *l.* 16. *ff. de furtis.* 12 *l.* 38. §. 1. *ff. eod. l.* 43. §. 1. *l.* 44. *l.* 80. §. 6. *ff. de furt. l.* 19. *C. de furt.* 13 Per ſervum fugitivum adquiritur domino obligatio & dominium. 14 Solutio facta ſervo fugitivo ab ignorante, eum liberat. 15 Eo caſu mihi adquirit dominium.

16 *l.* 12. *C. eod.* 17 *V. l.* 25. *ff. de novationib.* 18 *l.* 69. *l.* 98. *ff. eod.*

19 Id eſt, quid rem alteri obligatam ſolvi, res illa avocari tibi poteſt: nihil liberat ſolventem, niſi quod creditori ſolutum ei avocari non poteſt.

20 *l.* 1. *C. ſi antiquior creditor.*

21 *V. l. ult. ff. de reb. cred. l.* 116. *ff. de verb. obl.* Hæc ſtipulatio ſubſidiaria eſt.

22 Id eſt, petitio facta reo principali in ſolidum obligato non liberat eum qui tenetur in ſubſidium.

23 Petitio facta ei qui tenetur in ſubſidium, non eum liberat qui principaliter tenetur.

24 Principali ſolvente, is qui tenebatur in ſubſidium, plene liberatur.

25 Pactio filii non nocet patri agere volenti. *l.* 3. §. 4. *ff. quod quiſque. l.* 30. *ff. de pactis. l.* 23. *C. de pactis. v. l.* 7. *C. de reb. cred.*

26 *l.* 40. *l.* 52. *ff. eod. l.* 39. *ff. de negotiis. l.* 1. §. 24. *ff. de exercitor. Inſt. quib. mod. tollit. oblig. in princ.*

27 Facit *l.* 10. §. 1. *ff. de in rem verſ. l.* 20. *ff. de interrogat. l.* 8. *in fin. l.* 11. *in fin. ff. de novat.*

28 Ab altero: at non ei obligari.

29 Imo, iniquum eſt facto alieno liberari. *v. l.* 8. *in fin ff. de negot.*

30 Relevare, Galli *decharger.* adde de hoc verbo *l. unic. C. de collat. donator. vel relevat.*

31 Adde *l.* 5 *in fin. ff. eod. l.* 89. *ff. eod.*

32 *d. l.* 89. *in fin.*

33 Adde *l.* 18. *ff. de interrogationib.*

34 Pars debitoris adcreſcens creditori, tollit actionem ipſius creditoris.

35 Alias ſecus. *l.* 28. *ff. de reb. cred. l.* 9. *in fin. ff. de diſtract. pign. l.* 10. *C. de obl. & act.*

36 Sicut vera pretii acceptio liberat debitorem, ita & ficta: dummodo ſit à Lege probata, ut acceptilatio. §. 1. *Inſt. quib. mod. toll.*

37 *l.* 131. *in fin. ff. de verb. obl.*

38 *l.* 5. *ff. de act. empt. l.* 49. §. 6. *ff. de leg.* 1.

39 Deeſt, quoties deterior quam oportet, datur, *l.* 34 §. 1. *ff. commodati.* & ita de reliquis conveniri poteſt. *d. l.* 5. *d. l.* 49.

40 Demus ſervum alienum traditum, ſtatuliberum, vel nondum noxa ſolutum. *l.* 72. §. *pen. ff. eod.*

41 Solvens minus legitimo adminiſtratori, liberatur, ſi res in domini utilitatem ſit converſa. adde *l.* 31. *in fin. ff. de he-*

red. pet. adde caſum *l.* 96. *ff. eod.* 42 Hæc negatio deeſt in vulgata editione, ſed tamen nihil intereſt hic, an poſteriori loco, ff. negationem ponas, dummodo non gemines. Goth. Vid. in hanc leg. Goedd. *de contrab. ſtipulat. cap.* 6. *num.* 290. Anſ. 43 Pamphilus, alteri Stichus, alteri Pamphilus ſolvi non poteſt. Contius ita legit. 44 Hæc negatio eſt hic delenda, ſi ſuperior retinetur: ſin minus, hic retinenda eſt. vide Robertum 1 *animadverſ.* 21. 45 Senſus eſt: Si Stichus & Pamphilus promittuntur communi ſervo, inter dominos & heredes unius dominii ſpecie ſit diviſio, non numero: dimidia ſingulorum ſingulis debetur. vide *l.* 54. *ff. de verb. obl.*

46 Idemque non eſt. Cujac. ad *l.* 54. *ff. de verb. obl.* reprehenſus à Roberto 1 *recept.* 36. & 2 *animadverſ.* 21. defenſus ab Antonio Mercatore, 2 *not.* 21. Senſus eſt: Stichо & Pamphilo promiſſis, ſpecie ſit diviſio, non numero; duobus Stichis & Pamphilis, aut decem promiſſis, numero, non ſpecie, ſit diviſio: idque confirmat *lex* 54. *lex* 117. *ff. de verborum obligat.* Hujus lectionis ratio pendet ex eo, quod cum duo Stichi promittuntur, promittuntur adjectione numeri, res in ambiguitatem incidat, numerone debeant Stichi dividi, non ſpecie: Numeri diviſio commodior eſt promiſſori & ſtipulatoribus: hanc igitur amplectimur in ambiguo: nam & eandem amplectimur, cum decem aurei ſunt promiſſi; quo caſu eadem exiſtit ambiguitas. Singularia corpora nummorum, an numerus debeat dividi, vide *Cujac. ibid.* 47 Joannes Boſſianus vetus interpres, ut & Accurſius & Joannes Robertus, putant hic agi de promiſſione certorum hominum, legem vero 117. *ff. de verborum obligationibus.* loqui de incertis, atque ita conciliant hanc legem cum *d. l.* 117. eo ſcilicet ſenſu, centum hominibus incertis promiſſis numero dividi obligationem: certis centum promiſſis, ſpecie non numero diviſionem fieri. Id Cujacio diſplicet 15 *obſervation.* 24. movetur; quod hic fiat mentio decem hominum, ergo incertorum. verba igitur eam interpretationem non ferre. An forte ſententia Legis id innuitur? ne id quidem: nam in denariis, de quibus ff. *eod.* compertum jus eſt numero diviſionem fieri. Idem igitur ſtatui debet in hominibus: nam & hi & illi communi & promiſcua ſpecie continentur, non propria. Parem enim uſum omnes denarii, omnes ſervi præſtant in ſuo genere. vide Cujac. *ibid.* & Antonium Mercatorem 2 *notat.* 2. *in fin.*

48 *Alii* remedium. 49 Vide *hic Albericum.* 50 Juris interpretatione.

51 Nolenti accipere debitum, quod offertur, actio denegatur. *l.* 72. *ff. eod.* 7 *Eclog.* 9. *cap.* 26.

De operis. De obligatione, quæ consistit in non faciendo, & de fidejussore.

XXXI. IDEM lib. VII Disputationum.

INter artifices longa [52] differentia est [53] & ingenii, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis [54]. Ideo si *navem à se fabricandam* quis promiserit, vel *insulam ædificandam, fossamve faciendam*, & hoc specialiter actum est, *ut suus operis id perficiat*: fidejussor ipse ædificans vel fossam fodiens, non consentiente stipulatore, non [55] liberabit [56] reum. † Quare etiam si illis stipulationibus fidejussor accesserit, *Per [57] te non fieri, quominus mihi tre agere liceat?* prohibens ire fidejussor, stipulationem non committit: & si patientiam præstet [58], non efficiet, quominus committatur stipulatio.

De servo. De morte ejus, qui jusserat alii solvi.

XXXII. JULIANUS lib. XIII Digestorum.

SI servus peculiari [59] nomine crediderit, eique debitor, cum ignoraret [60], dominum mortuum esse, ante aditam hereditatem solverit: liberabitur. † Idem juris erit & si manumisso [61] servo debitor pecuniam solverit, cum ignoraret ei peculium concessum [62] non esse. † Neque intererit, vivo, an mortuo domino pecunia numerata sit: nam hoc quoque casu debitor liberatur. sicut is, qui jussus est à creditore pecuniam Titio solvere, quamvis creditor mortuus fuerit, nihilominus recte Titio solvit: si modo ignoraverit creditorem mortuum [63] esse.

De evictione, de statulibero. 1. De homine vulnerato.

XXXIII. IDEM lib. LII Digestorum.

QUi *sibi, aut Titio* [64] *fundum dari* stipulatus est, quamvis fundus Titio datus fuerit, tamen si postea [65] evictus est, habet actionem: quemadmodum si hominem stipulatus esset, & promissor statuliberum [66] Titio dedisset, isque ad libertatem pervenisset. §. 1. Qui *Stichum aut Pamphilum dari* promisit, si Stichum vulneraverat [67], non magis eum dando liberatur, quam si solum Stichum promisisset, & à se vulneratum daret. † Item qui *hominem dari* promisit, & vulneratum [68] à se offert, non liberatur. Judicio quoque accepto, si hominem is cum quo agetur, vulneratum à se offert, condemnari debebit. Sed & ab alio vulneratum si det, condemnandus erit: cum possit alium dare.

De conditione indebiti. 1. Si homo debeatur. 2. De alternatione. 3. De servo omnibus negotiis præposito. 4. De falso procuratore. 5. De servo fugitivo. 6. De dote. 7. De eo qui jussit alii solvi cui donare volebat. 8. Si debitor successerit creditori. 9. De prædone. 10. De solutione partis. 11. De exceptione perpetua, & conditione indebiti.

XXXIV. IDEM lib. LIV Digestorum.

QUi *hominem aut* [69] *decem tibi aut Titio* [70] *dari* promisit, si Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numeraverit: non Titio, sed tibi partem hominis condicet [71] (quasi indebitum tua voluntate Titio solverat). † Idemque juris erit, etiam si mortuo Titio decem solverit: ut tibi potius, quam heredi Titii partem hominis condicat. §. 1. Si duo rei stipulandi *hominem* [72] *dari* stipulati fuerint, & promissor utrique partes diversorum hominum dederit [73]: dubium non est quin non liberetur. † Sed si ejusdem hominis partes utrique dederit, liberatio contingit: quia obligatio communis efficiet, ut quod duobus solutum est, uni [74] solutum esse videatur. Nam ex contrario cum duo fidejussores *hominem dari* sponderint, diversorum quidem hominum partes dantes non liberantur: at si ejusdem hominis partes dederint, liberantur. §. 2. Stipulatus sum *decem mihi aut hominem* [75] *Titio dari*: si homo Titio datus fuisset, promissor à me liberatur: & antequam homo daretur, ego decem petere possum.

§. 3. Si Titium omnibus negotiis meis præposuero [76], deinde vetuero eum ignorantibus [77] debitoribus administrare negotia mea: debitores ei solvendo, liberabuntur. nam is qui omnibus negotiis suis aliquem proponit, intelligitur [78] etiam debitoribus mandare, ut procuratori solvant. §. 4. Si nullo [79] mandato intercedente debitor falso existimaverit voluntate mea pecuniam se numerare [80]: non liberabitur. & ideo procuratori, qui [81] se ultro alienis negotiis offert, solvendo nemo liberabitur.

§. 5. Et cum fugitivus [82] qui pro libero se gerebat, rem vendidisset, responsum est, emptores fugitivo solventes à domino liberatos non esse. §. 6. Si gener socero ignorante [83] filia dotem solvisset [84], non est liberatus: sed condicere socero potest, nisi ratum [85] filia habuisset. & propemodum similis est gener ei, qui absentis procuratori solveret: quia in [86] causam dotis particeps [87], & quasi socia obligationis patri filia esset.

§. 7. Si debitorem meum jussero *pecuniam Titio dare*, donaturus ei, quamvis Titius ea [88] mente acceperit, ut meos nummos faceret: nihilominus debitor liberabitur. Sed si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset, nummi mei fient.

§. 8. Quidam filiumfamilias à quo fidejussorem acceperat, heredem instituerat. Quæsitum est, si jussu patris adisset hereditatem, an pater cum fidejussore agere posset? Dixi, quotiens reus satisdandi reo satis accipiendi heres exsisteret, fidejussores ideo liberari: quia pro [89] eodem apud eundem debere non possent.

§. 9. Si prædo id, quod à debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit [90]: debitores liberabuntur.

§. 10. *Si decem aut hominem dari* stipulatus fuero, & duos fidejussores accepero, Titium & Mævium, & Titius quinque solverit: non liberabitur prius [91] quam Mævius quoque quinque solvat. quod si Mævius partem [92] hominis solverit, uterque obligatus remanebit. §. 11. Qui perpetua [93] exceptione se tueri potest, solutum repetit [94]: & ideo non [95] liberatur [96]. Quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit, *ne ab eo peteretur* [97]: quamvis solverit, nihilominus alter obligatus manebit.

De servo.

XXXV. ALFENUS VARUS lib. II Digestorum à Paulo epitomatorum.

QUod servus ex peculio [98] suo credidisset [99], aut deposuisset [100]: id ei, sive venisset, sive manumissus esset, recte [1] solvi potest [2]: nisi aliqua causa intercederit, ex qua intelligi possit, invito eo cujus tum is servus fuisset, ei solvi. † Sed & si quis dominicam [3] pecuniam ab eo fœneratus esset, si permissu domini servus negotium dominicum gessisset, idem juris est: videtur enim voluntate domini, qui cum servo negotium contraheret, & ab eo accipere, & ei solvere.

Si ejus qui uxorem prægnantem reliquit, filius totum dubium hereditarium petat.

XXXVI. JULIANUS lib. I ad Ursеium Ferocem.

SI pater meus prægnante uxore relicta decesserit, & ex causa hereditaria totum hoc, quod patri meo debitum fuisset, petisset: nihil me consumpsisse [4] quidam existimant. si nemo natus sit, recte me egisse: quia in rerum natura verum fuisset, me solum heredem fuisse. Julianus notat: Verius est me eam partem perdidisse [5] pro qua heres fuissem, antequam certum fuisset neminem nasci: aut quartam [6] partem, quia tres [7] nasci potuerunt: aut sextam, quia quinque. nam & Aristoteles [8] scripsit quinque nasci posse: quia [9] vulvæ mulierum totidem receptacula habere possunt: & esse mulierem Romæ Alexandrinam [10] ab Ægypto, quæ quinque simul peperit, & tum habebat incolumes; & hoc & in Ægypto affirmatum [11] est mihi.

Si fidejussor partem solverit.

XXXVII. IDEM lib. II ad Ursеium Ferocem.

QUotiens unus ex fidejussoribus suam [12] partem solvisset [13], tanquam negotium reo [14] gessisset, perinde habendum est, ac si reus ipse unius fidejussoris partem solvisset: sed tamen ut non ex forte decedat: sed is fidejussor solus liberatur, cujus nomine solutio facta fuerit.

De adjecto solutioni. 1. Si quis jussit aliquid solvi, deinde vetuit accipere. 2. De pluribus obligationibus una solutione tollendis. 3. De obligatione hominu. 4. De fidejussore pro eo qui reipubl. causa abfuit. Si fidejussor hominem promissum occiderit. 5. Si debitor successerit fidejussori.

XXXVIII. AFRICANUS lib. VII [15] Quæstionum.

CUm quis sibi aut Titio dari stipulatus sit, magis esse ait, ut ita [16] demum recte Titio [17] solvi dicendum sit, si in eodem statu [18] maneat, quo fuit, cum stipulatio interponeretur. cæterum sive in adoptionem, sive in exilium [19] ierit, vel aqua [20] & igni ei interdictum, vel servus factus sit [21], non recte ei solvi dicendum: tacite [22] enim inesse hæc conventio stipulationi videtur, si in eadem [23] causa maneat. §. 1. Si debitorem meum jusserim *Titio solvere*, deinde Titium vetuerim accipere, & debitor ignorans [24] solverit: ita eum liberari existimavit, si non ea mente [25] Titius nummos acceperit, ut eos lucretur. alioquin, quoniam furtum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris: & ideo liberationem quidem ipso jure non posse contingere debitori, exceptione tamen ei succurri æquum esse, si paratus sit conditionem furtivam, quam adversus Titium habet, mihi præstare. sicuti servatur cum [26] maritus uxori donaturus, debitorem suum jubeat solvere: nam ibi quoque, quia nummi mulieris non fiunt, debitorem non liberari; sed exceptione eum adversus maritum tuendum esse, si conditionem, quam adversus mulierem habet, præstet: furti tamen actionem in proposito mihi post [27] divortium competituram, quando [28] mea interfit interceptos nummos non esse. §. 2. De peculio cum domino actum est, is damnatus solvit: & [29] fidejussores pro servo acceptos liberari respondit. eandem enim pecuniam in [30] plures causas solvi posse, argumentum esse, quod, cum judicatum solvi satisdatum est, & damnatus reo solvat, non solum actione judicati, sed etiam ex stipulatu & ipsè & fidejussores liberentur. † Et magis simile [31] esse quod, cum [32] possessor hereditatis existimans se heredem esse solvit, heres non liberetur: tunc enim propter ea id evenire, quod ille suo nomine indebitam pecuniam dando, repetitionem ejus haberet. §. 3. Qui hominem promisit, si statuliberum solvat: magis puto, non [33] esse exspectandam conditionem. sed & creditorem agere posse, & illi condictionem competere [34]. quod si interim conditio defecerit, liberatur, perinde atque si quis pendente [35] conditione solvit per errorem, & antequam condiceret, conditio extiterit. Illud nullo modo dici conveniet, si mortuo Sticho conditio deficiat, liberari debitorem. quamvis, si vivente eo defecerit, liberaretur: quando isto casu nullo tempore perfecte hominem meum feceris. alioquin prope erit, ut etiamsi eum servum, in quo usufructus alienus est, mihi

---

52 Imo exigua differentia est. *l. 13. in fin. C. de contr. stipul.*

53 *l. 26. §. 12. ff. de cond. indeb.* adde *l. 12. ff. de legat. 3.*

54 Et nationis. *l. 31. §. 21. ff. de ædil. edict.*

55 Adde *l. 11. in fin. ff. de leg. 3. l. 39. in fin. ff. de statulib.*

56 Nec se.

57 *l. 49. §. 1. ff. de verb. obl.*

58 Reus non præstet.

59 *l. 3 c. ff. eod.*

60 *l. 18. ff. eod. l. 41. ff. de rebus cred.*

61 *l. 14. in fin. ff. de oblig.*

62 *l. 26. §. 8. ff. de cond. indeb. l. unic. C. de pecul. ejus.*

63 *l. 26. §. 1. ff. mandat. l. 19. §. 3. ff. de donat.*

64 Id est, adjecto.

65 Solutio facta adjecto rei, quæ postea evincitur, aut in libertatem eripitur, non liberat solventem à pristina actione. *l. 46. l. 98. ff. eod. l. 61. ff. de evict. l. 131. §. 1. ff. de verbor. obligat.*

66 *l. 63. ff. de cond. indeb.*

67 *Al.* vulneraverit.

68 *l. 9. §. 3. ff. ad exhibend. vel §. 1. l. 18. ff. commodati. l. 1. §. 16. ff. depositi.* aut occisum. *l. 23. l. 91. ff. de verb. obl.*

69 In alternativa solutio partis facta adjecto, non liberat solventem.

70 Id est, adjecto.

71 *l. 59. in fin. ff. eod.* hinc colligit Baldus, Solutas indebite usuras, non ab institore, sed à domino repeti.

72 In genere.

73 Et male: nec enim ita solvi potest. *l. 23. in fin. l. 26. ff. de cond. indeb. l. 11. §. 1. l. 15. ff. de legat. 2. l. 85. §. 4. ff. de verb. obl.*

74 Ratione communionis duo reputantur ut unus.

75 Id est, rem aliam quam mihi. *l. ult. §. 5. ff. de verb. obl.*

76 Vid. *l. 12. ff. eod. l. 49. ff. eod.* adde Paul. *5 sent. 8. §. unic. in fin.*

77 Generali procuratori ignoranti mandatum à debitore revocatum possumus solvere.

78 Præpositus omnibus negotiis intelligitur quoque præpositus ad solutionem accepta[n]dam. *l. 11. ff. de pact. l. 7. §. 1. ff. quib. modis pign.*

79 Vid. *l. 12. C. eod.*

80 Procuratori, quem meum esse putabat, sed falso.

81 *l. 58. ff. eod. l. 8. C. de cond. indeb.*

82 Vid. *l. 19. ff. eod.*

83 Vel invita. *l. 28. ff. de jure dot. v. l. 7. C. soluto.*

84 Post divortium scil. *d. l. 28. l. 7. C. soluto.*

85 *l. 58. ff. eod. l. 14. ff. ad SC. Velleian.* dixi ad Ulpian. *6. §. 4.*

86 Nota regulam.

87 Dixi ad *l. unic. §. 13. C. de rei uxoriæ act.* 88 Tradens alteri mandato creditoris liberatur: licet ille eo animo quo creditor mandavit, non recipiat. *Castrens.* 89 *l. 95. §. 2. ff. eod.*

90 *l. 31. in fin. ff. de hered. pet.* 91 *l. 46. in fin. ff. eod.* 92 *§. 1. ff. eod.* 93 Quod repeti potest, non liberat solventem, nec correum ejus. nam eadem solutio non potest parere liberationem & soluti repetitionem. *l. 41. ff. de cond. indeb.* 94 Adde *l. 26. §. 13. ff. de cond. indeb.*

95 Cur? quia obligatus non fuit. Nulla est obligatio, quæ exceptione perpetua elidi potest. \

96 An ei condictio competit? competit. 97 Adde *l. 19. §. 1. ff. de cond. indeb.* 98 *l. 32. ff. eod.*

99 *l. 19. ff. eod. l. 3. C. eod.* 100 *l. 11. in fin. ff. depositi.* 1 *l. 20. l. 21. ff. de jurejur.*

2 Ab ignorante. nam ignorans status mutationem, solvendo liberatur. 3 *l. 18. ff. eod.*

4 Id est, nihil me amisisse hac plus petitione. *Gothofr.* Vid. Læonin. *amendat. lib. 5. cap. 4. num. 12.* Ans.

5 Hæc lex pertinet ad plus petitiones. de quibus dixi ad *tit. C. de plus petition. & l. 1. ff. de interrogat.*

6 Paul. *4 sentent. ultim.* Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio judicis æstimautia quarta facienda est, quæ remaneat apud heredem.

7 *l. 28. in fin. ff. de judiciis.* Sed & plures. *l. 3. §. 10. ff. de suis & legit.*

8 *lib. 7 de histor. animal.* 4. quanquam de quinque receptaculis vulvarum nullam ibi mentionem facit. Quin ab ea quoque opinione abhorrere videtur *lib. 4 de generat. animal.* 4 semen, inquit, trahi a locis uteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorum & acetabulorum, quæ unum non sunt, opinari nihil rationis est.

9 Ideoque concludebat eum esse finem multijugæ hominum partitionis, neque plures unquam simul genitos compertum. 10 Gell. 2. v. Aristot. *7 de histor. animal. 4.* verum Aristoteles in eo dupliciter fallitur. nam & plures uno partu editos ex historiis constat, & quinque receptacula in mulierum vulvis esse negantur. Quod ad primum attinet, in Ægypto ob fœcundum potum Nili uno utero septem interdum generantur. *Trogus.* Quin Plin. *7. c. 11.*, scribit, extare in monumentis medicorum, uno aborsu 12 puerperia ejecta fuisse. Tatianus adversus Græcos: Quid, inquit, ad me Periclemene opus mulieris, quæ uno partu 30 infantes peperit? quod plerique miraculum putant: cum potius magnæ intemperantiæ fructus hic æstimari debeat, & illa abominatio videri: utpote similis scropnæ Romanæ, quæ itidem propter eventum similem sacrum quendam cultum consecuta fertur. Albericus refert mulierem quandam in Germania consignatis conservatisque jam in utero duorum & viginti infantium corpusculis, abortum feciſſe: aliam vero etiam septuaginta: imo, ut magis mireris, aliam ejecisse in pelvim embryunculorum auricularis digiti magnitudine corpuscula centum & quinquaginta. Cujus rei facta fides est tuniculis, quibus obvolvebantur, conscissis: addit quoque pluribus eorum adfuisse dilatationis & constructionis motum, & signa alia vitæ complura, oculis tamen imperfectioribus, manuum vero & pedum digitos fuisse veluti capillares. vide Cœlium Rhodiginum *4 lect. 23.* Sed ista levia sunt, si eis comparemus prodigiosum partum Margaritæ Hollandiæ Comitis, quæ sub Henrico Imperatore uno partu trecentos & sexaginta liberos vivos edidit: aqua etiam lustrali postea expiatos. de quo vide Guicciardinum *in sua Belgica.* Quod ad receptacula attinet, alii plura tribuunt, septem scilicet ternis dextra sinistraque constitutis, uno in medio illo composito. Rhodigin. *4 lect. 23.* Avicenna apud eundem refert tot esse receptacula in vulva animalium, quot proferuntur uberum papillæ. quod refelli potest: quia etsi tribus membranis singuli fœtus obligantur, vulvæ tamen nulla prorsus loculamenta sunt; idque probari experimento potest. Philosophi aliam ab Aristotele & Stoicis rationem attulere: nam Empedocles ad quantitatem; Asclepiades ad excellentiam seminis: Erasistratus ad superfœtationem causas numerosi partus referebant: Plutarch. *9 de placitis Philosoph. 10.* Sed ea de re, & de multiplici partu, ejusque causis, vide quæ scripsit Joubertus. *lib. 3. cap. 1. des erreurs populaires.* 10 *l. 3. ff. si pars hered. petat. l. 7. ff. de reb. dub.* Capitolinus *in Antonino.* Serapiam dicit. *l. 3. ff. si pars hered. l. 7. ff. de reb dub.* Sed & sub D. Augusto Imperatore ayicilla Cæsaris Augusti in agro Laurente peperit quinque pueros, 10 Gell. 2. & in Peloponneso reperta est mulier, quæ quinos quater peperit. 7 Plin. 3. 11 Testis de auditu admittitur. 12 Suo nomine duntaxat partem suam solvens, alium non liberat. 13 Volenti creditori. 14 Principali debendi. 15 vid. Cujac. *7 ad Afric. fol.* 139. 16 Imo, etsi non maneat in eodem statu, recte solvitur. *l. 56. §. 2. ff. de verb. obl.* ubi dixi. 17 Id est, adjecto. sensus est: Adjecto non potest solvi, si status adjecti est mutatus in deterius. 18 *l. 95. §. 6. ff. eod.* 19 Id est, deportationem. *Cujac.* 20 Vide quæ scripsi ad *l. 1. §. 2. ff. de leg. 3.* 21 Aut è contrario si manumissus sit. *Cujac.* 22 Hinc Seneca *4 de benef. 3.* Subest, *inquit*, tacita exceptio, si potero, si debebo. Effice ut idem status sit, cum exigis; qui fuit, cum promitterem. Destituere levitas non erit, si aliquid intervenerit novi. Quid miraris, cum conditio promittentis mutata sit, mutatum esse consilium? Eadem mihi omnia præsta, & idem sum. 23 De tacitis conditionibus vid. Oldendorp. *in Topic. in loco ab Auctoritate seu præjudiciis. n. 5.* ubi inter cæteras sequentes recenset, Si Deus voluerit, Si vixero, Si potuero, Si tempus concedetur, Si æquum fueris arbitratus, Si non fueris injuriosus aut damnosus, Si rem licitam mandaveris aut pactus fueris, Si fidem servaveris, Si Lex aut superior id probaverit, Si necessitas me in contrarium non coëgerit. 24 Vide *l. 12. §. 2. ff. eod.* Gothofred. Intellectum hujus §. 1. vide apud Joann. Zanger. *de exception. part. 3. cap. 2. numer. 91.* Ans. 25 *l. 18 in fin. ff. eod.* 26 *l. 5. §. 3. ff. de donat. int. vir.* 27 Hæc verba, *post divortium*, delenda esse censet Antonius Faber, *3 conject. 19.* esseque ab inepto interprete, non ab Africano. 28 Id est, quando quidem. ut in *l. 4. §. 26. ff. de usurpat. & usucap.*

29 *Institut. quibus modis tollitur obligat.* 30 *l. 44. ff. eod.* 31 Et magis dissimilem esse. Accurs. *Cujac. hic.* 32 Vide Romanum *cons. 108. num. 9.* 33 Qui certo decipiendus est, agere potest, antequam deceptio suum effectum sortiatur. 34 Imo non competit. *l. statuliberum. 9. §. penult. ff. de statuliber.* vide Antonium Fabrum *2 conjecturar. 7.* ubi notat Jurisconsultos in hoc articulo dissensisse. 35 *V. l. 16. ff. de condict. indeb.*

hl solveris, isque [usufructu manente] decesserit: ea solutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum est: sicuti si communem solvisses, isque decessisset. §. 4. Si quis pro [36] eo reverso fidejusserit, qui, cum Reipublicæ causa abesset, actione qua liberatus sit, deinde annus præterierit: an fidejussor liberetur? quod Juliano non placebat: & quidem si cum fidejussore experiundi potestas non fuit. sed hoc casu in ipsum fidejussorem ex Edicto actionem restitui debere: quemadmodum in eum fidejussorem, qui [37] hominem promissum occidit [38]. §. 5. Qui pro te apud Titium fidejusserat, pignus in suam obligationem dedit; post idem heredem te instituit. quamvis ex fidejussoria causa non teneatis, nihilominus tamen pignus obligatum manebit: ac si idem alium fidejussorem dederit, atque ita heredem te instituerit, rectius existimari ait, sublata obligatione ejus [39], pro quo fidejussum sit, eum quoque, qui fidejusserit, liberari [40].

36 Pro reo jam reverso. vulg.

37 V. l. 49. ff. de verb. obl. l. 19. ff. de dolo.

38 Vid. l. 22. in fin. ff. de usur.

39 Id est, rei principalis.

40 V. l. 32. ff. de fidejuss. Goth. Adde Joann. Zanger. de exc. part. 3. c. 9. n. 11. Anf.

De periculo pecuniæ solvendæ.

XXXIX. IDEM lib. VIII [41] Quæstionum.

SI soluturus pecuniam tibi, jussu tuo signatam [42] eam apud numularium [43], quoad probaretur [44], deposuerim: tui periculi eam fore [45] Mela lib. X scribit. quod verum est: cum [46] eo tamen, ut illud maxime spectetur, an per te steterit [47], quominus incontinenti probaretur: nam tunc perinde habendum erit, ac si parato me solvere, tu ex aliqua causa accipere nolles. in qua specie non utique semper tuum periculum erit: quid enim si inopportuno [48] tempore vel loco obtulerim? † His consequens esse puto, ut, etiamsi & emptor nummos, & venditor mercem, quod invicem parum [49] fidei haberent, deposuerint, [&] nummi emptoris periculo sint; utique si ipse eum, apud quem deponerentur, elegerit: & nihilominus merx quoque, quia emptio perfecta sit.

41 V. Cujac. 8 ad Afric. fol. 206.

42 Signatam pecuniam deponere, est sacculum aut bulgam cum pecunia signatorum sive testium signis obsignatam deponere. l. 9. C. eod. v. l. ult. ff. de leg. commiss.

43 Solent enim nummularii pecuniæ probandæ dari. Menander. ἀλλ' ἐγὼ κέρμ' ἔμοιγε μὴ ζήσειν τὴν ψυχὴν ἔφη δ' παρ' ἐκείνου κακὸν ἔχειν, δόκιμόν τ' εἶναι. Cujac. ibid.

44 Hæc obsignatio & depositio non fit solvendi animo, sed pecuniæ probandæ causa.

45 Quia tua est. l. 18. §. 2. ff. de adquir. poss.

46 Id est, ea conditione: similis est loquendi formula in l. 35. in fin. ff. locati.

47 Tunc enim teneris. l. 72. l. 79. ff. eod. l. 73 in fin. ff. de verb. oblig.

48 ἀκαιρότερον. l. 32. ff. de usur. l. 49 in fin. ff. de verbor. obligat. Goth. Vid. Zanger. de except. part. 3. c. 1. n. 220. Anf.

Si quis pro alio solverit.

XL. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SI pro [50] me quis solverit creditori meo, licet ignorante [51] me: adquiritur mihi actio pignoratitia. † Item si quis [52] solverit legata [53], debent discedere legatarii de possessione [54]: alioquin nascitur heredi Interdictum, ut eos dejicere possit.

49 Sequestratio fit, si emptor & venditor parum fidei inter se habeant. adde hic Bart. & Gloss. in l. Julianus. 13. §. offerri. ff. de act. empt.

50 l. 23. ff. eod.

51 Ignorantis conditio potest per alium melior fieri. l. 53. ff. eod.

52 Tertius.

53 l. 11. ff. ut legat. nomine.

54 In quam missi fuerant ex primo decreto

De accusationibus.

XLI. PAPINIANUS lib. I de Adulteriis.

REo criminis [55] postulato, interim nihil prohibet recte pecuniam à debitoribus solvi [56]: alioquin plerique innocentium necessario sumptu egebunt.

55 Alterius scil. quam majestatis. nam ei solvi non potest. l. 8. C. ad l. Jul. majest.

56 l. 45. §. 1. ff. eod. l. 46. §. 6. ff. de jure fisci. v. quæ notavi ad l. 15. ff. de donat.

De accusationibus.

XLII. PAULUS lib. III de Adulteriis.

SEd nec illud prohibitum videtur, ne à [57] reo [58] creditori solvatur.

57 Qui solvit creditori, nummos alienat. Reus creditori potest solvere: nam solutio ex necessaria causa fit, cum ad eam debitor jure obstringatur. Hinc constat, reo permissam esse alienationem necessariam.

58 Criminis postulato.

De accessionibus.

XLIII. ULPIANUS lib. II Regularum.

IN omnibus [59] speciebus liberationum etiam [60] accessiones [61] liberantur; puta adpromissores [62], hypothecæ, pignora: præterquam quod inter creditorem & adpromissores confusione facta reus non liberatur.

59 Plures sunt enim species liberationum.

60 Liberato principali, accessorium liberatur ipso jure. l. 95. §. 4. ff. eod.

61 Accessiones obligationis principalis sunt personæ vel res. Accedunt enim principali obligationi adpromissores, hypothecæ & pignora.

62 Adpromissores sunt fidejussores. ut l. 64. §. 4. ff. solut. Adpromissores sunt proximi à fidejussoribus: & ob id ἐγγυᾶς vocant. Adpromittit, qui pro alio promittit: sic adstipulatur, qui pro alio stipulatur. Adpromissio recte semper fit: adstipulatio non semper. vide Cujac ad l. 5. §. 12. ff. de verborum obligationib. dixi ad Festum in verbo adpromissor.

63 l. 38. §. 2. ff. eod.

64 Qui pignus pro debito solvit, vendit. & è contra: Qui creditori pignus vendit, pro debito solvit. l. 4. C. de evict.

65 Quæ debitori adversus creditorem competebat. l. 13. C. de pignor.

66 Adversus emptorem.

67 Debitori, qui vendidit.

68 Ex qua naturaliter obligatur.

69 Quam natura debet.

70 Sensus est: Pupillus eo casu solvendo liberat se debito naturali, & conditionem legati implet, atque ita obligat sibi heredem, ut legatum præstet.

71 Naturale. vide l. 59. ff. de obligat.

72 Facta scilicet ab herede.

73 Ad restituendam pecuniam. l. 5. §. 1. ff. de usufruct. earum rerum.

74 Heres scil.

75 Ad pretium: atque ita una solutio, una numeratio, vel præstatio, partim parit, partim tollit obligationem.

76 Al. direpto.

77 Pactum de pignore in solutum dando, non præjudicat possidenti. l. 16. in fin. ff. de pign. Goth. Explicat. h. leg. v. apud Casp. Rodericum. de ann. reditib. lib. 2. quæst. 2. num. 57. Anf.

78 Imo non satis est offerri, cum ne quidem offerens audiatur. l. 34. in fin. ff. de pign.

79 l. 41. ff. eod.

80 Pupillo deberur bona fide exfolvi. Petr. Fab. 1 semestr. 24.

81 V. l. 33. ff. eod.

82 V. ad hunc locum Cuj. 19 obs. 83.

83 Rem integram creditor, &c. vulg.

84 l. 72. ff. de evict.

85 Sub. debitoris ipsius: ne alioquin pures dolum creditoris hic significari. Nam si ita esset, hoc casu liberari posset debitor, si vellet.

86 l. 34. §. 10. ff. eod. l. 7. C. de except.

De pupillo. 1. De SC. Macedoniano.

XLVII. IDEM lib. IV Regularum.

IN pupillo, cui sine tutoris auctoritate solutum est, si quæratur, quo tempore sit locupletior: tempus, quo [87] agitur, inspicitur. & ut exceptio doli mali posita ei noceat, tempus, quo agitur, spectatur. §. 1. Plane (ut Scævola aiebat) etiamsi perierit res ante litem contestatam, interdum quasi locupletior factus intelligitur: id est, si necessariam [88] sibi rem emit, quam [89] necessario de suo erat empturus. nam [90] hoc ipso quo non est pauperior factus, locupletior est. † Sic & in filiofamilias putabat Macedonianum cessare, si in necessarias [91] causas filius mutuam pecuniam acceperit, & eam perdiderit.

87 l. 4. ff. de except. v. quæ notavi ad l. 9 C. solut. matr.

88 l. 11. §. 4. ff. de minorib.

89 Rem necessariam quis emisse intelligitur, quam de suo alias erat empturus.

90 Locupletior intelligitur, qui non fit pauperior; cuique nihil deperit.

91 l. 7, §. 14. ff. de SC. Maced.

De Prætorio pignore.

XLVIII. MARCELLUS lib. sing. Responsorum.

TItia, cum propter dotem [92] bona mariti possideret [93], omnia pro domina egit, reditus [94] exegit, & moventia distraxit: quæro, an ea, quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari debeant? Marcellus respondit, reputationem ejus, quod proponeretur, non iniquam videri [95]: pro soluto enim magis habendum est, quod ex ea causa mulier percepit. sed si forte usurarum quoque rationem arbiter [96] doris recuperandæ habere debuerit, ita est computandum, [ut] prout quidque ad mulierem pervenit, non ex universa summa decedat: sed prius in eam [97] quantitatem, quam usurarum nomine mulierem consequi oportebat. quod non est iniquum.

92 Suam.

93 Ex primo decreto scil. dotis servandæ causa.

94 Probatur possessio fructuum perceptione, ut hic. sed & si rei ipsi quis institit; vel eam saltem nota vel symbolo adprehendit; si eam coluit, vel alteri locavit per instrumenta locationum, per investituram; si aliius nostro nomine possidere passus est. vide Schneidevinum in §. retinenda. 4. Inst. de Interd.

95 Quia missus in possessionem ex primo decreto comparatur gestori negotiorum, l. 14. in fin. ff. de rebus auct. is autem fructus non lucratur.

96 Nota de arbitro dotis recuperandæ, l. 1. ff. de pact. dotal. de quo Tertull. 2 ad uxorem: sustineamus earum dotes, quo objectione (sic enim puto legendum) nominis & mercedem silentii faciam, apud arbitrum, speculatoremque litigaturi.

97 Fructus Prætorii pignoris extenuant debitum: primo accessorium: deinde principale. adde l. 1. ff. eod.

Solutio pecuniæ quomodo accipitur, & de verbo Satisfactionis.

XLIX. MARCIANUS lib. singul. ad Hypothecariam formulam.

SOlutam pecuniam intelligimus utique naturaliter [98], si numerata sit creditori. † Sed & si [99] jussu ejus alii solvitur, vel creditori ejus, vel futuro debitori, vel etiam ei, cui donaturus erat: absolvi debet. † Ratam [100] quoque solutionem si creditor habuerit, idem erit. † Tutori quoque si soluta sit pecunia vel curatori, vel procuratori [1], vel cuilibet successori, vel servo actori [2]: proficiet ei solutio. † Quod si acceptum latum sit, quod stipulationis nomine [3] hypotheca erat obligata, vel sine [4] stipulatione accepta sit: solutionis quidem verbum non [5] proficiet [6], sed satisdationis sufficit [7].

98 Naturalis solutio numerationem perficitur. adde l. 4. §. 7. ff. de rejud.

99 l. 56. ff. eod.

100 Quod creditori; l. 4. l. 12. C. eod. vel ejus administratori, l. 13. ff. de leg. 1. vel alteri ejus jussu & ratihabitione solutum est, debitorem ipsum liberat.

1 l. 58. ff. eod; l. 34. §. 3. ff. eod.

2 l. 19. C. eod.

3 Id est, per modum stipulationis;

4 l. 17. §. 2. ff. de pact.

5 Atqui acceptilatio nihil aliud est, quam solutio. l. 7. §. 1. ff. de lib. leg.

6 Sensus est: A contractu, qui re perficitur (veluti pignoris) acceptilatione, aut nudo pacto, plene non liberamur. obligatio quidem dissoluta est, sed tamen semper verum est pignorum

De negotiorum gestore.

LVIII. IDEM [lib. LXXX ad Edictum].

SI quis offerenti [30] se negotiis alienis bona fide solverit, quando

De re, 1. Vel persona adjecta solutioni.

LVII. ULPIANUS [lib. LXXVII ad Edictum].

SI quis stipulatus fuerit *decem mele*: Solvi quidem mel potest, antequam ex stipulatu agatur: sed si semel [28] actum sit, & petita decem fuerint, amplius mel solvi non potest. §. 1. Item si *mihi aut Titio* stipulatus fuero dari, deinde petam, amplius Titio solvi non potest: quamvis [29] ante litem contestatam posset.

De mandato.

LVI. PAULUS [lib. LXII ad Edictum].

QUi mandat [27] solvi, ipse videtur solvere.

27 l. 49 ff. eod. l. 64. ff. eod. l. 66. ff. eod. l. 5. l. 17. C. eod. l. 18. ff. de reg. jur. Inst. quib. mod. tollitur oblig.

28 l. 16. ff. de duob. reis.

29 Litis contestatione stipulator & sibi petendi, ff. eod. & debitori solvendi tollit electionem.

30 l. 34. §. 4. ff. eod.

Verbum solutionis *quomodo accipitur.*

LIV. PAULUS [lib. LVI ad Edictum].

SOlutionis verbum pertinet [21] ad [22] omnem liberationem quoquo modo factam: magisque ad substantiam obligationis refertur, quam ad nummorum solutionem.

De numerante, ut recipiat:

LV. ULPIANUS [lib. LXI ad Edictum].

QUi sic solvit, ut [23] reciperet [24], non liberatur: quemadmodum non [25] alienantur nummi, qui sic dantur, ut recipiantur [26].

21 Solvens scienter indebitum ex loco auri debiti, non intelligitur donare, ut hic. Cur? alia conjectura conjecturam taeitæ donationis excludit.

22 Vincentius Lirinensis *adversus prophanas novationes.* Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro aliis alia subjicias: nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam plane. Auri speciem dixit, id, quod aurum tantum videtur, nec est tamen aurum.

23 l. 62. ff. eod. v. quæ scripsi ad l. 1. C. si advers. fiscum.

24 l. 38. §. 3. ff. eod.

25 Id est, datio fidejussoris, vel aliorum pignorum. v. l. 53. ff. de contrah. empt. l. 13. §. 3. §. 4. ff. de pign. l. 4. §. 3. ff. de rejudic.

26 l. 13. §. 4. ff. de pign. l. 6. §. 1. ff. quib. mod. pign.

do liberetur? Et ait Julianus, cum dominus ratum [31] habuerit, tunc liberari. Idem ait, antequam dominus haberet ratum, an condici ex ea causa possit? Et ait interesse, qua mente solutio facta esset: utrum, ut statim debitor liberetur, an vero cum dominus ratum habuisset. Priore [32] casu confestim posse condici procuratori, & tunc demum extingui condictionem, cum dominus ratum habuisset: Posteriore tunc demum nasci condictionem, cum dominus ratum non habuisset. §. 1. Si creditor, cujus ignorantis procuratori solutum est, adrogandum se dederit: sive ratum habuit [33] pater, [rata] solutio est: sive non habuit, repetere debitor [34] potest. §. 2. Et si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis procuratori datum [35] antequam is ratum haberet, interim alteri [36] solutum est: in pendenti est posterior solutio, ac prior. quippe incertum est, debitum an indebitum exegerit [37].

31 Ratihabitione domini convaleîcit solutio facta ejus gestori. *dict.* §. 4. & *l.* 13. *l.* 34. §. 6. *l.* 49. *ff. eod. l.* 9. *ff. de negotiis. l.* 14. *ff. de cond. causa data.*

32 Solutum gestori negotiorum ei condici potest, si dominus nullo modo ratam habeat solutionem.

33 Id est, is, qui creditorem adrogavit.

34 Qui solvit.

35 Id est, numeratum est.

36 Et ita duobus.

37 Num si dominus procuratoris negotium ratum non habeat, posterior solutio erit inutilis, eoque nomine datum condicetur: alias prior erit invalida, eritque condictioni locus.

De adjecto solutioni.

LIX. PAULUS lib. II ad Plautium.

SI ita stipulatus sim, MIHI AUT TITIO DARE SPONDES? & debitor constituerit se mihi soluturum: quamvis mihi competat de constituta actio, potest [38] adhuc adjecto solvere. † Etsi à filiofamilias mihi aut [39] Titio stipulatus sim, patrem posse Titio solvere quod in peculio est: scilicet si suo non filii nomine solvere velit. Dum enim adjecto solvitur, mihi [40] solvi videtur. Et ideo si indebitum [41] adjecto solutum sit, stipulatori posse condici Julianus putat: ut nihil interfit, jubeam [te] Titio solvere, an ab initio stipulatio ita [42] concepta sit.

38 Imo non potest: quia tenebitur ei, qui constituit. *l.* 18. *in fin. ff. de constit. pecun.*

39 *l.* 10. *ff. eod.*

40 Adjecto qui solvit, principali solvere videtur.

41 Adjectus ad solutionem, quæ jure fieri non debet, videtur adjectus ad indebitum recipiendum. *l.* 34. *ff. eod.*

De usucapione.

LX. IDEM [lib. IV ad Plautium].

IS, qui alienum hominem in solutum dedit, usucapto [43] homine liberatur.

42 Id est, mihi, aut Titio.

Si res ad creditorem pervenerit.

LXI. IDEM lib. V ad Plautium.

[IN perpetuum] quotiens id, quod tibi debeam, ad te pervenit [44], & tibi nihil absit, nec quod solutum est, repeti possit, comperit liberatio.

43 Præscriptio successoris auctori liberationem inducit. vid. *l.* 54. *ff. de evict.*

De dispensatore, & de negotiorum gestore.

LXII. IDEM [lib. VIII ad Plautium].

DIspensatorem [45] meum testamento liberum esse jussi, & peculium ei legavi: is post mortem meam à debitoribus [46] pecunias exegit: an heres meus retinere [47] ex peculio ejus, quod exegit, possit, quæritur? Et si quidem post aditam hereditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin de peculio eo nomine retineri nihil debeat, qua [48] liber factus incipit debere, si liberantur solutione debitores. Cum vero ante aditam hereditatem pecuniam accepit dispensator, siquidem liberantur debitores ipsa solutione: non est dubium, quin de peculio id retinendum sit: quia incipit debere hic 49 heredi quasi negotiorum gestorum, vel mandati actione. Si vero non liberantur [50], illa quæstio est, cum negotium meum gerens, à debitoribus meis acceperis, deinde ego ratum non habuero, & mox [51] agere velim negotiorum gestorum actione [52]: an utiliter agam, si caveam te indemnem futurum? Quod quidem ego non puto: nam sublata [53] est negotiorum gestorum actio, eo quod ratum non habui, & per hoc debitor mihi constituitur [54].

44 Ex causa lucrativa scil. adde *l.* 18. *l.* 19. *ff. de verb. oblig. l.* 51. *ff. de rei. jur. l.* 23. *§. pen. ff. de condit. indeb.*

45 *l.* 51. *ff. eod.* vide quæ scripsi in *l.* 1. *in fin. C. si adversus fiscum.* qui procurator erat generalis, quique mandati jure post mortem domini exegit quasdam species vel summas. Cæterum dispensator est servus, quem dominus præposuit Kalendario, id est, credendis & exigendis pecuniis. *v. l.* 18. *ff. eod. l.* 41. *ff. de rei. cred.* & Cujac. 8 *ad Afric. fol.* 130.

46 Meis scil. non peculiaribus.

47 Quia peculium dicitur, deducto eo, quod domino debetur.

48 Quia. *vulgat. Ital.*

49 Hoc, *vulgat. Ital.*

50 Qui scierunt dominum mortuum.

51 Pœnitentia ductus scil.

52 Adversus te.

De servo fructuario.

LXIII. IDEM [lib. IX ad Plautium].

SI debitor sit servi fructuarius, potest is servus per acceptilationem [55] liberare eum: videbitur enim ex re ejus adquirere. idem in pacto [56] dicemus.

53 Ratum qui non habet negotiorum gestionem, negotiorum gestionis actioni renunciare intelligitur. hinc colligit Bartolus, reprobatum semel, postea non posse reprobari ad actionem consequendam. & Baldus, Actiones, quarum principium est destructum & impeditum, nunquam postea deduci in esse.

54 Quis? is, qui mihi debitor fuit: quia non probavi, nec ratum habere volui solutionem debiti ab eo tibi factam. 55 Servus fructuarius liberare fructuarium dominum potest. *l.* 11. *ff. de acceptilationibus. l.* 24. *l.* 25. *ff. de usufructu.* 56 *l.* 55. *ff. de pactis.* 57 Vide *l.* 56. *ff. eod.*

Si creditori creditorus solvatur.

LXIV. IDEM [lib. XIV ad Plautium].

CUm jussu [57] meo id, quod mihi debes, solvis creditori meo: & tu à me, & ego à creditore meo liberor.

De dote.

LXV. POMPONIUS [lib. I ex Plautio].

SI filia furiosi à viro divorterit, dictum est, vel adgnato [58] curatore [59] voluntate filiæ, vel filiæ consentiente [60] adgnato solvi dotem.

De pupillo.

LXVI. IDEM [lib. VI ex Plautio].

SI [61] pupilli debitor, jubente eo sine tutoris auctoritate pecuniam creditori ejus numeravit: pupillum quidem à creditore liberat, sed ipse manet obligatus, sed exceptione se tueri potest. † Si autem debitor pupilli non fuerat, nec pupillo condicere potest, qui sine tutoris auctoritate non obligatur; nec creditori, cum quo alterius jussu contraxit: sed pupillus, in quantum [62] locupletior factus est, utpote debito liberatus, utili actione tenebitur.

58 Furiosus in tutela suorum agnatorum fuisse, hinc colligas. adde *l.* 13. *ff. de manum.*

59 Curatori. *vulgat. Haloandi.* 60 Si qui consentire debet, furiosus factus fuerit, consentiendi potestas ad ejus curatorem devolvetur. 61 Debitor pupilli, solvens creditori pupilli, jussu ejus liberatur à pupillo: si vero debitor pupilli non fuit, qui solvit, pupillum sibi obligat, utpote facto suo debito liberatum. 62 *l.* 10. *ff. de institor. l.* 1. §. 4. *ff. de pecul. l.* 5. *in fin. ff. de in rem verso. l.* 1. §. 15. *ff. depositi. l.* 29. §. 2. *in fin. ff. de pignorib.* 63 Eadem ratio est in solutum dari potest. *l.* 86. §. 1. *ff. de legat.* 2. 64 Acceperit, *vulgat.* acciperet. *Haloand.* 65 Qui non habet, nisi decem, potest solutione iterata sæpius liberari in centum. *Bald.*

De pupillo & furioso.

LXVIII. IDEM lib. XVI Digestorum.

SErvus *decem* [67] *dare* jussus pupillo, & liber esse, si heres sit pupillus, sive tantum conditio in eum collata sit; an absente quoque tutore, pupillo dando, libertatem consequatur? moveris comparatione conditionis, quæ constitit in facto: veluti SI PUPILLO SERVIERIT, quæ potest impleri citra interventum quoque tutoris: & quid (inquis) si curatorem habeat, & si furioso dare jussus sit? an curatori dando liberetur? & finge alicui fundum legatum, si dedisset pupillo [68], furiosove. Et sciendum est in omnibus istis casibus tutori [69] quidem, vel curatori utiliter dependi; ipsis autem, id est, furioso vel pupillo, non [70] recte persolvi, ne datio ex illorum imbecillitate pereat: nec enim hoc egit testator, ut, quoquo modo esset datum, expleta videretur conditio.

66 Dedisse, *vulg. Hal.* accepisse, *Rittershus*, decidisse, *Cuiacius.* Vulgata est rectior, cujus hic sensus est: Qui quid ita accepit à debitore, ut ei retro redderet, non tam eum liberasse, quam ei donasse intelligitur. Si ita est, tali numeratione solutionem induci non dicemus. Et hæc est ratio dubitandi in hac lege.

67 *l.* 34. *ff. de statulib.*

68 *l.* 95. §. 7. *ff. eod.*

69 Adde *l.* 22. *ff. de manum. testam.*

70 *l.* 11. *ff. eod.*

De noxæ deditione.

LXIX. CELSUS lib. XXIV Digestorum.

SI hominem, in [71] quo ususfructus alienus est, vel qui erat pignori [72] Titio obligatus, noxæ [73] dedisti: poterit is, cui condemnatus es, tecum agere judicati [74]. nec expectabimus, ut creditor evincat. sed si ususfructus interierit, vel dissoluta fuerit pignoris obligatio: existimo processuram liberationem.

71 *l.* 4. *in fin. ff. de re judic.*

72 *l.* 20. *ff. eod.*

73 *l.* 27. *ff. de noxal.*

74 Imo de dolo, *l.* 9. §. 4. *ff. de dolo.* solve; Ibi agitur judicati nomine doli. *l.* 1. *C. de dolo.* Accurs.

De eo, quod certa die promissum est.

LXX. IDEM lib. XXVI Digestorum.

QUod certa [75] die promissum est, vel statim [76] dari potest: totum enim medium tempus ad solvendum promissori liberum relinqui intelligitur.

75 *l.* 38. §. 16. *ff. de verb. oblig.*

76 *l.* 137. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

De adjecto solutioni. 1. De procuratore.

LXXI. IDEM lib. XXVII Digestorum.

CUm decem mihi aut Titio dari stipulatus, quinque [77] accipiam [78]: reliquum promissor recte Titio dabit. §. 1. Si fidejussor procuratori creditoris solvit, & creditor post [79] tempus, quo liberari fidejussor poterit [80], ratum habuit: tamen quia fidejussor, cum [81] adhuc ex causa fidejussionis teneretur, solvit, nec repetere potest, nec minus agere adversus reum [82] mandati potest, quam si tum præsenti dedisset. §. 2. Item si ignorans creditor procuratori suo solutum, servo debitoris, filiove acceptum [83] fecerit, postea autem rescierit, & ratum [84] habuerit: confirmetur [85] solutio: & quod acceptum latum sit, nullius momenti est. & contra si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur. §. 3. Sed si ignorans solutum, litem contestatus est, si pendente judicio ratum habuit, absolvi oportet illum, cum quo actum est: si ratum non habuit, condemnari [86].

77 Partis acceptatio non impedit, quominus residuum adjecto solvi possit.

78 Accipio.

79 Adde *l. ultim. ff. ratam rem*; quæ quidem loquitur de transactione à procuratore (non ab ipso domino, *ut hic.*) ei, qui tempore liberatus est, facta.

80 Potuit. In fidejussoris solventis persona spectatur tempus solutionis factæ, non ratæ habitæ.

81 Ut quis fidejussionis nomine teneatur, ita recte potest solvere.

82 Fidejussori solventi adversus debitorem mandati competit actio.

83 Si acceptilatio post solutionem factam ignoranter interponitur, & ratihabitionem solutionis antecedit, ratihabitio spectabitur, non acceptilatio.

84 Ratihabitione confirmare possumus solutionem factam procuratori.

85 Confirmatur. *vulg. Hal.*

86 Ei, qui solvit, lis moveri non debet. Si ignoranter lis mota sit, ante sententiam ratum habens solutionis actum, expensas non præstabit: si ratum non habuit, præstabit: cum temere adversarium jam liberatum in jus vocaverit. *l.* 79. *ff. de judiciis.*

De mora. 4. Differentia inter obligationem generis, & alternatam. 5. De eo, qui hominem debet.

LXXII. MARCELLUS lib. XX Digestorum.

QUi *decem* [87] debet, si ea *obtulerit* [88] creditori, & ille sine justa causa ea accipere recusavit, deinde debitor ea sine sua culpa perdiderit [89]: doli mali exceptione [90] potest se tueri, quanquam aliquando interpellatus non solverit. etenim non est æquum teneri pecunia amissa: quia non teneretur, si creditor accipere voluisset. Quare pro soluto id [91], in quo creditor accipiendo moram fecit, oportet esse. † Et sane si servus erat in dote, eumque obtulit maritus, & is servus decessit; aut nummos obtulit, eosque non accipiente muliere perdiderit: ipso jure desinet teneri.

§. 1. Cum Stichum mihi deberes, & in solvendo moram fecisses, sub conditione eum promisisti; pendente ea Stichus decessit: videamus, an, quia novari prior obligatio non potest, petitio servi competat ea, quæ competeret si non intercessisset stipulatio? Sed in promptum [92] contradictio est, debitorem, cum stipulanti creditori sub conditione promisit, non [93] videri in solutione hominis cessasse: nam verum est, eum, qui interpellatus dare noluit, offerentem [94] postea periculo liberari. §. 2. Sed quid, si ignorante debitore ab alio creditor eum stipulatus est? Hic quoque existimandus est periculo debitor liberatus: quemadmodum si quolibet [95] nomine ejus servum offerente, stipulator accipere noluisset. §. 3. Idem responsum est, si quis, cum subreptus sibi servus esset, sub conditione stipulatus fuerit, *quicquid* furem *dare facere oportet*: nam & fur condictione [96] liberatur, si dominus oblatum sibi accipere noluit. si tamen, cum in provincia forte servus esset, intercesserit stipulatio; & finge, prius quam facultatem ejus nanciscereturfur, vel promissor, decessisse *servum: non [97] poterit rationi, quam supra reddidimus, locus esse*: non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest [98].

87 Partis acceptatio non impedit, quominus residuum adjecto solvi possit.

88 Opportuno tamen loco, & tempore, etiam nude, & citra depositionem seu consignationem, cujus meminit *lex* 19. *C. de usuris.*

89 *l.* 9. *in fin. l.* 30. *l.* 39. *ff. eodem. l.* 6. *ff. de dolo malo.*

90 Obligationis nudæ, legitimæ tamen factæ hic effectus est, ut offerens liberetur exceptione. *l.* 84. §. 3. *ff. de legat.* 1. *l.* 73. §. *ultim. ff. de verbor. obligat.* quin & ipso jure ex Sabini sententia, *l. eod.* & continuo. *l.* 105. *in fin. ff. de verbor. obligat.* Plures effectus vide apud Cujac. 8 *ad Africam. fol.* 1097.

91 Liberat igitur oblatio sortis in totum, vel eam partem, pro qua parte facta fuerit.

92 In promptu. *vulgat. Haloandi.* 93 *l.* 14. *ff. de novationibus.* Imo videtur cessare, cum obligetur. *l.* 58. *in fin. ff. de verbor. obligation. l.* 31. *ff. de novationib.* 94 Offerre solutionem, etiamsi eam interpellati negavimus, possimus. 95 Quilibet meram debitoris purgare potest. 96 *l.* 17. *ff. de cond. furt.* 97 Imo poterit esse locus. vide *l.* 29. *in fin. ff. de verbor. obligat.* 98 Imo potest. *l.* 17. *ff. de condict. furtiva.* 99 Vide Cujac. ad hunc locum 14 *obs.* 17.

100 Vide *l.* 16. *ff. de verbor. obligat.* 1 Num etiam. Cujac. 14 *obs.* 20. quod ab Antonio Fabro non probatur. 2 *conjecit.* 15. 2 Id est, tacito intellectu, etiamsi hoc non expressetur. Cujac. *ibid.* 3 Relinquit. *Conan.* 4 V. *l.* 83. *ff. de cond. indeb.* 5 Liberatus, similique modo si solverit servum, qui noxa solutus non est, non liberabitur: item qui hominem noxæ dedítum solvit, non liberabitur. nam vel minus, &c. *vulg. Hal.*

k Vespertillionem. vulg. eadem vox in eadem vulgata repetitur in *l.31. ff. de eviction.* Haloander hic legit, Vespillonem, Florentina in *l.31. ff. de eviction.* habet Vispillionem, & *l.7. ff. ad Trebell. hæc ubi in fin.* ff. *de jure immunitatis.* meminit psilliones, ut & vulgata & Florentina habet, vel, ut Haloander legit, pelliones: quorum vile officium videtur. Itaque Vispellio quibusdam videtur idem significare, quod bis turpem & abjectum. Vespillionem Festus esse ait eum, qui funerandis corporibus officium præstat. Fulgentius vero vespillonem, vel vispillonem, bajulum interpretatur. Mualeas in Cecrope: Apollo è vispillionibus ad sepulturam elatus. Significat etiam cadaverum nudatorem. Hinc Antidamus Heracleopolites *in historia Alexandri*: Plusquam trecentos cadaverum vespillones reperies crucibus affixos. Notandæ sunt igitur variæ illæ voces, Pollio, Pellio, Bispellio, Vispellio, Vespillio, Vespillo: vel, ut quidam leguntur apud Festum, Vespillo, Vispillo, Vespertillio. Glossis Latinis Bispellio νεκροσκόπος· bispelliones νεκροδιάπται, κοσμιῶ. Glossis Græcis νεκροδιάπτης vispillo, libitinarius, νεκροκλώπης rogarius, bustuarius, Catullo ustor. Id genus hominum servilis & abjectissimæ conditionis fuisse Horatius ostendit: *Hæc prime angustis ejecta cadavera cellis, Conservus vili portandа locabat in arca.* Dignoscebantur vespillones capite semiraso. *A semiraso tunderetur ustore.* Catull. Artemidorus: Frontem literati, & capillos semirasi, & pedes anulati, id est, catenati & stigmatiæ. Tertullianus *lib. de Pallio*: Vespillo, leno, lanista tecum vestiuntur. *Goth.* Hujus appellationis origo in Arcadum fabula posita est, quam Plin. *lib.* 8. *cap.* 28 exponit. *Ans.*

7 In genere.

8 Adde *l.* 46. ff. *de leg.* 1.

9 Debiti ejusdem causa pro parte potest dari pignus, pro parte fidejussor.

10 Pecunia redacta ex pignore vendito, in causam, quam creditor elegit, convertitur. v. *l.* 101. *in fin.* ff. *cod.* 11 *l.*22. ff. *de pign. l.*79. ff. *de furt.* 12 Imo, non debet lucro cedere, sed in sortem ei imputari. *l.* 42. *in fin.* ff. *pro socio.*

13 In acceptilatione & liberatione semper intelligunтur hæc verba, *usque in præsentem diem.*

14 *l* 95. §. 2 ff. *cod.* 15 V. *l.*17. ff. *de fidejuss.* Goth. Interpret. hujus l. vid. *Censur. forens. nostram lib* 4. *c.*17. *n.*25. S. L. 16 *l.*1. C. *de contrar. jud. tut.* 17 *l.*1. *l.*11. C. *de fidejuss.* 18 Mandare & cedere, idem. 19 *l.*5. §. 2. *in fin.* ff. *quib. mod. pign. l.*21. *in fin.* ff. *de tutel. & rationib. l.*36. ff. *de fidejuss.* 20 Nulla antiquior est obligatio in liberto, quam quæ in ipso articulo momentoque libertatis collatæ impositа. *l.*3. C. *an servus ex suo facto.* Tum enim incipit obligari posse domino. Quid, si quid eo tempore promiserit, & post libertatem pecuniam domino indistincte solverit? In antiquum contractum id solventi imputabit dominus, hoc est in operarum contractum. *Alber.* 21 Vid. *l.* 1. C. *de operis libert.* 22 Adde *l.* 47. §. 1. ff. *mandati.* 23 V. *l.* 30. *in fin.* ff. *de usurpationib.*

24 Immixtio habet vim consumptionis: consumptio vim solutionis. 25 Quia invito domino contrectati sunt nummi. 26 *l.* 1. §. 21. ff. *de adq. poss.* 27 *l.* 39. ff. *eod. l.* 18. §. 2. ff. *de adq. possess.* 28 Id est, adhibito circuitu, cui contrarium, manu brevi, *l.* 43. §. 1. ff. *de jure dot.* id est, vitato circuitu. Porro, *longæ manus* vocabulo intellige oculos & affectum: is est animæ & voluntatis effectus. Est autem id genus loquendi metaphoricon. dixi ad §. 21. *Constitutione de confirmatione Digestorum.* 29 *l.* 35. *l.*100. *l.*153. ff. *de reg. jur. c.* 1. *extra de reg. jur.* 30 Non poterit igitur testibus probari debitum, si solutio probari nisi per instrumentum non potest. Ita si coram septem testibus ex statuti forma testamentum factum est, coram totidem testibus mutandum erit. vide Decium ad *l.* 35. ff. *de reg. jur.* §. *ult. Inst. quib. modis tollitur obligatio.* 31 Puta credendo.

32 *l.* 49. ff. *eod. l.* 95. §. 4. ff. *eod.* 33 § *ult. Inst. quib. mod. tollitur oblig.* 34 *l.* 95. ff. *eod.* 35 ff. 3. ff. *de reflendenda. l.* 35. ff. *de reg. jur.* §. *ult. Inst. quib modis tollitur obl. l.* 2. C. *quando lic. ab empt.*

35 Quid, adjecto, antequam moriatur, potestne solvi? potest. *l.* 38. ff. *eod. l.* 95. §. 6. ff. *eod.*

36 Actus nudi ministerii non transeunt ad heredem. *l.* 55. ff. *de verb. oblig.* 37 *l.*1. §. 36. ff. *depositi.* 38 Consulere, id est, consilium dare interdum lex solet. 39 *c.* 14. *de reg. jur.*

40 *l.* 5. §. 2. ff. *depositi. l.*3. C. *de pignorib.* 41 Evenitque, ut inter se. 42 Postea scil.

43 Qui eum dederat. 44 Quomodo vetare potest, cum eadem pacta sit fundum extraneo reddi? Dicendum est hac in lege pactum degenerare in mandatum, ideoque ad instar mandati revocari posse: hinc collige, Pactum de solvendo tertio, appositum ex intervallo, idem efficere ac præstare, quod simplex mandatum. *Bald.* vel ita: Pactum factum inter creditorem & debitorem, ut solvatur debiti portio, vim habet mandati, potestque revocari expresse vel tacite.

nem [6], aut alias turpem dederit hominem, idem sit? Et sane datum negare non possumus. Sed differt hæc species à prioribus: habet enim servum, qui ei auferri non possit. §. 6. Promissor servi [7] eum debet hominem solvere, quem [8], si velit stipulator, possit ad libertatem perducere.

De venditione pignoris.

LXXIII. IDEM [lib. XXX*I* Digestorum].

OB triginta nummos pecuniæ creditæ, fidejussorem *in viginti* dedi [9], & pignus **in decem** ex venditione autem pignoris creditor decem consecutus est: utrum ex universitate id decedit, (ut quidam putant) si in solvendis decem nihil debitor dixisset an (sicut ego puto) in totis decem fidejussori contingit liberatio? quia hoc dicendo potuit hoc efficere debitor, ut ubi non dixit, id potius soluturum existimetur, quod satisdato debeatur? Magis tamen existimo licuisse [10] creditori in id, quod solus debebat reus, accepto referre.

De pœna.

LXXIV. MODESTINUS lib. III Regularum.

ID, quod pœnæ [11] nomine à debitore exactum est, lucro debet [12] cedere creditoris.

De acceptilatione & confusione.

LXXV. IDEM lib. VIII Regularum.

SIcut acceptilatio in eum [13] diem præcedentes peremit actiones, ita & confusio: nam si debitor heres creditori extiterit, confusio [14] hereditatis peremit petitionis actionem.

De actionum cessione.

LXXVI. IDEM lib. VI Responsorum.

MOdestinus respondit, si post solutum sine ullo pacto omne, quod ex causa tutelæ debeatur, actiones post aliquod intervallum cessæ [15] sint: nihil ea cessione actum, cum [16] nulla actio superfuerit. quod si ante solutionem hoc factum est; vel cum [17] convenisset, *ut mandarentur* [18] *actiones*, tunc solutio facta esset, mandatum subsecutum est: salvas esse mandatas actiones: cum novissimo quoque casu pretium [19] magis mandatarum actionum solutum, quam actio, quæ fuit, perempta videatur.

De operis libertorum.

LXXVII. IDEM [lib. VII Pandectarum].

IN liberto antiquior [20] contractus operarum esse non potest, sine [21] quo libertas ei data non esset.

De nummis alienis solutis.

LXXVIII. JAVOLENUS [lib. XI ex Cassio].

SI alieni [22] nummi inscio vel invito domino soluti sunt, manent ejus, cujus fuerunt: si mixti [23] essent, ita ut discerni non possent, ejus [24] fieri, qui accepit, in libris Gaii scriptum est: ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, furti [25] competeret.

Si res debita in conspectu creditoris ponatur.

LXXIX. IDEM [lib. X Epistularum].

PEcuniam, quam mihi debes, aut aliam rem, si in conspectu [26] meo ponere te jubeam [27]: efficitur, ut & tu statim libereris, & mea esse incipiat. nam tum quod à nullo corporaliter ejus rei possessio detineretur, adquisita mihi, & quodammodo *manu* [28] *longa* tradita existimanda est.

Quibus modis solvitur obligatio.

LXXX. POMPONIUS [lib. IV ad Quintum Mucium].

PRout [29] quidque contractum est, ita & solvi debet [30]: Ut, cum re [31] contraxerimus, re [32] solvi debet: veluti cum mutuum dedimus, ut retro pecuniæ tantundem solvi debeat. † Et cum verbis aliquid contraximus, vel re vel verbis obligatio solvi debeat: verbis, veluti cum acceptum promissori fit: re, veluti cum solvit, quod promisit. † Æque cum emptio vel venditio, vel locatio [33] contracta est: quoniam consensu nudo contrahi potest, etiam dissensu [34] contrario dissolvi potest.

De herede adjecto. 1. De pluribus heredibus depositoris.

LXXXI. IDEM [lib. VI ad Quintum Mucium].

SI stipulatus sim *mihi aut Titio dari*, si Titius decesserit, heredi [35] ejus solvere [36] non poteris. §. 1. Si lancem deposuerit apud me Titius, & pluribus heredibus relictis decesserit: si pars [37] heredum me interpellet, optimum [38] quidem esse, si Prætor aditus jussisset [39] me parti heredum eam lancem tradere; quo casu depositi me reliquis coheredibus non teneri. sed etsi sine Prætore sine dolo malo hoc fecero, liberabor; aut, quod verius est, non incidam in obligationem: optimum [40] autem est id per Magistratum facere.

De dote.

LXXXII. PROCULUS [lib. V Epistularum].

SI cum Cornelius fundum suum, nomine Seiæ, viro ejus doti dedisset, nec de eo reddendo quicquam cavisset, fecit [41], ut inter se vir & Seia paciscerentur [42], ut divortio facto is fundus Cornelio [43] redderetur: non puto divortio facto virum vetante [44] Seia eum fundum Cornelio [tuto] redditurum esse. sicuti si cum pactum conventum nullum intercessisset, divortio facto mulier jussit eum fundum Cornelio reddi, deinde, antequam [45] redderetur, vetuisset, non tuto redderetur: sed si antequam Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidisset, nec causam habuisset existimandi id invita Seia facturum esse, nec melius [46], nec æquius esse existimarem eum fundum Seiæ reddi.

De servo manumisso.

LXXXIII. POMPONIUS lib. XIV ex Variis lectionibus.

SI tuo servo credidero, eumque redemero, & is manumissus mihi solverit: non repetet [47].

De fidejussoribus servi.

LXXXIV. PROCULUS [lib. VII Epistularum].

EGisti de peculio [48] servi nomine cum [49] domino: non esse liberatos fidejussores ejus respondit [50]. at si idem servus ex peculio suo permissa administratione peculii nummos solvisset: liberatos esse fidejussores ejus recte legisti.

De solidi solutione.

LXXXV. CALLISTRATUS lib. I Edicti monitorii.

SOlidum non solvitur, non minus [51] quantitate [52], quam die [53].

De procuratore.

LXXXVI. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

HOc jure utimur, ut litis [54] procuratori non [55] recte solvatur: nam & absurdum est, cui judicati actio non datur, ei ante rem judicatam solvi posse. si tamen ad hoc datus sit, ut & solvi possit, solvendo eo liberabitur.

LXXXVII. CELSUS [lib. XX Digestorum].

QUodlibet debitum [56] solutum à procuratore meo, non repeto: quoniam cum quis procuratorem omnium rerum suarum constituit, id quoque mandare videtur [57], ut creditoribus suis pecuniam solvat: neque postea expectandum [58] est, ut ratum habeat.

De negotiis pupillæ gestis.

LXXXVIII. SCÆVOLA lib. V Digestorum.

FIliæ intestato patri heredis negotia mater gessit, & res vendendas per argentarios dedit: idque ipsum codice conscriptum est: argentarii universum redactum venditionis solverunt: & post solutionem novem fere annis, quicquid agendum erat, nomine pupillæ mater egit, eamque marito nuptum collocavit: & res ei tradidit: Quæsitum est, an puella cum argentariis aliquam actionem habet: quando non ipsa stipulata sit pretium rerum, quæ in venditione datæ sunt, sed mater? Respondit, si de eo quæreretur, an jure ea solutione argentarii liberati essent: responderi jure liberatos. Claudius: Subest enim illa ex jurisdictione pendens quæstio, an pretia rerum, quæ sciebant esse pupillæ, bona fide solvisse videantur matri [59], quæ jus administrationis [60] non habebat? ideoque, si hoc sciebant, non liberantur: scilicet si mater solvendo non sit [61].

De chirographis. 1. De procuratore exigente ultra modum. 2. Simpliciter solutum in quam causam imputetur.

LXXXIX. IDEM lib. XXIX Digestorum.

EX pluribus [62] causis & chirographis creditor ita cavit: *Titius Mævius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse* [a] *Gaio Titio reliquum omne* [63], *ratione posita ejus* [64] *pecuniæ, quam mihi Stichus Gaii Titii servus caverat.* Quæsitum est, an ex cæteris chirographis, quæ non Stichus cavit, sed ipse debitor, integra manet actio ex reliquis chirographis per ipsum debitorem cautis? Respondit, eam solam obligationem dissolutam, ex qua solutum proponeretur.

§. 1. Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei à Seio debebantur, altero centum, *altero trecentum*, scripsit Seio, ut unius [65] chirographi centum per Mævium & Sepиticium sibi mitterentur: Quæro, an Seius, si Mævio & Sepиticio ex trecentum quoque solvisse se dicat, liberatus sit? Respondit, si nec mandavit, ut ex trecentum solveretur, nec solutum ratum habuit: non esse liberatum. §. 2. Lucius Titius duabus stipulationibus, una quindecim sub usuris majoribus [66], altera viginti sub usuris levioribus Seium eadem die obligavit, ita ut viginti prius solverentur: id est, idibus [67] Septembribus: debitor post diem utriusque stipulationis cedentem, solvit viginti sex: neque dictum est ab altero, pro qua stipulatione solveretur. Quæro, an quod solutum est, eam stipulationem exoneraverit, cujus dies ante cessit [68], id est, ut viginti sortis soluta videantur, & in usuras eorum sex data? Respondit, magis id accipi, ex usu esse.

De in integrum restitutione.

XC. IDEM lib. XXVI Digestorum.

FIlius, qui administrabat ut heres paterna bona, pecuniam ex his [69] Sempronio mutuam dedit, & eandem particulatim recepit: deinde se abstinuit [70], quia minor annis erat, ab ea hereditate. Quæsitum est, curator bonorum patris constitutus [71] an adversus Sempronium utilem actionem habet? Respondit, nihil proponi, cur non is qui solvisset id, quod mutuum ita acceperat, liberatus esset [72].

De debitore præsente, & invito liberando.

XCI. LABEO [lib. VI Pithanon à Paulo epitomatorum].

SI debitor tuus non vult à te liberari, & præsens est: non potest invitus à te solvi [73]. Paulus: Imo debitorem tuum etiam præsentem, etiam invitum [74], liberare ita poteris, supponendo [75], à [76] quo debitum novandi causa stipuleris. quod etiam si acceptum non feceris, tamen statim, quod ad te [77] attinet, res peribit: nam & petentem te doli [78] mali præscriptio excludet.

De S. L.

45 *l.*106. ff. *cod.*

46 Quod æquius & melius spectatur in judicio rei uxoriæ. Cicer. *orat. pro Roscio, officiorum* 3. & *Topicis.* § *fiverat. Inst. de actionibus.* Duaren. adde *l. fe. nulc. in fin.* ff. *soluto.*

47 Solvit enim id, quod naturaliter debuit. *l.*10. ff. *de oblig. l.*13. ff. *de condict. indeb. l.*21. §. 2. *vers. quod si hic.* ff. *de fidejussoribus. l.*32. ff. *de reg. jur.*

48 *l.*38. §. 2. ff. *eod.*

49 Ex duobus obligatis ad idem debitum, uno convento alter non liberatur, sed uno solvente.

50 Respondeo. *Hal.* Cur ita? collige ex *l.*24. *in fin.* ff. *de act. empt.*

51 Non minus die, quam quantitate. Antonius Faber, *5 conjectur.* 18. ordinem ita inversum ostendit: minus enim dubitatur de quantitate, quam die. Solidum non solvit, si quid quantitati deest: aut si quantitas quidem ipsa solvitur, non tamen ad diem soluta sit.

52 V. *l.*32. ff. *de verb. sign.*

53 Minus solvit, qui moram in solvendo committit, *l.*47. ff. *de legat.*1. *l.*12. *in fin.* ff. *de verb. signific.* hinc illud Theodori Hermopolitis, τὸ βραδέως, τὸ μὴ παυσιλύπως, τὸ μετὰ θλίψεως. de quo etiam antea diximus.

54 Procurator litis est, qui datus est ad agendum: *l.*13. ff. *de pactis. l.* 7. C. *de transact.*

55 Cur? Solvendum est domino. *l.*28. ff. *de procur.*

56 Aliud est, si indebitum. *l.* 6. ff. *de condict. indeb.*

57 Constitutus ad administrandum, solvere creditoribus potest.

58 Ubi præcessit mandatum, non requiritur ratihabitio.

59 Putativo administratori quæ bona fide vel ignoranter soluta sunt, liberant solventem, si administrator sit solvendo. *l.*55. ff. *de condict. indeb.* Putativo administratori solvens ex suo cum illo contractu, liberatur: ex contractu vero domini non liberatur. *Goth.* Hinc colligunt, procuratori non recte solvi, nisi sit omnium bonorum, aut speciale mandatum habeat. vid. Strateh. *de mandato. n.*23. Mosc. *de contract. tit. de mandat. num.*17. Barbos. *l.*3. & 4. ff. *solut. matrimon.* Fachin. *lib.*2 *controv. cap.*93. Ans. Adde Rebuff. *ad constitut. Reg. de sent. execut. art.*7. *gloss.*13. *num.*8. Pecc. *de jure sistendi. c.*3. *n.*10.

60 *l.*4. *in fin. C. de curat. furiosi.* 61 Alias non liberatur, qui solvit. *l.*31. §. 6. ff. *de negotiis.* 62 Adde *l.*18. ff. *de acceptilationibus.* 63 Post rationem positam. *vulg. Hal.* 64 Ergo non alterius: & sic confessio non probat nisi id, quod in eam deductum est. 65 Præpositо ad unam summam recipiendam plures aut aliæ solvi non debent. Nuncius enim mandatum exequi debet, non mutare. 66 Vide quæ notavi ad *l.*41. ff. *de reb. cred.* 67 Simplex solutio refertur ad causam usurarum antiquiorem, licet altera graviores usuras contineat. 68 Id est, vetustiorem, *l.*5. *l.*24. ff. *eod. l.*97. ff. *eod.* & sic antiquior dicitur causa, non respectu temporis contractus, sed solutionis. 69 Paternis bonis & hereditariis. 70 Potest enim id facere. vide *C. si minor ab hereditate se abstineat.* 71 Solet enim constitui, cum primum minor hereditate se abstinuit. 72 Et ita servatur quod pupillus, antequam abstinuit, gessit. *l.*6. §. 1. ff. *de rebus auct. l.*22. *l.*31. *in fin.* ff. *de minoribus.* 73 Absolvi. *vulgat. Haloand.*

74 *l.*17. ff. *de pecunia constituta.* adde *l.*53. ff. *eod.* 75 *l.*8. *in fin.* ff. *de novat. l.*13. §. 10. ff. *de acceptil.* 76 Id est, expromissorem. 77 Debitorem principalem. 78 Qui mihi promittit pro alio, me mandante, tutus est contra me doli exceptione.

De servo debito in specie.

XCII. POMPONIUS [lib. IX Epistolarum].

SI mihi alienum servum dari promiseris, aut testamento dare jussus fueris, isque servus antequam [79] per te staret, quominus dares, à domino manumissus sit: hæc manumissio [80] morti [81] similis sit; si autem decessisset [82], non tenearis. §. 1. Sed & si quis servum, quem dari promisit, heres à domino scriptus statuliberum [83] dederit, liberatur [84].

De confusione obligationis.

XCIII. SCÆVOLA [lib. singul. Quæstionum publice tractatarum].

SI duo rei sint stipulandi, & alter alterum heredem scripsit, videndum, an confundatur obligatio? Placet non [85] confundi. Quo bonum est [hoc] dicere? Quod si intendat *dari sibi oportere*, vel ideo dari oportet ipsi, quod heres extitit; vel ideo quod proprio nomine ei deberetur. atquin magna est hujus rei differentia: nam si alter ex reis pacti conventi temporali [86] exceptione summoveri poterit, intererit, is qui heres extitit utrumne suo nomine, an hereditario experiatur: ut ita possis animadvertere, exceptioni locus sit, necne. §. 1. Item si duo rei sint promittendi, & alter alterum heredem scripsit: confunditur [87] obligatio.

§. 2. Sed [&] si reus [88] heredem fidejussorem scripserit, [non [89]] confunditur [90] obligatio: & quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio; quotiens duæ sint principales, altera alteri potius adjicitur ad actionem, quam confusionem parere [91]. §. 3. Quid ergo si fidejussor reum heredem scripserit? confundetur [92] obligatio secundum Sabini sententiam, licet Proculus dissentiat.

De nummis alienis vel communibus solutis. 3. De servo solvente.

XCIV. PAPINIANUS [lib. VIII Quæstionum].

SI is cui nummos debitor solvit alienos, nummis integris [93] pergat petere quod sibi debeatur, nec offerat quod accepit: exceptione doli summovebitur. §. 1. Sin autem communes [94] nummos credam, aut solvam, confestim pro parte mea nascetur & actio, & liberatio: sive in singulis nummis communionem pro indiviso quis esse intelligat, sive in pecunia [95] non [96] corpora cogiter sed quantitatem [97]. §. 2. Sed & si fidejussor alienos nummos in causam fidejussionis dedit, consumptis [98] his, mandati agere potest: & ideo si eam pecuniam solvat, quam subripuerat, mandati aget, postquam furti, vel ex causa condictionis præstiterit. §. 3. Favius Januarius Papiniano salutem. Cum Titius Gaio Seio deberet ex causa fideicommissi certam quantitatem, & [99] tantundem eidem ex alia causa, quæ peti quidem non [100] poterat, ex solutione autem petitionem non præstat [1]: Titii servus actor absente domino solvit eam summam quæ efficeret ad quantitatem unius debiti: cautumque est ei solutum ex universo [2] credito. Quæro, id, quod solutum est, in quam [3] causam acceptum videtur? Respondi: Si quidem Titio Seius ita cavisset, ut sibi solutum ex universo credito significaret, crediti appellatio solam fideicommissi [4] pecuniam demonstrare videtur [5]; non eam [6] quæ petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti pecunia non potest. cum vero servus Titii actor absente domino pecuniam solverit, ne dominium quidem nummorum in eam speciem obligationis, quæ habuit auxilium exceptionis, transiatum foret, si ex ea causa solutio facta proponeretur: quia non [7] est vero simile dominum ad eam speciem solvendis pecuniis servum præposuisse, quæ solvi non debuerunt: non magis quam ut nummos peculiares ex causa fidejussionis, quam servus non ex utilitate peculii suscepti solveret.

De periculo rei in obligatione alternata. 2. Effectus additionis hereditatis. 4. De naturali obligatione. 5. De adjecto. 8. Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possideat. 9. Si qua dolo fecerit quominus possideat. 10. De mandatore. De tutore. 12. Si emptio & venditio, cui fidejussor accessit, nudo pacto solvatur.

XCV. IDEM [lib. XXVIII Quæstionum].

S*Tichum aut Pamphilum, utrum ego velim, dare spondes* [8]? altero mortuo, qui vivit solus petetur: nisi [si] mora facta sit in eo mortuo quem petitor elegit. tunc enim perinde solus ille qui decessit, præbetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset.

§. 1. Quod si promissoris fuerit electio, defuncto altero qui supererat, æque peti poterit. Enimvero si facto debitoris [9] alter sit mortuus, cum debitoris esset electio: quamvis interim non alius peti possit, quam qui [10] solvi etiam potest, neque defuncti offerri æstimatio potest, si forte longe fuit vilior, quoniam id pro petitore in pœnam promissoris constitutum est: tamen si & alter servus postea sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit: cum illo in tempore quo moriebatur, non commiserit stipulationem. † Sane quoniam impunita [11] non debent esse admissa, doli actio non immerito desideratur. aliter quam in persona fidejussoris, qui promissum hominem interfecit [12]: quia tenetur ex stipulatu actione fidejussor, quemadmodum tenebatur, si [13] debitor sine herede decessisset. §. 2. *Aditio hereditatis nonnunquam jure confundit* [14] *obligationem*: veluti [15] si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem. aliquando pro solutione cedit, si forte creditor, qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei extitit: non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequeretur [16], sed in solidum [17] creditum suum ex hereditate retinet [18]. aliquando evenit, ut inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur. nam si heres qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres extiterit; vel mulier, quæ pro Titio intercesserat, eidem [19] heres extiterit: incipit obligatio civilis propter hereditatem ejus, qui jure tenebatur, auxilium exceptionis amittere: etenim inconditum est subvenire sexui mulieris quæ suo nomine periclitetur. §. 3. Quod volgo [20] jactatur [21] *fidejussorem qui debitori heres extitit, ex causa fidejussionis liberari* [22]: totiens verum est, quotiens [23] rei plenior promittendi obligatio invenitur. Nam si reus [24] duntaxat fuit obligatus, fidejussor liberabitur: è contrario non potest dici non tolli fidejussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem. nam si minori vigintiquinque annis bonæ fidei pecuniam crediderit, isque nummos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fidejussore: difficile [25] est dicere causam juris honorarii quæ potuit [26] auxilio minori esse, retinere fidejussoris obligationem, quæ principalis fuit, & cui fidejussor is accessit sine contemplatione Juris Prætorii. Auxilium igitur restitutionis fidejussori qui adulescenti heres extitit, intra constitutum tempus salvum erit. §. 4. Naturalis obligatio, ut [27] pecuniæ numeratione, ita justo [28] pacto [29], vel jurejurando [30] ipso [31] jure tollitur: quod vinculum æquitatis, quo solo sustinebatur, conventionis æquitate dissolvitur, ideoque [32] fidejussor, quem pupillus [33] dedit, ex iisdem causis liberari dicitur. §. 5. Quæritum est, an ita stipulari quis possit, MIHI AUT FILIO MEO DECEM [34] DARI [35]? vel ita, MIHI AUT [36] PATRI? Sed non incommode potest adhiberi *distinctio*: ut filio quidem stipulante, patris tunc adjiciatur persona, cum stipulatio ei adquiri non possit: è contrario autem nihil prohibeat, patre stipulante, filii personam adjici, cum totiens quod pater filio stipulatur, sibi [37] stipulatus intelligitur, cum ipse sibi stipulatus non est: & in proposito manifestum est, non [38] obligationis, sed solutionis gratia filii personam adjectam. §. 6. Usumfructum *mihi aut Titio* [39] *dari* stipulatus sum: Titio capite [40] deminuto, facultas solvendi Titio non intercidit [41]: quia [42] & sic stipulari possumus, MIHI AUT TITIO, CUM 43 CAPITE MINUTUS ERIT, DARI?

§. 7. Nam [44] si furiosi [45] vel pupilli persona adjecta sit, ita tutori vel curatori pecunia recte dabitur, si conditionis quoque implendæ [46] causa recte pecunia tutori, vel curatori datur: quod quidem Labeo & Pegasus putaverunt utilitatis causa recipiendum. Idque ita recipi potest, si pecunia in rem vel pupilli vel furiosi versa est. † Quomodo si domino jussus dare, servo dedisset, ut domino daret. cæterum, qui servo dare jussus est, domino dando non aliter impleße conditionem intelligendus est, quam si ex [47] voluntate servi dedit. † Idem respondendum est in solutione, si stipulato Sempronio sibi aut Sticho Mævii servo decem dari, debitor Mævio domino pecuniam solverit.

§. 8. Si creditor debitoris hereditatem ad se non pertinentem possedit, & tantum [48] ad eum pervenit, quantum si quilibet alius bonorum possessor ei solveret, liberaret heredem: non potest dici fidejussores liberari. neque enim ipsum sibi solvisse [49] pecuniam credendum est [50], à quo hereditas evincitur. §. 9. Dolo [51] feciſti, quominus possideres quod ex hereditate ad alienum pertinente adprehenderas? Si possessor corpus aut litis æstimationem [52] præstitit, ea res tibi proderit: quia nihil [53] petitoris interest. cæterum si tu [54] ante conventus, ex præterito dolo præstiteris: nihil ea res possessori proderit. §. 10. Si mandatu meo Titio pecuniam credidisses, ejusmodi contractus similis est tutori, & debitori pupilli: & ideo mandatore convento & damnato, quanquam pecunia soluta sit, non liberari debitorem ratio suadet: sed & præstare [55] debet creditor actiones mandatori adversus debitorem, ut ei satisfiat. † Et [56] huc pertinet tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationem. nam cum tutor pupillo tenetur ob id quod debitorem ejus non convenit, neque judicio cum altero accepto, liberatur alter: nec si damnatus tutor solverit, ea res proderit debitori: quin etiam dici solet tutelæ contraria actione agendum, ut ei pupillus adversus debitores actionibus cedat. §. 11. Si creditor [57] à debitore [58] culpa sua [59] causa ceciderit [60], prope est, ut actione mandati nihil [61] à mandatore consequi debeat: cum ipsius vitio acciderit, ne mandatori possit actionibus cedere [62]. §. 12. Si inter emptorem & venditorem convenerit, prius quam aliquid ex alterutra parte solvetur, *ut ab emptione* [63] *discedatur*: fidejussor [64] eo nomine acceptus soluto contractu liberabitur [65].

De tutore delegante. 1. De transactione. 3. De pignoribus. 4. De condictione indebiti.

XCVI. IDEM [lib. XI Responsorum].

PUpilli debitor tutore delegante [66] pecuniam creditori [67] tutoris solvit: liberatio contigit, si non malo consilio cum tutore habito factum esse probetur. sed & Interdicto fraudatorio [68] tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit. §. 1. Cum pupilla magistratui qui per fraudem pupillo tutorem dedit, heres extitisset, tutores ejus cum adulescente transegerunt; eam transactionem pupilla ratam habere noluit:

---

79 *l.* 51. *ff. de verb. obl.*

80 Ut servitus. *v. l.* 59. *in fin. ff. de condit. & dem.*

81 Manumissio morti similis est. *l.* 46. *ff. de furtis.* vid. quæ notavi ad *l.* 6. *ff. qui & à quibus.*

82 V. *l.* 33. *ff. de verb. obl.*

83 *l.* 9. §. 2. *ff. de statulib.*

84 Imo non liberatur. *l.* 63. *in fin. ff. de cond. indeb.*

85 Duæ obligationes æque principales stare invicem possunt sine alterius corruptione. *l.* 5. *in fin. ff. eod.*

86 Ut si pactum fecit de non petendo ante tempus.

87 Græci ita legunt affirmative: non confunditur. *vulg. Hal.* Cujac. 11 *obf.* 34. *in fin.*

88 Debendi scil. principalis.

89 Hæc negatio in vulgata deest; & Haloandri editione. eam etiam rejicit Cujac. *ibid.*

90 *l.* 95. §. 3. *ff. eod. l.* 5. *l* 21. §. 3. *ff. de fidejuss.*

91 Pariat, *vulg.* parere videatur. *Hal.*

92 *l.* 38. *in fin. ff. eod.* perimitur. *l.* 14. *ff. de fidejussoribus.* Imo durat. *l.* 21. §. 5. *ff. de fidej.*

93 Non consumptis. §. 2. *ff. eod.*

94 *l.* 13. *in fin. ff. de reb. cred.*

95 Differentia corporis & quantitatis. sic tesseræ frumentariæ legatum magis in quantitate, quam in corpore consistit, *l.* 87. *ff. de legat.* 2. & chirographum. *l.* 2. *ff. de pact. l.* 18. *ff. de pign. l.* 44 §. 5. *ff. de leg.* 1. *l.* 59. *ff. de leg.* 3. *l.* 3. §. 1. *ff. de liberat. legat. l.* 18. §. 2. *ff. de mortis causa.*

96 V. quæ notavi ad *l.* 46. *ff. de condict. indeb.* Hinc colligit Hotom.

97 *Illustr.* Nummos non inter res corporales, sed incorporales numerari. Aliud esse corpus, aliud quantitatem, idque multis confirmat ex *l.* 19. §. 2. *l.* 46. *in fin. ff. de condict. indeb. l* 24. *ff. depositi. l.* 5. *ff. de impensis. l.* 34. §. 3. *ff. de legat.* 3. *l. ult. ff. de adimendis. l.* 68. *ff. ad Trebell. l.* 10. *in princ. ff. de acceptilationibus.* De differentia corporis & quantitatis v. Cujac. 14 *obf.* 19.

97 *l.* 1. *ff. de contrahend.* Id est, potestatem, *involuntarium*, pariationem, valorem jure publico ei attributum: siquidem nummi, non ex materia, sed ex instituto & publica lege æstimantur: ac propterea ex ære & laminis, Cæsar 5. corio, Senec. *de beneficiis* 14. (hinc coriacea moneta sub Friderico II in usu fuit. Pandulphus Collenucius Florentinus Chron. anno 1240 additiones ad Chron. Abbatis Ursperg. Nauclerus generatione 42.) quin ex panno & lino fit, ut apud Romanos. Helmold. *cap.* 39 *Chron.* vide Hotomann. 25 *Illustr.*

98 *l.* 13. *l.* 17. *l.* 19. *in fin. ff. de rebus credit. l.* 56. §. 2. *ff. de fidejussoribus.* Consumpti sunt, qui domino perierunt, quorum nomine nulla domino actio, petitio, aut persecutio est. Consumptio mala fide non conciliat mutuum: tunc enim nummi pro integris habentur, *l.* 11. §. *ultim. ff. de rebus credit.* bona fide facta conciliat mutuum, quod non conciliavit numeratio. Ratio? qui meam pecuniam alteri numerat, mihi dominium non tollit: ideoque vindicatio nummorum mihi adhuc superest: ubi vero mej nummi consumpti sunt, ut nusquam appareant, res amplius mea non est, sed alterius. Quod cum evenit, ex meo tuum fit: ita mutuum conciliatur; & hæc est ratio propter quam creditis, vel solutis nummis alienis non aliter mutui obligatio vel liberatio contingit, quam si nummi consumpti sunt. vide Cujac. 1 *observation.* 28.

99 Et ita duas summas.

100 Puta ex nudo pacto.

1 Præstabat. *Haloand.*

2 Hinc sumitur ratio dubitandi. Vox enim, *universum*, comprehendit debitum quod ab invito exigi potuit, & naturale, quod ab invito non potuit.

3 Num eam quæ ab invito debitore exigi potuit? an potius in eam quæ ab invito non potuit.

4 Id est, debiti cujus nomine competebat actio.

5 Propric. vide *l.* 16. §. 4. *ff. de fidejussoribus.*

6 Id est, non naturalem tantum.

7 Mandatum habens ad solvenda debita, non videtur habere mandatum nisi ad solvenda utilia. *l.* 5. §. 2. *ff. eod.*

8 Alternativa promissio reducitur ad simplicem per interitum unius extremorum. *l.* 2. §. 3. *ff. de eo quod certo loco. l.* 34. §. 6. *ff. de contrab. l.* 10 *in fin. ff. de jure dotium.*

9 Qui servum occidit.

10 Id est, quam qui supererat.

11 *l.* 51. §. 2. *ff. ad leg. Aquil. l.* 70. *in fin. ff. de fidejussoribus.*

12 *l.* 32. *in fin. ff. de usuris.*

13 *l.* 1. §. 14. *in fin. ff. depositi. l.* 5. *ff. ut legatorum.*

14 Aditio hereditatis nonnunquam obligationem confundit, *ut hic.* & *l.* 34. §. 8. *l.* 75. *ff. eod. l.* 122. §. 5. *ff. de verborum obligationibus. l.* 2. §. 3. *ff. de fidejussoribus. l.* 3. *C. de fideicommiss.* nonnunquam pro solutione cedit. *ff. eod.* nonnunquam obligationem confirmat. *ff. eod.*

15 *l.* 7. *C. de pactis.*

16 Consequitur, *vulg.* consequetur. *Ital.* vulgatum improbat Cujac. ad *l.* 127. *ff. de verb. oblig.*

17 Sed in solutum. Cujac, *ibid.*

18 Vid. ad hunc locum Cujac. *ibid.*

19 *l.* 8. §. 13. *ff. ad Velleian.*

20 Vulgo ita jactari quæ dicuntur, juris ordinarii esse intelligenda sunt.

21 *V. l.* 93. §. 2. *ff. eod.*

22 Hodie fidejussoris obligationem non tolli, si fidejussor debitori heres extiterit, demonstrat Cuj. 15 *obf.* 21. & 11 *obf.* 34.

23 Quod semper accidit si modo efficax ea sit petitio, quia principalis semper major est: principem enim locum tenere majus est, quam accedere *l* 50 *ff. de fidejussoribus.* vide Cujac. 11 *observat.* 34. Principalis obligatio per fidejussorem extinguitur, si principalis est utilis, id est, si hoc non nocet creditori. *l. debitor.* 3. *ff. de separat. l.* 21. §. 2. *vers. quod si. ff. de fidejuss.*

24 Si reus naturaliter duntaxat fuit obligatus, fidejussor non liberabitur. Cujac. 11 *obf.* 34. 7 *ad Afric. fol.* 136 *in fin.* & Græci ita legunt. vid. Cujac. *d. cap.* 34.

25 Imo non est difficile. *l.* 1. *C. de fidejuss. tut.*

26 *l.* 7. §. 2. *de minorib.*

27 Vid. *l.* 80. *ff. eod.*

28 Id est, licito honestoque, non remoto à re privata, humanoque commercio, & præterea absoluto: ne alioquin justum pactum hic intelligamus vestitum cum Alciato: qua parte Alciatus reprehenditur à Corrasio & Oldend. *in Top.* ubi de parœmia agit.

29 Imo, naturalis obligatio quæ ex conventione nata est, pacto non tollitur ipso jure, sed ope tacitæ exceptionis. *l.* 27. §. 2. *ff. de pact.*

30 *l. ultim. vers. eam rem. ff. de jurejur.*

31 Id est, quo jure naturalis obligatio constitit, eodem tolli potest.

32 §. *fin. ff. eod.*

33 Naturaliter obligatus: qua de re pleniſſime dixi *l.* 1. *ff. de novation. ib.* 59. *ff. de obligat.*

34 Qui est in potestate.

35 Qui ita stipulatur filio dari jus, stipulatur utiliter. *l.* 56. §. 2. *ff. de verb. oblig. l.* 2. *C. de contr. stip.* Aliud est si factum stipuletur: puta tenere licere, *l.* 130. *ff. de verb. oblig.*

36 In cujus fum potestate.

37 *l.* 56. §. 2. *ff. de verb. obl.*

38 Adjectus cui non potest queri obligatio, adjectus ad simplicem solutionem videtur.

39 Id est, adjecto.

40 *l.* 38. *ff. eod.*

41 Imo, intercidit: quia capite diminutus alius homo videtur, *l.* 38. *ff. eod.* solve, Titio adjecto & capite minuto stipulationis tempore solvi potest: post stipulationem, non potest.

42 Sensus est: etiamsi Titius stipulationis tempore capite diminutus fuerit, jus ei solvendi non perit: quia & in eum casum solutioni applicari potuit: si in eum casum potuit adjici, potuit & in ipso casu. vide Cujac. ad *l.* 55. *ff. de verb. obl.*

43 In tempus, quo Titius capite minutus erit, conferri potest solutio.

44 Sed, ut in *l.* 84. §. 5. *ff. de verb. oblig.* Accurs.

45 *l.* 68. *ff. eod. l.* 13. *ff. de cond. demonstr.*

46 In persona pupilli vel furiosi.

47 Non intelligitur recedi à persona quoties ex voluntate ejus aliquid fit.

48 Id est, integrum debitum recepit. adde *l.* 21. §. 3. *ff. de fidejussorib.*

49 Et compensasse. & sic compensationi non opponitur actio in rem, seu petitio hereditatis: sed tamen Cujacius notat hodie compensationem fieri in judiciis in rem: idque ipso jure, 10 *observat.* 12. *l. ultim. C. de compensat.*

50 Ex ea re quæ evinci potest, nemo potest sibi solvere.

51 *l.* 13. §. *penult. ff. de hered. pet.* vid. *l.* 51. *ff. de rei vind.*

52 Quæ succedit loco corporis vel rei.

53 Nihil petitoris interest, quoties fundum aut ejus æstimationem consecutus est.

54 Vetus & antiquus dominus scilicet.

55 *l.* 18. §. 5. *in fin. ff. famil. herciscund. Nov.* 4. *cap.* 1.

56 Et ad hoc. *vulg. Hal.*

57 Id est, si is, qui creditor alicui alterius mandato.

58 Debitore, petens. *vulgat. Hal.*

59 Quia male agit.

60 Id est, condemnatus fuerit.

61 Id est, si mandatarius non potest cedere actionem mandatori vel fidejussori, exceptione cedendarum actionum repellitur. *Bartolus.*

62 Dixi *l.* 17. *ff. de fidejussoribus.*

63 *l.* 80. *ff. eod.*

64 Res est integra, etiamsi fidejussor sit acceptus. *l.* 3. *C. de resc. vend. l.* 12. *C. de contrab empt.*

65 Soluto contractu principali, accessiones contractus dissolvi consentur.

66 Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum, si fuerit facta bona fide.

67 Mandato tutoris debitum pupilli solvi potest, etiam creditori tutoris.

68 De Interdicto fraudatorio, vide *l.* 67. §. 1. *ff. ad Trebell.* adde *l.* 60. *in fin. ff. mandati. l.* 19. *ff. quæ in fraud. cred.*

luit: nihilo [69] minus erit, tutorum pecunia, liberata. nec tutores contra adulescentem actionem, nec utilem habebunt, qui suum recuperavit. plane si adulescens pecuniam restituere [70] tutori pupillæ maluerit, rescisso quod gestum est, actionem utilem in pupillam, heredem magistratus, accipiet. §. 2. Soror cui legatum ab herede fratre debebatur, post motam legati quæstionem transegit, ut nomine debitoris contenta legatum non peteret: placuit, quamvis nulla delegatio [71] facta, neque liberatio secuta esset, tamen nominis periculum [72] ad eam [73] pertinere. Itaque si legatum contra placitum [74] peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi. §. 3. Cum eodem tempore pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo pecuniæ cujusque [75] contractus creditor accepto facere debet: nec in arbitrio ejus electio erit, cum debitor pretium pignoris consortioni [76] subjecerit. quod si temporibus discretis superfluum [77] pignorum obligari placuit: prius debitum pretio pignorum jure solvetur, secundum superfluo compensabitur. §. 4. Cum institutus deliberaret [78], substituto pecunia per errorem soluta est: ad eum hereditate [79] postea devoluta, causa condictionis evanescit: quæ ratio facit ut obligatio debiti solvatur.

In quam causam imputatur quod solutum est.

XCVII. IDEM [lib. II Definitionum].

CUm ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, utriusque demonstratione cessante, potior [80] habebitur causa ejus pecuniæ quæ [81] sub infamia debetur: mox ejus quæ [82] pœnam continet: tertio, quæ sub hypotheca vel pignore [83] contracta est: post hunc ordinem potior habebitur propria [84], quam aliena causa, veluti fidejussoris; quod veteres ideo definierunt, quod verisimile videretur diligentem debitorem admonitu ita negotium suum gesturum fuisse. si nihil eorum interveniat: vetustior [85] contractus ante solvetur. si major pecunia numerata sit, quam ratio singulorum exposcit: nihilominus primo contractu soluto, qui potior erit, superfluum [86] ordini secundo, vel in totum, vel pro parte minuendo videbitur datum.

De dote. 1. De actione Faviana. 2. De in integrum restitutione. 3. De castrensi peculio. 4. De adjecto. 5. De rei interitu vel mutatione.

XCVIII. PAULUS [lib. XV Quæstionum].

QUi res suas obligavit, postea aliquam possessionem ex his profilia sua dotem promittendo obligavit [87], & solvit: si ea res [88] à creditore evicta [89] est, dicendum est maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statuliberum, remve sub [90] conditione legatam, dotis nomine pro filia pater solvisset. harum enim rerum solutio non potest nisi ex eventu liberare: scilicet, quo casu certum erit remanere eas. §. 1. Diversum respondetur in ea pecunia, sive re, quam patronus post mortem liberti per Faviana[m] [91] aufert: hæc enim actio, cum sit nova [92], partam liberationem non potest revocare. § 2. Huic adplicatur minor [93] vigintiquinque annis, qui à creditore circumscriptus, in rem ex causa debiti solutam restituitur [94]. §. 3. Rem autem castrensis [95] peculii solventem patrem, perinde accipere debemus, ac si alienam dedisset: quamvis possit residere apud eum cui soluta est, prius mortuo intestato filio. sed tunc adquisita creditur, cum filius decesserit: & utique cujus fuerit, eventus [96] declaret: sitque & hoc ex his quæ post facta, in præteritum quid fuerit, declarent.

§. 4. *Mihi dare* [97] *decem pure* [98], aut *Titio Kalendis vel sub conditione*, aut *mihi Kalendis Januariis* [99], *Titio Februariis*, utiliter stipulor. Quod si *mihi Kalendis Februariis*, *Titio Kalendis Januariis*: potest dubitari? Sed rectius dicitur utiliter stipulatum: nam cum in diem sit ea quoque obligatio, etiam mihi solvi potest ante [100] Februarias: igitur & illi solvi poterit. §. 5. Qui stipulatus *sibi aut Titio*, si hoc dicit, si [1] Titio non solveris, dari sibi: videtur conditionaliter stipulari. Et ideo etiam sic facta stipulatione, MIHI DECEM, AUT QUINQUE TITIO DARI? quinque Titio solutis, liberabitur reus à stipulatore. Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur, ut quasi pœna adjecta sit in persona stipulantis, si Titio solutum non esset. † At ubi simpliciter [2] *sibi aut Titio* stipulatur, solutionis tantum causa adhibetur Titius: & ideo quinque ei solutis, remanebunt [3] reliqua quinque in obligatione. † Contra si *mihi quinque*, *illi* [4] *decem* stipulatus sim: quinque Titio solutis, non [5] facit conceptio stipulationis, ut [6] à me liberetur. porro si decem solverit, non quinque repetet, sed mihi per mandati [7] actionem decem debebuntur. §. 6. *Mihi Romæ* [8], *aut Ephesi Titio, dari* stipulor, an solvendo Titio Ephesi à me liberetur, videamus? nam si diversa [9] facta sunt, ut Julianus putat, diversa res est. sed cum prævaleat causa dandi, liberatur [10]: liberaretur enim, & *si mihi Stichum*, *illi Pamphilum dari* stipulatus essem, & Titio Pamphilum solvisset. At ubi merum [11] factum stipulor, puta *insulam in meo solo ædificari*, *aut in Titii loco*; numquid, si in Titii loco ædificet, non contingat liberatio: nemo enim dixit facto [12] pro facto soluto liberationem contingere? sed verius est liberationem contingere: quia [13] non factum pro facto solvere videtur, sed electio promissoris completur. §. 7. Si servus fructuarius [14] ex re fructuarii domino proprietatis aut fructuario stipuletur; inutilis est stipulatio: at ex re proprietarii, si ipsi domino aut fructuario stipuletur, recte stipulatur: tantum enim solutionis capax est fructuarius hoc casu; non etiam obligationis [quoque]. §. 8. Aream [15] promisi alienam: in ea dominus insulam ædificavit: an stipulatio extincta sit; quæsitum est? Respondi: si [16] allenum [17] hominem promisi, & is à domino manumissus est, liberor. † Nec admissum est quod Celsus ait, si idem rursus Lege [18] aliqua servus effectus sit, peti eum posse: *in perpetuum* [19] *enim sublata obligatio restitui non* [20] *potest*: & si servus effectus sit, alius [21] videtur esse. † Nec simili [22] argumento usus est, [ut] si navem quam tu promisisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compegerit, teneri [23] te: hic enim eadem navis est, quam te daturum spopondisti: ut videatur magis obligatio cessare [24], quam [25] extincta esse. † Homini autem manumisso simile fiet, si [26] ea mente dissolutam esse navem posuctis, [ut] in alios usus converterentur tabulæ, deinde mutato consilio easdem compositas: alia enim videbitur esse posterior navis, sicut ille alius homo est. † Non [27] est his similis area, in qua ædificium positum est: non [28] enim desiit [in] rerum natura esse. Imo & peti potest [29] area, & æstimatio ejus solvi debebit: pars [30] enim insulæ area [31] est, & quidem maxima, cui [32] etiam superficies [33] cedit. † Diversum dicemus, si servus promissus, ab [34] hostibus captus sit: hic interim peti non potest, quasi ante diem: sed si redierit postliminio, recte tunc petetur. cessavit enim hic obligatio: area [35] autem exret, sicut cætera, ex quibus ædificium constitit. † Denique Lex XII tabularum [36] *tignum ædibus junctum vindicari posse scit* [37]: sed interim id solvi prohibit, pretiumque ejus dari voluit.

De forma nummorum solvendorum.

XCIX. PAULUS lib. IV Responsorum respondit,

DEbitorem [38] non [39] esse cogendum in aliam [40] formam nummos acciperé, si [41] ex ea re damnum aliquod passurus sit.

De tutoribus vel curatoribus datis in pluribus locis.

C. IDEM lib. X Responsorum.

QUæro, an curatoribus vel tutoribus in Provincia datis, Romæ pecunia solvi possit, quæ in Provincia ita ab his fœnerata esset, ut Romæ solveretur, cum iidem curatores vel tutores rerum Italicarum administrationem non sustinent: an si solverit, debitor liberetur? Paulus respondit, [his] tutoribus vel curatoribus rectè pupillo pecuniam debitam solvi qui negotia ejus administrant: eos autem, qui Provincialium rerum curatores vel tutores sunt, Italica negotia administrare non [42] solere; nisi specialiter tutores Provincialium rerum, ut [43] sibi Romæ redderetur, promitti curaverunt.

Si unus ex collegis plus debito intulerit. 1. In quam causam imputatur solutum, vel redactum ex venditione pignoris.

CI. IDEM lib. XV Responsorum.

PAulus respondit, *non* [44] *ideo eos qui virilem portionem ex causa fidecommissi inferre debuerant, liberatos videri*, quoniam quidam ex collegis per errorem plus [45] debito intulerunt. §. 1. Paulus respondit, *aliam causam esse debitoris solventis, aliam creditoris pignus* [46] *distrahentis*. Nam cum debitor solvit pecuniam, in potestate ejus [47] esse commemorare, in quam causam solveret: cum autem creditor pignus distraheret, licere [48] ei pretium in acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quæ natura [49] tantum debebatur; & ideo deducto eo debitum peti posse.

De periculo pecuniæ solvendæ. 1. De sorte & usuris. 2. In quam causam solutum imputatur. 3. De majoribus usuris per errorem solutis.

CII. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

CReditor [50] oblatam à debitore pecuniam, [ut] alia die acceptúrus, distulit; mox pecunia, quæ illa Respublica utebatur, quamvis mente manumissus est, ut perpetuo liber esset, non ad tempus. Navis dissoluta eo animo, ut in eandem usum restitueretur, quia perpetuo non fuit dissoluta; redintegrata, seu restituta; alia navis non est censenda: locus autem esset, si ea mente dissoluta, ut in alios usus converteretur. Eadem enim hoc casu ratio esset navis dissolutæ, & hominis manumissi. Nam quæ ea mente dissolvuntur, ut in alium usum converterentur, ex prorsus esse desinunt, quæ ante fuerunt. Interitus, ut ita dicam, alicujus perpetua destinatione alterius usus navi ita dissolutæ allatus est mente dissolventis. Porro quæ perpetuo sunt extincta, restitui in antiquum statum non possunt. Ut illic alius homo est: ita hic alia navis. Igitur in hac quæstione videndum est, an navis ea mente dissolvatur, ut in priorem usum restituatur, an ut in alium. Priore casu restituta navis; nova non videtur, sed antiqua: posteriore nova prorsus, non ea quæ ante fuerit. *vers. hæc similiter.* Cùm lusihil simile habet area. Servus manumissus, perpetua destinatione manumittentis servus esse desiit: Navis in alium usum dissoluta, perpetua dissolventis destinatione, navis antiqua esse desiit. Area, in qua ædificium positum est, area esse non desiit. Non desiit fine; quia area ipsa, pars & quidem maxima insulæ seu ædificii est. Proinde areæ promissor, si in area ædificium positum fuerit, tenebitur: nimirum subsistente etiamnum area.

---

69 Et ita pro minore solvitur *l. 23 Cod.* & transactio à tutore facta non potest rescindi. Imo potest, *l. 1. l. 2. C. si adversus transact.* solvere: Ibi minor capta sive decepta est, non hic, idoque diversa jura admittuntur. *l. 9. §. 4. ff. de jurejur.*

70 *l. 14. C. de transact.*

71 *l. 54. in fin. ff. 56. § 4. ff. de furt.*

72 *l. 3. in fin. C. de novat. hoinib.*

73 Cessionarium scil.

74 Id est, transactionem.

75 Pretium pignorum debet converti in omne debitum, in quod pignora sunt obligata.

76 Livius 6: Quænam ista societas, quænam consortio? Cic. 3 *offic.* Dissolvatur necesse est omnis hæc consortio. Lucillius 29: redi in consortionem, vide Nonium *in consortium.*

77 *l. 97. in fin. ff. cod.*

78 De cedenda hereditate.

79 Jus superveniens solutionem recipienti, inducit liberationem, quæ prius non erat inducta.

80 Nota debita hoc ordine exonerari: Primo loco debitum sub infamia: deinde sub pœna: tertio loco, sub pignore debitum: inde proprium: & mox antiquius.

81 V. *l. 7. in fin. ff. cod.*

82 V. *l. 4. l. 7. in fin. ff. cod.*

83 *l. 73. ff. cod.* vel satisdato. *l. 4. in fin. l. 5. ff. cod.*

84 *l. 1. l. 4. ff. cod.*

85 *l. 5. l. 89. in fin. ff. cod.*

86 Adde *l. 96. in fin. §. pen. ff. cod.*

87 *l. 20. ff. cod.*

88 Id est, possessio: rei appellatione nonnunquam possessio continetur. dixi *l. 21. ff. de rei vind.* & 3. *de reb. cred. in pr.*

89 *l. 33. ff. cod. l. 16. ff. de jur. dot.*

90 *l. 83. §. 6. ff. de verb. oblig.*

91 De qua vide *ff. si quid in fraud. patr.*

92 An extraordinaria, vel Prætoris, ut vult Accursius? An nova origine ipsa, ut Baldus?

93 Licet minor restituatur, non tamen restituitur actio creditori, *ut hic.* nisi minor restituitur adversus dolum creditoris. *l. 13. 14. ff. de minorib. l. unic. C. de reputationibus quæ fiunt in judicio in integrum rest. l. 48. ff. de fidejuss. l. 21. §. 1. in fin. ff. de Silaniano.*

94 Vid. *C. si adversus solutionem.*

95 Pater solvens rem castrensis peculii, videtur solvere rem alienam. *Bart.* 96 Fingamus filium jure suo non usum. *v. l. 44. ff. de legat. 1.* & ita eventus declarat quæ ex eventu dependent.

97 Dari. *vulg Hal.* 98 *l. ult. §. 7. ff. de verb. oblig.* 99 Vide *l. ultim. §. 6. ff. de verborum obligat.* 100 *l. 137. §. 2 ff. de verb. oblig.* 1 *Si*, dictio, conditionem implicat.

2 V. quæ scripsi ad *l. 45. §. 1. ff. de jure fisci.* 3 Imo non remanebunt. Quotiens enim alternativa est inter summas diversas minor summa est in obligatione. *l. 83. § 2. ff. de verbor. oblig.*

4 Valetne hujusmodi stipulatio? Utique valet. *ff. cod.* Imo non valet, cum in quantitatibus non possit pœna major esse sorte. *l. 15. in fin. C. de usur. v.* Bart. *hic.* 5 Imo ea verborum conceptio facit, ut reus à stipulatione liberetur: nec enim potest esse plus in accessorio quam in principali. *l. 8. §. 7. ff. de fidejuss. v.* Bart. *hic.* 6 *l. ult. §. 5. ff. de verb. oblig.* 7 *§. 4. Inst. de inutil. stip.*

8 Alternata locorum promissio reo electionem tribuit: in hujusmodi alternativa, rei electio est.

9 Sunne diversa? utique, si loca specievisa; unius tamen facti loco habentur, si dandi causam (quæ una est, inspiciamus. 10 Reus scil. solvendo Ephesi. 11 Ædificatio merum factum continet. 12 Liberatio non contingit, si aliud fiat, quam promissum est. 13 Reus vel in meo, vel Titii loco ædificandi, in Titii loco ædificandi jus eligere potest; & merito: nam quod adjecto sit, stipulatori fieri videtur. 14 *l. 1. §. 5. ff. de stipulat. servor.*

15 Area aliena promissa, & in ea ædificio à vero arcæ domino imposito, stipulatio vel promissio estne extincta? non est extincta. Quid ita? Area ipsa non desiit in rerum natura esse. Quis inde effectus? area ipsa peti potuit. Atqui ædificium ab eo sejungi non potest? areæ igitur ipsius æstimatio solvetur. *vers. Non est his similis.* Atquin, si hominem alienum promisi, illique manumissus sit, promissione liberor. *vers. si alienum. ff. cod.* Liberor sane: sed aliud plane in homine manumisso est: aliud in area ædificata. In servo manumisso nullum servi vestigium est: in area ædificata area integra est. Quid, si servus ita manumissus post lege aliqua servus sit effectus? Non convalescit promissio. *vers. Nec admissum.* Atqui si navem promisi, eaque à domino soluta sit, & postremo iisdem tabulis compacta, redintegratur obligatio? redintegratur: sed hic aliud est in navi restituta, aliud in servo manumisso, deinde servo effecto. Qui semel manumissus est, aliud statim factus est: nam: in ea dominus insulam ædificavit: an stipulatio extincta sit; quæsitum est? Respondi: si [16] allenum [17] hominem promisi, & is à domino manumissus est, liberor. † Nec admissum est quod Celsus ait, si idem rursus Lege [18] aliqua servus effectus sit, peti eum posse: *in perpetuum* [19] *enim sublata obligatio restitui non* [20] *potest*: & si servus effectus sit, alius [21] videtur esse. † Nec simili [22] argumento usus est, [ut] si navem quam tu promisisti, dominus dissolverit, deinde iisdem tabulis compegerit, teneri [23] te: hic enim eadem navis est, quam te daturum spopondisti: ut videatur magis obligatio cessare [24], quam [25] extincta esse. † Homini autem manumisso simile fiet, si [26] ea mente dissolutam esse navem posuctis, [ut] in alios usus converterentur tabulæ, deinde mutato consilio easdem compositas: alia enim videbitur esse posterior navis, sicut ille alius homo est. † Non [27] est his similis area, in qua ædificium positum est: non [28] enim desiit [in] rerum natura esse. Imo & peti potest [29] area, & æstimatio ejus solvi debebit: pars [30] enim insulæ area [31] est, & quidem maxima, cui [32] etiam superficies [33] cedit. † Diversum dicemus, si servus promissus, ab [34] hostibus captus sit: hic interim peti non potest, quasi ante diem: sed si redierit postliminio, recte tunc petetur. cessavit enim hic obligatio: area [35] autem exret, sicut cætera, ex quibus ædificium constitit. † Denique Lex XII tabularum [36] *tignum ædibus junctum vindicari posse scit* [37]: sed interim id solvi prohibit, pretiumque ejus dari voluit.

16 Argumentum ab homine seu servo alieno promisso, & post à domino manumisso, ad aream alienam venditam & ædificium in ea post venditionem positum a vero domino. 17 Alieni servi promissor, ipso servo manumisso à domino non tenetur. Quid, si servus ipse Lege aliqua postea servus sit effectus? Celsus male censuit promissionis obligationem redintegratam. *l. 51. ff. de verbor. obligat. l. 79. in fin. ff. de legat. 3.* 18 Servus manumissus ob ingratitudinem Lege revocatur in servitutem. *l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. C. de libertis, & eorum liberis.* 19 Perpetuo extincta restitui non possunt. 20 *l. 27. §. 2. ff. de pactis. l. 10. §. 9. in fin. ff. de in rem vers. Theoph. §. 6. Instit. de noxalib. act.* Est enim, teste Aristotele, μεταβολὴ ab habitu ad privationem, sed non à privatione ad habitum. v. Cujac. 8 *ad Affric. fol.* 206. 21 Homo liber servus factus, alius homo videtur. vid. *l. 79. in fin. ff. de legat. 3.* 22 Id est, non idem est in navi, quod in domo. Nam si navis à te promissa dissolvitur (hic extinguitur obligatio), & deinde eisdem tabulis eam compegeris, teneris (hic resuscitatur obligatio extincta). Area promissa si ædificium in ea positum est, teneris. Ædificii positione non extinguitur areæ promissio: debetur enim ejus æstimatio. *l. 44. §. 4. ff. de leg. 1.* His debuerat Jurisconsultus addere insulam postea ad aream redactam, & quærere, num areæ promissio forte ob ædificium in ea positum extincta convaleverit? quod aperte ait *l. 36. ff. de usufruct. l. 79. §. 2. ff. de legat. 3.* negat vero *l. 10. §. 7. in fin. ff. quibus modis ususfruct.* Quæri potuit cur quod in *d. l. 79. §. ultim.* dicitur de servo legato manumisso, & postea in servitutem redacto, eo casu extinctam renasci obligationem (*d. §. ultim.* quod tamen expresse negat *l. 27. in fin. ff. de adim.*) cur id æque locum non habeat in iis casibus qui sequuntur in insula quæ area facta, insula postea facta est; in scypho qui massa, deinde scyphus factus est? *l. 36. ff. de usufruct.* in quibus casibus obligatio non reviviscit. 23 *l. 83. §. 5. ff. de verbor. oblig.* Imo non teneris; nec eadem navis est. *l. 10. §. 7. ff. quibus modis ususfruct.* præsertim si per vices sit refecta. *l. 76. ff. de judic.*

24 Sic in furioso, dum interquiescit, furorem cessare, non deesse, Seneca ait. Cessat quod consopitum est: nec extinctum est quod pendet. Obligatio cessat ad tempus; extinguitur in perpetuum: cessans potest expergefieri; extinctum non potest. 25 Cessantis & extinctæ obligationis differentia. 26 *l. 83. § 5. ff. de verb. obl.* 27 V. *l. 21. ff. de pignorat. l. 29. § 2. ff. de pignorib.*

28 *l. 44. § 4. ff. de leg. 1. l. 39. ff. de leg. 2.* Imo desiit esse area cum ædificium in ea positum est: & ita quidem alia, ut ob eam causam peti non possit. *l. 79. § 2. ff. de leg. 3. l. 5. in fin. ff. quib. mod. usufr.*

29 Imo, area peti non potest. *l. 57. ff. de contr. empt.* 30 Partes in toto & naturam & nomen suum retinent. vide Hotom. 8 *Illustr.* 31 Area pars insulæ, & quidem maxima. 32 Maxima pars totius ea censetur esse, cui aliæ ipsius totius partes cedunt. 33 Superficies cedit areæ.

34 Servus promissus, & post captus ab hostibus, interim dum captus est, peti non potest. Cur non potest? quia cum apud hostes sit, quasi ante diem peti videtur. Cur quasi ante diem? quia antequam postliminio redierit, præstari non potest. Quod si ante postliminii diem præstari non potest, ne peti quidem potest. Diei igitur quasi adjectio quædam est eo casu: ut ne servi ita capti nomine promissor teneatur ante diem postliminii. 35 V. Cujac. *ad l. 36. ff. de usurpat.* id est; *tractatu 5. ad Affric. fol. 65. & ad l. 83. ff. de verb. obl.* Hotom. 8 *Illustr.* Forner. 2 *select.* 16.

36 V. *l. 1. ff. de tigno.* 37 Νῆμα ἐπιζεῦγμα. *Novell. 58 in principio.* scisci. *vulg.* id est, permittit.

38 Creditorem. Hotom. *c. 15 Illustr. quæst.* similis est error in *l. 8. ff. de tutel.* Cujac. 57. ad *l. 59. ff. de verb. obl.* & ita quoque legit Vulgata & Haloandri editio. 39 Dixi de hac quæstione, *l. 3. ff. de reb. cred.* 40 V. *l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.* Hotom. 15 *Illustr.* 41 Adde *l. 16. C. cod.*

42 *l. 3. §. 7. ff. judic. sol.* 43 Vid. quæ scripsi *l. 29. C. de pactis.* 44 Imo videntur liberari. *l. 4. in fin. ff. si ex noxali causa.* 45 Plus sua portione qui solvit, non liberat correum. 46 *l. 35. §. de pignorat.* 47 *l. 1. ff. cod.* 48 *l. 73. ff. cod.* 49 Ex pacto. *l. 5. §. 2. ff. cod.* 50 Vid. ad hanc leg. Alciat. *lib. 2 disputat. c. 25.* Corras. *lib. 1 miscell. c. 9.* S. L.

quasi [51] æroſa [52] juſſu Præſidis [53] ſublata eſt: item pupillaris [54] pecunia, ut poſſit *idoneis nominibus* credi, ſervata, ita interempta eſt. Quæſitum eſt cujus detrimentum eſſet? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, nec creditoris [55] nec [56] tutoris detrimentum eſſe. §. 1. Cum de ſorte debita conſtaret, de uſura litigatum eſſet: noviſſime ex appellatione pronunciatum eſt, *ſolutas quidem uſuras non repeti, in futurum vero non deberi.* Quæro, pecunia data utrum uſuris cedere deberet quod petitor defenderet: an vero ſorti proficeret? Reſpondi, ſi qui dabat, *in ſortem ſe dare* dixiſſet [57], uſuris non debere proficere. §. 2. Valerius Lucii Titii ſervus ſcripſit, ACCEPI A MARIO MARINO EX SUMMA MAJORE [58] TOT AUREOS. Quæro, an hæc ſumma in proximum annum ei accepto ferri debeat, cum ſuperioris anni ſit reliquator [59]? Reſpondi, videri in primam [60] quamque ſummam liberationem proficere. §. 3. Titius mutuam pecuniam accepit, & *quincunces* [61] *uſuras* ſpopondit, eaſque paucis annis ſolvit, poſtea nullo pacto interveniente, per errorem & ignorantiam ſemiſſes [62] uſuras ſolvit. Quæro, an parefacto errore, id quod amplius uſurarum nomine ſolutum eſſet, quam in ſtipulatum deductum, ſortem minueret? Reſpondi, ſi errore plus in uſuris ſolviſſet, quam deberet: habendam rationem in [63] ſortem ejus quod amplius ſolutum eſt.

In quam cauſam ſolutum imputatur.

CIII. MÆCIANUS [64] lib. II Fideicommiſſorum.

CUm ex pluribus cauſis debitor pecuniam ſolvit, Julianus elegantiſſime putat ex [65] ea cauſa eum ſolviſſe videri debere, ex qua tunc [66] cum ſolvebat, compelli poterit ad ſolutionem.

De reſtitutione hereditatis.

CIV. IDEM lib. VIII Fideicommiſſorum.

ANte reſtitutam hereditatem [67] ſolutiones & liberationes factæ ab herede, ratæ habebuntur [68].

De herede debitoru, pro quo fidejuſſor ſolvit.

CV. PAULUS lib. ſingul. ad Legem Falcidiam.

QUod dicimus in eo herede, qui fidejuſſori teſtatoris id, quod ante aditam hereditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſolvere, cum aliquo ſcilicet temperamento [69] temporis intelligendum eſt: nec enim cum ſacco [70] adite debet.

De eo, cui jure ſtipulationis, vel permiſſu creditoru ſolvi poteſt.

CVI. GAIUS lib. II de verborum obligationibus.

ALiud eſt, jure ſtipulationis Titio ſolvi poſſe; aliud, poſtea permiſſu meo id contingere. Nam cui jure ſtipulationis recte ſolvitur, ei etiam prohibente [71] me recte ſolvi poteſt: cui vero alias permiſero ſolvi, ei non recte ſolvitur, ſi priuſquam ſolveretur, denunciaverim [72] promiſſori, ne ei ſolveretur.

De verborum obligatione.

CVII. POMPONIUS lib. II Enchiridii.

V*Erborum obligatio*, aut naturaliter reſolvitur, aut civiliter. † *Naturaliter*, veluti [73] ſolutione, aut cum [74] res in ſtipulationem deducta, ſine culpa promiſſoris in rebus humanis [75] eſſe deſiit. † *Civiliter* [76], veluti acceptilatione [77], vel cum [78] in eandem perſonam jus ſtipulantis promittentisque devenit.

De mandato.

CVIII. PAULUS lib. II Manualium.

EI qui mandatu meo poſt [79] mortem meam ſtipulatus eſt [80], recte ſolvitur: quia talis eſt lex obligationis. ideoque etiam invito [81] me recte ei ſolvitur. Ei autem cui juſſi debitorem meum [82] poſt mortem meam ſolvere, non recte ſolvitur: * quia mandatum morte [83] diſſolvitur *.

1 De acceptilationibus, VIII C. XXIV. περὶ ἀσωμάτου ἤτοι ἐλευθερίας χρέως ἢ ἀποχῆς δὲ ἀμοιβαίας ἀντιρρήσεως βραβίνης, &c. 26 *Eclog.* 6. adde §. 1. *Inſt. quib. mod. toll. oblig. Gloſſis* ἀπολειτουργησία.

2 Obligationis ſc. ἐνοχῆς. *Eclog.* liberatio, inquam, civilis, jure civili inventa, *l.* 107. ff. *tit. prox.* (vide tamen *l.* 8. *in fin.* ff. *eod.*) denique civilis, unde imaginaria ſolutio dicitur. §. 1. *Inſt. quib. mod. toll ob.* Solutio eſt naturalis datio: acceptilatio civilis. *l.* 107. ff. *tit. prox.* Porro differt acceptilatio ab apocha, quod illa omnimodo liberat: hæc non aliter, quam ſi pecunia ſoluta ſit. *Ecl. ibid.* ut acceptilatio differat ab apocha. v. *l.* 19. ff. *eod.* 3 *Ecl. ibid. c.* 1. hæc verba referri non poſſunt ad communem acceptilationem, in qua una tantum ex parte interrogatio eſt, *l.* 7. ff. *eod.* ſed ad Aquilianam, de qua *l.* 18. ff. §. 1. *Inſt. quibus mod. toll.* perſpicue pertinent. Hotom. 3 *obſ.* 18. ſed Cujac. 5 *obſ.* 36. ait *acceptilationis* verbo plerunque & eam, quæ præceſſit ſtipulationem Aquilianam adſignari: ut è contrario, Stipulationis Aquilianæ verbo acceptilationem, quæ illam ſequitur, ſubintelligimus. 4 Quia interdum utriuſque. Hotom. 3 *obſ.* 5 Et merito: ſit enim per acceptilationem ejus conditio melior. 6 *l.* 4. *C. de ſolut.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 7. *n.* 35. Anſ. 7 ἄνευ ἐντολῆς ἤτοι προστοπῆς: ergo cum mandato? negat Hotom. 32 *Illuſtr. fol.* 220. *arg. l.* 13. §. 10. *l. pen.* ff. *eod.* Ideoque monet hic legendum eſſe, *ſine novatione*, id eſt, ſine interrogatione & reſponſione. Tum demum accepto ferre poteſt procurator, cum ex mandato novaverit, id eſt, Procurator novare poteſt, at non accepto ferre, niſi prius novaverit ex mandato. Remedio novationis acceptilatio recte fit per procuratorem: alias actum legitimum non poſſumus perficere per procuratorem. v. Cujac. 15 *obſ.* 16. inter præſentes perfici debet.

8 Eſt enim actus legitimus: Actus autem legitimi neque diem neque conditionem recipiunt, *l.* 77. ff. *de reg. jur.* poteſt tamen debitum conditionale acceptum ferri, atque ita acceptilatio debitum conditionale pure poteſt tollere. v. *l.* 12. *l.* 21. ff. *eod. l.* 77. *in fin.* ff. *de reg. jur.* purum aut conditionale conditionaliter tollere non poteſt. Quid? An etiam conditio de præſenti aut præterito acceptilationem vitiat? Faber negare videtur in §. *conditiones. Inſt. de verb. oblig.* Zaſius vero ait, in *l. cum ad præſens. 37. n.* 6. ff. *de reb. cred.* excipit tamen ibidem quoſdam actus legitimos.

9 Eſt enim actus legitimus. *l.* 77. Cur autem actus legitimus diem non recipit? quia aut ſtatim operatur, aut nunquam, & ſic dies obligationi præſentem interitum adfert. *Goth.* Vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 87. Anſ.

10 *l.* 7. §. 1. ff. *de liberatione. l.* 31. *in fin.* ff. *de novationib.* Cui accepto latum eſt, ſolviſſe intelligitur: & ita quidem, ut exceptio pecuniæ numeratæ opponi non poſſit. *l.* 19. ff. *eod.*

11 Id eſt, ſtatim debet liberare. Ars ut imitari naturam debet: ita acceptilatio ſolutionem.

12 Id eſt, quodcunque. facit *l.* 110. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* Et ſic verba generalia ad omnes obligationes referuntur, niſi de certis cogitatum eſſe appareat. Eo caſu mens liberantis, non ejus cui accepto latum eſt, ſpectatur.

13 Diſparitas reſponſionis vitiat interrogationem.

14 Quæ ſcil. tibi promiſi, vel debeo; alias nemo hic interrogatur. Centuin necne fateatur acceptiſſe ab interrogante. Priori caſu & διάλυσις altero contractus & συναλλαγμα nafceretur. vide Scholion 27 *Eclog.* 6.

15 Quid, fidejuſſio inutilis? pro juſſu non habetur: *l.* 1. §. 5. *verſ. denique.* ff. *quod juſſu.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. ſtipul. cap.* 5. *num.* 201. Anſ.

16 Inutilis acceptilatio vim pacti taciti habet, *l.* 19. ff. *eod. l.* 27. §. 2. ff. *de pact. l.* 5. ff. *de reſc.* niſi expreſſe dictum fuerit ne haberet. Inutilis eſt acceptilatio, quæ a natura ſua deficit; cum id quod non verbo, ſed re vel conſenſu tractatum eſt, verbis acceptum fertur. Utilis, cum in ſua natura perſtat: ad hoc enim inventa eſt acceptilatio, ut quæ verbis contracta eſſet obligatio, verbis tolleretur. §. 3. ff. *eod.* 17 Quid? inutilis ſtipulatio vimne pacti habet? non habet: nam quæ leges in contrariam partem afferuntur, loquuntur de acceptilatione, non de ſtipulatione. Hinc fit, ut cui nutu ſit reſponſum, inutiliter ſtipulatione obſtricturn adverſarium habeat. *l.* 1. §. 2. ff. *de verb. oblig.* Ad eundem modum inutilis ſtipulatio vim pecuniæ conſtitutæ non habet. *l.* 1. §. 4. ff. *de pecun. conſt.* Cur potius acceptilatio inutilis, quam ſtipulatio inutilis, vim pacti habebit? hæc obligationem, illa liberationem parit: propenſiores autem fumus ad liberandum, quam obligandum. vide Cujac. ad *l.* 1. §. 2. ff. *de verbor. oblig.* & tamen conſtat inutilem tranſactionem vim pacti non habere. *l.* 3. *C. de rependianda hered.* 18 Quoque conſenſum eſt: nec habet pactum. *Hal.* & ita quoque quoſdam legiſſe notat Accurſ. & Bart. Auſim dicere lectionem Haloandri optime verbis, quæ in Florentina editione ſequuntur, convenire, hoc ſenſu: Nunquam acceptilatio inutilis vim pacti habet, niſi partes id etiam quoque expreſſe voluerint: alias ſi creditor prudens ſciens nullius eſſe momenti acceptilationem accepto tulit, nemo dixerit talem acceptilationem vim habere pacti. Pacti, inquam; quia conſenſum ejus qui accepto tulit, non habet, quod ex natura pacti eſt. Denique non continuo pactus intelligitur qui inutiliter accepto tulit, id eſt, non continuo voluit aut conſenſit, ut acceptilatio inutilis naturam pacti indueret, qui inutiliter accepto tulit. Igitur ne id abſurdum accidat, partes expreſſe quoque inter ſe conſentire convenit, ut quæ acceptilatio interponitur, licet alias ut inutilis poſſet eludi, valeat ad inſtar pacti; quod ut violentiſſimum contrarium oppono *legi* 19 ff. *eod. l.* 27. § 10. ff. *de pactis. l.* 5. ff. *de reſcindenda.* Bart. tamen ita diſtinguit: Acceptilatio peccans in forma (veluti quia ſub conditione, in diem vel inter abſentes eſt concepta) vim pacti non habet; peccans vero in materia, taciti pacti vim obtinet: majus eſt vitium formæ, quam materiæ. 19 *l.* 11. ff. *eod.* 20 *l.* 7. §. 1. ff. *de ſtipul. ſervor.* 21 *l.* 17. ff. *de adquir. dom.* 22 *l.* 80. ff. *de ſolut.* §. 1. *Inſt. quib. mod. toll.* 23 *l.* 7. ff. *eod.* 24 Imo poteſt. vide quæ notavi *in princ.* ff. *eod.* & *l.* 19. ff. *eod.* 25 Id eſt, liberare ſe poteſt & rogari.

26 Imo civilis. *l. penult. in fin.* ff. *de ſolut.* §. 9. *Inſt. de act.* ſolve: Juris eſt gentium, conſenſu inſpecto, quem habet, *l.* 1. ff. *locati.* ſi vero ſpectamus ſolennia verba quibus ea perficitur, eſt civilis. *d. l. pen. l.* 1. *C. hoc tit.* Igitur origine, Juris gentium: formâ, Juris civilis eſt acceptilatio, *l.* 107. *in fin.* ff. *tit. prox.* vel Juris eſt gentium fictione: eſt enim imaginaria ſolutio. 27 §. 1. *Inſt. quib. modis tollit. oblig.* adde quæ notavi ad *l.* 1. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* 28 *l.* 6. ff. *eod. l.* 10. *l.* 13. § 2. ff. *eod. l.* 7. ff. *de liberat. leg. l.* 9. §. 1. ff. *de ſolut.* §. 2. *Inſt. quib. modis tollit.* 29 Vide quæ notavi ad *l.* 94. §. 1. *in fin.* ff. *de ſolut.* 30 V. *l.* 9. ff. *eod.* 31 *l.* 2. §. 3. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* 32 Alteri adquirit, qui eum liberat. Qui liberatur, ſit locupletior: quin, quamvis ei re vera nihil adcreſcat, hoc ipſo tamen ditior eſt, quod nihil ei decrevit. quippe nihil diminuti, ſpecies eſt lucri. 33 *l.* 8. §. 1. ff. *eod. l.* 63. ff. *de ſolutionib.* 34 Ut idem ſit jus hic in uſu, quod in uſufructu.

51 Adde elegans exemplum de aſſibus librariis, ſextantariis, ex Feſto in *Graves as*, & *ſextantarii aſſes*.

52 Ne dicas cum Accurſio *bronſa*, id eſt, dominabilis. ne legas etiam cum Alciato, 2 *diſp.* 25. quaſi Λαυρεωτικά, nec cum Forcatulo, 6 *Necyomant.* 1. legas *zeoſa*: quaſi hic agatur de pecunia circumeſa, & non juſti ponderis. Æroſa pecunia eſt, ſubærata, quæcum aurea & argentea videatur, pluribus in ſe æris habet, quæ plus æris in ſe habet, quam oportet. ſic Feſtus æroſam Cyprum appellari ait, quod in ea plurimum æris naſcatur. A Græcis dicitur æroſa pecunia χαλκόκρας. Cujac. 8 *ad Aſric. fol.* 207. ſic Plinius lapidis æroſi, 34. *c.* 11. auri æroſi & argentoſi, 33. *c.* 5. meminit. vide Corraſium, 1 *Miſcell.* 9.

53 Et officio: ſic alibi Centurio ex officio ad annonam culleos tollit, *l. ult. in fin.* ff. *de pign.* & ædilis lectos in via concidit, *l.* 12. ff. *de periculo.* ſed utrunque hodie non eſt Præſidis munus, ſed Principis ipſius monetam tollere. *arg. l.* 2. *C. de falſa moneta.*

54 Tutoris periculo non eſt pecunia pupillaris, quam collocare diſſulit, cum non invenirentur idonea nomina.

55 *Subaudi*, qui obtulit, niſi ſciebat brevi mutatum iri, *l.* 15. *in fin.* ff. *de periculo & commodo rei venditæ.* niſi denique juſſu Principis aſſes mutati. v. Feſtum *diſtis locis.*

56 Sed minoris.

57 Aliud ergo, ſi non dixiſſet.

58 Qui ex ſumma majore pecuniam reſipit, de debito jam contracto, non futuro intelligit. facit *l.* 3. *in fin.* ff. *eod. l.* 105. ff. *eod.* 59 V. *l.* 9. §. 2. ff. *de publicanis.* 60 Primam magis, quam in ſupremam cauſam. *vulg.* Solutum in dubio credit in cauſam antiquiorem. Liber creditoris cauſam ſoluti probat. 61 Id eſt, ex centenis quinos. 62 Id eſt, ex centenis ſenos. 63 *l.* 26. ff. *de cond. indeb. l.* 26. *verſ. ſi quis. C. de uſur.*

64 Terentius Clemens. *Hal.* 65 V. quæ ſcripſi ad *l. ult.* §. 3. ff. *de cond. indeb.* 66 *l.* 3. *in fin.* ff. *eod.* 67 Ex fideicommiſſo. 68 Adde *l. ult.* ff. *de tranſ.* adde *l.* 70. §. 1. ff. *ad Trebell.*

69 Cum aliquo ſpatio, *l.* 1. §. 8. ff. *ad l. Falcid.* interpoſito modico tempore. *l.* 73. *l.* 135 §. 1. ff. *de verb. oblig.* adde *l.* 8. ff. *ſi quis cautionib.* 17. ff. *de in integ. l.* 21. *in fin.* ff. *de jud. l.* 17. ff. *de pecun. conſt.* adde §. *ult. Inſt. de inutil. ſtip.* Illud modicum ſpatium datur ὡσὲι περιβαλλὸν, non tam humanitatis gratia quam neceſſitatis, quo rem quæ non eſt in expedito, promiſſor quæſitum eat & tradat. vide Cujac. ad *l.* 118. *in fin.* ff. *de verb. oblig.* Cujus vero temporis erit illud modicum? An momenti? an decem dierum, ut in *l.* 21. ff. *de conſtituta pecunia?* An aliquot momentorum, ut in *l.* 14. ff. *de reg. jur.*? Arbitrio judicis id dijudicandum eſt. 70 Onerosus creditor non eſt ferendus. *l.* 25. *in fin.* ff. *de pign. l.* 33. ff. *de uſuris.* 71 *l.* 12. §. 2. ff. *eod.* 72 Adde *l.* 82. ff. *eod.* 73 *Inſtit. quib. mod. toll. obl. in pr.* 74 Vide *l.* 23. *l.* 33. ff. *de verb. obl.* 75 Vel perierit. *Synopſ. Baſil.* 24. *tit.* 9. *ex lib.* 26. *tit.* 5. *c.* 102. 76 Acceptilatio jure civili inducta. vide tamen *l.* 8. *in fin.* ff. *de acceptilat.* 77 V. ff. *de accept.* §. 1. *Inſt. quib. mod. toll. l.* 5. *in fin. C. depoſiti.* 78 Id ſit confuſione crediti & debiti. 79 Quod poteſt fieri. *Goth.* Ad hanc l. vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 1. *num.* 129. Enimund. Meriſl. *ſingul. cap.* 22. Anſ. 80 Eſt, poſt mortem meam recte ſolvitur. Cujac. 1 *obſ.* 38. 81 Et ſic vivo me. 82 Meum ſolvere, poſt mortem meam non recte ſolvitur. Cujac. 1 *obſ.* 38. 83 V. *l.* 26. ff. *mandati.*

TYT. IV.

DE ACCEPTILATIONE [1].

Definitio.

I. MODESTINUS lib. II Regularum.

A*Ceptilatio* eſt liberatio [2] per mutuam [3] interrogationem, qua [4] utriuſque contingit ab eodem nexu abſolutio.

De pupillo.

II. ULPIANUS lib. XXIV ad Sabinum.

PUpillum per acceptilationem etiam ſine tutoris auctoritate liberari poſſe [5] placet.

De procuratore.

III. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

PEr procuratorem nec liberari, nec liberare [6] quiſquam acceptilatione ſine [7] mandato poteſt.

De conditione.

IV. POMPONIUS lib. IX ad Sabinum.

ACceptilatio ſub conditione fieri non poteſt [8].

De die.

V. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

IN diem acceptilatio facta nullius eſt momenti [9]: nam ſolutionis [10] exemplo [11] acceptilatio ſolet liberare.

De pluribus ſtipulationibus.

VI. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

PLuribus ſtipulationibus factis, ſi promiſſor ita accepto rogaſſet, QUOD [12] EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCEPTUM? ſi quidem apparet quid actum eſt, id ſolum per acceptilationem ſublatum eſt: [ſi non apparet, omnes ſtipulationes ſolutæ ſunt.] dummodo illud ſciamus, ſi ego aliud [13] accepto tuli, aliud tu rogaſti, nihil valere acceptilationem.

De forma acceptilationu.

VII. IDEM lib. L ad Sabinum.

SAne & ſic acceptilatio fieri poteſt, ACCEPTA FACIS DECEM [14]? ille reſpondit, FACIO.

De pacto tacito. 1. De ſervo communi. 3. Quæ obligatio tollitur, & quomodo accepto fertur. 4. De ſiliofam. & ſervo.

VIII. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

AN [15] inutilis [16] acceptilatio [17] utile habeat pactum, quæritur? Et niſi in hoc quoque contra [18] ſenſum eſt, habet pactum. Dicet aliquis, poteſt ergo non eſſe conſenſus. cur non poſſit? Fingamus eum qui accepto ferebat, ſcientem, prudentemque, nullius eſſe momenti acceptilationem, ſic accepto tuliſſe: quis dubitat non eſſe pactum, cum conſenſum paciſcendi non habuerit? §. 1. Servus communis ſicut uni [19] ex dominis ſtipulari poteſt, ita etiam acceptum rogare uni [20] ex dominis poteſt: eumque in ſolidum liberat: & ita Octavenus putat. §. 2. Accepto liberare ſervus communis alterum ex dominis etiam ab [21] altero domino poteſt: id enim & Labeoni placuit. denique libro Pithanon ſcripſit, ſi à Primo domino, Secundo ſocio domino ſuo ſtipulatus fuerit, poſſe Secundum accepto rogare, & per acceptilationem Primum liberare, quem ipſe obligaverat: ſic fieri, ut per unum atque eundem ſervum & conſtituatur, & tollatur obligatio. §. 3. Acceptum fieri non poteſt, niſi [22] quod verbis colligatum eſt. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipſa verbis [23] fit: neque enim poteſt [24] verbis tolli, quod non verbis contractum eſt. §. 4. Filiusfamilias promittendo, patrem civiliter non obligat, ſed ſe obligat. propter quod accepto rogare filiusfamilias poteſt, ut ſe liberet, quia ipſe obligatus eſt: pater autem acceptum rogando, nihil agit, cum non ſit ipſe obligatus, ſed filius. † Idem erit & in ſervo dicendum. nam & ſervus accepto liberari [25] poteſt; & tolluntur etiam honorariæ obligationes, ſi quæ ſunt adverſus dominum: quia hoc jure utimur, ut Juris gentium [26] ſit acceptilatio. Et ideo puto, & Græce [27] poſſe acceptum fieri, dummodo ſic fiat, ut Latinis verbis ſolet: ἔχεις λαβὼν ὅσα ἐρώτησα τότε; ἔχω λαβών.

De acceptilatione ex parte.

IX. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

PArs [28] ſtipulationis accepto fieri poteſt, non tantum ſi ſic dicat, EX NUMMIS DECEM, QUOS TIBI PROMISI, QUINQUE HABESNE ACCEPTOS? ſed & ſi ſic, QUOD EGO TIBI PROMISI, ID PRO PARTE DIMIDIA HABESNE ACCEPTUM?

X. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

SEd & ſi non numerata pecunia [29], ſed certum corpus, veluti homo, in ſtipulationem deductus eſt: poteſt ex parte [30] acceptilatio fieri. † Quomodo & uni [31] ex heredibus acceptum fieri poteſt.

De ſervo fructuario vel uſuario. De eo, qui bona fide ſervit. De cæteris qui ſunt in poteſtate. 2. De ſervo hereditario. 3. De ſervo captivi.

XI. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

SPecies [32] adquirendi eſt, liberare dominum obligatione. & ideo fructuarius [33] quoque ſervus liberare, acceptum rogando, fructuarium poteſt: quia ex re ejus videtur ei adquirere. † Sed etſi [34] uſum tantum habemus, idem fiet. Idemque dicemus, & in eo qui bona fide nobis ſervit: & in cæteris qui noſtro jure ſubjecti ſunt. §. 1. Sed & ſi ſervo, quod ipſe mihi promiſit, acceptum fecero, inutiles mihi erunt adverſus dominum honorariæ actiones,

nes, quæ de peculio, vel in rem verso dantur. §. 2. Si servus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget, quod defunctus promisit: verius puto contingere liberationem, ut per hoc hereditas ipsa liberetur. §. 3. Sed etsi dominus apud hostes sit, dicendum est jure postliminii [35] confirmari acceptilationem: nam & stipulari ei qui apud hostes est, servus [36] potest.

35 *l.* 18. §. 2. *ff. de stip. servor.*

36 Et filius, *l.* 11. *ff. de verbor. oblig.* quæ est Pauli, *ad Sabinum.*

De die & conditione.

XII. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

QUod in diem vel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest [37]: sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit, vel dies venerit [38].

37 Licet acceptilatio in diem, vel sub conditione concipi possit. *l.* 21. *ff. eod.* vide quæ notavi ad *l.* 4. *ff. eod. l.* 4. *in fin. ff. de transact. l.* 43. §. *de jure dot. l.* 16. *ff. de solut. l.* 77. *ff. de regul.*

38 Sensus est, Vis hujus acceptilationis tunc elucescet, cum dies venerit, vel conditio extiterit. Actus legitimi expressam diei conditionisve adjectionem repudiant: tacitam admittunt. Expressa quædam nocent, quæ tamen non expressa prosunt. *l.* 195. *ff. de reg. jur.*

De jurejurando. 1. De acceptilatione ex parte. De servitutibus. 4. De genere & specie. 5. De doli clausula. 6. De obligatione alternata. 7. De reo & fidejussore. 10. De tutore, curatore, procuratore. De absente. 11. De successoribus. 12. De duobus reis stipulandi.

XIII. ULPIANUS lib. L ad Sabinum.

ET per jusjurandum [39] liberti interpositam [40] operarum obligationem [41], per acceptilationem tolli [42] verius est.

§. 1. Si id, quod in stipulationem deductum est, divisionem non recipiat [43]: acceptilatio in partem [44] nullius erit momenti. utputa si servitus [45] fuit prædii rustici vel urbani. † Plane si *usus-fructus* [46] sit in stipulatum deductus, puta fundi Titiani, poterit pro parte acceptilatio fieri: & erit residuæ partis fundi ususfructus. † Si tamen *viam* quis stipulatus, accepto iter vel [47] actum fecerit, acceptilatio nullius erit momenti: hoc idem est probandum, si actus accepto fuerit latus: si [48] autem iter & [49] actus accepto fuerit latus, consequens erit dicere, liberatum eum qui viam promisit. §. 2. Illud certum est, eum qui *fundum* stipulatus, *usumfructum*, vel [50] *viam accepto facit*, in ea esse causa, ut acceptilatio non valeat [51]. qui enim accepto facit, vel totum vel partem ejus quod stipulatus est debet accepto facere: hæ [52] autem partes non sunt: non magis quam si quis domum stipulatus, accepto ferat cæmenta [53], vel fenestras, vel parietem, vel diætam.

39 Jurejurando contracta obligatio acceptilatione tolli potest, *ut hic.* At acceptilatio eam proprie tollit, quæ verbis est contracta. *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* Igitur jurejurando verbis obligatio contrahitur. Quid? verba in juramento sintne necessaria? possitne aliter, quam verbis jurari? posse videtur, alioquin mutus jurare non posset. de quo vide Alciat. 8 *parerg.* 2.

40 *l.* 7. §. *ff. de oper. libert.*

41 Qui jurat, obligatur. Jurejurando contrahitur obligatio. *d. l.* 7. §. 11. *Instit. de act.*

42 Juramentum homini prælitum, per hominem relaxari potest & remitti. *Bald.*

43 Quod accidere potest *l.* 2. §. 1. *ff. de verb. oblig.*

44 Pars rei individuæ accepto ferri non potest.

45 Servitutes rusticorum prædiorum & urbanorum sunt individuæ. *l.* 17. *ff. de serv.*

46 Ususfructus dividi potest. *l.* 5. *ff. de usufr.*

47 Divisim.

48 Cur tam varie? Qui partem rei individuæ acceptam facit, rem impossibilem facit acceptam; tenet enim dividere quod est individuum. Viam mihi debes, & iter postea vel actum tibi accepto tuli? inutilis acceptilatio est: quia via sine, itinere & actu esse non potest; hæc à via disjungi impossibile est. secus fuerit, si viam tibi debenti mihi accepto tuli iter & viam, *ut hic.*

49 Conjunctim. 50 Disjunctim. huc refer quæ superius notavi. 51 Cur ita? v. *l.* 14. §. *eod.* 52 Ususfructus & via non sunt partes fundi. An ususfructus sit pars dominii, vide Hotoman. 3 *observat.* 22. An pars fundi? formalis ususfructus pars fundi est; causalis non est: ille per acceptilationem tolli potest; hic non potest. *Bart.* 53 Cæmenta, fenestræ, paries, diæta non sunt partes integrales domus. 54 Usumfructum qui stipulatur, totum quiddam stipulatur, quod fructum usumque continet. 55 Usumfructum mihi debes, usum tamen ejus postea tibi accepto tuli? si usum accepto tuli existimans usum & usumfructum idem esse, inutiliter tibi accepto tuli: sin vero usum accepto tuli velut partem ususfructus, valebit acceptilatio. 56 Distinctionem hanc observa. 57 Sensus est, Legatarius ususfructus usum, idem esse quod usumfructum existimans, remittendo, sibi non præjudicat. 58 Nam totum remisit per errorem. 59 Id est, legatarius ususfructus usum (quatenus aliud est jure quam fructus) heredi eidemque debitori remittere utiliter potest. 60 ὑπλεῦσις seu ὑπηρεσία μιᾶς: sic itaque legit Cujac. 13 *observat.* 12. cum possit fructus sine usu constitui, ut *l.* 14. *in fin. ff. de usu & habit.* & *l.* 5. §. 2. *ff. usufr. quemadm. cav.* 61 Usus sine fructu esse potest. Quinimo, ut hic legit Cujacius, Fructus sine usu esse potest; *ut hic.* & *l.* 5. §. 2. *ff. usufr. quemad. l.* 14. *in fin. ff. de usu.* ita actus sine itinere. *l. loci.* §. 1. *ff. si servitus.* 62 Ususfructus cui legatus est, debitori usum utiliter remittit, si, cum remitteret, usum ab usufructu jure separatum esse cognovit: sin minus, & usum cum usufructu idem esse existimavit, (quia errat) nihil remittit. Priori casu, fructus sibi retinuit (potest enim fructus esse sine usu, *d. l.* 5. §. 2. *ff. usufr. quemadm. cav.*) usum autem debitori concessit: atque ita legatarius frui uti poterit: altero vero casu nihil debitori errando contulit. 63 In genere scil. Creditor generis unam speciem acceptum ferendo, totam obligationem perimit. Cur? acceptilatio est imaginaria solutio. *Goth.* Ad hanc l. vide Zang. *de except. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 79. Anf.

64 Tullisseque. *vulgat. Haloand.* 65 Imo, non totam tulit: potest enim alium hominem petere, *l.* 27. §. 6. *ff. de pactis.* quin & ipsum hominem quem repudiavit. *l.* 18. *ff. de opt.* Dic secus esse in pacto & repudiatione, quam in acceptilatione. 66 Dolus futurus non potest accepto ferri. *l.* 27. §. 3. *ff. de pact. l.* 1. §. 7. *ff. depositi.* 67 Cur hoc additum est? vide §. 2. *vers. qui enim accepto. ff. eod.* 68 Id est, unum eorum. 69 In obligatione. *Haloand.* 70 Imo non manebunt: nam cum una pars stipulationis acceptilatione sublata sit, altera quoque sublata in totum intelligitur. *l.* 27. §. 6. *ff. de pact.* 71 Imo per fidejussorem reus non liberatur. *l.* 23. *ff. de pact.* 72 Exceptione acceptilationis scil. de qua vide Oldend. *c.* 45. *de except.* 73 Et ab herede præstandorum. *Goth.* Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 7. *n.* 48. Anf. 74 Ab eo herede sc. 75 A legatario sc. 76 Ab herede sc. & ita heres tenebitur, non ejus fidejussor. Est igitur hic paragraphus exceptio superioris. 77 Fidejussio præcedere obligationem potest. *l.* 50. *ff. de pecul. l.* 8. §. 2. *ff. de novat.* 78 Sed quandocunque ei. *vulg.* sed si. *Hal.* 79 Acceptilatio obligationem præcedere natura est impossibile. 80 Non possunt. *vulg. Hal.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 7. *n.* 42. Anf. 81 Tutor vel curator debitum pupilli vel adulti sui totum ejusve partem remittere non potest. *l.* 22. *C. de pact.* Imo potest, si pupillus intervenerit. adde *l.* 1. *C eod.* 82 *l.* 3. *ff. eod. l.* 4. *C. de novat.* 84 *l.* 91. *ff. de solut. l.* 8. *ff. de novat.* 85 Imo non contingit liberatio. Hoc enim concesso, correus correo nocet, quod expresse vetat *lex Si unus.* 27. *ff. de pact.* 86 Id est, non tantum adversus eum qui accepto tulit, sed & adversus eum qui non tulit.

Ut acceptilatio consentiat. cum obligatione.

XIV. PAULUS lib. XII ad Sabinum.

NIsi consentiat [87] acceptilatio cum obligatione, & nisi verum est quod in acceptilatione demonstratur, imperfecta est liberatio: quia verbis [88] verba ea demum resolvi possunt, quæ inter se congruunt.

87 *l.* 7. *in fin l.* 13. §. 2. §. 5. *in fin. ff. eod.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 69. Anf.

88 *l.* 8. §. 3. *ff. eod.*

XV. POMPONIUS lib. XXVII ad Sabinum.

SI is qui Stichum promisit, ita interroget, *Quod Stichum promisi, Stichum & Pamphilum habesne acceptos?* puto recte accepto latum, & pro supervacuo [90] Pamphili mentionem factam: quemadmodum si is, qui decem promisit, ita interroget, QUOD TIBI DECEM PROMISI VIGINTI HABESNE ACCEPTA? etiam decem nomine erit liberatus.

89 Hic Pamphilus supervacue adjicitur stipulationi. Cur? Oratio copulativa in eo quod potest utilis est, licet in supervacuo vim nullam habeat. *Bald.*

90 Supervacua in acceptilatione non nocent.

De pluribus reis debendi. 1. De fidejussore judicati.

XVI. ULPIANUS lib. VII Disputationum.

SI ex pluribus obligatis uni [91] accepto feratur, non ipse solus [92] liberatur, sed & hi qui secum obligantur. nam cum ex duobus pluribusque ejusdem obligationis participibus uni accepto fertur, cæteri quoque liberantur: non quoniam ipsis accepto latum est, sed quoniam velut [93] solvisse videtur is, qui acceptilatione solutus est. §. 1. Si [94] judicati [95] fidejussor sit datus, acceptus, eique accepto latum sit: liberabitur & judicatus.

91 *l.* 2. *in fin. ff. de duob. reis.*

92 Imo, ipse solus, non alius. *l.* 2. §. 3. *in fin. ff. de verb. oblig.*

93 Nam acceptilatio solutioni comparatur. *l.* 4. *ff. eod. l.* 7. §. 1. *ff. de libert. legat.*

94 Vid. Revard. 4 *variar.* 18.

95 Fidejussore Judicati liberato per acceptilationem liberatur & reus. adde *l.* 20. *ff. eod.*

De acceptilatione ex parte.

XVII. JULIANUS lib. LIV Digestorum.

QUi *hominem* [96] *aut decem* stipulatus est, si quinque accepto fecerit, partem [97] stipulationis peremit [98], & petere quinque, aut partem hominis potest [99].

96 Id est, qui genus.

97 Imo in nulla parte stipulationis liberatio nata est, *l.* 2. §. 1. *ff. de verbor. oblig.* solve, ut *l.* 34. *ff. de solut.*

98 Differentia est inter solutionem & acceptilationem.

99 Atque ita stipulatio generis alternativi individua est: quomodo? civiliter, non naturaliter.

De pluribus obligationibus. 1. De stipulatione Aquiliana.

XVIII. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

ET [100] uno & pluribus [1] contractibus, vel certis [2], vel incertis, vel quibusdam exceptis cæteris, & omnibus ex causis una acceptilatio & liberatio fieri potest. §. 1. Ejus rei stipulatio quam acceptio [3] sequatur, a Gallo Aquilio talis [4] expolita est: *Quidquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet, oportebit, præsens, in diemve: quarumque rerum mihi tecum actio, quaque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, erit ve: quodve tu meum habes, tenes, possides: quanti quaque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Negidius. quod Numerius Negidius Aulo Agerio [promisit], spopondit: id haberetne à se acceptum, Numerius, Negidius Aulum Agerium rogavit: Aulus Agerius Numerio Negidio acceptum fecit.*

100 Et ex uno. *Hal.*

1 *l.* 6. *in princ. ff. eod.*

2 De certis & incertis contractibus v. Langebek. *c.* 36. ubi certos & incertos contractus contra Accursium & alios interpretatur non eos, in quos res certæ vel incertæ sint deductæ, sed nominatos, nempe quia certum ac proprium nomen contractus habeant; *l. juris gentium. 7. ff. de pactis.* quemadmodum per contrarium actio præscriptis verbis, vel in factum, incertum judicium, vel incerti civilis actio vel condictio dicitur, *l. si convenerit. 23. in fin. ff. comm. divid. l. penult. ff. depositi. l.* 6. *l.* 16. *ff. de præscriptis verbis.* nempe quia incertum est, quo nomine contractum negotium appellandum sit.

De obligatione re contracta. 1. Differentia acceptilationis & apochæ.

XIX. ULPIANUS lib. II Regularum.

SI accepto latum fuerit ei qui non verbis, sed re obligatus est: non [5] liberatur quidem [6], sed [7] exceptione doli mali, vel pacti [8] conventi se tueri potest. §. 1. Inter *acceptilationem* & *apocham* hoc [9] interest, quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet [10] pecunia soluta non sit: apocha non alias, quam [11] si pecunia soluta sit.

3 Acceptilatio. *vulg. Hal.* 4 §. 2. *Inst. quib. mod. toll.* 5 Acceptilatio enim est inutilis. *l.* 8. §. 3. *ff. eod.* 6 Summo jure. Cur? quia non eodem modo liberatus est, quo obligatus fuit. 7 Exceptione doli vel pacti quædam servamus, quæ summo jure servare non possumus. Jus summum negligimus plerumque, ut æquitati locum faciamus. 8 Hinc collige, Inutilem acceptilationem vim pacti habere. v. *l.* 8. *ff. eod.* & sic actus agentium quandoque non servant propriam naturam, sed in aliam transferuntur. 9 Differt acceptilatio ab apocha, 27 *Eclog.* 6. *c.* 1. *in fin.* De hac differentiâ ita scribit Cujacius: Latini, inquit, inter utramque differentiam faciunt, eo modo quo inter pignus & hypothecam: & quidam Medici inter ἔμφραξιν & carbunculum. v. Cuj. 5 *obs.* 36. *in fin.* 10 Ideoque acceptilationi non poterit opponi exceptio pecuniæ non numeratæ. quod interpretes, ut verum admittunt, nisi qui accepto tulit creditor, probaverit se spe futuræ numerationis adversarium liberasse. 11 *l.* 89. *ff. de solut. l.* 13. *C. de solut.* 12 Adde *l.* 16. *in fin. ff. eod. l.* 6. *ff. judicatum solvi.* 13 V. *l.* 4. *l.* 12. *ff. eod.* 14 27 *Eclog.* 6. *c.* 22. 15 Id est, non ideo magis. 16 Id est, & res est integra. 17 Argumentum à relatis. *l.* 41. *ff. de reg. jur. l.* 5. *ff. de rescind.* Imo non utrinque fit liberatio, si ab alterutrius parte tantum acceptilatio intercessit. *l.* 56. *ff. de pact.* 18 Nota argumentum, Contractus est ab alterutra parte accepto latus, ergo ab utraque. Correlativa se mutuo ponunt, & uno perempto utrumque perimitur. In correlativis destructo uno correlativorum, destruitur & aliud. sic prohibita vendi, prohibentur emi. v. *l.* 1. *C. de cupress. lib.* 11. *tit. ult.*

TIT. V.

DE [1] STIPULATIONIBUS [2] PRÆTORIIS [3].

Divisio in judiciales, cautionales, communes. 5. De satisfactione vel repromissione. 9. Si dicatur per calumniam desiderari stipulationem. 10. De adjectione, detractione, immutatione.

1. ULPIANUS lib. LXX ad Edictum.

PRætoriarum stipulationum tres [4] videntur esse species [5]: judiciales, cautionales, communes. §. 1. *Judiciales* [6] eas dicimus, quæ propter judicium interponuntur, ut ratum fiat: officio interponuntur, *l.* 5. *ff. de verb. oblig.* quo nomine intellige etiam ædilitias, §. 2. *Inst. de divis. ff.* quæ legem accipiunt de mente Prætoris, nis nihil licet addere, immutare, detrahere. *l.* 5 *ff. de verb. oblig.* quædam præcipua ab aliis stipulationibus habent. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 9. *ff. eod.* adde hic Cujac. Hujus generis stipulationes sunt ususfructus, legati, novi operis, rem pupilli salvam fore, judicatum solvi, ratum rem haberi. *Goth.* Quæ sint Prætoriæ stipulationes, vide Paul. *lib.* 5. *cap.* 9. Cujac. *lib.* 4 *observat. cap.* 39. Govean. *lib.* 1. *cap.* 35. Anf. 4 Imo quatuor. *l.* 5. *ff. de verbor. obligat.* Goth. Vide Goedd. *de contrab. stipul. cap.* 5. *num.* 232. Anf. 5 Species recte dixit. Puritas enim, dies, conditio, formæ sunt stipulationum, non species. 6 Judiciales aliter definiuntur in *l.* 5. *ff. de verb. oblig.* & §. 2. *Inst. de divis. stipul.*

1 43 *Eclog.* 4. Paul. 5 *sentent.* 9. 3 *Inst.* 19.

2 De Prætoriarum stipulationum natura vide Guibertum, *c.* 19 *quæst.* Ant. Fabr. 3 *conject.* 4.

3 Quæ Edicto Prætoris interponi jubentur, quæ à mero Prætoris

fiat: ut judicatum solvi, & ex operis novi nunciatione.

§. 2. *Cautionales* sunt autem quæ instar actionis habent, & ut sit nova actio, intercedunt: ut de 7 legatis stipulationes, & de tutela 8, & ratam rem haberi, & damni infecti. §. 3. *Communes* sunt stipulationes, quæ fiunt judicio sistendi causa. §. 4. Et sciendum est omnes stipulationes natura 9 sui cautionales esse: hoc 10 enim agitur in *stipulationibus*, *ut quis cautior sit*, *& securior interposita stipulatione*. §. 5. Stipulationum istarum Prætoriarum, quædam sunt quæ satisdationem 11 exigunt, quædam nudam 12 repromissionem: sed perpaucæ sunt quæ nudam repromissionem habent: quibus enumeratis 13, apparebit cæteras non esse repromissiones, sed satisdationes. §. 6. Stipulatio itaque ex operis novi nunciatione, alias satisdationem, alias repromissionem habet. Ex qua [igitur] operis novi nunciatione satisdare oporteat? quemadmodum satisdetur? namque de eo opere quod in privato 14 factum erit, satisdatio est: de eo quod in publico 15, repromitti 16 oportet. sed hi quidem qui suo 17 nomine cavent, repromittunt: qui alieno 18, satisdant. §. 7. Item ex causa damni infecti interdum 19 repromittitur, interdum satisdatur. nam, si quid in 20 flumine publico fiat, satisdatur: de ædibus autem repromittitur.

§. 8. Stipulatio duplæ 21, repromissio 22 est, nisi [si] convenerit 23, ut satisdetur 24. §. 9. Quod si sit aliqua controversia, utputa si dicatur per calumniam 25 desiderari ut stipulatio interponatur: ipse Prætor debet 26 super ea re summatim cognoscere, & cautum jubere aut denegare. §. 10. Sed & si quid vel addi 27, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oporteat 28, Prætoriæ erit jurisdictionis.

De rei restitutione: & de incerta quantitate, utrum hæ stipulationes sint dividuæ aut individuæ.

II. Paulus lib. LXXIII ad Edictum.

P*Ætoriæ stipulationes*, aut rei 29 restitutionem continent, aut 30 incertam 31 quantitatem. §. 1. Sicuti stipulatio ex operis novi nunciatione, qua cavetur, ut opus restituatur 32: ideoque sive actor sive reus decesserit pluribus heredibus relictis, uno vincente, vel victo, totum 33 opus restitui debebit: quamdiu enim aliquid supereſt, tamdiu non potest videri opus restitutum.

§. 2. Incertam quantitatem continet stipulatio *judicatum solvi* 34, & *rem ratam dominum habiturum*, & *damni infecti*, & his similis: in quibus respondetur, scindi 35 eas in personas heredum. quamvis 36 possit dici ex persona heredum promissoris non posse descendentem à defuncto stipulationem diversam conditionem cujusque facere: at in contrarium summa ratione fit, ut uno ex heredibus stipulatoris vincente, in partem 37 ejus committatur stipulatio: hoc enim facere verba stipulationis, *Quanti* 38 *ea res est*. Sed si unus ex heredibus promissoris totam rem possideat 39, in solidum 40 cum damnandum Julianus scribit. In quantum autem ipse ea stipulatione, vel fidejussores an 41 omnino teneantur, dubitari potest: & videndum ait, ne non 42 committatur? Sed si lite contestata possessor decesserit, unum ex heredibus non majore ex parte damnandum, licet totum fundum possideat, quam ex qua heres est.

De procuratoribus.

III. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

G*Eneraliter in omnibus Prætoriis stipulationibus* 43 & procuratoribus 44 satisdatur.

An sæpius caveatur.

IV. Paulus lib. LXXV ad Edictum.

P*Rætoriæ stipulationes sæpius interponuntur, cum sine culpa stipulatoris cautum esse desiit* 45.

De procuratore & institore.

V. Idem lib. XLVIII ad Edictum.

I*N omnibus Prætoriis* 46 *stipulationibus hoc servandum est, ut si procurator meus* 47 *stipuletur* 48, *mihi* 49 *causa cognita* 50 *ex ea stipulatione actio competat* 51. † Idem est, & cum institor 52 in ea causa esse cœpit, ut interposita persona ejus dominus mercis rem amissurus 53 sit, veluti bonis ejus venditis: succurrere enim domino Prætor debet.

De pœna.

VI. Idem lib. XIV ad Plautium.

I*N omnibus Prætoriis stipulationibus, in quibus primo fieri aliquid, deinde si factum non sit, pœnam* 54 *inferimus: pœnæ nomine stipulatio committitur* 55.

Quomodo cavendum.

VII. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

P*Rætoriæ satisdationes personas desiderant pro se intervenientium* 56: & neque pignoribus quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur 57.

De institutione conditionali & substitutione. 1. De legato duobus sub contrariis conditionibus.

VIII. Papinianus lib. V Quæstionum.

P*aulus notat: Qui sub conditionem* 58 *institutus est, adgnita bonorum possessione cogitur* 59 *substituto* 60 *in diem cavere* 61 *longiorem* 62. *Prætor enim beneficium suum* 63 *nemini vult esse captiosum*: & 64 *potest videri calumniose satis petere, quem alius antecedit.* §. 1. Cum sub contrariis 65 conditionibus Titio & Mævio legatum sit, utrique cavetur: quia uterque ex voluntate defuncti sperat legatum.

De ambiguitate.

IX. Venuleius lib. I Stipulationum.

I*N Prætoriis* 66 *stipulationibus si ambiguus* 67 *sermo accidetit, Prætoris* 68 *erit interpretatio: ejus enim mens æstimanda est.*

De priore & posteriore jussu.

X. Ulpianus lib. I Responsorum Valeriano respondit.

S*I Præses, qui ante in triennium caveri jusserat, postea in longum* 69 *tempus caveri præcepit: quia à prima stipulatione prorsus discedi voluerat, exceptionem primæ stipulationi obligatis peperisse videtur.*

De eo, quod interest.

XI. Venuleius lib. VIII Actionum.

I*N ejusmodi stipulationibus, quæ* 70 *quanti* 71 *res est, promissionem habent, commodius* 72 *est certam summam comprehendere: quoniam plerunque difficilis* 73 *probatio est, quanti cujusque interfit, & ad exiguam* 74 *summam deducitur.*

58 Conditione. *vulg. Hal. Gothofr. Amend. lib. 1. c. 14. num. 9. Auct.*

59 *l. 12. ff. qui satisd. Paul. 5 sent. 9. §. 1. & ibid. Cujac.* vid. eundem Cujac. 9 *observ. 9.* quid enim, si magna sit hereditas; major scilic. cautum sestertiis?

60 Vulgari modo scilic. Cujac. 5 ad 5 Paul. 9. §. 1.

61 Heres sub conditione scriptus cavere substituto debet, hoc est, repromittere, & stipulationem jussu Prætoris interponere: nec enim satisdare cogendus est: cum heredi grave sit futurum non ita facile fidejussores invenienti: præsertim in longinquum tempus, ne pugnet hæc lex alioquin cum *l. 12. ff. qui satisd.* Hoc igitur velle videtur Jurisconsultus, beneficium illud Prætoris, quo ante conditionem existentem, bonorum possessionem agnoscendi dat potestatem, in damnum heredis non ita accipiendum esse, ut Prætor eum satisdatione onerari velit: præsertim cum & substitutus, quasi calumniose satisdationem petere videatur: quem alius antecedit, an propterea nuda repromissione contentus esse debeat: Atquin hoc est quod Jurisconsultus dicit, posse videri calumniose satis petere. Nam satis petere dicimus, ut satis exigere & satisdare: quod plerumque datis fidejussoribus expediebatur. Fere autem satisdationis exactio contumeliosa, & onerosa habebatur, propter fidejussorum quærendorum facultatem. Langebek. *cap. 30 Annotationum.* 62 Id est, utiliter, Paulus *ibid.* satisdato. Cujac. 9 *obs. 5.* in decem & viginti annos; *l. 10. ff. eod.* ut in specie *l. 1. ff. de ripa. l. si finita. §. 1. ff. de damno.* Nam & tot annis pendere potest conditio. 63 Id est, beneficium interim datæ possessionis. 64 Nec potest. Petrus Faber apud Cujac. 5 *sententt.* Paul. 9. §. 1. sed tamen interrogatio quæ sequitur, tacitam habet negationem. 65 *l. 3. ff. ut legat.* 66 Aliud in conventionalibus. *l. 38. §. 8. ff. de verb. obligat.* Goth. Adde *l. 39. ff. de pactis.* S. L. 67 Ambigua testimonia recte impugnari Oldendorpius hinc colligit. vide eundem *cap. 5 de testam. & 66 de except. num. 29.* 68 *l. 52. ff. de verb. oblig.* adde *l. 69. ff. de leg. 3.* 69 *l. 8. ff. eod.* 70 Quæ sunt incertæ, in quibus agitur in quod interest. 71 *l. 5. C. de contr. stip. l. 8. in fin. ff. ratam rem.* 72 §. 7. *Inst. de verb. obl. Modque pœnæ*, ob quam quis cavere debet, specialiter in cautione exprimendus est: ut sciatur de quo sit stipulatum. 73 *V. l. 2. §. 2. ff. de verb. oblig.* 74 *l. 13. ff. de re judic.* interdum ad maximam *l. 8. in fin. ff. ratam rem.*

Tit. VI.

REM [1] PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE.

Quando agi potest.

I. Paulus lib. XXIV ad Edictum.

C*um pupillo rem salvam fore* satisdatum sit [2], agi ex ea tunc potest cum & tutelæ potest [3].

De pupillo absente vel infante.

II. Ulpianus lib. LXXIX ad Edictum.

S*I pupillus absens* 4 *sit, vel fari non possit: servus* 5 *ejus stipulabitur. si servum non habeat: emendus ei servus est. sed si non sit, unde ematur, aut non sit expedita emptio: profecto dicemus servum publicum* 6 *apud Prætorem stipulari debere;*

III. Idem lib. XXXV ad Edictum.

A*Ut dare* 7 *aliquem Prætor debet, cui caveatur:*

1. *Quomodo cavendum.* 2. *De tutore, protutore, & fidejussoribus eorum.* 3. *De eo, qui non gessit.* 4. *Quando committitur stipulatio.* 5. *De tutore capto ab hostibus.* 6. *De causis ex quibus tutelæ agi non potest.* 7. *De curatore qui non gessit.* 8. *De curatoribus.*

IV. Idem lib. LXXIX ad Edictum.

N*On* 8 *quasi ipso jure pupillo adquirat (neque enim adquirit), sed utilis actio ex stipulatu pupillo datur* 9. §. 1. Cavetur autem pupillo 10 hac stipulatione per satisdationem 11.

§. 2. Illud sciendum est, hac stipulatione teneri tam eum qui tutor est, quam eum qui pro tutore negotia gessit, vel gerat 12, & fidejussores 13 eorum. §. 3. Sed enim qui non 14 gessit, omnino non tenebitur: nam 15 nec actio tutelæ eum, qui non gessit, tenet. sed utili actione conveniendus est, quia suo periculo cessavit: & tamen ex stipulatu actione, neque ipse, neque fidejussores ejus tenebuntur. Compellendus igitur 16 erit ad administrationem propterea, ut stipulatione quoque ista possit teneri. §. 4. Hanc stipulationem placet finita 17 demum tutela committi: & fidejussoribus diem exinde incipere cedere. In curatore aliud est. † Sed & in eo, qui pro tutore negotia gessit, aliud dicendum est. † Itaque istæ stipulationes, si quidem quis tutor fuit, finita demum tutela committentur: si vero pro tutore negotia gessit, conveniens est dicere, statim 18 atque quæque res salva non esse cœpisset, committi stipulationem. §. 5. Si tutor ab hostibus captus sit, an committatur stipulatio, videamus: movet, quia finita tutela est, licet 19 reciperari speretur: & puto posse agi.

§. 6. Generaliter sciendum est: *Ex quibus causis diximus tutelæ agi non posse, ex iisdem causis ne ex stipulatu rem salvam fore agi posse dicendum est.* §. 7. Si quis curator datus non gesserit curam, consequens erit dicere stipulationem non committi. sed eadem hic erunt dicenda, quæ in tutore diximus: illo 20 secus, quo hæc stipulatio statim, atque quid salvum esse desinit, committitur, & fidejussoribus dies cedit; sed in se revolvitur 21.

§. 8. Pertinet autem hæc stipulatio ad omnes 22 curatores, sive puberibus sive impuberibus [datos,] propter ætatis infirmitatem 23, sive prodigis, vel furiosis, vel quibusdam aliis 24 (ut fieri adsolet) dati sint.

1 Stipulatio rem pupilli salvam fore, communis est, *l. 5. vers. communes. ff. de verb. obl. §. ult. Inst. de divis. stipul.* & cautionalis dicitur. *l. 1. §. 2. ff. de stip. prætor.* Interponitur à tutore legitimo, & dato sine inquisitione. Testamentarius & datus cum inquisitione eam interponit, nisi solus administrationem capiat.

2 A tutore vel curatore: idque ante administrationem.

3 Id est, finita tutela. *l. 4. §. 4. ff. eod.*

4 Absens pupillus per servum præsentem stipulari potest. *v. l. 1. ff. de verb. obl.*

5 *l. 1. §. 15. ff. de magist. convent.*

6 *d. §. 15. l. 18. ff. de adopt. l. 11. in fin. ff. de usuris. l. 4. C. de arbitr.* Servus publicus porro dicebatur is, quem civitas publicis tabulis præficiebat, & servus civitatis ideo dicebatur, *l. ult. ff. quod cujusque universf.* mandatum postea fuit ne servi sed liberi tabulis publicis præficerentur, *l. ultim. C. de servo rei publ. l. 3. C. de tabular.* ubi plenius dicam de tabulariis. Hinc colliguntur, Notarium alteri stipulari posse. *Goth.* Vid. Francisc. Conan. *comm. Jur. civil. lib. 2. c. 2.* S. L.

7 Publicæ personæ loco reputatur quælibet persona à judice ad hunc actum data. *Bald.*

8 Utilis actio non ipso jure ad-

quiritur. 9 An sine cessione? utique. *l. 1. in fin. C. de magistr. convent.* 10 *l. 8. §. 4. ff. de fidejuss.* 11 Nota objectum hujus stipulationis. 12 *Al.* gerit. 13 Id est, cavetur pupillo fidejussore dato. nota formam hujus stipulationis. 14 *l. 3 C. de divid. l. 2. C. si tutor non gess. l. 8. C. de adm. tut.* 15 Tutelæ actione directa non tenetur tutor, qui non gessit, sed utili tantum.

16 *l. 3. §. 2. ff. de admin. l. 2. C. de hered. tut.* 17 *l. 1. ff. eod. l. 16. in fin. ff. de tutelæ & rationib.*

18 Et sic negotiorum gestorum hic agi potest, etiam antequam administratio gerentis sit finita.

19 Quod recuperari speratur, interim tamen est amissum. 20 Id est, illo excepto, illud secus. *vulg. Hal.* 21 Id est, semper committitur: non enim universalem, sed cujusque actus singularem reddit rationem. *Bald.* 22 *l. 19. ff. de reb. auct. jud.* 23 *l. 14. §. 7. ff. de solut.*

24 De quibus vide *l. 19. & seq. ff. de reb. auct. jud.*

7 §. 2. *Inst. de div. stip.*

8 Id est, rem pupilli salvam fore.

9 Omnium stipulationum, quas ipsi cogitare possumus, finis & effectus hic est, ut sit cautionem illis utamur. *l. 12. ff. ratam rem habere.*

10 Cautiones hic inveniæ.

11 Satisdatur adhibito fidejussore.

12 Nude repromittit, qui simpliciter sine fidejussore cavet. Nuda repromissio est, in qua fidejussor non est adhibitus.

13 Exceptio firmat regulam. Exceptionibus enumeratis, regula in cæteris vera apparet.

14 *l. 8. §. 3. ff. de oper. novi. l. 30. §. 1. ff. de damno.*

15 *d. l. 8. §. 3.*

16 Imo, satisdari. *l. 15. §. 2. ff. de damno.*

17 *l. 9. §. 4. §. 5. ff. de damno. l. 5. in fin. ff. quib. ex caus. in possess.*

18 *d. §. 4. & d. §. 5.*

19 *l. 30. §. 1. ff. de damn.*

20 *l. 7. ff. de damno.*

21 Emptor à venditore nonnunquam duplum æstimationis rel emptæ stipulari solet. *l. 31. §. 20. ff. de ædilit. l. 2. ff. de evict. l. 4. in fin. ff. de verborum obligat.*

22 Id est, cautio sine fidejussore.

23 Tunc enim pactum mutat rei naturam. *l. 72. ff. de contr. empt.*

24 Satisdationis vocabulo fidejussor continetur: quanquam interdum qui repromittit, satisdare videatur. *l. 61. ff. de verb. sign.*

25 *l. 3. §. 1. ff. ut in poss. leg.*

26 Cur ita? vid. *l. 52. ff. de verber. oblig.*

27 *l. 14. ff. de re jud.*

28 Atqui nihil in prætoriis stipulationibus immutandum. *d. l. 52.*

29 Individuæ sunt hæ stipulationes prætoriæ.

30 Id est, aut factum individuum, aut interesse.

31 Dividuæ ut sint hæ stipulationes prætoriæ. vid. *§. 2. ff. eod.*

32 Destruatur.

33 Etiam ad fundamentum usque: nam destructio operis est factum individuum. Et sic factum individuum quemlibet heredem in solidum obligat. *l. 2. §. 2. ff. de verb. obl.*

34 Imo, judicatum solvi expeditam habet quantitatem, *l. 9. ff. judicat. solvi.* sic est, sed post sententiam, non ante. *l. 3. in fin. C. de inut. stipul.* 35 Stipulatio quæ qualitatem continet, dividitur inter heredes promissoris. *d. l. 2. §. 2. l. 35. §. 1. ff. de hered. inst.* 36 Ratio dubitandi sumpta ex *l. 2. in pr. ff. de verborum obligat.* 37 *l. 27. ff. de damno.* 38 Id est, quanti interest.

39 Ante litem contestatam scilicet. 40 *l. 55. ff. de rei vindicat.* 41 An ex parte, an omnino? 42 Atqui hæc stipulatio hereditaria est, & heres possessor? Accursius putat committi stipulationem, & fidejussores teneri: quod omnino huic legi repugnat. Plerumque enim Jurisconsulti, cum *videndum esse* dicunt, si non contrarium subjiciunt, id ipsum confirmant. *l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligation.* Duaren. 2 *disput.* 11. Ita videtur illa Pauli esse sententia, quod eo casu quo unus possessor est constitutus, stipulatio non committatur, nec fidejussores teneantur: idque fortassis hac ratione, quod hoc casu non tanquam heres, sed tanquam possessor conveniatur: cum si omnes heredes possiderent, jure hereditario proprie tenerentur, ac conveniri possent: eoque casu stipulatio committeretur. Nec novum est heredem in multis, non ut heredem, sed ut possessorem, & agere & conveniri. *l. de eod. 12. §. heres. ff. ad exhibend. l. penultim. §. ultim. ff. de noxalibus. l. 1. §. ultim. ff. si quadrupes.* Quemadmodum itaque stipulatio ab uno interposita ad alium non possidentem transit, *l. si legati. 28. in fin. ff. de pignoribus. l. 38. §. sicut autem. ff. de verborum obligation. l. 3. §. si heres. ff. usufruct. quemadmod. caveat.* nec fidejussores dati teneantur: sic & hoc casu quo heres non ut heres, sed ut quivis possessor convenitur. Langebek. *cap. 8 Annotationum ita hunc locum interpretatur.* 43 *l. 1. §. 14. ff. ut legat.* 44 *Al.* & procuratoriis. *l. 53. ff. de procurat.* 45 *l. 8. §. 3. l. 10. in fin. ff. qui satisd.* vide *l. 4. ff. ut in possess. l. 20. §. 19. ff. de oper. nov. l. 8. ff. de damno.* 46 Aliud est in stipulationibus extrajudicialibus, in quibus alter alteri non stipulatur. 47 Sive sim præsens sive absens. 48 In sua persona scilicet.

49 Per procuratorem ex stipulatione prætoria domino adquiritur. 50 Quid enim, si in remota provincia sit? 51 Etiam sine cessione. *Baldus.* 52 Vide *l. 31. ff. de negotiis.*

53 *l. 2. ff. de institor. l. 13. §. 25. ff. de action. empti.* 54 Loco ejus quod interest: quodque in prætoriis esse solet. *l. 2. in princ. & §. 1. ff. eod.* 55 Atque ita prætoria stipulatio pœnæ stipulatione non vitiatur. 56 Id est, quædam desiderant fidejussorem. *l. 1. §. 5. ff. eod.*

57 Pignoribus fungi, Duarenus ait idem esse, quod dare pignori. 1 *disputat.* 14. Hunc esse sensum existimo. Non est moris ut debitor cogatur pignora dare, vel aurum deponere, in vicem satisdationis: cum alias auri depositione, vel pignoris traditione relevandus sit à fidejussore dando, *l. 1. §. 9. ff. de collat. l. 2. §. 3. ff. quod leg. §. 41. Inst. de rerum divis.* cum etiam creditori eo casu plus fit cautionis: uberiores enim sunt in rem, quam in personam cautiones.

De filio furioſi.

V. PAULUS lib. LXXVI ad Edictum.

SI filius, qui in poteſtate furioſi erit, rem ſalvam fore ſtipulatur, adquirit patri obligationes.

De pupillo & ejus ſervo.

VI. GAIUS lib. XXVII ad Edictum provinciale.

SErvum [25] pupilli ſtipulari ita neceſſe eſt, ſi pupillus abeſt, aut fari [non] poteſt [26]. nam ſi præſens ſit, & fari poteſt: etiam ſi ejus ætatis erit, ut non intelligat quid agat: tamen propter utilitatem receptum eſt recte eum ſtipulari, *agere*.

Si collega ſatu petat, vel offerat.

VII. MODESTINUS lib. VI Regularum.

DAtivus vel teſtamentarius [27] tutor ſive curator non petet ſatis à collega ſuo: ſed offerre ei poterit, utrum ſatis accipere velit, an dare.

De curatore ad ſpecies.

VIII. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

ETſi ad ſpecies [28] curator datus ſit, rem [29] ſalvam fore ſtipulatio interponetur.

Quæ continentur hac ſtipulatione.

IX. POMPONIUS lib. XV ad Sabinum.

CUm pupillus à tutore ſtipulatur *rem ſalvam fore*, non ſolum quæ in patrimonio habet, ſed etiam quæ in nominibus [30] ſunt, ea ſtipulatione videntur contineri: quod [31] enim in tutelæ judicium venit, hoc & ea ſtipulatione continetur.

De fructibus & uſuris.

X. AFRICANUS lib. III [32] Quæſtionum.

SI poſteaquam pupillus ad pubertatem pervenerit, tutor [33] in reſtituenda tutela aliquandiu moram fecerit: certum eſt & fructuum nomine, & uſurarum medii temporis tam fidejuſſores [34] ejus, quam ipſum teneri.

De eo, quod ex tutela dari fieri oportet.

XI. NERATIUS lib. IV Membranarum.

CUm rem ſalvam fore pupillo cavetur, committitur ſtipulatio, ſi, quod ex tutela dari fieri oportet, non præſtetur: nam etſi ſalva ei res ſit, ob id non [35] eſt, quia quod ex tutela dari fieri oportet, non ſolvitur.

De fidejuſſoribus & beneficio diviſionis.

XII. PAPINIANUS lib. XII Quæſtionum.

SI plures fidejuſſores à tutore pupillo dati ſunt, non eſſe eum [36] diſtringendum [37], ſed in unum dandam actionem: ita ut ei qui conveniretur, actiones præſtarentur. nec quiſquam putaverit ab jure diſceſſum: poſtquam pro [38] ea parte placuit tutores condemnari, quam adminiſtraverunt; & ita [39] demum in ſolidum, ſi res à cæteris non ſervetur, & idonea [40] culpa detegatur, quod ſuſpectum [41] facere ſuperſederit. nam æquitas arbitri atque officium viri boni videtur eam formam juris deſideraſſe. Cæterum fidejuſſores civiliter in ſolidum obligati, cæteris quidem agentibus, ut dividatur [42] actio, impetrare poſſunt: pupillo vero agente, qui non ipſe contraxit [43], ſed in tutorem incidit, & ignorat omnia, beneficium [44] dividendæ actionis injuriam habere viſum eſt; ne ex una tutelæ cauſa plures ac variæ quæſtiones apud diverſos judices conſtituerentur.

[25] *l.* 1. §. 15. *ff. de magiſtr. convent.*
[26] Qui tamen [7] aliudve exceſſit. *v. l.* 70. *ff. de verbor. oblig.*
[27] *l.* 7. *ff. de teſt. tut.*
[28] Certas, puta ad unam litem, unum actum, ad dotem conſtituendam. *l.* 61. *ff. de jure dot.*
[29] An ad inventarium faciendum teneatur? *v. l.* 27. *C. de epiſc. aud.*
[30] Cur ita? quia rei & bonorum appellatione nomina comprehenduntur. *l.* 23. *in fin. ff. de verb. ſign.*
[31] Stipulatione rem pupilli ſalvam fore id omne continetur, quod in tutelæ judicium venit.
[32] Vid. Cujac. *ad Afric. fol.* 27.
[33] Id eſt, reus principalis.
[34] Quia in omnem cauſam tutelæ intervenerunt: atque ita mora rei augetur propter moram rei principalis: quod an ſit ſpeciale, v. Cujac. *hic.* & Corraſ. *miſcell.* 12. *n.* 11.
[35] Res pupillo ſalva non intelligitur, quando res ei non præſtatur.
[36] Pupillum.
[37] Diſtinguendum. *vulgat. Hal.* & male. ſenſus eſt, pupillum non eſſe diſtringendū, id eſt, non cogendum ut in ſingulos agat: ac ſi diceret: iniquum eſt in plures adverſarios diſtringi eum, qui cum uno contraxit. *l.* 2. *ff. de exercitoria. l.* 27. §. 8. *ff. de pecul.*
[38] *l.* 1. §. 11. *ff. de tutelæ & rationib.* [39] Adde *l.* 55. *ff. de adminiſtr.* [40] Idonei culpa. *v.* Cujac. 8 *obſ.* 30. *l.* 3. *C. de uſuris pupillarib.* [41] Culpa eſt tutori ſi contutorem ſuſpectum facere ſupererederit. [42] *l.* 51. *ff. de fidejuſſ.* [43] Pupillus cum tutore non contrahit, ſed in eum incidit: & ſic tantum quaſi contrahit. *l.* 5. §. 1. *ff. de obligat.* [44] Fidejuſſores, *rem pupilli ſalvam fore*, beneficium diviſionis non habent.

TIT. VII.

JUDICATUM [1] SOLVI.

De re judicata.

I. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

IN ſtipulatione judicatum ſolvi, poſt rem judicatam ſtatim dies cedit: ſed exactio in tempus reo [2] principali indultum [3] differtur.

De lite mortua.

II. IDEM lib. LXXI ad Edictum.

CUm lite mortua [4] nulla res ſit: ideo conſtat fidejuſſores ex ſtipulatu judicatum ſolvi non teneri.

De mutatione judicu. 1. De procuratore, tutore, curatore. 8. Si reus poſtquam promiſit, demens factus ſit. 9. Si poteſt exiſtere qui defendat. 10. De fidejuſſoribus conventu.

III. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

SI quis apud [5] aliquem judicem iturus, ſtipulatus eſt judicatum ſolvi, & agit apud [6] alterum, non committitur ſtipulatio: quia non hujus judicis ſententiæ fidejuſſores ſe ſubdiderunt. §. 1. Stipulationem judicatum ſolvi, & procurator, & tutor, & curator ſtipulari [7] poſſunt. §. 2. *Procuratorem* eum accipere debemus, cui mandatum eſt, ſive hujus rei tantum [8] mandatum ſuſceperit, ſive [etiam] univerſorum bonorum. † Sed & ſi ratum [9] fuerit habitum, procurator videtur. §. 3. Sed [&] ſi forte ex liberis vel parentibus aliquis interveniat, vel vir uxoris nomine, à quibus mandatum non exigitur, an committatur ſtipulatio, quæritur? Magiſque erit, ne committi debeat: niſi fuerit ei mandatum, vel ratum habitum. quod [10] enim eis agere permittitur Edicto Prætoris, non facit eos procuratores. Itaque ſi talis perſona interveniat, ex integro erit cavendum. §. 4. Sed [&] quod de tutore diximus, ita accipiendum eſt, [ut] ſi is fuerit, qui tutelam adminiſtrabat, cum tutor non eſſet: tutoris appellatione eum non contineri. §. 5. Sed etſi quidem tutor ſit, non tamen quaſi tutor negotia adminiſtret, vel dum ignorat, vel ex alia cauſa: dicendum erit non committi ſtipulationem. nam Edicto Prætoris illi tutori agendi facultas datur, cui à parente [11], majoreve [12] parte tutorum corumve, cujus [13] ea juriſdictio fuit, tutela permiſſa erit. §. 6. Sed & curatorem [14] accipiemus furioſi, furioſæ: item pupilli, pupillæ. cæterorum quoque [curatores], puta adoleſcentis: vel ſi alterius cujus curator ſit, committi puto ſtipulationem. §. 7. Si tutor eſſe proponatur regionis [15] alicujus, vel provinciæ, vel rerum Italicarum: conſequens erit dicere, ſtipulationem ita demum committi, ſi ex ea cauſa egerint, quæ ad adminiſtrationem eorum pertinebat. §. 8. Si reus, poſtquam [16] judicatum ſolvi promiſit, demens [17] factus ſit, an ſtipulario committatur ob rem non defenſam, quæritur? magiſque eſt ut committatur, ſi nemo eum defendat. §. 9. Ob rem [18] non defenſam ſtipulatio non committitur, quamdiu poteſt exiſtere qui defendat. §. 10. Si plures fuerint fidejuſſores [19], poſteaquam cum uno lis conteſtata eſt, ex clauſula *ob rem non defenſam*, ipſe reus [20] poteſt ſuſcipere defenſionem.

IV. JULIANUS lib. LV Digeſtorum.

IS autem cum quo actum fuit, abſolvi debet.

De fidejuſſore damnato. 1. Si unus ex pluribus defendat. 2. An ſæpius committatur ſtipulatio. 3. Qualis defenſio exigatur & quarum perſonarum. 4. Si ex fidejuſſoribus defenſor exiſtat. 5. An fidejuſſores ob defenſionem omiſſam teneantur, 6. Vel ob adſumptam agant mandati. 7. An plures unum procuratorem dare debeant. 8. Ubi defendendum.

V. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

IAm tamen fidejuſſore, qui judicium acceperat, damnato, fruſtra defenſionem reus ſuſcipit: cæterum [21] etſi ſolutum fuerit, poſteaquam judicatum eſt, repetitionem [22] conſtituerimus ejus quod ſolutum eſt. §. 1. Unus ex fidejuſſoribus vel heredibus pluribus alio ceſſante, ſuſcipere defenſionem poteſt.

§. 2. In hac ſtipulatione [23], quia plures cauſæ ſunt una quantitate concluſæ [24], ſi committeretur ſtatim ſtipulatio ex uno caſu, amplius ex alio committi non poteſt. §. 3. Nunc videamus qualis defenſio exigatur, ne committatur ſtipulatio & quarum perſonarum. † Et ſi quidem ex perſonis enumeratis in defenſionem quis ſuccedat, palam eſt recte [25] rem defendi, nec committi ſtipulationem. ſi vero extrinſecus perſona defenſoris interveniat, æque ſtipulatio non committetur: ſi modo ille paratus ſit rem boni viri arbitratu [26] defendere, hoc eſt, ſatisdare; ſic enim videtur defendere, ſi [27] ſatisfiet. cæterum ſi ſimpliciter paratus ſit intervenire, nec admittatur, committetur iſta ſtipulatio ob rem non defenſam: quod ſi quis eum, vel cum ſatisdatione, vel ſine ſatisdatione admiſerit, conſequens erit dicere, ſtipulationis iſtius nullam partem committi; quia ſibi imputari [29] debet, quia [28] talem defenſorem admiſit. §. 4. Si ex fidejuſſoribus, qui *judicatum ſolvi* caverant, exiſtat defenſor: placuit, ob rem judicatam ſtipulationem non committi; cæteraque eadem eſſe, atque ſi extraneus defenſor exiſtat. §. 5. In hac [30] ſtipulatione hoc tractatur, an hi qui fidejuſſerint, * ſi defenſionem omiſerint *, mandati judicio teneantur? Et eſt verius non teneri: hi enim in quantitatem [31] intervenerunt, & hoc [32] illis fuit mandatum, non in defenſione. 6. Quid tamen, ſi & hoc ſibi adſumpſerint, ut defendant: an mandati poſſint agere? Et ſi quidem [33] victi ſunt, utique quod ob rem judicatam præſtiterunt, conſequentur: ſumptus tamen litis minime petent [34]. ſi autem obtinuerunt, poterunt ſumptus litis conſequi, quaſi juxta mandatum, etſi non mandatum fecerint. §. 7. Si tamen plures fidejuſſores defendere fuerint parati, videamus, utrum unum defenſorem debent dare? An vero ſufficiat, ut unuſquiſque eorum pro parte ſua defendat, vel defenſorem ſubſtituat? Et magis eſt, ut niſi unum dent procuratorem, deſiderante ſcilicet hoc actore, committatur ſtipulatio ob rem non defenſam. Nam & plures heredes [rei] neceſſe [35] habebunt unum dare procuratorem, ne [36] defenſio per plures ſciſſa [37], incommodo aliquo adficiat actorem. † Aliud eſt in heredibus actoris, quibus neceſſitas non imponitur, ut per unum litigent. §. 8. Illud ſciendum eſt, ibi rem eſſe defendendam, ut recte defendatur, ubi [38] debet agi.

De tribus clauſulis.

VI. IDEM lib. LXXVIII ad Edictum.

IUdicatum ſolvi ſtipulatio tres [39] clauſulas in unum collatas habet: de re judicata, de re defendenda, de dolo malo.

De mutatione contingente ex parte defenſoris.

VII. GAIUS lib. XXVII ad Edictum provinciale.

SI ante acceptum judicium prohibitus fuerit procurator à domino [40], & actor ignorans prohibitum eum eſſe, egerit: an [41] ſtipulatio [42] committatur? & nihil aliud dici poteſt, quam committi. Quod ſi quis ſciens prohibitum eſſe egerit: Julianus non putat ſtipulationem committi. nam ut committatur, non ſufficere ait cum ea perſona acceptum eſſe judicium, quæ ſtipulationi comprehenſa eſt: ſed oportere etiam cauſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interponendæ tempore fuit. Et ideo ſi is qui procurator datus eſt, heres exiterit domino, atque ita acceperit judicium, ſive etiam prohibitus acceperit, non committitur ſtipulatio. † Nam & alias reſponſum eſſe, ſi quis abſentem defendens ſatisfecerit [43], deinde vel procurator ab eo datus, vel poſtquam heres [44] ei extitit, judicium acceperit: fidejuſſores non [45] teneri.

Si petitor poſſeſſori ſucceſſerit.

VIII. PAULUS lib. LXXIV ad Edictum.

SI petitor poſt ſatisdationem ante judicium acceptum heres poſſeſſori [46] exſtiterit: extinguitur ſtipulatio [47].

In quantum committitur ſtipulatio.

IX. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

IUdicatum ſolvi ſtipulatio expeditam [48] habet quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum judex pronunciaverit.

Quis ſatisdet.

X. MODESTINUS lib. IV Pandectarum.

SIve ad defendendum procurator datus fuerit, ſatisdare jubetur judicatum ſolvi ſtipulatione, quæ non ab ipſo procuratore, ſed à domino [49] litis interponitur. † Quod ſi procurator aliquem defendat, ipſe [50] cogitur ſatisdare judicatum ſolvi ſtipulatione.

[1] Περὶ ἐκκοπῆς δίκης, ἐπὶ ἐκπλήρωσι τῶν κεκρίνεων ἢ καθηκόντων. 9 *Eclog.* 10. Formulam hujus ſtipulationis, vide apud Cujac. 10 *obſervat.* 20. *in fin.* Tres clauſulas habet hæc ſtipulatio, rem judicatam ſolvi, reum defendi, dolum abeſſe. Praxim vide apud Oldendor. p. 1 *claſſ.* 7. putarem quoque ad hanc cautionem hodie tantum adſtringi eos, qui alieno nomine conveniuntur. §. 2. *Inſt. de ſatisd.* ſine mandato. Cæterum in Gallia locum non habet cautio de judicato ſolvendo, Baro ad §. 2. *Inſt. de ſatisdat.* v. Rebuffum *in proœmio conſt. gloſſ.* 5. *n.* 37. & Paponem 10 *arreſt.* 4. *n.* 15. Hic tamen ſibi contrarius videtur, *n.* 1. ubi notat, In Gallia cautionem judicatum ſolvi, in civilibus interponi poſſe: at non in criminalibus.
[2] Cur reo? quia reus præſtat cautionem judicatum ſolvi. *l.* 3. §. 8. *ff. eod.*
[3] Quatuor menſium. *v. l.* 31. *ff. de re judic. πενθήμηνον. Eclog. ibid. c.* 1. [4] Φθαρέντος τῆς δίκης. 7 *Eclog.* 4. *ex lib.* 9. *tit.* 3. *c.* 1. 2. lite finita. *l.* 13. *in fin pr. l.* 15. *in fin. ff. eod.* [5] *V. l.* 20. *ff. eod. Romanum conſ.* 210.
[6] *l.* 64. *in fin. ff. de jud.* [7] Atticiſſimum hota, ſtipulationem ſtipulari. vide *l.* 20. *ff. de uſurp.*
[8] Procurator eſt, vel ſpecialis, vel univerſorum bonorum. [9] Mandato & ratihabitione procurator conſtituitur. *l.* 12. *in fin. ff. de ſolut. l* 35. *ff. de procurator. l.* 12. *C. de procuratorib.*
[10] Procurator non eſt continuo, cui Edicto Prætoris agere alieno nomine permittitur.
[11] *l.* 3. §. 1. *ff. de adminiſtrat. tutor.* [12] §. 1. *Inſt. de ſatisd. tutor. l.* 19. §. 1. *ff. de teſtam. tut. l.* 14. §. 1. *ff. de ſolutionib.* [13] Quorum ea, id eſt, Prætoris & Præſidis. §. 1. *in fin. Inſt. de ſatisd. tut. l.* 17. *in fin. l.* 18. *ff. de teſt. tut. l.* 5. *C. de auct. præſt.*

[14] *V. l.* 20. *ff. de curat. furioſi.*
[15] *l.* 100. *ff. de ſolutionib.*
[16] *V.* quæ ſcripſi *l.* 1. *ff. eod.*
[17] Abſens factus ſit. *vulg.*
[18] *l.* 13. *ff. eod.*
[19] Judicatum ſolvi.
[20] Principalis.

[21] Id eſt, aliaquin.
[22] *l.* 14. *ff. eod.*
[23] Judicatum ſolvi ſcil.
[24] Quæ? judicatum ſolvi ſcilicet reum defendi, dolum abeſſe. *l.* 6. 13. *ff. eod*
[25] Recte defendi, eſt pro viri boni arbitrio. vide quæ ſcripſi ad *l.* 73. *in fin. ff. de verbor. ſignif. & ad l* 11. *ff. de duob. reis.*
[26] Recte defendit, qui boni viri arbitratu utitur. *l.* 12. 17. 18. *ff. eod. l.* 33. *in fin. ff. de fidejuſſor.*
[27] Rem boni viri arbitratu defendit, qui ſatisdat. *l.* 63. *ff. de jud.*
[28] *Al.* qui.
[29] Imputare debet. *vulg. Hal* adde *l.* 3. *in fin. ff de fidejuſſoribus.*
[30] Judicatum ſolvi.
[31] Incertam. *l.* 2. §. 2. *ff. de ſtipulationib. prætorie.*
[32] Fidejuſſor quantitatis defenſionem rei inceptam poteſt impune omittere.
[33] Agens ſine mandato, ſi victus eſt, litis ſumptus à domino non conſequitur; ſi vicit, conſequi poteſt.
[34] Imo, petere poſſe videntur. *l.* 10. *in fin. ff. de negotiis. l.* 4. *C. mandati.*
[35] *l.* 38. *l.* 39. *ff. de procurat. l.* 48. *ff. famil. l.* 31. §. 5. *ff. de ædil. l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. de exercit.* Imo, neceſſe non habent, cum ei ſit liberum plus dare vel minus. *l.* 31. §. *penult. ff. de procur. l.* 4. *in fin. ff. de tut.*
[36] Is præſumitur lædi, cui ex uno contractu convenit agere cum pluribus perſonis, *l.* 27. *in fin. ff. de pec.* adde *l.* 17. §. 4. *in fin. ff. commodati.* e contrario agens cum uno pluribus actionibus, poteſt compelli reo poſtulante eas uno libello complecti. Alc. 2 *præſumpt.* 33. argumento, *l.* 10. *ff. de act. empt. l.* 34. *ff. de ædil. l.* 46. *ff de ſolut.* quas leges violenter fatis petitas eſſe, prudens lector animadvertet.
[37] *l.* 38. *ff. de procurat.*
[38] Ibi rem defendi oportet, ubi actio proponitur. *l.* 49. *ff. de jud.*
[39] *l.* 5. §. 2. *ff. eod. l.* 13. *l.* 17. *ff. eod. l.* 20. *ff. de acceptil.*
[40] Id eſt, a reo.
[41] *Hæc verba*, An ſtipulatio c. e. n. a. d. p. q. c. q. ſ. q. ſ. p. e. egerit, *deſunt in editione Haloand.* [42] Judicatum ſolvi ſcil. [43] Quid, ſi ſatis acceperit? vide *l.* 33. *ff. de fidejuſſor.* [44] Facit *l.* 25. *ff. de except. rei jud.* [45] *l.* 1. §. 2. *ff. quibus mod. pign.* [46] Id eſt, reo. [47] Nec enim idem eſſe poteſt actor, & reus. [48] Imo, non expeditam, ſed incertam. *l.* 2. §. 2. *ff. de ſtip. præt.* [49] Præſente in civitate vel hortis. *l.* 5. *l.* 6. *ff. de procurat.* [50] *l.* 46. §. 2. *ff. de procurat.*

De interitu rei petitæ.

XII. PAULUS lib. LXXIV ad Edictum.

SI servus qui [51] in rem actione petebatur, lite contestata decesserit, deinde possessor litem deseruerit: quidam fidejussores ejus pro [52] lite datos non teneri putant. quia mortuo homine nulla jam res sit. quod falsum [53] est: quoniam expedit, de evictione actionis conservandæ causa, item fructuum nomine, rem judicari.

De magistratu.

XII. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

SI reus post judicatum solvi ab [54] eo [55] datum in magistratu [56] sit, nec invitus [57] in jus vocari possit: tamen nisi res boni viri [58] arbitratu defendatur, fidejussores tenentur.

An stipulatio sæpius committatur, & quando committitur.
1. *De mutatione actionis.*

XIII. ULPIANUS lib. VII Disputationum.

CUm quærebatur, si interposita judicatum solvi stipulatione [59], cum quis rem non defenderet, postea ex heremodicio [60] sententiam esset passus, an ob rem judicatam clausula committatur: dicebam unam [61] clausulam in stipulatione *judicatum solvi*, & *ob rem non defensam*, & *ob rem judicatam*, in se habere. cum [62] igitur judicatum solvi stipulatio una cludatur [63] clausula, sive res judicetur, sive res non defendatur, merito quæritur, si altera [64] causa committatur, an ex altera rursum committi possit? ecce enim si quis stipuletur, SI NAVIS EX ASIA VENERIT, AUT SI TITIUS CONSUL FUERIT, constat, sive navis prior venerit, sive Titius Consul ante factus sit, committi stipulationem: sed ubi commissa est ex priore causa, ex altera, licet existat conditio, amplius non committitur: altera [65] causa enim, non utraque inhæret stipulationi. Proinde videndum, stipulatio *ob rem* [66] *non defensam*, utrum commissa est re non defensa: an non prius creditur commissa, nisi [67] ex stipulatione lis fuerit contestata? quod magis est: & ideo nec fidejussoribus videtur statim dies cedere, ubi res cœperat non defendi. proinde, si forte lis finita [68] fuerit, ad quam defensio erat necessaria, vel [69] solutione, vel transactione, vel acceptilatione, vel quo alio modo: consequenter placuit evanescere ob rem non defensam clausulam. §. 1. Si fuero à fidejussore procuratoris stipulatus judicatum solvi, quasi in rem acturus, & postea in personam egero; vel alia actione acturus, aliam autem dictavero [actionem]: non committitur stipulatio. quia de alia [70] actum videtur, de alia stipulatio interposita.

De duobus fidejussoribus. 1. *De cautione fidejussori non præstanda.*

XIV. JULIANUS lib. LV Digestorum.

SI ex duobus fidejussoribus qui judicatum solvi sponderant, alter ob rem non defensam partem suam solverit: nihilominus res defendi poterit. nec tamen is qui solverit, repetet [71]: stipulatio enim pro parte ejus perempta est, perinde ac si acceptum ei factum fuisset. §. 1. Quotiens ex stipulatione judicatum solvi ob rem non [72] defensam agitur cum fidejussoribus, non est iniquum caveri dominum priore judicio absolvi: quia omissa cautione fidejussores mandati judicio non consequentur, aut certe cogantur dominum priore judicio defendere.

De resolutione clausulæ ob rem non defensam.

XV. AFRICANUS lib. VI [73] Quæstionum.

HÆc stipulatio, QUAMDIU RES NON DEFENDATUR, simul [74] atque defendi cœperit, aut defendi [75] debere desierit, resolvitur.

De fidejussore qui paratus est solvere.

XVI. NERATIUS lib. III Membranarum.

EX judicatum solvi stipulatione ob rem non defensam, cum uno ex fidejussoribus agere volo: [is] quod pro parte ejus sit, solvere mihi paratus [76] est: Non debet mihi in eum dari judicium: neque enim æquum est aut judicio [77] distringi, aut adinficiationem [78] compelli eum qui sine judice dare paratus est, quo non amplius adversarius ejus per judicem ab eo consecuturus est.

De clausula rei judicatæ ob dolum commissa.

XVII. VENULEIUS lib. VI Stipulationum.

EX clausula [79] re judicata, dolo malo, ob rem non defensam, in solidum committitur stipulatio: non enim videbitur defensa res boni viri arbitratu, quæ non [80] in solidum defensa sit.

De re, de qua Prætor judicium accipere non cogit.

XVIII. IDEM lib. VII Disputationum.

VIr [81] bonus non arbitratur indefensam [82] esse rem, de qua Prætor judicium accipere non cogat.

De doli clausula.

XIX. IDEM lib. IX Stipulationum.

NOvissima clausula judicatum solvi stipulationis, DOLUM MALUM ABESSE ABFUTURUMQUE ESSE, & in futurum [83] tempus permanens factum demonstrat. itaque etsi forte decesserit is, qui dolo fecerit, tenebitur heres ejus: verbum enim *abfuturumque esse*, plenissimum est, & ad omne tempus refertur, ut si aliquo tempore non abfuerit dolus, quoniam verum sit non abfuisse, committatur hæc clausula. §. 1. Si autem adjectum sit, SI HUJUS REI DOLUS MALUS NON ABERIT, QUANTI EA RES EST, DARI SPONDES? & ob extranei dolum promissor pœna tenebitur [84]. §. 2. Doli [85] autem mali clausula, sicut reliquæ stipulationes in quibus [86] tempus nominatim adjectum non est, ad principium stipulationis refertur.

De appellatione.

XX. SCÆVOLA lib. XX Digestorum.

CUm apud [87] Sempronium judicem datus reus defenderetur, stipulatione cautum est, *ut quod Sempronius* [88] *judex judicasset, præstaretur*: à cujus sententia petitor appellavit: & cum apud competentem appellationi judicem res ageretur, defensore condemnato, quæsitum est, an stipulatio commissa esset? Respondit, secundum ea quæ proponerentur, non esse jure commissam. Claudius: Ideo [89] stipulatione adjicitur, *Quive in ejus locum substitutus erit.* 89 In stipulatione. *vulg.*

An stipulatio sæpius committatur: rei judicatæ clausulam prævalere.

XXI. IDEM lib. singulari Quæstionum publice tractatarum.

SI unus [90] ex fidejussoribus ob rem non defensam conventus sit, deinde postea res defendatur: alter fidejussorum ob rem judicatam conveniri potest. Et si reus promittendi duobus heredibus relictis decesserit, alter rem non defendat, alter defendat: is qui non defendat, ob rem non defensam conveniri potest; ille qui defendat, ob rem judicatam. quoniam in unius [91] ejusdemque persona non posse committi has duas clausulas creditur: & nos dicimus, semper prævalere rei judicatæ clausulam, eamque solam committi. 90 *l.* 14. *ff. eod.* 91 *l.* 13. *ff. eod.*

TIT. VIII.

RATAM REM HABERI, ET DE RATIHABITIONE [1].

Si alius quam stipulator conveniatur.

I. PAPINIANUS lib. XXVIII Quæstionum.

CUm quis de rato stipularetur, quamvis non idem, sed alius [3], à domino conveniretur, qui conveniri non posset, si ratum habuisset, committi stipulationem placuit: veluti, si [cum] fidejussor, aut alter ex reis promittendi qui socius [4] est, convenitur.

De compendio, & de eo quod interest.

II. IDEM lib. XI Responsorum.

IN [5] stipulatione de [6] rato habendo non [7] est cogitandum rei [8] promittendi vel stipulandi compendium [9], sed [10] quid interfuerit ejus qui stipulatus est ratum haberi quod gestum est.

De minore vigintiquinque annis. 1. *De appellatione si dominus pecuniam exegerit.*

III. IDEM lib. XII Responsorum.

CUm minor vigintiquinque annis creditor pecuniam recipere vellet, interpositus [11] procurator debitori de rato habendo cavit [12]: restitutione in integrum data [13], neque indebiti condictionem, neque stipulationem committi constabat. idemque eveniret, si falsi procuratoris actum minor annis ratum habuerit. & ideo ita cavendum [14] erit, præcedente mandato, *Si* [15] *ille in integrum restitutus fuerit, hereve ejus, aut is ad quem ea res qua de agitur, pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari*: mandato vero non interveniente, vulgaribus verbis de rato habendo. hæc quoque prudentius inter consentientes [16] adstruentur: alioquin si non conveniat, nec creditor minor consentiat, actionem dari oportebit.

§. 1. Falsus procurator de rato habendo cavit, atque ita dominus à sententia judicis, procuratore victo, provocavit [17]: stipulationis defecisse conditionem apparuit, cum ad auxilium [18] commune [19] superatus confugisset. quod si dominus qui ratum non habuit, pecuniam exegerit: stipulatio de rato committetur in eam pecuniam quam dominus accepit, quamvis nihil procurator acceperit.

Si dominus non habens ratum plus petat quam procurator petierit.

IV. SCÆVOLA lib. XIII Quæstionum.

PRocurator quinquaginta [20] petit [21], si dominus centum [22] petat, tenebuntur fidejussores, qui de ratihabitione caverunt, in quinquaginta [23], & quanti interfuit differri [24] quinquaginta actionem.

Quibus modis ratum habetur.

V. IDEM lib. V Responsorum respondit,

NOn tantum verbis ratum haberi posse, sed [25] etiam actu [26], denique si eam litem, quam procurator inchoasset, dominus comprobans persequeretur: non esse commissam stipulationem.

De suspecto tutore.

VI. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

TUtore suspecto [27] postulato, defensor [28], si velit respondere, cautionem, ratam rem dominum habiturum, cavere compellendus est.

De herede ejus cui petita est bonorum possessio.

VII. PAULUS lib. III Sententiarum.

SI is cui ignoranti [29] petita est bonorum possessio, decesserit: heres ejus intra tempora petitionis ratam eam habere non potest.

Si absolutus quia non possidebat, post acquisitam possessionem conveniatur. 1. *Si dominus, non habens ratum, egit, & litem amisit.* 2. *De causa status.*

VIII. VENULEIUS lib. XV Stipulationum.

PRocurator ad exhibendum egit, & adversarius absolutus est, quia non possidebat: [at 30] cum possessionem ejusdem rei nanctus esset, agit cum eo dominus ad exhibendum. Sabinus ait fidejussores non teneri, quoniam hæc alia res sit: nam etsi dominus egisset, mox absoluto adversario, quia non possideret, ex integro ageret, non obstaturam rei judicatæ exceptionem.

§. 1. Si procurator à debitore pecuniam exegerit, & satisfecerit, dominum ratam rem habere, mox dominus de eadem pecunia egit, & litem amiserit: committi stipulationem [31]. & si procurator eandem pecuniam domino sine judice solverit, condicturum.

---

51 *l.* 21. *ff. de evict.*

52 Id est, executione judicatum solvi. v. *l.* 33. *ff. de fidejuss.* vide Cujac. 4 *obs.* 29.

53 *l.* 16. *ff. de rei vind. l.* 8. *ff. de re judicata.*

54 Hæc verba, *ab eo datum*, non legit *Hal.*

55 Eo satisfactione data in magistratu. *vulg.*

56 Majore scil.

57 *l.* 2. *ff. de in jus.*

58 *l.* 18. *J. eod.*

59 A reo scil.

60 Eremodicio. *vulg. Hal.* de quo *l.* 7. *in fin. ff. de minor. l.* 13. §. 3. §. 4. *C. de jud.* Eremodicium est contumacia rei vel actoris. v. Cujac. ad *l.* 7. *in fin. ff. de minorib.*

61 Sunt enim plures. *l.* 6. *ff. eod.*

62 Id est, quoties.

63 Claudatur. *vulg.*

64 *l.* 5. §. 2. *ff. eod. l. ult. J. eod.*

65 Una ex duabus.

66 *l.* 3. §. 9. *ff. eod.*

67 *V. l.* 5. *C. de contr. & committenda stip.*

68 *l.* 2. *ff. eod.*

69 Finitur lis solutione, transactione, acceptilatione.

70 De alia re. *vulg.* de alio. *Hal.* adde *l.* 64. *in fin. ff. de jud.*

71 A creditore adversus quem succubuit: & ita victoria confidejussoris confidejussori (qui jam solvit) non prodest. adde *l.* 5. *ff. eod. l. ult. J. eod. l.* 35. *ff. de cond. indeb.*

72 *l.* 3. §. 9. *ff. eod.*

73 Vide Cujac. 6 *ad Afr. fol.* 92.

74 Moræ purgatio solvit cautionem ob rem non defensam.

75 *l.* 2. *ff. eod.* est enim puniendæ fraudis ratio. *l. ult. ff. de procur.*

76 Paratus solvere, litem contestari non cogitur. *l.* 73. *ff. de procur. l.* 21. *ff. de jud.*

77 Cœpto sc.

78 Bartolus legit *institutionem*; eaque voce novi judicii institutionem intelligit.

79 *V. l.* 6. *ff. eod.*

80 Defendi non dicitur quod in solidum non defenditur. *l.* 3. *in fin. ff. rerum amot. l.* 23. *ff. de damno. l.* 139. *ff. de verbor. oblig.*

81 Adde *l. ult. ff. de procuratorib.* Cujac. 6 *ad Afric.*

82 Indefensus non dicitur, qui accipere judicium non cogitur. Ratio? ut quis dicatur indefensus, fingendus est prius legitime in jus vocatus. Ideoque qui illegitime in jus vocatus est (ut est qui fori præscriptionem habet) post oppositam fori præscriptionem se defendere non tenetur; æquitas enim exceptionis eum defendit. *Bald.*

83 Stipulatio judicatum solvi ex clausula doli committitur ex dolo interveniente in qualibet parte litis. *l.* 38. §. 13. *ff. de verb. oblig.*

84 Indefinitivam enim clausulam ad unum tantum actum restringere non oportet. *Bald.* 85 Id est, ejus clausulæ, in qua tantum stipulamur dolum abesse, non abfuturum. 86 *l.* 14. *J. de reg. jur.* 87 Vide Romanum, *consil.* 120. Goth. Adde Kinschot. *resp.* 86. *num.* 1. 2. 3. Joann. Papon. *lib.* 10. *tit.* 4. *arrest.* 2. Anf. 88 Si ab eo appellatum est, & reus condemnatus est, qui fidejussit judicatum solvi, num tenebitur? Minime, nam fidejussor accipitur sententiæ certi judicis intuitu: & sic judice mutato per appellationem interpositam, non tenetur nisi in promissione mentio sit facta judicis substituendi. *Bald.*

1 9 *Eclog.* 18. 3 *Inst.* 19. *in fin.*

2 Actoris reique procuratores mandato destituti cavent dominos rem ratam habituros. Baro ad *tit. de satisd.* notat, apud Gallos intra certum tempus procuratores eo casu juberi domini mandatum exhibere: eo non exhibito, dominum litis ex illa die defuisse decerni. Procuratores vero mandatum generale habentes ad lites, si viva voce vel epistola, specialis actio mandata eis esse dicetur, jurare cogi dominum intra præstitutum diem rem ratam habiturum: eo non secuto procuratoribus multam ob litem retardatam indici.

3 Ut *l.* 14. *J. eod.*

4 Adde *l.* 71. *ff. de fidejuss.*

5 Novam hujus legis interpretationem adversus doctores vide apud Langebek. *c.* 6 *annotat.*

6 Si mihi dominum ratum habiturum cavisti.

7 Imo est, *l.* 13. *J. eod.* extrinsecum compendium non est considerandum, sed intrinsecum tantum.

8 Id est, ipsius rei principalis.

9 Τὸ κέρδος, 10 *Eclog.* 11. *c.* 2. extrarium lucrum.

10 Atque ita extrarium compendium & lucrum separatur ab eo, quod interest, ut in *l.* 47. §. *penult. l.* 58. *ff. de admin. tut. Theophil. in* §. *plures. Inst. de act.*

11 Adde *l.* 11. *C. de procurat.* Goth. pro intellectu hujus l. vide Joan. à Sand. *decis. Frisic. lib.* 3. *tit.* 9. *defin.* 3. Anf.

12 Si procurator minoris cavit minorem ratum habiturum, non tenetur minore in integrum restituto.

13 Quia minor pecuniam acceptam sua facilitate amiserat.

14 Nota cautionem debitori utilem.

15 Præter communem ratihabitionis clausulam, procuratores minorum cavent minorem in integrum restitutum non iri, tunc enim interesse petitur.

16 Clausulæ quas contractibus inseruntur, ultra vulgarem consuetudinem non possunt nisi consensu partium adjici. *Bald.* 17 Quotiens dominus à sententia lata contra falsum procuratorem provocat, gesta ab eo procuratore confirmare videtur. 18 Auxilium appellationis est commune auxilium, quod nemini denegari debet. *Bald.* 19 Tam in civilibus quam in criminalibus causis. *l.* 14. *C. de appellat.* 20 Id est, minorem summam. 21 Petit. *vulgat.* 22 Id est, majorem summam. 23 Id est, non ultra quam fidejusserint. 24 Id est, quanti interfuit, magis non fuisse: & sic interesse consideratur in lucro. *Bald.* adde *l.* 13. *J. eod.* 25 Ratum habemus non tantum verbis, sed etiam tacite, id est, sine verb. Voluntas interponitur actu qualibet sine verbis, *ut hic.* hæc inter se paria. vide Damhouderium, *tractatu parium. in verbis* consentire facto.

26 Fingimus dominum in ipsa lite actus liti convenientes expedisse: hinc *Bald.* Qui quem actum in causa facit, gesta procuratoris rata habere intelligitur. Actum procuratoris comprobat, qui ei agenti se adjungit. 27 Suspecti. adde *l.* 39. *in fin. ff. de procurat.* 28 Qui agit vel defendit alieno nomine, sive mandatum præcedat, sive non præcedat. *v. l.* 3. *ff. eod.* 29 Vid. *l.* 3. §. 7. *ff. de bon. poss.* 30 Quoties agitur ex nova causa, prioris causæ fidejussores non tenentur.

31 Summo jure, non ex æquitate. *J. eod.*

rum. sed cum debitor ex stipulatu agere cœperit, potest dici dominum, si defensionem procuratoris susciperit, non inutiliter doli mali exceptione [32] adversus debitorem uti: quia [33] naturale debitum manet. §. 2. Si quis à procuratore status [34] controversiam patiatur, satis accipere debet à procuratore, ne impune sæpius pro suo statu conveniretur. & si dominus, venientesque ab eo personæ, ratum non habuerunt, quod procurator eum in servitutem petierit, vel adversus procuratorem ex servitute in libertatem peritus fuerit: quanti ea res est, ei præstetur, scilicet cum de libertate ejus constituerit [35]: id [36] est, quanti interfuerit ejus, de statu suo rursus non periclitari, & propter [37] impendia quæ in litem fecerit. Sed [38] Labeo certam [39] summam comprehendendam existimabat, quia æstimatio [40] libertatis ad infinitum [41] extenderetur: ex quo autem dominus ratam non habuerit, committi videtur stipulatio: sed non ante ex ea agi poterit, quam de libertate judicatum fuerit; quia si servus sit judicatus [42], inutilis fit stipulatio, cum & si qua sit actio, eam domino adquisisse, intelligitur.

De actore dato à tutore. De actore civitatis. De magistro universitatis. De curatore bonorum.

IX. ULPIANUS lib. IX ad Edictum.

ACtor [43] à tutore datus omnimodo cavet, actor civitatis nec ipse cavet [44], nec magister [45] universitatis [46], nec curator bonis [47] consensu creditorum datus.

Quibus casibus hæc cautio est conventionalis.

X. IDEM lib. LXXX ad Edictum.

INterdum ex conventione [48] stipulatio ratam rem interponi solet: utputa, si quid procurator aut vendat, aut locet [49], aut si ei solvatur;

XI. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

VEl paciscitur, vel quodlibet aliud nomine absentis gerit.

1. Quid sit ratum habere. 2. Quomodo ratum haberi debet. 3. Quibus ex causis stipulatio committitur.

XII. ULPIANUS lib. LXXX ad Edictum.

QUo enim tutiore [50] loco sit qui contrahit, de rato solet stipulari. §. 1. Rem haberi ratam, hoc est, comprobare [51] adgnoscereque quod actum est à falso procuratore. §. 2. Julianus ait interesse, quando dominus ratam habere deberet solutionem in procuratorem factam: an tunc demum, cum primum certior factus esset? Hoc autem ἐν πλάτει [52], id est, *cum laxamento & amplitudine* accipiendum, & cum spatio quodam temporis nec minimo, nec maximo, [&] quod magis intellectu [53] percipi quam elocutione [54] exprimi possit. † Quid ergo, si quod primo ratum non habuit, postea habebit ratum? Nihilo magis [55] proficere ad impediendam actionem suam: & ob id, quod primo [56] non habuit ratum, actionem salvam habere ait: ideoque si quod procuratori fuerat solutum, exegerit: agi perinde ex ea stipulatione poterit, ac si ratum habere se postea non dixisset. Sed ego puto exceptionem doli mali locum habituram. §. 3. Sive quis petat, sive compensatione utatur, committitur statim ratam rem dominum habiturum stipulatio: nam qualiter [57] quis eundem actum retractet [58], qui à procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

De eo, quod interest. 1. De legato.

XIII. PAULUS lib. LXXVI ad Edictum.

SI commissa est stipulatio, *ratam rem dominum habiturum*, in tantum competit, in quantum mea interfuit: id est [59], quantum [60] mihi abest, quantumque lucrari [61] potui. §. 1. Si fine judice procuratori legatum solvatur, cavere debere, Pomponius ait.

Si petatur à socio ejusdem obligationis.

XIV. IDEM lib. III ad Plautium.

SI quis [62] uni ex reis promiserit, *rem ratam dominum habiturum*, *aut amplius* [63] *eam non peti*: dicendum est stipulationem committi, si ab eo petatur, qui ejusdem obligationis socius est.

Interpretatio verbi, amplius non peti.

XV. IDEM lib. XIV ad Plautium.

A*Mplius non peti* [64] verbum Labeo ita accipiebat, si judicio [65] petitum esset. Si autem in jus eum vocaverit, & satis judicio sistendi causa acceperit, judicium tamen cœptum non fuerit: ego puto non committi stipulationem *amplius non peti*. hic enim non petit, sed petere vult. Si vero soluta esset pecunia, licet sine judicio, committitur stipulatio. nam & si quis adversus petentem compensatione [66] deductioneve usus sit, recte dictum est petisse eum videri, & stipulationem [67] committi amplius non peti: nam & heres qui damnatus non peteret, si horum quicquam [68] fecisset, ex testamento tenetur.

De indebito soluto. 1. Si dominus vendiderit & emptor petat.

XVI. POMPONIUS lib. III ex Plautio.

SI indebitum [69] procuratori solutum sit, agi statim ex hac stipulatione adversus procuratorem potest, ut ratum habeat dominus: ut possit dignosci, utrumne domino condici debeat id, quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: an vero procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat. §. 1. Si procurator fundum petisset & cavisset (uti adsolet) *ratam rem dominum habiturum*, deinde dominus postea eundem fundum vendidisset, eumque emptor [70] petere: stipulationem Ratam rem haberi committi, Julianus scribit.

De ratihabitione ex parte. De obligatione alternata.

XVII. MARCELLUS lib. XXI Digestorum.

CUm debitore decem creditoris nomine Titius egit; partem petitionis ratam habuit dominus: dicendum est obligationis partem [71] consumptam: quemadmodum si decem stipulatus esset aut exegisset, creditorque non totum sed partem gestæ rei comprobasset. Idcirco si ex stipulatu DECEM AUT STICHUM, UTRUM EGO VOLUERO, absente me Titius domino quinque petisset, insecuta ratihabitione, recte actum videri.

De ratihabitione ex parte. Si sæpius agatur. De eo, quod interest. De damno infecto.

XVIII. POMPONIUS lib. XXVI ad Sabinum.

SI procurator *ratam rem dominum hereditemve ejus habiturum caverit*, & unus ex heredibus domini ratum habeat, alter non habeat: sine dubio committetur stipulatio pro [72] ea parte, pro qua ratum non habebitur: quia in id committitur, quod stipulatoris interest. Nam etsi ipse dominus pro parte ratum habuerit, pro parte non habuerit, non [73] ultra quam in partem committetur stipulatio: quia in id committitur, quod interfit agentis: & ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout interfit agentis, *quod* [74] *litigat, quod consumit, quod advocat* [75], *quod damnatus solvit*. sicut [76] in stipulatione damni infecti accidere potest, ut is qui stipulatus sit, subinde agat: *cavet enim si quid ibi ruet, scindetur, fodetur, ædificabitur.* † Finge ergo subinde damnum dari? Non erit dubium quin agere possit: nam si toto damno computato, tunc agendum est, propemodum non ante aget, quam dies stipulationis præterierit, intra quem si damnum datum sit, stipulationi cautum erit: quod verum non [77] est.

De eo, quod interest.

XIX. PAULUS lib. XIII ad Sabinum.

IN stipulatione qua procurator cavet, *ratam rem dominum habiturum*, id continetur quod [78] interfit stipulatoris. † Idemque juris est in clausulis omnibus de dolo [79] malo.

Quibus ex causis cavetur de rato.

XX. ULPIANUS lib. I Disputationum.

NOn solum in actionibus, quas procurator intendit, verum in stipulationibus [80] quoque quas interponi desiderat, si vice [81] repræsentat [82] actionum, cavere eum de rato oportet. Quare si duplæ stipulationem procurator interponat, de rato cavere debet. Sed & si damni infecti stipulatio à procuratore interponatur: de rato debet procurator cavere.

Si certum sit mandatum.

XXI. IDEM lib. I Opinionum.

NE [83] satisdatio *ratam rem dominum habiturum* exigatur in his, quæ nomine ejus ageret [84], qui eum [85] se feciſſe procuratorem libello Principi dato professus est, prodest [86]. Quod si *judicatum solvi satis* ab eo procuratore postuletur, necesse est, ut juri manifesto pareatur.

Si procurator sine judice indebitum, 1. Vel debitum, 2. Aut per judicem indebitum, 3. Vel debitum exegerit. 4. Si dominus aliquid consequatur injuria judicis, 5. Vel rem amiserit. 6. De legatis. 7. De successoribus & de doli clausula. 8. De hereditate. Quibus casibus hæc stipulatio committitur. 9. De actione injuriarum.

XXII. JULIANUS lib. LVI Digestorum.

SI sine judice non [87] debitam pecuniam exegerit procurator, & dominus ratam solutionem non habuerit, sed eandem pecuniam petere instituerit: fidejussores [88] tenentur, & condictio, qua procuratorem teneretur si stipulatio interposita non fuisset, perimitur. quotiens enim procuratori pecunia solvitur, & dominus eam solutionem ratam non [89] habet: exsistimo id agi, ut condictio perimatur, & sola actio ei, qui indebitum solvit, adversus procuratorem ex stipulatu competat. † Hoc amplius præstant fidejussores impensas, quæ in judicium [90] factæ fuissent. † Quod si dominus ratam habuisset, fidejussores quidem liberantur, sed ab ipso domino eadem pecunia per condictionem peti potest.

§. 1. Quod si procurator debitam domino pecuniam sine judice exegisset, idem juris est: hoc secus quod si dominus ratam rem habuisset, nulla ejus pecuniæ repetitio futura est. §. 2. Quod si procurator per judicem non debitam pecuniam exegisset, dici [91] potest, sive ratum dominus habuisset, sive non habuisset, fidejussores non teneri: vel quia [92] nulla res esset, quam dominus ratam habere possit; vel quia [93] nihil stipulatoris interest ratum haberi. adficietur ergo injuria is, qui procuratori solvit: magis tamen est, ut si dominus ratum non habuerit, fidejussores teneantur. §. 3. Quod si debitam pecuniam procurator per judicem, cui nihil mandatum fuerit, petierit: magis est, ut in solidum fidejussores teneantur, si dominus ratum non habuerit.

§. 4. Cum autem procurator recte petit, dominus perperam, non debet procurator præstare, ne injuria [94] judicis dominus aliquid consequatur: nunquam enim propter injuriam [95] judicis fidejussores obligantur. verius tamen est hoc casu fidejussores nonnisi [96] in impensas litis teneri. §. 5. Marcellus: Si dominus ratam rem non habuerit, sed lite mota rem amiserit, nihil præter impendia in stipulatione Ratam rem deducitur. §. 6. [Julianus:] Si procuratori ejus qui mortuus erat, sine judice soluta fuerint legata, stipulatio committetur, nisi [97] heres ratum habuerit: utique si debita fuerunt: tunc enim non dubie interest stipulatoris ratam solutionem ab herede haberi, ne bis [98] eadem præstet. §. 7. Si in stipulationem Ratam rem haberi hactenus comprehensum fuerit, *Lucium Titium ratum habiturum*, cum id aperte [99] ageretur, ut heredis cæterorumque personæ ad quos ea res pertineret, omitterentur, difficile [100] est exsistimari, doli clausulam committi. † Sane cum [1] per imprudentiam hæ personæ omittantur, actio ex doli [2] clausula competit. §. 8. Si procurator judicium de hereditate [3] ediderit, deinde dominus fundum [4] ex ea hereditate petierit, stipulatio Ratam rem haberi committetur [5]: quia si verus procurator fuisset, exceptio rei judicatæ dominum summoveret. † Plerunque autem stipulatio Ratam rem haberi, his casibus committetur, quibus si verus procurator egisset, domino aut ipso jure aut propter exceptionem actio inutilis esset. §. 9. Qui [6] patris [7] nomine, injuriarum agit ob eam rem quod filius ejus verberatus pulsatusve sit, in stipulatione cogendus est filii quoque personam comprehendere: præsertim cum fieri possit, ut pater ante decedat quam sciret procuratorem suum egisse, & ita injuriarum actio redeat [8] ad filium.

§. 10. Sed

---

32 Ob ratihabitionem interpositam &c.

33 Dolo facit, qui petitionem postulat, ad quam ex jure naturali tenebatur.

34 *l.* 39. §. 5. *ff. de procur.*

35 Constituerit.

36 Quanti res, & quanti interfuerit, interdum idem est.

37 *Al* præter.

38 Certa summa conventa, & id quod interest, differunt.

39 §. *ult. Instit. de verb. oblig.*

40 Id quod interest, quodque propter causæ magnitudinem certos limites non habet, limitandum est, per adjectionem pœnæ vel quantitatis certæ.

41 Incertum.

42 Inter dominum & servum non est utilis obligatio.

43 *l.* 11. *C. de proc.* at non ipse curator vel tutor. *l* 23. *ff. de admin. tut.*

44 De rato scil. *l.* 6. § 3. *ff. quod cujusque.*

45 Μάγιστρος, *Tecopo. tit. de success. bon. subl.* Hinc Ciceronis jocus in Pletorium Fonteii accusatorem, cujus matrem dixit, dum viveret, ludum (meretricium scil.), postquam autem mortua esset, magistrum habuisse, id est, bona ejus vendita. Quintil. 6. c. 3. & Cicer. 11 *ad Attic.* 10: Publ. Terentius meus necessarius operam in portu & scriptura pro magistro dedit. dixi 1 *epist. ad Attic.* 1.

46 Hanc vocem Cujacius dispungit. *ff. tit. de admin. rer.*

47 V. *ff. de curatore bonis dando.*

48 *l.* 5. *vers. conventionales. ff. de verb. oblig.*

49 Et stipulatur. *l.* 20 *ff. eod.*

50 *l.* 1. §. 4. *ff. de stipul. prætor.*

51 Verbis, aut epistola & actu. *l.* 5. *ff. eod.*

52 V. *l.* 13. *ff. de solut.*

53 V. quæ notavi ad *l.* 13. *ff. de solut.*

54 Id est, regula.

55 Si strictum jus spectamus, non æquitatem. *ff. eod.*

56 Ratihabitio contradictionem antecedentem retrorahit non mero jure, sed ex æquo & bono.

57 Qualiter qualiter, *Hal.* qualitercunque. *vulg.*

58 *l* 39. *in fin. ff. de procurat.*

59 Id quod interest, seu interesse (de quo vocabulo dixi ad *l.* 82. *ff. de leg.* 2.) est utilitas nobis vel erepta, vel præreptа, damnum acceptum, lucrum aversum impeditumque. Eripitur quod jam habuimus: præripitur, quod potuimus habere. In eo quod interest igitur, habetur ratio damni nobis illati & lucri ablati: lucri, inquam. *l.* 2. *in fin. ff. de eo, quod certo loco. l.* 33. *in fin. ff. locati. l. un. C. de sent. quæ pro eo. l.* 21. § 3. *ff. rer. amot.* Lucrum est compendium, quod quæri potuit, neque est, adquisitum. Sed hæc plus satis: plenius dicam de damno & lucro in *l. 1. tit.* Interim tamen notandum est, utrumque definiri vel jurejurando actoris, vel officio judicis. *l.* 15. §. 9. *ff. quod vi aut clam.* 60 Damni & lucri cessantis quando habeatur ratio, vid. Ghil. 2 *obs.* 6. 61 Intrinsece, seu in re ipsa: alias id quod extra rem interest, non solet considerari. *l.* 2. *ff. eod.* 62 Id est, unus pro alio. 63 Vide *l.* 15. *ff. eod.* 64 V. *l.* 16. §. 3. *ff. de bonis libert.* De hac formula adde *l.* 14. *ff. eod. l.* 23. *ff. eod.* vide Cic. *pro Roscio Comœdo.* & in *Bruto.* & *lib.* 13 *Familiar.* 28. *l.* 2. *ff. ut legatorum. l.* 27. §. 14. *ff. ad l. Aquil.* Goth. Pro intellectu hujus l. vid. Bellon. *Suppur. lib.* 2. *c.* 10. Ant. 65 Vid. quæ notavi ad *l. ult. ff. de separat.* 66 Compensatione & deductione qui utitur, egisse non tantum excepisse videtur. 67 *Subaudi*, hanc amplius non peti. 68 Id est, si vel compensatione vel deductione usus esset. 69 *l.* 22. *ff. eod.* 70 Causam hic habet à venditore: hinc colligit Castrensis, factum ejus qui causam à me habet, factum meum censeri.

71 Rati stipulatio divisionem recipit, *ut hic.* Imo non recipit. *l.* 4. §. 2. *in fin. ff. de verb. obligat.* adde *l.* 27. *ff. de procurat.*

72 Imo non pro parte, sed in integrum. *l.* 9. § 1. *ff. si quis cautionib.*

73 Imo ultra, cum in totum committatur. *l.* 4. §. 1. *in fin. ff. de verb. oblig.*

74 In id, quod interest, venit quævis impensa, seu compensatio litis causa.

75 De honorariis Advocatorum v. *l.* 1. §. 12. *ff. de extr. cognitionibus.* Est vero hic *advocare* Advocatis & testibus evocatis sumptus ministrare: nisi malis legere, *quod avocatur* sub. a negotiis.

76 *l.* 28. *ff. de damn.*

77 Non est exspectandum tempus, quo stipulatio inutilis redditur, ut quis agat.

78 *l.* 18. §. 1. *in fin. ff. de dolo.*

79 *l.* 18. *in pr. &* §. 4. *ff. de dolo.*

80 V. *l.* 40. §. 1. *ff. de procur.*

81 Vicem repræsentat actionum. *Hal.* vide Cujac. ad *l.* 5. *ff. de verb. oblic.*

82 *Al.* repræsentant.

83 Adde *l. illicitas exactiones. ff. de officio Præsidis*, quæ est ejusdem libri.

84 Agente. *Hal.*

85 Adde *l.* 65. *ff. de procurat.*

86 *Forte legendum*, proditum est.

87 *l.* 16. *ff. eod.*

88 Procuratoris qui cavit, *ratam rem haberi.*

89 Aliud est si habeat. *l.* 66. *ff. de fidejuss.*

90 Motum scil. per dominum reprobantem factum falsi procuratoris.

91 Id est, tentari potest. quod tamen Julianus hic non probat.

92 Quod non est, ratum haberi non potest: Imo etiam ab initio nullum negotium ratum haberi potest. *l.* 6. §. 9. *ff. de negot.*

93 Omnis actio cessat, quando agentis nihil interest agere.

94 *l.* 5. *l.* 51. *ff. de evict. l.* 67. *ff. de fidejuss.*

95 Fidejussor injuria judicis non obligatur.

96 Accessoria interdum quis præstat, qui ad principale non tenetur. *Bald.*

97 Factum nomine defuncti ratum haberi potest per heredem.

98 Bis idem præstari non oportet. *v. l.* 57. *ff. de regul.*

99 Id est, tantum. hæc particula *tantum* restrictiva heredem excludit.

100 Non tamen impossibile.

1 Doli clausula facit, ut heredis persona in stipulatione omissa contineri ea intelligatur, *ut hic.* Ex eadem agitur, ut error qui in stipulatione commissus est, emendetur. *l.* 121. *ff. de verb. oblig.* 2 Deceptus circa interpretationem seu intellectum vocabuli habet contra adversarium actionem ex clausula doli. *l.* 19. *ff. eod.* 3 Universali sc. 4 Particulare quiddam hereditatis. 5 Cur ita? quia clausula rati interposita est in judicio universali, & committitur per judicium particulariter motum: universale includit sua particularia, sicut genus includit suas species. *Bald.* 6 Id est, extraneus, non pater. *l.* 35. §. 4. *ff. de procur.* 7 *l.* 5. §. 6 *ff. de injur.* 8 Insipicitur autem quod evenire potest.

§. 10. Sed & si nepoti injuria facta fuerit, & procurator avi propter hanc causam injuriarum aget: non solum filii, sed etiam nepotis persona comprehendenda erit in stipulatione. quid enim prohibet, & patrem, & filium, antequam scirent procuratorem egisse, decedere, quo casu iniquum est fidejussores non teneri, nepote injuriarum agente.

Quos ratum habituros cavetur.

XXIII. IDEM lib. V ex Minicio.

PRocurator cum peteret pecuniam, satisfecit amplius [9] non peti; post judicium acceptum extitit qui & ipse procuratorio nomine eandem pecuniam peteret: quæsitum est, cum is qui postea peteret, procurator non esset, & propter hoc exceptionibus [10] procuratoris excludi posset, num fidejussores prioris procuratoris tenerentur. Julianus respondit, Verius est non obligari fidejussores. nam [11] in stipulatione cavetur, *non petiturum eum cujus de ea re actio* [12], *petitio* [13], *persecutio* [14] *sit, & ratum habituros omnes, ad quos ea res pertinebit* [15]: hic autem qui [16] procurator non est, nec actionem [17], nec petitionem [18] habere intelligendus est.

9 Vide quæ notavi ad *l.* 4. §. 2. *ff. de verbor. obligation.* & *l.* 15. *ff. eod.*

10 *l.* 9. *ff. de probat.* §. *ultim. Inst. de except.*

11 Promittens ratum firmumque habiturum, obligatur sive jure, sive facto committat in id, quod ipse promiserit: si vero ratum tantum habiturum promisit, non obligatur, si facto tantum ratum non habeat, Bart. in *l. id quod pauperibus. 24. C. de Episcop.* 12 Personalis. *l.* 178. §. 2. *ff. de verbor. signif.* 13 In rem. *d.* §. 2. 14 Persecutio est verbi gratia extraordinaria petitio, ut fideicommissorum, & si quæ sunt aliæ quæ non habent juris ordinarii executionem, *dict.* §. 2. *l.* 34. *ff. de verb. signif.* vel mixta actio in rem, aut personam. *l.* 28. *ff. de obligationib.* Ita hæc tria conjunguntur, actio, petitio, persecutio, *l.* 49. *ff. de verbor. signif.* & diviuntur. *d.* §. 2. & *l.* 28. *ff. de verb. oblig.* 15 *Subaudi*, jure: Nam hic agitur de facto.

16 Inter personas, quarum interest, non continetur falsus procurator. adde *l.* 13. *in fin. ff. de operis novi.* 17 Actionem personalem. 18 Actionem in rem.

De bonorum possessione.

XXIV. AFRICANUS lib. V [19] Quæstionum.

BOnorum possessionem [20] ab alio adgnitam [21], ratam haberi oportere eo [22] tempore, quo adhuc in ea causa sit, ut peti possit. Itaque post centesimum [23] diem rata haberi non potest.

§. 1. An autem & si mortuus fuisset qui petisset, vel furere [24] cœperit, ratum haberi possit, videamus. nam si in universum perinde haberi debet, ac si tunc, cum ratum habeat, per eum bonorum possessionem petat: frustra his casibus ratum habetur. sed illud consequens fururum, etiam si pœniteat illum petisse, ratum haberi non posse: quod utique sit absurdum. Rectius itaque dicitur, neutram eorum causam impedire ratihabitionem.

De dote. 1. Si dominus ratum habeat, postquam tempore debitor liberatus est.

XXV. IDEM lib. VI [25] Quæstionum.

PAter dotem à se datam absente filia perit, & ratam rem habituram eam cavit; ea prius quam ratum haberet, mortua [26] est. Negavit committi stipulationem: quia [27] & si verum sit ratum eam non habuisse, nihil tamen mariti interfit, dotem restitui, cum patri, etiam mortua filia salva esse dos debeat. §. 1. Procurator eum ab eo æs alienum exegerat, qui tempore liberaretur, ratam rem dominum habiturum cavit; deinde post tempus liberato [28] jam debitore, dominus ratam rem habet. Posse debitorem agere cum procuratore existimavit, cum jam debitor liberatus sit: argumentum rei, quod si nulla stipulatio interposita sit, condictio locum adversus procuratorem habitura sit; in locum autem condictionis interponi stipulationem.

19 Vid. Cujac. *ad Afric. fol.* 61.

20 Adde *l.* 6. *ff. de adq. hered.*

21 De differentia aditionis hereditatis ab agnitione v. Cujac. *ibid.*

22 Adde *l.* 4. *in fin. ff. de adulter.*

23 *l.* 5. *ff. quis ordo in bon. poss. serv.* Goth. Vide Tiraq. *de retract.* n. 87. & Chassan. *tit. des retraits.* §. 1. *verb. le pult rachapter. vers. & in hac casu.* Anf.

24 *l.* 12. 6. *ff. de bonor. poss.*

25 Vide Cujac. 6 *ad Afric. fol.* 9.

26 Succedens ei qui promisit ratam rem habere, rati promissionem consumit. Succedendo ratum quis habere videtur.

27 *V. l.* 18. *ff. eod.*

28 Qui præscripsit, dicitur liberatus. *l.* 37. *ff. de fidejuss.*

‡ Duo terribiles libri nunc sequuntur: sic enim Justinian. eos appellat.

LIBER QUADRAGESIMUSSEPTIMUS‡.

TIT. I.

DE [1] PRIVATIS [2] DELICTIS [3].

De successoribus. 1. De noxa.

1. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

CIvilis [4] constitutio [5] est, *pœnalibus* [6] *actionibus* [7] *heredes non* [8] *teneri, nec cæteros* [9] *quidem successores* [10]. Idcirco nec furti convehiri possunt. † Sed quamvis furti actione non teneantur, attamen *ad exhibendum* actione [11] teneri eos oportet, si possideant, aut dolo fecerint [12] quominus possideant [13]. † Sed enim & vindicatione tenebuntur, re [14] exhibita. † Item condictio adversus eos competit. §. 1. Heredem [15] autem furti agere posse æque constat: exsecutio [16] enim quorundam delictorum heredibus data est [17]. Ita & Legis Aquiliæ [18] actionem heres habet. Sed injuriarum [19] actio heredi non competit. §. 2. Non tantum in furti, verum in cæteris quoque actionibus, quæ ex delictis oriuntur, sive civiles sunt, sive honorariæ, id placet, ut noxa [20] caput sequatur.

De concurrentibus actionibus.

II. IDEM lib. XLIII ad Sabinum.

NUnquam [21] plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur: neque enim delictum ob aliud delictum minuit [22] pœnam. §. 1. Qui igitur hominem subripuit [23] & occidit: quia subripuit, furti; quia occidit, Aquilia tenetur. neque altera harum actionum alteram consumit. §. 2. Idem dicendum, si rapuit & occidit: nam & vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur. §. 3. Quæsitum est, si condictus fuerit ex causa furtiva, an nihilominus Lege Aquilia agi possit. Et scripsit Pomponius, agi posse: quia alterius æstimationis est Legis Aquiliæ actio, alterius condictio ex causa furtiva. namque Aquilia eam æstimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuit: condictio autem ex causa furtiva non egreditur retrorsum [24] judicii [25] accipiendi tempus. Sed si servus sit, qui hæc admisit, quacunque actione noxæ fuerit deditus, perempta est altera actio.

§. 4. Item si quis subreptum flagello cecederit, duabus [26] actionibus tenetur: furti, & injuriarum. & si forte hunc eundem occiderit, tribus [27] actionibus tenebitur. §. 5. Item si quis ancillam alienam subripuit & flagitaverit [28], utraque [29] actione tenebitur: nam & servi corrupti agi poterit, & furti.

§. 6. Item si quis servum vulneravit [30], quem subripuerat, æque duæ actiones locum habebunt, Aquiliæ, & furti.

De subscriptione in crimen.

III. IDEM lib. II de officio Proconsulis.

SI quis actionem, quæ ex maleficiis oritur, velit exequi: si quidem pecuniariter [31] agere velit, ad jus ordinarium [32] remittendus erit: nec [33] cogendus erit [in] crimen subscribere. enim vero si extra [34] ordinem ejus rei pœnam exerceri velit, tunc subscribere eum [in] crimen oportebit.

1 Hic titulus tractat de privatis delictis, quorum regulas etiam generales continet. Privatis opponuntur publica. Est & alia delictorum divisio. Sunt enim quædam mere ecclesiastica, alia secularia, alia mixta. Item alia nominata, alia innominata. Ad hæc alia levia, alia atrocissima. de quibus vide Clarum, §. 1. q. 1. Porro aut nobis aut alteri nocemus: Nobis, quoties nos ipsos interficimus, & generaliter quoties delinquimus. Alteri dupliciter, mente (hinc concupiscentia & invidia, *v. l.* 18. *ff. de pœnis*), aut nostro corpore, vel alieno nocemus. Nostro, vel universim, vel speciatim, veluti lingua, vel manu, &c. Alieno, per servos & familiam, institores. *tit.* 6. *ff. eod.* per ministros navis, cauponæ, stabuli. *tit.* 5. *ff. eod.* balnei, *tit.* 17. per ædes. vide *ff. de oper. nov. de damno, & aqua pluvia.* per turbam. *tit.* 8. Corpus & collegium. *tit.* 22. *cui adjunge titulum de vi publica & privata. lib.* 48. *tit.* 6. 7. per quadrupedes. *ff. si quadrupes.* Item alteri nocemus ἀμέσως vel μέσως. Aμέσως, quum ejus animum corrumpimus, corpus lædimus (hinc homicidia, veneficia, incantationes, maleficia, *lib.* 48. *tit.* 8. parricidia, *lib.* 48. *tit.* 9. adulteria, stupra, raptus, *lib.* 48. *t.* 5. privati carceres, 1 x C. v. injuria facto constans. *ff. de noxalib. tit.* 15 *ff. eod.*). Μέσως, quum alterius famam lædimus (hinc injuriæ verbales, famosi libelli, *tit.* 10. *ff. eod.* calumnia, prævaricatio, *tit.* 15. *ff. eod.* falsa accusatio, falsa testimonia, *lib.* 48. *tit.* 19), liberos (hinc plagia, *lib.* 48. *tit.* 15.) servos (hinc tituli de servo corrupto, de fugitivis, de receptatoribus), animalia (hinc abigeatus, *tit.* 14. *ff. eod.*) res inanimatas, idque generaliter vel specialiter. Generaliter (hinc concussiones, *tit.* 13. receptatores, *tit.* 16. effractores, expilatores, *tit.* 18. *ff. eod.* stellionatus, *tit.* 20. falsi crimen. *lib.* 48. *tit.* 10.) Specialiter, puta terminos, *tit.* 21. *ff. eod.* sepulchra, *tit.* 12. arbores, *tit.* 7. ædificia, parietes, *tit.* 3. *ff. eod.* res hereditarias, *tit.* 4. & 19. res naufragii, *tit.* 9. balnei, *tit.* 17. huc refer crimen repetundarum, *lib.* 48. *tit.* 11. annonæ, *tit.* 12. peculatus, sacrilegii, de residuis, ambitus. *tit.* 13.

2 Quorum accusatio vel persecutio permittitur ei, cujus proprie privatim ac specialiter interest. Duaren. 1 *disp.* 36. id est, ei qui læsus est. & ita tenent communiter omnes, Gomez. *cap.* 1 *delictorum. num.* 9. vel quorum obligatio & actio ad privatum utilitatem refertur. Jure canonico omnia delicta sunt publica. Glossa *in cap. Infames. 6. quæst.* 1. Hodie superiora omnia multis locis immutata sunt. nam in regno Neapolitano nemo admittitur ad accusandum, nisi suam vel suorum injuriam prosequatur. & ita omnia crimina videntur ibi privata: è contrario in regno Franciæ nemo potest criminaliter accusare, etiamsi suam vel suorum injuriam prosequatur. Melius est itaque in rebus tam dubiis adhærere statuto, vel consuetudini loci, & ex ea declarare, quæ dicantur privata, publica delicta. Clarus, §. 5. 1. *quæst.* 1. 3 Delictis. *vulgar. Hal.* Delicta proprie, sunt privata: crimina, publica. *l.* 17. §. 18. *ff. de ædil. l.* 131. *in fin. ff. de verb. sign.*

4 Quid Jure Canonico? pœnalis actio datur in solidum adversus heredes, *cap.* 1. *de raptor.* Bart. *hic. num.* 6. *in fin.* Decius ad *l.* 111. *ff. de regul. num.* 7. Id tamen Panormitanus negat, *cap. ult. de sepulturis.* Molinæus ad *l.* 111. censet actionem pœnalem ex delicto in heredem non transferri, sed rei persecutorium tantum. 5 Id est, regula juris antiqui: id enim hoc vocabulum interdum significat, ut in *l.* 91. §. 3. *ff. de verb. oblig.* 6 Morte finitur pœnalis actio, §. 1. *Inst. de perpetuis & temporalib. act. l.* 2. *in fin. ff. vi bon. rapt.* v. Sebast. Mediceum, *tr. de morte. part.* 2. *conclus.* 3. 7 *l.* 1. §. 23. *ff. de tut. & rationib. l.* 33. *ff. de oblig. l.* 111. *ff. de reg. jur.* §. 1. *Inst. de perpetuis & temporalib.* §. 9. *in fin. Inst. de l. Aquil.* 8 Quid, heres non cogetur ufuras à defuncto perceptas restituere? cogetur utique: quia ufuræ illegitimæ, non ex delicto repetuntur, sed condictione indebiti. *l.* 26. *ff. de cond. indeb.* 9 Quia per mortem delictum & pœna extinguuntur. 7. 6. *ff. de publ. judic.* 10 *l.* 7. *in fin. ff. de cond. furt.* 11 Si res extet, *l.* 5. *ff. de calumn. l.* 26 *ff. de dolo.* nec enim heredem ex defuncti delicto luorari oportet. Quid? eo casu num furti tenebitur? non tenebitur, sed actione in factum. *l.* 1. *in fin. ff. de vi & vi.* 12 Dolo qui fecit, quominus possideret, habetur pro possessore. Paria sunt possidere, aut dolo efficere quominus possideat: dolus repræsentat possessionem, *l.* 131. *ff. de reg.* 13 Adde & tertiam exceptionem, nisi quoque cum defuncto lis sit contestata, *l. un. C. ex delictis.* adde & quartam, nisi defunctus fuerit confessus in judicio: Hic enim habetur pro judicato, *l.* 1. *ff. de confessis.* v. Bart. *hic. num.* 7.

14 Cur ita? ad exhibendum est præparatoria vindicationis. *l.* 1. *ff. ad exhibend. l.* 3. §. 1. *ff. de liberis exhibendis. l.* 7. §. 1. 3. *de condict. furtiv.* 15 *l.* 47. *ff. de furtis.* 16 Persecutio. *l.* 11. *ff. de accusat.* §. 1. *Inst. de publicis judiciis.* 17 Etsi defunctus litem contestatus non sit. 18 *l.* 23. §. 8. *l.* 36. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* 19 *V. l.* 13. *ff. de injur.* 20 ἁμάρτημα τῆ κεφαλῆ ἀκολουθεῖ, 18 *Ecclog. ex lib.* 60. *tit.* 5. *cap.* 2. τὸ πλήσιμον τῆ κεφαλῆ ἀκολουθεῖ, 49 *Eclog. ex lib.* 23. *tit.* 5. *cap.* 4. *in fin. & lib.* 52. *tit.* 5. *cap.* 4. Ἀπόλογ. 1 *Harm.* 18. *cap.* περὶ τιμήματος δίκαιον. Theophil. sic exprimit. in § fint autem. *Inst. de noxalib.* κανὼν ἐστιν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων διδόμενον ὁ λίγων, noxa caput sequitur. Recte ait κανὼν nam & Harmenopulus dicto loco hanc sententiam vocat κανόνα. adde *l.* 18. *ff. de furt.* vide *l.* 17. §. 7. *ff. de injuriis. l.* 31. *ff. de pign. l.* 1. §. 18. *ff. depositi.* §. 5. *Inst. de noxal.* Paul. 2 *sentent.* 31. §. 9. 21 Vide ad hanc regulam Hotoman. 27 *Illustr. quæst.* 22 Singulis delictis singulæ pœnæ imponuntur, sic ut altera alteram non consumat. *l.* 27. *ff. ad l. Aquil. l.* 11. §. 2. *ff. de furto corrupto. l.* 1. §. 22. *l.* 2. §. 1. *ff. de tut. & ration. l.* 60. *ff. de obl. l.* 21. *in fin. pr. ff. de furt. l.* 8. §. 3. *ff. arbor furtim cæsarum. l.* 25. *l.* 41. *ff. de injur. l.* 6. *ff. de adv.* Imo altera alteram consumit. *l.* 6. *in fin. ff. nauta, caupones. l.* 34. *l.* 53. *ff. de obl.* 23 *l.* 27. *ff. ad l. Aquil.*

24 Sensus est: in actione Legis Aquiliæ retrorsum æstimatur quanti res eo in anno plurimi fuit. In condictione furtiva, quanti unquam plurimi fuerit, vel furti facti, *l.* 8. §. 1. *l.* 13. *in fin. ff. de condict. furtiva. l. pen. ff. rer. amot.* vel litis contestatæ, vel rei judicatæ, vel mortis tempore. Cujac. 8. *ad Afr. fol.* 181. *in fin.*

25 Litis contestatæ. *l.* 15. §. 46. *l.* 17. §. 2. *ff. de in jur.*

26 *l.* 15. §. 1. *ff. de injur.*

27 Cur? quia & eo casu Aquilia tenetur. 28 Flagellaverit, *vulg.* & male: melius Ecloga, ᾗ διωρθώσεις τὰς τοῦτου ὠτειᾶς. 29 *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 11. *c.* 2. §. 4. An flagitare est corrumpere, stuprare? sic putat Fornerius. Flagitium enim est stuprum, *l.* 1. *in fin. ff. de extr. crim.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 14. 5 Isid. 25. *in verbo* flagitium. vide Fornerium, 2 *select.* 1. Flagitare est pudicitiam attentare. 29 *l.* 11. *in fin. ff. de servo corrupto.* 30 *l.* 27. *ff. ad l. Aquiliam.* 31 Pecuniariæ, *Hal.* id est, civiliter. vide 1 *Harmenop.* 2. 32 Id est, Præfectum Urbi. *l.* 2. *ff. de furibus balnearüs.* 33 *l. ult. ff. de furtis.* 34 Criminaliter non pecuniariter. *Basilica.*

TIT. II.

DE FURTIS [1].

Etymologia. 1. De sola cogitatione. 2. De abnegatione depositi. 3. Definitio.

1. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

FUrtum à furvo [2], id est, nigro, dictum Labeo ait, quod clam & obscuro fiat, & plerunque nocte: vel [3] à furando, ut Sabinus ait: vel [4] à ferendo, & [5] auferendo: vel [6] à Græco sermone, qui φῶρας appellant fures: imo & Græci [7] ἀπὸ τῦ φέρειν, id est, *à ferendo*, φῶρας dixerunt. §. 1. Inde sola cogitatio [8] furti faciendi non [9] facit furem [10]. §. 2. Sic is, qui depositum [11] abnegat, non statim etiam furti tenetur: sed ita si intercipiendi [12] causa occultaverit. §. 3. Furtum est [13] contrectatio [14] rei [15] fraudulosa [16], lucri [17] faciendi gratia, vel ipsius rei [18], vel etiam usus [19] ejus, possessionisve [20]: quod lege naturali [21] prohibitum est admittere. De

1 VI C. 11.

4 *Inst.* 1. Paul. 2 *sent.* 31. περὶ κλοπῆς. 15 *Eclog.* 2. & 6. *tit.* 5. περὶ κλοπῶν, &c. adde 1 *Harmen.* 3. περὶ κλοπῆς. & c. 7. *collationis legum Mosaicarum.* & 5 *Extra.* 18. Porro Julius est fur à latrone: & furtum simplex à vi & turba. De pœna furti dicam ad *lib.* 2 *Feudor. tit. de pace tenenda. vers. si quis quinquefolidat.*

2 §. 2. *Inst. de obligat. ex delicto.* Varro apud Gell. 5. c. 18. Isid. 3. c. 26. *in verbo* furtum. Festus à furvo derivat furvus, furiæ, furnus, fuligo, fulvus: furti non meminit. *Goth.* Vide Anton. Augustin. *emend. lib* 4. c. 4. Anf. 3 Secunda etymologia furti. 4 Tertia etymologia. 5 A ferendo, id est, auferendo. *Hal.* 6 Quarta etymologia. 7 Græci à ferendo φῶρας dixerunt: vel à Græco sermone quo φωρὰς appellant fures. Imo & Græci dixere φωρὰ τὰ φέρειν. Alciat. 1 *disp.* 10. 8 Id est, quia furtum ab auferendo dicitur. Sola cogitatione nemo furtum committit, quum ea sola res alteri non auferamus. 9 Imo facit furem. 11 Gell. *ult. in fin.* 10 *l.* 22. *ff. eod.* 11 Quid? 3. §. 18. *ff. de adquir. possess.* num sola cogitatio punitur. *v. l.* 18. *ff. de pœnis.* 12 *l.* 67. *ff. eod.* Contrectatio simplex furem non facit, sed fraus contrectationi mixta. adde *l.* 22. *ff. eod.* Ideoq; non continuo fur est præsumendus, qui rem furtivam contrectat, præsertim si laudatæ vitæ sit. v. tamen *l.* 2. *C. eod.* An ad torturam id sufficiens est? Clarus ait, ex communi opinione Doctorum, 5 *sent.* §. 6. præsertim in personis abjectis & famæ suspectæ. *v. d. l.* 2. 13 Definitio furti. *v.* §. 1. *Inst. de oblig. ex delicto.*

14 Non simplex inficiatio. *l* 67 *ff. eod.* Quid autem contrectare? *v. Theoph.* §. 3. *Inst. de usucap.* Goth. Jure Canon. furtum est quælibet illicita contrectatio, large sumpta. *cap. dominus.* 14. *quæst.* 5. Anf.

15 Alienæ sc. *Theoph.* an & suæ rei quis furtum facere potest? fur non est, qui permissu judicis rem suam in alterius domo perquirit, quive furi de manibus eam eripit: hoc amplius addit Clarus ex communi opinione, eum furtum non committere, qui debitori contumaci & morioso rem debitæ non absimilem vel ejusdem valoris furripit, 5 *sent.* 6. quod ultimum non placet. Quid, si quis eripit alteri quod sibi debitum putat? Furtum non committit. §. 1. *Inst. vi bonor. rapt.* punitur tamen alia de causa: quod propria auctoritate, neglecto judicii ordine, adversarium coëgit. v. quæ not. ad *l.* 14. §. 1. *ff. eod.* An modicæ rei furtum fit? utique: sed tamen pœna mitigari potest. v. Clar. 5 *sent.* 6. An immobilium? Sabinus id censuit, 11 Gell. 18. cujus opinio à Jurisconsultis explosa est. *l.* 25 *ff. eod. l.* 38. *in fin. ff. de usurp. l.* 1. *C. vi bon. rapt.* Si tamen de verbis litigare nolumus, negare non possumus, quin quis possit non modo per vim, sed & clam ædes alienas vel fundum possidere? quod reipsa rem alienam contrectare, & sic furtum est. An & hominis fit furtum? *v.* §. 9. *Inst. de obl. ex delict.* 16 Vide 11 Gell. *ult. in fin.* Fur est, qui dolo malo rem alienam contrectat. Paul. 2 *sent.* §. 1. Furtum sine dolo malo non fit. *l.* 50. §. 2. *ff. eod.* 17 Fraus contrectantis in eo detegitur, quod lucrum altero invito ex re aliena facere cupit. Quid? à fraude estue excusandus, qui necessitatis suæ sublevandæ causa quid furatur: quemadmodum dicimus eum carceris effracti non teneri, qui incendii vel aquæ vitandæ causa carcerem effregit, *arg. l.* 49. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* & illicita necessitate fieri licita, c. 4. *de reg. in 6.* ? Communis opinio est eum excusari: sed tamen ad meliorem fortunam redactum, res ablatas cogi restituere. Clar. 5 *sent.* 6. 18 Propriietatis, veluti si servum abstulit. *v.* §. 4. §. 1. *Inst. eod.*

19 Id quando accidat, *v. l.* 40. *ff. eod.* 20 *l.* 1. *circa fin. ff. de distract. pign. l.* 1. §. 1. *ff. si is qui testam. liber.* Hinc Cujac. furtum sic definit: furtum est interversio possessionis rei mobilis. 21 Furtum natura turpe est. *l.* 42. *ff. de verb. sign.* adde *l.* 14. *ff. de condict. indeb.* Imo non est: omnia enim communia sunt jure naturæ, *l.* 5. *ff. de justitia. Quint.* ne jure quidem gentium turpe est, quum apud Ægyptios & Lacedæmonios impunita furta fuerint; & *Theoph.* §. 3. *I. de jure naturali*, refert furem generali jure pecunia mulctandum. Sic sentio, jure naturali etiam primo furtum committi nefas esse: cum illo jure deteutio tantundem præstiterit, quantum jure gentium occupatio: ut eam ob causam plus juris est possessori in retinendo, quam alteri in eripiendo: deinde adulterium apud quasdam gentes natura turpe est. *l.* 42. *ff. de verb. sign.* tertio, natura quidem turpe esse non desinere dicendum est, licet à vitiosis hominibus id non probetur. Item nihil impedire furtum natura prohiberi, & tamen pecuniariter puniri. Hoc recte natura indicat, furtum puniendum esse: hoc autem gentes statuere possunt, ut fur vel pecunia vel in corpus puniatur. adde Arist. 12 *Probl. ult.* Anton. August. 4 *emendat.*

De furto manifesto vel non manifesto.

II. GAIUS lib. XIII ad Edictum.

FUrtorum genera duo [22] sunt: manifestum [23], & nec manifestum [24].

III. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

FUr est manifestus, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ [25] appellant, hoc est, cum qui deprehenditur [27] cum furto. §. 1. Et parvi refert, à quo deprehendatur [28], utrum ab eo, cujus [29] res fuit, an ab alio. §. 2. Sed utrum ita demum fur sit manifestus, si in faciendo deprehendatur: an vero & si alicubi [30] fuerit deprehensus? Et magis est (ut & Julianus scripsit) & si non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit, attamen esse furem manifestum, si [31] cum re furtiva fuerit apprehensus, prius [32] quam eo loci rem pertulerit, quo destinaverat.

IV. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

QUo destinaverit quis auferre, sic accipiendum est: quo destinaverit eo [33] die manere cum eo furto.

V. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SIve igitur in publico, sive in privato deprehendatur, antequam ad locum destinatum rem perferret: in ea causa est, ut fur manifestus sit, si cum re furtiva deprehendatur. & ita Cassius scripsit. §. 3. Sed si pertulit quo destinavit, tamensi deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur.

VI. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

QUamvis [34] enim sæpe [35] furtum contrectando fiat, tamen initio [36], id est, faciendi furti tempore, constituere visum est, manifestus, necne fur esset.

VII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI quis in servitute furtum fecerit, & manumissus [37] deprehendatur, an fur manifestus sit, videamus. & ait Pomponius libro XIX ex Sabino, non posse eum manifesti convenire: quia origo [38] furti in servitute facti non fuit manifesti. §. 1. Ibidem Pomponius eleganter scripsit, deprehensione [39] fieri manifestum furem: cæterum si cum tibi furtum facerem de domo tua, abscondisti te, ne te occidam, etiam si vidisti [40] furtum fieri, attamen non est manifestum. §. 2. Sed Celsus deprehensioni hoc etiam adjicit, si cum vidisses eum subripientem, & ad comprehendendum eum accurrisses [41], abjecto [42] furto effugit: furem manifestum esse. §. 3. Parvique referre putat, dominus an vicinus: an quilibet transiens apprehendat.

VIII. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

NEc *manifestum* furtum quid sit, apparet [43]: nam [44] quod manifestum non est, hoc scilicet nec manifestum est.

De assidua contrectatione. 1. De rei vindicatione, & condictione furtiva.

IX. POMPONIUS lib. VI ad Sabinum.

EI qui furti actionem habet, assidua [45] contrectatione furis non magis furti actio nasci potest: ne in id quidem in quod crevisset [46] postea res subrepta. §. 1. Sed si eam à fure vindicassem, condictio mihi manebit [47]. sed potest dici, officio Judicis, qui de proprietate cognoscit, contineri, ut non aliter jubeat restitui, quam si condictionem petitor remitteret. quod si ex condictione ante damnatus reus, litis æstimationem sustulerit, ut aut omnimodo absolvat reum, aut (quod magis placet) si paratus esset petitor æstimationem restituere, nec restituetur ei homo: quanti [48] in litem jurasset, damnaretur ei possessor.

Quibus datur actio de eo cujus interest.

X. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

CUjus interfuit [49] non subripi, is actionem furti habet.

XI. PAULUS lib. IX ad Sablnum.

[TUm] is cujus interest, furti habet actionem: si honesta [50] causa interest.

De fullone. 1. De bonæ vel malæ fidei possessore. 2. De pignore.

XII. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

ITaque fullo [51] qui curanda, polienda vestimenta accepit, semper agit [52]: præstare enim custodiam [53] debet. si autem solvendo [54] non est, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod perdat, ejus periculo nihil est. §. 1. Sed furti actio malæ [55] fidei possessori non [56] datur: quamvis [57] interest ejus, rem non subripi, quippe cum res periculo ejus sit. sed nemo de improbitate [58] sua consequitur actionem: & ideo soli bonæ [59] fidei possessori, non etiam malæ fidei furti actio datur. §. 2. Sed[&] si res pignori [60] data sit, creditori quoque damus furti actionem, quamvis in bonis [61] ejus res non sit. Quinimo non solum adversus extraneum dabimus, verum [&] contra [62] ipsum quoque dominum furti actionem: & ita Julianus scripsit. Necnon & ipsi domino dari placet; & sic fit, ut non [63] teneatur furti, & agat. † Ideo autem datur utrique, quia utriusque interest. † Sed utrum semper creditoris interest, an ita demum, si debitor solvendo non est? & putat Pomponius, semper [64] ejus interesse pignus habere: quod & Papinianus libro XII Quæstionum probat: & verius est ubique videri creditoris interesse: & ita [&] Julianus sæpissime scripsit.

De re debita ex stipulatu.

XIII. PAULUS lib. V ad Sabinum.

IS cui ex stipulatu [65] res debetur, furti actionem non habet, si ea subrepta sit, cum per debitorem stetisset, quominus eam daret.

De emptore & venditore. 2. De colono. 3. De depositario. 5. De pignore. 8. De re commodata vel perferenda data. 11. De precario. 12. De conductore. 13. De filiofamilias furrepto. 14. De re commodata, vel pignorata, vehiculo. 15. De accessione rei commodatæ. 16. Differentia inter furti actionem & conditionem furtivam. 17. De epistola. De caupone. De magistro navis.

XIV. ULPIANUS lib. XXIX ad Sabinum.

EUm qui emit, si non [66] tradita est ei res, furti actionem non habere, sed adhuc venditoris [67] esse hanc actionem, Celsus scripsit. Mandare [68] eum plane oportebit emptori furti actionem, & condictionem, & vindicationem: & si quid ex his actionibus fuerit consecutus, id præstare eum emptori oportebit. quæ sententia vera est: & ita & Julianus. Et sane periculum [69] rei ad emptorem pertinet: dummodo custodiam [70] venditor ante traditionem præstet. §. 1. Adeo autem emptor ante trâditionem furti non habet actionem, ut sit quæsitum, an ipse subripiendo rem emptor furti teneatur? Et Julianus libro XXIII Digestorum scribit: Si emptor rem, cujus custodiam venditorem præstare oportebat, soluto pretio subripuerit, furti actione non tenetur. plane si, antequam [71] pecuniam solveret, rem subtraxerit: furti actione teneri, perinde ac si [72] pignus subtraxisset. §. 2. Præterea habent furti actionem coloni [73], quamvis domini non sint: quia interest [74] eorum. §. 3. Is autem apud quem res deposita [75] est, videamus an habet furti actionem? Et cum dolum [76] duntaxat præstet, merito placet non habere eum furti actionem: quid enim ejus interest, si dolo [77] careat? quod si dolo fecit, jam quidem periculum [78] ipsius est: sed non [79] debet ex dolo suo furti quærere actionem. §. 4. Julianus quoque libro XXII Digestorum scribit: Quia in omnium furum persona constitutum est, ne [80] ejus rei nomine furti agere possint, cujus ipsi fures sunt, non habebit furti actionem is apud quem res deposita est: quamvis periculo ejus esse res cœperit, qui [81] eam contrectavit.

§. 5. Papinianus tractat, si duos servos ob decem aureos pignori acceperim, & alter subripiatur, cum alter quoque qui sit retentus, non minoris deceni valeret: utrum usque ad quinque tantum habeam furti actionem, quia in alio habeo salvos quinque; an vero, quia mori potest [82], dici debeat in decem fore actionem, etiamsi magni pretii sit is qui retinetur? Et ita putat [83], non enim respicere debemus pignus [84] quod surreptum non est: sed id, quod subtractum est. §. 6. Idem scribit, si, cum mihi decem deberentur, servus pignori datus subtractus sit: si actione furti consecutus fuero decem, non [85] competere mihi furti actionem, si iterum subripiatur: quia desiit mea interesse, cum semel [86] sim consecutus. hoc ita, si sine culpa mea subripiatur: nam si culpa mea, quia interest, eo quod teneor pignoratitia actione, agere potero: quod si culpa abest, sine dubio domino competere actio videtur, quæ creditori non competit. quam sententiam Pomponius quoque lib. x ad Sabinum probat. §. 7. Idem dicunt & si duo servi [87] subrepti sint simul, competere utriusque nomine furti actionem creditori: sed non in totum, sed pro qua parte in singulos diviso eo, quod ei debetur, ejus interest. separatim autem duobus subreptis, si unius nomine solidum [88] consecutus *sit*, alterius nihil consequetur. §. 8. Item Pomponius libro x ex Sabino scripsit, si is cui commodavi [89], dolo fecerit circa rem commodatam: agere eum furti non [90] posse. §. 9. Idem [91] Pomponius probat & in eo qui rem mandato alicujus accepit perferendam [92]. §. 10. An pater, cujus filio commodata res est, furti actionem habeat, quæritur? Et Julianus ait, patrem hoc nomine agere non [93] posse, quia [94] custodiam præstare non debeat. Sicut (inquit) is qui pro eo, cui commodata res est, fidejussit [95], non habet furti actionem. † Neque enim (inquit) [is,] cujuscunque [96] interierit rem non perire, habet furti actionem: sed qui ob eam rem tenetur, quod ea res culpa ejus perierit. quam sententiam Celsus quoque libro XII Digestorum probat.

§. 11. Is, qui precario servo [97] rogaverat, subrepto eo potest quæri, an habeat furti actionem? Et cum non est contra eum civilis [98] actio, quia simile [99] donato precarium est, ideoque & Interdictum [100] necessarium visum est, non habebit furti actionem. Plane post Interdictum redditum puto eum etiam culpam præstare: & ideo & furti agere posse. §. 12. Quod si conduxerit [1] quis, habebit furti actionem, si modo culpa ejus subrepta sit res.

§. 13. Si filiusfamilias [2] subreptus sit, patrem 3 habere furti actionem, palam est. §. 14. Si res commodata est, & is cui commodata est, decesserit: quamvis hereditati 4 furtum fieri non possit, & ideo nec heres ejus, cui commodata est, possit agere, tamen commodator poterit furti agere. † Idemque & in re pignorata vel in re locata: licet enim hereditati furti actio non adquiratur, tamen alii, cujus 5 interest, adquiritur.

§. 15. Non solum autem in re commodata competit ei cui commodata est, furti actio: sed etiam in ea quæ ex ea adgnata 6 est: quia & hujus custodia ad eum pertinet. Nam & si fervum tibi commodavero, & vestis ejus nomine furti ages: quamvis vestem quam vestitus est, tibi non commodaverim. † Item si jumenta tibi commodavero, quorum sequella erat œculeus 7, puto competere furti actionem etiam ejus 8 nomine, quamvis ipse 9 non [10] sit commodatus. §. 16. Qualis ergo furti actio detur ei cui res commodata est; quæritur est? Et puto omnibus quorum [11] periculo res alienæ sunt, veluti commodati [12], item locati

22 §. 3. *Inst. de obligat. ex delicto. 15 Reineccius ex lib. 60. tit. 12. c. 2.* Imo quatuor genera sunt furtorum. Paul. 2 *sent.* 31. §. 2. Gaius 3 *Inst. ult.* Solve: conceptum & oblatum furtum actionum potius sunt species furto concurrentes, quam furtorum genera. *d.* §. 3. v. Anton. Augustin. 5 *quæst.* 5.

23 *l.* 3. 4. 5. 6. 7. *ff. eod.*

24 *V. l.* 8. *ff. eod.*

25 Ita legit Theophil. *Inst. eod.* Aristophanes *in Plut.* Plutarchus *in Lysandro* αὐτόφωρον. Budæus, Græci αὐτοφώρους, fures non solum manifestos vocabant, sed omnes qui in aliquo, puta tyrannidis, ut apud Thucydidem *lib.* 7, crimine deprehensi essent: non ἀπὸ τῶν φωρᾶν, ut plerique censent, sed à verbo φωρῶ, quod est deprehendo: Phavorinus. Budæus, ἐπ' αὐτοφώρῳ, sive ἐπ' αὐτῷ φωρῷ. 10 Rhodigin. 6. Alciatus tamen 2 *præterm.* ut & Harmenop. 6 *tit.* περὶ κλοπῶν, legit κλοπῶν φωρῶν. his adde quæ scripti ad *l.* 22. *ff. de adulteriis.*

26 §. 3. *Inst. de obl. quæ ex delict.* hoc quid significet, vide quæ notavi ad *l.* 23. *ff. de adult.*

27 Vel videtur.

28 *l.* 7. *in fin. ff. eod. l.* 24. §. *ultim. ff. de usur.*

29 Id est, a domino rei.

30 Aliubi. *Hal.*

31 Id est, si intra terminos ejus loci (unde quid sustulit) deprehensus est. Paul. 2 *sent.* §. 2.

32 Finem furti manifesto faciendi interpretamur, quum quis eo die rem pertulit, quo destinaverat. vid. Cujac. apud Paul. 2 *sent.* 31. §. 2.

33 Post diem furti commissi deprehensus, non est fur manifestus: est igitur non manifestus.

34 Et sic sæpe deprehendatur rem furtivam contrectans ac tenens

35 Imo semper. *l.* 1. §. 1. & *ult. ff. eod.* & ita hic legendum monet Petrus Pithœus *in notis ad 7 collationis ll. Mosaicarum.*

36 Manifestus fur est, qui quo momento vel articulo furtum fecit, deprehenditur: post illud initium si deprehendatur rem furtivam contrectans, fur manifestus non censetur. ut manifestus ergo fur quis dicatur, initium, hoc est, tempus furti admissi spectandum est. 37 Paul. 2 *sent.* 31. §. 8.

38 Origo in furto attenditur. *l.* 6. *ff. eod.* 39 *l.* 15. *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 12. *cap.* 2.

40 Adde *l. peti. ff. eod.* 41 Occurrisses. *Hal.* 42 Καὶ τὸ κλοπιμαῖον φύγῃ ἔχουσαν. 15 *Eclog.* 2. *l.* 3. §. 1. *ff. eod.* 43 Definitio à remotione contrarii, aliter definitur à Paulo. nec manifestus est fur, qui intus rapiendo quidem comprehensus non est; sed eum feciſſe negari non potest. Paul. apud Rufinum 7 *collationis Leg. Mosaicar.* fur manifestus hic non est: sed eum tamen furtum feciſſe negari non potest. Paul. 2 *sent.* 12. c. 2. 44 Manifestus fur qui non est, fur non manifestus dicendus est. 45 Assidua rei furtivæ contrectatio non multiplicat actiones furti, *ut hic.* an idem si iterata, seu diversis temporibus facta? non idem. *l.* 46. *in fin. ff. eod.* 46 Adrevisset: Quod accrescit rei furtivæ, censetur cum ipsa re furtum unicum. Ideoque diversæ actiones eo nomine non dantur, una scilicet ad rem ipsam, altera ad accessiones. adde *l.* 14. §. 15. *ff. eod.*

47 Adde *l.* 54. §. 3. *ff. eod.* 48 Contra furem juratur in litem, quoties non apparet de quantitate rerum subreptarum: & hanc opinionem esse communem refert Clarus 3 *sententi. 6.* Bossius *cap. de raptorib. num. 6.* 49 *l.* 14. §. 14. & 17. *in fin. l.* 76. §. 1. *l.* 85. *in fin. ff. eod. l.* 22. *C. eod.* §. 13 *Inst. de obl. ex delicto.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 4. 50 *l.* 12. §. 1. *l.* 76. §. 1. *l.* 85. *ff. eod.* Talis non est malæ fidei possessor. 51 *l.* 48. §. 4. *l.* 82. *ff. eod.* §. 15. *Inst. de obl. ex delicto. l.* 60. §. 2. *ff. locat.* 52 Furti scil. si vestimenta ei fuerint subrepta. 53 Vide *l.* 5. *ff. nautæ.*

54 *d.* §. 15. 55 *l.* 11. *ff. eod.* 56 Imo datur. Fur enim interdum furti agere potest. vide Cujac. 14 *obs.* 30. 57 *l.* 76. §. 1. *ff. eod.* 58 Malæ fidei possessor ob id ipsum furti agere non potest, quod fur sit, atque ideo ejus interest rem non perire; non potest, inquam, furti agere, quin suam improbitatem patefaciat; idem qua fronte posset actionem defendere? *l.* 38. *in fin. ff. de admissor. tut.* 59 *l.* 47 *ff. eod.* 60 § 14. *Inst. de oblig. quæ ex delictis. l.* 26. *C. de pignor.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 16. 61 Pignus non est in bonis creditoris. 62 *l.* 66. *ff. eod.* 63 Hanc negationem dispangit Zoanet. *c.* 12. *resp.* Cujac. 4 *Inst.* 1. *in verbis furti actione. & 2 sent.* Paul. 31. §. 16. *in fin. & 11 obs.* 12. *idque auctoritate Basilicor. & 18 obs.* 30. Ant. Aug. 1 *emend.* 3. reprehensi à Roberto 2 *recept.* 9. 64 Præstat enim pignori incumbere. Theoph. §. 14. *Inst. eod.*

65 *l.* 66. *in fin. l.* 85. *in fin. ff. eod.*

66 *l.* 80. *ff. eod.*

67 Curi quia adhuc rei dominus est.

68 *l.* 31. *ff. de act. empt.*

69 *l.* 62. *in fin. ff. de contrab. empt. l.* 5. *l. ultim. C. de periculo.*

70 *l.* 36. *ff. de act. empt.*

71 Post solutam pecuniam emptor venditori rem subtrahens, furti non tenetur: ante solutam tenetur. adde *l.* 5. *ff. de adquir. poss. l.* 2. *C. de acquir. & retinenda possess.* adde quæ notavi ad *l.* 1. *in fin. ff. eod. l.* 15. §. 1. *ff eod.*

72 Res venditæ ante pretium acceptum, venditori pignoris est loco. *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.* Qui pignus creditori subtrahit, furtum committit. *l.* 12. *in fin. ff. eod.* Ideoque venditor eo casu rem emptori subtrahens furti tenebitur.

73 *l.* 82. §. 1. *ff. eod.*

74 Vid. *l.* 10. *ff. eod.*

75 §. 14. *Inst. de obl. quæ ex delicto.*

76 *l.* 23. *ff. de regul. jur.*

77 In re deposita depositarius habet interesse, si in ea dolum commisit.

78 Post dolum in re deposita commissum, depositarii periculum est: non tamen ex ea causa furti actionem adquirit, si res deposita ei sit subrepta.

79 *l.* 11. *ff. eod.*

80 Rei furtivæ actio furti non competit. excipe *l.* 48. §. 4. *ff. eod.*

81 Quia. *vulg. Hal.*

82 Odio furis insipicimus quod evenire potest.

83 In decem sc. agi posse. ut *ff. eod. l.* 12. *in fin.* Imo videtur ad totum pignus agi, ut *ff.* §. 7. *eod. in fin. & l.* 15. *ff. eod.*

84 Id est, in quam summam pignus, quod subreptum non est, datum sit.

85 Imo competit, si iterum subripitur. *l.* 46. *in fin. ff. eod.*

86 Nostra non interest, postquam rem nostram consecuti sumus.

87 Obligari scil.

88 Potest enim in solidum agere.

89 Commodatarius qui dolum admisit, furti non agit.

90 Imo potest. *l.* 48. §. 4. *ff. eod.* 91 Id est, eum furti agere non posse. Imo posse videtur. §. 17. *in fin. ff. eod. l.* 78. *ff. eod.* 92 *l.* 7. *C. eod.* 93 Imo potest. Interest enim ei actionem dari, qui de peculio convenitur. Paul. 2 *sent.* 31. §. 17. 94 Custodiam commodati qui non præstat, furti non agit.

95 Fidejussor furti non agit. *l.* 85. *in fin. ff. eod.* 96 Non, cujuscunque interest rem non perire, furti agit is. & ita restringe *l.* 10. *ff. eod.* 97 Servum. *vulg. Hal.* 98 *l.* 14. *ff. de precario.*

99 *l.* 1. §. 1. *ff. de precario.* 100 De precario scil. 1 *l.* 58. *ff. eod.* 2 Græci ita legunt: si filiofamilias sit subreptum. 3 *l.* 1. §. 2. *ff. de rei vind.* aliud in matre. *l.* 38. *ff. eod.*

4 *l.* 68. *ff. eod.* 5 *l.* 10 *ff. eod.* 6 *l.* 9. *ff. eod. l.* 5. §. 9. *ff. commodati. l.* 10. *ff. de precar.*

7 Equuleus *vulg. Hal.* sic Liv. 30: Bos equuleum pepcrit. & Cic. 3 *Tusc.* exagitantur tacti equulei fræno injecto. dicitur & equulus: sic Varro, 2 *de re rustica* 7. Ibi frænos suspendendum, ut equuli consuescant, & videre eorum faciem, & à motu audire crepitus. *Et post*, sunt qui dicunt post annum & sex menses equulum domari posse. & *cap.* 8: hosce item ut equulos educant. Et Cicero *in lib. de Natura*: Omnia in perfectis & maturis sunt meliora, ut in equo quam in equulo. & ita loquitur §. 37. *Inst. de rer. divis.* Equuli Theophilo μικροὶ ἵπποι. 8 Equulei. 9 Equuleus.

10 Imo est. *l.* 5. §. 9. *ff. commodati.* 11 Is cujus periculo res est aliena, furti agere potest, *l.* 85 *ff. eod.* vide tamen §. 3. *in fin. ff. eod.* 12 §. 15. *ff. eod.*

cati [13], pignorisve accepti [14], si hæ subreptæ sint, omnibus furti actiones competere: condictio [15] autem ei demum competit, qui dominium habet. §. 17. Si *epistola* quam ego tibi misi, intercepta sit: quis furti actionem habeat? Et primum quærendum est cujus sit epistola: utrum ejus qui misit, an ejus ad quem missa est? Et si quidem dedi servo ejus, statim ipsi quæsita est cui misi. si vero procuratori, æque, quia per liberam personam possessio quæri potest [16], ipsius facta est: maxime si ejus interfuit eam habere. quod si ita misi epistolam, ut mihi remittatur: dominium meum manet: quia ejus nolui amittere, vel transferre dominium. † Quis ergo furti aget? is cujus interfuit eam non subripi: id est, ad cujus utilitatem pertinebant ea quæ scripta sunt. † Et ideo quæri potest, an etiam is, cui data est perferenda, furti agere possit? Et si custodia ejus ad eum pertineat, potest [17]. Sed & si interfuit ejus epistolam reddere, furti habebit actionem. finge eam epistolam fuisse, quæ continebat ut ei quid redderetur fieretve: potest habere furti actionem: vel si custodiam ejus rei recepit, vel [18] mercedem perferendæ accepit. & erit in hunc casum similis causa ejus, & cauponis, aut magistri navis: nam his [19] damus furti actionem, si sint solvendo: quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

13 *d. l.* §. 15.
14 *l.* 22. *ff. de pignorib.*
15 Condictio rei furtivæ datur domino. *l.* 1. *ff. de condict. furtiva.*
16 Imo non potest. §. 5. *Inst. per quas personas.*
17 Imo non potest. §. 9. *ff. eod.*
18 Ita ut ob id quandoque teneatur.
19 *l. nunc.* §. 4. *ff. furti adversus nautas.*
20 *l.* 87. *ff. eod.*
21 Id est, in rem ipsam furto ei subreptam: idque absente debitore vel non parato agere.
22 *l.* 24. §. 2. *ff. de pign.*
23 *l.* 20. *in fin. ff. eod.*
24 *l.* 49. *ff. eod.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 18.
25 Vid. *l.* 20. *in fin. ff. de adquir. poss.*
26 Retentio datur ob impensas. *l.* 17. *in fin. ff. comm. l.* 20. *in fin. ff. de adquir. poss. l. ult. C. commodat. l.* 24. §. *si uxor. ff. soluto.*
27 *l.* 17. *l.* 52. §. 4. *ff. eod. l.* 7. *ff. de obligat. l.* 1. *C. de noxal.* §. 12. *Inst. de oblig. quæ ex delicto.* §. 6. *Inst. de noxal.*
28 Adde *l.* 1. §. 1. *ff. si is qui test.* Imo, juris constitutio, non natura. nam inter patrem, & filium in potestate positum potest esse de castreusi peculio actio, *l.* 4. *ff. de judic.* ut & inter patrem & filium emancipatum, si venia sit petita, *l.* 4. *C. de in jus vocand.* quod minime foret, si natura esset impedimento, quia jus naturæ mutari non potest. *§. pen. Inst. de jure naturali.*
29 An patria potestas, ut vult Accurs. cui adstipulatur *lex* 8. *ff. de in jus vocando?* potest id esse: sed tamen *naturæ* vocabulo potest etiam intelligi (ut filios spectemus) affectus qui natura parentibus est inditus. *l.* 4. *C. de patria potestate.*
30 Vid. *l.* 16. *ff. eod.*
31 Non quod facere possumus, continuo necesse est fieri: in furem statuere possumus, non tamen cogimur in furem litigare.
32 Statuere hic idem est quod animadvertere.
33 *l.* 1. §. 1. *ff. si is qui test.* Imo tenetur, siquidem noxa caput sequitur. Paul. 2 *sent.* 31. §. 9.
34 *l.* 6. *C. an servus pro suo.*
35 Actio quæ furti tempore nasci domino adversus servum proprium non potuit, ea non incipit nasci, si postea per eum manumissus fuerit.
36 Id est, servus statim à tempore manumissionis furtum domino facere potest. de hac particula vide quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. de injuriis.* 37 *l.* 67. §. 3. *ff. eod.* 38 *l.* 23. §. 1. *ff. de ædilitio.* 39 Paul. 2 *sent.* 31. §. *ult.* ubi vide Cujac. *l.* 13. *l.* 15. *in fin. ff. de adq. poss.* 40 Imo teneor. *l.* 27. §. 3. *ff. ad l. Aquil.* Servus, qui est in fuga, si ab alio non possidetur, videtur à domino possideri, nec tamen tenetur noxali actione: quia eum in sua potestate non habet. si ab alio possidetur bona fide, dominus tenetur noxali: quia a possessore recuperandi servi facultatem habet, & tenetur in hoc, vel ut recuperet, vel eodat actionibus. Atque bonæ fidei tenetur, sed in hoc tantum, ut servum dimittat, & dedat quoquo modo: quæ deditio non erit inutilis. Nam dominum vindicantem repellet is, cui bonæ fidei possessor servum dederit, officio judicis, vel exceptione doli mali, nisi litis æstimationem offerat. adde Cujac. 6 *ad Afric.* 41 *l.* 21. §. 3. *ff. de noxal.* 42 *V. l.* 1. *in fin. ff. de privat. delict.* 43 *l.* 37. *ff. de noxal.* §. 6. *Inst. de noxalib.* 44 Emptore. Cujac. *ad l.* 43. *ff. de pact. & l.* 2 *observ.* 23. *in fin.* 45 Demonstratur autem, si numerus exprimitur, *l.* 52. §. 25. *ff. eod.* non tamen perfecte. 46 Imo videtur necesse. *l.* 1. §. 40. *ff. depositi.* 47 *d.* §. 40. *l.* 6. *ff. de rei vindicat.* 48 *V. l.* 52. §. 25. *ff. eod.* 49 *d. l.* 6. 50 Colorem vestis subreptæ agens furti dicere debet, nisi juraverit se non posse colorem dicere. 51 Adde *l.* 15. §. 9. *ff. quod vi.* 52 Vel vendit. *l.* 66. *ff. eod.* 53 *d. l.* 66.

De pignore. 1. *Si dominus rem fructuario,* 2. *Vel commodatario surripiat.*

XV. PAULUS lib. V ad Sabinum.

CReditoris cujus pignus subreptum est, non credito [20] tenus interest, sed omnimodo in [21] solidum furti agere potest: sed & pignoratitia actione id quod debitum excedit [22], debitori præstabit. §. 1. Dominus qui rem subripuit, in qua usufructus [23] alienus est, furti usufructuario tenetur. §. 2. Sed eum qui [24] tibi commodaverit, si eam rem subripiat, non teneri furti, placuisse Pomponius scripsit: quoniam nihil tua interesset; utpote cum nec commodati tenearis. ergo si ob [25] aliquas impensas quas in rem commodatam feceris, retentionem [26] ejus habueris, etiam cum ipso domino, si eam subripiat, habebis furti actionem: quia eo casu quasi pignoris loco ea res fuit.

20 Adde *l.* 3. *in fin. ff. de incend. Seneca* 5 *controv.* 5. Etiam si partem damni dare voluisti, partem noluisti, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Si fateris sciente jam incendisse, si unum tignum puta, tota domus intelligeretur ex parte. Nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est arbor, quæ in domo est.
21 Id est, servi. vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 1. *ff. de adquir. possess.*
22 Et male. *ff. eod.*
23 Id est, si aurem. vid. quæ notavi ad *l.* 3. §. 1. *ff. de adquir. possess.*
24 Parum. *vulg. Hal.*
25 Imo, non videtur verum. *l.* 22. *in fin. ff. eod.*
26 §. 9. *ff. eod.* Imo totius. *l.* 3. *in fin. ff. de incendio.*

De his qui sunt alieni juris.

XVI. IDEM lib. VII ad Sabinum.

NE cum [27] filiofamilias pater furti agere possit, non [28] juris constitutio, sed natura [29] rei impedimento est: quod non magis cum his quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus.

27 Filiofamilias pater furti agere non potest. §. *pen. Inst. de jure naturali.*
28 An patria potestas, ut vult Accurs. cui adstipulatur *lex* 8. *ff. de in jus vocando?* potest id esse: sed tamen *naturæ* vocabulo potest etiam intelligi (ut filios spectemus) affectus qui natura parentibus est inditus. *l.* 4. *C. de patria potestate.*
29 Non quod facere possumus, continuo necesse est fieri: in furem statuere possumus, non tamen cogimur in furem litigare.

XVII. ULPIANUS lib. XXXIX ad Sabinum.

SErvi & filii nostri furtum quidem nobis faciunt, ipsi autem furti non [30] tenentur: neque [31] enim qui potest in furem statuere [32], necesse habet adversus furem litigare: idcirco nec actio ei à Veteribus prodita est. §. 1. Unde est quæsitum, si fuerit alienatus vel manumissus: an furti actione teneatur? Et placet non [33] teneri: neque [34] enim actio quæ non fuit ab initio nata, oriri potest adversus hunc furem. † Plane si manumissus [35] contrectavit, dicendum erit teneri eum furti judicio: quia hodie [36] furtum fecit. §. 2. Cum autem servus, quem emi, traditusque mihi est, à me redhibeatur [37], non est in ea causa, ut perinde habeatur, atque si meus nunquam fuisset: sed [&] fuit, & desiit. idcirco dicit Sabinus eum, si furtum fecit, in ea esse causa, ut furti ejus nomine is, qui redhibuit, agere non possit: sed & si non possit, attamen ratio haberi debet ejus [38] quod fecit, cum redhiberi cœperit: idque actione redhibitoria continetur. §. 3. Illud quæsitum est, si cum in fuga esset servus, furtum domino fecisset: an æque posset habere actionem adversus eum, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere cœperit? Movet quæstionem, quod quamvis possidere servum eo [39] tempore, quo in fuga est, videor, attamen furti actione non [40] teneor: quasi non [41] sit in mea potestate. quod enim videor possidere, ad usucapionem tantum mihi proficere Julianus scribit. Dicit igitur Pomponius libro XVII ex Sabino, competere furti actionem huic domino, cujus servus in fuga fuit.

30 Vid. *l.* 16. *ff. eod.*
31 Non quod facere possumus, continuo necesse est fieri: in furem statuere possumus, non tamen cogimur in furem litigare.
32 Statuere hic idem est quod animadvertere.
33 *l.* 1. §. 1. *ff. si is qui test.* Imo tenetur, siquidem noxa caput sequitur. Paul. 2 *sent.* 31. §. 9.
34 *l.* 6. *C. an servus pro suo.*
35 Actio quæ furti tempore nasci domino adversus servum proprium non potuit, ea non incipit nasci, si postea per eum manumissus fuerit.
36 Id est, servus statim à tempore manumissionis furtum domino facere potest. de hac particula vide quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. de injuriis.*
37 Vel emit. *l.* 66. §. 3. *ff. eod.* 38 *l.* 23. §. 1. *ff. de ædilitio.* 39 Paul. 2 *sent.* 31. §. *ult.* ubi vide Cujac. *l.* 13. *l.* 15. *in fin. ff. de adq. poss.* 40 Imo teneor. *l.* 27. §. 3. *ff. ad l. Aquil.* Servus, qui est in fuga, si ab alio non possidetur, videtur à domino possideri, nec tamen tenetur noxali actione: quia eum in sua potestate non habet. si ab alio possidetur bona fide, dominus tenetur noxali: quia a possessore recuperandi servi facultatem habet, & tenetur in hoc, vel ut recuperet, vel eodat actionibus. Atque bonæ fidei tenetur, sed in hoc tantum, ut servum dimittat, & dedat quoquo modo: quæ deditio non erit inutilis. Nam dominum vindicantem repellet is, cui bonæ fidei possessor servum dederit, officio judicis, vel exceptione doli mali, nisi litis æstimationem offerat. adde Cujac. 6 *ad Afric.* 41 *l.* 21. §. 3. *ff. de noxal.* 42 *V. l.* 1. *in fin. ff. de privat. delict.* 43 *l.* 37. *ff. de noxal.* §. 6. *Inst. de noxalib.* 44 Emptore. Cujac. *ad l.* 43. *ff. de pact. & l.* 2 *observ.* 23. *in fin.* 45 Demonstratur autem, si numerus exprimitur, *l.* 52. §. 25. *ff. eod.* non tamen perfecte. 46 Imo videtur necesse. *l.* 1. §. 40. *ff. depositi.* 47 *d.* §. 40. *l.* 6. *ff. de rei vindicat.* 48 *V. l.* 52. §. 25. *ff. eod.* 49 *d. l.* 6. 50 Colorem vestis subreptæ agens furti dicere debet, nisi juraverit se non posse colorem dicere. 51 Adde *l.* 15. §. 9. *ff. quod vi.* 52 Vel vendit. *l.* 66. *ff. eod.* 53 *d. l.* 66.

De re fracta, aut rupta. 1. *De arca fracta, ut uniones tollantur.* 2. *De eo, qui lancem rapit.*

XXII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI quid fur fregerit, aut rumperit [84], quod non etiam furandi causa contrectaverit: ejus nomine cum eo furti agere non potest [85]. §. 1. Si eo consilio arca [86] refracta sit, ut uniones [puta] tollerentur, hique furti faciendi causa contrectati sint: eorum tantummodo furtum factum videri: [quod] est verum. nam cæte-

54 *l.* 36. *ff. de pignorat.*
55 *l.* 15. §. 1. *ff. eod.*

De furto partu, quibus casibus est fur manifestus, & nec manifestus. 2. *De errore in re surrepta.* 5. *De furto partu.* 7. *De eo qui conclave intravit.* 8. *De furto partu vel totius.* 9. *De re à pluribus surrepta, quam singuli tollere non potuerint.* 10. *Differentia inter actionem furti, & condictionem furtivam.*

XXI. ULPIANUS lib. XL ad Sabinum.

VOlgaris est quæstio, an is, qui [56] ex acervo frumenti modium sustulit, totius rei [57] furtum faciat, an vero ejus tantum, quod abstulit? Ofilius totius acervi furem esse putat [58]: nam & qui aurem [59] alicujus tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse: proinde & qui dolium aperuit, & inde parvum [60] vini abstulit, non tantum ejus, quod abstulit, verum totius videtur fur esse. Sed verum est [61] in [62] tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt. † Nam & si quis armarium, quod tollere non poterat, aperuerit, & omnes res quæ in eo erant, contrectaverit, atque ita discesserit, deinde reversus unam ex his abstulerit, & antequam se reciperet quo destinaverat, deprehensus fuerit: ejusdem rei & manifestus, & nec manifestus fur erit. Sed & qui segetem luce [63] secat [64], & contrectat: ejus, quod secat, manifestus [65], & nec [66] manifestus fur est. §. 1. Si is, qui viginti nummorum saccum deposuisset, alium saccum, in quo scit triginta esse, errante eo, qui dabat, acceperit, putavit autem illic sua viginti esse: teneri furti decem [67] nomine placet.

§. 2. Si quis æs subripuit, dum aurum se subripere putat, vel contra: ex libro VIII Pomponii ad Sabinum, [aut] minus esse, cum plus esset: ejus, quod subripuit, furtum committit [68]. idem Ulpianus. §. 3. Sed & si quis subripuit furto duos sacculos, unum decem, alterum viginti, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum: profecto dicemus tantum unius, quem [69] putavit alienum, furtum eum facere. quemadmodum si duo pocula abstulerit, quorum alterum suum putavit, alterum scit alienum: nam & hic unius fit furtum. §. 4. Sed si ansam, [70] in poculo suam putavit, vel vere fuit: totius [71] poculi eum furtum facere, Pomponius scripsit. §. 5. Sed si de navi onerata furto quis sextarium frumenti tulerit, utrum totius oneris, an vero sextarii tantum furtum fecerit? facilius hoc quæritur in horreo pleno. & durum est dicere totius furtum fieri. Et quid, si cisterna [72] vini sit? quid dicet? aut aquæ [73] cisterna? quid deinde, si nave vinaria [74], ut sunt multæ, in quas vinum effunditur? quid dicemus de eo, qui vinum hausit? an totius oneris fur sit? Et magis est, ut & hic non totius [75] dicamus. §. 6. Certe si proponas, in apotheca [76] amphoras esse vini, easque subtractas: singularum furtum fit, non totius apothecæ: quemadmodum si ex pluribus rebus moventibus in horreo [77] reclusis unam tulerit.

§. 7. Qui furti faciendi causa conclave [78] intravit, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit. Quid ergo? qua actione renebitur? utique injuriarum [79], aut de vi accusabitur, si per *vim introivit* [80]. §. 8. Item si majoris ponderis quid aperuit, aut refregit quod tollere non possit, non est omnium rerum cum eo furti actio, sed earum tantum, quas tulit: quia totum tollere non potuit. proinde si involucrum [81], quod tollere non potuit, solvit, ut contrectet, deinde contrectavit quasdam res: quamvis singulas res quæ in eo fuerunt, tollere potuerit, si tamen totum involucrum tollere non potuerit, singularum rerum quas tulerit, fur est: cæterarum non est. quod si totum vas tollere potuit: dicimus eum totius esse furem, licet solverit, ut singulas, vel quasdam tolleret: & ita [&] Sabinus ait. §. 9. Si duo pluresve unum tignum furati sunt, quod [82] singuli tollere non potuerint: dicendum est, omnes eos furti in solidum [83] teneri: quamvis id contrectare nec tollere solus posset. & ita utimur. neque enim potest dicere pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei universos: sic fiet, singulos furti teneri. §. 10. Quamvis autem earum quoque rerum, quas quis non abstulit, furti teneatur: attamen condici ei non potest: idcirco quia condici ea res, quæ ablata est, potest. & ita [&] Pomponius scribit.

56 Adde *l.* 3. *in fin. ff. de incend. Seneca* 5 *controv.* 5. Etiam si partem damni dare voluisti, partem noluisti, in totum quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur. Si fateris sciente jam incendisse, si unum tignum puta, tota domus intelligeretur ex parte. Nec enim quisquam omnia incendit, sed unam aliquam rem, ex qua surgat in omnia se sparsurus ignis. Atqui pars domus est arbor, quæ in domo est.
57 Id est, acervi.
58 Et male. *ff. eod.*
59 Id est, si aurem. vid. quæ notavi ad *l.* 3. §. 1. *ff. de adquir. possess.*
60 Parum. *vulg. Hal.*
61 Imo, non videtur verum. *l.* 22. *in fin. ff. eod.*
62 §. 9. *ff. eod.* Imo totius. *l.* 3. *in fin. ff. de incendio.*
63 Segetem ante lucem. *vulgat. Hal.* alii legunt noctu: à qua lectione non abhorrent quæ proxime dicentur.
64 De segetibus cæsis sic Plin. 18. c. 3. Frugem arato quæritam furtim noctu pavisse ac *secuisse*, puberi 12 tabul. legibus capitale erat, suspensumque Cereri necari jubebant gravius, quam homicidii convictum: impuberem Prætoris arbitratu verberari, noxiamve, duplionemve decerni. adde & eundem Plin. 17. c. 1. & de segetibus sectis. *l.* 27. §. 25. *ff. ad l. Aquil.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 21.
65 Quia deprehensus, priusquam rem deferret.
66 Quia prius clam contrectavit & recessit.
67 Est enim furtum, quum quis indebitos numnos sciens accipit, *l.* 18. *ff. de cond. furti.* hic autem creditor, vel saltem decem indebite quia saltem ea sustulit.
68 Non quia solam cogitationem auri subripiendi habet, sed
69 Qui rem aliquam ut suam capit, furtum non committit. §. 2. *Inst. vi bon. rapt.*
70 Ferruminatione vel plumbatura junctam poculo. vide *l.* 26. §. 1. *ff. de adquir. rer. dom.* Ideoque quamdiu à poculo non est separata, qui eam lueri causa contrectat, furtum committit.
71 Quia *ansa* ferruminata cedit poculo. vide *l.* 26. §. 1. *ff. de adquir. rer. dom.* Ideoque quamdiu à poculo non est separata, qui eam lueri causa contrectat, furtum committit.
72 Cisterna vini, quæ & lacus vini, in *l.* 27. §. *ultim. ff. ad l. Aquil.* cisternam in terra defossam, tectorio inducere, & incrustare intus forisque solebant, quod ex Suida & Xenophonte docet Cujac. 10 *obs.* 9.
73 De qua vide *l.* 1. §. 4. *ff. de fonte.*
74 Navis vinaria, de qua hæc verba Varronis accipienda sunt: Navibus vindemiam condimus ex Insula Choa & Chio. 2 *de re rust. in princ.* Lazarus Baïfius refert se Venetiis vidisse naves aquarias, quibus aqua portabatur, ut venderetur cisternas non habentibus.
75 Furem esse scil. *in princ. ff. eod.*
76 Apotheca, repositorium, Aug. *lib. de opere monachorum.* 15. Isidor. 5, *in fin.* vini, *ut hic. & l.* 12. §. 29. *& 34. ff. de instructo legato.* dicitur & mercium quarumcunque: hinc apothecarii, qui mercium vilissimarum apothecas secum deferentes, certis in locis aliquandiu consistunt emptorem operientes. *l.* 12. *in fin. C. de cohort alibur. lib.* 12.
77 Horreis veteres solebant varias merces includere, *l.* 3. §. 2. *ff. de officio Præfect. vigilum. l.* 74. *ff. de contrab. empt. l.* 55. *ff. locati.* quin & vina & vasa, unde horreum vinarium dicitur, *l.* 7. *ff. de instructo.* hinc merces horreaticæ, & horrearius, qui horrei custodiam habet. Horreum proprie est, in quo est frumentum: ideo olim farreum à farre dicebatur, Festus: vel ab horrendo, Varro 4 *de lingua.* vel (ut ibi potius est legendum) ab hordeo. Adde quæ de horreo scripsi ad *l.* 7. *ff. de instr.*
78 Conclavia, *cubicula*, loca dicuntur, quæ una clave clauduntur, Festus. gemina conclavia apud Varron, *l.* 7. *de lingua.* & Apuleius 2 *de Asino*: Conclave quoddam obseratis limitibus umbrosum demonstravit.
79 *l.* 23. *ff. de injur.*
80 Introïvit. *Hal.* intraverit. *vulgat.*
81 Involucrum quo vestes involvuntur, Varro 4 *de ling.* & alia quævis. hinc Cic. 11 *de nat.* Clypei cauta involucrum, vagina gladii dicitur: & volucrum *ἐλύτρα*, quod & volumen Glossis Græcis & Latinis, *ta serpilliere, toilette.*
82 *l.* 51. *in fin. ff. ad l. Aquil.*
83 *l.* 7. *in fin. ff. de jurid. l.* 6. *ff. arbor. furt.*
84 Ruperit. *vid. Hal. l.* 21. §. 8. *ff. eod.*
85 Quia furtum non fit solo animo sine contrectatione. *l.* 1. §. 1. *l.* 21. §. 7. *ff. eod. l.* 52. §. 19. *ff. eod. l.* 3. §. 18. *ff. de acquir. poss. l.* 53. *in fin. ff. de verbor. sign.* §. 11. *ver. ope. Inst. de oblig. quæ ex delicto.*
86 Arcam Inde dictam putat Varro, quod arcentur furca ea clausa. 4 *de lingua.*

cæteræ res quæ seponuntur, ut ad uniones perveniatur, non furti faciendi causa contrectantur. §. 2. Qui lancem rasit, totius 87 fur est: & furti tenetur ad id quod domini interest.

De impubere.

XXIII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

IMpuberem 88 furtum facere posse, si 89 jam doli capax sit, Julianus libro XXII Digestorum scripsit; Item posse cum impubere damni 90 injuria agi, quia id furtum ab impubere sit: sed modum esse adhibendum ait; nam in infantes id non cadere. nos putamus, cum impubere culpæ capace, Aquilia 91 agi posse. † Item verum est, quod Labeo ait, nec ope 92 impuberis furto facto teneri eum.

XXIV. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

NEc minus etiam condici ei posse Julianus scripsit.

De fundo & his quæ de fundo tolluntur.

XXV. ULPIANUS lib. XL*I* ad Sabinum.

VErum est quod plerique 93 probant, fundi furti agi non posse.

§. 1. Unde quæritur, si quis de fundo vi dejectus sit, an condici ei possit, qui dejecit? Labeo negat, sed Celsus putat posse condici 94 possessionem: quemadmodum potest, re mobili subrepta. §. 2. *Eorum quæ de fundo tolluntur, urputa* arborum, vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum 95, quos quis fraudandi 96 animo decerpsit, furti agi posse nulla dubitatio est.

De apibus. 1. De colono.

XXVI. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI apes 97 feræ in arbore fundi tui apes fecerint, si quis eas vel favum 98 abstulerit, eum non teneri tibi furti: quia non fuerint tuæ: easque constat captarum terra, mari, cœlo numero esse.

§. 1. Item constat colonum 99 qui 100 nummis colat, cum eo qui fructus 1 stantes subripuerit, acturum furti: quia ut primum decerptus esset, ejus esse cœpisset.

De tabulis.

XXVII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

QUi tabulas 2 vel cautiones amovet, furti tenetur non tantum petitæ ipsarum tabularum, verum ejus *quod 3 interfuit: quod ad æstimationem refertur ejus* summæ quæ in his tabulis continetur: scilicet si tanti interfuit; utputa si chirographa aureorum decem tabulæ fuerint, dicimus hoc duplicari. Quod si jam erant inanes 4, quia solutum proponebatur: nunquid ipsarum tantum tabularum petitæ videatur esse æstimatio facienda? quid enim interfuit hujus? Sed potest dici, quia nonnunquam debitores tabulas sibi restitui petant, quia nonnunquam calumniantur debitores, quasi 5 indebito soluto ab his: interesse creditoris tabulas habere, ne forte controversiam super ea re patiatur. † Et generaliter dicendum est, [in] id quod interest duplari. §. 1. Inde potest quæri, si quis cum alias probationes 6, mensemque 7 scripturam haberet, chirographi furtum passus sit, an æstimari duplo chirographi quantitas debeat: & nunquid non, quasi nihil interfuit, quantum enim interest, cum possit debitum aliunde probare? quemadmodum si in binis tabulis instrumentum scriptum sit: nam nihil videtur deperdere, si futurum est, ut alio chirographo salvo securior sit creditor. §. 2. Apocha 8 quoque si fuerit subrepta, æque dicendum est furti actionem in id quod interest locum habere: sed nihil [mihi] videtur interesse, si sint & aliæ probationes solutæ pecuniæ. §. 3. Sed si quis non amovit hujusmodi instrumenta, sed interlevit 9, non tantum furti actio locum habet, verum etiam Legis Aquiliæ: nam *rupisse* videtur, qui corrupit.

XXVIII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SEd si subripuit prius quam deleat, tanto 10 tenetur, quanti domini interfuit non subripi: delendo enim nihil ad pœnam adjicit.

XXIX. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

HOc amplius & ad exhibendum agi potest, & Interdicto Quorum 11 bonorum agi poterit,

XXX. IDEM lib. IX ad Sabinum.

SI hereditariæ tabulæ deletæ sint.

XXXI. IDEM lib. XLI ad Sabinum.

SEd & si imaginem quis [vel librum] deleverit, & hic tenetur damno 12 injuriæ, quasi corruperit. §. 1. Si quis tabulas instrumentorum Reipublicæ municipii alicujus, aut subripuerit, aut interleverit, Labeo ait furti eum teneri. † Idemque scribit & de cæteris rebus publicis 13, deque societatibus 14.

XXXII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

QUidam tabularum duntaxat æstimationem faciendam in furti actione existimant: qua 15 si judici, apud quem furti agatur, possit probari quantum debitum fuerit, possit etiam apud eum judicem eadem probare, apud quem pecuniam petat: si vero in furti judicio probare non poterit, ne illud quidem posse ostendi, quanti ejus interfit 16: sed potest post furtum factum tabulas nanctus esse actor, ut ex eo probet, quanti 17 sua interfuerit, si tabulas nanctus non esset. §. 1. De Lege Aquilia major quæstio est, quemadmodum possit probari 18 quanti ejus interfit? nam si potest alias probare, non patitur damnum. Quid ergo, si forte pecuniam sub 19 conditione crediderit, & interim testimonia, quorum probationem habeat, qui possunt mori pendente conditione? aut puta me petisse creditum, & quia testes & signatores qui rem communissent 20, præsentes non haberem, victum rem amisisse: nunc vero, cum furti agam, eorum memoria, & præsentia ad fidem creditæ pecuniæ uti possum?

De tutore vel curatore.

XXXIII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

TUtor administrationem quidem rerum pupillarium habet, intercipiendi autem potestas ei non datur. & ideo si quid furandi animo amoverit 21, furtum facit, nec usucapi res potest: sed & furti actione tenetur, quamvis & tutelæ agi cum eo possit. † Quod in tutore scriptum est, idem erit & in curatore adulescentis 22, cæterisque 23 curatoribus.

De furto manifesto, vel non manifesto.

XXXIV. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

IS qui opem 24 furtum facienti fert, nunquam manifestus est: itaque accidit, ut is quidem qui opem tulit, furti nec manifesti; is autem qui deprehensus 25 est, ob eandem rem manifesti teneatur.

XXXV. POMPONIUS lib. XIX ad Sabinum.

SI quis perferendum 26 acceperit & scierit furtivum esse; constat, si deprehendatur, ipsum duntaxat furem manifestum esse; si nescierit, neutrum 27: hunc quia fur non sit; furem 28, quia deprehensus non sit. §. 1. Si unus servus tuus hausisset & abstulisset, alter hauriendo deprehensus esset, prioris nomine nec manifesti, *alterius manifesti* teneberis.

De eo qui servo persuasit, ut fugeret. 1. De eo qui filio, vel servo vel uxori opem tulit. 2. De eo qui servo persuasit ut fugeret.

XXXVI. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

QUi servo persuasit 29 ut fugeret, fur non est. nec 30 enim qui alicui malum consilium dedit, furtum facit: non magis quam si ei persuasit ut se præcipitet, aut manus sibi inferret: hæc enim furti non admittunt actionem. Sed si alius ei fugam persuaserit, ut ab alio subripiatur, furti tenebitur is; qui persuasit: quasi *ope 31, consilio* ejus furtum factum sit. † Plus Pomponius scripsit eum qui *persuasit*, quamvis interim furti non teneretur, tunc 32 tamen incipere teneri, cum quis fugitivi fur esse cœperit: quasi videatur ope, consilio ejus furtum factum. §. 1. Item placuit, eum, qui 33 filio vel servo, vel uxori 34 opem fert, furtum facientibus 35, furti teneri: quamvis ipsi furti actione non conveniantur. §. 2. Idem Pomponius ait, si cum 36 rebus aufugerit fugitivus, posse furti actione sollicitatorem conveniri rerum nomine: quia opem, consilium contrectatori tulit: quod & Sabinus significat. † Si duo servi invicem sibi persuaserunt, & ambo simul aufugerunt: alter alterius fur non est. † Quid ergo, si invicem se celaverunt 37? fieri enim potest; ut invicem fures sint. & potest dici alterum alterius furem esse: quemadmodum si alii singulos subripuissent, tenerentur, quasi alter alterius nomine opem tulissent: quemadmodum rerum quoque nomine teneri eos furti, Sabinus scripsit.

De eo qui pavonem mansuetum persecutus est.

XXXVII. POMPONIUS lib. XIX ad Sabinum.

SI pavonem meum mansuetum 38 cum de domo mea effugisset, persecutus sis, quoad is 39 perit: agere tecum furti ita potero, si aliquis eum habere cœperit.

De filiofamilias surrepto.

[PAULUS.

SI filiusfamilias subreptus sit, patrem 40 habere furti actionem palam est 41].

De matre filii subrepti. 1. De liberis personis.

XXXVIII. IDEM lib. IX ad Sabinum.

MAter 42 filii subrepti furti actionem non habet 43. §. 1. Liberarum personarum nomine licet furti actio sit, condictio tamen nusquam est.

De meretrice.

XXXIX. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

VErum est, si meretricem 44 alienam 45 ancillam rapuit quis vel celavit, furtum non esse 46: nec enim factum quæritur, sed causa 47 faciendi: causa autem faciendi libido fuit, non furtum. † Et ideo etiam eum, qui fores 48 meretricis effregit libidinis causa, & fures non ab eo inducti sed alias ingressi meretricis res egesserunt 49, furti non teneri. † An tamen vel Fabia teneatur qui suppressit scortum libidinis causa? Et non puto teneri. & ita etiam ex facto cum incidisset, dixi. hic enim turpius facit, quam qui subripit: sed secum facti ignominiam compensat. certe fur non est.

De commodato. De eo qui invito domino utitur.

XL. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

QUi jumenta sibi commodata longius 50 duxerit, alienave 51 re invito domino usus 52 sit, furtum facit.

De captivitate & postliminio. 1. De arrogatione. 2. Quamdiu durat furti actio, & in quem competit. 3. De captivitate & postliminio.

XLI. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI cum quis in 53 hostium potestate esset, furtum ei factum sit, & postliminio 54 redierit: poterit quis dicere eum furti habere actionem. §. 1. Adrogatorem 55 posse furti agere, scilicet ejus furti nomine, quod factum est ei 56, quem adrogavit, antequam [eum] adrogaret, certum est: cæterum *si* postea, nulla erit dubitatio. §. 2. Quamdiu vivit is, qui furtum fecit, non perit furti actio: aut 57 enim sui juris est is, qui furtum fecit, & eum ipso actio est; aut alieni 58 juris esse cœpit, & actio furti 59 cum 60 eo est, cujus potestati subjectus est: * & hoc est *, quod dicitur, *Noxa caput sequitur*. §. 3. Si quis post noxam admissam hostium servus fuerit factus, videndum est, an extinguatur actio? Et Pomponius scripsit extingui actionem: & si fuerit reversus postliminio 61, vel quo alio jure, renasci eam actionem debere: & ita utimur.

De

---

87 Si strictum jus intuebere, non id, quod æquum bonumque est. *l. 21. T. eod.*

88 Dixi ad Legem XII Tabul. §. 18. *Inst. de obligat. quæ ex delicto.*

89 Ætatis habetur ratio in delictis. *l. 4. §. 26. T. de doli except. l. 16. §. 3. in fin. T. de pœnis. l. 111. T. de reg. jur. l. 7. C. de pœnis. §. 18. Inst. de obl. quæ ex delicto.*

90 Dixi in oratione *pro Roscio Comœdo.*

91 *l. 5. §. 2. in fin. T. ad l. Aquil.*

92 *l. 90. in fin. T. eod.*

93 Immobilis rei nomine furti agi non potest, *ut hic. & l. 38. T. de usurp. l. 1. C. vi bon. rapt.* Fundi tamen furtum fieri posse putavit Sabinus, *l. 38 in fin. T. de usurpat.* 11 Gellius 11. §. 7. *Inst. de usucap.*

94 *l. 2. T. de condictione triticaria.*

95 *l. 26. in fin. l. 67. §. 5. T. eod. l. 27. §. 25. T. ad leg. Aquil. l. 7. §. 5. T. quod vi aut clam.*

96 Furandi *vulgat. Hal.*

97 *l. 5. §. 3. T. de adq. rer.*

98 *d. §. 3.*

99 *l. 82. §. 1. T. eod.*

100 Colonorum alii nummis colunt, *ut hic.* vel ad pecuniam numeratam, ut *l. 25. §. 6. T. locati.* alii partibus, quod vidclicet in pecunia mercedem locatoribus non præstent, sed partem fructuum: unde partiarii coloni, *d. §. 6.* partiaria pecora inde dicuntur. *l. 8. C. de pact.*

1 *l. 25. in fin. T. eod.*

2 *l. 32. T. eod. l. 15. C. eod.*

3 *l. 28. l. 32. in fin. pr. T. eod. l. 10. §. 3. T. de edendo. l. 41. T. ad l. Aqu.* Paul. 2 *sent. 31. §. 22.* 25 *Eclog. ex lib. 60. tit. 12. c. 26.*

4 Inanes tabulæ dicuntur, quoties solutum est debitum. *l. 18. T. ad exhib.*

5 *Al.* quasi de indebito.

6 Probabatur pecunia data, numerataque inter cætera per mensæ scripturam, *ut hic.* de quo genere probationis, & aliis, v. 13 Gell. 2. *& Instit. de literarum oblig.*

7 Mensæ, *vulg. Hal.* quam scripturam Basilica ita vertunt, *τὰ πραγματεῖα δι' ἐξαγορᾶς.* Mensæ cujus hic fit mentio, ea ratio est. Argentarii mensas cum sere in foro positas habebant, apud eos pecuniæ deponebantur; vendebantur: per argentarios Romani etiam emebant, credebant, atque etiam fœnori occupabant. omnia denique per eos exercebant: deque his omnibus argentarii conficiebant rationes: ex eorum scriptura nascebatur obligatio. vid. Cujac. *ad l. 27. T. de pactis. & Nov. 136.* 8 *Eclog. ibid.* vid. *l. ultim. §. 2. T. de cond. indeb.* 9 *l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. T. eod. l. 41. T. ad l. Aquil. l. 10. in fin. T. de edendo.* 10 Tanti tenetur, *vulg.* 11 Interdictum quorum bonorum interdum de singulis rebus redditur, *ut hic.* v. quæ not. ad *l. 1. §. 1. T. quorum bonor.* v. Oldend. *class. 2. act. 1. n. 6.* 12 Id est, Legis Aquilia. 13 Civitatum. 14 Socius socio furti tenetur, si quid societatis ei subripuerit.

15 Quia. *Goth.* Ad hanc l. vide Augustin. *lib. 1 emend. cap. 3.* S. L. 16 Adde *l. 27. T. eod.*

17 *l. 10. §. 3. T. de edendo.* 18 Probari id quod interest certis modis potest, *ut hic.* An alii sunt modi quam hic enumerati, & in *l. argentariis.* 19 *§. cum autem. 3. T. de edendo?* Non sunt alii in Lege Aquilia, si in eo damnum culpa datum esse dicetur: secus, si furtum factum, aut damnum datum dolo: tunc enim probato furto, id quod interest per juramentum probatur. Bart. *hic.*

19 Quoties deletum est instrumentum, in quo debitum est conditionale, utrum in totum agi possit, an vero fieri statim debeat executio? vide in *l. si quis testamentum. 41. l. 42. T. ad l. Aquil.* Bart. in *l. locum. 3. §. condemnatio.* 11. *T. de tab. exhib.* 20 Communire dixit; ut alibi, efficere voluntatem. *l. dictantibus. 22. C. de testam.*

21 *l. 2. T. de furtis. vel rationib.*

22 Puberis.

23 Furiosorum.

24 Hoc quid sit; vide *l. 50. §. 1. T. eod. §. 11. vers. ope. Instit. de obl. quæ ex delicto.*

25 Cum ipsa re.

26 *l. 14. §. 9. T. eod. l. 7. C. eod.*

27 Id est, neque eum qui accepit perferendum, neque is qui dedit.

28 *Italoander legit* illum: *Alii*, illum non esse manifestum furem. *S. L.*

29 *l. 62. T. eod.*

30 *§. 11. in fin. Inst. de oblig. quæ ex delicto.*

31 *l. 50. §. 1. T. eod.*

32 *l. 53. in fin. T. de verb. sign.*

33 *§. 12. Inst. de oblig. quæ ex delicto. 35 Eclog. ex libro 60. tit. 12. cap. 34.*

34 *l. 52. T. eod.*

35 Imo uxor furtum non facit. *l. 1. l. 2. l. 21. §. 1. T. rerum amot.*

36 V. quæ scripsi ad *tit. C. ad l. Fab. de plagiariis.*

37 Adde *l. 4. in fin. C. eod.*

38 Alias pavonum fera est natura. *l. 5. §. 5. de acquir. rer.*

39 Id est, ita ut pereat.

40 Abest hic versic. in Florentinis.

41 *l. 14. §. 13. T. eod. §. 9. Inst. de obl. quæ quasi ex delicto.*

42 Aliud in patre. *l. 14. §. 13. T. eod. §. 9. Inst. de obl. quæ ex delicto.*

43 Imo habere videtur. *l. 55. §. 1. T. de fideicomm. libert.*

44 Aliud in non meretrice. *l. 82. §. 2. T. eod. & Eclog. tit. 6. cap. 77.* In titulo περὶ μοιχευόντων, de ancilla, non meretrice agitur.

45 Quid, si quis ancillæ suæ naseatur? utique si uxorem habet, Græci volunt eum verberibus affici, & ancillæ pretium filio inferri. *& Eclog. tit. περὶ μοιχευόντων. c. 76. & Harm. 3.*

46 Imo est. Paul. 2 *sent. 31. §. 11.*

47 Causa faciendi, non factum, inspicitur.

48 *l. 53. T. eod. §. 11. versic. sed & si quid. Instit. de obl. quæ ex delicto.*

49 Ejecerunt.

50 13 *Eclog. ex lib. 60. cap. 38. & 2 Harm. 10. in pr. & c. περὶ χωρὶς*, id est, *longius*, quam quem in locum petierat, aut aliorsum aut quam quo utendum accepit. Brutus apud Gellium 7. c. 15. aliorsum, pure in aciem. §. 6. *Inst. de obl. quæ ex delicto.* hinc Valer. 8. *cap. 2. in fin.* refert quendam furti damnatum fuisse, *quod equo*, cujus illi usus Ariciam usque commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus esset. adde *l. 13. §. 3. T. locati.* vide 2 *Harmenopul. 20. in princ.* Caium 2 *Inst. ultim. in fin.* 51 Aliove modo usus sit. *vulg.* 52 *l. 1. in fin. T. eod.*

53 Captivus. 54 Jus postliminii reverso actionem furti restituit. §. *ultim. T. eod.* 55 Patrem scil. 56 *l. 47. in fin. T. eod.* 57 Dilemma observa. 58 In servitutem alicujus additus. 59 Noxalis. 60 *l. 61. T. eod.* 61 *In pr. T. eod.*

De eo, quod in navi periit. 1. De manumissione.

XLII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI servus navem exerceat non [61] voluntate domini, de eo, quod ibi perit, vulgaris [62] formula in dominum danda est: ut quod alter admisit, duntaxat de peculio; quod ipse exercitor, adjiciatur, ut noxæ dederet. † Igitur si manumissus sit, persecutio quidem in peculio manebit adversus dominum intra annum: noxalis [63] ipsum sequetur. §. 1. Interdum & manumissus, & qui eum manumisit, ob furtum tenetur, si ideo manumisit, ne furti cum eo agi possit: sed si cum domino actum fuerit, ipso jure manumissum liberari Sabinus respondit, quasi decisum sit.

De falso creditore. 1. De falso procuratore. 2. De delegatione. 3. De mendacio. 4. De eo, qui alienum quid jacens sustulit, 9. δῶρεαι petit. 10. De re, quam dominus jecit. 11. De jactu ex nave. 12. Si furtum passus nanciscatur dominium partis, vel usumfructum in servo qui furtum fecit.

XLIII. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

FAlsus *creditor* (hoc [64] est is, qui se simulat [65] creditorem) si quid acceperit, furtum facit, nec nummi ejus sient.

§. 1. Falsus *procurator* [66] furtum quidem facere videtur. Sed Neratius videndum esse ait, an hæc sententia cum distinctione vera sit. ut si hac mente ei dederit nummos debitor, ut eos creditori perferret, procurator autem eos intercipiat, vera sit: nam & manent [67] nummi debitoris, cum procurator eos non ejus nomine accepit, cujus eos debitor fieri vult: & invito domino eos contrectando sine dubio furtum facit. quod si ita det debitor, ut nummi procuratoris fiant, nullo modo eum furtum facere ait, voluntate domini eos accipiendo. §. 2. Si is, qui indebitum accipiebat [68], delegaverit solvendum [69], non erit furti actio, [si] cum eo absente solutum sit: cæterum si præsente, alia causa est, & furtum fecit [70]. §. 3. Si quis nihil in persona sua mentitus est, sed verbis fraudem adhibuit: fallax est magis, quam furtum facit. utputa, si dixit se locupletem [71], si in mercem se collocaturum quod accepit, si fidejussores idoneos daturum, vel pecuniam confestim se soluturum. nam [ex] his omnibus magis decepit, quam furtum fecit; & ideo furti non tenetur: sed quia dolo fecit, nisi sit alia [72] adversus eum actio, de dolo dabitur.

§. 4. Qui alienum [73] quid jacens [74], lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur [75], sive scit cujus sit, sive ignoravit; nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cujus sit ignoret.

§. 5. Quod si dominus id dereliquit, furtum non sit ejus, etiam [76] si ego furandi animum habuero: nec enim furtum fit, nisi [77] sit, cui fiat. in proposito autem nulli fit: quippe cum placeat Sabini & Cassii sententia existimantium statim [78] nostram esse desinere rem, quam derelinquimus. §. 6. Sed si non fuit derelictum, putavit [79] tamen derelictum, furti non tenetur.

§. 7. Sed si neque fuit, neque putavit, jacens tamen tulit, non [80] ut lucretur, sed redditurus [81] ei, cujus fuit, non tenetur furti. §. 8. Proinde videamus, si nescit cujus esset, sic tamen tulit, quasi redditurus ei, qui desideraverit, vel qui ostenderit rem suam, an furti obligetur? Et non puto obligari eum. Solent plerique etiam hoc facere, ut libellum proponant [82] continentem inventisse, & redditurum ei, qui desideraverit: hi ergo ostendunt [83] non furandi animo se feciſſe. §. 9. Quid ergo, si δῶρεαν [84] (id est, *inventionis præmia*) quæ dicunt, petat? Nec hic videtur furtum facere, etsi non probe petat aliquid. §. 10. Si quis sponte rem jecit vel jactavit, [non] quasi pro derelicto habiturus, tuque hanc rem tuleris: an furti tenearis, Celsus lib. XII Digestorum quærit. & ait, si quidem putasti pro derelicto habitum, non teneris: quod si non putasti, hic dubitari posse ait; & tamen magis defendit, non teneri, quia (inquit) res non intervertitur ei, qui eam sponte rejecit. §. 11. Si jactum [85] ex nave factum alius tulerit, an furti teneatur? Quæstio in eo est an pro derelicto habitum sit. Et si quidem derelinquentis animo jactavit (quod plerunque [86] credendum est, cum sciat periturum), qui invenit, suum fecit, nec furti tenetur [87]. Si vero non hoc animo, sed hoc, ut si salvum fuerit, haberet: ei, qui invenit, auferendum est. & si scit hoc, qui invenit, & animo furandi tenet, furti tenetur [88]. Enimvero si hoc animo, ut salvum faceret domino, furti non tenetur. quod si putans simpliciter jactatum, furti similiter non tenetur.

§. 12. Etiamsi partis dimidiæ nanciscar dominium in servo, qui mihi antea furtum fecerat: magis est, ut extinguatur actio etiam parte redempta. quia etsi ab initio quis partem in servo habebat, furti agere non poterat. † Plane si ususfructus meus in eo servo esse cœperit, dicendum est furti actionem non extingui, qua fructuarius dominus non [89] est.

De falso procuratore. 1. Si rem meam quasi tuam tibi tradidero. 2. De servo hereditario.

XLIV. POMPONIUS lib. XIX ad Sabinum.

SI jussu debitoris ab alio falsus [90] procurator creditoris accepit: debitori iste tenetur furti, & nummi debitoris erunt. §. 1. Si rem meam quasi [91] tuam tibi tradidero scienti meam esse: magis est furtum te facere, si lucrandi animo id feceris. §. 2. Si servus hereditarius nondum [92] adita hereditate, furtum heredi fecerit, qui testamento domini manumissus est: furti actio adversus eum competit, quia nullo tempore heres dominus ejus factus est [93].

De re communi.

XLV. ULPIANUS lib. XLI ad Sabinum.

SI socius [94] communis rei furtum fecerit (potest [95] enim communis rei furtum facere), indubitate dicendum est furti actionem competere.

De rei interitu. De manumissione. Si res in hostium potestatem pervenerit. Si habeatur pro derelicto. 1. De servo fructuario, vel usuario, vel pignorato, vel communi furtipto. 7. De affectu contrectantis, 8. Et de voluntate domini. 9. De secundo furto.

XLVI. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

INter omnes [96] constat, etiamsi extincta [97] sit res furtiva: attamen furti remanere actionem adversus furem. Proinde mortuo quoque homine, quem quis furto abstulit, viget [98] furti actio. † Sed nec manumissio furti actionem extinguit: nec [99] enim dissimilis est morti manumissio, quod ad subtrahendum domino servum. † Apparet itaque, qualiter qualiter domino sit servus subtractus, attamen superesse adversus furem furti actionem: eoque jure utimur. comperit enim actio, non [100] ideo, quia nunc abest, sed quia unquam beneficio furis abfuerit. † Hoc idem in condictione quoque placet: nam condici furi potest, etiam [1] si res sit aliqua ratione extincta. † Hoc idem dicendum, si res in potestate hostium pervenerit: nam constat posse de ea furti agi. † Sed & si pro derelicto sit postea à domino habita, furti nihilominus agi poterit. §. 1. Si servus fructuarius subreptus est, uterque [2], & qui fruebatur, & dominus, actionem furti habet. Dividetur igitur actio inter dominum & fructuarium: fructuarius aget de fructibus, vel quanti interfuit ejus, furtum factum non esse, [ejus] dupli: proprietarius vero aget, quod interfuit ejus, proprietatem non esse subtractam. §. 2. Quod dicimus *Dupli* [3], sic accipere debemus, etiam quadrupli [competere actionem], si manifestum furtum sit. §. 3. Hæc actio, etsi sit qui in eo servo habeat usum tantum, poterit ei competere. §. 4. Et si quis proposuerit hunc servum etiam pignoratum esse, evenier, ut etiam is, qui pignori accepit, habeat furti actionem. Hoc amplius, etiam debitor, si modo plus valeat, quam pro pignore debetur, habet furti actionem. §. 5. Usque adeo autem diversæ sunt actiones, quæ eis competunt, ut si quis eorum pro fure [4] damnum [5] decideriſ, dici oporteat solummodo actionem sibi competentem amisisse eum, cæteris vero superesse. † Nam & si proponas communem servum subreptum, & alium ex dominis pro fure damnum decidisse: is, qui non decidit, habebit furti actionem. § 6. Proprietarius quoque agere adversus fructuarium potest judicio furti, si quid celandæ proprietatis, vel subprimendæ causa fecit. §. 7. Recte dictum est, qui [6] putavit se domini voluntate [7] rem attingere, non esse furem. Quid [8] enim dolo facit, qui putat dominum consensurum fuisse, sive falso id, sive vere putet? is ergo solus fur est, qui adtrectavit [9], quod invito domino se facere scivit. §. 8. Per contrarium quæritur: si ego me invito domino facere putarem, cum dominus vellet, an furti actio sit? & ait Pomponius, furtum me facere [10]: verumtamen est, ut cum ego velim eum uti, licet ignoret, ne furti sit obligatus. §. 9. Si furtiva res ad dominum rediit, & iterum [11] contrectata est, competit alia furti actio.

Cui competit furti actio.

XLVII. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI dominium rei subreptæ quacunque ratione mutatum [12] sit, domino [13] furti actio [14] competit: veluti heredi [15], & bonorum possessori, *& patri* adoptivo [16] & legatario [17].

Si dominus rem furi subripuerit, quid venit in actionem furti. 1. De eo, qui furem novit vel celat. 2. De servo recepto domino volente, 3. Vel invito. 4. Si is, qui poliendum conduxit, alii commodaverit. 5. De partu ancillæ, & fœtu pecudum. 6. Si dominus pretium rei surreptæ furi extorserit.

XLVIII. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

QUi vas argenteum perdiderat, eo[que] nomine furti egerit, de pondere vasis controversia cum esset, & actor majus fuisse diceret, fur vas protulit [18]: id is, cujus erat, abstulit [19] ei, qui subripuerat: dupli nihilominus condemnatus est. rectissime judicatum est: nam in actionem pœnalem non venit ipsa res, quæ subrepta est, sive manifesti furti, sive nec manifesti agatur.

§. 1. Qui furem novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est: cum multum interſit [20], furem quis celet, an non indicet: qui novit, furti non tenetur; qui celat, hoc ipso tenetur.

§. 2. Qui ex voluntate domini servum recepit, quin neque fur, neque plagiarius sit, plus quam manifestum est: quis enim [21] voluntatem [22] domini habens fur dici potest? §. 3. Quod si dominus vetuit, & ille susceperit, si quidem [23] non celandi animo, non est fur: si celavit, tunc fur esse incipit. Qui igitur suscepit, nec celavit, etsi invito domino, fur non est. † *Vetare* [24] autem dominum accipimus etiam eum, qui ignorat, hoc est, eum, qui non consensit [25]. §. 4. Si ego tibi [26] poliendum vestimentum locaverо, tu vero inscio aut invito me commodaveris Titio, & Titio furtum factum sit: & tibi [27] competit [28] furti actio, quia [29] custodia rei ad te pertinet. & mihi adversus te, quia non debueras rem commodare, & id faciendo furtum admiseris. ita erit casus [30], quo fur furti agere possit. §. 5. Ancilla [31] si subripiatur prægnans, vel apud furem concepit [32]: partus furtivus est, sive apud furem edatur, sive apud bonæ fidei possessorem [33]. sed in hoc posteriore casu furti actio cessat. sed si concepit apud bonæ fidei possessorem, ibique pepererit, evenier, ut partus furtivus non sit, verum etiam usucapi possit. † Idem [34] & in pecudibus servandum est, & in fœtu [35] eorum [36], quod in partu. §. 6. Ex furtivis equis nati statim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt: merito, quia in fructu

61 *l.* 1. §. 20. *l.* 6. ℣. *de exercitoria.*
62 *l.* 46. *in fin.* ℣. *de hered. inst.*
63 *l.* 46. *in fin.* ℣. *eod.*
64 Falsus est creditor, qui se creditorem simulat, cum non sit creditor.
65 Adde casum *l.* 52 §. 11. *l.* 80. §. 6. ℣. *eod.*
66 *d.* §. 6.
67 *l.* 1 §. 20. ℣ *de acq. poss.* Imo, non manent debitoris, cum fiant creditoris. *l.* 13. *in fin.* ℣. *de donat.*
68 Sciens scil.
69 Eum scil. qui solvere erat paratus.
70 Quia brevi manu recipit, quod alteri solutum est: & paria sunt, solvi mandatori, vel alteri ejus nomine eo præsente. adde *l.* 79. ℣. *de verb. obl.*
71 Imo, qui inopem pro locupleте subjicit, furti tenetur. *l.* 52. §. 21. ℣. *eod.*
72 Quomodo id esse potest, quum alia semper sit actio generalis certi? *l.* 9. ℣. *de rebus credit.* solve: hic agitur de aliqua speciali, non generali.
73 Alienam rem projectam.
74 V. §. 9. ℣. *eod.* 11 Gell. *ult. in fin.* ubi male legitur *cacens* pro *jacens.* adde casum *l.* 3. ℣. *de incendio.* adde §. *ult. Inst. de rerum divis.*
75 Imo non obstringitur, quum rei, quæ à nemine possidetur, contrectatio furtum non inducat. *l.* 1. §. 15. ℣. *si is, qui testam. liber.*
76 Id est, etiamsi ut fur tulero.
77 *d.* §. 15.
78 *l.* 1. ℣. *pro derelicto.*
79 Ignorantia contrectantis excusat à furto.
80 Vide *Novell. Leon.* 51.
81 Propositum rem alienam contrectantis ejus actum distinguit.
82 Vel etiam viva voce admoneant dominum. *l.* 15. ℣. *de præscript.* sic Mercurius, 6 *de æstim*, præmium investigationis Psyches publico præconio edicit: Si quis, inquit, à fuga retrahere, vel occultam demonstrare poterit fugitivam regis filiam, conveniat Mercurium prædicatorem, accepturus indicii nomine ab ipsa Venere septem suavia.
83 Protestatio declarat animum innocentem.
84 Id est, præmium, vel mercedem ob indicium furis, *l.* 4. *in fin.* ℣. *de cond ob turpem. l.* 15. ℣. *de præscript.* Paul. *sentt.* 31. §. 10. adde Contium, 1 *disp.* ubi *tract. de variis mercedularum generibus.* Indicinæ præmia vocat Apuleius, 7 *de asino.* dixi plenius edicto de Alexandrinis, *c.* 7.
85 *l.* 8. ℣. *de l. Rhodia. 53 Ecl.* 3. *c.* 19. adde casum *l.* 3. ℣. *de inventio. l.* 2. *in fin. l.* 8. ℣. *de l. Rhodia. l.* 9. *in fin.* ℣. *de adq. rer. dom.* solve: interdum potest id accidere. Hujusmodi enim actio non est prorsus voluntaria aut involuntaria, sed mixta. *v.* Arist. 3 *Eth.* 1. Goth. Vide ad hanc l. Sarmient. *select. lib.* 6. *c.* 9. Anf. 87 Qui rem hujusmodi abstulit. 88 Imo non tenetur, quum rem contrectet, quæ à nemine possidetur, cujus furtum fieri non solet. *l.* 1. §. 15. ℣. *si quis testam.* 89 Imo est, *l.* 8. ℣. *de reb. auct. judic. poss.* dixi ad *l.* 4. ℣. *de usucap.* 90 *l.* 18. *in fin.* ℣. *de solutionib.* 91 *l.* 66. §. 4. ℣. *eod.* 92 Id est, ante aditam hereditatem. *l.* 64. ℣. *eod.*
93 Quod evenit etsi alii fuit legatus. *unde.* 94 *l.* 45. *l.* 46. *l.* 51. ℣. *pro socio.* 95 Id accidit, quoties re communi utitur in alium usum. adde *l.* 12. *l.* 18. ℣. *comm. divid.* ut sæpius tamen qui re communi utitur, re sua ac propria uti intelligitur. *d. l.* 51. 96 Sabinianos & Proculianos. Hotom. 28 *Illustr. fol.* 187. 97 *l.* 50. ℣. *eod. l.* 9. *C. eod.*
98 Vigere furti actio dicitur, quum non est extincta.
99 *l.* 1. §. 1. ℣. *quando actio de peculio. l.* 6. ℣. *qui & à quib. manumiss. l.* 92. ℣. *de solution.* Imo dissimilis est manumissio à morte. *l.* 47. ℣. *de ædilitio.*
100 Id est, non ob id, quod nunc non habeat servum.
1 V. *l. ult.* ℣. *de cond. furtiva.*
2 Adde *l.* 12. §. 5. ℣. *de usufr.*
3 Furti non manifesti duplum; manifesti quadruplum pœna erat; manifesti actio præter pœnam quadrupli, ipsam quoque rei furtivæ persecutionem continebat, Paul. 2 *sent.* 31. §. 12. obtati furti pœna erat tripli, & præterea rei ipsius repetitio. Paul. *ibid.* §. 13. Lege Mosis, qui furatus boves vel oves eos easve vendiderat vel occiderat, quinque boves pro uno restituebat, & quatuor oves pro una. Si rem subreptam adhuc habuisset, duplum reddere cogebatur, *Exod.* 22. quæ pœna postea fuisse adaucta videtur ad septuplum usque, *Proverb.* 6. furti damnatus, non solvendo distrahebatur. *Exod.* 22.
4 Pro furto. facit *l.* 7. §. 14. *in fin. l.* 17. §. 1. ℣. *de pact.*
5 Hæc loquendi formula extat in *l.* 9. §. 2. *in fin.* ℣. *de minorib. l.* 7. ℣. *de condict. furtiva.* adde *l.* 61. §. 1. ℣. *eod.*
6 §. 7. *Inst. de obl. quæ ex delicto.*
7 Id est, eo non invito. *l.* 76. ℣. *eod.*
8 Nihil fane: animum enim affectumque furandi non habet. *l.* 48. §. 2. ℣. *eod.*
9 Non simplex contrectatio rei alienæ furem facit, sed ea, quæ fit invito domino.
10 Imo non facio. §. 8. *Inst. de obl. quæ ex delicto.*
11 *l.* 47. *l.* 56. ℣. *eod.* aliud est in assidua contrectatione. *l.* 9. ℣. *eod.*
12 Actio furti datur successori universali. *v.* quæ scripsi ad *l.* 20. *C. de furtis. d. l.* 56. *l.* 66. ℣. *eod.*
13 Aliud est in actione servi corrupti. *l.* 8. ℣. *de servo corrupto.*
14 Quæ priori domino competebat.
15 *l.* 1. §. 1. ℣. *de privatis delict.* vide 7 *Epist. familiar.*
16 *l.* 41. §. 1. ℣. *eod.* 17 *l.* 8. ℣. *de servo corrupto.* ex nova contrectatione. Cur ita? *v.* quæ scripsi ad *l.* 10. *C. de furtis. l.* 66. ℣. *eod.* 18 Id est, exhibuit. 19 Per sententiam sc. *l.* 54. §. 3. ℣. *eod.* non per *vim. l.* 13. ℣. *de eo, quod metus caus. l.* 7. ℣. *ad l. Jul. de vi privata.* 20 Hæc inter se differunt, furem nosse, non indicare, celare. non continuo furem celat, qui eum non indicat. furem celare vetitum est, *l.* 1. ℣. *de fugitivis.* non indicare, liberum. *v.* quæ notavi ad *l.* 4. §. 4. ℣. *de cond. ob turpem.* Goth. Adde *l.* 5. *C. de furt.* Excipe casum *c.* 1. §. *præt. ubi* Ilern. feud. *Quæ fuit prima causa beneficii amitt.* Item quando judex per inquisitionem procedit. *l. Divus.* ff. *de offic. Præsid.* & ibi DD. Jure etiam Canonico potest etiam aliquis cogi ut furem indicet. *cap. qui cum fure.* & *ibi* Gloss. *extr. de furt.* Vide Sichard. ad *d. l.* 5. *C. de furt.* Anf. 21 Nullus. *l.* 46. §. 7. ℣. *eod.*
22 Furtum non fit volenti, *ut hic.* nec injuria. *l.* 1. §. 5. *in fin.* ℣. *de injuriis.* 23 Qui furem non celandi animo recipit, nunciationem celari prohibentis impune contemnit: non fit enim illa nunciatione fur. adde *l.* 5. ℣. *de servo corrupto.* 24 Vetare satis intelligitur, qui non consentit.
25 Expresse. 26 Fulloni sc, ut alibi dicetur plenius. *v. l.* 52. §. 9. ℣. *eod.* 27 Conductori.
28 Cur potius conductori competit, quam commodatario? 29 Is, ad quem rei custodia pertinet, furti agere potest, *l.* 12. ℣. *eod.* eam autem debet conductor: igitur & furti agere poterit. *l.* 90. ℣. *eod. l.* 60. §. 2. ℣. *locati. §. 15. Inst. de obl. quæ ex delicto.* 30 Alias fur furti agere non potest, *l.* 14. §. 4. ℣. *eod.* nisi hic & in *l.* 12. *in fin.* ℣. *eod.* 31 V. Avellan. *c.* 27 *Restitut.* 32 V. *l.* 33. ℣. *de usurpationib.*
33 Hoc casu Cujacius probat partum usucapi posse, 15 *obs.* 20. idque confirmat *l.* 10. *in fin.* ℣. *de usucapionib.* 34 Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἐρεμμάτων, καὶ τῆς γονῆς αὐτῶν. *Basil.* τὰ αὐτὰ, &c. τὰ καλὰ αὐτῶς. non idem. Cujac. *in verbo* idem. ℣. *de usurpationib.* & 15 *obs.* 20. reprehensus à Roberto, 1 *receptæ lectionis. 6.* & 1 *animadv.* 22. defensus ab Ant. Mercat. 1 *not.* 22. Sic sentio: partum rei furtivæ apud bonæ fidei possessorem editum tantum, non conceptum, furtivum quidem esse, furti tamen non teneri bonæ fidei possessorem, *ut hic.* Ideoque partus peti poterit, non poterit usucapi, quia vitio non caret usucapiendi principium, partu apud verum dominum semel concepto; & ita et adquisito. Conceptum vero, & editum apud bonæ fidei possessorem furtivum nullo modo esse, *ut hic.* Ideoque ejus nomine bonæ fidei possessorem Publiciana uti posse adversus extraneum, *l.* 11. §. 2. ℣. *de Publiciana.* quinimo partum ipsum adversus ipsum dominum posse usucapere, *ut hic. l.* 10. ℣. *de usurp.* ut hinc merito colligas, partum eo casu non statim fieri bonæ fidei possessoris. §. 6. ℣. *eod.* sed post usucapionem tantum. *l.* 10. *in fin.* ℣. *de usurpationibus.* Quid? an idem est in fœtu animalium? Fœtus (idem est in lana apud eum detonsa, *l.* 4. §. 19. ℣. *de usurpationib.*) ad bonæ fidei emptorem pertinent. *l.* 48. §. 2. *in fin.* ℣. *de adq. rer. dom.* idque statim, §. 6. ℣. *eod.* quod non est in partu, *d.* §. 6. & merito, quum fœtus, non partus, sit in fructu. Non igitur utrobique idem servandum est: Atque ita si quid hic mihi post Cujacium fas est emendare, proximum paragraphum ita inchoandum & finiendum esse censeo: Non idem in pecudibus servandum, & in fœtu earum, quod in partu, ex furtivis equis nati, &c. ut hæc verba, *ex furtivis*, regulæ superioris probatio sint.
35 Puta agnis. *l.* 4. §. 19. ℣. *de usurpationib.* 36 Earum.

ctu numerantur: at [37] partus ancillæ non [38] numerantur in fructu. §. 7. Cum fur rem furtivam vendidisset, eique nummos pretii dominus rei per vim extorsit: furtum [eum] nummorum feciſſe recte reſponſum eſt. idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebitur: quod enim ex re furtiva redigitur [39], furtivum non [40] eſſe nemini dubium eſt: numinus ergo hic, qui redactus eſt ex pretio rei furtivæ, non [41] eſt furtivus.

De creditore furtum paſſi. 1. De re dotali.

XLIX. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

INtentium accidit, ut non habeat furti actionem is, cujus intereſt rem ſalvam eſſe. Ut ecce, creditor [42] ob rem debitoris ſubreptam furti agere non poteſt: etſi aliunde creditum ſervare non poſſit. loquimur autem ſcilicet de ea re, quæ pignoris jure obligata non ſit. §. 1. Item rei dotalis nomine, quæ [43] periculo mulieris eſt, non mulier furti actionem habet, ſed [44] maritus.

Quid duplatur vel quadruplatur. De rei æſtimatione & interitu. 1. De ope, conſilio. 4. De eo, qui panno rubro pecus fugavit.

L. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

IN furti actione non quod intereſt, quadruplabitur, vel duplabitur: ſed rei verum quod [45] pretium [46]. Sed & ſi res rebus humanis eſſe deſierit [47], cum judicatur, nihilominus condemnatio facienda eſt. Idemque etſi nunc deterior ſit, æſtimatione relata in id [48] tempus, quo furtum factum eſt. Quod ſi pretioſior facta ſit, ejus duplum quanti tunc, cum pretioſior facta ſit, fuerit, æſtimabitur: quia & tunc furtum ejus factum eſſe, verius eſt.

§. 1. *Ope* [49] *conſilio* furtum factum [50] Celſus ait, non ſolum ſi idcirco fuerit factum, ut ſocii furarentur: ſed etſi non ut ſocii furarentur, inimicitiarum [51] tamen cauſa fecerit. §. 2. Recte Pedius ait, ſicut nemo furtum facit ſine [52] dolo malo, ita nec conſilium, vel opem ferre ſine [53] dolo malo poſſe. §. 3. *Conſilium* autem dare videtur, qui perſuadet & impellit atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum. *Opem* fert, qui miniſterium, atque adjutorium ad ſubripiendas res præbet. §. 4. Cum eo, qui pannum rubrum [54] oſtendit, fugavitque pecus, ut in fures inciderent: ſi quidem dolo [55] malo fecit, furti actio eſt. ſed etſi non furti faciendi cauſa hoc fecit, non debet impunitus eſſe luſus [56] tam pernicioſus: idcirco Labeo ſcribit, in [57] factum dandam actionem.

LI. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

NAm & [58] præcipitata [59] ſint pecora, utilis actio damni injuriæ, quaſi [60] ex Lege Aquilia dabitur.

De viro & uxore. 4. De patre & filio. 7. De pignore. 8. De colono. 9. Si filius vel ſervus veſtimenta polienda ſuſceperit. 10. De bona fide emptore. 11. De eo, qui ſuppetenti ſiliginem dedit. 12. De fugitivo. De carcere vel cuſtodia dimiſſo. 13. De re excuſſa. 14. De ſpecificatione. 15. De mendacio & fictione. 16. De venditione. 17. De venditione. 18. De pignore. 19. Quomodo furtum ſit. De ope, conſilio. 20. De aſino vel equo in equas admiſſo. 21. Si quis egenum quaſi locupletem ſubjiciat, ut ei pecunia credatur. 22. De ponderibus commodatis. 23. De eo, qui ſervo perſuaſit. 25. De forma libelli. 26. De re peculiari. 27. De jurejurando. 28. De ſervo ſurrepto herede inſtituto. 29. De ſtatulibero, vel re ſub conditione legata. 30. De eo, qui ex domo, in qua nemo erat, rapuit.

LII. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

SI quis uxori res mariti ſubtrahenti opem conſiliumve accommodaverit: furti tenebitur [61]. §. 1. Sed etſi furtum cum ea fecit, tenebitur furti, cum ipſa non [62] teneatur. §. 2. Ipſa quoque ſi opem furi tulit, furti non tenebitur: ſed rerum amotarum [63]. §. 3. Servi vero ſui nomine furti eam [64] teneri, nequaquam ambigendum eſt. §. 4. Idem dicendum eſt, & in filiifamilias milite: nam ipſe patri furti non tenebitur [65]; ſervi autem ſui nomine caſtrenſis tenebitur, ſi patri ſervus furtum fecerit. §. 5. Sed ſi filius meus qui habet caſtrenſe peculium, furtum mihi fecerit: an poſſim actione utili adverſus eum agere vi-

dendum eſt, cum habeat, unde ſatisfaciat? & poteſt defendi agendum. §. 6. An autem pater filio teneatur, ſi rem ejus caſtrenſis peculii ſubtraxerit, videamus? Et putem teneri. non tantum igitur furtum faciet filio, ſed etiam furti tenebitur [66].

§. 7. Eum creditorem, qui poſt ſolutam pecuniam pignus non reddat [67], teneri furti Mela ait, ſi celandi animo retineat [68]: quod verum eſſe arbitror. §. 8. Si ſulpuriæ [69] ſunt in agro, & inde aliquis terram egeſſiſſet, abſtuliſſetque: dominus furti aget: deinde colonus [70] conducti [actione] conſequetur, ut id ipſum ſibi præſtaretur. §. 9. Si ſervus tuus vel filius polienda [71] veſtimenta ſuſceperit, an furti actionem habeas, quæritur. & ſi quidem peculium [72] ſervi ſolvendo ſit, potes habere furti actionem: ſi non fuerit ſolvendo, dicendum eſt non competere furti actionem. §. 10. Sed & ſi rem furtivam imprudens [73] quis emerit [74], & ei ſubrepta ſit, habebit furti actionem.

§. 11. Apud Labeonem relatum eſt, ſi ſiliginario [75] quis dixerit, *ut quiſquis nomine ejus ſiliginem *periſſet*, ei daret*, & quidam ex transeuntibus [76], cum audiſſet, petiit ejus nomine, & accepit: furti actionem adverſus eum, qui ſuppetet [77], ſiligniario competere, non mihi: non enim mihi negotium, ſed ſibi ſiligniarius geſſit. §. 12. Si fugitivum meum quis quaſi ſuum [78] à Duumviro, vel ab aliis qui poteſtatem habent [79], de carcere vel cuſtodia dimitteret [80], an is furti teneatur? Et placet ſi fidejuſſores dedit, in eos domino actionem dandam, ut hi actiones [81] ſuas mihi mandent. † Quod ſi non acceperint fidejuſſorem, ſed tanquam ſuum accipienti ei tradiderint, dominum furti actionem adverſus plagiarum [82] habiturum. §. 13. Si quis de manu alicujus nummos aureos, vel argenteos, vel aliam rem excuſſerit [83]: ita furti tenetur, ſi ideo fecit, ut alius tolleret, iſque ſuſtulerit. §. 14. Si quis maſſam meam argenteam ſubripuerit, & pocula [84] fecerit: poſſum vel poculorum vel maſſæ furti agere; vel condictione. † Idem eſt & in uvis, & in muſto, & in vinaceis [85]: nam & uvarum, & muſti, & vinaceorum nomine furti agere poteſt; ſed & condici. §. 15. Servus qui ſe liberum adfirmavit, ut ſibi pecunia crederetur, furtum non facit: namque hic nihil amplius quam idoneum ſe debitorem adfirmat. † Idem eſt & in eo qui ſe patremfamilias [86] finxit, cum eſſet filiusfamilias, ut ſibi promptius pecunia crederetur. §. 16. Julianus libro XXII Digeſtorum ſcripſit, ſi pecuniam quis à me acceperit, ut creditori meo ſolvat, deinde cum tantam pecuniam eidem creditori deberet, ſuo [87] nomine ſolverit: furtum eum facere.

§. 17. Si Titius alienam rem vendidit, & ab emptore [88] accepit nummos, non videtur nummorum furtum feciſſe.

§. 18. Si ex duobus ſociis omnium bonorum unus rem pignori acceperit [89], eaque ſubrepta ſit: Mela ſcripſit, eum ſolum furti habere actionem, qui pignori accepit, ſocium non habere.

§. 19. Neque verbo [90], neque ſcriptura [91] quis furtum facit: hoc enim jure utimur, ut furtum ſine [92] contrectatione non fiat. quare & *opem ferre*, vel conſilium dare tunc nocet, cum [93] ſecuta contrectatio eſt. §. 20. Si quis aſinum meum coëgiſſet, & in equas ſuas [94] γονῆς duntaxat χάριν (id eſt, *genituræ ſuſcipiendique fœtus gratia*) admiſiſſet [95]: furti non tenetur, niſi furandi quoque animum habuit: quod & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo [96] de Dalmatia conſulenti reſcripſi, circa equos, quibus ejuſdem rei gratia ſubjeciſſe quis equas ſuas proponebatur, furti ita demum teneri, ſi furandi animo id feciſſet; ſi minus, in factum [97] agendum [98]. §. 21. Cum Titio honeſto viro pecuniam credere vellem, ſubjeciſti [99] mihi alium Titium egenum, quaſi ille eſſet locuples, & nummos acceptos cum eo diviſiſti: furti tenearis [100], quaſi ope tua conſilioque furtum factum ſit; ſed & Titius furti tenebitur. §. 22. Majora quis pondera [1] tibi commodavit, cum emeres ad pondus: furti eum venditori teneri Mela ſcribit; te quoque, ſi ſciſti. non ex voluntate venditoris accipis, cum erret in pondere. §. 23. Si quis ſervo meo perſuaſerit, *ut nomen ſuum ex inſtrumento (puta) emptionis* [2] *tolleret*: & Mela ſcripſit, & ego puto, furti agendum. §. 24. Sed ſi ſervo perſuaſum ſit, *ut tabulas meas deſcriberet* [3]: puto, ſi quidem ſervo perſuaſum ſit, ſervi corrupti agendum: ſi ipſe fecit, de dolo actionem dandam.

§. 25. Si linea [4] margaritarum ſubrepta ſit, dicendus eſt [5] numerus. † Sed & ſi de vino furti agatur, neceſſe eſt dici quot amphoræ ſubreptæ ſint. † Si vaſa [6] ſubrepta ſint, numerus [7] erit dicendus. §. 26. Si ſervus meus, qui habebat peculii adminiſtrationem liberam, pactus ſit cum eo non donationis cauſa, qui rem ejus peculiarem ſubripuerat: recte [8] tranſactum videtur. quamvis enim domino quæratur furti actio, attamen in peculio ſervi eſt. † Sed [&] ſi tota pœna furti dupli ſervo ſoluta ſit, non dubie fur liberabitur. † Cui conſequens eſt, ut ſi forte à fure acceperit ſervus, quod ei rei ſatis eſſe videatur, ſimiliter recte tranſactum videatur. §. 27. Si quis juraverit ſe furtum non feciſſe, deinde rem furtivam [9] contrectet, furti quidem actio perimitur, rei tamen perſecutio domino ſervatur [10].

§. 28. Si

---

[37] Differentiam partus & fœtus furtivi nota. Fœtus animalium, non partus ancillæ eſt in fructu.

[38] Partus ancillæ in fructu non eſt. *l.* 27. ℣. *de bon. poſſeſſ. l.* 68. ℣. *de uſufr. l.* 28. *in fin.* ℣. *de uſucap. l.* 86. §. 3. ℣. *ſoluto.* §. 37. *Inſt. de rer. diviſ.* Scholiaſtes 16 *Eclog.* 2. c. 68.

[39] Furtivum non eſt, quod ex re furtiva redigitur. Atqui res ipſa furtiva erat, erit igitur furtivum, quod ejus loco ſubrogatum eſt? aliud res eſt, aliud rei pretium. *l.* 28. ℣. *de novationibus. l.* 42. §. 1. ℣. *de uſufruct. l.* 82. ℣. *de verb. obligat.* Pretium regulariter (excipe *l.* 22. *in fin.* ℣. *de hered. pet.* & quæ notavi ad *l.* 5. §. 17. ℣. *de tributaria.*) loco rei non ſungitur, ideoque pecunia ex rei mobilis venditione redacta non erit mobilis, non erit viri, non uxoris, non patrimonialis. Nec ſemper verum eſt ſubrogatam pecuniam in locum rei ſubrogatæ ſuccedere: ſicuti res empta non ſuccedit in conditionem pecuniæ, ex qua res ipſa comparata eſt. Ideoque res non fiet mea, vel patrimonialis, *l.* 6. *C. de rei vind.* dotalis, *l.* 12. *C. de jure dot.* (excipe tamen ea, quæ extant in *l.* 54. ℣. *de jure dot.*) pignorata, *l.* 7. *in fin.* ℣. *qui potiores.* communis, *l.* 67. §. 1. ℣. *pro ſocio.* quinetiam in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, *l.* 52. §. 17. *cod. l.* 21. ℣. *de hereditate vel actione vendita.* v. tamen apud Socinum exceptiones hujus regulæ, *reg.* 302. Atqui pecuniæ dominis ſuccurri rei vindicatione æquum eſt? Sic ſane, quoad tamen ejus fieri poſſit. Ideoque non male quidam ſuadent ementem aut vendentem in ipſo actu denunciare poſſe, ac proteſtari, ea ſe mente contrahere, ut res empta loco ſit pretii numerati: pretium vero loco rei venditæ, *arg. l.* 67. §. 1. ℣. *pro ſocio. l.* 1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi ſub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.* atque ita fore, ut patrimonia viri, & uxoris, & ſimilium perſonarum non mutentur. 40 Imo eſt: quia pretium rei ex re eſſe dicitur. v. *l.* 68. ℣. *de procurat.* 41 Imo eſt: eo enim caſu furti agitur. *l.* 38. §. 3. ℣. *de noxal.* 42 Alius quam pignoratitius. ut ℣. *cod* 43 Et ſic ejus intereſt. 44 *l.* 1. *C. de jure datium.* 45 Id eſt, tanti res (veritate inſpecta) valet, quanti emptorem invenire poteſt, *l.* 52. §. 29. ℣. *cod.* verum pretium eſt juſtum & ſolidum, non ejus dimidia. veri pretii ſit mentio in *l.* 7. §. 12. ℣. *comm. divid. l.* 31. §. 4. ℣. *de donat. inter vir.* veræ æſtimationis, in *l.* 15. *in fin.* ℣. *de judiciis. l. ult. in fin. C. de litigioſis.* juſti pretii, in *l.* 10. *in fin.* ℣. *comm. divid. l.* 12. ℣. *de religioſis. l.* 16. *in fin.* ℣. *de pign. l.* 12. §. 1. *in fin.* ℣. *de jure dot. l.* 1. §. 13. §. 15. ℣. *ſi quid in fraud. patroni. l.* 3. §. 5. ℣. *de jure fiſci. l.* 2. *in fin. C. de reſcind.* juſtæ æſtimationis, in *l.* 12. §. 1. *in fin.* ℣. *de jure dot.* Hinc conſtat quid eum præſtare oporteat, qui quod juſto pretio deeſt, ſupplere tenetur, *l.* 2. *in fin. C. de reſcind.* ut interim dicam mihi videri diſſentire *d. l.* 2. à fine *legis* 8. eo titulo: ſunt enim diverſa, emptorem cogi ſupplere id, quod deeſt juſto pretio, & eum ſecurum eſſe, ſi dimidium juſti pretii venditori numeraverit: aliud eſt enim juſtum pretium, aliud ejus dimidia, ſicut totum, & pars ejus. 46 Alioquin diverſum probantibus ſtatui facile quantitas non poterit. *l.* 80. §. 1. ℣. *cod.*

47 Etiamſi res furtiva extincta fuerit, furti tamen remanet actio. *l.* 46. ℣. *cod.* 48 Seu ſua eſt: Qualis ab initio contrectata res eſt, talis, & nunquam deterior reddenda eſt: ſi poſt furtum commiſſum res pretioſior facta periit, vel eo nomine fur tenebitur; verum eſt enim & tunc furem eam contrectaſſe. ut paucis dicam, quanti unquam apud furem plurimi res fuit, tanti is tenetur, *l.* 67. §. 2. ℣. *cod.* ut ita rei furtivæ æſtimatio poſſit creſcere, *l. penult. in fin.* ℣. *rerum amot.* decreſcere non poſſit, *ut hic.* 49 Eidem extat formula in *l.* 53. §. *ult.* ℣. *de verb. ſign.* v. *l.* 27. §. 1. ℣. *ad l. Aquil. l.* 5. ℣. *de cond. furtiva.* Hinc illæ notæ antiquorum O. C. apud Petrum Diaconum. Haloander legit *ope, aut conſilio.* cui addet *l.* 52. ℣. *cod.* Vulgata *ope, & conſilio.* adde Ciceronem 3 *de natura deorum. in fin.* ut & §. 11. *Inſt. de oblig. quæ ex delicto.* ope conſilioque. *l. ult. C. de noxalibus.* 50 Effectu ſcilicet. Nam qui conſilium furti dedit, non tenetur, niſi conſilium effectum habuit. *l.* 36. ℣. *cod. l.* 41. *in fin.* ℣. *ad l. Aquil.* 51 Suadens alicui furtum, non tam depeculandi quam vexandi inimici cauſa, furti tenetur. 52 Vide *l.* 1. ℣. *cod.* 53 Fures, fuſti ſuaſores atque auxiliatores ſine dolo eſſe non poſſunt, *l.* 53. ℣. *cod.* his corporis, illis ſolius animi miniſterium adeſt. 54 Rubro panno fugatur pecus, §. 11. *Inſtit. de obligat. quæ ex delicto.* huc pertinet quod Seneca ſcribit, 3 *de ira.* 30. Taurum color rubicundus excitat; ad umbram aſpis exſurgit; urſos, leoneſque mappa proritat; omnia, quæ natura fera ac rabida ſunt, conſternantur ad minima: idem inquietis & ſtolidis animis evenit. Theophylactus in *Epiſt.* ἱμάτιον ῥάκει τὰ βυκόλια διατάρβει. Plutarchus de Alexandri fortuna: φυλάττοντας πυθοῦ ἀρτάναι φοινικίδας ἔχοντες· ἐλέφασι δὲ λέκτις χιτῶνας· ἱρεύζεται γὰρ ὑπὸ τῶν χρωμάτων τὰ ζῶα τούτων, καὶ διαπλήττεται. Cujac. ad *titul. de obligat. quæ ex delicto.* quibus adde illud Cicer. de *divinatione.* Tu quid habes quare putemus cor in tauro opimo fubito in ipſa immolatione interiiſſe? an quod aſpexit veſtitu purpureo excordem Cæſarem, ipſe corde privatus eſt? 55 Puta, ut furti pretium eum latronibus partiatur. 56 Luſus perniciosus impunitus eſſe non debet, *l.* 10. ℣. *ad Leg. Aquil.* adde quæ tractat de ludis prohibitis Julius Clarus 5 *ſentent.* §. *ludus.* 12. & Petrus Gregorius 39 *ſyntagmat.* 2, ubi de ludo; *cap.* 3, ubi de alea; *cap.* 4, ubi de ludis permiſſis; *cap.* 5, ubi de ſpectaculis (cui adde Juſti Lipſii opus de gladiatoribus); *cap.* 11, ubi de larvis; *cap.* 6, ubi de otio; *cap.* 7 & 8, ubi de popinis & ebrietate; *cap.* 10, ubi de venatione. Cujac. 8 *obſervat.* 13. conſtitutionem ad anteceſſores. *cap.* 9. 57 Ut ſit rerum ſimplex repetitio. 58 Nam etſi. *vulg.* nam ſi. *Hal.*

59 § 16. *Inſtitut. de leg. Aquil.* 60 Id eſt, initio Aquilia competet. 61 *l.* 36. §. 1. ℣. *cod.* 62 Uxorem marito furtum facere quæ Leges negant, vid. *l.* 21. §. 1. *in fin.* ℣. *rer. amot.* ad effectum furti referendæ ſunt; aliæ uxor marito veritate furtum facit: levius tamen coërcetur, *l.* 29 ℣. *rerum amot.* tenetur ἰσφυρίσασα, non κλοπῆς: id enim officiorum & honeſtatis gratia exigit. Demus Leges ſurdas aures furtis præbere, num uxor marito furtum faciens punietur, etiam marito non conquerente? Lex negare videtur, *hic.* & §. 2. ℣. *cod.* ſed melius eſt judicis arbitrio id relinqui, ut pro qualitate furti, & moribus mulieris agat, vel mitius, vel ſeverius.

63 *l* 19. *l.* 20. ℣ *rerum amot. l.* 2. *C. rer. amot.* 64 Mulierem. 65 Directo. adde *l.* 16. ℣. *cod.* ſed tamen utiliter. §. 5. ℣ *cod.*

66 Imo non tenebitur; nec enim famoſæ actiones & liberis in parentes inſtitui poſſunt (*l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. ℣. *de obſeq.* ſed furti actio eſt famoſa. *l.* 1. *l.* 6. ℣. *de his qui notantur.* Paul. 2 *ſent.* 31. § 14.

67 Adde *l.* 54. ℣. *cod.*

68 Alias non tenetur.

69 Sulpuriæ, ita in archetypo Florentino legitur, ut & ſulphur; *l.* 13. §. 5. ℣. *de uſufr.* & in *l.* 8. §. 10. ℣. *de pœnis.* ſulphurariæ. & in *l.* 55. §. 8. ℣. *de lega.* 3. & in *l.* 167. ℣. *de verb. ſignific.* ſulpurata. Vulgata, & Haloandri editio, hic habent *ſulphurariæ*, id eſt, ſulphuris fodinæ, *l.* 13. §. 5. ℣. *de uſufr.* & ita apud Varron. 4 *de ling.* ſulphur legitur, non ſulpur.

70 *l.* 82. §. 1. ℣. *cod.*

71 V. *l.* 48. § 4. ℣. *cod.*

72 2 Paul. *ſent.* 31. & §. 17.

73 *l.* 74. ℣. *cod.*

74 V. *l.* 5. *C cod.*

75 Siliginarius, venditor ſiliginis: *l.* 30. ℣. *de negot.* qui & ſiligniarius. ℣. *cod.*

76 Adde *l.* 43. ℣. *cod. l.* 3. §. *pen.* ℣. *de donat. inter vir. & uxor.*

77 Qui ſuppetit. *vulg.* qui ſic petet. *Hal.*

78 *l.* 44. §. 1. ℣. *cod.*

79 Carceris poteſtatem quinam habuere? an triumviri capitales? *l.* 2. §. 30. ℣. *de orig. jur.* an limenarchæ de quibus *l.* 4. ℣. *de fugitivis.* an commentarienſes? *l.* 4. *C. de cuſtod. reor.*

80 Dimittere acceperit. *vulg.* dimittendi acceperit. *Hal.*

81 Servi corrupti, de plagiariis, de fidejuſſione.

82 Plagiarium. *vulg. Hal.*

83 §. 11. *interdum. Inſt. de oblig. quæ ex delicto. l.* 27. §. 21. ℣. *ad l. Aquil. l.* 38. §. 2. ℣. *de noxal.* 2 Gaius 9. §. *ult.*

84 *l.* 13. ℣. *de cond. furtiva.*

85 *l.* 14. *in fin.* ℣. *de cond. furtiva.*

86 Adde *l.* 3 ℣. *de SC. Maced.*

87 *l.* 17. ℣. *de ſolut.*

88 Adde *l.* 48. *in fin.* ℣. *cod.*

89 *l.* 16. *C. de pign.* vel emerit. *l.* 74. ℣. *pro ſocio.*

90 *l.* 67. ℣. *cod.*

91 Veluti ſi quis ſcribat ſe furari: ita hunc locum interpretantur Græci. adde §. 23. §. 24. ℣. *cod.* 92 V. *l.* 6. ℣. *cod.* 93 *l.* 53. *in fin.* ℣. *de verb. ſign.* adde *l.* 6. ℣. *de cond. furtiva.* 94 Aſinum in equas τῆς γονῆς duntaxat χάριν cogere, eſt in ſpem gentis, ut Virgilius 3 *Georgicon verſ.* 72. loquitur. Talis ſubmiſſio furti quoddam genus eſt, ut Homerus declarat *Iliad.* 5. *verſ.* 262. 263. τῆς γονῆς ἕκλυεν ἄνακτος Διὸς Αγχίσαο, κλέψαι Αναιδείῃ ὑποσχών ὀκέλλας ἵππους. ac dicitur eleganter ea ſubmiſſio ab Euſtathio κλοπὴ τῆς οἰκονομικῆ. Id eſt, furtum quoddam attenti & diligentis patriſfamilias, & cupientis rem ſuam augere minima reprehenſione: nam, qui ex equabus naſcuntur, dominum equarum ſequuntur, *l.* 5. §. 2. ℣. *de rei vindicat.* ut magis videatur ille ſubtraxiſſe ſibi ex alienis equis proles, quam equos alienos ſubripuiſſe. vide Cujac. 3 *obſerv.* 6. 95 Varro 60. apud Nonium, *cap.* 2. *num.* 9. An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres (niſi malis legere, ut ei meum aſinum Reatinum admitteres) quantum propoſuiſſem dares (ita legendum, non *dediſſes*) equimenti (ita rurſum legendum eſt, non æquimenti). Nam Nonius illo loco equimentum dicitur mercedem pro eo, quod dicitur admiſſum: hic autem quis aſinum in equam ſuam dicitur admiſiſſe τῆς γονῆς χάριν, ut hinc conſtet ſuperiorem ſententiam Varronis Nonium illo capite retuliſſe in literam A, quaſi æquimentum legendum eſſet: cum potius referre debuerit in literam E, ut equimentum ſit, merces equi, vel aſini in equam admiſſi. 96 Hinc quidam colligunt, Herennium Modeſtinum, Ulpiani fuiſſe diſcipulum, ſed tamen in vulgata legitur Modeſtino Proconſuli de Dalmatia. 97 Nota actioni furti ſuccedere actionem in factum, ut & in *l.* 50. *in fin.* ℣. *cod. l.* 66. §. 4. ℣. *cod. l.* 48. ℣. *de legat.* 1. §. 11. *verſic. & hoc veteres. Inſt. de oblig. quæ ex delicto.*

98 Cui bono, quenve in finem? ad æquimentum, hoc eſt, mercedem, quam ſolent dominis dare pro equi admiſſione, ut ex Nonio paulo ante oſtendi. 99 *l.* 66. §. 4. ℣. *cod.* 100 Furti teneris. *vulgat. Haloand.* Imo doli. *l.* 43. §. 3. *in fin.* ℣. *cod.* 1 Ponderibus iniquis, vel ſtateris qui ſciens utitur, vel emendo, *ut hic.* vel vendendo, *l.* 18. §. 3. *in fin.* ℣. *de dolo.* furti tenetur & falſi, *l.* 6. ℣. *de extraord. crim. l. ultim. C. de ſuſcept. & l.* 1. & *l.* 2. *C. de ponderatoribus. lib.* 10. *huc refer Levitici* 19 *verſ.* 35. & *ſequent. Deut.* 25 *verſ.* 13. & *ſequent. Novell.* 128. *cap.* 15. poſſunt tamen contrahentes ſcienter conſentire in pondera majora vel minora. *l.* 71. ℣. *de contrah. empt.*

2 Vel locati. *argum. l.* 14. §. 7. *in fin.* ℣. *de ſervo corrupto.* 3 Id genus corruptelæ maximum eſt, quum eo dominus contemnatur. *l.* 9. §. 1. *l.* 15. ℣. *de ſervo corrupto.* 4 Linea margaritarum. de qua vide *l.* 26. ℣. *ad l. Falcidiam. l. ultim. in fin.* ℣. *de auro. l.* 26. ℣. *ad l. Falcidiam.* Linea à lino forte dicta, 19 Iſidor. 18. quo etiam margaritas contjungebant. Tertullian. *de cultu fem.* Uno lino decies ſeſtertium inſeritur. & Beatus Hieronymus in vita Pauli Heremitæ: Uno filo villarum inſunt pretia. *Briſſon.* Hinc monolina & trilina. 5 Adde *l.* 19. ℣. *cod. l.* 6. ℣. *de rei vindicat.* 6 Qualiacunque. 7 Adde *l.* 19. §. 3. ℣. *cod.* 8 *l.* 28. *in fin.* ℣. *de pactis. l.* 7. ℣. *de donation.* 9 Non contrectet. *vulgata,* 10 Imo non ſervatur. *l.* 13. §. 2. ℣. *de jurejurando.*

§. 28. Si servus subreptus heres [11] institutus fuerit, furti judicio actor consequetur etiam pretium hereditatis: si modo servus antequam jussu domini adeat, mortuus fuerit. condicendo quoque mortuum, idem consequetur. §. 29. Si statuliber subreptus sit, vel res sub conditione legata; deinde antequam adeatur, extiterit conditio: furti jam agi non potest, quia desiit interesse heredis. Pendente autem conditione, tanti æstimandus est, quanti [12] emptorem potest invenire. §. 30. Idem libro XXXVIII. Si quis ex domo in qua nemo erat, rapuerit: actione de bonis raptis in quadruplum convenietur, furti non [13] manifesti, videlicet si nemo eum deprehenderit tollentem.

De janua effracta. De proposito & voluntate delinquentis. 1. De commodato. 3. De negotiis gestis. De tutore. 4. De donatione.

LIII. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

QUi injuriæ causa januam effregit [14], quamvis inde per alios res amotæ sint, non [15] tenetur furti: nam * maleficia [16] voluntas [17] & propositum delinquentis [18] distinguit.

§. 1. Si servus commodatoris rem subripuerit [19], & solvendo sit is, cui subreptum est [20]: Sabinus ait, posse & commodati agi cum eo, & contra dominum furti servi nomine. Sed si pecuniam, quam dominus exegit, reddat, evanescere furti actionem. Idem, & si remittat commodati actionem. §. 2. Quod si servus tuus [21] rem tibi commodatam subripuerit: furti tecum actio non est, quia tuo periculo res sit; sed tantum commodati.

§. 3. Qui alienis negotiis gerendis se obtulit [22], actionem furti non habet, licet culpa ejus res perierit: sed actione negotiorum gestorum ita damnandus est, si dominus actione ei cedat. † Eadem sunt in eo, qui pro tutore negotia gerit: vel in eo tutore, qui diligentiam præstare debeat; veluti qui [23] ex pluribus tutoribus testamento datis, oblata satisdatione solus administrationem suscepit. §. 4. Si ex donatione alterius rem meam teneas, & eam subripiam: ita demum furti te agere mecum posse Julianus ait, si interfit tua retinere possessionem. veluti [24] si hominem donatum [25] noxali judicio defendisti, vel ægrum curaveris [26], ut adversus vindicantem justam retentionem [27] habiturus sis.

De pignore. 1. De eo, qui ex alieno largitur, vel usum rei alieni in suum lucrum convertit. 2. De fure occidendo. De telæ appellatione. 3. Differentia inter actionem, & conditionem vindicationemque. 4. De eo, qui instrumenta furi commodavit. 5. De transactione.

LIV. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

SI pignore creditor [28] utatur, furti tenetur [29]. §. 1. Eum, qui quid utendum accepit, ipse alii commodaverit, furti obligari responsum est. † Ex quo satis apparet, furtum fieri, etsi quis usum alienæ rei [30] in suum lucrum convertat: nec movere quem debet, quasi nihil lucri sui gratia facit. * *Species* enim *lucri est, ex alieno* [31] *largiri*, & [32] beneficii debitorem sibi adquirere. Unde [33] & is furti tenetur, qui ideo rem amovet, ut eam alii donet. §. 2. Furem interdiu [34] deprehensum non aliter occidere Lex XII tabular. permisit, quam si telo se defendat. † *Teli* [35] autem appellatione & ferrum, & fustis, & lapis, & denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur. §. 3. Cum furti actio ad pœnæ [36] persecutionem pertineat, condictio vero, & vindicatio ad rei reciperationem [37], apparet, recepta re, nihilo [38] minus salvam esse furti [39] actionem: vindicationem vero, & [40] condictionem tolli: sicut ex diverso post solutam dupli aut quadrupli pœnam, salva est vindicatio & condictio.

§. 4. Qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum [41] ostium [42], vel armarium [43], vel scalam [44] sciens commodaverit ad ascendendum, licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit, tamen furti actione tenetur.

§. 5. Si tutor qui negotia gerit, aut curator, transegit [45] cum fure, evanescit [46] furti actio.

De pignore.

LV. ULPIANUS lib. III Disputationum.

CUm creditor rem sibi pigneratam aufert, non [47] videtur contrectare [48]: sed [49] pignori suo [50] incumbere [51].

De fure sæpius conveniendo. 1. De fure ad magistratum deducto. 2. De re peculiari. 4. De tutore vel curatore.

LVI. JULIANUS lib. XXII Digestorum.

INterdum fur etiam manente pœnæ obligatione, in quibusdam casibus rursus obligatur, ut cum eo sæpius ejusdem rei nomine furti agi possit. Primus casus occurrit, si possessionis causa mutata esset: veluti si res in domini potestatem rediisset [52], eandemque idem subriperet, vel eidem domino, vel ei, cui is commodasset, aut vendidisset. Sed, & si persona domini mutata [53] esset, altera pœna obligatur. §. 1. Qui furem deducit ad Præfectum vigilibus [54], [vel] ad Præsidem [55], existimandus est elegisse viam, qua rem persequeretur: & si negotium ibi terminatum, & damnato fure recepta est pecunia sublata, in simplum videtur furti quæstio sublata; maxime si non solum rem furtivam fur restituere jussus fuerit, sed amplius [56] aliquid in eum judex constituerit. † Sed etsi nihil amplius, quam furtivam rem, restituere jussus fuerit, [nec amplius aliquid in eum judex constituerit:] ipso quod in periculum majoris pœnæ [57] deductus est fur, [intelligendum est] quæstionem furti sublatam [58] esse. §. 2. Si res peculiaris subrepta in potestatem servi redierit [59], solvitur furti vitium, & incipit hoc casu in peculio esse, & à domino possideri.

§. 3. Cum autem servus rem suam peculiarem furandi consilio amovet, quamdiu eam retinet, conditio ejus non mutatur: nihil enim domino abest: sed si alii tradiderit [60], furtum faciet.

§. 4. Qui tutelam gerit, transigere cum fure potest [61]: & si in potestatem suam redegerit rem furtivam, desinit furtiva esse: quia tutor [62] domini [63] loco habetur. † Sed & circa curatorem furiosi eadem dicenda sunt: quia adeo personam domini sustinet, ut etiam tradendo [64] rem furiosi alienare existimetur. † Condicere autem rem furtivam tutor [65] & curator furiosi eorum nomine possunt. §. 5. Si duo servi tui vestem & argentum [66] subripuerint, & alterius nomine tecum de veste actum fuerit, alterius de argento agetur: nulla exceptio dari debebit ob eam rem, quod jam de veste actum fuerit.

De eo, qui specum fecit, & cretam abstulit.

LVII. ALFENUS 67 [lib. IV Digestorum à Paulo epitomatorum].

SI cretæ fodiundæ causa specum [68] quis fecisset, & cretam abstulisset, fur est: non quia fodisset, sed quia abstulisset.

De filiofamilias.

LVIII. JULIANUS [69] [lib. IV ad Ursеium Ferocem].

SI filiofamilias furtum factum esset, recte is paterfamilias factus eo nomine aget [70]. † Sed & si res ei locata subrepta fuit, paterfamilias factus, itidem agere poterit.

De commodato.

LIX. IDEM lib. III ex Minicio.

SI is, qui rem commodasset [71], eam [rem] clam abstulisset, furti cum eo agi non potest: quia [72] suum recepisset, & ille [73] commodati liberatus esset. hoc tamen ita accipiendum est, si nullas retinendo [74] causas, is, cui commodata erat, habuit: nam si [75] impensas necessarias in rem commodatam fecerat, interfuit [76] ejus potius per retentionem eas servare, quam ultro commodati agere: ideoque furti actionem habebit.

De ancilla fugitiva & partu ejus.

LX. AFRICANUS lib. VII Quæstionum.

ANcilla fugitiva quemadmodum sui [77] furtum facere intelligitur, ita partum [78] quoque contrectando, furtivum facit.

De servo communi. 1. De servo pignorato vel vendito. 5. Vel empto mandatu alieno vel deposito. 6. Vel commodato. 7. Hypothecaria. 8. De fructibus fundi locati. 9. De statulibero.

LXI. IDEM lib. VIII [79] Quæstionum.

SI servus communis uni ex dominis furtum fecerit, communi dividundo [80] agi debere placet: & arbitrio judicis contineri, ut aut damnum præstet, aut parte cedat. † Cui consequens videtur esse, ut etiam si alienaverit suam partem, similiter & cum emptore agi possit: ut quodammodo [81] noxalis actio caput [82] sequatur. † Quod tamen non eo usque producendum ait, ut etiamsi liber sit factus, cum ipso agi posse dicamus: sicuti non ageretur, etiam si proprius fuisset. † Ex his igitur apparere, [&] mortuo servo nihil esse, quod actor eo nomine consequi possit: nisi forte quid ex re furtiva ad socium pervenerit. §. 1. His etiam illud consequens esse ait, ut & si is servus, quem mihi pignori dederis, furtum mihi fecerit: agendo, contraria pignoratitia consequar, uti similiter aut damnum decidas [83], aut pro noxæ deditione hominem relinquas. §. 2. Idem [84] dicendum de eo, quem convenisset in causa redhibitionis esse: uti quemadmodum accessiones [85] & fructus emptor restituere cogitur [86], ita & è contrario venditor quoq; vel damnum decidere, vel pro noxæ deditione hominem relinquere cogatur: nisi [87] quod in his amplius sit. §. 3. Quod si sciens quis ignoranti furem pignori dederit, omnimodo damnum præstari debere? Et quidem hoc amplius, quam in superioribus causis servandum, ut etiam si ignoraverit is, qui certum *hominem* emi mandaverit, furem esse, nihilominus tamen damnum decidere cogetur: justissime enim procuratorem [88] allegare, non fuisse se id damnum passurum, si id mandatum non suscepisset. Idque evidentius [89] in causa depositi [90] apparere. nam licet alioquin æquum videatur, non oportere cuiquam plus damni per servum evenire, quam [91] quanti ipse servus sit: multo [92] tamen æquius esse, *nemini officium suum* [93], quod ejus, cum quo contraxerit, non etiam sui commodi causa susceperat, *damnosum esse*. Et sicut in superioribus contractibus, venditione, locatione, pignore, dolum ejus, qui sciens reticuerit [94], puniendum esse dictum sit: ita in his culpam eorum, quorum causa contrahatur, ipsis potius damnosam esse debere. Nam certe mandantis culpam [95] esse, qui talem servum emi sibi mandaverit: & similiter ejus, qui deponat, quod non fuerit diligentior circa monendum, qualem servum deponeret.

§. 6. Circa commodatum autem merito aliud existimandum: videlicet quod tunc ejus solius [96] commodum, qui utendum rogaverit, versetur. itaque eum, qui commodaverit, * sicut in locatio-

11 *l.* 23. *ff. ad l. Aquil. l.* 11. *ff. ad exhib. l.* 3. *ff. de cond. furt.*

12 *l.* 50. *ff. eod.* quanti vendi potuit.

13 Imo manifesti. *l.* 80. §. 3. *ff. eod.*

14 De effractoribus dicam *ff. tit. de effractorib.*

15 Imo tenetur: nam qui inimiciarum, aut injuriæ, non furti principaliter faciendi causa, furtum alteri persuadet, furti tenetur. *l.* 50. §. 1. *ff. eod.*

16 Aristot. 5 *Ethic.* 8. ἡ ἀδικία καὶ ἡ δικαιοπραγία ἔστιν ἑκατέρα τῷ ἑκουσίῳ καὶ ἀκουσίῳ. *v. l.* 1. 2. *ff. de legib. ubi dixi.*

17 Voluntas & propositum maleficium delinquentis distinguit.

18 Id est, volentis furtum committere, *l.* 25. *in fin. ff. eod. l.* 50. §. 2. *ff. eod. l.* 41. *in fin. ff. ad l. Aquil. l.* 37. *ff. de usurpationib.* §. 7. *in fin. Inst. de oblig. quæ ex delicto.* adde & latitare, *l.* 7. §. 5. *ff. quib. ex caus. in possess.* in conviciantem injuriam referre, *l.* 5. *C. de injuriis.* interficere, *l.* 1. *C. de sicariis.* tabulas supprimere, *l.* 3. §. 6. *ff. de tabulis exhibend.* adde & volentis conditionem apponere, *l.* 19. *ff. de condit. & demonstrat.* vel uti aqua quotidiana, vel æstiva, *l. ult. ff. de aqua quotidiana.* hinc Seneca 6 *de benefic.* 8. Beneficium ab injuria distinguit non eventus, sed animus.

19 Mihi scilic. quam tu mihi commodasti.

20 Id est, commodatarius

21 *l.* 21. *ff. commodati.* aliud erit, si tu ipse. *l.* 71. *ff. eod.*

22 Ultro, ac volens. *l.* 89. *ff. eod.*

23 De quo *l.* 4. *C. de tutore & curatore, qui non satisdedit.*

24 Ejus interest servum retinere, qui noxali judicio servum defendit.

25 Damnatum. *vulg.*

26 Et emptus fecisti.

27 Retinere propter impensas rem alienam possumus adversus dominum vindicantem.

28 §. 6. *Inst. de obl. quæ ex delicto.*

29 Imo non tenetur, quia locare potest. *l.* 11. §. 1. *l.* 23. *ff. de pign.* 30 Puta pecuniæ. facit *lex* 78. *ff. de solut.* 31 Alienum largiens lucrum facit. hinc illud Senecæ: adhuc de alieno liberalis sum. 2 *epist.* 16. 32 Et ex eo beneficio, &c. 33 Cur? per eum modum facit, ut alius re mea utatur. 34 Nocturnum furem Romani permiserunt occidi: si (inquit lex) aliquis occidit, jure cæsus esto. Macrob. 1 *Saturnal.* 6. *l.* 9. *ff. de sicariis. l.* 4. *ff. ad l. Aquil.* 15 *Eclog.* 2. *ex lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 7. Plato 9 *de legib.* Augustin. 2 *quæst. super Exodum. cap. perfodiens. extra de homicid. Exod.* 22. *vers.* 2. 3. & sic merito: nec enim multum abest à proditore. Senec. 5 *declamat. ultim.* Interdiarium, si deprehensus se telo defenderit. 11 Gell. *ultim.* Cicero *pro Milone.* & in oratione *pro Marco Tullio.* apud Quintilian. *lib.* 5. Interdiarii meminit *lex* 4. *ff. ad l. Aquil. l.* 2 *ff. de furibus balneariis.* Græcis ἡμερονύκτιος, & ἡμεραῦλος, cui opponitur ἡμερόκοιτος, id est, *dormitator*, & νυκτίκωπος fur nocturnus. vide Cujacium 11 *observat.* 27. Harmenopulus aliam distinctionem adfert, cuique feliciter permitti nocturnum furem extra civitatem interficere, etiamsi miles sit: in urbibus non licere, nisi telum gestet: utrobique oportere eum, qui furem occidat, cum clamore testificari: nocturnum autem impune interfici, si aliter ei sine periculo vitæ parcere non possumus, 6 *Harmenop.* 5. de fure nocturno in eam rem, vide Cujacium 14 *observation.* 15.

35 *l.* 9. *l.* 11. §. 1 *ff. de vi publica. l.* 233. §. 2. *ff. de verb. signif.* Paul. 5 *sent.* 2. §. 3. *in fin.* §. 5. *vers. fe. telum. Inst. de publicis judiciis.* 15 *Eclog.* 2. *ex lib.* 10. *tit.* 2. *cap.* 7. *& lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 234. *& lib.* 53. *tit.* 9. *ex lib.* 60. *tit.* 18. *cap.* 10. 6 *Harmen.* 5. 36 *l.* 7. §. 1 *ff. de condict. furtiva.*

37 Condictionibus & vindicationibus res nostras reeuperamus. 38 *l.* 12. *C. eod.* 39 Et pœnæ. Rei recuperatio à fure eum non liberat a pœna furtiva, *l.* 48. *ff. eod. l.* 67. §. 1. *ff. eod. l.* 3. *C. eod.* excepe *l.* 56. §. 1. *ff. eod.* 40 Adde *l.* 10. *ff. de cond. furt.* 41 *V. tit. de effractoribus ff. eod.*

42 *l.* 39. *l.* 53. *ff. eod.* 43 *l.* 9. §. *ult. ff. de offic. Præfect. vigilum.* 44 §. 11. *Inst. de oblig. quæ ex delicto.* adde *l. ult. ff. de divisione rer.* 45 *l.* 56. §. *pen. ff. eod.* 46 Imo non evanescit furti actio: nec enim permittitur tutori transigere. *l.* 46. *in fin. ff. de admin. tutor.* adde *l.* 7. §. 3. *ff. pro emptore.* 47 Imo, videtur contrectare, & rem illicitam facere. *l.* 3. *C. vi bonor. rapt.*

48 Invito domino. 49 Potius scil. 50 Et sic sibi prodesse vello, jusque suum conservare, non alteri nocere. 51 Imo, tali incubatione jus pignoris videtur amittere. *l.* 13. *ff. de eo, quod metus causa. l.* 7. *C. unde vi.* 52 *l.* 46. *in fin. ff. eod.* 53 *l.* 47. *ff. eod.* 54 Præfectus vigilum de furibus cognoscebat, *l.* 3. §. 1. *ff. de off. Præf. vigil.* cosque interdum puniebat capitaliter, *l.* 15. *ff. de cond. causa data.* An privatæ tantum pecuniæ fures? ait Forner. 1 *select.* 15. negat Cujac. 15 *obs.* 37. 55 *V. l.* 13. *ff. de offic. Præsid.*

56 Id est, majorem pœnam adde *l.* 15. *ff. de cond. causa data.* Cur majorem? forte quia fur erat nocturnus, qui gravius puniri solet. vide Cujac. 14 *obs.* 15. *in fin.*

57 Puta mortis. *l. ult. ff. eod. & l.* 15. Furtum capitale erat improbitate rei & personæ.

58 Transactam. 59 *l.* 4. §. 7. *ff. de usurpat.*

60 Facit *lex* 10. *C. quod cum eo.*

61 Tutor transigere cum fure potest, *l.* 54. *in fin. ff. eod. l.* 96. §. 1. *ff. de solutionib.* ut & novare. *l.* 22. *ff. de administr. tutor.* Imo non potest. *l.* 46. *in fin. ff. de administrat. tutor. l.* 22. *C. de pact.*

62 Et curator, ut mox sequitur.

63 *l.* 27. *ff. de administr. tutor. l.* 7. §. 3. *ff. pro emptore.* vice dominorum, *l.* 11. §. 7. *ff. quod vi aut clam.* adde *l.* 7. *ff. de his litem jurando. l.* 2. *C. de quæstionib.* & è contrario quandiu pupillus sub tutoribus est, ὥσπερ διαφέρει δοῦλος. *Gal.* 4. *vers.* 1. id est, *nihil differt à servo.*

64 Utiliter: alias nihil agit. *l.* 12. *ff. de curatore furios.*

65 *l.* 85. *ff. eod. l.* 73. §. 3. *ff. eod.*

66 ἄργυρον καὶ ἱματισμόν. 18 *Ecl.* 8. *ex lib.* 60. *tit.* 12. *c.* 53. §. 6.

67 African. *Basilic. ita legunt.*

68 Specus est sub terra cuniculus. *v. l.* 1. §. 33. *ff. ne quid in loco publico.* V. Cujac. 16 *obs.* 17.

69 Ulpian. *Basilic.* & male.

70 Antea non aget, sed ejus pater. *l.* 14. §. 13. *ff. eod.*

71 *l.* 15. §. *ult. ff. eod.* adde *l.* 21. *ff. commodati.*

72 Suum qui recipit, furti non tenetur.

73 Qui commodato rem accepit, hoc est, commodatarius.

74 Retinendi. *vulg. Hal.*

75 Ut in *l.* 25. *l.* 26. *ff. de procuratoribus.*

76 Interest nostra potius retinere, quam agere, & de novo rem adipisci. Illud eo facilius est atque commodius, huc facit quod probat Cujac. 8 *observ.* 2. Legis Falcidiæ seu quartæ retentionem dari, non vindicationem.

77 Sui furtum facit fugitiva. *l. ult. C. de serv. fugit. l.* 15. *in fin. ff. de acquir. possess.*

78 *l.* 12. *C. eod.* Fugitiva ancilla & seipsam & partum suum quoque furari intelligitur.

79 Vid. Cujac. *ff. ad Afric. fol.* 159.

80 Non furti. *l.* 8. *l.* 41. *ff. de noxalib.*

81 Id est, quasi noxalis, quia lis æstimatur in simplum tantum, *l.* 16. *in fin. ff. famosis.* noxalis in duplum vel quadruplum Cujac. *ibid.* 82 Vide *l.* 1. *in fin. ff. de privatis delict.* 83 Id est, præstes, transigas, pacisceris. Verbum *decidere*, est unum ex legibus 12 tabularum. *l.* 7. *ff. de condict. furtiva.* vide Cujac. 10 *observation.* 11. §. 5. *ff. eod. l.* 46. §. 5. *ff. eod. l.* 13. *C. eod. l.* 9. §. 2. *in fin. ff. de minoribus. l.* 7. *ff. de condict. furtiva.* 84 Quod in servo pignorato dictum est. 85 *l.* 23. §. 9. *ff. de adititio.* 86 Redhibitoria actione. 87 Id est, nisi in his casibus amplius sit, & præterea compelli possit debitor omnimodo damnum decidere. amplius est si sciverit talem servum esse, §. 3. *ff. eod.* aut repromiserit furem non esse. §. 4. *ff. eod.* vide Cujac. 8 *ad Afric. fol.* 160.

88 Vel mandatarium. *l.* 26. §. 7. *ff. mandati.* 89 Hac formula loquendi utitur idem Africanus. *l.* 30. §. 1. *ff. de act. empti. l.* 50. §. 1. *ff. de jure dot.* adde & *l.* 36. §. 2. *ff. de usufruct.*

90 *l.* 31. *in fin. ff. de pign.* 91 *l.* 7. §. 1. *ff. de damno.* 92 Æquo aliud æquius est.

93 Officium nemini oportet esse damnosum. *l.* 7. *quem. test. aper. l.* 140. *ff. de regul. juris. l.* 27. §. 7. *ff. ad Trebellian. l.* 1. *l.* 29. *ff. ex quibus caus. major.* 94 Retinuerit. *Hal.* 95 Mandati contraria actione venire culpam levissimam, hinc colligit Bartolus, quod dominus in id teneatur, quod diligentiores quique tenentur præstare. 96 In commodato solius accipientis commodum versatur.

catione, si 97 dolo quid fecerit 98 *, non ultra pretium servi quid amissurum. quin etiam paulo remissius circa interpretationem 99 doli mali debere nos versari: quoniam (ut dictum sit) nulla utilitas commodantis interveniat. §. 7. Hæc ita puto vera esse, si nulla culpa ipsius, qui mandatum vel depositum susceperit, intercedat. cæterum si ipse ultro ei custodiam, argenti forte vel nummorum, commiserit, cum alioquin nihil unquam dominus tale quid fecisset: aliter existimandum est 100. §. 8. Locavi tibi fundum, & (ut adsolet) convenit, *ut fructus ob mercedem pignori mihi essent*. si eos clam deportaveris 2, furti tecum agere 3 posse aiebat 4. sed & si tu alii fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportaverit, consequens erit, ut in furtivam causam eos incidere dicamus. etenim 5 *fructus, quamdiu solo* 6 *cohærent, fundi* 7 *esse*: & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, suos fructus facere: quod certe in proposito non æque dicitur; qua enim ratione coloni fieri possint, cum emptor 8 eos suo nomine cogat? §. 9. Statuli betum 9, qui, *si decem dederit*, liber esse jussus erat, heres noxali judicio defenderat: pendente judicio servus datis decem heredi, ad libertatem pervenit. Quæritur, an non aliter absolutio fieri debeat, quam si decem, quæ accepisset heres, actori dedisset? Referre existimavit, unde ea pecunia data esset. ut si quidem aliunde, quam ex peculio, hæc saltem præstet; quoniam quidem si nondum ad libertatem servus pervenisset, noxæ deditus, ei, cui deditus esset, daturus fuerit: si vero ex peculio, quia nummos heredis dederit, quos utique is passurus eum non fuerit ei dare, contra statuendum.

De eo, qui fugitivo iter monstrat.

LXII. MARCIANUS lib. IV Regularum.

FUrtum non 10 committit, qui fugitivo iter monstravit 11.

De infamia.

LXIII. MACER lib. II Publicorum Judiciorum.

NOn 12 poterit 13 Præses provinciæ efficere, ut furti damnatum non sequatur infamia 14.

De servo legato.

LXIV. NERATIUS lib. I Membranarum.

A Titio herede homo Seio legatus, ante 15 aditam hereditatem Titio furtum fecit: si adita hereditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, furti ejus servi nomine aget cum eo Titius; quia neque tunc 16, cum faceret, furtum, ejus fuit. & ut maxime quis existimet, si servus esse cœperit ejus, cui furtum fecerat, tolli furti actionem, ut nec si alienatus sit, agi possit eo nomine: ne post aditam quidem hereditatem Titii factus est: quia ea 17, quæ legantur 18, recta 19 via ab eo, qui legavit, ad eum, cui legata sunt, transeunt 20.

De pœnitentia.

LXV. ULPIANUS lib. I ad Edictum Ædilium Curulium.

QUi ea mente alienum quid contrectavit, ut lucrifaceret, tametsi mutato 21 consilio id domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato pœnitentia 22 sua nocens esse desiit 23.

De venditione pignoris. 1. De legato. 2. De mulione in jus vocato. 3. Si dissensator manumissus vel tutor post pubertatem exegit. 4. De eo, qui Titium commendavit, quasi idoneum, cui credatur; deinde alium adduxit quasi Titium. 5. De stipulatione, per te non fieri.

LXVI. PAULUS [lib. VII ad Plautium].

SI is, qui rem pignori 24 dedit, vendiderit eam, quamvis dominus 25 sit, furtum facit, sive eam tradiderat creditori, sive speciali 26 pactione tantum 27 obligaverat. idque & Julianus putat.

§. 1. Si is, cui res subrepta [sit], dum apud furem sit, legaverat eam mihi: an si 28 postea fur eam contrectet, furti actionem habeam? Et secundum Octaveni sententiam mihi soli competit furti actio, cum heres suo nomine non habeat: quia quacunque ratione dominium mutatum 29 sit, domino competere furti actionem constat. §. 2. Eum, qui mulionem dolo malo in jus vocâsset, si interea mulæ perissent, furti teneri Vetteres responderunt 30. §. 3. Julianus respondit, eum, qui pecuniis exigendis præpositus est, si manumissus 31 exigat, furti teneri. Quod ei consequens est dicere & in tutore, cui post pubertatem solutum est.

§. 4. Si tu Titium mihi commendaveris, *quasi idoneum, cui crederem*, & ego in Titium inquisii, deinde 32 tu alium adducas quasi Titium: furtum facies: quia Titium esse hunc credo. scilicet si & ille, qui adducitur, scit. quod si nesciat, non facies furtum: nec hic, qui adduxit, opem tulisse potest videri, cum furtum factum non sit; sed dabitur actio in factum 33 in eum, qui adduxit. §. 5. Si stipulatus 34 de te sim, *per te non fieri, quominus homo Eros intra Kalendas illas mihi detur*: quamvis mea interesset eum non subripi, cum subrepto eo ex stipulatu non teneris; si tamen per te factum non sit, quominus mihi daretur, non tamen furti actionem me habere.

De deposito. 1. Quid æstimatur in actione furti. 2. De infante, qui apud furem adolevit. 3. Si servus, qui inemptus factus est, 4. Vel furtivus furtum fecerit. 5. De locatione finita. De rei consumptione.

LXVII. CELSUS lib. XII Digestorum.

INficiando *depositum*, nemo facit furtum: nec enim furtum est ipsa inficiatio 35, licet propè 36 furtum est. Sed si possessionem ejus apiscatur 37 intervertendi 38 causa, facit furtum. Nec refert in digito habeat anulum, an 39 dactyliotheca 40, quem cum [in] deposito teneret, habere pro suo destinaverit. §. 1. Si tibi subreptum est, quod nisi die certa dedisses, pœnam 41 promisisti, ideoque sufferre eam necesse fuit: furti actione hoc 42 quoque cœstimabitur. §. 2. Infans apud furem adolevit: tam adulescentis furtum fecit ille, quam infantis; & unum tamen furtum est. ideoque dupli tenetur, *quanti* 43 *unquam apud eum pluris fuit*. Nam quod semel duntaxat furti agi cum eo potest, quid refert propositæ quæstioni? Quippe si subreptus furi foret, ac rursus à fure altero eum recuperasset: etiam si duo furta fecisset, non amplius quam semel cum eo furti agi posse. Nec dubitaverim, quin adulescentis potius, quam infantis æstimationem fieri oporteret. Et quid tam ridiculum est, quam meliorem furis conditionem esse propter continuationem 44 furti existimare? §. 3. Cum servus inemptus 45 factus sit, non posse emptorem furti agere cum venditore ob id, quod is servus post emptionem, antequam redderetur, subripuisset. §. 4. Quod furi ipsi 46 furtum fecerit furtivus servus, eo nomine actionem cum domino furem habiturum placet: ne facinora talium servorum non solum ipsis impunitatem [præstent], sed dominis 47 quoque eorum quæstui erunt. plerunque enim ejus generis servorum furtis peculia eorundem augentur. §. 5. Si colonus post lustrum 48 conductionis anno amplius fructus invito 49 domino perceperit, videndum ne messis & vindemiæ furti cum eo agi possit? Et mihi dubium non videtur, quin fur [sit], etsi consumpserit 50 rem subreptam, repeti ea ab eo possit.

De re hereditaria.

LXVIII. MARCELLUS [lib. VIII Digestorum].

HEreditariæ 51 rei furtum 52 fieri Julianus negabat 53, nisi forte pignori dederat defunctus, aut commodaverat 54:

LXIX. SCÆVOLA lib. IV Quæstionum.

AUt in qua usufructus 55 alienus est.

LXX. MARCELLUS lib. VIII Digestorum.

HIs enim casibus putabat hereditariarum rerum fieri furtum & usucapionem impediri: idcircoque heredi quoque actionem furti competere posse.

De commodato. 1. De eo, quod pro herede possidetur. De eo, quod interest.

LXXI. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

SI is, cui commodata res erat, furtum ipsius admisit: agi cum eo & furti & commodati 56 potest. & si furti actum est, commodati actio extinguitur 57: si commodati, actioni furti exceptio 58 objicitur. §. 1. Ejus rei, quæ pro herede possidetur, furti actio ad possessorem non pertinet, quamvis usucapere quis possit: quia furti agere potest is, cujus interest 59 rem non subripi. interesse autem ejus videtur, qui 60 damnum passurus est: non ejus 61, qui lucrum facturus esset.

De libello pro tribunali recitatis.

LXXII. MODESTINUS lib. VII Responsorum.

SEmpronia libellos 62 composuit, quasi datura 63 Centurioni, ut ad officium 64 transmitterentur, sed non dedit; Lucius pro tribunali eos recitavit, quasi officio traditos. Quæro: non sunt inventi in officio, neque centurioni traditi: quo crimine subjiciatur, qui ausus est libellos domo subtractos pro tribunali legere, qui non sint dati? Modestinus respondit, si eam subtraxit, furtum commissum 65.

De pignore.

LXXIII. JAVOLENUS [lib. XV ex Cassio].

SI is, qui pignori rem accepit, cum de vendendo pignore nihil convenisset 66, vendidit; aut antequam dies venditionis veniret 67, pecunia non soluta, id fecit: furti se obligat.

De re bona fide possessa.

LXXIV. IDEM [lib. IV Epistularum].

FUrtivam ancillam bona fide duorum aureorum 68 emptam cum possiderem, subripuit mihi Attius, cum quo & ego 69, & dominus, furti agimus. Quæro, quanta æstimatio pro utroque fieri debet? Respondit: Emptori duplo, quanti ejus interest, æstimari debet; domino autem duplo, quanti ea mulier fuerit. nec nos movere debet, quod duobus 70 pœna furti præstabitur: quippe, cum ejusdem rei nomine præstetur, emptori, ejus possessionis; domino, ipsius proprietatis causa præstanda est.

Si simulatus procurator effecit, ut sibi promitteretur.

LXXV. POMPONIUS lib. XXI ad Quintum Mucium.

SI is, qui simulabat se procuratorem esse, effecisset, ut vel sibi, vel cui me delegavit, promitterem 71: furti eum eo agere non possum, quoniam nullum 72 corpus interveniisset, quod furandi animo contrectaretur.

De commodato & deposito. 1. De fure furtum passo.

LXXVI. IDEM lib. XXXVIII ad Quintum Mucium.

QUi re sibi commodata, vel apud se deposita, usus est aliter 73, atque accepit: si existimavit 74 se non invito domino id facere, furti non tenetur; sed nec depositi ullo modo tenebitur. Commodati an teneatur, in culpa æstimatio erit, id est, an 75 non debuerit existimare id dominum permissurum? §. 1. Si quis alteri furtum fecerit; & id, quod subripuit, alius ab eo subripuit 76: cum posteriore fure dominus ejus rei furti agere potest, fur prior non potest: ideo quod domini interfuit, non prioris furis, ut id, quod subreptum est, salvum esset. Hæc Quintus Mucius refert, & vera sunt. nam licet 76 interfit furis rem salvam esse, quia condictione tenetur: tamen cum eo is, cujus interest, furti habet actionem, si honesta 77 ex causa interest. nec utimur Servii sententia, qui putabat, si rei subreptæ dominus nemo exstaret, nec exstaturus 78 esset, furem habere furti actionem: non magis enim tunc ejus

---

9* Si dolo id fecerit, *Ital.* si non dolo quid fecerit. *vulg.*

98 Tertio illud addit Ulpianus, interpretatio nulla adhibenda, relata a Cuiacio 8 *ad Afric. fol.* 161. adde *l.* 22. *in fin. ff. commodati.*

99 Interpretatio doli mali, est judex, sicut & bonæ fidei. *l.* 38. *circa medium ff. de pactis.*

100 Nam ita servo opportunitatem furti faciendi præbuit.

1 *l. ult. C. de remissione pign.* usus obtinuit, ut idem fieret cum adjecta ejusmodi clausula; nam quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei judiciis veniunt, *l.* 31. §. 20. *ff. de ædil. edict.* unde colligit Cujac. *ibid.* posse hodie defendi in omnibus testamentis tacite intelligi clausulam codicillarem, quod soleat scribi frequentissime, & omnium testatorum ea sit mens, quæ Lucio Titio, *l. penult. §. ult. ff. de leg.* 2. ut judicia defunctorum valeant quoquo modo.

2 Id est, loco moveris, & in alium transtuleris. adde *l.* 25. *in fin. ff. eod.*

3 Me.

4 Julianus.

5 Hæc verba, quæ sequuntur, eo pertinent, ut intelligatur eos fructus non pervenisse in potestatem coloni.

6 Suo loco. *Archetyp. Florent. τῷ ἰδίῳ τόπῳ. Basil.* v. Cujac. *ibid.*

7 Fructus pendentes veniunt in rei vindicatione, *l.* 44. *ff. de rei vindic.* emptione, *l. ult. §. penultim. ff. quæ in fraud. cred.* legatis, *l.* 27. *ff. de usufruct.* augent hereditatem in Falcidiæ ratione. *l.* 9. *ff. ad l. Falcid.*

8 Colonus (ut & usufructuarius) fructus suos non tacit, nisi ipse eos perceperit.

9 Id est, eum, cui relicta est directa libertas in diem vel conditionem. vide *hic* Cujac.

10 Adde *l.* 36. *ff. eod.* atqui is servum juvare videtur ad malefaciendum, *l.* 1. §. 3. *ff. de servo corrupto.* & sui ipsius furi viam ad furtum faciendum aperit.

11 Iter monstrans fugitivo, non eo solo furtum committit.

12 Quotics una pœna ipso jure per legem imponitur, altera per judicem, possunt variæ illæ pœnæ in eundem cadere ex diversis legibus.

13 Imo poterit efficere, ne sit infamis, puta si durius eum, quam oportuit, condemnavit. *l.* 8. *C. ex quib. caus. infam.* Goth. Et judex quando aliquem injuriarum condemnat, potest in sententia famam & bonum nomen injuriati conservare. vide Wesenb. *cons.* 22 *n.* 26. Gail. *lib.* 1 *obs.* 65. *n.* 6. Ans. 14 Furti quocunque genere damnatus, est infamis, Paul. 2 *sent.* 31. §. 14. *l.* 6. *ff. de his qui notantur infamia.*

15 *l.* 44. *in fin. ff. eod. l.* 70. *ff. de legat.* 1. 16 *l.* 1. §. 13. *ff. de Silan.* 17 Legata recta via transeunt a legante ad legatarium. 18 Non tamen conditionalia, quæ pendente conditione sunt heredis. Alias exceptiones vide apud Socin. *rig.* 221. 19 *l.* 9. §. 5. *ff. de pecul. l.* 80. *ff. de leg.* 2. ab adita hereditate sc. *l.* 86. §. 2. *de leg.* 1. 20 V. *l. ult.* §. 8. *C. de curatore furios.* 21 Pœnitentia nemo noceus esse desinit, *ut hic. l.* 54. §. 3. *ff. eod.* sic raptor pœnam non evitat, etiamsi rem raptam ante judicium restituat, *l. penult. ff. vi bon. rapt. & Harm* 7. sed quid, si statim eam pœniteat? videtur absolvendus. v. Tiraq. *de pœnit. causa* 60. 22 Pœnitentia, vel etiam furti spontanea restitutione, nemo fur esse desinit. *d. l.* 54. *l.* 1. §. 25. *ff. depositi. l.* 17. §. 1. *in fin. ff. de ædil. l.* 5. *ff. vi bon. rapt. l.* 3. *C. de apostatis.* 23 Imo desinit, si pœnituit, *l.* 11. *ff. de injur vocando. l.* 18. *ff. de jurisdict. l.* 14. §. 1. *ff. de eo quod metus causa. l.* 4. §. 10. *ff. de usurp.* & desinere potest, *l.* 3. §. 1. *in fin. ff. de fugitivo l.* 1. *C. de crimine stellionat.* v. *c. 5. de reg. in* 6. sic sentio: In casibus à lege & judice expressis pœnitentiam admitti, alias non admitti. Porro pœnitere videtur, qui voluntatem nudam habuit, actu vero abstinuit. Eo casu ignoscitur nudæ cogitationi, *l.* 18. *ff. de pœnis. l.* 19. *ff. de falsis.* cui non videtur in nuit. Eo casu ignoscitur nudæ cogitationi, *l.* 18. *ff. de pœnis. l.* 19. *ff. de falsis.* cui non videtur in crimine majestatis ignosci. *l.* 5. *C. ad l. Jul. majest.* 24 Specialiter scil. non generaliter. *l.* 3. *C. de servo pignori dato.* 25 *l.* 14. §. 1. *l.* 19. *in fin. l.* 61. §. 8. *ff. eod.* §. 10. *Inst. de obligat. quæ ex delicto.*

26 Pignori specialiter obligatum servum manumittere non possum. *l.* 6. *l.* 9. *ff. in quib. caus. pignus tacite. l.* 44. §. 7. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. de servo pign. dato manumiss.* 27 Minus est enim obligare, quam tradere. 28 Ex nova contractatione datur actio furti singulari successori, & ita intelligo *l.* 47. *ff. eod. l.* 8. *ff. de servo corrupto.* dixi ad *l.* 10. *C. de furtis.* 29 *l.* 47. *ff. eod.* 30 Quia ope ejus furtum factum est. *l.* 50. §. 1. *ff. eod.* 31 Sciens scil. non ignorans. *l.* 41. *ff. de reb. cred. l.* 18. *l.* 35. *ff. de solutionib.* 32 *l.* 52. §. 21. *ff. eod.* 33 V. *d. l.* 52. §. 20. *in fin. ff. eod.*

34 *l.* 13. *ff. eod. l.* 85. *in fin. ff. eod.*

35 Sæpe cogitatio, *l.* 52. §. 19. *ff. eod.* prope furtum est, depositum inficiari. *l.* 1. §. 2. *ff. eod.*

36 Cur propè furtum est? quia qui inficiatur depositum, proprie contrahit. v. quæ scripsi ad *l.* 1. *in fin ff. eod.*

37 Is, qui deposita fitum inficiatur.

38 Ut depositum suum faciat.

39 An datus hypothecæ sit, quem cum. *vulg.*

40 Dactyliotheca anulorum capsula. *l.* 52. §. 8. *l.* 53. *in fin. ff. de legat.* 3. Anularius *Glossis.* vel potius anularium. Σακκίδιον: Græcis annulus: Dactyliothecam primus Romæ habuit Scaurus. 37 Plin. 1. Hinc collige, furtum anulorum fieri sola dactyliotheca (in qua anuli continentur) contrectata. adde *l.* 77. *ff. eod.*

41 Re sub pœna debitâ contrectata, fur obligatur ad ipsum quoque onus pœnæ.

42 Id est, pœnam.

43 *l.* 50. *ff. eod. l.* 13. *in fin. ff. de condict. furtiva.*

44 Adde *l.* 9. *ff. eod.*

45 *l.* 17. §. 2. *ff. eod.*

46 Furi alius interdum furtum facit.

47 Servorum facinora dominis quæstui esse non debent.

48 Lustrum est quinquennium: sic dictum quod quinto quoque anno vectigalia per censores locata luebantur. adde *l.* 4. §. 1. *ff. de rebus credit. l.* 30. §. 1. *ff. de leg.* 3.

49 *l.* 13. §. 1. *ff. locat.*

50 *l ultim. ff. de condict. furtiva.*

51 *l.* 40. *in fin. ff. de hered. pet. l.* 40. *in fin. ff. de nox. l.* 1. §. 15. *ff. si id, qui testam. liber esse juss.* Ans.

52 Secus in damno. *l.* 43. *ff. ad l. Aquil.*

53 Ratio est in *l.* 1. §. 15. *ff. si id qui testam. liber esse juss.* Ans.

54 *l.* 14. §. 14. *ff. eod.*

55 *l.* 35. *ff. de usufruct.*

56 *l.* 18. *ff. commodati.* Goth. Adde *l.* 29. *ff. depositi. l.* 42. *ff. locati. S. L.*

57 Adde *l.* 88. *ff. eod.*

58 Dixi ad *l.* 3. *C. de except.*

59 *l.* 10. *l.* 11. *ff. eod.*

60 *l.* 78. *ff. eod.*

61 Imo & ejus, quia lucrum in eo quod interest comprehenditur. *l.* 13. *ff. ratam rem.*

62 An diversi? an debitum aliquod continentis? postremum probatur Bartolo, mihi prius.

63 Forte, quia marito militi irata non tradidit; tamen pœnituit. *l.* 3. *l.* 7. *ff. de divortiis.*

64 Magistri militum de quo officio loquitur *l.* 2. *C. de officio Magistri militum.*

65 An & injuriæ tenebitur? fit enim nobis injuria, quoties quis injuriose nos ad tribunal judicis trahit. *l.* 13. §. 3. *ff. de injuriis.* 66 Etsi vendendi pignoris facultas creditori data non est, pignus tamen potest vendere, si modo prius denunciavit debitori, ut solveret, & is cessaverit. *l.* 4. *ff. de pignor.* 67 Et ita non cessante debitore. facit *l.* 8. *C. eod.*

68 Duorum aureorum pretium, *vulgat.* duobus aureis, *Haloand.* de vulgari pretio servorum dicam ad *l.* 1. §. 5. *C. de communi servo.* 69 Vide quæ dixi ad *l.* 2. *C. de furtis.*

70 Ubius rei nomine duobus, id est, uni proprietatis, alteri possessionis causa, pœna præstari potest. 71 Nudis verbis furtum non fit. *l.* 52. §. 19. *ff. eod.* 72 Incorporalium rerum furtum non fieri hinc colligunt. 73 *l.* 5. §. 8. *ff. commodati.* 74 *l.* 46. §. 7. *ff. eod.*

75 Sapientis non est dicere, Non putabam. 76 Furis interest rem salvam esse. *l.* 12. *ff. eod.*

77 *l.* 11. *ff. eod.* 78 Exturus. *vulg.*

ejus esse [79] intelligitur, qui lucrum [80] facturus sit. dominus igitur habebit cum utroque furti actionem, ita ut si cum altero furti actionem inchoat, adversus alterum nihilominus duret: sed & condictionem, quia ex diversis factis tenentur.

79 Interesse.
80 *l.* 71. *in fin. ff. eod.*

De sacco pecuniam habente.

LXXVII. IDEM lib. XIII ex Variis lectionibus.

QUi saccum [81] habentem pecuniam subripit, furti etiam sacci nomine tenetur, quamvis non sit ei animus sacci subripiendi.

81 *l.* 21. §. 1. *l.* 67. *ff. eod.* Goth. Adde *cap.* 45. *distinct.* 50. Anf.

De re inspicienda data.

LXXVIII. PAPINIANUS lib. VIII Quæstionum.

REm inspiciendam [82] quis dedit: si periculum spectet eum qui accepit, ipse furti agere potest.

82 *l.* 10. §. 1. *ff. commodati. l.* 17. §. 2. *ff. de præscr.*

De pignore.

LXXIX. IDEM lib. IX Quæstionum.

SI debitor pignus subripuit, quod [83] actione furti solvit, nullo modo recipit.

83 *l.* 22. *in fin. pr. ff. de pign. l.* 74. *ff. de sol.*

De servo vendito. 1. Quid venit in actionem furti. 2. De optione legata. 3. De rapina. 5. De falso procuratore, & falso herede.

LXXX. IDEM lib. XII Quæstionum.

SI vendidero, neque tradidero servum, & is sine culpa mea subripiatur: magis est, ut mihi furti competat actio. & mea videtur interesse [84], quia dominium apud me fuit, vel quoniam ad præstandas [85] actiones teneor. §. 1. Cum autem jure dominii defertur furti actio, quamvis non alias, nisi nostra interfit, competat: tamen ad æstimationem [86] corporis, si nihil amplius interfit, utilitas mea referenda est. † Idque & in statuliberis, & in legato sub conditione relicto probatur. † Aliòquin diversum probantibus statui facile quantitas non potest. Quia itaque tunc sola utilitas æstimationem facit, cum cessante dominio furti actio nascitur, in istis causis ad æstimationem corporis furti actio referri non potest. §. 2. Si ad exhibendum egissem [87], opturus servum mihi legatum, & unus ex familia servus subreptus: heres furti habebit actionem. ejus [88] interest: nihil enim refert, cur præstari custodia debeat. §. 3. Cum raptor [89] omnimodo furtum facit, manifestus fur existimandus est [90]. §. 4. Is autem, cujus dolo fuerit raptum, furti quidem non tenebitur, sed vi bonorum raptorum. §. 5. Si Titius, cujus [91] nomine pecuniam perperam falsus [92] procurator accepit, ratum habeat: ipse quidem Titius negotiorum gestorum aget, [&] ei vero qui pecuniam indebitam dedit, adversus Titium erit indebiti [93] condictio, adversus falsum procuratorem furtiva durabit. electo Titio, non inique per doli exceptionem, uti præstetur ei furtiva condictio, desiderabitur. Quod si pecunia fuit debita, ratum habente Titio, furti actio evanescit: quia debitor liberatur. §. 6. Falsus [94] autem procurator ita demum furtum pecuniæ faciet, si [95] nomine quoque veri procuratoris, quem creditor habuit, adsumpto, debitorem alienum circumvenerit. † Quod æque probatur & in eo, qui sibi deberi pecuniam, ut heredi Sempronii creditoris, adseveravit, cum esset alius. §. 7. Qui rem Titii agebat, ejus nomine falso procuratori creditoris solvit, & Titius ratum habuit: non nascitur ei furti actio, quæ statim, cum pecunia soluta est, ei, qui dedit, nata est; cum Titii nummorum dominium non fuerit, neque possessio. sed condictionem indebiti quidem Titius habebit; furtivam [96] autem, qui pecuniam dedit: quæ, si negotiorum gestorum actione Titius conveniri cœperit, arbitrio judicis ei præstabitur.

84 Id quod interest pecuniariter, etiam spectatur & venit in delictis.
85 *l.* 14. *ff. eod. l.* 35. §. 4. *in fin. ff. de contr. empt.* §. 3. *Instit. de contrab. empt.*
86 *l.* 50. *ff. eod.*
87 *l.* 3. §. 6. *ff. ad exhib. l.* 63. *ff. de opt.*
88 Ejus quod interest.
89 V. *l.* 1. *ff. vi bon. raptor.*
90 Et ita semper in quadruplum tenetur. *l.* 52. *in fin. ff. eod.*
91 *l.* 23. *ff. de negot.*
92 *l.* 14. *ff. de cond. caus. dat.*
93 *l.* 6. §. 9. *ff. de negotiis.*
94 V. *l.* 18. *in fi. ff. de sol. l.* 19. *C. de furt.*
95 *l.* 43. *ff. eod.*
96 Condictio hæc furtiva datur ex causa dominii translati: indebiti vero, ex causa possessionis translatæ: & sic ex diversis causis dantur.

De pecunia civitati subtracta.

LXXXI. IDEM lib. I Responsorum.

OB pecuniam civitati [97] subtractam, actione furti, non [98] crimine peculatus tenetur [99].

97 Civitati qui pecuniam subtrahit, furti, non peculatus, tenetur.
98 *Nec non* Alciat. 1 *disjunct.* 3. reprehensus à Roberto, 2 *recept.* 2. vide quæ notavi ad *l.* 4. *in fin. ff. peculatus.*
99 Imo, tenetur peculatus. *l.* 4. *in fin. ff. ad l. Jul. peculatus.*

De fullone & sarcinatore. 1. De fructibus fundi locati. 2. De ancilla libidinis causa surrepta. 3. De tabulis & cautionibus.

LXXXII. PAULUS lib. II Sententiarum.

FUllo [100] & sarcinator, qui polienda vel sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex contrectatione eorum furtum fecisse videtur: quia non in eam causam ab eo videntur accepta.

§. 1. Frugibus ex fundo subreptis tam colonus [1] quam dominus furti agere possit: quia utriusque interest, rem persequi.

§. 2. Qui ancillam non [2] meretricem libidinis causa subripuit, furti actione tenebitur: & si suppressit, pœna Legis Faviæ [3] coercetur. §. 3. Qui tabulas [4] cautionesve subripuit, in adscriptam summam furti actione tenebitur. nec refert cancellatæ necne sint [5]: quia ex his debitum magis solutum esse comprobari potest.

100 V. *l.* 2. *ff. de cond. sine causa.*
1 *l.* 14. §. 2. *l.* 26. *in fin. l.* 52. §. 8. *ff. eod.*
2 *l.* 39. *ff. eod.* v. *l.* 60. *Ecl. tit. περὶ κλοπῆς.* 76. ex hoc loco emenda §. 11. apud Paul. 2 *sent.* 31.
3 De plagiariis. *l.* 6. *ff. de plagiariis.*
4 *l.* 27. *ff. eod.* Paul. 2 *sententt.* 31. §. 22.
5 Cancellatione scripturæ probatur debiti solutio.

De eo, qui pro herede adprehendit. 1. De eo, qui cum servo suo furatus est.

LXXXIII. NERATIUS lib. I Responsorum.

SI quis ex bonis ejus quem putabat mortuum, qui vivus [6] erat, pro herede res adprehenderit, eum furtum non facere.

§. 1. Ei cum quo suo nomine furti actum est, si servi nomine de alia [7] re adversus eum agatur: non dandam exceptionem furti una facti [8].

6 Addc *l.* 1. *ff. pro herede.*
7 *l.* 35. *in fin. l.* 56. *in fin. ff. eod.*
8 De exceptione furti una facti, v. Edmund. Merill. *lib.* 1. *observ. cap.* 24. Anf.

De usucapione.

LXXXIV. PAULUS lib. II ad Neratium.

QUamvis res furtiva, nisi ad dominum redierit, usucapi non possit, tamen si eo nomine lis æstimata [9] fuerit, vel furi dominus eam vendiderit [10]: non interpellari jam usucapionis jus dicendum est.

9 *l.* 4. §. 13. *ff. de usurpat.*
10 *l.* 32. *ff. de usurp. l.* 6. §. 3. *in fin. ff. de precario.*

Cui datur furti actio.

LXXXV. IDEM lib. II Manualium.

IS cujus interest [11] non subripi, furti actionem habet, si & rem tenuit domini voluntate, id est, veluti is cui [12] res locata est. † Is autem qui sua voluntate, vel etiam pro tutore negotia gerit, item tutor [13] vel curator, ob rem sua culpa subreptam non habet furti actionem. † Item is, cui ex stipulato [14], vel ex testamento servus debetur, quamvis interfit ejus, non habet furti actionem: Sed nec is, qui fidejussit [15] pro colono.

11 Junxitve, *Hal.* injunxitve *vulg.* 12 Tignum alienum jungendo ædibus. Wesemb. in §. *cum in suo.* in verbis *duplum jam consecutus. Inst. de ver. divis.* 13 An extincta? 14 Quem in finem extrinsecus? non ut eximatur tignum, sed ut juretur in litem. *l.* 98. *in fin. ff. de solut.*

De usucapione.

LXXXVI. TRYPHONINUS lib. IX Disputationum.

SI ad [16] dominum ignorantem pervenerit res furtiva, vel vi possessa: non videtur in potestatem domini reversa [17]. ideo nec si post talem domini possessionem bona fide ementi venierit, usucapio sequitur.

16 *l.* 4. §. 12. *ff. de usurpat.*
17 Quia abest ei pretium. *l.* 14. §. *de verb. sign.*

De pignore.

LXXXVII. PAULUS lib. I Decretorum.

CReditori [18] actio furti in summam pignoris, non debiti competit. sed ubi debitor ipse subtraxisset pignus, contra probatur: ut in summam pecuniæ debitæ, & usurarum ejus, furti conveniretur.

18 Adde *l.* 15. *ff. eod. l.* 13. *ff. de distrah. pign.*

De concursu hujus actionis, & vi bonorum raptorum.

LXXXVIII. IDEM lib. sing. de Concurrentibus actionibus.

SI quis [19] egerit Vi bonorum raptorum, etiam furti agere non potest. Quod si furti elegerit in duplum agere, potest & Vi bonorum raptorum agere sic, ut non excederet quadruplum.

19 V. *l.* 71. *ff. eod.*

De liberto, cliente, mercenario.

LXXXIX. IDEM lib. singul. de Pœnis paganorum.

SI libertus [20] patrono, vel cliens [21], vel mercenarius [22] ei qui conduxit, furtum fecerit: furti actio non nascitur.

20 Adde *l.* 17. *ff. eod. l.* 21. *in fin. C. eod.*
21 Clientes qui, dixi in libris Feudorum. Hi, ut sæpius libertini, & mercenarii. *l.* 3. *ff. de usu & habitat. l.* 5. *ff. de his, qui dejecerunt. l.* 7. *ff. de captivis. l.* 3. *C. de novationib.* de furtis domesticis dicam ad *l.* 11. §. 1. *ff. de pœnis.*
22 Mercenarius. *vulg. Hal.*

De fullone. 1. De ope. De consilio.

XC. JAVOLENUS lib. IX ex Posterioribus Labeonis.

FUllo [23] actione locati de domino liberatus est: negat eum furti recte actum Labeo. Item si furti egisset, prius quam ex locato cum eo ageretur, & antequam de furto judicaretur, locati actione liberatus esset: & fur ab eo absolvi debet. quod si nihil eorum ante accidisset, furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco, quoniam furti eatenus habet actionem, quatenus ejus interest. §. 1. Nemo opem, aut consilium alii præstare potest, qui [24] ipse furti faciendi consilium capere non potest.

23 *l.* 48. §. 4. *ff. eod.*
24 *l.* 23. *in fin. l.* 53. *ff. eod.*
25 Puta, propter nimiam verecundiam.
26 Forte quia non potuit prohibere. *l.* 7. §. 1. *ff. eod. l.* 1. §. 10. *ff. quod vi aut clam.*
27 Taciturnitas, tacere, silentium ad alterius delinquentis excusationem pro consensu non habetur. vide tamen Socinum, *reg.* 392.

De servo, qui scit sibi furripi.

XCI. LABEO lib. II Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI quis, cum sciret quid sibi subripi, non [25] prohibuit [26]: non potest furti agere. Paulus: Imo contra. nam si qui scit sibi rapi, & quia non potest prohibere, quievit [27], furti agere potest. At si potuit [28] prohibere, nec [29] prohibuit: nihilominus furti aget. † Et hoc modo patronus quoque liberto, & is cujus magna [30] verecundia, ei quem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.

De judicio criminali & civili.

XCII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

MEminisse oportebit, *nunc furti plerunque criminaliter* [31] *agi, & eum, qui agit, in crimen subscribere* [32]: non quasi publicum sit judicium, sed quia visum est temeritatem agentium etiam [33] extraordinaria animadversione coercendam. Non ideo tamen minus, si qui velit, poterit civiliter [34] agere.

28 *subaudi*, de facto. 29 Abjicere, vel repudiare actionem non continuo nimia verecundia non prohibuit. *l.* 1. §. *quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio.* 30 Verecundia magna non prohibentis excusat. 31 De quo vide *l.* 56. §. 1. *ff. eod.* Criminaliter agere quid sit, vide quæ notavi ad *l.* 1. *ff. de publ. jud.* 32 *l.* 3. *ff. de privatis delictis.* 33 *l.* 3. *ff. ad Turpilian.* 34 *l. ult. ff. de privatis delictis.* Goth. Vide Merill. *lib. sing. differentiar. cap.* 23. Anf.

TIT. III.

DE [1] TIGNO JUNCTO [2].

De rei vindicatione. De actione in duplum. 1. De tigni appellatione. 2. De actione ad exhibendum.

1. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

LEx XII Tabularum *neque solvere permittit tignum furtivum ædibus vel vineis* [3] *junctum, neque vindicare:* quod providenter Lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur: sed in eum, qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. §. 1. *Tigni* autem appellatione continetur omnis [4] materia, ex qua ædificium constet, vineæque necessaria. Unde quidam aiunt tegulam [5] quoque & lapidem, & [6] testam [7], cæteraque, si quæ ædificiis sunt utilia: tigna enim à tegendo dicta sunt: hoc amplius, & calcem, & arenam tignorum appellatione contineri. † Sed & in vineis [8] tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, utputa perticæ [9], pedamenta. §. 2. Sed & ad exhibendum danda est actio. nec enim parci oportet ei, qui sciens alienam rem ædificio inclusit [10], vinxitve [11]: non enim sic eum convenimus, quasi possidentem, sed ita, quasi dolo malo fecerit [12], quominus possideat.

1 De tigno juncto vide Cujac. 23 *obs.* 19.
2 V. *l.* 1. *ff. eod.* v. Ægid. Bossium, *c.* 60. Praxeos. Oldend. *class.* 7. *act.* 6.
3 Huc refer *l.* 23. §. 6. *ff. de rei vind. l.* 6. *ff. ad exhib. l.* 63. *ff. de donat. int. vir. l.* 7. §. 10. *ff. de adq. rer. l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de exceptione rei jud. l.* 98. *in fin. ff. de solut.* §. 29. *Instit. de rer. divis.* Lex XII tab. talis fuit teste Festo *in voce* Tignum. *Tignum junctum ædibus vineæve & concapus ne solvito:* ubi alii legunt *vineæ capulo*: alii *vineæ concapet*, alii *vineæ concapite*, alii *vineæve concapetum.* Turnebus legit *vineæque copula*, *vel vineæve ne solvito.* Josephus Scaliger legit *vineæve concapes*, ex antiqua scriptura *concapet.* Tignum concapes vineæ dicitur (nam tignum non tantum dicitur in ædificiis, sed & in vineis) quando habet caput suum cum capite vineæ commissum. Caput vineæ est radix ipsa. Concapes dicitur, ut primicapes, præcapes, deincapes, ancapes, formicapes, terticapes, quarticapes, quinticapes, vide Joseph. Scal. apud Festum in *d. diffione Tignum.* quæ lectio etiam Cujacio probatur. His adde Hotom. *in Commentario* 12 *tabul. in Lege* Tignum junctum.
4 Tignum, materia omnis ædificii. *l.* 7. *ff. ad exhibend. l.* 7. §. 10. *vers. appell. ff. de adq. rer. dom. l.* 62. *ff. de verb. sign.* πᾶσα ὕλη πρὸς οἰκοδομὴν ποιοῦσα. *Eclog.* 2. *c.* 62. πᾶν ξύλον ἐργάσιμον. *Theoph.* §. 29. *Inst. de rer. divis.*
5 Tigni appellatione continetur etiam quorundam opinione, tegula, lapis, testa: quinimo, & in vineis perticæ & pedamenta.
6 Et cæmenta, ceteraque. *vulgat. Hal.*
7 Testa, βάσκλον, later, non pessulum, ut Theophili interpres vertit, interpretatur. Græci in *l.* 19. *in fin. ff. de servit. urban.* vertunt illa verba, *ex figlino opere*, ὑπὸ βασκλῶν, & in glossis latericulum βασκλάριον ἢ τεγάριον. & apud Charisium *Befalia.* v. Cujac. 9 *obs.* 16.
8 Vide Festum *in diffione* Tignum.
9 V. *l.* 168. *ff. de verb. sign.*
10 *l.* 7. *ff. ad exhibend.* sic includere ædificio dixit Cicero, 1 *ad Atticum.* 8.
11 Junxitve, *Hal* injunxitve *vulg.*
12 Tignum alienum jungendo ædibus. Wesemb. in §. *cum in suo.* in verbis *duplum jam consecutus. Inst. de rer. divis.* 13 An extincta? 14 Quem in finem extrinsecus? non ut eximatur tignum, sed ut juretur in litem. *l.* 98. *in fin. ff. de solut.*

TIT. IV.

SI [1] IS, QUI TESTAMENTO LIBER ESSE JUSSUS ERIT, POST MORTEM DOMINI ANTE ADITAM HEREDITATEM SUBRIPUISSE, AUT CORRUPISSE QUID DICETUR.

Summa. 1. *Ratio hujus Edicti.* 2. *Quibus casibus locum habet hæc actio.* 3. *De libertate relicta sub conditione.* 4. *De libertate statim competente.* 5. *De servo legato.* 6. *De dominio servi mutato vel amisso. De libertate competente post modicum intervallum adita hereditate.* 8. *Si unus adiit.* 9. *De pupillo herede.* 10. *De rebus, quæ in bonis, vel ex bonis testatoris fuerunt.* 11. *De fructibus, partu, fœtu.* 12. *De tabulis pupillaribus.* 13. *De omnibus, quæ interest heredis non esse aversa.* 14. *De furto & omni damno.* 15. *Quarum rerum furtum sit.* 16. *Si potest alias heres ad suum pervenire.* 17. *De rei vindicatione.* 18. *De successoribus.* 19. *De pluribus delinquentibus.*

1 Actio rerum corruptarum ex hoc Edicto dicitur à Græcis in *l. Titia. §. penult. ff. de manum. testam. l.* 1. *C. de noxal. actio.* Cujac. *c.* 20 *de præfe.*

1. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

SI dolo malo ejus, qui liber esse jussus erit, post mortem domini, ante [2] aditam hereditatem, in bonis, quæ ejus fuerunt,

2 *l.* 48. *ff. ad leg. Aquil. l.* 27. §. 1. *ff. de petul.*

3 V. *l.* 16. *ff. de furt.*
4 *l. penult. l. ult. ff. si ex noxal.*
5 V. *l.* 26. *ff. de statu liber.*
6 Id est, puniri. *l.* 6. *in fin. l.* 7. *l.* 28. *ff. de penis.*
7 *d. l. ult. l.* 26. *in fin. pr. ff. de fidei. libert.*
8 *l.* 31. *in fin. ff. de hered. instit.*
9 *l.* 13. §. 5. *ff. quod vi. l.* 17. *l.* 61. *ff. de furtis. l.* 1. *C. de noxi.*
10 *l.* 1. § 1. *in fi. ff. si mensor. l.* 29. *ff. mandati. l.* 226. *ff. de verb. sign.*
11 Qualiter qualiter, *in l.* 46. *ff. de furtis. l.* 1. §. 15. *ff. de separat.* & apud Maloand. in *l.* 12. *in fin. ff. rat em rem.* Vulgata habet qualitercunque.
12 Mortem domini. *vulg. Hal.*
13 Hæc actio. *vulg.*
14 Sub conditione liber, ante eventum conditionis liber non est. *l.* 23. *in fin. ff. de manumiss. testam.*
15 *Al.* liber est.
16 Imo ut liber, *l.* 14. *ff. de quæst. l.* 9. *in fin. ff. de pœnis.* solve: Contrariæ leges verè sunt in statu libero, non in eo, cui libertas sub conditione relicta est.
17 Id est, statim ab aditione, *l. ult. ff. cod.* Ἐγγεγραμμένης διάτιον@. vide Cujac. 6 *obs.* 1.
18 *l.* 66. *ff. de furtis.*
19 Ut cum directo manumittitur.
20 Modicum tempus in jure varie accipitur, pura pro tribus, aut quinque, *l.* 8. *ff. si quis cautionib.* decem, *l.* 21. §. 1. *ff. de pecun. constituta.* triginta diebus, *l.* 1. §. 2. *ff. de itinere actuque.* tribus, *l. un. in fin. C. de operis novi nunc.* quatuor mensibus, *l.* 21. *ff. de judiciis. l.* 105. *ff. de solutionibus.* quinque annis, *l.* 1. §. 13. *ff. de separationibus.* pro eo denique tempore, quod judex arbitratus fuerit. *l.* 15. *in fin. ff. ex quib. caus. majores. l.* 71. §. 2. *ff. de leg.* 2. Goth. V. Alberic. Gentil. *de temp. appellat.* Aus.
21 Arbiter ad rationem ponendam & dispungendam dabatur, id est, examinandam. de quo vide *l.* 53. *ff. de judiciis. l.* 50. *ff. de conditionib. & demonstr. l.* 5. *in fin. ff. de manumiss. l.* 37. *ff. de fideicommiss. libert.* qui vir bonus dicitur. *l.* 47. §. 2. *ff. de fideicommiss. libert.*
22 Ponere rationem actus apud aliquem, est rationem ei reddere.
23 *l.* 3. § 5. *ff. de bon. libert. l.* 11. *in fin. l.* 23. *in fin. ff. de manumiss. testament.*
24 Causa bonorum est utilitas. *l.* 52. *in fin. ff. de verb. obl.* adde *l.* 5. §. 6. *ff. ut in possess. §. ult. Inst. vi bonor. rapt.*
25 Hæc actio locum habet in omnibus casibus, quibus furti agi potest, cum in ejus locum excogitata sit. 26 *d. §. ult.* 27 A substituto adeatur. *vulg.* 28 *l.* 1. *in fin. l.* 43. §. 4. *ff. de furtis.* 29 *l. ult. ff. expilatæ.* 30 Ecclesia semper possidet; sed rarum est, ut non possideat. Hinc Bartolus in *l.* 7. §. *in decurionibus. ff. quod cujusque.* refert Archiepiscopum quendam Mosensem dicere solitum, Ecclesiam à parietibus suis, sed & ab ipso Christo possideri. 31 *l.* 43. §. 5. *ff. de furt.* 32 *l.* 68. *ff. de furt.* 33 Possessio est facti & animi, quia factum naturale animum possessoris desiderat. 34. Hereditas neque vere, neque fictè possideri potest, sed impropriè. Accurs. in *l.* 40. §. *si forte. in verbis* hæc ita. *ff. de adq. poss. v.* Zas. *resp.* 27. 35 Hæreditas non possidet: igitur in hereditate non est possessio: at id tantum, quod hæreditatis est, heres percipit: igitur in heredem non transfertur possessio. 36 *l.* 16. *ff. de minoribus.* 37 Furtivam scil. 38 §. 1. *Inst. de perpetuis & temp.* 39 *l.* 1. *C. de conditione furtiva.* 40 *l.* 21. §. 9. *ff. de furtis.* 41 Id est, in diem, vel conditionem dilata. *l.* 15. *l.* 16. *ff. de noxalib. l.* 81. §. 9. *ff. de legat. l. ult. ff. de optione. l. ult. l.* 6. *ff. de statulib. l.* 25. §. 1. *ff. de liberali. l.* 27. §. 10. *ff. de adult.* 42 Justa ignorantia non semper meretur excusationem, *ut hic.* 43 Id est, continuo. *l.* 1. §. 4. *ff. eod.*

TIT. V.

FURTI[1] ADVERSUS NAUTAS, CAUPONES[2], STABULARIOS.

Summa. 1. *Navigandi causa qui accipiuntur.* 2. *Quid venit in hanc actionem.* 3. *De concursu actionu honorariæ & civilis.* 4. *Si caupo vel nauta receperit salvum fore.* 5. *Si exercitor servo suo, vel alieno, vel libero homine utatur.* 6. *Quorum factum præstatur.*

1 Id est, de furto adversus caupones & stabularios: vel de furto facto in stabulo, vel caupona. 15 *Synopf.* 2.

I. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

IN eos, qui naves[3], cauponas[4], stabula[5] exercebunt, si quid à quoquo eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, judicium datur, sive furtum ope, consilio exercitoris factum sit, sive eorum cujus, qui in ea navi navigandi causa esset.

§. 1. *Navigandi autem causa* accipere debemus eos, qui adhibentur, ut navis naviget, hoc est, nautas. §. 2. Et est in duplum[6] actio. §. 3. Cum enim in caupona 7, vel in navi, res perit, ex Edicto Prætoris obligatur exercitor navis, vel caupo: ita ut in potestate[8] sit ejus, cui res subrepta sit, utrum mallet cum exercitore honorario jure, an cum fure jure civili experiri.

§. 4. Quod si *receperit 9 salvum fore* caupo vel nauta: furti actionem non[10] dominus rei subreptæ, sed ipse habet, qui recipiendo periculum custodiæ subiit. §. 5. Servi vero sui[11] nomine exercitor noxæ dedendo se liberat: cur ergo non exercitor condemnetur, qui servum tam malum in nave admisit? & cur liberi quidem hominis nomine tenetur in solidum, servi vero non tenetur? nisi forte idcirco, quod liberum quidem hominem adhibens statuere debuit de eo, qualis esset: in servo vero suo ignoscendum sit ei, quasi in domestico malo, si noxæ dedere paratus sit. si autem alienum adhibuit servum, quasi in libero tenebitur.

§. 6. Caupo præstat factum eorum, qui in ea caupona ejus cauponæ exercendæ causa ibi sunt: item eorum, qui habitandi causa ibi sunt. viatorum autem factum[12] non præstat: namque viatorem sibi eligere caupo vel stabularius non videtur, nec[13] repellere potest iter agentes: inhabitatores vero perpetuos ipse quodammodo elegit[14], qui non rejecit, quorum factum oportet eum præstare. In navi quoque vectorum factum non præstatur.

2 Id est, duplum & æstimationem rei. *l.* 2. *ff. eod. l.* 15 *Ecleg.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 5. *c.* 25.
3 §. *ult. ff. eod. l.* 9. *ff. de jurisdict. l.* 32. *ff. ad l. Aquil. l.* 31. *ff. de noxalibus. l.* 3. *in fin. ff. de publican.* Notandum est autem hæc vera esse, si civiliter agatur, non criminaliter, ut ex communi opinione refert Clarus, *§ sent.* 9. *in fin.* ne delicta remaneant impunita. Bossius, *c.* 58. *n.* 2.
4 Id est, intelligitur.
5 *l.* 3. *l.* 4. *ff. de noxalib.*
6 Vide quæ notavi in fine principii hujus legis, & 6 *Ecleg.* 15. *c.* 1.
7 *Ecleg. ibid.*
8 Venierit. *vulg. Hal.*
9 *l.* 17. §. 17. *ff. de ædilitio.*
10 Levamentum Edicti, beneficium Edicti. Hoc verbum Cujacius reficit, *l.* 62. §. 2. *in fin. ff. pro socio.* ubi antea legebatur, *relamentum*, ab aliis *hostimentum*, à nonnullis *aquamentum*, ut refert Hotoman. 1. *de usuris.* 7.
11 §. 1. *Instit. de perpetuis & temporalib.*

gavit? utique is, qui eo nomine aget, traditionem & quantitatem mercium traditarum probare tenebitur. Quid, si caupo cistam resignatam, vel apertam reddat? num torquendi domestici, ut vult Bartolus? an potius viatoris seu hospitio recepti juramento stabitur? Postremum à doctoribus communiter receptum esse testatur Clarus, *§ sent.* §. 6. 9 *l.* 4. *ff. nautæ. l.* 14. *in fin. ff. de furtis.* 10 Id est, non dominus tantum, ut sit subauditio, quam taxativam appellant interpretes, ut in *l. ult.* §. 1. *ff. de ædilitio edicto.* sic Cicero, 2 *de offic.* Hæc oratio suscepta non de filio, sed de toto genere, id est, non de filio tantum. Est & alia subauditionis species, quam iidem interpretes Augmentationem appellant. *l.* 4. *ff. de in integrum restit. l.* 3. §. 16. *ff. de muneribus.* 11 *l.* 7. §. 4. *pers. servorum. ff. nautæ.* 12 *Ecleg. ibid.* & *l.* 6. §. 3. *ff. nautæ, caup.* Imo præstat, *l.* 2. *ff. nautæ.* 13 Hinc colligit Bart. in *l.* 1. §. 1. *ff. nautæ.* Neminem cogi ad viatores hospitio recipiendos, nisi hospitii publici munus sit professus. *Goth. non potest*, hic est, *non debet.* Aus.
14 Adde *l.* 16. *ff. de SC. Macedon.*

TIT. VI.

SI FAMILIA[1] FURTUM FECISSE DICETUR.

Ratio & summa Edicti. 1. *De scientia & ignorantia domini.* 2. *De damno.* 3. *Si unius servi nomine actum sit.*

1 Vide Ægid. Bossium, *cap.* 68 *præxeos. Synopf.* 2. περὶ κλοπῆς ὑπὸ φαμιλίας θεομένης

I. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

UTilissimum id Edictum Prætor proposuit, quo dominis prospiceret adversus maleficia servorum: videlicet ne cum plures furtum admittunt, evertant domini patrimonium, si omnes dedere, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur. † Datur igitur arbitrium hoc Edicto, *ut si quidem velit divere noxios servos, possit omnes dedere, qui participaverunt furtum: enimvero si maluerit æstimationem offerre, tantum offerat, quantum*[2] *si unus* 3 *liber furtum fecisset, & retineat familiam suam.* §. 1. Hæc autem facultas domino tribuitur totiens, quotiens ignorante eo furtum factum est. † Cæterum si sciente, facultas ei non erit data: nam & suo nomine & singulorum nomine conveniri potest noxali judicio. nec una æstimatione, quam homo liber sufferret, defungi poterit. † Is autem accipitur 4 *scire* 5, qui scit & potuit prohibere: scientiam enim spectare debemus, quæ habet & voluntatem. cæterum si scit, prohibuit tamen, dicendum est usurum Edicti beneficio. §. 2. Si plures servi damnum culpa dederint, æquissimum est eandem facultatem domino dari. §. 3. Cum plures servi ejusdem rei furtum faciunt, & unius nomine cum domino lis contestata sit, tamdiu aliorum nomine actio sustineri debebit, quamdiu priore judicio potest actor consequi, quantum[6] consequeretur, si liber id furtum fecisset;

II. JULIANUS [lib. XXII Digestorum].

ID est, * & * pœnæ nomine duplum 7, & condictionis simplum.

De servo vendito vel manumisso, 1. *Vel legato, vel donato.* 2. *De possessore, & eo qui dolo desiit possidere.*

III. ULPIANUS [lib. XXXVIII ad Edictum].

QUotiens tantum præstat dominus, quantum præstaretur, si unus liber fecisset, cessat cæterorum nomine actio, non [tantum] adversus ipsum, verum etiam adversus emptorem duntaxat, si forte quis eorum, qui simul fecerant, venierint[8]. † Idemque & si fuerit manumissus. † Quod si prius fuerit ablatum à manumisso, tunc dabitur adversus dominum familiæ nomine: nec enim potest dici, quod à manumisso præstitum est, quasi à familia esse præstitum. † Plane si emptor præstiterit, puto denegandam in venditorem actionem: quodammodo enim hoc à venditore præstitum est, ad quem nonnunquam regressus est ex *hac* causa, maximè si furti noxaque 9 solutum esse promisit.

§. 1. Sed an, si legati servi nomine, vel ejus, qui donatus est, actum sit cum legatario, vel eo, cui donatus est, agi possit etiam cum domino cæterorum, quæritur? quod admittendum puto.

§. 2. Hujus Edicti levamentum[10] non tantum ei, qui servos possidens condemnatus præstitit tantum, quantum, si unus liber fecisset, datur: verum ei quoque qui idcirco condemnatus est, quia dolo fecerat, quominus possideret.

De heredibus furtum passis.

IV. JULIANUS [lib. XXII Digestorum].

ETiam heredibus[11] ejus, cui plures ejusdem familiæ furtum fecerint, eadem actio competere debet, quæ testatori competebat: id est, ut omnes non amplius consequantur, quam consequerentur, si id furtum liber fecisset.

De

De servis communibus.

V. MARCELLUS [lib. VIII Digestorum].

FAmilia communis sciente altero furtum fecit. omnium nomine cum eo, qui scit, furti agi poterit: cum altero ad eum modum, qui Edicto comprehensus est: quod ille præstiterit [12] non totius familiæ nomine, ab hoc socio partem consequetur. † Et si servus communis alterius [13] jussu damnum dederit, etiam quod præstiterit alter, si modo cum eo quoque ex Lege Aquilia, vel ex XII tabulis agi potest, repetat à socio: sicuti cum communi rei nocitum est. Si ergo duntaxat duos habuerim servos communes, cum eo, quo non ignorante factum est, agetur utriusque servi nomine: sed non amplius consequetur à socio, quam si unius nomine præstitisset: quod si cum eo, quo ignorante factum est, agere volet, duplum tantum consequetur. † Et videamus, an jam in socium, alterius servi nomine, non sit dandum judicium? quemadmodum si omnium nomine socius decidisset, nisi forte hoc casu severius à Prætore constituendum est, nec servorum conscio [14] parcendum est.

12 Præstiterit non totius f. n. a. h. f. consequatur. Cujac. 6 *obs.* 1. *in fin.*

13 *l.* 8. *ff. de noxalib.*

De heredibus furtum passis.

VI. SCÆVOLA [lib. IV Quæstionum].

LAbeo putat, si coheres meus, quod furtum familia cujus fecisset, duplum abstulisset, me non impediri, quominus dupli agam: eoque modo fraudem Edicto fieri; esseque iniquum [15], plus heredes nostros ferre, quam ferremus ipsi. item si defunctus minus duplo abstulit, adhuc singulos heredes recte experiri [Scævola respondit]. verius puto partes ejus heredes persecuturos: sed & cum eo, quod defunctus abstulit, uterque heres non plus duplo ferat.

14 Consilio. *vulgat. Hal.*

15 Est iniquum, ut plures heredes ferant, quam nos ipsi: quippe heredes ejusdem, atque nos, juris & potestatis censeantur. *l.* 37. *ff. de adquir. hered. l.* 62. *ff. de reg. jur.*

TIT. VII.

ARBORUM [1] FURTIM [2] CÆSARUM [3].

De Lege Aquilia & duodecim tabularum.

I. PAULUS lib. IX ad Sabinum.

SI furtim arbores cæsa sint, & ex Lege Aquilia [4] & ex XII tabularum, dandam actionem [5] Labeo ait. Sed Trebatius ita utramque dandam, ut judex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit, & reliquo condemnet.

De pœna latronum.

II. GAIUS lib. I ad Leg. XII tabularum.

SCiendum est autem, eos, qui arbores [6], & maxime vites [7] cæciderint, etiam [8] [tanquam [9] latrones puniri].

De his quæ arboris appellatione continentur.

III. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

VItem [10] arboris appellatione contineri, plerique veterum existimaverunt. §. 1. Hederæ quoque [11], & arundines, arbores non male dicentur. §. 2. Idem de salicto [12] dicendum est. §. 3. Sed si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit, hæque, antequam radices coëgerint [13], succidantur, aut evellantur: recte Pomponius scripsit non posse agi de arboribus succisis, cum nulla [14] arbor proprie dicatur, quæ radicem non conceperit. §. 4. Quod si quis ex seminario [15], [id est,] stirpitus [16] arborem transtulerit: eam, quamvis nondum comprehenderit [17] terram, arborem tamen videri, Pomponius libr. XIX ad Sabinum probat. §. 5. Ideo ea quoque arbor esse videtur, cujus radices desinent vivere, quamvis adhuc terra contineatur: quam sententiam Labeo quoque probat. §. 6. Labeo etiam eam arborem recte dici putat, quæ [18] subversa à radicibus, etiam nunc reponi potest: aut [quæ] ita transtata est, ut poni possit. §. 7. Stirpes [19] oleæ arbores esse magis est: sive jam egerunt radices, sive nondum. §. 8. Omnium igitur harum arborum, quas enumeravimus, nomine agi poterit [20].

1 Παρὰ δένδρων, ἢ δενδρολομῶν. 60 *Ecl.* 16. adde 5 Paul. *sent.* 20. (ubi male legitur, de incendiariis, pro de arboribus cæsis, & 6 *Harm.* 7 *Georgicon.* περὶ δένδρων. Oldendorp. *classf.* 7.

2 Furtim cædere, est noctu cædere, Paul. 5 *sent.* 20. §. *un.* Hotom. *comment. ad* 12 *tabul.* differentiam ait esse inter furtim & furti causa cædere: in illo damnum injuria, in hoc furtum est.

3 Cædere quid sit, *v. l.* 5. ff. *eod.* Goth. Vid. Hotomann. ad leg. XII tabular. Cott. *in memorabilib. verb. cædere.* Cujac. ad Paul. 5 *sententt.* 20. Arbores furtim cedentes qua pœna afficiantur, vid. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *casu.* 579. Ægid. Boss. *tract. criminal. tit. de damno dato. num.* 2. 3. 4. Math. Afflict. *ad constitut. Neapolit. lib.* 1. *rubric.* 26. *num.* 4 & 5. Anf. 4 *l.* 5. §. 1. *ff. eod. l.* 13. ff. *quod vi.* adde *l.* 27. §. 7. ff. *ad l. Aquil. l.* 28. §. 6. ff. *de jurejur.*

5 25 Assium fc. 17 Plin. 1. & 2. *c.* 1. ex XII tab. hodie in duplum, *l.* 7. *in fin. ff. eod.* datur etiam Interdictum quod vi aut clam: est & pœna extraordinaria. de qua v. Paul. 5 *sent.* 20.

6 Frugiferas, Paul. *ibid.* An & si infrugiferas? sic videtur. v. Paul. 2 *sent.* 31. §. 21. *ibid. qualibet arbores.* nam & arborum nomine comprehenditur salix & hedera. *l.* 3. §. 8. ff. *eod.* 7 5 Feudorum 10. *in fin.* maxime novellas. Servius ad illum versum Virgilii *Ecl.* 3. *Atque mala vites incidere falce novellas.* adde *Ecl.* 3. 8 Non tantum velut fures. 9 *Eclog. ibid. c.* 2. 6 *Harm.* 7. ideoque cum latroni vita adimatur, *Nov.* 134. *C.* 13. constat capitale esse, vites cædere. huc potest referri quod scribit *Harmen.* 6. *tit.* 7. ci, qui absque juris auctoritate litis causa vitem, aut aliam quamvis arborem inciderit, manum amputari; & quod Paul. 5 *sent.* 20. refert de damnatione ad opus publicum, & relegatione. 10 *Eclog. ibid. l.* 1. §. 3. ff. *de arb. cæd.* hinc 14 Plin. 1. scribit vites jure apud priscos magnitudine inter arbores numerari solitas.

11 *Eclog. ibid. Harm. ibid.* 12 De salicto. *vulg. Hal.* vid. *Eclog. ibid. Harmen. ibid.* 13 *Al.* egerint. *al.* coierint. 14 Arbor non est, quod nondum radices egit: non est etiam arbor, cujus radices exaruerunt, quamvis adhuc stet. *Eclog. ibid. Harm. ibid.* 15 Seminarium est locus, in quo novellæ plantæ adolescunt. vide *l.* 9. §. 6. ff. *de usufr. l.* 3. ff. *de impensis.* Qui vineam vel arbustum constituere vult, seminaria prius facere debet. vid. Columell. *lib. de arborib. c.* 1. & 5. *de re rust. c.* 9. 16 *l.* 7. §. 2. ff. *eod.* 17 Comprehendere terram arbor dicitur, quæ terræ coaluerit. 18 Arbor radicitus evulsa si plantari potest, arbor est. *Harmen. ibid.* 19 Oleæ stirpem incidens (etiamsi ea radices non egit) arborum furtim cæsarum actione tenetur, *ut hic.* Quod speciale est in olea. Cur ita? forte ob eximium fructum, & miram serendi diligentiam & scrobis subigendi, quem vel anno, antequam taleam deponant, id est, sine radice truncum, præparant, ut sole & pruina fiat putris, quæ tota impensa perit mox, trunco cæso. De taleis oleaginis serendis vide Caton. *librin de re rustica.* 20 Qua actione? arborum furtim cæsarum. 21 *Ecl. ibid.* 22 Nota hæc verba, cædere, cingere, secare. de quibus vide *Eclog. cap.* 4. cædere non est secare, sed crebris ictibus, vel securi vel ascia succidere, sed & ferire & vulnerare in totum vel parte.

23 Id est, diffingere, Cujac. 9 *obsservat.* 12. Hotomann. *in comment. ad leg.* 12 *tabul.* legit stringere. *Cingendi* verbo utitur Jurisconsultus, in *l.* 29. ff. *locat.* cingere est in orbem decorticare, quod arbores necat. 17 Plin. 14. 24 Deglabrare, superficere: succidere, est securi secare, Hotomann. *ad illam l.* 12 *tabul.* ut qui alienas arbores, &c. Subsecare, est serra secuisse, *vulgat.* Deglabrare denique arborem, est glabram facere. 25 Id est, secare. ictibus cædimus: serris secamus: aliud est secare, aliud est cædere. v. Cujac. 9 *obs.* 12. 26 *l.* 1. ff. *eod.* 27 Ilio habet. *l.* 12. ff. *quod vi aut clam.* 28 *l.* 23. §. 1. ff. *de aqua & aquæ.* 29 *l.* 4. §. 9. ff. *finium regundor.*

30 *Eclog. ibid. c.* 5. *Harm.* 6. *tit.* 7. *in fin.* adde *l.* 51. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.*

arbor in vicini fundum radices porrexit, recidere eas vicino non licebit: agere autem licebit, non esse ejus [31], sicuti tignum, aut protectum, immissum habere. † Si radicibus [32] vicini arbor aletur, tamen ejus est, in cujus fundo origo [33] ejus fuerit.

Quid sit furtim cædere. 1. *De furto.* 2. *De arbore radicitus evulsa, vel extirpata.* 3. *De parte cæsa.* 4. *De eo, qui per se vel per alium fecit.* 5. *De servo cædente.* 6. *Quale sit hoc actio. De ejus tempore. De successoribus.* 7. *Quid venit in hanc actionem.*

VII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

FUrtim cæsæ arbores videntur, quæ ignorante [34] domino, celandique ejus causa cæduntur. §. 1. Nec esse hanc furti actionem scribit Pedius: cum & sine furto [35] fieri possit, ut quis arbores furtim cædat. §. 2. Si quis radicitus arborem evellerit [36], vel extirpaverit, hac actione non tenetur: neque enim vel cædit, vel succidit, vel subsecuit. Aquilia tamen tenetur, quasi ruperit [37]. §. 3. Etiam si non tota arbor cæsa sit, recte tamen agetur, quasi cæsa. §. 4. Sive autem quis suis [38] manibus, sive dum imperat servo arbores cingi [39], subsecari, cædi, hac actione tenetur. Idem & si libero imperet. §. 5. Quod si servo suo non præceperit dominus, sed ipse sua voluntate id admiserit, Sabinus ait competere noxale [40], ut in cæteris maleficiis: quæ sententia vera est. §. 6. Hæc actio, etiam si pœnalis sit, perpetua [41] est: sed adversus heredem non datur: heredi cæteroque successoribus dabitur. §. 7. Condemnatio autem ejus dupli [42] continet,

31 Ita in Pandectis Florentinis pro *ei jus*: idque prisco more, quo coalescentibus in unum exterioribus dictionum antecedentium & sequentium primis syllabis, unum plerumque verbum duorum vice fungebatur: sic *cujus* pro *cui jus* in *l.* 163. ff. *de regul. jur. alterius* pro *alteri jus.* ut in *l.* 8. ff. *de liberat. legat.*

32 Quamvis radices arboris ex alio agro alentur. *Gracl.* vid. *Eclog. ibid.* & Brisson. *in parerg. c.* 6. *l. ult.* ff. *quod vi. l.* 7. *in fin.* ff. *de adq. l.* 21. §. 9. ff. *de furt.* §. 31. *Inst. de rerum divis.*

33 Originem suam arbor sequitur. v. Hotom. 1 *obs.* 10.

34 Non sciente. *l.* 8. *in fin.* ff. *eod.*

35 Sed injuriæ tantum inferendæ causa.

36 Evulserit. *vulg. Hal.* qui eradicavit arborem, non hac actione, sed Aquilia tenetur.

37 Rapuerit. *vulg.*

38 *Ecl. d. c.* 7 & *Harm.* 6. *c.* 7. *in fin.* Goth. Adde *l.* 13. ff. *ad l. Aqu. l.* 4. *C. de noxal. act.* Et de mandante quatenus ex delicto mandatarii conveniantur, v. Gabriel. *lib.* 7 *conclus. t. n.* 27. Farin. *pract. criminal. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 7. *n.* 47. 48. Anf.

39 *V. l.* 5. ff. *eod.*

40 Noxalem. *vulgat. Hal. Eclog. ibid.*

41 *Eclog. ibid.* perpetuam actionem nota, licet pœnalem & adversus heredem non competentem.

42 *Eclog. ibid. Harm. ibid. in fin.* Paul. 2 *sent.* 31. §. 21. notandum est, varias esse pœnas

Quid sit furtim cædere. 1. *De concurrentibus actionibus.* 2. *De rei & domini scientia.*

VIII. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

FAcienda æstimatione, quanti [43] domini interfit non lædi. ipsaque arborum pretium deduci oportet, & ejus, quod supereſt, fieri æstimationem [44]. §. 1. Furtim arborem cædit, qui clam [45] cædit. §. 2. Igitur si cæciderit, & lucri faciendi causa contrectaverit, etiam furti tenebitur lignorum causa, & condictione, & ad exhibendum. §. 3. Qui per vim sciente [46] domino cædit, non incidit in hanc actionem.

De colono cadente.

IX. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

SI colonus [47] sit, qui cæciderit arbores, etiam [48] ex locato cum eo agi potest, plane una actione contentus [49] esse debet actor.

Quot sunt arbores.

X. JULIANUS lib. III ex Minicio.

SI gemina [50] arbor esset, & supra terram junctura [51] ejus emineret, una arbor videtur esse: sed si id, qua jungeretur, non exstaret, totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent.

De concurrentibus actionibus.

XI. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

SEd si [52] de arboribus cæsis [ex] Lege Aquilia actum sit, Interdicto, *Quod vi aut clam*, reddito absolvetur, si satis prima condemnatione gravaverit reum: manente nihilominus actione ex Lege XII tabularum.

De agro vendito.

XII. JAVOLENUS lib. XV ex Cassio.

QUi agrum vendidit [53], nihilominus furtim arborum cæsarum agere potest [54].

arborum succisarum: est enim dupli ex Prætoris Edicto, *ut hic.* assium 25 ex l. XII tab. 18 Plin. 1. Est & alia ex Lege Aquilia & Interdicto *quod vi aut clam. l.* 28. §. 6. ff. *de jurej.* aliæ sunt extraordinariæ, de quibus vide Paul. 5 *sententt.* 5. & *l.* 2. ff. *eod.* idque pro circumstantiis causarum. Nam si quis animo furandi arbores cæciderit, etiam furti tenebitur: si lignorum causa, condictione furtiva & ad exhibendum, *l.* 8. §. 2. ff. *eod.* per vim, vi bonorum raptorum, & Lege Julia de vi publica & privata: si ut colonus, ex locato. vide Oldendorp. *act.* 7. *classf.* 7. *in fin.*

43 *Eclog. ibid. cap.* 7. 44 Interesse, seu id, quod interest, plus est, quam damnum seu damni æstimatio. *l.* 10. ff. *de servo.* 45 *l.* 13. *in princ.* & §. *ult.* ff. *quod vi.* 46 Aliud ignorante. *l.* 7. ff. *eod.* 47 Quid emphyteuta? eo nomine jure suo cadit & expelli potest: idque ex communi opinione doctorum refert Clarus 4 *sent.* §. *Emphyteusis. qu.* 26. 48 *l.* 28. §. 6. ff. *de jurejurand. l.* 25. §. 5. ff. *locati.* 49 *l.* 17. *in fin.* ff. *comm. l.* 34. ff. *de oblig.* 50 *Eclog. ibid. cap.* 9.

51 Junctura arboris est id, qua jungitur. 52 *l.* 9. *in fin.* ff. *eod.* 53 Facit *lex* 5. *in fin.* ff. *de servo corrupto. l.* 1. §. 24. ff. *de aqua quotidiana. l.* 11. §. 8. ff. *quod vi aut clam. l.* 56. ff. *de oblig. l.* 29. ff. *de injur.* 54 Imo non potest. *l.* 6. §. 4. ff. *de aqua & aquæ.*

TIT. VIII.

VI [1] BONORUM RAPTORUM [2], ET DE TURBA [3].

De concurrentibus actionibus.

I. PAULUS lib. XX*II* ad Edictum.

QUi rem rapuit, & furti [4] nec manifesti tenetur in duplum, & vi bonorum raptorum in quadruplum [5]. sed si [6] ante actum sit vi bonorum raptorum, deneganda est furti: si ante furti actum est, non est illa deneganda; ut tamen id, quod [7] amplius ea est, consequatur.

1 Cujacius *hic* putat hunc titulum integriorem fore, si ex *l.* 195. §. 3. *in fin.* ff. *de verb. sign.* ita conceptus fuerit: *De hominibus coactis, & Vi bonorum raptorum, & de turba.* Cæterum huic tituli sunt affines tituli *quod metus causa: de vi & vi armata: quod vi aut clam.* ff. & *de vi publica & privata.* ff. *eod.* Est & præterea notandum hoc tit. duo referri Edicta, unum in *l.* 2. alterum in *l.* 4. ff. *eod.*

2 4 *Instit.* 2. IX C. XXXIII. περὶ τῶν ἁρπαγῶν ἢ ἐφόδου πειράτων. 60 *Eclog.* 17. vide praxim hujus actionis apud Oldendorp. *classf.* 7. *tit.* 9. adde 5 *sentt.* 17. Boss. *tit.* 32 *de rapinis.* *regist.* *l.* 80. §. 3. ff. *de furt.* Cui tamen contrarium videtur quod extat 60 *Eclog.* 17. *c.* 1. Raptor fur est improbus, *l.* 14. §. 12. ff. *quod met. causa.* sunt & aliæ differentiæ. de quibus vide ff. *eod.* 3 *l.* 4. §. 2. ff. *eod.* de his, quæ per turbam fiunt. Paul. 5 *sent.* 3. *t.* 11. ff. *de vi publica.* 4 Adversus raptorem agi potest vel in duplum, perinde ac adversus non manifestum furem; vel in quadruplum. 60 *Eclog.* 17. *cap.* 1. 5 Cui inest res vi ablata. *pr. Inst. h. t.* Unde dicitur actio mixta. §. 19. *Inst. de act. l.* 2. §. 13. ff. *eod.* Anf. 6 *l.* 88. ff. *de furt.* 7 *l.* 15. ff. *quod met. caus.* 8 *l.* 2. §. 6. *vers. erit-que.* ff. *eod.* §. 1. *Inst. eod.* 9 Mobilia, *l.* 2. *C. eod.* etiam minimi valoris. *Inst. eod. in princ.*

10 Dicentur, ei intra annum, quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in quadruplum: post annum, in simplum judicium dabo. Item si servus, &c. *Hal.*

11 De vi bonorum raptorum intra annum, in quadruplum: post annum in simplū. vulg. de quadruplo adde l. 2. in fin. l. 4. C. eod.

12 Vel familia. §. 14. J. eod.

13 Noxale judicium, ut servum noxæ dedas, vel damnum præstes.

14 Privata, ob vim vel civiliter, ut hoc tit. vel criminaliter agere possumus. ex tit. de vi privata.

15 l. 23. §. 9. ff. ad l. Aquil.

16 Id est, nihilo magis. Accurs. bic. & Gilbertus Regius, reprehensi à Roberto 2 recept. 22. sed video tamen nihilominus, in jure sumi pro minime; ut, nihilominus incumbit, in l. 56. C. de decurion. pro minime incumbit: ita & hic, nihilominus non est deneganda, id est, minime deneganda. Sic Prisc. 18 Inst. scribit Latinos uti frequentissime duplici negatione pro simplici, ut nihilominus, pro nihilomagis. E contrario nihilomagis pro nihilominus: atque ita in l. 51. §. 1. ff. de Ædilitio. non dubitandum, quin nihilomagis agere possit. & in l. 18. §. 3. C. de judic. nihil impedit quo magis terminetur. l. 1. C. qui dare tutor. non oportuit impediri, quo magis curator ibi daretur. & in l. 34. ff. mandati. nihilomagis pecuniam credita recte petit. & in l. 87. §. 7. ff. ad l. Falc. nihilomagis substitutus obligabitur. sumitur particula nihilomagis pro nihilo minus, ut & in l. 2. C. de pign. pro nondum, ut sit sensus: debitorem cedentem creditori pignoribus nihilo magis liberari, id est, nondum liberari. de his dictionibus, v. Cujac. in l. qui fundum. 7. ff. pro emptore. Gilb. Regium 2 Enanthiophanon 20. Robert. 2 recept. 28. 29.

17 An hoc innuitur, solum conatum in raptore puniri?

18 Coëgit. vulg. collegit. Hal.

19 l. 4. §. 6. J. eod.

20 Unus homo: multi homines coacti censentur, etiamsi unus tantum homo coactus sit.

21 l. 1. §. 17. ff. de vi & vi. 60 Ecleg. 17. c. 1. Imo non dicemus, quum unitas non sit multitudo, & unus non facit numerum, l. 40. in fin. ff. de verbor. sign. hinc colligit Bartolus, statuto puniente producentem falsos testes, eum etiam puniri, qui unicum produxerit. 22 Id est, sine turba. l. 4. §. 6. J. eod. 23 Hoc etiam. vulg. Hal. 24 Est igitur speciale: alias vis esse potest sine dolo. l. 3. in fin. ff. ne quis eum, qui in jus. 25 Qui vi facit, plerumque dolum adhibet: qui dolo, vi non semper utitur. 26 Raptor est fur improbior. Inst. eod. in pr. l. 14. §. 12. ff. quod met. 27 Facit l. 3. §. 2. ff. de negot. Dubitandi causa nascitur ex voce bonorum, quæ hoc Edicto continetur: Ita bona rapta dicentur, etiam si una res tantum rapta sit. adde Inst. eod. in pr. 28 Ejus tantum scil. 29 Ab aliquo. Hal. 30 Sic, in id & is, qui coëgit, &c. Hal. 31 Et is qui. Hal. 32 Teneri. Hal. sensus est, si ab uno coactorum damnum datum est, non tantum coactus, sed & is, qui coëgit, tenetur. adde Nov. Leon. 70. 33 l. ult. C. eod. Anf. 34 l. 50. ff. de furt. 35 l. 25. §. 2. ff. de ædil. l. 1. §. 16. & 18. ff. de vi & vi. & liberos. l. 40. in fin. J. de verb. sign. 36 Vulgo vi bonorum. vulg. Hal. 37 In pr. ff. eod. §. 1. Inst. eod. 38 Ecl 51. adde l. 21. §. 4. ff. de furt. 39 Quia rem suam. vulg. Hal. 40 l. 3 C. eod. 41 Impubes admodum (qui non proximus pubertati, dolive mali non capax) vi bonorum raptorum non tenetur, ut hic. sed nec furti, l. 23. ff. de furt. falli, l. 22. J. de falf. falsæ monetæ, l. 1. in fin. C. de falsa moneta. doli, l. 13. l. 14. ff. de dolo. l. 3. in fin. ff. de tributor. l. 3. §. 1. J. de sepulchro rei perditæ, l. 60. ff. de rei vind. sepulchri violati, d. l. 3. vis illatæ. l. 1. §. 6. ff. ne vis fiat. 42 Noxali judicio, & vi. Hal. 43 Adde l. 1. §. 2. ff. de publ. 44 Id est, nescierit. 45 Si dolo caret. Hal. dolo caret qui ignorat, l. 8. C. de furt. modo ignorantia non sit affectata. 46 l. 9. §. 2. l. 29. §. 7. ff. ad l. Aquil. l. 4. ff. de agnosc. liber. l. 5. C. ad l. Aquil. §. 16. Inst. de l. Aquil. 47 V. l. 39. in fin. ff. ad l. Aquil. 48 §. 2. Inst. eod. 49 Actione. 50 In bonis esse quid sit, v. l. 49. J. de verb. sign. 51 Aliud est, in bonis esse; aliud, ex bonis. 52 Puta, usus, vel superficiei. 53 §. ult. vers. ult. Inst. cod. 54 Habeo, si in re d. c. q. r. v. p. d. n. q. mercedem accepi. Utilius, &c. Ita Cujacius hunc locum interpungit. Inst. eod. in verbis, per vim. Utilius, &c. Ita Cujacius hunc locum interpungit. Inst. eod. in verbis, per vim.

55 Vide quæ scripsi 2 Feud. 23. 56 Alias esset locatio. l. 1. §. 9. ff. depositi. 57 Clam facientis & raptoris differentia. vide doctores ad l. nemo. 4. C. de summ. Trinit.

IN EUM, QUI ID FECISSE DICETUR 11, JUDICIUM DABO. ITEM SI SERVUS 12 FECISSE DICETUR, IN DOMINUM JUDICIUM NOXALE 13 DABO. §. 1. Hoc Edicto contra ea, quæ vi committuntur, consulit Prætor. nam si quis se vim passum docere possit, publico judicio de vi 14 potest experiri, neque 15 debet publico judicio privata actione præjudicari, quidam putant. Sed utilius visum est, quamvis præjudicium Legi Juliæ de "vi" privata fiat, nihilominus 16 tamen non esse denegandam actionem eligentibus privatam persecutionem. §. 2. Dolo autem malo facere potest, quod Edictum ait, non tantum is, qui rapit, sed 17 & qui præcedente consilio, ad hoc ipsum homines colligit 18 armatos, ut damnum det, bonave rapiat. §. 3. Sive igitur ipse quis cogat homines, sive ab allo 19 coactis utitur ad rapiendum, dolo malo facere videtur. §. 4. Homines coactos accipere debemus ad hoc coactos, ut damnum daretur. §. 5. Neque additur, quales homines; qualescunq; [igitur], sive liberos, sive servos. §. 6. Sed & si unus 20 homo coactus sit, adhuc 21 dicemus homines coactos.

§. 7. Item si proponas solum 22 damnum dedisse, non puto deficere verba: hæc 23 enim quod ait, hominibus coactis, ut sive solus vim fecerit, sive etiam hominibus coactis, [sic accipere debemus, etiam hominibus coactis,] vel armatis, vel inermibus, hoc Edicto teneatur. §. 8. Doli mali mentio hic 24, & vim in se habet. nam qui vim facit, dolo malo facit: non 25 tamen qui dolo malo facit, utique & vi facit. ita dolus habet in se, & vim: & sine vi, si quid callide admissum est, æque continebitur.

§. 9. *Damni*, Prætor inquit. Omnia ergo damna continet & clandestina. Sed non puto clandestina, sed ea quæ violentia permixta sunt: etiam quis recte definiet, si quid solus admiserit quis, non vi, non contineri hoc Edicto: & si quid hominibus coactis, etiam si sine vi, dummodo dolo sit admissum, ad hoc Edictum spectare. §. 10. Cæterum neque furti actio, neque Legis Aquiliæ, contributæ sunt in hoc Edicto: licet interdum communes sint cum hoc Edicto. nam Julianus scribit eum qui vi rapit, furem esse improbiorem 26: & si quid damni coactis hominibus dederit, utique etiam Aquilia poterit teneri.

§. 11. *Vel cujus bona rapta esse dicuntur.* quod ait Prætor *bona rapta*, sic accipiemus, etiamsi una 27 res ex bonis rapta sit.

§. 12. Si quis non homines ipse coëgerit, sed inter coactos ipse fuerit, & quid aut rapuerit, aut damni dederit: hac actione tenetur. † Sed utrum hoc solum contineat Edictum quod dolo malo hominibus à reo coactis damnum datum sit, vel raptum: an vero quod dolo malo rei 28 raptum, vel damnum datum sit, licet ab alio homines sint coacti, quæritur? Et melius esse dicitur, etiam hoc contineri, ut omnia hæc contineantur, & quod ex coactis ab alio 29 damnum datum sit 30: ut & is qui coëgit, & si 31 qui coactus est, contineri 32 videatur. §. 13. In hac actione intra annum utilem 33 verum 34 pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest. §. 14. Hæc actio etiam familiæ nomine competit: non imposita necessitate ostendendi qui sunt ex familia homines qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. *Familia* autem appellatio servos 35 continet, hoc est, eos qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis servientes. §. 15. Hac actione non puto posse actorem singulorum servorum nomine agere adversus dominum eorum: quia sufficit dominum semel quadruplum offerre. §. 16. Ex hac actione noxæ deditio non totius familiæ, sed eorum tantum, vel ejus qui dolo fecisse comperietur, fieri debet. §. 17. Hæc actio vulgo tibi 36 *bonorum raptorum* dicitur. §. 18. Hac actione is demum tenetur, qui dolum 37 malum adhibuit. Si quis igitur suam 38 rem rapuit, vi quidem bonorum raptorum non tenebitur, sed aliter multabitur. † Sed & si quis fugitivum suum quem bona fide aliquis possidebat rapuit, æque hac actione non tenebitur: qua 39 rem suam aufert. † Quid ergo si sibi obligatam 40? Debebit teneri. §. 19. Vi bonorum raptorum actio in impuberem qui doli mali capax non 41 est, non dabitur: nisi servus ipsius, vel familia ejus admissîve proponantur. & servi & familiæ nomine, noxali 42 vi bonorum raptorum actione tenetur. §. 20. Si publicanus 43 pecus meum abduxerit, dum putat contra Legem vectigalis aliquid à me factum, quamvis erraverit 44, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non posse, Labeo ait: sane 45 dolo carer. si tamen ideo incluſit, ne pascatur, & ut fame 46 periret: etiam utili Lege Aquilia.

§. 21. Si per vim abductum pecus incluſerit 47 quis, utique vi bonorum raptorum conveniri poterit. §. 22. In hac 48 actione 49 non utique spectamus rem in bonis 50 actoris esse, sive in bonis sit, sive non sit: [si] tamen 51 ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare sive commodata res sit, sive locata, sive etiam pignorata proponatur, sive deposita apud me, [sic] ut interfit mea eam non auferri, sive bona fide à me possideatur, sive usumfructum in ea habeam, vel quod aliud 52 jus, *ut interfit mea non rapi*, dicendum est competere mihi hanc actionem, ut non dominium accipiamus, sed illud solum ex bonis meis, hoc est, ex substantia mea res ablata esse proponatur. §. 23. Et generaliter 53 dicendum est, *ex quibus causis furti mihi actio competit in re clam facta, ex hisdem causis habere me hanc actionem.* † Dicet aliquis: atquin ob rem depositam furti actionem non habemus. Sed ideo addidi, *si interfit nostra non esse raptam*: nam & furti actionem habeo 54.

§. 24. Si in re deposita culpam quoque repromiſi, vel 55 pretium depositionis non quasi mercedem 56 accepi, utilius dicendum est, etsi cesset actio furti ob rem depositam, esse tamen vi bonorum raptorum actionem, quia non 57 minima differentia est inter eum qui clam facit, & eum qui rapit: cum ille celet suum delictum, hic publicet, & crimen etiam publicum admittat. † Si quis igitur interesse sua vel modice 58 docebit 59, debet habere vi bonorum raptorum actionem. §. 25. Si fugitivus meus quasdam res, instruendi sui causa, emerit 60, eæque raptæ sint, quia in bonis [meis] hæ sunt [res,] possum de his vi bonorum raptorum actione agere. §. 26. Rerum raptarum nomine, etiam furti 61, vel damni injuriæ, vel condictione agi 62 potest, vel certe singulæ res vindicari possunt. §. 27. Hæc actio heredi cæterisque successoribus dabitur. † Adversus heredes autem vel 63 cæteros successores non dabitur: quia 64 pœnalis actio in eos non datur. † An tamen in id quod locupletiores 65 facti sunt, dari debeat, videamus? Et ego puto ideo Prætorem non 66 esse pollicitum in heredes in id quod ad eos pervenit, quia putavit sufficere condictionem 67.

De servo qui rapuit manumisso.

III. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

SI servus rapuerit, & cum libero agatur, etiam si cum domino experiundi potestas fuit, non recte cum manumisso post annum 68 agetur: quia cum quocunque experiundi potestas fuerit, excluditur actor: [&] si cum domino intra annum actum sit, deinde cum manumisso agatur, rei judicatæ exceptionem nocere Labeo ait.

Alterum Edictum de turba. 1. Argumentum Edicti. 2. Turbæ vox unde dicatur. 3. Quomodo accipiatur, & quid differat à rixa. 4. De eo, qui damnum dedit, vel dolo fecit ut damnum daretur. 5. De eo, qui in turba auctor fuit damni dandi. 6. Collatio hujus Edicti & superioris. 11. Quale sit hæc actio, & quid in eam veniat. 12. Quid docere actor debet. 13. De servo pulsato vel verberato. 15. Si servus aut familia deliquit. 16. De successoribus.

IV. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

PRætor ait: CUJUS DOLO MALO IN TURBA 69 DAMNUM 70 QUID FACTUM ESSE DICETUR: IN EUM IN ANNO, QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS FUERIT, IN DUPLUM: POST ANNUM, IN SIMPLUM JUDICIUM DABO. §. 1. Hoc Edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit.

§. 2. *Turbam* 71 autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus: idque verbum ex Græco tractum, ἀπὸ τῦ θορυβεῖν, id est, *à tumultuando.* §. 3. Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, utique non accipiemus in turba id factum: quia duo 72 turba non proprie dicentur. Enimvero si plures fuerunt, decem, aut quindecim homines, turba dicetur. † Quid ergo si tres, aut quatuor? turba utique non erit 73. Et rectissime Labeo inter turbam & rixam multum interesse ait: namque turbam 74, multitudinis 75 hominum esse turbationem & cœtum 76 rixam 77, etiam duorum.

§. 4. Hoc autem Edicto tenetur non solus qui damnum "in" turba dedit, sed & is qui dolo malo fecerit, ut in turba damni quid daretur: sive illo venerit, sive non fuerit præsens. dolus enim malus etiam absentis 78 esse potest. §. 5. Hoc Edicto dicendum est etiam eum teneri, qui venit, & in turba fuit auctor damni dandi: si tamen & ipse inter turbam fuit, cum damnum daretur, & dolo malo fuit: nam & hujus dolo malo in turba damni quid factum esse negari non potest. §. 6. Si quis adventu suo turbam concitavit, vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel [dum] *misericordiam 79 provocat*: si dolo malo ejus damnum datum sit, etiam si non habuit consilium turbæ cogendæ, tenetur. Verum est enim dolo malo ejus in turba damni quid datum: neque enim exigit Prætor, ut ab ipso sit turba convocata, sed hoc, ut dolo alicujus in turba damnum datum sit. † Erit que hæc 80 differentia inter hoc Edictum & superius: quod ibi de eo damno Prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum est, vel raptum etiam non coactis hominibus. At hic de eo damno quod dolo malo in turba datum est, etiam si non ipse turbam coëgit, sed ad clamorem ejus, vel dicta [vel] misericordiam 81 turba contracta est, vel si alius contraxit, vel ipse ex turba fuit. §. 7. Idcirco illud 82 quidem Edictum, propter atrocitatem 83 facti, quadrupli pœnam comminatur: at hoc 84, dupli 85. §. 8. Sed & hoc, & illud, intra annum tribuit experiundi facultatem: post annum in simplum competit. §. 9. Loquitur autem hoc Edictum de damno dato, & de amisso: de rapto non. sed superiori Edicto, vi bonorum raptorum agi poterit. §. 10. Amissa autem dicuntur 86 ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa forte vel fracta.

§. 11. Hæc autem actio in 87 factum est, & datur in duplum quanti 88 ea res erit: quod ad pretium verum 98 rei refertur, & præsentis temporis fit æstimatio, & semper in duplum annua est. §. 12. Docereque actor in turba damnum esse datum debet: cæterum si alibi 90 datum sit quam in turba, cessabit hæc actio. §. 13. Si cum servum meum Titius pulsaret, turba fuerit collecta 91, isque servus in ea turba aliquid perdiderit: cum eo qui pulsabat, agere possum, quippe cum in turba dolo malo damnum datum sit. sic tamen, si ut damnum daret, ideo cœperat cædere: cæterum si alia causa verberandi fuit, cessat actio. §. 14. Sed & si quis ipse turbam convocasset, ut turba coram servum verberaret, injuriæ faciendæ causa, non damni dandi consilio, locum habet Edictum: verum est enim, eum qui per injuriam verberat, dolo facere; cum qui 92 causam præbuit damni dandi, damnum dedisse. §. 15. In servum autem 93, & in familiam, Prætor dat actionem. §. 16. Quæ de heredibus cæterisque successoribus in vi bonorum raptorum actione diximus 94, & hic erunt repetita.

De restitutione rei.

V. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

NOn 95 prodest ei qui vi rapuit, ad evitandam pœnam, si ante judicium restituat 96 rem quam rapuit.

De

69 Hic agitur de altera hujus tituli parte, nempe *de turba.*

70 Cur damni meminit? hoc Edictum à superiore quod extat l. 3. ff. eod. in eo differt. Hoc enim Edictum est de damno dato, & amisso: illud vero de rapto.

71 Τύρβη. Hal.

72 Vid. quæ notavi ad l. 40 in fin. J. de verb. sign.

73 Cur ita, cum tres faciant collegium? l. 85. J. de verb sign.

74 Turba à rixa tantum differt, quantum plurium hominum concertatio à paucorum concertatione.

75 Imo unius. arg. l. 2. §. 6. ff. eod.

76 V. l. 5. J. de vi publica.

77 Adde Fest. in Rixtæ. l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. ult. J. ad l. Corn. de ſicariis. Glossis Rixa μάχη, Rixatur μαχᾶται.

78 V. l. 15. §. 3. de injuriis.

79 Adde *finem hujus paragraphi.*

80 Adde aliam in §. 7. J. eod. & aliam ex §. 9. J.

81 Ut ff eod.

82 Vi bonorum raptorum scil. de quo lex 2. ff. eod.

83 Inſtit. eod. in princ.

84 De turba sc.

85 Paul. 5 sent. 3. §. 1.

86 l. 9. J. de verborum ſign.

87 In factum narrativa est. Græci.

88 l. 7. §. 2. ff. quod falso tutore. l. 38. §. 2. ff. de verborum obl. v. l. 179. l. 193. J. de verb. ſign.

89 l. 2. §. 13. ff. cod. l. 50. ff. de furtis. l. 38. §. 2. ff. de verb. oblig.

90 Probari factum insigne non videtur, nisi omnes omnimodo ejus circumstantiæ & qualitates probatæ sint. vid. Mynsinger. 4 obſ. 80.

91 Per occasionem scil. v. l 30. §. 3. ff. ad l. Aquil.

92 Causam damni qui dat, damnum dedisse videtur, nt hic. sic. Quæ sententiæ in his solis intelligendæ sunt, qui causam damni dederunt dolo malo, & animo certo damni dandi. vel ita: Hæc sententia locum habet, quoties causa damni per se ad damnum inferendum sufficit: veluti si ponas vulnus fuisse mortale. vide Hippolytum de Marsiliis, consil. 7. num. 1.

93 In servum etiam. Hulond. in servum item. Cujac. apud Paul. 5 sentent. 6. §. 3.

94 Ibi. l. 3. §. ult. ff. eod.

95 Vide l. 65. in fin. ff. de furtis. 60 Eclog. 7. cap. 6. Harmenopul. 7. cap. περὶ τῶν ἐξ ἐπιτροπικῆς ἀφορμῶν. 7.

96 Multo minus, si pœniteat post delictum; nec enim ad evitandam pœnam sola pœnitentia sufficit. Cur? plus est rem restituere quam pœnitere: & ita tenent Doctores omnes communiter. de quo vide Clarum, §. ult. qu. 16. & qu. 69. n. 13.

58 Inſtit. eod. in pr. Nov. 63. c. 1.

59 Facit lex 29. ff. de hered. pet.

60 Facit lex 15. ff. de Publiciana.

61 Adde Paul. 5 sent. 3. §. 1.

62 Furtiva, l. 26. ff. de condict. furt. vel triticaria. l. 11 in fin. ff. de condict. triti.

63 l. 1. ff. de privat. delict.

64 §. 1. Inſt. de perpetuis.

65 l. 5. ff. de calumn. l. 1. in fin. de vi & vi.

66 Imo pollicitus est. l. 1. ff. de priv. delict.

67 l. 1. ff. de privat. delict.

68 A die rapinæ computandum. Accurſ.

De usucapione.

VI. VENULEIUS lib. XVII Stipulationum.

QUod vi possessum raptumve 97 sit, antequam in potestate domini hereditve ejus pervenit, usucapi lex 98 vetat.

97 *l.* 48. *in fin. princ. ff. de adqu. rer. dom.* 98 Id est, Julia & Plautia. *l.* 24. *In fin. ff. de usurp.* §. 2. *Inst. de usucap.* §. 8. *Inst. de usucap.* *l.* 4. §. 6. *ff. de usurpat.* *l.* 7. *in fin. ff. ad exhib.*

TIT. IX.

DE [1] INCENDIO [2], RUINA, NAUFRAGIO [3], RATE, NAVE EXPUGNATA.

Edictum. 1. *Utilitas & ratio hujus Edicti.* 2. *De incendio.* 3. *De ruina.* 4. *De suspicione incendii, vel ruinæ.* 5. *De naufragio.*

I. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

PRætor ait, IN EUM [4] QUI EX INCENDIO [5], RUINA [6], NAUFRAGIO, RATE [7], NAVE [8] EXPUGNATA [9] QUID [10] RAPUISSE [11], RECEPISSE DOLO MALO [12], DAMNI VE QUID IN HIS REBUS DEDISSE DICETUR: IN QUADRUPLUM [13] IN ANNO, QUO PRIMUM DE EA RE EXPERIUNDI POTESTAS FUERIT: POST [14] ANNUM, IN SIMPLUM, JUDICIUM DABO: ITEM IN SERVUM, ET IN FAMILIAM JUDICIUM DABO. §. 1. Hujus Edicti utilitas evidens, & justissima severitas est: si quidem publice interest, nihil rapi ex hujusmodi casibus. & quanquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones, attamen recte Prætor fecit, qui forenses [15] quoque actiones criminibus istis præposuit. §. 2. *Ex incendio* [16] quemadmodum accipimus? utrum ex ipso igne, an vero ex eo loco, ubi incendium fit? & melius sic accipietur, *propter incendium*, hoc est, propter tumultum incendii, vel trepidationem incendii, rapit: quemadmodum solemus [17] dicere *in* [18] *bello amissum*, quod propter causam belli amittitur. † Proinde si ex adjacentibus prædiis, ubi incendium fiebat, raptum quid sit, dicendum sit Edicto locum esse: quia verum est ex incendio rapi. §. 3. Item *ruinæ* appellatio refertur ad id tempus quo ruina fit: non tantum si ex his quæ ruerunt, tulerit quis: sed etiam si ex adjacentibus.

§. 4. Si suspicio [19] fuit incendii vel ruinæ, incendium vel ruina non fuit: videamus an hoc Edictum locum habeat? & magis est ne [20] habeat [21]: quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum est. §. 5. Item ait Prætor, *Si quid ex naufragio.* hic illud quæritur: utrum si quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit? an vero & si alio tempore, hoc est, post naufragiumque? nam res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in littore post naufragium jacent? Et magis est, ut [de] eo tempore,

II. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

ET loco [22],

1. *De* rate, navi expugnata. 3. *De eo, qui rapuit vel recepit.* 4. *De eo, qui amovit, vel damnum dedit vel recepit.* 5. *Quid interfit inter rapi & amoveri.* 6. *De nave ejecta.* 7. *Si dolus absit.* 8. *De naufragio.*

III. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

QUo naufragium fit vel factum est, si quis rapuerit: incidisse in hoc Edictum videatur. Qui autem rem in littore jacentem, postea [23] quam naufragium factum est, abstulit, in eam conditione est, ut magis fur sit, quam hoc Edicto teneatur: quemadmodum is, qui, quod de vehiculo [24] excidit, tulit. nec rapere videtur, qui in littore jacentem [25] tollit. §. 1. Deinde ait Prætor, *Rate, navi expugnata.* Expugnare videtur, qui in ipso quasi prælio & pugna adversus navem & ratem, aliquid rapit: sive expugnet, sive prædonibus expugnantibus rapiat. §. 2. Labeo scribit: æquum fuisse, ut, sive de domo, sive in villa expugnatis aliquid rapiatur, huic Edicto locus sit. nec [26] enim minus in [27] mari, quam in villa, per latrunculos inquietamur, vel infestari possumus. §. 3. Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur: quia receptores [28] non minus delinquunt, quam aggressores. Sed enim additum est, *Dolo malo:* quia [29] non omnis qui recipit, statim etiam delinquit, sed qui dolo malo recipit. quid enim si ignarus recipit? aut quid, si ad hoc recipit, ut custodiret [30], salvaque faceret ei qui amiserat? utique non debet teneri. §. 4. Non solum autem qui rapuit, sed & qui abstulit vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit [31], hac actione tenetur. §. 5. Aliud autem esse rapi, aliud amoveri, palam est: si quidem amoveri [32] aliquid etiam sine vi possit, rapi autem sine vi non potest. §. 6. Qui ejecta nave quid rapuit, hoc Edicto tenetur. Ejecta, hoc est, quod Græci aiunt ἐξεβλήθη [33]. §. 7. Quod ait Prætor de damno dato, ita demum locum habet, si *dolo* **malo** damnum datum sit: nam si dolus malus absit, cessat Edictum. † Quemadmodum ergo procedit quod Labeo scribit, si defendendi mei causa vicini [34] ædificium orto incendio [35] dissipaverim, & meo nomine, & familiæ, judicium in me dandum? cum enim defendendarum mearum ædium causa fecerim, utique dolo careo: puto igitur non esse verum quod Labeo scribit. † An tamen Lege Aquilia agi cum hoc possit? & non puto agendum: nec enim injuria [36] hoc fecit, qui se tueri voluit, cum alias non posset. & ita Celsus scribit. §. 8. Senatusconsultum Claudianis temporibus factum est: *Ut si quis ex naufragio clavos* [37], *vel unum ex his abstulerit, omnium* [38] *rerum nomine teneatur.* Item alio Senatusconsulto cavetur, *eos quorum fraude aut consilio naufragi suppressi* [39] *per vim fuissent, ne navi vel iis* [40] *periclitantibus opitulentur, Legis Cornelia, quæ* [41] *de sicariis lata est, pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miserrima* [42] *naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo: in quantum Edicto Prætoris actio daretur, tantum & fisco dare debere.*

De successoribus.

IV. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

PEdius, posse etiam dici ex naufragio rapere, qui, dum naufragium fiat, in illa [43] trepidatione rapiat. §. 1. Divus Antoninus de his, qui prædam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit: *Quod de naufragiis navis & ratis scripsisti mihi, eo pertinet, ut explores qua pœna afficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur: & facile (ut opinor) constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an, quæ servari possint, flagitiose invaserint. ideoque si gravior præda* [44] *vi adpetita videbitur, liberos quidem fustibus* [45] *cæsos in triennium* [46] *relegabis; aut si sordidiores* [47] *erunt, in opus publicum ejusdem temporis dabis: servos flagellis cæsos, in metallum damnabis. si non magna pecuniæ res fuerint: liberos fustibus, servos flagellis cæsos dimittere poteris. Et omnino, ut in cæteris, ita hujusmodi causis, ex personarum* [48] *conditione, & rerum qualitate, & diligenter sunt æstimanda, ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causa postulabit.* §. 2. Hæ actiones heredibus dantur: in heredes eatenus dandæ sunt, quatenus [49] ad eos pervenit.

De re servata.

V. GAIUS lib. XXI ad Edictum provinciale.

SI quis ex naufragio, vel ex incendio, ruinave servatam rem, & alio loco [50] positam subtraxerit aut rapuerit: furti scilicet, aut alias vi bonorum raptorum judicio tenetur. maxime si non intelligebat, ex naufragio vel incendio ruinave eam esse. † Jacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulsa sit, si quis abstulerit, plerique idem putant: quod ita verum est, si aliquod tempus post naufragium intercesserit. alioquin si in [51] ipso naufragii tempore id acciderit, nihil interest, utrum ex ipso mari quisque rapiat, an ex naufragiis, an ex littore. De eo quoque quod ex rate, nave expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere debemus.

De navi expugnata.

VI. CALLISTRATUS lib. I Edicti monitorii.

EXpugnatur navis, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissolvitur, aut pertunditur, aut funes ejus præciduntur, aut vela conscinduntur, aut ancoræ involantur de mare [52].

De naufragio.

VII. IDEM lib. II Quæstionum.

NE quid ex naufragiis deripiatur, vel quis extraneus intervenial colligendis eis, multifariam prospectum est. Nam & Divus Hadrianus Edicto præcepit, ut hi qui juxta littora maris possident, scirent, si quando navis vel inficta [53], vel fracta inter fines agri cujusque [fuerit, ne] naufragia deripiant, in ipsos judicia Præsides [54] his, qui res suas direptas queruntur, reddituros: ut quicquid probaverint ademptum sibi naufragio, id à possessoribus recipiant. De his autem quos deripuisse probatum sit, Præsidem, ut de latronibus [55], gravem sententiam dicere. † Ut facilior sit probatio hujusmodi admissi, permisit his, & quidquid passos se hujusmodi queruntur, adire Præfectos [56], & ad [57] eum testari, reosque petere, ut pro modo culpæ vincti, vel sub fidejussoribus ad Præsidem remittantur [58]. A domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, satis accipi, ne cognitioni desit, præcipitur. † Sed nec intervenire naufragiis colligendis aut militem, aut privatum, aut libertum servumve Principis, placere sibi ait Senatus.

De rate vi fluminis in agrum alterius delata.

VIII. NERATIUS lib. II Responsorum.

RAtis vi fluminis in agrum meum delatæ, non aliter potestatem tibi faciendam, quam [59] si de præterito quoque damno mihi caviſſes.

De incendio.

IX. GAIUS lib. IV ad Legem XII tabularum.

QUi [60] *ades acervumve* frumenti *juxta domum* positum combusserit, vinctus [61], verberatus, igni [62] necari jubetur: si modo sciens prudensque id commiserit. si vero casu [63], id est, negligentia, aut noxiam [64] sarcire juberur, aut si [65] minus idoneus sit, levius castigatur [66]. † Appellatione autem ædium omnes species [67] ædificii continentur.

Ne piscatores nocte, lumine ostenso, fallant navigantes.

X. ULPIANUS lib. I Opinionum.

NE piscatores nocte, lumine [68] ostenso, fallant navigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naves, & qui in eis sunt, deducant, sibique execrandam [69] prædam parent: Præsidis provinciæ religiosa constantia efficiat.

De incendio.

XI. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

SI fortuito [70] incendium factum sit, venia indiget: nisi tam lata [71] culpa fuit, ut luxuria [72] aut dolo sit proxima [73].

De naufragio. 1. *De incendio.*

XII. ULPIANUS lib. VIII de Officio Proconsulis.

LIcere unicuique [74] naufragium suum impune colligere constat: idque Imperator Antoninus [75] cum Divo patre suo rescripsit. §. 1. Qui *data opera* [76] in civitate [77] incendium fecerint, si humiliore loco sint, bestiis [78] objici [79] solent: si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.

TIT.

1 Id est, de iis, quæ ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata raptaſve dicentur. *l.* 3. *in fin. princ. ff. de feriis.* *l.* 18. *& Authent. navigia. C. de furtis.* *l.* 44. *ff. de adquir. rer. l.* 2. §. 1. *ff. de adquir. poss. C. Eclog. C. c.* 35.

2 *Eclog. C.* & 18. περὶ τῶν ἐξ ἐμπρησμοῦ ἁρπαγέντων, ἢ τῶν ἐν νυκτομαχίᾳ. *C Harm.* 7. *& C tit. l. c.* περὶ ἐμπρησμοῦ. hue etiam refer *tit.* 12. *coll. legum Mosaicarum.* 5 *Extra.* 18. ubi agitur de incendiariis. Qui extat apud Paul. 5 *sententt.* 20. de incendiariis, non est genuinus. agitur autem de incendio in *l.* 9. *ff. eod.* Præxim hujus tituli vide apud Oldendorp. *Class.* 7. *act.* 8.

3 *V. l.* 1. *in fin. ff. ad l. Jul. de vi privata. & C. de naufragiis. Authh. navigia. C. de furt.*

4 Etiam fiscum, cui quid ejusmodi rerum rapere non licet. *l.* 1. *C. de naufragiis.*

5 §. 2. *ff. eod.* Goth. Ex incendio, id est, propter incendium. *Ans.*

6 §. 3. *ff. eod.*

7 §. 5. *ff. eod.*

8 Navibus periclitantibus. *Græci.*

9 *l.* 3. §. 1. *ff. eod.*

10 *l.* 6. *ff. eod.*

11 *l.* 3. §. 4. *& seq. l.* 4. *l.* 5. *l.* 7. *ff. eod. l.* 3. *ff. de feriis.* Paul. 5 *sent.* 3. §. 2.

12 *l.* 5. §. 3. *ff. eod.*

13 *l.* 44. *ff. de adquir. rer.* Goth. Intellige civiliter agendo; nam ad hanc pro arbitrio ex qualitate circumstantiarum Judex pœnam corporalem infligit. vide Menoch. *de arbitrar. quæst.* 287. Ans.

14 Imo post annum non datur. *l.* 2. *in fin. C. de naufragiis.*

15 Forenses actiones, civiles.

16 Id est, propter incendium.

17 Vel hic locus ostendit Grammaticum non agere, qui verba legum ex optimis veterum libris interpretatur.

18 In bello amissum dicitur, quod propter bellum amissum est, *ut hic. l.* 19. *ff. de captivis.*

19 Quando suspicioni steterur, quando non, vide Decian. *crim. lib.* 5. *cap.* 35. *num.* 47. Ans.

20 Imo habet. *l.* 4. *ff. eod.*

21 Locum suspicio scil. & ita falsæ suspicioni non statuit. vide Accurs.

22 *l.* 5. *in princ. ff. eod.*

23 *l.* 2. *in fin. ff. de l. Rhodia. l.* 43. §. 11. *ff. de furtis.* §. *ultim. Inst. de rer. divis.*

24 Vel rheda currente. §. *ultim. Inst. de rer. divis.* adde *c.* 1. *si quid invenisti. l.* 14. *qu.* 5.

25 Vide *l.* 43. §. 4. *& sequentes. ff. de furtis.*

26 Ordo inversus hic est: ut ita legamus: nec enim minus in villa, quam in mari per latrunculos inquietamur, vel infestari possumus. Hic enim quæstio est de domo & villa expugnatis, quibus expugnatis Labeo scribit æquum fuisse huic Edicto non minus locum esse, quam si in mari expugnati essemus.

27 *l.* 35. §. 4. *ff. de mortis causa donat.*

28 *l.* 4. *ff. eod.* vide *tit. ff. de receptatoribus.*

29 Vide omnino *l.* 5. *ff. de servo corrupto.*

30 *l.* 43. §. 7. *ff. de furtis.* Emens à fure, protestari debet se ea mente rem emere, ut eam restituat vero domino. vide *l.* 1. *C. de furtis.*

31 §. 3. *ff. eod.*

32 Amovere & rapere differunt.

33 ἐκκυλισθείσης, Hugo à Porta. ἐξωκλισθείσης. *Hal.* ἐκβληθῇ. Alciatus ad *l. jubemus. C. de navibus. lib.* 11. Goth. Adde Alciat. *lib.* 2 *prætermissor.* & Augustin. *emendat. lib.* 4. *cap.* 6. S. L.

34 Unicuique sibi prospicere, & meliorem suam conditionem facere licet, vel in præjudicium alterius: dum tamen id principaliter animo nocendi non fiat, *l.* 2. *ff. de justitia. l.* 19. §. 3. *ff. de negot. l.* 29. §. 1. §. 3. *ff. ad l. Aquil. l.* 2. *in fin. ff. de act. empt, l.* 42. *ff. de adquirend. hered. l.* 77. §. 31. *in fin. ff. de legat.* 2. *l.* 30. *ff. de bonis libert. l.* 1. §. 12. *ff. de aqua & aquæ pluviæ. l.* 5. §. 2. *ff. de doli except. l.* 26. *ff. de damn.*

35 *l.* 49. *in fin. ff. ad l. Aquil. l.* 7. §. 4. *ff. quod vi aut clam. C Harm.* 1. *c.* περὶ ἐμπρησμοῦ.

36 Alteri non infert injuriam, qui se tuetur. *Goth.* Vide *l.* 5. *ff. ad l. Aquil.* Quatenus autem quis defendendo res suas vicino teneatur ad compensationem damni, vide Menoch. *de arbitr. casu* 34. *lib.* 2. *cent.* 1. Cravett. *cons.* 409. *num.* 6. Ans.

37 Clavus navis alia significatione sumitur in *l.* 12. *ff. de ædilit.* Glossis Clavis, πλοιας πλοῖα.

38 *V. l.* 21. *ff. de furt.* imo quarundam tantum. *l.* 21. *ff. de furtis.*

39 *l.* 3. §. 4. *ff. de sicariis.*

40 *Al.* ibi.

41 *d.* §. 4.

42 *l.* 1. *C. de naufragiis.* vide Nov. Læon. 64. *ubi pœna quadrupl. constituitur.*

43 Imo qui tunc rapuit, ex naufragio non rapuit. *l.* 1. §. *pen. ff. eod.*

44 Prædæ hoc idem vocabulum retinent Græci: ut in legib. Georgicis Justiniani περὶ πραίδας ζωῶν. Moschopulus, περὶ πραίδων πράδα ἡ γυνομένη ἢ λάθη ἐν ἐμπολέμοις, ἢ ληστείᾳ ἢ τοιούτοις τισί.

45 Fustibus cædebantur liberi; flagellis & flagris servi, *ut hic.* vide *l. ult. ff. de pœnis.* dixi ad *l.* 12. *ff. de jure fisci.*

46 Qui ex naufragio graviorem prædam appetunt, liberi in triennium relegantur, vel ad opus publicum dantur.

47 Homines abjectiores gravius puniuntur, quam honestiores. *l.* 5. *C. de naufragiis.*

48 *l.* 15. *in fin. ff. de negotiis. l.* 72. *in fin. ff. de judiciis. l.* 34. §. 8. *ff. de jurejurando. l.* 2. *ff. de rejudicata l.* 15. §. 28. *in fin. ff. de injuriis. l.* 9. §. 11. *l.* 11. *l.* 16. *ff. de pœnis. l.* 5. *C. de naufragiis.*

49 Heredes tenentur, quatenus ad eos pervenit.

50 Adde *l.* 1. *in fin. l.* 2. *ff. eod.*

51 *d. l.* 1. *in fin.*

52 De mari. *Hal.*

53 Inficta navis, nihil aliud quam infixa. Caper Grammaticus: Fictum, rationis: fixum, voluntatis. Eadem ratione Varro 3 *de re rustica.* Diomedes & Scaurus, ficta, affecta, defecta.

54 *l.* 2. *C. de naufragiis.*

55 De quo vide *l.* 2. *ff. arbor. furtim.*

56 *d. l.* 2. *l.* 3. *C. de naufragiis.*

57 *Al.* apud.

58 De remissione reorum quando locus sit, vide Pegner. *decis. crim.* 2. *Ans.*

59 *l.* 5. §. 4. *ff. ad exhib.* 49. *ff. de damno.* adde quæ notavi ad *l.* 39. *in fin. ff. ad l. Aquil.*

60 Vide Angel. *tr. de maleficiis.* §. *incendiario.*

61 Id est, victus vel ictus.

62 Pœna incendiarii malitiosi, vel affectati hæc est, ut vivus comburatur, *l.* 28. §. 12. *ff. de pœnis.* capite puniatur, *d.* §. 12. *l.* 10. *ff. de sicariis.* & summo supplicio, Paul. 5 *sent.* 3. §. *ult.* & pro qualitate suæ personæ damnetur in opus publicum: in metallum, in opus publicum relegetur, aqua & igni interdicatur, bestiis subjiciatur. *l.* 12. *in fin. ff. eod.* vid. *collationem leg. Mosaicarum, t.* 12.

63 *V. l.* 11. *eod.*

64 Id est, damnum duplum, Paul. 5 *sentent.* 3. §. *ult.* æstimationem rei combustæ. *Exod.* 22. Et hæc quidem lex adhibenda est quoque [in] pœna incendii est civilis, *l.* 28. §. 12. *ff. de pœnis.* quæ & forensis dici potest. Paul. *tit.* 12. *collationis leg. Mosaicarum.* Est enim forum proprie causarum civilium, *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Paul. 5 *sent.* 18. §. 2. ubi vide Cujac. quin & actio incensarum ædium appellatur. *l.* 7. §. 13. *ff. de public. l.* 27. §. 9. *l.* 30. §. *pen. ff. ad l. Aquil.*

65 Luit in corpore qui non potest in ære. *l.* 1. *ff. de pœnis.*

66 *l.* 3. §. 1. *ff. de officio Præfect. vigil.*

67 *l.* 41. §. 8. *ff. de legat.* 1.

68 Lumine ostenso navigantes qui fallunt, arbitrio judicis puniendi. adde *l.* 1. *C. de naufragiis.* Porro turres, quæ nocturnis ignibus eurſum navigantibus ostendere solent, *Pharos* appellant. Hujusmodi turrim Ptolemæus talentis 800 exstruxit. Ægesippus existimat Pharum dici quasi φωσῶν. hinc Statius: *Lumina nocti vaga tollit pharus æmula Lunæ.*

69 *V. l. illicitas. C. ff. de offic. Præsid. quæ est ejusdem libri.*

70 Seu casu, *l.* 8 *ff. eod.* per incuriam, Paul. *ibid.* non dolo. *l.* 11. *ff. de periculo. l.* 9. §. 5. *ff. de rebus auctoritate judicis.* Incendium casu admissum uti puniatur, vide apud Angelum, *d.* §. *incendiario.*

71 Lata culpa, incauta. Ulp. *tit.* 12 *leg. Mosaicar.* Incendium lata culpa admissum quemadmodum puniatur, vide apud Angelum, *illo* §. *incendiario.*

72 Quæ & lasciviæ. Ulp. *ibid.* Haloand. legit, *luxuria.*

73 Tunc fustigari potest. *l.* 3. §. 1. *ff. de officio Præf. vigilum.*

74 Naufragium a dominis colligi ne quidem fiscus prohibere possit, *l.* 1. *C. de naufragiis.* licet poëta scribat, res fisci est ubicunque natat.

75 *d. l.* 1.

76 Consulto, Paul. 5 *sent.* 4. §. *ult.* adde Ulp. *tit.* 12. *collationis legum Mosaicar.*

77 Paul. *ibid.* Ulp. *ibi.* Paul. *d. tit.* 12.

78 Imo igni necatur. *l.* 9. *ff. eod.*

79 Ulp. *ibid.*

TIT. X.

DE INJURIIS[1] ET FAMOSIS[4] LIBELLIS[3].

Etymologia & significationes verbi Injuria. *Etymologia* contumeliæ. 1. *De re & verbo.* 2. *De corpore, dignitate, infamia.* 3. *Per quas personas injuriam patimur.*

1. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

INjuria ex eo dicta est, quod[4] non jure fiat: omne enim quod non jure fit[5], injuria fieri dicitur. hoc generaliter. Specialiter autem injuria dicitur contumelia[6]. interdum injuria appellatione damnum culpa datum[7] significatur: ut in Lege[8] Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitatem[9], injuriam dicemus. nam cum[10] [quis] inique vel injuste sententiam dixit, injuriam ex eo dictam, quod jure & justitia caret, quasi non juriam: contumeliam autem, à contemnendo. / §. 1. *Injuriam* autem fieri Labeo ait aut re, aut verbis[11]: re, quotiens manus inferuntur: *verbis* autem, quotiens non manus inferuntur, convicium[12] fit.

§. 2. Omnemque injuriam aut in corpus inferri; aut ad dignitatem[13], aut ad infamiam pertinere. *In corpus fit*[14], cum quis pulsatur[15]. *Ad dignitatem*, cum comes[16] matronæ[17] abducitur. *ad infamiam*, cum pudicitia[18] adtemptatur. §. 3. Item aut per semetipsum alicui fit injuria, aut per alias personas. *per semet*[19], cum directo[20] ipsi cui patrifamilias, vel matrifamilias fit injuria. *per alias*, cum per consequentias[21] fit; cum fit liberis[22] meis, vel servis[23] meis, vel uxori[24], nutrive: spectat enim ad nos injuria, quæ [in] his fit, qui vel potestati nostræ, vel affectui[25] subjecti sint. §. 4. Et si forte cadaveri[26] defuncti fit injuria, cui heredes bonorumve possessores exstitimus, injuriarum nostro nomine habemus actionem: spectat enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat injuria. † Idemque & si fama ejus cui heredes exstitimus lacessatur. §. 5. Usque adeo autem injuria quæ fit liberis nostris nostrum pudorem pertingit, ut etiam si volentem[27] filium quis vendiderit, patri suo quidem nomine competit injuriarum actio, filii vero nomine non competit, quia nulla injuria est quæ in[28] volentem fiat. §. 6. Quotiens autem funeri[29] testatoris, vel cadaveri[30] fit injuria: si quidem post aditam hereditatem fiat, dicendum est heredi quodammodo factam: * semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare. quotiens autem ante aditam hereditatem, magis hereditati; & sic heredi per hereditatem adquiri. † Denique Julianus scribit, si corpus testatoris ante aditam hereditatem detentum est: adquiri hereditati actiones dubium non esse. † Idemque putat, & si ante aditam hereditatem servo hereditario injuria facta fuerit: nam per hereditatem actio heredi adquiretur. §. 7. Labeo scribit, si quis servum hereditarium testamento manumissum[31], ante aditam hereditatem verberaverit: injuriarum heredem agere posse. at si post aditam hereditatem verberatus sit, sive scit se liberum, sive ignorat, ipsum agere posse. §. 8. Sive autem sciat[32] quis filium meum esse, vel uxorem meam, sive ignoraverit, habere me meo nomine actionem Neratius scripsit. §. 9. Idem ait [Neratius] ex una injuria interdum tribus oriri injuriarum actionem, neque ullius actionem per alium consumi: utputa uxori meæ filiæfamilias[33] injuria facta est: & mihi[34], & patri[35] ejus, & ipsi[36] injuriarum actio incipiet competere.

II. PAULUS lib. L ad Edictum.

QUod si viro injuria facta sit, uxor non agit: quia defendi uxores à viris, non viros ab uxore[37] æquum est.

Qui injuriam facere possunt. 1. *De furioso & impubere.* 2. *De affectu & scientia patientis vel facientis.* 3. *De joco.* 4. *De errore.*

III. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

ILlud relatum peræque est[38], eos qui injuriam pati possunt, & facere posse. §. 1. Sane sunt quidam qui facere non possunt, ut puta furiosus[39], & impubes[40] qui[41] doli capax non est: namque hi[42] pati injuriam solent, non facere. cum enim injuria ex affectu[43] facientis consistat, consequens[44] erit dicere, hos, sive pulsent, sive convicium dicent, injuriam feciſſe non videri.

§. 2. Itaque pati[45] quis injuriam, etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se injuriam facere, etiam si[46] nesciat cui faciat. §. 3. Quare si quis per *jocum*[47] percutiat, aut dum certat: injuriarum non[48] tenetur. §. 4. Si quis hominem liberum ceciderit[49], dum putat servum suum[50]: in ea causa est, ne injuriarum teneatur.

Si quis servum percutere volens, alium invitus percusserit.

IV. PAULUS lib. L ad Edictum.

SI cum servo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem invitus percusserim: injuriarum[51] non teneor[52].

Quibus ex causis datur actio ex Lege Cornelia; & qui ea lege prohibentur judicare. 1. *Differentia pulsationis & verberationis.* 3. *De domo, domicilio & habitatione.* 6. *De filiofamilias injuriam passo.* 8. *De jurejurando.* 9. *De famosis libellis.*

V. ULPIANUS lib. LVI ad Edictum.

LEx Cornelia de injuriis competit ei qui injuriarum agere volet ob eam rem, *quod se pulsatum, verberatumve, domumve suam vi introitam esse dicat.* Qua lege cavetur, *ut non judicet*[53] [*qui*] *ei, qui agit, gener, socer, vitricus, privignus, fratrimusve est, propiusve eorum quenquem ea*[54] *cognatione affinitateve attinget: quive* [*eorum*] *ejus, parentisve cujus eorum patronus erit.* Lex itaque Cornelia ex tribus[55] causis dedit actionem: quod quis pulsatus, verberatusve, domusve[56] ejus vi introita sit. † Apparet igitur omnem injuriam quæ manu fiat, Lege Cornelia contineri. §. 1. Inter pulsationem & verberationem hoc interest[57], ut Ofilius scribit: verberare est, cum dolore cædere: pulsare, sine dolore. §. 2. *Domum*[58] accipere debemus, non[59] proprietatem domus, sed domicilium[60]. Quare sive in propria domu quis habitaverit, sive in conducto[61], vel gratis[62], sive hospitio receptus, hæc lex locum habebit. §. 3. Quid si quis in villa habitet, vel in hortis[63]? Idem erit probandum.

§. 4. Et si dominus fundum locaverit, inque eum impetus factus sit, colonus aget, non dominus. §. 5. Si tamen in fundum alienum qui domino colebatur, introitum sit: Labeo negat[64] esse actionem domino fundi ex Lege Cornelia: quia non[65] possit ubique domicilium habere, hoc est, per omnes villas suas. Ego puto ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere hanc legem: licet ibi quis domicilium non habeat. ponamus enim studiorum[66] causa Romæ agere: Romæ utique domicilium non[67] habet; & tamen dicendum est, si vi domus ejus introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantum igitur ad meritoria vel stabula non[68] pertinebit, † Cæterum ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti causa: licet ibi domicilium non habeant. §. 6. Illud quæritur, an pater filiofamilias injuriam passo, ex Lege Cornelia injuriarum agere possit? Et placuit non posse: deque ea re inter omnes constat. sed patri[69] quidem Prætoria injuriarum actio competit, filio vero Legis Corneliæ.

§. 7. In Lege Cornelia filiusfamilias agere potest ex omni causa[70], nec cavere debet ratam rem patrem habiturum: nam nec alias agentem filium injuriarum ad cautionem de rato[71] compellendum, Julianus scribit. §. 8. Hac lege permittitur actori jusjurandum[72] deferre, ut reus juret *injuriam se non feciſſe*: sed Sabinus in adsessorio[73], etiam Prætores exemplum Legis[74] secuturos[75] ait: & ita res se habet. §. 9. Si quis librum[76] ad infamiam alicujus pertinentem scripserit[77], composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid[78] eorum fieret: etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine, uti de ea re agere liceret; & si condemnatus sit, qui id fecit, intestabilis[79] ex lege esse jubetur.

§. 10. Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur [etiam] is qui συγγράμμασι[80], id est, *inscriptiones*, aliudve[81] quid sine[82] scriptura in notam aliquorum produxerit: item qui emendum vendendumve curaverit. §. 11. Et ei qui indicasset[83], sive liber, sive servus sit, pro modo substantiæ accusatæ personæ, æstimatione[84] judicis[85], pretium[86] constituitur: servo fortitan & libertate præstanda; quid enim, si publica utilitas ex hoc emergit?

VI. PAU-

---

1 IX C. XXXV. 4 *Inst.* 4. Paul. 5 *sent.* 4 §. *Retr.* 36. & 5 *sexto* 8. περὶ ὕβρεως. 60 *Ll.* 22. *tit.* 2. *coll. leg. Mosaic.* de actione injuriarum adde Clarum, 5 *sent.* 10. Bossium, *tit.* 45. Oldend. *class.* 7. *act.* 10.

2 12 C. XXVI. 9 C. *Theodos.* 34. 6 *Harm.* 9.

3 Libellum famosum, *Harmenopul.* vocat φλοιαφίαν. adde de convitiis ex Paulo, 5 *sent.* 4. §. 1.

4 Injuria & beneficium contraria. Senec. 5 *de benef.* 7.

5 *Inst. eod. in pr.* τὸ παράνομον. *Ecleg. ibid.* πᾶν ὃ μὴ κατὰ νόμον γινόμενον. *Theophil. Inst. eod.*

6 Ὕπερηφάνησις. *Ecleg. ibid.* Græci ὕβριν vocant, *Theophil. Inst. de injuriis.* Goth. Hinc si quis nihil voce vel verbis respondeat, sed sublata manu posito ungue pollicis sub digito indice pugnum fecerit, quasi in contumeliam, injuriarum tenetur. *hic.* & §. 2. vide Ant. Tessaur. *decis.* 229. Ans.

7 Male in Institutionibus legitur ἔγκλημα. *C. eod.* bene apud Theophilum ἀδίκημα. & *Ecleg. ibid.* ζημία.

8 *l.* 5. §. 1. *T. ad l. Aquil.*

9 ἀδικία. *Ecleg.* 1. *Theophil.* Paul. *tit.* 12. *coll. legum Mosaicar.* in Institutionibus vocabulum ἀσυμίας.

10 *Ecleg. ibid. Inst. eod.*

11 Debuit addere, & *literis*, & *libellis*, & *facto*. hinc illa formula agendi apud Paulum, *tit.* 2. *coll. legum Mosaicarum.* quod Auli Agerii pugno mala percussa est. Sic apud Fabium, 6 *cap.* 8: colaphum tibi ducam & formulam scribam, quod caput durum habeas.

12 Convicii appellatione comprehenditur etiam maledictum. Paul. 5 *sent.* 4. §. 18. 19. Psalterium, & canticum injuriosum, §. 15. & 16. carmen, historia, §. 1. *Inst. eod.* liber, *l.* 5. §. 9. *T. eod.* sed & variæ conviciorum species comprehenduntur, de quibus v. Clar. 5 *sent.* 10. inter quas & has refert: tu es bonus homo, id est, cornutus; tu es meretrix; tu mentiris, &c. 13 Debuerat ita dividere, aut in corpus, aut extra. Paul. 5 *sent.* 4. §. 1. 14 Dignitas ad civilem, fama ad statum naturalem & mores referitur: aliud est dignitatem alicujus appetere, aliud famam lædere. 15 *Ecleg. ibid.* dum cædimur. Paul. 2 *coll. leg. Mosaicar.* verberibus, illatione stupri, Paul. 5 *sent.* 4. §. 1. & §. 5. 16 *l.* 15. §. 16. *T. eod.* Plautus *Casina: sequimini me Comites.* Comes, κωλάκων, quo nomine etiam comprehenditur φαβάγων. *Ecleg. ibid. c.* 29. Pædagogus, *l.* 35. *T. de fideicomm. liber.* a quo pædagogia, *l.* 12. §. 32. *T. de instruct.* & pædagogiani. Ammian. 26. Galli *Pages.* κλάκων. vero apud Ecclesiasticos eum significat, vel qui Episcopum comitatur. vide Duaren. 1 *de sacris.* 14. vel qui in funere funalia deferebat ascetriis (quæ olim præficæ) interea psallentibus: decanis (qui olim copiatæ, lecticarii & vespillones, feretrum ferentibus. v. Cujac. *cap.* 18 *de temporib.* de acolythis etiam dicam ad *l.* 6. *C. de Episcopis.*

17 *Ecleg. ibid.* 21. *c.* 1. vel prætextatæ. Paul. 2 *collat. leg. Mosaicar.* 18 §. 1. *Inst. eod.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 14. 19 Semetipsum. 20 Cui infra opponit per consequentias. 21 Adde *l.* 27. §. 3. *in fin. T. de rei vindicatione.* 22 *l.* 18. *in fin. l.* 41. *T. eod.* §. 2. *Inst. eod. Ecleg.* 16. *c.* 1. Paul. 5 *sent.* 4. §. 3. 23 *Ecleg. eod. Inst. eod.* §. 2. *l.* 2. *C. eod.* Paul. *d.* §. 3. 24 *Ecleg. ibid.* §. 2. *in fin. Inst. eod.* 25 De quo vide *l.* 1. §. 1. *& ult.* §. 2. *l.* 3. *T. de liber. causa.* 26 Cadaver defuncti si injuria afficitur, heredi fit injuria, §. 6. *T. eod. Ecleg. ibid.* adde *l.* 8. *T. de religiosis.* v. *Nov.* 60. *l.* 27. *T. eod. Ecl. ibid. c.* 1. *in fin.* 27 *l.* 3. §. 5. *T. de homine libero. l.* 11. *T. si quid in fraudem patroni.* vide Bellovisanum, 1. *c.* 3. *n.* 37. *& seq.* Hinc colligitur neminem se torquendum offerre posse privato vel judici; de quo v. Marsil. *in prax. criminali.* §. *expedita. n.* 55. 56. 57. maxime quod nemo dominus membrorum suorum sit: & in his, quæ meri sunt imperii nemo possit jurisdictionem prorogare, *l privatorum. C. de jurisdict.* & torquere posse sit meri imperii. *l. defensores. C. de defens. civit.*

28 Adde *l.* 3. *T. de in jus vocand. l.* 4. §. 2. *T. si quis cautionib. Nov.* 60. 29 V. §. 4. *T. eod.* vel monumento, *l.* 27. *T. eod.* vel ossibus, *l.* 8. adde *l.* 14. §. 10. *T. de religiosis.* 30 *l.* 30. *T. eod.*

31 *l.* 18. *in fin. T. eod. Ecleg. ibid. c.* 1. 32 Adde *l.* 30. *in fin. T. eod. l.* 2. *C. eod. Ecleg. ibid. c.* 3. 33 §. 2. *verf. contra. Inst. eod. Ecleg. ibid.* 34 Marito. 35 Si patris in potestate fuit.

36 Uxori seu mulieri. 37 *Al.* uxoribus. 38 Regulæ loco sc. quæ tamen exceptiones habet. *Ecleg. ibid.* Goth. Hæc lex canonizata est, *c.* 2. *causa* 15. *qu.* 1. Ans. 39 *Ecleg. ibid.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 2. 40 ἄνους. *Ecl. ib.* 41 V. quæ not. ad *l.* 2. §. 39. *T. si bonor.* adde Paul. *ib.* Goth. Dormientes etiam injuriam facere non dicuntur. Pece. *c. sine culpa. de reg. jur. in* 6. *l.* 1. *C. ad l. com. de sicar.* Mascard. *de probat. conclus.* 902. *num.* 15. sicut nec ebrii, potissimum si injuriæ sint leviores, & post edomitam crapulam pœnituerint, *l.* 6. §. 7. *verf. per minum. T. de re militari. l. un. C. si quis Imp. maledix. l.* 12. *ff. de custod. reor.* Jul. Clar. §. *final. q.* 6. *n.* 12. Ans. 42 Hinc colligo, requiri ad actionem injuriæ utiliter proponendam, ut qui eam intulisse dicitur, injubes non sit. vide Bellovis. 1. *c.* 3. *n.* 14. 43 V. *l.* 5. *C. eod.* Paul. 5 *sent.* 14. §. 1. *in fin. l.* 34. *T. de oblig.* v. quæ notavi ad *l.* 53. *T. de furtis.* ideoque non tenetur, qui per jocum percussit. §. 3. *T. eod.* Quid? injuria ab ebrio facta potestne vindicari? vide quæ notavi ad *l un. C. si quis Imperatori maledixerit.* An ab ignorante vel irato? vide *l.* 3. *C. eod.* 44 Locus a consequentibus. *l.* 27. §. 3. *T. de rei vindicat.* 45 Pati injuriam possumus, etiamsi eam facere non possimus, & nesciamus nobis fieri. 46 *l.* 16 §. 3. *T. eod.* 47 *l.* 15. §. 23. *T. eod. l.* 3. *in fin. T. de oblig.* adde *l.* 5. *C. eod.* jocus detegitur ex personarum qualitate, veluti si quid dictum sit à parente, magistro, domino, amico, socio. facit *l.* 16. §. 2. *T. de pœnis.* vide Bellovisanum, 1. *c.* 3. *n.* 8. 48 Quia scit se injuriam non facere, & animum injuriæ faciendæ non habere. 49 Occiderit. *Hal.* 50 Quid, si e contrario putavit se liberum cædere, qui erat servus? vide *l.* 45. §. 2. *T. ad l. Aquiliam.*

51 Nam & mihi fuit animus vacandi rei legitimæ, id est, puniendi servi, & è contrario animus injuriæ tibi inferendæ defuit. *Goth.* Adde *l.* 3. §. 1. *T. eod. l.* 34. *in princ. T. de obligat. & act. l.* 9. *& seq. C. hac tit.* Jul. Clar. §. *injuria. n* 12. Andr. Gail. *lib.* 2 *obs.* 106. *num.* 5. 6. Ans.

52 Sed Aquilia, *l.* 45. §. 4. *T. ad l. Aquil.*

53 *C. ut nemo in sua causa.* de exceptionibus recusatoriis judicis vide Oldendorp. *c.* 7 *Enchiridii exceptionum.* de quibus hoc paucis accipe, quatuor scili. ex causis eas proponi. ut quædam pertineant. & dirigantur adversus ipsum judicem, conjunctum nimis vel actori; vel reo, veluti si sit inimicus excipientis, amicus, consanguineus, adfinitate civili; vel spirituali adversario conjunctus, si jus potestatis in eum habet, si ejus vassallus, si domesticus; si socius, si ejusdem provinciæ: si institutus ab eo heres, vel ad Magistratum, & officium judicandi promotus, si ut amicus, vel Advocatus ei consilium dedit, si suam sententiam palam protulit, si in lite qua de agitur testis fuit, si corruptus ab adversario, si ab ejus sententia appellatum; si de ejus, aut simili, aut suorum causa agitur: hæc, inquam, omnia efficere possunt, ut judicem recusemus. Aliæ sunt exceptiones, quæ ad ipsam tantum judicis personam referuntur, ut si sit minor, infamis, ignarus, excommunicatus, servus, incapax delegationis et factæ, aut ab incapace delegatus, si præter officium temere se ingerit, si ab officio suspensus, si delegationis executio & vis expiravit, si litis cognitio ab eo ad alium translata aut revocata, si is à quo delegationem habet, mortuus est, si ipse nuandatum delegationis non exhibet. Tertium genus exceptionis ratione loci, veluti inhonesti, vel non tuti, proponitur. Quartum ratione causæ & incompetentiæ. veluti si lis & causa sit Ecclesiastica: item si mixta, id est, cujus cognitio præventione judicis Ecclesiastici vel Laïci facta est. si lis ad Laïcum judicem mere pertineat; puta ad ipsos nobiles jurisdictionem habentes, Prætores, seu Præsides provinciarum, (Galli *Lieutenants, Prevosts, Baillifs, Seneschaux:*) militarium criminum quæstiores, (Galli *Prevosts des Mareschaux:*) privilegiorum conservatores, libellorum ad Basilicam recuperatores, (Galli, *Requestes du Palais:*) Parlamenta (quorum judices cognoscunt apud Gallos de domanio regio, jure regaliæ, de usufructu beneficii Ecclesiastici vacantis ad Regem delato, de causis Parium Franciæ, & appellationibus inferiorum judicum), ad Principem ipsum (ut sunt gratiæ, abolitiones, remissiones, indulgentiæ, restitutiones) de quibus vide Paponem, 2 *Notario.* 54 Vel frater. adde *l.* 11. *T. de accusat. l.* 35. *in princ. T. de procurat.* 55 §. 8. *Inst. eod.* 56 Domus quid sit, vide §. 2. *T. eod.* 57 Quantum ad hanc actionem injuriarum attinet, fcilicet. Idcoque qui sine gravi impetu saxo percutit, verberasse tamen dicetur. Alciatus, 4 *de verb. sign.* In aliis, Vallæ (6 *Elegantiarum* 47.) concedemus, verberare idem esse, quod verbere, id est, fuste, virga, baculo, loris, flagello, ferula, arundine, & similibus cædere: pulsare vero, gravi ictu cædere, nec tam instrumento longo, quam brevi ac rotundo, ut pugnis & calcibus. 58 Jurisconsultus hic interpretatur verba superiora, *domusve ejus vi introita sit.* 59 Id est, non tantum proprietatem, &c. 60 Id est, habitationem. §. 8. *verf. domum. Inst. eod. l.* 1. §. 2. *T. de aleatoribus. l.* 1. §. 2. *T. de agnoscendis liberis. l.* 4. §. 5. *T. de damno. l.* 8. *in fin. l.* 22. §. 2. *T. de adulteriis.* adde *l.* 203. *T. de verb. signif.* Goth. Vide Brisson. *lib.* 3 *select. cap.* 13. Menoch. *de arbitr. judic. caſ.* 262. S. L. 61 In conducta. *vulg. Hal.* 62 Gratis etsi alienam domum habitamus, si tamen in ea domo injuria nobis facta erit, injuriarum agere æque possumus, ac si in domo propria, vel conducta, vel hospitio injuria facta esset, *ut hic.* Gratis etsi nobis habitatio data sit, habitatio tamen est. Sic calumniator esse non desinit, qui gratuito calumniatus est. *l.* 2. *T. de calumniatoribus.* 63 *In hortis* veteres habitare solitos dixi ad *l.* 66. §. 1. *T. de donat. inter vir. & uxor.*

64 Et male. *verf. ego puto.* 65 Imo potest quis in pluribus locis habere domicilium. *l.* 6. §. 2. *T. ad municipalem.* 66 Addé *l.* 36. *T. ad municipalem.* vide Revardum in *l.* 123. *T. de reg. jur.* 67 Nisi post decennium translactum. *l.* 2. *C. de incolis.* 68 Cur? quia ab his intra unam horam recedimus. 69 *l.* 39. §. 4. *T. de procuratorib. l.* 22. §. 9. *& ultim. T. ratam rem.*

70 Id est, quia pulsatus, verberatus, aut domus ejus vi introita. 71 *d.* §. 4.

72 *l.* 21. §. 1. *in fin. T. eod.* 73 An dum esset adsessor Prætoris, ut vult Accursius? an potius in libro adsessoriorum, *arg. l.* 12. *T. de pactis?* ultimum est verius. 74 Quæ permittit deferri juramentum. 75 Secutos. *vulg Hal.* 76 Epigramma vel epitheſin, id est, inscriptionem; *T. eod.* carmen, *l.* 21. *T. de testib.* Psalterium, canticum. Paul. 5 *sent.* 4. §. 15. φλυαρίαν. 6 *Harm.* 9. famosum libellum, *l un. C. de famosis libellis.* De carminum conditoribus vide Cic. 4 *Tusc.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 6. Horat. *epist. ad Augustum.* & 1 *Satyr.* 11. 20. Gell. 1. Arnob. 4 *adversus gentes.* Augustin. 2 *de civitate.* 9. 77 Hinc nota, puniri non tantum actorem, id est, compositorem (ut interpretes vocant), sed & scriptorem libelli famosi, *l.* 15. §. 7. *T. eod.* ut & alibi descriptorem libri hæretici, *l.* 6. *C. de hæreticis.* quin & testamenti alieni, §. 7. *Inst. de public. judiciis.* contractus prohibiti, *l.* 14. §. 3. *C. de sacrosanct. eccles. Novell.* 7. *c.* 9. Hinc legimus apud Ammian. 28. Lollianum primæ lanuginis adolescentem Lampadii filium Exprætecto convictum, codicem noxiarum artium descripsisse, & primi judicis sententia in exilium missum, cum ad Cæsarem provocasset, de fumo, ut aiunt, in flammam traditum, capite plexum fuisse. 78 His modis libello injuria infertur, veluti si quis librum famosum componat, edat, vel literarum consequentia, vel notis describat, suove aut alterius nomine, vel si aliquem incitet ad ea omnia præstanda. Item si quis emat, aut etiam vendat, vel proponat, *ut hic.* & *l.* 15. §. 6. *T. eod.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 6. puta inventum. Jubemur enim famosum libellum de via repertum diſcerpere. *l un. C. de famosis libellis.* Item si quis inventum in publicum projiciat, ut à quovis legatur: vel si reperti vim & sententiam alteri exponat. 6 *Harmen.* 9. 79 Intestabilis quis. vide *l.* 21. *T. de testib. l.* 18. *in fin. l.* 26. *in fin. T. qui testamenta.* §. 6. *Inst. de testamentis.* 80 *inſtorio. Hal.* 81 Adde *l.* 9. *T. de extraord. criminib.* 82 Quid si dispuncta voce, *aliquorum*, dicamus hoc innui: Eum teneri injuriarum non modo, qui ex literarum consequentia libellum famosum conscripsit, sed & eum, qui notis? in vulgata tamen & Haloandri legitur *sine scriptura*, vel legendum, *simile scripturæ.* 83 Quid sit indicare. v. *l.* 179. *T. de verb. sign.* 84 Judex præmium pecuniarium, quin & libertatis interdum, ex officio constituere potest ei qui reum criminis indicaverit. adde quæ de præmiis constitutis dixi ad *l.* 2. *T. de jure fisci.* 85 Interdum præmium à Lege constituitur, *ut toto tit. C. quibus ex causis servi pro præmio libertatem.* vel à Principe. *l. un. C. de famosis libellis.* 86 Præmium. *vulg. Hal. l. unic. in fin. C. de famosis libellis.*

VI. PAULUS lib. LV ad Edictum.

QUod Senatusconsultum necessarium est, cum nomen adjectum non est ejus, in quem factum est. tunc [87] ei quia difficilis probatio est, voluit Senatus publica quæstione rem vindicari [88]. † Cæterum si nomen adjectum sit, & jure communi injuriarum agi poterit. Nec enim prohibendus est privato agere judicio, quod [89] publico judicio præjudicatur: quia [90] ad privatam [91] causam pertinet. Plane si actum sit publico judicio, denegandum est privatum: similiter ex diverso.

De forma libelli. 1. De præjudicio. 2. Si libertus de patrono, 3. Vel liberi de parente quærantur. 4. De forma libelli. 5. De pluribus injuriis. 7. De injuria atroci.

VII. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

PRætor edixit: QUI AGIT INJURIARUM, CERTUM [92] DICAT QUID INJURIÆ FACTUM SIT [93]: quia qui famosam [94] actionem intendit, non [95] debet vagari cum discrimine alienæ existimationis, sed designare, & certum specialiter dicere, quam se injuriam passum contendit. §. 1. Si dicatur [96] homo injuria occisus, nunquid non debeat permittere Prætor privato judicio Legi Corneliæ præjudicari? idemque, & si ita quis agere velit, *quod [97] tu venenum dedisti hominis occidendi causa?* Rectius igitur fecerit si hujusmodi actionem non dederit. Atquin solemus dicere, ex quibus causis publica sunt judicia, ex his causis non esse nos prohibendos, quominus & privato agamus. Est hoc verum: sed ubi non [98] principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem. † Quid ergo de Lege Aquilia dicimus? nam & ea [99] actio principaliter hoc continet, hominem occisum non principaliter: nam ibi principaliter de damno agitur, quod domino datum est; at [100] in actione injuriarum de ipsa cæde, vel veneno, ut vindicetur, non ut damnum farciatur. † Quid ergo, si quis idcirco velit injuriarum agere, *quod [1] gladio caput ejus percussum est?* Labeo ait non esse prohibendum: neque enim utique hoc (inquit) intenditur, quod publicam habet animadversionem: quod verum non est. cui enim dubium est, etiam hunc dici posse Cornelia conveniri?

§. 2. Præterea illo spectat, dici certum de injuria, quam passus quis sit: ut ex qualitate injuriæ sciamus, an in [2] patronum liberto reddendum sit injuriarum judicium. Etenim meminisse oportebit, liberto adversus [3] patronum non quidem semper, verum interdum injuriarum dari judicium, si [4] atrox sit injuria, quam passus sit, [si sua], (puta) si servilis [5]. cæterum levem [6] coërcitionem utique patrono adversus libertum dabimus: nec patietur eum Prætor querentem, quasi injuriam passus sit, nisi atrocitas eum moverit: nec enim ferre Prætor debet *heri [7] servum [8] hodie [9] liberum* conquerentem, quod dominus ei convicium dixerit, vel quod leviter pulsaverit, *vel emendaverit*. Sed [10] si flagris, si verberibus, [si] vulneravit non mediocria [11], æquissimum erit Prætorem ei subvenire. §. 3. Sed & si quis ex liberis, qui non sunt in potestate, cum parente velit experiri, non [12] temere injuriarum actio danda est, nisi atrocitas [13] suaserit: certe his, qui sunt in potestate, [prorsus] nec competit, etiam [14] si atrox fuerit.

§. 4. Quod autem Prætor ait [15], *Quid injuria factum sit, certum dicat*, quemadmodum accipiendum sit? certum eum dicere Labeo ait, qui [16] dicat nomen injuriæ, neque sub alternatione [17], puta illud, aut illud, sed illam injuriam se passum. §. 5. Si mihi plures injurias feceris, puta turba & cœtu facto domum alicujus introeas, & hoc facto efficiatur ut simul & convicium patiar [18], & verberer: an possim separatim tecum experiri de singulis injuriis, quæritur? & Marcellus secundum Neratii sententiam hoc probat, cogendum [19] injurias, quas simul passus est, conjungere. §. 6. Posse hodie de omni injuria, sed & de atrociviliter [20] agi, Imperator noster rescripsit. §. 7. *Atrocem [21] injuriam* quasi contumeliosiorem & majorem accipimus.

§. 8. Atrocem [22] autem injuriam, aut persona, aut tempore [23], aut [24] re ipsa [25] fieri [26], Labeo ait. Persona [27] atrocior injuria fit, ut cum magistratui, cum parenti [28], patrono fiat. *Tempore* [29], si ludis [30], & in conspectu. nam *Prætoris* [31] *in conspectu*, an in solitudine injuria facta sit, multum interesse ait: quia atrocior est, quæ in conspectu fiat. † *Re* [32] atrocem injuriam haberi Labeo ait, [ut] puta si vulnus illatum, vel os [33] alicui percussum.

VIII. PAULUS lib. LV ad Edictum.

VUlneris [34] magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam *locus vulneris*, veluti oculo [35] percusso.

De pudicitia attentata.

IX. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

SEd est quæstionis, quod dicimus re injuriam atrocem fieri, utrum si corpori inferatur, atrox sit? an & si non corpori, ut puta vestimentis [36] scissis, comite [37] abducto, vel convicio [38] dicto? Et ait Pomponius, etiam sine pulsatione posse dici atrocem injuriam, persona [39] atrocitatem faciente. §. 1. Sed & [40] si in theatro [40], vel in foro cædit, & vulnerat, quanquam [41] non atrociter, atrocem injuriam facit. §. 2. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias injuria facta sit: nam & hæc atrox æstimabitur. §. 3. Si atrocem injuriam servus fecerit, si quidem dominus præsens sit, potest agi de eo: quod si afuerit, Præsidi offerendus est, qui eum flagris [42] rumpat [43].

§. 4. Si quis tam fœminam, quam masculum, sive ingenuos, sive libertinos, impudicos [44] facere adtentavit: injuriarum tenebitur. † Sed & si servi pudicitia adtentata sit, injuriarum locum habet.

X. PAULUS lib. LV ad Edictum.

A*Dtentari pudicitia* dicitur, cum id agitur [45], ut ex pudico impudicus fiat.

De eo, qui percussit, vel dolo fecit, vel curavit, ut quis percuteretur. 1. De bono & æquo. De dissimulatione. De pacto, transactione, jurejurando. 2. Per quos agi potest. 3. Si quis per alium injuriam fecerit. 7. Si de patrono libertus quæratur, 8. Vel filius, vel uxor liberti. 9. De statu controversia.

XI. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

NOn solum is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, hoc est, qui percussit: verum ille quoque continetur, qui [46] dolo fecit; vel qui curavit [47], ut cui mala [48] pugno [49] percuteretur.

§. 1. Injuriarum actio ex bono [50] & æquo est. † Et dissimulatione [51] aboletur. si quis enim injuriam dereliquerit, hoc est, statim [52] passus ad animum suum non revocaverit [53]: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolere. Secundum hæc ergo æquitas actionis [54] omnem metum eis abolere videtur, ubicunque contra [55] æquum quis venit. † Proinde & si pactum [56] de injuria interceserit, & si transactum [57], & si jusjurandum [58] exactum erit: actio injuriarum non tenebit.

§. 2. Agere [59] quis injuriarum, & per se & per alium potest [60], utputa procuratorem [61], tutorem, cæteros que qui pro aliis solent intervenire. §. 3. Si [62] mandatu [63] meo facta sit alicui injuria, plerique aiunt, tam me, qui mandavi, quam eum qui fuscepit, injuriarum teneri. §. 4. Proculus recte ait, si in hoc te conduxerim [64], ut injuriam facias: cum utroque nostrum injuriarum agi posse, quia mea opera facta sit injuria. §. 5. Idemque ait, & si [65] filio meo mandavero, ut tibi injuriam faciat.

§. 6. Atilicinus autem ait, & si persuaserim [66] alicui alias nolenti, ut mihi ad injuriam faciendam obediret [67]: posse [68] injuriarum mecum agi. §. 7. Quanquam adversus [69] patronum liberto injuriarum actio non detur, verum marito libertæ nomine cum patrono actio competit: maritus enim uxore [70] sua injuriam passa, suo [71] nomine injuriarum agere videtur: quod & Marcellus admittit. Ego autem apud eum notavi, non de omni injuria hoc esse dicendum, me putare: levis [72] enim coërcitio etiam [73] in nuptam, vel convicii non [74] impudici dictio cur patrono denegetur? Si autem conliberto nupta esset, diceremus omnino injuriarum marito adversus patronum cessare actionem: [&] ita multi sentiunt. † Ex quibus apparet, libertos nostros non tantum eas injurias adversus nos injuriarum actione exequi non posse, quæcunque fiunt ipsis: sed ne eas quidem quæ eis fiunt quos eorum interest injuriam non pati. §. 8. Plane si forte filius liberti vel uxor velint injuriarum experiri, quia patri maritove non datur, denegandum non erit: quia suo nomine experiuntur.

§. 9. Ei qui servus dicitur, seque [75] adserit in libertatem, injuriarum actionem adversus dicentem se dominum competere, nulla dubitatio est. & hoc verum est, sive ex libertate in servitutem petatur, sive ex servitute in libertatem proclamet: nam hoc jure indistincte utimur.

XII. GAIUS

---

87 Quando crimen in incertam personam commissum est, licet judici provocare indices & delatores: quin eo casu cuilibet de populo accusatio est permissa. *Bartol. hic.*

88 Atqui convicium incertæ personæ factum non vindicatur. *l. 15. §. 9. ff. eod.*

89 Publico.

90 Ob delictum privatam ad causam pertinens si quis civiliter prius expertus fuerit, criminaliter postea experiri poterit. *l. 34. ff. de oblig.*

91 Injuria est delictum privatum. *l. ult. C. eod.* An & publicum? & si publicum, quæ pœna constituta? *v. l. 37. in fin. ff. eod.*

92 Certum quid sit, *v. §. 3. 4. ff eod.*

93 Quod addit Paul. 2 *collat. Leg. Mosaïcar.* & taxationem ponat non minorem, quam quanti vadimonium fuerit, pertinet ad cautionem judicio sisti.

94 Est enim injuriarum actio famosa. Injuriæ damnatus, etiam civiliter est infamis, *l. 1. ff. de his, qui notantur. l. 2. ff. de obseq.* Paul. 5 *sent. 4. §. 9. §. 17. §. 18. §. 19.* utrum infamia in actione injuriarum evitari possit, vide Gaillium 2 *observ. 202. 203.*

95 Nota regulam.

96 Vid. in hunc §. Revard. *lib. 2 de præjudic. cap. 9.* Cujac. *lib. 24 obs. 16. S. L.*

97 Hæc particula solennis fuit in actionibus, *ut hic. & ff.* quod gladio caput ejus percussum est, quod imprudenter elegeris, *l. 21. in fin. ff. de negot.* quod pauperiem fecit, *l. ultim. si quadr.* quod defunctus mentitus est, *l. 26. §. 5. ff. de noxalib.* quod eum ejus magistro gestum erit, *l. 1. §. 19. ff. de exercitor.* quod operas servi mei conduxeris, *l. 5. ff. de exercitor.* quod in rem tuam versum sit, *l. 17. §. 1. ff. de in rem verso.* quod jusserit tutor, *l. 2. ff. quod jus.* quod adversus dictum promisserimve sit, *l. 47. ff. de ædilitio.* quod mihi vim feceris, *l. 133. ff. de verb. obl.* Eadem formula usitata in exceptionibus & stipulationibus erat. qua de re vide Pithœum 2 *not. Mosaïcar.*

98 Sensus est, quædam delicta principaliter habent publicam executionem, ac pœnam, §. 1. *Inst. de publicis judic. l. 1. ff. de privat. delict.* secundario vero civilem ac privatam: quædam è contrario principaliter civilem persequtionem habent, secundario publicam. In illis, si ad vindictam egeris, præjudicium fiet criminali: in his non fiet. *l. 23. §. 9. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. l. 15. ff. de accusat. l. unic. quando civilis actio crimin.* 99 Sensus est: si quis culpa occidisse dicetur, Aquilia conveniri poterit: in qua principaliter agitur de damno; non principaliter vero de homine occiso. 100 Si quis injuriose occisus sit, actione injuriarum utendum erit, in qua non agitur principaliter de damno farciendo, sed de ipsa cæde vindicanda. 1 Gladio per injuriam ab aliquo percussus, Lege Cornelia adversarium principaliter potest convenire. Ulpian. *hic.* cujus sententia adversus Labeonem obtinuit. 2 *l. 6. C. eod.* 3 *l. 6. C. eod. l. 10. §. 12. ff. de in jus voc.*

4 *d. l. 6. d. §. 12.* socus si non atrox: licet enim patronis mediocriter castigare libertos. 60 *Ecl. 21. c. 9.* 5 Servilis injuria, id est, atrox injuria. dixi ad *l. 2. ff. de jure fisci.* 6 *d. c. 9.*

7 Species proverbii est. Sic Eirene apud Eutropium *lib. 23. in fin.* Nicephorum invadentem imperium alloquitur, qui heri quasi servus periturus fuerat, hodie solers & seditiosus tyrannus, ac impudens habetur. & Donatus in illud Terentii Hecyra *act. 3. scen. 5.* heri Philumenam ad se accersi jussit, breve tempus significari observavit. ut & *Luc. 13. σήμερον καὶ αὔριον*, id est, *breve temporis intervallum.* Theophyl. act. v. Forn. 2 *select. 17.* Aristophan. *ὁ νῦν μὲν ὢδὶς αὔριον καὶ νυνὶ μέγας.* Cedren. *χθὲς δοῦλον ἐπίτροπον, σήμερον δὲ τύραννον.* Aristid. *οἱ χθὲς σκυτέως σήμερον ὁπλίτης.* Nazianzen. *In Apologetico de fuga. χθὲς ἱεροσυλοῦ καὶ σήμερον ἱερέως· χθὲς τῶν ἀγγέλων ἴζω, καὶ μυσαγωγὸς σήμερον.* vide *Novell. 6. & 137. cap. 2.* Ciceronem 3 *Verrina.* Jampridem improbus, repente Cornelius. 8 Heri servus, hesternus servus dicitur a Persio. 9 Sic hodie, in *l. 17. §. 1. ff. de furt. l. 6. §. 1. ff. de his, qui notantur.* nunc primum & pridie, *l. 10. in fin. ff. de fideicomm. libert.* sumitur pro nuper admodum. v. Forner. *ibid.* interdum hodie significat idem quod post hanc Legem sive Senatusconsultum, *l. 1. §. 5. ff. si cui plus quam per legem. l. 68. ff. ad Trebell.* v. Cujac. 8 *obs. 5.* 10 Atroces sunt istæ injuriæ. 11 Non mediocriter. Mediocritas in servis emendandis servanda. *C. de emendat. servor.*

12 Vide *l. 8. in fin. ff. de accusationib.* vide *l. unic. C. de emendat. propinquor.* 13 *l. 2. ff. de obsequiis.* 14 Hodie competere puto ob atrocem injuriam. *l. 6. C. de spectacul.* 15 In *pr. ff. eod.* 16 Certum delictum dicit, qui injuriam suo nomine non sub alternatione demonstrat. Paul. *tit. 2 collationis Legum Mosaïcarum.* certum est quod nomine demonstratur: alias certum an incertum dicatur, cognitio ipsius Prætoris est. Paul. *ibid.* 17 Alternatio incerta est: ita in maleficiis libellus incertus non admittitur. Paul. 2 *Collationis Legum Mosaïcarum.* 18 Cui simul fit convitium, & verbera infligantur, is plures injurias pati intelligitur. 19 Sensus est: Agens pluriam injuriarum nomine, ita eas complecti debet, ut omnes accepisse cogatur probare. Paul. *d. tit. 2.*

20 *l. 37. in fin. ff. eod.* Goth. Vid. Cuj. *lib. 9 obs. 16.* Revard. *lib. 1 variar. c. 9.* S.L. 21 *Nov. 117. c. 14.* 22 *§. 9. Inst. eod.* Paul. 5 *sent. 4. §. 10.* 23 Puta interdiu, *d. §. 10.* quum esses in sacerdotio, & dignitatis habitum ac ornamenta præferres. *l. 4. C. eod. l. 13. §. 4. ff. de re milit.*

24 Adde, aut qualitate aut loco. *l. 8. ff. eod.* 25 Id est, facto. *§. 9. Inst. eod.* Ulp. *tit. 2 collat. l. Mosaïcar.* 26 Id est, æstimari arbitrio Prætoris. Ulp. *d. tit. 2.* 27 Ut magistratus, parens, patronus, *ut hic.* Senator, eques, decurio, vel alius spectatæ auctoritatis vir. Paul. 5 *sentent. 4. §. 10.* adde quæ notavi ad *l. 42. ff. eod.* 28 Parenti à filio fit injuria, si filius patri maledicat, vel eum verberet: utroque casu morte mori debet. *Exod. 21. §. cæterum 20. distinct. 86.*

29 Quod & locus dicitur. *§. 9. Inst. eod.* 30 Theatro, *l. 9. Inst. eod.* in publico, Paul. 5 *sent. 4. §. 10. σὺν ἄλλων ὑβρίων. 60 Ecl. 21. c. 11.* Quint. *l. 6. Inst. 1.* Atrocitas crescit, si injuria illata sit in theatro, in templo, in concione. 31 Num in populi Romani conspectu, an in solitudine? Cujac. ad 5 Paul. *sent. 4. & 9 obs. 16.* v. Forner. 1 *select. 21.* hinc colligit Bellovisanus 1. *c. 4.* præsentia personarum injuriam minorem vel majorem reddi. 32 Id est, facto. *§. 9. Inst. eod.*

33 *Ἤγουν*, id est, facies. *Ecl. 21. c. 11.* mala. *l. 11. ff. eod.*

34 Adde *l. 27. §. 17. ff. ad l. Aquil. §. 9. Inst. de injur.*

35 *d. §. 9. & d. c. 11.* Barbæ injuriosam vellicationem hic adde, de qua *v. 2 Faid. 27. vers. si quis aliquem ceperit.*

36 Vestimentis injuria facta, censetur facta personæ. Per vestimenta fit injuria si scindantur, *ut hic. & l. 1. §. 6. ff. de his qui effuderunt. 60 Ecl. 21. c. 11.* si sacerdoti dignitatis habitum, & ornamenta gerenti injuria fiat, *l. 4. C. eod.* adde *l. 15. §. 39. ff. eod.* si veste sordida rei nomine in publico quis utatur, *l. 39. ff. eod.* si quis mimus vel histrio in scena vestitu monali, *l. 4. C. de episc. aud.* vel monachi utatur, *Nov. 123. cap 44.* aut ea veste quæ soli Principi ejusve domui dedicata est, *l. 4. C. de vestib. holoseric.* si quis vestem alicujus simo corrupto perfudit. vid. *l. 1. ff. de extraordin.* 37 *V. l. 1. §. 2. ff. eod.*

38 *l. 1. §. 1. ff. eod.* Convitium est insigne; quoties quis servum eum, qui sit liber, *l. 9. C. eod.* debitorem eum, qui non sit debitor, appellat, *l. 15. §. 3. ff. eod.* si quis aliquem argam (id est, cucullum) appellaverit. vide *lib. 1 Legum Longobardicar. tit. de convic. & in l. Salic.* si quis aliquem appellaverit falsatorem, meretricem, *tit. 3. de convic. §. 2.* concacatum, vulpecalum, *§. 3. ibid.* leporem, *§. 4 ibid.* delatorem, *§. 5. ib.* scuti projectorem, *§. 5. ibid.* Idem sentiendum si quis alteri dicat, tu mentiris, *v. l. 28. ff. eod.* his adde Bellovisan. 1. *c. 3. n. 31.* Clarum 5 *sent. §. 10. in pr.* Non prætereundum est quod Bossius refert, illa verba, *verum non dicis*, apud Italos non idem significare, quod tu mentiris. *c. 45. n. 7.* Si ita est, non verum quis dicere potest, & tamen non mentiri.

39 Et è contrario patiente. *l. 17. §. 3. ff. eod.* 40 *l. 6. in fin. ff. eod.* 41 Atrocem injuriam interdum non facit vulnus, sed locus. 42 Flagellis. *l. 17. §. 2. ff. eod.* Paul. 5 *sent. 4. §. 20.*

43 Verberet. *l. 17. §. 3. ff. eod.* 44 Paul. *ibid. §. 14.* hoc ut fiat, vid. *l. 10. l. 15. §. 22. ff. eod.* Goth. Hic §. cum *l. 10. & 11. ff. eod.* relatus est in *c. 12 de pœnitent. distinct. 1.* Anf. 45 Sermone vel blanditiis. *l. 15. l. 20. §. 21. §. 22. ff. eod.* 46 *l. 15. §. 8. l. 17. §. 1. ff. eod.* 47 Non tantum fit injuria per injuriantem, sed & per alios. *l. 15. §. 8. & 33. ff. eod.* Anf. 48 *l. 7. in fin. ff. eod.* vid. Paul. 2 *collat. Il. Mosaïcar.* huc adde orationem Demosthenis adversus Midiam.

49 *l. 4. ff. eod.* 50 Sic actio sepulchri violati in æquum & bonum concepta dicitur, *l. 10. ff. de sepulchr.* alias injuria est ex delicto. *l. 4. ff. de obl. Inst. de obl. quæ ex delicto.* 51 *§. ult. Inst. eod.* Injuria dissimulatione tollitur. Quid, si Titius accepta injuria à Sempronio, eum in jus vocaverit, & ab eo libello, eave in jus vocatione, ei convivatus fuerit: an quasi dissimulatione extincta videbitur injuriæ actio, ut ne institutam ante injuriæ actionem postea exequi Titius possit? si non casu fortuito (ut epulis nuptialibus plerumque fieri adfolet) convivatus fuerit, sed consulto consilio, dicendum est, remissum quasi dissimulatione intelligi: sin casu, non censeri remissam, nisi de sequentibus verbis, vel pactis. Vide Capellam Tholosanum *decis. 233.* ubi Aufrerius notat, injuriam remitti salutatione, epulis, osculo. 52 Id est, intra annum, annuo enim tempore, *l. 12. §. 6. in fin. ff. eod.* & spatio, injuriarum actio præscribitur, *l. 5. C. eod.* quæ anno præscribantur, vide apud Cujac. 20 *de præscript.* 53 Non revocat ad animum injuriam, qui ejus nomine actionem nullam proponit. Is tacite silentio annuo remittit actionem injuriarum, qui facto ipso remisit: puta si cum adversario sciens convivatus fuerit, saltarit. vide Bellovisanum 1. *cap. 3. num. 86.* aut cum eodem pristina familiaritate usus fuerit. 54 Omisse scilicet. 55 Contra æquum venit, qui remissam injuriam conatur refuscitare. adde *l. 26. ff. de Sillaniano.*

56 Etiam nudum. *l. 17. §. 6. ff. eod. l. 17. §. 1. ff. de pactis.* 57 Facit *lex 18. C. de transact.*

58 *l. 3. §. 1. l. 30. §. 3. l. 34. ff. de jurejur.* 59 Civiliter sc. An & criminaliter injuriarum agere, per procuratorem possumus? Minime: nisi actor sit illustris. *Græci.* 60 *§. 10. Inst. eod. l. 42. §. 1. ff. de procuratorib.* Imo per alium non potest: Paul. 5 *sentent. 4. §. 12.* solve: Civili actione injuriarum potest: criminali non potest. vide Cujac. *d. §. 12.* 61 *l. 17. §. 10. ff. eod.*

62 Ex hoc & *§. 4. 5. 6.* collige, mandatorem, conductorem, fusaforem injuriæ faciendæ teneri.

63 *l. 1. §. 13. ff. de vi & vi.* Mandantes & consentientes pari pœna sunt puniendi, mandans ex delicto tenetur, *l. 7. in fin. ff. de jurisdict.* de quo vide Bartol. *hic.* Bellovisan. 3 *pract. 27.* Clar. 5 *sent. §. ult. qu. 89.* 64 Auxilium præstas delinquenti. de pœna auxiliatoris v. Clar. 5 *sent. §. ult. qu. 9.* 65 *l. 7. §. 4. ff. arbor. furt.* 66 De pœna ejus qui consilium dat delinquenti, vide *hic* Bartol. & Clar. 5 *sent. §. ult. quæst.* 67 Mea igitur causa mandatum delinquendi hic dedi, non mandatarii causa: quod tamen Bartolus hic putavit, persuasorem à mandatore distinguens.

68 Imo mandatarius experiri non potest: nam rei turpis nullum est mandatum nullaque obligatio. *l. si remunerandi. 6. §. rei turpis. 3. ff. mandati. l. si à reo. 70. ff. de fidejussor.* An nullus est contractus inter mandantem, & mandatarium? est vero inter eum cui inferenda est injuria, & inter ipsum mandatorem, ut putat Bartolus? sane, vel etiam mandatario in mandatorem actionem injuriarum esse videri potest: quod mandator mandatarium sui similem, hoc est, improbum putaverit; quod denique eo abuti ad injuriam inferendam, atque ita corrumpere voluerit.

69 *v. 2. ff. de obseq.* 70 *§. 2. Inst. eod.* 71 Injuriam uxori illatam maritus etiam suo nomine vindicare, eaque ex causa agere potest. 72 De condictione ex Lege uxoribus competente adversus feveritatem maritorum, vid. *Nov. 117. c. 14.* 73 Coërcere leviter libertam suam etiam nuptam patronus potest: nec potest eo nomine injuriarum agere maritus libertæ. 74 Adde *l. 7. §. 2. ff. eod.* 75 *l. 12. ff. eod.* adde *l. 9. l. 10. C. eod.*

XII. GAIUS lib. XXII ad Edictum provinciale.

SI quis de [76] libertate aliquem in servitutem petat, quem sciat liberum esse, neque id propter evictionem, ut eam sibi conserver, faciat: injuriarum actione tenetur.

De successione. 1. *De juris executione.* 2. *De Prætoris præcepto.* 3. *De interpellatione ad tribunal.* 4. *De prohibente quominus quid in honorem alicujus fiat.* 5. *De muneribus & honoribus injunctis. De sententia.* 6. *De his quæ jure potestatis à magistratu fiunt.* 7. *De prohibito aliquid facere.*

XIII. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

INjuriarum actio neque [77] heredi neque [78] in heredem datur. † Idem est, & si in servum meum injuria facta sit: nam nec hic heredi meo injuriarum actio datur. Semel autem lite [79] contestata, hanc actionem etiam ad [80] successores pertinere.

§. 1. Is qui jure [81] publico utitur, non videtur injuriæ faciendæ causa hoc facere: juris enim executio [82] non habet injuriam.

§. 2. Si quis quod decreto Prætoris non obtemperavit, ductus sit: non est in ea causa, ut agat injuriarum, propter Prætoris præceptum [83]. §. 3. Si quis per injuriam ad [84] tribunal alicujus me interpellaverit vexandi mei causa, potero injuriarum experiri.

§. 4. Si quis de honoribus decernendis alicujus passus non sit decerni, utputa imaginem [85] alicui, vel quid aliud tale: an injuriarum teneatur? & ait Labeo, non teneri: quamvis hoc contumeliæ causa faciet. etenim multum [86] interest [inquit] contumeliæ causa quid fiat: an vero fieri quid in honorem alicujus quis non patiatur. §. 5. Idem Labeo scribit, si cum alium contingeret legatio [87], alii hoc onus Duumvir [88] indixerit, non posse agi injuriarum ob laborem injunctum: aliud enim esse, laborem injungere [89], aliud injuriam facere. idem ergo erit probandum & in cæteris muneribus atque honoribus, quæ per injuriam injunguntur. Ergo si quis per injuriam sententiam dixerit, idem erit probandum. §. 6. Quæ jure potestatis [90] à magistratu fiunt, ad injuriarum actionem non pertinent [91]. §. 7. Si quis me prohibeat in mari [92] piscari, vel everriculum, quod Græce σαγήνη dicitur, ducere: an injuriarum judicio possim eum convenire? Sunt qui putent injuriarum me posse agere: & ita Pomponius. & plerique, esse huic similem eum, qui in publicum [93] lavare, vel in cavea publica sedere, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur: aut si quis [94] re mea uti me non permittat: nam & hic injuriarum conveniri potest. Conductori autem veteres Interdictum dederunt, si forte publice [95] hoc conduxit: nam vis ei prohibenda est, quominus conductione sua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, vel ante Prætorium [96] meum piscari prohibeam: quid dicendum est? me injuriarum judicio teneri, an non? Et quidem mare commune [97] omnium est, & litora, sicuti aër: & est sæpissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi; sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi [98] potest. Ufurpatum [99] tamen & hoc est, tametsi nullo jure [100], ut quis prohiberi possit ante ædes meas, vel Prætorium meum piscari: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. † In lacu tamen qui mei dominii est, utique piscari aliquem prohibere possum [1].

XIV. PAULUS lib. XIII ad Plautium.

SAne si maris proprium [2] jus ad [3] aliquem pertineat, uti possideris [4] Interdictum ei competit, si prohibeatur jus [5] suum exercere: quoniam ad privatam jam causam pertinet, non ad publicam hæc res: utpote cum de jure fruendo agatur, quo ex privata causa contingat, non ex publica. ad privatas enim causas accommodata Interdicta sunt, non ad publicas [6].

De mente alienata. 1. *De eo, qui territus est quasi vapulaturus.* 2. *Edictum de convicio.* 3. *Et ejus interpretatio.* 15. *De eo, qui fœminam appellavit, vel affectatus est, vel comitem ei abduxit, & de turpibus verbis.* 24. *De sponso.* 25. *Edictum, ne quid infamandi causa fiat.* 26. *Et ejus interpretatio.* 29. *De libello dato Principi vel alii.* 30. *De eventu sententiæ vendito.* 31. *De bonis occupatis.* 32. *De pignore proscripto.* 33. *De non debitore quasi debitore appellato.* 34. *Edictum, de servo injuriam passo,* 35. *Et ejus interpretatio.*

XV. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

ITem apud Labeonem quæritur, si quis mentem alicujus medicamento [7], aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet? & ait, injuriarum adversus eum agi posse.

§. 1. Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levavit, & sæpe [8] territus quasi vapulaturus, non tamen percussit: utili injuriarum actione tenetur. §. 2. Ait Prætor: QUI ADVERSUS [9] BONOS MORES CONVICIUM CUI FECISSE, CUJUSVE OPERA [10] FACTUM ESSE DICETUR, QUO ADVERSUS BONOS MORES CONVICIUM FIERET: IN EUM JUDICIUM DABO.

§. 3. Convicium [11] injuriam esse, Labeo ait. §. 4. *Convicium* autem dicitur, vel à concitatione, vel à conventu, hoc est à [12] collatione vocum: cum enim in unum complures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium [13].

§. 5. Sed quod adjicitur à Prætore, *Adversus bonos mores*, ostendit, non omnem in unum collatam vociferationem Prætorem notare: sed eam quæ bonis moribus improbatur, quæque ad infamiam vel invidiam [14] alicujus spectaret. §. 6. Idem ait, *Adversus bonos mores*, sic accipiendum, non ejus qui fecit, sed generaliter accipiendum adversus bonos mores hujus [15] civitatis.

§. 7. Convicium non tantum præsenti, verum absenti [16] quoque fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium factum esse dicitur. † Idem etsi ad stationem [17] vel tabernam [18] ventum sit, probari oportere.

§. 8. Fecisse convicium non tantum is videtur qui vociferatus est: verum is quoque qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui summisit ut vociferentur. §. 9. *Cui* non sine causa adjectum est: nam si incertæ [19] personæ convicium fiat, nulla executio est. §. 10. Si curaverit [20] quis convicium alicui fieri, non tamen factum sit: non tenebitur. §. 11. Ex his apparet non omne maledictum convicium esse: sed id solum quod cum vociferatione dictum est. §. 12. Sive unus, sive plures dixerint, quod in cœtu dictum est, convicium est: quod autem non in cœtu nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum. §. 13. Si quis Astrologus [21], vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset qui non erat: injuriarum cum eo agi non potest, sed Constitutiones eos tenent. §. 14. Injuriarum actio, quæ ex convicio nascitur, in [22] heredes non est reddenda: sed nec heredi. §. 15. Si quis virgines appellasset [23], si [24] tamen ancillari [25] veste vestitas, minus [26] peccare videtur: multo minus si meretricia [27] veste fœminæ, non matrumfamiliarum [28] vestitæ fuissent. Si igitur non matronali [29] habitu fœmina fuerit, & quis eam appellavit, vel ei comitem [30] abduxit: injuriarum tenetur. §. 16. *Comitem* [31] accipere debemus eum qui comitetur & sequatur: & (ut ait Labeo) five liberum, five servum, five masculum, five fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur destinatus in publico privatove abductus fuerit. Inter comites utique & pædagogi [32] erunt. § 17. *Abduxisse* viderur, (ut Labeo ait) non qui abducere comitem cœpit [33], sed qui perfecit [34] ut comes cum eo non esset. §. 18. Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoque qui persuasit [35] comiti ut eam desereret. §. 19. Tenetur hoc Edicto non tantum qui comitem abduxit, verum etiam si quis eorum quem appellavisset, adsectatusve [36] est. §. 20. *Appellare* [37] est blanda oratione alterius pudicitiam adtentare: hoc enim non est convicium [facere], sed adversus bonos mores adtentare. § 21. Qui turpibus [verbis] utitur, non tentat pudicitiam: sed injuriarum tenetur [38].

§. 22. Aliud est appellare, aliud adsectari [39]. *appellat* enim qui sermone pudicitiam adtentat: *adsectatur* [40] qui tacitus frequenter sequitur; assiduo [41] enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. §. 23. Meminisse autem oportebit, non omnem qui adsectatus est, nec omnem qui appellavit, hoc Edicto conveniri posse: neque enim si quis colludendi [42], si quis officii [43] honestæ faciendi gratia id facit, statim in Edictum incidit: sed qui contra bonos mores hoc facit. §. 24. Sponsum [44] quoque ad injuriam actionem admittendum puto: etenim spectat ad contumeliam ejus injuria quæcunque sponsæ ejus fiat. §. 25. Ait Prætor: NE QUID INFAMANDI [45] CAUSA FIAT: SI QUIS ADVERSUS EA FECERIT, PROUT QUÆQUE RES ERIT, ANIMADVERTAM. §. 26. Hoc Edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe cum ex generali injuriarum agere possumus: sed videtur & ipsi Labeoni. & ita se habet, Prætorem eandem causam secutum, voluisse etiam specialiter [46] de ea re loqui: * ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. §. 27. Generaliter vetuit Prætor quid ad infamiam alicujus fieri. Proinde quodcunque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. † Hæc autem fere sunt quæ ad infamiam alicujus fiunt. ut puta [47] ad invidiam alicujus veste [48] lugubri utitur, aut squallida: aut si barbam [49] non tondeat, aut capillum submittat, aut ungues non præcidat, aut in publico non lavetur, aut in cavea publica sedeat, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur: aut si quis [50] re mea uti me non permittat: nam & hic injuriarum conveniri potest. Conductori autem veteres Interdictum dederunt, si forte publice [51] hoc conduxit: nam vis ei prohibenda est, quominus conductione sua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, vel ante Prætorium [52] meum piscari prohibeam: quid dicendum est? me injuriarum judicio teneri, an non? Et quidem mare commune [53] omnium est, & litora, sicuti aër: & est sæpissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi; sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi [54] potest. Usurpatum [55] tamen & hoc est, tametsi nullo jure [56], ut quis prohiberi possit ante ædes meas, vel Prætorium meum piscari: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. † In lacu tamen qui mei dominii est, utique piscari aliquem prohibere possum [57].

XIV. PAULUS lib. XIII ad Plautium.

SAne si maris proprium [58] jus ad [59] aliquem pertineat, uti possideris [60] Interdictum ei competit, si prohibeatur jus [61] suum exercere: quoniam ad privatam jam causam pertinet, non ad publicam hæc res: utpote cum de jure fruendo agatur, quo ex privata causa contingat, non ex publica. ad privatas enim causas accommodata Interdicta sunt, non ad publicas [62].

De mente alienata. 1. *De eo, qui territus est quasi vapulaturus.* 2. *Edictum de convicio,* 3. *Et ejus interpretatio.* 15. *De eo, qui fœminam appellavit, vel affectatus est, vel comitem ei abduxit, & de turpibus verbis.* 24. *De sponso.* 25. *Edictum, ne quid infamandi causa fiat,* 26. *Et ejus interpretatio.* 29. *De libello dato Principi vel alii.* 30. *De eventu sententiæ vendito.* 31. *De bonis occupatis.* 32. *De pignore proscripto.* 33. *De non debitore quasi debitore appellato.* 34. *Edictum, de servo injuriam passo,* 35. *Et ejus interpretatio.*

XV. ULPIANUS lib. LXXVII ad Edictum.

ITem apud Labeonem quæritur, si quis mentem alicujus medicamento [63], aliove quo alienaverit, an injuriarum actio locum haberet? & ait, injuriarum adversus eum agi posse.

§. 1. Si quis pulsatus quidem non est, verum manus adversus eum levavit, & sæpe [64] territus quasi vapulaturus, non tamen percussit: utili injuriarum actione tenetur. §. 2. Ait Prætor: QUI ADVERSUS [65] BONOS MORES CONVICIUM CUI FECISSE, CUJUSVE OPERA [66] FACTUM ESSE DICETUR, QUO ADVERSUS BONOS MORES CONVICIUM FIERET: IN EUM JUDICIUM DABO.

§. 3. Convicium [67] injuriam esse, Labeo ait. §. 4. *Convicium* autem dicitur, vel à concitatione, vel à conventu, hoc est à [68] collatione vocum: cum enim in unum complures voces conferuntur, convicium appellatur, quasi convocium [69].

§. 5. Sed quod adjicitur à Prætore, *Adversus bonos mores*, ostendit, non omnem in unum collatam vociferationem Prætorem notare: sed eam quæ bonis moribus improbatur, quæque ad infamiam vel invidiam [70] alicujus spectaret. §. 6. Idem ait, *Adversus bonos mores*, sic accipiendum, non ejus qui fecit, sed generaliter accipiendum adversus bonos mores hujus [71] civitatis.

§. 7. Convicium non tantum præsenti, verum absenti [72] quoque fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium factum esse dicitur. † Idem etsi ad stationem [73] vel tabernam [74] ventum sit, probari oportere.

§. 8. Fecisse convicium non tantum is videtur qui vociferatus est: verum is quoque qui concitavit ad vociferationem alios, vel qui summisit ut vociferentur. §. 9. *Cui* non sine causa adjectum est: nam si incertæ [75] personæ convicium fiat, nulla executio est. §. 10. Si curaverit [76] quis convicium alicui fieri, non tamen factum sit: non tenebitur. §. 11. Ex his apparet non omne maledictum convicium esse: sed id solum quod cum vociferatione dictum est. §. 12. Sive unus, sive plures dixerint, quod in cœtu dictum est, convicium est: quod autem non in cœtu nec vociferatione dicitur, convicium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum. §. 13. Si quis Astrologus [77], vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset qui non erat: injuriarum cum eo agi non potest, sed Constitutiones eos tenent. §. 14. Injuriarum actio, quæ ex convicio nascitur, in [78] heredes non est reddenda: sed nec heredi. §. 15. Si quis virgines appellasset [79], si [80] tamen ancillari [81] veste vestitas, minus [82] peccare videtur: multo minus si meretricia [83] veste fœminæ, non matrumfamiliarum [84] vestitæ fuissent. Si igitur non matronali [85] habitu fœmina fuerit, & quis eam appellavit, vel ei comitem [86] abduxit: injuriarum tenetur. §. 16. *Comitem* [87] accipere debemus eum qui comitetur & sequatur: & (ut ait Labeo) five liberum, five servum, five masculum, five fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cujusque causa, ut sequeretur destinatus in publico privatove abductus fuerit. Inter comites utique & pædagogi [88] erunt. § 17. *Abduxisse* viderur, (ut Labeo ait) non qui abducere comitem cœpit [89], sed qui perfecit [90] ut comes cum eo non esset. §. 18. Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoque qui persuasit [91] comiti ut eam desereret. §. 19. Tenetur hoc Edicto non tantum qui comitem abduxit, verum etiam si quis eorum quem appellavisset, adsectatusve [92] est. §. 20. *Appellare* [93] est blanda oratione alterius pudicitiam adtentare: hoc enim non est convicium [facere], sed adversus bonos mores adtentare. § 21. Qui turpibus [verbis] utitur, non tentat pudicitiam: sed injuriarum tenetur [94].

§. 22. Aliud est appellare, aliud adsectari [95]. *appellat* enim qui sermone pudicitiam adtentat: *adsectatur* [96] qui tacitus frequenter sequitur; assiduo [97] enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. §. 23. Meminisse autem oportebit, non omnem qui adsectatus est, nec omnem qui appellavit, hoc Edicto conveniri posse: neque enim si quis colludendi [98], si quis officii [99] honestæ faciendi gratia id facit, statim in Edictum incidit: sed qui contra bonos mores hoc facit. §. 24. Sponsum [100] quoque ad injuriam actionem admittendum puto: etenim spectat ad contumeliam ejus injuria quæcunque sponsæ ejus fiat. §. 25. Ait Prætor: NE QUID INFAMANDI [101] CAUSA FIAT: SI QUIS ADVERSUS EA FECERIT, PROUT QUÆQUE RES ERIT, ANIMADVERTAM. §. 26. Hoc Edictum supervacuum esse Labeo ait, quippe cum ex generali injuriarum agere possumus: sed videtur & ipsi Labeoni. & ita se habet, Prætorem eandem causam secutum, voluisse etiam specialiter [102] de ea re loqui: * ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. §. 27. Generaliter vetuit Prætor quid ad infamiam alicujus fieri. Proinde quodcunque quis fecerit vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum. † Hæc autem fere sunt quæ ad infamiam alicujus fiunt. ut puta [103] ad invidiam alicujus veste [104] lugubri utitur, aut squallida: aut si barbam [105] non tondeat, aut capillum submittat, aut ungues non præcidat, aut in publico non lavetur, aut in cavea publica sedeat, vel in quo alio loco agere, sedere, conversari non patiatur: aut si quis [106] re mea uti me non permittat: nam & hic injuriarum conveniri potest. Conductori autem veteres Interdictum dederunt, si forte publice [107] hoc conduxit: nam vis ei prohibenda est, quominus conductione sua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, vel ante Prætorium [108] meum piscari prohibeam: quid dicendum est? me injuriarum judicio teneri, an non? Et quidem mare commune [109] omnium est, & litora, sicuti aër: & est sæpissime rescriptum, non posse quem piscari prohiberi; sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi [110] potest. Usurpatum [111] tamen & hoc est, tametsi nullo jure [112], ut quis prohiberi possit ante ædes meas, vel Prætorium meum piscari: quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. † In lacu tamen qui mei dominii est, utique piscari aliquem prohibere possum [113].

---

76 *l.* 36. ff. *de liberali.*

77 *l.* 15. §. 14. ff. *ad l.* 32. ff. *ad l. eg. Falcid. l.* 1. §. 1. *in fin.* ff. *de privatis delictis.*

78 *l.* 1. C. *ex delict. defunct. l. ult. in fin.* C. *de revocandis donat.* 60 *Eclog.* 21. c. 18.

79 *l.* 18 ff. *eod.*

80 Etiam adversus. *vulg.*

81 Finge judicem multare contumacem, vel pignus capere, vel includere litigatorem: vel pone privatum vocare in jus adversarium suum. adde §. 6. ff. *eod. l.* 116. §. 1. ff. *de reg. jur.*

82 Quid id facit, quod jure permittitur, injuriam facere non censetur. §. 6. ff. *eod. l.* 116. §. 1. ff. *de reg. jur.*

83 Qui Prætoris præceptum exequitur, condemnato non facit injuriam, nisi modum excedat: hinc illud, Prætoris & majoris præceptum excusat. *l.* 4. ff. *de aqua & aquæ pluviæ. v. c.* 24. *de regulis. in fi.*

84 Si quis non debitorem traxerit ad judicium, sufficienter de injuria tenetur, ut ex eo facto agi possit. *l.* 15. §. 29. *l.* 19. ff. *eod. l.* 5. *in fin.* ff. *qui satisd. l.* 72. ff. *de furtis. l.* 5. C. *de jurisdict.*

85 Honorem alteri decerni qui non patitur, non est ei injurius, *ut hic.* Id etiam Cato dedecori non duxit. interrogatus enim quamobrem inter multos nobiles statuam non haberet, Malo, inquit, bonos ambigere, quamobrem id non meruerim, quam, quod gravius est, cur impetraverim. Ammianus 14.

86 Facit *l.* 71. §. 1. ff. *de cond. & demonstr. l.* 6. ff. *quæ in fraudem.*

87 Locatio. *vulg. Hal.* Locati verbo Accurfius intelligit onus locandi stationes publicas. Si nihil ex Florentina editione immutamus, *legationis* verbo intelligere possumus legationem ad census recipiendos, cujus meminit *l.* 1. §. 2. *l.* 18. §. 12. ff. *de muneribus.*

88 Duumvir quasi Consul erat municipii sui.

89 Aliud est laborem injungere, aliud injuriam facere. 90 Potestatis jure quæ fiunt animo corrigendi, non jure fieri præsumuntur. *l.* 15. §. 38. ff. *eod.* adde §. 1. ff. *eod.* 91 Nisi in eis magistratus excedat officium. *v. l.* 32. ff. *eod.*

92 Piscari in mari cuique licet: ideoque in eo piscari à nemine prohiberi possumus, *l.* 2. §. 9. ff. *ne quid in loco publico. l.* 11. C. *de servitutib.* hoc tamen restringe, ut ff. *eod. in fin. & l.* 14. ff. *eod. & Nov. Leon.* 56. *& l.* 7. ff. *de diversf. & temporalib.* 93 In publico, *vulg.* in publico baluco. *d.* §. 9.

94 *l.* 24. ff. *ead. l.* 8. §. 5. ff. *si servit. vindicetur. l.* 25. ff. *de act. empt. l.* 11. ff. *de ni & ui. l.* 3. §. 2. *uti possidet. l.* 9. C. *de Judæis.* 95 V. *l.* 1. ff. *de loco publico fruendo.* 96 De Prætorio & prothyro, vide quæ dicam ad *Nov. Leon.* 56. 97 §. 1. *Inst. de rer. divis. l.* 13. ff. *comm. præd.*

98 *l.* 16. ff. *de servit. rustic. l.* 3. §. 1. *l.* 5. §. 3. ff. *de adq. rer. dom. l.* 14. *Inst. de rer. divis.* 99 Consuetudine sc. *de usurpandi* voce dixi ad *Feud.* 14. adde 35 *Synopf. 6. c.* 3. 100 Quod defenditur à Leone *Nov.* 56. 1 Utique jure Romano. quod tamen negat Cujac. 4 *obs.* 2. 2 V *Nov. Leon.* 56. *l.* 13. ff. *comm. præd.* 3 Veneti eo jure dicunt se longa consuetudine jurisdictionem in suo mari adquisivisse. 4 *l.* 8. §. 5. *in fin.* ff. *si servit. vind. l.* 1. §. 6. ff. *uti possidet.* 5 Piscandi, *d.* §. 5. ut & in agris, inserendi, fodiendi, arandi, ædificandi & similium. *l.* 11. ff. *de ni & ui.* 6 Imo, & ad publicas. ff. *de loco & itinerib. publicis.* ff. *de via publica.* ff. *ne quid in loco vel itinere publico.* ff. *de loco publico fruendo.* ff. *ut in fluminе publico navigare liceat.* 7 Puta poculo amatorio. *l.* 38. §. 5. ff. *de pœnis.* adde *l.* 6. C. *de Mathematicis. Nov. Leon.* 65. Hinc Juvenal. *Satyr.* 6. *Hic magicos affert cantus, hic Thessala vendit Philtra, quibus valeant mentem vexare mariti, &c. quæ ibid. vide.*

8 60 *Eclog.* 21. *c.* 25. Goth. Vid. Cujac. *lib.* 15 *obs.* 25. Viv. *lib.* 1 *decis.* 161. Andr. Gail. *lib.* 2 *observat.* 99. *arg. l.* 38. ff. *de pœnis.* Jul. Clar. §. *final quæst.* 91. Tessaur. *decis.* 229. Anf.

9 Convicia facere contra bonos mores, non licet Senec. 10 *declam.* 1. adversus bonos mores injuria infertur, quotiens factum non Lege, sed arbitrio judicis æstimatur & vindicatur. Paulus 5 *sentent.* 4. §. 6. 7. 8. & 13. 10 Paul. 5 *sentent.* 4. §. 19. 11 De linguæ vitio vide epistolam Jacobi *cap.* 3. & Erasmi *libellum de lingua.* Convitiator, mendax, detractor, exosus bonis, *Psalm.* 100. abominatio hominum, *Proverbior* 14. Deo odibilis, 2 *Corinth.* 12. Idem fuit turpissimus apud Persas, Herodot. 1. Convicium Græci ὀνειδισμὸν & συνωνυμίαν. Cujac. 6 *observat.* 6. 12 60 *Eclog.* 17. ex *tit.* 1. *cap.* 15. vide in hunc locum Robertum 2 *sentent.* 7.

13 *Idem* Festus *tradit.*

14 Adde *l.* 38. ff. *eod.*

15 Mores civitatis cujusque boni præsumuntur: adversus bonos mores peccat, qui adversus mores civitatis in qua vivit, committit. 16 *l.* 5. ff. *ne quid eum. l.* 4. §. 4. ff. *vi bonor. rapt.*

17 Statio est locus in quem quis muneris sui causa se sistit. *l.* 7. §. 13. ff. *quib. ex caus. in poss.* Gell. 13. *c.* 13. refert Romæ fuisse stationes jus dicentium & respondentium. Est igitur statio locus in quem quis frequenter convenire solet audiendi vel consabulandi vel residendi causa. adde & orandi quo sensu Tertull. *in libr. de oratione.* & Ammian. *lib.* 28. *in fin.* Stationis nomine intelliguntur loca in quibus Christiani stantes die dominico Dominum orabant; nec enim tunc temporis Deum de genicu lis adorabant. Eadem ratione stationarii dicuntur in *l.* 6. C. *de dignit.* qui mercium vilissimarum apothecas secum deferentes certis in locis aliquandiu consistunt emptorem operientes. Eodem modo stationes tabellionum, *Nov.* 44. *c.* 2. & stationes fisci, *l.* 1. C. *de compensat. l.* 1. C. *ne fisc. rem.* portus etiam statio dicitur. *l.* 59. ff. *de verb. sign. v.* Cujac. 2 *observat. ult.*

18 Taberna hic stationi (de qua dixi ad *l.* 7. §. 12. §. 13. ff. *quib. ex caus. in poss.*) adjungitur. Erant autem in foro complures, 5 Vitruv. 1. Liv. 26. 6 Quint. 4. veteres & novæ. sub veteribus erant argentarii. Plaut. *in Curcul.* 35 Plin. 4. Novarum fit mentio apud Varron. 5 *de lingua.* Livium 2. 25. 38 Plin. 40. Hinc argentariorum tabernæ in foro, *l.* 32. ff. *de contr. emtion.* Hinc foro cedere dicebantur iidem argentarii, *l.* 7. §. 2. ff. *depositi. l. ultim.* ff. *de curatore bonis dando.* In foro quoque variæ negotiationes fuerunt. *l.* 23. ff. *de instructo.* 19 Vide *l.* 6. ff. *eod.* 20 Vide *l.* 11. ff. *eod.*

21 Hinc Juvenalis *Satyr.* 16. *Quidquid Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum Ammonis.* & post: *Divitibus responsa dabit Phryx augur, & inde Conductum dabit astrorum mundique peritus.* Et *Satyr.* 3: *Motus astrorum ignoro, funus promittere patris Nec volo, nec possum.* Astrologis videntur adfines fuisse Aretalogi, homines mendaces, de quibus videndus est Suetonius *in August. cap.* 74. & Juvenalis *Satyr.* 15 *in princ.* Galli, *diseurs de bonne adventure.* Gothofred. Vide Brisson. *lib.* 1 *select. cap.* 4. Revard. *lib.* 2 *variar. cap.* 17. Cujac. *lib.* 3 *observat. cap.* 18. S. L.

22 *l.* 13. *in princ.* ff. *eod.* 23 Appellare hic significat pudicitiam sermone attentare. §. 20. ff. *eod.* 60 *Eclog.* 21. *cap.* 29. 24 Quid, si quis masculum muliebrem vestem gerentem? vide Senec. *controvers.* 6. 25 Qualis quisque extrinsecus videtur, talis judicari potest, *l.* 50. ff. *locati.* hinc colligunt, matronam ancillari veste, vel meretricia indutam, sibi imputare debere, si ut ancilla, vel meretrix impudice attentetur. *l.* 21. ff. *quod metus causa.* 26 Quintilianus 7. *cap.* 3. Justi erroris excusatione crimen potest deprecari, qui in lupanari cum aliena uxore fuerit deprehensus. 27 Tertullianus *in libr. de cultu.* refert, Romanis legibus impudicas mulieres à matronis ornamentis distinctas. Idem *cap.* 6. Apologetici, conqueritur inter matronas atque prostibula nullum esse discrimen in habitu. adde eundem in *lib. de Pudic. l.* 4. C. *de episcop. aud.* Meretricia vestis apud Spartanos, Clemens 4 *pædagog.* & apud Athenienses floruit, Suidas *in verbo* ἑταιρίσας. apud Thuscos varia. Suidas *in Zalmoxi.* Mulieres impudicæ apud Romanos flavo crine, veste variegata, eaque subducta ore a cæteris mulieribus discriminabuntur. Hieronymus *adversus Helvidium.* Thamar quoque à Juda pro meretrice ex habitu dijudicata est, *Genes.* 38. *versf.* 14. ex habitu, inquam, seu theristio, aut pallio ac ornatu, quod apud septuaginta indicant illa verba, ἐν καλλωπίσματι, non ex velata facie. Nam velamentum pudoris signum erat, *Genes.* 24. *versic.* 65. quod etiam significat Tertullianus *dist. loco.* Thamar, inquit, quia se expinxerat & ornaverat, idcirco Judæ suspicioni visa est quæstui sedere. Inde notant interpretes, statutorum originem sumptam, quibus disponitur ut hujusmodi mulieres certo quodam genere vestis ab aliis distinguantur. Ut ad Romanos revertar, Matronæ à meretricibus discernebantur stola & palla. Nonius *cap.* 14. Ulpianus in *l.* 23. §. 2. *versic. muliebria.* ff. *de auro.* 6 Valerius. 11 Vitruvius. 1 Festus. Martialis 1. stola, inquam, id est, oblonga & ad talos demissa veste. Horatius 1 *serm.* 2. & *ibi* Acron. Nam virilis toga prioribus uris, intra genua paululum, posterioribus ad medios usque poplites perveniebat. 11 Quintilian *ultim.* ubi monet oratori cavendum ne veste longiore utatur, quoniam sit mulieris longa veste uti, virilis etiam crines suos honestæ mulieres coërcebant, contra quam meretrices. Servius 7 *Æneid.* Ovidius 1 *de arte. duobus locis.* & 3 *de Ponto.* 1 Tibull. 6. Isidor. 19. *cap.* 25. meretriciæ vestis signum fuisse, ait, pallium lineum, quo & matronæ in adulterio deprehensæ induebantur. Nam adulterii damnata, stola deposita, togam induebat: unde toga pro ornamento meretricis, togata pro meretrice, teste Acrone apud Horatium, *serm.* 2. Juvenalis *Satyr.* 2. Martialis 1. & 10 *Epigramm.* & matronis togatæ opponuntur. Matronis permittebatur fellis & lecticis vehi, at non meretricibus. Suetonius *in Domitiano.* Dionys. 58. Seneca *de remed. fortuit.* Apul. 11 *de Asino.* Hinc frequens usus lecticariorum Romæ. *l.* 59 ff. *de legat.* 3. adde Brissonium 1 *select.* 4.

28 Non matrumfamilias. *vulgar.* 29 Matronam à matrefamilias nihil distare, hinc colligo. vide Cujacium 3 *observation.* 18. 30 Vide §. 26. ff. *eod.* 31 De quo vide *l.* 1. §. 2. ff. *eod.* 32 *d.* §. 2. 33 Cœptum delictum interdum non habetur pro perfecto.

34 Conatus punitur, cum injuria effectum non habet. facit *l.* 1. *in fin.* ff. *quod quisque juris. l.* 5. §. 2. *ne quis eum, qui in jus.* 35 *l.* 11. §. 6. ff. *eod.* 36 Vide §. 21. ff. *eod.*

37 60 *Eclog.* 21. *cap.* 25. 38 Etiamsi protestatio præcesserit: veluti (tu mentiris, salvo honore). Coral. 6 *miscellaneor.* 24. *numer.* 4. / Guid. Pap. *decision.* 465. Gail. *lib.* 2 *observation.* 101. *numer.* 12. Anf. 39 Adsectari & appellare differunt. Appellatio fit nudis verbis. Adsectatio fit etiam ipso corpore, & sequendo tantum. adde §. 19. ff. *eod.* Festus *in adsectata.*

40 §. 1. *Instit. eod.* 41 Assidua enim. *vulg.* 42 De joco vide quæ notavi ad *l.* 3. §. 2. ff. *de obligat.* 43 Adde *l.* 16. §. 2. ff. *de pœnis.* 44 Vide quæ notavi ad *l.* 1. ff. *de sponsalibus.* 45 Supra dixit de convicio: nunc de his quæ infamandi causa dicuntur: quæ duo inter se distinguuntur. §. 12 ff. *eod.* 46 *l.* 1. §. 2. ff. *de Publican.* 47 Puta si quis ad invidiam. *vulg.* 48 *l.* 39. ff. *eod.* Hinc illud Senecæ 10 *declam.* 1. Sordidatus es, non queror; sed si sordes tuæ invidiam mihi conciant, queror.

barbam 49 demittat, vel capillos submittat 50, aut si carmen conscribat 51, vel proponat, vel cantet 52 aliquod quod pudorem alicujus lædat. §. 28. Quod ait Prætor: *Si qua adversus ea fecerit, prout quaque* 53 *res erit, animadvertam:* sic intelligendum est, ut plenior esset Prætoris animadversio: id est, & quodcunque eum moverit, vel in persona 54 ejus qui agit injuriarum actione, vel ejus adversus 55 quem agitur, vel etiam in re ipsa, in qualitate injuriæ 56, audiat eum qui agit. §. 29. Si quis libello 57 dato vel Principi vel alicui famam alienam infectatus fuerit, injuriarum erit agendum, Papinianus ait. §. 30. Idem ait, eum qui eventum sententiæ (velut daturus 58 pecuniam) vendidit, fustibus à Præside ob hoc castigatum, injuriarum damnatum videri: utique autem apparet hunc injuriam ei feciſſe, cujus sententiam venditavit.

§. 31. Si quis bona alicujus, vel rem unam 59 per injuriam occupaverit: injuriarum actione tenetur. §. 32. Item si quis pignus proscripserit 60, venditurus, tanquam à me acceperit, infamandi mei causa, Servius ait injuriarum agi posse.

§. 33. Si quis non debitorem quasi 61 debitorem appellaverit injuriæ faciendæ causa, injuriarum tenetur. §. 34. Prætor ait: *Qui servum* 62 *alienum adversus bonos* 63 *mores* 64 *verberaviſſe* 65, *deve eo, injuſſu domini, quæſtionem habuiſſe dicetur, in eum judicium dabo: item si quid aliud factum esſe dicetur, causa cognita, judicium dabo.*

§. 35. Si quis sic fecit injuriam servo, ut 66 domino faceret, video dominum injuriarum agere posse 67 suo nomine: si vero non ad suggillationem domini id fecit, ipsi servo facta injuria, inulta à Prætore relinqui non debuit: maxime si verberibus, vel quæstione 68 fieret: hanc enim & servum 69 sentire palam est.

§. 36. Si communem quis servum verberaverit, utique hac actione non tenebitur, cum jure 70 domini id fecerit.

§. 37. Nec si fructuarius id fecerit, dominus cum eo agit: vel si proprietarius fecerit, fructuarius eum conveniet. §. 38. Adjicitur, *Adversus bonos mores:* ut non omnis omnino qui verberavit, sed qui adversus bonos mores verberavit, teneatur: cæterum si quis corrigendi 71 animo, aut si [quis] emendandi 72, non tenetur.

§. 39. Unde quærit Labeo, si magistratus municipalis 73 servum meum loris 74 ruperit: an posſim cum eo experiri, quasi adversus bonos mores verberaverit? Et ait, judicem debere inquirere, quid facientem servum meum verberaverit: nam si 75 honorem, ornamentaque 76 petulanter attentantem cæciderit, absolvendum eum. §. 40. *Verberaſſe* dicitur abusive: & qui pugnis ceciderit. §. 41. Quæstionem intelligere debemus tormenta, & corporis dolorem ad 77 eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel levis territio non pertinet ad hoc Edictum. † Quæstionis verbo etiam ea, quam malam 78 mansionem dicunt, continebitur. Cum igitur per vim, & tormenta, habita quæstio est, tunc quæstio intelligitur. §. 42. Sed & si jussu domini quis quæstionem habeat, modum 79 tamen excesserit: teneri eum debere, Labeo ait. §. 43. Prætor ait: *Si quid aliud factum esſe dicetur, causa cognita judicium dabo.* proinde si quidem verberatus sit servus, vel tormentis de eo quæstio habita [est:] sine causæ cognitione judicium in eum competit: si vero aliam injuriam passus sit, non aliter competit quam [si] causa cognita.

§. 44. Itaque Prætor non ex omni causa injuriarum judicium servi nomine promittet. nam si leviter 80 percussus sit, vel maledictum ei leviter, non dabit actionem. at si infamatus sit vel facto aliquo, vel carmine scripto, puto causæ cognitionem Prætoris porrigendam & ad servi qualitatem: etenim multum interest, qualis servus sit, bonæ frugi, ordinarius 81, dispensator 82; an vero vulgaris vel mediastinus 83, an qualisqualis 84: & quid, si compeditus 85, vel male notus, vel notæ extremæ? habebit igitur Prætor rationem tam injuriæ quæ admissa dicitur, quam personæ servi, in quem admissa dicitur: & sic aut permittet, aut denegabit actionem. §. 45. Interdum injuria servo facta ad dominum redundat, interdum non: nam si pro 86 libero se gerentem, aut cum [eum] alterius potius quam meum existimat 87 quis, non cæsurus eum, si meum sciſſet: non posſe eum, quasi [mihi] injuriam fecerit, sic conveniri, Mela scribit. §. 46. Si quis servo verberato injuriarum egerit, deinde postea damni injuriæ agat: Labeo scribit, eandem 88 rem non esse: quia altera actio ad damnum pertineret culpa datum, altera 89 ad contumeliam.

§. 47. Si usumfructum in servo habeam, tu proprietatem, isque verberatus sit, vel quæstio de eo habita: injuriarum actio magis 90 proprietario quam mihi competit. † Idemque probatur, & si servum meum, quem bona fide possidebam, cæciderit: domino enim magis competit injuriarum actio. §. 48. Item si 91 liberum hominem, qui mihi bona fide serviebat, quis cæciderit, distinguendum est: ut, si in contumeliam [meam] pulsatus sit, competat mihi injuriarum actio. † Idem ergo & si in servo 92 alieno bona fide mihi servienti: ut totiens admittamus injuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam injuria ei facta sit: nam ipsius quidem servi nomine, domino dabimus injuriarum actionem. † Si autem me tangat & pulſet: injuriarum mihi quoque est. † Ergo & in fructuario idem distingui potest.

§. 49. Si servum complurium cæcidero, competere injuriarum actionem omnibus, plus quam manifestum est.

XVI. PAULUS lib. XLV ad Edictum.

SEd non esse æquum, pro 93 majore parte, quam pro qua dominus est, damnationem fieri, Pedius ait: & ideo officio judicis portiones æstimandæ erunt.

3. De servo injuriam faciente. 10. Edictum de filiofamiliæ, 11. Et ejus interpretatio.

XVII. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

SEd si unius permissu id fecero, si quidem solius ejus esse putavi, nulli competit injuriarum actio: plane si scivi plurium, ei quidem qui permiserit, non competit 94 injuriarum actio, cæteris competit. §. 1. Si jussu tutoris aut procuratoris vel curatoris, quæstio habita sit, consequens erit dicere, cessare injuriarum actionem. §. 2. Servus meus opera vel querela tua, flagellis 95 cæsus est à Magistratu 96 nostro. Mela putat dandam mihi injuriarum adversus te, in quantum ob eam rem æquum judici videbitur; & si servus decesserit, dominum ejus agere posse, Labeo ait, quia de damno 97 quod per injuriam factum est, agatur; & ita Trebatio placuit. §. 3. Quædam injuriæ à liberis hominibus factæ levis 98 nonnullius momenti videntur: enimvero à servis, graves sunt: crescit 99 enim contumelia ex persona ejus, qui contumeliam fecit. §. 4. Cum servus injuriam facit, maleficium eum admittere palam est. Merito igitur, sicuti ex cæteris delictis, ita & ex hoc 100 injuriarum noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, ut ita satisfiat ei, qui injuriam passus est. neque erit necesse domino utique eum verberandum præstare 1: sed dabitur 2 ei facultas præstare ei servum verberandum; aut si de eo verberibus satis non fiat, noxæ dedendum, vel litis æstimationem sufferendam. §. 5. Ait Prætor, *arbitratu judicis:* utique quasi 3 viri boni, ut ille modum 4 verberum imponat. §. 6. Si ante judicem dominus verberandum servum exhibuerit, ut satis verberibus ei fieret, & erit factum arbitratu alicujus, postea 5 actor agere injuriarum perseverat: non est audiendus. qui 6 enim accepit satisfactionem 7, injuriam suam remisit. Nam & si nuda 8 voluntate injuriam remisit, indubitate dicendum est, extingui injuriarum actionem, non minus, quam si tempore 9 abolita fuerit injuria. §. 7. Si jussu domini servus injuriam fecerit, utique dominus conveniri poterit etiam suo nomine. Sed si proponatur servus manumissus, placet Labeoni dandam in eum actionem: quia & noxa 10 caput sequitur, nec 11 in omnia servus domino parere debet. cæterum, & si occiderit jussu domini, Cornelia eum eximemus. §. 8. Plane si defendendi 12 domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare apparet: inque eam rem adversus agentem exceptio objicienda erit. §. 9. Si servus in quo usufructus meus est, injuriam mihi fecerit: adversus dominum 13 noxali judicio experiri potero. neque 14 debeo deterioris conditionis ob hoc esse, quod usumfructum in eo habeo, quam si non haberem. Aliter atque si servus communis 15 esset: tunc enim non daremus socio actionem, ea propter, quia & ipse injuriarum actione tenetur. §. 10. Ait Prætor: SI EI QUI IN ALTERIUS POTESTATE ERIT 16 INJURIA FACTA ESSE DICETUR: ET NEQUE IS, CUJUS IN POTESTATE EST, PRÆSENS 17 ERIT, NEQUE PROCURATOR 18 QUISQUAM EXISTAT, QUI EO NOMINE AGAT, CAUSA 19 COGNITA, IPSI QUI INJURIAM ACCEPISSE 20 DICETUR, JUDICIUM DABO. §. 11. Filiofamilias injuriam passo, si præsens sit pater, agere tamen non possit propter 21 furorem, vel quem alium casum dementiæ, puto competere 22 injuriarum actionem: nam & hic pater ejus absentis 23 loco est 24. §. 12. Plane si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atque donat 25 injuriam: magis est, ut filio actio non detur. nam & cum abest, idcirco datur 26 filio actio, quia verisimile est patrem, si præsens fuisset, acturum fuisse. §. 13. Interdum tamen putamus, etsi pater remittat, injuriarum actionem filio dandam: utputa si patris persona vilis abjectaque sit, filii honesta: neque enim debet pater vilissimus 27 filii sui contumeliam ad suam utilitatem 28 metiri. ponamus esse eum patrem, cui jure meritoque curator à Prætore constituetur. §. 14. Sed si pater, lite contestata, cœperit abesse; vel etiam negligere executionem pater vilis: dicendum est causa cognita translationem 29 filio competere 30. † Idem & si emancipatus filius esse proponatur. §. 15. Procuratorem patris prætulit Prætor ipsis personis, quæ injuriam passæ sunt. Si tamen procurator, aut negligat 31, aut colludat, aut non sufficiat adversus personas, quæ injuriam fecerunt: ipsi potius qui passus est injuriam, actio injuriarum competit. §. 16. Procuratorem autem accipere debemus, non utique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis injuriarum: verum sufficit 32 eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est. §. 17. Quod autem ait Prætor, *causa cognita [ipsi qui injuriam accepisse dicetur, judicium permittit]:* ita accipiendum est, ut in cognitione causæ hoc versetur, quam longe pater absit, & quando superventurus; & nunquid is, qui injuriarum vult actionem movere, [segnitior 33] vel inutilis admodum 34, qui non sufficiat ad rei cujus administrationem, per hoc nec ad actionem. §. 18. Quod deinde ait 35, *qui injuriam accepit*, interdum ita accipiendum est, ut patri ejus competat 36 actio: utputa nepoti 37 facta injuria est, pater præsens est, avus abest: scribit Julianus, patri potius dandam injuriarum actionem, quam ipsi nepoti; ad cujus, inquit, officium pertinet etiam vivente avo, filium suum in omnibus tueri.

§. 19. Idem Julianus scribit, filium non tantum ipsum agere debere, verum 38 procuratorem dare 39 posse: alioquin 40, inquit, nisi ei permiserimus procuratorem dare, futurum est, ut si valetudine impediatur, neque sit, qui injuriarum actionem exequatur, impediatur actio. §. 20. Idem ait, & si nepoti 41 facta sit injuria, & nemo 42 sit qui avi nomine agat, permittendum esse patri experiri, & is procuratorem dabit: omnibus enim qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem; intelligi autem filium, inquit, familias suo nomine agere, cum patre cessante Prætor ei agere permittat. §. 21. Si filiusfamilias injuriarum egerit, patri actio non competit. §. 22. Idem ait, filio-

---

49 Barba demissa ad aliquem invidiæ causa venire. 7 Seneca. Cur non sequeria? barba demissa sordidatus venio: non delinam inquirere patris percussorem. vid. Senec. 10 *declam.* 1. & Sueton. *in Augusto.* Adeo consternatus fuit, ut barba capilloque submisso, caput interdum foribus illideret, vociferans, Quintili Vare, legiones redde. & Ovid *Aspice demissis lugentis more capillos.* v. 3 Gell. 4. Cicer. 2 *Verrina.* Livium, 2. Cujac. 6 *observ.* 5. hinc *lex* 39. ff. *eod.* vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumque submittere nulli licet, nisi, &c. Hinc etiam colligunt, gestu injuriam fieri.

50 *l.* 39. ff. *eod.* id est, si non tondeat. Barba majore uti & capillo, Romanis summo dedecori fuit. Græci ad hanc legem.

51 Adde Paul. 5 *sent.* 4. §. 5. de Carivario & Corybantum saltatione viduæ nuptiis, ad contumeliam secundarum nuptiarum. vide Petr. Gregor. 38 *Syntagm.* c. 4.

52 *l.* 5. §. 10. ff. *eod.*

53 Quæque res. *vulg. Hal.*

54 *l.* 4. *in fin.* ff. *de incendio.* Goth. Æstimatio injuriæ crescit ratione personæ. *hic.* & *l.* 28. §. 8. ff. *de pœnis.* ratione loci, temporis. §. *atrox. Instit. de injur. l.* 21. ff. *eod.* Anſ.

55 Puta infamem, cui non sit injuria. *l.* 2. C. *ut intra certum.*

56 Non audiat. *vulg. Hal.* injuria est, sine causa citari. Libelli famosi oblatione fit injuria. adde *l.* 13. §. 3. ff. *eod. l.* 19. ff. *eod.*

57 V. quæ scripsi ad *tit. C. Quando libellus Principi datur.*

58 Laturus, *vulg. Hal.* & male. bene *daturus sit*, ut *Florent.* exhibet, & Græci, ὅσαν μέλλων παρέξειν τῷ ἀκροωμένῳ χρήματα. adde *l.* 10. C. *de accusat.* & ita non quocunque modo quis venditans litigatori sententiam judicis, injuriam judici feciſſe videtur, sed si tantum daturus judici pecuniam hoc faciat. Eam ob causam Imperator Alexander fumo necari jussit venditorem intercessionum: Fumo pereat, inquit, qui vendidit. v. Cujac. 20 *obs.* 9. Duar. 1 *disp.* 25. 59 Adde *l.* 2. §. 2. ff. *vi bon. rapt.* 60 Proscribit pignus, qui in publico scriptum proponit, *l.* 11. §. 3. §. 4. ff. *de institoria. l.* 47. ff. *de pecul. l. ult. C. de fide & jure hastæ.* Tibullus 2 *Eleg.* 4. *Illius est nobis lege colendus amor: Quinetiam sedes jubeat si vendere avitas, Ite sub imperium sub titulumque laves.* Et Ovidius: *Sub titulum nostros miſit avara lares*; id est, venales ædes inscripsit, ut loquitur Plautus *in Trinummo.* Mos enim fuit veteribus libello proponere ædes proscribendas. Cic. 3 *offic. ædes proscripsit, vendidit.* & post: *si tu cum ædes proscribas, tabulam tanquam plagam ponis?* adde *l.* 13. §. 6. ff. *de act. empt.* adde Cic. *orat. pro Quintio.* & 12 *ad Attic.* Plin. 7 *epist. ad Fab.* Pendente etiam ex ædibus tabula proscribebatur futura locatio. Terent. *Heaut.* Cic. *ad Attic.* adde Brisson. 3 *select.* 8. adde quæ scripsi *l.* 22. §. 2. ff. *quod vi.* 61 *l.* 20. ff. *eod.* 62 Huc pertinet lex quædam Athenienſium relata à Demosthene in *orat. adverſus Midi.* Ibi, ἐὰν τις ὑβρίζῃ τινά. 63 *l.* 5. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.* 64 Mores boni qui dicantur, v. *l.* 15. §. 5. ff. *eod.* & § 38. ff. *eod.* 65 §. 38. ff. *eod.* 66 §. 45. ff. *eod.* 67 Atqui nulla servo fit injuria §. 3. *Inſt. eod.* 68 Quæstionibus adfecerit, *Hal.* adfligeret. *vulg.* 69 Eodem modo vindicari etiam hodie posse injuriam factam famulo, vel procuratori, etsi liberæ sint personæ, Schneidwinus refert ad §. *quod si ususfr.* 5. *Inſt. de injur.* 70 *l.* 51. *in fin.* ff. *pro socio.* 71 Præsumi nunquam causam delicti, hinc colligit Alciat. 3 *præsumpt.* 1. & 24. 72 *l.* 5. ff. *ad l. Aquil.* 73 Castigationem permissam fuisse Magistratibus municipalibus, hinc constat. adde *l.* 17. §. 1. ff. *eod. l.* 12. ff. *de jurisd. l.* 17. ff. *ad l. Aquil. Nov.* 15. *c.* 6. 74 Lorarii inde dicti. v. *l.* 9. §. 3. ff. *eod.* v. quæ scripsi ad *l.* 12. ff. *de jure fisci.* 75 *l.* 13. §. 9. ff. *eod.* 76 *l.* 9. ff. *eod. l.* 4. C. *eod.* 77 Et eruenda crimina, & eruendos socios ac participes fraudis & scelleris. *l.* 23. §. 4. ff. *ad l. Aquil. l.* 1. ff. *de quæst.* 78 Mala mansio quæstionis species. v. quæ de mala mansione not. ad *l.* 7. ff. *depoſit.* Græci ita vertunt, ἢ τὸ ἐμβαλεῖν τοὺς πόδας ξύλῳ. 60 *Eclog.* 21. *c.* 32. 79 Modus in quæstione servandus est. 80 §. 3. *Inſt. eod. l.* 5. *in fin.* ff. *ad l. Aquil.* adde *l.* 4. ff. *de in integr. l.* 9. *in fin.* ff. *de dolo. l.* 1. §. 8. ff. *de edil.* 81 Ordinarius servus est, qui certum aliquod ministerium & officium in familia exercet: alias ordinarius vicarius opponitur. *l.* 5. §. 1. ff. *de tribut. l.* 17. 18. 19. ff. *de pecul.* Ordinarium appellamus, ὁ πρῶτον οἰκέτην, ἢ ὃ τὸν οἰκέτην οἰκέτην vicarium. 82 Dispensator, διοικητής, erat vel omnium, vel quorundam tantum bonorum. de quo vide *Theoph.* §. 7. *Inſt. eod.* 83 Mediastinus servus, qui nulli certo ministerio deservit: alias opponitur artifici, in *l. ult.* ff. *de operis ſervor.* Mediastini dicebantur vilissimi, balnearum & ædium, qui in mediis ædibus ad omnia officia præsto erant: ἀναλίσκων vocat *Theoph. d. loco.*

84 Sive ordinarius sive vicarius. *l.* 5. §. *ult.* ff. *de pecun. conſtit.* 85 Compediti servi, ἐν δεσμοῖς. *Theoph. d.* §. 7. plerunque ita compediti servi in publico spectabantur. 86 *l.* 45. §. 2. ff. *ad l. Aquil.* 87 V. *l.* 18. §. 3. ff. *eod.* 88 Adde *l.* 12. *l.* 13. *l.* 14. ff. *de except. rei jud. l.* 2. §. 3. ff. *de privatis delictis.* 89 Id est, injuriarum. *l.* 2. §. 4. ff. *de collat.* Goth. Adde *l.* 33. ff. *de oblig. & act.* Anſ. 90 §. 5. *Inſt. eod.* 91 §. 6. *Inſt. eod.* 92 *d.* §. 6.

93 §. 4. *Inſt. eod.*

94 Quia non fit injuria volenti. *l.* 1. §. 5. ff. *eod.* 95 *V. l.* 9. §. 3. ff. *eod.* 96 Adde *l.* 15. §. 38. ff. *eod.* an à Prætore? negat Cujacius in *l quod si minor.* 24. § *Scævola.* 2. *in verb. ſi ſervum.* ff. *de minorib.* 97 *l.* 2. §. 3. ff. *ad privatis delictis.* 98 Leves & nullius momenti. *vulgat. Hal.* 60 *Eclog.* 21. *c.* 32. *in fin.* 99 Injuria crescit ex persona inferentis. 100 §. 7 *verſ. nam ſecundum. Inſt. eod.* 1 §. 4. *Inſtit. de noxalis.* 2 Nota tria remedia dominis competere, facultatem præstandi servi, verberandi, noxæ dedendi, & æstimationis litis. *l. ult.* ff. *eod.* 60 *Eclog.* 21. *c.* 32. *in fin.* 3 *l.* 137. §. 2. ff. *de verb. oblig.* 4 60 *Eclog.* 21. *c.* 33. 5 Reprobare seu retractare nemo juste possit, quod semel ipse probaverit. 6 Vel cum quo lis conventione vel transactione decisa est. 7 Satisfactione tollitur injuriæ actio. 8 *d.* §. 1. 9 Id est, annuo. v. *l.* 5. *C. eod.* 10 V. *l.* 1. *in fi.* ff. *de privatis delictis.* 11 V. *l.* 11. §. 7. ff. *quod vi.* 60 *Eclog.* 21. *c.* 33. 12 *d.* §. 3. 13 Id est, proprietarium. Domini appellatione proprietarium proprie intelligi, hinc collige. 14 *l.* 8. ff. *de noxal.* 15 *l.* 15. §. 36. ff. *eod.* 16 Ut filiofamilias. §. 11. ff. *eod.* 17 §. 1. §. 12. ff. *eod.* 18 §. 15. ff. *eod.* 19 §. 17. ff. *eod.* 20 §. 18. ff. *eod.* 21 *l.* 22. §. 10. ff. *ſoluto.* 22 *l.* 9. ff. *de oblig.* 23 Furiosus habetur pro absente. *l.* 2. §. 3. ff. *de jure codicillorum.* 24 Imo non est. *l.* 2. §. 1. ff. *de procur.* 25 Pater filio factam injuriam remittere potest *l.* 5. *in fin.* ff. *de vi publica.* 26 *l.* 9. ff. *de obl.* & *l.* 30. *in fin.* ff. *eod.* 27 Patrem, si vilis persona sit, non posse filio substituere pupilliariter, quum ei bonorum filii administratio superstiti & morituro auferatur, hinc colligit Bart. *num.* 34. 28 Hanc lectionem probat Faber 1 *Semeſtr.* 10. Haloander legit *utilitatem.* 29 Translatio judicii quid, vide *l.* 8. §. 7. ff. *quib. mod. pign.* 30 Ita ut ex iisdem instrumentis procedatur. Bart. *hic. n.* 5. 31 *l.* 22. §. 5. ff. *ſolut.* vitia hæc procuratoris sunt, negligentia, collusio, insufficientia. 32 Procurator verus intelligitur, cui specialiter, vel omnium in genere negotiorum administratio data est. *l.* 12. ff. *de ſolut.* 33 Segnior. *vulg. Hal.* 34 Admodum sit. *vulg. Hal.* 35 §. 10. *in fin.* ff. *eod.* 36 Competat. *vulg. Hal.* 37 §. 26. ff. *eod.* 38 Verumetiam. *Hal.* 39 *l.* 11. §. 2. ff. *eod.* 40 Procuratoris officium necessarium esse hinc colligitur. adde *l.* 1. ff. *de procur.* 41 §. 18. ff. *eod.* 42 §. 10. ff. *eod.*

41 §. 11. ff. eod. filiofamilias injuriarum nomine actionem dari, quotiens 41 nemo est qui patris nomine experiatur, & hoc casu quasi patremfamiliæ constituti. quare live emancipatus sit, sive ex parte heres scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, sive paterna hereditate abstinuerit, executionem litis ei dandam: esse enim perabsurdum, quem Prætor manente patria potestate ad actionem admittendum probaverit, ei patrifamilias ultionem injuriarum suarum eripi, & transferri ad patrem, qui eum quantum in ipso est, omiserit; aut (quod est indignius) ad heredes patris, ad quos non pertinere injuriam filiofamilias factam procul dubio est.

De nocente infamato. 1. Si servus servo injuriam fecerit. 2. De nupta injuriam passa. 3. De errore.

XVIII. PAULUS lib. LV ad Edictum.

EUm qui nocentem 42 infamavit, non 43 esse bonum æquum ob eam rem condemnari, peccata enim nocentium nota esse 44, & oportere & expedire. §. 1. Si servus servo fecerit injuriam, perinde agendum quasi si domino fecisset. §. 2. Si nupta filia familiæ 45 injuriam acceperit, & vir 46 & pater injuriarum agant, Pomponius recte putat tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnetur si ea vidua esset; viro tanti, quanti condemnaretur si ea in nullius potestate esset: quod sua cujusque injuria propriam æstimationem haberet. & ideo si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam injuriarum agere posse, quod & vir [in] suo nomine agat. §. 3. Si injuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus 47; aut si quis putet me Lucium Titium esse, quum 48 sim Caius Seius: prævalet quod principale est, injuriam eum mihi facere velle. nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum, & ideo injuriarum 49 habeo. §. 4. [At] cum aliquis filiumfamilias, patremfamilias putat, non potest videri injuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credat. quia neque in personam eorum confertur injuria, nec transferri per personæ putationem 50 ex persona filiorum ad eos potest: cum affectus injuriam facientis in hunc, tanquam in patremfamilias consistat. §. 5. Quod si sciisset filiumfamilias esse, tamen si nesciisset cujus filius esset: dicerem, inquit, patrem suo nomine injuriarum agere posse: nec minus virum, si ille nuptam esse sciret; nam qui hæc non ignorat, cuicunque patri, cuicunque marito, per 51 filium, per uxorem 52 vult facere injuriam.

42 Infamare possum nocentem etiam non convicianiam, si modo diffamatio mea vera sit: idque ex communi opinione probat Clarus, 5 *sent.* 10. Gail. 2 *obs.* 99. & multo magis conviciantem diffamare possum. Hoc enim permitti putant interpretes, si modo id fiat incontinenti, & modus adhibeatur: volunt enim permitti injuriam verbalem verbis repelli. *l.* 25. ff. *de prec. l.* 45. §. 4. ff. *ad l. Aquil.* vide Gaill. 2 *obs.* 100. Est enim famæ ut & vitæ habenda ratio, *l. Julian.* 26. ff. *si quis omiss. caus. testam. l. in servum.* 20. *in fin.* ff. *de pœnis.* & honor famaque hominis iisdem legibus nituntur, *l. isti.* 8. ff. *quod metus. l. justa.* 9. ff. *de manum. vind. Quid enim salvis infamia nummis?* ut Juvenalis scribit, *Satyr.* 1. Ob injuriam retaliandam duellum hinc permitti notant, Gaill. *ibid.* sed ad verbalem injuriæ illationem revertamur. Possis enim quærere quemadmodum & quatenus reponere verbis injuriam liceat? Bossius, *tit. 45 practices. num. 7.* verba *tu mentiris* eo casu loco negationis accipi ait; non convitii: de quo vide Corras. 6 *miscell.* 24. alias negat convicium alio convicio repellendum: idque sanxisse videri *l. 5. C. eod.* & Glossa in verbo *utilitas. C. de postulando.* Bellovis. 1. *cap.* 3. *num.* 17. Si ita est, compensatione non tollitur injuriarum actio, nisi quis prior cœperit, non constabit. vide Bellovis. 1. *cap.* 3. *n.* 18. 20. 21. Quid? licetne injuriam pugno vel tali actu repellere? Dixeris eo casu culpatam esse tutelam: modum enim excedere. Id tamen displicere videtur Salomonio, in *l. ut vim.* 3. ff. *de just. & jure.* præsertim si injuria illata sit a vili homine & ignobili. Movetur, quod honoris quam rerum & vitæ jactura sit major: In cujusmodi rebus tamen constat licitum esse percutere, *l. 1. C. unde vi.* sed ea res arbitrio judicis definienda est. v. Gail. *eo loco.* 43 Cur ita? Nulla est contumelia, quam facit dignis. Cic. 3 *Philipp.* 44 *l. un. in medio. C. de famosis libellis.* & est ignoscendum ei qui non sponte accusat. *l.* 14. § *ult.* ff. *de bonis liber.* 45 Filiafamilias. *vulgar. Hal.* 46 *l. 1. in fin.* ff. *eod.* 47 Id quum accidit, actio injuriarum nascitur, nec prodest exceptio ignorantiæ, *l.* 3. §. 2. *in fin. l.* 15. §. 45 ff. *eod.* 48 Vid. Zas. 2 *intell.* 17. 49 Injuriarum actionem. *vulg. Hal.* 50 Transferri putatio. *vulg. Hal.* 51 *l. 1.* § 3. ff. *eod.* adde Paul. 5 *sent.* 4. §. 3. 52 *d.* §. 3. ff. *eod. l. 2. C eod.* §. 2. *Inst. eod.* 53 Facit *l.* 13. §. 3. *l.* 15. §. 29. ff. *eod. l. 5. in fin.* ff. *qui satisdare.* 54 Adde *l.* 15. §. 33. ff. *eod.* §. 1. *Inst. eod.* 55 V. quæ not. in *l. pen.* ff. *in quib. caus. pign.* Goth. Adde *l. 1.* §. 2. *l.* 15. §. 31. *& seqq.* Sic duorum digitorum elevatio cornutum designat: unde qui id facit, punitur. vid. Goveap. *var. lib. 1. c. 11. n. 2.* 56 Secus fuerit, si ædes debitoris signaverit judicis auctoritate. 57 Ijic non agitur de æstimatione injuriarum ex Leg. XII Tabul. cujus meminit Gell. 20 *noctium* 1. sed de arbitraria, cujus meminit etiam *l.* 37. *in fin.* ff. *eod.* 58 Æstimatio injuriæ a quo fit? utique ab actore. Is enim in libello injuriam æstimare debet, & postea jurare, si opus sit: nec enim id necesse est, Clarus, 5 *sent.* §. *injur.* 10. æstimationem deinde judex auget vel minuit, *l.* 37. *in fin.* ff. *eod.* §. 1. *Inst. eod.* & sic pœna injuriæ est arbitraria. *d.* §. 1. Quid? ergo eo ipso quod arbitraria est, potestne judex pœnam mortis statuere? quidam aiunt, quidam negant. posteriorem sententiam, ut communiorem accipit Clarus, 5 *sentent.* §. *ult.* n. 83. nisi qualitas delicti aliud suadeat. 59 V. *l.* 18. ff. *de in jus voc.* 60 *l.* 13. §. *ult.* ff. *eod.*

61 Non adulterii. *l.* 6. ff. *de adult.* 62 Immatura virgo nondum viripotens. *l.* 38. §. 3. ff. *de pœn.* περὶ τῆς ἥβης ἐγὼ περὶ τεσσαρακαιδεκέτη φαίνω. *Harm.* 3. περὶ βίας παραθύω. *In fin.* 63 *l.* 27. §. 4. ff. *ad l. Aquil.* 64 Volenti & consentienti servo facta injuria ad dominum ejus tamen pertinet. *l. 1.* §. 5. ff. *eod.* 65 Si alea, *Hal. v. tit. de aleatoribus.* Alea corrupti servi species. 66 Animus injuriam distinguit. 67 Corrupti servi actione tenetur, qui servo alieno malum dat consilium. 68 *l. 1.* §. 4. ff. *eod.* adde *l.* 37. ff. *eod. l.* 2. ff. *de sepulchris.*

An hæc actio sit in bonis nostris.

XXVIII. ULPIANUS lib. XXXIV ad Sabinum.

INjuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam 69 litem contestemur.

De servo manumisso vel alienato.

XXIX. PAULUS lib. X ad Sabinum.

SI servum cujus nomine injuriarum actio tibi competit, manumiseris aut alienaveris 70: superest tibi injuriarum actio.

1. De filio injuriam passo.

XXX. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

SErvo autem manumisso 71 non competere actionem ob injuriam, quam in servitute passus est, quis dubitet? §. 1. Si filio injuria facta sit, cum utrique 72, tam filio, quam patri; adquisita actio sit, non eadem utique facienda æstimatio est 73!

XXXI. PAULUS lib. X ad Sabinum.

CUm possit propter filii dignitatem 74 major ipsi, quam patri, injuria facta esse.

De Magistratu.

XXXII. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

NEc Magistratibus 75 licet aliquid *injuriose facere.* Si quid igitur per injuriam fecerit Magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia Magistratus: injuriarum potest conveniri. sed utrum posito Magistratu, an vero & quamdiu est in Magistratu? sed verius est, si is Magistratus 76 est, qui sine 77 fraude in jus vocari non potest, expectandum esse quoad Magistratu abeat. quod & si ex minoribus Magistratibus 78 erit, id est 79, qui sine imperio aut potestate sunt Magistratus: & in ipso Magistratu posse eos conveniri.

XXXIII. PAULUS lib. X ad Sabinum.

QUod Reipublicæ 80 venerandæ causa secundum bonos 81 mores fit, etiamsi ad contumeliam alicujus pertinet, quia tamen non ea mente Magistratus facit, ut injuriam faciat, sed ad vindictam Majestatis publicæ respiciat: actione injuriarum non tenetur.

De pluribus servis injuriam facientibus.

XXXIV. GAIUS lib. XIII ad Edictum provinciale.

SI plures servi simul aliquem ceciderint, aut convicium alicui fecerint: singulorum 82 proprium est maleficium, & tanto major injuria, quanto a pluribus admissa est; imo etiam tot injuriæ sunt, quot & personæ injuriam facientium.

De infamia & egestate ejus, qui injuriam fecit.

XXXV. ULPIANUS lib. III de Omnibus tribunalibus.

SI quis injuriam atrocem 83 fecerit, qui 84 contemnere injuriarum judicium possit ob infamiam suam & egestatem 85, Prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui injuriam fecerunt, coercere.

Si filiusfamilias injuriam fecerit.

XXXVI. JULIANUS lib. XLV Digestorum.

SI filii nomine cum patre injuriarum agere velim, & is procuratorem der: non 86 intelligitur filius defendi, nisi judicatum solvi satisdetur. & ideo actio adversus filium, tanquam a patre non defendatur, danda erit.

De positu in monumenta. 1. De actione civili ex Lege Cornelia.

XXXVII. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

COnstitutionibus Principalibus cavetur, ea quæ infamandi alterius causa in 87 monumenta 88 publica posita sunt, tolli de medio. §. 1. Etiam ex Lege Cornelia injuriarum actio civiliter 89 moveri potest, condemnatione æstimatione 90 judicis facienda.

De imagine Imperatoris.

XXXVIII. SCÆVOLA lib. IV Regularum.

SEnatusconsulto cavetur, ne quis imaginem 91 Imperatoris in invidiam alterius portaret: & qui contra fecerit, in vincula publica mittetur.

Si quis vestem sordidam rei nomine in publico habeat, vel capillum summittat.

XXXIX. VENULEIUS lib. II Publicorum judiciorum.

VEstem 92 sordidam 93 rei nomine in publico habere, capillumve 94 summittere, nulli licet 95: nisi ita conjunctus est adfinitate, ut invitus in reum testimonium dicere cogi non possit.

De decurionibus.

XL. MACER lib. II Publicorum judiciorum.

DIvus Severus Dionysio Diogeni ita scripsit 96: *Atrocis injuriæ damnatus, in Ordine Decurionum esse non potest* 97; *nec prodesse tibi debet error Præsidum, aut ejus qui de te aliquid pronunciavit, aut eorum qui contra formam juris mansisse te in ordine decurionum putaverunt.*

De filio injuriam passo.

XLI. NERATIUS lib. V Membranarum.

PAter cujus filio facta est injuria, non est impediendus quominus duobus 98 judiciis, & suam injuriam persequatur, & filii.

De appellatoribus.

XLII. PAULUS lib. V Sententiarum.

IUdici 99 ab 100 appellatoribus convicium 1 fieri non oportet, alioquin infamia notantur.

De calumnia.

XLIII. GAIUS lib. III Regularum.

QUi injuriarum actionem per calumniam instituit, extra ordinem damnatur: id est, exilium, aut relegationem, aut Ordinis 2 amotionem patiatur.

De superioribus & inferioribus ædibus.

XLIV. JAVOLENUS lib. IX ex Posterioribus Labeonis.

SI inferiorum dominus ædium, superioris vicini fumigandi causa fumum 3 faceret; aut si superior vicinus in inferiores ædes quid aut projecerit aut infuderit: negat Labeo injuriarum agi posse.

69 Ergo ad heredem non transit, nisi lite contestata. v. *l.* 13. ff. *eod.* ut & querela inofficiosi. v. Cujac. 17 *obs.* 17. ubi probat querelam inofficiosi testamenti imitari actionem injuriarum.

70 Facit *l.* 11. §. 8. ff. *quod vi aut clam. l. ult.* ff. *vi bonorum.*

71 *l.* 1. §. 7. ff. *eod.*

72 *l.* 1. *in fin.* ff. *eod. l.* 2. *C. eod.*

73 Cur ita? colligo ex *l.* 31. ff. *cod. l.* 17. §. 13. ff. *eod.*

74 *d.* §. 13.

75 Et sic restringe *l.* 13. §. 6. ff. *eod.* Judicem excedentem fines officii, injuriarum teneri, hinc colligo, *l.* 13. ff. *de pœn. l.* 29. §. 7. ff. *ad l. Aquil.*

76 Id est, non ex minoribus Magistratibus.

77 Facit *l.* 1. ff. *de in jus vocando.*

78 Puta municipalibus. v. *l.* 29. § 7. ff. *ad l. Aquil.*

79 Magistratus minores qui sint; observa.

80 *l.* 13. §. 6. *l.* 15. §. 36. ff. *eod. l. un. C. de famosis libellis.*

81 Id est; ob publicam sive communem disciplinam.

82 *l.* 9. ff. *de juridict.* Goth. An quilibet in solidum teneantur, v. *l.* 15. §. 2. ff. *quod vi aut clam. l. ult. C. ad l. Corn. de sicar. l.* 11. ff. *ad l. Aquil.* Cujac. *lib.* 8 *obs. c.* 20. Hotom. *Illustr. quæst.* 33. Ant.

83 De qua vide *l.* 7. *in fin.* ff. *eod.*

84 Sensus est: qui contemnit actionem injuriarum ob infamiam suam, & ideo atrociorem facit, acrius coërcetur. 60 *Eclog.* 21. *c.* 15.

85 Egenus facile pœnam contemnit.

86 *l.* 14. ff. *qui satisd. l.* 5. *in fin.* ff. *ex quib. caus. in possess.*

87 Id est, in publicis commentariis vel censibus.

88 Adde *l.* 27. ff. *eod.*

89 *l.* 7. §. 9. & 21. ff. *eod.* §. 10. *Inst. eod.*

90 V. *l.* 21. ff. *eod. l.* 38. §. 7. ff. *de pœn.* v. Brisson. 4 *select.* 12. Goth. De æstimatione injur. vide not. ad *l.* 15. §. 28. ff. *eod.* Roland. a Vall. *vol.* 2. *consil.* 78. *num.* 24. Surd. *decis.* 89. *num.* 10. Gomez. *tom.* 3. *cap.* 6. *de injur. n.* 7. Ant.

91 Adde *l.* 5. ff. *de extraord. crim.*

92 *l.* 9. *l.* 15. §. 27. ff. *eod. l. ult. C. eod.*

93 Squallidam. *l.* 15. §. 27. ff. *eod.* candidam quidem (is enim color etiam vulgi) sed obsoletam: non tamen pullatam: is enim erat color funebris tantum. vide Senec. 20 *epist.* 115.

94 De capilli submissione vide *l.* 15. §. 27. ff. *eod.*

95 Hæc enim ad infamiam alterius pertinent. *d.* §. 27.

96 *Al.* rescripsit.

97 Is enim notatur infamia. *l.* 5. §. 9. ff. *eod.*

98 *l.* 1. §. 3. ff. *eod.* §. 2. *Inst. eod. l.* 30. ff. *de pact.*

99 A cujus injusta sententia appellatur. 100 Paul. 5 *sent.* 4. §. 17. vide *l.* 8. ff. *de appell.* 1 Quod quid sit, vide *l.* 15. §. 3. §. 4. ff. *eod.* 2 Curiæ. *Goth.* Injuriæ damnatus sit infamis. *hic. & l.* 40. ff. *eod.* v. Revard. *lib.* 1. *cap.* 3. Andr. Gail. *lib.* 1 *obs.* 65. *n.* 7. & *lib.* 2 *observ.* 102. *n.* 1. Wurm. *tit.* 44.

posse: quod falsum puto, si tamen injuriæ faciendæ causa immittitur.

De pœna extraordinaria.

XLV. HERMOGENIANUS lib. V Epitomarum.

DE injuria nunc [4] extra ordinem [5] ex causa & persona [6] statui solet. Et servi quidem flagellis [7] cæsi dominis restituuntur: liberi vero, humilioris [8] quidem loci fustibus [9] subjiciuntur; cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei coërcentur.

4 Pœna injuriæ, 60 *Synopf. Basilic.* 21. *cap.* 60. olim vigintiquinque æris, 30 *Gell.* 1. seu vigintiquinque sestertiorum. Paulus 2. *Collat. l. Mosaic.* ei vero qui membrum rupisset, talio, §. 7. *Inst. eod.* Pœna talionis hæc erat: si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Ita est legendum apud Gell. 20. *cap.* 15. & Festum *in voce Talionis.* de Talionis pœna alibi plenius dicam. 5 Paul. 5 *sentent.* 4. §. 15.

6 Recte hoc additum est, cum injuriarum actio rerum nomine non detur: sed doloris persequendi causa, ut eleganter Valentianus ait. vid. Cujac. *hoc tit.* 7 *l.* 17. §. 4. ff. *eod.* Paul. 5 *sent.* 4. §. *ult.* 8 Humilioris. *vulg. Hal.* 9 Fustibus caduntur liberi, *l.* 28. §. 2. ff. *de pœnis.* vide quæ scripsi ad *l.* 12. ff. *de jure fisci.*

TIT. XI.

DE [1] EXTRAORDINARIIS [2] CRIMINIBUS.

De sollicitatoribus alienarum nuptiarum, interpellatoribus matrimoniorum. 1. De diversis injuriis. 2. De hu, quæ impudicitiæ gratia fiunt.

I. PAULUS lib. V [3] Sententiarum.

SOllicitatores [4] alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores [5], etsi effectu [6] sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis extra [7] ordinem puniuntur. §. 1. Fit injuria contra bonos mores, veluti si [8] quis fimo [9] corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinuerit [10], aquas [11] spurcaverit, fistulas, lacus, quodve aliud ad injuriam publicam contaminaverit: in quos graviter animadverti solet. §. 2. Qui [12] puero [13] stuprum, abducto ab eo vel corrupto comite [14], persuaserit, aut mulierem puellamve interpellaverit, quidve [15] impudicitiæ gratia fecerit, donum [16] præbuerit, pretiumve, quo is persuadeat, dederit: perfecto [17] flagitio, puniuntur [18] capite; imperfecto, in insulam deportantur. corrupti comites summo [19] supplicio adficiuntur.

1 Hic titulus est generalis. Complectitur enim ea crimina, quæ nunquam ordinaria fuerunt, & quæ mixta. Cuj. *hic.*

2 Extraordinaria crimina differunt à popularibus & privatis. v. Cujac. 8 *obs.* 33. In his res agitur citra solennem ordinem juris, & citra morem prisci legum, nec observatur etiam pœna legitima. Cujac. *hic.*

3 Quinto. Paul. 5 *sent.* 4. §. 5.

4 *d.* §. 5.

5 *Interpellator* est, qui nuptias alienæ uxoris appetit: *sollicitator*, qui pudicitiam alienæ uxoris appellat: *subsessor* autem est adulter.

6 Etiam conatus & voluntas coërcentur. *l.* 1. *C. Theod.*

7 Attentans mitius punitur, quam qui perfecit. hic enim non certa lege aut pœna punitur, sed extra ordinem judicantis arbitrio. de quo vide Tiraquell. *tractat. de pœn. caus.* 39.

8 Paul. 5 *sentent.* 4. §. 13.

9 *l.* 27. §. 18. ff. *ad l. Aquil.*

10 Oblinierit.

11 De inquinatoribus aquarum v. *l.* 11. ff. *quod vi. l.* 12. *C. de re mil.* segetum, *l.* 27. §. 24. vini, §. 25. ff. *ad l. Aquil.*

12 Paul. 5 *sent.* 4. §. 14.

13 Puta prætextato. §. 1. *Instit. de injur.*

14 Vide quæ de comite scripsi ad *l.* 1. §. 2. ff. *de injur.*

15 Quæri hic potest, utrum præripiens osculum virgini invitæ puniendus sit ultimo supplicio? Durum id videtur. Quid, si nuptæ? Bossius *tit.* 63. *n.* 3. refert Trivultium vices gerentem Regis Galliarum securi percuti jussisse quendam, quod osculum Susannæ Trivultiæ nuptæ prærripuisset. adde quæ scripsi ad *l.* 16. *C. de don. ante nupt.* 16 Donum. *vulg.* Paul. 5 *sent.* 4. §. 14. *l.* 37. *in fin.* ff. *de minor. l.* 8. ff. *de adult.* Gothofr. Facit *cap.* 15. *de pœnitent. dist.* 1. Anf. 17 Perfecta atque ut ita loquamur, consummata delicta gravius coërcentur, quam imperfecta, seu attentata, *ut hic. l. si quis aliquid.* 38. §. 1. ff. *de pœnis. l. fugitivi.* 2. ff. *de fugitivis.* Quod ita verum putant, ut etiam judex mitiorem pœnam possit delictis imperfectis indicere, quæ ut perfecta lex puniri jubet. Salicetus in *l. si qui cum telo.* 7. *C. ad Leg. Cornel. de sicar. argum. l. aut facta.* 16. §. *eventus.* 8. ff. *de pœnis. l. & si severior.* 3. *C. ex quibus causis infam.* Idque etiam in foro conscientiæ servari notat: nimirum minorem pœnam pro voto non reddito imponi, quam pro facto. ut *Glossa notat in cap. qui viderit.* 32. *quæst.* 5. Alexander de Ales in *summa, parte* 2 *quæst.* 133. *membro* 2. Thomas 2. *quæst.* 73. Bonaventura 2 *sentent. dist.* 41. Antonius Florent. *parte summæ. tit.* 9. *cap.* 1. §. 1.

18 Stupri perfecti pœna capitalis, *ut hic.* Imo non est capitalis, pœna humilior fustigatur, & in exilium mittitur: honestus partis bonorum publicatione & relegatione ad certum tempus punitur. §. 4. *Instit. de publ. jud.* An hic de pœna extraordinaria agitur: ibi de pœna ex Lege Julia? vide Alciat. 5 *paradox.* 20. *l. transigere.* 18. *C. de transf.* Menoch. 5 *de arbitr.* 288.

19 Id est, ultimo. *l.* 25. ff. *de pœnis.* 20 Vide *l.* 1. §. 1. ff. *de colleg.* 21 Vide ff. *tit. stellionatus* 22 Vide ff. *tit. expilata heredit.* 23 Opera partum abegit. *vulgat. Haloand.*

24 De pœna abacti partus, vide *l.* 8. ff. *de sicar.* 25 Vide *l.* 1. *in fin.* ff. *de servo corrupt.*

26 *l.* 28. §. 7. ff. *de pœnis. l. unic. C. de his, qui ad statuar.* adde *l.* 2. ff. *de his, qui sunt sui.*

27 Adtentant quoties τηρῆσαι τῶν καιρῶν δυσκολίας. Nazianz. *in oratione ad patrem.* τὰς καιρὰς ἢ κωλυούσας συμπράττειν τῆς ἐνδείας ἢ γαυριώσας τὰς συμφοράς. Idem Nazianz. *in funeb. oratione Basilii magni.* vide Cujac. 10 *observat.* 19. 6 *Harmenop.* 15. *in fin.* adde 1 *Leg. Francicarum.* 28 Hinc Martialis, 9 *Epigramm.* 60. *Hic ubi Romanas aurea texat opes.* Incendere, Manil. 4. *grandia & annona speculantem incendia.* & candefacere, Varro apud Nonium. *cap.* 1. *num.* 237. vastare, *Lampridius.* flagellare, *Martial.* premere, *Idem.* vastat, flagellat, vexat annonam, qui supprimit, qui non vendit justo pretio. Salomon: ὁ συνέχων σῖτον δημοκατάρατος. Cujac. *ibid.* 29 Glossis μετάβολος. Dardanarius, Cociator, Ariblator. dixi ad Festum in *Ariblator.* Iisdem Glossis Dardanarius. παντοπώλης, ψωμομαστίδολος, σιλικάπηλος, ψωλικάπηλος. Græci quoque Dardanarios interpretantur τὸν τὴ ἐυθυνίᾳ ἐπιβουλεύοντα. *Synopf.* 19. *tit.* 18. ex *lib.* 60. *tit.* 22. *cap.* 6. 30 Adde 1 *Leg. Francicarum* 123. 31 *l.* 37. ff. *de pœnis.* seplasiarii, pantometabuli. Pantopolarum meminit Novella Valentiniani. *de Pantopolis*, vide Cujac. 10 *obs.* 19. de Dardanariis. v. Turn. 9 *adverf.* 17.

32 *l.* 3. *in fin.* ff. *de crim. stellion.* 33 Potest etiam eis imperari, ut vendant justo pretio. vid. *l.* 8. ff. *ad municip.* 34 Et falsa pondera. *l.* 32. *in fin.* ff. *de falsis.* vide quæ notavi ad *l.* 52. §. 22. ff. *de furt.* 35 Πλαστὰ μέτρα. *Synopf. ibid.* μέτρα κόλλυβα. 6 *Harmen.* 5. 36 *l. pen.* ff. *de falsis. l.* 37 ff. *de pœn.* vide *Pragmaticon Justinian.* 11.

De sacculariis & directariis.

VII. IDEM lib. IX de Officio Proconsulis.

SAccularii [37] qui vetitas [38] in sacculo artes exercentes, partem subducunt [39], partem subtrahunt [40]; item qui derectarii [41] appellantur, hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo: plusquam fures puniendi sunt. idcircoque aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fustibus castigantur, & dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

De instrumento proditio.

VIII. IDEM eodem libro.

SUnt præterea crimina, quæ ad executionem Præsidis pertinent. utputa si quis instrumenta sua prodita esse dicat: nam hujus rei executio Præfecto [42] Urbis à Divis Fratribus data est.

De scopelismo.

IX. IDEM eodem libro.

SUnt quædam quæ more Provinciarum [43] coërcitionem solent admittere: utputa in Provincia Arabia [44] σκοπελισμὸν, id est, *lapidum positionem*; crimen appellant, cujus rei admissum tale est: Plerique inimicorum solent prædium inimici σκοπελίζειν, id est, *lapides ponere indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho perituros esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent*: quæ res tantum [45] timorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopelismon fecerunt: hanc rem Præsides exequi solent graviter usque ad pœnam capitis, quia & ipsa res mortem comminatur.

Si Aggeribus Nili nocitum sit.

X. IDEM eodem libro.

IN Ægypto qui Chomata [46] rumpit, vel dissolvit, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem: & pro conditione sua, & pro admissi mensura. Quidam opere publico aut metallo plectuntur. & metallo quidem secundum suam dignitatem, si quis arborem sycaminonem [47] exciderit: nam & hæc res vindicatur extra ordinem, non levi pœna, idcirco, quod hæ arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coërcentur, & diminutiones æque coërcentur. Chomata etiam, & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos qui admiserint.

De circulatoribus, *qui serpentes circumferunt.*

XI. PAULUS lib. I Sententiarum.

IN *circulatores* [48], qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.

37 *l.* 1. §. *ult.* ff. *de effractorib.* qui & facellarii, ut facellus βιβλιδάριον Glossis. Marcellus *de medicamentis*: in facello lineo ad frontem suspendens. v. Cujac. 10 *obs.* 27.

38 Inter vetitas artes magica numeratur; faciunt larii igitur sunt, qui magicis artibus pecuniam subducunt, aut certe partem subtrahunt, ὁι ἀπὸ σάκκων κλέπτοντες. *Eclog. fol.* 66. similes sectoribus zonariis, sive manticulariis: Synesius in epistolis meminit cujusdam, quem & βάλλαν vocat, qui miro artificio faciebat, in quo erant ærei nummi pro aureis supponebat. de quo vide Cujac. 10 *obs.* 27.

39 Carminibus, vel qua alia ratione illicita.

40 Manu fcil.

41 *l.* 1. §. *ultim.* ff. *de effractoribus.* directarii. *vulgat. Haloand.* & apud Paul. 5 *sent.* 4. §. 8. uterque dicitur, sicut & dirigere & derigere. Directarius, ὁ εἰς τὰς ὑπερτάτας ὑπνῶν ἢ κλίνην ἀναβαίνων & ἀνοίγων. *Glossæ.* vid. Cujac. 10 *obs.* 27. Græci etiam vertunt directarios ὀρυκτηριστὰς. & directarium ὀρυκτήριον. vide Cujac. 10 *obs.* 34. 42 *l.* 24. ff. *de falsis.* 43 *l.* 16. §. 4. ff. *de pœn.* 44 Non fuit Arabia felix (eam enim Romani nunquam sunt ingressi,) sed Petræa, cujus Metropolis fuit Bostra. de qua *Novell.* 102. *cap.* 2. Anf. 45 Minæ atroces faciunt justum metum. *l.* 3. ff. *quod metus causa. l.* 3. ff. *ex quib. caus. major. l.* 13. *C. de transact.* 46 Commata Hotom. in voce commata: chomata προσκομάτια. *Arria.* moles. *Curt.* 47 Sycaminon. *Hal.* Sycomorum. *vulgat.* 48 Circulatoris verb. utitur Cicer. & Senec. *lib. de beneficiis. Gloss.* ἀγύρτης & ἀγυιαγωγός.

TIT. XII.

DE [1] SEPULCHRO [2] VIOLATO.

Infamis actio sepulchri violati.

I. ULPIANUS lib. II ad Edictum Prætoris.

SEpulchri violati actio infamiam [3] irrogat.

De sepulchro diruto, de statua, de ossuaria.

II. IDEM lib. XVIII ad Edictum Prætoris.

SI sepulchrum quis diruit [4], cessat [5] Aquilia: quod vi tamen [6], aut clam, agendum erit. Et ita de statua [7] de monumento evulsa [8] Celsus scribit. † Idem quærit, si neque adplumbata fuit, neque adfixa, an pars monumenti effecta sit, an vero maneat in bonis nostris? Et Celsus scribit, sic esse monumenti, ut ossuariam [9]: & ideo quod vi aut clam Interdicto locum fore.

Edictum de sepulchro violato, aut inhabitato, vel inædificato. 1. De dolo. 2. De sepulchri appellatione. 3. De voluntate testatoris. 4. De translatione cadaveris. 5. Ne sepeliatur in civitate. 6. De habitatione vel ædificatione. 7. De spoliatoribus cadaverum. 8. Quid veniat in condemnatione. 9. Si ad plures jus sepulchri pertineat. 10. De pœnitentia ejus, qui noluit agere. 11. De servo. 12. Hanc actionem esse popularem.

III. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum Prætoris.

PRætor ait: CUJUS [10] DOLO MALO SEPULCHRUM [11] VIOLATUM [12] ESSE DICETUR, IN EUM IN FACTUM JUDICIUM DABO: UT EI AD [13] QUEM PERTINEAT, QUANTI OB EAM REM ÆQUUM [14] VIDEBITUR, CONDEMNETUR. SI NEMO ERIT AD QUEM PERTINEAT, SIVE AGERE NOLET: QUICUNQUE AGERE VOLET, EI CENTUM AUREORUM ACTIONEM DABO. SI PLURES AGERE VOLENT, CUJUS JUSTISSIMA CAUSA ESSE VIDEBITUR, EI AGENDI POTESTATEM FACIAM. † SI QUIS IN SEPULCHRO DOLO MALO HABITAVERIT [15], ÆDIFICIUMVE ALIUD QUAMQUE [16] SEPULCHRI CAUSA FACTUM SIT, HABUERIT: IN EUM, SI QUIS EO NOMINE AGERE VOLET, DUCENTORUM AUREORUM JUDICIUM DABO. §. 1. Prima verba ostendunt, eum demum ex hoc plecti qui dolo malo violavit: si igitur dolus abfit, cessabit [17] ejusdem personæ. Igitur doli non capaces (ut [18] [admodum] impuberes [19], item omnes [20] qui non animo violandi accedunt) excusati sunt. §. 2. *Sepulchri* [21] autem appellatione omnem sepulturæ locum contineri existimandum est.

§. 3. Si quis in hereditarium sepulchrum inferat, quamvis heres, tamen potest sepulchri violati teneri, si forte [22] contra [23] voluntatem testatoris intulit: licet enim cavere testatori, *Ne quis eo inferatur*: ut rescripto Imperatoris Antonini cavetur. Servari enim voluntatem ejus oportere. Ergo & si cavit, *ut unus tantum heredum inferret*, servabitur, ut solus inferat. §. 4. Non perpetuæ

1 IX C. XIX. *Nov. Valentinian. de sepulchr. Novell. Leon.* 96. περὶ τάφων. 60 *Eclog. fol.* 516. περὶ κλεπόντων ἀγαλματῶν τοὺς ἐπὶ τάφων. 6 *Harm.* 5. adde 9 *C. Theod.* 17. Paul. 1 *sent. ult.* & 3 *decr.* 8. & 3 *extr.* 12. & 3 *Cl.* 13.

2 De sepulchris adde quæ scripsi ad §. 9. *Instit. de rer. divis.* & Ferrand. 2 *exposit.* 23.

3 Infames sunt, qui sepulchrum violant.

4 *l.* 4. ff. *de aqua & aquæ.*

5 Cur? quia de corpore in corpus damnum datum non est. vid. *l.* 51. ff. *ad l. Aquil.* §. *ult. Inst. de l. Aqu.*

6 *l.* 11. §. 1. ff. *quod vi aut clam.*

7 Adde *l.* 27. ff. *de injur.*

8 Avulsa. *vulg. Hal.*

9 Ossuaria. *Hal.* ossuarium, σορός. 59 *Synopf.* 1. *c.* 4. sic Castellano in provincia veteri inscriptione; Julia Fuscinia ossuarium viva sibi fecit. v. Cuj. 10 *obs.* 37 *in fin.* adde *l.* 1. *in fin.* ff. *de cadaverib. punitor.*

10 §. 1. ff. *eod.*

11 Sepulchri nomine quid intelligendum, vid. §. 3. ff. *eod.* violat autem qui cadavera transfert sine permissu, §. 4. qui ea spoliat, §. 7. qui in sepulchris habitat. §. 6. Non violat, qui reficit. *l.* 7. ff. *eod. l.* 4. C. *eod.*

12 §. 3. ff. *eod.* 13 §. 9. & *seq.* ff. *eod. l.* 5. *l.* 6. *l.* 10. ff. *eod.* 14 §. 8. ff. *eod.* 15 §. 6. ff. *eod.* 16 Quinquoque quod. Just. Lipf. 5 *Ep.* 18. id est, *quam quod. vulg.* 17 Cessabit pœna, *vulg.* cessabit ejusdem Edicti pœna, personæ igitur, &c. Cujac. *in recitat. ad* 8 *Papin.* Cessabit in ejusdem personæ pœna, personæ igitur. *vulg. Hal.* Cujac. 6 *obs.* 22. 18 Impuberes admodum non sunt doli capaces. v. Cujac. *ibid.* & *l.* 2. §. 19. ff. *ni bon. rapt.* 19 *Al.* quemadmodum impuberes. & ita *vulg.* & male. v. Cujac. 6 *obs.* 22. 20 Perfectæ etiam ætatis. 21 *l.* 2. §. 5. ff. *de relig.* 22 *Al.* eo cessante potest. *l.* 6. ff. *de relig.* 23 Testator cavere potest, *Ne quis in sepulchrum inferatur.* quod ex duabus antiquis inscriptionibus probat Brissonius 2 *select.* 16.

24 Quid, si perpetuæ sepulturæ sunt traditæ? potuerunt utique transferri, certis tamen casibus, puta ob incursum fluminis, vel metum, idque necessitate, & solennibus redditis sacrificiis. Paul. 1 *sent.* 21. §. 1. *l.* 1. *C. de religios. l.* 5. *C. Theod. de sepulchr. violat.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 10. *num* 4. Auf.

25 *l.* 38. *ff. de religiosis.*

26 *l.* 8. *l. ult. ff. eod.* adde *l.* 4. *in fin. C. hoc tit. Novell.* 60.

27 Id est, Pontificum, Principis. *l.* 8. *ff. de religios.*

28 Hinc illa Lex XII tabular. apud Ciceron. 2 *de Legibus*, *Hominem mortuum in urbe ne sepelito.* adde Paul. 1 *sentent.* 21. §. 2. id postea abrogatum. *Novell. Leon.* 53.

29 *M.* imperialis.

30 Habitare in sepulchro alicujus non licet. *in pr. ff. eod.*

31 Spoliatores cadaverum puniendi, *l.* 5. *C. eod.* ut sunt Vispelliones. de quibus v. *l.* 31. *ff. de evict.* Hic locus ostendit veteres in more habuisse positum cadavera vestita sepelire: quod ut superstitiosum reprehendit *lex* 14. §. 5. *ff. de relig. l. ult. ff. de auro.* Lactant. 2 *de origine erroris* 4. Ideoque facile accedo Rebuffi sententiæ negantis executorem testamentarium repetere factas expensas in coëmendis mortuo vestibus, ut illis obvolutus sepelliretur: idem tamen ea superstitione presbyteros & Episcopos solos excipit, quos negat sine vestimentis sepeliendos esse, quod inquit ille, vestes sacerdotales virtutes eorum demonstrent. Rebuff. *in præfatione tract. de sent. provisum. n.* 48. 49. Illud interea notandum est, pro dignitate defuncti funus fieri & unguenta & odores ad cadaver sepeliendum, si ita ferat mos regionis, emi. *l.* 37. *ff. de relig. l.* 7. §. 3. *ff. de in rem verso.*

32 Præsidium est. Lipsius 5 *epist. qu.* 18. id est, *Præsidia est.*

33 Manus spoliantibus præcidi, refert *Harmenop.* 6 *tit.* 5. adde *l.* 4. *l.* 5. *C. Th. eod.*

34 *l. unic. C. de sententiis, quæ pro eo quod interest.*

35 *l.* 4. *C. de accus.*

36 Quid ita? dixi ad *l.* 45. §. 1. *ff. de procur.*

37 *l.* 2. *C. eod.*

38 *l.* 36. *ff. de relig.*

39 Salvum conductum, seu securitatem adeundi tur. *Bart.* in *l.* 1. *ff. ad l. Juliam Majest.* Quid? quoties adire & abire licet, illo casu? si λόγῳ ἀσυλίας, seu securitas, ad certas vices petita simpliciter & indefinite concessa, talis concessio existimanda est, qualis petitio fuerit, id est, specialis, *argum.* §. *præterea.* 5. *Instit. de inutil. stipulat.* si indefinite petita, finite concessa, concessa spectanda, *l. continuus.* 137. §. *cum ita.* 2. *ff. de verb. obligat.* si indefinite petita ac concessa, semel tantum concessa dicetur, *l. boves.* 89. §. *hoc sermone.* 1. *ff. de verbor. signific.* nisi forte quid aliud suadeat: puta vel causa publica, vel quid aliud simile. 40 *l.* 10. *ff. de relig.* 41 Legibus prædiorum vendendorum solitum erat caveri, *Ut ad sepulchra, quæ in fundo erant, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi causa esset, ut hic.* Quo Cicero respexit *Orat. pro Roscio Amerino*: Mors florentissimi ait hominis Sexti Roscii crudelissima, filii autem egestas indignissima, cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius, ne iter quidem ad sepulchrum patrium reliquit. 42 Iter ad sepulchrum stipulabantur. *l.* 10. *ff. de religios. l.* 72. §. *de contr. empt.* Cicer. *pro Roscio Amerino.* 43 Adde *l.* 40. §. 1. *ff. de contr. empt.* 44 Iter eis, *Bynkersh.* iter ei, *Haloand.* asii legunt, iter aditus. Cujac. vero 13 *obs.* 36. legit, iter & ejus aditus. *Idem* 8 *quæst. Papinian.* iter, aditus. 45 De ambitu monumentorum vid. Cujac. 13 *obs.* 36.

46 Faciendo. Cujac. in *recitationib. lib.* 8 *Papiniani.* 47 *l.* 3. *in pr. ff. eod.* 48 Agere dici.

49 De eodem delicto sæpius queri non debet. 50 *l.* 20. *in fin. ff. de adquir. hered.*

51 Id est, vindicationem & pœnam delinquentium. v. & *l.* 10. *ff.* 52 *l.* 4. *C. eod.*

53 *Nov. Leon.* 96. 54 *l.* 6. *C. eod l.* 38. *ff. de relig.* 55 Non est igitur criminalis tantum.

56 *l.* 3. *ff. eod.* 57 *l.* 6. *ff. eod.* 58 *l.* 7. *ff. eod. l.* 20. *in fin. ff. de adquir. hered.*

59 Aliam pœnam v. in *l. ultim. in fin. C. eod.*

tuæ [24] sepulturæ tradita corpora posse *transferri*, Edicto D. Severi continetur: quo mandatur, *Ne corpora detinerentur* [25], *aut vexarentur, aut* [26] *prohiberentur per territoria oppidorum transferri.* D. autem Marcus rescripsit, *Nullam pœnam meruisse eos qui corpus in itinere defuncti per vicos aut oppidum transvexerunt: quamvis talia fieri sine permissu eorum* [27], *quibus permittendi jus est, non debeant.* §. 5. D. Hadrianus rescripto pœnam statuit, quadraginta aureorum in eos qui in *civitate* [28] *sepeliunt*: quam fisco inferri jussit, & in Magistratus, eadem qui passi sunt: & locum publicari jussit, & corpus transferri. Quid tamen, si *Lex municipalis* permittat in *civitate* sepeliri? post rescripta Principalia an ab hoc discessum sit, videbimus: quia generalia sunt rescripta, & oportet imperialis [29] statuta suam vim obtinere, & in omni loco valere. §. 6. Si quis in sepulchro habitasset [30], ædificiumque habuisset, ei qui velit, agendi potestas fit.

§. 7. Adversus eos qui [31] cadavera spoliant, Præsides [32] severius [33] intervenire solent; maxime si manu armata adgrediantur: ut si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut D. Severus rescripsit; si sine armis, usque ad pœnam metalli procedunt. §. 8. Qui de sepulchri violati actione judicant, æstimabunt, quatenus intersit, scilicet ex injuria quæ facta est: item [34] ex lucro ejus qui violavit: [vel] ex damno quod contigit: vel ex temeritate ejus qui fecit. nunquam tamen minoris debent condemnare, quam solent extraneo agente.

§. 9. Si ad plures jus sepulchri pertineat, utrum omnibus damus actionem: an ei qui occupavit? Labeo omnibus [35] dandam dicit. recte, quia in id quod uniuscujusque interest, agitur.

§. 10. Si is cujus interest, sepulchri violati agere nollet: potest pœnitentia [acta] antequam [36] lis ab alio contestetur, dicere, velle se agere: & audietur. §. 11. Si servus [37] in sepulchro habitat, vel ædificavit: noxalis actio cessat, & in eum Prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habitet, sed domunculam ibi habeat servus: noxale judicium erit dandum, si modo habere posse videtur. §. 12. Hæc actio popularis est.

De hostium sepulchris.

IV. PAULUS lib. XXVII ad Edictum Prætoris.

SEpulchra hostium [38] religiosa nobis non sunt. ideoque lapides inde sublatos, in quemlibet usum convertere possumus: non sepulchri violati actio competit.

De fundi venditione.

V. POMPONIUS lib. VI ex Plautio.

VEnimur eo jure, ut dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam [39] post [40] venditos fundos adeundorum sepulchrorum sit jus. Legibus namque [41] prædiorum vendundorum cavetur, *Ut* [42] *ad sepulchra quæ in fundo sunt, iter* [43] *ejus* [44] *aditus, ambitus* [45] *funeris faciendi* [46] *sit.*

Cui datur actio, ne sæpius agatur.

VI. JULIANUS lib. X Digestorum.

SEpulchri violati actio in primis datur ei ad [47] quem res pertinet. Quo cessante [48], si alius egerit, quamvis Reipublicæ causa abfuerit dominus, non debebit ex [49] integro adversus eum, qui litis æstimationem sustulerit, dari. Nec potest videri deterior fieri conditio ejus qui Reipublicæ causa abfuit, cum hæc actio non ad rem familiarem ejusdem, [sed] magis [50] ad ultionem [51] pertineat.

De sepulchro non deteriorando, sed readificando.

VII. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SEpulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum est: sed corruptum & lapsum monumentum corporibus non contactis [52] licet reficere.

De Lege Julia de vi.

VIII. MACER lib. I Publicorum.

SEpulchri violati crimen potest dici ad Legem Juliam de [53] vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cavetur, *qui fecerit quid, quo* [54] *minus aliquis funeretur, sepeliaturve*: quia & qui sepulchrum violat, facit quo quis minus sepultus sit.

De actione pecuniaria.

IX. IDEM lib. II Publicorum judiciorum.

DE sepulchro violato actio quoque [55] pecuniaria [56] datur.

De herede necessario. De bono & æquo.

X. PAPINIANUS lib. VIII Quæstionum.

QUæstum est, an ad heredem [57] necessarium, cum se bonis non miscuisset, actio sepulchri violati pertineret? Dixi, recte eum ea actione experiri, quæ *in bonum & æquum* concepta est. Nec tamen, si egerit, hereditarios creditores timebit: tum etsi per hereditatem obtigit hæc actio, nihil tamen ex defuncti capiatur voluntate, neque id capiatur quod in rei persecutione, sed *in sola* [58] *vindicta* sit constitutum.

De pœna sepulchri violati.

XI. PAULUS lib. V Sententiarum.

REi sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa erucrint, humiliores quidem fortunæ summo supplicio adficiuntur [59], honestiores in insulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallum damnantur.

TIT. XIII.

DE CONCUSSIONE [1].

De ablato restituendo, & delicto coërcendo.

I. ULPIANUS lib. V Opinionum.

SI simulato Præsidis jussu concussio intervenit, ablatum ejusmodi terrore restitui Præses Provinciæ jubet, & delictum coërcet [2].

An sit judicium publicum.

II. MACER. lib. I Publicorum judiciorum.

CONcussionis judicium publicum non est: sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest judicium publicum esse ex Senatusconsultis, quibus pœna Legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum [3], vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint.

1 Περὶ διαστροφῆς de concussionibus. 60 *Eclog.* 24. Concussio est terror injectus pecuniæ vel rei alterius extorquendæ causa. Cujac. *hic.*

2 V. *Nov.* 24. *c.* 2. Goth. Adde *l.* 8. *ff. de calumniat.* Convenit cum Jure Canonico. *c. militare.* 23. *qu.* 1. Anf.

3 *l.* 1. §. 2. *ff. de fals. l.* 17. *in fin. C. de testibus.* Goth. Hæc Lex canonizata est. *c.* 128. *causa* 1. *qu.* 1. Anf.

TIT. XIV.

DE ABIGEIS [1].

De pœna abigeatus. 1. Qui dicuntur abigei. 2. De minoribus vel majoribus animalibus. 3. De pœna. 4. Si quis pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegerit.

I. ULPIANUS lib. VIII de officio Proconsulis.

DE abigeis puniendis ita Divus [2] Hadrianus *Consilio* [3] *Beticæ* [4] rescripsit, *Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium* [5] *damnati silent*: puniuntur autem durissime non utique, sed ubi frequentius est id genus maleficii: alioquin [&] in opus, & nonnunquam temporarium [6] dantur. §. 1. *Abigei* autem proprie 7 *hi* habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem [8] exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes. Cæterum si quis bovem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerit, non est abigeus, sed fur potius.

§. 2. Sed & qui porcam, vel capram, vel vervecem [9] abduxit, non tam graviter, quam qui majora animalia abigunt, plecti debent. §. 3. Quanquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis, vel etiam gladii præstituerit, attamen qui honestiore loco nati sunt, non debent ad hanc pœnam pertinere, sed aut relegandi erunt, aut movendi ordini [10]. Sane qui cum gladio [11] abigunt, non inique bestiis [12] objiciuntur. §. 4. Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam, abegit, ut Saturninus quidem scribit, ad examinationem civilem [13] remittendus est: sed hoc ita demum probandum est, si non color [14] abigeatus quæsitus est, sed vere putavit sua justis rationibus *ductus*.

An sit publicum judicium de pœna.

II. MACER lib. I Publicorum judiciorum.

ABigeatus crimen publici [15] judicii [16] non est: quia furtum magis est. sed quia plerumque abigei & ferro [17] utuntur, si deprehendentur, ideo graviter & puniri eorum admissum solet.

Differentia furis & abigei. 1. De loco unde abactum est. De his qui abegerunt. 3. De receptoribus abigeorum.

III. CALLISTRATUS lib. VI de Cognitionibus.

OVes pro [18] numero abactorum [19] aut furem aut abigeum faciunt. quidam decem oves gregem esse putaverunt, porcos etiam quinque, vel quatuor abactos: equum, bovem vel unum abigeatus crimen facere. §. 1. Eum quoque plenius [20] coërcendum, qui à stabulo abegit domitum pecus, non à sylva nec grege.

§. 2. Qui sæpius [21] abegerunt, licet semper unum vel alterum pecus subripuerint, tamen abigei sunt. §. 3. Receptores [22] abigeorum qua pœna plecti debeant, epistola D. Trajani [23] ita cavetur, ut extra *terram Italiam* decem [24] annis relegarentur.

1 De prævaricatoribus. *unlg.* περὶ ὑποσυστρεφῆς συνηθείας. *Grec. Ecl.* 26.

2 *l.* 4. §. 4. *ff. de his, qui not. l.* 1. §. 1. §. 6. *ad SC. Turp. l.* 212. *ff. de verb. sign.* v. Cujac. 9 *obs.* 40.

3 Avaricatione Hotomanni, *in voce*, prævaricator.

4 Adde *l.* 3. §. 2. *ff. eod.*

5 Id est, graviter.

6 *l.* 6. *ff. eod.*

7 Hæc hac lege dixi ad *l.* 4. *ff. de testib.*

8 Hoc in secunda fiebat accusatione. In priore vero eius ante peragebatur, postea de prævaricatione quærebatur. Plin. 3 *epist. ad Minutium.* quia optime ex ipsa accusatione fides accusatoris æstimatur. v. Brisson. 4 *select.* 7.

9 *l.* 1. *in fin. ff. eod. l. ult. ff. de postulando.*

in fin. Aliam pœnam vide apud *Harmen. 5. tit. 5.* 13 Ad ferrum. Paul. 5 *sentent.* 18. §. *ultim.*

14 Color, est prætextus, colorata ratio; formula loquendi quæ extat *l.* 7. *ff. ad SC. Macedon.* 16 Huc facit *l.* 15 Id est, pœnale non est. dixi ex eodem libro Marci in *l.* 2. *ff. de concuss. unic. C. eod.* 17 Vel gladio. ut *l.* 1. §. 3. *in fin. ff. eod.* 18 60 *Eclog.* 25. *cap.* 3. adde Paul. 5 *sent.* 18. §. 1. & *l.* 16. §. 7. *ff. de pœn.* 19 *Forte legendum* abactarum. 20 Levius; Alii lenius. Cujac. *hic.* ἀφορότερον Græci. apud Cujac. 6 *obs.* 8. id est, *mitius*: ἀφοβότερον, 60 *Eclog.* 15. *c.* 3. id est, *acrius*: quæ lectiones plane contrariæ sunt. Ratio qua utitur Cujacius fummopere placet: sunt enim levius puniendi, quibus non ita patet furandi copia: contrario durius puniendi, quibus major patet. Justinus de Scythis loquens: Nullum scelus apud eos furto gravius est: quippe sine tecto, munimentisque pecora & armenta habentibus. vid. Cujac. *hoc tit.* huc adde Clar. 5 *sent.* §. *ult. qu.* 60. *vers.* 13. Goth. Adde Leonin. *emendat. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 8. Anf. 21 Huc facit *Harm.* 60. *cap.* 9. 22 *l.* 1. *ff. de recept.* 23 Trajani. *vulg. Hal.* 24 *Eclog.* 16. *c.* 1.

TIT. XV.

DE PRÆVARICATIONE [1].

Definitio & etymologia prævaricatoris.

I. ULPIANUS lib. VI ad Edictum Prætoris.

PRævaricator est [2] quasi varicator, qui diversam partem adjuvat prodita causa sua. Quod nomen Labeo à varia [3] certatione tractum ait. Nam qui prævaricatur, ex utraque parte constitit, quinimo ex altera. §. 1. Is autem prævaricator proprie dicitur, qui publico judicio accusaverit: Cæterum Advocatus 4 non proprie prævaricator dicitur. Quid ergo de eo fiet, sive privato judicio sive publico prævaricatus sit, hoc est, [prodiderit causam?] hic extra [5] ordinem solet puniri.

De pœna extraordinaria.

II. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

SCiendum est, quod hodie iis [qui] prævaricati sunt, pœna injungitur extraordinaria [6].

An sit publicum judicium.

III. MACER lib. I Publicorum judiciorum.

PRævaricationis judicium aliud publicum, aliud moribus inductum est. §. 1. Nam si reus accusatori publico judicio deferebat, quod dicat *se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum*, cavetur Lege 7 Julia publicorum, ut non prius accusetur, quam [8] de prioris accusatoris prævaricatione constiterit, & pronunciatum fuerit. hujus ergo prævaricationis pronunciatio publici judicii intelligitur. §. 2. Quod si *Advocato* 9 prævaricationis crimen intendatur, publicum judicium non est: nec interest, publico an privato judicio prævaricatus dicatur. §. 3. Si ideo quis accusetur, quod dicatur crimen judicii publici destituisse: judicium

dicium publicum non est: quia [10] neque Lege aliqua de hac re cautum est, neque per Senatusconsultum, quo pœna quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducta est.

De infamia.

IV. IDEM lib. II Publicorum Judiciorum.

SI is, de cujus calumnia agi prohibetur, prævaricator in causa judicii publici pronunciatus sit, infamis [11] erit.

De jure accusandi.

V. VENULEIUS SATURNINUS lib. II Publicorum judiciorum.

ACcusator in prævaricatione convictus, postea ex Lege non accusat [12].

De pœna.

VI. PAULUS lib. sing. de Judiciis publicis.

AB Imperatore nostro & patre ejus rescriptum est, ut in crimi-nibus, quæ extra ordinem objiciuntur, prævaricatores eadem [13] pœna adficiantur, qua teneren-tur, si ipsi in Legem commisissent qua reus per prævaricationem absolutus est.

De eo, qui delatorem corrupit.

VII. ULPIANUS lib. IV de Censibus.

IN omnibus causis, præterquam in sanguine [14], qui delatorem corrupit [15], ex Senatusconsulto pro victo [16] habetur.

10 Delictum omne privatum est, hinc colligitur, nisi Lex exprimat, quod sit publicum.

11 *l. 1. §. de his, qui notantur.*

12 Vide *l. 2. §. ad Turp.*

13 De talione dicam ad *Novell. Leon.* 60.

14 V. *l. 1. §. de bonis damnatorum. l. 18. C. de transf.*

15 *l. 29. §. de jure fisci.*

16 Pro victo, v. Cujac. *6 obs. 11. paulo post prine.*

TIT. XVI.

DE RECEPTATORIBUS [1].

De crimine & de pœna.

I. MARCIANUS lib. II Publicorum judiciorum.

PEssimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest [2]. Et præcipitur, ut perinde [3] puniantur, atque latrones. In pari [4] causa habendi sunt, quia [5] cum apprehendere latrones possent, pecunia [6] accepta, vel subreptorum parte, demiserunt [7].

De his, qui affines & cognatos recipiunt.

II. PAULUS lib. sing. de pœnis Paganorum.

EOs, apud quos *adfinis* [8], vel *cognatus* [9] latro conservatus est [10], neque absolvendos [11], neque severe admodum puniendos: non enim par *est eorum delictum*, & eorum qui nihil ad *se pertinentes* latrones recipiunt.

1 De receptoribus, *Hist.* & ita vocantur à Paulo receptores, Paul. *5 sent. 3. §. 4. & l. 13. ff. de off. Præf.* περὶ ὑποδεκτῶν, ἢ τῶν ὑποδεχομένων λῃστάς. 60 *Ecl. 27.* & apud *Harmen. 6. tit. 13.* περὶ τῶν ὑποδεχομένων δόλῳ. & *9 C. Theod. 39.* & *C. 9. tit. 29. de his qui latrones.*

2 *l. 13. in pr. ff. de off. Præf.* Hinc illud Pauli *ibid.* Sublatis susceptoribus cupido grassantium conquiescit. 3 Pœnam receptatoris, furis & latronum observa.

4 Id est, par supplicium sustinent. An hoc in omni receptatore obtinet? Hæc lege de receptatoribus furum & latronum tantum agi putat Hippolytus Marsilius, *cons. 53. n. 26. v. l. 1. C. de his, qui latrones occultant.* at non de receptatoribus rerum furtivarum, negans constituta in receptatore furum & latronum ad receptatorem rerum furtivarum recte extendi. adde quæ scripsi ad *l. 14. C. de furtis.* 5 Qui cum. *vulg. Hal.* 6 *l. 1. C. eod. Ecl. 60. tit. 27. c. 1.* Paul. *5 sent. 3. §. 4. l. 1. C. Theodos. de his, qui latrones.* Hinc Plato 12. τῶν τις κλαπέντων ὑποδέξηται, τὴν ὠλῆ ὑπεχέτω δίκην τῷ κλέψαντι. Et Phocylides, ἀμφότεροι κλῶπες, ὅ τε δεξάμενος, ὅ τε κλέψας. Et Fabius Quint. *Declam. 225.* Proximos eos esse existimo transfugis, à quibus transfugæ recipiuntur: hoc enim natura idem est facere seu probare. 7 Dimiserunt. *vulg. Ital.* 8 Adfinitatis ratione pœna minuitur, *ut hic.* In receptore adfinis vel cognati sic pœna minuitur, si pater filium, vel è contra, accuset, vel offerat puniendum: de quo v. Tiraq. *tract. de pœnis. causa 18, 19, & 20.* 9 Cognationis causa minuitur pœna. 10 Personæ scil. non delicti approbandi causa: tunc enim æqualiter puniuntur. In crimine hæreseos id singulare est, ut qui affinem receperit, vitæ tantum ei conservandæ causa, non consentiens in ejus hæresin, anathemate porcellatur. *c. sicut. de hæreticis.*

11 Licet affinitatis vel consanguinitatis affectio relevet receptorem: non tamen à tota pœna relevat: Punitur μέσως πως, id est, *medio quodam modo. 60 Ecl. c. 1.*

TIT. XVII.

DE FURIBUS BALNEARIIS [1].

De furibus nocturnis vel balneariis & effractoribus.

I. ULPIANUS lib. VIII de Officio Proconsulis.

FUres nocturni [2] extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi: dummodo sciamus, in pœna eorum operis publici temporarii modum non egrediendum. Idem & in balneariis furibus. Sed si telo se fures defendunt, vel effractores, vel cæteri his similes, nec cuiquam [3] percusserunt, metalli pœna, vel honestiores relegationis adficiendi erunt.

De furibus interdiariis.

II. MARCIANUS lib. II Judiciorum Publicorum.

SEd si interdiu [4] furtum fecerunt, ad jus [5] ordinarium remittendi sunt.

De milite.

III. PAULUS lib. sing. de pœnis Militum.

MIles, qui in furto balneario adprehensus est, ignominia mitti [6] debet.

1 Balnearii fures, lavantium prædones à Tertulliano *in Apologetico* vocantur: fures sunt balnearum. Idem in *lib. de Fuga:* Fures vel raptores balnearum. Paul. *5 sentent. 3. §. 5.* ubi vide Cujac. Adversus fures balnearios usus erat capsariorum. *l. 3. in fin. ff. de off. Præfecti vigil.* De furibus balnearis vide Arist. in *Problemat. parte 18.* Alciat. *2 parerg. 8.* & Petr. Victor. *7 variar. 17.* Goth. Adde Alciat. *lib. 2 parerg. cap. 38.* Menoch. *de arbitrar. jud. cas. 296. S. L.* 2 Qui & dormitatores Comico, qui & atrociores fures. *l. ultim. ff. tit. prox.* Ideoque ὠμηρὸς κρλάζουσι. *15 Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 12. c. 51.* 3 Nec quemquam. *vulg. Hal.* 4 Vide *l. 54. §. 2. ff. de furt.* 5 Ordinarium ad jus remitti quid est? An ut civiliter agatur? *l. ult. ff. de privatis delict.* an ad Magistratus, ut per eos fur ad Prætidem transmittatur? Paul. *7 collat. legum Mosaicar.* 6 Militaris pœna est ignominia mitti, *ut hic.* Huc adde quod refert Gellius, 10 *Noctium Atticar. c. 8.* fuisse & hanc quoque antiquam militarem animadversionem: ignominiæ causa militi venam solvi & sanguinem dimitti; idque primum servatum ad puniendos stupidos milites fuisse, postea consuetudine ad pleraque alia delicta protractum. Hinc Cato tradit, apud Frontinum, *lib. 1 Strategematon*, in furto comprehensis apud commilitones dextras esse præcisas, aut si levius animadvertere voluissent, in principiis (id est, ad principia) sanguinem missum: & Modestinus eum, qui aliena arma furripit, gradu militiæ pellendum scribit, *l. 3. §. 14. ff. de re militari.* & Polybius 6. ἢ πλήγωσίν τινα τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ξυλοκοπήσωσι, id est, *fustibus percuti.* qua de re vide plenius Petrum Fabrum, *1 semestr. 17.* & hæc de furto in militibus punito.

TIT. XVIII.

DE EFFRACTORIBUS [1] ET EXPILATORIBUS [2].

De effractoribus. 1. De expilatoribus. 2. De succularii, directariis, effractoribus.

I. ULPIANUS lib. VIII de Officio Proconsulis.

DE his [3], qui carcere [4] effracto [5] evaserunt, sumendum supplicium [6] Divi fratres Æmilio Tironi rescripserunt. Saturninus etiam probat [in] eos, qui de carcere eruperunt, sive effractis foribus, sive conspiratione cum cæteris qui in eadem custodia erant, capite puniendos: quod si per negligentiam custodum [7] evaserunt, leviùs puniendos. §. 1. *Expilatores* [8], qui sunt atrociores [9] fures (hoc [10] enim est expilatores), in opus publicum vel perpetuum vel temporarium dari solent: honestiores autem Ordine ad tempus moveri, vel fines patriæ juberi excedere, quibus [11] nulla specialis pœna rescripta Principalibus imposita est, idcirco [12] causa cognita liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. §. 2. Simili modo & *succularii* [13] & *derectarii* [14] erunt puniendi, item effractores. † Sed enim D. Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoque [15] pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere jussit Provincia Africa (unde erat), & Urbe, & Italia. † Oportebit autem æque, & in effractores, & in cæteros suprascriptos causa cognita statui, prout amissum suggerit: dummodo ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honestiore relegationis excedat.

De effractoribus.

II. PAULUS lib. sing. de Officio Præfecti Vigilum.

INter effractores varie animadvertitur. atrociores [16] enim sunt nocturni effractores: & ideo hi fustibus cæsi in metallum dari solent: diurni vero effractores post fustium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt.

1 Carcerum seu domorum, περὶ τοιχορύχων. 60 *Ecl. 28.* De effractoribus janure seu ostii, vide *l. 53. ff. de furtis. §. 11. Instit. de obligationib. quæ ex delicto.* forium meretricis, *l. 39. ff. de furtis.* arcæ, armarii, *l. 3. §. 2. ff. de off. Præfect. vigil. l. 21. §. 8. l. 22. §. 1. ff. de furt.*

2 Ædium, domorum, aut villarum alienarum, ut differant à fure, dicam ad *l. 1. ff. eod.* 3 Id est, de omnibus; nam & milites comprehenduntur, *l. 38. §. ult. ff. de pœnis.* & innocentes, *l. 13 ff. de custodia.* 4 Ut de eo, à quo custodiebantur. *d. §. pen. in fin.* 5 Quid, si fores non effregerint, sed aperuerint? quid, si foribus apertis fugerint? dic ut *ff. eod.* Quid, si consilium effugiendi habuerint, nec res in effectum deducta fuerit? Bossius, *tit. de carcere. n. 5.* negat puniendos capitaliter: sed tantum haberi pro convictis, si justis de causis in carcerem erant detruli. 6 Capitis *fc. ff. eod.* & *l. 38. §. ult. ff. de pœnis. l. 13. §. pen. ff. de re militari.*

7 Custos carceris; commentariensis. de quo vide *l. 4. C. de custodia.*

8 15 *Synops. 2. ex lib. 28. c. 1.* Expilatores sunt qui (ut ita loquamur) ne pilum quidem homini relinquunt, qui ædes alienas, & villas expilant, Paul. *5 sent. 3. §. 3.* οἱ τὴν ἀνδρώνιτιν ἐκδύοντες, 15 *Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 28. cap. 1.* differunt à furibus, *l. 16. §. 6. ff. de pœnis.* in qua Græci, ἄλλο γάρ ἐστι τὸ βίαιον ὑποδύεσθαι, ἄλλο τὸ λαθραίως κλέψαι ἐσθῆτα. vide Cujac. *15 obs. 31.* Goth. Adde Menoch. *de arbitr. judic. cas. 299. S. L.* 9 Improbiores. *l. 12. C. ex quib. caus. infam. τεφρόπιτοι. Ecl. ibid.* 10 Hoc est, λωποδύται. *Hal. l. 16. §. 6. ff. de pœnis.* συλλογεῖς, vel συλεῖς. *Budæus.* 11 Quibus quia nulla, *Ital.* Pœna legibus specialis ubi non est definita, licet judici eam irrogare, quam voluerit. *15 Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 28. c. 1. in fin.* 12 Pœnam arbitrariam imponit judex, ubi nulla specialis pœna lege imposita est, *ut hic. & l. 3. C. de servis fugitiv. l. 14. C. qui accusare.* vide Schenkium, *1 viridari. 93.* Goth. Adde *l. 13. ff. de pœnis. l. 1. §. 2. ff. de jure deliberandi. & ibid. notat. S. L.* 13 Sacculariis qui? dixi ad *l. 7. ff. de extraordinariis.* 14 Derectarii qui? vide *d. l. 7.* 15 Hujusmodi parietum effractores ὑφορυχεῖς dicuntur. v. Cujac. *10 obs. 27.*

16 Cur ita? vide Cujac. *6 obs. 8.* adde *l. 1. ff. de furibus balnearis.*

TIT. XIX.

EXPILATÆ [1] HEREDITATIS [2].

De coërcitione extra ordinem.

I. MARCIANUS lib. III Institutionum.

SI quis alienam hereditatem expilaverit, extra ordinem solet coërceri per accusationem expilatæ hereditatis, sicut [ἀγράφου] ratione Divi Marci cavetur.

De cognitione Præsidis. Quo casu sit locus huic judicio. De concurrentibus actionibus.

II. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

SI expilatæ hereditatis crimen [3] intendatur, Præses [4] Provinciæ cognitionem suam accommodare debet: cum [5] enim furti agi non potest, solum superest auxilium Præsidis. §. 1. Apparet autem expilatæ hereditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest: scilicet ante aditam hereditatem; vel post aditam, antequam res ab herede possessæ sunt. nam in hunc casum furti actionem non competere palam est: quamvis ad exhibendum [6] agi posse, si qui vindicaturus [7] exhiberi desideret, palam sit.

III. MARCIANUS lib. II Publicorum Judiciorum.

DIvus Severus & Antoninus rescripserunt, electionem esse, utrum quis velit crimen expilatæ hereditatis extra ordinem apud Præfectum Urbi vel apud Præsides [8] agere: an hereditatem à possessoribus jure ordinario vindicare.

De pluribus heredibus.

IV. PAULUS lib. III Responsorum.

REs hereditarias omnium heredum fuisse communes [9]: & ideo [10] eum, qui expilatæ hereditatis crimen objicit, & obtinuit, etiam coheredi profuisse videri.

De uxore.

V. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

VXor [11] expilatæ hereditatis crimine idcirco non accusatur, quia [12] nec furti cum ea agitur.

De furto. de ignorantia furripientis.

VI. PAULUS lib. I ad Neratium.

SI rem hereditariam, ignorans in ea causa esse, subripuisti, furtum te facere respondit. Paulus: Rei hereditariæ furtum [non] fit, sicut [13] nec ejus, quæ sine domina [14] est: & nihil mutat existimatio subripientis.

1 De crimine expilatæ hereditatis, *vulg.* & IX C. XXXII. adde *l. 3. §. 5. in fin. ff. de suspect. tut. l. 21. ff. de adquir. hered. l. 13. ff. de extraord. crim. l. 12. C. ex quib. caus. infam. l. 3. in fin. C. famil. ercisc. l. 17. C. de furtis.* compilatæ, *l. 33. ff. de negotiis. l. 23. ff. de fideicommissariis libertatibus.* spoliatæ, *l. 40. ff. de statulib.* Dicimus etiam amovere ex hereditate, *l. 59. §. 1. ff. de manumiss. testam.* crimen expilatæ hereditatis Græcis dicitur, τὸ περὶ ἀποστάλεισης κληρονομιαίων πραγμάτων ἔγκλημα. 15 *Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 29. cap. 8.* Goth. Vide Menoch. *de arbitr. jud. cas. 300.* Ans.

2 Nondum adita vel possessa. *l. 2. §. 1. ff. eod.*

3 *l. ult. C. eod.*

4 *l. 3. ff. eod.*

5 V. *l. 68. ff. de furt.*

6 *l. 4. in fin. C. eod.*

7 *l. 17. in fin. C. de furtis.*

8 *l. 2. ff. eod.*

9 Res hereditariæ omnium heredum sunt communes.

10 Unius sociorum communem rem habentium victoria, alteri socio prodest. 11 *l. 4. C. eod. l. 33. ff. de negotiis. l. 17. C. de furtis.* 12 *l. 1. l. 2. ff. rer. amotarum.* Goth. Adde *l. 17. ff. de furt.* 13 *l. 68. ff. de furtis. l. 1. §. 15. ff. si is, qui testam.* 14 Domino. *vulg. Hal.*

TIT. XX.

STELLIONATUS [1].

Quale sit hoc judicium.

I. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

ACtio stellionatus neque [2] publicis [3] judiciis, neque privatis actionibus continetur.

De infamia. De coërcitione extra ordinem.

II. ULPIANUS lib. VIII ad Sabinum.

STellionatus judicium famosum quidem non [4] est, sed coërcitionem [5] extraordinariam habet.

De cognitione Præsidis. 1. Quibus casibus hoc crimen locum habet. 2. De pœna. 3. De eo qui merces suppressit.

III. IDEM lib. VIII de Officio Proconsulis.

STellionatus accusatio ad Præsidis cognitionem spectat.

§. 1. Stellionatum autem objici posse his qui dolo quid fecerunt, sciendum est: scilicet si aliud crimen non sit, quod objiciatur. quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio [7]. † Ubicunque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus objiciemus. Maxime autem in his locum habet, si quis forte rem alii obligatam, dissimulata [8] obligatione

1 De crimine stellionatus, IX C. XXXIV. περὶ κακοτεχνῶν ἤτοι πανούργων, καὶ βασάνων, &c. 60 *Ecl. 30.* adde *l. 29. §. 3. ff. mandati. l. 1. in fin. ff. de pignorat. l. 7. §. 1. ff. ad Turp.* vide Menoch. *2 de arbitr. judic. quæst. 381.*

2 Stellio est lacertus stellulis distinctus, 30 Plinius 10. qui per parietem repit: Græcis ἀσκαλαβώτης. vid. Cujac. *10 obs. 26.*

3 Non omne delictum est vel publicum, vel privatum. Hic enim stellionatus crimen alterutro genere non continetur. ἔστι γὰρ τοῦτο κεφάλαιον ἴδιον ἀφ' ἑαυτοῦ. *60 Ecl. 30. c. 1.* 5 Imo est, *l. 13. in fin. ff. de his, qui notantur.* solve: Si cum crimine concurrit actio civilis famosa, famosum: sin minus, non est. Cujac. *10 observat. 26.* quem v. Alii ita solvunt: non est famosum ex se, sed ex judicis sententia. Antonius Faber, *4 conject. 2.* putat negationem sic abundare. 6 Perfectionem. *Basil.* 7 Actio tamen de dolo est ordinaria: stellionatus autem crimen extraordinarium: nulla enim lex de eo lata est. Ob id *inscriptum maleficium* à Rhetoribus dicitur. Cujac. *ibid.* 8 Qui vendit aut pignorat, & dissimulat (aliud est si non dissimulat, *l. 15. §. ultim. ff. de pignoribus.* aliud est etiam si paratus sit satisfacere, *60 Ecl. 30. c. 4.*) rem alteri obligatam, stellionatus tenetur, *l. 4. C. eod. l. 16. §. 1. l. 26. in fin. ff. de pignoratitia. l. 9. §. 1. ff. de statuliberis.* Idem est si alienam dissimulavit & vendidit. *l. 3. C. eod.* Quid, si posteriori emptori rem suam esse adfirmavit? tenebitur falli. *l. 21. ff. de falsis.* Idem dicendum, si secundo creditori falso rem suam esse adfirmavit. Nihil enim interest, quibus quis eandem rem diversis contractibus vendat aut pignoret. Cuj. *13 obs. 21.* Imo, interest. Nam hoc postremo casu crimen stellionatus committitur, *l. ult. ff. eod.* itaque eum differre probat Hotom. *5 obs. 4.* vide *d. l. ult. ff. eod.*

obligatione, per calliditatem alii distraxerit vel permutaverit, vel in solutum dederit: nam hæ omnes species stellionatum continent. † Sed & si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel [si] corruperit, æque stellionatus reus erit. † Item si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. † Et (ut generaliter dixerim) deficiente titulo criminis hoc crimen locum habet: nec est opus species enumerare. §. 2. Pœna autem stellionatus nulla legitima est 9, cum nec legitimum 10 crimen sit. solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeiis egredi: in his autem qui sunt in aliquo honore positi, ad tempus relegatio vel ab ordine motio remittenda est.

9 Ideoque secundum qualitatem delicti variatur.

10 Legitimum crimen, ordinarium. Suetonius *in August.* non legitimum, atque ordinarium modum. Cujac. 10 *observ.* 16.

§. 3. Qui merces suppressit 11, specialiter hoc crimine postulari potest.

11 *l.* 6. ℱ. *de extraordin. crimin.*

De perjurio.

IV. MODESTINUS lib. III de Pœnis.

DE *perjurio*, si sua pignora esse quis in *instrumento* juravit, crimen stellionatus 12 fit: & ideo ad tempus exulat.

12 Imo falsi, ut ostendi in *l.* 3. §. 1. *in verb. dissimulata.* ℱ. *eod.* solve: Perjurii nulla pœna legibus prodita est; ergo nec falsi tenebitur, qui pejeravit. Et tamen quia æquum est eum, qui pejeravit rem suam esse, tam teneri, quam qui rem suam non esse dissimulavit, recte est adjectum, eo casu debitorem stellionatus teneri, v. Cujac. 20 *obs.* 21. & ita pœna stellionatui, non perjurio, imponitur. vide Cujac. 20 *observ.* 19.

TIT. XXI.

DE 1 TERMINO 2 MOTO 3.

1 De terminia mota. *tit.* 13, *collat. leg. Mosaïcar.* περὶ ὅρων ἀποκινηθέντων, καὶ περὶ ζητήσεως αὐλῶν. 58 *Eclog.* 9. *fol.* 495. & 6 *Harmenop.* 7. *cap.* περὶ τῶν ὅρων μετατιθέντων. vide Boss. *tit.* 61.

2 De terminia mota. *d. tit.* 13 *collat.* Græci τέρμα appellant. Termonem etiam veteres dixerunt. Festus *in voce* Termino. quod de Termino hic dicitur, ad bodones, sive botones, etiam pertinet (qui vicem terminorum præstant) & ad arbores terminales. 5 Paul. *sent.* 22. §. 2. 58 *Eclog.* 9. *c.* 1.

3 Dejecto. Paul. 1 *sent.* 16. §. *unic.* *l.* 4. §. 4. ℱ. *finium regundor.* everso, convulso, Paul. 5 *sent.* 22. §. 2. effosso, Paul. *ibid.* & *l.* 1. *C. de accusatorib.* exarato, Paul. *ibid. l.* 4. §. 4. ℱ. *finium regund.* prolato, *l.* 2. ℐ. *cod.* de pœna termini dejecti & moti, alibi dicam. *Goth.* Vide Menoch. *de arbitr. judic. cas.* 393. S. L.

De pœna.

I. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

TErminorum avulsorum non multa pecuniaria est 4, sed pro 5 conditione admittentium coërcitione transigendum.

4 Imo est pecuniaria. *l.* 3. ℐ. *eodem.*

II. CALLISTRATUS lib. III de Cognitionibus.

DIvus Hadrianus in hæc verba rescripsit 6: *Quin pessimum 7 factum sit eorum qui terminos finium causa positos propulerunt* 8, *dubitari non potest. de pœna* 9 *tamen modus ex* 10 *conditione personæ, & mente facientis magis statui potest: nam si splendidiores* 11 *personæ sunt, quæ convincuntur, non dubie* 12 *occupandorum alienorum finium causa* [id] *admiserunt: &* 13 *possunt in tempus, ut cujusque patiatur* 14 *ætas, relegari: id est, si juvenior* 15, *in longius; si senior* 16, *recisius* 17. *si vero alii negotium gesserunt, & ministerio* 18 *functi sunt, castigari, & ad opus biennio dari. quod si per ignorantiam* 19 *aut fortuito lapides* 20 *furati sunt* 21, *sufficiet eos verberibus decidere* 22.

De pœna pecuniaria ex l. Caii Cæsaris. 1. Si servus admiserit. 2. De facie locorum conversa.

III. IDEM lib. V de Cognitionibus.

LEge 23 Agraria, quam Gaius Cæsar tulit adversus eos, qui terminos statutos extra suum gradum 24 finesve moverint dolo malo, pecuniaria pœna constituta est 25: nam in terminos singulos, quos ejecerint, locove moverint, quinquaginta 26 aureos in publico 27 dari jubet: & ejus actionem 28, petitionem, ei qui volet, esse jubet. §. 1. Alia quoque Lege Agraria, quam D. Nerva tulit, cavetur, ut si servus 29 servave, insciente domino, dolo malo fecerit, ei capital 30 esse: nisi dominus dominave multam sufferre maluerit. §. 2. Hi quoque qui finalium quæstionum obscurandarum 31 causa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbustum, aut ex sylva novale 32, aut aliquid ejusmodi faciunt: pœna plectendi sunt [pro] persona, & conditione, & factorum violentia.

5 *l.* 2. *l. ultim.* ℐ. *eodem.* seu extra ordinem, Paul. 1 *sentent.* 16. §. *unico.*
6 Terentio Gentiano scilicet. idque 17 Kalend. Septemb. se III Consule. 7 Ideoque & ipse Deus graviter vetuit, ne quis terminum transmoveret. *Deuteron.* 19. Termini exarator, Lege Numæ, & ipse ejusque boves sacri, id est, detestabiles erant: Festus *in voce* Termino. Hoc quidem bene, sed illud male, quod Romani Terminum inter Deos retulerunt, ejusque fidei ac tutelæ agros commiserunt. Festus *ibid.* Ovid. in *Fastis ibid. Termine sive lapis*, &c. eique sacrificia fecerunt primo quidem incruento modo, ut quem existimarent ἐπίσκοπον καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης. Plutarch. *in Romanicis*: postea cæsa agna. Horatius, *libro Epodon, ibid. Et agna festis cæsa Terminalibus.* sed & extis ac pulmone gallinæ, *Prudentius.* Porro Διὸς ὁρίου meminit Plato, 8 *de legibus.* Halicarnass. 2. ὁρίου Pollux. & στήλης ὁρίας, columnæ terminalis. Huc etiam referri potest, quod in Terminis defigendis hostiæ immaculatæ sanguinem instillabant. Verrius Flaccus. Supra locum, in quo colebatur, foramen patebat in tecto, quod nefas putarent terminum intra tectum consistere. Festus *ibid.* Pithœus, 13 *notarum.* Ab eodem Deo Terminalia mense Februario ad 8 Kalendas Martias celebrantur, 5 Livius, 3 Plutarch. tametsi Terminalia quidem vocari dicunt, quod in fine anni celebrentur. Varro, 5 *de lingua.* Cæterum terminorum ponendorum auctores Josephus, 1 ἀρχαιολογ. 3. Caïnum facit auctorem: Herodotus *in Euterpe*, ut & Alexander Aphrodiseus in 3 *Metaph.* Diodorus, *lib.* 1, Ægyptios. Contra apud Scythas nullos fuisse terminos adnotant, cum agros non colerent. Justinus 2. vide Ferrandum, 1 *explicationum* 44. 8 Protulerunt, *Haloander.* abstulerunt. *Ulpian.* 13 *collat. legum Mosaïc.* Harmenopulus id ita exprimit, ὁ μεταθεὶς ὅρον, &c. Eclog. vero hic, ἡ τῶν ἀποκινηθέντων ὅρων τιμωρία. 9 De qua vide *l.* 13. ℐ. *cod.*
10 *l.* 1. ℱ. *eod.* 11 ὁ γὰρ εὔπορος ἀποκινῶν δῆλός ἐστι θέλων ἐπιλαβέσθαι τῶν ἀλλοτρίων ὅρων. Nam si dives est, palam est eum velle occupare fines alienos. 58 *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 31. *cap.* 1.
12 Non dubie, si id occupandorum. *Haloand.* 13 Hæc particula deest in Vulgata, & apud Haloandrum. 14 Compatitur. Ulpian. 13 *collat. legum Mosaïcarum.*
15 Juvenior, ἀρχαϊκῶς. junior. *vulgat. Haloand.* 16 Senex mitius punitur. vide *l.* 5. ℐ. *de jure immunit.* non tamen excusatur omnimodo à pœna, eo magis quod non ita pridem tyrocinium in delinquendo fecisse existimatur. vide Clarum, 5 *sentent.* §. *ult.* 60. *num.* 2. nisi Princeps delinquentis senectute moveatur, & anteactæ ejus vitæ puritate. vide Paponem, 2 *notar.* 7. 17 Id est, brevius. 18 *Eclog. d. cap.* 1. & 6 *Harmenopul.* 5. *cap.* 7.
19 Involuntaria quædam puniri, hinc colligunt. vide Cujacium, 19 *observat.* 10. & *l.* 11. ℱ. *de incendio.* 20 Finales scilicet, ὁρίους. *Eclog. ibid. in fin.* ὁρίους. *Harmenopul.* 16.
21 Usus causa scilicet. Ulpian. 13 *collat. legum Mosaïcarum. in fin.* 22 Coërceri. Ulpian. *ibidem.* μαστιγοῦσθαι μόνον. *Eclog. ibid.* 23 Hujus meminit Florus 103, & Suetonius *in Augusto, cap.* 20. De sepulchris Novellam Valentiniani adde, quæ in fine Codicis Theodosiani. *Gothofr.* Vide Anton. Augustin. *lib.* 3 *emendat. cap.* 9. S. L. 24 Gradus, de quo hic, non est simplex, sed Geometricus. simplex gradus pedes habet duos & semissem: vel (ut ex Juliano Asconita scribit Harmenopulus, *libro secundo*) tres: Geometricus vero pes sive passus, sive ὀργυὰ pedes habet quinque; vel, ut aliis placet, sex: atque ideo Aggenus ait, Lege Manilia quinque vel sex pedum latitudinem præscribi: intra eam latitudinem non esse usucapionem (quæ diuturna dicitur adquisitio), *l. quinque pedum.* 5. *C. finium regundorum.* nisi triginta annorum. *l. ultim. C. finium regundorum.* Atque ita fines unius gradus latitudinem petemus ex Lege XII Tabular. & Lege Manilia. 25 Imo non est. *l.* 1. ℱ. *eodem.*
26 Hæc pœna à Cæsare constituta, pecuniaria est, *ut hic.* & 58 *Eclog.* 9. *ex lib.* 60. *tit.* 35. *cap.* 2. à Nerva capitalis, §. 1. ℐ. *eod.* à Divo Hadriano relegationis, vel operis publici, vel verberum. *l.* 2. ℱ. *eod.* Pœna à Numa Pompilio constituta, fuit ejusmodi: qui terminum exarassit, ipsus & boveis ejus sacrei sunto. vox *sacrei* videtur significare *Cherem* Hebræorum, seu ἀνάθεμα, ut sit *sacer homo*, detestabilis, execrandus, diris devotus. 27 In publicum, *vulgat. Haloand.* τῷ δημοσίῳ. *Eclog. ibid.* τῷ μέρει τοῦ δημοσίου. *Harmenop. ibid.* 28 Sensus est: Qui vult, de eo agit. *Eclog. ibid.* 29 *Eclog. d. c.* 2. 30 Capitale. *vulg. Haloand.* κεφαλικῶς κολάζονται. *Eclog. ibid.* κεφαλικῶς τιμωρεῖται. *Harmen. ibid.* in metallum damnatur. Paul. 5 *sent.* 22. §. 2. Cæterum capitale est, quod capitis pœna luitur. Festus *in voce* Capital. ut *l.* 6. §. 6. ℐ. *de re militari.* ne alioqui putes cum Accursio capite puniri. 31 Obstruendarum. *Haloand.* 32 Novale quid sit, vide *l.* 30. §. 2. ℐ. *de verbor. significat.*

TIT. XXII.

DE COLLEGIIS 1 ET CORPORIBUS 2.

De collegiis, sodalitiis. De militibus. De religione. 2. Ne quis in pluribus collegiis sit.

I. MARCIANUS lib. III Institutionum.

MAndatis 3 Principalibus 4 præcipitur Præsidibus Provinciarum, ne patiantur esse [collegia] sodalitia 5, neve milites collegia in castris habeant. sed permittitur tenuioribus 6 stipem 7 menstruam conferre: dum tamen semel in mense coëant, ne sub prætextu hujusmodi illicitum collegium coëat. quod non tantum *in Urbe, sed & in Italia*, & *in provinciis, locum habere*, Divus quoque Severus rescripsit. §. 1. Sed religionis 8 causa coire non prohibentur: dum 9 tamen per hoc non fiat contra 10 Senatusconsultum, quo illicita collegia arcentur. §. 2. Non licet autem amplius quam unum collegium licitum habere, ut est constitutum & à Divis Fratribus. & si quis in duobus fuerit, rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit: accepturum 11 ex eo collegio, à quo recedit, id quod ei competit ex ratione quæ communis fuit.

1 *l. ult.* ℱ. *de excus. tutor. l.* 85. ℐ. *de verbor. sign.* & quæ Græci ἑταιρείας, συστήματα. 9 *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 51. *c.* 1. θιάσους. Josephus 14 *antiquitatum.* Philo *in Flaccum, in princ.* ἑταιρείας καὶ συνόδους, αἳ ἀεὶ ἐπὶ προφάσει θυσιῶν εἱστίων τοῖς πράγμασιν ἐμπαροινοῦσι. Latini etiam sodalitia appellant: Galli, *confrairies*, quas Franciscus I, rex Galliæ, Edicto publico sustulit. de quo vide Rebuffum, 1 *tomo in tr. de magistris artificiorum, & monopoliis prohibitis.* de collegio Mercatorum instituto, vide Livium 2. adde Cujacium, 7 *observat.* 30.

2 *l.* 19. *C. de pœnis.* quæ Græcis σωματεῖα. *Ecl. ibid.* Cæterum hic agitur de corporibus illicitis, *vulg.* & licitis: puta monetariorum, mancipum, suariorum, & reliquorum, 8 *Eclog.* 2. *ex lib.* 60. *tit.* 61. *cap.* 1. adde XI C. XVII, 14 *C. Theod.* 7. ubi in *l.* 2 agitur de collegiatis, vitutiariis, nemesiacis, signiferis & Cantabrariis. & *l.* 8. de Centonariis, & Dendrophoris, de pistorum collegio, vide *l. ult.* ℱ. *de excusat. tutor. l.* 19. *C. de pœnis.*

De pœna.

II. ULPIANUS lib. VI de Officio Proconsulis.

QUisquis illicitum collegium usurpaverit, ea pœna tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica 12 vel templa occupasse judicati sunt 13.

De dissolutione collegii; & divisione pecuniarum communium.
1. De collegiis specialiter non concessis. 2. De servis.

III. MARCIANUS lib. II Judiciorum publicorum.

COllegia si qua fuerint illicita, Mandatis 14, & Constitutionibus 15, & Senatusconsultis 16, dissolvuntur. Sed permittitur eis, cum dissolvuntur, pecunias 17 communes, si quas habent, dividere, pecuniamque inter se partiri. §. 1. In summa autem, nisi ex Senatusconsulti auctoritate, vel Cæsaris, collegium, vel quodcunque tale corpus coierit, contra 18 Senatusconsultum, & Mandata, & Constitutiones collegium celebrat. §. 2. Servos quoque licet in collegio tenuiorum 19 recipi volentibus dominis: ut curatores horum corporum sciant, ne invito aut ignorante domino in collegium tenuiorum reciperent: & in futurum pœna teneantur, in singulos homines aureorum centum.

IV. GAIUS lib. IV ad Legem XII Tabularum.

SOdales 20 sunt, qui ejusdem collegii sunt: quam Græci ἑταιρείαν vocant. His autem potestatem facit Lex, pactionem 21, quam velint, sibi ferre: dum 22 ne quid ex publica Lege corrumpant. † Sed hæc Lex videtur ex Lege Solonis translata esse: nam illic 23 ita est: Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτερες, ἢ ἱερῶν 24 ὀργίων 25, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν 26 οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν. ὅ 27 τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ 28 δημόσια γράμματα 29. Id est, *Si autem plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nautæ, vel consrumentales, vel qui in eodem sepulchro sepeliuntur, vel sodales, qui & multum simul habitantes sunt: enimvero ad negotiationem, aut quid aliud: quidquid hi disponent ad invicem firmum sit, nisi hoc publicæ Leges prohibuerint.*

3 Extat de collegiis lex antiquissima quædam à Tarquinio lata apud Halicarnass. *lib.* 4. & alia Julii, Suet. *in Julio*, c. 42. & Augusti, Suet. *Aug. c.* 32. & Tiberii, *c.* 32.

4 Et Legibus, & SC. *l.* 3. ℐ. *eod. l.* 1. ℱ. *quod cujusque universitatis.* 5 ἑταιρικά. Dion. 38 *Basil.* vide Cujac. 7 *observ.* 30. Goth. Vide Duaren. *ad tit. de hered. instituend. cap.* 2. *vers. alia quæstio.* Georg. Tholos. *de Republ. lib.* 13. *cap.* 3. Ans. 6 *l.* 3. §. 2. ℐ. *eod.* 7 Stipem menstruam conferre posse inter cæteras collegiorum quorundam conditiones fuit. Sic Josephus 14 ἀρχαιολογίας· Gaius Cæsar Edicto prohibens collegia exerceri in urbe, solos Judæos excepit, καὶ οὐκ ἐκώλυσεν, οὔτε χρήματα συνεισφέρειν, οὔτε σύνδειπνα ποιεῖν. vide Cujac. 7 *obs.* 30. Hujusmodi comessationes causæ fuerunt dissolvendorum collegiorum. Plin. 10 *epist.* Dion, *in Claudio.* Marcellinus 28. Lamprid. *in Alexandro Severo*; & Philo *ad Flaccum*, de Alexandrinorum collegiis loquens: in iis, inquit, οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλ' ἄκρατος καὶ μέθη, καὶ παροινία. Ea causa motus Franciscus I, hujusmodi collegia publico Edicto sustulit anno 1539. 8 Religionis causa coïre, id est, collegium habere justum, licet, *ut hic.* & *l.* 2. ℱ. *de extr. crimin.* Hujusmodi collegia fuerunt Gentilium & exterorum: Gentilium, hinc Dendrophori, Centonarii, 9 *C. Theod.* 8. *l.* 20. *C. Theod. de sacrificiis Paganorum.* Frediani, Chiliarchæ, *d. l.* 20. Hecatontarchæ, *synodus* 6, *in Trullo, c.* 61. Exterorum, ut Judæorum. de quibus vide *l.* 3. §. 3. ℐ. *de decurion.* Goth. Religionis causa coïre quid sit, vide Revard. *conject. lib.* 3. *c.* 13. Ans.
9 Collegiorum lege tenentur collegiati, solius populi Romani Majestate, *ut hic.* & *l.* 4. *in pr.* ℐ. *eod.* quod notatu dignissimum est. Id autem extendi potest ad homines ligios. vide Cujacium ad *tit. de dolo malo.* 10 Hinc illæ inscriptiones apud Cuj. 7 *observ.* 30. Collegio Dendrophororum quibus ex Senatusconsulto coïre licet; mensoribus, machinariis, quibus ex Senatusconsulto coïre licet. & Tertullianus in libro de jejunio adversus Psychicos, excusans conventus Christianos, nisi forte, inquit, in Senatusconsulta, & Principum mandata, coïtionibus opposita, delinquimus.
11 *l.* 3. ℐ. *eod.* 12 *l.* 1. §. 1. ℱ. *ad l. Jul. majest. l.* 4. *C. de his, qui ad Ecclesias.* 13 Tenentur itaque majestatis. *d.* §. 1. 14 *l.* 1. ℱ. *eod.* 15 *l.* 1. ℱ. *quod cujusque.* 16 *d. l.* 1. §. 1. ℱ. *eod. d. l.* 1. ℱ. *quod cujusque.* Hujus rei tria Senatusconsulta memorantur: unum quod L. Cælio & Q. Mario Coss. factum. teste Asconio *in Pisoniana.* Alterum quod Lentulo & Metello Coss. factum, teste Cicer. 2 *epist. ad Quintum Fratrem.* Tertium Neronianis temporibus, teste Tacito 14.
17 Collegia pecunias communes habuere, *ut hic.* arcam communem & syndicum. v. *l.* 1. ℱ. *quod cujusque universit.* 18 *l.* 1. *in fin.* ℱ. *eod.* vide *l.* 1. §. 1. ℱ. *eod.* 19 *l.* 1. ℱ. *eod.* 20 Sodales dicti, qui una sedent, vel qui dapibus una vescuntur, vel qui inter se suadent invicem, quod utile sit. Festus *in voce* sodales, & quod coëant crebro, congenæ dicuntur. 21 Permissum est eis res habere communes, arcam communem, actorem, syndicum. *l.* 1. ℱ. *quod cujusque.* 22 Vide quæ scripsi ad *l.* 1. §. 1. ℱ. *eod.* 23 Illic. 24 ἢ ἱερῶς ὀργίων, &c. *Hal.* 25 ὀργίων μηνῦται, ἢ σύσσιτοι, &c. Cujac. 7 *obs.* 30. ex Basilicis ita restituit. 26 λείαν, *Hal.* λείαν ἀρχόμενοι, &c. Cujac. *ibid.* 27 ὅτι ἂν τούτων διαθῶνται, &c. Cujac. *ibid.* 28 ἀπαγορεύῃ, Cujac. *ibid.* 29 Πράγματα. Cujac. *ibid.*

TIT. XXIII.

DE POPULARIBUS 1 ACTIONIBUS 2.

Definitio.

I. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

EAm popularem actionem dicimus, quæ suum 3 jus populi 4 tuetur 5.

Si plures agant.

II. * IDEM lib. I ad Edictum *.

SI plures simul agant populari actione, Prætor 6 eligat 7 idoniorem 8.

1 Popularis actio. *l.* 4. *l.* 43. §. 2. ℱ. *de proc. l.* 7. §. 2. ℱ *de dol. l.* 56. *in fin.* ℱ. *de fidejussoribus.*

2 Est hoc notandum, publicarum actionum alias esse civiles, alias criminales. Civiles seu pecuniariæ sunt populares, ut albi corrupti, sepulchri violati, dejecti vel effusi, apertarum tabularum ante familiæ quæstionem: criminales vero aliæ, eæ non excludunt actionem de dolo, ut notat Cujacius in *l. & eleganter.* 7. ℱ. *de dol. l.* 32. §. 7. *in fin.* ℱ. *de arbitr. l.* 5. §. 5. ℱ. *de his qui effuderunt. l.* 25. *in fin.* ℱ. *de Silaniano. l.* 32. ℱ. *ad l. Falc. l.* 56. *in fin.* ℱ. *de fidejuss. l.* 3. §. *ult.* ℱ. *de sepulchro. l.* 30. §. 3. ℱ. *de jurejur.* δημοτικὴ ἀγωγή. 52 *Eclog.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 32. *c.* 3. Zonaras, *tom.* 2. populare judicium, *l.* 7. ℱ. *de jurisd.* quod quid sit, vide *l.* 1. ℐ. *eod.* De popularium actionum appellatione ita scribit Zonaras, *tom.* 2. καὶ τὸ δῆμον πολλάκις ὠνόμασεν, ὅθεν καὶ παρὰ ταῖς βίβλοις νομικαῖς πολλάκις κέκληται ἡ δημοτικὴ ἀγωγή. 3 Τὸ τοῦ δημοσίου δίκαιον. 4 Populo, *vulgat. Hal.* Populares actiones etiam publicæ dicuntur, quod omnibus pateant. 5 Adde in qua quis, quasi unus ex populo, agit, *l.* 43. §. 2. ℱ. *de procurat.* quæ cuivis ex populo competit, *l. unica.* §. 9. ℱ. *ne quid in flumine publico.* in qua quivis ex populo jus prohibendi habet, *l.* 2. §. 2. ℱ. *ne quid in loco publico.* adde *l.* 1. *de locis & itineribus publicis.* forensis, non criminalis. & in eo differt à publicis judiciis: est & etiam ex iis causis, quæ publicam tutelam merentur, & in ea fidejussor non datur, *l.* 36. *in fin.* ℱ. *de fidejussor.* & arbiter sententiam dicere non compellitur. *l.* 3. §. 1. ℱ. *de arbitris.* 6 Prætor eligit idoneiorem ex multis agere volentibus populari actione. 7 Arbitrio suo, causa cognita. 8 Idoneiorem. *vulg. Hal.* Id genus judicii Latinis dicitur *divinatio.* Cæterum idoneior est is cujus interest, *l.* 3. *in fin.* ℐ. *eod.* is cujus magis interest, *l. ult. in fin.* ℱ. *de collusione.* is, ad quem res maxime pertinet. *l.* 3. §. 12. *de homine libero exhibendo.* Ejus autem maxime interest, qui adfinitatis & consanguinitatis causa se agere dicit, *l.* 5. §. 5. ℱ. *de his, qui effuderunt.* id quoties fit, ætatem & mores gentium judicem comparare inter se oportet. *d. l. ult. in fin.* ℱ. *de collusione.*

Si sæpius agatur. 1. *De eo, cujus interest, aliis præferendo.*

III. Ulpianus lib. I ad Edictum.

Sed si ex eadem causa sæpius agatur, cum idem [9] factum sit, exceptio vulgaris rei [10] judicatæ opponitur. §. 1. In popularibus actionibus is, cujus [11] interest, præfertur.

Quibus datur actio.

IV. Paulus lib. III ad Edictum.

Popularis actio integræ [12] personæ [13] permittitur: hoc est, cui per Edictum postulare [14] licet.

De procuratore.

V. Idem lib. VIII ad Edictum.

Qui populari actione convenietur, ad defendendum procuratorem dare potest: is autem, qui eam movet, procuratorem dare non [15] potest.

De muliere & pupillo.

VI. Ulpianus lib. XXV ad Edictum.

Mulieri & pupillo [16] populares actiones non dantur, nisi [17] cum ad eos [res] pertineat.

9 *Cur judicatum fit.* & ita Jacobus Laetius vir clarissimus collega legendum esse conjicit.
10 *T. de except. rei jud.*
11 Vide *l.* 2. *T. eod.*
12 Integra persona dicitur, cui per Edictum postulare licet.
13 Id est, non infami.
14 Advocati officio fungi quis non potest, nisi integra sit persona, id est, non famosa vel infamis.
15 *l.* 42. *T. de procurat.* procurator non datur, 8 *Ecloga.* 2. *c.* 41. nisi certis casibus, nemo cogitur procuratorem dare. *l.* 43. §. 2. *T. de procurat.*
16 *l.* 5. *T. de operis novi.* 17 *d. l.* 5. *l.* 11. *J. de accusat. l.* 12. *C. qui accusare.*

De SC. Trebelliano. 1. *Non intelligi locupletiorem eum qui habet has actiones.*

VII. Paulus lib. XLI ad Edictum.

Populares actiones non transeunt ad eum cui restituta est hereditas ex Trebelliano Senatusconsulto. §. 1. Item qui habet has actiones, non intelligitur esse locupletior [18].

De successoribus. De tempore harum actionum.

VIII. Ulpianus lib. I ad Edictum.

Omnes [19] populares actiones neque in heredes dantur, neque [20] supra annum extenduntur.

18 Nisi post litem contestatam. *l.* 56. *in fin. T. de fidejuss.* Accurs.
19 Quid? quæ sunt populares actiones? De ejectis & effusis, si liber homo occisus, vel ei nocitum sit. Albi corrupti, sepulchri violati. *l.* 3 *in fin. T. de sepulchro.* Aperta rum tabularum ante quæstionem familiæ. Male excipit Accursius Interdictum publico, quod est perpetuum. Nam non est omnino popularе, quandoquidem non omnibus, sed ei tantum competit, cujus interest. Populare tantum est ad aliquid, nempe, quod ad utilitatem publicam pertinet. *l.* 2. §. *hoc interdictum.* 4. & §. *pen. T. ne quid in loco publ. l. ult. T. de vin publica.* Male etiam excipit Interdictum de libero homine exhibendo, quod est perpetuum. Nam id esse popularе negari potest. Patet quidem omnibus, sed non ideo popularе, sicut crimina stellionatus, expilatæ hereditatis, prævaricationis, suspecti tutoris, omnibus patent, non tamen sunt publica prorsus: pertinent quidem ad utilitatem publicam, quoniam tuentur libertatem civium. At non ideo tamen quid popularе est, nisi quid ex eo in publicum redeat, ut est in Edicto de apertis tabulis ante quæstionem familiæ, actione albi corrupti, sepulchri violati, de dejectis, & effusis, & apud Frontin. 2 *de Aquæductibus in senatusconsulto quodam.* Qua ratione possis negare collusionis judicium popularе esse, cum nihil ex eo in publicum redeat. vide Cujac. *c.* 20 *de diverf. temporib.* 20 Imo supra annum extenduntur, quia ad publicam utilitatem pertinent. *l.* 6. *T. eod.* Hujusmodi actiones non sunt temporariæ. *l.* 2. §. 44. *T. ne quid in loco publico.* Goth. Intellige de judiciis civilibus & extraordinariis: publica enim judicia quamvis popularia sint, plerunque viginti annos durant. *l. querelam. C. de falsis.* Ans.

LIBER QUADRAGESIMUSOCTAVUS.

Tit. I.

De [1] publicis [2] judiciis [3].

Quæ sint judicia publica.

I. Macer lib. I de Publicis Judiciis.

Non [4] omnia judicia, in quibus crimen vertitur, [&] publica sunt, sed ea tantum, quæ ex Legibus judiciorum publicorum veniunt: ut [5] Julia majestatis, Julia de adulteriis, Cornelia de sicariis & veneficiis [6], Pompeia parricidii, Julia peculatus, Cornelia de testamentis [7], Julia de vi privata, Julia de vi publica, Julia ambitus, Julia repetundarum, Julia de annona.

Divisio in capitalia, *&* non capitalia.

II. Paulus lib. XV ad Edictum Prætoris.

Publicorum judiciorum quædam capitalia sunt, quædam non [8] capitalia. † *Capitalia* [9] sunt, ex quibus pœna mors, aut exilium est, hoc [10] est aquæ [11] & ignis interdictio [12]; per has enim pœnas eximitur caput [13] de civitate: nam cætera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur; tunc enim civitas retinetur. † *Non* [14] *capitalia* sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, pœna est.

De morte reorum.

III. Ulpianus lib. XXXV ad Sabinum.

Publica [15] accusatio reo vel rea ante [16] defunctis permittitur [17].

De præjudicio.

IV. Paulus lib. XXXVII ad Edictum.

Interdum evenit, ut præjudicium [18] judicio publico fiat [19]: sicut in actione Legis Aquiliæ, & furti, & vi bonorum raptorum, & Interdicto unde vi, & de tabulis testamenti exhibendis: nam in his [20] de re familiari agitur.

Accusatus an possit accusare.

V. Ulpianus lib. VIII Disputationum.

Si [21] qui reus factus est, purgare [22] se debet: nec [23] ante potest accusare, quam fuerit excusatus. Constitutionibus enim observatur, *Ut non relatione criminum, sed innocentia reus purgetur.*

§. 1. Illud incertum est, utrum ita demum accusare possit, si [24] fuerit liberatus, an & si pœnam subierit [25]: est enim constitutum ab Imperatore nostro, & Divo Patre ejus, *Post damnationem accusationem quem inchoare non posse.* Sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui [26] vel civitatem vel libertatem amiserunt. §. 2. Inchoatas plane [27] delationes ante damnationem implere [28] eis, & post damnationem permissum est.

1 4 *Inst. ult.* addit Ecloga, καὶ ποῖαι μὲν δημόσιαι κεφαλικαὶ, ποῖαι δὲ κεφαλικαὶ, καὶ ποῖαι ἀτιμωτικαί. 7 *Ecl. 6.* quæ capitalia, non capitalia, famosa.
2 *Publica judicia* privatis opponuntur civili jure, nam jure canonico nulla sunt privata, sed omnia publica, Clarus, 5 *sent.* §. 1. Publica quæ dicantur, vide *l.* 1. *T. eod.* Goth. De Jure canonico videntur omnia crimina esse publica. *cap. Infames. qu.* 1. *Conf.* 6. Ans.
3 *Publica judicia* sunt hæc: crimen majestatis, adulterii, stupri, homicidii (quo vocabulo intellige veneficia, sui ipsius præcipitationem, parricidium) falsum (hinc falsa moneta), vis publica, privata, rapus, peculatus, plagium, ambitus (cui Simonia Ecclesiasticorum respondet), repetundarum, annonæ, de residuis, & similia.
4 *Publicum judicium* non ideo dicitur, quod crimen sit, sed quod ex legibus publicorum judiciorum descendat. Publica etiam delicta dicuntur, quod cuivis ex populo eorum executio, id est, persecutio data sit, §. 1. *Inst. eod.* quæ in omnium feruntur injuriam, *l.* 4. *C. de hæreticis.* non privati alicujus, sed publici. *l.* 9. §. 5. *T. de Publicanis.* Hinc Leges de criminibus latæ, publicæ dicuntur. *l. ult. T. de collegiis. l.* 1. *J. de sicariis. l.* 1. *C. ubi senatores.* Publica etiam dici existimat Duarenus, quod antiquis temporibus eorum cognitio, & animadversio, ad *populum* pertineret. vide Duaren. 1 *disput.* 37. Et hæc de prima divisione crimium. Alia sunt pecuniaria, alia capitalia: Capitalia sunt, non in quibus de crimine agitur (potest enim agi de crimine civiliter), non in quibus pœna est corporalis (interdum enim crimina pecuniariter puniuntur), sed ea capitalia sunt, in quibus vel pœna corporalis imponitur ad publicam vindictam, vel pecunia applicatur fisco. vide Clarum, 5 *sentent.* §. *ultim. quæst.* 1. & hæc divisio ad forum declinandum & evitandam torturam, & modum in processu servandum utilis est. Existunt & aliæ criminum divisiones. Sunt enim alia nominata, ut adulterium: alia innominata, ut verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia. Clarus, 5 *sentent.* §. 1. Sunt & alia aliis atrociora. vide Clarum *ibid.* Petrus Gregorius, 3 *Syntagm.* 30. alia facit peccata, alia delicta, alia maleficia, vel quasi. quin alia re, verbis, literis, vel consensu contrahuntur. Præterea quædam voluntaria sunt, quædam involuntaria: alia clancularia, alia manifesta & violenta. Idem adjicit, alia esse actualia, originalia, mortalia, venialia: quæ pœnitentiam admittunt vel non admittunt: postremo, quædam privilegiata, quædam privilegio destituta: quædam communia, quædam regia & non regia. 5 §. 3. *Inst. eod.*
6 *Al.* veneficis. 7 Lex Cornelia de testamentis, lex testamentaria, quæ & falsi. Paul. 5 *sentent.* 25. *Theoph.* §. 7. *Inst. de publ. judic.* 8 Publicum crimen non dicitur, quod capitale sit, quum aliquod ut crimen publicum, non tamen capitale. 9 Capitalia judicia. §. 2. *Inst. eod. l.* 13. *T. de bonor. possess. l.* 28. *T. de pœnis. l.* 103. *T. de verbor. signif.* 10 Exilium pro aquæ & ignis interdictione. 11 Vide quæ de ignis & aquæ interdictione scripsi ad *l.* 2. §. 1. *T. de pœnis. l.* 1. §. 2. *T. de legat.* 3. 12 Vel deportatio, quæ in ejus locum succesit.
13 Id est, persona. 14 *Capitale* non est crimen, ex quo pecuniaria, vel in corpus coërcitio tacita tantum aliqua est. *Harmenopul.* 1. *tit.* 2. *c.* 20. & 21. Civile crimen est, ex quo judex ζημίαν χρημάτων multam pecuniariam irrogat. Criminale vero, quod βαρυτέραν ἔχει τιμωρίαν, graviorem pœnam complectitur. 15 60 *Synopf.* 1. *ex tit.* 33. *c.* 3. 16 Vide *l.* 6. *T. eod.*
17 Perimitur, *vulg.* ὑπαιρεῖ). 60 *Ecloga.* 1. *tit.* 33. *c.* 3. 18 Præjudicium judicio publico fieri interdum potest. 19 Puta si de re familiari agatur. 20 Id est, in Aquilia, furto, rapina, unde vi, & Interdicto de tabulis, agitur de re familiari. adde *l. un. C. quando civilis actio criminali.*
21 Is, qui reus. *vulgat. Haloand.* Accusatus crimen referre non potest, antequam liberatus sit. Qui vero ex condemnatione civitatem vel libertatem amisit, accusationem inchoare non potest. Inchoatam tamen ante condemnationem implet. *Synopf. eod. c.* 4. 22 *l. 1. l.* 19. *C. qui accusare non possunt.* purgare, id est, comparere personaliter, & respondere ad interrogata, jurare de veritate dicenda. An antequam interrogetur, petere potest exemplum inquisitionum sibi edi? non potest, idque communi usu ita observatur. Num potest petere dilationem respondendi seu tempus deliberandi? Minime. eaque communis opinio est. de qua vide Clarum, 5 *sentent.* §. *ult. qu.* 45. 23 *l.* 16. *C. qui accusare. Synopf.* 1. *ex tit.* 33. *c.* 4. *Harmen.* 1. §. 23. Imo potest quis crimen gravius accusatori suo objicere. *l.* 1. *C. qui accusare. Synopf. d. c.* 4. 1 *Harm.* 2. *c.* 11.
24 Accusator crimen referre non potest, priusquam liberatus sit, vel absolutus. 25 *Al.* subiit. 26 Amissa civitate vel libertate, nemo accusare potest, *l.* 7. *J. eod. l.* 4. *J. de accusat. l.* 18. §. 2. §. 3. *T. de jure fisci.* excipe §. 4. *J. eod.* 27 Nota exceptionem paragraphi superioris.
28 *l.* 18. §. 4. *J. de jure fisci.*

De morte rei.

VI. Marcianus lib. XIV Institutionum.

Defuncto [29] eo qui reus [30] fuit criminis, & pœna extincta [31], in quacunque [32] causa criminis extincti debet is cognoscere, cujus de pecuniaria re [33] cognitio est.

De infamia.

VII. Macer lib. II Judiciorum publicorum.

Infamem non [34] ex omni crimine sententia facit, sed ex eo quod judicii publici causam habuit. itaque ex eo crimine, quod judicii publici non fuit, damnatum infamia non sequetur: nisi id crimen ex ea actione fuit, quæ etiam in privato judicio infamiam condemnato importat; veluti furti [35], vi bonorum raptorum, injuriarum.

De ordine & pœna.

VIII. Paulus lib. sing. de Judiciis publicis.

Ordo [36] exercendorum publicorum capitalium in usu esse desiit [37]: durante tamen pœna Legum, cum extra [38] ordinem crimina probantur.

De servo in capitali causa non defenso.

IX. Marcianus lib. I de Judiciis publicis.

Sciendum est, si in capitali causa suum servum reum crimine factum quis non [39] defenderit, non eum pro derelicto haberi: & ideo, si absolutus fuerit, non [40] liberum fieri, sed manere domini.

De absente.

X. Papinianus lib. II Definitionum.

Inter accusatorem & reum cognitione susceptа [41], excusatio [42] pro absente [43] justis [44] rationibus admittitur: nec [45] per triduum

29 Crimen & pœna *morte* extinguuntur: ideoque reo defuncto, judex ulterius progredi non debet, *l.* 3. *T. eod. l.* 111. *in fin. T. de reg. jur.* nec in heredes rei transit accusatio, *l.* 2. *C. si reus vel accusator mortuus. l. ult. T. ad l. Jul. majest.* nisi defunctus reus sit quinque criminum, de quibus vide *l.* 2. *& l. ult. C. si reus vel accusat.* & majestatis: id enim crimen à successoribus purgandum est; alioquin defuncti hereditas fisco vindicabitur. *d. l. ult. l.* 6. *l.* 7. *C. ad l. Jul. majest. l.* 5. *C. si reus vel accusat.* Sed Clarus, 5 *sent.* §. *ult. qu.* 51. refert Jure Canonico, & communi interpretum opinione, quemlibet heredem defuncti teneri, etiamsi lis non fuerit contestata cum defuncto, non tamen ultra vires hereditarias. 30 Nedum tamen condemnatus, aut si condemnatus sit, qui à sententia provocavit. *l.* 5. *T. si reus.* 31 Extincta. In quacunque, *vulgat. Haloand.* ut duæ sint hic sententiæ. 32 Crimine extincto, etiam pecuniariter agi potest. Crimen autem extinguitur morte rei. *T. eod.* Quis eo casu convenire possit? utique heres, aut eo non existente, ipsa hereditas. 33 Pecuniariter heres convenitur in id, quod ad eum pervenit. *l.* 5. *T. de calumn. l.* 12. *J. de falsis. l.* 3. *C. si reus vel accusator.*
34 Non omne crimen damnatum infamat, sed publicum, *ut hic.* Imo, & non publicum infamat. *l.* 1. *ibid. qui pro socio, mandato, depositо, &c. T. de his, qui notantur.* 35 *l.* 4. *in fin. T. de his, qui notantur.* 36 *Subsandi*, antiquus. Ordo antiquus exercendorum publicorum capitalium is fuit: Primum ad Quæsitorem (cui judicii exercitio obtigisset) rei nomen deferebat is, qui accusaturus erat, idque *recipi* postulabat, & qua lege reum faceret, profitebatur: deinde subscribebat in crimen; libello subscribebat se professum esse, *l.* 3. §. 1. *T. de accusat.* quæ res eum similitudine suppliciі obstringebat; subscribebant eum accusatores alii. Ascon. *in fine Milonianæ, Cornelianæ*); Cicero, *de divinatione*; Paterculus 2. Cœlius 8 *epist.* Ciceronis; Tacitus, *lib.* 1. Sueton. *lib. de claris orat.* Accusationis formula hæc, similiter: *Ajo te N. occidisse, spoliasse.* Ascon. 2 *Verr.* Tacente & silente reo, lis æstimabatur, ut victi: negante, dies inquirendi criminis a Magistratu petebatur. Et hoc modo reus legibus interrogari dicebatur. Cicero *pro domo.* Nam interrogatio ad accusatorem, non ad judicem refertur. Sallust. *conjuratione Catil.* Tacitus, 14. & 16. Ab ea interrogatione reus *in reatu* esse dicebatur. (Quo loco notandum hoc est: plerunque incidisse de accusatore constituendo contentionem, pluribus certatim ad accusationem cuilibet è populo patentem, vel præmii spe, vel laudis studio, vel privatis inimicitiis concurrentibus, quod super ea re judicium reddebatur, *Divinatio* dicebatur, teste auctore ad Herennium *lib.* 1. *Quintiliano & Gellio*). Rei nomine recepto, die plerunque decimo utrumque, accusatorem & reum, adesse Prætor jubebat: spatio accusatori dato ad probationes conquirendas. Ascon. *Cornelianа*, Cic. *Verrina accusat.* Tacit. 13. *ubi de Silano*, Plin. 3 *epist. ad Minutianum*, & 6 *ad Ursinum.* Interdum ipsi reo inquisitio permittebatur. Tacit. 12. *ubi de Suillio.* Quod ad *Judices* attinet, eos Prætor ex decuriis lumebat, quorumque nomina in urnam mittebat. Numerum necessarium ex his sortiebatur, quo ex numero accusatori integrum erat rejicere, quos suspectos putabat. In rejectorum locum alios Prætor subsortiebatur, quoad legitimus numerus (qui Legibus quibusdam amplissimus definiebatur) conficeretur. His perfectis, jurejurando conscripti judices adigebantur, jurabantque omnes in leges præter ipsum Prætorem. Halicarn. 7. Juratorum nomina libellis consignabantur, & ubique habebantur: sed & in arca reponebatur, ne selectorum vice aliis corruptis suppositis fraus aliqua fieri posset. Ascon. 2 *Verr.* Die cognitionis à Prætore citabatur accusator & reus. Ascon. 3 *Verr.* Festus, Apul. 3 *de Asino*, 6 Valer. 1. si accusator citatus neque respondebat, neque excusabatur, reus è reis eximi dicebatur, Cicer. 4 *Verr.* Ascon. *in Cornelianа.* si uterque præsens erat, oratoribus dicendi potestas fiebat, citabantur testes, palamque ac publice interrogabantur, eorum quoque dicta in promptu referebantur. Causa utrimque perorata, Prætor *divisit* Oratores pronunciabat, 1 Quint. 5. Ascon. 3 *Verrina.* Tum in consilium judices mittebantur, & ad sententiam dicendam dimittebantur. Tabellas autem accipiebant judices absolutionis, condemnationis & ampliationis literis inscriptas ac signatas, earumque aliquam cum in consilium missi fuerant, in urnam conjecere necesse habebant, antequam eis Lege Glaucia comperendinandi data est potestas, quo ex solonni ordine nonnihil Pompeia Lex immutavit. Ea enim, teste Asconio *in Milonianа*, testes, priusquam causa ageretur, per triduum audiri, dictaque eorum à judicibus obsignari jussit: quarta deinde die omnes in posterum adesse juberi, ac coram accusatore & reo, pilas (in quibus nomina judicum inscripta essent) æquari, postera rursus die sortitionem judicum fieri. Qui numerus cum forte obtigisset, ut ipsi protinus sessum irent, accusatorique duæ ad dicendum horæ, reo tres darentur, illoque ipso die reus judicaretur. Ita tamen, ut priusquam sententiæ ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusatori, totidem reo, rejicere liceret. Hujus Legis Pompeiæ, velut novæ, ut & horarum ad dicendum oratoribus concessarum meminit Cicero, 4 *de finib.* & *in Bruto*, Tacitus, *lib. de claris oratoribus.* Plin. 2 *epist.* Sed hæc antiqua omnium judiciorum solennitas sub Imperatoribus ex usu recessit. vide Brissonium, 2 *select.* 1. 37 *Inst. C. in princ.* 38 Hodie omnia crimina extra ordinem puniuntur, *l.* 4. §. 2. *J. ad l. Jul. peculatus. l.* 7. *J. repet. l.* 3. *T. ad Turp. l. ult. T. de plag. l.* 1. *in fin. l.* 12. *J. de pœnis.* cum in eis scrupulosæ solennitates, & formulæ veteres judicium non serventur. Manet pœna Legum aliquando, sed postea in incerto, & arbitrio judicantium esse cœpit. Itaque hodie à pœna appellari posse vere dixeris; aguntur enim omnia extra ordinem, & ex causa: idcirco moribus nulla nunc actio furti est in duplum. vide Cujac. 8 *obs.* 33. adde Clar. 5 *sent.* §. *ult. q.* 8. 39 *V. l.* 13 *T. de statu hom. l.* 9. §. 1. *T. qui & a quib.* 40 *d. l.* 13. 41 Id est, lite contestata, ἐν προκλήσει. *Basil.* v. Cujac. 20 *obs.* 11. 42 In judicio criminali excusatorem absentiæ leges admittunt, *l.* 13. *in fin. J. eod.* quæ ejusdem Papiniani est, Paul. 5 *sent.* 5. §. 8. & 5 *sent.* 16. & 11. adde *l.* 33. *T. de proc. l.* 19. §. 2. *T. de prob.* 43 Reo scilicet nunc contumax datur reus: accusator, calumniæ. 44 Facit *l.* 1. *T. de requir. reis.* 45 *Al.* ne.

duum per 46 singulos dies ter citatus 47 reus damnetur: vel de accusatoris absentis, præsente reo, calumnia pronuncietur.

De servo defendendo.

XI. Mæcianus lib. x de Judiciis Publicis.

Servus [etiam] per 48 procuratorem domini æque, ac per 49 dominum, defendi potest 50.

De personis adhibendis ab audituro custodiæ. De diebus feriatis. De innoxiis dimittendis, & nocentibus differendis.

XII. Modestinus lib. III de pœnis.

Custodias 51 auditurum tam Clarissimos 52 Viros, quam patronos 53 causarum, si omnes in civitate provinciæ, quam regit, agunt, adhiberi debere, & feriatis 54 diebus custodias audiri posse rescriptum est: ita ut innoxios dimittat, & nocentes, qui duriorem 55 animadversionem indigent, differat.

De morte accusatoris. 1. De procuratore, de absente.

XIII. Papinianus lib. XV Responsorum.

A Censatore 56 defuncto, res ab alio, judicante Præside provinciæ, peragi potest. §. 1. Ad 57 crimen judicii publici persequendum frustra 58 procurator intervenit 59: multoque magis 60 ad defendendum. sed excusationes 61 absentium ex SC. judicibus allegantur 62: & si justam rationem habeant, sententia differtur.

De infamia.

XIV. Idem lib. XVI Responsorum.

Generi servis à socero *veneficii* accusatis, Præses Provinciæ *patrem* 63 *calumniam intulisse* pronunciaverat, inter infames 64 patrem defunctæ non habendum respondi: quoniam, etsi publicum judicium inter liberos de morte filiæ constitisset, citra periculum pater vindicaretur.

De servo adultero.

V. Idem lib. III 44 de Adulteriis.

Servos 45 quoque adulterii posse accusari, nulla dubitatio est. † Sed qui prohibentur adulterii liberos homines accusare, iidem servos quoque prohibebuntur. † Sed ex rescripto D. Marci etiam adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest 46: post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet domino servum suum. cæterum juste mulier nupta præscriptione utetur.

De levibus criminibus.

VI. Idem lib. II de officio Proconsulis.

Levia 47 crimina audire & discutere de plano 48 Proconsulem oportet: & vel liberare eos quibus objiciuntur, vel fustibus 49 castigare, vel flagellis servos verberare.

De subscriptione. 1. De cautione accusatoris. 2. An absolutus possit accusari. 3. De eo, qui calumniatus est, & de ejus filio. 4. De foro competenti.

VII. Idem lib. VII de officio Proconsulis.

Si cui crimen objiciatur, præcedere debet 50 [in] crimen subscriptio 51: quæ res ad 52 id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam 53 sibi accusationem non futuram. §. 1. Cavent 54 itaque singuli 55, *quod crimen objiciant, & præterea perseveraturos* 56 *se in crimine usque ad sententiam.*

§. 2. His-

---

46 Dixi ad Leg. XII tabular. *tit. 7. c. 5.* Per triduum, id est, per singulos dies citare, an illud significat per tres dies continuos, ut quidam volunt? an vero, ut reus ter in novem diebus citetur, ut pene omnes interpretes volunt: adeo ut temporis istius *spatium* Imbertus trinundinum vocet: & male, cum trinundinum constet 27 diebus? An vero id significat: quod vulgo dicitur, citare per tres breves dies, ut vult Cujac. 20 *obs.* 11?

47 Citatio rei per triduū fiebat, sic tamen, ut per singulos dies ter adhuc citaretur, *l. 7. ff. de in integr.* voce præconis aut buccina, quæ vocis similitudo est. Cujac. *ibid. & 7 obs.* 15. vid. Duaren. 1 *disput.* 70. *Novell.* 133. *cap. 5.* Reus quo die adesse jubebatur citatus, Cicero 4 *Verrina*, & *in divinat.* 48 Adde *l. 19. ff. de pœnis.* 49 V. *l. 2. C. de accusat.* 50 Imo non potest. vide Paul. *c sent.* 16. §. 11. 51 Custodiæ, sunt nocentes, aut saltem accusati, in custodiam conjecti. *l. 6. ff. de offic. Proconsul.* 52 Clarissimi, id est, senatores. dixi ad *l. 5. ff. de curat. furios.* 53 Hodie ex usu, & stilo communi, cum reus examinatur, patroni causarum non sunt præsentes. v. Clar. 5 *sent.* §. *ult. qu.* 45. 54 *l. 9. in fin. ff. de feriis.* Sueton. *de Claudio loquens, cap.* 14. Jus, inquit, & Consul & extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus solennibus, nonnunquam festis quoque antiquitus & religiosis. An festis diebus recte supplicium de reo sumatur, alibi dicemus. 55 Duriore animadversione. *vulg. Hal.*

56 Vide *l. 3. ff. de accusat.* 57 Procurator pro alio in causa capitali tam ad agendum, quam ad defendendum non admittitur. vide tamen Socin. *reg.* 322. & repetitionem Joannis Antonii Rubei, *ad hunc* §. Goth. Adde Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 1. *qu.* 79. Boss. *de criminib. tit. an in crimin. jud. quis pro absente interv.* S. L. 58 Vid. *l.* 10. *ff. eod.* & sic Procurator absentis nomine non est audiendus in criminalibus causis, in quibus pœna corporalis, non pecuniaria, non relegatio, non privatio ab ordine aut officio imponenda est: & ita tenent omnes communiter. v. Clar. 5 *sent.* §. *ult. qu.* 32. Quid, si agitur de vulnere illato, & dubitetur, vulneratus inde moriturus sit, necne? Procuratorem sub conditione admitti, refert Alexander, pro admisso non habendum, si vulneratus postea moriatur. Clarus ait, causam criminalem ad tempus relinquendam, & de vulnere tantum agendum, nisi vulnus deliberato animo illatum capitaliter statuto puniendum sit: alias morte secuta novum & criminalem processum inchoari. *5 sent.* §. *ultim. quæst.* 32.

59 Imo recte intervenit. *l. 3. C. de accusat.* 60 Multoque minus. 61 Absentem, reum criminis, procurator defendere non potest: potest tamen ejus nomine causas absentiæ proponere, non est procurator, sed excusator: non litem occupat, sed absentiam rei excusat. Potest opponere exceptionem loci non tuti, declinatorias, dilatorias, incompetentiam judicis, & accusatoris: non eas, quibus pœna evitatur. Clarus ex communi opinione. 5 *sent.* §. *ult. quæst.* 32.

62 Id est, excusationes admittuntur etiam sine mandato, & fidejussione de judicato solvendo. Clarus ex communi opinione. 5 *sent.* §. *ult. quæst.* 33. 63 Forte legendum est *patrem.* sic enim Græci hanc Legem reddunt: si quem pater accusaverit de cæde filii sui, & pronunciatum fuerit *eum egisse calumniose*, non sit infamis, 60 *Synopf. ex titul.* 33. *cap.* 14. vel patris nomine socer hic intelligitur, ut qui patris vicem sustineat. 64 *l. 2. C. de calumniatoribus.* vide 6 *Harmenop. 6. circa finem.*

Tit. II.

DE ACCUSATIONIBUS [1] ET INSCRIPTIONIBUS [2].

De muliere.

1. Pomponius lib. I ad Sabinum.

Non 3 est permissum mulieri publico + judicio quemquam reum facere: nisi 5 scilicet parentium 6 liberorumque, & patroni, & patronæ, & eorum filii, filiæ, nepotis, neptis mortem 7 exequatur.

De pupillo.

II. Papinianus lib. I de Adulteriis.

Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio: veluti si mortem exequantur eorum, earumque, in quos ex Lege [8] testimonium publicorum [9] invitæ non dicunt. idem & in Lege Cornelia testamentaria Senatus statuit. Sed & de testamento paterni liberti vel materni mulieribus publico judicio dicere permissum est. §. 1. Pupillis [10] ex consilio [11] tutorum patris mortem [12], item pupillæ avi sui mortem exequi concessum est: Lege [autem] testamentaria. nam de patris quidem testamento pupillis agere D. Vespasianus permisit: sed quasi non exhibeantur tabulæ, per Interdictum possunt experiri.

De forma libelli. 1. De libello non legitime ordinato. 2. De subscriptione.

III. Paulus lib. III de Adulteriis.

Libellorum inscriptionis [13] conceptio talis est: Consul & dies [14]: *apud* [15] *illum Prætorem, vel Proconsulem, Lucius Titius professus est se Maviam Lege Julia de adulteriis ream deferre; quod illicat eam cum Gaio Seio in civitate* [16] *illa, domo* [17] *illius, mense illo* [18], *Consulibus illis, adulterium commisisse.* Utique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est: & persona, cum qua [19] admissum dicitur: & mensis, hoc enim Lege Julia publicorum [20] cavetur: & generaliter præcipitur omnibus, qui reum aliquem deferunt. † Neque autem diem [21], neque horam [22] invitus comprehendet. §. 1. Quod si libelli inscriptionum legitime [23] ordinati non fuerint, rei nomen aboletur [24]: & ex integro repetendi reum potestas fiet. §. 2. Item subscribere [25] debebit is, qui dat libellos, se professum esse: vel alius pro [26] eo, si literas nesciat [27]. §. 3. Sed, & si aliud crimen objiciat: veluti, quod domum suam præbuit, ut stuprum matersamilias patereturve; quod alterum deprehensum dimiserit; quod pretium pro comperto stupro acceperit, & si quid simile: idipsum [28] libellis comprehendendum erit. §. 4. Si accusator decesserit [29], aliave quæ causa ei [30] impedierit, quo minus accusare possit, & si quid simile: nomen rei aboletur, postulante reo [31]. idque & Lege Julia de vi, & Senatusconsulto cautum est, ita ut liceat alii [32] ex integro reperere reum: sed intra quod tempus, videbimus. & utique triginta dies utiles [33] observandi sunt.

Quibus accusare non licet.

IV. Ulpianus lib. II de Adulteriis.

Is, qui judicio publico damnatus est [34], jus accusandi non habet, nisi liberorum vel patronorum suorum mortem eo judicio, vel rem suam exequatur. † Sed & calumnia [35] notatis [36] jus accusandi ademptum est. † Item his, qui cum bestiis [37] de pugnandi causa in arenam [38] intromissi sunt: quive artem ludicram [39], vel lenocinium [40] fecerint: quive prævaricationis [41] calumniæve [42] causa quid feciſſe judicio publico pronunciatus erit: quive ob accusandum, negotiumve cui faciendum [43], pecuniam accepisse judicatus erit.

De servo adultero.

V. Idem lib. III [44] de Adulteriis.

Servos [45] quoque adulterii posse accusari, nulla dubitatio est. † Sed qui prohibentur adulterii liberos homines accusare, iidem servos quoque prohibebuntur. † Sed ex rescripto D. Marci etiam adversus proprium servum accusationem instituere dominus potest [46]: post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet domino servum suum. cæterum juste mulier nupta præscriptione utetur.

De levibus criminibus.

VI. Idem lib. II de officio Proconsulis.

Levia [47] crimina audire & discutere de plano [48] Proconsulem oportet: & vel liberare eos quibus objiciuntur, vel fustibus [49] castigare, vel flagellis servos verberare.

De subscriptione. 1. De cautione accusatoris. 2. An absolutus possit accusari. 3. De eo, qui calumniatus est, & de ejus filio. 4. De foro competenti.

VII. Idem lib. VII de officio Proconsulis.

Si cui crimen objiciatur, præcedere debet [50] [in] crimen subscriptio [51]: quæ res ad [52] id inventa est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam [53] sibi accusationem non futuram. §. 1. Cavent [54] itaque singuli [55], *quod crimen objiciant, & præterea perseveraturos* [56] *se in crimine usque ad sententiam.*

§. 2. His-

---

1 IX C. II. & 9 *C. Theod.* 1. & 2. *qu.* 8. & 5 *Extravag.* 1. criminalibus scil & qui possunt accusare criminaliter. 60 *Eclog.* 1. IX C. 1. An hodie reus aliquis possit condemnari sine accusatore, dicam ad *l. 6. §. 2. ff. de muner.*

2 *l. ult. ff. de privat. delict. l. ultim. ff. de furt.* adde & *de inquisitionib. & denunciationib. §. 6.* 1. Inscriptio & subscriptio est accusatoris libellus, quo profitetur se reum deferre: Accusatio est id, quod eo libello continetur. Ordo accusationis ita breviter explicari potest. In causis criminalibus duobus modis procedituv, vel ex officio, vel ad instantiam partis, id est, reus ad pœnam postulatur, vel privati, vel judicis facto. Privati, quoties læsus reum accusat, & adversus eum se inscribit: Judicis vero, quoties ipse judex reum in flagranti crimine reperit. Clar. *5 sent. §. ult. qu.* 8. vel quoties reus, vel ab ipso læso, seu ab ipsa parte offensa, Clar. *ib. q.* 10. vel a quovis alio (hinc denunciatio, Clar. *ib. q.* 7.) vel communi fama, cujus incerta est origo. *q.* 6. vel communi multorum testium depositione apud judicem diffamatur. *q.* 9. Hæc omnia judici viam aperiunt ad inquisitionem faciendam. Facta inquisitione, ſifci procurator accusat: est enim publicus accusator. Itque modus accusandi hodie obtinuit. fiscus conceditur ad pœnam publicam, pars offensa privatum interesse prosequitur. v. Papon. 2. *not* 7. 3 Regulam generalem, ad personas quæ accusare non possunt, pertinentem, v. in *l. 8. ff. eod.* cui adde quemlibet repelli ab accusando ratione dignitatis, ſtatus mutati, ætatis, sexus, utilitatis, suspectæ fidei, reverentiæ, & amoris nimii. Hanc autem regulam Sabini observa, & Pomponii ad eam additamentum in verbo *nisi.* 4 Crimen capitale intendere. 5 Id est, nisi ex certis causis. *l. 2. l. 8. l.* 13. *ff. eod. l. 5. l. 12. C. qui accusare. l. 6. ff. de pupillar. act.* 6 Suorum appellatione veniunt parentes, liberi, patronus, patrona, ejusve liberi, *ut hic.* propinqui, *l.* 11 *ff eod.* ii in quos ex Lege publicorum judiciorum inviti testimonium dicere non cogimur, *l. 2. ff. eod.* adde & quasi parentes & quasi liberos, socerum sc. socrum, & novercam, nurum, vitricum, privignum: adde & uxorem, & maritum. Potest enim uxor accusare homicidam, ſive interfectorem mariti, quod ex communi opinione tradit Clar. *5 sent. §. ult. q.* 14. *vers. præterea dixi.* v. Petr. Gregor. 32 *syntagm.* 13.

7 Ædem. 8 De Lege Julia publicorum judiciorum dixi ad *l. 4. ff. de testib.* 9 *Al.* publicorum judiciorum; hoc ſensu: Mulieres in certas personas ex Lege publicorum judiciorum testimonium non dicunt. 10 Infante majoribus. alias ſolus tutor accusat: ſuo an pupilli nomine, ut in *l. 2. C. qui accusare?* v. Clar. *5 sent. § ult. qu.* 14. & Petr. Gregor. 31 *syntagm.* 14. 11 *l. 5. ff. de oper. novi.* An minoribus 25 annis? ſic putat Cujac. 17 *obſ.* 30. Negat Hugolinus, Jacobus de Ravenna, Petrus, Cynus, Jacob. Butrigarius, Speculator, Bartolus: quia minores 20 annis cum publicis judiciis testimonium non ferunt. *l. 20. ff. de testibus.* 12 Adde & quoties commodum eorum versatur. *d. l. 5. l. 6. ff. de popularib. act.* 13 Scripturam in accusationibus exigi, & accusationem in ſcriptis fieri debere, num hæc Lex innuit? Bartolus ait, ut monui ad *l.* 1. *C. de mandat. princ.* Clarus ex communi uſu & ſtilo ſufficere ait, ſi verbalis querela per notarium ſcribatur. v. Clar. *5 sent. §. ult. quæſt.* 12. *& vers. quæro, quæ ſit forma.* 14 De Conſule & die die ut *ff. eod.* 15 Nomen judicis inſeritur libello accuſationis, ut ſciatur, competens, necne, ſit judex. vid. *tit. C.* ubi de criminibus agi oporteat. & Petr. Gregor, 32 *ſyntagm.* 8.

15 Locus deſignandus eſt commiſſi in capitalibus cauſis (adde & in criminalibus, in quibus agitur civiliter. v. communem opinionem apud Clarum *5 ſent. §. ult. qu.* 12. *verſic. dixi exprimendum.*) exprimi debet, alias incerta redditur accuſatio, & de ipſo jure nulla, etiamſi pars hujuſmodi nullitatem oppoſuerit. v. Clarum *ibid.*

17 Domus delicti commiſſi exprimenda eſt libello criminali? Omnes ita exiſtimant: adeo ut non ſuffioiat locum, vel plateam, quamvis notoriam, exprimere, Clar. *ibid. verſ. eſt autem.* Ferrarienſ. *in tit. de forma inquiſition. §. in verbis qui coharet.* 19. An locum immediatum, puta cubiculum exprimi oporteat? v. Ferrarienſ. *ibid. in verbis in domo.* 18.

18 *Menſis & Conſul*, id eſt, menſis & annus delicti in criminali inquiſitione, & inſcriptione debet inſeri, *l. 16. C. de accuſat.* quemadmodum & in teſtamento, *l. 2. §. 6. ff. quemadmod. teſtam.* neutrum tamen pari adverſæ edi debet. *d. §. 6. l. 1. §. 2. ff. de edendo. Novell.* 47. *cap.* 1. de hora & die dic ut *ff. eod.* Goth. Adde *cap. perſcripta. 5. cauſa* 2. *quæſt.* 8. Damhoud. *præx. civil. c.* 130. *n.* 12. Boër. *deciſ.* 321. *n.* 2. 3. Anſ.

19 Nomen accuſati cur libello accuſationis comprehendi oporteat, vide Petrum Gregor. 32 *ſyntagm.* 8.

20 Quæ & Lex publicorum ſimpliciter quoque dicitur, *l. 2. ff. eod.* dixi plenius ad *l. 4. C. de teſtib.*

21 Diem & horam delicti commiſſi nemo invitus accuſatione complecti tenetur, niſi forte per omiſſionem diei reo inferretur læſio. Quid enim, ſi reus poteſt probare die, qua de agitur, ſe alio loco, ac alibi fuiſſe? *l. optimam. 14. C. de contrahend. ſtipulat.* Quid, ſi mitius puniendum ſit maleficium tali die commiſſum? diem his caſibus adjiciendum ex communi Doctorum opinione Ferrarienſis defendit in *præſcr. titul. de inquiſitione. ibid. in verbis Anno præſenti.* 17. & Clarus *5 ſentent. §. ultim. quæſt.* 12. *verſic. dixi etiam.* 22 Aliter quam in operis novi nunciatione. *l. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam.* 23 Quæro (quod hic Juriſconſultus omiſit) an ad formam libelli criminalis neceſſario concluſio requiratur? utique. ſed hæc tamen ſufficit: *Peto Titium puniri juxta formam juris & ſtatutorum.* Clarus *d. §. ultim. quæſt.* 12. *in fin.* Ferrarienſ. *titul. de inquiſitione. 52. in verbis, ſuper quibus omn.* 21 24 Libellus quoties non rite conceptus eſt, abſolvitur accuſatus ab inſtantia judicis, etiamſi libelli defectum non opponat, Bartol. *hic.* ſi inquiſitio caret ſua forma, reus non tenetur. Boſius *titul. de inquiſitione. num.* 74. Clarus *5 ſentent. §. ultim. quæſt.* 12. *verſic. dixi exprimendum.* 25 Subſcribere quid ſit, & quid eo contineatur, dicam *l. ad l.* 7. *ff. eod.*

26 *Novell.* 73. *cap.* 8. 27 Literas neſcit, qui neſcit eas pingere vel ſcribere.

28 Id eſt, aliud illud delictum complecti libello oportet. *l. 9. C. eod.* An uno, ſeu eodem, an diverſo? utique eodem: etiamſi poſterius delictum ex priori originem non habeat. Bartol. *hic.* Clarus 3 *ſentent. §. ultim. quæſt.* 13. *verſic. item quæro.* niſi adverſus plures agatur. Clar. *ibid. verſ. ſed nunquid.* 29 Vide quæ dixi ad *tit. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit.* 30 Eum. *vulgat. Halouand.* 31 Vel accuſatore. Hæc eſt ἀμνηστία, & privata abolitio, quæ omnem agendi facultatem remittenti aufert, non alii. Publica abolitio parti læſæ jus agendi non aufert intra trigeſimum diem. vide Paul. *5 ſentent.* 17. *§.* 1. & *l.* 1. *C. de abolitionibus.* 32 *l.* 11. *in fin. ff. eod.* non eidem. *l. 4. in fin. ff. ad Turpill.* 33 De quibus vide Cujac. 2 *obſervat.* 18.

34 Non tamen civitatem vel libertatem amiſit. *l. 5. §. 1. ff. de publ. judic.* 35 *l. 9. ff. eod.*

36 Infamis de facto accuſare poteſt Jure civili, non canonico. vide Clarum *5 ſentent. §. ultim. quæſt.* 14. *verſic. ſciendum eſt caſus.* Infamis vero de jure non poteſt, *l. 8. ff. eod. l.* 15. *C. qui accuſare.* niſi annonæ accuſet, *l.* 13. *ff. eod.* vel majeſtatis. *l. 7. ff. ad Legem Juliam majeſtatis.* An fuorum injuriam perſequi poteſt? non ſtricto jure, ſed ex æquitate tantum. 37 Beſtiarios intelligo, non eos, qui ad beſtias damnati erant, quos *ἐπιδαυρίτας* vocat Apoſtolus, 1 *Corinth.* 4. *verſic.* 9. Horum alii auctorati, alii vero ſuas operas ad depugnandas beſtias locabant. Ulpian. 9 *Collationis Legum Moſaicarum.* Poſteriorum meminit *l. 3. §. 5. ff. de teſtibus.* Hi operas locabant ſpectaculo meridiano, & ob audaciam (de qua dicam ad *l.* 18. §. *maſtigopheri.* 17. *ff. de muneribus.*) *παράδοξοι*, à Socrate *in hiſtoria Eccleſiaſtica.* audaces à Claudiano: confectores à Suetonio *in Auguſto.* & ab Euſebio, *ubi tractat da Polycarpi nece.* vide Scaliger. *in quartum Manilii.*

38 Arena locus eſt, ubi certamina præbebantur, qui ſpargi arena ſolebat: Hinc locus ille celebris apud Nemauſenſes, *les arenes*: & illæ formulæ, in arenam ſe dare, *l. ultim. ff. de fugitivis.* in arenam depugnandi cauſa ad beſtias intromitti. *l. 1. §. 1. ff. de ædilitio.* Hinc rurſus arenarius, *l. 38. ff. de operis libertor.* arenarius teſtis. *l. 21. §. 2. ff. de teſtibus.* Eſt autem hæc arena Græcis *κονίστρα*. Theoph. §. 1. *Inſtit. de inutil. ſtipulat.* 39 *l. 1. l. 2. in fin. ff. eod. l. 3. ff. de bis, qui notant.* 40 *l. 1. l. 4. §. 2. ff. de bis, qui notant.* 41 *d. l. 1. l. 4. ff. de prævaricatoribus.*

42 *ff. eod. & d. l.* 1. Semel perjurum, ſemper cenſeri perjurum, hinc colligit Alciat. 2 *præſumpt.* 10. adde *cap.* 8 *de regulis in ſexto.* 43 Vide *l. 6. ff. ad Legem Jul. repetundarum.*

44 *lib.* 1. Cujac. 6 *obſervation.* 17. *in fin.* 45 *l.* 12. *§.* 3. *ff. eod. l.* 26. *C. de adulter.* adde Gaium 1 *Inſtitut.* 3. *in fin.* 46 Apud quem judicem? Præfectos urbi, Romæ; Præſides in provinciis. *l. 1. §. 8. ff. de officio Præfecti urbi. l.* 24. *in fin. ff. de pignorat. l. 9. ff. de manumiſſ.*

47 Levia crimina de plano poſſunt audiri & diſcuti. 48 De plano quid eſt? an ſine libello? an ſine inſcriptione? an ſine ſcrupuloſo procedendi modo? an ſine ſcripto? vide *Novell.* 17. *cap.* 3. 49 Fuſtibus liberi, flagellis ſervi verberantur. *l. ultim. ff. de injuriis. l.* 12. *ff. de jure fiſci* 50 *l. ultim. ff. de privat. delict. l. ultim. ff. de furtis.* Hodie non eſt neceſſaria ſubſcriptio. ut *ff. dicam proxime. ff. eod.* 51 Inſcriptio eſt ipſa accuſatio ſcriptis comprehenſa: ſubſcriptio eſt approbatio eorum quæ inſcriptione continentur. 52 An hoc promiſit accuſator, ſe perſeveraturum ad finem uſque litis? §. 1. *ff. eod. l.* 3. *C. qui accuſare.* An rem ita habere ut deſcripta eſt? an ſe talionis pœnam ſuſtinere velle, ſi falſo accuſaſſe deprehendatur? quod poſtremum confirmatur voce *inultam. ff. eod. & l. ultima. C. eod.* ibi: *ſimilitudo ſuppliciî*, *l. 2. C. de fid. inſtr.* ibi: *diſcrimen periculi Legis Corneliæ*: quod hodie conſuetudinario jure non eſt neceſſarium. Ferrarienſis *in formâ inquiſitionis. 52. num.* 1. *in fin.* Clarus *5 ſentent. §. ultim. quæſt.* 12. ſubintelligitur enim id ex Legis diſpoſitione. Uteunque nulla ſit in crimen ſubſcriptio, ſola libelli oblatio talioni offerentem tacite adſtringit. Clarus *ibid. verſic. de Jure autem civili.*

53 Propter pœnam talionis ſcilicet. vide *ff. eod.* 54 Cautionem de crimine objiciendo, & de perſeverando in lite, obſerva. 55 Accuſatores. 56 *l. 7. C. qui accuſare poſſunt.*

§. 2. Hisdem [67] criminibus, quibus quis liberatus [68] est [69], non debet [70] Præses pati eundem accusari: & ita Divus Pius Salvio Valenti rescripsit. Sed hoc utrum ab eodem, an nec ab alio [71] accusari possit, videndum est? Et putem, quoniam res inter [72] alios judicatæ alii non præjudicant, si is, qui nunc accusator extitit, suum dolorem persequatur, doceatque ignorasse se accusationem ab alio institutam: magna ex causa admitti eum ad accusationem debere. §. 3. Si tamen ab allo crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est: puto non faoile admittendum eum, *qui* [73] *semel calumniatus* sit: quamvis filium accusatoris admitti oportere, aliam [74] accusationem instituentem adversus eum, quem pater accusaverat, D. Pius Julio Candido rescripsit. §. 4. Idem Imperator rescripsit, servos ibi puniendos, ubi [75] deliquisse arguantur: dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse revocare in provinciam suam; sed ibi oportere defendere, ubi deliquerint. §. 5. Cum *sacrilegium* admissum esset in aliqua provincia, deinde in alia minus crimen: Divus Pius Pontio [76] Proculo rescripsit, postquam [77] cognoverit de crimine in sua Provincia admisso, ut reum in eam Provinciam remitteret [78] ubi sacrilegium admisit.

Qui accusare possunt vel non.

VIII. Macer lib. II de Publicis judiciis.

Qui accusare possunt intelligemus [79], si [80] scierimus, qui [81] non possunt. † Itaque *prohibentur* [82] *accusare* alii *propter sexum* [83], *vel ætatem* [84], ut mulier, ut pupillus. † Alii *propter sacramentum* [85], ut qui stipendium merent [86]. † Alii *propter Magistratum* [87], potestatemve, in qua agentes sine fraude in jus evocari non possunt. † Alii [88] *propter delictum* proprium, ut infames [89]. † Alii *propter turpem* [90] *quæstum*, ut qui duo [91] judicia adversus duos reos subscripta habent, nummosve ob accusandum, vel [92] non accusandum acceperint. † Alii *propter conditionem* suam, ut [93] libertini [94] contra patronos [95].

IX. Paulus lib. V Sententiarum.

Alii propter *suspicionem* [96] *calumniæ*, ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.

X. Hermogenianus lib. VI Juris Epitomarum.

Nonnulli propter *paupertatem* [97], ut sunt qui minus quam quinquaginta [98] aureos habent.

2. An delatum ab alio deferre alius possit.

XI. Macer lib. II de Publicis judiciis.

Hi tamen omnes, si suam [99] injuriam exequantur [100], mortemve propinquorum [1] defendant, ab accusatione non excluduntur. §. 1. Liberi libertique non sunt prohibendi, suarum [2] rerum defendendarum gratia, de facto [3] parentium patronorumve [4] queri: veluti si dicant, *vi se a possessione ab hu expulsos*, scilicet *non* [5] *ut crimen vis eis intendant, sed ut possessionem recipiant*. Nam & filius non quidem prohibitus est de facto matris queri, si dicat, *suppositum ab ea partum, quo magis coheredem haberet*: sed ream eam Lege [6] Cornelia facere permissum ei non est.

§. 2. Ab alio delatum alius deferre non potest: sed eum, qui abolitione publica [7], vel privata interveniente, aut desistente accusatore, de reis [8] exemptus est, alius deferre non [9] prohibetur.

Qui non possunt accusari. 2. Si quis de duobus reis quæratur. 3. De servo accusato.

XII. Venuleius [Saturninus lib. II de Judiciis publicis].

Hos accusare non licet [10]: legatum Imperatoris, id est, Præfidem provinciæ, ex sententia [11] Lentuli [12] dicta Sulla & Trione Consulibus. † Item legatum Provincialem ejus duntaxat criminis, quod ante [13] commiserit, quam in legationem venerit. † Item Magistratum populi Romani: eumve, qui reipublicæ causa abfuerit [14], dum non retractandæ [15] Legis causa abest. §. 1. Hoc beneficio etiam in reos recepti uti possunt, si abolitione [16] interveniente repeti se non debere contendant, secundum epistulam D. Hadriani ad Glabrionem Consulem scriptam. §. 2. Lege [17] Julia judiciorum publicorum cavetur, ne eodem tempore de duobus [18] reis quis quereretur, nisi suarum injuriarum causa [19]. §. 3. Si servus [20] reus postulabitur [21], eadem [22] observanda sunt, quæ si liber esset, ex Senatusconsulto Cotta & Messala Consulibus. §. 4. Omnibus autem Legibus [23] servi rei fiunt, excepta Lege Julia de vi privata [24]: quia ea Lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur: quæ pœna in servum non cadit. † Idemque dicendum est in cæteris Legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur; vel etiam capitis [25], quæ servorum pœnis non convenit, sicuti relegatio [26]. † Item nec Lex Pompeia parricidii: quoniam caput primum eos adprehendit, qui parentes, cognatosve aut patronos occiderint, quæ in servos, quantum ad verba pertinet, non cadunt: sed cum *natura* [27] *est communis*, similiter & in eos animadvertetur. † Item Cornelia injuriarum servum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit: sed durior ei pœna extra ordinem imminebit.

Ad Legem Juliam de annona.

XIII. Marcianus lib. I de Publicis judiciis.

Mulierem propter [28] publicam utilitatem ad annonam [29] pertinentem audiri à Præfecto annonæ deferentem, D. Severus & Antoninus rescripserunt. † Famosi quoque accusantes sine ulla dubitatione [30] admittuntur. † Milites [31] quoque qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. † Servi quoque deferentes audiuntur [32].

De concurrentibus accusationibus.

XIV. Paulus lib. II de officio Proconsulis.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus [33] legibus [34] reus fieret.

De turba.

XV. Ulpianus lib. LVI ad Edictum.

In eum, cujus dolo malo hominibus coactis damni quid datum esse dicatur, non [35] debet cogi actor, omissa actione civili, crimen intendere.

Si plures velint accusare.

XVI. Idem lib. II de officio Consulis [36].

Si [37] plures existant, qui eum in publicis judiciis accusare volunt: *judex* eligere debet eum [38], qui accuset, causa scilicet cognita, æstimatis [39] accusatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia justa de causa [40].

De servo accusato.

XVII. Modestinus lib. VI Differentiarum.

Si servum dominus in crimine capitali defendat, sistendum [41] satisdato promittere jubetur.

Si accusare prohibitus non appellavit.

XVIII. Idem lib. XVII Responsorum.

Cum Titia testamentum Gaii fratris sui falsum arguere minaretur, & solemnia [42] accusationis non implevit intra [43] tempus à Præside præfinitum, Præses [Provinciæ] iterum pronunciavit *non posse illam amplius de falso testamento dicere*: adversus quas sententias Titia non provocavit, sed dixit se post finitum tempus de irrito testamento dicere. Quæro, an Titia, quæ non appellavit adversus sententiam Præsidis, possit ad falsi accusationem postea reverti? Respondit, nihil aperte proponi, propter quod adversus sententiæ auctoritatem de falso agens audienda sit.

De heredibus. 1. Ne compellatur accusator plures reos facere.

XIX. Callistratus lib. V de Cognitionibus.

Divi Fratres rescripserunt *non* [44] *debere cogi heredes accusatorum exequi crimina*. §. 1. Item *non oportere compelli accusatorem plures reos facere* D. Hadrianus rescripsit [45].

De heredibus, de jure alienandi vel manumittendi.

XX. Modestinus lib. II de Pœnis.

Ex judiciorum publicorum admissis non [46] alias transeunt adversus heredes pœnæ bonorum ademptionis, quam si lis contestata [47], & condemnatio fuerit secuta [48]: excepto [49] repetundarum [50], & majestatis [51] judicio, quæ etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, ut bona eorum fisco vindicentur: adeo ut D. Severus & Antoninus rescripserint, *ex quo quis aliquod ex his causis crimen contraxit, ultra* [52] *ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse*. † Ex cæteris [53] vero delictis pœna incipere ab [54] herede ita demum potest, si vivo reo accusatio mota est [55], licet non fuit condemnatio secuta.

De crimine suspenso.

XXI. Papinianus lib. XV Responsorum.

Capitis reus, suspenso [56] crimine, causam fisco deferre non [57] prohibetur.

De foro competenti.

XXII. Idem lib. XVI Responsorum.

Alterius provinciæ reus apud [58] eos accusatur & damnatur [59], apud quos [60] crimen contractum ostenditur: quod etiam in militibus [61] esse observandum optimi Principes nostri generaliter rescripserunt.

Tit.

---

67 Paul. 1 *sent.* 6. §. 1.

68 Pure scilicet, quia non commisit crimen. Secus si liberatus sit tantum, quod crimen probatum non fuerit, sive judicium criminaliter, sive civiliter motum fuerat, sive etiam processum ex vera denunciatione vel inquisitione, quia inquisitio loco accusationis habetur; reluctante tamen Jure canonico, quod usus separavit. Clarus 5 *sent.* §. *ult. qu.* 54. *versic. sed hæc quidem. & sequent.* Non idem est, si in foro pœnitentiali reus absolutus sit. Potest enim & in foro judiciali postea accusari, & è contra. Non idem quoque si accusatore prævaricante absolutus est. Non idem est etiam si secundus accusator primam accusationem ignoravit. v. Clar. *ibid.*

69 An idem si semel punitus? utique. vide Clar. *d. qu.* 57. si transactum? v. *l.* 18. *C. de transact.* si gratiam à magistratu obtinuit? v. *l.* 2. *C. de in jus voc.* & Clar. *d. qu.* 57.

70 Quia qui iterum accusat, manifestus est calumniator. *arg. l.* 1. *C. Theod. de calumniatorib.* Hinc illud: de eodem delicto sæpius non est quærendum.

71 Puta filio. Paul. 2 *sent.* 6. §. 2. v. *tit. C. res inter alios acta.*

72 De ea re dixi superius.

73 Semel malus, semper malus præsumitur. *l.* 5. §. 6. *f. de re militari, c.* 8. *de regul. in* 6. v. Socin. *reg.* 39.

74 Non eandem. Paul. *ibid. d.* §. 2.

75 V. *l.* 2. *C. ubi de criminib.* v. *l.* 28. §. 15. *f. de pœnis.*

76 Pontio Proconsuli. *vulg.*

77 Judex primum processum expedire prius debet, quam majoris criminis causa reum ad alterum judicem remittat. *Bart.*

78 De remissione, vid. Tessaur. *decis.* 90. Guidon. Pap. *decis.* 202. *n.* 5. Jul. Clar. §. *final. qu.* 39. *num.* 1. Ans.

79 Quo argumento, vel unde? à partium remotione. Privatio præsupponit habitum, *vers. videam. Inst. de his, qui sunt sui.* contrariorum unus cognito cognoscitur & aliud.

80 Omnibus accusare permissum est, qui non sunt prohibiti.

81 V. *l* 1 *ad Herenn.*

82 Restringe hanc regulam ex *l.* 11. *f. eod.*

83 Nisi suam suorumque injuriam prosequantur. *l.* 1. *f. eod. l.* 12. *C. qui accusare.* v. P. Gregor. 32 *syntagm.* 13. 60 *Eel.* 1. *ex tit.* 34. *c.* 1.

84 V. Gregor. *d. lib.* 14. Cujac. 17 *obs.* 30.

85 Militares. *v. l.* 2. *f. de veteran.*

86 Id est, ut milites: quod tamen hodie locum non habet. v. quæ notavi ad *l.* 8. *C. qui accusare.*

87 Cur ita constitutum? v. P. Greg. 32 *syntagm.* 15.

88 Id est, qui ex delicto aliquo sunt infames. v. 6 *Eclog.* 10. *ex tit.* 34. *c.* 9.

89 V. *l.* 4. *f. eod.*

90 Cur hi turpi quæstu duci dicuntur? quia accusatoribus & delatoribus olim præmia constituta, quorum dulcedine ad accusandum pellicibantur. de quo scripsi ad *l.* 2. *f. de jure fisci.*

91 *l.* 12. §. 2. *f. eod. l.* 16. *C. qui accusare.*

92 *l.* 4. *in fin. f. eod. l.* 6. *f. repetundar.*

93 Ut filii circa parentes, libertini contra patronos. *vulg. Hal.* adde *l.* 5. *C. de fals.* Imo liberi adversus parentes criminis accusationem instituere possunt. *arg. l.* 7. *f. de injur.*

94 *l. ult. C. qui accusare.*

95 Excipe *l.* 38. §. 9. *f. de adulter.*

96 *l.* 4. *f. eod.* 60 *Eel.* 1. *ex tit.* 34. *c.* 9.

97 *l.* 3. *f. de testib.* *Paupertas* hodie non repellit ab accusatione pauperem honestæ fidei & vitæ. v. Clar. 5 *sent.* §. *ult. q.* 14. *vers. sed hic etiam quæro.*

98 1 *Harm.* 6. Pauperes habentur, qui minus quam quinquaginta aureos habent, id est, qui rem minorem quam quinquaginta sestertiorum millia. Cuj. 17 *obs.* 30. *in fin.* adde Novell. Constantini Porphyrogenetæ περὶ ἀνιδόσεως τιμήματος γεωτικῶν. 4. vid. Cujac. *Novell.* 15. *in fin.* Porro de privilegiis paupertatis vid. Cornelium Beninciassum in *tractat. de privilegiis paupertatis.*

99 *l.* 4. *f. eod.*

100 Id est, persequantur: Id enim verbum *exequi* significat. *l.* 1. §. 1. *f. de privat. delict.* §. 1. *Inst. de publ. jud.*

1 Puta fratrum. adde *l.* 5. *f. de injur.*

2 Atqui non possunt restitui adversus parentes. *l. ult. C. qui & adversus quos.*

3 Id est, adversus factum. An & pro parentibus accusare possunt? Clarus ait, etiam spiritualibus & illegitimis: sed & pro matre. Clar. 5 *sent.* §. *ult. qu.* 14. *in fin.*

4 Vasalli querelam adversus factum domini admitti, hinc potest colligi. An & eum criminis accusare potest vasallus? Interpretes aiunt, si modo civiliter coget. Clar. *d. quæst.* 14. *vers. sed quæro.*

5 *l.* 5. *C. de falsis.*

6 De supposito partu.

7 Alia est abolitio publica, alia privata: hæc ab accusatore, illa vel à Principe, vel à senatu indulgetur. vide Cuj. apud Paul. 5 *sent.* 17. §. 1.

8 Sic Cicero *Verrina de signis.* absentem de reis eximit.

9 *l.* 3. *in fin. f. eod.*

10 Imo adversus hujusmodi personas postulare licet, *l.* 32. *in fin. f. de adulteriis.* accusari etiam possunt, maxime si de furto earum agatur. Clar. 5 *sent.* §. *ult. quæst.* 6. *vers. præterea.*

11 Sententia hic non est judicis, sed senatoris in Senatu dicta. de qua v. Cuj. 6 *obs.* 30.

12 De quo vide Cujac. *d. loco.*

13 Legatus ex delicto in legatione commisso accusari & puniri potest.

14 *l.* 15. §. 1. *f. de adulteriis.*

15 Detrectandi leges. *vulg. Hal.*

16 Abolitio criminis facit, ne reus pro eodem delicto ab alio accusetur. vide *l.* 1. *C. de abolitionib.*

17 De qua scripsi in *l.* 4. *f. de testibus.*

18 Imo id licet, *l.* 16. *C. qui accusare.* quæ res movit Cujac. ut hic legat, *ne de tribus reis.* 6 *obs.* 12. quod non abhorret à *l.* 6. *in fin. f. de adulter.*

19 Tunc enim non ducitur aviditate quæstus: sed dolore tantum & indignatione.

20 *l.* 6. *f. eod.*

21 Accusabitur.

22 Imo non eadem, sed longe alia. *l.* 16. §. 3. *f. de pœn.*

23 Criminibus.

24 De vi pecuniariter. *ita Græci.*

25 Id est, status. *l.* 23. §. 2. *f. de adilit.*

26 Imo servi relegari possunt. *l.* 2. *f. qui & à quib. manumiss. l.* 2. *C. de sepulchro violato.*

27 Id est, jus naturæ. *v. l.* 44. §. 3. *f. de ritu. l.* 32. *f. de regul.*

28 Nota restrictionem *l.* 1. *f. eod.*

29 *l.* 3. *in fin. f. de annona.* vid. P. Gregor. 32 *syntagm.* 13.

30 In superiori casu scilic. & ita restringe *l.* 4. & 8. *f. eod.*

31 *l.* 8. *C. qui accusare.* & ita coërce *l.* 8. *vers. alii propter sacramentum. f. eod.*

32 Dominos sc. annonam adtentantes. *l.* 53. *f. de judiciis. l.* 1. *f. de annona.*

33 *l.* 41. *in fin. f. de pœnis.*

34 Id est, æstimationibus & pœnis.

35 Civilis actio ante criminalem potest intendi. *l.* 7. §. 1. *f. de injuriis. l. un. C. quando civilis actio.*

36 Reponendum *Proconsulis.* ut *l.* 6. *f.*

37 V. Ciceron. *de divinatione in Verrem.*

38 Olim ita observabatur propter Legem talionis, quæ hujusmodi accusationes impediebat. Constat enim, unius mortem plurium morti ex æquo nõ respondere. Hodie plures simul accusare possunt, si tamen eorum interest, vel communis officii, vel injuriæ communis ratione: tunc tamen coguntur uno & eodem libello accusare. v. Clar. 5 *sent.* §. *ult.* 9. 13. Idque magis in Gallia servatur, in qua accusator privatim tantum damnum suu interesse persequitur, regiis & fisci procuratoribus publicam vindictam interim persequentibus. v. Imbert. *in Enchiridio. in verb. accusor.* v. *l.* 18. *f. de test. tut. l.* 41. *f. de damno. l.* 3 *in fin. f. de popul. act.*

39 Quid, si pari gradu vel dignitate sint? Omnes admittentur. *l.* 3. §. 9. *f. de sepulchr.*

40 *l.* 12. §. 3. *f. eod. l.* 2. *C. cod. l.* 2. *f. de custodia. l.* 1. *f. tit. proxim.*

41 Judicio scil. & quoties id res exiget. *l.* 2. *C. eod.*

42 De quibus v. *l.* 3. *f. eod.*

43 *l.* 7. *C. qui accusare. l. ult. C. ut intra certum tempus.*

44 Imo eogendi videntur. *l.* 11. *in fin. C. de accusat. l.* 40. *f. pro socio.* præsertim si de homicidio & cæde agitur. *Bartol. hic.* & in *l.* 15. *f. eod.* Bald. in *d. l.* 11. quod tamen communi usu & forensi non observari refert Clar. 5 *sentent.* §. *ultim. qu.* 15. *vers. item quæro.*

45 Cur ita? v. *l.* 5. *C. ut nemo invitus.*

46 Pœnæ bonorum ademptionis in publicis judiciorum, in quibus neque lis contestata, nec sententia secuta est, non transeunt ad heredes, *l.* 1. *f. de privat. delict.* nisi ad vires usque hereditarias, sive inventarium confecerint, sive non confecerint. Clar. 5 *sent.* §. *ult. qu.* 51. v. quæ notavi ad *tit. C. en delict. defunctor.* v. Sebastianum Medicum *tractatu de morte. part.* 2. *conclus.* 2.

47 Litis contestationis hic effectus notandus est: alios effectus v. apud Hotom. 3 *obs.* 28.

48 Utcunque reus ex delicto fuerit condemnatus, si tamen is mortuus fuerit intra tempora appellationi præstituta, heredes ejus appellare possunt. v. *l.* 6. *C. si reus vel accusator.* heredibus bona defuncti non auferuntur, etsi non appellaverint. *Accurs. & Dynus.* imo auferuntur, debent enim appellare. *Jacob. de Ravenna. Cynus. Bart.*

49 Exceptionem regulæ superioris observa. adde *l. ult. f. ad l. Jul. peculat. l.* 2. *C. de apostat.*

50 *l.* 2. *f. repetundarum.*

51 Gloss. & Doctores excipiunt crimen peculatus, de residuis, hæreseos, ἀποστασίας, defertæ militiæ, & alia.

52 Repetundarum & majestatis rei à momento criminis admissi nihil alienare nec manumittere possunt. v. *l.* 5. §. 4. *C. ad l. Jul. majest.* adde *l.* 15. *f. de donat.* Goth. Vid. Gomez. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Farinac. *de crimine læ. majestat. quæst.* 113. *inscct.* 2. *num.* 87. Ans.

53 *Sub.* privatis & civilibus.

54 Lite cum defuncto in civili crimine contestata, pœnæ ab herede incipere possunt.

55 Id est, lis contestata est. vide *f. eod.*

56 Id est, non habita ratione criminis.

57 Imo prohibetur. *arg. l.* 6. *C. de procurat.*

58 Reus ubi puniendus sit, utrum in loco delicti, contestati judicii, domicilii? v. Grandin. *tract. de maleficiis. rubr. ubi punitur delinquens.*

59 Qua pœna? an sui territorii, vel delicti? vide quæ notavi ad *tit. C. ubi de criminib.*

60 Forum quis sortitur ratione criminis. Ubi quis deliquit, ibi puniri potest. *l.* 11. *f. de custodia. l.* 1. *C. ubi de criminib. Nov.* 134. *c.* 5.

61 *l.* 9. *f. de custodia. l. pen. C. de jurisdict. d. l.* 1. *C. ad exhib.*

TIT. III.

DE CUSTODIA [1] ET EXHIBITIONE REORUM [2].

De æstimatione Proconsulis.

1. ULPIANUS lib. II de officio Proconsulis.

DE *custodia reorum* Proconsul æstimare solet, utrum [3] *in carcerem* recipienda sit persona, an *militi* [4] *tradenda*, vel fidejussoribus [5] committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis, quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro *innocentia* [6] personæ, vel pro dignitate ejus, qui accusatur, facere solet.

De servo. 2. Ne quis ex pluribus causis accusetur vel in jus vocetur.

II. PAPINIANUS lib. I de Adulteriis.

SI servus capitali crimine postuletur, Lege [7] publicorum cavetur, Ut [8] sistendum vel ab extero satisdato promittatur: quod si non defendatur, in vincula [9] publica conjici jubetur, ut ex vinculis causam dicat. §. 1. Solet itaque tractari, an postea domino permittendum sit, oblata satisdatione servum suum vinculis liberare? dubitationem auget Edictum Domitiani, quo cautum est, *abolitiones ex Senatusconsulto factas ad hujusmodi servos non* [10] *pertinere.* Nam & lex ipsa prohibet eum absolvi, prius quam de eo judicetur. Sed hæc interpretatio perdura, pernimium severa est in eo, cujus dominus absens fuit, vel quod per [11] inopiam illo momento temporis satisdationem implere non potuit. Neque [12] enim pro indefenso derelictus recte dici potest, qui dominum præsentem non habuit: vel habuit paratum defendere, pauperem [13] tamen: quod utique facilius admitti poterit, si non post longum temporis spatium hoc desideretur. §. 2. Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam alterius criminis, quod ante admissum est, rei non recipiuntur ex Senatusconsulto. † Quod in privatis quoque *causis*, & hominibus [14] sub fidejussore factis observatur: nisi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.

De eo, qui paratus est dare fidejussores.

III. ULPIANUS lib. VII de officio Proconsulis.

DIvus Pius ad epistulam Antiochensium Græce rescripsit, non esse in vincula conjiciendum eum, qui fidejussores [15] dare paratus est [16]: nisi si tam grave [17] scelus admisisse eum constet, ut neque fidejussoribus, neque militibus committi debeat: verum hanc ipsam carceris pœnam [18] ante supplicium sustinere.

De pœna fidejussoris.

IV. IDEM lib. IX de officio Proconsulis.

SI quis reum criminis pro quo satisdedit, non exhibuerit [19]: pœna pecuniaria plectitur [20], puto tamen, si dolo [21] non exhibeat, etiam extra [22] ordinem esse damnandum. sed si neque in cautione, neque in decreto Præsidis certa quantitas comprehensa est, ac ne consuetudo ostenditur, quæ certam formam habet: Præses de modo pecuniæ, quæ [23] inferri oporteat, statuet.

De reo confesso.

V. VENULEIUS [SATURNINUS lib. II de judiciis publicis].

SI [24] confessus [25] fuerit reus, donec [26] de eo pronunciaretur, in vincula publica conjiciendus est.

De elogiis.

VI. MARCIANUS lib. II de Judiciis publicis.

DIvus Hadrianus Julio Secundo ita rescripsit: *Et alias rescriptum est, non esse ut ique epistolis eorum* [27] *credendum, qui quasi damnatos ed Præsidem remiserint.* Idem de Irenarchis [28] præceptum est: quia non omnes ex fide bona elogia [29] scribere compertum est. §. 1. Sed & caput mandatorum exstat, quo Div. Pius cum Provinciæ Asiæ præerat, sub Edicto proposuit, ut Irenarchæ [30] cum apprehenderint [31] latrones, interrogent eos de [32] sociis & receptatoribus, & interrogationes [33] literis inclusas atque obsignatas ad cognitionem Magistratus mittant. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt [34], etsi per literas missi fuerint, vel etiam per Irenarchas perducti. Sic & D. Pius, & alii Principes rescripserunt, ut etiam de his qui requirendi admorati [35] sunt, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quæratur, si quis erit qui eum arguat [36]. Et ideo cum quis *ἀνάκρισιν* [37], id est, *quæstionem seu inquisitionem* faceret, juberi oportet venire [38] Irenarchen, & quod scripserit, exequi [39]: & si diligenter ac fideliter hoc fecerit, conlaudandum eum; si parum prudenter [40], non exquisitis argumentis [41], simpliciter denotare, *Irenarchen minus retulisse*; sed si quid maligne [42] interrogasse, aut non dicta retulisse pro dictis eum compererit, ut vindicet [43] in exemplum, ne quid & aliud postea tale facere moliatur.

De reo in provinciam, in qua deliquit, remittendo.

VII. MACER lib. II. de officio Præsidis.

SOlent [44] Præsides provinciarum, in quibus delictum est, scribere [45] ad collegas [46] suos ubi factores [47] [facinorosi] agere dicuntur, & desiderare, ut eum prosecutoribus [48] ad se remittantur: & id quoque quibusdam Rescriptis declaratur.

De præposito carceri.

VIII. PAULUS lib. sing. de pœnis Militum.

CArceri [49] præpositus [50] si pretio corruptus [51], sine vinculis agere custodiam [52], vel ferrum, venenumve in carcerem inferri passus est [53], officio judicis puniendus est [54]: si nescit, ob negligentiam [55] removendus est officio.

De militibus.

IX. VENULEIUS SATURNINUS lib. I de officio Proconsulis.

DE militibus [56] ita servatur, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub [57] quo militabunt: is autem, qui exercitum accipit, etiam jus animadvertendi in milites caligatos [58] habet.

De custodiis sine causa non dimittendis & solutis vinciendis.

X. IDEM lib. II de officio Proconsulis.

NE quis [59] receptam custodiam sine causa demittat [60], mandatis ita cavetur, *Si quos ex his, qui in civitatibus sunt, celeriter, & sine causa solutos à magistratibus cognoveris* [61], *vinciri jubebis, & his, qui solverint, multam dices: nam cum sciverint sibi quoque molestiæ futurum magistratus, si facile solverint vinctos: non indifferenter de utero facient.*

De homine alterius provinciæ, & de elogio.

XI. CELSUS lib. XXXVII Digestorum.

NOn est dubium, quin, cujuscunque [62] est provinciæ homo qui ex custodia producitur, cognoscere debeat is, qui ei provinciæ præest, in [63] qua [64] [provincia] agitur. §. 1. Illud à quibusdam observari solet, ut cum cognovit & constituit [65], remittat [66] illum cum elogio ad eum qui provinciæ præest, unde is homo est [67]. quod ex causa faciendum est.

Ne custodiis amissis.

XII. CALLISTRATUS lib. V de Cognitionibus.

MIlites [68] si amiserint custodias, ipsi in periculum deducuntur. nam Divus Hadrianus Statilio Secundo Legato rescripsit, quotiens custodia militibus evaserit, exquiri oportere, utrum nimia negligentia militum evaserit, an casu; & utrum unus ex pluribus, an una plures: & ita demum afficiendos supplicio milites quibus custodiæ evaserint, si [69] culpa eorum nimia deprehendatur: alioquin pro modo culpæ in eos statuendum. † Salvio quoque Legato Aquitaniæ idem Princeps rescripsit: in cum qui custodiam dimisit, aut ita sciens habuit, ut possit custodia evadere, animadvertendum: si tamen per vinum [70] aut desidiam custodis id evenerit, castigandum eum, & in deteriorem 6.7.

---

1 IX C. IV. & 9 C. Theod 3. & 60 Inscript. 35. cap. 12. Carcerum variæ sunt genera, de quibus tractat P. Gregor. 31 Syntagm. 33.

2 Et de transmittendis reis. IX C. III. & 9 C. Th. 2. Seriosus titulus est: Quando mitti reos in custodiam oporteat, vel militibus tradi, vel fidejussoribus, vel sibimet committi. 60 Ecl. 12.

3 Sic Augustin. *in Joannem. Receptores*, inquit, *in custodiam pro meritis causarum adsignantur, alios jubentur custodire liberos humano & mites officio atque civili: alii traduntur optionibus* (id est, carcerum custodibus. vide *l. 6. ff. de bon. damnat.*) *alii mittuntur in carcerem: & in ipso carcere, non omnes, sed pro meritis causarum in ima carceris detrudantur.* v. Cujac. *hic.*

4 Quod raro fieri jubet Trajanus apud Plin. 10 *Epist.* 30. 31.

5 Fidejussoribus accusatus committi potest arbitrio judicis causis inspectis. vid. *l. 2. ff. eod.*

6 Quæ in dubio præsumitur. Alciat. 4 *de verborum significe.*

7 Lex Julia publica judiciorum. *vulg.* recte: de eo dixi ad *l. 4. ff. de restib.*

8 Hinc & ex *l. 25. ff. de Silvianis.* colligit Clarus 5 *sent. §. ult. qu. 26.* servum sub fidejussoribus non relaxari.

9 *l. 25. § 1. ff. de Silvianis.*

10 *l. 16. ff. ad Turpil.*

11 Defensionem servi sui dominus omisisse eo solo non intelligitur, quod absens sit, vel quod pauper eum defendere non potuerit.

12 Pro indefenso derelictus non habetur, qui dominum præsentem non habet; vel præsentem, sed tamen pauperem, ut defendere alium non possit. 13 Pauperi domino servum judicio non defendenti succurritur. 14 Nominibus, *vulgat.* & ita legendum putat Brissonius *in parerg* ff. & male. Græci ita legunt, βασε ϗ ἐν τῶν χρηματικῶν αἰτιῶν; ϗ τῶν ὑπὸ ἐγγύησε γινομένων προσώπων ἀφορμολήπτας. homines sub fidejussore facti dicuntur Græco more, qui satisdare judicio sisti promiserunt: ut reus sub custodia officii factus. vide *l. 1. C. ad Turp.* vide Cujac 8 *observat.* 30. 15 Idoneos, *l. 5. ff. qui satisd. l. 16. C. de dignitatib.* immobilium possessores. vide *l. 15. ff. qui satisdare.* non suppositos alienæ jurisdictioni, Clar. 5 *sent. §. ult. quæst. 46. vers. pone, quod Paptensis.* alias judex, qui non idoneos admisit, tenetur ad pœnam solvendam, quam fidejussor promisit. Quid dicendum, si reus per inopiam & pauperatem nullos fidejussores dare potest? relaxandum sub juratoria cautione negant interpretes, nisi leviter accusatus sit, vel parum gravatus: & fidejussor is inops judici appareat, non simplici rei juramento, sed inquisitione facultatium ejus habita. Clarus *ibid.* Quid, si vice versa reus sit vir illustris, & valde locuples? Juratoriæ cautioni civili jure committitur, *l. 19. C. de dignit.* non consuetudine. vid. Clar *ibid. vers. sciat autem.* Goth. An & quando actioni ex delicto fidejussor accedere possit, & carcerati datis fidejussoribus è vinculis relaxandi sint, v. Menoch. *de arbitrar. jud. cas.* 303. Guidon. Pap. *quæst.* 278. & Anton. Matth. *de criminib. lib.* 48. *tit. 14. cap. 2. num.* 14. 15. S. L. 16 Quid, si appellatur? non obstante appellatione deducitur. & ita communi stylo observari refert Clarus 5 *sentent. §. ultim. quæst.* 46. 17 Ubicunque pro crimine imponitur pœna corporalis, reus non est sub fidejussoribus relaxandus: ubi vero non imponitur corporalis, non est carceribus mancipandus, si fidejussorem offert. & ita servari refert Clar. *d. quæst.* 46. *vers. in hac autem.* 18 *l. 2. C. eod.* Imo carcer non est inventus ad pœnam, sed ad custodiam. *l. 8. §. 9. ff. de pœnis.* 19 Quid, si reus sit mortuus? fidejussor non tenetur. vide *l. 26. in fin. C. de fidejuss.* Hinc colligere possis, fidejussorem rei in id se obstringere, ut ad omnem judicis petitionem, & ut usus loquitur, tales quoties, &c. (sublato usu *l. antepen. C. de fidejuss.* quæ reo spatium sex mensium concedebat, Clarus *ibid.* licet Bart. videatur velle, ut prius renuncietur beneficio dictæ Legis) reum exhibeat: num simpliciter, ut sit securus, cum primum accusator id, quod sua interest confecutus fuerit? usus obtinuit fidejussorem etiam teneri reum exhibere in causa appellationis, idque sub certa quadam & definita pœna pecuniaria. an corporali? usu non est receptum. Clarus *d. quæst.* 46 Potest etiam Judex præter fidejussores ita acceptos, à reo cautionem exigere de accusatore non offendendo. Clarus *ibid. quæst.* 147. 20 Cui hæc pœna applicatur? Fisco: & ita consuetudine observatur. Clar. *ibid.* 21 Fidejussor dolo reum non exhibens, extra ordinem punitur. 22 Vide Guidon. Pap. *decis.* 278. *l. 13. ff. ad l. Aquil.*

23 Quam inferri oporteat. *vulgat.* quæ inferri debuit. *Haloand.* 24 Confessus crimen non continuo statim punitur: sceus si per sententiam damnatus sit. de quo vide Socin. *reg.* 70.

25 Aut convictus. *l. 2. C. de exhib. reis.* Hinc collige reum post suam confessionem vinciri posse.

26 Et merito id additum est, si quidem confessio viam aperit judici ad majorem inquisitionem. Clarus *ibid.* Confessus non continuo pro damnato habendus ex eo solo, quod crimen sit confessus: confessionem sequi debet condemnatio, vel liberatio seu absolutio. Quid enim, si reus extrajudiciliter etiam parte præsente confessus est? aut judicialiter quidem, sed coram judice incompetente, non sedente pro tribunali, contra juris ordinem procedente, vel promittente confitenti impunitatem? quid, si reus ad contrarium probandum se offerat? quid, si in tormentis confessus est? quid, si non absolute: sed illico certam qualitatem adjecit, puta innoxiæ & inculpatæ tutelæ? quid, si perire volens confessus est? utique post confessionem audiendus est. adde casum *l. 6. ff. eod.* non idem est, si reus se confessum aliquid dicat, dum non ageretur de ipsa principali causa, & quum esset minor annis absente curatore. Clarus *ibid.*

27 Denunciatoribus non est ita credendum, ut ex eorum denunciatione reus condemnetur: quamvis ex eorum denunciatione ad inquisitionem procedi possit, ut facta inquisitione reus vel condemnetur, vel absolvatur. Hinc etiam colligunt, neminem ex sola confessione facta coram primo judice condemnari posse à judice, ad quem appellatum est: sed eo casu novam rei confessionem requiri. 28 Irenarchas hodie referunt ac repræsentant *Præpositi Maresscallorum* apud Gallos. de quibus *ff. eod.* 29 Galli, *Informations, interrogations & proces.* adde *l. 14. in fin. ff. de liberis & posthum.* 30 *l. 18. §. 7. ff. de munerib.* Irenarchæ olim creabantur periculo decurionum, ex dispositione Præsidum. vide *l. unic. C. de Irenarchis.*

31 Irenarchæ munus apud Romanos fuit reos adprehendere, interrogare, cum elogio ad magistratus mittere. Præpositis Maresscallorum apud Gallos plura licent: Possunt enim ex Edicto Francisci Regis primi, emansiones, apolidas & cæcos, id est, carentes domicilio & lare, lascivientes, grassatores, oculierum stupratores, pœna capitali absque provocatione afficere. qua de re latius dicam ad *Novell.* 80.

32 *l. 10. C. de servis.*

33 Formam transmittendi elogii observa.

34 Vid. quæ notavi ad principium hujus Legis.

35 Adnotat requirendum judicem, qui decernit, ut reus requiratur. *l. 4. § 5. in fin. ff. de re militari.*

36 Hic locus admonet ita legendum esse vi deri apud Tertullianum ad Scapulam: *ex adnotatione vel elogiis nemo sine accusatore condemnandus est.* adde *l. 1. ff. de requirendis reis.*

37 *ἀνάκρισις* quid sit, v. *Novell.* 142. *c. 12. Act. 25. vers. 26. 27.* male Alciatus reposuerat *διαγορεύειν*, & *præteremisit.*

38 Nota minores judices à majoribus personaliter sisti posse, cogique actus sui & judicii rationem reddere.

39 Id est, probare: huc pertinet quod Papo refert 4 *arrest. 5. n. 5.* Judices ad justificandam sententiam capitalem, à se latam, etiam post executionem admitti.

40 Non maligne. ut *ff. eod.*

41 Prudenter facit, qui exquisitis argumentis rem quamque aggreditur.

42 Aliud, si parum prudenter. ut *ff. eod.*

43 Qua pœna? utique arbitraria. Papon. *d. l. n. 5.*

44 *Nov. 17. c. 14.*

45 Judices delicti commissi, collegas (in quorum jurisdictione seu territorio auctores maleficiorum degunt) rogare solent, ut eos ad se remittant. vide *Novell.* 134. *cap. 5. & l. 15. §. 1. ff. de rejudicata.* 46 Id est, ad Præsides aliarum provinciarum. 47 Id est, criminum auctores.

48 Prosecutores reorum. adde *l. 7. in fin. C. de defensoribus civitatum.* sic dicuntur auri prosecutores, *l. 1. C. de auri prosecutorib.* equorum, *l. 1. C. de tractatoriis.* publicarum functionum, *l. 9. C. de cursu publico.* frumentorum. Cassiodorus 4. Prosecutorum etiam meminit *lex 12. C. Theod. de suscceptoribus.* 49 6 *Harmenopul.* 14. qui & clavicularius à Græcis. ad hanc legem

50 Carceri præpositus, qui & commentariensis. vide *l. 4. C. eod.* Idem dicendum est in custode arcis. Bossius *titul. de carcere. 4. num.* 10. Idem in milite rei sive accusati custode, *l. 12. ff. eod.* Idem in magistratu. *l. 10 ff. eod.* 51 Et convictus scilicet. 52 Quid, si custodia effugit: ea fuga custodis dolo an negligentiæ imputatur? interdum dolo, interdum negligentiæ.

53 Quibus custoditus mortem sibi conscierit. Eo casu quid dicendum? Commentariensis culpa id accidisse præsumptio est; qua præsumptione nisi se liberet, puniendus est. *l. 14. § 3. ff. eod.* vide Bossium *ibid. num. 7.* 54 Pœna capitali, si crimen erat capitale: *l. 24. § 8. ff. eod.* sin minus, eadem, qua custoditus fuisset punitus. *l. 4. C. eod.* Bossius *ibid. num.* 10. adde Act. 16. *num.* 6. Clarum 5 *sentent § ultim. quæst.* 68. *versic. custos carcerum.* 55 Non nimiam scilicet, non propriam, sed substituti: tunc enim corporaliter non punitur. Clarus *ibid.* negligens non fuit, si sciens passus est ferrum aut venenum inferri; id enim pati, doli præsumpti manifesta species est. 56 Remittendi milites rei ad Tribunos suos, *ut hic.* ut & Studioli ad Rectorem Academiæ. *Authentica Habita. C. ne filius pro patre.* 57 *l. 4. § 5. 6. ff. de re militari. l. ultim. ff. titul. proxim. ad Centurionem.* Juvenal. 16. *vers.* 16. & 17. 58 Caligati milites, viliores. *l. 2. ff. de his, qui notantur. l. 6. § 5. ff. de re militari. l. 21. C. de nuptiis. Novell.* 74. *cap. 3. in fin.* Hinc caligata militia. *l. 10. ff. de excusat. tutor.* Sueton. *August. cap. 25. in fin.* murales coronas quam parcissime, & sine ambitione etiam caligatis tribuit. Idem *Vitellio:* Tota via caligatorum militum obvios exosculans. A caliga autem caligati dicti, infimi ordinis milites calceamento: unde cognomen Caligulæ datum. Tacitus, 1. Dion, 57. Ausonius, quod in castris genitus, & educatus ad concitanda vulgi studia eo regnine pedum uteretur. Sic Ventidium Bassum juventam inopem in caliga militari toleraste, 7 Plin. 43. & sic à caliga Marium ad Consulatum perductum. Senec. 5 *de benefic.* 16. Nec tamen gregarios solum, sed & ipsos Centuriones, Ducesque caligatos fuisse indicio est, ex 7 Josephi *de bello Judaico.* 3. ac proinde verisimile est id genus calceamenti commune omnium qui in castris versarentur. unde à Dione, σφαιρωτικὸν ὑπόδημα appellatur, nisi forte dicamus quandam in eo fuisse differentiam gregariorum, & clavigrorum militum: clavis enim non modo æreis, sed argenteis, & aureis caligæ figebantur: quod in exercitu Antiochi fuit, etiam apud gregarios. 9 Valerius 1. Justinus 38. Hinc caligares clavi, 22 Plin. 22. & 34. *cap.* 14. Sospitator 1 *Institut. Grammatic* 16. Isidor 26. eoque pertinere, Juvenal. *satyr.* 3. *vers.* 248, iste versus credicur, *Et in digito clavus mihi militis hæret.* Ab urbe autem in castra transisse auratorum clavorum luxuriam credibile est. Nam & urbana calceamenta ejusmodi clavis suffigi solita, 33 Plinius 3. Festus 19. Isidor. *ultim.* Eundem luxum in Græcia ex eo viguisse apparet, quod Agnonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis crepidas suffigere solitum Plinius scribat 33 *cap.* 3. 59 Magistratus municipalis scilicet. *ff. eod.* 60 Dimittat. *vulgat. Haloand.* 61 Nota, Principem hic alloqui Proconsulem, ut colligitur ex hoc verbo, & epigraphe hujus Legis. cui adde *l. 6. ff. de offic. Proconsulis.* 62 Forum fortimur ratione delicti. 63 Id est, vel ubi admissum delictum, vel unde est reus. 64 Ratione delicti etiam in extraneos homines jus dici potest. vide *l. 7. §. penultim. & ultim. ff. de accusationib.* adde *l. 3. ff. de offic. Præsid.* 65 Id est, constitit. vide *l. 30. ff. de excusat. tutor.* 66 Vide quæ scripsi ad *l. 9. ff. eod.* 67 Id est, interdum damnati ad judicem domicilii sui cum elogio remittuntur condemnandi. 68 V. *l. 8. ff. eod.* adde *l. 14. ff. eod.*

69 Culpa nimia interdum punitur capitaliter. 70 Ebrietas an excuset, vide quæ scripsi ad *l. unic. C. si quis Imperatori maledixerit.*

rem [71] militiam dare [72]: si vero fortuito amiserit, nihil [73] in eum statuendum. §. 1. Si paganos [74] evaserit custodia [75], idem puto exquirendum, quod circa militum personas explorandum retuli.

De his, qui conspiraverunt, ut ruptis vinculis, & effracto carcere evaderent, & de his qui eos detexerunt.

XIII. IDEM lib. VI de Cognitionibus.

IN eos, qui, cum recepti essent in carcerem, conspiraverint, ut ruptis [76] vinculis & effracto carcere evadant, amplius [77] quam causa, ex qua recepti sunt, reposcit, constituendum est: quamvis innocentes inveniantur ex eo crimine, propter quod impacti sunt in carcere, tamen puniendi sunt. Eos vero, qui conspirationem eorum detexerint [78], relevandos.

De tyrone. 1. De numero eorum qui custodiuntur. De custodia amissa, 3. Vel mortua. De custodia amissa. 7. De fugitivo.

XIV. HERENNIUS [79] MODESTINUS lib. IV de Pœnis.

NOn est facile tyroni [80] custodia [81] credenda: nam *ea prodita* [82], *is culpæ reus est, qui eam ei commisit.* §. 1. Nec uni, sed duobus custodia committenda est. §. 2. Qui si negligentia amiserint, pro modo culpæ vel castigantur, vel militiam mutant [83]. Quod si levis persona custodiæ fuit, castigati restituuntur. Nam si *miseratione* [84] custodiam quis miserit [85], militiam mutat: fraudulenter autem si fuerit versatus in dimittenda custodia, vel capite [86] punitur, vel in extremum [87] gradum militiæ datur. Interdum venia datur: nam cum custodia cum altero custode simul fugisset, alteri [88] venia data est. §. 3. Sed si se custodia interfecerit vel præcipitaverit: militi culpæ adscribitur, id est, castigabitur. §. 4. Quod si ipse custos custodiam [89] interfecerit, homicidii [90] reus est. §. 5. Ergo si casu custodia defuncta [91] dicatur, testationibus id probandum est: & sic venia dabitur.

§. 6. Solet præterea amissa culpa custodia, si tamen intersit eam adprehendi, tempus causa cognita militi dari ad eam requirendam, applicito ei alio milite. §. 7. Quod si fugitivum [92] domino reddendum prodiderit [93]: si facultates habeat, domino pretium reddere juberi, Saturninus probat.

[71] Militiæ mutatio fiebat, quoties is, qui equo meruerat, ex peditum numero jubebatur esse: & qui pedes fuerat, in funditorum auxilia transscribebatur, 1 Val. 2. Ammianus Marcellinus 29. equites quartæ sagittariorum cohortis, qui ad rebellionem defecerant, ut se contentum de supplicio leviori monstraret, omnes contrusit ad infimum militiæ gradum. Qui in pace vel acie deseruit, eques gradu pellendus est, pedes militiam mutat, *l. 5. ff. de re milit.* & id quidem est militari gradu dejici, *l. 3. §. 5.* pelli, §. 9. *ff. de re milit.* in deteriorem militiam dari, *ut hic*, & *l. 4. §. 11. l. 13, in fin. ff. de re milit.* v. Petr. Fabr. *1 semestr.* 12. de degradatione v. *Nowell. 123. c. 21. §. 1.* De regradatis Episcopis, *Nov.* 42.

[72] Dari. *Hal.*

[73] Casus fortuitus non punitur. *l. 6. C. de pign. act.*

[74] Si paganus evaserit custodiam, *Hal.* si pagani evaserit custodiam, *vulgat.* & recte.

[75] Id est, is, quo custodiebatur. [76] 60 *Synops. Basil.* 35. *c.* 14. 6 *Harm.* 14 Goth. De carcerum effractoribus v. Boër. *decis.* 215. Bosf. *tit. de carcer. n.* 50. Farinac. *de carcer. & carcerat. quæst.* 30. *num.* 8. 9. 20. 25. Gomez. *var. resolut. tom.* 3. *c.* 9. *de tortura reorum. num.* 11. Ans. [77] Id est, pœna etiam capitalis constituta est. *l. 1. ff. de effractor. l.* 38. §. 11. *ff. de pœnis. l.* 13. §. 5. *ff. de re milit.* [78] Sceleris confcio, scelus detegenti ignoscitur: quod etiam in crimine majestatis, *l. 5. in fin. C. ad l. Jul. majest.* & ambitus locum habet, *l. 1. §. 4. ff. de ambitu.* atqui pœnitenti & restituenti non ignoscitur. v. *l. ult. ff. ut bonor. raptor.* dic in casibus à Lege exceptis detegenti ignosci. & ita hanc Legem intellige. [79] Terentius Clemens. *Hal.* [80] Id est, nondum in numeros relato. *l. 42. ff. de test. milit.* & *l. 18. §. 3. ff. de muneribus.* [81] Rei seu accusati. [82] Perdita, *Hal.* prodita, ut si pecuniam acceperit. v. Paul. 3 *sent.* 31. §. 1. [83] Militi. *l. 11. in fin. pr. ff. cod.* [84] Misericordia qui intempestive utitur, interdum punitur, *l. 7. §. 7. ff. de dolo. l. 5. ff. de ferro corrupto.* adde *l. 5. §. 6. 7. ff. depositi. §. ult. in fin. Inst. de l. Aquil.*

[85] *Al.* dimiserit. [86] Paul. *ibid.* [87] *V. d. l. 12.* [88] *V. d. l. 12.* [89] Eum quem custodit. [90] Veluti homicida punitur. [91] Vide Bossium, *tit. de carcere. n. 7.* [92] Vide *l. 1. §. 2. ff. de fugit.* [93] Perdiderit.

TIT. IV.

AD [1] LEGEM JULIAM [2] MAJESTATIS [3].

Hoc crimen esse sacrilegio proximum. 1. Definitio hujus criminis. Quibus ex causis hac Lege quis tenetur.

I. ULPIANUS lib. VII de officio Proconsulis.

PRoximum [4] *sacrilegio* [5] crimen est, quod *majestatis* dicitur. §. 1. *Majestatis* autem crimen illud est, quod adversus [6] populum Romanum, vel adversus securitatem [7] ejus committitur. quo tenetur is cujus opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides [8] injussu Principis intercideret [9]; quo armati homines cum telis lapidibusve in Urbe sint, conveniantve adversus Rempublicam; locave occupentur, vel *templa* [10]; quove cœtus [11] conventusve fiat, hominesve ad seditionem [12] convocentur: cujusve opera, consilio, *dolo* malo consilium initum erit, quo quis Magistratus [13] populi Romani, quive imperium potestatemve habet, occidatur; quove quis contra Rempublicam [14] arma ferat: quique hostibus populi Romani nuncium [15] literasve [16] miserit, signumve [17] dederit, fecerit ve dolo malo quo hostes populi Romani consilio [18] jubentur [19] adversus Rempublicam: quive milites sollicitaverit [20], concitaveritve, quo seditio [21] tumultusve [22] adversus Rempublicam fiat:

II. IDEM lib. VIII Disputationum.

QUive de provincia, cum [23] ei successum esset, non discessit: aut qui exercitum deseruit [24], vel [25] privatus ad hostes perfugit [26]: quive sciens falsum conscripsit, vel recitaverit in tabulis [27] publicis; nam & hoc *capite primo* [28] Lege Majestatis enumeratur.

III. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEx XII tabularum jubet, *eum qui hostem concitaverit* [29], *quive civem hosti tradiderit* [30], *capite* [31] *puniri.* † Lex autem Julia majestatis præcipit eum, *qui majestatem publicam læserit, teneri*: qualis est ille, qui in bellis [32] cesserit, aut [33] arcem tenuerit, aut castra concesserit. † Eadem Lege tenetur, & qui injussu Principis bellum gesserit, delectumve [34] habuerit, exercitum comparaverit: quive, cum ei in Provincia successum esset, exercitum successori non [35] tradidit: quive Imperium [36], exercitumve populi Romani deseruerit: quive privatus pro [37] potestate Magistratuve quid sciens dolo malo gesserit: quive quid eorum, quæ suprascripta sunt, facere curaverit:

IV. SCÆVOLA lib. IV Regularum.

CUjusque dolo malo jurejurando [38] quis adactus est, quo adversus Rempublicam, faciat: cujusve dolo malo Exercitus populi Romani in [39] insidias deductus, hostibusve proditus erit: factumve dolo malo cujus dicitur, quo minus hostes in potestate [40] populi Romani veniant: cujusve opera [41] dolo malo hostes populi Romani commeatu [42], armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re [43] adjuti erunt; utve ex amicis hostes populi Romani fiant: cujusve dolo malo factum erit, quo Rex exteræ nationis Populo Romano minus obtemperet: cujusve opera dolo malo factum erit, quo magis obsides [44], pecunia, jumenta hostibus populi Romani dentur adversus Rempublicam. † Item, qui confessum [45] in judicio reum, & propter [46] hoc in vincula conjectum emiserit. §. 1. Hoc crimine liberatus est à Senatu, qui statuas Imperatoris reprobatas [47] conflaverit.

V. MARCIANUS lib. V Regularum.

NOn contrahit crimen majestatis, qui statuas [48] Cæsaris vetustate corruptas reficit [49]. §. 1. Nec qui lapide jactato incerto, fortuito [50] statuam attigerit, crimen majestatis commisit: & ita Severus & Antoninus Juliano Cassiano rescripserunt.

§. 2. Iidem Pontio rescripserunt, non videri contra majestatem fieri ob imagines Cæsaris, nondum consecratas, venditas [51].

VI. VENULEIUS [SATURNINUS lib. II de Judiciis publicis].

QUi statuas aut imagines Imperatoris jam consecratas [52] conflaverint, aliudve quid simile admiserint [53], Lege Julia majestatis tenentur [54].

Qui accusare possunt. 3. De officio judicis. 4. De militibus.

VII. MODESTINUS lib. XII Pandectarum.

Amosi, qui jus accusandi non habent [55], sine ulla dubitatione admittuntur ad hanc accusationem. §. 1. Sed & milites, qui causas alias [56] defendere [57] non possunt: nam qui pro pace excubant, magis magisque ad hanc accusationem admittendi sunt.

§. 2. Servi quoque deferentes audiuntur [58], & quidem dominos suos, & liberti patronos [59]. §. 3. Hoc tamen crimen à judicibus non in occasionem [60] ob Principalis majestatis veneration nem habendum est, sed in veritate: nam & personam spectandam esse, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitaverit, & an sanæ [61] mentis fuerit. *nec lubricum* [62] *linguæ ad pœnam facile trahendum est*: quamquam enim temerarii digni pœna sint, tamen ut insanis illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura Legis descendit, vel ad exemplum Legis vindicandum est.

§. 4. Crimen majestatis facto, vel [63] violatis [64] statuis, vel imaginibus, maxime exacerbatur in milites [65].

De muliere.

VIII. PAPINIANUS lib. XIII Responsorum.

IN quæstionibus [66] læsæ [67] majestatis etiam mulieres audiuntur:

[1] IIX C. VIII. adde *tit. C. si quis Imperatori maledixerit.* & 9 *C. Theod.* 45. 6 Paul. 5 *sentent.* 29. §. 3. *Inst. de public. judic.* adde & 60 *Ecl.* 36.

[2] Ad crimen majestatis referenda est Lex XII Tabularum. de qua vide *l. 3. ff. cod.* referendæ sunt quoque aliæ tribunitiæ, *Apuleia* scil. Cicer. 2 *de Oratore, duobus locis. Varia* & *Papia*, Cicer. 17 *ad Attic.* 16. quin & illæ consulares, *Cornelia* scil. à Lucio Sylla lata, Ammian. 19. & *Julia* à Julio Cæsare primum Consule lata, cujus hic fit mentio: eandem Legem persecuti sunt reliqui Imperatores, de quibus vid. Paul. Manutium, *in lib. de Legib. Romanorum.* Tacit. 1 *Annal.*

[3] *Majestas* est amplitudo & magnitudo rei cujusque. Hinc majestas loci dicitur à Livio: orationis, à Cicerone 2 *ad Herenn.* populi, *ab eodem in partitionib.* judicum, senatus, Plin. 8 *epist.* 6. Consulis, Cicer. *in Pisonem.* Prætoris seu imperii, *l. pen. ff. de justitia. l. 9. ff. de jurisd.* Imperatorum, imperatoria, *Inst. in proœm.* publica, *l. 3. ff. cod.* Dei, *l. 32. §. 4. ff. ad l. Juliam de ambitu.* simpliciter vero usurpata hæc dictio Principum majestatem significat, *ut hic.* & apud Ammian. 19. Hinc majestatis crimen, actio, judicium, quod Græci ὑψηλόμα τῆς καθοσιώσεως dicunt. Nihil enim non sibi arrogarunt Imperatores: qui non contenti majestatis appellatione, æternitatis sibi adrogaverunt, *l. 3 C. Theod. de Fabricensib.* suum etiam comitatum *sacrarium* appellarunt, *l. ult. §. 12. ff. de muneribus.* 4 Lex majestatis similis est Legi de sacrilegio. 50 *Synops.* 36. *c.* 1. 5 Id est, ei crimini, quo divina majestas pulsatur.

[4] Majestatis crimen is incurrit, qui aliquid molitur, καὶ τὰ βασιλικὰς, ἢ πολιτικὰς. *Theoph. §. 3. Inst. de publicis judiciis.* vel ut ait *Eclog.* καὶ τὰς βασιλικὰς, πολιτικὰς, ἐχεκτὰ, ἀρχόντων adversus Imperatorem vel rempublicam, vel exercitum, vel ejus duces, Paul. 5 *sent.* 26. §. 1. cæterum ἀρχόντων vocabulo quid intelligatur, dicam *ff. cod.* 7 Tranquillitatem, σωτηρίαν vocat Harmenopul. 8 Dati Romanis. adde *l. 4. in fin. pr. ff. cod.* 9 Id est, evaderent. 10 *l. 2. ff. de collegiis.* 11 *l. 5. ff. ad l. Jul. de vi publ.* de cœtibus nocturnis vide Porcium Latron. & Liv. 39. 12 *l. 1. l. 2. C. de seditiosis.* v. Tacit. 1 *annal.* 13 Illustres viri, qui consilio & consistorio Imperatoris interfunt: item Senatores, *l. quisquis. 3. C. eod.* Harmenop. addit ἐκκλησιάτην. 9. *tit.* 6. Hos omnes *Eclog.* ἐκκένιτων vocabulo complectitur. Si ita est, constat crimen majestatis committi etiam adversus eos Principes, easve respublicas, quæ superiorem recognoscunt. Qua de re vide, quæ dicam ad *l. 5. C. eod.*

[5] *l. 4. ff. eod.* Paul. 5 *sent.* 29. §. 1. Senec. 5 *controv.* 10. Non ages mecum Reipublicæ læsæ, si Atheniensem Senatorem occidero, sed cædis. 15 Nuncium literasve hosti mittere, vel signum dare adversus Rempublicam, majestatis crimen est. 16 60 *Eclog.* 36. 17 Signum hosti dedisse adversus Rempublicam, læsæ majestatis crimen est. 18 *l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis. l. 6. §. 4. ff. de re militari.* Consilium hosti adversus Rempublicam dare, majestatis crimen est. 19 Juventur.

[6] Aliud sollicitare, & concitare. 21 Paul. 5 *sent.* 22. §. 1. 22 Seditionis & tumultus differentia. 23 *l. 3. in fin. ff. cod. v. l. un. §. 1. C. ut omnes judices.* cum ei successor missus est.

[7] 24 Desertor exercitus majestatis crimine tenetur. 25 Majestatis tenetur etiam privatus, qui ad hostem perfugit: Nam de eo minus dubitatur in eo, qui Dux & Præfectus adhuc est.

[8] 26 *l. 3. ff. cod.* 60 *Ecl.* 36. *ex tit. 51. c.* 34. *l. 5. §. 1. ff. de cap. minut.* 27 Puto idem fuisse constitutum in eos, qui tabularium incenderunt, Cic. *pro Rabirio perduellionis reo.* An de peculatu facto, an de tabulario incenso longa oratio est exprimenda? 28 Majestatis criminis varia capita fuere.

[9] Id est, hostes ex amicis fecerit: an qui extra ordinem pugnaverit? hoc velle videtur Hotomanus in explicatione Legum XII Tabular. Sed tamen existimo, *hostem concitare*, hic nihil aliud esse, quam inire factionem cum hoste, aut factionis sacramentum suscipere vel dare. *Goth.* Vide in hanc l. Leonin. *emend. lib. 3. cap. 12. n. 6.* Ans.

[10] Idem dicendum, si exercitum in insidias deduxerit, Paul. 5 *sentent.* 29. §. 1.

[11] Gladio, *l. 5. C. eod.* vitæ amissione, §. 3 *Inst. eod.* Paul. 5 *sentent.* 29. §. 1. refert aqua & igni interdictos, bestiis objectos, vivos exustos: varias hujus delicti pœnas vide apud Petrum Gregor.

[12] *Syntagm. cap. 1. n. 9. & seq.*

[13] Imbellis. *vulgat. Hal.*

[14] Hostem vel arcere tenuerit, *Haaland.* aut arcem non tenuerit, *vulgat. Arcem tenere* est arce & præsidio se tueri adversus Principem, &c.

[15] Delectumve, *vulg. Hal.* Paulus *d. loco.* Florentina aliis locis defendit. de quibus vide *l. 36. ff. de statulib.*

[16] *l. 2. in pr. ff. eod.* eo nomine accusatus fuit Epaminondas à Thebanis, Xenoph. 7 *rerum Græcarum.* Cic. 1 *de inventione.* Probus, *in vita Epaminondæ.* Appian.

[17] Imperatorem, Paul. *d. loco.*

[18] Qui illicitis insignibus utitur, *l. 27. in fin. ff. de falsis.* Paul. 5 *sentent.* 25. §. 11. qui nummos sua imagine percutit: quo nomine capite plexus est Perennis Prætorianorum Commodi Præfectus. *Herodian.* 1.

[19] *l. 5. C. eod.* Græci id ita exprimunt. 60 *Basil.* 36. *c.* 4. Niceph. Gregor. 9. συναγωγὴν καὶ τῆς πολιτικῆς ἀθροίσεως ἡνίοθαι. & Canon. 18 *Chalcedon. Synod.* τὸ τῆς συνωμοσίας, ἢ φρατρίας ἴγκλημα. vid. Cujac. 16 *obs.* 10.

[20] Paul. 5 *sent.* 29. §. 1.

[21] Potestatem.

[22] Ope, consilio. adde *l. 1. ff. eod.*

[23] Adde *l. 1. & 2. C. quæ res exportari.* Hostem his quatuor adjuvare non licet, commeatu, armis, telis, equis. adde consilius, *l. 3 ff. cod.* navibus, ut mox dicetur. 43 Puta navib. 60 *Ecl.* 36. *ex lib.* 51. *c.* 52. adde *Nov. Leon.* 63. 44 Adde *l. 1. §. 1. ubi obsides. ff. eod.* 45 Puto legendum, *confessum in hoc judicio reum, & propter hoc in vincula conjectum emiserit*, ut majestatis teneatur, qui confessum in hoc judicio majestatis, & propter hoc in vincula conjectum emiserit: non qui simpliciter in vincula conjectum. 46 Cur? dixi ad *l. 5. ff. de custodia.* 47 Id est, sine permissu Imperatoris factas. v. *l. pen. & ult. C. de stat.* v. quæ not. ad *l. 7. in fin. ff. cod.* 48 V. *l. 7. in fin. ff. de sepulchro.* 49 Facit *lex 7. ff. de sepulchro.* 50 Facit *lex 4. ff. de injuriis.* 51 Tacit. 1 *annal.* Falanio objiciebat accusator, quod venditis hortis, statuam Augusti simul emancipasset: quod ubi Tiberio innotuit, scripsit Consulibus, contra religionem non fieri, quod ejus effigies, ut & alia numinum simulachra, venditionibus domuum & hortorum accederent. facit *l. 24. ff. de contrab. empt.*

[24] Conscerare statuas Principum suorum veteres solebant. 53 In eas sc. 54 Cassiodor. 7 *variar.* Theodoricum regem sic scribentem facit: Monetæ debet integritas quæri, ubi & vultus noster imprimitur. Quodnam erit tutum, si in nostra pecetur effigie? sit mundum quod ad formam nostræ serenitatis adducitur: Claritas regia nihil admittit infectum, &c. Eodem modo, qui monetam vultu Principis ligatam conflasset, Lege Cornelia tenebatur. vide Cujac. 19 *obs.* 25.

[25] *l. 4. l. 8. ff. de accusat.* 56 Alias causas defendere quid est? alienas, Cujac. 5 *obs.* 35. ex contrario alienum pro alio sumitur. dixi ad *l. 3 ff. de rei vind.* 57 Deferre, P. Faber apud Cujac. *c.* 28. *de præscript.* Græci κινῶν. 58 *l. ult. C. eod. l. 53. ff. de jud. l.* 20. *C. qui accusare.* Cur ita? in majestatis crimine etiam servis honesta proditio est: nam & hoc facinus tendit in dominos, *l. 2. in fin. C. Theod. Ne prater crimen majestatis servus dominum, vel patronum libertus, &c.* vel in dominum dominorum. cui simile est illud Hieronymi: Non est crudelis, qui crudeles jugulat, *c. Non est crudelis.* qui malos percutit, minister est Dei, *c. qui malos.* Judex non est auctor sceleris homines vinciendo, *c. Judex.* homicidas punire non effusio est sanguinis, sed legum ministerium, *cap. homicidas. 23. q. 5.* & Cassiodor. 1 *variar.* pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non est Leges calcare, sed condere. adde *l. 3. C. de Episcop.* Puto quoque hoc casu cuique potestatem fieri rei reprehendendi, Tertull. *in Apolog. cap.* 2. In reos majestatis, inquit, omnis homo miles est: an & occidendi, ut postea crimen probare sufficiat? Bossius ait, *tit. de crimine Majestatis. l.* 119. Clarus negat, nisi confessus Principis accedat, 5 *sent. §. læsæ majest. 11. vers. hinc infertur.* quod meo judicio non valde humanum est: hoc interim concedo, seditiosi appellationi deferendum non esse, tunc enim judex reum prius punire debet, deinde scribere. *l. 6. §. 9. ff. de injusto.* 59 Et liberi parentes, *Novell* 115. *c.* 3. §. 3. 1 *Harmenop. 6.* & uxores maritos. *Harmen. ibid.* 60 Non in occasione, *vulg. Hal.* id est, non obtentu adulationis alicujus. vide Paul. 5 *sent.* 29. §. 2. sic cuidani Falanium defereuti, quod inter cultores Augusti quendam infamem adscivisset, Tiberius respondit, non ideo decretum patri suo cœlum, ut in perniciem civium is honor verteretur. & proinde hujus loci sententia hæc fuerit: judices non quodcunque factum alicujus, adversus Principem ipsum factum esse temere interpretari debent, nec ea ex re occasionem captare debent *diligentiæ*, quasi in factis adversus Principem vindicandis diligentes & curiosi fuerint: non enim in iustiuinodi occasione vel diligentia studere debent placere Principi vel Reipublicæ. facit *l. 33. ff. de usuris.* non unme dictum factumve adversus Principis commodum, majestatis est crimen.

[26] Vide *l. 2. C. qui bonis cedere.* 62 *l. un. C. si quis Imperatori maledixerit.* 63 Adde ex Paulo, sed & verbis impiis maxime exacerbatur, Paul. 5 *sent.* 29. quæ verba Tribonianus male hic immutavit in statuas violatas, cum factum satis comprehendatur violatis statuis. 64 Statuas Principis non violat, qui reprobatas conflat, *l. 4. in fin. ff. eod.* qui corruptas reficit, aut eas lapillo fortuito impetit, qui nondum consecratas vendit, *l. 5. l. 6. ff. eod.* qui ædificii causa deponit, ut mox reponat, *l. 19. C. de operib. public.* Violat, qui dejicit; qui simo injecto per plateas raptat. Sozomenus, (quod Antiochenis Theodosius ægre remisit. Zozomenus *ibid.*) qui earum capita detruncat, qui eas ad invidiam alterius portat. *l. 38. §. 10. l. 8. §. 7. ff. de pœn.* Illud vero plane belluinum, quod Maro Paulum quendam prætorium virum detulit, eo nomine quod anulum, in quo erat imago Tiberii, matellæ & obscœnis admovisset, Senec. 3 *de benefic.* 26. & quod Atteius Capito Jurisconsultus consuit, inter reos recipiendum Lucium Ennium equitem, quod effigiem Principis ad promiscuos usus vertisset, Tacit. 3. Sueton. *in Tiberio. c.* 58. sub Tiberio quidam majestatis damnatus, quod statuæ Augusti caput dempsisset, ut alterius imponeret. Quidam etiam damnatus fuit ab Antonino Caracalla, quod urinam eo loco fecisset, in quo statuæ & imagines Principis erant. Spartianus. & sub Domitiano mulier interfecta, quod ante statuam Principis vestem exuisset. Xiphilinus *in Domitiano.* Interpretes superiora transferunt ad statuas aliorum dejectas: quo nomine Alcibiades exulare coactus est, Diodor. 13. Thucyd. 6. De iconoplastis & iconoclastis dicam alias. Hoc etiam addendum est, Imperatorum imagines in militaribus signis poni solitas, & inibi cultas ut præsentia numina: sed & iisdem Imperatoribus aras in castris positas Tac. 14. 2 Veget. 5. 6.

[27] Ut qui stipendiis Imperatoris vivant. 66 Non in aliis. *l. 8. ff. de accus.* Goth. Concordat *cap. 3. cauf. 15. q. 4.* Ans. 67 *Forte legendum*, Lege majestatis. Nam & ita locutos Latinos constat, Lege majestatis inquiri, non læsæ majestatis. dixi ad *lib. 2* Cic. *de Inventione.*

68 Fulvia, *Hal.* vide Sallust.

69 Legendum videtur *indicium cum*, ut in Paul. *Sent.* Nam Juliæ *iudicio*, non *iudicio* detectus est Catilina.

70 Liberto majestatis damnato, liberi damnati fiscum excludunt: fiscus patronum. Hodie id immutatum, fisco omnia occupante. *l. 5. C. eod.* adde *l. 1. in fin. C. de bonis lib.*

71 Adde Paul. *5 sent.* 26. §. *ultim.* quin affectus & voluntas hic puniuntur. *l. 5. C. eod.*

72 Reatus vocabulum a Mesala inventum est. Quintil. 8 *Inst.* 3. reatus apud Jurisconsultos, reorum est status, sive recte sive male accusati sint, *l.* 25. ℑ. *de pœnis. l.* 7. §. 2. ℑ. *de bonis damnat. l.* 39. ℑ. *de injur.* apud Theologos est obligatio ex peccato vel delicto, quo sensu Tertullianus, 1 *adversus Marcionem* scripsit reatum animæ. & 2 *adversus eundem*, reatum patrum in filios redundare.

73 *l.* 6. ℑ. *de publ. jud.* & *tit. C. si reus vel accusator.*

74 Crimen majestatis post mortem etiam purgandum est. vide *l.* 7. *l.* 8. *C. eod.*

75 Διαβολὴ. 60 *Eclog.* 36. c. 12.

76 Nota aliud esse majestatis crimen, aliud perduellionis. *Goth.* Vide *l.* 218. ℑ. *de verb. sign.* & *l.* 118. *ff. eod.* & *ibi* Goedd. *Anf.*

77 Hac forte ratione motus Sigismundus Poloniæ Rex Cracoviæ anno 1359 definiit in eo tantum crimen majestatis consistere. vide Renatum Choppinum, *in summa Polonici domanii. c. de regalib.* v. Petr. Gregor. 35 *syntagm.* 1. *n.* 2.

78 Idque directo non adversus alios Principes inferiores, & civitates, nisi per Principis Princeps ipse, seu Imperator, seu Rex ipse petatur.

tur: conjurationem denique Sergii Catilinæ [Julia 68] mulier detexit, & Marcum Tullium Consulem judicium 69 ejus instruxit.

De bonis libertorum damnatorum.

IX. HERMOGENIANUS lib. V Juris Epitomarum.

EOrum, qui majestatis crimine damnati sunt, libertorum 70 bona liberis damnatorum conservari Divus Severus decrevit & tunc demum fisco vindicari, si nemo damnati liberorum existat.

De provincia vel civitate hostibus prodita.

X. IDEM lib. VI Juris Epitomarum.

MAjestatis crimine accusari potest, cujus ope 71 consilio, dolo malo provincia, vel civitas hostibus prodita est.

De morte rei. De bonis damnati. De perduellione.

XI. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

IS, qui in reatu 72 decedit, integri status decedit. extinguitur 73 enim crimen mortalitate: nisi forte quis majestatis reus fuit; nam hoc crimine, nisi à 74 successoribus purgetur, hereditas fisco vindicatur 75. Plane non 76 quisquis Legis Juliæ majestatis reus est, in eadem conditione est, sed qui 77 perduellionis reus est, hostili animo adversus Rempublicam vel Principem 78 animatus: cæterum si quis ex alia causa Legis Juliæ majestatis reus sit, morte crimine liberatur.

TIT. V.

AD LEGEM JULIAM[1] DE ADULTERIIS[2] COERCENDIS 3.

De legislatore.

I. ULPIANUS lib. I de Adulteriis.

HÆc Lex lata est à Divo Augusto 4.

De muliere, quæ ante denunciationem nupsit. 1. De marito, qui accusavit & destitit. 2. De lenocinio mariti. 3. De eo, qui patitur uxorem suam delinquere. 4. De lenocinio mariti. 8. Quis præferatur in accusatione.

II. IDEM lib. VIII Disputationum.

EX Lege Julia 5 servatur, ut cui necesse est ab adultero incipere, quia mulier ante 6 denunciationem nupsit, non alias ad mulierem possit pervenire, nisi reum peregerit: peregisse autem non alias quis videtur, nisi & condemnaverit. §. 1. Marito jure 7 mariti accusanti illa præscriptio objicitur, *Si Legem prodidisse dicatur ob hoc, quod adgressus accusationem adulterii destitit* 8. §. 2. Lenocinii 9 quidem crimen 10 Lege Julia de adulteriis præscriptum est: cum sit in eum maritum pœna 11 statuta, qui de adulterio uxoris suæ quid ceperit; item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit 12. §. 3. Cæterum qui patitur uxorem suam delinquere, matrimoniumque suum contemnit, quique contaminationi non indignatur, pœna adulterum non infligitur.

§. 4. Qui hoc dicit, lenocinio mariti 13 se fecisse, relevare quidem vult crimen suum, sed 14 non est hujusmodi compensatio admissa 15: ideo si maritum velit reus adulterii lenocinii reum facere, semel delatus 16 non audietur. §. 5. Si publico judicio maritus uxorem ream faciat, an lenocinii allegatio repellat maritum ab accusatione? & putem non repellere: lenocinium igitur mariti ipsum onerat, non mulierem excusat 17. §. 6. Unde quæri potest, an is, qui de adulterio cognoscit, statuere in maritum ob lenocinium possit? Et puto posse 18. Nam Claudius Gorgus 19 vir clarissimus uxorem accusans, cum detectus est 20, uxorem in adulterio deprehensam retinuisse, & sine 21 accusatore lenocinio damnatus est à Divo Severo. §. 7. Extraneus autem nequaquam lenocinium objiciens, posteaquam reus factus est, se relevabit 22, nec maritum pœnæ subjiciet. §. 8. Si simul 23 ad accusationem veniant maritus & pater mulieris, quem præferri oporteat, quæritur? Et magis est, ut 24 maritus præferatur: nam & propensiore ira, & majore dolore executurum eum accusationem credendum est: in tantum, ut etsi pater prævenerit, & libellos inscriptionum deposuerit, marito non negligente, nec retardante, sed accusationem parante, & probationibus instituente, atque muniente, ut facilius judicantibus de adulterio probetur, idem erit dicendum. §. 9. Sed & quotiens alii, qui post 25 maritum & patrem accusare possunt, ad accusandum prosiliunt, Lege expressum est, ut is, cujus de ea re notio est, de justo 26 accusatore constituat.

III. IDEM lib. II de Adulteris.

NIsi igitur pater maritum infamem 27 aut arguat, aut doceat, colludere 28 magis cum uxore, quam ex animo accusare, postponetur marito.

De tempore, intra quod accusari debet. 2. De marito prævento ab extraneo.

IV. IDEM lib. VIII Disputationum.

SI maritus prævenerit, accusareque instituerit: tempora 29 non cedunt patri, quo accusationem instituere non potest. sic tamen, ut quodad 30 unus occupet, utrique tempora cedant: ubi vero maritus occupavit, residua tempora ei, qui occupare non potest, non cedant. † Quod & in eo dici potest, qui ab adultero, vel adultera cœpit: nam adversus eum, adversus quem non cœpit, desinunt ei tempora cedere. Hæc in maritis & patribus dicta sunt. §. 1. Extraneis autem, qui accusare possunt, accusandi facultas post maritum & patrem conceditur. nam post sexaginta dies quatuor menses 31 extraneis dantur, & ipsi utiles. §. 2. Si ante extraneus instituerit accusationem, an superveniente marito permittatur accusatio, quæritur? & magis arbitror, hoc quoque casu maritum audiendum, si 32 non negligentia præventus est. Et ideo, & si accusatione instituta, absoluta sit mulier extraneo accusante, tamen marito debet permitti reataurare accusationem, si idoneas causas allegare possit, quibus impeditus non instituit accusationem.

De vidua vel secundo nupta.

V. JULIANUS lib. LXXXVI Digestorum.

NUptam mihi adulterii ream postulari posse in priore 33 matrimonio commissi, dubium non est: cum aperte Lege Julia de adulteriis coërcendis caveatur, si quidem vidua sit, de cujus adulterio agetur, ut accusator liberum arbitrium 34 habeat, adulterum an adulteram prius accusare malit; si vero nupta sit, ut prius adulterum peragat, tunc mulierem.

De statu personarum. 1. De stupri & adulterii appellatione & differentia. 2. De filiofamilias. 3. De marito, qui duos reos ex alio crimine habet.

VI. PAPINIANUS lib. I de Adulteris.

INter liberas tantum personas adulterium stuprumve passas Lex Julia locum habet. quod autem ad servas 35 pertinet, & Legis Aquiliæ 36 actio facile tenebit, & injuriarum 37 quoque competit; nec erit deneganda Prætoria quoque actio de servo corrupto 38: nec propter plures 39 actiones parcendum erit in hujusmodi crimine reo. §. 1. Lex stuprum & adulterium promiscue & κατάχρησιν 40, *id est, abusive*, appellat. sed proprie 41 *adulterium* in nupta 42 committitur, propter *partum ex* 43 *altero conceptum* composito nomine: stuprum vero in virginem 44 viduamve 45 committitur; quod Græci φθορὰν 46, *id est, corruptionem* appellant. §. 2. Filiusfamilias 47 maritus ab eo, qui sui juris est, in ea Lege non separatur. Divus quoque Hadrianus Rosiano Gemino rescripsit, & invito 48 patre filium hac Lege reum facere *posse*. §. 3. Maritus, etsi duo 49 reos ex alio crimine habeat, poterit jure viri tertium accusare: quoniam ea causa non cedit in numerum cæterarum.

De tutore vel curatore, qui pupillam, vel adultam duxit uxorem. 1. Si duo simul incesti accusentur.

VII. MARCIANUS lib. X Institutionum.

QUi pupillam suam duxit uxorem contra 50 Senatusconsultum, nec matrimonium est [hoc], & potest adulterii accusari, qui tutor & curator fuit, & infra 51 vicesimum sextum annum duxit uxorem non à patre desponsam vel destinatam 52, vel testamento denominatam 53. §. 1. In lib. II de adulteriis Papiniani Marcianus notat: Incesti 54 commune crimen adversus duos simul intentari potest.

De domus præbita, de quæstu ex adulterio uxoris.

VIII. PAPINIANUS lib. II de Adulteris.

QUi domum 55 suam, ut stuprum, adulteriumve cum aliena matrefamilias 56, vel cum masculo fieret, sciens præbuerit, vel quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit: cujuscunque sit conditionis, quasi adulter punitur. §. 1. Appellatione 57 domus habitationem quoque significari, palam est.

IX. ULPIANUS lib. IV de Adulteriis.

ETsi amici 58 quis domum præbuisset, tenetur. §. 1. Sed & si quis in agro 59 balneove 60 stuprum fieri præbuisset, comprehendi debet. §. 2. Sed & si in domum aliquam soliti fuerint convenire ad tractandum 61 de adulterio, etsi eo loci nihil fuerit admissum, verumtamen videtur is domum suam, ut stuprum adulteriumve committeretur, præbuisse: qua 62 sine colloquio illo adulterium non committeretur.

De matrisfamilias appellatione. 1. De muliere, quæ domum præbuit, vel pro comperto stupro aliquid accepit. 2. De ea, quæ vitandæ pœnæ adulterii gratia lenocinium fecit, aut operas suas in scenam locavit.

X. PAPINIANUS lib. II de Adulteriis.

MAter autem familias 63 significatur non tantum nupta, sed etiam vidua. §. 1. Mulieres quoque 64 hoc capite Legis 65, quod domum 66 præbuerunt, vel pro comperto stupro aliquid acceperunt, tenentur. §. 2. Mulier, quæ evitandæ pœnæ 67 adulterii gratia lenocinium 68 fecerit, aut operas suas in scenam locavit, adulterii accusari damnarique ex Senatusconsulto potest.

De milite, qui cum adultero uxoris suæ pactus est, 1. Vel sororis filiam in contubernio habuit. 2. An rea absens defendi possit. 3. De socero, qui ut dotem lucraretur, accusatione destitit. 4. Intra quod tempus accusari possit. 5. De morte mariti. 9. An propter rea impuberem filiam accusatio differatur. 10. Si quis manente matrimonio velit accusare. 11. Si mulier adultero nupsisse dicatur. 12. Si mulier, cum absentem virum audisset vita functum esse, alii se junxerit.

1 §. 4. *Inst. de publ. judic.* vide 4 Paul. *sent.* 26. 6 *collationu legum.* 9 *C. Theod.* 7. 6 *Harmenop.* 2. & 5 *Extra.* 26. Adulter quis, vide *l.* 34. *in fin.* ℑ. *eod.*

2 Stupro, *vulg. Hal.* & ita conceptus est titul. Codicis. 9 *C.* 9. 5 *collat. legum Mosaïcarum.* adde *de stupratorib. Nov.* 141. in qua stuprum vocatur ἀσέλγειαν.

3 Pœnæ adulteri vel adulteræ quæ sunt? uxor agere potest ad thori separationem, ad restitutionem dotis & donationem propter nuptias, *c.* 1. *aut lite non contestata.* Roland. à Valle, 1 *cons* 10. *n.* 5. & 6. post Abbatem, in *c. pleruncque, de quæstionib.* Maritus vero ad separationem thori & ad lucrum dotis, *l. cum mulier.* 47. ℑ. *soluto matrimonio. c. pleruncque. de donat. inter vir. & uxor.* (adeo ut non cogatur uxorem adere, *c. pleruncque. de dote post divortium restit.*) dotis, inquam, sive promissa sit, sive soluta, *l. mulier.* 20. ubi Bald. ℑ. *de condit. insit.* dum tamen mulier ipsa nullos ex eo matrimonio vel antecedente liberos habeat. Bald. in *l. hac edictali. 6. C. de secund. nupt.* Cur? alienare quod pacto quis non potest, id nec delinquendo potest, *l.* 12. ℑ. *de fidei. libert.* Bald. *l. unic. C. de condict. ob caus.* Cremens. *singulari* 86. Boër. *decis.* 338.

4 Sueton. *in Augusto*, qui Julius etiam dictus est: adoptatus enim erat à Julio. Dion, 48. Lex Julia dicitur, Tacit. 2 *annal. anno Urbis* 770. *idem lib.* 4. *anno Urbis* 778. *Mart.* 8. de pœnis adulteri & adulteræ dicam ad *l.* 5. ℑ. *de quæst* & *Nov.* 134. *c.* 10.

5 De adulteriis sc.

6 *l.* 17. §. *ult.* ℑ. *eod.*

7 Id est, sine accusatione. 8 *l.* 16. *C. eod. l.* 2. ℑ. *ad Turp.*

9 Contra maritum accusantem criminaliter, objicitur exceptio lenocinii. *l.* 29. §. 3. ℑ. *eod.*

10 Crimini, *vulg. Hal.* de quo *Nov.* 14.

11 *d.* §. 3.

12 Lenocinii duæ sunt species: manifesta, quoties maritus palam quæstum facit ex adulterio uxoris: tacita, quoties adulterum retinet.

13 Non recte adulterii reus viro objicit, se, illo perductore adulterium commisisse. 60 *Eclog.* 3. *c.* 4. 6 *Harm.* 2.

14 Sed est hujusmodi. *Hal.*

15 *l.* 5. ℑ. *de publ. jud.* Imo est admissa, & admittenda est, *l.* 13. §. 5. ℑ. *eod. l.* 28. *C. eod. l.* 47. *in fin.* ℑ. *sol.* dic ut ℑ. *eod.*

16 Id est, inter reos receptus, *l.* 15. §. 7. ℑ. *eod.* alias ante potest, ut in Legibus contrariis superius allatis.

17 Quid, ejus maritus num excusatur? ne id quidem, cum in eum, ut lenonem, judex possit etiam sine accusatore statuere. 60 *Eclog.* 37. *c.* 4. & 37. 6 *Harm. tit.* 2.

18 *d. c.* 4. & *d. tit.* 2.

19 *Al.* Gordius. *Græci.*

20 Esset. *vulg. Hal.*

21 Nam duobus modis proceditur in criminalibus, vel ad instantiam partis, vel officio judicis. v. Clar. 5 *sent.* §. *ult.* q. 3.

22 Imo se relevat. *l.* 26. ℑ. *eod.*

23 Ex pluribus accusationibus præferenda est idoneior, in causa adulterii potior est causa mariti, quam patris. *l* 4. *C. de adult. l.* 30. *C. eod.*

24 *l.* 30. *C. eod.*

25 De quibus vide *d. l.* 30.

26 Idoneo. *l.* 16. ℑ. *de accusat.*

27 Primus accusator, secundo accusatori, alias potiori, exceptionem infamiæ objiciendo, ei præfertur.

28 Colludit autem, qui non ex animo accusat.

29 Id est, sexaginta dies utiles marito dantur ad accusandum uxorem adulteram. vide *l.* 6. *C. eod.*

30 Quodad, id est, quando duo possunt admitti ad aliquid, utrique cedunt tempora, donec unus præoccupet. *Bart.*

31 A die divortii sc. Accus. Oldend. in *tr. de usucap. tit. de adulter. num.* 5.

32 Eadem est restrictio in *l.* 2. §. 8. ℑ. *eod.*

33 Uxor accusari potest de adulterio in priore matrimonio commisso. imo non potest. *l.* 12. *C eod.*

34 *l.* 5. §. 8. ℑ. *eod.*

35 *l.* 25. *l.* 29. *C. eod. l.* 25. ℑ. *de injuriis.* Servis ob violatum contubernium adulterii accusare non permittitur. *l.* 24. *C. eod.*

36 Paul. 1 *sent.* 13. §. 6.

37 *l.* 25. ℑ. *de injuriis.*

38 Quod ad omnes ancillarum corruptelas pertinet, *l.* 9. §. 1. ℑ. *de servo corrupto.* neque erit etiam deneganda extraordinaria. *l. ult.* ℑ. *de off. Præf.* Sed quæ erit eo casu pœna? Paul. 1 *sententt.* 11. §. 1. aut corruptorem teneri ad aliam ancillam reformandam, id est, juberi aliam incorruptam dare: Harmen. vero 36 aureos præstare cogi ait, aut fustigari. 6 *Harmen.* 3. *c. περὶ δούλης.*

39 *l.* 34. *in fin. ℑ. eod.*

40 Συμμετρίας. *vulgat.* Græce, μετρίως. Valla, 1 *Elegant.* 45. κατ' ἐξαγωγήν. Alciat. 4 *de verb. signif.* quod verbum & reperitur in *l.* 58. ℑ. *de verb. sign.* ubi dixi quid esset κατ' ἐξοχὴν. *Goth.* Adde *l.* 225. ℑ. *de verb. signif.* Anf.

41 Atque ita Laurentius Valla frustra reprehendit Jurisconsultum, quasi adulterium stuprum esse neget; hoc enim non negat Jurisconsultus, sed negat proprie dici.

42 *l.* 2. ℑ. *de prætis delict. l.* 34 *in fin.* ℑ. *eod.* Adultera est, qui cum nupta rem habet, ipsa quoque est adultera: Quid, maritus cum virgine, aut vidua rem habens, estne adulter? vide *l.* 1. *C. eod.*

43 Etymon adulterii repræsentat Jurisconsultus his verbis: Adulterium dicitur, cum ex altero, quam marito partus concipitur. Aliis ita: adulterium est ad alterius thorum accessus.

44 Pœna stupri Lege Mosaïca qui virginem, aut viduam stupravit, eam ducere, vel dotare cogitur. vide *Exod.* 22. quam pœnam hodie passim observari refert Papo 2 *arrest.* 9. *num.* 9. Clar. 5 *sent.* §. *stupr.* 19. *vers. sed quæro* nunquam vero morte punitur, licet nondum viripotentem stupravit. vide *l.* 38. §. 3. ℑ. *de pœnis.* alias pœnas vide apud. Gregor. 36 *Syntagm.* 9. *num.* 6. 7. 8. de virginum raptu vide 6 *Harmen.* 3. *l.* 1. *C. de raptu.*

45 *l.* 101. ℑ. *de verbor. sign.* stuprum quoque in puerum committitur, *l.* 34. *in fin.* ℑ. *eod.* Paul. 5 *sententt.* 4. §. 14. quod postremum *Sodomiæ* vulgo dicitur. De Tribadibus vide *l.* 20. *C. eod.* flagitiosiores sunt brutescentes. vide *Harm.* 4. *cap. περὶ λιλογδομιῶν.*

46 Διαφθορὰν, *vulg.* διαχόρδωσιν, Valla, 1 *Elegant.* 45.

47 Filiusfamilias, *l.* 37. ℑ. *eod.* adde *l.* 5. §. 5. ℑ. *de his, quæ ut indign.*

48 *d.* §. 5.

49 Duos. *vulg. Haloand.* vide *l.* 12. §. 2. ℑ. *de accusat.*

50 Vide *l.* 59. ℑ. *de ritu. l.* 4. *C. de excus. tut.*

51 Et intra, *vulgat. Hal. l.* 66. ℑ. *de ritu.* hodie tempus prorogatum est ad annum vigesimum nonum. *l. 6. C. de interd. matrimon.*

52 Vide *l.* 36. *l.* 66. ℑ. *de ritu.*

53 Vide *d. l.* 36. *d. l.* 66. & *l.* 39. §. 6. ℑ. *eod.* an & adulterii? vide *l.* 8. *C. eod.*

54 *l.* 39. §. 7. ℑ. *eod.*

55 *l.* 10. §. 10. ℑ. *eod. l.* 11. *in fin.* ℑ. *de exter. crim.*

60 *Eclog.* 7. *c.* 10.

56 De qua vide *l.* 10. ℑ. *eod.*

57 *l.* 1. §. 2. ℑ. *de aleatorib. l.* 5. §. 2. ℑ. *de injur.*

58 Amici. *vulgat.*

59 Amici juvandi causa, de via non est declinandum, 1 Gell. 3. alias amici vitia si feras, facis tua. Est sane amicis opitulandum, sed, ut ait ille, μεχρὶ δεῦρο, Gell. *ibid.* An amicitia excusee delictum, vide quæ de ea re dixi ad *Novell.* 74. *c.* 4.

60 Alieno, ut stuprum fieret, *Haloand.* agro suo, alienove. *vulg.*

61 Qui, scienς domum suam præbet consultanti de maleficio committendo, de eo tenetur, *nis hic.* sic, qui de adulterio committendo agit, etiam punitur.

62 *Al.* quia.

63 Quæ & matrona: Matronas Clemens vocat τῶν ἐνγαμικῶν γυναικῶν τὰς πεπεισμένας. v. Cujac. 3 *obs.* 18.

64 Sexus enim delictum ut excusat, vix est, licet elevet. v. *l.* 38. §. 7. . . 65 *l.* 8. ℑ. *eod.*

66 *l.* 29. §. 2. ℑ. *eod.*

67 Adulterii pœnam non effugit, qui ad infamis vitæ professionem se transfert. vide Sueton. *in Tiberio. c.* 35.

68 Utcunque quis ab adulterio commisso infamis vitæ professionem susceperit, pœnam adulterii non evitat.

xerit. 13. *Si quis ream adulterii uxorem duxerit, eamque damnatam repudiaverit.*

XI. Idem lib. sing. de Adulteriis.

Milles, qui cum adultero uxoris suæ pactus est, solvi [67] sacramento [68] deportatique debet. §. 1. Militem qui sororis [69] filiam in contubernio [70] habuit, licet non in matrimonium, adulterii pœna teneri rectius dicetur. §. 2. Ea quæ inter reas adulterii recepta esset, absens defendi non potest [71]. §. 3. Socer, cum *nurum* [72] *adulterii accusaturum se* libellis Præsidi datis testatus [73] fuisset, maluit accusatione desistere, & *lucrum ex dote* magis petere: quæritur, an hujusmodi commentum ejus admitti existimes? Respondit, Turpissimo exemplo is qui nurum suam accusare instituisset, postea desistere [74] maluit, contentus lucrum ex dote retinere, tanquam culpa mulieris diremptо matrimonio: quare non inique repelletur, qui commodum [75] dotis vindictæ [76] domus suæ præponere [77] non erubuit. §. 4. Adulterii reum intra quinque annos continuos [78] à die criminis admissi, defuncta [79] quoque muliere, postulari posse palam est. §. 5. Quidam accusare volebat adulterii mulierem, & postulabat, *ne sibi computarentur dies, quos* [80] *in custodiam* fecisset [81]; me hoc admittente extitit, qui mihi contrairet: cujus opinionem an tu probes, rogo maturius mihi scribas? Respondit, Opinionem tuam, & verba Legis & sententia adjuvant: cui placuit, utiles [82] dies accusatori computandos esse, id est, quibus potuit accusationis solemnia implere: quare sine dubio dies, quibus quis in custodia fuit, extra computationem utilium dierum existimanti tibi constitutos, contradici non debuit. §. 6. Sexaginta [83] dies qui marito accusante [84] utiles computantur [85], feriatis [86] quoque diebus, si [87] modo facultatem præsidis adeundi accusator habuit, numerari certum est: quoniam de plano [88] quoque libellus dari potest. quod privilegium si amisit, non prohibetur intra alios quatuor [89] menses querelam suam apud judicem deferre. §. 7. Quærebatur, an jure [90] mariti possit accusare vir eam fœminam, quæ, cum ei desponsa fuisset, alii in matrimonium à patre fuisset tradita? Respondit: Novam rem instituere hujusmodi accusatorem existimo, qui adulterii crimen objicere desiderat propter [91] hoc tantum, quod priori sibi desponsa puella, à patre in matrimonium alii fuerit tradita.

§. 8. Defuncto [92] marito, adulterii [93] rea mulier postulatur.

§. 9. Quæ propter impuberem filium vult dilationem [94] ab accusatore impetrare, an debeat audiri? Respondi, non videtur mihi confugere ea mulier ad justam defensionem, quæ ætatem filii prætendit ad eludendam legitimam accusationem: nam non [95] utique crimen adulterii quod mulieri objicitur, infanti præjudicat, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse. §. 10. Volenti mihi ream adulterii postulare eam quæ post commissum adulterium in eodem matrimonio perseveravit, contradictum est. Quæro, an juste responsum sit? Respondit, Ignorare non debuisti, durante eo matrimonio, in quo adulterium dicitur esse commissum, non [96] posse mulierem ream adulterii fieri: sed nec adulterum interim accusari posse. §. 11. Licet ei mulier, qui in suspicione [97] adulterii incidit, nupsisse dicatur, non ante accusari poterit, quam adulter fuerit convictus: alioquin ad hoc vel maxime viri confugient, volentes bene concordarum [98] sequens [99] matrimonium dirimere, ut dicant cum adultero [100] mulierem nuptias contraxisse. §. 12. Mulier cum absentem virum audisset [1] vita functum esse, alii se junxit: mox maritus reversus est: Quæro quid adversus eam mulierem statuendum sit? Respondit, tam [2] juris quam facti quæstionem moveri. Nam, si longo [3] tempore transacto, sine ullius stupri probatione, falsis [4] rumoribus inducta, quasi soluta priore vinculo, legitimis nuptiis secundis juncta est: quod verisimile est deceptam eam fuisse, nihil vindicta dignum videri potest. quod si ficta [5] mariti mors argumentum faciendis nuptiis probabitur præstitisse, cum hoc facto pudicitia laboretur, vindicare debet pro admissi criminis qualitate. §. 13. Ream adulterii uxorem duxi [6]: eam damnatam mox repudiavi: Quæro, an causam dissidii præstitisse videor? Respondit: Cum per Legem Juliam hujusmodi uxorem retinere prohibearis [7], non [8] videri causam te dissidii præstitisse, palam est: quare ita jus tractabitur, quasi culpa mulieris facto divortio.

Interpretatio Legis, Ne quis posthac.

XII. Ulpianus lib. I de Adulteriis.

De concubina. 1. De uxore justa vel injusta. 2. De uxore vulgari & de vidua. 3. De sponsa. 4. De ea, quæ uxor esse non potest. 5. De vita mariti. 6. De admisso, antequam esset uxor. 7. De admisso apud hostes. 8. De minore duodecim annis nupta. 9. Si repudiata reducatur. 10. De admisso, antequam esset uxor.

XIII. Idem lib. II de Adulteriis.

SI uxor non fuerit in adulterio, concubina [10] tamen fuit: jure quidem mariti accusare eam non potest, quæ uxor [11] non fuit; jure tamen extranei accusationem instituere non prohibebitur: si modo ea sit, quæ in concubinatu se dando, matronæ [12] nomen non amisit, ut puta quæ [13] patroni concubina fuit. §. 1. Plane sive justa uxor fuit, sive injusta [14]: accusationem instituere [vir] poterit. nam & Sextus Cæcilius ait, Hæc lex ad omnia [15] matrimonia pertinet: & illud Homericum [16] adfert [17], nec enim soli (inquit) Atridæ uxores suas amant.

Οὐ μόνοι [18] φίλεες ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεΐδαι. Id est,
Non soli amant uxores diversorum hominum
Atridæ.

§. 2. Sed & in ea [19] uxore potest maritus adulterium vindicare, quæ volgaris [20] fuerit [21]: quamvis, si vidua esset, impune [22] in ea stuprum committeretur. §. Divi Severus & Antoninus rescripserunt, etiam in sponsa [23] hoc idem vindicandum [24]: quia neque matrimonium qualecunque [25], nec spem [26] matrimonii violare permittitur. §. 4. Sed etsi ea sit mulier, cum qua incestum commissum est; vel ea quæ, quamvis uxoris animo haberetur, uxor tamen esse non potest: dicendum est jure [27] mariti accusare eam non posse, jure extranei posse [28]. §. 5. Judex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieri quoque bonos mores colendi auctor fuerit? periniquum [29] enim [30] videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibeat: quæ res potest & virum damnare, non rem ob compensationem [31] mutui criminis inter utrosque communicare. §. 6. Si quis uxorem suam velit accusare, dicatque eam adulterium commisisse, antequam [32] sibi nuberet: jure viri accusationem instituere non poterit: quia non, cum ei nupta est, adulterium commisit. † Quod & in concubina dici potest, quam uxorem quis postea habuit: vel in filiafamilias, cujus conjunctioni pater postea consensit [33]. §. 7. Si quis plane uxorem suam, cum apud hostes esset, adulterium commisisse arguat, benignius dicetur, posse eum accusare jure viri: sed ita demum adulterium maritus vindicabit, si vim [34] hostium passa non esset; cæterum quæ [35] vim patitur, non est in ea causa, ut adulterii vel stupri damnetur. §. 8. Si minor duodecim annis in domum deducta adulterium commiserit, mox apud eum ætatem excesserit, cœperitque [36] esse uxor: non poterit jure viri accusari ex eo adulterio, quod ante ætatem nupta commisit. sed vel quasi [37] sponsa poterit accusari ex rescripto Divi Severi, quod supra relatum est. §. 9. Sed & si qua repudiata [38], mox reducta sit, non quasi eodem matrimonio durante, sed quasi alio interposito: videndum est, an ex delicto quod in priore matrimonio admisit, accusari possit? & puto non posse: abolevit enim prioris matrimonii delicta, reducendo [39] eam. §. 10. Idem dicendum est, si stupri velit accusare eam, quam postea duxit uxorem: sero [40] enim accusat mores, quos uxorem ducendo probavit [41].

De eo qui fecit ut adulteri redimantur. 1. Si vir adulterum subjecerit. 2. Qui & quando accusare possint. 3. De calumnia.

XIV. Scævola lib. IV Regularum.

IS cujus ope, consilio [42], dolo malo factum est, ut vir, fœminave in adulterio deprehensa, pecunia, aliave qua pactione [43] se redimerent, eadem pœna damnatur, quæ constituta est in eos qui lenocinii crimine damnantur. §. 1. Si vir infamandæ uxoris suæ causa adulterum [44] subjecerit, ut ipse deprehenderit [45]: & vir [46] & mulier [47] adulterii crimine tenentur ex Senatusconsulto de ea re facto. §. 2. Marito primum [48], vel patri eam filiam, quam in potestate habet [49], intra dies sexaginta [50] divortii [51] accusare permittitur, nec ulli alii in [52] id tempus agendi potestas datur: ultra eos dies neutrius voluntas expectatur. §. 3. Jure mariti qui accusant, calumniæ [53] periculum non evitant [54].

Si maritus sit in Magistratu. De absente reipublicæ causa. 5. De patre & marito negantibus se accusaturos. 6. De minore XXV annis. 7. Quando præscriptio potest objici accusatori. 8. Utar prior accusari debeat, adulter, an adultera: & an simul accusari possint, & de effectu prioris judicis.

XV. Ulpianus lib. II de Adulteriis.

SI maritus sit in Magistratu, potest præveniri à patre; atqui non oportet: & putat Pomponius debere dici, quoad maritus Magistratum gerit, patris quoque accusationem impediendum [55], ne præripiatur marito jus, quod cum eo æquale habet. igitur non cedent sexaginta dies patri, cum accusare non potest. §. 1. Legis Juliæ de adulteriis capite septimo ita cavetur, Ne quis inter reos referat eum qui tum sine detrectatione Reipublicæ causa aberit [56]: neque [57] enim æquum visum est, absentem Reipublicæ causa inter reos referri, dum Reipublicæ operatur. §. 2. Necessario adjicitur *sine detrectatione*. cæterum si quis evitandi criminis id egit, ut Rei-

67 Id est, exauctoratur & deportatur.

68 Sacramento militari solvi quid est? exauctorari. *l. 14. ff. de his, quæ ut indignis. l. ult. ff. de re militari. l. 8. C. de legat. l. ult. C. de veteranis*: Formulam juramenti vide apud Vegetium, 2 *de re milit.* 5. de missionibus militaribus, v. Petr. Fabrum, 1 *semestr.* 17. & quidem ignominiosis. *l. 2. §. 3. ff. de his, qui not.*

69 Is incestum committit. *l. 56. ff. de ritu. l. 5. ff. de quæst.*

70 Contubernium a matrimonio differt. adde *l. 14. ff. de his, quæ ut indignis. §. 2. Inst. de hered. quæ ab intestato.*

71 Adde *l. 14. C. eod.*

72 Socer nurum adulterii accusare non potest.

73 Paria esse, comminari se accusaturum, & re ipsa accusare, hinc colligunt, quum ab alterutro qui desistit, puniatur.

74 Socer nuru adulterii accusata, ab accusatione desistere non potest. apud Gallos tamen potest: apud quos privatus publicam vindictam non persequitur; sed privatum tantum damnum, quod ei remittere, vel conventione refutare licet. vide Papon. 2 *Notar. 7.* Idem, 22 *Arrest. 9. num. 12*, refert, maritum sententiam & pœnam adulterii indicendam uxori impedire posse, veluti si uxori reconcilietur: latam non posse. Idem, *num. 16.* quæ valde sunt notanda.

75 Socer dotem nurus adulteræ lucrari potest, si se inscribit: si desistit, non lucratur. Idem est in viro. *Nov. 117. c. 8.*

76 Domus filii, domus patris. qui filio illatam injuriam ulciscitur, domus suæ vindictam persequitur.

77 Honori pecuniarium commodum non est præferendum, *l. 26. ff. si quis omissa causa testam. l. 5. C. de post.*

78 *l. 23. ff. eod. l. 1. §. 10. ff. ad Turp.* 89 *l. ult. ff. eod.* 80 Quibus in custodia fuisset. *vulg. Hal.* Dies, quibus quis impeditus est, non computantur ei, qui per procuratorem agere non potuit, *ut hic.* alias secus. *l. 20. ff. de minor.* Bart. *hic.* 81 Facere in custodia aliquos dies, & ibidem morari, ac retineri: simile dicendi genus in *l. 14. ff. de statulib. l. 2. C. de incolis.* 82 Dies constituti ad accusandum de adulterio, sunt utiles. v. *l. 2. C. eod.* de utilibus diebus vide *l. 11. ff. de diverf.* 83 *l. 6. C. eod.*

84 Accusanti, *vulg. Hal.* accusanti, inquam, marito post divortium. *6 Harm. 2.* 85 Imo computantur. *l. 2. in fin. ff. si quis in jus vocatus.* 86 Libellus accusationis adulterii dari potest die feriato. An & in civili causa id admittitur? Hoc vult Speculator, & Bartolus: num & reo die feriato exceptiones dare licet? Idem ait. 87 Id est, si Præsidis sit copia, feriati hic computantur.

88 De plano, judice non sedente pro tribunali. 89 Non ut maritus, sed ut quivis extraneus.

90 Jure mariti adulterii accusat, qui cæteris præferri potest. An & is, cui non est necessaria inscriptio? Olim verum fuit, *l. 20. C. eod.* hodie secus. vide *Nov. 117. c. 8.* 91 Filius sibi sponsam alteri à patre in matrimonio traditam, adulterii accusare non potest: Ergo si non sit alteri tradita, poterit. v. Cujac. *6 obs. 16. l. 7. C. eod.* 92 *l. ult. ff. eod.* 93 Commissi &c. constante matrimonio cum defuncto. Quid? vidua post mariti mortem impudice vivens, potestne à cognatis defuncti rea postulari, ita ut dotem amittat? Burdegalense Senatusconsultum ex Alexandri sententia adversus opinionem Castrensis refert Papon. 22 *Arrest. 9. num. 16.* quo mulieri dos servata est. vid. *l. 13. §. 2. ff. eod.* Idem tenet Clarus, 5 *sent. §. stuprum 9. verf. sed ne quid.* 94 *l. 41. ff. eod.* 95 Licet maritus probet uxorem adulteram: tamen filius conceptus in matrimonio, censetur natus ex eo. Hinc Bellovisan. *lib. 1 c. 9. n 3.* & *c. 41.* & Alciat. 3 *præsumpt. 37.* refert, in dubio præsumi mulierem adulteram habentem liberos, ex matrimonio, non ex adulterio eos habuisse, *arg. l. quia semper. 5. ff. de in jus vocando. l. in liberæ. 24. ff. de ritu.* etiam si ipsa adultera ultro fatearur se liberos, de quibus agitur, ex adultero sustulisse. (vide tamen *l. 29. §. 1. ff. de probat.*) Ideoque liberi adulterini aut spurii non censentur, dosque ad eos deferetur. *Nov. 117. c. 8.* Quid, si justo tempore maritus abfuit, ut ex eo mulier liberos suscipere non potuerit? aliud dicendum est, *l. 6. ff. de his, qui sunt sui.* vide *l. 1. §. 14. ff. de agnosc. liber.* Quid, si concubina domestica, & manifestaria dixerit se ex concubino filium sustulisse? ei fides habebitur, etiam si concubinus probaverit eam consuetudinem aliorum habuisse. vide Paponem, 22 *Arrestor 9. n. 13.* 96 Id verum fuit antiquo jure, *l. 6. ff. eod. l. 21. C. eod.* Novo, non item. vide *Authent. sed novo jure. C. eod.* 97 In suspicionem, *vulg. Hal.* Quid? eone casu permisse sunt nuptiæ? sunt permissæ, *l. 40. ff. eod.* si tamen non simplex suspicio sit, & revera adulterium sit commissum, uterque accusari poterit: prior tamen adulter, dein adultera, *ut hic.* vide *d. l. 40.* 98 *V. l. 1. ff. de liber. exhibend.* Athalaricum Gothorum regem legimus, eos, quorum consilio & suasione matrimonia distrahebantur, puniisse. Cassiodorus, *num. 18.*

99 Secundum. 100 V. *Nov. 134.* 1 Fama publica constans nec affectata excusat à dolo. *Goth.* Jure Canonico requiritur certus nuncius. *cap. in præsentia. 19. extr. de sponsal. & matrimon. cap. 2. extr. de secund. nupt.* Anf. Vide Censur. forens. nostr. *lib. 1. c. 15. de soluto matrimonio, divort. & repud. num. 13. S. L.* 2 Tam facti quam juris. Petr. Faber. de hoc enim quam de illo frequentius interrogantur Jurisconsulti. vide Petr. Fabr. 1 *semest. 23.* 3 *Nov. 117. c. 11.*

4 Falsa & publica, non tamen affectata & consicta fama excusat à dolo. 5 Id est, si fecit non esse mortuum. *l. 43. in fin. ff. eod.* 6 Imprudens alias, qui sciens ducit, leno habetur. *l. 18. C. eod. C. eod.* 51 *l. 29. §. 5. l. 30. in fin. ff. eod. 6 Harm. 2.* 52 *Al.* intra. 53 Id est, non pœnam talionis, sed quinque librarum auri, ex Turpilliano. *l. 3. in fin. ff. de prævaricat.* vide Cujac. *cap. 13 de præscript. n. 1. in fin.* 54 Imo mulctatur, maxime intra sexaginta dies, *l. 37. §. 1. ff. de minor.* Paul. 2 *collat. leg.* vide *ibid.* Pirhœum. 55 Impediendam. *vulg. Hal.* 56 *l. 12. ff. de accusat.* 57 Imo æquum. vide *§. 4. in fin. ff. eod.*

7 Ream adulterii in matrimonio quis retinere prohibetur. Apud Gallos id non observatur. vide Papon. 22 *Arrest. n 12.* 8 Non videtur in culpa, qui eam dimittit, quam retinere per Legem non potest. Quæ juste retineri in matrimonio non potest mulier, punitur, non is à quo dimissa.

9 Delinquit, qui suadet delictum. *l. 1. §. 12. ff. de vi.* Qua pœna sit puniendus is, qui consilium flagitii faciendi dedit, vide Clarum, 5 *sent. §. ult. q. 88.*

10 Concubinam suam potestne aliquis adulterii accusare? Potest: si modo ea mulier nomen matronæ concubinatu non amiserit: quod cum erit, concubinus eam non jure mariti, sed extranei accusare poterit. sed dicamus hanc legem non esse in usu, cum nemini concubinam habere liceat. vide *Novell. Leon. 91.*

11 Concubina uxor non est.

12 Vide Cujac. 3 *obs. 18.*

13 Liberta patroni concubina, matronæ nomen non amittit. *l. 16. ff. de sponsalib. l. 41. ff. de ritu. l. 1. l. 3. ff. de concubinis.* alterius igitur amittit.

14 Quæ non accepta est aqua & igni. Cujac. *6 obs. 16.* Goth. Quæ dicatur uxor justa, quæ injusta, vide Revard. *var. lib. 4. c. 16.* Anf.

15 Id est, justa & injusta.

16 9 *Iliad. verf.* 340. 341.

17 Exempli causa scil. nec enim sequitur, *nec solos tangit Atridas Iste dolor.* Ergo & hæc Lex ad justa & injusta matrimonia pertinet. Hoc sequitur potius, hanc Legem usitatam non tantum apud Græcos, sed etiam apud Romanos.

18 ἢ μόνοι.

19 Imo, in ea crimen adulterii cessat, *l. 23. l. 29. in fin. C. eod.* solve: In meretrice innupta locum habent Leges contrariæ. Hic paragraphus est intelligendus de nupta, quæ quondam vulgaris fuit.

20 Quæ corpore quæstum fecit.

21 Quondam sc. facit *l. 7. ff. de gradibus.*

22 Viduam stuprum facientem, à cognatis mariti defuncti accusari non posse, hinc colligas. vide quæ notavi ad *l. 11. §. 8. ff. eod.*

23 §. 8. ff. eod.

24 Vide Cujac. 6 *obs. 16.* reo hujus criminis nares amputari, refert Harmenopulus. & præterea triente bonorum eum mulctari. 6 *Harmenopul. 3. in fin.* Non idem, si violatam virginem adultam quis in matrimonio postea accepérit. *l. 7. C. eod.*

25 Justum. vel injustum. §. 1. ff. eod.

26 Sponsalia sunt spes matrimonii. *l. 6. ff. de sponsalib.* 27 Incestum mulierem ducendo qui commilit, eam adulterii accusare potest, ut extraneus: jure mariti non potest. 28 Quid? num hinc colliges, jure veteri incestum morte non fuisse punitum? quomodo hic incestuosus extranei jure accusabit? quomodo incestuosus accusabit, si incestum veteres capitali supplicio affecerunt? & id tamen negat Cicero, 3 *de legib.* Incestum pontifices, inquit, supremo supplicio sanciunto. Puto incestum, de quo hic agitur, per errorem fuisse commissum; idque refero ad *l. 57. ff. de ritu.* Potest etiam locus Ciceronis ad incestum Vestalium referri. 29 *l. 5. ff. de publ. jud.*

30 Hæc verba sunt ex rescripto Antonini, auctore Augustino ad Pollentiam: quod tamen omittitur a Triboniano. ad hanc autem sententiam facit illud Lactantii: Exemplo continentiæ docenda uxor est, ut se caste gerat. Iniquum est enim ut id exigas, quod præstare ipse non possis. & Nazianzenus, ὥσ᾽ ἐγὼ σωφροσύνην μὲν ἀσκητὴς, ὃς ἀντισοφίσασθαι. 31 *l. 2. §. 4. ff. eod.*

32 *l. 7. C. eod.* 33 *Al.* consensit. 34 *l. 20. C. eod. l. 39. ff. eod.* 35 Vis illata excusat ab adulterio & stupro. vide Augustinum *in libris de Civitate*, ubi de Lucretia. 36 *l. 9. ff. de sponsalib.* 37 *§. 3. ff. eod. l. 7. C. eod.* 38 Repudiata duci potest. 39 Remittitur uxor, quæ repudiatur, & in domum parentum suorum remittitur: remissa seu repudiata reducitur novo quasi matrimonio contracto. Terentius: vosmet videte remissin' opus sit vobis, an reducta domum. Remitti etiam, & reduci dicitur adulter, *l. 25. §. 3. ff. eod.* sed alio sensu, 6 *Harmen. 2.* vide Cujac. 6 *obs. 15.* 40 *l. 9. ff. de negot. gest. l. 47. ff. soluto matr.* 41 Confer *l. pen. C. de Episc. aud. l. penult. C. de sponsalib.* Anf. 42 *l. 12. ff. eod. l. 32. in fin. ff. eod. l. 50. §. 1. ff. de furt.* 43 Suasor illicitæ, adulterii causa, pactionis, ut leno punitur. adde *l. 29. §. 2. ff. eod. l. 123. ff. de verb. obligat.* Horat. *Satyr. 2. verf. 43. 44. Dedit hic pro corpore nummos, Hunc permiserunt calones.* 44 Adulterium. *Haloand.* 45 Deprehenderet. *vulgat. Haloand.*

46 Ut leno. 47 Ut adultera. 48 *l. 2. §. 8. ff. eod. l. 30. C. eod.* 49 Quid, si filia emancipata sit? Idem jus fuit. Papinian. 4 *collat. leg. Mosaïc.* 50 Vide *l. 11. §. 6. ff. eod. l. 6. C. eod.*

57 Commenta non profuit.
58 *l.5. l.34. ff. ex quib. caus. major.*
59 *l.8. §.4. ff. de accus.*
60 *d. l.8. §.9.*

Reipublicæ causa abesset, nihil illi commentum [57] hoc proficiat.

§. 3. Quod si quis præsens sit, vice [58] tamen absentis habetur, utputa qui in vigilibus [59] vel urbanis [60] castris militat: dicendum est, deferri hunc posse, neque enim laborare habet, ut se repræsentet. §. 4. Et generaliter dicendum est eorum demum absentiam excusatam esse, qui in alia Provincia Reipublicæ causa absunt, quam in ea in qua deferuntur. Proinde si quis in Provincia, in qua agit, adulterium commiserit, accusati poterit: nisi sit ea persona, quæ ad Præsidis cognitionem non pertinet. §. 5. Si negaverint se pater & maritus accusaturos intra [61] diem sexagesimum: an statim incipiant tempora extraneo cedere? Et primus Pomponius putat admitti ad accusationem extraneum [62] posse statim atque illi negaverint: cui adsentiendum puto: fortius enim dicitur, cum, qui se negaverit [63] acturum, postea [64] non audiendum. §. 6. Lex Julia de adulteriis specialiter quosdam adulterii accusare prohibet: ut minorem [65] annis xxv. nec enim visus est idoneus accusator, qui nondum robustæ [66] ætatis est. quod ita verum est, si non matrimonii sui injuriam exequatur: cæterum si suum matrimonium vindicare velit, quamvis jure extranei ad accusationem veniat, tamen audietur: nec enim ulla præscriptio objicitur suam [67] injuriam vindicanti. Sane si juvenali [68] facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accensus, ad accusationem prosiliit: accusanti ei non [69] facile calumniæ pœna irrogabitur. † *Minorem* [70] xxv *annis* etiam eum accipimus. [ut] qui vicesimum quintum annum ætatis agit. §. 7. Præscriptiones [71] quæ objici solent accusantibus adulterii, ante solent tractari, quam [72] quis inter eos recipiatur: cæterum posteaquam semel receptus est, non potest præscriptionem objicere. §. 8. Si in viduitate mulier perseverat, in accusatoris est arbitrio [73], à quo velit incipere, utrum ab adultero, an ab adultera. §. 9. Si quis & adulterum & adulteram simul detulit, nihil [74] agit: poteritque, quasi neutrum detulerit, rursus à quo velit, initium facere; quia nihil agit prima delatione.

61 Adde *l.29. §. 3. ff. eod.*

62 Homicidam cum interfecti cognatis transigentem, per curiam accusari posse, *l.5. in fin. ff. de vi publ.* hinc Bellovisan. colligit, 1 *practicæ* 3. *n.* 73.
63 Adulterium gratis remitti potest. *l.29. §.2. ff. eod.*
64 *l.14. §.9. ff. de adult. l.2. ff. ad Turpil.*
65 6 *Harm.2. §.7.* vide Cujac. 17 *observ.30.*
66 Ætas robusta quæ major annis xxv, *ut hic.*
67 Suam injuriam cuique vindicare licet.
68 Juvenili. *vulgat. Hal.*
69 Juvenibus non facile remittitur pœna calumniæ.
70 *l.1. ff. de minor.*
71 Id est, exceptiones. ut *ff. de diversis & temporalibus præscriptionibus.*
72 *l.2. §.4. in fin. ff. eod.*
73 *l.5. ff. eod.*
74 *l.32. §.1. l.39. §.6. ff. eod. l.8. C. eod.* sed Paponius, 22 *Arrest. 9. n.2. in fin.* refert aliter judicatum fuisse in Senatu Parisiensi, & maritum accusantem simul adulterum & adulteram, auditum admissumque fuisse.
75 *l.14. l.28. C. eod.* Goth. *Haloa. legit:* potest denunciare, ne ea Seio nuberet. *S.L.*
76 Nubat. *vulg.*
77 Repudiatæ uxori utiliter denunciatur ne nubat, si videlicet ei denuncietur fore, ut quam primum adulterii accusetur.
78 Libelli accusatori datio non habet vim denunciationis. *Bart.*
79 Nupsitve ignorans, *vulg.* nupsitne ignorans, *Hal.* & recte.
80 Denunciandum est mulieri ne nubat, licet certo sciat se adulterii accusandam esse. Imo scienti non est denunciandum. *l.20. §.11. ff. de hered. pet. l.5. in fin. ff. de adm. tut. l.1. §.1. ff. de act. empt.*
81 In perfecta protestatione & denunciatione (excipe novi operis nunciationem, *l.1. ff. de oper. novi.*) causa denunciationis in genere exprimenda est. An & nomen judicis apud quem litigandum est, exprimi oporteat? utique in perfecta denunciatione. *ff. eod.*
82 Varietas personarum facit videri aliud esse delictum.
83 Per procuratorem potest fieri denunciatio.
84 Actorem, *vulg. Hal.* Actores servi inter ipsos ii erant, quibus velut fidis & magis industriis domini utebantur. *argum. l.37. ff. de legat. 1.* vide Cujac. 8 *observ.26.*
85 *l.2. ff. eod. l.39. §.3. ff. eod. l.12. C. eod.*
86 *l.12. C. eod.* 87 Connexitas delicti, utcunque sit, sententia tamen adversus unum lata non præjudicat alteri. sic damnato uno ex notariis vel pluribus reis, socius damnati non ideo falsarius censetur. *Bart.* 88 Judicis religiosi, ut *ff. eod.* 89 Adultero condemnato, vel mortuo ante condemnationem, adultera accusatur recte. 90 Adde *l.11. §.4. ff. eod.* 91 *l.17. §.6. ff. eod.* 92 Vide quæ not. ad *l.39. ff. de excusf. tut.* 93 Adde *l.21. l.22. l.23. l.24. ff. eod. l.4. C. eod.* Paul. 2 *collat. leg. Mosaic.* etiam adoptivus, *l.22. ff. eod.* Paul. 2 *collat. leg. Mosaic. 6 Harmen.2.* non tamen filiusfam, patris. *ff. eod.* Goth. Secus Jure Canonico. *c.6. & 9. caus.33. quæst.2.* Anf. Quatenus obtineat vide Ant. Math. *de criminib. lib.48. tit.3. cap.7. num.15.* Christin. ad *l. Mechlin. tit.2. art.13. num.19.* Carpsov. *defin. forens. part.4. constit.10. defin.8.* Jul. Clar. *lib.5 sent. §. homicidium. n.48. & seq.* S. L.

xxi. Ulpianus lib. 1 de Adulteriis.

Sic eveniet ut nec pater, nec avus [94] possint occidere: nec immerito: in sua enim potestate non videtur habere, qui non est suæ potestatis [95].

xxii. Papinianus lib. 1 de Adulteriis.

Nec in ea Lege [96] naturalis ab adulterio [97] pater separatur.

§. 1. In accusationem [98] viduæ filiæ non habet pater jus præcipuum. §. 2. Jus occidendi patri [99] conceditur [100] domi suæ, licet ibi filia non habitat, vel in domo generi. † Sed domus, & pro [1] domicilio accipienda est, ut in Lege Cornelia de injuriis [2]. §. 3. Sed qui occidere potest adulterum, multo [3] magis contumelia [4] poterit jure adficere. §. 4. Ideo autem patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permissum est occidere, quod *plerunque* [5] *pietas paterni nominis consilium pro liberis capit*: cæterum mariti calor & impetus facile decernentis [6] fuit refrænandus.

94 Patris appellatione avum non comprehendi, illic colligunt, ubi agitur de officio. *l.44. §.2. ff. de ritu.* Atqui sensus est nempe avo non licere nepoti interficere, si ea sit in sui patris emancipati potestate: quemadmodum è contrario, avo id licebat, filio in potestate posito.
95 Quid hinc, colligit Bartolus? Patre monasterium ingrediente, filium effici sui juris: quod qui in alterius potestate sit, in sua potestate filium habere non possit.
96 De adulteriis, quæ permittit patri adulterum filiæ occidere.
97 Paul. 2 *collat. leg.*
98 In occisionem viduæ. Cujac. 6 *observ.14.* Ferrum patri Lex non in viduam, sed in virginem tradit. 6 *Harm.2.* 60 *Eclog.37. cap.32.*
99 6 *Harmen. 2. §.10.*
100 Homicida non continuo est, qui alium interficit.
1 *Eclog lb. Harm. ibid.*
2 *l.5. §.2. ff. de injuriis.*
3 Argumentum a majori ad minus.
4 *ὑβρίζεσθαι. Eclog. ibid. Harm. ibid.*
5 Patris pietas consilium pro liberis capere in dubio præsumitur, de qua præsumptione vide Alciat. *præsumpt. 2.*
6 Sævientis. *vulgat.*
7 *Forte legendum*; Qui in filia & *rebus*. Porro in filiæ adulterum deprehendere est in ipsa turpitudine, ut mox subjicit.
8 Solent enim plerunque scriptores uti τῷ σκεδασθῆναι & σκεδασμῷ.
9 Otiosum est, quod nihil operatur, *ut hic.* sic alibi otiosa pecunia, quæ nullum fœnus parit. *l.28. ff. depositi. l.13. in fin. ff. de usuris.*
10 Occidendi fc.
11 In ipsa turpitudine filiam deprehendere, *l.29. §. eod.* in ipsis rebus Veneris. ἐν ἔργῳ. *§. eod. in ὥσπερ τῷ ἔργῳ τῆς μοιχείας 6 Harm.2. & 6 Eclog.23. c.13. in συμπλοκῇ. ibid. §.13. ἐπ' αὐτοφώρῳ. 60 Eclog.37. c.28. 6 Harmen.2. §.14.*

xxiii. Ulpianus lib. 1 de Adulteriis.

Quod ait Lex; In [7] filia adulterum deprehenderit, non [8] otiosum [9] videtur: voluit enim ita demum hanc [10] potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine [11] filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat. & Pomponius scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi: & hoc est quod Solo & Draco dicunt ἐν ἔργῳ. §. 1. Sufficit patri, si eo tempore habeat in potestate quo occidit, non quo in matrimonio collocavit: finge enim postea redactam in potestate.

§. 2. Quare non ubicunque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suæ [12] generive sui tantum [13]: illa ratio reddit, quod majorem injuriam putavit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adultum [14] inducere.

§. 3. Sed si pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua [15] non habitet, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit. §. 4. Quod ait Lex; In [16] continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reservet, & post dies [17] filiam occidat; vel contra: debet enim prope uno [18] ictu, & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta. quod si non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia [19], & interpositis [20] horis [21] adprehensa est [22] à patre qui persequebatur: in continenti videbitur occidisse.

12 Quare non ubicunque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suæ generive sui tantum: illa ratio redditur, quod majorem injuriam putavit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia adultum inducere.
13 Sed si pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit.
14 Quod ait Lex; In continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reservet, & post dies filiam occidat; vel contra: debet enim prope uno ictu, & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta. quod si non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis adprehensa est à patre qui persequebatur: in continenti videbitur occidisse.
15 non habitet, deprehensam illo filiam, ubi non habitat, occidere non poterit.
16 continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reservet, & post dies
17 filiam occidat; vel contra: debet enim prope uno
18 ictu, & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta. quod si non affectavit, sed dum adulterum occidit, profugit filia
19, & interpositis
20 horis
21 adprehensa est
22 à patre qui persequebatur: in continenti videbitur occidisse.

xxiv. Macer lib. 1 Publicorum.

Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur [23]: sed non [24] quemliber [25], ut patri. nam hac Lege cavetur, ut liceat viro deprehensum domi suæ [26], non [27] etiam soceri, in adulterio uxoris occidere eum qui leno fuerit; quive artem ludicram ante fecerit [28], in scenam saltandi [29] cantandive causa prodierit; judiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit; quive libertus, ejus mariti, uxorive patris, matris, filii, filiæ, utrius eorum fuerit. (Nec interest, proprius cujus eorum, an cum alio communis fuerit). quive servus erit. §. 1. Et præcipitur, ut is maritus qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat [30]. §. 2. Cæterum sui juris, an *filiusfamilias* [31] sit maritus, nihil interesse à plerisque dictum est. §. 3. Illud in utroque ex sententia [32] Legis quæritur, an patri Magistratum occidere liceat? item si filia ignominiosa sit, aut uxor contra Leges nupta, an id jus nihilominus pater maritusve habeat? Et quid si pater, maritus, leno, vel aliqua ignominia notatus est? Et rectius dicitur eos [33] jus occidendi habere, qui jure patris maritive accusare possunt.

23 Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur
24 sed non
25, ut patri. nam hac Lege cavetur, ut
26 liceat viro deprehensum domi suæ, non
27 etiam soceri, in adulterio uxoris occidere eum qui leno fuerit; quive artem ludicram ante fecerit
28, in scenam saltandi
29 cantandive causa prodierit; judiciove publico damnatus, neque in integrum restitutus erit; quive libertus, ejus mariti, uxorive patris, matris, filii, filiæ, utrius eorum fuerit. (Nec interest, proprius cujus eorum, an cum alio communis fuerit). quive servus erit. §. 1. Et præcipitur, ut is maritus qui horum quem occiderit, uxorem sine mora dimittat
30. §. 2. Cæterum sui juris, an *filiusfamilias*
31 sit maritus, nihil interesse à plerisque dictum est. §. 3. Illud in utroque ex sententia
32 Legis quæritur, an patri Magistratum occidere liceat? item si filia ignominiosa sit, aut uxor contra Leges nupta, an id jus nihilominus pater maritusve habeat? Et quid si pater, maritus, leno, vel aliqua ignominia notatus est? Et rectius dicitur eos
33 jus occidendi habere, qui jure patris maritive accusare possunt.

De jure retinendi adulterum.

xxv. Ulpianus lib. 11 ad Legem Juliam de Adulteriis.

Capite quinto Legis Juliæ ita cavetur, *ut viro adulterum* [34] *in uxore sua deprehensum, quem* [35] *aut nolit, aut non liceat occidere, retinere horas diurnas, nocturnasque continuas non plus quam viginti* [36] *testandæ ejus rei causa, sine fraude sua jure liceat.* §. 1. Ego arbitror, etiam in patre id servandum, quod in marito expressum est.

§. 2. Sed etsi non in domo sua deprehenderit maritus, potérit retinere [37]. §. 3. Sed semel [38] remissus adulter, reduci non potest. §. 4. Quid ergo si evaserit? an reductus custodiri viginti horis possit? Et putem hic magis dicendum, reductum retineri posse *testandæ rei gratia. §. 5. Quod adjicitur *, *testandæ* [ejus rei gratia], ad hoc pertinet, ut testes [39] inducat testimonio futuros accusatori, deprehensum reum in adulterio.

34 *Eclog. ibid. Harm. ibid.* 35 6 *Harm. 2. §. 11.* 36 *Harm. ibid.* 60 *Eclog.37. c.24.* Cujac. *c.2. in fin. de præscript.* adde *l.10. §.16. ff. quæ in fraudem.* 37 Et testes inducere, futuros accusatori testimonio in deprehensum in adulterio reum, *ff. eod. Eclog. ibid Harm.* alias nemini licet privatum carcerem habere. vide *l. un. C. de privatis carceribus.* 38 *Eclog. & Harm. ibid.* 39 *Eclog. & Harm. ibid.* De testes hic quid deponent? An se vidisse Titium captum, quem dicebant alii captum in adulterio? si hoc dixeris, hoc singulari casu testimonium de auditu alieno admiseris contra *l. teftium.* 18. *C. de testib.* An dicent se Titium captum audivisse confitentem se in adulterio deprehensum? si hoc dixeris, ex confessione extrajudiciali aliquem torqueri hic admiseris. de quo vide *l.58. in fin. ff. de addil.* An dicent se vitiinos in secreto loco vidisse eum cum muliere, deprehendi eam exosculantem? *c. præterea. de testib. c. literis. & c. tertio loco. de præsumpt.* 40 V. quæ not. ad *l.11. §.10. ff. eod.* 6 *Harth. 2. §.5.*

qua formula utitur D. Johannes *c.8. verf.4.* quibus adde *l.3. ff. de furt.* in ipso facinore, *l.96. ff. de verb. obl.* ἐφεδρεύων ἐν ἐφόδοις habentem, ut loquitur Lucianus, id est, obscœna in obscœnis; vel ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων. vid. Budæum *hic.* Corpore corpus incubat. Plaut. *Amphitr. act.4. scen.2.* Quid? solus cum sola in lectulo deprehensus, præsumiturne adulter? probari præsumptive putat Rolandus à Valle, 1 *cons.50 n.2.* 12 In qua habitat sc.: nam in sua domo, in qua non habitat, non potest. *§.3. ff. eod. Eclog. ibid.* 13 Alibi autem non potest. *Harm. ibid.* Paul. 2 *collat. leg. Mosaic.*
14 Adulterum. *vulg. Hal.* 15 *Ecl. ibid.* 16 Paul. *collat. leg. Mos. 4.* adde *l.3. §.9. ff. de vi & vi.* 17 Τὴν μὲν ἡμέραν. *Eclog. ibid.* & post diem. *vulg. Hal.* Pater ambos simul debet occidere, non unum quidem nunc, alterum vero post diem. *Harm. hic.* 18 ἅμα. *Eclog. ibid. Harm.* uno vero. 19 Patre sc. non dissimulante. *Eclog. ibid.* 20 Continuatione animi videtur pater eo casu filiam juris auctoritate interfecisse. Paul. 4 *collat. leg. Mos.* 21 Aliquot scil. *Eclog. ibid.*
22 Cum effectu gravibus vulneribus inflictis, *l.32. ff. eod.* alias pater Legis Corneliæ tenetur, Papinian. 4 *collat. leg. Mos.* Senec. 21 *controvers.* leviter vulnerata es, quam diligenter servata es: ostende vulnus: percussor ille quam timuit ne occideret: credam factum amatoris manu, maritum occidit, adulteram strinxit. vide Cujac. 6 *obs.15.* 23 Paul. 2 *sent. 26. §.1.* vid. 10 Gell. 23. Pro amore pudicitiæ porrigeré ferrum maritis, non est Leges calcare, sed condere. Cassiodor. 1 *variar.* Idem Rotharis Longobardorum rex probat in *l.2 de adulteriis.* & Rogerius Siciliæ rex, *tit. de pœnis uxoris in adulterio deprehensæ.* vid. Cuj. in 2 Pauli *recept. sent. tit.26. §.1.* 24 Quid, si occiderit? lenius puniendus erit. *l.38. §.8. ff. eod.* 25 Nec ubilibet. *v. ff. eod.* 26 Paul. 4 *collat. leg. Mos. ἐν μέσῳ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ. Eclog. ibid.* nota priorem distinctionem mariti & patris in interficienda adultera, hoc tamen videtur auctum per *Novell. 117. cap. 15.* 27 ὧν' ὁ πάππος, id est, *non quemlibet. Harm. Eclog. ibid.* nota secundam differentiam mariti à patre, quod ad interficiendam adulteram attinet. 28 Fecerit ut in scenam. *vulg. Hal.* 29 *Eclog. ibid. Harm. ibid.* adde Paul. 4 *collat. leg. Mos.* 30 Paul. *ibid.* & Papinian. *ibid. Eclog. ibid.* 31 Imo marito filiofamil. id non licet. *l.20. ff. eod.* 32 Quæstiones plerunque ex sola sententia Legis oriuntur: quoties ni-hilrum verba deficiunt, aut repugnant sententiæ. vide *l.14. §.4. in fin. ff. de custodia reorum. l.33. §.1. in fin. ff. eod.* 33 Adulteram filiam vel uxorem occidendi pater jus maritusve habet, quam jure patris maritive accusare potest. 34 Adulterum uxoris suæ deprehensum. *vulg. Hal.* 35 6 *Harm. 2. §.11.* 36 *Harm. ibid.* 60 *Eclog.37. c.24.* Cujac. *c.2. in fin. de præscript.* adde *l.10. §.16. ff. quæ in fraudem.* 37 Et testes inducere, futuros accusatori testimonio in deprehensum in adulterio reum, *ff. eod. Eclog. ibid Harm.* alias nemini licet privatum carcerem habere. vide *l. un. C. de privatis carceribus.* 38 *Eclog. & Harm. ibid.* 39 *Eclog. & Harm. ibid.* De testes hic quid deponent? An se vidisse Titium captum, quem dicebant alii captum in adulterio? si hoc dixeris, hoc singulari casu testimonium de auditu alieno admiseris contra *l. teftium.* 18. *C. de testib.* An dicent se Titium captum audivisse confitentem se in adulterio deprehensum? si hoc dixeris, ex confessione extrajudiciali aliquem torqueri hic admiseris. de quo vide *l.58. in fin. ff. de addil.* An dicent se vitiinos in secreto loco vidisse eum cum muliere, deprehendi eam exosculantem? *c. præterea. de testib. c. literis. & c. tertio loco. de præsumpt.* 40 V. quæ not. ad *l.11. §.10. ff. eod.* 6 *Harth. 2. §.5.*

tionem admittitur, accusari mulier adulterii non potest: probatam enim a marito uxorem, & quiescens [40] matrimonium non debet alius turbare, atque inquietare, nisi [41] *prius lenocinii* maritum accusaverit. §. 1. Derelictam vero à marito accusationem etiam ab alio excitari utile est.

De quæstionibus.

XXVII. IDEM lib. III de Adulteriis.

SI postulaverit [42] accusator, ut quæstio habeatur [43] de servo adulterii accusato: sive voluit ipse interesse, sive noluit, jubent judices eum servum æstimari: & ubi æstimaverint, tantam pecuniam, & alterum tantum eum, qui nomen ejus servi detulerit, ei, ad quem ea res pertinet, dare jubebunt. §. 1. Sed despiciamus, cui ista pœna præstanda sit: quia Lex eum nominavit ad quem ea res pertinebit? Igitur bonæ fidei emptorem, quamvis ab eo emerit, qui dominus non est, recte dicemus eum esse, ad quem ea res pertinet. §. 2. Eum quoque qui pignori [44] accepit, magis admittimus in eadem causa esse: scilicet, quia intererat ejus, quæstionem non haberi. §. 3. Sed & si ususfructus in servo alienus sit, inter dominum & fructuarium dividi debet æstimatio.

§. 4. Et si communis plurium servus erit, utique inter eos quoque erit æstimatio dividenda. §. 5. Si liber homo, dum servus existimatur, tortus sit, quia & ipse conditionem suam ignorat: magis admittit Cæcilius, actionem utilem ipsi dandam adversus eum qui per calumniam appetit: ne impunita sit calumnia ejus ob hoc, quod liberum hominem quasi servum deduxit in quæstionem. §. 6. Haberi quæstionem Lex [45] jubet de servis, ancillisve ejus, de quo, vel de qua quæreretur, parentisve utriusque eorum, si ea mancipia ad usum el à parentibus data sint. Divus autem Hadrianus Cornelio Latiniano rescripsit, & de exteris servis quæstionem haberi. §. 7. Quæstioni interesse [46] jubentur reus, reave & patroni [47] eorum, & qui crimen detulerit, interrogandique facultas datur [48] patronis. §. 8. De eoque [49] servo, in quo usumfructum reus habuit, magis est, ut quæstio haberi possit. licet enim servus ejus non fuerit, in servitute tamen fuisse videtur: nec tam proprietatis causa ad quæstionem, quam ministerii pertinet. §. 9. Ergo & si bona fide serviat reo servus alienus, admittit quis, interrogari eum per quæstionem posse. §. 10. Sed & si servus [sit], cui fideicommissa [50] libertas debetur, vel statuta [51] speratur, torqueri eum posse magis est. §. 11. Jubet Lex *eos homines, de quibus quæstio ita habita est, publicos* [52] *esse*. proinde in communi [53] partem publicamus: in proprio, cui ususfructus alienus est, nudam proprietatem: in quo tantum usumfructum habuit reus, magis est, ut perceptio ususfructus ad publicum incipiat pertinere: alienum servum utique non publicabimus. † Ratio autem publicandorum servorum ea est, ut sine ullo metu verum dicant: & ne, dum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quæstione. §. 12. Non tamen prius publicantur, quam quæstio de illis habita fuerit. §. 13. Sed etsi negaverint [54], nihilominus publicantur: ratio enim adhuc eadem est, ne dum hi sperant se in potestatem dominorum reversuros, si negaverint, spe meriti collocandi in mendacio perseverent.

§. 14. Sed & servi accusatoris, si de his quæstio habita sit, publicentur: ejus enim servi ne mentiantur, merito à dominio ejus recedunt. Extranei vero non habent, cui gratificentur. §. 15. Si reus vel rea absoluti fuerint, æstimari per judices Lex damnum voluit, sive mortui fuerint, quantæ pecuniæ **ante quæstionem** fuerint: sive vivent, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit, factumve esset. §. 16. Notandum est, quod capite quidem nono cavetur, *si servus adulterii accusetur, & accusator quæstionem in eo haberi velit, duplum* [55] *pretium domino præstari* [lex jubet]: at hic simplum.

XXVIII. MARCIANUS lib. I de Judiciis Publicis.

QUod ex his causis debetur, per condictionem, quæ ex Lege [56] descendit, petitur.

De lenocinio mariti. 1. Si quis hac lege damnatam uxorem duxerit. 2. De eo, qui pretium pro comperto stupro accepit, vel gratis remisit. 3. De lenocinio mariti. 5. Intra quod tempus potest accusari.

XXIX. ULPIANUS lib. IV de Adulteriis.

MAriti lenocinium [57] lex coërcuit, qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit, adulteramque dimisit: debuit enim uxori quoque irasci, quæ matrimonium ejus violavit: tunc autem puniendus est maritus, cum excusare ignorantiam suam potest, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis [58]: idcirco enim lex ita locuta est, ADULTERUM IN DOMO DEPREHENSUM DIMISERIT, quod voluerit in ipsa turpitudine [59] deprehendentem maritum coërcere. §. 1. Quod ait lex, *adulterii damnatam* [60] *si quis duxerit uxorem, ea lege teneri*, an & ad stuprum referatur, videamus: quod magis est. Certe si ob aliam causam ea lege sit condemnata, impune uxor ducetur.

§. 2. Plectitur, & qui pretium [61] pro comperto stupro accepit. Nec interest, utrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet: quicunque enim ob conscientiam stupri accepit aliquid, pœna erit plectendus. † Cæterum si gratis [62] quis remisit, ad Legem non pertines. §. 3. Qui quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit, plectitur: nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium [63] in uxore exercuit. §. 4. Quæstum autem ex adulterio uxoris facere videtur, qui quid accepit, ut adulteretur uxor: sive enim sæpius, sive semel accepit, non est eximendus. quæstum enim de adulterio uxoris facere proprie ille existimandus est, qui aliquid accepit, ut uxorem pateretur adulterari meretricio quodam genere. Quod si patiatur uxorem delinquere non ob quæstum, sed negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam credulitatem: extra Legem positus videtur [64].

§. 5. Sex mensium [65] hæc fit separatio, ut in nupta quidem ex die divortii sex menses computentur: in vidua vero ex die commissi criminis. quod significari videtur rescripto ad Tertullum & Maximum Consules. Præterea si ex die [66] divortii sexaginta [67] dies sint, ex die vero commissi criminis [68] quinquennium præterit, debuit dici, nec mulierem posse accusari [69]. ut quod dantur sex menses utiles, sic sit accipiendum: ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur. §. 6. Hoc quinquennium observari legislator voluit, si reo, vel reæ stuprum, adulterium, vel lenocinium objiciatur. quid ergo, si aliud crimen sit, quod objiciatur, quod ex Lege Julia descendit? ut sunt qui domum [70] suam stupri causa præbuerunt, & alii similes? & melius est dicere, omnibus admissis ex Lege Julia venientibus quinquennium esse præstitutum. §. 7. Quinquennium [71] autem ex eo die accipiendum est, [ex] quo quid admissum est, & ad eum diem quo quis postulatus, postulatave est: & non ad eum diem, quo judicium de adulteriis exercetur. §. 8. Hoc amplius Senatusconsulto adjectum est, ut si plures eundem postulaverint, ejus, qui perseveraverit reum reamve facere, postulationis dies prima exigatur: scilicet ut qui accusat, suos libellos accusatorios expectet, non alienos. §. 9. Eum autem, qui per vim [72] stuprum intulit vel mari, vel fœminæ, sine [73] præfinitione hujus temporis accusari posse, dubium non est: cum eum publicam vim committere nulla dubitatio est.

De calumnia. 1. Intra quod tempus potest accusari.

XXX. PAULUS lib. I de Adulteriis.

PAter sine periculo calumniæ non [74] potest agere. §. 1. Sexaginta dies à [75] divortio numerantur: in diebus autem sexaginta [&] ipse sexagesimus est.

XXXI. IDEM lib. II de Adulteriis.

QUinquennium non utile, sed continuo [76] numerandum est. † Quid ergo fiet, si prior mulier rea facta sit, & ideo adulter eodem tempore reus fieri non potuit, & diu tracta lite quinquennium transierit? quid, si is qui intra quinquennium quem postulaverat, non peregerit? aut prævaricatus est, & alius eundem repetere velit, & quinquennium transactum sit? æquum est computationi quinquennii eximi id tempus, quod per postulationem præcedentem consumptum sit.

De jure occidendi. 1. Si plures simul accusentur.

XXXII. MACER lib. I de Publicis judiciis.

NIhil interest, adulteram filiam prius pater occiderit, an non, dum utrumque [77] occidat: nam si alterum occidit, Lege [78] Cornelia reus erit. quod si altero occiso, alter vulneratus fuerit, verbis quidem Legis non liberatur, sed Divus Marcus & Commodus rescripserunt, impunitatem ei concedi: quia licet interempto adultero mulier supervixerit post tam gravia [79] vulnera, quæ ei pater inflixerat, magis fato, quam voluntate ejus servata est; quia Lex parem in eos qui deprehensi sunt, indignationem exigit, & severitatem requirit. §. 1. Cum alterum ex adulteris elegerit [80] maritus, alterum non ante accusare potest, quam prius judicium finietur: quia duos [81] simul ab eodem accusari non licet. non tamen prohibetur accusator simul cum adultero vel adultera eum quoque accusare, qui domum [82] suam præbuit, vel consilio fuit ut crimen redimeretur.

Si servus adulterium cum domina commisisse dicatur. 1. De eo qui retinuit vel reduxit. 2. Si uxor ex adulterio viri pretium acceperit.

XXXIII. MARCIANUS lib. I de Publicis judiciis.

SI quis adulterium à servo suo commissum dicat in eam, quam uxorem habuit: D. Pius rescripsit accusare potius mulierem eum debere, quam [83] in præjudicium ejus servum [sium] torquere. §. 1. Si quis adulterum non dimiserit, sed retinuerit, forsan filium in noverca [84], vel etiam libertum vel servum in uxorem: ex sententia Legis tenetur, quamvis verbis non continetur. Quæ autem retinetur, punitur. Sed si dimissam [85] reduxerit, verbis non tenetur: sed tamen dicendum est, ut teneatur, ne fraus fiat. §. 2. Si uxor ex adulterio viri [86] pretium [87] acceperit, Lege Julia quasi adultera tenetur.

Definitio stupri. 1. Differentia adulterii & stupri.

XXXIV. MODESTINUS lib. I Regularum.

STuprum [88] committit, qui liberam mulierem consuetudinis [89] causa, non [90] matrimonii contihet [91]: excepta videlicet concubina. §. 1. Adulterium in nupta admittitur: stuprum [92] in vidua, vel virgine [93], vel puero committitur.

De errore circa inscriptionem.

XXXV. IDEM lib. VIII Regularum.

ACcusaturus adulterii, si quid circa inscriptionem erraverit, si tempora [94] largiantur, emendare non prohibetur, ne causa aboleatur.

De minore.

XXXVI. PAPINIANUS lib. III Quæstionum.

SI minor annis adulterium commiserit, Lege Julia tenetur: quoniam tale crimen post pubertatem [95] incipit.

De filiofamilias.

XXXVII. IDEM lib. V Quæstionum.

FIliumfamilias publico judicio adulterium in uxorem sine [96] voluntate patris arguere **posse** constitutum est: vindictam enim proprii doloris consequitur [97].

De incestu. 8. De marito uxorem occidente. 9. De patrono. 10. De eo, qui in honore ministeriove publico est.

XXXVIII. IDEM lib. XXXVI Quæstionum.

SI adulterium cum incesto committatur, utputa cum privigna [98], nuru, noverca, mulier similiter quoque punietur [99]: id enim remoto etiam adulterio eveniret. §. 1. Stuprum in fororis filiam [100] si committatur, an adulterii pœnâ sufficiat mari, considerandum est: occurrit quod hic duplex [1] admissum est: quia multum interest, errore matrimonium illicite contrahatur, an contumacia juris [2], & sanguinis [3] contumelia concurrunt. §. 2. Quare mulier tunc demum eam pœnam [4], quam mares, sustinebit, cum incestum jure gentium [5] prohibitum admiserit: nam si sola juris nostri [6] observatio interveniet, mulier ab incesti crimine erit excusata. §. 3. Nonnunquam tamen, & in maribus incesti crimina,

---

40 *l.* 11. §. 11. *ff. eod.*

41 Atqui adulter etiam constante matrimonio ab extraneo accusari potest, etiam si lenocinii primus maritus non postuletur. *l.* 29. *ff. eod.* Est igitur differentia inter adulterum & adulteram, de qua vid. Cujac. 20 *obs.* 15.

42 Hoc enim postulari potest. *l. ult. ff. de calumniatorib. l.* 17. *ff. de quæst. Papinian.* 4 *collat. Legum.* & Paul. *ibid. in fin.*

43 *l.* 13. *ff. de quæst.*

44 *l.* 11. §. 3. *ff. de Silaniano.*

45 Adde *l.* 32. *C. eod l.* 8. §. 6. *C. de repudiis.*

46 Hoc quemadmodum accipi oportet, ex his colligi quæ notavi ad *Novell.* 90. *c. ult.* adde Oldend. 5 *de testib. n.* 3.

47 Scripsi in *oratione pro Cluentio.*

48 Imo non datur. *arg. l.* 9. §. 2. *ff. de interrog.*

49 *Al.* quoque.

50 *l.* 19. *ff. de qu.*

51 *l.* 8. *in fin. ff. de quæst.*

52 Id est, fisci.

53 Servo.

54 Testibus credi, qui unum ante quæstionem, aliud post eam dixerint, hinc colligunt.

55 *l. ultim. ff. de calumn.* Goth. V. Lepnin. *emendat. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 11. Ant.

56 V. *l. un. ff. de condict. ex Lege.*

57 Deprehensam in adulterio uxorem qui non statim dimittit, reus lenocinii postulari potest. Paul. 2 *sent.* 20. §. 2. & 4. *l.* 2. *C. eod.* Hoc mutatum esse putat Bartolus per *Nov.* 115. *cap.* 15. ubi tamen nulla hujus rei mentio fit. Itaque & hodiernæ Legem in usu esse existimo. nec enim hic agitur de adultera uxore, sed de uxore deprehensa in ipsa turpitudine à marito.

58 Incredulitatis. *vulg.*

60 V. *l.* 9. *C. eod.*

59 Hoc quid sit, *v. l.* 23. *ff. eod.*

61 *l.* 10. §. 1. *C. eod.* 60 *Eclog.* 37. *c.* 28. *l.* 8. *ff. quod met. caus.*

62 Gratis qui remittit adulterii, lenocinii non tenetur. *l.* 2. §. 2. *l.* 15. §. 5. *ff. eod. Eclog.* 16.

63 *d.* §. 2. *l.* 8. *l.* 11. *ff. eod. l.* 33. *ff. eod.*

64 Verberatus tamen relegatur. *Eclog.* 16. *in fin.*

65 Quorum duo jure mariti, quatuor jure extranei admittuntur. *l.* 4. *ff. eod.*

66 *l.* 30. §. 1. *ff. eod.* 67 V. *l.* 11. §. 6. *l.* 15. §. 5. *ff. eod.* 68 6 *Harm.* 2. §. 3. 69 De quo vide §. 6. *ff. eod.* adde *l.* 5. *C. eod.* 6 *Harm.* 2. 70 *l.* 8. *ff. eod.*

71 §. 5. §. 6. *ff. eod. l.* 5. *C. eod.* 6 *Eclog.* 37. *c.* 30.

72 *l.* 3. §. 4. *ff. ad Leg. Jul. de vi publ.*

73 *l.* 5. *in fin. ff. de vi publ.*

74 Vid. *l.* 14. *in fin. ff. eod.* Goth. Contra maritus agit sine periculo calumniæ. *l.* 6. *C. hoc tit.* Ant.

75 *l.* 29. §. 5. *ff. eod.* 6 *Harm.* 2.

76 *l.* 11. §. 4. *l.* 29. §. 7. *ff. eod.* v. Cujac. *cap.* 24. *de præscript. n.* 4.

77 *l.* 23. *in fin. ff. eod.*

78 Ut homicida accusatur.

79 V. Cujac. 6 *obs.* 15. *in fin.*

80 Vid. *l.* 15. *in fin. ff. eod.*

81 Accusare duos simul nemo potest. *v. l.* 8. *C. eod.*

82 *l.* 14. *l.* 29. §. 6. *ff. eod.*

83 Testes ante litem contestatam nec interrogandi, nec torquendi in alicujus præjudicium.

84 In novercam. *vulg. Hal.* fensus est, si pater dimiserit filium deprehensum cum sua noverca; vel dominus servum, vel patronus libertum cum sua domina adulterantem.

85 *l.* 9. *in fin. C. eod.* divortium durare debet, alioqui pro facto non habetur.

86 Adde *l.* 29. §. 3. *ff. eod.*

87 *Al.* præmium.

88 *l.* 3. *ff. de concubinis.*

89 *Al.* cupidinis.

90 Matrimonium non facit quælibet cum muliere consuetudo, sed affectus.

91 *Al.* retinet.

92 *l.* 6. §. 1. *ff. eod.*

93 Hinc male colligit Accursius, stuprum committi ante pubertatem, adulterium post pubertatem tantum. *l.* 38. *ff. eod.* Nam virgo hic opponitur nuptæ, cujusmodi pubes esse potest. adde Ferrand. 1 *explic.* 46.

94 Quinquennii scil. *l.* 31. *ff. eod.*

95 Pubes est adulterii capax: *l.* 38. §. 4. *ff. eod.* Eamque ob causam, ut & in delictis, ei non subveniatur. v. *l.* 1. *C. si adversus delict.* nulla deprecatio adulterii pœnæ

96 Id est, perfequitur. dixi *l.* 151. §. 1. *ff. de verb. sign.* 98 Incestum committit, qui consuetudine privignus, nurus vel novercæ utitur. vide *l.* 17. *C. de nuptiis.* 99 De incestu: est enim incestum jure gentium cognitum. *l. ultim. ff. de cond. sine causa.* Goth. Puta morte. Papon. *lib.* 22. *tit.* 9. *arrest.* 7. Imo pœna pecuniaria. Jul. Clar. §. *Incestus. in pr.* Damhoud. *prax. criminal. c.* 96. Petr. Caball. *decis.* 206. Grivell. *decis.* 23. Ant. 100 Conjunctio cum fororis filia aliquando pro incestuosa habita est, *ut hic. & l. ultim. C. de incest.* 1 Adulterium & incestum. 2 Qui sciens errat, contumelia utitur. 3 Incestuosus contumeliam sanguini infert. 4 Quam? deportationis scil. *l.* 5. *ff. de quæst.* 5 Incestus vel jure gentium, vel civili committitur. Jure gentium, quoties ascendens descendenti conjungitur. Jure civili, quoties personæ ex latere inter se coëunt. Hanc conjunctionem Jus civile incestuosam modo ait, modo negat. v. Cujac. ad *Novell.* 12. & *C. eod. l.* 37. *ff. de minor. in verbo atrocioribus.* 6 Mulier (ut & minor, & miles, *l.* 11. §. 1. *ff. eod.*) Jus civile ignorare potest, gentium non potest.

mina, quanquam natura graviora [7] sunt, humanius quam adulterii tractari solent: si [8] modo incestum per [9] matrimonium illicitum contractum sit. §. 4. Fratres denique Imperatores Claudiæ [10] crimen incesti propter ætatem [11] remiserunt: sed distrahi [12] conjunctionem illicitam jusserunt. cum alias adulterii crimen, quod pubertate [13] delinquitur, non excusetur ætate [14]: nam & mulieres in jure [15] errantes, incesti crimine non teneri, supra dictum est, cum in adulterio [16] commisso nullam habere possint excusationem. §. 5. Iidem Imperatores rescripserunt, post divortium, quod cum noverca [17] bona fide privignus fecerit, non esse crimen admittendum [incesti]. §. 6. Iidem Pollioni in hæc verba rescripserunt: *Incesta nuptiæ confirmari non* [18] *solent: & ideo abstinent tali matrimonio pœnam præteriti* [19] *delicti, si* [20] *nondum reus postulatus est, remittimus.* §. 7. Incestum autem, quod per illicitam matrimonii conjunctionem admittitur, excusari solet sexu [21], vel ætate [22], vel etiam puniendi [23] correctione, quæ bona fide intervenit: utique si error allegetur: & facilius, si [24] nemo reum postulavit. §. 8. Imperator Marcus Antoninus & Commodus filius rescripserunt: si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu [25] tractus doloris [26] interfecerit, non utique Legis Corneliæ de sicariis [27] pœnam excipiet. Nam & D. Pius in hæc verba rescripsit Apollonio: ** Ei* qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest* [28], *cum sit difficillimum justum* [29] *dolorem temperare: & quia plus fecerit, quam quia vindicare se non debuerit, puniendus sit: sufficiet igitur, si* [30] *humilis loci sit, in opus perpetuum eum tradi: si qui honestior, in insulam relegari.* §. 9. Liberto [31] patroni famam lacessere non facile conceditur. † Sed si jure mariti velit adulterii accusare, permittendum est: quomodo, si atrocem injuriam passus esset. Certe si patronum, qui sit ex eo numero, qui deprehensus ab alio in terrifici potest, in adulterio uxoris deprehenderit: deliberandum est, an impune possit occidere? quod durum nobis esse videtur: nam cujus famæ [32], multo magis vitæ parcendum est.

§. 10. Si quis in honore ministeriove publico sit, reus quidem postulatur, sed differtur [33] ejus accusatio, & cautione judicio sistendi causa promittitur in finem honoris: & hoc ita Tiberius Cæsar rescripsit.

De vim passa. 1. De muliere nupta, 2. Vel in matrimonio defuncta. 3. An nupta priusquam adulter damnetur, accusari possit. 4. De muliere ob societatem latronum exulare jussa. 5. De præscriptione quinquennii. 6. Si plures simul accusentur.

XXXIX. Idem lib. XV Responsorum.

VIm [34] passam mulierem, sententia Præsidis Provinciæ continebatur. in Legem Juliam de adulteriis non commisisse respondi, licet [35] injuriam suam, protegendæ pudicitiæ causa, confestim marito renunciari prohibuit. §. 1. Nupta quoque muliere, tametsi denocinii [36] vir prior non postuletur: adulterii crimen contra adulterum ab extrario poterit inferri. §. 2. In matrimonio quoque defuncta uxore, vir jure adulterum inter reos recipi postulat. §. 3. Nupta prius, quam adulter damnetur, adulterii non postulatur, si nuptias denunciatio [37], vel ad domum [38] mulieris missa non præcessit. §. 4. Mulierem ob latronum societatem [39] exulare jussam, citra [40] pœnæ metum in matrimonio retineri posse respondi: quia non fuerat adulterii damnata. §. 5. Præscriptione [41] quinque annorum crimen incesti conjunctum [42] adulterio non excluditur. §. 6. Duos [43] quidem adulterii, marem & fœminam, propter communè crimen, simul non [44] jure, nec à viro postulari convenit. Cum tamen duobus denunciatum fuisset ab eo, qui postea desistere volebat: abolitionem esse necessariam in utriusque personam respondi.

§. 7. Incesti [45] commune crimen adversus duos [46] simul intentari potest. §. 8. De seryis quæstionem [47] in dominos incesti postulatos ita demum habendam respondi, si per adulterium incestum esse contractum dicatur.

An mulier possit ei nubere, quem maritus suspectum habuit. 1. De eo, qui uxorem reduxit.

XL. Paulus lib. XIX Responsorum.

QUæsitum est, an ea quam maritus adulterii crimine se accusaturum minatus est, nec [48] quicquam egit vel jure mariti vel jure publico, nubere possit ei, quem in ea reum adulterii destinavit? Paulus respondit, nihil [49] impedire, quominus ei, quem suspectum maritus habuit, ea de qua quæritur, nubere possit.

§. 1. Item quæritur, an idem maritus destitisse videatur, vel lenocinium commisisse, qui eandem reduxit uxorem? Paulus respondit, eum, qui post crimen adulterii intentatum eandem uxorem reduxit, destitisse videri: & ideo ex eadem Lege postea accusandi ei jus non superesse.

De dilatione.

XLI. Idem lib. I Sententiarum.

IN crimine adulterii nulla danda dilatio [50] est: nisi ut [51] personæ exhibeantur, aut judex ex qualitate negotii motus, hoc causa [52] cognita permiserit.

De Jure aureorum annulorum.

XLII. Tryphoninus lib. II Disputationum.

SI is qui jus [53] annulorum impetravit, adulterium commisit in patroni uxorem, aut in patronam suam, aut in ejus, cive, cujus libertus patris, aut matris, filii filiæve fuit: an ut libertus puniri debeat? & si deprehensus sit in adulterio, an impune occidatur? Et magis probo, subjiciendum pœna [54] libertinorum: quoniam Lege Julia de adulteriis [55] coërcendis ad tuenda matrimonia pro libertinis eos haberi placuit, & deteriorem causam per istud beneficium patronorum haberi non oportet.

Si quis non ex Lege repudiatam uxorem duxerit.

XLIII. Gaius lib. III ad Leg. XII tabularum.

SI ex Lege [56] repudium missum non sit, & idcirco mulier adhuc [57] nupta esse videatur: tamen si quis [58] eam uxorem duxerit, adulter non erit. idque Salvius Julianus respondit: quia adulterium [inquit] sine [59] dolo malo non committitur: quanquam dicendum, ne is, qui sciret eam ex Lege repudiatam non esse, dolo malo committat.

De morte ejus qua incestum vel adulterium commisit.

XLIV. Papinianus lib. IV Responsorum.

DEfuncta quoque socru [60], gener incesti postulabitur, ut adulter post mortem mulieris.

---

[7] Incesti crimen natura gravius est, quam adulterii.

[8] Cur? tunc enim videntur errare, & incestum admittere.

[9] Id est, si modo palam, non clam matrimonium contraxerunt.

[10] Claudio. Cuj. ad *l. auxilium. 37. de minorib.* Claudiæ enim remittitur propter sexum, Claudio propter ætatem.

[11] Incesti crimen propter ætatem remitti potest. *l. 4. C. de incestis.*

[12] *l. 4. in fin. C. de incestis.*

[13] *l. 36. ff. eod.* & *l. 37. in fin. ff. de minorib. l. 14. in fin. ff. de Silaniano.*

[14] Ætas non excusat à delicto. v. §. 7. J. *eod.*

[15] Mulieri in ils, quæ sunt Juris civilis, errare permittitur, *ut hic.* & *l. 57. ff. de ritu.* in his vero delictis, quæ sunt juris communis, ignorantia juris non excusat. vide Clar. *5 sentent. §. ult. quæst. 60. vers. quæro.*

[16] V. *l. 42. J. de verb. sign.*

[17] Hujusmodi incestum est juris gentium. *l. ult. ff. de cond. sine causa.* Pœnitentia voluntaria incestum, etiam jure gentium commissum, elui posse, hinc colligunt.

[18] Interdum tamen justa de causa confirmantur. *Novell. 12. cap. 3. Nov. 154. c. 1.*

[19] Alias nunquam futuri delicti potestas datur.

[20] §. 7. *in fin. J. eod.*

[21] Imo, sexus non excusat, *l. 10. §. 1. ff. eod.* utique sexus prodest ad elevandam pœnam. 2 *Tiraqu. de pœnis. causa 9. l. 6. J. ad Leg. Jul. peculat. l. 5. §. 3. C. ad Leg. Jul. majest.*

[22] Ætas in infante excusat delictum, *l. 12. J. de sicariis.* sed & in impubere, si delictum commissum sit in omittendo, non faciendo: quin si in faciendo consistit, delictum nunquam punietur, nisi qui deliquit, proximus puberati fuerit, & doli capax reperietur; punietur vero citra mortem, aut membri mutilationem. Puberi in delictis non parcitur, neque seni, nisi senectus valde sit decrepita, *l. 108. J. de regul. jur.* & infantiæ similis: senes tamen mitius puniri possunt, idque ita observari refert Clar. *5 sentent. §. ult. qu. 60.*

[23] V. *l. 8. C. de his quib. ut indig.*

[24] §. 6. *in fin. ff. eod.*

[25] Justo. *l. 4. C. eod.* [26] *6 Harm. 2.* [27] *l. 1. §. fin. J. ad l. Corn. de sicar. l. 3. §. 3. ff. ad Senat. Syllan.* [28] *l. 4. in fin. C. eod.* [29] *36. Ecl. ex lib. 60. tit. 36.* [30] *l. 8. in fin. ff. de accusat.* [31] Dolor justus in delictis num excusat? hoc Lex innuit, & *lex 3. §. 3. ff. de Silan. l. Gracchus. 4. C. de adult.* sed tamen Clarus refert ex communi opinione, justum dolorem non excusare à pœna, sed ad pœnam tantum moderandam prodesse. *l. 1. in fin. J. de sicar.* [32] Argumentum à minori ad majus: plus est igitur vitam alterius lædere, quam famam. Minus est fama quam vita. [33] V. *l. 15, ff. eod. l. 12. ff. de accusat. l. 48. ff. de judic.* [34] Vim quæ patitur invita, adulterii rea non est: vis excusat ab adulterio. Unde notant, mulierem vi compressam à tyranno aliove potentiore, liberos ita susceptos posse utiliter hæredes instituere: Quinimo liberos ita susceptos matri succedere tam ex testamento, quam ab intestato, quoniam qua ipsam mulierem spectamus, innoxius est partus, ut notat Martinus de Cazariis *in tractat. de Principe. num. 30.* adde *l. 13. §. 7. ff. eod. l. 20. C. eod.* Tiraq. *tract. de pœnis causa 36.* [35] Ratio dubitandi. [36] *l. 26. ff. eod.* de differentia inter adulterum & adulteram, v. Cujac. *20 obs. 15.* [37] *l. 17. §. pen. ff. eod.* [38] Denunciatio ad domum fieri debet clàmore, vel buccina. Gracchus apud Plutarch. ἐὰν μὲν εἰσιὼν ἐπὶ γυναῖκα ἄνηρ ἄλλος ἁλῷ μοιχευόμενος, ἔξεστι τῷ λαβόντι καὶ κτεῖναι τὸν μοιχὸν ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἱεροσύλων· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὴν ἑταίραν ἢ τὴν παλλακὴν ἢ τὴν ἐλευθέραν ἐλθὼν συλλαμβάνῃ τις, οὐκ ἔστιν ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ δίκην ὀφλήσει τοῦ ἀδικήματος. & in Leg. XII tabul. hæc verba leguntur: Cui testimonium defuerit, tertiis diebus ob portum, id est, ad domum obvagulatum ito. v. Cujac. *7 obs. 15.* [39] Latronum societatem. *arg. Nov. 22. c. 15. Nov. 115. c. 3. §. 4.* [40] *60 Ecl. tit. περὶ τῶν ἐξορίστων,* &c. *c. 39. 6 Harm. 2.* [42] *6 Harm. 2. §. 8.* [43] *l. 1. §. 10. vers. atquin J. ad Turpil.* [44] Id non servatur in Gallia. v. *l. 11. §. 10. l. 15. in fin. ff. eod.* [45] *l. 7. in fin. ff. eod.* [46] In eo differt incestum ab adulterio. De differentia incesti & adulterii, v. Cuj. *20 obs. 17.* [47] *l. 5. in fin. J. de quæstion.* [48] *Al.* si nec quidquam. [49] Mulier nubere potest ei cum quo adulterii tantum insimulata est, non convicta. *l. 11. §. 11. ff. eod. v. Nov. Leon. 30.* [50] *l. 11. §. 9. ff. eod.* Paul. *2 sent. 26. §. 3.* [51] Dilatio in crimine adulterii datur duabus ex causis. [52] Dilatio ex causa concedi a judice potest. [53] De jure annulorum aureorum v. *ff. de jure aureor. annulor.*

[54] Pœnæ.

[55] Idem in casu *l. 11. ff. de Silan.* aliud est in casu *l. 44. ff. de excusat.*

[56] Ex Legis formula. v. *l. 2. l. 9. ff. de divort. l. unic. ff. unde vir.* vel die, ex Lege Julia ut olim ex Leg. XII tabul. v. Brisson. *lib. sing. de adult.* Goth. Vid. Cujac. *lib. 1 observat. 39.* Revard. ad XII tabular. *cap. 21. S. L.*

[57] Illegitimum repudium non dissolvit nuptias: paria sunt non dissolvere, aut illegitime.

[58] Repudiatam non juste ciens qui ducit, dolum committit. *l. 11. §. 12. ff. eod.*

[59] Adulterium sine dolo esse non potest.

[60] Cum qua gener incestum commisit. die idem in noverca & privigno. *Eclog. ibid. cap. 41.* adde *l. 11. §. 3. §. 8. ff. eod.*

Tit. VI.

AD [1] LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA [2].

Qui teneatur hac Lege.

I. Marcianus lib. XIV Institutionum.

LEge Julia de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suæ, agrove, in villa præter [3] usum venationis, vel itineris [4], vel navigationis coëgerit.

II. Scævola lib. IV Regularum.

EXcipiuntur autem [5] arma, quæ quis promercii [6] causa habuerit, hereditateve ei obvenerint.

III. Marcianus lib. XIV Institutionum.

IN eadem causa sunt, qui turbæ [7] seditionisve faciendæ consilium inierint [8], servosve aut liberos homines in [9] armis habuerint. §. 1. Eadem Lege tenetur, qui pubes [10] cum telo in [11] publico fuerit. §. 2. In eadem causa sunt, qui pessimo exemplo convocatu [12], seditione villas [13] expugnaverint, & cum telis & armis bona [14] rapuerint. §. 3. Item tenetur, qui ex [15] incendio rapuerit aliquid præter materiam [16]. §. 4. Præterea punitur hujus Legis pœna, qui puerum [17], vel fœminam, vel quemquam per vim stupraverit. §. 5. Sed & qui [in] incendio cum gladio, aut relo rapiendi causa fuit, vel prohibendi dominum res suas servare, eadem pœna tenetur. §. 6. Eadem Lege tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo [18] agrove [19] suo, aut navi sua dejecerit, expugnaverit [concursu [20]],

IV. Ulpianus lib. LIX ad Edictum.

VIve id staret [21], homines commodaverit [22].

V. Marcianus lib. XIV Institutionum.

QUi cœtu [23], conversu [24], turba, seditione, incendium [25] fecerit, quique hominem dolo malo incluserit [26], obsederit: quive fecerit, quominus sepeliatur [27], quo magis funus diripiatur [28], distrahatur: quive per vim sibi aliquem obligaverit; nam eam obligationem Lex rescindit [29]. §. 1. Si de vi, & possessione, vel dominio quæratur: ante [30], cognoscendum de vi, quam de proprietate rei, D. Pius [31] τῷ κοινῷ τῶν Θετταλῶν, id est, *Universitati Thessalorum* [Græce] rescripsit. sed & decrevit, ut prius de vi quæratur, quam de jure dominii, sive possessionis.

§. 2. Qui vacantem [32] mulierem rapuit, vel nuptam [33], ultimo supplicio punitur: & si pater injuriam suam precibus exoratus remiserit [34], tamen extraneus [35] sine [36] quinquennii præscriptione rem postulare poterit: cum raptus crimen Legis Juliæ de adulteris potestatem excedat.

VI. Ulpianus lib. VII de Officio Proconsulis.

ET eum, qui puerum ingenuum rapuit, puniendum D. Pius rescripsit in hæc verba: *Exemplum libelli dati mihi à Domitio Silvano, nomine Domitii Silvani patrui, subjici jussi, motus querela ejus, qua significavit filium suum ingenuum juvenem admodum raptum, atque conclusum* [37], [*mox*] *verberibus ac tormentis usque ad summum periculum adflictum: Gemine carissime, velim audias eum, & si compereris hæc ita admissa, rem severe exequaris.*

VII. Idem lib. VIII de Officio Proconsulis.

LEge Julia de vi publica tenetur, qui cum imperium [38] potestatemve [39] haberet, civem Romanum adversus [40] provocationem [41] necaverit, verberaverit, jusserive quid fieri, aut quid in collum [42] injecerit, ut torqueatur. † Item quod ad legatos [43], oratores [44], comitesve attinebit, si quis eorum [quem] pullasse, & sive injuriam feciste arguetur.

VIII. Mæcianus lib. V Publicorum.

LEge Julia de vi publica cavetur, ne quis [45] reum vinciat, impediatve, quominus Romæ intra certum tempus adsit.

---

[1] IX C. XII. 9 Th 10. Paul. *5 sent. 26. §. 8. Inst. de pubi jud. Harm.* 11. adde 10 *Ecl. capi filios* præsertim ex *lib. 60. tit. 18.* Papon. *22 arrest. 5.* Boss. *c. 2.* Goth. Adde Menoch. *de arbitr. jud. cas. 394. S. L.*

[2] Quæ contra jus fasque infertur publicis personis, id est, quæ imperium & potestatem habent, ea proprie vis est publica, *Cujac hic.* ad alias tamen personas pertinet, qui vim cum armis infert.

[3] Venandi, itineris faciendi, navigandi, aut promercii causa arma domi, in agro, aut in villa sua quis habere potest. huc adde *l. 1. C. ut armor. usus.*

[4] *Eclog. 9. ex lib. 60. tit. 18. c. 1.*

[5] Et sciutis *l. 11. in fin. J. eod.*

[6] Excipiuntur etiam. *Hal.*

[7] Commercii, *vulgat.* Promercii causa habere, est in hoc habere, ut possis vendere. *l. 10. ff. de impensis. l. 41. §. 5. ff. de leg. 1. l. 4. ff. de publican. l. 3. §. 4. J. de sicariis.*

[8] Seditio differt à turba. ut & *l. 5. J. eod.*

[9] *l. 10. C. eod. 6 Harm. 7. cap. 1.* περὶ στασιαστῶν. *60 Eclog. 17. ex tit. 18. c. 2.*

[10] In armis homines, armati.

[11] τοῦ@. *Ecl. ibid. Harm. ibid.*

[12] Paul. *5 sent. 26. §. 3.* Convocata seditione. *vulgat. Hal.* adde *l. 2. J. tit prov. l. 10. §. 1. J. eod.*

[13] Paul. *ibid. l. 11. J. eod.*

[14] *Harm. ibid.*

[15] V. *l. 1. ff. de incendio.*

[16] *60 Eclog. 18. cap. 3.*

[17] *l. 29. in fin. ff. de adulteriis.*

[18] Paul. *5 sent. 26. §. 3.*

[19] *l. 5. J. titul. prox. 10 Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 18. c. 10.*

[20] *l. 4. J. de vi privata.*

[21] Id fieret. *vulgat.* [22] Paul. *ibid.* accommodaverit, *vulgat.* locaverit, conduxerit. Paul. *ibid.* [23] Seneca *3 controvers. 6. in fin. l. 4. J. de vi priv. l. 4. §. 3. ff. de vi bonor. raptor.* vide *l. 1. ff. ad Leg. Jul. majest.* [24] Concursu. *vulgat. Haloand.* Paul. *ibid.*

[25] Paul. *ibid.* [26] *l. 6. J. eod. l. 3. C. eod.* Paul. *ibid.* idem *1 sent. 7. §. 8. §. 9. & ult.* v. Senec. *5 de benef. 8.* [27] Paul. *ib.* [28] Id est, funus eripuerit, turbaverit Paul. *ib.* [29] Vi extorta obligatio non consistit, sed rescinditur. *l. 9. §. 3. ff. quod met. causa.* [30] *l. 7. C. eod. l. 37. ff. de judic. l. 1. §. 4. ff. uti possid.* [31] Id est, communi, ut apud Ciceron. *commune Miliadum & Sicilia. 1 & 2 Verrina. l. 37. ff. de judic.* sic κοινὸν τῶν Ἑλλήνων. *l. 1. J. de appell. l. 6. §. 2. ff. de excusat. tut.*

[32] Vacans mulier, id est, vidua vel desponsata. *6 Harm. 6.* [33] *l. unic. vers. quæ multo. C. de rapt. virg.* [34] *l. 17. §. 12. ff. de injur.* [35] Tutor vel curator. [36] *l. 29. in fin. ff. de adult.* [37] *l. 5. ff. eod.* [38] Paul. *5 sent. 26. §. 1.* [39] *l. 10. J. eod.* [40] Paul. *ib.* ea res Valeriis legibus ante ter fancita fuerat. adde *l. 25. J. de appellat.* adde Actor. Apostolicor. *c. 25, 12. 22. 25.*

[41] Ad populum vel Imperatorem. [42] Collare est vinculi genus, quod reis injicitur ignominiæ aut pœnæ causa: pœna est servilis, aut, ut ita dicam, canina. qua de causa hoc genus vinculi *canis* appellatur à Plauto in Cassina. Lucilius *28 satyr.* cum manicis, capulum, collareque ut fugitivo deportem. Apud Suevos & Francos pœnæ genus fuit canis animalis gestatio. Gunther. *lib. 5 Panthaleon. parte 2 prosopographiæ, in Frid. Barbarossa.* quin & lapis scandali. Zas. in *l. imperium. 3. n. 25. ff. de jurisd.* qua de re vid. Cujac. *11 obs. 22.* De pœna; mitræ v. Clar. *5 sent. §. ult. qu. 70. vers. mitra.* His adde Spartian. in *Adriano, ubi agit de Catamidiatis.* [43] *l. ult. J. de legation.*

[44] Oratores qui & legati Varroni, *lib. 6 de lingua.* non magistri, ut male putat Accursius.

[45] Magistratus scil. vide Cujac. apud Paul. *5 sent. 26. §. 3.*

IX. PAULUS lib. VII ad Edictum.

ARmatos non utique eos intelligere debemus, qui tela habuerunt: sed etiam [46] quid aliud, quod nocere potest.

De pœna.

X. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

QUi dolo malo fecerit, quominus judicia tuto [47] exerceantur; aut judices ut oportet judicent; vel is, qui potestatem imperiumve habebit [48], quam ei jus erit, decernat, imperet, faciat, qui ludos, pecuniamve ab aliquo invito polliceri publice, privatimve per injuriam exegerit, item qui cum [49] telo dolo malo in conclone fuerit, [aut] ubi judicium publice exercebitur: exceptus est, qui propter venationem [50] habeat homines, qui cum bestiis pugnent, ministrosque ad ea habere conceditur.

§. 1. Hac Lege tenetur, & qui convocatis [51] hominibus vim fecerit, quo quis verberetur & pulsetur [52], neque homo occisus sit. §. 2. Damnato de vi publica, aqua [53] & igni interdicitur [54].

1. De teli appellatione. 2. De eo, qui telum gerit.

XI. PAULUS lib. V Sententiarum.

HI [55] qui ædes alienas, aut villas expilaverint, effregerint, expugnaverint [56]: si quidem in turba [57] cum telo fecerint, capite [58] puniuntur. §. 1. *Telorum* autem appellatione [59] omnia, ex quibus singuli [60] homines nocere possunt, accipiuntur.

§. 2. Qui telum tutandæ salutis [61] suæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare.

De vectigalibus.

XII. IDEM lib. singul. ad Senatusconsultum Turpillianum.

QUi nova [62] vectigalia exercent [63], Lege Julia de vi publica [64] tenentur.

46 Etiam eos qui habuerint quod nocere potest. *vulg. Hal.*

47 Adde *l. 7. §. 8. ff. ad Treb.* De exceptione loci non tuti, vid. Oldend. *c. 17. de exceptionibus.*

48 Aliter quam ei. *vulg. Hal.*

49 Paul. *5 sent. 26. §. 3.*

50 *l. 1. ff. eod.*

51 *l. 4. C. eod. l. 4. ff. de vi privata.*

52 Pulsetur, & si neque. *vulgat. Hal.*

53 De qua dixi ad *l. 1. §. 2. ff. de leg. 3.*

54 Cicer. *1 Philip.* Leges Cæsaris jubent ei, qui de vi damnatus sit, aqua & igni interdici. Igitur hodie deportabitur, cum in locum interdictionis deportatio successerit. *l. 8. ff. de public. judic.* Videtamen Clar. *5 sentent. §. ult. quæst. 67.* in ea esse opinione, deportationis pœnam hodie non esse in usu, ejus loco: vel damnationem ad triremes temporarias, aut perpetuas, vel exilium infligi; mortem nunquam, nisi statutum expressis verbis pœnam deportationis Romanæ, capitalem omnino ac proprie fecerit.

55 Paul. *5 sent. 3. §. 3. & 5 sent. 26. §. 3.*

56 Cum armis scilicet. 57 Vel tumultu. 58 Paul. *d. §. 3. 10 Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 18. cap. 10. in fin.* 59 *l. 9. ff. eod. v. l. 52. §. 2. ff. de furtis. l. 233. §. 2. ff. de verb. sign. §. 5. Inst. de publ. judic.* Paul. *5 sent. 3. §. 3. in fin.* 60 Ex quibus saluti hominis nocere possunt. ita legitur apud Paul. *5 sent. 3. §. 3. in fin.* Telum est, quo saluti hominum nocere possumus.

61 57 *Eclog. 9. ex lib. 60. tit. 18. cap. 10.* 62 *l. unic. §. 3. ff. de Leg. Jul. ambitus.*

63 Exigunt: vel aliquid superexigunt. 64 Et Lege Julia de ambitu, *l. 1. §. 3.* & Constitutionibus. *l. un. C. nova vectigalia.* De vectigalibus umbræ & æri impositis, v. Cuj. *10 obs. 7.*

TIT. VII.

AD [1] LEGEM JULIAM DE VI PRIVATA [2].

De pœna. 1. De naufragio.

1. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

DE vi privata damnati pars tertia [3] bonorum ex Lege Julia publicatur. & cautum est, ne [4] Senator sit, ne Decurio, aut ullum honorem capiat, neve in [5] eum ordinem sedeat, neve judex sit: & videlicet omni honore, quasi infamis [6], ex Senatusconsulto carebit. §. 1. Eadem pœna adficiuntur, qui ad pœnam Legis Juliæ de vi privata rediguntur, & si quis ex naufragio [7] dolo malo quid rapuerit. §. 2. Sed & ex Constitutionibus Principum extra [8] ordinem, qui de naufragiis [9] aliquid diripuerint, puniuntur: nam & Divus Pius rescripsit, nullam vim nautis fieri debere; & si quis fecerit, ut severissime puniatur.

De hominibus convocatis, ut cui injuria fiat.

II. SCÆVOLA lib. IV Regularum.

HAc Lege tenetur, qui convocatis [10] hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulsaretur: neque homo occisus erit.

2. De rebus per injuriam ablatis.

III. MACER lib. I Publicorum.

NEc interest liberos an servos, & suos an alienos quis ad vim faciendam convocaverit §. 1. Nec minus hi, qui [11] convocati sunt, eadem Lege tenentur. §. 2. Sed si nulli convocati, nullique pulsati sint, per injuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum sit: hac Lege teneri eum, qui id fecerit.

De cœtu & concursu facto, quominus quis in jus producatur. 1. De quæstione habita in servo.

IV. PAULUS lib. LV ad Edictum.

LEgis Juliæ de vi privata crimen committitur, cum cœtum [12] aliquis, & concursum feciſse dicitur, quo [13] minus quis in [14] jus produceretur. §. 1. Et si quis quæstionem de alterius servo habuisset, & ideo moderatius Edicto Prætoris de injuriis utendum esse, Labeo ait.

De dejecto ex agro suo.

V. ULPIANUS lib. LXIX ad Edictum.

SI quis aliquem dejecit ex agro [15] suo hominibus congregatis sine armis, vis privatæ postulari possit.

De improbe coëuntibus in alienam litem.

VI. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

EX Senatusconsulto Volusiano, qui improbe coëunt in alienam litem [16], ut quidquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur: Lege Julia de vi privata tenentur.

De bonis à creditore occupatis.

VII. CALLISTRATUS lib. V de Cognitionibus.

CReditores, si adversus debitores suos agant, per judicem id quod deberi sibi putant, repoſcere debent. Alioquin si in rem debitoris sui intraverint, id nullo concedente: Divus Marcus decrevit, jus crediti eos non [17] habere. Verba [18] decreti hæc [19] sunt: *Optimum est, ut si quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris: in-*

1 IX C. XII. & 9 *C. Theodos.* 10. Paul. *5 sent. 26. §. 8. Inst. de publ. judiciis.*

2 Quæ fit sine armis.

3 *l. ult. ff. eod. & d. §. 8.* Paul. *ibid. & d. §. 3. in fin. l. 2. C. eod.* 10 *Ecl. 2. ex lib. 60. tit. 16. cap. 11.* Goth. Vid. Duaren. *lib. 1 disp. c. 22.* Cuj. *lib. 1 obs. c. 38. & lib. 9 obs. cap. 16.* S. L.

4 Facit *l. 1. ff. de his qui notantur.*

5 Neve in quatuordecim ordinibus sedeat, *Cujac.* ut in Lege Roscia theatrali *de decoctoribus.* Cujac. *9 obs. 16. in pr.* de Lege Roscia, & 14 gradib. spectandi gratia relictis equestri ordini, v. Cicer. *Philippica 2.* Ascon. *Cornelian.* Flor. *Epit. 99.* Dionem 26. & 7 Plin. 20. Juven. *Satyr. 14.* Tacit. *lib. 15.*

6 Quasi infamis carebit. Eadem pœna adficiuntur, qui ex Senatusconsulto ad pœnam Legis Juliæ, &c. Cujac. *10 obs. 38.* adde *l. 8. in fin. ff. eod.*

7 *l. 4. §. 1. ff. de incendio.*

8 *l. 3. §. 6. ff. tit. prox.*

9 Naufragii causa deploranda, & commiseratione digna: & proinde qui ex naufragio quid diripiunt, non hac Lege, sed extra ordinem gravius puniendi sunt. v. *C. de naufragiis. & Auth. navigia. C. de furtis. & ff. de incendio.*

10 *l. 3. §. 2. ff. tit. prox.*

11 *l. 2. §. 12. ff. vi bonor. rapt. l. 1. §. 13. ff. ad Turp. v. l. 5. C. de accus.*

12 *l. 5. ff. de vi publ.*

13 Qui coadunatis hominibus facit quominus quis producatur in judicium, tenetur de vi privata, *Novell. 69. c. 4.* si condemnatum impedit, majestatis, *arg. l. 4. in fin. ff. ad Leg. Jul. majestat.* v. in hunc locum Papon. 21 *arrestor. 3. Tit. des recousses des prisonniers.* 14 Ne quis judicio sisteretur. 15 *l. 3. in fin. ff. tit. proxim.* Paul. *5 sent. 26. §. 3.* 16 Adde *l. 1. §. 1. ff. de falsis.*

17 Adde *l. ult. ff. eod. l. 5. l. 7. C. eod. l. 12. l. 13. ff. quod met. causa.* Paul. *2 sent. 14. §. 5. & lib. 5 sent. 26. §. 4. 6 Harm. 7.* 10 *Eclog. 2. ex lib. 60. tit. 18. c. 12.* Imo habere videtur cum ei adversarius condemnetur. *l. 48. ff. de furt.* Dic in vero rei domino id certum esse, *l. 3. C. de pignorat.* in chirographario & hypothecario falsum, *ut hic.* v. Cujac. apud Paul. *5 sent. 26. §. ultim.*

18 Actorum aliam formulam vid. in *l. pen. in fin. ff. de his, quæ in testam. delent.* 19 Eadem pene continentur in *l. 12. quod metus causa.*

terim ille in possessione debet morari, tu petitor es. & cum Marcianus diceret, *vim nullam feci:* Cæsar dixit, *Tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur? vis est & tunc, quotiens quis id, quod deberi sibi putat, non per judicem reposcit? non puto autem nec verecundiæ, nec dignitati tuæ convenire, quicquam non jure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit rem ullam debitoris non ab ipso sibi traditam sine ullo judice temere possidere, eumque sibi jus in eam rem dixisse, jus creditis non habebit.*

VIII. MODESTINUS lib. II de Pœnis.

SI creditor sine auctoritate judicis res debitoris occupet, hac Lege tenetur, & tertia [20] patte bonorum multatur, & infamis [21] fit.

20 *V. l. 1. in pr. ff. eod.*

21 *Ecl. 16. Novv. 60. c. 1.*

TIT. VIII.

AD LEGEM CORNELIAM [1] DE SICARIIS ET VENEFICIIS [2].

De homine occiso, de incendio. De eo, qui cum telo ambulat. De falso judicio. 1. De veneno. De falso testimonio. De pecunia accepta, ut quis reus fiat. 2. De homine occiso.

1. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEge Cornelia de sicariis & veneficiis [4] tenetur [5], qui hominem occiderit; cujusve dolo malo incendium factum erit; quive hominis occidendi, furtive faciendi causa cum telo [6] ambulaverit; quive cum Magistratus esset, publicove [7] judicio præsſet, operam dediſſet, quo quis [8] falsum [9] indicium [10] profiteretur [11], ut quis innocens conveniretur, condemnaretur.

§. 1. Præterea tenetur, qui hominis necandi [12] causa venenum confecerit, dederit; quive falsum [13] testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur; quive cum Magistratus judexve quæstionis [14] sub [15] capitalem [16] causam pecuniam acceperit, ut publica Lege reus fieret.

§. 2. Et qui hominem occiderit, punitur, non habita differentia, cujus conditionis [17] hominem interemit. §. 3. Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui hominem occidit, si [18] non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: & qui hominem non occidit, sed [19] vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum: & ex re constituendum hoc. nam si gladium strixerit [20], & in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi [21] percussit, aut cuccuma [22] in rixa [23], quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam [24] pœnam ejus, qui in rixa causa [25] magis quam voluntate homicidium admisit. §. 4. Item Divus Hadrianus rescripsit, eum, qui stuprum sibi [26] vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum.

§. 5. Sed & in eum, qui uxorem deprehensam in [27] adulterio occidit, Divus Pius leviorem pœnam irrogandam esse scripsit: & humiliore loco positum in exilium perpetuum dari jussit; in aliqua dignitate positum, ad tempus relegari.

II. ULPIANUS lib. I de Adulteris.

INauditum [28] filium pater occidere non [29] potest: sed accusare eum apud [30] Præfectum Præsidemve provinciæ debet.

De veneno. 3. De pigmentariis. 4. De eo, cujus familia arma sumpsit. De sedutione. De naufragio. De falso judicio. De castratore. 5. De pœna. 6. De transfugis.

III. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

EJusdem [31] Legis Corneliæ de sicariis & veneficis capite quinto, qui venenum necandi [32] hominis causa fecerit [33], vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. §. 1. Ejusdem Legis pœna adficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit. §. 2. Adjectio autem ista, *veneni mali*, ostendit esse quædam & non [34] mala venena. † Ergo nomen [35] medium est, & tam id, quod ad sanandum [36], quam id quod ad occidendum paratum est, continet. sed & id quod *amatorium* [37] appellatur. Sed hoc solum notatur in ea Lege, quod hominis necandi causa habet. † Sed ex Senatusconsulto relegari jussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum [38] ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperat decesserit. §. 3. Alio Senatusconsulto effectum est, ut pigmen-

1 De qua vide *l. 2. §. 32. ff. de origine jur.*

2 Ulpian. 1 *collat. Leg. Mosaïcar.* Paul. *5 sent. 23.* 9 *C. Theod.* 14. 12 *C. XVI. §. 5. Inst. de publ. jud.* περὶ φονίων. *6 Harm. 6.* περὶ φαρμάκων, &c. 36 *Eclog. 2.* De homicidio, *5 decret. 12. 5 Sext. 4. 5* Clem. 4. adde 17 *quæst. decret.* Pap. 22 *arrest. 5. & 2 not. 7.* Clar. *5 sentent. §. homicid. & assassin.* Boss. *tit. de homicid.* 29. P. Gregor. 36 *syntag. 15. & seq.*

3 Ut in *l. ultim. C. Theodos. ad Leg. Cornelian. de falso.* veneficis. *vulgat. Hal.* Paul. *5 sent. 23.* περὶ φαρμάκων ἢ τῶν διδόντων ἢ πωλούντων φάρμακον. 60 *Eclog.* 39. adde *6 Harm. 10. l. 1. §. 1. in pr. & l. 3. in pr. l. 8. ff. eod.* Petr. Gregor. 36 *syntagm.* 18. Clar. *5 sentent. §. homicid. versic. punitur etiam.* Boss. 29. *Ixx 13. ff. eod.* pertinet ad maleficos. *de quib.* vid. *C. de Mathematic.*

4 Veneficis. *vulg. Hal.*

5 Pœna homicidii quæ? vid. *l. 3. §. 5. ff. eod.*

6 Affectus hic punitur sine effectu. *l. 7. C. eod. §. 5. Inst. eod.*

7 Publico judicio quis præceat? Judex quæstionis a magistratu distinctus, *ut hic.*

8 Fallus testis in causa vel lite homicidii, punitur tanquam homicida, si dolo malo testimonium tulerit. v. Corset. *sing. test. falsf.*

9 Judex necare videtur, quoties innocentem condemnat, quoties testes subornat ad innocentem opprimendum.

10 *l. 4. ff. eod. al.* judicium. 11 Judicium falsum profiteri quid sit, vide *l. 24. ff. de falsis.*

12 Venenum hominis necandi causa qui confecit, Lege de sicariis tenetur: non qui simpliciter confecit citra voluntatem hominis necandi, *ut hic.* Plus tamen est occidere veneno quam gladio, *l. 1. C. de maleficis.* adde Cicer. *orat. pro Cluentio.* ubi de Lege in veneficos tractat.

13 Testis cujus opera effectum est, ut innocens damnaretur, punitur ut sicarius.

14 Judex quæstioni indignum, hoc est, innocentem subjiciens punitur Lege de sicariis, *ut hic.* adde *l. 6. C. eod.* 15 In capitalem causam. 18 Judex qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit, Lege Cornelia de sicariis tenetur. vide Paul. *5 sentent. 23. §. 4.*

17 Puta servus sit an liber. *l. 23. §. 9. ff. ad Leg. Aquil.* 18 *l. 14. ff. eod.* Paul. *5 sent 23. §. 2. Harmenop. 6.* 19 Vulnerans ut occidat, pro homicida damnatur. Paul. *ibid. Harmen. ibid.*

20 Strinxerit. *Haloand.* Gladium qui strinxit & eo percutit, præsumitur occidendi animum habuisse. 21 Id est, radio aut ferrea. v. Cujac. *25 observ. 27.* 22 Cucuma. *Hal.* Ulpian. 1 *collat. Leg. Mosaïc.* Cuccuma genus vasis. Ambros. *serm 90.* Dii cerei ex quibus cucumæ melius fiunt ad usus hominum. Cujac. *10 obs. 15.* & Petron. *in satyr.* inciucta quadrato pallio cucumam ingentem foco apposuit. Idem: Fraugitur cervix cucumæ ignemque valefcentem restringuit. Porro cucuma aliud est a cucurnia vel curcuma. de quibus vid. *l. un. C. nulli licere in fran.* Glossis cucuma Στρωτοφόρου. 23 *V. l. ult. ff. eod.* 24 Pœna minuitur in eo qui *in rixa* casu magis quam voluntate homicidium admisit. 25 *Casu* legendum est, ita ut opponat casum voluntati.

26 60 *Eclog. 39. c. 2.* 27 *V. l. 38. §. 8. ff. de adult. 6 Harm. 6.* Goth. Dist. Jus Canon. *c. 6. inter hæc. 33. quæst. 2.* Ans. 28 Indemnatum interfici etiam XII tabul. decreta vetuerunt. Salvianus 8 *de providentia.* Nec quenquam scelestum indemnatum impune voluistis occidi. August. 1 *de civitat. 19.* Id etiam vetabant Lycurgi Leges teste Valerio *lib. 5. cap. 9.* vide Cujac. 4 *observat. 23.* Inauditum hic intellige, cujus auditæ prius defensiones non sunt, ut Tacit. 4 *Annal. anno urbis 776.* inaudito filio exitium offerre. vide Cujac. *6 observat. 17.* Senec. 10 *controverf. ultim.* Cur me femoves ante actionem, cum nec proditores inauditi pereant? Cicero 1 *de Legib. ubi probat, non omnia justa quæ scita à populo:* Nihilo magis credo quam illa, quam interrex noster tulit, ut dictator quem vellet civium, indicta causa impune posset occidere. 29 *l. unic. C. de emendat. propinqu. l. 3. C. de patr. potest.* 30 Vide Cujac. *6 observation. 17.* 31 Vide Guibertum *cap. 16. quæst.* 32 Vel alienandæ mentis causa. *Novell. 115. cap. 4. §. 5. Novell. Leon. 111.* ad conceptionem, *§. 2. in fin. ff. eod.* amatorium, *d. §. 2.* abortionis, *l. 38. §. 5. ff. de pœnis.* libidinis. *l. 4. C. de malefic.* 33 Venenum necandi alterius causa facere, vendere, habere capitale, *sft. l. 1. §. 1. ff. eod. l. 1. in fin. l. 2. ff. de parricid. l. 28. §. 9. ff. de pœnis.* 34 *l. 35. §. 2. ff. de contr. empt. l. 236. ff. de verborum significat.* 35 Media nomina. vide quæ scripsi de vocabulis mediis ad *l. 1. §. 3. ff. de servo corrupto.* 36 Paul. *5 sentent. 23. §. ultim.* 60 *Eclog. 39. cap. 4.*

37 *l. 38. §. 5. ff. de pœnis.* Paul. *5 sentent. 23. §. 8.* πόμα περὶ φιλτρων. *Eclog. d. cap. 4.* vide 6 *Harm. 10. c.* περὶ γοήτων. de variis philtrorum generibus, vide Wier. 3. *c. 38.* 38 De medicamentis conceptum adjuvantibus, vide Oribasium 4 *de locor. affect. curat. 112.* Nicol. Myrepsum *sect. 7. cap. 2. 3. 4.* Actuarium 5 *de methodo medendi. in verbo Antidotum.* adde Juvenalem *Satyr. 2.* Ibi; & *illis Turgida non prodeſt condita pyxide Lyde.* Putabant etiam ad conceptum conferre, cædi palma vel ferula à Lupercis. vide *ibid.* Juvenal. *verſ. 142. & veterem Scholiastem.* Ovidius vocat *fœcundæ verbera dextræ. Nupta quid exſpectas? non tu pollentibus herbis, Nec prece, nec magico carmine mater eris. Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ, Jam socer optatum nomen habebit avi.* & post: *Juſſæ sua terga puellæ Pellibus exceſſis percutienda dabant.* Ovidius *Faſtor. 2.* Hoc autem faciebant mulieres ut partu possent retinere maritos. Juvenal. *Satyr. 2.* ne ob sterilitatem earum diverterent mariti. *l. 60. in fin. ff. de donat. inter vir.* Gothofr. Obstetrices tamen Medicinam faciunt. *l. 1. de extraord. cognit. & l. 38. §. 5. ff. de pœnis.* vide Alberic. Gentil. ad *l. 1. C. de maleficis. & Mathemat.* Ans.

pigmentarii 39, si cui remere cicutam 40, salamandram 41, aconitum 42, pituocampas 43, aut bubrostim 44, mandragoram 45, & 46 id, quod lustramenti 47 causa dederint cantharidas 48, pœna teneantur hujus Legis. §. 4. Item is, cujus familia sciente eo adipiscendæ 49, reciperandæ possessionis 50 causa arma sumpserit: item, qui auctor seditionis 51 fuerit, & qui naufragium suppresserit 52: & qui falsa indicia 53 confessus fuerit, confitendave curaverit, quo quis innocens circumveniretur: [&] qui hominem 54 libidinis 55, vel promercii 56 causa castraverit, Senatusconsulto 57 pœna 58 Legis Corneliæ punitur. §. 5. Legis Corneliæ de sicariis & veneficis pœna, insulæ deportatio est, & omnium bonorum ademptio: sed solent 59 hodie 60 capite puniri, nisi honestiore 61 loco positi fuerint 62, ut pœnam Legis sustineant: humiliores 63 enim solent, vel bestiis subjici 64, altiores vero deportantur in insulam. §. 6. Transfugas 65 licet, ubicunque inventi fuerint, quasi hostes 66 interficere 67.

De Magistratu. 1. De eo, qui per lasciviam causam mortis præbuit. 2. De castratione.

IV. Ulpianus lib. VII de Officio Proconsulis.

Lege Cornelia *de sicariis* tenetur, qui 68 cum in Magistratu esset, eorum quid fecerit contra hominis necem 69, quod Legibus permissum non sit. §. 1. Cum quidam per 70 lasciviam 71 causam mortis præbuisset, comprobatum 72 est factum Ignatii Taurini Proconsulis Veticæ à D. Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset 73. §. 2. Idem Di. Hadrianus rescripsit: *Constituturum 74 quidem esse, ne 75 spadones fierent: eos autem qui hoc crimine arguerentur, Cornelia Lege pœna teneri, eorumque bona merito fisco meo vindicari debere: sed & in servos, qui spadones fecerint, ultimo supplicio animadvertendum esse: & qui hoc crimine tenentur, si non adfuerint, de absentibus 76 quoque, tanquam Lege Cornelia teneantur, pronunciandum esse.* † *Plane si ipsi, qui hanc injuriam passi sunt, proclamaverint: audire eos Præses Provinciæ debet, qui virilitatem amiserunt. Nemo enim liberum servumve invitum 77 sinentem ve castrare debet: neve quis se 78 sponte castrandum præbere [debet]. Ac si quo adversus Edictum meum fecerit, medico 79*

39 Pigmentarius, φαρμακοπώλης. *Eclog. 10. d.* id est, pharmacopola, medicamentorum venditor. Pigmentum etiam fucum significat. August. 73 *epist.* fucare faciem pigmentis quo rubiendior vel candidior appareat, adulterina fallacia est.

40 Cicutam pigmentarius non temere cuivis dare debet. de cicuta, vide Æginet. 5 *de re medica. c.* 41. propter vim trigidam venenum est. Porro cicuta publica fuit pœna Athenienfium, cum illam rei sorbere juberentur, exemplo Socratis.

41 De salamándra, v. Ægin. 16. c. 32.

42 De aconito, v. *eundem, cap.* 45. ex spumis Cerberi natum poëtæ fabulantur.

43 Pituocampas. *Haland.* πιτυοκάμπας. 60 *Eclog.* 39. *c.* 4. *in fin.* male in vulgata legebatur, pintuocarpas. Πιτυοκάμπαι, sunt pinorum eruces, *chevilles de pin.* de quo v. Actuar. 5 *de meth.* 12. Oribas. 14. *c.* 57. Æginet. 5. *c.* 33. 23 Pl. 2. 44 Bupreftin. *Hal.* male in vulgata bobustrum. *Eclog. d. loc.* legit βούστροφον. Bubrestim legi oportere Cujac. notat 15 *observat.* 27. ἀπὸ τῆς ἐμπιπράνας τὰς βλάς. nam bubrestis ingentem famem aut voracitatem significat. Nicander, ὁ δὲ βλὸν βόβρωστις. de Bubresti, v. Æginet. 5 *de re medica.* 31. Porro Bupreftis est animal ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, bubus exitiale, quos inter herbas fallit maxime. 30 Plin. 4. dicitur etiam Hesychio βοβλάκη. 45 Mandragora herbæ soporiferæ genus, de qua v. Æginetam 5 *de re medica* 44. Columell. 10. 25 Plin. 13. Eadem dicitur ἀνθρωπόμορφον. Pythagoræ ἀντίμιμον, à fructu, malo simili; κιρκαία à veneficiis quibus Circe claruit. semihominem vocat Columella 10. quod vulgo ejus radix homini adsimilis existimetur. meminit & Dioscorid. *lib.* 6. 46 Mandragoram, cantharidas, aut quid lustramenti, *Hal.* adde *Genes.* 30. *vers.* 14.

47 ἐκκαθάρσεσι. *Basil.* Lustramentum est purgamentum & περικάθαρμα. Hinc Galen. *lib. de simplicib. medicamentis, καθάρσεις διακαθαίρει νιτρώδες.* hoc est, ulcerat, purgat & lustrat renes & vesicam. v. Cujac. 15 *obs.* 27. 48 Cantharis est vermis terrenus viridis, auri colore superlucens, in summitate ramorum fraxini & oliveæ nascens. 29 Plin. 4. adde Æginet. 3 *de re medica.* 30. Cic. *ad Fam. l.* 9 *epist.* 2. Gaius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Superioribus adde ex eodem Ægineta *d. lib.* 5. leporem marinum, *c.* 34. ranam rubetam & palustrem, 35. chamæleontem, 37. hyoscyamum, 38. psyllium, 40. fuccum papaveris, 42. carpasi, 43. ixiam, 46. ephemerum, 47. similacem, 48. dorycnion seu solanum, 49. sardoniam herbam, 50. papaver cornutum, 51. pharicum, 52. toxicum, 53. fungos, 54. sanguinem taurinum, 55. lac coagulatum, 56. mel, 57. gypsum, 58. cerusam, 59. calcem, sandaracham, auripigmentum, 60. spumam argenti, 61. plumbum, 62. argentum vivum, 63. veratrum album, trapsicum, elaterium, agaricum nigrum, rutam sylvestrem, melanthium & similia, 64. quæ omnia hominum vitio natura reperit, vel in ipsis animalibus, vel in seminibus, liquoribus, radicibus, ramosis oleribus, & metallis, & familiaribus denique & domesticis rebus: de quibus v. Actuar. 5 *de methodo.* 12. 49 Adipiscendæ, recuperandæ. 50 Facit *l.* 17. ff. *de vi & vi.* 51 De seditiosi pœna, vid. Paul. 5 *sententt.* 22. §. 1. 6 *Harm.* 7. 52 *l.* 3. *in fin.* ff. *de incendio.* de pœna naufragium fupprimentis, vid. *Novell. Leon.* 64.

53 Indicia professus fuerit, profitendaque curaverit. *Hal.* & recte: profitetur falsum indicium, qui falso defert & accusat, qui curat profiteri falsum indicium, qui testem ad id subornat. *l.* 1 ff. *eod.*

54 Hominem invitum libidinis, &c. Paul. 5 *sent.* 13. §. 7. sed ex Constitutione D. Hadriani idem erit, si volentem. *l.* 4. §. *ult.* ff. *eod.* 55 Hinc Quintilian. 5. *Inst.* 12. *in fin.* mancipiorum negotiatores formam puerorum, virilitate excisa, lenocinantur. Illi robur, ac lacertos barbamque ante omnia & alia, quæ natura propria maribus dedit, parum existimant decora: quæcunque forcia, ut dura, molliunt. *Et post:* sed mihi naturam intuenti, nemo non vir spadone formosior. *Et post:* nec id ferro speciosum fieri putabo, quod, si nasceretur, monstrum erat. Libidinem juvat effœminati sexus mendacium: nunquam tamen hoc continget malis moribus regnum, ut si qua pretiosiora fecerint, fecerint & bona. Hæc ille. recte autem addidit pretiosiora. ut in *l.* 27. §. 28. ff. *ad Leg. Aquil.* Eunuchis enim (taceo obscœna gentilium) Principes utebantur cubicularis, *l.* 4. *C. de propositis sacri cubiculi. ubi vide Cujac.* adde Ammianum, 14. ideoque inter species ad vectigal pertinentes spadones numerantur in *l.* 16. §. 7. ff. *de Publican.* 56 Promercii causa habere, quid sit, v. *l.* 2. ff. *de vi public.* 57 De quo vide *l.* 6. ff. *eod.* 58 De qua dicam ad *Novell. Leon.* 60.

59 V. *Nov.* 2. Constantini Porphyrogenetæ. 60 Homicidæ hodie capite puniuntur, id est, vel bestiis subjiciuntur, vel deportantur, ff. *eod.* adde *l.* 16. ff. *eod.* sed tamen Justinianus jubet sicarios ultore ferro puniri, §. 5. *Instit. de publ. jud.* olim etiam in crucem tollebantur. Paul. 5 *sent.* 25. §. 1. Porro de verbo *bodie*, vide quæ dixi ad *l.* 32. ff. *de falsis.* 61 Honestiores personæ lenius puniuntur, quam humiles. *l.* 38. §. 9. ff. *de pœnis.* 62 Quam ut, *vulg. Hal.* 63 Humiliores. *vulg. Hal.* Paul. *d. loc.* 64 Olim etiam in crucem tollebantur. Paul. *d. loc.* Ulpian. 1 *collat. Leg. Mosaïc.* 65 Transfugæ sunt qui relictis Romanorum partibus ad hostes transfugiunt.

66 Hinc dicuntur jure belli recipi, *l.* 51. ff. *de adquir. rer.* & Q. Curtius, 8. Transfugam jure belli perfequimur. 67 Transfugæ inventi etiam capite puniuntur, *l.* 7. ff. *de re milit.* vel vivi exuruntur, *l.* 8. §. 2. ff. *de pœnis.* aut furcis suspenduntur. *l.* 38. §. 1. ff. *de pœnis.* Transfugis dextras præcidit Fabius maximus, teste Frontino, 4 στρατηγικῶν. 2 Valer. 2. Claudius Flaccus; vide Appian. *in Annibalicis.* Cæsar; vide Hirt. 8 *comment.* Africanus superior cives fugitivos crucibus affixit, socios securi percussit. posterior vero Africanus bestiis & elephantis objecit, 2 Valer. 2. Flor. *lib.* 51. Romæ primum verberati, securi percussi & de saxo Tarpeio præcipitati, Livius, 3. Senec. 1 *de ira* 16. v. Petr. Fabrum, 1 *semest.* 18. Fugientibus ad barbaros pes etiam amputabatur, *l.* 3. *C. de fugitivis.* eisdem jus postliminii denegatum est, *l.* 19. §. 7. ff. *de captivis.* pœna hodie alia est. vide *Novell. Leon.* 67. 68 Magistratus vel officialis in causa criminali Legibus abutens, aut aliquid in necem hominis faciens, Lege Cornelia de sicariis punitur, adde *l.* 7. ff. *de vi public.* In necem hominis facit, qui torquet sine causa, vel qui, ut pragmatici loquuntur, *baratariam* facit: de quo vide Hippolytum Marsilium, *hic.* 69 Judex capitis pœnam inferens alicui contra Leges, punitur ut sicarius. adde *l.* 1. ff. *eod.* 70 Causam mortis per lasciviam præbens mitius punitur. adde *l. unic. C. si quis Imperatori maledixerit.* 71 V. *Novell.* 2 *Constantini Porphyrogenetæ:* Lasciviæ genus est, cum quis ita alium sago jactat, ut postea moriatur. Ulpian. 1 *collat. Legum Mosaïcar.* hinc Sueton. *c.* 2, *in Othone,* scribit Othonem delectatum ut noctu vagaretur sæpe, & obviorum invalidum quemque, aut temulentum corriperet, & distento sago in sublime jactaret. hanc lasciviam Martialis significat, *lib.* 3 *in illo versu*, Ibis ab excusso missus in astra sago. Id Itali vocant *Sbalzár.* Galli *Berner*, nam & Gallorum lingua Sagum, *Berne.* Cæterum lascivia est jocularium malum, παιγνίων Græci appellant, alii κλοπὴν & κατάλυσιν. Ea punitur ut culpa lata in milite, *l.* 6. §. 7. ff. *de re milit.* in eo qui fugat armentum alienum, §. 11. *Inst. de obl. quæ ex delicto.* v. Cuj. 8 *ad Afr. fol.* 191. 72 Vide hoc rescriptum integrum apud Ulpian. 2 *collat. Leg. Mosaïc.* 73 Ut ejusdem ætatis juvenes emendarentur. adde & decrevisset, impendii causa, duo millia patri ejus persolvi, quod manifesta fuerat ejus paupertas, & res, Ulpian. *d. loc.* idque minime novum est, ut pars bonorum ejus, qui cædem fecerit, addicatur occisi liberis, vel parentibus, vel uxori. de quo vide Cujac. 14 *obs.* 4. & quæ notavi ad Novell. *Constantini Porphyrogenetæ de voluntariis homicidiis.* 74 A Domitiano scil. Sueton. *in Domitiano. c.* 7. Apuleius, *lib.* 18. Xiphilinus *in Domitiano.* Martial. *lib.* 6. *Epigramm.* 9. *duob. locis.* Nerva, Xiphilin. *in Nerva.* Zonar. *tom.* 2. Hadriano, *l.* 5. ff. *eod.* Est & Senatusconsultum ea de re, *l.* 6. ff. *eod.* Idem quoque constitutum à Constantino, *l.* 1. *C. de eunuchis.* 75 Spadones fieri vetantur. de hoc dicam ad *Novell. Leon.* 60. Interim nota, ex Stephano, nove admodum *Spadonis* vocabulum deduci à Spada, vico Persico in quo primum (ut ille ait homines castrari cœperunt. de quo v. Cujac. 17 *obs.* 24. utut sit, Ammian. *lib.* 14. refert, Semiramidem primam omnium mares castrasse. De spadonibus quædam dicam ad *l.* 128. ff. *de verb. sign.* de testiculorum incisione v. Celf. 7. *c.* 19. 76 Vide quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de accusat.* 77 *l.* 3. §. 4. ff. *eod.* 78 Quid, si servus se castrari passus sit? eripitur in libertatem. vide quæ scripsi *in variis Harmen.* 1. *tit.* 18. §. 34. 79 Medici inter officia olim fuit fecandi, castrandique peritia, *ut hic.* & *l.* 7. *in fin.* ff. 8. ff. *ad l. Aquil.* Paul. 5 *sent.* 22. §. 3. *in fin.* ut & venas incidendi. Cic. *in Pisonem.* Lamprid. *in Commodo.* quod & Galenus se feciffe scribit, libro de curatione per sanguinis missionem. Hinc & forcipes, id est, forfices secandi causa. medicis à Sosipatro tributuntur. Tertullian *adversus Marcionem* 2. Quid enim, si medicum quidem dicas esse, ferramenta ejus accuses, quod secent, & inurant, & amputent, & constringant, quando, sine instrumento artis medicus esse non potest? Senec. 7 *epist.* Nunquid æger laudat medicum secantem? Accedat & Sueton. *in Nerone c.* 37. & quod Plin. 29. *c.* 1. scribit, Archagathum medicum à fœvitia secandi, urendique in carnificem transisse. Instrumentorum medici fit mentio in *l.* 18. §. 10. ff. *de instruct.* & apud Paul. 3 *sent.* 6. §. 62. id munus postea rejectum est ad Chirurgos. Est enim Chirurgia Medicinæ assecla. His adde 7 Plin. 3. Senec. in 3 *de ira.* 32 Gell. 5.

quidem, qui exciderit, capitale 80 erit: item ipsi qui se sponte excidendum præbuit.

De his qui thlibias faciunt.

V. Paulus lib. II de Officio Proconsulis.

Hi quoque, qui thlibias 81 faciunt, ex Constitutione D. Hadriani ad Ninium Hastam, in eadem causa sunt, qua hi qui castrant.

De castratione.

VI. Venuleius Saturninus lib. I de Officio Proconsulis.

Is qui servum castrandum tradiderit, pro parte dimidia bonorum multatur ex Senatusconsulto 82, quod Neratio Prisco & Annio Vero Consulibus factum est.

De dolo & lata culpa.

VII. Paulus lib. sing. de Publicis judiciis.

In Lege Cornelia dolus pro 83 facto accipitur: nec 84 in hac Lege culpa 85 lata pro dolo accipitur 86. Quare si quis alto se præcipitaverit 87, & super alium venerit, eumque occiderit 88; aut putator 89 ex arbore, cum ramum dejiceret, non præclamaverit, & prætereuntem occiderit: ad hujus Legis coërcitionem non pertinet.

De partu abacto.

VIII. Ulpianus lib. XXXIII ad Edictum.

Si mulierem visceribus suis 90 vim intulisse, quo partum abigeret, constiterit: eam in exilium Præses provinciæ exiget.

De sure nocturno occiso.

IX. Idem lib. XXXVII ad Edictum.

Furem nocturnum 91 si quis occiderit, ita 92 demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo 93 non potuit.

De insula exusta.

X. Idem lib. XVIII ad Edictum.

Si quis dolo 94 insulam meam exusserit 95, capitis 96 pœna plectetur, quasi incendiarius.

De circumcisione. 1. De servo ad bestias dato.

XI. Modestinus lib. VI Regularum.

Circumcidere 97 Judæis 98 filios suos tantum 99 rescripto Divi Pii permittitur: in non ejusdem religionis 100 qui hoc fecerit, castrantis pœna irrogatur. §. 1. Servo sine judice ad bestias 1 dato, non solum qui vendidit 2, pœna, verum & qui comparavit, tenebitur. §. 2. Post Legem Petroniam 3 & Senatusconsulta ad eam Legem pertinentia, dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio servos tradere: oblato tamen judici servo, si justa sit domini querela, sic pœnæ tradetur 4.

De insane & furioso.

XII. Idem lib. VIII Regularum.

Insans 5 vel furiosus, si hominem occiderint, Lege Cornelia non tenentur: cum alterum innocentia 6 consilii tuetur, alterum 7 fati infelicitas excusat.

De malis sacrificiis.

XIII. Idem lib. XII Pandectarum.

Ex Senatusconsulto ejus Legis pœna 8 damnari jubetur, qui mala 9 sacrificia fecerit, habuerit.

De voluntate & exitu.

XIV. Callistratus lib. VI de Cognitionibus.

Divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: *In maleficiis voluntas 10 spectatur, non exitus 11.*

De eo, qui occidit vel causam præbuit. 1. De mandatore.

XV. Ulpianus lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

Nihil 12 interest, occidat quis, an causam 13 mortis præbeat. [§. 1. Ὁ τὰ ἐπιτελεσθῆναι 15 τινι φονεύσαι, ὡς φονεὺς κρίνεται. Id est, *Mandator cædis pro homicida habetur.*]

De

80 Alia pœna extat in *Novell. Leonis* 60. *in fin.*

81 Thlibiæ, παρὰ τὸ θλίβειν. id est, *à terendo. v. l.* 128. ff. *de verb. sign.*

82 Adde *l.* 3. §. 4. ff. *eod.*

83 Sensus est, in Lege Cornelia de sicariis dolus; non lata culpa spectatur. vide 6 *Harm.* 6. *in pr.*

84 Culpa lata in aliis accipitur pro dolo. *l.* 23. ff. *de reg. jur.*

85 Culpa lata in Lege Cornelia pro dolo non accipitur, neque puniendæ mortis pœna, sed alia. *l.* 1 §. *divers.* ff. *eod.* Interdum dicitur comparari dolo: verum id tantum obtinet, quoties pœna corporalis, vel mortis non est imponenda. v. *l.* 12. ff. *de custod. reorum. l. pen.* ff. *de incendio.*

86 Culpa igitur lata in Lege Cornelia de sicariis mitius punitur quam dolus. vide Tiraquell. *tract. de pœnia. caus.* 14.

87 Cum vellet fugere, scil.

88 Hic non est in dolo, sed lata culpa. adde *l.* 12. *C. de accusat.*

89 *l.* 31. ff. *ad l. Aquil.* Paul. 5 *sententt.* 23. §. 6. putator, inquam, qui κλαδευτὴς & ξυλοκόπος. 36 *Eclog. tit.* περὶ φόνου. *ex lib.* 60. *cap.* 17. & 29.

90 De pœna *abacti* partus, v. *l.* 39. ff. *de pœnis.*

91 6 *Harm.* 5. §. 6. de furis nocturni & interdiurni differentia; vid. Cujac. 19 *observ.* 12.

92 *l.* 54. §. 2. ff. *de furtis. l.* 45. §. *pen.* ff. *ad l. Aquil.*

93 Suarum rerum, fui corporis.

94 Seu data opera. *l. ult. in fin.* ff. *de incendio.*

95 *l.* 1. ff. *eod.* 96 V. *l.* 9. ff. *de incendio.* 97 *Synops.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 39. *c.* 11. 98 V. *l.* 2. *in fin.* ff. *de decurionib.* 99 Circumcidere filios suos possunt Judæi. adde *Novell.* 37. & *Nov. Leon.* 55. Vetitum autem id est civibus Romanis, 5 Paul. *sent.* 22. §. 3. veritum est etiam, ne quis alterius nationis servos cœmptos circumcidat, Paul. *ibid.* §. *ult.* Porro circumcisio usitata erat apud Colchos, Ægyptios & Æthiopas: ab iis Syrii qui sunt in Palæstina, & Phœnices didicerunt, si fides habenda est Herodot 2. Rem antiquam esse idem Herodotus fatetur: putat enim has omnes gentes à Judæis potius id mutuatas. 100 Quæ & superstitio dicitur. *l.* 3. *in fin.* ff. *de decurionib.* 1 Huc referri potest Vedii Pollionis historia, qui servum, quod crystallinum fregisset, murænis, quas in piscina continebat, invadendum objectavit. qua de re vid. Seneca. 3 *de ira.* 40. & 1 *de Clementia.* 18. Tertull. *lib. de pallio. in fin.* 9 Plin. 23. Dion, *in Augusto.* 2 Privato: aliud puto si vendidit Magistratui, puta Ædili, & similibus ad ludum gladiatorium: alioquin ne quidem ipsi Ædiles, Prætores, Quæstores, Consules, Sacerdotes, Ærarii, & ipsi Imperatores populo Romano munus edidissent, aut sane minus facile. idque videtur Juvenal. innuere *Satyr.* 8. *quanti sua funera vendant, Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone: Nec dubitant celsi Prætoris vendere ludis.* 3 Latam anno Urbis 813. Horom. *in tract. Legum.* 4 Id est, ad bestias tradi poterit. 5 36 *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 39. *c.* 10. 6 Infantem innocentia consilii à pœna excusat: Hinc illud Arnobii 8 *adversf. gentes in pr.* Videndi mei causa, inquit, Romam contenderat, relictis liberis, & (quod in illis adhuc est amabilius) adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus. & Marcian. in *l. pen. in fin.* ff. *de fideic. lib.* In parvulis nulla deprehenditur culpa. fed tamen Quintil. 5. *Inst.* 9. refert Areopagitas quendam puerum damnasse quod coturnicum oculos eruisset: & in eo nihil aliud judicasse, quam id signum esse perniciosissimæ mentis multisque malo futuræ, si adoleviffet. & apud Paufan. *lib.* 8. Caphyenses lapidibus obruerunt pueros circa templum ludentes, funiculo, quem repererant, injecto Dianæ simulachrum trahentes, & Dianam strangulare dictantes. Huc referri potest execratio, 40 pueris facta ab Elizæo, in quos, quod ab eis velut calvus irrideretur, duas ursas emisit, 2 *Reg.* 2. *vers.* 24.

7 Furiosum fati infelicitas à pœna excusat: ideoque non facere, sed pati injuriam dicitur, *l.* 3. §. 1. ff. *de injuriis. c. illud relatum.* 15. *quæst.* 1. vid. *l. unic. C. si quis imperat. maled.* 8 Cruci suffiguntur aut bestiis subjiciuntur; Paul. 5 *sent.* 23. §. 9. aut gladio puniuntur. 6 *Harm.* 10. *c.* περὶ γοήτων.

9 Sacrificia mala habere non licet, impia, noctu facta ad incantandum, interficiendum, obligandum aliquem. Paul. *ibid.* Est etiam vetitum διὰ θυτῶν μαντεύεσθαι. *Harmenop. ibid.* factis sacrificiis ariolari. Hujusmodi sacrificia Græci ἱερηγορόμενας θυσίας vocant, 1 *Eclog.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 39. *c.* 11. id est, vetita sacrificia: qualia dixeris ea, in quibus homines immolantur, & ex eorum sanguine libatur, Paul. 5 *sent.* 23. §. 10. (quod olim falso objectum fuit Christianis, Thyestæum epularum accusatis. Athenagoras *in Apologetico.* Tertullianus *in Apologetico, cap.* 9. Minucius Felix *in Octavio.* vere Tentyræ incolis, Juvenal. *Satyr.* 15. Carthaginensibus. Justin. 18.) Possis quoque horum sacrificiorum nomine intelligere ea, quæ fiunt ad inveniendos thesauros. vide *l. unic. C. de thesaurie.* vel in quibus de salute Principis, aut summa Reipublicæ ab aliquo privato inquiritur. vide quæ notavi ad *l.* 7. *C. de maleficiis.* & hodie sacrificia Judaïca & gentilium, *l.* 1. *C. de pagan. & sacrific.* sacrificia funesta vocat *lex* 7. *C. Theod. de malefic.* 10 Consilium, non factum, uniusque cujusque puniendum est. Paul. 5 *sententt.* 25. §. 2. *l.* 1. §. 3. *l.* 7. ff. *eod. l.* 79. ff. *de regul. jur.* Imo factum, non voluntas aut cogitatio punitur, *l.* 18. ff. *de pœnis.* exitus & eventus spectatur. *l.* 16. ff. *de pœnis.* 11 Ejus quod sequutum est. 12 36 *Eclog. tit.* περὶ φόνων, *ex lib.* 60. *tit.* 11. Imo, multum interest: nam qui suis manibus malum medicamentum supposuit, occidit; qui dedit, ut offerretur, causam magis dedit, quam occidit. *l.* 7. §. 6. *l.* 9. ff. *ad l. Aquil.* 13 *d.* §. 6. *l.* 31. ff. *ad l. Aquil. Junius. Eclog. ibid.* Causam qui præbet, magis tenetur quam qui occasionem. Cur? occasio imperfecta causa est: de qua tamen & hoc receptum est, eum damnum dedisse videri, qui occasionem præstitit. *l.* 30. §. 3. ff. *ad l. Aquil. cap. de cætero.* 11. *extra. de homicidio.*

14 Hic versiculus superiorem in Basilicis sequitur. *Eclog. ibid.* Idem iisdem verbis extat apud *Harmenopul. 6. titul. 6.* Paulus, 5 *sententt.* 29. §. 5. 15 Mandatores cædis, ut homicidæ puniuntur. Paul. *ibid. Eclog. ibid. fact cap. ultim. de homicidio. in* 6. adde & vide *l.* 5. *C. de accusationib.* ubi dicam de pœna mandatorum.

De pœna.

XVI. MODESTINUS lib. III de Pœnis.

QUi eædem admiserunt sponte [15] dolove malo, in honore aliquo positi, deportari solent; qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. facilius hoc in decuriones fieri potest: sic tamen, ut [16] consulto [17] prius Principe, & jubente id fiat: nisi [18] forte tumultus aliter sedari non possit.

De homine in rixa percusso.

XVII. PAULUS lib. V Sententiarum.

SI in rixa [19] percussus homo perierit, ictus uniuscujusque in hoc [20] collectorum [21] contemplari [22] oportet.

15 De pœna spontanei homicidii dictum alibi.

16 V. quæ scripsi ad *l. 1. C. de bon. damn.*

17 Formam processus criminalis in causis honestarum personarum servandi observa.

18 Seditionem quoties augeri posse reo vita diutius servata judex animadvertit, reum punire debet, deinde ad Imperatorem scribere, *l. 6. §. 9. ff. de injusto.* alium fusium interpretes hinc eliciunt, nempe vitandæ seditionis causa reo ignoscendum, aut saltem habita ratione multitudinis & complicium, mitius cum eo esse agendum. de quo vide Clarum, *5 sent. §. ult. q.* 60. idque magis probari putant, *l. 31. ff. de pœn.* hoc quidem probo quod ad pœnam mitigandam, non quod ad delictum ipsum attinet. nec enim purgatur delictum, aliorum quoque qui peccarunt similitudine. vide 10 Gellium 19. Quin & hoc fieri potest, ut in quibusdam tantum, puta præcipuis auctoribus, delictum puniatur capitaliter, promiscua multitudine mitius punita. quemadmodum fit è contrario, ut multi ob paucorum delicta puniantur. quod multis civitatibus accidisse refert Papo, *24 arrest. 10. arr. 1.* 19 Rixa quid, vide *l. 4. §. 3. ff. vi bon. rapt.* 20 36 *Eclog. περὶ ὕβρεων, ex lib. 60. t. 36. c. 15.* id est, ictus ipsos contra unumquemque contemplari oportet. Paul. 1 *coll. leg. Mos.* dic apertius judicem contemplari oportere τὰ ἔργαλα δι' ὧν ἐπρίχθη ὁ θάνατος, id est, instrumenta quibus ii qui sunt rixati, necem intulere: ut qui levioribus armis usus sit, mitius inde puniatur: qui majoribus, gravius. *6 Harm. 6. §. 9.* Est & auctor rixæ semper inquirendus, cum ei sit ignoscendum qui provocatus se ulciscì voluit, *l. 14. §. 6. in fin. ff. de bon. libert.* qui justum dolorem prosequitur. *l. 3. §. 3. ff. de sillan.* 21 Τῶν συνελθόντων, 36 *Synopf. ex l. 60. tit. 30. c. 15.* in hoc collecti hic dicuntur rixatores, imo ipsi judices, &, ut loquitur Harmenopulus, οἱ διχοστᾶν· unde suspicio est Harmenopulum hoc loco legisse *in hoc collectos*, non *in hoc collectum*: hac sententia, in hoc collectos judices contemplari oportere ictus uniuscujusque, quotiens in rixa percussus homo periit.

22 Ut pro varietate ictuum varia pœna constituatur. Nam ex genere telorum, quibus quisque usus est, colligitur animus occidendi. Paul. *d. loco.*

TIT. IX.

DE [1] LEGE POMPEIA [2] DE PARRICIDIIS [3].

De eo, qui occidit vel venenum emit.

I. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEge Pompeia de parricidiis cavetur, [*Ut*] *si quis patrem* [4], *matrem* [5], *avum, aviam, fratrem* [6], *sororem, patruelem* [7], *matruelem* [8], *patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum* [9], *patronam occiderit, cujusve* [10] *dolo malo id factum erit: ut pœna* [11] *ea teneatur, quæ est Legis Corneliæ de sicariis.* † Sed & mater, quæ filium filiamve occiderit, ejus Legis pœna adficitur. † Et avus qui nepotem occiderit. † Et prætereà qui emit [12] venenum, ut patri daret, quamvis non potuerit dare.

1 Ad Leg. Pompeiam. *vulg. Hal.*

2 V. *l. 2. §. 32. ff. de origine juris.*

3 Paul. *5 sentent. 24. 9. C. Theod. 15.* de his qui parentes vel liberos occiderunt, 1 x C. XVII. & qui quosvis cognatos occiderunt. 36 *Eclog. ex lib. 10. tit. 40.* 6 *Harmen. 6.* Inde Sextus Pompeius refert P. Horatium occisa sorore parricidii accusatum. Adde patronum & patronam ex Paulo, *5 sentent. 24. §. 10.*

4 Id est, parentes in infinitum, *§. 6. Inst. de publ. jud.* etiam adoptivos.

5 Qualemcunque, etiam vulgo quæstum faxierem, quin & novercam & socrum.

6 Consanguineos qui Græcis ὁμοπατρίους vocant. *ibid.* Cujac.

7 Fratres patrueles sunt, qui ex eodem patre. Græci ὁμοπατρίους & ἀνεψιαδοῦς vocant. *ibid.* Cujac.

8 Fratres matrueles, qui ex eadem matre, ὁμομητρίους, uterini. vide Cujac. *ibi. & Inst. de gradib.* Horom. *5 obs. 31.* idem *in comment. verborum.* matruelem interpretatur eum, qui ex matris meæ fratre natus sit.

9 Paul. *5 sent. 24. §. 1.*

10 Licet ipse non interfecerit.

11 Pœna parricidii quæ, *v. l. 9. ff. eod.* ignis tamen pœnam exprimit. *Eclog. ib. & Harm. & Paul. ibid.*

12 *Eclog. ibid.*

13 Scient delictum neque id indicans in atrocioribus delictis tenetur, *ut hic.* & crimine majestatis. *Nov. 117. c. 8.*

14 *l. 6. l. 7. ff. eod. §. 6. Inst. de publ. judic. Ecl. lib. c. 5.*

15 Sub consobrino etiam eos pariter complecti, qui pari propiorive gradu sunt. Horom. *5 obs. 31.*

16 V. *l. 8. ff. de gradib.* imo non continentur. *l. 6. ff. de gradib.* 17 filii nurus est. *§. 9. Inst. de nupt.* 19 V. *Novellam Leonis 105.* 20 Vide *Novell. 115. cap. 3. §. 6. & c. 4. §. 3.* 21 Adde *5 Valer. 9.* 22 Filium qui interficit, latronis magis, quam patris jure utitur. adde *l. un. C. de emendat. propinq.* vide *l. 5. C. de patria potestate.* mitius tamen punitur, quoties eum interficit cum noverca adulterantem, *ut hic.* è contrario dissimulata pœna est in filia quæ matrem interfecit, ob filios veneno ab ea sublatos, 8 Valer. 1. & in ea quæ maritum ejusque filium ob eandem causam interfecit: de quo vide judicium apud Gell. 12. *c. 7.* quibus adde P. Gregorium, *36 syntagm. 24. num. 27. 28.* 23 *l. 23. in fin. ff. de adulteriis.* 24 Vide *Novell. Leonis 70.* Goth. Adde Menoch. *de arbitr. judic. cas. 355. S. L.* 25 *l. 2. ff. eod.*

26 *d. l. 2.* adde *l. 1. ff. de Senatusconsulto Macedoniano.* 27 Parricidii. 28 *Al.* crediderit. 29 *Al.* caverit. 30 Vide *l. 3. ff. de bonis eorum.* 31 *Subaudi*, confessi. vide Suetonium *in Augusto, cap. 33. l. 3. C. Theod. quorum appellationes non recipiuntur.* Goth. Ad declarationem hujus l. vide Turneb. *lib. 8 adversar. cap. 13.* Coraf. *lib. 1 miscell. cap. 3.* S. L. 32 Morem majorum observa, qui invaluit ante Legem Corneliam & Pompeiam: hodie alia pœna constituta est. adde quæ dixi ad *l. 1. ff. eod.* adde *l. 3. ff. de pœn.*

De eo, qui cognovit, nec indicavit. de medico.

II. SCÆVOLA lib. IV Regularum.

FRater autem ejus, qui [13] cognoverat [14] tantum, nec patri indicaverat, relegatus est: & medicus supplicio affectus.

De consobrinis & aliis gradibus, de noverca & sponsa.

III. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

SEd sciendum est, Lege Pompeia de consobrino [15] comprehendi: [sed] non etiam eos pariter complecti, qui pari propriove gradu sunt. Sed & novercæ & sponsæ personæ omissæ sunt: sententia tamen Legis continentur.

De soceri & generi appellatione.

IV. IDEM lib. I de Publicis judiciis.

CUm pater & mater sponsi, sponsæ, socerorum [16] ut liberorum [17] sponsi, generorum appellatione continentur [18].

De eo, qui in venatione filium occidit.

V. IDEM lib. XIV Institutionum.

DIvus Hadrianus fertur, cum in venatione filium [19] suum quidam necaverat, qui [20] novercam [21] adulterabat, in insulam eum deportasse: quod latronis [22] magis quam patris jure eum interfecit: nam patria potestas in pietate [23] debet, non atrocitate, consistere.

13 Sagmineis, Corrasius, *1 miscell. 5.* reprehensus à Turnebo, *2 adversar. 3.* movetur, quod sagmina herbam sacram nunquam contaminassent Romani corpore parricidæ: movetur etiam, passim legi apud bonos auctores sanguineis, sic apud Plinium, *16. c. 32.* sanguinei fructices, & *24. c. 10.* virga sanguinea, & *19. c. 10.* virgis sanguineis: & apud Maronem, 8 Æneidos, sanguineo flagello; & Liv. 1. hastam sanguineam: sanguineas autem virgas, non à sanguine, sed à colore: iis utebantur, quod facile sanguinem elicerent, 34 Plin. 10. de virgis sanguineis, vide 24 Plin. 10. 34 *l. un. C. eod. l. un. C. Theod. eod.* Paul. *5 sent. 24. §. 1.* Culeus parricidiale vasculum à corio, *5 Isid. 5. orig. 27.* saccus in quo rei conclusi in mare mittuntur. Plaut. *in Viduaria apud Plantiadem.* Jube hunc insui culeo atque in altum deportari, si vis annonam bonam. Juvenalis, *Satyr. 13. Et deducendum corio bovis in mare, cum quo Clauditur adversis innoxia simia fatis.* Cicer. 1 *ad Herenn.* de variis pœn. parricidarum v. Papon. *2. not. 7. c. du crime de parricide. fol. 442.* & P. Gregorium, *36 syntagm. 14.* 35 Cur id fiebat? vide Ciceronem *pro Roscio Amer.* & *in Oratore.* & Seneç. *5 Controv. 4. in fin.* 36 Cur vipera, & hujusmodi bestiæ? harum quædam parentes necant, quædam cum eis dimicant, *Theoph. §. 6. Inst. de publ. jud.* Cœlius Rhodiginus *6. c. 13.* putat viperam adhiberi, quod nimia dulcedine commota coëuntis maris caput rodere credatur. Verisimilius est viperam ideo adhiberi, quod ventrem matris exedit, ut refert Aristot. *lib. de historia animalium, c. 34.* & Plin. 10. *c. 62.* & Basil. *homil. de invidia.* Philostrat. 1 *de vita Apollon.* 8. Oliverius Arzeganensis Valerii Maximi interpres, ideo superiora animalia culeo insui putat, quod gallus serpentem, serpens simiam, simia hominem insequatur. His ita positis pœnæ magnitudinem in parricidas constitutæ cognoscimus. nam ut Justinus 16 scribit, in parricidio nulla satis justa causa ad sceleris patrocinia prætexi potest. Vere. Nam ut Proculus notat, parentes ἀγάλματα τῶν οὐρανίων θεῶν, i. e. sunt simulachra Dei qui omnium est pater. inde Valer. *lib. 1.* pari vindicta parentum & deorum violationem esse expiandam refert: & quendam M. Tullium duumvirum, quod librum sacra continentem sibi commissum Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutum in mare abjectum. Quintil. *in Declamationib.* parricidium omnium scelerum maximum appellat, propterea quod parricida nomina sacra polluat. Nihil enim homini melius datum esse scribit Theognis patre & matre, ὅσσα ἐν ἀνθρώποισι φαεινὸς ἀμπνέει αἰθὴρ ἐκ μακάρων ἔκλυτο τοῖς τοῦ κύρια μέμηλα δίκη. Hinc Solon interrogatus, cur nullum parricidio supplicium indixisset, Se id neminem facturum putasse respondit. Cicero *pro Roscio Amerino*, Lactrtius *in Solone.* Ita Perse neminem suorum dicebant parricidam, quod si quid tale accidisse diceretur, existimabant eum qui id fecisset spurium aut supposititium fuisse. Herodotus *Clio.* Nicolaus *lib. 18.* apud Stobæum sermone περὶ νόμων. In Ægypto patres liberorum interfectores morte non multabantur: sed per triduum juxta interfecti filii cadaver morari, & se ibi dolore adfligere cogebantur: liberos autem præcautis calamis cæsos articulatim, jubebant vivos supra spinarum acervum comburi. Diod. 2. Contra Massagetæ, Indi Callatii & Caspii parentes senectute confectos occidebant, Herodotus *in Clio & Thalia.* Primus Romæ parricida L. Hostius. Plutarch. *in Romulo.* qui primus culeo insutus, P. Malleolus. Florus *epitome* 68. 37 *Juvenal. satyr. 8. Cujus supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.* adde Festum *in culeus, vas parricidale.* 38 Cur in mare profundum? ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra mortuo auferatur. Justinianus, & *ibid. Theophil. Inst. de pub. jud.* Cicero *pro Roscio Amerino*: 6 singularem sapientiam! judices, nonne videtur hunc hominem ex rerum natura sustulisse & eripuisse, cui reprente cœlum, solem, aquam terramque ademerunt? ut qui eum necasset, unde ipse natus esset, carere his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus objicere, ne bestiis, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus uteremur: non sic nudos in flumen dejicere, ne eum delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera quæ violata sunt, expiari putantur: denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cujus partem ullam reliquerint. Etenim quid tam commune est, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis? ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita jactantur fluctibus, ut nunquam abluantur: ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Adde parricidam impium cum impiis istis animalibus super plaustrum junctum nigris bobus delatum in mare. v. *Glossar. vetus Græcolat. in fin.* 39 Paul. *d. loco.* 40 *Al.* subjiciatur. 41 V. *pr. hujus l.* 42. *l. 14. ff. de off. Præf.*

43 Adde quæ scripsi ad *l. 12. C. de falsis. l. 13. in fin. ff. de Silon. l. 2. & 4. C. de apostat.* Goth. Vide Cujac. *lib. 4 obs. c. 14.* S. L.

TIT. X.

DE [1] LEGE CORNELIA DE FALSIS [ET DE SENATUSCONSULTO LIBONIANO [2]].

De testimoniis & advocatione. De judice corrupto. 3. De judice qui constitutiones Principum neglexit. 4. De rationibus, tabulis & instrumentis. 5. De testamento vivi aperto. 6. De instrumentis adversario proditis. 7. De eo, qui in testamento sibi aliquid adscripsit. 9. Quatenus tutela vel cura impedimento est, quominus quis cum fisco contrahat. 13. De pœna falsi.

I. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

POEna [3] Legis Corneliæ irrogatur ei, qui [4] falsas testationes faciendas [5], testimoniave falsa inspicienda, dolo malo [6] cojecerit [7]. §. 1. Item ob instruendam [8] advocationem [9] testimoniave pecuniam acceperit [10], pactusve fuerit, societatem coierit [11] ad [12] obligationem innocentium, ex Senatusconsulto [13] coërcetur. §. 2. Sed & si quis ob renunciandum [14], remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna [15] Legis Corneliæ adficitur [16]: & qui judicem [17] corruperit, corrumpendumve curaverit. §. 3. Sed & si judex Constitutiones Principum neglexerit [18], punitur [19]. §. 4. Qui in rationibus, tabulis, cereisve [20], vel alia qua re sine [21] consignatione falsum fecerint [22], vel rem amoverint, perinde ex his causis, atque si erant falsarii, puniuntur: sic & Divus Severus Lege Corscribunt in testamento, 38. de his qui prohibent aliquem testari, 39. de mutatione nominis, 40. partu suppositio, 41. de falsa moneta, 42. Clar. *5 sent. §. falsum.* P. Greg. *36 syntagm. 1. ad fin. 5 capitis.*

1 Ad Leg. Corneliam de falsis, &c. *vulgat. Hal.* IX C. XXII. *ad Legem Corneliam de falso. 9 C. Theod. 19. ad Leg. Cornelium testamentariam*, Paul. *5 sent. 25.* de falso testimonio non admittendo, vide *collat. leg. Mosaïc. 8. & 9.* adde ex *C. tit. ad l. Visellium. tit. 21.* de his, qui sibi adscribunt in testam. *23.* de falsa moneta, *tit. 24.* de mutatione nominis, *25. §. 7. Inst. de publ. jud. & 60 Eclog. 41. 42. 44. & Novell. Leon. 76.* adde Papon. *22 arrest. 12. & 13. eundem, 2 Not. 3. c. du crime de faux* Boss. *in tit. de falsf.* 37. de his, qui sibi ad-

2 Senatusconsultum Libonianum latum est anno Urb. 880. Libone Consule, sub Adriano. Hotom. Imo anno Urbis 768. Lucio Scribonio Consule, sub Claudio Tiberio. Inde SC. Claudianum appellatur à Principe relationis auctore: Libonianum vero à Consule ad patres referente. Solebant enim Edicta à Principe ad Senatum mitti, ut tanti ordinis decreto approbarentur. P. Faber, 1 *semestr. ult.* quod hodie Reges Galliæ in ipsis parlamentis observant. sed ut ad rem redeam, Cujacius Claudianum dici ait, quod ex Edicto Claudii Neronis temporibus manavit. v. Cujac. *hic.* 3 Pœna falsi quæ est, v. *§. ult. ff. eod.* 4 Qui in falsis t. f. t. falsi invicem dicenda dolo malo coïerit, *vulgat. Hal.* qui falsam testationem vel testamenta edidit, vel subjecit legenda. 60 *Eclog. 41. c. 1.* quæ sententia omnino vera est, ut hic agatur de eo qui fecit, edidit, subjecit falsas testationes, vel falsa testimonia. 5 Faciendas, testamentave falsa invicem, dicenda aut consignanda dolo malo curaverit. Ulp. 8 *coll. leg.* recte additum dicenda aut consignanda: nam testimonium aut voce vel per tabulas dicitur. 6 Si ita est, qui dolum non commisit, à falso excusabitur: nam falsitas sine dolo committi non potest: tametsi uti falso citra dolum possimus, *l. 20. C. eod.* vide Clarum, *5 sent. §. falsf. 4.*

7 Coïerit, curaverit. 8 Obstruendam, Ulp. *d. tit. 8 collat.* 9 Adde *l. 20. ff. eod.* 10 *l. 2. ff. de concussione. l. 17. C. de testib.* adde Paul. *5 sent. 26. §. 2.* 11 Coïerit, aut aliquam delationem interposuerit: item si quis coëgerit ad obligationem, &c. Ulp. *ibid.* 12 Ad occisionem innocentium. Ulp. *ibid.* ad accusationem innocentium, Pithœus, *ibid.* id est, qui societatem coïerit ad falsum testimonium instruendum adversus innocentes. 13 Senatusconsulto, quod Cotta & Massala Consulibus factum est. Ulp. *ibid.* 14 Denunciandum. *vulg. Hal.* venundandum, vel non remittendum, Ulp. *d. loco.* Ecloga multo apertius id explicat ἐπὶ τῷ καλυψαρίσαι ἢ μὴ καταγορεῦσαι, id est, *si quis ob accusandum vel non accusandum*: ut hæc verba ad criminalia judicia referantur: hæc vero quæ sequuntur, *dicendum, non dicendum*, ad civilia. Paulus generaliter loquitur, ob falsum testimonium perhibendum, & verum non perhibendum, *5 sent. 25. §. 2.* ut sit sensus: Utrobique, id est, in civilibus & criminalibus negotiis falsa testimonia puniri. 15 De qua vide Paul. *5 sent. 25. §. 2. in fin.* 16 Ex Senatusconsulto, quod duobus Geminis consulibus factum est. Ulpian. 8 *collat legum Mosaïc.* 17 Ut sententiam ferat sc. & non ferat. Paulus *d. loco.* 18 Plusquam negligit, qui adversus eas, aut jus publicum pronunciat. Paul. *5 sent. 23. §. 3.* 19 Qua pœna? v. *l. 1. C. ad l. Juliam majest.* 20 Vox *cereis* vel *cereifve* hic otiosa est. legendum censeo, cæterisve, ut in *l. 16. §. 1. §. 2. ff. eod.* Quæ sint illa, Paulus explicat, *5 sent. 25. §. 4.* acta scil. album propositum, testationes, cautiones, chirographa, epistolæ. vel ita legendum: *tabulis cereis*, vel *alias qua re.* 21 Sive consignatione, *vulg. Hal:* quæ lectio optime convenit iis, quæ proxime sequuntur, nempe Præfectum vel ideo punitum à Severo, quod in instrumentis fuis falsum faciffet.

22 Falsi species sunt, delere, mutare, subjicere, subscribere. Paul. *5 sent. 25. §. 4.* Consignatione falsum facit, qui addit: is autem removet, qui delet.

23 Nota, judi. cem puniri falsum in instrumentis suis committentem.

24 Ita legitur apud Paulum, *5 sent.* 25. §. 6. & in *l.* 38. §. 7. *ff. de pœn.* apud Haloandrum legitur, *perverrit.* in vulgata *pervertit.*

25 Paulus *5 sent.* 25. §. 8. *l.* 38. §. 9. *ff. de pœnis.* id aliquando cuidam ancillæ, quam Demosthenes defendit, accidit.

26 Puta à depositario: die idem in procuratore & cognitore, qui adversario litis instrumenta prodidit. Paul. *5 sent.* 25. §. 7.

27 V. *l.* 6. *ff. eod. tit. C. de his qui sibi adscribunt testamento.* & Bossium, *c.* 38. Clarum, *5 sent.* §. *falsum.* 4. *verf. adscribens sibi.*

28 Testatoris sc.

29 Ipsius testatoris.

30 Sensus est, qui sibi legatum in testamento alicujus adscripsit extraneus, & id consequi poterit, & in pœnam falsi non incidet, si in eodem testamento subscripserit testator, *Dictavi & Recognovi:* filius vero eodem jure censebitur, utcunque testator tantum subscripserit, *Dictavi*, neque adjecerit, *Recognovi.* adde *l.* 15. §. 1. *ff. eod. l.* 2. *C. de his qui sibi.*

31 In qua non est additum, *Recognovi*, sed simpliciter, *Dictavi.*

32 Tutor vel curator, qui ante rationes pupillo redditas, cum fisco contrahit, falsi punitur: fiscum enim decipere velle præsumitur, *l.* 49. §. *locat.* nisi pupillo mortuo cum fisco contrahat, §. 11. *ff. eod.* vel nisi jure hereditario fiscalem in contractum successit, id est, nisi ei succedat, qui fisco obligatus est, §. 12. *ff. eod.* vide interim *l. un. C. ne tutor vel curator res fiscalia conducat.*

33 Præfectis ærario, *vulg.* Præfecti ærario cognoscebant de locis patrimonialibus & fisci, *l.* 2. §. 4. *in fin. ff. ne quid in loco publ.* de caducis fisci, *l.* 3. *ff. de his quæ in testam. l.* 12. *ff. de his quæ ut indign.* Spernebant & agnoscebant bona fisco delata. *l.* 4. §. 20. *ff. de fideic. libert.* Illud valde notandum est, Marcum Antoninum primum jussisse, ut apud Præfectos ærarii in Urbe, apud tabularios in Provinciis unusquisque civium natos liberos profiteretur intra tricesimum diem nomine imposito. Capitolin. *in ejus vita.* 34 Antequam quis tutelam gerat, potest cum fisco contrahere: post tutelam gestam non potest. 35 Successionis ratione quædam conceduntur & tolerantur, quæ alias non concederentur. *l.* 9. *in fin. ff. de re militari.* facit *lex* 4. *ff. de decurionib.* è contrario, interdum quædam accuratius observantur in heredem, quam in defunctum, *l.* 4. §. 3. *ff. quod cum eo.* ad priorem speciem referendum est, quod Papon. 22 *not.* 12. *n.* 9. scribit, heredem utentem falso instrumento in hereditate reperto, pœna falsi excusari, & à judice eo casu instrumentum falsum dicendum non esse (ne alioqui inferatur infamia heredi innocenti), sed nullum.

36 Τελεία δήμευσις, 60 *Eclog.* 41. *c.* 1. adde §. 7. *Inst. de publicis judiciis.* de pœna falsariorum dicam *ad Novellam Leonis* 77. hodie apud Gallos omnino capitalis est pœna, Edicto Francisci Regis lato anno 1539. 37 *l.* 14. *C. eod.* ὁ κλῆρος διωθήκην, 35 *Eclog.* 16. *ex lib.* 60. *tit.* 41. *cap.* 2. adde Paul. *4 sentent.* 7. & *5 sentent.* 25. §. 1. 38 *l.* 14. *C. cod. Eclog. ibid.* ἡ κρύψις, id est, *suppresserit*, Paul. *4 sent.* §. 1. supprimit, qui cum habeat potestatem proferendi, non profert. Paul. *ibid.* §. 3. 4. 5. 39 Rapuerit, *vulg. Hal.* ἡ ἁρπάσας. Rapere est per vim: amovere, clam.

40 Paul. *4 sentent.* 7. §. 1. & *5 sentent.* 25. §. 1. ἡ ἀποκλείσας. 41 Interlinit, qui variis locis: delet, qui magna ex parte. 42 *Eclog. ibid.* Paul. *ibid.* §. 7. *Inst. de publ. judic.* vide *l* 12. *C. de testam. ordinandis.* Cyprianus, *epist.* 1. hic testamentum subjicit. 43 Resignat qui sigillum aufert, ἡ ἀνασφραγίσας, *Eclog ibid.* Paul. 16. vel qui aperit. Id Bartolus extendit ad eum, qui literas alterius aperit: idque communiter teneri refert Clarus, *5 sent. 4. verfic. aperiens.*

44 *Eclog. ib.* Paul. *ib.* §. 7. 45 Paul. *ibid. d.* §. 7. Ulp. 8 *collat. leg. Mosaïc.* 46 Paul. *ib. Eclog. ib.* 47 Superiora omnia, πάνυ, *Eclog. ibid.* Paul. *4 sent.* §. 2. 48 *l.* 3. *C. eod.*

49 *l.* 5. *ff. de his, quibus ut indign.* 50 *l.* 12. *ff. eod. Eclog. ibid. c.* 26. 51 *l.* 21. §. 7. *ff. eod.*

52 Adde *l.* 15. §. 3. *ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 4. Ans. 53 Eo sermone non significatur is, qui est major viginti quinque annis, sed qui nondum ad eam ætatem pervenit. vide Cujac. 6 *obs.* 3. 54 Vide Cujac. 3 *ad Afric. fol.* 31. 55 V. *l.* 1. §. 7. *ff. eod.*

56 Ignorante testatore scil. 57 Perfectum testamentum quid est? signatum septem testium signis. 58 Hinc colligit Cujacius, *consult.* 1. imperfectum testamentum dici, non quod testibus caret, sed quod à testibus qui interfuerunt, neque subscripturn, neque subsignatum est: hic enim testamentum perfectum opponitur non signato; perfectum autem dicitur, quod septem testibus signatum est. adde *l.* 21. *C. de testamentis. l. ult. C. familiæ.* 59 Adde *l.* 38. §. 6. *ff. de pœnis.*

60 Quod alias, si perfectum testamentum esset, locum haberet. v. Paul. *4 sent* 7. §. *ult. l.* 1. §. 3. *ff. de tab. exhib.* 61 Sic alibi prius quæritur de persona, quam de jure. *l.* 14. *ff. de jure codicillor.*

62 Aliud rite, aliud recte. Rite est ex more: recte jus naturale ostendit. v. Cuj. *hic.* 63 Cur hoc additum? ante Justinianum filius solus exheredandus erat nominatim: reliqui liberi inter cæteros poterant exheredari, id est, non nominatim. Cuj. *hic*, adde *l.* 22. *in fin ff. eod.* v. eundem Cuj. 9 *obs.* 18. ubi tractat de reliquiis juris antiqui exheredationis liberorum. 64 *l.* 5. *ff. eod. l.* 22. §. 7. *ff. eod.*

65 Falsum scripsisse intelligitur, ideoque privandus est hereditate. *l.* 19. *ff. de bon. libert.*

Cornelia de falsis damnavit Præfectum 23 Ægypti, quod instrumentis suis, cum præerat Provinciæ, falsum fecit. §. 5. Is qui aperuerit 24 vivi testamentum, Legis Corneliæ pœna tenetur.

§. 6. Is qui deposita 25 instrumenta apud alium, ab eo 26 prodita esse adversariis suis dicit, accusare eum falsi potest.

§. 7. Ad testamenta militum Senatusconsultum pertinet, quo Lege Cornelia tenentur, qui 27 sibi legatum fideicommissumve adscripserint. §. 8. Inter filium & servum 28 & extraneum testamentum scribentes, hoc interest: quod in extraneo, si speciali ter subscriptio 29 facta est, *Quod* 30 *illi dictavi & recognovi*, pœna cessat, & capi potest; in filio, vel servo, vel generalis 31 subscriptio sufficit, & ad pœnam evitandam, & ad capiendum.

§. 9. Ex illa quoque causa falsi pœnæ quis subjicitur, ut Divi quoque Severus & Antoninus constituerunt, ut tutores & curatores, & qui officio deposito non restituerunt tutelam vel curationem 32, cum fisco contrahere non possint: at si quis adversus hanc Legem profectus 33, ærario obrepserit, ut perinde puniatur, ac si falsum commisisset. §. 10. Sed ad illos hoc non pertinet (ut iidem Principes scripserunt) qui antequam 34 tutelam susciperent, hæc gesserunt: nec enim excusationes admisisse, sed fraudes exclusisse *videntur*. §. 11. Iidem Principes rescripserunt, ita demum eum qui rationem tutelæ vel curæ nondum reddidit, cum fisco contrahere non debere, si vivat is, cujus tutela administrata est: nam si decesserit, licet nondum heredi ejus rationem reddiderit, jure eum contrahere. §. 12. Sed si 35 jure hereditario successerunt in fiscalem contractum tutor vel curator, licet ante rationem redditam, non puto pœnam locum habere, licet adhuc vivat is, cujus tutela vel cura administrata est.

§. 13. Pœna falsi vel quasi falsi deportatio est, & *omnium* 36 *bonorum publicatio:* & si servus eorum quid admiserit, ultimo supplicio affici jubetur.

De testamentis & codicillis.

II. PAULUS lib. III ad Sabinum.

QUi testamentum amoverit 37, celaverit 38, eripuerit 39, deleverit 40, interleverit 41, subjecerit 42, resignaverit 43; quive testamentum falsum scripserit 44, signaverit 45, recitaverit 46 dolo malo; cujusve dolo malo id 47 factum erit: Legis Corneliæ pœna damnatur.

III. ULPIANUS lib. IV Disputationum.

QUi ignorans 48 falsum esse testamentum, vel hereditatem adiit, vel legatum accepit, vel quoquo modo agnovit, falsum 49 testamentum dicere non prohibetur.

IV. IDEM lib. VIII Disputationum.

SI quis cum falso sibi legatum adscribi curasset, decesserit: id heredi 50 quoque extorquendum est. §. 1. Inde Divus quoque Marcus, cum quidam à patre heres institutus codicillos intercidisset, & decessisset: fisco tantum esse putavit vindicandum, quantum per codicillos erogari posset: id est, usque ad dodrantem.

V. JULIANUS lib. LXXXVI Digestorum.

SEnatus pœnam remisit ei qui legata à se testamento data codicillis sua manu scriptis ademerat 51: sed quia & jussu 52 patris id fecerat, & annorum 53 vigintiquinque erat, hereditatem quoque ei capere permissum est.

VI. AFRICANUS lib. III 54 Quæstionum.

SI quis legatum sibi 55 adscripserit 56, tenetur pœna Legis Corneliæ: quamvis inutile legatum sit. nam & eum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum, vel etiam quod irritio non jure fieret, legatum sibi adscripserit. Hoc tamen tunc verum est, cum perfectum 57 testamentum erit. cæterum 58 si non signatum fuerit, magis est, ut Senatusconsulto locus non 59 sit: sicuti nec interdictum de tabulis testamenti exhibendis locum habet 60: prius 61 enim oportet esse aliquod testamentum vel non jure factum, ut Senatusconsulto locus sit. nam *& falsum testamentum* id demum recte dicitur, quod si adulterinum non esset, veruntamen testamentum recte dicetur: similiter igitur *& non jure factum* testamentum id appellatur, in quo si omnia rite 62 facta essent, jure factum diceretur. §. 1. Si institutus heres exheredationem nominatim 63 filii vel aliarum personarum adscribit: Senatusconsulto tenetur. §. 2. Similiter & is, qui libertatem sua manu ademit 64 servi testatoris, & maxime cui à se legata vel fideicommissa data erant: Senatusconsulto tenetur.

§. 3. Si patronus testamento liberti legatum sibi scripserit 65, & venia impetrata abstinere legato jussus est: an emolumentum bonorum possessionis contra tabulas habere possit? Et magis placet, non posse. nec tamen huic consequens est, ut & si uxor dotem, vel creditor id, quod in diem sibi deberetur, sibi adscripserit; & similiter venia impetrata abstinere se legato jubeantur: aut mulieri dotis, aut creditori actio sua denegari debet: ne eorum uterque merito debito careat.

An servus cum domino consistat.

VII. MARCIANUS lib. II Institutionum.

NUllo 66 modo servi cum dominis suis consistere 67 possunt, cum ne quidem omnino Jure civili 68, neque Jure prætorio 69, neque extra ordinem computantur 70: præterquam 71 *ff. de judiciis. l.* 20. *l.* 21. *C. qui accusare.*

66 Id est, fere. *l.* 1. §. 8. *ff. de offic. Præfecti Urbis. l.* 4. *ff. de judiciis. l.* 20. *l.* 21. *C. qui accusare.*

67 Litigare.

68 *l.* 20. §. 7. *ff. qui testam. l.* 32. *ff. de reg. juris.*

69 *d.* §. 7.

70 Non ita jure naturæ. *d. l.* 32. *l.* 12. §. 4. *ff. de accusat.*

71 Exceptio regulæ superioris.

72 *l.* 53. *ff. de judic.*

73 Hæc Lex Cornelia est nummaria. Cicer. 3 *in Verrem.* Cornelia testamentaria, nummaria, & aliæ complures. falsi monetæ reos Codex Theodos. vocat paracharactas, *l.* 8 *C. Theod. de falsa moneta.* & monetæ adulteros. *l.* 5. *ibid.*

74 Idem si argenteos. Paul. *5 sentent.* 25. §. 1. quod tamen Hippolytus de Marsiliis non admittit *5 cons.* 21. *n.* 13. 14. negat etiam eandem esse rationem in rodentem nummos argenteos, quæ in rodentem aureos: nimirum quod hæc Lex odiosa sit, ideoque non extendenda.

75 De hac dicendi formula vide Cujac. 10 *obs.* 17.

76 Paul. *5 sent.* 25. §. 1. hoc Græce ξύν ᾧ πικλάσσων. *Eclog.* 44. *c.* 8. In nummis radi dicitur superficies plana, circumcidi ejus circumferentia. & *l.* 1 *C. Theod. de falsa moneta.* mensuram circuli exterioris adroduntur, ut ponderis minuatur quantitas. Extat etiam in *C Theod. titul. si quis solidi circulum exteriorem incisserit.* Byzantii Alexandrum Logothetam ψαλίδιον, id est, nummorum circumciserem appellabant, id est, forciculam, quod per quam scite nosset aureos in orbem attondere seu rodere. Procop. 3 *de bello Gothico.* v. Cujac. 19 *obs.* 25.

77 Strinxerit, si quidam libri. Hotom. *5 obs.* 16. movetur, quod argentei tingi possunt, aurei nulla de causa tingantur: stringere esse ex Nonio, ait, circumcidere. video tamen apud Paulum, *5 sent.* 25. §. 1. non modo argenteos, sed & aureos nummos adulterari, lavari, conflari, radi, corrumpi, vitiari. & §. 4. æs quidem inaurari & argentati. sed & quod magis est, eum puniri, qui cum argentum vel aurum poneret, æs, stannumve subjecit. Itaque eo adducor, ut credam aureos nummos tingere, hic nihil aliud esse, quam ita æs tingere, ut aurum existimetur: nonnullis enim imponi solet, *l.* 1. *in fin. l.* 36. *ff. de pign.* fingere autem aliud est, quam tingere, ut infra docetur. hoc qui facit, falsa fusione nummum formare dicitur. *l.* 2. *C. de falsa moneta.*

78 *Eclog. ibid.* οἱ τὰ ΝΝ. χαραξοντες. hinc falsæ monetæ rei paracharactas. *l.* 8. *C. Theod. de falsa moneta.* Fingit, vel qui vultu Principum monetam signat, Paul. *5 sentent.* 25. §. 1. vel qui signatam adultera immutatione in vendendo subjicit. *l.* 1. *C. Theod. si quis solidi circulum.*

79 Quid, si apud aliquem domi, vel in vidulo, vel in arca falsa moneta reperta sit, tanquam falsi reus puniendus? vide Bellovisanum, 1. *c.* 8. *num.* 16. *& seqq.* vide Paponem, 2 *notar. 7. c. De crime de faux. fol.* 476. 80 Puta æs, stannum. Paul. *5 sent.* 25. §. 4. adde *l.* 1. *in fin. ff. ad Legem Juliam peculatus.* unde æroſa pecunia. *l.* 102. *ff. de solut.* Id vitium lacunam vocat Cicero *ad Atticum*: Vide quæso, ne qua lacuna sit in auro. Nisi quis dicat ibi lacunam esse id, quod vulgo defectum appellamus. Goth. Vide Brisson. *lib.* 1 *select. cap.* 8. Cujac. *lib.* 11 *obs. ap.* 1. S. L.

81 Injecto stanno vel plumbo. 82 His autem adfines sunt staturarii, qui majorinam pecuniam, separato ab argento ære purgant. *l.* 6. *C. Theod. de falsa moneta.* 83 Vide *l.* 1. *C. de falsa moneta.* non is tantum qui falsa moneta utitur, punitur: sed & qui alium falsa moneta uti scit, nec defert. vide *l.* 50. *ff. de regulis juris.* Cicero, 1 *de officiis.* Qui non vetat peccare, cum possit, jubet. Seneca *Troade, act.* 2. *scen.* 2. 84 Nam si non potuit, tenetur. 85 Stanneos, *vulgat. Haloand.* vox *plagnios* defendi potest. sic Muriaticam habens in vasis stagneis: & Glossæ veteres, stagnea χαυστίδεια, stagneum χαυστίρου dixi de stagnea, vase stagneo. Scribonius Largus. plumbeus, stagneus, Prisicianus Medicus 2. vide Cujac. 11 *observ.* 1. Senecam, 3 *de Ira* 35. Festum *in Murina.* & *in vasis stanneis.* Glossis χαυστίρος stagnum, χαυστίρεργὸς stagnator. 86 Plumbei nummi vetiti: unde postumus colligere, nonnisi tria metalli genera fuisse apud Romanos, ex quibus probi nummi conflarentur, aurum, argentum, æs: unde olim Triumviri monetales dicti, auri, argenti, æris flatores: ideoque & Plautus *in Mostellaria*, fabrum quendam accusat, quod plumbeos cudere solitus esset. Sic Dionysium Siculum tyrannum suos aliquando Syracusinos coegisse stanneis nummis uti. Spartanam quoque, sicuti & Byzantinam monetam fuisse aliquando fereram, legimus. 87 Atqui nummi mercis vice fungi posse non videntur? Sed hic locus ad peregrinos nummos referendus, Daricos puta vel Philippeos. Tetradrachmum Atticum, Siculum, & alios id genus: quos emi solitos refert Volusius Metianus, *lib. de Asse.* sic Victoriati nummi (qui ob victoriæ signum ibi impressum ita dicti priusquam Lege Claudia nummus percussus esset) ex Illyrico advecti, mercis loco habiti. 33 Plinius 3. Cujus nummi meminit Varro, 8 & 9 *de lingua.* Tertull. *lib. de velandis virginibus.* Plin. 20. *c. ult.* & 33. *c.* 9. solidos etiam veterum Principum venisse constat & *l.* 1. *C. de veteris numismatis potestate.* 88 Quam testamentum sciens, Ulp. 8 *collat. leg. Mosaïc.* ut intelligamus, falsi causam ad alia negotia, quam ad testamenta porrigi. *l.* 16. §. 1. *ff. eod.* 89 Vide *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 90 *l.* 15. *verf. scribere. ff. eod.* 91 Patrem posse conficere instrumentum pro filio emancipato, hinc colligit Bartolus. vide tamen *l.* 14. *ff. eod.*

92 Filium pro matre instrumentum conficere posse, hinc colligitur. 93 Vide *l.* 6. *ff. de publ. judic.* Goth. Adde Anton. Augustin. *lib.* 4 *emendat. cap. final.* S. L. 94 Vide *l.* 4. *ff. eod.*

95 Nomen falsum sibi adfumere non licet. huc refer *titulum C. de mutatione nominis.*

96 De nomine & cognomine vide quæ scripsi ad *l.* 4. *C. de testam.* 97 Idem dicendum est, si quis sibi falsum genus, vel parentes falsos finxerit, quo quid alienum interciperet, possideretve. Paul. *5 sent.* 25. §. 10. vide Cujac. *ibid.* Idem dicendum de eo, qui insignibus altioris ordinis utitur, militiamque confingit, quo quem terreat vel concutiat. Paul. *ib.* §. 11. ἐπὶ βλάβῃ τινος. ἢ ἀπάτῃ, ut Græci interpretes hic recte supplent, In necem alterius. alias si fraus cessat, & crimen falsi ejusque pœna cessat, *l. un. C. de mutat. nominis.* Bossius, *c.* 40. *de mutatione nomin.* nam servo solus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem; ut in oratione pro Roscio Amerino notavit Vulcatius. sic more apud veteres recepto, quæ stupri licentiam apud Ædiles profitebantur, nomina mutabant. Plautus *in Pœnulo.* Hodie earum mutarent nomina, facerentque indignum genere quæstum corpore. vide alia apud Pithœum, 8 *Notar. Mosaïc.* Idem in spuriis refert Papon. 2 *notar.* 7. *c. du crime de faux.* De mutatione nominis fusissime tractavit P. Gregorius, 36 *Syntagm.* 4. Berberius, 1 *part. Rubricæ* 11.

tum motum, qui falsum instrumentum [98] cognoscente Præside recitavit, post [99] finem temporis dignitatem respondi recipere [100], quoniam in Corneliam, falso recitato [1], non facto [2], non incidit [3]. eadem ratione plebeium ob eandem causam exilio temporario [4] punitum, decurionem post reditum recte creari.

De eo quod in testamento vel codicillis adscribitur.

XIV. PAULUS lib. XXII Quæstionum.

FIlius emancipatus, cum scriberet patris testamentum, jussu patris servo communi Titii & sui legatum adscripsit: Quæro, quis exitus quæstionis sit? Respondit: Plures quæstiones conjunxisti. & quidem quantum ad Senatusconsultum, quo prohibemur [5], *nobis, vel his quos in potestate habemus, adscribere legatum*, emancipatus quoque filius eadem pœna tenebitur, licet jussu patris scripserit: excusatus [6] enim is videtur, qui in potestate est, sicut servus; si tamen jussum ex subscriptione [7] testatoris apparet: sic enim inveni Senatum censuisse [8]. §. 1. Sequens quæstio est: an quoniam placet id, quod [9] illicite scriptum est, pro non scripto esse, quod servo communi scribentis & alterius adscriptum est, utrum in totum pro non scripto sit, an quantum ad eum tantum qui adscripsit, cæterum socio totum [10] debeatur? Et inveni Marcellum apud Julianum adnotasse. nam cum Julianus scripsisset, si sibi & Titio scripsisset, aut servo communi; cum pro non scripto sit, facillime quæri posse, quantum Titio & socio adquiratur: ita adjicit iste Marcellus, quemadmodum socio debebitur, si quasi falsum nomen servi subducitur? quod & in præsenti quæstione observandum est. §. 2. Maritus servum dotalem manumisit, & in testamento ejus legatum sibi adscripsit. Quæsitum est, quid mulier ex Lege Julia [11] consequi possit? Respondi: Et patronum incidere in pœnam Edicti Divi Claudii dicendum est, & filium emancipatum, licet præteriti possint petere bonorum "possessionem": ergo si nihil habet patronus ex bonis liberti, non tenebitur mulieri. An ideo teneri potest, quod adjectum est in Lege, *Aut dolo [12] fecit quominus ad eum perveniat?* sed nihil perfecit in fraudem mulieris: non enim adversus illam hoc excogitavit. An ideo non denegamus huic actiones, quoniam [13] alii restituturus est? at quin cum is qui sibi jussu testatoris legatum adscripsit, etiamsi fidei suæ similiter jubente testatore commisisset, uti id alii restitueret: Senatus jussit eum nihilominus legato abstinere, idque apud heredem remanere cum onere fideicommissi.

XV. CALLISTRATUS lib. I Quæstionum.

DIvus Claudius Edicto præcepit, adjiciendum Legi Corneliæ, *ut si quis, cum alterius testamentum vel codicillos scriberet, legatum [14] sibi sua manu scripserit, proinde teneatur, ac si commisisset in Legem Corneliam: & ne vel ita venia detur, qui se ignorasse Edicti severitatem prætendant.* † Scribere autem sibi legatum videri non solum eum qui manu sua id fecit: sed etiam qui per servum [15] suum, vel filium, quem in potestate habet, dictante testatore, legato honoratur. §. 1. Plane Constitutionibus Principalibus cavetur, ut si testator specialiter [16] subscriptione sua declaraverit, *dictasse servo alicujus, ut domino ejus legatum ab heredibus suis daretur*: id valere, nec generalem subscriptionem testatoris valere adversus Senatusconsulti auctoritatem: & ideo legatum pro non scripto habendum; & servo, qui etiam sibi legatum adscripsit, veniam dari. ego tutius esse puto, veniam [17] petendam ab Imperatore: sc. eo, quod relictum est, abstinentibus. §. 2. Item Senatus censuit: Ut si servus [18], domini sui jussu, testamento codicillisve libertatem sibi adscripserit, ob eam rem, quod ipsius manu adscriptum est, minus liber sit: sed libertas ei ex fideicommissi causa præstatur, si [19] modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillisve subscripserit. §. 3. Et quatenus [20] de sola specie fideicommissæ libertatis hoc Senatusconsulto continebatur, Divus Pius rescripsit, sententiam magis sequendam esse hujus Senatusconsulti, quam scripturam: nam servos, cum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari: si tamen accedat domini auctoritas subscribentis [21] *se ea dictasse & recognovisse*. videri enim ait ipsius domini manu scripta, cujus voluntate ea scripta sunt. Quod tamen (inquit) ad liberas personas, in quas nullum jus testator habuerit, extendi non debet: quæri tamen debet, [an] æque subsequendi necessitas [22], & honesta excusatio est non facientibus quod non sit concessum. §. 4. Matri quoque, cui per servum suum, dictante filio, legatum scriptum esset, veniam tribuendam Legis Corneliæ, placuit. §. 5. Idem in filiam, quæ dictante matre sua per ignorantiam [23] juris legatum sibi scripserat, Senatus censuit. §. 6. Si quis, duobus heredibus institutis, adjecerit, *ut si alterutri heres sine liberis decessisset, ei qui superesset, & liberos haberet, hereditas redderetur*; vel [24] *si uterque sine liberis decessisset, hereditas deinde alia manu scriptoris testamenti restitueretur*: placet testamentario pœnam Legis Corneliæ remitti: sed benignius est, ut [etiam] ea, quæ supra scripta sunt, simili modo consequatur.

De instrumentis surreptis. 1. De eo, qui falsum signavit. 2. De rationibus, tabulis, literis publicis, & aliis rebus.

XVI. PAULUS lib. III Responsorum respondit,

INstrumentorum subreptorum crimen non esse publici judicii, nisi [25] testamentum alicujus subreptum arguatur. §. 1. Paulus respondit, Legis Corneliæ pœna omnes teneri, qui etiam extra [26] testamenta, cætera falsa signassent. §. 2. Sed & cæteros [27], qui in rationibus, tabulis, literis publicis [28], aliave qua re sine [29] confignatione falsum fecerunt; vel, ut verum non appareat, quid celaverunt, subripuerunt, subjecerunt [30], resignaverunt: eadem pœna affici solere, dubium non esse.

De eo, quod in testamento adscribitur.

XVII. IDEM lib. III Fideicommissorum.

CUm quidam sua [31] manu servum sibi legatum scripsisset, & eum manumittere rogatus esset: Senatus censuit, ab omnibus heredibus eum manumittendum.

XVIII. IDEM lib. III Sententiarum.

VXori [32] legatum in alieno testamento scribere non prohibemur. §. 1. Qui [33] se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, & si suspectus esse præsumitur, quod ultro tutelam videbitur affectasse: tamen si idoneus esse adprobetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est. nec excusatio ejus admitteretur, quia consensisse videtur voluntati testatoris.

De falsa moneta. 1. De partu supposito.

XIX. IDEM lib. V Sententiarum.

QUi falsam [34] monetam percusserint, si id totum formare noluerunt, suffragio justæ pœnitentiæ absolvuntur [35].

§. 1. Accusatio suppositi [36] partus nulla [37] temporis præscriptione depellitur: nec interest, decesserit necne ea quæ partum subdidisse contenditur.

De advocatione & testibus.

XX. HERMOGENIANUS lib. VI Juris Epitomarum.

FAlsi pœna coërcentur, & qui ad [38] litem instruendam advocatione, testibus, pecuniam acceperunt [39]; obligationem, pactionem fecerunt; societatem inierunt; ut aliquid eorum fieret, curaverunt [40].

De eadem re duobus in solidum vendita. De judice corrupto.

XXI. PAULUS lib. singul. ad Senatusconsultum Turpillianum.

QUi duobus in solidum eandem rem diversis contractibus vendidit, pœna falsi [41] coërcetur [42]: & hoc & Divus Hadrianus constituit. † Iis adjungitur & is, qui judicem corrumpit. sed & remissius puniri solent, ut ad tempus relegentur, nec bona illis auferantur.

De impubere. 1. De eo, quod in testamento vel codicillis adscribitur vel admittur.

XXII. IDEM lib. singul. ad Senatusconsultum Libonianum.

IMpuberem [43] in hoc [44] Edictum incidere, dicendum non est: quoniam falsi crimine vix possit teneri, cum dolus malus in eam [45] ætatem non cadit. §. 1. Si ei filio, qui apud hostes est, adscripserit pater legatum: dicendum est, reverso [46] eo incidere in pœnam Senatusconsulti: quod si ibi decesserit, innocens pater existimatur. §. 2. Sed & si emancipato filio adscribit, recte id faciet: item in adoptionem dato. §. 3. Item si servo, cui moram fecit in fideicommissaria libertate præstanda, adscripserit: dicendum est extra sententiam Senatusconsulti eum esse, quoniam placet, omne, quod per hujusmodi servum adquisitum est, restitui oportere manumisso. §. 4. Et [47] si ei servo, qui bona fide servit, aliquid adscripsit: quod [48] ad cogitationem animi, nocens est, quia ei adscribit, quem suum putat: sed quoniam neque legatum, neque hereditas bonæ fidei possessori adquiritur, dicamus eum pœnæ eximendum esse. §. 5. Si dominus adscripserit servo legatum, *Cum liber erit*: dicimus Senatusconsulto dominum excusatum esse, qui compendio suo nullo modo prospexerit. † Eadem & de filio postea emancipato. §. 6. Qui codicillos ante [49] testamentum factos, in quibus legatum ei adscriptum erat, confirmat [50], in Senatusconsultum incidit: quod & Julianus scribit.

§. 7. Adimendo [51] quoque aliquid incidere in pœnam debet, quasi sibi aliquid dederit: veluti si servo legato sibi eodemque manumisso, libertatem sua manu ademerit. hoc ita, si [52] voluntate testatoris ademerit: nam si ignorante eo, libertas valet. Item si rogatus restituere legatum sibi adscriptum, fideicommissum ademerit. §. 8. Qui liberti adsignationem sua manu adscripsit, non verbis, sed sententia Senatusconsulti tenetur. † Item non continetur verbis servus, qui alieno testamento fideicommissam [53] libertatem sibi adscripsit. sed de hoc potest hæsitari: quoniam (ut supra diximus [54]) Senatus [55] ita demum ei, qui [sibi] libertatem fideicommissam in testamento domini adscripsit, pœnam remisit, si dominus subscripsit. † Imo magis dicendum [est] hunc contra Senatusconsultum facere, quam cum qui legatum sibi adscribit: cum libertas omnimodo ipsi competitura sit, legatum autem domino adquiri possit. §. 10. Si testamentarius [56] servo suo fideicommissam libertatem dederit, videamus, ne [57] extra pœnam sit, quoniam nullum ipsius commodum est: nisi ideo adscripserit, ut servus magno pretio redimatur ab eo, & manumittatur. §. 11. Sed & ille, qui, cum Titio fundus legaretur, adjecit sua manu conditionem pecuniæ sibi dandæ, in voluntatem Senatusconsulti incidit. §. 12. Qui autem voluntate partis se [58] exheredat, vel legatum sibi adimit, neque verbis Senatusconsulti, neque sententia continetur.

De chirographo, libello, rationibus.

XXIII. IDEM lib. singulari de pœnis Paganorum.

QUid sit *falsum* [59] quæritur? & videtur id esse, si quis alienum chirographum [60] imitetur [61], aut libellum [62], vel rationes [63] intercidat [64] vel describat: non qui alias in computatione vel in ratione mentiuntur [65].

De testamento.

XXIV. SCÆVOLA lib. XXII Digestorum.

AIthales [66] servus, cui testamento Vetiri Callinici [67] [domini] per fideicommissum libertas & portio hereditatis relicta erat ab his qui ex undecim portionibus heredes erant instituti, pro-

98 Idem dicendum est, si falsi constitutione utatur, *l. ult.* ℣. *eod.* & *l. 4. C. eod.* Advocatum ob falsi instrumenti recitationem decem annis ordine moveri posse observa.

99 *l. 2. vers. alia.* ℣. *de decurionibus. l. 1. C. de his qui in exilium.*

100 Recuperare.

1 Falso recitato, non facto, *vulg.* facit *l. 8. C. eod.*

2 Non facto invidit. *Hal.*

3 Id est, qui non est damnatus judicio publico, *Legis* Cornelia, quandoquidem ea tenetur qui fecit, non qui recitavit: neque ira ob recitationem falsi ordine motus, infamis non censetur. vide Cujac. *ad l. 1. C. de his qui in exilium.*

4 Cujac. 20 *observ.* 38. notat differentiam esse inter relegatum ad tempus, & ordine motum ad tempus. nam hic post tempus decurionatum recuperat: Ille non recuperat; sed tamen recte creatur.

5 Regulam seu Senatusconsultum observa.

6 *l. 13.* ℣. *ad Leg. Falcid. l. 3. l. 5. C. de his qui sibi.*

7 V. *l. 1.* §. ℣. ℣. *eod.*

8 Hinc colligunt, sententias Senatus pro Lege observandas esse ad similes causas dijudicandas, Gamm. *decis.* 33. *num.* 2. *decis.* 174. *num.* 10. & *decis.* 228. *per tot.* Affict. *decis.* 45. Cabedo, *part.* 1 *decis.* 212. Ans.

9 Illicita scriptura, scriptura non est.

10 Si quis sibi & Titio legatum adscripsit, magis est ut totum legatum ad conjunctum pertineat. Paul. 3 *sentent.* 6. §. 14.

11 Id est, condictione ex Lege Julia. vide *l. 65.* ℣. *soluto.*

12 *l. 64.* §. 7. ℣. *solut.*

13 *l. ultim.* ℣. *de his quæ pro non scriptis.*

14 *l. 1.* ℣. *de his, quæ pro non scriptis. l. 4. C. de his qui sibi.*

15 *l. 10.* ℣. *eod.*

16 *l. 1.* §. 8. ℣. *eod.*

17 Vide *l. unic. C. ne tutor.*

18 *l. tutor.* ℣. *eod.*

19 Vide §. 3. ℣. *eod.*

20 *Quatenus* hic idem est, quod *quoniam*, ut *l. 3.* §. 1. ℣. *de in rem verso.*

21 §. 1. ℣. *eod. l. 1.* §. 8. *l. 14.* ℣. *eod. l. 22.* §. 7. ℣. *eod. l. 6. C. de his, qui sibi adscribuntur.*

22 *l. 5. in fin.* ℣. *eod.* vid. *l. 11.* §. 7. ℣. *quod vi.*

23 Mulieri, quæ sibi aliquid adscribit, pœna remittitur ob juris ignorantiam.

24 Falsi non punitur, qui in alicujus testamento sibi aliquid sub duabus conditionibus adscripsit. vide Bart. *hic.*

25 *l. 2.* ℣. *eod.* Paul. 4 *sent.* 7. §. 1. §. 2. & 5 *sent.* 25. §. 1.

26 *l.* 9. §. 3. ℣. *eod.* Sive *plenius. Novell.* 73. *in princ.*

27 Notarios puta, amanuenses, scribas, secretarios, & hujusmodi personas. de notario hoc sciendum est, eum teneri falsi, si numerationem fuctam, si quem præsentem fuisse contractui falso scripserit: si solennitates more receptas inserere rogatus neglexerit, si contractum in re illicita fecerit, de quo vide *l. 14.* §. 1. *C. de facultate.* si falsi negaverit rogatum se fuisse. de quo v. Clarum, 5 *sent.* § *falso. 4. vers. notarius. & sequent.* v. reliqua in *d. l. 14.* §. 2. 3. Hinc constat falsi instrumenti auctorem vel confectorem teneri pœna falsi. de cujus criminis pœna legitima v. *l. 1. in fin.* ℣. *eod.*

28 De modo signandorum contractuum publicorum v. Paul. 5 *sent.* 25. §. 5. 29 Vide quæ notavi ad *l. 1.* §. 4. ℣. *eod.* hic tamen suspicor particulam *sine* retinendam, rejecta *vulgata* & *Haloandi sive*, ut sit sensus: falsum non modo committi in rationibus & contractibus publicis signatis, sed & non signatis. 30 Subornans falsos testes, ut & falsum deponens, falsi tenetur. Clarus, *ibid. vers. subornans.* idem in eo qui scienter falsos producit. Clarus, *ibid. vers. producens.*

31 Vide *l. 1. l. 2. C. de his qui sibi adscribuntur.*

32 Notarium posse uxori suæ legatum adscribere hinc colligunt. *Goth.* Vid. Decher. *lib. 2 dissert. 3. n.* 20. Ans.

33 Paul. 3 *sent.* 9. §. 15. *l.* 29 ℣. *de testam. tut.*

34 Falsa moneta deprehenditur ex materia, pondere, & forma adulterina.

35 Imo non absolvuntur, *l. 8. C. eod.* vide *l. 65.* ℣. *de furtis.* vide *d. l.* 8.

36 Suppositi partus crimen capitale est. v. *l. 1. C. eod.*

37 *Subaudi*, nisi vicennaria seu xx annorum. *l. 12 C. eod.*

38 Vide *l. 1.* §. 1. ℣. *eod. l. 4. l. 8.* ℣. *de accusat.*

39 *l. 6.* ℣. *repetundarum.*

40 Demus, hos à judice de falsi crimine commisso interrogari; num eorum testimonio subornator eorum torqueri vel convinci poterit? Rolandus à Valle, 1 *cons. 16. num. 7.* ex communi, ut ait, opinione negat convinci. Contrarium tamen ex usu & praxi forensi Bossius affirmat, *tit. de inquisitionibus. n.* 46. & Clarus, 5 *sent.* §. *falsum.* 4. *vers. subornans.*

41 Et stellionatus. *l. 3.* ℣. *de crimine stellionatus. l. 36.* ℣. *de pignoratitia act. l. 15. in fin.* ℣. *de pign.*

42 Quia vendendo posteriori, rem suam esse dixit, & in eo mentitus est, quod alteri prius eam vendidit & tradidit. Quid, si venditam alteri tantum dissimulavit? Stellionatus tenetur. vide Cujac. 13 *obs.* 21. & Hotom. 5 *obs.* 4.

43 Adde *l. 1. C. de falsa moneta.*

44 Nec in Senatusconsultum Libonianum, nec in eo mentitus est, quod alteri prius eam vendidit & tradidit. Quid, si venditam alteri tantum dissimulavit? Stellionatus tenetur. vide Cujac. 13 *obs.* 21. & Hotom. 5 *obs.* 4.

45 *l. 13. in fin. l. 14.* ℣. *de dolo.* vide *l. 2.* §. 19. ℣. *de vi bonorum.*

46 Adde *l. 6.* ℣. *eod.*

47 Sed & si *vulgat. Hal.*

48 Quo ad *vulgata.* quanquam ad cogitationem. *Hal.*

49 V. *l. 5.* ℣. *de jure codicill.*

50 Id est, qui iisdem testatoris scribendo repetit in testamento legatum sibi relictum antea in codicillis, in Senatusconsultum incidit.

51 *l. 5. l. 6.* §. 2. ℣. *eod.*

52 *l. 11.* §. 1. ℣. *eod.*

53 Fideicommissarius. *vulgar. Hal.*

54 Paulus hic loquitur, & tamen ejus nulla omnino superius reperitur sententia huic similis: reperitur quidem in *l. 15.* ℣. *eod.* sed

est Callistrati. Hic mos Tribonianum occupavit, ut introducat unum ex Jurisconsultis dicentem se superius scripsisse, quod tamen ab alio relatum est. eodem modo, *l. 34.* §. 2. Pauli referenda est & ad Legem Pomponii, ℣. *de contr. empt.* vide Cujac. *ad l. 22.* ℣. *de verb. obl.* 55 Senatusconsultum. *Hal.* 56 Id est, scriptor testamenti. v. *l. 1.* ℣. *si quis aliquem testari.* 57 Ne id. 58 *l. 8.* §. 6. ℣. *de bon. poss. contra tabulas.* 59 In scriptura sc. 60 Chirographum alienum imitari, aut falsum subjicere, crimen est. Paul. 5 *sent.* 25. §. 4. Alienum, puta privati, multo magis Principis, quod ultimum qui facit, gravius puniri debet. de quo v. Papon. 22 *Arrest.* 12. n. 3. Clarum, 5 *sent.* 4. *vers. sunt etiam alii.* P. Gregor. 76 *Syntagm.* 15. *num.* 7. 8. die idem in sigillo seu signo. Paul. 5 *sent.* 25. §. 1. 61 Hinc illa generalis regula, *quidquid scripto in alieno*, vel μὴ τοῦ ἀλλοτρίου. *Novell.* 73. *in princ.* 62 Paul. 5 *sent.* 28. §. 4. 63 *l. 16.* §. 2. ℣. *eod.* Rationes qui intercidit vel describit, falso scil., falsi tenetur. Falso describit, qui ita scribit, ut in iis literæ non appareant, quoties in eis quid celatum est vel subjectum. celat, qui subducit. Tertullianus, 6 *adversus Marcionem.* manus hæretici (quas ut falsarias arguit) præcidendas non miror, si syllabam subtrahit, quum totas paginas plerunque subducat. 64 V. Pragmaticam Justiniani, *cap.* 21.

65 Mentitum in ratione, computatione vel calculo, ideo falsi non teneri existimo, quod ea parte errorem, communem etiam prudentioribus, præstexere possit. *C. de errore calculi.* Contra mentitum in chirographo, & falsi descriptione, & subscriptione, ideo falsi teneri existimo, quia hujusmodi actus nunquam errorem, sed semper fallendi cupiditatem continet. Alias mendacium species est falsi: & ut Tertullianus ait, 2 *adversus Marcionem*, mendacium non potest ædificari, sine demolitione veritatis: ideoque merito punitur. *l. 11.* §. 3. ℣. *de interrog.* 66 Aithaletus. *vulg.* Athales. *Hal.* 67 Callimachi. *vulgat.*

professus est [68] indictum apud Maximillam filiam testatoris ex parte duodecima heredem scriptam, se posse probare falsum testamentum Veriti Callinici: & apud Magistratus interrogatus à Maximilla, professus est [69] probaturum quemadmodum falsum sit factum testamentum: & cum in crimen falsi subscripsisset [70] Maximilla in scriptorum testamenti & Proculum coheredem: acta causa, *Praefectus urbi* [71] falsum testamentum non esse pronunciavit: & Maximillae partem duodecimam [à] fisco cogi jussit. Quaesitum est, an Aithaleri libertas & fideicommissum post haec facta debeantur? Respondit secundum ea quae proponerentur, deberi [72].

68 Profiteri indicium, &c. & in *l. 1. in fin. princ. ff. de ficariis.* apud Plin. 3 *epist. ad Neportianum.* Salutium *in Jugurtha.* & Sen. 10 *controv. ultim.* nihil aliud est, quam denunciare crimen judici. ut & illud apud Suetonium *in Domitiano, cap.* 17. profiteri conspirationis judicium. vide Brissonium, 5 *de formulis.* Index conjurationis dicitur Suet. *Nullo* 17.

69 Post hujusmodi professionem potestne desistere? ante sententiam potest. vide *l.* 8. *C. eod.*

70 Papo, 2 *notar.* 7. *c. Du crime de faux,* observari id ait, ut & accusator & reus falsi teneantur se inscribere.

71 Praefectus Urbi cognoscebat de falso. *l.* 135. *in fin. ff. de verb. obligat. l.* 7. *ff. de extraord. criminib.*

72 Imo non debetur. *l.* 5. §. 15. *ff. de his, quae ut indignis.*

73 Haec Lex diligenter apparitoribus, & in apparitores regios, nuncios, & delegatos judicum, notanda est.

74 Vel rescriptiones. *l.* 4. *C. eod.*

75 Vel album propositum, Paul. 5 *sentent.* 25. §. 4. adde *l.* 32. *l.* 33. *ff. eod.*

76 Et sic non tantum tenetur Cornelia, sed & poenali in factum actione.

77 Adde *l.* 4. §. 2. *ff. familiae.*

78 ἐναντία. 21 *Eclog.* 1 *ex lib.* 60. *tit.* 14. 16. *ff. de testib.*

79 Praesumitur contra testem mutantem dictum suum. vide Alciatum, 2 *praesumpt.* 30.

80 Id est, qui sinè scriptioni adversatur. *Eclog. d. loco.*

81 De imprudentia. *Hal.*

82 Ex testis varietate fraus in eo praesumitur. vide Alciat. 2 *praesumpt.* 31. vide *l.* 2. *l.* 16. *ff. de testib.*

83 Puta altioris ordinis. Paul. 5 *sent.* 25. §. 11.

84 *l.* 137. §. 2. *ff. de verbor. oblig.* diplomate, Hugo à Porta: Cic. 10 *ad Atticum. Epist.* 6 *Familiarium,* πλαστῷ συνθήματι. *Basilica.* Eustathius *in lib. de temporib.* Diplomata dicuntur tractatoriae & combinae, ut multis probat Cujac. ad *l. un. C. de tractatoriis.* tractatoriae formulam referens ex Marculpho. Diplomata (melius diplomata κατὰ τὸ διπλοῦν), sunt codicilli, quibus potestas datur cursu publico aliquo proficiscendi, qua de causa Cicero, cum significaret Attico diploma obtinuisse, scribit eum habere κλαυσιγέλοιον, id est, *veredum impigrum.* vide Simeonem Bostium, *in animadverss. in* 10 *epist. ad Atticum, epist.* 17. Diplomata Plautus syngraphum vocat *in Captivis.* sequere me, viaticum ut dem à Trapezita tibi, eadem opera, à Praetore fumas syngraphum. Tynd. quem syngraphum? Heg. quem hic ferat secum ad legionem, hinc ire huic ut liceat domum. Huc refer ex Suetonio Augustum in diplomatibus initio Sphingae usum, dein Alexandri imagine. vide Cottam *in memorabilibus, in voce* diploma. dixi ad *l.* 137. §. 2. *ff. de verb. oblig.*

85 Vide quae scripsi ad *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* 86 *l.* 1. §. 2. *ff. de edend. l.* 2. §. 6. *ff. quemadm. test.* prolato, *vulg. Hal.* proferre diem est repetere, *l.* 3. *ff. de fide instrum.* antevertere, referre, *l.* 23 *ff. de arbitr.* anticipare diem, ut qui posterior est creditor, prior videatur, hoc vitium χρονωνίαν Graeci appellant, 22 *Eclog.* 1. *ex lib.* 60. *tit.* 48. *c.* 30. & *ibid. ex tit.* 41. *c.* 28. v. Cujac. 3 *obs.* 7. adde *l.* 3. *ff. de fide instrum.* 3. 87 Crimini. 88 Obrepit Principi vel judici, qui veritatem in precibus Principi oblatis non adjicit, *in fin. J. eod.* qui celat conditionem suam, *l.* 20. §. 2. *ff. de in jus vocando. l.* 49. *ff. de bonis libert.* qui celat fidejussorem, satisfactum sibi fuisse à principali, *l.* 29 §. 2. *ff. mandati.* qui negotium alterius gerendo, rem petitam suam facit, *l.* 8. §. 1. *ff. de negotiis.* quo vitio abstinere debent, qui literas à Principe volunt impetrare. Subreptione vero seu per subreptionem aliquid impetrare dicitur, qui falsum petitioni inserit, *l. ult. in fin. C. si nuptiae ex rescripto.* interdum tamen obrepere idem significat, ut in *l.* 3. §. 3. *ff. de Carboniano, in verbis, si cum esset pubes, quasi impubes obrepserit.* Incivilis autem petitio est, in qua neque vero dissimulato, neque falso injecto, aliquid contra jus commune postulatur. quod ut rejici vel admitti, vel impediri possit, v. diligenter Paponem, 3 *notar.* 5. 6. *Des lettres recevables. fol.* 331. *& seqq.* 89 Augustinus in Joannem: Juris est forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit quod impetravit. adde *C. si contra jus, vel utilitatem publicam. Nov.* 152. *c.* 1. *l.* 1. §. 2. *ff. de rebus eorum, qui sub tutela. l.* 1. *C. si nuptiae ex rescripto.* 90 Hinc videtur sequi, judicem ex officio punire eum non posse, qui per obreptionem aliquid impetrarit: quod tamen negat Bartolus *hic. num.* 4. 91 Subreptionis definitionem observa. 92 De qua vide Paulum, 5 *sent. tit.* 25. ita conceptum ad Legem Corneliam testamentariam. 93 Paulus *ibid.* §. 7. *Inst. de public. judic.* v. Festum *in adulterina signa.* apud Gallos bona ejus, qui sigillum regium imitabatur, olim Cancellario committebantur: quod postea immutatum est, fisco ea bona nunc occupante. v. Papon. 22 *arrest. n.* 12. vide Petrum Gregorium. 36 *syntagm.* 5. 94 De quibus vide *l.* 19. *in fin. ff. eod. & l.* 1. *C. eod.* 95 Adde *l.* 13. *in fin. l.* 20. *ff. eod.* 96 Sunt Marcus Aurelius Antoninus cum Lucio Aurelio Vero, qui passim appellantur Divi Fratres. vide Revard. *lib.* 3 *variar. c.* 10. Anf.

97 Exemplum. v. *l.* 1. §. 12. *ff. eod.* per errorem falsum instrumentum proferens excusatur.

98 Olim aliud fuit. Sic aliis vox *Hodie*, veteris Juris abrogationem indicat, ut *l.* 13. *J. de poenis. l.* 131. *J. de verb. sign. l.* 7. §. 19. *ff. de pactis. l.* 3. §. 5. *ff. ad l. Corn. de sicar. l.* 7. *in fin. ff. ad l. Jul. repetund. l.* 3. *J. ad l. Jul. peculat. l.* 15. §. 1. *J. ad Turpill. l.* 1. *J. ad l. Juliam ambitus.* 99 Paul. 1 *sent.* 12. §. 3. & 5 *sent.* 25. §. 4. 100 Mensuras publice probatas qui corrumpit, falsi tenetur, *l.* 6. *in fin. ff. de extraord. crim.* adde *l.* 37. *J. de poenis.* ut & qui facit modios iniquos; mensuras iniquas, *l.* 13 §. 8. *ff. locati. Levit.* 19. *v.* 35, 36. heminas iniquas. Persius, *Satyr.* 1. 1. vasa minora; Juvenal. *Satyr.* 10. modium minorem; cui contrarius est aequalis, *Deut.* 25. adde 20 *Eclog.* 18. *ex lib.* 60. *tit.* 51. *cap.* 33.

De falsis literis Praetoris. De falso Edicto.

XXV. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

QUi [73] nomine Praetoris literas [74] falsas reddidisse, Edictumve [75] falsum proposuisse dicetur ex causa, actione in factum poenali tenetur, quanquam [76] Lege Cornelia reus sit.

De eo, qui patris testamentum abolevit.

XXVI. MARCELLUS [lib. XXX Digestorum].

SI quis patris sui testamentum aboleverit, & quasi intestatus decessisset, pro herede gesserit, atque ita diem suum obierit: justissime tota hereditas paterna heredi ejus eripietur [77].

De testimoniis. 2. De eo, qui se pro milite gerit. De illicitis insignibus. De falso diplomate.

XXVII. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

EOs qui diversa [78] inter se testimonia praebuerunt, quasi [79] falsum fecerint, & praescripto legis teneri pronunciat.

§. 1. Et eum qui contra [80] signum suum falsum praebuit testimonium, poena falsi teneri pronunciatum est: de impudentia [81] ejus, qui diversa duobus testimonia praebuit, cujus ita anceps fides vacillat [82]: quod crimine falsi teneatur, nec dubitandum est.

§. 2. Qui se pro milite gessit, vel illicitis [83] insignibus usus est, vel falso duplomate [84] vias [85] commeavit: pro admissi qualitate gravissime puniendus est.

De pignore.

XXVIII. IDEM lib. IV Responsorum.

SI à debitore, praelato [86] die, pignoris obligatio mentiatur, falsi crimine [87] locus est.

De actu & libello.

XXIX. IDEM lib. sing. de Enucleatis casibus.

SI quis obrepserit [88] Praesidi Provinciae, tam per acta, quam per libelli interpellationem, nihil [89] agit: imo si [90] accusatus fuerit, poenam temeratoris luit: proinde enim punitur, atque si falsum fecerit: sunt enim rescripta de ea re: sufficit autem unum argumenti causa referre, cujus verba haec sunt: Alexander Augustus Julio Marullo: *Si libello dato adversarius tuus veritatem* [91] *in precibus ab eo datis non adjecit, subscriptione tua non potest: imo si accusatus fuerit, & poenam inferre debet.*

De signo adulterino. 1. De partu supposito.

XXX. IDEM lib. XII Pandectarum.

LEge Cornelia testamentaria [92] obligatur, qui signum [93] adulterinum fecerit, sculpserit. §. 1. De partu supposito [94] soli accusant parentes, aut hi ad quos ea res pertineat: non quilibet ex populo, ut publicam accusationem intendat.

De instrumentis.

XXXI. CALLISTRATUS lib. III de Cognitionibus.

DIvus Pius Claudio rescripsit, *pro mensura cujusque delicti constituendum in eos qui* [95] *apud judices instrumenta protulerunt, quae probari non possint: aut si plus mensuae videatur, quam ex forma jurisdictionis pati possint: ut Imperatori describatur, aestimaturo, quatenus coërcere debeant.* Sed Divus Marcus cum fratre suo 96 pro sua humanitate hanc rem temperavit: *ut si* (quod plerunque evenit) *per errorem* 97 *hujusmodi instrumenta proferantur: ignoscatur eis qui tale quicquam protulerunt.*

De Edicto corrupto. 1. De ponderibus & mensuris.

XXXII. MODESTINUS lib. I de Poenis.

HOdie [98] qui Edicta [99] proposita dolo malo corrumpunt, falsi poena plectuntur. §. 1. Si venditor mensuras [100] publice [1] probatas vini, frumenti, vel cujuslibet rei, aut emptor corruperit, dolove malo fraudem fecerit: quanti ea res est, ejus dupli condemnatur: Decretoque Divi Hadriani praeceptum est, in insulam eos relegari, qui pondera [2] aut mensuras falsassent.

De falsis constitutionibus.

XXXIII. IDEM lib. III de Poenis.

SI [3] quis *falsis* [4] *Constitutionibus* [5], nullo [6] auctore habito utitur, Lege Cornelia, aqua & igni ei interdicitur.

1 Mensuris quantitatem modumve dicere vel imponere, soli Principi licet. Defendi tamen potest: Subditis altam (ut vocant) jurisdictionem habentibus ex longa praescriptione in suo territorio suarum mensurarum quantitatem diversam à principali tueri licere: ut autem augeant vel minuant, sine auctoritate Principis licere non puto. Hinc legimus modios aereos vel lapideos cum sextariis per mansiones singulas civitatum collocari, *l.* 9. *C. de susceptorib.* & quidem in Ecclesia, cujus rei multa hodie extant vestigia in templis, Abbatiarum praesertim. *Nov.* 128. *c.* 15. Usu quoque invaluit modios hujusmodi publica nota signari debere. vide Guid. Papae, *qu.* 40.

2 Ponderum falsator puniendus, dixi ad *l.* 52. §. 22. *ff. de furt.* adde *l.* 32. *ff. de aed. empt.*

3 Abrogata ex lege nihil decidi posse hinc colligunt. neque eam laudari à quoquam jus esse, quod Socinus, *regul.* 130, multis modis coërcet. Putat enim abrogatam etiam Legem rectè laudari, ut antiquitatis notitiam habeamus, §. 1. *Inst. de test. ordinandis.* Sed & ut ostendatur causa legislatoris: Idem esse, si ratio ejus duret (Quinimo abrogatae Leges posse per Principem allegari): vel nisi Lex abrogata in privilegium Ecclesiae transit, *c. novit. extr. de judiciis.* aut in canonum libros relata, aut juri novo consentanea, hoc est, jure novo reducta. 4 Quales sunt abrogatae, §. 3. *ff. de confirmatione Digestorum.* excipiendus est autem casus *Novell.* 115. *in principio.* Est tamen receptum, ut cum de appellatione cognoscitur, secundum illas Leges judicetur, quae tempore prioris sententiae obtinebant, non secundum eas, quae postea sunt promulgatae. De Romanorum Legibus hodie quid dicemus? fuisse passim abrogatae, an in quibusdam tantum casibus? postremum verius est, idque tacite magis quam expresse. Est & notandum nonnullas gentes iis tanquam praejudicio aliquo teneri tantum: alias, ut Legibus in iis, quae usu, statuto, lege, ada de & communi opinione, ac decisione definita non habent. vide quae scripsi ad *l.* 9. *ff. de l. Rhodia.* 5 Rescriptis, Paul. 5 *sentent.* 25. rescriptionibus, *l.* 4. *C. eod.* edictis. *l.* 25. *ff. eod.*

6 An id innuit, cogi praecise Advocatos viva voce seu scripto clientes suos defendentes, impetratorum nomina legibus, quas allegant vel laudant, adjungere? quod video in fragmentis veteris consultationis apud Cujacium diligentissime observatum. ea de re alibi dicam.

TIT. XI.

DE LEGE JULIA [1] REPETUNDARUM [2].

De eo qui, in officio, munere, ministeriove publico, vel ex cohorte aliqua pecunias cepit. 1. De personis exceptis.

1. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEx Julia repetundarum pertinet, ad eas pecunias, quas quis in Magistratu 4, Potestate 5, Curatione, *Legatione* [6], vel quo alio Officio, munere 7, ministeriove 8 publico cepit, vel cum ex *cohorte* 9 cujus eorum est. §. 1. Excipit Lex, à quibus licet accipere [10], *à sobrinis, propioreve gradu cognatis suis*, uxore [11].

1 Lex Julia repetundarum à Julio Caesare, quam ante Lucius Piso tulerat de repetundis. Cicer. *in Bruto.*

2 IX C. XXVII. & 9 *C. Theod.* 27. Paul. 5 *sentent.* 18. περὶ διορθοκτόνων τι, ἢ διορθοκτονίαν, 10 *Eclog.* 22 *lib.* 60. *tit.* 43. adde §. 11. *Inst. de publ. judic.* Galli *concussion* vocant. à Latinis etiam dicitur Lex de repetundis, Cicer. 4 *de divinatione in Verrem*, quid ea contineatur, vide *l. ff. eod.* refer ad hunc titulum Paponem, 2 *Notar.* 7. *tit. du crime de concussion*: Petr. Gregorium, 36 *syntagm.* 18. Cicer. *Divinat. in Verrem.*

3 Poena repetundarum quae est? vide *l.* 7. *in fin. J. eod.*

4 ἐν ἀρχῇ. *Eclog. lib. c.* 1. eo nomine comprehenditur dux, *l.* 2. *C. Theod. eod.* comes, *l. ult. ibid.* administrator, *l.* 3 *ibid.* judex, *l.* 1. *l.* 4. *l.* 6. *C. Theod. ibid.* & quidem pedaneus, Paul. 5 *sentent.* 28. §. 1. ἄρχων πολιτικὸς. *Eclog. ibid. c.* 6. *l.* 6. *in fin. J. eod.* cognitor, *l.* 1. *C. Theod. ibid.* & *l.* 6. *C. eod.* praeses, *l.* 18. *ff. de off. Praesidis.* Proconsul, Praetor. *l.* 8. *J. eod.* 5 *l.* 3. *J. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 2. Anf.

6 Vid. orationem Demosthenis περὶ τῆς παραπρεσβείας. 7 *l. ult. J. eod.* 8 Ut manipularius, *l.* 3. *C. Theod. eod.* Ministerii tamen publici nomine, Cujac. 7 *observ.* 9. intelligit eos, qui sub titulo ministerii in provincias mittuntur cum jure Praetorio aut Consulari, quod de M. Catone Velleius scripsit, Lentulus, & consttituendae provinciae causa sub honorificentissimo ministerii titulo, eamque sententiam confirmant verba, quae nunc sequuntur, *vel cum ex cohorte.* at non scribas, viatores, praecones, aliosve Magistratuum ministros. 9 *l.* 5. *J. eod.* 10 In infinitum. *l.* 7. §. 1. *J. eod.* 11 Vide Cujac. 6 *observat.* 18. 12 *l.* 2. *C. eod. l. ultim. J. peculatus. l.* 20. *ff. de accusation.* 13 *l.* 1. *ff. eod.*

14 Paul. *ibid.* §. *unico.* 15 *l.* 6. *in fin. J. eod.* 16 Quid qui dedit? non eadem Lege videtur puniendus, sed falsi. *l.* 1. *ff. de falsis.* Goth. Haec Lex Canonizata est. *cap.* 129. *causa.* 1. *qu.* 1. Anf. In hanc materiam vide Jul. Clar. §. *fin. quaest.* 73. Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 342. *num.* 9. Boër. *decis.* 133. & Georg. Tholosan. *lib.* 2 *de Republ. cap.* 6. *num.* 16. S. L.

17 *l.* 1. *ff. eod. l.* 1. *C. eod.* 18 *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *ff. de falsis. l.* 4. *in fin. l.* 8. *in fin. ff. de accusat.* 19 Facit *l.* 1. *l.* 20. *ff. de his, qui notantur.* 20 Facit *l.* 1. §. 6. *ff. de postulando.* 21 Ob rem judicandam, Cic. 2 *ad Atticum* 1. & 2 *de finibus.* 22 *Eclog.* 16. *c.* 6. 23 Sordibus abstinendum. per sordes aliquid facere, est avare facere. 24 Doni, munerisve. *vulg. Hal.* Recte *munus* addidit: ξένια ἢ δῶρα ὑπὲρ ὑφανθέντος ἀφθαλμὸς σοφῶν. *Ecclesiast.* 20. adde *Exod.* 24. 25 Id videtur abrogari *l.* 6. *c. eod.* quae vetat quidquam accipi. 26 Magistratus munera, sive partes, vel officia observa, judicare, arbitrum dare vel mutare, jubere judicare vel non judicare, in vincula publica conjicere aut vincire, aut vinciri jubere, ex vinculis dimittere, condemnare, absolvere, litem aestimare, judicium capitis pecuniarium facere. 27 Vide *l.* 1. *ff. eod.* 28 Imo non in infinitum: cum immodica munera inter conjuges sint prohibita. *l.* 31. §. 8. *ff. de donationibus inter virum.* vide ad hunc locum Cujac. 6 *observ.* 18. 29 Permittit, iis autem qui, &c. Cujac. 6 *observ.* 8.

30 Judex accepto ferre alicui non potest opus publicum faciendum. 31 Faciendum adpronbandum. Cujac. 11 *obs.* 22.

De eo qui, in officio, munere, ministeriove publico, vel ex cohorte aliqua pecunias cepit. 1. De personis exceptis.

1. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEx Julia repetundarum pertinet, ad eas pecunias, quas quis in Magistratu 4, Potestate 5, Curatione, *Legatione* [6], vel quo alio Officio, munere 7, ministeriove 8 publico cepit, vel cum ex *cohorte* 9 cujus eorum est. §. 1. Excipit Lex, à quibus licet accipere [10], *à sobrinis, propioreve gradu cognatis suis*, uxore [11].

De heredibus rei.

II. SCAEVOLA lib. IV Regularum.

DAtur ex hac lege, & *in heredes* [12] actio intra *annum*, duntaxat à morte ejus, qui arguebatur.

De sententia, decreto, & officio eorum, qui potestatem habent.

III. MACER lib. I Publicorum.

LEge Julia repetundarum tenetur, qui cum aliquam potestatem [13] haberet, pecuniam [14] ob [15] *judicandum, decernendumve* acceperit [16].

IV. VENULEIUS SATURNINUS lib. III Publicorum judiciorum.

VEl quo magis aut minus quid ex officio suo faceret.

De comitibus judicum.

V. MACER lib. I Publicorum.

IN *Comites* [17] quoque Judicum ex hac lege judicium datur.

De testimoniis. 1. De poena. 2 De militibus. De sententiis. De accusationibus. De sordibus. De donis, muneribus.

[VI. VENULEIUS SATURNINUS lib. I Publicorum judiciorum].

EAdem lege tenentur, qui ob denunciandum [18], vel non denunciandum testimonium, pecuniam acceperint. §. 1. Hac lege damnatus, testimonium [19] publice dicere, aut judex esse, postulareve [20] prohibetur. §. 2. Lege Julia repetundarum cavetur, *Ne quis ob militem legendum mittendumve as accipiat: neve quis ob* [21] *sententiam in Senatu consultove publico dicendam, pecuniam accipiat: vel ob accusandum, vel non accusandum: utque Urbani* [22] *Magistratus ab omni sorde* [23] *se abstineant, neve plus domini muneris* [24] *in anno* [25] *accipiant, quam quod sit aureorum centum.*

De judicibus & arbitris. De vinculis. De condemnatione & absolutione. De litis aestimatione. De judicio faciendo, vel non faciendo. 1. De personis exceptis, vel non. 2. De opere publico, de frumento publico. De sartis tectis tuendis. 3. De poena.

VII. MACER lib. I Publicorum judiciorum.

LEx Julia de repetundis praecipit, *Ne quis ob judicem, arbitrumve dandum* [26], *mutandum, jubendumve, ut judicet, neve ob non dandum, non mutandum, non jubendum, ut judicet: neve ob hominem in vincula publica conjiciendum, vinciendum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittendum: neve quis ob hominem condemnandum, absolvendumve: neve ob litem aestimandam, judicumve capitis pecuniave faciendum vel non faciendum, aliquid* acceperit. §. 1. Apparet autem, quod Lex ab exceptis [27] quidem in infinitum [28] capere permittit [29], ab his autem, qui *hoc capite* enumerantur, à nullo, neque ullam quantitatem capere permittit. §. 2. Illud quoque cavetur: *Ne in acceptum feratur* [30] *opus publicum faciendum* [31], *frumentum publice dandum*,

7 Menoch. *de arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 342. *num.* 9. Boër. *decis.* 133. & Georg. Tholosan. *lib.* 2 *de Republ. cap.* 6. *num.* 16. S. L.

17 *l.* 1. *ff. eod. l.* 1. *C. eod.* 18 *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *ff. de falsis. l.* 4. *in fin. l.* 8. *in fin. ff. de accusat.* 19 Facit *l.* 1. *l.* 20. *ff. de his, qui notantur.* 20 Facit *l.* 1. §. 6. *ff. de postulando.* 21 Ob rem judicandam, Cic. 2 *ad Atticum* 1. & 2 *de finibus.* 22 *Eclog.* 16. *c.* 6. 23 Sordibus abstinendum. per sordes aliquid facere, est avare facere. 24 Doni, munerisve. *vulg. Hal.* Recte *munus* addidit: ξένια ἢ δῶρα ὑπὲρ ὑφανθέντος ἀφθαλμὸς σοφῶν. *Ecclesiast.* 20. adde *Exod.* 24. 25 Id videtur abrogari *l.* 6. *c. eod.* quae vetat quidquam accipi. 26 Magistratus munera, sive partes, vel officia observa, judicare, arbitrum dare vel mutare, jubere judicare vel non judicare, in vincula publica conjicere aut vincire, aut vinciri jubere, ex vinculis dimittere, condemnare, absolvere, litem aestimare, judicium capitis pecuniarium facere. 27 Vide *l.* 1. *ff. eod.* 28 Imo non in infinitum: cum immodica munera inter conjuges sint prohibita. *l.* 31. §. 8. *ff. de donationibus inter virum.* vide ad hunc locum Cujac. 6 *observ.* 18. 29 Permittit, iis autem qui, &c. Cujac. 6 *observ.* 8.

30 Judex accepto ferre alicui non potest opus publicum faciendum. 31 Faciendum adpronbandum. Cujac. 11 *obs.* 22.

31 Adprobandum. *Hal. vulgat.* appendendum, Budæus, quod Cujacio displiceat; nec enim frumentum adpenditur, ut panis. sed admetiri solet. & in duodecim Tabul. libræ farris, sunt panis libræ. farre convenire in manum, est farreo pane convenire, Ulpianus, *in fragmentis*. & apud Persium illo loco, populi cribro decussa farina, farinæ verbo panis significatur. v. Cujac. 11 *obs.* 12.

32 V. Festum *in farta & produit.* Cicer. 3 *Verrina.* v. *l.* 7. §. 2. *T. de usufr.* 33 De opere lege faciundo dixi 1 *Verrina.* 34 Pœna hæc antea non fuit. v. quæ scripsi ad *l.* 32. *T. de falsis.* 35 *l.* 8. *T. de publ. judic.* est igitur arbitraria. v. Papon. 2 *notar.* 7. *cap. du crime de concussion. fol.* 503. 36 ἢ κατὰ διμοιρίαν. *Eclog. ibid. c.* 7. vide ad hunc locum Papon. 4 *arrest. n.* 12. 57. 37 *l.* 6. §. 3. *T. de offic. Proconsul.* 38 Adde *l.* 18. *de offic. Præsid.* 39 Ob aliquam ex præcedentibus & superius enumeratis causis. 40 *l.* 46. *T. de contrab. empt. l.* 46. §. 2. *T. de jure fisc. l. unic. C. de contra. jud.* vide quæ scripsi ad *l.* 25. *C. de donat.* 41 Alias non prohibentur emere & conducere] usto pretio. 42 Sic Ecloga, ὅτι τὸ δοθὲν διακρίσεως διατηρήσει. id est, *nec donatum usucapitur*, &c. 43 *l.* 1. *T. eod.* 44 Ruperunt. *Hal.*

dum, prabendum, adprehendendum 31, *farta* 32 *tecta tuenda, antequam perfecta probata, præsita* 33 *legerunt.* §. 3. Hodie 34 ex Lege repetundarum extra 35 ordinem puniuntur, & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiserint. Quid enim, si ob hominem necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, * calore 36 tamen inducti interfecerint* vel innocentem, vel quem punire non debuerant? capite plecti debent, vel certe in insulam deportari, ut plerique puniti sunt.

De contractibus & usucapione.

VIII. PAULUS lib. LIV ad Edictum.

QUod contra Legem repetundarum Proconsuli 37 vel Prætori 38 donatum est 39, non poterit usucapi. §. 1. Eadem Lex *Venditiones* 40, *locationes ejus rei causa pluris* 41 *minorisve factas, irritas facit: impeditque* 42 *usucapionem, prius quam in potestatem ejus, a quo profecta res sit, heredisve ejus ventat.*

De eo, qui munus publica mandatum rupit.

IX. PAPINIANUS lib. XV Responsorum.

QUi munus 43 publice mandatum accepta pecunia rumperunt 44, crimine repetundarum postulantur.

TIT. XII.

DE 1 LEGE JULIA DE ANNONA 2.

De servo & domino.

I. MARCIANUS lib. II Institutionum.

COnstitit 3 inter servum & dominum judicium, si 4 annonam publicam fraudasse 5 dicat dominum.

De eo, qui contra annonam fecit, societatemve coiit. 1. De navibus & nautis. 2. De pœna.

II. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

LEge Julia de annona pœna statuitur adversus eum, qui contra 6 annonam fecerit, societatemve 7 coierit, quo annona carior 8 fiat. §. 1. Eadem Lege continetur, ne quis navem 9, nautamve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur. §. 2. Et pœna viginti aureorum statuitur.

1. De decurionibus. 2. De mulieribus.

III. PAPIRIUS JUSTUS lib. I de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus, Augusti, in hæc verba rescripserunt, *Minime æquum est, decuriones civibus suis frumentum vilius* 10, *quam annona exigit, vendere.* §. 1. Item scripserunt, *jus non* 11 *esse ordini cujusque civitatis pretium grani, quod invehitur, statuere.* §. 2. Item in hæc verba rescripserunt: *Etsi non solent hoc genus nunciationis mulieres* 12 *exercere, tamen quia demonstraturam te, quæ ad utilitatem annonæ pertinet, polliceris, Præfectum annonæ docere potes.*

1 Ad Leg. Juliam de Annona. *vulg. Hal.* Pœna hujus criminis quæ sit, v. in *l.* 2. *in fin. T. eod.*

2 20 *Eclog.* 18. v. Papon. 2 *notar.* 7. *c. d'abus commis sur la police des vivres.* adde *l.* 6. *T. de extraord. crimin.* §. *ult Inst. de publ judic.* v. Petr. Gregor. 39 *Syntagm.* 30.

3 19 *Synopf. Basil.* 10. *ex lib.* 60. *tit.* 44. *c.* 1.

4 *l.* 4 *l.* 53. *T. de judic. l.* 12. *T. de accus. Eccl.* 16. *ex tit.* 44. *c.* 1.

5 Fraudare publicam annonam crimen est, fraudare & attentare est vexare, *l.* 6. *T. de extraord. crim.* corruptam vendere, *l.* 1. *C. de Canone frumentario urbis Romæ.* arenam, seu aliud quid ei miscere. *l.* 27. §. 20. *T. ad Leg. Aquil.* 6 Hæc species criminis admodum est generalis.

7 Societatem coire, quo annona fiat carior, non licet: inde vetita monopolia. *Eclog. d. loc.* & *C. de monopoliis.* facit *l.* 3. *in fin. T. de feriis.* 8 *Eclog. ibid. c. id ne fiat.* sed ut justo pretio caro & annona vendatur, ad curam præfecti urbis pertinet, *l.* 1. §. 11. *T. de offic. præf. urbis.* quin Episcopis, id est, Ministris Verbi Divini curæ id esse debet, *l.* 1. *C. de Episcop. aud.* ad eam rem speciales Episcopi, pani & cæteris rebus venalibus ad quotidianum victum fervientes, *l.* 18. §. 7. *T. de muneribs.* antiquitus præpositi erant: Galli *commissaires des vivres*, vel *Juges de la police* appellant: quin & præfecti annonæ fuere, quorum meminit Tacit. 13. Lamprid. *in Alexandro.* 9 Annonam is etiam adtentat, qui naves ac nautas annonam advehentes retinet. 10 *V. l* 8. *T. ad municipalem.* 11 Cur ita? collige ex *l.* 9. *T. rer. amotar.* Imo æquum est. *l.* 1. §. 11. *T. de offic. præfecti urbis.* 12 *V. l.* 13. *T. de accusat.*

TIT. XIII.

AD LEGEM JULIAM PECULATUS 1, ET DE SACRILEGIS 2, ET [DE] RESIDUIS 3.

Qui tenentur Lege Julia peculatus.

1. ULPIANUS lib. XLIV ad Sabinum.

LEge Julia peculatus cavetur, *Ne quis ex pecunia sacra* 4, *religiosa* 5, *publicave* 6 *auferat* 7, *neve intercipiat* 8: *neve in rem suam vertat* 9: *neve faciat, quo quis auferat, intercipiat, [vel] in rem suam vertat, nisi cui utique Lege licebit: neve quis in aurum, argentum, as publicum quid inde* 10: *neve immisceat, neve, quod quid inditur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id pejus fiat.*

De residuis.

II. PAULUS lib. XI ad Sabinum.

LEge Julia de residuis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam 11 in usum aliquem retinuit, neque in eum consumpsit.

De pœna peculatus.

III. ULPIANUS lib. I de Adulteriis.

PEculatus pœna aquæ 12 & ignis Interdictionem, in quam hodie 13 successit deportatio 14, continet. Porro qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina jura, ita & bona amittit.

De peculatu. 1. De sacrilegio. 2. De residuis. 6. De thesauro. 7. De re civitatis.

IV. MARCIANUS lib. XIV Institutionum.

LEge Julia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram 15, religiosam 16 abstulerit, interceperit. §. 1. Sed etsi donatum Deo immortali 17 abstulerit, peculatus pœna tenetur.

§. 2. Mandatis 18 autem cavetur de sacrilegis, ut Præsides 19 sacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & ut [prout] *quisque deliquerit*, in eum animadvertant. Et sic constitutionibus cavetur, ut sacrilegi *extra* 20 *ordinem* digna pœna puniantur. §. 3. Lege Julia de residuis tenetur is, apud quem ex 21 locatione, emptione, *alimentaria ratione*, ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa, pecunia publica resedit. §. 4. Sed & qui *publicam pecuniam* in usus aliquos acceptam retinuerit, nec erogaverit, hac Lege tenetur. §. 5. Qua Lege damnatus 22, *amplius* 23 *tertia parte*, quam debet, punitur. §. 6. Non fit locus religiosus, ubi thesaurus invenitur: nam etsi in monumento inventus fuerit, non 24 quasi religiosus tollitur 25: quod enim sepelire 26 quis prohibetur, id religiosum facere non potest: at pecunia sepeliri non 27 potest, ut & mandatis Principalibus cavetur. §. 7. Sed, & si de re *Civitatis* aliquid subripiat, Constitutionibus Principum Divorum Trajani & Hadriani cavetur, peculatus 28 crimen committi 29, & hoc jure utimur 30.

De rebus privatis in eadem depositis.

V. IDEM lib. V Regularum.

DIvi Severus & Antoninus Cassio Festo rescripserunt 31, *res privatorum* 32, si in ædem sacram *depositæ*, subreptæ fuerint: furti actionem, non sacrilegii esse.

De pœna sacrilegii. 1. De his, qui in moneta publica operantur. 2. De metallis Cæsarianis.

VI. ULPIANUS lib. VII de Officio Proconsulis.

SAcrilegii pœnam debebit Proconsul pro 33 qualitate personæ, proque rei 34 conditione, & temporis 35, & ætatis 36, & sexus 37, vel severius, vel clementius statuere: & scio multos & ad bestias 38 damnasse *sacrilegos*: nonnullos etiam vivos exussisse 39, alios vero in furca 40 suspendisse. Sed moderanda pœna est usque *ad bestiarum damnationem* eorum, qui manu 41 facta templum effugerunt 42, & dona 43 Dei noctu tulerunt: cæterum, si qui interdiu modicum 44 aliquid de templo tulit, poena metalli coërcendus est, aut si honestiore loco natus sit, deportandus 45 in insulam est. §. 1. Qui cum in *moneta* 46 publica operarentur, extrinsecus 47 sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur, hi non videntur adulterinam monetam exercuisse: sed furtum publicæ monetæ feciste, quod ad 48 peculatus crimen accedit. §. 2. Si quis ex 49 metallis Cæsarianis *aurum, argentumve furatus* fuerit, ex Edicto Divi Pii, exilio vel metallo, prout dignitas personæ, punitur. Is autem, *qui furami signum* 50 *præbuit*, perinde habetur, atque si manifesti furti condemnatus esset, & famosus efficitur. Qui autem aurum ex metallo habuerit 51 illicite, & conflaverit, in quadruplum condemnatur.

De quinquennii præscriptione.

VII. VENULEIUS SATURNINUS lib. II Judiciorum Publicorum.

PEculatus crimen ante 52 *quinquennium* admissum objici non oportet.

De tabulis.

VIII. IDEM lib. III Judiciorum publicorum.

QUi tabulam æream 53 Legis 54, formamve 55 agrorum, aut quid aliud 56 continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, Lege Julia peculatus tenetur. §. 1. Eadem Lege tenetur, qui quid 57 in *tabulis publicis* deleverit vel induxerit.

1 De crimine peculatus 5 Paul. *sent.* 27. §. 9. *Inst. de publ. judic.* περὶ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀφαιρούντων, ἢ οἱ, ἰδίας χρείας τρεψάντων ἢ ὕλας νοσφισαμένων, ἢ δόλον ἐν αὐτοῖς μεταπλάσαντων, &c. *Eclog.* 60. 45. v. Papon. 2 *notar.* 7. *c. du crime de peculat.* Petr. Gregor. 34 *Syntagm.* 19. Peculatus tenetur, qui publicam pecuniam furatus est. Pœna peculatus quæ, *l.* 3. *l.* 13. *T. eod.*

2 Paul. 5 *sentent.* 19. de sacrilegiis, *vulg. Hal.* 6 *Harm.* 3. *c.* περὶ ἱεροσύλων. & 60 *Ecl.* 45. περὶ ἱεροσυλίας. adde Papon. 22 *arrest.* 20. *n.* 3. eundem 2 *notar.* 7. *c. du crime de sacrilege.* Petr. Gregor. 33 *Syntagm.* 14. 15. 16. 17. 18. Pœna sacrilegii, & quid sacrilegium, *v. l.* 4. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 9. *l.* 10. *in fin. T. eod.*

3 Pœna residui, & quid residuum, vide in *l.* 2. *l.* 4. §. 3. §. 4. §. 5. *T. eod. l.* 2. *l.* 4. §. 5. *T. eod.* 60 *Ecl.* 45. v. Papon. 2 *notar.* 7. *c. des restes, ou des residus.* P. Gregor. 34 *Syntagm.* 30.

4 *l.* 4. *T. eod.* §. 9. *Inst. de publ. judic.*

5 *l.* 4. *d.* §. 9. 6 *l.* 2. *l.* 4. §. 4. *T. eod.* vel civili. *d. l.* 4. *in fin. l.* 9. §. *ult. T. eod.*

7 Per vim. 8 Clam per fraudem. 9 Recte id additum est. Potest enim auferre & intercipere alterius causa. 10 *l.* 9. *T. de falsis.* 11 *l.* 4. §. 4. *l.* 9. §. *pen. T. eod.* 12 Dixi ad *l.* 1. §. 2. *T. de leg.* 3. 13 Antea non ita fuit. dixi ad *l.* 32. *T. de falsis.* 14 Quadrupli pœna. Paul. 5 *sent.* 27. §. *unic.* amissione bonorum, 60 *Ecl.* 45. vid. ad hunc locum Petr. Gregor. 35 *Syntagm.* 19. *num.* 4. apud Gallos Lege Francisci I. *sur la redaction des Comptes.* peculatus crimen consistatione corporum & bonorum punitur, forte imitatione *l.* 1. *C. Theod. de crim. peculat.* quæ est Arcadii & Theodosii, quos ante pœna peculatus non excedebat deportationem ad metallum. 15 *l.* 1. *T. eod.* 16 *l.* 6. *T. eod.* 17 Deus immortalis. 18 Principum scil. ad Proconsules & Rectores provinciarum. 19 *l.* 13. *T. de offic. Præsid.*

20 Sacrilegii pœna extraordinaria est pro qualitate delicti: ad bestias enim damnantur facrilegi, vivi exuruntur, furcis suspenduntur, ad metallum damnantur, deportantur, *l.* 6. *T. eod.* capite puniuntur: quod quid sit, vid. quæ notavi ad *l.* 9. *T. eod.* De pœnis sacrilegii, vid. Petr. Greg. 33 *Syntag. c.* 16. *de pœn. veri sacrilegii. c.* 17. 18. huc refer Papon. 24 *arrest.* 10. *num.* 3. 4.

21 Lex de residuis proprie pertinet ad collectores vectigalium, quæstores, receptores & thesaurarios, curatores Reipublicæ, qui sæpe hoc crimen, ut & peculatus admittunt.

22 Pœnam damnati de residuis nota. Reatum autem contrahit quæstor, si anno integro rationem reddere distulit. *l.* 9. *in fin. T. eod.*

23 Id est, non modo reliqua, quæ habet restituit, sed eo *amplius* tripli pœna punitur, quin & quadrupli, *l.* 6. *in fin. T. eod.* interdum dupli, *l. ult. C. de crimine ursbis Constantinopolitanæ.* quam pœnam hodie etiam observari apud *Gallos* refert Papo, 2 *notar.* 7. *c. des restes.*

24 Thesaurus non ideo religiosus est, quod ex loco religioso tollitur.

25 Ex loco religioso quid non religiosum tolli potest, ut thesaurus.

26 Religiosum locum, mortuum ibi sepeliendo, fa-

De

cimus. *l.* 6. *in fin. T. de divisione rer.* 27 Thesaurum sepelire prohibemur. 28 Imo non peculatus, sed furti, *l.* 81. *T. de furt.* Alciat. 1 *disjunct.* 3. in *d. l.* 81. legit, necnon crimen peculatus. Duaren. 2 *disjunct.* 29. P. Faber 1 *semestr.* 22. *fol.* 43. & Fornerius ita rem dissolvunt, 2 *select.* 22. furti teneri ex Lege Julia, peculatus vero ex constitutionibus. P. Gregor. 32 *syntagm.* 19. *n.* 1. peculatus teneri, qui fisci, vel civitatis Romanæ pecuniam subripuit; non teneri, qui aliis civitatibus pecuniam subripiat. 29 Causa dubitandi ex *l.* 15. *T. de verb. sign.* fumitur: is enim peculatus tenetur, qui publicam pecuniam intercepit. *l.* 1. *T. eod.* At ea proprie sunt publica, quæ populi sunt Romani, non quæ civitatum reliquarum. *d. l.* 15. 30 Hæc verba demonstrant, diversum jure veteri obtinuisse. Ideoque si civitatis bona publica dicuntur, abusive & figurate id intelligendum est ex privilegio, vel interpretatione: sola enim publica sunt, quæ populi sunt Romani. *l.* 15. *T. de verb. signif.* 1 *Harm.* 1. 31 Hoc olim etiam quæsitum fuit à Rhetoribus, opus ideo fuit Constitutione Imperatoria ad id definiendum, erant magnæ in contrariam partem rationes, si quidem fieri videtur injuria & privatis, & Diis, pecuniæ custodibus utique semper futuris infidis, nisi tale crimen graviter vindicetur: ad hæc, cum locus sacer præstantior sit pecunia, æquum videbatur, pecuniam loci conditionem sequi, *l.* 16. §. 4. *T. de pœn.* de quo vide Cujac. 13 *obs.* 19. 32 Quid è contrario dicendum, si res sacræ ex privata domo subripiantur? v. Cujac. *ibid. in fin.* Goth. Jure canonico sacrilegium committitur non tantum, ubi res sacra è loco non sacro; sed etiam, ubi res non sacra è loco sacro auferetur. *cap. quisquis. verf. similiter. 17. quæst.* 4. V. Damhoud. *practic. criminal. c.* 113. *n.* 2. 3. 4. Anf. 33 V. quæ notavi ad *l.* 4. §. 2. *T. eod.* 34 Huc pertinet, quod refert Papon. 24 *arrestor. n.* 10. *n.* 3. sacrilegium ob sui pondus, & quantitatem morte puniri fuisse. 35 Aliud enim si noctu, aliud si interdiu. v. Paul. 5 *sent.* 19. quam tamen distinctionem, *Eclog.* 60. *tit.* 45. *c.* 11. & 6. & *Harmenop. 5. in fin.* non admittit, sacrilegos etiam eo casu excæcari refert.

36 Sacrilegii etiam insignis pœna, habita ratione ætatis, minui potest. quam in rem vid. arrest. apud Papon. 24 *arrest.* 10. *c.* 4. 37 Adde *l.* 38. §. 7. *T. de adult. l.* 2. *in fin. T. de termino.* v. plenius Tiraquell. *tract. de pœnis. causa* 9. ubi notat, in pœnis mitius agi propter sexum.

38 Paul. *d. loco.* 39 Ignis supplicium maximum. de quo v. quæ notavi ad *l. un. C. de Nili ageribus.* 40 In furcas. *vulgat. Hal.* 41 Templum qui manu facta prædandi aut depopulandi gratia irrumpunt, bestiis objiciuntur. Paul. 5 *sent.* 19. §. *unic.* 42 Effregerunt. 43 *l.* 4. §. 1. *T. eod.* 44 Leve aliquid. Paul. *dicto loco.* 45 *l.* 10. *in fin. T. eod.* 46 Moneta publica potest accipi pro loco, in quo moneta publice cuditur. 47 Id est, præter eam, quam publico nomine faciunt. adde *l. ultim. C. de falsa moneta.* 48 Furtum publicæ monetæ ad peculatus crimen accedit. 49 *l.* 38. *T. de panis.* 50 Signum. *vulgat. Hal.* & male: nam signum dare non præbere dicimus. Accurfius sinum videtur legisse, cum hic adnoter inter varias lectiones, *sinum signum.* Sinum præbere furanti est partem vestimenti laxiorem, quæ solebat in humerum rejici pecuniæ, scilicet, reive alteriusve suscipiendæ, atque in occulto habendæ gratia, furi accommodare; nam sinus est para togæ. v. Turneb. 6 *adverf.* 7. Petr. Fabr. 1 *semestr.* 22. *fol.* 239. Theophilum, §. 11. *Inst. de obl. ex delicto.* 11 Gell. 18. 51 Ab alio scilicet, & quidem sciens. id ita interpretatur Petr. Faber 1 *semestr.* 22. *fol.* 242. *in fin.* 52 Μετὰ συνήθειαν. 60 *Ecl.* 45. *c.* 8. & sic post quinquennium peculatus crimen objici non potest. An hoc hodie verum? non puto: sed vicennio tantum præscribi, *l.* 12. *C. de falsis.* quin Papo, 2 *notar.* 7. *c. du crime de peculat.* habita ratione hujus criminis, quo publica utilitas impugnatur, tricennio tantum præscribi refert. 53 Æneam. *vulg.* Tabula hæc, dicitur publica, *l.* 4. §. 1. *T. de censibus.* census, *l.* 21. §. *ult. T. de annuis.* Leges & formam agrorum continebat, *T. eod.* ex ea, ut census præstandus esset, dignoscebatur. *d. l.* 4. *d. l.* 21. Urbicus. De modo agrorum quæstiones fere nascuntur in agris divisis & adsignatis: sed quia in ære five forma agrorum modus, cuique militi adsignatus, comprehensus est, ea forma vicinos obligat inter se, quia publica est. vide Cujac. *cap.* 10 *observat.* 2. 54 Leges. *vulgat.* forte non male: videtur enim intelligere Leges, quas privati in agris suis privatis dicebant; in adsignatis & colonicis, qui veteranos & colonos eo deduxerant. de quo dixi ad *l.* 1. §. 23. *T. de aqu. pluv.* Sed Lex hæc forte accipienda pro Lege publica. 55 Forma agrorum quæ fuerit, ut melius intelligamus, sciendum est, agrorum adsignatorum, limitatorumque (id est), qui limitibus institutis per centurias divisi erant, formam, modumque cujusque centuriæ ac limitem complectentes. *v. l.* 29. *T. de adqu. rer. dominio.*) æreis tabulis ad æternitatem fixis (tollendæ in posterum omnis controversiæ causa) inscribi consueviffe: Verbi gratia, datum, adsignatum illi tantum, redditum, commutatum pro suo: item reddita veteri possessori, data, adsignata, concessa, excepta, reddita. de quo vide Siculum Flaccum, 1 *de condit. agrorum.* Valerium Probum, *in notis.* Hygenum, 1 & 2 *de limitibus agrorum.* Aggenum Urbicum. Id res in controversiis inspici solebat. Cæterum diversorum duntaxat, adsignatorumque agrorum formæ in tabulas referebantur. In occupatoriis vero agris (quos pullis veteribus possessoribus victor populus occupaverat) nullum æs, nulla forma, quæ possessoribus publicæ fidei testimonium redderet. vide Siculum Flaccum, *ibidem.* Brissonium, 4 *selectar.* 5. 56 Adde *l.* 16. *T. de falsis.* Petrus Faber, 1 *semestr.* 22. *fol.* 236. & *sequent.* moris fuisse ait, ut pecuniæ publicæ debitores ad ærarium profiterentur, *l.* 7. §. 7. *T. eod.* id est, rationes suas apud quæstorem (defectum à senatu, vel forte ad id ductum) confiterent & consolidarent, & in provincia relinquerent: alias, verbis totidem ad ærarium in urbe, ad præsidem provinciæ referrent. vide Ciceron. 6 *ad Atticum* 7. 2 *familiar.* 17. *oratione* 37. in Pisonem, 9 *familiarium* 20. 57 Idem dicendum, si deleverit vel induxit leges annonæ, distinctiones agrorum, provinciarum, jurisdictionum. de quibus vide Papon. 2 *notar.* 7.

De pœna sacrilegii. 1. Qui sunt sacrilegi vel non. 2. De peculatu. 3. De tabulis publicis. 6. De residuis.

IX. PAULUS lib. sing. de Judiciis publicis.

Sacrilegii [capite 58] puniuntur. §. 1. Sunt 59 autem sacrilegi, qui publica sacra compilaverunt: at qui privata sacra, vel ædiculas incustoditas tentaverunt, amplius quam fures, minus quam sacrilegi, merentur. Quare quod sacrum, quodve admissum, in sacrilegii crimen cadat, diligenter considerandum est.

§. 2. Labeo libro XXXVIII posteriorum, peculatum definit, pecuniæ publicæ aut sacræ furtum non ab eo factum, cujus periculo fuit: & ideo ædituum in his, quæ ei tradita sunt, peculatum non admittere. §. 3. *Eodem capite* inferius scribit, non solum pecuniam publicam, sed etiam 60 privatam crimen peculatus facere, si quis, quod fisco debetur, simulans 61 se fisci creditorem, accepit, quamvis privatam 62 pecuniam abstulerit.

§. 4. Is autem, qui pecuniam trajiciendam 63 suscepit, vel quilibet alius, ad cujus periculum pecunia pertinet, peculatum non committit. §. 5. Senatus jussit, Lege peculatus teneri eos, qui injussu ejus; qui *ei rei præerit*, tabularum publicarum inspiciendarum 64 describendarumque potestatem fecerint.

§. 6. Eum [quoque] qui pecuniam publicam in usus 65 aliquos retinuerit, nec erogaverat, hac Lege teneri Labeo libro XXXVIII posteriorum scripsit. Cum eo autem, qui cum provincia abiret, pecuniam, quæ penes se esset, ad ærarium 66 professus retinuerit, non esse residuæ pecuniæ actionem: quia eam privatus fisco debeat: & ideo inter *debitores* cum ferri: eamque ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret, id est, pignus capiendo 67 corpus retinendo, multam 68 dicendo: sed eam quoque Lex Julia residuorum post 69 *annum* residuam esse jussit.

De peculatu. 1. De sacrilegio.

X. MARCIANUS lib. I Judiciorum Publicorum.

HAc Lege tenetur, qui in tabulis 70 publicis 71 minorem pecuniam, quam quid venierit aut locaverit, scripserit: aliudve quid simile commiserit. §. 1. Divus Severus & Antoninus quendam Clarissimum Juvenem, cum inventus esset arculam in templum ponere, ibique hominem includere, qui post clusum templum, de arca exiret, & de templo multa subtraheret, & se in arculam iterum referret, convictum in insulam deportaverunt 72.

De eo, qui muros perforavit vel inde aliquid abstulerit. 1. De sacrarium ingresso.

XI. ULPIANUS lib. LXVIII ad Edictum.

QUi perforaverit muros 73, vel inde aliquid abstulerit, peculatus actione tenetur 74. §. 1. Ὁ ἐν τῷ δυσαγωγείῳ 76 εἰσιὼν τὴν ἡμέραν ἢ νυκτὸς, μὴ περὶ ὧν αὐτοῦ ἱερῶν τι ἀφαιρούμενος, πυρὰ δῶν 78· ὁ δὲ ἔξω τοῦ δυσαγωγείου ἢ ἄλλο τι ἀφελόμενος, πυρὰ διδοὺς, μὴ κτυπούμενος, ἐξορίζεσθω. Hoc est, *Qui sacrarium ingressus interdiu vel noctu, sacrorum aliquid inde auferit, excæcator: qui vero extra sacrarium è templo reliquo auferat, verberatus & tonsus exilio multator.*

De pecunia exacta à debitore fisci.

XII. MARCELLUS lib. XXV Digestorum.

PEculatus nequaquam committitur, si exigam ab eo pecuniam, qui & mihi 79 & fisco debet: non enim pecunia fisci intercipitur, quæ debitori ejus aufertur, scilic. qui manet debitor fisci nihilominus.

De præda ab hostibus capta.

XIII. MODESTINUS lib. II de Pœnis.

IS, qui prædam ab hostibus captam 80 subripuit, Lege peculatus tenetur, & in quadruplum 81 damnatur.

De heredibus. quid veniat in quæstionem.

XIV. PAPINIANUS lib. XXXVI Quæstionum.

PUblica judicia peculatus 82, & de residuis 83, & repetundarum 84, similiter adversus heredem 85 exercentur: nec immerito: cum in his quæstio principalis ablatæ pecuniæ moveatur.

De donatione, dote, permutatione.

IV. GAIUS lib. XXII ad Edictum provinciale.

LEge Favia tenetur, qui sciens 15 liberum hominem donaverit, vel in dotem dederit. Item qui ex earum qua causa, sciens liberum esse, acceperit, in eadem causa haberi debeat, qua venditor & emptor habetur. Idem & si pro eo res permutata fuerit.

De fugitivo celato.

V. MODESTINUS lib. XVII Responsorum respondit.

EUm, qui fugitivum alienum suscepisse 16 & celasse doceatur, ex eo, quod proprietatis quæstionem referret, crimen, si probetur, evitare minime posse.

De servo sollicitato vel intercepto. 1. De eo, apud quem fugitivus operas suas locavit. Summa Legis Fabiæ.

VI. CALLISTRATUS lib. VI de Cognitionibus.

NOn 17 statim plagiarium esse, qui furti crimine ob servos alienos interceptos tenetur, Divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: *Servos alienos qui sollicitaverit aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, teneatur, neone, facit quæstionem: & ideo non me consuli de ea re oportet: sed quod verissimum in re præsenti cognoscitur, sequi Judicem oportet. Plane autem scire debet, posse aliquem furti crimine ob servos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari.* §. 1. Idem Princeps de eadem re in hæc verba rescripsit: *Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas 18 suas locaverint, ut pascerentur, & utique si iidem antea apud alios opus fecerint, hunc suppressorem non jure quis dixerit.* §. 2. Lege Favia cavetur, *Ut liber, qui hominem ingenuum 19, vel libertinum invitum celaverit, invinctum habuerit, emerit sciens dolo malo, quive in earum qua re socius erit, quisque servo alieno, servæve persuaserit, ut à domino dominave fugiat, vel eum eamve invito, vel insciente domino, dominave celaverit, invinctum habuerit, [emerit] sciens dolo malo, quive in ea re socius erit: ejus pœna* teneatur.

De

---

58 Pœna sacrilegii capitalis. §. 10. *Inst. de rer. div.* Imo extra ordinem, *l. 4. §. 1. l. 6. ff. ead.* Clar. *§ fur. §. sacrilegi*, 16. ex communi opinione fatetur extraordinarium, sed tamen semper capitale, sive in sacro vel profano furtum sit admissum. Et hæc quidem fuit opinio Glossæ, in §. *in summa. Inst. de injuriis*. qua à Senatu Burdegalensi quendam ultimo supplicio affectum refert Papo, 24 *arrestor.* 10. n. 3.

59 V. 7 Quint. 3. nota crimen medium inter sacrilegium & furtum.

60 Interdum qui rem privatam intercepit, peculatus tenetur, *ut hic.*

61 Sensus est, qui falsi mandati exhibitione à publicano, vel quæstore pecuniam exigit, peculatus tenetur: aliud erit, si ab eo, qui mihi, ut & fisco debet, pecuniam exegero. *l. 12. ff. ead.*

62 Quamvis publicanus ex sua & privata, ac non publica pecunia petenti numeravit.

63 Trajectione pecuniæ publicæ non committitur peculatus, *ut hic*. nisi eo nomine quis trajecerit, ut eam suo nomine mutuam daret. id enim est crimen peculatus. *l. ult. C. de bis, qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam accipiunt.*

64 Oculos in publicis rebus inspiciendis continentes habere oportet.

65 V. *l. 3. ff. eod.*

66 Hoc quid sit, explicavi ad *l. 8. in fin. ff. eod. l. 13.* & 42. ff. *de jure fisci. l. 4. §. 20. ff. de fid. comm. libert.* adde Petr. Fabr. 1 *semestr.* 22.

67 Cogendi publici debitoris modos observa, §. 3. *Inst. de satisd. tutor. l. 4. §. 2. ff. de damno.* dixi ad *l. ult. §. 3. ff. de eo quod metus causa.* 68 Adde & coërcitionem. 69 Post annuam moram in solvendo commissam quæstor publicus in crimen de residuis incurrit. Magistratus vel officialis, qui finita administratione, fiscalem pecuniam penes se esse professus, eam retinet, intra annum tenetur tantum quantum si debitor fiscalis: post annum, Lege Julia de residuis.

70 Tabulis publicis solebant inseri pretia rerum publice venditarum & locatarum. 71 *l. 8. ff. eod.* 72 *l. 6. ff. eod* 73 Publicos vel Ecclesiæ, *Accurs.* ubi publica pecunia est. Petr. Gregor. 39 *syntagm. 19. num 3. in fin.* 74 Cur ita? Muri sancti sunt, & quodammodo divini juris, *l. 1. l. 8. in fin. ff. de divis. rer.* adeo ut injussu Principis vel Præsidis reficere, aut eis aliquid superponere non liceat, *l. 9. §. 4. ff. de divis. rer.* quæ ex eo *lib. 8.* Ulpiani est aut facere, *l. 2. ff. ne quid in loco sacro.* aut in eis habitare, *l. 3. d. tit. l. ult ff. de rer. divis.* Peculatus autem ad res *sacras*, sanctas pertinet, *l. 1. ff. eod.* vid. Petr. Fabr. 1 *semestr. 22. in fin.* 75 Hic paragraphus desumptus est ex 60 *Ecl 45. c. 1. & 6. Harm. 5. περὶ ληστῶν.* cui adjunge *l. 6. ff eod.* Paul *5 sent. 29. §. unic.*

76 An idem in ædicula? v. *l. 9. §. 1. ff. eod.* 77 Sacrilegi habentur, qui perrumpunt in Ecclesias Catholicas. v. Petr. Gregor. 23 *syntagm.* 18. 78 Pœna excæcationis Græcis familiaris, v. *Novell. 92. Leon.* dixi plenius in Nomenclatore meo juris Græco apud Harmenopulum.

79 V. *l. 9 §. 3. ff. eod.* 80 Et Principis factam scil. v. Papon. 2 *notar. 7. tit. du crime de peculat.* 81 *l. 6. in fin ff. eod.* 82 Hæc tria crimina in epigraphe hujus tituli conjunguntur.

83 Residua, quæ & reliquationes. *l. 44. ff. de administr. tut.* Inde reliquator. *l. 102. §. 2. ff. de solut.* Qui residuis cogendis a rege Galliæ præficitur, appellatur *Receveur des restes.* 84 *l. 20. ff. de accusationib.* 85 *l. 2. ff. ad l. Jul. repetundar. l. 2. C. repetundar.* v. Papon. *d. loco.*

TIT. XIV.

DE [1] LEGE JULIA AMBITUS [2].

De creatione magistratuum & sacerdotum. 2. De restitutione. 3. De vectigalibus. 4. De ingresso in domum judicis.

1. MODESTINUS lib. II de Pœnis.

HÆc Lex in *Urbe hodie* 3 *cessat*: quia ad curam Principis 4 magistratuum creatio pertinet, non 5 ad populi favorem. §. 1. Quod si in municipio contra hanc Legem magistratum, aut sacerdotium 6 quis petierit: per Senatusconsultum centum aureis cum infamia punitur. §. 2. Qua Lege damnatus, si alium convicerit, in integrum restituitur 7: non 8 tamen pecuniam recipit. §. 3. Item is, qui novum 9 vectigal instituerit, ex Senatusconsulto hac pœna plectitur. §. 4. Et si quis reus, vel accusator 10, domum judicis ingrediatur 11, per Legem Juliam 12 judiciariam in Legem ambitus committit, id est, aureorum centum fisco inferre jubetur.

1 Ad Leg. Juliam, *vulgat. Hal.* & ita Paul. *5 sentent.* 30.

2 De ambitu. IX C. XXVI. 9 *C. Th.* 26. *περὶ κολάκων.* 60 *Eclog.* 46. §. 11. *Inst. de publ. judic.* v. Papon. 2 *notar. 7. tit. d'Ambition & Simonie.* Petr. Greg. 36 *syntagm.* 29. Crimini ambitus affinis est Ecclesiasticorum Simonia. de qua v. Clar. *5 sent. §. Simonia.* Facete Plaut. *in prologo Amphitruon.* vult Legem ambitus pertinere ad eos, qui ambiebant palmam histrionibus, quique empti plausum immeritis faciebant, meritis negabant, per delegatos favitores: sui similem, inquit, rem ipse in Lege jussit esse Jupiter, Quasi Magistratum sibi, alterive ambirent. *& post*: Qui minus eadem histrioni sit Lex, quæ bono viro? Fuit & hæc Lex XII Tab. (quam ita ego apud Plin. 2. *c. 3.* Qui coronam parit, ipse pecuniave sua, seipsi virtutis ergo additor. Id est, sive ipsimet per se, sive per servos vel per equos suos coronam meruerit, corona ei dum foris. feretur, dumve sepulrus erit, imponi poterit: quinimo ejus parentibus corona addi poterit. ut virtus filii patri in eo profit. & *Addueve* alioqui veteres dixere pro addere. v. Fest. *Addues.* id est, imponere. Porro ambitus ab ambiendo. Varro: qui populum circumit, ambit.

3 Quæ vis sit hujus vocis *hodie*, dixi ad *l. 32. ff. de fals.* 4 Principis nota est judices ac Magistratus creare, quod ut intelligi oporteat, v. Bodin. *de la republique.* 10. in verbis, *la troisieme marque de souveraineté.* 5 Juvenal. *satyr. 10. Jampridem ex quo suffragia nulli Vendimus, effugit curas* (populus): *nam qui dabat olim Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se Continet, atque duas tantum res anxius optat, Panem & Circenses.* in Sacerdotium municipii ambire non licet, *l. 11. ff. de pollicitationib. l. 31. C. de Episcop.* adde *Novell. 123. c. 16. 60 Eclog. 46. c. 1.* Paul. *5 sent. 30. §. unic.* De Annatis pontifici præstari solitis alibi dicam.

6 An centum millia sestertium, ut vult Cujac. *19 obs. 31.* An decem millia sestertium; ut notat Hotom; *disputatione de auctoritate Justinianea fol. 19 & 20.* Cum illa pœna nulla levior, hæc nulla gravior videatur, excepta ajunt & ignis Interdictione? Ubi etiam notat adversus Cujac. hanc pœnam non esse ex Lege Julia, sed ex SC. ad Legem Juliam accommodato. Deinde hanc pœnam nihil ad ambitum in urbe Roma commissum pertinere, sed in municipiis duntaxat: puta si quis decurio ambitu & largitione duumviratum vel Sacerdotium adsequutus fuerit. 7 Prætmium idem fuit delatoris ex Lege Calpurnia *de ambitu.* Cicer. *pro Cluentio.* idem fuit etiam Legis Pompeiæ. Appian. 2. si modo in pari minorive delicto alium convicisset, vel unum in majori. Dion. 20. v. Cujac. *7 obs. 28.* adde *l. 13. ff. de custodia.* 8 Pœnas dependas repeti non solere, hinc colligit Cujac. quod multis probat, *1 obs. 36. v. l. 42. ff. de cond. indebiti.* 9 *l. ult. ff. de publicanis. & lit. C. Theod. nova vectigalia.* 10 Non idem forte de actore. v. Cujac. *6 obs. 29. Theod. de offic. civil. jud.* 12 Leges Juliæ judiciariæ ab August. latæ sunt. Has Edicta vocat Macrob. *1 Saturnal. 10.* Caput quoddam hic proponitur. Ne reus vel accusator domum judicis ingrediatur, *ut hic.* Quemadmodum eadem Lege Judiciaria per contrarium cautum fuit. Ne judices domos alienas intrdeant, ut & de Augusto scribit Dion. 54. Fuit & sub Tiberio SC. ne Senatores domum pantomimorum ingrederentur: & sub Claudio, ne domos Senatorias ingrederentur milites salutandi causa. Postea Valens, Gratianus, Valentinianus, Arcadius, Honorius & Theodosius constituerunt, ut ne meridianis horis, quod tempus vacuum est à judiciis, judices à litigatoribus adeantur. *l. 1. C. Theod. de offic judic. civilium.*

TIT. XV.

DE [1] LEGE [2] FABIA [3] DE PLAGIARIIS [4].

De venditione liberi hominis.

1. ULPIANUS [lib. I Regularum].

SI liberum [5] hominem [6] emptor sciens [7] emerit [8]: *Capitale crimen* adversus eum ex Lege Fabia de plagio nascitur: quo venditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vendiderit.

De servo absente vendito. 1. De mandato. De fugitivo persequendo & distrahendo, 2. Vel ex causa empti habendo. 3. De fuga servi vendita.

II. IDEM lib. IX de officio Proconsulis.

SCiendum est, Legem Faviam ad eos non pertinere, qui cum absentes [9] servos haberent, eos vendiderunt: aliud [10] est enim abesse, aliud in fuga esse. §. 1. Item non pertinere ad eum, qui mandavit [11] servum fugitivum persequendum & distrahendum: nec enim fugam vendidit. §. 2. Amplius dicendum est, [&] si quis Titio mandaverit servum fugitivum [12] adprehendendum, ut si adprehendisset, eum emptum haberet: cessare Senatusconsultum. §. 3. Hoc autem Senatusconsulto domini [quoque] continentur, qui fugam [13] servorum suorum vendiderunt.

De bonæ fidei possessore. 1. De morte rei.

III. MARCIANUS lib. I Judiciorum Publicorum.

LEgis Faviæ crimine suppressi mancipii bona fide possessor non tenetur: id est, qui ignorabat servum alienum, & qui voluntate domini putabat id eum agere, & ita de *bona fidei possessore* ipsa Lex scripta est: nam adjicitur, Si sciens [14] dolo malo hoc fecerit: & *sapissime* à Principibus Severo & Antonino constitutum est, ne bonæ fidei possessores hac Lege teneantur. §. 1. Illud non est omittendum, quod exemplo Legis Aquiliæ, si is, propter quem quis in Faviam commisit, decesserit: adhuc accusatio & pœna Legis Faviæ superest, ut & Divus Severus & Antoninus rescripserunt.

De donatione, dote, permutatione.

IV. GAIUS lib. XXII ad Edictum provinciale.

LEge Favia tenetur, qui sciens [15] liberum hominem donaverit, vel in dotem dederit. Item qui ex earum qua causa, sciens liberum esse, acceperit, in eadem causa haberi debeat, qua venditor & emptor habetur. Idem & si pro eo res permutata fuerit.

De fugitivo celato.

V. MODESTINUS lib. XVII Responsorum respondit.

EUm, qui fugitivum alienum suscepisse [16] & celasse doceatur, ex eo, quod proprietatis quæstionem referret, crimen, si probetur, evitare minime posse.

De servo sollicitato vel intercepto. 1. De eo, apud quem fugitivus operas suas locavit. Summa Legis Fabiæ.

VI. CALLISTRATUS lib. VI de Cognitionibus.

NOn [17] statim plagiarium esse, qui furti crimine ob servos alienos interceptos tenetur, Divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: *Servos alienos qui sollicitaverit aut interceperit, crimine plagii, quod illi intenditur, teneatur, neone, facit quæstionem: & ideo non me consuli de ea re oportet: sed quod verissimum in re præsenti cognoscitur, sequi Judicem oportet. Plane autem scire debet, posse aliquem furti crimine ob servos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari.* §. 1. Idem Princeps de eadem re in hæc verba rescripsit: *Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas [18] suas locaverint, ut pascerentur, & utique si iidem antea apud alios opus fecerint, hunc suppressorem non jure quis dixerit.* §. 2. Lege Favia cavetur, *Ut liber, qui hominem ingenuum [19], vel libertinum invitum celaverit, invinctum habuerit, emerit sciens dolo malo, quive in earum qua re socius erit, quisque servo alieno, servæve persuaserit, ut à domino dominave fugiat, vel eum eamve invito, vel insciente domino, dominave celaverit, invinctum habuerit, [emerit] sciens dolo malo, quive in ea re socius erit: ejus pœna* teneatur.

1 Ad Leg. Faviam de plagiariis. *Hal.*

2 Verba hujus Legis v. in *l. 6. in fin ff. eod.*

3 Fabia Lex de plagiariis. IX C. XX. 9 *C. Theod.* 18. Paul. & Ulp. 14 *collat. Leg. Mosaic.* Flavia, *vulgat* §. 10 *Inst. de public. judic.* Favia. *Hal.*

4 Plagiarii, qui vid. *tit. 14 collat. Leg. Mosaicar.* adde *περὶ ἀνδραποδιστῶν.* 60 *Eclog.* 48. *περὶ ἀνθρωπλοκῶν & ἀνδραποδιστῶν.* 6 *Harm. 9.* adde & eundem *cap.* 13. Paponem, 2 *notar. 7. titul. du crime de plagiaire.* Petr. Gregor. 36 *syntagm.* 31. adde *Exod. 21. Deuter. 24.*

5 Plagii seu de plagiariis Lex videtur primo pertinuisse ad cives Romanos. Paul. 14 *collat. Leg. Mosaicarum.* deinde ad eos, qui in Italia liberti essent, Ulpian. *ibid.* postremo ad omnes omnino liberæ conditionis, *ut hic:*

6 Vide *l. 103. ff. de verbor. obligat.* hinc colligere possis hominem liberum emi non posse. v. *hic.* sed nec pignorari, *l. 9. ff. de pignor.* vel locari. vide *Novell. 134. cap. 7.* ne quidem volentem. vide *Novell. Leon. 69.* An homo liber in perpetuum possit operas suas locare alicui privato? vide Ripensem ad *l. obligationes. 6. ff. de pignor. num. 10.* Reipublicæ vel Xenodochio. vide eundem *ibid. num. 11.* an possit obsesdari in publica vel privata causa? *numer. 12.* An possit obligari ad servandas sedes pro debito pecuniario? *d. numi 12.* an possit à patre, famis tempore distrahi? *num. 13.* obsesdari pro patre, vel pro extraneo? *num. 14.* an possit esse pignoris, num cedi possit alteri? *num. 18.* An Vasalli à dominis vendi possint? *num. 19.* An civili jure liber homo possit ad carceres obligari? *numer. 20. ad 30.* vel renunciare beneficio cessionis? *numer. 30.* An cadaver hominis possit pignorari? *numer. 34.*

7 Pœna plagii capitalis, *ut hic.* imo pecuniaria & extraordinaria. vide *l. ultim. ff. eod.*

8 *6 Harmenopul. 14. 60 Eclog. 48. cap. 15.* secus si ignorans. *l. 4. ff. eod. l. 15. C. eod. l. 2. C. ubi de criminibus.* 9 Absentis domini servum vendere possumus, at non fugitivum. 19 *sympf. 1. ex lib. 60. tit. 48. cap. 1.* 10 Fugitivum qui sciens vendit, plagii tenetur, *l. 6. C. eod.* qui à suo domino absentem, non tenetur. 11 *l. 35. §. 3. ff. de contr. empt.* 12 *l. 6. in fin. C. eod.*

13 *l. 6. C. eod.* 14 *l. 1. ff. eod. l. 4. C. de servis fugitivis.* 15 *d. l. 1. ff. eod.* 16 *l. 9. C. eod. 6 Harmenopul. 13.* 17 *l. 82. ff. de furtis. l. 1. ff. de fugitivis.* 18 60 *Eclog. 48. cap. 4.*

19 Vide *l. 3. ff. de libero homine.*

De pœna.

VII. HERMOGENIANUS lib. VI [20] Juris Epitomarum.

POEna *pecuniaria* [21] statuta Lege Favia, in usu esse desiit: nam in hoc crimine detecti, pro delicti modo coërcentur: & plerumque in metallum [22] damnantur.

20 *Al.* quinto.
21 Pœna plagii olim *pecuniaria* ex Lege Fabia: hodie extraordinaria & arbitraria, & plerumque metalli. *l.* 6. *C. eod.*
22 Capitalis erat ex Lege Mosaïca, *Exod.* 21. *Deut.* 24. apud Romanos plagiarii servi pœna erat, ipsum servum & alterum, vel alterius loco, 20 aureos restituere, 60 *Eclog.* 48. *cap.* 1. liberi, manus amputatio, &c. *Eclog. ibid. cap.* 18. 6 *Harmen.* 14. Plagiarios etiam in metallum damnatos constat, *ff. eod.* & bestiis objectos vel gladio punitos, *l. ultim. C. eod.* capitale denique fuisse crimen. *l.* 1. *ff. eod.* Papo refert eos ut sæpius capite puniri, vel damnatione ad remes, 2 *notar.* 7. De variis diversarum gentium pœnis plagiario illatis, vid. Petr. Gregor. 36 *syntagm.* 31. *num.* 6. 7. 8. 9. quibus adde & aliam antiquam, quæ extat apud Paul. 14 *collat. Leg. Mosaïcar.* 22 Paul. *d. loco.* vide *l. ultim. C. eod.*

TIT. XVI.

AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM [1], ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM [2].

Quibus modis accusatores delinquunt, & coërcentur. 1. *De calumniatore.* 6. *De prævaricatore.* 7. *De eo qui desistit, & de abolitione.* 11. *De suspecti tutoris accusatione.* 12. *Si quis dicatur in Senatusconsultum Turpillianum incidisse.* 13. *De eo, qui accusatorem summittit, instigat aut mandat alicui, & instruit eum ad accusationem.* 14. *De eo, qui desistit.*

I. MARCIANUS libro sing. ad Senatusconsultum Turpillianum.

ACcusatorum temeritas tribus [3] modis detegitur, & tribus pœnis subjicitur: aut enim *calumniantur*, aut *prævaricantur*, aut *tergiversantur*. §. 1. *Calumniari* [4], est falsa crimina intendere [5]. *Prævaricari* [6], vera crimina abscondere [7]: *Tergiversari*, in universum [8] ab *accusatione desistere*. §. 2. Calumniatoribus pœna [9] Lege Remnia [10] irrogatur. §. 3. Sed non utique, qui [11] non probat, quod intendit, protinus calumniari [12] videtur: nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui, reo absoluto, de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processit: & si quidem justum ejus errorem repererit, absolvit eum; si vero in evidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat.

§. 4. Quorum alterutrum ipsis verbis pronunciationis manifestatur. Nam si quidem ita pronunciaverit, *non probasti*, pepercit ei. Sin autem pronunciaverit, *calumniatus* [13] es, condemnavit eum. Et quamvis nihil de pœna subjecerit, tamen Legis potestas adversus eum [14] exercebitur. Nam (ut Papinianus respondit) facti [15] quidem quæstio in arbitrio est judicantis; pœnæ vero persecutio non ejus voluntati mandatur, sed Legis auctoritati reservatur. §. 5. Quæri possit, si ita fuerit interlocutus, *Lucius Titius temere* [16] *accusasse videtur* [17], an calumniatorem pronunciasse videatur? & Papinianus, temeritatem facilitatis veniam continere, & inconsultum *calorem* calumniæ vitio carere: & ob id hunc nullam pœnam subire oportere. §. 6. *Prævaricatorem* [18] eum esse ostendimus, qui colludit [19] cum reo: & translatitie [20] munere [21] accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero [rei] excusationes admitteret.

§. 7. Si quis autem ab accusatione citra [22] *abolitionem* destiterit, punitur. §. 8. Abolitio privatim à Præsidibus postulari ac impetrari solet. Item pro tribunali [23], non de plano. Nec præsens [24] hanc cognitionem alteri demandare [25] potest. §. 9. Si plura crimina idem eidem intulit, singulorum [26] debet abolitionem petere: alioquin prout quid amiserit, ejus nomine Senatusconsulti pœnam patietur. §. 10. Accusationem is intulit, qui præscriptione summoveri poterat, ut quilibet [27] adulterii masculo post quinque [28] annos continuos ex die commissi adulterii, vel fœminæ post sex [29] menses utiles ex die divortii: an, si destiterit, hoc Senatusconsulto plecti debet, belle dubitatur? Movit, quod pene nulla erit accusatio, quam [30] temporis spatium, aut personæ vitium omnimodo removeret, reoque securitatem timoris ac periculi promitteret. Contra movet, quod qualisqunque accusatio illata, cognoscentis auctoritate, non [31] accusantis voluntate aboleri debet: majoreque odio dignus existimaretur, qui temere ad tam improbam accusationem processisset. Ergo verius est, eum quoque, de quo loquimur, in Senatusconsultum incidere oportere. Atquin Papinianus respondit, mulierem, quæ idcirco ad falsi accusationem non admitteretur, quod suam [32], suorumve injuriam non persequeretur, desistentem, Senatusconsulto Turpilliano non plecti. Num ergo, & in cæteris idem responsurus sit? quid enim interest, propter sexus [33] infirmitatem, an propter status turpitudinem, temporisve finem [34] ad accusationem aliquam non admittatur? multoque magis excludendi sunt, quod mulieris quidem accusatio vel propter proprium ejus dolorem effectum habere potuit: illorum vero accusatio voce duntaxat tenus intervenit. Atquin idem alias scribit, non posse aliquem duos [35] eodem tempore adulterii accusare, marem & fœminam: & tamen, si utrique simul denunciaverit, in utriusque [36] persona abolitionem eum petere debere, ne in hoc Senatusconsulto [37] incidat. Quid porro refert, propter causas suprascriptas accusatio non valuerit, an propter numerum personarum non tenuerit? an hæc interfint, plenam habuerit aliquis accusandi facultatem, sed propter personarum conjunctionem ab accusatione summoveatur: an vero stricta ratione quibusdam accusandi facultas non competat? † Merito itaque dicendum est, omnes [38], excepta muliere & minore [39], nisi abolitionem petierint, in hoc Senatusconsulto incidere. §. 11. Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest: & nullus [40] alius de hujusmodi quæstione, quam Præses, pronunciare potest: & tamen, qui ab ea destitit, Senatusconsulto non [41] tenetur. §. 12. Item, si dicatur aliquis in Senatusconsultum incidisse Turpillianum, Præsidis est super ea re notio: & tamen contra desertorem Senatusconsulti non intervenit coërcitio: qui autem dicit, quem in hoc Senatusconsulto [42] incidisse, accusator non [43] est. §. 13. Incidit in hoc Senatusconsulto [44], & qui *accusatorem summittit*, aut *instigat*, aut qui mandat alicui, & instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes, allegando accusationes. & merito: *nam deficiendo* [45] *crimini, quod movet*: & eximendo se periculo calumniæ vel desertionis, *merito* calumniantis & desistentis pœnæ subduci *debuit*, nisi *subornatus* [46] accusator probaverit crimen, quod intendere susceperit. † Nec interest, per se mandavit accusationem, an per [47] alium. † Verum hunc, qui hoc *ministerio usus* est ad mandandam accusationem, non ex verbis, sed ex sententia Senatusconsulti puniri, Papinianus respondit. † *Summissus* [48] enim accusator similiter eodem Senatusconsulto plectitur: id est, propter hoc solum punitur, quod *ministerium alieni timoris* recepit.

§. 14. Reus [49] condemnatus provocavit: deinde accusator destitit, an in hoc Senatusconsulto [50] incidit? prope est, ut incidisse videatur [51]: quia provocationis [52] remedio condemnationis extinguitur [53] pronunciatio.

II. PAULUS libr. sing. de pœnis omnium Legum.

QUi desiterit [54] agere, amplius & accusare prohibetur.

De pœna calumniatoris.

III. IDEM lib. I Sententiarum.

ET in privatis [56], & in extraordinariis criminibus omnes calumnioſi extra [57] ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

De muliere desistente. 1. *De effectu abolitionis.*

IV. PAPINIANUS lib. XV Responsorum.

MUlier, quæ falsi crimen injuriæ propriæ post [58] interpositam denunciationem desistens omisit, ex Senatusconsulto Turpilliano teneri non [59] videtur. §. 1. Post abolitionem idem crimen ab [60] eodem in eundem instaurari non potest.

De libello dato principi.

V. PAULUS lib. II Responsorum.

QUæsitum est, an is, qui, libello Principi dato, falsum se objecturum *minatus* [61] est, si non objecisset, Turpilliano Senatusconsulto tenetur? Paulus respondit, verbis Senatusconsulti Turpilliani eum, de quo quæritur, non [62] contineri.

Quid sit desistere. 3. *De nunciatoribus.* 4. *De calumnia.*

VI. IDEM lib. I Sententiarum.

AB accusatione destitit, qui cum adversario suo de compositione ejus criminis, quod intendebat, fuerit locutus [63].

§. 1. Anitusconsulto Turpilliano non plectitur: minori desertio accusationis non nocet. vide Cujac. ad *l.* 37. *ff. de minoribus.* 40 Imo alius quam præses, puta delegatus à Præside. *l.* 4. *ff. de officio ejus, cui mandata. l.* 1. §. 4. *ff. de suspectis.* Alii possunt de suspecto cognoscere, at non delegare.

41 Imo, tenetur qui desistit ab accusatione. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Item suspecti postulatio, quasi publica est actio: hi autem incidunt in Turpillianum, qui desistunt à publica accusatione.

42 Senatusconsultum. *vulgat.* 43 Id est, qui ex hoc Senatusconsulto accusationem instituit & deseruit, in Senatusconsulti pœnam non incidit; quia hic tantum tenentur, qui judicii publici accusationem deseruerunt, non qui privati, vel extraordinarii judicii, vel criminis.

44 Senatusconsultum. *vulgat. Hal.* 45 Diffitendo. *Hal.* 46 Accusator subornatus desistente principali accusatore, etiam admittitur ad probandum id, quod intendere suscepit.

47 Mandator, minister mandati, & mandatarius, falsæ accusationis rei, puniendi. 48 *l.* 3. *ff. de vi privata.* 49 Turpilliano tenetur is etiam, qui reo damnato & provocante, ab accusatione destitit. Accusator suam accusationem in causa appellationis persequi cogitur, nisi velit in Turpillianum incidere. 50 Senatusconsultum. *vulgat. Haloand.* 51 Accusator procuratoris causam persequi debet, ne in Turpillianum incidat. 52 Sententia provocatione extinguitur.

53 Imo tantum suspenditur. *l.* 6. §. 1. *ff. de his, qui notantur. l.* 11. *C. de rebus creditis.*

54 Qui desiterit agere amplius, &c. *vulgat.* ὁ ἀπορὰς ἢ δύνατον ἀναγεγραφὼς κατηγορεῖν. 60 *Eclog.* 1, περὶ συκοφάντων. 10. atque ita ex Florentina, Vulgata & Græca, tres lectiones diversæ colliguntur. Quod dicitur de eo, qui desistit, idem dicendum de convicto. *l.* 5. *ff. de prævaricat.*

55 *l.* 2. §. 1. *l.* 15. §. 5. *ff. de adulteriis.* adde *l.* 14. §. 9. *ff. de ædilitio. l.* 3. *in fin. ff. de prævaricatoribus.* Paul. 1 *sentent.* 5. §. 2. *Eclog. ibid. cap.* 12. *in fin.* 56 Et in publicis, Paul. 7. *ibid.* ἢ τοῖ χρηματικοῖς. *Eclog. ibid.* 57 Imo ordinarie puniendi. *l.* 1. *ff. eod.* vide *l.* 8. *C. de calumn.*

58 Post non interpositam. Jacobus Curtius, 2 ἐκκαίδ., reprehensus à Roberto 1 *receptæ lectionis.* 25. & à Cujac. 20 *obs.* 8. 59 Imo videtur. *l.* 5. *C. eod.* v. Cujac. *d. loco.* 60 *l.* 3. *in fin. ff. de accusationibus.* 61 Accusasse nondum intelligitur, qui accusationem tantum minatus est; *l.* 11. §. 3. *ff. de adulter. l.* 17. *C. de adulter.* sic nondum periit, qui petere voluit, *l.* 5. *ff. ratam rem.* nondum conquestus esse dicitur, qui querelam tantum præparavit. *l.* 11. *l.* 15. *ff. de in jus vocando.*

62 Imo contineri videtur. *l.* 1, *l.* 2. *C. quando libellus principi.* 63 Cum effectu scilicet, transigendo. *Accursius.*

1 IX C. XLV. de calumniatoribus. 9 *C. Theod.* 39. περὶ συκοφάντων, 60 *Eclog.* 1. 6 *Harm.* 9. adde *Extra.* 2. P. Greg. 32 *syntagm.* 20. de prævaricatoribus, vide P. Greg. 32 *syntagm.* 31. Boss. 36. de tergiversatoribus, vide Boss. *ibid.* & Petr. Gregor. 32 *syntagm.* 22.

2 IX C. XLII. 9 *C. Theodos.* 37. Paul. 5 *sent.* 17. Petr. Gregor. 32 *syntagm.* 22. de generali abolitione, IX C. XLII. de indulgentiis criminum, 9 *C. Theod.* 38. adde Papon. 3 *notar.* 10. *tit. des lettres d'abolition.* & 60 *Eclog.* 1. *ex titul.* 69. περὶ τῶν ἀνεγκλήτων αὐτῶν καὶηγόρων. Non pigebit quædam breviter de abolitione hic inserere. Magni namque momenti est nosse, quemadmodum homini famam, bona, & ipsam vitam servare possis. Res ita habet. Princeps reis criminum gratiam facere solet vel famæ, vel bonorum, vel vitæ, ut in *l.* 2. *ff. de sentent. passis.* & hoc etiam titulo, quoties temerarie (non tamen fallaciter, *l.* 2. *C. de abolitionib.*) suam suorumque injuriam nimio ac cæco impetu propulsanti licentiam omittendæ accusationis facit: quod apud Gallos non est usitatum, propterea quod in Gallia accusatores privatum tantum damnum persequuntur, procuratore fisci publicam pœnam persequente. Hanc autem gratiam reo Princeps facit, vel ultro, vel reo ejusve amicis petentibus. Ultro, *l.* 8. *l.* 10. *ff. eod.* idque ob insignem lætitiam. hinc indulgentia seu generalis abolitio, *C. de generali abolitione.* & *C. Theodos. de indulgentiis criminum.* & publica, *l.* 12. *ff. eod.* leviorum duntaxat criminum reis gratiam impertiens: non autem sacrilegis, reis majestatis, veneficis, maleficis, raptoribus, homicidis, *l.* 1. *l.* 3. *C. Theod. de indulgentiis.* eadem quibus parcit, famam non restituit, *l.* 3. *C. de generali abolitione.* Reo autem, ejusve amicis petentibus, Princeps gratiam facit, crimen abolendo (non tamen majestatis, patriæ proditæ, oppugnatæ, peculatus, sacramenti deserti, *l.* 3. *in fin. C. de abolitionibus.* & similium), quæ gratiæ species, restitutio dicitur, *ff. de sentent. passis & restitutis.* & abolitio, IX C. XLIII. 9 *C. Theod.* 37. Hæc famam restituit, *l.* 1. *ff. de sententiam passis.* cui non absimile est beneficium illud Principis, quod Galli vocant, *grace, remission & pardon.* de quibus vide Papon. 3 *notar.* 10. Dicet aliquis, ergo graviora illa crimina, quorum superius mentionem fecimus, nunquam Princeps poterit abolere? Imo poterit: veritque exemplo ea, quam vocant Galli *abolition*, in qua Princeps, ipseque senatus, ad quem reus remittitur absolvendus, solutius, & ut ita dicamus, conniventibus oculis, & quasi dormiens, rei delicta spectat, quod in remissionibus criminum non solet fieri. vide Papon. *ibid. tit. d'abolitions.* quibus adde Petr. Greg. 32 *syntagm.* 23. & 36. *cap.* 2. *num.* 1. & 14. 3 Temere qui accusant, aut calumniantur, aut prævaricantur, aut tergiversantur. 4 Calumnia συκοφαντία. calumniator συκοφάντης. 60 *Eclog.* περὶ συκοφάντων. adde *l.* 16. *C. ex quib. causis infamia.* 5 Διαβολὴν (hinc criminatio, διάβολη. Æschines, *in oratione* περὶ Παραπρεσβείας) κατηγορῆσαι. *Eclog. ibid.* id est accusare, scienter & prudenter, *l.* 1. §. 1. *ff. si mulier ventris nomine.* Paul. 1 *sentent.* 5. §. κλωσῶς. *Eclog. d. loco.* id est, per fraudem & fruſtrationem. *l.* 233. *ff. de verb. signif.* Ut differat calumnia à fama, vide Æschin. *in oratione*, περὶ Παραπρεσβείας. 6 Prævaricari quid, vid. §. 6. *ff. eod.* 7 Prævaricari est, dissimulare crimina, quæ alias præposita ad suam causam maxime facerent, unde à Græcis dicitur, προδότης τῆς ἰδίας ὑποθέσεως. & diversam partem adjuvare prodita sua causa, *l.* 4. §. 4. *ff. de his qui notantur. l.* 1. *ff. de prævaricat.* prodit, dum colludit cum reo, idque efficit, ne condemnetur. adde *l.* 212. *ff. de verb. signif.* 8 Tergiversari est accusationi terga vertere, desistere ab accusatione: hoc φυγοδικία, *Eclog. ibid.* & παρίκμψις Græcis dicitur. *Cujac. hic.* ita differt à prævaricatore, qui non in universum desistit: fingit se accusare, non tamen vere accusat, sed colludit cum eo.

9 Fronti τὸ Κ inurebatur. Julian. *in Antioch.* hac enim nota Kalumnia significabatur. Longus apud Pithœum 4 *not. Mosaïc.* 10 Rhemnia; *vulg. Hal.* 11 *Ecl. ibid. c.* 20. vere & calumnioſe accusare, sunt contraria, qui per errorem accusat, neque vere accusat, quia errat, neque calumnioſe: quia fallendi animus ei deest. non mirum igitur, si continuo, qui non probat, calumniæ non noterur. 12 Calumniari non continuo videtur, qui non probat, *ut hic.* Clarus hoc ad eos tantum refert, qui necessitate officii, vel propter immensum dolorem accusant, puta tutores & parentes, 5 *sent. §. ultim. quæst.* 62. *versic. dixi superius.* 13 *l.* 16. *C. ex quibus causis infamia.* 14 Condemnatum scilicet. 15 Τῆς ὑποθέσεως ζητήσεις. *Eclog. ibid.* id est, mulctæ. certe hic factum pœnæ opponitur, ceu Legis pœnæ. *Eclog. ibid.* (paulo aliter explicat Duaren. 1 *disput.* 14.) ut & alibi juris auctoritati, *l.* 15. *ff. ad municipal.* alibi pœna mulctæ opponitur in *l.* 244. *ff. de verbor. signific.* sint ergo illa eadem, pœna Legis, juris auctoritas, νόμου ἐπιβολὴ καὶ κρίσις. *Eclog. ibid.* & retro, sint hæc eadem, factum, *ut hic.* mulcta: τῆς ὑποθέσεως ζήτησις. *Eclog. ibid.* ut sit sensus, Judex pœnam Legis dissimulando vel majorem, vel duriorem inferendo, condemnatum non notat: factis quidem controversis Leges accommodare potest, non Leges condere; vis hæc Legis est, non judicis. Reum infamia notare in legislatorum voluntate positum est, non judicis: in legislatorum voluntate est pœnam criminibus certam statuere. Judicis non est statuere, sed statutam Legibus facto accommodare. adde *l.* 13. §. 7. *ff. de his, qui notantur.*

16 Temerariæ, facilis & inconsultæ accusationis damnatus, calumniæ vitio & pœna caret. *Eclog. ibidem.* 17 Mos ille veterum in concipiendis sententiis fuit, ut quæ jurati cognovissent, ea non ut esse facta, sed videri pronunciarent, *ut hic. l. penultim. ff. de his, qui notantur.* Cicero, 4 *Verrina:* pronunciatum corrupisse videri. *& post:* pronunciatum est, non videri. Sallustius, *in conjurat. Catilinaria:* senatus decrevit, falsum videri. Tacit. 14. Pronunciemus jure cæsum videri. Festus, Parum cavisse videri. Idem mos in Centumvirali de inofficioso querela: pronunciabant enim videri patrem justam iracundiam causam habuisse. Plin. 5 *epist. ad Severum.* Idem in Senatusconsultis, augurumque ac pontificum decretis servatum. Livius 23. 25. Cicer. 4 *ad Atticum.* Auctor *ad Herennium* 1. Interdum tamen & aliter pronunciabant judices his modis: secundum te litem do, 2 Valer. 3. Senec. 7 *declamat.* in centum condemno, *l.* 1. *ff. quæ sententiæ sine appellat.* solve quod petitum est. *l. in sententiis.* 59. §. 1. *ff. de re judic.* Quantum ei debes, redde. Divisioni vestræ stari placet. Pro ea parte, quam solvisti creditoribus, accipe. *l.* 21. §. 3. *ff. de arbitr.* vim fecisti *l.* 32. *ff. de pœnis.* Illum provincia illa, insulisque relego. vide Brissonium, 2 *select. antiquitat.* 2. 18 §. 1. *ff. eod.* vide Festum. 19 ὁ ἐμπαίζων τῷ κατηγορουμένῳ. 60 *Eclog.* 1. *cap.* 10. Prævaricatio, est accusatoris cum reo colludium. 20 Translative, *vulgar.* translatitie accusandi munere fungi, *ut hic.* est translatitie lites exequi, *l.* 1. *ff. de jure patronatus.* illud non est translatitie omittendum. *l.* 55. §. 3. *ff. ad Trebell.* 21 Munere. *vulg. Hal.* 22 V. quæ monavi ad *epigraphen hujus tituli. l.* 1. *ff. de prævaricatorib.*

23 Pro tribunali, & de plano, opponuntur. *l.* 2. *ff. de re judic.* Festus in *pro censu.*
24 *Al.* præsca.
25 Demandari non possunt, quæ pro tribunali expediri debent. *l.* 9. §. 1. *ff. de off. Proconsul.*
26 In petenda abolitione hoc communiter receptum est, ut qui eam postulat, omnia libello ac precibus inserat, quæ potuissent verisimiliter animum principis à gratiæ concessione dimovere: quinetiam volunt interpretes, ut reus inserat libello, antea necne aliam abolitionem postularit & impetrarit; forte aliter, ut recentis delicti impetrata gratia, antiqui ac prioris pœnam sustineat. v. Clar. 5 *sent. §. ult. q.* 59. *versf. debes.*
27 Adulterii potest quis masculum accusare intra annos quinque commissi: fœminam post sex menses utiles ex die divortii: postea accusare eas personas non potest adulterii: si accusare eas perstiterit, præscriptione submoveri poterit. Quid, si accusavit post id tempus & destitit: an hoc Senatusconsulto tenebitur? v. *ff. eod.*
28 *l.* 4. §. 2. *ff. de adulter.*
29 Adulteræ crimen sex mensibus utilibus extinguitur, *ut hic.* & *l. ob commissa.* 21. *C. de adulter.*
30 Accusatio pene nulla est, quam temporis spatium, aut personæ vitium omnimodo removet, quæque reo securitatem permittit. *l.* 13. *ff. de regul. jur. l.* 7. §. 8. *ff. de dolo. l.* 7. §. 14. *ff. ex quibus caus. in possess.*
31 Accusatio cognoscentis judicis, non accusantis voluntate aboleri debet. 32 *l.* 19. *C. de falsis.*
33 Alii sexu, alii infamia, alii ob tempus accusandi elapsum, ab accusando removentur.
34 Atqui ob eam causam non incidunt in Turpillianum. vid. *l.* 11. *ff. eod.*
35 *l.* 39. *ff. de adult.*
36 *d.* §. 6.
37 Senatusconsultum. *vulg.*
38 Desistens ab accusatione invalida incidit in Turpill. excepta muliere & minore. v. tamen *l.* 11. *ff. eod.*
39 Minor Senatusconsulto Turpilliano non plectitur: minori desertio accusationis non nocet. vide Cujac. ad *l.* 37. *ff. de minoribus.* 40 Imo alius quam præses, puta delegatus à Præside. *l.* 4. *ff. de officio ejus, cui mandata. l.* 1. §. 4. *ff. de suspectis.* Alii possunt de suspecto cognoscere, at non delegare.
41 Imo, tenetur qui desistit ab accusatione. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Item suspecti postulatio, quasi publica est actio: hi autem incidunt in Turpillianum, qui desistunt à publica accusatione.
42 Senatusconsultum. *vulgat.* 43 Id est, qui ex hoc Senatusconsulto accusationem instituit & deseruit, in Senatusconsulti pœnam non incidit; quia hic tantum tenentur, qui judicii publici accusationem deseruerunt, non qui privati, vel extraordinarii judicii, vel criminis.
44 Senatusconsultum. *vulgat. Hal.* 45 Diffitendo. *Hal.* 46 Accusator subornatus desistente principali accusatore, etiam admittitur ad probandum id, quod intendere suscepit.
47 Mandator, minister mandati, & mandatarius, falsæ accusationis rei, puniendi. 48 *l.* 3. *ff. de vi privata.* 49 Turpilliano tenetur is etiam, qui reo damnato & provocante, ab accusatione desistit. Accusator suam accusationem in causa appellationis persequi cogitur, nisi velit in Turpillianum incidere. 50 Senatusconsultum. *vulgat. Haloand.* 51 Accusator procuratoris causam persequi debet, ne in Turpillianum incidat. 52 Sententia provocatione extinguitur.
53 Imo tantum suspenditur. *l.* 6. §. 1. *ff. de his, qui notantur. l.* 11. *C. de rebus creditis.*
54 Qui desiterit agere amplius, &c. *vulgat.* ὁ ἀπορὰς ἢ δύνατον ἀναγεγραφὼς κατηγορεῖν. 60 *Eclog.* 1, περὶ συκοφάντων. 10. atque ita ex Florentina, Vulgata & Græca, tres lectiones diversæ colliguntur. Quod dicitur de eo, qui desistit, idem dicendum de convicto. *l.* 5. *ff. de prævaricat.*
55 *l.* 2. §. 1. *l.* 15. §. 5. *ff. de adulteriis.* adde *l.* 14. §. 9. *ff. de ædilitio. l.* 3. *in fin. ff. de prævaricatoribus.* Paul. 1 *sentent.* 5. §. 2. *Eclog. ibid. cap.* 12. *in fin.* 56 Et in publicis, Paul. 7. *ibid.* ἢ τοῖ χρηματικοῖς. *Eclog. ibid.* 57 Imo ordinarie puniendi. *l.* 1. *ff. eod.* vide *l.* 8. *C. de calumn.*
58 Post non interpositam. Jacobus Curtius, 2 ἐκκαίδ., reprehensus à Roberto 1 *receptæ lectionis.* 25. & à Cujac. 20 *obs.* 8. 59 Imo videtur. *l.* 5. *C. eod.* v. Cujac. *d. loco.* 60 *l.* 3. *in fin. ff. de accusationibus.* 61 Accusasse nondum intelligitur, qui accusationem tantum minatus est; *l.* 11. §. 3. *ff. de adulter. l.* 17. *C. de adulter.* sic nondum periit, qui petere voluit, *l.* 5. *ff. ratam rem.* nondum conquestus esse dicitur, qui querelam tantum præparavit. *l.* 11. *l.* 15. *ff. de in jus vocando.*
62 Imo contineri videtur. *l.* 1, *l.* 2. *C. quando libellus principi.* 63 Cum effectu scilicet, transigendo. *Accursius.*

Tit. XVII. De requirendis vel absentibus damnandis.

§. 1. Animo [64] ab accusatione destitit, qui affectum & animum accusandi deposuit. §. 2. *Destitisse* videtur, qui intra præfinitum [65] accusationis à Præside tempus reum suum non peregit. §. 3. Nunciatores, qui per notoria [66] indicia [67] produnt, notoriis suis adsistere [68] jubentur. §. 4. Calumniæ causa puniuntur, qui in fraudem alicujus librum [69] vel testimonium, aliudve [70] quid conquisiuit, vel scripsisse, vel in judicium protulisse dicuntur.

De crimine post abolitionem repetito. 1. De eo, qui desistit.

VII. Ulpianus lib. VIII Disputationum.

SI quis repetere velit crimen publica abolitione interveniente, eo jure repetit [71], quo accusabat: non æque enim possunt præscriptiones ei objici, quæ ante reorum abolitionem non sunt objectæ: & ita Divus Hadrianus rescripsit. §. 1. Si stellionatum quis objecerit, vel expilatæ hereditatis crimen, & destitit: pœnam Senatusconsulti Turpilliani non subibit [72], nec si furti, vel injuriarum, sed officio judicis culpa ejus coercebitur.

De abolitione.

VIII. Papinianus lib. II de Adulteris.

A *Bolitio*, aut publice [73] fit ob diem insignem [74], aut publicam [75] gratulationem:

IX. Macer lib. II Publicorum.

VEl ob rem prospere [76] gestam [1]

2. De tempore rei repetendi.

X. Papinianus lib. II de Adulteris.

AUt privatim [77] actore postulante. † Tertio genere fit ex Lege abolitio, accusatore [78] mortuo, vel ex justa causa impedito, quominus accusare possit. §. 1. Abolitione autem publice facta, non retractabitur in judicio repetendo de mariti jure.

§. 2. Triginta [79] dies reperendi rei Divus Trajanus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet, quo feriæ finitæ sunt: & Senatus censuit eas dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit. Hoc autem repetendi rei tempus non aliter cedit, quam [80] si accusator quoque potuit adire.

D. eo, qui præscriptione temporis exclusus est.

XI. Idem lib. sing. de Adulteris.

QUærebatur, an hi, qui ab accusatione tempore excluſi essent, in Senatusconsultum Turpillianum inciderunt? Respondit, non oportere dubitari, calumnia non [81] puniri eos, qui præscriptione temporis excluſi, causam adultérii perferre non potuerunt.

De abolitione.

XII. Ulpianus lib. II de Adulteris.

SI interveniente publica abolitione [82] ex Senatusconsulto (ut fieri adsolet), vel ob lætitiam aliquam, vel honorem [83] domus [84] divinæ, vel ex aliqua causa, ex qua Senatus censuit abolitionem reorum fieri, nec intra dies præstitutos reum repetierit: dicendum est, cessare Turpillianum Senatusconsultum. nec enim videtur desistere, qui exemptum reum non defert: eximitur *autem* reorum [85] abolitione interveniente.

De eo, qui desistit.

XIII. Paulus lib. III de Adulteris.

D *Esti*sse eum accipiemus, qui in totum [86] animum [87] agendi deposuit, non qui distulit accusationem. §. 1. Sed, qui permissu Imperatoris ab accusatione destitit, impunitus est [88].

XIV. Ulpianus lib. VII de Officio Proconsulis.

DIvus Hadrianus Salvio Caro Proconsuli Cretæ rescripsit, tutorem qui pupilli causa instituerat accusationem, defuncto [89] pupillo, cujus causa accusare cœperat, non esse cogendum accusationem implere.

De tempore rei repetendi.

XV. Macer lib. II Publicorum.

IN Senatusconsultum Turpillianum incidunt, qui [90] subjecissent accusatores, aut subjecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter [91], quam abolitione facta, destitissent: quique chirographum [92] ob accusandum dedissent, pactionemve aliquam interposuissent. Hoc autem verbum [*nec*] *peregissent*, ad universos suprascriptos pertinere dicendum est. §. 1. An ad eos, qui hodie 93 de judiciis publicis extra 94 ordinem cognoscunt, Senatusconsultum pertineat, quæritur? Sed jam hoc jure ex Sacris Constitutionibus utimur, ut pertineat: ita ex singulis causis singulæ pœnæ irrogentur. §. 2. Eos 95, de quorum calumnia agi non permittitur, si destiterint, non [96] incidere in pœnam hujus SC. Constitutionibus cavetur. §. 3. Si propter mortem rei [97] accusator destiterit, non potest hoc Senatusconsulto teneri: quia morte [98] rei judicium solvitur, nisi tale crimen fuit, cujus actio & adversus heredes durat: veluti [99] Majestatis. Idem in accusatione [100] repetundarum est, quia hæc quoque morte non solvitur. §. 4. Cæterum si postea, quam accusator destitit reus decesserit: non ideo magis delictum accusatoris relevatur. Nam eum, qui semel [1] destitit, si postea accusare paratus sit: non esse audiendum, Severus & Antoninus statuerunt. §. 5. Qui post inscriptionem ante litem contestatam anno [2], vel [3] biennio agere non potuerint, variis Præsidum occupationibus, vel etiam civilium officiorum necessitatibus [4] districti, in Senatusconsultum non incident. §. 6. Quamquam prius reum quis detulerat, etsi post abolitionem, antequam reus reperetetur, alia abolitio supervenerit: non ex superiore, sed ex secunda [5] abolitione dies triginta computantur.

De servis.

XVI. Paulus lib. sing. de Adulteris.

DOmitianus [6] rescripsit, quod de feriis, & de abolendis reis dicitur, non pertinere ad [7] servos, qui accusati in vinculis esse jubentur, ne [8] judicium finiatur.

De abolitione.

XVII. Modestinus lib. XVII Responsorum.

LUcius Titius Seium reum falsi fecit: & prius quam persequetur [9], indulgentia [10] reorum crimina abolita sunt. Quæro, si postea eum iterato reum non fecerit: an in Turpillianum Senatusconsultum inciderit? [Herennius] Modestinus respondit, abolitionem reorum, quæ publice indulgetur, ad hoc [11] genus criminis non pertinere.

XVIII. Papirius Justus lib. I de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus Augusti Julio Vero rescripserunt, cum satis diu litem trasisse dicetur, invito [12] adversario non posse eum abolitionem accipere. §. 1. Item rescripserunt, nisi evidenter probetur consentire adversarium, abolitionem non dari. §. 2. Item rescripserunt, cum [13] in crimine capitali abolitionem, ut in re pecuniaria petitam esse diceret, restaurandam esse nihilominus cognitionem: ita ut si non probasset hoc, quod proponeret, non impune eum laturum.

---

64 *l.* 13. *ff. eod.*

65 *l.* 1. §. 10. *versic. atquin.* Papinian. *in verbo* quid enim interest, *ff. eod. l.* 1. *l.* 2. *C. ut intra certum tempus. l.* 13. *C. de judiciis.*

66 Notoria judicia. *l.* 7. *C. de accusationib. l.* 31. *C. Theod. de Episcopis & Clericis.* ΝΟΤΤΟΡΙΑΙΣ. 60 *Eclog. ex lib.* 60. *tit.* 1. *cap.* 15. sunt & relationes & epistolæ, *l.* 14. *C. de accus. l.* 6. *ff. de custodia.* elogia apparitorum, seu Irenarcharum, facta magistratibus, notoriæ etiam dicuntur ab Augustino, quo & vocabulo idem utitur in collationibus operis breviculi: ut hinc colligere possis, notorium esse brevem & compendiariam scriptionem. v. Cujac. 3 *obs.* 3. notoriæ etiam dicuntur: hinc Apuleius 7 *de Asino*: fallam de me notoriam pertulit. & Trebellius Pollio, *in Claudio sub finem*: notoria tua intimasti. & Augustin. *epist.* 159: qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentari videantur examini. & *epist.* 160: Circumcelliones & quosdam Donatistas præmissa notoria ad judicia Legesque perduxit. vid. Cujac. 1 *obs.* 35. & Brisson.

67 Μηνύμασι. Bud. *hic.*

68 Dixi ad *l.* 7. *l.* 8. *l.* 14. *C. de accus. l.* 1. *C. de curiosis.*

69 Vid. Paul. 3 *sent.* 4. §. 16.

70 Ut injuriæ actione calumniosum. vid. Paul. 5 *sent.* §. 11.

71 Imo nullo modo repetit. *l.* 12. §. 1. *ff. de accus.*

72 Sunt enim extraordinaria crimina. *l.* 2. *C. eod. l.* 1. *C. de calumniatorib.*

73 Abolitio interdum ultro fit à Principe, non ad actoris postulationem, ut *l.* 10. *C. eod.* ea generalis dicitur, ut notavi in epigraphe, *ff. eod.* & publice data, *l.* 14. §. 2. *in fin. ff. de bon. libert.* ἐγκλημάτων δεμονία ἀπόλυσις. 1 *Harm.* ut distet ab ἄμνησία. v. *l.* 1. *C. de generali abolitione.*

74 Abolitio fit interdum ob publicam gratulationem, puta ob natalem filii Principis; id quod fecit Constantinus ob natos sibi liberos Crispum & Helenam, *l.* 1. *C. Theodos. de indulgentiis lib.* 9. *tit.* 38. ob Paschatis diem, *l.* 3. *C. de Episcopali audientia.* qui mos etiam confuetus erat apud Judæos: sed tamen pessime observatus, ob Dominum crucifixum, & prædonem dimissum. *Matth.* 27. *v.* 15. *Joann.* 18. *v.* 39. Sic homicidæ anno Jubilæi ad suos impune revertebantur, *Numer. c.* 29. & apud Thessalos die festo, quem Peloro dicaverant, vincti de carcere dimittebantur, & in convivium admittebantur, ob memoriam beneficii quondam accepti à Pelorо. Athenæus 1 *dipnosoph.* 17.

75 Vel placandum numen divinum. Hinc legimus Romanos ob gravem pestilentiam inter cætera remedia numinis placandi vincula adhibuisse, ac religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent) vinciri. Liv. *decad.* 1. *lib.* 5.

76 Imperatores Romani hoste devicto inter cætera triumphi privilegia solebant fervos publicos libertate donare, reos carcere & vinculis liberare. Hinc legimus apud Liv. 3 *decad.* 4. Acradina capta, servos ad pileum vocatos, & carcere vinctos emissos. & eodem libro paulo ante, Gracchus ob fusum Hannonis exercitum, servos libertate donat. Alexand. ab Alexandro, 5 *genialium dierum* 27, refert observatum, ut quoties obsecrationes aut lectisternia indicerentur, vinctis vincula adimerentur.

77 *l.* 3. *ff. de accus. l.* 1. *ult. C. si reus.*

78 In eo differt ab ἀμνηστία, à qua crimen aut accusatio repeti non potest. v. Cujac. ad 5 Pauli *sent.* 17. *in pr.* ad hæc, abolitio publica suspendebat potius accusationes, quam remittebat.

79 In Gallia hodie receptum, ut literæ veniales seu gratiæ petantur intra sex menses, computandos à brevi scriptura per magnum Eleemosynarium consignata. v. Papon. 24. *tit.* 17. *Arrest.* 1. & P. Gregor. 36 *syntagm.* 21. *n.* 11.

80 *l.* 2. *C. de generali abolitione. in fin.*

81 Imo puniuntur, *l.* 1. §. 10. *ff. eod.* solve: Hic agitur de accusatore, quem reus opposita præscriptione excluſit: ibi de accusatore, qui excludi quidem potuit, sed vel eam reus non opposuit, vel oppositæ rationem non habuit judex. v. Cujac. 20 *obs.* 30.

82 Abolitio quando fiat, v. *l.* 8. 9. 10 *ff. eod.* Anſ.

83 Domus divina, domus Imperatorum hic intelligi potest. *l.* 7. *C. de SS. Eccles.* 84 Dedicationem templorum gentilibus familiarem & usitatam, hic credo innui, apud quos usitatum erat, non tantum templa, sed & bibliothecas, publica opera, & statuas dedicare. Turneb. 12 *adversar.* 11. *in fin.* Lego etiam Judæos altaria, *num.* 7. *vers.* 11. muros, *Nehem.* 12. *vers.* 17. & templa dedicasse, & in templorum dedicatione festum egisse, 3 *Esdræ vers.* 7. aliquot diebus, 2 *Reg* 8. *v.* 65. & deinceps singulis annis semel per octiduum, in gratiarum actionem, 1 *Machab.* 4. *vers.* 56. festum Græci ἐγκαίνια vocant. *Joann* 20. *vers.* 22. Hujusmodi dedicationes magnis ceremoniis actæ sunt Græci ἐγκαίνια vocant. *Joann* 20. *vers.* 22. Hujusmodi dedicationes magnis ceremoniis actæ à gentilibus: Judi etiam adjiciebantur, neque à quovis, sed præcipuis, & ad id munus electis viris, ædes divinæ dedicabantur. 85 *Al.* reis. 86 *l.* 10. *ff. de judiciis.* 87 *l.* 6. §. 1. *ff. eod. l.* 6. *C. eod.* 88 Imo, non est, quum sit infamis. *l.* 2. *C. eod.* 89 Adde *l. ultim. ff. si quis caution. l.* 22. *ff. de his, quæ ut indignis.* 90 *l.* 24. *ff. de jure fisci.* 91 *l.* 1. §. 7. *ff. eod.*

92 Probari delicta & crimina etiam per scripturam, hinc colligunt: puta mandatum falsum, turpe & flagitiosum, usurarum, & hujusmodi, veluti adulterii & homicidii, & cujuslibet generis delicti, si in epistola, vel instrumento, vel tabulis actus, vel rei nota sit expressa. de quo tamen vide Clar. 5 *sentent.* §. *ultim. quæst.* 14.

93 Aliud fuit ante. de hoc verbo *Hodie* dixi ad *l.* 32. *ff. de falsis.*

94 Adde *l.* 3. *ff. eod. l.* 8. *ff. de publicis judiciis.*

95 Puta tutores. *l.* 2. *C. qui accusare.*

96 Imo incipiunt: maritus etenim jure mariti accusat, sine metu calumniæ, *l.* 8. *C. de adulteriis.* & tamen in Turpillianum meditat. *l.* 16. *C. de adulter.*

97 *l.* 3. *C. si rens vel accusator.*

98 V. *l.* 6. *ff. de publ. judic.*

99 *Harm.* 2.

100 Καὶ περὶ ἀδικίας τῶν ἐπαρχέων λογισμῶν. 60 *Eclog. l.* 1. *cap.* 14. *l.* 20. *ff. de accusat. l.* 2. *ff. repetund.*

1 *l.* 2. *ff. eod.*

2 Vid. *tit. C. ut intra cert. tempus.*

3 Hæc verba *vel biennio*, Triboniani esse notat Cujac. *cap.* 21 *de præscription.* hic interea vestigium est, causas criminales olim anno finiendas fuisse: v. *l. reus.* 7. *ff. de muneribus.* & eundem Cujac. 1 *obs. ser.* 8.

4 Necessitas excusat ab accusando.

5 Abolitionem criminis, & semel & pluries concedi; observavi notat tamen Papon. 24 *arrest.* 10. *vers.* 8. grave crimen semel abolitum, etiam in levi postea superveniente punitum fuisse. quin reperio, crimina bis commissa non remitti. *l.* 3. *in fin.*

C. de Episcopali audientia. facit *lex* 1. *C. si sententia in integrum.* 6 Accurſius non recte hanc Legem intellexit. vera est igitur hujus Legis sententia: quod dicitur, publica abolitione interveniente, reum posse repeti intra dies triginta, nec plures, *l.* 10. *l.* 12. *ff. eod.* locum obtinet in servo, qui ex vinculis causam dicere cogitur, *l.* 25. §. 1. *ff de SC. Silaniano. l.* 2. *ff. de custod. reor.* quamvis enim is intra triginta dies non repetatur, non poterit tamen præscriptionis auxilio juvari. propter ipsa vincula, quæ majorem vim, atque perpetuitatem, quam instituta accusatio continere videntur. Præsertim cum & Lex talem servum prohibeat adsolvi, antequam de eo judicetur, *d. l.* 2. *vers. Adhibitationem.* vide Langebek, *c.* 15 *Annotationum.* 7 *l.* 2. §. 1 *ff. de custodia & exhibitione reor.*

8 Donec judicium. quam lectionem probat Cujac. 10 *obs.* 12. 9 Persequeretur. *vulg. Hal.*

10 V. *l.* 3. *C. de generali abolitione.* 11 Id est, ad crimen falsi. adde *l.* 3. *C. de Episcopali audientia.* 12 *l.* 3. *C. de abolitionibus.* 13 Hujus verticuli sententiam Accurſius minus percepit. species hæc esse videtur: Impetravit accusator abolitionem ex causa, quod res non capitalis, sed pecuniaria esset: delatus est postea apud judicem, quasi ex falsi causa impetrata abolitione: scilicet quod causa non pecuniaria, sed capitalis fuerit: dicitur restituenda esse cognitio abolitionis: sed si delator in probatione deficiat, non impune eum laturum. Langebek. *d. loco.*

TIT. XVII.

DE REQUIRENDIS VEL [1] ABSENTIBUS [2] DAMNANDIS.

Cur, 1. Et quibus casibus absens non puniatur, sed requirendus adnotatur. 2. Quomodo requiratur. 3. De tempore ad se purgandum concesso. 4. De eo, qui intra annum satis obtulit, vel mortuus est. De bonis rei.

I. Marcianus lib. II Publicorum.

DIvi Severi & Antonini Magni [3] Rescriptum est, ne quis absens puniatur: & hoc jure utimur, ne [4] absentes damnentur: neque enim inaudita [5] causa [6] quemquam damnari æquitatis ratio patitur. §. 1. Si autem gravius quis puniatur: puta in opus metalli vel similem pœnam, sive capitalem [7]: hoc casu non [8] est irroganda in absentem pœna, sed absens requirendus adnotatus [9] est [10], ut copiam sui præstet [11]. §. 2. Præsides autem provinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, ut eos, quos adnotaverint, Edictis [12] adesse jubeant: ut possit innotescere eis qui adnotati sunt. Sed & literas [13] ad Magistratus, ubi consistunt, mittere: ut per eos possit innotescere, requirendos eos esse adnotatos. §. 3. Et ex hoc [14] [annus [15]] computatur ad se purgandos. §. 4. Sed & Papinianus libr. XVI Responsorum scripsit, requirendum adnotatum, si provinciæ Præsidem intra [16] annum adierit & satis obtulerit [17]: non esse locum Mandatis, ut bona fisco vindicentur. nam & si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat [18], & perit, & bona ejus ad successores transmittuntur.

II. Ma-

---

1 Nec absentibus. *Hal.*

2 IX C. XL. περὶ ἀπόντων καὶ ἀναζητουμένων ἢ ὑπεξελομένων ἐγκλήματι κατεγορουμένων. 60 *Eclog.* 49. adde *Novell.* 134. *cap.* 15. Tituli series est notanda. Reus accusatus, vel delatus, requirendus est: deprehensus capitur, elicitur confessio voluntaria, scripturæ opponuntur: sed & testes, quæstio adhibetur: fertur sententia, punitur. si absens esse perseverat; inter reos adnotatur Edictis propositis jubetur adesse (mandatur interdum, ne quis eum celet, ulla ope juvet, aut ab eo emat), ut eo cognito, veniat ac se purget. 60 *Eclog.* 49. *cap.* 1. bona ejus obsignantur, per annum ex spectatur: anno finito, non quidem damnatur (absit enim in privatis judiciis; *l.* 5. *ff. de pœnis.* sed bona fisco vindicantur. 3 Magni cognomen tribuitur hic Antonino: idem cognomen Alexander, Pompeius, Constantinus & Carolus consecutus est.

4 Absolvere nocentem satius est, quam innocentem condemnare. vid. *l.* 5. *ff. de pœnis. v. l.* 10. *l.* 13. *ff. de public. judiciis. l.* 6. *C. de accusationib. l.* 13. *C. de adulteriis.*

5 *V. l.* 2. *ff. de sicariis.*

6 Inaudita causa nemo damnandus est, id est, defensione non audita, & accusatoribus ejus absentibus, nullus damnandus est: & ita Festus, *Aëtor.* 25. *versic.* 16. ὃν ἔχειν λόγον Ῥωμαίους χαρίζεσθαί τινα ἀνθρώπου πρὶν ἀπόντων τοὺς κατηγόρους ἔχοι τὸν κατηγορίας, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τῶν ἐγκλημάτων. Id est, *Non est Romanis consuetudo quempiam mortis dare, priusquam reus præsentes habeat accusatores, & locum defensioni accipiat super criminatione.* Et Dominus apud Joannem 8. *versic.* 10. πᾶς οὖν ἐκάνει σε κατέγορος εἶ; ubi sunt accusatores illi tui? nemo te condemnat, neque ego te condemno. Tertullianus, *lib. ad Scapulam.* Pudens negavit se sine accusatore auditurum hominem, secundum mandatum. & Eusebius, apud Ammianum 14, pertinacius, ut Legum gnarus, accusatorem flagitabat, atque solennia. Ambrof 8 *ad Syagrium*: Si Leges publicas interrogemus, accusatorem exigunt. & Marcus apud Gallicanum: Non possumus reum facere, quem nullus accusat. vide Cujac. 5 *observat.* 33. *in fin.* & Demosthenes *in oratione* περὶ στεφάνου. Ibi, ἀμφοῖν ἀκροάσθαι. Hinc illud Juliani, & apud Ammianum, *lib.* 18. Equis innocens esse poterit, si accusare sufficiat? Mos hic Romanis fuit, accusatori fex horas, reo novem, Legibus dari. Plinius, 4 *epist.* 9. 7 Absens in capitalibus causis nemo damnatur: hodie multas apud gentes id non servatur. vide Clar. 5 *sentent.* §. *ultim. quæst.* 44. *versic. sed hodie. & versic. licet.* In Italia, Gallia, Hispania & Germania quoque contumax pro confesso & convicto criminis habetur: idemque condemnari potest, quamvis post latam sententiam: etiam ab extraneo ejus innocentia purgari possit. Mynsing. 2 *observat.* 88. 8 Μεγάλων ἐγκλημάτων ἢ κατάδικός ἐστι. 60 *Eclog.* 44 *cap.* 1. *& Hermenopul.* 4. adde *l.* 5. *ff. eod.* hoc sensu absens, qui non damnatur magno crimine (puta quod infert pœnam capitalem, vel opus metalli) requirendus est Edicto proposito, ut eo cognito veniat & se purget. 9 Adnotandum est, *vulgat. Haloand. l.* 1. *C. eod. Nov.* 134. *c.* 5. *l.* 6. *C. de accusat.* 60 *Eclog.* 49. *c.* 1. 10 Quo? *v. ff. eod.* 11 Adde, ἢ ἐαυτὸν καθάρῃ. id est, *& seipsum purget. Eclog. ibid.* ut tempus habeat, πρὸς τὸ δοῦναι καθάρσιον. *Harm. ibid.* 12 Προγεγραμμένοις προτετυπωμένοις. *Eclog. ibid.* διὰ γραμμάτων. 1 *Harm.* 4. νομίμοις κηρύγμασι. *Novell.* 134. *cap.* 5. denunciationem etiam vocat, *l.* 5. *ff. de pœnis.* ὑπόμνησις ἢ προθέσμιος. *Harm. ibid.* 13 *Eclog. ibid.* ἐπιστολὴν δημοσίαν vocat *Nov. ibid.* 14 Imo non ex hoc, sed ex die accusationis. *l.* 2. *C. eod.* 15 *l.* 2. *l.* 4. *C. eod.*

16 Alias bona sua non recipit. *Eclog. ibid. Harmen. ibid.* 17 *l.* 13. *C. eod. Harm. d. loco. Eclog. ibid. c.* 5. 18 Morte crimen expirat. *Eclog. ibid. ex lib.* 9. *tit.* 1. *cap.* 145.

II. MACER lib. II Publicorum.

ANni [19] spatium ad occupanda bona ejus, qui requirendus adnotatus est, pertinet. §. 1. Sed si per viginti [20] annos fiscus bona non occupaverit, postea præscriptione vel ab ipso reo vel ab heredibus ejus submovebitur.

III. MARCIANUS lib. II de Publicis judiciis.

QUamcunque enim quæstionem apud fiscum, si non alia [21] sit præscriptio, viginti annorum silentio præscribi, Divi Principes voluerunt.

IV. MACER lib. II de Publicis judiciis.

ANnus exinde [22] computandus est, ex quo ea adnotatio [facta est] quæ vel Edicto, vel literis ad Magistratus factis publice innotuit. §. 1. Ergo & viginti annorum tempus exinde fisco numeretur, ex quo adnotatio publice innotuit. §. 2. In summa sciendum est, nulla temporis præscriptione, à causæ [23] defensione [24] summoveri eum, qui requirendus adnotatus est.

3. *Ne debitores reo profugo solvant.*

V. MODESTINUS lib. XII Pandectarum.

MAndatis cavetur, intra annum requirendorum bona obsignari [25]: ut si redierint, * & se purgaverint *, integram rem suam habeant. si neque responderint, neque qui se defendant, habuerint: tunc post annum bona in fiscum coguntur.

§. 1. Et intra annum medio tempore moventia, si qua sunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire [26] debere, pretiumque eorum in depositо esse, D. Severus & Antoninus sanxerunt. §. 2. Sed & D. Trajanus inter [27] moventia fructus [28] quoque haberi rescripsit. §. 3. Curandum est autem, ne quid ei, qui profugit, medio tempore à debitoribus ejus solvatur, ne per hoc fuga ejus instruatur [29].

19 Adnotati rei anni spatium habent ad se purgandum: intra annum bona eorum obsignantur: post annum, fisco vindicantur, nisi venerint. adde *l. 4. l. 5. ff. eod.*

20 Omnis causa fiscalis 20 annis extinguitur, & tali præscriptione submovetur. *Ecclog. ibid. in scholio. & lib. 56. tit. 2. ex lib. 60. tit. 49. c. 2. l. 1. § penult. ff. de jure fisci.* excipe *l. 13. ff. de diversis.* excipe causam commissi, & bonorum vacantium. vide Cujac. *c. 28. de præsc.*

21 Forte minor. *C. de quadriennii præscr.* Goth. Vide *l. 13. ff. de diversis & temp. S.C.* 22 A criminis defensione.

23 Imo non exinde. *l. 2. C. eod.*

24 Defensiones rei sunt perpetuæ. *l. 18. §. 9. ff. de quæst.*

25 Galli *sceller.* id commissariis vel apparitoribus interdum attributum. 26 Mobilia temporе peritura a commissariis distrahenda, & à tutoribus. facit *l. 22. C. de admin.* 27 Hic textus non negat, immobilia judicis etiam mandato describi, & eorum administrationi, regimini, & gubernationi sequestrum vel commissarium præponi: id usus etiam obtinuit. vide Clarum, *§ sentent. §. ult. q. 44. vers. sed bodie.* 28 Mobilium appellatione fructus continentur. hinc juncto §. superiore, Molinæus colligit, feudo à domino prehensо commissarios fructus saltem tempore perituros invito domino posse vendere. i *consuetud. §. 6. Glos. 15. num. 3.* 29 Et adjuvetur ejus fuga, ut per eam accusationem effugiat.

TIT. XVIII.

DE QUÆSTIONIBUS [1].

Non esse à tormentu incipiendum. 2. Qui primum torquendus. 3. De his, quos accusator de domo sua producit, si pars ea subjectus dicatur. 4. De uno servo. 5. De servo rei. 6. De servo heredum. 7. De servo utriusque rei. 8. De eo, qui bona fide reo servit. 9. De liberto. 10. De fratre. De his, qui testimonium dicere non coguntur. 11. De servo mariti. 12. De servo damnati. 13. De manumisso ad hoc, ne torqueatur. 14. De eo, qui post cognitionem susceptam rei factus est. 15. Si dicatur nullo jure emptus. 16. De servo rei. 19. Si servus in se torqueatur, deque domino aliquid fuerit confessus. 20. De tributis. 21. Quomodo interrogandum. 22. Si de se interrogatus, amplius dixerit. 23. An sit fides habenda quæstioni. 27. De eo, qui ultro fatetur, si de innocentia confessi post condemnationem constet.

1 IX C. XL 1. 9 *C. Theod. 15.* Paul. *5 sentent. 14. & 16. 60 Ecl. 50.* 8 Valer. Max. *tit. de q. 4.* Quæstionis verbo intellige tormentum, corporis dolorem, ad eruendam veritatem, malam manusionem, *l. 15. §. 41. ff. de injuriis. l. 7. ff. depositi.* Synesius in Epistolis ponit δακτύλων ἄγειν, στρέφειν, μυοκλασίαν, ὠτάγχην, χειροσόφιον. Quæstionem Galli vocant *la gebenne*, à vocabulo, ut quidam volunt, Hebræo *gebinnon. Jerem. 32. 4 Reg. 13.* vide Papon. *14 arrest. 9.* & Clar. *5 sent. §. ult. q. 64.* Petrum Greg. 68 *syntagm. 12.*

2 Veri inveniendi causa tormentis & cruciatibus quæritur. Cicer. *2 ad Herennium.*

3 Paul. *5 sentent. 14. §. 1.*

4 Alias si injuste Judex reum quæstioni subjecit, isque mortuus fuerit, capitis damnandus est. Clarus ex communi opinione *5 sentent. §. ult. q. 64. vers. antequam.*

5 *c. 6. extra. de reg.* res enim fallax & fragilis est quæstio. *§. 23. ff. eod.*

6 Constare prius de delicto commisso oportet, quam quis quæstioni subjiciatur: item considerare, an tale sit delictum, cujus nomine quis tormentis subjiciendus sit. adhæc an delictum aliter probari possit, quam per quæstionem & torturam: cum ad eam, nisi subsidii loco, non sit decurrendum. Ideoque clanculariis in delictis facilius infertur quæstio, quam in his, quæ palam facta sunt. Paul. *ibid.* v. Clar. *5 sent. §. ult. q. 64. vers. debet ante.*

7 Id est, tunc servi torqueri possunt, cum argumenta sunt talia, ut nihil aliud deesse videatur, præter servorum quæstionem. *§. 4. in fin. ff. eod. l. 18. §. 2. ff. eod. l. 8. C. eod.* adde Paul. *5 sent. 14. §. 1.* 8 Quæ opinionem faciant. 9 A probatione amovetur. *Hal.* Sed hic *admovere reum probationi*, nihil aliud est, quam eum argumentis compellere, ut convictus videatur: Accursius aliquid hunc locum non est adsecutus. 10 *7. Ecl. 6. ex lib. 60. tit. 10. c. 1.* & à timidiore. *l. 18. ff. eod.*

11 Scirl. *vulg. Hal.* 12 *Eclog. ibid.* 13 Paul. *5 sent. 15. §. 1. 21 Eclog. 1. c. 14.*

14 Suppositа non præsumitur, quam ambo parentes charam sibi habent. v. Alciat. *1 præs. 19.*

15 Chasan. *vulg Hal.* 16 *l. 9. in fin. C. de test.* Unius quæstioni non creditur. vide *l. 20. in fin. ff. eod.* Idem apud Gallos constituit D. Ludovicus: contrarium sentit Glossa in *l. 4. C. ad l. Jul. majest.* Glossæ opinionem Bartolus probat. Sentit itaque, dictum unius testis sufficere ad torturam. Bart. *hic. n. 1.* Idem addit, unius testimonium indiciis aut famæ adjutum plenam probationem facere. 17 §. 19. *ff. eod.* 18 *l. 7. C. eod.* Paul. *5 sent. 16. §. 4.* 19 Et merito. Est enim (ut Theophilus ait ὁμοῦ δύο τιθέασι στρέβλην. vide Cujac. apud Paulum *dicto loco.* Idque locum habet, etiamsi agatur de crimine capitali, Paul. *5 sent. 16. §. 5.* etiamsi verum dicat, etiamsi causa sit fiscalis, vax ei interdicitur, ut proditori, *l. 6. l. ult. C. de delat.* excipe crimen majestatis & tributorum. §. 20. *ff. eod.* An id locum habeat in liberis hominibus, quorum opera (servorum antiquorum loco, hodie utimur, dicam ad §. 8. *ff. eod.* 20 *l. 2. ff. eod. v. l. 13. C. eod.* 21 *l. 6. §. 1. ff. de rerum divis.* 22 Corpora, seu collegia, unius personæ loco habentur. 23 Liberi homines (quibus hodie ad servitia domestica utimur) in caput heri sui torqueri non possunt: quod tamen usus non obtinuit. 24 *l. 6. C. eod.* hinc colligere possis, argumento à libertis ad vassallos ducto, Vassallos in Domini sui caput torquendos non esse. 25 Addo *l. 13. C. qui accusare.* Paul. *5 sent. 15. §. 2.*

1. ULPIANUS [lib. VIII de Officio Proconsulis].

IN criminibus eruendis [2] quæstio adhiberi solet [3]. Sed quando, vel quatenus id faciendum sit, videamus [4]. Et non esse à tormentis incipiendum [5], & D. Augustus constituit, neque [6] adeo fidem quæstioni adhibendam. §. 1. Sed & epistola Divi Hadriani ad Sennium Sabinum continetur. verba rescripti ita se habent: *Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum [7] suspectus est reus: & aliis [8] argumentis ita probationi [9] admovetur, ut sola confessio servorum deesse videatur.* §. 2. Idem Divus Hadrianus Claudio Quartino rescripsit, quo rescripto illud expressit, à suspectissimo [10] incipiendum, & à quo facillime posse verum scire [11] judex crediderit [12]. §. 3. Ad quæstionem non esse provocandos eos, quos accusator de [13] domo sua produxit: nec facile [14] credendum subjectam eam, quam ambo parentes dicuntur caram [15] filiam habuisse, rescripto Divorum Fratrum ad Lucium Tiberianum emisso declaratur. §. 4. Idem Cornelio Proculo rescripserunt, non utique in servi unius [16] quæstione fidem rei constituendam; sed argumentis causam examinandam.

§. 5. Divus Antoninus & Divus Hadrianus Sennio Sabino rescripserunt, cum servi pariter cum domino aurum & argentum exportasse dicerentur, non esse de [17] domino interrogandos: ne quidem, si ultro [18] aliquid dixerint, obesse hoc domino [19].

§. 6. Divi Fratres Heliano Longino rescripserunt, de servo heredum [20] non esse habendam quæstionem in res hereditarias, quàinvis suspectum fuisset, quod imaginaria venditione dominium in eo quæsisse heres videretur. §. 7. Servum municipum posse in caput civium [21] torqueri, sæpissime rescriptum est: quia non sit illorum servus, sed Reipublicæ. † Idemque in cæteris servis corporum dicendum est: nec enim plurium servus videtur, sed [22] corporis. §. 8. Si servus bona fide mihi serviat, etiam si dominium in eo non habui: potest dici, torqueri eum in caput meum non debere. † Idem est & in libero [23] homine, qui bona fide servit. §. 9. Sed nec libertum torqueri in patroni [24] caput, constitutum est. §. 10. Nec fratrem quidem [25] in fratris, Imperator noster cum [Divo] patre suo rescripsit: addita ratione, quod in eum, in [26] quem quis invitus testimonium [27] dicere non cogitur, in eum nec torqueri debet.

§. 11. Servum mariti in caput uxoris posse [28] torqueri, Divus Trajanus Servio Quarto rescripsit. §. 12. Item Mummio Lolliano rescripsit, *damnati servos, quia [29] desierunt [30] esse ipsius, posse in eum torqueri.* §. 13. Si servus ad hoc [31] erit manumissus, ne torqueatur: dummodo in caput domini [32] non torqueatur, posse eum torqueri [33] Divus Pius rescripsit. §. 14. Sed & eum, qui cognitionis susceptæ tempore alienus fuit: licet postea rei sit effectus, torqueri in caput posse Divi Fratres rescripserunt.

§. 15. Si quis dicatur nullo [34] jure emptus, non prius torqueri poterit, quam si constiterit venditionem non valuisse: & ita Imperator noster cum Divo patre suo rescripsit.

§. 16. [Item] Severus Spicio Antigono ita rescripsit: *Cum quæstio * de servis * contra dominos neque haberi debeat, neque si facta sit, dicturi sententiam consilium instruat: multo minus [35] indicia servorum contra dominos admittenda sunt.* §. 17. Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro [36] exploratis facinoribus haberi non oportere, si [37] nulla probatio religionem cognoscentis instruat.

§. 18. Cum quidam deponere [38] pretium servi paratus esset, ut servus torqueretur contra dominum: Imperator noster cum Divo patre suo id non admiserunt. §. 19. Si servi quasi sceleris participes in se [39] torqueantur, deque domino aliquid fuerint confessi apud judicem: prout causa exegerit, ita pronunciare eum debere, Divus Trahianus [40] rescripsit. quo Rescripto ostenditur, gravari dominos confessione servorum: sed ab hoc Rescripto recessum Constitutiones posteriores [41] ostendunt.

§. 20. In causa tributorum [42] (in quibus esse reipublicæ nervos [43] nemini dubium est) periculi quoque ratio, quod servo fraudis conscio capitalem pœnam denunciat, ejusdem professionem exstruat [44]. §. 21. Qui quæstionem habiturus est, non [45] debet specialiter interrogare, *an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quis id fecerit. alterum enim magis suggerentis [46], quam requirentis videtur:* & ita D. Trahianus rescripsit.

§. 22. D. Hadrianus Calpurnio Celeriano in hæc verba rescripsit: *Agricola Pompeii Valentis servus, de se 47 potest interrogari. si [48] dum quæstio habetur, amplius dixerit: rei fuerit indicium [49], non interrogationis [50] culpa.* §. 23. Quæstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, Constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique [51] patientia sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii [52] tanta sunt impatientia, ut [in] quovis mentiri, quam pati tormenta velint. ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verumetiam alios cominentur [53]. §. 24. Præterea inimicorum [54] quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur: nec tamen sub [55] prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstionis. §. 25. Causaque [56] cognita, habenda fides, aut non habenda. §. 26. Cum quis latrones tradidit [57], quibusdam rescriptis continetur non debere fidem haberi eis [58] in eos qui eos tradiderunt, quibusdam vero, quæ sunt plenior [59], hoc cavetur, ut neque destricte [non] habeatur, ut in exterorum persona solet: sed causa cognita æstimetur, habenda fides sit, necne. plerique enim, dum [60] metuunt, ne forte apprehensi eos nominent [61], prodere eos solent, scilicet impunitatem sibi captantes: quia non facile eis indicantibus proditores suos creditur. Sed neque passim [62] impunitas eis per hujusmodi proditiones concedenda est: neque transmittenda [63] allegatio dicentium idcirco se oneratos, quod eos ipsi tradidissent: neque [64] enim invalidum argumentum haberi debet mendacii, sive calumniæ in se instructæ. §. 27. Si quis ultro [65] de maleficio fateatur [66], non semper ei fides habenda est: nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur. Et extat epistola Divorum Fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cujus post [67] damnationem de innocentia constitisset. cujus verba hæc sunt: *Prudenter, & egregia ratione humanitatis, Saxa carissime, Primitivum servum, qui homicidium in se confingere metu ad dominum revertendi suspectus esset, perseverantem falsa demonstratione, damnasti, quæsturus de [68] consciis [69], quos aque habere se mentitus fuerat, ut ad certiorem ipsius de se confessionem perveniret. nec frustra sunt tam prudenti consilium suum: cum in tormentis confiterit, neque illos ei conscios fuisse, & ipsum de se temere commentum. potes itaque decreti gratiam facere, & eum per officium distrahi [70] jubere: conditione additа, ne unquam in potestatem domini reverteretur, quem pretio recepto certum habemus libenter tali servo cariturum.* Hac epistola significatur, quasi servus damnatus, [si] fuisset restitutus, ad [71] eum pertinebit, cujus fuisset, antequam damnetur: sed Præses Provinciæ eum, quem damnavit, restituere non [72] potest; cum nec pecuniariam [73] sententiam suam revocare possit. Quid igitur? Principi eum scribere oportet, si quando ei [ejus] qui nocens videbatur, postea ratio innocentiæ constitit.

De servis hereditariis.

II. ULPIANUS lib. XXXIX ad Edictum.

HEreditarii [74] servi, quamdiu incertum est, ad quem bona pertineant, non possunt videri in caput domini torqueri.

De servo communi.

III. IDEM lib. L ad Edictum.

COnstitutione Imperatoris nostri & Divi Severi placuit, plurium [75] servum in nullius caput torqueri posse [76].

16 *l. 4. ff. de testib.* Qui testis in aliquem invitus esse non potest, nec vi seu quæstione ad testimonium in eum dicendum cogi debet.

17 Testimonium in fratrem invitus frater non dicit.

18 *l. 1. §. 15. ff. de Silaniano.*

19 Qui. *vulgat. Hal.*

20 Per damnationem scil. *l. 1. ff. de bonis damnat.* Status is, in teste conferendus, qui fuit tempore dicti testimonii. *l. 22. §. 1. ff. qui testamenta.*

21 Paul. *5 sent. 16. §. 1.*

22 Patroni scil.

23 In alterius præjudicium scilicet.

24 Adde *§. 6. ff. eod.*

25 Ne hinc colligas, majorem esse vim confessionis per quæstionem extortæ, quam voluntariæ. Dic potius: Quæstionem servi in dominum non admitti: multo minus & judicium, quia indicia si admittuntur, exinde interrogationem & quæstionem necesse erit admitti; hæc duo non admittuntur, nec indicium igitur. *l. 9. §. 1. ff. eodem.*

26 Confessio rei aliud est, aliud exploratum facinus.

27 Confessio rei sola non probat, nisi aliunde Judex argumenta crédendi habeat. *§. 1. ff. eod. & Ecleg. 50. c. 4.*

28 *d. c. 4.* vide tamen Paulum, *5 sent. 16. §. 3.*

29 Possunt enim in se torqueri. *§. 22. ff. eod.*

30 Trajanus.

31 Quæ anteriоribus præferuntur. *l. 4. ff. de Constitut. Principum.*

32 Id est, in causa fraudati census, *l. 1. C. eod.* vel si quæstio est de publicis tributis, etiam servi torquentur. 60 *Eclog. 10. c. 4.*

33 Vide quæ ad hunc locum notavi ad *Novellam Leonis 52.* Alii legunt *servos.* & male. vide Ferrandum, *1 explicat. 49.*

34 *Al.* instruat.

35 Reus specialiter de facto tertii nominati à judice non est interrogandus.

36 Quæ reum de Titii facinore interrogat, facinus magis suggerit, quam de eo interrogat.

37 *§. 19. ff. eod. l. 13. l. 15. C. eod.* Paul. *5 sent. 16. §. 1. l. 1. ff. de probat.*

38 At si dum. *Haloan.* & si dum. *vulg.*

39 Judicium. *Haloand.*

40 *Al.* interrogantis.

41 Quæ anteriоribus præferuntur. *l. 4. ff. de Constitut. Principum.*

42 Id est, in causa fraudati census, *l. 1. C. eod.* vel si quæstio est de publicis tributis, etiam servi torquentur. 60 *Eclog. 10. c. 4.*

43 Vide quæ ad hunc locum notavi ad *Novellam Leonis 52.* Alii legunt *servos.* & male. vide Ferrandum, *1 explicat. 49.*

44 *Al.* instruat.

45 Reus specialiter de facto tertii nominati à judice non est interrogandus.

46 Qui reum de Titii facinore interrogat, facinus magis suggerit, quam de eo interrogat.

47 *§. 19. ff. eod. l. 13. l. 15. C. eod.* Paul. *5 sent. 16. §. 1. l. 7. ff. de probat.*

48 At si dum. *Haloan.* & si dum. *vulg.*

49 Judicium. *Haloand.*

50 *Al.* interrogantis.

51 Ut Ægyptii, Ælianus, *7 variæ historiæ.* aliis patientia facile mendacium facit, aliis infirmitas necessarium. Quint. *5 Instit. 4.* Ex quæstione suspiciosior veritas. Cic. *2 de inventione.* doloris, id est, quæstioni credi non oportet, quod alius alio sit reticentior in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum. Auctor *ad Herennium 2.* Dolorem fugientes multi in tormentis ementiti perspicue sunt, utrique maluerunt falsum fatenda, quam inficiando dolere. Cicero *in partitionibus.* Hinc illud Fabii: Mentietur in tormentis, qui pati non potest. Exempla vide apud Valerium, *8. c. 4.* 52 Vide Valerium & Fulgosium, *l. 8. c. de quæst.* 53 Criminentur. *vulg.* 54 *l. 3. l. 20. ff. de testib. l. 3. in fin. ff. de admendac.* 55 Flor. *al. si.* 56 Quid enim, si levis inimicitia sit; aut magna, sed nunc reconciliata? *l. 3. l. 4. ff. de his, quæ ut indign. §. 11. Inst. de exsecut.* 57 Addo *l. 4. C. eod.* 58 Paul. *5 sent. 16. §. 10. l. 4. C. eod.* 60 *Eclog. 50. c. 3.*

59 Ex plenioribus Edictis sumendæ sunt cautiones & litium decisiones potius, quam ex aliis. 60 Id est, metu judicii. Tacit. *2.* 61 Inde nominatores. dixi ad *l. 2. ff. de bonis eorum qui ante sententiam. l. 17. §. 12. ff. ad municipal.* 62 *l. 5. in fin. ff. de re militari.* 63 Id est, negligenda.

64 Id est, præsumitur mentiri & per calumniam accusare cum, à quo judici velut latro traditus est. 65 *Eclog. ibid.* 66 Vel torqueri velit. Quintil. *7 declam.* Homini, qui vult torqueri, non creditur, nec verum dicenti. 67 Hinc colligere possumus, reum in tormentis confitentem, adversus suam confessionem esse audiendum. *l. 11. §. 8. ff. de interrogat.* 68 Reus in quæstione de conscіis consiteri compellitur. Paul. *5 sent. 14. §. 1. in fin.* 69 Conscius criminis in conscium testis esse non potest, nisi certis casibus, de quibus v. Socin. *reg. 425.* 70 Dominus cogitur ob nimiam sævitiam servum distrahere, *l. 2. ff. de his, qui sunt sui.* adde 60 *Eclog. 50. c. 3.* 71 *l. 10. l. 28. §. 4. l. 34. ff. de pœnis. l. 13. C. de pœnis.* 72 Si Præses provinciæ à se damnatum restituere vult, ad Principem debet referre. adde *l. 45. ff. de rejudic.* 73 Ex legibus. 74 *l. 1. §. 6. ff. eod. l. 6. in fin l. 17. §. 1. ff. eod. l. 13. C. eod.* 75 *d. l. 13.* Paul. *5 sent. 16. §. 5.* 76 Nisi socius

De incestu, adulterio, stupro.

IV. IDEM lib. III Disputationum.

IN incesto (ut Papinianus respondit, & est rescriptum) servorum tormenta cessant [77]: quia & Lex Julia cessat de adulteris.

V. MARCIANUS lib. II Institutionum.

SI quis viduam vel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruperit, in insulam deportandus [78] est, quia duplex [79] crimen est: [&] incestum, quia cognatam violavit contra fas; & adulterium vel stuprum adjungit. denique hoc casu servi in persona domini torquentur [80].

1. De servis hereditariis.

VI. PAPINIANUS lib. II de Adulteris.

PAtre vel marito de adulterio agente, & postulantibus de servis rei ut quæstio habeatur, si [vere] causa perorata, testibus prolatis, absolutio secuta fuerit: mancipiorum, quæ mortua sunt, æstimatio habetur: secuta vero damnatione, quæ supersunt, publicantur. §. 1. Cum de falso testamento quæritur, hereditarii [81] servi possunt torqueri.

De quæstionis modo.

VII. ULPIANUS lib. III de Adulteris.

QUæstionis modum [82] magis est judices arbitrari oportere: itaque [83] quæstionem habere oportet: ut servus salvus sit vel innocentiæ [84], vel supplicio.

An sit habenda quæstio. 1. De statulibero.

VIII. PAULUS lib. II de Adulteris.

EDictum D. Augusti, quod proposuit Vivio Avito & Lucio Aproniano Consulibus, in hunc modum extat: *Quæstiones neque semper in omni causa* [85] *& persona* [86] *desiderari debere arbitror: & cum capitalia & atrociora maleficia non aliter explorari & investigari possunt, quam per servorum quæstiones, efficacissimas [eas] esse ad requirendam veritatem existimo, & habendas censeo.* §. 1. Statuliber [87] in adulterio [88] postulari poterit, ut quæstio ex eo habeatur, quod servus heredis est: sed spem suam retinebit.

An sit habenda quæstio. 1. De servo rei. 2. De deportato. 3. De statulibero.

IX. MARCIANUS lib. II de Judiciis publicis.

DIvus Pius rescripsit, posse [89] de servis haberi quæstionem in pecuniaria [90] causa, si [91] aliter veritas inveniri non possit: quod & aliis Rescriptis cavetur. sed hoc ita est, ut non facile in re pecuniaria quæstio habeatur: sed si [92] aliter veritas inveniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem, ut & Divus Severus rescripsit. Licet itaque & de servis alienis [93] haberi quæstionem, si ita res suadeat. §. 1. Ex [94] quibus causis quæstio de servis adversus dominos haberi non debet, ex his causis ne quidem interrogationem valere: & multo minus indicia servorum contra dominos admittenda sunt. §. 2. De eo [95], qui in insulam deportatus est, quæstio habenda non est, ut Divus Pius rescripsit. §. 3. Sed nec de statulibero [96] in pecuniariis causis quæstio habenda est, nisi deficiente conditione.

De impubere. 1. De crimine majestatis. 2. De servis filii vel patris rei. 3. De modo quæstionis. 4. De libertis vel servis rei. 5. De voce & sermone. De constantia & trepidatione. De existimatione. 6. De causa liberali.

X. ARCADIUS [qui &] CHARISIUS lib. singul. de testibus.

DE minore [97] quatuordecim annis quæstio habenda non est [98], ut & Divus Pius Cæcilio Jubentiano rescripsit. §. 1. Sed omnes omnino in [99] majestatis crimine, quod ad personas Principum attinet, si ad testimonium provocentur, cum res exigit, torquentur. §. 2. Potest quæri, an de servis filii castrensis peculii in caput patris quæstio haberi [non] possit? nam patris [100] non debere torqueri in filium, constitutum est. & puto recte dici, nec [1] filii servos in caput patris esse interrogandos.

§. 3. Tormenta autem adhibenda sunt, non quanta accusator postulat: sed ut moderatæ [2] rationis temperamenta desiderant.

§. 4. Nec debet initium [3] probationum de [4] domo rei accusator sumere, dum aut libertos ejus, quem accusat, aut servos in testimonium vocat. §. 5. Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox [5] ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert: nam & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia [6], qua trepidatione quid diceret, vel cujus existimationis quisque in civitate sua est, quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. §. 6. In causis quoque liberalibus [7] non oportet per eorum tormenta, de quorum statu quæritur, veritatem requiri.

De servo redhibito.

XI. PAULUS lib. II de officio Proconsulis.

ETiamsi redhibitus fuerit servus, in caput emptoris [8] non torquebitur.

De eo, qui se liberum dicit.

XII. ULPIANUS lib. LIV ad Edictum.

SI quis, ne quæstio de eo agatur, liberum [9] se dicat: Divus Hadrianus rescripsit, non esse eum ante torquendum, quam liberale judicium experiatur.

De æstimatione servi & stipulatione.

XIII. MODESTINUS lib. V Regularum.

CErto pretio servum æstimatum [10] in quæstionem dari interposita stipulatione, receptum est.

De statuliberis.

XIV. IDEM lib. VIII Regularum.

STatuliber [11] in delicto repertus, sperandæ libertatis prærogativa, non [12] ut [13] servus ob ambiguum conditionis, sed ut [14] liber puniendus est.

De libero homine. 1. De impubere. De eo, qui vindicanti servum cavit.

XV. CALLISTRATUS lib. V de Cognitionibus.

EX libero [15] homine pro testimonio non vacillante [16] quæstionem [17] haberi non oportet. §. 1. De minore [18] quoque quatuordecim annis in caput alterius quæstionem habendam non esse, Divus Pius Mæcilio rescripsit: maxime cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impleatur. nec tamen consequens esse, ut etiam sine tormentis eisdem credatur: nam ætas [19] (inquit) quæ adversus asperitatem quæstionis eos interim tueri videtur, suspectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem [20]. §. 2. Eum, qui vindicanti servum cavit, domini loco habendum, & ideo in caput ejus servos torqueri non posse, Divus Pius in hæc verba rescripsit: *Causam tuam aliis probationibus instituere debes: nam de servis quæstio haberi non debet, cum possessor hereditatis, qui* [21] *petitori satisfecit* [22]*, interim domini loco habeatur.*

De repetenda quæstione. 1. De confesso.

XVI. MODESTINUS lib. III de Pœnis.

REpeti posse [23] quæstionem, Divi Fratres rescripserunt. §. 1. Is, qui de se confessus est, in caput aliorum [24] non torquebitur: ut Divus Pius rescripsit [25].

De adulterio. 1. De stupro. 2. De partu suppositio, si petentem hereditatem cæteri filii negent suum fratrem esse. De servo communi. 3. De servo in metallum damnato.

XVII. PAPINIANUS lib. XVI Responsorum.

EXtrario [26] quoque accusante, servos in [27] adulterii quæstione contra dominum interrogari placuit: quod D. Marcus, ac postea Maximus Principes judicantes secuti sunt. §. 1. Sed & in quæstione stupri servi adversus dominum non torquentur.

§. 2. De quæstione suppositi partus, vel si petat hereditatem, quem cæteri filii non esse fratrem suum contendunt, quæstio de servis hereditariis [28] habebitur: quia non contra dominos cæteros filios, sed pro successione domini defuncti quæritur. † Quod congruit ei, quod Divus Hadrianus rescripsit: cum enim in socium cædis socius postularetur, de communi [29] servo habendam quæstionem rescripsit: quod pro domino fore videretur. §. 3. De servo [30] in metallum damnato quæstionem contra eum, qui [31] dominus fuit, non esse habendam respondi: nec ad rem pertinere, si ministrum se facinoris fuisse confiteatur.

De pluribus reis. 1. De repetenda quæstione. 2. Si reus nullo argumento urgetur. 3. Si testes facto interesse dicantur, vel non. 4. De fide generis. 5. De servo rei. 8. Et ut de domino inquiratur. 9. De custodiis audiendis.

XVIII. PAULUS lib. V Sententiarum.

VInius [32] facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui titulidior est [33], vel teneræ ætatis videtur. §. 1. Reus evidentioribus [34] argumentis oppressus, reperti in quæstionem potest: maxime si in tormenta animum [35] corpusque duraverit. §. 2. In ea causa, in qua nullis [36] reus argumentis urgebatur, tormenta non facile adhibenda sunt: sed [37] instandum accusatori, ut id, quod intendat, comprobet atque convincat. §. 3. Testes torquendi non sunt, convincendi mendacii aut veritatis gratia: nisi [38] cum facto interveniſſe dicuntur. §. 4. Judex, cum de fide [39] generis instrui non potest, poterit de servis hereditariis habere quæstionem.

§. 5. Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: neque [40] enim oportet salutem dominorum servorum arbitrio committi. §. 6. Servus in caput [ejus] domini, à [41] quo distractus est, cuique aliquando servivit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest. §. 7. Servus nec si à domino ad tormenta offeratur [42], interrogandus est. §. 8. Sane quotiens quæritur, an servi in caput domini interrogandi sint, prius [43] de eorum dominio oportet inquiri.

§. 9. Cognituram de criminibus Præsidem oportet ante [44] diem palam [45] facere, custodias se auditurum: ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamvis defensionem quocunque tempore [46], postulante reo, negari non oportet; adeo ut propterea, & differantur [47] * & proferantur * custodiæ. §. 10. Custodiæ non solum pro tribunali, sed & de plano [48] audiri possunt, atque damnari.

De eo, cui fideicommissa libertas debetur.

XIX. TRYPHONINUS lib. IV Disputationum.

IS, cui fideicommissa [49] libertas debetur, non aliter ut servus quæstioni applicetur, nisi aliorum quæstionibus oneretur.

De uno teste.

XX. PAULUS lib. III Decretorum.

MAritus quidam heres uxoris suæ petebat à Suro pecuniam, quam apud eum deposuisse defunctam se absente dicebat, & in eam rem unum testem, liberti sui filium produxerat: apud procuratorem desideraverat & quæstionem habere de ancilla. Surus negabat se accepisse, & testimonium non oportere unius [50] hominis admitti: nec solere à quæstionibus incipi [51], etsi alienа esset ancilla: procurator quæstionem de ancilla habuerat: cum ex

---

49 Imo non cessant. Cicero *pro Milone*. De servis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu: ut fuit in Claudium. *in Partitionibus* idem repetit. adde *l. 36. in fin. ff. de adulteriis.*

78 Adulterii pœnam olim summi supplicii aut mortis non fuisse, hinc potest colligi. vide *l. 9. t. 30. C. de adult. l. 18. C. de transact.* de adulterii pœna dicam ad *Novell. 134. c. 10.*

79 Adde *l. 38. l. 39. in fin. ff. de adult.*

80 *d l. 39.*

81 Adde *l. 2. ff. eod. 7 Ecloga. 6. ex lib. 60. tit. 50. c. 6. §. 5.*

82 *l. 10. §. 3. ff. eod.*

83 Torquere servum ita judex debet, ut servus salvus maneat.

84 Vel innocentia. *Hal.*

85 Puta in pecuniaria causa. v. *l. 9. ff. eod.* vide tamen Paponem, *24 arrest. 9. art. 8.* Goth. De causis quarum contemplatione tortura inferatur, vide Prosp. Farinac. *prax. criminal. qu. 42. S. L.*

86 Id est, non in omnes personas quæstio adhibenda est. Hinc Clarus ex communi opinione negat, Doctores torqueri posse: & personas in dignitate positas. An & milites? vide *l. 16. C. eod.* An nobiles? vide *l. 4. C. ad l. Jul. majestat.* An decuriones? v. *l. 16. C. hoc tit.* An minores? vid. *l. 10. ff. eod.* An senes? collige ex *l. 3. §. 7. ff. de Silaniano.* An mulier? vide *l. 3. ff. de pœnis.* An clerici & presbyteri? Clarus ait, sed tamen mitius torquendos, *5 sentent. §. ult. 9. 64.*

87 *l. 27. §. 10. ff. de adult.*

88 Id est, in adulterii crimine recte torquetur.

89 Imo non potest. *l. 6. C. eod.*

90 Pecuniariis quoque in causis servi inopia probationum, etiamsi alieni sint, torquentur.

91 Ergo non in omni causa. *l. 8. ff. eod. l. 18. §. 4. ff. eod.* Paul. *5 sentent. 15. §. 6. & tit. 16. c. 4.*

92 *l. 8. ff. eod. l. ultim. C. eod.* Paul. *5 sentent. 15. §. ultim. C. de jure deliberandi.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 6. cap. 19. num. 3.* Ans.

93 Paul. *5 sent. 16. §. 3.*

94 Argumentum à quæstione ad interrogationem & indicia observa. Titius non potest torqueri: ergo nec interrogari, nec indicium ferre. non admittitur Titii confessio in quæstione: multo igitur minus interrogatio aut indicium.

95 *l. 17. in fin. ff. eod.* 96 Adde *l. 8 in fin. ff. eod.* 97 Minor quatuordecim annis quæstioni non subjicitur. *l. 15. §. 1. ff. eod. 60 Ecloga 50. cap. 9.*

98 Et merito; Ætas enim veniam meretur. *l. 1. §. 32. §. 33. ff. de Silaniano.* Quid? minor 14 annis potestne interrogari? &, si potest, momentumne adfert, ut delatus quæstioni subjiciatur? Papo exempla adfirmativa refert, *24 arrest. 9. art. 7.* & Senatusconsultum Burdegalense, quo judicis inferioris sententia confirmata fuit, patrem, interfectæ uxoris à duobus liberis ætate minoribus delatum, quæstioni subjicientis. *arg. l. ult. C. Ad l. Cornel. de sicariis.* 99 *l. 16. C. eod. l. 3. l. 4. C. ad l. Jul. majest. 1 Harm. 6. §. 14.* 100 Patris servi in filium, filii in patrem non sunt torquendi. *60 Ecloga. 50. c. 10.* 1 Imo interrogandi sunt. *l. 1. §. 14. ff. de Silaniano.* 2 *l. 7. ff. eod.* 3 Reis crimina edere accusatores cogendi sunt. Paul. *5 sent 16 §. ult.* hoc è contra.

4 *l. 7. C. de testib.* 5 Vox ipsa interrogati plurimum momenti in veritate excutienda adfert, *l. 3. §. 3. ff. de testibus:* unde notant, juramentum testis non posse recte per procuratorem præstari: quod tamen non admittit Ludovicus Romanus *5 singul. 8.* 6 Quintil. *5 Inst. 4.* si de habenda quæstione quæritur, plurimum interest, quis & quomodo sit tortus: an credibilia dixerit: an semper constanter perseverarit in eo, quod coeperat: an aliquid dolore mutavit.

7 *l. 12. ff. eod.* 8 Facit *l. 17. l. 18. §. 6. ff. eod.* 9 *l. 10. in fin. ff. eod.* 10 Paul. *5 sent. 16. §. 3.* adde *l. 27. ff. de adult.*

11 *l. 9. in fin. ff. de pœnis.*

12 Imo, ut servus. *l. 29. ff. de statuliberis.*

13 Servi namque aliter junguntur, aliter liberi.

14 Imo, ut servus. *l. 29. ff. de statuliberis.* Robertus *1 animadversor. 6.* hanc Legem refert ad privata delicta; *d. l. 29* ad publica: quo nomine reprehenditur ab Antonio Mercat. *1 not. 6.*

15 Aliud constitutum fuit apud Athenienses & Rhodios, teste Cicerone *in Partitionibus.* huc refer *declamationem 7* Quintil.

16 Vide *l. 2. l. 16. l. 20. ff. de testib.*

17 *l. 18. §. 3. ff. eod.*

18 V. *l. 10. ff. eod.*

19 Ætas & à quæstione excusat, & ad mentiendi facultatem suspectiores facit.

20 Facilitatem.

21 *l. 6. in fin. ff. de Carboniano.*

22 V. *l. 5. ff. de hered. pet.*

23 Denegantem id, quod in quæstione confessus est. An & is repeti potest, qui in prima quæstione nihil fassus est? in arbitrio judicis id positum esse ait Bartolus. Cynus negat, nisi nova indicia superveniant. de quibus vide *l. 18. §. 1. ff. eod.* quod ita verum esse ait Baldus, ut etiam in eo, qui sufficienter tortus non fuit, locum habeat. vide Paponem, *24 arrest. 9. art 1.* Clarus horum vitandorum causa judicibus suadet, ut coram suo actuario protesteptur se eo animo rei torquendi finem facere, ut reum postea repetant. *5 sent. §. ult. quæst. 64. vers. ultimo Videndum.* Quoties autem reus repeti possit, ex indiciis & argumentis de novo productis colligendum erit. Quendam septies tortum fuisse reperio, nec tamen confessum, damnatum fuisse. 8 Valerius 7. Placet summopere, quod Petrus Gregor. 48 *syntagm. 12. num. 25.* refert, à judicibus nova tormentorum genera non adhibenda: ea namque Phalaridis alicujus esse, non Christiani.

24 Confciorum scil. adde *l. 11. C. de test. l. 37. C. de liberali.* vide Oldend *c. 4. de test. n. 8. & c. 66. de except. n. 9.*

25 Cur ita? ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperavit. Paul. *1 sent. 12. §. ult.*

26 Extraneo, *vulg.* vide ad hunc locum Cujacium, *20 obs. 14.*

27 *l. 1. C. eod.*

28 Adde *l. 2. ff. eod.*

29 *l. 3. ff. eod.*

30 *l. 9. §. 2. ff. eod.* 31 *l. 11. ff. eod.* 32 Paul. *5 sent. 14. §. 2. 60 Ecloga. 50. c. 6.* adde *l. 1. §. 2. ff. eod.* 33 V. *l. 1. §. 1. ff. eod.* 34 Vide quæ notavi ad *l. 16. ff. eod.* Goth. Vide Zanger. *de tortur. reor. cap. 5. num. 14.* Ans. 35 *Ecloga. d. c. 16.* 36 Adde Paul. *16 §. 1.* 37 Probationes, quæ ab accusatore exiguntur, non ex rei quæstione eliciendæ. 38 *l. 15. ff. eod. Nowell 90. c. 5.* Goth. Vide Zanger. *de tortur. reor. cap. 1. num. 30.* Ans. 39 Paul. *5 sentent. 16. §. 2. l. 3. ff. de probat.* 40 Paul. *d. loco. §. 4.* 41 Paul. *d. loco. §. 8.* adde *l. 11. ff eod.*

42 *l. 7. C. eod.* 43 *l. 1. §. 15. ff eod.* 44 *1 Harmenop. 4 §. 11.* 45 Edenda reis sunt crimina per libellum. Paul. *d. loco. §. ult.* 46 Adde *l. 4. in fin. ff. de req. reis.* 47 Proferendi & differendi diferimen est. Qui profert, diem proditam prorogat: Qui differt, rem etiam die non prodita in id tempus rejicit: denique Differre latius patet, quam Proferre. Qui profert, differt: non è contra. quo sensu Tacitus res prolatas, dilatas vocat. Sunt autem res prolatæ, feriæ litium ac judiciorum. Seneca *de brevitate vitæ.* Quando res proferentur? ubi significat, rebus prolatis cessare patronos. quod & de Jurisconsultis scribit Cicero *Oratione pro Murena.* vide Cujac. *7 obs. 16.* adversus Alciat. *6 parerg. 23.* 48 *l. 6. ff. de accusat.* 49 *l. 27. §. 10. ff. de adult.* 50 Unicus testis non sufficit ad quæstionem accusati habendam, excepto crimine læsæ majestatis. *l. 1. §. 4. ff. eod. v. l. 9. C. de testib.* vide Papon, *24 arrest. 9. art. 2.* adde Bossium, *tit. de opposit. contra testes. n. 70. 71. 72.* 51 *l. 1. ff. eod.*

ex appellatione cognoviſſet Imperator [52], pronunciavit, quæſtione illicite habita, unius [53] teſtimonio non eſſe credendum. ideoque recte provocatum.

Neminem quæſtionis habenda cauſa damnari.

XXI. IDEM lib. ſing. de Pœnis Paganorum.

QUæſtionis habendæ [54] cauſa neminem eſſe damnandum [55] D. Hadrianus reſcripſit.

De recepto in cuſtodiam ſine accuſatore.

XXII. IDEM lib. I Sententiarum.

QUi ſine accuſatoribus in cuſtodiam recepti ſunt, quæſtio de his habenda non [eſt], niſi aliquibus ſuſpicionibus [56] urgueantur.

TIT. XIX.

DE [1] POENIS [2].

Quo tempore ſpectatur conditio ſententiam paſſi. 3. De inope.

I. ULPIANUS [lib. VIII Diſputationum].

QUotiens de delicto quæritur, placuit non eam pœnam ſubire quem debere, quam conditio ejus admittit eo tempore, quo ſententia de eo fertur: ſed eam, quam ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus, cum [3] deliquiſſet. §. 1. Proinde ſi ſervus crimen commiſerit, deinde libertatem conſecutus dicetur: eam pœnam ſuſtinere debet, quam ſuſtineret, ſi tunc ſententiam paſſus fuiſſet, cum deliquiſſet.

§. 2. Per contrarium quoque ſi in deteriorem conditionem fuerit redactus, eam pœnam ſubire eum oportebit, quam ſuſtineret, ſi in conditione priore duraſſet. §. 3. Generaliter placet, in Legibus publicorum judiciorum [4] vel privatorum criminum, qui extra ordinem [5] cognoſcunt Præfecti vel Præſides, ut eis, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt [6], coërcitionem extraordinariam inducant [7].

De pœna capitali. 1. De deportatione. 2. De provocatione. De eo, qui damnandi jus non habet.

II. IDEM lib. XLVIII ad Edictum.

REi capitalu [8] *damnatum* ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnato vel mors, [vel] etiam civitatis amiſſio, vel ſervitus contingit. §. 1. Conſtat, poſtquam deportatio [9] in locum aquæ [10] & ignis interdictionis ſucceſſit, non prius amittere quem civitatem, quam [11] Princeps deportatum in inſulam ſtatuerit. Præſidem enim deportare non poſſe, nulla dubitatio eſt. Sed Præfectus Urbi jus habet deportandi, ſtatimque poſt ſententiam Præfecti amiſiſſe civitatem videtur. §. 2. Eum accipiemus damnatum, qui non provocabit [12]: cæterum, ſi provocet, nondum damnatus videtur. † Sed & [13] ſi ab eo, qui jus [14] damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus ſit: eadem cauſa erit. Damnatus enim ille eſt, ubi damnatio tenuit [15].

De prægnantis pœna, quæſtione differenda.

III. IDEM lib. XIV ad Sabinum.

PRægnantis [16] mulieris conſumendæ [17] damnatæ pœna differtur [18], quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio [19] de ea habeatur, ſcio obſervari, quamdiu prægnans eſt.

De relegatione & deportatione.

IV. MARCIANUS lib. XIII Inſtitutionum.

RElegati ſive in inſulam deportati, debent locis interdictis abſtinere: & hoc jure utimur, ut relegatus interdictis locis non [20] excedat. alioquin [21] in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato inſulæ relegationis, in in inſulam relegato deportationis, in inſulam deportato pœna [22] capitis adrogatur [23]: & hæc ita, ſive quis non exceſſerit in exilium intra tempus, intra quod debuit; ſive etiam alias exilio non obtemperaverit: nam contumacia [24] ejus cumulat pœnam: & nemo poteſt commeatum [25], remeatumve dare exuli [26], niſi [27] Imperator, ex aliqua cauſa.

De abſente, ſuſpicionibus. 2. De eo, quod conſulto vel caſu admiſſum eſt.

V. ULPIANUS lib. VII de Officio Proconſulis.

ABſentem [28] in criminibus damnari non debere Divus Trajanus Julio Frontoni reſcripſit. Sed nec de ſuſpicionibus [29] debere aliquem damnari [30], D. Trajanus Aſſiduo Severo reſcripſit: *ſatius* [31] *enim eſſe, impunitum* [32] *relinqui facinus nocentis, quam* [33] *innocentem damnare.* † Adverſus contumaces vero, qui neque denunciationibus, neque Edictis Præſidum obtemperaſſent, etiam [34] abſentes pronunciari oportet ſecundum [35] morem priorum judiciorum. Poteſt quis defendere, hæc non eſſe contraria. Quid igitur eſt? melius [36] ſtatuetur, in abſentes pecuniarias quidem pœnas, vel eas, quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæpius admoniti per contumaciam deſint, ſtatui poſſe, & uſque ad relegationem procedi: verum ſi quid gravius irrogandum fuiſſet, puta in metallo [37], vel capitis pœnam non eſſe abſentibus irrogandam. §. 1. In accuſatorem autem abſentem nonnunquam gravius [38] ſtatuendum, quam Turpilliani Senatuſconſulti pœna irrogatur, dicendum eſt. §. 2. Refert, & in majoribus delictis, conſulto [39] aliquid admittitur, an caſu: & ſane in omnibus criminibus diſtinctio hæc [40] pœnam aut juſtam eligere debet, aut temperamentum admittere.

Si damnatus dicat ſe habere, quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa. 1. De comitibus Proconſulu, vel Legati. 2. De variis generibus pœnarum.

VI. IDEM lib. IX de Officio Proconſulis.

SI quis forte, ne [41] ſupplicio adficiatur, dicat *ſe habere quod Principi referat ſalutis ipſius cauſa*: an remittendum ſit ad eum, videndum eſt? Et ſunt plerique Præſidum tam timidi, ut etiam poſt ſententiam de eo dictam, pœnam ſuſtineant, nec quicquam audeant: alii omnino non patiuntur quicquam tale allegantes: nonnulli neque ſemper, neque nonnunquam [42] remittunt, ſed inquirunt quid ſit, quod allegare Principi velit, quidque [quod] pro ſalute ipſius habeat dicere; poſt quæ aut ſuſtinent [43] pœnam, aut non ſuſtinent. Quod videtur habere mediam rationem: cæterum, ut mea fert opinio, prorſus eos non [44] debuiſſe, poſteaquam ſemel damnati ſunt, audiri, quidquid allegent. Quis enim dubitat, eludendæ pœnæ cauſa ad hæc eos decurrere? magiſque eſſe puniendos, qui tamdiu conticuerunt, quod pro ſalute Principis habere ſe dicere jactant? *nec enim debebant tam magnam rem tamdiu reticere.* §. 1. Si quos Comitum [45], vel Legati ſui reos Proconſul invenerit: utrum punire eos debeat, an ſucceſſori ſervare, quæri poteſt? Sed multa exſtant exempla, quæ non tantum Officialium ſuorum, nec ſub ſe agentium, verum ſuos quoque ſervos pœnæ adfecerunt. Quod quidem faciendum eſt, ut exemplo [46] deterriti minus delinquant. §. 2. Nunc GENERA pœnarum nobis enumeranda ſunt, quibus Præſides [47] adficere quemque poſſint. † Et ſunt pœnæ, quæ aut [48] vitam adimant, aut ſervitutem injungant, aut civitatem auferant, aut exilium, aut coërcitionem corporis contineant.

VII. CALLISTRATUS lib. VI de Cognitionibus.

VEluti fuſtium [49] admonitio [50], flagellorum [51] caſtigatio, vinculorum [52] verberatio.

1. De vita ademptione. 4. De condemnatione in metallum, vel in opus metalli, 8. Vel in miniſterium metallicorum. 9. De carcere. 10. De calcaria & ſulphuraria: 11. De ludo venatorio. 12. De ſervis.

VIII. ULPIANUS lib. IX de officio Proconſulis.

AUt damnum [53] cum infamia, aut dignitatis aliquam depoſitionem [54], aut alicujus actus prohibitionem [55].

§. 1. Vita adimitur, ut [56] puta ſi damnatur aliquis, *Ut gladio* [57] *in eum animadverratur.* Sed animadverti gladio oportet, non ſecuri [58], vel telo, vel fuſti, vel laqueo, vel quo alio modo. Proinde nec [59] liberam mortis faculratem concedendi jus Præſides [60] habent: multo magis [61] vel veneno [62] necandi. Divi tamen Fratres

1 Singulare eſt quod de pœnis ſcripſit Cyprianus 2 *ad Donatum*. Ad hominis corpus unum plura ſupplicia eſſe, quam membra.

2 VI C. XLVII. 9 *C. Theod.* 49. *Novell.* 134. 60 *Eclog.* 51. 5 *Decret.* 37. 5 *Sext.* 9. 5 *Clem.* 8. 5 *Extra.* 8. adde *extravagantem* Joannis 22. *de pœnis*. Papon. 24 *arreſt.* 10. Clarum, 5 *ſent.* §. *ult.* q. 67. *ad fin.* 92. Petr. Gregor. 31 *ſyntagm.* c. 1.

3 Qui in ſervitute deliquit, poſtea manumiſſus, non punitur, ut liber, ſed ut ſervus. *Eclog. ibid. cap.* 1. Imo ut liber, *l. penult. C. ſi ex noxali.* vide Cujac. 10 *obſerv.* 22. *in fin.* v. *hic* Bart. dixi ad *Novell.* 115.

4 Non in aliis cauſis, puta pecuniariis. vide Hotom. 24 *Illuſtr.* 2 *quæſt.*

5 Vid. *l.* 8. *C. de publ. jud.*

6 Qui non habet in ære, luit in corpore, id eſt, pœna pecuniaria ob crimen impoſita in corporalem converti ſolet, *l.* 7. §. 3. *C. de juriſd. l. ultim. in fin. C. de in jus vocand. l.* 9. *C. de incendio. l.* 6. *in fin. C. de modo multtarum. l.* 4. *verſ. quod ſi. C. de ſervis fugitivis. l.* 12. §. 5. §. *ult. in fin. C. de adib. privat.* 2 *Feudorum* 53. §. 1. *Eclog. d. loco.* c. 2. vide Placitum Curiæ apud Lucium, 2 *placitorum* 8. *art.* 4. vide Socinum, *reg.* 8.

7 *Al.* indicant.

8 Pœna capitalis eſt, quæ mortem naturalem vel civilem infert: civilis mors eſt, quæ ſervitutem, vel (ut Gloſſa in *l. 1. C. ne Chriſtianum mancipium.* refert) exilium. Hinc communi opinione definitur, ſatisfieri pœnæ capitali reo in exilium miſſo. Papon. 24 *arreſt.* 12. *art.* 3. id etiam mitius eſt. Clar. 5 *ſent.* §. *ult.* q. 67. 9 *Deportatio* in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſſit, *ut hic.* & quidem Auguſti Conſtitutione, qua aquæ & ignis interdictio vetita. Dion. 39. v. Cuj. 6 *obſ.* 39. 10 Dixi ad *l.* 1. §. 2. 3. *de leg.* 3. 11 Principis ſolius eſt deportari jubere. *l.* 6. §. 2. *T. de interdict.* 12 *l.* 6. *T. de appellation.* provocavit. *vulg. Hal.*

13 Paria ſunt, damnari à non judice, *ut hic.* & à ſuo judice damnatum quidem eſſe, ſed ab eo provocaſſe. Neutro enim modo damnatus putandus eſt. 14 *l.* 244. *T. de verb. ſign.* 15 Damnatio non tenet, lata ab incompetente judice, vel à quo eſt appellatum. 16 Prægnantis mulieris pœna differtur, *ut hic.* etiam ſi prægnans ſit unius diei: vel in ipſa cuſtodia, ipſoque carcere prægnans facta ſit. vide Sebaſtianum Medicum, *tract. de morte.* 17 Paul. 1 *ſent.* 12. §. 5. 60 *Eclog.* 51. *c.* 3. *l.* 18. *T. de ſtatu hominum.* Quintilianus 277. Supplicium, inquit, prægnantis Lex differri in diem partus jubet. Idem refert Clemens Alexand. 2 *ſtromaton.* Idem receptum erat apud Athenienſes & Ægyptios. Ælianus, 5 *de varia hiſtoria.* Plutarchus, *in 16 de ſera numinis vindicta.* 2 Diodorus 3. 18 Quid ita? v. *l.* 5. *T. eod.* 19 Prægnans, antequam pariat, neque punitur, neque torquetur. Paul. *ibid. Eclog. ibid.* 20 De pœnis refugarum v. Cujacium, 6 *obſ.* 36. Goth. Vide Leonin. *emendat. lib.* 5. *c.* 9. *num.* 5. & *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 9. Adde *l.* 8. §. 7. *T. de pœnis.* Anſ.

21 Gradus pœnarum obſerva: temporarium exilium, perpetuum, relegationem, deportationem, pœnam capitis. 22 Capitis pœna mors eſt. 23 Irrogatur pœna capitalis. 24 *Contumacia* pœnam auget. 25 V. *l.* 31. *in fin. T. eod.* 26 Banniti non ſunt in jure audiendi. *l. un. C. de nundinis.* 27 Princeps ſolus dat remeatum exuli; vide tamen exceptiones apud Romanum *ſingulari* 539. adde *l.* 5. *in fin. T. de re militari.* 28 V. *l.* 1. *T. de requirendis reis.* Paul. 5 *ſentent.* 5. §. 8. 60 *Eclog.* 49. *c.* 5. Goth. Ad intellectum hujus l. vid. Bellon. *lib. ſupput.* 3. *c.* 17. Anſ. Adde Menoch. *de arbitrar. judic. lib.* 1. *qu.* 80. *n.* 92. Cugnol. ad *l.* 125. *T. de reg. jur. num.* 10. S. L. 29 εἰς ἰσοτιμίας, 1 *Harmen.* 4. ex levi ſuſpicione nemo damnandus eſt. *l.* 3. §. 1. *in fin. T. de minoribus.*

30 Damnabitur vero, aut ſua confeſſione, aut ſi teſtibus legitime convictus eſt, *l.* 16. *C. eod.* vel indiciis luce clarioribus. *l. ult. in fin. C. de prob.* 31 Facit *l.* 47. *T. de oblig.* Scipio & Antoninus dicebant, Malle ſe unum civem ſervare, quam mille hoſtes occidere. Capitolinus *in Antonino.*

32 Liberationi favetur. *l.* 47. *T. de oblig.* 33 Vide exempla apud Ciceronem *pro Roſcio Amerino.* & Tiraq. *de pœnis cauſ.* 59. 34 *Etiam* vox inclusiva alterius facti. 35 Statuta civilia ad cauſas criminales recte extendi, hinc colligit Baldus, *in praxi ſtit. de ſtatutis. verſ. quarto quæritur.* Nota etiam argumentum à privatis judiciis ad publica, ut *l. G. C. de accuſat.*

36 Hodie *in uſu* id non eſt, cum abſentes etiam in crimine rei damnentur. *Goth.* Vide Jul. Clar. §. *fin. quæſt.* 44. *n.* 3. 4. Gomez. ad *l. tauri.* 76. *n.* 8. Damhouder. *præx. criminal. cap.* 28 *n.* 5. Anton. Matth. *de criminib. lib.* 48. *tit.* 20. *c.* 2. *n.* 23. Ritterhuſ. *de diſſert. jur. lib.* 6 *c.* 2. *in fin.* S. L.

37 Metallum. *Hal.*

38 Extraordinarie, *l.* 3. *in fin. C. qui accuſare non poſſunt.* pœna quinque librarum auri, ut in *l.* 3. *in fin. T. de prævaricat.* ſumptus litis etiam præſtantur. *l.* 3. *C. qui accuſare.*

39 *l.* 11. §. *pen. T. eod.*

40 Utrum quis delinquat conſulto conſilio vel caſu, dixi *l.* 2. *T. de legib.*

41 *l.* 18. *C. eod.* Pœna non differtur damnati, hoc colore, quod quædam ſe habere dicat Principi referenda, ſalutis ipſius cauſa. *Goth.* Ad intellectum hujus l. vid. Leonin. *emend. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. & 7. Anſ.

42 Neque unquam, *Hal.* neque nunquam. *vulg.*

43 Id eſt, differunt.

44 Quoties quis damnatus eſt, ſupplicium non eſt differendum, etiam ſi quædam ſe habere dicat, quæ Principi referat, ſalutis ipſius cauſa. Hinc colligo, multo minus ſupplicium eſſe differendum, ſi quis ſe rationibus privato nondum redditis obnoxium dicat.

45 Id eſt Juriſperitorum, Adſeſſorum, Cohortis. Plato apud Senec. *de ira* 16. Nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne peccetur. & Sen. 2 *de ira* 31. ad præteritum nunquam, ſed ad futurum pœna referitur: non enim iraſcitur, ſed cavet. 47 Judices qui de crimine cognoſcunt. 48 Pœnis, vel vita, vel libertas, vel civitas adimitur, vel coërcitio corporis continetur: pecuniaria multa, vel infamia, vel dignitatis depoſitio. 49 *Fuſtis* eſt ligneus baculus: nam inter arma & tela fuſtes numerantur, *l.* 3. §. 2. *T. de vi. l.* 54. §. 2. *T. de furtis.* Iſid. *c.* 27. palos eſſe, ait; fuſte etiam quis occidi poterat, *l.* 7. §. 1. *T. ad l. Aquil. l.* 1. §. 17. *T. de Silan. μαγγανεία ξυλίνης*, à Tarquinio Superbo primum excogitatos refert Suidas. Hanc pœnam ξυλοκονίαν vocat Polyb. 6 *hiſt.* Cicero fuſtuarium, 3 *Philipp.* & Liv. 5. Noſtri *baſtonades* prope dicerent: quod ſupplicium Turcis hodie uſitatiſſimum: fuſtigari ξυλοκοπεῖσθαι. Polyb. 6. βάβδοις ἀνίεσθαι. Plutarch. *in Graccho*, ῥοπαλίζεσθαι. 60 *Eclog.* 5. *c.* 25. à fuſte etiam fuſtuarius, qui & male quibuſdam *virgator.* Veſtitis fuſtes inferebantur, ut nudis flagella: iuterdum ſine ſanguine quis fuſtigari poterat, 2 *Feud.* 27. *verſ. ſi quis aliquem.* fuſtibus liberti cædebantur, *l.* 1. §. 10. *T. de off. Præf. Urb.* ut & liberi tenuiores. *l.* 8. §. 2. *eod. l. ult. T. de injur.* qua de re, hoc eſt, de fuſtibus & flagellis, dixi plenius ad *l.* 12. *T. de jure fiſci.* non honeſtiores, ut decuriones, *l.* 5. *C. ex quib. cauſ. infam.* flagellatio fuſtigatione multo gravior erat. *l.* 10. *T. eod.* Hinc vetitum, ne quis fuſtiget equos curſui publico deputatos. *l.* 1. *C. de curſu publico.* Fuſtigantur liberti contumelioſi in patronum, *d.* §. 10. ſed & ii, qui negligenter ignem cuſtodiunt, *l.* 3. §. 1. *T. de off. Præfect. vigil.* calumniatores, *l.* 16. *C. ex quib. cauſ. infam.* perjuri, *l.* 15. *in fin. T. de injur.* qui agmen excedebant milites, *l.* 3. §. 16. *T. de re milit.* fuſtigabatur quoque miles ex acie fugiens, Vellejus 2. & decimus quiſque in decimatione. Tacit. 14. adde de milite Liv. 5. huic affinis pœna *virgæ*, ſc. qua milites adſiciebantur. de qua dicam ad *l* 13. § 4. *T. de re milit.* An fuſtigatio infamet, dicam ad *l.* 10. *in fin. T. eod.* 50 Fuſtis ictus *admonitio* hic dicitur, ut eo melius notetur hujus pœnæ levitas ad comparationem flagellationis. dixi ad *l.* 12. *T. de jure fiſci.* ſic fuſte & verbis ſit emendatio. *l.* 9. §. 3. *T. de offic Proconſ.* 51 Seu flagellatio: flagellum à flagio, pœna ſervilis. *l.* 10. *T. eod. l.* 4. §. 1. *T. de incendio.* Flagellare, μαστίζειν. *act.* 25. *verſ.* 25. rei nudi corpore flagellabantur. Hinc Juven. 6. *Rubet ille flagellis.* Gravior erat flagellatio fuſtigatione, ideoque horribilis dicitur Horatio, *horribili ſectere flagello*, 1 *ſatyr.* 3. Hinc quadrageſimum ictum flagellationis excedi Moſes vetuit. *Deuter.* 25. *in pr.* Flagellorum autem variæ ſpecies erant: lenes, ut frondium, virgarum; nodoſæ, ut aculeatæ, & ſcorpiones, 5 Iſid. 27. pueri ferula cæsi ſolebant, *l.* 1. §. 33. *T. de Silan.* Juven. *ſatyr.* 1. & 6. Lorum, unde lorarii. & ſcutica, ex corrigiis coriaceis, Galli *eſcourgées*. Flagella quoque dicuntur flagra ex reſtibus compacta aurigis familiaria, quæ mota ſonitum reddunt: *inſonuitq; flagello.* Virg. 5 *Æneid.* Hinc equos publico curſui deputatos non lignis, nec fuſtibus, ſed tantummodo flagello agitari decretum. *l.* 1. *C. de curſu publ.* Plumbei nodi interdum flagellis addebantur (hinc plumbatarum verbera, *l.* 2. *C. de exactor. trib.*) Interdum erant hamata, de quibus ita Tertull. *In ſcorpiace adverſus Gnoſtic. in pr. Inde ſcorpii ſerites illa nodorum venenata, intrinſecus venula ſubtilis arcuato impetu inſurgens, hamatile ſpiculum in ſummo, tormenti ratione, reſtringens.* Porro virgas Lex Porcia ab omni civium corpore removerat, Cic. *pro Rabirio.* Liv. 1 *Decad.* 10. Saluſt. *in conjur. Catilinaria.* Suet. *in Ner. c.* 49. Reperio poſtea & flagella etiam remota. *Act.* 25. *v.* 25. 52 *Vincula* hic pro habena ſumi puto, *l.* 1. §. 33. *T. de Silan.* vel pro loris. Galli, *eſtrivieres*: ne alioquin dicas cum Accurſio, vinculorum verberatione hic innui, carceratos fuſtibus verberari. 53 Pœna eſt pecunia & infamia mulctari: pœna eſt famæ amiſſionem pati. v. Clar. 5 *ſent.* §. *ult.* q. 72. Petr. Greg. 31 *ſyntagm.* 29. 54 Hinc Clarus notat, Judices, Officiales, Clericos, Prælatos & Epiſcopos, delicti nomine officio vel beneficio privari poſſe, 5 *ſent.* §. *ult.* q. 73. & ut ille ait, degradari. v. eundem *ib.* q. 74. de depoſitione, degradatione ſeu exauctoratione, v. Petr. Greg. 31 *ſyntagm.* 30. 55 De pœna ſuſpenſionis v. eundem Clar. 5 *ſent.* §. *ult.* q. 75. Pet. Greg. 31 *ſyntagm.* 30. *n.* 5. 56 Exempli cauſa hoc ſubjicit Paulus. Summa ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio. 5 *ſent.* 17. §. 2. 57 Decollatio hæc pœna vocatur à Paulo, 5 *ſent.* 17. §. 2. hinc gladio coërcere, Salvianus, *lib.* 7 *de vero judicio & providentia. l.* 30. *in fin. C. de adulter.* 58 Seeuris pœna gravior & ignominioſior, quam pœna gladii. hinc Caracalla in Papiniani perculſorem, *Gladio*, inquit, *exequi te oportuit meum juſſum.* Spartianus *in Caracalla*, & *in Geta.* Xiphilinus *in Caracalla.* Hinc colligere poſſis, pœnæ genus ſententia comprehenſum, vel augeri, vel immutari non poſſe à Præſide. de quo vide *l.* 27. *T. eod.* 59 *Liberum mortis arbitrium* ſuli Principes, non Præſides damnatis poſſunt permittere. Quintil. *Declam.* 11. *ante fin.* hoc tantum ab affectibus veſtris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præſtetur arbitrium: in infinitum, judices, ſceleribus aperietis audaciam, ſi pœnam licet eligere condemnato, nec jam ullam mortalium innocentiam trepidatione contineas, ſi patitur deprehenſus quiſque, quod maluit. & *poſt*: nulla pœna eſt, niſi invito. & *cætera, quæ ibid. vide.* 60 Sed Imperatorem. *T. eod.* 61 Multo minus. *Hal.* Vertranius Maurus, *ad librum* 15 *Taciti*, hanc lectionem probat: ſic apud Tertullianum *multo magis*, pro *multo minus*, ſimiliter *libro de Trinitate*: Deum multo magis templum non capit, quem mundus non capit. 62 *Venení* nulla pœna eſſe debet. legitur tamen (forte injuria potius, quam jure) Ariſtodemum Dianæ Epheſinæ Pontificem à Proconſule impetraſſe, duobus ut reis venenum daretur, & quidem darum refert Abdias, 5 *hiſtoriæ Apoſtolicæ*: quin & veneno necandi pœna apud Athenienſes uſitata fuit, Diodor. 18. *ubi de Phocione ejuſque ſociis ultimo ſupplicio damnatis*: Eadem mors (cicutæ ſcilicet) Euphrati philoſopho permiſſa eſt ab Adriano. Xiphilinus *in Adriano*: adde & Suetonium *in Nerone*, *cap.* 36. ubi de quibuſdam necatis veneno & fame tractat.

64 *Liberum mortis arbitrium* Principes damnatis interdum concedunt, *ut hic*. Ægyptii hoc passim concedebant. Diodor. *lib.* 3. Concesserunt id etiam Imperatores. Sic Asiatico Vitellius persuadet, ut a Claudio petat, ἵνα τὸν ἑαυτοῦ κύριον ἀναιρήσῃ, ἀναίτιον. Dion. 98. Xiphilinus *in Claudio*. Tacit. 11. *in princ.* & Domitianus Occultis sororibus, item Varouillæ Vestalibus, incesti accusatis, liberum mortis arbitrium permisit. Suetonius *in Domitiano*, c. 8. Idem Domitianus, *ibid.* c. 11. damnatis liberum mortis arbitrium indulget. vide Tacitum 16. ubi refert Neronem per ludibrium dicentem: æquum esse, ut Lucio veteri, jamjam mortuo liberum mortis arbitrium permitteretur. & *ibid.* Tacitus *in fin.* refert ab eodem Nerone Thraseæ & Soranо datum mortis arbitrium. & *lib.* 15. Plautio Laterano Consuli non breve mortis arbitrium permisit Quintil. *declamat.* 377. Felices, inquit, qui suo arbitrio moriuntur. & Boëtius 3 *de Philosophiæ contemplatione*. Nero Senecam ad eligendum mortis arbitrium coëgit. vide Petr. Fabr. 1 *semestr.* 4.

64 Ad hostes autem transfugæ, Cujac. 4 *observ.* 9. nunquam enim hæc pœna hostibus infligitur, ut vivi exurantur, cum jure gentium sint servandi: etsi præcipuos duces hostium in carcere interdum strangulatos legamus Trebell. Pollio *in Aureliano*. vide Cujac. 15 *obs.* 4. Idem tamen, 6 *obs.* 26. aliter etiam legi posse monet: hostes, id est, transfugæ, ut hostes pro transfugis sumantur. 65 *Id est.* ita legit Cujac. 6 *observ.* 27. Nam & alibi hostes pro transfugis. *l.* 11. §. 3. *ff. de hæ, qui notantur infamia.* 66 Transfugæ vivi exurendi. vide *l.* 38. §. 1. *ff. eod.* 67 Vide quæ de vivicomburiis notavi ad *l. unic. C. de Nili aggerib.* 68 Vide *Novell. Leon.* 67. 69 Romæ primis temporibus hominis cervix furcæ inferebatur, reique corpus ad necem usque virgis cædebatur. Suetonius *in Nerone*, c. 49. Postea Valeria Lex vetuit quemquam civium Romanorum provocantem cædi securique necari: si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam improbe factum adjiciens, vinculum satis eo tempore validum: cum hodie vix servo ita minetur quisquam. Eam insecuta Lex Porcia gravem pœnam adjecit, Livius 10. Hinc Cicero *pro Rabirio*. An de civibus Romanis contra Legem Porciam verberatis aut necatis plura dicenda sunt? & *lib.* 5 *in Verrem*: ὁ Lex Porcia! *& post*: huccine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus deligatus in foro virgis cædatur? Porciæ Legis meminit Salustius *in bella Catilinario*. Idem vetitum fuit Lege Mosis, *Deut* 25. *in pr.* adde Festum *in pro scapulis*. *l.* 8. *ff. ad Legem Juliam de vi publica*. & *Afforum Apostolorum cap.* 22. 70 Vide *l. penult. ff. de quæst.* 71 Hodie ingenuis libertas sententia adimi non potest. *Novell.* 22. *cap.* 8. 72 Sunt hæc diversa, damnari ad metallum, & ad opus metalli. de quo vide §. 6. *J. eod.* 73 Metalla multa fuerunt: veluti in Macedonia, Ephesi, in Hispania: hinc Forensia (vel potius Elaphonesia) & Proconesia. v. *fragm. Gregorianæ C. tit.* 15 *coll. legum Mosaïc. romanic.* Theodoretus, Epiphanius, v. Pith. *d. tit.* 15 *fol.* 109. Gypsensia ab insula Ægypti metallorum feracissima. vide Cujac. 8 *obs.* 27. *Novell.* 22. *cap.* 8. Docimena, Troadensia. *l.* 9. *l.* 11. *C. Theod. de indulg. debit.* Goth. Vide Panciroll. *tit. de damnat. in metall.* Anf. 74 Vide *l.* 6 §. 1. *J. de interdict.* 75 Metalli pœna damnatus gravioribus vinculis premitur, ac durius etiam punitur, si transfugiat, quam damnatus ad opus metalli, *ut hic*. adde §. 6. *J. eod. l.* 10. §. 1. *l.* 29. §. 6. *l.* 39. *J. eod. l.* 5. *ff. de manumiss. l.* 3. §. *pen. ff. stellion.* Papon. 3 *notar.* 10. *cap. des remissions*. hinc differentiam facit inter damnatum ad triremes, & ad opus triremium. Pœna metalli, *l.* 24. §. 5. *ff. de fideicomm. libert.* in metallum damnatio, *l.* 46. *ff. de manum. testam.* metallum mediocrium delictorum pœnæ sunt Paul. 5 *sent.* 17. §. 2. 76 Alias exigua est differentia. *l.* 5. *in fin. J. de variis & extraord. cognit.* 77 Summo supplicio. *l.* 28. §. 13. *J. eod.* 78 Minimis delictis inferebatur hæc pœna. Paul. 5 *sent.* 17. §. 2. 79 Adde *Nov.* 123. *cap.* 11. 80 Fœminæ in ministerium etiam metallorum damnari solent, *l.* 9. *C. eod. Metallicos*, intellige damnatos ad metallum. 81 Salinarum in opus mulieres damnari possunt, *l.* 6. *J. de captivis*. salinæ, locus, ubi fit sal, *l.* 1. *ff. quod cujusque*. ex salinis Principes vectigalia colligebant, *l.* 59. §. 1. *ff. de hered. Inst. l.* 13. *ff. de publican. l.* 17. *in fin. J. de verb. sign. l.* 11. *C. de vectigalibus*. unde inter regalia jura numerantur. 2 *Feudor.* 56. *tit. quæ sunt regalia*. Illud singulare, quod refert Athenæus 3 δειπνοσοφιστῶν 1. à Lysimacho jam olim in Troade vectigal salinarum institutum: sed natura id quasi refugiente, exaruisse salinas, ac remisso vectigali, rursus prodiisse. vide Cujac. 3 *observ.* 31. Interdum erant privatorum. *l.* 5. §. 1. *ff. de rebus eorum, qui sub tutela. l.* 32. §. 2. §. 3. *ff. de usufructu. legat. l.* 4. §. 7. *J. de censib.* 82 Perpetuo: Carceres ad perpetuos nemo damnatus est. Causa dubitandi fumi potest ex eo, quod Cicero refert 4 *Catil.* vincula, inquit, & ea sempiterna, certe ad nefaria scelera inventa sunt. Quin pœnam carceris perpetui in usu fuisse sub Amulio refert Halicarnass. 1. Apud Venetos, & Castellanos, quin & Clericos (quibus quenquam interficere, id est, ad mortem condemnare non licere dicitur), id usitatum esse refert Clarus: quibus tamen permitti ait, reum tanta cibi penuria premere, ut inde etiam moriatur, Clarus, 5 *sent.* §. *ult. qu.* 70. quod, quid aliud est, quæso, quam necare? *l.* 4. *ff. de agnoscendis liberis*. sed de perpetuis carceribus dicam etiam ad Novel. Emanuelis c. 8. 83 Aliud est in carcere contineri; aliud, in eo vinciri. *l.* 216. 224. *J. de verb. sign.* 84 Vinculis perpetuis. Hugo à Porta. vide *l.* 35. *J. eod.* Caius Vatinius ea pœna affectus est à Senatu, quod sinistræ manus digitos sibi, ne militaret bello Italico, amputasset, publicatis præterea omnibus ejus bonis. 6 Valer. 3. Hujusmodi personæ *Murci* dicebantur. v. Cuj. 15 *obs.* 30. 85 Carcer ad continendos, non ad puniendos homines habeti debet. *l.* 2. *C. de exact. tribut.* Imo ad puniendos, *l.* 3. *in fin. ff. de custodia*. hinc carceres à coërcendo, Varro 4 *de lingua*. præsertim si in locis subterraneis fuerint: qualia fuerunt apud veteres, *l.* 1. *C. de custodia reorum*. ut Latumiæ apud Syracusanos, Cicer. *in Prætura Urbana. act. ult.* domicilium cineribus plenum apud Persas. Suidas. & Caiada apud Spartanos. Thucyd. 1. Pausanias *in Messeniacis*. Barathrum apud Athenienses, Tullianus locus, & scalæ Gemoniæ apud Romanos. Livius etiam scribit *lib.* 1, carcerem ad terrorem crescentis audaciæ in media urbe ædificatum, & foro conjunctum. Plato, 10 *de legib.* carceris tres species facit, custodiæ, correctionis, & supplicii. vide Petrum Gregor. 31 *syntagm.* 33. 86 Sed diligentioris custodiæ causa. *l.* 6. §. 7. *ff. de injusto.* 87 Ἄνδρειον ποιεῖν. 60 *Eclog.* 51. *c.* 9. & 11. *fol.* 538. Calcaria locus, in quo calx coquitur: calcarius, qui coquit. Cato *de re rustica*, c. 16. Calcaria fornax, 17 Plin 9. 88 *Eclog. ibid.* de sulphure vide *l.* 52. §. 8. *ff. de furtis.* 89 §. 12. *J. eod. Venatorius* ludus distat à gladiatorio.

90 Distant. *Haloand.* hoc enim tantum distant, *vulgat.* quam sequitur Cujac. 13 *observat.* 10.

91 Cæteris, qui instituuntur. Cujacius ad 5 Paul. *sent.* 17. §. 2. ut sit sensus, damnatos in ludum venatorium, pœnæ servos esse: eos, qui instituuntur, ut sint venatores, & pyrricharii, & gesticulatores, non item. sed ab ea emendatione recedit, 13 *observ.* 10. hoc sensu, damnatos ad ludum venatorium non minus servos pœnæ fieri, quam qui damnantur *ad bestias*, vel *gladium*: in eo tamen distare, quod conservantur ad populi voluptates, ut discant venari in theatro, & pugnare cum bestiis, vel ut artem discant mimicam vel pyrricham. Illi, id est, damnati ad *gladium*, vel ad bestias, intra annum consumendi sunt, Paul. 5 *sentent.* 17. §. 2. Ulpian. 10 *collat. legum Mosaïcarum*. hi, id est, damnati ad ludum gladiatorium vel venatorium, post quinquennium pileari, & rudem accipere solebant, & præfici cæteris gladiatoribus. Cujacius existimat ejusmodi ludos non tolli per *l.* 1. *C. de gladiatoribus*. Idem ad hosce *ludos* refert *l.* 25. §. 3. *ff. de adquir. hered.* & *l.* 1. *ff. de abigeis*. non ad pœnam damnati ad gladium aut bestias.

92 Pyrricha est simulachrum pugnæ equestris, quæ Troja dicitur: πυρρίχη ἱππική, Hesychius. & ἵππασία Dioni: ad pedestrem pugnam etiam trahitur. Marius Plotius Grammaticus, *in libro de Metris* ex Aristotele, hujus lusus auctorem facit Achillem: alii Pyrrhum Cydoneum, qui primus Cretenses sub armis saltare docuit ad pedis pyrrhichii sonum: quod etiam Nicolaus confirmat apud Strobæum. v. Cujac. 13 *obs.* 10. Julius Cæsar Scaliger scribit se coram Maximiliano Imperatore pyrricham repræsentasse, 1 *poëtices* 18. 93 De quo dixi §. 11. *ff. eod.*

res 61 rescripserunt contra permittentes liberam mortis facultatem. §. 2. Hostes 64 autem, item 65 transfugæ 66, ea pœna afficiuntur, ut vivi 67 exurantur 68. §. 3. Nec ea quidem pœna damnari quem oportet, ut verberibus necetur 69, vel virgis interimatur, nec tormentis 70: quamvis plerique, dum torquentur, deficere solent. §. 4. Est pœna, quæ adimat 71 libertatem, hujusmodi, utputa si quis in *metallum* 72, vel in *opus metalli* damnetur: metalla autem multa 73 numero sunt: & quædam quidem Provinciæ habent, quædam non habent: sed quæ non habent, in eas Provincias mittunt, quæ metalla habent.

§. 5. Præfecto plane Urbi specialiter 74 competere jus in *metallum* damnandi, ex epistola Divi Severi ad Fabium Cilonem exprimitur. §. 6. Inter eos autem, qui in metallum, & eos, qui in opus metalli damnantur, differentia in 75 vinculis tantum 76 est, quod, qui in metallum damnantur, gravioribus vinculis premuntur; qui in opus metalli, levioribus: quodque *refugæ* ex opere *metalli* in metallum dantur: ex metallo gravius 77 *coërcentur*. §. 7. Quisquis autem in opus publicum 78 damnatus refugit 79, duplicato tempore damnari solet: sed duplicare eum id temporis oportet, quod ei, [cum] supereſſet, fugit: scilicet ne illud duplicetur, quod adprehensus in carcere fuit. Et si in decem annos damnatus sit, aut perpetuari ei debet pœna, aut in opus metalli transmitti. † Plane si decennio damnatus fuit, & initio statim fugit: videndum est, utrum duplicari ei tempora debeant, an vero perpetuari, vel transferri in opus metalli. Et magis est, ut transferatur, aut perpetuetur: Generaliter enim dicitur, quotiens decennium excessura est duplicatio, non esse tempore pœnam arctandam. §. 8. In ministerium metallicorum fœminæ 80 in perpetuum, vel ad tempus damnari solent: simili modo & in salinas 81. Et [si] quidem in perpetuum fuerint damnatæ, quasi servæ pœnæ constituuntur: si vero ad tempus damnantur, retinent civitatem. §. 9. Solent Præsides in 82 carcere continendos damnare, aut 83 ut in vinculis 84 contineantur: sed id eos facere non oportet: nam hujusmodi pœnæ interdictæ sunt: *carcer enim ad continendos homines, non* 85 *ad puniendos* 86 *haberi debet*. §. 10. In calcariam 87 quoque, vel sulphurariam 88 damnari solent, sed hæ pœnæ metalli magis sunt. §. 11. Quicunque in *Ludum venatorium* 89 fuerint damnati, videndum est, an servi pœnæ efficiantur. Solent enim *Jumores* [hac pœna adfici: utrum ergo servi pœnæ ifti] efficiantur, an retineant libertatem, videndum est? & magis est, ut hi [quoque servi efficiantur: hoc enim] distat 90 à cæteris 91, [quod *instituuntur*] *venatores*, aut pyrricharii 92, aut [in] aliam quam voluptatem, gesticulandi, vel aliter se movendi gratia. §. 12. Servos in metallum, vel in opus metalli, item in *ludum venatorium* 93 dari solere, nulla dubitatio est: & si fuerint dati, servi pœnæ efficiuntur: nec ad eum pertinebunt, cujus fuerint, ante quam damnatentur. Denique cum quidam servus in metallum damnatus, beneficio Principis esset jam pœna liberatus: Impetator Antoninus rectissime rescripsit, qua 94 semel domini esse desierat servus pœnæ factus, non esse eum in potestatem domini postea reddendum. §. 13. Sed sive in 95 perpetua vincula fuerit damnatus servus, sive in temporalia, ejus 96 remanet, cujus fuit, antequam damnaretur.

De advocationibus & postulationibus. 4. *De foro.* 5. *De instrumentis, libellis, testationibus.* 6. *De loco, in quo instrumenta deponuntur.* 7. *De testamentis.* 8. *De negotiis publicis.* 9. *De negotiationibus.* 11. *De decurionibus*, 12. *Et eorum parentibus & liberis.* 16. *De statuliberis.*

IX. Idem lib. x de Officio Proconsulis.

Moris est Advocationibus 97 quoque Præsides interdicere, & nonnunquam in perpetuum interdicunt, nonnunquam ad tempus, vel annis metiuntur, vel etiam tempore, quo Provinciam regunt. §. 1. Necnon ita quoque interdici potest alicui, *ne certis personis adsit* 98. §. 2. Potest & ita interdici cui, *ne apud tribunal Præsidis* 99 *postulet*: & 100 tamen apud Legatum vel Procuratorem non prohibetur agere. §. 3. Si tamen *apud Legatum prohibitus fuerit postulare*, credo per consequentias 1, ne quidem apud Præsidem relictam illi postulandi facultatem.

§. 4. Nonnunquam non Advocationibus cui interdicitur, sed foro 2. Plus 3 est autem *foro*, quam *Advocationibus* interdicere: si quidem huic omnino forensibus negotiis accommodare se non permittatur 4. Solet autem ita vel juris studiosis 5 interdici, vel Advocatis, vel 6 tabellionibus sive pragmaticis 7.

§. 5. Solet & ita interdici, *Ne* 8 *instrumenta omnino forment, neve* 9 *libellos concipiant*, vel *testationes* 10 *consignent*. §. 6. Solent & sic, *Ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur*, archio 11 forte, vel grammatophylacio. §. 7. Solet & sic, *Ut testamenta ne ordinent, vel scribant, vel signent*. §. 8. Erit & illa *pœna, Ne quis negotiis publicis interveniat*: hic enim privatis quidem interesse poterit, publicis prohibebitur: ut solent, quibus sententia præcipitur δημοσίων ἀπέχεσθαι, id est, *publicis abstinere* 12. §. 9. Sunt autem & aliæ *pœnæ*, si *Negotiatione* 13 *quis abstinere* jubeatur, vel *Ad conductionem eorum, quæ publice locantur, accedere*, ut *ad vectigalia publica*. §. 10. Interdici autem negotiatione plerunque vel negotiationibus solet. † Est damnare, *ut quis negotietur*, an possit, videamus? Et sunt quidem hæ pœnæ, si quis generaliter 14 tractare velit, inciviles 15, invitum hominem jubere facere, quod 16 facere non potest. Sed si quis specialiter tractaverit, potest esse justa causa compellendi 17 cujus ad negotiationem. Quod si fuerit, sequenda erit sententia. §. 11. Istæ fere sunt pœnæ, quæ injungi solent. Sed enim sciendum est, Discrimina esse pœnarum, neque 18 omnes eadem pœna adfici posse. Nam in primis Decuriones 19 in 20 metallum damnari non possunt, nec in opus metalli, nec furcæ subjici, vel vivi exuri: & si forte hujusmodi sententia fuerint affecti, liberandi erunt: sed hoc non potest efficere, qui 21 sententiam dixit: verum referre ad Principem debet, ut ex auctoritate ejus pœna aut permutetur aut liberaretur 22.

§. 12. Parentes quoque, & liberi 23 decurionum in eadem causa sunt. §. 13. Liberos non tantum filios accipere debemus, verum omnes 24 liberos. §. 14. Sed utrum hi [soli], qui post decurionatum 25 suscepti sunt, his pœnis non adficiantur: an vero omnes omnino liberi etiam in plebeia familia suscepti, videndum est: & magis puto, omnibus 26 prodesse debere. §. 15. Plane si parens decurio esse desierit: si quidem jam 27 decurione fuerit editus, proderit ei, ne adficiatur: enimvero si postea quam plebeius factus est, tunc suscipiat filium, quasi plebeio editus, ita erit plectendus. §. 16. Statuliberum quasi 28 liberum eum jam puniendum, D. Pius Salvio Marciano rescripsit.

De servis. 1. *De damnatis in metallum.* 2. *De infamia.*

X. Macer lib. 11 de Publicis judiciis.

In servorum persona ita observatur, ut exemplo humiliorum puniantur, & ex quibus causis liber fustibus 29 cæditur, ex his servus flagellis 30 cædi, & domino reddi jubetur: & ex quibus liber fustibus cæsus, in [opus] publicum damnatur, ex his servus sub pœna vinculorum ad ejus temporis spatium, flagellis

94 Quia legend. *vulg. Haal. l.* 11. *C. eod.*

95 *V. l.* 1. *in fin. C. qui non possunt ad libertatem.*

96 Ejusdem domini manet.

97 Advocationes quis interdici potest, vel in perpetuum, vel ad tempus. *l.* 1. §. 13 *ff. de offic. Præfect. Urb. l.* 6. *in fin. ff. de postulando. l.* 6. §. *ultim. ff. mandati. l.* 1. *C. de postulando.*

98 Jurisconsultorum est adesse clienti: adsunt enim vel ut Advocati, vel ut Advocatis suggerant rationes. Ovid. *in Arte*: *Munera det dives: jus qui profitebitur, adsit, Facundus causam sæpe clientis agat.* vide Cujac. 12 *obs.* 9. *in fin.*

99 Adde *l.* 7. *ff. de postul.*

100 Argumentum à majori ad minus non valet, si negative concipiatur.

1 Argumentum à minori ad majus valet negative conceptum.

2 Foro interdici pœnæ species.

3 Fori portio est Advocatio. Advocatione interdicta, reliquæ fori tractationes non sunt interdictæ, foro interdicto, Advocationes interdicuntur.

4 Permittitur.

5 Id est, professoribus, adsessoribus, comitibus judicum, *l.* 1. §. 1. *ff. de off. adsessor.* de variis Jurisconsultorum appellationibus vide Cujac. 7 *observ.* 25.

6 Tabelliones hic separantur à juris studiosis: ut & Advocatis Cæterum quod ad tabelliones attinet, ex *Novella Leonis*, περὶ τοβουλικῶν συμβολαίων διατάξεων, intelligitur certum fuisse tabellionum corpus sub primicerio, à quo de collegii sententia tabelliones creabantur, nonnisi homines fidei probæ, peritissimi loquendi, scribendique, jurisperiti, qui tenerent libr. 60 Basil. & haberent ἐπὶ τόμων 40 titulos Enchiridii (horum mentionem facit Harmen. *in Præfatione*). Hoc etiam adjicitur creationem eorum insinuandam P. Urbi, creatoribus jurantibus se nec ambitione, nec gratia ulla, sed sola virtutis conscientia ad novi tabellionis electionem adductos, atque ita in secretario P. Urbi anuli signatorii oblatione: ejus promotionem fieri. Duci autem eum ad P. Urbi indutum Ephestride, ac deinde promotione facta ad templum, cæteris tabellionibus eadem indumenta gerentibus, ibique pro Ephestride, ei à facerdote dari album φιλόνιον superdicta prece. Adjiciuntur & inepta quædam alia: ad extremum licere συμπαστάζειν καὶ τῶν συμπαρόντων καὶ συνεφαπτομένων, quæ omnia in doctoribus creandis plerique nunc observant diligenter. Hæc ante quoque notata sunt à Jurisconsulto maximo Cujacio in *l.* 1. *C. de decurion.*

7 Pragmatici porro homines dicuntur, multo rerum usu periti & solertes, quasi advocatorum poltici, dicendorumque suggestores. Quintil. 3. & 12. Juvenal. *Satyr.* 7. *Si contigit aurem una, Inde cadunt partes in sudera pragmaticorum.* Pragmatici, Galli *pratticiens*. verisimile est Ulpianum pragmaticis hic adjunxisse *rabularios*, qui & ramularii Glossis dicuntur, & ἀπὸ τῶν ἐντεύξεων, quod vicem procuratorum sustineant. vide Cujac. 10 *obs.* 34. 8 Hæc omnia, quæ sequuntur, ad tabelliones referri posse puto: audivi tamen, qui instrumentorum formationem referri diceret ad tabelliones, libellorum conceptionem ad Advocatos, testationum consignationem ad juris studiosos. de quibus §. *prox.* adde quæ scripsi ad *l.* 2. *C. de errore Advocat.* 9 Tabellionis hoc erat munus. *l.* 2. *C. de errore Advocat.* 10 Testatio est actus testandi, *l.* 2. *ff. de nautico fœnore. l.* 1. *ff. de sponsalib. l.* 3. *ff. de concubin. l.* 14. §. 5. *ff. de custodia.* Cicer. 7 *Verrina.* Ovid. 4 *de Ponto.*

11 Archivo. *vulg.* & ita scribitur apud Tertullianum, *cap.* 20 *Apologetici.* sed recte archium ἀρχεῖον, *l.* 30. *C. de Episcop. audient.* est Principis domus, vel locus, in quo instrumenta privata & publica deponuntur, *ut hic.* & testamenta, Paul. 4 *sent.* 6. §. 1. Ecclesiæ archium cimeliarchium appellatur, *l.* 20. *C. de agricol. & censit.* quod in eo sint κειμήλια, id est, *sacra vasa*, vel κειμηλιοφυλάκιον. *Novell.* 74. *c.* 4. *in fin.* utilitas archii ea est, ut ex eo sit, unde peti possint instrumenta, si exemplum sit amissum. Hinc colligit Cujacius in archium redacta, ad auctoritatem valere, licet sint destituta solennitate. vide Cujac. apud Paul. 4 *sent.* 6. §. 1. & Cravetam, *de antiq. temporum*. Goth. Adde Revard. *conjectan. lib.* 1. *cap.* 3. Anf. 12 Vide Anton. August. 4 *emendat.* 16. orationem Cæsaris apud Dionem 53. 13 §. 10. *J. eod. l.* 1. §. 13. *ff. de off. Præf. Urb. l.* 14. *ff. de pign.*

14 De Interdictis pœnarum generibus scripsi ad *l.* 10. *J. de interd. & relegat.* 15 Inciviles pœnæ, tyrannicæ: unde & Tertullianus in Apologetico civilem dominationem opponit tyrannicæ.

16 Incivile est quemquam cogi facere, quod non possit facere. 17 Potest quis compelli à judice ad negotiationem faciendam. adde *l.* 3. §. 6. *J. de jur. fisci. l.* 11. *in fin. ff. de publican.*

18 Pœna eadem non omnes adficiendi. Cur ita? quia Lex in abstracte, pœnam exæquat delicto, arithmetica proportione, citra ψοφοσκοπήσιον in concreto, Geometrica: nec tantum quid facto debeatur, sed quid congruat rei aut accusatori despicie. Personarum enim ingenia, voluntates, dignitates, status, consilia, dicta, & facta inæqualia sunt, ut iis citra injustitiam æquala tribui non possint. Ideoque mirum videri non debet, si alii aliis gravius aut mitius puniantur. Pro varietate delictorum pœna varia esse debet. 19 Vide *l.* 3. *C. eod.* 20 *l.* 12. *C. eod.*

21 *l.* 45. §. 1. *ff. de rejud.* 22 *Al.* liberetur. 23 *l.* 9. *C. eod. l.* 5. *C. ex quib. caus. infame.*

24 In milite aliud. *l.* 3. *C. eod.* 25 Adde *l.* 11. *C. de quæstionib.* 26 Filius censetur decurionis, & privilegiis decurionis fruitur, etiam is, qui ante patris decurionatum natus est. *l.* 2. §. 2. *J. de decur.* Hinc quæri potest, uter ex duobus regis filiis præferatur in regno, ifne, qui ante adeptum à patre regnum susceptus est, an qui postea natus est? de hac quæstione vide Hotom. 2 *Illust.* 27 Siquidem ex decurione. 28 Vide *l.* 29. *ff. de statulib.* & *l.* 14. *ff. titul. prox.*

29 *l.* 28. §. 2. *J. eod. l. ult. ff. de injur.* dixi ad *l.* 12. *J. de jure fisci.* 30 Durius puniuntur servi, quam liberi. vide *l.* 7. *ff. eod.*

lis cæsus domino reddi jubetur. Si sub pœna vinculorum domino reddi jussus, non recipiatur, venundari: & si emptorem non invenerit, in opus publicum, & quidem perpetuum, tradi jubetur. §. 1. Qui ex causa in metallum dati sunt, & post hoc deliquerunt, in eos tanquam in metallicos [32] constitui debet: quamvis [33] nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari habent: nam statim, ut de his sententia dicta est, conditionem suam permutant. §. 2. In personis tam plebeiorum, quam decurionum illud constitutum est, ut qui [34] majori pœna adficitur, quam Legibus statuta est, infamis non fiat: ergo & si opere temporario quis multatus sit, vel tantum fustibus cæsus, licet in actione famosa, veluti furti: dicendum erit, infamem non [35] esse: quia [&] solus fustium ictus gravior est, quam pecuniaria damnatio.

De modo pœnæ. 1. De furto domestico. 2. De proposito, impetu, casu. 3. De pœna capitali.

XI. MARCIANUS lib. II de publicis Judiciis.

PErspiciendum [36] est judicanti, ne [37] quid aut durius aut remissius [38] constituatur, quam causa deposcit: nec enim aut severitatis aut clementiæ gloria affectanda est: sed perpenso judicio, prout quæque res expostulat, statuendum est. Plane in levioribus cautis proniores ad lenitatem judices esse debent: in gravioribus pœnis severitatem Legum cum aliquo temperamento benignitatis subsequi. §. 1. Furta domestica [39], si viliora sunt, publice [40] vindicanda non sunt: nec admittenda est hujusmodi accusatio, cum servus à domino, vel libertus à patrono, in cujus domo moratur, vel mercenarius [41] ab eo, cui operas suas locaverat, offeratur quæstioni: nam domestica furta vocantur, quæ [42] servi dominis, vel liberti patronis, vel mercenarii, apud quos degunt, subripiunt. §. 2. Delinquitur [43] autem aut proposito [44], aut impetu, aut casu. Proposito delinquunt latrones, qui factionem habent. † Impetu autem, cum per ebrietatem [45] ad manus, aut ad ferrum venitur. † Casu vero, cum in venando telum [46] in feram missum, hominem interfecit. §. 3. Capitis pœna est, bestiis [47] objici, vel alias similes pœnas pati [vel] animadverti.

De statu damnatorum.

XII. MACER lib. II de Officio Præsidis.

QUod ad statum damnatorum pertinet, nihil interest, judicium publicum fuerit, necne: nam sola sententia [48], non genus criminis spectatur: itaque hi, in quos animadverti jubetur, quive ad bestias dantur, confestim pœnæ [49] servi fiunt.

De modo pœna.

XIII. ULPIANUS lib. I de Appellationibus.

HOdie [50] licet ei, qui [51] extra ordinem de crimine cognoscit, quam [52] vult [53] sententiam ferre, vel graviorem, vel leviorem: ita tamen, ut in utroque modo rationem non [54] excedat.

De paganis & militibus.

XIV. MACER lib. II de Re militari.

QUædam delicta pagano aut nullam aut leviorem pœnam irrogant: militi vero, graviorem [55]: nam si miles artem ludieram [56] fecerit, vel in servitutem [57] se venire passus est, capite puniendum Menander scribit.

De decurionibus.

XV. VENULEIUS SATURNINUS lib. I de Officio Proconsulis.

DIvus Hadrianus eos, qui in numero decurionum [58] essent, capite puniri prohibuit: nisi si qui parentem [59] occidissent: verum pœna Legis Corneliæ puniendos, Mandatis pleniſſime cautum est.

De circumstantiis. 2. De causa. 3. De persona. 4. De loco. 5. De tempore. 6. De qualitate. 7. De quantitate. 8. De eventu. 9. Quædam scelera in quibusdam Provinciis gravius plecti. 10. De pœnis ob multos delinquentes exacerbandis.

XVI. CLAUDIUS SATURNINUS lib. sing. de pœnis Paganorum.

AUt [60] facta [61] puniuntur, ut furta [62], cædesque [63]: aut dicta [64], ut convicia, & *infida* advocationes: aut scripta, ut falsa, & famosi libelli [65]: aut *consilia* [66], ut conjurationes & latronum conscientia: *quæque alios suadendo jussisse, sceleris est instar* [67].

§. 1. Sed hæc quatuor [68] genera consideranda sunt septem modis: causa [69], persona, loco, tempore, qualitate, quantitate & eventu. §. 2. *Causa* [70] ut in verberibus: quæ impunita sunt à magistro allata [71], vel parente, quoniam emendationis, non [72] injuriæ gratia videntur adhiberi: puniuntur, cum quis per iram [73] ab extraneo [74] pulsatus est. §. 3. *Persona* dupliciter spectatur: ejus qui fecit, & ejus qui passus est: aliter enim puniuntur ex iisdem [75] facinoribus servi, quam liberi: aliter qui quid in dominum parentemve ausus est, quam qui in extraneum [76], in magistrum vel in privatum. † In ejus [77] rei consideratione ætatis [78] quoque ratio habeatur. §. 4. *Locus* facit, ut idem vel furtum vel [79] sacrilegium sit, & capite lucendum, vel minore supplicio. §. 5. *Tempus* discernit emansorem à fugitivo: & effractorem [80], vel furem diurnum [81] à nocturno. §. 6. *Qualitate*, cum factum, vel Patrocinia, vel levius est: ut furta manifesta à nec manifestis discerni solent, rixæ à [82] grassaturis, expilationes à furtis, petulantia à violentia. Qua de re maximus apud Græcos Orator Demosthenes [83] sic ait: Οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέσχηται πολὺ ὕβριν [84], ἀλλ' ἡ ἀτιμία· ἀλλὰ τοῦ πλήξαντος τοῖς ἐλευθερίοις ἴσην δ' ἐνέγκῃ, κἀπερ ὃν δεινὸν· ἀλλὰ τοῦ ἰδίου ἕνεκα· πολλαχοῦ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἕνεκα· ἀλλ' ἂν ἅπαξ εἰς λαμπρὰν ἡλικίαν ἔπεσῃ, ὀχθήσεται [85], τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κεκινδυνευκὼς [87], ὅταν ἐπὶ κλοπῇ [88]· ταῦτα κινεῖ· ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτοῦ κρίνοντας. Τί οὖν ἐπιλαμβάνεσθε. Id est, *Non enim plaga repræsentat contumeliam* [89] *sed dedecoratio: neque verberari liberi est malum, quamvis est malum, sit in contumeliam: multa enim utique facit, qui verberat, ô viri Athenienses, quorum qui patitur, quadam neque annunciare* [90] *potest alii* [91], *schemate, affectu, voce, cum verberat, ut contumeliam inferens, cum ut inimicus existens, cum verberat fustibus, cum in pupilla* [92]: *hæc movent, hæc extra se constituunt homines eorum non assuetos existentes, ut convicientur.*

§. 7. *Quantitas* discernit furem ab abigeo: nam qui unum suem subripuerit, ut fur coërcebitur, qui gregem [93] ut abigeus.

§. 8. *Eventus* [94] spectatur [95], ut à clementissimo [96] quoquo facta [97]. (quanquam [98] Lex non minus eum qui occidendi hominis causa [99] cum telo fuerit, quam eum qui occiderit, puniat:) & ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti [100] casus luebantur, ut apud præcipuum Poëtarum [1] scriptum est [2].

Εὖτε μὲ τὸν ἐόντα Μενοίτιον ἐξ Ὀπόεντος
Ἤγαγεν ἡμέτερος δ' ἀνδροκτασίης ἔνεκ' ἀνὴρ
Ἥμενος ἐν δήμῳ ὅτι οἱ κατέκτανον Ἀμφιδάμαντα
Νήπιον ὠκὺν ἰδέλαι, ἀμφ' ἀσχαλίῃσιν ἀγασθείς.

Id est,

Quando me parvulum existentem Menœtium ex Opunte
Duxit ad vestram [domum] parricidium ob triste
Die illo, cum filium occidi Amphidamantis,
Imprudens, invitus, circa talos [3] *iratus.*

§. 9. Evenit, ut eadem scelera in quibusdam [6] Provinciis gravius plectantur, ut in Africa messium incensores [7], in Mysia, vitium: ubi metalla sunt, adulteratores monetæ. §. 10. Nonnunquam evenit, ut aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quotiens [8] nimirum multis personis grassantibus exemplo opus sit.

De servis pœna. Περὶ δούλων.

XVII. MARCIANUS lib. I Institutionum.

SUnt [9] quidam servi pœnæ, ut sunt in metallum dati, & in opus metalli: & si quid eis testamento datum fuerit, pro non scriptis [10] est [11]: quasi non [12] Cæsaris servo datum, sed pœnæ.

§. 1. Item quidam δοῦλοι [13] sunt, [hoc est, sine civitate]: ut sunt in opus publicum [14] perpetuo dati, & in insulam deportati [15]: ut ea quidem quæ Juris civilis sunt, non habeant: quæ vero juris gentium sunt, habeant.

De cogitatione.

XVIII. ULPIANUS lib. III ad Edictum.

COgitationis [16] pœnam [17] nemo patitur [18].

De

---

32 *l.* 8. §. 6. §. *ff. eod.*

33 Metallicus ille non deductione in metallum, sed condemnatione.

34 *l.* 13. §. 7. *ff. de his, qui not. l.* 4. *C. ex quibus causis infam.*

35 Imo erit, quia fustigatio infamat; si infamiæ causam conjunctam habuit. *l.* 16. *l.* 17. *C. ex quibus caus. infam.*

36 *l.* 16. §. 1. *ff. eod. l.* 4. §. *pen. ff. de incendio.*

37 Potest tamen interdum judex ex causa leges & statuta transgredi, idque ratione ætatis, vel propter necessitatem, vel multorum salutem, si justa causa fuerit. *l.* 3. *C. de his, qui vocantur. l.* 13. § 7. *ff. de his, qui notantur. l.* 10. *ff. de offic. Proconsl.* vide Socin. *reg.* 239. Mynsing. 2 *obs.* 54.

38 *V. Novell.* 82. *c.* 10. *in fin. Nov. Leon.* 61. & 105. *l.* 28. §. 5. *ff. eod. l.* 3. *ff. de veteran.* dixi ad *tit. de decurion.*

39 *l.* 17. *l.* 89. *ff. de furtis.*

40 *V. l. ultim. ff. de furtis.*

41 1 *Harm.* 6. §. 18. *l.* 1. §. 20. *ff. de vi & vi armata.*

42 *l. pænult. ff. de testib. l.* 3. *C. de testib.*

43 *V.* Platon. 5 *de Legib.* Aristot. 1 *Rhetoric.*

44 Propositi, impetus & casus differentia in delictis.

45 *V. l. un. C. si quis Imperatori.*

46 *V. l.* 30. 31. *ff. ad l. Aquil. v.* Herodot. *lib.* 1. ubi de Adrasto & Atys. Tiraq. *de pœn. causs.* 13.

47 Bestiis objici, pœna capitalis est, *l.* 8. *ff. qui testam. l.* 25. §. 3. *ff. de adquir. hereditat.* eam pœnam sustinent humiliores, sicarii & venefici, *l.* 3. §. *pen. ff. de sicar.* falsæ monetæ rei, *l.* 8. *ff. de falsis.* parricidæ, *l. penult. ff. ad Leg. Pompeiam de parricidiis.* sacrilegi, *l.* 6. *ff. ad l. Jul. peculat.* abigei, Ulpian. 12 *collat. Legum Mosaïc.* Christiani quoque passim à tyrannis bestiis objiciebantur, Tertull. *cap.* 12. *Apologet.* Ad bestias impellimur, ignibus urimur, in metalla damnamur. Cujus rei singulare exemplum est apud Eusseb. 5 *Ecclesiast historiæ. c. ult.* ubi de Attalo & Blandina tractat. Qui bestiis objiciebantur, ad stipitem alligabantur, Vopiscus *in Aurel.* Dion, 38. τοῖς τοῖς θηρίοις ἐκκαθάπτεσθαι διδομένους. cujus extat elegans exemplum apud Gellium, 5 *Noctium* 14. Erant & alii, qui citra damnationem in arenam intromittebantur cum bestiis depugnandi causa. *l.* 1. §. 1. *ff. de ædilitio. l.* 3. §. 5. *ff. de testibus. l.* 4. *ff. de accusationibus.* Hinc Cyprianus *ad Donatum.* Pugnant ad bestias non crimine, sed furore: apud Senec. 2 *de beneficio.* 19. & 1 *epist.* 16. Tertull. *in apologet* 42. Erant & alii qui operas locabant eo fine. *l.* 1. *ff. de his, qui notant. l.* 1. §. 6. *ff. ad Tertull.* Id genus spectaculi detestatur Cyprian. *epist.* 103. *ad plebem.* Taceo, inquit, in ludis sacrificiorum genera monstrosa, inter quæ nonnunquam & homo sit hostia latrocinio Sacerdotis. *& post:* ad pœnam hominis fera rabida nutritur, in deliciis eruditur artifex bellua, quæ clementior fuisset, si non illam magister crudelis sævire docuisset. Lactant. 6 *Inst.* 12. unde bestias emis, hinc captos redime: unde feras pascis, hinc pauperes ale: unde homines ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perditæ nequitiæ, bestiarios facere locupletes, & instruere ad flagitia? transfer ad magnum sacrificium male peritura. & in *Epit. c.* 5. Quid, tam horribile, tam tetrum, quam hominis truncatio? Inventa tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello, ac sine legibus faciant. *& post:* Gladiatorum sceleribus non minus cruore perfunditur, qui spectat, quam ille, qui facit: nec potest esse immunis à sanguine, qui voluit effundi: aut videri non interfecisse, qui interfectori favet, & præmium postulavit. 48 Adde quæ scripsi ad *l.* 3. *C. de incestis.* 49 *V. l.* 17. *ff. eod.*

50 Olim quæsitor potestatem non habebat augendæ vel minuendæ pœnæ legitimæ: verum hodie veterum judiciorum ordine sublato, pœnæ arbitrio cognitorum, extra ordinem infliguntur, *l.* 8. *ff. de publ. jud.* de verbo *Hodie* dixi ad *l.* 32. *ff. de falsis.* 51 Id est, omnibus quæsitoribus & judicibus. *l.* 8. *ff. de publ. jud.* 52 Hinc colligere possis, judicis extra ordinem cognoscentis arbitrio permitti, quam voluerit, pœnam indicere: dum tamen modum non excedat. 53 Imo, Judex, quam volet, sententiam proferre non potest: cum pœnæ exsecutio non sit in ejus potestate. *l.* 1 §. 4. *ff. ad Turpill.* 54 *l.* 11. *ff. eod.* hinc illud Senecæ: Tenendus est ubique modus: æque peccat quod excedit, quam quod deficit. 2 *de benefic.* 16. 55 Militia interdum auget delictum & pœnam. adde *l.* 2. *ff. de re militari.* 56 *V. l.* 2. §. 2. *de his, qui notant.* 57 *V. l.* 6. §. 6. *ff. de injusto.*

58 *l.* 3. *C. eod.* dixi ad rubricam *tit. de decurion.* 59 Parricidii pœna decurio non excusatur.

60 In delictis facta, dicta, scripta, consilia cernimus. 61 *cap. aut facta. de pœnis. dist.* 1. hinc collige facta, dicta, scripta, ac consilia puniri. 62 *ff. de furtis.* 63 *ff. de sicariis.*

64 *ff. de injuriis.* 65 *C. de famosis libellis.* 66 Consilium malignum aut malum obligat, *l.* 53. *ff. de verborum significat.* & punitur. *l.* 47. *ff. de regulis juris.* Consilii qui communicat, qui consciens est sceleris, qui suadet, qui tentat corrumpere. *l.* 20. *C. de furtis.* Maximus Tyrius: ἡ μοιχεῖαν κολάζεθ' ὑπὸ νόμου, ἢ τὸν θέλοντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουλευσάμενον. Clarus ex communi opinione scribit, cædis suaforem eadem pœna afficiendum, quæ principalis, si ea alioquin delictum commissurus non erat: sin minus, mitius, Paul. 5 *sentent. §. ultim. quæst.* 88. Idem 5. *tit.* 23. §. 2.

67 Suadendo jussisse, instar est sceleris. 68 In factis, dictis, scriptis & consiliis, causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas & eventus considerandæ sunt. Quintilian. 6 *Institut.* 1. Atrocitas crescit ex his, quid factum sit à quo, in quem, quo animo, quo loco, quo tempore, quo modo. 69 Majus aut minus fit (quamvis idem sit) tempore, loco, causa. Senec. 11 *epist.* 82. 70 Dignum est odio sceleus, quod non habet causam. 7 Quintil. 2.

71 Illaud. *Mal.*

72 Magistri ac parentes intelliguntur verberare emendationis non injuriæ causa. *l. ult. l.* 6. *ff. ad l. Aquil. l. unic. C. de emendat. propinq.*

73 Per injuriam. Horat. 1 *sat. v.* 19. In causis hæc maxime spectantur: ira, odium, metus, cupiditas, & spes. Quintil. 7 *Inst.* 2. *& post* non tantum voluntatis causæ quærendæ sunt, sed erroris & ignorantiæ: ex his colligimus, iram non excusare à pœna. *l.* 5. *C. de injur.*

74 Verbera, ab extraneo illata, legibus vindicanda sunt.

75 Pœnæ inæquales ex eodem delicto esse possunt. *l.* 9. §. 11. *ff. eod.*

76 Ita restitui, in Magistratum quam qui in privatum. Quintil. 11 Pulsatum queritur: de re primum ipsa dicendum: tum si senex, si puer, si magistratus, si probus, si bene de republica meritus, percussus sit à vili. 6 *Inst.* 1.

77 Id est, personæ.

78 *V. l.* 7. *C. eod.*

79 Sacrilegium à furto separatur ex loco, non ex causa quæ auferatur. *v.* Cujac. 13 *obs.* 19.

80 Vid. *l.* 48. *ff. de bonis libert.*

81 *V.* Cujac. 15 *obs.* 31.

82 Grassatores viarum & viarum obsessores. Græci λωποδύτας. *v.* hic Budæum. *Aristot.* 4. *Ethic.* 1. *in fin. l.* 1. *ff. de effractorib.*

83 In *oratione adversus Mediam.*

84 ὑβρίν. Demosth. *ibid.*

85 Τῷ σχήματι. Demosth. *ibid.* Animus & affectus corporis, tam pulsantis, quam vapulantis factum atrocius reddunt.

86 Βλέμμα cum dicit in qualitate facti ponit etiam Demosthenes, truces & minaces oculos pulsantis, in eum qui pulsatur. Quintil. 6 *Inst.* 1. Demosthenes (inquit) ex parte corporis percussi, ex vultu ferientis, ex habitu invidiam Midiæ quærit. 87 Κίνδυνον Glossis Colafus, κίνδυνον· ποσὸς ἢ χωρὶς. Talitrum significat quoque non expansam manum, led in pugnum contractam, quo sit ictus gravior & nocentior. Hesychius quoque facit aliud quiddam à Colapho. 88 Ne legas κλοπῆς, id est, *pupilla.* ut interpres vertit, & *eod.* ἐπὶ κόρης, hoc significat κατὰ τῆς σιαγόνος· παιόμενος. *Sur la joue.*

89 Sed & in contumeliam. 90 Referre. 91 Alii cum schemate. 92 Cum in mala.

93 Imo qui unum, abigeus est. *l.* 3 *ff. de abigeis.* 94 Ex eventu non spectanda cogitatio est. vide Ciceron. 2 *de Invent.* 95 *Al.* spectatur. 96 Dementissimo. *vulgat. Hal.* sed tamen vox *clementissimo* non est improbanda: potest enim fieri ut clementissimus homo alium interficiat. *v.* Cujac. 19 *obs.* 10. *in fin.* 97 Salmasius legit *factum.* Quod scripturam fuisse ait more Idiomatis Italici *facto*, pro *factum*, quod postea mutatum in *facta.* Grot. *flor. Sparf. hic.* ita scripturam fuisse putat: *ut æstimentur animo quoque facta.* S. L. 98 Hæc satis male cohærent superioribus. 99 Insidiatus civi, etiamsi non effecerit scelus, pœnas tamen legibus solvit. Quintil. *declam.* 274. & contrario, qui noluos interfecit, excusatur, Demosth. *contra Aristocratem.* ὃ τὸ συμβὰν νόμῳ· ἐπιβουλὴ, ἀλλὰ τὸν δεδρακότα· δίκαιον. 100 *V.* Demosth. *ibid.* in 4 *Leg. violationis.* 1 Homerus Poëtarum præcipuus, *hic.* & §. 2. *Inst. de jure natural.* de cujus tamen carminibus abolendis cogitavit Caligula, Suet. Caligula, 34. & Hadrianus; qui & illud cogitavit, Arimachum quendam pro Homero legendum in scholis proponere, *Dion. Hadrian.* 2 Iliados ψ. *vers.* 85. 86. 87. 88. 3 Vide quæ scripsi ad *l.* 8. *C. de sicariis.* 4 ἀσχάλλει, tali seu taxilli ex officulis carne nudatis fiunt diversi à tesseris quæ κύβοι. Talus, quatuor, Cubus, sex lateribus constat. *Non sum talorum numero par Tesseræ.* Martial. 14 *Epigr.* 15. Lusus puerorum fuisse videtur. Plutarch. *de fortuna Alexandri.* Dionysius Tyrannus suadet, τὰς μὲν παίδας ἀσχολεῖσθαι, τὰς δ' ἄνδρας ὅπλοις ἐξασκεῖσθαι. de Astragalis v. plura apud Cœlium Rhodigin. 20 *antiq.* 27. 5 Pœnam exilii voluntarii vetustam ob aliquem in lusu interfectum observa. 6 Ut in Arabia, σκοπελισμός. vide *l.* 9. *ff. de extraord. crim.*

7 Incisores. *Haloand.* 8 Supplicia augenda sunt eorum criminum, ad quæ multi sunt proclives. 9 Hodie nemo pœnæ servus efficitur. *Novell.* 22. *c.* 8. 10 Scripto. *vulgat. Haloand. l.* 25. §. 3. *ff. de acquir. hered. l.* 1. *C. de hered. inst.* 11 Nisi pertineat ad alimenta. *l.* 11. *ff. de alimentis. l.* 3. *ff. de his, quæ pro non scriptis.* 12 Est enim non Cæsaris, sed pœnæ servus. *d. l.* 3.

13 *l.* 1. §. 2. *in fin. ff. de legat.* 3. vide quæ scripsi ad Theophil. *Inst. quib. mod. jus patria potest.*

14 Quibus hodie possis comparare damnatos ad triremes. Ii enim dicuntur amittere quæ Juris civilis, non gentium, quin ne servi quidem fiunt. *d. Novell.* 22. 15 *l.* 6. *ff. de interdictis.*

16 *cap. cogitationis. de pœnitentia. distinct.* 1. *l.* 1. *ff. quod quisque juris.* vide Cujac. 8 *observat.* 22. & quis æquum censeat, quenquam pœnam dare, ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse. Cato apud Gellium, 7 *Noctium* 3. neminem qui male facere voluit, plecti æquum esse, nisi quod factum voluit, etiam fecerit: facta sola censenda esse atque in judicium vocanda; voluntates nudas inanesque negligendas, neque pœnis fieri obnoxias. Gellius, *ibid.* 17 Adde quæ scripsi de comitibus & sociis delictorum ad *Novellam* 134. *cap.* 10. 18 Humanis legibus scil. Alias jure divino punitur ἐπιθυμία, id est, *concupiscentia. Exod.* 22. *versic.* 17. *Deuter.* 5. *versic.* 21. *Matth.* 5. *versic.* 28. *Roman.* 7. *versic.* 7. *ad Titum* 2. *versic.* 12. 1 *Petri* 2. *versic.* 11. 2 *Petri* 1. *versic.* 4. *in fin.* 1 *Joann.* 2. *versic.* 16. omnis iniquus motus ad nocendum fratri in homicidii genere deputatur. *cap. homicidium. de pœnitent. distinct.* 1. Nihil tam invisum Deo quam mens incesta, & animus impurus. Lactant. *in Epitom. cap* 5. hinc illud Luciani ad reum, ὁ λόγος ὁ θεός. Imo, si judice nemo nocens absolvitur: Juvenalis, *Satyra* 13. & Senec. 1 *de Ira* 14. Innocentem quisquis se dicit, testes respicit, non conscientiam: hinc homines ἀνυπολογήτους dicuntur, *Rom.* 1. *v.* 20. *in fin.* Quin ipse etiam Leges humanæ cogitationes & consilia interdum puniunt. *Paterculus*: facta majores nostri ad consilium dirigebant. & Apuleius, 14 *floridorum.* Conatus in laude, effectus in casu est. At contra, in maleficiis etiam cogitata scelera, non perfecta, adhuc vindicantur, cruenta mente, pura manu: sufficit ad pœnam, meditari punienda. Senec. 5 *de benefic.* 14. Latro est antequam manus inquinetur, quia ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi atque interficiendi voluntatem. Exercetur & aperitur opere nequitia, non incipit: sacrilegi dant pœnas, quamvis nemo usque ad Deos manus porrigat. Sed paulo apertius id explicemus: Conatus extremis suis ac finibus non conjunctus semper punitur: tunc enim delictum perfectum est & absolutum. Conatus, mediis ad extremum finem tendentibus conjunctus, etiam punitur, præsertim, si gravium delictorum numero finis ille continetur. Clar. 5 *sent. §. ultim. quæst.* 91. 92. Cujus rei placita permulta refert Papo, 23 *Arrestorum* 10. Hinc punitur mulieris nuptæ, aut mentalis rapta. 1 *l.* 5. *C. de Episcopis. cap. sollicitatores. de pœnitent. distinct.* 1. aut virginis. *l. unic. C. de rapt. cap. si quis*

De servis.

XIX. IDEM lib. LVII ad Edictum.

SI non defendantur servi [19] à dominis, non utique ſtatim ad ſupplicium deducuntur, ſed permittetur eis defendi, vel ab alio [20]: & qui cognoſcit, debebit de innocentia eorum quærere.

De morte rei.

XX. PAULUS lib. XVIII ad Plautium.

SI pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio [21] jure, ne ad heredes [22] tranſeat: cujus rei illa ratio videtur, quod pœna conſtituitur in emendationem [23] hominum: quæ mortuo [24] eo, in quem conſtitui videtur, deſinit.

De ultimo ſupplicio.

XXI. CELSUS lib. XXXVII Digeſtorum.

VLtimum [25] ſupplicium [eſſe] mortem [26] ſolam interpretamur.

De damnatis in metallum.

XXII. MODESTINUS lib. I Differentiarum.

IN metallum damnati, ſi valetudine, aut ætatis infirmitate [27] inutiles operi faciendo deprehendantur, ex Reſcripto Divi Pii à Præſide dimitti poterunt, qui æſtimabit de his dimittendis [28]: ſi modo vel cognatos, vel adfines habeant [29], & non [30] minus decem annis pœnæ ſuæ functi fuerint.

XXIII. IDEM lib. VIII Regularum.

SIne præfinito tempore in metallum dato, imperitia dantis, decennii [31] tempora præfinita videntur.

De ſtatuis relegatorum vel deportatorum.

XXIV. IDEM lib. XI Pandectarum.

EOrum, qui relegati vel deportati ſunt ex Cauſa Majeſtatis, ſtatuas [32] detrahendas ſcire debemus.

De eo, qui diu in reatu fuit. 1. Ne quis de ſaxo præcipitetur.

XXV. IDEM lib. XII Pandectarum.

SI [33] diutino [34] tempore aliquis in reatu [35] fuerit, aliquatenus [36] pœna ejus ſublevanda erit: ſic enim conſtitutum eſt, Non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in reatu agunt, quam eos, qui in recenti [37] ſententiam excipiunt. §. 1. Non poteſt quis ſic damnari, *Vt de ſaxo* [38] *præcipitetur* [39].

De filio damnati.

XXVI. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

CRimen vel pœna paterna nullam maculam [40] filio infligere poteſt. Namque unuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubjicitur: nec alieni criminis [41] ſucceſſor conſtituitur: idque Divi [42] Fratres Hierapolitanis reſcripſerunt.

De ſententia non mutanda, & de reſtitutione. 1. De decurionibus & principalibus civitatum.

XXVII. IDEM lib. V de Cognitionibus.

DIvi Fratres Harruntio Siloni reſcripſerunt, non ſolere Præſides Provinciarum ea, quæ pronunciaverunt, ipſos reſcindere [43]. Vetinæ quoque Italicenſi [44] reſcripſerunt, ſuam mutare ſententiam neminem poſſe: idque inſolitum eſſe fieri. † Si tamen de ſe quis mentitus [45] fuerit, vel, cum [46] non haberet probationum inſtrumenta, quæ poſtea repererit, pœna afflictus ſit: ſi nonnulla exſtant principalia reſcripta, quibus vel pœna eorum minuta eſt, vel in integrum reſtitutio conceſſa: ſed id duntaxat [47] à Principibus fieri poteſt. §. 1. De Decurionibus & Principalibus [48] civitatium, qui capitale [49] admiſerunt, Mandatis cavetur, *Vt ſi quis* [id] *admiſiſſe videatur, propter quod relegandus extra provinciam in inſulam ſit: Imperatori ſcribatur adjecta ſententia à Præſide.*

§. 2. Alio quoque capite mandatorum in hæc verba cavetur: *Si qui ex* [50] *principalibus* [51] *alicujus civitatu latrocinum fecerint; aliudve quod furtivum, ut capitalem panam meruiſſe videantur, commiſerint: Vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes; & adjicies, quid cujuſque commiſerit.*

De pœnis capitalibus, 1. Vel non capitalibus. 2. De fuſtigatione. 3. De ſeditioſis & turbulentis. 4. De ſervis. 5. De fuſtigatione & condemnatione in metallum, 6. Vel in opus metalli. 7. De his qui ad ſtatuas, vel ad imagines principum confugiunt. 8. De admiſſo in neceſſariam vel extraneam perſonam. 9. De venenariis. 10. De graſſatoribus. 11. De concrematione. 12. De incendiariis & fortuito incendio. 13. De gradibus pœnarum 15. De latronibus. 16. De ſervis & liberis. De famoſis & integræ exiſtimationis hominibus.

XXVIII. IDEM lib. VI de Cognitionibus.

CApitalium [52] pœnarum fere iſti gradus [53] ſunt. † Summum [54] ſupplicium eſſe videtur ad furcam [55] damnatio: item vivi [56] crematio (quod quanquam ſummi ſupplicii appellatione merito contineretur, tamen, eo quod poſtea id genus pœnæ adinventum eſt, poſterius primo viſum eſt): item capitis [57] amputatio. † Deinde proxima morti pœna metalli [58] coërcitio. [† Poſt] deinde in inſulam deportatio [59]. §. 1. Cæteræ pœnæ ad exiſtimationem, non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in inſulam: vel cum in opus quis publicum [60] datur, vel cum fuſtium [61] ictu ſubjicitur. §. 2. Non [62] omnes fuſtibus cædi ſolent, ſed hi duntaxat, qui liberi [63] ſunt, & quidem tenuiores homines, honeſtiores vero fuſtibus non ſubjiciuntur: idque principalibus Reſcriptis ſpecialiter exprimitur. §. 3. Solent quidam, qui vulgo ſe Juvenes [64] appellant, in quibuſdam civitatibus turbulentibus [65] ſe acclamationibus popularium [66] accommodare: qui ſi amplius nihil admiſerint, nec ante ſint à Præſide admoniti: fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam ſpectaculis eis interdicitur: quod ſi [67] ita correcti, in eiſdem deprehendantur, exilio puniendi ſint: nonnunquam capite plectendi: ſcilicet cum ſæpius ſeditioſe, & turbulente ſe geſſerint, & aliquotiens adprehenſi, tractati clementius, in eadem temeritate propoſiti perſeveraverint. §. 4. Servi cæſi, ſolent dominis reddi [68]. §. 5. Et (ut generaliter dixerim) omnes, qui fuſtibus cædi prohibentur, eandem habere honoris reverentiam debent, quam decuriones [69] habent. Eſt enim [70] inconſtans dicere, eum, quem principales Conſtitutiones fuſtibus ſubjici prohibuerunt, in metallum dari poſſe.

§. 6. D. Hadrianus in hæc verba reſcripſit: *In opus metalli ad tempus nemo damnari debet: ſed qui ad tempus damnatus eſt, etiam* [71] *ſi faciet metallicum opus, non* [72] *in metallum damnatus eſſe intelligi debet: hujus enim libertas manet* [73]: *quandiu* [74] *etiam hi, qui* [non] *in perpetuum opus damnantur.* Proinde & mulieres hoc modo damnatæ, liberos pariunt. §. 7. Ad ſtatuas [75] confugere vel imagines [76] Principum, in

---

De pœnis. lib.4. 5 uniuntur quæque qui adverſus patriam conſilia inount. l. 5. C. ad l. Jul. majeſt. cap. quiſquis. de pœnit. ibid. qui necandi infantis piaculum ſunt adgreſſi, *l. 8. C. de ſicariis. cap ſi quis necandi. de pœnit. ibid.* abortum procurans, *l.* 30. *ff. eod.* volens ſe interficere, *l.* 38. *in fin. ff. eod.* latitans animo fugiendi, *l. 17. §. 4. ff. de ædilitio.* qui manus levat, nec tamen verberat, *l. 15. §. 1. ff. de injuriis. c. ſi quis iratus. de pœnit ibid.* v. Papon. 3 *notar.* 10. qui ad furtum faciendum rei majoris ſe paravit, *l. 21. ff. de furtis. cap. vulgaria. ibid.* qui male perſuadent, *l. 16. ff. eod. c. noli putare. de pœnit.* 16. adde Cujac. 15 *obſ.* 25. *ubi probat, etiam cæptum, necdum perfectum crimen puniri.* & eundem 19 *obſ.* 10. *ubi probat, etiam quædam involuntaria cœrceri.* & miles volens tranſugere. *l. 3. §. 11. ff. de re militari.* Nuda vero, ſimplex, latens in animo, ac nemini detecta cogitatio, ut ab hominibus ignoratur, ab iiſdem ita puniri non poteſt. Detegitur autem verbis, ſcripto, ſignis vel factis. Et hæc de vi animi dicta ſint, qui etiam ſola cogitatione delinquit: ut è contrario, martyrii vim habere dicitur, *c. nunquam. de pœnitent. ibid.* & in rebus humanis vim poſſeſſionis adipiſcendæ. *l. 1. §. 21. & ult. ff. de adquir. poſſeſſ.* Cætera vide quæ ſcripſi ad *Nov.* 134. *c.* 10. 19 Poſtulari criminis ab aliquo. 20 Puta, a domini Procuratore. *l. 11. §. de publ jud.* Judex poteſt ex officio inquirere defenſiones rei à nullo defenſi. *Bart.* 21 Commenticium jus, ne dicas mendax vel falſum. Commenticium jus eſt fictitium, πλασματώδες, Commenticia ἐπινοήματα, τὰ πρῶτον ἐνθυμηθέντα, Budæus hic interpretatur. quod non probo. Commenticium eſt uſitatum etiam apud exteros, antiquum. Sueton. *in Claudio* 21. Spectacula edidit non uſitata, ſed commentitia & ex antiquitate repetita. 22 Et merito: Juſtitia namque non genus, ſed perſonas judicat. Tertull. 2 *adverſus Marcionem.* 23 Pœnarum fines duo: Unus, ut reus puniatur; alter, ut cæteri exemplo deterreantur. hinc τιμωρία ἢ παράδειγμα, Platoni *in Gorgia.* Taurus Philoſophus apud Gell. plures ſpecies facit, ὠφέλιμον, κόλασιν & παράδειγμα. 6 Gell. 14. Inde Lex Demoſthenis dicitur, ἐπαινέτην ὑμῶν τιμήτην, *in oratione contra Ariſtogitonem.* & *l. 2. ff. de legib.* Sunt ſcriptæ ad vindictam injuriarum omnes Leges. Senec. 3 *contr. 8. in fin.* Et de Lege ac Scriptura divina hoc etiam ſcriptum eſt, utilem eſſe πρὸς διδασκαλίαν, ἔλεγχον, ἐπανόρθωσιν, & παιδείαν. 2 *Timoth.* 3. *verſ.* 16. 24 Cadaver rei damnari, vel in id ſententiam ferri, idve ſupplicio adfici, æquum non eſſe hinc colligas: Nihil tamen interpretationi, vel ſententiæ Senatuſconſultum Burdegalenſe omnino contrarium refert Paponius, 24 *Arreſtorum* 14. *art.* 1. qua de re dicam alibi pleniùs. 25 Ultimum ſupplicium, *ut hic.* ſummum ſupplicium, Paul. 5 *ſentent.* 17. §. 2. ἐσχάτη τιμωρία. 60 *Eclog.* 51. *cap.* 25. extrema pœna, *l. 5. C. Theod. de officio rectoris provinciæ.* Apuleius, *lib.* 10. Ultima pœna, Sueton. *in Julio.* Livius 2. Plin. 2. *epiſt.* ἐσχάτας ἐπινοίας vocat *Nov.* 14. ubi vetus interpres vertit noviſſima ſupplicia; noviſſima id eſt, extrema. vide Cujac. 3 *obſ.* 36. 26 Naturalem ſcilic. *arg. l.* 28. *ff. eod.*

27 Id eſt, ſenes. 28 Dimittendis, vel de commutando eorum miniſterio; puta, eos dabit vel ad balneum, vel ad purgationem cloacarum, item ad munitiones viarum, ut ex reſcripto Trajani ad Plinium conſtat. Plin. 16. *epiſt.* 40. 41. 29 Deprecantes ſcilicet, *arg. l. 25. ff. de Procuratoribus.* vel à quibus alantur. Belloviſanus, 2 *præſt. 11. num.* 19. tradit, judicem, parentibus rei poſtulantibus id ac deprecantibus, mutare & mitigare pœnam poſſe ex cauſa, eamque ſententiæ inſerere debere. Id ſe de facto frequenter vidiſſe teſtatur, & velut cautelæ loco ponit.

30 Vide *l. 25. ff. eod.* 31 Imo perpetuum tempus, *l. 10. C. eod.* eo magis, quod capitis diminutio non fiat ad tempus. vide Cujac. 6 *obſervat* 25. 32 Statuæ reorum læſæ majeſtatis evertendæ, *ut hic.* ſed & domus ſolo adæquandæ, ſi Principes ſeditionis fuerint, ut penatium ſtrage quoque puniantur: quod Marco Flacco & Lucio Saturnino factum. 6 Valerius 31. Appianus, 3 *de bello civili.* Plinius *de viris illuſtribus.* Et Spurio Metio. Varro 4 *de lingua.* Cicero *pro domo ſua.* Idem *in Catone majore.* Florus, 1 *c.* 26. Livius 1 *decad.* 4. & Spurio Caſſio. Halicarnaſſ. 8. Valer. 6. *c.* 3. & Q. Gallo Prætori. Appian. 3 *de bello civili.* Idem factum etiam in eos, qui ad delectum non reſpondebant. *l.* 20. *ff. de communi dividund.* Halicarnaſſ. 8. Fit & hodie in aliis criminibus. vide Paponem, 24 *Arreſtorum* 10. *art.* 5. 7. 33 Delicta & crimina antiqua, puta decennalia, non puniri, hinc quidam colligunt; quod Clarus reſtringit ad leviora tantum crimina, 5 *ſentent.* §. *ultim. quæſt.* 60. *verſ. præterea poteſt.* Quid majora? num vicennio ſaltem præſcribuntur? vide *l.* 12. *C. de falſis.* 34 Diuturno, ut apud Suetonium, *in Auguſto cap.* 32. Diuturnorum reorum, & ex quorum ſordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina abolevit, conditione propoſita, ut ſi quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ ſubiret. 35 Reatus & in reatu fuiſſe quid eſt? ne dicas, in crimine, citra accuſationem, cum Accurſio; dic cum Zoanneto, Reatus verbo ſtatum rei intelligi: Rei, inquam, non ſimpliciter poſtulati, ſed etiam condemnati, & in vinculis agentis: aut certe ſtatum ſordidum reorum, cujus meminit *lex ultim. ff. ad Legem majeſtatis. l. 7. §. 2. ff. de bonis damnatorum. l. 3. §. 9. ff. de muneribus.* de quo dixi ad *l.* 39. *ff. de injur.* idque etiam probat Alciatus, 2 *parerg.* 10. Corraſ. 2 *Miſcellan.* 20. Juſtin. 1. revocato ad reatum Alcibiade. 36 Non igitur omnino. 37 Id eſt, ſtatim a delicto commiſſo. vide *l. 1. in fin. ff. de Carboniano.* 38 Saxo præcipitari antiquum ſupplicii genus, quo Jezabel impia mandato Jehu affecta eſt, 4 *Regum* 9. & filii Sebiris captivi, juſſu Amaſiæ, 2 *Paralipom.* 25. *verſic.* 12. quin & Æſopus Phryx accuſatus (falſo tamen) ſacrilegii a Delphenſibus. Planudes, *in vita Æſopi.* Plutarch. *de ſera numinis vindicta.* Id aliis quoque ſatis uſitatum, Ælian. 11. *cap.* 5. Lycas veneficus ab Hercule. Ovid. *in Ibin.* Aſtyanax Hectoris filius ab Ulyſſe, Ovid. *ibid.* & 13 *Metamorphoſ.* Senec. *in Troade.* Daphidas injuriarum reus ab Attalo, 1 Valer. 8. apud Romanos Manlius vigilem de ſaxo dejecit, quod Gallos in Capitolium aſcendentes non detexiſſet, 1 Livius 5. & puerum quendam Caligula, Sueton. *in ejus vita.* ſic M. Marcellus à Tribunis ſaxo dejicitur, Livius 5. adde de Q. Metello, Flor. 59. 7 Plin. 44. Servos etiam Romani interdum jubebant præcipitari, *l. unic. C. de emendat. ſervorum.* Jure vero ac Legibus XII Tabularum, falſi teſtimonii convictos de ſaxo Tarpeio vel Capitolino dejiciebant, 20 Gell. 1. & cives hoſtes patriæ. Plutarch. *in Camillo:* Mamertinus, *in Panegyrico Juliani:* Senec. 1 *de Ira.* 16. inceſtuoſos, Tacit. 5. transfugas, 3 Livius 3. quin & quoſvis ſontes, Plutarch. 8. *in Romulo.* Halicarnaſſ. 8. Dion, 44. Id ſupplicii genus Capreis imitatus eſt Tiberius, Sueton. *in Tiberio. cap.* 62. quod, ut tetrum, poſtea obſolevit. Auguſtinus, 2 *adverſus literas Petiliani* 20. & 3 *contra Creſconium* 49. & *tract.* 11. *in* 3 *c. Joannis.* vide Petr. Fabrum, 1 *Semeſtr* 18. adde Varron. 4 *de ling.* Huic ſupplicio adfine eſt ſupplicium *de robore præcipitari.* cujus meminit Tacit. 4 *Annal.* ibi, robur & ſaxum minitantium. adde Feſtum, *in Robur:* Plautum *in Pœnulo:* vos ego detrudam ad molas, inde porro ad puteum, atque robuſtum Codicem. Idem *in Captivis:* ego faciam ut pendeat. Nam in robur te totum dabo, Valer 6. *cap.* 3. de robore præcipitati ſunt. Lucretius 3. *Carcer & horribilia de ſaxo jactus deorſum, Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tæda.*

39 An idem dicendum eſt de præcipitatione in mare? Conſtat ſane parricidas olim in mare vel flumen dejectos. vide *l. penultim. ff. de Lege Pomp. de parricidiis.* Cicer. 1 *ad Herennium.* coque ſupplicii genere pædagogi Caii ab Octavio puniti. Sueton. *in Octavio. cap.* 76. Trajanus delatores navibus ſine velis & remis exponebat. Plinius, *in Panegyrico ad Trajanum.* 40 Vel calumniam, συκοφαντίαν. 60 *Eclog.* 51. *cap.* 55. (Ideoque ſtatuta illa probo, quibus injuriarum tenetur, qui liberis ſupplicium paternum objicit.) proſcriptionem, 6 *Harmenopul.* 6. dignitatis privationem, *l. 7. in fin. ff. de Senatoribus. l.* 31. *in fin. ff. de ritu. l.* 2. §. 3. *ff. de decurionibus.* infamiam vel pœnam capitalem: qua de re vide diligentiſſime Halicarnaſſ. 8, *ea parte, qua de liberis Caſſii tractat.* adde *l. 5. §. 1. C. ad Legem Juliam majeſtatis. ibid. paterno enim debent perire ſupplicio. Deuteronom.* 24. *verſic.* 16. 2 *Regum* 4. *verſic.* 6. 2 *Paralipom.* 25. *verſic.* 4. *Exech.* 18. *verſic.* 20. Cicer. *epiſt. ad Brutum.* 5. An ſit æquum eos privari bonis paternis in univerſum? alibi dicam, hoc certe conſtat, legitimam eis relinqui, *l. 7. ff. de bonis damnatorum.* quæ tamen in crimine majeſtatis eis non ſervatur.

41 Et caſus. *l. 7. in fin. ff. de ſenatoribus. l. 8. in fin. ff. de in jus voc. C. hæ filiis pro patre. l.* 34 *ff. de ritu.*

42 Antoninus Philoſophus & Verus.

43 *l. 15. C. eod. l. 45. §. 1. l. 55. ff. de rejudic. l. 1. in fin. ff. de quæſtionibus.* v. Petr. Fab. 1 *ſemeſtr.* 4.

44 Italica civitas Hiſpaniæ, ex qua fuit Trajanus. Hadriani majores inde quoque. Spartianus, Hadriano. *in pr.*

45 *d. l.* 1.

46 Atqui id non permittit. *l.* 29 *C. de tranſact.* Hinc colligit Bartolus, poſt concluſionem in cauſa criminali, & poſt teſtium publicationem admitti probationes inſtrumentales.

47 *d. §.* 1. *l.* 9. §. 11. *ff. eod.* Si poſt definitivam ſententiam de rei innocentia conſtat, poteſt reus abſolvi. *Bart.* vid. Guidon. Papæ, *deciſ.* 319.

48 Principales civitatum, *hic.* & §. 2. *ff. eod.* qui archigerontes, *l. archigerontes. 5. C. de Epiſc. aud.* adde quæ ſcripſi ad *l. 1. C. de ſent poſſ. v. l.* 33. *l.* 40. *l.* 42. *C. de decur.*

49 Capitale quid. *Hal.*

50 Adde *l. 6. §. 9. ff. de injuſto.*

51 Nobiles non eſſe puniendos niſi principe conſulto, hinc colligunt, ut notat Alciat, *cap. quod ſedem. n. 85. de offic. ordin.* Verum hic locus de nobilibus non eſt, ſed de principalibus civitatum. adde & de decurione. *l.* 2. *ff. de bonis eor.* adde quæ ſcripſi ad *l. ultim. §. 1. C. ubi Senatores. l. 6. §. 7. ff. de injuſto.*

52 Capitalia ſupplicia hæc ſunt: Furca, vivi crematio, capitis amputatio: mortiproxima vero, pœna metalli, deportatio, *ut hic.*

53 Et ordines. 54 *l. 4. ff. ſi quis cautionibus.* 55 60 *Eclog.* 51. *cap.* 25. Summa ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio. Paul. 5 *ſent.* 17. §. 2. ſed quia *Crucis* ſupplicium Chriſti veneratione mutatum fuit a Conſtantino: *Crucis* loco Tribonianus furcam ſubſtituit, quod etiam conſtabit collata *l.* 38. §. 2. *ff. eod.* cum Paul. 5 *ſent.* 22. §. 1. & hoc tamen perperam, cum crux & furca ſint res diverſæ. Cruci crimineſi figuntur, furcæ vero ſuſpenduntur. Erat & aliud furcæ genus quo furca in collum injecta damnati traducebantur ad ſupplicium, virgis ad necem cædendi. Aurelius Victor *in Nerone.* Sueton. *in Nerone. c.* 59. eratque ligneæ materiæ vinculum ſeu laqueus, cujus figuram vide apud Cujac. 16 *obſ.* 1. de antiquato crucis ſupplicio; vid. Auguſtin. in *quæſt. Veter. Teſtamenti.* Hermiam, *lib.* 1. & Nicephorum. Quinam olim cruci figerentur, & qui hodie furcis ſuſpendantur, vide §. 15. *ff. eod.* Cruces autem poſitas fuiſſe in ſingulis urbibus edito in loco indicio eſt Verrina 1. *ubi dixi.* 56 V. *l. unic. C. de Mili aggerib.*

57 Capitis amputatio genus ſupplicii nobile vulgo exiſtimatur. Græci quoque in ea opinione fuerunt. Xenophon 2. ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς ὅπερ καλλιστον θάνατον ἰδιωτῇ ἔνιμ. Cujac. *ibid.*

58 Vide *l.* 8 §. 6. *ff. eod.* 59 V. *Novell.* 22 *cap.* 28. 60 V. *l.* 8. §. 7 *ff. eod.* 61 Vide *l.* 7. *ff. eod.* 62 V. *d. l.* 7. 63 Liberti fuſtibus cædi ſoliti, *ut hic. l.* 10. *ff. eod. l. ultim. ff. de injur.* ſervi flagellis, flagris, loris. dixi ad *l.* 12. *ff de jure fiſci.* 64 *Juvenes hi* ad circum ac theatra pertinebant. unde & *ff. eod.* ſpectaculis interdicuntur. Sueton. *in Nerone.* Nero robuſtiſſimæ juventutis quinque amplius millia e plebe undique elegit, qui plauſibilem genere conditiſcerent (bombos & imbrices & teſtas vocabant), operamque navarent cantanti ſibi. Idem Auguſtani apud Tacitum, & in quodam lapide Capuano vocantur. Allecto inter juvenes, inſcriptio Lanuvii. Curator luſus juvenum, lapis Æmilianus. ἔφηβοι videntur appellari, unde ἐφηβεῖα. 2 *Machab.* 4. *verſic.* 12. vide Pitheum ad 11 *notarum ſol.* 160. Erant & alii qui contraria appellatione *Veteres* dicebantur. de quo vide Lipſium, 1 *epiſt.* 1. Reperio tamen hunc ipſum locum, de quo nunc agitur, apud *Harmenopulum 6. tit. 7. c.* περὶ νυκτικλεπτῶν, ubi juvenes, quorum hic fit mentio νυκτικλοπὴ factioſi. 65 Turbulentis. *vulgat. Halonnd.* 66 *l. 1. §. 12. ff. de offic. præfect. verb.* Populares autem fuere, quatuor factiones agitatorum Romæ, Veneta, Proſina, Albuta, Ruſſata, Græci δῆμοι. vide Cujacium 8 *obſervat.* 29. dixi ad *Novell.* 17. *cap.* 2. 67 Iteratione augetur delictum. vide *l. 1. ff. de jure patronat.* augetur etiam pœna ex frequenti delicto. de quo vide *l.* 3. *in fin. C. de Epiſcop. aud.* 68 Interdum cæſi reddebantur domini ſuis ſervi, ſub pœna tamen vinculorum. *l.* 38. §. 4. *ff. eod.* 69 Dixi ad *tit. C. de decurionibus.* 70 Argumentum a minori ad majus: Non poteſt fuſtibus ſubjici; multo minus in metallum dari. 71 Opus metallicum qui facit, non continuo habetur pro damnato ad metallum. 72 Metalli facere opus, & damnari ad metallum, ſunt diverſa: imo non ſunt diverſa, *l. 5. in fin. ff. de variis.* vide Cujac. apud Paul. 5 *ſentent.* 17. §. *ultim.* & 6 *obſervat.* 25. & 15 *obſervat.* 23. Robertum, 1 *animadverſ.* 28. Anton. Mercat. 1. *cap.* 28. 73 Manet, quemadmodum etiam his qui in perpetuum opus damnantur, Cujac apud Paul. *dicto loco.* quemadmodum etiam his, qui non in perpetuum. *Haloand.* Cujac. 6 *obſervat.* 25. quemadmodum etiam his, qui in perpetuum. Idem 15 *obſervat.* 23. quandiu etiam ii non in perpetuum. Robert. 2 *receptæ* 19. & 1 *animadverſ.* 28. adde Antonium Mercator. 1 *notar.* 28. 74 Quemadmodum etiam his qui non, &c. Cujac. 6 *obſ.* 25. 75 V. *l. 5. §. de extraord. crim. l. unic. C. de his, qui ad ſtatuas.* 76 Imaginibus Principum abuti & ad eas confugere ad alterius injuriam, ei prohibitum, *ut hic. l.* 38. *ff. de injur.* Tacitus: Inſidebat deterrimo cuique licentia impune probra, & invidiam in bonos excitandi arrepta imagine Cæſaris: libertique etiam ac ſervi patrono vel domino cum voces, cum manus intentarent, ultro metuebantur. Igitur C. Cæſius Senator diſſeruit, principes quidem inſtar deorum eſſe, ſed neque a diis niſi juſtas ſupplicum preces audiri, neque quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfugere, ut eo ſubſidio ad flagitia utatur. Abolitas Leges & funditus verſas, ubi in foro, in limine curiæ ab Annia Ruſſilla, quam fraudis ſub indice, (ſic eſt legendum, non judice) damnaviſſet, probra ſibi & minæ intendantur, neque ipſe audeat jure (hic lege, non jus) experiri, ob effigiem Imperatoris oppoſitam. Ea oratio effecit ut Ruſſilla accita, convictaque publica cuſtodia attineretur. Tacitus, 5: *anno urbis* 774. Idem *anno urbis* 782. *lib.* 5. Populus effigies Agrippinæ & Neronis gerens circumſiſtit curiam. Plin. 10 *epiſt.* 97. Propoſitus eſt libellus ſine auctore, multo turn nomine continens, qui negarent, ſe eſſe Chriſtianos aut fuiſſe, quum, præeunte me, Deos appellarent, & imagini tuæ, quam propter hoc juſſeram cum ſimulachris numinum efferri, thure ac vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto, quorum nihil cogi poſſe dicuntur, qui ſunt revera Chriſtiani, his adde Cujac. 12 *obſ.* 29.

in injuriam alterius, prohibitum est: cum enim Leges omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuant, merito visum est, in injuriam potius alterius, quam sui defensionis gratia, ad statuas vel imagines Principum confugere: nisi si quis ex vinculis, vel custodia, detentus à potentioribus, ad hujusmodi Præsidium confugerit: his enim venia tribuenda est. Ne autem ad statuas, vel imagines quis confugiat, Senatus censuit. Eumque qui imaginem Cæsaris in invidiam alterius prætuliſſet, in vincula [77] publica coërceri, D. Pius rescripsit. §. 8. Omnia admissa in [78] patronum, patronive filium, patrem [79], propinquum, maritum, uxorem, cæteraſque neceſſitudines, gravius vindicanda sunt, quam in extraneos. §. 9. *Venenarii* [80] capite puniendi sunt: aut, si dignitatis respectum agi oportuerit, deportandi. §. 10. *Graſſatores* [81], qui prædæ [82] causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt: capite puniuntur, utique si sæpius, atque in itineribus [83] hoc admiſerunt: cæteri in metallum dantur, vel in insulas relegantur.

§. 11. Igni [84] cremantur plerunque servi, qui saluti dominorum suorum insidiaverint [85]: nonnunquam etiam liberi plebei, & humiles personæ. §. 12. *Incendiarii* [86] capite puniuntur, qui ob inimicitias, vel prædæ causa incenderint intra oppidum: & plerumque vivi exuruntur [87]. Qui vero casam aut villam, aliquo lenius. † Nam fortuita incendia, si, cum vitari possint, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, civiliter [88] exercentur, ut qui jactura affectus est, damni discepter, vel modice vindicaretur. §. 13. In exulibus gradus pœnarum constituti Edicto Divi Hadriani, ut qui ad tempus relegatus est, si redeat [89], in insulam relegetur: qui relegatus in insulam, exceſſerit, in insulam deportetur: qui deportatus evaserit, capite puniatur. §. 14. Ita & in custodiis [90] gradum servandum esse, idem Princeps rescripsit: id est, ut qui ad tempus damnati erant, in perpetuum damnarentur: qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur: qui in metallum damnati id admiserint, summo supplicio afficerentur. §. 15. Famosos [91] latrones in [92] his locis, ubi graſſati sunt, furca [93] figendos, compluribus placuit: ut & conspectu deterreantur alii ab iisdem facinoribus, & solatio [94] sit cognatis & adfinibus interemptorum eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia feciſſent: nonnulli etiam ad beſtias hos damnaverunt. §. 16. Majores noſtri in omni supplicio severius [95] servos, quam liberos: famoſos [96], quam integræ famæ homines, puniérunt.

De ultimo supplicio.

XXIX. GAIUS lib. I ad Leg. Juliam & Papiam.

QUi ultimo [97] supplicio damnantur, ſtatim & civitatem & libertatem perdunt: itaque præoccupat hic casus mortem, & nonnunquam longum tempus occupat: quod accidit in personis eorum qui ad beſtias damnantur. Sæpe etiam ideo servari solent post damnationem, ut [98] ex his in alios quæstio habeatur.

De eo, qui aliquid fecit, quo magis ſuperſtitione numinis terreret.

XXX. MODESTINUS lib. I de Pœnis.

SI quis aliquid [99] fecerit, quo leves hominum animi superſtitione [100] numinis terrerentur, Divus Marcus hujuſmodi homines in insulam relegari rescripsit.

De damnatis non dimittendis, transmittendis, I. Et ex provincia in provinciam ſine permiſſu principis non transmittendis.

XXXI. IDEM lib. III de Pœnis.

AD beſtias damnatos, favore [1] populi Præses dimittere non [2] debet: sed [3] si ejus roboris vel artificii [4] sint, ut digne populo [5] Romano exhiberi possint, Principem consulere debet.

§. 1. Ex provincia autem in provinciam transduci [6] damnatos sine permiſſu Principis non licere, Divus Severus & Antoninus rescripserunt.

De interlocutione, vim feciſti.

XXXII. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

SI Præses vel Judex ita interlocutus sit, *vim feciſti*: si quidem ex interdicto, non [7] erit notatus: nec pœna Legis Juliæ sequetur: si vero ex crimine, aliud [8] est. Quid, si non distinxerit Præses, utrum Julia publicorum, an Julia privatorum? tunc [9] ex crimine erit æstimandum. Sed si utriuſque Legis crimina objecta sunt, mitior [10] Lex, id est privatorum, erit sequenda.

De ſervis.

XXXIII. PAPINIANUS lib. II Quæſtionum.

FRatres Imperatores rescripserunt, Servos in temporaria vincula damnatos, libertatem & hereditatem, ſive legatum, postquam [11] tempus expleverint, consequi: quia temporaria [12] coërcitio, quæ descendit ex sententia, pœnæ est abolitio. Si autem beneficium libertatis in vinculis veniat, ratio juris, & verba Constitutionis, libertati refragantur. † Plane si testamento libertas data sit, & eo tempore, quo aditur hereditas, tempus vinculorum solutum sit: recte manumiſſus intelligetur: non secus ac si pignori [13] datum servum debitor manumiſiſſet, ejuſque post liberatum pignus adita fuiſſet hereditas.

De delatoribus.

XXXIV. IDEM lib. XVI Responſorum.

SErvus in opus publicum perpetuum [14], ac multo magis temporarium non datur. Cum igitur per errorem in opus temporarium fuiſſet datus, expleto [15] tempore, domino servum esse reddendum, respondi. §. 1. Eos [16] quoque pœna Delatoris ex Sententia Senatuſconſulti teneri respondi, qui per [17] suppoſitam personam delatori causam dederunt.

De vinculis,

XXXV. CALLISTRATUS lib. I. Quæſtionum.

MAndatis principalibus, quæ Præſidibus dantur, cavetur. Ne quis perpetuis [18] vinculis damnetur: idque etiam Divus Hadrianus rescripsit.

De ſervis pœnæ.

XXXVI. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

IN metallum, [ſed] & in miniſterium metallicorum damnati, servi efficiuntur [19], ſed pœnæ.

De dardanariis.

XXXVII. PAULUS lib. I Sententiarum.

IN dardanarios [20], propter falſum menſurarum [21] modum, ob utilitatem [22] popularis annonæ, pro modo admiſſi extra [23] ordinem vindicari placuit.

Si quid in metallo Principis vel ex moneta ſurreptum ſit. 1. De transfugis & conſiliorum renunciatoribus. 2. De ſeditione ac tumultu. 3. De impubere corrupta. 4. De eo, qui ſe ſuis nummis redemptum non probavit. 5. De abortionis vel amatorio poculo dato. 6. De teſtamento ſuppreſſo. 7. De vivis teſtamento aperto, recitato, reſignato. 8. De inſtrumentis adverſario proditis vel aliis redditis. 10. De judice corrupto. 11. De milite qui ex carcere, dato gladio, erupit, & de eo qui, quem cuſtodiebat, deſeruit. 12. De milite qui ſibimanus intulit.

XXXVIII. IDEM lib. V Sententiarum.

SI quis aliquid ex metallo [24] Principis, vel ex moneta ſacra [25] furatus sit: pœna metalli & exilii punitur. §. 1. Transfugæ [26] ad hoſtes, vel conſiliorum [27] noſtrorum renunciatores, aut [28] vivi exuruntur, aut [29] furcæ ſuſpenduntur. §. 2. Actores [30] ſeditionis [31] & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam [32] tolluntur, aut beſtiis objiciuntur, aut in insulam deportantur. §. 3. Qui nondum [33] viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in [34] metallum damnantur, honeſtiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur.

§. 4. Qui ſe ſuis [35] nummis redemptum non probaverit, libertatem petere non poteſt: amplius eidem domino ſub pœna vinculorum redditur: vel, si ipſe dominus malit, in metallum damnatur. §. 5. Qui abortionis [36], aut amatorium [37] poculum [38] dant, etſi dolo non faciant: tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallum; honeſtiores in insulam, amiſſa parte bonorum relegantur: quod si [39] eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio adficiuntur. §. 6. Teſtamentum, quod nullo jure valet, impune [40] ſupprimitur: nihil est enim, quod ex eo aut petatur, aut conſiſtere poſſit. §. 7. Qui vivi [41] teſtamentum aperuerit, recitaverit, reſignaverit, pœna Corneliæ tenetur: & plerumque humiliores aut in metallum damnantur, aut honeſtiores in insulam deportantur. §. 8. Si [42] quis inſtrumentum litis suæ à procuratore [43] adverſario proditum esse convicerit: procurator, si humilior sit, in metallum damnatur: si honeſtior, adempta parte bonorum dimidia, in perpetuum relegatur. §. 9. Inſtrumenta penes ſe depoſita quicunque [44] alteri altero abſente reddiderit, vel adverſario prodiderit: prout personæ conditio est, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. §. 10. Judices pedanei [45], ſi pecunia corrupti dicantur, plerumque à Præſide, aut curia ſummoventur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur. §. 11. Miles, qui ex carcere [46], dato gladio, erupit, pœna capitis punitur. Eadem pœna tenetur, & qui eum, quem cuſtodiebat, deſeruit.

§. 12. Miles, qui ſibi [47] manus intulit, nec [48] factum peregit, niſi impatientia doloris, aut morbi, luctuſve alicujus, vel alia causa fecerit, capite puniendus est: alias cum ignominia mittendus est.

De

---

77 Adde Tacit. *d. lib.* 3.
78 V. *l.* 16. §. 3. *ff. eod.*
79 *l.* 7. *in fin. ff. de injuriis.*
80 Veneratii. *vulg.* v. *l.* 3. *ff. de ſicariis.*
81 *Nov. Leon.* 70.
82 Non homicidii.
83 Locus auget delictum. *Novell.* 134. *c.* 13.
84 6 *Harm.* 12. *in fin.* v. quæ ſcripſi ad *l. un. C. de Nili aggerib.* adde 7 *Eclog.* 6. *ex lib.* 60. *tit.* 51. *c.* 29.
85 Inſidiati erunt. *Hal.*
86 V. *l.* 12. *ff. de incendio. tit.* 12. *collat. Leg. Moſaic.* 6 *Harm.* 12.
87 V. *d. l. unic.*
88 Dupli compendio damnum ſarcitur. Paul. 5 *ſent.* 3. §. *ult. l.* 2. *in fin. C. de Leg. Aquil.* Gothofr. Pro incendio ex vicini ædibus exorto an & quatenus competat actio, vide Andr. Gail. *lib.* 2 *obſ.* 33. *& ibi alleg.* Math. Afflict. *deciſ.* 75. Arnold. Vinn. *quæſt. ſelect. lib.* 1. *c.* 33. S. L.
89 *l.* 4. *ff. eod.*
90 Cuſtodiæ hîc ſunt, qui in cuſtodia pœnis ſuis funguntur. v. Cujac. 6 *obſ.* 36.
91 Græcis κεφαλογραφοὶ λῃσταί. 60 *Eclog.* 54. *cap.* 30. §. 2. ἐπίσημοι λῃσταί. 6 *Harm.* 6. *in fin.*
92 Puniendus, ſeu ſupplicio quiſque eo loci adficiendus est, ubi deliquit. *l.* 3. *in fin. ff. de re militari. l.* 7. §. 4. *ff. de accuſ. Nov.* 8. *c.* 8. *in fin. Novell.* 69. *c.* 1. *in fin.*
93 Φορκίζουσιν. *Eclog. d. loco.* de furca dixi in *pr. ff. eod.*
94 Vindicta juſta ſolutio est. Apuleius, 8. abjicite importunas lachrymas, abjicite luctum meis virtutibus alienum. Vindicavi in mei mariti cruentum peremptorem, punita sum funeſtum mearum nuptiarum prædonem. *& alibi:* vindictæ ſolatium dare. vindicta plerisque bonum vita jucundius ipſa.
95 *l.* 16. § 3. *ff. eod.* Imo, mitius ſunt puniendi. *l.* 8. *in fin. C. de Epiſcopis.*
96 Famoſus hic opponitur integræ famæ homini.
97 *l.* 12. *l.* 21. *ff. eod.* 98 Damnati interdum ſervantur, ut ex his in alios quæſtio habeatur.
99 Ita Lex Francica, 1 *Leg. Francicar. c.* 16. vetat, ut ne quis ignota *Angelorum* fingat nomina, nominetve, niſi illorum quos habemus in auctoritate: ut ſunt Michaël, Gabriel, Raphaël, & *ibid. cap.* 74 Pſeudographæ & dubiæ narrationes, vel omnino quæ contra fidem Catholicam, eodem modo intentur. Hujus generis ſunt epiſtolæ quas de cœlo cecidiſſe jactant nonnulli impoſtores: vult eos Lex Francica comburi. 100 Superſtitionem inducit, qui novas vel uſu vel ratione incognitas religiones affert, ex quibus animi hominum moveantur. Paul. 5 *ſentent.* 21. §. 2. ſuperſtitioni impietas contraria: Religio medias partes tenet. Hæc ab hominibus Deo debetur. *l.* 2. *ff. de juſtitia.* Feſtus *in religioſis.* Lactantius *in epitome. cap.* 3. Primum juſtitiæ officium eſt Deum cognoſcere ut parentem, eum metuere ut dominum, diligere ut patrem, vitata omni ſuperſtitione. vide *l.* 14. §. 5. *ff. de relig. l.* 1. §. 1. *ff. de collegiis.* Eſt enim religio veri cultus: ſuperſtitio, falſi. 4 Lactantius, 28. ſuperſtitio minimis etiam in rebus Deos inſerit. Livius, 27. Eorum vafricie augetur, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi. Livius, 4. Morem patrium negligit ſæpiſſime, aſſumptis extrariis, ut morbis ſuis medeatur: quod ne fierer, prudenter à Romanis vetitum fuit. Livius *ibid.* adde Capitolinum in Marco Antonino, à quo peſtilentiæ tempore Deorum cultus diligentiſſime reſtitutus fuit. Hæc eſt, quæ Athenienſibus ignotum illum Deum peperit. *Aſſor.* 17. *verſic.* 22. 23. Papo, 1 *Arreſtor. 1. artic.* 6. & Lucius, 1 *placitorum.* 3. *artic.* 3. hanc Legem retulerunt ad circumforaneos flamines divorum reliquias enentientes falſo; Galli, *Porteurs de rogations*, quo malo gentiles olim graviter laborarunt: quo & nomine falſo reprehenſi à Menandro apud Clementem Alexandr. *in Protreptico.* nullus, inquit, placet mihi Deus, foris ambulans cum vetula, neque in domos ingrediens in tabula Metragyrtes, & Antiſthenes, non alo matrem Deorum, quam Dii alunt. ad hos videtur alludere Tertullian. *in Apologetico. c.* 13. circuit cauponas, inquit, religio mendicans, exigens mercedem templi pro aditu ſacri: non licet Deos noſſe gratis; venales ſunt. Huc refer elegantem libellum Plutarchi, *de ſuperſtitione.*

1 V. quæ notavi ad *l. pen. ff. de ſicariis.* Hinc colligit Belloviſan. 2 *pract.* 11. *n.* 19. Judicem ob populi tumultum pœnam rei mitigare poſſe. 2 V. *l.* 12. *C. eod.* 4 Gell. 14. 3 Supplicium differri poteſt, propter robur & artificium damnati. adde quæ ſcripſi ad *l.* 13. *ff. de re militari.* Idem dicendum, ſi meriti ſint de Republica. vide Ælian. 5. *c.* 19. 4 Dynus refert ſe ex hoc textu mortis veniam impetraſſe cuidam fabro, ob artis ſuæ peritiam, cui alioqui manus ex ſtatuto erat amputanda. vide Clar. 5 *ſentent.* §. *ultim. quæſt.* 60. 5 Ad ludum forte gladiatorium vel venatorium. Alciatus, 2 *Parergon* 28. An ut carnificis officio fungatur? hoc uſu receptum eſſe in Italia, Germania & Gallia refert Papo, 3 *notar.* 10. *cap. des remiſſions.* Negat tamen temere id concedendum, ne alioquin plures ſint carnifices quam rei. Idem 24 *Arreſtorum* 10. *articul.* 14. refert, damnatum virgini nuptias ejus poſtulanti Senatuſconſulto Pariſienſi conceſſum fuiſſe, atque ita damnatum mortis pœnam evaſiſſe. Id in Hiſpania uſitatum addit. quorum conſuetudo forte deducta ex *Canone inter opera charitatis.* 20. *Extra. de ſponſalibus.* adde *l.* 7. *C. ad Legem Juliam de adult.* Chaſſaneus *in conſuet. Burgund.* §. 2. *in verbo, s'il n'a grace*, notat ſe nullam hujus rei rationem adferre poſſe, niſi forte quis cenſeat, matrimonio conceſſo inajorem pœnam indictam videri, quam ſi mors eſſet indicta. adde Tiraquell. *tract. de pœnis. cauſa* 56. 6 *l.* 4. *in fin. ff. eod.*

7 Cur ita? v. *l.* 13. *ff. de vi & vi.* 8 Damnatus ex Lege Julia de vi privata ſit infamis.
9 Vide *l.* 1. §. 4. *ff. ad Turpillianum.* 10 Præſumitur pro mitiore pœna & delicto. vide Alciatum 43 *præſumpt.* 6.
11 *l.* 1. *C. qui non poſſunt ad libertatem.*
12 V. *l.* 8. *ff. de poſtulando.* pœna ad tempus impoſita, poſt tempus intelligitur remiſſa.
13 *l.* 26. *ff. qui & à quib.*
14 *l.* 1. *C. eod.*
15 *l.* 14. *C. eod.*
16 V. *l.* 24. *ff. de jure fiſci.*
17 V. *l.* 24. *ff. de jure fiſci.*
18 V. *l.* 8. §. 9. *ff. eod. l.* 6. *C. eod.* Cujac. 14 *obſ.* 34. Goth. Contra *c. quamvis. de pœnis. in* 6. vid. Edmund. Merill. *lib.* 1. *obſ. c.* 6. Anſ.
19 V. *Novell.* 22. *c.* 8.
20 Dardanarii qui. v. *l.* 6. *ff. de extraord. crim.*
21 V. *l. pen. ff. de falſis.*
22 *l. ultim. ff. de annona.*
23 V. *l.* 8. *ff. de publ. judic.*
24 V. *l.* 6. *in fin. ff. ad Leg. Jul. peculatus.*
25 Sacra moneta, Principis moneta.
26 V. *l.* 8. §. 2. *ff. eod l.* 3. *in fin. ff. de ſicariis. l.* 7. *ff. de re militari.*
27 V. *l.* 6. §. 4. *ff. de re militari.*
28 Hoc referendum est ad transfugas. *l.* 8. §. 2. *ff. eod.*
29 Hoc referendum ad renunciatores conſiliorum. *l.* 6. §. 4. *ff. de re militari.*
30 Auctores, Paul. 5 *ſentent.* 22. §. 1. authores. *Hal.*
31 V. *C. de ſeditioſis.*
32 Crucem, Paul. *ibid.* cur hoc ita mutatum à Triboniano, dixi *ff. ad l.* 28. Aſſentior Lactantio, 4 *cap.* 26. dicenti: Chriſtum crucis ſupplicio potiſſimum affectum, quod crux infame genus eſſet ſupplicii. ſed tamen, ſi propius ſpectemus, hic locus oſtendit Chriſtum non alio nomine à Judæis crucifixum, quam quod eum (falſo tamen, & per fide) ſeditionis auctorem dicerent. hinc illæ accuſationes: hunc invenimus ſubvertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dare Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe, *Luc.* 12. *verſ.* 2. & *verſ.* 5. concitat populum. Porro, ut de crucis ſupplicio aliquid amplius addamus, hæc pœna Joſuæ Principes idololatras affecit, *Joſue. cap.* 8. *verſ.* 29. ut & Da-

---

vid ſeptem ex genere Saülis ob interfectos Gabaonitas contra fœdus, 2 *Reg.* 25. *verſic.* 6. ea pœna utebantur Ægyptii. *Geneſ.* 40. *verſ.* 21. & 22. Plutarch. *in Agide & Cleomene. in fin.* Perſæ & Medi. *Eſther.* 5. *verſ.* 14. *c.* 7. *verſ ult.* 1 *Eſdr. verſ.* 11. Carthaginenſes, 4 Livius 8. in Hannonem Afros concitantem, *Juſtin.* 21. & Dux Maleus in Cartalonem filium, *Juſtin.* 18. & ex Romanis Scipio in transfugas, 2 Valer. 2. C. Soſſius in Regem Antigonum eo uſus eſt. Plutarch. *in libro de fortuna Romanor.* Galba in tutorem, qui pupillum ſuum veneno interfecerat. Sueton. *in Galba, cap.* 9.

33 Nondum viripotentem Græci ἀνηβον, 60 *Ecl.* 37. *ex tit.* 51. *c.* 38. §. 4. ἀχρι οὗ τὴν ἡβην. 6 *Harmen.* 3. *c.* περὶ βίας παρθένου. §. 9. Latini etiam immaturam appellant. *l.* 25. *ff. de injur.* 34 Pœna corrumpentis nondum viripotentem Jure civili non eſt cogitata, *ut hic.* damnari poteſt ad triremes, vel ad dorandam puellam, *Grammât. dec.* 22. quidam tamen capitalem pœnam imponi volunt indiſtincte, ut Joannes tulit in §. *item Lex Julia. Inſt. de publ. jud.* alii arbitrio judicis hanc pœnam permittunt, & capitalem tamen volunt, ſi ſtuprator pudenda virginis fregerit. v. Clar. in §. *ſtupr. in fin.* Goth. Adde Teſſaur. *deciſ.* 148. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſ.* 294. Anſ. 35 *l.* 5. *ff. de manum.* 36 Abortionis poculum, Paul. 5 *ſent.* 23. §. 2. ἐμβλωβρίδιον. 60 *Ecl.* 39. *ex tit.* 51. *c.* 34. hinc illud Juvenal. *Satyr.* 6. *Tantum artes hujus; tantum medicamina poſſunt, Quæ ſterilas facit, atque homines in ventre necandos.* Si poculo abortionis dato quis inde perierit, quæ pœna conſtituenda erit? ſummi ſupplicii: ſi non perierit, aliter puniendus reus fuerit, *ut hic.* Quid, ſi mulier viſceribus ſuis vim inferr data opera, quo partum abigat? exilio punitur. *l.* 4. *ff. de extraord. crim. l.* 8. *ff. de ſicariis.* 60 *Ecl.* 22. *c.* 4. Repudiari poteſt. v. *Nov. Leon.* 31. uſus tamen obtinuit, ut mulieri facinus eo caſu ſit capitale: vide tamen diſtinctionem in *l.* 39. *ff. eod.* Boſſ. *tit. de homicid.* 29. *n.* 6. de infanticidio dicam ad *l.* 8. *C. de ſicar.* de expoſito infante, ad *Nov.* 153. 37 Quid, ſi medicamentum ad conceptionem dedit? v. *l.* 3. §. 2. *ff. de ſicar.* 38 De quo γ, Oribaſ. 4 *de locis affectis* 12. 114. 39 V. quæ ſcripſi ad *l.* 8. *C. de ſicar.* Goth. Quidam hic per hominem ſolum maſculum denotari putant. Sed eam interpretationem eſſe falſiſſimam docet H. Salmuth. in not. ad Panciroll. *tit. Quando ſalutati fuerint Imperatores.* Anſ. 40 *l.* 6. *ff. de falſis.* 41 Paul. 5 *ſent.* 25. §. 6. *l.* 1. §. 5. *ff. de falſis.* 42 Paul. 5 *ſent.* 25. §. 7. *l.* 6. *in fin. C. de poſtulando.* 43 A procuratore vel cognitore, &c. Paul. *ibid.* Cognitores tempore Juſtiniani ſublatos hinc colligere poſſis. vid. Cujac. apud Paul. 1 *ſent. tit. de cognitorib.* 2. Cognitores non alii propemodum erant, quam qui nunc Procuratores dicuntur. v. Aſconium *ibid.* 44 Id aliquando accidit ancillæ, quam Demoſthen. defendit.
45 Pedanei. *vulg. Hal.* de quibus vide *C. de pedaneis.* 46 Adde *l.* 1. *ff. de effractoribus.*
47 V. *l.* 6. §. 7. *ff. de re militari.* 48 Imperfecta etiam delicta nonnunquam puniuntur. Porro hanc Legem ita accipio: miles qui ſibi manus intulit, neque factum peregit, ſi impatientia doloris, morbi, luctuſve causa id fecit, capite non punitur: ſed eum ignominia mittitur: ſin alia ex causa, capite punitur.

De partu abacto.

XXXIX. TRYPHONINUS lib. X Disputationum.

CIcero in Oratione pro Cluentio Avito [1] scripsit, Milesiam quandam mulierem, cum esset in Asia, quod ab heredibus secundis accepta [2] pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset, rei capitalis esse damnatam [3]. Sed & si qua visceribus suis post divortium, quod prægnans fuit, vim intulerit, ne jam inimico [4] marito filium procrearet: ut temporali exilio coërceatur, ab Optimis Imperatoribus nostris rescriptum est.

De hoste occultato.

XL. PAULUS lib. III Decretorum.

METrodorum, cum hostem fugientem sciens suscepterit [5], in insulam deportari: Philoctetem, quod occultari eum non ignorans diu dissimulaverit, in insulam relegari [6] *placet* [7].

De his qui legibus non obtemperant.

XLI. PAPINIANUS lib. II Definitionum.

SAnctio legum, quæ [8] novissime certam pœnam irrogat iis, qui præceptis legis non obtemperaverint, ad eas species pertinere non videturi quibus ipsa lege pœna specialiter addita est: nec ambigitur, in cætero omni jure speciem generi [9] derogare: nec sane verisimile est, delictum unum eadem lege variis [10] æstimationibus [11] coërceri.

De pœnis molliendu.

XLII. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

INterpretatione legum pœnæ molliendæ [12] sunt potius, quam asperandæ.

De eo, cui arte sua uti interdictum est. 1. De privilegiis decurionum.

XLIII. PAULUS lib. I Responsorum.

IMperator Antoninus *Aurelio Atiliano* rescripsit: *Præses ultra administrationis sua tempus interdicere alicui arte sua uti non* [13] *potest.*

§. 1. Idem respondit, *eum qui solo suo admisso decurionum honorem amisit, non posse in pœnis evitandis decurionis filii honorem vindicare.*

1 Habito. *Hal.* dixi ad Ciceronem *oratione pro Cornelio Balbo.*

2 60. *Selig.* 21. *ex tit.* 51. *c.* 5.

3 Partum jam formatum abegit, & animatum, id est, quæ *τελειόμορφον, Exod.* 21. vel effecerit, ut reipsa abigeretur, pœna capitali punitur, *ut hic.* Idem constitutum in concilio Trullensi, *c. aliquando. c. quod vero. cap. Moses. cap. sicut* 32. *quæst.* 2. *Exod* 21. Id etiam statutum lege Gothica. *l.* 2. *de execut. hom. part. l.* 6. *C. Visigot.* non animatum autem ἀνενέργητον, *Psal.* 139. *τελείον καὶ ἐνεργούμενον. Exod.* 21. exilio punitur. Aristoteles 7. *polit.* permisit κύριον ἀποθέσθαι τὸν ἐγκύμονα, καὶ ζῶντος. vid. *Cujac.* 19. *observ.* 9. & ita saniores interpretes distinguunt. *l.* 4. *ff. de extraord. crim. l.* 8. *ff. de ritu nup.* etsi quidam aliam rationem differentiæ adferunt, puniri nimirum capitaliter mulierem abortum procurantem pecunia accepta: puniri vero exilio, si post adulterium, id est, si nudo mariti odio partum abegerit: nam post divortium inter virum & uxorem inimicitiæ intelliguntur. *l.* 78. § 2. *in fin. ff. de jure dotium.* Quando animatus censeatur: dixi in *lege* 3. *ff. de suis.* In eo diversæ fuerunt sententiæ: alii formando partui 35. alii 45. alii 50. movendo alii 70. alii 76. alii centum: perficiendo 210. alii 300. dies dederunt: alii diferentiones 40. transmutationi 80. perfectioni 240. Hippocrates, Thessalus, Hierophilus 35. formationi 70. motui perficiendo 210. sufficere ajunt. *Hipp. lib. de nutr.* vide omnino *Solinum c.* 4. ubi dicit corda & spinas primo formari in universa carne, & in diem 65. crescere, ea propter capitale esse alterutri nocere. *Petr. Gregor.* 35. *synt. rgm.* 15. & 18. adde *Novellam Leonis* 17. *in fin. Tertull.* 19. *de anima.* 3. *Gell.* 10. 4 Inimicus uxori maritus post divortium præsumitur: ut & uxor viro: ac proinde utrinque in hac specie testimonium non admitteretur. *l.* 78. § 2. *ff. de jure dotium.* 5 Adde *l.* 4. 3. *ad leg. Juliam majestatis.* 6 Tunc non est necesse adjici salva civitate. Id enim ex ipso *relegandi* verbo intelligitur satis. 7 Sic Proconsul *in vita Cypriani.* Tascium Cyprianum gladio animadverti placet, vide *Cujac. ad l.* 8 *ff. qui testamen.* 8 Sanctionis hæc est definitio. Porro sanctio pars est legis. Legis tres sunt partes. Proœmium, capita, sanctio. qua de re adde §. *sanctæ* 10. *Inst. de verum divis. l. sacra.* 9. §. *proprie.* 3. *ff. de rerum divisione.* 9 Vide *l* 99. *in fin. ff. de legat.* 3. *l.* 80. *ff. de reg. jur.* 10 *l.* 14. *ff. de accusat.* 11 Id est pœnis. 12 *l.* 10. *in fin. ff. de reb. dub. l.* 155. *in fin. ff. de reg. jur.* vide tractatum Tiraq. *de pœnis temperandis.* 13 Imo potest. *l.* 1. § 13. *ff. de officio præfecti urbis. l.* 2. *C. de postul.* Solve, Hoc speciale est ex constitutione Antonini, vide *Cujac. ad Novell.* 134.

TIT. XX.

DE [1] BONIS DAMNATORUM. [2]

Quibus condemnationibus bona publicantur.

I. CALLISTRATUS lib. I de Jure fisci & populi.

DAmnatione [3] bona [4] publicantur, cum aut vita adimitur, aut civitas: aut servilis conditio irrogatur. §. 1. Etiam hi, qui ante concepti, & post damnationem nati sunt, portiones [5] ex bonis patrum damnatorum accipiunt. §. 2. Liberis autem ita demum portio tribuitur, si justis [6] nuptiis nati sint.

§. 3. Liberis ejus, cui pars dimidia duntaxat bonorum ablata est, partes non dantur. Idque & Divi Fratres rescripserunt.

De ducto in carceres.

II. IDEM lib. VI de Cognitionibus.

NOn ut qui in carcerem ductus est, spoliari eum oportet: sed post condemnationem 7. Idque Divus *Hadrianus* rescripsit.

De dote.

III. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

QUinque [8] legibus [9] damnatæ mulieris dos [10] publicatur: majestatis, vis publicæ, parricidii, * veneficii, * de sicariis.

IV. PAPINIANUS lib. II de Adulteris.

ET omnis omnino maritus salvas actiones [11] contra fiscum habet.

V. ULPIANUS lib. XXXIII ad Edictum.

SEd si alia lege capitis punita sit, quæ [lex] dotem non publicat, quia prius ferva pœnæ efficitur [12], verum est, dotem mariti [13] lucro cedere, quasi mortua sit. §. 1. Quod si deportata sit filiafamilias, *Marcellus* ait, (quæ sententia [&] vera est) non utique deportatione [14] dissolvi matrimonium: nam cum libera mulier remaneat, nihil prohibet, & virum mariti affectionem, & mulierem uxoris animum retinere. Si igitur eo animo mulier fuerit, ut discedere à marito velit: ait Marcellus, tunc patrem de dote acturum: sed si materfamilias sit, & interim constante matrimonio fuerit deportata, dotem penes maritum remanere: postea vero dissoluto matrimonio, posse eam agere, quasi humanitatis intuitu hodie nata actione.

De Panniculariis.

VI. IDEM lib. X de Officio Proconsulis.

DIvus *Hadrianus* Aquilio Braduæ ita rescripsit: *Pannicularia* [15] *causa quemadmodum intelligi debeat ex ipso nomine apparet: non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probe dixerit: * Nec * si zonam* [16] *circa se habuerit, protinus aliquis* [17] *sibi vindicare debebit: sed vestem, qua usurit industus, aut nummulos in vetralem* [18] *quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leves anulos, id* [19] *est, quæ rem non excedunt aureorum quinque: Aliquin si qua damnatus digito habuerit, aut Sardonycha* [20], *aut aliam gemmam magni pretii, vel si quod chirographum magnæ pecuniæ in sinu habuerit: nullo jure illud in panniculariæ ratione tenebitur.* † *Panniculariæ* [21] sunt ea, quæ in custodiam receptus secum attulit spolia: quibus indutus est, cum quis ad supplicium ducitur, ut & ipsa appellatio ostendit: ita neque Speculatores [22] ultro sibi vindicent, neque Optiones [23] *ea desiderent*, quibus spoliatur, quo momento quis punitus est. Hanc rationem non compendio suo debent Præsides [24] vertere: sed nec pati Optiones, sive Commentarienses [25] ea pecunia abuti: sed debent ad ea servari, quæ jure Præsidum solent erogari [26]; ut puta Chartiaticum [27] quibusdam Officialibus inde [28] subscribere: vel si qui fortiter fecerint milites, inde eis donare, Barbaros etiam inde munerari venientes ad se vel Legationis, vel alterius rei causa. Plerumque etiam inde conrosas pecunias Præsides ad fiscum transmiserunt: *Quod* [29] *perquam nimia* [30] *diligentiæ* est: cum sufficiat, si quis non in usus proprios verterit: sed ad utilitatem Officii [31] patiatur deservire.

De liberis. 1. De libertino damnato. 2. De liberis adoptivis. 3. De pluribus filiis. De acquisitu per flagitium. 5. De relegatione, & deportatione.

VII. PAULUS lib. singul. de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.

CUm ratio naturalis [32], quasi lex quædam tacita [33], liberis [34] parentium hereditatem addiceret [35], velut ad debitam [36] successionem eos vocando, propter quod & in jure [37] civili [38] suorum heredum nomen eis induxdum [39] est, ac ne [40] judicio parentis, nisi meritis [41] de causis [42], summoveri ab ea successione possunt: æquissimum existimatum est, eo quoque casu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum: ne alieno [43] admisso graviorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa, interdum in summam egestatem devoluti [44], quod cum aliqua moderatione definiri placuit: ut, qui ad universitatem venturi erant jure successionis, ex ea portiones [45] concessas haberent. §. 1. Si in libertinum animadversum erit, patrono ejus id quod in bonis illius habiturus esset, si is in quem animadversum est, sua morte decessisset, eripiendum non erit: reliqua pars bonorum, quæ ad manumissorem non pertinebit, fisco erit vindicanda. §. 2. Ex bonis damnatorum portiones adoptivis [46] liberis, si [47] non fraudis causa facta est adoptio, non minus quam naturalibus concedi æquum est.

† Fraudis autem causa adoptio facta videtur, etiam si non in reatu [48], sed desperatione rerum per conscientiam metu imminentis accusationis quis adoptet, in hoc, ut ex bonis quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur. §. 3. Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt: sed & *D. Hadrianus* in hac sententia rescripsit: *Favorabilem* [49] *apud me causam liberorum Albini filiorum numerus* [50] *facit: cum ampliaris imperium hominum* [51] *adjectione potius quam pecuniarum copia, malim: idcoque illis paterna sua concedi volo, quæ manusessabunt tot possessores, et tamsi acceperint universa.* §. 4. Præterea ex his quæ per flagitium damnatus adquisiit, portiones liberorum non augentur: veluti si cognatum suum interimi curaverit, & ejus hereditatem adiit, vel bonorum possessionem accepit: nam ita *Divus Pius* rescripsit. Cui consequenter illud idem Princeps constituit, cum filiafamilias veneno [52] necasse con-

1 Hodie hic titulus jure Romano abrogatus est: nisi certis casibus. *Novell.* 17. *c.* 12. *Nov.* 134. *c. ult.*

2 Seu proscriptorum IX. C. XLIX. 9. *Theod.* περὶ δημεύσεων 60. *Ecl.* 52. *de jure fisci & populi. Paul.* 5. *sent.* 12. adde Lucium 9. *Plac.* 9. & *tit.* C. Pœnis fiscalibus creditores præferri. Bossium *tit.* 81. Clarum 5. *sent.* §. *ult. q.* 68. Papo 24. *Arrest.* 23. *des confiscations*, refert confiscationes bonorum nullum locum habere in Galliæ provinciis, quæ jure Romano utuntur, nisi certis casibus exceptis, puta crimine læsæ majestatis, hæreseos, falsæ monetæ, & aliis, si rei gravitate moti judices id etiam pronunciaverint.

3 Supplicii damnatione. *Vulg.* & populi damnatione. *Hal.* Sed recte habet, damnatione, vide *l.* 7. *in pr. ff.* cum per sententiam ὅτι διὰ ψήφου *Eclog. ibi.*

4 Vide *l.* 3. *ff. de interdictis. l.* 4. *C. de bonis proscriptorum*, non tamen omnino. *l.* 7 *ff. eodem.*

5 Confiscationes bonorum universorum apud Romanos in usu non fuerunt, stantibus liberis damnati. §. 2. *ff. & d. l.* 7. *ff. eod.* 6 Naturalium liberorum ratio non habetur in servanda eis parte ex bonis damnati. 7 Ideoque ante condemnationem reo mortuo in custodia ejus bona ad heredes deferuntur. *l.* 45. § 1. *ff. de jure fisci.* adde & *l.* 2. *l.* 3. *ff. de bon. eorum*, & fuorum bonorum administrationem idem habet. *l.* 46. § 6. *ff. de jure fisci.* Quin & in ipso supplicii tempore quædam sunt damnatis relinquenda. Ammianus 28. Cum Flavia duceretur ad mortem, ne velamen quidem secreto membrorum sufficiens retinere permissa est: ideoque carnifex nefas admisisse convictus immane, vivus exustus est. 8 Quæ sequuntur scil. 9 Criminibus: lex enim pro crimine hic accipitur. 10 Dos mulieris publicari, & confiscari potest quinque casibus.

11 Quas habet forte in res dotales: impensarum, morum nomine, &c. vide *Ulpian. fragm.*

12 Hodie nemo ingenuus per sententiam servus pœnæ fieri intelligitur. *Novell.* 22. *cap.* 8.

13 Dixi ad *l* 4. *C. soluto.* 14 Deportatione matrimonium non dissolvitur. *l.* 1. *C. de repudiis. Nov.* 22. *c.* 13. 15 Panniculariæ quid sint. J. dicetur, *versic. panniculariæ.* 16 Zona nummorum loculamentum. Lampridius *in Alexandro*: miles non timet nisi vestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona, *Gell.* 15. *c.* 12. zonam plenam argenti extuli: hinc zonarii sectores Plauto *Horat.* 9. *epist.* 2. Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit. Inde zona adimebatur cessionem bonorum facientibus. Ita ademptio zonæ symbolum fuit cessionis bonorum. Hinc nummum renovare pro de facieriope promere apud Nonium: 17 Speculator carnifex.

18 Ita habet *Flor.* nummuli Inveterales, *vulg.* & male: alii *in lateralesi* nummulos inventrales. *Alciat.* 1. *parerg.* 40. *Ventrale* Palæmoni, & Glossis est fascia quæ ventrem operit: aliis Glossis ventrale κιλλίδιον ἢ φῦσα. id est, crumena, quam Latini dixere fundam, Macrob. *demissa in pauperem fundam manu paucos denarios protulit, quos Principi daret.* Caper Grammaticus: in profundum nummi, vel in arcam conduntur, vide *Cujac.* 10 *obser.* 26. τῷ κιλλιδίῳ affine κολιόχιον capsula, cujus meminit Theophylactus *c.* 18.

19 Leves *anuli*, qui non excedunt quinque aureos.

20 Græcus est accusativus: de Sardonyche, vide *ult. Plin.* 6. fuit in pretio veteribus vide *Persium Satyr.* 1.

21 Vide in hanc l. Cœl. Rodigin. *lect. antiquar.* 3. *c.* 26. & Rævard. *conject.* 3. *cap.* 14. Anf. Adde *cont. lect. Antig. cap.* 26. Cujacium *lib.* 6. *observ.* 33. & *lib.* 4. *obs. cap.* 18. *lib.* 10. *observ.* 26. Alciat. *lib.* 1. *parerg. c.* 40. S. L.

22 Speculatores, *vulg. Hal.* id etiam vocabulum extat in *l.* 7. *C. de cohortalibus.* ut & apud Senecam 3. *de benefic.* 25. & in Evangelio Marci 6. *vers.* 27. ὁ δὲ σπεκουλάτωρ ἐκλιπὼν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ κυρίου τὸν δεσμοφύλακα ἐκέλευσεν ἐνεγκεῖν αὐτοῦ. Sueton: Speculatoria caliga. Tacitus, Plutarchus *in Galba* tesserarius speculator: Firmicus 8. *cap.* 16. Speculatores sunt, qui nudato gladio hominum amputant cervices: speculator est, qui spectandi ministerio fungitur, posterior ætas, ut Leo τακτικῶν 32. Vegetius 15. 17. scultatores, quasi auscultatores, Cujac. 6. *obs.* 33. Glossis Speculator ὁ ἀποκεφαλίζων ἄνθρωπον, qui caput amputat carnifex alibi. ὑπάτης Κατάσκοπος ἄνθρωπος. 23 Optiones, nunciorum & ὑπηρέται, speculatoris ministerio funguntur: speculatorum ministri seu adjutores. vide *Cujac.* 6. *obs.* 33. Plutarchus in Galba ἐν τοῖς ὑπὲρ ὑπηρέτης καὶ βοηθὸς ὁ μὲν δεσμῶν, ὁ καὶ σκουτάρων. Scultatores etiam dicuntur 2. Vegetius 17. quasi auscultatores. Leo τακτικῶν 3. vide *Cujac.* 6 *obs.* 33. vide Firmicum *in Optio.*

24 Damnati bona publicantur. Quid vestis damnati, quæ is indutus fuit: quid nummi inventrales, quos forte victus sui causa in promptu habuit: aut leves anuli? in panniculariis ratione censentur, *ut hic*, hoc est, ipsius judicantis arbitrio dispensantur, ut recte notat *Lodovicus Romanus singul.* 544. hujusmodi spolia Judex verterе debet in ea, quæ jure fuit fuo erogare solet. Igitur non sunt optionis, vel commentariensis. § 3 *ff. eod.* Quid? quæ illa negotia sunt, in quæ ea erogari judices? In chartiaticum officialium, in milites qui quid fortiter fecerint: in barbarorum legatos vel nuntios: denique ad officii sui utilitatem. Et tamen ex Senecæ dictis quædam etiam *carnifici* cessisse. Is enim *lib.* 1. *de Tranquil.* 11. loquens de Sejano: ex eo nihil superfuit quod carnifex traheret.

25 De quibus vide *leg.* 4. *C. de custodia reorum.* 26 Forte legendum erogare: *velita*, jure à Præsidibus solet erogari. 27 Carciati, *vulg.* Charisticon. *Hal.* carciaticum. *Hugo à Porta.* Budæus putat legi posse ἐκδίκησιν, quod mercedes apparitoribus dari solitæ, vel δικαιικὸν quod judici debatur: Atqui recte *chartiaticum* hic legitur, ut apud Zonaram *in Nicephoro Phoca successore*: quodam designavit, nihil mandavit ut publica vectigalia exigerent καὶ ὑπὲρ χαρτιακοῦ ἐκεῖ τῷ νομίσματι δὲ καιρίτια. Chartiaticum est, quod quasi pro chartis officialibus datur, ut cerarium pro cera, *apud Ciceronem*: pulveratica seu pulveraticum, quod quasi pro labore, & pulvere agrimensoribus datur, vide *Cujac.* 4. *obser.* 18. 28 Puto legendum, *si sunt subscriptores: vel ita*, officialibus, ut inde possint subscribere? tametsi non admodum Latine alterutro modo hic locus concipi videatur. Igitur *inde subscribere* est, aliquid inde per judicem subscriptione detrahi, diminui, & officialibus destinari.

29 Lucri cujusvis bonus odor non est optimo Principi, adde *l.* 1. *ff. de interdictis, & relegatis.*

30 Id est, nimis sordidum. 31 Id est: eorum qui sunt ex cohorte. 32 Adde *l* 36. § 2. *C. de inofficioso. Novell.* 1. *in prine.* §. 2. Legitimam jure naturali liberis deberi hinc colligunt, quantitatem tamen ejus jure civili finiri? Quæ ascendentibus debetur, non jure naturali, sed civili tantum, & ordine potius turbato mortalitatis debetur. *l.* 15. *ff. de inoffic.* ratione miserationis contra voluntatem pareptum. *l* 26. *in fin. ff. si quis emissa causa. l.* 7. *in fin. ff. de liberti.* Ideo luctuosa portio dicitur. *l.* 28. *C. de inofficioso*: luctuosa hereditas. *l. ult. C. de inst.* tristis successio. §. 2. *Inst. de SC. Tertulliani*: duræ fortunæ solatium. *l.* 4. *in fin. C. ad SC. Tertull.* Quidquid collateralibus debetur? Jure civili debetur, vide *Novell.* 118. & *Michaelem Graffum lib.* 1. *sent. in* §. *legitima quæst.* 2.

33 Præsumitur pater semper velle hereditatem suam liberis relinquere: de qua præsumptione, vide *Alciatum* 1. *Præsumpt.* 8. 34 Masculis, & fœminis, iisque naturalibus, & legitimis: non injustis. *l.* 1. § 2. *ff. eod.* ut sunt nati ex adulterio, & incestuoso concubitu, vide *Graffium lib. sentent.* §. *legitima quæst.* 3. 35 Adde *l* 7. § 3. *C. de curat. furios.* 36 Jure naturæ, ὁ ἀπὸ μὲ ἐγὼ, καὶ ἐπωφελῶν κληρονόμου. *Gal* 3. *vers. ult.* ὁ δὲ ὑὸς καὶ κληρονόμος. *Gal.* 4. *vers.* 7. si filius, ergo heres.

37 Id est, lege 12. tabul. 38 Qui vivo quodammodo patre domini. *l.* 11. *ff. de liberis.* §. 2. *Instit. de heredum qualitate.* 39 Inditum, *vulg. Hal.* vide *d.* § 2. *al.* Indultum. 40 Hereditatem liberis debitam nullo statuto tolli posse hinc nonnulli colligunt: nec enim statuta contra jus naturæ valere, cum naturalia jura mutari non oporteat, & immutabilia sint. §. *penult. Instit. de jure naturali.* Sentiunt tamen interpretes diminui hereditatem posse. Hereditas ita diminuta, nihil aliud est, quam legitima. legitima, vox potius juris civilis est, quam naturæ. An idem in successione parentum, & collateralium? Alciatus dicto loco putat, parentes & collaterales penitus statuto arceri posse à successione: cum eorum successio juris non sit naturæ, sed civilis. Videtamen, quod ad collaterales proximos attinet, jure divino successiones deferri. *Num.* 27. *vers.* 10. in quo illud notandum est, à collateralibus ascendentibus descendentes semper excludi.

41 Certis de causis. *Vulg.* quam lectionem Cujacius non probat. *Novell.* 18. Nam *certa causa* non fuerunt ante Novellam 18. 115. sed meritis tantum de causis exhæredabantur, vide *l.* 19. *Cod. de inofficioso.* 42 De quibus vide *Novell.* 115. *cap.* 3. 43 Vide *l.* 26. *ff. de pœnis*: Interdum tamen alieni delicti pœnam quis sustinet, quoties boni & mali ita sunt permixti, ut ali ab aliis secerni non possint. id autem accidit quibusdam è populo delinquentibus. Huic rei testimonio sunt urbes ob quorundam tantum civium delictum punitæ, vel deletæ; qua de re vide Paponem 24. *Arrest.* 2. *tit. chacun porte la peine de son malefice* 12. 44 Devolvi, *Vulg. Hal* Sed *devoluti* rectum est: parentis scilicet. 45 Id est, dimidiam. *l.* 10. *Cod. eodem.* Hodie, assem. *Novell.* 17. *cap.* 12.

46 Adde *l.* 15. *ff. de donationib.* 47 Legitima non præstatur adoptatis in fraudem pœnæ fiscalis.

48 Vide *l.* 25. *ff. de pœnis.* 49 Pœnæ minuendæ sunt ob liberorum numerum. vide *Tiraquel. tract. de pœnis causa* 26. 50 Numero liberorum favetur, ut eis concedantur bona paterna, *ut hic.*

51 Facit *lex* 1. *ff. soluto.* 52 *l.* 9. *ff. de jure fisci.*

convinceretur eum, à quo heres instituta erat, quamvis jussu 53 patris, cujus in potestate 54 esset, adierit hereditatem, vindicari eam fisco. §. 5. Post 55 condemnationem adquisita, si is cujus bona publicata sunt, relegatus sit, ad heredes ejus pertinent testamento scriptos, vel ad heredes ab intestato: nam relegatus in insulam testamenti factionem habet, sicut reliqua jura. Quod si deportatus sit, quia civitatem amisit, heredem habere non potest, & adquisita fisc. accipit.

De libertino damnato. 3. De relegatione. 4. De dote.

VIII. MARCIANUS lib. *

Liberis etiam patronorum 56 integrum jus patronatus servatur in bonis paterni liberti, cujus bona publicata sunt. Si filius patroni existat liberto, fisco locus non est in partem filii patroni. §. 1. Sed si patroni filius, existente filio liberti excluditur: facilius dicemus, fisco locum non esse: quoniam patroni quidem filium excludunt liberti 57 filii, ipse autem excludit fiscum. §. 2. Sed etsi nolit filius patroni petere bonorum possessionem, constat, fiscum excludi in partem ei debitam ex bonis paterni liberti.

§. 3. Bona relegati non publicantur, nisi ex sententia specialiter 58, sed jura libertorum, nec speciali sententia adimi possunt, quia solus Princeps relegato ea adimere potest. §. 4. Si pater, qui pro filia dotem dedit, damnetur, nihil competit fisco, etiamsi in matrimonio posteà filia decesserit, quo casu alias dos profectitia rediret ad patrem: manebit ergo penes virum.

IX. CALLISTRAT. lib. *

Nisi probetur, patrem motu condemnationis in fraudem 59 fisci filiis prospexisse.

X. MARCIAN. lib. *

Sed & si pater dotem pro filia promiserit, & damnatus sit, viro dotis exactio adversus fiscum ex bonis patris datur. §. 1. Si soluto filia matrimonio pater damnatus sit, si quidem posteà, quam filia ei consensit, ut dotem repeteret, fiscus eam reperet à marito, sin vero ante, quam consentiret, ipsa 60 filia dotis repetitionem habet.

II. IDEM lib. *

Condemnatus si appellaverit, & decesserit pendente appellatione, bona ejus non publicantur: nam & hujus secundum testamentum valet.

† *Idem* 61 *dicendum est, & si appellatio ejus non recipiatur.*

§. 1. Reus, præterquam 62 majestatis, bona sua administrare potest, & debita solvere, & accipere, si bona fide ei solvantur, post condemnationem vero revocantur, quæ in fraudem fisci alienavit.

TIT. XXI.

DE BONIS EORUM [1], QUI ANTE SENTENTIAM [VEL] MORTEM [2] SIBI CONSCIVERUNT, [VEL ACCUSATOREM [3] CORRUPERUNT].

De adversario corrupto.

I. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

In capitalibus [4] criminibus à Principibus decretum est, non nocere ei qui adversarium corrupit: sed in his demum, quæ pœnam mortis continent: nam * ignoscendum censuerunt ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit.

1. De mortuo antequam Imperator rescripsit.

II. MACER lib. II Publicorum.

Imperatores *Severus* & *Antoninus* Julio Juliano, Eos qui [5] à latronibus [6] nominati [7] corruptis accusatoribus diem suum obierint, ut confessos [8] de crimine, non relinquere defensionem heredibus, rationis [9] est. §. 1. Si is, de [10] cujus pœna Imperatori scriptum est, veluti quod decurio [11] fuerit, vel quod in insulam deportari debuerit, antequam rescriberetur, decesserit: potest quæri num ante sententiam decessisse videatur? Argumento est SC. quod factum est de his qui Romam transmissi ante sententiam decessissent: cujus verba hæc sunt: *Cum damnatus nemo videri possit in hunc annum, antequam [12] de eo forte judicium Roma redditum, & pronuntiatum esset: neque cujusquam mortui bona, antequam de eo Roma pronuntiatum sit, publicata sunt, eaque bona heredes possidere debent.*

De morte sibi conscita. 7. De eo qui sub incerto causæ eventu decessit. 8. Si heredes parati sint causam ejus, qui mortem sibi conscivit, suscipere.

III. MARCIANUS libro singulari de Delatoribus.

Qui rei postulati, vel qui in scelere deprehensi, metu [13] criminis imminentis mortem sibi conscivernnt, heredem non habent. *Papinianus tamen lib. 16. Responsorum* ita scripsit, [ut], qui rei criminis non postulati manus sibi intulerint, bona eorum fisco non vindicentur: non enim facti scelerisve [14] esse obnoxiam, sed conscientiæ metum in reo velut confesso teneri placuit: ergo aut postulati esse debent, aut in scelere deprehensi, ut si se interfecerint, bona eorum confiscentur. §. 1. Ut autem *Divus Pius* rescripsit, ita demum bona ejus qui in reatu [15] mortem sibi conscivit, fisco vindicanda sunt, si ejus criminis reus fuit, ut [16] si damnaretur, morte aut deportatione adficiendus esset.

§. 2. Idem rescripsit, cum qui modici [17] furti reus fuisset, licet vitam suspendio finierit: non videri in eadem causa esse, ut bona heredibus adimenda essent: sicut neque ipsi adimerentur, si [18] competitum in eo furtum fuisset. §. 3. Ergo ita demum dicendum est, bona ejus qui manus sibi intulit, fisco vindicari, si eo crimine nexus fuit, ut [19] si convinceretur, bonis careat. §. 4. Si quis autem tædio [20] vitæ, vel impatientia [21] doloris alicujus, vel alio modo [22] vitam finierit, successorem habere *Divus Antoninus* rescripsit. §. 5. Videri autem & patrem, qui sibi manus intulisset, quod [23] diceretur filium suum occidisse, magis dolore filii amissi mortem sibi irrogasse: & ideo bona ejus non esse publicanda, *D. Hadr.* rescripsit. §. 6. Sic autem hoc distinguitur interesse, qua ex causa quis sibi mortem consciverit: sicuti cum quæritur, an is qui sibi manus intulit, & non [24] perpetravit, debeat puniri, quasi de se sententiam detulit [25]? nam omnimodo puniendus est, nisi tædio [26] vitæ, vel impatientia alicujus doloris coactus est hoc facere. Et merito, si sine causa sibi manus intulit, puniendus est: qui [27] enim sibi non pepercit, multo minus alii parcet. §. 7. Si quis autem sub incerto causæ [28] eventu, in vinculis, vel sub fidejussoribus decesserint [29]: horum bona non esse confiscanda, mandatis cavetur. §. 8. De illo *videamus*, si quis confecta morte, nulla justa causa præcedente, in reatu [30] decesserit: an si parati fuerint heredes causam suscipere, & innocentem defunctum ostendere, audiendi sint: nec prius bona in fiscum cogenda sint, quam si de crimine fuerit probatum: an vero omnimodo publicanda sunt? Sed Divus Pius *Modesto Taurino* rescripsit, si parati sint heredes defensiones suscipere: non esse bona publicanda, nisi de crimine fuerit probatum.

Cic. 5. Tusc. Curtius 6. Lucanus 3. de Bello civili. Catonis meminit Cicero 2. *de divinatione*, & *Tusc.* Dion. *lib. 17.* Plutarchus in Alexandro. *Zarmarus*, Dion. 54. Ita manus sibi intulit Cleantes, Chrysippus, Zeno, Democritus 3. *Laftan. 18.* Cato *Lact. 16. Hirtius de bello Africo. Plutarchus in Catone. Dion. 43. Seneca Epist. 24. & 71. 13. Gell. 18.* Euphrates sub Adriano venenum hausit. *Xiphilinus in Adriano.* Diodorus Epicureus gulam sibi præcidit. *Seneca 19. de vita beata.* 23 Parens filii interfector, si posteà se interfecerit, dolore potius id filii, quam sceleris conscientia feciſſe præsumitur. 24 Vitæ sibi eripiendæ inceptio, pro vero homicidio habetur, excipe tamen casus, qui sequuntur. 25 *Al.* tulit. 26 §. 4. *F. eod.* 27 Nonnihil in alium ausurus est, qui sibi non pepercit. *l. 23. §. 3. F. de adil.* 28 Reatus. 29 *l. 2. F. de bonis damnator.* 30 Nec sibi, nec heredibus nocet, qui in reatu moritur, sed qui in ipso reatu mortem sibi conscivit.

1 Carnificis loco habebatur apud veteres is, qui sepsum vulnerasset ut moreretur. *Festus in Carnificio.* cur ob id quoque neque parentabant, neque justa faciebant, nisi suspensis oscillis, velut per imitationem mortis. Idem non lugebatur ab uxore. *l. 11. §. 3. F. de his, qui notantur infamia.* Tarquinius hujusmodi homines jubebat crucifigi, ut Cassius Hemina refert apud Servium Danielis manuscriptum.

2 IX. CLX. vide *Petr. Gregor. 36. Synt. ag. 22. Goth.* Adde *Guthier. l. 2., Canon. Quæst. c. 3.* Anf.

3 60. *Eclog. 26.*

4 *l. ultim. F. de prævaricat. l. 18. C. de transact.*

5 Qui in latrocinio, *vulg.* latrones, *Rogerius apud Accursium*, latrones nomiuatim corruptis, &c. *Hal.* Vulgatam defendit Robertus 1. *Recepta 33.* Goth. Vid. Leonin. *emend. lib. 4. c. 5. n. 3.* Anf. Cujac. *lib 6. obs. 24. & l obs. 9 c. 14.* S. L.

6 Furibus. *Accurs.*

7 Ab Irenarchis forte. *l. 6. F. de custodia. l. 6. §. 3. F. ad Turpillianum.* Idque vel in quæstione, tormentis, vel interrogationibus. *l. 1. § 26 F. de quæst. l. 17. §. 12. F. ad municipal.* Nominatores indices sunt, Plinius 10. *Epist.* ab indice nominati Christiani, *Sue. in Julio*, inter socios Catilinæ nominatos ab indice & *in Tiberio* strictim nominatos ab indice *Tacit.* 2. metu indicii: plerunque alius index, alius accusator. *l. 24. F. de falsis*, *Citer. in divinatione*, si tibi indicium postulas dari, concedo, sin autem de accusatione dixeris, concedatur oportet aliis, *Cujac. 6. obs. 24.*

8 Vide *Cujacium 6. obs. 24.* 9 *l. 29. F. de jure fisci*, rationis non est. Cujacius *ibidem*, reprehensus à Roberto 2. *Recepta 37. & 2. Animadvers. 22.* defensus ab Antonio Mercatore 2. *Notar. 22.* adde *Cujac. 15. obs. 24.* 10 Nobilem inconsulto Principe puniri non posse, hinc colligunt, ut, *ex lege 27. in fin. F. de pœnis.* Verum ut hic locus de decurione est: ita ille de principali civitatis. Utrum vis specties. Imo ut ipsos nobiles, id in Gallia non servari, notat Tiraquellus *tract. de pœnis, caus. 31. in fin.* 11 Vide quæ scripsi ad *l. 1. F. de bonis damnatorum.* 12 Videtur enim ante sententiam decessisse. 13 *l. 1. §. 23. F. de Silaniano*, ob sceleris conscientiam. *l. 32. §. 7. F. de don. inter vir. l. 2., C. qui testam.* 14 Scleritas dicitur ἀφχαικῶς ut malitas. *l. 5. F. quod metus causa*, ut & ab Accio famulitas, solitas, vicissitas, squalitas, dulcitas, ponderitas, & à Tertulliano, imbonitas, & à Cæcilio luculentitas, pulchritas, opulentitas, indulcitas: à Lucretio differitas: à Marco Victorino, existentialitas, essentitas, vitalitas, parilitas. 15 *l. 2. C. eod.* ita non cujuscunque qui in reatu mortem sibi conscivit bona publicantur, sed ejus tantum, qui si criminis ejusce reus fieret damnaretur, vel morte, vel deportatione, *ut hic.* Unde mox sequitur ejus, qui modici furti reus seipsum interfecerit, bona non publicari. Nam propter modicum furtum damnati bona non publicantur. 16 *d. §. 3. F. eod.* 17 Modicum furtum quid? arbitrarium est. 18 Id est, si damnatus re ipsa fuisset furti. 19 §. 1. *F. eod. l. 1. C. eod.* 20 Tædio vitæ sibi manus inferens heredibus bona relinquit. *l. 11. §. 3. F. de his, qui notantur. l. 6. §. 7. F. de injusto l. 34. F. de test. milit. l. 1. §. 23. F. de Silaniano. l. 45. §. 2. F. de jure fisci. l. 6. §. 7. F. de re milit. l. 2. C. qui testam. facere.* Id accidit quondam Lucio Domitio Massilieusi 7. *Plin. hist. 33.* Hujusmodi tædium vitæ vocavit. *Epist. 24. 49.* & quod pejus est, multis locis voluntariam mortem probat. Thomas Morus paucis, idque ludens, vere dixisse videtur in *Utopia c. 2.* Nulli unquam sanæ mentis voluntariam mortem suaderi: in furiosis, aut morbo fontico correptis dissimulari: in cæteris prohiberi, vide *Pet. Gregor. 32. Syntagm. 22.*

21 *l. 1. §. 34. §. 23. d. §. 2. l. 2. C. qui test.* vjolentudinis adversæ, morbo, furore, *l. 6. §. 7. F. de re milit.*

22 Puta jactationis causa, ut quidam ex philosophis, velut Empedocles. *Horat. lib. de arte poëtica. Claudianus in Panegyrico consulatus Manlii Theodori.* Proteus qui & Peregrinus, sub D. Marco ita se in ignem, in oculis Græciæ conjecit. *Philostratus in vita sophistarum in Herode. Gell. 12. cap. 6. Tertullianus in lib. ad Martyres. Ammian. 29.* Idem familiare fuit Indiæ sapientibus,

23 *l. 1. §. 2. F. de divinatione*, & *Tusc.* Dion. *lib. 17.* Plutarchus in Alexandro. *Zarmarus*, Dion. 54. Ita manus sibi intulit Cleantes, Chrysippus, Zeno, Democritus 3. *Laftan. 18.* Cato *Lact. 16. Hirtius de bello Africo. Plutarchus in Catone. Dion. 43. Seneca Epist. 24. & 71. 13. Gell. 18.* Euphrates sub Adriano venenum hausit. *Xiphilinus in Adriano.* Diodorus Epicureus gulam sibi præcidit. *Seneca 19. de vita beata.* 23 Parens filii interfector, si posteà se interfecerit, dolore potius id filii, quam scelerisve conscientia feciſſe præsumitur. 24 Vitæ sibi eripiendæ inceptio, pro vero homicidio habetur, excipe tamen casus, qui sequuntur. 25 *Al.* tulit. 26 §. 4. *F. eod.* 27 Nonnihil in alium ausurus est, qui sibi non pepercit. *l. 23. §. 3. F. de adil.* 28 Reatus. 29 *l. 2. F. de bonis damnator.* 30 Nec sibi, nec heredibus nocet, qui in reatu moritur, sed qui in ipso reatu mortem sibi conscivit.

TIT. XXII.

DE INTERDICTIS [1], ET RELEGATIS [2], ET DEPORTATIS [3].

De bonis.

POMPONIUS lib. IV ad Sabinum.

Caput ex rescripto *D. Trajani* 4 ad Didium Secundum, *Scio relegatorum bona avaritia* 5 *superiorum temporum fisco vindicata: sed aliud clementia mea convenit, qui inter cætera* 6, *quibus innocentiam rationum meorum temporum* 7, *hoc* 8 *quoque remisi exemplum.*

De manumissione.

II. MARCIANUS lib. XIII Institutionum.

Manumittere deportatum non [9] posse, Divus *Pius* rescripsit.

De amissione civitatis.

III. ALPHENUS lib. I Epitomarum.

Eum qui Civitatem admitteret, nihil aliud juris adimere liberis, nisi quod ab ipso perventurum esset ad eos, si intestatus in civitate moreretur: hoc est, hereditatem ejus, & [10] liberos [11], & si quid aliud in hoc genere reperiri potest: quæ vero non à patre, sed à genere, à civitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos heredes, & agnatorum tutelas, & hereditates habituros: non enim hæc patrem, sed majores ejus [eis] dedisse.

De relegatione. De ademptione partis bonorum.

IV. MARCIANUS lib. II Institutionum.

Relegati in insulam in potestate sua liberos retinent, quia & alia [12] omnia jura sua retinent: tantum enim insula eis egredi non licet, & bona quoque sua omnia retinent, præterea, si qua eis adempta sunt. Nam eorum qui in perpetuum exilium dati sunt, vel relegati, potest quis sententia partem bonorum adimere.

Divisio exilii.

V. IDEM lib. I Regularum.

Exilium [13] triplex [14] est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum [interdicatur] præter certum [locum] aut (in) insulæ [15] vinculum, id est, relegatio in insulam.

De deportatione. 2. De decurionibus.

VI. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

Inter pœnas est etiam insulæ deportatio, quæ pœna adimit [16] civitatem Romanam. §. 1. Deportandi autem *in insulam* jus Præsidibus Provinciæ non [17] est datum, licet Præfecto Urbi detur: hoc enim epistola D. Severi ad *Fabium Cilonem Præfectum* Urbi expressum est. Præsides itaque Provinciæ quotiens aliquem in insulam deportandum putent, hoc ipsum adnotare debeant: nomen vero ejus scribendum Principi, ut in insulam deportetur: sic deinde Principi scribere, missa plena opinione, ut Princeps æstimet, an sequenda sit ejus sententia, deportarique in insulam debeat: medio autem tempore, dum scribitur, jubere eum debet in carcere esse. §. 2. Decuriones Civitatium propter capitalia crimina deportandos, vel relegandos, Divi fratres rescripserunt. Denique Priscum in homicidio, & in incendio nominatim [18] ante quæstionem confessum in insulam deportari jusserunt.

De relegatione & interdictione

VII. IDEM lib. X de officio Proconsulis.

Relegatorum duo [19] genera sunt: quidam, qui in insulam relegantur, sunt qui simpliciter, ut provinciis eis interdicatur, non etiam insula adsignetur. §. 1. In insulam relegare Præsides Provinciæ possunt: sic tamen, ut si quidem insulam sub se habeant, id est, ad ejus *Provinciæ* formam pertinentem, quam administrant, & eam specialiter insulam adsignare possint, inque eam relegare: sin vero non habeant, pronuntient quidem in insulam se relegare: scribant autem Imperatori, ut ipse insulam adsignet: cæterum non possunt damnare in eam insulam, quam in ea Provincia, cui præsunt, non habeant. Interim, quoad Imperator insulam adsignet, militi tradendus est relegatus. §. 2. Hæc est differentia inter deportatos & relegatos, quod in insulam relegari, &

1 Interdici quid sit, collige ex *l. 5. l. 6. l. 7. §. 10. F. eod.* Vide Turneb. *lib. 20. adverſ. cap. 16.* Menoch. *de arbitr. jud. cas. 330.* Cœl. Rodigin. *l. 14. Antiq. cap. 48.* S. L.

2 *l. 4. l. 5. l. 6. in fin. l. 7. l. 11. l. 12. l. 13. l. 17. l. 18. l. 19. F. eod.*

3 *l. 6. l. 15. F. eod.*

4 Trajani. Goth. Vide in hanc l. Leonin. *emendat. lib. 6. cap. 7.* Anf.

5 Avaritia Principem dedecet: boni Principes quodvis lucrum facere non adfectant, adde *l. 6. in fin. F. de bonis damnat.* quo minus placere debeant, qui ex lotio & meretricio quæstu vectigalia quondam exegerunt.

6 Cætera quidem innocentia, & ratione meorum temporum, *Hal.* Forte legendum est, Qui inter cætera quibus innocentiam, & rationem meorum temporum agnoscis, hoc quoque remisi exemplum.

7 Temporum meorum. *Vulg.*

8 Bona relegati fisco non vindicari, nisi specialiter adempta sint. *l. 8. C. de pœnis.*

9 *l. 8. F. de manumiss.*

10 Imo libertos non adimit. *l. 5. C. de obsequiis patronis præstandis.*

11 Imo jus libertorum liberis non adimitur, etiamsi parens perduellionis fuerit damnatus. *l. 4. F. de jure patronatus.* An dicemus dictam legem quartam ad constitutiones: hanc legem ad Jus referri? vide *Cujac. 6. obs. 23. & idem notat. 2. Papin. mundum evulgat.* & ita restringendam esse legem, *Quisquis 5. C. ad legem Jul. majestatis.*

12 Vide *l. 7. §. 4. F. eod.*

13 Exilium hic videtur referri inter pœnarum genera: negat tamen supplicium esse Cicero *orat. pro Cæcina.* sed solum perfugium partumque supplicii. Goth. Vide Duaren. *lib. 1. disput. cap. 37.* Paun. Robert. *lib. 4. sentent. cap. 11.* S. L.

14 Exilio, aut certo loco concludimur, aut quibuslam, aut omnibus interdicimur. 15 Deportati in continenti & in insulis, quæ 400. minus stadiis à continenti abessent, morari prohibiti ab Augusto. *Dion. 56.* Cur? ne res novas molirentur, bonis etiam certa quantitate, ac parte exuti: ut & prohibiti quoque naves onerarias & longas parare. 16 Deportatio civitatem adimit. *l. 2. l. 17. F. de pœnis.* 17 An præsidi jus deportandi competat, vide Hotom. 3. *obs. 12. l. 2. §. 1. F. de pœnis.* 18 Nominatim. *Vulg. Hal.* Vide *l. 2. C. de bonis eorum.* 19 Relegatione, vel certo loco concludimur, vel provincia interdicimur.

ri, & ad tempus, & in perpetuum quis potest. §. 3. Sive ad tempus, sive in perpetuum quis fuerit relegatus: & civitatem Romanam retinet, & testamenti factionem [20] non amittit. §. 4. Ad tempus relegatis, neque tota bona, neque partem adimi debere rescriptis quibusdam manifestatur, reprehensæque [21] sunt sententiæ eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum, vel bona: sic tamen, ut non firmarentur sententiæ, quæ ita sunt prolatæ. §. 5. Est quoddam genus quasi [22] in insulam relegationis in Provincia Ægypto, in [23] Ovasin [24] relegare.

§. 6. Sicut autem relegare in insulam quisquam, quæ non est sub se, non potest: ita ne in *Provinciam* quidem relegandi jus habet, quæ [25] non est sub se: forte Præses Syriæ in Macedoniam non relegabit. §. 7. Sed extra *Provinciam* suam potest relegare.

§. 8. Item in *parte certa* Provinciæ moratorum relegare potest: ut forte non excedat civitatem aliquam, vel regionem aliquam non egrediatur. §. 9. Sed & in eas partes Provinciæ, quæ sunt desertiores, scio Præsides solitos relegare. §. 10. Interdicere autem quis *ea provincia potest, quam regit: alia* [26] *non potest*, & ita D. Fratres rescripserunt. † Unde eveniebat, ut qui relegatus esset ab ea provincia, in qua domicilium habuit: morari apud originem suam posset, sed Imperator noster cum divo patre suo huic rei providerunt Mæcio enim Probo Præsidi Provinciæ Hispaniæ rescripserunt, *Etiam* [27] *ea provincia interdici, unde quis oriundus est ab eo, qui regit eam provinciam, ubi quis domicilium habet.*

† Sed & eos, qui cum incolæ [non] essent, in ea provincia quid admiserint, æquum est ad rescripti auctoritatem pertinere.

§. 11. Dubitatum est, an interdicere quis alicui possit provincia, in qua oriundus est, cum ipse ei provinciæ præsit, quam incolit, *dum sua non interdicit*: ut solent [28] [*Italia*] *interdicere, qui patria non interdicunt*, vel an per consequentias videatur etiam provinciæ [29] interdixisse cui præest, quod magis erit probandum.

§. 12. Per contrarium autem is, qui originis provinciæ præest, non est nanctus jus interdicendi ea provincia, quam incolit is qui relegatur. §. 13. Si quis eam sententiam admiserit, ut is qui in alia provincia commisit, possit relegari ab eo, qui ei provinciæ præest: eveniet, ut relegatus iste tribus provinciis (præter [30] Italiam) debeat abstinere: & in qua deliquit, & quam incolit, & originis, & si ex diversis provinciis oriri videatur propter conditionem, vel suam, vel parentis patronorum: vel pluribus provinciis consequenter interdictum ei dicemus. §. 14. Quibusdam tamen Præsidibus, ut multis provinciis interdicere possint, indultum est: ut Præsidibus Syriarum, [sed] & Daciarum.

§. 15. Constitutum [31] eum, *cui* [32] *patria* interdictum est, etiam *urbe* [33] *abstinere debere*: contra autem si cui urbe fuerit interdictum, patria sua interdictum non [34] videtur [35], & ita multis Constitutionibus cavetur. §. 16. Si cui plane non patria sua, sed aliqua civitate interdictum sit: videndum est, an etiam patria sua itemque urbe interdictum dicamus, quod magis est.

§. 17. His qui relegantur, dies excedendi à Præsidibus dari & potest, & solet: etenim moris est ita pronunciari, *Illum provincia illa insulisque eu relego: excedereque debebit intra illum diem.*

§. 18. Relegatum plane libellum [36] dare Principi posse [37], D. fratres rescripserunt. §. 19. Solet præterea interdici sententia quibusdam, ne *intra patriæ territorium*, vel muros morentur: ne excedant patriam, vel in vicis quibusdam morentur. §. 20. Solet decurionibus ordine interdici, vel ad tempus, vel in perpetuum. §. 21. Item potest alicui pœna injungi, *ne honores adipiscatur*, nec ea res facit, ut decurio esse desinat: cum fieri possit, ut quis decurio quidem sit, ad honores autem non admittatur: nam & Senator quis esse potest, & tamen honores non [re] petere.

§. 22. Potest alicui *& unus honor interdici*: sic tamen ut si cui honore uno interdictum sit, non tantum eum honorem petere non possit, verum ne eos quoque, qui eo honore majores sunt: est enim perquam ridiculum, eum qui [38] minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad majores adspirare: majoribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur. Sed muneribus si quis pœnæ causa fuerit prohibitus, nihil valebit sententia: neque enim immunitatem pœna tribuere debet. Ergo *& si honoribus* quis in pœnam fuerit prohibitus, poterit dici, si honores isti habuerunt mixtam muneris gravem impensam, infamiam illi ad hoc non profuturam.

VIII. MARCIANUS lib. II Publicorum Judiciorum.

SEd honore quidem illum arceri puto, cæterum impendia debere præstare.

IX. ULPIANUS lib. X de Officio Proconsulis.

POtest Præses quendam damnare, ne [39] domo sua procedat.

X. MARC. lib. *

NOn [40] *etiam, ne* [41] *utatur necessariis impensis.*

De his qui relegatos recipiunt.

XI. ULPIANUS lib. *

INterdum pecuniariter [42] *damnantur, qui relegatos suscipiunt.*

De relegato.

XII. MARC. lib. *

A *Sua civitate relegatus* [43], *si non excedat, ad tempus à provincia relegatur* [44].

De manumisso à relegato.

XIII. PAUL. lib. *

MAnumissus *à relegato non potest Romam accedere, quod nec patrono ejus licet.*

Definitio relegati. 1. Differentia relegationu. 2. Qui possunt relegare. 3. De eo, qui civitatem amisit conveniendo.

XIV. ULP. lib. *

RElegatus *est is, cui provincia vel Roma, vel continentibus ejus perpetuo, vel ad tempus interdicitur.* §. 1. *Magna differentia* [45] *est inter deportationem & relegationem, nam deportatio civitatem & bona admit, relegatio neutrum tollit, nisi specialiter* [46] *bona publicentur.*

§. 2. *Relegatur quis à Principe, Senatu, Præfectu, & Præsidibus provinciarum, non à Consulibus.* §. 3. *Qui civitatem amisit, & bona detinet, utribus actionibus tenetur.*

De civitate. De contractibus. 1. De testamenti factione.

XV. MARC. lib. *

DEportatus [47] *civitatem amittit, non libertatem, & speciali quidem jure civitatis non fruitur, jure tamen gentium utitur, emit* [48] *enim & vendit, locat, conducit, permutat, fœnus exercet, & cætera similia & postea quæsita pignori dare potest, nisi in fraudem* [49] *fisci, qui ei mortuo successurus est, ea obliget. Priora enim bona, quæ publicata sunt, alienare potest.* §. 1. *Deportatus à Præside sine* [50] *Principe, & heres existere, & legata ex testamento capere potest.*

XVI. IDEM lib. *

CUm Ulpianus Damascenus rogassit Imperatorem, *ut sibi permitteret matrem relinquere ad victum* [51] *necessaria, & mater per libertum, ut quædam sibi liceret filio deportato relinquere, Imperator Antoninus eu rescripsit in hunc modum: neque hereditas, neque legatum, neque fideicommissum contra mores, & jus publicum hujusmodi personu relinqui potest, nec conditio harum personarum mutari debet. Quod vero pie rogastu, liceat vobu ultima voluntate eu ad victum, & alios usus necessarios sufficientia relinquere, eisque ex hac causa relicta capere.*

De statuis & imaginibus.

XVII. POMPON. *

RElegatus *statuis & imaginibus honorari non prohibetur* [52].

XVIII. IDEM. *

RElegatus *integrum suum statum retinet, & dominium rerum suarum & patriam potestatem, sive ad tempus, sive in perpetuum relegatus sit.* §. 1. *Deportatio autem ad tempus non est.*

De Roma, & Principe. 1. De capitis diminutione, & de pœna.

XIX. CALLISTRAT.

RElegatus *non potest Romæ morari, licet* [53] *hoc sententia comprehensum non sit, quia omnium* [54] *est patria.* † *Sed neque* [55] *in civitate in qua versatur Princeps, vel per quam transit, eu enim duntaxat Principem intueri licet, qui Romam ingredi possunt. Est enim Princeps pater patriæ.* §. 1. *Cum* [56] *in liberos homines ea sententia fertur, quæ publicat eorum bona, qualu est in insulam deportatos, statim à sententia priorem conditionem mutant, & suæ pœnæ traduntur, nisi quid majestatis insit, quod pœnam exasperari flagitet.*

TIT. XXIII.

DE [1] SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS [2].

De successione liberti.

ULPIANUS lib. XXXVIII ad Edictum.

ADsuccessionem [3] liberti patronus deportatus, & restitutus admittitur. §. 1. Sed si in metallum [4] damnatus restituatur, nunquid servitus pœnæ [5] extinguat [6] jus patronatus etiam post restitutionem? & magis est, ut non extinguat servitus jus patronatus.

De actionibus.

II. IDEM lib. V Opinionum.

SI deportatus restitutus dignitatem [7] quidem indulgentia Principis recuperavit, in sua autem omnia bona non est restitutus: nec à creditoribus [8], nec publico nomine conveniri potest. Sed cum ei facultas oblata esset à Principe, bona quoque sua reciperandi, maluerit ea derelinquere, actionibus exuere se, quibus ante sententiam subjectus fuerat, non poterit.

III. PAPINIANUS lib. XVI Responsorum.

IN insulam deportati bona fiscus pœna [9] remissa retinuit: creditores ex antegesto non habere cum eo, qui debitor quondam fuit, actiones constitit. Quod si bona cum dignitatis restitutione concessa recuperaverit: utiles actiones necessariæ non erunt, cum & directæ competunt.

De liberis & jure cognationis.

IV. PAULUS lib. XVII Quæstionum.

IN metallum damnata mulier eum quem prius conceperat [10], edidit: deinde à Principe restituta est: humanius dicetur, etiam cognationis jura huic restituta videri.

TIT. XXIV.

DE [1] CADAVERIBUS [2] PUNITORUM.

1. ULPIANUS lib. IX de Officio Proconsulis.

COrpora eorum qui capite damnantur, cognatis [3] ipsorum neganda non sunt: & id se observasse etiam *D. Augustus lib.* 10. *de vita sua* scribit. Hodie autem eorum, in quos animadvertitur, corpora non [5] aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum & permissum: & nonnunquam non permittitur, maxime majestatis causa damnatorum. †. [Eorum] quoque corpora qui exurendi damnantur, peti possunt: scilicet ut ossa [6] & cineres collecta sepulturæ tradi possint.

II. MARCIANUS lib. II Publicorum.

SI quis in insulam deportatus vel relegatus [7] fuerit, pœna etiam post mortem manet: nec licet eum inde transferre aliubi, & sepelire inconsulto Principe: ut sæpissime Severus & Antoninus rescripserunt, & multis petentibus hoc ipsum indulserunt.

III. PAULUS lib. I Sententiarum.

COrpora animadversorum quibuslibet petentibus [8] ad sepulturam danda sunt.

---

20 Id est, etiam testamentum facere potest. *l.* 8. § 3. *ff. qui testam. Paul.* 3. *sent.* § 9. non idem in deportato. *l.* 1. § 4. *ff. de legat.* 3.

21 *l.* 4. *ff. eod.* vide Cujac. ad titulum *C. de modo multarum.*

22 Cur quasi insulam vocat? Oasis non est insula, sed infestus tantum culicibus & muscis locus.

23 In novas. *Hal.* in novas insulas relegare. *Vulg.*

24 *l. ult.* § 2. *C. de pœn.* quam Græci interpretes infestam fuisse culicibus, & muscis grandioribus notant, vide *Cujac.* 8. *obs.* 27. ab Oasi Oasena. *l. un. C. Theod. de Nili aggeribus.* Oasis erat in Ægypto, vide Nicephorum 14. *c.* 35. 36. *& lib.* 9. *c.* 29.

25 *l. ult. ff. de jurisdict.*

26 *Sub.* extra Italiam.

27 Sententias judicum vires extra forum interdum sortiri, hinc colligas.

28 Alii § 15. *J. eodem.*

29 Provincia.

30 *l.* 15. *in fin. ff. de manumiss. vindict.*

31 Ab Imperatore Claudio, vide Suetonium *c.* 23. *in Claudio.*

32 Patria interdictus Romæ esse non potest.

33 Id est, Roma. adde *l.* 33. *J. ad municipalem.*

34 Imo videtur. *l.* 1. § *pen. ff. de officio præfect. urbi.*

35 Ratio: minoribus interdictus etiam majoribus interdicitur; non econtra.

36 Vide quæ scripsi ad *tit. C. quando libellum Principi detur litis contestationem faciat.*

37 Adde *leg.* 6. *J. de appellat.*

38 *l.* 4. *ff. de Senatoribus l.* 5. *ff. de feriis exportandis*: adde *l.* 53. *in fin. ff. de fideic. libert.* Goth. Ex eodem facto non debet quis pœnam & præmium habere, *hic. l.* 22. *ff. de negot. gest. l. ult. ff. ex quib. caus. major. l.* 31 *ff. de arbitris.* Anf.

39 Ne de domo. *Hal.* adde *l.* 9. *ff. de pœnis.*

40 Hæc quæ sequuntur restituta sunt à Contio & Cujacio ex Basilicis.

41 Fame inedia que necare, illegitima pœna est: qua de causa, & quos ablegabant tyranni in specus aut loca sola, his solebant aliquid cibi apponere: ut apud Sophoclem Creon jubet defossæ Antigonæ φορῆς τοσοῦτον ὡς ἁγὼ μόνον προσθίναι, de qua vide *Cujac.* 14. *obs.* 34. adde *Deut.* 28. *Regum* 24. *Ezech.* 67. *Ammianum* 12. 17. *Cic. t. Tusc.* vide *Petrum Gregorium* 23. *Synt. n.* 4. sic illegitima pœna est, carcere perpetuo contineri. *l.* 8. § *solent.* 9. *ff. de pœnis*: aut perpetuis vinculis. *l. mandatis* 35. *ff. de pœnis*: aut quæstioni subjici *l. pen. ff. de quæstionibus.*

42 Lege Julia. *Paul.* 5. *sent.* 26. § 3. *vers. & qui cum.*

43 Si à civitate non abtinet.

44 *l.* 4. *ff. de pœnis.*

45 Vide *Cujacium ad legem* 121. *in verbo in insulam ff. de verb. oblig.*

46 Vide *l.* 8. *C. de pœn.*

47 60. *Ecl.* 51. *en tit.* 54. *c.* 4.

48 Ea omnia sunt juris gentium. *l.* 5. *ff. de justitia. Ulp.* 19. § 4.

49 *l.* 7. § 2. *l.* 2. *ff. de bonis damnat.*

50 Χωρὶς βασιλέως 60. *Ecl.* 51. *en tit.* 54. *c.* 15.

51 *Eclog. ibid.*

52 Nisi sit reus majestatis. *l.* 24. *ff. de pœnis.*

53 *l.* 22. § 4. *ff. de solut.*

54 Quid ejus statua vel imago, vide *l.* 17. *ff. eod.*

55 Roma communis, & omnium est patria.

56 Aliter extat apud Cujacium hic versiculus, quem vide in *leg.* 121. *in verbo in insulam ff. de verb. oblig.*

1 IX. C. LI.

2 Græci restitutionem indulgentiam vocant *hic. 6. Eclog.* 3. huc adde Paponem 3. *Notar.* 10. *c. des lettres de rappel de ban.*

3 Succedit liberto patronus deportatus, postea tamen restitutus.

4 Restitui possunt in metallum damnati.

5 Pœnæ servi sunt, qui in metallum damnati.

6 Servitus pœnæ, quæ patrono accidit, non privat patronum jure suo, si postea restitutus sit: adde *l.* 21. *ff. de jure patronat.*

7 Dignitas amissa à Principe restitui potest expresse: tacite tamen non remittitur. *l.* 3. *C. de generali abolitione.*

8 *l.* 3. *J. eod. l.* 4. *ff. eod.* adde *l.* 30. *ff. de obl.*

9 *l.* 4. *C. de bon. proscript.*

10 V. *l.* 5. *l.* 18. *ff. de statu. l.* 4. *C. de pœn.*

1 Hic titulus non servatur in Gallia, ut notat Rebuffus *in legibus abrogatis. art.* 54. & 55. refert enim in Gallia cadaver delinquentis posse tradi sepulturæ inconsulto Principe. *arg. l.* 2. *J. eod.* quod tamen Accursius petit posse à judice, qui sententiam tulit, notat, *in l.* 1. *hoc tit.* & alioquin Papo 20. *Arrest.* 4. refert à Curia seu Senatu cadavera damnatorum petentibus concessa. Sed & eo amplius adjicit *Rebuffus ib.* cadavera punitorum medicis petentibus δι' ἀνατομὴν dari posse a judicibus regiis: atque ita Montispessuli observatum: licet Chassaneus putet, id petendum esse necessario à Principe, *in consuet. Bur. in rubr. des confiscations.* § 1. *Gloss. il confisque. n.* 16. Gomerius de delictis *c.* 14. Clarus in praxi § *ult. quæst. ult.* 2 Περὶ λειψάνων, &c. 6. *Eclog.* 69. *Lucius* 12. *placitorum* 10. *Papo* 24. *arrest.* 14. 3 Rogantibus scil. *l. ult. J. eod. l.* 11. *C. de relig.* exemplum extat apud Joannem 19. *vers.* 38. 4 Augustus libros decem de vita sua composuit, quod & Cæsares & Imperatores factitasse diligens lector facile ex historiis colliget. 5 Sepultura privari pœnæ genus est. hæc hodie lex est eorum, qui mortem sibi conscivérunt. Cedrenus κανόνων ἁπάντων βίαιον κατὰ τῶν χειρισαμένων θάνατον. Olim aliud fuisse videtur. Nam Vespasianus pœnæ quorumdam conjuratorum addidit, ut insepulti projicerentur, *Suetom. in Vespasiano c.* 2. *in fin.* adde *Joan.* 19. *versic.* 38. Res ita est, sepulturæ habendam esse rationem, quantumvis impiam opinionem contrariam *Seneca libro de remediis fortuitorum* his, quæ sequuntur, coloratis rationibus regere conetur: facilis jactura sepulchri: cœlo tegitur, qui non habet urnam. Sepulchrum non sentienti supervacuum, sentienti onus: non defunctorum causa, sed vivorum, inventam esse sepulturam. Est utique & sepulturæ origo pervetusta. *Cicero* 2. *de legib.* 1. *Tusc.* Tertull. *c.* 33. *de anima* 6 Ossuarium inde *l.* 2. *ff. de sepulchro.* 7 Lucius 12. *placitorum* 10. *& Papo* 20. *arrest.* 8. *arrest.* 4. refert idem permissum à Senatu Parisiensi fuisse cognatis advocati cujusdam majestatis damnati. 8 Vide *l.* 1. *ff. eod.*

LIBER QUADRAGESIMUSNONUS.

TIT. I.

DE APPELLATIONIBUS [1] ET [2] RELATIONIBUS [3].

De usu & utilitate appellationis. 1. De rescripto. 2. De consultatione judicis. 3. De errore appellantis. 4. De forma libelli appellatorii.

I. ULPIANUS lib. I de Appellationibus.

APpellandi usus quam sit frequens, quamque necessarius [4], nemo est, qui nesciat: quippe cum [5] iniquitatem [6] judicantium, vel imperitiam [re] corrigat, licet nonnunquam [7] bene latas sententias in pejus reformet: neque enim utique melius pronuntiat, qui novissimus sententiam laturus est. §. 1. *Quæritum est*, an adversus rescriptum Principis provocari possit: forte, si Præses provinciæ, vel quis alius consuluerit, & ad consultationem ejus fuerit rescriptum: est enim quæstum an appellandi jus supersit? Quid [8] enim si in consulendo mentitus est? de qua re extat rescriptum Divi Pii *περὶς τὸ κοινὸν ὃ τῶ Θρᾴκων ad communitatem Thracum*, quo ostenditur provocari oportere: verba rescripti ita se habent, *Εἰὰν ἐπιστείλῃ τις ἡμῖν ὁ λόγος αὐτῷ ἐγκεφάλων ἡμεῖς ὀνῶν, ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλεῖσθαι τῶν ἀποφάσεων, εἰ γὰρ διδάξειεν ἢ ψευδῶς, ἢ ἐκ ὄντως ἔχειν τὰ ἐπιστελλόμενα, εἰδὲν ὑφ' ἡμῶν εἶναι δόξῃ τεθεσπισγμένον τῷ ὡς ἑτέρως ἔχουσιν τοῖς γεγραμμένοις, ἀντιπεπεκλήσεται* [10]. id est, *si scripserit quisquam ad nos, & illi aliquid rescripserimus volenti ad sententiam nostram provocare permissum erit: si enim docuerit* [12] *vel falso, vel non ita se habere qua scripta sunt, nihil à nobis videbitur judicatum, priusquam contra scriptum fuerit, quemadmodum aliter res se habeat, quam nobis insinuatum sit.* §. 2. Huic consequenter videtur rescriptum, à consultatione judicis non esse appellandum, si quis [13] forte interlocutus fuit, Principem se consuluturum: cum possit post Rescriptum provocare. §. 3. Si quis in appellatione erraverit, ut puta cum alium appellare deberet, alium appellaverit: videndum, an error ei nihilo officit? & si [14] quidem, cum *majorem judicem* appellare deberet, ita erravit ut minorem appellet: error ei nocebit: si vero majorem [15] judicem provocavit, error ei nihil oberit: & ita multis Constitutionibus continetur. † Denique, cum quidam Judicem ex [16] rescripto Principis à Consulibus accepisset, & *Præfectum Urbi* appellasset: errori ejus subventum est rescripto Divorum Fratrum, cujus verba hæc sunt, *Cum per errorem factum dicas uti à judice, quem ex rescripto nostro ab amplissimis Consulibus acceperat, ad Iunium Rusticum * amicum* * [17] *nostrum Præfectum Urbi provocare, Consules* [18] *amplissimi* [19] *perinde cognoscant, atque si ad ipsos facta esset provocatio.* Si quis ergo vel parem [20], vel majorem judicem appellaverit, alium tamen pro alio: in ea causa est, ut error ei non noceat: sed si minorem, nocebit [21]. §. 4. Libelli [22], qui dantur appellatorii, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum [23], & à quo dati sint, hoc [24] est, qui appellet, & adversus quem, & à qua sententia.

II. MACER lib. I de Appellationibus.

SEd si apud acta quis [25] appellaverit, satis [26] erit, si [27] dicat, *Appello.*

III. ULPIANUS lib. I de Appellationibus.

SCio quæstum, si quis non addiderit in [28] libellis, contra quem adversarium appellet: an præscriptioni subjiciatur? & puto, nihil oportere præscribi. §. 1. Sed illud cecidit in quæstionem, si plures habuerit adversarios, & quorundam nomina libellis [29] sint plexa, quorundam non: an æque præscribi ei possit ab his, quorum nomina comprehensa non sunt, quasi adversus ipsos adquieverit sententiæ? Et cum una causa sit, arbitror non esse præscribendum. §. 2. Certe si plures hi [sint] adversus quos pronuntiatur, & quorundam nomina in libellos [30] sint comprehensa, quorundam non: hi soli appellasse videbuntur, quorum nomina libellis sunt comprehensa. §. 3. Quid ergo si causam appellandi certam dixerit [31]? an liceat ei discedere ab hac, & aliam causam allegare? an vero quasi forma quadam obstrictus sit? Puto tamen cum semel provocaverit, esse ei facilitatem [32], in agendo etiam aliam causam provocationis reddere, persequique provocationem suam quibuscumque modis potuerit.

De executione. 1. De interpretatione sententiæ. 2. De eo cujus interest. De domino, & procuratore. 3. De emptore, & venditore. 4. De debitore, creditore, & procuratoribus.

IV. MACER lib. I de Appellationibus.

AB executore sententiæ appellare non [33] licet [34]. §. 1. Sed ab eo [35], qui sententiam male interpretari dicitur, appellare licet: si [36] tamen is interpretandi potestatem habuit, velut Præses Provinciæ, aut Procurator Cæsaris, ita tamen [37] ut in causis appellationis reddendis hoc solum quæratur, an jure interpretatum sit? idque etiam D. Antoninus rescripsit. §. 2. Alio condemnato is, cujus [38] interest, appellare potest [39], qualis est, qui per procuratorem expertus, victus est: nec procurator suo nomine appellet. §. 3. Item si emptor [40] de proprietate victus est, eo cessante, auctor ejus appellare poterit. Aut si auctor egit, & victus sit, non est deneganda emptori appellandi facultas: quid enim si venditor, qui appellare noluit, idoneus non est? Quinetiam si auctor appellaverit, deinde in causæ defensione suipectus visus sit, perinde defensio causæ emptori committenda est, atque si ipse appellasset. §. 4. Idque ita constitutum est in persona creditoris, cum debitor victus appellasset, nec ex fide causam defenderet. Quæ constitutio ita accipienda est, si interveniente creditore debitor de pignore victus provocaverit: nam absenti [41] creditori nullum præjudicium debitor facit, idque statutum est. §. 5. Si procurator, qui judicio interfuit, victus sit: an ipse quoque per procuratorem appellare possit, videamus [42]: quia constat, procuratorem alium procuratorem facere non [43] posse? Sed meminisse oportet, quod procurator lite contestata dominus [44] litis efficitur, & ideo & per procuratorem appellare potest.

De sententia inter alios dicta. 5. Quando appellandum, & quomodo.

V. MARCIANUS lib. I de Appellationibus.

A Sententia inter alios dicta appellari non potest, nisi [45] ex justa causa: Veluti si quis in coheredum præjudicium se condemnari patitur, vel similem huic causam: quamvis & sine [46] appellatione tutus est coheres. Item fidejussores pro eo, pro quo intervenerunt: Igitur & venditoris fidejussor emptore victo appellabit, licet emptor & venditor adquieſcant. §. 1. Si heres institutus victus fuerit ab eo, qui de inofficioso testamento agebat: legatariis [47], & qui libertatem acceperunt, permittendum est appellare, si quærantur per collusionem [48] pronuntiatum: sicut Divus [49] Pius rescripsit. §. 2. Idem rescripsit, legatarios causam appellationis agere posse. §. 3. Sed & si in fraudem suam transactionem factam ab eo, qui appellasset, dicerent: idem dicendum est.

§. 4. Sed & sine appellatione si fuerit transactum, similiter rescriptum est. † Si quis ipso [50] die, inter acta, voce [51] appellavit, hoc ei sufficit: sin autem hoc [52] non fecerit, ad libellos appellatorios dandos biduum [53], vel triduum computandum est.

De eo qui ad supplicium ducitur.

VI. ULPIANUS lib. II de Appellationibus.

NOn tantum ei [54] qui ad supplicium ducitur, provocare permittitur: verum alii quoque nomine ejus, non tantum si ille mandaverit, verum quisquis alius provocare voluerit: neque distinguitur, utrum necessarius ejus sit, necne: *credo enim humanitatis* [55] *ratione omnem provocantem audiri debere*: ergo & si ipse adquieſcit sententiæ, nec quærimus, cujus interfit. †. Quid ergo, si [56] resistat, qui damnatus est, adversus provocationem? Nec velit admitti *ejus appellationem, perire* [57] *festinans*? Adhuc putem differendum supplicium.

De eo qui libellos publice proposuit.

VII. MARCIANUS lib. I de Appellationibus.

CUm quidam propter violentiam [58] judicis non ipsi [59] à quo appellavit, dedit libellos, sed publice proposuisset: D. Severus veniam ei dedit, & permisit [ei] causas appellationis agere.

De convicio.

VIII. ULPIANUS lib. IV de Appellationibus.

ILlud sciendum est, eum qui provocavit, non debere conviciari [60] ei à quo appellat: cæterum oportebit eum plecti: & ita Divi fratres rescripserunt.

De libertate.

IX. MACER lib. II de Appellationibus.

ILlud sciendum est, neque pupillum [61], neque Rempublicam [62], cum pro libertate judicatur, in integrum restitui posse: sed appellationem esse necessariam: idque ita rescriptum est.

De pluribus separatim condemnatis. 1. De condemnato in plures summas. 2. De rationibus adversus plures probatis. 3. De pluribus in unam summam condemnatis. 4. De communi causa.

X. ULPIANUS lib. VIII Disputationum.

SI qui separatim fuerint condemnati, quamvis ex eadem causa: pluribus eis appellationibus opus est. §. 1. Si quis cum una actione ageretur, quæ plures species in se habeat, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem Principis [63] non faciunt, omnes autem conjunctæ [64] faciunt: poterit ad Principem appellare. §. 2. Sed cum adversus plures probatæ essent rationes, quæ eis nocerent, sufficit eis una [65] appellatio: quia non titulo comprobatarum rationum omnes conveniebantur. §. 3. Quoties autem plures in unam summam condemnantur, utrum una sententia est: & quasi plures in unam summam rei sint promittendi, ut unusquisque eorum in solidum teneatur: an vero scindatur in personas sententia, quæritur? & *Papinianus* respondit, scindi sententiam in personas, atque ideo eos qui condemnati sint viriles [66] partes debere. §. 4. Quod est rescriptum [67], in communi causa quotiens alter appellat, alter non: alterius [68] victoriam ei proficere [69], qui non provocavit: [hoc] ita demum probandum est, si una eademque causa fuit defensionis. Cæterum si diversæ alia causa est: ut in duobus tutoribus procedit, si [70] alter tutelam gesserat, alter non attigerat: & is qui non gesserat, provocavit: iniquum est enim, qui idcirco agnoverat sententiam, quoniam gessisse se scit: propter appellationem ejus qui non gesserat, obtinere.

De

---

1 VII. C. LXII. 11. *C. Theod. Nov.* 73. 75. 93. 115. 9. *Eccl.* 1. 2. 4. 6. 2. *Decr.* 28. 2. *Sexto* 15. 2. *Clement.* 12. *Papo* 19. *arrest.* 1. *& lit.* 2. *artic.* 2. *& Not.* 10. *s. des appellations: Luciae* 11. *Plac.* 10. *Petr. Gregor. Syntagm.* 2. De appellationibus in causis criminalibus, vid. Clar. 5. *sentent. §. ult. c.* 94.

2 Appellat condemnatus ad superiorem. Judex qui sententiam tulit, de sententia lata, ejusque æquitate refert ad superiorem, eumque consulit.

3 VII. C. LX. 11. *C. Theod.* 29.

4 Imo non videtur necessarius: nam si sententia ex legibus est, frustra appellatur: si contra leges, ipso jure nulla est citra appellationem: adeo ut necesse non videatur appellare, *l.* 1. *ſ. quæ sententiæ sine appellatione.*

5 IX. *Eclog.* 1. *c.* 1.

6 Appellatio introducta ut sententia iniquitate vel imperitia lata corrigatur.

7 Tres negationes hic faciunt affirmationem. adde *l.* 8. *ſ. de collat. bonor. & l.* 237. *ſ. de verb. ſignific.* Anſ.

8 Appellare ab ipso Principe ad eundem Principem licet: hoc est à male informato (ut loquuntur interpretes) ad bene informandum, *ut hic. & l.* 1. *tit. C. de relat. & ibi Bald. Martinus de Caballis tract. de Principe, n.* 42. vel ut Philippo regi Macedonum dixit à Principe dormiente ad ipsum vigilantem. Vid. Plutarch. *Apophthegm. ubi de Philippo.*

9 Sic κοινὸν τῶν Θεσσαλῶν, *l.* 37. *ſ. de jud. l.* 5. *§.* 1. *ſ. de vi publ.* commune Græcorum in Bithynia, *l.* 25. *ſ. eod.*

10 *Al.* ἀντεγκαλεσάτω, id est, à Principis rescripto obreptitio; & ejus executione possumus appellare.

12 Id est, qui læsi sunt rescripto Principis, *Ecl. ib. c.* 2.

13 Judex ſcil. 14 A majore ad minorem judicem provocatio interposita, nulla est. 15 A minore ad majorem judicem, non proximum sed extremum, interposita appellatio, appellanti non nocet. 16. Consules ex rescripto Principis judicem dare possunt. 17 Amici Principum præfecti urbi. Hinc illa formula apud reges nostros usitata, *à nostre aymé & feal.* 18 A sententia judicis à Consulibus dati, non ad præfectum urbi; sed ad ipsos consules appellatur. 19 Amplissimi Consules: Epitheton. 20 Imo eo casu error nocebit, cum par in parem imperium non habeat. *l.* 45. *ſ. de arbitr.* 21 Ad majorem vel parem judicem medio omisso male appellatur. Is tamen error non nocet, cum causa ad neutrum pervenit, sed ad eum qui legitime appellari debuit. Si ad minorem non proceditur, & perinde est ac si provocatum non fuisset. *Bart. hic.* 22 Idem observatur in restitutionibus. *l.* 18. *ſ. de minoribus.* 23 Scriptam oportere esse appellationem, seu scripturam in appellatione requiri hinc colligunt: de quo tamen vide *Socin. reg.* 19. 24 *Ecl. ib. c.* 2. de quibus vide *ſ. de libello dimiſſorio.* Puto id innui in libello dimissorio judicis, à quo & ad quem rei & actoris nomina præscribi oportere. 25 *Ev τοῖς πεπραγμένοις Ecl. ibid. c.* 3. Verbalis appellatio apud acta fieri debet. 26 Appellans à sententia definitiva, causam appellationis adjicere non tenetur, de quo vide *Socinum reg.* 14. aliud in interlocutoria. *l.* 4. *§.* 1. *ſ. eod.* Goth. Jure Canonico requiritur scriptura, qua exprimitur causa appellationis *cap. Cordi.* 1. *cap. appellatio.* 9. *de appellat. in* 6. Anſ. 27 Quis ipso die appellaverit. *Bal.* ipso die voce appellaverit. *vulg.* 28 q. d. si viva voce quis apud acta appellat, necesse non habet nomen ipsius judicis scil. & adversarii exprimere. 29 *Al.* in libellis sint complexa, *vulg. Hal.* hoc est, comprehensa, adjecta, enumerata.

30 Hæc verba, *in libellis*: Græci non legunt. *Ecl. ibid. &* recte, ut sit sensus, in verbali appellatione non est necesse nomen adversarii exprimere: in scripta, necesse est; siquidem illa breve spatium temporis habet, & recenti, ut ita dicatur, vulnere interponitur: idcoque à scrupulosis formulis relevanda. 31 Omnium appellantium nomen, non eorum contra quos appellatur in libello appellatorio esse oportet, *ut hic & §.* 2. *ſ. eod.* 32 Appellans teneturne causam appellationis addere? In sola interlocutoria teneri putat Bart. hic. *Ferrariensis in forma appellationis à definitivo, in verbo Occasione* 2. 33 Executoris ab executione appellari non potest, nisi modum excedat: & gravamen reparari non possit nisi appelletur. *l.* 2. *ſ. de appell. recip. c. novit. de appell.* vel dolo ipse, vel adversarius agit. *l.* 3. *§. si executor.* 8. *ſ. de neg.* nisi transactio interposita post sententiam exequutori exhibeatur: aut si probetur novata sententia. *l. neque* 22. *in fin. ſ. de in jus voc. l.* 2. *ſ. si quis caution. l.* 4. *§. si ex conventione* 4. *ſ. de re jud.* nisi executor perperam interpretetur sententiam. *§.* 1. *ſ. eod.* nisi sententia lata fuerit adversum absentem, neque ei imputari possit, cur non antea appellaverit. *l. si prator.* 75. *in fin. ſ. de jud.* nisi restitutio in integrum impetrata sit, aut literæ supplicationis civilis impetratæ. *l. un. C. de in integr. rest. postul.* nisi executor injuriose exequatur, *l. si quis provocatus.* 30. *C. de appell. l. Iudices* 12. *ſ. de perlculo & commod.* nisi peritus aliquis artifex sit condemnatus. potest enim populus appellare ab executione sententiæ, *l. ad bestiae* 31. *ſ. de pœn.* vide Duenazium *in reg.* 41. & Soc. *reg.* 26.

34 *l.* 21. *C. eod.* nisi executor modum judicationis excedat, *l.* 2. *C. quor. appell.* tunc enim licet executori manus objicere, *l.* 5. *C. de jure fiſci.* Jure Gallico, executori reus opponere se solet, & ab eo, si negligit oppositionem, appellare, ut eo casu simplex oppositio vertatur in appellationem, id quod æquius visum est, quam ex jure Romano, gravatis injustum defensionem permittere. Imbertus, Petr. Gregor. 50. *syn.* 2. *n.* 2. Goth. Item non licet à præfecto prætorio. *l. unic. ſ. de offic. præfect. prætor.* Vid. Bellapert. *hic.* Anſ. 35 A sententia judicis, qui præcedentem aliquam sententiam interpretatur, nulli appellare licet.

36 Interpretandæ sententiæ jus habent præsides, & procuratores Cæsaris.

37 Appellans ab interlocutoria (sed aliud si à definitiva, *l.* 2. *ſ. eodem.*) causas speciales appellatio nis adjicere seu exprimere tenetur, de quo vide Socin. *reg.* 16.

38 LX. *Ecl.* 1. *c.* 4. *l.* 5. *l.* 14. *ſ. cod. l.* 1. *ſ. de appell. recip. l.* 2. *§.* 1. *ſ. quando appellandum.*

39 Etiam si ipse damnatus non appellet.

40 Venditor, emptore negligente, provocare potest, *Eclog. ibid.*

41 *l.* 3. *ſ. de pign.*

42 Dic posse, quia per litis contestationem, litis factus est dominus.

43 Imo potest, *l.* 8. *§.* 3. *ſ. mand. l.* 11. *in fin. l.* 23. *C. de proc.*

44 *l.* 23. *C. de proc.*

45 *l.* 4 *§.* 1. *ſ. eod.*

46 *l.* 2. *C. de fide inſtrum.*

47 *l.* 29 *ſ. de inoff.*

48 *l.* 12. *C. de teſtam. manumiſſ.*

49 *l.* 14. *ſ. eod. d. l.* 12.

50 *l.* 2. *ſ. eod.* illico, *l.* 41. *C. eod.* Quando viva voce appellatur, statim & judice pro tribunali sedente appellari debet, alias nullius esset momenti appellatio. *Masurius in praxi. & Ferrariensis, d. l. in verbo, in hac scriptis.*

51 Duplex appellandi modus est, unus voce, alter scriptis persicitur. *ſ. eod.*

52 Qui appellat ex intervallo, semper de scripto appellare debet, *l.* 1. *in fin. ſ. eod.*

53 *l.* 5. *§.* 5. *ſ. quando appelland.* hodie decem dies dati. *Nov.* 23. *c.* 1.

54 *l.* 2. *in fin. ſ. de pœnit.*

55 Humanitatis ratione receptum est, ut quis pro damnato appellare possit.

56 Non auditur perire volens. *ſ. eod.* invitus ita redimi potest ab hoste. *Authent. si captivi, ibi. ratum habere contra ſum C. de Epiſc.* adde *l.* 52. *§.* 10. *ſ. pro ſocio. l.* 69. *ſ. de reg. jur. diſt. 44. c. ea quæ.*

57 Nemo auditur perire volens, ut ea ratione, invito beneficium dari possit, & pro invito appellari, adde *l.* 1. 2. 13. *ſ. de liberali cauſa*, unde notat Rebuffus *præamb. conſtitutionum num.* 100. in regno Galliæ non admisit renunciationes appellationis in criminalibus quod vidi delicet nemo perire volens audiri debeat.

58 Propter metum judicis suffícit, ut appellatio proponatur coram vicinia & honestis personis. *Bart.*

59 Hinc collige de scripto appellantem judici falsum ostendere scripturam appellationis debere: ut au-

tem eam judici prælegat, requiri negat Ferrariensis *c. appellatio de appellat. in* 6. 60 *l.* 42. *ſ. de injur. Paul. 5. ſent.* 4. *§.* 17. *& tit.* 35. *§. ult.* 60. *Ecl.* 1. *c.* 8. vid. Petr. Greg. 38 *ſynt.* 3. *n.* 7. 8. 9. Goth. Adde Rævard. *lib.* 1. *var. cap.* 3. Anſ. 61 *l.* 4. *C. ſi adverſus libertatem.* 62 Respub. pupillo comparatur, *l.* 3. *C. de jure reip.* 63 Notionem prætoris, Hot. 4. *obſerv.* 18. *ſic Quintilian.* 3. Non debes apud prætorem fideicommissum petere: sed apud Consulem: major enim prætoria jurisdictione summa est. 64 Ut ad prætorem appellari possit, sufficit plures facere ejus notionem licet singulæ non efficiant, adde *l.* 11. *ſ. de jurisd.* 65 Id est, unus, adeo ut reliqui tacentes pro confessis non habeantur, neque suo silentio adquiescere intelligantur sententiæ, *l.* 1. 1. 2. *C. ſi unus.* 66 Si plures una sententia condemnantur, quilibet in virilem tenetur. *Bart. l.* 43. *ſ. de re judic. l.* 1. *C. ſi plures una ſentent.* 67 Vid. *l.* 1. *l.* 2. *C. ſi unus ex pluribus appellaverit.* 68 *l.* 4. *§.* 4. *ſ. ſi servitus vindicetur.* 69 Imo non proficit, *l.* 1. *C. ſi in communi, eademque cauſa.* 70 Tutorum alter quando tutelam gessit, alter non gessit, diversæ causæ sunt; ideoque duobus illis condemnatis, unus appellans, alteri non prodest.

De pecunia ex necessitate judicu soluta.

XI. IDEM lib. III de omnibus tribunalibus.

CUm ex causa judicati soluta esset pecunia ex necessitate [71] judicis ab eo, qui appellatione interposita meruerit meliorem sententiam: recipere eum pecuniam, quam solvit oportebit.

De creatione duumviri.

XII. IDEM lib. II Opinionum.

SI constet, nullo [72] actu ex lege habito duumvirum creatum, sed tantum vocibus popularium postulatum, eisque tunc Proconsulem, quod facere non debuit, consensisse: appellatio in re aperta supervacua fuit.

De formis libelli appellatorii. 1. De una causa appellandi.

XIII. IDEM lib. II Responsorum.

APpellanti nihil obesse, quod [73] in libellis, à qua parte sententiæ appellaret non significavit. §. 1. Non solere improbari appellationem eorum, qui vel [74] unam causam appellandi probabilem habuerunt.

De collusione. 1. Si heredi non respondente secundum adversarium judicetur.

XIV. IDEM lib. XIV ad Edictum.

SI perlusorio [75] judicio actum sit adversus testamentum, an jus faciat judex, videndum? Et D. Pius [76], cum inter conjunctas personas diceretur per collusionem in necem legatariorum [77] & libertatium actum, appellare eis permisit, & hodie hoc jure utimur, ut possint appellare: [sed & agere causam apud ipsum judicem, qui de testamento cognoscit, si suspicantur non ex fide heredem causam agere. §. 1. Quotiens, herede non [78] respondente secundum adversarium sententia datur, rescriptum est, nihil nocere neque legatis, neque libertatibus: & hoc Divorum Fratrum epistola continetur ad Domitium in hæc verba: *Quod absente [79] possessore, nec quoquam nomine ejus respondente pronuntiatum est: non habet rei judicata auctoritatem, nisi adversus eum solum, qui adesse neglexerit: quare hi, qui testamento libertates, vel legata vel fideicommissa acceperunt: salva sunt actiones, si quas habuerunt, perinde ac si nihil esset judicatum: & ideo adversus eum qui vicit, permittimus eu agere.*

De servis.

XV. MARCELLUS lib. I Digestorum.

SErvi appellare non possunt: sed domini [80] eorum ad opem servo ferendam possunt uti auxilio appellationis: & alius domini nomine id facere potest. Sin vero neque dominus, neque alius pro domino appellaverit: ipsi servo, qui sententiam [tristem] passus est, auxilium sibi implorare non denegamus.

An appellatione pendente aliquid novi fiat.

XVI. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

COnstitutiones, quæ de recipiendis, necnon, appellationibus loquuntur, ut nihil [81] novi fiat, locum non habent in eorum persona, quos [82] damnatos statim puniri publice interest, ut sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum.

De duplici sententia in una causa. 1. De provocatione tutorii.

XVII. IDEM lib. VIII Regularum.

CUm in una causa separatim duplex [83] sententia divisa datur, veluti una sortis, alia usurarum: duplex appellatio necessaria est, ne alteram adgnoviſſe, de altera provocasse intelligatur.

§. 1. Tutor pupillo datus, si [84] provocet [85], interim [86] pupillo curator dabitur. Sed si tutoris auctoritas fuerit necessaria, veluti ad adeundam [87] hereditatem, tutor ei [88] necessario dabitur, quoniam curatoris auctoritas ad hoc inutilis [89] est.

De domino provocante pro servo.

XVIII. IDEM lib. XVII Responsorum.

LUcius Titius pro servo suo, qui ad bestias datus est, provocationem interposuit. *Quæro* [90] an hujusmodi appellationis causas per [91] procuratorem reddere possit? *Modestinus* respondit, posse.

De sententia contra jus.

XIX. *Idem* lib. singulari de Enucleatis casibus.

SI expressum sententia contra juris rigorem [92] data fuerit, valere non debet, & ideo, & sine [93] appellatione causa denuo induci potest. Non jure profertur sententia, si [94] specialiter contra leges, vel SC. vel constitutionem fuerit prolata. Unde si quis ex hac sententia appellaverit, & præscriptione summotus sit, minime [95] confirmatur ex hac præscriptione sententia: unde potest causa ab initio agitari.

De suspecta tutoris accusatione. De excusatione tutoris. 1. De procuratore in rem suam. 2. De militibus.

XX. IDEM lib. singulari de Præscriptionibus.

QUi suspectum [96] tutorem facit, & qui de non recipienda tutela excusationem agitat, alieno nomine agere intelligendus est. §. 1. Is vero qui in rem suam procurator datus est, intra biduum [97] appellare debet, quia suam [98] causam agit.

2. Militibus appellandi tempora non remittuntur: & victi si non provocaverint, & solemnia fecerint postea, non audiuntur.

De provocatione ad Principem. 2. Si magistratus creatus appellaverit. 3. De fructuum sequestratione.

XXI. PAPIRIUS JUSTUS lib. I de Constitutionibus.

IMperatores *Antoninus* & *Verus* rescripserunt, appellationes, quæ [99] recto [100] ad Principem factæ sunt, omissis his ad quos debuerunt fieri ex imo ordine, ad [1] Præsides remitti. §. 1. Iidem rescripserunt ab judice, quem à Præside Provinciæ quis acceperat, non recte Imperatorem appellatum esse: ideoque reverti eum ad Præsidem debere. §. 2. Si Magistratus creatus appellaverit, collegam ejus interim utriusque officium sustinere: si utercque appellaverit, alium interim in locum eorum creandum: & eum qui [2] non juste appellaverit, damnum adgnoturum, si quod Respublica passa sit: si vero justa sit appellatio, & hoc pronuntietur, cosæstimaturos, cui hoc adscribendum sit. In locum autem curatoris, qui annonam administraturus est, alium interim adsumendum, quoad usque appellatio pendeat. §. 3. Idem rescripserunt. Quamvis [3] usitatum non sit post appellationem fructus agri de quo disceptatio sit deponi, tamen, cum [4] populi arentur [5] ab adversario: æquum sibi videri fructus [6] apud sequestres [7] deponi.

De cognitione remissa ad Principem.

XXII. PAPINIANUS lib. II Responsorum.

AD Principem remissa cognitio, ab eo circumduci [8] potest, qui remisit.

De judice dato ex consensu litigantium. 1. De judice dato ab eo qui dandi jus non habuit. 2. Si sententia adversus patrem dicta filius provocet, 3. De Edicto peremptorio.

XXIII. IDEM lib. XIX Responsorum.

EX consensu litigantium circa [9] compromissum à Præside Provinciæ judice [10] dato, victus potest provocare. §. 1. Cum Procurator [11] Cæsaris, qui partibus [12] Præsidis non fungebatur, in lite privatorum jus dandi Judicis non habuisset, frustra provocatum ab ea sententia constitit, quæ non tenebat [13]. §. 2. Filiumfamilias, cum adversus patrem ejus de bonis, quæ per ipsum poterant adquiri, pronuntiatum esset, respondi non nisi patris nomine potuisse provocare. §. 3. Eum qui cognovit Edictum peremptorium secundum ordinis causam [14] dari, placuit non recte provocasse: cum [15] in ejus potestate fuerit ante diem præstirum pro tribunali respondentem, aut defensum edicti denuntiationem rumpere.

De usuris. 1. De adolescente persequente appellationem interpositam à suo curatore.

XXIV. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

NEgotiorum gestor, vel tutor, vel curator bona fide condemnati appellaverunt: & diu negotium tractum est. *Quæsitum est*, appellatione eorum injusta pronuntiata, an quia tardius judicatum sit, usuræ [16] principalis pecuniæ medii temporis debeantur? *Respondit*, secundum ea, quæ proponerentur, dandam utilem actionem. §. 1. Curator juvenis adversus tutoris heredes judicio expertus appellationem interposuit, cum impleſſet autem [25] annum ætatis juvenis, & in militia ageret, exequi appellationem desiit. *Quæro*, regressus à militia utrum ipse appellationem explicare deberet: an vero curatorem in eam rem convenire oporteret? *Respondit*, ipsum [17] militem litem ad se pertinentem exsequi debere, secundum ea quæ proponerentur.

Ne quis appellare, neve Romam venire appellationis causa prohibeatur.

XXV. PAULUS lib. XX Responsorum.

AΥτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ ἡγεμόνι τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων. Ἐκκαλεῖσθαι μὲ πᾶς ἄν τις κωλύοιτο ὑπὸ τῶν δικαζόντων, ἐκ ὁρῶ ὁπότε ἔξεστι τῷ ἑτέρῳ ὁδὸν πρεσβεύσοντι, ταύτὸ ποιεῖν, καὶ ῥᾴστον τοῦτο μὲ ἀφικνεῖσθαι. ὑφ' ἧς βίας χρὴ σὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ καλοῦντας, καὶ φρουρὰν βραδυτικὴν παρεῖσθαι, καὶ (ἁπλῶς εἰπεῖν) ἀπορρέπειν ἀνθρώπῳ τῷ δύνασθαι ἀναδοῦναι, ἀπαραβιάστοις τοῖς ἱππεῦσι καὶ τοῖς ἡγεμόσιν ἐθνῶν καὶ πειθήσονται πάντα μοι τῇ σωφρόνει, εἰδότες, ὅτι τοσοῦτόν μοι μέλει καὶ τῶν ἀγχιμόλων ἀληθεύειν, ὅσον καὶ τῶν ἀνόλως αὐτῶν καὶ πειθῶς.

IMperator Alexander communi [18] eorum, qui in Bithynia sunt, Græcorum [19]. Appellare quidem qualiter quis prohibeatur à judicantibus, non video quando licet aliam [20] viam tenenrem, idem facere & celerius ad me pervenire, injuria autem & vi uti adversus [21] eos, qui appellant, & (ut simpliciter dicam) obstruere [22] illis eam ad nos viam interdicimus curatoribus, & ducibus gentium, & obediant huic meæ pronuntiationi, scientes, quod tantum mihi curæ est eorum qui reguntur libertas [23], quantum & illorum benevolentia & obedientia.

De causa ad Imperatorem remissa.

XXVI. HERMOGENIANUS lib. II juris Epitomarum.

AD imperatorem causam remissam [24] partibus consentientibus [25], Præses si ad ejus notionem pertinet, audire [26] potest.

De tutore & curatore.

XXVII. *Idem* lib. V juris Epitomarum.

TUtor si in negotio pupilli provocaverit, vel curator [27] adulti: heres ejus antequam [27] reddat rationes, appellationis causam persequi debet: nam post [28] redditas rationes, nec ipse tutor, nec curator appellationis merita probare cogitur.

De servo nomine domini appellante. 1. De condemnato, quia non exhibuit. 2. De tutoribus & curatoribus.

XXVIII. SCÆVOLA lib. XXV Digestorum.

CReditor cum fidejussoribus egerat, sed post judicium acceptum ad agendam causam ipse non adfuit: & cum absoluti essent fidejussores, servus [29] ejus appellavit. *Quæsitum est*, an appellatio, quam servus interposuit nomine domini, nullius momenti esset? *Respondit*, ejusmodi appellationem non esse observandam. §. 1. Jussus à judice exhibere secundum præceptum Præsidis Provinciæ rationes, quas apud se esse caverat, instrumentorum gratia data dilatione, nec postea exhibuit: ideoque secundum constitutionem recitatam: quia per contumaciam instrumenta non exhiberat, cum petitor, quanti [30] sua interesset exhiberi, juraſſet, facta erat condemnatio. *Quæsitum est*, an post jusjurandum appellationem interponere possit? *Respondit*, nihil proponi, cur [31] denegandum esset appellationis auxilium.

§. 2. Substituti tutores in locum legitimi tutoris experti cum eo tutelæ judicio, cum arbiter inique condemnavit, quam rei æquitas exigebat, à sententia ejus provocaverunt: pendente causa appellationis juvenes adoleverunt. *Quæsitum est*, cum omnis exceptio [32] hujus ad adultos pertineat, & causam ad se pertinentem idonee tueri possunt, an postulatio eorum contra quos appellatum erat, dicentium illos debuiſſe causas appellationis reddere, qui primi sunt experti, admittenda non sit? *Respondit*, eos [33] quorum tutela gesta esset, si vellent [34] causam exsequi, non prohibendos. † Idem & in curatoribus observandum [est], si interim adultus ad legitimam [35] ætatem pervenit.

TIT. II.

71 Si quis provocavit, coactus est per vim a judice eo adversario pecuniam solvere, in appellationis causa victor ea quæ defuit, recipiet. 60. *Sct. 1. c. 11. adde Nov. 119. c. 5.*

72 Sententia prolata contra judiciorum ordinem, sententiæ nomen non meretur. *l. 4. C. de sent. & interl.* Ideoque ab ea appellare supervacuum est.

73 Vide ad hanc *Paræmiam 19. Arrest. 1. art. 35.*

74 Adde *l. 3. in fin. C. eod.*

75 *Sic vulg.* prolusorio, id est, per collusionem habito. *Conf. Seneca 5. de benef. 8. Lusorie. l. 50. C. de leg. 1.* lusorium edictum. *l. 75. C. de judic.* lusorium imperium, *l. ult. C. ne quid in loco public. Haloand. & Hugo à Porta leg. 50. §. 1. C. de leg. 1.* Proludere est etiam futurum certamen meditari, & exercendarum virium causa, confirmandique animi, simulachrum certaminis inire. Virgil. 3. Geor. & Sparsa ad pugnam proludit arena. *Juvenal. Satyr. 5.* Jurgia proludunt *Augustin. 2. de civit. ac.*, Scenicos ipsos domi hæc suæ prolusendi causa, coram matribus agere puderet, quæ per publicum agunt coram Deorum omnium matre. Cicero divinationem suam in Verrem prolusionem vocat, in ea enim agebatur de constituendo accusatore Verris. Proludere ergo est aliquid agere, quod ad justum certamen pertineat. Prolusorium judicium est, cum super actione cognoscitur, quæ gravioris causæ sit quoddam præludium. *Plin. 6. epist. ad Ursum.* To existima quantum nos in ipsa pugna prælii, & certaminis maneat, cujus quasi prolusionem hæc contentio excitavit. vide *Asconium 8. §. 24.*

76 Vide *l. 5. §. 1. C. eod.*

77 Adde *l. 5. §. 1. C. eod. l. 29. C. de inoff.*

78 *l. 50. §. 1. C. de legat. 1.*

79 *l. 47. l. 63. C. de re judic.*

80 *l. 18. C. eod.*

81 V. *C. tit. nihil innovari appellatione interposita.*

82 *l. 6. §. 9. C. de injusto.*

83 *Paul. 5. sent. 33. §. 5.*

84 *l. 2. C. de tut. & curat. datis.*

85 Id enim potest *l. 4. C. de excusat. tut.*

86 Vide quæ scripsi ad *l. 4. C. in quibus casibus tutorem habenti.*

87 *l. 13. C. de tutoribus datis.* adde *l. ult. in fin. C. de in litem dando tutore.*

88 Impuberi scilicet: vide quæ notavi ad *l. 1. C. de verb. oblig.*

89 Cur inutilis est? quia aditio hereditatis (de qua hic agitur) animi & consilii est potius quam facti, ideoque aditio suppleri debet necessario tutoris auctoritate, neque sufficit curatoris auctoritas. Nam curator exequitur ea quæ sunt facti: tutor quæ consilii, animi, juris. *Cujac. 4. ad Affric. l. 49. C. de adquir. hered.* 90 Ratio dubitandi sumi potest ex *l. pen. in fin. C. de publ. judic.* 91 Adde *l. 41. C. de publ. judic.* 92 Si in ea error manifestus continetur, & lata contra jus, vide *l. 1. §. 2. C. quæ sententiæ.* 93 Imo appellare necesse est, *l. 26. l. 32. C. de re judic.* 94 *l. 1. §. 2. C. quæ sententiæ sine appellatione.* 95 Sententia contra jus lata numquam firmatur præscriptione, vide *c. 18. de req. in 6.* 96 Adde *l. 1. §. 14 C. quando appellandum. l. 3. C. de appellantibus recipiendis.* 97 hodie x. dies dati. *Novell. 23. c. 1.* 98 Vide *l. 1. §. 11. C. quando appellandum.* 99 Quæ in recto. *Hal.* quæ retro. *vulg.* Goth. Vide Ballapert. hic & Leonin. *Emend. lib. 7. cap. 6.* Gradatim appellari debere hic, Secus jure Canonico *cap. 1. cap 7. extr. de Appellat.* Anf. 100 Appellatio ad Principem mediis omissis non admittitur, *ut hic*, vide tamen exceptiones apud Socinum *reg. 23.*

1 *Nov. 17. c. 3. in fin.* 2 *leg. 1. C. si tutor. Paul. 5. sent. 37. §. un.* 3 A consuetis & solitis ex æquo & bono recedere licet. *l. 9. §. 8. C. si certum petatur.*

4 Propter malam administrationem, sequestratio rerum fieri debet, ne pereant, vide *l. 22. §. 8. C. solute.* vide *Paul 5. sent 36. §. 1. & ult. & l. 5. C. quorum appellationes.*

5 Popularentur, *Hal.* depopularentur, *vulg.* Sequestratio fructuum fieri potest, quotics metus est, ne possessor eos consumat, vide Ferrariensem in forma *sequestr*

6 An & ipsum fundum?

7 Sequestratio fructuum appellatione pendente petiti potest, justa ninirum de causa, *ut hic*, vide alias extensiones apud Socinum *reg. 372.* adde quæ dixi ad titulum Codicis de prohibita sequestratione pecuniæ.

8 Circumduci, *vulg. Hal.* An revocari, ut de ea postea ipse cognoscat? ultimum verius est. *l. 26. C. eod.* De circumductione actorum, vide *l. 45. C. de re judic.*

9 Citra, *vulg.*

10 A judice dato consensu data potest provocari.

11 *l. 1. C. de pedaneis judicibus.*

12 Procurator Cæsaris, præsidis partibus non fungens, jus dandi judicis non habet; fungens habet jurisdictionem etiam criminalem, tali munere functus est in Syria vice Præsidis Pontius Pilatus, de quo vide *Cujac. 19. obs. 13. Robert. 10. Animad. 13. in fin. Ant. Mercat. Notat. 22.* adde quæ scripsi ad *tit. de offic. procur. Cæsaris.*

13 Cur ita? vide *l. 20. C. de jurisdict.*

14 Datum, *vulg.*

15 *l. 73. C. de judic.*

16 Tutor aut curator, aut negotiorum gestor, si appellavit, diuque litem traxit, etiam medii temporis usuras solvit. *Gel. l. c. 23. l. 41. C. de usur. l. ult. C. de re judicata.*

17 Juvenis, factus major, appellationem à suo curatore interpositam persequi debet. *l. ult. C. eod.*

18 Commune quid dixi ad *l. 1. §. 2. C. eod.*

19 Appellandi ad Principem libertas provincialibus data. Ideoque lege Julia de vi publica tenebatur, qui civem Romanum adversus provocationem vinxisset. *l. 7. C. ad l. Jul. de vi publ.* adde *auct. Apost. c. 25. vers. 12.*

20 Ei qui itineris impedimentum allegat, non sufficit probare impedimentum per unum iter tantum. *Ad Nov. 82. c. 13.*

21 Vim à nullo præstruendæ sunt.

22 Subditorum libertas imperatori curæ esse debet.

23 Vide quæ scripsi ad *l. 22. C. eodem.*

24 Volentibus non fit injuria.

25 Vide *leg. 22. C. eod.*

26 *l. 24. C. eod l. 5. §. 6. C. de administ.*

27 *l. 24. C. eod l. 5. §. 6. C. de administ.* 28 *l. unic. in fin. C. si pendente appellat.* 29 Servus pro domino appellare non potest, adde *l. 15. C. eod.*

30 *l. 68. §. 1. C. de rei vindic.* vide *l. 53. C. de re judicata.* 31 Contumax in non exhibendo auditur appellans: error enim in causa principali potest revocari in causa appellationis. 32 Excusatio. *Hal.* 33 *l. 24. in fin. C. eod. l. 9. c. 10. C. eod.* 34 Illi sc. contra quos appellatum est.

35 Legitima ætas quæ esset, dixi ad *l. 27. C. de negot. gest.*

Tit. II.

A QUIBUS APPELLARI [1] NON LICET.

Propositio. 1. De Principe. 2. De Senatu. 3. De eo, qui professus est se non provocaturum. 4. De judice dato.

ULPIANUS lib. 1 de Appellationibus.

TRactandum est, à quibus appellare non liceat. §. 1. Et quidem stultum est illud admonere à Principe [2] appellare fas non [3] esse, cum ipse sit, qui provocatur. §. 2. Sciendum est appellari à Senatu [4] non posse Principem: idque oratione *D. Hadriani effectum*. §. 3. Si quis ante sententiam professus [5] fuerit, *se à judice non provocaturum*, indubitate provocandi auxilium perdidit. §. 4. Interdum Imperator ita [6] solet judicem dare, *ne liceret ab eo provocare*, ut scio sæpissime à D. Marco judices datos. † An & alius [7] possit ita judicem dare: videbimus? Et puto * non * posse.

De arbitro ad fidejussores probandos dato.

II. PAULUS libro singulari de Appellationibus.

Quæsitum est, in arbitros [8] qui ad fidejussores probandos dantur, an appellare liceat [9]? quamvis hoc casu & sine appellatione quidam putent ab eo qui eum dedit sententiam ejus corrigi posse.

1 Appellare. *Hal.* unlg.

2 A sententia Principis non conceditur appellatio. 9. *Eclog. 1. cap.* 28. nisi forte dicat à dormiente ad eundem vigilantem appellari posse, ut Machetas dixit Philippo. *Phot. Apophth.* aut ut alii loquuntur, à Principe male informato, ad bene informandum. Patiuntur quoque Principes causas iterum in suum auditorium induci, *l.* 18. §. 1. *ff. de minorib. Nov.* 113. *cap.* 1. quin adversus rescriptum obreptitium appellari potest, *l.* 1. §. 1. *ff. de appell.*

3 Non esse, *vulg. Hal.* 4 Senatus à sententia non conceditur appellatio. *Ecl. ibid.* Sed tamen Papo remedia adversus arresta quædam notat, revisionem, propositionem erroris & aliter supplicationem, Galli *requeste civile* vocant. Revisio fit ab alio Senatu: propositio erroris ad eundem senatum remittitur à quo sententia lata est, nullis præterea aliis instrumentis de novo admissis: supplicatio admittit novas exceptiones, & productiones vel dolo, vel ætate, vel errore omissas, vid. Paponem 2. *Notar.* 10. *cap. des moyens contre arrests.* De supplicatione erroris obtentu, vide Lucium 5. *Placitorum* 6. adde Paponem 19. *Arrestor.* 8. *cap. de la forme des jugemens & arrests, & remedes contre iceux.* 5 In judicio scil. secus si extra *l.* 7. *C. de juris & facti ignorant.* Quid si partes scriptura intervenerit pactæ fuerint se à sententia judicis non provocaturas? appellare non poterunt, *l. ult. §. ult. C. de tempor. appell.* 6 Imperator (non alius) potest delegare causam *appellatione remota*, nisi sententia iniqua fieret. 7 Alius ita, *vulg. Hal.* 8 Arbitris, *Hal.* 9 Licet]. *tod.* vide *l.* 9. *ff. qui satisdare cogantur.* Imo licet, *l.* 1. *C. de arbitris.*

Tit. III.

QUIS A QUO APPELLETUR [1].

De judice dato. 1. De mandata jurisdictione.

ULPIANUS lib. 1 de Appellationibus.

QUod dicitur, *eum* [2] *appellari, qui dedit judicem*, sic accipiendum est, ut & successor ejus possit appellari. Proinde & si *Præfectus Urbi* judicem dederit, vel Prætorio, ipse erit provocandus, qui eum dederit judicem. §. 1. Ab eo, cui quis mandavit jurisdictionem, non ipse [3] provocabitur: nam generaliter is [4] erit provocandus ab eo cui mandata est jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit jurisdictionem.

De Proconsule & Legato.

II. VENULEIUS SATURNINUS lib. II de officio Proconsulis.

APpellari à Legatis Proconsul potest, & si multam dixerit, potest de iniquitate ejus Proconsul [5] cognoscere, & quod optimum putaverit, statuere.

De judice dato.

III. MODESTINUS. lib. VIII Regularum.

DAto judice à Magistratibus Populi Romani cujuscunque ordinis, etiamsi ex auctoritate Principis, licet nominatim judicem declarantis, dederint, ipsi [6] tamen Magistratus appellabuntur.

1 Is qui judicem dedit fc. *C. de Episc. Nov.* 23. Princeps etiam appellatur à præfecto annonæ, *l. ult. in fin. ff. quod cum eo* à Prælecto urbi, *l.* 38. *ff. de minor.* & à Præside, *l.* 39. *ff. de minoribus.*

2 *l.* 1. *C. de appell.* Hinc appellatio Polluci, & Moschopulo, ἔφεσις ἡ μεταγωγὴ καὶ μετάθεσις ἀπὸ τῶν διατηρούντων ἐπὶ τοὺς δικαστάς.

3 Non ipse, id est, delegatus. Zoaenetus 9. *restit.* ita legendum monet. 4 Qui delegavit scilicet.

5 *l.* 9. §. 2. *ff. de officio proconsulis, & legati.* Goth. Vid. Lconin. *lib.* 2. *emendat. cap. ult. num.* 15. Anf. Adde Govean. *lib.* 1. *var. lect. cap. pen.* Cujac. *lib.* 7. *observ.* 21. Menoch. *de arbitr jud. lib.* 1. *quæst.* 74. S.L. 6 *l.* 1. *ff. eod. l.* 1. §. 3. *f. de appellation.*

Tit. IV.

QUANDO [1] APPELLANDUM SIT, ET INTRA [2] QUÆ TEMPORA.

Quando appellandum sit. De eo, quem deportandum Præses Principi scripsit. 1. De tutela. 2. De muneribus & honoribus. 5. De tempore, intra quod appellandum est. Ex quo die computatur. 11. De causa propria, vel aliena. 12. De procuratore. 13. De tutore, defensore, curatore. 14. De suspectum tutorem accusante. 15. De absente.

ULPIANUS lib. 1 de Appellationibus.

SI quidem in [3] insulam deportandum adnotaverit [4] Præses Provinciæ, & Imperatori scripserit, ut deportetur: videamus quando sit provocandum, utrum cum Imperator scripserit, an cum ei scribitur? Et putem, tunc esse appellandum, cum recipi eum Præses jubet, sententia prolata Imperatori scribendum, ut deportetur. Cæterum verendum est, ne sero sit ut tunc provocetur, cum Imperator insulam ei adsignaverit: comprobata enim sententia Præsidis tunc solet insulam adsignare. Rursus illud verendum est, si mendaciis [5] apud Principem oneraverit eum, quem deportandum laborabat [6], intercludi illi viam provocandi.

† Quid ergo est? recte dicetur humanitate suggerente, ut & hoc & illo tempore non frustra provocaretur [7], quia non adversus Principem [8], sed adversus judicis calliditatem provocavit. † Simili modo, & in decurione erit [9] probandum: quem punire sibi Præses permittere non debet, sed recipere eum in carcerem, & Principi scribere de pœna ejus. §. 1. Si quis tutor datus fuerit, vel [10] testamento, vel à quo alio, qui jus dandi habet, non [11] oportet eum provocare: hoc enim D. Marcus effecit: sed [12] intra tempora præstituta excusationem [13] allegandam habet, & si fuerit pulsa, tunc demum appellare debebit: cæterum ante frustra appellatur. §. 2. Alia causa est eorum qui ad aliquod munus [14], vel honorem vocantur, cum dicant se habere excusationem: nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ, quam si appellationem interposuerint. §. 3. Solent [15] plerumque Præsides remittere ad ordinem nominatum [16], *ut Gaium Seium creent magistratum, vel alius quis honor, vel munus in eum conferatur*: utrum igitur tunc appellandum est, cum ordo decretum interposuerit, an vero à remissione, quam Præses fecerit, appellatio sit interponenda? Et [17] magis est, ut tunc [18] sit appellandum, cum ordo decreverit: magis enim consilium dedisse Præses videtur, quis sit creandus, quam ipse constituisse: denique ipse erit appellandus, non ab eo provocandum. §. 4. Sed & si præses in ordine fuerit, (ut fieri adsolet [19]) cum ab ordine crearetur quis: ipse erit provocandus, quasi ab ordine, non ab ipso fiat appellatio.

§. 5. Biduum [20] vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. Quid ergo, si sententia fuerit sub [21] conditione dicta? utrum ex die sententiæ tempus computamus ad appellandum, an vero ex die, quo conditio sententiæ extitit? Sane quidem non [22] est sub conditione sententia dicenda, sed si fuerit dicta, quid fiet? & est utile [23], statim tempora ad appellandum computari debere. §. 6. Quod in sententiis præceptum est, ut vel altera die vel tertia provocetur, hoc etiam in cæteris observandum, ex quibus sententia quidem non profertur, appellari tamen oportere, & posse, supra relatum est. §. 7. Dies autem istos, quibus appellandum est, ad aliquid [24] utiles esse Oratio D. Marci voluit, si forte ejus à quo provocatur, copia non fuerit, ut ei libelli dentur: ait enim, *Is dies servabitur, quo primo adeundi facultas erit.* Quare si forte post sententiam statim dictam copiam sui non fecerit is qui pronuntiavit, ut fieri adsolet, dicendum est, nihil nocere appellatori, nam ubi primum copiam ejus habuerit, poterit provocare. Ergo si statim se subduxit, similiter subveniendum est. §. 8. Quid igitur, si conditio horæ effecit, ut se recipere? si forte dicta sit sententia jam suprema [25] hora? utique non videbitur se subtraxisse.

§. 9. *Adeundi* autem *facultatem* semper accipimus, si in publico [26] sui copiam fecit: cæterum si non fecit, an imputetur alicui, quod ad domum ejus non venerit, quodque in hortos non accesserit, & ulterius, quod ad villam suburbanam? magisque est, ut non debeat imputari: quare si in publico ejus adeundi facultas non fuit, melius dicetur, facultatem non fuisse adeundi.

§. 10. Si quis ipsius quidem, à quo appellavit, adeundi facultatem non habuit, ejus autem quem appellavit, habeat copiam, videndum est, an ei præscribi possit: quod eum non adierit? & hoc jure utimur, ut si alteutrius adeundi fuit copia, præscriptio locum habeat. §. 11. In propria [27] causa biduum [28] accipitur. Propriam causam ab aliena quemadmodum discernimus? & palam est, eam esse propriam causam, cujus emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. §. 12. Quare [29] procurator, nisi in suam [30] rem datus, magis est, ut alteram diem observet: at si in partem proprio nomine, in partem [pro] alieno litigat: ambigi potest: utrum biduum, an triduum observetur: & magis est, ut suo nomine biduum, alieno triduum [31] observetur.

§. 13. Tutores, item defensores rerum publicarum, & curatores adulescentium vel furiosi tertium diem habere debent, idcirco quia alieno nomine appellant. Ex hoc apparet, tertio die provocandum defensori, si modo quasi defensor causam egit, non suo nomine, cum obtentu alieni nominis suam causam agens tertio die appellare possit. §. 14. Si quis suspectum [32] tutorem faciens, non obtinuerit, appellare eum intra triduum debere *Iulianus libro quadragesimo Digestorum* scripsit: profecto quasi pupilli defensorem. §. 15. Si adversus absentem fuerit pronuntiatum: biduum, [vel] triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est: quod autem dicitur, *absentem posse provocare, ex quo scit*, sic accipit, si [33] non in causa per procuratorem defensus est: nam si ille non provocavit, difficile est, ut hic audiatur.

Si appellationem procuratoris injustam esse pronuntiatum sit. 1. Si alius quam qui judicio expertus est, appellet. 2. De liberali causa. 3. De causa capitali.

II. MACER lib. 1 de Appellationibus.

SI procuratorio nomine egeris, & victus appellaveris, deinde injusta appellatio tua fuerit pronuntiata, potest dubitari num secundo [34] die appellare debeas, quia cum de tua appellatione injusta pronuntiatum sit, tua interfuisse videtur? sed rectius dicetur, tertia [35] die appellare te posse [36], quia nihilominus alienam causam defenderis. §. 1. Sed si alius, quam qui judicio expertus est, appellet, qualis est, *cujus* [37] *interest*, an etiam tertia die appellare possit, videamus? sed dicendum est, secunda die appellare eum debere: qua [38] verum est, eum [39] suam causam defendere: contrarium [40] ei est, si dicat idcirco sibi licere intra triduum appellare, quia videtur quasi alieno nomine appellare: quando, si velit causam alienam videri, semetipsum excludit: quia in aliena causa ei qui judicio expertus non est, appellare non licet. §. 2. Si is, qui ex libertinitate [41] in ingenuitatem se defendebat, victus appellare omiserit, an pater ejus appellare, possit, maxime si dicat cum in potestate sua esse, quæritur? sed si potest, quod magis probatur, secunda die, ut propria causa appellare debet. §. 3. Si pro eo qui [42] capite puniri jussus est, *necessaria persona* appellet, an tertia die audiri possit, Paulus dubitat? Sed dicendum est, hanc quoque personam, ut in [43] propria causa, secunda die appellare debere: quia qui sua interesse dicit, propriam causam defendit.

Si cum Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori exhibitum sit.

III. IDEM lib. II de Appellationibus.

ILlud videamus, si cum Imperatori scriberetur, exemplum literarum litigatori editum sit, neque is appellaverit, & postea contra eum rescriptum sit: an appellare à literis pridem [44] sibi editis possit? qua [qui] tunc non appellavit, vera esse quæ scripta sunt, consensisse [45] videtur: nec audiendus est, si dicat eventum Rescripti sacri sustinuisse.

17 A decurionatus nominatione appellari potest, *l.* 4. *l.* 7. *l.* 11. *C. de appellat.* aut potius querela proponitur, *l. si nominatus C. Theod. de decur.* sine observatione fatalium, *l.* 1. *C. de tempor. appell.*

18 Vide quæ scripsi ad *l.* 1 *in fin. ff. de dolt except.* Goth. *cap.* 29. *causa* 2. *quæst.* 6. Anf.

19 Decurionum nominationibus præsides interesse solent, *ut hic*, quinimo nominatio decurionis confirmanda erat judicio præsidum *l.* 59. *C. de decur.*

20 Hodie id immutatum est. *Nov.* 23. *c.* 1. adde *Paul. 5. sent.* 33. §. 1.

21 Sententia sub conditione dici non potest: vide tamen Socin. *regule* 379.

22 *l.* 37. *ff. de excus. tut.*

23 *l.* 7. §. 4. *in fin. ff. de interd. & relegat.*

24 Utiles sunt quod ad initium: continui quod ad processum. *Bart.*

25 Hora dici suprema, Solis occasus, *l.* 2. *ff. de verb. sign.* & in 12. Tab. solis occasus suprema tempestas est, suprema diei, *l.* 7. §. 1. *ff. soluto*: adde *Oldend. tractat. de sent. c. si noctu fuerit judicatum, l.* 2, §. 31. *ff. de orig jur.*

26 Latitare non videtur qui in publico sui copiam facit, quique adiri facile a quovis potest. vide *l.* 7. §. 1. & 4. *ff. quibus ex causis in possess.*

27 *l.* 20. *ff. de appell. l.* 6. *C. de appell*

28 Hodie decem dies, *Novell* 23. *c.* 1.

29 Appellatio fit libello, in propria causa: in aliena, intra triduum ex die sententiæ, *ut hic. & §. biduum. ff. eod. l. eos* 6. §. *sin autem* 5. *C. de appell.*

30 *l.* 2. *ff. de pactis.*

31 *l.* 2. *ff. eod.*

32 *l.* 3. *ff. de appell. recipiend.*

33 Contumacia procuratoris non appellantis nocet domino. *Bart.*

34 Vide *l.* 1. §. 5. *ff. eod. Novell.* 23. *in princ.*

35 *l.* 1. §. 14. *ff. eod.*

36 Procurator ad agendum appellare potest, & appellationem persequi.

37 *l.* 4. §. 2. *ff. de appell.*

38 Quia verum est. *Hal.*

39 Fidejussor appellare suo nomine in quod sua interest, non autem alterius nomine debet. *Bart.*

40 Contrarius sibi repellitur ab agendo. *Bart.*

41 *l.* 1. *ff. de liberali.* adde *l.* 1. §. *ult. ff. tit. prox.*

42 *l.* 6. *ff. de appellat.*

43 Propriam causam defendere is videtur, qui sua interesse dicit.

44 Lite non contestata in causa appellationis ad sententiam definitivam per venire potest, vide Socinum *reg.* 240. 45 Consentire actui facto per judicem pars videtur, si ei non contradicit. *Bolognin.*

Tit. V.

DE APPELLATIONIBUS RECIPIENDIS [1], VEL NON.

De eo cujus interest. De procuratore, vel negotiorum gestore.

I. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

NOn solent audiri appellantes, nisi [2] hi, quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox ratum [3] habetur. §. 1. Sed & cum mater filii rem sententia eversam animadverteret, provocaverit, pietati [4] dans, dicendum est, & hanc audiri debere: & si litem præparandam curare maluerit, intercidere non videtur, licet ab initio defendere non potest.

1 Id est, quorum appellationes recipiuntur, vel non. 7. *C. Theod.* 36. adde *Paul. 5 sent.* 35.

2 *l.* 2. §. 1. *ff. quando appellandum.* Goth. Vid. Bellapert. hic. Et est hæc *l. cum l.* 2. 3. & 4 *seq.* canonizata *cap.* 30. *causa* 2. *qu.* 6. Anf.

3 Ratum reus habeat. *Vulg.*

4 Pietati operam dando. *Ital.*

De interlocutione.

11. SCÆVOLA lib. IV Regularum.

ANte[f] sententiam[6] appellari potest[7], si quæstionem in civili[8] negotio habendam judex interlocutus[9] sit: vel in criminali, si contra leges hoc faciat.

De suspecti tutoris accusatione.

III. PAULUS lib. singulari Regularum.

INtra triduum appellare licet ei, qui de suspecto[10] tutore egit, victusque appellat.

De eo, qui frustratur, quod dicit se sacrum rescriptum expectare.

IV. MACER lib. I de Appellationibus.

EJus, qui ideo causam agere frustratur[11], quod dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum Rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi Sacris Constitutionibus vetatur.

De appellatione non recepta, & de impedimento post receptam appellationem facto.

V. ULPIANUS lib. 4. de Appellationibus.

EI[12], cujus appellatio non recipitur, sufficit, si possit dicere, appellationem suam non esse receptam: quod quaqua[13] ratione doceat, admittetur ejus appellatio. §. 1. Non recepta autem appellatione, si quidem Principem appellari oportuit: Principi[14] erit supplicandum, sin vero alius appellabatur, quam Princeps: ille erit adeundus. §. 2. Sed & si quid aliud post receptam appellationem impedimento factum fuerit: eum adiri oportet, quem appellare quis debet. §. 3. Plane si appellatione non recepta[15] non ipsum adierit, quem debuit, sed *Principem*: pro eo habebitur atque si is aditus est, qui adiri debetur: idque rescriptis Imperatoris nostri Antonini declaratur.

§. 4. Plane si alium pro alio adiit, non Principem: nihil ei hic error proderit, licet non videatur cessasse. §. 5. Intra constituta[16] autem appellatoria tempora debet is cujus appellatio non est recepta, vel competentem judicem, vel Principem adire.

VI. MACER lib. II de Appellationibus.

SCiendum est, cum appellatio non recipitur, præcipi sactis Constitutionibus, omnia in eodem[17] statu esse, nec quicquam novari[18], etiam si contra fiscum appellatum sit: eumque qui appellationem non recepit, opinionem suam confestim per relationem manifestare, & causam, pro qua non recipit appellationem, ejusque exemplum litigatori edere debere, Mandatis cavetur.

De testamento aperiendo. De annona militari. I. De eo, quod ex edicto perpetuo decernitur. 2. De pignore.

VII. PAULUS libro singulari de Appellationibus.

SI res dilationem non recipiat, non[19] permittitur appellare, ne[20] vel testamentum aperiatur: ut Divus Hadrianus[21] constituit: ne frumentum[22] in usum militum in annonæ subsidia contrahatur: neve scriptus heres in possessionem inducatur.

§. 1. Item si ex Perpetuo Edicto aliquid decernatur: id quo minus fiat non permittitur appellare. §. 2. Item quo minus pignus[23] vendere liceat, appellari non potest.

1 Appellari à sententia interlocutoria jure civili non potest, *ut hic, & l. ante sententiæ tempus 7. C. quorum appell.* Ad hanc tamen sententiam quatuordecim exceptiones apud Duenazium vide *regula* 52.

6 *Sub.* definitivam.

7 Imo non potest ab interlocutoria appellari, *l. 7. C. quorum appellation.* Potest appellari, si per appellationem injuria sententiæ restitui non potest: non potest, si interlocutoria totam negotium non perimit. *Bart.*

8 Quæstio in civili negotio non habenda.

9 Si per interlocutoriam infertur gravamen, quod restaurari non possit, ante sententiam appellari poterit, vid. *Socinum reg* 36.

10 *l.* 20. *ff. de appellat. l.* 1. §. 14. *ff. quando appellandum.*

11 Moratoriæ, id est, frustratoriæ appellationes non sunt recipiendæ. *Paul. 5. sent.* 35. §. 2. adde *l. 6. ff. de appellation.*

12 Appellatione interposita, sive recepta sit, sive non, debet officium judicis conquiescere, & attentata per superiorem revocari. *Bart.*

13 Quacunque. *Vulg.*

14 Adde *l.* 19. *C. de appellat.*

15 *l.* 1. §. 3. *ff. de appell.*

16 Quænam illa sunt, vid. *l.* 31. *C. de appell.*

17 Imo in alio, cum sententia executioni mandetur, *Nov.* 126. *c.* 3.

18 *l. unic.*]. *nihil innovari, l.* 3. *C. de appell. l.* 57. §. *ult. ff. de adm. tut.* 19 Appellari non solet à statuto iniquo: licet tamen, *ut hic*, appellari ab ejus executione. *Bald. in l. quisquis* 6. *C. quorum appell. non recipiantur*, vid. *Socinum regula* 20. 20 *l.* 6. *C. cod. Paul. 5. sentent.* 35. §. 2. adde *Paul. 1. sent.* 6. §. 3. 21 Hanc legem refert Cujacius ad edictum D. Hadriani de vicesima hereditatum. Cujac. apud *Paul. 4. sent.* 3. 22 *l. 2. in fin. ff. de re judicata.* 23 A venditore pignorum non potest appellari frustra, id est, sine causa. vid. *Bart. hic.*

TIT. VI.

DE LIBELLIS[1] DIMISSORIIS[2], [QUI APOSTOLI[3] DICUNTUR.]

Quando, à quo, & ad quem dantur. 1. Forma de eo, qui petiit, & non obtinuit.

1. MARCIANUS lib. II de Appellationibus.

POst appellationem interpositam literæ dandæ[4] sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, sive Principem[5], sive quem alium: quas literas dimissorias, sive Apostolos appellant. §. 1. Sensus[6] autem literarum talis est: appellasse (puta) Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. §. 2. Sufficit autem periisse intra[7] tempus dimissorias instanter & sæpius, ut [&] si non accipiat, id ipsum contestetur: nam instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderant. Æquum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas, quominus det: ne hoc accipienti noceat.

1 De literis dimissoriis, *Paul. 5. sent.* 34. Goth. Vid. ad hunc *tit. cap.* 3. *caus.* 2. *quæst.* 6. Anf.

2 Dimissorii dantur à judice à quo appellatur, ei qui appellavit.

3 *l.* 1.]. *eod. l.* 32. §. 2. *C. de appell. Paul. 5. sent.* 34. §. 1. *l.* 9.]. *de jure fisci.* Goth. Adde *l.* 106.]. *de verb. signific.* Anf.

4 *l.* 106.]. *de verb. sign. l.* 32. §. 2. *C. de appell.*

5 *l.* 13. *ff. quib. ex caus. in poss.*

6 Forma libelli accusatorii. 7 Id est, quintum diem. *Paul. 5. sent.* 34. §. 2. Porro de temporibus appellationum dixi ad *l. ult.* §. 4. *C. de temporib. appell.*

TIT. VII.

NIHIL[1] INNOVARI[2] APPELLATIONE INTERPOSITA.

De appellatione recepta, vel non. 2. De relegatione. 3. De deportatione. 4. De jusso abstinere ordine. 5. Si ex pluribus facinoribus appellatus propter quadam appellaverit.

1. ULPIANUS lib. IV de Appellationibus.

APpellatione interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore nihil[3] novari oportet: si quidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est: si vero non est recepta, ne præjudicium fiat, quoad deliberetur, utrum recipienda sit appellatio, an non sit. §. 1. Recepta[4] autem appellatione, tamdiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronunciatum. §. 2. Si quis ergo forte relegatus fuit, & appellaverit: non arcebitur, neque in Italia, neque in Provincia, qua relegatus est. §. 3. Propter eandem rationem, & si quis deportatus fuit ab eo, cui deportandi jus est, vel adnotatus: neque vincula patietur, neque ullam aliam injuriam, quam patitur, qui sententiæ non adquieverat: integer[5] enim status esse videtur provocatione interposita. §. 4. Ergo & si abstinere ordine jussus sit, & provocaverit: eadem ratione potest[6] cœtum[7] participare, cum hoc sit constitutum, & sit juris, neque pendente appellatione noverur. §. 5. Si quis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellavit, propter quædam non: utrum differenda pœna ejus sit, an non, quæritur? & si quidem graviora[8] sint crimina, ob quæ appellatio interposita est, levius autem id, propter quod non appellavit: recipienda est omnimodo appellatio, & differenda pœna, si vero graviorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum: omnimodo pœna imponenda est.

1 Appellatione pendente, nihil novari oportet, *Edictum Justiniani* 8. *c.* 1. *l.* 1. *in fin.*]. *ad Turpill.* nisi judex ad quem appellatum est, ipse innovet (nam his à quo appellatum est, novare non potest. *Gloss. in l. cos. C.* 6. §. 1. *de appell.*) etiam in præjudicium tertii, *l. creditor* 60. *ff. mandati*, nisi id novetur, quod novari primo judicio potuit, *l. postquam* 5. §. 1. *ff. ut legatorum nomine caveatur*, nisi appellatio palam perfunctoria sit, *cap. cum appellationib.* 5. *de appellat. in* 6. nisi appellatum sit ab interlocutoria, *c. non solum* 7. *de appell. in* 6. nisi fiat innovatio lege ita permittente, *l.* 4. *C. de temp. appell.* nisi appellando innovetur, *l.* 6. §. 3. *l.* 12. *C. de appell.* nisi partes ipsæ novationem fieri consentiant. *Gloss. in c. significante* 69. *de appell.* Vid. Socin. *reg.* 21. Adde huic legi viginti tres exceptiones quæ apud Duenazium *reg.* 442. 2 Adde *Paul. 5. sent.* 36. *ff. de appell.* 3 Id est, neque exactio facienda, neque possessio auferenda, *l.* 3. *C. quando provocare*, *Nov.* 134. *c.* 3. *in fin.*

4 Adde *l.* 57. *ff. de adm. tut.* 5 Appellatione interposita, appellationis status integer manere debet. 6 Imo non potest, *l.* 7. *in fin. ff. de minorib.*

7 Id est, ordinem.

8 Accusatus de majori crimine, appellans impedit executionem sententiæ latæ in minori crimine.

TIT. VIII.

QUÆ SENTENTIÆ[1] SINE APPELLATIONE RESCINDANTUR.

Si judicetur non esse judicatum. 1. De errore calculi. 2. De sententia contra jus. 3. De condemnatione absentu. 4. De conventione & reconventione.

1. MACER lib. II de Appellationibus.

ILlud meminerimus: Si quæratur[2], judicatum sit, necne, & hujus quæstionis judex *non*[3] *esse judicatum* pronuntiaverit, licet fuerit judicatum: rescinditur, si provocatum non fuerit.

§. 1. Item si calculi[4] error in sententia esse dicatur, appellare necesse non est: veluti si judex ita pronuntiaverit: *Cum constet, Titium Sejo ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie viginti quinque debere: idcirco Lucium Titium Sejo centum condemno* 5: nam quoniam error computationis est, nec appellare necesse est, & citra provocationem corrigitur[6]. Sed & si hujus quæstionis judex sententiam centum confirmaverit, si quidem ideo, quod quinquaginta & vigintiquinque fieri centum putaverit: adhuc idem error computationis est, nec appellare necesse est: si vero ideo, quoniam & alias species vigintiquinque fuisse dixerit: appellationi locus est. §. 2. Item cum[7] contrà sacras Constitutiones judicatur, appellationis necessitas remittitur[8]. Contra Constitutiones autem judicatur, cum de[9] jure constitutionis, non de jure litigatoris pronuntiatur. Nam si judex volenti se ex cura muneris, vel tutelæ, beneficio liberorum, vel ætatis[10], aut privilegii excusare, dixerit *neque filios, neque ætatem, aut ullum privilegium ad muneris, vel tutelæ excusationem prodesse*: de jure constituto pronuntiasse intelligitur. Quod si de jure suo probantem admiserit, sed idcirco contra eum sententiam dixerit, quod negaverit *eum de ætate sua, aut de numero liberorum probasse*: de jure litigatoris pronuntiasse intelligitur: quo casu appellatio necessaria[11] est. §. 3. Item cum ex Edicto peremptorio, quod[12] neque propositum est, neque in notitiam pervenit, absentis[13] condemnatio fit: nullius momenti esse sententiam Constitutiones demonstrent. §. 4. Si apud eundem judicem invicem petamus, si & mea & tua petitio sine usuris[14] fuit, & judex me priorem tibi condemnavit, quo magis tu prior me condemnatum habeas: non est mihi necesse pro hac causa appellare, quando secundum sacras constitutiones judicatum à me petere non possis, prius[15] quam de mea quoque petitione judicetur: sed magis est, ut appellatio interponatur.

De eo, qui sententia. 1. Vel judicu dati tempore non fuit in rebus humanis

II. PAULUS lib. 3 Responsorum.

PAulus respondit, eum, qui in[16] rebus humanis non fuit sententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatum videri.

§. 1. Idem respondit adversus eum, qui in rebus humanis non esset, cum judex datus est: neque judicis dationem valuisse, neque[17] sententiam adversus eum dictam vires habere.

De præcepto impossibili.

III. IDEM lib. XVI Responsorum.

PAulus respondit, impossibile[18] præceptum Judicis nullius esse momenti. §. 1. Idem respondit ab ea sententia, cui pareri rerum natura non potuit fine causa appellari.

1 Nullum quod est, mero jure rescindi non potest: sed facto tantum: quatenus scil. processit, *l.* 1. *ff. de feriis.* Nullum autem declarari petitur, vel actione de dolo, vel actione ex ipso contractu, vel officio judicis, *Gloss. singularis in l. si dolo. C. de dolo.* vel exceptione, ut *l.* 1. *ff. eod. Bald. l.* 3. *in fin. ff. de injust.*

2 Atqui super re judicata non est judicandum, *l.* 9. *C. de sententiis.*

3 Id est, pactis apparet.

4 Error calculi si in sententia expressus est, sententia ipso jure nulla est. Vid. *Oldend. c.* 26. *de sententia, & re judic.*

5 De formulis sententiarum condemnatoriarum dixi ad *l.* 1. §. 5. *ff. ad Turpill.*

6 Imo nullo modo corrigitur, *l.* 1. *C. de errore calculi.* Goth. Adde *l.* 2. *C. de re judic.* Anf.

7 *l.* 19. *ff. de appellat. l.* 7. *C. quando provocare.*

8 Excipe *l.* 32. *ff. de re judicata.*

9 De jure constitutionis, & litigatoris, judicari differunt.

10 *l.* 26. *ff. de tutorib. datis.*

11 Sententia partium jura respiciens, etiamsi sit contra jus, non est nulla, cum ab ea appellandum sit, fallit in *l.* 6. §. 1. *ff. de rejudicat. Zoes. l.* 1. *Resp. sent.* 22.

12 Sententia nulla est, quæ absentibus, nec citatis partibus lata est, *l.* 47. *ff. de re judicata.* Vide *Oldend. c.* 90. *de sententia, & re judicata.*

13 Ea, quæ altera parte absente decernuntur, vim rerum judicatarum non habent. *Paul. 5. sent.* §. 5. adde *l.* 47. *ff. de re judic.* 14 Vide *l.* 11. *ff. de appellationib.* 15 Prior qui appellavit, prior agit, vide *l.* 19. *ff. de judiciis.* 16 Mortuus condemnari non potest, *C. si pendente appellatione mors intervenerit, l.* 59. *in fin. ff. de re judicata, l.* 74. §. 2. *ff. de judic. l.* 191.]. *de reg. jur.*

17 *l.* 47. *ff. de re judicata, l.* 7. *C. quomodo & quando jud.* vid. Oldend. *cap.* 27. *de sententia, & re jud.*

18 Impossibile præceptum judicis nullius est momenti.

TIT. IX.

AN PER ALIUM[1] CAUSÆ[2] APPELLATIONUM REDDI POSSUNT.

1. ULPIANUS lib. IV Appellationum.

QUæri solet, an per alium causæ[3] appellationis reddi possunt: quæres in rebus pecuniariis, & in criminibus agitari consuevit? Et in rebus[4] pecuniariis[5] sunt Rescripta, posse agi: verba Rescripti ita se habent: Divi fratres Longino, *Si tibi qui appellavit, mandavit, ut eum de appellatione, quam Pollia ad eum fecit, defenderes, & res pecuniaria est: nihil prohibet, nomine ejus te respondere: sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis: per procuratorem agi non licet. Sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna usque*[6] *ad relegationem, non* 7 *oportet per alium causas agi: sed ipsum adesse auditorio debere sciendum est.* Plane si pecuniaria causa est, ex qua ignominia[8] sequitur: potest & per procuratorem hoc agi.

† Idque erit probandum & in ipso accusatore, si appellaverit, vel si adversus eum sit appellatum. Et generaliter, quæ causa per alium agi non potest, ejus nec appellationem per alium agi oportet.

II. MACER lib. II de Appellationibus.

SI procurator absentis appellaverit, deinde rationes reddiderit: nihilominus ipse respondere debet. † Sed an eo cessante dominus litis respondere possit exemplo adulescentis, videamus? Magis tamen observatur, ut audiri debeat in causis appellationis reddendis is, cujus 9 absentis procurator appellavit.

1 Puta per procuratorem.

2 De reddendis causis appellationum. *Paul. 5. sentent.* 35.

3 Merita appellationis, id est, causas appellationis.

4 Res hic pro lite, causa, & negotio sumitur.

5 Procuratore in re pecuniaria uti possumus in appellationum causis reddendis, *l.* 10. *C. de appell. l.* 3. *C. quorum appellationes.* Goth. Vid. Menoch. *de arbitrar. jud. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 91. SL.

6 Imo ultra, nam per alium causæ reddi possunt pro damnato ad bestias, *l.* 18. *ff. de appellat.*

7 Meritum appellationis causæ capitalis, & ipsam rationem status non nisi per nosmetipsos persequi possumus: nemo enim absens, aut dari in servitutem potest, aut damnari, *Paul. 5. sent.* 35. §. 1. 8 *l.* 6. §. 1. *ff. de his, qui notantur.*

9 *l. ult. ff. de appell.*

TIT. X.

SI TUTOR, VEL CURATOR, MAGISTRATUS CREATUS APPELLAVERIT.

De muneribus publicis.

1. ULPIANUS lib. III de Officio Consulis.

SI, qui ad munera publica nominati[1] appellaverint, nec causas probaverint: scient ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reipublicæ acciderit: quod si apparuerit, eos necessario provocasse, cui[2] adscribendum sit id damnum, Præses, vel Princeps æstimabit.

1 *l.* 21. §. 2. *ff. de appellat.*

2 Vide *l. un. in fin. C. de sumptuum re superatione.*

De tutore, & curatore.

II. HERMOGENIANUS lib. V juris Epitomarum.

TUtor vel curator retentus si provocaverit, & ante causam actam moriatur: propter periculum medii temporis, successores [3] ejus causas appellationis necesse habent reddere.

TIT. XI.

EUM, QUI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA DEPENDI.

I. ULPIANUS lib. IV de Appellationibus.

EUm, qui appellavit oportere in provincia defendi in aliis [1] suis causis, etiamsi appellationis causa peregrinetur, D. Fratres *Decimio Philoni* rescripserunt.

II. MARCIANUS lib. II de Appellationibus.

HOc enim illis præstatur, ne necesse habeant se defendere, qui reipublicæ causa absunt [2].

TIT. XII.

APUD EUM, A QUO APPELLATUR, ALIAM CAUSAM AGERE COMPELLENDUM.

I. ULPIANUS lib. IV de Appellationibus.

SI quis ex alia causa appellaverit à judice: an in [1] alia causa eundem judicem habere necesse habeat, videamus? & hodie hoc jure utimur: & tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundem judicem, à quo quis provocavit, compelletur alias causas, si quas habet, agere: nec utetur hoc prætextu, quasi ad offensum judicem non debeat experiri, cum possit denuo provocare.

TIT. XIII.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS [1] INTERVENERIT.

De eo qui successorem habuit vel non. 1. De tutore.

I. MACER lib. II de Appellationibus.

APpellatore defuncto [2], siquidem sine herede, cujuscunque generis appellatio fuit, evanescit: quod si [3] appellatori heres 4 extiterit: si [5] quidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere [6] appellationem: si vero fisci vel alterius, contra quem appellatum est, interest: heres causas appellationis reddere necesse habet. Nullius autem interest, veluti cum sine ademptione bonorum relegatus est. Nam si ademptis bonis relegatus, vel in insulam deportatus, vel in metallum datus, provocatione interposita decesserit: Imperator noster *Alexander* Pletorio militi ita rescripsit: *Quamvis pendente appellatione morte rei crimen extinctum sit: data tamen etiam de parte bonorum ejus sententia proponitur, adversus quam non aliter is, qui emolumentum successionis habet, obtinere potest, quam si in reddendis causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit.* §. 1. Tutor quoque in negotio pupilli appellatione interposita si decesserit, heredem [7] ejus causas appellationis reddere necesse est, etiamsi rationes [8] tutelæ heres reddiderit: quia sufficit mortis tempore ad causas appellationis reddendas obligatum fuisse: sed divi *Severus* & *Antoninus* rescripserunt, non cogendum tutorem, post rationes redditas, causas appellationum reddere.

TIT. XIV.

DE JURE [1] FISCI. [2]

Quibus ex causis fisco acquiritur. 1. De bonis, quæ non sunt solvendo. 2. De bonis vacantibus. 3. De bonis requirendorum adnotatorum. 4. De causis statim motis, & tractatis ultra vicesimum annum. 5. Si causæ à priore nuntiatore proditæ dicantur.

I. CALLISTRATUS lib. I de jure Fisci.

VAriæ causæ sunt, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet. Aut enim se quis quod tacite [3] relictum est, profitetur capere non [4] posse: vel ab alio prærentus defertur: vel quod mors ab heredibus non [5] vindicatur: vel quod indignus [6] quis heres nuntiatur: vel quod Princeps heres institutus, & testamentum sive codicilli subrepti esse nuntiantur: vel quod dicatur quis thesaurum [7] invenisse, vel magni pretii rem minoris ex fisco comparasse: vel prævaricatione [8] fiscum victum esse, vel eum decessisse, qui in capitali crimine esset, vel etiam post mortem aliquem reum esse: vel domum restructam [9] esse, vel ab accusatione recessum, vel rem litigiosam [10] venundari: vel pœnam fisco ex contractu privato deberi: vel adversus leges commissum factum esse. §. 1. An bona, quæ solvendo non sint, ipso jure ad fiscum pertineant, quæstum est? *Labeo* scribit etiam ea quæ solvendo non sint, ipso jure ad fiscum pertinere. Sed contra sententiam ejus Edictum perpetuum scriptum est, quod ita [11] bona veneunt, si ex his fisco adquiri nihil possit. §. 2. Divus Pius *Cælio Amaranto* ita rescripsit, vacantium bonorum nuntiationem quadriennio [12] finiri: idque tempus ex die, quo certum esse cœpit, neque heredem, neque bonorum possessorem exstare, computari oportere. §. 3. Præscriptio autem viginti [13] annorum, quæ etiam circa requirendorum adnotatorum bona observatur, ex Constitutione Divi Titi solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit. §. 4. Causæ autem quæ statim motæ sunt, & tractæ ultra vicesimum annum, differri [14] possunt etiam post vicesimum annum. §. 5. Illæque causæ, quæ à priore nuntiatore proditæ dicuntur, etiam post annos, quibus præscribi diximus, fisco nuntiari possunt.

De fama delatorum. 1. 2. De instrumentis. 3. De contumacia delatoris, & possessoris. 4. Vel delatoris tantum. 5. De mandatore. 6. De servo & liberis. 7. De eo, qui se detulit.

II. *Idem* lib. II de jure fisci.

EX quibusdam [15] causis delationes suscipientium fama non læditur: veluti [16] eorum, qui non præmii [17] consequendi, item eorum, qui ulciscendi gratia adversarium suum deferunt, vel quod [18] [nomine] Reipublicæ [19] suæ quis exsequitur causas: & hæc ita observari, plurifariam Principalibus Constitutionibus præcipitur. §. 1. Divus Hadrianus *Flavio Arriano* in hæc verba rescripsit: *Quin ei, qui instrumenta* [20] *ad causam fisci pertinentia, cum possit exhibere, non exhibet, nocere debeat: si verum aliter non invenitur, ea subtractata esse credantur, quæ nocitura causæ ejus fuerint, dubitatum non est: sed nec aliter dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeant, quam in eam, qua desiderata sunt.* §. 2. Item Divi fratres ad libellum Cornelii Rufi rescripserunt, totiens edenda esse instrumenta, quotiens de jure capiendi, vel de jure dominii, vel de aliqua causa simili, re nummaria [21] quæratur: non [22] si de capitali causa agatur. §. 3. Senatus censuit, [ut] si neque delator [23], neque possessor tribus Edictis [24] evocati adfuerunt: delatoris quidem fidejussores teneantur, & ei postea publicam causam deferendi jus adimatur: possessoris autem jus idem esset, quod si delatus omnino non esset. §. 4. Quotiens tamen delator adesse jussus cessat, nec hoc fraude possessoris factum esse probabitur. † Divus *Hadrianus* rescripsit, secundum possessorem pronuntiari oportere: ita ut sententia comprehendatur, etiam delatores [25] edicto id comprehendisse. §. 5. Divus Pius *Cassio Maximo* rescripsit, constitutionem patris sui, qua compelletur delator edere *mandatorem* [26], ac nisi edidisset, ut in vincula deduceretur: eo pertinere, non ut *delator* pœnæ subduceretur, si mandatorem haberet: sed ut mandator quoque perinde, atque si ipse solus detulisset, puniretur. §. 6. Imperator noster *Severus* Augustus constituit, ne servi delatores dominorum audiantur [27]: sed ut pœna coërcearentur. Libertos quoque causæ mandatores contra patronos à Præsidibus Provinciarum pœna plectendos. §. 7. Complura sunt Rescripta Principalia, quibus cavetur non obesse errorem [28] cuiquam, quod ignarus juris sui ipse se detulerit. Sed extat eorundem Principum Rescriptum, ex quo videtur posse defendi, ita demum non nocere cuiquam se detulisse, si ea persona sit, quæ ignorare propter rusticitatem [29], vel propter sexum fœmininum [30] jus suum possit.

De tacito fideicommisso. 5. De venditione. 6. Aut locatione rei fiscalis. 7. Si posteriori creditori fiscus successerit. 8. De debitoribus debitoris. 9. De liberali causa. 10. De thesauris.

III. IDEM lib. III de jure fisci.

NOn intelligitur fraudem legi fecisse, qui rogatus est palam [31] restituere. Sed cum quidam testamento suo ita scripsisset, *Vos rogo, ut in eo, quod à vobis petii, fidem præstetis: perque* [32] *Deum, ut faciatis, rogo*, & quæreretur, an id palam datum intelligeretur? *Julianus* respondit, non quidem apparere, quid ab heredibus ex hujusmodi verbis petitum est: quæri autem solere, quando intelligatur quis in fraudem legis fidem suam accommodare? Et fere eo jam decursum, ut fraus legi fieri videatur, quotiens [33] quis neque testamento, neque codicillis rogaretur: sed domestica [34] cautione & chirographo obligaret se ad præstandum ei, qui capere non posset: ideoque dici posse, ex suprascriptis verbis non esse legi fraudem factam. §. 1. Si quis palam [35] rogatus, & [36] tacite esset, agitabatur, quid magis prævaleret: utrum id ipsum noceret, quod tacite rogatus esset: an prodesset, quod palam petitum esset: [&] Divus *Hadrianus* rescripsit in eo [37], quod cujusque fidei palam commissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis accommodasse. §. 2. Quando autem fraus interposita videatur, agendum est, id est, utrum exitus spectari deberet, an consilium? forte si tunc, cum tacite fideicommittebatur, non capiebat is, cui restitui jubebatur: moris vero tempore capere poterat, vel contra? & placuit exitum [38] esse spectandum. §. 3. Tacita autem fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferatur chirographum, quo se caviſſet [39], cujus fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti pervenerit, restituturum. Sed & ex aliis probationibus manifestissimis idem fit. §. 4. Cum ex causa taciti fideicommissi bona ad fiscum pertinent: omnia, quæ in testamento utiliter data sunt, valent [40]: & ita Divus Pius rescripsit. §. 5. Divi fratres rescripserunt, in venditionibus fiscalibus fidem & diligentiam à procuratore [41] exigendam: & justa [42] pretia, non ex præterita emptione, sed ex præsenti [43] æstimatione constitui: *sicut enim diligenti cultura pretia prædiorum amplantur: ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est.* §. 6. Cum quinquennium [44], [in] quo quis pro publico conductore se obligavit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur: idque Principalibus Rescriptis exprimitur. Divus etiam *Hadrianus* in hæc verba rescripsit, *Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur* [45] *conductores vectigalium publicorum, & agrorum, si tantidem locari non possint: nam & facilius invenientur conductores, si sciverint fore, ut, si peracto lustro discedere voluerint, non teneantur.* §. 7. Si [46] posteriori creditori fiscus successerit: eo [47] jure utitur, quo is usurus erat, cui successit. §. 8. Multa Principalia sunt rescripta [48], quibus cavetur non aliter fiscum debitorum suorum debitores convenire, nisi [49] principales debitores defecerint, vel ex ratione fisci nomina facta liquido probentur, vel ex contractu fiscali debitores conveniantur. §. 9. D. Hadrianus *Flavio Proculo* rescripsit, cum in libertatem proclamat, qui ex bonis ad fiscum pertinentibus esse dicitur, judicium dari præsentibus [50], & agentibus etiam his, qui negotiis fisci solent intervenire: & hujusmodi liberales causæ, si non [51] interveniente fisci [52] advocato decisæ sint, in integrum restituuntur [53].

§. 10. Si in locis fiscalibus, vel publicis [54], religiosisve, aut in monumentis thesauri reperti fuerint: Divi fratres constituerunt, ut dimidia pars ex his fisco vindicaretur: item si in Cæsaris possessione repertus fuerit, dimidiam æque partem fisco vindicari. §. 11. Deferre autem se nemo cogitur, quod thesaurum invenerit, nisi ex eo thesauro pars fisco debeatur. [Qui autem] cum in loco fisci thesaurum invenerit, & partem ad fiscum pertinentem suppresserit, totum cum altero tanto cogitur solvere.

De pactis cum delatoribus.

IV. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

IN fisci causis pacti cum delatoribus pro confessis habentur, si modo pretium [55], vel modicum [56] dederunt.

De ven-

---

3 *l. un. C. si pendente appellatione mors intervenerit. l. ult. in fin. C. si pendente appellatione.*

1 *l.26. in fin. D. ex quib. causis majores. l.2. §.3. D. de judiciis.*

2 Vide *l.16. D. de legationibus.*

1 Qui provocavit à judice non propterea potest eum in aliis causis tanquam inimicum recusare, cum ab eo denuo provocare possit. *Bohg. 2. c.51.* Goth. Secus jure Canonico. *cap.6. cap.24. ext. de appellat.* Anſ.

1 *l.7 C.66.7. Cod. Theod.53.*

2 Morte appellatoris sine herede defuncti appellatio evanescit.

3 Heres appellatoris non est cogendus appellationis causam persequi, si nullius privati interfit causas appellationis reddi.

4 *l.1. l.2. C. eod. l.9. in fin. D. de jure fisc. l.ult. C. si reus, vel accusator.*

5 Is, cujus non interest, ad agendum non admittitur, hinc exceptio, Tua non interest, agere non potes.

6 Appellationem peragit, qui ad finem usque perducit.

7 *l.2. D. si tutor, vel curator.*

8 *l.27. D. de appellat.*

1 *l.27. D. de appellation.*

2 *v.C.1. & passim toto tit. lib.10. C. Theod.1. de jure fisci, & populi. Paul.5 sentent.12.* περὶ τῦ δημοσίου, καὶ τῶν προσόντων, καὶ ὀφειλομένων αὐτῷ *56. Bel.2.* adde *Harmen.1. tit.1.* περὶ δημοσίων, de privilegio fisci. *7. C.73.* adde *Paponem 24. Arrest. 16. du fisque & amandes civiles*, de fisco, & ejus privilegio, vide *Bossium c.101.*

3 De fisci tacita hypotheca, v. Negusantium *tract. de pignor. parte 2, membro 4. n.113.* fiscalia, & publica quæ sint, vide *1. Harmen.2. §.53. Theoph. Inst. de act.* vide sex libros M. Antonii Peregrini de Jurib. & privilegiis fisci.

4 *l.un. C. de bis, qui se deferunt.*

5 Accursius hic notat, deportatos, hæreticos, damnatos in metallum, natos ex damnato coitu, esse incapaces, id est, jus capiendi non habere.

6 *l.1. C. ubi causa fiscales. l.1. C. de bis, quibus ut indign.* de qua vide *l.3 D. de bis, quæ ut indign.*

7 Hoc hodie remissum. *l.7. in fin. C. de delatorib.* vide *Basil. 1. c.58.* 8 *l.10. D. de diverſ. & temporalib. l.unica C. de sententiis adversùs fiscum.* 9 Destructam. *Hal.* 10 Vide *l.22. D. eod.*

11 *l.4. §.20. D. de fideicom. liber.* 12 *l.1. C. de quadriennii præscript. l.6. §.7. D. si quis omissa causa.*

13 *l.4. §.1. D. de requirendis vel absent.* 14 Deferri προσαγγέλλεσθαι Græci, & Petrus Faber apud Cujac. *c.28. de præscript.* 15 Adde *l.44. D. eod. l.3. C. de delatoribus.* 16 Delator non est, qui quid defert fisco, non tur præmium consequatur, sed ut fiam, ac patriæ causam defendat: & ideo si non obtinuerit, infamia non notatur, *ut hic & l.4. C. de delatoribus. l.neminem 9. C. ex quibus caus. infam. irrogatur.* Tanti interest præmio quid siat an vindicta sui, suæve patriæ.

17 Præmia olim accusatoribus, & delatoribus constituta. *l.3. §.13. l.25. D. de SC. Silaniano:* dixi ad *l.8 circa fi. D. de accusat.* arbitrio judicum. *l.5. in fin. D. de injur. Tacit.4.5.15.5. Quint.7.* vel à logo *l.3. §.13. l.25. D. de Senat. Silmiano*, pars dimidia. *Frontin.2. de aquæductibus*: quarta in crimine repetundarum, & lege Papia, *Tacit.4. Suet. Neron.6.* id vulgare præmium videtur appellari *in l.13. §.5. D. eod.* Qua ratione, quasi turpi quæstu quodam abstinentes ad calumnias prorumpebant. *l.8. D. de accus.* tamen exilio, & aliis pœnis adfecti à Tito Domitiano, & Trajano. *Suet. in Tito 8. Xiphilin. in Tito. Martial.1. Epigramm. Plin. Panegyrico ad Trajanum*, adde *Brissonium 3. select.17.*

18 Adde *l.33. D. de injuriis.*

19 Patria nobismet ipsis carior esse debet. *l.7. C. de procurat. l.9. C. ex quib. causis infam. l.3. l.4. C. de delatoribus.*

20 Vide *l.3. D. de edendo.* adde *l.2. D. de fide instrumento.* Goth. in hunc §. vid. Joann. Dechen. *lib.2. differ. 14. num.3.* Anſ.

21 In criminalibus causis ad fiscum delatis nemo tenetur edere. Bossius *tit. de fisco, & privilegio ejus 101. num.11.* negat tamen Clarus fisco actori edendum in causa pecuniaria: idque ex mente omnium interpretum ait. *5. sent. 8. ult. q.27.*

22 Imo tunc maximè, ne delicta sint impunita.

23 Delatores tribus edictis vocalantur.

24 *l.15. §.2. §.4. l.42. §.1. D. eod. l.3. C. de accusat. Cic. 2. epist.3. & ad Q. Fratrem.*

25 Delatoris edicto. *Cujac.19. obs.2. l.24. D. eod.*

27 *l.6. C. de delatoribus.* nisi in crimine majestatis, *Paul. 5. sent. 13. §. ult.*

28 *l.13. in fin. D. eodem.*

29 Vide *l.3. §.21. D. de Silan.*

30 Fœmineum. *Hal.*

31 *l.103. D. de legat.*

32 Dei nomen in obtestationibus, & precibus usurpari solitum, *ut hic:* Per Deum, ut id facias rogo, frequens est testatoribus cum jurisjurandi obtestatione heredes onerare, legati, ac fideicommissi præstatione per Deum, *ut hic, & §.1. Inst. de fideic. herod. l.2. C. comm. de legat.* per salutem Principis. *l.41. C. de transact.*

33 *l.40. D. eod. l.103.*

34 Adde *l.5. C. de probat. l.10. D. de his, quæ ut indign.*

35 Tacite possumus reliquere, quod etiam palam possumus. Quod tacite rogavi, idem possum palam rogare, *ut hic:* unde colligas: Tacita fideicommissa esse posse sine fraude: sicut & tacite pecunia credi potest sine fraude. Et nomen *tacita* cum dicimus, fraudes dicimus, sic *tacitum mutuum* apud Gellium 12. & *tacita pactio* dicitur, *l.pen. §.2. D. de bon. lib. & apud Plin. 5. epistol.*

36 Vide *l. ult. D. de ritu.*

37 Adde *l.123. §.1. D. de leg.1.*

38 Exitus in fraude spectandus est.

39 Caviſſet is cujus. *Hal.*

40 *l.14. D. eod.*

41 *Sub.* Cæsaris, de quo dixi ad titulum de officio Procuratoris Cæsaris.

42 *l.50 D. de furt.*

43 Pretia justa non ex præterita emptione, sed ex præsenti æstimari oportet. *l.62. in fin. D. ad l. Falc.*

44 *l.7. C. de locato.*

45 *l.9. §.1. D. de publicanis.* imo retineri posse videntur in specie. *l.11. in fin. D. de publican.*

46 V. *Cujac.19. obs.4.* 47 *l.6. D. eod.* 48 *l.2. l.4. C. quando fiscus, vel privatus Nov.128. c.3.*

49 *l.2. l.4. C. quando fiscus, vel privatus.* 50 Vide quæ notavi ad *l.47. D. de re judicata.*

51 *d. l.47.* 52 De fisci advocato, adde *l.7. D. eod.* dixi ad *tit. C. de advoc. fisc.* 53 Dixi ad *l.33. D. de re jud.* 54 Publicis, non etiam religiosis. Zoanetus 27. *restitut.* ob id reprehensus à Roberto 1. *Excepl.5*, de thesauro dicam ad *Nov. Leonis 51.* Goth. Facit ad hunc §. *cap. unic. Quæ sint regalia. Obs. §.39. Inst. de rer. divis.* conciliat Charond. *vero simil. lib.1. cap.21.* Anſ. Adde Alciat. *lib.7. parerg. cap.1.* Augustin. *lib.1. emend. cap.3.* Rævard. *lib.4. var. cap.4.* S.L. 55 Vide *l.2. in fin. D. eod. l.29. D. eod.* 56 Imo id non tenet. *l.1. D. eod.*

De venditione rei fiscalis.

v. Idem lib. xvi ad Edictum.

Si Procurator Cæsaris rem aliquam vendiderit, quamvis duplum [57], vel triplum pro evictione promiserit: tamen fiscus simplum præstabit. §. 1. Si ab eo, cujus distrahendi res fisci datum est, fuerit distractum quid fisci: statim [58] fit emptoris, pretio tamen soluto.

De fisco in privati jus succedente. 1. De Cæsarb, vel Augusta rationibus.

vi. Idem lib. lxiii ad Edictum.

Fiscus, cum [59] in privati jus succedit, privati jure pro anteriorib⁹ suæ successionis temporis utitur [60]: cæterum posteaquam successit, habebit privilegium suum. Sed utrum statim atque cœpit ad eum pertinere nomen: an vero postea quam convenit debitorem, an postea quam relatum est inter nomina debitorum quæritur, & quidem usuras exinde petit fiscales, ersi breviores debeantur, ex quo convenit certum debitorem [61] & confitentem. At in privilegio varie rescriptum est: puto tamen exinde privilegio esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. §. 1. Quodcumque privilegii fisco competit, hoc idem & Cæsaris ratio, & Augustæ [62] habere solet [63].

De liberali causa.

vii. Idem lib. lxv ad Edictum.

Si fiscus alicui status controversiam faciat, fisci [64] advocatus adesse debet [65]: quare si [66] sine fisci advocato pronunciatum sit: Divus Marcus rescripsit, nihil esse actum: & ideo ex integro cognosci oportere.

De actionibus bonorum non distrahendis.

viii. Modestinus lib. v Regularum.

Bonorum fisco vindicatorum actores [67] venundari à procuratoribus non possunt: & si distrahantur irritam fieri venditionem rescriptum est.

De morte rei.

ix. Idem lib. xvii Responsorum.

Lucius Titius fecit heredes sororem suam ex dodrante, uxorem Mæviam & socerum ex reliquis portionibus ejus testamentum postumo nato ruptum est: qui postumus brevi & ipse decessit: atque ita omnis hereditas ad matrem postumi devoluta est: soror testatoris Mæviam veneficiii in Lucium Titium accusavit: cum non obtinuisset, provocavit: interea decessit rea: nihilominus tamen apostoli [68] redditi sunt. *Quæro*, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam, propter hereditatem quæsitam? *Modestinus* respondit, morte [69] reæ crimine extincto, persecutionem eorum, quæ scelere [70] adquisita probari possunt, competere posse.

De dubiis quæstionibus.

x. Idem lib. singulari de Præscriptionibus.

Non [71] puto delinquere eum, qui in dubiis [72] quæstionibus contra [73] fiscum [74] facile responderit.

De ære alieno.

xi. Javolenus lib. ix Epistolarum.

Non possunt ulla bona ad fiscum pertinere, nisi [75] quæ creditoribus superfutura sunt: id [76] enim bonorum cujusque intelligitur, quod æri alieno supereſt.

De damnatis in metallum.

xii. Callistratus lib. vi de Cognitionibus.

In metallum damnatis libertas adimitur, cum etiam verberibus [77] servilibus coërcentur. Sane per hujusmodi personas fisco nihil adquiri, Divus Pius rescripsit: & ideo quod legatum erat ei [78], qui postea in metallum damnatus erat, ad fiscum non pertinere rescripsit: magisque ait pœnæ eos, quam fisci servos esse.

De iis, qui se deferunt.

xiii. Paulus lib. vii ad legem Juliam & Papiam.

Edicto Divi *Trajani*, quod proposui, significatur, ut si quis, antequam causa ejus ad ærarium [79] deferatur, professus esset eam rem, quam possideret, capere sibi non licere, ex ea partem [80] fisco inferret, partem ipse retineret. §. 1. Idem postea Edicto significavit, ut quæcunque professa esset vel palam, vel tacite relictum sibi, quod capere non posset, & probasset jam id ad fiscum pertinere: etiam si id non possideret: ex eo quod redactum esset à Præfecti ærario, partem dimidiam [81] ferat. §. 2. Nihil autem interest, quæ causa impediat jus capiendi. §. 3. Id autem deferri debet, quod lateat, non id quod fisci est. §. 4. Ad heredes ejus, qui se detulerat, non videbatur præmium transire: sed Divus *Hadrianus* rescripsit, ut licet ante decessisset is qui se detulerat, antequam id quod detulerat fisco addiceretur: heredi ejus præmium daretur. §. 5. Exstat ejusdem *Hadriani* epistola, ut si is, qui se deferre poterat, morte præventus fuerit, heres ejus, si detulerit, præmium consequatur: si tamen, inquit, liquebit defuncto ejus animi [82] fuisse, ut se veller deferre: si vero idcirco dissimulaverit, dum rem occultari sperat: heredem ejus ultra volgare [83] præmium nihil consecuturum. §. 6. Item Divi fratres rescripserunt, heredes eorum quibus tacitum fideicommissum relictum est, ita demum [ex] beneficio Trajani deferre [se] posse: si is, cui datum fuerat, morte præventus esset, & ideo per angustias temporis deferre se non potuerit. §. 7. Cum ante apertum testamentum, tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his, qui fidem tacitam susceperunt, deinde post apertas [84] à fideicommissario delatum esset: Divus *Antoninus* recipi professionem ejus jussit: neque enim dignum esse præmio tam præcipitem [85] festinationem prioris: & cum quis se nuntiet non capere, potius confiteri de suo jure, quam aliud [86] deferre videtur. §. 8. Ad eos beneficium *Trajani* pertinet, qui ex defuncti voluntate relictum sibi capere non possunt: ergo nec illud quod servo meo relictum est, deferre potero. §. 9. Eos qui quasi indigni repelluntur, summovendos esse ab ejusmodi præmio: id est eos, qui de inofficioso [87] egerunt, vel falsum dixerunt testamentum, qui usque ad finem litis oppugnaverunt testamentum. §. 10. Ei qui per errorem [88] se detulit, cum capere solidum [89] posset, non nocere hoc Divus Hadrianus, & D. Pius, & fratres rescripserunt.

De libertatibus & legatis.

xiv. Gaius lib. ii ad legem Juliam & Papiam.

Dicitur ex asse hereditates ex Silaniano cum fiscus vindicasset, ut nec libertates, nec legata tueatur, quod aperte nullam habet rationem: cum ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis hereditatibus, & libertates [90], & legata maneant.

De abolitione. 1. De delatore subjecto. 2. Si delator citatus, ad edictum non responderit. 3. De eo qui se detulit. 4. De contumacia delatoris. 5. De rationibus.

xv. Junius Mauritianus lib. iii ad legem Juliam & Papiam.

Senatus censuit: si delator abolitionem petat, quod erraſſe [91] se dicat: ut idem judex cognoscat, an justa causa abolitionis sit? & si erraſſe videbitur, det imprudentiæ veniam, si autem calumniæ [92]: hoc ipsum judicet, eaque causa accusatori perinde cedat, ac si causam egisset, & * prodidisset *. §. 1. Si quis delatorem subjecerit tantum in ærarium deferat, quantum præmii nomine delator consequuturus fuisset, si vicisset. §. 2. Divus *Hadrianus* rescripsit eandem pœnam delatorem ferre debere, si citatus ad Edictum [93] non responderit, qua teneretur, si causam non probasset. §. 3. Senatus *Hadriani* temporibus censuit, cum quis se ad ærarium detulerit, quod capere non potuerit, ut totum in ærarium colligatur: & ex eo pars [94] dimidia sibi secundum beneficium D. Trajani restituatur. §. 4. Quod si tribus [95] Edictis à Præfecto ærario [96] adesse delator jussus, venire noluerit: secundum possessorem sit pronuntiandum: sed ab eo qui ita adesse jussus, respondente possessore non adfuerit, tantum exigendum, quantum apud ærarium ex ea causa quam detulerit, remaneret, si professionem eam implesset. §. 5. Senatus censuit ut perinde rationes [97] ad ærarium deferat is, à quo tota [98] hereditas fisco evicta est, vel universa legata: atque is deferre deberet à quo pars hereditatis vel legati evicta sit. §. 6. Si quis arguetur falsas rationes detulisse, de eo Præfectus ærarii cognoscat quantam fraudem invenerit, ut tantam pecuniam in ærarium jubeat inferri.

De his qui se deferunt.

xvi. Ulpianus lib. xviii ad legem Juliam & Papiam.

At [99] D. Trajanus, *Quicunque professus fuerit.* † *Quicumque* accipere debemus tam [100], masculum, quam fœminam: nam fœminis quoque quamvis delationibus prohibentur, tamen ex beneficio Trajani deferre se [1] permissum est. Necnon illud æque non intererit, cujus ætatis sit is, qui se defert, utrum justæ an pupillaris: nam pupillis etiam permittitur deferre se, ex quibus non capiunt.

De creditoribus.

xvii. Modestinus lib. ii de Pœnis.

In summa sciendum est, omnium fiscalium pœnarum petitionem creditoribus [2] postponi.

Qui deferre possunt vel non. 10. Si debitor fiscalis creditori solverit.

xviii. Marcianus lib. singulari de Delatoribus.

Deferre [3] non possunt *mulieres* [4] propter sexus infirmitatem, & ita Sacris Constitutionibus cautum est. §. 1. Item Clarissimi [5] viri deferre non possunt. §. 2. Item damnati deferre non possunt: ut Divi fratres de eo rescripserunt, qui fustibus cæsus in opus publicum erat datus. §. 3. Item constitutionibus Principum prohibentur deferre illi, qui in metallum dati sunt, hoc ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. §. 4. Sed eas causas quas ante damnationem cœperunt deferre, posse eos etiam post [6] damnationem exequi, rescriptum est. §. 5. *Veteranis* quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utique, & merita militiæ. §. 6. Item *Milites* propter honorem stipendiorum quæ merent, deferre prohibentur. §. 7. Sed communem causam sibi cum fisco quivis deferre potest: [hoc est, vindicare [7]: nec per hoc famosus est, licet in causa sua] non obtinuerit.

§. 8 Item eos, qui *tutores* vel *curatores* fuerunt, non oportere deferre causa pupillorum vel adulescentum suorum Divi Severus & *Antoninus* [8] rescripserunt. Quod consequens est observari & in eo, qui *quasi procurator* negotia gessit, & ita iidem Principes rescripserunt. † Iidem decreverunt, nulla constitutione prohibitum esse procuratorem [9] interrogari: sed accusare [10] eum, cujus negotia gessit. Et tutorem, qui aut detulit, aut mandavit, severissime puniendum rescripserunt. §. 9. Sed nec quidem is, qui aliquam vendidit rem, eandem deferre debet vel per se, vel per subjectam personam: ne alioquin pœnam patiatur dignam suæ personæ, ut & constitutum esse refertur. §. 10. *Papinianus* tam *libro sexto*, quam *undecimo Responsorum* scribit, ita demum publicam auferri [11] pecuniam ei, qui cum erat creditor, in solutum pecuniam accepit, si aut sciebat, cum accipiebat, publicum quoque esse debitorem, aut postea cognovit, antequam consumeret pecuniam: sed placet omnimodo ei pecuniam auferendam esse, etiam si ignoravit, cum consumeret: & postea quidem Principes directam actionem competere ablata pecunia rescripserunt, ut & *Marcellus libro septimo Digestorum* scribit.

xix. Papinianus lib. x Responsorum.

Denique non esse præstandas usuras [12], cum pecunia revocatur, convenit: quoniam res, non persona convenitur.

xx. Idem lib. xi Responsorum.

Sed revocata pecunia, in fidejussorem liberatum utilis actio dabitur.

xxi. Paulus lib. iii Quæstionum.

Titius, qui [mihi] sub pignoribus pecuniam debebat, cum esset fisci debitor, solvit mihi quæ debebat: postea fiscus jure suo usus, absſtulit mihi pecuniam. *Quærebatur*, an liberata essent pignora? *Marcellus* recte existimabat, si id quod mihi solutum est, fiscus absſtulit: non competere pignorum liberationem: neque differentiam admittendam esse existimo interesse putantium, idipsum quod solutum est, an tantundem repetatur.

De ven-

---

57 *l.* 56. *ff. de evict.*

58 Non prius, vide *Cujac.* 9. *obſ.* 37. adde *l.* 15. §. 7. *ff. de rejud.*

59 Imo semper jus habet pignoris, *l.* 46. §. 3. *ff. eod.*

60 *l.* 60. *in fin. ff. de cond. & dem.* atque ideo jus deliberandi habet *l.* 19. *C. de jure delib. Bald. Clu. Ang. Baſ. Caſtr. Gaido quæſt.* 208. Quin si rex succedit alicui vasallo dominum alium habenti, rex tenetur homagium facere illi domino, vel alium in feudo constituere. *Bald.* 10. *Spec. tit. de feud.* §. 1. *verſ.* 24. *l. hic qui 4. C. de communibus fiſci debit. l.* 1. *C. de prædiis, & omnibus rebus navicularior.*

61 Debitore confitente. *Cujac.* 29. *obſ.* 2.

62 *l.* 31. *ff. de legib. l.* 3. *C. de quadriennii præſcriptione.*

63 Imo non solet. *l.* 57. *ff. de leg.* 2. Goth. Restringe, ut sit immunis à præstatione vectigalium. *l.* 9. §. *fin. ff. de publican.* Ans.

64 De fisci advocato, adde *l.* 3. §. 9. *in fin. ff. eod. l. ult. ff. eod. & C. de advocatis fiſci.*

65 Vide *l.* 1. *C. de repudianda hered.*

66 *l.* 47. *ff. de re judicata*

67 Vide *l.* 30. *ff. eod. l. ult. ff. de off. præfid. l.* 16. *ff. de publ.* adde *Cujac.* 9. *obſ.* 1.

68 Vide *l.* 1. *ff. de libellis dimiſſoriis.*

69 Vide *l. unic. ff. ſi pendente appellat.*

70 Dixi in *Epitome Fructar. tit. de act. empt.*

71 Dubia contra fiscum interpretanda, vide Antonium Negusantium, *tract. de pignor. membro 4. parte 2. n.* 117. *& ſequent.* ubi numero 218. definit. In causa onerosa in dubio fiscum præferri doti: in lucrativa postponi. *l.* 1. *C. de privilegio fiſci.* Goth. Vide in hanc l. Math. Gribald. Alciat. *ad l.* 1. *ff. Salut. matrim.* & in Ant. Cuch. *de moratoria præſcriptione n.* 45. Covarruv. *l.* 1. *var. reſolut. cap.* 16. Ans.

72 In dubio contra fiscum, vide quæ not. ad *Novell.* 85. *& Alciat.* 3. *præſumpt.* 41. huc pertinet illud Capitolini de Marco Antonino philosopho, in causis compendii nunquam judicans favit. *l. unic.* §. 14. *in fin. C. de caduc. tol.* Goth. Adde Anton. Merend. *controv. lib.* 3. *cap.* 18. Alciat. *parerg. l.* 8. *cap.* 6. Ans.

73 Imo non fisco, vide Edictum Justiniani 4. *c.* 2. §. 1.

74 Agentem præsertim actione pœnali ad pœnam & privilegiata, vide *Dinum ad c.* 85. *de reg. jur.* vide exemplum in *l. un. C. de caduc. tollend.*

75 V. *l.* 17. *ff. eod.*

76 Bona dicimus, quæ ære alieno deducto supersunt, vide *l.* 72. *ff. de jure dot.* 77 Servilia verbera, *hic & l.* 7. §. 2. *ff. de injuriis.* sunt flagra, flagella, lora, quibus rumpi servos in Comœdiis legimus. adde *l.* 9. §. 3. *l.* 15 §. 39. *l.* 17. §. 2. *ff. de injuriis.* (Nam liberi fustibus castigabantur ex eodem crimine, quo servi flagellis cædebantur.) *l. ult ff. de injuriis. l.* 10. *l.* 28. §. 2. *ff. de pœn.* Seneca in ludo: *& libro de Clementia. l. in ſervorum* 10. *ff. de pœnis. l. Icvia* 6. *ff. de accuſ. l. Pedius* 4. §. 1. *ff. de incendio.* Porro levior fuit fustium, quam flagellorum castigatio. Nam fustigatio in modica castigatione ponitur, flagellorum in atrocissima, & servili. *l.* 7. §. 2. *ff. de injuriis. l.* 10. §. 12. *in fin. ff. de in jus voc. l* 23 *in fin. ff. de uſufr.* Ea ratione fustium admonitio dicitur quasi levis. *l. veluti* 7. *ff. de pœnis.* Projnde quod dicitur *in l. ſi quid erit.* 11. *ff. de officio proconſulis*: Proconsulis legatum non habere jus atrociter verberandi, ad flagellationem referemus, adde *Briſſonium* 3. *ſelect* 9. 78 *l.* 11. *ff. de alimentis. l.* 2. *ff. de his, quæ pro non ſcriptis.* 79 Ærarius, vel æerarium. *l.* 4. §. 20. *ff. de fideicom. libert. l.* 9. §. 6. *ff. ad l. Jul. peculatus.* quidam hac voce intelligunt præfectum ærario. *l.* 42. *ff. eod.* 80 *l.* 15. §. 3. *ff. eod. l. unic. C. de his, qui ſe deferunt.* 81 Dimidia rei delatæ delatori sui ipsius interdum data, *ut hic.*

82 Animus factis externis probatur, *ut hic*: adde *l.* 4. *ff. de dolt mali & metus except.* 83 Præmium vulgare delatorum, quarta, *Tacit. 4. Annal.* hinc quadruplatores dicti à præmio quartæ, quam consequebantur. *Aſcon. in Verrem.* Octava dabatur servis rei crimine majestatis. *Joſeph.* 19 ante erant arbitraria hæc præmia. *Tacit. 6. Annal. & 16. & hiſtoriarum* 4. Porro vulgare præmium hic appellatur quarta, bonorum rei ad differentiam ejus, quod edicto Trajani dabatur se deferentibus: quod dimidiam bonorum continebat, dixi ad *l.* 2. *ff. eod.* de vulgari præmio delatoris, vide *Cujac. 9. obſ.* 3. 84 Apertas tabulas. *Hal.*

85 Adde *l.* 42. §. 2. *ff. de bon. libert.*

85 Quam alium. *Ital.*

87 *l.* 8. §. 14. *ff. de inofficioſo.*

88 *l.* 2. *in fin. ff. eod.*

89 Vide *Ulp.* 13.

90 *l.* 3. §. 4. *ff. eod. l.* 9. *ff. de Silan.*

91 *l.* 10. *in fin. ff. de judic.*

92 *l.* 9. *C. de calum.* vide *l.* 10. *ff. de diverſis.*

93 *l.* 2. §. 3. *ff. eod.* 42. §. 1. *ff. eod.* adde *l.* 7. *ff. de in integr.* ubi vide *Cujac.*

94 *l.* 13. *ff. eod.*

95 Vide *l.* 2. §. 3. *ff. eod.*

96 De Præfecto ærarii, dixi ad *l.* 42. *ff. eod.* adde *Cujac. in l.* 9. *C. de jure fiſci.* Interim hic comes sacrarum largitionum, thesaurorum, sacri ærarii, de quo dixi ad *l.* 2. *C. ut dignitatum ordo ſervetur.*

97 *l.* 45. §. 4. *ff. eod.*

98 Vide *l. quæ da tota* 76. *ff. de rei vind.*

99 In edicto suo, *l.* 13. *ff. eod.*

100 *l.* 13. *ff. eod. l. l.* 195. *ff. de verb. ſign. l.* 3. §. 3. *ff. de negot.*

1 Deferre nisi seipsam mulier non potest, adde *l. unicam, C. de his, qui ſe deferunt.*

2 Fiscales pœnæ creditoribus postponuntur. *l.* 11. *ff. eod. l. unic. C. de pœnis fiſcal.* vide *Paul. 5 ſent.* 1. §. 10.

3 Adde *l. ult. C. de delatorib.*

4 Vid. *l.* 16. *ff. eod.*

5 Id est, senatores: dixi ad *l.* 5. *ff. de curatore furioſi.*

6 *l.* 5. *in fin. ff. de publ. jud.*

7 Judicare, *Cujac.* 18. *obſ.* 22.

8 *l.* 2. *C. qui accuſare non poſſ.*

9 Vide *Oldend. c.* 4. *de teſtib.* 9.

10 Accusare hic dicitur qui defert. Est, inquam, hic accusator delator: hoc ideo quod delatores inter cætera crimina publica deferebant, ut & bona vacantia, caduca, ereptitia, commissa, tacita fideicommissa, vaga, mancipia, thesauri inventionem.

11 Vide *l.* 3 *C. de privilegio fiſci.*

12 *l* 5. *C. de privilegio fiſci.*

De venditione rerum fiscalium. 2. De lite donata. 3. Si delator desistat.

XXII. MARCIANUS lib. singulari de Delatoribus.

REs quæ in [13] controversia sunt, non debent à procuratore Cæsaris distrahi: sed differenda est eorum venditio, ut Divus quoque *Severus, & Antoninus* rescripserunt. Et defuncto Majestatis reo, parato herede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorum suspendi [14] jusserunt. Et generaliter prohibuerunt rem distrahi à procuratore, quæ esset in controversia.

§. 1. Res autem nexas pignori distrahere procuratores possunt. Sed si ante alii res obligatæ sunt jure pignoris, non debet procurator jus creditorum lædere. Sed si quidem superfluum est in re, permittitur procuratori vendere ea lege, ut in primis creditoribus præcedentibus satisfiat: & si quid superfluum est, fisco inferatur, aut si acceperit totum fiscus, solvat ipse: vel simpliciter si vendidit procurator, jubebit pecuniam, quam deberi creditori privato fuerit probatum, exsolvi ei: & ita Divus Severus & Antoninus rescripserunt. §. 2. Lites donatas [15] se non susci pere D. Pius rescripsit, *licet bona relictorum se quis profiteatur*, vel partem bonorum donatam non suscipere: & adjecit, & illum dignum fuisse puniri pro tam turpi, tamque invidioso commento: &, nisi durum esse videbatur, in ultro venientem pœnam statuere. §. 3. Sicut renuntiare [16] causam nemo cogitur [17] ita liberum arbitrium ei desistendi non datur qui detulit, & ita Divus *Severus & Antoninus* rescripserunt, & idem esse, licet alieno mandato detulisset. Plane rescripserunt, delatorem audiendum, volentem à lite desistere [18], si sibi mandatorem [19] subtractum quæratur.

XXIII. CALLISTRATUS lib. II de jure Fisci.

DE eo delatore, qui causam solus agere instituerat non habita mentione mandatoris, si postea desistat prætendens mandatorem causæ decessisse: puniendum Divi fratres rescripserunt.

De probationibus.

XXIV. MARCIANUS lib. singulari de Delatoribus.

NOn tantum delator punitur, si [20] non probaverit: sed & mandator quem [21] exhibere debet delator.

XXV. ULPIANUS lib. XIX ad Sabinum.

ESt & decretum ab Imperatore *Severo*, & constitutum, nullo [22] modo exigendum quem probare, unde habeat, circa delationes fiscales: sed delatorem probare debere, quod intendit.

De emancipatione.

XXVI. IDEM lib. XXXI ad Sabinum.

CUm quidam capitis [23] reus [24] emancipasset filium, ut hereditatem adiret, rescriptum est, non [25] videri [26] in fraudem fisci factum, quod adquisitum non est.

De morte uxoris non defensa.

XXVII. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

CUm mortem [27] maritus uxoris necatæ non defendit, Divus Severus rescripsit, dotem fisco vindicandam: prout ad maritum pertineat.

De generali hypotheca.

XXVIII. IDEM lib. III Disputationum.

SI, qui mihi obligaverat *quæ habet, habiturusque esset* [28], cum fisco contraxerit: sciendum est in re postea [29] adquisita fiscum potiorem esse debere, *Papinianum* respondisse: quod & constitutum est: prævenit enim causam pignoris fiscus.

De delatore corrupto. 1. De falsi testamenti accusatione. 2. De morte defuncti defensa.

XXIX. IDEM lib. VIII Disputationum.

EJus [30], qui delatorem [31] corrupit, ea conditio est, ut pro victo habeatur: nam in fiscalibus causis id constitutum est. Sed enim hæc pœna magis est, ut adversus ipsum locum habeat, qui delatorem redemit: cætero quin adversus heredem ejus transire non debet: nec enim exinde perit causa, ex quo redempta est, vel actio perimitur, vel condemnatio facta videtur: verum oportet constare prius [32], & de crimine pronunciare. † Plane si forte de retractanda causa agatur, quæ semel judicata est per delatoris corruptelam: mortuus corruptor non efficiet, quominus agi possit, atque retractari causa: hic enim non pœnæ, sed causæ restitutio est. §. 1. Eum, qui falsum testamentum dixit, posse adire hereditatem constat: sed denegatis ei actionibus fisco locus erit: & obligationes, quas adeundo confudit [33], non restituuntur.

§. 2. Nam & in eo, qui post aditam hereditatem defuncti mortem non defendit, Imperator noster cum patre rescripsit, obligationes confusas non resuscitari.

De actoribus bonorum.

XXX. MARCIANUS lib. III Institutionum.

NE procuratores Cæsaris bonorum actores [34] quæ ad fiscum devoluta sunt alienent, Imperatores *Severus & Antoninus* rescripserunt: & si manumissi fuerint, revocantur ad servitutem.

De bonis obsidum, vel captivorum.

XXXI. IDEM lib. IV Institutionum.

DIvus Commodus rescripsit, Obsidum [35] bona, sicut captivorum [36], omnimodo in fiscum esse cogenda.

XXXII. IDEM lib. IV Institutionum.

SEd si accepto [37] usu [38] *toga* [39] *Romana*, ut cives Romani semper egerint, Divi fratres procuratoribus hereditatum rescripserunt *sine dubitatione jus eorum ab obsidu conditione separatum esse beneficio principali*: ideoque idem jus eis servandum quod habent, si à legitimis civibus Romanis heredes [40] instituti fuissent.

De eo, qui debitoris fisci hereditatem adierit.

XXXIII. ULPIANUS lib. I Responsorum.

EUm, qui debitoris fisci adiit hereditatem, privilegiis fisci cœpisse esse subjectum.

De adversario, vel judice corrupto.

XXXIV. MACER lib. II Publicorum.

IMperatores *Severus & Antoninus* [Asclepiadi] ita rescripserunt: *Tu, qui defensionem omissa* [41] *redimere sententiam maluisti, cum tibi crimen objiceretur, non immerito quinquentos solidos inferre fisco jussus es: omissa enim ipsius causæ inquisitione, ipse te huic pœnæ subdidisti: obtinendum est enim, ut hi, quibus negotia fiscalia moventur, ad defensiones causæ bona fide veniant: non adversarios, aut judices redimere* [42] *tentent.*

Si alter hereditatem vindicet, alter ad fiscum pertinere dicat.

XXXV. POMPONIUS lib. XI Epistolarum.

APud *Julianum* scriptum est: si privatus ad se pertinere hereditatem Lucii Titii dicat, altero eandem hereditatem fisco vindicante: *quæritur*, utrum jus fisci ante [43] excutiendum sit, & sustinendæ actiones cæterorum, an nihilominus inhibendæ petitiones creditorum singulorum, ne publicæ causæ præjudicetur? idque Senatusconsultis expressum est.

De tributis.

XXXVI. PAPINIANUS lib. III Responsorum.

PRædiis à fisco distractis, præteriti temporis tributum eorundem prædiorum [onus] emptorem [44] spectare placuit [45].

De pœna.

XXXVII. IDEM lib. X Responsorum.

QUod placuit, *fisco non esse pœnam petendam, nisi* [46] *creditores suum recuperaverint*: eo pertinet, ut privilegium in pœna contra creditores non exerceatur, non ut jus commune privatorum fiscus amittat [47].

De fructibus. 1. De eo, qui pecuniam ad sui temporis administrationem pertinere contendit.

XXXVIII. IDEM lib. XIII Responsorum.

FIscus in quæstione falsi testamenti non obtinuit: priusquam autem ea quæstio decideretur, alio nuntiante bona postea vacare constitit; fructus post primam litem absumi non oportuisse respondi: neque enim ad Senatusconsulti beneficium scriptum heredem pertinere controversia mota. §. 1. Delatoris opera non esse functum respondi, qui fisci pecuniam, quam alius tenebat, ad sui temporis administrationem pertinere, quamvis probare non potuisset, contendit: quoniam [48] propriam causam egerat.

De bonis citra pœnam exilii perpetuam non confiscandis. 1. De eo, qui periculum communis condemnationis dividi postulavit.

XXXIX. IDEM lib. XVI Responsorum.

BOna fisco citra pœnam exilii perpetuam adjudicari sententia non oportet. §. 1. Eum, qui periculum communis [49] condemnationis dividi postulavit, quod participes judicati solvendo essent, revocatis alienationibus, quas fraudulenter fecerant, non videri causam pecuniæ fisco nuntiasse respondi.

De tacito fideicommisso.

XL. PAULUS lib. XXI Quæstionum.

ITa fidei heredis commisit: *Rogo fundum Titio des, de quo te rogavi*: si Titius capere non possit, non evitabit heres pœnam taciti fideicommissi: non enim est palam [50] relinquere, quod ex testamento sciri non potest, cum recitatum est: quemadmodum nec ille palam dat, qui ita scribit: *Rogo vos heredes, in eo quod à vobis petii, fidem præstetis*: imo in priore specie, majorem fraudem excogitasse videtur, qui non tantum legem circumvenire voluit, sed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicommissum habetur: quamvis enim fundum nominaverit, non tamen cognosci potest, de quo sit rogatus heres: cum diversitas [51] rerum obscurum faciat legatum. §. 1. Patronus si tacite in fidem suam recipiat, ut ex portione sua præstet, cessare fraudem dicitur: quia de suo largitur.

De actione in eum qui bona vacantia comparavit.

XLI. IDEM lib. XXI Responsorum.

EUm qui bona vacantia [52] à fisco comparavit, debere actionem, quæ contra defunctum competebat, excipere.

De tacito fideicommisso, & de eo qui se detulit.

XLII. VALENS lib. V Fideicommissorum.

ARianus Severus Præfectus [53] ærarii, cum ejus qui tacite rogatus fuerat non capienti fideicommissum reddere, bona publicata erant: pronuntiavit nihilominus jus deferendi ex Constitutione [54] Divi Trajani habere eum cui fideicommissum erat relictum. §. 1. Quia autem nonnulli ingrati adversus beneficium [55] D. Trajani, post professionem quoque de tacito fideicommisso tactam, cum possessoribus transigunt, atque tribus [56] Edictis evocari non respondent: placuit Senatui, tantum ab eo qui id feciſſet exigi, quantum apud ærarium ex ea causa, quam detulerat, remanere oportet, si professionem suam implesset, & si possessoris quoque fraus apud Præfectum convicta fuisset, ab eo quoque, quod convictus inferre debuisset, exigi.

XLIII. ULPIANUS lib. VI Fideicommissorum.

IMperator noster rescripsit, fiscum in rem [57] habere actiones ex tacito fideicommisso.

De eo qui protegendæ rei suæ gratia nuntiat.

XLIV. PAULUS lib. I Sententiarum.

DElator non est, qui [58] protegendæ [59] causæ suæ gratia aliquid ad fiscum nuntiat.

De alienatione in fraudem fisci. 1. De bonis rei ante sententiam mortui. 2. Ejusve qui sibi manus intulit. 3. De libertatibus. 4. De instrumentis, chirographis, & actis. 9. De eo qui pro alio solvit. 10. De dilatione debitoribus fisci danda. 11. De fidejussoribus. 12. Si plus servatum est, ex bonis debitoris à fisco distractus. 13. De locatione rei fisci alis.

XLV. IDEM lib. V Sententiarum.

IN fraudem fisci non solum per donationem, sed quocunque [60] modo res alienatæ revocantur: idemque [61] juris est, & si non quæ-

---

13 *l.1. ff.cod.* 56. *Bol.a. c.20.*
14 *l. 20. ff. de accusationibus.*
15 *l.ult ff qui test. l.pen ff. de ber. inst. §.ult. inst.quib.mod. test. l.1. l.2. C. ne fiscus, vel resp. Paul. 5. sent. 12. §.7*
16 Nunciare. *Hal.*
17 *C. ut nemo invitus.*
18 Vide *l. 15. in fin. ff. ad Turpill.*
19 De mandatore, vide *l.15. §.1. ff. cod.*
20 Delator punitor, si non probat.
21 Delator mandatorem tenetur exhibere *l.2. §.5. ff. cod. l.1. §.13. ff. ad Turp. l.34. ff. de pœnis.*
22 Probationes paratas delator habere debet, neque cogitur is, qui delatus est, probationes in se edere. adde *1. Harm. 5. §.2.* Goth. Vide in hanc l. Joann. Decher. *l.2. dissert. 14 num.2.* Anf.
23 Nondum tamen damnatus.
24 Rei capitis emancipare liberos suos possunt.
25 Imo videtur, *l.45. ff. cod.*
26 Eadem formula est. *l.21. §.4. ff. de arbitr.*
27 *l 20 ff de bis, quæ ut indign. l.1. C. de his, quib. ut indign.*
28 Cum fisco, Fornerius 2 *select.*
24 reprehensus à Cujac.10 *obs.22.*
29 Tacitam hypothecam privilegiatam fiscus hanc habet, ut præferatur creditori anterior in bonis quæsitis per deditorem post obligationem contractam cum fisco.
30 Vide *Cujac.15. obs.24.*
31 *l.4. ff.cod. l.ult. ff. de prævaricat.l.2. ff. de bonis eorum.* adde *l. 8. in fin. C. de transact.*
32 Vide *l 3. §.1. ff. de prævaricat.*
33 *l. 8. ff. de his, quæ ut indignis.*
34 *l.8. ff.cod.l.46. §.7. ff. cod.*
35 Obsidum bona, hoc est, eorum qui nobis dati sunt obsides, fisco cedunt: ut & captivorum, *ut hic.* Ideoque de his apud nos testari non possunt. *l.11. ff. de testam.* Quod in Gallia servari negat Papo 3. *Notar.6 c. des lettres de naturalité*, si modo in Gallia habeant liberos, vel cognatos.
36 *l. 36. ff. de religiosis.*
37 Togæ Romanæ jus conferri poterat exteris.
38 Vide *Cujac.ad l.11. ff. qui testam.*
39 Toga uti solis civibus Romanis licuit. Toga Romani hominis certissimum insigne fuit, *ut hic*: nec sine crimine aliam Romano homini, vel in media Asia vestem sumere licebat. Itaque apud Livium Q. Fabio in invidiam eo nomine P. Scipio adducitur, quod in Sicilia palliatus fuisset. Idemque cum Rabirio Postumo ab adversariis objectum esset, accuratam in eo facto purgando orationem Cicero habuit. Cæterum usus togæ peregrinis (de quibus dixi in *l. 1. C. de hered. inst.*) erat interdictus. *Plin.4. epist. ad Minutium.* Itaque plerumque controversia incidebat, utrum rei causam dicere possent togati, an vero eos palliatos esse oportere. *Sueton. Claudio cap.15.* Togæ jure amici populi a Romanis donati: quod & novæ Carthagini donatum refert Tertullianus *lib. de Pallio.* Inde togatæ Galliæ nomen, quam & ad honores adspirasse Tacitus 11. refert: & suffragiorum jus in urbe habuisse, Manutius *in epistol. ad Atticum* confirmat. Sic & Hispaniæ quosdam populos juris Italici factos togatos, Itolarosque appellatos, Strabo scribit *lib.3.* Quo ex more togam regibus amicis etiam mittebant Romani. *Tacit.10.* Quin & prætextarum jure peregrini carebant. 1 *Macrob. 6.* cum Romani pueri prætextati essent. Erant & alia civium Romanorum privilegia, de quibus alias diximus. 40 Civitate donati heredes instituti possunt, *ut hic* Cur? testatorem heredem, & testes cives esse oportet, adde *Ulpian.20. §.14.* Ex testamento soli cives capiebant *l.1. ff. ad leg. Falcid.* inter solos cives erant nuptiæ. *§.1. Inst. de nupt.* patria potestas. *§ 1 Instit. de patr. potest.* verberibus cœdi, aut in crucem agi non poterant, aut injussu populi plecti, soli cives militabant in legionibus. Inter solos cives, solemnis per nexum abalienatio locum habuit. *Cic. in Topic.* usucapere. *Cic.1. off.* honores gerere, suffragium ferre, toga uti soli cives poterant. Vide Brissonium 1. *select.13.*

41 *l.4. l.19. ff cod.*
42 Judicum tentans redimere licet effectus nullus sequatur, punitur. *l. 3 ff. de calumniatoribus.*
43 Causæ fiscalis tractatio privatæ antefertur.
44 Et legatarius, *l.39. §.5. ff. de leg.1. l.7 ff de publicanis, l.5 in fin. ff. de censibus. l.1. C. de act. empt.*
45 Hoc postea remissum. *l.7. C. de censibus.*
46 *l.1. §.1. ff.cod. l.48. in fin. ff. cod.*
47 Admittat. *Hal.*
48 Delator non videtur, qui propriam causam agens, alium nominat.
49 Vide *l. 44. ff. cod.* vide *l.1. C. si plures una sententia.*
50 *l.3. ff.cod l.10. ff. de his, quæ ut indignis.*
51 Rerum diversitas facit legatum obscurum, unde notant, libellum generale non admitti, ut qui obscuritatem pariat.
52 Vacantium emptor defuncti actiones excipit. *l.13. §.9. ff. de hered. pet.*
53 Præfecti ærarii, *hic & in l. 15. §.4. ff.cod. l.8. §.19. ff. de transl.l.2. §.4. ff. ne quid in loco publico* (ubi legendum est præfecti ærarii, non eorum, qui & ærarii, *in l.13. ff. cod. l.4. §.20. ff. de fideic. libert. l.32. ff. ex quib. caus. manumajor.* hoc in urbe præstabant, quod in Provincia procuratores Cæsaris. Porro quod ad ipsum ærarium attinet, primis temporibus in æde Saturni asservatum constat. *Festus in Ærarium: Plutarch. Macrob.* quæstoribus autem mandabatur. *l. 2. §.22. ff. de orig. jur.* Sub Augusto senatus præfectos ærarii eligebat: postea ad evitandum crimen ambitus, ipsi præfecti sorte ducti. *Tacit 13. Suet. Augusto* 36. Postremo, cura ærarii Prætoribus & Prætoriis demandata. *Suet. ib.* Hinc Prætores ærarii apud Frontinum 2. *de aquæductib. Tacit.1.* Per hos ærarium ad tempora usque Claudii tractatum commissio rursus ærario Quæstorib. *Tacit. 14. Suet. in Claudio* 24. ab eo, Nero ad Præfectos transtulit. *Tacit. d. loc.* Vespasianus ad Prætores. *Tacit.20.* ut & Nerva. *l. 2. §.32. ff. de orig. jur.* Cæterum munus hujus Præfecti sub imperatoribus idem fuit, quod Quæstoris in libera Republica 11. *Gell.22.* Iidem bona vacantia, & caduca fisco colligebant. *l.13. l.15. §.3. ff. cod.* Fiscales causæ apud eos agebantur. *l. 2. §.4. ff. ne quid in loco publico. l.12. ff. de his, quæ ut indig. l.4. ff. de his, quæ in testamento delentur.* Eorum etiam authoritate, & arbitratu de alimentis fisco ex ultima voluntate debitis transigebatur. *l.8. §.19. ff. de transact.*
54 *l.13. §.6. ff.cod.*
55 De quo vide *l.13. ff cod.* 56 *l.15. §.2. ff cod* 57 Hinc colligit Accursius, & Bartolus, Heredem propter suum delictum statim perdere dominium. 58 *l.38. in fin. l.39. in fin. ff cod.*
59 Delator non est, qui quasi possessor fundi fiscalis, cum à Cæsarianis conveniretur, aliam possessorem esse affirmavit, quoniam id non tam fisci, quam sui, suæque rei protegendæ causa, scilicet dimitteretur, fecit. Unde ea ex causa infamiam non contrahit, etiamsi eum quem dixit possessorem, non fuisse postea liqueat. *l.3. C. de delatorib.* 60 *l.11. ff. qui, & à quibus manumiss.*
61 Imo aliud, *l.26. ff. cod.*

Apud eundem Præfectum natales professiones fiebant ex constitutione D. Marci, *teste Capitolino.* Fuit & alius Præfectus ærarii militaris sub Augusto. *Sueton.* adde *Brisson.3. Sel.19.* 54 *l.13. §.6. ff.cod.*

quæratur: æque enim in omnibus fraus punitur. §. 1. Bona eorum qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus [62] decesserunt, heredibus eorum non auferuntur, sive testato, sive intestato decesserunt. §. 2. Ejus [63] bona, qui sibi mortem conscivit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit, cujus criminis gratia manus sibi intulerit. † Ejus bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit, & manus intulit, fisco vindicantur: quod si id tædio [64] vitæ aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicujus impatientia admisit: non inquietabuntur, sed suæ successioni relinquuntur. §. 3. A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. Sane ipsum ita ab alio emere [65] mancipium, ut manumittat, non est prohibitum: ergo tunc & libertatem præstare possit. §. 4. Ex his bonis, quæ ad fiscum delata sunt, instrumenta [66] vel chirographa, acta etiam ad jus privatorum pertinentia restitui postulantibus convenit.

§. 5. Neque instrumenta, neque acta à quoquam adversus fiscum edi [67] oportet. §. 6. Ipse autem fiscus actorum suorum exempla hac conditione edit, ut (ne) is cui describendi sit potestas adversus se, vel Rempublicam his actis utatur: de quo cavere [68] compellitur, ut si usus is contra interdictum fuerit causa cadat. §. 7. Quotiens apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, ut merito is uti liceat, eaque manu [69] commentariensis [70] adnotanda sunt. Quod si ea aliter proferantur: is qui ita protulerit, causa cadit. §. 8. Quotiens iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum usus non fuerat postulatus ex officio recitatio jure poscetur. §. 9. Qui pro alio à fisco conventus debitum exsolvit, non inique postulat persecutionem [71] bonorum ejus pro quo solvit: in quo etiam adjuvari per officium solet. §. 10. Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit: cujus rei æstimatio ita arbitrio judicantis conceditur: ut in majoribus summis non plus, quam tres [72] menses: in minoribus vero non plus, quam duo prorogentur, prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est. §. 11. Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, fidejussores liberantur: nisi [73] forte minus idonei sint, & in reliquum non exsolutæ quantitatis accesserint. §. 12. Si plus [74] servatum est ex bonis debitoris à fisco distractis, jure ac merito restitui postulatur. §. 13. Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest: nec cupressi materiam vendere, vel olivæ, non substitutis aliis, cæterasque arbores pomiferas cædere: & facta ejus rei æstimatione, in quadruplum [75] convenitur.

§. 14. Minoribus viginti quinque annis neque fundus, neque vectigalia locanda sunt: ne adversus [76] ea beneficio ætatis utantur.

De eo, qui post mortem testatoris suppositus delatus est. 1. De eo, qui in fraudem fisci accepit. 2. De his, qui in Provincia administrant. 3. De jure pignoris. 4. De compensatione. 6. De eo, qui in reatu constitutus est. 7. De actoribus non vendendis. 8. De servo Cæsaris hereditatem adeunte. 9. Si multi fisco fraudem fecerint.

XLVI. HERMOGENIANUS lib. VI juris Epitomatorum.

AUfertur ei quasi [77] indigno successio, qui cum [78] heres institutus esset ut [79] filius post mortem ejus qui pater dicebatur, suppositus declaratus est. §. 1. Qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit, non solum rem, in qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum [80] tantum restituere cogitur. §. 2. Quod [81] à Præside, seu procuratore, vel quolibet alio in ea Provincia, in qua administrat, licet per suppositam [82] personam, comparatum est: infirmato contractu vindicatur, & æstimatio ejus fisco infertur: nam & navem in eadem Provincia, in qua quis administrat, ædificare [83] prohibetur. §. 3. Fiscus semper [84] habet jus pignoris.

§. 4. Qui compensationem opponit fisco, intra duos [85] menses [86] debitum sibi docere debet. §. 5. Ut debitoribus fisci, quod fiscus debet, compensetur [87], sæpe constitutum est: excepta causa tributoria, & stipendiorum, item pretio [88] rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. §. 6. In reatu constitutus bona sua administrare potest [89]: eique debitor recte bona fide solvit [90]. §. 7. Actores [91], qui aliquod officium gerunt in bonis, quæ distrahunt, procuratores venundare inconsultis Principibus prohibentur: & si veneant, venditio nullas vires habebit. §. 8. Servus [92] Cæsaris, si jussu [93] procuratoris adiit hereditatem, Cæsari volenti adquirit. §. 9. Si multi fisco fraudem fecerint, non ut in actione furti, singuli solidum, sed omnes [94] semel quadrupli pœnam pro virili portione debent: sane pro non idoneis, qui sunt idonei, conveniuntur.

Ut prius conveniatur heres, quam possessor. De conductore alii locante.

XLVII. PAULUS lib. I Decretorum.

MOschis quædam fisci debitrix ex conductione vectigalis, heredes habuerat: à quibus post aditam hereditatem Faria Senilla, & alii prædia emerant: cum convenirentur [95] propter Moschidis [96] reliqua, & dicebant [97] heredes Moschidis idoneos esse, & multos alios ex iisdem bonis emisse: æquum putavit Imperator, *prius* [98] *heredes conveniri debere*: in reliquum, possessorem omnem: & ita pronuntiavit. §. 1. Æmilius Ptolemæus conduxerat à fisco possessionem, eamque paulatim pluribus locaverat majore quantitate, quam ipse susceperat: conveniebatur à procuratoribus Cæsaris [99] in eam quantitatem, quam ipse perceperit [100]: hoc iniquum, & inutile fisco videbatur, ut tamen suo periculo, ipse eos, quibus locaverat, conveniret: ideoque pronuntiavit, in eam [1] solam quantitatem eum conveniri debere, qua ipse conductor exstiterat.

De tacito fideicommisso. 1. An fideicommissarius præferatur fisco.

XLVIII. IDEM lib. II Decretorum.

STatius Florus testamento scripto heredis sui Pompeii tacitæ [2] fidei commiserat, ut non capienti fundum & certam pecuniæ quantitatem daret: & eo nomine cautionem à Pompeio exigi curaverat, se restituturum ea quæ ei per præceptionem dederat: postea idem Florus facto secundo testamento, & eodem Pompeio & Faustino heredibus institutis, nullas Præceptiones Pompeio dederat: hæc persona, quæ capere non poterat, se detulerat, consulti Imperatores à procuratoribus rescripserant, si non probaretur [3] mutatam voluntatem esse, præstandum fideicommissum: atque ita Pompeius condemnatus desiderabat, onus esse id hereditatis oportere: quia præceptiones non acceperat, nec posse videri pro parte in prima voluntate testatorem perseverasse: sed in universo pronuntiavit, nec testamentum prius exstare, nec si dedisset in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi petitum esset: placuit, quia non probabat sibi datas præceptiones, ex sola [4] sua cautione solum fideicommissum præstare debere.

§. 1. Cornelio Felici mater scripta heres rogata erat restituere hereditatem post mortem suam: cum heres scripta condemnata esset à fisco, & omnia bona mulieris occuparentur: dicebat Felix, se ante [5] pœnam esse: hoc enim constitutum est: sed si nondum dies fideicommissi veniisset, quia posset prius ipse mori, vel etiam mater alias res adquirere: repulsus [6] est interim à petitione.

De tacito fideicommisso, & de eo qui se detulit.

XLIX. IDEM lib. singul. de tacitis fideicommissis.

CUm tacitum [7] fideicommissum is, cui datum erat, capere se nihil posse detulisset, in quæstionem venit, dodrantis, an totius artis partem dimidiam ex beneficio D. Trajani recipere debeat? de qua re exstat Rescriptum Imperatoris Antonini in hæc verba: Imperator Antoninus Julio Rufo, *Qui tacitam fidem accommodavit, ut non capienti restitueret hereditatem: si deducta parte quarta restituit, nihil retinere debet: quadrans autem, qui heredi imponitur ipsius, eripiatur, & ad fiscum transferatur: unde dodrantis semissem solum capit, qui se detulit.*

De fructibus.

L. IDEM lib. III Decretorum.

VAlerius Patronius [8] Procurator Imperatoris Flavio Stalticio prædia certo pretio addixerat: deinde facta licitatione [9] idem Stalticius recepta ea licitatione obtinuerat, & in vacuam possessionem inductus erat: de fructibus medio tempore perceptis quærebatur? Patronius [10] fisci esse volebat: plane si medio tempore inter primam licitationem, & sequentem adjectionem percepti fuissent, ad venditorem pertinere: sicut soleat dici, cum in diem addictio facta est, deinde melior conditio allata est: nec moveri deberemus, quod idem fuisset, cui & primo addicta fuerant prædia. Sed cum utraque addictio intra tempus vindemiarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu: itaque placebat fructus emptoris esse. *Papinianus* & *Messius* novam sententiam induxerunt, quia sub colono erant prædia, iniquum esse fructus ei auferri universos: sed colonum quidem percipere eos debere: emptorem vero pensionem [11] ejus anni accepturum, ne fiscus colono teneretur, quod ei frui non licuisset, atque si hoc ipsum in emendo convenisset: pronuntiavit tamen secundum illorum opinionem, quod quidem domino colerentur, universos fructus habere: si vero sub colono, pensionem accipere [12], Tryphonino suggerente, quid putaret [13] de aridis [14] fructibus, qui ante percepti in prædiis fuissent: respondit, si nondum dies pensionis veniisset, cum addicta sunt: eos quoque emptorem accepturum.

jores enim proventus ex istis reditibus, quam ex ipso fundo colliguntur, ideoque si non à die contractus, habiti reditus ultro citroque perciperentur, evidens damnum esset ejus, cui reditus cedit: alias pensiones, quarum dies nondum cessit, fructibus solo cohærentibus exæquari putandum est, ut quemadmodum hi, sic illæ emptorem sequantur. 12 Accipiet. *Hal.* 13 Putarem. *Hal.* 14 Aridi fructus sunt messes, *ut hic*, *Novell* 34. *l.* 15. *C. Theod. de susceptorib. l.* 1. *C. Theod. de usur. l. oleo.* 23. *& Authent. ad hæc*, *C. de usur.* Porro de aridis & liquidis fructibus vide Copum tractatu de fructibus, *tit.* 4. *c.* 12.

TIT. XV.

DE CAPTIVIS ET [DE] POSTLIMINIO [1], ET REDEMPTIS AB HOSTIBUS.

1 VIII. *C.* LI.

De eo quod servus captivi adquirit.

I. MARCELLUS lib. XXII Digestorum.

QUod servus [2] ejus, qui ab hostibus captus est, postea stipulatus est, aut si legatum sit servo ejus, posteaquam ille ad hostes pervenit: hoc habebunt heredes ejus: quia & si captivitatis tempore decessisset, adquisitum foret heredi.

De navibus. 1. Equis. 2. Armis. 3. Vestibus.

II. IDEM lib. XXXIX Digestorum.

NAvibus [3] longis [4] atque onerariis propter belli usum postliminium est: non piscatoriis [5], aut si quas actuarias voluptatis causa paraverunt. §. 1. Equus [6] item, aut equa ficni patiens, recipitur postliminio: nam sine culpa equitis proripere se potuerunt. §. 2. Non idem in armis juris est: quippe nec [7] sine flagitio amittuntur: arma enim postliminio reverti negatur, quod turpiter [8] amittantur.

III. POMPONIUS lib. XXXVII ad Quintum Mucium.

ITem vestis.

De captivo, vel dedito hostibus reverso.

IV. MODESTINUS lib. III Regularum.

EOs qui ab hostibus capiuntur, vel hostibus [9] deduntur, jure postliminii reverti antiquitus placuit. †. An qui hostibus deditus reversus, nec [10] à nobis receptus, civis Romanus sit, inter Brutum & Scævolam varie tractatum est? Et consequens est, ut civitatem non [11] adipiscatur.

De bello & pace. 3. An postliminio reversus sit, qui ad suos pervenit.

III. POMPONIUS lib. XXXVII ad Quintum Mucium.

Postliminii jus competit aut in bello [12], aut in pace [13].

§. 1. *In bello*, cum hi qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, & intra præsidia sua perduxerunt: nam si eodem bello is reversus fuerit, postliminium habet, id est, perinde [14] omnia restituuntur ei jura, ac si captus ab hostibus non esset: antequam in præsidia perducatur hostium, manet civis: tunc autem reversus intelligitur, si aut ad amicos [15] nostros perveniat, aut intra præsidia nostra esse cœpit. §. 2. *In pace* quoque postliminium datum est: nam si cum gente aliqua neque amicitiam [16], neque hospitium [17], neque fœdus amicitiæ causa factum habemus: hi hostes quidem non sunt: quod autem ex nostro ad eos pervenit, illorum sit: & liber homo noster ab eis captus servus sit & eorum. † Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perveniat. Hoc quoque igitur casu postliminium datum est.

§. 3. Captivus autem, si à nobis manumissus fuerit, & pervenerit ad suos, ita demum postliminio reversus intelligitur, si malit [18] eos sequi, quam in nostra civitate manere: & ideo in Attilio Regulo, quem Carthaginenses Romam miserunt, responsum

---

62 *l. pen. ult. C. eod. l.* 2. *ff. de bon. damnat. l.* 2. *ff. de b. m. eorum qui ante, l.* 2. *C. de bon. eorum.*
63 Vide *Paul. l. sent.* 12. §. 1.
64 Vide *l.* 3. §. 4. *ff. de bon. eorum qui ante sententiam.*
65 *l.* 5. *C. qui manumittere.*
66 *l.* 15. §. 5. *ff. eod.*
67 Vide quæ scripsi in *Auth. si quis in aliqua. C. de edendo.*
68 Nota cautionis genus.
69 Id Galli practici vocant *viderunt.*
70 Vide *l.* 1. §. 8. *C. de officio P. Prætorio Affric.*
71 Adde *l. ult. C. de privileg. fisci.*
72 *l.* 33. *ff. de usur.* Fiscalibus debitoribus dilationem petentibus majoribus in summis non plus quam tres menses: in minoribus non plus quam duo prorogantur.
73 *l.* 68. *in fin. ff. de fidejuss.* Goth. Vide Zanger. *de except. part.* 3. *c.* 8. *num.* 42. Anf.
74 *l.* 6. *ff. de reb. judicis auctoritate.*
75 Interversor, seu administrator qui dolo malo dilapidat rem, pecuniamve fiscalem, in quadruplum tenetur, *ut hic*, *l.* 8. *C. eod. l.* 1. *C. de his, qui ex publ. ratiocin. l.* 1. *C. de pœnis fiscalib. credit. præferri.* Imo in duplum. *l.* 46. §. 1. *ff. eod.* In non adquisitis fisco duplum: in jam adquisitis quadruplum.
76 *l.* 1. *C. si adversus fiscum.*
77 Quia indignus est.
78 *l.* 5. *C. de hered. instit.*
79 Vide *l.* 5. *C. de test. ord. l.* 4. *C. de hered inst.*
80 § *ult. ff. eod. l.* 7. *C. de jure fisci.* Imo, in quadruplum. *l.* 45. §. 13. *ff. eod.*
81 19. *Synopsis* 1. *ex lib.* 50. *tit.* 2. *c.* 41. 3. *Harm.* 3. adde *l.* 3. *ff. de vacat. muner.*
82 *l.* 8. *ff. ad l. Jul. repetundarum.* διὰ ῥάου Græci illo loco.
83 *l. unic. C. de contract. jud.*
84 *l.* 2. *C. in quib. caus. pign.* ex causa tributorum, & suorum contractuum, non ex aliis causis. *l.* 7. *C. de privilegio fisci.* imo semper non habent. *l.* 6. *ff. eod. l.* 10. *ff. de pact.*
85 Parvum tempus dicitur id spatium bimestre *l.* 2. *C. de secundis nuptiis.*
86 Qui vult fisco compensationem opponere, intra duos menses probare debet sibi deberi id quod in compensationem deducit, alioquin non admittitur compensatio.
87 Vide *l.* 3. *C. de compens.*
88 *l.* 7. *C. de compens.*
89 Vide *l.* 15. *ff. de donat.*
90 *l.* 41. *ff. de solut.*
91 *l.* 30. *ff. eod.*
92 *l.* 25. §. 2. *ff. de acq. hered.*
93 *l.* 1. *ff. de officio procur. Cæs. l.* 25. §. 2. *ff. de acq. her.*
94 §. 1. *ff. eod. l.* 8. *C. de jure fisci.*
95 Illi emptores scil.
96 Conductricis fisci scil.
97 Id petebant à fisco, ut prius discuterentur heredes debitoris fisci. 98 Discussionis necessitas fisco, velut privatis imminet. In discussionibus fiscus non est melioris conditionis quam privatus. adde *titul. Cod. de conveniendis fisci debitoribus.* Goth. Actio personalis adversus heredes instituenda antequam hypothecaria instituatur contra extraneum possessorem. Vide *l.* 1. *Cod. de revocand. his quæ in fraud. credit.* Quid de minore cujus fundus alienatus est. Vide Covarruv. *lib.* 1. *var. cap.* 5. *num.* 7. Quando possit agere in rem neglecta personali actione, vide Kinschot. Resp. 57. Anf. 99 Procurator Cæsaris debita fiscalia exigebat. *l. ult. ff. de interrogat. in jure*: dixi ad *tit. de officio procuratoris Cæsaris.* 100 Percepisset. 1 *l.* 3. *C. de fundis rei privatæ.* 2 Tacite, adde *l.* 49. *ff. eod. l.* 3. *ff. de probat.*
3 A fidejussore scil. *d. l.* 3.
4 Adde *l. ult. ff. de solutionib.*
5 *l.* 37. *ff. eod. l.* 24. *C. de donat. inter virum.*
6 *l.* 121. §. 2. *ff. de verb. oblig.*
7 *l.* 48. *ff. eod.*
8 Patronus *Vulg.* Patronius. *Hal.* Goth. Vide Augustin. *lib.* 2. *emend. c.* 3. Covarruv. *lib.* 1. *var. lect. cap.* 19. Brisson. *lib.* 3 *select. cap.* 21. S. L.
9 Adde *l.* 6. *ff. de in diem addict.*
10 De fisci advocato, vel patrono dixi ad *l.* 3. §. 9. *in fin. l.* 7. *ff. eod. & tit. de advocatis fisci.*
11 Ipso jure pensiones cedere emptori, ut & fructus soli, hinc colligunt. *l.* 13. §. 10. *ff. action. empt.* quod de fructibus ad pensionem licitum argumentum sit. *l. ult. ff. soluto.* Obstare tamen videtur lex 13. §. 11. lex 52. *ff. de act. empt.* quæ innuere videtur, emptori non aliter pensiones competere, quam si id expresse conventum fuerit. Alii mitiores putant pro rata temporis pensionem inter venditorem, & emptorem dividi, *l.* 13. §. 11. *ff. de act. empt.* quod concedi facile poterit, si inter contrahentes convenit, ut à die contractus habiti pensiones emptori cederent: id evidentius in permutatione fundi censuumque cum reditibus annuis ad duodecimum denarium, ut vulgus loquitur, constitutis, apparet ma-
12 *l.* 12. §. 1. *in fin. l.* 22. §. 1. § 3. *ff. eod.*
3 Adde *Ciceronem in Topicis.* Festum in verbo Postliminium: adde *l.* 20. §. 1. *ff. eod.*
4 Navium aliæ longæ atque onerariæ, piscatoriæ, actuariæ, voluptatis causa.
5 Nam piscatoriæ, & voluptuariæ voluptatis causa comparatæ bello inutiles sunt, v. *Cujac.* 11 *obs.* 32.
6 *Cicero in Topicis in locorum notatione.*
7 Arma militum non sine flagitio amittuntur. adde *l.* 3. §. 13. *ff. de re milit.*
8 Arma, quia turpiter amittuntur, postliminio non redeunt.
9 Grot. legit: *ab hostibus deducuntur.* Flor. Sparf. *hic.* S. L.
10 Adde *l. ult. ff. de legationib.*
11 Cur ita? *d. l. ult.* Imo adipiscitur, vide Ciceronem *oratione pro Cæcinna, in fin.*
12 *l* 12. *ff. eodem.*
13 Vid. § 2. *ff. eod.*
14 *l.* 12. §. 15. *l.* 16. *l.* 19. *l.* 24. *ff. eod.*
15 Confinia fœderatorum attigisse, captivo satis est, ut postliminium consequatur.
16 Gentium differentias observa: cum gentibus enim habemus amicitiam, vel hospitium vel fœdus, & sic exterorum alii sunt nobis amici, hospites, fœderati.
17 Hospitii necessitudo olim inter populos quosdam contrahebatur, quod quidem genus amicitiæ Græci ξενοξυλεῖον appellant. vide *hic Budæum.* 18 Jure postliminii non fruitur, qui ei renuntiavit.

sum est, non esse [eum] postliminio reversum: quia juraverat [19] Carthaginem reversurum, & non habuerat animum Romæ remanendi. Et ideo in quodam interprete Menandro [20], qui, posteaquam apud nos manumissus erat, missus est ad suos, non est visa necessaria lex, quæ lata est de illo, ut maneret civis Romanus. Nam sive animus ei fuisset remanendi apud suos, desineret esse civis: sive animus fuisset revertendi, maneret civis: & ideo lex esset supervacua.

19 *Cicero pro Sextio, & de senectut & 3. de officiis.* Captus laxari dimittique solet cum juramento redeundi: si non revertitur, puniri perjurii potest, adde *l.21. ff. de negotiis.* vide *Brunem. tract. de cessione bonorum 4. 9. 11.*

20 Meminit Cicero *oratione pro L. Cornelio Balbo.*

De damnata, deinde à latrunculo capta, & vendita ac redempta.

VI. Idem lib. I ex Variis lectionibus.

MUlier in opus salinarum [21] ob maleficium data, & deinde à latrunculis extera gentis capta, & jure commercii vendita ac redempta [22], in causam suam recidit. Coccio autem Firmio centurioni pretium ex [23] fisco reddendum [24] est [25].

21 Vide *l.8. §.8. ff. de pœnis.*

22 *l.12. §.15. ff. eodem.*

23 Facit *l.6. in fin. C. de navicular. lib. l 11. t. 1.*

24 Emptorem rei alienæ pretium ejus consequi, hinc colligunt, non obstante *l.2. C. de furtis.* dummodo protestetur se eo animo rem emere, ut eam vero domino aliquando restituat.

25 Imo non est, *l.17. ff. eod. l.23. ff. de rei vind. l.2. C. de furtis.*

De fœderatorum 1. Qui sunt populi liberi. 2. De reu ex civitatibus fœderatis.

VII. Proculus lib. VIII Epistularum.

NOn dubito, quin fœderati [26] & liberi nobis externi [27] sint: non [28] inter nos atque eos postliminium esse: etenim quid inter nos atque eos postliminii opus est, cum & illi apud nos & libertatem suam, & dominium [29] rerum suarum æque, atque apud se retineant: & eadem nobis apud eos contingant? §. 1. Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati est subjectus, sive is fœderatus est: item sive æquo [30] fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi majestatem comiter [31] conservaret [32]: hoc enim adjicitur, ut intelligatur alterum populum superiorem esse: non ut intelligatur alterum non esse liberum: quemadmodum clientes [33] nostros intelligimus liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque (viri boni) nobis [34] (præsunt:) sic eos, qui majestatem nostram comiter [35] conservare [36] debent, liberos esse intelligendum est. § 2. At fiunt [37] apud nos rei ex civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.

26 Fœderati populi qui, vide Ciceronem 1. *de oratore.* Fœderis ineundi formam veterem vide apud Suetonium in *Claudio* 25.

27 Externi non sint. *Hal. Vulg. Bud. hic.*

28 Imo inter nos, *Festus in voce postliminium.* vide *Cujac. 11. obser. 23.*

29 Albinagii jus regibus nullum competere in bonis confœderatorum, & sociorum in suo territorio habitantium hinc colligas: quod Gallis scitu utile est, propter jus albinagii apud eos receptum.

30 Fœderatorum alii æquo jure in populi Romani amicitiam veniebant: alii populi Romani majestatem comiter observare cogebantur. Livius 34. Tria sunt genera fœderum, quibus inter se paciscuntur amicitias civitates regesque. Unum cum bello victis dicuntur leges: ubi enim omnia ei qui armis plus potest, dedita sunt, quæ ex iis habere victor, quibus multari eos velit, ipsius jus atque arbitrium est. Alterum, cum pares bello, æquo fœdere, in pacem atque amicitiam veniunt. Tunc enim repeti reddique per conventionem res, & si quarum turbata possessio sit, eas aut ex formula juris antiqui, aut ex partis utriusque commodo componere solent. Tertium genus, cum qui nunquam hostes fuerunt, ad amicitiam sociali fœdere inter se jungendam coëunt. hi neque legem fœderis dicunt, neque accipiunt. id enim victoris, & victi est. 31 Communiter. *Hal.* 32 Populus non desinit esse liber, licet superioris alicujus potestatem comiter observet: hæc sententia scitu digna liberis Germanorum civitatibus sic olim Arverni, Sanctones, & Bituriges erant liberi populi, 4. *Plin.* 19. & Germani, teste Suetonio in *Caligula* c. 3. Libera erant fœderata oppida: ideoque sine lictoribus à Romanis magistratibus visebantur, earum legatos venire in Orchestra sedere Augustus, cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. *Sueton. in Augusto c.44.* 33 Clientes & vasalli dominos licet habeant superiores, sunt tamen liberi. Clientum tamen verbo Provinciales, vel Italicos populos, qui se in clientelam dabant proceribus Romanis cum Budæo hic intellige. 34 Neque viribus nobis pares sunt. *Hal.* neque jure omni pares sunt. *Vulg.* 35 Communiter. *Hal.* Comiter observare, est observationem non indignam libero populo, superiori exhibere, vide Ciceronem *oratione pro Balbo* adde Brissonium 2. *de Formul.* 36 Livius 8. *de bello Macedonico.* Fuerunt hæ conditiones cum Ætolis: Imperium majestatemque populi Romani gens Ætolorum conservato sine dolo, ne quem exercitum, qui adversus socios amicosque eorum ducetur, per fines suos transire finito, neve illum ope juvato: eosdem hostes habeto, quos populus Romanus, armaque in eos ferto 37 Forum fortiuntur in civitate fœderatæ, rei fœderatæ delinquentes. adde *l.3 §.1 ff. de off. præsid.* 38 *l.14 l 23. ff. eodem.* 39 Hæc verba *post constitutum tempus*, Cujacis *Novell* 12. à Tribonianо subdita esse ait. 40 Pœnæ dissidii sive divortii hæ sunt, si mulier absque probabili causa discedit à marito, aut quæ probabilem causam discedendi marito præbuit, dotem amittit, ut & lucra nuptialia, quæ maritu servat liberis communibus, ac præteres intra quinquennium alii nubere non potest. *l 8. §. 4. C. de repud.*

41 *l.25 ff. cod. l.6. §.1. ff. de statulib.* Goth. Vide Leonin. *Emend. l.2. c.5.6.* Anf 42 Caracalla & Severus. Rævard. *var. lib 3. cap.* 10. Anf. 43 Substitutio pupillaris utrum lege Cornelia confirmetur, vide Cujac. 15. *obs.* 17. 44 *l.28. ff. de vulg. & pupill.* 45 Quod verum est, *vulg.* quod non verum est, *Hal.* quamquam verum est. *Cujac. 15. observ. 17. & ad l. 9. ff. de usurpat.*

46 V. *Cujac. 15. obs.* 17. 47 Vide Anton. Augustin. *emendat lib. 4. cap* 10. Anf. 48 Male vulgata legit, *hostium potius est*: male etiam Budæus legit, *hostium potestati subditus*, vide *l.15. ea quib. caussis major.* dixi ad Festum *in Postliminium.* 49 *l. 29. ff. de vulg.* 50 *l. 5. ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 2. cap. 6. num. 27.* Anf. 51 De quibus id in pactis, &c. *Petrus Faber 1. Semestr. 7. Cujac. 19. observ. 7.* 52 Salmasius legit: *ad exteros.* S.L. 53 Suo pacto. *Hal. Bud. Hugo à Porta.* Alii: *fato suo*, Salmasius legit: *hostes suis factos*, S.L.

§. 1. Si quis capiatur ab hostibus, hi, quos in potestate habuit, in incerto [54] sunt, utrum sui juris facti, an adhuc pro filiis familiarum computentur: nam defuncto illo apud hostes, ex quo captus est, patres familiarum: reverso, nunquam non in potestate ejus fuisse credentur: ideo & de his, quæ medio tempore adquiruntur stipulatione, traditione, legato, (nam hereditate non possunt) tractatum est, ubi non est reversus, [si forte] alii vel in totum, his exheredatis testamento, vel in partem instituti sunt heredes: utrum id hereditate captivi, quæ lege Cornelia inducitur, an propria [55] ipsorum sint? quod verius est: diversumque in his, quæ per servos [56] adquiruntur: merito: quia hi bonorum fuerunt, & esse perseverant: hi sui juris exinde, sibique ideo adquisisse intelliguntur. §. 2. Facti [57] autem causæ infactæ nulla constitutione fieri possunt: ideo eorum, quæ usucapiebat per semetipsum possidens [58], qui postea nanctus est, interrumpitur usucapio: quia certum est, eum possidere desisse, eorum vero, quæ per subjectas juri suo personas possidebat, usuque capiebat, vel si qua postea peculiari nomine comprehenduntur, *Julianus* scribit, credi suo tempore impleri usucapionem, remanentibus iisdem personis in possessionem [59]. *Marcellus* nihil interesse, ipse possedisset, an subjecta ei persona: sed Juliani sententia sequenda est. §. 3. Medio tempore filius, quem habuit in potestate captivus [60], uxorem ducere potest: quamvis consentire nuptiis pater ejus non posset: nam utique nec dissentire: susceptus ergo nepos in reversi captivi potestate, ut redierit, erit, suusque heres ei quodammodo invito, cum nuptiis consenserit: non mirum: quia illius temporis condicio necessitasque faciebat, & publica nuptiarum utilitas [61] exigebat. §. 4. Sed captivi uxor, tametsi maxime velit, & in domo ejus sit: non [62] tamen in matrimonio est. §. 5. Codicilli, si quos in tempore captivitatis scripserit, non creduntur jure subtili confirmari testamento, quod in civitate fecerat: sed nec fideicommissum ex his peti potest: quia non sunt ab eo facti, qui testamenti factionem habuit: sed quia merum principium eorum in civitate constituto captivo factum est, id est, in testamento confirmatio codicillorum: & is postea reversus est, & postliminio jus suum recepit, humanitatis rationi congruum est, eos codicillos ita suum effectum habere, quasi [63] in medio nulla captivitas interessisset. §. 6. Cætera, quæ in jure sunt, posteaquam postliminio redit, pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potitus [64] fuisset. §. 7. Si quis servum captum ab hostibus redemit [65]: protinus est redimentis: quamvis scientis [66] alienum fuisse: sed oblato ei pretio quod dedit, postliminio redisse, aut receptus esse servus credetur [67].

54 *l.22. §.2. ff. eod. §.5. Inst. quibus modis jus patria.*

55 *l.9. in fin ff. de captiv.*

56 Vide *l.1. ff. eod.*

57 Facti autem causæ infectæ. *Hal.* adde *l.31. ff de reg. jur.* Possessionem facti esse hinc colligunt. *l.1. §.4. ff. de adq. poss.*

58 *l.19. ff. ex quibus causis major.*

59 In possessione. *Hal.*

60 *l.9. l.10. ff. de ritu.*

61 *Paul. 5. sent. 29 §.2.*

62 Vide *l.1. ff. de divor.*

§. 8. Et si ignorans captivum, existimans vendentis esse redemit [68], an quasi usucepisse videatur, scilicet ne post legitimum tempus offerendi pretii priori domino facultas sit, videamus? Nam occurrit, quod constitutio, quæ de redemptis lata est, eum redimentis servum facit, & quod meum [69] jam usucapere me intelligi non potest. Rursum cum constitutio non deteriorem causam redimentium, sed si quo meliorem effecerit: perimi jus bonæ fidei emptoris [70] vetustissimum, & iniquum, & contra mentem constitutionis est: ideoque transacto tempore, quanto nisi constitutio eum proprium fecisset, usucapi potuisset, nihil ex constitutione domini [71] superesse, recte dicetur. §. 9. Manumittendo [72] autem utrum desinit tantum dominus esse, & relictus ab eo servus in jus prioris dominі redit: an & liberum eum fecit, ne prætatio libertatis dominii fiat translatio? certe apud hostes manumissus liberatur: & tamen si eum nanctus dominus ipsius verus intra præsidia nostra fuisset, quamvis non secutum res nostras, sed dum eo consilio venisset, ut ad illos reverteretur: servum retineret jure postliminii, quod in liberis aliter erat: non enim postliminio revertebatur, nisi qui hoc animo [73] ad suos veniisset, ut eorum res sequeretur: illoque relinqueret, à quibus abiisset: quia (ut Sabinus scribit) de sua [74] qua civitate cuique constituendi facultas libera est: non de dominii jure. Verum hoc non multum onerat præsentem inspectationem [75]: quia [in] hostium jure manumissio obesse civi nostro domino servi non potuit: at is, de quo quæritur, lege nostra quam constitutio fecit, civem Romanum dominum habuit, & an ab eo possit libertatem adsequi, tractamus: quid enim si nunquam ille pretium ejus offerat? si nec conveniendi ejus sit facultas? liber erit servus, qui nullo merito suo poterit à domino libertatem consequi? quod est iniquum & contra institutum à Majoribus libertatis favorem [76]. Certe & veteri jure, si ad hoc, qui sciens alienum esse redemisset, alius bona fide emisset: usucapere, ad libertatemque perducere potuit: & isto quoque modo prior dominus, qui ante captivitatem fuerat, jus suum amittebat: [quare] igitur iste non habet jus manumittendi? §. 10. Si statuliber [77] fuerit, antequam ab hostibus caperetur, redemptus pendente conditione suam causam retinebit. §. 11. Quid ergo, si ita libertatem acceperat, si *decem [millia] dederit?* Quæsitum est, unde dare debebit? quoniam, & si concessum est statulibero de peculio dare: hoc tamen quod apud hunc, qui redemit, habet, numquid vice illius sit, quod apud hostes quæsisset? Utique, si ex re illius, aut ex operis suis quæsitum est, ex alia autem causa parto [78] peculio potest dare, ita ut conditioni benigne eum paruisse credamus. §. 12. Si pignori servus datus fuerat ante captivitatem, post demissum [79] redemptorem [80], in veterem obligationem revertitur: & si creditor obtulerit ei, qui redemit, quanto redemptus est, habet obligationem, & in propriorem [81] debiti causam, & in eam summam, qua eum liberavit: quasi ea obligatione quadam constitutione inducta, ut cum posterior creditor priori satisfacit confirmandi sui pignoris causa: nisi quod in hoc controversa res est, & posterior, *qui apud nos esset prior, quia eum servum, ut apud nos esset, efficit, ab eo qui tempore prior fuit, ut infirmiore dimittendus est.

67 *Res meas ab hoste qui recuperat, eas mihi restituere cogitur. An recepto pretio? an gratis potius? si virtute bellica res meas recuperavit, gratis. l.20. §.1 ff. cod. l.11 l.12 C. eod. sin pecunia data, gratis restituere non cogitur, ut hic:* adde quæ scripsi ad *l.9 ff. de leg. 1.*

68 Meum quod semel fuit, meum amplius esse non potest, vide tamen Socin. *reg* 200.

69 Adde *l 34. §. 4. ff de contr. empt. §. 1 Inst. per quas personas.*

70 Emptoris & inique, &c. *Hal.*

71 *Al* domino.

72 1. *Harm. 14. §. ult.*

73 Vide *l.5 §.3. ff. eod.*

74 Quaque. *Hal.* quilibet potest ita tuere de sua civitate, non de dominio. *Bart.*

75 Inspectionem. *Hal.*

76 *l.71 §.2. ff de conditionе. & demonstr.*

77 *l.19. §.6. ff. eod.*

§. 13. Si plurium servus fuerat, & omnium nomine ei qui redemit, restitutum pretium erit: in communionem redibit: siunius tantum, vel quorundam, nec omnium: ad eum cosve, qui solverunt pertinebit, ita ut in portione sua pristinum jus obtineant [82], & in parte [83] cæterorum ei, qui redimit, succedant. §. 14. Si fideicommissa libertas debita captivo fuerit, redemptus nondum eam petere poterit, nisi [84] redemptori satisfecerit [85]. §. 15. Si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus, quibus casibus redit, in eam [86] causam venit in qua futurus esset, si captus non fuisset: deportabitur igitur. §. 16. Sed si in captivo servo talis præcesserat causa, quæ ejus vel ad tempus vel ad perpetuum libertatem impediret: nec redemptione ab hostibus mutabitur: veluti si in legem [87] Faviam commissse eum constiterat: vel ita venierat, ne manumitteretur: habebit autem interim sine pœna sua, qui redemit.

78 Parato. *Hal.*

79 Dimissum.

80 *l.10. in fin, ff. quibus mod. pign.* adde *l. 10. ff. de ul & ui.*

81 Propiorem. *Hal.*

82 Obtineat. *Hal.*

83 In partes. *Hal.*

84 *l.2. C. eod.*

85 Redemptus redemptori satisfacere debet.

86 Vid. *l.6. ff. eod.*

87 Vid. *l.12. ff. de manumiss.*

§. 17. Ergo de metallo captus redemptus in pœnam suam reverteretur: nec tamen, ut transfuga [88] metalli, puniendus erit, sed redemptor à fisco pretium recipiet [89]; quod etiam constitutum est ab Imperatore nostro, & Divo Severo. §. 18. Si natum ex Pamphila legatum tibi fuerit, tuque matrem redemeris [90], & [ea] apud te pepererit: non videri re partum ex causa lucrativa habere: sed officio [arbitrioque] judicis æstimandum, constituto pretio partus, perinde atque si, quanto mater est empta, simul & partus venisset. Quod si jam natum apud hostes (quod eo tempore, quo capiebatur [91], utero gerebat), cum matre redimatur ab eodem uno pretio: oblato [tanto], quantum ex pretio, quod pro utroque unum [92] datum est, æstimationem contingere partus, & videtur is postliminio reversus. Multo magis, si diversi emptores utriusque extiterint, vel unius. Sed si suo quemque pretio redemerit, id offerri pro singulis oportebit redemptori, quod hosti pro quoquo datum est, ut separatim quoque postliminio reverti possint.

88 *l.* 8. § 6. *ff. de pœn.*

89 *l.* 6. *ff. eod.*

90 *l.* 73. *ff. de legat.* 2.

91 In utero gerebat. *Vulg. Hal.*

92 Venenum datum est. *Hal.*

Si nepos filio adoptivo emancipato ab hostibus redeat.

XIII. PAULUS lib. II ad Sabinum.

SI me tibi adrogandum dedissem, emancipato me, reversum [93] ab hostibus filium meum loco nepotis tibi futurum constat.

93 Adde §. 9. *Theoph. Inst. quib. modis jus patriæ potestatis.*

Duæ species postliminii. De filio, 1. Et uxore.

XIV. POMPONIUS [94] lib. III ad Sabinum.

CUm duæ species postliminii sint, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus: cum filius revertatur, duplicem [95] in eo causam esse oportet postliminii: & quod pater eum reciperet, & ipse jus suum. §. 1. Non [96], ut pater [97] filium, ita uxorem maritus jure postliminii recipit, sed consensu redintegratur matrimonium.

94 Papinianus. *Hal.*

95 Fictiones duæ concurrere circa idem possunt. *Bart.*

96 *l.* 8. *ff. eod.*

97 Pater filium postliminio recipit *æquissimo. Theoph. §. 5. in fin. Inst. quib. mod. jus patriæ potest.*

An redemptus ab hostibus habeat suum heredem.

XV. ULPIANUS lib. XII ad Sabinum.

SI patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post [98] mortem ejus, redemptionis quantitatem offerat: dicendum est, suum ei posse existere: etsi forte quis subtilius dicat, hunc, dum moritur, quasi [99] jure pignoris finito, nanctum postliminium, & sine obligatione debiti obisse, ut poterit suum habere: quod non sine ratione dicetur.

98 V. *l.* 6. *C. eod.*

99 V. *l.* 2. *C. eod. l.* 20. §. 1. *ff. qui testam. l.* 43. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 3. §. 3. *ff. de libero homine.*

Fictio postliminii.

XVI. IDEM lib. XIII ad Sabinum.

RETRO [100] creditur in civitate fuisse, qui ab hostibus advenit.

100 V. *l.* 5. §. 1. *ff. eod. Eclog.* 1. *c.* 13.

1 2 *Harm.* 7. §. 1.

2 *Eclog. ibid. c.* 14.

3 *Eclog. ibid. c.* 15.

De his, qui hostibus se dederunt.

XVII. PAULUS lib. II ad Sabinum.

POstliminio [1] carent [2], qui [3] armis victi hostibus se dederunt.

4 Postliminium quid, *Eclog. ibid. c.* 62. *Harm.* 7. § 2. *Theop. d.* §. 5. Cicer. *in Topicis.* Festus *in voce* postliminium. vid. Cujac. 11 *obs.* 23.

5 V. *l.* 7. *ff. eod.*

6 *l.* 6. *C. eod.*

Fictio Legis Cornelia.

XVIII. ULPIANUS lib. XXXV ad Sabinum.

IN omnibus partibus juris is, qui reversus non est ab hostibus, quasi tunc [3] decessisse videtur, cum captus est.

Definitio & ratio postliminii. 1. De inducis. 2. De capti à piratis aut latronibus. 3. Quid sit postliminio redisse. 4. De transfugis. 9. De redempto ab hostibus. 10. Quibus est postliminium.

XIX. PAULUS lib. XVI ad Sabinum.

POstliminium [4] est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendæ, inter nos ac liberos [5] populos regesque, moribus, legibus, constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam citra bellum: hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere. Idque naturali [6] æquitate introductum est, ut, qui per injuriam ab extraneis detinebatur, is, ubi in fines suos rediisset, pristinum jus suum reciperet. §. 1. *Inducia* sunt, cum in breve, & in præsens tempus convenit, ne invicem se lacessant: quo tempore non est postliminium. §. 2. A piratis [7] aut latronibus capti, liberi permanent. §. 3. *Postliminio* [8] *redisse* videtur, cum in fines nostros intraverit, sicuti amittitur, ubi fines nostros excessit. Sed & si in civitatem sociam amicamve, aut ad regem socium vel amicum venerit, statim postliminio rediisse videtur: quia [9] ibi primum nomine publico tutus esse incipiat.

§. 4. Transfugæ [10] nullum postliminium est: nam qui malo consilio, & proditoris animo patriam reliquit, hostium numero habendus est. Sed [11] hoc in libero transfuga juris est, sive fœmina, sive masculus sit. §. 5. Si vero servus [12] transfugerit ad hostes: quoniam &, cum casu captus est, dominus in eo postliminium habet: rectissime dicitur, etiam ei postliminium esse: scil. ut dominus in eo pristinum jus recipiat: ne contrarium jus non tam ipsi injuriosum sit, qui servus semper permanet, quam domino damnosum constituatur. §. 6. Si statuliber [13] transfuga reversus sit, existente conditione, postquam rediit, liber efficitur. † Diversum est, si conditio extitisset, dum apud hostes est: in eo enim casu neque sibi reverti potest, ut liber sit: neque heredi in eo jus postliminii est: quia non potest queri [14], cum nullum damnum patiatur, libertate jam obtingente, si non impediat, quod transfuga factus est. §. 7. Filius quoque familias [15] transfuga non potest postliminio reverti, neque vivo patre: quia pater sic illum amisit, quemadmodum patria, & quia *disciplina* [16] *castrorum antiquior* [17] *fuit parentibus Romanis, quam chartæ* [18] *liberorum.* §. 8. Transfuga [19] autem non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit: sed & qui per inducias tempus, aut ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit. §. 9. Si is, qui emat [20] ab hostibus, pluris alii jus pignoris, quod in redempto habet, cesserit: non eam quantitatem, sed priorem redemptus reddere debet: & emptor habet actionem adversus eum, qui vendidit ex empto. §. 18. Postliminium hominibus est, cujuscunque [21] sexus, conditionisve sint. Nec interest, liberi, an servi sint: nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt: sed omnes homines: quia ejus naturæ sunt, ut sui esse vel consilio, vel aliis modis possint.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 *l.* 19. *in fin. C. eod.* Goth. Vide Anton. Augustin. *lib.* 1 *emend. cap.* 9. S. L.

22 *l.* 19. *in fin. C. eod.* Goth. Vide Anton. Augustin. *lib.* 1 *emend. cap.* 9. S. L.

23 Adde *l.* 2. *ff. eod.*

24 V. quæ scripsi ad *l.* 12. §. 7. *ff. eod.*

Si captivus cum posset, non rediit. 1. De agris publicandis, vel non. 2. De redemptione.

XX. POMPONIUS lib. XXXVI ad Sabinum.

SI captivus, de quo in pace cautum fuerat, ut rediret, sua voluntate [22] apud hostes mansit: non est ei postea postliminium.

§. 1. Verum est, expulsis hostibus ex agris [23], quos ceperint: dominia eorum ad priores [24] dominos redire, *nec aut publicari, aut præda loco cedere:* publicatur [25] enim ille ager qui ex hostibus captus sit. §. 2. Redemptio facultatem redeundi [26] præbet, non jus postliminii mutat.

De ingenua redempta vel publice recuperata, & liberis ex ea susceptis. 1. De civilibus dissensionibus.

XXI. ULPIANUS lib. V Opinionum.

SI quis ingenuam [27] ab hostibus redemptam eo animo secum habuerit, ut ex ea susciperet liberos: & postea ex se natum sub titulo naturalis filii cum matre manumiserit: ignorantia mariti ejusdemque patris, neque statui eorum, quos manumisisse visus est, officere debet, & exinde intelligi oportet remissum matri pignoris vinculum, ex quo de ea suscipere liberos optaverat, ideoque eam, quæ postliminio reversa erat libera & ingenua, ingenuum peperisse constat. Quod si publice præda virtute [28] militum reciperata, nulli pretium matris pater numeraverit: protinus postliminio reversa, non cum domino, sed cum marito fuisse declaratur. §. 1. In civilibus dissensionibus, quamvis sæpe per eas Respublica lædatur, non tamen in exitium Reipublicæ contenditur; qui in alterutras partes discedent, vice hostium non sunt eorum, inter quos jura captivitatium aut postliminiorum fuerunt: & ideo [29] captos, & venundatos, posteaque manumissos, placuit supervacuo [30] repetere à Principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiserant.

Ad Legem Corneliam de bonis ejus, qui apud hostes decessit. 1. De adquisitis per servum, 2. Vel filium captivi. 3. De peculio. 4. De testamento ejus, qui apud hostes decessit.

XXII. JULIANUS lib. LXII Digestorum.

BOna eorum, qui in hostium potestatem pervenerint, atque ibi decesserint, sive testamenti factionem habuerint, sive non habuerint, ad eos pertinent, ad quos pertinerent, si in potestatem hostium non pervenissent: idemque jus in eadem causa omnium rerum jubetur esse Lege Cornelia [31], quæ futura esset, si hi, de quorum hereditatibus & tutelis constituebatur, in hostium potestatem non pervenissent. §. 1. Apparet ergo, eadem omnia pertinere ad heredem ejus, quæ ipse, qui hostium potitus [32] est, habiturus esset, si [33] postliminio revertisset: porro, quæcunque servi [34] captivorum stipulantur, vel accipient, adquiri dominis intelligunter, cum postliminio redierint: quare necesse est, etiam ad eos pertineant, qui ex Lege Cornelia hereditatem adierint. Quod si nemo ex Lege Cornelia heres extiterit, bona publica fient. Legata quoque servis eorum præsenti [35] die, vel sub conditione ad heredes pertinebunt. Item si servus ab extero heres institutus fuerit, jussu heredis captivi adire poterit. §. 2. Quod [si] filius ejus, qui in hostium potestate est, accipit, aut stipulatur: id, patre prius, quam postliminio rediret, mortuo [36], ipsi adquisitum intelligitur: & si vivo patre decesserit, ad heredem patris pertinebit: nam status hominum, quorum patres in hostium potestate sunt, in pendenti [37] esset: reverso quidem patre, existimatur nunquam suæ potestatis fuisse: mortuo, tunc paterfamilias fuisse, cum pater ejus in hostium potestatem perveniret.

§. 3. Quæ peculiari nomine servi [38] captivorum possident, in suspenso sunt: nam si domini postliminio redierint, eorum facta intelliguntur: si ibi decesserint, per Legem Corneliam ad heredes eorum pertinebunt. §. 4. Si quis, cum prægnantem [39] uxorem haberet, in hostium potestatem pervenerit, nato deinde filio & mortuo, ibi decesserit: ejus testamentum nullum est, quia & eorum, qui in civitate manserunt, hoc casu testamenta rumpuntur.

De nepote reversi postliminio.

XXIII. IDEM lib. LXIX Digestorum.

SI quis, prægnante uxore relicta, in hostium potestatem pervenerit: mox natus filius ejus, uxore ducta, filium vel filiam procreaverit, ac tunc postliminio avus reversus [40] fuerit: omnia jura, nepotis nomine, perinde capiet, ac si filius natus in civitate fuisset.

25 Ager, qui ab hostibus per nos capitur, publicatur, id est, publicus fit, seu populi Romani. Nam Lege belli agri, qui ab hostibus capiuntur, capientis fiunt, *ut hic.* Liv. 3. Cic. 5 *Verrin.* Flaccus, *de conditionibus agrorum.* Higenus *de limitib.* Hujusmodi agrorum alios in victorem populum partiebantur, alios per quæstores, latercullis, limitibusque actis divisos vendebant, alios militibus in præmium adsignabant, alios per Censores locabant, aliis certum vectigal imponebant, quod stipendiarium dicebatur. Qui agri tributum quotannis populo pendebant, *prædia tributaria stipendiariaque* dicebantur: quorum dominium ad populum Romanum, plenissimum vero fruendi jus ad provinciales ipsos pertinuisse *Theoph. notat §. per traditionem. Inst. de rerum divis.* ad instar Romanæ Urbis, reliquæ civitates ac municipia vectigales suos agros habuerunt: quos vel ad tempus vel in perpetuum municipes locabant, dominio apud se manente, solum jus fruendi in conductores transferentes. *l.* 1. *ff. si ager vectigalis. l. si finita.* 15. §. *si de vectigalib.* 20 *ff. de damno. l. si dominus.* 71. §. *ult. ff. de legat.* 1. Horum prædiorum conditio erat, ut eorum provinciales neque essent, neque esse possent ex jure Quiritum domini: sed ea tantum in bonis haberent. Proprietas enim idcirco ad provinciales non pertinebat, quod ea prædia victor populus in dominium suum redegisset: pertinere vero ideirco non poterant, quia nec mancipatione ea abalienari, nec usucapi, cum juris Italici non essent, poterant, quibus modis legitimum, & ex jure Quiritum dominium continugebat, *l. unt. C. de usucap. transfor. Inst. de usucap.* §. *per traditionem. Inst. de rer. divis.* vid. Brisson. 4 *select.* 1. Cujac. 19 *observ.* 17.

26 Reluendi. Vigelius *lib.* 50 *ff. fol.* 376. *lin.* 39. *argum. l.* 2. *C eod.* hoc sensu: Redemisti me ab hostibus: possum me quandocunque reluere. An res ea jus postliminii mihi admit? Minime: Statim enim, atque me redemero, jus postliminii consequar. *Goth.* V. *l.* 31. *ff. de jure fisci.* vel etiam veteranis in præmium assignabatur, *l.* 11. *ff. de evictionib.* vel distrahuntur. *l. in agris. ff. de acq. rer. domin.* Anf.

27 *Eclog ib. c.* 18.

Differentia hostium, latrunculorum, prædonum.

XXIV. ULPIANUS lib. I Institutionum.

HOstes [41] sunt, quibus bellum publice Populus [42] Romanus decrevit, vel ipsi Populo Romano: cæteri [43] latrunculi vel prædones appellantur. Et ideo, qui à latronibus [44] captus est, servus latronum non est: nec postliminium illi necessarium est. † Ab hostibus [autem] captus (ut puta à Germanis & Parthis) & servus [45] est hostium, & postliminio [46] statum pristinum recuperat.

De natis apud hostes.

XXV. MARCIANUS lib. XIV institutionum.

DIvi Severus & Antoninus rescripserunt: si uxor cum marito ab hostibus capta fuerit, & ibidem ex marito enixa [47] sit: si reversi fuerint, justos esse & parentes & liberos, & filium in potestate patris, quemadmodum jure postliminii reversus sit: quod si [48] cum matre sola revertatur: quasi sine marito natus, spurius habebitur.

Quid sit postliminio rediisse.

XXVI. FLORENTINUS lib. VI Institutionum.

NIhil interest, quomodo captivus reversus est: utrum dimissus, an vi [49], vel fallacia potestatem hostium evaserit: ita tamen, si ea mente [50] venerit, ut non illo reverteretur: nec enim satis est corpore domum quem rediisse, si mente [51] alienus est. † Sed & qui victis hostibus recuperentur [52], postliminio rediisse existimantur.

De servo surrepto, deinde capto, recuperato, vendito.

XXVII. JAVOLENUS lib. IX ex Posterioribus Labeonis.

LAtrones tibi servum eripuerant, postea is servus ad Germanos [53] pervenerat: inde in bello victis Germanis, servus venierat: Anf.

42 Vel Princeps aliusve par Principi vel populo. 43 Ut Piratæ, Cicero 7 *offic.* Pirata, ut & latro, & prædo, non est ex perduellionum numero. 44 *l.* 19 § 2. *l.* 21 *in fin. ff. eod. l.* 13. *ff. qui test. l.* 4. *C. de ingen.* 45 At iniquum videtur, ut eum, qui ex nostris captus ab hostibus sit, servum habeamus, cum misero satis esse debeat, ut apud hostes, non apud suos servus habeatur. An id receptum: quod, etiamsi liber apud nos haberetur, servus tamen apud hostes semper esset: & ita ludibrio foret id legis genus? An quod eadem lege, quos nobis captivos fecimus, iidem apud suos vicissim servi, quasi pactione ita inita apud hostes? An ne, si liberi apud nos essent, dominium rerum suarum retinerent, & una cum persona res captivorum hosti res suas adquirerent?

46 *l.* 15. *ff. eod.* 47 *l.* 16. *C. eod.* 48 *l.* 1. *C. eod.* 49 Virtus, an dolus, quis in hoste requirat? *l.* 1. §. 3. *ff. de dolo.* 50 *l.* 5. §. 3. *ff. eod.* 51 Mens plurimum valet & præstat in adquirendo jure postliminii. 52 Recuperantur. *Hal.* adde *l.* 12. *C. eod.* §. 5. *in pr.* & *ibi Theoph. Inst. quib. mod. jus patriæ potestat.* 53 Id est, hostes.

nierat: negant [56] posse usucapi eum ab emptore, Labeo, Ofilius, Trebatius: quia verum esset, eum subreptum esse [57], nec quod hostium fuisset, aut postliminio rediisset, ei rei impedimento esse.

De capris in bello.

XXVIII. LABEO lib. IV Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI [58] quid bello captum est, in præda est, non postliminio redit. Paulus: Imo si in bello captus, pace facta, domum refugit, deinde renovato bello capitur: postliminio redit ad eum, à quo priore bello captus erat: si modo [59] non convenerit in pace, ut captivi redderentur.

De usucapione.

XXIX. IDEM lib. VI Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI postliminio rediisti, nihil, dum in hostium potestate fuisti, usucapere potuisti. Paulus: Imo si quid servus tuus peculii nomine, dum [60] in eo statu esses, possederit: id eo quoque tempore usucapere poteris: quoniam eas res etiam inscientes [61] usucapere solemus: & eo modo etiam hereditas [62], nondum nato posthumo, aut nondum adita, augeri per servum hereditarium solet.

Quid sit postliminio rediisse.

XXX. IDEM lib. VIII Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI id, quod nostrum hostes ceperunt, ejus generis est, ut postliminio redire possit: simul atque ad nos redeundi causa profugit ab hostibus, & intra fines [63] imperii nostri esse cœpit, postliminio rediisse existimandum est. Paulus: Imo cum servus civis nostri ab hostibus captus, inde aufugit, & vel in Urbe Roma ita est, ut neque in domini sui potestate sit, neque ulli serviat: nondum postliminio rediisse existimandum est.

56 Imo potest usucapi. *l. 8. §. 7. eod.*
57 Subtilis inspectio. *l. 24. §. eod.* Id est, inspicitur principium capitivitatis in servo.
58 Ad mancipia refert hoc caput *Harmen. 2. tit. 7. §. 5. 6.*
59 Si convenit, ut captivi redderentur, captivi sunt reddendi: sin minus, eorum manent, à quibus capti sunt: ideoque ab eis jure repetere non possunt ad. de 35 *Ecl. l. c. 18.*
60 *l. 23. §. 3. Tex quib. caus. majores. l. 44. in fin. T. de usurp.*
61 *l. 8. de usurp. l. 2. §. 15. T. pro empt.*
62 *l. 44. §. 3. T. de usurp.*
63 *l. 5. §. 1. T. eod. l. 19. §. 3. T. eod.*

TIT. XVI.

DE [1] RE MILITARI.

De absentia Reipublicæ causa.

I. ULPIANUS lib. VI ad Edictum.

MIles, qui in commeatu [2] agit, non videtur Reipublicæ causa abesse.

De delicto militari vel communi. 1. De eo, qui se militem dedit, cui non licet.

II. ARRIUS MENANDER lib. I de Re militari.

MIlitum delicta sive admissa, aut propria sunt, aut cum cæteris communia: unde & persecutio aut propria, aut communis est. † Proprium militare est delictum, quod quis uti miles admittit. §. 1. Dare [3] se militem, cui [4] non licet, grave crimen habetur: & augetur, ut in cæteris delictis, dignitate [5], gradu, specie militiæ.

De desertore. 1. De pœnis militum. 2. De emansore. 3. De desertore. 4. De eo, qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut à fossato recedit. 5. De stationa relicta. 6. De eo, qui ab excubatione destitit. 7. De eo, qui ad diem commeatus non venit. 8. De militia tempore in desertione impleto. 9. De desertoribus. 10. De eo, qui ad hostes confugit, 11. Aut volens transfugere apprehensus est, 12. Aut, dum iter facit, captus est ab hostibus. 13. De armis amissis vel alienatis, 14. Vel sumptu. 15. De eo, qui rem prohibitam fecit, aut mandata non servavit. 16. De eo, qui agmen excessit, 17. Aut vallum transcendit, 18. Aut fossam transsilit. 19. De seditione, 21. Conspiratione, defectione. 22. De præposito non protecto, vel deserto.

III. MODESTINUS lib. IV de Pœnis.

DEsertorem auditum ad suum ducem cum elogio Præses [6] mittet: præter quam si quid gravius ille desertor in ea Provincia, in qua repertus est, admiserit: ibi enim eum plecti pœna debere, ubi facinus admissum [7] est, Divi Severus & Antoninus rescripserunt. §. 1. *Pœna* [8] *militum* hujuscemodi [9] sunt, castigatio [10], pecuniaria [11] multa, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominiosa missio: nam in metallum, aut in opus metalli non dabuntur, nec torquentur. §. 2. *Emansor* [12] est, qui diu vagatus, ad castra regreditur. §. 3. *Desertor* est, qui per prolixum tempus [13] vagatus, * reducitur *. §. 4. Is qui [14] exploratione emanet [15], hostibus insistentibus, aut qui [16] à fossato recedit, capite puniendus est. §. 5. Qui stationis [17] munus relinquit, plus quam emansor est: itaque pro modo delicti aut castigatur [18], aut gradu [19] militiæ dejicitur. §. 6. Si Præsidis vel cujusvis præpositi ab excubatione [20] quis desiit, peccatum desertionis subibit. §. 7. Si ad diem commeatus [21] quis non veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset vel deseruisset, pro numero temporis: facta [22] prius copia [23] docendi, num forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus videatur. §. 8. Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito [24] privatur. §. 9. Si plures simul primo deseruerint, deinde intra certum tempus reversi [25] sint: gradu pulsi in diversa loca distribuendi sunt: sed tironibus [26] parcendum est, qui si iterato [27] hoc admiserint, pœna competenti adficiuntur.

§. 10. Is, qui ad hostem [28] confugit & rediit, torquebitur, ad bestiasque [29] vel in furcam damnabitur: quamvis milites nihil eorum patiantur. §. 11. Et is, qui volens transfugere adprehensus est, capite punitur. §. 12. Sed si ex improviso, dum iter quis facit, capitur ab hostibus: inspecto [30] vitæ ejus præcedentis actu, venia ei dabitur: & si expleto tempore militiæ redeat, ut veteranus restituetur, & emerita [31] accipiet. §. 13. Miles, qui in bello arma amisit [32], vel alienavit, capite punitur: humane militiam murat. §. 14. Qui [33] aliena arma subripuit [34], gradu militiæ pellendus est. §. 15. In bello qui rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata [35] non servavit, capite punitur: etiam si res bene gesserit [36]. §. 16. Sed qui agmen excessit, ex causa vel fustibus [37] cæditur, vel murare militiam solet. §. 17. Necnon & si vallum [38] quis transcendat [39], aut per [40] murum castra ingrediatur: capite punitur. §. 18. Si vero quis fossam [41] transiluit [42], militia rejicitur. §. 19. Qui seditionem [43] atrocem militum concitavit, capite punitur. §. 20. Si intra [44] vociferationem, aut levem querelam seditio mota est: tunc gradu militiæ dejicitur. §. 21. Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirent, vel si legio deficiat, avocari militia solet [45].

§. 22. Qui præpositum suum protegere [46] noluerunt, vel deseruerunt, occiso eo, capite puniuntur.

De his, qui unum testiculum habent. 1. De ad bestias dato. 2. De deportato. 3. De relegato. 5. De reo capitalis criminis. 6. De ignominiosè misso. 7. De adulterio vel alio judicio publico damnato. 8. De eo, qui ob litem militavit. 9. De desertore. 10. De eo, qui militiam [47] dei rectat vel appetit. 11. De eo, qui filium militia subtrahit, 12. Vel debilitat, ut militia inhabilis sit. 13. De eo, qui diu abfuit. 14. Cullatio emansionis & desertionis. 15. De emansore.

IV. ARRIUS MENANDER lib. I de Re militari.

QUi cum uno [47] testiculo [48] natus est, quive amisit, jure militabit secundum Divi Trajani rescriptum: nam & Duces Sylla & Cotta memorantur eo habitu fuisse naturæ. §. 1. Ad bestias datus si profugit, & militiæ se dedit, quandoque inventus [49], capite puniendus est. Idemque observandum est in eo, qui legi se passus est. §. 2. In insulam deportatus, si effugiens militiæ se dedit, lectus [50] vel dissimulavit, capite puniendus est.

§. 3. Temporarium exilium voluntario militi insulæ relegationem adsignat: dissimulatio [51] perpetuum exilium. §. 4. Ad tempus relegatus, si expleto spatio fugæ militem [52] se dedit, causa damnationis quærenda est: ut, si contineat infamiam [53] perpetuam, idem observetur: si translactum de futuro sit, & in ordinem redire potest, & honores petere militiæ non prohibetur.

§. 5. Reus capitalis criminis, voluntarius miles secundum Divi Trajani rescriptum capite puniendus est: nec remittendus est eo, ubi reus postulatus [est]: sed [54] [ut] accedente causa militiæ audiendus, si dicta causa sit, vel requirendus adnotatus [55].

§. 6. Ignominia missus, ad judicem suum remittendus est: nec [56] recipiendus postea volens militare, licet fuerit absolutus.

§. 7. Adulterii [57], vel aliquo judicio publico damnati, inter milites non sunt recipiendi. §. 8. Non omnis, qui litem habuit, & ideo militaverit, exauctorari jubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu [58] militiæ prætiosiorem [59] se adversario faceret: nec tamen facile indulgendum [est] extra ordinem judicationis, qui negotium ante habuerunt: sed si in translactione [60] recidit, indulgendum est. Exauctoratus eo nomine, non utique infamis erit: nec prohibendus, lite finita, militiæ ejusdem ordinis se dare: alioquin & si relinquat litem vel transigat, retinendus est. §. 9. Qui post desertionem in aliam [61] militiam nomen dederunt, legive [62] passi sunt, Imperator noster rescripsit, & hos militariter puniendos. §. 10. Gravius autem delictum est, detrectare munus militiæ, quam adpetere: nam & qui ad dilectum [63] olim non respondebant, ut proditores libertatis, in servitutem redigebantur [64]: sed mutato statu militiæ recessum à capitis pœna est: quia plerunque voluntario *militi* [65] [*meneri*] supplentur. §. 11. Qui filium suum subtrahit militiæ belli tempore, exilio & bonorum parte mulctandus est: si in pace [66], fustibus cædi [67] jubetur, & requisitus juvenis, vel [68] à parte postea exhibitus, in deteriorem militiam dandus est: qui enim se sollicitavit ab alio, veniam non meretur. §. 12. Eum, qui filium debilitavit [69], dilectu [70] per bellum indicto, ut inhabilis militiæ sit, præceptum Divi Trajani deportavit. §. 13. Edicta [71] Germanici Cæsaris militem desertorem [72] faciebant, qui diu afuisset [73], ut is [74] inter remansores [75] haberetur: sed sive redeat quis, & offerat se, sive deprehensus offeratur, pœnam desertionis evitat: nec interest, cui se offerat, vel à quo deprehendatur.

§. 14. Levius itaque delictum emansionis [76] habetur, ut erronis in servis: desertionis gravius, ut in fugitivis. §. 15. Examinantur autem causæ [77] semper emansionis, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit: & datur venia valetudini, affectioni parentium, & adfinium: & si fervum fugientem persecutus est, vel si qua hujusmodi causa sit: sed & ignoranti adhuc disciplinam tironi [78] ignoscitur.

De desertoribus. 5. An captus habeatur pro transfuga. 6. De militibus remissis à barbaris. 7. De captivo post multum temporis reverso. 8. De transfuga.

V. IDEM lib. II de Re militari.

NOn omnes desertores similiter puniendi sunt, sed habetur & ordinis stipendiorum [79] ratio, gradus militiæ, vel loci, muneris deserti, & antecactæ [80] vitæ: sed & numerus, si solus, vel cum altero, vel cum pluribus [81] deseruit, aliudve quid crimen desertionis adjunxerit. Item temporis, quo in desertione fuerit, & eorum, quæ postea gesta fuerint: sed & si fuerit ultro reversus, non cum necessitudine, non erit ejusdem sortis. §. 1. Qui in pace [82] deseruit, eques gradu [83] pellendus est: pedes militiam mutat. In bello [84] idem admissum capite puniendum est. §. 2. Qui desertioni aliud [85] crimen adjungit, gravius puniendus est: & si furtum factum sit, veluti alia desertio habebitur: ut si plagium factum, vel adgressura [86], abigeatus, vel quid simile accesserit.

§. 3. Desertor, si in urbe inveniatur, capite puniri solet: alibi adpre-

1 XII C. XXXVI. 7 *C. Theod. 1. περὶ στρατευομένων*, id est, de militibus & eorum privilegiis, peculiis, erogationibus, annonis, translitionibus, delictis, eorumque pœnis & ipsorum restitutione: tum qui militiam profitentur, 57 *Ecl.* 1. adde ex *C. lib.* 12. *tit.* 29. & 30.
2 *l.* 34. *T. ex quib. caus. majores.*
3 Dedere se. *Hal.* militiæ le dare cuivis non licet.
4 Talis est servus, *l.* 8. *l.* 11. *T. eod.* & negotiator. *l. unic. C. negotiatores ne militent.*
5 *V. l.* 5. *T. eod.*
6 Præses provinciæ militem desertorem auditum remittere ad suum ducem cum elogio debet: quinimo, & cum pauliro potest, si gravius sit ipsius militis delictum.
7 Desertor ex provincialali delicto in provincia plectendus est. *v. l.* 28. §. 15. *T. de pœn.*
8 *Eclog. lib. d. c.* 1. adde Sueton. *in Augusto, c.* 24.
9 Fuit &, teste Festo, genus pœnæ militaris, deprehensa castigatione major, infamia minoræ propterea hic, tanquam extrema, collocatur castigatio & ignominia. dixi apud Festum *ibid.*
10 Pœnarum militarium extremi gradus castigatio, *ut hic.* & ignominia. *v. T. eod.*
11 Adde Festum *in Dirutum are militem*, Varronem, *4 de lingua. l. ult. §. de jure immunit.*
12 Emansores & desertores sunt, qui diu ab exercitu vagati sunt, *ut hic.* differentia in eo est, quod illi sponte, hi inviti redeunt: illi sæpius, hi nunquam. *l.* 4. §. 13 *T. eod.* Illi erroribus, hi fugitivis servis comparantur. Cujacius tamen differentiam statuit in tempore, *6 obs.* 26.
13 Puta quinquennii. *l.* 13. *in fin T. eod. l.* 4. §. 13. §. 14. *T. eod.* 14 Qui in exploratione, &c. *Hal.*
15 Id est, qui explorationem reliquit, κατάσκοπον, *le guet, la sentinelle. Ecl. lib. c.* 1. *in fin.* 16 A fossa. *Hal.* Hugo à Porta, fossatum, id est, fossa, vallum. ὁ ἐκ φοσσάτου ἀναπήδων. *Ecl. lib.* 1. *in fin.* Civitatis fossatum. Veget. 4. *c.* 16. Suidas σάβανον τὸ φοσσάτον, &c. *Harm. ὁ. tit.* 5. τὸ ἐν φοσσάτῳ κλαπὸν ξῶν, & in libello variorum auctorum de limitibus, fossatum decisum. Capitolinus *in Gordiano* castra fossato circulbat. Bassianus, Furneb. 3 *adversi.* 13. Gulli, *tranchées.* 17 Vigilem, vel diurnum, vel nocturnum: hinc milites stationarii. *l.* 1. §. 12. *T. de off. Præf. Urbi.* Stationem Galli vocant *corps de garde, ou sentinelle.* 18 Vide Sueton. *in Augusto, c.* 24. 19 Vide quæ not. ad *l.* 12. *in fin. T. de custodia.*
20 Excentione. *vulg. Hal.* Excubatio hic munus est præsidi suo & præposito adsistendi: nec enim tantum locorum desertores sunt, sed & munerum, *l.* 5. *T. eod.* adde *l.* 10. *T. eod.* 21 *l.* 14. *T. eod.*
22 *V. l.* 19 §. 1 *T. de probat.* 23 *V. l.* 5. *C. de ingenuis manum.* 24 §. 12. *T. eod.* i. e. commodis & præmiis, veteranis dari solitis. 25 Si sint emansores. §. 12. *T. eod.* 26 Tyroni parcitur magis, quam militi, *l.* 4. *in fin. T. eod.* v. Tiraq. *tr. de pœnis, causa* 10. 27 Iteratum delictum nullam excusationem meretur. *Novell. Leon* 67. 28 Delicti inceptio & voluntas in transfuga punitur. *v. l.* 18. *T. de pœnis.* 29 Abrogatur per *Nov. Leon.* 67. 30 *l.* 5. *in pr. & §. 6. T. eod.* 31 §. 8. *T. eod.*
32 57 *Ecl. l. c. 6. l.* 14. §. 1. *T. eod. l.* 2. *in fin. T. de captivo.* 33 V. quæ scripsi ad *Harm. 1. tit.* 16. §. 12.
34 *Eclog. ibid. c.* 7. adde quæ notavi ad *l. ult. T. de furtis. balneariis.* 35 Aut mandatum sibi non facit. *Eclog. ibid.* 36 Bene cesserit, κὰν ἐπιτύχῃ. Illud, ὁ ἡ καλὸς στρατηγὸς ἐποίησεν. *Eclog. ibid.* v. exempla apud Tiraquell. *de pœnis, causa* 52.

37 Fustium castigatio, communis militum atque paganorum coercitio: vitis tamen castigatio eorum propria fuit. *v. P. Fabr. 1 semestr. 17.*
38 Τὸ χαράκωμα. *Ecl. c.* 8. *6 Harm.*
39 Transcendat. *Hal.*
40 Muro ac non per portas castra ingredi capitale.
41 Τάφον. *Eclog. ibid. Harm. ibid.*
42 Transiliit.
43 *l. ult. in fin. T. eod. Eclog. ibid. c.* 9. *Harm. ib.* Suet. *in Jullo, c.* 67.
44 *Harm. ib. Eclog. ibid.*
45 Id est, exauctorari solent legiones interdum, vel delecti ex legione. vid. in hunc locum P. Fabr. 1 *semestr. 17. fol.* 161. 162. & Budæum *hic.* Avocari igitur militia, est exauctorari.
46 *Eclog. ibid. c.* 16.
47 *V. l.* 6. *T. de adilit.* is & sanus est, & testari potest. *Goth.* Vid. Carl. Rodigin. *lect. antiq. lib.* 2. *cap.* 37. S. L.
48 Testiculo uno natus, militare potest, tales autem fuerunt Sylla & Cotta.
49 *l.* 8. §. 6. *T. de pœnis.*
50 Lectusve dissimulavit. *Hal.*
51 Dissimulanti. *vulg.*
52 Militiæ. *vulg. Hal.* Hugo à Porta.
53 *l.* 6. *C. quib. ex caus. infam.*
54 Sed ubi accedente, &c. *vulgat. Hal. l. ult. T. de accus. l.* 8. *T. de custodia. l.* 6. *C. de jurisd. omnium judicum. l.* 1. *C. de exhibend. reis.*
55 Adnotatur. *vulg.*
56 Miles ignominia notatus, militare jure non potest.
57 57 *Ecl* 1. *c.* 12. adde quæ not. ad *l.* 5. *T. de quæst.*
58 Prætextu.
59 Præciosiorem, *Hal.* id est, durioremi, intractabiliorem. Budæus. quem *hic vid.* Alii *speciosiorem.* Salmasius *gratiosiorem* reponit. *S. L.*
60 In transactione. *vulg. Hal.*
61 Sunt enim variæ.
62 Legive si passi, &c. *Hal.*
63 Delectum. *Hal.* dilectum. *vulg.* & Hugo à Porta. recta est Florentina. de qua v. quæ scripsi ad *l.* 36. *T. de statulib.* adde *l.* 4. *legum Francicarum, c.* 71. *l.* 3. *T. ad l. Jul. majest.* & quæ scripsi ad *l.* 20. *T. comm. dividundo.*
64 Vid. Duaren. 1 *disp.* 4. Domus eorum, & villæ diruebantur. Halicarn. 8. *l.* 20. *T. comm. divid.* adde & illud, de quasi militia Augustum sorte datus mulctæ per fraudem se liberantis observa. Eos, qui se sponte refectis digitis bello inutiles fecisset, Constantinus cunis civitatum addixit, *l.* 1. *C. Theod. de filiis militum.* alii principes. *l.* 4. *C. Theod. de tironib.* Sueton. *Aug.* 24. vetuerunt, ne quis se deformatione manus ab aliis Reip. muneribus eximeret. Quin l. ex 10 ejusdem cituli eos oneribus militiæ addicit, clericatu tamen privantur, *c. qui partem. dicit.* 55. Hujusmodi belli refugos murcos appellat Innocentius *in epist. ad Fulcem Nucerianum.* & Ammian. 5. *civea fin.* nec Gallorum quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos joculter murcos appellant. v. Cuj. 25 *obs. ult.* adde *c.* 21. 22. 25. 96. 77 *canonis Apost.* Quod ad Murcos attinet, feguium den Marcia dicitur Arnob. *lib.* 4. adde August. 4 *de civit.* 6. Valer. 6. *c.* 3. n. 8. ubi refert, Catium Varienum, ne bello Italico militaret, sibi sinistræ manus digitos abscidisse, ideoque eodem quoque militie desertorem esse, idem est, quod in servo fugitivum esse. 77 *l.* 5. *T. eod.*
78 *l.* 3. §. 9. *T. eod. v.* Tiraq. *tr. de pœnis, causa* 10. 79 Majora stipendia quo quis habet, eo præsumitur præstantior. 80 *l.* 3. §. 12. *T. eod.* 81 *l.* 3. §. 9. *T. eod.* 82 57 *Ecl.* 1. *c.* 13. 83 V. quæ not. ad *l.* 12. *T. de custodia.* 84 Idem admissum ratione temporis augetur. facit *l.* 16. §. 4. *T. de pœn.*
85 Duplicia & conjuncta delicta gravius vindicantur, quam unum. 86 Adgressio proprie est latrocinium. *l.* 6. *C. de pign. act. l.* 12. *C. de locat.*

adprehensus, ex prima desertione restitui potest: iterum [8] deserendo, capite puniendus est. §. 4. Qui in desertione fuit, si se obtulerit [88], ex indulgentia Imperatoris nostri in insulam deportatus est. §. 5. Qui captus, cum poterat redire, non rediit, pro transfuga habetur. Item eum, qui in præsidio [89] captus est, in eadem conditione esse certum est. Si tamen ex improviso [90], dum iter facit, aut epistolam fert, capiatur quis: veniam meretur.

§. 6. A Barbaris remissos milites ita restitui oportere Hadrianus rescripsit, si probabunt [91], se captos evasisse, non transfugisse: sed hoc, licet liquido constare non possit, argumentis [92] tamen cognoscendum est, & si bonus [93] miles antea æstimatus fuit, prope est, ut adfirmationi ejus credatur: si remansor [94], aut negligens suorum, aut segnis [95], aut extra contubernium [96] agens: non [97] credetur ei. §. 7. Si post multum temporis redit, qui ab hostibus captus est, & captum eum, non transfugisse, constiterit: ut veteranus, erit restituendus, & præmia, & emeritum [98] capit.

§. 8. Qui transfugit, & postea multos latrones adprehendit, & transfugas demonstravit [99], posse [100] ei parci D. Hadrianus rescripsit: ei tamen pollicenti ea, nihil promitti oportere.

Quid sit Edictum militare. 1. De eo, qui manus intulit præposito. 2. De contumacia adversus ducem vel præsidem. 3. De eo, qui in acie prior fugam fecit. 4. De exploratoribus, qui secreta nunciaverunt. 5. De calligato, qui languorem simulavit. 6. De eo qui commilitonem, 7. Vel semetipsum vulneravit, vel mortem sibi conscivit. 8. De præposito non protecto. 9. De præfecto deserto.

VI. Idem lib. v de re militari.

OMne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina communis exigit, committitur, veluti segnitiæ [1] crimen, vel contumaciæ [2], vel desidiæ. §. 1. Qui manus [3] intulit præposito, capite puniendus est: augetur autem petulantiæ crimen dignitate Præpositi. §. 2. Contumacia [4] omnis adversus ducem vel Præsidem militis capite punienda est. §. 3. Qui in acie prior [5] fugam fecit [6], spectantibus [7] militibus, propter [8] exemplum capite [9] puniendus est. §. 4. Exploratores, qui secreta nunciaverunt [10] hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt.

§. 5. Sed & caligatus [11], qui metu hostium languorem [12] simulavit, in pari causa eis est. §. 6. Si quis commilitonem vulneravit, si quidem lapide, militia rejicitur: si gladio, capital [13] admittit. §. 7. Qui se vulneravit, vel alias mortem sibi conscivit, Imperator Hadrianus rescripsit, ut modus ejus rei statutus sit, ut si impatientia [14] doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore, aut pudore mori maluit: non animadvertatur in eum: sed ignominia mittatur: si nihil tale prætendat, capite puniatur. Per vicinum [15], aut lasciviam [16] lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda. §. 8. Qui præpositum suum non [17] protexit, cum [18] posset, in pari causa factori habendus est: si resistere non potuit, parcendum ei. §. 9. Sed & in eos, qui Præfectum Centuriæ a latronibus circumventum deseruerunt, animadverti placuit.

De proditoribus & transfugis.

VII. Tarruntenus Paternus lib. II de re militari.

PRoditores [19], transfugæ [20], plerunque capite puniuntur, & exauctorati torquentur: nam pro hoste, non pro milite habentur.

De his, qui status controversiam patiuntur. De his, qui bona fide serviunt.

VIII. Ulpianus lib. VIII Disputationum.

QUi status controversiam [21] patiuntur, licet revera liberi sunt, non [22] debent per id tempus nomen militiæ dare, maxime lite ordinata, sive ex libertate in servitutem, sive contra petantur. Nec hi quidem, qui ingenui bona fide serviunt. Sed nec, qui ab hostibus redempti sunt, prius quam se luant [23].

An milites possint prædia acquirere, ubi militant.

IX. Marcianus lib. III Institutionum.

MIlites prohibentur prædia comparare [24] in his Provinciis, in quibus militant [25]: præter quam si paterna eorum fiscus distrahat: nam hanc speciem Severus & Antoninus remiserunt. † Sed & stipendiis impletis emere permittuntur. † Fisco autem vindicatur prædium illicite comparatum, si delatus [26] fuerit: sed & si nondum delata causa, stipendia impleta sint, vel missio contigerit, delationi locus non est. §. 1. Milites, si heredes [27] extiterint, possidere ibi prædia non prohibentur.

De desertore excubiarum, 1. Et restituto ex causa desertionis.

X. Paulus lib. sing. Regularum.

QUi excubias [28] palatii deseruerit, capite punitur. § 1. Sed ex causa desertionis restitutus in militiam, non aliter medii [29] temporis stipendium & donativa [30] accipit, nisi hoc liberalitas principalis ei specialiter indulserit.

De servis.

XI. Marcianus lib. II Regularum.

AB omni militia [31] servi [32] prohibentur [33]: alioquin capite puniuntur.

De disciplina danda & observanda. 1. De corameatu. De equo militari extra provinciam non ducendo. De operibus. 2. De officio tribunorum vel eorum, qui exercitui præsunt.

XII. Macer lib. I de re militari.

OFficium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in observanda disciplina [34] constitit. §. 1. Paternus quoque scripsit, debere eum, qui se meminerit armato [35] præesse, parcissime commeatum [36] dare: equum militarem extra [37] Provinciam duci non permittere: ad opus ptivattim, piscatum, venatum, militem non mittere: nam in disciplina Augusti ita cavetur: Etsi scio, fabrilibus [38] operibus exerceri milites, non esse alienum: vereor tamen, si quicquam permisero quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, qui mihi sit tolerandus.

§. 2. *Officium* 39 *Tribunorum* est, vel eorum, qui exercitui præsunt, milites in castris continere, ad exercitationem producere, claves [40] portarum suscipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum [41] probare, mensorum [42] fraudem coërcere, delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare, principiis [43] frequenter interesse, querelas commilitonum audire, valetudinarios [44] inspicere.

De acquisitione agri vel domus. 3. De tribus generibus missionum. 4. De milite irreverente. 5. De eo, qui ex custodia vel carcere fugit. 6. De desertoribus.

XIII. Idem lib. II de re militari.

MIlites agrum comparare [45] prohibentur [46] in ea Provincia, in qua bellica opera peragunt: scilicet, ne studio culturæ militia sua avocentur: & ideo domum comparare non prohibentur. † Sed & agros in alia Provincia comparare possunt. † Cæterum in ea Provincia, in qua propter prælii causam venerunt, ne sub [47] alieno quidem nomine eis agrum comparare licet: alioquin fisco vindicabitur. §. 1. Is autem, qui contra disciplinam agrum comparaverit, si, nulla de ea re quæstione mota, missionem [48] acceperit, inquietari prohibetur. §. 2. Illud constat, hujus prærscriptionis commodum ad eos, qui ignominiæ causa missi sunt, non pertinere: quod præmii loco veteranis concessum intelligitur: & ideo & ad eum, qui causaria [49] missus est, potest dici pertinere: cum huic quoque præmium præstatur. §. 3. *Missionum* generales *causæ* sunt tres, honesta, causaria, ignominiosa. *Honesta* [50] est, quæ, tempore militiæ impleto [51], datur. *Causaria* [52], cum quis vitio animi, vel corporis [53] minus idoneus militiæ renunciatur. *Ignominiosa* [54] causa est, cum quis propter delictum sacramento [55] solvitur. Et is, qui ignominia missus est, neque Romæ, neque in Sacro [56] Comitatu agere potest. Et si sine ignominiæ mentione missi sunt, nihilominus [57] ignominia missi intelliguntur.

§. 4. Irreverens miles non tantum à Tribuno, vel Centurione, sed etiam à Principali [58] coërcendus est: nam eum, qui centurioni, castigare se volenti, restiterit, veteres notaverunt: si vitem [59] tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum Centurioni intulit, capite punitur. §. 5. Ejus fugam, qui, cum sub custodia, vel in carcere esset, discesserit, in numero desertorum non computandum, Menander scripsit: quia custodiæ refuga, non militiæ desertor est. Eum tamen, qui carcere effracto [60] fugerit, etiam si ante non deseruerit: capite puniendum Paulus scripsit.

§. 6. Desertorem, qui [61] à patre [62] suo fuerat oblatus, in deteriorem militiam Divus Pius dari jussit, ne [63] videatur, inquit, pater ad supplicium [64] obtulisse. Item Divus Severus & Antoninus eum, qui post quinquennium desertionis se obtulit, deportari jusserunt, quod exemplum & in cæteris sequi nos debere, Menander scripsit.

De eo, qui commeatus spatium excessit. 1. De armis alienatis.

XIV. Paulus lib. sing. de Pœnis militum.

QUi commeatus [65] spatium excessit, emansoris vel desertoris loco habendus est: habetur tamen ratio dietum, quibus tardius reversus est: item temporis navigationis vel itineris: & si se probet valetudine impeditum, vel à latronibus detentum, similive casu moram passum, dum non tardius à loco profectum se probet, quam ut occurrere posset intra commeatum, restituendus est.

§. 1. *Arma alienasse* [66], grave crimen est, & ea culpa desertioni exæquatur: utique si tota alienavit: sed & si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibiale vel umerale [67] alienavit, castigari verberibus debet: si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius parcetur: armorumque custodi plerunque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

De notato ac restituto ex causa desertionis.

XV. Papinianus lib. XIX Responsorum.

EX causa desertionis notatus ac restitutus, temporis, quod in desertione fuerit, impendiis [68] expungitur: quod si ratio constiterit, neque desertorem fuisse apparuerit, omnia stipendia citra temporis finem redduntur.

De eo, qui metu criminis nomen militiæ dedit. 1. De pace turbata.

XVI. Paulus lib. V Sententiarum.

QUi metu criminis, in quo jam reus fuerat postulatus, nomen militiæ dedit, statim sacramento [69] solvendus est. §. 1. Miles turbator [70] pacis capite punitur.

TIT.

---

[8] *l.* 3 § 9. *ff. eod.*
[88] *l.* 13. *in fin. ff. eod.*
[89] In profugio, id est, dum transfugit ad hostes: Græci habent ἐν τῇ διαφυγῇ γὰρ, id est, *in fuga*. Cujac. 6 *obs.* 16. *in fin.*
[90] *l.* 3. §. 12. *ff. eod.*
[91] V. quæ notavi ad *l.* 19. §. 1. *ff. de prob.* dixi ad *l.* 9. §. 1. *C. de testib.*
[92] *l.* 12. §. 4. *ff. de inspic. ver.* *l.* 32. *ff. de iurisd. arbitr. prud.* *l.* 26. *circa fin. C. de administrat. tutor.* Ans.
[93] Præsumitur bonus, qui olim talis fuit. vid. Alciat 2 *præsumpt.* 8. vid. Soar. *reg.* 39. adde *c.* 8. *de rec. in* 6. *l.* 7. §. 3. *ff. de accus.*
[94] Si emansor. *Hal.*
[95] Ignavus. *l.* 6. §. 5. *ff. eod.*
[96] A tabernaculis militaribus dicitur.
[97] Semel malus semper malus præsumitur in eodem genere mali. v. Alciat 2 *præsumpt.* 7. & 8. & Dyn. *c.* 8. *de reg. jur.*
[98] *l.* 3. §. 12. *in fin. ff. eod.*
[99] *l.* 1. §. 26. *ff. de quæst.*
[100] A judice, non tantum à Principe. Roman. *sing.* 539.
[1] *l.* 5. § 6. *ff. eod.* Ammianus 24 rediduos tribunos sacramento solvit, ut desides & ignavos.
[2] §. 2. *ff. eod.*
[3] 57 *Eccleg.* 1. *c.* 14.
[4] *In princ. ff. eod. l.* 13. §. 5. *in fin. ff. eod. Ecl. ib.* 6 *Harmen.* 14. περὶ μονῆς, *in fin.*
[5] *Eclog. ibid.*
[6] Fugam fecit, spectantibus militibus: hanc interpunctionem addit Petr. Fab. 3 *semest.* 8. ex autographo Pandectarum Florentinarum. alias quod in acie fit, non potest non spectantibus omnibus fieri. Sensus est igitur, Eum qui prior in acie fugam fecerit, propter exemplū, inspectantibus militibus, capite puniendum.
[7] Et hoc est quod scribit Plutarchus in Lucullo & Crasso, ἁπάντων θεωμένων τὸ θεώμενον ἔθνος στρατιωτῶν, Julius Frontinus 4. στρατηγημάτων in conspectu armati exercitus. Cæsar, 5 *de bello Gallico.* in conspectu multitudinis, & 3 *de bello civili.* in omnium conspectu.
[8] Pœnæ in eum finem statuuntur.
[9] Julianus decem milites ex iis, qui fugerant, capitali addixit supplicio, secutus veteres leges. Ammian. 24.
[10] *l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis.* 6 *Harm.* 8.
[11] Caligati milites qui essent, dixi ad *l.* 9. *in fin. ff. de cust. reor.*
[12] Id est, litem. v. *l.* 9. *ff. de custodia.*
[13] Capitale quid esset, scripsi ad *l. ult.* §. 1. *ff. de termino. l.* 2. *l.* 28. *ff. de pœnis.*
[14] *l.* 38. *in fin. ff. de pœnis.*
[15] V. *l. un. C. si quis Imperatori.* v. Tiraq. *tr. de pœnis causa* 6. ubi de ebrietate. v. Sebast. Medicem, *tr. de casib. fortuitis*, ubi de ebrietate. Goth. Adde Farinac. *præx. crimin.* q. 93. *n.* 1. Jul. Clar. *lib.* 5 *sent.* § *fin. q.* 66. Menoch. *de arbitr. jud. casu* 316. & Censur. forens. nostram *lib* 5. *c.* 1. *n.* 23. S. L.
[16] *l.* 4. §. 1. *ff. de scicar.*
[17] *l.* 3. *in fin. ff. eod.* 57 *Eclog.* 1. *c.* 16.
[18] V. *l.* 4. *ff. quæ in fraudem.*
[19] *l.* 3. §. 10. *ff. eod. l.* 3. *in fin. ff. de scicariis. l.* 38. §. 1. *ff. de pœnis.* 6 *Harm.* 8.
[20] V. *Nov. Leon.* 67.
[21] *l. libertate.* 26. *ff. de statulib.*
[22] Solitangenui olim milites erant. *l.* 11 *ff. eod.* adde *l.* 29. *ff. de liberali causa.*
[23] Id est, liberent. Festus *in Redimiæ & Reluere.* Hinc Initio pignoris.
[24] *l.* 13 *ff. eod.* 57 *Eclog.* 1. 28.
[25] Militavit, *vulg.* militiam exercet. *Hal.*
[26] Si delatum. *Hal.*
[27] Hereditatis delatæ ratione quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. *l.* 1. §. 12. *ff. de falsis.*
[28] Adde *l.* 3. § 6. *ff. eod.*
[29] *l.* 5. *C. eod.*
[30] Donaria, *vulg.* Tertull. *lib. de resurrect.* Stipendia delinquentis, mors: donativum autem Dei, vita æterna. De donativo v. Vegetii 20. Donativum λαμπρὰ ἐπίδοσις. Largitio Principis in militibus. Sueton. *in Caligula, c.* 46.
[31] Et à notariatu. *l.* 3. *C. de tabular.*
[32] Libertini, *l.* 8. *ff. eod.* Suet. *in Augusto, c.* 25. ut & negotiatores. *l. un. C. negotiatores ni militent.*
[33] Imo, non ab omni prohibentur: admittuntur enim & ad quasdam militias, volentibus dominis. *l.* 6. *l.* 7. *C. qui militare possunt.*
[34] Valerius, 2 *c.* 2. disciplinam militarem vocat, præcipuum decus, & stabilitatem Imperii Romani, in cujus sinu & tutela tranquillitas beatæ pacis acquiescat. Idem disciplinæ militaris exempla varia ibidem proponit. De disciplina militari adde Frontin. 4 *strategemat.* 12.
[35] Exercitui, sc. is erat præfectus legionis, de quo v. Vegetium, 2 *c.* 9.
[36] Id est, licentiam abeundi ad certum tempus.
[37] V. quæ sc. ipsi ad *l.* 11. §. 3. *ff. de public.*
[38] Vegetius, 3. *c.* 4. Cogendi sunt, inquit, omnes sylvam cædere, iter per dumosa & abrupta facere, materiam dedolare, aperire fossam. & *post*: ita exercitati atque eruditi in adibus, piarium magis necesse habrant optare, quam otium. Exercitus ab exercendo hinc dictus, *l.* 1. *in fin. ff. de testib. milit.* adde Senec. 2 *epist.* 18.
[39] De officio tribuni militum vid. Veget. 2 *c.* 12. Vopiscum *in Aureliano.*
[40] Claves portarum in castris Tribunus servabat. de clavibus vide quæ scripsi ad *l.* 77. §. 21. *ff. de legat.* 2.
[41] V. *tit. C. de erogatione militaris annonæ.*
[42] De mensoribus dicam ad *l. un. C. de mensoribus. lib* 12 *tit.* 28.
[43] Quod quid sit, dixi ad *l.* 1. *C. de veteranis.* Principium, Principis tabernaculum ut Prætorium Prætoris. dixi ad Festum *in Prætoria porta*: sed præstat, intelligi principalem castrorum portam: de qua Festus *in principali castrorum porta.*
[44] Vide *l.* 6. *ff. de jure immunitatis.*
[45] *l.* 9. *ff. eod.*
[46] Excipe casum ex *l.* 62. *ff. de contr. empt.*
[47] Vetitæ emptiones, etiam si suppositio alterius nomine fiant, non convalescunt.
[48] De missionibus vide §. 3. *ff. eod.*
[49] *l.* 2. § 1. *ff. de his qui notant.* quæ & justa à Quintiliano, 13 *declam.* & à Livio dicitur.
[50] Id est, quæ emeritis stipendiis, legitimoque militiæ tempore expleto datur. *l.* 7. *C. de fide instrum. l.* 5. *C. de testam. milit.*
[51] §. 2. *ff. eod. l.* 2. §. 2. *ff. de his, qui notantur. l.* 8. §. 5. *ff. de excus. tut. l.* 4. *ff. de test milit.*
[52] Causarii inde dicti, quibus justa causa erat, ne militarent.
[53] Apuleius, 4 *de Asino.* Rebar eum me jam debilem prorsus, & exanimatum, mereri causariam missionem.
[54] *l.* 2. §. 2. *ff. de his, qui notantur. l. ultim. ff. de furib. balneariis.*
[55] Militari scil. vel militiæ: dixi de sacramento militari in *l.* 2. *ff. de veteranis.*
[56] Id est, Principis.
[57] Ignominia missi intelliguntur, etsi sine ignominiæ mentione missi sunt, *ut hic.* si modo vel detracta sunt ei arma ab exercitus duce aut alio, *l.* 2. §. 2. *vers. sed est. ff. de his qui notantur.* vel per errorem, aut brevitatis causa, omissa sunt illa verba solennia: *Ignominiæ causa ab exercitu meo te removeo.* vid. Hirtium, 1 *de bello Afric.* alias specialiter in missione ignominiosa hujusmodi verba adjicienda sunt. *d.* §. 2. quem ita cum hac lege conciliat Petr. Fab. 2 *semestr.* 17. ut minus necesse sit cum Ant. August. 1 *emend.* 5. hic legere, *nihilominus.*
[58] A Principe. *vulg.*
[59] Vitis est centurionum & aliorum militum ducum, principumque insigne, quam κλῆμα ἐκλογῆς vocat Plutarch. *in Galba*, id est, vitem centurionalem. Macrob. Eusseb. *lib.* 7. hinc sub vineam vel vitem jacere, est, astantibus Centurionibus jacere. Festus *in verbis* sub vineam: hinc gerere vitem Latiam. Lucan. 6. Nobilis vite Latia, Martialis: honore Latiæ vitis præsignis, Silius 3 *Punicorum*, adornare decus Latiæ vitis, Silius 12, est centurionis officio fungi. Vites Græci ῥάβδους. vite puniri milites ordinarium erat, & honestius, quam à carnifice. Juvenal. *satyr.* 8. *Nodosam post hæc frangebat vertice vitem, Si lentus pigra munires castra dolabra.* & Plin. 14. *cap.* 1. Centurionum in manu vitis optimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas. Apuleius, 9 *de Asino.* Militem magis in suam perniciem advertit efferari, jamque inversa vite de vastiore nodulo cerebrum diffindere. adde quæ scripsi ad *l.* 2 *C. ut nemini liceat in emptio.*
[60] Vide *l.* 1. *ff. de effractoribus.*
[61] *l.* 4. §. 11. *ff. eod. l.* 14. *C. qui accusare.* vide Cæpolam, *cautela* 1. Mortis executionem multis modis impediri hinc colligunt, puta, si pater filium offerat supplicio, *ut hic.* & *dict. l.* 4. §. 11. *ff. eod. l.* 14. *C. qui accusare.* vide Tiraquell. *tract. de pœnis, causa* 18, 19. Ælianum, 1 *histor.* 34. si obvium reus habeat Cardinalem. Baldus in *l.* 29. *C. de appellat* si reus sit optimus artifex, *l.* 31. *ff. de pœnis.* si homicidium casu admissum. Paulus in *l.* 1. *C. ubi senatores, vel clarissimi.* Bald. in *l. etsi.* 3. *C. ex quibus causis infamia.* si qui deprehensi in adulterio sunt, fatentur inter se matrimonium contraxisse (si modo inter eos matrimonium esse possit. Glossin *l. penultim. C. de fidejuss.* si puella damnatum, maritum sibi postulet. dixi ad *l.* 31. *ff. de pœnis.* & *l.* 27. *C. de adulter.* qui casus magna ex parte interpretum nostrorum ægrotantium somnia mihi videntur.
[62] Quid, si à filio pater offeratur? Idem jus est. Tiraquell. *tract. de pœnis, causa* 17, & 20.
[63] Desertor belli capite punitur, *l.* 5. § 1. *ff. eod.* Filius desertor à patre oblatus capite non punitur, sed in deteriorem militiam tantum detruditur, ne videatur pater filium ad supplicium obtulisse. Hinc colligit Alciatus, patrem offerentem filium nocentem judici, non præsumi cum offerre summo supplicio afficiendum, 1 *præsumpt.* 4. & Clarus refert 5 *sent.* §. *ult. q.* 60. *vers. solet.* eo casu filium non esse à judice capitali supplicio puniendum, & ita judicatum ab imperatore in filio, læsæ majestatis reo: se tamen vidisse, nunquam tale ἀγῶνα usu observari.
[64] Ad supplicium filium. *Hal.*
[65] *l.* 3. §. 7. *C. eod. l.* 2. *C. de commeatu.*
[66] *l.* 3. §. 13. *ff. eod. l.* 41. *ff. de verbor. significat.*
[67] Humerale.
[68] Stipendiis. *vulg. Haloand.* id est, emerito. *l.* 3. §. 8. *ff. eod.*
[69] De sacramento militari dixi ad *l.* 2. *ff. de veteranis.*
[70] *l.* 3. §. 19. *ff. eod.*

Tit. XVII.

De [1] castrensi [2] peculio.

An sit hereditas.

1. Ulpianus lib. XIV ad Edictum.

Filiifamilias militis si peculium apud patrem remansit, sine [3] testamento filio defuncto, pater ipsi heres non [4] fit: sed tamen heres iis fiet, quibus filius fuit.

II. Idem lib. LXVII ad Edictum.

Si filiusfamilias miles decesserit, si quidem intestatus: bona [5] ejus non quasi hereditas, sed quasi [6] peculium patri [7] deferuntur: si autem testamento facto, hic pro hereditate [8] habetur castrense peculium.

De pecunia militi relicta ad castrenses vel militares res comparandas.

III. Idem lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

Si mulier filio viri militi ad castrenses [9] vel militares forte res comparandas, reliquerit pecuniam, utique castrensi peculio ea [10], quæ comparantur, adnumerari incipiunt.

De his quæ secum miles tulit in castra. 1. De actionibus. 2. De acquisitis ante arrogationem.

IV. Tertyllianus lib. sing. de Castrensi peculio.

Milles præcipua [11] habere debet, quæ tulit secum in castra, concedente [12] patre. §. 1. Actionem persecutionemque castrensium rerum semper filius, etiam invito patre, habet.

§. 2. Si paterfamilias militiæ tempore, vel post missionem, adrogandum se præbuerit: videndum erit, ne huic quoque permissa intelligatur earum rerum administratio, quas ante adrogationem in castris adquisierit: quamvis Constitutiones Principales de his loquantur, qui ab initio cum essent filiifamilias, militaverint: quod admittendum est.

De hereditate.

V. Ulpianus lib. VI ad Sabinum.

Milles filiusfamilias à commilitone [13], vel ab eo, quem per militiam cognovit, heres institutus, & [14] citra jussum patris, suo arbitrio recte pro herede geret.

De servis ab uxore donatis ut manumittantur.

VI. Idem lib. XXXII ad Sabinum.

Si militi filiofamilias uxor [15] servum manumittendi causa donaverit, an suum libertum fecerit, videamus: quia peculiares & servos & libertos potuit habere? Et magis est, ut hoc castrensi peculio non adnumeretur: quia uxor ei [non] [16] propter militiam nota esset. Plane si mihi proponas, ad castra eunti marito uxorem servos donasse, ut manumittat, & habiles ad militiam libertos habeat: potest dici, sua voluntate, sine [17] patris permissu, manumittentem ad libertatem perducere.

De filiofamilias milite conveniendo.

VII. Idem lib. XXXIII ad Edictum.

Si castrense peculium maritus habeat, in [18] quantum facere potest, condemnabitur: quia etiam non castrensibus creditoribus ex eo peculio, magis est, eum cogi respondere [19].

De donatione.

VIII. Idem lib. XLV ad Edictum.

Si forte uxor, vel cognatus, vel quis alius, non ex castris notus, filiofamilias donaverit quid [20], vel [21] legaverit, & expresserit nominatim, *ut in castrensi peculio habeat*: an possit castrensi peculio adgregari? Et non puto. Veritatem enim spectamus, an vero [22] castrensis notitia vel affectio fuit, non quod quis finxit.

An sit hereditas, & ad quem pertineat.

IX. Idem lib. IV Disputationum.

Proponebatur filiusfamilias miles, testamento facto, extraneum heredem scripsisse, [patre] deinde superstite decessisse: pater, deliberante herede instituto, & ipse diem functus: deinde heres institutus repudiasse hereditatem. Quærebatur, ad quem castrense peculium pertineret? Dicebam, castrense peculium filiifamilias, si quidem testatus decessit, quasi [23] hereditatem deferri heredi scripto, sive extraneum scripsit heredem sive patrem. Sed cum [24] nihil de peculio decrevit filius, non nunc obvenisse patri, sed non esse ab eo profectum creditur. Denique si servo filii castrensi libertatem pater adscripserit, moxque filius, vivo [25] patre, defunctus sit: non impeditur libertas: cum, si filius patri supervixerit [26], impediatur libertas. Unde Marcellus putat, necessarium quoque heredem servum filii peculiarem patri existere posse, si filio pater supervixerit. † Idem referebam, & si [27] rem peculiarem filii pater legaverit: nam eodem casu, quo libertatem competere diximus, legatum quoque vel debebitur, vel impedietur. † Quibus ita præmissis, & in proposito dicebam, cum heres non adiit hereditatem, retro peculium patris bonis accessisse: unde posse dici, etiam aucta patris bona per hanc repudiationem: nec est novum, ut [28] ex postfacto aliquis successorem habuisse videatur. Nam & si [29] filius ejus, qui ab hostibus captus est, decesserit, patre captivo vivo: si quidem pater regrederetur [30], quasi filiusfamilias peculium haberet: enimvero si ibidem pater decesserit, quasi paterfamilias legitimum habebit successorem, & retro habuisse creditur ejus successor ea quoque, quæ medio tempore filius iste quæsiit, nec heredi patris, sed ipsi [31] filio quæsita videbuntur.

De jure patris.

X. Pomponius lib. sing. Regularum.

Ex nota Marcelli constat, nec [32] patribus aliquid ex castrensibus bonis filiorum deberi.

Quid sit peculium castrense.

XI. Macer lib. II de re militari.

Castrense [33] *peculium* est, quod [34] à parentibus vel cognatis [35] in militia agenti donatum est: vel quod ipse filiusfamilias in militia adquisiit, quod, nisi militaret, adquisiturus non fuisset: nam quod erat & sine militia adquisiturus, id peculium ejus castrense non est.

De jure patris.

XII. Papinianus lib. XIV Quæstionum.

Pater qui dat [36] in adoptionem filium militem, peculium ei auferre [37] non potest, quod semel jure militiæ filius tenuit, qua [38] ratione nec [39] emancipando filium, peculium ei aufert, quod nec in familia retento potest [40] auferre.

De hereditate.

XIII. Idem lib. XVI Quæstionum.

Divus Hadrianus rescripsit in eo, quem [41] militantem uxor heredem instituerat, filium extitisse heredem, & ab eo servos hereditarios [42] manumissos, proprios ejus libertos fieri.

De filiofamilias milite, qui apud hostes decessit, & de acquisitione per servum.

XIV. Idem lib. XXVII Quæstionum.

Filiusfamilias miles si captus apud hostes vita fungatur, Lex Cornelia subveniet [43] scriptis heredibus: quibus cessantibus, jure pristino peculium pater habebit. §. 1. Proxima species videtur, ut scriptis heredibus deliberantibus, quod servus interim stipulatus [44] est, vel ab alio sibi traditum accepit, quod quidem ad patris personam attinet, si forte peculium apud eum resederit: nullius momenti videatur, cum [in] illo tempore non fuerit servus patris: quod autem ad scriptos heredes, in suspenso fuisse traditio itemque stipulatio intelligatur: ut enim hereditarius fuisse credatur, post aditam fit hereditatem: sed paterna verecundia nos movet, quatenus & in illa specie, ubi jure pristino apud patrem peculium remanet, etiam adquisitio stipulationis [45], vel rei traditæ per servum fiat. §. 2. Legatum, quod ei servo relictum est, quamvis tunc propter incertum nulli sit adquisitum, omisso testamento, patri tunc primum per servum adquiretur, cum, si fuisset exemplo hereditatis peculio adquisitum, jus patris hodie non consideraretur.

Si pater filio donet, 1. Vel spondeat, 2. Vel ab eo stipuletur. 3. De adquisitione per servum peculiarem. 4. Si pater usumfructum servi amittat, cujus usumfructum filius habet.

XV. Idem lib. XXXV Quæstionum.

Pater milite filio [46] reverso, quod donat, castrensis peculii non facit: sed alterius peculii, perinde ac si filius nunquam militasset. §. 1. Si stipulanti filio spondeat, si quidem ex causa peculii castrensis, tenebit stipulatio; cæterum ex qualibet alia causa non tenebit. §. 2. Si pater à filio stipulatur, eadem distinctio servabitur. §. 3. Servus peculii, quod [47] ad filium spectat, ab extero [si] stipuletur aut per traditionem accipiat: sine distinctione causarum res ad filium pertinebit: non enim ut filius duplex [48] jus sustinet, patris & filiifamilias: ita servus, qui peculii castrensis est, quique nullo jure, quamdiu filius vivit, patri subjectus est, aliquid adquirere [49] simpliciter stipulando, vel accipiendo patri potest. Quæ ratio suadet, ut, si ab ipso patre servus, qui ad filium pertiner, stipuletur ex quacunque causa, vel traditum accipiat: sic adquiratur filio res & stipulatio, quemadmodum si exter promisisset: quoniam persona stipulantis & accipientis ea est, ut sine differentia causarum, quod [50] rerum agitur, emolumentum filii spectet. §. 4. Si servi pater usumfructum amiserit, cujus proprietatem in castrensi peculio filius habebat: plenam [51] proprietatem habebit filius.

De dote. De hereditate.

XVI. Idem lib. XIX Responsorum.

Dotem filiofamilias [52] datam vel promissam, in peculio castrensi non esse respondi. Nec ea res contraria videbitur ei, quod Divi Hadriani temporibus filiumfamilias militem uxori [53] heredem extitisse placuit, & hereditatem in castrense peculium habuisse: nam hereditas adventitio jure quæritur: dos autem, matrimonio cohærens, oneribus ejus, ac liberis communibus, qui sunt in avi familia, confertur. §. 1. Hereditatem castrensi peculio non videri quæsitam respondi, quam frater patruelis in alia provincia stipendia merens fratri patrueli, cum quo nunquam [54] militavit, reliquit: sanguinis etenim ratio, non militiæ causa meritum hereditatis accipiendæ præbuerat.

De ære alieno. 1. Si pater, omissa causa testamenti, castrense peculium possideat.

XVII. Idem lib. II Definitionum.

Pater, qui castrense peculium intestati [55] filii retinebit, æs alienum intra modum ejus, & annum utilem, jure Prætorio solvere cogitur. Idem, si testamento scriptus heres extiterit, perpetuo civiliter, ut heres, convenietur. §. 1. Pater à filio milite, vel qui militavit, heres institutus, testamenti causam omisit, & castrense peculium possidet: legitimi heredis exemplo cogetur ad [56] finem [57] peculii perpetuo legata præstare: quod si filius post annum, quam militare desierat, jure communi testamento facto, vita decessit: ratione Falcidiæ retinebitur [58] quarta: cæterum si testamenti causam pater omisit [59], cum peculium creditoribus solvendo non esset: nihil dolo videbitur feciisse, quamvis temporis incurrat compendium.

Si pater servum castrensis peculii heredem instituat vel aliud agat. 2. Communi dividundo. 3. De usufructu & servituribus. 4. Si pater conveniatur, 5. Vel agat.

XVIII. Mæcianus lib. I Fideicommissorum.

Ex castrensi peculio servus à patre heres institui potest, & filium necessarium heredem patri facit. §. 1. Et in summa ea [60] res, hi actus patris, qui ad præsens alienationem alicujus juris de castrensi peculio præstant, impediuntur [61]: hi vero, qui non statim quidem, sed postea efficere solent: eo tempore animadvertentur, quo habere effectum consuerunt: ut si sit filius [62], cui auferatur, nihil agatur, si ante decesserit, actus patris non impediatur. §. 2. Itaque negabimus patrem, filio salvo, communi [63] dividundo agentem, proprietatem alienaturum, exemplo dotalis prædii. Sed nec, si socius ultro cum eo agat, quicquam agetur: veluti si cum eo ageret, cui bonis interdictum est. §. 3. Servos ex eo peculio [usufructu], item prædia, tam usufructu, quam cæteris servitutibus pater liberare poterit: sed & servitutes his adquirere: id enim & eum, cui bonis interdictum est, verum est consequi posse. Neque autem servis ex eo peculio, neque prædiis usumfructum vel servitutem imponere pater potest [64]. §. 4. Si quando ex eo peculio filius rem alienam bona fide tenebit, an pater ejus in rem, vel ad exhibendum actionem pati debeat, ut cæterorum [filiorum] nomine, quæritur: sed verius est, cum hoc peculium à patris bonis separetur [65], defensionis necessitatem patri non imponendam. §. 5. Sed nec cogendus est pater, æs alienum, quod filius peculii nomine, quod in castris adquisiit, feciisse dicetur, de peculio actionem pati. Et si sponte patiatur, ut quilibet defensor [66] satisdato filium in solidum, non peculio tenus defendere debeat. Sed & ejus filii nomine non aliter movere actiones potest, quam si satisfecerit, eum ratam rem habiturum.

De

---

1 Castrense peculium quid, v. in *l. 11. ff. eod.*

2 xii C. xxxi. & xxxvii. περὶ στρατιωτικῶν διατάξεων. 57 *Eclog.* 21. & περὶ στρατιώτ. *fol.* 478.

3 Filiusfamilias non habet heredem ab intestato. *Bart. Eclog. ib. c.* 1.

4 *Al.* non fit tantum, sed heres is fiet, &c.

5 Peculium ejus.

6 *Eclog. ibid. c.* 2.

7 An matri? vid. *l. ult. ff. ad Tertull.*

8 Ideo in petitionem hereditatis castrense peculium venit. *l.* 20. §. 10. *ff. de hered. pet. l.* 5. §. 17. *ff. de angnoscend. liberis.*

9 Bartolus idem in quasi castrensibus statuit.

10 Castrensia sunt prædia empta ex peculio castrensi *v. l. 1. C. eod.*

11 *l.* 3. *C. eod. l.* 52. §. 6. *ff. pro socio l.* 1. §. 15. *ff. de collationc. l.* 4. *C. familiæ. l.* 12. *C. de collationib. vers. ex hoc intelligc. Inst. quibus non est permissum facere testamentum.* idcoque de his testari possunt. Paulus, 3 *sent.* 4. §. 3.

12 Castrensia sunt quæcunque concedente patre in castra sive fossata filius tulit. 57 *Eclog.* 2. *c.* 4.

13 *l.* 19. *ff. eod.*

14 Et jam citra. *Hal.*

15 *l.* 8. *ff. de jure patronat.*

16 Deest hæc negatio Haloandro.

17 *l.* 8. *ff. de jure patronatus.*

18 *l. l.* 18. *ff. de re judicata.*

19 Reddere. *Hal.*

20 Immobile vel simile ad militiam non aptum. *Bart.* & *Alberic.*

21 *l.* 5. *ff. eod. l.* 21. *ff. eod. l.* 4. *C. eod.*

22 An vera.

23 Castrense peculium testati militis, quasi hereditas defertur heredi scripto, sive heredem extraneum reliquit, sive patrem. Intestati vero militis, neque nunc videtur obvenire patri, neque ab eo profectum, *ut hic.* sed magis retro bonis patris accessisse. *vers. quib. ita præmissis. ff. eod.* fingitur in bonis patris semper fuisse: ideoque sufficit, bona patris extare, licet ipse pater decesserit.

24 *l.* 2. *ff. eod.*

25 *l.* 19. §. 3. *ff. eod.*

26 *l.* 17. *ff. de manumiss.*

27 *l.* 44. *ff. de legat.* 1.

28 Ex postfacto quis successorem habere potest.

29 *l.* 15. *ff. de suis & legitimis.*

30 Regredi, est reverti.

31 *l.* 12. §. 1. *l.* 22. §. 2. *ff. de captivis.*

32 *l.* 4. *C. eod.* 57 *Eclog.* 2. *c.* 10.

33 *Eclog. ib. l.* 1. *C. eod.* adde *l.* 8. *ff. eod.* Castrense peculium est, quod sine militia nemo adquireret. Ita Castrense est quod in militia agenti donatum est, vel ipse adquisiit.

34 Mobile scil. non immobile.

35 Propinquis vel notis. *l.* 1. *C. eod.*

36 Militem filium, etiam in adoptionem alteri dare pater potest.

37 Castrense peculium filii pater (eum dando in adoptionem) auferre eidem non potest.

38 Argumentum ab adoptione facta ad emancipationem.

39 *Eclog. ibid. c.* 11.

40 Imo potest. *l.* 4. *in fin. ff. de excepr. doli.*

41 *l.* 16. *ff. eod.*

42 V. *l.* 8. *ff. de jure patronat.*

43 *l.* 39. *ff. de testam. milit.*

44 *l.* 33. *ff. de adquir. rer.*

45 *d. l.* 33.

46 Filiofamilias reverso. *Hal.*

47 Id est, si servus peculiaris filiifamilias militis.

48 *l.* 2. *ff. de Senatusconsulto Macedoniano.*

49 *Inst. per quas personas cuique: & per quas personam nobis.*

50 Quid per eam agitur. *vulg. Hal.*

51 V. *l.* 18. §. 1. *ff. eod.*

52 Militi.

53 *l.* 13. *ff. eod.*

54 Aliud, si militaverit. *l.* 8. *ff. eod.*

55 Vid. quæ notavi ad *l.* 18. *ff. ad leg. Falcid.*

56 De hoc loquendi genere dixi ad *l.* 19. *ff. de compensationib.*

57 Non detracta Falcidia. *l.* 1. §. 18. *ff. ad Trebell.*

58 *l.* 91. *ff. ad leg. Falcid.*

59 Vide *l.* 1. *ff. si quis omissa causa.*

60 Summa ejus rei actus. *vulg.* ea re hi actus. *Hal.*

61 *l.* 44. *ff. de legat.* 1.

62 Filiusfamilias.

63 Vid. *l. ult. C. de fundo dotali.*

64 Cur ita? vide *l.* 15. *in fin. ff. eod.*

65 *l.* 1. §. 9. *ff. de separationib.*

66 *l.* 35. *ff. de procuratoribus.*

De hereditate. 2. De testamento veterani. 3. De servo peculiari manumisso à patre.

XIX. TRYPHONINUS lib. XVIII Disputationum.

[DE] hereditate ab adgnato commilitone data Scævola noster dubitabat: quia potuit, & ante notus, & amicus dare, potuit & non dare, nisi [67] commilitium [68] caritatem auxisset: nobis ita videtur, si ante commilitium factum sit testamentum, non esse peculii castrensis eam hereditatem: si postea, contra.

§ 1. Sed si servus peculii castrensis à quocunque sit heres scriptus, jussu [69] militis adire debebit hereditatem, eaque fiet bonorum castrensis peculii. § 2. Filiusfamilias paganus de peculio castrensi fecit testamentum, & dum [70] ignorat, patri se suum heredem extitisse, decessit: non potest videri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamvis id [71] in milite etiam nunc rescriptum sit: quia miles ab initio pro parte testatus, pro parte intestatus potuerat mori: quod jus iste non habuerit, non [72] magis, quam [73] sine observatione Legum facere [74] testamentum: necessario ergo castrensis peculii heres scriptus [75] universa bona habebit, perinde ac si paupertimus facto testamento decessisset, ignorans se locupletatum per servos alio loco agentes. § 3. Pater peculii castrensis filii servum testamento liberum esse jussit: intestato [76] defuncto filiofamilias, mox patre: Quæritur, an libertas servo competat? occurrebat enim, non [77] posse dominium apud duos pro solido fuisse: denique filium posse manumittere talis peculii servum [78], Hadrianus constituit. Et si testamento tam filii quam patris idem servus accepisset libertatem, & utrique pariter decessissent: non dubitaretur, ex testamento filii liberum eum esse. Sed in superiore casu pro libertate à patre data illa dici possunt: numquid, quod utatur jure concesso filius in castrensi peculio, eousq; jus patris cessaverit: quod si intestatus decesserit filius, postliminii cujusdam similitudine pater antiquo jure habeat peculium, retroque videatur habuisse rerum dominia. §. 4. Non tamen, [si] ut heres vivo filio vindictam [79] servo imposuit, dicatur eum post mortem intestati filii ex illa manumissione liberum factum esse. §. 5. Quid autem, si testamentum fecerit filius, & non sit ejus adita hereditas? non tam facile est dicere, continuatum patri post mortem filii rerum peculii dominium: cum medium tempus, quo deliberant instituti heredes, imaginem successioni [80] præstiterit: alioquin, etsi adita sit ab intestato hereditas filii, dicetur, à patre ad eum transisse proprietatem: quod absurdum est, si [81] in pendenti [82], ut in aliis, & in hac specie habeamus dominia, ut ex facto retro fuisse, aut non fuisse partis credamus. Secundum quod difficile erit expedire, si, dum deliberant heredes, dies cesserit legati servo dati illius peculii, testamento ejus, ex quo pater nihil capere potuisset: an id ad ipsum pertineat, cum utique ad heredem filii pertineret: Facilior tamen de libertate servi deliberatio est in specie, in qua intestatus filius decessisse proponitur: non est ergo ratio respondendi, competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris. Favorabilem [83] tamen sententiam contrariam [in] utroque casu non negamus.

XX. PAULUS lib. sing. ad Regulam Catonianam.

SEd si ponas, filium testamentum fecisse, & patrem heredem instituisse, cum utique pater testamento suo servo filii libertatem dedisset, qui ad eum ex testamento filii pertinere cœperit: videndum est, numquid ei comparari debeat, qui cum manumitteretur, alienus erat, deinde postea [84] adquisitus est, sed favorabile est, libertatem à patre relictam admittere: & ab initio patris eum esse videri, ex hoc, quod postea contigit, ostenditur.

67 Commilitium caritatem auget.

68 Commilitium est societas militaris, & contubernalis amicitia.

69 *l. 5. T. eod.*

70 Hereditas patris non adita interdum transmittitur ad quemque extraneum successorem, *ut hic.* Quid ita? Suitas, jusque ipsum suitatis id efficit.

71 Ut si miles pro parte testatus, pro alia parte intestatus mori possit. *l. 7. T. de reg. jur.*

72 In testamento faciendo leges etiam observare miles cogitur.

73 Quam si sine. *Hal.*

74 Faceret.

75 *l. 13. T. de testam. milit.*

76 *l. 9. vers. denique. T. eod.*

77 Dominium rei non potest pro solido esse apud plures. Una res non potest esse plurium in solidum, *ut hic.* adde *l. si ut certo. 5. § si duobus. 15. T. commodati.*

78 *l. 13. T. eod. l. 8. T. de jure patron.*

79 Vindictam imponi servis moris erat. dixi ad Ulpian. 1. § 7.

80 Successori. *Hal.* successionis. *vulg.*

81 Nisi. *vulgat. Hal.*

82 In pendenti multa esse possunt. adde *l. qui res. 98. T. de solutionib. l. usufr. T. de fidejuss. servor. l. 43. T. de adquir. rer.*

83 Favorabilis sententia in causa libe. tatis fovenda est: quænam autem hic favorabilis sententia est? ut libertas data servo confirmetur ex dominio postea supervenient. 84 *l. 20. T. qui & à quibus.*

TIT. XVIII.

DE VETERANIS [1].

De pœnis.

1. ARRIUS MENANDER lib. III de Re militari.

VEteranorum privilegium inter cætera etiam [2] in delictis habet prærogativam, ut separentur à cæteris in pœnis: nec ad bestias [3] itaque [4] veteranus datur, nec fustibus cæditur.

De muneribus & honoribus.

II. ULPIANUS lib. III Opinionum.

HOneste sacramento [5] solutis data immunitas [6], etiam in eis Civitatibus, apud quas incolæ sunt, valet. Nec [7] labefactatur, si quis eorum voluntate sua honorem aut munus susceperit.

§. 1. Vectigalia [8], & patrimoniorum [9] onera solemnia, omnes sustinere oportet.

De honore. de pœnis.

III. MARCIANUS lib. II Regularum.

VEteranis & liberis [10] veteranorum idem honor habetur, qui & [11] Decurionibus [12]. † Igitur nec in metallum [13] damnabuntur, nec in opus publicum, vel ad [14] bestias, nec fustibus cæduntur.

De muneribus & honoribus.

IV. ULPIANUS lib. IV de Officio Proconsulis.

VIæ [15] sternendæ immunitatem veteranos non habere, Julio Sossiano Veterano rescriptum est. Nam nec ab intributionibus [16], quæ possessionibus fiunt, veteranos esse excusatos, palam est. §. 1. Sed & naves [17] eorum angariari [18] posse, Ælio Firmo & Antonino Claro veteranis rescriptum.

V. PAULUS lib. sing. de Cognitionibus.

VEteranos, D. Magnus Antoninus cum patre suo rescripsit, à navium fabrica [19] excusari. §. 1. Sed & ab exactione tributorum habent immunitatem, hoc est, ne exactores tributorum constituantur. §. 2. Sed veterani, qui passi sunt [20] in Ordinem Legi, muneribus fungi coguntur.

1 XII C. XLVIII. De privilegiis veteranorum. *vulgi l. 1. C. de excusat. veteran.*

2 Delictis etiam interdum quædam prærogativa data est, videlicet minus ut puniantur in his, quorum illa admissa.

3 *l. 3. T. eod.*

4 Utique. *Hal.*

5 Militiæ qui nomen dabant, non prius in numeris militum habiti, quam jurejurando adacti, conjurati & in numeros relati. *l. 2. §. 3. T. de his, qui notantur infamia. l. 14. T. de his, quæ ut indign. l. 1. C. de excus. veteran. l. 1. C. de his, qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt. l. 8. T. de accusat. l. 11. T. ad Leg. Jul. de adult.* Hinc sacramento solvi, *l. 13. §. 3. l. ult. T. de re milit.* sacramenti fides rupta, *l. 11. T. de test. milit.* sacramenti religio, *l. 8. C. de legat.* sacramentis inhærere, *l. 4. C. hoc tit.* & breviter, sacramentum militare, primum militiæ fuit vinculum. Senec. *lib. 15 epist.* quo qui nondum obstricti aut eo soluti, jure pugnare posse cum hostibus non videntur. Cato apud Cicer. 1 *officior.* & Plutarch. *in Probl.* Primum autem jurejurando miles haberi cœpit L. Flacco & Varrone Coss. Nam ante sacramento a Tribunis rogabantur. Frontin. 4 *stratagem.* 1. ipsi vero inter se conjurabant, se fugæ atque formidinis causa non abituros, nisi cibi petendi, ferendive hostis aut civis servandi causa. Liv. 32 *Halicarnass.* 10. Inter cæteras jurisjurandi formulas & hæc fuit, In exercitu decemque millia passuum prope, furtum non faciam. 16 Gell. 4. Et hæc in legitima militia fiebant. In tumultu vero singuli milites sacramento non rogabantur, propter imminentis periculi necessitatem, teste Servio apud Virgil. Sub Christianis Imperatoribus aliæ formulæ fuerunt jurisjurandi militaris, de quibus vide l. Veget. 5. & 9 Isidor. 1. adde quæ scripsi in *l 2. C. de re militari.* 6 *l. 1. C. eod.* 7 Privilegium nemo amittit ob id tantum, quod actum unum gesserit privilegio suo contrarium. *Bart.* 8 Imo à vectigalibus sunt immunes. *l. 1. C. eod.*

9 *l. 7. T. de vacat. & excus. muner. l. 2. C. de muneribus patrim.* 10 Adde *l 11. C. de quæst.* ad hunc locum v. Forner. 2 *select.* 20. 11 Et sic in pœnis separantur milites à plebeiis, mitiusque puniuntur quam plebeii. 12 *l. 9. §. 11. l. 28. §. 5. T. de pœn.* dixi *tit. C. de decur.* 13 *l. 9. §. 11. T. de pœn.*

14 *l. 1. T. eod.* 15 adde *l. 5. C. de SS. Eccles.* 16 De intributionibus adde *l. 22. in fin. T. ad municip. l. 6. in fin. T. de muneribus.* dixi ad *l. 27 §. 3. T. de usur.* 17 V. Cuj ad *l. ult. C. de fabricens. lib. 11.*

18 Angariari, est cogi. Greg 8 *epist.* 44. Navem ab omni angaria exuere festines. Angariare, id est, cogere, verbum Persicum. Suidas. quo etiam usus est *Luc. 15. τὸν υἱὸν ἠγγάρευσεν ἵνα ἔρῃ χωρὶς αὐτοῦ.* Hinc ἀγγαρεῖον. Suidas ita definit, ἀνάγκαιον ἀκόντων ἢ ἐν βίᾳ γινόμενος ὑπηρεσίαν. Est que transitus per viam publicam, quæ & cursum habet, veluti ex hoc loco Tyrum usque: ἀγγαρεία vero transitus per viam transversam. Erat & πλατὺς δρόμος, qui & διὰ ἀγκυμάτων dicebatur, clavularius. Clabula est genus vehiculi, quo utebantur in transitu militum, legatorum, armorum. Hinc carrorum angariæ apud Marculph. ἄγγαρος Hesychio, regius γραμματοφόρος. Joseph. 11 ἀρχιμαγειρικός. quem veredarium vocat Hieron in *hist. Esther. & epist. ad Rustoch.* Procop. *de bello Vandalico.* A veredis, paraveredi dicti equi majores, quos posteritas palafredos, *Palafroy* vocavit Cujac. ad *tit. de cursu Public.* adde 5 *Eccleg. 1. περὶ ἀγγαρίων καὶ ἀγγαρικῶν.* Ut superiora ad tempora nostra accommodemus, puto hodie angarias vocari *postes ordinaires*: parangarias *traverses*: cursum clavularem *chevaux de munitions ou d'artillerie.* 19 Et operibus publicis. *l. 1. in fin. C. eod.* 20 Sunt scil. *Hal.*

LIBER QUINQUAGESIMUS.

TIT. I.

AD [1] MUNICIPALEM [2]: ET DE INCOLIS [3].

Quibus modis municeps fit. 1. Quis sit proprie municeps vel abusive.

I. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

MUnicipem [4] aut [5] nativitas [6] facit, aut manumissio [7], aut adoptio [8]. §. 1. Et proprie quidem *municipes* appellantur muneris [9] participes, recepti in civitate [10], ut munera nobiscum faceremus: sed nunc abusive municipes [11] dicimus, suæ cujusque civitatis cives: utputa Campanos, Puteolanos.

§. 2. Qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus est, Campanus est. Sed si ex patre Campano, matre Puteolana, æque municeps Campanus est [12]: nisi forte privilegio [13] aliquo materna origo censeatur: tunc enim maternæ originis erit municeps. Utputa Ilienssibus [14] concessum [15] est, *ut* [16] *qui matre Iliensi est, sit eorum municeps.* Etiam Delphis [17] hoc idem tributum & conservatum est. Celsus etiam refert, Ponticis ex beneficio [18] Pompeii Magni competere, *ut qui Pontica matre natus esset, Ponticus esset*: quod beneficium ad vulgo [19] quæsitos solos pertinere quidam putant: quorum sententiam Celsus non probat: neque [20] enim debuisse caveri, ut vulgo quæsitus matris conditionem sequeretur: quam [21] enim aliam originem hic habet? sed ad eos, qui ex diversarum civitatium parentibus orirentur [22].

An pater pro filio decurione teneatur. 6. De eo, qui ultra commeatum abest, vel ultra formam commeatui datam.

II. IDEM lib. I Disputationum.

QUotiens filiusfamilias voluntate [23] patris decurio creatur, universis muneribus, quæ decurioni filio injunguntur, obstrictus est pater, quasi fidejussor pro filio. Consensisse autem pater decurionatui filii videtur, si præsens nominationi non [24] contradixit. Proinde, quidquid in Republica filius gessit, pater, ut fidejussor, præstabit. §. 1. Gestum autem in Republica accipere debemus, pecunia [25] publicam tractare, sive erogandam decernere. §. 2. Sed & si curatores operum, vel cujus [26] alterius Reipublicæ creavit: tenebitur. §. 3. Sed & si successorem sibi nominavit, patrem obstringit. §. 4. Sed & si vectigalia [publica] locavit, pater erit obstrictus. §. 5. Sed si filius tutores dare non curaverit, vel minus idoneos elegerit, nec satis exegerit, vel non idoneum acceperit: ipse quidem quin sit obstrictus, nulla dubitatio est: pater vero ita [27] demum obligatur, si & fidejussores solent [28] hoc nomine obligari: sed non solent: hoc enim & relatum & rescriptum est: quia fidejussores Rempublicam salvam fore promittunt: Reipublicæ autem nihil [29], quod ad rem pecuniariam attinet, interest, pupillis tutores dari. §. 6. Is, qui ultra [30] commeatum [31] abest, vel ultra formam commeatui datam, ad munera vocari potest.

De domicilio filiifamilias.

III. IDEM lib. XXV ad Sabinum.

PLacet etiam [32], filiosfamilias domicilium habere [33] posse:

17. IDEM

quod valde notandum est. Papo, 3 *notar. 7. c. d'annoblissement. fol.* 515. 22 Onerentur. *vulgat.*

23 Pater fidejubere videtur pro filio, quotiens consentit, ut filius fiat decurio. *l. 20. §. 6. T. familiæ. l. 7. T. de administ.* 24 Consentire videtur, qui præsens non contradicit. *l. 7. in fin. T. de decur. l. 1. C. de filiofam. lib. 10.* 25 Gerit negotia publica, qui pecuniam publicam tractat, erogandam decernit, curatorem operum creat, successorem nominat, vectigalia locat, *ut hic.* & § 2. §. 26 Alicujus. *vulg.* 27 Qui promittit, Rempubl. salvam fore, non tenetur de damno privatæ personæ illato. *l. 17. in fin. T. cod. l. 1. T. de magistr. conven. v. l. 3. in fin. T. de pecul. l. 7. T. de tutel. l. 1. C. quod cum eod.* 28 *l 68. T. de fidejuss. l. un. C. de periculo eorum, qui pro magistratib.*

29 Principaliter sc. secundario secus. *§. ult. Inst. de ia, qui sunt sui.* 30 *l. 14. T. de re militari.*

31 Commeatus est ex aliqua commoratione temporalis abscessus, teste Donato *in Terentium.* vide quæ scripsi ad *l. 36. T. eod.* 32 *Etiam* particula, alterius casus adjunctiva. 33 Et constituere, etiam sine consensu patris, quod animo & facto fieri potest. *Bart. hic.*

17 Cur Delphis tributum? propter religionem. Suet. *in Claudio.*

18 Lege Pompeia. Plin. 10 *epist.*

19 *l. 19. T. de statu hominum.*

20 Lex esse non debet de casu indubitabili: hoc est, de rebus dubiis, quarum jus sit anceps, obscurum aut dubium, leges ferri constituive oportet, non de his quæ sunt aperta, expedita faciliaque. adde *l. 9. T. de Carboniano.*

21 Vulgo quæsitus nullam aliam quam matris conditionem sequi potest. *l. 24. T. de statu.* Ergo & nomine, & nobilitate, & armis matris spurius utetur: quod tamen pene omnes interpretes negant Jure civili receptum esse. Fatentur tamen, hodie consuetudine omnium pene provinciarum eos admitti ad superiora omnia. G. Papæ *quæst.* 580. etiamsi Cardinalium, Episcoporum, & similium liberi sint.

IV. IDEM lib. XXXIX ad Edictum.

NOn utique ibi, ubi pater habuit, sed ubicunque [34] ipse domicilium constituit.

De eo, qui pluribus locis negotiatur.

V. PAULUS lib. XLV ad Edictum.

LAbeo judicat, cum, qui pluribus locis ex æquo negotietur, nusquam domicilium habere: quosdam autem dicere refert, pluribus locis eum incolam esse aut domicilium [35] habere: quod verius est:

De veritate & errore, & mendacio. 1. Filium sequi civitatem ex qua pater originem ducit, non domicilium. 2. De duobus domiciliis. 3. De libertinis & eorum filiis.

VI. ULPIANUS lib. II Opinionum.

ADsumptio [36] originis, quæ [37] non est, veritatem naturæ non peremit: *errore* enim *veritas originis non amittitur*: nec mendacio dicentis, se esse, unde non sit, deponitur: neque [38] recusando quis patriam, ex qua oriundus est, neque mentiendo de ea quam non habet, veritatem mutare potest. §. 1. Filius civitatem, ex qua pater ejus naturalem originem ducit, non [39] domicilium sequitur. §. 2. Viris prudentibus placuit, duobus [40] locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se collocasse videatur.

§. 3. Libertini [41] originem patronorum [42] vel domicilium sequuntur: item qui ex his nascuntur.

De manumisso à pluribus.

VII. IDEM lib. V de Officio Proconsulis.

SI quis à pluribus manumissus sit, omnium patronorum originem sequitur.

De venditione frumenti.

VIII. MARCIANUS lib. I de Judiciis publicis.

NOn debere cogi [43] decuriones vilius præstare frumentum civibus suis, quam annona exigit, D. Fratres rescripserunt, & aliis quoque Constitutionibus principalibus id cautum est.

De eo, qui justum patrem non habet.

IX. NERATIUS lib. III Membranarum.

EJus, qui justum patrem non habet, prima origo à matre [44], eoque die, quo ex ea editus est, numerari [45] debet.

De privilegio in bona debitoris.

X. MARCIANUS lib. singul. de Delatoribus.

SImile privilegium fisco nulla Civitas habet in bonis debitoris, nisi [46] nominatim id à Principe datum sit.

De Magistratibus & eorum nominatoribus conveniendis.

XI. PAPINIANUS [47] lib. II Quæstionum.

IMperator Titus Antoninus [48] Lentulo Vero rescripsit, *Magistratuum officium individuum, ac periculum esse commune*: quod sic intelligi oportet, ut ita demum Collegæ [49] periculum adscribatur, si neque ab ipso, qui gessit, neque ab his, qui pro eo intervenerunt, res servari possit: & solvendo non fuit, honore deposito, alioquin [50] si persona, vel cautio sit idonea [51], vel solvendo fuit, quo tempore conveniri potuit: unusquisque in id, quod administravit, tenebitur. §. 1. Quod si forte is, qui periculo suo nominavit Magistratum, solvendo sit: utrum in eum prius actio reddi, quasi fidejussorem debeat: an vero non aliàs, quam si res à collega servari non potuerit? sed placuit fidejussoris exemplo priorem [52] conveniendum, qui nominavit: quoniam Collega quidem negligentiæ ac pœnæ causa, qui vero nominavit, fidei ratione convenitur.

XII. IDEM lib. I Responsorum.

ET ei [53] contra nominati Collegam actionem utilem dari non oportet.

XIII. IDEM lib. II Quæstionum.

QUid ergo, si alter ex Magistratibus toto anno afuerit, aut forte præsens per contumaciam, sive ignaviam, vel ægram valetudinem, Reipublicæ negotia non gesserit, & omnia Collega solus administraverit: nec tamen tota res ab eo servari possit? talis ordo dabitur, ut in primis [54], qui Reipublicæ negotia gessit, & qui pro [55] eo caverunt, in solidum conveniantur: mox, peractis omnibus periculum, adgnoscat, qui [56] non idoneum nominavit: postremo alter ex Magistratibus, qui Reipublicæ negotiis se non immiscuit. Nec juste, qui nominavit, universi periculum recusavit: cum scire deberet, eum, qui nominaretur, individuum officium, & commune periculum suscepturum: nam & cum duo gesserunt, & ab altero servari, quod debetur, non potest: qui Collegam nominavit, in universo convenitur.

Quid intelliguntur municipes scire.

XIV. IDEM lib. XV Quæstionum.

MUnicipes intelliguntur scire [57], quod sciant hi, quibus summa [58] Reipublicæ commissa est.

De honore & ignominia. 1. De eo, qui successorem suo periculo nominavit. 2. De prædiis in fraudem fisci translatis. 3. De adoptione.

XV. IDEM lib. I Responsorum.

ORdine [59] decurionum ad tempus motus, & in ordinem regressus, ad honorem exemplo relegati tanto tempore non admittitur, quanto dignitate caruit: sed in utroque placuit examinari, quo crimine damnati sententiam ejusmodi meruerunt: durioribus etenim pœnis affectos, ignominia, velut transacto negotio, postea liberari: minoribus [60] vero, quam Leges permittunt, subjectos nihilominus inter infames haberi: cum facti [61] quidem quæstio sit in potestate judicantium, juris autem auctoritas non sit. §. 1. In [62] eum, qui successorem suo periculo nominavit, si finito Magistratu successor idoneus fuit: actionem dari non oportet. §. 2. In fraudem civilium munerum per tacitam [63] fidem prædia translata, fisco vindicantur: tantumque alterum interdictæ rei minister de suis bonis cogitur solvere.

§. 3. Jus originis in honoribus obeundis ac muneribus suscipiendis, adoptione [64] non mutatur: sed novis quoque muneribus filius per adoptivum patrem adstringitur.

XVI. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

SEd si emancipatur ab adoptivo patre, non tantum filius, sed etiam civis [ejus] civitatis, cujus per adoptionem fuerat factus, esse desinit.

De libertis. 2. An pater pro filio decurione conveniri possit. 3. De præscriptione temporis. 4. De honoribus eodem tempore non gerendis in duabus civitatibus. 5. De possessione. 6. De postliminio reversis. De tributi exigendi munere. 8. De fideicommissaria manumissione. 9. De adoptione. 10. De promissione per errorem facta. 11. De domicilio patris & filii. 12. De nominatu in quæstionibus. 13. De possessione domus. 14. De fidejussoribus.

XVII. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

LIbertus propter [65] patronum à civilibus muneribus non excusatur: nec ad rem pertinet, an operas patrono, vel ministerium capto luminibus exhibeat. §. 1. Liberti vero Senatorum, qui [66] negotia patronorum gerunt, à tutela decreto patrum excusantur. §. 2. Filium pater decurionem esse voluit: ante [67] filium ex persona sua Respublica debet convenire, quam patrem [68] ex persona filii: nec ad rem pertinebit, an filius castrense peculium tantum possideat, cum ante militasset vel postea. §. 3. Præscriptio temporum, quæ in honoribus repetundis, vel aliis suscipiendis data est, apud eosdem servatur, non apud alios.

§. 4. Sed eodem tempore non sunt honores [69] in duabus civitatibus ab eodem gerendi: cum simul igitur utrobique deferuntur, potior [70] est originis causa. §. 5. Sola [71] ratio possessionis civilibus possessori muneribus injungendis, citra [72] privilegium specialiter civitati datum, idonea non est. §. 6. Postliminio [73] regressi patriæ muneribus obtemperate coguntur, quamvis in alienæ civitatis finibus consistant. §. 7. Exigendi tributi munus inter sordida [74] munera non habetur: & ideo decurionibus quoque mandatur. §. 8. Ex causa fideicommissi [75] manumissus, in muneribus civilibus manumissoris [76] originem sequitur, non ejus, qui libertatem relinquit. §. 9. In adoptiva [77] familia susceptum, exemplo dati, muneribus civilibus apud originem avi quoque naturalis respondere, D. Pio placuit: quamvis in isto fraudis nec suspicio quidem interveniret. §. 10. Error [78] ejus, qui, se municipem aut colonum existimans, munera civilia susceperunt promisit, defensionem juris non excludit. §. 11. Patris domicilium [79] filium aliorum [80] incolam civilibus muneribus alienæ civitatis non adstringit: cum in patris quoque persona domicilii ratio temporaria sit. §. 12. In quæstionibus [81] nominatos capitalium criminum, ad novos honores ante causam finitam admiti non oportet: cæterum pristinam interim dignitatem retinent. §. 13. Sola [82] domus possessio, quæ in aliena civitate comparatur, domicilium non facit. §. 14. Nominati successoris periculum fidejussorem nominantis non tenet.

§. 15. Fidejussores, qui [83] salvam Rempublicam fore responderunt, & qui Magistratus suo periculo nominant, pœnalibus actionibus non adstringuntur, in quas inciderunt hi, pro quibus intervenerunt: eos enim damnum Reipubl. præstare satis est, quod promitti videtur.

De intervallo temporis in continuandis oneribus.

XVIII. PAULUS lib. I Quæstionum.

DIvus Severus rescripsit, intervalla [84] temporum in continuandis oneribus, invitis, non etiam volentibus concessa, dum ne quis continuet [85] honorem [86].

De majore parte curiæ.

XIX. SCÆVOLA lib. I Quæstionum.

QUod major [87] pars Curiæ effecit, pro [88] eo habetur, ac si omnes egerint [89].

De domicilii translatione.

XX. PAULUS lib. XX Quæstionum.

DOmicilium re [90], & facto [91] transfertur, non nuda contestatione: sicut in his exigitur [92], qui negant se posse ad munera, ut incolas, vocari.

De filiofamilias. 1. De his qui ex officio, quod administraverunt, conveniuntur. 2. De eo, qui post mortem patris munus suscepit. 3. De decurione adoptato. 4. De dote. 5. De reo criminis capitalis. 6. De infante. 7. De adjectionibus.

XXI. IDEM lib. I Responsorum.

LUcius Titius, cum esset in patris potestate, à Magistratibus inter cæteros frumento comparando, invito [93] patre, curator constitutus est: cui rei Lucius Titius neque consensit, neque pecuniam accepit, neque in eam cavit, aut se comparationibus cum cæteris miscuit: & post mortem patris in reliqua collegarum interpellari cœpit. Quæritur, an ex ea causa teneri possit? Paulus respondit, eum, qui injunctum munus à Magistratibus suscipere supersedit, posse conveniri eo nomine propter damnum [94] Reipublicæ; quamvis eo tempore, quo creatus est, in aliena fuerit potestate. §. 1. Paulus respondit, eos qui pro aliis non ex contractu, sed ex officio, quod administraverint, conveniuntur, in damnum sortis substitui solere, non [95] etiam in usuras.

§. 2. Idem respondit, heredes patris propter munera, filii quæ post mortem patris suscepit, jure conveniri non posse. † Hoc responsum & ad eum [96] pertinet, qui à patre decurio factus, post [97] mortem patris munera suscepit. §. 3. Idem respondit, eum, qui decurionem adoptavit, onera decurionatus ejus suscepisse videri, exemplo patris, cujus voluntate filius decurio factus est. §. 4. Idem respondit, constante matrimonio dotem in [98] bonis mariti esse: sed si ad munera municipalia à certo modo substantiæ vocentur: dotem non debere computari. §. 5. Idem respondit, si per accusatorem criminum capitalium non steterit, quominus crimen intra statutum tempus persequeretur: reum non [99] debuisse medio tempore honorem appetere. §. 6. Imperatores Severus & Antoninus Augusti Septimio [100] Zenoni: *Pro infante [1] filio, quem decurionem esse voluisti, quanquam fidem tuam in posterum adstrinxeris, tamen interim onera sustinere non cogeris: cum ad ea, quæ [2] mandari non possunt, voluntatem dedisse videaris.*

§. 7. Idem

34 *l.* 31. *ff. eod.*

35 Pluribus locis domicilium, aut incolatus haberi potest. *l.* 6. §. *pen. ff. eod.*

36 Origine se Tyrium esse dicens per errorem, cum sit Campanus, veram suam originem non amittit.

37 Adde *l.* 17 §. 10. *ff. eod.*

38 Domicilium naturale naticitatis propriæ mutari non potest, *ut hic*, accidentale, seu incolatus, potest, *l.* 20. *ff. eod.* non præfinitur tamen. *Bart.* hac *l. in fin.* de quo v. plura apud Menoch. 6 *præsumpt.* 42.

39 *l.* 17. §. 11. *ff. eod.*

40 *l.* 5. *in fin. ff. eod.* adde *l.* 5. §. 5. *ff. de injur.*

41 Manumissi & eorum filii originem patronorum sequuntur.

42 *l.* 22. *l.* 27. *ff. eod. l.* 13 *l. un. C. ad Leg. Jul. Pæsell. l.* 3. §. 8. *ff. de muneribus. l.* 2. *C. de municip.*

43 *l.* 3. *ff. de annona. l.* 5. *ff. de administr. rer. l.* 1. *C. de frumento Alexandr. v.* Papon. 2 *notar.* 7.

44 *l.* 1. *in fin. ff. eod. l.* 24. *ff. de statu.*

45 Enumerari. *Hal.*

46 *l.* 37. *ff. de rebus auctoritat.*

47 Paulus. *Hal.*

48 Individuum est Magistratuum officium & periculum commune.

49 *l. ult.* §. 8. *ff. de administr. rer. l.* 1. *l.* 3. *C. quo quisque.*

50 Divisionis beneficio in rationibus reddendis uti possunt syndici provinciarum & civitatum, atque ita Senatusconsulto Burdegalensi judicatum refert Papon. 10 *arrest.* 4. *arrest.* 23.

51 *l.* 4. *C. de probationib.*

52 *l.* 13. *ff. eod. l.* 2. *l.* 3. *C. quo quisque.*

53 Et ei nominati contra collegam, &c. Cujac. 13 *obs.* 14.

54 *l.* 2. *C. quo quisque.*

55 *l.* 11. *in fin. ff. eod.*

56 *l.* 97. *ff. de cond. & demonstr.*

57 Et facere. *l.* 19. *ff. eod.*

58 Summa Respublica. Cujac. 2 *obs.* 32. sic in *l.* 1. §. 20. *ff. de exercitoria*, ad summam Rempublicam pertinet navium exercitio: & Gellius, 21. *c.* 3. Populus Lacedæmoniorum de summa Republica deliberabat: & Cicero, 11 *Philippica.* de summa Republica dissentientes: & pro Lucio Flacco: de summa Republica tacere. & *in Catil.* ad illa venio, quæ ad summam Rempublicam pertinent. Cicer. 1 *de invention.* Cujac. *ibid.*

59 In hanc leg. vid. Joann. Rob. *lib.* 4 *sent. cap.* 15. *S. L.*

60 *l.* 3. *l.* 5. *ff. de decurionib.*

61 *l.* 1. §. 4. *in fin. ff. ad Turpill. l.* 131. *l.* 244. *ff. de verb. sign.*

62 *l.* 1. *C. de pericul. nominator.*

63 *l.* 1. *C. de prædiis decurionum sine decreto. l.* 17. *C. de rescind.*

64 *l.* 17. §. 9. *ff. eod. v.* 35. *ff. de adoptionib. l.* 7. *C. de adoptionib.*

65 *l. unic. C. de libertin.*

66 *l.* 15. §. 8. *ff. de excusat. tutor. v. l.* 13. *C. de excusat. tutor.*

67 Decurione patris voluntate eoque superstite filiofamilias facto, patris heredes tenentur Reipublicæ. patrem enim vice fidejussoris accipi: excuti tamen prius filium oportere, *ut hic.* & *l.* 1. *C. de decurionib.* Atqui ita, neque fiscus, neque Respublica, electionem habet. Quid, si patris voluntate decurio factus, patre mortuo decurionatum adeptus sit? vide *l.* 21. §. 2. *ff. eod. l.* 1. *C. de decur.*

68 Ita Haloand. Florentina habet *Pater. S. L.*

69 Honores in duabus civitatibus eodem tempore gerere neme potest.

70 *Sub.* quam domicilio. dixi ad *l.* 1. *C. ubi petantur tutor.*

71 §. 13. *ff. eod. l.* 4. *C. de incolis.*

72 Citra privilegium speciale civilia munera non injunguntur sola ratione possessionis.

73 Postliminium non tantum commoda reversis sed & onera restituit.

74 Nobilem actum nobilitati suæ contrarium non facere vestigalia exigendo, hinc colligunt.

75 *l.* 2. *C. de municip. & originar.*

76 Patronus is etiam est, qui ex causa fideicommissi manumisit, *ut hic.*

77 *l.* 15. *in fin. ff. eod.*

78 *l.* 6. *in princ. ff. eod.*

79 *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. §. 1. *ff. eod.*

80 Domicilium patris filii non sequuntur, si alibi domicilium sibi constituerint. Licet itaque filio domicilium patris mutare, *ut hic.* ut & liberto patroni. *l.* 27. *ff. eod.*

81 *V. l.* 7. *ff. de muneribus.* dixi ad *l.* 2. *ff. de bonis eor. l.* 1. §. 26. *ff. de quæstionibus.* adde Suetoni. *in Julio.* c. 17. Goth. Vid. Joann. Sande, *decis. Frisicar. lib.* 5. *tit.* 10. *defin.* 2. *S. L.*

82 Incolam non facit sola domus, vel agri possessio sine laris, id est, domicilii collocatione. §. 5. *ff. eod. l.* 4. *C. de incolis.* cætera vide in §. 5. *ff. eod.*

83 *l.* 1. §. 5. *ff. de magistr. conven. l.* 68. *ff. de fidejuss.*

84 Intervalla, vacationum tempora. *l. ult. C. de muneris. v. l.* 6. *ff. de legationib.*

85 *l.* 14. §. 5. *ff. de muneribus. v. l.* 6. *C. de assessorib.*

86 Honore. *Hal.*

87 Pars major quod facit, ceteri id fecisse videntur. *l.* 3. *l.* 4. *ff. quod cujusque. l.* 3. *ff. de decret. l.* 46. *C. de decurionib. l.* 160. §. 1. *ff. de reg. jur. l.* 2. §. 5. *in fin. C. de jurisd. propter. v.* tamen Socin. *reg.* 143.

88 Locus ab adjacente qualitate. dixi ad *l.* 13. *ff. de servitutib.*

89 Et merito, quia in his quæ fiunt à pluribus, ut ab omnibus, majoris partis consensus sufficit: In his autem quæ fiunt à pluribus, ut à singulis, non sufficit majoris partis consensus. *l* 7. *in fin. ff. de pactis. l. ult. C. qui bon. cedere.*

90 *V. l* 27. §. 1 *ff. eod.*

91 Puta quando quis cum rebus suis recedit. *Bart. hic.*

92 *Al.* perficitur.

93 Adde *l.* 2. *ff. eod.*

94 *Synopf. Basil.*

95 *l.* 24 *ff. eod.* Imo & usuras. *l. ult. ff. de magistr. conveniend.*

96 *l.* 15. *ff. de muneribus.*

97 Decurio patris voluntate filiusfamilias factus, si post mortem patris decurionatum, vel alios honores egerit, heredes patris eo nomine Reipublicæ non tenebuntur, *ut hic. l.* 3. *in fin. l. & si filium.* 15. *ff. de muneribus.* Imo tenentur, *l. si filia.* 20. §. *Neratius.* 7. *ff. famil. ercisc.* Solve: ibi vivo patre filio delata est ἐπιτροπεία, eamq; filium suscepturum pater spopondit: ut eo heredes patris merito teneantur: etiamsi filius non nisi post mortem patris eo munere functus sit. *l.* 1. *C. de pericul. succeff. parent.*

98 *V. l.* 30. *C. de jure dot.*

99 *V. l.* 7. *ff. de muneribus. l. ult. C. qui bon. cedere.*

100 *l.* 1. *C. de muneribus & honoribus.*

1 Infans asseribi in ordinem potest ex causa: quod forte ab eo egregia indole vel stirpe, progressum annorum expectari non oporteat. Huic si consenserit pater, non cogetur interim, id est, quandiu fuerit infans, pro eo onera sustinere: intelligitur enim pater ad ea, quæ ei mandari possunt, consensum adcommodasse fidemq; suam adstrinxisse. Infanti nihil alias mandari potest, *ut hic.* & *l.* 1. *in fin. C. de muneribus & munerib.* & si decurio receptus fuerit, partem suffragii, &, ut loquuntur, vocem in ordine consilioque non habebit.

2 *V. l.* 6. *ff. de pignorib.*

§. 7. Idem [3] respondit, si civitas nullam propriam Legem habet de adjectionibus [4] admittendis: non [5] posse recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum jam perfecta: tempora enim adjectionibus præstita [6] ad causas fisci pertinent.

De filiis libertorum. 1. De vidua, & de secundis nuptiis. 2. De libertis. 3. De relegato. 4. De senatoribus & eorum liberis. 7. De his qui fœnus exercent.

XXII. IDEM lib. I Sententiarum.

FIlli libertorum libertarumque [7], liberti paterni & patroni manumissoris domicilium aut [8] originem sequuntur.

§. 1. Vidua [9] mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimæ [10] personæ per maritum factæ [11]: sed utrumque aliis [12] intervenientibus nuptiis permutatur. §. 2. Municipes sunt liberti & in eo loco, ubi ipsi domicilium sua voluntate [13] tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt præjudicium: & utrobique [14] muneribus adstringuntur. §. 3. Relegatus [15] in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet. §. 4. Senator ordine motus, ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non restituitur.

§. 5. Senatores & eorum filii, filiæque, quoque [16] tempore nati, natæve, itemque nepotes [17], pronepotes [& proneptes] ex filio, origini [18] eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem. §. 6. Senatores, qui liberum commeatum, id [19] est, ubi velint, morandi arbitrium impetraverunt, domicilium in urbe retinent. §. 7. Qui fœnus exercent, omnibus patrimonii intributionibus [20] fungi debent, etsi possessionem non habeant.

De Senatore & ejus liberto. 1. De milite.

XXIII. HERMOGENIANUS lib. I Juris Epitomarum.

MUniceps esse desinit [21] Senatoriam adeptus dignitatem, quantum [22] ad munera; quantum vero ad honorem [23], retinere [24] creditur originem [25]: denique manumissi [26] ab eo, ejus municipii efficiuntur municipes: unde originem trahit.

§. 1. Miles ibi domicilium habere videtur, ubi meret [27], si [28] nihil in patria possideat.

De usuris.

XXIV. SCÆVOLA lib. II Digestorum.

COnstitutionibus Principum continetur, ut pecuniæ, quæ ex detrimento [29] solvitur, usuræ non præstentur: & ita Imperatores Antoninus & Verus [Augusti] rescripserunt his verbis: *Humanum est, reliquorum usuras neque ab ipso, qui ex administratione honoris reliquatus [30] est, neque a fidejussore ejus, & multo minus a Magistratibus, qui cautionem accepérint, exigi:* cui consequens est, ut ne in futurum à forma [31] observata discedatur.

De Magistratibus municipalibus.

XXV. ULPIANUS lib. I ad Edictum Prætoris.

MAgistratus municipales, cum [32] unum Magistratum administrent, etiam unius hominis vicem sustinent: & hoc plerumque quidem Lege municipali eis datur: verum etsi non sit datum, dummodo [33] non denegatum, moribus competit.

XXVI. PAULUS lib. I ad Edictum.

EA [34], quæ magis [35] imperii sunt, quam jurisdictionis, Magistratus municipalis facere non potest. §. 1. Magistratibus municipalibus non [36] permittitur in integrum restituere, aut bona [37] rei servandæ causa jubere possidere, aut dotis [38] servandæ causa, vel legatorum servandorum [causa 39].

De liberis. 1. De eo, qui non in colonia, sed in municipio, agit. 2. De duobus domiciliis, & eo qui domicilio caret.

XXVII. ULPIANUS [lib. II ad Edictum].

EJus, qui manumisit [40], *municeps* est manumissus, non domicilium [ejus,] sed patriam secutus. Et si patronum habeat duarum civitatium municipem, per manumissionem earundem civitatium erit municeps. §. 1. Si quis negotia sua non in *colonia* [41], sed [42] in municipio semper agit, in illo vendit, emit, contrahit, eo in foro, balineo, spectaculis utitur: ibi *festos* [43] *dies* celebrat: omnibus denique municipii commodis, nullis coloniarum [44], fruitur, ibi magis habere *domicilium*, quam ubi colendi [45] causa diversatur [46]. §. 2. Celsus lib. I Digestorum tractat, si quis instructus sit duobus [47] locis æqualiter, neque hic, quam illic, minus frequenter commoretur: ubi domicilium habeat, existimatione animi esse accipiendum: ego dubito, si utrobique destinato sit animo, an possit quis duobus [48] locis domicilium habere: & verum est, habere, licet difficile est: quemadmodum difficile est, sine domicilio esse quemquam: puto autem & hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget, vel iter faciat, quærens, quo se conferat, atque ubi constituat: nam hunc puto sine [49] domicilio esse. §. 3. *Domicilium* autem habere potest & relegatus [50] eo loci, *unde arcetur*, ut Marcellus scribit.

De Magistratibus municipalibus.

XXVIII. PAULUS lib. I ad Edictum.

INter convenientes [51], & de re majori, apud Magistratus municipales agetur.

De incola.

XXIX. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

INcola & his [52] Magistratibus parere debet, apud quos incola est, & [53] illis, apud quos civis est: nec tantum municipali jurisdictioni in utroque municipio subjectus est, verum etiam omnibus publicis muneribus fungi debet.

De eo, qui ex vico ortus est.

XXX. ULPIANUS lib. LXI ad Edictum.

QUi ex vico ortus est, eam patriam intelligitur habere, cui [54] Reipubl. vicus ille respondet

De domicilio, ubi quis velit, constituendo.

XXXI. MARCELLUS lib. I Digestorum.

NIhil est impedimento, quominus quis, ubi [55] velit, habeat domicilium [56], quod [57] ei Interdictum non sit.

De sponsa:

XXXII. MODESTINUS lib. IV Differentiarum.

EA quæ desponsa est, ante [58] contractas nuptias suum non mutat domicilium.

De Roma.

XXXIII. IDEM lib. sing. de Manumissionibus.

ROma communis [59] nostra *patria* est.

De incola.

XXXIV. IDEM lib. III Regularum.

INcola jam muneribus publicis [60] destinatus [61], nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest.

De eo, qui in agro moratur.

XXXV. IDEM lib. I Excusationum.

Ἐδόκει χρὴ, ὅτι ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικοῦντων, incolas [62] νομίζεται· ὁ γὰρ ἐκείνης τῆς πόλεως ἐξαιρετος μὴ χρώμενος, οὐτ' ἂν νομίζεται εἶναι incolas.

SCire oportet, quoniam qui in agro [62] permanet, incola esse non [63] existimatur: qui enim illius civitatis præcipuis non utitur, non existimatur esse incola.

De eo, qui epistolam, à Magistratibus cum decreto Imperatoris porrigendo missam, alii dedit, quam cui debuit. 1. De pecunia publica credita.

XXXVI. IDEM lib. I Responsorum.

TItio [64], cum esset Romæ studiorum [65] gratia, epistola missa est à Magistratibus patriæ suæ, ut porrigeret Imperatori decretum ejusdem civitatis, quod erat cum ipsa epistola missum: is autem, qui susceperat literas restituendas, collusione facta dedit Lucio [Titio,] qui & ipse Romæ morabatur suæ rei gratia: sublato Titii nomine, cui erat decretum missum, uti per ipsum daretur, suum nomen scripsit, & sic Imperatori decretum, secundum mandata Reipubl. dedit. Quæro, qui [66] viaticum [67] petere ab ea [68] potuisset: & quid commississe videtur is, qui non restituit literas ei, cui restituere mandatum susceperat: & is, qui sublato alieno nomine, inscriptoque suo, quasi ipse jussus à patria decretum Imperatori porrexit? Herennius Modestinus respondit, Titium quidem viaticum petere non posse: sed [69] eum qui nomen incidisset [70]. §. 1. Titius pro pecunia publica, quam ipse credidit, pignus accepit, pacto facto cum debitore, *ut non soluto debito, sine ulla repromissione distrahatur pignus*: succedentes [71] gradus in locum Titii nomen & pignus probaverunt usque ad Mævium: ex venditione pignoris propter repromissionem à Magistratu [72] vendentibus factam, de modo fundi demonstrato, satis debito factum non est. Quærebatur, quis Reipubl. tenetur? Herennius Modestinus: Titium, cum successores ejus periculum nominis agnoverint, eo nomine obstrictum non esse [respondi:] sed nec post Magistratus [73], qui vendidisse proponuntur: cum vindelicet pluris vendiderunt propter mensuræ agri demonstrationem: & hoc, qua pluris vendiderunt, restituere [minore] modo deprehenso jussi sunt: eum igitur, qui novissimus nomen probavit, indemnitati Reipublicæ satisfacere debere, si nomen ad successorem idoneum transmississe non doceatur.

Ad quem spectet cognitio de jure incolarum. 1. De liberis. 2. De legitime nupta.

XXXVII. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

DE jure omnium incolarum, quos [74] quæque civitates sibi vindicant [75], Præsidum provinciarum cognitio est. Cum [76] tamen se quis negat incolam esse, apud eum Præsidem provinciæ agere debet, sub cujus cura est ea civitas, à qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua ipse se dicit oriundum esse, idque D. Hadrianus rescripsit mulieri, quæ aliunde orta, alibi nupta est.

§. 1. Libertos eo loco munus facere debere, unde [77] patrona erit, & ubi ipsi domicilium habebunt, placet. §. 2. Mulieres, quæ in matrimonium se dederint non [78] legitimum, non ibi muneribus fungendas, unde mariti earum sunt, sciendum est: sed unde ipsæ ortæ sunt: idque Divi Fratres rescripserunt.

De jurejurando. 1. De colonis prædiorum fisci. 2. De exactione pecuniæ legatorum. 3. De nupta. 4. An pater pro filio teneatur. 5. De nomine & rebus ipsis. 6. De cautione à Magistratibus præstanda.

XXXVIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus rescripserunt, gratiam [79] se facere jurisjurandi ei [80] qui juraverat, *se ordini* [81] *non interfuturum*, & postea *Romam deductus*. Erat & illud moris, ut habitationem non concederet Princeps, sine annua certaque pensione. Et hoc sensu Suet. *in Jul. c.* 38. scribit, Cæsarem annuam habitationem Romæ usque ad binæ millia nummum: in Italia non ultra quingenos sestertios remisisse. Porro inter justas causas Romæ, vel in Italia domicilii impetrandi studia fuere, *ut hic.* quæ & probabilis causa absentiæ dicitur. *l.* 18. *ff. ex quib. caus. major.* Ita constare debebat, quam ob causam provincialis Romam commigrasset. Hinc interim constat studiorum causa habitationem Romæ à Principe impetrari solitam. ut & ex *l.* 18. *in fin. ff. de judic.* Quam habitationem qui impetraverant, non minus Romæ, quam qui ibidem nati, domicilium habebant. *l.* 5. §. 5. *ff. de injur.* Porro hujusmodi impetrata habitatio commeatus, vel commeatus forma, appellatur in *l.* 2. *in fin. ff. cod.* v. Revard. ad *l.* 123 *ff. de reg. jur.* 66 Quis vitilcum: *vulg. Hal.* 67 Viaticum, fumptus itineris, ἐφόδιον. 7 Gell. 7. *l.* 18. *ff. de judic. l.* 17 *ff. de reb. cred. l.* 52. §. 15. *ff. pro soc. l.* 1. §. 9. *ff. de tut. & rat.* Impendia ad iter conficiendum. *l.* 7. *ff. ad Treb.* Apul. 6 *de Asino.* Ergo & inter mortuos avaritia vivit, & moriens viaticum debet quærere? Viaticum dicitur in *l.* 18 *in fin. ff. de jud.* Apul. 7 *de Asino.* Viaticulum mihi corrasi. Viaticari Plauto, est Viaticulum parare: & Viatica cœna *in Bacchidib.* quæ datur abituro. 68 Ab eo. *Hal.* 69 Nec eum. Zoanet. 11 *restit.* reprehensus à Robert. 1 *recept.* 20. 70 Indidisset. *vulg. Hal.* 71 Succedentes Magistratus. Cuj. 7 *obs.* 2. 72 A Magistratibus vendentibus. Cuj. 7 *obs.* 12. 73 Cujac. ibid. legit post Magistratus; unica dictione, quemadmodum dicitur postfactum, postdelictum. 74 Quod. *vulg. Hal.* 75 *l.* 2. *C. de decurionib.* 76 Eum tamen. *vulg. Hal.* 77 *l.* 22. §. 2. *ff. cod.* 78 Aliud in legitimo. *l.* 22. §. 1. *ff. cod.* 79 Ex justa causa sc. *l. ult. ff. qui satisd. l.* 30. *ff. de oper. libert. l. pen. C. de transact. l. ult. C. de non numerata.* Suet. *in Tiber.* 35. Equiti Romano jusjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi deprehensam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. adde *Nov.* 51. Goth. Vid. *l. fin. ff. de re milit. l. fin. ff. qui satisd. coguntur. l. adigere. §. ult. ff. de jure patronat.* De Jure canonico juramentum remitti non posse videtur. *cap.* 2. *extr. de spons. junct. cap.* 8. *de juram.* Anf.

3 Idem rescripserunt. Cujac. 2 *obs.* 24.

4 Adjectiones fiunt in auctionibus licitandis, a quibus distant incisum. de quibus vide Cujac. *Novell.* 166. 6 *obs.* 10. sensus est: Post addictionem factam, adjectionem & licitationem admitti intra certa tempora. *l.* 4. *C. de fide & jure hastæ.* Post addictionem factam à Republic. nisi ex privilegio, adjectionem non admitti, meliori ita conditione fiscum esse, quam Rempublicam. Cujac. 2 *obs.* 24.

5 Vid. *l.* 1. *C. de vendendis rebus civitatis.* vide quæ scripti ad *l.* 4. *C. de fide & jure hastæ fiscalis.*

6 *Al.* præstituta.

7 Ut liberti. *Haloand.* vid. *l.* 6. *in fin. ff. cod.*

8 *Al.* ut.

9 Vidua mariti sui mortui domicilium retinet, ut & dignitatem sive honorem. vide *l.* 242. §. 3. *ff. de verb. signif.* de viduis hoc singulare est, favorabiliores habitas fuisse apud Romanos pupillis. Nam in Cannensis pugnæ inopia, primo ad pupillorum, deinde ad viduarum pecuniam ventum est. Liv. 24. sic viduæ matris consensum curator præfert in pupillæ nuptiis. Livius 4.

10 Id est, senatoriæ. dixi in *l.* 5. *ff. de curat. furios.*

11 Quæ clarissimam dignitatem retinet.

12 *l.* 32. *l.* 37. *l. ult.* § 3. *ff. cod.* adde *l. un. C. de muliebri. & quo in loco.* adde *l.* 65. *in fin. ff. de judiciis. l.* 10. *C. de nuptiis. Nov.* 22. *c.* 36.

13 Municipes alii originarii, alii voluntarii, *ut hic.* voluntarios facit adjectio vel incolatus, *ut hic. l.* 6. *l.* 7. *C. de incolis.* originarios origo.

14 *l.* 37. §. 1. *ff. cod.*

15 *l.* 27. *in fin. ff. cod.*

16 Eo tempore, *vulg.* quoque tempore nati. *Hal.* facit *l.* 5. *ff. de senatorib.* v. ad hunc locum, elegantem quæstionem ab Hotomann. tractatam, 2 *Illustr.* ex duobus regis filiis, quorum alter ante adeptum à patre regnum, alter postea natus sit, uter præferatur. 17 Nepotes & neptes. Cujac. ad *l.* 8. *C. de incolis.* 18 *l.* 8. *C. de incol.* 19 Liber commeatus, est arbitrium morandi ubi velis. 20 Intributiones, sunt contributiones: hoc verbo usus est Jurisconsultus in *l. pen. ff. de veteran. l.* 6. *in fin. ff. de munerib. l.* 27. *in fin. ff. de verb. sign.* & à Paulo intributionis collatio dicitur. Paul. 2 *sent.* 7 § *ult.* Verbo quoque intribuendi utitur Jurisconsultus in *l.* 9 *in fin. ff. de tribut.* Trajan. apud Plin. Possumus eorum desiderio indulgere, modo ne quid ideo intribuant. *Brisson.* 21 Imo non desinit. *l.* 11. *ff. de senatorib.* Goth. Ad intellectum hujus l. vid. Kasp Kinschot. *resp.* 10. *n.* 2. Anf. 22 V. *l. ult. C. de exactus. muner. l.* 14. *C. de dignitatib.*

23 Honores itaque ibi gerere cogi poterit. 24 Et hoc ita refer *d. l.* 11. 25 Municipii sui.

26 *l.* 27. *ff. cod.* 27 Ubi inhæret, *vulg.* merere, verbum militare est, στρατίας στρατεύω. *Lucan.* 10. *are merent parvo.* Cicero, 1 *Philipp.* milites merentes, τεθρυμμένοι, μισθοφόρους. qui non merent, ἀστράτευτοι, ἄστρατοι. inde emerita, *l.* 3. §. 12. *ff. de re militari.* & emeritum militiæ. vid. Budæum *hic.*

28 Etsi. *Hal.* 29 Pœna. *l.* 21. §. 1. *in fin. ff. cod. l. un. C. de his, qui ex offic. quod administrat.* ὑπὲρ ζημίας. 23 *Eclog* 2. *in lib.* 54. *tit.* 1. *c.* 18. 30 Relinquitur. *vulg.* relinquatur. *Bud.* 31 V. *l.* 8. §. 17. *ff. de transact.* Anf. 32 Uno Magistratu si plures funguntur, unius locum sustinent. adde *l.* 11. *ff. cod. l.* 9. *ff. de pœtic.* 33 Permissum videtur, quod non reperitur prohibitum. adde *l.* 4. *C. de jure dot. l.* 7. *C. de religios.* 34 Municipales Magistratus, seu duumviri, imperium non habent, *ut hic.* Jurisdictionem habent usque ad certam quantitatem (quam tamen defendere pœnali judicio nequeunt, *l.* 1. *ff. si quis jus dicenti).* pignoris capionem, *l.* 29 § *magistrat.* 7. *ff. ad l. Aquil.* legis actionem, in servos castigationem. vide *l.* 17. *ff. qui & à quib. manumiss.* tutoris & curatoris dationem, *l.* 3. *ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his.* quin ordo ipse Magistratum municipalem jure tutorem dat. *l.* 3. *ff. qui petant tutores.* 35 *l.* 4. *ff. de jurisdictione. l.* 1. *ff. de damno.* 36 Imo permittitur. *l.* 3. *C. ubi & apud quem. l.* 4. §. 3. *ff. de damno. l.* 4. *in fin. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdict.* 37 *l.* 1. *ff. ex quib. causis in possess.* 38 Dixi ad *l.* 2. *C. qui potiores.* 39 Habuerunt tamen jurisdictionem usque ad certam quantitatem. Paul. 5 *sent.* (quam pœnali judicio defendere nequibant, *l.* 1. *ff. si quis jus dicenti.*) pignoris capionem, *d.* § *magistratum.* 7. legis actionem, Paul. 2 *sent.* 17. §. 4. in servos castigationem, *l.* 12. *ff. de jurisd. l.* 17. *ff. qui & à quib. manum.* tutoris & curatoris dationem. *l.* 3. *ff. de tutor.* Præferebantur eis fasces & bacilli. v. Cujac. ad *l.* 53. *C. de decurionib.*

40 V. *l.* 23. *ff. cod.* manumissus ibi municeps est, ubi manumissor municeps fuit: nisi alibi libertus, seu manumissus, domicilium constituerit, *ut hic.* Eadem ratio in filio. *l.* 17. §. 11. *ff. cod.*

41 Coloniæ vocabulo ne intelligas cum Accursio villam, aut agricolationis locum. quo sensu interdum accipitur. Colonia, est oppidum quod coloniæ jure utitur. Cicero *pro Fronteio:* Est in eadem provincia Narbo Martius, colonia nostrorum civium, specula Populi Romani, ac propugnaculum istis nationibus oppositum. Cæsar *de bello Gallico:* fuit tempus quum Germanos Galli superarent virtute, ut ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem, agrorumque inopiam, trans Rhenum colonias mitterent. Tranquillus in *Augusto. c.* 46. Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentavit. Colonia ut à municipio differat, v. 16 Gell. 13. & Budæum *hic.*

42 Coloniæ & municipii differentia, de qua dixi initio hujus tituli. 44 Festos dies. *vulgat. Hal.* adde *l.* 7. *C. de incol.* 43 Forte legendum, coloniæ suæ: nam supra numero unitatis colo- niam dixi non colonias. 45 Colendi ruris causa. *Hal.* 46 Diversatur. 47 *l.* 5. *in fin. ff. cod.* Goth. Conciliationem hujus §. cum *l.* 7. & *l.* 30. *ff. de judic. & l.* 31. *ff. cod.* v. apud Edmund. Merill. *lib.* 1 *observat. cap.* 33. Anf. 48 Domicilium duobus locis difficulter haberi potest.

49 Sine domicilio quis esse potest.

50 *l.* 22. §. 3. *ff. cod.*

51 Contentiones. *l.* 74 §. 1. *ff. de judicis.*

52 *l.* 3. *ff. de muneribus. l. 1. C. de municip.*

53 Unius loci. potest quis esse civis: alterius incola.

54 V. *l.* 9. *ff. de judic. l.* 31. *C. de Episcop. l.* 99. §. 1. *ff. de verb. sign.*

55 *l.* 4. *ff. cod. l.* 1. *C. de incolis.*

56 Domicilium ubi volumus habere possumus.

57 Domicilia sunt libera, nisi in casibus exceptis.

58 Sponsi contractis nuptiis domicilium mariti sequitur. v. *l.* 22. *ff. cod.* atque ita quod de uxore statuto constituitur, ad sponsæ continuo non pertinet. v. Tiraquell. *Gloss.* 2. *leg. connubialium.*

59 Roma, communis patria. *l.* 6. §. 11. *ff. de excusat. l. ult. ff. de interdict. & relegat. Novell.* 78. adde *l.* 9. *ff. de vacat.* Cicero *contra Rullum.* Roma communis patria omnium nostrum. Fuit olim Roma communis patria Romanorum, & Italicorum ex lege Julia: hodie est omnium, qui ditioni Romanæ subjecti sunt, ex Constitutione Antonini. *l.* 17. *ff. de statu.* Inde eleganter Sidonius, in ea totius orbis civitate unica solos barbaros & servos peregrinari dixit. & Rutil. Numatianus *de Roma. Fecisti patriam diversis gentibus unam: Profuit injustis te dominante capi: Dumque offers victis proprii consortia juris: Urbem fecisti, quæ prius orbis erat.* v. Cujac. ad *l. un. C. de decurionib. in quo loco, &c.* Goth. Vide Tholosan. *de Republ. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 18 Anf.

60 Quæ injunguntur originis vel incolatus ratione.

61 *l.* 1. *C. de incol.*

62 *l.* 3. *C. de incol.*

63 Imo existimatur. *l.* 239. §. 2. *ff. de verb. sign.*

64 Facti narratio.

65 Mos erat eos, qui in provinciis domicilium habentes, Romæ vel in Italia, studiorum aut alia justa de causa morari volebant, rescripto Principis impetrarent habitationem: ut inde non ante discederent, quam id ipsum etiam impetrassent à Principe. Cassiodorus, 1. & 4 *variar. ubi de liberis Valeriani cujusdam scribit, studiorum causa*

postea Duumvir [82] creatus esset. §. 1. Item rescripserunt, colonos prædiorum fisci, muneribus fungi sine damno fisci oportere [83]: idque excutere præsidem adhibito Procuratore debere.

§. 2. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, ad Magistratus officium pertinere exactionem pecuniæ legatorum: & si cessaverint, ipsos, vel heredes [84] conveniri: aut si solvendo non sint, fidejussores eorum, qui pro his caverunt. §. 3. Item rescripserunt, mulierem, quamdiu [85] nupta est, incolam ejusdem civitatis videri, cujus maritus ejus est: & ibi, unde [86] originem trahit, non cogi muneribus fungi. §. 4. Item rescripserunt, patris, qui consulto filium emancipaverat, ne pro Magistratu ejus caveret, perinde bona teneri, atque si fidejussor pro eo extitisset.

§. 5. Item rescripserunt, cum quæritur, an municeps quis sit? ex ipsis etiam rebus probationes sumi oportere, nam solam [87] nominis similitudinem ad confirmandam cujusque originem satis non esse. §. 6. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, non minus eos, qui compulsi Magistratui [88] funguntur, cavere debere [89], quam qui sponte officium adgnoverunt.

82 Duumvir, Princeps senatus municipalis.
83 Imo, non oportet. *l. 5. §. 12. ff. de jure immunitis. l. 1. l. 5. C. de agricolis & censitis.*
84 *l. ult. §. 1. ff. de administr. rer.*
85 Secus si vidua. *l. 22. §. 1. ff. eod.*
86 Imo ibi, unde originem trahit: cum nemo originem mutare possit. *l. 4. C. de municip. & originar.*
87 Nominis sola similitudo non confert gentis aut familiæ privilegia & jura.
88 Magistratu. *Hal.* 89 Imo, non debent. *l. 49. ff. familia.*

TIT. II.

DE DECURIONIBUS [1] ET FILIIS EORUM [2].

De patria relicta.

1. ULPIANUS lib. 11 Opinionum.

DEcuriones, quos sedibus civitatis, ad quam pertinent, relictis [3], in alia loca transmigrasse probabitur, Præses provinciæ in [4] patrium solum revocare, & muneribus congruentibus fungi curet.

De condemnatione & restitutione. 2. De liberis decurionum. 3. De majoribus annis quinquagintaquinque.

II. IDEM lib. 1 Disputationum.

QUi ad tempus [5] relegatus est, si decurio sit, desinet esse decurio: reversus [6] plane locum suum quidem non obtinebit: sed non semper prohibetur decurio fieri: denique in locum suum non restituetur: nam & sublegi in locum ejus potest, & si numerus ordinis plenus sit, exspectare eum oportet, donec alius vacet. † Alia causa est ejus, qui ad tempus ordine removetur: hic enim impleto [7] tempore decurio est: sed & in hujus locum sublegi poterit: sed & si plenum locum invenerit, exspectet [&] donec locus vacet. §. 1. Restitutus tamen in ordinem, utrum eum ordinem teneat, quem primum habuit; an vero, quem nunc nactus est, quæri potest, si forte de ordine sententiarum dicendarum agatur? Arbitror tamen, eundem ordinem tenere, quem pridem habuit. † Non idem erit in eo, qui relegatus ad tempus est: nam hic velut novus in ordinem venit. §. 2. In filiis decurionum quæstio est, utrum is solus decurionis filius esse videatur, qui [8] conceptus & natus est ex decurione: an vero & is, qui ante natus est, quam pater decurio fieret? & quidem quantum pertinet, ne fustibus castigetur, & ne in metallum detur, non nocet plebeio patre esse natum, si postea honor decurionis patri eorum accesserit. In avo [9] quoque Papinianus idem respondit, ne patris [10] nota filius macularetur. §. 3. Sed si pater ipsius ordine motus sit, si quidem ante conceptionem ejus moveatur: arbitror eum, quasi plebeii filium, in honoribus spectari: quod si post conceptionem pater ipsius dignitatem amiserit, dicendum erit, benigne, ut decurionis filium, intuendum. §. 4. Proinde hic quoque, qui post patris relegationem natus sit, si quidem ante conceptus est, similis Senatoris filio habebitur: si postea, nocebit illi relegatio. §. 5. Si ad tempus ordine moto patre fuerit natus, medioque [11] tempore conceptus & editus, an quasi decurionis filius nascatur, licet parer ejus ante obierit, quam in ordinem venerit? quod benigne erit admittendum. §. 6. Præterea, si conceptus sit a plebeio, mox ante editionem pater ejus Decurionatum adeptus, ante editionem amiserit: non infavorabiliter quis medium tempus illi prodesse, veluti jam nato, respondebit. §. 7. Nullum [12] patris delictum innocenti filio pœnæ est: ideoque nec ordine decurionum, aut cæteris honoribus, propter ejusmodi causam, prohibetur. §. 8. Majores annis quinquagintaquinque [13] ad decurionatus honorem inviti vocari Constitutionibus prohibentur: sed si [14] ei rei consenserint, etsi majores annis septuaginta sint, munera quidem civilia obire non coguntur, honores autem gerere debent.

De condemnatione. 2. De spurio. 3. De hu qui Judaicam superstitionem sequuntur.

III. IDEM lib. III de officio Proconsulis.

GEneraliter id erit defendendum: ut, qui clementiorem [15] sententiam passus est ob hoc, quod ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis [16] sententiæ, nec decurionatum recipiat. §. 1. Sed si quis ob falsam [17] causam, vel aliam de gravioribus, non ad tempus sit relegatus, sed ad tempus ordine motus, in ea est causa, ut possit [18] in ordinem redire. Imperator enim Antoninus Edicto proposito statuit, ut, cuicumque aut quacumque causa, ad tempus ordine, vel advocationibus [19] vel quo alio officio fuisset Interdictum: completo tempore nihilominus fungi honore vel officio possit: & hoc recte; neque enim exaggeranda fuit sententia, quæ modum Interdictioni fecerat.

§. 2. Spurios [20] posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est: sed si habeat competitorem legitime quæstum, præferri [21] eum oportere, Divi Fratres Lolliano Avito Bithyniæ Præsidi rescripserunt. Cessantibus vero his, etiam spurii ad decurionatum, & re [22] & vita honesta, recipientur: quod utique non sordi erit ordini: cum ex *utilitate* [23] *ejus sit*, semper ordinem plenum habere.

§. 3. Eis qui Judaicam [24] superstitionem [25] sequuntur, D. Severus [26] & Antoninus honores adipisci permiserunt: sed & necessitates [27] eis imposuerunt, quæ superstitionem eorum non læderent.

De conductione.

IV. MARCIANUS lib. I de Judiciis publicis.

DEcurio, qui prohibetur conducere [28] quædam, si [29] jure successerit [30] in conductione, remanet in ea: quod & in omnibus similibus servandum est.

De condemnatione.

V. PAPINIANUS lib. II Quæstionum.

AD [31] tempus ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moveri placuit: ad [32] tempus autem [33] exulare justos ex crimine leviore, velut transacto negotio, non esse inter infames habendos.

De spuriis. 1. De minoribus viginti quinque annis. 2. De vectigalibus. 3. De Senatusconsulto Turpilliano. 4. An pater pro filio teneatur. 5. Qui præferuntur cæteris decurionibus.

VI. IDEM lib. I Responsorum.

SPurii [34] decuriones fiunt, & ideo fieri poterit ex incesto quoque natus, non enim impedienda est dignitas ejus, qui [35] nihil admisit. §. 1. Minores [36] viginti quinque annorum decuriones facti, sportulas [37] decurionum accipiunt: sed interim suffragium inter cæteros ferre non possunt. §. 2. Decurio etiam suæ civitatis vectigalia [38] exercere [39] prohibetur. §. 3. Qui judicii publici [40] quæstionem citra veniam abolitionis [41] deseruerunt, decurionum honore decorari non possunt: cum ex Turpiliano Senatusconsulto notentur ignominia, veluti calumniæ causa Judicio publico damnati. §. 4. Pater, qui, filio decurione creato, provocavit, etsi præscriptione temporis excluſus fuerit, si, quod gestum est, non habuit ratum: muneribus civilibus pro filio non tenebitur [42]. §. 5. Privilegiis cessantibus cæteris, eorum causa potior habetur in sententiis ferendis, qui pluribus eodem tempore suffragiis [43] jure decurionis decorati sunt. † Sed & qui [44] plures liberos habet, in suo [45] collegio primus sententiam rogatur, cæterosque honoris ordine præcellit.

De honoribus & muneribus. 1. De surdo & muto. 2. De honoribus. 3. An pater ad decurionatum filii consentire intelligatur.

VII. PAULUS lib. II Sententiarum.

HOnores & munera non ordinationi [46], sed potioribus [47] quibusque injungenda sunt. §. 1. Surdus [48], & mutus, si in totum non audiant aut non loquantur, ab honoribus civilibus, non [49] etiam a muneribus excusantur. §. 2. Is [50] qui non fit decurio, Duumvirato [51], vel aliis honoribus fungi non potest: quia decurionum honoribus plebeii [52] fungi prohibentur.

§. 3. Ad decurionatum filii ita demum pater non consentit, si [53] contrariam voluntatem, vel apud acta Præsidis, vel apud ipsum ordinem, vel quo alio modo contestatus sit.

De hu, qui facultatibus lapsi sunt.

VIII. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

DEcurionibus facultatibus lapsis alimenta decerni [54] permissum est: maxime si ob munificentiam in patriam patrimonium exhauserint.

De nato ex patre servo & matre libera. 1. De navicularia.

IX. PAULUS lib. I Decretorum.

SEverus Augustus dixit: Etsi probaretur Titius in servitute patris sui natus: tamen cum ex libera muliere [55] sit procreatus, non prohibetur decurio fieri in sua civitate. §. 1. Non esse dubitandum, quin navicularii [56] non debent decuriones creari.

Quomodo sit decurio.

X. MODESTINUS lib. I Responsorum.

HErennius Modestinus respondit, sola albi [57] proscriptione [58] minime decurionem factum: qui secundum [59] Legem decurio creatus non sit.

De ætate.

XI. CALLISTRATUS lib. I Cognitionum.

NOn tantum, qui teneræ ætatis, sed etiam qui grandes [60] natu sunt, decuriones fieri prohibentur: illi quasi inhabiles Rempublicam tueri, ad tempus excusantur: hi vero in perpetuum amoventur. non alias seniores: ne seniorum excusatione juniores onerentur, ad omnia munera publica suscipienda soli relicti: neque enim *minores* [61] viginti quinque annis decuriones allegi, nisi ex causa possunt: neque hi, qui annum quinquagesimum quintum [62] excesserunt: nonnunquam etiam longa *consuetudo* [63], in ea re observata, respicienda erit: quod etiam custodiendum Principes nostri, consulti de allegendis in ordine Nicomediensium hujus ætatis hominibus, rescripserunt.

De cæsis ab ædilibus.

XII. IDEM lib. VI Cognitionum.

EOs qui utensilia [64] negotiantur [65], & vendunt, licet ab ædilibus [66] cæduntur, non oportet quasi viles personas negligi. Denique non [67] sunt prohibiti hujusmodi homines, decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere: nec enim infames [68] sunt, sed ne quidem arcentur honoribus, qui ab ædilibus flagellis cæsi sunt, quanquam jure suo ita ædiles officio isto fungantur. inhonestum tamen puto esse, hujusmodi personas, flagellorum ictibus subjectas, in ordinem recipi: & maxime in eis civitatibus, quæ copiam virorum honestorum habent: nam paucitas [69] eorum qui muneribus publicis fungi debeant, necessario etiam hos ad dignitatem municipalem, si facultates habeant, invitet.

De relegatione. 3. Si decurio non recte creatus dicatur.

XIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus, Augusti, rescripserunt, in tempus [70] relegatos, & reversos, in ordinem allegi sine permissu Principis non posse. §. 1. Item rescripserunt, relegatos non posse tempore finito in ordinem decurionum allegi, nisi ejus ætatis fuerint, ut nondum decuriones creari possent: & dignitas [71] certa,

1 12 *C. Theod.* 1. unde dicti. v. in *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. sign.*
2 Et qui decuriones habentur, & quibus modis a fortuna curiæ liberentur. x C. XXXI. περὶ βουλευτῶν, &c. *Nov.* 38. περὶ πολιτικῶν καὶ προνομίων ὧν τῶν, καὶ λειτουργιῶν. 54 *Eclog.* 1. adde 5 *C. Theod.* 2. ubi tractat. *de bonis decurionum.* & x C. XXXII. XXXIII. XXXIV. adde *Novell. Leon.* 46.
3 Decuriones in originalibus curiis tenentur perseverare. *l.* 35. 50. *l.* 53. *l.* 55. *C. eod.*
4 Decuriones sedibus civitatis suæ relictis, si in alia loca transmigrarint, in patrium solum revocari possunt a præside provinciæ, ut muneribus fungantur. adde *tit. C. si curialis relicta civitate rus habitare maluerit.* ut hinc possit colligi, subditos justis de causis cogi posse, urbes habitare.
5 *l.* 5 *in fin. ff. eod.*
6 Finito tempore.
7 *l.* 3. *l.* 5. *C. ex quibus caus. infam. l.* 1. *C. de his, qui in exilium. l.* 13. *ff. de falsis.*
8 *l.* 9. §. 14. *ff. de pœn.* v. Hotom. 2 *Illustr.* 20.
9 V. *l.* 11. *C. de quæstionib.*
10 V. *l.* 26. *ff. de pœnis.*
11 V. *l.* 5. *in fin. ff. de statu.*
12 Patris delictum filio innocenti nocere non debet, §. 2. *in fin. ff. eod. l.* 7. *l.* 9. *ff. de senatorib. l.* 8. *in fin. ff. de in jus vocando. l.* 26. *ff. de pœn. l.* 3. §. 9. *ff. de muneribus. l.* 22. *C. de pœn. & C. ne filius pro patre.*
13 Anni quinquaginta excusant a decurionatu.
14 *l.* 3. *C. eod.*
15 *l.* 15. *ff. ad municipalem.*
16 Humanitatem sententiæ, si nec. *Hal.*
17 Ob falsi causam. *Hal.*
18 *l.* 2. *ff. eod.*
19 *l.* 9. *ff. de pœn.*
20 V. *l.* 6. *ff. eod.*
21 In pari causa honoris adipiscendi, natus ex legitimo matrimonio præfertur spurio.
22 In decurione promovendo, inquirendum est de ejus vita & moribus.
23 Utilitas curiæ est ordinem plenum habere.
24 Collegia Judæorum ab Imperatoribus interdum probata. *l.* 15. §. 3. *ff. de excusat.* adde *l.* 11. *ff. de ficar.* Interdum reprobata, cum eis legari non possit. *l.* 1. *C. de Jud.*
25 Superstitio Judaïca, ita quoque nuncupatur in *l.* 21. *C. de hæret.* Alciat. tamen 3 *disputt.* 8. his verbis intelligit Christianam religionem. Movetur, quod religio Christiana, superstitio a gentilibus vocetur. Tacit. ibi: in præsens repressa exitialis superstitio. *& post*: quatuor millia, libertini genere, ea superstitione infecta. Quinto 3. primus Judaïcæ superstitionis auctor. Plin. 10 *epist. ad Trajan.* 97. nihil aliud invenio, quam superstitionem pravam & immodicam. Sed verius est, JC. loqui de superstitione Judæorum, *arg. d. l.* 21. *C. de hæret.* cum & alibi notum sit, cujusque superstitionis viros ad decurionatum promoveri posse, *l.* 49. *C. de decurionib.* tametsi nihil verat, id de Christianis Ulpian. scripsisse: cum & iisdem libris *de offic. Proconsf.* Ulpian. inter cætera de Christianorum pœnis egerit. *Lactant.*
26 Divi Verus & Antoninus. *Hal.* Alciat. 3 *disputt.* 8. ita quoque legit, eo magis, quod ex Tertull. *Apologet. c.* 5. colligi potest. Verum & Antoninum, ob impetratas Christianorum precibus pluvias, prohibuisse Christianos accusari, & Christianos eandem conditionem cum cæteris habuisse. Hoc tamen Anton. Augustino displicet ad Modestinum libro singulari.
27 Tutelas. 28 Conductiones non sunt liberæ decurionibus. *l.* 6. §. 2. *ff. eod. l.* 30. *C. de locato.*
29 Necessaria conductio permissa decurioni, ubi libera non est permissa. Necessaria est, in quam succedimus: libera, quam sponte atque voluntario facimus.
30 Successionis causa quædam licent, quæ alias essent prohibita. *v. l.* 9. *ff. de re militar.* v. quæ notavi ad *l.* 1. §. 12. *ff. ad Sall.*
31 Adde *l.* 8. *ff. de postulando.*
32 *l.* 2. *ff. eod.* v. *l.* 15. *ff. ad municipal.*
33 Atqui distinguendum non est in criminalibus. *l.* 8. *ff. de postulando.*
34 *l.* 3. §. 2. *ff. eod.* Goth. Hinc colligunt, spurios non esse infames. *arg. l.* 2. *C. de dignitatib. e. infame. de R. J. in* 6. Anf.
35 Nullum in incestuoso filio delictum, quatenus ex incestu natus est: cum non suo, sed alieno malo laboret. *l.* 7. *C. de natur. lib.*
36 *l.* 11. §. *eod. l.* 8. §. *de muneribus.*
37 Sportulæ quid sint. v. *tit. C. de sportulis.*
38 Decurio publicorum vectigalium aut prædiorum conductor esse non potest, *ut hic. l.* 37. *C. Theod. de decurionib. l.* 2. §. 1. *ff. de administr. rer. ad civit pertin.* quod Adrianum constituisse Xiphilinus scribit. Eadem ratione procurator esse non potest, *l.* 34. *C. de decurionibus.* ut nec res alterius conducere. *l.* 30. *C. de locato.* Est enim conductio procurationis species. *Nov. Theodos. ne curialis alterius prædia cond.*
39 Adde *l.* 4. *ff. eod. l.* 2. §. 1. *ff. de administr. rer.* ad de Cujac. ad *l.* 34. *C. eod.*
40 *l.* 2. *in fin. C. ad SC. Turpill.*
41 V. *tit. C. de abolitionib. & generali abolitione.*
42 Imo tenebitur. *l.* 2. *C. de filiafamil.*
43 Id est, dignitatibus per suffragia delatis.
44 Liberorum parens cœlibi præfertur ad honores adipiscendos. *l.* 9. *C. eod.* Sic inter Consules, qui liberorum parens erat, primus fasces sumebat. 2 Gell. 15.
45 Id est, decurionum.
46 Ordinationibus. *vulg.* ordinatione. *Hal.* ordinatis omnibus. *Hugo à Porta.* Ad munera potiores nominantur, id est, locupletiores & de Republica bene meriti. Non tam vices, quam vires spectantur: non gradus generis, sed substantiæ: non proximior, sed locupletior: dignissimus denique, *l.* 45. *C. eod.* facit Paul. 2 *sent.* 28. §. 2.
47 Dignissimus. *l. unic. C. de potior. ad munera nominandis.*
48 *l.* 2. §. 6 *ff. de vacation. muner.*

49 Dissimilitudines & differentias plures honoris & muneris retuli in *l.* 10 *ff. de muner.* 50 Dixi ad *tit. C. de decur.* 51 Duumviratu. *vulg. Hal.* ex decurionibus fiebant duumviri. 52 Decuriones non erant plebeii: erant enim municipii consiliarii & quasi senatores. *l.* 33. *C. eod.* 53 V. *l.* 2. *ff. ad municip.* 54 Alendus est interdum ex publico vel alieno. *l. pen. ff. uti in poss. leg.* 55 Ex libera muliere natus, decurio fieri potest. 56 Creati tamen fungi decurionatu tenentur, *l.* 5. *in fin. ff. de jure immun.* 57 A sola salarii præscriptione. *vulg. Hugo à Porta.* Probari continuo tabellio non soler, quem constat, ut tabellionem, instrumenta aliquot fecisse, & ut tabellionem stipulatum fuisse. 58 Perscribere est, in acta & regesta, seu registrum referre. Regesta ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμοί. v. *hic Bud.*
59 Promotio facta contra legum præscripta, nullius est momenti, sed tamen quæ ab illegitime creato Magistratu gesta sunt, utilitatis causa valent. *l.* 3. *ff. de offic. Præt.* v. Hotom. 3 *Illustr.* 60 *l.* 6. §. 1. *ff. eod.* 61 *d.* §. 1. *l.* 8. *ff. de muneribus.* & ex Lege Papia, quæ Bithynis data est, minores triginta annorum. *Plin.* 62 *l.* 5. *ff. de jure immun.* 63 *d. l.* 6. §. 1. adde *l.* 2. *ff. de nundin.* Consuetudo cujusque civitatis in muneribus & honoribus deferendis spectanda est. 64 Utensilia, quibus utimur: ferri & æris utensilibus ea est, ut & proprias operas plures & necessariores exhibeat rebus humanis. Tertull. *lib. de habitu mulier.* Utensile est, quod ad usum est, id quo utimur, *l.* 12. §. 28. *ff. de instructo.* Columell. 1. 18. *c.* 4. Liv. 3. 6. v. Fest. *in Aerumenum & Cumerum.* 65 Eodem sensu 18 Plin. 19. *c.* loquens de medicis, Nec dubium est, inquit, istos animas stutim negotiari, id est, lucrum facere in occidendis hominibus. 66 *l.* 13. §. 8. *ff. locati.* 67 Viles personæ non nisi in subsidium admittuntur ad honores gerendos. *l. neque* 2. *l. neque* 6. *C. de dignitatib.* 68 Adde *l.* 22. *ff. de his, qui notant.*
69 *l.* 11. §. 2. *ff. de muneribus.* 70 *l.* 2. *ff. eod.* 71 Id est, indoles σωφρονιστικὴ, τὸ ἀξιωματικὸν, τὸ ἀξίωμα τῆς ψήφου. Plin. *in Panegyrico.* Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honor capitis & dignitas oris nonne nomen Principis longe lateque ostentant? ideoque dignitas hic definitur certa spes honoris bene gerendi, decurionatus bonæ frugis: ut in locis Philoxeni etiam indoles definitur, καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ. Quin indoles illa appellatur, Cicero *pro Marco Cælio.* Quis non possit hac ætate atque dignitate? Cujac. 20 *observat. ultim.*

72 Certam spem ejus iis fecerit. *Hal.* quæ lectio à Budæo probatur: sed Cujac. 10 *obs. ult.* ita legit, & dignitas certa spes ejus honoris id faciet.

73 Indoles interdum facit, ut Principes minoris annis decurionatum indulgeant. Cicero 5 *Philippica.* ab excellenti eximiaque virtute progressum ætatis expectare non oportet. & Plinius *in epist.* ab optima indole non exigitur numerus annorum. & Valerianus apud Vopisc. *in Probo.* In eo non expectatur ætas, qui & virtutibus fulgeat, & muneribus polleat. Cujac. 20 *obs. ult.* 74 *l.* 33. *C. eod.* 75 *l.* 55. *l.* 57. *l.* 58. *C. eod.* 76 Memoriæ causa quædam interdum conceduntur. vide quæ scripsi *l.* 18. §. 6. *ff. de quæst.*

certa 72, spem ejus honoris, id faceret, ut Princeps indulgere 73 possit. §. 2. Item rescripserunt, cum, qui in relegatione natus est, non prohiberi honore decurionatus fungi. §. 3. Item rescripserunt, non admitti contradicere volentem, quod non recte quis sit creatus decurio, cum initio contradicere debuerit.

De quæstione.

XIV. PAULUS lib. I Quæstionum.

DE decurione damnato non debere quæstionem 74 haberi Divus Pius rescripsit: unde etiam si desierit decurio esse, deinde damnetur: non 75 esse torquendum, in memoriam 76 prioris dignitatis placet.

TIT. III.

DE ALVO[1] SCRIBENDO.

Ordo observandus in albo scribendo, & sententiis dicendis.

I. ULPIANUS lib. III de Officio Proconsulis.

DEcuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut [2] lege municipali præcipitur: sed si lex cessat, tunc dignitates erunt spectandæ, ut scribantur eo ordine, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est: puta: qui *Duumviratum gesserunt*, si [3] *hic honor præcellat*, & inter duumvirales antiquissimus [4] quisque prior is: deinde hi, qui secundo post duumviratum honore in Republica functi sunt: post eos qui tertio, & deinceps: mox hi, qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. §. 1. In sententiis [5] quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus.

Ordo servandus in albo scribendo.

II. IDEM lib. II Opinionum.

IN albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates *Principis judicio* consecuti sunt: postea eorum, qui tantum municipalibus honoribus functi sunt.

1 Albo. *vulgat. Hal.* Hugo à Porta. Album, est matricula, vel, ut quidam loquuntur, particula decurionum. Hinc albi proscriptio, vel præscriptio, *l.* 10. *ff. tit. prox.* ex albi ordine vocari, *l.* 18. §. 11. *ff. de muneribus.* & albo eximi, *l.* 3. *C. de decurionib.* album describere, *l.* 9. *C. de decur.* vocatur etiam album curiæ, *l.* 46. *C. de decurionibus.* Eodem modo album senatorii dixit Tac. 4. *ann.* 42. Dion, 55. λεύκωμα τῶν βουλευτῶν, & album judicis, Suet. *in Claudio*, 16. & *in Domitiano.* & Sen. 3 *de benef.* 7. album citharœdorum, Suet. *in Nerone*, c. 21. Brisson. 2 *l.* 10. *ff. de decurionib. l.* 18. §. 11. *in fin. ff. de muneribus.* Gradus ille albi curiæ est: ut in eo primi adscribantur, quos lex municipalis scribi præcipit; si nulla sit lex, qui tunc digniori honore defuncti, priore loco habendi sunt: & inter digniores ipsos, antiquissimus præferendus. postremo hi, qui nullo honore functi sunt, prout quisque in ordinem venit. *Goth.* De præcedentia Magistratuum v. Gammæ *decis.* 1. *per tot. & n.* 14. Chassan. *catalog. glor. mundi. part.* 7. *per tot.* Ans.

3 Cur hoc additur? Passim in municipiis Duumviri non fuere: sed vel Ædiles, vel Dictatores, vel Quatuorviri, *ut aliàs dixi.* 4 Antiquitati ut & senectuti honor habendus est: unde notant, judice, vel rectore mortuo, antiquiorem adsessorem, vel doctorem, judicis & Rectoris partibus fungi oportere, & absente judice antiquiorem senatorem, vel senatore absente, antiquiorem Advocatum absentium vices supplere. 5 *l.* 2. §. 1. *ff. de decurionib.*

TIT. IV.

DE MUNERIBUS[1] ET[2] HONORIBUS.

Quæ sunt munera patrimonialia vel personalia.

I. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

MUnerum civilium quædam sunt patrimonii [3], alia personarum. §. 1. Patrimonii sunt munera rei vehicularis [4], item navicularis, decemprimatus [5]: ab istis enim periculo ipsorum exactiones solennium celebrantur. §. 2. *Personalia* civilia sunt munera, defensio civitatis, id est, ut syndicus [6] fiat, legatio [7], ad *census* [8] *accipiendum* [9], vel patrimonium [scribitus [10] κεφαλικὰ [11], id est, *camelorum agitatio exhibitioque*, annonæ [12] ac similium cura, prædiorumque publicorum, frumenti comparandi, aquæductus [13]: equorum circensium [14] spectacula, publicæ viæ [15] munitiones, arcæ [16] frumentariæ, calefactiones [17] thermarum, annonæ divisio [18], & quæcunque aliæ curæ istis sunt similes: ex his enim, quæ retulimus, cætera [eriam] per leges [19] cujusque civitatis ex consuetudine longa intelligi potuerunt. §. 3. Illud tenendum est generaliter, personale quidem munus esse, quod corporibus, labore, cum sollicitudine animi [20] ac vigilantia solenniter [21] exstit: patrimonii [22] vero, in quo sumptus maxime postulatur.

§. 4. Æque personale munus est tutela [23], cura adulti, furiosive, item prodigi, muti, etiam ventri [24], etiam ad exhibendum cibum, potum, tectum [25] & similia: sed & in bonis, cujus officio usucapiones [26] interpellantur, ac, ne debitores liberentur, providetur. Item, ex Carboniano Edicto bonorum possessione petita, si satis non detur, custodiendis bonis curator [27] datus personali fungitur munere. His similes sunt bonis [28] dati curatores, quæ fuerunt ejus, qui ab hostibus captus est, & reverti speratur. Item custodiendis ab eo relictis, cui [29] necdum quisquam civili vel honorario jure successit, curatores constituti.

De patria potestate.

II. ULPIANUS lib. XXI ad Sabinum.

QUod ad honores [30] pertinet, creditur in potestate filium habere etiam is, qui in patris potestate est.

De origine ac domicilio. 1. *De militibus & eorum cognatu.* 2. *De condemnato & restituto.* 3. *De fœmina.* 4. *De filiofamil.* 6. *De majore annis septuaginta, si quis quinque liberorum pater sit.* 7. *De vitrico & privigno.* 8. *De patrono & liberto.* 9. *De filio accusati.* 10. *De decaprotis.* 11. *De exactione tributorum.* 12. *De cura frumenti comparandi.* 13. *De hospitio præbendo.* 15. *De honoribus per vices injungendis.* 16. *De duobus filiis.*

III. IDEM lib. II Opinionum.

ET qui originem ab Urbe Roma habent, si alio [31] loco domicilium constituerunt: munera ejus sustinere debent. §. 1. His qui castris [32] operam per militiam dant, nullum municipale [33] munus injungi potest: cæteri autem privati, quamvis militum cognati sunt, legibus patriæ suæ, & provinciæ obedire debent.

§. 2. Si in metallum [34] datus in integrum restituras sit: perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera vel honores vocatur: nec opponet [35] fortunam, & casus tristiores suos ad hoc solum, ne patriæ idoneus civis esse videatur. §. 3. Corporalia munera fœminis [36] ipse sexus denegat: quominus honores, aut munera injunguntur. §. 4. Filio, si nullam habet excusationem, intercedere pater, in cujus potestate est, jus non habet. §. 5. Quod pater non consensit [37] honoribus sive muneribus filii, ne illius [38] patrimonium oneri subjiciatur, præstat [39] defensionem: non civem patriæ utilitatibus, quatenus potest, aufert. §. 6. Quamvis major [40] annis septuaginta, & quinque [41] liberorum incolumium pater sit, ideoque à muneribus civilibus excusetur: filii tamen ejus suo [42] nomine competentia munera agnoscere debent: ideo enim proprium [43] præmium immunitatis propter filios patribus datum est, quod illi [44] subibunt. §. 7. Vitricus onera munerum civilium nomine privigni [45] sui suscipere nulla juris ratione cogitur. §. 8. Liberti muneribus fungi debent apud [46] originem patronorum: sed si sua patrimonia habent suffectura oneribus: res enim patronorum muneribus libertinorum subjecta non est.

§. 9. Quod pater in reatu [47] criminis alicujus est, filiis impedimento ad honores esse non debet. §. 10. Decaprotos [48] etiam minores annis XXV fieri, non militantes tamen, pridem placuit: quia 49 patrimonii magis onus esse videtur. §. 11. Exactionem [50] tributorum, onus patrimonii esse constat. §. 12. Cura frumenti comparandi munus est: & ab eo ætas septuaginta [51] annorum, vel numerus quinque [52] incolumium liberorum excusat.

§. 13. Eos milites, quibus supervenientibus hospitia [53] præberi in civitate oportet, per vices [54] ab omnibus, quos id munus contingit, suspici oportet. §. 14. Munus hospitis [55] in domo recipiendi, non personæ, sed patrimonii onus est. §. 15. Præses provinciæ provideat, munera & honores in civitatibus æqualiter per vices secundum ætates & dignitates, ut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt, injungi: ne sine discrimine & frequenter iisdem oppressis, simul viris & viribus Respublicæ destituantur. §. 16. Si duo [57] filii in patris potestate sint, eodem tempore munera eorum pater sustinere non [58] compellitur.

§. 17. Si is, qui duos filios relinquebat, nihil de expediendis muneribus alterius filii ex communi patrimonio supremis [59] suis cavit, propriis [60] sumptibus is & munera, & honores, qui ei injungentur, suscipere debet, quamvis pro altero vivus pater ejusmodi onera expedierit.

De cura extruendi vel perficiendi operis, & de jure quinque liberorum. 1. *De inopia.* 3. *De militia.*

IV. IDEM lib. III Opinionum.

CUra extruendi vel reficiendi operis in civitate munus publicum est, à quo quinque [61] liberorum incolumium pater excusetur: nec, si per vim extortum munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis muneribus, auferet. §. 1. Deficientium facultatibus, ad munera, vel honores, qui indicuntur, excusatio non perpetua, sed temporalis est: nam si ex voto honestis rationibus patrimonium incrementum [62] acceperit: suo tempore, an idoneus sit aliquis ad ea, quæ creatus fuerit, æstimabitur. §. 2. Inopes [63] opera patrimonii ipsa non habendi necessitate non sustinent, corpori autem indicta obsequia solvunt [64]. §. 3. Qui obnoxius muneribus suæ civitatis fuit, nomen militiæ, defugiendi oneris municipalis gratia, dedit: deteriorem causam Reip. facere non potuit.

De naviculariis & mercatoribus olearis.

V. SCÆVOLA lib. I Regularum.

NAviculariis & mercatoribus olearii, qui magnam partem patrimonii ei rei contulerunt, intra [65] quinquennium [66] muneris publici vacationem habent.

De pauperibus & locupletioribus. 1. *De debitore reipubl.* 2. *De eo, qui accusatorem non habet, vel cujus accusator destitit.* 3. *De personis & patrimonio.* 4. *De muneribus patrimonialibus.*

VI. ULPIANUS lib. IV de Officio Proconsulis.

REscripto Divorum Fratrum ad Rutilium Luppum ita declaratur: *Constitutio, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, ut ita & Magistratum apiscatur* [67], *totiens servari debet, quotiens idoneos & sufficientes omnes contingit: cæterum si ita quidem tenues* [68] *& exhausti sunt, ut non modo publicis honoribus pares non sint, sed & vix de suo victum sustinere possint: & minus utile, & nequaquam honestum est, talibus mandari Magistratum: præsertim cum sint, qui convenienter ei* [69], *& suæ fortunæ, & splendori publico possint creari: sciant igitur locupletiores, non debere se hoc prætextu legitimo, & de tempore, quo quisque in curiam allectus* [70] *sit, inter eos demum esse quærendum, qui pro substantia sua capiant honoris dignitatem.* §. 1. Debitores [71] rerum publicarum ad honores invitari non posse certum est, nisi prius in id, quod debetur Reipublicæ, satisfecerint. Sed eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus, qui ex administratione Reipubl. relinquantur [72]. Cæterum si non ex administratione sint debitores, sed mutuam pecuniam à Republica acceperint: non sunt in ea causa, ut honoribus arceantur. Plane vice solutionis sufficit, ut quis aut pignoribus [73], aut fidejussoribus idoneis caveat: & ita D. Fratres Aufideio [74] Herenniano rescripserunt. Sed & si ex pollicitatione debeant, quæ tamen pollicitatio recusari non potest: in ea sunt conditione, ut honoribus arceantur. §. 2. Si quis accusatorem non [75] habeat, non debeat [76] honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cujus accusator destiterit: ita enim Imperator noster cum D. Patre [77] suo rescripsit. §. 3. Sciendum est, quædam esse munera aut personæ aut patrimoniorum, itidem quosdam esse honores. §. 4. Munera, quæ patrimoniis injunguntur, vel in-

1 *l.* 10. §. 2. *ff. de vacationi. l.* 2. *C. de re militari.*

2 ἐν τοῖς ἐφεστηκόσι ὑπὸ τοῦ κατεχοντος. 34 *Eclog.* 4. c. 2. id est, in castris nullum munus sustinent.

34 V. *l.* 2. *ff. de decur.* Bannitus reversus potest admitti ad honores. *Bart.*

35 Illustre exemplum fuit in Coriolano. de quo v. Liv. 2.

36 *l.* 2. *ff. de reg. jur.*

37 *l.* 5. *C. de decur.*

38 Filii sc. *Bud. patris. Accurs.*

39 Non præstat, *Bud.* ut sit sensus, pater, qui filium suum quantum potest, patriæ commodis avertit, facere nequit, quominus filii patrimonium adventium, aut castrense, honorum administrationi, muneraque functioni obstringatur.

40 V. *l.* 5. *ff. de jure immunit.*

41 V. *l.* 4. *ff. eod.*

42 *l.* 5. §. 4. *ff. de jure immunit.*

43 Ut patri prosit, non autem ejus liberis.

44 Liberi.

45 Adde *l.* 15. *C. de negot.*

46 *l.* 6. §. 3. *ff. ad municipalem.*

47 *l.* 2. §. 7. *ff. de decur.*

48 *l.* 18. §. 26. *ff. eod.* decemprimatus munere fungentibus. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.*

49 *d. l.* 1. *ff. eod.*

50 V. *l.* 3. *C. de compensat.*

51 V. *l.* 5. *ff. de jure immunitatis.*

52 V. *l.* 4. *ff. eod.*

53 Adde *l. ult.* & *pen. & ult. ff. eod. C. de metatis & epidemeticis.* divi ad *l.* 11. *ff. de vacat. munerum.*

54 Per vices munera sustineri debent, *ut hic.* & §. 15. *ff eod. l.* 4. §. 5. *ff. de legat.* suo quisque ordine munera sustinere debet. *l.* 1. *C. de muneribus patrimoniorum.*

55 *d. §. penult & ult. l.* 11. *in fin. ff. de vacatione.* ubi dixi plenius.

56 §. 13. *ff. eod. l.* 4. §. 5. *ff. de legat.*

57 *Sub* maxime, hujusmodi subauditio augmentativa est in *l.* 4. *ff. de in integrum restit.* alias est taxativa. *l. un.* §. 4. *ff. furti adversus naut.*

58 *l.* 5. *C. de decurionib.*

59 Id est, in testamento.

60 V. *l.* 15. *ff. eod.*

61 Quinque liberi excusant à muneribus civilibus. *l.* 3. §. 6. *ff. eod.*

62 *l.* 10. §. 3. *ff. de vacatione.*

63 *l.* 6. *ff. eod. l.* 2. *ff. de vacationi. l.* 4. *C. quemadm. civilia munera. l.* 4. *C. de bon. qui numero liber.* §. 6. *Inst. de excus.*

64 Imo non solvunt. *l. ult. in fin. C. de bon qui numero.*

65 Intervallum quinquennii iisdem honoribus & oneribus præscriptum: non iisdem triennii, *ut hic. l.* 2. *C. eod.* Lege Augusti à Magistratu urbano ad provinciales fuit quinquennium. Dion, 53. Fuit & lex, ne quis eundem Magistratum intra decem annos caperet. Liv. 7. Io. Cic. *de legib.* 66 Imo quamdiu in illo sunt actu. *l.* 5. §. 3. *ff. de jure immunitatis.*

67 Adipiscatur. *vulg. Hal.* 68 *l.* 4. §. 2. *ff. eod.* 69 Rei. *Hal.* 70 Alligatus, *vulg.* & male: allegere, est in cœtum adjungere, ut sublegere in locum demortui substituere. Tranquillus *in Tiberio*, c. 51. Instanti fœtus, ut civitate donatum ip decurias allegeret, negavit se allecturum. Sublecti ὑποκαθιερωμένοι, allecti propter inopiam Senatorium προσγεγραμμένοι, Conscripti, Tertull. 3 *adversus Marcionem.* allectio nationum à novissimis diebus exorta est: cives origo facit, manumissio & allectio. *l.* 7. *C. de incolis.* 71 *l.* 1. *C. de debitoribus civitatum.* 72 Reliquantur.

73 Datis pignoribus aut fidejussoribus cautum vel satisfactum intelligitur. *l.* 54. *ff. de solut. l.* 176. *ff. de verb. sign.* 74 Aufidio, *Hal.* Claudio, *vulg.* 75 Accusator ubi non est, ibi non est judex, *l.* 6. *vers. sic & ff. de custod. Johan.* 5. *vers.* 11. *Act.* 25. *vers.* 16. Cic. *pro Roscio Amerino.* Ammian. 14 *in pr.* nec vox accusatoris ulla, licet subditi, in his malorum querebatur acervis, ut saltem specie tenus crimina præscriptis legum committerentur, quod aliquoties fecere Principes Severi: adde Gallicanum *in D. Marco*, & Ambiosc. *epist.* 8 *ad Syagrium.* v. Cujac. 1 *obs.* 34. Judex tamen potest ex officio sine accusatore reos criminum inquirere. *l.* 13. *ff. de off. Præs.* 76 Non debet. 77 Per Imperatorem & D. Patrem hic intelligit Septimium Severum & Antoninum Caracallam. v. Rovard. *var. lib.* 3. c. 10. Ans.

tributiones [77], talia sunt, ut neque ætas ea excuset, neque numerus liberorum, nec alia prærogativa, quæ solet à personalibus muneribus exuere. §. 5. Sed enim hæc munera, quæ patrimoniis indicuntur, duplicia [78] sunt: nam quædam possessoribus injunguntur, sive municipes sunt, sive non sunt: quædam nonnisi municipibus, vel incolis. Intributiones [79], quæ [80] agris fiunt vel ædificiis, possessoribus [81] indicuntur: munera vero, quæ patrimoniorum habentur, non aliis, quam municipibus vel incolis.

De reo delato. 1. De appellatione.

VII. MARCIANUS lib. II Publicorum.

REus [82] delatus etiam ante sententiam honores [83] petere Principalibus Constitutionibus prohibetur. Nec interest, plebeius, an decurio fuerit. Sed post annum [84], quam reus delatus est, petere non prohibetur: nisi per ipsum stetit, quominus causa intra annum expediretur. §. 1. Eum, contra quem propter honores appellatum est, si pendente appellatione honorem usurpaverit, coercendum D. Severus rescripsit. Ergo etsi is, qui honoribus per sententiam uti prohibitus est, appellaverit, abstinere [85] interim petitione honoris debebit.

De minoribus viginti quinque annis.

VIII. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

AD Rempublicam administrandam [86] ante [87] vicesimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonii sunt, vel honores, admitti minores non oportet: denique nec decuriones creantur, vel creati suffragium in curia ferunt. † Annus autem vicesimus quintus cœptus pro pleno habetur, hoc enim in honoribus favoris causa constituta est, ut pro [88] plenis inchoatos accipiamus: sed in his honoribus, in quibus Reipublicæ quid eis non committitur: cæterum, cum damno publico honorem ei committi, non est dicendum, etiam cum ipsius pernicie minoris.

De cogendo munus agnoscere.

IX. IDEM lib. III de Officio Consulis.

SI quis, Magistratus in municipio creatus, munere injuncto fungi detrectet: per Præsides munus adgnoscere cogendus [89] est remediis, quibus [90] tutores [91] quoque solent cogi ad munus, quod injunctum est, agnoscendum.

De eo qui honorem vel munus sustinet.

X. MODESTINUS lib. V Differentiarum.

HOnorem [92] sustinenti munus [93] imponi non [94] potest: munus sustinenti honor deferri potest [95].

De honoribus gradatim deferendis. 1. De lege municipali, ut certæ conditionis homines in honoribus præferantur. 2. De penuria eorum qui Magistratum suscipiunt. 3. De medicis. 4. De his qui primas literas docent.

XI. IDEM lib. XI Pandectarum.

VT gradatim [96] honores deferantur, Edicto, & ut à minoribus ad majores perveniatur, epistola Divi Pii ad Titianum exprimitur. §. 1. Etsi lege municipali caveatur, ut præferrentur in honoribus certæ conditionis [97] homines [98]: attamen sciendum est, hoc esse observandum, si [99] idonei sint: & ita rescripto Divi Marci continetur. §. 2. Quotiens penuria [100] est eorum, qui Magistratum suscipiunt, immunitas [1] ad aliquid infringitur: sicuti D. Fratres rescripserunt. §. 3. Reprobari posse [2] medicum à republica, quamvis semel probatus sit, D. Magnus Antoninus cum patre rescripsit. §. 4. Eos qui primis [3] literis pueros inducunt, non habere vacationem D. [Magnus] Antoninus rescripsit.

De vacatione vel immunitate.

XII. JAVOLENUS lib. VI ex Cassio.

CUi muneris publici vacatio datur, non [4] remittitur ei, ne [5] Magistratus fiat: quia [6] id ad honorem magis, quam ad munera pertinet: cætera omnia, quæ ad tempus extra ordinem exiguntur, veluti munitio [7] viarum, ab hujusmodi persona exigenda non sunt.

XIII. IDEM lib. XV ex Cassio.

VAcatio, itemque immunitas, quæ liberis & posteris [8] alicujus data est, ad eos duntaxat pertinet, qui ejus [9] familiæ sunt.

Definitio honoris municipalis. 1. De munere publico vel private. 2. De viarum munitionibus, & prædiorum collationibus. 3. De persona, origine natalium, facultatibus, & lege considerandis. 4. De filiisfamiliis plebeiis. 5. De honoribus gradatim deferendis. De ætate. De honoribus non continuandis. 6. De honoribus iterandis.

XIV. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

HOnor municipalis est administratio Reipublicæ cum [10] dignitatis gradu, sive cum sumptu, sive sine erogatione contingens.

§. 1. Munus aut publicum, aut privatum est. Publicum [11] munus dicitur, quod in administranda Republica [cum] sumptu sine titulo dignitatis subimus. §. 2. Viarum munitiones [12], prædiorum collationes [13], non personæ, sed locorum munera sunt.

§. 3. De honoribus, sive muneribus gerendis cum quæritur, in primis consideranda [14] persona est ejus, cui defertur honor, sive muneris administratio: item origo natalium: facultates quoque an sufficere injuncto muneri possint: item lex, secundum quam muneribus quisque fungi debeat. §. 4. Plebeii filiifamilias [15] periculo ejus [16], qui nominaverit, tenebuntur: idque Imperator noster Severus Augustus in hæc verba rescripsit: *Si in numero [17] plebeiorum filius tuus est: quanquam invitus honores ex persona filii suscipere cogi non debeas: tamen resistere, quominus patria [18] obsequatur periculo ejus, qui nominavit, jure patriæ potestatis non potes.* §. 5. Gerendorum honorum non promiscua facultas est, sed ordo [19] certus huic rei adhibitus est: nam neque prius [20] majorem Magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest: neque ab omni ætate, neque continuare quisque honores potest. §. 6. Si alii non sint, qui honores gerant, eosdem compellendos [21], qui gesserint, complurimis Constitutionibus caverur. D. etiam Hadrianus de iterandis muneribus rescripsit in hæc verba, Illud consentio, ut si alii non erunt idonei, qui [hoc] munere fungantur, ex his qui [jam] functi sunt, creentur.

An heres patris teneatur pro filio decurione.

XV. PAPINIANUS [22] lib. V Responsorum.

ET si filium pater decurionem esse voluit, tamen defuncto, honores, qui filio decurioni congruentes post mortem patris obtigerunt, ad onus [23] coheredis filii non pertinent, cum ei decurioni sufficientes facultates pater reliquerit.

De offerentibus pecuniam. 2. An filius pro patre cavere cogatur. 3. De defensione Reipublicæ.

XVI. PAULUS lib. I Sententiarum.

ÆStimationem honoris, aut muneris, in [24] pecunia, pro [25] administratione offerentes audiendi non sunt. §. 1. Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam cœpit: totam [26] præstare, operis inchoati exemplo, cogendus est. §. 2. Invitus filius pro patre, Rempublicam salvam fore, cavere [27] non cogitur.

§. 3. Defensionem Reipublicæ amplius, quam semel, suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas [28] postulet.

De provinciæ sacerdotio. 1. An pater filio decurioni sumptus subministrare compellatur.

XVII. HERMOGENIANUS lib. I Epitomarum.

SPonte Provinciæ Sacerdotium [29] iterare nemo prohibetur.

§. 1. Immunis ab honoribus & muneribus civilibus, si decurioni creato filio, quem habet in potestate, consentiat [30], in muneribus & honoribus sumptus subministrare filio compellitur.

Divisio munerum. 1. De personalibus. 18. De patrimonialibus. 26. De mixtis. 28. De communi horum appellatione. 29. De immunitate concessa. 30. De magistris, grammaticis, oratoribus, medicis, philosophis.

XVIII. ARCADIUS CHARISIUS lib. singulari de muneribus civilibus.

MUnerum civilium triplex divisio [31] est: nam quædam munera personalia sunt, quædam patrimoniorum dicuntur, alia mixta. §. 1. Personalia [32] sunt, quæ animi [33] provisione, & [34] corporalis laboris intentione sine [35] aliquo gerentis detrimento perpetrantur: veluti [36] tutela, vel cura [37]. §. 2. Calendarii quoque curatio [38], & quæstura in aliqua civitate, inter honores non habetur: sed personale munus est. §. 3. Tironum [39], sive equorum productio, & si qua alia animalia necessario producenda vel res pervehendæ, sive persequendæ sunt, vel pecuniæ fiscales, sive annona, vel vestis, personæ munus est. §. 4. Cursus vehicularis [40] sollicitudo, item angariarum [41] præbitio, personale munus est. §. 5. Cura [42] quoque emendi frumenti, olei (nam harum specierum curatores, quos σιτῶνας [43], id est, *frumentarios*, & ἐλαιῶνας [44], id est, *olearios* appellant, creari moris est) inter personalia munera in quibusdam civitatibus numerantur: & calefactio [45] publici balnei, si ex reditibus alicujus civitatis [46] curatori pecunia subministratur. §. 6. Sed & cura custodiendi [47] aquæductus personalibus muneribus adgregatur. §. 7. Hirenarchæ [48] quoque, qui disciplinæ publicæ & corrigendis [49] moribus præficiuntur. Sed & qui ad faciendas [50] vias [51] eligi solent, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant. Item Episcopi [52], qui præsunt pani, & cæteris venalibus rebus, quæ civitatum populis [ad] quotidianum victum usui sunt [53], personalibus muneribus funguntur.

§. 8. Qui annonam suscipit vel exigit [54], vel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus [55] personalis muneris sollicitudinem sustinent. §. 9. Sed & curatores, qui ad colligendos civitarium [56] publicos reditus eligi solent, personali munere [57] subjungantur.

§. 10. Hi quoque, qui custodes [58] ædium [59], vel [60] archeotæ [61] vel logographi [62], vel tabularii [63], vel xenoparochi [64]: ut in quibusdam

20 Iterare, continuare, repetere honores vel munera nemo cogitur, nisi alii idonei non existant, qui his fungi possint, *ut hic.* & §. 6. *T. eod. l.* 1. *C. eod.*

21 Ad denuo gerendum vel iterandum Magistratum vel honorem.

22 Paulus *Hal.*

23 *l.* 3. *in fin. T. eod. l.* 21. §. 2. *T. ad municipalem. ubi dixi.*

24 Munus personale non licet adæarare, *ut hic.* Quid? obligatum aut promissum eo nomine pretium licetne exigere? Accurtius ita censet: & male. vide *l.* 9. *C. de excusat. munerum. l.* 11. *T. de pollicitat.*

25 *l.* 9. *C. de excus. muner.* ὁ ἔγκλητον ἀπαιτῶν ἀργυρίου δωρεὰν λειτουργίαν ἢ τιμὴν. 54 *Eclog.* 4. *c.* 12. Adæarare non licet munus personale.

26 Adde *l.* 11. *in fin. T. de pollicitat.*

27 *l.* 3. §. 3. *T. de adminis. rerum.*

28 *V. l.* 11. §. 2. *T. eod.*

29 Adde *l.* 8. *T. de vacatione.*

30 *V. l.* 5. *C. de decurionib.*

31 Imo duplex tantum. *l.* 1. *in pr.* & §. 1. *T. eod.*

32 *l.* 1. §. 3. *T. eod.*

33 *d.* §. 1. & *l.* 6. §. 3. *T. eod.*

34 Persona est, quæ animo & corpore constat, *ut hic.*

35 Personale munus est, cui obeundo animo & corpore tantum obeundis opus est: non opus est ejus facultatibus & patrimonio. Qui personale munus obit, nudum animum ac corpus præbet, non res ullas, sine detrimento rerum suarum id obit: non res ejus, vel fundi, non patrimonia ejus serviunt, sed persona tantum: persona, inquam, quæ his duabus plane constat, animo & corpore.

36 *Inst. de exteus. tutorum, & ibi Theoph.*

37 *l.* 1. §. 4. *T. eod.*

38 Hinc curatores Calendarii. 12 *C. Theod. de curatorib. Calendarii.* 11. & Calendarium civitatis *ibid. lex* 1. *la recepte & receveur de la ville.* 39 *V. l.* 4. *C. de proximis scrinior.* 1 Veget. 7.

40 *l.* 1. §. 1. *T. eod.* 41 *V. C. de cursu publico & angariis.* 42 Julius Pollux *l.* 1. vide Festum *In Curator rei frumentariæ præpositus.* 43 *l. ult.* §. 6. *T. de adminis. rer.* Sitonæ dicuntur, ut ὑπηρέται, ταλαῶναι, ἀλωάρχαι. Erant autem eo loco apud Athenienses, quo apud Romanos frumentatores, coëmptores frumenti ex σιτοπωλίου ἀνεδόσιμου. Erant & σιτοφύλακες, frumenti asservandi curam gerentes. Demosthenes *in oratione adversus Leptinem*, ἢ τίνα ἐν τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπεγράψατε ἂν τῆς ἡδυ. Idem munus σιτολογίας, curatores ipsi, frumenti coactores σιτολόγοι, σιτάρχαι, σιτωνία dispensatores: illi rei frumentariæ, hi ædiles. De differentia curatoris rei frumentariæ & ædilis, *v.* Cujac. 2 *obs.* 23. Inde σιτωνία. *l.* 2. *T. de vacat. muner.* Id munus summa in cura apud Venetos. vide Pottellum, *c.* 17 *de Magistratibus Athenienfium*, & olim apud Romanos. vide *C. de canone frumentario Urbis Romæ, de frumento Urbis Constantinopolitanæ, de frumento Urbis Alexandrinæ*: Sitonicum, munus speciorum, Principi vel Reipublicæ emendarum, *Nov.* 30. vel munus frumenti emendi. *C. ut nemini liceat in coëmptione speciorum se excusare, & de munere sitonia vel sitonici.* De Sitoneto seu coëmptione specierum, vide Cujac. 1 *obs.* 35. 44 Adde §. 19. *T. eod.* ἐλαιωπώλους. Bud. 45 *l.* 1. §. 2. *T. eod.* 46 Curator civitatis, qui & pater. de quo vide *l. ult. C. de Judæis. l.* 9. §. 2. *T. de administ. rer.* vide *l.* 3. *C. de modo multarum.* 47 *l.* 1. § 1. *T. eod.* 48 *V. l.* 6. *T. de custodia reorum. l.* 35. §. 5. *T. ex quibus causis major.* 49 Irenarchæ corrigendis moribus inter cætera Præfecti. 50 *Al.* ad reficiendas vias. 51 *l.* 1. §. 2. *T. eod.* 52 Episcopus est, qui summum arbitratum rerum habet, cui incumbit non tantum ocularis inspectio (qualem erant apud Athenienses ἐπιστάται τῆς χώρας, id est, adolescentes, qui, cum ex ephebis excesserant, regiones circuibant, ut, quæ ingruerent necessitas, essent regionum, viarum & locorum periti. *v.* Pottellum, *c.* 18 *de Magistrat. Athenienf.*), sed & providentia. Cicero, 7 *ad Atticum* 10. vult enim me Pompeius esse, quem tota Campania & maritima ora habeat ἐπίσκοπον. Inde nomen Episcopi trahitur hic ad eos, qui panificiis præsunt, quos ædiles Cereales, Dion 43, appellare possumus, *l.* 2. §. 32. *T. de origine juris.* Galli, *Juges intendans de police, Commissaires des vivres.* Nomen Episcopi etiam ad verbi ministros relatum est, quorum munus est pascere Ecclesiam, *Actor.* 20. *vers.* 28. Inde Episcopatus ἡ τῶν ἐπισκοπῶν διπλῆ λόγου ἐτιμᾶτο. *Actor.* 1. *vers.* 20. 53 Usui injungunt, *unde* usui suggerunt. *Bud.* 54 Vide §. 5. *T. eod. l.* 1. §. 2. *T. eod. recevoir des grains du public.* 55 Ea capitatio est. 56 *d. l.* 1. §. 2. *receveurs de la ville.*

57 Munera. *Hal.* ψυχικοῖς δημοσίοις. 58 Galli *concierges.* 59 Sacrarum vel Principis, sc. quos Græci νεωκόλακας diversi fuerunt ab ædituis sacrarum ædium, quos νεωκόρους Græci vocant.

60 Ut archeotæ. *Hal.* 61 Archeotæ, archivi custodes: ab archio dicti. de quo dixi ad *l.* 9. §. 6. *T. de pan.* 62 Logographi tributorum rationibus scribendis occupantur. *l.* 1. *l.* 4. *C. de tabulariis.* 63 Tabularii qui, dicam *ad d. tit. de tabulariis.* 64 Xenoparochi iidem qui parochi, qui peregrinis salem & ligna & necessaria præbebant. Horatius, 1 *serm.* 5. *& parochi quæ debent ligna, salemque.* Porphyrius Copiarios vocat. Est & parochus pascens ipse & dominus. Horatius, 2 *serm.* 8. *Tum parochi faciem nil sic mutuentur, ut acres Potores.* Hinc Xenoparochiis publicis aliquem occupari dicimus. Cic. 3 *ad Atticum* 2. Ariarates, Ariobarzanis filius, Romam venit: vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæsare: nam quomodo nunc est, pedem ubi ponat, in suo non habet: omnino enim Seftius noster parochias publicas occupavit. vel ut alii legunt, parochus publicus, vel parochis publicis, quo nomine Simeon Bossius ibidem intelligit eum, qui lautia, de quibus vide Festum *In Lautia & Dacrimæ*, legatis externarum nationum præbebat, ut intelligitur ex formula Senatusconsulti, à Victorino publicata, ξενία τε αὐτοῖς, καὶ τὰ διάφορα τόπων, παροχίαν τε ἡ ἐκ παρόικου ἢ καὶ πόλεως τόπος μισθώσει, munus ei ex formula locorum lautiæ Quæstorem Urbanum locare mittereque. Lautia igitur παροχή, qui lautia præbet, parochus (& ita possumus xenia interpretari in *l.* 6. §. 3. *T. de officio Proconf.*) Nonius, 1. *n.* 239. Parochum, vehiculi præbitorem interpretatur: & ibidem Varro Sesqui-Ulyssi. Hic omnia erat: idem sacerdos, prætor, parochus, denique idem senatus, idemque populi caput. A parocho parochias in Ecclesiis quidam vocari putant, male: quum παροικίαι prius dictæ sint. παροικοι sunt qui accolunt: inde, qui sanum aliquod accolunt, parochi dicti. Augustinus, 14 *de civitate.* Presbyter fuit quidam, nomine Restitutus, in parochia Calamensia Ecclesiæ. Parochiarum divisionem & attributionem singulis presbyteris

77 §. *ult. T. eod. v. l.* 22. *in fin. T. ad municip.*

78 *l.* 18. *T. eod.* Goth. Forenses ad collectas seu onera personalia non tenentur. Tessaur. *decis.* 149. Grivell. *decis. Dolan.* 11. Anf.

79 *V. d. l.* 22. *in fin. l. pen. T. de veteran.* dixi ad *l.* 27. §. 3. *T. de usufr.*

80 In agris.

81 Etiamsi municipes non sint.

82 *l.* 17. §. 12. *l.* 21. §. 5. *T. ad municip. l. un. C. de reis postulatis.*

83 Reus intra eum annum, quo delatus est, honores petere non potest.

84 Causæ criminales olim anno finiendæ erant. dixi ad *l.* 15. §. 5. *T. ad Turpillianum.* v. Cujac. 1 *obs.* 8. & 17 *obs.* 23.

85 *Novell.* 134. *c.* 3. *in fin.*

86 Ætas 25 annorum in administratore Reipublicæ & decurione exigitur, *ut hic.* & in judice 3 *Harmen.* 7.

87 *l.* 6. *l.* 11. *T. de decurion. l.* 2. *T. de vacat. l.* 2. *in fin. C. de jure immunit. l.* 2. *in fin. T. de reg. jur. l.* 8. *C. quando provocat.* excipe *l.* 3. §. 10. *T. eod.*

88 *l.* 72. *T. ad Trebell.* hac lege usus est Michaël Hospitalius Franciæ Cancellarius, anno 1563, Rothomagi, ut probaret Carol. IX, Gallorum regem, anno 14 ætatis incipiente majorem esse.

89 *l.* 18. §. 14. *T. eod. l.* 13. §. 2. *T. tit. prox.* judicis munere fungi quis invitus cogitur.

90 Id est, captis pignoribus cogendus est. *l.* 1. *T. de admin. tut.* adde *l.* 3. *C. ne uxor pro marito.*

91 Tutores munus injunctum administrare cogi possunt. *v. l.* 3. *C. de suspectis.*

92 Differentiam nota honoris & muneris. adde *l.* 14. *T. eod.*

93 Munus obitur sine ullo honoris dignitatisve gradu: nec honorem gerenti indicitur.

94 Honorem sustinens non potest cogi munus aliquod, honore destitutum, administrare: quidam etiam hinc colligunt, neminem duplici officio fungi posse. *l.* 10. *C. de proximis sacror. scrinior. l.* 1. *C. de sacror. scrinior. l.* 1. *C. de agentib. in rebus. l.* 5. *C. qui militare possunt.*

95 *l.* 14. §. 5. *T. eod. l.* 2. *C. de officio magistr. offic. l.* 1. *C. de muneribus patrimon. l. ult. C. de primicerio. l.* 7. *C. de prox. sacror. scrinior. l.* 1. *C. de agentib. in rebus. l.* 1. *C. de Castrensian. l. ult. C. de tyronibus.*

96 *l.* 12. *T. eod.*

97 Vel gentis. *Accurs.*

98 Puta antiquiores. *l. ult. T. de fide instrum. l.* 1. *T. de albo. l.* 2. §. 7. *T. de vacatione.* 99 Hæc enim conditio tacite semper inest. Hinc etiam colligit Bartolus, itaruta recipere interpretationem restrictivam. facit ad exceptiones *l.* 1. *C. de sacrof. Eccles.* 100 Necessitas legibus vim affert. 1 Creandi quoties sunt Magistratus, & idonei reperiri non possunt, qui alias essent excusandi à Magistratu suscipiendo, non audiuntur. *l.* 14. *in fin.* & *l.* 16. *in fin. T. eod. l.* 3. §. 2. *l.* 12. *T. de decurionib. l.* 4. §. 5. *T. de legat. l.* 2. *in fin. C. qui ætate. lib.* 10. *Nov.* 6. *c.* 6. nisi omnino sint impuberes. *l.* 2. *in fin. T. de jure immunitatis.* 2 *l.* 6. §. 5. *T. de excus. tut.* imo non possumus reprobare, quod semel à nobis probatum est. *l.* 9. *T. de negot.* 3 *V. l.* 2. *in fin. T. de vacatione.* 4 *l.* 10. *T. eod. l.* 18. *T. de verb. sign.* v. quæ notavi ad *l.* 1. §. 17. *T. ne quid in loco publico.* 5 Immunitate rescripto concessa, ea tantum videntur remissa, quæ ad tempus extra ordinem indicuntur, at non ea, quæ ordinaria sunt.

6 Immunitate muneris concessa, honoris immunitas concessa non intelligitur. 7 *l.* 14. §. 2. *T. eod.* vide quæ notavi ad *l.* 1. §. 17. *T. ne quid in loco publico.* Hi curatores viarum dicuntur. Paul. 5 *sent.* 6. §. 2. 8 *l.* 4. *T. de jure immunitatis.* 9 Vacatio & immunitas, alicui & ejus posteris data, ad ejus posteros non extenditur, qui non sunt in ejus familia. Ergo ad emancipatos & fœminas non pertinet. An idem in feudo, in emphyteusi, in exilio, & similibus? alibi dicam. 10 *l.* 18 *T. de verb. sign.* adde *l.* 10. *T. eod.* 11 *l.* 239. §. 3. *T. de verb. sign.* 12 *l.* 1. §. 2. *l.* 12. *in fin. T. eod.*

13 Vide quæ scripsi ad *l.* 27. §. 3. *T. de usufructu.* 14 Circumstantiæ in deferendo alicui muneri vel honore considerandæ. 15 Filiifamilias. *Hal.* 16 *l.* 4. *C. de filiisfam.* 17 *l.* 1. §. 15. *T. de ventre in possess. v.* Gellium, 2 *Noct.* 7. ubi ex placitis philosophorum tractat, an in omnibus patris jussui obsequendum sit. 18 Vide *l.* 15. *eod.* 19 Ordo gerendis Magistratibus præscriptus, servandus est. *l.* 18. *T. ad municipalem.*

teris Dionysius E. piscopus dicitur primus excogitasse 13. §. 1. *cap. Ecclesiæ* hodie etiam curæ dicuntur, inde curiones. Erat etiam apud Gentiles maximus Curio. Livius, 3 *dec.* 7. cujus auctoritate omnes curiones regebantur, *Rittersh.*

65 Liminarchæ, *vulg.* Aristot 5 *Ethic.* 2. dixi ad *l.* 4 *ff. de fugitivis. l.* 38. *C. de liberali.* id est, portuum custodes; ubi tamen vulgata editio *limitarchæ*, & id quidem male: sed illud pejus, quod Cotta emendat in *l. un. C. de officio comitis orientis.* liminarchia pro lyciarchia.

66 Mansionum publicarum reficiendarum curatores fuere, de quibus hic agitur, non simpliciter de mansionum curatoribus, cæterum mansionis vocabulo Budæus intelligit καῦμας, Galli *postes*, quarum Præfecti ἐπίσημοι. Isocrates *in Panegyrico.* Interdum ἐπίσημοι appellantur metatores, qui in comitatu Principis, aut legati ducisve exercitus hospitia adignant: Galli, *Marefchaux des logis*, *fourriers.* Hesychio ἐπισκηνὴ est ἀναπαυσις ξένων hospitum suscipiendorum munus. Suidæ σκηνὴ, τὸ πανδοκεῖον σκηνῆς, ὁ πανδοκεὺς. Ita Mauzanus fuit σκηνὴς diversorium, seu castellum Cappadociæ, Glossis ἐπισκηνοῦ, ἐπιχώριον τῆς μονῆς, ἢ σκήνωμα. Stationarius manceps. Ferrandus, 2 *Expositionum.* 41. Mansionem unius diei vide intelligit non unam. Sipontinus & Spigelius. Certe mansionum meminit *lex* 8. *C. de annonis & tribut. l.* 2. *C. de conditis in publicis horreis. l.* 9 *C. de suscipiendis. l.* 2. *C. de lucris Advocatorum.* Mansiones Græci vocant ἀλλαγὰς, posteriores dixere mansus, & inde manentes, *Helmodius.* Galli *maisons*, Cujac. ad *l.* 8. *C. de annonis.* quin & mansionatici. Mansus alia significatione accipitur. Galli *Mejnairie*: unde mansuarii, *Mesnaiers.* vide Cujac. 1 *Feud.* 4. §. 3. sed hic mansiones sunt diversoria, in quæ se recipiunt milites expeditionis tempore, vel etiam sacer comitatus. Hinc ad mutationes mansionesque singulas animalibus, cursui publico deputatis, pabula transvehere. *l.* 9. *C. Theod. de annona.* In mansionibus erant horrea, & in eis species, unde mansionum procuratio præsidibus mandatur. *d. l.* 1. In mansionibus quoque modii æmei erant vel lapidei. *d. l.* 9. Vetant Imperatores; provinciales cogi ab officialibus eis & eorum animalibus, sine pretio alimoniam præbere, *l.* 2. *C. de lucris Advoc.* & quemquam longius destinari ad instruendas mansiones, *l.* 8. *C. de annona*, Plin. 9. *cap.* 23. à Copto Camelis itur æquationum ratione, mansionibus dispositis. Lampridius in Alexandro: tacebantur secreta bellorum, itinerum dies publice proponebantur, ita ut Edictum præcederet ante menses duos, in quo scriptum erat, illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, &, si dii voluerint, in prima mansione mansurus. Deinde per ordinem mansiones, deinde stativa, deinde, ubi annona esset accipienda, & id quidem, quousque ad fines barbaricos deveniretur, & alias militum expeditionis tempore sic dispositi, ut in mansionibus annonam acciperent, nec portarent decem, aut septem dierum cibaria, nisi in barbarico. Hinc constat, mansiones veteribus idem fuisse, quod Galli *repues & etappes traittes.*

67 *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* 68 Vide *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* Camelasia. *Haloand.* Camelasia est munus personale, at non Hippasia. *l.* 4. *C. de muneribus patrimoniorum.* Ammiano 16. quoddam tributi genus est Camelasia. 69 Personale seu corporale munus est etiam Camelasia, non est patrimoniale, ut Hippasia, de qua in *l.* 4. *C. de muneribus patrimoniorum.* Cur ita? Cameli aluntur de publico, non sumptibus camelarii, qui eo nomine fungitur: præterea corporis infirmitas excusat ab eo munere, *l.* 2. §. *penult. ff. de excusat. munerum.* est igitur personale, nec enim infirmitas corporis excusat a patrimonialibus. 70 Camelarii camelorum curatores. 71 Personalia sunt, quæ solo corporis ministerio obeuntur. §. 1. *ff. eod.* 72 Ἰδιῶς τὴν τάξιν τῶν λάκκων φησί. *Brissonius.* idque personale munus habet commune cum patrimoniali, *l.* 8. *C. de muneribus patrimoniorum.* quod neminem ob corporis debilitatem excusat. vide Cujac. 9 *observ.* 9. 73 Personalium munerum proprium est, ab iis excusari posse corporis infirmitate. 74 *l.* 8. *C. Theodos. de legatis & decretis legationum. lib.* 12. *tit.* 12. 75 Sacrarium hic, aula & comitatus Principis.

76 Viaticum est, quod ob viam & iter perficiendum datur. 77 *l.* 2. *in fin. ff. de legationibus.* Legaticium, *Hugo à Porta.* 78 Nicostrategi, *vulg. Haloand.* male Budæus veræ vocis ignarus, mendum esse quidem hic monuit: Turneb. vero mendo agnito, male ita emendavit, viarum stratarum, & piistrinorum curatores, 9 *adverf.* 16. sed habenda est gratia posteris. Nycostrategi enim in provinciis ii erant, qui Romæ Præfecti vigilum dicebantur. *ff. de officio Præfecti vigilum.* In Ægypto νυκτεπάρχοις ἐγκλῆς, Strabo: Constantinopoli νυκτεπαρχὸς, & Prætor plebis, *Novell.* 13. vide Cujac. 13. 79 Pistrinorum de origine hoc notandum. Primis temporibus fruges torrebant, deinde pinsebant: *Et torrere parant flammis & frangere saxo.* Molæ postea inventæ sunt asinariæ & trusatiles, hominum opera versatiles. Hinc pistrinum pro loco fatigationis pleno accipitur. Aquariæ molæ molettinæ. Pistrinum qua ratione inventum fuerit, vide apud Senecam, 14 *epist.* 91. 80 *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* de syndicis vide Petrum Gregorium, 49 *Syntagm.* & 1 *decret.* 39. 81 Hæc quibusdam personis remittuntur. *l.* 6. §. 8. *ff. de excusf.* adde *l.* 13. §. 2. *ff. tit. proxim.* 82 Qui pecuniam publicam possident. *vulgar. Hugo à Porta.*

83 Viarum vicini viam sternere coguntur. *l.* 14. *in fin. ff. quemadmodum servit. amittant.*

84 Vide *l.* 3. *l.* 4. *ff. de censibus.* dixi ad *l.* 6. *C. de fide instrum.* 85 Mastigophori, flagriferi ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones. *Budæus.* Lipsius tamen *libro de gladiatoribus*, *cap.* 5. hanc vocem refert ad spectacula. Jurabant enim gladiatores in hæc tria, ustionem, verbera & necem, qui ex more patiebantur necem, quum cecidissent: flammam, & verbera, si quando timidius pugnassent aut fugissent. Senec. *epistola* 1. *epist.* 8. Tibullus, 1 *Eleg.* 9. *Ure meum potius flamma caput, & pete ferro Corpus, & intorto verbere terga seca.* Seneca, *epist.* 7. Occide, ure, verbera. Seneca, 5 *epist.* 37. Eidem honestissimi & turpissimi illius autoramenti verba sunt, uri virgis (ita legendum est, non *vinciri*) ferroque necari, & 19 *epist.* 39. ure, cæde, occide. adde Ciceronem, 2 *Tusc. Quæst.* hic ferrum acuebat: Ille accendebat ignibus laminas, hinc virgæ, inde flagella afferebantur. Tertullianus, Gladiator ad homicidium flagellis & virgis compellat invitum. Hoc sine lorarii & mastigophori, de quibus hic agitur, fuerunt in arena. Xiphilinus *in Nerone.* Quemadmodum quis audiet, quod neque videre potest, Augustum Imperatorem, τὸν ἀγανακτοῦντα τινὶ μαστιγοφόρον σφόδρα μαστιγῶσαι. Eusebius, 5 *cap.* 1. Thucydides, *lib.* 4. & Pollux 3. Petronius *in satyrico.* In verba Eumolpi juravimus uri, vinciri, verberari. Huc etiam refer illud Tibulli, 1 *Elegia* 6. Ure, feri, & torque. Sane mastigophori hic sunt, qui agonothetas comitabantur: sive ut virgis insolentiam certatorum spectatorumque coërcerent, sive ut pugnarent. Iidem Xiphilino in Heliogabalo μαστιγοῦσθαι, βασάνοις. Suidæ βασανίσθαι. Alciat. in *l. un. C. de athletis.* mastigophoros esse, qui præibant agonothetas seu athlothetas. 86 *l.* 10. *ff. de pollicitationib. l. ult. C. Theod. de expensis Indictorum.* 1. *lib.* 15. *tit.* 9. Agonothetæ, ἀγωνοθέται, certaminum Præfecti, Præsides muneratii, cujus vocis auctor Augustus, teste Quintiliano 8. antea domini ludorum. Cicero *de legibus.* editores Capitolinus *in Antonino*: Absens populi Romani voluptates per editores curari vehementer præcepit. v. Lipsium, *cap.* 7 *Saturn.* Agonotheta igitur, sive munerarius, est editor gladiatorum, Circensium ludorum, vel cuvilium curator ἀφίτης. v. Scalig. *in* 2 *Manilii.* Hieron. ad *Lucium.* Non est invidus agonothetes noster: Tertull. *lib. ad Martyres:* Vos benedicitæ, quodcunque hoc durum est, ad exercitationem virtutemque animi & corporis deputatur. Bonum agonem subituræ estis, in quo Agonothetes Deus vivus est, Xystarches Spiritus sanctus, corona æternitatis bravium. Hinc ἀγωνοθεσία munus constituendi certaminis. *l.* 20. §. 7. *ff. fin. l.* 109. *C. Theod. de decurionibus.* ἀγωνοθετῶν. *l.* 10 *ff. de pollicitat.* Fundi agonothetici juris, *l.* 14. *C. de fund. patrim.* 11. Agonotheticæ possessiones. *l.* 5. *C. de diversis prædiis urbanorum*, quas σύγκτησιν ἀγωνοθέτων vocat Cellius in *l.* 34 §. 1. *ff. de legat.* 2. id est, possessiones deputatas sumptibus sacrorum certaminum. 87 *Al.* in sacris certaminibus: & ita videtur legisse Budæus in *l.* 4 *ff. de his qui notantur infam.* 88 Scribæ munus est personale. §. 10. *ff. eod. l. penult. C. de defensoribus civitatum. l.* 1. *C. de tabulariis.* 89 Municipalis, scil. de scriba Præsidis. vide *l. ult. C. de magistratibus conveniendis.* Clarissimorum, *Nov.* 94. de scribæ officio vide Novellam Constantini, περὶ συνηθῶν τοῦ σκρίβα, apud Cujacium *C. de tabul.*

90 *l.* 1. §. 3. *in fin. ff. eod.* 91 *l.* 26. §. 27. *ff. eod.* 92 §. 5. *ff. eod.* Eleemporia. *Hal.* id est, olei publici emendi cura. Elemphoria, *vulg.* alii Emporia apud Cottam *in voce* hospitatura: sed Cotta *ibid.* legit Eleamphoria, eaque voce intelligit hospitia, ad quæ Alexandrini euntes olivam in signum pacis referebant, sed id quam deridicule docti viderint. 93 Osprattura factum verbum ex ὄσπριον, quod Hesychio significat varias fruges, & legumina. Osprattura igitur est minutarum frugum emendarum cura, *Hotom.* sed vulgata & Haloandri editio habet hospitatura: hosprionia manus ipsum; verum vulgata & Haloandri lectio verior est, ut sit hospitatura, hospitis recipiendi munus, *l.* 3. §. 13. *ff. eod. l.* 10. §. 2. *ff. de vac. l.* 1. *C. de Episc. & Cler.* ἐπισκοπείου. *l.* 6. *ff. de excusf. tut.* hospitum, id est, militum & officialium Præsidis. *l.* 6. §. 5. *ff. de officio Præsidis.* Id enim solebant Alexandrini per vices pati. *l.* 3 §. 13. *ff. eod.* Erant etiam in bene moratis civitatibus & Xenodochia & Xenones, id est, loca publica hospitibus recipiendis destinata, *l.* 16. *l.* 18. *l.* 32. *C. de Episcopis.* Brissonius. Illud interea valde notandum est, neminem cogi posse ad insustam hospitalitatis præbitionem, *l.* 6. *C. de metatis.* ut si quis à suo hospite petierit meretricem, vel scorta, vel ut strigillent equos, vel portent σκεύεα.

busdam civitatibus, vel limenarchæ 65, vel curatores ad extruenda vel reficienda ædificia publica, sive palatia, sive navalia, vel mansiones 66 destinantur: si tamen pecuniam publicam in operis fabricam erogent, & qui faciendis vel reficiendis navibus 67, ubi usus exigit, præponuntur, muneribus personalibus adstringuntur.

§. 11. Camelasia 68 quoque similiter personale 69 munus est: nam, ratione habita & alimentorum, & camelorum, certa pecunia camelariis 70 dari debet, ut solo 71 corporis ministerio obligentur. Hos ex 72 albi ordine vocari, nec ulla excusatione liberari, nisi sola 73 læsi & inutilis corporis, & infirmitate, specialiter sit expressum. §. 12. Legati 74 quoque, qui ad sacrarium 75 Principis mittuntur, quia viaticum 76, quod legativum 77 dicitur, interdum solent accipere: sed & nycostrategi 78, & pistrinorum 79 curatores personale munus ineunt. §. 13. Defensores quoque, quos Græci syndicos 80 appellant, & qui ad certam causam agendam vel defendendam eliguntur, laborem personalis muneris adgrediuntur. §. 14. Judicandi quoque necessitas 81, inter munera personalia habetur. §. 15. Si aliquis fuerit electus, ut compellat eos, qui 82 prope 83 viam publicam possident, sternere viam: personale munus est. §. 16. Pari modo, qui acceptandis, *sive suscipiendis censualibus* 84 *professionibus destinantur*, ad personalis muneris sollicitudinem animum intendunt. §. 17. Mastigophori 85 quoque qui agonothetas 86 in certaminibus 87 comitantur, & scribæ 88 magistratus 89, personali muneri serviunt. §. 18. Patrimoniorum sunt munera, quæ sumptibus 90 patrimonii, & damnis administrantis 91 expediuntur. §. 19. Elemporia 92, & osprattura 93 apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. §. 20. Susceptores quoque vini per provinciam Africam patrimonii munus gerunt. §. 21. Patrimoniorum autem munera duplicia sunt: nam quædam ex his muneribus possessionibus sive patrimoniis inditam, & D. Vespasianus 21 & D. Hadrianus rescripserunt.

cuntur, veluti 94 agminales 95 equi, vel mulæ 96, & angariæ, atque verhedi 97. §. 22. Hujusmodi igitur obsequia & hi, qui 98 neque municipes 99, neque incolæ sunt, adgnoscere coguntur.

§. 23. Sed & eos, qui fœnus 100 exercent, etsi veterani sint, tributiones 1 ejusmodi agnoscere debere, rescriptum est. §. 24. Ab hujusmodi muneribus neque primipilaris 2, neque veteranus 3, aut miles, aliusve, qui privilegio aliquo subnixus, nec pontifex 4 excusatur. §. 25. Præterea habent quædam civitates prærogativam, ut hi, qui in territorio earum possident, certum quid frumenti pro 5 mensura agri per singulos annos præbeant: quod genus collationis munus possessionis est. §. 26. Mixta 6 munera decaprotiæ 7, & icosaprotiæ, ut Herennius Modestinus & notando, & disputando bene & optima ratione decrevit: nam decaproti 8 & icosaproti 9 tributa exigentes, & corporale ministerium gerunt, & pro omnibus 10 defunctorum fiscalia detrimenta resarciunt: ut & merito inter mixta hoc munus numerari debeat. §. 27. Sed ea, quæ supra personalia esse diximus, si hi, qui funguntur, ex lege civitatis suæ, vel more, etiam de propriis facultatibus impensas faciant, vel annonam exigentes desertorum prædiorum damna sustineant: mixtorum definitione continebuntur. §. 28. Hæc omnia munera, quæ trifariam 11 divisimus 12, una significatione comprehenduntur: nam personalia, & patrimoniorum, & mixta munera, civilia seu publica appellantur. §. 29. Sive autem personalium duntaxat, sive etiam civilium 13 munerum immunitas alicui concedatur: neque 14 ab annona, neque ab angariis, neque à verhedo, neque ab ospite 15 recipiendo, neque à nave 16, neque capitatione, exceptis militibus & veteranis 17, excusari possunt.

§. 30. Magistris, qui civilium munerum vacationem habent, item grammaticis 18, & oratoribus 19, & medicis, & philosophis, ne ospitem 20 reciperent, à Principibus fuisse immunitatem indultam, & D. Vespasianus 21 & D. Hadrianus rescripserunt.

94 Extraordinariæ sunt hæ indictiones, quæ ad tempus ex improviso indicuntur, ut angariæ belli tempore, equi, muli, verhedi.

95 Agminales equi dicuntur, quod agmen exercitus sequantur, convehantque impedimenta, Galli *le bagage* Græci παγμάτικοι ab iis diversi, quos iidem appellant ἀγγελάνους, *Budæus.* id est, majores equos, qui & paraveredi & parafredi, ut in lege Bajuvariorum: Parafredos dicunt, aut ipsi vadant, aut ubi eis injunctum fuerit. Cujac. ad *tit. C. de cursu publico.*

96 Mulabus (liceat ita cum Prisciano loqui, *lib.* 7 *c. de dativo*). v. *tit. C. de cursu publico & angariis*, ut & asinis utebantur ad cursum publicum. quod fustulisse Julianum Sophistam scribit, 3. *c.* 1 Sic Armenii camelis utebantur inter equites, Herodian 4. quin & bobus utebantur ad eundem cursum publicum, *l.* 1. *C. Theod. de cursu publico.* Carolum magnum iter fecisse junctis bobus & bubulco, rustico more agente, Eginartus scribit. v. Cujac. ad *tit. C. de cursu public.*

97 Verhedi publici equi cursuales, ταχυδρόμοι, Græci, ad *l.* 8. *C. de cursu publico.* publici, Procopius, 2 *de bello Persico*, sic dicti, quod vehant rhedas, Festus, sunt tamen etiam sine rhedis. De paraveredis alibi diximus. 98 Patrimonialia indicuntur etiam municipibus & incolis, *ut hic.* Imo & has indictiones extraordinarias præstant, vel ipsæ Ecclesiæ. *l. neminem.* 11. *de sacrosanct. Eccles.* 99 Qui municipes & incolæ *ff. ad municipalem.* 100 Id est, prout justum fuerit. *l.* 22. *in fin. ff. ad municipalem.* 1 Intributiones, *Haloand.* de qua voce dixi ad *l.* 6. *in fin. ff. eodem. l.* 22. *ff. ad municipalem.* 2 Qui primipili honorem gessit. de quo dicam ad *tit. C. de primipilo.* 3 §. 29 *ff. eod. l.* 7. *l.* 10. *ff. de vacat.* 4 Pontifices non excusantur à muneribus patrimonialibus, §. 29 *ff. eod.* adde *l.* 10. *ff. de vacatione munerum.* ut nec Ecclesia, nec domus regia necessitatis tempore. *l.* 21. *C. de cursu publico.* 5 Inde originem sorte habet jus illud Gallorum, quod ipsi vocant *droict de Champart & Bourdelage*: de quo vide Molinæum *tit.* 2. *consuet. in pr. num.* 2. 6 Imo patrimonia tantum. *l.* 8. *C. de muner. patrimoniorum.* 7 Decaprotico, *vulg.* decaprotice Cotta *in dictione* hospitatura, δικαιοπραγίαν, ἀκοσπραγίαν. *Haloand.* decaprotia, decemprimatus. *l.* 1. §. 1. *ff. eod.* Icosaprotia, vigintiprimatus. 8 *l.* 3. §. 10. *ff. eod.* id est, decemprimi, ut & vigintiprimi: sic pentaproti, quinque primi. *l.* 1. *C. de privilegiis servum qui sacro palatio milit.* 9 Sunt viginti primi & *Icosaprotia* viginti primatus. Joann. Bello. *Anf.* 10 *Al.* oneribus. Græce ὑπὲρ τῶν λοιπῶν ut mixta sint, in quibus quis corporale ministerium præbere cogitur: ac præterea nonnihil ex bonis, ut est, qui pro defectorum oneribus fiscalia detrimenta resarcire tenetur: cujus periculo exacto exactio & distributio censuum fit. *l.* 1. *l.* 3. §. *decaprotos. ff. eod. l.* 2. *C. de tyronibus.* Hæc munera patrimonialia sunt. 11 Trifariam dixit, ut pluriariam. *l.* 5. §. 12. *in fin. ff. de jure immunitatis.* 12 In principio hujus legis. 13 Patrimonialium. 14 *l.* 21. *C. de cursu publico.* 15 Hospitio. 16 §. 10. *ff. eod.* 17 §. 24. *ff. eod. l.* 7. §. 10. §. 11 *ff. de jure immunitatis.* 18 V. *l.* 6. § 2. *ff. de excusat.* 19 *Al.* Rhetoribus. *l.* 6. §. 2 *ff. de excusf. tut.* 20 *Al.* Hospitem. *l.* 10. § 2. *ff. de vacatione.* 21 Idem primus è fisco Rhetoribus salaria constituit, Suetonius, quod Cassiodorus Domitiano adscribit. Idem dicitur de Alexandro Severo teste Lampridio.

TIT. V.

DE [1] VACATIONE, ET [2] EXCUSATIONE [3] MUNERUM.

De æquitate. De appellatione. De calumnia. 2. De his qui majorum onerum vitandorum gratia ad colonos prædiorum se transtulerunt. 3. De ætate. De numero liberorum.

I. ULPIANUS lib. II Opinionum.

OMnis excusatio sua [4] æquitate nititur: sed si prætendentibus aliquod sine judice credatur, aut passim sine temporis præfinitione, prout cuique libuerit, permissum fuerit se excusare, non erunt, qui munera necessaria in rebus publicis obeant: quare &, qui liberorum incolumium jure à muneribus civilibus sibi vindicant excusationem, appellationem 5 interponere debent: & qui tempora præfinita in ordinem ejusmodi appellationum peragendo non servaverint, merito præscriptione repelluntur.

§. 1. Qui excusatione aliqua utuntur, quotiescunque creati fuerint, etsi jam ante absoluti sunt, necesse habent appellare. sed si per calumniam & sæpius idem adversarius vexandi gratia ejus, quem scit perpetua vacatione fubnixum, id facere probatus erit, sumptus 6 litis exemplo Decretorum Principalium præstate jubeatur ei, quem sine causa sæpius inquietabit 7. §. 2. Qui in fraudem ordinis in honoribus gerendis, cum inter eos ad primos honores creari possint, qui in civitate munerabantur, evitandorum majorum onerum gratia ad 8 colonos prædiorum se transtulerunt, ut minoribus subjiciantur: hanc excusationem sibi non paraverunt.

§. 3. Quamvis sexagintaquinque 9 annorum aliquis sit, & tres liberos incolumes habeat: à muneribus tamen civilibus propter has causas non liberatur.

De surdastro. 7. De senio & corporis imbecillitate. 8. De his, qui primas literas docent.

II. IDEM lib. III Opinionum.

SExtum decimum [10] ætatis annum agentem, ad munus sitoniæ [11] vocari non oportet: sed si nihil proprie in patria servatur, de minoribus [12] quoque annis vigintiquinque ad munera sive honores creandi [13] justa ætas servanda est. §. 1. Numerus liberorum, aut [14] septuaginta [15] annorum, ab honoribus aut muneribus his cohærentibus [16] excusationem non præstat, sed à muneribus tantum civilibus. §. 2. Adoptivi [17] filii in numerum non proficiunt [18] eorum liberorum, qui excusare parentes solent.

§. 3. Qui ad munera vocantur, vivorum [19] se liberorum numerare habere tempore, quo propter eos excusari desiderant, probari debent: numerus enim liberorum postea impletus, susceptis antea muneribus non liberat. §. 4. Quæ patrimoniorum onera sunt, numero liberorum non [20] excusantur. §. 5. Incolumes [21] liberi, etiam si in potestate patri suo desierint esse, excusationem à muneribus civilibus præstant. §. 6. Minus [22] audiens immunitatem civilium munerum non habet. §. 7. Quem ita senio [23], & corporis imbecillitate [24] vexari Præses animadverterit, ut muneri perferendæ pecuniæ non sufficiat. demittat & alium constituat. † Corporis debilitas eorum munerum excusationem præstat, quæ tantum corpore implenda sunt: cæterum quæ consilio [25] pru-

1 X C. XLIV & XLV, XLVI. 54 *Eclog.* 1.

2 Vacatio nec causam, nec legem habet: excusatio utique habet.

3 X C. XLVII. *& seq. ad fin.* 68.

4 *l.* 33. §. 2. *ff. de procuratorib. l.* 9. *ff. de doli mali excepti. l.* 13. *in fin. ff. de publ. judiciis.*

5 *l.* 1. §. 1. *ff. quando appellandum. l.* 13. *in fin. ff. de decurionib. l.* 7. *C. de appellationibus. l.* 2. *C. de decurionib. l. un. C. de vacatione publici muneris.* 10.

6 *l.* 79. *ff. de jud.*

7 Inquietavit. *Hal.*

8 Ad rus colendum confugiens, ne muneribus civitatis fungatur, excusationem muneris non habet.

9 *l.* 3. *in fin. ff. de jure immunit. v. l. un. C. qui numero tutel.*

10 Vide Cujac. *c.* 27. *de præscr. in fin.*

11 V. *l.* 18. §. 5. *ff. de muner.*

12 *l.* 8. *ff. tit. prox.*

13 Creandis. *Hal.*

14 *l.* 8. *ff. eod.*

15 Septuaginta quinque *Hal.*

16 Honoribus munera plerunque cohærent.

17 *Inst. de excusat. in princ.*

18 Id etiam Senatus constituit Neronis temporibus. Tacit. 15.

19 Defuncti liberi parentibus non prosunt ad excusationem, nisi in bello sint amissi. *l. ult. ff. eod.*

20 *l.* 6. §. 4. *ff. tit. prox. l.* 5. *C. de muner. patrimon.*

21 *l.* 2. §. 3. *ff. de l.* 18. §. 11. *ff. tit. prox.*

excusf. tut. 22 *l.* 7. §. 1. *ff. de decur.* 23 V. *l.* 5. *ff. de jure immunit.* 24 *l.* 1. *ff. de postulando. l.* 2. §. 36. ubi de Appio Claudio exco. *ff. de origine juris.*

prudentis viri, vel patrimonio sufficientis in homines obiri possunt: nisi certis & receptis probabilibus causis non remittuntur.

§. 8. Qui pueros primas [26] literas docent, immunitatem à civilibus muneribus non habent: sed ne cui eorum id, quod supra [27] vires sit, indicatur, ad Præsidis religionem pertinet, sive in civitatibus, sive in vicis primas literas magistri doceant.

De nave.

III. Scævola lib. III Regularum.

His qui naves marinas [28] fabricaverunt, & ad annonam Populi Romani præfuerint [29], non minores [30] quinquaginta milium modiorum, aut plures singulas non [31] minores decem milium modiorum, donec hæ naves navigant, aut aliæ in earum locum, muneris publici vacatio præstatur ob navem. Senatores [32] autem hanc vacationem habere non possunt: quod nec habere illis navem [33] ex Lege Julia reperundarum licet.

De his, qui Reipublicæ causa abfuerunt.

IV. Neratius lib. I Membranarum.

Tempus vacationis, quod [34] datur eis, qui Reipublicæ causa afuerunt [35], non ex eo die numerandum est, quo quis abesse desiit, sed cum quodam laxamento itineris: neque enim minus abesse Reipublicæ causa intelligendus est, qui adit negotium, vel ab eo revertitur. Si quis tamen plus justo temporis, aut itinere, aut in alio loco commoratus, consumpserit: ita ea interpretanda erit: ut ex eo tempore vacationis dies incipiat ei cedere, quo iter ex commodo [36] peragere potuisset.

De decurionatu.

V. Macer lib. II de Officio Præsidis.

A [37] decurionatu, quamvis hic quoque honor est, ad alium honorem nullam vacationem tribuendam, Ulpianus respondit.

De his, quæ extra ordinem imperantur.

VI. Papinianus lib. II Quæstionum.

Hi qui muneris publici vacationem [38] habent [39], ad ea, quæ [40] extra ordinem imperantur, compelli non solent.

De veteranis.

VII. Idem lib. XXXVI Quæstionum.

A Muneribus [41], quæ [42] non patrimoniis [43] indicuntur, veterani post Optimi nostri Severi Augusti literas, perpetuo excusantur.

De ætate. De numero liberorum. 1. De redemptoribus vectigalium. 2. De liberis veteranorum. 3. De collationibus extraordinariis, & his, quæ è lege fiunt. 4. De philosophis. 5. De eo, qui Romæ latet.

VIII. Idem lib. I Responsorum.

In honoribus delatis neque [44] major annum [45] septuaginta, neque pater numero quinque liberorum excusatur. Sed in Asia sacerdotium [46] Provinciæ suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi, quod Optimus Maximusque Princeps noster Severus Augustus decrevit, ac postea in cæteris [47] provinciis servandum esse constituit. §. 1. Non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus civilibus, ac tutelis [48] excusari placuit, quam eos qui præsentes [49] negotium exercerent. § 2. Vacationum privilegia non [50] [vetant] liberos veteranorum.

§. 3. Qui muneris publici vacationem habet per magistratus [51], ex improviso collationes indictas recte recusat: eas [52] vero, quæ è lege fiunt, recusare non debet. §. 4. Philosophis [53], qui se frequentes atque utiles per eandem studiorum sectam contendentibus præbent, tutelas [54], item munera sordida corporalia remitti placuit: non [55] ea quæ sumptibus expediuntur: etenim vere philosophantes pecuniam contemnunt [56], cujus retinendæ cupidine fictam [57] adseverationem detegunt. §. 5. Qui maximos Principes appellavit, & causam propriam acturus Romam profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus, & civilibus muneribus apud suos excusatur.

De professoribus. 1. De negotiatoribus frumentariis.

IX. Paulus lib. I Responsorum.

Eos qui Romæ [58] profitentur, proinde [59] in patria sua excusari muneribus oportere, ac si in patria sua profiterentur.

§. 1. Paulus respondit: privilegium frumentariis [60] negotiatoribus concessum, etiam ad honores excusandos pertinere.

De oneribus patrimonialibus. 1. De corpore mensurarum frumenti. 2. De militibus & professoribus. 3. De paupertate & facultatibus auctis. 4. De defensoribus reipublicæ.

X. Idem lib. I Sententiarum.

Ab his oneribus, quæ possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla [61] privilegia præstant vacationem. §. 1. Corpus mensurarum [62] frumenti juxta annonam Urbis habent [63] vacationem: in provinciis non idem [64]. §. 2. Angariorum [65] præstatio, & recipiendi hospitis [66] necessitas, & militi & liberalium [67] artium professoribus [68] inter cætera remissa sunt. §. 3. Actis [69] post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur. §. 4. Defensores [70] Reipublicæ ab honoribus & muneribus eodem tempore vacant.

De muneribus patrimonialibus.

XI. Hermogenianus lib. I Juris Epitomarum.

Sunt munera, quæ rei [71] proprie cohærent: de quibus neque liberi, neque ætas, nec merita militiæ, nec ullum aliud privilegium jure tribuit excusationem: ut [72] sit [73] prædiorum collatio [74], viæ sternendæ angariarumve exhibitio, hospitis suscipiendi munus [75] (nam nec hujus quisquam excusationem, præter eos, quibus principali beneficio concessum est, habet), & si qua sunt præterea alia hujusmodi.

De legato. 1. De comitibus præsidum.

XII. Paulus lib. I Sententiarum.

Legato [76], qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis præstituta rursum ejusdem negotii defensio mandari non potest. §. 1. Comites [77] Præsidum, & Proconsulum, Procuratorumve Cæsaris, à muneribus & honoribus & tutelis [78] vacant.

De his qui operam dare ad judicandum non possunt. 1. De plena vel exiguiore vacatione. 2. De munere judicandi.

XIII. Ulpianus lib. XXIII ad Edictum.

Prætor eos, quoscunque intelligit operam [79] dare non posse ad judicandum, pollicetur se excusaturum: forte quod in perpetuum quis operam dare non potest, quod in eam valetudinem [80] incidit, ut certum sit, eum civilia officia subire non posse, aut si alio morbo laboret, ut suis rebus superesse non possit, vel si quid [81] sacerdotium [82] nancti sint, ut discedere ab eo sine [83] religione non possint: nam & hi in perpetuum excusantur. §. 1. Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: unum plenius, cum & militiæ datur, aliud exiguius, cum nudam muneris vacationem acceperint. §. 2. Qui autem non habet excusationem, etiam invitus [84] judicare cogitur. §. 3. Si post causam actam cœperit se excusare judex: si quidem privilegio, quod habuit ante [85], quam susciperet judicium, velit se excusare, nec [86] audiendus est: semel enim adgnoscendo [87] judicium, renunciat excusationi: quod si postea justa causa incidit, ut judex vel ad tempus excusetur: non debet in alium judicium transferri, si cum captione id futurum est alterutrius: tolerabilius denique est, interdum judicem, qui semel cognoverat, tantisper expectare, quam judici novo rem rursum judicandam committere.

De filio defuncto. 1. Ne cui duæ curæ operis eodem tempore imperentur.

XIV. Modestinus lib. I Regularum.

Ad excusationem munerum defunctus [88] filius non prosit [89], præterquam [90] in bello amissus. §. 1. Eodem tempore idem [91] duas curas operis [non] administrabit [92].

26 Literatores à Lampridio *in Alexandro Severo* sunt, qui pueros primas literas docent, *ut hic.* qui primis literis pueros imbuunt. *l. 11. in fin. ff. de muner.*

27 *l. 4. §. 2. ff. de muner.*

28 Aliud in fluviatilibus navibus.

29 Præbuerint. *Hal.*

30 Navem non licuit etiam olim ex lege, lata à Quinto Claudio tribuno plebis, majorem trecentarum amphorarum habere. Liv. 21.

31 Nave Latinus civitatem Romanam accipiebat, si non minorem, quam decem millia modiorum navem fabricaverat, & Romam sex annis frumentum portaverat, ex Edicto D. Claudii. Ulp. 3. §. *ult.*

32 Navem senator habere prohibetur Lege Julia repetundarum. Cicero *Verrina* 2. idem in Prædidibus & procuratoribus Cæsaris, *l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.* ratio est, ut quæstus ex prædatione cohibeantur. putat Cujacius, Legem Juliam navium interdictarum modum desiisse: nam senatoribus, fundos maritimos habentibus, ad fructus deportandos capacem navem in Italia habere licuit, & deportatis, ex Lege Augusti, non licuit habere, nisi naves actuarias duas, & onerariam unam, quæ non esset plusquam amphorarum mille. Coercetur adquirendi & negotiandi libertas: nam & servos aut libertos ex eadem lege plusquam viginti: & in bonis, plusquam quingenta millia sestertium habere non poterant. Dion, 56. v. Cujac. *6 obs. 38 ubi tractat de his, qui naves habere non possunt.*

33 *l. 46. §. 2. ff. de jure fisci.*

34 *l. 10. §. 3. ff. de excusf. tut.*

35 Absunt. *Hal.*

36 Id est, commode.

37 *Subaudi*, adepto, gestoque.

38 Immunitatem.

39 A Principe.

40 *l. 8. §. 3. ff. eod. l un. C. de vacatione publ. muner.*

41 Muneribus civilibus, *vulgus. Hal. Hugo à Porta.* adde *l. ult. in fin. ff. de veteranis.*

42 Munera, quæ patrimoniis non iudicuntur, quæ putantur? personalia.

43 *l. 2. ff. de veteranis.*

44 *l 2. § 1 ff. eod.*

45 Major annis septuaginta, *Hal.* major annis septuaginta quinque. *vulg.*

46 Sacerdotia, quorum hic fit mentio, & in *l. 17. ff. tit. prox. l. un. C. de periculo sacerdotum parentis. l. 8. C. de muner. patr.* munera fuerunt provincialia, quæ adipiscebantur, qui ludia præerant in honorem Deorum institutis cum sumptu aliquo: ἡ ἱερουργία τινὶ τῶν ἐπιτελῶν τὰ κυνηγέσια. *Basil.* Sacerdos munerarius, qui ludis theatralibus præerat. Hujusmodi munus fuit Asiarchia, *ut hic.* & *l. 2. C Theod. de expensis ludorum. Act. 19. vers. 30.* Eusseb. 4. *c. 15. l. 1. C. de officio Comitis Orientis. l. 2. C. Theod. de expens. lud.* Syriarchia seu Antiochiæ Syriæ sacerdotium, *d. l. 1. d. l. 2. C. de cupressis. l. 2. C. Theod. de expens. lud. l. 1. C. de nat. lib. Nov.* 89. Bithyniarchia, Cappadocarchia, *l. 6. §. 14. ff. de excus. tut.* Phœnicarchia, *l. 1. C. de nat. lib. Nov.* 89. *in fin.* v. Cujac. 2 *obs.* 13.

47 Præter Asiam.

48 Vide quæ scripsi ad *l. 12. in fin. ff. cod. v. l. 8. C. de excusf. tut.*

49 Qui per se negotium *suum* gerunt. *Basil.* 54. id est, suo nomine. Cujac. ad *l. un. C. de conductor. vectigal. fisc.*

50 Non spectant ad liberos, *vulg. Hal. Hugo à Porta.* Imo spectant. *l. 2. ff. de veteran.*

51 *l 6. ff. eod. l. un. C. de vacatione publici muneris.*

52 *l. un. C. de vacat. publici muneris.*

53 *l. 6. § 5. § 7. ff. de excus. tut.*

54 *d. § 5.*

55 *l. 6. C. de muner. patrim. l. 8. C. de professor. & medicis.* Imo & ea. *l. ult. C. de professi.*

56 Paupertatem Philosophi quidam malam non putant: quinimo nonnulli pecuniam omnino contemnebant, & argento odium indicebant. Lactant. 6. *Inst.* 12. quid tu tam pusillo animo paupertatem times, quam etiam vestri philosophi laudant: nihil hac tutius nihilque tranquillius esse testantur: hoc quod times, sollicitudinis portus est. Sen. 1 *epist.* 17. non est quod paupertas nos à philosophia removeat, ne egestas quidem. *& post:* licet ad philosophiam sine viatico pervenire. *& epist.* 18: Incipe cum paupertate habere commercium. *Aude hanc contemnere opes, & te quoque dignum Finge Deo.* nemo alius Deo dignus, quam qui opes contempsit. & Minucius *in Octavio* loquens, de Christianis: facultates, inquit, si utiles putaremus, à Deo posceremus; utique indulgere posset aliquantum, cujus est totum: sed nos contemnere malumus opes, quam continere. *& post:* quod corporis humana vitia sentimus & patimur, non est pœna, militia est. *& post:* ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur: hique Christianus miser videri potest, non potest juvenili. & Salvian. 2 *de Ecclesia:* impedimenta hæc sunt, non adjumenta, onera, non subsidia; possessione enim & usu opum non fulcitur religio, sed evertitur.

57 Ficta adseveratio dicitur, ut fictus cœlibatus, in *l. 18. C. de adult. l. 5. C. de donat. ante nupt.*

58 *l. 6. §. 11. ff. de excusf. tut.*

59 Perinde. *vulg. Hal. d. §. 11. l. ult. ff. de interdict. & releg. l. 33. ff. ad municip. l. un. C. de mulier.* in quo loco *Novell* 78.

60 Facit *l. 5. ff. de muner.*

61 Ideoque neque miles, neque Pontifex excusatur, *l. 18. §. 24. ff. de muner.* nec Ecclesia, neque mulier. *l. penult. C. de muner. patrim. l un. C. de mulier. in quo loco.*

62 Mensorum, *Hal. Hugo à Porta. v. l. 1. C. de condit. in pub. horreis. l. 26. ff. de excusf. tut. l. 12. in fin. ff. de re milit.* Hi mensores Præfecto Urbis parebant. Erant autem in portubus Tiberinis horrea, & in his annonæ urbicæ. Inde mensores portuenses, quibus junguntur caudicarii, id est, nautici frumentarii. *l. 1. C. Theodos. de canone frumen. Urbis Rom. l. 9. C. Theod. de suariis.*

63 Habet.

64 Item.

65 Angariarum. *vulg. Hal. v. C. de cursu publico.*

66 *V. l. 18. §. 29. ff. de muner.*

67 *l. ult. in fin. ff. tit. prox.*

68 Professores & medici excusantur à metatis, id est, onere recipiendi hospitis, *l. ult. in fin. ff. de muneris. l. 8. C. de metatis. l. 6. C. de professorib. & medicis.* quod munus Modestinus *ἐπιτροπὴν* vocavit.

69 *l. 4. § 1. ff. de muneris.*

70 Adde *l. 3. §. 15. ff. de muneris.*

71 Rei cohærentia, seu Realia munera omnes præstant. A realibus non excusat numerus liberorum, ætas, militia, nullum denique licet sacerdotii privilegium.

72 Realium munerum exempla hæc, prædiorum collatio, viæ sternendæ, angariæ exhibitio, hospitis susciendi munus.

73 Ut est, *Hal.* sic Græci ὡς ἐν τοῖς δημοσίοις. *45 Ecl. 5. c. 9.* A muneribus, quæ rebus cohærent, nullum privilegium excusat, velut in fiscalibus, &c. *legendum est.*

74 *Legendum ita videtur*, Prædiorum collatio viæ sternendæ, &c. id est, ad viam sternendam adde quæ scripsi ad *l. 27. §. 3. ff. de usuris.*

75 Græci metata appellant. *Ecl. ibid.* Hospitis suscipiendi munus patrimoniale est. Hospitis, inquam, etiam militis. *l. 3. C. de muneribus patrim. l. 3. §. 14. l. ultim. §. penultim. & ultim. ff. de muner.*

l. 1. C. de Episcop. & clericis. C. de metatis. l. 6. §. 6. ff. de offic. Præsid.

76 *l. 8. ff. de leg.*

77 *l. 6. ff. de offic. Præsid. l. 4. ff. de offic. adsessor. l. 41. §. 2. ff. de excusf. tut.*

78 Tutelas nominatim remitti oportere, hinc colligunt: & immunitate legibus concessa, tutelas remissas non censeri. *l. 8. §. 1. ff. eod. l. non tantum.* 17. *§. eos. 2. ff. de excusf. tut.* Capitolinus *in Gordiano.* Familiæ Gordiani senatus decrevit, ut à tutelis, & legationibus, & publicis necessitatibus, nisi si vellent, posteri ejus semper vacarent. Eodem modo pecuniaria munera nominatim remitti oportet.

79 Operam dare judex dicitur, ut & arbiter, *l. 18. ff. de judiciis.* ubi dixi.

80 *l. 2. §. 7. ff. eod. l. 18. §. 11. ff. de muneris.*

81 Vel si qui. *Haloand.*

82 *l. 2. ff. de in jus vocando. l. 18. ff. de procurat. l. 36. ff. de fideicomm. libert.*

83 Sacerdotes ab honoribus & muneribus civilibus excusationem habuisse, hæc vetus inscriptio ostendit: Veratio A. F. Pa. Qui cum privilegio sacerdotii Cœnisensius munitus potuisset ab honoribus & muneribus excusari, præposito honore patriæ, honorem ædilitatis laudabiliter administravit. & Cicer. *in Lucullo*: sacerdotes deorum vacationem habere scribit. Cujac. ad *l. 1. C. de parte. suc.*

84 *l. 9. ff. de muneribus.*

85 *l. 5. §. 7. ff. de jure immun.*

86 *l. 74. ff. de judic.*

87 *l. 5. in fin. ff. titul. proxim.*

88 Tunc, cum pater ad munera nominatur. *l. 2. § 3. ff. eod. l. 18. ff. de excusat. tutor.* Pater ut excusetur numero liberorum, requiritur, ut liberi sint incolumes, ut sint cives, non capti ab hostibus, *l. 2. C. qui num. liber.* ut sint legitimi, non adoptivi, *l. 2. §. 2. ff. eod.* ut nati sint. nam qui in utero sunt, non prosunt.

89 *Al.* non prodest.

90 2 Gell. 15. *l. 18. ff. de excusf. tutor. Inst. de excusf. in princ.*

91 *l. 1. in fin. ff. de oper. publ.*

92 Invitus' scil.

Tit. VI.

DE JURE [1] IMMUNITATIS [2].

De his, qui in navibus operantur. 1. De heredibus. 2. De descendentibus ex fœminis.

I. Ulpianus lib. III Opinionum.

Qui ob hoc tantum [3] in navibus sunt, ut in his agendi causa operarentur, nulla constitutione immunitatem à muneribus civilibus habent. §. 1. Personis [4] datæ immunitates heredibus non [5] relinquuntur. §. 2. Sed & generi [6] posteriusque [7] datæ custoditæque, ad eos, qui ex fœminis nati sunt, non [8] pertinent.

De his, qui se adstrinxerunt, cum compelli non possint. 1. De impuberibus.

II. Idem lib. IV de Officio Proconsulis.

Si qui certa [9] conditione muneribus vel honoribus se adstrinxerunt, cum [10] alias compelli non possent inviti suscipere istum honorem: fides [11] eis servanda est conditioque, qua se ad munera sive honores applicare se passi sunt. §. 1. Impuberes [12], quamvis [13] necessitas penuriæ hominum cogat, ad honores non esse admittendos, rescripto ad Benidium [14] Rufum, Legatum Ciliciæ declaratur.

1 De immunitate nemini concedenda, *l. 10. C. 25.* de immunitate Ecclesiarum, Cœmeterii, & rerum ad ea pertinentium.

2 *Decret.* 49.

3 Græci ἀλλαξαγγείαν appellant. *54 Eclog 2.* vide *l. 5. §. 6. ff. eod.*

3 Adde *l. 5. ff. de muner.*

4 Personalis immunitas ad heredem non transit.

5 *l. 28. in fin. ff. de legat. 2.* vide *l. 1. §. 43. ff. de aqua quotid. l. 13. C. de excusf. munerum.*

6 Genero immunitas data, ad natos ex fœminis non pertinet.

7 Posteris data immunitas, ad eos, qui nati ex fœminis sunt, non pertinet.

De

8 *l 4. ff. eod. l. 12. ff. de muner.* Imo pertinent, *l. 116. l. 122. in fin. l. 163. in fin. l. 201. l. 220. ff. de verb. sign. l. 45. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de testam. tut. l. ult. ff. ad Treboll.* solve: ubi agitur de immunitatibus, filiæ non veniunt: in aliis, puta tutelis, legatis præstandis, contractibus, posterorum nomine filiæ continentur. vide Tiraqu. *de retract. §. 1. gl. 9. n. 243.*

9 *l. 2. C. de his, qui sponte.*

10 Sponte suscipit, qui invitus compelli non potest.

11 Fidem servare debet, qui quid suscepit. vide *l. 5. C. de obligat.*

12 Impubes ad honores non admittitur, etiamsi necessitas & penuria sit aliorum hominum. vide *l. 8 ff. de muner.*

13 Necessitas non semper licitum facit, quod alias illicitum est.

14 Beridium. *Hal.*

De ætate.

III. IDEM libro quinto.

MAjores ſeptuaginta 15 annis à tutelis, & muneribus [perſonalibus] vacant, ſed qui ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum, nondum 16 egreſſus, hac vacatione non utetur: quia non videtur major eſſe ſeptuaginta annis, qui annum agit ſeptuageſimum 17.

De poſteris.

IV. MODESTINUS lib. VI Regularum.

IMmunitates generaliter tributæ eo jure, ut ad poſteros 18 transmitterentur, in perpetuum 19 ſuccedentibus 20 durant.

De ætate. 1. *De numero liberorum.* 3. *De negotiatoribus. De naviculariis, & eorum liberis, & libertis.* 7. *De vocato ad munera, priuſquam excuſationem haberet.* 8. *De negotiatione, & navicularia.* 10. *De publicanis.* 11. *De colonis Cæſaris.* 12. *De collegiis & corporibus.*

V. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

SEmper in civitate noſtra 21 ſenectus 22 venerabilis 23 fuit: namque Majores noſtri penes eundem honorem 24 ſenibus quem magiſtratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia ſubeunda idem 25 honor ſenectuti tributus eſt. Sed eum qui in ſenectute locuples factus eſt, & ante nullo publico munere functus eſt, dici poteſt non eximi ab hoc onere privilegio ætatis: maxime ſi non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem indicti muneris adminiſtratio: & ex ea civitate, in qua non facile ſufficientes viri publicis muneribus inveniantur.

§. 1. Legem quoque reſpici cujuſque loci 26 oportet, an cum aliquas immunitates nominatim complecteretur, etiam de numero annorum in ea commemoretur: idque etiam colligi poteſt ex literis Divi Pii, quas emiſit ad *Ennium Proculum* Proconſulem Provinciæ Africæ. §. 2. Demonſtratur varie, nec abſciſſe 27, numerum liberorum ad excuſationem municipalium munerum prodeſſe, ex reſcriptis Divi Elvii Pertinacis: namque Silvio Candido in hæc verba reſcripſit: Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίησιν τοὺς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς 28. ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἑκκαίδεκα παῖδας ἔχειν διὰ τῶν βιβλίων ἐδήλωσας, οὐκ ἔστιν ἄλογον ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ παιδοτροφίᾳ καὶ ἀνεῖσθαί σε τῶν λειτουργιῶν· *id eſt, Etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus: tamen quia ſedecim* 29 *pueros habere te per libellum notificaſti: non eſt irrationabile, ut concedamus filiorum educatione remitti tibi munera* 30.

§. 3. Negotiatores qui annonam urbis adjuvant, item navicularii 31, qui annonæ urbis ſerviunt, immunitatem à muneribus publicis conſequuntur, quamdiu 32 in ejuſmodi actu ſunt: *nam renumeranda pericula eorum, quin etiam & hortanda* 33 *præmiis, merito placuit*, ut qui peregre muneribus, & quidem publicis, cum periculo & labore fungentur, à domeſticis vexationibus, & ſumptibus liberentur: cum non ſit alienum dicere, etiam hos Reipub. cauſa, dum annonæ Urbis ſerviunt abeſſe. §. 4. Immunitati quæ naviculariis præſtatur, certa 34 forma data eſt: quam immunitatem ipſi duntaxat habent, non 35 etiam liberis, aut libertis eorum præſtatur, idque Principalibus Conſtitutionibus declaratur.

§. 5. D. Hadrianus reſcripſit, immunitatem navium maritimarum 36 dumtaxat habere, qui Annonæ Urbis ſerviunt. §. 6. Licet in corpore 37 naviculariorum quis ſit, navem tamen vel naves non habeat, nec omnia ei congruant, quæ Principalibus Conſtitutionibus cauta ſint, non poterit privilegio naviculariis indulto uti: idque, & Divi Fratres reſcripſerunt in hæc verba, Ἦσαν καὶ ἄλλοι τινὲς ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σῖτον καὶ ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὄντων ἀτελῶν ἀξιοῦντες τῶν λειτουργιῶν 38 διαδιδράσκειν, μήτε ἐπιπλέοντες, μήτε τὸ πλέον μέρος τῆς οὐσίας, ἐν ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορίαις ἔχοντες, ἀφαιρεθήτω τῶν τοιούτων ἡ ἀτέλεια. *id eſt, Erant & alii quidam, qui ſub occaſione naviculariorum frumentum, & oleum inferentium in Romani Populi forum, & ideo immunium poſtulabant ſe ſubtrahere: qui neque navigabant, neque maximam patrimonii partem in re nautica, & mercibus habebant, auferatur hujuſmodi hominum immunitas.* §. 7. Hoc circa vacationes dicendum eſt, ut ſi ante quis ad munera municipalia vocatus ſit, quam negotiari inciperet, vel ante 39 quam in collegium adſumeretur, quod 40 immunitatem pariat, vel antequam ſeptuagenarius fieret, vel antequam publice profiteretur, vel antequam liberos ſuſciperet, compellatur ad honorem gerendum.

§. 8. Negotiatio pro 41 incremento facultatium exercenda eſt: alioquin ſi quis majore 42 pecuniæ ſuæ parte negotiationem exercebit, rurſus locuples factus in eadem quantitate negotiationis perſeveraverit, tenebitur muneribus, ſicuti locupletes, qui modica pecunia comparatis navibus, muneribus ſe publicis ſubtrahere tentant: idque ita obſervandum epiſtola Divi *Hadriani* ſcripta eſt. §. 9. Divus quoque Pius reſcripſit, ut quotiens de aliquo naviculario quæratur, illud excutiatur, an effugiendorum munerum cauſa imaginem 43 navicularii induat. §. 10. Conductores etiam vectigalium fiſci, neceſſitate ſubeundorum municipalium munerum non 44 obſtringuntur: idque ita obſervandum Divi Fratres reſcripſerunt. Ex quo Principali Reſcripto intelligi poteſt, non 45 honori conductorum datum, ne compellantur ad munera municipalia, ſed ne extenuentur facultates eorum, quæ ſubſignatæ ſint fiſco. Unde ſubſiſti poteſt, an prohibendi ſint à Præſide, vel Procuratore Cæſaris, etiam ſi ultro 46 ſe offerant municipalibus muneribus, quod propius eſt defendere, niſi ſi paria 47 fiſco feciſſe dicantur. §. 11. Coloni 48 quoque Cæſaris à muneribus [municipalibus] liberantur 49, ut idoniores prædiis fiſcalibus habeantur. §. 12. Quibuſdam 50 collegiis vel corporibus, quibus jus coeundi lege permiſſum eſt, immunitas tribuitur: ſcilicet eis collegiis vel corporibus, in quibus artificii 51 ſui cauſa unuſquiſque adſumitur: ut fabrorum corpus eſt, & ſi qua eandem rationem originis habent, id eſt, idcirco inſtituta ſunt, ut neceſſariam operam publicis utilitatibus exhiberent. Nec omnibus promiſcue, qui adſumpti ſunt in his collegiis immunitas datur: ſed artificibus 52 duntaxat. Nec ab omni ætate alligi 53 poſſunt, ut Divo Pio placuit: qui reprobavit prolixæ vel imbecillæ 54 admodum ætatis homines. Sed ne quidem eos qui augeant facultates, & munera civitatium ſuſtinere poſſunt, privilegiis, quæ tenuioribus per collegia diſtributis conceſſa ſunt, uti poſſe, pluriſariam 55 conſtitutum eſt. §. 13. Eos, qui in corporibus allecti ſunt, quæ immunitatem præbent 56 naviculariorum, ſi 57 honorem decurionatus adgnoverint, compellendos ſubire publica munera, accepi: idque etiam confirmatum videtur Reſcripto Divi Pertinacis.

De his qui ob munerum graviorum conditionem vacationem aliquam habent.

VI. TARRUNTENUS 58 PATERNUS lib. I Militarium.

QUibuſdam aliquam vacationem munerum graviorum 59 conditio tribuit: ut 60 ſunt 61 menſores 62, optio 63, valetudinarii 64, medici 65, capſarii 66, [&] artifices, & qui foſſam 67 faciunt, veterinarii 68, architectus, gubernatores, naupegi 69, balliſtrarii 70, ſpecularii 71, fabri ſagittarii, ærarii 72, buccularum 73 ſtructores 74, carpentarii 75, ſcandularii 76, gladiatores 77, aquilices 78, tubarii 79, cornuarii 80, arcuarii 81, plumbarii 82, ferrarii, lapidarii, & hi qui calcem cocunt 83, & qui ſylvam infindunt 84, qui carbonem 85 cædunt, ac torrent: in eodem numero haberi ſolent lanii venatores 86, victimarii 87, & optio 88, fabricæ, & qui ægris 89 præſto ſunt, librarii quoque qui 90 docere poſſint, & horreorum librarii 91, [& librarii] depoſitorum 92, & li-

15 Septuagenarius excuſationem habet à muneribus perſonalibus, vide *l. 5. ff. eod. l. 1. in fin. ff. de vacatione.* vide *Cujac. cap. 33. de præſcript.*

16 Qui annum aliquem ingreſſus eſt, nondum egreſſus intelligitur.

17 Niſi alia ſit conſuetudo: nam in Syria anni 65. excuſationem præſtant. *l. 3. ff. de cenſib.*

18 Poſteris alicuius data immunitas non extinguitur durantibus poſteris: eo tamen nomine non comprehenduntur ex fœminis nati. *l. 1. in fin. ff. eod. l. 13. ff. de munerib.*

19 Succeduntne ii, qui ante impetratam immunitatem nati ſunt? vide *Hotoman. 2. Illuſtr.*

20 Cui nulla definita eſt ætas, nullusque terminus, ut in cæteris ætatibus. *Cicer. de ſenect. 2. Alciat. 10. Parer.* 10. Infantia, ſeptimo anno: pueritia duodecimo in fœminis, 14 in maſculis: adoleſcentia, ſive pubertas 25. Juventus 46. Inde ſenectus.

21 Apud Lacedæmonios. *Gell. 2. Noct. Att. 15. & Cicer. 2. de ſenect.* Lacedæmone eſſe honeſtum domicilium ſenectuti: nuſquam enim tantum ætati tribuitur, nuſquam eſt ſenectus honoratior.

22 Senectus ut juventutem ſequitur. *l. 69. in fin. ff. de leg. 3.* aut, ut Seneca ait, adoleſcentiam: ita mors ipſa ſenectutem ſequitur. 4. *Epiſtol.* 30.

23 Et privilegiis digna. *l. 34. in fin. ff. de uſufr. legato.*

24 Seni quæ debetur reverentia conſiſtit aſſurgendo. *Cicero 1. de Invent. Juvenal. Satyr. 13. ibi. credebant hoc grande nefas: Cicer. de ſenectute.* aut loco dando, aut cedendo, vel ut Ariſtot. ait. ἐν τῇ ὑπαναστάσει, καὶ κατακλίσει, & domum deducendo, ac reducendo, vel ut Plato ait 6. *de legibus.* ἔργῳ τε, καὶ ἔπει, *Gell. 2. Noct. 15.* Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi, neque pecuniæ præſtantior honos tribui, quam ætati, ſolitus, majoreſque à minoribus colebantur ad Deum prope, & parentum vicem atque in omni loco inque omni ſpecie honoris, priores potioreſque habiti. A convivio ſeniores à minoribus domum reducebantur. Poſtea ſeni antelatus eſt, qui plures liberos habebat, &c. 25 Senes honoris cauſa vacationem habent. 54. *Ecl. 6. c. 4. l. 2. in fin. l. 11. ff. de decur. l. 3. §. 6. ff. de munerib. l. 2. §. 7. ff. de vacatione. l. 10. C. de decurion.* addamus eos puniri mitius. *l. 2. in fin. ff. de termino moto. l. 6. ff. de peculatu.* Inviti non coguntur dicere teſtimonium. *l. 8. ff. de teſtib.* teſtamenti faciendi facultate non privantur. *l. 3. qui teſtamenta.* nonnunquam noſtra intereſt potius à ſene quam à juvene manumitti. *l. 15. in fin. ff. de fideicommiſſ. libert.* ſi de tabulis teſtamenti deponendis agitur, ſenior ſemper præfertur. *l. ult. ff. de fide inſtr.* relicta ad alimentum ætatis ſenilis ad honorem civitatis pertinere dicuntur. *l. ult. ff. de legat. 1.* ſenioribus liberis parentes ſolent claves, & anulum cuſtodiæ cauſa relinquere. *l. 77. §. 21. ff. de leg 2.*

26 Conſuetudo cujuſque loci inſpicitur. *l. 11. in fin. ff. de decur.* 27 Seu præciſe. *l. 1. in fin. ff. vi legator.* 28 Ἀριθμὸς ἀνάγκῃ. *Hal.* 29 Nota de ſexdecim liberorum parente. *l. 24. C. de decur.* 30 Etiam patrimoniali: dixi ad Titul. *C. qui numero liberor.* ubi plenius exponitur, quot liberi à quibus muneribus excuſarent. 31 §. 4. *ff. eod.* 32 Imo in quinquennium. *l. 5. ff. de munerib.*

33 Adhortanda præmiis. *Hal. Cic. 3. de Nat.* nec domus nec reſpublica ratione quadam, & diſciplina deſignata videtur, ſi in ea nec recte factis *præmia* extent ulla, nec ſupplicia peccatis, *& in Bruto,* Solon dicebat rempublicam duabus rebus contineri, præmio, & pœna. 34 *l. 17. §. pen. ff. de excuſ. tut.* 35 *l. 3. §. 6. ff. de munerib. l. ult, C. de munerib.* 36 Naves maritimæ. *l. 3. ff. de vacatione.* ſunt enim aliæ fluviatiles. *l. 1. §. 6. ff. de exercit.* 37 Naviculariorum corpus, & collegium licitum. *§. ult. ff. eod. l. 1. ff. quod cujuſque.* 38 Λειτουργία publicum munus Græcis. Populum Plutarchus *in Romulo*, ut & curiam λαιτὸν vocat *Herodotus.* Munere publico etiam funguntur qui ſacris rebus vacant. Hinc illud Lucæ 1. *verſ.* 23. ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τῆς λειτουργίας αὐτοῦ, *& Act. 13. verſ. 2.* λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ. Inde ἑσπερινὴ λειτουργία. *Theod. 4. hiſt. Eccleſ. 1.* veſpertinæ precationes, ac ne hi quidem ſoli λειτουργοὶ, ſed etiam magiſtratus λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν. *Rom. 13. verſ. 6.* & flamma & ignis Dei λειτουργοὶ dicuntur. *Heb. 1. verſ. 7.* καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ: quin & dominus ipſe Pontifex noſter τῶν ἁγίων λειτουργὸς dicitur. *Heb. 8. verſ. 2.* vocabulo Liturgiæ, *Miſſa* etiam ſignificatur, de qua dicam *Novell 7. c. 11. Novell 120. 133.* 39 Adde *l. 13. §. ult. ff. tit. prox.* 40 Nota cauſas immunitatis: certo collegio adſcriptum eſſe, anni ſeptuaginta publica profeſſio πολυπαιδία.

41 *l. 4. §. 1. ff. de munerib.* Bartolus inde vult numerum canonicorum augeri pro incremento reditus Eccleſiæ. 42 Adde *l. 5. ff. de muner.* 43 Adde *l. 4. in fin. ff. de muner.* 44 Vide quæ ſcripſi ad *l. unicam. C. ne tutor, vel curator vectigal. conducat.* 45 *l. 15. §. 10. ff. de excuſ. tutor. l. 8. C. eod.*

46 *l. 25. ff. de procur.*

47 Nec ſinit unquam eam rationibus domini paria facere, 1. *Columella* 8. non feci paria. 7. *Plin. Epiſt.* 19. Idem *in panegyrico,* pro munere tanto paria accipiendo feciſti. *& alibi,* influentibus negotiis paria feciſti: adde *l. 40. §. ult. ff. de ſtatulib.* ſic dicimus parem rationem facere, *l. ultim. § ult. ff. de doli mali except.* par ratio, *l. 22. ff. de manu. teſt.* & pariare, *l. 4 §. 5. ff. de manum.* pariationes, *l. ult. §. 3. ff. de cond. indeb.* pariator, *l. 81. ff. de cond. & demonſt.*

48 *l. ult. §. 1. ff. ad municip.*

49 Imo non liberantur, *l. 8. C. de excuſ. tut.*

50 *l. 1. ff. quod cujuſque.*

51 *l. 1. l. 2. C. de excuſ. artificum.*

52 Vide *l. 9. C. de ſacroſ. Eccl.*

53 *Al.* adlegi.

54 Imbecillæ. *Hal.* imbecillis. *Vulg.*

55 Pluriſariam dixit, ut alibi trifariam, *l. ult. §. 28. ff. de muner.* & quadrifariter, *l. 10. §. 4. ff. de gradibus.* pluriſariam vero idem quod multifariam πολυμερῶς, ſic enim vertit vetus interpres Epiſt. ad *Hebr. c. 1.*

56 Ut naviculariorum. *Hal. l. 9. in fin. ff. de decur.* 57 Immunitatem amittit qui decurionatum agnovit, *l. 3. in fin. ff. tit. prox. l. 1. l. 2. C. de his, qui ſponte munera.* qui partem decurionatus, veluti honorem aliquem municipalem, non item, *l. 1. C. de his, qui ſponte munera.* 58 Aurelius Arcadius libro ſingulari de muneribus civilibus. *Hal.* alias T. Arruntenus: hic forte legendum Præfectus Prætorio ſub Antoninis, quem T. Aruntenum Vegetius ſcribit diligentiſſimum aſſertorem juris militaris. 59 Gravior. *Hal.* 60 Hi omnes qui ſequuntur, non ſunt promiſcui vulgi artifices, ſed, ut docet hujus legis inſcriptio, militiæ & exercitus artifices: quales permulti exercitum ſequebantur. 61 Adde huic legi *l. 1. C. de excuſ. artific.* 62 Menſores hic ſunt frumentarii, de quibus dixi ad *l. 18. §. 5. ff. de vacatione.* vel qui in caſtris dimetiuntur ad podiſmum, (podiſmus eſt dimenſio pedibus facta) loca in quibus milites tentoria figant. 2. *Vitruv.* 7. *Leo in lib. de bellico apparatu c. 7.* μένσορες δὲ λέγονται οἱ τὰ φοσσάτα μετροῦντες, &c.

63 Optio eſt adjutor. adde Feſtum *in optio, & l. 6. ff. de bon. damn.* Hinc auxilia fœderatorum optiones dicuntur in *l. ult. c. de locato.* in re vero militari is eſt, quem decurio, aut centurio optat ſibi miniſtrum, quo facilius obeat munia publica: quin olim accenſus dicebatur. Feſtus. Varro 1. *de lingua,* præſertim dum ægritudine tenebatur. 2. *Vitruv.* 7. optiones igitur, ſunt adjutores militum gradu antecedentium, ſive digniorum, ac priorum, quibus reſpondent, quos Galli *Goutars* appellant, erant etiam optiones in fabricis militaribus. Plautus *in Aſinaria act. 1. ſc. 1.* tibi optionem ſumito Leonida, fabricare quid vis. Hinc optio fabricæ. Veget. *ib.* quin & ducibus & delegatoribus annonæ, qui & legatarii, Galli, *Commiſſaires des vivres,* adjungebantur optiones, vel opinatores, *l. 7. C. de exact. tribut. Nov.* 130. per quos erogabantur annonæ militares, *l. 9. C. de jure fiſci, l. 7. C. de exact. tribut.* hinc optio militum, diviſio annonæ *Nov.* 130. *l. 1. §. 2. ff de mun.* Galli *Clers des vivres.* Interdum etiam optiones vocantur præpoſiti carcerum, *l. 6. ff. de bon. damn.* hinc Ambroſio optiones carcerum, de quibus vide Cujac. 6. *obſ.* 33. 64 Valetudinarii Medici, (Budæus ita conjunctim legere videtur) ſunt, qui valetudine affectos curant οἱ νοσοκόμοι, ad officium Præſidis caſtrorum pertinebat expenſas dare Medicis, 2. Veget. 10. Ferrandus 1. *Explicat.* 52. valetudinarios interpretatur ipſos, ut *l. 12. in fin. ff. de re militari, ut &* Celſus *lib. 3.* unde valetudinarium locus in quo infirmi, Colum. 11. 12. Tacit. *de orat.* 65 *l. 33. §. 2. ff. ex quibus cauſis majores.* 66 Capſarii ſuntne capſarum artifices? nam alio ſenſu accipiuntur in *l. 3. in fin. ff. de off. præf. vigil.* pro veſtimentorum cuſtodibus, & librorum portatoribus in *l. 13. ff. de manu. vind.* Suet. *Nerone* 36. Juven. *Satyr.* 10. Certe Vegetius principalium militum nomina percenſens 2. *c. 7.* meminit librariorum, qui in libros referebant rationes ad milites pertinentes, librariorum etiam meminit hæc lex *ff. eodem.* 67 Foſſores, Galli *pionniers, vaſtadours.* adde 6. *Veget.* 10.

68 VI. *Colum.* 8. κτηνιάτροι mulomedici ἱππίατροι, vide *l. 1. C. de excuſ. artific.* iidem ſoleas equis affigunt: veterina eſt jumentum, à vehendo, vel quod ad ventrem onus relegatum gerat. Feſtus *in voce veterinam.* 69 Naupegii, *Vulg.* fabricatores navium. 70 Baliſtarii. *Vulg. Hal.* Baliſtæ genus tormenti bellici. 2. *Veget.* 10. cujus deſcriptionem vide apud Ammian. 23. *poſt principium.* 10. *Vitruv.* 16. 71 Hæc vox deeſt in vulgata. Specularii videntur eſſe, qui à Vegetio dicuntur cunicularii. 2. *Veget.* 11. *in fin.* ſpeculariorum meminit, *l. 1. C. de excuſ. artif.* ſed alio ſenſu.

72 *l. ult. C. de excuſ. artif.* χαλκεῖς Græci appellant excuſores. *Quint. 2. Inſt. ult.* 73 Bucularii ſtructores, *Vulg.* bractearii ſtructores, *Haloan.* utrobique ergo diverſi ſtructoribus, bacularii, vel bactearii. Turneb. 9. *adverſ.* 16. legit buccularios, quos interpretatur galearum ſtructores, eſt enim buccula pars galeæ, alii tamen volunt eſſe buccæ tegumentum, *muſeliere.* In lexico B. Germani Buccula παραγνάθις ὀμφαλός: alii volunt eſſe inſtrumentum in quo ſucula conditur catapultis exercendis parata. Turnebi opinionem confirmo *l. 1. C. Theod. de Fabricenſib.* cum ſenæ per tricenos dies ex ære tam apud Antiochiam quam apud Conſtantinopolim à ſingulis Barbaricariis caſſides, ſed & bucculæ tegerentur: octo vero apud Antiochiam caſſidas, totidemque bucculas per dies 30. & tegerent argento, & deaurarent Juven. *Sat.* 10. Lorica & fracta de caſſide buccula pendent. De Buccellariis alibi dicam. Porro Alciatus legit hic *Baccalarios.* 74 Structores, ædificatores, *l. 1. C. de excuſ. artif. Cic. 2. ad Q. Fratrem* 4. Inſtructores. Veget. 2. *c.* 11. Ars ſtructoria, οἰκοδομική, τεκτονική, ſtructorum miniſtri ſunt λιθολόγοι, λιτουργοὶ, λατύποι, vectiarii, lapicidæ, ſcalptores. 75 *d. l. 1 C. de excuſ. artif.* 2. Veget. 11. 76 Scandularii, qui è ſcandulis hyberna contegebant. Scindulæ (Scindulas appellat à ſcindendo Iſidorus 7. *c.* 3. & 19. *c.* 19.) tabulæ ſunt ligneæ à ſcandendo dictæ, quæ vicem regularum præſtant, aptiſſime autem fiunt è quercu, vel glandiferis 16. *Plin.* 10. de ſcandulariis intellexit Vegetius 2. *c.* 11. habent, inquit, fabros lignarios, inſtructores, carpentarios, ferrarios, pictores (lege πηκτὸς ex *l. ult. C. de excuſ. artific.*) reliquoſque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda. 77 Gladiatores non ſunt μονομάχοι, qui à laniſtis inſtituebantur, ſed μαχαιροποιοὶ, id eſt, gladiorum artifices, *Bud. hic.* Lipſius 1. *Saturn. 7. in fin.* hic fatetur gladiatoris vocabulum proprie uſurpari, ſed parum uſitate: Demoſthenes Machæropii filius fuit. Suid. *in Demoſthen.* Gloſſis μαχαιροποιὸς cultellarius. 78 Aquileges. *Hugo à Porta. Bud.* inde pars aquilegii, 31. *Plin.* 3. Aquilices ab aquis eliciendis, ut aquælicium, quod magna ſiccitate fieri ſolet. Tertullianus gentes irridens *in Apologetico c. 20.* Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, *& adverſus Marcionem* nec ſtatim aquilicem & agricolam ſe Deus repromiſit. ſic imbrices ab imbribus ciendis. Imbricitor, Ennius 17. *Anna.* ſpiritus Auſtri imbricitor, & Elices, id eſt, ſulci aquarii, 2. *Colum.* 8. vide *l. 1. §. 9. ff. de aqua & aqua pluv.* & Jupiter Elicius Ovid. 1. *Faſt.* aquilices fere iidem ac libratores, *l. ult. C. de excuſ. artif.*

79 Tribularii, Turneb. 9. *adverſ.* 16. qui tribulos & murices faciunt, quibus equorum configantur pedes; idem tamen vocem *tubarii* probat, *ibid.* Tubarii ſunt tubarum opifices, à tibicine diverſi: Tubularii meminit Ammianus *lib. 28. circa pr.* quæ vox non à tubulis, quid enim tubulorum opifici cum præſide: ſed à tuba deducitur, niſi malis ibidem legere tabulario præſidialis officii.

80 Cornuarii, qui cornua militaria conficiunt. Cornu militare ex uris agreſtibus fit, tuba directa eſt: buccina in ſemetipſum in circulo æreo flectitur. 2. *Veget.* 5. inde æs curvum dicitur. *Veget. 2. c. 7.* Cornuarius autem non idem eſt, quod cornicen, qui olim æneator, qui committendum prælium monet, ſic enim legendum puto apud *Veget. 2. c. 7. in fin.* nec enim tubæ prælium committere ſolent, ſed committendum monere. 81 Arcuum opifices arcarii *Vulg.*

82 *l. ult. C. de excuſ. artif.* 83 Coquunt, *Hal.* 84 Incidunt, *Vulg. Hal.* 85 Arborem, *Vulg.*

86 Venatoribus immunitas data eſt, *ut hic:* venatoribus, inquam, militibus: hic enim agitur de re militari, & militibus, venatores milites non ſunt munifici. Cæteri venatores qui provinciam feris purgant, non ideo à civilibus muneribus excuſantur, *l. venatorib. 6. C. de excuſ. muner.*

87 Ii victimas in exercitu cædebant. *Bud.* vel potius vendebant. 1. *Valer.* 1. 88 Id eſt, adjutores præfecti fabrorum, de quo vide *Veget.* 11. fabrica eſt locus in quo arma conficiunt, ὁπλοποιεῖα. *Nov.* 85. Galli *Arſenals*, hinc Fabricenſes, qui in fabricis operantur, vide *tit. C. de Fabricenſibus.* 89 Medici *ff. eodem.* 2. *Veget.* 10. 90 Eos intelligit qui in libros referunt rationes ad milites pertinentes, 2. *Veget.* 7. 91 Librarii ſunt, exſcriptores, *l. 92. in fin. ff. de reg. jur.* vel quaſi tabularii. 92 Moris enim erat, ut ex donativo, quod milites conſequebantur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſervaretur, ne per luxum, aut inanium rerum comparationem à contubernalibus poſſet abſumi. 1. *Vegetius* 20. *in principio.*

93 Caduca dicuntur, quæ ex aliqua causa in fiscum cadunt. vide *tit. de caducis.* de militibus qui ære diruti dicebantur, dixi ad Varronem 4. *de lingua in fin. & ad Festum in Dirutum æra, & in Resignatum æs.* 94 Cornicularius est, qui corniculo tribuni militum præest, erat enim corniculum in ordinibus tribuni militum, ut in acie cornu. Cominius tribuno militari Lectorio diem apud populum dixit, quod cornicularium stum stupri causa appellasset. 6 *Valer.* 1. Primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia cornicule, mox equo meruit, *Tranquillus de claris Grammaticis.* vide *Turneb.* 5. *adverſ.* 10. de Corniculariis secretarii dicam ad *l.* 2. *C. de grat. ſacr. ſcrin.* 95 Vide *tit. C. de Strator.* 96 Pollones, *Hugo à Porta.* pelliones, *Hal.* pollitores. *Turneb.* 6. *cap.* 16. politores, qui arma, gladios, galeas pollunt: pelliones, qui pelles, sub quibus milites hyeme degunt, conficiunt. *Cicer.* 4. *Acad.* non nullum oculi imperatori sub ipsis pellibus relinquitur. adde quæ not. de pollionibus ad *l.* 72. §. 5. *ff. de ſolut.* Glossis Pellio ῥαμματοπώλης, ἀρμαμεντοπώλης: ἀρμαμεντάριος, pellarius Julius Firmicus *lib.* 2. Mars, & Mercurius in 10 ab Horoscopo loco poliones faciunt. adde *l.* 1. *C. de extraſ. artif. l.* 7. *ff. de ſupellectile.* 97 Buccinator. *Hal.*

Tit. VII.

DE LEGATIONIBUS [1].

De legatione deſerta.

I. Ulpianus lib. VIII ad Massurium Sabinum.

1 *l.* 10. *C.* 63.

2 *l.* 2. §. 1. *ff. eod. tit fin. C. eod.*

LEgatus municipalis, si deseruerit [2] legationem pœna adficiatur extraordinaria, motus ordine, ut plerumque solet.

De postulatione contra remp. cujus est legatus. 1. De quæstione, an sit legatio deserta. 2. An cessatio unius legati noceat alii. 3. De legativo.

II. Idem lib. II Opinionum.

3 Non per se. *l.* 8. §. 2. *ff. eod.*

4 *l.* 1. *ff. eod.*

LEgatus contra Rempublicam cujus legatus est, per alium [3] à Principe quid postulare potest. §. 1. Utrum quis deseruerit [4] legationem, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini patriæ suæ probare debet. §. 2. Cessatio unius legati ei qui munus, ut oportet, obiit, non nocet. §. 3. His qui gratuitam legationem susceperunt, legativum [5] ex forma restituatur.

An in legatum actio detur.

III. Africanus lib. III [6] Quæstionum.

5 *l.* 18. §. 12. *ff. de muner.*

6 Vide *Cujac.* 3. *ad Afr. fol.* 30.

CUm quæritur, an in eum qui in legatione sit, actio dari debeat: non tam interest, ubi quis aut crediderit, aut dari stipulatus sit, quam illud, an id actum sit, ut legationis [7] tempore solvetur.

7 *l.* 21. *ff. de obl.*

De debitore reipublicæ. 1. De his qui postulare non possunt. 2. De debitore fisci. 3. De accusatore. 4. De vicario. 5. De ordine. 6. De numero legatorum.

IV. Marcianus lib. XII Institutionum.

SCiendum est, debitorem Reipublicæ legatione fungi non posse: & ita Divus Pius *Claudio Saturnino* & *Faustino* rescripsit.

8 *l.* 1. §. 6. *ff. de postulando.*

§. 1. Sed & eos [8], quibus jus postulandi non est, legatione fungi non posse, & ideo [9] arena [10] missum, non jure legatum esse [missum] Divi *Severus* & *Antoninus* rescripserunt. §. 2. Debitores autem fisci non prohibentur legatione fungi. §. 3. Si accusatio alicujus publice instituta sit: non est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit ejus, qui accusatur, & ita Divi fratres *Æmilio Rufo* rescripserunt. §. 4. Legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. §. 5. Ordine [11] unusquisque munere legationis fungi cogitur: & non alias compellendus est munere legationis fungi, quam si priores qui in curiam lecti sunt, functi sunt.

9 Argumentum ab advocato ad legatum.

10 Id est, arenarium.

11 *l.* 3. §. 15. *ff. de muner.*

† Sed si legatio de primoribus [12] viris desideret personas, & qui ordine vocantur, inferiores sint, non [13] esse observandum ordinem D. Hadrianus ad *Clazomenios* rescripsit. §. 6. Præcipitur autem edicto Divi Vespasiani omnibus civitatibus, ne plures, quam ternos [14] legatos mittant.

12 Primores viri, principes civitatis.

13 Necessitas excusat à servando ordine *l.* 11. §. 2. *l.* 14. *in fin. ff. de muner.*

Quod tempus legato prosit. 1. Si non constet legatus sit, necne.

V. Scævola lib. I Regularum.

14 Tres ad summum legati mitti poterant à civitatibus, nec plures. Totidem sane à Romanis ad Attalum, & Nicomedem missi fuere, quorum tamen unus lapide caput saucius fœdas præterebat cicatrices, alter podagra laborabat, tertius stultior haberi consueverat. Cato contemplatus legatos, senatus inquit: legatos, mittit, qui ratione, pedibus, & capite carent.

LEgato tempus prodest, ex quo legatus creatus est, non ex quo Romam venit. §. 1. Sed si [15] non constat legatus sit, an non? Romæ Prætor de hoc cognoscit.

15 *l.* 2. §. 6. *ff. de jud.*

An propter legationem patris filius vacet.

VI. Ulpianus lib. V de Officio Proconsulis.

16 *l.* 1. *l.* 3. *C. de mun. & honorib.*

17 Vacationibus temporum. *l.* 18 *ff. ad municip. l.* 3. *C. de muner. & honoribus.*

18 Sine impensa.

19 *l.* 13. *ff. eod.*

20 Est enim vicissitudo in deferendis legationibus servanda. *l.* 12. *ff. de vacatione. l.* 2. *C. de muner. & honor.*

21 An legatus provincialis Romam missus ibi quamdiu legatione fungitur suas actiones movere, & instituere possit, vide apud Cujac. 2. *obſ.* 22.

FIlio propter [16] patrem legationis vacatio ne concedatur, Imperator noster cum patre *Claudio Callisto* rescripsit in hæc verba: *Quod desideras, ut propter legationem patris tui à legatione tu vaces, in interballu* [17] *honorum, qui sumptum habent, recte observatur: in impendiis legationum, quæ solo* [18] *ministerio obeuntur, diversa causa est.*

De patre per filium legatione functo.

VII. Papinianus lib. I Responsorum.

FIlius decurio pro [19] patre legationis officium suscepit: ea res filium, quo minus ordine suo legatus proficiscatur, non excusat: patet tamen biennii vacationem vindicare poterit: quia per filium legatione functus videtur.

De his qui legatione functi sunt. 2. Quibus negotiis legati interponere se non debent.

VIII. Paulus lib. I Regularum.

PAulus respondit, eum qui legatione functus est, intra tempora vacationis præfinita non [20] oportere compelli rursum ad defendendum publicum negotium, etiam si de eadem causa litigetur. §. 1. Imperatores Antoninus & Severus Augusti *Germano Silvano*: legatione functis biennii vacatio conceditur. Nec interest, utrum legatio in Urbe, an in Provincia agentibus nobis mandata sit. §. 2. Paulus respondit, eum [21] qui legatione fungitur, neque alienis [22], neque propriis negotiis se interponere debere: in qua causa non videri eum quoque contineri, qui cum amico suo Prætore gratis consilium participat.

An legatus agere possit.

IX. Idem lib. III Responsorum.

PAulus respondit, de eo [23] damno, quod legationis tempore legatus passus est, posse eum etiam legationis tempore experiri.

1. De eo qui in legatione mortuus est.

X. Idem lib. I Sententiarum.

LEgatus, antequam officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his quæ ad injuriam ejus, vel damnum parata sunt. §. 1. Si quis in munere legationis, antequam ad patriam revertatur, decessit [24], sumptus qui proficiscenti sunt dati non restituuntur [25].

20 Adde *l.* 15. *ff. eod.*

21 *l.* 10. *ff. eod.*

22 Adde *l.* 4. *ff. de off. adſeſſ. l.* 19. *in fin. ff. loc.*

23 *l.* 10. *ff. eod.*

24 Adde *l.* 4. *ff. de off. adſeſſ. l.* 19. *in fin. ff. loc.*

25 Sed ad legati heredes transmittuntur.

De legatione absenti injuncta.

XI. Idem lib. singul. de jure Libellorum.

SI absenti [26] injuncta est legatio, eamque gratuitam suscepit: potest quis & per alium legationem mittere. §. 1. Qui legationis officio fungitur, licet suum negotium curare non potest: Magnus tamen *Antoninus* permisit ei pupillæ nomine & instruere [27] & defendere causam, licet legationi, quam suscepit, nondum renuntiaverit: præcipue cum Principem officii ipsius absentem esse dicebat.

26 Vide *l.* 36. *ff. ad municip.*

27 Instituere. *Hal.*

De emptione.

XII. Scævola lib. I Digestorum.

LEgatus creatus à patria sua, suscepta legatione, in Urbem Romam venit, & nondum perfecta legatione, domum, quæ erat in ipsius civitate Nicopoli emit. *Quæsitum* est, an in Senatusconsultum inciderit, quo [28] prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel privatis rebus obstringi? *Respondit*, non videri teneri.

De vicario.

XIII. Papinianus lib. I Responsorum.

VIcarius [29] alieni muneris voluntate [30] sua datus, ordine suo legationem suscipere non admissa biennii præscriptione cogetur.

De libera legatione.

XIV. Ulpianus lib. LXXIV ad Edictum Prætoris.

QUi libera [31] legatione abest, non videtur Reip. causa abesse: hic enim non publici commodi causa, sed [32] sui abest.

De libelli oblatione.

XV. Modestinus lib. VII Regularum.

IS, qui legatione fungitur, libellum sine permissu Principis de aliis [33] suis negotiis dare non potest.

De pluribus legationibus. 1. Si cui ante, vel post legationem susceptam negotium moveatur.

XVI. Idem lib. VIII Regularum.

EUndem plures legationes suscipere prohibitum non est: præterea [34] si & sumptus & itineris compendium suadeat [35].

§. 1. Ante legationem susceptam si cui negotium moveatur, etiam absens defendi debet: susceptæ legationi, non [36] nisi injuncto munere fungatur.

De legato pulsato. Legatos & liberos esse & sanctos haberi. De dedito hostibus.

XVII. Pomponius lib. XXXVII ad Quintum Mucium.

SI [37] quis legatum [38] hostium pulsasset, contra [39] jus gentium id commissum esse existimatur: quia 40 *sancti* 41 *habentur legati*: & ideo, si cum legati apud nos essent gentis alicujus bellum cum eis indictum sit? responsum est, liberos eos manere 42: id enim juri gentium conveniens esse: itaque eum qui legatum *pulsasset*, Quintus Mucius 43 dedi hostibus, quorum erant legati, solitus est respondere: quem hostes si non recepissent, *quæsitum* est, an civis Romanus maneret? quibusdam existimantibus manere, aliis contra: quia quem semel Populus jussisset dedi, ex civitate expulsisse 44 videretur. sicut faceret, cum aqua 45, & igni interdiceret: in qua sententia videtur Publius *Mucius* fuisse: id autem maxime quæsitum est in Hostilio Mancino 46, quem Numantini sibi deditum non acceperunt, de quo tamen lex postea lata est, ut esset civis Romanus: & Prætüram quoque gessisse dicitur.

28 Senatusconsultum, & formam de legatis observa. *l.* 8. *in fin. l.* 11. *ff. eod.*

29 *l.* 7. §. *eod.*

30 Et sic non invitus datus est.

31 Qui liber à legatione. *Vulg.* & male. Porro libera legatio. *Burton. in Tibir. cap.* 31. (& jus legationis liberum.) *Cicer.* 1. *Philipp. & l.* 5. *Epiſt. ad Attic. &* 11. seu votiva legatio, *Cicer.* 2. *ad Att.* 18. & 1. *Epiſt.* 14. & 12. *Epiſt. ult. &* 15. *ad Attic.* 4. & 11. *familiar.* 1. hic dicitur, quæ à senatu, vel imperatore donabatur clarissimis viris titulo tenus ad res proprias, & privatas gerendas, veluti ad adeundas hereditates sibi delatas. *Cicer.* 3. *de legib.* alias senatori ab urbe abesse non licet, vide *Mantuum* 1. *Epiſt. ad Att.* 1. *Bud. bic.* libera dicitur, quod nullo sit finita tempore, sic libera cretio dicitur. *Cujac.* 9. *obſ.* 19. interdum etiam legatis libera mandata de summa rerum senatus constituebat. *Liv.* 1. *de libell. Macedonicis.*

32 Puta adeundæ hereditatis causa, Cicero 1. & 2. *agraria*, exigendi causa, *Cicero pro Flacco.*

33 *l.* 8. *ff. eod.*

34 Id est, præsertim.

35 Subeat. *Vulg.*

36 *l.* 2. *de in jus voc. l.* 2. *ff. cum, qui appellaverit.*

37 Vide Balduinum in Scævola: ubi hanc legem explicat, *fol.* 109. *& ſequent.* Goth. Adde Vigl. *de teſtam. ordinand.* §. *teſtamentum, num.* 11. Ans. 38 *l.* 7. *ff. ad l. Jul. de vi publica.* 39 Hinc Græci κρίσεως ἀδίκου τύραννος, ἀδικία ὑφίσταται. 40 Probus in Pelopida, legationum jure totum se arbitrabatur, quod apud gentes sanctum esse confuesset. Varro 3. *de ling.* sancta sunt, inquit, corpora legatorum. Hisque de rebus judicabat fecialis, vide *Cujac.* 11. *obſ.* 5. Cicero *pro lege Manilia* refert, ideo Corinthum à Romanis eversam, quod legati Romanorum à Corinthiis durius appellati fuissent. Idem eo nomine Romanos oratione sua hortatur, ut Pompejum eligant adversus Mithridatem, à quo legati Romani fuissent occisi. Idem etiam 1. *in Verrem*: nonne legati inter hostes incolumes esse debent? vide *ibid. Aſconium.* 41 *Forte legendum*, sacrosancti: quia jurejurando interposito, id erat institutum, ut qui violasset, puniretur. Cicero *de aruspicum responſis & Verrina* 3. *& pro lege Manilia, Livii epitome* 15. *Livius* 5. 6. 20. 21. 23. 30. 38. Ita Tribuni plebis & Ædiles sacrosancti, ut ex Marci Catonis oratione inscripta, ædiles plebis sacrosanctos esse docet Festus in sacrosanctum.

42 Vice versa legato arma capere non licet in eos apud quos legatione fungitur, ut tres Fabii fecere ad Gallos missi: qua in re Livius, & Plinius scribunt jus gentium violatum, dictamque eis diem à Quinto Fabio tribuno plebis. vide *Cujac. ibid.* Quid si nefanda consilia ineunt adversus eos apud quos legati missi sunt? interdum jus gentium valuit. *Livius* 2. interdum non valuit, Thucydid. 2. ubi de legatis Lacedæmoniorum ad regem Persarum missis & ab Athenienſibus interceptis tractat, sic apud Livium 3. *decad.* 3. legatos Carthaginenſium ad regem Macedoniæ euntes Romani interceperunt. 43 *l.* 4. *ff. de captivis.* 44 Expulisse. 45 De aquæ & ignis interdictione dixi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de leg.* 3. 46 Vide *Cic. & in topicis in loco à notatione*, & 3. *de oratore*, & *in oratione pro Cæcinna.* Itaque hujusmodi postliminium non justum pronuntiatum est. 7. *Gell.* 18.

Tit. VIII.

DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIVITATES [1] PERTINENTIUM.

1 Περὶ πολιτικῶν καὶ κοινομίων ἀρχόντων, &c. 54. *Eccl.* 10.

De relictu ad certam speciem.

I. Ulpianus lib. X Disputationum.

QUod ad certam speciem Civitatis relinquitur, in alios usus convertere non [2] licet.

2 *l.* 4. *ff. eod.* Imo licet, vide *l.* 16. *ff. de usufruct. leg.*

De locatione & conductione. 2. De frumentaria ratione vel pecuniaria. 7. Si idoneus nominatus postea facultatibus lapsus sit. 8. De pactu. 9. De periculo collega. De eo, qui pro collega dependit. 11. De conductore & fidejussore conductoris, & herede fidejussoris.

II. Idem lib. III Opinionum.

NOn utique de exemplo [3] posterioris locationis præteritarum conductionum, quæ suam legem habuerunt, rationem iniri oportet. §. 1. Quod quis suo [4] nomine exercere prohibetur, id nec per subjectam personam agere debet: & ideo si decurio, subjectis aliorum nominibus, prædia publica [5] locat [6], quæ decurionibus conducere [7] non licet, secundum legem usurpata revocentur. §. 2. Quod de frumentaria [8] ratione in alium usum conversum est, sua causa cum incremento debito restituatur: idque etsi contra absentem pronunciatum est, inanis est querela: ratio tamen administrationis secundum fidem acceptorum [9], & datorum ponatur. §. 3. Frumentariæ pecuniæ suo nomine debitor quamprimum solvat: necessario enim omnibus rebus publicis frumentaria pecunia moram [10] solutionis accipere non debet: sed debitores, quos ex eadem causa habet, ad solutionem per Præsidem Provinciæ compellantur. §. 4. Ad frumenti comparationem pecunia data restitui civitati, non compensari in erogata debet. Sin autem frumentaria [11] pecunia in alios usus, quam quibus destinata est, conversa fuerit, veluti in opus balneorum publicorum: licet ex bona fide datum probatur, compensari quidem frumentariæ pecuniæ non oportet: solvi autem à Curatore Reipub. jubetur. §. 5. Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum suis usuris sit, immodicæ, & illicitæ computationis modus non adhibetur, id est, ne commodorum commoda & usuræ [12] usurarum incrementum faciant. §. 6. Grani æstimationem per [13] injuriam post emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, Curator Reip. domino restitui jubeat. §. 7. Si eo tempore quo nominatus est idoneus, postea lapsus facultatibus, dam-

3 Argumentum à præsenti locatione ad præteritam non ducitur.

4 Per subjectam vel suppositam personam nemo id exercere aut agere potest, quod suo nomine ipse agere prohibetur. vide *l.* 1. *C. quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet.*

5 Dixi ad *l.* 30. *C. de locato.*

6 *Al.* colat.

7 Decurio publicorum vectigaliumve aut prædiorum conductor esse non potest, *ut hic, l.* 6. §. 2. *ff. de decur.* ubi vide quæ scripsi.

8 §. 4. *ff. eod. l.* 2. *C. de frum. urb. Conſt.*

9 Rationes acceptis & datis constant. *l.* 6. §. 3. *ff. de edendo.*

10 Necessitas moram non admittit.

11 V. §. 2. *ff. eod.*

12 Usuræ usurarum legitime non postulantur. vide *l.* 28. *C. de uſuris.*

13 Emptor rem emptam interdum cogitur restituere venditori, recepto tamen pretio: multo magis pretium ei restituendum est, si per injuriam emptor coactus fuerit rem emptam restituere.

damnum debitis Reipubl. dedetitquia fortuitos [14] casus nullum humanum consilium providere potest, Creator [15] hoc nomine nihil præstare debet. §. 8. Jus Reipublicæ pacto [16] mutari non potest, quominus magistratus collegæ quoque nomine conveniantur in his speciebus, in quibus id fieri jure permissum est.

§. 9. Actio autem, quæ propterea [17] in collegam decerni solet, ei, qui pro altero dependit, ex æquitate competet.

§. 10. Quod depensum pro collega in magistratu probabitur, solvi, & ab heredibus ejus Præses Provinciæ jubet. §. 11. [Idem ex eodem libro] conductore perficiendi operis punito, fidejussor, qui pro eo intervenerat, idem opus extruendum alii locaverat, nec à secundo redemptore opere perfecto usurarum præstationem heres fidejussoris recusare non debet: cum & prior causa in bonæ fidei contractu in universum fidejussorem obligaverit: & posterior locatio, quia suum periculum agnovit, solidæ præstationi Reipublicæ eum substituerit. §. 12. Qui fidejusserint [18] pro conductore vectigalis *in* [19] *universam conductionem*, in [20] usuras quoque [in] jure conveniuntur, nisi proprie quid in persona eorum verbis obligationis expressum est. §. 13. Sed si in locatione fundorum pro sterilitate temporis boni viri arbitratu in solvenda pensione cujusque anni pacto comprehensum est: explorata lege conductionis, fides bona sequenda est.

De periculo collegæ. 1. De locatione. 2. De novatione. De pecunia constituta. 3. An filius pro patre cavere cogatur. 4. De pignore dato à fidejussore.

III. PAPINIANUS lib. I Responsorum.

CUratores [21] communis officii, divisa pecunia, quam omnibus in solidum publice dari placuit, periculo vice mutua non liberantur.

ULPIANUS.

PRior [22] tamen exemplo tutorum [23] conveniendus est is, qui gessit. §. 1. [Ex eodem libro] Prædium publicum in quinque annos idonea cautione non exacta Curator [24] Reipublicæ locavit: cæteris [25] annis colonus si reliqua traxerit, & de fructibus prædii mercedes [26] [que] [27] servari non potuerint [28], successor, qui locavit tenebitur, idem in vectigalibus non ita pridem constitutum est: [scilicet] ut sui temporis singuli periculum præstarent. §. 2. In eum qui administrationis tempore creditoribus Reipublicæ novatione facta pecuniam cavit, post depositum officium [29] actionem denegari non [30] oportet. Diversa causa est ejus, qui solvi constituit: similis etenim videtur ei, qui publice vendidit, aut locavit. §. 3. Filium pro patre curatore Reipublicæ creato cavere [31] cogi non oportet, nec mutat, quod in eum pater emancipatum, prius quam curator constitueretur, partem bonorum suorum donationis causa contulit. §. 4. Pro magistratu fidejussor interrogatus pignora quoque specialiter dedit, in eum casum pignora videntur data, quo recte convenitur videlicet postquam res ab eo servari non potuerit, pro quo intercessit.

De pecunia in certos usus legata.

IV. VALENS lib. II Fideicommissorum.

LEgatam municipio pecuniam in aliam rem, quam defunctus voluit, convertere citra Principis auctoritatem non licet [32], & ideo si unum opus fieri jusserit, quod Falcidiæ legis interventu fieri non potest, permittitur summam, quæ eo nomine debetur, in id quod maxime necessarium Reipublicæ videatur, convertere sive plures summæ in plura opera legantur, & legis Falcidiæ interventu id quod relinquitur omnium operum extructioni non sufficit, permittitur, in unum opus, quod civitas velit, erogari. Sed municipio pecuniam legatam, *ut ex reditu ejus venatus* [33], *aut spectacula edantur*, Senatus in eas causas erogari vetuit [34], & pecuniam eo legatam, in id quod maxime necessarium municipibus videretur, conferre [35] permittitur, ut in eo munificentia ejus, qui legavit, inscriptione [36] notetur.

De venditione fructuum. 1. De pecunia legata.

V. PAULUS lib. I Sententiarum.

DEcuriones pretio viliori [37] frumentum, quod annona temporalis est, patriæ suæ præstare non sunt cogendi. §. 1. Nisi ad opus novum [38] pecunia specialiter legata sit, vetera ex hac reficienda sunt.

De dolo, culpa, & diligentia.

VI. ULPIANUS lib. I ad Edictum Prætoris.

MAgistratus Reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam [39], & hoc amplius etiam diligentiam debent.

An pater filii nomine teneatur.

VII. PAULUS lib. I ad Edictum Prætoris.

SI filiusfamilias, volente patre magistratum gesserit, Julianus existimavit, in solidum [40] patrem teneri in id, quod ejus nomine Reipublicæ abesset.

De errore calculi. 1. De rationibus expunctis.

VIII. MODESTINUS lib. VIII Regularum.

CAlculi erroris retractatio etiam post decennii, aut vicennii tempora admittetur. §. 1. Sed si gratiose [41] expunctæ dicentur, non retractabuntur.

De pecunia, quæ apud curatores remansit, vel à redemptoribus operum exigi non potest. 1. De heredibus curatorum. 2. De agro reip. bona fide possessis. 3. De operum exactione non committenda sine cautione. 4. De negligentia & fraude curatorum. 5. De pecunia ad annonam destinata. 6. Si non segniter officio suo functi sint. 7. Curatorem calendarii non cavere. 8. De periculo collegæ. 9. De periculo nominum. 10. De usuris ab eo, qui publicam pecuniam detinuit, præstandis.

IX. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores Antoninus & Verus rescripserunt *pecuniæ, quæ apud curatores remansit, usuras* [42] *exigendas: ejus vero, quæ à redemptoribus operum exigi non potest, sorti is dum taxat periculum ad curatores pertinere.* §. 1. Item rescripserunt, *operum periculum etiam* [43] *ad heredes curatorum pertinere.* §. 2. Item rescripserunt, *agros Reipublicæ retrahere* [44] *Curatorem Civitatis* [45] *debere, licet à bona fide emptoribus possideantur, cum possint ad auctores suos recurrere.* §. 3. Item eodem libro Imperatores *Antoninus & Verus* rescripserunt, *operum exactionem sine cautione non oportere committi.* §. 4. Item rescripserunt, *Curatores, si negligenter* [46] *in distrahendo bonis se gesserint, in simplum teneri: si per fraudem, in duplum: nec ad heredes eorum pœnam descendere.*

§. 5. Item rescripserunt, pecuniam ad annonam destinatam [47] distractis rebus curatorem exigere debere. §. 6. Item rescripserunt, sitonas [48] indemnes esse oportere qui non segniter officio suo functi sunt, secundum literas Hadriani. §. 7. Item rescripserunt, à curatore calendarii [49] cautionem exigi non debere, cum à [50] Præside ex inquisitione eligatur. §. 8. Item rescripserunt, curatorem etiam nomine collegæ [51] teneri, si intervenire & prohibere eum potuit. §. 9. Item rescripserunt, nominum, quæ deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere: quia vero antequam curator fieret, idonea non erant, æquum videri, periculum ad eum non pertinere. §. 10. [Idem libro eodem] Imperatores *Antoninus & Verus* rescripserunt, eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & post non pauco tempore detinuerat, usuras [52] etiam præstare debere, nisi si quid allegare posset, qua ex causa tardius intulisset.

TIT. IX.

DE DECRETIS AB ORDINE [1] FACIENDIS.

De Medicis.

I. ULPIANUS lib. III Opinionum.

MEdicorum intra [2] numerum [3] præfinitum constituendorum arbitrium non Præsidi Provinciæ commissum est, sed Ordini [4], & possessoribus cujusque civitatis: ut certi de probitate morum [5], & peritia artis eligant ipsi, quibus se [6] liberosque suos in ægritudine corporum committant [7].

De legitimo numero cogendo.

II. MARCIANUS lib. I Publicorum.

ILla decreta, quæ non [8] legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent.

III. ULPIANUS lib. III de Appellationibus.

LEge autem municipali cavetur, ut Ordo non aliter habeatur, quam duabus [9] partibus adhibitis.

De decretis ambitiosis. 1. De largitione. 2. De salario.

IV. IDEM libro singulari de Officio Curatoris Reipublicæ.

AMbitiosa [10] decreta decurionum rescindi debent, sive aliquem debitorem dimiserunt, sive largiti sunt. §. 1. Proinde [11] (ut solent) sive decreverint de publico alicujus vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præstari, nihil valebit hujusmodi decretum. §. 2. Sed etsi salarium [12] alicui [13] decuriones decreverint, decretum id nonnunquam [14] ullius erit momenti: ut puta si ob liberalem [15] artem fuerit constitutum, vel ob medicinam: ob has enim causas licet constitui salaria.

De decretis rescindendis, vel non.

V. CALLISTRATUS lib. II de Cognitionibus.

QUod semel ordo decrevit, non [16] oportere [id] rescindi, D. Hadrianus *Nicomedensibus* rescripsit, nisi ex causa, id est, si ad publicam utilitatem respiciat rescissio prioris decreti.

De eo, qui extra synedrium judicavit.

VI. SCÆVOLA [lib. I Digestorum].

MUnicipii ita lege cautum erit: Ἐὰν τις ἔξω τῆς συνεδρίας δικάσῃ, τότε συνεδρίῳ εἰρχθῆναι καὶ ἑκατοντάδραχμος ζημίαν. *Si quis extra Synedrium* [17] *judicaverit, ordine seu Synedrio movetur, & luat ad hac drachmas mille.* Quæritum est, an pœnam sustinere debeat, qui ignorans [18] adversus scientes paratas esse.

1 Decurionum fo. x. C. XLVI.

2 Vide quæ scripsi de immunitate medicis data ab Imperatoribus ad *l. 5. C. de professorib. & medicis.*

3 *l. 6. §. 2. ff. de excus. tut.*

4 Imo, non ordini, sed Episcopis, & aliis personis. *l. 18. C. de episc.*

5 Medicum probum, ac peritum esse convenit. In medico morum probitas, & artis peritia requiritur.

6 Medicis plurimum deferri oportet. Plin. 24. c. 1. Imperatoribus una medicina imperat. Tertullianus in *Scorpiaco.* horrorem operis fructus excusat, ululans denique ille, & gemens, & mugiens inter manus medici postmodum eas mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & fæ-vas jam negabit, vide plura apud Cassiodorum 6. variarum in formula Comitis Archiatrorum.

7 Evenit tamen persæpe ob eorum ignorantiam, quod Plinius 29. c. 1. refert. Discunt, inquit, periculis nostris, & experimenta per mortes agunt.

8 *l. 39. ff. de rejud. l. 8. C. de legib.* 9 Duæ partes, curia: duæ partes, duæ tertiæ. Ita nominationes ad munera civilia citra decretum, consilium que publicum, præsentibus omnibus decurionibus, aut saltem duabus tertiis totius ordinis fieri non possunt, *ut hic, l. nulli 3. ff. quod cujusque universit.* At quæ illæ partes? Ræverdus in *l. 160. §. referetur ff. de reg. jur.* has duas partes interpretatur bulen, & Ecclesiam, quarum auctoritatem in decretis municipalibus publicis necessariam fuisse docet Plinius *Epist.* 10. verum bule, & Ecclesia non partes curiæ videntur esse, sed potius ipsa curia. Nam βουλὴ curia est. *l. 10. ff. de politeit.* vide *l. 19. ff. ad municipalem.* 10 *l. 2. C. cod. l. 12. C. de transact.* κοινωνικὴ ψῆφος. Eadem forma ambitiosæ correctiones Ciceroni *ad Attic.* ambitiosæ sententiæ Suetonio in *Domitiano.* 11 Vide Rævard. *lib. 5. Var. cap. 6.* Ans. Adde Menochium de *arbitr. jud. lib. 1. quæst. 12.* S. L. 12 Salaria sunt, τὰ δίδομενα εἰς τροφὴν, συντήρησιν, καὶ ὀψώνιον. Dicta nonnulli putent, vel à sale, vel quod dentur, ut percipientes inde se alant. 13 Decuriones salarium cuiquam constituere non possunt injussu Principis. *l. unic. C. de prahenda salario*, nisi ob causas, quæ sequuntur. 14 Imo semper. *l. unic. 15 l. 1. C. cod.* 16 *l. 14. ff. de re jud.*

17 Synedrium, consessus, concilium: συνέδρος, consiliarius, adsessor. *Ghos.* de Synedrio plura dicam ad *l. 17. C. de Judæis.* Goth. Vide Cujac. *lib. 7. obs. cap. 30.* 18 Ignorans non obligatur. Ignorans, puta forensis mercator. *Rebuff. Tom. 2. tract. de pannis mercat. art. 2.*

TIT. X.

DE OPERIBUS [1] PUBLICIS.

De successoribus curatorum. 1. Et de excusatione præpositæ.

I. ULPIANUS lib. II Opinionum.

CUrator Operum creatus, præscriptione motus ab excusatione perferenda, sicut cessationis nomine, in qua quoad vivit moratus est, heredes suos obligatos reliquit: ita temporis, quod post [2] mortem ejus cessit, nullo onere eos obstrinxit. §. 1. Curam operis aquæductus in alio jam munere constitutus postea susceperat: præpostere visus est petere exonerari priore [munere] utrisque jam implicitus: quando, si alterum tantum sustinere eum oportuisset, ante [3] probabilius impetrasset propter prius munus à sequenti excusationem.

De inscriptione nominis. 1. De curatoribus operum & redemptoribus. 2. De inscriptione nominis.

II. IDEM lib. III Opinionum.

QUi liberalitate, non necessitate debiti reditus suos interim ad opera finienda concessit, munificentiæ suæ fructum de inscriptione [4] nominis suis operibus, si qua fecerit, capere per invidiam non prohibetur. §. 1. Curatores operum cum redemptoribus negotium habent, Respublica autem cum his, quos efficiendo operi præstituit: quatenus ergo & quis, & cui obstrictus est, æstimatio Præsidis Provinciæ est. §. 2. Ne ejus nomine [5], cujus liberalitate opus extructum est, erasо, aliorum nomina inscribantur, & propterea revocentur similes civium in patrias liberalitates, Præses Provinciæ auctoritatem suam interponat.

An liceat novum opus facere. 2. De inscriptione nominis.

III. MACER lib. II de Officio Præsidis.

OPus novum privato [6] etiam sine Principis auctoritate facere licet [7], præterquam si ad æmulationem alterius Civitatis pertineat, vel materiam seditionis [8] præbeat, vel circum [9], theatrum, vel amphitheatrum sit. §. 1. Publico vero sumptu opus

1 VIII. C. XII. & 15. *C. Th. 1. περὶ δημοσίων οἰκοδομιῶν*, &c. 54 *Eccl.* 12.

2 *l. 1. C. quo quisque ordine.*

3 *l. ult. in fin. ff. de vacatione muner.*

4 *l. 3. ff. cod. l. 4. in fin. ff. de adm. rer.*

5 *l. 7. in fin ff. cod.*

6 Ut & Civitati, castro, quibus interpretes volunt concedi murorum reædificationem, sumptu tamen suo.

7 Imo sine Principe non licet. *l. 6. ff. cod. l. 13. C. eod.*

8 Ædificatio castri, vel domorum civitati nocentium per nimiam vicinitatem, minime permittenda. *Bart.* liberæ quædam civitates habent illud interdum privilegium, ut ne quis, etiam Princeps possit in vicinia intra quartum, aut quintum milliare arcem, vel castrum ædificare, vel urbem munire.

9 Veluti circum, Theatrum, vel amphitheatrum. *d. l. 6.* Goth. De his vide Panciroll. *rer. memor. tit. de ædificiis & in not ib. & tit. de Circo maximo.* Ans.

14 *l. 5. §. 4. ff. commodat. l. 23. in fin. ff. de reg. jur.* vide *l. 6. C. d. pignor. actions.*

15 Curator. *Hal.* male. Creator, qui & nominator, is est qui quem nominat ad munera, *l. ult. C. de hared. decurionum. l. 59. C. de decurionib. l. 2. C. quo quisque ordine curiæ.*

16 *l. 38. ff. de pact. l. 16. in fin. ff. de fide & legitimis.*

17 *l. 2. C. de commun. judicio tutelæ.*

18 *l. 68 §. 1. ff. de fidejussor.*

19 Fidejussor, qui in universum conductionem cavit, in usuras quoque conveniri potest: nisi id specialiter in ejus persona exceptum fuerit.

20 *l. 54. Sym. Basil. 20. c. 2. §. 78.*

21 Curator hic, curator Reipublicæ. §. 1. *ff. cod.* procurator Reipublicæ. *l. 30. C. de decur.* judex & censor rerum ad civitatem pertinentium: idem λογιστὴς. *l. 15. §. 7. ff. de excus. tut.* Ulpian. *orat. περὶ παραιτήσεως* (unde λογιστὴς τῆς πόλεως curatio κρατὴς, διαμερὴς a Græcis in *l. 3. C. de modo multarum. l. ult. ff. de adsess.* Creabatur ex decurionibus, & Reipublicæ nomine causas agebat apud Præsidem, vel Principem. *d. l. 30.* publica prædia, & vectigalia locabat, pecuniam publicam tractabat, loca publica curabat. §. 1. *ff. cod. l. 46. ff. de damno infect. l. 3. §. p'ane. l. 5. §. item ait. §. hæc verba. ff. quod vi.* Pater Reip. quoque dicebatur, ad-de *l. 3. C. de his, qui ignorte munera.*

22 *l. 13. ff. ad municip. l. 1. l. 3. C. quo quisque ordine. l. 4. C. de conveniend. fisci debitorib.*

23 *l. 9. §. ult. ff. de adm. tut.*

24 De curatore Reipublicæ paulo ante dixi.

25 Certis annis. *Zoannet. c. 6. refrit.*

26 Quæ.

27 Mercedes adservari. *Hal.*

28 Potuerint, & à successore ejus successor: *Zoannetus ibid* atque ita secundus curator non tenebitur, ut volunt interpretes.

29 Id est, post depositâ potestatem. *l. 1. §. 4. ff. de suspect. Edit. l. 1. ff. de jurisd.*

30 *l. 67. ff. de procur.* Imo oportet. *l. 5. ff. quando ex fac. tut.*

31 *l. 16. §. 2. ff. de muner.*

32 Vide *l. 1. ff. cod. l. 6. ff. de annuis. l. 16. ff. de usufr. l. 13. ff. de politeit. l. 9. C. de paganis.*

33 *l. 122. ff. de leg. 1.*

34 *l. 5. ff. de politeit.*

35 Conferri.

36 Statuæ quoties ex testamento ponebantur, moris erat nomen testatoris adscribere. *l. 2. ff. de oper. pub.* vide *Lipsium 1. elect.*

37 *l. 8. ff. ad municip.*

38 Vide *l. 16. l. 17. ff. de usufruct. legat. l. 13. §. 1. de politeitat. l. 83. §. 5. de V. Obligat. cap. qua semel. 19. quæst. 3.* Ans.

39 *l. 4. ff. de magist. conven.*

40 Vide *l. 2. ff. ad municip. l. 20. §. 6. ff. familiæ.* 41 Sed si rationes expunctæ. *Cujac. ad l. 2. C. de jure fisci.* hoc sensu, ut dispunctæ rationes ob errorem calculi reprobari possint, etiam post longum tempus: expunctæ, non item. *l. 13. in fin. ff. de diver. & temp.* alioqui gratiose expunctæ rationes, quia ad perniciem Reip tendunt, nullius sunt momenti. *l. 12. C. de transf.* quin, nisi ita legatur, non est quo verbum, *expunctæ*, referri possit. 42 *Paul. 5 sent. 2 §. 4.* 43 *l. ult. §. 2. ff. ad municip. l. ult. C. quo quisque ordine.* 44 Id est, vindicare nomine civitatis. 45 De curatore civitatis dixi ad *l. 18. §. 5. in fin. ff. de muner.* 46 *l. 6. ff. cod.*

47 *l. 18. §. 8. ff. de muner.*

48 De quibus vide *l. 18. §. 5. ff. de muner.* Sitonæ indemnes servandi. *l. ult. C. ut nemini liceat in emptione peccetur.*

49 *l. 18. §. 21 ff. de muneribus.*

50 Vide *l. 4. C. de stat. & curat. qui non satisd.*

51 *l. 11. ff. ad municip.*

52 *In princ. ff. cod. l. 17. §. 7. ff. de usur.*

novum sine Principis auctoritate fieri non licere, constitutionibus declaratur. §. 2. Inscribi autem nomen operi publico alterius, quam Principis, aut ejus [10] cujus pecunia id opus factum sit, non licet.

10 *l.2.ff.eod.* 10. *C.eod. l.4.ff.de adm. rer.*

IV. MODESTINUS lib. XI Pandectarum.

NEc Præsidis quidem nomen licebit superscribere.

De legato fideicommisso ad opus relicto, si quid publici à privato detinetur.

V. ULPIANUS libro singulari de Officio Curatoris reipublicæ.

SI legatum [11], vel fideicommissum fuerit ad opus relictum, usuræ quæ & quando incipiant deberi rescripto *Divi Pii* ita continetur: *Si quidem dies non sit adhu, qui statuas* [12], *vel imagines ponendas legaverunt, præsinitus, à Præside Provinciæ tempus* [13] *statuendum est: & nisi potuerint heredes, usuras leviores intra sex menses, si minus, semisses usuras Reipublicæ pendant* [14]. *Si vero dies datus est, pecuniam deponant intra diem: si aut non invenire se statuas dixerint, aut loco controversiam fecerint, semisses protinus pendant.* §. 1. Fines publicos [15] à privatis detineri non oportet. Curabit igitur Præses Provinciæ, si qui publici sunt, à privatis separare: & publicos potius reditus augere, si qua loca publica, vel ædificia in usus privatorum invenerit: æstimare, utrumne vindicanda in publicum sint, an vectigal ejus satius sit imponi? & id, quod utilius [esse] Reipublicæ intellexerit, sequi.

11 Pecunia privati opus publicum ædificari potest. *l.5. C. eod.*

12 Vide quæ scripsi ad *l.7. ff. de annuis leg.*

13 *l.17. in fin. ff. de usur.*

14 *l.1. §. de pollicit.* Imo pendere non debent: cum ii, qui liberaliter quid Reipubl. promittunt, ad usuras non teneantur. *l.6. ff. de usur.*

15 Adde *l.9. §.2. ff. de adm. rer.* 54. *Ecl.* 10. *ex tit.* 12. *cap.* 4.

De Principe consulendo.

VI. MODESTINUS lib. XI Pandectarum.

DE operibus, quæ in muris [16], vel portis vel rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, Divus *Marcus* rescripsit Præsidem aditum consulere Principem debere.

16 *l.3. ff. eod.* 54. *Eclog.* 10. *ex tit.* 12. *cap.* 5.

De pecunia in opera nova legata. 1. De inscriptione nominis.

VII. CALLISTRATUS lib. II de Cognitionibus.

PEcuniam, quæ in opera nova legata est, potius [17] in turelam eorum operum, quæ sunt, convertendam, quam ad inchoandum opus erogandam, Divus *Pius* rescripsit, scilicet si [18] satis operum Civitas habeat, & non facile ad reficienda ea pecunia inveniatur. §. 1. Si quis opus ab alio factum adornare marmoribus, vel alio modo ex voluntate Populi facturum se pollicitus sit nominis proprii titulo scribendo, manentibus priorum titulis, qui ea opera fecissent, id fieri debere senatus censuit: quod si privati in opera, quæ publica pecunia fiant, aliquam de suo adjecerint summam, ita titulo inscriptionis uti eos debere iisdem mandatis cavetur, ut, quantam summam contulerint in id opus, scribant [19].

17 Legata reipublicæ ad certum aliquem usum, vel finem, nonnunquam (causa videlicet cognita) mutantur in alium: atque ita propter utilitatem publicam, à voluntate defuncti testatoris discreditur, adde *l.4. ff. de adm. rer.*

18 Bartolus hanc legem transfert ad legata relicta Ecclesiæ ædificandæ, quam negat ædificandam, si aliquin satis aliæ multæ sunt.

19 Inscribant. *Hal.* adde *Nov.* 65.

TIT. XI.

DE [1] NUNDINIS [2].

De non usu.

I. MODESTINUS lib. III Regularum.

NUndinis impetratis à Principe [3], non utendo qui metuit, decennii tempore usum amittit [4].

1 *C.* 60. Vide *Papon.* 3. *notar.* 8. *cap. des lettres d'Office de foires & marchez.*

2 Nundinas Græci interpretantur πανήγυριν ἤτοι λογομένην ἀνάπαυσιν vacationes & ferias. *Goth.* Nundinæ dictæ, quod novo die fiebant. Plutarch. in vit. *Coriolani.* Dionys. Halicarn. *lib.* 2. Anf.

3 Nundinarum jus à Principe impetrandum est, olim à Senatu poterat impetrari. *Plin.7. Epist.*4. *Cicero Philipp.* 2. & ita Claudium imperatorem legimus seipsum legibus subjicientem jus nundinarum in sua prædia à consulibus petiisse. *Suet. in Claudio* 12. quo loco de forma veteri impetrandarum nundinarum tractat, hodie apud Gallos privilegium nundinarum à Rege impetratum ad Ballivos, seu Seneschallos dirigitur: audita intercessione vicinorum omnium, ex literis regiis jus nundinarum admittitur, vel denegatur. *Papon. ibid.* adde *Novell. Basilii junioris.* 4 Imo, non amittit. *l.2. C. de diversis rescriptis.* 5 *l.12. ff. de decurion.* 6 Hinc colligit Papo. *d. loco* vasallos à dominis cogi non posse, ut nundinis sui territorii adsint. 7 Beateque. *Hal.* 8 Id est, Reipub. 9 Διὰ γὰρ πλέονων ἔργων γινομένων. 10 Διὰ ἡμῖν τῇ πόλει πλείονων γὰρ καὶ δὴ κ.τ.λ. 11 Ἢ, ὧν τὰ ἀναγκαῖα. 12 Ἐμπόροι ἢ γὰρ νῆ, &c. 13 Αὐτῇ ἀναπαύσωσιν. 14 Agricolatio inter necessarias hominum artes prima. Rusticis, & opificibus eget civitas.

TIT. XII.

DE POLLICITATIONIBUS [1].

De usuris. 1. An quis ex pollicitatione teneatur. 6. De periculo operis perfecti.

I. ULPIANUS lib. singulari de Officio Curatoris Reipublicæ.

SI pollicitus quis fuerit reipublicæ opus se facturum, vel pecuniam daturum, in usuras non [2] conveniatur, sed si moram cœperit facere, usuræ accedunt [3], ut Imperator noster cum Divo patre suo rescripsit. §. 1. Non semper autem obligari eum qui pollicitus est, sciendum est: si [4] quidem ob honorem promiserit, decretum sibi, vel decernendum, vel ob aliam justam causam, tenebitur ex pollicitatione: sin vero sine causa promiserit, non erit obligatus, & ita multis Constitutionibus [& veteribus] & novis continetur. §. 2. Item si sine causa promiserit, cœperit [5] tamen facere, obligatus est qui cœpit. §. 3. *Cœpisse* sic accipimus, si [6] fundamenta jecit, vel locum purgavit. Sed & si locus illi petenti destinatus est, magis est, ut cœpisse videatur. Item si apparatum [7], sive impensam in publico posuit. §. 4. Sed si non ipse cœpit, sed, cum certam pecuniam promisisset ad opus Reipublicæ, contemplatione pecuniæ cœpit opus facere, tenebitur quasi cœpto opere. §. 5. Denique cum columnas quidam promisisset, Imperator noster cum Divo patre suo ita rescripsit: *Qui non ex causa pecuniam Reipublicæ pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur, sed si columnas Citiensibus* [8] *promisisti, & opus ea ratione sumptibus civitatu, vel privatorum inchoatum est, deseri quod gestum est non oportet.* §. 6. Si quis opus, quod perfecit, adsignavit, deinde id fortuito casu aliquid passum sit, periculum ad eum, qui fecit, non pertinere Imperator noster rescripsit.

1 Περὶ ἐπαγγελιῶν, &c. 54. *Eclog.* 13. vide *Conanum* 5. *commen.* 8. de votis, adde *l.2. ff. eod.*

2 Vide *l.5. ff. de operib. publ.*

3 Imo, non accedunt. *l.2. C. de usuris.*

4 *l.19. ff. de donat.*

5 Reipublicæ sine causa promittendo non obligamur. *l.19. ff. de don.* nisi opus promissum facere cœperimus.

6 Cœptum ædificium videtur, si fundamenta jacta, vel locus purgatus, vel destinatus, vel apparatus ædificii in publico positus.

7 *l.54. ff. de verb. signific.*

8 Circensibus. *Vulg.* & male: Aleatus id refert ad Columnam Circi, cujus opinionem videtur tueri *lex* 122. *ff. de leg* 1. Id Cujacio displicet, loquitur ergo Jurisconsultus de Rep. Citiensium, quæ civitas est Macedoniæ, cujus sit mentio apud Livium 4. ex qua Zeno Citiensis, 17 *Gell.* 21 *Cujac.* 3. *observ.* 38.

9 Puta servos ad custodiam templi. *l.36. ff. de liberali*, de votis, vide 17. *q.*1.22. *q.*4.3. *extra* 34.3. *in sext.* 15.

10 Votum personam voventis Deo obligat, & proinde voti reus ad id præstandum, quod legitime vovit, tenetur, *c. licet* 6. *c. magna devotionis* 7. *extra de voto, &* 17. *q.* 1.

11 Imo rem ipsam. *Authentica ingressi. C. de sacrosanct. Eccl.*

12 Impubes & alieni juris non obligantur ex voto, sine consensu eorum, in quorum sunt potestate. Impubes, inquam, *c. veniens in extra de voto lib.*3. *tit.*34.

13 Quid si filia? patris consensus expectandus est. *Ambrosius in librum Numerorum in sept. mulier, & Augustinus c. merito* 32. *q.*2. Quid si uxor? mariti voluntas expectanda, *Augustin. in q. Numerorum, cap. veluit* 33. *q.*5. Quid si vir continentiam vovit? uxoris consensu indigebit. *Aug. in Psal.* 146. 33. *q.*5. *c. si dicat. & sequent.* An idem si vir iter Hierosolymam voveat? negat Innocentius *c. ex multa l.*9. *§. in tanta extra de voto.* Quid? num Episcopo, & clerico sine Regis, vel superiorum consensu vovere licet? negat idem Innocentius *in c. non est.* 5. *& c.*7. *extra de voto.*

II. IDEM lib. IV Disputationum.

SI quis rem aliquam voverit [9], voto obligatur: quæ res personam [10] voventis, non [11] rem, quæ vovetur, obligat: res enim quæ vovetur soluta quidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur. §. 1. Voto autem patresfamiliarum obligantur, pueberes [12] sui juris: filius enim familias [13], vel servus sine patris dominive [14] auctoritate voto non obligantur. §. 2. Si decimam [15] quis bonorum vovit, decima non prius esse in bonis desinit, quam fuerit separata: & si forte, qui decimam [16] vovit [17], decesserit ante sepositionem: heres [18] ipsius hereditario nomine decimæ obstrictus est [19]: voti enim obligationem [20] ad heredem transire constat.

9 Differentia pacti, & pollicitationis. *De promisso ob honorem. De opere cœpto. 1. De rei vindicatione.*

III. IDEM lib. IV Disputationum.

PActum [21] est duorum consensus, atque conventio: *pollicitatio* [22] vero offerentis solius promissum: & ideo illud est constitutum, ut si ob honorem pollicitatio fuerit facta, quasi debitum exigatur: sed & cœptum [23] opus, licet non ob honorem promissum, perficere promissor [eo] cogetur, & est constitutum.

§. 1. Si quis, quam ex pollicitatione tradiderat rem municipibus, vindicare velit, repellendus est à petitione: æquissimum est enim, hujusmodi voluntates in civitates collatas pœnitentia [24] non revocari. Sed & si desierint municipes possidere, dicendum erit, actionem eis concedendam.

9 Differentia pacti, & pollicitationis. *De promisso ob honorem.*

10 Quo nomine optimo jure etiam Deus ipse intelligendus est: nec enim vota Deo exosa voventem obligant, ideoque votum rei alienæ non obligat. *August. ad Armentarium, & Riparum, & Paulinam c. una sola* 33. *q.*5. Notum est illud Isidori, in malis promissis resciende fidem, in turpi voto muta decretum, quod incaute vovisti ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur: in malis (inquam) & generaliter in illicitis, vide *d. q.*22. *à principio ad finem usque. & tit. integrum extra de jurejur. & c. non est, da regulis in* 6. 15 Decimas Herculi vovere, seu polliceri solebant Hetrusci, *Varro* 5. *de lingua: Cicero* 3. *de Natura*, quam partem Herculeam appellabant, *Plautus in Truculento, & Stichо.* idque apud Romanos factum à Camillo. *Livius* 5. à Sylla & Crasso *Plutarchus*: voverunt & Græci templo Delphico decimas *Xenophon.* Idem apud alias gentes. *Festus* in Decimæ. 16 Decimæ hodie apud Christianos ex antiquissimo ritu, vel ex lege Mosaica in usum reductæ præstantur, de decimis apud Christianos receptis vide 16. *q.*1. *c. de decimis, c. quæst. c. decimæ, de consecratione. dist.* 5. *c.*40. *in fin.* 3. *Deer.* 30. 3. *sext.* 13. 3. *Clement.* 8. *extra* 8. *Duar.*7. *de sacris*, vide *Rebuff. in tract. de decimis.* Porro decimæ Melchisedeco ab Abrahamo præstitæ. *Hebr.*7. & tribui Levitico Dei mandato ex omnibus terræ fructibus & fœtibus animalium. *Levit. ult. vers.* 10. Judæi decimas alias etiam separabant in adoratione & profectione Hierosolymitana consumendas. *Deut.* 11. *v.*17. & *c.*19. *v.*23. Erant & aliæ decimæ, quas idem tertio quoquo anno viduis, pupillis, extraneis, quin & Levitis dispensabant. *Deut.* 26. *v.* 12. Addamus & hic aliquid de decimis à magistratibus interdictis & per eos exactis. Decimas quondam sibi vindicarunt Romani à temerario litigatore. §. 1. *in fin. Inst. de pœna temere litigantium. Novell.* 112. *c* 2. de quo vide *Cujac.*7. *obser.*5. quæ etiam hodie durant apud Montispesulanos *Rebuff. q.* 3. *de decimis n.* 20. 21. 22. decimæ quoque percipiebantur metallorum & faxorum in fundo privati repertorum. *l.*3. *C. de metallariis.* 17 Quid, debenturne hodie decimæ alia ex causa, quam ex voto. Hugo de sancto Victore 1. *de sacram. parte* 11. *c.*4. & 11. refert decimas ante legem fuisse sub consilio, sub lege in præcepto, post legem libertatis spiritui Christianos commissos esse, id est, obligationem decimarum juris esse positivi, idque etiam sensit Adrianus Trajectensis Pontifex Roman. sed tamen Rebuffus existimat ab ipso domino jus percipiendarum institutum, *arg. c. tua* 1. *& 2. c. in aliquibus de decim.* vide *Rebuff. q.*1. *de decim. n.*13. adeo ut receptum sit curiones, & parochos suam intentionem fundatam habere in jure communi, nec cogi probare decimas suas esse, *c. si quis laicus, c. statue* 16. *q.*1. *c. à nobis.* 24. *c. cum contingat.* 29. *c. cum in tua* 30. *de decimis.* 18 Tam is, qui vovit, quam heres ejus ad decimas præstandas tenentur, nisi exempti sint. 24. *de decim.* Ad Ecclesiasticas vero decimas etiam prælati, Canonici, clerici, sacerdotes, monachi, Judæi, Saraceni, pauperes, & quod fœdius est à quibuslam dici, meretrices, & leprosi tenentur, nisi communiter vivant, *hæc Rebuff.* 19 Cur? utique Reip. si ad honorem civitatis. *l.*8. *ff. eod.* vel templi ministris, si numini votæ sint, & ita Resp. vel collegium sacrum decimarum percipiendarum capax est. Quid? Laici Ecclesiasticarum decimarum sunt capaces? erant olim, præsertim in Gallia, Caroli Marcelli indulgentia, ac munere, quod Lateranensi concilio postea interdictum est, *c. prohibemus de decim. c. Apost. de hiis, quæ fiunt à prælatis Ecclesiarum.* nisi Laici sibi decimas Ecclesiæ, ut clientibus concessas ante Lateranense concilium ostendant: Quod quia probatu difficile, utilitatis causa sufficere eis visum est, si possessionem vetustam, id est, quæ hominum memoriam excedat, istius juris clientelaris, ac feudi probaverint. *Duaren. l.*7. *de sacris.* hujusmodi decimas ita infeudatas ad heredes suos transmittere possunt laici: quin extraneis donare, vendere, permutare. *Duar.* 5. *feud. num.*7. 20 Quænam ex hac obligatione nascuntur actiones? adversus debitorem decimarum curionibus competunt interdicta possessoria adipiscendæ, recuperandæ, uti possidetis, si de earum possessione agetur, ad hæc, vindicatio juris seu confessoria, si de ipso jure, & facultate inter duas Ecclesias agetur. Sin adversus debitorem agent, perceptas per eum decimas in rem actione vindicabunt, si separatæ ab aliis ejus bonis fuerint: sin minus, condictione ex lege (ut volunt) divina, vel consuetudinaria, *argum. legis unic. ff. de cond. ex lege*: nunquam vero per se decimas capere possunt, vide *Rebuff. §.*1. Causas 2. genera 3. definitionem 4. qui ad decimas præstandas teneantur 5. ubi 6. quibus ex bonis solvendæ 8. quomodo 9. apud quem petendæ 10. quomodo 11. quando solvendæ 12. An tolli decimæ possint 13. An ex novalibus debeantur 14. De pœnis non præstantium usuras, *ult. v. ib. Rebuff.* adde *Vigelium* 3. *Method. Pontific. juris.* 21 *l.1. §.2. ff. de pact.*

22 Pollicitatio non est duorum consensus, non pactum, non conventio. 23 *l.1. §.3. ff. eod.*

24 Pollicitatio Reip. facta pœnitentia non revocatur. 25 *l.7. ff. eod.* 26 Spectaculi, *l.*122. *ff. de leg.*1. inde munerarius muneris Gladiatorii, aut venatorii exhibitor, vocabulum ab Augusto inventum 8. *Quint.* dominus ludorum. *Cic. de leg.* Editor Græcis ἀγωνοθέτης. munerator etiam Floro dicitur, vide *Lipsium* 1. *Satur.*7. 27 Imo potest, cum ex epistola conventio & donatio habita censeatur. *l.2. ff. de pact. l.*13 *ff. de don.* 28 *V. l.1. §.2. ff. eod.* 29 Caracallæ & Septimii Severii. Rævard. *var. lib.*3. *cap.* 10. Anf. 30 Resisti potest magistratui in illicitis. *l.1. §.2. ff. quod metus causa, l.1. C. de mulieribus, & in quo loco.* 31 *l.4. ff. eod.*

De cognitione Judicis. De relegatione.

VIII. IDEM[31] lib. III de Officio Consulis.

DE pollicitationibus in Civitatem factis Judicum cognitionem esse, D. Fratres *Flavio Celso* in hæc verba rescripserunt, *Probe facies Statius Rufinus, si opus profecturi*[33] *promisit, quod tandem adgressus fuerat, perficiat: nam etsi adversa fortuna usus, in triennio a præfectu Urbi relegatus esset, tamen gratiam muneris, quod sponte obtulit, minuere non debet, cum & absens per amicum perficere illud opus possit: quod si detrectat, actores constituti, qui legitime pro civitate agere*[34] *possint nomine publico, adire adversus eum Judices poterunt: qui cum primum potuerint, prius quam in exilium proficiscatur, cognoscent, & si opus perfici ab eo debere constituerint*[35]*, obedire eum Reipublicæ ob hanc causam jubebunt, aut prohibebunt distrahi fundum, quem in territorio Gabiorum*[36] *habet.*

De promissore & de ejus herede.

IX. MODESTINUS lib. IV Differentiarum.

EX pollicitatione, quam quis ob honorem[37] apud Rempublicam fecit, ipsum quidem omnimodo in[38] solidum teneri: heredem vero ejus, ob honorem quidem facta promissione in solidum, ob id vero, quod opus promissum cœptum est, si bona liberalitati solvendo[39] non fuerint, extraneum heredem in quintam[40] partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri, DD. *Severus* & *Antoninus* rescripserunt: sed & ipsum donatorem pauperem factum, ex promissione operis cœpti quintam partem patrimonii sui debere Divus *Pius* constituit.

De forma pollicitationu servanda.

X. IDEM lib. I Responsorum.

SEptitia[41] certamen patriæ suæ pollicendo, sub hac conditione pollicita est, uti fors apud eam remaneat, & ipsa usuras semissales[42] ad præmia certantium resolvat[43] in hæc verba, Φιλουμένου [κ] καθιερῶ αὐτὸν πενταετηρικὸν[44] ἀπὸ μυριάδων τριῶν, τὸ[45] δὲ κεφάλαιόν αὐτὴ κατέχουσα δημόσιον κ) ἀσφαλιζομένη ὑπὲρ τοῦ δεκαπέντε τοῖς ἀξιοχρέοις ἐπὶ τῷ τελεῖν [αὐ] τὰ ἐξέλιξ τρισὶ μυριάσιν τόκον ἡμιολιαῖον[46] κ) ἀποκαθιζομένῳ δὲ ἀνδρὸς μου, ἔπαυθις ἢ τῇ ἐμοῦ χηρευθησομένῃ τέκνων χωρὶς ἢ ὁ τοῦτο εἰς τὰ ἄθλα τῆς μιμελικῶν[47], καθὼς ἂν ἐφ' ἑκάστοις αὐθαιρετῶ ἢ βιαίῳ[48] ὁρίσῃ, id est, *Largior & dedico agonem quadriennalem ex triginta millibus, sortis ipsa penes me retinens pecuniam, & cavens apud Decemprimos idonee super pendendis a me solitis triginta millium usuris, agonotheta*[49] *& præside futuro viro meo, & deinceps liberis ex me nascituris. Cedent autem hæ usuræ in præmia thymelicorum, prout in unoquoque certamine curia determinabit.* Quæro, an possunt injuriam pati filii Septiciæ, quominus ipsi præsiderent certamini secundum verba condicionemque pollicitationis? Herennius *Modestinus* respondit, quo casu certaminis editio licita[50] est, formam pollicitationi datam servandam esse.

De herede promissoris.

XI. IDEM lib. IX Pandectarum.

SI quis ob honorem[51], vel sacerdotium[52] pecuniam promiserit, & antequam honorem, vel magistratum ineat, decedet non oportere heredes ejus conveniri in pecuniam, quam is ob honorem vel magistratum promiserat, Principalibus Constitutionibus cavetur[53], nisi forte ab eo vel ab ipsa Republica, eo vivo opus fuerit inchoatum.

De statuis. 1. De eo qui promisit ne honoribus fungeretur.

XII. IDEM lib. XI Pandectarum.

IN privatis operibus[54], invitis his qui fecerunt, statuas aliis ponere non possumus, ut Rescripto D. Severi continetur.

§. 1. Cum quidam, ne[55] honoribus fungeretur, opus promisisset honores subire cogendum, quam[56] operis instructionem, D. *Antoninus* rescripsit.

Quomodo promissio implenda. 1. An forma donationis implenda sit.

XIII. PAPIRIUS JUSTUS lib. II de Constitutionibus.

IMperatores *Antoninus* & *Verus* Augusti rescripserunt, opera extruere debere eos qui pro[57] honore polliciti sunt, non pecunias pro his inferre cogi. §. 1. Item rescripserunt, conditiones donationibus adpositas, quæ in Rempublicam fiunt, ita demum ratas esse, si utilitatis publicæ interest: quod si damnosæ[58] sint, observari non debere: & ideo non observandum, quod defunctus, certa summa legata, vetuit vectigal exerceri: esse enim[59] tolerabilia, quæ vetus consuetudo[60] comprobat.

De promissore & ejus herede.

XIV. POMPONIUS lib. VI Epistularum & variarum lectionum.

SI quis, sui alienive honoris causa, opus facturum se in aliqua Civitate promiserit, ad perficiendum tam ipse, quam heres ex constitutione D. *Trajani*[61] obligatus est. Sed si quis ob honorem opus facturum se[62] in civitate aliqua promiserit, atque inchoaverit, & prius quam perficeret, decesserit, heres ejus extraneus quidem necesse habet aut perficere id, aut partem quintam patrimonii relicti sibi ab eo, qui id opus facere instituerat, si ita mallet, civitati, in qua id opus fieri cœptum est, dare: is autem, qui ex numero liberorum est, si heres exstitit, non quintæ[63] partis, sed decimæ concedendæ necessitate adficitur: & hæc D. *Antoninus* constituit.

XV. ULPIANUS lib. singulari de Officio curatoris Reipublicæ.

INter liberos[64] nepotem quoque ex filia contineri, D. *Pius* rescripsit.

31 Ulpianus.

33 Profecturi. *Hal.* proœmium, est locus, in quo pulpitum erat in ludis exercendis accommodatum.

34 Actionem. Suet. in Nerone: ludos quæstavit à proœmii fastigio: de Theatri compositione vide Vitruvium ibid. & Jul. Scaligerum 1. poëtices c. 21.

34 Ex pollicitatione datur actio. *l. 1. ff. eod. l. 14. §. cod. l. 16. ff. de donat.*

35 Constiterit. *Hal.*

36 Gabinorum. *Vulg. Hal.*

37 Sibi decretum, vel decernendum.

38 Dixi ad *l. 2. C. de hereditariis act.*

39 Solvendo. *Hal. Budæus.*

40 *l. 14. in fin. §. eadem.*

41 Vide Alciat. *lib. 1. parerg. c. 22. & lib. 3. disp. cap. 1.* Cujac. *lib. 9. observ. cap. 26. S. L.*

42 Usuræ semissales sunt, cum seni aurei quotannis in centenas penduntur, solennes usuræ civitatum, semissales: sic §. 2 ἐξ ἡμισείας τόκων: vide Cujacium *Novell. 7. Plin. Epist. 7.*

43 Resolvere est solvere. sic etiam loquitur Plautus in *Menæchmis*: Perdormisco, si resolvi argentum cum debeo. & in Amphitryone: si obsequere, una resolvas plaga. & in *Asinaria*, quis pro vectura olivi resolvit? Festus: reluere, resolvere, repurgare. Cicero 14. *Philipp.* qui se pollicitus resoluturum. Cujac. 9. *obs. 26. in fin.*

44 De quibus vide *l. 3. §. 10. l. 18. §. 26. ff. de numeris.* ἐγγὺς τετραετηρικός. Certamen quadriennale est, quod quarto quoque anno instauratur: agon tetraetericus dicitur eodem modo, ut trietericus à Virgilio pro triennali, πενταετηρικὸς lustralis. Quidam tamen antehac legebant, Eratericum. Alciatus ad *tit. C. de Athletis.* Heracleoticon legi posse monet: ut sit certamen in Herculis honorem, cujus honoris & agonis Pollux & Lampridius meminit *in Alexand.*

45 Τῶν τε. *Hal.*

46 Ἀγωνοθετῶν μὴ προκαθίζοντος, est ludis præsidere. *l. 6. ff. de annuis.* Solebat enim ludorum præses aliquis constitui, vel à Principe, vel à magistratibus. Sueton. *in August. 45. & in Caligula cap. 18.* adde *l. ult. §. 17. ff. de muneribus.*

47 *l. 4. ff. de his qui notantur. l. penult. C. Theod. de spectaculis.* Thymelicæ. *l. 21. C. Theod. de pistoribus. l. 5. C. Theod. de scenicis:* ὑποκρίσεων τὴν τέχνην ἐπιδεικνυμένων, Suidas musici scenici 18. Isidoro 47. Θυμέλη pulpitum est, in quo cantabatur à scenicis. *Vid. 8.* de thymelicis, vide Scalig. 1. *Poëtices 19. 1. Harm. 6. §. 11. Novell. 105. cap. 1.*

48 Βίαν curia, hinc Buleutæ. 49 Alciatus *tit. C. de Athletis*, legit agonica, *vel* athleteta, & illum victorem certaminis, hunc judicem certaminis interpretatur. 50 Adde *l. 13. in fin. §. eod.*

51 *l. 26. §. 1. ff. de muneribus.* 52 Vide *l. 1. §. 1. ff. de ambitu*: de Simonia & Annatis alibi dicemus, adde *Novell. 6. cap. 1.* Interim notandum est hic vitio versum fuisse apud Ethnicos sacerdotia pecunia redimi. *Goth.* Vide Budæum *hic.* Ans. 53 *l. 16. §. 1. ff. de muneribus.* tunc enim heredes promissoris coguntur opus perficere. 54 Id est, in publicis operibus privatorum pecunia factis.

55 *l. 3. C. de cond. ob turpem.* 56 Id est, potius quam. vide quæ scripsi ad *l. 16. ff. de muneribus.*

57 *l. 16. ff. de muneribus.* 58 *l. 16. ff. de usufructu legat.* 59 Seneca, nihil miserum est, quod in naturam consuetudo produxit: paulatim enim voluptati sunt, quæ necessitate cœperunt.

60 *l. 11. in fin. ff. de decurionib. l. ult. C. nova vectigalia.* 61 *l. 6. §. 2. ff. eod.* 62 Scil. in civitate. *Hal.* 63 *l. 9. ff. eod.* 64 Vide *l. 56. in fin. §. de verb. sign.*

TIT. XIII.

DE[1] EXTRAORDINARIIS[2] COGNITIONIBUS[3], ET SI JUDEX LITEM[4] SUAM FECISSE DICRETUR.

De Professoribus. 1. De Medicis. 2. De Obstetrice. 3. De Medicis. 4. De Philosopho. 5. De juris Professoribus. 6. De ludi literarii Magistris. De Librariis, Notariis, Calculatoribus, sive Tabulariis. 7. De cæteris artificibus. 8. De salario comitum. 9. De cognitione adversus supradictas personas, & adversus advocatos. 10. De honorario advocatorum. 11. Advocati qui dicuntur. 12. Si cui cautum est honorarium, vel de lite pactus est. 13. De heredibus Advocati. 14. De nutriciis. 15. De mutuis petitionibus.

I. ULPIANUS lib. VIII de Omnibus[5] Tribunalibus.

PRæses Provinciæ de[6] mercedibus jus dicere solet, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. *Liberalia*[7] autem *studia* accipimus, quæ Græci ἐλευθέρια[8] appellant: rhetores continebuntur[9], grammatici, geometræ. §. 1. Medicorum quoque eadem causa est, quæ Professorum, nisi quod justior: cum hi salutis[10] hominum, illi studiorum curam agant: & ideo his quoque extra ordinem jus dici debet. §. 2. Sed & obstetricem[11] audiant, quæ utique medicinam exhibere videtur.

§. 3. Medicos fortassis quis accipiet etiam eos, qui alicujus partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur: ut puta si auricularius[12], si fistulæ[13], vel dentium: non tamen si incantavit[14], si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit[15]: non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse[16] cum prædicatione adfirment. §. 4. An & Philosophi Professorum numero sint? & non putem: non quia non religiosa[17] res est: sed quia hoc primum profiteri eos oportet, mercenariam[18] operam spernere. §. 5. Proinde ne Juris quidem Civilis Professoribus jus dicent: est quidem res sanctissima[19] Civilis[20] Sapientia: sed quæ pretio nummario[21] non sit æstimanda, nec dehonestanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingressu sacramenti efferri[22] debuit: quædam enim tametsi honeste accipiantur, inhoneste tamen petuntur.

§. 6. Ludi quoque literarii magistris, licet non sint Professores, tamen usurpatum[23] est, ut his quoque jus dicatur. Jam & Librariis[24], & Notariis[25], & Calculatoribus[26], sive Tabulariis[27]. §. 7. Sed cæterarum artium opificibus, sive artificibus, quæ sunt extra literas, vel notas positæ, nequaquam extra ordinem jus dicere Præses debebit. §. 8. Sed & si Comites[28] salarium petant, idem juris est, quod in Professoribus placet.

§. 9. Sed adversus ipsos omnes cognoscere Præses debet: quia ut adversus advocatos adeantur, Divi Fratres rescripserunt.

§. 10. In honoratiis Advocatorum ita versari Judex debet: ut pro[29] modo litis, proque Advocati facundia, & fori consuetudine, & judicii, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur: ita enim Rescripto Imperatoris nostri, & Patris ejus continetur: Verba rescripti ita se habent, *Si Julius Maternus, quem patronum causa tua esse voluisti, fidem susceptam*[30] *exhibere paratus est: eam duntaxat pecuniam, quæ modum legitimum*[31] *egressa est, repetere debet.*

§. 11. *Advocatos* accipere debemus omnes omnino, qui causis agendis quoquo studio operantur: non tamen qui pro tractatu non adfuturi causis accipere quid solent, Advocatorum numero erunt.

1 De variis & extraordinariis, &c. *Vulg.* quam lectionem confirmat lex 5. J. *eodem.*

2 Ordinariæ cognitiones, certis personis nomine adstrictæ. *l. 1. §. 2. ff. si omissis nomine.* Extraordinariæ vero ad certa personarum, rerum, negotiorum ve genera extra ordinem respiciunt, quibus pro conditione, eventu, necessitate, commoditateve aliqua præsenti aliquo remedio subveniendum est. Horum judiciorum tria sunt genera: unum facti (ut cum proprio facto ab injuria lex cuique sese adferre permittit. *l. quemadmodum. 29. §. 1. ff. ad l. Aquil.*) secundum ex privilegio Principis contra jus commune. *l. 1. in fin. ff. de constit. Princip.* Tertium juris communis, non tamen ordinarii, ut eum remedio aliquo his subveniatur, quibus jure ordinario, vel non est consultum, vel non tam facile commodeque consultum. Hujus postremi generis quatuor sunt effectus. Primus, ut restitutione impetrata rescindantur ea, quæ nobis sunt noxia: Secundus, ut jus ordinarium nobis competens, remedio convenientiore expediatur, ut *l. 1. §. per hanc. ff. de rei vind. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nautæ. l. 1. §. dixerit. 2. ff. de publicanis.* vel actione in factum: Tertius effectus, ut jus ordinarium suppleatur. *l. si cui legat. 92. ff. de cond. & dem. l. pecuniæ 178. §. actionis 2. ff. de verb. sign.* Quartus, ut solennitates veteres amputentur. *Inst. de interdictis. l. 1. C. de formulis & sublatis.* de quibus solennibus vide Ciceronem *oratione pro Cæcinna.* Zasius 1. *Resp.* In hoc tractatu 20. sententias sequentes notat, ordinaria duo remedia elective concurrere, non cumulative (nisi actiones sint, quæ possunt cumulari.) Duo extraordinaria remedia simul concurrere forte elective, etiamsi ad res diversas referantur (nisi alterum ex remediis sit famosum, aut ad impietatem alteri imputandam pertineat.) Extraordinarium remedium, si plenius, brevius, expeditius sit ac magis utile, cum ordinario concurrere elective, cumulative (cujus tamen sententiæ duas extensiones, sex exceptiones adfert.) Extraordinaria concurrere cum ordinariis, si contra diversas personas agatur: concurrere, inquam, elective, non cumulative, nisi in subsidium (quod & tribus casibus non obtinet, de quibus Zasius *ibid.*) Extraordinarium non concurrere cum ordinario, si utraque sint æque utilia, vel ordinarium facilius. *l. in causa. 13. 14. ff. de minoribus. l. quadam 9. ff. de ædendo. l. 1. C. de thesaur.* Hæc tamen sententia quatuor casibus non obtinet, de quibus Zas. *ibid.* Porro extraordinaria cognitio quid esset, dixi ad *l. ult. §. 3. ff. de eo, quod metus causa.* Extraordinaria dicitur, quoties ipsimet magistratus notionem adhibent suam: Ordinaria cum apud judices datos ex formula causa agitur. 3 Prætoris sunt autem quatuor cognitionum genera, vide *l. 5. J. eod.*

4 Litem suam facit judex male judicando. *Instit. de obligat. ex quasi delicto in prin.* adde *Tit. C. de pœna judicis, qui male judicavit.* 5 Protribunalium libros decem scripsit *Ulpianus*, in quibus ea recensuit, quæ à Prætoribus & Præsidibus expediuntur, nec mandantur alteri: dixi *l. 5. ff. de fundo dot.* 6 *l. 6. in fin. C. de professorib. l. 4. ff. ubi pupillus educari.* Seneca 13. *epist. 89.* 7 *l. 10. §. 2. ff. de vacatione munerum.* 8 Ἐλευθέρια μαθήματα. *Hal.* liberales artes. Plin. *cap. 4.* liberales artes in contemptum cecidere. August. *6. de civit. 2. Cic. 1. de orat.* ingenuas vocat, quas Græci ἐλευθέρους ἐπιστήμας. & ita differunt ab iis, quas Græci φαύλας, ἀνελευθέρους, βαναύσους, ἀγοραίους appellant: vide *hic Budæum.* 9 *54. Eclog. 14. c. 1.* 10 De medicis, adde *l. 1. ff. de decret. ab ordine*, adde & illud à Diogene Laërtio relatum, Pone coquo minas decem, medico drachmam, assentatori talenta quinque, consiliario fumum, meretrici talentum, Philosopho triobolum. 11 *l. 7. ff. ad l. Aquil.* vide Cujac. *17 obs. 27.* 12 *l. 4. in fin. ff. de ædilit.* 13 Fistula est genus morbi, Græci συρίγξ, seu sinus obliquus: metaphora est sumpta à fistulis ex arundine factis, vide *Fuchsium 3. methodi 26.* vide *Ægimetam 4. de re medica 49. & 3. de morborum curatione cap. 45. Celsum 5. de re medica.*

14 Medici appellatione non continentur incantatores, magi, vel similes. 15 Exorcizantium verbo videtur forte Ulpianus, velut Ethnicus Christianos præstringere, apud quos familiares erant exorcismi, id est, dæmonum adjurationes, *Lucæ 11.* Tertull. *lib. de corona*, quos interdiu exorcismis fugant, & *in Apologetico 37.* dæmones de vobis sine pretio, sine mercede depellimus. Idem *lib. de Spectaculis*, in exorcismo cum rogaretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem aggredi, constanter & justissime id feci, in meo eam inveni. *Aug. 2. de vita beata*, de exorcismis & historiis ad eam rem facientibus, vide *part. 2. Malleï maleficarum q. 2. cap. 6.* vide *flagellum dæmoniorum passim: & tractatum de exorcismis Felicis Matboli: Vierum 5. de præstigiis, c. 19. 20. 21. 22. 23.* idem erat usitatum apud Ethnicos. Tertull. *de idololatria*, qua constantia exorcizant alumnos suos.

16 *l. 4. C. de maleficis.* 17 Philosophia religiosa res est, omnium bonarum, & laudatarum artium procreatrix, Cic. 1. *de Oratore*, & mater, & inventum Deorum, Cic. 1. *Tusculana* frugifera, & fructuosa. Idem 1. *offic. 5. Tusc.* Tertullian. tamen *libro adversus Hermogenem*, Philosophos vocat patriarchas hæreticorum, & in *lib. de anima, cap. 1.* ubi etiam adjicit, Philosophiam esse concussionem veritatis, & in *libro de præscription. adversus hæreticos*, hæreses à philosophia subornari.

18 Mercenarium. *Hal.* Philosophiæ munus est, divitias contemnere: eas etiam quidam, ut liberius philosopharentur, vel civibus diviserunt, vel in mare abjecerunt, vide Laërt. 6. *de Crate.* Asperum, incultum, & intonsum caput & negligentiorem barbam & indictum argento odium & cubile humi positum, & quidquid aliud ambitionem perversam sequitur, id evita, latis ipsum nomen Philosophiæ (etiamsi moleste tractetur) invidiosum est, Seneca 1. *epist. 5.* adde eundem Senec. 19. *epist. 109.* 19 Civilis sapientia, res est sanctissima, *ut hic.* necessaria, laudabilis. *l. 4. C. de advocatis diversorum judiciorum*, honoris plena, *argum. l. 6. in fin. C. de postulando*, sacra philosophia, vera, non simulata. *l. 1. §. 1. ff. de justitia.* Ammianus tamen *lib. 30.* causidicinam & oratorum professionem refert à Platone vocatam πολιτικῆς μορίῳ ὁμοίαν, id est, civilitatis particulæ umbram, vel adulationis quartam partem esse definivit amplitudo Platonis, ab Epicuro κακοτεχνίαν, sed mox addit, cum recte procedunt judicia, delubra sunt æquitatis: cum deprivata, foveæ fallaces, & cœcæ, in quas si captus ceciderit quisquam, non nisi permulta exiliet lustra, adusque ipsas medullas exuctus. 20 Πολιτικὴ, de qua Aristoteles 1. *Ethic. 2. & 1. Magnorum moral. 3. Politic. 8.*

21 *Al.* Nummaria. 22 Offerri. *Hal.* 23 De usurpandi voce, dixi 1. *Feudor. 13. in fin. & l. 13. ff. de injuriis.* 24 Librarios Græci καλλιγράφους. Ἀγν. 42. vide *Cujac. ad l. 9. §. 1. ff. de excus. tut.*

25 Notarios dicimus, quos Græci ταχυγράφους, ἐξυγράφους. 26 *V. l. 15. §. 5. ff. de excus. tut.*

27 Tabularii. *l. ult. in fin. ff. si mensor.* ii rationes publicas privatasque supputant, vide *tit. C. de tabulariis.* 28 *l. 4. ff. de off. adsess.* 29 *l. ult. in fin. ff. de obl.* lex tamen Cincia teste Tacito 11. vetabat, ne quis ob orandam causam pecuniam, pennive acciperet. Eadem lex Muneralis dicta, de qua scripsi ad Festum in *Muneralis & Cincia.* Cincia lex de donis, Cicer. 1. *ad Attic. Tacit. 11. 13. Livius 3. 4. Arnob. 2. Plinius 5. epistol. Suetan. Neron 17.* 30 *l. 4. C. de condict. ob causam.*

31 *l. 5. C. de postulan.*

erunt. §. 12. Si cui cautum est honorarium, vel si quis de lite [32] pactus est: videamus an petere possit? Et quidem de pactis ita est rescriptum ab Imperatore nostro, & Divo patre ejus: *Litis* [33] *causa malo* [34] *more pecuniam tibi promissam* [35] *ipse quoque profiteris, sed hoc ita [jus] est, si suspensa lite societatem futuri emolumenti cautio polliceretur: si vero post causam actam cauta* [36] *est honoraria summa, peti potest usque ad probabilem quantitatem* [37], *etsi nomine palmarii* [38] *cautum sit: sic tamen, ut computetur id, quod datum est, cum eo, quod debetur: neutrumque compositum licitam quantitatem excedat.* † Licita [39] autem quantitas intelligitur pro singulis causis usque ad centum [40] aureos. §. 13. Divus Severus ab heredibus Advocati mortuo eo prohibuit [41] mercedem repeti: quia per ipsum non steterat, quominus causam ageret. §. 14. Ad nutricia quoque officium Præsidis, vel Prætoris devenit: namque nutrices [42] ob alimoniam infantium apud Præsides quod sibi debetur, petunt.

† Sed nutricia [43] cousque [44] producemus, quoad infantes uberibus aluntur: cæterum post hæc cessant partes Prætoris vel Præsidis. §. 15. Hæc omnia si apud Præsides petantur, videamus, an de mutuis [45] petitionibus possint præsides cognoscere? & putem debere admitti.

De usu aquæ, & novis rivis. De equabus alienis, & fœtu earum. De damno dato per emissos in prædium alienum.

II. IDEM lib. I Opinionum.

DE usu aquæ, de rivis novis inciviliter institutis, item de equis alienis à sciente possessis, fœtuque [46] earum, & de damno dato per immissos in prædium suum universos homines eos, qui in plurium prædia distribui debuerunt, si modo id non ex auctoritate ejus, qui jubere potuit, factum est, Præsidem Provinciæ doceri oportere responsum est: ut his secundum rei æquitatem & jurisdictionis ordinem convenientem formam rei det.

De medico res ægroti extorquente.

III. IDEM lib. V Opinionum.

SI medicus, cui curandos suos oculos, qui eis laborabat, commiserat, periculum amittendorum eorum per adversa medicamenta inferendo, compulit [47], ut ei possessiones suas contra fidem bonam æger venderet: incivile factum Præses Provinciæ coerceat, remque restitui jubeat.

De salario juris studiosorum.

IV. PAULUS lib. IV ad Plautium.

DIvus *Antoninus* Pius rescripsit, juris studiosos [48], qui salaria petebant, hæc exigere posse.

Quatuor genera cognitionum. 1. Definitio existimationis. 2. Quibus modis existimatio minuitur. 3. Vel consumitur.

V. CALLISTRATUS lib. I de Cognitionibus.

Cognitionum numerus cum ex variis causis descendat, in genera dividi facile facile non potest, nisi summatim dividatur. Numerus [49] ergo cognitionum in quatuor fere genera dividi potest: aut enim de *honoribus* sive muneribus gerendis agitatur: aut de *re pecuniaria* disceptatur: aut de *existimatione* alicujus cognoscitur: aut de *capitali crimine* [50] quæritur. §. 1. *Existimatio* [51] est dignitatis inlæsæ status, legibus ac moribus comprobatus, qui ex delicto nostro auctoritate legum aut [52] minuitur, aut consumitur.

§. 2. *Minuitur* existimatio, quotiens, manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur, sicuti cum relegatur [53] quis, vel cum ordine movetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebejus fustibus [54] cæditur, vel in opus publicum datur, vel cum in eam causam quis incidit, quæ Edicto perpetuo infamiæ causa enumeratur. §. 3. *Consumitur* vero, quotiens magna [55] capitis minutio intervenit, id est [56], cum libertas adimitur: veluti cum aqua & [57] igni interdicitur, quæ in [58] persona deportatorum venit [59], vel cum plebejus in opus metalli, vel in metallum datur, nihil enim refert, nec [60] diversa pœna est operis & metalli, nisi quod refugæ operis non morte, sed pœnæ metalli subjiciuntur.

Si judex litem suam fecerit.

VI. GAIUS lib. III Rerum Cottidianarum [seu aureorum].

SI judex litem [61] suam fecerit, non [62] proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu obligatus est, [&] utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & in quantum de ea [re] æquum religioni judicantis visum fuerit, pœnam sustinebit.

[32] *l.5.l.6. C. de postulando.*
[33] *l.53. ff. de pact. l.5. Cod. de postulando.*
[34] Malo more pecuniam sibi promissam profitetur, qui se de lite pactum ait, *ut hic*: mala ratione servi extero se emi mandant & manumitti. *l.54. ff. mandati.*
[35] *l.19. §.1. ff. de negot. l.8. ff. quod metus causa. l.1. in fin. ff. de act. empt. & venditione.*
[36] Promissa.
[37] Id est, centum aureos. *ff. eodem.*
[38] Palmarium est præmium, quod victoriæ causa datur.
[39] Hoc hodie consuetudine non servatur, ut *Alberic.* notat.
[40] Adde *l.18. ff. ratam rem.* ordinatione vero curiæ Parisiensis advocati, pro singulis causis supra decem libras Gallicas accipere prohibentur. Lex Cincia, ut antea dixi, verabat quidquam accipi. *Tacit.* 11. Hæc de advocatis Ammianus 30. hoc ipsum (inquit) venditant, quod oscitantur. & *post*, si voluntate matrem finxeris occidisse, multas tibi suffragantes absolutionum lectiones & reconditas politicentur, si te nummatum senserint, & *post*: nihil præter inseminatam petendi licentiam norunt. *Goth.* Centum aureos Budæus hic intelligit pro duobus auri pondo. *De Asse lib.5.* Sic in proxenetis nuptiarum certa pecuniæ summa constituta est *l. fin. C. de sponsalib.* Idem assessoribus. *l.4. ff. de offic. Assess.* & procuratore fisci. *l.15. C. de advocat. divers.* Ans.
[41] *l.4. ff. de off. adsess.*
[42] Vide *l. ult. ff. pro derelicto.*
[43] Τροφεῖα. Græci.
[44] Eousque. *Hal.*
[45] Dixi ad *l.1. C. rer. amotar.*
[46] Adde *l.39. ff. de usuris.*
[47] *l.9. C. de professorib. & medicis.* vide *Alciat.2. Parerg.39.*
[48] Juris studiosi, jurisconsulti. *l.1. ff. de offic. adsess.* de variis appellationibus Jurisconsultorum, vide *Cujac. 7. obs.25.*
[49] Cognitio est sive de re quæritur, sive de honore, seu munere, aut de re pecuniaria, aut de existimatione, aut de capitali crimine. [50] *l.32. ff. de arbitr.* [51] Existimatio quid. [52] Existimatio minuitur, vel consumitur. [53] Relegati infames. [54] Vide *l.22. ff. de his qui notantur.*
[55] Id est, media, *Zoanetus 17. restitut.* [56] Idem est cum libertas, *Zoanetus ibid.* [57] De aquæ & ignis interdictione, dixi ad *l.1. §.2. ff. de leg.* [58] Deportatio successit in locum aquæ & ignis interdictionis, *ut hic.* Qui deportati, num cives? non cives, non jure Quiritum liberi, *Cujac. Instit. de cap. dimin.* [59] *Al.* venit. [60] Metalli operis, & metalli pœna prope eadem.
[61] Vide quæ notavi ad *tit. C. de pœna judicis, qui male judicavit. l.29. in fin. C. de pact.* [62] Imo interdum proprie ex maleficio, veluti si dolo. *l.15. in fin. ff. de jud.*

TIT. XIV.

DE PROXENETICIS [1].

De petitione.

II. ULPIANUS lib. XLII ad Sabinum.

PRoxenetica [2] jure [3] licito petuntur.

An proxeneta qui faciendi nominis causa intervenit, teneatur.

II. IDEM lib. XXXI ad Edictum.

SI proxeneta [4] intervenit faciendi nominis, ut multi solent: videamus, an possit quasi mandator teneri? & non puto teneri: quia hic monstrat magis nomen, quam mandat [5], tametsi laudet nomen. † Idem dico, & si aliquid philantropiæ [6] nomine acceperit, nec ex locato conducto erit actio. Plane si dolo [7] & calliditate creditorem circumvenerit, de dolo actione tenebitur.

[1] De proxenetis. *Hal.* de proxenetis, *Vulg.* male. Proxeneticon est merces, quæ proxenetæ seu intercessori debetur ob præstitum aliquod officium peregrino homini, vel simili, vide *l.2. l.3. in fin. ff. eod.*
[2] *l.3. ff. eod. l.7. ff. mandati. l.1. C. mandati.* adde *l.15. ff. de præscr. verb.* de proxeneta, vide *Cujac.11. observ.18.*
[3] Non improbabili more *l.3. ff. eod.*
[4] Proxenetas interveniss nominis faciendi causa hic locus indicio est. *Senec.21. Epist.120.* Æs alienum facias oportet, sed nolo per intercessorem mutueris. Nolo proxenetæ nomen tuum jactent. Paratum tibi creditorem dabo. atque ita Proxeneta monstrat magis nomen quam mandat, quam vis laudet seu jactet, ideoque neque mandati, neque locati conveniri possunt proxenetæ, etiansi philantropi aliquid nomine acceperint: nisi dolum admiserint, *ut hic.* vel nisi mandatum eis fuit ut vires futuri debitoris excuterent. *l.42. ff. mandati.*
[5] Vide quæ scripsi ad *l.10. §.7. ff. mandati.*
[6] Philantropii. *Hal.* philantropi. *Vulg.* philantropiæ. *Bud. Alciat.8. parerg.21.* bene philantropi: interdum enim recto casu philantropum Græci dixerunt, vide *Cujac.11. observat.18. in Paratitlis C. ad tit. de sponsal.*
[7] *l.7. in fin. ff. de dolo.*

De proxenetico καὶ ἑρμηνευτικῷ. De usu proxenetarum.

III. IDEM lib. VIII de Omnibus Tribunalibus.

DE proxenetico, quod & sordidum, solent Præsides cognoscere: sic tamen, ut in his modus esse debeat, & quantitatis & negotii in quo operula ista defuncti [8] sunt, & ministerium quale quale accommodaverunt. Facilius (quod Græci ἑρμηνευτικὸν [9] *id est, interpretativum, seu* [10] *interpretu honorarium* appellant) peti apud eos poterit, si quis forte condicionis, vel amicitiæ, vel adsessuræ, vel cujus [11] alterius [12] hujusmodi proxeneta fuit. Sunt enim hujusmodi hominum, ut tam in magna civitate, officinæ. Est enim proxenetarum modus, qui emptionibus, venditionibus, commerciis, contractibus licitis [13] utiles non adeo improbabili [14] more se exhibent.

[8] *Al.* functi.
[9] Alciatus 8. *parerg.21.* ἑρμῆς, vel ἑρμεῖα legit, ut sit lucrum, vel lucri species: cujus vocis meminit Plato in *Sympos.* *Suidas*, *Damascen.* Alii legunt ἔπαθλα pretium certaminis: Alii ἔπαινα, vocis cis præmia: Alii ἔρανα & προξενία. Alii ἔρδια. male.
[10] Interpretitium, vide *Cujac. ibid.* honorarium interpretis, adde *l.1. in fin. ff. de verb. obl.* de variis mercedularum generibus, vide Contium 1. *disp.14.* dixi plenius Edicto Justinian. 13. *cap.7.*
[11] *Al.* alicujus.
[12] Puta nuptiis, *l. ultim. ff. de sponsal. Petronius.*
[13] Secus in illicitis: ut est Episcopatus & talium dignitatum. *Novell.120. cap.2.*
[14] Jure licito. *l.1. ff. eod.*

TIT. XV.

DE CENSIBUS [1].

De coloniis, quæ jus Italicum habent.

I. ULPIANUS lib. I de *Censibus*.

SCiendum est, esse quasdam [2] colonias *juris Italici* [3], ut est in Syria Phœnice splendidissima Tyriorum [4] colonia, unde mihi origo est, nobilis *regionibus*: serie sæculorum antiquissima: armipotens: fœderis [5], quod cum Romanis percussit, tenacissima: huic enim D. *Severus* [&] Imperator noster ob egregiam [in] Rempublicam, Imperiumque Romanum insignem fidem, jus *Italicum* dedit. §. 1. Sed & Berytensis [6] colonia in eadem provincia Augusti beneficiis gratiosa: & (ut Divus *Hadrianus in quadam* [7] *Oratione* ait) *Augustana* [8] *colonia* quæ jus Italicum habet. §. 2. Est & Helipolitana [9], quæ à Divo *Severo* per belli civilis occasionem *Italicæ coloniæ* Rempublicam accepit. §. 3. Est & Laodicena colonia in Syria Cœle, cui D. Severus jus Italicum ob *bella civilia* [10] merita concessit. Ptolemensium [11] enim colonia, quæ inter Phœnicen & Palæstinam sita est, nihil præter nomen Coloniæ habet. §. 4. Sed & Emisenæ [12] civitati Phœnices [13] Imperator noster jus coloniæ dedit, *jurisque* Italici eam fecit. §. 5. Est & Palmyrena [14] civitas in Provincia Phœnice prope Barbaras [15] gentes & nationes collocata. §. 6. In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, & *Cæsarienses*, & *Ælia Capitolina* [16], sed neutra jus Italicum habet. §. 7. Divus quoque Severus [17] in Sebastenam [18] civitatem coloniam deduxit. §. 8. Indicia [19] quoque Zernensium [20] colonia à Divo Trahiano [21] deducta, juris Italici est. §. 9. Zarmizegethusa [22] quoque ejusdem juris est: item Napocensis [23] colonia, & Apulensis, & Patavicensium [24] vicus, qui à D. Severo jus coloniæ impetravit.

§. 10. Est & in Bithynia [colonia] Apamena, & in Ponto Sinopensis. §. 11. Est in Cilicia [25] Selinus, & [26] Trahianopolis [27].

De vitiis censuum.

II. IDEM lib. XXVIII ad Sabinum.

VItia [28] priorum censuum [29], editis [30] novis [31] professionibus, evanescunt.

De ætate. 1. De immunitate.

III. IDEM lib. II de Censibus.

ÆTatem [32] in censendo [33] significare necesse est: quia quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur: veluti in Syriis [34] à quatuordecim annis masculi, à duodecim fœminæ usque ad sexagesimum [quintum] annum tributo capitis obligantur: ætas autem spectatur censendi tempore. §. 1. *Relus concessam immunitatem non habere* [35] *intercidere* [36] scripto Imperatoris nostri ad Pelignianum [36] recte expressum est: quippe personis quidem data immunitas cum persona extinguitur: rebus nunquam extinguitur.

De forma censuali. 1. De eo, qui in publicis tabulis delato modo frui non potest. 2. Ubi quis agrum profiteri debet. 3. De immunitate. 4. De possessore & petitore. 5 De servis. 6. De lacubus & portubus. 7. De salinis. 8. De inquilinis, vel colonis. 9. De natu, vel quæsito post censum edictum. 10. De eo, qui petit ut censum sibi emendare permittatur.

IV. IDEM lib. III de Censibus.

FOrma [37] censuali [38] caverur, ut agri sic [39] in censum referantur, *Nomen* [40] fundi cujusque, & in qua [41] *civitate*, & quo *pago* sit, &

[1] Additur in libro 11. *C. tit.* 57. de censitoribus, peræquatoribus & inspectoribus. περὶ ἐπιτρόπων. id est, de inspectoribus. 56. *Synops. & c.* adde 13. *C. Theod.* 10. & 11.
[2] *Exot.* 39. Porro de censibus, quod ait, nihil aliud est, quam de æstimationibus privati cujusque patrimonii. *Zas.2. Intellect.*
[3] De pœna incensi, hoc est, ejus, qui incensum professus non est, dixi ad *Ulpian.11.* §. 11.
[4] *l.3. l.6. l.7. l.8. ff. eod. l. un. C. de privilegiis urb. Constantinop.*
[5] Vide *Cujac.10. obs* 35.
[6] Antiqua Tyros hinc dicitur Virgilio Æneid.1.
[7] Fœderisque. *Hal.*
[8] Berytiensis. *Hal.*
[9] Forte de Italicensibus, unde ipse ortus erat. 16. *Gell.* 13. Nam ea oratione Hadrianus de municipiorum & coloniarum jure tractavit.
[10] Augustiana. *Hal.*
[11] Heliopolitana. *Hal.*
[12] *Sub.* Pescennini Nigri. Severus autem Laodicenis id privilegii concessit, quod ab ejus partibus stetissent adversus Nigrum, nec his contentus Antiochiam iisdem Laodicenis, ut & Byzantium Perinthiis adjudicavit, quod partes Nigri secuti essent, *Herodianus 3. Spartianus in Severo.* unde fortassis ratio dubitandi, *in l. Antiochensium 37. ff. de rebus autorit. jud. poss.* An Antiochensibus, quæ non à Principibus, sed à lege sua acceperant privilegia adempta censeantur: & respondit Paulus ea durare.
[13] Ptolemæensium. *Hugo à Porta.* [14] Missenæ. *Hal.* Missenæ. *Vulg.* [15] Barbaricas. *Hal.* [16] Ea est Hierosolyma, *Dion. Cassius Nicæus in Adriano.* Inde Capitulenses, Hierosolymitani. *l.8. §.7. ff. eod.*
[17] *Al.* Severus & Antoninus. [18] Sebastenam. *Hal.* Sebasthenam. *Vulg.* [19] Indiæ. *Vulg.* Inclyta quoque Cyrenensi. *Hugo à Porta.* In Dacia quoque Zermensium. *Cujac.* 10. *observ.35. ex Basil. & antiqua inscriptione.* [20] Cyrenensium. *Hal.* [21] Trajano. [22] Zarmesigethusa. *Hal.* Zamisetusa. *Vulg.* Ptolemæus in Dacia ponit Zarmigethusum. *Al.* Zamursagethusa.
[23] Naboncnsis. *Vulg.* Νάπωκαν. *Basil.* [24] Paranisensium. *Hal.* Patanissensium. *Hugo à Porta.* Πατανησσηνῶν. *Basil.* [25] Sicilia. *Vulg. Hal. Hugo à Porta.* [26] Et Tharsus, de qua *Actor.22. vers.28.* [27] Trajanopolis, hæc duo vocabula sunt unius, ejusdemque civitatis, unum vetus, alterum novum. [28] Id est, æstimatio patrimonii pro solvendo tributo, si ex vitio, vel errore facta sit, talis professio evanescit novis professionibus: id est, dum tributarius suum patrimonium refert. *Zas.2. Intellect.3.* [29] *Al.* Temporum. [30] *Al.* Edictis. [31] Novæ professiones, Galli *noveaux adveus & denombrements*, hæc lex dominis, & vasallis scitu admodum est necessaria.
[32] Ætas probatur libris censualibus. *l.4. §.5. ff. eod. l.13. ff. de probat.* adde *Ciceronem pro Archia poëta. l.1. C. si minor.* Ex edicto Servii Tullii nascentium nomine parentes Lucinæ certam pecuniam dabant: qui ab adolescentia in juventutem migrabant, Juventæ: morientes, Libitinæ: atque ita sciri poterat quot quoque anno nati, vivi, aut mortui essent. *Halicarn.4.* postea Prætoribus id curæ fuit, *Cic. pro Archia. Lucae in Euan.2.* Marcus Antoninus philosophus dein jussit apud præfectos ærarii unumquemque civium natos liberos profiteri intra trigesimum diem nomine impositio. Per provincias tabularios eum in finem instituit, vide *Capitolinum in Marco Antonino.* Sic edicto regis Francisci anno 1539. cautum fuit, ut singuli curiones baptizatorum, & mortuorum in regesto nomina conscriberent, de quo vide Rebuff. *2. Tract. de registris baptismi, sepulturæ, & aliis.* de natalibus & natali professione, vide *l.1. C. si minor se majorem. l.10. l.13. C. de probat.* adde quæ scripsit ad *l.6. C. de fide inst. Novell.74. cap.4. §.1. l.29. §.1. ff. de prob.* libri actorum dicuntur à Juvenale *Satyr.9.*
[33] Apud censorem, sive censitorem. [34] *Al.* Syria. [35] Debere. [36] Poliginanum. *Hal.* [37] Formam censualem observa, adde formulam ex oratione *pro L. Flacco.* Goth. Vide Tholosan. *de Republ. lib.3. cap.5.* Ans. [38] Agrorum, nam alia erat ætatis, de qua *l.3. ff. eod.*
[39] Adde *l.6. ff. de rei vind.* [40] Fundi, & possessoris nomina, situs & qualitatem agri in forma censuali exprimi oportet. Id ruris est ingenium. *l.7. C. de bonis proscript.* [41] Ad situm fundi ista pertinent, civitas, pagus, confinium.

sit, & quos duos vicinos proximos habeat: & [id] *arvum* 42 quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum 43 sit: *vinea*, quod vites habeat: *oliva* 44 quot jugerum, & 45 quot arbores habeat: *pratum*, quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum: *pascua*, quot jugerum esse videantur: item *sylva cedua*: omnia ipse, qui defert, æstimet. §. 1. Illam æquitatem debet admittere censitor 46 ut officio ejus congruat, relevari eum 47, qui in publicis 48 tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. Quare, & si agri portio chasmate 49 perierit, debebit per censitorem relevari. Si vites mortuæ 50 sint, vel arbores aruerint: iniquum, eum *numerum inferi* censui. Quod si exciderit arbores, vel vites, nihilominus 51 eum numerum profiteri jubetur, qui fuit census tempore: *nisi causam excidendi censitori probabit*. §. 2. Is vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri 52 debet, in qua ager est: agri enim tributum in eam civitatem debet levare 53, in cujus 54 territorio possidetur. §. 3. Quanquam in quibusdam beneficia personis 55 data immunitatis cum persona extinguantur: tamen cum generaliter locis 56, aut cum civitatibus, immunitas sic data videtur, ut ad posteros transmittatur. §. 4. Si, cum ego fundum possiderem, professus 57 sim, petitor autem non 58 fuerit professus, actionem illi manere placet. §. 5. In servis 59 deferendis observandum est, ut & nationes eorum, & ætates 60, & officia, & 61 artificia specialiter deferantur. §. 6. Lacus quoque piscatorios, & portus in censum dominus debet deferre. §. 7. Salinæ si quæ sunt in prædiis 62, & ipsæ in censum deferendæ sunt. §. 8. Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. §. 9. Quæ post censum edictum 63 nata, aut postea quæsita sint, intra finem operis consummati 64 professionibus edi possunt. §. 10. Si quis veniam petierit, ut censum sibi emendare 65 permittatur, deinde post hoc imperratum cognoverit se non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat: nullum ejus 66 præjudicium ex eo, quod petiit, ut censum emendaret, fore sæpissime rescriptum est.

De præjudicio communi. 1. *De fideicommisso.* 2. *De legato.*

V. Papinianus libro XIX Responsorum.

CUm possessor unus expediendi negotii causa tributorum jure conveniretur, adversus cæteros, quorum æque prædia tenentur ei, qui conventus est, actiones à fisco præstantur: scilicet ut omnes pro modo prædiorum pecuniam tributi conferant: nec inutiliter actiones præstantur, tametsi fiscus pecuniam suam receperit, quia nominum venditorum pretium acceptum videtur.

§. 2. Qui non 67 habita ratione tributorum, ex causa fideicommissi prædia restituunt, actionem ex Divi *Pii Antonini* literis habent, quam legato quoque soluto locum habere voluit.

§. 3. Pro 68 pecunia tributi, quod sua die non est redditum, quo minus prædium jure pignoris distrahatur 69, oblata moratoria cautio non admittitur, nec 70 audietur legatarius contradicens ob tributa præteriti 71 temporis, quod heres solvendo sit, & is, qui tributis recipiendis præpositus fuerat.

De colonu & jure Italico.

VI. Celsus lib. XXV Digestorum.

COlonia *Philippensis* 72 juris Italici est.

VII. Gaius lib. VI ad legem Juliam & Papiam.

JUris 73 Italici sunt, Τρωὰς, Βηρυτὸς, Δυῤῥάχιον, id est, *Troas, Berytus, Dyrrachium.*

VIII. Paulus lib. II de Censibus.

IN Lysitania 74 Pacenses 75, sed & Emeretenses 76 *juris Italici* sunt. † Idem jus Valentini 77 & Licitani 78 habent. † Barcenonenses 79 quoque ibidem immunes sunt. §. 1. Lugdonenses Galli, item Viennenses in Narbonensi juris Italici sunt.

§. 2. In Germania inferiore Agrippinenses 80 juris Italici sunt.

§. 3. Laodicia 81 in Syria, & Berytos 82 in Fœnice juris Italici sunt: & 83 solum earum. §. 4. Ejusdem juris & Tyriorum 84 civitas à Divis Severo & Antonino facta est. §. 5. Divus *Antoninus* Antiochenses 85 colonos 86 fecit *salvu tributu*.

§. 6. Imperator noster Antoninus civitatem Emisenorum 87 coloniam & juris Italici fecit. §. 7. D. *Vespasianus* 88 Cæsarienses 89 colonos fecit non adjecto, ut & juris Italici essent: sed tributum his remisit capitis 90: sed Divus Titus etiam 91 solum immune factum interpretatus est. Similes eis *Capitulenses* 92 esse videntur. §. 8: In Provincia Macedonia Dyrracheni 93, Cassandrenses 94, Philippenses 95, Dienses, Stovenses 96 juris Italici sunt. §. 9. In Provincia Asia duæ sunt juris Italici, Troas, & Parium 97. §. 10. In Fisidia ejusdem juris est colonia 98 Antiochensium. §. 11. In Africa Carthago 99, Uticea 100, Leptis 1 magna à Divis 2 Severo & Antonino juris Italici factæ sunt.

42 Possessionum hæc sunt genera, arvum, vinea, olivetum, pratum, pastus, sylva cedua. ℑ. *eod.*

43 Quod crimini dabat Verres Nympheo & aliis. *Verrina* 3.

44 Olivetum. *Hal.*

45 Id est, qualitas, & quantitas agri.

46 Censitor. §. 2. ℑ. *eod.* *C'est celuy, qui tient & registre des papiers terriers, alias* censitor *ut C. de censibus & censuum improbatoribus.* est censuum collector. Censor etiam dicitur 2. *Verrina.*

47 *l.* 2. *C. de alluvionibus.*

48 Publicas tabulas. *Hal.* quæ census dicuntur: *l.* 21. *in fin.* ℑ. *de annuis.*

49 Vide *l.* 15. §. 2. ℑ. *locati.*

50 Aliud si excutatur. *l.* 2. *C. eod.*

51 *l.* 2. *C. de censib.*

52 Idem dixeris in donationum insinuationibus. *Novell.* 89. *c.* 15.

53 Levari. *Hal.* luere.

54 Professio agri agrum sequitur, ideo eo loci facienda, quo ager situs est, vide *l.* 3. *C. de natur. lib. Nov.* 89. *c.* 2. §. 2. non extra territorium, non in alieno.

55 Dixi *l.* 3. *in fin.* ℑ. *eod.*

56 Immunitates locis, aut civitatibus datæ perpetuæ sunt, ad heredes, quoslibet successores transeunt, non sunt personales.

57 Vide *l. antepen.* ℑ. *de adq. rer.*

58 Profiteri censum cogitur, qui non est professus. *l.* 64. ℑ. *de adq. rer. dom.*

59 Rusticis. vide *l.* 6. §. 1. *C. de secundis nuptiis.*

60 *l.* 3. ℑ. *eod.*

61 Differentia officii, & artificii.

62 Privatorum scilicet, vide quæ notavi ad *l.* 8. §. 8. ℑ. *de pœnis.*

63 Editio. *Cujac.* 10. *obs.* 35.

64 *Al.* consummatis.

65 *l.* 8. ℑ. *de bon. libert.*

66 *Al.* ei.

67 Μὴ ἐπιχωρήσαντος ἐκ τῶν δημοσίων. *Basil.* id est, ne tributorum onus subirer. *Cujac.* 19. *observat.* 15. *quem vide.*

68 Vide omnino *Cujac.* 19. *obs.* 3.

69 *l.* 1. *l.* 2. *C. de capiendis & distrahendis pign.*

70 Vide *Cujac. in hunc locum* 10. *observ.* 5.

71 Vide *l.* 39. §. 5. ℑ. *de leg.* 1.

72 In Thracia diversa à Macedonica. *l.* 8. §. 8. ℑ. *eod.*

73 Jus Italicum quid sit, vide apud *Cujac.* 10. *observ.* 15.

74 Lusitania. *Vulg. Hugo à Porta*, Græcis Λυσιτανία: hodie *Portugal.* Goth. Vide in hanc l. Augustin. *lib.* 9. *emendat. cap. final.* Turnebum *adverss. lib.* 5. *c.* 15. S.L.

75 Pacensis Colonia, Pax Julia παξιουλία nunc Badaicos, Villanovano, & Taraphæ Beia vel Bexa, Clusio, & Vasseo, recte. nam & olim à Mauris Bexagus, iisdem hodie Baccea.

76 Emericenses. *Vulg.* Emeritenses. *Hal.* Augusta Emerita, Ptolemæo, hodie Medina Delrio: Seco Taraphæ: Merida Variero & Villanovano. 77 Hodie Valentia.

78 Lucentini. *Hal.* Lucitani. *Vulg.* Lacetani. *Hugo à Porta.* Illocitani, vel Acitani. *Cujac.* 10. *observ.* 35. forte legendum est Jaccetani, hodie Jacca Clusio. 79 Burgundionenses. *Vulg.* Barcinomenses. *Hal.* Barcinonenses. *Hugo à Porta.* Barcino Βαρκινῶ Ptolemæo, olim Faventia: hodie Barzelona.

80 Colonia Agrippina, notissima & illustris urbs Germaniæ.

81 Loadicea. *Hal.* 82 *l.* 1. §. 1. *l.* 7. ℑ. *eodem.* olim felix Julis 5. *Plinius* 10. hodie Baruchi Olivario: aliis Baruch.

83 Phœniciæ. *Hal.* 84 *l.* 1. ℑ. *eod.* Tyrus, τύρος, Tzor sacris literis, Sara Gellio & Festo, hodie Suri Postello.

85 Syriæ, ut existimo, Antiochia, Syriæ metropolis sita ad Orontem fluvium, Rebla, & Reblata Hebræis, teste Hieronymo in Ezechielem: Epidaphne Plinio, Theopolis vocatur à Justiniano: hodie Antiochia Nigro, Alepo Villanovano.

86 Colonios. *Vulg.*

87 Emisenorum. *Vulg.* Amisenorum. *Hal.* Emissa urbs Phœniciæ, hodie Camala Nigro; Hama Turcis; Aamsa Arabibus, teste Bellonio.

88 *Plin.* 13. *Novell.* 103.

89 Palæstinæ scil. olim Pyrgos, vel Turris Stratonis Ptolemæo, & Accaron Hieronymo, sed male. Apollonia, & Colonia prima Flavia Plinio, hodie Azor Pineto. Siseria, & Gad Palæstinorum Benjamino: Balbeæ, & Belme Theveto.

90 Tributum (quod & intributio & contributio) *l.* 32. §. 6. ℑ. *de adminis. tut.* aliud soli, aliud capitis, & hæc stipendia dicuntur à quibusdam. Tertullian. *Apologetico.* si agri tributo onusti viliores, hominum capita stipendio censa ignobiliora.

91 Tributum aliud capitis, aliud soli, *ut in l.* 32. *in fin.* ℑ. *de usufruct. leg.* adde *Festum in Tributorum.*

92 Id est, Hierosolymitani. Nam urbs ipsa Ælia Capitolina. *l.* 1. §. 6. ℑ. *eod.*

93 Dirrachenicas. *Vulg.*

94 Cassandrenses. *Hal.* Santorenses. *Vulg.* Cassandrienses, *Hugo à Porta.* Κασσάνδρεια Ptolemæo urbs maritima Macedoniæ, hodie Cassandria Sophiano, Schriato, vel Stechio Bellonio.

95 Philippensis colonia: ad hujus urbis five coloniæ municipes scripta est epistola D. Pauli ad Philippenses.

96 Stonienses. *Vulg.* Stonenses. *Hal.* Stobienses. *Hugo à Porta.* Στόβοι, urbs Macedoniæ Ptolemæo. Sarachino dicitur à Nardo in Livio Italico.

97 Parium. *Vulg.* Homero ἀβαρνὶς & πίτυος, Plinio Camera: Paradiso Nigro.

98 Vide 6. *Plin.* 27.

99 Καρχηδὼν Tharsis Hebræis: ab Hadriano, Hadriamopolis *teste Spartiano*: Alexandria Commodiana togata à Commodo *teste Lampridio.*

100 Utice. *Hal.* Utica: inde Cato Uticensis.

1 Eleptis. *Vulg. Hal.* hodie Lebida. *Ant. Mercator.*

2 Divo. *Hal.*

TIT. XVI.

DE 1 VERBORUM 2 SIGNIFICATIONE 3.

Si quis.

I. Ulpianus lib. I ad Edictum.

VErbum hoc, *si quis* 4, tam masculos quam fœminas complectitur 5.

Urbs Roma. 1. *Dici major pars.*

II. Paulus lib. I ad Edictum.

URbis 6 appellatio muris: Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius 7 patet. §. 1. Cujusque diei 8 major pars est horarum septem 9 primarum 10 diei, non suprematum 11.

Viginti millia diurna. 1. *Heredit as.*

III. Ulpianus lib. II ad Edictum.

ITinere 12 faciendo *viginti* 13 *millia* passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda: ut si post hanc dinumerationem minus quam viginti millia supersint, integrum diem occupent: veluti si 14 viginti unum millia sunt passus, biduum eis attribuetur: quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conveniat 15. §. 1. Ejus qui apud hostes decessit, dici hereditas non 16 potest, qui servus decessit.

Nomen.

IV. Paulus lib. I ad Edictum.

NOminis 17 appellatione rem 18 significari Proculus ait.

Res, pecunia. 1. *Opus.*

V. Idem lib II ad Edictum.

REi appellatio latior 19 est 20, quam pecuniæ 21, quæ 22 etiam ea, quæ extra 23 computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. §. 1. Opere locato 24, conducto: his verbis *Labeo* significari ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα 25 vocant, [non ἔργον,] id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum 26.

Nomen, res. 1. *Ex legibus.*

VI. Ulpianus lib. III ad Edictum.

NOminis 27, & rei 28 appellatio ad omnem 29 contractum & obligationem pertinet. §. 1. Verbum *Ex legibus*, sic accipiendum est: tam ex legum sententia 30, quam ex verbis.

Sponsio.

VII. Paulus lib. II ad Edictum.

SPonsio appellatur, non solum quæ per sponsus 31 interrogationem fit, sed 32 omnis 33 stipulatio promissioque.

Oportebit. 1. *Actio.*

VIII. Idem lib. III ad Edictum.

VErbum, *Oportebit* 34, tam præsens, quam futurum tempus significat. §. 1. Actionis verbo non 35 continetur exceptio.

1 Περὶ ῥημάτων σημασίας. 2. *Ecl.* 2. περὶ σημασίας ὀνομάτων. 6. *Harm.* 3. adde 5. *Decret.* 40. 5. *Exstr.* 12. 5. *Clem. ult.*

2 De verborum & rerum significatione, *Vulg.* & ita conceptus est titulus trigesimus octavus Codicis *l.* 6. num recte? ut eo tandem redeat quæstio: An res aliquid significet, nec ne: Sic sentio, vocabula rerum notas esse, *Cicero Topicis*: res ipsas vocabulis significari, res per se non significare: sed vel Dei judicio tantum, vel hominum instituto. Dei, unde rerum futurarum, cœlestium ac invisibilium veritas certis rebus aspectabilibus adumbratur. Hominum, quoties inter se rebus citra verborum connexionem quasi loquuntur. hinc arræ, & annuli nuptias & venditionem: claves & instrumenta tradita traditionem possessionis: alapæ & circumductiones manumissionem significant. Hinc apud Ægyptios hieroglyphicæ literæ: & in re militari tria sunt genera signorum, vocalia, ut puta, Deus nobiscum, triumphus: semivocalia, quæ per tubam, aut cornu, aut buccinam dantur: muta, ut sunt aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ rufæ: sunt & alia in equis, indumentis, & armis, & manuum motione. vid. 3. *Vegetium* 5.

3 De verborum significatione Jurisconsulti veteres multi scripsere, & quidem Ælii Galli liber primus & secundus de verborum significatione, quæ ad jus pertinent, citatur à *Festo in Postliminium*, & locis aliis, & in rem ab eodem Festo citatur liber Glossematon C. Atei Capitonis: citantur & ab eodem libri duo de verbis priscis L. Cincii. Citatur & Verrius Flaccus lib. 4. de verborum significatu 5. *Gell.* 18. Santræ libri duo de verborum antiquitate: laudantur quoque à Festo & alii prope infiniti.

4 *l.* 195. ℑ. *eod. l.* 3. ℑ. *de negot. Cicero pro Cluentio, ubi dixi.* Indefinite, *l.* 3. §. 1. ℑ. *de homine libero, l.* 16. ℑ. *de jure fisci*, alias in lege, statutis, testamento, vel contractu, si quid ita specialiter conceptum fuerit, puta si vir, si masculus, si frater, si avunculus: fœminæ, sorores, materteræ non comprehenduntur: aliud erit, si in plurali quis fratrum (ex hoc exemplo judicium sit de cæteris) mentionem fecerit (tunc enim sorores, *l.* 35. ℑ. *de pactis*, *l.* 93. §. 3. ℑ. *de legat.* 3.) aut servorum, tunc enim ancillæ comprehenduntur, *l.* 62. ℑ. *de legat.* 3.

5 Ideoque filiis institutis & filiæ institutæ videntur, *l.* 1. §. 3. ℑ. *de ventre in poss.* filiis dato tutore, & filiabus datus intelligitur, *l.* 16. ℑ. *de testam. tut.* hinc constat, fœminas masculorum nomine comprehendi, nisi consuetudo, vel lex aliam fuisse mentem testatoris demonstret. Ideoque si quis filiis tutorem, vel hereditatem, vel feudum, vel quid simile reliquerit, fœminæ non comprehenduntur, si modo à superioribus statuto, vel lege remotæ fuerint. An vero masculina voce (puta filiorum, vel fratrum) fœminæ (puta filiæ, vel sorores) contineantur, vid. apud Socinum *regula* 25. ubi notat hanc legem minime obtinere in contractibus, vel si lege, vel statuto, vel consuetudine fœminæ nominatim excipiantur, si de re odiosa agatur, eave, quæ solis maribus, aut dignius maribus, quam fœminis competit: si separatim marium & fœminarum fit mentio: si proprium nomen adjectum voci masculinæ: si inde sequeretur legum emendatio. *Goth.* Vid. *l.* 52. *l.* 116. *l.* 122. *l.* 167. ℑ. *eod. l.* 45. ℑ. *de legat.* 2. *l.* 152. ℑ. *eod. l.* 163. §. 1. ℑ. *eod.* Ansf. 6 Alterius, quam Romæ scil. *l.* 4. §. 4. ℑ. *de penu.* Legata penu Tiburtina, quæ sunt Tiburi dumtaxat debentur: aliud erit, si domus Tiburtina integro statu legata sit, tunc enim adjacentia, id est, pecora, fructus, mancipia his verbis comprehenduntur. *l.* 2. *C. de bonis vacantibus*: aliud erit quoque, si humanitas, æquitas, privilegium, & mos loquendi contrarium admittant, aut dispositio fiat eluforia. *Goth.* Vide *l.* 87. *l.* 173. ℑ. *eod.* Ansf. 7 Hæc lex scitu utilis est in quæstionibus privilegiorum, immunitatis concessæ, venditione, locatione, jurisdictione, exilii, & similibus. 8 Dies naturalis est spatium 12. horarum, *Joannes in Euang.* 11. *vers.* 9. Nox totidem horis constat, diei pars media, sex horæ: pars major, septem horæ. hinc constat, sextam diei naturalis horam, esse ipsum meridiem. *l.* 2. ℑ. *de annuis legatis.* Hinc ille casus notabilis de eo, qui ignorans heredem meridie instituit posthumum qui jam eodem die albescente cœlo natus erat, *l.* 25. §. 1. ℑ. *de lib. & posthum.* Diurnarum operarum debitor, solis antemeridianis, *l.* 3. ℑ. *de operis libertorum*, vel solis pomeridianis non liberabitur, *d. l.* 2. dies vero civilis 24. horis constat, cujus principium est ipsa media nox, *l.* 8. ℑ. *de feriis.* Inde Calendis (demus ea die natum Titium) Titius testabitur, si pridie Calendas ipsas, post sextam horam noctis, id est, post mediam noctem testatus fuerit, *l.* 5. ℑ. *qui testam.* Idem Calendis natus decimum quartum, vel vicesimum annum ætatis inchoat pridie Calendas, post sextam horam noctis, quod in testamentis, *l.* 5. ℑ. *qui testam.* & manumissionibus servatur, *l.* 1. ℑ. *de manum.* Cæterum diei civilis horæ sunt æquales, naturalis non sunt, longius enim spatium est orientis solis ad occasum æstate, quam hyeme: hinc horologia æstiva & hyberna, vid. Vitruv. 9. *c.* 9. 9 Juvenalis *Satyr.* 6. *vers.* 182. Inque dies septenis aderit horis: id est, majori parte diei. 10 Et merito, quia recentes & integri homines libentius dant se ad laborem, quam fessi jam. 11 Quibus etiam locatore invito (longis præfertim diebus) ei, qui suas operas conduxerit, adquiescere & meridiari licet; *arg. l.* 26. ℑ. *de operis liberi.* Iisdem horis Romani litibus vacabant, vid. Cujac. 2. *de præscript.*

12 In itinere, *vulg.* Itineri, *Hal.* 13 *l.* 1. ℑ. *si quis cautionibus. l.* 13. §. 2. ℑ. *de excusat. tut. l.* 2. §. 3. ℑ. *quis ordo.* Id spatium, tempus iter facientibus præstitutum dicitur, *l.* 38. §. 1. ℑ. *ex quibus caus. major.* adde *l.* 137. §. 2. ℑ. *de verb. oblig.* 14 Veluti si, *vulg. Hal.* 15 Conventiones enim contractibus formam dare solent. 16 Imo potest, *l.* 12. ℑ. *qui testam.*

17 Pecuniæ, *vulg.* τὰ χρήματα, *Ecl.* 2. *c.* 4. adde *l.* 6. ℑ. *eod.* nomina, sunt fœneratitiæ cautiones, *l. ult. in prin. C. de pactis conven.* 18 Τὸ κεχρεωστημένον πρᾶγμα, id est, rem debitam, *Ecl. ibid.* id, quod in actionibus est, vid. *l.* 52. *in fin.* ℑ. *de legat.* 3. 19 *Eclog. ibid. c.* 5. *l.* 1. ℑ. *de reb. cred.* 20 Imo non est latior, *l.* 2. *in fin. C. de constit. pecun.* 21 De qua vide *l.* 178. ℑ. *eod.*

22 Quia etiam, *Vulg.* 23 Pecunia dicitur *mea*, quæ est in patrimonio meo: res mea, quæ est etiam extra patrimonium: sic res mea dicitur, quum vicini paries ardet, *Horatius*: rei vocabulum est latius. Imperium, litem, venerem, cur una notat res? *Ausonius in Monosyllab.* adde quæ notavi ad *l.* 1. ℑ. *de reb. cred.* 24 Legato, *Vulg. Hal.* 25 Arist. 1. *Polit.* 8.

26 Operis faciendi debitor, nisi perfectionem operi adiderit, non liberatur, ut nec partis præstatione. Est enim facti obligatio individua, *l.* 80. §. 1. ℑ. *ad l. Falcid. l.* 72. ℑ. *de verb. oblig.* Interdum tamen operis vocabulo cœptum, nedum perfectum intelligitur, *l.* 19. §. 11. ℑ. *de auro.*

27 *Ecl. ibid. c.* 6. vid. *l.* 4. ℑ. *eod.* Alii nominis vero creditorem, alii debitorem intelligunt.

28 A nominativo reus, id est, ejus cujus res est, deducit. Grot. Flor. Sparf hic. S. L.

29 Vid. *l.* 1. ℑ. *de reb. cred.* 30 Id est, voluntate, *l.* 5. *C. de leg.* hinc magna oriuntur in legibus difficultates, quoties mens scripto opponitur, *Quint.* 3. *Inst.* 6. & 7. *c.* 7. unde mens legis colligatur, dicam ad *dict. l.* 5. *l.* 20. *l.* 30. ℑ. *de legib.* 31 Sponsi, *Vulg. Hal.* 32 *Ecl. ibid. cap.* 7. Spondere dicimur, quoties verbis promittimus; licet nullus à nobis stipuletur, *l.* 19. §. 2. ℑ. *de ædilitio*, §. 1. *Inst. de verb. obl.* 33 Etiam fine interrogatione. 34 *Ecl. ibid. c.* 8. demus ita formulam conceptam, quod te dare oportebit, spondes? *l.* 76. §. 1. *l.* 80. ℑ. *de verb. obl.* Idem dicendum est de verbo *erit*, *l.* 123. ℑ. *eodem*, & verbo, abfuturum, *l.* 19. ℑ. *judicatum solvi.* Calcagninus autem hic legit, *oportet.* & male. Ea vox enim præsens tantum debitum demonstrat, *l.* 125. *de verb. obl.* de verbo pervenerit, vid. *l.* 40. *in fin. l.* 83. ℑ. *de leg.* 3. *l.* 97. ℑ. *ad Trebell.* de verbo supererit, vid. *l.* 58. *in fin.* ℑ. *ad Trebell.* de verbo donavero, vid. *l.* 109. ℑ. *de leg.* 1.

35 Imo continetur, *l.* 1. ℑ. *de except.*

Perisse.

IX. ULPIANUS lib. V ad Edictum.

MArcellus apud *Julianum* 36 notat, verbo *Perisse* 37, & scissum & fractum contineri, & vi raptum.

Creditor.

X. IDEM lib. VI ad Edictum.

Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque 38 actione 39, vel persecutione 40, vel jure civili sine 41 ulla exceptionis perpetuæ 42 remotione, vel honorario, vel 43 extraordinario, sive pure, sive in diem, vel sub conditione 44. Quod si natura debeatur, non sunt 45 loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

XI. GAIUS lib. I ad Edictum.

CReditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes, quibus ex qualibet 46 causa debetur.

1. *Minus solvere.*

XII. ULPIANUS lib. VII ad Edictum.

UT 47 si cui ex empto vel ex locato, vel ex alio 48 ullo debetur.

† Sed etsi ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. † Quod si ex populari 49 causa, ante litis contestationem, recte dicetur creditoris loco non esse 50, postea esse.

§. 1. Minus solvit, qui tardius 51 solvit: nam & tempore 52 minus solvitur 53.

Mulier. 1. Abesse. 2. Desinere abesse. 3. Abesse.

XIII. IDEM lib. VII ad Edictum.

MUlierin appellatione etiam 54 virgo viripotens 55 continetur 56. §. 1. *Res abesse* 57 videntur (ut *Sabinus* ait, & *Pedius* probat) etiam hæ, quarum corpus manet, forma 58 mutata est: & ideo si corruptæ redditæ sint, vel transfiguratæ, videri abesse: quoniam 59 plerumque plus 60 est in manus 61 pretio, quam in re. §. 2. Desinere autem abesse res tunc videtur, cum fit 62 in potestatem, ne 63 amittere [ejus] possessionem possimus 64. §. 3. Ob hoc, quod furto pridem subtracta est. Abest & ea res, quæ in rebus humanis 65 non est.

1. *Amittere.*

XIV. PAULUS lib. VII ad Edictum.

LAbeo & *Sabinus* existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi colliſi aut tabula rasa pictura, videri rem *abesse*: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte 66 sit positum. † Item si dominus rem, quæ furto sibi aberat, ignorans emerit: recte dicitur res *abesse*, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium 67 abest. §. 1. Rem *amissse* viderur, qui adversus nullum 68 ejus persequendæ actionem habet.

Publicum, publicanus.

XV. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

BOna civitatis abusive 69 publica dicta sunt, sola enim ea 70 publica sunt, quæ 71 populi Romani sunt.

XVI. GAIUS lib. III ad Edictum Provinciale.

EUm, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum 72 appellamus: [nam] publica appellatio in compluribus causis ad Populum Romanum respicit: Civitates 73 enim privatorum loco habentur 74.

Publicum vectigal.

XVII. ULPIANUS lib. X ad Edictum.

INter 75 publica habemus non 76 sacra, nec religiosa, nec quæ publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt civitatium velut bona, sed peculia servorum civitatium proculdubio publica habentur. §. 1 *Publica vectigalia* intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus 77, vel venalium 78 rerum: item salinarum 79, & metallorum 80, & picariarum 81.

Munus, municeps, seu munifex, municeps.

XVIII. PAULUS lib. IX ad Edictum.

MUnus tribus modis 82 dicitur 83: uno *donum*, & inde munera dici, dari, mittive: Altero *onus*, quod cum remittatur, vacationem militiæ muneriſque præstat: inde immunitatem appellari. Tertio *officium*: unde munera militaria, & quosdam milites munificos 84 vocari. Igitur Municipes 85 dici, quod munera civilia capiant.

Agere, gerere, contrahere.

XIX. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

LAbeo libro primo Prætoris Urbani definit, quod quædam 86 agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. † Et *Actum* quidem generale verbum esse, sive verbis, sive re quid agatur: ut in stipulatione, vel numeratione. † *Contractum* 87 autem ultro 88 citroque obligationem 90, quod Græci συναλλαγμα 89 vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. † *Gestum* rem significare sine verbis factam.

XX. IDEM lib. XII ad Edictum.

VErba, *Contraxerunt, gesserunt*, non pertinent ad 91 testandi jus 92.

Bona.

XXI. PAULUS lib. XI ad Edictum.

PRinceps bona 93 concedendo videtur etiam obligationes 94 cedere.

Restituere, exhibere.

XXII. GAIUS lib. IV ad Edictum Provinciale.

PLus est in restitutione 95, quam in exhibitione: nam *exhibere* 96 est, præsentiam corporis præbere, *restituere* 97 est, etiam possessorem facere, fructusque reddere: pleraque præterea restitutionis verbo continentur.

Res.

XXIII. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

REi 98 appellatione & causæ & jura continentur.

Hereditas.

XXIV. GAIUS lib. VI ad Edictum Provinciale.

NIhil est aliud hereditas, quam successio 99 in universum jus, quod defunctus habuit.

Nostrum & meum. 1. Pars.

XXV. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

RECte dicimus eum fundum totum nostrum 100 esse, etiam cum 1 ususfructus alienus est: quia ususfructus non 2 dominii pars, sed servitutis 3 sit: ut via, & iter: nec falso dici, totum meum 4 esse cujus non potest ulla pars dici alterius esse: hoc & *Julianus*: & est verius. §. 1. *Quintus Mucius* ait, partis appellatione rem pro indiviso 5 significari: nam quod pro 6 diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse, *Servius* non inelegantes partis appellatione utrumque significari 7.

XXVI. ULPIANUS lib. XVI ad Edictum.

PArtum 8 non 9 esse partem rei furtivæ *Scævola* libro undecimo Quæstionum scribit.

Ager. 1. Stipendium, tributum.

XXVII. IDEM lib. XVII ad Edictum.

AGer 10 est locus, qui sine villa est. §. 1. *Stipendium* 11 à stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica æra colligatur. Idem hoc etiam *tributum* appellari Pomponius ait. Et sane appellatur ab tribuendo 12 tributum: vel ex eo, quod militibus tribuatur.

Alienatio. 1. Oratio soluta.

XXVIII. PAULUS lib. XXI ad Edictum.

ALienationu 13 verbum etiam usucapionem 14 continet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. † Eum quoque alienare dicitur, qui non 15 utendo amisit servitutes.

† Qui occasione 16 adquirendi non utitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem 17 intra certum tempus datam non amplectitur. §. 1. Oratio, quæ neque conjunctionem, neque disjunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disjuncta 18, vel conjuncta accipitur.

Conjunctio.

XXIX. IDEM lib. LXVI ad Edictum.

COnjunctionem enim nonnunquam 19 pro disjunctione accipi, Labeo ait: ut in illa stipulatione, *Mihi heredique meo te, heredemque tuum.*

Sylva cædua. 1. Stipula illecta. 2. Novale. 3. Terra integra. 4. Glans caduca. 5. Sylva pascua.

XXX. GAIUS lib. VII ad Edictum Provinciale.

SYlva cædua 20 est, (ut quidam putant) quæ in hoc habetur 21, ut cæderetur. Servius eam esse, quæ succisa, rursusex stirpibus, aut radicibus renascitur. §. 1. *Stipula illecta* 22 est spicæ in messe 23 dejectæ, [necdum lectæ,] quas rustici, cum vacaverint 24, colligunt. §. 2. *Novalis* 25 est terra præcisa 26, quæ 27 anno cessavit,

36 *Al.* Julianum Haus notat, &c. id est, Julianum tractans notat.

37 *Ecl. ibid. c. 9.* adde *l. 4. §. 10. ff. ut bonorum*: rapuisse, *Vulg.*

38 Ex qualibet causa, *l. 11. ff. eod.* ex quolibet contractu, vel delicto, *l. 12. ff. eod. Ecl. lib. I. 1. ff. de reb. cred.* qui spem habent actionis, *l. 54. ff. eod. l. 42. ff. de obl.* qui exceptione perpetua submoveri non possunt, *l. 55. ff. eod.*

39 *Al.* ex quacunque causa actione. vel, &c. *al.* quacunque tam actione, vel persecutione.

40 Vid. *l. 28. ff. de obl.*

41 *l. 55. ff. eod.* Debitor ideo dicitur is, à quo invito exigi potest, *l. 108. ff. eod.*

42 Perpetua est, 30. annorum, *Scholiastes* 3. *Harm.* 5.

43 *Al.* vel ordinario, vel extraordinario.

44 *l. 54. ff. eod. 42. ff. de obligat.*

45 Proprie scil. aliud si abusive, *l. 16. §. 3. §. 4. ff. de fidejuss. l. 94. §. 3. ff. de solut.*

46 Seu contractu, *Alciat* ut hic. vid. *l. 12. ff. eod.*

47 *Ecl. ibid. c. 10.*

48 Vid. *l. 10. ff. eadem.* vel ex alio contractu, *Hal.* vel ex alio ullo contractu. *Vulg.*

49 Ἀπὸ ἐρρωνιᾶς, *Ecl. ibid.* id est, pupillari, & male, sic Græci è contrario legunt *populi* pro *pupilli*, *l. 48. ff. de adq. rer.* vid. *Cujac. 1. obs. 12.*

50 Popularem actionem ideo qui habet, non dicitur esse locupletior, *l. pen. ff. de popul.*

51 §. 33. *vers. tempore, Inst. de act. §. 5. in fin. Inst. de fidejuss. Ecl. g. d. loco, cap. 13.* vel nihil, *l. 32. ff. eod.*

52 *l. 85. ff. de solut.*

53 Tardius offerens debitum, non liberatur ipsius debiti præstatione, nisi præstet quoque usuras moræ, *l. 32. ff. de usuris.*

54 Vid. *l. 81. §. 1. ff. de legat. I. 3. l. 101. ff. de cond. & dem. Inst. de nupt. in pr.*

55 Vide *l. 5. §. 2. ff. quibus ex caus. in poss. ἴσως ἀφ' ἁρπαγῶν. Ecl.* 13.

56 Et generaliter quæcunque sexus fœminini sunt, *l. 25. §. 9. ff. de aurq.*

57 *Ecl. ib. c. 13. 6. Harm.* 3. in rebus humanis non sunt, *§. ult. ff. eod.* quorum pretium abest, *l. 14. ff. eod.* abest etiam is, qui eo loci non est, quo petitur, *l. 199. ff. eod.* qui extra continentia urbis est, *l. 173. ff. eod.* 58 Corruptio & transfiguratio formam rei mutat, res petita non videtur exhiberi mutata forma, *l. 9. §. 5. ff. ad exhibendum*, sed nec reddi debitum, aut depositum, nisi eam eadem causa reddatur, *l. 3. §. 1. ff. commodati.* 59 Quanquam, *Hotom. in verbo abesse.*

60 Materiam plerunque opus superat, Ovidius. vide *l. 14. ff.* 61 Vide *l. 30. §. 36. ff. locati.* adde *l. 14. ff. eod. Alii legunt*, manu pretii. Brissonius 4. *select. ut.* legit, manupretio: antiquorum more, qui ita conjunctim enunciabant, ita legendum esse, *in d. l. 13.* & apud Varronem 4. *de lingua, 11. Isid. 1. Catonem de re rustica, c. 14.* Plautum *in Menæchmis*, Cic. 3. *Verrina*, & apud Asconium *ibid.* 33. Plin. 11. & 34. *c. 7. & 35. c. 10.* Tertull. *lib. de Idololatria.* Hujus loci exemplum vide in §. 34. *Inst. de rer. divis.* 62 Vide *l. 4. §. 6. ff. de usurp. l. 7. §. 7. ff. pro empt. l. 46. in fin. ff. de furtis.* 63 Vid. *l. 22. ff. de adq. poss* 64 Possumus, ob hoc quod furto pridem subtracta est. Abest, &c. *Vulg. Hal.* Sensus est, Rei furto pridem ablatæ possessionem non amitti. *Goth.* Vide Goedd. ad hanc *l. n. 8. S. L.* 65 *l. 21. ff. de her. pet. l. 63. in fin. ff. pro socio.* 66 *V. l. 13. §. 1. ff. eod.*

67 *l. 80. §. 1. ff. de furtis.* 68 Rem ergo non amisit, qui actionem habet ad eam recuperandam, *ut hic*: vel cui actio à Prætore restitui potest, adde *l. 5. ff. de in integr.* 69 *l. 16. l. 17. ff. eod. Ecl. in c. 15.*

70 Vide quæ notavi ad *l. 4. ff. de crimin. peculat.* 71 *l. 2. §. 2. ff. de justitia & jure.* Goth. Adde *l. 7. ff. Quod cujusque Universit.* Anſ. 72 Vide *l. 12. ff. de publicanis.* 73 Facit *l. 15. ff. de SC. Maced. l. 1. §. 4. ff. de ædilitio, l. 81. ff. de furtis.* 74 Non semper tamen, *l. 26. §. 9. ff. ex quib. caus. major. l. 27. ff. de reb. cred. l. 9. ff. ratam rem.* vide *l. 23. C. de sacrosanct.* vide *Fornerium 2. select. 22.* 75 Publica sunt non tantum res religiosæ, sacræ, publicis usibus destinatæ, sed & bona civitatis, & peculia servorum civitatis inter publica habentur. 76 *Sub.* tantum.

77 Vectigal portus, à vectigali rerum venalium hic distinguitur. Portorium præstabat venditor ob venditionem, *l. 1. C. de Veteratio, l. 4. C. de proxim, sacr. scrin.* vectigal autem mancipiorum venalium quintæ, & vicesimæ (nisi malis cum Cujacio legere, quinquagesimæ ex Dione 53.) fuit, Tacitus *lib.* 13. De vectigali vicesimæquintæ, quadragesimæ, quinquagesimæ, centesimæ, ducentesimæ, vide eundem 6. *obs.* 28. de decima litium, vide eundem 7. *obs. 5.* de publicis & vectigalibus, vide eundem 7. *obs. 4.* 78 Vectigal rerum venalium non est octava, ut vult Accursius, *arg. l. 7. C. de vectigal.* vid. *Cujac. 6. observ. 28.* 79 Vide *l. 13. ff. de publ. & l. 8. §. 8. ff. de pœn. Cujac. 9. obs. 31.* Goth. Adde *l. 1. ff. quod cujusque universit. nom. l. 11. Cod. de Vectigalibus.* Anſ.

80 *d. l. 13.* vid. *l. 16. §. 7 ibid.* 81 Piscariarum, *Vulg. Hal.* ut merito inter regalia numerentur piscationum reditus, *2. feud. 56.* Picariæ sunt, è quibus foditur pix: nam & picem fossilem inveniri Plinius scribit 16. *c. 1.* 82 Munus tria significat, donum, onus, officium, *Ecl. lib. c. 18.* adde *l. 12. l. 14. ff. de munerib.* hinc munus gladiatorium dictum est ab officio, quod mortuis facere gentiles existimabant, defunctorum animas humano sanguine propitiari credentes. Tertull. *in lib. de Spectaculis cap. 30.* nisi malis ita dici, quod populo gratis daretur, *Lipſ. 1. Saturn. 7.* hinc munis apud Festum est officiosus, ut è contrario immunis, qui nullo fungitur officio. 83 Grot. legit *dici. Flor. sparſ. hic.* S.L. 84 *l. 3. in fin. ff. de testib.* 85 Munifices, *Hal.* (quæ lectio placet Budæo) sunt qui non vacant, sed munus principi, id est, militi principali (*de quo vide Veget. 7.*) faciebant beneficiarii, qui vacant muneris officio, Milites munifices Vegetio 2. *c. 7. & 19.* qui munia faciunt: munia inquam, & quidem vilia, puta lignum, fœnum, aquam, straumen portando, Vegetio *d. c. 29.* quod principalibus militibus obire ignominia erat non levis, qui principales milites essent, vide apud Vegetium 2. *c. 7.* munifex, mamma, id est, lactens Plin. 11. *c. 40.* munificum prædium, *l. 2. C. de prad. navicular.* τὸ λειτουργὸν καὶ συντελὲς, id est, publicæ functioni, & vectigalis collatio. ni subditum munificium, *l. 4. §. 1. in fin. ff. de publicanis.* vide Budæum hic, & Petrum Fabrum 1. *semestr. 17.*

86 Sensus est, Agimus re & verbis, contrahimus etiam consensu: gerimus etiam sine verbis, id est, citra animum contrahendi, *l. 189. ff. eod. l. 9. ff. de minoribus.*

87 *Sub.* proprie: alias impropriæ contractus est in quo unus raptum obligatur, ut in mutuo, *l. 2. ff. si cert. pet.* Impropriæ magis distractus, ut transactio, solutio, liberatio: unde notant, Prohibita seu interdicta fœnebre contrahendi, interdictam quoque censeri transigendi facultatem, quod Baldo tamen non placet. *sub. C. de pactis.*

88 Contractus, est factum (inde dicitur facti potius quam juris, *l. 7. in fin. ff. de curatore furiosi.*) obligationem inter aliquos constituens. factum, quo obligamur, sed non ipsum vinculum juris. Contractus, non est obligatio, cum ea ex contractu oriatur, vide Hugonem Donellum ad *l. 1. num. 8. 12. ff. de reb. cred.*

89 Hinc colligit Asciatus, Mutuum stipulationem, & donationem proprie non esse contractus, & male: nam inter contractus stipulatio disertis verbis numeratur, *l. 1. in fin. ff. de pactis. l. 1. §. 4. ff. de verb. oblig. §. ult. Inst. de obl.* quemadmodum & donatio, vid. *l. 7. Cod. de his, quæ metus causa.* vide Bellon. 2. *suppetat.* 2.

90 *l. 7. §. 2. ff. de pact.* contrahere seu distrahere opponuntur, quemadmodum & apud Græcos συναλλάττειν, καὶ διαλάττειν, *Arist. 5. Ethic.*

91 An in testamento contrahi possit, necne, vid. quæ not. ad *l. 21. in fin. ff. qui test.*

92 Argumentum, nec tutp, nec passim à contractibus ad ultimas voluntates ducitur vide tamen Everardum *Topicis loco 36. à contractibus ad ultimas voluntates & contra*, & Manticam 3. *de conject. ultimar. voluntatum* 18.

93 Bonorum appellatione quæ veniant, vid. *l. 49. ff. eod.*

94 Actiones, καὶ τὰς ἀγωγὰς *Ecl. ibid. c. 21.* adde *l. 1. Cod. de sent. passis.* 95 Vid. *l. 75. ff. eod.* 96 Vide *l. 2. ff. ad exhib. Ecl ib. c. 22.* 97 Vide *d. l. 75.* 98 Vide *l. 1. ff. de rebus credit. l. 5 l. 6. ff. eod. Ecl. ib. c. 21.* 99 *V. l. 9. §. 12. ff. de hered. Inst Ecl. ib. c. 29. §. 2. Inst. de rebus corpor.*

100 De eo quod nostrum est, & quod meum, vide *l. 58. in fin. l. 105. ff. eod. l. 49. ff. de rei vind. l. 12. §. 3. ff. ad exhib. l. 41. l. 52. ff. de adq. rer l. 139. in fin. l. 190. ff. de reg. jur.* 1 Cujus. *Vulg. Hal. l. 74. ff. de legatis* 3. 2 Imo ususfructus dominii pars est, *l. 4. ff. de usufr.* Goth. Vide Goedd. hic & Vigl. *Instit. de heredib. instit. §. alienus. 2. num. 1.* Anſ. 3 Servitus. *Hal.* 4 Meum etiam dicitur, cujus nulla pars alterius est. 5 Partis appellatione, pars indivisa intelligitur, vide *l. 18. in fin. ff. de leg. 2.* 6 Pars à suo toto divisa, totum quoddam constituit, *v. l. 16. §. 1. ff. communi a prædiorum, ubi dixi de parte pro indiviso & diviso.* 7 Partis appellatione dimidia intelligitur, *l. 43. ff. de usufr.* 8 Partus non est pars rei furtivæ. *Ecl. ib. c. 26. v. l. 10. in fin. ff. de usurp. v. l. 48. §. 5. ff. de furtis.* 9 Pars de toto prædicatur (at non è contra) nisi negative, *ut hic.*

10 *Eclog. ibid. c. 27.* est species fundi, *l. 115. ff. eod.* ager cum ædificio, fundus. *l. 211. in fin. ff. eod.*

11 *l. 13. ff. de impensis. Ecl ib. c. 27.* stipendium à tributo nihil hodie distare ait Cujacius 7. *obs. 5.* olim distabat, vide Theophilum. 12 Vide *l. 22. in fin. ff. ad municipalem*, intributione, *Vulg.*

13 De qua adde *l. 67. ff. eod.* 14 Alienat rem qui eam patitur usucapi, *Ecl. ib. c. 28. l. 44. §. 9. ff. de cond. & dem. l. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. cred.* Est enim alienatio, actus, per quem dominium transfertur. *l. 1. in fin. C. de fundo dotali.* 15 Non utendo servitutes amittuntur, *l. 3. §. 1. l. 4. ff. quæ in fraud. cred.* 16 Vide *l. 6. ff. quæ in fraud.* 17 Adde *l. 8. ff. de option.* 18 Disjunctivam habens oratio, disjuncta est: quæ vero conjunctivam, conjuncta: Quid quæ neutrum? vide *l. 142. ff. eod.* 19 Vide *l. 53. ff. eod. Ecl. ib. c. 29.* 20 *l. 10. l. 48. ff. de usufr. l. 80. §. 2. ff. de contr. empt. l. 7. §. 7. ff. soluto.* 21 Hic interim nota, Sylvam non tantum de arboribus dici, sed & de herbis, Virgilius *Georg. 1.* subit aspera sylva, lappæque, tribulique, *Cujac. 10. obs. 15.* sumitur etiam pro viridario, *l. 17. §. 1. ff. si servitus vindicetur.* 22 Illecta sunt spicæ, *Hal.* Illecta dicitur stipula, quæ nondum collecta. 23 In messem, *Vulg. Hal.* & male. In messe, id est, dum messis fieret. 24 Occaverint: & male. sensus est, Spicas, quæ post messorum terga à tenuioribus legi solent stipulas appellari. Terentius *in Adelphis*: præter hæc, meridie ipso faciam, ut stipulam colligat: *hæc refer 19. Levit. vers. 9. & c. 23. vers. 22. vers. 3. & 6.* 25 Νεαὶ γῆ, *vicatis. Eclog. lib. c. 10.* hinc Novelletum, *l. 39. ff. de hered. pet.* novellum, *l. 8. ff. de fundo dotali*: novalis ager Varro 4. *de lingua l. ult. in fin. ff. de termino.* Novale 18. Plin. 19. novata terra, Cicero *de oratione.* 26 Proscissa, *Hal.* προλυμβάνω. *Ecl. ib. c. 30.* Liber variorum auctorum de limitibus. Novalis ager dicitur, qui primum proscissus: & apud Servium 11. *Georg.* Novales, sunt arva primum proscissa. Idem refert Hieronymus & Innocentius 3. *in c. novale 1. & 2. extra de verb. sign.* ubi tractant interpretes, num ex novalibus debeantur decimæ. Possis hinc inde legere, Novalis est etiam terra primum proscissa, & quæ anno cessavit, ut hujus vocis duæ sint significationes. Addatur tertia, ut novale, sit ager, cujus vetus facies immutata sit in novam, veteri non absimilem. Ut si vetus olivetum succidas, ut novellum reponas, *l. 8. ff. de fundo dotali.* ex sylva novale facias, *l. ult. ff. de termino*, quod nihil aliud esse puto, quam novelletum in fundo facere, *l. 39. ff. de hered. pet. l. 6. ff. de impensis.* Scio tamen Servium 1. *Ecl.* scribere, novalia dici, unde sylva tollitur.

27 Quinimo & quæ non cessavit: sed quæ nuper magna cura ad culturam redacta est: quod utique non negat Paulus: ut eum frustra reprehendat Laurentius Valla.

28 Quæ alternis annis cessavit novandarum sibi virium causa, hinc illud Virgilii 1. Georg. Alternis idem tonsas cessare novales. Hujusmodi agro opponitur ager restibilis, *Festus in Restibile. 2. Columella* 10. & 11. qui quotannis seritur, qui & ἀνάληπτος & συνάληπτος. Igitur novalis ager hic est ad novam sementem relictus, *Festus*, qui quatenus cessat opponitur segetibus. *Virgil. 1. Eclog. vers. 71. 72.* Pecus gaudet novali graminoſoque solo. *Columella 6. in pr.* vide *Turnebum 18. adversar. 12.*

29 *Nisum. Ecl. ib. c. 30. vinco. Budæus, νικάω. Alciatus hic*: vino enim est novare.

30 Vide *l. unic. C. de glande legenda.*

31 Pascuis. *Vulg. Hal.*

32 Hinc illud Ciceronis in Topicis, Si compascuus ager est, jus est compascere, adde *tit. de pascuis. 11. C. 60.*

33 *Eclog. ibid. cap. 31.*

34 Fœnum contingitur fructuum appellatione, ut & palea, vide *Romanum sing. 549.*

35 Quod protinus sit paratum, nec magnum laborem desideret, *Columella 2. c. 17.* Varro *1. de lingua 7. in fin.* Alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: à quo antiqui prata, parata appellant, apud eundem tamen Cato bonitatis agrorum gradus hosce facit: Vineam, hortum irriguum, salictum, olivetum, pratum, campum frumentarium, cæduam sylvam, arbustum, glandariam sylvam.

36 Minus etiam solvit, qui nihil solvit. *l. 82. l. 150. ff. eod. Ecl. ib. c. 12.* & qui tardius. *l. 12. ff. eodem.* & is in quem amplioris summæ competit actio. *l. 17. ff. eodem.* vel qui non integram summam solvit. *l. 85. ff. de solut.* vide quæ not. ad *l. 16. ff. de verbor. obligat.* 37 Et ita comparativum *minus*, sumitur interdum pro positivo. 38 Vide *l. 11. §. 3. ff. de institoria. l. 43. §. 1. ff. de ritu. l. 21. ff. qui testamen. l. ult. ff. de jure codicillorum. l. 3. in prin. & §. 1. ff. de jure fisci.* huic affinia sunt, coram: *l. 209. ff. eod.* oculis fuit, *l. 8. in fin. ff. finium*: & ad liquidum exquirere. *l. 2. §. 8. ff. de aqua, & aqua.* 39 Coram quid est? coram sapientibus, non coram furiosis, mente captis, pupillis, vide *l. 27. §. 5. ff. de arbitris.* 40 *l. 8. §. 1. ff. eod. l. 178. §. 2. ff. eod.* 41 *l. 57. in fin. ff. eod.* adde *l. 25. ff. de obl.* in rem, in personam, extraordinaria. *l. 178. §. 2. ff. eod. l. 28 ff. de obl.* directa, utilis, præjudicialis, prætoria, interdictum, *l. 37. ff. de obl.* exceptiones, *l. 1. ff. de exception.* 42 *Al.* qui semel & simul, *forte legendum*, qui rem simul & causam. Goth. *l. 22. ff. l. 73. l. 75. l. 81. l. fin. §. fin. ff. eod.* 43 Restituere jussus fructuum à tempore litis contestatæ perceptorum nomine tenetur. *l. 20. ff. de rei vind. l. 9. §. 5. ff. ad exhib. l. 31. ff. de reb. credit. 2. Ecl. 2. 35. l. 2. C. de petit. hered.* 44 Rem restituit, qui causam usucapiendi, *ut hic.* possessionem, *l. 22. ff. eod.* fructus, *ut hic, & d. l. 22. & l. 73 ff. eod. l. 38. §. 4. ff. de usuris. l. 173. §. 1. ff. de reg. jur. l. 2. C. de pet. hered.* partus. *l. 20. ff. de rei vin. l. 9. §. 7. ff. ad exhibendum.* utilitates, *l. 9. §. ult. ff. ad exhib.* omnes utilitates, *l. 81. ff. eod.* corpus rei, omnem rem, conditionemque ejus, *l. ult. ff. eod.* omnem causam, *l. 31. ff. de reb. cred.* & pristinum statum restituit. *l. 2. §. 43. ff. ne quid in loco publ. 6. Harm. 3.* 45 *l. 73. ff. eod.* 46 Antiqui *stlitis* dicebant, *Festus.* Lis à limitibus dicitur, quorum causa lis sæpe nascitur. Senec. *de brevitate vitæ c. 3.* Prædia sua occupari a nullo patiuntur, & si exigua contentio est de modo finium, ad lapides & arma discurrunt: cui loco jungatur *lex 13. §. 3. ff. de usuf.* Quin etiam dici solet: communionem matrem esse discordiæ, vide *l. 26. ff. de servit. urban.* Lis à controversia quemadmodum differat, vide in *l. 25. §. 7. ff. de hered pet.* 47 Lis idem est quod actio, & quod actione continetur. hinc illa, litem æstimare, *l. 28. ff. de negotiis. l. 8. ff. quod certo. l. 15. §. 7. ff. quod vi.* contestari, vide *l. 1. C. de litis contestatione.* in judicium deducere, *l. 31. §. 2. ff. de negotiis. l. 2. C. de petit. heredit.* vel condemnationem, *l. 3. §. penult. ff. de act. empt.* addicere, quod nihil aliud est, quam vel secundum præsentem judicare, vel potestatem facere actionis movendæ. 16. *Gell. 2.* mori (quod evenit transactis temporibus agendi. *l. 3. §. 1. ff. quæ in fraudem. l. 2. ff. de re judicat.*) perire. *l. 1. §. 3. ff. de calumniator. l. 18. §. 4. ff. de dolo. vivere. l. penult. in fin. C. de fide instrum.* lite cadere. *Festus.* litj renuntiare. *l. 10. ff. de jud.* in lite perseverare. *d. l. 10.* vide Quintinum in *c. tempus mota litis, Extr. de verbor. sign.* Porro lis semper in judicio: Jurgium extra judicium esse potest. Litem à controversia, & causa disjungere difficile. Jurgium inter fratres. *l. ult. ff. familiæ*: inter virum & uxorem. *l. 31. ff. de jure dotium. l. 27. ff. de pact. dotal.* vide *cap. jurgium. extr. de verb. sign. & ib. Quintinum.* 48 Lis est de re, vel persona, aut potius in rem vel personam. 49 Quo actor vel stipulator ita uti solet, ajo te mihi dare oportere. Dare promittis quidquid te dare oportet. *l. 76. in fin. l. 89. ff. de verbor. obligat.* 50 Vide quæ notavi ad *l. 21. ff. de interrog.* 51 *l. 1. ff. de in litem: Inst. de pœna temere litigant. l. 3. C. de fustibus, & litium.* 52 Vide *l. 16. ff. de re judicata.* 53 Debiti fœil. 54 Τέρας. *Eclog. ib. c. 38.* Ostenta quæ ostendunt tantummodo monstra. Portenta quæ quid porro tendat, indicant. *Festus in Portentum.* Cicero 2. *de natura.* Prædictiones & præsensiones rerum futurarum quid aliud declarant hominibus nisi ea quæ fiunt ostendi, monstrari, portendi, prædici: ex quo illa ostenta, monstra, portenta, & prodigia dicuntur. Idem 1. *de divinatione*, quia ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, prodigia dicuntur. 55 *l. 14. ff. de statu.* 56 Vel digitis. *l. 10. §. 2. ff. de ædilitio.* 57 *Festus in voce Ostentum.* 58 Φάσμα, τερατῶδες. *Bud.* 59 Dubitandi ratio fuit, quod signatum à signo dicitur, seu sigillo: sit autem aliud sigillo exprimere, aliud calamo scribere, à signo signatorius anulus, de quo vide *l. 74. ff. eod.* adde *Ecl. ib. c. 39.*

60 Et è contra resignationis pro rescriptionis, *Festus*: ὑπογραφῆς Græci. 61 *l. 72. ff. de jure dotium. l. 2. §. 1. ff. de collat. l. 6. in fin. C. de collat. l. 8. C. ad l. Falc. l. ult. §. 4. C. de bonis quæ liberis. §. ult. Inst. de l. Falc.* Inde beare dicuntur, *l. 49. ff. eod.* quod non evenit si plus incommodi, quam utilitatis habeant *l.* 38. *ff. eod.* In eo differunt ab hereditate Bonorum enim usufructu legato æs deducitur *l. 104. in fin. ff. de leg. 1. l. 8. in fin. l. 9. ff. de legat. 2.* quia possunt in hereditate esse onera, & ita bona & hereditas distinguuntur in *l. 83. ff. de leg. 3. l. 16. §. 1. ff. ad Trebell.* 62 Attestari. *Vulg. Hal.* & licet antestari? *Horat.* 63 *l. 25. ff. de rei vind.* Incerta persona. incertus heres, quem quis incerta antestari? *Horat.* 63 *l. 25. ff. de rei vind.* Incerta persona. incertus heres, quem quis incerta opinione. animo subjicit. *§. 25. Inst. de legat. & C. de incertis personis.* Incertum rei veritate. *l. 7. in fin. ff. de contr. empt.* incerta sententia. *l. 21. §. 3. ff. de arbitris.* dies incertus. *l. 1. §. 1. §. 2. l. 75. ff. de cond. & demon.* incertus de statu suo. *l. 14. ff. qui testam.* incertus tutor. *l. 10. ff. de testam. tutela.* incertum conditionis. *l. 1. C. de pactis.* 64 *l. 238. §. 1. ff. eod.* διαμαρτυρόμενος, τὸ ἐπὶ μαρτύρων παραγγέλλειν. *Eclog. 10. c. 39. vide ad hunc locum Alciatum ubi agit de testatione, detestatione, mutatione, denuntiatione, obnuntiatione, antestatione, contestatione, renuntiatione, protestatione, & eorum effectibus.* adde *Cujac. 7. observat. 16. ubi de antestatione tractat.* 65 Vide *l. 101. in fin. ff. eod.* 66 Vide *l. 195. §. 1. §. 2. ff. eod.* 67 *Eclog. ib. c. 40.* & servi. *l. 2. §. 14. ff. ut bonorum.* 68 Unicus servus familiam non facit: servus tamen appellatione familiæ continetur: unde & servi familiares dicti. *l. 6. §. 5. C. de his, qui ad Eccles.* cessavit [28], quam Græci, *vianus* [29] vocant. §. 3. *Integra* autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.

§. 4. *Glans caduca* [30] est, quæ ex arbore cecidit. §. 5. *Pascua silva* est, quæ pastui [31] pecudum destinata est [32].

Pratum.

XXXI. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

PRatum [33], in quo ad fructum percipiendum falce [34] dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum [35] sit ad fructum capiendum.

Minus solutum.

XXXII. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

MInus [36] solutum intelligitur [37], etiam si nihil esset solutum.

Palam.

XXXIII. ULPIANUS lib. XXI ad Edictum.

PAlam [38] est, coram [39] pluribus.

Actio.

XXXIV. PAULUS lib. XXIV ad Edictum.

ACtionis [40] verbo etiam persecutio [41] continetur.

Restituere.

XXXV. IDEM lib. VII ad Edictum.

REstituere autem is intelligitur, qui [42] simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti [43] tempore res ei reddita fuisset, id est, & usucapionis causam [44], & fructum [45].

Lis.

XXXVI. ULPIANUS lib. XXIII ad Edictum.

LItis [46] nomen [omnem] actionem [47] significat, sive [48] in rem, sive in personam sit.

Oportere.

XXXVII. PAULUS lib. XXVI ad Edictum.

VErbum *Oportere* [49] non ad facultatem [50] Judicis pertinet, qui potest, vel pluris [51], vel minoris [52] condemnare: sed ad veritatem [53] refertur.

Ostentum, φάσμα.

XXXVIII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

OStentum [54] *Labeo* definit, omne contra naturam cujusque rei genitum [55], factumque. Duo genera [autem] sunt ostentorum, unum quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus [56], aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria est: alterum cum quid prodigiosum [57] videtur, quæ Græci φασζόμενα [58], id est, *visiones* vocant.

Subsignare. 1. Bona. 2. Detestari. 3. Incertus possessor.

XXXIX. PAULUS lib. LIII ad Edictum.

SUbsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est [59]: nam Veteres subsignationis verbo pro adscriptione [60] uti solebant.

§. 1. *Bona* intelligunt cujusque, quæ deducto [61] ære alieno supersunt. §. 2. *Detestari* [62] est, absenti denuntiare. §. 3. *Incertus possessor* [63] est, quem ignoramus.

Detestatio. 1. Servus. 2. Familiæ.

XL. ULPIANUS lib. LVI.

DEtestatio [64] est denunciatio facta cum testatione. §. 1. Servi appellatio etiam [65] ad ancillam refertur. §. 2. *Familiæ* [66] appellatione liberi [67] quoque continentur. §. 3. Unicus [68] servus familiæ appellatione non [69] continetur. Ne duo [70] quidem familiam [71] faciunt.

Arma.

XLI. GAIUS lib. XXI ad Edictum Provinciale.

ARmorum [72] appellatio non [73] utique scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes, & lapides.

Probrum, opprobrium.

XLII. ULPIANUS lib. LVII ad Edictum.

PRobrum [74] & opprobrium, id [75] est, probra quædam natura turpia sunt, quædam civiliter, & quasi more Civitatis: ut puta furtum [76], adulterium [77] natura [78] turpe est [79]: enimvero tutelæ [80] damnati, hoc non natura probrum est, sed more civitatis: nec enim natura [81] probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

Victus.

XLIII. IDEM lib. LVIII ad Edictum.

VErbo *Victus* [82] continentur, quæ esui, potuique cultuique corporis, quæque [ad] vivendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus [83] habere vicem, Labeo ait.

XLIV. GAIUS lib. XII ad Edictum Provinciale.

ET cætera quibus tuendi [84], curandive corporis nostri gratia utimur ea appellatione significantur.

Stratum, stragulum, victus.

XLV. ULPIANUS lib. LVIII ad Edictum.

IN stratum [85] omne vestimentum contineri, quod injiciatur, Labeo ait: neque [86] enim dubium est, quin stragula [87] vestis sit [88] omne pallium στέγασμα [89]. In victum [90] ergo vestem accipiemus, non stragula [91], in stratum [92] omnem stragulam vestem.

Pronuntiare, statuere. 1. Materfamilias.

XLVI. IDEM lib. LIX ad Edictum.

PRonuntiatum & statutum idem [93] potest, promiscue enim & pronuntiasse [94] & statuisse [95] solemus dicere eos, qui jus habent cognoscendi. §. 1. *Matremfamilias* accipere debemus eam, quæ non inhoneste vixit: matrem enim familias à cæteris fœminis mores discernunt, atque separant: proinde nihil interrerit, nupta sit, an [96] vidua, ingenua sit, an libertina: nam neque nuptiæ [97], neque natales faciunt matremfamilias: sed boni mores.

Liberatio.

XLVII. PAULUS lib. LVI ad Edictum.

LIberationu verbum eandem [98] vim habet, quam solutionis.

Solutus.

XLVIII. GAIUS lib. ad Edictum Prætoris Urbani titulo.

QUi neque [99] sequantur, neque ducantur.

SOlutum non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus sit, manibus [100] tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis servatur.

Bona.

XLIX. ULPIANUS lib. LIX ad Edictum.

BOnorum [1] appellatio aut naturalis aut civilis est: Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant [2], hoc est beatos faciunt: beare

69 Imo continetur. *l. 1. §. 17. ff. de vi & vi armata.*

70 *Eclog. ib.* Imo duo faciunt familiam. *Paul. 5 sent. 6. §. 3.* vel unus. *l. 2. §. 6. ff. vi bonor.*

71 Unus etiam repræsentat universitatem. *l. 7. in fin. ff. quod cujusque*, (& tamen duo non faciunt familiam, *ut hic.*) duo rixam. *l. 4. §. 3. ff. vi bonor.* tres collegium. *l. 85 ff. eod.* decem, quindecim, aut plures turbam faciunt. *d. §. 3.* decem oves gregem. *l. ult. ff. de abigeis.* sed & decem personæ, vel quindecim populum faciunt. *Apuleius Apologia 1. Bart. ad l. 4. ff. vi bon.* De legione nihil certi dici potest, ut quæ quatuor, quinque vel sex millia hominum interdum habuerit.

72 *Ecl. ib. c. 41.* vide *l. 3. §. 2. ff. de vi & vi. l. 14. §. 1. ff. de re militari.*

73 Non tantum utique. *Hal.* non utique tantum. *Vulg.*

74 *l. 40. ff. de ritu.* Probrum & opprobrium in edicto Prætoris pro eodem sumi observat Ulpianus. ita ut necesse non fuerit Laurentium Vallam ea parte Jurisconsultum notare: quasi probrum sit ipsum dedecus: opprobrium ipsa dedecoris exprobratio. Nam & apud Ciceronem & Livium, probrum pro ipsa dedecoris exprobratione sumitur.

76 *l. 1. in fin. ff. de furtis.*

77 Lactantius *in epitome c. 6. in fin.* Corrumpere alienum matrimonium, etiam communi gentium jure damnatur. adde *l. 38. §. 2. §. 4. ff. de adulter.* de Incestu, vide *l. ult. ff. de ritu nuptiarum.* 78 Naturæ itaque legibus repugnat uxorum liberorumque communio Platonica. 79 Imo non est. Nam apud quasdam gentes non est turpe. Quinimo incestus res turpis non fuit apud Persas, *teste Catullo, Augustin. in Levitic. cap. 18. quod & Mirrha apud Ovid. 10. Metam. testatur.* 80 *l. 1. ff. de his, qui notantur.*

81 Natura probrum non est, quod etiam in hominem idoneum incidit. 82 *Eclog. ib. cap. 43.* adde *l. 44. ff. eod.* Victus vocabulum latius patet, quam diætii & cibarii, *l. 21. ff. de alimentis.* Educationi victus exæquatur, *l. ult. ff. de alimentis.* Goth. Vide Zasium in *l. si victum ff. de re judicat.* adde *l. 232. §. fin. ff. eodem.* Ans. 83 Tuemur corporis vitam esu & potu, *l. 43. ff. eodem. l. ult. ff. de aliment. l. 234. in fin. ff. eodem. l. 5. §. 12. ff. de adgnosc. liber.* veste, *l. 43. ff. eod. l. 44. ff. eodem. l. 234.* adde *l. 21. ff. de aliment.* tecto, quod hæc lex innuit, & aperte demonstratur lege 21. *ff. de aliment.* & victus tamen verbo, non continentur ea quæ ad disciplinam pertinent, nisi aliud probetur, *d. l. 21.* An & pharmaca *victus* verbo continentur? id hac lege innuitur, & probatur à Rebuffo in *tractatu de sententiis provisionalibus art. 1. glos. 5. in verbis, Et medicament. & glos. 2. in verbis, dannez en matiere d'aliments. & artic. 2. ubi de privilegiis alimentorum, & medicamentorum differit.* hæc omnia non diarii, aut cibarii, *l. 21. ff. de alimentis.* sed victus, & educationis vocabulo continentur: nisi quis forte de victu transigat, tunc enim favoris causa, nec de habitatione, nec de vestiario transegisse legatarius intelligitur, *l. 8. §. 12. ff. de transact.*

84 Instrato, *Hal.* τῷ ὑπόστρωμα τῆς στρωμνῆς *Ecl. ib. c. 45.* Instratum, quod etiam stramentum. *l. 234. in fin. ff. eod.* 85 Instratus nomine omne vestimentum continetur, & stragula & pallia, & id omne quod injicimus. *Ecl. d. loco.* 86 Instratum est omne vestimentum quod injicitur, omnis stragula, omne pallium περίστρωμα, *l. 12. §. 18. ff. de instruct.* Hinc vestimenta stragula, *l. 23. ff. de auro.* adjective ab instrumento, dicitur etiam instragula à Catone, *c. 10. de re rustica in fin.*

86 Sit quod Græci περίστρωμα. 87 Pallia περιστρώματα dicuntur etiam καταστρώματα, ὑπαυλώματα. vide Cujac. 10. *obs. 18.* πεντάπηχα (quod tricliniis obtendantur) & ἀμφιτάπηχα Aulæa (ab aulis regum in quibus extenduntur.) Attalica, Babylonica, tapetes, tapetia, plagæ, & si animalia habent intexta ζῳογά, belluata. Plautus in *Pseudolo.* Neque Alexandrina belluata consuta tapetia, *Budæus hic*, amphitapa, psilotapa, de quibus vide *l. 23. §. 2. ff. de auro.* Cæterum cum hæc vox στρῶμα deesset In Codice Laurentii Vallæ, temere Jurisconsultum reprehendit, quasi simpliciter dixisset, stragulam esse omne pallium: ac non potius omne pallium στρῶμα. 88 In victu, *Vulg. Hal. Legend. est*, Injectu, &c. hic enim de injectu & instratu agitur. 89 Stragulam, *Hal. Vulg.*

90 Instratum, & Instratus dicitur. 91 Idem dici, *Vulg. Hal.* 92 *Ecl. ib. c. 146. l. 35. §. 1. ff. de auro, l. 59. §. 2. l. 60. ff. de re judic.* Pronuntiatur ita libertus, *l. 8. §. 1. ff. de in jus.* servus, *l. 11. ff. de adm. tut.* ingenuus, *l. 29. in fin. ff. de liberali.* indignus, *l. 8. ff. de his, quæ ut indign.* liber, *l. 8. C. de sententiis.* adde *l. 1. §. 14. ff. ad Turpill.* Interdum pronuntiare etiam significat aliquid palam pollicerì (ut pronuntiare nummos, *Suet. in Julio c. 19.* Epulum *ib. c. 15.* donativum. Idem in Galba *c. 16.* tesseras. *Idem in Domitiano c. 4.* prædia. *Livius 2.*) palam exprimere. *l. 11. §. 18. ff. de action. empt. l. 1. §. 1. in fin. l. 31. §. 1. ff. de ædilitio. l. 69. §. 1. in fin. ff. de evictionibus. l. 15. §. 1. ff. de statuliberis.* affirmare vel negare, hinc pronunciatum Ciceroni, idem quod Varroni proloquium: dialectícis ἀξίωμα. *16. Gell. 8. huc refer c. statuo. c. quod præcipit. Extra de verbor. sign.* ubi vide *Quintinum.* 93 *l. 1. ff. quod quisque juris* statuere διορίσασθαι, pronuntiare ψηφίσασθαι. *2. Ecl. 2. c. 46.* vide *d. c. statuo.* Judex imperans, vetans, permittens, puniens, & jus reddens, dicitur statuere, sed & magistratus cum legem sancit: hinc statuta. 94 *V. l. 3. in fin. ff. de liberis exhibendis.* 95 *Ecl. ib. c. 46.* & dignitas, vide *l. 49. §. 4. ff. de legatis, 3. l. 29. C. de adulteriis*: honestas. *l. 41. in fin. ff. de ritu* (quem Græci σωφρονιστὴν *Ecl. ib.*) vestitus. *l. 15. §. 15. ff. de injuriis.* seu stola. *Festus.* adde *Cujac. 3. obs. rer. 18. Petr. Fabrum 1. semestr. 15.* non virginitas. *ff. eod.* 96 *l. 10. ff. de adulteriis.* 97 Tertullianus *in lib. de velandis virginib.* Materfamilias vocatur, licet sit virgo: & paterfamilias, licet investis, *Hac ille.* Et merito, cum sufficiat eam suæ potestatis esse. *l. 4. ff. de his qui sunt sui. l. 30. §. 1. l. 34. ff. soluto.* Porro ne quis *investis* vocabulo decipiatur, eo significatur Impubes. *Macrob. 3. Saturnaliorum: Pallas. 11. c. 19. Tert. in lib. de velandis virginib. duob. locis. & lib. ad uxorem circa fin. & lib. de anima. c. 33.* ei contrarius vesticeps, id est, pubes. *5. Gell. 19.* vide *Cujac. 2. obs. 38. Fornet. 1. select. 29.* 98 *2. Ecl. 2. c. 47. l. 54. ff. de solut. § 11 Inst. de accept.* eandem, inquam, si obligationem: non eandem, si nummos spectemus, siquidem solutio nummis fit proprie. 99 Eorum qui in jus vocati sunt, alii fuerunt ultro, nec ducuntur, veluti è domo sua vocati. *l. 21. ff. de in jus vocando.* vel ex asylo. *Nov. 17.* vel satis offerentes. *ff. in jus voc. ut eant, vel satisdent.* (unde constat non licere continuo manum injicere ei, qui in jus vocatus est.) *Cic. 5. de finibus in fin.* Tu vero ducas (licet) si fequatur. Qui trahitur in jus, antestatur prius, vel intestati, id est, non antestati, seu testato non conventi. Alii ducuntur, ut cæteri fere omnes, qui in jus vocari possint. Alii neque ducuntur, neque fequuntur, ut qui in jus vocari non possint, quales sunt vincti nervo, aut compedibus, vel qui religione loci quasi vincti tenentur. *l. 2. ff. de in jus voc.* vide *Cujac 7. obs 16.* 100 Captus dicitur is, in quem manus injecta est, qui vinculis tenetur, adde *l. 216. l. 224. ff. eod. l. 22. ff. quod metus causa.* adde *l. 9. l. 23. ff. ex quib. causis majores. l. 7. ff. depositi. l. 2. ff. de homine libero. l. 8. §. 9. ff. de pœnis.* 1 Adde *l. 21. l. 39. §. 1. ff. eod. l. 83. l. 208. ff. eod. l. 5. §. 6. ff. ut in possess. l. 8. ff. de reb. author. judicio. l. 9. ff. rem pupilli.* 2 Beati inde dicuntur. Plautus *in Penulo*: bonam ego quam beatam esse primo dici mavolo: & Seneca 3. *contr.* insolens malum est beata uxor, & 3. *Epist.* nunquam vidi hominem beatum indecentius: sic bona incommoda non beant. *l. 38. ff. eod.* Beatum esse dicebant quoque, quem mortuum esse dicere volebant. *Ammian. 25.* ubi de Juliano & Anatolio loquitur.

beare est prodesse. † In bonis [3] autem nostris computari sciendum est, non solum quæ dominii [4] nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur [5], vel superficiaria [6] sint. Æque bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus [7], petitionibus, persecutionibus: nam hæc omnia in bonis esse videntur.

Nurus.

L. Idem lib. lxi ad Edictum.

Nurus appellatio etiam ad pronurum, & [8] ultra porrigenda est.

Parens.

lx. Gaius lib. xxiii ad Edictum Provinciale.

Appellatione *parentis*, non 9 tantum pater, sed etiam avus, & proavus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & [10] mater [11], & avia, & proavia.

Patronus.

lxii. Ulpianus lib. lxi ad Edictum.

Patroni [12] appellatione & patrona continetur.

De conjunctu, & disjunctu seu separatu, & solutu.

lxiii. Paulus lib. lix ad Edictum.

Sæpe ita comparatum est, ut [13] conjuncta pro disjunctis accipiantur, & disjuncta pro conjunctis, interdum soluta [14] pro separatis. Nam cum dicitur apud Veteres, *Agnatorum gentilisumque* [15], pro separatione [16] accipitur. At cum dicitur, *Super pecunia* [17] *tutelave sua* [18], tutor separatim sine pecunia dari non potest. † Et cum dicimus, *Quod dedi* [19] *aut donavi*, utraque [20] continemus. † Cum vero dicimus, *Quod eum dare* [21] *facere oportet*, quodvis [22] eorum sufficit probare. † Cum vero dicit Prætor, *Si donum* [23] *munus, opus ex redemerit*: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. §. 1. Ex re ergo pro conjunctis habentur: si quædam imposita sunt, cætera non desiderabuntur.

§. 2. Item dubitatum, illa [verba,] *Ope* [24] *consilio*, quemadmodum accipienda sunt, sententiæ conjungentium, aut separantium? Sed verius est, quod & *Labeo* ait, separatim accipienda: quia aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit: sic enim alii [25] condici potest: alii [26] non potest: [&] sane po st Veterum auctoritatem eo perventum est, ut nemo ope videatur feciſſe, nisi [27] & consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse noceat, nisi [28] & factum secutum fuerit.

Conditionalis creditor.

liv. Ulpianus lib. lxii ad Edictum.

Conditionales [29] *creditores* dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem [30] habent, ut competat.

Creditor.

lv. Paulus lib. xvi brevis Edicti.

Creditor autem is est, qui [31] exceptione perpetua summoveri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.

Cognoscere instrumenta, dispungere. 1. *Liberi.*

lvi. Ulpianus lib. lxii ad Edictum.

Cognoscere [32] *instrumenta*, est relegere, & recognoscere: *dispungere* [33] est conferre accepta & data. §. 1. *Liberorum* [34] appellatione continentur, non tantum qui sunt in potestate: sed omnes, qui sui [35] juris sunt, sive virilis, sive fœminini sexus sunt, exve [36] fœminini sexus descendentes [37].

Magister, magistratus. 1. *Persequi.*

lvii. Paulus lib. lix ad Edictum.

Cui præcipua cura rerum incumbit, & qui [38] magis quam cæteri, diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsunt, debent, hi Magistri [39] appellantur. † Quinetiam ipsi magistratus per derivationem à [40] magistris cognominantur [41]. † Unde etiam cujuslibet [42] disciplinæ Præceptores, magistros [43] appellari à monendo, vel monstrando. §. 1. *Persequi* [44] videtur, & qui satis accepit.

Acta, gesta. 1. *Nostri liberti.*

lviii. Gaius lib. xxiv ad Edictum Provinciale.

Licet inter gesta [45] & facta videtur quædam esse subtillis differentia: attamen κατάχρησις [46], id est, *abusive*, nihil inter factum & gestum interest. §. 1. Paternos [47] libertos recte videmur dicere nostros [48] libertos: liberorum libertos non recte nostros libertos dicimus.

Portus, angiportum.

lix. Ulpianus lib. lxviii ad Edictum.

Portus appellatus est conclusus locus, quo importantur [49] merces, & inde exportantur: eaque [50] nihilominus statio [51] est concluſa, atque munita: inde angiportum [52] dictum est.

Locus, fundus.

lx. Idem lib. lxix ad Edictum.

Locus [53] est non fundus, sed portio [54] aliqua fundi, *fundus* [55] autem integrum aliquid est: & plerumque sine villa [56] locum accipimus. Cæterum adeo opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus [57] locus possit fundus dici, si fundi animo eam habuimus. Non enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio: & quælibet [58] portio fundi poterit fundus dici, si jam hoc constituerimus: nec non & fundus, locus constitui potest: nam si eum alii adjunxerimus [59] fundo, locus fundi efficietur. §. 1. Loci appellationem non solum ad rustica [60], verum ad urbana quoque prædia pertinere, *Labeo* scribit. §. 2. Sed fundus quidem suos habet fines [61], locus [62] vero latere potest, quatenus determinetur, & definietur.

Satisdatio.

lxi. Paulus lib. lxv ad Edictum.

Satisdationis appellatione interdum [63] etiam repromissio [64] continebitur; qua [65] contentus fuit is, cui satisdatio [66] debebatur.

Tignum.

lxii. Gaius lib. xxvi ad Edictum Provinciale.

Tigni [67] appellatione in lege duodecim Tabularum omne [68] genus materiæ, ex qua ædificia [69] constant significatur.

Penes, apud.

lxiii. Ulpianus lib. lxxi ad Edictum.

Penes [70] te amplius est, quam apud [71] te: nam apud te est, quod qualiter qualiter à te teneatur [72]: penes te est, quod quodammodo possidetur.

Intestatus.

lxiv. Paulus lib. lxvii ad Edictum.

Intestatus [73] est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est.

Heres.

lxv. Ulpianus lib. lxii ad Edictum.

Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores [74] refertur [75]: nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

Merx.

lxvi. Idem lib. lxxiv ad Edictum.

Mercis appellatio ad res mobiles [76] tantum pertinet.

Alienatum, venditum. 1. *Donatio.*

lxvii. Idem lib. lxxvi ad Edictum.

Alienatum [77] non proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen recte [78] dicetur.

§. 1. *Donationis* verbum simpliciter loquendo, omnem [79] donationem comprehendisse videtur [80], sive mortis causa, sive non mortis causa fuerit.

Arbitratu alicujus fieri.

lxviii. Idem lib. lxxvii ad Edictum.

Illa verba, *arbitratu* [81] *Lucii Titii fieri* [82], jus [83] significant, & in servum non cadunt.

De doli clausula.

lxix. Idem lib. lxxviii ad Edictum.

Hæc verba, *Cui res dolus malus aberit, asseri* [84], generaliter comprehendant [85] omnem [86] dolum, quicunque in hanc [87] rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

Heres heredis. 1. *Is ad quem ea res pertinet.*

lxx. Paulus lib. lxxiii ad Edictum.

Sciendum est, heredem etiam per multas successiones [88] accipi: [in] nam paucis [89] speciebus heredis appellatio proximum continet: Veluti [90] in substitutione impuberis, *Quisquis* [91] *mihi heres erit, idem filio heres esto*: ubi heredis heres non continetur, quia incertus est [92]. † Item [93] in lege Ælia Sentia filius heres proximus potest libertum paternum [94] ut ingratum [95] accusare, non etiam

---

3 In bonis esse *l.* 1. ff. *de rer. divisione, l.* 2. *in fin. ff. ex noxal. l.* 9. §. 6. ff. *quod metus, l.* 8. §. 12. ff. *quibus modis pign. l.* 52. ff. *de adq. rer. l. ult.* §. 4. ff. *quæ in fraud. credit. l.* 2. §. 22. ff. *vi bonor. rapt.*

4 *l.* 5. ff. *pro derelicto.*

5 Facit *d. lex* 52.

6 Vide *l.* 2. ff. *de superficiebus.*

7 *l.* 21. ff. *eod. l.* 1. ff. *de usufructu. l. ult.* ff. *de usufructu. l.* 7. §. 3. *l.* 75. ff. *de jure dotium, l.* 32 ff. *ad leg. Falc. l.* 9. ff. *rem pupilli, l.* 28. ff. *de injuriis, l. pen.* ff. *de popul. act. l.* 21. §. 4. ff. *ad munic. l.* 190. ff. *de reg. jur.*

8 Nurus appellatio 2. *Ecl.* 2. c. 50. *l.* 2. §. 3. *in fin.* ff. *qui satisdare, l.* 3. §. 3 ff. *de postulando, l.* 24. ff. *de ritu, l.* 8. §. 4. ff. *de legat. præst.* & ad sponsam etiam, *l.* 12. §. 1. ff. *de ritu.* adde *l.* 6. *l.* 8. ff. *de gradibus.*

9 Parentum nomine ascendentes intelliguntur in infinitum. *l.* 4. §. 2. ff. *de in jus voc.* de quo vide *l. ult C. si adversus fisc.* Goth. Adde *l.* 5. *in pr.* ff. *de jure dot.*

10 Et sic utriusque sexus, *l.* 10. §. 5. ff. *de in jus vocando.*

11 Festus. Masculino etiam genere parentem appellabant etiam matrem.

12 Patroni appellatio. *Eclog. ibid. c.* 52. adde *l.* 1. *C. de in jus voc.*

13 Conjuncta pro disjunctis. 2. *Ecl.* 2. *cap.* 53. *l.* 28. *l.* 29. *eodem.* ff. *eod. l.* 4. *C. eod. l.* 30. ff. *de auro.*

14 In quibus non est particula conjunctiva, vel disjunctiva.

15 Verba legis 12. tabularum ea fuerunt: *Si paterfamil intestatus moritur, familia pecuniaque ejus agnatorum gentilitumque esto*: & rursus: si furiosus existit, agnatorum gentiliumque in eum, pecuniamque ejus potestas esto. *Author ad Herenninm.* Porro gentiles sunt nati ex ingenuis quorum majores nullam servitutem servierunt. Cicero in *Topicis*, possunt quidem esse agnati inter se, non tamen gentiles, & in hac quoque lege agnati, & gentiles separantur. Interdum gentilis est, qui ex eodem cognomine, nec tamen agnatus. De gentilibus adde Cic. 2. *Offic.*

16 His verbis Budæus negat disjunctivam significari, aliud enim esse διαζευκτικὸν μέρος, id est, particulam disjunctivam, aliud separativam ἀποκοπικὸν. 17 Hinc colligit Cujacius veteres genitivum pro ablativo usurpasse, vide eundem ad *titulum Instit. de lege Aquilia.* Primo tamen ad Herennium, & apud Ulpianum 11. §. 14. legitur, super pecunia tutelave suæ rei. 18 Sententia hæc fuit, uti quisque legassit super pecunia tutelave suæ rei, ita jus esto 11. Ulp. *in fragm.* 14. *Cornificiæ* 1. *ad Herennium.* adde *l.* 120. ff. *eod.* 19 Hæc disjunctiva causam dationis exprimit, quasi diceret, quod ob causam donationis dedi. 20 Aliud est enim dare, aliud donare. dari potest aliquid etiam citra titulum donandi. 21 Dialyton, seu soluta oratio. Figura nota oratoribus, & Rhetoribus. 22 Id est, alterutrum. 23 *l.* 53. ff. *de bon. libert.* 24 Vid. *l.* 27. §. 1. ff. *ad leg. Aquil. l.* 11. §. *ult.* ff. *de servo corrupto, l.* 6 ff. *de condict. furtiva, l.* 36. *l.* 50. §. 1. ff. *de furtis, l.* 1. ff. *furti adversus nautas.* 25 Ei qui non opem tulit, *l.* 36. ff. *de furtis.* 26 Id est, ei qui consilium dedit.

27 Vid. *l.* 21. ff. *de feriis.* 28 Vide tamen *legem* 18. ff. *de pœnis.* 29 Vide *l.* 42. ff. *de obl.*

30 Vide 4. *Inst. de verb. oblig.* 31 Vide *l.* 10. ff. *eod. l.* 42 *in fin.* ff. *de obl.* 32 2. *Ecl.* 2. c. 56. γνησιόκλην. 33 Διαείξιν. *Ecl. ibid.* cognoscimus instrumenta, cum ea legimus aut relegimus, dispungimus, cum accepta & data diligentissime inter se conferimus. hinc translatitie, Deus meritorum judex, & dispunctor dicitur à Tertulliano 4. *adversus Marcionem*, & eodem sensu, *ibi.* 5. *adversus eundem Marcionem*, dispunctio boni & mali operis: alias dispungere, est delere. 34 *Ecl. ibi.* c. 56. vid. *l.* 220. ff. *eod.* 35 Id est, emancipati. 36 *l. ult.* ff. *de postlimit.* Imo non comprehenduntur liberorum appellatione descendentes ex fœminis, *l.* 1. ff. *de jure immunit.* 37 Descendentium appellatione qui veniant, dixi *l ult. C. de suis.* 38 Adde Festum *in Magisteria.* 39 *Ecl. ib.* c. 57.

40 Sicut albatus ab albo, *Varro.* 41 Imo magistri à magistratibus. *Ecl. ib.* 42 Hinc magistri societatis, vide *l.* 14. ff. *de pactis*, universitatis, & venditioni bonorum præpositi, vide quæ dixi ad *l.* 9. ff. *ratam rem.* navium, vide *l.* 1. §. 1. ff. *de exercitoria.* equitum, *l.* 2. §. 19. ff. *de origine juris, l.* 1. ff. *de officio præf. urbi.* memoriæ, epistolarum libellorum, vide *l.* 11. *C. de excusf. muner.* officiorum, vid. *tit. C. de magistro officiorum.* census, *l. ult. C. de jure emphyt.* æris, *l. unic. C. de annona*, admissionum, *l. unic. C. Theod. qui à prohibitione.* inter agentes, § 2. ff. *de Justinianeo Cod.* scrinii, libellorum, sacrarum cognitionum, §. 1. ff. *de novo C. faciendo.* legum, §. 1. *ibi voce magist.* ff. *ad antecessores.* scriniorum, *l. ult.* §. 1. *in fin. C. de appellat.* pagorum, vide apud Siculum Flaccum *lib. de cond.* agrorum, vicorum, Suet. *in August.* c. 30. & *ult.* convivii, Cicero *in Catone*, ludi litterarii, *l.* 1 §. 6. ff. *de extraord. cognit.* ceremoniarum, populi, curiæ, de quibus vide Budæum *in Annotat. in Pandect.* 43 Hinc magistrare, id est, moderari, *Festus*, magisteria potestas, v. *l.* 33. *C. de appellat.* magisterium militum. v. *l.* 25. *C. de procur.*

44 Ne dicas cum Accursio consequi: sensus est. Suum nondum assecutus intelligitur, cui tantum datus est fidejussor: nondum enim ei plene satisfactum est. 45 Vide *l.* 19. ff. *eod.* 46 Hoc maxime propter leges municipales est notandum, Alciatus 1. *disputt.* 4. Est autem καταχρησις abusio. adde *l.* 6. §. 1. ff. *ad leg. Jul. de adult.* 47 Vide *l.* 5. ff. *de alimentis.* 48 Vide *l.* 25. ff. *eod.*

49 Vel à Græco πορθμὸς, quod est fretum maris. *Hesych.* portus artificiales *cothones* & *cothonæ* appellant, teste Servio 1. *Æneidos.* adde Festum *in Catones. ubi legendum est Cothones.* de ratione portus construendi vide Vitruvium 5. *l.* 12. 50 Τὸ αὐτὸ καὶ σωτήριον λιμήν. *Synops. Basil. c.* 59. id est, idem dicitur statio. 51 Vide *l.* 1. §. 13. ff. *de flum. l.* 15. §. 7. ff. *de injuriis.* adde *Eclog. cap.* 59.

52 Dicitur etiam angiportus, *Festus.* adde Varronem 4. & 5. *de lingua.* id est, angustus portus.

53 Locus est ubi quid locatum esse potest. Varro 4. *de lingua*, sed ita legendum videtur 5 locus, non est fundus: sed portio aliqua fundi.

54 Locus est fundi portio. 2. *Ecl.* 2. *c.* 60.

55 Adde *l.* 115. ff. *eod.*

56 Et sine ædificio, is cum est in urbe, area locus illis appellatur, cum extra urbem, ager. *l.* 201. ff. *eod.*

57 Hinc illud Ciceronis fundum Varro vocat quem possim mittere funda. Ni tamen excideris qua cava funda patet. Video tamen à Varrone 4. *de ling.* Fundum ideo dici, quod quotannis multa fundat. Festus vero fundum dici ait agrum planum ad similitudinem fundi vaforum. utilior est patrifamilias & culinæ. Isidori etymologia 15. *Origin.* 13. Fundum fcil. dici, quod in eo fundetur, & stabiliatur patrimonium.

58 *l.* 35. *in fin.* ff. *de legat.* 1.

59 *l.* 6. §. 1. 3. *communia prædiorum, l.* 24. §. 2. ff. *de legatis* 1.

60 *l.* 211. ff. *eod. Ecl. dicto c.* 60. 15. *Isidorus* 13.

61 Hinc fundi confines. *l.* 4. §. 8. ff. *finium regendorum, l.* 54. ff. *de legat.* 2.

62 Locus potest esse finitus: fundus semper finitus est.

63 Alias nudæ cautioni opponitur, *l.* 45. ff. *de procurator. l.* 5. ff. *de hereditatis petitione, l.* 56. ff. *de evictionibus. l.* 2. §. 3. ff. *quod legatorum. l.* 1. §. 3. *in fin.* ff. *de stipulationibus prætoriis.*

64 Nuda scil. ὁμολογία 2. *Ecl.* 2. *c.* 61. de qua vide *l.* 1. §. 5. & *sequentes*, ff. *de stipulationibus servorum.* satisdatio immodica.

65 Exemplum ex eodem Pauli libro pete ex *l.* 2. §. 3. ff. *quod legat.*

66 Datis fidejussoribus.

67 Vide *l.* 1. §. 1. ff. *de tigno.* adde *Ecl. ibid. c.* 62.

68 Ex tigno: quinimo ex lapidibus: sufficit namque ædificiis utile esse. Tignum enim à tegendo dictum. Quin calx & arena tigni appellatione continetur, *l.* 1. §. 1. ff. *de tigno.* 69 Aut vineæ necessaria & hic perticæ & pedamenta continentur *d.* §. 1. 70 Τὸ παρὰ σοῦ. *Ecl. ib. cap.* 53.

71 Τὸ παρὰ σὲ. *Ecl. ib.* 72 Apud quem res est, is eam tenere dicitur: penes quem ea est, possidere: plus juris est in hoc, quam in illo. Illud detentionem, & quasi custodiam innuit, *l.* 34. §. 3. ff. *de legat.* 2. personam, & locum. hoc potestatem, jus, dominium. Interdum tamen illa duo confunduntur. 73 Intestatus dicitur, vel qui testamentum non fecit, vel heredem testamentarium non habet, *Ecl. ibid. c.* 64. cujus bonorum possessio à nemine petita *l.* 1. ff. *quis ordo.* qui jure testamentum non fecit, aut cujus testamentum irritum est, vel ruptum *Inst. de hered. quæ ab intestato, in principio.* sed & is, qui testari non potest, *l.* 1. ff. *de suis*, ut & in tut. lis, qui tutorem non dedit, *l.* 6. ff. *de legitima tutela.* §. 2 *Inst. de legitima agnatorum.* An aliud, intestatum mori, quam sine testamento? Imola ait in *l.* 15. ff. *de vulgari.* & Raphaël & Fulgosius, *in l.* 6. *C. de institutionib.* Brissonius negat. Porro intestatus etiam alio sensu sumitur, quum opponitur anteſtato, id est, ei, qui testato conventus est, vide *Cujac. 7. observ.* 16. 74 Heredes in infinitum dicuntur *l.* 70. ff. *eod. l.* 194. ff. *de regulis juris. Ecl. ib. c.* 65. vide *legem* 70. ff. *eod. l.* 4 ff. *de jure immunitatis, l.* 26. *C. de legatis.*

75 Vide *l.* 70. ff. *eod.* 76 Veluti vinum, oleum, & similia, *l. ult. C. de conditionis triticaria*, non ad homines: qua de re vide *legem* 207. ff. *eod.* unde possis colligere, mobilium appellatione servos non venire: mercis vero causa parata, quæ eo fini parata sunt, ut veneant, *l.* 1 ff. *de rer. permut. l.* 32. §. 2. ff. *de usufr. legato.* Goth. Vid. Goedeum *b. l. num.* 4. Anf. 77 Alienatum dicitur, cujus dominium amittimus, *l.* 8. *in fin.* ff. *de alienat. judicii mutandi causa, l.* 38. §. 7. ff. *de legat.* 3. vid. Festum *in Alienatur.* plus est alienare quam vendere. Qui vendidit, rei dominium nondum abdixit. Abdixit, qui alienavit. Re vendita nedum tradita, dominium est penes venditorem: post alienationem non est, *Ecl. lib. c.* 67. *l.* 3. *C. de his qui veniam, l.* 1. *C. de fundo dotali.* Improprie tamen alienasse dicitur, qui non dominium, sed jus aliquod rei transtulit, *l.* 28. ff. *eod.* puta possessionem, *l.* 3. §. 2. ff. *de alienatione judicii mutandi.* quin alienatio latius patet, estque multiplex, *l.* 14. *in fin.* ff. *qui, & à quib.* qui vendit & tradit, alienat: alienat autem non tantum qui vendit, sed qui permutat, vel donat, *Novell.* 7. Qui manumittit, quique hypothecæ, pignori, in usumfructum, vel emphyteusin dat, *l. ult. C. de reb. alien.* 78 *l.* 11. §. 2. ff. *de act. empt.* 79 Donationis verbo intelligimus simplicem veram, absolutam, *l.* 35. §. 2. ff. *de mortis causa.* ff. *eod.* puram, *l.* 35. §. 2. ff. *de mortis causa.* conditionalem, *l.* 1. ff. *de don.* & *C. de donat. quæ sub modo, vel sub conditione, vel certo tempore conficiuntur.* Inter vivos, §. 2. *Inst. de donat.* inofficiosam, vide *C. de inoffic. donat.* ante nuptias, propter nuptias. vid. *C. de donat. ante nuptias, vel propter nuptias.* honoris adipiscendi causa, inter virum & uxorem, *l.* 42. ff. *de donat. inter virum & uxorem.* 80 Non tamen continuo mortis causa donare potest, cui simpliciter donandi jus est, *l.* 7. §. 5. ff. *de donat.* 81 Arbitratus semper æquus esse debet, *l.* 7. ff. *de contrab. empt. l.* 30. ff. *de operis libert.* 82 Vel dotem dari, *l.* 67. §. 4. ff. *de jur. dotium.* 83 Id est, facultatem jure civili permissam & corroboratam; ut sit sensus, Jure civili in servum compromitti non posse, *l.* 7. *l.* 9. ff. *de arbitris.* cum in iis quæ ad jus artinent, mortuus aut nullus habeatur, vide *l.* 32. ff. *de reg. jur.* 84 Dolus malus abfuerit, *vulg. Hal.* vide *l.* 4. ff. *de obl.* vide integram formulam in *l.* 19. §. 1. ff. *judicatum solvi.* 85 *Al.* comprehendunt. 86 Puta furtum, perjurium, falsum, damnum datum, stellionatum, & similia. adde *l.* 1. §. 2. ff. *de dolo.* 87 Non aliam.

88 Heredem dicimus, non tantum proximum, sed heredes heredum, *l.* 65. ff. *eod. l.* 194. ff. *de reg. jur. l.* 27. ff. *de usuris, l.* 2. *in fin.* ff. *de liberatione, l. ult. C. de heredib. instituend.* succedunt autem non tantum ex testamento, sed ab intestato; Ab intestato, vel ut ex nobis natis, *l.* 40. *in fin.* ff. *de pactis*, vel ut ascendentes, vel ut collaterales: quin & fiscus heredis loco habetur, & generaliter qui sunt in ea causa, qua sunt quibus adquisita est hereditas, *l.* 43. §. 1. ff. *ad Trebell. l.* 14. §. 1. ff. *de diverf.* adde Grassum §. *hereditas, quæst.* 10. 89 Id est, tribus quæ sequuntur & aliis. ff. *eod. de quib. dicitur ad leg.* 194. ff. *de reg. jur.* 90 Prima exceptio regulæ. 91 *l.* 227. *in fin.* ff. *eod. l.* 8. *in fin.* ff. *de vulgari, Ecl. dicto loco. c.* 70. 92 Nihil etiam ab eo legari potest, *Paul. 5. sent.* 6. §. 5. Eam ob causam olim post mortem heredis legari non poterat. 93 Secunda exceptio regulæ.

94 Vide *l.* 53. ff. *eod.* 95 *l. pen. C. de liberis & eorum liberis.*

96 Tertia exceptio regulæ. *l.* 22. §. 1. *l.* 29. *ff. de servit. rustic. præd.* adde quartam exceptionem in usufructu. *l.* 19. *C. de usufructu.* adde quintam ex *l.* 9. *in fin. ff. de fund. dotal.*

97 Ulteriore scilicet.

98 Quibus utimur perspicue. *l.* 181. *ff. eod. l.* 19. *ff. de adopt.*

99 In ædilium edicto ita quoque accipitur is, ad quem res ea pertinet. *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. 5. *l.* 31. §. 21. *ff. de ædil.* adde *l.* 1. *ff. de reb. cred. l.* 73. §. 3. *ff. de leg.* 3. *l.* 1. §. 11. §. 14. §. 15. *ff. quod legatorum. l.* 53. *ff. de obligat.* in edicto de jurejurando vetiam rei particularis successores intelliguntur. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de jurejur.* Idem in cautione de rato. *l.* 22. §. 7. *l.* 23. *ff. rem ratam.* in adoptionis causa. *l.* 18. *l.* 29. *ff. de adopt.* & in lege Julia de adulteriis. *l.* 27. *ff. de adult.* ea diversitas sumitur pro subjecta materia, & æquitate, ut si æquum sit, etiam particulari succedi succurri. Iisdem verbis intelligitur etiam curator bonis distrahendis datus. *l.* 9. *in pr. & §. 3. ff. de rebus auctor.* spe successor. *l.* 1. §. 10. §. 12. *ff. de inspiciendo.* dominus. *l.* 33. §. 3. *l.* 39 §. 1. §. 2. *ff. de procuratoribus.*

100 Dominium adquirimus vel jure civili, vel Prætorio. Jure civili, si heredes: Prætorio, si bonorum possessores fuerimus.

1 2. *Eclog.* 2. *c.* 71.

2 Capimus nobis, accipimus etiam alteri: ad nos perveniit quod momento non capitur, sed permanet.

3 Non sic. *Hal. l.* 171. *ff. eod.* 6 Ἐπὶ τόσους τοῖς πράγμασι. *Synopf. eod. c.* 71. *l.* 19. *ff. de rei vind. l.* 21. §. 2. *in fin. ff. de ædilitio.* Porro de hac voce *Recte*, dixi ad *l.* 11. *ff. de duob. reis.* 7 *Al.* Quod. 8 *Ecl. ib. c.* 71.

9 Quod jus est in toto generaliter sumpto, idem jus est in ejus parte. *l.* 7. *ff. de pact. l.* 67. *ff. de rei vind. l.* 23. §. 3. *ff. de serv. rustic. l.* 25. *ff. de usurie. l.* 51. *in fin. ff. de admin. tut l* 82. *in fin. ff. de adq. hered. l.* 75. *ff. de except. rei jud. §. ult. Inst. quibus ex causis manum.* Valebit itaque argumentum à toto ductum ad partem totius integralis, (qualis est paries, domus: ususfructus dominii, mensis, anni, *l.* 7. §. 6. *ff. foluto.*) totius quantitatis (qualis est minor numerus respectu majoris, vide *l.* 10. *ff. de regulis.* particularis enuntiatio respectu suæ universalis. *l.* 29. *ff. de her. inst.*) totius universalis (qualis est pars hereditatis ad ipsam hereditatem. *l.* 1. §. 1. *ff. si pars hereditatis*) totius in modo, seu accidentalis, ut est possessio ad bonam & malam fidem. *l.* 42. *circa fin. ff. de reb. creditis.* 10 Recte restitui. *l.* 40. *ff. de reb. creditis. l.* 137. §. 1. *ff. de verb. obl.* Oleam cogi recte arbitratu Lucii, Cato *de re rustica c.* 44. recte hæc dari, fierique satisfatio idem *c.* 46. Illasce fues recte habere licere spondes? *Varro* 2. *de re rustic* 4. 11 Ὀ'ρῶς *Ecl.* 2. *c.* 73. 12 Vel defendi. *l.* 63. *ff. de judiciis. l.* 10. *ff. de admin. tut. l.* 5. §. 3. *ff. quib. ex caus. in poss.* 13 Non fit recte restitutio sine fructibus. vide *l.* 33. *ff. eod.*

14 *l.* 1. *ff. usufr. quem. caveat. l.* 5. §. 3. *ff. judicatum solvi. l. rescr.* 63. *ff. de judiciis. l. hæc autem.* 5. §. *rescr.* 3. *ff. ex quib. caus. in poss.* alias significat sine vitio, non vi, non clam, non precario. *l.* 6. *ff. de ædilitio edicto. & de servit. urban.* juris ordine servato. *l.* 31. *ff. de minorib. l.* 2. *ff. de inofficios. l.* 2. §. 1. *ff. ad senatusc. Velleian. l.* 3 *ff. de liberis & posthum. l.* 6. *in fin. ff. de jure patron. l.* 27. §. 1. *ff. de liberali.* adde alia quæ de verbo, *Recte*, dixi ad *l.* 11. *ff. de duob. reis.* 15 V. *l.* 39. *ff. eod.* 16 Anulis signare vetus & antiquum semper fuit: (hinc anuli signatorii, *ut hic, & l.* 25 §. 10. *ff. de auro*) iisque uti in testamentis obsignandis. *l.* 22. §. 2. *& seq. ff. qui testamenta. l.* 15. §. 1. *ff. de test. milit. l.* 12. *C. de testamentis.* §. 1. *Inst. de test.* majori natu liberorum anulum dari solitum à patre cum clavibus constat, ex lege 77. §. 21. *ff. de legat.* 2. Erant & alii ornatus causa. *J. eod.* ad anulos signatorios referri etiam potest *l.* 30. *ff. de falsis.* anulos etiam arrhæ nomine interdum dabant. *l.* 5. §. 15. *ff. de institoria. l.* 11. §. 6. *ff. de action. empt.* 17 Hic locus indicat fuisse & alios, à signatoriis anulos, ornatus causa. *Paul.* 3 *sent.* 6. §. 84. *l.* 25. §. 10. *ff. de auro. l.* 6. *ff. de bon damnat.* Aureis soli utebantur ingenui, 19 *Ifid.* 32. ut & libertini, si modo eos impetrassent. vide *ff. & C. de jure aureor. annulorum.* alias, libertini argenteo, servi ferreo utebantur, & quidem unico: pluribus enim uti olim infame erat: duobus virgines uti poterant, jisque à sponso acceptis, horum qui Thynius dicebatur, purus erat: Samothracius, aureus quidem, sed capite ferreo: unguli, gemmatus. vide *Isid. ibid. de annulo. v* 33 *Plin.* 2. 18 Addè *l.* 22 *ff. eod. l.* 81. *l. ult. J. eod. l.* 28. §. 4. *ff. de usur. l.* 39. §. 1 *J. de reg. jur.*

19 *l.* 35. *ff. eod. Ecl. lib. c.* 75. *c. Harm. l.* 3. *in pr. l.* 28. *ff. de rei vind. l.* 31. *ff. de reb. cred.* 20 Puta emptor. 21 Adde *l.* 53. *ff. eod.* 22 *l.* 25. *ff. de jure dotium. l.* 19. *ff. de liberali.* 23 Aut remisit. *l.* 10. *ff. de condict. causa data. l.* 45. *ff. de cond. & demonst.* 24 *Ecl. ibid. c.* 77. 25 Ita lego, appellari placuit: Nec solum id esse quod ex frumentis, &c. Nam legunt ita Græci τὸ κυριεῦον ἀντὶ προσῳδίου καλοῦσι ῥήτορες ὁ μόνον ἢ ἀπὸ πυρῶν. 26 Sunt enim duo frugum genera, frumenta, ut triticum & ordeum: legumina, ut faba & cicer. *Plin.* 18. vide *Paul.* 3. *sent.* 6. §. 78. 27 Fruges sunt quibus homo vescitur, præter carnem & poma. 28 Frumenti strictior appellatio, quam frugum: frumenti appellatione continetur hordeum, avena, triticum, siligo sive zea (Longobardi speltam vocant) secale sive typha, milium, panicum, milium Indicum (quod Accursio meleca, aliis surgum.) Triticum per eminentiam, Galli *blatum* appellant à blateo colore. vide *Cujac. ad l.* 96 *ff. de verb. oblig.*

29 In se. *Hal. Vulg.* 30 Frumenta sunt quæ aristas habent. 17 *Isidor.* 3. siliquam habent cætera legumina. Sisama & papaver vasculo continentur: milium & panicum nullis defenduntur integumentis, parvarum volucrum injuriæ exposita. 31 Non est igitur Servii rejicienda sententia, qui frugum appellatione legumina putabat contineri. 32 Non semper. Est enim quiddam à proprietate sejunctum. *l.* 115 *J. eod.* 33 *Ecl. ib. c.* 48. *l.* 41. §. 6. *ff. de leg.* 3. *l.* 4. *C. de contr. empt. l ult. C. de prædiis minor.* eo casu possessio significat agros late patentes. 34 Sicut è contrario dominium significat possessionem. *l.* 15. *C. de rei vind.* 35 Impensarum tres sunt species. Necessariis res non fit deterior: Utilibus fit melior. Voluptuariis speciosior. 36 Impensis necessariis non factis, res aut peritura, aut deterior futura est, *ut hic*, ut quæ necessitatem impendendi habeat. *l.* 1. §. 1. *l.* 14. *ff. de impensis.* 37 *Al.* pastinationes, pastinum. *l.* 7. *in fin. ff. soluto.* τὰ ἄλκιμα φιλοκαλία. *Eclog. lib. c.* 79. hinc ager pastinandus. *l.* 15. §. 1. *ff. quod vi.* pastiones. *l.* 8. *in fin. ff. de instructu.* (possent & hujusmodi loca accipi pro pascuis.) Ut pastinum, ferramentum bifurcum quo semina panguntur: unde etiam repastinatæ dictæ fuerunt vineæ. 3. *Colum.* 18 *ult. Isidor.* 14. Ager repastinatus, cujus natura immutatur fodiendo. vide 3. *Colum.* 13 15. 16. *Pallad. in Februar. c.* 9. *Festum in Repastinari.* Pastinari Galli *hover.* 38 *l.* 27. *in fin. l.* 28. *ff. de rei vindic. l.* 27. §. 2. *ff. de usufr. l.* 22. *ff. de pignoratitia. l.* 13. §. 22. *ff. de act. empt. l.* 6. *ff. de impensis. l.* 15. *C. de negotiis. l.* 5. *C. ad Maced.* Seneca 9. *controv.* 3. pete quantum vis pro disciplinis, imputa quantum vis pro alimentis. An sumptus studiorum causa factì à patre in legitimam filii imputentur, vide *l.* 50. *ff. familiæ.* An filiofamilias, studiorum causa, mutuum recte dari possit, vide *l.* 7. §. 13. *ff. de senatusc. Maced.* An servus studiorum, ac disciplinæ causa missus desinat esse fundi ejus in quo prius erat, vide *l.* 78. §. *ff. de legat.* 3. *l.* 20. §. 6. *de instructu.*

etiam si heredi heres extiterit. † Idem 96 dicitur in operarum exactione, ut filius heres exigere possit, non ex successione 97 effectus. §. 1. Verba hæc 98, *Is ad quem ea res pertinet*, sic intelliguntur, ut qui in universum 99 dominium vel 100 jure civili, vel jure Prætorio succedit, contineatur.

Capere, accipere, pervenisse. 1. Hu rebus recte præstari.

LXXI. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

ALiud 1 est capere, aliud accipere. *Capere* 2 cum effectu accipitur. *Accipere*, etsi quis non 3 accepit, ut habeat: ideoque non 4 videtur quis capere, quod erit restituturus: sicut *pervenisse* proprie illud dicitur, quod est remansurum 5. §. 1. Hæc verba, *Hu* 6 *rebus recte præstari*, hoc significant, ne quod 7 periculum, vel damnum 8 ex ea re stipulator sentiret.

Res.

LXXII. Paulus lib. LXXVI ad Edictum.

Appellatione rei pars 9 etiam continetur.

Recte restitui.

LXXIII. Ulpianus lib. LXXX ad Edictum.

HÆc verba in stipulatione 10 posita, *Eam rem recte* 11 *restitui* 12, fructus 13 continent. *Recte* enim verbum pro 14 viri boni arbitrio est.

Ornamentum.

LXXIV. Paulus lib. II ad Edictum Ædilium Curulium.

Signatorius 15 anulus 16 ornamenti 17 appellatione non continetur.

Restituere.

LXXV. Idem lib. L ad Edictum.

Restituere 18 is videtur, qui id restituit, quod 19 habiturus esset actor 20, si controversia ei facta non esset.

Dare.

LXXVI. Idem lib. LI ad Edictum.

Edisse 21 intelligendus est etiam is, qui permutavit 22, vel compensavit 23.

Fruges, frumentum.

LXXVII. Idem lib. XLIX ad Edictum.

Frugem pro reditu 24 appellari 25, non solum [quod] frumentis, aut 26 leguminibus: verum & [quod] ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. † Julianus scribit *fruges* omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse: non enim carnem 27, aut aves ferasve, aut poma fruges dici. *Frumentum* 28 autem id esse, quod arista 29 se teneat, recte Gallum definisse: lupinum vero & fabam fruges potius dici: quia non arista 30, sed siliqua continentur: quæ 31 Servius apud Alfenum in frumento contineri putat.

Possessio.

LXXVIII. Idem lib. III ad Plautium.

INterdum 32 proprietatem quoque verbum *possessionis* 33 significat 34: sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est.

De impensis, necessariis. 1. Utilibus. 2. Et voluptuariis.

LXXIX. Idem lib. VI ad Plautium.

Impensæ 35 *necessariæ* sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. §. 1. *Utiles* impensas 36 esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, [non] deteriorem esse non sinant. ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicuti arbusti pastinationes 37 ultra quam necesse fuerat. Item doctrinam 38 puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem 39 vel invitam 40 non oportet: ne 41 cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his 42 impensis & pistrinum 43, & horreum 44 insulæ dotali adjectum, plerumque dicemus. §. 2. *Voluptuariæ* sunt, quæ speciem 45 duntaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia 46, & aquæ salientes 47, incrustationes 48, loricationes 49, picturæ 50.

De repetitione legatorum.

LXXX. Idem lib. IX ad Plautium.

IN 51 generali repetitione 52 legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente *Legis* duodecim tabularum 53.

Restituere.

LXXXI. Idem lib. X ad Plautium.

CUm Prætor dicat 54, *ut opus factum restituatur*, etiam damnum 55 datum actor consequi debet: nam verbo *restitutionis* 56 omnis utilitas 57 actoris continetur.

Amplius, minus.

LXXXII. Idem lib. XIV ad Plautium.

VErbum *Amplius* 58 ad eum quoque pertinet, cui nihil 59 debetur: sicuti ex contrario minus 60 solutum videtur, etiamsi ni hil esset exactum.

Bona.

LXXXIII. Javolenus lib. V ex Plautio.

PRoprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi 61, quam commodi habent.

Filius.

LXXXIV. Javolenus lib. II ad Vitellium.

Filii appellatione omnes 62 liberos 63 intelligimus.

Collegium.

LXXXV. Marcellus lib. I Digestorum.

NEratius Priscus tres 64 facere existimat collegium 65: & hoc magis 66 sequendum est.

De servitutibus.

LXXXVI. Celsus lib. V Digestorum.

QUid aliud 67 sunt jura 68 prædiorum, quam prædia qualiter 69 se habentia, ut bonitas 70, salubritas 71, amplitudo 72.

Urbs, Roma.

LXXXVII. Marcellus lib. XII Digestorum.

UT Alfenus ait, Urbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma 73 est etiam, qua continenti 74 ædificia essent: nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine cottidiana 75 posse intelligi, cum 76 diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitaremus.

Pecunia.

LXXXVIII. Celsus lib. XVIII Digestorum.

TAntum 77 quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici 78 potest: sic dicimus, centies 79 aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habeat. Non 80 idem est in fundo alieno 81 legato, quanquam 82 is hereditaria pecunia parari potest 83: neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quidquid ex ea parari potest.

De bobus. 1. Dum nupta erit. 2. Edere rationes, reddere rationes.

LXXXIX. Pomponius lib. VI ad Sabinum.

BOves 84 magis 85 armentorum 86, quam 87 jumentorum generis appellantur. §. 1. Hoc sermone, *Dum nupta erit*, primæ 88 nuptiæ

39 Nemo ignorans sumptibus est obruendus. *l* 38. *ff. de rei vind. l* 25. *in fin. ff. de pignoratitia. l* 8. *ff. de impensis. l* 3. *ff. de contraria tut. l.* 15. §. 34. *in fin. ff. de damno. Harm.* 3. *tit.* 9 *in fin.*

40 *l.* 27. *in fin. de rei vindic. & l* 8. *ff. de impensis.*

41 *d. l.* 38. *ff. de rei vindic.*

42 Imo non in his, sed in necessariis. *l.* 1. §. 3. *ff. de impensis.*

43 *l.* 6. *ff. de impensis.*

44 *d.* §. 3.

45 Aliud est ornatus rei & fructus.

46 Viridia. *l.* 12. *ff. de servit. urban. Ulpian. tit.* 6. *in fin.* quæ & viridaria & virdiaria. vide quæ notavi ad *l.* 26. *ff. de instructo.* χλοηφόρα χηδία, loca virentibus herbis, graminibus, & arbustis consita. 2. *Ecl.* 2. *c.* 19. Ex supradicta lege 26. constat viridia in doliis fictilibus, aut plumbeis terra aggesta posita, quin supra ædes habebantur. *d. l.* 12. & in fenestris. 19. *Plin.* 14.

47 Salientes aquæ ἀναβρυτὰ ὕδατα, *Eclog. ibid.* quæ ex tubulis aut fistulis erumpunt. *l.* 12. §. 24. *ff. de instruct.* vide *l.* 11. *ff. de supellectili*: saliebant etiam vel cantharis, vel rostris personarum. *l.* 41. §. 11. *ff. de leg.* 1. adde quæ notavi de salientibus ad *l.* 15. *l.* 17. §. 9. *ff. de act. empt.*

48 Incrustationes μαρμαρώσεις. *Eclog. ibid.* hinc incrustare parietem communem. *l.* 13. *ff. de servit. urban.* ollam sapa & farre. *Varro* 5. *de re rustica* 14. *in fin.* fincerum vas. *Horat* 2. *Satyra* 3. calicem. *Lucilius satyra* 18.

49 Loricatio est testacea structura, semifastigii, quæ murum a stillicidio arcet. πρόσλημμα σκέπασμα καὶ τοῦ τοίχου τι, hinc lorica testacea. 2. *Vitr.* 8. loricæ ex calce, & arena inductæ. 7. *Vitr.* 1. alio sensu Varro loricare parietes. *Varro* 1. *de re rustica* 57. se loricare apud Plinium 8. *cap.* 24. & lorica apud Vegetium, de quibus vide Philandrum in 7. *Vitr.* 1. & Budæum *hic.* 50 *l.* 38. *ff. de rei vindic. l.* 13. *in fin. ff. de servit. urban.* ζωγραφίαν. *Ecl. ib. de ratione pingendi in ædificio.* vide 7. *Vitruv.* 5.

51 2. *Ecl.* 2. *c.* 80. *l.* 77. *ff. de legat.* 3. 52 *Al.* petitione. *al.* interpretatione. 53 De qua vide *l.* 20 *J. eod.* 54 Διαπελλάτω *Synopf. eod. c.* 81. id est, interdicit, vel edicit. 55 Damnum est etiam utilitas amissa. 56 *Ecl. ib. c.* 81. 57 Vide *l.* 75. *ff. eod.* 58 *De hoc verbo* amplius. vide *l.* 27. *l.* 33. *in fin. l.* 34. *l.* 54. *ff. de legat.* 3. *l.* 77. *ff. de cond. & demonst. l.* 1. §. 11. *ff. si cui plus quam. l.* 4. §. 1. *ff. de verb. oblig. l.* 14. *l.* 15. *l.* 23. *ff. ratam rem. l.* 24. *l.* 31. *C. de transact.* 59 *l.* 108. §. 8. *ff. de legat.* 1. 60 V. *l.* 32. *ff. eod.* 61 Bona quæ vide *l.* 49. *ff. eod.* 62 2. *Ecl.* 2. *c.* 83. ergo & nepotes. *l.* 220. §. 1. *ff. ult. J. eod.* Imo nepotes non intelliguntur, *l.* 6. *ff. de testam. tut. l.* 8. *ff. de excusat. tutor.* Dic intelligi ex præsumpta testatoris & legantis voluntate. *l.* 41. §. 5. *ff. de legat.* 3. & in senatusconsulto Macedoniano. *l.* 6. *C. ad senatusc. Maced.* & in eo senatusconsulto quo cavetur, ne tutor pupillam filio suo elocet. *l.* 59. *ff. de ritu.* hujusmodi interpretatio justa est. *l.* 201. *J. eod.* nepos enim filii loco habendus est. *l.* 34. *C. de inoffic. l.* 1. *C. de natur. filiis.* Vice versa, patris appellatione continetur avus. *d. l.* 201. & patres pro parentibus accipiuntur. *l.* 20. *ff. de adulteriis.* vide *Cujac. ad l.* 2. *ff. de excusat. tutorum.* hinc constat in omnibus prope filii appellatione etiam nepotes contineri, in tutela nullo modo. 6. *Harm.* 4. §. *ult. Inst. de testam. tutel.* quamvis in eadem quæstione filii appellatione filiæ comprehendantur. *l.* 16. *ff. de test. tutel.* 63 Homines liberos. Quidam ita legunt apud Cujacium *d. loco.* Moventur, quod servilis cognatio nulla sit. *l.* 1. §. 1. *ff. unde cognati. Ulp.* 12. §. 3. *Paul.* 4. *sent.* 10. §. 2. Verum in iis quæ sunt naturæ non parcimus his nominibus in servis. *l.* 10. §. 5. *ff. de gradibus.* 64 Imo pauciores: nam etsi in unum recideret jus omnium, stat tamen universitatis nomen. *l.* 7. *in fin. ff. quod cujusque*: adde *l.* 40. *in fin. ff. eod. Eclog. ibid. cap.* 4. 65 Vide *ff. de collegiis.* 66 Optionem servorum habens an ea ratione tres eligere poterit, vide *l.* 1. *ff. de Optione legata.* 67 Demus Titiam *restituere* teneri prædia, *cum suis juribus.* adhæc, quæri juris nomine quid intelligatur. 68 Τὰ δικαιώματα τῶν ἀγρῶν, αὐτοὶ οἱ ἀγροὶ εἰς, &c. *Synopsis eod.* 69 *Ecl.* 2. *c.* 85. Jura prædiorum sunt ipsa prædia, hoc est bonitas, salubritas & amplitudo. An sunt servitutes? Fornerius ait 2. *select.* 28. quod à Cujacio 9. *obser.* 37. non simpliciter probatur. movetur, quod jus emphyteuticum sit jus prædii, non tamen servitus, jura tamen prædiorum, quatenus definiuntur prædia πεποιωμένοι (id est, qualitatibus affecta, quarum nomine alienis prædiis subjiciuntur) servitutes dici posse admittit. *l.* 12. *ff. quemadmodum servitutes.* 69 Æqualiter. *Vulg.* Græci ita explicant, jura prædiorum sunt ipsa prædia: τυτέστιν ἡ καλλονή, &c. 70 Soli. 71 Aëris, cœli.

72 Agri. 73 Id etiam intellige de nova, seu Constantinopoli, quæ iisdem privilegiis ac vetus utitur, de qua vide *l.* 6. *in fin. C. de sacr. Eclog. l. unicam C. de privilegiis urbis Constantinopolitanæ.* Utriusque etiam natalitia festiva sunt. *l.* 7. *C. de feriis. 7. Ecl. tit.* 17. *c.* 13. ut interim notemus idem alias urbibus quantum ad patriam attinet dari: cum ex vico ortus, eam patriam habere intelligatur, cui Reipubl. vicus ille respondet. *l.* 3. *ff. ad municipalem.* 74 In continenti. *Hal.* quantum continentia. *Vulg.* Romæ igitur fieri intelliguntur, quæ in ejus continentibus ædificiis admittuntur. *l.* 2. *ff. eod. l.* 142. *l.* 149. *l.* 154. *J. eod. l.* 2. *ff. eod.* 75 Quotidiana. 76 *Al.* Nam diceremus: *vel* nam dicimus. 77 Propemodum tantum. *Vulg.* propemodum quoque. *Hal.* σχεδὸν τοσοῦτα. 2. *Eclog.* 2. *c. pag.* 89. 78 Ἀ'ποδοθῆναι. *Eclog. ibid.* id est, redigi. *l.* 82. *ff. ad leg. Falcid.* hinc refecta pecunia, id est, redacta. *l.* 3. *in fin. ff. de usurie. l.* 1. §. 10. *ff. de collat. bon.* 79 Centum aureos. *Vulg.* centum aureorum habere. *Hal.* ἑκατοντάκις ἑκατὸν χρυσοῦς ἔχειν. id est, centum centenos habere. *Ecl ibid.* Ea summa decem millia aureorum nostrorum facit. 80 Hinc colligit Cujac. 14 *obs.* 36. legatum fundi alieni non valere, si relictus sit per vindicationem: valere, si per damnationem.

81 Tantum quisque pecuniæ relinquere intelligitur, quantum ex bonis ejus refici potest: fundus alienus legatus hereditaria pecunia parari potest. fuit igitur in pecunia defuncti fundus alienus: at non ita est, nec enim sequitur, ex pecunia hereditaria fundus Tusculanus emi potest: is igitur in hereditate fuit. 82 Quamvis. *Vulg.* 83 *l.* 61. *ff. ad leg. Falc.* 84 Hanc legem repetit Tiraquel. quem vide. 85 *Eclog. ibid. c.* 89. verum illud dijudicandum ex consuetudine regionis.

86 Βικολίων Græci *ibid.* adde *l.* 81. §. 3. *ff. de leg* 3. pecoris. *l* 38. §. 6. *ff. de ædilitio.* Cur armentorum? An quia ad opus armorum (unde armenta *Festus*; bobus uti possumus? An quia armentum ab arando dicitur. 12. *Isidorus* 1. bos autem ad id natus videatur, quod magis est? 87 Dubitandi ratio in eo est forte, quod boves juncti arare solent: ut ea ratione jumentorum appellatione contineri videantur 88 Cur primæ? vide quæ notavi ad *l.* 41. *ff. de verb. obl.* adde quæ scripsi ad *l.* 12. *ff. de servit. rust. præd.* adde *l.* 68. *ff. de jure dot. l.* 26. *ff. de pact. dotal.* vide Manticam 8. *de conjectur. ultimarum voluntatum* 15.

nuptiæ significantur. §. 2. Interedere [89] & reddi [90] rationes multum [91] interest: nec is, qui edere jussus sit, reliquum reddere debet: nam & argentarius edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum non solvat.

Ædes uti optimæ maximaque sunt.

XC. ULPIANUS lib. XXVII ad Sabinum.

QUi uti [92] *optimæ maximaque sunt*, ædes tradit: non hoc dicit servitutem illis deberi: sed [93] illud solum, ipsas ædes liberas esse, hoc est, nulli servire.

Mum, tuum.

XCI. PAULUS lib. II Fideicommissorum.

MEorum [94] & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

Proximus, supremus.

XCII. IDEM lib. VII Quæstionum.

PRoximus [95] est, cui [96] nemo antecedit: *supremus* est, quem nemo sequitur [97].

Moventia, mobilia.

XCIII. CELSUS lib. XIX Digestorum.

MOventium [98], item mobilium appellatione, idem significamus [99]: si tamen apparet [100] defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse: quod verum est.

Reddere.

XCIV. IDEM lib. XX Digestorum.

VErbum reddendi quamquam significatum habet retro [1] dandi, recipit [2] tamen & per se dandi significationem [3].

Reliqui.

XCV. MARCELLUS lib. XIV Digestorum.

POtest *aliquorum* [4] appellatio & universos significare.

Litus. 1. Prædia aliquorum.

XCVI. CELSUS lib. XXIII Digestorum.

LItus [5] est, quousque maximus [6] fluctus [7] à mari pervenit: idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse. §. 1. Prædia, dicimus [8] aliquorum esse, non [9] utique communiter habentium ea, sed [vel] alio aliud habente.

Pecunia.

XCVII. IDEM lib. XXXII Digestorum.

CUm stipulamur, *Quanta* [10] *pecunia ex hereditate Titii ad te pervenerit*, res [11] ipsas, quæ pervenerunt, non [12] pretia earum spectare videmus.

De bisexto & mense intercalari.

XCVIII. IDEM lib. XXXIX Digestorum.

CUm *bisextum* [13] Kalendis est: nihil refert, [utrum] priore, an posteriore die quis natus sit, & deinceps sextum Kalendas ejus natalis dies est: nam id biduum pro [14] uno die habetur: fed posterior dies [15] intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non [16] est, sexto Kalendas natus: cum bisextum Kalendis est, priorem diem natalem habet. §. 1. *Cato* putat, mensem *intercalarem* [17] additicium esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observat, extremoque diei mensis Februarii adtribuit Quintus *Mucius*. §. 2. Mensis autem *intercalaris* constat ex diebus viginti octo [18].

Notio. 1. Continentes provinciæ. 2. De instrumentis.

XCIX. ULPIANUS lib. I de Officio Consulis.

NOtionem [19] accipere possumus, & cognitionem [20] & jurisdictionem. §. 1. *Continentes* [21] *provincias* accipere debemus eas, quæ Italiæ junctæ sunt: ut puta Galliam [22]: sed [23] & Provinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico [24] freto Italia dividitur. §. 2. *Instrumentorum* appellatione quæ comprehendantur, perquam difficile erit separare [25]: quæ enim proprie sint instrumenta [26], propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus [27], si in [28] præsentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui [29] actum gessit, licet [30] in servitute, vel qui actor [31] fuit constitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

Speciosæ personæ.

C. IDEM lib. II de Officio Consulis.

SPeciosas [32] personas accipere debemus *clarissimas* [33] personas utriusque sexus [34]: item eorum, qui ornamentis [35] *Senatorii* utuntur.

Stuprum, adulterium. 1. Divortium, repudium. 2. Morbus, vitium. 3. Servus.

CI. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

INter stuprum, & adulterium, hoc interesse quidam putant, quod [36] adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur: sed lex Julia de *adulterio* hoc verbo *indifferenter* [37] *utitur*. §. 1. *Divortium* inter virum & [38] uxorem fieri dicitur: *repudium* vero sponsæ remitti videtur: quod & in uxoris personam non absurde cadit. §. 2. Verum est, *morbum* [39] esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* vero perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum [40] excussit [41]: nam & luscus [42] itaque [43] vitiosus est. §. 3. Servis legatis etiam [44] ancillas deberi, quidam putant: quasi [45] commune nomen utrumque sexum contineat.

Derogare, abrogare.

CII. IDEM lib. VII Regularum.

DErogatur [46] legi, aut abrogatur, *Derogatur* legi, cum pars detrahitur, *abrogatur* [47] legi, cum prorsus tollitur.

Capitalis.

CIII. IDEM lib. VIII Regularum.

LIcet capitalis [48] Latine loquentibus omnis causa existimationis videatur: tamen appellatio *capitalu* [49], mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est.

Tixus.

CIV. IDEM lib. II Excusationum.

[Η] τοῦ τίκτειν ἀφορμὴ ἐξαίρετος ἐπὶ τῶν ἰδίων ἐκτείνει). NAtorum appellatio & ad nepotes extenditur.

Libertis, libertabusque meis.

CV. IDEM lib. II Responsorum.

MOdestinus respondit, his verbis, *Libertis, libertabusque meis*, libertum libertæ [51] testatoris non contineri.

Dimissoria litteræ, seu Apostoli.

CVI. IDEM lib. singul. de Præscriptionibus.

DImissoriæ litteræ dicuntur, quæ vulgo Apostoli [52] dicuntur: dimissoriæ autem dictæ, quod causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.

Assignare libertum.

CVII. IDEM lib. III Pandectarum.

ADsignare [53] libertum, hoc est, testificari, cujus ex liberis libertum eum esse voluit.

Debitor.

CVIII. IDEM lib. IV Pandectarum.

DEbitor [54] *intelligatur* [55] is, à quo invito [56] exigi [57] pecunia potest.

Bona fidei emptor.

CIX. IDEM lib. V Pandectarum.

BOna *fidei emptor* esse videtur, qui [58] ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit [59] eum, qui vendidit [60], jus vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

Sequester.

CX. IDEM lib. VI Pandectarum.

SEquester [61] dicitur, apud [62] quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi [63] sequenti eos, qui contendunt, committitur.

Censere, censor.

CXI. JAVOLENUS lib. VI ex Cassio.

CEnseri [64] est constituere, & præcipere: unde etiam dicere solemus, *Censeo hoc faciat*, & semet [65] aliquid censuisse. † Inde Censoris [66] nomen videtur esse tractum.

---

89 Ἀποδόναι τὰ ἀποδόσιμα διαφέρει. *Eclog. lib. c.* 89.

90 Reddere. *Vulg. Hal.*

91 Plus est enim reddere rationes, quam edere, qui edere rationes jussus est, non reddit reliqua, sed qui reddere jussus est. *l.* 69 §. 4. *ff. de evict. l.* 8. §. 5. *l.* 9. *ff. de liberatione. l.* 32. *l.* 81. *l.* 82. *l.* 111. *ff. de cond. & demon. l.* 22. *in fin. ff. de manumiss. testam. l.* 91. §. 7. *ff. de fideicommiss. libert. l.* 26. *ff. de statulib. l.* 31. *ff. de liberali. l.* 4. *C. de test. manum.*

92 Vide *l.* 126. *ff. eodem.*

93 Vide *l.* 59. *ff. de contr. empt.*

94 Vide *l.* 30. *ff. ad Treb.*

95 Proximus quis, videv. 34. *ff. de vulg.*

96 Quem nemo. *Hal. Vulg.* qui ante aliquem, & ante quem nemo. *d. l.* 34. *l.* 9. *ff. de reb. dub. l.* 2. §. 2. *ff. de fide. in* qui solus. *d. l.* 9. & *l.* 115. *ff. eod. l.* 1. §. 6. *ff. unde cogn.*

97 Qui post aliquem, & post quem nemo. *d. l.* 34. supremus, aut solus. *l.* 162. *ff. eod. l.* 9. *ff. de reb. dubiis*, sic supremæ tabulæ, post quas aliæ nullæ. *l.* 1. §. 1. *l.* 11. *in fin. ff. de bon. poss. secundum tabulas.*

98 Mobilia quæ & immobilia alibi dicemus. 2. *Ecl.* 2. *c.* 93.

99 *Ita interpungendum videtur*, significamus, si tamen, &c.

100 Gilbertus Regius 2. *Enarchiop.* Florentinam ita interpretatur, nisi tamen apparet. sed Alciatus *hic* negative ita legit, si non apparet, & ita extat non in mea vulgata editione, sed Hugonis à Porta. Alciati lectionem defendit Robertus 2. *recept.* 30. Græci ita leguntur, ἐὰ μὴ ἄρα διαζῇ ὁ διαβάλλων τὸ κινέμενα νοήσας ἐπὶ τῶν ἀψύχων, &c. 2. *Eclog.* 2. *c.* 93. id est, nisi si probetur, testatorem per moventia, animalia intellexisse. Rejectis superioribus lectionibus, Græca excepta: reperio res moventes ab animalibus distingui. *l.* 2. *ff. de supellectile.* Animales esse quæ se moveant, *ut hic*: & ita disjungi mobiles, vel se moventes. *l.* 49. *C. de Episcopis. l.* 3. *C. de servitutib. l.* 13. *C. familiæ. l.* 30. *C. de jure dotium. l. unic. §.* 7. *C. de rei uxor. l.* 2. *l.* 3. *vers. quæ omnia. C. de quadriennii præscriptione. l.* 2. *vers. sed ubi quarta*, *C. quando & quibus quarta.* Mobilium appellatione intelligi animalia, excepto homine, seu servo. *l.* 3. §. 13. *ff. de adq. poss.* moventes, quæ ab alio moventur, puta supellectilem. *l.* 22. *ff. de supellectile.* fructus. *l. ult.* §. 1. *ff. de requir. reis*: adde *l.* 32. *in fin. ff. de usufructu. leg.* Moventia, Græci κινητὰ: Mobilia, κινέμενα, *Ecl. ibid.* appellant Re ita constituta, demus testatori utriusque generis res fuisse, eique mentem fuisse Titio supellectilis legandæ, quin & animalium, seu mobilium legandorum: demus his verbis legasse, *Moventia mea* Titio do, lego: quæro an animalia debeantur? non debebuntur (inquiunt Græci) nisi probetur testatorem per moventia intellexisse animalia. Recurrendum est igitur ad mentem testatoris scripto deficiente. At, inquies, moventium appellatione mobilia non posse intelligi. Imo possunt: in eo utique conveniunt, quod moveantur, quamvis (sic enim interpretor vocem, quia. *J. eod.*) Moventia ab alio. *l.* 2. *ff. de supell. leg.* mobilia à seipsis moventur, novum autem non est, ut testator appellationes rebus alienas, seu impropias tribuat. *l.* 9. *ff. de usufr. leg.* Video quoque Jurisconsultum illa duo confudisse inter se in *l.* 15. §. 1. *ff. de re jud.* & quod magis est, mobilium duas species fecisse, unam animalium: alteram eorum, quæ anima carent. *l.* 1. §. 1. *ff. de rei vind. l.* 30. §. 4. *ff. de adq. poss.* hinc videmus, pecuniam mobilium appellatione comprehendi. *l.* 79. §. 1. *ff. de leg.* 3. Et tamen mirum mihi est, Animalia mobilium potius appellatione contineri quam moventium. Justius enim dicendum videtur, Moventia ea esse quæ vel alia, vel seipsa moveant: mobilia, quæ ab alio, ut inanimata: ac ut apertius etiam loquamur: Tres videntur constitui posse rerum differentiæ ex *l.* 15. *C. de sacrof. eccl.* sunt enim alia κινητὰ, κινέμενα, ἀυτοκινητά. 1 Reddere proprie est retro dare: id est, dare quod antea accepimus. *ut hic, & l.* 39. §. 2. *ff. de statulib.* 2 Non ex proprietate sermonis. *l.* 1. §. 33. *in fin. ff. depositi*: sed ex interpretatione legis. Ex legibus autem id esse dicitur quod ex legis interpretatione est. *l.* 6. *in fin. ff. eod. l.* 21. *in fin. ff. de leg.* 2. *l.* 93. §. 1. *l.* 10. *ff. de leg.* 3. 2. *Ecl.* 1. *c.* 94. 3 Ergo reddere jussus, dare tenetur. *d. l.* 100. & redditio mutabit fideicommissum. *d. l.* 93. 4 *V. l.* 160. *J. eod. Ecl. ibid. c.* 95.

5 *V. l.* 112. *J. eod.* 6 Fluctus maximus τὸ μέγιστον κῦμα. *Ecl. ibid.* Hybernus §. 3. *Inst. de rer. divis.* 2. μέγιστος δὲ τὸ χειμέριον κῦμα ἔχουσιν. 2. *Harm.* 1. *c.* περὶ τῶν ἐν πολέμῳ ληφθέντων: utrumque conjungit Theophil. *Inst. de rer. divis.* μέγιστος δὲ τὸ χειμέριον μεγίστου ἔχουσι κῦμα. fluctus maximus decumanus dicitur: decimus enim talis est: ut inter omnia decimum majus censetur. Festus: sic decumana pyra. 12 *Columell.* 12. decumana porta in castris præcipua. *Cæsar* 3. *de bello Gallic.* decumanus accipenser. *Cic* 2. *de finib.* 7 Littus quid? qua fluctus eludit. *Cic. in Topicis*: adde *Quint. l. Inst. ult.* vel, ut est apud Isidorum *c.* 8. alludit. Quint. *ib.* exæstuat & effluit. *l.* 112. *J. eod.* excurrit. §. 3. *Inst. de rer. divis. in* τέχνῃ. *Ec. ib. c.* 112. littus est, vel quod fluctibus eluditur, vel quod aqua alluitur. 14. *Isid.* 8.

8 Rationem dubitandi sume ex *l.* 25. *ff. eodem. l.* 6. §. 1. *ff. de divisione rer. l.* 10. *ff. de auro.*

9 Ordo est inversus, sic restituo, prædia dicimus aliquorum esse non (hanc particulam accipe, pro non solum) utique alio aliud habente, sed communiter habentium: & ita perspicua est sententia. Solent enim enunciationes ab eo quod per se omnino confessum est, ad id quod minus confessum est, ascendere. Aliquo privatum prædium habente, nemo dubitat, prædium ejus esse. dubitari potest, si cum alio habet commune, sed tamen jus controversum recte ita dirimitur: Aliquorum etiam dici, non tantum ea quæ divisa, sed quæ adhuc communia sunt, quod commune est quasi meum est. *l.* 51. *ff. pro socio. l.* 46. *ff. de ritu. l.* 15. §. 36. *ff. de injur.* 10 *Ecl. lib. c.* 97. adde *l.* 29 §. 2. *ff. de leg.* 3. 11 Pecuniæ verbo in hac stipulatione, res hereditarias, non earum pretia stipulari intelligimur. 12 Aliud videbatur ex lege 178. *ff eod.* 13 Bis sexto Kalendas est. *Hal.* cum bissextum in calendis est, *vulgata*: cum bissextus Kalendas est. *Hugo à Porta.* Bissextus dicitur quod quarto quoque anno dies unus ad 6. Kalendas Martias intercalatur. de bissexto vide quæ notavi ad *l.* 2. *ff. de diversi. & tempor. l.* 3. §. 3. *ff. de minorib.* Goth. Vide Oldendorp. tractat. *de præscript. in pr. vers. Reſpexit. & A Gentil. tract. de diversi. temp. appellat. cap.* 3. 4. Anſ. 14 *l.* 3. §. 6. *Harm.* 3.

15 Dies intercalaris ἐμβόλιμος, ipsa intercalatio ἐμβολισμός. 16 Quibusdam deest hæc negatio. 17 Ejus initium erat pridie Kalend. Martias. vide ad *l.* 2. hic subjungit sibi à Julio Cæsare, teste Suetonio, *c.* 40. *in Julio*, hodie annus constat diebus 365. vide *l.* 134. *J. eod.* 18 Alias mensis appellatione dies 30 intelliguntur. vide Socinum *regul.* 260. 19 2. *Eclog* 2. *c.* 99. 20 Cognitio angustior est jurisdictione: utraque angustior est notione. *l.* 5. *ff. de re judicata.* quid jurisdictio & cognitio, alibi dicam. *Goth.* Vide Goed. *de contrab. ſtipul. cap.* 5. *num.* 180. & Vigl. *de teſtam. ordinand.* §. *teſtes autem num.* 9. 10. Anſ. 21 *l.* 9. *ff. de judiciis.* 22 Cisalpinam, quam ab Italia separabat Rubicon fluvius, vide Suetonium Julio 31. Sidonium 1. *epiſt.* 5. 23 Non est igitur Italiæ Sicilia, ut nec Gallia. Nam hic Gallia, & Sicilia continentes Italiæ Provinciæ dicuntur non Italia. Continentes, id est, conjunctæ: & quidem Sicilia continens dicitur, quia modico freto ab Italia dividitur. adde quæ scripsi ad *l* 9. *ff. de judiciis.* 24 Modice quæ distant etiam continentia sunt.

25 Nam si ex Italia Romæ petuntur instrumenta, minor dilatio dabitur, quam si ex continentibus Provinciis. *l.* 1. *C. de legat. l.* 13. *C. Th. de jure fiſci*, & ideo hic agitur de continentibus Provinciis. vide *Cujac. ad legem, ad teſtium* 22. *ff. qui teſtam.*

26 Adde *l.* 7. *ff. de feriis.*

27 Dignoscemus, si in præsentia persone, &c. *Hal.*

28 Ob præsentiam personæ, quæ actum gessit, dilationem petit, qui tempus prærogari postulat ob absentiam ejus qui gessit.

29 Instrumenta sunt etiam personæ: quæ ad litis instructionem facere possunt: & breviter, instrumenta sunt, quæ causam instruunt, vide *l.* 1. *ff. de fide inſtrum.*

30 Testimonii dictio alias non est servo homini: adde quæ scripsi ad *l.* 22. §. 1. *ff. qui teſt.*

31 Actor servus est præstantissimus. §. 7. *Inſt. de injuriis. l. ult. ff. de officio præſidis. l.* 30. *ff. de legatis* 1. *l.* 40. §. 3. *ff. de ſtatuliber. l.* 5. §. 3. *ff. de doli except.*

32 Ἐπισήμων πρόσωπα. *Eclog. ibid. c.* 100. his verbis spectabiles intelligit Alciatus, quod non placet.

33 Senatores inter tria tantum dignitatum sunt genera, clarissimi, spectabiles (hæc dignitas à Justinian. *Nov.* 7. media dicitur) & Illustres. Qui supra illustres sunt aliquam ex his dignitatibus habent, vel dicuntur illustrissimi. Extra senatum, equestris perfectissima, & egregia est dignitas, *Cujac. ad tit. de dignitatibus.* de quibus alibi dicam plenius. Notandum est autem obiter Clarissimarum appellatione senatorias intelligi. ut dixi ad *l* 5. *ff. de curat. furioſ.*

34 Et ita fœminas, quæ maritorum dignitate illustrantur. *l.* 1. *ff. de ſenatorib.*

35 Laticlavi, vel laticlavii honor quibusdam à Principibus dabatur, de quo vide Petrum Fabr. 1. *ſemeſtr.* 2. Porro ornamenta senatoria fuerunt, latus clavus, dixi ad *legem* 42. *ff. de donationibus inter virum. l.* 4. *C. de teſtam. militis.* Calcei lunati (sic dicti ob Lunæ effigiem impressam, qui & Mulleï Festo dicuntur.) Hinc Martialis, Juvenalis, & Statius Papinius lunatam pellem & patriciam Lunam dixere: & Cic 13. in Antonium, de quodam in senatum repente adlecto, est Asinius quidam senator voluntarius, lectus ipse à se apertam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutavit calceos, pater conscriptus repente factus est. Hujus lunati calceamenti variæ à Plutarcho *in Problemat.* adferuntur rationes. Probabilior illa est quam Isidor. *ult. c. ult.* & Zonaras *Tom.* 2. sequuntur, ut dicamus à Romulo institutos fuisse patriciorum calceos, adsuta Lunæ figuræ, quæ in eis, non sideris formam, sed noram centenarii numeri significabat: quod initio centum Senatores fuerint. Hæc insignia vestium quibusdam Senatu à se motis Augustum servasse, Suetonius refert Octavio 35. quibusdam etiam à Claudio tributa. Dion 58. auctor est. Præfectisque Prætorio ab Imperatoribus plerunque data Lampridius cum aliis testatur. vide *Brissonium* 3. *ſelectar.* 16. 36 Vide quæ scripsi ad *l.* 6. §. 1. *ff. de adulteriis.* 37 Vide *l.* 6. §. 1. *ff. de adulter.* adde 2. *Ecl.* 2. *c.* 101. 6 *Harm. in pr.*

38 *Ecl. ib.* 6. *Harm.* 3. vide *ff. de divortiis.* ideoque sponsa non recte divertisse dicitur. *l.* 191. *J. eod.*

39 Vide *l.* 1. §. 7. *ff. de adilitio. Eclog. ibid.* & 19. *tit.* 10. *c.* 1. Græci morbum νόσον: vitium πάθος appellant. *Eclog. ibid.* 40 Si oculum excussit, *Hotom. in verbo morbum*: si luscus sit, *Vulgata.*

41 Ita luscus utique vitiosus est. *Hal.* 42 Luscus est, altero oculo privatus. hinc Annibal altero captus oculo in Apennini transitu dux luscus appellatur à Juvenali *Satyr* 10. & à Martiali 8. *Epigr.* 9. hi gradus constituuntur, lippus, luscus, cæcus: hinc eluscare. *l.* 5. §. 3 *ff. ad legem Aquil. leg.* 3. *in fin. ff. de cond. triticaria.* 43 *Al.* Utique. 44 *l.* 40. §. 1. *ff. eod. l.* 62. *in fin. ff.* 81. *ff. de leg.* 3. *Eclog. ibid. c.* 101. 45 Si interpretationem, non ipsam vocem spectes. 46 Derogatur, ἀνομοιοῦται: abrogatur, ἀποδοκιμάζεται. *Eclog. ibid. cap.* 102. derogatur parti, totum abrogatur. Lactantius 6. *cap.* 8. legi divinæ nec subrogari (sic enim legendum, non prærogari, nisi cum Pithœo 4. *Notar.* legamus obrogari) fas est, neque derogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari potest. Ulpianus *in fragmentis*, Lex rogatur, cum fit: abrogatur, cum prior tollitur: derogatur, cum pars tollitur: subrogatur, cum adjicitur: obrogatur, cum mutatur aliquid. 47 Sic Paulus 4. *collat.* primum caput legis Juliæ de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat: & Livius 9. ubi duæ leges sunt, semper antiquæ abrogat nova. vide *Pithœum* 4. *Notar.* 48 *Al.* Capitalis pœnæ appellatione, &c. 49 *V. l.* 28. *ff. de pœnis.* 2. *Ecl.* 2. *c.* 103. 50 *Ecl ib. c.* 104. adde *d. l.* 56. *J. eod. l.* 2. §. 7. *in fin. ff. de excuſ. tut.* 51 Liberti appellatione, liberta quidem continetur. *l.* 172. *J. eod.* non libertus liberti. *Ecl. ibid. c.* 105. 52 *V. l. unic. ff. de libellis dimiſſoriis.* 53 *V. l.* 3. *ff. de adſign. libert.* 54 *d. l.* 178. *in fin. J. eod.* 55 Intelligitur. *Hal.* 56 Judicium dicitur in invitum reddi. 83. §. 1. *ff. de verb. obl.* 57 *l.* 10. *l.* 55. *ff. eod.* 58 Qui aut ignoravit. *Vulg. Hal. Eclog ibid. c.* 109.

59 Hinc concludit Cujacius, non omnem scientiam rei alienæ esse malam fidem. 18. *obſerv.* 25. facit *lex* 3. §. 10. *ff. ut poſſidetis.* 60 Mandatum expressum vel tacitum. 61 Μεσίτης. *Ecl. c.* 110. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7. *ff. depoſiti. l.* 18. *in fin. ff. de præſcriptis. l.* 21. *in fin. ff. de appell.* hinc sequestrare. *l.* 22. §. 8. *ff. ſoluto*: sequestratio. *C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ*: sequestraria actio adversus sequestrem. *l.* 9 §. 3. *ff. de dolo. l.* 12. §. 2. *ff. depoſiti*: in sequestrem deponere. *l.* 33. *ff. depoſiti.* Goth. Vide *l.* 6. *l.* 17. *ff. depoſiti.* Charond. *verſimil. l.* 1. *c.* 6. §. 3. Anſ. 62 Hinc Tertullianus *libro de reſurrectione carnis*: de domino loquens: hic sequester Dei atque hominum appellatus ex utriusque partis depositi commisso filio. Sequester quoque *ſeculo* dicebatur à sequendo. 3. *Macrob.* 17. 63 Sequester à sequendo dictus. 64 Κινσῆσι. *Eclog. ibid. c.* 111. confere. *Hal. Vulg.* 65 Κῆνσον τὸ κατὰ ἐαυτὸν ἑκάστου κατακρίνειν. *Ecl. ib.* & senatum *Hal. Vulg.* 66 Censoris nomen à censu. *l.* 2. §. 17. *ff. de orig. juris.*

Publicum.

CXII. IDEM lib. XI ex Cassio.

L*Itus publicum* est catenus, qua maxime [67] fluctus exæstuat [68], Idemque juris est in lacu [69], nisi is totus privatus est.

Morbus sonticus.

CXIII. IDEM lib. XIV ex Cassio.

M*Orbus sonticus* [70] est, qui cuique rei nocet.

Solvendo esse.

CXIV. IDEM lib. XV ex Cassio.

S*Olvendo* [71] *esse* nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.

Fundus, possessio, ager, prædium.

CXV. IDEM lib. IV Epistolarum.

QUæstio est, fundus à [72] possessione, vel agro, vel prædio quid distet? † *Fundus* [73] est omne, quidquid solo tenetur. † *Ager* [74] est, [si] species fundi ad usum hominis comparatur. † *Possessio* ab agro [75] juris [76] proprietate distat: quidquid enim adprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec [77] potest pertinere, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo usus [78], ager proprietas loci est. † *Prædium* utriusque suprascriptæ generale nomen est: nam & ager & possessio hujus appellationis species sunt.

Filius, filii.

CXVI. IDEM lib. VII Epistolarum.

Q*Uisquis mihi alius filii* [79] *filiusve heres sit*, Labeo, non videri filiam contineri: Proculus contra: mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. respondit: Non dubito, quin Labeonis [80] sententia vera non [81] sit.

Minus solvere.

CXVII. IDEM lib. IX Epistolarum.

NOn potest videri minus [82] solvisse is, in quem amplioris summæ actio non competit.

Hostes.

CXVIII. POMPONIUS lib. II ad Quintum Mucium.

H*Ostes* [83] hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: cæteri, latrones aut prædones sunt.

Hereditas, bonorum possessio.

CXIX. IDEM lib. III ad Quintum Mucium.

H*Ereditatis* appellatio sine dubio continet etiam damnosam [84] hereditatem: juris [85] enim [86] nomen est, sicuti bonorum possessio [87].

Legare.

CXX. IDEM lib. V ad Quintum Mucium.

VErbis legis XII Tabularum his, *Uti* [88] *legassit suæ rei, ita* [89] *jus esto*, latissima potestas tributa videtur, & heredis instituendi, & legata, & libertates [90] dandi, tutelas [91] quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum [92] est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium.

De usuris.

CXXI. IDEM lib. VI ad Quintum Mucium.

VSura pecuniæ [93], quam percipimus, in fructu [94] non est: quia non ex ipso corpore, sed [95] ex alia [96] causa est, id est, nova obligatione.

Filio, filiis.

CXXII. IDEM lib. VIII ad Quintum Mucium.

SErvius ait: si ita scriptum sit, *Filio, filiisque meis hosce* [97] *tutores do*: masculis duntaxat tutores datos: quoniam singulari casu hoc, *filio*, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset: sed hoc facti, non juris habet quæstionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde [98] plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit, quod magis rationabile [99] esse videtur.

Est, erit.

CXXIII. IDEM lib. XXVI ad Quintum Mucium.

VErbum *erit* [100] interdum etiam præteritum [1], nec solum futurum tempus demonstrat: quod est nobis necessarium scire, & cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, *Quod in codicillis scriptum erit* [2]: utrumne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat: quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. † Quemadmodum [3] autem hoc verbum *est* [4], non solum præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc verbum *erit*, non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat: nam cum dicimus, *Lucius Titius solutus est* [*ab*] *obligatione*: & præteritum & præsens significamus: sicut hoc, *Lucius Titius alligatus est*: & idem fit, cum ita loquimur, *Troja capta est*. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum [6].

Disjunctivum, subdisjunctivum.

CXXIV. PROCULUS lib. II Epistolarum.

HÆc [7] verba, *ille aut ille*, non solum disjunctivæ, sed etiam subdisjunctivæ orationis sunt. † Disjunctivum [8] est, veluti cum dicimus, *aut dies aut nox est*, quorum [9] posito altero, necesse est, tolli alterum: item sublato altero, poni alterum: Ita simili figuratione verbum potest esse subdisjunctivum. † Subdisjunctivi [10] autem genera sunt duo. Unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit [11] neuter esse: veluti cum dicimus, *aut sedet* [12] *aut ambulat*: nam ut nemo potest utrumque simul facere: ita aliquis potest neutrum, veluti is, qui accumbit. † Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque esse, veluti cum dicimus, *omne animal aut facit, aut patitur*: nullum est enim, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul & facere, & pati.

Commodum, posse.

CXXV. IDEM lib. V Epistolarum.

NEpos Proculo suo salutem: Ab eo, qui ita dotem promisit: *Cum* [13] *commodum erit, dotu filiæ meæ tibi erunt aurei centum*, putasne, protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid, si ita promisisset, *Cum potuero, doti erunt*? quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, *possit* verbum quomodo interpretaris? utrum ære alieno deducto, an extante? Proculus: cum dotem quis [ita] promisit, *Cum potuero, doti tibi erunt centum*: existimo, ad id, quod actum est, interpretationem redigendam esse; nam qui ambigue [14] loquitur, id [15] loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensit: propius est tamen, ut hoc eum sensisse existimem, deducto [16] ære alieno potero, potest etiam illa accipi significatio, cum salva [17] dignitate mea potero: quæ interpretatio eo magis accipienda est, si ita promissum est, *cum commodum erit*, hoc [18] est, cum sine incommodo meo potero.

De clausula, uti optimus maximusque est: *& clausula*, jus fundi deterius factum non esse per dominum.

CXXVI. IDEM lib. VI Epistolarum.

SI, cum fundum tibi darem, legem ita dixi, *Uti optimus maximusque esset*: & adjeci, *jus fundi deterius factum non esse* [19] *per dominum* [20], *præstabitur* [21]: amplius eo præstabitur nihil: etiam si prior pars, qua scriptum est, *Uti optimus maximusque sit*, liberum [22] esse significat: eoque, si posterior pars adjecta non esset, liberum præstare deberem [23]: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad jura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quam jus fundi per dominum deterius factum non esse.

Vestis.

CXXVII. CALLISTRATUS lib. IV de Cognitionibus.

V*Estis* appellatione, tam virilis, quam muliebris [24], & scenica, etiam [25] si tragica [26] aut citharœdica sit, continetur.

Spado.

CXXVIII. ULPIANUS lib. I ad Legem Juliam & Papiam.

S*Padonum* [27] generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura [28] spadones sunt, item thlibiæ [29], thlasiæ [30], sed & si quod aliud genus [31] spadonum est, continentur.

De his, qui mortui nascuntur.

CXXIX. PAULUS lib. I ad Legem Juliam & Papiam.

QUi mortui [32] nascuntur, neque nati, neque procreati, videntur: quia hunquam liberi appellari potuerunt.

Lege

---

6 Qua maximus. *Scheg. ibid. c.* 12.

68 Dixi ad *l.* 96. *ff. eod.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 1. Anf.

69 De quo vide *l.* 1. §. 3. *ff. ut in flum. public.*

70 Νόσῳ ἀνασπᾶν. *Scheg. ibid. c.* 113. *v. l.* 4. § 5. *l. ult. ff. de ædilitio.* adde *l.* 95. *ff. de regul. jur.*

71 Solidum non solvit, qui tardius, *l.* 12. *in fin. ff. eod.* qui nihil, *l.* 33. *l.* 82. *ff. eod.* solvit: qui non facit, quod facere promisit. *l.* 176. *ff. eod.*

72 Puto, id innui, una & eadem res diversas appellationes sortiri potest. sic terra, quatenus in eam quid agitur jure proprio ac nostro, ager: quatenus quotannis multa fundit, fundus. Varro, 4 *de lingua*, quatenus ex ea homini maxime providetur, prædium, quasi prævidium. 15 Isidor. 13. quatenus ea utimur, aut eam possidemus, possessio dicitur, *ut hic*. Aliter dici potest, Fundus est ipsum solum: eo si utimur, prædium dicitur. Utilitas, quæ ex prædio venit, consistit vel in proprietate; hinc ager vel in usu aliquo; hinc possessio. *Goth.* Vid. explicationem hujus l. apud Anton. Merend. *controv. lib.* 2. *c.* 16. Anf.

73 *l.* 60. *ff. eod.* vide, quæ notavi ad *l.* 78. *in fin. ff. de verb. obl.* adde 2 *Eclog.* 2. *c.* 115.

74 Ager tamen esse potest sine villa. *l.* 27. *ff. eod.*

75 Possessio est usus rei, à proprietate separatus.

76 Quatuor hic definiuntur: Fundus, Ager, Possessio, Prædium. de possessione videamus: & quo sensu dicatur hic ab agro juris proprietate distare. Possessio est corpus, cujus plenum usum habemus, proprietatem neque habemus, neq; habere possumus. quo in genere, provincialia, tributaria stipendiariaque, itemque vectigalia prædia sunt. (de quibus dixi ad *l. si captivum.* 20 §. 1. *ff. de captivis.* atque ita falluntur, qui juris vocabulo hic leges XII Tabul. interpretantur: ut & illi, qui ad loca sacra, extra commercium posita, verbum *possessionis* referunt, ut post Gerardum Pererium Tholosanum notat Brissonius, 4 *select.* 1. 77 Imo, quis rem suam possidere potest, *l.* 1. §. 2. *ff. de adquir. possess.* ut è contrario, alienæ rei possessores esse possumus, *l.* 9. *ff. de adquir. possess.* unde bonæ & malæ fidei possessores distinguuntur. 78 Et è contra, usus est possessio. Horatius, 2 *epist. ultim. Quadam, si credis consultis, mancipat usus.* & Ælius Gallus, possessionem definit usum. 79 Filius filiive heres. *vulg. Hal.* 80 Verborum figuram & significationem sequentis. 81 Quid igitur hic statui oportet? nempe filii appellatione, filiam, non ex figura verborum, sed ex mente intelligi. *l.* 122. *l.* 201. *ff. eod. l.* 16. *ff. de testam. tut. l.* 45. *ff. de leg.* 2. *Eclog. ibid. c.* 116. at non e contra. *d. l.* 45. *v. l.* 220. *ff. eod.* 82 Summæ ampliori minor opponitur: qui amplioris ab ea, quæ est soluta, summæ non tenetur, minus solvisse dici non potest. adde *l.* 32. *ff. eod.* 83 *l.* 234. *ff. eod. Eclog. ibid. c.* 116. *v. l.* 24. *ff. de captiv.* 84 Hereditas damnosa esse potest. *v. l.* 3. *ff. ad l. Falcid.* bona damnosa dici non item. *v. l.* 39. §. 1. *ff. eod.*

85 Vel hinc constat, hereditatem juris esse, quod ea esse possit sine ullo corpore. *l.* 50. *ff. de hered. pet.* Demus esse juris; an ideo individua? utique, si hereditatem proprie sumimus pro toto aliquo universali, sive pro jure universitatis: sin improprie, pro rebus hereditariis, dividua dici potest. *v.* Hotom. 9 *Illustr.* sic hereditas non est pecunia, sed successio, *l.* 24. *ff. eod.* id est, jus successionis. *l.* 218 *ff. eod.* 86 Quæ juris sunt, commoda & incommoda continere possunt. 87 Bonorum possessio jus est, *l.* 3. §. 2. *ff. de bonor. possess.* at non possessio. *l.* 19. *ff. ex quib. causis majores.* Porro non sola hereditas aut possessio in jure consistit, sed & alia, veluti ususfructus, usus, obligationes, §. 2. *Inst. de reb. corpor.* dos, peculium, servitus. *l.* 66. §. 6. *ff. de leg.* 2. *l.* 15. §. 2. *ff. de precario. l. ult. in fin. C. de præscr. longi tempor.* 88 Hæc facultas postea coangustata est, lege Furia, Voconia, Falcidia. *v. l.* 1. *ff. ad l. Falcid.* 89 Hujus legis fragmentum extat in *l.* 53. *ff. eod.* Integra autem ita legitur 1 *ad Herennium.* Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legassit, ita jus esto. adde *l.* 1. *ff. ad l. Falcid. Novell.* 22. *c.* 2. hinc Ulpianus, legata nobis adquiruntur ex lege XII Tabularum. Ulpian. 12. §. 17. adde *l.* 47. *in fin. ff. de peculio.* 90 *l.* 80. *ff. eod.* 91 *l.* 1. *ff. de testam. tut. l.* 53. *ff. eod.* vi potestatis hujus testatori liberum est, tutorem substituere priori. *l. pen. ff. de testam. tut.* 92 Sed vel interpretatione coangustatum est legum, vel auctoritate jura constituentium. *Hugo à Porta.* 93 *Eclog. ibid. c.* 120. proprie scil. alias pensiones, *l.* 36. *ff. de usur.* id quod intereſt, *l.* 4. §. 3. *ff. si servitus vindicetur.* & ipse usuræ impropriæ continentur. *l.* 34. *ff. de usuris.* 94 Fructus proprie id est, quod ex aliquo corpore nascitur; usura, quod ex rei usu.

95 Usuræ non ex ipso pecuniæ seu nummorum corpore oriuntur, ut fructus ex terra: Aliunde oriuntur, hoc est, alia ex causa, &, ut hic dicitur, oriuntur ex nova obligatione, vel prodita Jure civili. 96 Obligationes res esse alias à corporibus hinc constat. §. 1. *Inst. de rebus corporalibus.* Nec tamen inde sequitur, usuras esse contrarias juri naturali. nam si obligationes causam habent, *ut hic.* & obligationes ad jus gentium vel civile referuntur, *l.* 5. *in fin. ff. de justitia & jure.* dicendum esset, jus utrumque naturæ repugnare; quod est absurdum: si proximi mordendi (nam usuræ ab Hebræis *Nesek*, id est, à morsu dicuntur) libidinem ab usuris sustuleris, perinde usuræ tolerari poterunt, ut ædium conductarum pensiones, dimidium justi non excedentes: nihil enim intereſt, fructum ex ædibus percipias, an ex nummis, sed de usuris alibi commodius nos dicemus. 97 *Al.* hisce. 98 *l.* 116. *ff. eod. l.* 16. *ff. de testam. tut.* §. 5. *Inst. qui testam.*

99 Verisimile. dixi ad *l.* 114. *ff. de reg. jur.* 100 *l.* 18. *ff. de jure Codicill. l.* 6. *l.* 72. *ff. de leg.* 1. *l.* 6. *ff. de instructo. l.* 34. *in fin. ff. de auro.* 2 *Eclog. c.* 122. 1 Gellius, verbum, inquit, *esse* & *erit*, quum per se ponuntur, habent atque retinent tempus suum: cum vero præterito junguntur, vim temporis sui amittunt, & in præteritum concedunt.

2 Et quod à me jam scriptum est in Codicillis, & quod postea scribetur.

3 Ut per verbum *erit*, præteritum tempus interdum demonstramus: ita verbo *est*, interdum præteritum quoque significamus.

4 *Est*, non solum præsens, sed & præteritum tempus significat.

5 Gell. *d. loco. Eclog. d. loco. c.* 122. adde *l.* 7. *l.* 34. §. 1. *ff. de auro.*

6 Hoc enim demonstrare volumus, Trojam olim captam fuisse. Et sic Enallage est temporis.

7 *Ant*, particula disjunctivis proloquis & subdisjunctivis inservit. Cæterum fines disjunctivi proloqui, simul veri esse non possunt: subdisjunctivi, vel simul falsi, vel simul veri esse possunt.

8 Διεζευκτικὸν. *Eclog. ibid. c.* 124. Gellius appellavit disjunctum & disjunctivum proloquium, 5. *c.* 11.

9 In proloquio disjunctivo, necesse est, alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum esse, 5 Gell. 11. vel ita: in disjunctione plus uno verum esse non potest. Cic. *in Topic.*

10 Subdisjunctivum, ὑποζευκτικὸν. *Eclog. ibid.*

11 In subdisjunctivo potest neutrum esse, vel utrumque. *Goth.* V. Alberic. Gentil. *tractat. de diversis temp. appell. c.* 5. Anf.

12 Hujus proloquii ambæ partes falsæ esse possunt, cum tertia omittatur: sic apud Gell. *d. loco.* ἄτοπος καλὴν ἕξιν, ἢ αἰσχρὰν duæ illæ partes falsæ esse possunt, ei, qui stata forma habuerit uxorem.

13 Non quod protinus dari potest stipulanti, commodum est promissori.

14 Simplici oratione utentis simplex atque unicus est intellectus: ambigue loquentis multiplex: fervit enim & stipulanti & promissori.

15 Gell. 11 *Noct. Attic.* 12. Nullum, inquit, verbum est ambiguum (Chrysippus dicebat, omne verbum esse ambiguum naturâ), nec quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui dicit: at cum ego aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis dictum, quam ambigue videri potest. Ambigui verbi natura illa esse debuit, ut, qui diceret, duo vel plura diceret. Nemo autem duo, vel plura dicit, qui se sentire unum dicere.

16 Posse facere promissor intelligitur, ære alieno deducto. alias ære non deducto posse facere, promissio est ἀδύνατος nec enim posse videtur, qui non potest, nisi inhoneste: cum primum incipit juste posse, primum incipit teneri, *l. ultim. ff. de condit. instit. l.* 29 *ff. de cond. & demonstrat. l.* 29. *ff. quando dies legati.* cum res promissori in tuto esse incipiat. *l.* 80. *ff. de verbor. obligat.*

17 Tacita illa exceptio conditionibus inest. *l.* 35. *ff. de negot. l.* 12. *ff. de novalib. l. ultim. ff. de act. empt.* vide *l.* 137. §. 4. *ff. de verborum obligationib. l.* 105. *ff. de solut.* 18 Definitionem à remotione contrarii observa. 19 *Al.* non esse: per dominum præstabitur. 20 Id est, per venditorem. 21 Quid? illud certe, quod promissum fuit: atqui de eo nunc quæritur, nempe quid promissum sit? dic, venditorem teneri fundum præstare, uti optimus maximus est, id est, liberum a servitutibus, ei à quocunque impositis, sed tamen, quia in illa venditione adjectum fuit, eum fundum tradi emptori, cujus jus à domino, id est, à venditore non esset factum deterius: venditor minime tenebitur ob servitutes ei fundo ab aliis impositas: & ita generalis illa clausula *uti optimus*, &c. restringitur per sequentem *jus fundi*, &c. 22 Optimus maximus fundus, id est liber: non est liber, si jus ejus à domino deterius factum est. *l.* 90. *ff. eod. l.* 169. *ff. eod.* vide *l.* 75. *ff. de evict. l.* 59. *ff. de contrahend. empt.* 23 Debere. *vulg.* debeam. *Hal.* 24 De vestimentis muliebribus vide Varron. 9 *de lingua.* Paul. 4 *sent.* 6. §. 8. quænam sint muliebria, vide *l.* 23. §. 1. *in fin. & passim. ff. de auro. l.* 110 *in fin. ff. de verb. oblig.* adde P. Fabrum, 1 *semestr. cap.* 15.

24 Sufficit enim, ut scenica vestis dici possit, ea aliquem uti in scena, sive tragœdus sit, sive citharœdus. 25 De hujusmodi vestimentis vide Scaliger. 1 *Poëtic.* 13. & 14. 26 19 *Eclog.* 1. *ex lib.* 33. *fol.* 193. 27 Spadones natura sunt, qui ob meatum distortum coli, non ob infœcundum semen, generare non possunt: quo vinculo absciſſo generant. Galenus, 15 *de usu partium apud Prateium.* generare possunt, *l.* 6. *in fin. ff. de ædilitio.* spes est, posse eos liberos procreare, 19 *Eclog.* 1. *ex lib.* 60. *fol.* 193. ideoque placeret, ita scribi in *l.* 2. §. 1. *ff. de adopt.* & hi, qui nondum generare possunt, ut eorum sterilitas (cujus sit mentio in *d. l.* 6. *ff. de lib.*) temporaria sit, eosque impediat, inter morbosos censeri, *l.* 6. *in fin. ff. de ædilit.* quod in castratis non est, à quibus sunt diversi. §. 9. *Inst. de adopt. l.* 6. *l.* 7. *ff. de ædilit. l.* 6. §. 1. *ff. de liber. l.* 14. *in fin. ff. de manumiss. vindicta.* Quod cum ita sit, non mirum, spadonibus permitti matrimonium, *l.* 39 *ff. de jure dot.* & matrimonii causa manumittere, *l.* 14. *in fin. ff. de manumiss. vind.* adoptare, *l.* 2. *in fin. l.* 40. *in fin. ff. de adopt.* heredem instituere, *l.* 6. *ff. de liberis & posthum.* quod in castratis non est. In eo tamen æquales sunt, quod utrique testamentum facere possunt. vide *l.* 5. *C. qui testam.* Paul. 3 *sent.* §. 2. 28 *l.* 5. *ff. de sicariis.* Thlibiis attriti sunt testes. 29 *Al.* Ralasiæ; male: ad hos refer *l. ultim. ff. de publican. l.* 4. §. 2. *ff. de sicariis.* Thlasiis exacti sunt testes. 30 Spadonum tria genera: natura, facto, fato. Natura, spadones: facto, castrati: fato seu casu, thlasiæ quibus attriti testes. Sed tamen Ferrand. 1 *Explicat.* 47. Thlibias & Thlasias pro iisdem accipit. Cæterum duos castrandi modos facit Aristoteles, 3 *de historia Animalium.* Θλῖψιν ἢ ἐκτομήν. ut & Ægineta 6. *c.* 58. κατὰ θλάσιν ἢ ἐκτομήν. ut & Moses, *c.* 23. *Deuter.* τῶν θλασίων ἢ ἐκτετεκομμένων. adde Columell. 6. *c.* 25. Pallad. 6. *c.* 7.

32 Mortuus qui nascitur, neque procreatus videtur, neque filius appellatur, 2 *Ecl.* 2. *c.* 128. abortus vel abactus venter partum efficere non videtur. Paul 4 *sent.* 9 §. 6. nec rumpit testamentum, *l.* 2. *C. de posthum.* Ab eo sunt diversi, qui exacto ventre matris nascuntur, *l.* 6. *in pr. ff. de inoffic. l.* 12 *ff. de liberis.* & ii, qui nondum integrum animal, cum spiritu tamen nascuntur, *d. l.* 12. *in fin.* adde superioribus de muliere, quæ semper mortuos parit. *l.* 14. *ff. de ædilitio.*

Lege obvenire hereditatem.

CXXX. ULPIANUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

LEge [33] obvenire hereditatem, non improprie quis dixerit & eam, quæ ex testamento defertur [34]: quia Lege XII Tabular. testamentariæ hereditates confirmantur [35].

Fraus, pœna, multa.

CXXXI. IDEM lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

ALiud [36] fraus [37] est, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ vindicta: fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. §. 1. Inter multam autem, & pœnam, multum interest: cum [38] pœna generale sit nomen, omnium delictorum coercitio, multa specialis peccati [39], cujus animadversio hodie [40] pecuniaria est: pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet: & [41] multa quidem ex arbitrio ejus venit, qui multam dicit; pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est: quinimo multa ibi dicitur, ubi specialis pœna non est imposita. Item [42] multam is dicere potest, cui judicatio [43] data est. Magistratus solos & Præsides provinciarum posse multam dicere, mandatis permissum est: pœnam autem unusquisque [44] irrogare potest, cui hujus criminis sive [45] delicti executio competit [46].

Aniculus ante diem X *Kalend. post diem* X *Kalend. i. Peperisse.*

CXXXII. PAULUS lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

ANniculus [47] amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi, id ita esse, declarat, *ante diem decimum Kalendarum, post diem decimum Kalendarum*: neque [48] utro enim sermone undecim [49] dies significantur. §. 1. Falsum est, eam peperisse, cui mortuæ filius exsectus [50] est.

Intra diem.

CXXXIII. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

SI quis sic dixerit, ut intra [51] diem mortis ejus aliquid fiat: ipse [52] quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

Anniculus.

CXXXIV. PAULUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

ANniculus non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto [53] die dicitur, incipiente plane, non [54] exacto die, quia annum civiliter, non [55] ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

De partu portentoso vel monstroso.

CXXXV. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

QUæret aliquis, si portentosum [56], vel monstrosum [57], vel debilem mulier ediderit, vel qualem visa, vel vagitu novum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quam hominis partum, an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, ut hæc quoque parentibus prosint [58]: nec [59] enim est, quod eis imputetur, quæ, qualiter potuerunt [60], statutis obtemperaverunt: neque id, quod fataliter [61] accessit, matri damnum injungere debet.

Gener.

CXXXVI. IDEM lib. V ad Legem Juliam & Papiam.

GEneri [62] appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio, quam ex filia editarum, cæterarumque maritos contineri, manifestum est.

Ter enixa.

CXXXVII. PAULUS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

TEr enixa videtur, etiam quæ trigeminos [63] pepererit [64].

Hereditas.

CXXXVIII. IDEM lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

HEreditatis appellatione bonorum [65] quoque possessio continetur.

Roma. i. *Perfecisse ædificium.*

CXXXIX. ULPIANUS lib. VII ad Legem Juliam & Papiam.

ÆDificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus [66] Romæ ædificiis fiant. §. 1. *Perfecisse* [67] *ædificium* is videtur, qui ita consummavit, ut jam in usu esse possit.

Cepisse.

CXL. ULPIANUS lib. VII ad Legem Juliam & Papiam.

CEpisse [68] quis intelligitur, quamvis alii adquisiit.

Habere filium.

CXLI. ULPIANUS lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

ETiam [69] ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ excisо [70] utero edere possit: necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: utputa cum, qui ab hostibus remeavit.

De conjunctis.

CXLII. PAULUS lib. VI ad Legem Juliam & Papiam.

TRiplici modo conjunctio [71] intelligitur: aut enim re [72] per se conjunctio contingit, aut re [73] & verbis, aut verbis [74] tantum. † Nec dubium est, quin conjuncti sint, quos & nominum, & rei complexus jungit: veluti *Titius & [75] Mævius ex parte dimidia heredes sunto*: vel [ita], *Titius Mæviusque heredes sunto*: vel, *Titius cum Mævio ex parte dimidia heredes sunto.* † Videamus autem, ne, etiam si hos articulos detrahas, *&* [76], *que*, *cum*; interdum [77] tamen conjunctos accipi oporteat: veluti *Lucius Titius, Publius Mævius ex parte dimidia heredes sunto*: vel ita, *Publius Mævius, Lucius Titius heredes sunto: Sempronius ex* [78] *parte dimidia heres esto*: ut Titius & Mævius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur. *Lucius Titius ex parte dimidia heres esto. Seius ex parte, qua* [79] *Lucium Titium heredem instituit, heres esto. Sempronius ex parte dimidia heres esto.* Julianus, dubitari [80] posse, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Gaio Seio institutus sit: sed [81] eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verissimilius esse, in eundem semissem duos coactos, & conjunctim heredes scriptos esse.

Habere.

CXLIII. ULPIANUS lib. IX ad Legem Juliam & Papiam.

ID apud se quis *habere* [82] videtur, de quo habet actionem [83]: habetur enim, quod peti potest.

Pellex, παλλακή.

CXLIV. PAULUS lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

LIbro memorialium [84] Massurius scribit, *pellicem* [85] apud antiquos eam habitam, quæ, cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine *amicam*, paulo honestiore concubinam appellari. Granius Flaccus in libro de Jure [86] Papiriano scribit, pellicem nunc [87] vulgo vocari, quæ [88] cum eo, cui uxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ uxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Græci vocant.

Virilis.

CXLV. ULPIANUS lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

VIrilis [89] appellatione interdum etiam totam [90] hereditatem contineri, dicendum est.

Socer, socrus.

CXLVI. TERENTIUS CLEMENS lib. II ad Legem Juliam & Papiam.

SOceri, *socrus* appellatione avum [91] quoque & aviam [92] uxoris vel mariti contineri, respondetur.

Roma.

CXLVII. IDEM lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

QUi in continentibus [93] Urbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur [94].

Liberi.

CXLVIII. GAIUS lib. VIII ad Legem Juliam & Papiam.

NOn [95] est sine liberis, cui vel unus [96] filius, unave filia est: hæc enim enunciatio, *habet liberos*, [*non habet liberos*], semper plurativo numero profertur: sicut & pugillares & codicilli.

CXLIX. I-

---

33 Lege obvenire intelligitur, quod ab eo venit, quod legibus est confirmatum. adde *l.* 1. ff. *de hered. pet.* adde *l.* 6. *in fin.* ff. *eod.* deferre hereditatem legus dicuntur, quoties delatam confirmant. *Gothofred.* Intellectum hujus leg. vid. apud Bellon. *supput. lib.* 3. *c.* 7. Ans.

34 De verbis *deferendi & confirmandi*, adde *l.* 6. ff. *de jurisdict.* adde *l.* 36. *in fin.* ff. *de don. inter vir.*

35 Legitimum dici potest, quod lex confirmat.

36 2 *Eclog.* 2. *c.* 131. movetur autem Jurisconsultus ad hanc differentiam asserendam, quod veteres *fraudem* pro pœna ponere solebant. *l.* 23. §. 2. ff. *de adilitio.* Hinc *sine fraude capere*, id est, sine pœna legis, *l.* 1. ff. *ad Leg. Falcid. non sine fraude in jus vocare*, id est, non sine pœna, *l.* 26. §. 2. ff. *quibus ex causis major. l.* 32. ff. *de injur. l.* 8. ff. *de accus.* viro adulterum uxoris retinere horis diurnis non plus quam viginti, testandæ ejus rei causa, sine fraude licet. *l.* 25. ff. *de adult.*

37 De fraude adde *l.* 79. ff. *de reg. jur.*

38 Prima differentia pœnæ & multæ. Pœna generale nomen omnium delictorum: multa, specialis delicti.

39 Secunda differentia multæ & pœnæ. Multa, tantum pecuniaria est: pœna etiam capitis & existimationis. 40 Olim igitur fuit alia multæ animadversio. Quæ fuit? ovium & boum. Isidor. ex 2 Cicer. *de Republica.* 18 Plin. 3. Plutarch. *in Publicola.* 11 Gell. 1 *ex Varrone.* Nonius *in Ovis.* Nec prius ovem nominabant, quam bovem, in multa indicenda. Plin. *d. loco.* Major pœna triginta boum & duarum ovium. Festus *in multam & in ovibus.* Halicarnass. 10. ære tandem percusso, loco ovis deni asses: bovis, centum lege statuti sunt: ovis, decussibus: bos, centussibus. Fest. *ibid.* Plutarch. *ibid.* idque lege Tarpeia. Fest. vel Ateia, ut ait Gellius; ab illius anni Consulibus: revocata postea à L. Papirio & L. Lullio, teste Livio 4. Postea aucta multæ ratio: nam trium millium æris in majoribus delictis: vicesis fuit in minoribus. Fest. *in ovibus.* Quædam tamen reperiuntur 10000, & 15000 æris. Halicarnass. 10. Livius 3. quod tametsi ita fuit, post usum pecuniæ tamen remansit in multa indicenda ovium, boum, & pecoris vetus mentio. Varro, *de re rustic.* 1. 33 Plin. 1. Porro de verbo *Hodie* dixi ad *l.* 32. ff. *de falsis.* 41 Tertia differentia pœnæ & multæ: pœna lege; multa arbitrio judicis imponitur. *l.* 244. *in fin.* ff. *eod.* 6 *Harmenop.* 3. adde *l.* 15. ff. *ad municipalem.* 42 Quarta differentia pœnæ & mulctæ. Cui executio criminis data est, pœnam potest tantum irrogare, nisi specialiter hoc ei sit indultum, *l.* 2. *in fin.* ff. *de public. judiciis.* hæc potestas tacite conceditur, ut jure Magistratus non tantum possit pœnam irrogare, quemadmodum & priores, sed etiam multam dicere.

43 Cui adjudicatio. *vulgat. Haloand.* id est, ei, cui publicum judicium est. *l.* 2. *in fin.* ff. *de judiciis.* Quinam illi Magistratus Romæ? omnes Magistratus: sic Consules Senatoribus, qui tardius aut omnino non venissent in Senatum, multam irrogabant. *Cicero.* Prætor etiam multam dicebat. *l.* 2. *in fin.* ff. *si quis in jus vocatus non ierit.* Ædiles, Liv. 10. Gell. 6. Tribuni plebis, Liv. 7. Gell. 19. Tacit. 3. (idque lege Ateria Tarpeia, Dionys. Halicarnass. 10. & 11 Gell. 1 Fest. *in peculatus.*) curatores aquarum (idque ex Senatusconsulto, Frontin. *lib.* 2 *de aquæductibus in fin.*) Præsides ex principalibus mandatis, ut hac leg. Procuratores Cæsaris. *l.* 2. *C. de modo multarum.* vide de Brisson. 3 *select.* 4. 44 Privato quoque dari publici judicii executionem. hinc Cujac. colligit. 15 *observat.* 39. 45 Crimen à delicto ut distet. vide in *l.* 17. §. 18. ff. *de adilitio.*

46 Aliam differentiam pœnæ & multæ. vide in *l.* 24. ff. *eod.* 47 *l.* 134. ff. *eod.* 2 *Eclog.* 2. *cap.* 132. Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. & *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 5. Anton. Augustin. *emendat. lib.* 4. *cap.* 6. Ans. 48 Hanc negationem, quam etiam habent Græci, vulgata non legit, legit autem utroque sermone Autographum Florentinum, neutro sermone, v. Anton. Mercat. 4 *emend.* 5. ne utroque) quidam etiam ita legunt. ideo magnus conflictus oritur. Budæus & Alciat. 4 *de verb. sign.* notant, Paulum morari lectorem hoc grypho seu æniginate voluisse potius, quam docere. Paucis sic sentio, interea dum aliquis meliora: Anniculus moritur, qui extremo die anni moritur: antedecendialis dicitur, qui extremo noni expirat; postdecendialis, qui extremo undecimi: neutro sermone exacti dies (sic legendum puto, *arg. l.* 134. ff. *eod.* non undecim dies, quam vocem Græci verius devorant, quam gustant) significantur, ac si diceret, qui moritur post extremum anni diem, non est anniculus, sed biennis: qui præstat aliquid post decimum diem, undecimo præstat; qui non præstat ante decimum, præstat decimo: sic debitor ante Calendas, ante eas perfectas dare debet: aut si non ante, post certe dederit. *l.* 13. ff. *de verborum obligationib.* Intra Calendas judicare jussus, ante eas perfectas debet judicare: aut si non ante, post judicaverit. *l.* 133. ff. *eod.* Intra hæc tempora, nisi superiora fiant, jus mutatur. *l.* 42. ff. *de verbor. obligation.* In hanc legem, qui suum ingenium exercere voluerit, legat Budæum. Alciatum hic, Anton. Augustin. 4 *emendat.* 6. Cujacium ad *l.* 8. & *l.* 13. ff. *de verborum obligationib.* Robertum, 3 *animadvers.* 29 Ant. Mercator. 3 *notar. ultim.* sed quid? post hæc ita observata, reperi in manuscripto Germani Colladonii, Jurisconsulti clarissimi, lectionem nondum auditam, quæ ita habet. Ante diem duodecimum Calendarum, post diem decimum Calendarum; utroque enim sermone undecimus dies significatur, qua lectione nulla apertior, dummodo particulam, *enim* sustuleris.

49 Undecima. *vulgat. Haloand. Eclog. ibidem.* ne dicas nonum cum Budæo & Alciato. Antonius Augustinus. & Cujac. in *l.* 13. ff. *de verborum obligationib.* decimam esse volunt. Res ita habet: si de futuris Calendis loquimur, dies ante decimum Calendarum vicinior loquenti est undecimus dies, post decimum est nonus: si de præteritis, dies vicinior loquenti ante diem decimum est nonus, post diem decimum est undecimus, & ita neutro sermone dies undecimus significatur, quod hæc lex innuit, haud nonus, ut vult Budæus: haud decimus, ut reliqui duo illi viri magni, à quibus tamen propter eorum auctoritatem non facile discedi cupio. 50 ἀνατμηθῆναι. 2 *Eclog.* 2. *cap.* 133. & 141. cui filius mortuus extractus est. *Haloand. l.* 141. ff. *eod. l.* 6. *in fin. princ.* ff. *de inoffic. l.* 12. ff. *de liberis.* 51 12 Gell. 13. *l.* 1. §. 8. §. 9. ff. *de successorio Edicto.*

52 *d.* §. 9. Gell. *ibid.* 53 Annus hoc spatio definitur. *l.* 51. §. 2. ff. *ad Leg. Aquil. l.* 4. §. 5. ff. *de statulib.* 54 Vide *l.* 132. ff. *eod.* vide quæ notavi ad *l.* 2. ff. *de diversis & temporalibus.*

55 Imo ad momenta annum numeramus. *l.* 3. ff. *de minoribus.* Gothofr. De Anno vide Alberic. Gentil. *de diverf. temp. appell. c.* 3. Ans. 56 *l.* 38. ff. *eod. l.* 14. ff. *de statu hominum. l.* 3. *in fin. C. de posthumis heredib. l. quod dicitur.* 12. *in fin* ff. *de liberis & posthum.* 57 Monstrum licet interficere sine metu legis Corneliæ. Ea solebant in flumen demergere: eoque Tibullus alludit. 2 *Eleg.* 2. *Prodigia indomitis merge sub æquoribus.* neque leg. Cornelia de sicariis tenetur, qui monstrum interfecit. & ita Veronæ judicatum fuisse refert Petrarcha, 4 *memorab.* 6to. Antonius Vacca ad *l.* 14. ff. *de statu.* Nec debentur ei ulimenta à patre, *l.* 6. ff. *de liberis.* quod forte ex lege quadam Romuli est. 58 Imo non prosunt. Paul. 4 *sent.* 9. §. 3. 59 Imo videtur esse aliquid, quod eis imputetur. Nam ex prava imaginatione quadam concepta videntur ita nasci, ut & Accursius notat. De cuusis hujusmodi partus adde 11 Isidor. 1. *in fin.* & 12 *c.* 1. *in fin.* vid. Livium de monstrorum origine. 60 Adde *l.* 8. §. 2. ff. *de cond. inst.* 61 V. *l.* 6. ff. *de act. pignoratitia.*

64 Generos appellare possumus neptis aut proneptis maritos. *l.* 3. §. 2. ff. *de postulando.*

63 *l.* 7. ff. *de rab. dubiis.* tergeminos. *Hal.* trigeminos. *l.* 5. ff. *si pars.* id est, *strus. l.* 15. ff. *de statu.*

64 Per intervalla scilicet: nec enim possunt uno impetu plures nasci. *l.* 15. ff. *de statu.* Paul. 4 *sent.* 9. §. 2.

65 *Ecl.* 2. *c.* 138. bonorum possessio non est propria hereditas, sed quasi: bonorum possessores, veluti heredes. *l.* 2. ff. *de bonor. possess.* vide *tit. C. de bonorum possessione secundum tabulas. & Inst. de bonor. possess.*

66 *l.* 2. *l.* 87. ff. *eod.*

67 Adde *l.* 5. *in fin.* ff. *eod.*

68 Vid. *l.* 71. ff. *eod.*

69 Proprie tamen non dicitur peperisse. *l.* 132. ff. *eod.* Est enim aliud, habere filium & parere. 5 *Harmenop.* 5 *parag.* 26. Porro, hi cæsones dicti, *Festus*, quos auspicatius nasci refert Plin. *cap.* 9. exempla adferens Scipionis Africani & Cæsaris.

70 V. *l.* 132. ff. *eod.* 2 *Eclog.* 2. *c.* 141.

71 *l.* 66. ff. *de heredit. instit. l.* 85. ff. *de leg.* 1. *l.* 80. *l.* 89. ff. *de legat.* 3. v. Zas. 1 *responsor.* 18. 19.

72 Re conjuncti dicuntur, quando duo eadem oratione ad rem eandem vocantur: *Titio & Mævio fundum do lego.*

73 Re & verbis conjuncti dicuntur, quando duo eadem oratione ad rem eandem vocantur: *Titio & Sempronio fundum do lego.*

74 Verbis tantum conjuncti dicuntur, quando duo una oratione ad res diversas vocantur: *Titio & Mævio fundum Tusculanum æquis partibus do lego.*

75 Nota exempla conjunctionis mixtæ, re & verbis.

76 His particulis plures inter se conjungi solent. *l.* 66. ff. vide *l.* 2. ff. *de hered. instit.*

77 Vid. *l.* 28. *in fin.* ff. *eod.*

78 Hæc oratio taxativa est, quæ dimidiam Sempronio addicit, unde sequitur, ut Mævius & Titius, comprehensi in superiore enunciatione ad alteram tantum dimidiam admittantur.

79 Hic Titius & Seius re conjunguntur, re & verbis. 80 Ea fuit dubitandi ratio: Sempronio dimidia expressim data, nulla Seio expressim: ad Titium igitur pertinet dimidia; atqui Seius ex ea parte heres institutus est, ex qua Titius: igitur ex dimidia, & ex consequenti, tres semisses facient; & ita Julianus argumentatus est. 81 Ratio decidendi: Sempronius ex dimidia scriptus est nominatim: est igitur verisimilius, Titium & Seium ad alterum tantum semissem vocatos: nam ex asse si dimidium sustuleris, quod remanebit, erit alteri dimidio æquale. *l.* 15. ff. *de heredib. instituend.*

82 Apud se habere quis dicatur. adde *l.* 38. §. 5. ff. *de verborum obligationibus.* 83 *l.* 52. ff. *de obligationibus. v. l.* 15. ff. *de reg. jur.* 2 *Eclog.* 2. *cap.* 143. 84 Memorialium. *vulgat.*

85 Quæ Græci παλλακὴ. vide Sueton. *in Vespasiano. cap.* 21. Festum 4. Gell. 3. 35 Plin. 10.

86 Papirianum jus, de quo vide *l.* 2. §. 2. ff. *de origine juris* 87 Aliter definiunt Græci: pellex est, quæ cum aliquo in ejus domo legitime sine nuptiis vivit. *Eclog. ibidem. cap.* 144.

88 Sulpitius definit pellicem, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret, 4 Gell. 3. notanda apud eundem Gellium lex illa Numæ; Pellex ædem Junonis ne tangito: si tangit, Junoni crinibus demissis agnum fœminam cædito.

89 *l.* 7. *l.* 8. ff. *de legatis præstandis. l.* 38. §. 2. ff. *de legat.* 3. ἀνάλογον μέρος. *Eclog. ibid. cap.* 145.

90 Adde *l.* 2. *C. de hered. instit.* 91 Soceri appellatione proscer continetur. 2 *Eclog.* 2. *cap.* 145. *l.* 3. §. 2. ff. *de postulando.* 92 Ea magna socrus Festo. *l.* 3. §. 2. ff. *de postul.*

93 *l.* 87. ff. *eod.* 94 Roma namque continentibus ædificiis finitur: ut urbs muris. *l.* 2. ff. *eod.*

95 Liberos habere intelligitur, vel sine liberis non videtur esse is etiam, qui unum tantum filium habet. adde *l.* 101. §. 1. ff. *de condit. & demonstrat. l.* 6. §. 2. *C. ad Trebell.* 96 Etiam naturalis, *l.* 17. §. 4. ff. *ad Trebell.* nam & apud Latinos quædam etiam dictiones plurali numero conceptæ rem unam tantum interdum demonstrant, ut Codicilli, pugillares: è contrario. singulari plures significantur. *l.* 158. ff. *eod.* Pluralis oratio, inspecto usu loquendi, in unitatem resolvitur, *ut hic.* & *l.* 3. §. 2. ff. *de negot. l.* 33. *in fin.* ff. *de condit. & demonstr.*

CXLIX. IDEM lib. X ad Legem Juliam & Papiam.

NAm 97 quem *sine liberis esse*, dicere non possumus: hunc necesse est dicamus liberos habere.

Quanto minus.

CL. IDEM lib. IX ad Legem Juliam & Papiam.

SI ita à te stipulatus fuero, *Quanto* 98 *minus à Titio consecutus fuero, tantum dare spondes?* non solet dubitari, quin, si nihil à Titio fuero consecutus, totum debeas, quod Titius debuerit.

Delata hereditas.

CLI. TERENTIUS CLEMENS lib. V ad legem Juliam & Papiam.

D*Elata* 99 *hereditas* intelligitur, quam quis possit adeundo consequi 100.

Homo.

CLII. GAIUS lib. X ad leg. Juliam & Papiam.

H*Ominum* 1 appellatione tam fœminam, quam masculum contineri non dubitatur.

De eo, qui est in utero.

CLIII. TERENTIUS CLEMENS lib. XI ad leg. Juliam & Papiam.

INtelligendus est mortis 2 tempore fuisse, qui in utero relictus est.

Mille passus.

CLIV. MACER lib. I ad legem vicesimam.

M*ille passus* non 3 à milliario 4 urbis, sed à continentibus 5 ædificiis numerandi sunt.

Proximus.

CLV. LICINNIUS RUFINUS lib. VII Regularum.

P*roximi* 6 appellatione etiam ille continetur, qui solus 7 est.

Major pars anni.

CLVI. IDEM lib. X Regularum.

M*ajore* 8 *parte anni* possedisse quis intelligitur, etiam si duobus 9 mensibus possederit: si modo adversarius ejus aut pauciori-bus [diebus] aut nullis possederit.

Partes. 1. Via.

CLVII. ÆLIUS GALLUS lib. I de Verborum, quæ ad jus pertinent, significatione.

P*Aries* 10 est, sive murus 11, sive maceria 12 est. §. 1. Item via 13 est, sive semita, sive iter est.

De numero unius & multitudinis.

CLVIII. CELSUS lib. XXV Digestorum.

IN usu juris frequenter uti nos, Cascellius ait, singulari 14 appellatione, cum plura generis ejusdem significare vellemus: nam & multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse, dicimus. Item in stipulando satis habemus de herede cavere, *Si ea res secundum me heredemve* 15 *meum judicata erit*: & rursus, *Quod ob eam rem te heredemve tuum*: nempe æque, si plures heredes sint, continentur stipulatione.

Æs.

CLIX. ULPIANUS lib. I ad Sabinum 16.

ETiam 17 aureos 18 nummos æs dicimus.

Cæteri reliqui.

CLX. IDEM lib. II ad Sabinum.

C*æterorum* 19 *& reliquorum* 20 appellatione etiam omnes continentur 21, ut Marcellus dixit circa eum, cui optio 22 servi le-gata est, cæteri Sempronio: nam tentat 23, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Pupillus.

CLXI. IDEM lib. VII ad Sabinum.

NOn 24 est pupillus, qui in utero est.

Supremus, proxim. 1. Accedere.

CLXII. POMPONIUS lib. II ad Sabinum.

IN vulgari substitutione 25, qua ei, *qui supremus morietur* 26, heres substituitur, recte substitutus etiam unico 27 intelligitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus 28 agnatus & solus habetur. §. 1. Si quis ita in testamento scripserit, *Si quid filio meo accideris* 29, *Damæ servus meus liber esto*: mortuo filio, Damas liber erit: licet 30 enim accidant & vivis, sed 31 vulgi sermone etiam mors significatur.

Optimus maximusque, supremus. 1. Puer, puerpera, κυαθίον.

CLXIII. PAULUS lib. II ad Sabinum.

ILla verba, *optimus* 32 *maximusque*, vel in eum cadere possunt, qui solus est, sic & circa Edictum Prætoris supremæ 33 tabulæ habentur, & solæ 34. §. 1. Pueri 35 appellatione etiam puella significatur: nam & fœminas puerperas 36 appellant recentes ex partu, & Græce κυαθίον communiter appellatur.

Filia posthuma. 1. Partitio. 2. Habere, pervenire.

CLXIV. ULPIANUS lib. XV ad Sabinum.

NOmen filiarum 37 & in posthumam cadere, quæstionis non est: quamvis posthumæ non cadere in eam, quæ jam 38 in rebus humanis sit, certum sit. §. 1. *Partitionis* 39 nomen non semper dimidium significat: sed prout est adjectum: potest enim juberi aliquis, & maximam partiri posse, & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit: sed si non fuerit portio 40 adjecta, dimidia pars debetur. §. 2. *Habere* 41, sicut pervenire 42, cum effectu accipiendum.

Venisse ad heredem.

CLXV. POMPONIUS lib. V ad Sabinum.

V*enisse ad heredem* nihil intelligitur, nisi deducto 43 ære alieno.

Urbana, vel rustica familia. 1. Pernoctare.

CLXVI. IDEM lib. VI ad Sabinum.

V*rbana* familia, & *rustica*, non loco 44, sed genere 45 distinguitur: potest enim aliquis dispensator non esse servorum urbanorum numero, veluti is, qui rusticarum 46 rerum 47 rationes dispensset, ibique habitet, non multum abest à villico: insularius 48 autem urbanorum numero est: videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero 49 familiæ, & vicariis 50 apparebit. §. 1. *Pernoctare* extra 51 Urbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in Urbe est. Per 52 enim totam noctem significat.

Carbo, lignum, titio, lignum coctum, sulphuratum, ad faces paratum.

CLXVII. ULPIANUS lib. XXV ad Sabinum.

C*arbonum* 53 appellatione materiam non 54 contineri: sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum, non enim lignorum gratia habuit 55. † Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut proprium genus habeatur. † *Sulphurata* 56 quoque de ligno æque eandem habebunt definitionem. † Ad faces 57 quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa, nisi hæc fuit voluntas. † Idem & de nucleis olivarum, sed & de balanis 58 est, vel si qui alii nuclei. † De pinu 59 autem integri strobili 60 ligni appellatione continebuntur.

De palo & pertica.

CLXVIII. PAULUS lib. IV ad Sabinum.

PAli 61 & perticæ in numerum materiæ 62 redigendi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Optimus maximusque.

CLXIX. IDEM lib. V ad Sabinum.

NOn tantum in traditionibus 63, sed & in emptionibus 64 & stipulationibus 65, & testamentis 66 adjecto hæc, *Uti optimus* 67 *maximusque est*, hoc significat, ut 68 liberum prædium, non ut etiam servitutes ei debeantur.

Heres.

CLXX. ULPIANUS lib. XXXIII ad Sabinum.

H*Eredis* appellatione omnes 69 significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.

Pervenisse.

CLXXI. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

PErvenisse 70 ad 71 te recte dicitur, quod per te ad alium pervenerit, ut in hereditate, à liberto per patronum filiumfamilias patri ejus adoptivo adquisita, responsum est.

Libertus.

CLXXII. ULPIANUS lib. XXXVIII ad Sabinum.

LIberti 72 appellatione etiam libertam contineri placuit.

---

97 Qui non est sine liberis, liberos habet. Hinc colligit Alciatus, argumentum a contrariis semper concludere.

98 *V. l. 32. ff. eod. l. 117. ff. eod. l. 116. ff. de verb. obl.* è contrario hæc adjectio, quanto pluris, non infinitam, sed modicam pecuniam continet. *l.* 192. ff. eod.

99 Defertur, *l.* 12 *tabul.* ab intestato; Jure civili ex testamento: Jure honorario à prætore. *l.* 130. ff. eod. Goth. Intellectum hujus leg. vid. apud Bellon. *Supputat. lib.* 3. c. 26. Ans.

100 Id est, si adiret, id est, si posset adire, id est, cujus quis adeundæ est capax, dicitur etiam delata, etiam si non posset adiri, id est, etiam si ejus adeundæ non sit capax. vid. Bellon. 2 *supput.* 16.

1 Homo est etiam fœmina. 2 *Eclog.* 2. *cap.* 152. adde *l.* 1. §. 2. ff. *de homine libero.*

2 2 *Ecl.* 2. c. 153. Esse intelligitur, qui est in utero: ideoque quandocunque ejus pater moritur, mortis ejus tempore fuisse intelligitur. v. *l.* 18. ff. *quando dies legator.* esse intelligitur, inquam, in rer. natura. *l.* 26. ff. *de statu.* in rebus humanis, *l.* 7. ff. *de statu homin.* comparatur jam nato, *l.* 2. §. 6. ff. *de excusat. tutor.* nec tamen adhuc censetur homo. *l.* 9. *in fin.* ff. *ad leg. Falcid.*

3 Puto ita legendum esse, & inversum ordinem: mille passus non à continentibus ædificiis, sed à miliario urbis numerandi sunt.

4 Non à muro urbis. *vulgat. Hel.* Milliarium erat columna quædam, Romæ posita in foro ab Augusto, à qua omnes viæ Italiæ initium & finem capiebant. Dion, 54. Publ. Victor, *in libello de regionib. Urbis Romæ.* hæc columna à Dione vocatur χρυσοῦν μίλιον à Plutarcho *in Galba*, χρυσοῦς κίονας. adde Plin. 3. Tac. 3. Alia significatione milliarium est vas, sahenum. *l.* 19. §. 12. ff. *de auro.* Est & milliarium mensura viarum, quam nos milliare dicimus. Græci στάδιον appellant, Galli *leucas*: Ægyptii σχοῖνον, Schœni: sic enim legendum est, non *signes* apud Herodot. 2. Persæ parasangas. 15 Isidor. 6. adde Fest. *in dictione parasanga.* Parasanga Persica efficit 30 stadia. Herodot. 2. 6. adde quæ de veteri more dimetiendi vias, lapides & miliaria scripsi ad *l.* 21. §. 3. ff. *de excusat. tut.* Goth. Vid. Anton. Augustin. *lib.* 4 *emend. c.* 7 Ans. 5 *l.* 2. *l.* 87. ff. *eod.* 6 Legendum puto, proximorum appellatione; ut sit sensus: Hereditate, tutela, vel jure quolibet ad proximos delato, admitti etiam eum, qui solus erit, ut dubitandi ratio oriatur a voce pluralis numeri proximorum, ad singularem solus proximus: sed ut tamen nihil mutetur, cusa lectio ferri poterit: proximum etiam dici, ubi unus sit: tametsi proximus videatur considerari, ubi plures sint. adde quæ scripsi ad Theoph. §. 5. *Inst. de legitima agnat. succeff.* 7 *Ecl. ibid. c.* 155. *l.* 9. ff. *de reb. dub. l.* 1. §. 5. §. 6. ff. *unde cognati.* quem ante nemo. adde *l.* 92. ff. *eod.* & *l.* 34. ff. *de vulg.* hinc colligunt, stipulante aliquo feudum, emphyteusim, aut quid tale sibi & primogenito, ejusmodi conventionem pertinere etiam ad eum, cujus fratres præmortui sint, licet per rerum naturam non sit primogenitus. Et proinde si feudum primogenito meo stipulatus fuero, non is tantum à me nominatus intelligitur, qui mihi omnino natura primogenitus fuit, sed & is, qui primogeniti mei in locum successerit. 8 Hæc quæstio olim fuit utilis in interdictis: Uti possidetis, & Utrubi. *l.* 1. ff. *utrubi* §. 4 *circa finem. Instit. de interdict.* vide Paul. 5 *sent.* 6. §. 1. 9 Hoc pene videtur παράδοξον· nec enim duo menses pars major anni sunt. Intelligitur tamen pars major in interdicto utrubi. *d. l.* 1. *d.* §. 4. 10 Parietum alius proprius, alius communis: *l.* 14. ff. *si servitus. l.* 39. ff. *de damno.* ventrem faciens, projectus, *l.* 17. ff. *si servit. windic.* lateritius crassitius, *v. l.* 52. §. 13. ff. *pro socio.* adde 2 *Vitruv.* 8. *& 7. c.* 3. rudis, *l.* 42. ff. *de usufruct.* intergerinus, Fest. sive confinis, ὁ δυο κτήσεις διαιρίζων. 35 Plin. 12. solidus, qui a solo, continuo ductu, ad fastigium exurgit: fornicatus, qui arcum habet: cæcus, qui fenestras non habet. adde quæ notavi ad *l.* 40. ff. *de servit. urban.* vide Cujac. 1 *observation.* 31. eodem sensu, quo cubiculum cæcum, Cujac. 2 *obs.* 40. 11 ὕτε περίφολον. *Eclog. ibid. cap.* 157. 12 ὕτε ξερικός. *Ecl. ibid.* hinc macerjam ducere. *l.* 17. ff. *comm. præd.* Res tota ita habet: septorum quatuor genera: naturale sit virgultis aut spinis: secundum sit ex agresti ligno: tertium ex fossa & terreno aggere: quartum est fabrile, ut maceria. Maceria fit, vel ex lapide, vel lateribus coctilibus aut crudis, vel ex lapillis ex terra compositis inter formas. vid. Varron. 1 *de re rustic.* 14 Isidor. maceries sunt parietes longi, quibus vineæ claudantur, 15 *orig.* 9. alias, maceria est sine arenato, murus cum arena. quibus obest Cato *de re rust.* 15. nisi maceria ibi pro pariete accipitur, hic certe opponuntur murus, & maceria. Græci περίβολον, ξερικός. unde videtur murus esse, qui ambit, maceria etiam si non ambiat: possis etiam referre muros ad urbes, maceriam ad privatorum domos.

13 Orbita, orbis rota, veltigium currus. Gallis est iter angustum, feretrum, inter montes, callo pecudum perduratum. Iter, qua iri ab homine quaquaversus potest. 5 Isid. 16. & lectica & sella. *l.* 7. ff. *de serv. rustic.* Semita est semis itineris, 15 Isid. 16. Actus, qua pecus agi. *Isid.* qua jumentum duci potest, *l.* 13. ff. *de servit.* qua plaustrum potest duci, *l.* 7. ff. *de serv. rust.* via, qua & jumentum & vehiculum, *l.* 13. ff. *de servit. l.* 23. ff. *de serv. rustic.* & trahi lapis, ac lignum, & recta hasta ferri, *l.* 7. ff. *de serv. rustic.* hæc velim conferri cum principio tituli de servitutibus institut. 14 *Singularis* vox interdum apud Latinos plures significat, *ut hic.* 2 *Eclog. c.* 158. & è contra *pluralis* unicam. *l.* 148. ff. *eod.* 15 Heredis appellatione heredes intelliguntur. *Goth.* Quia plures heredes in unius locum succedunt, & respectu juris plures heredes pro uno habentur: quin divisio Partium non efficit, ut desinat unum esse patrimonium. *l. Mævius.* ff. *duobus.* ff. *de leg.* 2. *l.* 1. ff. *de hered. instit. l. quotus.* C. *eod.* Ans. 16 Quo tractavit de testamentis. Cujacius inde colligit, hanc legem referendam ad formulam mancipationis familiæ, quæ fiebat per æs & libram, vel ad prodigos, quibus conceptis verbis ære, commercioque interdicebatur. 7 *observat.* 33. *in fin.* 17 Aureos etiam æs dicimus: hinc æs alienum, id est, nummi, quos debemus: æs suum, id est, nummi, qui debentur alicui. adde *l.* 39. §. 1. ff. *eod.* Seneca, 5 *de benefic.* 14. Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui eorum forma publica percussum, quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat: Æris appellatione aureæ nummi continentur. 18 Aliter Græci ἐκ τοῦ κεφαλαιωθῆναι τὸν μισθὸν ἀργύριον. 2 *Eclog.* 2. *cap.* 159. alii legunt *æreos.* 19 *l.* 5. ff. *de rebus dubiis.* porro notandum est, dici etiam in singulari cæterum partem. *l.* 2. ff. *de his, quæ in testam.*

20 *l.* 95. ff. *eod. l.* 97. ff. *de legat.* 3. *l.* 17. ff. *de optione. l.* 2. C. *de hered. instituend.*

21 Cæterum hæc vox inclusionis nota est, interdum etiam exclusionis. facit *lex* 39. ff. *de procurator.* nonnunquam omnia significat. *l.* 5. §. 7. *in fin.* ff. *de rebus eorum qui sub tutela.* De particula, & cætera, notarius familiari, vide Bart. ad *l.* 29. §. *idem credendum.* 2. *in fin.* ff. *de liber. & posthum.*

22 Vide *d. l.* 17. ff. *de opt.*

23 Forte tentatur, vel tentari potest.

24 2 *Ecl* 2. *cap.* 160. nondum enim animal est, sed spes animalis tantum: pupillus autem proprie, qui natus desiit in potestate patris esse, *l.* 239. ff. *eod.* & tamen in utero relictus mortis paternæ tempore fuisse intelligendus, ut & in illa, quæ ad commodum ejus spectant, *l.* 153. ff. *eod.* ideoque ejus nomine si quid à tutore gestum erit, tutelæ tenebitur, *l.* 29. ff. *de negot. gestis.* quin tutores dati filiis, filiabus, posthumis & ventri, si postea edatur, dati quoque intelliguntur. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 16 ff. *de test. tut.* §. *ult. Inst. qui test.*

25 V. *l.* 34. ff. *de vulg.*

26 Supremus, id est, ultimus is etiam dicitur, qui solus est. *l.* 29 ff. *eod. l.* 163. ff. *eod. l.* 9. ff. *de reb. dub.*

27 Ratio dubitandi fuit, quod comparatio posterioris decedentis ex facto prioris mortui fumitur; *l.* 9. ff. *de reb. dub.* supremus igitur impropriè dicetur, cui nullus præmoritur.

28 Proximus, vel qui solus est, habetur. v. *l.* 92. ff. *eod. Ecl. lib. c.* 162.

29 Vid. *l.* 26. ff. *depositi. l.* 41 §. 12. ff. *de leg.* 3. *Inst. de donat. in pr.*

30 Hinc ratio dubitandi sumitur. Videbatur enim legatario adquiri actio, cum prius quid filio defuncti in vita accidisset. *Ecl. ib.*

31 Ratio decidendi sumpta à communi loquendi sermone.

32 *d. l.* 126 ff. *eod.*

33 Superlativa (ut optimus maximus, supremus) pro positivis interdùm accipiuntur.

34 V. *l.* 162. ff. *eod. l.* 1. §. 1. ff. *de bon. poss. secundum tabul.*

35 V. *l.* 204. ff. *eod.*

36 Adde *l.* 14. §. 2. ff. *de ædilitio Edi.*

37 Filia est etiam posthuma. v. *l.* 5. *l.* 6. ff. *de test. tut.* § *ult. Inst. qui test* de filiabus. adde *l.* 116. ff. *eod. l.* 220. *in fin.* ff. *eod. l.* 17. ff. *de leg.* 1.

38 *l.* 16. *in fin.* ff. *de test. tut.*

39 Partitio species erat legati. de qua v. §. 5. *circa fin. Inst. de fideic. hered.* hinc illa formula apud Ulpian. 24. §. 25. Cum Titio heredi-tatem meam partito, dividito. De legato partiario vide Cic. 2 *de leg.* Colleg. De certæ partis legato, adde *l.* 8. *in fin. l.* 76. ff. *de leg.* 2. sed tamen Græci hic legunt, μέρος, id est, partem seu portionem, unde sequitur mox ff. *partiri vicesimam & tertiam portionem.* De partitionis legato, adde, quæ scripsi ad Theophil. §. 5. *Inst. de fidecic. her.* & de stipulationibus partis & pro parte. Paul. 4 *sent.* 3. §. 1. 40 Portionem qui dicit, nec adjecit quotam, dimidiam significat. 2 *Eclog.* 2. *c.* 165. *l.* 43. ff. *de usufr.* facit *lex* 25. *l.* 60, ff. *eod. l.* 34. *in fin.* ff. *de leg.* 1. 41 *l.* 143 ff. *eod. l.* 138. §. 9. ff. *de verb obl.* 42 Quod per alium etiam pervenit, *l.* 17 ff. *eod.* quod est remansurum, *l.* 71 ff. *eod.* quod deductis oneribus pervenit. *l.* 16. §. 1. ff. *ad Treb.* adde *l.* 20. §. 6. *verf. item placere.* §. 18. ff. *de her. pet. l.* 2. §. 1. ff. *de her. vend. l.* 23. ff. *de act. empt. l.* 3. ff. *soluto. l.* 50 *in fin.* ff. *de verb. oblig. l.* 2. §. 1. ff. *de her. vend.* 43 Adde *l.* 39. §. 1. ff. *eod.* adde *l.* 16. §. 3. ff. *ad Treb. Ecl. c.* 166. 44 *l.* 198. ff. *eod. l.* 12. ff. *de supell.* 45 Id est, opere, *l.* 99. ff. *de leg.* 3. operis, *l.* 12. §. 42. ff. *de instruct. offic. l.* 65. ff. *de leg.* 2. usu urbico, *l.* 4. §. 5. ff. *de penu.* puta, fervis urbanis continentur, quos servos patrefamil. cultus sui causa habuit, *l.* 60. §. 1. ff. *de leg.* 3. hinc urbana penus, *l.* 4. § 5. ff. *de pen.* urbana supellex. *l.* 12. ff. *de supell.* 46 Adde *l.* 12. §. 42. ff. *de instructo.* 47 *Al.* qui rusticorum rationes dispensset. 48 Insularius, custos insulæ, *l. ult.* ff. *de off præsid. l.* 16. §. 1. ff. *de usu & habit.* insula ædificium, proprio ambitu separatum ab aliis. 49 Adde & libello familiæ & cibariis. *l* 59. *in fin.* ff. *de leg.* 3. 50 Cibariis, Cuj. *Inst. de servit. arg. l* 99. ff. *de leg* 3. Alii legunt *vicarios*, ut eos, qui in vicis habitant, intelligas: alii urbicarios. 51 Pernoctare extra urbem est nocte integra urbe abesse. Præsidi abnoctare extra provinciam non licet. *l.* 15. ff. *de offic. præsid.* Quæ trinoctio abnoctassiet, usurpabatur. 3 Gell. 2. *in fin.* Flamen dialis non ultra binoctium pernoctare poterat. Tacit. 3.

52 Sic perinuenare est omnes numerare. *l.* 1. §. 24. *in fin.* ff. *de ventre in poss.* 53 *l.* 55. §. 7 ff. *de leg* 3. 54 Materia non videtur legata, carbonibus legatis. An & ligno legato, v. hanc l. dixi ad *l.* 12. ff. *de usufr.* 55 *Al.* hæc habuit. 56 *d. l.* 55. §. 8. v. *l.* 52. §. 8. ff. *de furt.* sulphurata. *vulg.*

57 *d. l.* 55. §. 9. *ad faces.* vulg. 58 *l.* 55. §. 1. *in fin. de bonis lis.* vulg. 59 *d. l.* 55. §. *ultim.*

60 Strobyli. *Hal.* stroboli. *vulg* strobili nuclei ex pinu. Strobili etiam sunt ipsæ arbores nucleos pineos ferentes. Carduus quoque altilis seu cinara strobilus appellatur. 61 *l.* 56. ff. *de leg.* 3. *l.* 1. §. 1 ff. *de tigno.* 62 *l.* 12. ff. *de usufr.* 63 *l.* 126 ff. *eod. l.* 75. ff. *de evict. l.* 20 ff. *de adq rer.* 64 *l.* 75 ff. *de evict. l.* 59. ff. *de contrab empt.* 65 *d. l.* 59. *in verbo* non dixisti. *d. l.* 75. *ibi, nisi nominatim dixerit.*

66 *l.* 69. §. 3. ff. *de leg.* 1. *l.* 92. *l.* 93. §. 4. ff. *de leg.* 3. *l.* 18. §. 9. *l.* 22. ff. *de instructo.* 67 V. *l.* 126 ff. *eod.*

68 His verbis, *optimus maximus*, libertas innuitur, non servitus. 69 V. *l.* 65 ff. *eod.* Goth. Adde *l.* 194 ff. *de reg jur.* 70 *l.* 71. *l.* 164. *in fin. l.* 165 ff. *eod. Ecl.* 2. *c.* 171. *l.* 2. §. 2. §. 3. ff. *de hered. vend.*

71 Hæc verba *ad te* desunt Græcis hic. 72 *l.* 105. ff. *eod.* adde *l.* 243. ff. *eod. Ecl. lib. c.* 173.

Collega, abesse.

CLXXIII. IDEM lib. XXXIX ad Sabinum.

COllegarum 73 appellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis. §. 1. Qui extra 74 continentia urbis est, abest 75: exterum usque ad continentia non abesse videbitur.

Furem non esse, furto noxaque solutum esse.

CLXXIV. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

ALiud est, promittere, furem 76 non esse, aliud furto noxaque 77 solutum: qui enim dicit, furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furtis noxaque solutum, nemini esse furti obligatum, promittit.

Facere.

CLXXV. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

FAciendi 78 verbo, reddendi etiam causa continetur.

Solutio.

CLXXVI. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

SOlutionis 79 verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet: solvere dicimus eum 80, qui 81 fecit, quod facere promisit.

Cavillatio, σωφίσμα.

CLXXVII. IDEM lib. XLVII ad Sabinum.

NAtura 82 cavillationis 83, quam Græci σωφίσμα 84 (id est, *acervalem syllogismum*) appellaverunt, hæc est, ut 85 ab evidenter veris 86, per brevissimas mutationes 87, disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

Pecunia. 1. Hereditas. 2. Actio, petitio, persecutio. 3. Debuit.

CLXXVIII. IDEM lib. XLIX ad Sabinum.

PEcuniæ 88 verbum non solum numeratam pecuniam complectitur: verum omnem 89 omnino pecuniam, hoc est, omnia corpora: nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambiget. §. 1. Hereditas juris 90 nomen est, quod & accessionem 91 & decessionem in se recipit: hereditas autem vel maxime fructibus augetur. §. 2. Actionum 92 verbum & speciale est & generale: nam omnis actio dicitur, sive 93 in personam, sive in rem sit petitio: sed plerumque actiones personales solemus dicere: petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur; persecutionis 94 verbo extraordinarias 95 persecutiones puto contineri, utputa fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent juris ordinarii executionem. §. 3. Hoc verbum, *debuit* 96, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, sive civilis, sive honoraria, sive fideicommissi fuit persecutio.

Quanti erit, quanti esse paret.

CLXXIX. IDEM lib. LI ad Sabinum.

INter hæc verba, *Quanti ea res erit*, vel *Quanti* 97 *eam rem esse paret*, nihil interest: in utraque enim clausula placet veram 98 rei æstimationem fieri.

Tugurium, toga.

CLXXX. POMPONIUS lib. XXX ad Sabinum.

TUgurii 99 appellatione omne ædificium, quod rusticæ magis custodiæ convenit, quam urbanis ædibus significatur.

§. 1. Ofilius ait, tugurium à tecto 100, tanquam tegularium esse dictum, ut toga, quod ea tegamur.

Pertinere.

CLXXXI. IDEM lib. XXXV ad Sabinum.

VErbum illud *pertinere* 1 latissime patet: nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint, & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii: pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.

Peculium, bona.

CLXXXII. ULPIANUS lib. XXVII ad Edictum.

[PAterfamilias 2] liber peculium non potest habere 3, quemadmodum nec servus bona 4.

Taberna.

CLXXXIII. IDEM lib. XXVIII ad Edictum.

TAberna 5 appellatio declarat omne utile ad habitandum 6 ædificium, nempe ex eo 7, quod tabulis 8 cluditur 9.

Tabernacula, contubernales.

CLXXXIV. PAULUS lib. XXX ad Edictum.

INde 10 tabernacula 11, & contubernales 12 dicti sunt.

Taberna instructa.

CLXXXV. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

INstructam 13 autem tabernam sic accipiemus, quæ & rebus 14 & hominibus ad negotiationem paratis constat.

Commendare.

CLXXXVI. IDEM lib. XXX ad Edictum.

COmmendare nihil aliud est, quam deponere 15.

Exigere.

CLXXXVII. IDEM lib. XXXII ad Edictum.

VErbum *exacta* 16 *pecunia*, non solum ad solutionem referendum est: verum etiam ad delegationem.

Habere. 1. Cavere.

CLXXXVIII. PAULUS lib. XXXIII ad Edictum.

HAbere duobus 17 modis dicitur, altero jure dominii, altero, obtinere 18 sine interpellatione id, quod quis emerit.

§. 1. Cautum 19 intelligitur, sive personis, sive rebus cautum sit.

Facere oportere.

CLXXXIX. IDEM lib. XXXIV ad Edictum.

FAcere 20 *oportere*, & hanc significationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conventionem fieret, & curaret, ne fiat.

Provinciales.

CXC. ULPIANUS lib. XXXIV ad Edictum.

PRovinciales 21 eos accipere debemus, qui in provincia domicilium [habent], non eos, qui ex provincia oriundi sunt.

Divortium. 1. Repudium.

CXCI. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

INter divortium 22 & repudium 23 hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: non recte autem sponsa divortisse dicitur: quod divortium ex eo dictum est, quod 24 in diversas partes eunt, qui discedunt.

Plurisve.

CXCII. ULPIANUS lib. XXXVII ad Edictum.

HÆc adjectio 25, *plurisve* 26, non infinitam pecuniam continet, sed modicam, ut taxatio hæc, *Solidos decem plurisve*, ad minutalem summam referatur.

Quanti paret esse.

CXCIII. IDEM lib. XXXVIII ad Edictum.

HÆc verba, *Quanti* 27 *eam rem paret esse*, non 28 ad quod interest, sed ad rei æstimationem 29 referuntur.

Donum, munus.

CXCIV. ULPIANUS lib. XLIII ad Edictum.

INter donum & munus 30 hoc interest, quod 31 inter genus & speciem: nam genus 32 esse donum Labeo à donando dictum, munus speciem, nam munus esse donum cum causa, utputa natalicium, nuptialium 33.

De sexu masculino, & fœminino. 1. Familiæ.

CXCV. IDEM lib. XLVI ad Edictum.

PRonunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumque 34 sexum plerumque 35 porrigitur. §. 1. Familiæ 36 appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem varie accepta est: nam & in res & in personas deducitur. † In res 37, utputa in Lege XII Tabularum his verbis, *adgnatus* 38 *proximus familiam* 39 *habeto*. † Ad personas autem refertur familiæ significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex: *ea* 40 *ea familia*, inquit, *in eam familiam*. & hic de singularibus personis legem loqui constat.

§. 2. Familiæ 41 appellatio refertur & ad corporis cujusdam significationem, quod aut jure proprio ipsorum, aut communi universæ cognationis continetur. † Jure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura 42, aut jure subjectæ, utputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quique deinceps vicem eorum sequuntur, utputa nepotes & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui 43 in domo dominium habet: recteque hoc nomine appellatur, quamvis 44 filium non habeat: non enim solam personam ejus, sed & jus demonstramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus, & cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subjecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt: idemque eveniet & in eo, qui emancipatus est: nam & hic sui 45 juris effectus propriam familiam habet. † Communi jure familiam dicimus omnium adgnatorum: nam etsi, patrefamilias 46 mortuo, singuli singulas familias habent; tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. §. 3. Servitutium 47 quoque solemus appellare familias, ut in Edicto Prætoris ostendimus sub titulo de furtis, ubi Prætor loquitur de familia Publicanorum 48; sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum demonstratur, hujus rei causa paratum, hoc est, vectigalis causa: alia autem parte Edicti omnes servi continentur; ut de hominibus coactis 49, & vi bonorum raptorum 50: item redhibitoria 51, si deterior res reddatur emptoris opera, aut falsarius ejus, & 52 Interdicto, unde 53 vi, familiæ appellatio omnes servos comprehendit: sed & filii continentur. §. 4. Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Juliam, quasi à fonte quodam memoriæ. §. 5. Mulier 54 autem familiæ suæ, & 55 caput, & finis 56 est.

CXCVI. GAIUS lib. XVI ad Edictum provinciale.

FAmiliæ appellatione & ipse Princeps familiæ continetur.

§. 1. Fœminarum 57 liberos in familia earum non esse, palam

---

73 Collegæ una lecti. Varro, 5. ut puta Magistratus, *l. 3. C. de magistr. conven.* contutores, concuratores, *l. 14. l. 46 § 6. in fin. ff. de administr. tut. l. 5. in fin. ff. de suspect. l. 7. ff. rem pupill. l. 3. C. de probat. l. 2. C. de administr. tut.* qui eadem legatione funguntur, *l. 2. C. de legation. lib. 10.* coheredes, *l. 101. ff. de solut.* qui ex eodem sunt collegio, *l. 41. in fin. l. 42. l. ultim. ff. de excus. tut. l. ult. C. de her. decur.* qui & collegiati dicuntur. *l. 9. C. de SS. Eccles. l. pen. C. de commerc. l. un. C. de colleg.* vid. *Brisson.*

74 *l.* 109. *ff. eod.*

75 *l.* 2. *ff. eod. l.* 199. *ff. eod. l. 5. l. 6. ff. de procurat.* adde Cujac. 7 *obs.* 34. abesse in jure, *d. l. 5. d. l. 6. l. 4. §. 5. ff. de damno.* & tribunali. *l. 51. §. 4. §. 5. ff. de fidei. libert.* Absunt, qui se non exaudiunt, *l. 1. in princ. ff. de verbor. obl.* qui in eadem provincia non sunt, *l. ultim. C. de præscr. longi.* qui tacent, somno aut morbo impediti, *l. 1. in fin. ff. de auct. tut.* qui animo non sunt præsentes. *v. l 124. in fin. ff. de regulis jur.* qui non sunt in eo loco, in quo petuntur: qui capti sunt à latronibus. *l. 199. ff. eod.*

76 *l.* 225. *ff. eod. l.* 19. *§. 1. l.* 31. *§. 1. ff. de ædilit.*

77 Noxa solutus, qui noxæ nomine non teuetur, etiam si aliquando noxam admisit. Noxa solutus, *l. 17. §. 17. ff. de ædilit. l. 72. §. 5. ff. de solut.* noxis solutus, *l. 100. ff. eod.* furtis noxisque solutus, *l. 11. §. 8. ff. de act. empt. l. ultim. ff. de rer. permut. l. 45. §. 1. ff. de leg. 1.* furti noxæque solutus. *l. 3. ff. famil.*

78 *Faciendi* verbo redditio continetur. *Ecl. ibid. c. 175.* adde *l. 58. ff. eod.* facere est etiam sollicitare, *l. 50. ff. de pactis.* dare, *l. 73. ff. de legat. 1.* mandare, donare, solvere, numerare, judicare, ambulare, *l. 218. ff. eod.* efficere, quo minus per te non stet, *l. 23. in fin. ff. de condit. Instit.* aliud, quam reficere, *l. 3. §. 15. ff. de itinere.*

79 Vide *l. 54. ff. de solutionibus. l. 6 §. 1. in fin. ff. de tutor.* Goth. Adde *l. 4. ff. de negot. l. 4. ff. de fidejussor. l. 22. ff. de solution. l. 34. ff. de regulis juris.* Ans. 80 *l. 114. ff. eod.* 81 *Al.* qui id fecit. 82 Id est, proprium quarto modo. de quo dixi ad *l. 10. in fin. ff. de justitia. & l. 14. C. de test.* 83 *l. 233. ff. eod. l. 65. ff. de regulis juris.* vide ad *l. 88. ff. ad leg. Falcid. 1* Gell. 1. *l. 1. ff. de Carboniano.* 84 *2 Eclog. 2. cap.* 177. σόφισμα. *Haloand.* σοφισμὸν. *al.* Cicero *in Hortensio.* Tu Pseudomenon & Soritam increpas. & *in Lucullo.* De Sorite aut Pseudomeno. Idem Cicero, 4 *Academic. & 2 de divinat.* Augustinus *contra Academicos.* Inde Pseudomeni & Soritæ, Hieronymus *in Ruffinum.* Soritarum gradus, pseudomeni argutiæ: & *in Amos:* Pseudomenis atque Soritis. vide Cujac. *5 ad African. fol. 54.* adde Senecam *5 de benefic. 19. & 11 epistol. 83. & 6 epist. 48.* Laërtium *in Zenone:* Lucianum *in mortuorum Dialogis.* 85 Vide Senecam *5 de benefic. 19.* 86 Sorites ex veris falsum effecte conatur; verbi gratia: heres estne successor? utique. quid legatarius? is quoque. Titius estne legatarius? certe: igitur Titius est hæres. At contra ex falsis verum sequi potest. Omne prædium in jure consistit; omnis servitus est prædium; ergo omnis servitus in jure consistit. vide Cujac. *d. loco.* 87 Interrogationum scilicet. est enim ea natura soritis. 88 *Pecuniæ* verbum quam late pateat, adde ex Aristotele, 4 *Ethic. 1.* 89 *l. 5. l. 88. l. 97. ff. eod. l. 222. ff. eod. l. 64. in fin. ff. soluto. l. penultim. C. de constituta pecunia. 2 Eclog. 2. cap.* 178. vide Ferrandum, *1 explicationum* 54. 90 *l. 50. ff. de her. petit.* 91 *l. 20. §. 3. in fin. ff. de her. petit.* 92 *V. l. 42. §. 1. l. 52. l. 53. ff. de obl. l. 9. C. de her. vel act.* 93 *l. 28. l. 37. ff. de obl.* 94 *d. l. 28. l. 3. §. 6. ff. de b. n. possess. l. 23. ff. ratam rem.* 95 Id est, prætorias. *d. l. 37.* 96 *V. l. 108. ff. eod.* 97 *l. 193. ff. eod.* 98 *d. l. 193. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. quod falso tut. v. l. 38. §. 2. ff. de verb. obl. l. 4. §. 11. ff. si bon.*

99 Tugurium Græci καλύβη. 2 *Eclog 2. cap.* 180. 100 Vel tegendo. Solent enim pastores tugurium regendi sui causa facere. Rustici *Capannam* vocant, quod unum tantum capiat. 15 Isidor. 12. ubi de casa, de tesquis & magalibus tractat. 1 *l. 70. in fin. ff. eod. l. 9. §. 2. ff. de reb. auct. jud. l. 53. ff. de oblig. 2 Eclog. 2. cap.* 182. Pertinentiarum appellatione quæ contineantur, v. apud Socin. *reg.* 295. 2 Recte hæc particula addita est. Liber peculium habere potest, ut filiusfamilias: Paterfamilias non item. Liber juris paterni esse potest. Paterfamilias dicitur qui sui juris est.

3 Sed patrimonium, *l. 195. §. 2. ff. eod.* nisi peculii nomine abutamur, qua vece intelligere possumus, quidquid habemus, censum nostrum, fortunas nostras, substantiam nostram, *l. 16. ff. ad Trebell.* patet enim latissime peculii appellatio. *l. 79. §. 1. ff. de leg. 3.* 4 Servus bona non habet. *l. 13. ff. ex quib. caus. major.* 5 Taberna Græcis σκηνὴ. 2 *Ecl. c. 183.* 6 *l. 7. ff. de instructo.* hinc taberna argentaria, *l. 22. ff. de contrah. empt.* lanionia, *l. 2. §. 24. ff. de orig. jur.* ferraria, *l. 88. ff. de leg. 3.* caseraria, *l. 8 §. 5. ff. si servit. vindicet.* 7 Columell. 8. 2 Plin 42. cauponaria, *l. 13. ff. de instruct. l. 43. ff. de vitu.* instructa, *l. 185. ff. eod.* adde *l. 34. ff. de pign.* institoria, *l. 3. l. 18. ff. de instit.* pistrinaria, *l. 15. ff. de instruct.* purpuraria, *l. 91. §. 2. ff. de leg. 3.* hinc tabernarius, *l. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil.* 7 Grot. legit, *nam ex eo.* & connectit cum *l. fin. Plaut. Sparf. hic.* S.L. 8 15 Isid. 2. Festus in dictione. *Tabernacula.* 9 Claudit ur. *Hal.* claudatur, *antiq.* cluditur: hinc arca clusa, *l. 26. ff. depositi.* clusi homines. *l. 3. §. 6. ff. de Silanian.*

10 Inde. *Hal. vulg.*

11 Festus in voce *tabernacula.*

12 Contubernales, ut commilitones, *l. 21. §. 1. ff. commodat.* (inde extra contubernium agere, *l. 5. §. 6. ff. de re milit.*) servi domestici, *l. ultim. ff. de damno.* servorum conjuges. *l. 12. §. 33. ff. de instruct.*

13 *Instrumentum ἐργαστικὸν. Ecl lib. c. 147. l. 34. ff. de pign.*

14 Instructa taberna his duobus constetur, rebus & hominibus.

15 *l. 24. l. 26. ff. depositi.* temporis causa. hinc corpus commendari, *l. 14. §. 4. ff. de relig.* commendare aliquem, charum habere, *l. 12. §. 12. ff. mandati.* & commendatitiæ literæ. *l. 65. ff. de adquir. rer. Eo* verbo non relinquitur libertas. *l. 12. C. de fideic. lib.* Apud Canonistas duo commendarum genera: unum in titulum, alterum in custodiam.

16 Exigere est petere. *l. 44. in fin. ff. soluto. l. 15. l. 25. ff. de liberation. l. 16. C. ad l. Falcid.* Exegisse intelligitur, qui delegatum admisit. Solvit enim qui delegat. *l. 8. §. 3. ff. ad Vell.*

17 *l. 38. §. 9. ff. de verb. obl.*

18 Habere licere. *d. l. 38.*

19 Cavere & fidejussorem dare, vel pignus. *v. l. 3. C. eod.*

20 Facere non oportere. *vulgus. Hal.*

21 ἐπαρχιῶται. *Ecl. 2. c. 188.* hinc legati provinciales, *l. 35. in fin. ff. de tut dat.* res provinciales, *l. 35. ff. de her. inst.*

22 *V. l. 101. §. 1. ff. eod.*

23 Græci διαζύγιον. 6 *Herm. 3.*

24 Adde 9 Isid. 8. & *l. 2. ff. de divortiis.*

25 Instrumentis apponi solita. 2 *Eclog. 2. c. 189.*

26 *l. 232. ff. eod.* de his verbis *quanto minus*, v. *l. 32. l. 50. ff. eod.* Goth. De effectu verborum, *plus minusve*, vid. Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 95.* Ans.

27 *l. 179. ff. eod.*

28 Imo ad id quod interest. *l. 3. in fin. ff. uti possid. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat. l. 8. in fin. ff. rat. rem haberi.*

29 *l. 179. ff. eod. l. 4 §. 11. ff. si bonor. rapt. 2 Ecl. 2. c. 190.*

30 *l. 214. ff. eod.*

31 Differunt genere. *v. l. ubi ff. de instructo.*

32 Imo species est. *l. 214. ff. eod.*

33 Nuptiarum.

34 *l. 1. ff. eod. l. 7. §. 1. ff. de juriscr. l. 62. in fin. l. 65. §. 6. ff. de leg. 3. 2 Ecl. 2. c. 193.*

35 Id est, ut sæpius; non tamen semper.

36 Adde *l 40. §. 2. ff. eod. l. 196. ff. eod. l. 71. in fin. ff. de leg. 2. l. 1. §. 18. ff. de vi & vi.*

37 Familia, pro rebus interdum accipitur. 2 *Ecl. 2. c. 199.* 38 Id est, agnati proximi, quamvis singulari numero. *§. 5 Inst. de leg. Adgn succeff.* facit *l. 17. §. 1. ff. de leg. 1.* 39 Dixi ad Ulp. 26. *§. 1. in fin.*

40 *V. §. 4. Inst. de bon. poss.* 41 V. Rævard. 5 *variar. 1.* 42 Adde *l. 4. ff. de statu hom.* 43 Vide *l. 182. ff. eod.* 44 Dixi ad Ulp. 4. *§. 1.* 45 *V. l. 4. ff. de his, qui sunt sui juris.* 46 Nota regulam.

47 *Al.* servorum. 48 De familia publicanorum, *v. l. 1. in pr. §. 5. ff. de publican.* 49 De familia vi bona rapientium. *l. 2. ff. vi bon. rapt.* 50 *d. l. 2. §. 14.* 51 *l. 1. §. 1. verf. si quis autem. l. 25. §. 1. & 2. l. 31. §. 15. ff. de ædilit.* 52 Et in Interdicto. *Hal.* 53 *l. 1. §. 15. 16. 17. & 18. de vi & vi.*

54 Mulieris etiam significatione continentur virgines, *l. 81. ff. de leg. 3.* tametsi usus obtinuit, nuptas mulieres appellari. Serv. 2 *Æneid.* adde *l. 25. §. 9. ff. de annu.* Tertull. *lib. de velandis virginibus.*

55 Ulp. 4. *§. 1.* 56 Quia filiarum liberi in ejus familia non sunt: quoniam qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. *l. 196. in fin. ff. eod.* 57 Quid ita? Fœminæ, familiæ alicujus duces esse non possunt. Nam qui ex ea nascuntur justi liberi, patris, non ejus familiam sequuntur: familiæ quæ paternæ nomen ferunt, non maternæ. hoc ideo, quod in fœminam nullum jus adgnationis transeat, & neque suos heredes habeant. *l. 13. ff. de suis.* v. Rævard. in *l. 54. ff. de reg. jur.*

palam est: quia qui nascuntur, patris, non [1] matris familiam sequuntur.

Indicasse.

CXCVII. ULPIANUS lib. L ad Edictum.

INdicasse [2] est detulisse, arguisse, accusasse, & convicisse.

Urbana prædia.

CXCVIII. IDEM lib. II de omnibus Tribunalibus.

VRbana [3] prædia, omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis: vel si prætoria [4] voluptati tantum deservientia: quia urbanum prædium non [5] locus facit, sed materia [6]. Proinde hortos quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit urbanorum appellatione contineri. † Plane si plurimum horti in reditu [7] sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana.

Absens.

CXCIX. IDEM lib. VIII de omnibus Tribunalibus.

A*bsentem* [8] accipere debemus eum, qui non est eo loci [9], in quo loco petitur: non enim trans mare absentem desideramus, & si forte extra continentia Urbis sit, abest: cæterum usque ad continentia [10] non abesse videbitur, si non latitet. §. 1. Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est [11], sed qui à latronibus detinetur.

Noxa.

CC. JULIANUS lib. II Digestorum.

HÆc stipulatio, *Noxa* [12] *solutum præstari*, non existimatur, ad eas noxas pertinere, quæ publicam exercitionem & coërcitionem capitalem habent.

Filius, pater.

CCI. IDEM lib. LXXXI Digestorum.

IUsta interpretatione recipiendum est, ut appellatione filii [13], sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondebimus, ita & nepos videatur [14] comprehendi. † Et *patris* [15] nomine avus quoque demonstrari intelligatur [16].

De sumptu ex voluntate testatoris faciendo.

CCII. ALFENUS VARUS lib. II Digestorum.

CUm in testamento scriptum esset, ut heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret: non [17] licet minus consumere: si amplius vellet, licet [18]: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

Domus usu suo.

CCIII. IDEM lib. VII Digestorum.

IN lege censoria [19] portus Siciliæ ita scriptum erat: *Servos, quos domo quis ducet, suo* [20] *usu, pro his portorium ne dato.* Quærebatur, si quis à Sicilia servos Romam mitteret fundi instruendi causa, utrum pro his hominibus portorium dare deberet, necne? Respondit, duas esse in hac scriptura quæstiones? primam, quid esset, *domum* ducere: alteram, quid esset, *suo usu* ducere. † Igitur quæri soleret, utrum ubi quisque habitaret, sive in Provincia, sive in Italia, an duntaxat in sua cujusque patria *domus* esse recte dicetur? Sed dc ea re constitutum esse, eam domum [21] unicuique nostrum debere existimari, ubi quisque sedes & tabulas [22] haberet, suarumque rerum constitutionem feciſſet. † Quid autem esset, *usu* [23] *suo*, magnam habuisse dubitationem: & magis placet, quod victus cui [24] causa paratum est, tantum contineri. Itemque, de servis eadem ratione quæri, qui eorum usus sui causa parati essent: utrum dispensatores [25], insularii, villici, atrienses, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus [agris] paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret [26], omnes denique servos, quos quisque emisset, ut ipse haberet, [atque eis ad aliquam rem uteretur], neque ideo emisset, ut venderet? Et sibi videri, eos demum *usus sui causa* patremfamilias habere, qui ad ejus corpus [27] tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatique essent: quo in genere junctores [28], cubicularii, coci, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, numerarentur.

Puer.

CCIV. PAULUS lib. II Epitomarum [Alfeni].

P*ueri* [29] appellatio tres significationes habet: Unam, cum omnes servos [30] pueros appellaremus: Alteram, cum puerum contrario nomine puellæ [31] diceremus: Tertiam, cum ætatem puerilem [32] demonstraremus.

Pomum.

CCV. IDEM lib. IV Epitomarum Alfeni.

QUi fundum vendidit, pomum [33] recepit: nuces [34] & ficos [35], & uvas duntaxat duracinas [36], & purpureas [37], & quæ ejus generis essent, quas non vini causa haberemus, quas Græci τραγίσκους [38], id est, *comestibiles* appellarent, recepta videri.

Vasa vinaria.

CCVI. JULIANUS lib. VI ex Minicio:

V*inaria* [39] *vasa* proprie vasa torcularia [40] esse placet: dolia autem & serias [41] tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent: cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniam ad aliiim usum transferri possent: velut si frumentum in his addatur: eandem causam amphorarum esse, ut cum vinum habeant, tum in vasis vinariis; cum inanes sint, tum extra numerum vinariorum sint: quia aliud in his addi possit.

Merx. de mangonibus.

CCVII. AFRICANUS [42] lib. III Quæstionum.

M*ercis* [43] appellatione homines [44] non [45] contineri, Mela ait: & ob eam rem mangones [46] non mercatores, sed venaliciarios [47] appellari ait: & recte.

Bona.

CCVIII. IDEM lib. IV [48] Quæstionum.

B*onorum* [49] appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam ac jus successionis, & non singulas res demonstrat.

Coram.

CCIX. FLORENTINUS lib. X Institutionum.

C*oram* [50] Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo feciſſe, nisi [51] is intelligat: itaque si furiosus, aut infans sit, aut [52] dormiat, non videtur coram eo feciſſe. † Scire autem, non etiam velle is debet: nam & invito eo recte fit, quod jussum est.

Urbanum mancipium.

CCX. MARCIANUS lib. VII Institutionum.

IS, qui natus est ex mancipiis urbanis [53], & missus est in villam nutriendus, in urbanis servis constituetur.

Fundus, ædes, area, villa, ager.

CCXI. FLORENTINUS lib. VIII Institutionum.

F*undi* [54] appellatione omne ædificium & omnis ager continetur: sed in usu [55] urbana ædificia, ædes rustica, villæ dicuntur. † *Locus* [56] vero sine ædificio, in urbe, area; rure autem ager [57] appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

Prævaricator.

CCXII. ULPIANUS lib. I de Adulteriis.

P*ræuaricatores* [58] eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: à varicando enim prævaricatores dicti sunt.

Cedere diem, venire diem. 1. Æs alienum vel suum. 2. Lata culpa.

CCXIII. IDEM lib. I Regularum.

C*edere* [59] diem significat, incipere deberi pecuniam: *Venire* diem significat, eum diem venisse, quo pecunia peri possit. Ubi pure quis stipularus fuerit, & ceſſit [60] & venit dies: ubi in diem, ceſſit dies, sed nondum venit: ubi sub conditione [61], neque ceſſit, neque venit dies, pendente adhuc conditione. §. 1. *Æs alienum* [62] est, quod nos aliis debemus: æs *suum* est, quod alii nobis debent.

§. 2. *Lata* [63] *culpa* est nimia negligentia, id est, non intelligere, quod omnes intelligunt.

Munus, donum.

CCXIV. MARCIANUS lib. I Publicorum judiciorum.

M*unus* [64] proprie est, quod necessarie [65] obimus, lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem. † *Dona* [66] autem proprie sunt, quæ nulla necessitate [67] juris, officii, sed sponte præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest: sed in summa in hoc ventum est, ut [68] non [69] quodcunque munus, id & donum accipiatur: at [70] quod donum fuerit, id munus recte dicatur.

Potestas.

CCXV. PAULUS lib. sing. ad Leg. Fusiam Caniniam.

P*otestatis* verbo plura [71] significantur, in persona Magistratuum [72] *imperium*, in persona liberorum [73] *patria potestas*: in persona servi [74] *dominium*. † At cum agimus de noxæ [75] deditione cum eo, qui servum non defendit: præsentis corporis copiam facultatemque significamus. † In Lege Atinia [76] in potestatem domini rem furtivam veniſse videri, & si [77] ejus vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt [78].

Vinctus, vincula.

CCXVI. ULPIANUS lib. I ad Legem Æliam Sentiam.

VErum est, eum, qui in carcere cluſus est, non videri neque vinctum, neque in vinculis [79] esse, nisi corpori ejus vincula sint adhibita.

Cum postquam. 1. In diebus.

CCXVII. JAVOLENUS lib. I ex Posterioribus Labeonis.

INter illam conditionem, *Cum* [80] *fari potuerit, & postquam* [81] *fari potuerit*, multum interest: [nam] posteriorem scripturam, uberiorem esse constat: at *cum fari potuerit*, arctiorem: & id tantummodo tempus significari, quo primum fari possit. §. 1. Item ita data conditione, *Illud facito in diebus*, si nihil præterea fuisset adjectum, in biduo [82] conditionem impleri oportet.

Facere.

---

1 A patre familiæ nomen accipimus, non à matre: hinc adgnatio. § 1. *Inst. de legit. adgnat.* v. tamen, quæ notavi ad *l.* 1. §. 1. *ff. ad municip.*

2 Indicat qui arguit, accusat, convincit, 2 *Eclog.* 2. c. 196. adde *l.* 3. §. 13. & 14. *ff. de statu. l.* 5. *in fin. ff. de injur.*

3 Urbana prædia, *Ecl. ib.* c. 197. adde *l.* 166. *ff. eod. l.* 211. *ff. eod. l.* 1. *ff. comm. præd. l.* 13. *ff. de fundo dot.* §. 1. *Inst. de servit.*

4 ἐπαύλεις ἤγουν βιλλάτους. *Ecl. ibid.* v. quæ notavi ad *l.* 34. §. 3. *ff. de leg.* 2. v. *Nov.* 7. c. 3. §. 1. *Novell.* 84. c. 1.

5 *l.* 16 *C. de præd. & aliis rebus min.*

6 Id est, usus. v. quæ notavi ad *l.* 166. *ff. eod.*

7 Horti, qui in reditu sunt, rusticorum prædiorum magis sunt, quam urbanorum.

8 Absens quis, *Ecl. ibid. c.* 198. v. Cujac. 7 *obs.* 34. adde *l.* 13. §. 1. *l.* 173. *in fin. ff. eod. l.* 5. & 6. *ff. de procur.* Goth. Adde *l. final. C. de long. temp. præscript.* §. 1. *Inst. de usucap.* Anf.

9 *l.* 4. §. 5. *ff. de damno.*

10 *l.* 73. *in fin. ff. eod.* ut sunt horti. vid. quæ scripsi ad *l.* 4. §. 5. *ff. de penu.*

11 Captus non est civium numero, ideoque evenit, ut captivitate tutoris tutela finiatur. *l.* 14. §. 2. *ff. de tutelis.* Cum ergo dicimus absentem tutorem dari posse, hostium potitum hac appellatione non includimus.

12 Noxis solutus. v. *l.* 174. *ff. eod.*

13 Filii appellatione filiasam. & nepos comprehenduntur *l.* 84. *l.* 116. *ff. eod. l.* 220. §. 1. *ff. eod. Ecl. ibid. c* 200.

14 Imo non videtur comprehendi. *l.* 6. *ff. de testam.*

15 Patris nomine avus comprehenditur. *Eclog. ib. cap.* 201.

16 Excipe *l.* 44. §. 1. & 2. *ff. de ritu.*

17 Quid, si minus consumpserit? reliqua summa heredibus proficiet. *l.* 88. §. 1. *ff. de leg.* 2.

18 Non tamen in eo casu id, quod plus expendit, reperet, *l.* 31. §. 4. *ff. de neg. l.* 50. §. 1. *ff. de hered. pet l.* 5. *ff. mandati.* adde *l.* 5. §. 15. *ff. de don. int. vir.* 19 Censoria lex dicta est non a censu, ut Accursius putat, sed à censoribus, quorum munus erat portoria & vectigalia locare. vide Plin. 33. c. 4. Festum *in produit.* Liv. 4, de censura loquens, Sub ditione ejus sunt vectigalia populi Romani. Cicero 1 *ad Attic.* 14. 20 *l.* 5. *C. de vectigal. commiss.* Goth. V. *l.* 28. *ff. de auro & arg. leg.* Anf. 21 Domus appellatione quid intelligatur, v. *l.* 1. §. 2. *ff. de agnosc. lib. l.* 5. § 2. *ff. de injur. l.* 7. *C. de incolis. l. Harm.* 2. §. 8. *l.* 27. *ff. ad municip.* 22 Fuit prisci instituti, unumquemque domesticæ sibi ratione tabulas conficere, quas Græci Ephemeridas appellant; Latine diaria. v. 5 Gell. 18. Budæus tabularum nomine instrumenta, rerum ac fortunarum patrisfam. summam continentia intelligit ex *l.* 6. *C. de inoffic.* 23 Usu suo ducere, est victus sui causa ducere. v. *l.* 28. *ff. de auro.* adde *l.* 43. *ff. eod.* 24 *Al.* Sui. 25 *l.* 166. *ff. eod.* 26 Tolerare est διαζῆν ὑπάρχων. 27 Usus nostri causa habemus, quæ parata sunt ad corpus tuendum, ejusque cultum. v. *l.* 166. *l.* 198. *ff. eod.* 28 Actores. *Ital.* unctores. sic Avrianus inter mancipia, usus patrisfam. causa parata, numerat ἀλείπτην. Plautus in *Trinummo*, *Ducitur familia tota, vestispici, unctor, auri cuspos.* Martial. 13. *Atque olei stillam donaret Opelicius unctor.* Antiqua inscriptio, Aurelius Eros unctor: sed tamen in antiquis glossis, junctor est ζώστης, qui jungit mulas ad rhedam, & qui mulio vel lecticarius, *l.* 99. §. 2. & 4. *ff. de leg.* 2. Hinc carruca cum junctura apud Paul. 3 *sentent.* vide Cujac. 14 *obs.* 3. 29 Pueri appellatione, servus: pueri masculi, ætas puerilis significatur. 30 Pueri pro servis accipiuntur. Varro *apud Nonium*: vix vulgus confluit non furiarum, sed puerorum atque ancillarum. 31 *l.* 163. *in fin. ff. eod.* Pueris legatis puellæ ideo non debentur. *l.* 81. *ff. de leg.* 3. 32 Puer, filius impubes, *l.* 41. §. 4 *ff. de leg.* 3. *l.* 36. *ff. de statulib.* & pueritia a postulando remota. *l.* 1. §. 3. *ff. de postulando.* 33 Pomi appellatione continetur omnis fructus, edendi causa paratus. dixi ad 6 *Harm.* 2. *in Georg* §. 3. & 9. Macrob. 3 *saturn.* 19. malorum genera hæc refert: aureum, cotoneum, citreum, cocymelium, conditivum, ἰσπιμηλίς, mustеum, mattianum, orbiculatum, ogranum, præcox, pannuceum, punicum, Persicum quitianum, Persicum rubrum, scandianum, sylvestre, strutium, scantianum, tibur, verianum. Ibidem refert pyrorum genera. Nux pinea an pomum sit, quæritum: sed eam rem definit Macrobius, Cum (inquit) lapidatus à populo Vatinius gladiatorium munus ederet, obtinuerat, ut ædiles ederent, ne quis in arenam nisi pomum missile vellet: forte his diebus Casellius consultus à quodam, an nux pinea pomum esset, respondit, Si in Vatinium missurus es, pomum est. 2. Macrob. 6. 34 Nux est, quod foris duro tegitur, & intus habet, quod esui est: Malum vero, quod foris habet, quod est esui, durum intus. Macrob. 3 *Saturn* 19. ubi hæc genera nucium ab eodem recensentur, Nux juglans, pontica, castanea, græca, molusca, tarentina, pinea. 35 Ficus, *Hal.* adde *l. ult.* § 1. *ff. de tritico.* Ficuum hæc species recensentur à Macrobio, 3 *Saturn.* 20. Africa, albula, arundinea, asinastra, atra, palusca, augusta, bifera, carica, caldica, alba, nigra, calphurniana, chia, cucurbitina, duricoria, herculanea, laiana, ludia, leptolidia, marsica, numidica, pulla, pompeiana, præcox, tellana. 36 Uvæ duracinæ, Sueton. *Epistolæ Augusti, cap.* 76. unciam panis cum paucis aciuis uvæ duracinæ comedi. Sic duracina uva, ut ficus duricoria. Duracina à duricia acinorum dicitur, 14 Plin. 1. quæ propter firmitatem contra frigus durat. Uvarum ista sunt genera: Aminea, asinusca, atrusca, albuierus, albena, apiana, apicia, bummammia, aut ut Græci dicunt βόμμακα, duracina, labrusca, melampsithia, maronia, mareotis, nimentana, præcia, prannia, psithia, pilliolata, rhodia, stephanitis, venuncula, variola, lagea. Macrob. 3 *Saturn. ult.* 37 Purpureæ uvæ: hinc vites purpureæ. Ovidius *in Metamorphos* 8: *Et de purpureis collecta vitibus uva.*

38 Uva τραγίσκος, Caria. Plin. 14. c. 3. In pergulis seruntur uvæ efficaciæ. Idem *ibid.* uva cibaria.

39 *l.* 93 § 4. *ff. de leg.* 3. *l.* 17. *ff. de act. empt. l.* 15. *ff. de tritico.* Sunt hæc diversa: vasa, dolia, cuppæ, cuppulæ, cullei, *l.* 3. *in fin. ff. de tritic.* amphoræ, cadi, *l.* 14. *l.* 15. *d. tit.* urnalia, *l.* 16. *d. tit.* & vasa torcularia, *ut hic.* id est, torculari conjuncta: his adde navem vinariam, vini cisternam, *l.* 21. §. 5 *ff. de furtis.* lacum vini; *l.* 27. *in fin. ff. ad l. Aquil.* & serias, *ff. eod.* adde & alia ex Catone *de re rustica*, c. 11.

40 Torcularia vasa, *l.* 15. §. 6. *ff. de usufr.* Terent. *Heautont.* 2. *scen.* 2. id est, torculari conjuncta.

41 *d.* §. 6. Festus *in Muries, cap.* 12. Columella 18. Dolia & seriæ, cæteraque vasa ante quadragesimum diem vindemiæ siccanda sunt. Alii seriam vas fictile arbitrantur. Pers. *satyr.* 2. Seriæ tamen glossis βόθυνοι, vocabulum quo hodie Hetrusci utuntur. Nicetas dixit βόθρους, & interpretatur δόλον βόθρου, unde dogæ glossis dicuntur, quasi βόθυνοι. Vopiscus *in Aureliano*; facta est ratio dogæ, cuparum & navium, dogæ caducitati. Cupæ βόθυνοι μεγάλοι, exponunt veteres glossæ, & à quibusdam gaulos vocari. Hinc Butticæ & butticellæ. v. Cujac. 9 *obs.* 26.

42 Vid. Cujac. 3 *ad Afr. fol.* 30.

43 Mercis appellatio. 2 *Eclog.* 2. c. 207.

44 Servos, *l.* 1. §. 1. *ff. de tributoria.* adde *l.* 66. *ff. eod. l.* 44. *ff. de ædilitio.*

45 Mercis tamen loco haberi possunt. *l.* 73. §. 4. *ff. de leg.* 3.

46 Σωματέμποροι, *Eclog. ibid.* Senec. 4 *de benef.* 12. Mercator urbibus prodest: medicus, ægrotis: mango venalibus. Idem mangones (si quod est quod displicet) aliquo lenocinio abscondunt. Sic Plin. 37, gemmarum politores, mangones vocat.

47 *l.* 1. §. 1. *ff. de tributoria. l.* 57. *ff. mandati l.* 37. *l.* 44. §. 1. *ff. de ædilit.* qui & venalitii, *l. ult. in fin. ff. de ædil.* Hinc venalitiariam vitam exercere, *l.* 73. §. 4. *ff. de leg.* 3. qui ab his venditur, venales, *l.* 1. *ff. de negot. venalitii, l.* 5 *in fin. ff. de jur. delib.* inde venalitia familia, *l.* 31. *in fin. de don. int. vir.* venalitium, vectigal rerum venalium. *l.* 1. *C. de veteran. l.* 4. *C. de prox. sacr. scrin.*

48 V. Cujac. 4 *ad Afr. fol.* 61. 49 Bona universitatem demonstrant. v. *l.* 66. *l.* 119. *ff. eod. l.* 50. *ff. de her. pet.* 50 *l.* 27. §. 5. *ff. de arbitris.* De *palam* v. *l.* 33. *ff. eod.* 51 Coram aliquo facere aliquid jussus, debet id facere, eo sciente & intelligente; non tamen exigitur, ut id faciat eo volente. *vers. scire. ff. eod.* 52 Dormiens, præsens esse non intelligitur. *l.* 1. §. 3. *ff. de adq. poss.* 53 Adde *l.* 166. *ff. eod.* 54 V. *l.* 60. *ff. eod.* 2. *Ecl.* 2. *c.* 211. 55 *l.* 198. *ff. eod.* 56 *l.* 60. *ff. eod.* 57 Vide *l.* 27. *ff. eod.* 58 V. *l.* 1. *ff. de prævaricat. l.* 1. *ff. ad Turpill.* 59 V. *ff. quando dies legat. ced.* Cedit dies, cum res incipit deberi: venit, si dies extat, quo peti possit: ut peti possit, necesse est deberi: dies igitur ante cedit, quam venit. Decessione & transmissione. v. Hotom. 3 *obs.* 32. 60 Abiit: *alii legunt*, cedit. Accedo Hotomanni sententiæ, dicentis, hanc subtilem differentiam (qua de hic agitur, non ex Ulpiani ingenio, sed ex Triboniani potius audacia fluxisse. 61 Adde *l.* 13 §. 5. *ff. de pign.* 62 Id est, nummi quos debemus, v. *l.* 159. *ff. eod.* v. Cuj 7 *obs.* 33. 63 V. *l.* 226 *ff. eod.* 2 *Ecl.* 2. *c.* 214. 64 *l.* 194. *ff. eod.* 2 *Ecl.* 2. *c.* 212. *l.* 239. § 3 *ff. eod.* v. Festum *in Munus.* 65 *l.* 14. §. 1. *ff. de mun.*

66 Munus à dono separari, hinc constat: idque confirmat *lex* 6. *in fin. ff. de off. Proconf. l.* 18. *ff. de off. Præf. l.* 37. *l.* 47. *ff. de oper. lib. l. ult.* §. 1. *ff. de liberali. l.* 6. *in fin. ff. ad l. Jul. repet.* 67 *V. l.* 29. *ff. de donat.* 68 Ut quodcunque munus, Hotom. *in voce* Donum. 69 Imo donum, generis nomen est: munus, speciei, *l.* 194. *ff. eod.* adde Alciat. 4. *de verb. sign. ubi tuetur hæc parte Jurisconsultum adversf. Vallam.* 70 At non quodcunque fuerit. Hot. *ib.* 71 *l.* 1. §. 4. *ff. de tributoria.* 72 *l.* 5. *l.* 13. *ff. de jurisdict. l.* 3. *ff. ne vis fiat. l.* 1. §. 1. *ff. ad l. Jul. majest.* hinc magistratus potestas appellatur. *l.* 26 *ff. de pign. l.* 17. §. 19. *ff. de ædilitio. l.* 7. *ff. de reb. eor. l. ult. C. de off. milit. jud. l.* 2. *C. de executoribus* 12. 73 *l.* 1. §. 21. *ff. de exercitoria.* hinc tituli, De patria potestate, Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur. 74 *l.* 3. §. 3. *ff. de don. int. vir. d.* §. 21. 75 *l.* 21. §. 2. *ff. de noxal.* 76 Atilia. §. 2. *Inst. de usucap.* ubi v. Cujac. 77 Vel si ejus rei, velut fur, possessionem ita nactus sit, ut juste ei avelli non possit. *l.* 4. §. 12. *ff. de usurp.* 78 Adde & illud de potestatis verbo, in persona pupilli tutoris auctoritatem. *l.* 1. *ff. de tutel.* 79 2 *Eclog.* 2. *c.* 216. v. *l.* 224. *ff. eod. l.* 9. *ff. ex quib. caus. major. l.* 8. *ff. de pœnis.* 80 *Eclog. ibid. c.* 217. 81 Adde *l.* 41. *ff. de manum. test.* 82 V. *l.* 4. *l.* 109. *in fin. ff. de verb. obl. l.* 12. *ff. de testib.*

Facere.

CCXVIII. PAPINIANUS lib. XXVII Quæstionum.

VErbum *facere* [83] omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, solvendi, numerandi, judicandi, ambulandi.

De voluntate, & verbo, heres.

CCXIX. IDEM lib. II Responsorum.

IN conventionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba spectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locaverint, *ut ad heredem* [85] *ejus, qui suscepit, pertineret:* jus heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

Liberi, filii.

CCXX. CALLISTRATUS lib. II Quæstionum.

L*iberorum* [86] appellatione nepotes [87] & pronepotes, cæterique [88], qui ex his descendunt, continentur: hos enim omnes suorum [89] appellatione Lex XII Tabularum comprehendit: totiens enim [90] leges necessarium ducunt cognationum singularum nominibus uti, veluti *filii, nepotes, pronepotes*, cæterorumve, qui ex his descendunt, quotiens non omnibus, qui post eos sunt, præstitum voluerint: sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent. At ubi non personis certis, non quibusdam gradibus [91] præstatur, sed omnibus, qui ex eodem [92] genere orti sunt, liberorum appellatione comprehenduntur. §. 1. Sed & Papirius Fronto libro III Responsorum ait, prædio cum villico & contubernali ejus & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat: filii [93] enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere. §. 2. Divus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem [94] reliquit. §. 3. Præter hæc omnia natura nos quoque docet, parentes pios, *qui liberorum procreandorum animo* [95] *& voto uxores ducunt, filiorum* appellatione omnes, qui ex nobis descendunt, continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quam *filii* appellare: etenim idcirco filios, filiasve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis [96] nobis memoriam in ævum relinquamus.

Falsus tutor, falsum testamentum, modius iniquus.

CCXXI. PAULUS lib. X Responsorum.

PAulus respondit, *falsum* [97] *tutorem* eum vere dici, qui tutor non est, sive habenti tutor datus est, sive non: sicut *falsum testamentum*, quod testamentum non est: & *modius* [98] *iniquus*, qui modius non est.

Pecunia.

CCXXII. HERMOGENIANUS lib. II Juris Epitomarum.

P*ecunia* [99] nomine non solum [100] numerata pecunia; sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam [1] corpora, quam jura [2] continentur.

Lata culpa. 1. Amicus.

CCXXIII. PAULUS lib. II Sententiarum.

L*ata* [3] *culpa* finis est, non [4] intelligere id, quod omnes intelligunt. §. 1. *Amicos* [5] appellare debemus, non levi notitia conjunctos: sed quibus fuerint jura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

Vincula, custodia.

CCXXIV. VENULEIUS lib. VII Stipulationum.

V*inculorum* [6] appellatione, vel privata, vel publica vincula significant: *custodiæ* vero, tantum publicam custodiam.

Fugitivus, erro. De affectu animi, & actu delinquendi.

CCXXV. TRYPHONINUS lib. I Disputationum.

F*ugitivus* [7] est, non is, qui solum consilium fugiendi à domino susceptum, licet id se facturum jactaverit: sed qui [8] ipso facto fugæ initium mente deduxerit: nam & furem [9], adulterum, aleatorem [10], quanquam aliqua significatione ex animi [11] propositione cujusque sola quis dicere posset: ut etiam is, qui nunquam alienam rem invito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modo ejus mentis sit, ut occasione data id commissurus sit: tamen oportere eadem hæc crimina assumpto actu intelligi: & ideo fugitivum [12] quoque, & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

Culpa, dolus.

CCXXVI. PAULUS lib. I Manualium.

MAgna [13] negligentia, culpa est: magna [14] culpa, dolus est.

Heres.

CCXXVII. IDEM lib. II Manualium.

EX illa parte Edicti, *Eum,* [15] *quem ei heredem* [16] *esse oportet* [17], heredis heredibus bonorum possessio non defertur. §. 1. Item in substitutione his verbis, *Quisquis* [18] *mihi heres erit*, proximus heres tantum significatur, imo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

Municipes.

CCXXVIII. IDEM lib. sing. de Cognitionibus.

MUnicipes [19] intelligendi sunt, & qui in eodem municipio nati sunt.

Transacta, finita.

CCXXIX. IDEM lib. sing. de tacitis fideicommissis.

T*ransacta* [20] *finita* ve intelligere debemus, non solum, quibus controversia fuit, sed etiam, quæ sine controversia sint possessa.

CCXXX. IDEM lib. sing. ad Senatusconsultum Orfitianum.

VT sunt judicio [21] terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

De eo, qui est in utero.

CCXXXI. IDEM lib. sing. ad Senatusconsultum Tertullianum.

QUod dicimus, eum [22], qui nasci speratur, pro [23] superstite esse: tunc verum est, cum de ipsius jure quæritur: aliis autem non prodest, nisi natus.

Pluris aureorum triginta.

CCXXXII. GAIUS lib. I de Verborum Obligationibus.

HÆc enunciatio, *Quæ sunt pluris* [24] *aureorum triginta*, simul & quantitatis & æstimationis significativa est.

Calvi, calumniator. 1. De tertio die post Calend. Januar. 2. Telum, Βίλος, τόξευμα.

CCXXXIII. IDEM lib. I ad Legem XII Tabularum.

S*i calvitur* [25] *&* [26] *moretur, & frustretur.* Inde *& calumniatores* [27] appellati sunt, quia per fraudem, & frustrationem alios vexarent litibus. Inde & cavillatio [28] dicta est. §. 1. Post [29] Calendas [30] Januarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur [31].

§. 2. *Telum* [32] vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed tunc omne significatur, quod mittitur manu. Ita sequitur, ut & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur. Dictumque ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τῆ πάλε [33], id est, *ab eo, quod est longe.* Et hanc significationem invenire possumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi Βίλος appellant, eoque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur quod [cum] mittitur manu, ἀπὸ τῆ βάλλειν, *à jaciendo*. Admonet nos Ξένοφων, id est, *Xenophon:* nam ita scribit [34], Καὶ τὰ βίλη ὁμόσε ἐφέροντο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλέονες ὧν ἐν λίθοι. Id est, *Et tela simul ferebantur, hastæ, sagittæ, funda: plurimi item lapides.* [Et id, quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα (id est, *sagitta*) vocatur, apud nos autem communi nomine telum appellatur].

Hostes perduelles. 1. Locuples. 2. Vivere.

CCXXXIV. IDEM lib. II ad Legem XII tabularum.

QUos nos hostes [35] appellamus, eos Veteres perduelles appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum quibus bellum esset. §. 1. *Locuples* [36] est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. §. 2. Verbum *vivere* [37] quidam putant ad cibum pertinere: sed Ofilius ad Atticum ait, his verbis & vestimenta & stramenta [38] contineri: sine his enim vivere neminem posse.

Ferri, portari, agi. 1. Fabri tignarii.

CCXXXV. IDEM lib. III ad Legem XII tabularum.

FErri [39] proprie dicimus, quæ quis suo corpore bajulat [40]: *portari* ea, quæ quis jumento secum ducit: *agi* ea, quæ animalia sunt. §. 1. *Fabros tignarios* [41] dicimus non eos duntaxat, qui tigna [42] dolarent: sed omnes qui ædificarent.

Venenum, φάρμακον. 1. Glans ἀκρόδρυα.

CCXXXVI. IDEM lib. IV ad Legem XII tabularum.

QUi *venenum* [43] dicit, adjicere debet, utrum malum, an bonum: nam & medicamenta venena sunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum esset, mutat: cum id, quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt: apud illos quoque tam medicamenta, quam quæ nocent, hoc nomine continentur: unde adjectione alterius nominis distinctio fit: admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus [44]; nam sic ait [45],

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δ' ὀλοσσά. Id est,
Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.

§. 1. *Glandis* [46] appellatione omnis fructus continetur, ut Javolenus ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum [47] species ἀκρόδρυα [48] (id est, *extremitates arborum*) appellantur.

De duobus verbis negativis.

CCXXXVII. IDEM lib. V ad Legem XII tabularum.

DUobus negativis [49] verbis quasi permittit lex magis, quam prohibuit: idque etiam Servius [50] animadvertit.

Plebs.

Non. post Kalendas Januarias die tertio. 31 A sacerdotibus scil. & consulibus. Vota erant etiam anniversaria ob diem imperii, cum videlicet ad Imperium Princeps sumptus esset, vel cum natus esset, *l. 7. in fin. C. de furiis.* adde Plinium, 10 *epist.* 9. 44. 45. 60. 61. vide Tertull. in *Apologetico:* erant & alia pro salute Imperatoris & incolumitate, 10 Plin. *epist.* 1. Tranquill. *in Augusto. c.* 87. Erant & alia pro abitu & reditu. v. Suet. *in Tiberio. c.* 38. 32 §. 5. *Inst. de publ. jud. l.* 1. §. 17. *S. de Senatusconsult. Syllaniano. v. l.* 11. *in fin. S. ad l. Jul. de vi publ. l.* 54. §. 2. *S. de furtis.*

33 A Græca voce πάλλειν. Bud. §. 5. *Inst. de publ. jud.* v. Festum *in arma, & tela.* 34 *l.* 5. ἀνωμάλως. 35 *l.* 118. *S. eod.* 36 Locuples habetur necessaria persona. adde *l.* 3. *S. in jus vocati.* qui adquisiit, qui in corpus patrimonii vertit, *l.* 18. *S. quod met. caus. l.* 93. *in fin. princ. S. ad l. Falcid.* debito liberatus, *l.* 50. *S. de don. int. vir. l.* 66. *S. de solut.* hinc debitor, & reus locuples, qui solvendo, *l. ult. in fin. S. de reb. cred. l.* 3. *S. de manum. l.* 57. *S. de manumiss. testam.* fidejussor, *l.* 3. *S. in jus vocati.* qui non est pauperior factus, *l.* 47. *in fin. S. de solution.* non is, qui alienam rem defendit, *l.* 166. *S. de reg. jur.* vel qui libertum adquisiit, *l.* 126. §. 1. *S. de reg. jur.* qui dando adquirit obligationem naturalem. *l.* 25. §. 11. *S. de hered. petit.* 37 *l.* 43 *S. eod.* v. Roland. à Valle, 1 *consil.* 22.

38 V. *l.* 45. *S. eod.* 39 2 *Eclog.* 2. *c.* 234. 40 Bajulare quis dicitur quæ suo corpore fert, à bajulis, id est, operariis. *Festus.* 41 Tignarios. *vulg. Hal.* τέκτονας ξύλων. 2 *Eclog.* 2. *c.* 235. fabros lignarios, Cujacius ad 3 *Pauli* 3. §. 50. *C. de excus. artificum.* 42 Tigna, *vulg. Hal.* τὰ ξύλα. *Eclog. ibid.* ligna, Cujac. *ibid.* hinc fabri lignarii, 3 Paul. *sent* 6. §. 50. 43 *l.* 35. §. 2. *S. de contr. empt.* Veneni appellatio media est, 2 *Eclog.* 2. *c.* 236. & 60. *tit.* 36. *c.* 4. adde *l.* 3. *S. de sicariis.*

44 Homerus summus poëtarum, *ut hic.* parens omnis virtutis, *Constitutio ad Antecessores. & in fin.* citatur etiam in *l.* 1. §. 1. *S. de contrab. empt. l.* 65. §. 4. *S. de leg.* 3. *l.* 9. §. 1. *S. de sepulchris. l.* 4. §. 6. *S. de gradibus. l.* 16. §. 8. *S. de pœnis.* 45 Odyssea δ. *vers.* 230. 46 Glans omnis fructus. *l. nunc. S. de glande legenda.* 2 *Eclog.* 2. *cap.* 236. 47 Baccarum vel fructuum, Hotomann. *in voce* ἀκρόδρυα. 48 Græci ἀκροδρύων nomen fructibus tribuunt: & ita D. Joannem victitasse ἄκρεις δρυῶν Nicephorus ait, ut Diogenem Ælianus ἄκροις φύλλοις. Nicephoro adsentit Diaconus, qua de re vide Cujacium *in Parætitlis. tit. de glande legenda.* 49 Negantibus, *Haloand.* interdum tamen duo negativa firmius negant, & ponunt, ὡς ἥκιστα μείζονα, ut Demetrius ait in Sophoclem. Hinc illa, neminem nihil facere, *l.* 24. *S. de damno.* nihil neminem habere. Lucillius, lapideo sunt corde multi, quos non miferet neminis. Cato apud Festum *in Neminis.* Varro Binarco, quæ non modo ignoraſſe me clamat, sed omnino omnes heroas negat neſciſſe. Nonius, 12. *num.* 46. & ibid. *num.* 54. Varro, 2 *de vita populi Romani,* monstrat, qua abstinentia viri mulieresque Romanæ fuerint, quod à rege munera eorum noluerit nemo accipere. vide Cujac. 16 *obs.* 26. Goth. Adde Anton. Augustin. *lib.* 2 *emend. cap.* 1. Anf. 50 Servius ad illa verba Legis duodecim tabularum, *necnon mortuum inferunto*, adnotavit, duobus illis negativis verbis quasi permiſiſſe legem magis, quam prohibuiſſe. cui congruit, quod Philosophus refert, οἱ δύο ἀποφάσεις ἢ ἐμφάσεις μᾶλλον κατάφασιν ἀποτελοῦσι. Caper, confeſſoria vox ſit ex duplici abnutiva, ut non nulo, non neſcio, non nunquam, necnon.

20 V. *l.* 1. *in fin. S. Tertull.*

21 V. *d. l.* 1. *in fin.*

22 Qui speratur nasci, pro superstite habetur sibi, non aliis. v. *l.* 7. *S. de statu.*

23 V. quæ scripſi ad *tit. de ventre inspiciendo.*

24 *l.* 192. *S. eod.*

25 Calumnietur, *vulg.* calvitur, id est, decipitur. Pacuvius *in Medo,* lactans calvitur ætas, idem *in Duloriste,* me calvitur suspicio. Plautus *in Cassina,* sopor meus calvitur. Accius *in Eurysace.* memet calvor. Saluſt. 3 *hiſt.* Ille calvi ratus. Porro hæc verba, *si calvitur,* initium sunt sententiæ legis XII tabularum: Si calvitur, pedemve struit, manum endo jacito. Festus *in voce* struere.

26 Ita legendum puto. *calvitur dictum est frustratur:* ut apud Nonium, de cavillatione. dixi ad *l.* 1. *S. de regula Catoniana.* & ad *l.* 177. *S. eod.* Glossis calpitur, ἐξαπατᾶται. & cabillatio, διασύρεται. v. Festum *in Incalvitii.* Glossis incabillatur, inderidetur. adde *l.* 19. *S. ad exhib.* Goth. Grot. legit *si calvitur, id est, moratur & frustratur.* Flor. Sparſ. *hic.* S. L.

27 *l.* 1. *S. de calumniatorib. l.* 1. §. 2. *S. si mulier ventris nomin. l.* 1. §. 1. *S. ad Turpill.*

28 *l.* 177. *S. eod.* & callitas. *l.* 29. §. 5. *in fin. S. mandati.*

29 Adde *l.* 132. *S. eod.* Vota incunte anno pro salute Principis nuncupantur, *ut hic.* & *l. un. C. de oblatione vot.* Plutarch. *in Cic.* offerebatur etiam libra auri in 72 solidis obrisacis sive obrisatis. vide Cujac. *ibid.* Goth. Vide Leonium. *lib.* 5 *emendat. cap.* 3. *num.* 11 Anſ.

30 Ea die natus est Cicero. Plutarch. *in Cicerone.* Cæterum post tertium kalendas Januarias nasci, est die tertio. Plutarch. Gell. 15. *c.* 28. dixit ante diem tertium Nonas. Ipse Cicero, 7 *ad Attic.* tertio Nonas. Hæc tria sunt eadem: Tertio Nonas: ante diem tertium

Pubes. 1. Detestatum. 2. Pignus. 3. Noxia.

CCXXXVIII. IDEM lib. VI ad Leg. XII tabularum.

PLebs[1] est cæteri cives sine[2] Senatoribus. §. 1. *Detestatum* est testatione denunciatum. §. 2. *Pignus* 4 appellatum à pugno: quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur: unde etiam videri potest, verum esse, quod quidam putant, pignus proprie rei mobilis[6] constitui. §. 3. *Noxia* 7 appellatione omne delictum[8] continetur.

Pupillus, servus, incola, πάροικος, & 3. Munus publicum. 4. Advena, ἔποικος, & 5. Decuriones. 6. Urbs, urbare, urbium, oppidum, municipium. 9. Suum.

CCXXXIX. POMPONIUS lib. sing. Enchiridii.

PUpillus[9] est, qui cum impubes est, desiit[10] in patris potestate esse aut morte[11], aut emancipatione. §. 1. *Servorum* appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores [nostri] captivos[12] vendere, ac per hoc servare[13], nec[14] occidere solent. §. 2. *Incola* est, qui[15] aliqua regione domicilium[16] suum contulit: quem Græci παροικον[17], (id est, *juxta habitantem*) appellant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ sunt: sed etiam, qui alicujus oppidi finibus ita agrum[18] habent, ut in eum se, quasi in aliquam sedem, recipiant. §. 3. *Munus*[19] *publicum* est officium privati hominis, ex quo commodum ad singulos, universosque cives, remque eorum imperio Magistratus extraordinarium pervenit.

§. 4. *Advena* est, quem Græci ἔποικον[20], id est, *domo profugum, colonum advenientem* appellant. §. 5. *Decuriones*[21] quidam dictos aiunt ex eo, quod initio, cum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducerentur, consilii[22] publici gratia conscribi solita sit. §. 6. *Urbs* ab urbo[23] appellata est: urbare est aratro[24] definire: & Varus ait, urbum appellari cultivaturam aratri, quod in Urbe condenda[25] adhiberi solet. §. 7. *Oppidum* ab ope[26] dicitur, quod ejus rei causa mœnia sint constituta. §. 8. *Territorium*[27] est universitas agrorum intra fines cujusque civitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quod Magistratus ejus loci intra[28] eos fines terrendi[29], id est, summovendi jus habet. §. 9. Verbum *suum*, ambiguum est, utrum de toto, an de parte significet: & ideo, qui jurat, suum non esse, adjicere debet, neque sibi communem[30] esse.

Soluto matrimonio.

CCXL. PAULUS ex libris sex, libro primo Imperialium sententiarum in Cognitionibus prolatarum.

CUm quæreretur, an verbum: *Soluto*[31] *matrimonio dotem reddi*, non tantum divortium[32], sed & mortem contineret, hoc est, an de hoc quoque casu contrahentes sentiant? & multi putabant hoc sensisse; & quibusdam aliis contra videbatur: secundum hoc motus[33] *Imperator* pronunciavit, id actum eo pacto, ut nullo casu remaneret dos apud maritum.

Rata casa.

CCXLI. QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA libro singulari ὁρῶν.

IN *rata*[34] *casa* ea sunt, quæ terra non tenentur, quæque opere structili[35], tectoriove[36] non continentur.

Pars navis. 1. Projectum, immissum. 2. Pars ædificii. 3. Vidua, vecors, vesanus. 4. Pars ædium.

CCXLII. JAVOLENUS lib. II ex posterioribus Labeonis.

MAlum[37] navis esse partem, *artemonem*[38] autem non esse, Labeo ait: quia pleræque naves sine malo inutiles essent, ideoque pars navis habetur: artemo[39] autem magis adjectamento[40], quam pars navis est. §. 1. Inter *projectum*[41] & *immissum* hoc interesse, ait Labeo: quod projectum esset id: quod ita proveheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mœniana[42], & suggrunda[43] essent: immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. §. 2. *Plumbum*, quod[44] tegulis[45] ponueretur, ædificii esse, ait Labeo: sed id, quod hypæthri[46] tegendi causa ponerentur, contra esse.

§. 3. *Viduam* non solum eam, quæ aliquando[47] nupta[48] fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum[49] non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors[50], vesanus, qui sine corde, aut sanitate esset: similiter viduam dictam esse, sine dubitate. §. 4. Straturam[51] loci alicujus ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse, ait Labeo: quoniam perpetui[52] usus paratæ essent: neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur.

Libertus.

CCXLIII. SCÆVOLA lib. XVIII Digestorum.

SCævola respondit: Semper acceptum est, ut libertorum[53] appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is, à quo peterentur, contra defuncti voluntatem docceret peti.

Pœna, multa.

CCXLIV. LABEO lib. IV Pithanon à Paulo Epitomatorum.

SI qua pœna est, multa est: si qua multa est, pœna est. Paulus: Utrumque eorum falsum est: namque harum rerum dissimilitudo[54] ex hoc quoque apparet[55], quod[56] de pœna provocatio non[57] est: simul atque enim victus quis est ejus maleficii, cujus pœna est statuta, statim ea debetur: at multæ provocatio est, nec ante debetur, quam aut non est provocatum, aut provocator victus est; nec aliter, quam si is[58] dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit: quia pœnæ certæ singulorum[59] peccatorum sunt; multæ contra: quia ejus[60] judicis potestas est, quantam dicat, [nisi cum[61] lege est constitutum, quantam dicat].

Pars ædium.

CCXLV. POMPONIUS lib. X Epistolarum.

STatuæ affixæ basibus structilibus[62], aut tabulæ relegatæ[63] catenis, aut erga parietem adfixæ, aut si similiter cohærent lychni[64] non[65] sunt ædium: ornatus enim ædium causa parantur, non quo ædes perficiantur. §. 1. Idem Labeo ait: Prothyrum[66], quod in ædibus[67] [interim qui] fieri solet, ædium est.

Exhibere. 1. Restituere.

CCXLVI. IDEM lib. XVI Epistolarum.

APud Labeonem Pithanon ita scriptum est: *Exhibet*[68], qui præstat ejus, de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit, præstat ejus, de quo agitur, præsentiam: nec tamen [eum] exhibet: & qui mutum aut furiosum, aut infantem exhibet, non potest videri ejus præstare præsentiam: nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest. §. 1. *Restituit*[69] non tantum qui solum[70] corpus, sed etiam qui omnem tem conditionemque reddita causa præstet, & tota restitutio juris est interpretatio.

---

1 §. 4. *Inst. de jure naturali. l. 2. §. 14. in fin. ff. de orig. jur.*

2 Ἄνευ τῶν βουλευτῶν. 2 *Ecleg. 2. c. 238.* sine iis, qui sunt positi in dignitate, seu patriciis, & Senatoribus. *d. §. 4.* Gellius ita definit. Plebs ea dicitur, in qua gentes civium patriciæ non insunt. 10 *Nov. c. 20.* Isidor. 9 *or. c.* Plebs reliquus ligus sine senioribus civitatis Hinc plebiscita, tributis comitiis; in centuriatis plebs cum patribus, ubi leges: dixi ad Festum *in populi commun.*

3 Detestatur, qui testatione denunciat. *l. 40. ff. cod.*

4 *l. 5. §. 1. ff. de pign.*

5 Propriissime: nam pignus proprie dicitur de re mobili, *l. 2. in fin. ff. de religios.* sed & illud, quod conventione contrahitur. *l. 1. ff. de pign.*

6 §. 7. *in fin. Inst. de actionib.*

7 Noxiam à noxa differre ait Justinianus, §. 1. *Inst. de noxal.* sed noxia interdum idem quod noxa. hinc illæ formulæ, noxam nocere, *l. 45. §. 1. ff. de legat. 1.* noxiam nocere, *l. 4. ff. de noxal.* noxam committere, *l. 32. ff. de noxal.* noxiam committere, *l. 1. ff. si quadrupes.* æstimatio noxiæ, *d. l. 1.* noxam caput sequi. v. *l. 2. in fin. ff. de privatis delictis.* hinc noxalis actio, ff. *de noxal.* hinc noxii servi, id est, qui nocent. *l. 27. §. 11. ff. ad l. Aquil.*

8 *l. 1. Az. §. 1. ff. de noxalibus. §. 1. Inst. de noxalibus. 2 Ecleg. c. 238.* non tamen, quod publicam coërcitionem continet, *l. 200. ff. eod.* Interdum pœnam significat; hinc noxæ dedere, *l. 19. ff. de noxalib.* ad noxam dedere, *d. l. 19. in fin. ff. de noxalib.* in noxam, *l. 11.* noxam dare, *l. 7. §. 1. ff. quod vi.* noxæ deditio, *l. 10. ff. de noxalib.* noxis solvi & solutum esse, *l. 200. ff. eod.* noxam sarcire, & in noxam dare, separantur. *l. 2. §. 1. ff. de inoff. t.* noxam dare, *l. 2. §. 1. ff. de vulgari. l. 34. §. 9. §. 10. ff. de leg. 1.* pupillaris substitutio, quæ fit liberis impuberibus in eum casum, quo ante pubertatis annos decesserint, *l. 2. ff. de vulgari.* pupillares substituti. *l. 10. §. 5. ff. de vulgari.*

9 Pupillaris ætas, quæ anno 14 terminatur, *l. 16. ff. de jure fisci. l. 3. C. de præscript.* 30 *annor.* pupillares tabulæ, *l. 38. in fin. ff. de vulgari.* pupillare testamentum, *l. 8. §. 5. ff. de inoff. t. 2. §. 2. ff. de vulgari. l. 34. §. 9. §. 10. ff. de leg. 1.* pupillaris substitutio, quæ fit liberis impuberibus in eum casum, quo ante pubertatis annos decesserint, *l. 2. ff. de vulgari.* pupillares substituti. *l. 10. §. 5. ff. de vulgari.*

10 Desiit, si prius fuit in potestate: Qui est in utero, talis non est. *l. 161. ff. eod.* adde *Ecleg. ibid. c. 239.*

11 Patria potestas finitur morte, vel emancipatione. *Inst. quibus modis jus patriæ potestatis.*

12 Ne hinc tamen colligas, sola captivitate servos fieri, quum etiam alio modo servi fiant. *v. l. 5. §. 1. ff. de statu.*

13 *l. 4. in fin. ff. de statu. §. 2. Inst. de jure personarum. 2 Ecleg. 2. c. 239.*

14 Hostem, postquam à nobis captus est, non licet occidere, aut de eo supplicium sumere.

15 *Al.* qui in aliquam regionem.

16 Non jus civitatis adquisivit: potest enim quis unius civitatis esse incola, alterius civis. *l. 29. ff. ad municipalem.* adde *l. 6. in fin. ff. de muneribus.* 17 Et μέτοικον. talis fuit Abrahamus: παροικησεν ἐν γῇ τῆς ἐπαγγελίας, Hebr. 11. *vers. 9.* Hinc illud; advenas nos esse oportet carnis & mundi. Petrus 1. *c. 2. vers. 11.* ἀγαπητοὶ, παρακλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, contra, cœlum fidelibus non incolatus, sed propria civitas. hinc illud: οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, ἀλλὰ συμπολῖται. *Ephes. 2. vers. 19.* 18 Imo qui in agro permanent, incolæ non sunt. *l. 34. ff. ad municipalem.* 19 *l. 14. §. 2. ff. de muneribus.*

20 ἔποικον, *Hal.* quasi aliunde advenientem, opponitur indigenæ, id est, inde nato homini; advena dicitur etiam, qui domicilium nondum constituit, Ihd. 10. *l. 19. §. 1. ff. de judiciis.* qua in re puto eum separari ab incola, qui domicilium apud exteros habet. *§. 2. ff. eod.* 21 De decurionibus dicam ad titulum *C. de decurionibus & filiis eorum, & qui decuriones habentur*, &c.

22 Decuriones erant quasi senatores Curiæ suæ & municipii. *l. 33. C. de decur.* Goth. Vide Rævard. *lib. 2 conjectan. cap. 7.* Ans. 23 Urbs ab Urbo, Varro, 4 *de lingua.* 15 Isid. 2. Plutarch. ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς, *q.* 25. Cic. *Philippic. 2.* Urvo. *Hal.* ὡσὰν τῶν θύρᾳ. 2 *Ecleg. 2. cap. 240.* Urbum est aratrum. Varro, 4 *de lingua.* 24 Aratro urbes definiri solitas quemadmodum & idem in iisdem excindendis inducebatur. *v. l. 21. ff. quib. mod. usufr.* dixi ad Varronem, 4 *de lingua.* ubi locus est elegans ex Catone. 25 Aratro quoque urebantur in urbe exfundanda, id est, evertenda. Nonius 1. Horat. 1 *Carm. 16.* Senec. 1 *de Clement. ult.* hinc Carthago aratrum passa dicitur, *l. 21. ff. quibus modis usufructus.* & templum Hierosolymitanum aratum à Titio Rufo. Hieronymus. ἀπορθοῦνται· ὡς ἂ πόλις ὅσπερ ὑπ' ἄροτρον. Lucianus *in Dialogo qui Charon.* vide Petr. Fabrum, 1 *semestr.* 8.

26 Oppidum ab ope, Varro, 4 *de lingua. Ecleg. ibid.* id est, opibus recondendis aut conservandis: *Festus*: sed vel murorum oppositione, vel quod dent mutuam operam adversus hostes. 15 Isidor. 1. ἀπὸ τοῦ ἔχειν, Græci *hic*, id est, non ab opere, sed à causa, propter quam mœnia construuntur.

27 Territorium civitatis, *l. 41. §. 5. ff. de legat. 1.* oppidi, *l. 3. §. 4. ff. de sepulchro.* judicis. *l. ult. ff. de jurisd.* 28 Non extra. v. *l. ult. ff. de jurisd.* 29 Territorium, locus communis, qui prope oppidum relinquitur, sic dictum, quod maxime teratur. Varro, 4 *de lingua.* Aliud etymon profert Isidor. 14 *orig.* 15. territorium, quasi tauritorium, id est, tritum bobus, & aratro. A terrendis civibus, Siculus Flaccus, *lib. de cond. agrorum.* a terrendis hostibus, Frontinus in *libro de agrorum qualit.* a terra, Cujac. ad *l. 53. C. de decurionib.* 30 Communem, *Hal.* Suum enim quisque potest dicere, quod commune cum alio habet. *v. l. 46. ff. de ritu. l. 74. ff. de leg. 3.* adde *l. 25. l. 58. in fin. ff. eod.* Suum est etiam, quod vindicari potest. non quod est in obligatione, *l. 27. §. 2. in fin. l. 34. ff. de auro,* aut pignore. *l. 9. in fin. ff. de supellectile.* 31 *V. l. 54. ff. soluto.* 32 Matrimonium enim dissolvitur divortio, morte. *l. 1. ff. de divort.* 33 *Arg. l. 1. C. soluto.* 34 Ruta cæsa conjunctim. *l. 5. §. 1. ff. ad exhib. l. 66. in fin. ff. de contr. empt. l. 38. in fin. ff. de æd. empt.* ruta & cæsa. *l. 3. §. 6. l. 18. ff. de æd. empt.* 35 Structile, opus manu constructum. Structiles bases, *l. 245. ff. eod.* canales, 8 Vitruv. 7. columnæ, *l. 8. §. 1. ff. si servitus vindicetur.* formæ, 9 Pallad. 11. lapides, *l. 6. §. 5. ff. si servitus vindic.* rivi, *l. 3. §. 1. ff. de rivis.* 36 Tectorium, incrustatio ex gypso, & calce, vel ex marmore, *l. 38. circa fin. ff. de rei vind. l. 7. in fin. ff. de usufructu. l. 3. in fin. ff. de serv. urban. l. 3. §. 4. ff. de in rem verso. l. 17. §. 3. ff. de æd. empt. l. 40. ff. de damno. l. 3. §. 9. ff. uti possidetis.* adde 2 Vitruv. 4. & 7. *c. 3.* Inde tectores, *l. 27. in fin. ff. ad l. Aquil. l. 5. §. 7. ff. commodat. καὶ ἑξῆς,* qui & albarii. Tertullianus in *lib. de idololatria.* albini in *l. 1. C. de exsecr. artif.* 37 Malus pars navis. *l. 44. ff. de evict.*

38 Artemon navis velum, *l. 44. & acacium.* 39 Artemon. 40 Artemonem, hinc Alcimus colligit, esse velum majori additum, ab ἀρῖσκω alluendo: Bassus majus velum interpretatur: nam & hoc vocabulo majus velum etiam Veneti appellant. Artemonis fit mentio *Act. 27. vers. 40.*

41 Projectum fit. *Ecleg. 2. c. 241. l. 2. ff. de serv. urban.* 42 Mœniana, *v. l. 2. §. 6. ff. ne quid in loco publico.* mœniana, *Hal.* ut & in *l. 20. ff. de servit. urban.* Mœniana dicta à Mœnio censore, *Festus*: Græci χέρωκας appellant, *v. l. 11. C. de ædif. privat.* 43 Varro, 3 *de re rust.* subgrundæ, *Hal.* subgrundæ. *vulg.* 2 Vitruv. 9. Inde subgrundatio, 4 Vitruv. subgruenda, *l. 25. §. 12. in fin. ff. de his, qui dejecerunt.* subgrunda. ff. *de damno infecto, & de subgrundis.*

44 Pro tegulis. *Hal.*

45 *l. 18. in fin. ff. de æd. empt. l. 12. §. 19. ff. de instructo.*

46 Hypæthra, *d. l. 12. § 20.* Latine subdialia, subdivalæ, subdio ambulationes. Vitruvius, Jovi, fulguri, Soli, Lunæ ædificio hypæthra constituentur. adde eundem *5. c. 11. 17.* Plin. 2 *Harm. 4. §. 55. l. 8. §. 1. 3. si serv. vin.*

47 9 Isid. 8.

48 Vidua etiam esse intelligitur, quæ maritum habet inutilem, puta damnatum ad triremes, *Gloss. in l. ult. in verbo orbitati. C. ad l. Fabiam de plagiariis.* ut Ecclesia sponso viduata dicitur, quæ Episcopum habet inutilem. *c. 2. §. sed neque illud. extra. de translatione Episcoporum.*

49 2 *Ecl. 2. c. 242.* Vidua dicitur, quæ virum, nec jam habet, nec unquam habuit. Viduare enim lingua Hetrusca, divitere. 2 Macrob. 15. ita vidua dicetur, valde divisa. vidua etiam dicitur, quæ virum absentem habet, Plaut. *in Sticho.*

50 Vecors, sine corde. 5 Gell. 12. 2 *Ecl. 2. c. 242.*

51 Structuram. *Hal.*

52 *l. 17 §. 7. l. 18. ff. de æd. empt.*

53 *V. l. 172. ff. eod.*

54 Pœnæ & multæ quatuor differentiæ ostensæ sunt. *v. l. 131. ff. eod.* nunc duas alias adfert.

55 Appellatur à multa, non à pœna. Pœna certa est: multa, arbitraria. 56 Quinta differentia pœnæ & mulctæ.

57 Sic sentio, a pœna legibus statuta appellari non posse: nec enim à legibus ad ipsum Magistratum, legum custodem, appellari potest, *l. 1. §. 4. in fin. ff. ad Turpill.* à negotio male fortassis a judice intellecto, aut non plene probato, *d. l. 2. C. quorum appellationes.* appellari posse: & hic sensus admodum est apertus. 58 Innuitur quarta differentia pœnæ & multæ, de qua dictum in *l. 131. in fin. ff. eod.* adde *l. 2. in fin. ff. de pœnis.* 59 Innuitur prima differentia de qua dictum in *d. l. 131. in princ.* 60 *l. 1. §. 4. ff. ad Turp. v. l. 15. ff. ad municipalem.* 61 Innuitur tertia differentia. de qua in *d. l. 131.*

62 Structiles bases. *v. l. 241. ff. eod.* 63 Religatæ. *Hal.* 64 Lychnus, λύχνος, lucerna. lychni pensiles *Plautus: dependent lychni laquearibus aurei*, Virgil. 1 *Æneid.* Suet. *in Julio.* 65 Imo sunt. *l. 12. §. 13 ff. de instructo.* 66 Prothyrum, seu diathyrum hic est velamen, quo aditus ædium obtenditur. alio sensu prothyrum sumitur in *Nov. Leon. 57.* idque pars est ædium. v. Cujac. 14 *obs. 1.* sed Lipsius 2 *epist. 7.* Prothyrum interpretatur repagula è ferro, vel lapide, vel qua alia re utcunque depacta, arcendis à vestibulo ædium vehiculis & equis. Prothyrum velamen dicitur in *l. 12. §. 23. ff. de instructo:* Galli appellant *barrieres*, ou *perron.* 67 In ædibus utrimque. Lipsius, 2 *epist. 7.*

68 *l. 2. ff. ad exhib. 2 Ecl. 2. c. ult.* 69 *l. 75. ff. eod. Ecl. ibid.* 70 *Al.* solvit.

TIT. XVII.

DE [DIVERSIS] REGULIS JURIS ANTIQUI.

1 Περὶ κανόνων διαφόρων νομίμων. 2 *Ecl. 3. 6 Harm. 2.* De regulis juris, 5 *Extra. ult. 5. Sext. ult.*

De Regula.

1. Paulus [lib. XVI ad Plautium].

REgula est, quæ rem, quæ ex re est, breviter enarrat. † Non ut ex 9 regula jus sumatur, sed ut ex jure, quod est 10, regula fiat. † Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & 11

2 Non tamen de omnibus: Desunt enim sequentes: noxa caput sequitur, *l. 17 §. 7. ff. de injur.* curatorem habenti curatorem dari non posse. *l. 20. in fin. ff. de tutoribus datis.* In rem suam tutorem auctorem esse non posse, *l. 1. ff. de auct. tutor. l. 21. C. de furtis.* adde *l. 13. §. 1. ff. de liber. & posthum.*

3 *Regulis*, id est, sententiis, definitionibus. Hujusmodi regulæ magnam utilitatem in omni scientiarum genere adferunt. Inde Vegetius, 3. *cap. 26.* recenset regulas quasdam generales bellorum. Idem medicis præstant Aphorismi Hippocratis; Posthumus Geometris: quæ primæ Ciceroni, 5 *de finibus*: petitiones Casiodoro, αἰτήματα Euclidi: Concedenda Martiano Capellæ: Eodem fini Anniamus ex Pauli sententiis quasdam Gothis suis selegit, quæ hodie *receptæ Pauli sententiæ* dicuntur. 4 Ne dicas, *antiquati.* nullæ enim hic inveniuntur regulæ juris a Justiniano antiquati, sed recepti ab antiquæ prudentiæ juris auctoribus, *l. 21. C. de furtis.* & consona Jurisconsultorum definitione, *l. ult. C. Theod. de diversis referiptis.* hinc regula Catoniana, & illa, quæ certissima dicitur; §. 1. *Inst. de perpetuis & temporalibus.* & vetus, §. 5. *Instit. de satisdation. l. 37. ff. de pactis.* Cæterum Cujacius addit *leges* 28. 62. 65. 191. esse alienissimas ab hoc titulo.

5 Κανόν. 2 *Ecleg. 3. cap. 1.* definitio, *l. 202. ff. eod.* sententiæ κυρίαι δόξαι. 2 *Ecleg. 3. c. 1.* sententiæ, maximæ, δόγματα, petita, postulata. 6 *Rei, quæ est*, nomine, quidam rem quæstam & litem intelligunt. video Græcos rei loco usurpare πρᾶγμα. *Ecleg. ibid. Harm. ibid.* ἄπονον τὸ πρᾶγμα. Galanus apud Hotom. 2 *obs.* 4. sic sentio: his verbis, *rem, quæ est*, jus significari, quod in ipsa re controversa sequi oporteat: vel causam generalem, qua moti sunt prudentes: nam regulæ de facto non respondent, sed de jure, ut *J. eod.* dicam. vel τὸ ὑποκείμενον, rem subjectam, id de quo agitur. *l. 67. J. eod.* 7 Id est, generaliter, & quidem ex jure, variis in partibus juris constituto ac recepto. Dynus ad *d. c. 1. in sexto. eod.* & plurium legum consensione. Hotom. *ibid.* ita ut nihil sit superfluum, nec tamen obscuritas inducatur. id si contingit, brevitas est laudanda. vide *l. 37. C. de donat.* etsi difficile sit, regulas ita componere, ut omnino absolutæ sint, ac perfectæ. *l. 202. J. eod.* Est igitur regulæ proprium, non ut semper signum habeat universale affirmativum vel negativum aut indefinitum; ut Dynus putat: sed ut breviter primaria consilia, primariam rationem juris controversi decidendi præbeat; hinc definitur à Græcis τὸ κεφάλαιον, σύνολον, ἀφήγησις, ἢ συνδεσμὸς. *Ecl. ibid. Harm. ibid.* sic apud medicos ἀφορισμοὶ διὰ βραχυλόγων ἀπονέμουσι τὰ τοῦ κεφαλαίου ἴδια περιορίζοντες Galenus apud Hotom. 8 *obs.* 4. Exempla hujus brevitatis varia extant in hoc titulo. 8 Non ut, *Hal. vulg.* 9 *Ecleg. ibid.* Jus antiquius est regula, quum ex eo regula nascatur. Jus ipsa est æquitatis materia: regula est quasi forma & adaptatio: sicut aliud ædificium, aliud architectonice. ex ædibus immediate habitatio percipitur: mediate ex ipso artificio. Itaque dici quoque potest ex regula jus fumi. 10 Id est, regula, nisi jus aliquod antecedens habeat, regula esse non potest. Jus autem illud est, vel strictum, vel æquum ac bonum. Æqui objecta sunt honestum, natura, utile. Utile est fictione, repræsentatione (sic dolus possessionem, rem, conditionem, factum: culpa rem: factum seu persona, factum aliud, rem aliam, aliam personam repræsentat), præsumptione, conjectura, seu interpretatione, non captiosa, sed civili: hinc interpretatio sumitur ex natura rerum ipsarum, puta genere, specie, toto, partibus, ab eo, quod plus est & minus, principali, accessorio, privatione, habitu, signis, verbis, & mente, id est, obscuro, seu ambiguo, quo in genere præsumptio sumitur pro auctore, pro eo, quod verisimilius est, pro rei præsentis opportunitate, pro consuetudine, pro eo, quod est benignius vel favorabilius: ac maxime quidem, cum agitur de libertate, dote, testamento, judiciis, contractibus, pœnis, lucro, onere, majori parte, inter fiscum, & privatos, de tacito, & expresso, ubi agitur de actus confervatione, de conjunctis & disjunctis, de odio, & favore, de duobus malis, de initio utili vel inutili, de jure novo. Hæc Joannis Ramo, præceptori quondam meo, & apud Lovanienses juris antecessori doctissimo accepta refero. 11 Ne dicas negotii, sed (quia rei vocabulum latissime patet, quemadmodum ostendi in *l. 1. ff. de reb. cred.*) juris.

12 Conjunctio, *vulg.* & male. Est enim metaphora sumpta ab oratoribus, qui vel in principio obiter summam totius causæ conjiciunt, ut attentiorem faciant auditorem: vel in fine, ut eum memorem dimittant. *Joannes Ramus.* Est igitur hæc legis sententia, quod causæ conjectio est inter Rhetores; regula est inter Jurisconsultos: illa jura omnia litigatorum in summam aliquam contrahit: hæc (ut sic loquar) succum elicit & (ut Alchymistæ loquuntur), quintam essentiam exprimit. hæc Hotom. 2 *obs.* 3. Conjectio igitur apte dicitur, quia ex regula æquum conjicitur, non aliter, quam ex signis factum.

13 Puta, quia male & perperam est concepta: non quod exceptiones habeat; nec enim exceptio vitiosum quid continet, sed quid potius secretum, aut remotum à regula, quam declarat, & in ea declaranda officium suum facit. Hotom. *ibid.* Potest tamen defendi, exceptionibus vitiari regulam propter specialem rationem ex circumstantiis singularibus deductam. 14 Ut in fabrica, si prava est regula prima, omnia mendose fieri, atque obstipa necesse est. Lucret. *lib.* 4. Hotom. *ibid.* 15 Οὐ σημεῖα τὰ ὑποκείμενα. 6 *Harm.* 2. 16 Id est, functionibus. 17 Id est, virilibus, *l.* 1. §. 5. ff. *de postulando. l.* 18. *C. de procuratoribus.* in quibus opera & ministerium requiritur. *l.* 12. §. 2. ff. *de judiciis. l.* 1. §. 1. ff. *ad Velleian. l.* 13. ff. *de vac. munn.*

18 Id est, honoribus & muneribus publicis, *l.* 6. ff. *de capite minut. l.* 78. ff. *de judiciis.* aut personalibus, *l.* 3. §. 3. ff. *de muner.* corporalibus. *l.* 18. *ibi tertio officium.* ff. *de verb. sign.* Aliud est in nudis dignitatibus; nobilitatem enim vel à patre, vel à maritis accipiunt. *l.* 8. ff. *de senatoribus.*

19 Non quia non habent judicium, sed ipso sexu, *d.* §. 3. & *l.* 1. §. 5. ff. *de postulando.* jure Romano præsertim & moribus, *l.* 12. §. 2. ff. *de judiciis. l.* 1. §. 1. ff. *ad Vellæanum.* removentur.

20 *l.* 12. §. 2. ff. *de judiciis. l.* 18. §. 14. ff. *de muner.* hodie usu & consuetudine, statuto, Principis privilegio, hereditariam jurisdictionem mulier habere, vel etiam novam emere seu adquirere potest. Decius *hic.* e contrario quædam causæ esse possunt, ut masculus à judicando aliquando excusetur. *l.* 13. ff. *de vacatione.* 21 *l.* 4. §. 2. ff. *de officio Proconsul.* 22 *l.* 1. §. 5. ff. *de postulando.*

23 Fidejubere. *l.* 4. ff. *ad Velleian.* 24 V. *l.* 18. *C. de procuratoribus.* 25 Cicero, 13 *ad Atticum* 12. Idque eum non nolle mihi scripsisti. 26 Ejus est nolle, *vulg. Hugo à Porta.* Ejus est non velle, *Hal. ex Sixto.* 2 *Eclog.* 2. *c.* 6. *Harm.* 2. quam lectionem defendit Cujacius, 6 *obs.* 39. & 15 *observ.* 23. reprehensus à Roberto, 2 *receptæ* 26. & 1 *animadv.* 30. defensus ab Antonio Mercatore, 1 *notat.* 30. Velle proprie dicitur, qui sciens, *l.* 1. §. 3. ff. *de tribut.* nec coactus, *l.* 4. ff. *cod.* jubet, mandat, & imperat, aut expressim approbat: nolle, qui sciens, nec coactus, expressim, vel palam vetat, aut refragatur. *l.* 24. *C. de negotiis.* Non nolle is videtur, qui tacite approbat, qui sciens patitur, nec expressim fieri jubet, estque inter velle & nolle medium. Non est velle, quia palam non jubet: non est nolle, quia palam non repugnat, sed tamen probat. Non velle, non est expressim refragari, sed factum tacite reprobare. Non est velle, quia non jubet. Non est nolle, quia palam non vetat. Non nolle, non est jubere, sed approbando pati. *l.* 1. §. 3. ff. *de tributoria.* Non velle, non est vetare, sed tamen reprobando pati. Velle igitur & nolle, est jussio & prohibitio expressa, *l.* 86. ff. *de hered. instit.* non nolle, & non velle, tacita. Huc res redit, velle potes? potes nolle, *ut hic.* secundum Vulgatam: potes etiam non velle, secundum Halonandrum, & Græcos: & non nolle secundum Florentinam. E contrario, non potes cum effectu velle? Non videris nolle, *l.* 4. ff. *de acquir. hered.* huc adde *l.* 37. ff. *cod.* nolle non dicimur, quoties velle contrarium utiliter non possumus. *l.* 101. ff. *de conditionib. & demonstr.* Nolle adire non videtur, qui non potest adire. *l.* 4. ff. *de acquir. hered.* Nolle dicimur, cum contrarium possumus, *l.* 17 §. 7 ff. *de ædil.* Addamus hæc ex Seneca, 6 *de benef.* 20. Nolle ideo, inquit, minus vult, qui non potest nolle. *& post:* Multum interest, utrum dicas, Non potest hoc non facere, quia cogitur: an, non potest nolle. *& post:* Quis tam demens est, ut eam neget voluntarem esse, cui non est periculum desinendi, vertendique se in contrarium; cum ex diversis nemo æque videri debeat velle, quam cujus voluntas usque eo certa est, ut æterna sit? An si is quoque vult, qui potest statim nolle, is non videbitur velle, in cujus naturam non cadit nolle? 27 Imo creditur. *l.* 26. §. 1. *in fin.* ff. *de pign. l.* 12. ff. *de sponsa. l.* 22. ff. *de ritu.* 28 V. *l.* 4. *C. de adult.* 2 *Ecl.* 3. *c.* 4. 6 *Harmen.* 2. Ejus, qui obsequitur, an actus voluntarius, & spontaneus sit dicendus: an & quomodo voluntas coacta, voluntas dicatur vide Decium *hic.* An jussus superioris excusat à delicto, vide *l.* 20. ff. *de oblig.* an velle dicatur, qui cogitur. vide Cujac. 16 *obs. ult.* adde *l.* 142. §. *cod.* 29 Intelligant. *vulg. Hal.* 30 V. *l.* 1. §. 12. ff. *de obl.* 31 V. *l.* 43. ff. *de obl.* 32 Ex testamento, vel ab intestato. 33 Id est, qui transtulit, id est, qui passus est reipsa transferri, *l.* 88. *in fin.* ff. *de hered. instit.* nam velle multis casibus cum effectu intelligendum est. v. *hic* Decium. 34 Romanum. 35 Vide tamen Socinum, *reg.* 400. 36 Imo patitur. *l.* 15. *in fin.* ff. *de inoff.* 37 Reb. sc. pagani. i. non militis 38 Vide *l.* 6. *in fin.* ff. *de test. milit.* §. 5. *Inst. de hered. inst.* 39 Pro parte intestati decedimus, si universalis heres pro parte hereditatem potest repudiare. *l.* 1. *l.* 2. ff. *de adq. hered.* Item si portio repudiantis heredis reliquis scriptis heredibus non adrescit, *l.* 63 ff. *de her. inst.* ideoque ne id accidat, jus adcrescendi introductum est. Quid, si testator partes omisit? idem jus erit: si quidem tacite vult, eas scriptis adcrescere. Quid, si vetuit, scriptos heredes adcrescendi jure uti? non probo Dynum, & alios dicentes, nihilominus jus adcrescendi competere, cum id testator vetuerit. Et, ut paucis complectar, non est ex bona fide id heredi adquiri, quod testator ad eum pervenire noluit. *l.* 45. *in fin.* ff. *de hered. inst.* Non probo Bartoli opinionem in *l.* 9. §. *si duo de her. inst.* totam rem ad causam intestati reduci. Nec id probo, quod Clarus ait, 3 *sent.* §. *test.* q. 74. testamentum irritum fieri, cum actui, id est, testamento sit favendum, ut valeat. nihil etiam interest, verbis an facto testator voluntatem suam declaret, *arg. l.* 32. ff. *de legib.* placet media sententia in partem non scriptam heredes ab intestato ex præsumpta & collecta voluntate testatoris admitti, ne alioquin actus pereat, *l.* 12. ff. *de reb. dub.* nam qui vetat scriptos heredes jure adcrescendi uti, tali prohibitione, & testamentarios confirmat heredes, & ad alias partes vacantes heredes ab intestato satis expresse vocat. vide *l.* 74. ff. *ad Trebellianum. l.* 6. *in fin.* ff. *de fideic. lib. l.* 32. *in fin.* ff. *ad l. Falcid.* ut jam non ab intestato succedatur, sed ex testamento. Idem dicendum, si dissertis, & expressis verbis mandavit, ut partes non expresse ad heredes ab intestato deferrentur: tunc enim successio non erit ab intestato, sed ex testamento: & ita intelligi cupio, quod satis generaliter scripsi ad *l.* 55. ff. *de legat.* 1. ita testamentum non fuerit inutile, quia defunctus testari voluit: neque pars vacans adcresceret scriptis heredibus, quia id voluit: ab intestato heredibus adquireretur, quia id voluit. adde, statuto aliud constitui posse, quod notavit Decius in *l.* 27. *n.* 7. ff. *cod.* his adde, quæ notavi ad *l. ult.* ff. *de jurisd.* quemadmodum ex postfacto & accidenti fieri potest, ut quis moriatur pro parte testatus, pro parte intestatus. vide *l.* 15. *in fin.* ff. *de inoff.* 40 Naturaliter inter se pugnantia, contradicentia. 41 Adde, & agnationis, *l.* 24. ff. *de patt.* naturæ, *l.* 8. ff. *de cap. minutis. l.* 2. *in fin.* ff. *de usufr. earum rerum. l.* 1. §. 2. *in fin.* ff. *de leg. præf.* §. 11. *Inst. de jure naturali.* 42 *Hæret.* 15. §. 6. 43 Legatorum, contractuum, pœnarum; non judiciorum; attenditur enim in his, quod melius esse potest actori. vide Decium *hic.* De obscuro, vide *l.* 22. *in fin.* ff. *de fideic. lib.* de ambiguo, v. *l.* 80. ff. *de verb. obl.* 44 2 *Eclog.* 3. *c.* 9. *l.* 11. *l.* 200. ff. *cod.* 3 *Harmen.* 8. §. 8. *l.* 14. *in fin. l.* 39. §. 6. ff. *de leg.* 1. *l.* 43. *in fin.* ff. *de leg.* 2. *l.* 29. §. 1. *l.* 75. ff. *de leg.* 3. *l.* 83. §. 3. *l.* 109. ff. *de verb. obl.* de quod benignius, *l.* 56. ff. *cod.* verisimilius, aut quod plerunque fieri solet, *l.* 114. ff. *cod.* quod melius, *l.* 32. *in fin. l.* 42. ff. *de pœn.* quod levius, *l.* 51. ff. *de cond. & demonstr.* quod utilius dicenti, *l.* 66. ff. *de judiciis. l.* 8. §. 3. ff. *de leg.* 2. reo & debitori. *l.* 11. ff. *de jure dot.*

45 Nisi de legato ad pias causas agatur, *l.* 38. *in fin.* ff. *de auro.* & nisi testatoris voluntas, *l.* 13. ff. *de reb. dub.* aut actus contrahentium repugnet, *l.* 39. ff. *de pactis. l.* 25. *l.* 34. §. 6. ff. *de contr. empt.* nisi obscurum à judice declarari oporteat. *l.* 69. §. 1. ff. *de jure dotium.* nisi id, quod minimum est, nullius fit momenti. *l.* 37. ff. *de legat.* 1. 46 V. *l. ult.* §. 3. *C. de furtis.* adde 2 *Eclog.* 3. *c.* 11. *l.* 65. *in fin.* ff. *pro socio. l.* 13. §. 1. ff. *de adq. pass.*

De translatione dominii.

XI. Pomponius lib. V ad Sabinum.

ID, quod nostrum est, sine 47 facto 48 nostro ad alium transferri non potest.

De interpretatione testamentorum.

XII. Paulus lib. III ad Sabinum.

IN testamentis plenius 49 voluntates testantium interpretantur.

De effectu exceptionis.

XIII. Ulpianus lib. XIX ad Sabinum.

NOn videtur cepisse, qui per exceptionem 50 [à petitione] removetur.

De die obligationis.

XIV. Pomponius lib. V ad Sabinum.

IN omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti 51 die debetur.

De effectu actionis.

XV. Paulus lib. IV ad Sabinum.

[IS], qui actionem 52 habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur 53.

De imaginaria venditione.

XVI. Ulpianus lib. XXI ad Sabinum.

IMaginaria 54 venditio non est pretio accedente.

De tempore.

XVII. Idem lib. XXIII ad Sabinum.

CUm tempus in testamento adjicitur: credendum est pro 55 herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris: sicuti in stipulationibus promissoris 56 gratia tempus adjicitur.

De acquisitione.

XVIII. Pomponius lib. VI ad Sabinum.

QUæ 57 legata 58, mortuis nobis, ad heredem nostrum transeunt 59, eorum commodum per nos his, quorum in potestate fumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus, nam & sub conditione stipulantes 60, omnimodo 61 eis adquirimus, etiamsi, liberatis 62 nobis potestate domini 63, conditio existat.

Quod tempus in stipulationibus spectatur.

Paulus 64.

SI 65 *filiusfamilias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde exstiterit conditio, patri actio competit: quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.*

De conditione contrahentis vel legatarii. 1. De doli exceptione.

XIX. Ulpianus lib. XXIV ad Sabinum.

QUi cum alio contrahit 66, vel est, vel debet esse non ignarus 67 conditionis 68 ejus: heredi 69 autem 70 hoc imputari non potest, cum non sponte 71 cum 72 legatariis contrahit 73.

§. 1. Non solet exceptio 74 doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur 75.

De favore libertatis.

XX. Pomponius lib. VII ad Sabinum.

QUotiens dubia 76 interpretatio libertatis 77 est, secundum 78 libertatem 79 respondendum erit.

De eo, quod est plus vel minus.

XXI. Ulpianus lib. XXVII ad Sabinum.

NOn debet, cui plus 80 licet 81, quod minus est, non licere.

De servis. 1. De conditione in arbitrium domini vel procuratoris ejus collata.

XXII. Idem lib. XXVIII ad Sabinum.

IN 82 personam servilem nulla 83 cadit obligatio 84. §. 1. Generaliter probandum est, ubicunque in bonæ fidei judiciis 85 confertur in arbitrium domini 86 vel procuratoris 87 ejus 88 conditio, pro boni 89 viri arbitrio hoc habendum esse.

De dolo, culpa, diligentia & casu.

XXIII. Idem lib. XXIX ad Sabinum.

COntractus quidam 90 dolum malum duntaxat recipiunt: quidam & dolum, & culpam: dolum tantum, depositum 91 & precarium 92: dolum & culpam, mandatum 93, commodatum 94, venditum 95, pignori 96 acceptum, locatum 97, item dotis 98 datio, tutelæ 99, negotia 100 gesta (in his quidem, & diligentiam 1) societas 2, & rerum communio 3, & dolum, & culpam quæ scire possimus & ignorare non debemus, factum nocet. *l.* pen. ff. *de Macedon. l.* 48 3. *de fidejussoribus.* 68 Id est, status, an sit paterfamilias vel filiusfamilias, servus vel dominus, Cuj. 7 *obs.* 36. Hot. 5 *obs.* 8. hæc legis verba porrigit ad eos, qui vel contrahendi vel distrahendi jus non habent. superioribus adde illud Senecæ, nomina facturi, diligenter in patrimonium, & vasa debitoris inquirimus, 1 *de benefic. in pr.* 69 *l.* 42. ff. *cod.* 70 Hæc Sabini sententia est, Cujac. 7 *obs.* 36. Imo non est. Hot. 5 *obs.* 8. 71 Alias certe contrahit. *l.* 3. *in fin. l.* 4. ff. *quib. ex caus. in poss.* 72 *l.* 5. §. 3. ff. *de obl.* §. 5 *Inst. de obl. ex quasi contractu.* & coheredibus. *l.* 25. §. 16. ff. *familiæ.* 73 Solvendo scilicet: & ita verbum *contrahere* hic improprie sumitur. Solutio namque est distractus, non contractus: heredi igitur non nocet, si ignorata conditione pecuniam solvit. Imo ne ei quidem nocet scientia, si quando testatoris solvit, *l.* 14. §. 2. ff. *quando dies.* Cujac. 7 *obs.* 36. Idem tamen negat Hotoman. 5 *obs.* 8. textum superioris sententiæ requirens. 74 *l.* 34. *in fin.* ff. *de auro. l.* 15. ff. *de alimen. l.* 6. *C. de act. her. l.* 1. *C. de jure dotium.* adde *l.* 4. *in fin.* ff. *de his quæ ut indign.* 75 Adde *l.* 177. *in fin.* ff. *cod.*

76 Dubium quid, dixi *C. de reb. dubiis.* 77 Voluntatis. *Petr. Faber.* 78 *l.* 179 ff. *cod. l.* 13. ff. *de probat. l. ult.* §. 1. ff. *de vulgari. l.* 3. *in fin.* ff. *de his quæ in testam. delentur. l.* 24. ff. *de manum. l.* 10. *in fin.* ff. *de manum. test.* 79 Cujus causa pia dicitur, *l.* 1. §. *pen. C. de comm. serv.* legitimæ anteponenda; deductis enim libertatibus quarta initur. *l.* 8. §. 9. ff. *de inoff.* 80 Adde *l.* 26. *cod. l.* 110. *l.* 163. ff. *cod. c. cui licet.* 53. *de veg. jur. in* 6. minor potest restitui, ergo appellare, *l.* 43. ff. *de minor.* potuit judex non deferre juramentum, poterit igitur jurato certam summam definire, intra quam juret, *l.* 76. ff. *de rei vind. l.* 5. §. 1. ff. *de in litem jurando.* de argumento à majori ad minus affirmative concepto, v. *l.* 11. *in fin.* ff. *de liberis.* adde *l.* 22. §. 3. ff. *de adult. l.* 2. *C. ne filiusfamilias dotium.* nisi id, quod majus est, aliter specialiter & stricte sit concessum, vel ex justis causis minoribus. v. *l.* 61. *in fin.* ff. *de jud. l.* 7. §. 3. ff. *de reb. eorum.* quod in dispensatione, delegatione, decreto & mandato perspicitur.

81 E contrario valet argumentum à majori ad minus negative conceptum. *l.* 4. ff. *de senatorib. l.* 5. ff. *de servis exportand. l.* 7. *in fin.* ff. *de interd. & releg. l.* 7. *in fin. C. de revocandis donation. l. ult. C. de decur. v. Nov.* 89. *c.* 11. 82 1 *Harm.* 14. §. 1. 83 Ex contractu civili sc. alias ex delicto & naturali cadit. v. *l.* 14. ff. *de obl.* adde *l.* 33. 84 Et actio, *l.* 107. ff. *cod.* adde *l.* 208. ff. *cod.*

85 Et legatis. *l.* 1. ff. *de leg.* 2. *l.* 43. ff. *de leg.* 3. 86 Hinc collige emptionem & locationem in domini, id est, vendentis, vel locantis arbitrium conferri posse. Imo neutrum potest. *l.* 2. ff. *de contr. empt. l.* 25. ff. *locati. l.* 3. ff. *de oblig. l.* 17. *l.* 108. *in fin.* ff. *de verb. obl.* 87 Idem in aliis quibuscunque extraneis. v. Hotom. ad hunc locum, 5 *obs.* 10. 88 Aliqua conditio. Hotom. *ibid.* conditionis vocabulo qualitatem rei approbandæ vel reprobandæ intellige. 89 *l.* 6. ff. *pro socio. l.* 7. ff. *de contr. empt. l.* 24. *l.* 76. ff. *locati. l.* 3. *in fin. C. de dotis promissione.* qui consentit in arbitrum, bonum virum intelligit. 90 V. *l.* 5. §. 2. ff. *commodati. l.* 108. §. 12. ff. *de leg.* 1. 91 *l.* 5. §. 2. ff. *commodati. l.* 14 §. 1. ff. *de furtis. l.* 1. §. 10. *in fin.* & §. *ult. l.* 2. *l.* 32. ff. *depositi. l.* 3. §. 1. ff. *nautæ.*

92 *l.* 8. §. 3. ff. *de precario.* 93 *l.* 8. §. 9. §. 10. *l.* 60 *in fin.* ff. *mandati. l.* 11. *l.* 12. *C. mandati.*

94 *d.* §. 2. & *l.* 18. ff. *commodati.* 95 *d.* §. 2. *l.* 35. §. 2. ff. *de contr. empt. l.* 14. ff. *de furt.* 96 *d.* §. 2. §. *ult. Inst. quib. mod. re contrahitur.* 97 *d.* §. 2. *l.* 1. §. 10. ff. *depositi. l.* 25. §. 7. ff. *locati. l.* 20. *C. de locato.* 98 *d.* §. 2. 99 V. *l.* 7. *C. arbitrium tutelæ.* 100 *l.* 3. §. 9. *l.* 11. ff. *de neg. v. l.* 20. *C. de negotiis.* 1 *l.* 35. ff. *de administr. tut.* & quidem exactissimam. *Theoph.* §. 2. *Inst. de oblig. ex quasi contractu.* 2 *d.* §. 2. *l.* 52. §. 2. ff. *pro socio.* §. *ult. Inst. de societate.* 3 *l.* 16. §. 4. *l.* 25. §. 16. ff. *familiæ. v. l.* 4. *in fin. C. comm. divid.*

47 V. quæ not. ad *tit. C. de rebus alienis non alienan.*

48 Consensu, animo.

49 V. *l.* 7. *C. de fideicomm.* Imo restrictius. v. *l.* 75. ff. *de leg.* 3.

50 V. *l.* 115. *in fin.* ff. *cod. v. l.* 7. §. 8. ff. *de dolo.*

51 V. *l.* 41. §. 1. ff. *de verb. oblig.*

52 V. *l.* 52. ff. *de adq. rerum. l.* 143. ff. *de verbor. signif.* 2 *Eclog.* 3. *c.* 15.

53 Repræsentatione, non reipsa. *l.* 204. ff. *cod. l.* 15. §. 3. §. 4. ff. *qui satisd.*

54 Ελεύθερη. *Eel. lib. c.* 16. 3 *Harm.* 3. §. 42. v. *l.* 54. ff. *de obl.*

55 V. *l.* 15. *in fin.* ff. *de annuis.*

56 Adde *l.* 50. ff. *de obl. v. l.* 41. §. 1. *in fin.* ff. *de verbor. oblig.*

57 Vid. ad hanc l. Hotom. 5 *obs.* 3.

58 *Sub.* pura, non conditionali. *l.* 14. *in fin.* ff. *ut legatorum nomine.*

59 Utputa, in diem certum relicta, *l.* 5. §. 1. ff. *quando dies.* non conditionalia. *l. unic.* §. 7. *C. de caduc. tollend.*

60 V. *l.* 78. ff. *de verb. obl. l.* 144. *in fin.* ff. *cod. v. l.* 11. §. 1. ff. *qui potiores.*

61 Id est, etiamsi conditio existat post emancipationem filii. In eo differt legatum à stipulatione: ex hac enim adquiritur patri, etiamsi conditio existat post emancipationem filium: ex illa non item. Rationem differentiæ colligere ex iis, quæ scripsi ad *l.* 78. ff. *de verb. obligat.*

62 Libertate nobis præstita à dominis, conditio existat. *vulg.*

63 Hanc vocem *domini* Hotoman. expungit, 5 *obs.* 2. *in fin.*

64 Hæc lex deest in Florentina & Haloandri editione.

65 *l.* 38. ff. *de verbor. oblig. l.* 15. ff. *de negotiis.*

66 Contraxit, vel esse, vel fuisse debet non ignarus, Hotoman. 5 *obs.* 8. utut sit, lex agit de contractu. An idem in delictis? utique. vid. Decium *hic. n.* 6.

67 Excusat tamen justa ignorantia. *l.* 3. ff. *de Macedon.* In iis, quæ scire possimus

3 *l.* 1. § 6. *ff. depositi. l.* 35. §. 4. *ff. de contrab. empt. l.* 1. *C. de commodato. l.* 6. *in fin. C. de pignerat. act.*

4 Vel in contipenti. *l.* 7. §. 5. *ff. de pact. l.* 72. *ff. de contrab. empt.*

5 *V. l.* 52. *ff. de verb. oblig.*

6 Dolus ne præstetur, effici pacto non potest. *l.* 27. §. 3. *ff. de pact. l.* 17. *ff. commodati. l.* 2. § 7. *ff. depositi.*

7 *l.* 7. §. 16. *ff. de pact.*

8 Casus non præstantur. 2 *Ecl.* 3. *c.* 20. *l.* 2. *l.* 10. *in fin. ff. de peric. l.* 11. §. 1. *ff. locati. l.* 2. § 7. *ff. de administrat. ver. ad civitat.* vide reliqua in *l.* 6. *C. de pign. act.*

9 *l.* 22. *ff. de negot.*

10 Alias si culpa, casum præstat. *v. l.* 11. *ff. de negot. l.* 1. §. 4. *ff. de obl.*

11 *l.* 26. §. 6. *ff. mandati. l.* 2. *ff. de periculo. l.* 31. *ff. de act. empt. l.* 50. *ff. de administ. tut.*

12 *l.* 1. §. 1. *ff. depositi.*

13 *l.* 11. §. 1. *ff. locati. l.* 1. §. 4. *ff. de obl.*

14 *l.* 10. *in fin ff. de periculo.* naufragia. *l.* 3. §. 1. *ff. nautæ. l.* 1. § 4. *ff. de oblig. l.* 26. §. 6. *ff. mandati.*

15 Piratarum, *l.* 3. §. 1. *ff. nautæ. l.* 28. *ff. commodati.* incursus hostium, non exercitus prætereuntis lascivia, *l.* 15. §. 2. *ff. locati.* latronum. *l.* 26. §. 6. *ff. mandati. l.* 50. *ff. de administr. tut.*

16 Imo præstantur, ut si quis in se casus periculum recepit. *l.* 1. *C. commodati.* 17 Quia illis resisti non potest. *l.* 18. *ff. commodati.* 18 Cujusque. *Hal.* Goth. Interest, hic est æstimatio lucri cessantis, vel damni emergentis propter moram, sive culpam debitoris. Vid. Coras. 1 *miscell. c.* 20. Ans. 19 Sic in *l.* 10. *ff. de capite minutis.* 20 In facto consistunt, de quibus ex facto judicium est, poterit enim ex eodem facto pro ratione personarum, *l.* 118. *in fin. ff. de verborum obligat.* locorum, *l.* 2. *ff. de eo quod certo loco.* temporum, *l.* 4. *ff. de eo quod certo loco. l.* 15. *ff. de negotiis. l.* 72. *ff. de judiciis. l.* 16. *ff. de pœnis.* alias pluris, alias minoris interesse; interdum ne interesse quidem: ideo nulla juris definitione id comprehendi potest. Hugo Donell. *in libro de eo quod Interest. cap.* 2. *in fin.* de facti quæstionibus adde *l.* 16. *in fin. ff. de statu. l.* 79. §. 1. *ff. de judiciis. l.* 52. §. 2. *ff. ad leg. Aquil. l.* 13. *ff. qui potiores. l.* 8. §. 13. *ff. quibus modis pignus. l.* 32. *ff. de usurp. l.* 30. *in fin. ff. de testam. tutor.* 21 In jure ea consistunt, in quibus, cum quid inciderit, constat, quidnam id, aut quale sit: sunt hæc hujusmodi, ut hominum prudentia æstimari & dijudicari possint. *Donell. ibid.*

22 Imo tantundem. *l.* 4. §. 8. *ff. de judicio commiss. libert.* Imo minus; reales namque minori tempore, & re extincta tolluntur: personales ad genus, quod nunquam perit, competunt: realis non competit in quadruplum: In reali probandum est dominium, quod est difficile. Solve: Plus cautionis est, rem habere apud se, quam contra alium agere. vide Bellon. 1 *suppurat.* 8. Gothofr. Vid. Goed. *de contrab. stipulat. cap.* 5. *num.* 299. & Bellon. *suppurat. lib.* 1. *cap.* 8. Ans. 23 In rem. *vulgat. Haloand.* id est, in pignore, § 4. *Instit. quibus mod. re contr. obl.* in pactis, *l.* 21. *in fin. ff. de pactis.* & actionibus, quæ id, quod deest, personalibus supplent, *l.* 16. § 3. *ff. de pign.* & privilegiis realibus. *l.* 3. *in fin. l.* 4. §. 3. *ff. de cessione.* 24 Nisi lex personalium præcise mentionem faciat, *l.* 7. *ff. de stipulationibus Prætoriis.* 25 Difficilius qui potest, idem & facilius potest, *l.* 4. §. 3. *ff. de fideicommiss. libert.* adde *l.* 6. *ff. de tutor. datis.* hinc colligunt, neminem cogi eum citare, quo invito actum exercere possit. *Decius.* 26 Præsentia non debet expectari, quæ nihil operatur. *l.* 13. *in fin. ff. ad Velleianum.* 27 Nisi ratio sit diversa: ut in arbitris, *l.* 18. *ff. de arbitris.* & judicibus, quorum præsentia alios potest in suam sententiam trahere. *l.* 39. *ff. de rejudicata.*

28 1 *Harmenopul.* 6. §. 20. 29 Idem de publico, *l.* 45. *in fin. ff. cod. l.* 38. *ff. de pact.* de communi, *l.* 7. §. 16. *ff. de pactis.* de regulis Juris civilis, *l.* 28. *ff. de pactis.* de legibus, *l.* 55. *ff. de legatis* 1. de Jure Reipublicæ, *l.* 2. §. 8. *ff. de administratione rerum.* de jurisdictione, & forma juris publici, *l.* 13. *C. de testamentis.* de jure naturæ, de quo vide *l.* 8. *ff. eod.* de Senatusconsultis, Edictis, Principum constitutionibus, bonis moribus. *l.* 7. §. *ult Prætor. ff. de pactis. C. de pactis.*

30 Solenni. *vulgat. Haloand.* id est, consueto; retepto, formato. 31 2 *Eclog.* 2. *cap.* 27. aliud in consuetudine & statuto, quibus derogari potest juri publico. qua de re vide, quæ scripsi ad *l.* 9. *C. de testamentis.* 32 *l.* 43. *ff. de pact.* vide *l.* 23. *in verbis, si quid nominatim convenit. ff. eod.* 33 *l.* 27. §. 2. *ff. de pact.* τῷ ἀντιγράφῳ. *Eclog. ibid.* 34 ἐν ἀναλλάκτοις ληξ. *Ecl. ibid.* Informatur. Hotomann. 35 *Illustr. fol.* 236. 35 Nec si tunc: Græci ita legisse videntur, quam lectionem interpretationi Bulgari antepono, existimantis, competituræ actioni Prætoriæ, vel legali resisti non posse: jam competenti posse, vel ante causæ ipsius exordium, vel in ipso ingressu judicii; ut sit hæc sententia: Pacta initio adjecta contractus formant & reformant. *l.* 7. §. 5. *ff. de pactis.*

36 *l.* 7. §. 5. *ff. de pactis.* 37 Pactio. *vulg.* pacto. *Hugo à Porta.* 38 Propria seu à se facta, non ab altero: mera, seu vera, non ob causam, *l.* 49. *in fin. l.* 50. *ff. de re judic.* sed & ante rem traditam. *l.* 9. *ff. de condict. indeb.* 39 Vide *l.* 12. *ff. de donat.* 40 Facere posse videntur, deducto ære alieno, *l.* 19. §. 1. *ff. de rejudicata.* & omnibus ita deductis, ne ipsemet donator egeat. *l.* 173. *ff. eod.* 41 Nisi tali privilegio renunciavit donator. Cur? privilegio donationis (cum originem ex contractu habeat) renunciari potest. vide Decium, *hic. num.* 8. 42 *V. l.* 178. *l.* 201. *l.* 210. *ff. eod.* 2 *Eclog.* 3. *cap.* 29. vide *l.* 1. *ff. de regul. Caton.* adde *l.* 27. *ff. de obligat. cap. non formatur.* 18. *de reg jur in* 6. exemplum erit in sententia, *l.* 19. *ff. de appellat.* institutione, *l.* 210 *ff. eod.* testamento, aut codicillis. vide *l.* 201. *ff. eod.* matrimonio, *c.* 1. *de despons. impub. in* 6. fideicommisso, *l.* 2. *ff. de legat.* 2. *l.* 2. *ff. de regul. Caton.* stipulatione, *l.* 83. §. 5. *ff. de verb. obl.* adquisitione, laude, liberatione, confessione, electione, *Dec. hic.* possessione ab initio inutili. Jason, *in l. juste possidet.* 11. *ff. de adquir. possess.* adde Hotomann. 39 *quæst.* 43 Nisi duo, quæ sequuntur, concurrant, vitii scil. cessatio & novissimus actus, id est, nisi principium ipsius rei utile sequatur, verbis, vel aliis actibus extrinsecus declaratis, veluti ratihabitione aliqua, ut in *l.* 11. *ff. de servit. rusticor. l. ult. ff. comm. præd. l.* 27. *ff. de ritu. l.* 6. *C. de nupt. l.* 24. §. 1. *ff. l.* 1. §. 1. *l.* 7. *ff. de leg.* 3. *l.* 42. *ff. de her. instit. l.* 20. §. 1. *ff. de condit. instit. l. un. C. de contract. jud. l.* 1. *C. si major. factâ.* quæ leges aliquin contrariæ sunt. 44 4 *Harm.* 4. §. 20. 45 Id est, non solus concubitus: sic ut reliqua nuptiarum solennitas minime excludatur, in eum solum sensum, ut ostendatur, etiam consensum requiri. *l.* 14. *C. de nupt.* S. L. 46 *l.* 15. *in fin. ff. de cond. & demonstr. l.* 8. *C. de repud.* συναίνεσις. 2 *Ecl.* 3. *c.* 30. affectus, *l.* 11. *C. de repud.* διάθεσις ἀμετάβατος. 22 *Nov.* 3. An solus consensus? an Justinian. *Nov.* 74. *c.* 4. ἀρκ τὰς γάμους ἐν μόνῃ εὐδοκίᾳ διαλύεσθαι. adde *c. non locum.* 14. *ibi. solo consensu contrahitur. extra. de sponsalibus. cap. sufficiat. ibi. soluto secundum leges consensu.* 22 *quæst.* 2. adde *l.* 4. *ibi. nudus consensus. ff. de sponsal.* Hotomannus vero 4 *obs.* 26. negat, ait enim præterea deductionem in domum mariti requiri. *l.* 5. *in fin. ff. de ritu.* adde *l.* 66. *in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Hanc regulam veram esse ait in muliere domum deducta: nihil aliud hic innui, quam nuptias perfici solo consensu sine tabulis & scriptura, *l.* 11. *C. de repud.* sic sentio, nuptias per verba de præsenti contractas, ita firmas esse, ut secundum matrimonium impediant, & affinitatis causam ipsis conjugibus pariant, cum nihil obstet, eandem virginem esse & uxorem. *arg. l.* 7. *ff. de ritu. cap. licet. cap. tua. extra. de sponsa duorum.* Vis est ea semel facti, ut, id aliquando fuisse, nunquam possit negari, *l.* 21. *ff. eod.* quod accideret, ea negata ixore, quæ per verba de præsenti semel accepta fuerit. vide *l.* 15. *ff. de condit. & demonstr.* quod & evidentissime probatur, *l.* 8. *C. de incestis.* concubitum non requiri. video tamen deductionem in domum mariti requisitam fuisse. *l.* 6. *C. de donat. ante nuptias.* 47 Re ipsa. Fictione tamen mortuus dicitur vivere, *Inst. de exc. cus. tut.* ut & aliquis bis mori, *l.* 51. §. 2. *ff. ad l. Aquil.* & duo possidere. *l.* 13. §. 13. *ff. de hered. petit.* 48 Huc refer illud Hieron. *ad Eustoch.* Audacter dicam, cum omnia possit Deus suscitare, virginem non potest post ruinam. *c. si Paulus.* 32. *quæst.* 5. adde *l. un. ibid.* Castitas corrupta restitui non potest. *C. de raptu.* 49 *V. l.* 12. §. 2. *ff. de captivis.* 50 *l.* 31. *ff. de evict. l.* 3. *ff. de cond. & demonstr. l.* 35. *ff. de verb. obl.*

pam recipit: sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus, in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod initio convenit: legem contractus dedit: excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolus præstetur; hoc enim bonæ fidei judicio contrarium est: & ita utimur. Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accidunt, fugæ servorum, qui custodiri non soleut, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præstantur.

De eo, quod interest.

XXIV. PAULUS lib. V ad Sabinum.

QUatenus cujus interfit, in factō actō, non in jure consistit.

De cautione.

XXV. POMPONIUS lib. XI ad Sabinum.

PLus cautionis in re est, quam in persona.

XXVI. ULPIANUS lib. XXX ad Sabinum.

QUi potest invitis alienare, multo magis, & ignorantibus, & absentibus potest.

De pactis. De causis obligationum. De modo actionum.

XXVII. POMPONIUS lib. XVI ad Sabinum.

NEc ex Prætorio, nec ex solemni jure, privatorum conventione quicquam immutandum est: quamvis obligationum causæ pactione possint immutari, & ipso jure, & per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus, vel lege, vel per Prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.

De his, qui ex liberalitate conveniuntur.

XXVIII. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

DIvus Pius rescripsit, eos, qui ex liberalitate conveniuntur, in id, quod facere possunt, condemnandos.

De eo, quod initio vitiosum est.

XXIX. PAULUS lib. VIII ad Sabinum.

QUod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere.

De nuptiis.

XXX. ULPIANUS lib. XXXVI ad Sabinum.

NUptias non concubitus, sed consensus facit.

De facto, de eo, quod est impossibile.

XXXI. IDEM lib. XLII ad Sabinum.

VErum est, neque pacta, neque stipulationes, factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione, potest comprehendi, ut utilem actionem aut factum efficere possit.

De servis, de hominum aqualitate.

XXXII. IDEM lib. XLIII ad Sabinum.

QUod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur: non tamen & jure naturali: quia, quod ad jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

De actore & reo.

XXXIII. POMPONIUS lib. XXII ad Sabinum.

INeo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucri facturus est, durior causa est petitoris.

De interpretatione contractuum.

XXXIV. ULPIANUS lib. XLV ad Sabinum.

SEmper in stipulationibus, & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est, aut si non pareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est.

Quibus modis tollitur obligatio.

XXXV. IDEM lib. XLVIII ad Sabinum.

NIhil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.

De culpa.

XXXVI. POMPONIUS lib. XXVII ad Sabinum.

CUlpa est, immiscere se rei alienæ sed se non pertinenti.

De condemnatione & absolutione.

XXXVII. ULPIANUS lib. LI ad Sabinum.

NEmo, qui condemnare potest, absolvere non potest.

De herede.

XXXVIII. POMPONIUS lib. XXIX ad Sabinum.

SIcuti pœna ex delicto defuncti heres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum perveniret.

De eo, quod per alium fiat, quominus fiat.

XXXIX. IDEM lib. XXXII ad Sabinum.

INomnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium mora fit, quominus fiat.

De furioso & prodigo.

XL. IDEM lib. XXXIV ad Sabinum.

FUriosi vel ejus, cui bonis interdictum fit, nulla voluntas est.

De actore & reo.

XLI. ULPIANUS lib. XXVI ad Edictum.

NOn debet actori licere, quod reo non permittitur.

§. 1. In re obscura melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro.

De ignorantia.

XLII. GAIUS lib. IX ad Edictum provinciale.

QUi in alterius locum succedunt, justam habent causam

51 Impossibile nihil parit. Ex eo, quod est impossibile, utile factum nasci non potest: si ita est, nec utilis actio nasci poterit.

52 Pactum. *vulgat. sic in manuscripto*: & male.

53 *l.* 41. *ff. de peculio. l.* 38. §. 7. *ff. de verb. obl.* & prætorium, *l.* 20. §. 7. *qui test. fac. poss.* & extraordinarium, *l.* 7. *ff. de falsis.* solemnia Juris civilis. *l.* 20. §. 7. *ff. de test.*

54 Servi pro nullis habentur, *l.* 1. *ff. de jure delib.* id est, nullius juris habentur, *l.* 3. *in fin. ff. de c. minutis.* nulla id eos cadit obligatio, *l.* 22. *ff. eod. l.* 43. *in fin. ff. de verb. obl.* nullumque arbitrii jus. *l.* 68. *ff. de verbor. oblig.* An solennia testamenti non adhibentur, *l.* 20. §. 7. *ff. de test.* tabularii esse non possunt, *l.* 3. *C. de tabularior.* his adde quæ scripsi ad *l.* 3. *in fin. ff. de capite minutis.* & quæ dicam ad *l.* 209. *ff. eod.*

55 Excipe *l.* 4. §. 3. *ff. de edend. l.* 52. *ff. de judiciis. l.* 38. §. 7. *ff. de verb. obl. l.* 7. *ff. de falsis.*

56 Ideoque solutum non repetitur. *l.* 13. *ff. de cond. indeb. l.* 83. *ff. de solut.*

57 Natura est communis servis. *l.* 12. *in fin. ff. de accusat.* jure naturali omnes liberi. *Inst. de libertin.* hinc servitutem contra naturam esse dicimus. *l.* 4. §. 1. *ff. de statu.* Senec. 4 *epist.* 32. Quid est eques Romanus aut libertinus, aut servus? nomina ex ambitione aut ex injuria nata.

58 Duobus de luero certantibus, deterior est actoris condicio, 2 *Ecl.* 3. *c.* 33. nisi alterius causa tempore præcedat. *l.* 98. *ff. eod.* De lucro adde *l.* 41. *in fin. ff. cod. l. un. vers. lucrativa. C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. *tit.* 35. 59 *l.* 98. *l.* 154. *ff. eod.* 1 *Harm.* 2. §. 57. è contrario melior est possessoris. *v. l.* 126. *in fin. l.* 128. *l.* 154. *ff. eod. l.* 41. *l.* 48. *ff. de judic.* 60 Quoties scil. constat de voluntate, alias si nullis signis extrinsecis voluntas scripto manifesto contraria declaretur, scripturæ stabitur. *l.* 19. *ff. de usufr legato. l.* 112. *l.* 120. §. 2. *in fin. ff. de verb. obl. l.* 68. §. 1. *ff. de fideicomm. l. ultim. C. com. utriusque judicii.* Est enim scriptura mentis & animi testimonium ac indicium, eam tamen ex communi usu interpretamur, *l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de supellect.* aut certo judicio prudentium. *l.* 125. *ff. de verb. sign.* 61 *V. l.* 53. *ff. de verb. obl.* 2 *Ecl.* 3. *c.* 34. quod agitur, *l.* 3. *ff. de rebus cred.* actum opponitur dicto. *l.* 6. §. 1. *ff. de contr. empt.* Actum igitur est mens contrahentium ac voluntas, *l.* 219. *ff. de verb. sign. l. ult. C. quæ res pign.* res, *l.* 42. *ff. de jure dot.* veritas, *l.* 1. *l.* 3. *C. plus valere quod agit.* Quibus indiciis mens colligatur, alibi dicam. 62 Id est, consuetudinem regionis sequimur. *Ecl. ib. v. l.* 50. *in fin. ff. de leg.* 1. adde *l.* 3. *in fin. ff. de testib. l.* 21. §. 1. *in fin. ff. qui test.* adde *l.* 37. *ff. de legib. l.* 3. *l.* 7. §. 2. *in fin. ff. de supellect. l.* 14. §. 2. *ff. de alim. l.* 17. §. 1. *ff. de aqua pluvi.* & ideo conducere, concedere, contrahere, & quidvis agere pro more regionis in dubio præsumitur. *v. Decium hic.* nam sicut natura non separatur a subjecto, ita nec a consueto. Quod est de consuetudine, habetur pro facto. 63 Minimum præsumimus in dubio promissum potius, quam actum inutilem, *Ecl. ib. v. l.* 9. *ff. eod.* ne alioquin actus pereat, cujus conservatio, quoad ejus fieri potest, attenditur. *l.* 80. *ff. de verb. obl.* 64 Contraria contrariis actibus dissolvuntur. *Nov.* 140. hoc fallit in matrimoniis. vid. *l.* 8. *C. de repud. cap.* 1. *extra. de reg.* & bonorum possessione. *l. ultim. C. qui admitti.*

65 Id est, eadem fide, alio simili pacto vel consensu, aliis verbis. *v.* § 1. *Inst. quib. mod. tollit.* 1. *C. quando licet ab empt.* 68 Necessitate scil. non ex superfluo, ideo testamentum ad pias causas factum coram septem testibus tollitur per secundum factum coram duobus testibus. *Decius hic. n.* 30. 69 *c. non est sine culpa.* 19 *de reg. in* 6. 70 Mulieri, *l.* 8. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* artifici, *l.* 9. §. 1. *l.* 13. §. 5. *ff. locati.* obstetrici, *l.* 9. *ff. ad l. Aquil. l.* 3. §. 2. *ff. de jicar.* medico, *l.* 6. §. 7. *ff. de off. Præs. l.* 7. *Inst. de l. Aquil.* adsessori, *l.* 2. *ff. quod quisque jur.* judici, *l.* 5. §. 4. *ff. de oblig. l.* 6. *ff. de variis & extraord. Inst. de obl. ex quasi del. in pr.* 71 Id est, negotio. 72 Id est, cujus est ignarus, ac imperitus, *d.* § 1. *d.* §. 5. quæ est aliena, *l.* 19. *in fin. ff. de novat. l.* 4. *C. de adtinar.* ita qua nullum jus habet aut interesse. *l.* 7. 1. *l.* 18. *ff. de verb. sign.* 73 Condemnandi potestas cui non competit, idem nec absolvere potest, *l.* 6. *in fin. ff. de off. Proconsul.* & è contra. *l.* 3. *ff. de rejudicata.*

74 Condemnare non potest. *vulg.* 75 Excipe. *l.* 3. §. 2. *C. ubi Senatores.* 76 2 *Ecl.* 3. *c.* 37. 5 *Harm.* 8. *v. l.* 33. *ff. de obl.* 77 *l.* 5. *ff. de calumniatorib. l.* 1. *in fin. l.* 3. *ff. de vi & vi. l.* 26. *ff. de dolo. l.* 3. §. 12. *ff. de pecul. l.* 14. §. 5. *in fin. l.* 16. *in fin. l.* 19. *ff. quod metus caus. l.* 35. *ff. de obl. l.* 2. *in fin. ff. bonor. l.* 1. *ff. de privat. delict. l.* 2. *C. unde vi.* 78 Idem est in pupillo, *l.* 3. §. 1. *ff. de tributoria. v. l.* 1. *l.* 5. *ff. de auct. tutor.* Ecclesia & bonæ fidei possessore. *Decius hic.* 79 *V. l.* 161. *ff. eod.* Goth. Vid. *l.* 24. *ff. de cond. & demonstr. l.* 23. *ff. de cond. inst.* Ans. 80 Cur ita? *v. l.* 155. *ff. eod.*

81 In quo quis alium perhorrescit, quominus fiat. *vulg.* ut sit sensus, Pro facto haberi, quod fieri propter metum non potuit. *v. l.* 22. *C. de his, qui propter met.* 82 Mora est. *Hal.* Si creditor aut actor est in mora, debitor fecisse intelligitur. *l.* 1. §. 3. *ff. de eo, per quem. l.* 17. §. 3. *ff. de usur.* adde *c. more. a.* 25. *de regul. in* 6. 83 *V. l.* 5. *ff. eod. l.* 2. *C. de contr. empt.* ac dementis, *l.* 17. *ff. qui test.* Quod ad furiosos attinet, distinguendum est: Alii sunt in continuo furore, alii intervallatum habent furorem. Priores ne quidem adquirere possunt. Alii possunt in judicio, testamento, tutela & similibus. v. Hotomann. 3 *obsero.* 29. de furioso dixi ad *l.* 13. §. 1. *ff. de offic. Præsid.* 84 Masculi vel mulieris. *l.* 15. *ff. de curat fur.* 85 Id est, prodigi. *l.* 1. *ff. de curat fur.* 86 A judice scil. idque non perfunctorie, sed vel ex officio ultro, vel prodigi adgnatis, aut amicis petentibus. *Decius hic.* 87 In amittendo & alienando, *l.* 26. *ff. de contrab. empt. l.* 18. *ff. qui test. l.* 12. *ff. de usurpat.* non in adquirendo. *l.* 5. *in fin. ff. de adquir. bered. l.* 6. *ff. de verborum obligationib. l.* 3. *ff. de novat. l.* 18. §. 2. *ff. de castrensi pecul.* 88 Prodigalitate pœnam elevari hinc colligit Clarus, *§ fentent. §. ultim. quæst.* 60. *num.* 6. 89 1 *Harmenopul.* 5. §. 7. Quod juris sit in uno relatorum, idem esse censetur in altero. *l.* 21. §. 11. *in fin. ff. de arbitris. l.* 13. §. 1. *ff. de jurejur. l.* 20. *ff. de re judic. l.* 13. §. 5. §. 25. *ff. de act. empt. l. ult. ff. de accept. l.* 2. *C. de indicta viduit. Nov.* 117. *cap.* 7. *in fin. l.* 5. *ff. de rescind. & ff. tit. quod quisque juris. l.* 1. *C. de diverf. rescript. l.* 7. *C. de rescind. vend.*

90 Et accusatori. 91 Vid. *l.* 125. *ff. eod. c. non licet.* 32. *de regul. in* 6. ubi vide *Dynum.* adde *l.* 16. *l.* 25. *ff. de procurat.* Nota de argumento à reo ad actorem. *l.* 9. §. 6. *ff. de jurejurand.*

92 Favetur ei magis, qui repetit, quam qui de lucro captando certat. Imo magis favendum minori, qui alienum accepit, & dilapidavit, quam minori suum repetenti *l.* 11. §. 6. *ff. de minoribus.* Ea res me movet, ut hic putem legendum retentioni. ut in *l.* 91. §. 3. *in fin. ff. de verborum obligationib.* 93 2 *Eclog.* 3. *cap.* 40. *l.* 33. *ff. eod. l.* 14. §. 1. *ff. de religiosis.* 94 Successor ignorandi justam causam habet. Alieni facti ignorantia excusat, *l.* 11. *ff. ad Velleian. l.* 2. §. 1. *ff. de act. empti. l. ultim. in fin. ff. pro suo.* non proprii vel sui muneris: hinc illud, non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit. *c. quando.* 10. *extr. de reg. jur.* 95 An venia dignam, & immunem à pœna? utique. Imo, non utique. *l.* 9. *ff. de nautico fœn. l.* 77. *ff. de verb. oblig.* Solve, non utique, stricto jure: aliud ex æquo dicimus. adde *d. cap.* 14. vide Sebastian. Medic. *tract. de morte, parte, tentiuf.* 100.

sam 95 ignorantiæ 96, an id quod peteretur 97, deberetur. Fidejussores 98 quoque non minus, quam heredes, justam ignorantiam possunt allegare. † Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agetur 99: non etiam, si agat: nam plane, qui agit, certus esse debet: cum sit 100 in potestate ejus 1, quando velit, experiri: & ante 2 debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.

De concurrentibus defensionibus, 1. Vel actionibus.

XLIII. ULPIANUS lib. XXVIII ad Edictum.

NEmo ex his, qui negant, se debere, prohibetur 3 etiam alia 4 defensione uti, nisi 5 lex impedit. §. 1. Quotiens concurrunt 6 plures actiones ejusdem 7 rei nomine, una 8 quis experiri debet 9.

De herede.

XLIV. IDEM lib. XXIX ad Edictum.

TOtiens in heredem damus de eo, quod 10 ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur; non quotiens ex suo 11.

De pignore, deposito, precario, emptione, locatione. 1. De conventionibus.

XLV. IDEM lib. XXX ad Edictum.

NEque pignus 12, neque depositum 13, neque precarium 14, neque emptio 15, neque locatio 16 rei 17 suæ 18 consistere potest. §. 1. Privatorum 19 conventio juri publico non derogat.

De pœna.

XLVI. GAIUS lib. X ad Edictum provinciale.

QUod à quoquo 20 pœnæ 21 nomine exactum est, id eidem restituere 22 nemo cogitur.

De consilio. 1. De sociis.

XLVII. ULPIANUS lib. XXX ad Edictum.

COnsilii 23 non fraudulenti 24 nulla obligatio est: cæterum si dolus, & calliditas intercessit, de dolo actio competit. §. 1. Socii mei socius 25, meus socius non est.

De calore iracundiæ. De divortio.

XLVIII. PAULUS lib. XXXV ad Edictum.

QUidquid 26 [in] calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur 27, non prius ratum est, quam si perseverantia 28 apparuit, judicium animi fuisse: ideoque brevi 29 reversa uxor 30, nec divertisse videtur.

De circumventione.

XLIX. ULPIANUS lib. XXXV ad Edictum.

ALterius 31 circumventio alii non præbet actionem 32.

L. PAULUS lib. XXXIX ad Edictum.

CUlpa caret, qui 33 scit, sed prohibere 34 non 35 potest.

Capere.

LI. GAIUS lib. XV ad Edictum provinciale.

NOn videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere 36.

Non defendere.

LII. ULPIANUS lib. XLIV ad Edictum.

NOn 37 defendere 38 videtur, non 39 tantum, qui latitat 40, sed & is, qui præsens negat 41 se defendere, aut non vult suscipere actionem.

De solutione indebiti.

LIII. PAULUS lib. XLII ad Edictum.

CUjus per errorem dati repetitio est, ejus consulto 42 dati donatio est 43.

De juris translatione.

LIV. ULPIANUS lib. XLVI ad Edictum.

NEmo 44 plus 45 juris ad alium transferre potest 46, quam ipse haberet.

De eo, qui suo jure utitur.

LV. GAIUS lib. II de Testamentis ad Edictum Urbicum.

NUllus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

De dubiis.

LVI. IDEM lib. III de Legatis ad Edictum Urbicum.

SEmper 47 in dubiis benigniora 48 præferenda sunt.

Ne bis exigatur.

LVII. IDEM lib. XVIII ad Edictum Urbicum.

BOna fides non patitur, ut bis 49 idem exigatur.

De peculio.

LVIII. ULPIANUS lib. II Disputationum.

EX pœnalibus 50 causis non solet 51 in patrem de peculio actio dari 52.

De herede.

LIX. IDEM lib. III Disputationum.

HEredem 53 ejusdem 54 potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus 55, constat.

Mandati.

LX. IDEM lib. X Disputationum.

SEmper qui non 56 prohibet pro se intervenire, mandare creditur. † Sed & si quis ratum 57 habuerit 58, quod gestum 59 est 60: obstringitur 61 mandati 62 actione.

De resectione domus.

LXI. IDEM lib. III Opinionum.

DOmum suam reficere 63 unicuique licet, dum 64 non officiat 65 invito alteri, in quo jus non habet.

De hereditate.

LXII. JULIANUS lib. VI Digestorum.

HEreditas nihil aliud est, quam 66 successio 67 in universum 68 jus 69, quod defunctus 70 habuerit.

De mora.

LXIII. IDEM lib. XVII Digestorum.

QUi sine 71 dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere.

De his, quæ raro accidunt.

LXIV. IDEM lib. XXIX Digestorum.

EA quæ raro 72 accidunt, non 73 temere [in] agendis negotiis computantur.

De cavillatione, seu sorite.

LXV. IDEM lib. LIV Digestorum.

EA est natura cavillationis 74, quam Græci σωρείτην 75 (id est, *acervalem syllogismum*) appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas 76 mutationes 77 disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

De exceptione.

LXVI. IDEM lib. LX Digestorum.

MArcellus: definit 78 debitor esse is, qui nanctus est exceptionem 79 justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

De

---

95 *l.* 19. ff. *eod.* adde *l.* 49. §. 2. ff. *de verb. obl. e. cum quis.* 14. *de regul. in* 6.

96 Ignorantia cessat in iis, quæ in testamento continentur. *l.* 18. ff. *de transact.*

97 Aliud erit si ipsi petant. ff. *eod.* & *l.* 49. §. 2. ff. *de verb. obl.*

98 Fidejussoris justa ignorantia est. *l.* 59. ff. *de cond. indeb.* v. *l.* 8. § 8. *l.* 29. *in pr.* & §. 2. ff. *mand.*

99 *d.* §. 2. & *l.* 37. ff. *de arbitr.* nisi justa causa aliud suadeat.

100 Differentiam actoris, & rei observa. *l.* 5. *in fin.* ff. *de except. doli. l.* 6. *C. de temper. in integr.*

1 Aliud in reo. *l.* 2. *C. de dilation.*

2 Actionem præcedere debet diligens inquisitio, *ut hic.* Idem in referenda sententia judicem facere oportet, *l.* 9. *C. de judicib.* & dando tutore. *l.* 6. ff. *de curat. furios.*

3 Nisi mentitum sit. *l.* 1. §. 18. ff. *si quadrupes. l.* 21. §. 2. *l.* 2. *in fin.* ff. *uxor.*

4 V. *l.* 5. *l.* 8. ff. *de except. c. nullus plurib.* 20. *de reg. in* 6. 2 *Eclog.* 3. *c.* 43.

5 V. *Novell.* 18. *c.* 8. *in fin.*

6 Concurrentes actiones. v. *l.* 130. ff. *eod.*

7 2 *Ecl.* 3. *c.* 43. nam variarum rerum nomine varias simul actiones edi posse constat. *l.* 11. ff. *de jurisd. l.* 35. §. 1. ff. *locati.*

8 In realibus actionibus. Hotomann. 27 *Illustr.* id admittit. *arg. l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. *l.* 7 ff. *de except. rei judic.* in personalibus negat. *l.* 130 ff. *eod. l.* 14. §. 2. ff. *de except. rei jud. l.* 60. ff. *de obl.* v. Hotom. *ibid.*

9 Et possit, non modo post unius actionis damnationem, *l.* 93. §. 1. ff. *de leg.* 3. *l.* 28. §. ult. ff. *de liber.* verum etiam post unius victoriam. *l.* 10. ff. *de act. empt. l.* 18. ff. *de obl.* interdum eandem instaurare ac referre certis de causis, veluti ob justum errorem. *l.* 13. ff. *de injust. l.* 1. §. ult. ff. *quand. de pecul. l.* 4. §. ult. ff. *quod cum eo.* v. Hotom. *ibid.* 10 V. *l.* 37 ff. *eod. l.* 33. ff. *de obl.* 11 *l.* 9. *in fin.* ff. *de tributoria. 2 Ecl.* 3. *c.* 44. 1 *Harmen.* 8. tunc enim in solidum tenetur. 12 *l.* 29. ff. *de pign. act.* v. *l.* 30. *in fin.* ff. *de exceptione rei judic.* adde 2 *Eclog.* 3. *c.* 43. 13 V. *l.* 15. ff. *depositi.* 14 V. *l.* 1. §. 11. ff. *de itinere actuque. l.* 4. §. 3. ff. *de precar.* 15 *l.* 16. ff. *de contrab. empt.* v. *l.* 4. *C. de contrab empt.* 16 V. *l.* 20. *C. de locat.* 17 Proprietatem proprietarius emere non potest, sed possessionem; & è contra. *l.* 28. ff. *de adq. poss.* 18 Adde nec usufructus, *l.* 5. ff. *si usufr. petat.* neque servitus. *l.* 26. ff. *de serv. urb.* 19 Vide *l.* 27. ff. *eod. Eclog. c.* 45. 20 Quoquam. *vulgat. Hal.* 21 Vid. *l.* 42. *C. de cond. indeb.*

22 Pœnæ depensæ repeti non solent. *l.* 16. *l.* 19. *l.* 42. ff. *de cond. indeb. l.* 22. ff. *de pignor.* adde *l.* 52. *in fin.* ff. *pro socio. l.* 74. ff. *de solut.* 23 2 *Eclog.* 3. *c.* 46. *c. nullus.* 62. *de regul. in* 6. *l.* 2. *in fin.* ff. *mandati.* 24 Consilium fraudulentum obligat. vide *l.* 8. ff. *de dolo. l.* 1. §. 3. ff. *de servo corrupto. l.* 43. §. 3. ff. *de furt. l.* 20. *C. de furt. l.* 16. ff. *de pœn.* & si sine consilio nostro quis id non erat facturus. *l.* 6. §. 5. ff. *mand.* 25 Socius socii mei, meus non est socius, 2 *Eclog.* 3. *c.* 47. *l.* 19. *l.* 20. ff. *pro socio.* dic idem in liberto liberti, *l.* 105. ff. *de verborum significat.* & vasallo mei vasalli, & colono mei coloni (ratione tamen alterius, non ejusdem præstii, quod à me vasallus habet). Non idem in amico amici mei, *l.* 1. §. 10. ff. *de offic. præfecti urbi. l.* 3. ff. *de testibus. l.* 4. §. 3. ff. *de legation.* vide *l.* 28. *C. de inoffic.* & in fidejussore fidejussoris mei. *l.* 27. §. 2. §. 3. & 4. ff. *de fidejussoribus.* 26 Iracundia factum dictumve, ratum non habetur, nisi perseverantia judicium animi faciat. τὸ κατὰ ὀργὴν, ἢ θερμότητα λεγόμενον. 2 *Eclog.* 3. *cap.* 48. *c. si quis iratus.* 2. *quæst.* 2.

27 In contractibus, *l.* 9. ff. *de public.* divortiis, *l.* 3. *C. de divortiis.* in voto, *Decius hic. num.* 3. juramento, *l.* 2. *C. ad Leg. Jul. majestat.* confessione, *Decius hic. num.* 4. at non in delictis. qua de re vide *l.* 5. *C. de injur.* vide Romanum, *singul.* 510. 28 Animi perpetuitate, *l.* 3. ff. *de divortiis.* ὁ μὴ τοῖς ὠνοῖς ἐπιμένων. *Eclog. ibid.* & merito: nam ex perseverantia animi deliberatio præsumitur. *l.* 38. §. 6. *ibid. & ideo abstinenti, de adulter.* 29 Vide *l.* 33. ff. *de ritu.* & quæ notavi ad *l.* 32. §. 12. ff. *de donat. inter vir. & uxor.* 30 Extenditur hoc ad fugitivum & bannitum.

31 Puta servi, *l.* 34. ff. *de adquir. possess.* Procuratoris. *l.* 6. §. 2. ff. *de cond. indeb.* 32 Et lucrum. v. *l.* 106. ff. *eod. l.* 3. §. 12. ff. *de pecul. l.* 14. ff. *de cond. indeb.* vel damnum. vide *l.* 155. ff. *eod.* 33 *l.* 109. ff. *eod. l.* 33. *in fin.* ff. *locati. l.* 1. §. 18. *l.* 3. ff. *de Silaniano.* 34 Proditionis species est, delictum futurum non detegere. Ideoque subditus, qui consilia adversus principem habita non detexit, punitur. *l.* 5. *C. ad Leg Juliam majestat.* Vasallus tamen secreta domini detegere non tenetur: imo nec debet. 2 *Feudor.* 6. & 7. *circa fin.* 35 Alius colonus, *l.* 13. §. 7. ff. *locati.* servus, *l.* 1. §. 18. ff. *de Silaniano.* dominus, *l.* 2. §. 1. ff. *de noxal. l.* 6. ff. *de jure patronatus.* qui non prohibet, cum prohibere possit, tenetur: est enim specialis ac mutua inter hujusmodi personas connexio. An idem in aliis personis? quidam aiunt voluntatis ac officii magis esse, quam necessitatis, alteri benefacere, *l.* 17. §. 3. ff. *commodati.* sic sentio, Hominis interesse, hominem quemcunque beneficio affici, *l.* 7. *in fin.* ff. *de servis export.* ideoque teneri, puniendumque esse, qui cum lacertis, vel telo munitus aggressorem facile propulsare potuit, inermem interfici passus est. Seneca *in Troade. act* 2. *Non patiar: in me culpa cunctorum redit. Qui non vetat peccare, cum possit, jubet.* adde *l.* 9. §. 1. ff. *de falsis.* 36 Cepisse non videtur, qui captum cogitur alii restituere. vide 2 *Eclog.* 3. *cap.* 52. *l.* 49 ff. *de donat. inter vir l.* 42. ff. *de legat.* 2. *l.* 16. §. 15. ff. *ad Trebellian. l.* 3. §. 4. ff. *de leg. præst. l.* 71. ff. *de verborum significatione.* multo minus is cepisse videbitur, qui à re petenda exceptione removetur. *l.* 13. ff. *eod.* Idem in eo, qui tantum erogat, quantum accepit, *l.* 122. *in fin.* ff. *de leg.* 1. aut qui alii administrat, *l.* 10. *in fin.* ff. *de inoffic.* aliud erit, si ex longo intervallo quis cogatur restituere, & medio tempore utilitatem percepérit. *l.* 49. ff. *de donat. inter vir. l.* 45. *l.* 73. §. 4. ff. *ad Leg. Falcid. l.* 22. §. 2. ff. *ad Trebellian.* 37 Latitare, negare defensionem, nolle suscipere actionem, paria sunt. 38 Defendere quid, *v. l.* 35. §. 3. ff. *de procur. l.* 21. *in fin.* ff. *ex quib. caus. major.* 39 Non tantum, qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem, sed & is qui latitat. Faber, 1 *semestr.* 23. & recte. Est enim à verioribus & confessis ad difficiliora progrediendum. 40 Defendere recte non videtur, qui latitat. v. *l.* 5. §. 3. ff. *quib. ex caus. in possess.* Quid sit latitare, v. *l.* 3. ff. *de judic. l.* 1. *l.* 28. ff. *de fidei. libert. l.* 7. §. 4. ff. *quib. ex caus. in possess.* 41 *l.* 11. §. 4. ff. *de interrog.* 42 Qui dat indebitum per errorem, repetit: qui consulto, donare intelligitur: ideoque non repetit. *l.* 1. *in fin.* ff. *de cond. indeb.* vid. *l.* 9. *C. de cond. indeb.* Goth. *l.* 26. *l.* 40. ff. *de cond. indeb. l.* 7. §. 2. ff. *pro empt.* Anſi. 43 Dummodo alieno nomine non detur. *l.* 19. §. 1. ff. *condict. indeb.* & *l.* 9. *C. de cond. indeb.*

44 *l.* 120. ff. *eod.* 2 *Eclog.* 3. *cap.* 35. *c. nemo.* 79 *de reg. in* 6. v. *l.* 20. ff. *de adquir. rer.* Nemo potest, quod non habet, dare. Sense. 5 *contr.* 12. excipe procuratore. § 42. 43. *Inst. de rer. div.* tutorem, curatorem, *l.* 22. *C. de adm. tutor* executorem judicii, § *ult. Inst. de offic. jud.* malæ fidei venditorem & creditorem (cui licet rem debitoris interdum alienare), *l.* 46. ff. *de adquir. rer.* censitorem, fustem, Imperatorem. vid. Dynum ad *d. c.* 49. adde *tit. quib. alienare non licet. Inst.*

45 Sed idem tantum, puta idem dominium, *l.* 11. §. 2. ff. *de act. empt.* eadem servitutes, eadem jura, eadem causa, *l.* 67. ff. *de contr. empt.* eadem onera & vitia. *l.* 1. *C. sine censu.*

46 Suo jure utens dolo non facit. vid. *l.* 129. ff. *eod.* v. *l.* 26. ff. *de damno.* & *l.* 3 §. 7. ff. *de incend.* adde *l.* 9. §. 1. ff. *de cond. caus. data. l.* 13. §. 1. ff. *de injuriis.* & ita tollendo, ædes vicini quis potest obscurare, intermisso legitimo spatio, *l.* 14. ff. *de serv. urb. l.* 26. ff. *de damno. l.* 8. *C. de serv.* nisi sola malitia (cui non est indulgendum) id fiat. *l.* 61. ff. *eod. l.* 38. ff. *de rei vind. l.* 1. §. 12. ff. *de aqua pluvia.* 2 *Ecl.* 3. *c.* 60.

47 In pœnis maxime. *l.* 155. ff. *eod. l.* 32. ff. *de pœn.*

48 Τὸ φιλανθρωπότερον. 2 *Eclog.* 2. *c.* 57. 1 *Harmen.* 15. §. 20. adde *l.* 168. ff. *eod. l.* 18. ff. *de legib. l.* 4. ff. *mandati. l.* 24. ff. *de reb. dub. l.* 5. *in fin.* ff. *de legat.* 1. humanius, *l.* 3. *in fin.* ff. *de his, quæ in testam.* quod est minus severum, *l.* 42. ff. *de pœn.* quale est, favere liberationi, *l.* 47. ff. *de oblig* libertati, reo, ei quod minus est. *l.* 38. ff. *de re jud.* 49 *l.* 26. ff. *de pecul. l.* 51. ff. *de re jud. l.* 3. §. 15. ff. *de tab. exhib. l.* 34. ff. *de obl. l.* 22. §. 6. ff. *rat. rem non habent.* vid. Hotom. *obs.* 18. adde quæ notavi ad *l.* 130. ff. *eod.* 50 *l.* 1. §. 7. ff. *de his, qui deject. l.* 6. § 2. ff. *rat. rem. habit.*

51 Et merito, quia concedendo peculium filio, pater præsumitur quidem velle obligari; non tamen ex negotio illicito, *l.* 6. §. 2. ff. *de cond. indeb* ideoque pater peculii ratione, bonis filii publicatis, non tenebitur. *l.* 3. *C. de bon. proscript.* vid. *Dec. hic. n.* 3. 52 Nisi quatenus est locupletior. *l.* 3. §. 12. ff. *de pecul.* adde *l.* 57. ff. *de jud.* 53 Priorem, non heredem heredis. Castr. *consil.* 157. *Dec. hic. n.* 7. *in fin.* & quidem adita hereditate cum effectu; alias improprie est heres. *l.* 3. §. 2. ff. *de bered. inst. l.* 23. ff. *de quæst. l.* 4. ff. *de cond. & demonstr. l.* 3. §. 11. ff. *de statulib. l.* 18 ff. *de stip. serv.* 54 *l.* 156. §. 2. *l.* 177. ff. *eod. l.* 37. ff. *de adquir. hered.* 2 *Ecl.* 3. *c.* 61. 5 *Harm.* 8. non melioris, *l.* 54. ff. *eod. l. ult.* ff. *si famil.* interdum deterioris; nec in eum transit potestas revocandi, infirmandi, & similium. *l.* 3. ff. *de serv. export. l.* 13. ff. *solut. l.* 30. *C. de inoffic. l.* 1. *C. de privil. dot. l.* 1. *in fin. l.* 7. *in fin. l. ult. C. de revoc. donat.* 55 Cum testaretur, cum contraheret, cum pacifceretur, *l.* 9. *in fin.* ff. *de probat.* aut quid tale faceret, *l.* 14. *C. de rei vind. Dec. hic. n.* 34. adde Dynum, *c.* 9. *de regul. in* 6. *n.* 19. 20. 56 Qui præsens patitur, suo nomine aliquid fieri, nec id prohibet, mandare videtur. *l.* 156. *in fin.* ff. *eod. l.* 1. §. 5. ff. *de exercit. l.* 6. §. 2. *l.* 18. ff. *mandati. l.* 2. *in fin. C. de adq. possess.* 57 Ratum habens mandati obligatur. v. *l.* 16. §. 1. ff. *de pign. l.* 12. *in fin.* ff. *de solut. c. ratihabit.* 10. *de reg. in* 6. 58 Adgnoverit, comprobarit, *l.* 1. §. 1. ff. *rat. rem.* verbis vel facto, *l.* 5. ff. *rat. rem.* intra legitimum tempus, *l.* 24. ff. *rat. rem.* sic, qui fructus percipit, possessionem; qui censum, contractum; ut & is, qui agit ex contractu, ipsum contractum probare intelligitur. Item, qui rationem administrationis exigit, gestionem adprobat: & breviter: Per ratihabitionem actus tribuitur ratum habenti. *Dec. hic. n.* 10. 59 Id etiam locum habet in delictis, *l.* 1. §. 11. *in fin.* ff. *de vi & vi.* at non in actu nullo. Actus nullus ratus quidem haberi potest, sed nunquam retrotrahitur, cum tantum ab ipso tempore ratihabitionis valeat. v. *Dec. hic. n.* 16. 60 Suo nomine & non alieno. *c. ratum.* 9. *de reg. in* 6. *l.* 6. §. 6. & 9. *in fin.* ff. *de negot. l.* 13. ff. *de precar.* ne quidem in ejus præjudicium: excipitur tamen *lex* 16. §. 1. ff. *de pign.* 61 Nisi mandatum pro forma perlegem, vel statutum requiratur: tunc enim non sufficit ratihabitio. *Dec. hic. n.* 17. 62 Et negotiorum. *d.* §. 9. 63 Et sic aliud est reficere, & ad pristinam formam reducere, aliud de novo facere, *l.* 3. §. 15 ff. *de itin. actuque priv.* juste tamen agere possum. Nam si reficiendo officere vicino invito non licet, multo minus & novum opus inchoando. 64 Dixi ad *l.* 55 ff. *eod.* adde 2 *Ecl.* *c.* 60.

65 Ideo officere non intelligitur, qui jure servitutis sibi adquisito utitur; aut qui citra servitutem justa spatia, aut altitudine legitima ædificat, id est, qui soli & cœli mensuram servat. *l.* 21. §. 2. ff. *quod vi.* Cœlum enim ejus est, cujus & solum. 66 Quam universum jus, quod defunctus habuit, cuique succedi potest. Hæc definitio constat suo genere & tribus differentiis. Antequam autem quis succedat, hereditas est quasi domina, & vicem, locum, ac personam defuncti repræsentat. vide *l.* 31. *in fin.* ff. *de bered. inst. l.* 13. §. 5. *in fin.* ff. *quod vi. l.* 1. §. 1. ff. *si qui testam.* respecta heredis, vacua, jacens & vacans dicitur, *l.* 1. ff. *de succession. Edicto.* & nullius, *l.* 13. §. 5. ff. *quod vi.* adita, juncta est heredi, *l.* 10. §. 12. ff. *de unlg. l.* 59. *in fin.* ff. *de adq. bered.* fitque ejus patrimonium. *d.* §. 2. Soc. ad *l.* 1. §. 16. ff. *de adq. possess.* Itaque, si filii patris hereditati renuncia-vit, non excluditur à fratris hereditate. *Dec. hic. num.* 6. Superioribus adde quæ tractat Michael. Graſſus in §. *bered. qu.* 1. 67 V. *l.* 2. *C. ad leg. Jul. de vi.* hinc colligunt, Hereditatem non deferri, nisi jure successivo, omnemque defuncto succedentem heredis locum sustinere. v. *l.* 118. *in fin.* ff. *eod.* 68 *l.* 24. ff. *de verb. sign.* ὑπόλογον. 2 *Ecl.* 3. *c.* 2. v. *l.* 9. §. 12. ff. *de bered. inst.* adde *l.* 6. ff. *de except. l.* 11. ff. *de diverf. & tempor.* & ita rei particularis non est hereditas ex *l.* 1. ff. *eod.*

69 *l.* 50. ff. *de her. pet.* 70 Viventis enim non est hereditas. *l.* 1. ff. *de bon. vend. l.* 1. ff. *pro her.*

71 Id est, qui juste. *l.* 21 & 24 ff. *de usuris.* Juste etiam dicitur provocare, qui id facit, quod communiter fieri solet, *l.* 16. ff. *de rei vind.* qui justa ignorantione ducitur, quod in fure non est. *l. ult.* ff. *de cond. furt.* 72 Rara non spectantur. v. *l.* 114. ff. *eod. l.* 4. §. 6. ff. *de legib. l.* 3. *in fin.* ff. *si pars. Nov.* 94. *c.* 2. 73 Raro quæ fiunt, non sunt sub lege. Quæ specialiter evenire possunt, non attenduntur: interdum justa de causa computantur, velut ea, quæ fiunt à natura, licet raro, *l.* 12. *C. de legit. her.* §. 21. *Institut. de re divin.* hinc etiam colligunt, Temerarium actorem non audiri. *l.* 41. ff. *de fidejuss.* Item raro, & nunquam, non esse paria. 74 Cavillationis natura. v. *l.* 177. ff. *de verb. sign.* adde *l.* 88. ff. *ad l. Falc.* 75 Σωρείτης. *Hal.* 76 Et subtiles. Subtilitas nimia jure reprobatur. 77 Ejusmodi interrogationes ad investigandam veritatem judicibus permittuntur. *Dec. n.* 6. Placet potius quod ait, *n.* 3. subtili responsione, malitiosam interrogationem retundi posse: ideoque, cum, qui vere mutuum reddidit, posse juramento interposito dicere, se nihil à creditore habuisse. Placet etiam, quod negat, recte eum condemnari, cui confitenti promissa fuerit impunitas. *n.* 7. 8. 78 Definere id proprie dicitur, quod cœpit *l.* 208. ff. *eod.* 79 2 *Ecl.* 3. *c.* 64. 3 *Harm.* 5. Nulla est actio, quæ exceptione repellitur. *l.* 7. §. 8. ff. *de dolo. l.* 13. ff. *eod. l.* 112. 115. *in fin.* ff. *eod.* adde *l.* 118. ff. *de verb. sign.* 1 *Harm.* 15. §. 11.

De sermone ambiguo.

LXVII. IDEM lib. LXXXVII Digestorum.

QUotiens * idem sermo duas sententias exprimit: ea potissimum excipiatur, quæ *o rei gerendæ aptior est.

De beneficiis.

LXVIII. PAULUS libro singul. de dotis repetitione.

IN omnibus causis id observatur: ut, ubi personæ [81] conditio locum facit beneficio, ibi deficiente [82] ea, beneficium quoque deficiat: ubi [83] vero genus [84] actionis id deficiat, ibi, ad quemvis persecutio ejus devenerit, non deficiat ratio auxilii.

LXIX. IDEM lib. sing. de adfignatione libertorum.

INviro [85] beneficium [86] non [87] datur *.

De potestate gladii, vel alterius coërcitionis

LXX. ULPIANUS lib. II de Officio Proconsulis.

NEmo [88] potest gladii [89] potestatem sibi datam, vel cujus alterius coërcitionis [90] ad alium transferre.

Quæ per libellum expediri non possunt.

LXXI. IDEM lib. II de Officio Proconsulis.

OMnia, quæcunque causæ cognitionem [91] desiderant [92], per libellum [93] expediri non possunt.

De jure pignorandi.

LXXII. JAVOLENUS lib. III ex posterioribus Labeonis.

FRuctus [94] rei est vel pignori dare licere.

De tutela & hereditate. 2. De vi & clam. 3. De his, quæ in testamento intelligi non possunt. 4. Extranco cavere non posse.

LXXIII. QUINTUS MUCIUS SCÆVOLA libro singul. ὁρῶν.

QUo [95] tutela redit [96], eo hereditas [97] pervenit [98], nisi cum fœmina [99] heredes intercedunt. §. 1. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis [100] heredibus, cum moritur, habuit, habiturusve [1] esset, si vixisset. §. 2. Vi [2] factum id videtur esse, qua de re quis, cum prohibetur, fecit. clam [3], quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit. §. 3. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut [4] intelligi non possint: perinde sunt, ac si scripta non essent.

§. 4. Nec [5] paciscendo [6], nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere [7] potest.

Ne cui per alium iniqua conditio inferatur.

LXXIV. PAPINIANUS lib. I Quæstionum.

NOn debet alteri per alterum iniqua [8] conditio inferri.

De mutatione consilii.

LXXV. IDEM lib. III Quæstionum.

NEmo potest [9] mutare [10] consilium [11] suum in alterius injuriam [12].

De his, quæ animi destinatione agenda sunt.

LXXVI. IDEM lib. XXIV Quæstionum.

IN totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, nonnisi vera [13] & certa scientia perfici possunt.

De actibus legitimis. De tacito & expresso.

LXXVII. IDEM lib. XXVIII Quæstionum.

ACtus [14] legitimi [15], qui [16] recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio [17], acceptilatio [18], hereditatis aditio [19], servi optio [20], datio [21] tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnunquam tamen actus suprascripti [22] tacite [23] recipiunt, quæ aperte comprehensa [24] vitium adferunt [25]: nam si acceptum feratur ei, qui [26] sub conditione promisit, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio exstiterit: quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

De fraude.

LXXVIII. IDEM lib. XXXI Quæstionum.

GEneraliter, cum de fraude disputatur, non [27] quid [28] habeat actor, sed quid per adversarium habere non potuerit, considerandum est.

LXXIX. IDEM lib. XXXII Quæstionum.

FRaudis interpretatio semper [29] in Jure civili non ex eventu [30] duntaxat, sed ex consilio [31] quoque desideratur.

De genere & specie.

LXXX. IDEM lib. XXXIII Quæstionum.

IN toto [32] jure generi [33] per speciem [34] derogatur [35], & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.

De his, quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur.

LXXXI. IDEM lib. III Responsorum.

QUæ [36] dubitationis [37] tollendæ causa contractibus [38] inseruntur [39], jus commune non lædunt.

De donatione.

LXXXII. IDEM lib. IX Responsorum.

DOnari [40] videtur, quod nullo [41] jure cogente conceditur [42].

De amissione.

LXXXIII. IDEM lib. II Definitionum.

NOn [43] videntur [44] rem amittere, quibus [45] propria non fuit.

Si amplius solutum sit, quam debebatur. 1. De naturali obligatione.

LXXXIV. PAULUS lib. III Quæstionum.

CUm [46] amplius [47] solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur, quæ repeti possit [48], totum esse indebitum intelligitur, manente priftina obligatione. §. 1. Is natura [49] debet, quem jure [50] gentium dare oportet, cujus fidem [51] secuti sumus.

De dote. 1. De his, quæ ad eum casum pervenerunt, à quo non possunt initium capere. 2. Si æquitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moretur.

LXXXV. IDEM lib. VI Quæstionum.

IN ambiguis pro dotibus [52] respondere melius est. §. 1. Non est novum, ut, quæ semel utiliter constituta [53] sunt, durent, licet [54] ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

§. 2. Quo-

---

80 Juri & rei, ex diversis unusquisque. *Ad L. 3. cap. 65. l. 80. ff. de verbor. oblig.* puta contractui, *l. 15. §. 4. ff. locati.* subjectæ materiæ, *l. 4. ff. de usur.* naturæ actus juri communi, *l. 30. ff. de damno.* verborum proprietati.

81 Id est, individuo alicui, non speciei: puta Titio, ut Titio non Titio, ut minori: hæc enim ad heredes transeunt. *l. 6. ff. de in integr. l. 18. in fin. ff. de minor.* Idem dicendum in privilegio dignitati concesso. *l. ult. ff. de decurion.* Goth. Vid. Zanger. *de except. part. 3. c. 26. n. 226.* Ans.

82 Persona deficiente personalia extinguuntur. *l. 196. ff. eod. 2 Ecl. 3. c. 66. l. 18. ff. solut. l. 7. ff. de except. c. 7. de reg. in 6. l. 28. ff. de leg. 2. l. 1. ff. de jure immunitat.*

83 At quæ ad actiones sive causas pertinent. *Ecl. ibid.*

84 Da exemplum in minorum restitutione; *d. l. 6. d. l. 18.* dolo. *l. 13. ff. de dolo.*

85 Invito non benefit. *l. 156. ff. eod. l. ult. ff. de usu & habit. l. 19. §. 2. ff. de donat. l. 62. ff. de verbor. oblig.*

86 *l. ult.* defensio, *d. l. 165.* donatio, *d. §. 2.* societas, *l. 26. §. 4. ff. de cond. indeb.* adrogatio, *l. 5. & 24. ff. de adopt.* sic libertas invito, filio (aliud in servo, *l. ult. C. de testam. manum.*) non datur, v. *l. 5. C. de emancip.* vid. reliqua in *l. 62. ff. de verbor. obl.* multo minus damno adficietur invitus, *l. 21. §. 1. in fin. ff. soluto.* obligabitur, de domo sua extrahetur. *l. 103. ff. eod. l. 18. ff. de in jur.* Sic quæ divertit, ut invita ad virum revertatur, cogi non potest. *l. 7. C. de repud.* Invitus etiam nemo cogitur ad communionem, *l. 26. §. 4. ff. de cond. indeb.* & invitus nemo emancipatur. *Nov. 89. c. 11.* 87 Imo datur, *l. 32. ff. de adq. rer. §. 3. Inst. per quas person. cuique.* potest enim quilibet jus habere, *l. 1. ff. de minor.* & suspectus est, qui operam invito ingerit. *l. 25. ff. de Procurat.* 88 *l. 6. ff. de offic. Proconf.* 89 Gladii potestas, est jus animadvertendi in facinorosos. *l. 6. §. 8. ff. de offic. Præfid. v. l. 3. ff. de jurisd.* Gladii potestas, est vitæ, ac necis auctoritas. 90 Jus puniendi, τὸ δίκαιον τῆ τιμωρίᾳ. *2 Eclog. 3. c. 67.* 91 Plenam: aliud in iis, quibus semiplena sufficit. 92 Ut alienatio bonorum minoris, *l. 2. ff. de offic. ejus cui mand. l. 5. §. 9. ff. de reb. cor.* alimentorum transactio, *l. 8. §. 19. ff. de transact.* secundum decretum, *l. 1. §. 18. ff. de separat.* aliud in restitutione, *l. ult. C. ubi & apud quos.* & iis, quæ officio judicis mercenario, & jure actionis expediuntur. *l. 1. §. 14. ff. de went. in poss. l. un. C. qui pro sua jurisd.* 93 *l. 105. ff. eod. v. l. 9. §. 1. ff. de off. Proconf.* 94 *V. l. ult. ff. de usur.* Fructum mihi eripit, qui impedit, quominus rem meam pignori dare possim. hinc illud: Non valere pactum, ne creditori liceat pignora vendere. *l. 4. ff. de pign.* 95 *5 Harm. 8.* Tutela eo redit, quo hereditas pervenit. ita restituit, Hotom. *5 obs. 26.* est enim tutela hereditatis consequentia. *l. 3. ff. de legit. tut. §. 1. Inst. de leg. patron.* Hotomanni opinionem confirmat *Nov. 118. c. 6. & Græci, 2 Eclog. 3. c. 73.* Sed tamen Theoph. *§. pen. Inst. de legit. agnat. succeff.* hereditatem facit consectaneam tutelæ.

96 Redire dicuntur, quæ lege destinate sunt. *l. 11. ff. de teft. tut.* 97 Legitima. 98 *l. 1. ff. de leg. tut. & Inst. de leg. patron. tut. in fin. 2 Ecl. 3. c. 73.* Cur ita? *v. l. 65. ff. pro foc.* 99 Et minores. *l. ult. C. de leg. tut.* 100 *l. 1. ff. de teft. tut.* 1 *§. ult. Inst. de tut.* 2 *V. l. 1. §. 5. ff. quod vi aut clam.* 3 *V. l. 3. §. 7. ff. quod vi aut clam.* 4 Scripta non videntur, quæ scripta non possunt intelligi. *l. 62. §. 1. ff. de her. Inst.* 5 *1 Harm. 9. §. 22.* 6 *2 Ecl. 3. c. 71. l. 3. l. 38. §. 17. ff. de verb. obl.* 7 Multo minus nocere. *l. 74. ff. eod.* 8 Jurando, *d. l. 1. ff. si mulier.* novum opus faciendo, *l. 5. §. 5. ff. de oper. nov.* vim inferendo, *l. 2. ff. quod vi.* paciscendo, *l. 27. §. 4. in fin. ff. de pact.* dividendo, *l. 17. C. fam. erhercdando, l. 33. C. de inoff.* puniendo, *l. 22. C. de pan.* 9 Imo potest. *l. 8. ff. de collat. bonor.* 10 *c. quod semel placuit. 21. c. mutare consil. 33. de reg. in 6. l. 20. ff. de arbitr. l. 14. ff. de serv. rustic.* 11 Ut & sententiam, *v. l. 42. l. 55. §. 6. ff. de re jud. v. l. 1. in fin. ff. de qu. l. 27. ff. de pan.* (v. tamen, *l. 6. C. quomod. & quand. judex.*) confessionem legitime factam, *v. l. 13. C. de non numer.* contractum, *v. l. 5. C. de obl.* electionem, *v. l. 20. ff. de opt.* additionem hereditatis, *v. l. 4. C. de repud.* jusjurandum delatum, *v. l. 11. C. de reb. cred.* actum irrevocabilem. v. tamen *l. 21. §. 3.* & quæ ibi dicam de clausula derogatoria, *C. de testam.* & tractatum Guid. Papæ, *de pœnitentia juris.*

12 Quoties scilic. ex consilio jam obligati sumus, & alteri aut nobis obligatio est quæsita: tunc enim totum repudiare aut agnoscere tenemur, *l. 27. ff. de procurat. l. 11. ff. de usur. l. 16. ff. de administr. tutor. l. 7. in fin. ff. de damno.* alias re integra, consilium, ut & mentem revocare possumus, *l. 22. §. ult. ff. mandati.* ut & in re alternative debita, *l. 21. in fin. ff. de act. empt. l. 14. ff. rerum amotar. l. 28. §. ult. ff. de libertat. l. 8. ff. de collat.* & prius testamentum, *l. 6 §. 2. ff. de jure codicillorum. l. 12. §. ult. ff. de legat. 1. l. 22. ff. de leg. 3.* Igitur in voluntariis consilia in melius mutare possumus: & ita variavit Papinianus, *l. 6. in fin. ff. de servis exportand. l. ultim. C. de furtis.* variavit & Julianus, *l. 19. in fin. ff. ad Velleian. l. 1. C. de emend.* variavit & Scævola, *l. 23. in fin. ff. de adquirend. rer.* Mœcianus; quin & ipsi Imperatores. *l. 18. ibi, sed & cum Mœciano, & alibi amicus noster jurisperit. adhibit. plenius tractaremus, magis visum est. ff. de jure patronatus.* adde Cujac. *4 ad Afric. fol. 39. in fin.* & *2 observation. 37.* Hinc illud: Suno consilio utitur, qui malum consilium revocat. Sed & Prætor nonnunquam variantem non repellit, & consilium mutantis non aspernatur. *l. 8. §. de collat. bonorum.* adde Aristotel. *2 Ethic. 6.* 13 Demus aliquid factum à privato, vel principe, *ex certa scientia;* idne revocari poterit? utique, cum hujusmodi clausula nihil operetur in iis, quæ constat ignorata. vide *l. 57. de oblig. & act.* vide *Decium hic. num. 7.* aliud puto, si quis sciens, se non teneri, promiserit: videtur enim donasse, *l. 53. ff. eod.* adde *l. 15. ff. de verb. obl.* & quæ notavi ad *l. ult. §. pen. ff. de condict. indeb.* 14 *Actus legitimi. c. 50. de reg. in 6.* An sunt diversi à legis actionibus? Hotom. ait, *32 Illust. fol. 210.* si quidem hæ magistratuum etiam communes, omnes ex lege, & inter præsentes tantum fieri solent: in actibus legitimis secus. Cujac. negat differre, *15 obs. 16.* Goth. Vid. Leonin. *emendat. lib 2. c. 17.* Vigl. *de hered. Inst. §. heres. n 7.* Ans. 15 An civiles & solemnes? ut vult Hotom. *32 Illustr. fol. 219. 220.* An à quacunque juris parte? ut Dyn. ad *d. c. 50.* An per legem inventi? ut Zas. ad *l. cum qui. 56. §. si homines. 8. num. 3. ff. de verb. obl.* An qui mero jure radicantur? ut vult idem Zas. ad *l. cum quid mutuum. 3. ff. de reb. cred.* An qui jure siniuntur, vel recepti sunt, ut emptio, locatio, societas, mandatum, stipulatio? An qui sunt ex usu solennis juris? Cujac. *15 obs. 16. in fin.* verbi gratia, formulæ rerum à privatis agendarum extra rerum contrahendarum negotia à JC. inventæ. Hotom. *ibid.* Actum legitimum eadem significatione usurpari in *l. 21. C. de hered.* ait Hotom. *32 Illustr. fol. 219.* Cujac. negat, *15 obs. 16. in fin.* 16 Qui non recipiunt *vulg. Ital.* Hæc particula, inquit Hotom *32 Illustr. fol. 219.* sunt antecedens restringit, ostenditque quosdam actus legitimos esse, qui diem vel conditionem recipiunt. Acceptilatio & optio non recipiunt, vadimonium: comperendinatio, obvagulatio, denunciandi testimonii causa, procuratoris datio, recipiunt. Cujac. *15 obs. 16.* Florentinam lectionem tuetur. ideoque hæc verba: qui recipiunt, ita interpretatur. Quibus aperte adjicitur dies vel conditio: alias si tacite adjicitur, non vitiatur. Cujac. *ibid.*

17 Emancipatio, *vulg. Ital.* Hotomann. *ib. fol. 214.* & 218. utrumque admittit. Emancipatio actus civilis, §. 11. *Inst. de hered. qua ab intestat.* inter legis actiones numeratur, Paul. *2 sent. 25. §. 4.* Cujac. *15 obs. 16.* mancipationem, mancipium dici ait: de mancipatione dixi ad Ulpian. & Gaium. Adde Brisson. *1 select. 7.* de alterο eoque proprio rerum alienandarum jure, Quiritium modo, id est, cessione in jure.

18 Acceptilatio per procuratorem fieri non potest *l. 13. §. 10. ff. de acceptil.* v. Hotomann. *32 Illust. fol. 220.* Cujac. *ibid. in pr.* certis verbis fiebat, *l. 18. ff. de accept.* sine die & conditione, *l. 4. & 5. ff. de accept.* & merito; quia acceptilatio obligationi præsentem interitum affert.

19 Aditio non fiebat per procuratorem, *l. 80. ff. de adqu. her.* certis verbis constabat: his puta, *Adeo, Gernoque.* Ulpian. *tit. 22. §. 38. l. 51. in fin. ff. de adquir. her.* sine die & conditione fiebat, *l. 54. ff. de adquir. hered.* non iterabatur. *l. 80. in fin. ff. de adq. her.* Hotomann, *ibid.*

20 Optio certis verbis fiebat, *2. ff. de opt.* pure & semel. *l. 5. & 8. ff. de opt. l. 5. ff. de leg. 1.* An per procuratorem fiebat? Hotom. *ibi.* ait, *fol. 221. arg. l. pen. ff. de opt.* quod non admittit Cujac. *15 obs. 15.*

21 Tutoris datio, quæ à magistratu fiebat, *§. 1. Inst. de Attil. l. 6. ff. de tutel.* non à defuncto, *l. 8. §. 1. & 2. ff. de teft. tut. §. 3. Inst. qui teft.* & ita conciliandæ sunt hæc diversa loca. 22 Suntne alii actus legitimi præter suprascriptos? Cuj. *15 obs. 16.* adjicit cessionem in jure, & libertatis dationem. Hotom *32 Illustr. fol. 218.* Judicis addictionem, comperendinationem, vadimonium, denunciationem testimonii causa. quod Cujac. *d. loco.* displicet. Idem Hotom. *ibid. fol. 218.* addit conventionem in manum, repudium, divortium. *ibid. fol. 212.* numerat inter legis actiones appellationem, vocationem in jus, jusjurandum, tutoris auctoritatem: quod eidem Cujacio displicet: addit idem Hotom. adoptionem, Theophil. *§. 1. Inst. de nupt.* emancipationem, manumissionem vindicta, cessionem in jure, litis contestationem, nominis in reos relationem, tutelæ cessionem, tutelæ abdicationem, arrogationem, satisdationem, attestationem, mancipationem. vide quæ dixi ad *l. 6. C. pro socio.* nuncupationem testamenti, additionem hereditatis, noxæ deditionem; quædam etiam Cuj. *d. loc.* adjicit, ut stipulationem, procuratoris dationem, usurpationem. 23 Puta, per relationem ad actum, aut dispositionem præcedentem. Nam debitum conditionale pure accepto fieri potest. *l. cod. l. 12. ff. de accept.* 24 Expressa nocent, tacita non nocent. 25 Quia hujusmodi actus præsens factum continent: ideoque conditione aut die suspendi non possunt. 26 Actus legitimus, qui expresse non potest explicari sub conditione, si refertur ad dispositionem præcedentem conditionalem, tacite conditionem recipere potest. 27 V. exemplum in *l. 6. §. de vi & vi. l. 14. §. 6. in fin. §. de furt.* 28 Non quid non habeat. Balduin. *in commentar. ad l. Aquil.* (& ita Græci) ὁ ἀπολυτρούμενος τι ὐκ ἔστιν ὁ ἐλευθερούμενος. *2 Ecl. 3. c. 76. 6 Harm. 2. in princ.* reprehensus à Roberto *1 animadvers. 15.* Utramque lectionem probat Cujac. *15 obs. 19. in princ.* & Anton. Mercat. *1 notar. 15.* Græca lectio præferenda est, cujus hæc sententia est: Id quod actoris interest, non æstimatur tantum ex eo, quod decessit, sed ex eo, quod ei adquiri potuit: ut non tantum damni, sed & lucri habeatur ratio. Actor proprie id non habet, quod amisit, idque damnum est. Quod habere potuit, nec tamen habere, lucrum est proprie, non damnum. Ideoque fructus non tantum percepti, sed & ii, qui percipi potuerunt, venient. *l. 62. in fin. ff. de rei vind. v. l. 39. §. 1. ff. de leg. 1. l. 23. in fin. pr. ff. ad l. Aquil. l. 22. §. 3. ff. de act. empt. l. 10. §. 19. & 20. l. 25. §. 4. ff. quæ in fraud. cred. l. 13. ff. ratam rem. l. 2. in fin. C. de petit. her. l. 5. C. de rei vind.* 29 Imo, non semper ex consilio, sed ex eventu. *l. 10. §. 1. ff. quæ in fraud.* 30 Decipitur, ut ait poëta, *Quifquis ab eventu facta notanda putat.* 31 Seneca, *2 de tranquillitate. c. 7.* Potest aliquis nocens fieri, quamvis non nocuerit. Venenum dando quis scelere se obligat, etiamsi non nocuit. Non minus latro est, cujus furtum (ita legendum, non *telum;* idque confirmari potest, *l. 6. in fin. ff. ad leg. Juliam peculatus.*) opposita veste olusum est: omnia enim scelera & ante effectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt. Idem *4 controverf. 7.* Scelera, quamvis citra exitum subsederunt, puniuntur. adde *l. 14. ff. de sicariis. l. 18. ff. de pœnis. 2 Eclog. 3. cap. 77. 6 Harmenop. 2. in princ.* 32 In legibus & statutis, *l. 15. l. 16. ff. de legibus.* pœnis, *l. 41. ff. de pœnis.* legatis, *v. l. 99. in fin. ff. de leg. 3.* petitionibus ac sententiis, *l. 7. ff. de except. rei judic.* ultimis voluntatibus, *l. 41. §. 4. & §. 5. ff. de vulg.* in laudo, in rescriptis: non in privilegiis & mandato fiscali. vide *l. 3. C. de conven. fisci deb. lib. 10. tit. 2.* & *Dec. hic. n. ultim.* 33 Generi species derogat. *cap. generi. 34. de regul. in 6. l. 99. in fin. ff. de leg. 3. l. 41. ff. de pœnis. 6 Harm. 2.* 34 Speciei vocabulo intelligi etiam individua; ad hæc enim significando Jurisconsulti speciei vocabulo abutuntur, ut & generis voce speciei loco. *l. 54. l. 83. §. 5. ff. de verbor. oblig.* 35 Species generi derogat. dixi ad *l. 56. ff. mandati. l. 1. §. ego puto. ff. de ædilitio edicto. l. 13. ff. de manumiss.* sive genus speciem præcedat, sive sequatur. *arg. l. 6. in fin. ff. de novationib. l. 27. C. de pactis. l. 3. C. de ædilit. act.* 36 Non insolita scil., vitiosa tamen. vide *Dec. hic. num. 3. 4. 5.* 37 *l. 56. ff. mandati. 2 Ecl. 3. c. 79. 6 Harm. 2.* puta ex abundanti. *l. 6. in fin. ff. de negotiis.* adde *l. 65. ff. de verb. oblig.* 38 Dic idem in ultimis voluntatibus. vide *l. 17. C. de teft.* 39 Extrinsecus. 40 *V. l. 1. §. 8. de donat. 2 Eclog. 3. cap. 80.* 41 Penitus scil. nullo; id est, neque ordinario, neque extraordinario, neque naturali, neque civili, neque ex contractu, neque ex testamento: adde: si tamen obligati naturaliter quid dederimus, propterea non erit donatio. *l. 1. §. de donat. 3 Harm. 1. §. 1.* 42 Adde Senecam, *3 de benefic. 21.* 43 *3 Harm. 9.* 44 Proprie scilic. alias improprie amitti etiam dicitur, quod quis consequi non potuit. *l. 33. in fin. ff. ad leg. Aquil.* 45 Quorum propria. Privatio habitum, & qualitas subjectum præsupponit. *l. 4 §. de institor. l. 3. in fin. ff. de cap. minut. l. 1. §. 1. ff. si usufruct. l. 41. vers. quare si nulla. ff. de reb. cred. l. 4. ff. de act. empt. l. 5. ff. de injuft. l. 56. ff. de cond. & demonstr. l. 116. ff. de verbor. oblig.* 46 Junge *l. 21. l. 60. ff. de cond. indeb. l. 25 ff. de probat. quæ sunt ejusdem libri.* 47 Vide *l. 26. §. 4. ff. de cond. indeb.* 48 Id accidit, quoties res in solutum data dividi non potest, quia si individuum est, quod dividi non potest, nec ejus pars aliqua esse poterit: ideoque solutione irrita totum condictitur, & in solidum erit agendum. *l. 1. §. 9. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. 21. ff. si quid in fraud. patr.* Goth. Vid. *l. 26. §. 4. ff. de cond. indebiti.* Ans. 49 Natura debetur id, quod natura æquum est solvi, *l. 11. §. 2. ff. de peculio.* cujus obligatio solo vinculo æquitatis sustinetur, *l. 95. §. 4. ff. de solutionibus* quod tamen per judicem peti non potest. *l. 1. §. 17. ff. ad l. Falcid. l. 10. in fin. ff. de verb. sign.*

50 Nemo jure gentium debet, quin & natura debeat: nihil jure gentium æquum est, quin & natura quoque sit æquum: at non contra, qui natura debent, jure gentium debent. Jus enim gentium obligationis actionem magis efficacem facit, quam naturale. 51 Fidem cujus secuti sumus, naturali æquitate obligatur. *l. 1. ff. de pactis.* 52 Vide *l. 9. §. 1. l. 70. ff. de jure dot. l. 1. ff. solut.* 2 Eclog. 3. cap. 82. *l. ultim. C. ad Velleian.* & iis quæ doti comparantur, ut Ecclesiæ & fisco. *Decius hic.* De privilegiis dotalibus vide Oldendorp. in tractat. *de jure fingul. cap. 13.* Gothofr. Vide Joann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 1. num. 204.* Ans. 53 Id est, consummata & perfecta. vide Dyn. ad *cap. 73. de reg. in 6.* & *Dec. hic.* 54 *cap. factum legitime. 73. de reg. in 6. 2 Eclog. 3. c. 84.* sic propter impedimentum supervenions non vitiatur matrimonium, *l. 8. §. de his qui sunt sui.* testamentum, *l. 18. §. de his qui teft. l. 1. §. 3. §. secund. tabul.* senatorius ordo, judicandi munus, magistratus. *l. 1. §. 5. vers. casum. §. de postul.* Sufficit enim, actum ab initio fuisse legitimum. vide *l. 29. §. eod.* Tanta est jam facti auctoritas, ut interdum, quod prohibetur fieri, factum teneat, *l. 1. §. 5. §. quand. appell.* atque ita jam utile per inutile non vitiatur: inceptum tamen nec dum perfectum, inutilis adventu evanescit. *l. 16. §. ad l. Aquil.* vid. *Dec. hic. & Dyn. ad cap. 73.* vide Hotomann. *35 Illustr. quæst.*

§. 2. Quotiens æquitate [15] desiderii [16] naturalis ratio [17], aut dubitatio juris [18] moratur [19], justis decretis res temperanda [20] est.

De litis contestatione.

LXXXVI. IDEM lib. VII Quæstionum.

NOn [21] solet deterior conditio fieri eorum, qui litem [22] contestati sunt, quam si non [23]: sed plerunque melior:

LXXXVII. IDEM lib. XIII Quæstionum.

NEmo enim in persequendo [24] deteriorem causam, sed meliorem facit. Denique post [25] litem contestatam heredi [26] quoque prospiceretur, & heres tenetur ex omnibus causis [27].

De mora.

LXXXVIII. SCÆVOLA lib. V Quæstionum.

NUlla intelligitur mora ibi fieri, ubi [28] nulla petitio est [29].

De successione ex testamento, vel ab intestato.

LXXXIX. PAULUS lib. X Quæstionum.

QUamdiu possit valere testamentum, tamdiu legitimus [30] non admittitur [31].

De æquitate.

XC. IDEM lib. XV Quæstionum.

IN omnibus [32] quidem, maxime tamen in jure [33] æquitas [34] spectanda sit.

De successione.

XCI. IDEM lib. XVII Quæstionum.

QUotiens duplici [35] jure defertur [36] alicui [37] successio: repudiato novo [38] jure, quod ante defertur, superavit [39] vetus.

De errore librarii in transcribendo.

XCII. SCÆVOLA lib. V Responsorum.

SI librarius [40] in transcribendis stipulationis [41] verbis errasset [42]: nihil nocere, quominus & reus, & fidejussor teneatur.

De possessione rei peculiaris.

XCIII. MÆCIANUS lib. I Fideicommissorum.

FIliusfamilias neque [43] retinere [neque recuperare], neque apisci possessionem rei peculiaris videtur [44].

De his, quæ abundant.

XCIV. ULPIANUS lib. II Fideicommissorum.

NOn solent, quæ abundant [45], vitiare scripturas.

De eo, qui defenditur.

XCV. IDEM lib. VI Fideicommissorum.

NEmo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur [46].

De ambiguis orationibus.

XCVI. MÆCIANUS lib. XII Fideicommissorum.

IN ambiguis orationibus maxime sententia [47] spectanda [est] ejus [48], qui eas protulisset.

De bonis deportati.

XCVII. HERMOGENIANUS lib. III Juris Epitomarum.

EA sola deportationis [49] sententia aufert, quæ ad fiscum [50] perveniunt.

De lucro.

XCVIII. IDEM lib. IV Juris Epitomarum.

QUotiens [51] utriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus [52] in lucrum [53] causa tempore præcedit [54].

De eo, qui ignorat quantum solvere debeat.

XCIX. VENULEIUS lib. XII Stipulationum.

NOn potest improbus videri, qui [55] ignorat, quantum solvere debeat.

Quibus modis contractus, vel obligatio tollitur.

C. GAIUS lib. I Regularum.

OMnia [56], quæ jure contrahuntur, contrario [57] jure pereunt.

De dubbus mensibus.

CI. PAULUS lib. sing. de Cognitionibus.

VBi [58] lex [59] duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo, & [60] primo die venerit, audiendus est: ita enim & Imperator Antoninus [1] cum Divo patre [2] suo rescripsit.

Quis adversus Edictum facere dicatur. 1. De actione denuncianda.

CII. ULPIANUS lib. I ad Edictum.

QUi vetante [3] Prætore fecit, hic adversus Edictum [4] fecisse proprie dicitur. §. 1. Ejus [5] est actionem denegare [6], qui possit & dare.

Neminem de domo sua extrahi.

CIII. PAULUS lib. I ad Edictum.

NEmo [7] de domo [8] sua [9] extrahi [10] debet [11].

De judiciis famosis & pecuniariis.

CIV. ULPIANUS lib. II ad Edictum.

SI in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia [12] est, præponenda est causa existimationis [13]. Ubi autem æquiparant [14] famosa judicia, & si summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

De causa cognitione.

CV. PAULUS lib. I ad Edictum.

VBicunque causæ cognitio [15] est, ibi Prætor [16] desideratur.

De libertate.

CVI. IDEM lib. II ad Edictum.

LIbertas [17] inæstimabilis [18] res est [19].

De servo.

CVII. GAIUS lib. I ad Edictum provinciale.

CUm [20] servo nulla actio [21] est.

De judiciis pœnalibus.

CVIII. PAULUS lib. IV ad Edictum.

FEre in omnibus pœnalibus judiciis & ætati [22], & imprudentiæ [23] succurritur [24].

De eo, qui non prohibet.

CIX. IDEM lib. V ad Edictum.

NUllum crimen patitur [25] is, qui non prohibet, cum prohibere [26] [non] potest.

De eo, quod est plus vel minus. 1. De expromissore aliena rei. 2. De pupillo. 3. De verbo non conjuncto. 4. De mulieribus.

CX. IDEM lib. VI ad Edictum.

IN [27] eo, quod plus sit, semper inest [28] & minus [29]. §. 1. Nemo [30] alienæ rei expromissor [31] idoneus videtur, nisi [32] si cum satisdatione [33]. §. 2. Pupillus pati [34] posse non intelligitur.

§. 3. Ubi verba conjuncta [35] non sunt, sufficit [36] alterutrum esse factum. §. 4. Mulieribus [37] tunc succurrendum est, cum defendantur [38], non ut facilius calumnientur.

De pupillo. 1. De herede. De actionibus pœnalibus.

CXI. GAIUS lib. II ad Edictum provinciale.

PUpillum [39], qui proximus [40] puberrati sit, capacem esse & furandi & injuriæ faciendæ [41]. §. 1. In [42] heredem non solent [43] actiones transire, quæ pœnales [44] sunt ex maleficio: veluti

---

15 Æquitatem. *vulg. Ital.*
16 Id est, postulantis, agentis.
17 Id est, æquitas justæ causæ, cui multum à judicibus tribui solet. *l. 1. in fin. l. 26. in fin. ff. ex quib. causis major.*
18 Quæ oritur ex contrariis legibus.
19 Id est, impedimentum adfert, quominus res possit decidi.
20 Temperare, est inter summum, & nimium indulgens jus, medium locum tenere, *l. 17. ff. de usur.* ut sit sensus, In omnibus quidem, maxime tamen in jure æquitas spectatur. *l. 89. ff. cod. 2 Ecl. 3. cap. 87. l. 8. C. de judic.*
21 *Harmen. 2. §. 59.*
22 V. *l. 87 l. 139. l. 164. ff. cod. l. 58. ff. de oblig.* adde Hotom. 3 *obs. 28.*
23 Non essent. *vulg. Hal.*
24 Persequi est litem contestari. *Goth.* Interpretationem hujus leg. vid. apud Zanger. *de except. part. 2. c. 1. n. 210.* Anf.
25 V. 1 *Harm. 2 §. 62. 63.*
26 *d. l. 58.*
27 *l. 52. ff. de rei vind. 1 Harmen. 2. §. 9.*
28 *cap. non est in mora. 60. de reg. in 6. l. 40. in fin. ff. de reb. cred. l. 27. ff. de verbor. oblig. 2 Eclog. 3. c. 86. l. 54. ff. de pæn.* & ita intellige *l. 4. C. de compensat.*
29 Multo minus pœna, quia non debetur pœna sine mora.
30 V. *l. 39. ff. de adquir. her.*
31 Nisi voluntas testatoris obstet. *l. 82. ff. de her. inst.* adde *l. 21. §. 3. C. de testam.*
32 Demus enim juris solennibus aliquid deesse? utique æquitas interdum ejusmodi defectum supplebit. *l. 183. ff. cod.*
33 Id est, non modo in Juris civilis scientia, sed ante jus, *l. 2. §. 5. in fin. ff. de aqua pluv.* nam (ut ille ait) summum jus, summa injuria. (Jus summum intellige strictum, quod & æquo opponitur. *d. §. 5. l. 1. C. de legib. l. 8. C. de judic.*) Jus strictum est, vel ipsa lege scriptum, *l. 12. ff. qui & à quib.* vel ex ipsa lege subtiliter inducta interpretatio, *l. 32. in fin. ff. de reb. cred.* ut sæpius, non est scripta æquitas, *l. 14. ff. de diversf.* sed pro ratione circumstantiarum facto accommodatur: idcoque, quæ legibus omissa sunt, suppleri solent, *l. 13. ff. de testibus.* est igitur æquitas legis scripturæ æquamentum, ad utilitatem hominum reducta, vel non scripturæ supplementum.
34 2 *Ecl. 3. c. 87.* hæc est ars boni & æqui, *l. 1. ff. de just.* qua nihil gratius JC. *l. 57. C. de Episcop. & judici magis sequendum, l. 8. C. de judic.* sub cujus tamen auctoritate sæpissime erratur. *l. 91. §. 3. ff. de verb. obl.*
35 Puta querela inofficiosi (quæ ex jure veteri secundum Viglium & Cujac.) & bonorum possessione Unde legitimi. v. Cujac. 6 *ob. 33.* adde *l. 17. §. 1. ff. de adqu. her. l. 1. §. 11. ff. de succeff. l. 2. ff. unde legitimi.*
36 Vel eodem tempore, vel successive. v. *Dec. hic.*
37 Puta parenti. Cujac. *ib.*
38 Ac particulari scil. alias semel repudiata successione, omnibus ejus juribus renunciatum videtur. *arg. l. 13. §. 2. & 3. ff. de injur. l. 7. ff. de accept.* sed novi juris vocabulo hic intelligi, satius est, novas causas succedendi. *l. 17. §. 1. ff. de adq. her.*
39 Plura jura, variis præsertim temporibus, & variis de causis, quoties uni competunt: uno repudiato, alterum supereft, *ut hic.* & *l. 21. ff. de servit. urb. l. 17. ff. de aqua pluv.* Imo non supereft, *l. 75. ff. cod. l. 17. §. 1. l. 77. ff. de adq. her.* solve: Non supereft, si repudiata ipsa sit hereditas, causa non adjecta, vel si repudiatur unum, ex quo aliud necessario dependet. vide quæ notavi ad *l. 77.* Goth. Adde *cap. ex tuarum. de auctoritate & usu pallii.* Anf.
80 Librarii error non nocet. *l. 15. §. 1. ff. de usufruct. l. 15. §. 5. ff. de excusat. tutor. l. 7. §. 5. ff. de oper. lib.* Cicer. 5 *familiar. 6. & pro Syllan.* Horatius *de arte 2. Et scriptor si peccat, idem librarius, usque, Quamvis est monitus, venia caret:* Librarios Græci καλλιγράφους notarios ταχυγράφους & ἀντιγράφους. Hi notas, Illi literas: ut tabularii rationum etiam supputationem tractabant.
81 Instrumenti, *l. 8. ff. de statu.* testamenti, vide *l. 7. C. de testam.* precum, v. *l. 2. C. de errore advoc.* contractus. *l. 1. C. plus valere quod agitur.*
82 Circa dolum & falsum: & quidem in sermone, veluti si scripserit: relictum jure restitutionis, pro institutionis: mulierem renunciasse Valeriano, pro Velleiano. Titium substitutum procuratorem, pro institutum. In his notarius commissum errorem corrigere potest, cum talis emendatio neminem lædat. addit Bartol. librario & notario permitti indictionem & diem omissum adjicere, nisi dies de substantia instrumenti sit: veluti si hypothecæ diem permutavit, talem errorem corrigere non poterit, nisi de errore testibus constiterit. Si instrumentum parti traditum fuerit, sententia judicis in errore mutando necessaria fuerit. Error autem probari potest authentico, testibus, & partium confessione, *ut hic. Dec.*
83 Id est, filiofamilias interdicta ad retinendam, recuperandam, adipiscendam possessionem peculii sui non competunt. 84 Nam interdicta dantur pro possessione: filius autem quicquid adprehendit peculiari nomine, statim pater ejus possidet. *l. 4. ff. de adq. poss.*
85 Superflua non nocent. *l. 65. ff. de verb. obl. l. 32. §. 6. ff. de auro.* adde *l. 81 ff. cod.* & 2 *c. utile per inutile. 36. de reg. in 6. l. 20. ff. de usur. l. 34. ff. de her. inst. l. 34. ff. de manum. test. l. 17. C. de test. l. 34. C. de don.* Aug. 4 *de civitate. 27.* Solet enim à viris peritis dici, superflua non nocent. 86 Qui fidejussores habet, *l. 1. ff. qui satisd. l. 53. ff. de procurat. l. 27. §. 2. ff. de fidejuss. l. 1. ff. de cust. reor. l. 6. §. 1. ff. de muner.* & ita quis solvendo est per alium. Solvendo est etiam, qui solidum potest solvere. v. *l. 114. ff. de verb. sign.* qui rei petitæ vicem & instar ab actore potest consequi, *l. 28. ff. soluto.* non is cujus bona venduntur. *l. 55. in fin. ff. de admin. tut.*
87 1 *Harm. 15. §. 15.* adde *l. 219. ff. de verb. signif.*
88 2 *Eclog. 3. c. 94.* adde *capitulum intelligentia. 6: extra de verb sign.* puta principis legem ferentis, *l. ult. C. de legib.* populi aliquid statuentis. *l. 46. ff. de re jud. l. 4. §. 1. ff. de acceptilationib.* Prætoris, *l. 9. ff. de prætor. stipul.* testatoris, *l. 69. ff. de leg. 3.* stipulatoris, *l. 94. ff. de verb. obl.* at non venditoris & locatoris. *l. 39. ff. de pactis. l. 21. l. 33. in fin. l. 134. ff. de contrab. empt.*
89 Adde *l. 8. C. de pœnis. l. 1. §. 1. ff. de jure fisci.*
90 *l. 1. §. 1. ff. de jure fisci.*
91 Prior tempore in lucro, potior jure. 3 *Harm. 7. §. 3. l. 126. in fin. ff. cod.*
92 In lucro *Hal.* cujus lucro. *vulg.*
93 Alias petitorio deterior esset causa. *l. 33. ff. cod.*
94 Occupantis ac prioris melior conditio, *l. 9. §. 3. ff. de Publiciana. l. 10. in fin. ff. de peculio. l. 31. in fin. ff. de act. empt. l. 33. in fin. ff. de legat. 1. l. 9. in princ. & fin. ff. de rejudic.* & ita, Prior tempore in causa lucri præfertur, *cap. qui prior est tempore. 54. de reg. in 6.* ubi vide *Dynum.* prior tempore, prior jure, 3 *C. qui potiores:* prior tempore in forte, prior in usuris. *l. 18. ff. qui potior.*
95 Cur? dolo caret. *l. 42. l. 63. l. 88. ff. cod.*
96 Vide ad hanc legem, 1 *Harm. 1. §. 26. & ib. Scholiast. & tria ad hujus locum exempl.*
97 2 *Eclog. 3. c. 98.* vide *l. 35. ff. cod. l. 153. ff. cod.* vide *l. 80. ff. solut.*
98 Ut in dilationibus; *l. 1. C. de temporibus appellat. l. unic. C. Theod. de dilationib. ex consensu. lib. 11. etc. 33.* compensatione fisco facienda, *l. 46. §. 4. ff. de jure fisci.* & aliis. De duobus mensibus dicam ad *Novell. 66. cap. 1.*
99 *l. si venditor. 28. ff. de adilitio. l. 46. §. 4. ff. de jure fisci. l. tutor. 7. §. ufura. 11. ff. de administr. tut. l. 3. C. de jure emphyt. l. 2. C. de secundis nuptiis. l. 1. C. de naturalibus liberis. l. ult. C. de jure lib. l. ult. C. de fidecomm. lib. l. 1. C. de temporib. appellat. l. pen. C. de fidejuss. l. 3. §. 6. l. ult. C. ad l. Jul. de adult. l. ult. C. de bonis proscript. Novell. 83. & 96.*
20 *Gell. 1.*
100 Sexagesimo die: sic Græci, τῇ ἑξηκοστῇ ἡμέρᾳ ἐφ' ἑκάστοις ὁροῦσι τὸν χρόνον. sic in *l. 30. in fin. ff. de adult.* ipse sexagesimus dies comprehenditur: idque probat Cujac. *c. 13. de proscriptionibus,* qui sexagesimo primo die venit, post duos menses venit: quando quidem in singulos menses triginta dies constituimus. adde *l. 132. ff. de verb. sign.*
1 Caracalla scil.
2 L. Septimio Severo scilic. qui Imperatore vixit auctor hujus legis Paulus, coætaneus Mecii, & Tryphonini, & Tertulliani. vide Cujac. 7 *observ. 2.* vulgata legit *frater*, & male.
3 Adde *l. 121. ff. cod. l. 29. ff. de arbitris.*
4 Ejusdem Prætoris sc. *l. 7. in pr. & §. 2. ff. de jurisd. l. 4. §. 1. ff. de in jus vocando. l. 2. ff. ne quis eum. l. 3. ff. de eo per quem. l. ult. ff. ne quid in loco public.* sic adversus dictum promissumve facere. *l. 17. in fin. ff. de ædilitio.* In legem. *l. 5. C. de legib.*
5 Magistratus sive Prætoris.
6 Qui potest denegare, dare potest. *l. 3. l. 38. l. 70. l. 100 ff. cod.*
7 *l. 18. l. 21. ff. de in jus vocando. l. 4. §. 5. ff. de damno. 2 Ecl. 3. c. 101.*
9 In qua habitat sc. non ad tempus, *Bart. & Dec. hic.* quo nomine hortum domui junctum intelligunt. Eadem ratione volunt molitori molendinum domus esse loco, & nautæ navem. Pekius, *lib. de jure fisticndi. cap. 6. numer. 3. 4. & 5.* At non tabernam & apothecam, & quæ mercium condendarum causa, non habitationis ædificantur. Idem in porticu ab ædibus separata esse indicat *idem* Pek. *ib.*
10 Non potest etiam ibidem arrestari, Pek *ib. d. n. 3.* potest tamen sententia judicis quis prohiberi, ne domum excedat. *l. 7. §. 8. & 19. l. 9. ff. de interdict. & releg.*
11 Potest tamen quis in criminalibus causis domo extrahi, *Nov. 134. c. 5.* & fiscalibus, Pek. *lib. de jure fisicndi. c. 6. n. 8.* sed & si ad aliquam dignitatem electus sit. *l. 31. C. de decur.* Quin huic privilegio renunciari posse volunt, quod vel ei accedit, qui omni juris auxilio renunciat. Pek. *ibid. n. 9.*
12 *l. 36. ff. de obl. v. l. 7. l. 97. ff. de solut. l. 10. in fin. ff. de pœn.*
13 Pari in causa: ut infamia vitetur. *l. 4. §. 2. ff. de suspect.*
14 Hoc verbum neutraliter accipit Sueton. *in Oslavio. c. 94.* Virgil. *Eclog 5.* Cic. *in Tusc. quæstionar. vulgat. Hal.*
15 *l. 71 ff. cod. l. 9. ff. de off. Præcons.* Causæ cognitio necessaria est, quoties causa judicis officio & arbitrio definienda est.
16 Quilibet Magistratus, etiam is, cui mandata est jurisdictio. *l. 4. §. 4. ff. de damno.*
17 1 *Harm. 18. §. 10.* & patria potestas, *l. 114 §. 8 ff. de leg. 1.* & liberum corpus, cujus nulla æstimatio, *l. 3. ff. si quadrup. l. 1. §. 5. l. ult. in fin. ff. de bis, qui dejecer. l. 2. §. 2. ff. de l. Rhod. l. 103. ff. de verb. obl.* ut merito libero homini fublata sit à *Leon. Novell. 59.* facultas sui ipsius vendendi.
18 Infinita. *l. 176 in fin. ff. cod. l. 122. ff. eod.* Ideo libertas summum pretium dicitur à Comico *in Andria, act. 1. scen. 1.* nihil ea gratius servo præstari potest, *l. 39. in fin. ff. de fideic. liber.* grande beneficium, *l. 1. ff. de bon lib.* hinc, qui liberum adquisivit, non est factus locupletior. *l. 126. §. 1. ff. cod.*
19 Ideoque ei admodum favetur. *l. 20. ff. cod. l. 122. ff. eod.*
20 Id est, adversus servum.
21 V. *l. 22. cod. l. 6. l. 7. ff. de jud. v. tit. C. an servo. ex suo facto. 2 Ecl. 3. c. 105.* sed v. Cuj. 9 *obs. 13.*
22 2 *Ecl. 3. c. 106. v. l. 38. §. 7. ff. de adult. l. 16. §. 3. in fin. ff. de pœnis.*
23 *l. 5. §. 4. ff. de obl. l. ult. ff. de var. & extraord. cognit.*
24 Ut pœna remittatur. *l. 8. ff. de bis qui not.* Goth. De pœnis mitigandis ratione ætatis, vid. Menoch. *de arbitr. jud. cas. 329.* Anf.
25 An hoc significat, extra causam delicti esse, ut Ramus præceptor meus interpretatur? *l. 50. ff. cod. l. 1. ff. de noxal.* An potius volentem nullum injuriam pati? *l. 34. C. de transact.*
26 6 *Harm. 2.* cum prohibere possit, ὁ δυνάμενος κωλύειν. 2 *Ecl. 3. c. 107.* hinc variæ sententiæ nascuntur. Qui cogitur, proprie non peccat. *l. 15. ff. de public.* Qui patitur, cum possit injuriam propulsare, de injuria queri non potest, *l. 34. C. de transact.* Qui patitur alteri injuriam inferri, cum eam prohibere possit, tenetur. *l. 45. ff. ad l. Aquil. l. 3. ff. de noxal. l. 24. §. 6. ff. de damno.*
27 Plus continet minus. *l. 21. ff. cod. l. 27. §. 5. ff. de pact. l. 27. §. 3. in fin. ff. de arbitr. l. 9. ff. de in lit. jurand. l. 9. §. 3. ff. de her. inst. l. 15* ff. *de leg. 2. l. 32. §. 5. ff. de admund. l. 3. §. 6. ff. de statulib. l. 1. §. 4. ff. de verb. obl.* adde *l. 26. ff. cod. l. 163. l. 165. ff. cod.* adde *l. 29. ff. de her. inst.*
28 Id est, continetur, ut qui plus præstet, præstet & minus. Et is tamen, qui quid tenetur præstare, minus dando non liberatur. *l. 100. & 102. ff. de verb. obl.*
29 Non sequitur tamen, ut cui viginti desunt, desint & decem: non sequitur quoque, ut fidejussor in majorem summam datus, quam principalis debeat, teneatur saltem ratione minoris, *l. 8. §. 7. ff. de fidejuss.* ut qui decem locare existimet, Titio quinque conducere existimante, maneat & valeat conductio in quinque. *l. 52. ff. locati.*
30 Aliud est in eo, qui causam nudæ absentiæ proponit, præsertim in criminalibus. v. *l. 13. §. 1. ff. de publ. jud.*
31 Etiam filius, cum is nihil possideat. *l. 93. ff. cod.* etiam procurator, *l. 10. ff. judicat. l. un. C. de satisd.* etiam defensor, quantumvis possessor immobilium & dives. Dec. ex Bart. *fervent. hic. n. 2.*
32 *l. 46. §. 2. ff. de procur. l. 21. in fin ff. quib. ex caus. major. l. 4. §. 3. ff. quib. ex caus. in poss. l. 63. ff. de judic.*
33 Cur ita? collige ex *l. 166. ff. cod.*
34 Pupillus in iis, quibus patientia inducit consensum, non obligatur, *l. 33. ff. pro soc.* ut in *l. 4. ff. locati.* scientia ejus non sufficit ad negotiationem, *l. 3. in fin. ff. de tributaria.* & tamen pati injuriam potest. *l. 3. §. 1. ff. de injuriis.*
35 *l. 28. in fin. ff. de verb. sign.*
36 Alternativorum sufficit alterum impleri. *c. in alternativo. 70. de reg. in 6. l. 10. in fin. ff. de jure dot. l. 5. ff. de cond. insp. l. 13. §. 5. ff. de reb. dubiis. l. 78. in fin. ff. de cond. & demonstr. l. 44. ff. de oblig. l. 129. in fin. ff. de verb. oblig. l. 13. ff. julleg sum solvi.* In copulativa vero orationc omnes partes veras esse necesse est, *d. l. 129. l. 5. ff. de conditionib. insit. l. 13. ff. de reb. dubiis.*
37 1 *Harmen. 13. §. 35.* & minoribus, in quibus malitia supplet ætatem, *l. 32. C. si minor se majorem dixerit.* & quibus denique decipientibus non succurritur, *l. 2. C. si res aliena pignori.* mitius tamen mulier delinquens punitur. *l. 1. in fin. ff. de edendo. l. 1. §. 3. l. 23. §. 30. ff. ad Velleian. l. 18. C. ad Velleian. l. 1. ff. de jurisd & facti. l. 38. §. 7. ff. de adult. l. 1. §. 10. ff. ad Turp. 2. Ecl. 3. c. 118. §. 5.*
38 Defraudantur. *vulg. Hal.* Goth. Grot. legit. *defraudantur.* S. L. Ita si mulier, bona sua, sciens, per maritum patiatur obligari, ut sic creditori, mutuam pecuniam danti, imponatur, ei nihil prodesit beneficium SC. Velleiani. *l. 5. C. ad Senat. Velleian.* Anf.
40 Adde *l. 189. ff. cod.*
39 Proximus pubertati in delictis, pro pubere habetur. v. *l. 23. ff. de furt. 2 Eclog. 3. c. 109. l. 14. ff. de Silanian.* non tamen in testamenti factione, id est, in testamenti faciendi facultate. *Dec. hic.*
41 Mitius tamen punitur. *l. 108. ff. cod.*
42 V. *l. 1. ff. de priv. delictis. §. 1. Inſtit. de perpetuis. v. l. un. C. ex delict. defunct.*
43 Pœnales actiones in heredes non transeunt regulariter. nam, lite cum defuncto contestata, transmittuntur. v. *l. 164. ff. cod.* Multo magis, si defuncto pœna ipso jure erat imposita, ut in *l. 22. ff. de Silanian. l. 14. ff. de public.* tenetur etiam heres ex eo, quod ad eum pervenit, *l. 38. ff. cod. l. 5. ff. de calumn. l. 26. ff. de dolo.* & pœna defuncto imposita transmittitur in ejus heredes. *l. 3. §. 5. ff. quod quisque.*
44 Aliud in pecuniariis, *l. 22. ff. de Silanian.* & condictione furtiva, *l. 7. §. 2. ff. de condict. furt.*

luti furti 45, damni 46 injuriæ, vi 47 bonorum raptorum, injuriarum 48.

De actione non competente. De exceptione.

CXII. PAULUS lib. VIII ad Edictum.

NIhil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per 49 exceptionem infirmetur.

De toto & parte.

CXIII. GAIUS lib. III ad Edictum provinciale.

IN toto 50 & pars 51 continetur.

De obscuris.

CXIV. PAULUS lib. IX ad Edictum.

IN obscuris inspici solet 52, quod verisimilius 53 est, aut quod plerunque fieri solet.

Qui videtur cepisse, seu accepisse.

CXV. IDEM lib. X Edictum.

SI quis obligatione 54 liberatus sit, potest videri 55 cepisse.

§. 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione 56 summoveri.

De consensu, vi, metu. 1. De eo, qui jus publicum sequitur. 2. De consensu & errore.

CXVI. ULPIANUS lib. XI ad Edictum.

NIhil consensui tam 57 contrarium est, qui ac bonæ 58 fidei judicia sustinet, quam vis, atque metus: quem comprobare, contra bonos mores est. §. 1. Non capitur 59, qui jus publicum sequitur. §. 2. Non videntur, qui errant 60, consentire.

De bonorum possessore.

CXVII. PAULUS lib. XI ad Edictum.

PRætor bonorum possessorem 61 heredis 62 loco in 63 omni causa habet.

De usucapione, de possessione.

CXVIII. ULPIANUS lib. XII ad Edictum.

QUi in servitute 64 est, usucapere 65 non potest: nam cum possideatur 66, possidere non videtur.

De alienatione.

CXIX. IDEM lib. XIII ad Edictum.

NOn 67 alienat 68, qui duntaxat omittit possessionem 69.

De herede.

CXX. PAULUS lib. XII ad Edictum.

NEmo plus 70 commodi heredi suo relinquit, quam ipse habuit 71.

De eo, qui non facit, quod facere debet, vel facit, quod facere non debet.

CXXI. PAULUS lib. XIII ad Edictum.

QUi non facit, quod facere debet, videtur facere adversus 72 ea, quia 73 non facit. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est.

De libertate.

CXXII. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

LIbertas omnibus rebus favorabilior 74 est.

An quis pro alio lege agere possit. 1. De temporaria permutatione.

CXXIII. ULPIANUS lib. XIV ad Edictum.

NEmo alieno 75 nomine lege 76 agere 77 potest. §. 1. Temporaria 78 permutatio jus Provinciæ non innovat.

De muto, surdo, furioso.

CXXIV. PAULUS lib. XVI 79 ad Edictum.

VBi 80 non voce, sed præsentia 81 opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo: hic quidem [&] respondere potest. §. 1. Furiosus absentis 82 loco est 83: & ita Pomponius lib. 1 Epistolarum scribit.

De actore & reo.

CXXV. GAIUS lib. V ad Edictum provinciale.

FAvorabiliores rei 84 potius, quam actores habentur 85.

De eo, qui pretium numeravit. 1. De acquisitione libertis. 2. De petitore & possessore.

CXXVI. ULPIANUS lib. XV ad Edictum.

NEmo prædo 86 est, qui pretium 87 numeravit 88. §. 1. Locupletior non est factus, qui libertum 89 adquisierit 90.

§. 2. Cum 91 de lucro duorum quæratur: melior est causa possidentis 92.

De herede convento in id, quod ad eum pervenit.

CXXVII. PAULUS lib. XX ad Edictum.

CUm Prætor in heredem dat actionem, quatenus 93 ad eum pervenit: sufficit, si vel momento 94 ad eum pervenit ex dolo defuncti.

De petitore & possessore. 1. De successoribus.

CXXVIII. IDEM lib. XIX ad Edictum.

IN 95 pari causa possessor 96 potior haberi debet. §. 1. Hi, qui 97 in universum jus 98 succedunt, heredis loco habentur.

De eo, qui suum recipit. 1. De principali & accessorio.

CXXIX. IDEM lib. XXI ad Edictum.

NIhil dolo creditor facit, qui suum 99 recipit. §. 1. Cum principalis 100 causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur 1, locum habent 2.

De concurrentibus actionibus.

CXXX. ULPIANUS lib. XVIII ad Edictum.

NUnquam 3 actiones, præsertim pœnales 4, de eadem 5 re concurrentes, alia aliam consumit 6.

De eo, qui dolo desiit possidere.

CXXXI. PAULUS lib. XXII ad Edictum.

QUi dolo desierit possidere, pro possidente damnatur 7: quia pro 8 possessione 9 dolus est 10.

De imperitia.

CXXXII. GAIUS lib. VII ad Edictum provinciale.

IMperitia 11 culpæ adnumeratur 12.

De servis.

CXXXIII. IDEM lib. VIII ad Edictum provinciale.

MElior 13 conditio nostra per servos fieri potest, deterior 14 fieri non potest 15.

Quomodo creditores fraudantur. de delicto.

CXXXIV. ULPIANUS lib. XXI ad Edictum.

NOn 16 fraudantur creditores, cum 17 quid non adquiritur à debitore: sed cum quid de bonis 18 diminuitur. §. 1. Nemo ex suo 19 delicto meliorem 20 suam conditionem facere potest.

De his, quæ dari non possunt, vel in rerum natura non sunt.

CXXXV. IDEM lib. XXIII ad Edictum.

EA, quæ dari impossibilia 21 sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non 22 adjectis habentur.

De bona fide possidente, & de veritate.

CXXXVI. PAULUS lib. XVIII ad Edictum.

BOna fides 23 tantundem 24 possidenti præstat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est 25.

CXXXVII. ULPIANUS lib. XXV ad Edictum.

QUi auctore 26 judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

De additione cum tempore mortis continuanda. 1. De æstimatione delicti.

CXXXVIII. PAULUS lib. XXVII ad Edictum.

OMnis hereditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur 27. §. 1. Nunquam crescit ex postfacto 28 præteriti delicti æstimatio.

De actionibus perpetuandis. 1. De eo, quod auferri potest.

CXXXIX. GAIUS lib. ad Edictum Prætoris Urbani.

OMnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ 29 judicio salvæ permanent. §. 1. Non videtur perfecte cujusque id esse, quod 30 ex causa auferri potest.

De

---

41 *d. §. 1. Inst. de perpetuar.*
46 *l. 23. §. 8. 9. ad l. Aquil.*
47 *l. 2. in fin. ff. vi bon.*
48 *d. §. 1.*
49 Pœna sunt nullam & infirmam actionem habere. *l. 13. 51. & 66. ff. l. 7. §. 8. ff. de dolo. l. 7. §. 14. in fin. ff. quibus ex causis in possess. l. 1. §. 12. ff. ad Turpill.* Goth. Ad intellectum hujus leg. v. Bellon. *suppur. lib. 2. cap.* 10. Anſ.
50 Totum in loco, ut ubique: in tempore, ut semper: in modo, cujus partes sunt accidentales, ut possessio bonæ, malæ fidei: qualitatis, ut omnis, nullus, quilibet, centum: integrale, cujus partes essentiales integræ, vel homogeneæ, ut in aqua; aut heterogeneæ, ut partes totius compositi totum quiddam efficiunt, ut ædificium, fundamenta, parietes & tectum: totum universale, est vel personarum, ut civitas, collegium, ducatus, comitatus, regnum & similia: vel rerum, ut hereditas, domus, grex, equitium, armentum: totum naturale vel artificiale, cui nulla pars naturalis aut artificialis deest.
51 *l. 21. ff. eod. l. 147. ff. cod. l. 7. ff. de except. rei jud. c. plur. 35. c. in toto. 80. de reg. in 6.* v. Hot. 309.
52 Quo gradu? voluntas prius spectatur; tum verisimilius; propria deinde verborum significatio, ab hac, id quod minus est. Id si non apparet, actus judicatur non valere. vide Dynum, *d. c. 45. de reg. in 6. n. 5.*
53 Verisimilius præsumitur, *c. inspicimus 45. de reg. in 6. 1 Harm. 25. §. 16. 2 Eclog. 3. c. 111.* vero proximum, *l. 21. in fin. ff. de testibus. l. 13. in fin. ff. qui potiores. l. 25. ff. de cond. & demonstr.* credibilius, *l. 13. ff. de prob.* magis rationabile, *l. 122. ff. de verb. sign.* in dubio scil. & judicando, & litibus decidendis: quod sæpissime faciunt Jurisconsulti, ut docet Tiraquell. *in repetitione legis: Si unquam. 8. C. de revoc. donat. num. 37. ad 60.* Non verisimile credibile non est, nec attenditur: pro eo non præsumitur, *l. 13. ff. quod metus. l. 19. §. 4. ff. de peculio. l. 6. ff. de pign. l. 41. ff. de manum. testam.* imaginem habet falsitatis. Verisimile ducitur ex more, consuetudine, iis, quæ fieri solita sunt frequentius, communi opinione, natura, qualitatibus rei, vel personis, tempore, de quibus vide Oldend. *in Topicis, in loco à conjectura seu præsumpt.* sumitur etiam à pietate, *l. 41. §. 2. in fin. ff. de legat. 3. l. 102. ff. de cond. & demonstr. l. 30. C. de fideic.* rerum inter se comparatione, *l. 1. ff. de reb. dub.* & aliis conjecturis. *l. 13. ff. de probat. l. 50. in fin. ff. de legatis. 1.* 54 Liberatus obligatione cepisse intelligitur: dare videtur, qui debitum remittit, *l. 2. l. 3. ff. de calumn. l. 10. in fin. ff. de condict. causa. l. 41. §. 2. ff. de jure dotium. l. 3. §. 10. ff. de donat. inter virum. l. 81. §. 5. ff. de legat. 1.* non tamen litigiosum, pœnale, & aliam ob causam, *l. 19. ff. de liberali.* vide Dec. *hic.* 55 Vox *videri*, nota est fictionis. Ideoque proprie aliud est dare, aliud remittere. *l. 46. ff. de cond. & demonstr.* 56 *l. 13. ff. eod.* vide *l. 112. ff. eod. v. l. 24. ff. de novationib.* 57 Vis & metus consensui contraria, 2 *Eclog. 3. c. 113. 6 Harm. 2.* & voluntati. *l. 1. ff. quod metus causa.* 58 Bonæ fidei judicia consensu sustinentur. 59 *l. 11. §. 4. ff. de min.* vide *l. ult. C. de in integr. 2 Eclog. 3. c. 114.* 60 *l. 15. ff. de jurisdict. l. 2. ff. de jud. l. 57. ff. de obligat. l. 20. ff. de aqua pluv. l. 9. C. de juris & facti ignorantia.*
61 Qui à Græcis *hic* ἐπίτροπος appellatur, id est, successor. 2 *Ecl. 115.* 62 *l. 25. §. 7. ff. de acq. hered.* vide *l. 29. §. 2. ff. de cond. & demonstr. l. 2. ff. de bon. possess.* 63 Sive agat, sive conveniatur. 64 1 *Harm. 14. §. 2.* & in potestate. *l. 93. ff. eod.* 65 Possidere non potest, qui possidetur. *l. 4. §. 4. ff. de usurpat. 2 Ecl. 3. c. 116.* 66 *l. 54. ff. de acqu. rer. l. 1. §. 6. ff. de acq. possess. l. 21. ff. de adult.* 67 2 *Eclog. 3. cap. 117. l. 4. §. 1. ff. de alienatione judicii.* & ideo prohibentur donationes, *l. 3. §. 10. ff. de donat. inter virum.* non prohibentur alienationes possessionis. *l. 1. §. 4. ff. de acqu. poss.* Goth. Hinc colligunt, debitorem hereditatem sibi delatam omittere posse in præjudicium creditorum. facit *l. 134. ff. eod.* vide Surd. *decis. Mantuan. 140. num. 7.* Gabriel Vasq. *de testam. cap. 9. §. 1. dubit. 6.* Louet. *in Arrest. litt. R. cap. 20.* Anſ. Adde Decium, *consil. 260.* Fachin. *lib. 13 controv. cap. 46.* Molin. *ad consuetud. Paris. §. 1. gloss. 3. num. 11. & seqq.* Joann. à Sande, *decis. Frisic. lib. 3. tit. 13. defin. ult.* S. L. 68 Proprie scil. fœcus impropric. *d. l. 4. §. 2. & l. 21. §. 2. ff. quod metus.* 69 Alienatio enim proprie est dominii. *l. 67. ff. de verb. sign.* 70 Vide *l. 54. ff. eod. l. 59. ff. eod. l. 160. in fin. l. 175. in fin. ff. eod.* vide 5 *Harmenop. 8. l. 20. ff. de acqu. rer.* 71 Cur ita? collige ex *lege 67. ff. de contrah. empt. 2 Eclog. 3. cap. 118.*
72 In fraudem alterius quis facit, qui id non facit, quod in ejus utilitatem & commodum facere debet, *l. 4. ff. quæ in fraudem creditorum.* & ita non facere, est facere: facit igitur interdum, qui non facit. adde *l. 102. ff. eod.* Goth. Vide Leonin. *emendat. lib. 1. cap. 17. num. 8.* Anſ.
73 Quæ non faceret. 74 Favorabilis semper libertas, 1 *Harmen. 18. §. 12. Eclog. 3. c. 119. l. 20.* vide *l. 106. ff. eod. l. 176. in fin. ff. eod. l. 16. ff. de manumiss. test. l. 38. ff. de rejudicat.*
75 Alieno nomine nemo agit. *l. 25. in fin. ff. de testib. l. 8. ff. de inofficios. l. 5. ff. si usufruct. petatur.* 76 Lege agere, est in jure agere ex formulis à lege institutis, ex præscripto legis, impetratis solenniter actionibus apud Magistratum experiri. hinc legis actiones, formulæ agendi in Jure apud eum, qui juri dicundo præest, *l. 4. ff. de adopt. l. 3. ff. de off. Proconsul. l. 1. ff. de officio juridict.* Paul. 2 *sent. 25. §. 4.* dixi plenius ad *l. 2. §. 6. ff. de origine juris.* 77 Sed nec alteri petere, jusve alienum in judicium deducere, mero jure licebat. Cicero *pro Roscio Comœdo*: Alteri nemo petit, nisi qui cognitor est facti. *Cornificius ad Herennium.* Per procuratorem tandem id fieri utilitatis causa receptum. *Inst. de his, per quos agere.* 78 Temporalis, *vulgata.* sensus est, Momentanea imperium non habent in ea, quæ juris sunt: ideoque consuetudo duobus, aut tribus judiciis contrariis non evertitur. *Decius.* vel, Temporaria provinciæ permutatio jus ejus non mutat.
79 Decimoseptimo, Petrus Faber *hic.* 80 Vide *l. 48. ff. de obligat.* 81 Id est, præsentis consensu & intelligentia. *l. 209. ff. de verb. sign.* 82 Vide *l. 2. §. 3. ff. de jure codicill. l. 17. §. 11. in fin. ff. de injuriis.* Idem corpore præsens esse potest, mente absens. *l. 26. ff. de captivis.*
83 Imo non est. *l. 2. §. 1. ff. de procur.*
84 Rei favorabiliores, *l. 41. ff. eod. l. 38. ff. de re jud. l. 47. ff. de obl. & act. cum sunt paria jura. 11. de regul. in 6. 2 Ecl. 3. c. 121. 1 Harm. 21. §. 62.* adde Arist. *Probl. 18. 1.* proniores sumus ad rerum absolvendum, *d. l. 47. l. 51. in pr. ff. de pœnis. l. 4. §. 13. ff. de dol. except.* favetur possidenti. *v. l. 128. §. eod.* plus etiam dilationis reo datur, *l. ult. ff. de ferr. l. 6. in fin. C. de temporib. in integrum. l. 2. C. de dilationib.* Goth. Vide Joann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 2. num. 25.* Anſ.
85 In causæ decisione: non tamen in præparatoriis judiciorum. *l. 8. ff. qui satisdare. l. 66. ff. de judiciis. l. 82. §. 1. ff. de verb. obl.* In medio vero causæ, actor reo edere tenetur; non è contra, *l. 4. l. 5. C. de edendo.* ad causæ decisionem id pertinet: nam illo non probante reus absolvitur: favorabiliores igitur rei in re dubia & testimoniis hinc & inde paribus. Aliud est, si pro actore plene sit probatum: tunc enim lis dubia esse desinit, cum certa apparet.
86 Prædo hic malæ fidei possessor. Sic enim Græci ὁ ἐξ ἀρχῆς κακῆς πίστεως νομεύς. 2 *Eclog. 3. cap. 123.*
87 *Eclog. ibid.* etiam sciens, *l. 13. §. 8. ff. de hered. pet. 2 Harmen. 1. circa fin.* præsertim auctore judice. *Harmenop. ibid.* Imo tunc videtur malæ fidei possessor: nam qui sciens contra jus mercatur: qualis est, qui rem alienam sciens emit) bonam fidem non præsumitur habere. *cap. qui contra. 82. de reg. in 6.*
88 Est tamen prædo, qui rem venditam propria auctoritate capit. *l. 5. ff. de acquir. possess.*
89 Qui liberum. *vulgat Hal.* adde *l. 63. in fin. princ. ff. ad l. Falcid.*
90 Vel qui donat. *l. 25. §. 11. ff. de hered. petit.* 91 1 *Harm. 2. §. 66. & 67.* 92 V. *l. 128. ff. eod.* 93 *l. 16. ff. quod metus causa.* 94 Momento aliquid fieri sufficit, ut factum fuisse dicatur & semel. *l. 17. ff. quod metus causa. πρὸς ὁσίην. 2 Eclog. 3. c. 126. 5 Harm. 8.* In momento est in ἀτόμῳ. vide *l. 79. ff. de acq. hered.* In articulo, v. *l. ult. C. de offic. comitiv sacri palatii.* de momento dicam ad *l. ult. in fin. C. de bonis, quæ liberis.* 95 Possidens in pari causa, potior habetur. 1 *Harm. 2. §. 49.* 96 *c. in pari. 65. de reg. in 6. l. 125. in fin. ff. eod. l. 5. §. 1. ff. de calumn. l. 9. §. 4. ff. de Publiciana. v. l. 5. in fin. pr. ff. si usufruct. petatur. l. 8. in fin. ff. de cond. ob turpem. l. 10. ff. de pignorib. l. 36. §. 3. in fin. ff. de testam. milit. l. 1. ff. uti possidetis. §. 4. versic. commodum. Inst. de interdictis.* vide *l. 2. C. de condict. ob turpem. 2 Eclog. 3. c. 125. 2 Harm. 1. circa finem.* 97 Ut fiscus: is enim heredis loco habetur. *l. 3. ff. soluto. l. 2. C. ad legem Juliam de vi. l. 4. C. de bon. proscript.* 98 *l. 60. ff. eod. l. 194. ff. eod. l. 9. §. 12. ff. de hered. inst. 2 Eclog. 1. c. 126.* 99 *l. 55. ff. eod. v. l. 26. ff. de damno.* 100 *l. 29. ff. eod. l. 178. ff. eod. c. accessorium. 42. de reg. in 6. l. 19. in fin. ff. de dolo. l. 2. ff. de peculio legato. l. 28. §. 5. ff. de liberatione. §. 5. Inst. de pupillari. v. l. 26. C. de usuris.* 1 Accedunt, ut usuræ sorti. *l. 18. ff. qui potiores.* 2 Plerunque sc. *v. l. 178. ff. eod.* 3 §. *ult. Inst. si quadrupes. l. 6. ff. de oblig. l. 1. C. quando civilis actio crimin. v.* Hotom. 19 *Illustr.* 4 Et personales. *v. l. 43. ff. eod.* 5 Non ex diversis causis & tributis: tunc enim ne electione quidem unius altera tollitur. *l. 12. §. 1. ff. de acq. poss. l. 32. l. 34. ff. de oblig. l. 2. ff. de privatis delictis. l. 1. ff. arborum furtim cæsarum. l. 1. ff. de vi bonor.* 6 Non concursu, sed electione, *l. 3. in fin. l. 6. §. 4. ff. famil. l. 9. §. 1. ff. de tributoria. l. 10. in fin. ff. de act. empt. l. 25. §. 5. ff. locati. l. 53. ff. de oblig.* & merito: est enim iniquum, ut quis bis idem consequatur. *v. l. 57. ff. eod.* 7 Id est, possessoris loco habetur, quantum ad damnum suum, non quantum ad commodum: nec enim potest fieri ei cessio, quæ sit tamen ei, qui possidet. *v. Dynum ad d. c. 36. de reg. in 6. n. 2.* 8 *l. 150. ff. eod. 2 Eclog. 2. c. 128. 2 Harm. 1. in fin. c. pro possessore. 36. de reg. in 6. l. 2. §. 1. ff. si ex noxali. l. 13. §. 2. & 14. l. 25. §. 8. & 9. ff. de her. pet. l. 22. l. 25. l. 27. §. 3. ff. de rei vind. l. 1. §. 11. l. 5. §. 2. l. 9. in pr. & §. 2. ff. ad exhibend. l. 4. ff. rer. amot. l. 1. §. 10. ff. si quis omiss. caus. l. 2. §. 42. ff. ne quid in loco publ. l. 15. §. 10. ff. quod vi aut clam. l. 1. ff. de privatis delictis.* 9 Pro possessore. *vulg. Hal.* 10 Effectu sc. tantum enim domino præstat utilis adversus eum, qui desiit possidere, quantum directa adversus possessorem, *l. 47. §. 1. ff. de negotiis.*
11 Imperitia, culpæ species *16. §. 7. ff. de off. Præsid. l. 27. §. 29. ff. ad l. Aqu. l. 9. §. 5. l. 13. §. 5. ff. locati. §. 7. Inst. de l. Aquil. 2 Ecl. 3. c. 135.* 12 Regulariter, at non in mensore. *l. 1. §. 1. ff. si mensor.* 13 *l. 29. ff. de pactis. l. pen. ff. depositi. l. 62. ff. de verb. obl. l. 3. C. de pactis. 2 Ecl. 3. c. 130.*
14 *l. 28. in fin. ff. de pactis. l. 19. ff. mandati. l. 122. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 2. §. 1. ff. de publicis. l. 3. C. de pactis. l. ult. C. de acq. poss.* 15 Nisi dominus delictum à servo committi sciverit, nec prohibuerit. v. Paul. 5 *sent. 12. §. ult.* 16 Excipe *l. 25. §. 8. ff. de hered. pet. l. 2. §. 5. ff. de her. vend. l. 64. §. 7. ff. soluto. l. 1. §. 12. ff. si quis omissa causa.* adde *l. 78. ff. eod.* 17 *l. 68. in fin. ff. pro socio. l. 5. §. 13. ff. de donat. int. vir. l. 1. §. 23. ff. de collat. v. l. 6. ff. quæ in fraudem cred.* Goth. Adde notat. ad *l. 119. ff. eod.* S. L. 18 Puta de patrimonio. *l. 5. §. 13. ff. de don. int. vir.* 19 Delinquens meliorem suam conditionem non facit, *l. 49. ff. eod. l. 173. §. pen. ff. eod. 2 Eclog. c. 132. l. 5. ff. si quis cautionib. l. 26. §. 4. ff. quib. ex caus. majores. l. 9. l. 17. vers. illud inique. ff. de noxalib. l. 3. §. 11. ff. ad exhib. l. 6. §. ult. ff. mandati.* adde *l. 10. §. 1. ff. soluto. l. 1. §. 4. l. 15. §. de tut. & curatorib. l. 12. §. 1. ff. de furtis. l. 30. C. de transact.* 20 Est enim iniquum, ut dolus proprius alteri noceat. *l. 39. l. 49. ff. eod. l. 155. ff. eod.* 21 V. *l. 182. l. 185. l. 188. ff. eod. l. 35. ff. de verb. obl.* 22 Paria sunt bona fide possidere & vere. *l. 25. §. 1. ff. de usuris. l. 48. ff. de adqu. rer. dom. v. l. 3. ff. de cond. & demonstr.* 23 Id est, probabilis ignorantia. 24 *l. 5. §. 2. ff. de rebus eorum.* 25 Tali ignorantiæ sc.
26 2 *Eclog. 3. c. 134. 2 Harm. 1. §. 76. l. 167. in fin. ff. eod. l. 11. ff. de acqu. poss.* fœcus si mala fide. *c. qui contra. 72. de reg. in 6.* vide Dynum, *l. 27. ff. de contr. empt.* 27 *l. 183. ff. eod. l. 54. ff. de acq. her. l. 28. §. 4. ff. de flip. servorum.* 28 *l. 9. ff. de furtis.* 29 Id est, contestatum. *v. l. 86. l. 87. ff. eod. l. 58. ff. de oblig. & act. l. ult. ff. de præscript. 30.* 30 V. *l. 25. ff. de verb. oblig.*

De absentia reip. causa.

CXL. Ulpianus lib. LVI ad Edictum.

ABsentia [31] ejus, qui [32] Reipublicæ causa abest [33], neque ei, neque alii, damnosa esse debet.

De jure singulari. 1. De heredibus.

CXLI. Paulus lib. LIV ad Edictum.

QUod contra [34] rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia [35]. §. 1. Uni duo pro solido [36] heredes esse non possunt.

De eo, qui tacet.

CXLII. Idem lib. LVI ad Edictum.

QUi tacet [37], non utique fatetur [38]: sed tamen verum est, eum non [39] negare [40].

De contrahentibus, & eorum successoribus.

CXLIII. Ulpianus lib. LXII ad Edictum.

QUod [41] ipsis, qui contraxerunt, obstat; & successoribus [42] eorum obstabit.

De licito & honesto. 1. De tempore in stipulationibus spectando.

CXLIV. Paulus lib. LXII ad Edictum.

NOn [43] omne, quod licet [44], honestum [45] est [46]. §. 1. In stipulationibus [47] id tempus spectatur, quo contrahimus.

An quis fraudari dicatur.

CXLV. Ulpianus lib. LXVI ad Edictum.

NEmo videtur fraudare eos, qui sciunt [48] & consentiunt [49].

De eo, quod sui egit ante libertatem.

CXLVI. Paulus lib. LXII ad Edictum.

QUod quis, dum servus est, egit: proficere [50] libero facto non potest.

De generalibus & specialibus.

CXLVII. Gaius lib. XXIV ad Edictum provinciale.

SEmper specialia [51] generalibus insunt.

De eo, cujus effectus omnibus prodest.

CXLVIII. Paulus lib. XVI Brevis Edicti.

CUjus effectus [52] omnibus prodest, ejus [53] & partes ad omnes pertinent [54].

De lucro ex persona alterius.

CXLIX. Ulpianus lib. LXVII ad Edictum.

EX qua persona quis lucrum [55] capit, ejus factum præstare debet [56].

De eo, qui possidet, vel habet, aut dolo desiit possidere, vel habere.

CL. Idem lib. LXVIII ad Edictum.

PArem esse [57] conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atque ejus, cujus [58] dolo malo factum sit, quo minus possideret, vel haberet.

De damno.

CLI. Paulus lib. LXIV ad Edictum.

NEmo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere [59] jus non habet.

De vi. 1. De mandato. 2. De ratihabitione. 3. De herede.

CLII. Ulpianus lib. LXIX ad Edictum.

HOc jure utimur: ut, quidquid omnino per vim fiat, aut [60] in vis publicæ, aut [in vis] privatæ crimen incidat. §. 1. Dejicit, & qui [61] mandat. §. 2. In maleficio ratihabitio [62] mandato comparatur. §. 3. In contractibus, quibus doli [63] præstatio [64] vel bona fides inest, heres in solidum tenetur.

De obligatione, liberatione, acquisitione & possessione.

CLIII. Paulus lib. LXV ad Edictum.

FEre [65], quibuscunque [66] modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo, & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque [67] in contrarium actum.

De petitore, de dolo. 1. De pœna.

CLIV. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

CUm [68] par delictum est duorum, semper oneratur petitor [69], & melior habetur possessoris [70] causa, sicut fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio [71] petitori, *Aut si* [72] *rei* [73] *quoque in ea re dolo actum sit.* † Illi debet permitti pœnam petere, qui [74] in ipsam non incidit [75].

Cui factum nocet. 1. De eo, qui jure suo utitur. 2. De casibus pœnalibus.

CLV. Paulus lib. LXV ad Edictum.

FActum [76] cuique suum [77], non adversario nocere debet.

§. 1. Non videtur vim facere, qui jure suo [78] utitur, & ordinaria actione experitur. §. 2. In pœnalibus [79] casibus benignius [80] interpretandum est.

Invitum non defendere. 1. De actione & exceptione. 2. De eo, qui in alterius locum successit. 3. De auctore & emptore. 4. De invito.

CLVI. Ulpianus lib. LXX ad Edictum.

INvitus [81] nemo [rem] cogitur defendere [82]. §. 1. Cui damus actiones [83], eidem & [84] exceptionem competere [85] multo magis quis dixerit [86]. §. 2. Cum quis in alii [87] locum successerit: non est æquum, ei [88] nocere hoc, quod adversus eum nocuit [89], in cujus locum successit. §. 3. Plerunque [90] emptoris eadem [91] causa esse debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris. §. 4. Quod cuique [pro eo] præstatur, invito [92] non [93] tribuitur.

De servis. 1. De eo, qui dolo fecit, quominus haberet. 2. De successoribus.

CLVII. Idem lib. LXX ad Edictum.

AD ea [94], quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice [95] dominorum sunt (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperaverint [96].

§. 1. Semper, qui dolo fecit, quominus [97] haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. §. 2. In contractibus successores ex dolo [98] eorum, (quibus) successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verumetiam in solidum tenentur [99], hoc [100] est, unusquisque pro ea parte, qua heres est.

De pignore.

CLVIII. Gaius lib. XXVI ad Edictum provinciale.

CReditor, qui permittit rem [1] venire, pignus demittit [2].

Differentia obligationis & dominii.

CLIX. Paulus lib. LXX ad Edictum.

NOn [3] ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse [4].

Differentia inter vendere & vendenti consentire. 1. De eo, quod sit per majorem partem. 2. De jure legatarii.

CLX. Ulpianus lib. LXXVI ad Edictum.

ALiud [5] est [6] vendere, aliud [7] vendenti consentire [8]. §. 1. Refertur ad universos, quod publice fit per majorem [9] partem.

§. 2. Absurdum est, plus juris habere [eum], cui legatus [10] sit fundus, quam heredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

De eo, per quem factum est, quominus conditio impleatur.

CLXI. Idem lib. LXXVII ad Edictum.

IN jure civili receptum est, quotiens per eum, cujus interest [11], conditionem [12] non impleri, fiat, quominus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem [13], & legata extra suam provinciam, *l.* 35. §. 2. ff. *de procurat.* non absimiliter cogitur nemo invitus agere, & accusare, *l.* 1. C. *ut nemo invitus.* vectigal conducere, *l.* 9. §. 1. ff. *de publicanis.* aut in conductione vectigalis perseverare lustro peracto, *l.* 3. §. 6. ff. *de jure fisci.* res suas vendere, *l.* 11. C. *de contrab. empt.* seu frumentum vilius, quam annona exigit, vendere, *l. ult.* ff. *de annona.* potest tamen quis justa de causa cogi invitus negotiationem aliquam exercere, *l.* 9. §. 9. ff. *de pœnis.* & servos suos distrahere. *l.* 2. ff. *de his, qui sunt sui.* Potest etiam cogi Advocatus ad postulandum, v. *l.* 7. C. *de postulando.* doctor ad consilium dandum, v. *l.* 6. C. *de Advocatis diversorum judiciorum.* procurator litis esse, eamque in foro suo exercere, Decius *hic. arg. l.* 1. §. 11 ff. *de variis & extraord.* Ita notarius instrumentum conficere cogi potest, ut & caupo, hospes, nauta, tabernarius commeantes, & vectores excipere, *l.* 1. ff. *nautæ, caupones.* quod & turpissime, & contra omnem juris, & æqui artem Decius extendit ad meretrices, in lupanari stantes. Cogitur etiam quis invitus testimonium dicere, *l. ult.* C. *de fide instrum.* l. 4. *l.* 7 ff. *de testibus.* jurare. *l.* 38. ff. *de jurejur.*

83 Actionem. *vulg. Hal.* 84 Exceptio, subsidium actionis, *l.* 8. §. 2. *in fin.* ff. *ad Velleian.* & è contra actio, exceptionis. *l.* 8. *in fin.* ff. *de doli mali & metus except.* 85 Argumentum ab eo, quod minus, ad id quod magis, æquum est. adde C. *qui ad agendum admittitur.* 71. *de reg. in* 6. *l.* 1. §. 4. ff. *de superficiebus.* 86 Faveturenim reis, *l.* 125. ff. *eod.* & retentioni, *l.* 4. C. *de usur.* & liberationi, *l.* 5. ff. *de pœn.* Id tamen fallit in judiciis recuperandæ possessionis, in quibus reo, qui spoliavit, non datur exceptio dominii, nisi prius possessionem restituerit: datur ei actio, negatur exceptio, *l.* 25. C. *de locato. l.* 9. C. *si per vim. l.* 7. C. *de ui publica. l.* 14. C. *de agricolis.* adde *Novell.* 88. & merito, cum actio, & exceptio rea ad diversas referantur: hæc ad possessionem, illa ad proprietatem. 87 Alicujus. *vulg. Hal.* Goth. *Alii pro alium.* Grot. 88 Successori non nocet, quod ejus auctori nocere non potuit, *l.* 3. §. 2. *in fin.* ff. *de itinere actuque.* adde *l.* 76. *in fin.* ff. *de contrab. empt. l.* 37 ff. *de acq. her.* & contra, quod auctori nocere potuit, successori nocere potest. *l.* 143. ff. *eod.* 89 Grotius legit *non nocuit. arg. l. pen.* ff. *de itinere actuque privato.* S. L. 90 Nam quod auctoribus bonæ fidei prodesse potuit, successori malæ fidei nocere incipit. *l.* 2. §. 17. ff. *pro empt.* 91 2 *Eclog.* 2. *c.* 151. §. 3. *l.* 2. ff. *de her. vend. l.* 20. ff. *de acq. rer. dom. l.* 2. *in fin.* ff. *pro empt. l.* 5. C. *de hered. vend. l.* 26. C. *de evict.* 92 *l.* 69. ff. *eod. l.* 19. §. 2. ff. *de donat.* 93 Quidam ita legunt, non *eripitur*, ex *c. indultum.* 17. *de reg. in* 6. 94 *l.* 2. §. 1. ff. *de noxal. l.* 21. §. 1. ff. *rer. amot. l.* 11. §. 7. ff. *quod vi. l.* 17. §. 7. ff. *de injur. l.* 15. §. 2. ff. *de salf.* 2 *Eclog.* 3. *c.* 152. §. 5. *l.* 8. C. *ad leg. Juliam de vi.* 95 Tutores sunt vice dominorum in pupilli rebus, *ut hic.* domini loco habentur. *l.* 27. ff. *de administr. tut. l.* 7. §. 3. ff. *pro emptore.* adde *l.* 56. §. 4. ff. *de furtis.* 96 *l.* 167. *in fin.* ff. *eod.* 97 Vide *l.* 78. *l.* 150. ff. *eod.* 98 Vide *l.* 152. *in fin.* ff. *eod.* 99 Imo tunc non tenentur. §. 1. *vers. aliquando. Inst. de perpet. & temp.* Goth. Tantum tenetur in id, quod pervenit, & non ulterius. *l.* 5. ff. *de calumniat.* Anf. 100 Puto legendum, tenentur, vel unusquisque, &c. ut sit sensus, Socium, heredem in solidum, teneri etiam in solidum: pro parte, ex rata partis, *l.* 9. ff. *de cond. furt.* & ita intellige *l.* 12. *l.* 49. ff. *de oblig.* 1 Puta tignum, *l.* 62. ff. *de verborum sign.* quæ est ejusdem libri. 2 Dimittit, *al.* id est, remittit jus pignorum, *l.* 4. §. 1. ff. *quibus modis pign. l. ultim. C. de remiff. pign.* non tamen ipsum debitum. *l.* 3. ff. *de pact.* Causa dubitandi in hac lege sumi potest ex *l.* 160. ff. *eod.* 3 Ex pluribus causis possidere rem eandem possumus, *l.* 3 §. 4. ff. *de acq. poss.* semel res mea esse potest, sæpius deberi potest. *l.* 14. §. 2. ff. *de except. rei jud.* Quod jam nostrum est, aut proprium, inagis, aut amplius nostrum fieri non potest. §. 10. *Inst. de leg.* §. 14. *Inst. de act.* 4 Differunt, deberi, & nostrum esse, *ut hic.* sic differt proprietatis quæstio & obligatio. vide *l.* 30. ff. *de except. rei jud.* adde Dauhouderium *in Enchirid. Pa-rium, in verbis* Actui consentire. hinc fit, ut rem nostram inutiliter stipulemur ratione dominii, *l.* 31. ff. *de verb. oblig.* & ut eadem nobis inutiliter legetur eodem respectu. §. 10. *Inst. de leg.* adde *l.* 45. ff. *eod.* 5 Imo non aliud. *l.* 158. ff. *eod.* 6 Nisi sit utrobique eadem ratio: hinc minor nec alienare, nec alienationi consentire potest, *l.* 2. C. *si adverf. donat.* cui unum eorum permixtum, alterum quoque conceditur. *l.* 163. *l.* 165. ff. *eod.* 7 Si aliud est, igitur, cui unum eorum non licebit, aliud ei permitti intelligetur. *l.* 2. C. *de manumiff. vind.* 8 Aliud est contrahere, aliud contrahenti consentire. *Goth.* Hinc colligunt, quod is, qui consentit in venditione, non censetur renunciare retractui, possitique, non obstante consensu, retractum intentare. *Anf.* Vide Tiraquell. *de retractu gentil.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 14. & §. 30. *gloss.* 1. *num.* 4. Reinking. *de retract. quæst.* 2. *n.* 196. Sande, *decis. Frificar. lib.* 3. *tit.* 5. *defin.* 8. S. L. 9 Major pars quod facit, hoc omnes facere videntur. vide *l.* 3. l. 4. ff. *quod cujusque. l.* 19. ff. *ad municip.* facit *l.* 10. ff. *de pact. l.* 7. *in fin.* C. *de omni agro deserto. l.* 148. ff. *eod.* & ita intellige, *l.* 10. ff. *de aqua pluv.* vel per eos, à quibus res municipii geri solent, *l.* 97. ff. *de cond. & demonst. l. un.* §. 1. ff. *de liber. universit. l.* 1. §. 2. ff. *de acq. poss.* fic majoris partis bonorum litis ratio habetur in excusando tutore, *l.* 21. ff. *de excus. tut.* & majoris partis anni, ut res aliqua fundi esse dicatur, vel negetur, *l.* 18. §. 12. ff. *de instructis.* quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. *cap. quod omnes.* 29. *de reg. in* 6. 10 Legatarius non est potioris juris, quam heres aut defunctus. *l.* 120. *l.* 143. ff. *eod. l.* 176. *in fin.* ff. *eod.* 11 *cap. impugnari.* 41. *c. cum non sint.* 66. *de reg. in* 6. 2 *Eclog.* 25. *c.* 156. v. *l.* 24. ff. *de cond. & demonst.* 12 Νόμος δίνος τὴν ἄμοιρον, implerl conditionem, *Eclog. ib* ἴσως διαφέρει πληρωθῆναι. 6 *Harm.* 2. Plane ordo est inversus. sic restituo: Quoties per eum, cujus interest, conditionem impleri, non fiat, quominus impleatur, &c. quod optime convenit *l.* 3. §. 10. *in fin. l.* 28. ff. *de statulib. c. imputari.* 41. & *c. cum non stat per eum.* 66. *de regulis. in sexto.* ut interim dicam in dicto *c.* 66. quo minus sumi pro, quin, vel, quo magis. *Goth.* Vide in hanc l. Goedd. *de contrab. stipul. c.* 9. *num.* 11. Leoniu. *emend. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 1. Anf. 13 *Eclog. ibid. l.* 20. §. 3. *l.* 28. ff. *de statulib.*

---

31 1 *Harm.* 3. §. 79. & 80.
32 2 *Eclog.* 3. *c.* 137. *l.* 21. §. 1. ff. *ex quib. caus. majores.*
33 Servus abesse ita non potest. *l. ult.* ff. *eod.*
34 *l.* 14. *l.* 15. ff. *de legib. c. quod ob gratiam.* 61. *de reg. in* 6. τὰ παρὰ κανόνας. 2 *Eclog.* 3. *c.* 138.
35 Consequentias. *vulg.* τὰς ὁμοίας. 2 *Eclog.* 3. *c.* 138. similia.
36 Duorum in solidum dominium esse non potest. *l.* 5. §. *ultim.* ff. *commodati. l.* 3. §. 5. ff. *de acq. poss. l.* 19. ff. *de precariis.*
37 Tacens, nec fatetur, nec negat, *c. is qui tacet.* 44. *de reg. in* 6. 2 *Eclog.* 3. *c.* 139. Nazianzenus, κωφὴν σιωπὴν συγκατάθεσιν ἡγεῖ δεῖ ἡ παρρησία. v. Cujac. 16. *observ. ult.* Consentit, qui non repugnat, *l.* 22. ff. *de sponsalib. 4 Harm.* 2. non tamen consentit continuo, qui exceptione utitur, *l.* 8. ff. *de except.* Consentimus aut expresse, aut tacite: hinc illa, velle, non nolle. *l.* 4. ff. *eod.*
38 Tacens, neque fatetur, neque negat, *ut hic.* Imo contradicere videtur. vide Socin. *reg.* 395.
39 Eo ipso, quod tacet, nec rogantibus aut loquenti contradicit.
40 Quia non palam contradicit.
41 Resoluto jure datoris, resolvitur & jus accipientis & habentis ab eo causam.
42 *l.* 52. §. 1. ff. *de pactis. l.* 37. ff. *de acq. her. v. l.* 2. C. *si pignus pignori.* adde *l.* 160. *in fin.* ff. *eod.*
43 Licita non continuo honesta vel permissa, *l.* 197 ff. *eod.* 2 *Eclog.* 3. *c.* 140. exemplum vide in *l.* 14. §. 2. ff. *de ritu.*
44 Licitum, non continuo honestum. Licitum porro dicitur, quod per leges permissum est, quod impunitum est legibus. Cum Julia noverca Antonini Caracallæ Bassiani ei sinum nudasset: vellem inquit, si liceret. at illa: si libet, licet. An nescis Imperatorem leges dare, non accipere? Spartianus in Antonino Caracalla. 45 Exemplum vide in *l.* 27. *in fin.* ff. *de her. pet. l.* 1. *in fin.* ff. *de periculo.* tanta est honesti ratio: hinc turpis persona, v. *l.* 27. ff. *de inofficioso.* conditio, *l.* 112. §. 3. ff. *de leg.* 1. *l.* 63. §. 7. ff. *ad Treb.* vita, *l.* 43. §. 5. ff. *de ritu.* arbiter, *l.* 9. §. 3. ff. *de arbitris.* turpiter datum, ff. *de cond. ob turpem.* 46 Vel utile, πάντως μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ἃ πάντως συμφέρει πάντως μοι ἔξεστιν, ἀλλ' ἃ πάντως οἰκοδομεῖ. 1 *Cor.* 10. *vers.* 23. & *cap.* 6. *vers.* 12. & Syrachus, *c.* 37. *vers.* 31. ὁ γὰρ πάντως πᾶσι συμφέρει, ἢ ὃ πᾶσιν ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκιμεῖ.
47 *l.* 18. ff. *eod.* v. *l.* 78. *in fin.* ff. *de verb. obl.* 48 Sciens non fraudatur, *c. scienti & consentienti.* 27. *de reg. in* 6. 2 *Eclog.* 3. *cap.* 41. *l.* 1. *in fin.* ff. *de act. empt. l.* 24. §. 9. ff. *de ædilitio. l.* 1. §. 3. ff. *depositi. l.* 1. *in fin.* ff. *quod falso tutore. l.* 34. C. *de transact.* & hæc quidem locum habere existimo in sciente simul & consentiente. 49 *l.* 11. ff. *si quid in fraudem patroni.* & volunt, *l.* 11. *in fin.* ff. *de in jus vocando. l.* 1. §. 5. ff. *de injuriis. l.* 8. §. 5. ff. *de aqua pluv. l.* 3. §. 5. ff. *de homine libero.* voluisse intelligitur, qui adversus se aliquid scripsit. *l.* 8. §. 6. ff. *eod.* 50 *l.* 98. §. *ult.* ff. *de solut.* & nocere. vid. *l.* 1. *& passim.* C. *an servus pro suo facto.* 51 Vid. *l.* 80. *l.* 113. ff. *eod.* 2 *Eclog.* 3. *c.* 141. species inest suo generi: inest, id est, comprehenditur. *c. generi per speciem derogatur.* 34. *de reg. in* 6. 52 Vide Everardum *in loco ab effectis.* 53 Omnibus qui prospicit, nullos excipit. Hinc qui totum restituere tenetur vindicanti, nullam partem retinere debet. adde *l.* 76. ff. *de rei vind.* qui totum alienat, nullam partem retinet, *l.* 25. ff. *de usuris.* qui omnes servos legat, nullum excipit. *l.* 52. ff. *de legat.* 1. 54 Hinc colligunt idem jus esse in parte, quod in toto, *arg. l.* 82. ff. *de acqu. her.* Cujus regulæ quatuor exceptiones, vide *hic* apud Decium.
55 *l.* 10. ff. *eod. l.* 10. ff. *si quis omissa causa. l.* 13. §. 1. ff. *de acq. poss. l.* 14. ff. *de rei vind.*
56 Excipe donatarios, *l.* 15. C. *de donat.* & eos, qui succedunt facto inventario: nec enim factum defuncti præstant. Dec. *hic. n.* 2. 57 Verbi gratia in edicto, ne quid in loco publico.
58 Vide *l.* 131. ff. *eod. l.* 2. §. 42. ff. *ne quid in loco publico.* 59 Damnum dare, est injuriam facere, *l.* 1. §. 10 & 11. ff. *ne quid in loco publ.* vi facit, qui facit injuriam, *l.* 73. §. 2. ff. *eod.* vim non facit, qui suo jure utitur, *l.* 155. ff. *eod.* qui injuria quid facit, punitur: è contra, factum legitime, pœnam non meretur. *l.* 6. C. *de adulteriis.* 60 Vis omnis aut est publica, aut est privata. §. 8. *Inst. de publicis judiciis.* 2 *Eclog.* 3. *c.* 142. 61 *l.* 169. ff. *eod.* vide *l.* 1. ff. *quod jussu. l.* 1. §. 12. & 13. ff. *de vi & vi. l.* 11. ff. *de injuriis.* 62 Vide *l.* 60. ff. *eod. c. ratihabitio.* 12. *de reg. in* 6.
63 *l.* 157. *in fin.* ff. *eod.* 64 Dolus & bona fides ubi præstatur, heres in solidum tenetur.
65 Cur hæc particula *fere*, seu σχεδόν, addita est? ut intelligas, possessionem non iisdem semper modis amitti, quibus adquiritur: facilius enim amittitur, quam adquiritur. Corpus requiritur in adquirenda, at solus animus sufficit in amittenda, *l.* 3. §. 6. ff. *de acq. poss.* v. Scholion apud *Harmen. 2. tit.* 1. 66 *l.* 35. *l.* 100. ff. *eod. l.* 8. ff. *de acq. poss. l.* 80. ff. *de solution.* 67 Imo solo animo possessio amitti potest. *l.* 3. §. 6. ff. *de acquir. poss.* utique, si animo eam amittere incipimus; secus, si corpore. 68 1 *Harm.* 2. §. 64. & 65. 69 *l.* 33. ff. *eod. cap. in pari delicto.* 65. *de regul. in* 6. 2 *Eclog.* 3. *cap.* 150. reus potior. *l.* 38. ff. *de rei judicata.* 70 Licet doli, *l.* 36. ff. *de dolo. l.* 57. *in fin.* ff. *de contrab. empt. l.* 4. §. 13. ff. *de doli mali except. l.* 91. §. 3. *in fin.* ff. *de verbor. oblig.* vide Dynum ad *c.* 65. *de reg. in* 6. 71 *l.* 4 §. 13. ff. *de doli mali.* 72 Si non rei. 73 Hinc constat, non audiri replicationem actoris doloso adversus reum dolosum excipientem. 74 Pœnam petere non debet, vel potest, qui in eam incidit, *c. fruftra fibi fidem.* 75. *de reg. in* 6. *l.* 77. §. 27. ff. *de legat. 2. l.* 21. C. *de pactis. l.* 6. C. *de transact. l.* 14. *in fin.* ff. *pro socio. l.* 13. §. 8. *l.* 50. ff. *de act. empt. l.* 14. §. 1. ff. *de furtis. l.* 12. C. *de rei vind. l.* 54. §. 1. *& pen.* ff. *locati. l.* 77. §. 27. ff. *de leg.* 2. 75 Cur ita? nemini datur actio, nisi ex honesta causa. *l.* 76. *in fin.* ff. *de furtis.*
76 Adde *l.* 9. ff. *de liberali causa.*
77 *l.* 31. *l.* 49. *l.* 134. ff. *eod. l.* 9. ff. *quæ in fraudem credit.*
78 Vid. *l.* 151. ff. *eod. l.* 12. *in fin.* ff. *de vi.*
79 V. *l.* 32. ff. *de pœnis.*
80 2 *Harm.* 2. §. 63. *c. in pœnis.* 49. *de reg. in* 6. *l.* 192. *in fin.* ff. *eod. l.* 2. ff. *de liberis & posthumis.* mitior lex sequenda, *l.* 32. *in fin.* ff. *de pœn.* pœnæ molliendæ, *l.* 42. ff. *de pœn.* humaniorem sententiam sequi oportet, *l.* 10. §. 1. ff. *de rebus dub.* si modo negotium id pati potest, si non præsumitur delictum. v. Alciatum, 3 *præsumpt.* 2. puta furtum, *l.* 51. ff. *pro socio.* inusta infamia, *l.* 4. §. 2. ff. *de suspectis.* adde *l.* 23. *in fin.* ff. *de adult.* siquidem odia, & pœnas, quantum fieri potest, restringi oportet. *c. odia.* 15. *de reg. in* 6.
81 Adde *quæ de invito* dixi ad *l.* 69. ff. *eod.*
82 *l.* 17. C. *de procuratorib.* puta noxali judicio, *l.* 29. *l.* 33. ff. *de noxal.* sed & executor esse. Decius *hic. n.* 1. procuratoris munus sustinere, *l.* 8. §. 1. ff. *de procurat.* datus tamen ad agendum, cogitur defensionem suscipere, *l.* 33. §. 4. ff. *de procurat. l.* 4. ff. *de tutelis.* & munus persequi, satisdare *l.* 35. §. 2. ff. *de procur.* nec tamen ultra provocationem, *l.* 17. C. *de procurat.* nec

& legata [14], & ad heredum institutiones [15] perducitur: quibus exemplis stipulationes [16] quoque committuntur, cum per [17] promissorem factum esset, quominus stipulator conditioni pareret.

De recepta propter necessitatem.

CLXII. PAULUS lib. LXX ad Edictum.

QUm propter necessitatem [18] recepta sunt, non debent in argumentum [19] trahi.

De donatione, venditione, concessione.

CLXIII. ULPIANUS lib. LV ad Edictum.

CUjus [20] est donandi [21], eidem & [22] vendendi, & concedendi [23] jus est [24].

De heredibus & judiciis pœnalibus.

CLXIV. PAULUS lib. LI ad Edictum.

POEnalia judicia semel [25] accepta [26] in heredes transmitti possunt.

De eo, qui alienat, vel alienanti consentit.

CLXV. ULPIANUS lib. LIII ad Edictum.

CUm quis possit alienare [27], poterit & consentire alienationi. † Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.

De defensore rei alienæ.

CLXVI. PAULUS lib. XLVIII ad Edictum.

QUi [28] rem alienam defendit, nunquam locuples habetur [29].

De his, quæ accipienti non fiunt. 1. De jussu judicis.

CLXVII. IDEM lib. XLIX ad Edictum.

NOn videntur [30] data [31], quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt. §. 1. Qui [32] jussu judicis [33] aliquid facit, non [34] videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet [35].

De obsturio.

CLXVIII. IDEM lib. I ad Plautium.

RApienda [36] occasio [37] est, quæ præbet benignius [38] responsum. §. 1. Quod factum est, cum in obscuro [39] sit, ex affectione cujusque [40] capit interpretationem.

De damno. De eo, quod pendet.

CLXIX. IDEM lib. II ad Plautium.

IS damnum dat, qui jubet [41] dare: ejus vero nulla culpa est [42], cui parere [43] necesse sit. §. 1. Quod pendet [44], non est pro eo, quasi sit.

De facto à judice.

CLXX. IDEM lib. IV ad Plautium.

FActum [45] à judice, quod [46] ad officium [47] ejus non pertinet, ratum non [48] est [49].

De obligatione.

CLXXI. IDEM lib. IV ad Plautium.

NEmo ideo obligatur [50], quia [51] recepturus est [52] ab alio [53], quod præstiterit.

De ambiguis.

CLXXII. IDEM lib. V ad Plautium.

IN contrahenda venditione ambiguum pactum contra [54] venditorem interpretandum est [55]. §. 1. Ambigua autem intentio [56] ita accipienda est, ut [57] res salva actori sit [58].

De his, qui condemnantur in id, quod facere possunt. 1. De restitutione. 2. De mora. 3. De eo, qui petit quod redditurus est.

CLXXIII. IDEM lib. VI ad Plautium.

IN [59] condemnatione personarum, quæ [60] in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant [61]. §. 1. Cum verbum *restituas* [62] lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi. §. 2. Unicuique sua [63] mora nocet [64]: quod & in duobus [65] reis promittendi observatur [66]. §. 3. Dolo facit, qui [67] petit, quod redditurus est [68].

Posse. 1. De repudiatione.

CLXXIV. IDEM lib. VIII ad Plautium.

QUi potest [69] facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur. §. 1. Quod quis, si velit, habere non potest [70], id repudiare non [71] potest.

De servis. 1. De eo, qui in jus alterius succedit.

CLXXV. IDEM lib. XI ad Plautium.

IN [72] his, quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, servus [73] intervenire non potest. §. 1. Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor [74] meus, à quo jus in me transit.

Ne singulis contendatur, quod per Magistratum publice fieri potest. 1. De libertate & necessitudine.

CLXXVI. IDEM lib. XIII ad Plautium.

NOn est singulis [75] concedendum [76], quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. §. 1. Infinita æstimatio est libertatis [77] & necessitudinis [78].

De eo, qui in jus alterius succedit. 1. De ignorantia.

CLXXVII. IDEM lib. XIV ad Plautium.

QUi in jus, dominium [79] vel alterius succedit [80], jure ejus uti debet. §. 1. Nemo [81] videtur dolo exsequi, qui ignorat [82] causam, cur non debeat petere.

De principali & accessorio.

CLXXVIII. IDEM lib. XV ad Plautium.

CUm principalis [83] causa non consistat, plerunque [84] ne [85] ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

De obscura voluntate manumittentis.

CLXXIX. IDEM lib. XVI ad Plautium.

IN obscura voluntate manumittentis favendum est libertati [86].

De eo, qui jussu alterius solvit.

CLXXX. IDEM lib. XVII ad Plautium.

QUod jussu [87] alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.

Si nemo adierit ex testamento.

CLXXXI. IDEM lib. I ad Vitellium.

SI nemo [88] sublit hereditatem, omnis vis testamenti solvitur [89].

De eo, quod nullius esse potest.

CLXXXII. IDEM lib. III ad Vitellium.

QUod nullius [90] esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere.

De solemnibus non facile mutandis. De æquitate.

CLXXXIII. MARCELLUS lib. III Digestorum.

ET si nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen, ubi æquitas [91] evidens poscit, subveniendum est.

De vano timore.

CLXXXIV. CELSUS lib. VII Digestorum.

VAni [92] timoris justa excusatio non est.

De impossibilibus.

CLXXXV. IDEM lib. VIII Digestorum.

IMpossibilium [93] nulla obligatio est.

Quando peti potest.

CLXXXVI. IDEM lib. XII Digestorum.

NIhil [94] peti potest ante [95] id tempus, quo per rerum naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi [96] eo præterito, peti non potest.

De eo, qui uxorem prægnantem reliquit.

CLXXXVII. IDEM lib. XVI Digestorum.

SI quis prægnantem [97] uxorem reliquit, non videtur sine [98] liberis decessisse.

Si testator pugnantia jusserit. 1. De impossibilibus.

CLXXXVIII. IDEM lib. XVII Digestorum.

VBi pugnantia [99] inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. §. 1. Quæ rerum [100] natura prohibentur [1], nulla lege confirmata sunt.

De pupillo & auctoritate tutoris.

CLXXXIX. IDEM lib. XIII Digestorum.

PUpillus [2] nec velle [3], nec nolle in ea ætate, nisi adposita tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.

De evictione.

CXC. IDEM lib. XXIV Digestorum.

QUod evincitur [4], in bonis non [5] est.

De beneficio Principis.

CXCI. IDEM lib. XXXIII Digestorum.

NEratius consultus, an, quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam [6] defuncto dedisse existimaretur? Respondit, non videri sibi, Principem, quod ei, quem vivere existimabat, concessisset, defuncto concessisse; quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius [7] æstimationem esse.

De

---

14 *Recog. ibid. & l. 24. l. 5. §. 5. ff. quando dies legat. ced.*
15 *Recog. ibid. & l. 24. l. 3. ff. de cond. inst.*
16 *Recog. ibid. & l. 24.*
17 *l. 85. ff. de verb. oblig.*
18 Necessitate recepta non extenduntur, τὰ δι' ἀναγκην. 2 *Ecl. 3. c. 168.* τὰ παρὰ κανόνας νόμου λαμβανόμενα. 6 *Harm. 2.* contra rationem juris, *l 24. l. 15. ff. ut legat.* contra tenorem rationis, *l. 16. ff. de legibus.* ut ea, quæ à jure communi exorbitant, *cap. quæ à jure. 28. de regulis. in 6.* quæ ob gratiam alicui conceduntur, *cap. quod ob gratiam. 61. de regul. in 6.* sic necessitas probabilem facit manumissionem. *l. 27. ff. de manumiss. testam.* Et id quidem jus est, quod necessitas facit. *l. penult. ff. de legibus.* Clarus etiam putat id innui, furem excusari à pœna furti commissi, propter extremam necessitatem, 5 *sent. § furtum. vers. quandoquidem.* necessitas etiam excusat venditionem filii. *l. 2. C. de patr. qui filios.* Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum, *cap. quod non est, extra. de reg.* hinc illud, *Necessitas non habet legem.* Non ignoscitur tamen ei, quæ obtentu paupertatis turpissimam vitam agit. *l. 45. §. 5. ff. de ritu.*
19 Consequentias, *l. 14. ff. de obsq.* ad regulas juris, *l. 15. ff. de legib.* ὁι κανόνες νόμων. *Ecleg. ibid. Harm. ibid.* id est, exemplum: hinc sine exemplo subvenire. *§. 9. in fin. Inst. de jure natur. sanc. tit. ex consequence.*
20 Cui jus est, &c. Error hic unde natus sit, dixi ad *l. 6. §. 20. ff. arbor furtim cæsar.*
21 Argumentum à majori ad minus: Qui potest donare, potest vendere, multo magis concedere, 2 *Ecleg. 3. c. 158.* adde *l. 21. ff. cod.* sic, cui testamenti factio est, donare potest mortis causa, & non causa, *l. 7. in fin. ff. de don.* sic qui potest alienare, potest alienationi consentire. *l. 165. ff. eod.* Est autem argumentum à toto juris. *l. 7. ff. de except. rei judicatæ.* 22 Et è contra prohibitus vendere, donare non potest. imo potest. *l. 4. C. de fidejussoribus.* solve: Voluntati defuncti non repugnat, qui donat sorori, quod extra familiam vendere, aut pignori dare non potest. 23 Κωλυόμενον οὐτῷ δίνασθαι. *Ecleg. ibid.* id est, etiam cedere potest: concedendi vocabulo quidam intelligunt colonarium contractum. 24 Imo non est. Decurio donare potest, vendere non potest, *l. ultim. C. de præd. decur.* id merito sublatum. *Novell. 38* 25 2 *Ecleg. 3. cap. 159.* alias non contestata minime transmittuntur. *l. 11. ff. eod. l. 26. l. 58. ff. de obligationib. §. 1. in fin. Inst. de perpetuæ. l. unic. C. ex delictis defunctor.* Quin non omnia contestata in heredes transeunt, heredes rei ob delictum (paucis exceptis) non tenentur: nisi lata sententia. *l. 20. ff. de accusf.* 26 In judicio, & sic contestata. 27 Majus cui licet, eidem minus est permissum. vide *l. 21. l. 65. ff. eod.* 28 Vide *l. 110. §. 1. ff. eod.* 29 Argumentandi species à contrario sensu nota: nunquam ita quisquam locuples habendus est, ut immunis à satisfiando sit ejus nomine, quem defendit, *l. 35. §. 3. l. 51. in fin. l. 52. 53. ff. de procurat.* nisi necessariam personam defendat, *l. 3. ff. in jus vocati. l. 2. §. 2. ff. qui satisdare.* adde *l. 95. ff. eod. l. 234. §. 1. ff. de verb. sign. l. 63. in fin. pr. ff. ad l. Falcid.* 30 Proprie, secus impropriè, ratione personæ, *l. 55. ff. de cond. & demonstr.* vel contractus. *l. 4. ff. de usur.* 31 *V. l. ult. ff. de cond. caus. data. l. 75. in fin. ff. de verb. obl. §. 14. Inst. de act.* 32 Vide Cicer. 2 de Inventione, *ubi de porca.* 33 *l. 169. ff. eod.* adde *l. 137. ff. eod.* vel superioris. *l. 157. ff. eod.* 34 Jussus judicis excusat à dolo & delicto, *l. 7. § 4. ff. de jurisd. l. 7. § 2. in fin. ff. de minor. l. 8. ff. de lege commissoria. l. 4. ff. de aqua pluv. l. 13. § 2. ff. de injuriis.* non confert tamen ad lucrum. idque sentit Oldendorp. *Classi. 1. act 3. in fin.* 35 Imo non habet. Non enim aut omnia jubere possumus, aut in omnia servi parere coguntur. *l. 155. ff. eod.* Senec. 5 *de benef. 20.* 36 Capienda, *vulg. Hugo à Porta.* 37 Id est, interpretatio. 38 Vid. *l. 56. ff. eod.* τὰ εὐλογώτερον. 2 *Ecl. 3. c. 164.* 1 *Harm. 15. §. 17.* ut & *c. 57.* εὐλογώτερον. 39 De obscuro adde *l. 9. ff. eod.* 40 Puta testatoris. *l. 10. ff. eod.* 41 Vide *l. 157. §. 1. & 2. ff. eod. l. 1. ff. quod jussu. l. 37. ff. ad l. Aquil. cap. qui facit per alium. 72. de reg. in 6. v. l. 5. C. de accusat.* 42 Imo est. vide *l. 1. §. 13. ff. quod vi.* 43 *l. 167. in fin. ff. eod. v. l 11. §. 7. ff quod vi.* 44 *l. 35. ff. de jud. l. 12. in fin. l 25. §. 1. ff. de usufr. l. 9. ff. de reb. cred. l. 1. §. 1. ff. de Senatusc. Macedoniano. l. 43. ff. de ædilit. l. 20. ff. de donat. int. vir. l. 9. §. 2. ff. de liberis. l. 59. §. 6. ff. de hered. inst. l. 36. §. 4. ff. de leg. 2. l. 52. l. 53. ff. ad leg. Falc. l. 2. §. 3. ff. unde legit. l. 43. §. 2. ff. de adquir. rer. l. 28 ff eod. 2 Ecleg 3. c. 168.* 45 Res judicata, *l. 116. in fin. ff. de verb. obl. §. 5. Inst. quib. mod. jus patriæ.* factum Prætoris juri derogare non debet. *l. un. C. qui pro fua jurisdict.* 46 *c. ea quæ fiunt à judice. 26. de reg. in 6. 2 Ecleg. 3. c. 166.* 47 Et jurisdictionem. vide *l. ult. ff. de jurisdict.* 48 Imo est: ei itaque obtemperandum. *l. 167. ff. eod. l. 199. ff. eod.* 49 Tunc etiam habetur pro privato.
50 Puta, ad opus sua impensa Titio restituendum. 51 Id est, quamvis: ut sit sensus: Non si socius impensas, socii nomine factas, ab eodem potest repetere, tenetur eas actori præstare: est enim iniquum, innocentem nocentis facto obligari. *l. 11. ff. de aqua pluv.* 52 Judicio communi dividundo scil. 53 Puta à Mævio socio, qui opus Titio damnosum fecit. 54 Pactio obscura, vel ambigua venditori nocet. 1 *Harmenop. 15. §. 18. l. 39. ff. de pactis. l. 33. in fin. ff. de contrahend. empt.* & stipulatori, *l. 38. §. 15. ff. de verb. oblig.* quia potuit re integra apertius dicere, *l. 21. ff. de contrab. empt.* Imo venditori est utilis, *l. 34. ff. de contrab. empt.* solve, ut ibid. 55 Aliud in oratione aperta, & magis verisimili, *l. 34. ff. eod.* beneficiis Principum, *l. 43. ff. de vulgari.* judiciis. *§. 1. ff. eod.* & confessione. Decius *hic.* 56 διαγωγή. 2 *Ecleg. 3. c. 167.* Intentio judicialis ambigua secundum præsentem intelligitur, *l. 66. ff. de judiciis. l. 20. in fin. ff. de except. rei judic. l 83. §. 1. ff. de verb. obl.* 57 Ne alioquin actus ipse pereat. *l. 12. ff. de reb. dub.* 58 Si tamen id interpretatio ferre poterit: quid enim, si testatoris impugnet voluntatem? *l. 7. ff. de vulgari.* quid, si exceptionibus destituatur? *l. 2. §. 5. ff. de doli except.* 59 1 *Harm 4. §. 45.* 60 *l. 20. ff. eod. l. 12. ff. solut. l. 6. ff. de re jud. 2 Ecl. 3. c. 169.* 61 *l. 30. ff. de re jud.* 62 *V. l. 38. §. 2. ff. de usur. l. 75. ff. de verb. sign. 2 Ecl. 3. c. 169.*

63 *V. l. 134. in fin. ff. eod. ca. mora fua cuilibet est nocitva. 25. de reg. in 6. l. 5. ff. de rebus cred. l. 12. in fin. ff. depositi. l. 3. in fin. ff. de afflictis. empt. l. 32. §. 3. ff. de usu. l. 14. ff. de jure delibin. l. 39. §. 1. vers. ipsum. l. 47. in fin. ff. de legat. 1. l. 78. in pr. & §. 2. l. 84. ff. de legat. 2. l. 18. ff. ad Trebell. l. 12. ff. de aqua pluv.*
64 Nocet tamen mora rei fidejussori. *l. 88. ff. de verb. obl.*
65 *l. 32 §. 4. ff. de usur.*
66 Vide tamen *l. pen. ff. de duob. reis.*
67 *c. dolo facit. 59. de reg. in 6. l. 8. ff. de doli except.*
68 Eidem, à quo petit, non alii, *l. 44. in fin. ff. solut.* sed nec ex interdicto recuperandæ. *v. l. 14. C. de agricolis & censitis.*
69 Potentia faciendi factum repræsentat. *l. 50. ff. de contr. empt. l. 1. §. 8. ff. si quis omissa causa. l. 40. ff. de cond. & demonst.*
70 Quod non potest haberi, repudiari non potest. *l. 18. ff. de acq. hered.*
71 Repudiatio est quædam privatio, quæ subjectum aliquod præsupponit. *l. 8. § 2. ff. de optione; l. 59. § 6 in fin. ff. de hered. inst.* vide *l 3. ff. eod.*
72 In omnibus officiis, quæ. *Hal.*
73 *V. l. 22. ff. eod.*
74 Vid. *l. 120. l. 160. in fin. ff. eod.*
75 Id est, privatis.
76 Nemini permittendum est, ut sibi jus dicat, 2 *Ecleg. 3. c. 171. l. 7. C. unde vi. v.* tamen *l. 54. C. de decur.*
77 Vid. *l. 106. ff. eod. l. 1. ff. de bonis libertor.*
78 Id est, conjunctionis sanguinis. *Goth. v. l. fin. ff. de just. & jure.* Ans
79 Dominium vel alterius, *vulg. Haloand.* vide *l. 69. ff. eod. l. 37. ff. de acq. hered. 2 Ecleg. 3. c. 174.*
80 *l. 47. ff. de contr. empt. l. 1. § permittitur. 41. & seq. ff. de aq. quotid.*
81 3 *Harmen. 3. §. 56.*
82 Vid. *l. 19 ff. eod.*
83 *l. 129. in fin. ff. eod. l 2. ff. de pecul. 2 Ecleg. 3. c. 174.*
84 Si non eadem est ratio, sed diversa. Decius *hic.*
85 Pura, usuræ.
86 *V. l. 20 ff eod. 2 Ecleg. 3. c. 175. 2 Harm. 18. §. 19.*
87 *V. l. 56. ff. de solut. Ecleg. ibid. c. 176.*
88 *l. 12. §. 5. ff. de bonis libert. l. 1. §. 1. ff. quis ordo in bonor. possess.*
89 Et res ad intestati causam redit, *d. § 1. l. 89. ff. eod. l. 9 ff de test. tut. l. 10 §. 4. in fin. l. 38. ff. in fin. ff. de vulgari.* nisi heredes pro adito habeant; & nisi testator pro adito esse velit, quod facillime evenit propter codicillos, vel similes clausulas. 90 *l. 83. §. 5. ff. de verbor. oblig. 2 Ecleg. 3. c. 178.* 91 *l. 89. in fin. l. 90. ff. de in integrum. l. 2. ff. de const. princ.* de æquitate alibi dixi. *Guth.* V. Joan. Janez. Parlador. *rerum quotid. lib. 2. cap. 10.* Anf. 92 Vide *l. 4. ff. si cui plus quam per legem. & l. 13. ff. de rejud.* qui & ἀνοχὴν ἡ μάτωρ. 2 *Ecleg. 3. c. 180.* 93 *V. l. 135. l. 182. ff. eod. l. 35. l. 69. ff. de verb. oblig. Ecl. d. loco c. 181. c. nemo potest ad impossibile obligari. 6. de reg. in 6.*
94 Tempore plus petitur. 1 *Harm. 2. §. 51. §. 3. vers. tempore. Inst. de action.* 95 *V. l. 73 ff. de verb. obl. Ecleg. d. loco. c. 184.* 96 *V. l 46. ff. de verb. obl. Ecl. ibid.* adde *l. 17. ff. eod.* 97 *l 18. ff. de legat 2. l. 17. §. 4. ff. ad Trebell. l. 148. ff. de verb sign.* 99 2 *Ecl. 3. c. 184. l. 16. ff. de cond. inst. ff eod.* adde *l. 12. §. 2. ff. de captiv. Ecl. d. loco.* 2 *l. 43. ff. de oblig. Ecl. ib. c. 185* Goth. Adde *l. 1. §. 2. ff. commodati. l. 2. ff. de fidejussor.* Anf. 3 *V. l 2. §. 19. ff. ui bonor.* 4 *l. 52. ff. de adq rer. dom. l. 25. ff. de verb. sign. v. l. 49. ff. de verb. sign.* 5 Imo est. *v. l 15. §. 6. ff. qui satisd.* 6 Privilegium alicui *ff. de verb. sign. v. l. 49. ff. de verb. sign.* 7 Interpretatio privilegii, vel beneficii *3 Harm. 3. §. 19.* facit *l. 2. ff. quæ sent. sine appellatione.*

De heredibus & obligatione individua. 1. De re dubia.

CXCII. MARCELLUS lib. XXIX Digestorum.

EA, quæ in partes dividi non possunt [8], solida [9] à singulis heredibus debentur. §. 1. In re dubia benigniorem [10] interpretationem sequi, non minus justius est, quam tutius.

De aditione cum tempore mortis continuanda.

CXCIII. CELSUS lib. XXXVIII Digestorum.

OMnia fere jura heredum perinde habentur, ac si continuo [11] sub tempus mortis heredes extitissent.

De heredibus heredum.

CXCIV. MODESTINUS lib. VI Differentiarum.

QUi per successionem, quamvis longissimam [12], defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui principaliter heredes existunt.

De expressis & tacitis.

CXCV. IDEM lib. VII Differentiarum.

EXpressa nocent [13], non expressa non nocent.

De privilegiis.

CXCVI. IDEM lib. VIII Regularum.

PRivilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædam ad heredem transmittuntur, quæ causæ [14] sunt: quæ personæ [15] sunt, ad heredem non transeunt.

De conjunctionibus. De licito & honesto.

CXCVII. IDEM lib. singulari de ritu nuptiarum.

SEmper in conjunctionibus [16] non solum, quid liceat, considerandum est, sed & quid honestum [17] sit.

De dolo tutoris.

CXCVIII. JAVOLENUS lib. XIII ex Cassio.

NEque in Interdicto [18], neque in cæteris [19] causis pupillo nocere oportet dolum [20] tutoris, sive [21] solvendo est, sive non est.

De eo, qui imperio Magistratus non paruit.

CXCIX. IDEM lib. VI Epistularum.

NOn potest dolo carere, qui imperio Magistratus non [22] paruit.

De minori iniquitate eligenda.

CC. IDEM lib. VII Epistularum.

QUoties nihil sine [23] captione investigari [24] potest, eligendum est, quod minimum [25] habeat iniquitatis.

De hu, quæ ex testamento proficiscuntur.

CCI. IDEM lib. X Epistularum.

OMnia, quæ ex testamento proficiscuntur, ita statum eventus [26] capiunt, si initium [27] quoque sine vitio ceperint.

Definitiones esse periculosum.

CCII. IDEM lib. XI Epistularum.

OMnis definitio [28] in jure civili periculosa est: parum [29] est enim, ut non subverti possit.

De damno & culpa.

CCIII. POMPONIUS lib. VIII ad Quintum Mucium.

QUod quis ex culpa sua damnum [30] sentit, non intelligitur damnum sentire [31].

De actione.

CCIV. IDEM lib. XXVIII ad Quintum Mucium.

MInus [32] est actionem habere, quam rem.

De hu, quæ à nobis abire possunt.

CCV. IDEM lib. XXXIX ad Quintum Mucium.

PLerunque fit, ut etiam ea, quæ [33] nobis abire possint, proinde [34] in eodem statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent: & ideo, quod fisco obligamus, & vindicare [35] interdum, & alienare, & servitutem [in] prædio imponere possumus.

Ne quis lucretur cum jactura alterius.

CCVI. IDEM lib. IX ex Variis lectionibus.

IUre naturæ [36] æquum est, neminem cum alterius detrimento [37] & injuria fieri locupletiorem [38].

De re judicata.

CCVII. ULPIANUS lib. I ad Leg. Juliam & Papiam.

REs judicata [39] pro veritate accipitur.

Desinere habere.

CCVIII. PAULUS lib. III ad Legem Juliam & Papiam.

NOn potest videri desisse habere [40], qui nunquam habuit.

De servitute.

CCIX. ULPIANUS lib. IV ad Legem Juliam & Papiam.

SErvitutem [41] mortalitati [42] fere comparamus.

De institutione.

CCX. LICINNIUS RUFINUS lib. II [43] Regularum.

QUæ [44] ab initio [45] inutilis fuit institutio, ex postfacto [46] convalescere non potest.

De servo & absentia Reipublicæ causa.

CCXI. PAULUS lib. LXIX ad Edictum.

SErvus [47] Reipublicæ causa abesse non potest.

8 Ut via, ut actus, aquæductus. *l.* 17. *ff. de servitut. lib. l.* 11. §. 24. *ff. de leg.* 3. *l. ult. ff. de servitute legata.*
9 *l.* 2. §. 2. *ff. de verb. oblig.*
10 1 *Harmen.* 15. §. 12. *v. l.* 155. *in fin. ff. cod. l.* 54. *ff. de adq. hered.*
11 *l.* 138. *ff. cod. v. l.* 3. *ff. de hered. petit. l.* 5. §. 1. *ff. quod cum eo. l.* 7. *in fin. ff. de acq. her. l.* 28. *in fin. ff. de stipulat. serv. l.* 65. *l.* 70. *ff. de verb. signif. l. ult. C. de hered. inst.*
12 Nisi heredis vocabulo adjecta sit restrictio, puta, *lego heredibus infra scriptis*: nisi agatur de odio, nisi quædam specialis affectio defuncti aliud suadeat. vid. Decjum *hic.* Goth. Adde *l.* 65. *l.* 170. *ff. de verb. signific. l.* 22. *C. de legat.* Ans.
13 Interdum sc. *l.* 77. *ff. cod. l.* 77. *in fin. ff. de cond. & demonstr. l.* 132. *ff. de verbor. oblig. l. si quis Sempronium.* 68. *ff. de hered. inst.. l. si ita legatum sit.* 65. *ff. de legat.* 1. *l. nonnunquam.* 52. *ff. de condit. & demonstr.* Interdum vero magis prosunt quam tacita. de quibus vide Decium *hic.*
14 Παράγγελσι διδόμεν φρονεῖν. 2 *Eclog.* 3. *c.* 192.
15 Vid. *l.* 68. *ff. cod.*
16 4 *Harmen.* 6. ἐν τοῖς γάμοις. 2 *Eclog.* 3. *c.* 192. in conventionibus, *Haland.* contractibus. *Dynus.*
17 *l.* 144. *ff. cod.* ἐνσεμνῶς. *Eclog. ibid.* naturale jus & pudor. vide *l.* 14. *l.* 42. *ff. de ritu.* facit *lex* 10. §. 2. *ff. de justitia.*
18 *l.* 11. §. 6. *ff. quod vi.* Goth. Adde *l.* 49. *ff. cod.* Ans.
19 *c.* 76. *de reg. in* 6.
20 *l.* 4. *ff. quando ex facto tutoris. c. delictum persona.* 76. *de reg. in* 6.
21 2 *Eclog.* 3. *c.* 194.
22 *l. un. ff. si quis jus dicenti. l.* 13. §. 2. *ff. de injuriis.*
23 Χωρὶς βλάβης. *Eclog. ibid. c.* 195. 6 *Harmenop.* 2.
24 Fieri non potest, ἐκ ἐνδεχομένου γενέσθαι. *Eclog. cap.* 195. 6 *Harm.* 2.
25 Τὸ ἧττον ἄδικον. *Eclog.* 3. *c.* 195. id est, æquitas, æquum bonum, *l.* 6. *ff. de jure dotium.* utilius, *l.* 3. *ff. de constituta. l.* 5. *ff. si pars hereditatis.* hinc illæ regulæ: Ex duobus malis minus eligendum. Cic. *offic.* 3. Odia restringi, *cap. odia.* 15. *de reg. in* 6. adde *l.* 9 *ff. cod.* Goth. *Junct. l.* 13. §. *ult. ff. de minorib.* Ans.
26 Id est, effectus, ἀποτελέσματος. 2 *Eclog.* 3. *c.* 197.
27 *l.* 29. *l.* 178. *ff. cod. l.* 210. *ff. cod. v. l.* 1. *ff. de regula Catoniana.*
28 *l.* 3. *ff. cod.* adde *l.* 32. *ff. cod.* νομικὸς κανών. *Eclog. ibid. cap.* 198. 6 *Harm.* 2.
29 Id est, vix est: sic Græci ἐπιχαρῶς & ἀναπεπταμένως. *Eclog. ib. Harmen.* Goth. Alii legunt, *parum est.* vide Cujac. *lib.* 17 *obs. cap.* 15. Alciat. *lib. ult. paradox. cap.* 9. Corras. *lib.* 2 *miscell. cap.* 6. Vigl. ad *pr. Inst. de testam. n.* 25. S. L.
30 *cap. damnum.* 86. *de reg. In* 6. § ζημίωσιν. *Eclog. ibid. c.* 199. *l.* 46. §. 5. *ff. de proc. l.* 9. *in fin. l.* 17. *in fin. pr. ff. de noxalibus. l.* 44. §. 5. *ff. fam. l.* 15. *ff. si qui omissa causa.*
31 Ab alio scil.
32 Re, effectu: idem fictione *l.* 15. *ff. cod.* adde *l.* 38. §. 9. *l.* 143. *ff. cod.*
33 Quæ à nobis. *vulg. Hal.*
34 Perinde. *vulgat. Hal.*
35 Non ideo minus, ut nostrum, rectè vindicabimus, quod abire à nobis dominium speretur. *l.* 66. *ff. de rei vind.*
36 Natura, *l.* 14. *ff. de cond. ind.* ex æquo & bono, *l.* 66. *ff. de cond. indeb.* jure gentium. *l.* 25. *in fin ff. rer. amot.*
37 Locupletari eum alterius injuria, jure naturæ non est æquum. 2 *Eclog.* 3. *c.* 200. *d. l.* 14. *cap. locupletari.* 48. *de reg. in* 6. *l.* 16. *ff. de servit. rustic. prad. l.* 13. §. 1. *ff. communia prædiorum.*
38 Minor ita obligatur, quatenus est locuples. *l.* 1. *ff. de auctor. tut.* Fallit tamen hæc regula in usucapionibus, *l.* 1. *ff. de usurpat.* & quoties utilitas publica usum non iniquum rei alienæ exigit, *l.* 15. §. 2. *ff. de rei vind. l.* 13. *ff. comm. prad. l.* 11. *ff. de evict.*
39 *l.* 25. *in fin. ff. de stat.*
40 *l.* 83. *l.* 174. *ff. cod.* Desisse non videtur, quod non incepit, *l.* 5. *ff. de injusto. l.* 96. *in princ.* & §. 1. *ff. de condit. & demonstr. l.* 13. *ff. de fals. l.* 116. *ff. de verbor. oblig. l.* 19. *ff. quemadm. servitutes amittuntur.* Privatio namque, ut dici solet, habitum præsupponit.
41 1 *Harmen.* 14. §. 6. & manumissionem. vide *l.* 92. *ff. de solution.*
42 V. *l.* 59 *in fin. ff. de cond. & demonst.*
43 Quo de formulis testamentorum scripsit.
44 5 *Harm.* 5. §. 23.
45 Vide *l.* 29. *ff. cod.*
46 Id est, tractu temporis.
47 Adde *l.* 140. *ff. cod.*

Explicit ex ordine Digestorum Liber Quinquagesimus feliciter.

Lex Græca in aliis editionibus omissa restituenda.

Sub Titulo Pandect. *de via publica, & si quid in ea.* lib. XLIII. tit. X.

Ἐκ τῆς Ἀσυνομικῆς μονοβίβλου τοῦ Παπινιανοῦ.

Ὁ ἀσυνομικὸς ἐπιμελείσθωσαν τῆς κατὰ τὴν πόλιν ὁδῶν, ὅπως ἂν ὁμαλισθῶσιν, καὶ τὰ ῥεύματα μὴ βλάπτῃ τὰς οἰκίας καὶ χάφυρα ὦσιν ἃ ἂν δέῃ. §. 1. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ ὅπως οἱ ἴδιοι τοῖχοι ἢ τὰ ἄκρα, ἢ τὰ πρὸς τὰς οἰκίας, ἃ εἰς τὴν ὁδὸν φέρει, μὴ σφαλερὰ ἦ. ἵνα, ὡς δεῖ, καθαίρωσιν οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν, ἃ ἐπισκιάζουσιν. Ἐὰν δὲ μὴ καθαίρωσιν, μηδὲ ἐπισκιάζωσιν, ζημιώσωσιν αὐτοὺς, ἕως ἂν ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. §. 2. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ, ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδὸς, μηδὲ χαννύῃ, μηδὲ κλίνῃ εἰς τὰς ὁδὸς μηδέν. Εἰ δὲ μή, ὁ μὲν δοῦλος τοῦ συλλήπτορος μαστιγούσθω· ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐνδεικνύσθω τοῖς ἀσυνόμοις. οἱ δὲ ἀσυνόμοι ζημιούτωσαν καὶ τὸ νόμισμα, καὶ τὸ μέγεθος καθολουέτωσαν.

§. 3. Ἐπισκιάζειν δὲ τὰς ὁδὸς τὰς δημοσίας, καὶ τὴν αὐτὴν εἰκόνα. ἐκέρασιν καὶ τοὺς ὑδροῤῥοὰς ὀλκαθαίρειν τοὺς ὑπὸ τοῦ δαφέλους καὶ ἐπισκιάζειν ἅτινας, ὡς ἂν μὴ κωλύῃ ἀμάξαν ἐπεύχας· ὅσοι δὲ μιθωτάριοι οἰκοῦσιν, ἐὰν μὴ ἐπισκιάσῃ ὁ δεσπότης, αὐτοὶ ἐπισκιάσουσιν· ἀπολογιζέσθωσαν τὸ ὠφέλημα καὶ τὸ μισθόν. §. 4. Ἐπιμελείσθωσαν δὲ, ὃ ὅπως μὴ ἐργασηλῶν μηδὲν ἀφαιρεῖμεν ἢ, πάλιν ἐὰν κναφεὺς ἰμάτια ψύχῃ, ἢ πέλιον τροχὸς ἐξωλιθῇ. Τιθέσθωσαν δὲ ὃ ἅτοι, ὥστε μὴ κωλύειν ἁμάξαν βαδίζειν. §. 5. Μὴ ἐάτωσαν δὲ μηδὲ μάγειρον τῶν ὁδῶν, μηδὲ κάπηλον ὀκοδόμειν, μηδὲ νεκρὸν, μηδὲ δέρματα μίπτειν.

AMSTELODAMI,

Typis Ludovici & Danielis Elzeviriorum.

CIↃ IↃC LXIII.